IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI

Nouum Testamentum,

siue Nouum fœdus,

Cuius Græco contextui respondent interpretationes duæ: vna, vetus: altera, Theodori Bezæ.

EIVSDEM TH. BEZAE ANNOTATIONES,
in quibus ratione Interpretationis vocum reddita; additur Synopsis doctrinæ in Euangelica historia, & Epistolis Apostolicis comprehensæ, & ipse quoque contextus, quasi breui commentario explicatur.

Omnia nunc demum, vltima adhibita manu, quàm accuratissimè emendata & aucta, vt quodammodo nouum opus videri possit.



Ex libris Huldrici Philippi Oechsneri Tigur. 1607

SVMPTIBVS
HAERED. EVST. VIGNON.
M. D. XCVIII.

SERENISSIMAE REGINAE ET SVIS HEROICIS VIRTVTIBVS NON MINVS, QVAM Regia Maiestate splendidæ,

D. ELISABETHÆ.

ANGLIAE, FRANCIAE, HIBERNIAE, ET CIRCVMIACENTIVM INSVLARVM REGINÆ, *Fidei Christianæ Propugnatrici*, THEODORVS BEZA, *Geneuensis Ecclesiæ Minister, Gratiam & Pacem à Domino & Seruatore nostro* IESV CHRISTO

ANNVS iam tricesimus secundus agitur, SERENISSIMA REGINA, ex quo meos istos illustrandæ N. Testamenti Latinæ translationi impensos labores, decimo ante anno quorumuis lectorum oculis ac iudiciis expositos, ego quidem satis audacter Regiæ Tuę Maiestati, additis quoque & epistola satis longa expositis instituti mei rationibus, peculiariter consecraui; Tua verò R.M. ea, qua cæteras illas Heroicas virtutes veluti condire solet, Benignitate, excepit. Hoc autem illud ipsum est opus, REGINA, quôcum ad eandem R. Tuam M. nunc reuertor. Quod enim iam olim vsu ipso tuum fecisti, quo pudore ad alium quenquam transferre cogitarem? Et quod adhuc rude & impolitum tam benignè excepisti, quînam multò nunc limatius, & quanta maxima potui diligentia emendatum, aliter acceptum iri cēsuerim? Ad hæc autem & illud accedit, quòd multò etiam plures & certiores, quàm antea, sese interpellandæ Tuæ R.M. occasiones, huic Ciuitati, & Ecclesiæ, nūc offerāt, in quarū nomine potiùs quàm priuato meo, hæc accipias velim. Quantò enim vberiores nobis, quàm superioribus annis omnibus, causæ præbentur, ipsi Opt. Max. Deo gratias agendi, de felicissimo illo R. Tuæ M. & tot Regnorum tuorum statu, sicut diuinitus olim cæpto, ita prorsus admirabilibus modis, terra, marique, publicè & priuatim, ad hunc vsque diem conseruato & bono quidē non vnis tuis populis proprio, sed vicinis etiam, ac præsertim orthodoxis omnibus orbis Christiani Ecclesiis communi? Sed & speciatim hæc Ciuitas in summis difficultatibus, tam sæpe, & tam liberaliter adiuta, quid non secundùm Deū, huic tuæ verè Regiæ simul & Christianæ charitati debet? Hæc autem omnia & singula, quum, vt omnibus seculis celebranda, non sanè quantumuis prolixam epistolam, sed longam & luculētam historiam requirant: nec alio quàm Gratulationis nomine nunc à me leuiter com-

memorentur: satis nunc illa mihi fuerit attigisse, vt R. tua M. norit, si qua est sub cœlo extera Ciuitas & Ecclesia, quæ de R. Tuæ M. & tot populorum tam feliciter sub ipsius imperio de gentium salute & incolumitate, tum apud se lætetur tum ab omnium horum bonorum auctore, seriis perpetuisque precibus, petat, vt hoc perpetuum esse bonum velit, eam esse Geneuam, in cuius rursus nomine

SERENISSIMA REGINA, has repetitas meas vigilias, R. Tuæ M. consecro, renouato simul, quod iampridem concepi, voto, nempe

Vt te Angli longùm, longùm Anglis ipsa fruaris,
Quàm dilecta bonis, tam metuenda malis.
Túque illâ longùm regnante, Britannia, felix,
Virgineâ duci te patiare manu.

Geneuæ, Calendis Augusti, Anno vltimæ Dei patientiæ. CIↃ IↃ XCVIII.

CHRISTIANO LECTORI THEODORVS BEZA GRATIAM ET PACEM A DOMINO.

ANNVS *agitur quadragesimus secundus, Christiane lector, ex quo Noui Testamenti Latinam interpretationem emendare sum aggressus, Græco contextu, non modò cum nouemdecim vetustissimis quàm plurimis manuscriptis & multis passim impressis codicibus, sed etiam cum Syra interpretatione collato, & quàm optima potui fide ac diligentia, partim cum veterum, Græcorum, ac Latinorum patrum scriptis, partim cum recentioribus, tum pietate, tum eruditione præstantissimorum Theologorum versionibus, & variis enarrationibus comparato. Neque verò quum hoc opus aggrederer, tantæ rei, sicut oportuit, præstandæ parem esse me vllo modo posse speraui: sed, ita me bene Deus amet, mihi potiùs propositũ fuit, aliorum quorumuis potiùs eruditorum hominum, quales, Dei beneficio, permultos habet hæc ætas, ad hoc tam sanctum, & necessarium opus præstandam excitare: Nempe, vt tandem, Deo dante, commoda quæpiam ratione collatis tot spectatissimæ, tum pietatis, tum doctrinæ, Theologorum iudiciis, certa quæpiam extet S. Scripturæ Latina interpretatio, in qua per ipsorum quoque verè Christianorum Principum orthodoxorum auctoritatem sancita, & in varia vulgarium linguarum idiomata (consultis semper ipsis fontibus) transfusa, Ecclesiæ verè Christianæ omnes acquiescant. Vulgarẽ enim illam veterem versionem non eam ipsam esse quam Hieronymus olim correxit, ex illo ipso non paucis locis apparet. & etiam ex eo quòd, ne Augustino quidem Ambrosio, Hilario exceptis, vix vllus sit vetus scriptor eruditus, qui nonnunquam ab illa non discesserit. Certè quamuis illam non modò minimè abolendam, immò verò studiosè, & religiosè, quoad eius fieri potest, censeam retinendam, liquet tamen ex infinita penè lectionum varietate, illam fuisse plurimis locis à librorum descriptoribus deprauatam: immò etiam, vt liberè dicam, quod res est, sæpe à Græcis prorsus discedere, obscurè multa interpretari, quædã (ex iis fortasse, quos sequutus est hic quisquis est interpres, codicibus) prætermittere: quædam adiicere: vt eam minimè sit mirum eruditis iampridem non satisfecisse, imperitis autem multis magnos errores obiecisse.*

His igitur de causis, & summorum virorum, ac quidem in primis verè magni illius, & nunquam satis laudatæ memoriæ viri, D. Ioannis Caluini adhortationibus impulsus, primum huius operis specimen, nullius nomini speciatim dicatum, sed quibusuis velut spectandum, & diiudicandum proposui, donec magnæ illi Heroinæ & Serenissimæ Angliæ, Franciæ, Hyberniæ, & circumiacentium insularum Reginæ, istud quicquid est anno Domini LXIIII. *consecrarem. Ita igitur factum, vt quater istud à me fuerit editum, nomen semper accessionibus valdè locupletatum, dum paucula quædam in ipso contextu facere meliora studeo, in annotationibus quædam, partim ab amicis admoni-*

tus, partim iudicio ipse meo, emendo: quædam prorsus tollo: multa priùs à me non animaduersa, adijcio: quod à me factum si quis leuitati, vel inconstantiæ tribuerit, non dubito certè, bona conscientia fretus, ad omnes æquos lectos prouocare. Imò tantum absum ab eo, vt toties innouatæ istius rei, me pœnituerit, vt in hac quinta huius operis editione eandem, immo etiam penè maiorem quàm vnquam [illegible] operam, diligentiam, fidem adhibuisse me minimè pudeat: immò nunc que[illegible] agnoscam, ac profitear à me, neque tanti suscepti operis magnitudini, neq[illegible] summo desiderio, quàmuis non paucorum verè amicorum opera adiuto, [illegible]tisfactam. Inter hos autem, nisi duos nominatim hoc loco recenseam, penè fuerit [illegible]gij crimen subiturus. Hi duo sunt D. Ioannes Piscator, Sigenensis Academiæ, apud illustres Nassouios Principes moderator, & D. Tussanus Berchetus Sedanensi Scholæ Præfectus: qui duo, quum meas istas annotationes accuratissimè ab initio ad finem vsque perlectas summo adhibito iudicio expendissent, atque adeò suas illas animaduersiones in libellum non sanè paruum contulissent, mecum omnia communicare sustinuerunt, nedum, vt eos sint imitati, qui partim alienum opus interpolare, partim ex reprehẽsionibus, vel etiam sugillationibus nomẽ & famam aucupari consueuerunt: vt profiteri minimè verear non paruam istius quintæ, &, vt spero, vltimæ futuræ editionis partẽ, illorum eruditioni & candori deberi. Quid plura? Hanc ipsam editionem dum adhuc sub prælo esset, non paucis in locis, & in ipso contextu, & in Annotationibus, nonnullis partim mutatis, partim detractis, partim adiectis, recognoui: qua de re opusculũ vnà cũ mea ad Bellarmini reprehensiones refutatione, Deo fauẽte, per breui sum editurus. Interea, verè Christiane Lector, quisquis es, his nostris laboribus, vtinam tibi tam vtilibus, quàm illos sumus magnos ac diuturnos, tam multis annis, experti, feliciter fruere: & si quid ex ijs fructus collegeris, Deo mecum gratias age. Sed & huic senectam meam, aduersus illorum perditissimorum nebulonũ, sacrosanctum etiam IESV nomen ementitorum impudentissimè confictas calumnias, commendes velim: quibus ausi nuper sunt per t[illegible]m Europam, tum voce, tũ scriptis, non mihi modò (quem etiam ita mortuum esse confinxerunt) verùm etiã toti huic inclytæ, & verè per Dei gratiam [illegible]thodoxæ Ciuitati, Ecclesiæ & Scholæ Geneuensi, horrendam illam Apostasiæ notam inurere. At ego, Dei beneficio, adhuc viuo: adhuc, satis rectè, & mente, & corpore, octuagesimum annum ingressus, valeo: adhuc quadragesimum iam octauum annum agens in hac sacri Ministerij militia, sacrosanctam illam veri Dei veritatem, purè, ex sacro Dei verbo, pro meo modulo, docere pergo, ad extremum vsque halitum aduersus execrandam illam vrbi septicolli insidentem meretricem, eundem me semper, eodem fauente Deo, præstiturus. Ad ea verò dijudicanda, Christiane lector, in quibus cæcutiuisse me existimaueris, eum, quæso, candorem adfer, qui Christianæ charitati conueniat, & sinceritati ac diligentiæ in his obseruandis meæ respondeat. Bene vale. Geneuæ, Calendis Augusti, Anno vltimæ Dei patientiæ. cIↃ IↃ XCVIII.

ETAΓ-

INDEX RERVM ET VERBORVM QVÆ IN ANNOTATIONIBVS IN EVANGELISTAS ET ACTA APOSTOLORVM, CONTINENTVR.

Literæ a & b in fine eorum quæ in hoc Indice annotantur positæ, priorem & posteriorem paginæ partem (quæ vulgò columna dicitur) significant: prior autem numerus paginam, posterior lineam denotat.

In Græcis vocabulis, quoniam Latinis permixta sunt, Latinarum literarum ordo fuit seruatus, id est, earum quæ apud Latinos Græcis correspondent. Exempli gratia, quoniam litera φ correspondet literis ph, post vocem Ἀπῆλθον collocata fuit Græca alia Ἀφανίζειν, tanquam scriptum esset Aphanizein; deinde Ἄφιξις. Sic literæ χ locus literarum ch, datus fuit. Quæ autem à κ incipiunt, Latinis à c, incipientibus inserta fuerunt.

L

M

Manus

N

Q

R

V

Ξ

Z

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ.

EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

Κεφάλαιον Α.

ΒΙΒΛΟΣ γενέ-
σεως Ἰησοῦ Χριστοῦ,
υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ
Ἀβραάμ. 1
Ἀβραὰμ ἐγέννη-
σε τὸν Ἰσαάκ. Ἰσαὰκ
δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰα-
κώβ. Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς
ἀδελφοὺς αὐτοῦ.
Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν 3
Ζαρὰ ἐκ τῆς Θάμαρ. Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν
Ἐσρώμ. Ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ.
Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ. Ἀ- 4
μιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασσών. Να-
ασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών.
Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς 5
Ῥαχάβ. Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὠβὴδ ἐκ
τῆς Ῥούθ. Ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί.
Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαβὶδ τὸν βα- 6
σιλέα. Δαβὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν
Σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου.

NOVA INTERPRET.

CAP. I.

‖LIBER generatio
nis Iesu Christi,
filij Dauidis, filij
Abrahami.
‖Abrahamus ge
nuit Isaacum. ‖Isaacus autẽ ge
nuit Iacobũ. ‖Iacobus autem ge-
nuit Iudam & fratres eius.
‖Iudas autem genuit Pharesũ
& Zaram è Thamar. ‖Pharesus
autem genuit Esromum. Esro-
mus autem genuit Aramum.
Aramus autẽ genuit Amina-
dabum. Aminadabus autem ge-
nuit Naassonem. Naasson autem
genuit Salmonem.
Salmo verò genuit Boozum
ex Rachaba. ‖Boozus autem ge-
nuit Obedum ex Rutha. Obe-
dus autem genuit Iessen.
‖Iesse verò genuit Dauidem
regem illum. Dauid autem rex
ille genuit Solomonem ex ea
quę *fuerat vxor* Vriæ.

VETVS.

CAP. I.

1 *LIBER* — Luc. 3.23.
generationis — Iesus Chri-
Iesu Christi, — stus ortus
filij Dauid, — est ex A-
filij Abraham. — brahamo,
2 *Abraham genuit I-* — ex tribu
saac. Isaac autem genuit — Iuda, & ex
Iacob. Iacob autem ge- — familia Da-
nuit Iudam & fratres — uidis, sicut
eius. — Deus pro-
miserat.
Gen. 21.2.
3 *Iudas autem genuit* — Gen. 25.24.
Phares & Zaram de — Gen. 29.35.
Thamar. Phares autem — Gen. 38.27.
genuit Esrom. Esrom au- — 1. Par. 2.4.
tem genuit Aram.
4 *Aram autem genuit*
Aminadab. Amina-
dab autem genuit Naas-
son. Naasson autem ge-
nuit Salmon.
5 *Salmon autem genuit*
Booz de Rahab. Booz — Ruth. 4.18.
autem genuit Obed ex
Ruth. Obed autem ge-
nuit Iesse.
6 *Iesse autẽ genuit Da-* — 1. Sam. 16.1.
uid regem. Dauid autem — & 17.12.
rex genuit Salomonem — 2. Sam. 12.
ex ea quæ fuit Vriæ. — 24.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

EVANGELIVM, Εὐαγγέλιον. Id est, historia eorũ quę docuit & fecit Iesus Christus, iucundissimum salutis nuntiũ afferens. Sic enim Lucas ipse interpretatur, Act. 1. 1. Et quum Euangelium Gręcis quodvis bonum & optatum nuntium declaret, propriè dici cœpit de vera illa salutis doctrina, quæ non est excogitata ab hominibus, sed è cælo ad nos allata, sicut prædictum fuit Esa. 52. 7. vt mutua sit inter fidem & Verbum prædicatum relatio, Rom. 10. 17. Sed & illud obseruandum est, interdum Euangelij nomine neque hos quatuor libellos, neque ipsam propriè doctrinam, sed eius potiùs doctrinæ annuntiationem significari, vt Rom. 1. 1, & 1. Cor. 4. 15, & 2. Cor. 8. 18, & alibi sępe. Græcum autem hoc vocabulum, quasi Ecclesię Christi peculium, vt alia eiusmodi omnia, libenter retinuimus. ¶ *Secundum Matthæum*, τὸ κατὰ Ματθαῖον. id est, vt scriptum & traditũ est à Matthæo. Castellio conuertit, *Auctore Matthæo*: quod mihi duriusculũ videtur. Magis enim (vt opinor) propriè loquetur qui Deũ huius Euangelii auctorẽ vocabit, scriptorem Matthæũ. Fateor tamẽ, Euangeliũ Matthęi & aliorũ, nõ minus quàm Pauli vel Petri Epistolas, atque etiã auctorẽ pro scriptore dici solere: sed nõ puto temere scriptũ κατὰ Ματθαῖον potius quàm Ματθαίου, vel διὰ Ματθαίου, vel aliud eiusmodi. quoniã videlicet Euangelij nomẽ hoc in loco non tã aliquod scripti genus declarat quàm ipsi⁹ scripti sententiã: cuius auctor sit Christus, scriptor Matthęus. Idq; etiã magis liquet ex inscriptione quæ in Latinis codicib. reperitur, nempe Sanctũ Domini nostri Iesu Christi Euangeliũ, secundũ Matth. Tertul. & Cyprian. sæpe hos libros citantes Gręca prępositionẽ, quamuis Latinè scribentes, ita retinuerunt, vt sæpe scribant, Κατὰ Matth. &c.

1 *Liber*, βίβλος. i. recensio, Hæbreorũ idiotismo, vt Gen. 5. 1, ספר תולדות [*Sepher tholedoth.*] quamuis istud sit plurale, & posteros designet, hoc verò singulare, vt Christi προγόνους declaret. Subauditur autem, Hic est, vel aliquid eiusmodi: vt sit hic titulus non totius historiæ, sed sequentis genealogiæ. nã etiam hoc totũ, βίβλος γενέσεως, nihil aliud quàm generis seriẽ declarat. Cicero similiter libellũ nominũ dixit. ¶ *Generationis*, γενέσεως, id est, maiorũ ex quibus ortus est Christus: vt Tertul. lib. de carne Christi vertit. Vocabulũ autẽ Generationis retinui, partim quòd Christianorũ aures illi sint assuetę, partim etiã quòd optimè videatur Christi ἐνσάρκωσιν exprimerę. quia æternus ille Dei Filius non potest dici ex Dauide & Abrahamo genitus, quin statim veniat in mentem illud Ioannis, Et Sermo ille factus est Caro. ¶ *Filij Dauidis*, υἱοῦ Δαβίδ. Fateor apud Hebræos filiorũ appellatione, sicut etiã apud Latinos poetas Nepotũ vocabulo, posteros omnes intelligi. quæ res fecit vt nonnulli tum hoc, tum aliis locis maluerint dicere, Dauide prognatum. Sed ego illud malui: quia (nisi fallor) siquis diligenter expendat promissionum formulam, ad quas respexit Matthæus, intelliget Dominum disertè polliceri Abrahamo & Dauidi, fore vt non tam ex ipsorum posteritate quàm ex illis ipsis beatum illud semen exoriatur. Neque temere factum est vt Christus peculiariter vocetur filius Abrahami & Dauidis: quasi nõ tã ex iis qui intercesserũt fuerit oriundus, quàm verus & proximus illorum duorũ filius promissionis & fidei virtute. ¶ *Filij Abrahami*, υἱοῦ Ἀβραάμ. Quamuis hæc possint de Dauide exponi, qui fuerit ex Abrahami genere: malo tamẽ vtrũque ad Christũ referre, vt idem & filius Dauidis & filius Abrahami dicatur, propter peculiares his duobus factas promissiones.

6 *Dauidem regem illũ*, τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα. Repetitus

articulus emphasi non caret:neque tamen probabilis est Erasmi coniectura,qui putat sic Dauidem illum regem ab aliis, quibus idem nomen fuerit, discerni. Malim igitur ita hunc designari, non modò tanquam primũ illũ regia dignitate auctum ex tribu Iuda, sed in primis vt illum cuius suprà,versu 1,facta fuit mentio:cui videlicet Mesias, vt perpetuus rex futurus, nominatim fuerat promissus. ¶ *Ex ea quæ [fuerat vxor] Vriæ,* ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. Vulgata, *Ex ea quæ fuit Vria:*quod rectè emendauit Erasmus, vt ellipsi Græcis familiari non modò subaudiatur γυναικός, sed & participiũ aoristi secundi γενομένης addatur:ne videatur Solomon natus ex adulterio.

	Græce		Beza		Vulgata
1.Reg.11.43.& 1.Par.3,10.	Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ. Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά. Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά.	7	‖Solomon verò genuit Roboamũ. Roboamus autẽ genuit Abiã: Abias autẽ genuit Asam.	7	*Salomon autẽ genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa.*
	Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ. Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ. Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν.	8	Asas autẽ genuit Iosaphatũ. Iosaphatus autem genuit Ioramum. Ioramus autẽ genuit Hoziamum.	8	*Asa autẽ genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autẽ genuit Oziam.*
	Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωάθαμ. Ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ. Ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν.	9	Hoziamus autem genuit Ioathamum. Ioathamus autem genuit Achazum. Achazus autem genuit Ezeciam.	9	*Ozias autẽ genuit Ioathã. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.*
2.Reg.20.21.& 21,18. 1.Par.3,13.	Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ. Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών. Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσίαν.	10	‖Ezecias autẽ genuit Manassem. Manasses autẽ genuit Amonem. Amon autẽ genuit Iosiam.	10	*Ezecias autem genuit Manassem. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam.*
2.Reg.23.30. 2.Par.36.4. 2.Reg.24.6.	Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος.	11	‖Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in transportatione illa Babylonica.	11	*Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in transmigratione Babylonis.*
2.Par.36.9. 1.Par.3.16. 1.Esd.3.2. & 5. 1.Par.3.17.	Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος, Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ. Σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβάβελ.	12	Post transportationem *autem* illam Babylonicam, ‖ Iechonias genuit Salathielẽ. Salathiel autem genuit Zorobabelem.	12	*Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.*
	Ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιούδ. Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιακείμ. Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀζώρ.	13	Zorobabel autem genuit Abiudẽ. Abiud autem genuit Eliacimum. Eliacimus autem genuit Azorem.	13	*Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.*
	Ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Σαδώκ. Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ. Ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιούδ.	14	Azor autem genuit Sadocũ. Sadocus autem genuit Achimũ. Achimus autem genuit Eliud.	14	*Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.*
	Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ. Ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν Ματθάν. Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ.	15	Eliud autem genuit Eleazarum. Eleazarus autem genuit Matthanem. Matthan autem genuit Iacobum.	15	*Eliud autẽ genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autẽ genuit Iacob.*
	Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ, τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη ἸΗΣΟΥΣ ὁ λεγόμενος Χριστός.	16	Iacobus autẽ genuit Iosephũ, virum Mariæ, ex qua genitus est IESVS ille qui dicitur Christus.	16	*Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariæ, de qua natus est IESVS, qui vocatur Christus.*

11 *Genuit Iechoniam & fratres eius,* ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. Quum Iechonias & secundam tessaradecadem finiat,& tertiam inchoet, ac proinde alteri illarum deesse vnus videatur, neque dicatur in historiis Iosias Iechoniæ pater, sed auus (quod tamen leuiculum est) iampridem hunc locum emendandum nonnulli, Epiphanio teste, censuerant. Itaque Robertus Steph. (de cuius & doctrina & fide, ac etiam longè religiosissima in sacris præsertim excudendis diligentia, neminem pium ambigere arbitror) ex vetustis codicibus (quorum etiam fidem faciunt Stapulensis & Martinus Bucerus) excudit, Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακείμ. Ἰακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν, &c. id est, *Iosias autem genuit Iakim. Iakim autem genuit Iechoniam.* quam etiam lectionem in prioribus editionibus sum amplexus. Sed duabus de causis sententiam muto:quoniam videlicet non modò vetustissimam esse receptam lectionem, & illa emendatione priorem, ex Epiphanio, Chrysostomo, Hieronymo, Augustino, & aliis probatissimis patribus liquet: sed etiam multò magis quòd Iechoniæ nullos fratres in sacris historiis legimus: quod si esset ab emendatoribus illis animaduersum, nihil, opinor, in vetusta lectione immutassent. Quid igitur? nempe vera est Epiphanij sententia, duos Iechonias, vnum videlicet, patrem, alterum, filium statuentis: quamuis in ipsa recensione patrum & filiorum, (nisi, quod arbitror, corruptus [illegible] codex) hallucinetur. Omnium autem appositissimè Hieronymus in hunc locum, *Sciamus* (inquit) *Iechoniam priorem, ipsum esse quem & Ioakim:secundum autem, filium, non patrem: quorum prior per K & M, sequens per CH & N scribitur. Quod scriptorũ vitio & longitudine temporũ apud Græcos Latinosque confusum est.* Hæc ille rectissimè. Quibus tamen illud adiecerim, hanc vel præcipuam fuisse corruptæ scripturæ causam, quòd nulla vox apud Græcos in literam M desinat:quo facilior fuit istorum nominum deprauatio.

¶ *In transportatione Babylonica,* ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, id est, quo tempore transportati sunt Babylonem. Vulg. *in transmigratione Babylonis*, impropriè: quoniam sponte sedem mutantibus id propriè conuenit. Erasm. *in exilio Babylonico.* quod etiã est φυγεῖν, quum exulare populus quispiam non dicatur. Itaque vertere malui, *in transportatione.* Ponitur enim μετοικεσία pro μετοικισμός: quũ alioqui μετοικεῖν significet incolã esse: vnde metœci (de quibus agitur in l. Certa, C. de iure fisci) & μετοικία, ipse incolatus; quod huic loco nõ quadrare versiculus sequens ostendit:in quo Iechonias dicitur genuisse Salathielem μετὰ τὴν μετοικεσίαν, quẽ tamen in ipso incolatu genuit. Μετοικίζειν autem dicitur qui aliquos (vt loquitur Herodotus in Terpsichore, ἐξ ἠθέων ἐξανίστησι, id est, suis sedibus abreptos, aliò transfert. Vnde μετοικισμός, ipsa videlicet captiuorum transportatio, Hebræis גולה [golah.] Verùm superest alia difficultas. Quinam enim dici potest Iosias vllos tempore transportationis liberos genuisse, qui octennio ante Iehoiakimi captiuitatem (cuius fit mentio Dan. 1. 1.) ante captum verò Iechoniam annis vndecim, denique ante Sedechiæ transportationem annis minimum viginti duobus interiit? Itaque istud ἐπὶ τῆς μετοικεσίας nõ est ad verbũ ἐγέννησε, sed ad ipsius Iosiæ liberos, quos genuit, referendũ: in quorũ videlicet tempora incidit illa tribus vicibus, & sub trib. regib. sub Iehoiakimo videlicet patre cœpta, sub Iechonia filio aucta, sub Sedechia deniq. cõsũmata transportatio, quam hic velut vnicam cõmemorat Matth.

16 *Genitus est,* ἐγεννήθη. Vulgata, *Natus*:quod idem valet. Idem enim Lucas 2. 11, de Christo loquens, ἐτέχθη ὑμῖν σωτήρ, inquit: quum cap. 1. vers. 57, de Elizabetha dixisset, ἐγέννησεν υἱόν. Sed & apud Latinos Genitus & Natus permutantur. Prætuli tamen hoc quidem loco Erasmi versionem, ne vnum verbum pluribus modis, nulla necessitate coactus, interpretarer: quod vitare constitui, quoad eius fieri poterit. Capite quidem secundo, quo dilucidior sit sensus, vertemus Nam, quia expressa natalis loci illic fit mentio: & forma loquendi fortassis fuisset durior, si illic posuissem Genitus. ¶ *Qui dicitur,* ὁ λεγόμενος. Vulgata, *Qui vocatur,* id est ὁ καλούμενος. ¶ *Christus,* Χριστός. Hebraice משיח [*meschiah*] id est vnctus; verè rex, nimirum & vnicus ille Sacerdos, & Propheta, humano generi promissus. Latini Græcam vocem integram seruare maluerunt quàm vnctum vocare. Vnde postea Antiochiæ primùm dicti sunt Christiani, qui priùs discipuli vocabantur. Vide Act. 11. 26.

Græce		Beza		Vulgata	
Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες.	17	Vniuersæ igitur progenies ab Abrahamo vsque ad Dauidẽ, progenies quatuordecim: & à Dauide vsque ad trãsportationẽ Babylonicam, progenies quatuordecim: & à transportatione Babylonica vsque ad Christum, progenies quatuordecim.	17	*Omnes itaque generationes ab Abraham vsq. ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsque ad transmigratione Babylonis, generationes quatuordecim: & à trãsmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim.*	
Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου.	18	IESV verò Christi natiuitas ita fuit. ‖ Quum enim mater eius Maria desponsa esset Iosepho, priusquam ipsi conuenissent inuenta est grauida esse è Spiritu sancto.	18	*Christi autẽ generatio sic erat. Quum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequã conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.*	Luc. 1. 27. Christus verus Immanuel, ac proinde Iesus (id est Seruator) ex Sp. sancto conceptus est in virgine, sicut prædictũ fuit à prophetis.
Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν.	19	Porro Iosephus vir eius, quũ esset iustus, & nollet eã ‖ ignominiæ exponere, voluit clam eam dimittere.	19	*Ioseph autem vir eius quum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.*	Deut. 24. 1.

17 *Vniuersæ igitur progenies,* πᾶσαι οὖν αἱ γενεαί. Id est, Omnes isti suis gradibus, prout alius alium genuit, in hac familiæ Dauidis descriptione enumerati. Itaque hoc demum est quod Hebræi תולדות [*tholedoth*] vocant, passiuè quidem acceptum pro singulis qui gignuntur. Generationis autem nomẽ, quod Vetus interpres & Erasmus vsurparũt, Græco quidem respondet, sed mihi visum est obscurius. Castellio maluit Genera interpretari, vocabulo magis ambiguo: quanuis animaduerterim Herodotũ in Clio πέμπτον γένος dixisse, quũ de abnepotis filio ageret. Vetus autẽ ipse interpres ita vt ego, istud interpretatus est Luc. 1. 50. quũ alioquin non ignorẽ progeniei vocabulo plerunque totã generis seriem significari.

18 *Natiuitas,* ἡ γέννησις. Vulgata, *Generatio.* quod huic quidem loco non videtur conuenire, quũ Matthæus explicandã non susceperit ipsius ἐνσαρκώσεως historiam, sed exponendũ vbi & quomodo illũ pepererit Maria, adiunctis quæ cũ hac narratione proximè cohærent, Latius ergo patet Gignere; sed quũ verbali nomine careat, coacti sumus synonymũ quærere: quod & ipsum alibi quàm apud Vlpianũ non memini legere. Natiuitatẽ tamen malui dicere quàm ortũ, nequis cum Serueto illo impio existimet Filium Dei tũ demũ exortum, & quod ad hypostasin attinet à Patre fuisse distinctum, quũ ex Virgine natus esset. quamuis cõstet, hoc loco de Filio Dei, quatenus homo factus est, institutam esse narrationẽ. ¶ *Ita fuit,* οὕτως ἦν. Verbum ἦν positum est in aoristi secundi significatione, sicut infrà 2. 15, & Marci 11. 32. Erasmus conuertit, *Sic habet.* id est οὕτως ἔχει. Terent. Adelph. *Nã ita est homo.* ¶ *Quũ enim mater eius Maria esset desponsa Iosepho,* μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ. id est, sponsione promissa. Neque enim adhuc in eandem domũ conuenerant: & constat τὸ μνηστεύεσθαι & τὸ γαμεῖν apud Græcos, sicut apud Hebræos ארש [*Arasch*] & illud quod ipsi per periphrasin dicunt לקח אשה [*Lakach ischah*] non minus inter se differre quàm apud Latinos sponsalia à nuptiis. & huc spectat ille Terentij versiculus, *Placuit, despondi: nuptijs hic dictus est dies.* Et hanc Iudæis consuetudinem fuisse vt inter sponsalia & nuptias tẽpus aliquod intercederet, cõstare potest ex Deuter. cap. 21. 12. Porro particula γὰρ hoc loco non est causalis, sed expletiua, sicut apud Latinos Enimuerò. ¶ *Priusquam ipsi conuenissent,* πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς. id est, Priusquã illam duxisset domũ. Siue (vt mox ait ipse Angelus vers. 20.) antequã eam accepisset vxorẽ. Erasm. *Priusquam congressi fuissent*: eos nimirũ sequutus qui hoc ita exponunt quasi iam antea Maria fuerit Iosephi ducta vxor, à qua tamen abstinuerit, & quidẽ ex virginitatis voto. Sed non dubito quin veteres hac in re sint planè hallucinati: quod videtur vnus penè Gerson inter illos recentiores animaduertisse, quẽ immeritò flagellat Erasmus hoc nomine, infr. Luc. 1. 35. Alioqui τὸ συνέρχεσθαι de mutuo coniugij vsu honestè dicitur, vt 1. Cor. 7. 5. cui respondet Latina vox coire, sed minus verecunda. Hinc factũ vt Theophylact. συνελθεῖν interpretetur μιγῆναι: quod ipsum durius inueni. ¶ *Grauida,* ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Vulgata, *In vtero habens.* Erasm. *Grauida,* i. ἔγκυος. Ad verbum, In ventre habens. quod dicendi genus proprium est Græcis medicis, præsertim Hippocrati: cuius loco apposui quod Latinis est vsitatius: nisi malimus interpretari, *Ventrem ferre,* vt loquitur Plinius. ¶ *E Spiritu sancto,* ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Vulgata, *De Spiritu sancto.* Quanuis autem De pro E interdum ponatur, tamen hoc loco minimè necesse fuit hanc enallagen accersere: quod annotauit Eras. Ista verò narrantur προληπτικῶς, id est per anticipationem, & narrationis exitus habita ratione: quanuis aliter censeat Theophylactus: Ac etiam Basilius homilia de Christi generatione. Vnde enim Iosephus Mariam non ex congressu cũ viro, sed diuina prorsus virtute prægnantem esse, nisi ex reuelatione intelligere potuit? Et si hoc aliunde cognouisset, cur illam cogitasset dimittere? Aut igitur expungendũ esset istud, quod tamen in omnibus codicibus extat, & omnino videtur fuisse adiiciendũ: aut subaudiendũ est relatiuũ cũ verbo substantiuo, ellipsi Hebræis minimè insueta, vt ita totus iste locus vertatur, Compertam esse grauidam [quod erat] è Sp. sancto. Grauidam igitur illam esse Iosephus ex euidentibus signis didicerat. Hoc autem esse Spiritus sancti opus, ex Angelo demum cognouit. Quod autem alii de Virginitatis voto, alii de Virgine Iosepho non ad coniugiũ, sed ad custodiendam illam commissa tradunt, inanissima est fabula: vt & illud quoque ex veteribus etiam nonnulli scribunt, sic nimirum Deum voluisse Satanæ hunc virginis conceptum celari: quanuis alioquin ne Satan quidẽ nosse quidquam possit, quod Deus velit ipsi esse ignotum.

19 *Quum esset,* ὤν. Erasmus, *Quia erat.* Vulgatus interpres & Latinè loquutus est, & Græcorum participium eleganter expressit. ¶ *Ignominiæ exponere,* παραδειγματίσαι. Vel, In eam exemplum statuere. Hæc enim est notatio Græci huius verbi, quod Augustinus ad verbum Epist. 59. vertit *Exemplare,* & Vetus interpres, *Traducere,* quo passim vtitur Tertullianus, vt & verbo *publicare,* in tractatu de fuga. Sed certè nec omnis infamia fit traductione, nec omnis traductio infamia est: sed ea demum quæ fit ignominiæ causa, veluti mulieres ὀνοβάτιδες, apud Cretenses, & captiui Romæ in triumpho traducti. Ad quem morem quum respexerit Paulus manifestè Coloss. 2. 15. ἐδειγμάτισεν rectè ibi conuersum est verbo *Traducere.* In epistola verò ad Hebræos 6. 6, παραδειγματίζοντες, Vulgatus interpres vertit *Ostentui habentes*: quo sensu Sallustius vsus est Ostentus voce. Certè παράδειγμα hoc significatu nõ ineptè Gellius lib. 6. cap. 14. à κολάσει & τιμωρίᾳ, quod ad formam iudicij attinet, distinguit, & τὸ παραδειγματίζειν nihil aliud declarat quàm publicè infamiæ exponere: sicut Gallicè dicimus, *Eschaffauder*: dicitur que interdũ etiã quũ à iudice nõ infligitur pœna, vt apud Plutarchũ Archilochus scri-

hitur editis parum honestis versiculis sese παραδειγματίσαι. quod & mihi iuueni, necdum in Ecclesiam Dei adscito, euenit: quam tamen maculam spero me tum dictis tum factis eluisse. Citantur ab alijs exempla tum ex Demosthene κατὰ Ἀνδροτίωνος, tum illud quod maximè appositum est, ex Polybij historiarum libro 11. vbi de Aristomacho tyranno quodam disserens, dignum illum esse ait περιαγόμενον εἰς Πελοπόννησον καὶ μετὰ τιμωρίας παραδειγματιζόμενον, οὕτως ἐκλιπεῖν τὸ ζῆν. Sic etiam in hoc de quo agitur facto, proculdubio Mariæ infamiam non paruã inussisset Iosephus, si vel priuatim vel adscitis domesticis testibus eam repudiasset. Neque puto hîc agi de Maria pœnæ lapidationis eximenda: quanuis Greci interpretes Num. 25. 4. verbũ יקע [iakah] quod suspẽdere significat, hoc verbo Greco expresserint. Etsi enim iusti & probi hominis est priuatas iniurias obliuisci, tamen adulterij crimen, longè grauissimum, non fuit facilè tegendum, Domino tam seuerè edicente vt hoc malum è medio tollatur. Potiùs igitur, quum fieri etiam posset vt Maria ab alio quopiam ante desponsionẽ esset grauidata, maluit eam existimare grauidam ἀπὸ πορνείας (vt etiam loquitur Iustinus in Dialogo πρὸς Τρύφωνα) potiùs quàm ἀπὸ μοιχείας: vt viri boni solent omnia (quoad eius fieri potest) in meliorem partem accipere. Id autem si contigisset (id est, si ante sponsalia rem habuisset cum alio) Mariam ducere vxorem eum oportebat (sicut cauit Moses, Deut. 22. 28) ex parentum consensu, à quo vitium fuisset ipsi oblatum ante desponsionem. quod tamen sine aliquo Mariæ dedecore fieri non potuisset, si de illius fraude conquestus fuisset Ioseph: cui etiam fas fuisset eã ducere, & non inuenta virgine, ad iudices lapidandam trahere, vt eodẽ loco cauetur. Itaque noluit (vt erat vir insigni probitate) vel vxorem alienã retinere, vel iniuriã suã summo iure persequi: sed clàm potiùs & causa nulla exposita (sicut Iudæi consueuerant) sponsione & fide data, illã absoluere ac liberare. Syrus interpres vtitur vocabulo quod propriè significat operire, & de pudendis etiam dicitur: contraria quoque significatione declarat, id quod turpe est palàm facere. ¶ *Dimittere eam*, ἀπολῦσαι αὐτήν. Eras. *Ab ea diuertere*. Docet Modestinus iurisconsultus, Diuortium inter virum & vxorẽ fieri, Repudium verò sponsæ remitti. Erat autẽ hoc tempore Maria desponsa tantùm, non nupta. propriũ ergo fuit repudiandi vocabulum: sed malui vulgatam versionem retinere: quanuis potiùs respondeat τῷ ἀφιέναι: quòd appareat Euangelistas, atque etiam Paulum, in re durissima quæsiuisse mollissimum aliquod vocabulum, ideóque libentiùs dicere solitos ἀπολύειν, vel ἀφιέναι, quàm ἀποπέμπεσθαι, vel ἐκβάλλειν: quæ propria quidem sunt, & eidẽ verbo Hebræo שלח [schalach] respondent, sed sunt duriora. dicitur autem diuerti vxor quando è domo mariti ad suos reuerti iubetur, ἀπολύεσθαι verò propter solutum coniugij vinculum.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων, Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰν τὴν γυναῖκά σου. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου.	20	Hæc autẽ quum in animũ induxisset, ecce, angelus Domini in somnio apparuit ei, dicens, Iosephe fili Dauidis ne metue accipere Mariã vxorem tuam. Nam quod in ea genitum est, ex Spiritu sancto est.	20	*Hæc autem eo cogitãte, ecce, angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens, Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam vxorem tuam. quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.*
Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. (Luc. 1. 31.)	21	Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESVM. Ipse enim liberabit populum suum ex peccatis ipsius.	21	*Pariet autem filiũ, & vocabis nomen eius IESVM. ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*
(Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος, (Act. 4. 12.)	22	(Totum hoc autem factum est, vt impleretur quod ait Dominus per prophetam, dicentẽ,	22	*(Hoc autem totũ factũ est vt adimpleretur quod dictũ est à Domino per prophetam, dicentẽ,*
Ἰδοὺ, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.) (Esa. 7. 14.)	23	Ecce, virgo illa erit grauida, & pariet filium, & vocabis nomẽ eius Emmanuel: quod est, si interpreteris, Nobiscũ Deus.)	23	*Ecce, virgo in vtero habebit, & pariet filiũ, & vocabunt nomẽ eius Emmanuel: quod est interpretatũ Nobiscũ Deus.)*

20 *Quũ in animum induxisset*, αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος. id est, ἐννοήσαντος, quum apud se constituisset, seruata aoristi significatione. Vulg. & Erasm. *Eo cogitante*. ¶ *Ecce*, ἰδού. Hebræis הנה, [hinne] qua particula singulis penè versibus vtuntur. Interdũ tamen hæc ipsius vis est vt lectorem præparet ad aliquid insigne & mirificum audiendum. ¶ *In somnio*, κατ' ὄναρ. id est, Nocturna visione. Nã κατὰ sæpe idem valet quod In, vel Per. Vulgata & Erasmus *In somnis* maluerunt interpretari, quasi scriptum sit ἐνύπνιον. Atqui ὕπνος & ὄνειρος siue ὄναρ inter se differunt, non minus quàm somnus à somnio. quod indicat hic Homeri versiculus Iliad. β, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. nec semper seruatur discrimen inter ὕπαρ & ὄναρ. Herodotus in Terpsich. ὄψιν ἐνυπνίου vocat. ¶ *Ne metue*, μὴ φοβηθῇς. Vulg. *Noli timere*: quo modo vbique ferè conuertere solet prohibendi particulã. Erasmus, *Ne metuas*. Hæc autem indicant, timore Dei adductum Iosephum cogitasse de sponsa repudianda, siue quòd (vt antè dixi) alij viro obnoxiam arbitraretur: siue quòd adulteram fouere nullo modo sibi fas aut honestum esse sciret. ¶ *Accipere*, παραλαβεῖν, tradendam videlicet tibi à suis vt prius desponsam, seruato discrimine inter παραλαμβάνειν & ἀναλαμβάνειν, quorum illud de eo dicitur quod tunc primum ab alio traditum accipitur: istud verò de eo quod possidere desieris, & posteà recuperes, vt pluribus ostendit Demosthenes in oratione περὶ τῆς Ἀλοννήσου. quo demum verbo vtendum fuisset, si Iosephus Mariam apud se iam habitam cognatis ob suspicionem vel vt prægnantem redditam ab illis repetere iuberetur. Sed & hoc verbum commodè verteris, *Apud te recipere*, sicut παραλαβεῖν Grammatici declarant παρ' ἑαυτὸν καλεῖν. pro quo Eras. scribere maluit *Adiungere ad consuetudinem vitæ*, quæ interpretatio fauere videri potest eorum commento, qui verum virginitatis in Maria comminiscuntur: quanuis illam quidem intactam virginẽ mansisse testetur mox ipse Euangelista. Nihil autem est ineptius Iudaica fabula quam Suidas in Ἰησοῦς recenset, & mirum est à Christianis non paucis dignam visam fuisse quæ Latinè verteretur. ¶ *Vxorem tuam*, τὴν γυναῖκά σου. quæ tibi pacta est vxor. Nam quæ desponsa erat, iam vxor destinatione habebatur, nisi quid incidisset quod sponsalia dirimeret. quamobrem etiam vt adulter puniebatur non minus qui desponsam quàm qui nuptam corrupisset, Deut. 22. 24. & Iacob, Gen. 29. 21, loquens de Rachele sibi tantùm desponsa, *trade*, inquit, *mihi vxorem meã*. Possumus & interpretari τὴν γυναῖκά σου, *Vt sit vxor tua*, vt Marci 12. 23, vbi tamen non additur articulus, nec pronomen. Itaque non erit hîc simplex appositio, sed supplendum erit εἰς τὸ εἶναι. cuiusmodi ellipsis apud Hebræos passim occurrit, qui tamen suum ל adijcere sæpe consueuerunt, vt Exod. 21. 7, siquis vendiderit filiam לאמה [leamah] pro quo verterunt Græci οἰκέτιν, id est *vt sit ancilla*. sed prior certè interpretatio vera est propter adiunctum articulũ τήν. ¶ *Quod in ea genitũ est*, τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθέν. Vul. *Natum*, τεχθέν. Eras. *Conceptũ*, συλληφθέν. Ego, quanuis ista permutentur interdũ, propriam significationẽ hîc retinendã censeo. Nã subtiliter potiùs quàm solidè Basilius in homilia de Christi generatione hinc colligi posse existimat, corpus Christi fuisse, non successu tẽporis efformatũ, vt nostra consueuerũt, sed momento integrè creatũ in virginis vtero: quũ meo quidẽ iudicio sufficiat credere quod verissimũ est, Christi humanitatẽ nunquã extra filij personã hypostaticè ipsi vnitã substitisse. Maluit autẽ Euangelista scribere neutro genere, τὸ γεννηθέν, *Quod genitũ est*, quàm ὁ γεννηθείς, *Qui genitus est*, quoniã illud abstractũ cõmodius declarat humanã naturã distinctè, & in sese consideratã: cuius si habita fuisset ratio, quod ad Sp. sanctũ attinet, magis propriè scribendũ fuisset τὸ

κτισθὲν quod conditũ fuit, ex virginis videlicet substãtia, quod ad naturã attinet. Sic igitur verbũ γεννηθῆναι, sicut duplex est in Christo natura, dupliciter etiã ei cõuenit: nẽpe quatenus est vnicus ille Dei filius Patri ὁμοούσιος & coæternus generatione ἀρρήτῳ & ἀμήτορι: quatenus autẽ homo est, generatione, quod ad materiã attinet, humana: quod ad causam autẽ efficientẽ & ad modum attinet, ὑπερφυσικῇ prorsus, & ἀπάτορι: quæ sunt in Melchisedeci typo adumbrata, Heb. 7. 3. ¶ *In ea*, ἐν αὐτῇ. Sic in ea, vt etiam ex ea. Gal. 4. 4. vt grauiter vrget Tertul. in lib. de carne Christi. Nã alioqui non esset Filius ille ex Dauidis lumbis oriturus, nec verè frater noster. ¶ *Ex Spiritu sancto*, ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Vulg. *De Spiritu sancto*. Erasm. *A Spiritu sancto*. Et sanè constat has præpositiones permutari. Maluit tamen ἐκ præpositionẽ retinere. quanquã siquis vereatur ne hæc interpretatio fanaticis illis fauere videatur qui corpus Christi spirituale faciũt, tanquã ἐκ materiã declaret, illis licebit vti præpositione á. qua de re multa eruditè scribit Basilius tractatu, de Spiritu sancto, ad Amphilochium.

21 *Liberabit*, σώσει. Alibi vtor Seruandi verbo, à quo tamẽ hîc abstinui, propter sequentem præpositionẽ ἀπό. Nã illud Virgilianũ, *Seruatum ex vndis*, poeticũ est. Vulgata & Erasmus, *Saluũ faciet*, periphrasi (vt opinor) minimè necessaria. Apparet autem vel ex hoc loco, quem Ἰησοῦν Græci, Iesum Latini vocant, Hebr. dici ישוע à ישע, [Ieschuah à Iaschah] quod declarat τὸ σώζειν: vt planè inepta sint Osiandri & quorundam in hunc locum commenta. ¶ *Ipsius*, αὐτοῦ. Ad verbum, *Eorum*. Numeri autem mutatio ex Hebræorum idiomate nata est, qui in nominibus collectiuis, eiusmodi dicendi genera frequenter vsurpant, vt & Græci & Latini interdum. Scitè autem annotat Cassianus lib. de Incarnatione 5. cap. 1, ista duo, Liberare à peccatis, & Populum suum, non posse κυρίως conuenire nisi ei qui natura sit Deus.

22 *Impleretur*, πληρωθῇ. Vulgata, *Adimpleretur*. Eras. *Perficeretur*. i. πληρωθῇ. quia hoc dicendi genus (inquit) Latinis auribus est ignotum, nisi quum sentimus addi quod deerat rei consummandæ. Atqui Cic. multis locis, vsurpat Implere pro Præstare: quo sensu videtur hîc vsurpatũ. Neque verò hoc annotassem, nisi voluissẽ semel esse dictum quod sæpissime fuisset nobis repetendũ. ¶ *Per prophetã*, διὰ τοῦ προφήτου. Nõnulla exẽplaria nomẽ habẽt Esaiæ expressum. Vide infrà, 2. 17.

23 *Virgo illa*, ἡ παρθένος. Articulus non temere additus est in Græcis, respondẽs ה [he] quintæ literæ expressæ in Hebræo contextu: nimirũ vt insignis quædã Virgo significetur, ab æterno videlicet selecta: & cuius semen erat contriturũ serpentis caput. ¶ *Prægnans erit*, ἐν γαστρὶ ἕξει. Vulg. ad verbũ, *In vtero habebit*. Hieronymus ad Pammachiũ legit ἔχει, id est *habet*: eodem sensu. Nam in Hebræo tam potuit subaudiri Est quàm Erit. Et Prophetæ sæpe tum præsenti tum etiam præterito tempore vtuntur, quanuis de re multis etiã pòst seculis futura loquantur: vt propheticæ veritatẽ sanciat. ¶ *Et vocabis*, καὶ καλέσεις. Scio in plerisque exemplaribus legi καὶ καλέσουσι, id est, & vocabunt. vel, & vocabitur. Quam etiã lectionem sequitur Syrus interpres, & Iustinus Martyr in Dialogo πρὸς Τρύφωνα: vrget quoque Epiphanius in Anchorato. Cyprian. in tract. aduersus Iudæos vertit, *Et vocabitis*, καὶ καλέσετε. Sed præstat receptam lectionẽ sequi, vt sit apostrophe prophetæ spiritu Dei correpti, & Virginẽ pòst tot secula nascituram, quasi præsentem, alloquẽtis. quod magnã vim habet. Neque leuiter prætereundũ est quod est à doctis interpretibus obseruatum, non temerè tribui matri ius nominis huic filio tribuendi: quod ius potius patri cõueniebat, non autẽ matri, nisi ex patris cõsensu, vt liquet ex Luc. 1. 60. 62, & Gen 35. 18. Fuit enim nominis impositio herilis potestatis & imperij testimoniũ, Gen. 2. 19. Da. 1. 7. Itaq. significatur hac ratione filiũ hunc, quatenus homo est, esse ἀπάτορα. ¶ *Emmanuel*, Ἐμμανουήλ. Heb. *Immanuel*. Sed vocales istæ sæpe dialectis variantur. Longè maioris est momenti quòd nonnulli hoc non referunt ad ipsam duarũ naturarum hypostaticã coniunctionem: quod tamen nisi statuatur, nihil hîc dicetur de hoc Filio quod non etiã reliquis conueniat, per quos Dominus suos liberauerit. Est igitur vnus iste Deus nobiscum, id est θεάνθρωπος, id est, sic est Deus (Act. 10. 38,) vt omnis plenitudo Deitatis habitet in ipso σωματικῶς, Colos. 2. 9. Immò in ijs etiam quæ constituuntur ex materia & forma, (quod de Christo somniat Apollinaris) forma magis propriè dicitur cum materia quàm in materia. ¶ *Quod est, si interpreteris*, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον. Vulgata, *Quod est interpretatum*. Erasm. *Quod si quis interpretetur, sonat*. Illud est ambiguum: hoc à Græcis recedit. Ostendit autẽ hic locus, vt & alij similes vel Matthæum (quod nonnulli ex traditione opinantur) Hebraicè non scripsisse Euangelium (Cur enim Hebraicè scribens intelligentibus, Hebræa interpretaretur?) vel Hebraicè & Græcè quoque scripsisse: vel hæc ab eo adlecta qui sit Hebræa Matthæi Græcis interpretatus.

Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.	24	Experrectus autẽ Ioseph ex somno, fecit vt ei imperarat angelus Domini, & accepit vxorẽ suam.	24	*Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit coniugẽ suam.*
Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ.	25	Sed nõ cognouit eã quousque peperisset filium illũ suum primogenitũ: vocauitque nomen eius IESVM.	25	*Et nõ cognoscebat eã donec peperit filiũ suum primogenitũ: & vocauit nomen eius IESVM.*

Christus ex eadem virgine incorrupta natus est, & Iesus vocatus ab ipso Deo per Angelum.

Κεφάλαιον β.		CAP. II.		CAP. II.
ΤΟΥ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ, μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα,	1	NATO autẽ Iesu Bethleemæ *qua est* Iudeæ, tẽporibus Herodis regis, ecce, magi ab Oriẽte aduenerunt Hierosolymam.	1	*QVVM ergo natus esset Iesus in Bethleẽ Iudææ, in diebus Herodis regis, ecce, magi ab Oriente venerunt Ierosolymam.*

Luc. 2. 6. Christus pauperculus puer in præsepi reclinatus & à suis neglectus, nihilominus celebre testimoniũ habet suæ diuinitatis è cœlo, & regiæ Maiestatis ab exteris, quod etiã ab ijs ipsis à quibus non agnoscitur, tamen imprudenter approbatur.

24 *Experrectus autem Ioseph*, διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσήφ. Erasmus, *Excitatus autem Ioseph*. sed hoc quidẽ loco plus est τὸ διεγερθῆναι quàm excitari. Vulg. *Exurgens autem Ioseph*. id est, ἀναστάμενος δὲ Ἰωσήφ. ¶ *Imperat*, προσέταξεν. Preterita perfecta & aoristi sæpe cum plusquam perfectis confunduntur à Græcis. Vulg. *Præcepit*. quo vno vocabulo in hac re ferè vti solet. Nos autem, quum diuersis vocabulis vtantur scriptores, conabimur cuique Græco Latinum aliquod opponere. ¶ *Vxorem suam*, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. id est, Quam antea desponderat, vxorem duxit.

25 *Sed*, Καί. Vulg. & Erasmus, *Et*. Verùm nemo non videt aduersatiuam particulam melius conuenire. Certum est autem Iosephum religione tactum illam non attigisse, quum eam ex Spiritu sancto grauidam esse didicisset: atque adeò vel ex eodem illo Angelo vel ex ipsa Maria plenius cognouisset huius facti mysterium. Itaque conspuenda est fabula illa quam Proteuangelium vocant, & tota illa falsissimã narratio quæ apud Suidam tam multis recitatur in voce Ἰησοῦς. ¶ *Non cognouit*, οὐκ ἐγίνωσκεν. Sic rectè significatur mariti cum vxore congressus etiam apud idoneos Græcos scriptores, proquo Cæsar lib. 6. de bello Gall. dicit fœmĩne notitiam habere. ¶ *Quousque*, ἕως οὗ. Notandum est, aduersus Heluidianos, ἕως interdum ita referri ad tempus præcedens vt de sequenti non affirmetur contrarium. quod satis indicant vel postrema verba huius Euangelij, ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, id est, *Ecce, vobiscum sum vsque ad consummationem seculi*. Ex quibus verbis colligere non possis Christum non esse nobiscum futurum post consummationem seculi. Neque aliter interdum accipitur particula עד [hadh] apud Hebræos, vt 2. Sam. 6. 23. vbi dicitur Michol nullos liberos sustulisse, vsque ad diem obitus sui. Sed & interdum hæc particula tempus interiectum simpliciter declarat, vt possis etiam interpretari, Interim dum erat paritura, *tandis qu'elle deuoit enfanter*: vt infrà 5. 25, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ, *tandis que tu es en chemin*, & Actor. 27. 33. ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι, *interim dum oriturus erat dies*. ¶ *Filium illum suum*, τὸν υἱὸν αὐτῆς. Vulg. & Erasmus, *Filium suum*. Nobis autem non videtur Græcus articulus otiosus: ita tamen vt vis eius sit ἀναφορική. id est, vt de eo agi significetur cuius antè facta est ab angelo mentio, non autem vt filius hic ab alijs Mariæ filijs distinguatur, quos ego quidem

nullos fuisse credo. Assentior enim iis qui de Maria virgine, vt selectissimo organo, sanctissimè sentiunt. ¶ *Vocauitque nomen eius Iesum*, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. id est (vt ferè dicunt Græci) ἐκάλεσεν αὐτὸν Ἰησοῦν τοὔνομα. Latini, Vocauit eũ Iesum nomine.

IN CAPVT II.

1 *Nato*, γεννηθέντος, id est τεχθέντος, vide supra v. 16. Sed ista certè non possunt ita intelligi, quasi statim nato Christo sint gesta, quum saltem intercesserint quæ apud Lucam narrantur de puero secundum Legem Hierosolymis oblato: & biennio post demum Magi videantur in Iudæam aduenisse. Vide infr. 11. ¶ *Bethleemæ [quæ est] Iudææ*, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Sic loquuntur Hebræi, vt Iudicum 19.18, dicitur Bethleem Iuda: id est, Bethleem quæ est in tribu Iuda. quod addi solet ad alterius differentiam, quæ est in tribu Zabulon, id est, in Galilæa inferiore. Vulgata vertit, *In Bethleem Iudææ*. Erasm. vt Hebraismum molliret, addidit *ciuitate* appellatiuum. Sed hoc quoque non satis exprimit differentiam illam: itaque aliquid amplius suppleui. Iudæa verò hîc intelligitur regio: sic propriè dicta à tribu Iuda, sub qua etiam tribus Beniamin cõprehenditur. Hieronymus ad Pammachium librariorum errore factum putat vt pro Iuda scriberetur Iudææ. *Quæ enim est* (inquit) *aliarum gentiũ Bethleē?* Est certè: Alia enim erat regio Iudææ quàm Galilæa. ¶ *Magi*, μάγοι. Plato in Alcibiade priore magos dicit fuisse Persarũ sapientissimos, & μαγείαν Zoroastris filii Horomazi vocat τῶν θεῶν θεραπείαν, id est, Deorũ cultũ, quē magi docuerint ipsos Persarum reges, vt etiam τὰ βασιλικά, id est regni iura. Apparet igitur magos fuisse tum diuini, tũ humani iuris interpretes. quod etiam testantur seu vero, seu falso potiùs, Zoroastris nomine editi versiculi Græci, quos λόγια vocarunt, Phocilidæ & Theognidis sententiis non absimiles. Sed iampridē magi ad nefarias artes cõuersi (vt non tantùm ex prophanis sed multo etiā magis ex sacris literis liquet) suam hanc sapientiā infamarunt. quo admirabilior est hæc historia de Christo vixdũ nato, tā procul (vt loquitur Theodoretus) diaboli vates ad sui adorationem præ cæteris euocante, & Gentium primitias ex ipsis inferorũ penetralibus ciente: idque per extraordinariũ prorsus Præconē, nouum videlicet sydus, vt (quod copiosè in hunc locũ disserit Chrisostomus) per nouā stellam docerentur veritatem qui veteribus illis stellis ad omnē impietatem erant abusi. Sydus enim extraordinariũ prorsus fuisse tota narratio declarat. Sed muta certè stella docere illos tantum mysteriũ non potuit. Itaque accessisse aliud oportuit, quo ad tantum suscipiendũ iter, & rem tā inuidiosam tanto feruore persequendā impellerentur: prophetiam videlicet Bileami, vnius proculdubio ex vetustissimis illis impurissimis magis, cuius prophetiæ verba (sicuti scripta sunt Num. 24.17) vsqueadeo cum horũ percontatione cõgruunt, vt omnino, siue id peculiari reuelatione (nā & Nebucadnezari Deus mysteria multa in somnis patefecit, & per Danielē explicanda curauit) siue quauis alia ratione cognouerint, eò prorsus respexisse videantur: Sed & Danielis olim apud magos & dignitate penè regia, & diuinis prophetiis proculdubio celebratissimi scripta, dubiũ non est quin fuerint apud Persas pretiosa, ac fortassis etiā accuratiùs quàm apud ipsos Iudæos obseruata. Denique insignis est hic locus Suetonij, apud Tacitum totidem penè verbis repetitus, quanuis ad Vespasiani tempora & rem ipsam non rectè accommodatus. *Percrebuerat*, inquit, *Oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis, vt eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur.* Istos autem, reges fuisse, temere omnino & falsò diu creditum fuit, errore ex falsa interpretatione Psal. 72.10, exorto, vbi dicuntur reges Scheba & Seba munus Christo oblaturi: quũ ita significetur Euangelij siue regni Christi propagatio vndique sequutura: neque ad istos, quanuis Gentium vocationis primitias, istud restringi vllo modo possit aut debeat: minimè istorum regiam dignitatem dissimulaturo Euangelista: nec sanè istos, si reges fuissent, & ab Arsacidis tunc Persidis regione potitis, missi, facilè admissuro Herode, Parthorũ hoste iurato. Et tamen si Genebrardo, Parisiensi theologo, creditur, hæc est vetus Ecclesiæ traditio. Cedò quibus testibus? Tertulliano (inquit) Augustino, Hilario, Hieronymo, & recentibus alus nonnullis scriptoribus. Atqui apud Chrysostomum, Theodoretum, Cyprianũ, Nyssenum, Cyrillũ, etiā vbi hanc historiam pertractant, nulla ne tenuissima quidē regiæ istius maiestatis mentio. Sed quid ait Tertullianus? locum illũ Psalmi huc applicat aduersus Iudæos & Marcionē, *Nam & magos*, inquit, *reges ferè habuit Oriens, & Damascus Arabiæ retro deputabatur*. Quis verò non videt, Tertullianũ in eo deceptum, quòd istos ex Arabia atque adeò Damasco propinquissima regione educit, qui tamen ex Perside, aut fortassis etiā Media vltima (in qua Magos populos Herodotus, Strabo, Plinius, collocant) aduenerint? gentis nomine proculdubio, vt & Chaldæis accidit, ad eos homines tandē translato, qui sapiētiæ illius specie sese venditabāt? Et quod Orientē ait Tertullianus magos ferè reges habuisse, quibus testimoniis probari potest? Nam magos quidem maxima fuisse apud Persarum reges auctoritate (quibus tunc Arsacidæ Parthi imperitabant quũ Christus natus est) tum ex sacris tum ex prophanis historiis liquet, atque adeò sub Cambyse regnum ipsum Persidis aliquandiu occupasse, & magiæ quoque studiosos fuisse reges eorum, certissimum est: imò verum etiam est quod scribit Cic. lib. de Natura deorum 3, neminem esse potuisse Persarum regem qui non antea magorum scientiam & disciplinam percepisset. magos tamen propterea dictos aut habitos fuisse reges, vix vnquam inuenias. Sed ita sanè scripserit obiter Tertullianus, locũ illum Psal, detorquens. nũ propterea istud commentũ, fuerit Ecclesiæ traditio? Hilarius autē locum Esa. 45.14. cũ altero illo Psal. 72.10, comparat quidem, sed ita vt istos minimè dicat reges fuisse: in eo quidem certè hallucinatus, quòd laborem AEgypti partim allegoricè de magia interpretatur, partim de itinere à magis confecto Bethleē vsque intelligit: quum AEgyptus non fuerit ad Orientem sed ad meridiē Iudææ sita. Hieronymus verò in illũ ipsum Psalmũ scribens, nequaquam dicit istos fuisse reges, sed regum typos, nempe illius prophetiæ primitias de regionibus ipsis ad Christi cognitionem accessuris. Sed in Augustino præsertim citando manifestus error apparet. Sic enim apud illum legitur lib. 3. de mirabilibus scripturæ, cap. 4. *Magi Hierosolymam venerunt, inde, inuentis Israelitarum oraculis vatum de eodem nato vbi nascendi locum acciperet, monente subdolo sermone, reges alacres eunt*. Quis verò vel mediocris iudicij lector corruptam esse lectionem, & *monente subdolo sermone regis*, (Herodis videlicet) *alacres eunt*, legendum esse non videt? Sed de istis nugis plus satis: de quibus certè tantopere non laboraremus (quũm, etiamsi reges istos fuisse daremus, salua maneat historiæ veritas) nisi, præterquam quòd ferenda non est eorum audacia qui huiusmodi cõmenta sacris historiis assuunt, longiùs etiam processisset eorũ impudentia, qui non modò magorum numerũ & nomina sunt commenti, sed & eorum cadauera (si credere dignum est) Coloniam vsque ad Rhenum deuexerunt, vbi etiamnum adoranda hodie miseris populis nescio quæ cadauera proponuntur. Denique nequid ad impiā prophanationē deesset, mos etiam iste verè magicus, fauentibus imprimis bonis istis traditionũ Ecclesiæ defensorib. inoleuit, vt fictis illis Gasparis, Melchioris, Balthasaris nominibus, nõ sine crucis signo ter repetito, puræ chartæ vel pergamenæ inscriptis & collo appensis, quosuis morbos, scilicet, depellant. Nũ verò Genebrarde, hæc quoque vetus est Ecclesiæ traditio? & tamen tu & tui ista scitis, videtis, & silentio saltem probatis.

Λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ.	2	¨Dicētes, ¨Vbi est ille rex Iudæorum qui natus est? vidimus enim eius stellam in Oriente, & venimus vt adoremus eum.	2	*Dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorũ? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.*
Ἀκούσας δὲ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ.	3	His autem auditis Herodes rex turbatus est, & ¨tota Hierosolyma cum eo.	3	*Audiens autē Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cũ illo.*
Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται.	4	Et congregatis omnibus ¨primariis sacerdotibus & ¨scribis populi, percõtatus est ab eis vbi Christus ille nasciturus esset.	4	*Et congregans omnes principes sacerdotũ & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur.*

2 Dicentes

2 *Dicentes*, λέγοντες. Solent ferè Hebræi historias quæ narrantur, inductis ipsis personis explicare: Latini contrà plerunque obliquis narrationibus quas vocant, vtuntur: quo modo etiam Castellio nuper totam hanc periodum conuertit. Me verò istius simplicitatis quam Spiritus sanctus amplexus est, nunquam pudebit. Nam certè hæc narratio plus habet energiæ quàm si obliquè aliena dicta referrentur, eo quòd res non tam narrari quàm geri videatur. ¶ *Vbi est ille rex Iudæorum qui natus est?* ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Vulg. *Vbi est qui natus est rex Iudæorum?* Erasmus, *Vbi est ille qui natus est rex Iudæorum?* Ego vocabulorum collocationem mutaui, vt sensus esset dilucidior. Nā alioqui viderentur magi aliud quærere: nempe, vbi sit ille qui minimè natus est priuatus, sed rex Iudæorum ab ipsis incunabulis. qui sensus non conuenit. Eadem traiectione vsus est Luc. 19.38.

3 *Tota Hierosolyma*, πᾶσα Ἱεροσόλυμα. Erasmus, *Tota Hierosolymorum vrbs*: offensus mutatione declinationis, quia Hierosolyma paulo antè plurali numero vsurpat Euangelista: sed hoc ego nihil moror. Nam Cicero etiam ipse pro Flacco, vtroque genere vsus est in hac vrbe appellādа. Quòd autem Hegesippus vocatam esse putat Hierosolymā quasi ἱερὸν σολύμων, & Euseb. quasi ἱερὸν Σολομῶντος, hoc certè arguit magnam Hebraicæ linguæ imperitiā: vnde etiam factũ puto vt librarij huic nomini aspirationem præposuerint.

4 *Primarijs sacerdotibus*, ἀρχιερεῖς. Sic vocabantur qui ex posteris Aaronis (nam ij soli ἱερεῖς, id est sacerdotes, dicebantur) erant familiarum suarum capita, sicuti post captiuitatem fuerat earũ distributio instaurata, vt refertur Nehem. 11. & 12. si modò vices istæ omnes ad hæc vsque tempora perstiterant. Quamobrem etiam vocantur principes sanctuarij, 1. Chr. 24.5: & hoc ipso nomine principes sacerdotũ, 2. Chro. 36.14. Itaque fallitur Theophylactus: qui scribēs in 14. Mar. putat sic vocatos qui aliquādo põtifices maximi fuissent, non tunc perpetuo, sed venali facto pontificatu: sicut apud Romanos Prætorij, Quæstorij, Consulares dicebantur, prætura, quæstura, cõsulatu functi. Erasmus hoc loco *pontifices* interpretatur: quod nomen malui vni pontifici maximo proprium seruare. Fuit autē hic cœtus ab Herode coactus, non illud συνέδριον ciuile, sed Ecclesiasticus senatus, ab illo ciuili distinctus. ¶ *Scribis populi*, γραμματεῖς τοῦ λαοῦ. Scribarum tria genera in sacris literis reperio. Vnũ eorũ qui regibus apparebant, (quodcunque tandem eorum munus fuerit) vt 2. Sam. 9.3, & 20:25. item 2. Reg. 12.10, & 22.3, & alibi sæpe. Alterum, eorum qui priuatorũ contractus & instrumenta videntur descripsisse: quos notarios vocamus: cui rei operam solitos fuisse nauare Kinæos, nullam alioqui hæreditatem cum tribubus sortitos, liquere opinor ex 1. Chr. 2. 55. Cuiusmodi etiam contractuum quis mos fuerit, colligi potest ex Ier. 32.11. quò videtur allusisse Propheta ps. 45.2. Scribæ denique dicti sunt iuris diuini periti inter cæteros: (quo nomine laudatur Ezras, Ezræ 7. & 11.) quorum munus fuit tum in synagogis tũ in templo legē docere. qua de causa νομικοὶ appellati sunt, vt constare potest ex Matt. 7.29, & 17. 10, & 23.10. Mar. 12. 28, & Luc. 7.30, & 11.46, & 1. Cor. 1.20. Sed quoniam ij quorum hîc fit mentio, non simpliciter Scribæ sed Scribæ populi vocantur, apparet selectos fuisse ex illo ordine nonnullos, qui primarijs sacerdotibus adiuncti, Ecclesiasticum cœtum explerent: sicut etiam Senioribus populi, id est Senatoribus, quos Sanhedrin Hebræi demũ vocarunt (ex quorum numero fuit Iosephus ille Arimathæensis, Marci 15.43.) id est, ciuili illi septuaginta virorũ συνεδρίῳ adiuncti erant alij Scribæ, itidem Scribæ populi appellati, 1. Macab. 5.42: quos plerisque placet fuisse exequēdis synedrij iudicijs præfectos. Scribas autē illos dictos fuisse ex eo quòd legi scribendæ & interpretandæ vacarent, quasi sacrarũ tabularum custodes, constare potest ex Ierem. 8.8. Vnde Thalmudistas hallucinatos esse apparet, qui Ezram volunt fuisse ordinis Scribarum auctorem, cuius potius fuit instaurator: Sed hoc quidem verum est, senatum Ecclesiasticũ ante captiuitatem Babylonicā potius dici compositum ex sacerdotibus & prophetis, quàm ex Scribis: vt Ierem. 26.11, & 29.1. In quibus locis prophetas istos oportet à prophetis illis distinguere qui vno spiritus diuini extraordinario afflatu futura prædicebāt: quũ illi essent ordinarij, & humanitus in legis doctrina instituti. Quamobrem etiā Ionathas paraphrastes Scribas vtroque illo Ieremiæ loco interpretatur: & inde factum vt apud Paulũ non semel prophetandi verbũ de prophetiarũ interpretatione, etiā absque futura prædicendi spiritu, vsurpetur. Nec etiā dubium est quin isti præcipuè fuerint Leuitæ: quamobrem etiā plerunque Senatus hic Ecclesiasticus ex Sacerdotibus & Leuitis cõpositus dicitur, veluti Ioha. 1.19. Quod autem Thalmudistæ fuisse plerosque ex Symeonis tribu dicunt, ea qua solent audacia comminiscuntur. Sed scitè admodũ Genebrardus, de Scribis ex Rabinorũ lacunis hausta nobis reponens, *Certè*, inquit, *vt Pharisæi theologis respondebant, qui penitius mysteria scripturarum scrutantur: ita isti Canonistis, quia leges ciuiles & Mosaicas secundum legis corticem curabant*. Hæc ille: quæ quoniam barbarè & obscurè scripta sunt, egent fortassis interpretatione. Vult igitur iste Pharisæos quidē id fuisse apud Iudæos, quod Theologi præsertim Sorbonici (quorũ & ipse vnus est) hodie sunt Ecclesiæ Christianæ. quod vltrò ipsis concedimus, quos nimirum Christus, vt & Scribas, verbi sui flagello ex Ecclesia nũc exturbet: Scribas verò id olim fuisse quod sint hodie Doctores quos Canonistas appellant, leuiter admodum sacra explicantes. Quæ quidē Genebrardi sententia haud scio quàm sit Gregorio XIII (canonistæ quondā Doctori, nunc verò P. M.) grata futura. Sed audiamus etiam aliud. *Erant autem & ipsi Scribæ*, inquit, *Catholici: vnde Mat. 23, vnà cum Pharisæis dicuntur sedisse supra cathedram Mosis, vt qui eam vacuam inuasissent dum sacerdotes diuitiis Ecclesiasticis abutentes suum officiũ desererent*. Enimuero, Genebrarde, qui sedisse illos dixit super cathedram Mosis, annon etiam irrita eos fecisse Dei mandata, & ab eorum fermento esse cauendum, est vociferatus? Quòd si Pharisæum esse idem est atque Catholicũ, hoc est, orthodoxum Christianum esse, quis tibi censetur Paulus, qui Pharisaismum eiuratũ pro stercoribus duxit, vt Christianus esset? At idem (inquies) se Pharisæum esse clamat, Act. 23.6. Nempe in capite siue articulo de resurrectione, sicut disertè explicat: tu verò in genere loqueris. Et sanè dicis quod res est. nec enim est ouum ouo similius quàm vos Theologi & Canonistæ veteribus illis Pharisæis, vt pari prorsus iure Catholici vocari possint: siue dogma de operũ iustitia, siue illam traditionum superstitiosissimarum atque adeò impiissimarum colluuiē spectemus. ¶ *Nasciturus esset*, γεννᾶται, id est, quo loco apud prophetas nascatur vel nasciturus fuisse dicatur. quæ phrasis petita est è medio.

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου,	5	At illi dixerũt ei, Bethleemæ *quæ est* Iudææ. Sic enim scriptũ est per prophetam,	5	*At illi dixerunt ei, In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam,*	
Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.	6	Et tu Bethleema ¨terra Iuda, ¨nequaquam minima es ¨inter duces Iudæ. ex te enim exibit dux qui ¨pascet ¨populum illũ meum Israel.	6	*Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. ex te enim exiet dux qui reget populum meum Israel.*	Mich. 5.2. Ioh. 7.42.
Τότε Ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος.	7	Tum Herodes clàm ¨vocatis magis, ¨exquisiuit ab eis ¨quo tempore stella apparuisset.	7	*Tunc Herodes clam vocatis magis, diligēter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis.*	
Καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεὲμ εἶπε, Πορευθέντες, ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ.	8	¨Et eis Bethleemam dimissis, dixit, Profecti, ¨penitꝰ exquirite de puerulo illo: postquam autē *illum* inueneritis, denunciate mihi, vt & ego veniam & adorem eum.	8	*Et mittens illos in Bethleē, dixit, ite, & interrogate diligenter de puero: & quum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorē eum.*	

6 *Terra Iuda*, γῆ Ἰούδα, id est, quæ in Iudæa sita es, quæ pars es tribus regionis Iuda. Nam mihi quidem durum vi-

detur γῆν interpretari pro vrbe: quomodo tamen Euripides in Hecuba vsurpauit. Alia exemplaria habent τῆς Ἰουδαίας, *Iudaea*, quod planius est. In Michęa legitur *Bethleem Ephrata.* Est enim hoc alterum vrbis cognomentum, quo ab altera discernitur. ¶ *Nequaquam minima es*, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ. Hanc lectionem sequitur etiam Iustinus: quum tamen in Hebræo legatur צעיר [*tschir*] & in Gręca editione ὀλιγοστὸς εἶ. vt quod Michęas 5.1. in Hebręo affirmat, videatur hic negare. Alij igitur existimant in posteriore membro subaudiri apud prophętam aduersatiuam particulam: quod videtur sensus ipse postulare, & alibi etiam reperitur, vt Psal.119.v.141, & 157. & Ioh. 9.30: vt totus locus ita sit legendus, *Et tu Bethleem Ephrata, paruula es inter chiliadas Iuda: ex te [tamen] egredietur mihi qui sit dominator in Israele.* Sed & potest hic locus in Hebręo contextu legi interrogante accentu negante, Minime-ne est? quod ab Hebręis significatur litera ה, interdum tamen pretermissa, vt Iob.40.10. & 41.20. Sic etiā 1.Cor. 15.13. Ita igitur fiet vt eadem sit Michęę & Matthęi sententia. Sed alij simpliciter sentiunt, Matthęum respexisse ipsius prophetię exitum, ac proinde non minimam, id est, per μείωσιν, excellentissimam dixisse, quam propheta, nondum videlicet nato Christo, minimam vocauit. In summa, apparet prophetam significare voluisse, hoc oppidulum, alioquin exiguum, Messię tamē exortu nobilissimum ac celeberrimum fore: quod paulò apertius declarat Gręca hęc interpretatio. ¶ *Inter duces*, ἐν τοῖς ἡγεμόσι. Vulga. *In principibus*. In Hebręo legitur באלפי [*bealphe*] hoc est, in chiliadibus seu potius inter chiliarchas. Distributus enim erat populus Israeliticus in chiliadas, sicut apparet ex capite Exodi 18.25. & Gedeonis oratione, Iudi.6.15. ¶ *Dux*, ἡγούμενος. Participium est loco nominis, id est ἡγεμών. quod Hebręis visitatissimum. ¶ *Pascet*, ποιμανεῖ. Vulg. *reget*, quod respondet τῷ ἄρχειν. Erasmus, gubernaturus est. id est κυβερνήσει. Ego elegantem sanè metaphoram seruaui. Sic solet Homerus reges ποιμένας λαῶν vocare. & pręclarum est illud dictum Xenophontis παραπλήσια ἔργα εἶναι νομέως ἀγαθοῦ καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ. ¶ *Populum illum meum Israel*, τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Articulū expressi, cuius emphasis hoc loco non fuit negligenda, quū bis repetatur à Domino, vt suam in illum vnum populum beneuolentiam singularem declaret.

7 *Vocatis*, καλέσας. Erasmus, *Accersitis*, id est μεταπεμψάμενος. ¶ *Exquisiuit*, ἠκρίβωσε. Vulg. *Diligenter didicit*. Eras. *Accuratè perquisiuit*. Vocabulum Gręcum significat in genere, summa & exquisita diligentia aliquid facere. Vide Luc. 1.3. ¶ *Quo tempore stella apparuisset*, τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Vulg. *Tempus stellæ quæ apparuit eis.* Ad verbum, *Tempus apparentis stellæ.* Eras. (quem sequor) mihi videtur hunc hellenismum optimè expressisse. est enim positum φαινομένου pro φανέντος.

8 *Et eis Bethleem dimissis*, καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ. Eras. expunxit pronomē, & vertit πέμψας, *iussis ire*, id est, κελεύσας ἰέναι. Ego verò existimo, regem illis à se dimissis, blandè & benignè iter cōmonstrasse. ¶ *Penitus exquirite*, ἀκριβῶς ἐξετάσατε. Vulga. *Interrogate diligenter*, neutro duorum vocabulorum satis expresso. Erasmus, *Accuratè*, id est, ἐπιμελῶς.

	Greek		Latin		Vulgate
9	Οἱ δὲ, ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ, ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον.	9	Ipsi verò, audito rege, profecti sunt: & ecce, stella quā viderant in Oriente, pręibat eis, donec venit stetítque supra *locum in* quo erat puerulus ille.	9	*Qui quū audissēt regē, abierūt: & ecce, stella quā viderāt in Oriēte, antecedebat eos, vsquedū veniēs staret suprà vbi erat puer.*
10	Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα·	10	Visa autem stella, gauisi sunt gaudio magno valde:	10	*Videntes autē stellā, gauisi sunt gaudio magno valde:*
11	Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εὗρον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν.	11	Et ingressi domū, inuenerunt puerulū cum Maria matre ipsius: & prostrati adorauerunt eum: apertísque thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham.	11	*Et intrantes domū, inuenerunt puerū cū Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eū: & apertis thesauris suis, obtulerūt ei munera, aurum, thus, & myrrham.*
12	Καὶ χρηματισθέντες κατ᾽ ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι᾽ ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.	12	Et diuinitus admoniti in somnio ne reuerterētur ad Herodem, per aliam viam regressi sunt in regionem suam.	12	*Et responso accepto in somnis ne redirēt ad Herodem, per aliā viā reuersi sunt in regionē suā.*
13	Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ᾽ ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων, Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοί. μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό.	13	Ipsis autē regressis, ecce, angelus Domini apparet in sōnio Iosepho, dicēs, Experrectus accipe puerulum & matrē eius, & fuge in Ægyptum: & esto illic vsquedū dixero tibi. Futurū est enim vt Herodes quærat puerulum, ad eum perdendum.	13	*Qui quum recessissent, ecce, angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge & accipe puerū & matrē eius, & fuge in Ægyptū: & esto ibi vsquedū dicā tibi. futurū est enim vt Herodes quærat puerū, ad perdendum eum.*
14	Ὁ δὲ, ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον.	14	Ille verò experrectus accepit puerulū & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum.	14	*Qui consurgens accepit puerum & matrē eius nocte, & secessit in Ægyptum.*
15	Καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος, Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.	15	Et fuit illic vsq. ad obitū Herodis: vt impleretur quod ait Dominus per prophetā, dicētē, ‖Ex Ægypto vocaui filiū meū.	15	*Et erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetā, dicentē, ex Ægypto vocaui filiū meū.*
16	Τότε Ἡρώδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν·	16	Tū Herodes, quū vidisset *se* delusū fuisse à magis, excāduit	16	*Tunc Herodes, videns quoniam illusus esset à magis, iratus est valde:*

Christus vixdū natus, incipit pro nobis crucifigi, tum in seipso tum in membris suis.

Oseæ 11.1.

9 *Præibat*, προῆγεν. Vulg. *Antecedebat*. Erasmus, *Præcedebat*. quod & ipsum Latinis significat ita procedere vt sis dux viæ. sed illud propius abest à Græco. Subauditur autem reciprocum pronomen, sicut accidit in coniugatione quam Hebręi Hithpahel vocant. Virg.lib.8 *Haud secus Æneas se matutinus agebat*. quanuis ponatur etiam absolutè interdum pro Pręire, vt infrà 21.9, & Luc.18.39. ¶ *Supra [locum] quo*, ἐπάνω οὗ. Vulgata, *supra vbi*. Suppleuit Gręcorum eclipsin Erasmus, quem secuti sumus. Est autem hęc integra locutio, ἐπάνω τοῦ τόπου ἐφ᾽ οὗ. atque inde factum est vt οὗ degenerarit in aduerbium loci.

11 *Domum*, εἰς τὴν οἰκίαν. Hinc conijcit Epiphanius κατὰ τῶν ἀλόγων, Magos Bethleemam aduenisse, quum ibi iam ad biennium substitissent Iosephus & Maria, neque iam versarentur in diuersorio & stabulo, sed in domo quapiam, quod etiam obseruatur ex Magorum responso suprà 7. Sed & hoc videtur colligi posse ex verbo ἀνεχώρησαν infr. vers.22. Cur enim ex Ægypto rediens Iosephus non esset rectà Nazareth

reuersus, si domicilium antea non mutasset? ¶ *Inuenerunt*, εὗρον. In omnibus vetustis exemplaribus scriptum legimus εἶδον, *viderunt*. ¶ *Procidentes*, πεσόντες. Erasm. *prostrati*: ad verbum, *quum cecidissent*. Significatur autem adorantium gestus. Sic Latinè Accidere alicui dicitur qui prostratus alicui supplicat. τὸ κυνεῖν verò est osculari, siue os, siue manum, siue genua: quæ demississima fuit adoratio. Ideo participium πεσόντες adiunctū fuit, quod tamen plerunque reticetur quasi verbo προσκυνεῖν inclusum.

12 *Diuinitus admoniti*, χρηματισθέντες. Vulgata, *Responso accepto*: non satis propriè, quia percontantibus demum responsum datur. Eras. *Oraculo admoniti*. Ego verò etsi religionem nullam statuo in vocabulis, tamen Oraculū libens refugio, veluti Idolorum superstitione contaminatū. Cæterū quanuis verbis χρᾶν & χρᾶσθαι, siue χρῆσθαι, ad diuinas patefactiones applicatis, non χρῆμα, sed χρησμὸς pro diuino monito siue responso, deducatur: tamē & Deus ipse χρηματίζειν dicitur quum homines alloquitur, & ij quos ita cōpellat, χρηματίζεσθαι, & eius sermo τὸ κεχρηματισμένον, vt Luc.2.26. vt χρηματισμὸς Rom.11. Exemplum verbi χρηματίζειν in illo significatu sanè extat Heb.12.25. Significat autem τὸ χρηματίζεσθαι hoc loco & mox vers.22. diuinitus admoneri, etiamsi quis prior Deum non compellarit. Iustinus ad Tryphonē, rectè interpretatur, κατ᾽ ἀποκάλυψιν κελευσθέντες, Arcana declaratione iussi. ¶ *Ne reuerterentur*, μὴ ἀνακάμψαι. Vul. *Ne redirent*. id est, μὴ ἐπανελθεῖν. quod tamen discrimen leue est, eadē etiam manente sententia: verùm & hîc & aliis plerisque locis (in quorum etiā nonnullis eundē sensum diuersa alioqui verba habēt) vt obiter aliquid iis etiā qui Græcæ linguæ sunt studiosi, gratificarer, ex synonymis Latinis ea deligere conatus sū quæ Græcis planè respondēt: præsertim verò vbi eadē vtrobique metaphoræ est ratio, aut saltem aliqua est metaphoræ affinitas. quod videre hîc est in verbo ἀνακάμψαι. quanuis enim Latino verbo Reuerti Græcum ἀναστρέφειν respondeat, tamen verbum etiam ἀνακάμπτειν quum propriè sit Reflectere, ad verbum illud Reuerti proximè accedit: quum is qui ἀνακάμπτει, cursum vertat. Siquidem ἀνακάμπτειν nauale esse videtur, & propriè significat in contrariam partem flectere: sicut ἀναστρέφειν de peditibus & equitibus dicitur. Diodorus libro 14, ὁ δὲ πεμφθεὶς ναύαρχος ἀνέκαμψεν εἰς Καρχηδόνα, id est, *præfectus autem classis qui missus fuerat, versus Carthaginem cursum reflexit.*

13 *Apparet*, φαίνεται. Vulga. *Apparuit*. Conuenit tempus præsens narrationibus etiam rerum præteritarum. Sextum exemplar scriptum habebat ἀποκτεῖναι: quam lectionem si sequaris, optimè vertes ex Cicerone pro Sextio, *Ad necem*.

14 *Secessit*, ἀνεχώρησεν. Prępositio ἀνὰ hîc idē valet quod χωρίς. paulò antè verò eodem verbo idem quod πάλιν.

15 *Et fuit*, καὶ ἦν. Vulg. *Et erat*. Vide caput primum, versiculo 18. ¶ *Obitum*, τελευτῆς. Ita vocant Gręci mortem metonymicè, quòd (vt inquit Demosthenes) sit πέρας τοῦ βίου ἑκάστῳ. alioqui τελευτὴ extremum significat cuiuscunque rei: adeò quidem vt τελευτὴ θανάτοιο, periphrasticè mortem ipsam apud Homer. declaret. Latini ratione parum dissimili obitum vocant, sumpta metaphora ab iis qui iter faciunt. τελευτὴν igitur vbique interpretabimur obitum, & θάνατον mortem.

16 [*Se*] *delusum esse*, ὅτι ἐνεπαίχθη. Vul. *Quoniam illusus esset*. Sæpe enim vsurpat has particulas *Quoniam* & *Quia*, quę in hoc dicendi genere sunt barbarę, atque etiam perobscuræ multis. ¶ *Excanduit*, ἐθυμώθη. Vulgata, *iratus est*, id est ὠργίσθη. Eras. *indignatus est*. Cicero θυμὸν *excandescentiam* interpretatur, quem secuti sumus.

	Greek		Latin		Vulgate
	καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς, καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων.		valde: & missis *carnificibus* interemit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omni confinio eius, à bimulis & infrà, secundum tempus quod exquisierat ex magis.		*& mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundum tempus quod exquisierat à magis.*
17	Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος,	17	Tunc impletum fuit quod ait Dominus per Hieremiam prophetam, dicentem,	17	*Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem,*
18	Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολὺς, Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς· καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί.	18	‖Vox in Rhama audita est, lamentatio & fletus & eiulatus multus, Rhachel plorans filios suos: & noluit consolationē admittere, *de eo* quòd nō sint.	18	*Vox in Rhama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt.*

Iere. 31.15.

¶ *Missis [carnificibus,]* ἀποστείλας. Vulg. *mittens*. Verbum absolutum posuit Matthæus secundum phrasin Hebraicam Psal.57.4. ישלח [*iischlach*] *Mittet è cælo: & liberabit me*, vt & Psalm.105.20. quomodo etiam apud Græcos vsurpatur verbum πέμπειν nullo addito casu. Herodot. in Clio, ἀπείπε σφι πέμψας, ὅπλα ἀρήια μὴ ἐκτῆσθαι. Erasm. ergo vt eclipsin suppleret, vertit, *missis satellitibus*. At ego, *missis carnificibus*: quod mihi meliùs visum est conuenire sceleris atrocitati. in quo Erasm. etiam ipsum sequor, qui ita loqui maluit infrà 14.10. Nuper Castellio hunc locum his verbis est interpretatus, *Misit interfectū*: quàm rectè, iudicēt alij. Mihi quidem ἐμφατικώτερον esse videtur per alium interficere quàm mittere qui interficiat. ¶ *Interemit*, ἀνεῖλε. Vide infrà 10.28. ¶ *Et in omni confinio*, Καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις. Vul. & Eras. *in omnibus finibus*, ambiguè. Nam τὰ ὅρια vocat non territorij Bethleemitici extrema, sed quicquid fuit ἐν ὅροις. ¶ *Eius*, αὐτῆς: videlicet Bethleemæ. neque hîc vllam amphiboliam video, quæ nos cogat ad repetendum antecedens, sicut fecit Eras. ¶ *A bimulis, & infrà*, ἀπὸ διετοῦς, καὶ κατωτέρω. Vetus interpres, *à bimatu, & infrà*. Nam etiam in quibusdam exemplaribus legitur κάτω, & eum legisse apparet ἀπὸ διέτους, id est ἀπὸ διετίας. Sed potiùs legendum esse ἀπὸ διετοῦς, præterquam quod omnium exemplarium consensus probat, Hebræorum etiam idioma confirmat, qui opinor hoc loco dicerent מבן שנתים ולמטה [*miben schenathaiim vlematteh*] *à filio duorū annorum, & infrà*: seruata etiam enallage numeri singularis pro plurali. Erasmus, *Quotquot essent bimuli, & minores*: quæ interpretatio longiùs recedit à Græcis. ¶ *Secundum tempus*, κατὰ τὸν χρόνον. Hoc non video cur minus sit Latinè dictum quàm Ciceronis illud, *Secundum naturam*. Erasmus autem non hoc tantùm loco, sed etiam aliis plurimis, mutauit *Secundum* in *Iuxta*: quod tamen posterius nusquam legi apud idoneos authores.

17 *Quod ait Dominus per Hieremiam prophetam, dicentem*, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Κυρίου διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος. In codicibus impressis legitur, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος. Sed probatur hæc lectio quam sequutus sum, manuscripti exemplaris authoritate: & ita solere loqui Matthæum, superiora ostendunt. Certè magna vis [illegible] horum verborum, ex quibus intelligimus, non ipsos prophetas, sed Dominum ore prophetarum loqui.

18 *Lamentatio*, θρῆνος. Hoc vocabulum prætermisit Vulgata, neque etiam legit Iustinus dialogo πρὸς Τρύφωνα. ¶ *Fletus*, κλαυθμός. Vulg. *ploratus*. Mihi autem videtur Flere Latinorum à κλαίειν Grecorum deriuatum: quanuis Latinum illud diphthongo non scribatur. ¶ *Eiulatus*, ὀδυρμός. Vulgata, *vlulatus*. Erasm. *ploratus*. Ego malui eiulatum conuertere quàm fletum vel vlulatum, quorum illud non satis magnā vim habet, hoc potiùs declarat τὸν ὀλολυγμόν. ¶ *Consolationem admittere*, παρακληθῆναι. Vulga. *consolari*, quod passiuè rarò dicitur à Latinis. Itaque rectè fecit Erasmus qui periphrasin quæsierit. Cæterùm παρακαλεῖν interdum etiā Precari, interdum Hortari declarat. quare variis etiam modis fuit alibi vertendum. ¶ [*De eo*] *quòd non sint*, ὅτι οὐκ εἰσί. id est, quòd sublati sint, & peremptì: siue, quòd desierint esse inter homines: more loquendi sacris etiam scriptoribus familiari, vt Psal.39.14, & Ierem. 49.10. Addidi autem hæc verba [*de eo*] vt locum alioqui satis obscurum illustrarem. Nam quòd Vulg. interpretatur, *quia non sunt*, videtur obscuriùs dictum. Eras. *Propterea quòd non sint*: quod videtur sen

sum diuersum ostendere. Neque enim existimo, Euangelistam exponere causam quamobrem non admiserit consolationem, sed narrare potiùs de qua re noluerit consolatione vlla permulceri.

Christus extincto tyranno, ex Dei prouidétia educatur Nazarethę vt ex ipso etiā gentili nomine quod ipsi propterea tributum est, cōstet eum esse verū illū Domini Nazarçū.

Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρῴδου, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ,	19	Quum autem obiisset Herodes, ecce, angelus Domini in somnio apparet Iosepho in Ægypto,	19	*Defuncto autem Herode, ecce, angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in AEgypt,*
Λέγων, Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ. τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου.	20	Dicens, Experrectus accipe puerulum & matrē eius, & proficiscere in regionē Israelis. Mortui sunt enim qui petebāt animam pueruli.	20	*Dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel. defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.*
Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ.	21	Ille verò experrectus accepit puerulum & matrem ipsius, & venit in regionem Israelis.	21	*Qui consurgens accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel.*
Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρῴδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας.	22	Quum autem audisset Archelaum regnare in Iudæa pro Herode patre suo, metuit illuc abire: verùm diuinitus admonitus in somnio, secessit in partes Galilęæ.	22	*Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ.*
Καὶ ἐλθὼν, κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέθ· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.	23	Et quum eò venisset, habitauit in vrbe quæ dicitur Nazaretha: vt impleretur quod dictum est per Prophetas, fore vt Nazarçus vocaretur.	23	*Et veniens, hābitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniam Nazaræus vocabitur.*

Iud.13.5.

19 *Quum autem obiisset*, τελευτήσαντος δέ. Subaudi, τὴν ζωὴν, vitam. sic enim Herodotus lib. primo, τελευτᾶν τὸν αἰῶνα. Vulg. & Erasm. *Defuncto autem.* vide suprà versu 15. Obire vero pro mori, absolutè & à Plauto & à Plinio vsurpatur.

20 *Experrectus*, ἐγερθείς. Abundant interdum eiusmodi voces ex Hebræorum more, quum per se satis intelligantur. Sed videtur hoc loco expressè moneri, vt statim sese ad reditum cōparet. ¶ *Proficiscere*, πορεύου. Vulg. & Eras. *Vade*, id est βάδιζε. ¶ *Mortui sunt*, τεθνήκασι. Vulg. & Eras. *Defuncti sunt*, quomodo paulo antè verterant τὸ τελευτᾶν. ¶ *Animam* τὴν ψυχήν. id est vitam, Hebræorum idiotismo, à quo nec Græci (præsertim poëtæ) abhorrent, nec Latini. Differentiā enim illam animi & animæ subtilioribus relinquimus.

22 *Patre eius*, πατρὸς αὐτοῦ. Fuit Archelaus Herodis magni filius, ex Marthaca Samáritana, regni successor relictus à patre: sed postea ab Augusto factus Iudææ ethnarcha, quum aliquandiu regis nomine fuisset abusus, tandem in exilium pulsus est. ¶ *Metuit*, ἐφοβήθη. Ergo extra hunc metum rediisset in Iudæam, nempe Bethleemam, ac proinde quum ante conceptionem Domini habitaret Nazarethę, Luc. 1. 26. post natum Bethleemę Christum videtur omninò Iosephus vnà cum virgine domicilium ibi fixisse, quo etiam Magi biennio demum exacto aduenerint, vt etiam existimat Epiphanius. Vide supr. 2. 11.

23 *Et quum [eò] venisset*, καὶ ἐλθών. Hæc genera dicendi sumpta sunt ab Hebręis, quibus sunt isti pleonasmi frequentes: veluti quum dicunt, *Et surgens abyt*, *Et respondit, dicens*: & similia multa; quę infinitis locis occurrunt, neque tamen putauimus inmutanda. ¶ *Habitauit*, κατῴκησεν. id est, sibi domicilium delegit, in quo non commoraretur ad tempus, sed cum familia habitaret, patriæ valedicens. Nam apud Gręcos differunt κατοικεῖν & παροικεῖν, sicut apud Latinos habitare & commorari. Sic enim Cicero, *Natura*, inquit, *domicilium nobis non habitandi, sed commorandi dedit.* Ideò etiam Petrus vitam nostram παροικίαν vocat eleganter, 1. Epist. 1. 17. Fateor tamen hanc differentiam non esse perpetuam. Illic autem domicilium fixisse Iosephum, vel ex eo liquet quòd propterea Christus vocatus est Nazarenus. ¶ *In vrbe*, εἰς πόλιν. Frequenter εἰς pro ἐν ponitur, vt Mar. 2. 1. ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι, pro ἐν οἴκῳ, & alibi sępe. itaque satis fuerit semel id annotasse. Sic apud Hebręos אל [el] pro ב deseruiente ponitur, vt Gen. 49. 29, אל־המערה [el-hamearah.] ¶ *Per prophetas*, διὰ τῶν προφητῶν. Sic habent omnes codices Gręci: neque propterea necesse est ex pluribus Prophetis petitum esse hoc testimonium, quum ita citari quoque soleat singularis quispiam propheta: quòd vno volumine scripta prophetica aut certè duobus comprehenderentur. Sed & liber Iudicum, vnde sumptus putatur hic locus, puta ex 13. 5, à pluribus Prophetis necessariò fuit scriptus. Syrus tamen Paraphrastes legit, *Per Prophetam*, singulari numero: & Hieronymus vult citari Esaiam cap. 11. 1, vbi perperam legit Nezir pro Netzer, quę vox *surculum* declarat. ¶ *Fore vt Nazaræus vocaretur*, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. Vulgata & Erasmus, *Nazaræus vocabitur.* Nam fieri etiam potest vt abundet ὅτι, sicut alibi frequentissimè. Existimo tamen eam particulam indicare, hęc esse Euangelistę verba, referentis non tam ipsa Prophetarum verba quàm sententiam. Quod autem ad Nazaræi nomen attinet, Syrus quidem Paraphrastes illud scribit per Tsadi, quum ij qui voto obstringebantur, Nazaræi per Zaiin dicantur, quos Greci interpretes alicubi Hebręam vocem retinentes Ναζηραίους, alibi ἡγιασμένους, vt Amos 2. 11, alibi ἁγνισθέντας & ἡγνισμένους interpretantur, Numeror. 6. 2. quo respexit etiam locus Actor. 21. 23. & 26. Sed certum est apud Euangelistas Ναζωραῖον & Ναζαρηνὸν per ζ, esse gentile nomen à Nazareth ciuitate deductum: cuius vrbis quum nuspiam fiat in veteri Testamento mentio, necesse est locum ex Prophetis citatum per allusionem intelligere, vt videlicet Iesus à Iudęis vocatus fuerit Nazarçus siue Nazarenus, quasi Nazaretha ortus: sed verè fuerit Nazaræus, cuius typus fuerit Simson, non ex voto sed perfectissima sanctitate. Huc pertinet insignis locus Tertulliani in libro aduersus Marcionem quarto: *Nazaræus vocari habebat secundum Prophetiam Christus Creatoris. Vnde & ipso nomine nos Iudæi Nazarenos appellant per eum. Nam & sumus de quibus scriptum est, Nazaræi exalbati sunt super niuem: qui scilicet retro luridati delinquentiæ maculis, & nigrati ignorantiæ tenebris. Christo autem Nazaræi appellatio competitura erat ex infantiæ latebris, ad quas apud Nazareth descendit, vitando Archelaum filium Herodis.* Nam commentitiam illam epistolam Lentuli, nescio cuius imaginarij Proconsulis, in qua describitur Christi forma & habitus, qualis (inquit) erat Nazarçorum, nemo sani iudicij homo est (opinor) qui non perspiciat ab homine Romano neque scriptam neque conuersam fuisse, sed ab indocto quopiam confictā: sicut infinita alia eiusmodi, quæ nobis hodie lucri causa à typographis, partim interpolata, partim ita vt sunt ineptissima, veteris alicuius scriptoris nomine proponuntur. Nazarçum autē quàm Nazaræum dicere malui, vt homonymiam vitarem.

Κεφ.

Κεφάλαιον γ.		CAP. III.		CAP. III.
Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας,	1	Temporibus autē illis adfuit Ioannes Baptista, prędicans in deserto Iudææ,	1	*In diebus autem illis venit Ioannes Baptista, prædicans in deserto Iudææ,*
Καὶ λέγων, Μετανοεῖτε. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.	2	Dicénsque, Resipiscite, appropinquauit enim regnum cælorum.	2	*Et dicens, Pœnitentiā agite. appropinquauit enim regnum cælorum.*

Mar. 1. 4. Luc. 3. 3.

Ioannes singulari sanctimonia & extraordinaria vitæ austeritate omniū oculos in se conuertēs, Christo' stratum sequuturo veluti viā præparat, sicut Esaias predixerat, summā Euangelij plenius mox tradendi, prænuncians.

IN CAP. III.

1 *Temporibus autem illis*, ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Dierum appellatione apud Hebræos tempus significatur: quod non pigebit nos aliquando imitari: hoc tamen locò putauimus mutandum, propterea quòd inter eas historias quæ præcesserunt ea de quibus hîc agitur, satis longum temporis interuallum intercesserit oportet: quum Christus nonnisi circiter annum trigesimum fuerit baptizatus, nec multo antè tempore videatur Ioannes suum ministerium inchoasse. Tempus igitur illud significatur quo Christus Nazarethæ, vt priuatus apud parentes, latitabat. Et hîc mihi videtur incredibile penè Iudæorum veternum, quos neque Prophetarum voces quas in synagogis legebant, neque pastorum renunciatio Luc. 2. 17, neque magorum aduentus infanticidio quoque celebris, neque cygneus ille Simeonis cantus, neque Annę celebratissimę viduę in medio templo audita prædictio, excitare, & ad Christum perquiréndum, & vbicunque latitaret, inueniendum, commouere potuerunt. Verè igitur ille venit ad suos, & ipsum sui non admiserunt. ¶ *Adfuit*, παραγίνεται. Vulgata, *Venit*, id est ἦλθεν. Erasmus, *Accedit*, id est προσέρχεται. Γίνεσθαι verò pro τῷ accipi, notius est quàm vt sit probandum. Deinde pręsens tempus, quanuis narrationibus accommodatum, mutaui in præteritum: quod videtur melius cum sequentibus & præcedentibus (hoc quidem loco) cohęrere, quum hoc facilè patiatur Hebraicę linguæ ratio. Contrà verò paulo pòst prętaritum interpretabimur per præsens. ¶ *Prædicans*, κηρύσσων. id est, Conciones habens, vel Proclamans: nisi malimus subaudire βάπτισμα μετανοίας, id est Baptismum resipiscentiæ, quod addidit Marcus: quanuis concio quæ sequitur, ad hoc etiam participium referri possit. Sed apud theologos hoc vocabulum absolutè ponitur ex consuetudine, à qua discedere noluimus. Quod autem dicitur Ioannes concionatus in solitudine, non est ita accipiendum quasi fugerit hominum conspectum, vt ij postea fecerunt qui propterea dicti sunt Eremitæ: sed Desertum ex vulgi consuetudine hîc vocatur regio saltuosa, in qua habitabat Zacharias, vt scribitur Luc. 1. 40. Ibi quoque fuisse domum Ioab legimus, 2. Sam. 2. 34. & huius deserti sex oppida numerantur, Ios. 15. 51.

2 *Resipiscite*, μετανοεῖτε. Vulgata, *Pœnitentiam agite.* Erasmus quoque eodem modo, sed addidit, *Vitæ prioris.* quā interpretationem multas ob causas repudio: sed ob eam potissimùm, quòd multi imperiti occasionem ex hoc dicendi genere arripuerint falsarum opinionum de satisfactione, quibus hodie agitatur Ecclesia. Cæterùm μετανοεῖν, quum est verbum absolutum, propriè significat Post factum sapere, & de errore admisso ita dolere vt corrigas: quod Latinis propriè significat Resipiscere. Itaque propriè nunquam ponitur nisi in bono: vt (meo quidem iudicio) Ausonius in illo suo epigrammate omnibus noto μεταμέλειαν potiùs quàm μετάνοιαν dicturus fuerit, si versus pentametri ratio permisisset. Semper enim cum μετανοίᾳ cohæret ὁ σωφρονισμός: sicut hæc duo rectè coniunguntur à Plutarcho in Dialogo πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα. A verò μεταμέλεσθαι declarat Post rem aliquam factam solicitum esse & anxiū: pro quo Latini dicunt Pœnitere: atque id etiam vsurpari potest in vitio. Neque enim propriè complectitur vitæ & consilij mutationem in melius (vt quidam tradunt,) sed simpliciter solicitudinem quandam καὶ δυσαρέστησιν (id est displicentiam) exprimit, quæ facit vt rem factam, seu bona seu mala sit, infectam esse velimus, etiam quum non est nouo consilio locus relictus. Plutarchus de discer. adul. (vbi etiam abutitur nomine μετανοίας pro μεταμελείας) δηγμὸν, id est morsum, vocat. Gręci Theologi κατάνυξιν, quod animum sauciet. Latini recentiores Contritionem vocant: quę si fuerit λύπη κατὰ τὸν θεὸν, tum gignit μετάνοιαν: (vt declarat Apost. 2. Cor. 7. 10.) sin minus, iter est ad maximum quodque scelus, & tandem ad desperationem. Itaque Matthæus de Iuda proditore loquens, μεταμεληθεὶς, inquit, ἐπέστρεψε, non μετανοήσας: tristitiam significans à qua est absorptus. Sic etiam apud Paulū, 2. Cor. 7. 8. μεταμέλεσθαι declarat Dolorem capere ex eo quod factum erat: & Rom. 11. 29. dona Dei dicuntur ἀμεταμέλητα. id est, eiusmodi vt non possint ipsi displicere, quū semel placuerunt. quod Hebręis declarat vocabulum נחם [nacham,] quum μετανοεῖν potiùs significetur verbo שוב [schub] vnde תשובה, [theschubah] id est Conuersio. Itaque Petrus Act. 3. 19, quum μετανοήσατε dixisset, statim subiunxit, καὶ ἐπιστρέψατε, vt illud explicaret. Idem facit Paulus Act. 26. 20. Ergo μετανοεῖν & μετάνοιαν vbique interpretabimur Resipiscere & Resipiscentiam: (ita enim, quanuis auctore Ausonio nomen Latinum non habeat, loqui nobis liceat, auctore Lactantio lib. 6. cap. 24, vbi rectè & eleganter rem totam exponit.) μεταμέλεσθαι verò, Pœnitere. ¶ *Appropinquauit*, ἤγγικε. Malè in multis Latinis codicibus legitur, *Appropinquabit.* Opponitur autem istud Testamenti veteris vmbris, in quibus Christus quasi procul positus conspiciebatur solis fidelis mentis oculis. Heb. 11. 13. Et rursus quum Christus, etsi iam natus, & circiter annos triginta prouectus, nondum tamen munus illud suum obiret, vtpote cui mox apparituro Ioannes auditores pararet: hęc appropinquatio ab ipsa pręsentis & loquentis Christi exhibitione distinguenda est, quæ commemoratur infr. 10. 9. ¶ *Regnum cælorum*, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. id est, regnū cæleste. Respicit autem hoc dicendi genus prædictiones de Messia, & ipsius regno: quod ab ipso etiam vulgò cæleste vocabatur, quia Messiam à Deo expectabat, quanuis quale hoc regnum futurum esset, pauci intelligerent.

Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.	3	Nam hic est ille de quo dictum est per Esaiam prophetā, dicentem, Vox vociferantis in deserto, Parate viam Domini, complanate calles eius.	3	*Hic est enim de quo dictum est per Esaiā prophetam, dicentē, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.*
Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον.	4	Ipse verò Ioannes habebat indumentū suum è pilis camelinis, & zonam coriaceam circum lumbos suos. alimentum autem eius erat locustę, & mel agreste.	4	*Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. esca autem eius erat locustæ & mel syluestre.*

Esa. 40. 3. Mar. 1. 3. Luc. 3. 4. Ioan. 1. 23.

Mar. 1. 6.

3 *Vox vociferantis*, φωνὴ βοῶντος. id est βοῶσα, clamās. vt sit sensus, Adest proclamator, dicens. ¶ *Complanate*, εὐθείας ποιεῖτε. id est, planas & ęquabiles facite. quod vulgò dicimus, *Applanir, dresser & vnir*: sicut fieri solet principibus solenni comitatu in vrbem ingressuris. εὐθὺ enim planum & ęquabile separatim non significat, sed vtrumque simul, ideóque à Cicerone ferè semper coniunguntur. Vulgata, & Eras. *Rectas facite*, satis significanter.

4 *E pilis camelinis*, ἀπὸ τριχῶν καμήλου. villosum videlicet: cuiusmodi fuit prophetarum amictus, vt 2. Regum, 1. 8, &

Zach.13.4. Auctor epistolæ ad Hebr. vocat μηλωταῖς & αἰγείοις δέρμασι, ex villis videlicet & caprinis pellibus villosis confectũ. Heb.11.37. ¶ *Locustæ*, ἀκρίδες. Laborant plurimi in huius nominis explicatione. Nõnulli enim existimarunt ita vocari summas olerum partes, id est ἀκρεμόνας, vt vult Isidorus Pelusiotes lib.1.epist.133. communem interpretationem vt ineptam refellens, ipse potiùs, vt arbitror, hac in re hallucinatus. Alij canceros interpretantur, quos ad Iordanis ripã tanquã in Lege prohibitos, abiecerint piscatores. Sed hæc explicatio prorsus absurda est. Neque enim vllos cancros Græci vocant ἀκρίδας, sed squillas καρίδας dicunt. Vnde verò squillæ in Iordane, quũ præsertim in mare non influat, sed arenis absorbeatur? Deinde non dubium est quin Ioannes cibis in Lege prohibitis vesci nec debuerit nec voluerit. Denique sunt qui ex ἀκρίδας fecerint ἀχράδας, quo nomine Græci pira syluestria vocant: sed repugnat omnium codicũ consensus. Nos Veterem interpretem sequi non dubitauimus. Nam solitos fuisse in Oriente & apud AEthiopas quoque nõnullos populos fumo & sale duratis locustis vesci, ex Plinio, Strabone, & alijs liquet: & à Mose numerantur locustæ, vbi ciborũ discrimen explicat, vt quidem omnes Hebræum vocabulũ ארבה [*arbeh*] interpretantur. Vox autem Syriaca קמצא [*Kametza*] qua vtitur Syrus interpres, à verbo Hebræo deducitur quod colligere significat, sicut ארבה [*arbeh*] à multitudine, & quòd agminatim volitent, dicuntur eiusmodi bestiolæ: & reperitur ea significatione vocabulũ illud Syriacũ Esa.40.22. & Nahum 3.15. & 17: Sed & in Græcia ἀκρίδας (quæcunque sit tandẽ huius nominis significatio) fuisse inter viliores cibos numeratas, constat ex Aristophane in Acharnens. Et apud Plut. in Symposio Thales ita loquitur, γεωργῷ γὰρ ἀκρίδας καὶ ὄρνιθας ἀντὶ πυρῶν καὶ κριθῶν συγκομίζειν ἰδόντος, οὐδὲν διαφέρει τύραννος, ἀλλ' ἐχθρὸς ἂν μᾶλλον ἄρχειν ἢ ἀνθρώπων ἐθελόμενος. Certum est autem significari hoc nomine tenuissimũ victum & maximè parabilem. Annotat etiã Epiphanius κατ' Ἐβιωναίων, nonnullos Iudæos deprauatè pro ἀκρίδες legisse ἐγκρίδες, quod nomen declarat bellaria ex melle.

Mar.1.5.
Luc.3.7.

5 Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου·

5 ‖ Tunc exiuit ad eum Hierosolyma, & tota Iudæa, totáque regio circumiacens Iordani:

5 *Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem:*

6 Καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

6 Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.

6 *Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.*

7 Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;

7 Quum vidisset autem multos ex Pharisæis & Sadducæis venientes ad Baptismum suum, dixit eis, Progenies viperarum, quis vobis præmonstrauit vt fugeretis à futura ira?

7 *Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad Baptismum suum, dixit eis, Progenies viperarũ, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?*

Nihil æquè nobis viam ad misericordiã & salutẽ præcludit quã nostræ iustitiæ opinio.
Infr.23.33.

8 Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας.

8 Ferte igitur fructus conuenientes resipiscentiæ.

8 *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.*

Vera resipiscentia est res interior, quæ in mente & animo sedem habet.

9 Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς καὶ ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.

9 Et ne putate *vobis* dicendum apud vosipsos, ‖ Patrem habemus Abrahamum. dico enim vobis, Deum posse etiam ex lapidibus istis excitare liberos Abrahamo.

9 *Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abrahã. dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.*

Ioan.8.39.
Act.13.26.
Patrum fides incredulos filios nihil iuuat, nec propterea tamẽ Deus in suo cũ sanctis patribus fœdere mẽdax euasit.

---

5 *Exiuit*, ἐξεπορεύετο. Erasm. *Egressa est*. id est ἐξέβη. nam πορεύεσθαι, ἰέναι, ἔρχεσθαι, βαίνειν, sæpe cõfunduntur. ¶ *Totáque regio circũiacens Iordani*, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. Vulg. *Et tota regio circũ Iordane*. Eras. *Totaq; regio vndiq; finitima Iordani*. Nonnulla exẽplaria addunt ποταμοῦ, fluuio. Subauditur autem in Græco γῆ, terra. & vsurpatur continens pro cõtento. περίχωρος enim idem valet quod περικειμένη, id est circumiacens. quo vocabulo vtitur T. Liuius.

6 *Confitentes peccata sua*, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Confiteri peccata sua ab Hebræis dicuntur qui se modis omnibus peccatores esse profitentur, & veniam à Dei misericordia petunt, vt Dan.9.3, & deinceps. Hinc igitur apparet Ioannem non alios admisisse ad suum baptismũ quàm qui doctrinã gratuitæ remissionis peccatorũ seriò se amplecti testarentur: cuiusmodi etiam ἐξομολόγησις in vetere Ecclesia à catechumenis requirebatur. Differunt autem peccatorum ἐξομολόγησις & ἐξαγόρευσις, quæ (auctore Plutarcho) in Cereris mysterijs superstitione vanissima vsurpabatur: quam haud scio an inde mutuati sint pontificij, sicut Iudaicas satisfactiones deprauarunt, adiecto etiam peculiari absolutionis ritu. Quod si nolunt isti discrimen istud admittere, dicãt ipsi quomodo potuerit summus pontifex totius Israëlis peccata confiteri, sicut iubet Dominus Leuit.16.21.

7 *Multos ex Pharisæis*, πολλοὺς τῶν Φαρισαίων. Vulg. *Multos Pharisæorum*. Græca est constructio, vt etiam notat Erasmus: quam sequutus Plinius alicubi dixit, *Degeneres canum*, & *nigras lanarum*. De Pharisæis autẽ, vnde sic vocati sint, sic scribit vir singularis & doctrinæ & iudicij Ioan. Mercerus piæ memoriæ, in animaduersionibus ad Sanctis lexicon: Rabini Perusim dixerunt forma Paul Kal Pharisæos, quòd ab alijs affectata vitæ sanctimonia & munditie seiuncti essent, non, vt alij volunt, quòd legem populo interpretarentur: tum enim scribendum fuisset in Benoni Phorsim. & hanc sententiam confirmat illius Pharisæi arrogans illa precatio Luc.18.11. Ego verò assentiri malo Iosepho lib. Antiq.4.c.29. & Drusio viro in Hebræis scriptoribus exercitatissimo, vt sic dicti fuerint, quòd Legis enarrationẽ profiterentur in synagogis. Nã quod attinet ad passiui participij formã, docet illius cuallagen Elias in suo Thesbite. ¶ *Progenies*, γεννήματα. Illud est quod vernaculo sermone, inuidioso vocabulo dicimus *Engeance*. ¶ *Præmonstrauit*, ὑπέδειξεν. Dicuntur ista Pharisæis & Sadducæis, præsertim qui antea concionibus ipsius non interfuerant: sed rei nouitate commoti potiùs quàm discendi studio, ad eum spectandũ, ac fortassis etiam æmulatione adducti aduenerant, minimè certè ad resipiscentiam comparati: ac proinde tam acerba reprehensione, vt qui suæ iustitiæ ac generis falsò fiducia inflati turgerent, ad baptismũ præparandi, quorum magna pars nihilo melior euasit, infrà 21.25. ¶ *Præmonstrauit*, ὑπέδειξε. Vulg. *Demonstrauit*: vt videatur legisse ἀπέδειξεν. Erasmus, *Submonstrauit*: nouo vocabulo, id est (vt ipse exponit) clanculũ indicauit: quod mihi quidẽ videtur penitus alienũ ab hoc loco. Nam potiùs ὑπὸ in istiusmodi compositis tribuitur magistris, discipulorum vt inferiore loco sedentium respectu: vnde ὑπόδειγμα pro παράδειγμα, Heb.4.11. ¶ *Futura*, τῆς μελλούσης. Itã etiam in antiquissimo codice Latino scriptum se reperisse testatur Erasm. qui tamen dicere maluit *ventura*, quasi scriptũ sit, μελλούσης ἐλθεῖν.

8 *Conuenientes resipiscentiæ*, ἀξίους τῆς μετανοίας. Vel (vt Erasm. vertit) *Qui deceant resipiscentiam*, πρέποντας τῇ μετανοίᾳ. Nam τὸ ἄξιον παρὰ τὸ ἄγειν, propriè de eo dicitur quod æqualis est ponderis ac momenti, translatione à ponderandi ratione sumpta, in qua lanx lancem adducit in ponderis æqualis rebus: quamobrem etiam Syrus interpres rectè conuertit voce à ver. Hebr. שוה [*schaua*] deducta, quod significat æquale esse: & sic quoque Latinis dignus accipitur. Sed certè fructus digni pœnitentia (vt vetus interpres conuertit) vix aliter posset intelligi quàm cõtrario penitus sensu, digni videlicet quorum aliquem pœniteat.

9 *Et ne putate (vobis) dicendum*, καὶ μὴ δόξητε λέγειν. Id est, Ne putate caussam esse cur de Abrahamo superbiatis. Vulg. *Et ne velitis dicere*. Erasmus, *Ne hac mente sitis vt dicatis*. Cæterùm τὸ δοκεῖν, neque hîc simpliciter significat Videri, quod vulgò dicimus *sembler*: neque Putare aut Existimare, sicut Luc.12.40.51, item 13.2: sed aliquid sibi per arrogantiam & animi elationem persuadere, vel Sibi de aliquo placere: sic ut etiam accipitur Philip. 3.4, & Marci 10.42. Itaque addidi prono-

men *vobis*, & λέγειν conuerti *dicendum*, paulo liberius quàm soleam, vt aliquo modo hoc dicendi genus saltẽ adumbrarem: quod quidem vernaculo sermone satis commodè exprimimus, quũ dicimus, *Ne pensez pas*, ou *ne cuidez pas dire*. ¶ *Apud vosipsos*, ἐν ἑαυτοῖς. id est ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, vt interpretatur Marcus cap.28. ἑαυτοῖς enim hoc loco est secundæ personæ: & ἐν præpositionem in hoc genere dicendi Latini interpretantur Apud. Possemus tamen conuertere *Inter vos*, id est ἐν ὑμῖν, vt loquitur infrà cap.20.26, & alibi sæpe: quia præpositio ἐν idem quoque valet apud Græcos quod Inter apud Latinos: vt infrà cap.11.11, ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, id est *inter genitos ex mulieribus*. Sed prior illa expositio mihi magis arridet. Vulgata & Erasmus sæpe conuertunt, *Intra vos*: quod non modò non est Latinum (vt opinor) sed etiam obscurum. ¶ *Etiam ex lapidibus*, καὶ ἐκ τῶν λίθων. Coniunctionẽ καὶ magnam hoc loco vim habere, & non incommodè à nobis expressam esse, nemo (vt opinor) dubitabit. Eam autem addidimus, vetusti exemplaris fidem sequuti, & Theophylacti Romæ excusi. ¶ *Excitare liberos*, ἐγεῖραι τέκνα. Vulgat. *Suscitare filios*. Erasmus, *Facere vt surgant filij*. Ego caussam non video cur vtar periphrasi, quum ἐγείρειν propriè sit transitiuum, Deinde τέκνον, id est prolis nomen, seu liberorũ, latius quàm filiorum patet. quod semel annotatum volui, quũ idem infinitis penè locis occurrat.

---

10 Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

10 ‖ Iam verò etiam securis ad radicem arborũ posita est. Omnis igitur arbor non ferens fructum bonum, exciditur, & in ignem abiicitur.

10 *Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur.*

Inf.7.19.
Ioan.15.6.

11 Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν. ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.

11 ‖ Ego quidẽ baptizo vos aqua ad resipiscentiam: is verò qui ponè me venit, validior me est, cuius non sum dignus qui soleas portem: ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igne.

11 *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.*

Ne in signis quidẽ à Deo salutis nostræ caussa institutis vel in eorũ administris hærẽdũ est, sed assurgendũ est ad rẽ ipsam, id est ad Christum intus suâ vnius vi efficientem quod externius figuratur.
Mar.1.8.
Luc.3.16.
Ioan.1.26.
Act.1.5. & 11.16. & 19.4.

---

10 *Iam vero etiam*, &c. ἤδη δὲ καὶ. Apparet Veterem interpretem & Erasmum in annotationibus legisse γάρ: quod etsi malè non conuenit, tamen nullius exemplaris vetusti authoritate legimus confirmatum. ¶ *Abiicitur*, βάλλεται. Obseruanda est emphasis temporis præsentis, vt iudicium Dei non tanquam futurum procul demonstret, sed veluti iam præsens oculis subiiciat. Itaque non probo Castellionis interpretationem, qui conuertit, *Excindenda est, & in ignem iniicienda*. Erasmus & Vulgata, *Mittitur*: quæ significatio etiam huic verbo conuenit, sed tum præcipuè quum de telis agitur, quæ ob eam etiam causam missilia dicuntur. Itaque verbum delegi quod maiorem rei inutilis contemptum declarat: composito tamen vsus pro simplici, sicut in Hebræorum scriptis facere sæpe necesse est. Infrà Erasmus, ca. 5. vers.13. conuertit βληθῆναι, *vt proiiciatur*.

11 *Ego quidem baptizo*, ἐγὼ μὲν βαπτίζω. Vel (si vetustum quoddam exemplar sequaris, in quo scriptum est, μὲν οὖν) *Ego igitur baptizo*. Significat autem τὸ βαπτίζειν Tingere quũ ἀπὸ τοῦ βάπτειν dicatur, & quum tingenda mergantur, Madefacere & Mergere. & à verbo δῦναι differt quod Profundum petere & submergere declarat, vt ex illo veteris oraculi versiculo constat, Ἀσκὸς βαπτίζῃ, δῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστί, in quo hæc duo vt diuersa distinguuntur. Nec alia est significatio verbi עמד [*hamad*] quo vtuntur Syri pro baptizare. Iulianus, aduersus quem eruditissimos libros scripsit Augustinus, Perfundere interpretatus est: quam nouitatem Augustinus reprehendens, *Baptizandi verbum*, inquit, *ex GræcoLatina lingua sic habet, vt non soleat nisi in sacramento regenerationis intelligi*. Quãuis autem hoc meo quantulocunque labore sic omnes iuuare cupiam vt à me nullus offendatur, & ab inani λογομαχίᾳ tam certè abhorream quàm qui maximè: tamen hoc loco non possum dissimulare quorundam audaciam, quæ vtinam intra verba consisteret. Isti igitur (quorum princeps est Sebastianus Castellio) Baptizandi verbum, (quod quidem, si vocabulum ipsum spectes, respondet Hebræo טבל [*tabbal*] potius quàm רחץ [*rachatz*]) olim in nouo mysterio vsurpatum à sacris scriptoribus, tótque seculis postea omnium Ecclesiarum tacito consensu, huic vni sacramento consecratum, adeo vt in vulgaria etiam idiomata omnium penè gentium transierit, audent tamen temere immutare, vt Lauandi & Abluendi & Lotionis vocabulo, vsitata voce Baptizandi & Baptismi quasi eliminata & profligata, vtantur. Delicati certè homines, qui neque perpetua tot seculorum authoritate commouentur, neque quotidiana vulgi consuetudine in loquendo adduci possunt vt theologis licere putent quod cæteris artium magistris & professoribus omnes concedunt: hoc est, vt quæ longo vsu & optima fide possederint, tanquam sua retineat. Neque est eur aliquot veterum scriptorum authoritatem prætexant, veluti quòd Cyprianus Tingentes dixit pro Baptizantes, & Tertullianus quodam loco Christum Sequestrem pro Mediatore vocat. Nam quod illis veteribus quasi nouum erat, nobis vetus est: & iam tum ea ipsa vocabula quæ nunc vsurpamus, fuisse Ecclesiæ magis familiaria, & proinde illis ipsis magis placuisse, id conuincit, quòd admodum rarò deprehenduntur aliter loquuti. Verùm quid agas cum istis malis geniis, qui pro Angelis nobis fabricant Genios, & quibus religio est Christum Mediatorem appellare? Nam de Trinitatis verbo minimè (vt opinor) dubitant quin sit expungendum qui sese in Deum credere erubescunt profiteri. Sed age, confidentibus istis hominibus suam confidentiam relinquamus. ¶ *Aqua*, ἐν ὕδατι. Vulgata, *In aqua*. Præpositio addita est (vt annotat Erasmus) ex Hebræorum idiotismo, apud quos scilicet ב [*beth*] præpositio caussarum omne genus declarat. Itaque Lucas qui minus interdum videtur Hebraizare quàm reliqui tres Euangelistæ, præpositionem omisit, cap.3.16. Hoc autem annotaui, nequis in hac particula vim aliquam subesse putaret: quod ii videntur sibi persuasisse qui pueros non putant ritè baptizatos, nisi prorsus immergantur. ¶ *Ad resipiscentiam*, εἰς μετάνοιαν. id est, *vt resipiscatis*. Externum enim Baptismi signum eos admonebat de corrigenda vita: & ita quidem admonebat, vt insitionem in Christi corpus, quo vetus homo moritur, & nouus nascitur, verè & efficaciter in iis obsignaret qui Ioanni crederent. Vulgata, *In pœnitentiam*. Erasmus maluit conuertere *Ad pœnitentiam*. Illud constat, εἰς & πρὸς, id est, In & Ad, in hoc dicendi genere, eodem sensu vsurpari. Aristot. Eth.2, οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις εὖ ἢ κακῶς χαίρειν. Item lib.10, δοκεῖ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μέγιστον εἶναι τὸ χαίρειν οἷς δεῖ. Ex quibus exemplis apparet, rem eandem vtraque præpositione explicatam. Sic etiam Latini sæpissimè vtuntur præpositione Ad: vt quum dicunt aliquid conferre ad vitam beatè transigendam, & multa similia. Terentius verò dixit, Pisciculos emere in cœnam: & Quint. Vti re aliqua in argumentum. Sed videtur interdum præpositione Ad vel instrumentum vel caussa efficiens potius quàm finis significari. Itaque pro ratione eorum de quibus agitur, considerandum est vtra interpretatio magis conueniat: sicut infrà cap. 12.41, εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, nolim conuertere *In prædicationem*, sed *Ad prædicationem*. Neque verò hæc annotassem, nisi frequentissimè occurreret hæc loquendi formula. ¶ *Qui venit*, ὁ ἐρχόμενος. Vulgata, & Erasmus, *Qui venturus est*. Sed (ni fallor) Ioannes de re præsenti loquitur: neque venturum notat, sed eũ qui iam sit in via, atque adeò proximus, digito commonstrauit. Sed non temerè dixit ὀπίσω μου, id est ponè me, potius quàm μετ' ἐμέ, post me. Nã de Christo hîc agi certũ est, vt iam, quod ad personã ipsam attinet præsente, atque adeo tergo ipsius Ioannis imminẽte. Potest tamẽ hoc, ac deinde debet referri ad ipsum Christi mox prædicationis ministeriũ, & mediatoris munus aggressuri patefactionẽ: qua etiã ratione dixit βαπτίσει futuro tempore, potiùs quàm βαπτίζει. ¶ *Validior*, ἰσχυρότερος. i. δυνατώτερος. Vul. & Eras. *Fortior*, rectè quidẽ: sed tamen quia pro ἰσχύειν ferè dicere soleo Valere, ideo etiã ἰσχυρὸν Validũ potius quàm Fortẽ sum interpretatus.

¶ *Dignus*, ἱκανός. Erasmus, *Idoneus*. Atqui (ni fallor) non hic agitur quàm sit aptus aut accommodatus ad hoc officiũ præstandum, sed quàm dignus sit qui cum Christo comparetur. Alioquin ἱκανὸς alicui rei præstandæ parem significat: quo modo etiam Gallis dicuntur sufficientes, quorum non modò vires corporis aut virtutes animi sufficiant rei alicui præstandæ, sed etiam qui digni sint quibus aliquid committatur. Hebræi ad eundem modum vtuntur voce ראויים [*raujim.*] Latinis tamen haud satis scio an Sufficiens hac significatione vsurpetur: itaque conuerti tanquam ἄξιος scriptum esset, Veterem interpretem sequutus tum hoc loco, tum etiam infrà 8.8, & 1.Cor.15.9. quo modo etiam hæc duo inter se permutantur, Luc.7.4.& 6. & ita etiam Syrus interpres pro ἱκανὸς vertit שוא [*Schâue.*] Alibi verò (vt Colos.1.12.& 2.Cor.3.5.) idoneum dicere malui. Sic etiam Herodianus, ἱκανώτατος ἦν πάντων ἀνθρώπων ὑποκρίνασθαι τὴν εὔνοιαν, *Omnium hominum erat aptissimus ad simulandam beneuolentiam.* ¶ *Soleas*, τὰ ὑποδήματα. Sic Græci vocant quæ Latini soleas, quibus plantæ pedis duntaxat obteguntur, nisi malimus sic in genere calceos interpretari, quod infrà, ad pedes videlicet, alligentur: (vnde illud Maronis, *Tyrrhena pedum vincula*) vt διαδήματα & ἀναδήματα dicebantur capiti alligata. Est autem prouerbiale hoc dicendi genus, vsurpatum etiam à Dauide Psal.60.10, quo vilissimum ministerium significatur: ortum (vt opinor) à consuetudine Iudæorum, qui aduenientium hospitum pedes lauare consueuerant, regione nimirũ calidiore (quod ex variis locis intelligimus,) atque etiam sanctiorem aliquem locum ingressuri, calceos ponere. Itaque Mosen & alios aliquot iubet Dominus, cum illis colloquuturus, calceos exuere: accommodans sese (vt opinor) ad eius gentis ritum & consuetudinem. Hodie quoque Turcis hunc morẽ esse ferunt, vt domos ingressuri, calceos exuant: sicut olim facere consueuerant qui erant accubituri. ¶ *Portam*, βαστάσαι. Hoc loco βαστάζειν simpliciter idem valet quod φέρειν, quum propriè de magnis oneribus dicatur, sicut Latinis Baiulare. Lucas habet λῦσαι τὸν ἱμάντα, *soluere lorum solearum ipsius*. cuiusmodi est Ouidianum illud, *Vincla duæ demunt pedibus*. vt βαστάσαι possit fortasse conuerti Sustinere, sicut sustinet pedem & calceum aliquis eius cui calceos exuit. ¶ *Spiritu sancto*, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Rursus nobis abundat præpositio, quæ ex Hebræorum idiomate addita est. Adiungunt enim isti præpositionem casui instrumenti, item propriis nominibus locorum, alia ratione quàm vel Græci vel Latini. Per Spiritum autem sanctum, si dicamus hîc distingui baptismum interiorem & spiritualem ab exteriore, qui est illius signum Sacramentale hoc loco intelligenda fuerit vis & efficacia Christi nos viuificantis & sanctificantis, quę per Spiritum sanctum credentibus insinuatur, sicut exterior baptismus testatur. Ignis autem nomen fuerit aquę oppositum: vt sciamus vim quandam igneam & spiritualem nobis illustrandis & purgandis per baptismi aquam (elementum videlicet sordibus eluendis aptissimum) efficacissimè repręsentari. ¶ *Et igne*, καὶ πυρί. Hoc deest in nonnullis vetustis codicibus, vt etiam obseruauit Erasmus. sed exprimitur apud Lucam, summo codicum omnium consensu: & ita citatur hic locus ab omnibus veteribus tum Græcis tum Latinis. Malè autem AEthiopes (quos hodie Abyssinos vocant) ignis vocem, quę hîc translatitiè accipitur, propriè intelligentes, igne baptizatos imurunt; vt superstitiosè pontificij cereos accensos baptismi ritui adiecerunt. Melius Græci, qui φωτισμὸν baptismum ab effectu appellarunt. Videtur verò hic ignis, purgans & illustrans hominum mentes, illi pœnarum igni sempiterno opponi, cuius superiore versiculo mentionem fecerat. Sed fallor ego, aut baptismus hic Spiritus sancti & Ignis qui hîc promittitur, metaphoricè vocatur illa missio Spiritus sancti, quæ die Pentecostes exhibita fuit Apostolis, duplici adhibito symbolo, venti videlicet vehementis, & linguarum ignearum: illo quidem Spiritum sanctum commodissimè repræsentante: istis verò vim illam prædicationis Euangelicæ, in illustrandis & purificandis mentibus aptissimè designantibus, & collata dona illa mirifica Spiritus sancti in eos quibus post baptismum aquæ imponebantur manus. Huc enim expressè applicatur hic ipse locus Act.1.5.& quod à Petro Actor.11.16. & à Paulo Actor.19.4.& 6. dicitur: quod etiam spectat quod scribitur Act.8.15.& 17.& Gal.3.2.& 5.

Luc. 3.17. Impiorum triumphi sempiterno cruciatu terminabũtur.	Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.	12	‖ Cuius ventilabrum *est* in manu sua, & *qui* perpurgabit areã suam: & congregabit triticum suum in horreum, paleam autem exuret igni inextincto.	12	*Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & cõgregabit triticum in horreũ suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.*
Mar.1.9. *Luc.3.21.* *Ioa.1.31.* Christus nostrũ baptismũ in sese sanctificat.	Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.	13	‖ Tunc aduenit Iesus à Galilæa ad Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.	13	*Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.*
	Ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων, Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;	14	At Ioannes obnixè prohibebat eum, dicens, Mihi opus est vt à te baptizer, & tu venis ad me?	14	*Iohannes autẽ prohibebat eum, dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?*
	Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτόν, Ἄφες ἄρτι. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. τότε ἀφίησιν αὐτόν.	15	Respondens autem Iesus dixit ad eum, Omitte *me* nunc. ita enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc omittit eum.	15	*Respondens autem Iesus dixit ei, Sine modò. sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum.*

12 *Cuius ventilabrum* [*est*] *in manu ipsius*, οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. id est, Qui manu gestat ventilabrum. Additum enim relatiuum sequente antecedente, satis indicat Hebręã esse phrasin. quod magis etiam apparet ex hac lectione quã sequitur Iustinus Martyr πρὸς Τρύφωνα, Οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Id est, ad verbũ, *Cuius ventilabrum eius in manu eius*. Est autem ventilabrum, non vannus (vt nonnulli putarunt) quem Greci λίκνον appellant, sed pala, quam etiam Gallico nomine vocamus, *vne pale*, quomodo etiam hunc locum conuerterunt, Tertull. de fuga, Cyp. epist. 51, & August. in Psal. 92. Qui verò ventilatorem pala vtentem ipsis pene oculis depictum potius quàm descriptum volet intueri, legat Homeri versus hac de re Iliad. [illegible] ¶ *Perpurgabit*, διακαθαριεῖ. Id est, Omnino purgabit. nam hęc est vis præpositionis διά. Eras. *Repurgabit*. ¶ *Exuret*, κατακαύσει. Vulgata, *Vret*. Eras. rectè addit præpositionem, quę declarat totam [illegible] exurendam. ¶ *Inextincto*, ἀσβέστῳ. id est, qui extingui nunquam potest, sicut inaccessus locus, quò accedi non potest.

14 *Obnixè prohibebat*: διεκώλυεν. verbis videlicet vrgendo ne id faceret. Vulgata & Erasmus *Prohibebat*. Addidi aduerbium, ad vim prępositionis διὰ exprimendam: quę certè nõ debuit prætermitti. ¶ *Necesse habeo*, χρείαν ἔχω. Vulgata, *Debeo*. id est ὀφείλω. Erasmus, *Mihi opus est*: qua interpretatione minus quidpiam quàm illa significari, declarat illud Ciceronis ad Lentulum, *Legem Curiatam consuli ferre opus esse, non necesse esse*. ¶ *Et tu venis ad me?* καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; Vide Mar.4.13.

15 *Respondens*, ἀποκριθείς. Ex hoc verbo & oratione Christi perspicuũ est, Ioannem & oratione & manu conatũ fuisse Christi propositũ impedire, singulari tamen vtrinque modestię exẽplo. ¶ *Omitte* [*istud*] ἄφες. Vulg. *Sine*. Et paulo pòst, ἀφίησιν, *dimisit*. Erasmus, *Omitte*, id est, desiste prohibere ne abs te baptizer. Non enim sese à Ioanne missum fieri volebat Christus, sed baptismum suum nolebat impediri, & sic

sic intelligendum est, quod mox sequitur. ¶ *Nunc*, ἄρτι, Vulg. *Modò*. Idem hîc valet ἄρτι, quod εἰς τὸ παρόν. id est *in præsens*: alioqui significat πρὸ ὀλίγου, & tempus preteritum notat. Vide infrà, 26.29. ¶ *Implere*, πληρῶσαι. Erasmus, *Vt compleamus*: quasi subaudiatur ὥστε. Ego verò puto cum illo πρέπον ἐστὶν esse iungendum. ¶ *Omnem iustitiam*, id est omnia nobis in nostro munere fungendo mandata. Missus enim erat Ioannes, vt aqua baptizaret exteriùs, at non Christus, vtpote interioris auctor. Ioan.4.2. Sed adiiciendum tamen est, Christum non sui, sed nostri causâ fuisse tum circumcisum tum baptizatum. Omnis enim circumcisionis Patrum fructus à Christo circumcidendo & nostri baptismi vis ab eodem baptizato nititur, qui propter nos legis onus subiit. Quanuis autem Christus hoc loco generaliùs de omni iustitia implenda sit loquutus, quasi de munere Ioanni & sibi communi, accuratè tamen distinguendũ est, quod Christus perfectissimè pro nobis prestitit, vt nos ab vtriusque nempe & moralis & ceremonialis legis violatæ maledictione liberaret, Gal.4.4. & 5. ab eo quod Ioannes pro viribus præstitit, vt iniuncto sibi muneri satisfaceret.

Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ, ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν.	16	Et baptizatus Iesus ascendit statim ex aqua: & ecce, aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei descendentẽ quasi columbam, & venientem super ipsũ.	16	*Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua: & ecce, aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super ipsum.*	Christi plena cõsecratio & initiatio ad Mediatoris munus, Patris ipsius voce & visibili S. Spiritus symbolo declaratur.
Καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.	17	Et ecce, vox *adfuit* è cælis, dicens, ‖ Hic est Filius ille meus, dilectus ille, in quo acquiesco.	17	*Et ecce vox de cælis, dicens, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*	*2.Pet.1.17.* *inf.17.5.*
Κεφάλαιον δ.		CAP. IV.		CAP. IV.	
Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου.	1	TVnc Iesus subductus fuit in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.	1	*TVnc Iesus ductus est in desertũ à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.*	*Mar. 1.12.* *Luc.4.1.* Christus omnibus modis tẽtatus, semper victor euadit, vt & nos ipsi, virtute eundẽ hostẽ superemus.
Καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα	2	Et quũ ieiunasset dies quadraginta	2	*Et quũ ieiunasset quadraginta*	

16 *Ei*, αὐτῷ. Ioanni scilicet. nouam enim periodum incipio ab his verbis, καὶ ἰδού. quanuis etiã ad Christũ hoc pronomen referri possit, si ἐπ' αὐτὸν accipias pro ἐφ' ἑαυτόν. i. *super se*, vt habent aliquot veteres codices Latini, & citat Augustinus. Sed in Græco sermone inusitata est hæc enallage. Certè non modò vtrique visum est hoc signũ, sed ipsi quoque circunstanti turbæ: quod sequens Patris cęlestis oratio satis declarat, & Lucas etiam cap.3.21.22, disertè narrat. Vtitur autẽ Matthæus singulari verbo εἶδε, *vidit*, propter Ioannem cui peculiariter fuerat ista visio promissa, Ioan.1.33. ex quo etiam colligitur Christum antea nõ fuisse Ioanni multum de facie cognitum, prouidente videlicet Deo nequid ex pacto geri inter Christum & Ioannem quasi coniuratos videretur. Fuit igitur Ioanni tunc diuinitus patefactũ, Christum esse ipsum qui ad ipsum accederet. quamobrem etiam recusat ipsum baptizare: & additũ posteà signum, quo magis cõfirmaretur Ioannes Iesum ipsũ Christũ esse. ¶ *Quasi*, ὡσεί, id est instar columbæ, seu fuerit duntaxat σχῆμα, siue (quod verius est) sicut vera & sensibilis fuit vox hæc qua se Pater patefecit, ita quoque vera fuit hæc columba ad hoc ipsum creata, vt esset verum Spiritus sancti plenissimè in Christi carnem, & quidem [illegible] effusi visibile symbolum.

17 *Filius ille meus*, ὁ υἱός μου. Vide infrà, 17.5. ¶ *Dilectus ille*, ὁ ἀγαπητός. id est, mihi charus. est enim ἀγαπητὸς nomen, vt etiam καλός, quæ pari ratione explicari Latinè non possunt. nec temerè repetitus est articulus. ¶ *In quo acquiesco*, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Vulg. *In quo mihi complacui*. Erasm. *In quo mihi bene complacitum est*. Cyprianus lib. 1. testimoniorum aduersus Iudæos, *bene sensi*, parum commodè. In hoc autẽ verbo explicando quàm variè multi se torserint, tum ex doctissimis Budæi commentariis, tum ex Eras. annotationibus intelligi potest. Ego paucis dicam quod sentio. Δοκεῖν idem valet quod sentire & existimare: à quo deductũ est εὐδοκεῖν, quod interdum casum habet adiunctum, atque idem valet quod Approbare. Quia verò quæ approbamus, illis quoque fauemus, inde factum vt etiam significet, Bene erga aliquẽ esse affectum. Rursus quia propensio ista animi ex eo nascitur quòd res aliqua planè nobis satisfacit, (necesse enim est vt iudicium præeat animi assensioni) idcirco idem quoque valet quod Conquiescere siue Acquiescere in re quapiã. [illegible]: sicut hoc loco accipitur. Significat enim Pater, Christum eum vnum esse, quem quũ intuetur, omnẽ in nos indignationem conceptã deponat. Itaque vnus est [illegible] & pacificator Christus. quod optimè intelligi poterit, si locus iste cõparetur cũ Exo.28.36. vbi summus sacerdos iubetur apparere in conspectu Domini, laminã preferẽs in vertice, in qua sculptum sit, SANCTVS DOMINI, vt (inquit) *Dominus placeatur ipsis*. Nam fuisse summum illũ pontificem, Christi æterni nostri pontificis typum, in Epi. ad Heb. copiosè declaratur. Syrus autem interpres voce vtitur ab Heb. verbo צבא [*tsaua*] deducta, quod Chaldęis etiam declarat Placere & Iucundum esse. Oritur autem à verbo εὐδοκῶ verbale εὐδοκία, frequẽter in nouo Testamento repetitũ: cuius significationes ad thema sunt exigedę, atque ad id de quo agitur accõmodandæ. Quòd autem præteritũ conuertimus per præsens, nemo (vt opinor) mirabitur, qui vel Psalmorũ lectioni assueuerit. Sed & hoc modo Grecos interdũ loqui, vel illud Demost. [illegible] ostendit, Οἰκοδομῆσαι τοὺς προγόνους ταῦτα τὰ δικαστήρια ὑπείληφα, i. *Maiores nostros existimo istas curias ædificasse*. Quanquã hîc etiã potest retineri significatio preteriti perfecti, vt declaret Pater se iam esse in Filio hominibus reconciliatum. Alludit autem manifestè ad locum Es.42.1.

IN CAPVT IIII.

1 *Subductus fuit*, ἀνήχθη. Præpositio ἀνὰ idẽ hîc valet quod ἄνω. i. sursum, sicut Budæus existimat. quod si verũ est, habita fuit ratio situs deserti, vt sunt ferè montes deserti & inculti. quo modo etiã accipitur idẽ verbũ Luc. 4.5. Nihil tamen impedit quominus ἀνὰ pro χωρὶς vel ἀπὸ accipiatur, vt veritas, *Abductus fuit*. i. ἀπήχθη: vel *seductus*. i. seorsũ deductus: sicut vsurpauit Cic. Epist. ad Att. lib.5. *Quũ hæc disseruissem*, inquit, *seducit me Scaptius*, & sic explicare malo quàm pro simplici ἤχθη, *Ductus est*, cum vetere interprete. Videtur enim quasi repentè post hanc visionẽ abreptus fuisse in desertum inaccessum: turba quæ hęc è cęlis audiuerat, alioquin, vt probabile est, eũ intẽpestiuè sequutura: qua etiã occasione rumor de hoc facto repentè refrixit, Christo tãto tẽpore nusquam apparente. ¶ *A Spiritu*, ὑπὸ τοῦ πνεύματος, videlicet sancto, qui etsi non fuit hypostaticè Christi carni vnitus, nunquam tamen à Filij persona nec Patris fuit separatus, & qui preterea, quod ad [illegible] attinet, fuit in Christi carnẽ plenissimè effusus. Cur igitur, inquiet aliquis, Euangelista hoc exprimendum putauit? Nempe vt sciamus nostrum hunc Mediatorem mox suum illud munus inter homines aggressurum, non temerè sese in desertum extra hominum conspectum recepisse, nec velut nunquam rediturum: sed vt ibi cum Satana ipso congressus, posteà quasi nouus homo apparens, non Legis illius tabulas quę nos occidit, sicut olim Moses, cælitus referret, sed vt noui fœderis promissi promulgator & exhibitor fieret.

¶ *A Diabolo*, ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Sic dicitur impurus ille Spiritus qui Deũ apud Adamũ impudentissimè calũniatus, quasi homini inuidentẽ, nos in mortẽ præcipites dedit. quũ enim τὸ διαβάλλειν propriè declaret traiicere, ad criminationes presertim iniustas hęc vox est trãslata, quibus veluti venenatissimis telis boni transfiguntur. quam metaphorã sæpe explicat Dauid in Psalm. Syriaca verò interpretatio אכל קרצא [*Acal Karetza*] id est promulgatorẽ obtrectationis, idem prorsus, nempe falsum criminatorem publicum, declarat, vt differat ab eis qui ψιθυρισταί, id est susurrones, dicuntur. Sed quũ hæc vox, vt & Satanæ nomen, quo significantur.

catur Aduersarius, nusquam in sacris literis numero plurali vsurpetur: dubium non est, quin ita impurissimus quispiam inter cæteros Spiritus designetur, cui tanquam principi subiiciantur tanquam ipsius administri. Vt Matth. capite 25. 41. qui dæmones & dęmonia vocantur, quem locum vide.

τας καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε.
3 Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων εἶπεν, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.
Deut. 8.3. 4 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, Γέγραπται, Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ.
5 Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ,
Psal. 91.11. 6 Καὶ λέγει αὐτῷ, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω. γέγραπται γὰρ, Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.
Deut. 6.16. 7 Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πάλιν γέγραπται, Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.

draginta & noctes quadraginta, postea esuriit.
3 Et accedens ad eum tentator, dixit, Si Filius es Dei, dic vt isti lapides panes fiant.
4 At ille respondens, dixit, Scriptum est, ‖Non solo pane viuet homo, sed ex quouis verbo prodeunte per os Dei.
5 Tunc assumit eum diabolus in sanctam vrbem, & statuit eũ super pinnas templi:
6 Dicitque ei, Si Filius es Dei, deiice teipsum deorsum. nam scriptum est, ‖Angelis suis pręcipiet de te, & ipsi attollent te in manus, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.
7 Dixit ei Iesus, Vicissim scriptum est, ‖Non tentabis Dominum Deum tuum.

draginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.
3 *Et accedens tentator dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.*
4 *Qui respondens dixit, Scriptum est, Non in solo pane viuet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.*
5 *Tũc assumpsit eũ diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi:*
6 *Et dicit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, Quia angelis suis mãdabit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.*
7 *Ait illi Iesus, Rursũ scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.*

3 *Tentator*, ὁ πειράζων. Tentare hoc loco ponitur in vitio pro insidiosa ad malũ impulsione, quod Satanę & malorum proprium est: vt Iacobi 1.13. Generalius enim est δοκιμάζειν quàm πειράζειν, id est, explorare quàm tentare: quod posterius tum in vitio ponitur in sacris literis, tum etiam in laude, vt quum tentasse Abrahamum dicitur Dominus, Gen. 22.1. & Psal. 26.2, & 2. Cor. 13.5. Sed & in vitio ponitur, pro Temerè, vel per incredulitatem Deo abuti, vt sępissimè in Psalmis dicitur: vnde Massæ & Meribæ appellationes Exod. 17.7. Hæc est igitur altera nota impuri Spiritus, quòd sit πειραστὴς, id est insidiosus explorator. ¶ *Si filius Dei es*, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ. Non additur articulus, & constat filiorum Dei appellatione generaliter intelligi dignitate aliqua insigni diuinitus ornatos. Immò qui Matth. 27.54. Filius Dei à Centurione prædicatur, simpliciter dicitur δίκαιος Luc. 23. 47. Immò verisimile non est, Satanam quantumuis impudentissimè improbum, si Christi δύναμιν illam ὁμούσιον tunc agnouisset, hoc sermone vsurum fuisse. Etsi enim Prophetias & Daniells hebdomadas, & superius narrata non ignorabat veterator, tamen tam sublime est & incõprehensibile istud hypostaticæ filij Dei ἐνσαρκώσεως mysterium, vt ante ipsius resurrectionem quæ fuit ipsius Deitatis irrefragabile τεκμήριον, Actor. 13.36. & Rom. 1.16. à non ita multis enucleatè cognitum. quò spectat Apostolus Rom. 16.20. & Heb. 10.19, adeò vt Petri confessio peculiari cuidam gratiæ tribuatur, Matth. 16.17. & 20. quod etiam arguit Thomæ incredulitas. Diuinissimus igitur & præstantissimus homo tunc fuit à discipulis etiam suis cognitus & habitus, & ex Propheticis scriptis, & ex ipsius operum conspectu, & non statim θεάνθρωπος, vt hoc quoque ipsum Satanam latere potuerit. ¶ *Dic*, εἰπέ. vel, vt Erasmus, *Iube*, id est, κέλευε. Nam quũ Deus quippiam dicit, etiam imperat: quò etiam respexit Satan, minimè videlicet ignorans mũdum ipsum totum solo Dei mandato extitisse. Hebræis quoque verbum אמר [*Amar*] quod respondet τῷ εἰπεῖν, vtrunque significat, nempe & dicere & iubere.

4 *Prodeunte*, ἐκπορευομένῳ. Vulgata, *Quod procedit*. Erasmus, *Quod egreditur*. Ego causam non video cur repudietur participium. ¶ *Per*, διά. Hebræa simpliciter habent על־כל־מוצא פי יהוה [*Hal-kol-motza pi Iehoua*] de omni exitu oris Dei. Id est, omni eo quod ègressum fuerit ex ore Dei, siue, quod Deus constituerit & decreuerit. Itaque apparet Græcos sententiam non verba interpretatos. Sensus autem est, homines non viuere ex solis causis physicis, quum Deus non sit illis adstrictus, quod Stoici somniabant: vt potuit etiam ex Mosis & Helię exemplis patere. Illud Christus innuit, Satanæ impudentiam acriter carpens, ipsius fame abutentem.

5 *Assumit*, παραλαμβάνει. Hoc loco παραλαμβάνειν declarat acceptum transferre, vt paulò pòst versu 8. Itaque Lucas capite 4, eandem historiam narrans, maluit vti verbo ἀνάγειν. Est autem hic idiotismus Hebręorum, apud quos sæpe posito vno verbo intelligitur consequens, vt dicemus intrà, 13.43, & Mar. 8.11, Luc. 3.7. & 21.38. ¶ *Pinnas*, πτερύγιον. Vulgata & Erasmus, *Pinnaculum*, barbarè. Sic autem vocat Matthæus ambitum quo planum templi tectum ambiebatur, nequis inde posset decidere, sicut cautum erat Deut. 22.8.

6 *Deiice teipsum*, βάλε σεαυτόν. Vul. *Mitte te*. de qua interpretatione suprà diximus cap. 3.10. Eras. *Precipita te*: audacius fortasse, quanuis sensum expresserit: nisi cũ verbo cõiungas particula κάτω, *deorsum*, pro quo Tertul. aduersus Praxeam legit ἐντεῦθεν, *hinc*. ¶ *Et* [*ipsi*] καί. Euangelista nõ recenset singula Dauidis verba. prætermisit enim membrũ vnũ, & particula καί addidit. Ideo inserui pronomen, vt magis perspicua fieret sentẽtia. ¶ *Attollẽt te in manus*, ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, i. *te manibus gestabũt*. Nã ἐπὶ præpositio, id est על [*hal*] quã Eras. omisit, minimè redundat: & τὸ αἴρειν hîc nõ declarat iacentẽ subleuare, sed aliquid in manibus ferre & gestare: ducta significationis origine ab iis qui onus aliquod gestaturi, attollunt in humeros: quamobrem etiam *In manus* malui interpretari, quàm *In manibus*. ¶ *Nequãdo*, μήποτε. Vul. *Ne fortè*. Atqui nullus hîc fortunę locus. & hãc interpretationẽ plurimis locis rectè emendauit Eras. ¶ *Offendas*, προσκόψῃς. Sic vulg. interpretatio, quã miror hoc quidem in loco ab Eras. repudiatam, quum in Luca, ca. 4, retinuerit. Nã preterquam quod ex aduerso respõdet Greco verbo, est etiam Latina oratio: quũ Quintilianus dixerit ex Cicer. *Caput offẽdere ad fornicẽ*: & Columella, *Cornu ad stipitẽ offendere*. Eras. *Impingas*. Gręci προσκρούειν ferè dicunt, vt in illo senario, δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν προσκρούειν λίθον. & προσκρούσματα, offensiones animi ex quibus tandẽ odia nascuntur. Demosthenes vocat orationẽ κατὰ Κόνωνος. ¶ *Vicissim*, πάλιν, id est, ἀνάπαλιν: nec enim ad verbũ ἔφη referri potest hæc particula, vt putauit Erasm. repugnante omniũ codicũ lectione, aliter distincta. Christus autẽ non opponit hos duos scripturæ locos vt repugnãtes, sed sic inter se confert, vt falsam illius interpretationẽ ex alterius collatione conuincat: ex quo docemur qua ratione sit falsis scripturę explicationibus occurrendũ, Satana per os hęreticorũ loquente. ¶ *Tentabis*, ἐκπειράσεις. Compositũ pro simplici accipiendũ. τὸ πειράζειν autẽ paulò antè diximus de insidiosa exploratione dici, qua vtuntur etiã aduersus Deũ, qui vel diffidẽtia promissionũ ipsius volũt experiri an possit quę promisit, præstare, vel minas ipsius aspernati, callidè explorant an seriò loquatur. Futurũ autẽ Indicatiui pro Imperatiuo positũ est, Hebręorũ more: quasi dictũ esset, *Ne tentato*. Prohibitiones enim Hebræi per futurum concipiunt.

8 Πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν.
9 Καὶ λέγει αὐτῷ, Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι.
10 Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε Σατανᾶ. γέγραπται γὰρ, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.
11 Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος· καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.
12 Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.
13 Καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲθ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ.
14 Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος,
15 Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν·

8 Rursum assumit eum diabolus in montem sublimem valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.
9 Dicítque ei, Hęc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me.
10 Tunc dicit ei Iesus, Abi Satana. scriptum est enim, ‖Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles.
11 Tunc missum fecit eũ diabolus: & ecce, angeli accesserunt, & ministrabant ei.
12 ‖Quum audisset autem Iesus Ioannem traditum esse *in custodiam*, regressus est in Galilęam.
13 Et derelicta Nazareth, venit & habitauit in Capernaum *vrbe* maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim.
14 Vt impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem,
15 ‖Terra Zabulon & terra Nephthalim, *ad* viam maris secus Iordanem, Galilęa Gentium:

8 *Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.*
9 *Et dicit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.*
10 *Tunc dicit ei Iesus, Vade Satana: scriptum est enim, Dominum Deũ tuum adorabis, & illi soli seruies.* Deu. 6.13. & 10. 20.
11 *Tunc reliquit eũ diabolus: & ecce, angeli accesserũt, & ministrabãt ei.*
12 *Quum autem audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam.* Mar. 1.14. Luc. 4. 14. Ioan. 4. 43.
13 *Et relicta Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capernaum maritima, in finibus Zabulon & Nephthali.*
14 *Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam,*
15 *Terra Zabulon & terra Nephthali, via maris trans Iordanem, Galilæa Gentium:* Esa. 9.1.

Cessante præconis voce, sese pateficiẽs Dominus, plenã lucẽ infert mũdi tenebris, gratuitã peccatorũ remissionẽ resipiscẽtibus offerens.

8 *Ostendit*, δείκνυσιν. Videtur Latinum Indicare à Greco ἐνδεικνύειν sumptum: itaque mihi magis placet quàm Monstrare, vel Commonstrare: sed spectandum quid cui loco conueniat. Nazianzen. oratione in sanctum Baptismum scitè istas tentationes ad tria refert capita, quæ spectent etiam nobis aduersus eundem hostem subeunda certamina: nempe ad penuriam, animi elationem, & auaritiam.

10 *Abi*, ὕπαγε. Octo vetusti codices additum habent ὀπίσω μου, *ponè me*. quod videtur ex aliis locis additum. Vide Mar. 8.33. Idem autẽ hîc valet ὕπαγε atque ἄπαγε, quo verbo vtuntur etiam Latini, & sic etiam loquitur Aristophanes. Citatur hic locus à Tertull. aduersus Gnosticos, vbi etiã addit, *Scandalum mihi es*, ex Matth. 16.23. ¶ *Ipsum solum*, αὐτῷ μόνῳ. Hęc particula exclusiua non adiicitur in Mosis contextu Deuter. 6. 13, & 10. 20. Sed includitur in pronomine emphatico αὐτῷ, *ipsi*: vt Psalm. 2.6, pronomen σὺ alios omnes filios Dei vocatos excludit. deinde ex aliorum etiã locorum collatione intelligitur, vbi scribitur, *Non habebis alios deos*, & *Deus tuus, Deus vnus est*. Simili ratione dicimus nos sola fide iustificari, addita exclusiua ex eo quod addit Apostolus χωρὶς ἔργων, *absque operibus*. ¶ *Coles*, λατρεύσεις. Constat non tantùm ex Græcis Grammaticis, verùm etiam ex sacris scriptis, ac præsertim Apocal. 22.3. nomine δουλείας etiam comprehendi λατρείαν: vsus tamen obtinuit, vt λατρεία in his libris pro cultu sacro, & vni Deo debito vsurpetur, quasi cum peculiari reuerentia coniuncto, quo & corpus & animus Deo vni sese totum vt αὐτοκράτωρ consecrat, tum interiore, tum externo cultu, etymo (vt volunt Grãmatici) à λα particula αὐξητικῇ & verbo τρεῖν quod tremere significat deducto: & sic quoque voces istę Colere & Cultus quandam peculiarem venerationem includunt. Perperam igitur, & inscitè quoque recepta fuit religiosi cultus distinctio in λατρείαν, δουλείαν & ὑπερδουλείαν, quum potius cultus & reuerentia, quæ ab inferioribus debetur superioribus, & aliqua ratione præstantioribus, distinguenda fuerit in eam quę merè ciuilis, id est ad huius vitæ, & externa illa spectat, & religiosam adorationem, siue cultum vni Deo, sine vlla prorsus distinctione debitum.

11 *Missum fecit*, ἀφίησιν. Victus nimirum in illa lucta, & abscedere iussus ab eo cui parere quantumuis inuitus tenebatur. Abiit tamen, etsi nunquam simili certamine Christum tentaturus, tamen omnia aduersus illum per addicta sibi mancipia moliturus. Ioan. 12.31, & Luc. 22.2. donec ipse sibi vltimam crucem figeret.

12 *Traditum esse*, παρεδόθη, id est, in carcerem coniectũ esse. Subaudiendum enim est εἰς φυλακήν. Quod nos expressimus, vt planior esset oratio. Sic Cicero ad Quintum fratrem, *Hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradit*. ¶ *Regressus est*, ἀνεχώρησεν. id est, ἐπανῆλθεν. vel (vt Lucæ 2.39) ὑπέστρεψεν. Suprà etiam, cap. 2.12. dicuntur magi ἀναχωρῆσαι, id est ἐπαναστρέψαι. vt ἀνὰ idem hic valeat quod πάλιν. Alii conuertunt *Secessit*: quod occasionem præbuit hoc loco disserendi de persequutionis fuga. Sed si secedere volebat Christus vt Herodis tyrannidem vitaret, cur iret in Galilæam, quę erat in ditione Herodis Antipæ, ac non potiùs maneret in Iudæa, quæ iam erat redacta in prouinciam? Christus ergo persequutionis metu non secessit in Galilæam, vnde profectus erat vt baptizaretur à Ioanne: sed potius ad Galilæos statim accurrit, & ibi discipulos cœpit colligere, nihil veritus Herodis rabiem, donec Ioannem audiret interemptum, & Herodem sibi quoque minari. Nam tum demum secessisse dicitur εἰς ἔρημον τόπον infrà 14.13. Ideo Marcus simpliciter dixit capite 1. 14. ἦλθεν, & Ioannes ἀπῆλθεν, cap. 4.43. Neque tamen nego Christum suo tẽpore persequutionem vitasse, vt scribit Matthæus cap. 12.15, hoc eodem verbo vtens.

13 [*Vrbe*] *maritima*, τὴν παραθαλασσίαν. Hic sciendum est articulum non esse additum, vt distinguatur hæc vrbs ab alia eiusdem nominis, sed duntaxat ad ipsius vrbis situm exprimendum: vt sciamus Iesum patria expulsum non fugisse lucem, quum vrbs ista ad lacum sita multo celebrior esset quàm Nazareth.

15 [*Ad*] *viam maris*, ὁδὸν θαλάσσης. Vulgata, *Via maris*, sexto casu, vt opinor. Eras. *Iuxta viam maris*. id est, vergens ad mare, Galilęæ videlicet, id est, lacũ qui dicitur Tiberiadis & Genesareth. Subauditur autẽ κατὰ vel πρὸς, vt annotat Theophylactus. quæ eclipsis sanè dura est, Hebręis tamen satis familiaris. Sed apparet locum Esaię non esse integrum citatum ab Euangelista. Significatur ergo his verbis, ἡ παράλιος, id est ea portio Galilææ quæ est ad lacum Tiberiadis, in qua sitę sunt Capernaũ, Bethsaida & Chorazin, vrbes prędicatione Christi celeberrimę. ¶ *Secus Iordanẽ*, πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Vul. & Eras. *Trans Iordanem*, quę etiam propria est Græcæ vocis πέραν declaratio. Sed constat, habita Iudęę ratione, Galilæam vtranque esse cis Iordanem: vt planè τὸ πέραν respondeat Latinę voci *secus* in hoc significatu. Plin. lib. 24, cap. 15. *Nascitur secus fluuios, folio Populi*. Quintil. lib. 8. capite 2. *Conductus est cæcus, secus viam ferre*. Sic Hebræis עבר [*heber*] latus significat, quod vt aduerbialiter sumptum, non minus declarat citerius littus quàm vlterius: sicut in Deuteronomio frequenter dicitur de Mose, qui Iordanem nunquam traiecit. Quare videri potest hoc loco non tam de-

signari P[illegible]a, id est, Trans Iordanina regio, quàm ora & littus quod Iordanis alluit, vt aliis aliquot locis: Vide infrà 19.1. Quòd si quis tamen vrgere velit proprietatem Græci vocabuli πέραν, id est trans, dicam, quod etiam planius erit, vicinas & continuas quatuor regiones hîc designari, nempe tribum Zabulon, tribum Nephthalim, oram lacus vlteriorem: (id est, Peræam regionem, in qua sunt Chorazin & [illegible]areth, quas regiones frequenter Christus inuisit) de[illegible] etiam Galilæam Gentium, superiorem voca[illegible] quæ etsi aliqua ex parte comprehendat tribum Nephtalim, tamen ad tribum Aser potissimum pertinet, quæ maritima erat, & Tyri finibus vicina: quo etiam peruenit Christus, vt narratur infrà, cap. 15.21. Atque hoc modo ter repetendum erit vocabulum γῆ, terra: & copulatiuæ, per asyndeton omissæ, supplendæ fuerint: perinde acsi ita integrè scriptum esset, γῆ Ζαβουλὼν, καὶ γῆ Νεφθαλείμ, καὶ γῆ παρ' ὁδὸν τῆς θαλάσσης πέραν Ἰορδάνου, καὶ Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. ¶ Gentiū, ἐθνῶν. Hoc nomen retinuimus vt familiare sacris scriptoribus, quo vocabant Iudæi cæteros populos in Dei fœdere non cōprehensos. Sic autem dicta est Galilæa superior, non solùm quòd Tyriis & Sidoniis esset finitima: sed etiam propter viginti illas vrbes à Solomone datas Tyriorum regi, sicut refertur 1.Reg.9.11. Intellige igitur Galilæam & partes vicinas. Nonnulli tamen apud Esaiam גליל [ghelil] appellatiua significatione pro confinio accipiunt, quód גליל [ghelil] circuitum siue ambitū generaliter declaret. Sed quòd quidam interpretantur Galilæam gentium, quasi scrip[illegible] sit Galilæa עמים [hammim] ac si dicas Galilæa populosa, probare nullo modo possum: quanuis sic verterit Syrus interpres hoc loco.

16 Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.

Mar. 1.15.

17 Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν, Μετανοεῖτε. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Mar. 1.16. Luc. 5.2.

Christus de suo à nobis recessu aliquādo futuro maturè cogitās, iam ab ipsis initiis suę prædicationis, discipulos sibi diuinitus asciscit, pauperculos quidē illos & planè rudes, sed eorum quæ vidissent & audissent tātò minus suspectos testes futuros.

18 Περιπατῶν δὲ ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφοὺς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς)

19 Καὶ λέγει αὐτοῖς, Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων.

20 Οἱ δὲ, εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

21 Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφοὺς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν· καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς.

22 Οἱ δὲ, εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

23 Καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν ὁ

16 Populus positus in tenebris, vidit lucem magnam: & positis in regione & vmbra mortis, lux exorta est.

17 Ex eo tempore cœpit Iesus prædicare, & dicere, Resipiscite. appropinquauit enim regnum cælorum.

18 Ambulans autem Iesus ad mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui dictus est Petrus, & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare: (erant enim piscatores)

19 Et dicit eis, Sequimini me, & faciam vos piscatores hominū.

20 Illi verò statim omissis retibus sequuti sunt eum.

21 Tunc progressus illinc, vidit alios duos fratres, Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, in nauigio cum Zebedæo patre suo, sarcientes retia sua: & vocauit eos.

22 Illi autem statim omisso nauigio & patre suo, sequuti sunt eum.

23 Obiuit autem totam Galilæā

16 *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit luce magnam: & sedentibus in regione & vmbra mortis, lux orta est eis.*

17 *Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere; Pœnitentiam agite. appropinquauit enim regnum cælorum.*

18 *Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonē, qui vocatur Petrus, & Andreā fratrē eius, mittentes rete in mare: (erant enim piscatores)*

19 *Et ait illis, Venite post me, & faciā vos fieri piscatores hominum.*

20 *At illi cōtinuò relictis retibus sequuti sunt eum.*

21 *Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos.*

22 *Illi autem statim relictis retibus & patre, sequuti sunt eum.*

23 *Et circumibat Iesus*

16 *Positus*, ὁ καθήμενος. id est, qui versabatur. Vulga. *qui ambulabat*. Ita enim habent Hebræa. Sed in quibusdam codicibus Latinis legimus *sedebat*. ¶ *Positis*, καθημένοις. Vulgã. *Sedentibus*. Erasmus, *Qui sedebant*. Nam hoc quoque significat Grecum vocabulum. Sed Sedere ex Hebręorum idiomate hîc ponitur pro Habitare & Incolere. quà significatione non memini legere hoc verbum apud idoneos auctores, quanuis Latini sedem domicilium vocent. ¶ *Vmbra mortis*, σκιᾶ θανάτου. Hebraismus, id est vmbrosa siue tenebricosa morte. Quanquam hîc צלמות [Zalmaueth] vnicum vocabulum est ex duobus conflatum, vt rectè annotat Erasmus.

17 *Ex eo tempore*, ἀπὸ τότε. Vulg. *Exinde*. Ad verbum, *Ex tunc*. id est (vt loquuntur Hebræi) מעת [meheth.] ¶ *Appropinquauit*, ἤγγικε. Erasm. *Instat*. id est ἐνέστηκε. quod non probo. Neque enim dicere voluit Christus, regnum cælorum non procul abesse, sed iam ad eos peruenisse. quamobrem etiā maluimus interpretari *Appropinquauit*, quàm *Appropinquat*. Alludit autem manifestè ad Es. 56.1.

18 *Ad mare*, παρὰ τὴν θάλασσαν. Hebraismus, pro lacu. ¶ *Qui dictus*, τὸν λεγόμενον. Vulg. *Qui vocatur*. id est, τὸν καλούμενον. Eras. *Qui vocabatur*. Atqui nondum ei cognomentū hoc inditum erat à Christo: sed sic iam tum illum voluit Euangelista ab altero Simone Cannita distinguere. ¶ *Iacientes*, βάλλοντας. Vul. *Mittentes*. Illud autem (vt magis propriū) sum amplexus: siquidem iactus retis Latinè quoque dicitur, sicut Græcè ὁ βόλος. ¶ *Rete*, ἀμφίβληστρον. Sic dictum ab ἀμφὶ & βάλλειν, quòd quū iacitur, in orbem complectatur ingens aquæ spatium. Est autem (opinor) retis species, quæ Gallis dicitur d'esprenier. καὶ γὰρ τοῦ (inquit Ruff. lib. 2. De appellationib. partium corporis humani) εἰς τὸ πλάτος ἀνευρύνεται, καὶ κοιλαίνεται. id est, *ex angusto in latū expanditur & incuruatur*. Nec illud est (meo iudicio) quod Latini *Verriculum* appellant. Itaque Vallæ interpretationē non recipio. Quæ fuerit autē huius retis forma, ex ea oculi parte rectissimè cognosci potest, quæ ab ea denominata est ἀμφιβληστροειδής. Sed huius vocis propriam appellationē apud Latinos non reperio. quare generis nomen retinui.

19 *Sequimini me*, δεῦτε ὀπίσω μου. Vulgat. & Erasm. *Venite post me*. pro quo dicere malim *ponè me*. Est autē δεῦτε propriè aduerbiū hortantis, sicut Hebraicū לכו [leku.] vt etiā non ineptè verti possit, *Agite ponè me* .i. adeste, sequimini me.

20 *Statim*, εὐθέως. Vulg. *Continuò*, συνεχῶς. Eras. *Illico*. id est [illegible]αυτίκα. ¶ *Omissis*, ἀφέντες, nempe nunquam pos[illegible] ad piscationem suam redituri, quam propriā esse volu[illegible]rammatici huius verbi notationem. Vulg. *relictis*, non satis expressè, sicut in Gallico nostro sermone magnum est discrimen inter *Laisser* & *Quitter*. Verbum autem ἀφιέναι non vnico Latino fuisse me interpretatum, non est quod quisquam miretur.

21 *Sarcientes*, καταρτίζοντας. Vulgata, *Reficientes*, ad verbū *redintegrantes*. nam ἄρτιον dicitur quod integrum est. Sed de hoc verbo plura Mar. 1.19, & Rom. 9.22.

23 *Obiuit*, περιῆγεν. Ad verbum, *Circumegit*. sed ἄγειν pro ire accipitur, vt alibi annotatū est. Circumagere verò à Latinis pro Circumducere accipitur. ¶ *Synagogis*, συναγωγαῖς, i. cœtibus & conuentibus sacris. Collegiorū autem nomen, quod Castellioni placuit, angustioris est significationis, vt ipsa verbi notatio declarat: neque Græco nomini respondet, quum hîc dicatur Synagoga locus ipse in quem conueniebant Iudęi ad audiendū Dei verbū. Sed illū fefellit nimirum, quòd sicut συναγωγὴ παρὰ τὸ συνάγειν, sic collegiū à colligēdo dici, falsò existimauit. Quū autē hoc nomē Iudęorū Ecclesiis factum sit peculiare, putaui omnino esse retinendum.

Ἰησοῦς διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.

24 Καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμονιζομένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.

25 Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας καὶ Δεκαπόλεως καὶ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

Κεφάλαιον ε.

1 Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

2 Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέγων,

3 Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

4 Μακάριοι οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.

Iesus, docens in synagogis ipsorum, & prædicans Euangeliū regni, & sanans quemuis morbum, & quemuis languorem in populo.

24 Et emanauit fama ipsius in totam Syriam: & obtulerunt ei omnes malè affectos, variis morbis & cruciatibus detentos, & dæmoniacos, & lunaticos, & paralyticos: sanauítque eos.

25 Et sequuta est eum turba multa à Galilæa ac Decapoli & Hierosolymis & Iudæa, & *regionibus* trans Iordanem *sitis*.

CAP. V.

1 Qvum vidisset autem turbam, ascendit in montem: & quum consedisset, adierunt eum discipuli eius.

2 Tunc aperto ore suo docebat eos, dicens,

3 Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnū cælorū.

4 Beati qui lugent: quoniam ipsi solamen recipient.

totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem languorē & omnem infirmitatem in populo.

24 *Et abiit opinio eius in totam Syriam: & obtulerunt ei omnes malè habentes, variis languoribus & tormētis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos: & curauit eos.*

25 *Et sequutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanum.*

CAP. V.

1 *Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem: & quum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius.*

2 *Et aperiens os suum, docebat eos, dicens,*

3 *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.*

4 *Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.*

Christus corporales morbos sanans, spiritualē & salutifica sua virtutē in animis credētiū obsignat.

Christus docet summū bonū in huius vitæ cōmodis & rebus secundis positū non esse, sed in cælo esse repositū iis qui vt à reliquis miserabiliter & modis omnibus ideò vexātur quòd nolint eorū mores imitari, nihilominus in Dei volūtate spōte acquiescunt, & quibusuis prodesse student.

Luc. 6.20.
Luc. 6.21.
Esa. 61.[illegible]

¶ *Ipsorum*, αὐτῶν. Galilæorum videlicet, quod tamē non præcessit. ¶ *Regni*, τῆς βασιλείας. id est, annuntians felicē illū nuntium regni Messię tandiu expectati. Quòd ergo *Euangelium regiū* cōuertit Castellio, obscurū est, atque etiā (vt dicā quod sentio) parum appositū. ¶ *Sanans*, θεραπεύων. Admonet Eras. eruditè, τὸ θεραπεύειν impropriè hîc vsurpari, quū apud medicos significet propriè pharmacis, manu, aut victus ratione sanare: quod mederi dicunt. ¶ *Quemuis*, πᾶσαν. Sic etiam interpretatur infr. Eras. 10.1. Est enim hæc particula hoc loco non vniuersalis simpliciter, sed indefinita, vt i[illegible] rectè notat. quod si nōnulli animaduertissēt, nō adeo imp[illegible]tè interpretarentur illud, *Deus vult omnes homines saluos fieri*, & similes locos, quibus abutuntur ad euertendam prædestinationis doctrinā. ¶ *Languorē*, μαλακίαν. Propriè apud medicos ignauiā stomachi significat μαλακία, quam aliter vocant κατάπτωσιν: sed pro iis morbis hîc accipitur, quibus correpti, etsi nō decumbunt, tamen languent & contabescunt.

24 *Emanauit*, ἀπῆλθεν. Vulg. ad verbū, *Abiit*. id est, יצא [iatza] vt Ps. 19.5. Eras. *Dimanauit*, quod respondet potius τῷ διελθεῖν, quo vtitur Plat. in Epist. in ea significatione. Cic. pro Amerino, *Ego etiamsi omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire & in vulgus emanare poterit*. quorū duorum verborum istud mihi commodius visum est. ¶ *Fama*, ἀκοή. Vulg. *Opinio*. i. δόξα. Ad verbū, *Auditio*: quod vocabulū Cæsar & Cicero vsurpāt pro fama & rumore, sicut Heb. suum שמע [schemah] vt 2. Sam. 4.4. Nos tamen illud, vt magis familiare, prętulimus. ¶ *Obtulerunt*, προσήνεγκαν. Erasm. *Adduxerunt*. i. προσῆγον. ¶ *Affectos*, ἔχοντας. Vul. ad verbū, *Habentes*: quod rectè mutauit Eras. nam Malè habere simpliciter positum pro Ægrotū esse, Latinum esse negat. Galli seruato hellenismo dicunt *Auoir mal*. ¶ *Tormentis*, βασάνοις. Vulg. *Tormentis*. id est στρεβλαῖς, vt Attici vocant. Eras. *Torminibus* cōuertit, vt vitaret amphiboliā, quæ tamen etiā in Græco locum habet: sed facilè vocabulo præcedente tollitur. Deinde Torminum appellatione certus tantùm morbus continetur, quū βασάνους vocet Euangelista sæuos omnes morbos, qui ægrotum acerrimis doloribus excruciant, quasi eos tormentis & equuleo veritatis extorquendæ causa impositos. ¶ *Detentos*, συνεχομένους. Vulg. *Cōprehensos*. id est συλλημμένους. Eras. *Constrictos*. id est συσφιγγομένους, vel συνδεδεμένους. Certè τὸ ἔχεσθαι hîc idem valet quod captu teneri & velut haberi à morbo. ¶ *Dæmoniacos*, δαιμονιζομένους. Quidam nuper vertit *furiosos*, vocabulo certè nimium gener[illegible] periculosa etiam versione, Nec enim desunt quibus [illegible] monium siue diabolus nihil aliud est quàm μανία, morbus videlicet naturalis, & qui pharmacis sanari possit: qui tamen tum sacris tum prophanis historiis, & frequente experiētia refelluntur. Veteres vocarunt ἐνεργουμένους: qui tamen Christo nomen dederant, & inter catechumenos censebantur: quibus in integrum restituendis adhibebantur quos exorcistas vocabant, certis adiurationibus adhibitis, quę iam olim, magno errore, sicut & alia non pauca solis adultis conuenientia, in formulam baptismi puerorum irrepserunt.

25 *Et Iudæa*, καὶ Ἰουδαίας. Vide Mar. 3.7. *Et* [*regionibus*] *trans Iordanem* [*sitis*,] καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Vulgata ad verbum, *Et de trans Iordanem*. quę loquutio est pręcisa. Itaque rectè fecit Erasmus, qui suppleuerit aliquot vocabula, ne videretur καὶ accipi pro Etiam: quasi diceremus ex his regionibus sequuti Iesum, etiam trans Iordanem.

IN CAPVT V.

1 *Turbam*, ὄχλους. Turbas in plurali non memini legere alia significatione quàm pro tumultu. Itaque vbique vtemur numero singulari.

2 *Aperto*, ἀνοίξας. Hebraicum dicendi genus, cuius tamen hanc emphasin nonnulli esse volunt, vt iis demum tribuatur qui serium & eximium aliquid dicturi sunt. Sed hoc perpetuum non est.

3 *Pauperes spiritu*, πτωχοὶ τῷ πνεύματι. Vocant πτωχοὺς propriè mendicos, id est, ad extremam inopiam redactos, quomodo etiam placuit Tertulliano libr. aduersus Marcionē 4. hunc locū conuertere. Sed additum Spiritus nomen ostendit sic vocari hoc loco, qui, siue paupertate aliisue calamitatibus domiti, siue verò sensu peccatorum suorum tacti, & ab omni superbia remoti, sese Deo subiiciunt. Ii Prouerb. 16.19, & Es. 57.15. (qui loci sunt istorum Christi verborum interpretes) vocantur שפלים רוח [sephalim ruah] & עניים [hanijm] & לב נדכאים [leb nidkaim,] oppositos ferocibus & superbis, vt idem Tertullianus in libro De patientia, copiosissimè exponit. Syrus Paraphrastes conuenientissimè πτωχοὺς πνεύματι, seruata metaphorica translatione, מסכינ[illegible]רוח [Maskine beruah] interpretatur.

4 *Qui lugent*, οἱ πενθοῦντες. opponuntur lugentes iis qui voluptatibus vacant: & alludit Christus ad Esaiæ verba, 57.18.

5 Μακάριοι οἱ πραεῖς· ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. *Psal. 37.11.*

6 Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην· ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. *Esa. 55.1.*

7 Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

8 Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. *Psal. 124.4*

9 Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.

10 Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

11 Μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. *1.Pet. 4.14.* *1.Pet. 4.14.*

12 Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε· ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν.

13 Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς. ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. *Mar. 9.50. Luc. 14.34.*

14 Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη.

5 Beati qui sunt mites: quoniã ipsi terram hereditatis iure obtinebunt.

6 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.

7 Beati qui sunt misericordes: quoniã ipsis misericordia tri[buetur].

8 Beati qui sunt mũdi corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

9 Beati qui sunt pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur.

10 Beati quos persequuntur *homines* iustitiæ causa: quoniam ipsorum est regnum cælorum.

11 Beati eritis quũ vos conuitiis affecerint, & persequuti fuerint, & mentientes dixerint quiduis mali aduersus vos, propter me.

12 Gaudete & exultate: quoniã merces vestra multa est in cælis. ita enim persequuti sunt prophetas qui *fuerunt* ante vos.

13 Vos estis sal terræ. quòd si sal infatuatus fuerit, quo salietur? ad nihil valet amplius nisi vt abiiciatur foras, & conculcetur à quibusuis.

14 Vos estis lux mũdi. Non potest vrbs occultari supra montem posita.

5 *Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.*

6 *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.*

7 *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur.*

8 *Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.*

9 *Beati pacifici: quoniã ipsi filij Dei vocabuntur.*

10 *Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum.*

11 *Beati estis quum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me.*

12 *Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. sic enim persequuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos.*

13 *Vos estis sal terræ. quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.*

14 *Vos estis lux mundi. nõ potest ciuitas abscondi supra montem posita.*

Verbi præsertim ministros necesse est (nisi velint omnium esse miserrimi) hanc viã ad sũmũ bonũ & verbis & reipsa cæteris cõmostrare.

5 *Qui sunt mites*, οἱ πραεῖς, oppositi feris & agrestibus hominibus. ¶ *Terram obtinebunt*, κληρονομήσουσι τὴν γῆν. Id est, pacificè hac vita & bonis suis fruentur, eáque ad posteros suos transferent. plus enim est κληρονομεῖν quàm τὸ κτᾶσθαι. Est autem petita hæc sententia ex Psal. 37.11, quam in hominibus etiam alioqui veræ religionis ignaris ipsa cõmunis experientia confirmat: sicut contrà, teste etiam Platone, αὐθαδείας ξύνοικος est ἐρημία, id est, *morositatis consors solitudo*. Quanto igitur magis id eueniet iis quos ipsa pietas amabiles reddiderit, quantumuis sint impiis exosi? Itaque Christiani ouibus comparantur. Hæc autem benedictio sic terrena est, vt piis sit etiam melioris vitæ & multo certioris pignus.

9 *Vocabuntur*, κληθήσονται. id est, erunt. Significat enim Hebræis verbum vocandi קרא [*Kara*] sic acceptum, aliquid eiusmodi esse vt hoc nomine ab omnibus celebretur.

11 *Vos conuitijs affecerint*, ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς. Vulg. *Maledixerint vobis homines*, id est κακολογήσωσιν ὑμᾶς. Cæterùm addidit Vetus interpres rectum, qui deesse videbatur ad explendam constructionem: sed is in plerisque linguis suppleri solet. Sic enim Cicero, 1. Off. *Deserendi* (inquit) *officij plures solent esse causæ. nam aut inimicitias suscipere nolunt: aut suis studijs sic impediuntur, vt quos tutari debeant, desertos esse patiantur.* Erasmus vertit, *Probra iecerint in vos*. Malui *vos conuitijs affecerint*, nulla addita præpositione. Tertull. in Scorpiaco vertit *Dedecorauerint*, dilutè. ¶ *Persequuti fuerint*, διώξωσιν. Διώκειν (id est persequi) forense verbum est, quo eas potissimum iniurias hîc puto significari, quibus viri innocentes afficiuntur, quum ex tyrannorum edictis ad iudicum tribunalia pertrahuntur, id est, ad publicam iniuriam, quæ authoritate magistratus armatur. sicut primum illud ὀνειδίσωσιν ad conuitia priuatorum hominum refero: postremũ autem εἴπωσιν, ad testium & iudicum iniquitatem. Quarum omnium iniuriarum manifestissima exempla nobis hodie suppeditant ij qui veritatem Dei in nobis persequuntur. quanquam hæc omnia generaliter accipere commodè possumus. ¶ *Quiduis mali*, πᾶν πονηρὸν ῥῆμα. Vulga. *Omne malum*, neque enim legit ῥῆμα: quod etiam non reperitur apud Chrysostomum lib. 3. περὶ ἱερωσύνης. Erasmus, *Omne malum verbum*. Nos verò suprà ostendimus, πᾶν indefinitè accipi, 4.23. ῥῆμα verò respondet דבר [*davar*] Hebræorum. quod & ipsum pro indefinita particula vsurpatur: vt à nobis sine vlla sensus iniuria potuerit prætermitti. Nam etiam in meo vetustissimo exemplari deerat. quod tamen verbis ὀνειδίζειν & εἰπεῖν optimè conuenit: vt possimus etiam de omnibus quantumuis atrocibus maledictis hoc intelligere. quum alioqui τὸ πονηρὸν hoc loco generaliter significet τὸ κακόν, oppositum videlicet Bono. ¶ *Propter me*, ἕνεκεν ἐμοῦ. Secundum exemplar scriptum habebat, ἕνεκεν δικαιοσύνης, *iustitiæ causa*. Alibi ἕνεκα soleo *causa* interpretari: sed vitanda fuit absurditas sententiæ. Latinis enim *causa* ferè semper causam finalem designat, cui nullus hîc locus, vbi significatur causa persequutionem efficiens, quamuis per accidens.

13 *Infatuatus fuerit*, μωρανθῇ. Id est, omni acrimonia deperdita, qua res cæteras solet aduersus putredinem condire, (quæ vis est Spiritus sancti, ministerio verbi ad coërcendam in nobis omnem corruptionem vtentis) insipidus euaserit. sicut betæ, fatuæ, id est saporis expertes, dicuntur. Vulgata, *euanuerit*, sicut in Gallico nostro dicimus *estre euenté*. ¶ *Quo*, ἐν τίνι. id est, *per quod*. Vulgata ad verbum, *In quo*. *In* pro *Per*, Hebræorum idiotismo, de quo alibi dixi. ¶ *Salietur*, ἁλισθήσεται. id est, Quid tandem supererit quo vti possis ad saliendum? Vel, Sal ipse infatuatus, quo tandem salietur? vt est apud Marcum 9.50. ¶ *Amplius*, ἔτι. Vulgata & Erasmus, *Vltrà*. id est ἀφ' ὑστέρου. ¶ *Nisi vt*, εἰ μὴ ἵνα. Genus dicendi petitum è medio. Nec enim vlla ex sale euanido vtilitas ne ad fimum quidem inde conficiendum colligi potest. Huc autem pertinet illud Os. 4.6, quod tandem in Ecclesia Romana impletum cernimus: *Quia scientiam spreuisti, spernam quoque te, ne officio fungaris mihi*. ¶ *A quibusuis*, ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Ab hominibus*. sicut vernaculo sermone dicimus, *Des gens*, où *D'vnchascun*.

14 *Vrbs*, πόλις. Erasmus, *Oppidum*. Ego vbique vrbem conuerti, sicut Vallæ placet: quòd ciuitatis nomen latiùs pateat.

15 Οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν· καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ.

16 Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

17 Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι.

18 Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.

19 Ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

15 Neque accendunt lucernã, & ponunt eam subter modiũ, sed in candelabrum: & splendet omnibus qui sunt in domo.

16 Ita splendeat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, glorificéntque Patrem illum vestrum qui *est* in cælis.

17 Ne existimate me venisse vt dissoluam Legem, aut prophetas: non veni vt *eam* dissoluam, sed vt *eam* impleam.

18 Amen quippe dico vobis, vsquedum præterierit cælum & terra, iota vnum aut vnus apex nequaquam præterierit ex Lege, vsquedum omnia facta fuerint.

19 Quisquis igitur soluerit vnum ex præceptis hisce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum: quisquis autem fecerit & docuerit, iste magnus vocabitur in regno cælorum.

15 *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* *Mar. 4.21. Luc. 8.16. & 11.33.*

16 *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* *1.Pet. 2.12.*

17 *Nolite putare, quoniã veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere.*

18 *Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à Lege, donec omnia fiant.*

19 *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.*

Christus non venit vt nouam quandam iustitiæ & salutis rationem in mundum inueheret, sed partim vt quod ceremoniis erat adumbratũ, reipsa impleret, liberatis per gratiã hominib. à maledictione legis: deinde vt verum obedientiæ à Lege præscriptæ vsum doceret, atque adeò vim obediendi mentibus insculperet.

Luc. 16.17. Iac. 2.10.

15 *Accendunt*, καίουσι. Impersonaliter, vt admonuimus suprà, vers. 11. Cæterùm Græcis hoc verbum non tam accendere quàm vrere significat, vt in illo Virgilij, *Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum*. Sed apparet hîc habere significationem Hebraicæ coniugationis quam vocant Hiphil מדליקים [*medolekim*]. Nam qui accendit, facit vt aliquid vratur: sicut apud eosdem Græcos καθίζειν interdum neutrũ est, interdum verò μεταβατικόν, vt infrà 21.7. Apertius Lucas, qui pro καίουσιν scripsit ἅψαντες. Sic Aristophanes in Nebulis, ἅπτε καὶ λύχνον. ¶ *Lucernam*, λύχνον. Ita vocatur vel instrumentũ ipsum, puta lampas, cui oleũ aut aliud quidpiam imponitur quod accendatur: vel id ipsum quod ardet, puta fax aut candela. ¶ *In candelabrum*, ἐπὶ λυχνίαν. vel, *Supra candelabrum*, instrumentum videlicet eminenti loco positum, cui imponebatur aut infigebatur lucerna. Homerus Odyss. σ, λαμπτῆρας vocat.

16 *Glorificéntque*, καὶ δοξάσωσι. id est, Gloriam Dei prædicent: pro quo Basilius dicit δοξολογεῖν. Glorificandi autem vocabulum vsitatum & familiare sacris scriptoribus, interdũ significat gloriosè Dei maiestatem & laudes prædicare: interdum verò, gloriam & splendorem alicui afferre. quæ posterior significatio non videtur propriè conuenire hominibus, quibus satis est Dei gloriam profiteri, quam reipsa amplificare non possunt.

17 *Vt dissoluam*, καταλῦσαι. id est violem, eleganti translatione: quoniam videlicet homines legibus quasi vinculis astringuntur. ¶ *Legem aut prophetas*, τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας. Legem quidem in genere Christus pro nobis impleuit, sed non vt illam irritam faceret, sicut mortem & peccatum destruxit. Nam Ceremonialem quidem legem sic abrogauit, vt rem ipsam pro vmbris substituerit: & quod ad moralem legem attinet, liberauit nos quidem ab eius maledictione, sed tantum abfuit ab eo vt illam tolleret, vt è contrario nos iustificatos, id est ab illa Legis condemnatione assertos, sanctificet, id est, illius pro viribus præstandæ studio nos donet, sicut passim docet Apostolus, & quidem Rom. 6. & 7. Et hoc quidem semel de hac legis impletione dictum esto. Per Prophetas autem, propheticas prædictiones intelligit, quas itidẽ omnes præstitit.

18 *Amen*, ἀμήν. id est, verè & certò. Hebræorum autem vocabulum ab אמונה [*emuna*] deriuatum, (quod veritatem significat) quum non modò Græci omnes noui Testamenti scriptores retinuerint, sed vulgata quoque linguarum idiomata, ne hîc quidem volui expungere: quanuis id licuerit, quoniam in hoc dicendi genere vulgata idiomata non solent id vsurpare. Quintum exemplar habebat bis scriptum ἀμήν. ¶ *Vsquedum præterierit*, ἕως ἂν παρέλθῃ. Verbũ Hebræũ יחליף [*iachaliph*] cui Græcum παρέλθῃ ex aduerso respondet, significat sic aliquid præterire vt etiam mutetur: quo modo vsurpatur Psalmo 102.27. ¶ *Nequaquam*, οὐ μή. Duplex est negatio in Græco: sed quæ magis neget quàm simplex, contrà quàm apud Latinos. Nos verò ita vertimus vt à simplici negatione distingueremus: quod idem fecimus in οὐδαμῶς. ¶ *Ex*, ἀπό. Vulgata, *à*. Præpositiones ἐκ & ἀπό sæpe apud Græcos permutantur: veluti quum dicimus, εἰκὼν ἀπὸ ξύλου: id est, *imago è ligno*, vt suprà, 3.4.

19 *Soluerit*, λύσῃ. Id est violârit, cui opponitur τὸ ποιεῖν. ¶ *Vnum*, μίαν. Id est, vel vnicum, κἂν μίαν, vt Mar. 6. versu 56. ¶ *Hisce minimis*, τούτων τῶν ἐλαχίστων. id est, quæ isti præclari doctores pro minimis habent: vt qui, quæ potissima erant legis, negligerent, vt externis ceremoniis & suis traditionibus præcipuè inhærentes: sicut illis passim prophetæ etiam ipsi exprobrarant. Nec tamen negandum est, non omnia paris esse momenti præcepta, quanuis nullum non sit grauissimum. ¶ *Et ita docuerit*, καὶ οὕτω διδάξῃ. id est, malæ vitæ exemplo (tota autem hæc concio in Pharisæos & scribas, partim moribus hypocritas, partim legem in synagogis falsa interpretatione deprauantes, dirigitur) auditores corrumpunt. Nisi malimus καὶ pro κἂν accipere, & interpretari, *Licet ita docuerit homines*. id est, qui quod ad vitam attinet, præcepta quidem violat, docet tamen quòd lex præcipit. de quibus loquitur Dominus infrà, 23. 2. & 3. ita vt οὕτω referatur non ad verbum λύσῃ, sed ad ipsam legem. Et certè sic melius sibi constabit oppositio intèr eos qui dicunt & non faciunt, vt isti, & eos qui dicunt & faciunt. Nam qui neque faciunt neque dicunt quod rectum est, immò etiam falsam doctrinam spargunt, non modò minimi habendi sunt in Ecclesia, sed sunt etiam fugiendi, atque adeò abigendi: vt qui non sint pastores, sed lupi: de quibus dixit Dominus, Cauete à pseudoprophetis. Neque ignoro, ἐλαχίστους propterea plerosque exponere, non qui infimo, sed qui nullo prorsus sint loco. Verùm hæc interpretatio coacta est. Itaque hanc posteriorem explicationem amplector. ¶ *Vocabitur*, κληθήσεται. Id est, erit & censebitur. de quo Hebraismo diximus suprà, versu 9. ¶ *In regno cælorum*, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Id est, in Ecclesia, siue verè piorum cœtu rectè instituto. Considerat enim Christus instaurationem mox sequuturam, ruituro Pharisaismo, cæterisque veræ doctrinæ corruptelis per Apostolos detegendis ac corrigendis.

20 Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Luc.11.39.

20 Dico enim vobis, niſi emineat vestra iuſtitia amplius quàm *illa* Scribarum & Phariſæorum, vos nequaquam ingreſſuros in regnum cælorum.

20 *Dico enim vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarū & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.*

21 Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει.

Incipit à vera Legis expoſitione, quā vetuſtis quidē, ſed falſis Scribarū cōmentis opponit, nedū vt vel minimū præceptorum Patris velit abolere.

21 Audiſtis dictum fuiſſe à veteribus, Non occides: quiſquis autem occiderit, damnas erit iudicij.

21 *Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.*

22 Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ῥακά, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

22 Ego verò dico vobis, quicūque iraſcitur fratri ſuo temere, damnas erit iudicij: quicunque verò dixerit fratri ſuo, raca, damnas erit conſeſſus: quiſquis autem dixerit, fatue, damnas erit gehennæ ignis.

22 *Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo, racha, reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.*

Exod. 20.13. Deut. 5.17. Sexti præcepti vera expoſitio.

20 *Veſtra iuſtitia*, ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν. Iuſtitię nomine intellige ſinceram tum doctrinam tum vitam, cum verbo Dei videlicet, quod eſt iuſtitiæ vera norma, congruentē. Sed de doctrina potiſsimùm hîc agi liquet ex ſequenti reprehenſione falſarum Legis interpretationum. Eſt autem repetendum Iuſtitiæ vocabulum, acſi ſcriptum eſſet, τῆς τῶν Φαρισαίων. Vide infrà, 16.11. ¶ *Nequaquam ingreſſuros in regnum cælorū*, ὅτι οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Id eſt, indignos fore qui in Eccleſia doceatis. Nec enim de quorumuis piorum officio, ſed de ſolis doctoribus agit: & nomine regni cælorum, vt alibi ſæpe, non triumphantem (vt vulgò loquuntur) ſed adhuc militantem & miniſterio paſtorum egentem Eccleſiam intelligit.

21 *Audiſtis*, ἠκούσατε. His verbis ſignificat falſas legis interpretationes iampridem in Iudæorum ſynagogis receptas. Præſtat enim τοῖς ἀρχαίοις explicare quaſi ſcriptum ſit ὑπὸ τῶν ἀρχαίων, (vt ſic notentur ſynagogę doctores, iampridem ſic docentes, qui ſolebant patrum & maiorum nomina ſuis falſis interpretationibus prætexere) quàm ad auditores referre. Et diligenter obſeruandum eſt, ita præcipuè notari adiectas à Scribis appendices, qualis eſt iſta, *Quiſquis occiderit, damnas erit iudicij*. Cæterùm prorſus ineptiunt, neque quod ſit Euangelij & Legis diſcrimen intelligunt, qui ex hac Chriſti diſputatione conſtituunt, Chriſtum idcirco etiam veniſſe, vt nos arctioribus quàm veterem populum vinculis conſtringeret: quū è contrario idcirco fuerit miſſus vt nos à maledictione Legis abſolueret. Semper igitur Lex ita fuit intelligenda vt nunc à Chriſto explicatur, ſpiritualis nimirum, vt loquitur Apoſtolus Rom.7.14. id eſt, non tantùm ipſas exteriores actiones, ſed imprimis intimas etiā cogitationes arguens: ſed quum aliter à Scribis explicaretur, & recta explicatio ad intelligendum & expetendum Euangelij beneficium prorſus requiratur, atque pręire remiſſioni peccatorum reſipiſcentiam oporteat, nec ad reſipiſcētiam adduci poſsit niſi qui ſe coram Deo reum eſſe cognouerit: idcirco fuerunt etiam falſę iſtæ opiniones, præſertim longo iam vſu inueteratæ, detegendæ ac refellendę, vt cognito morbo ad vnicum hunc medicum homines accurrerent: quod omnibus quoque fidis Euangelij doctoribus eſt ſeduló faciendum.

22 *Temere*, εἰκῆ. Non eſt igitur omnis ira damnanda, vtpote quę zeli nomine commendetur, & quam etiam non immeritò Peripatetici fortitudinis cotem vocant: ſed ea demum vituperanda eſt, quę vel iniuſta eſt vel immoderata, Epheſ.4.26. ¶ *Damnas erit*, ἔνοχος ἔσται. Vulgata, *Reus erit*. Eraſmus, *Obnoxius erit*. Neuter, meo iudicio, ſatis expreſſè. nam reus etiam eſſe poteſt qui ſit innocens: & obnoxius interdum de inſontibus quoque dicitur, vt quum bonos dicimus eſſe multis periculis & iniuriis obnoxios: hîc verò ἐνόχους ſiue ἔνοχον τῷ ſignificat κριθέντα καὶ ἁλόντα, & ei conuenit qui apud iudicem non vt audiendus, ſed vt damnandus, ſiſtitur. Nam, vt ait Iob 19.29. Ira eſt ſcelus gladij, id eſt capitale crimen apud Dei tribunal.

¶ *Iudicij*, κρίσει. id eſt, pœnis quę à iudicibus infliguntur. Chriſtum autem certum eſt non de ciuilibus iudiciis & pœnis à magiſtratu infligendis, ſed de ipſius Dei tribunali agere: apud quem pœna homicidij ob violatum hoc præceptum teneantur, nō modò qui vitam alteri eripuerint, ſed etiam qui proximo nocendi affectum habuerint, aut conuitiis ſiue leuibus ſiue grauioribus eū affecerint: quanuis neque paria hęc ſint peccata, neque paribus pœnis vindicanda. Etſi enim quoduis peccatum ſuapte natura mortem ęternā mereatur, ne ipſo quidem merè originali excepto, (Rom.5.14, & 6.23,) tamen æternarum etiam pœnarum aliquam futuram imparitatem, liquet ex ipſius Chriſti verbis infrà 10.15. & iſta quoque imparitas procul dubio in pœnis quoque ſeruatur quas Deus peccantibus in hac vita infligit. Sed Chriſtus totam hanc orationem ad ciuilium iudiciorum formā Iudæis vſitatam accommodauit: apud quos (vt ex Thalmud multi annotarunt) triumviri de pecuniariis & minimis cauſis cognoſcebāt, ac proinde leuibus mulctis conuictos reos caſtigabant: συνέδριον autem eorum quos etiam Sanhedrin vocabant, & in quo XXIII iudices conſidebant, de grauioribus cauſis decernebat, ac proinde grauiores pœnas infligebat: ſummum autem conſilium iudicum LXXI, de grauiſsimis rebus, veluti de certa aliquā tribu, de ſummo ſacerdote, de pſeudopropheta, de pace vel bello ſtatuebat: ad quem morem Chriſtus reſpexit. ¶ *Raca*, ῥακά. Vulgatæ Latinæ editionis codices legunt ῥαχά, ſed perperam, vt apparet ex Syro interprete, qui ריקא [reka] ſcribit per Coph, & ex Thalmudicis libris, vbi doctiſsimus Emmanuel Tremellius noſter teſtatur ſæpe ſic legi, qua voce ſignificetur homo imprudēs, & quaſi cerebro vacuus, à nomine Hebræo ריק [rik,] quod vacuum & inanem declarat. Nos Gallico idiomate Follem eadem ratione vocamus, Latini fatuū, fortaſsis à voce Hebræa פתי [pethi.] Sed haud ſcio an ſit leuius conuitium, ac non potius hoc ipſum quod mox voce μωρέ ſignificatur, pro qua Syrus interpres habet ללא [lele] à vocabulo Hebręo אליל [Elil] quod rem nihili declarat, neque Gręcæ voci reſpondet. Græci profectò non temerè hanc vocem retinuerunt, de qua ſic Baſilius, aut quiſquis eſt author τῶν ἀσκητικῶν κατ' ἐπιτομήν, ὅρῳ να. Ῥακά ἐστιν ἐπιχώριον ῥῆμα, ἠπιωτέρας ὕβρεως, πρὸς τοὺς οἰκειοτέρους λαμβανόμενον. id eſt, Raca eſt dictio illis locis vſitata, mitioris probri, quā aduerſum domeſticos & familiares vſurpant. Chryſoſtomus in hunc locum addit Syros hoc nomine vti pro TV, non, vt opinor, quòd exiſtimarit ita ſignificari hoc pronomen, ſed quòd per contemptum ſoleat Domini ſeruos, vt alii alios quos aſpernantur appellare, quod eſt Gallis *Tutoyer*. Alij, (quod Io. Druſio diligenti rerum in his libris multarum obſeruatori acceptum fero) putant deductū videri poſſe à themate Syro רקח [Rach] quod ſpuere declarat, quod etymon ſequutus Theophylactus κατάπτυστον interpretatur, id eſt conſpuendū & abominandum: quod certè conuitij genus grauius eo fuerit, de quo tamen vt grauiore loquitur Chriſtus. Itaque mihi iſta conferenti maximè videtur probanda eorum ſententia qui putant hîc conſtitui tres eius aduerſus proximū indignationis gradus, quæ hoc interdicti homicidij pręcepto comprehenduntur, quamuis impari peccato. Vnum eorum qui leuitate aut aliquo inconſiderato affectu abrepti proximo malè volunt, etiam ſi totum hunc infenſum animum intus premant, vt qui non vſque adeo efferbuerit. Alterum eorum quibus indignatio non quidem apertum & atrox conuicium, ſed tamen voculam aliquam contemptus inſignis indicem & quidem cum geſtu quopiam ſuggerat, vt ſi Gallico ſermone dicas *fy*, & ſimul deſpuas, cuiuſmodi hęc vox RACA fuerit: cuiuſmodi quiddā videtur notari Num. 12.14. & expreſſè Deuter.25.9. quod non ſic accipiendū eſt, ac ſi

illius, de quo ibi agitur facies conſpueretur, ſed quòd ipſo cernente & in ipſius oculis ſpueretur. Tertium denique eorum qui apertis conuitiis proximos lædunt. quorum ſpeciem vnam procul dubio vſitatiſsimam commemorat Chriſtus, vt ſi Gallicè dicas *ſot, ſol, badin*. Eſt igitur hæc vox Syra: quo maximè idiomate, licet non puro Iudæos poſt captiuitate vſos fuiſſe conſtat: immò & captiuitatis ipſius tēpore, vt ſic à Chaldæis, Babyloniis dignoſci vulgò poſſent, ſicut ex Xenophontis inſigni loco apparet, vbi Babylonis à Cyro captę hiſtoriam deſcribit. Itaque aſſentior iis qui *Raca* volunt inconditam eſſe voculam hominis indignantis: ita vt tres gradus hîc conſtituantur eorum qui contra hominum opinionem, pro homicidis apud Deū cenſentur. Vnus eorum qui intus duntaxat aduerſus proximum commouētur. quam ſcitè admodum Tertull. de patientia, Iram reſtricti animi vocat: alter, eorum qui eouſque efferueſcunt vt iracundum aliquid euomant: tertius denique, eorum qui in apertum aliquod conuitium erumpunt. Caſtellio *Balatronem* eſt interpretatus: quàm rectè, ipſe viderit. ¶ *Conſeſſu*, συνεδρίῳ. Vulgata & Eraſmus *Concilio*. Et certè fateor Cōcilij vocabulum id valere, ſed illud propius abeſt à Græco.

¶ *Gehennæ*, εἰς τὴν γέενναν. Vocabulum hoc Hebræum eſt ex duobus compoſitum, & vallem Hinnon declarat, quę etiam תפת [Tophet] dicitur: in qua olim Iſraëlitę ſuperſtitionibus vicinarum gentium addicti, filios ſuos diis adolebant, inaudita quadam immanitate. Inde factum vt acciperetur pro loco cruciandis in æternū reprobis deſtinato, atque adeo pro ipſo ſupplicio & cruciatu, quo afficiuntur cū Satana & angelis ipſius, ſicut Eraſ. & alij multi, annotarunt. Vide Ier.7.31. ¶ *Ignis*, πυρός. id eſt, ardentem: ex Hebræorū idiotiſmo, qui ſimili ratione Carnem peccati pro carne peccatrice dicunt: & Hominem auaritiæ, pro homine auaro. Si tamen gehennam pro ipſo cruciatu accipias, nulla erit enallage. Sed hoc quoque accommodauit Chriſtus ad ius ciuile Iſraëlitarum, apud quos (ſicut ex libro Sanhedrin Babylónico conſtat) ſummum concilium quadruplici ſuppliciorum genere vtebatur, antequam Herodes & poſt Herodem Romani totum hunc ordinem perturbaſſent: nempe ſtrangulatione, gladio, lapidatione, & combuſtione: inter quæ non dubium eſt quin hæc grauiſsima fuerit. Inde factū vt æternas illas pœnas, cum ignis ſupplicio paſsim ſacri ſcriptores comparent. Quàm autem verum ſit neſcio, quod Kimhi notat in Pſal.27. in hac valle olim fuiſſe perpetuum ignem comburendis cadaueribus & corporibus pollutis, quæ illò coniiciebantur, quò tamen Chriſtum alluſiſſe nonnulli volunt.

23 Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ,

23 Igitur ſi munus tuum obtuleris ad altare, & illic memineris fratrem tuū habere aliquid contra te,

23 *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te,*

Docebant auari Phariſæi placari Deū oblationibus in Lege præceptis quas ipſi vorabant. Negat contrà Chriſtus Deo gratā eſſe cuiuſquā oblationē qui fratri offēſo non ſatisfecerit, atque etiā affirmat nunquam prefractis iſtis fratrū contēptoribus patefaciēdum eſſe velut exitū ex ira & maledictione Dei, priuſquàm fratri penitus ſatisfecerint.

24 Ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου.

24 Relinque illic munus tuum ante altare, & abi: primùm reconciliator fratri tuo, & tunc veni & offer munus tuum.

24 *Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade: prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens, offeres munus tuum.*

25 Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ· μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ.

25 Cōpone cū aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo: nequando te tradat aduerſarius iudici, & iudex te tradat miniſtro, & in cuſtodiā coniiciaris.

25 *Eſto conſentiens aduerſario tuo cito, dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris.*

Luc. 12.58.

23 *Munus*, τὸ δῶρον. Sic rectè vertit Vulg. Græcam hanc vocem, potius quàm *Donum*, licèt à Græco δῶρον appellatū. Munus enim propriè dicitur ea doni ſpecies quod officii gratia datur, ac proinde ea ratione debetur, cuiuſmodi ſunt quę homines Deo, teſtandę ſuæ pietatis cauſa, animo grato offerunt, & amici in amicos conferunt, nulla alia quàm mutuę beneuolentiæ cauſa aſtricti. Dona verò ſunt peculiariter appellanda, quæ prorſus ex mera benignitate cuipiam donantur, & recipientem eo beneficio ſibi obſtringunt. Itaque dona quidem confert Deus hominibus, homines autem Deo non item, niſi doni vocabulo generaliſsimè accepto, quum homines quæcunque habent, immo etiam ſeipſos totos Deo debeant: nec de ipſo Deo bene mereri vllo modo dici ſine impietate queant, Pſalm. 16.2. & Luc.17.10. Erant tamen, fateor, oblationes quædam ſub Lege ab Hebræis נדבות, [Nedaboth,] appellatę, quaſi ſpontaneitates, id eſt vltroneo affectu præſtitę: minimè id quidē quaſi non debitę (quid non enim Deo debemus?) ſed ab iis oblationibus diſtinctæ ad quas quiſpiā ex certo pręſcripto Legis tenebatur: quas proinde falſò ac etiam impiè mathęologi opera ſupererogationis auſi ſunt appellare. Ad hāc autem oblationum ſpeciem, vt quæ Deo præ cæteris placere per ſe videri poſſent, mihi videtur Chriſtus reſpexiſſe, eas quoque negans eſſe Deo acceptas, ſi ab eo proficiſcantur, qui offenſo fratri non priùs ſatisfecerit, nedum vt ordinaria illa per ſe, vel, vt hodie nonnulli loquuntur ex opere operato placerent. ¶ *Obtuleris*, προσφέρῃς. Id eſt, ſi ad altare veneris munus oblaturus. Opponit charitatem Chriſtianam quę illatas etiam iniurias obliuiſcatur, iracundiæ & malis inde naſcentibus: ſimulque innuit plerunque accidere vt difficiliores ſeſe ad reconciliationem præbeant, quos potius petere veniā oportuit. Sed hęc eſt grauiſsima ſententia, non recipi à Deo qui à proximis diſsideant: & litigioſos ac iuris ſui nimium tenaces peſsimè ſibi conſulere: quod ſępe etiam in forenſibus controuerſiis experiuntur. vnde lepidus ille ſcriptoris alioqui deteſtandi verſiculus, *Vigintiquinque annis Quiſquam, qui vinci, gaigne moult*. Sed conſideranda imprimis Dei tribunal, apud quod implacabiles homines iudicium abſque miſericordia ſenſuri ſunt. Eſt autem obſeruandum, Chriſtum accommodare totum hunc ſermonem ad temporum ſuorum rationem. Itaque inepti ſunt, qui ex hoc loco habenda nunc eſſe altaria & vſurpandas eiuſmodi oblationes colligunt: ſed ii longè ſunt ineptiſsimi, qui quod dictum eſt de mutua reconciliatione, ad purgatorium ſuum transferunt.

24 *Primùm*, πρῶτον. Hanc particulam alii coniungunt cum ὕπαγε, alii cum διαλλάγηθι, quod poſterius videtur melius conuenire.

25 *Compone cum*, ἴσθι εὐνοῶν. Eraſmus, *Habeto beneuolentiam*. Ad verbum, Eſto beneuolus. Id eſt, Redi in gratiam, & fac vt ſis amicus. Nec enim monet tantùm vt animo bene velimus aduerſario, ſed vt cum eo tranſigamus: quod fiet ſi cum ipſo colloquuti reconciliemur. Vulgata vertit, *Eſto conſentiens*. Et indicat Auguſtinus (ſicut annotat Eraſmus) nonnullos vertiſſe, *Eſto concors*. Ex quibus coniicio veterem interpretem legiſſe συννοῶν: facilis enim fuit lapſus ὁ in ου: atque adeo hæc lectio fortaſsis eſt verior, quum Veteris interpretis auctoritate nitatur, & ſenſum habeat (ni fallor) pleniorem. Vnum tantùm obſtat, quod συννοεῖν apud Idoneos auctores (vt ſemel atque iterum initio Alcibiadis poſterioris apud Platonem) ſignificet Secum & tacitè cogitare aliquid, potius quàm ὁμονοεῖν, id eſt Conſentire. ¶ *Aduerſario*, τῷ ἀντιδίκῳ. Ad verbum, *Contralitigatori*. Neque enim ἀντίδικος tam latè patet Gręcis quàm Latinis Aduerſarius, niſi quum eſt verbum forenſe: quia tunc idem valet atque pars aduerſa, vt vulgus loquitur. ¶ *Dum*, ἕως ὅτου. Alibi verti *Quouſque*, quod huic loco non conuenit. Hîc enim idem valet quod Interim dum, vt infrà 14.22. in quo genere dicendi etiam vſurpatur ἕως ſimplex, ſine vlla adiectione, vt Mar.6.45. ¶ *Nequando*, μήποτε. Vulg. *Ne fortè*: quod rectè mutatū eſt ab Eraſmo pluribus locis, vt annotauimus ſuprà, 4.6. ¶ *Tradat*, παραδῷ. id eſt, cauſam apud Iudicem obtineat, qui te in carcerem adducendum apparitori tradat. ¶ *Miniſtro*, ὑπηρέτῃ. id eſt lictori, vel apparitori. ὑπηρέται tamen in genere dicuntur qui ſubſeruiunt, quaſi ſubremiges, metaphora à re nauali ſumpta. Hebræi שוטרים [ſchoterim] vocant. à Græcis διάκονοι vocantur, vt infrà 20.26. Itaque vtrunque Græcum vno Latino exprimere ſolemus, niſi quum de Dia-

conis Ecclesiasticis fit mentio. hos enim maluimus ex consuetudine Diaconos Græco nomine vocare. Tertull. totũ hũc locum falsa interpretatione deprauans in libro De anima, interpretatur Angelum executionis. ¶Custodiam, φυλακὴν. Græci honesto vocabulo sic carcerem vocant: quem etiam ob eam causam οἴκημα dicebant Athenienses (id est domicilium) auctore Plutarcho in Solone. Sed & Latinis custodia vocatur carcer. Cicero ad Quintum fratrem libro 1, Hominem comprehendere & in custodiam tradere. ¶Coniiciaris, βληθήσῃ. Ad verbum, Iaciaris. Vulg. Mittaris: quod paulo lenius videtur. In secundo manuscripto exemplari legitur βληθῇς, rectius.

26 Ἀμὴν λέγω σοί, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην.

26 Amen dico tibi, nequaquam exibis illinc vsquedum reddideris vltimum quadrantem.

26 *Amen dico tibi, nõ exies inde donec reddas nouissimum quadrantẽ.*

27 Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ μοιχεύσεις.

27 Audistis dictum fuisse à veteribus, ‖Non mœchaberis.

27 *Audistis quia dictũ est antiquis, Nõ mœchaberis.*

Scortator censetur corã Deo quisquis mulierem concupiscit: ac proinde oculi continẽdi sunt & mẽbra omnia, omnésque adeò occasiones quibus ad malè agendũ cõmoueri possumus, vel maximis cũ damnis sunt vitandæ.

Exo. 20. 14. Inf. 18. 9. Mar. 9. 47.

28 Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

28 Ego verò dico vobis, Quicunque aspicit mulierem vt eam concupiscat, iam adulterauit eam in corde suo.

28 *Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.*

29 Εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν.

29 ‖Quòd si oculus tuus dexter facit vt tu offendas, erue eum, & abiice abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum ex membris tuis, ac non totum corpus tuum coniiciatur in gehennam.

29 *Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum membrorũ tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis.*

30 Καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν.

30 Et, si dextera tua manus facit vt tu offendas, excinde eam, & abiice abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum ex membris tuis, ac non totum corpus tuum coniiciatur in gehennam.

30 *Et, si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eã, & proiice abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum membrorũ tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.*

26 *Reddideris*, ἀποδῷς. Erasmus, *Persolueris*. id est ἀποτίσῃς. Nam hoc declarat verbum ἀποδιδόναι hoc in loco, vt mox quoque versu 33. ¶*Vltimum*, ἔσχατον. Vulgata, *Nouissimum*, id est νεώτατον. Erasmus, *Extremum*: quo propriè τὸ ἄκρον declaratur. Græci ἔσχατον dicunt à σχεῖν, id est à continendo & cohibendo, id videlicet in quo necesse est vt consistamus: sicut Latinè illud dicitur vltimum, vltra quod pergere non liceat. ¶*Quadrantem*, κοδράντην. Latina vox Græcè declinata, vt multæ aliæ passim apud Euangelistas: cuiusmodi ista sunt, à nobis semel collecta, ἀσσάριον, δηνάριον, ἰοῦστος, κεντυρίων, κῆνσος, κολωνία, κουστωδία, λεγεών, λέντιον, λιβερτῖνος, λίτρα, μίλιον, μάκελλον, μεμβράνα, μόδιος, ξέστης, πραιτώριον, ῥέδη, σιμικίνθιον, σικάριος, σουδάριον, σπεκουλάτωρ, ταβέρνη, φόρον, τίτλος, φραγέλλιον, φραγελλοῦν. id est, Assarius, Denarius, Iustus, Centurio, Census, Colonia, Custodia, Legio, Linteum, Libertinus, Litra, Miliare, Macellum, Membrana, Modius, Sextarius, Prætorium, Rheda, Semicinctium, Sicarius, Sudarium, Speculator, Taberna, Forum, Titulus, Flagellum, Flagellare. Sed vt ad rem redeam, Ad vltimum quadrantem soluere, prouerbialiter dicitur is quicum summo iure agitur. Quod autẽ Castellio annotauit, id esse quod Latini dicunt, Ad denarium soluere, citato loco ex oratione Ciceronis pro Quintio, falsum est. Illic enim ad denarium soluere est denario soluere: sicut vulgò dicimus *payer en escus*, ou *en testons*. Sed alio loco, nempe postrema ad Attic. lib. 5. ad numum soluere simili prorsus sensu scribitur: quod vulgò dicimus *payer iusques au dernier denier*. Cæterùm series ipsa & scopus sermonis satis ostendit, extra viam vagari quicunque quod hîc dicitur de mutua hominum inter se reconciliatione, trahunt ad nostrã cum Deo reconciliationem per conuersionem & remissionem peccatorum: quod tamẽ in patrum scriptis sæpe inculcatur, & excusari applicatione quapiam potest. Sed quis illos ferat qui ad purgatorij satisfactiones istud referũt? quasi verò si exolui possent peccata nostra à nobis illis pœnis, Christi perpessionibus fuerit nobis opus: vel Christus sit nobis datus duntaxat pro solutionis à nobis præstandæ supplemẽto. Deinde, si valet hæc allegoriæ applicatio, quis hîc sustinuerit aduersarij personam præter Deum, cum quo redire nos in gratiam oporteat, dum in via, id est, in hac vita sumus? Atqui carceris & integræ solutionis mulcta iis demũ denunciatur, qui in gratiam non redierint: istis verò num ignem purgatorij, ac non potiùs æternas inferorum pœnas ipsi purgatorij fautores destinant?

27 *A veteribus*, τοῖς ἀρχαίοις. Hæc neque apud Syrum interpretem, neque in meo venerandæ imprimis antiquitatis codice adiiciuntur hoc loco, in quo nimirum purum Dei præceptum recitatur. Apparet tamen ex iis quæ subiiciuntur, deprauatam huius quoque præcepti sententiam à Scribis fuisse propriæ significationi verbi μοιχεύειν inhærentibus, vt hîc quoque verba illa retineri possint. ¶*Non mœchaberis*, οὐ μοιχεύσεις. Vtitur Dominus apud Mosen verbo נאף, [*Naaph*] quod non nisi in nuptam competit: itaque sola adulteria & quidem reipsa patrata docebant Scribæ hoc præcepto inhiberi.

28 *Quisquis aspicit*, πᾶς ὁ βλέπων. Vulg. *Omnis qui videt*. Atqui plus est τὸ βλέπειν quàm ὁρᾷν. Notat enim intentionem animi oculos ad rem aliquam cernendam adiicientis. Totum autem illud Græci verbo dicunt ἐγκιστᾷν & ἐποφθαλμιᾷν, de libidinoso eorum aspectu quorum pupillæ πόρναι sunt, non κόραι. ¶*Mulierem*, γυναῖκα. Sic rectius vetus interpres quàm Erasmus, qui vxorem interpretatur, quum non sit adiectũ τινὸς vel ἀδελφοῦ: & in genere significet Christus, omnem libidinosum aspectum concupiscentis mulierem, siue nuptam alteri, siue innuptam, hoc præcepto prohiberi. ¶*Adulterauit eam*, ἐμοίχευσεν αὐτήν. Sic vtuntur hoc Latino verbo idonei scriptores, vt periphrasi nõ sit opus. Et sic quoque transitiuè accipitur verbum Hebreum *Naaph* aliquoties: quod quanuis differat à זנה [*Zanah*] quod Scortari significat (vt liquet ex Oseæ 4. 14.) tamen hîc Scortationem quoque comprehendit: acsi diceret Christus, legislatorem omnem impudicitiam verbo Mœchari (quo grauissimum scelus arguitur) notasse, aduersus eos qui scortationis flagitium eleuabant. Seneca in declam. *Incesta est & sine stupro quæ stuprum cupit.*

29 *Facit vt offendas*, σκανδαλίζει σε. Vulg. *Scandalizat te*. Erasmus, *Tibi est obstaculo*, id est, ἐμποδίζει. Idem paulo pòst, *Obstiterit tibi*. Cæterùm ea faciunt vt offendamus quæ impediunt quominus inoffenso cursu pergamus in Lege Domini. Peccata enim sunt veluti saxa ad quæ impingimus, vel etiam corruimus. vnde illud, *Qui stat videat ne cadat*, 1. Cor. 10. 12. ¶*Erue eum*, ἔξελε αὐτόν. Allegoricè & hyperbolicè hæc dicuntur, aptissimè tamen ad significandũ quàm sollicitè, si effugere volumus æternum illud exitium, vitandæ sint, etiam cum charissimarum rerum iactura, omnes occasiones quibus ad obscœnas cogitationes impelli mentes nostras senserimus. quamobrem etiam oculi dextri & manus dextræ fit mentio, quòd dextræ partes sint chariores: quum istis alioqui partibus etiam sinistris non minus quàm dextris homines abutantur.

¶ *Vt*, ἵνα. Vide Mar. 9. 12. & Ioan. 15. 8.

30 *Coniiciatur*, βληθῇ. Vulgata, *Eat*, ἀπέλθῃ. quod habet vetustissimum illud meum exemplar,

ἀπέλθῃ

31 Ἐῤῥέθη δὲ ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον.

31 Dictum est autem, ‖Quisquis dimiserit vxorem suam, det ei libellum abscessionis.

31 *Dictum est autẽ, Quicũque dimiserit vxorem suã, det ei libellũ repudij.*

Inf. 19. 7. Deu. 24. 1. Mar. 10. 4. Luc. 16. 18. 1. Cor. 7. 10.

32 Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται.

32 Ego vero dico vobis, quisquis dimiserit vxorẽ suam, extra rationem scortationis, facit vt ea mœchetur: & quisquis dimissam duxerit, m[illegible]

32 *Ego autem dico vobis quia omnis qui dimiserit vxore suam, excepta fornicationis causa, facit eã mœchari: & qui dimissã duxerit, adulterat.*

33 Πάλιν ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου.

33 Rursum audistis d[illegible]m fuisse à veteribus, ‖Non peierabis, sed reddes Domino quæ tu iuraueris.

33 *Iterum audistis, quia dictũ est antiquis, Non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua.*

Exod. 20. 7. Leu. 19. 12. Deu. 11.

Tertii præcepti explicatio aduersus peruersam Scribarum sententiam qui obliquas siue indirectas iurandi formas excusabant.

34 Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ·

34 Ego verò dico vobis, ne iurate omnino: neque per cælũ, quia thronus Dei est:

34 *Ego autem dico vobis, non iurate omnino: neque per cælum, quia thronus Dei est:*

35 Μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως.

35 Neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolyma, quia vrbs est magni regis.

35 *Neque per terrã, quia scabellum est pedum eius: neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni regis.*

31 *Dictum est autem*, ἐῤῥέθη δὲ ὅτι. Redundat particula ὅτι, vt apparet ex verbo δότω. Neque hîc additur illud *a veteribus*. Nam hîc non peccabant Scribæ aliqua adiectione ad legis verba: sed in eo quòd falsa interpretatione legem deprauabant: quasi videlicet tradito libello diuortij vel repudij putarent absolui conscientiam coram Dei tribunali: quod negat Christus. Aliud enim esse aliquid vt iustũ præcipere, quam quod mutare non possis, mitigare quantum possis. Obligatio enim ista ad dandum diuortij libellum multos non penitus impudentes proculdubio retinebat quominus vxores amandarent, quòd eiusmodi libellis quibus cauebatur potiùs mulieri dimissæ quàm viro dimittenti, maritorum leuitas aut improbitas arguebatur: sicut declaratur infrà, 19. 8. ex quo etiam loco apparet hac quidem falsa Scribarum explicatione pacatas fuisse aliquorum conscientias, & fuisse in synagogis disputatum an libello diuortij ob quascunque causas dato, conscientiæ satis caueretur, de quo respondet apertè Christus hoc loco, & Paulus 1. Cor. 7. 10. 11. ¶ *Abscessionis*, ἀποστασίου, quasi Abscessionale dicas. Nam ἀφιστάναι actiuum significat Seorsum ponere siue Amouere, & opponitur τῷ συνιστάναι. ἀφίστασθαι vero neutropassiuum significat abscedere. Non licebat autem vxori recedere à marito, siue libellum vel repudij vel diuortij dare marito, vt apparet tum ex legis ipsius contextu, Deu. 24. 1. tum in primis ex Malach. 2. 16. sed maritus ab vxore sese seiungebat. vt hic libellus videri possit non vxoris dimissæ, sed mariti ab vxore secedentis respectu ἀποστάσιον vocari, & quidem non sine mariti vxorem a se amandantis infamia: Deo videlicet eiusmodi maritorum factum non approbante: quanuis ob duritie cordis istud à Magistratu toleraretur.

32 *Extra rationem*, παρεκτὸς λόγου. Vulgata, *Excepta causa*. Erasmus, *Nisi causa*. id est, εἰ μὴ ἕνεκα. *Extra* hîc est in exceptione positum, sicut apud Terentium in Phormione, *Neque cognatus, extra vnam aniculam, quisquam ei aderat.* Quo etiam modo Græci suum ἔξω interdum vsurpant. Verti autẽ λόγου *rationem*, non causam, id est, αἴτιον. ¶*Scortationis*, πορνείας. Erasmus, *Stupri*. Vulgata, *Fornicationis*. Hîc autem posui constat πορνείαν pro adulterio, sicut adulterij & stupri nominibus Latini quoque interdum promiscuè vtuntur. Sed & πορνεύεσθαι, id est scortari, dicitur de vxore quæ palàm omnibus prostat, vno & altero adultero non contenta: quo modo vsurpauit Dion extremo libro quinquagesimo octauo, de Messalina & Silij nuptiis loquens. apparet autem ex hac adiecta exceptione, tunc temporis fuisse quoque negligenter apud Iudæos obseruatam legem de adulterorum lapidatione: quæ si fuisset ita vt decuit vsurpata, superuacanea hæc exceptio fuisset, quam quidẽ in altero membro huius versiculi repetendam esse res ipsa demonstrat.

33 *Rursum*, πάλιν. In vno exemplari vetusto scriptum offendimus πλὴν, id est, præterea, vel cæterum. ¶ *Peierabis*, ἐπιορκήσεις. id est, violabis iusiurandum. Significat enim ἐπιορκεῖν aliquid facere supra iusiurandum, & illud transgredi. Latinis quoque (vt inquit Cicero Offic. tertio) *Peierare, non est falsum iurare: sed, quod ex animi tui sententia iuraris, id non facere, periurium est.* Cuius rei lectorẽ admonere placuit, quia quæ sequuntur, alioqui non videntur cohærere. Hinc autem apparet Scribas dupliciter hoc præceptum falsasse. Primùm quidẽ quòd Exo. 20. 7. & Deu. 5. 11. acceperint לשוא [*Lascha-ue*] & Leuit. 19. לשקר [*Laschaker*] pro vno & eodẽ: quũ illo vocabulo temerarium iusiurandum, isto verò periuriũ prohibeatur. Deinde superstitiosa quadam vel potiùs cum Dei ludibrio coniuncta simulatione obliquas & indirectas formulas pro nihilo habebant. Ad hoc autem posterius respondet priore loco Christus, ostendens, Deũ istiusmodi strophis decipi non posse, quibus homines non modò non excusentur, quũ Dei nomen in totidem literis & syllabis non sit positũ, sed etiam impietatis arguantur, quũ quoties iurandũ est, per ipsius Dei nomen, non per res creatas illas sit iurandum: vt qui sit vnicus καρδιογνώστης, & in iureiurando non simpliciter vt testis, sed etiam vt conscientiæ iudex, nuncupetur. ¶*Reddes*, ἀποδώσεις. Era. *Persolues*, i. ἀποτίσεις, vt supra, vers. 26. ¶*Quæ tu iuraueris*, τοὺς ὅρκους σου. Cic. de Legib. *Cautè vota redduntο: vt pote quæ interposito Dei nomine concipiantur.* quanquã latius patet τῶν ὅρκων nomẽ. Quòd si præstandũ est ipsius Dei respectu imprimis quicquid iuratũ est, quo pudore audet nonulli sequentia Christi verba citare, quasi iurare nullo modo liceat?

34 *Ne iurate*, μὴ ὀμόσαι. Vulgata, *Non iurate*. τὸ ὀμόσαι positũ est pro ὀμόσατε, imperandi modo: nisi illud λέγω ὑμῖν interpreteris, *iubeo vos*: sicut etiã paulo pòst vers. 39. Cæterùm etsi neque mei est propositi commentaria scribere, neque libens quenquam reprehendo, in hoc præsertim scribendi genere, in quo non dubito quin ipse in varias reprehensiones incurram: tamen monendũ esse putaui lectorem, vt quædam ab Erasmo scripta in hunc locũ de iureiurando, & superiorem de litigando, cum summo iudicio legat. Nam etsi malo omnia in meliorem partem accipere, quoad eius fieri potest, & eius laboribus tam faueo quàm qui maximè, tamen dissimulare non possum pleraque sic ab eo explicari in his capitibus, vt videri possit vel ab opinione Anabaptistarum, vel à [illegible] illorum distinctione, qui hæc omnia ad solos quosdam perfectos pertinere credunt, non prorsus dissentire. ¶[illegible], [illegible]. id est, per vllam rem creatam: vt apparet ex proximè sequentibus quas Christus damnat formulis, ex quibus liquet indirectas iurandi species, non impium iusiurandum legitimè conceptũ reprehendi: ac proinde [illegible] particulam à nonnullis temerè hoc loco vrgeri. ¶Per cælum, ἐν τῷ οὐρανῷ. Ad verbum, *In cælo*: quæ phrasis sæpe repetitur infra, cap. 23. 16. Est autem nata ex Hebræorum idiomate, apud quos ב [*Beth*] litera sæpe ponitur pro iurantis aduerbio, vt Gen. 22. 16. & Ios. 2. 12. Cæterùm fuit hæc iurisiurandi formula etiam profanis gentibus familiaris, vt liquet ex illo Virgilij loco, *Per sidera iuro*. ¶*Thronus*, θρόνος, siue solium, ac sedes regia.

35 *Scabellum*, ὑποπόδιον. Eras. *Subsellium*: fortassis nõ satis rectè. ὑποπόδιον enim Græcis dicitur non illud quo sedemus, (siue sedes sit siue subsellium) sed quod sedentis pedibus est subiectũ: & à Latinis Scamnum à scandendo, itémque scabellum forma diminutionis dicitur, quo scilicet in sedem altiorem ascenditur. Ouid. *Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem.* Græci elegantiores βάθρον appellant. Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos, suppedaneum interpretatur.

Μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι.	36	Neque per caput tuũ iures, quia non potes vnum capillum album aut nigrum facere.	36	*Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum.*
Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναί, οὐ οὔ. τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν.	37	‖ Esto autem sermo vester, etiam etiam, non non: quod autem supra hæc redundat, ab illo improbo emanat.	37	*Sit autem sermo vester, est est, non non: quod autem his abundantius est, à malo est:*
Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος.	38	Audistis dictum fuisse, ‖ Oculum pro oculo, dentem pro dente.	38	*Audistis quia dictum est, Oculum pro oculo, & dentem pro dente.*
Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ· ἀλλ᾽ ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.	39	Ego verò dico vobis, ‖ ne obsistite improbo: sed qui te cædet in dexteram tuam maxillã, obuerte ei & alteram:	39	*Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.*

Iac.5.12.

Exod.21.24. Leu.24.20. Deu.19.21.

Secundæ tabulæ summã contra quam docebant Scribæ, sic ostendit accipiendam vt malo retaliare nullo modo liceat, immò potius repetitæ iniuriæ sint perferendæ, & ipsis capitalibus hostibus sit benefaciendum. Luc.6.29. Rom.12.17. 1.Cor.6.7.

36 *Per caput*, ἐν τῇ κεφαλῇ. Sic Iulus apud Virgil. *Per caput hoc iuro.* ¶ *Album aut nigrum*, λευκὴν ἢ μέλαιναν. Octauum exemplar tollit particulam ἢ: vt sit hic sensus, non posse homines capillum qui sit albus, nigrum reddere: itaque nõ videri capitis sui dominos.

37 *Esto autem*, ἔστω δὲ. Vel, *Sit autem.* Erasmus, *Erit autem*, ἔσται δὲ. ¶ *Etiam etiam*, ναὶ ναί. Vulg. & Eras. *Est est.* Idem tamen infrà 21.16. ναὶ interpretatur *quidni?* i. πῶς γὰρ οὐχί; & vertit vt ego hîc feci, 2.Cor.1.17. Quod autem existimat conduplicationem hanc ad eundem pertinere, sed priorem particulam esse interrogantis, posteriorem respondentis, nullius (quod sciam) exemplaris authoritate confirmatur. Ita enim scribendum fuisset, ναί; ναί. οὔ; οὔ. Idem rursus aliam affert interpretationem, quasi nimirum iubeat Dominus, vt si sermo noster affirmat, verè affirmet. si negat, verè neget. Sed ea quę statim subiiciuntur, indicant hîc agi de affirmandi & negandi formula, non autem de ipsius affirmationis & negationis veritate. Quomodo enim hęc cohæreant non video, *Verè affirmetis quæ affirmatis: & verè negetis quæ negatis. quod autem supra hæc redundat, à malo proficiscitur.* Non desunt igitur qui putent geminatam vtranque particulam emphaseos causa, quasi Dominus, propterea quòd ferè iuramus vt nobis credatur, iubeat vt gemina potius affirmatione & negatione vtamur, quàm Dei nomẽ temerè vsurpemus. Hanc enim consuetudinem in asseueratione fuisse apud Hebræos vsurpatam, apparet ex 2.Reg. 10.15: vbi legimus ויש יש [*Iesch vaiesch*] pro eo quod hîc dicitur ναί. Sed tamen quia in omnibus codicibus interponitur distinctio, sunt qui existiment in his verbis, ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, *Esto autem sermo vester*, prolepsin esse, qua diuiditur λόγος in duas species, affirmantem videlicet & negantem: id est, in ναὶ & οὔ. Sic enim vsurpari has particulas liquet ex 2. Cor.1.17. vbi sermonem suum testatur Apostolus non fuisse ναὶ & οὔ, id est varium & inconstantem, vt rem eandem modò affirmaret, modò negaret. sicut parasitus ille apud Terentium loquitur, *Negat quis? nego: ait? aio.* Quare hæc Christi verba perinde possunt accipi, ac si ita scriptum esset, ἔστω δὲ ὑμῶν ὁ λόγος, ὁ μὲν ναί, (id est καταφατικὸς) ναί· ὁ δὲ οὔ, (id est ἀποφατικὸς) οὔ. Hoc est, Vester sermo sit, affirmans quidem, etiã: negans verò, non. Nam simplici & nudæ affirmationi aut negationi quod ita adiicitur vt redundet, à malo proficiscitur. Idque prorsus respondet totidem ferè Iacobi verbis 5.12. vbi sic scribit, ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναί, ναί· καὶ τὸ οὔ, οὔ. quę verba simili ratione interpretor de non iurando, nõ autem de affirmationis aut negationis veritate: quũ totum illũ locũ Iacobus ex hoc Christi sermone sit mutuatus. Sed & Basilius in Psal.14. ita vt nos, interpretatur hũc locum de nuda vel affirmatione vel negatione. ¶ *Quod autẽ supra hæc redundat*, τὸ δὲ περισσὸν τούτων. Vulg. *Quod autem his abundantius est.* Eras. *Quod vltra hæc adiungitur.* Ego sic coactus sum interpretari, vt quæ sit hoc loco vis τοῦ περισσοῦ exprimerem: quo nimirum vocabulo non hîc significatur simplex adiectio iurisiurãdi, sed superflua redundantia. Quod videntur illi non considerasse qui ex his Christi verbis censent penitus interdictum esse iusiurandum: quum tamen id vnũ iurisiurandi genus reprehendat Christus, quod quum alioquin fiat per nomen Dei, tamẽ redundans sit, quod simplici affirmationi vel negationi additur, quum minimè sit necessarium. Nam & ipse Dominus, & Prophetæ, & Apostoli, quoties necesse est, iurãt: atque adeo in Dei cultu numeratur quoque iusiurandum. ¶ *Ab illo improbo*, ἐκ τοῦ πονηροῦ. ἐκ τοῦ ἀπὸ. id est à diabolo. Significat autẽ πονηρὸς, à πόνος vt à μόχθος μοχθηρὸς, aliquid amplius quàm κακὸς, nempe eũ qui sit in omni scelere exercitatus, & ad iniuriã cuiuis inferendã totus cõparatus. cui opponitur χρηστὸς, qui est vsui omnibus. Ideóque per antonomasiã sic vocatur Satã: quamuis hæc differẽtia nõ semper obseruetur.

38 *Audistis*, ἠκούσατε. Ne hîc quidẽ fit veterũ mentio, quos tamẽ ex verbis Domini apparet legẽ talionis ad iudicia pertinentẽ perperam ad priuatã vindictã retulisse. ¶ *Oculũ*, ὀφθαλμόν. sub. *erue*. Hęc est lex talionis, de qua vide apud A.Gellium Phauorini disputationẽ: qui tamen certũ est sophisticè legem illã exagitasse, vt & altera de debitorũ sectione, qui soluendo nõ essent. Sed quũ hæc sint ipsa diuinæ legis verba, sine vlla adiectione, nũ aut Mosen reprehendit Christus, aut Mosaicę legis onus auxit? Neutrũ certè verũ est, sed receptã in Synagogis huius legis falsam interpretationem reprehendit: qua id quod de pœna talionis à iudice, legitima cognitione præeunte, infligẽda cauebatur, isti ad priuatã vindictã referebãt.

39 *Ne obsistite*, μὴ ἀντιστῆναι. Hîc seruanda est propria vis huius verbi. Nec enim ἀντιστῆναι dicuntur quicũque se aduersus iniuriã vel illatam vel inferendã tuentur, quũ & iure agere apud magistratũ possimus, & honestis rationibus iniuriã arcere: sed de eo dicitur qui vim vi opponat, vt par pari referat: quum apertę vi potiùs cedere nos oporteat, & patiẽtia obniti. Sic vbi agitur de iis qui sanę doctrinę obsistũt, Paulus τοὺς ἀνθεστηκότας 2.Tim.3.8. discernit ab iis quos ἀντιδιατιθεμένους appellat, 2.Tim.2.25. ¶ *Improbo*, τῷ πονηρῷ siue scelerato, à quo videlicet per manifestũ scelus lęsus fueris. Heb. לרשע, vt Ex.2.13. Vul. *Malo*: nõ malè, sed ambiguè, ne quis id accipiat neutro genere pro iniuria, quã non liceat iniuria pensare, vt accepisse videtur Chrys. quod verè quidẽ dicitur: sed præstat πονηρὸν de persona potius quàm de re accipere, vt si Gallicè dicas *meschãt*, cũ articulo indefinitè posito. Nisi malimus neutro genere τῷ πονηρῷ intelligere pro τῇ πονηρίᾳ. i. malitiæ, siue improbitati. de qua vide Rom.1.29. ¶ *Qui*, ὅστις. Vul. *Si quis*. i. εἴ τις. quod mollius cohæret cum iis quæ subiiciuntur. ¶ *Te cædet*, σε ῥαπίσει. Vul. *Te percusserit*. i. σε πατάξει. Eras. *Impegerit alapam*. & dubiũ nõ est quin de alapa quoque istud dicatur, qui fuit etiã manumissionis cuiusdã modus. Videtur tamen Græcũ vocabulũ fidelius hoc quidẽ loco expressisse Vetus interpres. Nam ῥαπίζειν is demũ dicitur Græcis qui contumeliæ causa, virga, aut fuste, aut etiam crepida, aliũ cædit: (nam ῥαπὶς & virgã & crepidam significat) sicut Omphale sandalio caput Herculis verberabat. Plut. in Themistoc. τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους ῥαπίζουσι, i. *Eos qui in certaminibus intempestiuè surgunt, cædunt.* Et paulo pòst, id explicans, ἐπαράμενος, inquit, τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξοντος. hoc est, *Quum baculũ extulisset, veluti percussurus.* vide inf. 26.67, & Marci 14.65. Quòd autẽ dextræ fit potius mentio quàm sinistræ, quũ in sinistram potius feratur impetus ferientis, id quoque non puto esse negligendũ. Duplex enim est iniuria, quũ ad illam accedit contemptus. Quos autẽ contemnimus, eos ferè solemus auerso ictu cędere, nimirum in sinistrum latus, iubentes à nobis facessere, quasi etiam indignos quos verberemus. Sed hoc tamen fortassis nimium est argutum. ¶ *Obuerte*, στρέψον. Ad verbum, *Verte.* Vulgata, *Præbe*, id est, πάρεχε. In vno codice scriptum erat τρέψον, eodem sensu. ¶ *Alteram*, καὶ τὴν ἄλλην. Apud Gręcos differentia illa inter ἄλλος & ἕτερος non obseruatur tam diligenter quàm inter Alius & Alter apud Latinos: neque Hebræi hęc distinguunt, quũ pro vtroque vnicam vocem אחר [*Ascher*] vsurpent. Huc spectat locus insignis Isidori Pelusiotæ ex epist.126. libro 5. quem propterea placuit exscribere, Nostrum, inquit, certamen est Olympico prorsus aduersum. Illic enim

qui cædit & superat, palmam obtinet: his autem qui cæditur & perfert, præconis voce celebratur. Illic, qui vicissim ferit: hîc qui alteri maxillam præbet, in Angelorum theatro prædicatur. Non enim vltione, sed patientia victoria ponderatur. Noua enim hæc coronarum Lex est, quoniam noua quoque certaminum ratio. Hæc ille, eadem penè repetens epist.169. lib.2. quæ cuinam hodie persuaserimus?

Καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.	40	Et ei qui velit tecum contendere, ac tunicam tuam capere, dimitte illi etiam palliũ:	40	*Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium:*
Καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ᾽ αὐτοῦ δύο.	41	Et quisquis te angariabit ad miliare vnũ, abi cũ eo duo.	41	*Et quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo.*
Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς.	42	‖Petenti abs te dato: & volentem mutuari abs te, ne auersator.	42	*Qui autem petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris.*
Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου.	43	Audistis dictum fuisse, ‖ Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.	43	*Audistis quia dictum est, Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicũ tuum.*
Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς·	44	Ego verò dico vobis, ‖ Diligite inimicos vestros benedicite iis qui execrantur vos, benefacite iis qui oderunt vos, ‖ & orate pro iis qui vobis sunt infensi, & persequuntur vos:	44	*Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.*

Deut.15.8.

Leu.19.18.

Luc.6.27.

40 *Et qui velit tecum contendere*, τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι. Vulgat. *Et qui velit iudicio tecum contendere.* Erasmus, *Et qui te velit in ius trahere.* Atqui in hac significatione vtendum esset verbo κρίνειν cum quarto casu, τῷ θέλοντι σὲ κρίνειν. & quoniam sicut τὸ κρίνειν de eo qui in ius vocat, ita κρίνεσθαι dicitur de eo qui in ius vocatur, vertẽdus fuisset hic locus ita vt σοὶ acciperetur pro ὑπὸ σοῦ, ei qui velit à te in ius trahi. id est, qui occasionem tibi præbet ipsum in ius vocandi erepto tibi pallio, &c. quæ interpretatio præterquàm quòd violenta est, duabus certis (ni fallor) rationibus euertitur. Nam fuisset τὸ λαβεῖν preponendum τῷ θέλοντι. Nec enim eiusmodi quispiam vellet in ius vocari vt eriperet pallium, sed pallium potius eriperet vt occasionem secum litigandi præberet. Deinde agit Christus de tolerandis iniuriis quæ vi contra omnem iuris speciem inferuntur, & potius quàm iniuriam etiam grauissimam (qualis est predonum, & eorum qui publica auctoritate abutuntur) priuata vindicta retaliemus, paratos esse nos oportere docet ad alteram quoque grauiorem perferendam. Nihil igitur ista pertinent ad iudicia & magistratus, coram quibus, modò publicę offensionis, & charitatis summam rationẽ habeamus, nihil prohibet quo minus iustam causam tueamur. Itaque τὸ κριθῆναι omnino mihi persuadeo respondere verbo Hebræo דין [*Din*] quod etsi de forensibus controuersiis propriè dicitur, vt Græcis τὸ κρίνειν καὶ κρίνεσθαι: tamen etiam rixari & contendere declarat (quod Gallico idiomate dicimus *quereller*) veluti Ier.15.10. & Prou.21.25, & 26.21, & 27.15. Idem erit igitur τὸ σοὶ κριθῆναι, atque μάχεσθαι καὶ ἐρίζεσθαι σοί. quæ vsitatissima est horum verborum cõstructio apud Græcos: vt dixit poëta, *Cui nec certauerit vlla.* id est, Quicum. Et sic etiam litis & litigandi vocabulis vtuntur promiscuè Latini.

¶ *Tunicam*, τὸν χιτῶνα. Lucas 6.29. priore loco ponit ἱμάτιον, quod melius conuenit, quum res ipsa postulet vt potius spolietur quispiam exteriore quàm interiore veste. Nam χιτῶνα de interiore, id est de tunica, dicitur manifestè Ioan.19.23. quamuis de veste quoque extima siue ἐπενδύτῃ interdum dici obseruet Eustathius Iliad.6. vt generaliùs etiam ἱμάτιον nonnunquam pro omni indumento dicatur. Budæus Gallicam vocem *hoqueton* putat merè Gręcam esse ὁ χιτών. Sed hoc nomen quod Grammatici Gręci vt à χέω deriuatum pro laxiore veste accipiunt, merè est Hebræum, כתנת, [*chetonet*] à septuaginta quoque interpretibus retentum.

41 *Angariabit*, ἀγγαρεύσει. Erasmus, *Adegerit te.* Duabus de causis hoc verbum retinui: primùm quia Latinum nullum habeo quòd satis vim illius exprimat: deinde quia Vlpianus etiam Iurisconsultus illud non repudiauit libro XL. Pandectarum, De priuilegiis veteranorum. Angari autem (vt notant Erasmus & Budæus) Persis dicebantur quos hodie *Postas* vocamus. Sed hoc interest, quod hodie certis spatiis collocati sunt qui principum stipendiis aluntur, vt equos habeant ad cursum paratos: Persarum verò cursoribus (sicut etiam hodie Turcarum) fas erat cuiusuis equos, vel naues, aut ipsos etiam homines rapere ad cursum. Vnde factum vt Angariare accipiatur pro adigere ad currendũ, vel ad ferendum aliquid: sicut infrà ca.27.32. refertur de Cyrenęo illo, quem adegerũt Iudæi ad baiulandum crucẽ. Proponitur ergo à Christo seruitutis genus penè intolerabile, quod peculiari etiam vocabulo declarandum. Hoc est quod Hebræi verbo נגש [*Nagas*] declarant: vnde fortassis translatis literis Angaria vocabulum Persicum deductum, & Gręcum ἄγχω & Latinum Ango. ¶ [*Ad*] *miliare vnum*, μίλιον ἕν. Addidi prępositionem, vt constructionem lenirem alioquin asperiorem. μίλιον autem Latinum est vocabulũ corruptum, quum Græci potius stadiis soleant metiri locorum internalla, vt Persæ parasangis, AEgypti schœnis. ¶ *Duo*, δύο. Vulg. (vt est in quibusdam exemplaribus) *Et alia duo.* id est, ἔτι ἄλλα δύο, scilicet μίλια. Puto autem veterem interpretẽ, propterea quòd conuertat μίλιον Mille passus, addidisse *alia* de suo, ne ambigua esset oratio. Ita conficientur miliaria tria, quum hîc fiat duorum duntaxat mentio. Sed si sententiã ipsam spectemus, hæc discrepantia nullius est momenti.

42 *Volentem*, θέλοντα. Vel (vt Erasmus) *Cupientem.* Nam velle respondet τῷ βούλεσθαι: sed τὸ θέλειν aliquando expressius aliquid declarat. Videntur autem hæc duo membra distinguenda, sic vt prius ad mendicos & prorsus inopes pertineat, quibus donandum sit, non mutuandum: posterius autem de mutuatione generaliter accipiatur, quum Iudæis fœnerari per legem non licuerit.

43 *Diliges*, ἀγαπήσεις. Futurum pro imperatiuo: sicut paulo pòst μισήσεις, *oderis*. Nonnulli conuerterunt, *Amato*: quoniam amare amplius quiddam significat quàm diligere, ex Ciceronis quodam loco.

44 *Benedicite*, εὐλογεῖτε. Hebraica phrasis, pro Bene precamini. Alioquin εὐλογεῖν idem valet quod ἐπαινεῖν, laudare quæ significatio huic loco minimè conuenit: neque enim mendacij præceptor est Sp. sanctus. Totum autẽ hoc membrũ, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, non est in vulg. editione: & fortassis ex Luc. irrepsit, est tamen in Syriaca interpretatione. Vide inf. c.25.34, & 26.26. ¶ *Iis qui execrantur*, τοὺς καταρωμένους. Vel, *Iis qui imprecantur.* hoc enim propriè declarat τὸ καταρᾶσθαι. ex quo Chryses ab Homero dicitur ἀρητήρ. i. precator, seu sacerdos. ¶ *Iis qui oderunt*, τοὺς μισοῦντας, vel, τοῖς μισοῦσιν, vt in vetustis omnibus exemplaribus scriptũ reperimus. ¶ *Qui vobis sunt infensi*, τῶν ἐπηρεαζόντων. Vul. *Calumniantibus*: permutato vocabulorum ordine, quasi prius facta sit mentio τῶν διωκόντων quàm τῶν ἐπηρεαζόντων. Cui interpretationi fauet Petrus duobus locis, hac ipsa in re vtens verbo καταλαλεῖν, 1.Pet.2.12. & 3.16. Eras. *Qui lædunt*, τῶν βλαπτόντων. Vtrunque nimis dilutè: hoc enim verbo, vt obseruant Gręci Grãmatici, ab ἄρης deducto, hostilis ac veluti bellicus insultus notatur: quod postea, vt & ipsum τὸ μάχεσθαι, ad iurgia priuatorũ traductũ est: & τὸ κρίνειν & κρίνεσθαι, forenses voces euaserũt. Ego verò studui significantiùs hanc vocẽ exprimere, Christo videlicet significãte, siue apertissima vi & infestissima quispiã Christianus homo appetatur, siue iuris obtentu ad magistratus trahatur (nã τὸ διώκειν etiam fit propriè forẽse verbũ) nõ esse illi cõmittendũ quoniam alio, vt iniustè agẽtẽ, meritò cõdẽnet, sicut obseruauimus sup. v.39. in verbo

ἀντιτύπτειν. Ius autem suum aduersus iniustè agentem tueri, non dubito quin iure & diuino & humano Christianis liceat: quanuis nunc quoque singulare patientiæ exemplum præstare, ipsius in primis Christi exemplo, oporteat, ac iuri quoque suo potiùs renuntiare, quàm aliquid committere quod Dei gloriæ officiat, & fratrum ædificationi. Sed & illud obseruandum est, hoc verbum apud scriptores elegantiores, cum tertio potiùs quàm quarto casu siue Rei siue Personæ construi consueuisse. Syrus interpres, *Qui vos trahunt in vincula*, exponit: quasi de foro duntaxat agatur, ac etiam decrescat oratio. Pronomen autem vt non temere bis repetitum, bis etiam expressi.

Luc. 23. 34. Actor. 7. 60. 1. Cor. 4. 13. Luc. 6. 32. Argumentum duplex, vnū à relatis, Qualis pater, tales liberos esse oportet: alterum à comparatis, præstare oportet Dei filios huius seculi filiis.

45 Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς· ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.

45 ‖Vt sitis filij Patris illius vestri qui est in cælis. facit enim vt sol suus exoriatur super improbos ac bonos, & pluit super iustos & iniustos.

45 *Vt sitis filij Patris vestri qui in cælis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.*

46 Ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι;

46 Nam si dilexeritis eos qui diligunt vos, quam mercedē habebitis? nónne & publicani idem faciunt?

46 *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habetis? nónne & publicani hoc faciunt?*

47 Καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσι;

47 Et si complexi fueritis fratres vestros solùm, quid amplius facitis? nónne & publicani ita faciunt?

47 *Et si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? nónne & Ethnici hoc faciunt.*

48 Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι.

48 Estote igitur vos perfecti, vt Pater vester ille qui est in cælis, perfectus est.

48 *Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester qui in cælis est, perfectus est.*

Κεφάλαιον ϛ.

CAP. VI.

CAP. VI.

Eleemosynas ambitio irritas facit.

1 ΠΡοσέχετε τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μήγε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

1 ATtendite ne iustitiam vestram exerceatis coram hominibus, vt spectemini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui *est* in cælis.

1 *ATtendite ne iustitiam vestrā faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est.*

45 *Sitis*, γένησθε. Γίγνεσθαι interdum idem valere quod εἶναι vel illud Homericum epitheton ostendit, quo vocat θεοὺς αἰειγενέτας, id est (vt alibi dicit) αἰὲν ἐόντας, id est, semper existentes. Sed enim quum nemo nisi actus Spiritu illo patris, & nemo nisi qui iām filijs Dei factus est illius Spiritus donatione, καὶ ἀναγέννησει, præstet quod hîc exigitur: quînam hæc filiatio consequi dicetur illud ipsum cui causam præbet? Itaque in hoc dicendi genere valet illa regula, Tunc dici sæpe aliquid esse, quum esse intelligitur. Vt sis ergo idem valet atque vt Esse reipsa comperiaris. Sic dicit Abrahamum Iacobus ex operibus iustificatum, agens videlicet non de causis iustificationem efficientibus, sed de effectis ex quibus demum quis sit iustificatus declaratur. ¶ *Facit enim*, ὅτι ἀνατέλλει. Vulgata vertit, *Qui*, videtur enim legisse, ὅστις: & fortassis rectius quàm ὅτι, melius enim videtur cohærere. Est autem in verbo ἀνατέλλει forma coniugationis Hebræorum quam vocant Hiphil: quam non satis videtur exprimere Erasmus, quum interpretatur *Exoriri sinit*. Plus est enim facere quippiam quàm sinere fieri. ¶ *Et pluit*, καὶ βρέχει. Ad verbum, *Et rigat*, videlicet pluuia. Eras. *Pluuiam mittit*: eadem nimirum forma qua modò diximus accipi τὸ ἀνατέλλειν.

46 *Habebitis*, ἔχετε. Videtur enim ἔχετε pro ἕξετε hîc vsurpari, & alibi quoque, vt infrà 6.1, & in meo vetustissimo exemplari legitur ἕξετε. Quod si legimus ἔχετε cum vetere interprete, sensus erit, Quam mercedem habetis? id est, quam mercedem meremini? vel, quid vobis debetur? ¶ *Publicani*, οἱ τελῶναι. Sic dicuntur qui vectigalia redimunt. Erant autem isti reliquis Iudæis exosi, tum quòd profanis hominibus (id est equitibus Romanis) operam suam quasi ad opprimendam populi Dei libertatem locassent, tum etiam quòd hoc hominum genus auaritiæ nomine pessimè semper audierit. Postremò quòd Iudæi iniquissimè ferrent Romanorum iugum. vide infrà, 9.10. Neque illud omittendum est, Iudæos quibus olim publicani tantopere fuerunt exosi, hodie esse Turcarum publicanos, admirabili quodam Dei iudicio.

47 *Complexi fueritis*, ἀσπάσησθε. Vulg. *Salutaueritis*. ἀσπάζεσθαι salutare quidem significat, sed osculo & complexu: qui mos istarum gentium erat. Hic autem hoc vno officio cætera etiam comprehendit: alioqui cōtenti fuissemus vulgata versione, quam frequenter in Epistolis Pauli sequuti sumus. ¶ *Fratres*, τοὺς ἀδελφούς. In omnibus vetustis codicibus legimus τοὺς φίλους, amicos. ¶ *Amplius*, περισσόν. Idem hîc valet περισσὸν quod πλέον: & subauditur, *Quam alij*. Sic etiam infrà, 27.23. ¶ *Et publicani ita faciunt?* καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσι; Vulg. *Ethnici*, sicut etiam in duobus codicibus & in vetustissimo meo scriptum offendi, καὶ οἱ ἐθνικοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσι; Et Ethnici (id est [illegible] exteræ & profanæ gentes) idem faciunt?

48 *Estote*, ἔσεσθε. Erasmus ad verbum, *Eritis*: qui videlicet existimauit hanc Christi concionem ad solos quosdam perfectos pertinere: quæ opinio falsissima est. Nemo autem ignorat apud Hebræos sæpissimè futurum indicatiui accipi pro imperandi modo, vt infrà, 6.6. & perfecti estote, idem hîc declarat, atque planum facite, Patrem illum cælestem imitando, vos esse germanam eius spiritualem videlicet sobolem: & quum in eo perfecta sint omnia, ne hanc virtutem patiamini in vobis requiri. Τέλειοι itaque vocantur verè Christiani, tum quòd ad perfectionem illam contendant, Ephes. 4.13, & Philip. 3.15. tum quòd omnium verarum virtutum semina sint ipsis à Spiritu Dei insita, quamuis nondum adoleuerint. ¶ *Vt*, ὥσπερ. Particula non æqualitatē, sed analogiam declarans. Vide infrà, 6.10.

IN CAPVT VI.

1 *Attendite*, προσέχετε, vel cauete, vt vertit Augustinus lib. de sermone Dei in monte, secundo capite, vt & accipitur Luc. 12.1, & infrà 7.15. Possemus etiam vertere *Adhibete animum*. Nam προσέχειν adhibere significat: & subaudiri videtur τὸν νοῦν, quod etiam sæpe exprimitur: iungitúrque tertio casui apud Græcos: vt ante particulam μή, quæ sequitur, videatur subaudiendus articulus τῷ. ¶ *Ne iustitiam vestram exerceatis*, τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν. Quamuis plerique Græci codices pro δικαιοσύνην, scriptum etiam hîc habeant, vt paulò post, ἐλεημοσύνην, eleemosynam, de qua voce mox dicemus: tamen & duorum manuscriptorum codicum vetustissimorum, & veteris interpretis, & antiquissimorum aliquot patrum auctoritatem, rationem ipsam denique (ni fallor) sequutus iustitiæ nomen prætuli. Quod enim de eleemosyna, de precibus quoque & ieiunio postea Christus præcipit, quibus tum charitatis in proximum, tum pietatis in Deum, argumentis testari suam probitatem homines consueuerunt. Est autem Hebræis iustitiam facere, idem atque iustè & rectè viuere: quod generaliter initio dictum, postea speciatim illis tribus applicatur. vt, meo quidem iudicio, rectè locus iste ab Augustino explicatur eo quem dixi libro de Sermone in monte, 2. cap.

plicatur eo quem dixi libro de Sermone in monte, 2. cap. quamuis non ignorem Hebræos, quos etiam sequutus est hoc loco Syrus interpres, Iustitiæ nomine interdum speciatim eleemosynā intelligere, vt verterunt etiam Græci Deut. 24.13, & Dan. 4.25. ¶ *Vt spectemini*, πρὸς τὸ θεαθῆναι. Vulgata, *Vt videamini*: quæ loquutio est ambigua, vt ex Augustino annotat Erasmus. Deinde θεᾶσθαι plus est quàm ὁρᾶσθαι: sicut apud Latinos plus est Spectari quàm Videri. ¶ *Mercedem*, μισθόν. Mercedis nomen passim in sacris Scripturis accipitur pro constituto quidem præmio; sed eo tamen gratuito: vt frustra Scholastici mutuam meriti & mercedis relationem somnient.

Rom. 12. 8.

2 Ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

2 ‖Itaque quū præstabis eleemosynam, ne curato buccinā cani coram te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in plateis, vt gloriam consequantur ab hominibus. amē dico vobis, perceptam habent mercedem suam.

2 *Quum ergò facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. amen dico vobis, receperunt mercedem suam.*

3 Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου·

3 Quum verò tu das eleemosynam, ne nouerit sinistra tua quid faciat dextera tua:

3 *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua:*

4 Ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, αὐτὸς ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

4 Vt sit tua eleemosyna in occulto: Pater autem tuus qui *te* aspicit in occulto, reddet tibi in propatulo.

4 *Vt sit eleemosyna tua in abscondito: & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.*

5 Καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ ὑποκριταί· ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

5 Et quum orabis, ne esto vt hypocritæ: amant enim in conuentibus & in angulis plateaū stantes orare, vt appareant hominibus. amen dico vobis, perceptam habent mercedē suam.

5 *Et quum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearū stantes orare, vt videantur ab hominibus. amen dico vobis, receperunt mercedem suam.*

Duo in precibus maxima vitia reprehendit, ambitionē & inanem garrulitatem.

2 *Quum præstabis eleemosynam*, ὅταν ποιῇς ἐλεημοσύνην. Hac voce quam Latini Theologi suam fecerunt, pro stipe quæ pauperibus erogatur, generaliter intelligitur alioquin genus omne beneficij quod in miseros confertur: sic etiam ea vtente Callimacho in Hymno in Delum. ¶ *Ne curato buccina cani*, μὴ σαλπίσῃς. Σαλπίζειν illud est omnino quod Latini buccinare dicunt. hîc autem accipitur tanquam in Hebræa coniugatione Hiphil הריע [*Horiah*] Vulgata, *Noli tuba canere*. Erasmus rectius, *Ne tubis canatur*: mutato actiuo in passiuum. ¶ *Hypocritæ*, ὑποκριταί. id est simulatores: quod vocabulum Theologi retinuerunt. Dicitur autē propriè de Histrionibus personam aliquam sustinentibus in fabula: conuenítque (vt annotat Erasmus) cum eo quod dixerat paulo antè, *Vt spectemini*, tanquam in theatro videlicet, quod & ipsum tibicinibus perstrepebat: vt tota hæc actio planè histrionica videri posset, in qua simulatè cuncta agerentur. ¶ *Synagogis*, συναγωγαῖς. Vocabulum Græcum retinuimus, vt suprà 4.23. quum videlicet agitur de conuentu, seu loco ipso in quem conuenire solebant Iudæi ad Scripturam tractandam, quo modo hîc quoque accipi videtur: sicut per platéas intelligitur forum quòd ciuilibus negotijs & commercijs est accommodatum. Celebriores igitur omnes vrbium locos captabant ii de quibus hîc agitur: sicut histriones quærere solent πανηγύρεις, vel lucri vel ostentationis causa. ¶ *Plateis*, ῥύμαις. Sic malui interpretari quàm *Vicis*: tum ad vitandam amphiboliam, tum etiam quia non quoslibet vicos, sed plateas & fora verisimile est istos quæsiuisse. quæ potissimum significatio videtur conuenire Græco vocabulo ῥύμη, quū deducatur ἀπὸ τοῦ ῥύω, id est, ὁρμῶ, vt eum in vrbe locum significet in quem omnes certatim confluunt. Idem enim est Polluci quod πλατεῖα. Stephanus autem στενωπόν, id est angiportum siue compitum exponit, vbi videlicet plures vici terminantur: qui loci propterea sunt laxiores, & frequentiores, vt postea seq. vers. 5. ¶ *Vt gloriam consequantur*, ὅπως δοξασθῶσιν. Vulgata, *Vt honorificentur*. nam δοξάζεσθαι idem hîc valet quòd τιμᾶσθαι. Δόξα autem tum opinionem significat & existimationem, tum etiam gloriam. Itaque Erasmus interpretatus est *Glorificentur*: quo modo etiam nos, quoties quidem agitur de Dei laude & gloria. ¶ *Perceptam habent*, ἀπέχουσι, nempe gloriosam illam, sed inanem prædicationem, quæ ab hominibus proficiscitur. Vulgata, *Receperunt*. Cæterùm propriè τὸ ἀπέχειν, Abesse significat. hîc autem idem valet quod ἀπολαμβάνειν, id est, ab aliquo perceptum aliquid obtinere: vnde ἀποχὴ dicitur scriptum quo creditor debitorem absoluit. Plutarchus in Solone, de scortatoribus loquens, quorum filios Solon constituit ad alendū patrē non cogi, ὁ γὰρ ἐν γάμῳ παρορῶν τὸ καλὸν, οὐ τέκνων ἕνεκα δῆλός ἐστιν ἀλλ' ἡδονῆς ἀγόμενος γυναῖκα, τόν τε μισθὸν ἀπέχει, καὶ παρρησίαν αὐτῷ πρὸς τοὺς γενομένους οὐκ ἀπολέλοιπεν, οἷς αὐτὸ τὸ γενέσθαι πεποίηκεν ὄνειδος. i. Qui enim honestate illam ad decus nuptiarū despexit, declarat sese non liberorū, sed voluptatis gratia mulieris consuetudinē quæsiuisse: itaque mercedē suam percepta habet, neque sibi ius vllū reliquū facit eos conueniēdi qui ex eo concubitu nāti sunt, vt qui effecerit vt ne nasci quidē sine infamia & dedecore potuerint. Sic etiam apud Lucam τὸ ἀπελπίζειν significat ex mutuo lucrum sperare: & apud Aristotelem libro οἰκονομικῶν β, ἀποπορεύεσθαι, ab alio discedere.

3 *Quū verò tu das*, σοῦ δὲ ποιοῦντος. Vulg. ad verbū, *Te autē faciente*: quod paulo obscurius videbatur. Eras. *Cæterùm quū præstabis*. ¶ *Ne nouerit sinistra*, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά. Prouerbiale & hyperbolicum dicendi genus, vt sese frustra Augustin. in hoc explicando loco fatigarit, libro paulò antè citato.

4 *In occulto*, ἐν τῷ κρυπτῷ. Hebr. pro occultè. ¶ *Qui* [*te*] *aspicit*, ὁ βλέπων. siue, *Qui* [*hoc*] *aspicit*. Ad verbū, *Qui videt*. quo modo Vulg. & Eras. Atqui βλέπειν dicitur quasi βάλλειν ὦπας, id est adiicere oculos, quod plus est quàm videre, vt diximus suprà 5.28. Abundat autē relatiuū αὐτός, Hebraico more: vel additū est (vt annotauit Eras.) vt personā Patris distinguat ab eo in quē confertur beneficiū. Deerat tamen in vetustis exemp. 4.6.8. ¶ *In propatulo*, ἐν τῷ φανερῷ. Hæc desunt apud Veterē interpretē. Et testatur Augustin. lib. sæpius iam à me citato, non fuisse in Græcis exempl. In meo quidē vetustissimo, neque hoc loco, neque in cōsequente legitur. Syrus tamen interpres vtroque loco plenā hanc habet antithesin.

5 *Quū orabis*, ὅταν προσεύχῃ. Vulg. legit pl. nu. ὅταν προσεύχησθε, οὐκ ἔσεσθε, Quū precabimini, non eritis. ¶ *Non esto*, οὐκ ἔσῃ, Heb. enallage futuri pro imperādi modo. ¶ *Amant enim*, ὅτι φιλοῦσι. Hoc loco videtur Era. rectè nouā periodū inchoasse, vt sensus esset aptior. Vulg. autē interpres habet, *Qui*, vt legisse videatur οἳ pro ὅτι. At φιλοῦσι vertit Era. *Solēt*, i. εἰώθασιν. Ego verò etsi hunc sensum esse nō nego, & φιλεῖν sæpe accipi pro solere, tamen vulgatā interpretationē probo, quia Græcis respondet: & hoc dicendi genus video & ab Horatio, & à Plinio, & à Cornel. Tac. vsurpatū. Sic etiā vulgò Galli, *Qui aiment à prier*. ¶ *In conuentibus*, ἐν ταῖς συναγωγαῖς. Atqui synagogæ sacris lectionibus, ac proinde etiā precibus erāt destinatæ. Itaq. fortassis (vt accepit etiā Eras.) συναγωγὰς appellat non sacros cōuentus, neque loca iis sacrata, sed quosuis hominū in foro & celebrioribus locis cœtus siue circulos, vt & suprà accipi potest hoc vocabulū vers. 2. sicut Græcis συμπόσια etiam συναγώγια dicuntur. nos vertere possumus Gallico idiomate *es compagnies*, ou *assemblées*. ¶ *Angulis*, γωνίαις id est, vbi desinūt viæ in angulos. ibi enim sunt biuia, aut triuia, in quibus ferè habentur hominū conuentus. Catullus,

Nunc in quadriuiis & angiportis. quod moneo ne quis angulum pro loco abdito interpretetur. ¶ *Stantes*, ἑστῶτες. Nam Iudæi interdum etiam stantes expansis manibus precabantur. Possumus tamen stantes simpliciter accipere pro eo quód dicimus nostro idiomate, *estans*. ¶ *Vt conspicui sint*, ὅπως ἂν φανῶσι. Vulg. *Vt videantur*, nimium dilutè.

6	Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.	Tu verò quum orabis, introito in conclaue tuũ, & clauso ostio tuo ora Patrem tuum in occulto: & Pater tuus qui *te* aspicit in occulto, reddet tibi in propatulo.	*Tu autem quum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito: & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.*
7	Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί· δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται.	Orantes autem ne eadem blaterate vt Ethnici. putant enim fore vt sua illa loquacitate exaudiantur.	*Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici. putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur.*
8	Μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν.	Ne igitur ipsis assimilamini. nouit enim Pater ille vester quibus sit vobis opus, antequam vos petatis ab eo.	*Nolite ergo assimilari eis. scit enim Pater vester quid opus sit vobis, antequàm petatis eum.*
9	Οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς, ΠΑΤΕΡ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.	Vos igitur ita orate. ‖PATER noster qui *es* in cælis, sanctificetur nomen tuum.	*Sic ergo vos orabitis, PATER noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum.*
10	Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.	Adueniat regnum tuum: fiat voluntas tua, vt in cælo: *ita* etiam in terra.	*Adueniat regnũ tuũ, fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.*
11	Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.	Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie.	*Panem nostrũ supersubstantialem da nobis hodie.*

Vera omniũ Christianarum precum summa ac formula. Luc.11.2.

6 *Conclaue*, ταμιεῖον: Vul. *Cubiculũ*. Latius patet Græcis ταμιεῖον, significat enim generaliter locum secretiorem in quo recondimus aliquid. Hic autem conuenire videtur Conclauis vocabulum alioqui penarium vel cellam dixissem, si ageretur de rebus ad familiæ victum pertinentibus: sicut Luc.12.24. & infrà, 24.26. τὰ ταμιεῖα vertit Erasmus cum Vetere interprete penetralia. ¶ *In occulto*, ἐν τῷ κρυπτῷ. Sic legit vetus interpres, & rectè meo iudicio: vt etiam scriptum legi in duobus manuscriptis codicibus, & in illo meo vetustissimo. Alij legunt τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ, *qui est in occulto*, id est, qui non est conspicuus: vt opponatur Deus inconspicuus, & tamen omnia etiam occultissima perspiciens, hominibus quorum laudem isti simulata pietate captabant. ¶ *In propatulo*, ἐν τῷ φανερῷ. Verum hæc desunt in editione Vulg.

7 *Ne eadem blaterate*, Μὴ βαττολογήσητε. Notum est deductum esse hoc verbum à Batto quodam, & eo significari vitium eorum qui eadem identidem molestissimè inculcant, cuius exemplum nullum aptius proferri possit eo sermone quem ab Erasmo appositissimè citatum, ingeniosissimus ille poëta Ouidius ipsi Batto in libris Metamorphoseon tribuit his verbis, *Montibus, inquit, erant, & erant in montibus illis*: cui par pari referens Mercurius, --- *& me mihi perfide prodis, Me mihi prodis? ait.* Neque tamen Christus hîc vnum hypocritarum ardorem in precando ita simulantium notatum voluit, sed omnes istiusmodi non preces, sed ipsius numinis derisiones expressa vna molestissima sanè ipsisque etiam hominibus, precum specie, sic designauit. quarum nimium vera & vsitata exempla qui nosse volet, legat Romanensium breuiaria & horas quas vocant Canonicas, Rosaria, & infinita huiusmodi, quorum vel Satanam ipsum pudeat. ¶ *Vt Ethnici*, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. Hoc etiam vocabulum Latini Theologi suum fecerunt, quo nomine Iudæi cæteras gentes veri Dei & diuini cultus ignaras vocabant, sicut explicat Paulus Ephes.2.11.

8 *Assimilamini*, ὁμοιωθῆτε, id est, similes fiatis. Videtur enim mihi hoc verbum (quod etiam non reiecit Erasmus infrà, cap. 7.24.) optimè respondere verbo Greco. Cicero quoque *Assimilandus* dixit. ¶ *Antequam vos petatis ab eo*, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. In quodam exemplari manuscripto legimus, πρὸ τοῦ ὑμᾶς ἀνοῖξαι τὸ στόμα. id est, Antequam vos aperueritis os.

9 *Sanctificetur*, ἁγιασθήτω. id est, Sanctum habeatur, & sanctè colatur. Est autem hoc vocabulum Theologis peculiare, respondens Hebræo יתקדש [*Iithkadesch*] cuius variæ sunt significationes suis locis explicandę.

10 *Voluntas tua*, τὸ θέλημά σου, i. quod tu decernis vt fiat. Est enim inter τὸ θέλειν, i. ipsam volendi facultatem: τὴν βούλησιν, ipsius nempe actum, quasi volitionem dicas: & τὸ θελητὸν siue θέλημα obseruandum discrimen. ¶ [*Ita*] *etiam*, καί. Apud Hebræos sępissimè deest particula similitudinis ἀνταποδοτική. Vide Mar.3.26. Sic autem requiritur non perfectionis æqualitas, sed tantùm analogia, vt etiam suprà 5.48. ac proinde istud ab Anabaptistis ad stabiliendam suam falsissimam impietatem impudentissimè detorquetur. ¶ *Quotidianum*, τὸν ἐπιούσιον. Hoc vocabulum veteres interdum ἀπὸ τοῦ ἐπιέναι, vnde ἡ ἐπιοῦσα Græcis dies alterum proximè consequens dicitur, deductum interpretantur Crastinum, id est qui in crastinum sufficiat: quod vt prorsus coactum repudio, quamuis ab Hieronymo confirmetur Euangelij cuiusdam (quod secundum Hebræos vocat) auctoritate, qui etiam in comment. ad Ezech.18. superuenturum interpretatur, vt Augustinus aduenientem, sermon. De verbis Domini 28. Iidē autem interdum ab ἐπὶ & οὐσία deriuantes hanc vocem, interpretantur supersubstantialem, quasi de Christo cęlesti pane hîc agatur, quasi (inquit Erasmus) in precatione tam cęlesti Christus de eo pane non loquatur quem à suis parentibus accipiunt etiam gentes. Sed hoc certè prorsus repudiandum est, quum Christum res ipsa ostendat hoc precationis compendio cõprehendisse quicquid est nobis à Dei benignitate petendum: & quod addit Lucas, τὸ καθ' ἡμέραν, manifestè declarat de cibo hoc agi, quo in singulos dies nobis opus est, cuius quærendi non curam conuenientem, sed anxiam sollicitudinem postea redarguens, nos docet in cælestem illum patrem dietim recumbere. Ego igitur ab ἐπὶ & οὐσία quoque deduco, sicut Greci interpretes περιούσιον, ὁμοούσιον, συνούσιον, ἐνούσιον, noua quadam etymologię forma dixerunt, & cum Græcis scholiis explico, ἐπὶ τὴν ἡμῶν οὐσίαν ἐπαρκοῦντα, siue cũ Basilio in asceticis, definitione 242, πρὸς τὴν ἐφήμερον ζωὴν τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν χρησιμεύοντα, id est frugalem, vt victum & vestitũ habentes, iis contenti simus, quod vetus interpres satis cõmodè Quotidianum vertit, quum sic vocare quod vulgatũ est & vsitatum soleamus. Huic autem interpretationi fauet etiam Syra interpretatio, quę panem sufficientem siue necessarium vocat. Denique doctissimo viro sanctæ memorię D. Mercero assentior, qui hunc esse panem tradit, quem Solomon panē prescripti, id est, conuenientem, & naturæ nostræ tuendę à Deo præscriptum appellat, Prouerb.30.8. Quia tamen quotidianum sic quoque potest accipi quasi cibus in vnũ tantùm diē petatur, huic autē interpretationi id obstat, quòd in hoc orationis cõpendio Lucas nō contentus ἐπιούσιον dixisse, etiā addit τὸ καθ' ἡμέραν: idcirco fortassis prestiterit Panē cibariũ interpretari, vocabulo Latinis vsitato in hac quoque significatione: vel per periphrasin, Panē sustētandis nobis idoneũ. Verùm tanti apud me nō fuit hęc amphibolia, vt quicquā hîc innouandũ putarim quo quisquā offendi posset.

Καὶ

12	Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.	Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.	*Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*
13	Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.	Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos ab illo ‖improbo. Quia tuum est regnũ, & potentia, & gloria in secula. Amē.	*Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Amen.*
14	Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος.	‖Nam si remiseritis hominibus ipsorum offensas, remittet etiam vobis Pater ille vester cælestis:	*Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra:*
15	Ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.	Sin autē non remiseritis hominibus ipsorum offensas, nec Pater vester remittet vobis offensas vestras.	*Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.*
16	Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί. ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες. ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.	Quum autem ieiunatis, ne estote vt hypocritę tetrico vultu. deformant enim facies suas, vt appareāt hominibus ieiunare. amen dico vobis, retulerunt mercedem suam.	*Quum autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę tristes: exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. amen dico vobis, quia receperunt mercedē suam.*

Infr.13.19.

Condonantibus iniurias cõnatur peccata, vltoribus autē parata est vltio. Mar.11.25. Eccle.28.2.

In eos qui sanctitatis famam ex ieiuniis venantur.

12 *Remitte*, ἄφες. Vulgata, *Dimitte*. quomodo ipse quoque Cicero 5. Verrina dixit, Dimittere de summa: sed illud prætuli, non modò quia Latinis magis vsitatum, sed etiam quia Vetus ipse interpres aliis plerisque locis ita est interpretatus. ¶ *Debita*, ὀφειλήματα. id est peccata, ex Syri sermonis idiotismo: nempe quoniam qui peccat, tum pœnam Deo, tum iniuriæ compensationem proximo debet. Itaque non modò falsa, sed etiam inepta & fatua est opinio Sophistarum, existimantium retenta pœna peccatũ remitti: quum remittere peccatum, nihil sit aliud quàm eius pœnam non exigere.

13 *Inducas*, εἰσενέγκῃς id est εἰσάγῃς. Nam φέρειν & ἄγειν sępe permutantur. Inducit autem Dominus in tentationem eos, quos vt iustus iudex, non vt peccatorum auctor, Satanæ arbitrio permittit, vt cor eorum impleat: sicut loquitur Pet. Actor.5.3. qui propterea dicuntur introire in tentationem, infrà 26.41. Est enim vis prępositionis εἰς diligenter consideranda. Cypr. post Tertull. lib. de oratione citato ab Augustin. lib. de bono perseu. cap.6. vertit, *Ne nos patiaris induci*, sententiam potius explicans quàm verba interpretans. Quæ sit autem ista permissio, pete ex eodem August. lib. aduersus Iulianum 5. cap.2. ¶ *Libera*, ῥῦσαι, Tertull. de fuga, vertit *Erue*, quod prorsus Græco verbo respondet. Idem lib. de oratione vertit *Euehe*. Ego in formula tam vsitata nihil nisi optima de causa mutandum censui. ¶ *Ab illo improbo*, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. id est à Satana, qui dictus est ὁ πειράζων, suprà 4.3. Nam πονηρὸς potiùs de persona quàm de re dicitur, & articulus masculinus adiunctus omnem dubitationem tollit, interprete ipso Ioanne 1.Ioan.2.13. & Tertulliano qui *Malignum* interpretatur in libro de Fuga. Ideò articulum expressi, non tam emphaseos causa, quę tamen negligenda non fuit, quàm vt falsam eorum expositionem ostenderem, qui ambiguitate horum verborum decepti, putant hîc peti malorum, id est, incommodorum & calamitatum auersionem. Vulgata, addit particulam *Amen*, quæ tamen in Græcis quibusdam non legitur, nec etiam est apud Augustin. lib. De sermone Domini in monte, 2. Notum est autem Christianos sic preces sacras omnes claudere consueuisse: ex qua etiam consuetudine non desunt qui existiment totam istam coronidem, *Quia tuum est regnum*, &c. in contextum irrepsisse, magnificam quidem illam & longè sanctissimam, sed quæ tamen in vetustissimis aliquibus codic. Græcis desit, & à Cypr. Augustino & Chrysostomo non explicetur, etiam vbi ex professo totam hanc precationem, interpretantur. Extat tamen apud Syrum interpretem, & in plerisque Græcis aliis legitur. ¶ *In secula*, εἰς αἰῶνας. id est in perpetuũ. Sic enim dicere solent Hebræi לעולם [*Leholam*] apud quos tamen interdum hoc dicendi genus non perpetuum, sed continuum temporis spatium declarat. (Sed quid cui loco conueniat, diligenter est considerandum) vsque ad præstitutum finem, eúmque in Dei potiùs voluntate absconditum, quam hominibus speciatim notum, vt vsque ad legem, vsque ad Christũm, vsque ad mundi consummationem, vsque ad vitæ exitum. vnde non temere à Grammaticis eius etymon refertur ad verbum עלם [*halam*] quod Hebręis est Abscondere. Vanum autem esse quod ait Hieronymus in epist. ad Galatas, nempe עולם [*holam*] cum Vau æternitatē, sine illo tēpus diuturnum significare, iam est ab aliis annotatum, multis scripturę locis refelli. Latina certè particula *Olim* quæ de præterito & futuro tempore dicitur, rectè traditur ab Hebręa illa voce deducta.

14 *Hominibus*, ἀνθρώποις, id est, æqualibus vestris. Iubet enim vt homines esse meminerimus, & planè nostri similes, eos à quibus offendimur: quibuscum deinde Pater ille cælestis confertur. Itaque si simpliciter conuertamus *Aliis*, erit quidē sermo ornatior, sed perierit hęc emphasis. ¶ *Offensas*, τὰ παραπτώματα. Sic conuerti potius quàm errata (id est, ἁμαρτήματα) vt vim Græci vocabuli exprimerem. Significat enim παραπίπτειν aliquid amplius quàm προσκόπτειν vel πταίειν, vt declarat Apostolus Rom.11.11. id est, ita impingere & offendere ad aliquid vt concidas: quod est Latinis Prolabi, vt apud Gallos differunt *chopper* & *broncher*. Sic Cicero pedis offensionem vocat τὸ ποδὶ πταίειν lib. de Diuinat.2. & alibi, *Siquid* ait, offensum titubatúmque sit. Est igitur παράπτωμα, quod Hebræis *Sekel*, & de erratis temere & inconsideratè, potiùs quàm destinata improbitate factis dicitur. Sed hęc distinctio fuerit hoc loco periculosa, quum grauissimas etiam offensas alii aliis remittere teneamur. Et promiscuè Scriptura his vocibus vtitur, quibus peccatum in generè significatur. Itaque offensas vbique conuerti, qua voce significatur id omne quo Deus vel proximus lęditur, eôdem translationis genere seruato. Vulgatus interpres, quum hîc vertat priore loco Peccata, paulò pòst vertit Delicta, id est πλημμελήματα. Eras. Errata, & cap.18.35. Delicta. ¶ *Pater vester ille cælestis*, ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Post οὐράνιος (id est cælestis) Vetus interpres addit, *Delicta vestra*: & eadem verba omittit sequenti versiculo: vt facilè appareat ex sequente versu in hũc esse translata. Est autem geminati articuli magna vis, presertim si Patris appellatio diligenter consideretur. grauius enim peccatur in Patrem quàm in alium quemuis. Deinde quis hic Pater est? is nimirum qui nos creauit, quique in cęlis dominatur. & ab hoc petemus veniam quam fratri nostro negabimus?

16 *Tetrico vultu*, σκυθρωποί, Vulgata: *Tristes*. Non satis expressè. ὦπα vocant Græci aspectum & ipsius vultus compositionem: σκυθρὸν autem quod opponitur τῷ φαιδρῷ καὶ ἱλαρῷ, fronti videlicet ad hilaritatem moderatam compositę. Videtur autem hoc cohęrere cum γίνεσθε: vt sit hęc sententia, Ne estote tetrici, vt hypocritę solent. ¶ *Deformant*, ἀφανίζουσι. Τὸ ἀφανίζειν propriè valet Sic delere quidpiam, & tollere è medio, vt nusquam appareat: quamobrem etiam Vulgata vertit *Exterminant*, id est, ἐξορίζουσι, sed parum appositè. Ideò magis placuit Hieronymo Demoliendi verbum, quo mox vtitur vetus interpres versu 20. non minus tamen incommodè: neque aliud hîc declarat quàm ἀφανίζειν

πονοῦσι, vt Eusth. illam phrasin Homericam ἀσχαλόων σκαπαν ... declarat Iliad. 3. Ouid. sic vtitur Corrumpendi verbo, vetās lachrymis oculos corrūpi: quomodo bis sum mox interpretatus, quoniam aliquid amplius ibi declarant. Denique deformandi verbum optimè huic loco videtur conuenire, quum de ipsa vultus externa specie, cui (sicut solent histriones ad eam quam in theatris sustinent personam, assumptis etiam, si sit opus, laruis, aut alia ratione vultum componere) isti quoque hypocritę comptum & munditiem omnem subtrahebant, illuuie & squalore fœdi prodeuntes, quasi natiuum vultum è medio tollerent, qualem suum illum Pisonem personatum Stoicum Cicero describit: & quales Pseudoiesuitas illos præsertim hodie, & Capucinos cernimus obstipo vultu & sulphuris vapore infecto obambulantes, vt viduarū, immò & principum domos deuorent. Talis fuit Carapha ille Chietinorum princeps, antequam Pontifex Maximus crearetur, Paulus quartus vocatus, in quem hoc epigramma lusimus:

Pane & aqua Paulus contentus vixerat olim,
Quum traheret rubra syrmata longa toga.
Idem nunc vino & dapibus se farcit opimis,
Cuius nunc onerat terna tiara caput.
Miraris factum? mirari desine Roma.
Iussisti esse lupum qui fuit ante canis.

¶ *Appareant ieiunare*, φανῶσι νηστεύοντες. Vulg. ad verbum, *Appareant ieiunantes*, id est, vt omnes intelligant ipsos ieiunare: nam certè ieiunabant. Quod autem attinet ad verbum Appareant, sic animaduertimus vsurpari à Cicer. 2. de Finibus, *Membra nobis ita data sunt* (inquit) *vt ad quandam rationem viuendi data esse appareant.*

Σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν, καὶ τὸ πρόσωπον νίψαι.	17	Tu verò, quum ieiunas, ¨vnge caput tuum, & faciem tuam laua:	17	*Tu autem quum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.*
Ὅπως μὴ φανῇς τοῖς ἀνθρώποις νηστεύων, ἀλλὰ τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.	18	Vt ne appareas hominibus ieiunare, sed Patri tuo qui *est* in occulto: & Pater tuus, qui *te* aspicit in occulto, reddet tibi ¨in propatulo.	18	*Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui est in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.*
Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι.	19	Ne thesauros recondite ¨in terra, ¨vbi tinea & erosio ¨corrumpit, & vbi fures perfodiunt ac furantur.	19	*Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.*
Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν οὐδὲ κλέπτουσιν.	20	‖Sed recondite vobis thesauros in cælo, vbi neque tinea neque erosio corrumpit, & vbi fures non ¨perfodiunt, neque furantur.	20	*Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur.*
Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν.	21	Nam ¨vbi est thesaurus vester, illic erit etiam cor vestrum.	21	*Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.*
Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται·	22	‖Lucerna corporis est oculus. itaque si oculus tuus ¨simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit:	22	*Lucerna corporis est oculus: si igitur oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidū erit:*
Ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται. εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοί, σκότος ἐστί, τὸ σκότος πόσον;	23	Sin autem oculus tuus ¨improbus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ergo si lumen quod est in te, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ?	23	*Si autem oculus tuus fuerit nequā, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?*

Vana hominū studia ostenduntur, qui certo vitę ęternę thesauro neglecto, in caducis & inanibus opibus cōgerendis vitā consumunt.
Luc. 12. 33.
1. *Tim.* 6. 19.

Luc. 11. 34.
Homines quātulamcumque naturę suę lucē malignè extinguunt.

---

17 *Vnge*, ἄλειψαι. Vetustissimum fuisse vnguentorum vsum ex ipsius Mosis libris apparet: & hunc fuisse morem Iudæorum quum sese ad hilaritatem cōponerent, liquet ex Ruth. 3. 2. Non tamen commendat luxum Christus, ac ne ipsum quidem simpliciter vnguētorum vsum, quo nunc vix quispiam sine luxus suspicione iusta vtatur. Habenda igitur in istis componendis ratio temporum quibus est Christus loquutus, & spectandus est loquentis scopus: nec propterea ad allegorias aut metaphoricas interpr. decurrendum.

18 *In propatulo*, ἐν τῷ φανερῷ. Hæc deerant hoc loco in omnibus vetustis codicibus, neque leguntur in Vulgata.

19 *In terra*, ἐπὶ τῆς γῆς. Idem valere ἐπὶ τῆς γῆς quod ἐν τῇ γῇ (id est in terra) ostendit antithesis ἐν τῷ οὐρανῷ, id est in cęlo. Eorum igitur auaritiam notat qui pecuniam solent non modò recondere, sed etiam defodere. ¶ *Vbi tinea & erosio corrumpit*, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει. Vulgata, *Vbi ærugo & tinea demolitur*. Erasmus, *Vbi ærugo & tinea corrūpit*. Primùm demiror cur hęc duo vocabula σὴς καὶ βρῶσις fuerint permutata. neque enim dubium est quin σὴς tineam declaret, etymologia (ni fallor) Hebræa à סס [*Sas*] quæ vox tineam declarat, vt Esaiæ 51. 8. vnde vestimenta Iacobo σητόβρωτα. Ærugo igitur respondet τῇ βρώσει, quę tamen posteriore loco hic ponitur. Deinde pro ærugine vbique lego ἰὸς (vt Iacobi 5. 3.) βρῶσιν nusquam. Quare existimo hoc vocabulum latius patere, quo videlicet intelligantur metonymicè omnia quę solent depasci res in terra defossas. Propterea quòd autem facta est thesaurorum mentio, qui quoniam ferè in pecunia siti sunt, ęrugine corrumpuntur: idcirco vetus interpres videtur Æruginis vocem vsurpasse. Itaque generaliter erosionem vertimus, quum βρῶσις etiam pro cibo accipiatur, quasi deuorationem dicas. Cyprianus (vt Erasmus notat) vertit alicubi Comestura: quod verbum apud Catonem quoque reperitur. Cęterum ἀφανίζει hoc loco sum interpretatus Corrumpit, ex Luca, qui in hac eadem re vtitur verbo διαφθείρει. ¶ *Perfodiunt*, διορύσσουσι. Vulgata, *Effodiunt*, id est, ἐξορύττουσι, quod emendauit Erasmus.

21 *Vbi est*, ὅπου ἐστιν. Erasmus, *Fuerit*. id est, ὅπου ἂν ᾖ. neque tamen locum cū loco, sed res terrenas potius cum cælestibus intelligendum est hîc conferri.

22 *Simplex*, ἁπλοῦς. Quoniam oculi sunt præcipui mentis indices, ideo pro toto hominis ingenio apud Hebræos oculus ponitur. Itaque mentis ipsius iudicium hîc significatur: cui comparando potius quàm accumulandis opibus incumbere nos oportuit: vt sicut oculis corpus, ita etiam recta ratione (id est Spiritu Dei) illustrata tota vita nostra regeretur. Simplicem ergo intelligit oculū seu vultum qui purum & integrum animum intuentibus testetur, nimirum purum & integrum: cui opponitur *improbus*, id est, malè affectæ mentis testis, id est, aliquo vitio inquinatus: quem etiam in vernaculo sermone vocamus *vn mauuais œil*. Lucidum autem corpus vocat, quod luce oculorum, id est, recto cernentis iudicio illustratur: cui opponitur tenebrosum, id est, quod in tenebris positum est, vitiosis videlicet affectibus luminibus mentis officientibus,

Οὐδεὶς

Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ.	24	‖Nemo potest ¨duobus dominis seruire. aut enim ¨vnum habebit odio, & alterum diliget: ¨aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & ¨mammonæ.	24	*Nemo potest duobus dominis seruire. aut enim vnum odio habebit, & alterū diliget: aut vnū sustinebit, & alterū cōtemnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ.*
Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε, καὶ τί πίητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε. οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;	25	‖Propterea dico vobis, ne estote soliciti ¨de anima vestra, quid esuri sitis, ¨aut quid bibituri: neque de corpore vestro, qua re sitis induendi. Nónne anima plus est ¨quàm alimentum, & corpus quàm indumentum?	25	*Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis: neque corpori vestro, quid induamini. Nónne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum?*
Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά. οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν;	26	¨Intuemini ¨in volucres ¨cæli: non enim serunt, neque metunt, neque ¨congregant in horrea, sed Pater ille vester cælestis alit eas. nónne vos ¨multo præstatis eis?	26	*Respicite volatilia cæli, quæ non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester cælestis pascit illa. nónne vos magis pluris estis illis?*
Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα;	27	Quis autem ex vobis ¨solicitè cogitando potest ¨apponere ad ¨staturam suam cubitum vnum?	27	*Quis autem vestrûm cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?*
Καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει.	28	Ac de indumento quid soliciti estis? ¨discite quomodo lilia ¨agrorum augescant: ¨non fatigantur, neque nent.	28	*Et de vestimēto quid soliciti estis? Cōsiderate, lilia agri quomodo crescūt: non laborant, neque nent.*
Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν	29	Sed dico vobis, ne Solomon	29	*Dico autē vobis quoniam nec Salomon in*

Luc. 16. 13.

Luc. 12. 22.
Phil. 4. 6.
1. *Tim.* 6. 8.
1. *Petr.* 5. 7.
Psal. 55. 23.
Peruersa solicitudo de huius vitæ rebus, fetia prouidētiæ Dei meditatione corrigitur in Dei filiis.

---

24 *Duobus*, δυσί. Id est inter se repugnantibus. Nam alioqui plures inter se prorsus consentientes, pro vno ducuntur. ¶ *Vnum*, τὸν ἕνα. Erasmus, *Hunc*. id est, τὸν μὲν: quia (inquit) alioquin bis videbitur res eadem inculcari. Atqui non est nouum bis idem dicere in communi sermone, præsertim apud Hebræos: sed tamen propter coniunctionem disiunctiuam, videri posset inepta repetitio: sicut idem Erasmus in Conuiuio religioso obseruauit. Perinde enim est acsi quis diceret, Aut Petrus me vincet, & ego cedam: aut ego cedam, & Petrus me vincet. quod omnino esset absurdum. Itaque præstat vtramque partem ad vtrumlibet referri, vt vtrumcunque delegeris, ei opponatur quod significatur per alterum. veluti si dicas, aut A excludes & admittes B, aut A admittes & excludes B. Quod etiam de B potes dicere hoc pacto, Aut B excludes & admittes A, aut B admittes, & excludes A, ita videlicet vt manente eadem persona res transferatur. Nam ineptum esset dicere, Aut A excludes & B admittes, aut B admittes, & A excludes. Quod si prius illud, *Aut vnum diliget & alterum odio habebit*, ad ipsum mentis affectum: istud verò ad actiones quę affectus illos consequuntur, referamus: tum nobis ista subtiliore interpretatione non erit opus. ¶ *Aut vni adhærebit*, ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται. Vetus interpres, *Aut vnum sustinebit*: vt videatur legisse, ἢ ἕνα ἀνέξεται. quanuis apud Demosthenē Olynth. prima, & apud Xenophontem ... ἀντέχειν pro sustinere accipiat. ¶ *Mammonæ*, μαμμωνᾷ. id est lucro & aggerendis opibus, vox est Syra, quā alij lucrum, vt Augustinus sermo. 35. de verbis Domini, alij opes, alij pecuniam interpretantur.

25 *De anima vestra*, τῇ ψυχῇ ὑμῶν. id est, de vita vestra sustentanda, id est quid edatis aut bibatis, quo vita videlicet fouetur, quum vestitus peculiari ratione quadam ad corpus ipsum referatur. ¶ *Aut quid bibituri*, καὶ τί πίητε. Hanc particulam non habet vetus interpres, quam tamen reperi in omnibus exemplaribus Græcis, quę quidem mihi videre contigit: quamuis superuacuam esse censeat Erasmus, quòd nomine cibi etiam potus intelligatur. ¶ *Quàm alimentum*, τῆς τροφῆς. Vulgata, *Esca*, id est, βρώματος. quo verbo non videtur potus comprehendi, nisi συνεκδοχικῶς. Erasmus, *Quàm cibus*, id est σίτου: rectè quidem, sed συνωνύμως.

26 *Intuemini*, ἐμβλέψατε. Vulgata, *Respicite*. id est, ἀναβλέψατε. ¶ *In volucres*, εἰς τὰ πετεινά. Vulgata & Erasmus, *Volatilia*, quod nusquam legi non addito appellatiuo. Volantes simili prorsus genere dicendi Maro vocauit his versibus, *Quàm super haud vllæ poterant impunè volantes Tendere iter pennis.* ¶ *Cæli*, οὐρανοῦ. id est aëreas, siue in aëre versantes. Nam cælum pro aere vsurpare, omnibus penè linguis vsitatum est. Appellatiuorum autem genitiuis vtuntur Hebręi adiectiuorum loco, vt omnes norunt. ¶ *Multò præstatis eis*, μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; Vulgata, *Magis pluris estis illis?* Erasmus, *Longè præcellitis illa?* Verbum διαφέρειν comparationem declarat. significat enim pręstare & excellere. Illud autem μᾶλλον Græci coniungunt per pleonasmum etiam cōparatiuis, maioris emphasis causa, cuius constructionis exempla passim occurrunt: sicut apud Plautū aliquoties particula *magis* redundat, vt etiam hęc particula apud Syrum interpretem non legitur. Nos igitur, vt aliquo modo exprimeremus hunc pleonasmum, perinde vertimus acsi scriptum esset πολὺ διαφέρετε.

27 *Solicitè cogitando*, μεριμνῶν. Vulgata, *Cogitans*. At plus est μεριμνᾷν (id est solicitum esse) quàm cogitare, vt annotat Erasmus, cuius opinionem confirmat Ciceronis illud Tusc. 4. *Solicitudo est ægritudo cum cogitatione*. Itaque μεριμνᾷν deriuant Grammatici ἀπὸ τοῦ μερίζειν, quòd solicitudo animum (vt inquit Virgilius) rapiat in partes varias. Neque verò hęc addidissem, nisi ex propria huius verbi vi & significatione penderet tota explicatio huius doctrinæ, qua nonnulli otiosi ventres ad mendicitatem suam propugnandam abutuntur: quū Christus non vetet, immò verò iubeat nos labore victum quærere, & curare rem domesticam: sed solicitudinem prohibeat, & anxietatem animi, cui semper coniuncta est diffidentia. ¶ *Apponere*, προσθεῖναι, id est addere, vt vertit Erasmus, vel adiicere, vt interpretatur Vulgata. Horatius, *Et illi, quos tibi dempserit, apponet annos.* ¶ *Staturam*, ἡλικίαν. vel (si mauis) quantitatem, id est ποσότητα. Nam ἡλικίας nomine, hoc quidem loco, vt Lucę 12. 25. & 19. 3. non significatur ætas, sed ipsa corporis (vt ita dicam) quantitas ac magnitudo: formato nomine ab ἥλικος, id est quantus. Sic etiam accipitur apud Plutarchum libro περὶ παίδων ἀγωγῆς, vbi καὶ παῖδας ait ἡλικίας λαβεῖν, id est αὐξάνεσθαι. & apud Lucianum libro verarum narrationum primo: vbi mentiens, viros memorat τὰς ἡλικίας ἡμισταδιαίους: & in dialogo de Syria dea agens de templi porticibus, ἡλικίην, inquit, καὶ οἱ τριηκοσίων ὀργυιῶν.

28 *Discite*, καταμάθετε. Erasmus, *Cognoscite*. id est γινώσκετε. Vulgata, *Considerate*, θεωρήσατε, vel κατανοήσατε, siue σκοπεῖτε. ¶ *Agrorum*, ἀγροῦ. Hebraismus, pro agrestia, siue, quę passim in agris occurrunt. ¶ *Non fatigantur*, οὐ κοπιᾷ. Vul. & Eras. *Non laborant*. id est οὐ πονεῖ, vel ἐργάζεται. Hebraicū quoque verbū עמל [*Hamal*] hæc omnia declarat,

πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς τούτων.

30 Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς ὀλιγόπιστοι;

31 Μὴ οὖν μεριμνήσητε, λέγοντες, Τί φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα;

32 (Πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ.) οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων.

33 Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

34 Μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον· ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.

Κεφάλαιον ζ.

1 ΜΗ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε.

2 Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

quidem, cum vniuersa gloria sua, sic amictus fuit vt vnus ex istis.

30 Quod si herbam agri, quæ hodie extat, & cras in clibanum immittitur, Deus ita circumuestit: [illegible] vos multò magis, ô [illegible] præditi?

31 [illegible] te soliciti, dicentes, [illegible] edemus, aut quid bibemus, aut quo amiciemur?

32 ([illegible] omnia ista gentes requirunt.) nouit enim Pater vester cælestis vos indigere his omnibus.

33 Sed quærite primò regnum Dei, & iustitiam eius, & ista omnia adiicientur vobis.

34 Ne igitur estote soliciti de crastino: nam crastinus *dies* solicitus erit de *rebus* suis. sufficit diei suum malum.

Cap. VII.

1 NE iudicate, vt ne iudicemini.

2 Quo enim iudicio iudicatis, *eo* iudicabimini: & ‖ qua mensura metimini, contrà metietur vobis.

omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis.

30 *Si autem fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos, modicæ fidei?*

31 *Nolite ergo soliciti esse, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?*

32 *(Hæc enim omnia gentes inquirunt.) Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis.*

33 *Quærite ergo primùm regnum Dei, & iustitiã eius: & hæc omnia adiicientur vobis.*

34 *Nolite ergo soliciti esse in crastinum: crastinus enim dies solicitus erit sibipsi. sufficit diei malitia sua.*

Cap. VII.

1 *NOlite iudicare, & nõ iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini.*

2 *In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.*

Luc. 6.37. Rom. 2.1. 1. Cor. 4.3.
Reprehendere quidẽ alii alios debemus, sed nec temerè, neque vt sanctiores videamur, neque vllo fratrum odio.
Mar. 4.24. Luc. 6.38.

29 *Cum*, ἐν. Ad verbum, In gloria, sicut loquũtur Hebrei, & interdum Græci. Vide infrà cap. 11.21. Gloriam autem vocat maiestatem & splendorem illum qui reges illustriores reddit, vnde ab Hebræis הוד [*Hod*] vocatur. ¶ *Amictum fuisse*, περιεβάλετο. Vulgata, *Coopertus*, συνεκαλύφθη, nimiũ generaliter: quamuis id sequatur paulò Erasmus. Sed illud [illegible] tiuum Græco prorsus respondet. Homerus Ἰλιάδ. β, περὶ δ' αὖ μέγα βάλλετο φᾶρος.

30 *Herbam*, χόρτον. Vulgata, *Fœnum*. Erasmus, *Gramen*. Ego verò herbam pot[illegible] conuerti, quę de segetibus etiam dicitur: fœnum verò & gramen non item. de segetibus autẽ hîc agitur, iisque omnibus quorum grana pinsi consueuerunt, quũ clibani fiat mentio: & vt quidẽ videtur mihi Christus hîc agat de virentibus spicis quibus torrefactis vti mos fuit Hebræis, vt apparet ex Leuit. 2.14. ¶ *Quæ hodie extat*, σήμερον ὄντα. Er. *Quod hodie quũ sit*. Sic Demost. περὶ στεφάνου, ζώντων Ἀθηναίων καὶ ὄντων: id est, viuis & superstitibus Atheniensibus. i. quod vulgò dicimus, Esse in natura. ¶ *Nónne vos multo magis?* οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς; Vulg. *Quantò magis vos?* id est, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς; Eras. longiùs à Græco recedens, *Annon multo magis vobis id faciet?* ¶ [O] *exiguæ fide præditi?* ὀλιγόπιστοι; Vulg. *Modicæ fidei*: non satis exprimens τὸ ὀλίγον. Eras. Parum fidentes, & alibi, Exigua fiducia præditos interpretatur. Ego verò fidem à fiducia, vt causam ab effectu distinguo. Hoc autem obseruandum est, in sacris literis πίστιν dici fidem: à qua denominantur πιστοί, non tam qui fidem datam seruent quàm qui credant Dei promissis: de quo copiosius alibi dicemus.

31 *Requirunt*, ἐπιζητεῖ. Erasmus, *Exquirunt*. id est ἐξετάζει. Vide infrà 12.39. ¶ *Cælestis*, οὐράνιος. Hoc non legit Vulg. licèt minimè redundans.

32 *Adiicientur*, προστεθήσεται. Paulò antè vsi sumus Apponendi verbo, quod Græco respondet, sed hîc fuisset obscurius. Adiici enim hoc loco significat pro auctario & cumulo tribui. Vera enim & præcipua nostra felicitas est in cælis, cuius quædam sunt velut appendices huius vitæ commoda.

33 *De crastino*, εἰς τὴν αὔριον. id est, περὶ τῆς αὔριον, vt etiam legit Clemens in Pędagogo, Vulgat. & Erasm. ad verbum, *In crastinum*, vt etiam ל accipitur Prou. 27.1. Sed hoc dicendi genere significatur, vel differri aliquid in diẽ sequentem, vt Act. 4.3. vel rei continuatio ad certum vsque tempus. Hom. Odyss. ξ. μάλα τηλόσε φέρειν εἰς ἐνιαυτόν. Neutrum autem hîc significari puto, ac potius Hebræorũ phrasin esse, apud quos reperio ב [*beth*] interdum significare propter. Cuius exemplum habes huic nostro prorsus simile, Prouerb. 27.1. ¶ *Solicitus erit de [rebus] suis*, μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. Vulg. *Solicitus erit sibiipsi*. i. μεριμνήσει ἑαυτῇ. sicut in Victoriano codice scriptum reperimus. Eras. *Curam habebit sui ipsius*. i. φροντίσει ἑαυτῆς. ¶ *Suum malum*, κακία αὐτῆς. i. ærumna sua, siue afflictatio: vt in Gallico sermone *Mal* pro omni eo sumitur quod molestiam adfert. Acsi diceret Dominus, nihil aliud homines ista solicitudine perpetua quàm suam miseriam augere, cui alioqui feret illos obnoxios peccatum, iubente Domino hominem sudoribus ac laboribus victum sibi parare. Hieronymus igitur rectè κάκωσιν interpretatur, sicut Virgilius laborem improbum vocauit. Vulg. *malitia sua*, quod absurdum est: quum alioqui, κακία, interprete Cicerone, vitiositatem declaret. Tertull. lib. 2. in Marcionem, *Malitiæ, inquit, apud Græcos interdum pro vexationibus & læsuris, non pro malignitatibus ponuntur*. Vulg. *Malitia sua*, absurdè. Κακία alioquin vitiositatem in genere declarat.

IN CAPVT VII.

1 *Ne iudicate*, μὴ κρίνετε. Vul. *Nolite iudicare*: quo modo ferè solet explicare particulam μὴ sequente imperandi modo, quem etiam mutat in infinitum: idque dicẽdi genus imposuit Augustino, qui ex hac voce Nolite (quę tamen in Græco non est) arripit ansam philosophandi de libero arbitrio, libro de Gratia & Libero arbitrio, cap. 2. quod vidit & annotauit superiore cap. Eras. ¶ *Vt ne iudicemini*, ἵνα μὴ κριθῆτε. Vulg. *Et non iudicabimini*, καὶ οὐ μὴ κριθήσεσθε. Eras. omisit particulam *Vt*. Additur in Vulg. *Nolite condemnare, & non condemnabimini* (quod etiam arbitratur Eras. ex margine in cõtextum irrepsisse) & in vno exemplari manuscripto Græcè legimus, μὴ καταδικάζετε, καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε. Cęterùm neque de publicis siue ciuilibus siue ecclesiasticis, neque de priuatis legitimè pro cuiusque vocatione factis iudiciis, sed de contrariis & malignis rerum vel ipsarum etiam personarum censoribus hîc agi, extra controuersiam est apud omnes non peruicacis ingenij homines.

2 *Quo enim*, ἐν ᾧ γάρ. Vul. *In quo enim*. Eras. rectè expunxit particulam ἐν, quàm Latini in hoc quidem dicendi genere non exprimunt. ¶ *Iudicabimini*, κριθήσεσθε. Eras. *Iudicabitur de vobis*. Illud enim reticit, quia Latinè existimat iudicatum non dici eum de quo iudicatum est: atqui Liuius par-

ticipia sic vsus, quum inquit, Eximendo de medio ciues Vestros, prohibendo iudicatos addictósque duci. ¶ *Contra metientur vobis*, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Vulgata ad verbum, *Remetietur vobis*, impersonaliter. Erasmus, *Ea metientur vobis alii*. Mihi verò videtur Remetiri plerunque idem valere quod iterum metiri. hîc autem addita particula ἀντὶ aliquid amplius declarat, fore videlicet vt mensura mensuræ respondeat ex aduerso, vt in lege talionis. Idque etiam optimè respondet Hebræorum prouerbio, quod apud illos circumfertur, מדה כנגד מדה, [*Midda Keneged Midda*] id est mensura pro mensura: pro quo Latini dicunt par pari referre.

3 Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς.

4 Ἢ πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου, Ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου· καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου;

5 Ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

6 Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς.

7 Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.

8 Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

9 Ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;

10 Καὶ ἐὰν ἰχθὺν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ.

3 Quid autem aspicis festucam quæ est in oculo fratris tui, trabem verò quæ est in oculo tuo non animaduertis?

4 ‖ Aut quomodo dices fratri tuo, Sine eiiciam festucam ex oculo tuo: & ecce trabes in oculo tuo?

5 Hypocrita, eiice primùm trabem illam ex oculo tuo, & tum dispicies vt eiicias festucam ex oculo fratris tui.

6 Ne date *quod* sanctum *est* canibus, nec proiicite margaritas vestras coram porcis: nequando conculcent eas pedibus suis, & conuersi lacerent vos.

7 Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

8 Quisquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & ei qui pulsat aperietur.

9 Nam quis est ex vobis homo, qui si filius eius petierit ab eo panem, det ei lapidem:

10 Et, si piscem petierit, nũ serpentem dabit ei?

3 *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?*

4 *Aut quomodo dicis fratri tuo, Frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo: & ecce, trabs est in oculo tuo?*

5 *Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.*

6 *Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.*

7 *Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.*

8 *Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur.*

9 *At quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei?*

10 *Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei?*

Luc. 6.41.
Peruicaces Euangelii hostes indigni eius prędicatione.
Preces certum in omnibus malis perfugium. Ios. 21.21. Mar. 11.24. Luc. 11.9. Ioan. 14.13. & 16.23. Iac. 1.6.

3 *Aspicis*, βλέπεις. Vulgata & Erasmus, *Vides*. Sed præterquàm quòd βλέπειν plus est (vt suprà dixi 5.28.) quàm ὁρᾶν, sensus etiam videtur postulare vt illo verbo vtamur. Nec enim damnatur qui vel fratris vel suos errores videt & intelligit, sed qui in alienos intuetur studio reprehendendi, suos autem dissimulat: quod studium verbo Spectandi potius quàm Videndi declaratur: vt in illo Terentij, *Me specta*.

4 *Quomodo*, πῶς. id est qua fronte: sicut vulgò etiam dicimus, *Comment*. Est enim admirantis potius quàm simpliciter interrogantis. ¶ *Sine*, ἄφες. Ad verbum, *Dimitte*, vel, *Omitte*. Interdum autem necesse est vt idiotismo linguarum aliquid demus. Abundat vocabulum *Frater* in Vulgata, vt annotauit Erasmus. Certè in nullis exemplaribus reperimus ἀδελφέ, videtur tamen optimè blanditias illas hypocritarum declarare. ¶ *Eiiciam*, ἐκβάλω. Erasmus, *Eximam*. quod melius respondet τῷ ἐξαιρεῖν. Idem sequenti versiculo eiicere interpretatur. Est autem hoc prius Talmudistis etiam familiare. ¶ *Trabs*, vel, *trabes*, ἡ δοκός. Vulgat. *Trabs est*. Sed regi puto hanc particulam ab aduerbio ἰδού, ecce. Itaque abundat verbum substantiuum apud veterem interpretem, quod tamen vult suppleri Erasm. & Gaza. Poscit autem ratio antitheseωs vt κάρφος hîc significet festucã potius quàm paleam.

5 *Dispicies vt eiicias*, διαβλέψεις ἐκβαλεῖν. id est, dispicies qualis sit, & quomodo euellenda. Vulgata, *Videbis eiicere*. Ad verbum, *Despicies eiicere*. Versionem quam sum sequutus, probauit etiam Erasm. in annotationibus: quamuis in eius versione legatur Perspicies, quod respondet quoque eidem verbo διαβλέπειν, sed nonnihil diuerso sensu.

6 [*Quod*] *sanctum* [*est*,] τὸ ἅγιον. Sic rectè Erasmus vertit, vt ostenderet, Sanctum esse neutrius generis, quod apud Græcos ex articulo cognoscitur. Vulgata, *Sanctum*. In duobus vetustis exemplaribus legimus τὰ ἅγια, sancta. ¶ *Pedibus suis*, ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν. Ad verbum, In pedibus suis. id est inter pedes suos. nisi ἐν accipias pro Per, Hebræorum more: quod vtrumque notat Erasmus. ¶ *Conuersi*, στραφέντες. Id quia quibusdam videtur ad canes pertinere, ideo addunt pronomen *illi*. Potest tamẽ vtrunque ad canes simul & porcos referri. ¶ *Lacerent*, ῥήξωσι. Vul. *Dirumpant*, impropriè: quamuis τὸ ῥηγνύειν etiã rumpere declaret. Hîc autem agitur de laceratione quæ fit bestiarum morsibus, & canum ac porcorũ. & alludens ad immunda hęc animalia secundum legem, homines desperatę impuritatis intelligit.

8 *Quisquis*, πᾶς. Atqui infrà scribitur, Non quisquis mihi dixerit, Domine, Domine, &c. Intelligitur ergo dictum istud de iis qui petunt quæ petenda sunt, & à quo, & quomodo petitionem fieri Deus iubet.

9 *Nam quis*, ἢ τίς. vel, *nunquis*: Eras. *An quisquam*. ἢ particula vel interrogandi vim vel ratiocinandi hoc quidẽ loco cõmodè habere potest. Quòd autẽ Vulgata conuertit *Aut quis*, certè nõ conuenit, quũ hîc nõ sit locus disiunctiuæ. Idẽ etiã factũ infrà, cap. 12.29. ¶ *Ex vobis homo*, ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος. i. siquidẽ homo est, nec prorsus ἄστοργος. Eras. *Vestrûm homo*, eodẽ sensu. Quod autẽ additur appellatiuũ Homo, id non modò (vt opinor) factũ est ex Hebræorũ idiotismo, (sicut alibi frequenter, vt infrà 12.11.) sed fortassis etiã aliquã vim habet, vt apparet ex conclusione: argumentatur enim à cõparatis. ¶ *Qui si filius eius petierit ab eo panẽ*, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον. Vul. ad verbũ, *Quem si filius suus petierit panem*, Græca constructione seruata: quã imitatus Virg. dixit, *Pacem te poscimus omnes*, pro à te. Erasmus, *Qui si filius eius petierit panem*: testatus se à Græcis paulùm deflexisse. ¶ *Det ei lapidem?* μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; Vulgata, *Nunquid lapidem porriget ei?* id est, μήτι λίθον παρέξει αὐτῷ; Erasmus, *Lapidem daturus sit illi?* Repetitio particulę interrogantis, & eclipsis nominatiui ante verbum ἐπιδώσει, constructionem faciunt paulo duriorem: quod dicendi genus iterum occurrit infrà 12.11, & 2. Cor. 12.17. Itaque Erasmus, quem sum sequutus, vertit relatiuum nominandi casu, & μὴ interrogationis aduerbium sustulit. Verbum autem ἐπιδίδωμι, si prǽcisè seruetur vis præpositionis ἐπὶ traditionem in manus, & amplius quiddam etiam notat quàm παρέχειν, id est porrigere, vt vertit Vulg.

11 Εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν.

11 Si vos igitur, qui improbi estis, nostis "dona bona dare liberis vestris, quanto magis Pater ille vester, qui est in cælis, dabit bona iis qui petierint ab ipso?

11 *Si ergo vos, qui sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se?*

Luc.6.31. Tob.4.16. Anacephalæosis interpretationis secundæ tabulæ.

12 Πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται.

12 ‖Quæcunque igitur volueritis vt faciant vobis homines, ita & vos facite eis. ista enim est Lex & Prophetæ.

12 *Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. hæc est enim Lex & Prophetæ.*

Luc.13.24. Exemplum vitæ non petendum à multitudine.

13 Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς.

13 ‖Introite per angustam portam: quoniam lata est porta & spatiosa via quæ abducit in exitium, multique sunt "qui introeunt per eam.

13 *Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.*

14 Ὅτι στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν.

14 "Quia angusta est porta, & "stricta via quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniant eam.

14 *Quàm angusta porta, & arcta via est quæ ducit ad vitã, & pauci sunt qui inueniunt eam!*

Cauendi doctores falsi, quorũ notæ sunt, falsa doctrina & mali mores.

15 Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες.

15 "Cauete verò vobis à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos cum indumentis "ouium, sed "intrinsecus sunt lupi rapaces.

15 *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.*

Luc.6.43.44.

16 Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλήν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα;

16 A fructibus eorum agnoscetis eos. ‖Num colligunt ex spinis vuam, aut ex tribulis ficus?

16 *A fructibus eorum cognoscetis eos: nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?*

17 Οὕτω πᾶν δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖ· τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρποὺς πονηροὺς ποιεῖ.

17 Ita omnis arbor bona fert fructus bonos: putris autem arbor fert fructus putres.

17 *Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit.*

18 Οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν.

18 Non potest arbor bona fructus malos edere, "neque arbor mala fructus bonos edere.

18 *Non potest autem arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.*

Supra 3.10.

19 Πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

19 ‖"Quæcunque arbor non fert fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur.

19 *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur.*

20 Ἄρα γε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.

20 "Nempe igitur ex fructibus ipsorum agnoscetis eos.

20 *Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.*

Rom.2.13. Iac.1.22. Excellentissima etiam dona absque pietate nihil sunt.

21 Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι Κύριε Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

21 ‖Non quisquis dicit mihi, Domine Domine, introibit in regnum cælorum, sed "qui facit "quod vult Pater meus qui in cælis est.

21 *Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.*

---

11 *Bona dona*, δόματα ἀγαθά. Vulg. *bona data*, quia posteriorẽ vocẽ nonnulli expungunt, vt satis in verbo διδόναι expressam. Sed non donatur quicquid datur, & apud Syrum interpretem vtrunque ponitur.

13 *Qui introeunt*, οἱ εἰσερχόμενοι. Vetusta exemplaria tria habent οἱ ἐρχόμενοι, qui incedunt, vel gradiuntur.

14 *Quia angusta est*, ὅτι στενή: subauditur ἐστί, est. Vetus interpres, *Quàm angusta*. Itaque existimat Eras. eum legisse ὡς στενή. in quo non dubiũ est quin fallatur. Siquidẽ in vetustis codicib, legimus τί στενή. idque Theophylactus Romanus interpretatur quasi particula τί sit admirantis, & ita scriptum esset, Βαβαί, πόσον ἐστὶ στενή. i. Papæ, quàm est angusta: & Syrus interpres habet מה [*ma*]. Non desunt etiã codices Latini qui pro Quàm habeant Quoniam. Fulgentius lib.2. de peccatorum remissione, cap.4. citans hunc locum, in priore vers. legit Quàm lata: in isto verò, Quàm angusta. Ego receptã lectionẽ sum sequutus, quam etiã sinceriorem esse arbitror. ¶*Stricta*, τεθλιμμένη. Ad verbum, *Pressa*: res enim compressione fiunt arctiores, nequis fortè τετριμμένην, id est tritam dici putet. Sed quid si τεθλιμμένην viam dixit in qua gradientes nõ quidem multitudine, sed multis ærumnis premantur? Sic enim à Græcis hunc locum explicari obseruauit eruditissimus & beatæ memoriæ Camerarius. Sed hæc mihi quidem arguta potius quàm solida expositio videtur.

15 *Cauete*, προσέχετε. Vulg. *Attendite*. quo modo nos etiã aliquoties. sed hoc loco *Cauere* significat, sicut rectè vertit Eras. vt etiam Luc.12.1. ita accipitur verbum שמר [*Samar*] in Niphal, sicut apud Gallos verbũ *garder*, cũ accusatiuo personæ accipitur pro seruare, adiuncto verò casu rei pro *Cauere*, vt *gardez cela*, & *gardez vous de cela*. ¶*Ouium*, προβάτων. Translatitiè vocat oues, mansuetos & fraudis nescios homines, quales isti se esse toto habitu simulant. & fortassis allusit Christus ad vestes ex quibus olim dignoscebantur Prophetę, durioribus præsertim temporibus, quos isti simioli (vt hodie Monachi & Eremitæ) videri volebant moribus imitari. Vide Heb.11.37. ¶*Intrinsecus*, ἔσωθεν pro ἔνδοθι, sicut vulgò dicimus *par dedans*.

17 *Putris*, σαπρόν. id est vitiosa. Possis etiam Cariosam vel marcidam interpretari, vt non agat Christus de apertè flagitiosis hominibus, sed qui arbores referant foris quidem speciosas, intus verò carie vitiatas, quod ex fructibus demum putridis apparet. Sed antithesis τῷ ἀγαθῷ ostendit σαπρὸν hîc pro Malo poni siue vitioso, sicut Tharghum (vt obseruat doctissimus Mercerus in Lexicon Sanctis in radice באש [*baasch*]) pro רע [*rah*] sæpe vsurpat באש [*beesch*], vt Syrus interpres pro σαπρὸν habet בישא [*bischa*] & ita etiam hæc vox accipitur infra 13. 48.

18 *Neque arbor*, οὐδὲ δένδρον. In quodam vetere exemplari legitur οὐδὲ πάλιν δένδρον. id est, neque rursus, vel neque cõtrà arbor.

19 *Quæcunque arbor*, πᾶν δένδρον. Vnum vetus exemplar interpositam habebat particulam οὖν, ergo.

20 *Nempe igitur*, ἄρα γε. Vulgata & Erasmus, *Igitur*. Mihi verò videtur hæc particula idem valere quod ἄρα οὖν: & præter illationem habere etiam vim confirmandi.

21 *Qui facit*, ὁ ποιῶν. Sic rectè Vulg. Erasmus, *Qui fecerit*, id est, ὁ ποιήσας. ¶*Quod vult*, τὸ θέλημα. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Voluntatem*, quod est ambiguum. Vetus interpres post *Qui in cælis est*, addit, *ipse intrabit in regnum cælorum*, quod per se satis intelligitur, neque in Græcis codicibus, neque in Syra paraphrasi legitur.

22 Πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν;

22 Multi dicent mihi die illo, Domine Domine, "nonne "per nomẽ tuum prophetauimus, & In nomine tuo "dæmonia eiecimus, & per nomen tuum multas "virtutes "edidimus?

22 *Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?*

23 Καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.

23 Tunc autem "profitebor eis, ‖"Certè nũquam noui vos. ‖abscedite à me "qui operam datis iniquitati.

23 *Et tunc confitebor illis, Quia nunquam noui vos. discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.*

Luc.13.25.27. Psal.6.9.

24 Πᾶς οὖν ὅστις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ ποιεῖ αὐτούς, ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν·

24 ‖Quisquis igitur audit ex me sermones istos, & eos præstat, "assimilabo eum viro "prudenti, qui ędificauit domum suam super petram:

24 *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram:*

Luc.6.47. Vera pietas vno Christo nititur, ideóque perstat inuicta.

25 Καὶ κατέβη ἡ βροχή, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοί, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ· καὶ οὐκ ἔπεσε. τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν.

25 Decidit autem "nimbus, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & "inciderunt domui illi: sed non "cecidit. fundata enim fuerat super petram:

25 *Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt venti, & irruerunt in domum illam: & non cecidit. fundata enim erat super petram.*

26 Καὶ πᾶς ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ μὴ ποιῶν αὐτούς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον·

26 Et quisquis audit ex me hos sermones, & eos non præstat, assimilabitur viro fatuo, qui ædificauit domũ suam super arenam:

26 *Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domũ suam super arenam:*

27 Καὶ κατέβη ἡ βροχή, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοί, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔπεσε, καὶ ἦν ἡ πτῶσις αὐτῆς μεγάλη.

27 Descendit autem pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & "impegerunt in domũ illam: & cecidit, & fuit "casus eius magnus.

27 *Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam: & cecidit, & fuit ruina illius magna.*

28 Καὶ ἐγένετο ὅτε συνετέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.

28 ‖Factũ est autem, quum finisset Iesus sermones istos, vt "percelleretur turba super doctrina ipsius.

28 *Et factum est, quum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius.*

Mar.1.22. Luc.4.31.

---

22 *Nónne*, οὐ. Particula οὐ, quum propriè sit negans indefinita, interdum tamen interrogantis vice fungitur: quod ex sola pronunciatione intelligitur, idque quum affirmare volumus id de quo quæritur, vt hoc loco. Apud Hebræos autẽ huiusmodi interrogationes affirmationem augent. ¶[*Per*] *nomen tuum*, τῷ σῷ ὀνόματι. Plerunque additur ἐν Hebraico more in hoc dicendi genere: quod idcirco Vulgata expressit, quamuis in Græco sit prætermissum. Rectè autem Erasmus addidit prępositionem *Per*, quæ signum est causæ. nam si vertas ad verbum, *nomine tuo*, intelliges ὑπὲρ σοῦ, id est vice tua. Significat autem nomen hoc loco celebrem illam Dei virtutem, quam testatur quisquis Deum appellat. ¶*Dæmonia*, δαιμόνια. Sic in his sacris libris vocantur impuri spiritus, qui sunt à prophanis pro diis culti & habiti, & hoc ipso nomine Græcè vocati, sed tanquam honorifico, quasi scientes siue sapientes appelles: propter oracula videlicet: appellatione certè mirè congruente cum historia arboris scientiæ boni & mali. ¶*Virtutes*, δυνάμεις. Ad verbum, potestatès. Hoc autem nomine, ex Hebræorum idiotismo qui גבורות [*Gheburot*] dicunt) à consequenti intelliguntur quæcunque pręter naturæ ordinem facta, illam Dei infinitam potentiam testantur, Ἐνεργήματα δυνάμεων vocat Paulus 1.Cor.12.10. Accipiuntur igitur δυνάμεις pro cęlestis δυνάμεως (.i. virtutis & potentię) effectis extraordinariis, sicut etiã loquitur Iustin. Apologetico posteriore, vbi agit de Simone mago, sed addit μαγικάς. ¶*Edidimus?* ἐποιήσαμεν; Vulg. *Fecimus?* Eras. *Præstitimus?* Atqui præstare virtutes nõ magis Latine dicitur, quàm facere: & ipse interpretatur infrà, cap.13.58, ἐποίησεν edidit.

23 *Profitebor*, ὁμολογήσω. id est, palàm dicam. Vulgata & Erasmus, *Confitebor*. Et certè ὁμολογεῖν propriè significat confiteri: sed hoc loco amplius aliquid declarat, quum alioquin Confitendi vocabulũ, vt Ecclesiis vsitatissimũ, retinere soleam. Vide infrà, cap.10.32. ¶*Certè nunquam noui vos*, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. Etsi particula ὅτι potest videri in hoc dicendi genere redundare, tamen etiam confirmandi vim quandã videtur hîc habere, quod exprimendũ putaui, vt sit quædam ἀποσιώπησις: ac si diceret Christus, Scitote iam ac discite quòd vos ego nunquam nouerim. Sed obseruandum est hęc esse verba non ignorantis, (quid enim ignoret Deus?) sed istos acerbissimè repellentis, Christo proculdubio alludente ad Psal.1.9. ¶*Qui operam datis iniquitati*, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. id est, omnibus sceleribus & flagitiis addicti homines, Hebraico idiotismo, פועלי און [*Pohale auen*] & qui velut artem peccandi exercent, sicut Latini Medicinam, Argentariã facere dicunt. Hi sunt qui in sacris libris passim ἁμαρτωλοί. i. peccatores, dicuntur, quibus 1.Ioan.3.8. opponuntur nati ex Deo, non peccantes: quum alioquin eodem teste 1.8. nemo sit in hac vita qui peccatum non habeat: & sunt hęc Christi verba petita ex Psa.6.9. Particulam autem vniuersalem πάντες, *Omnes*, à vetere interprete expressam, in duobus tantùm vetustis codicibus inueni. De ipso verò nomine ἀνομίας, Vide 1.Ioan.

24 *Assimilabo*, ὁμοιώσω. i. comparabo. Vulg. *Assimilabitur*. id est ὁμοιωθήσεται: sicut etiã scriptum legimus in vno vetere exemplari. ¶*Prudenti*, φρονίμῳ. Vul. *Sapienti*, σοφῷ. Interdum tamen φρονεῖν vertemus Sapere, interdum Cogitare.

25 *Nimbus*, ἡ βροχή. ἀπὸ βρέχειν, quod Rigare significat, manifestè ponitur pro ὕειν suprà 5.45, & Luc.17.29. vnde βροχὴ pro ὑετός, vt verterũt Græci Ps.68.10, & 105.32: quã Hebræi generali nomine מטר [*Matar*] vocant, quod sequutus est etiã Syrus interpres. Sed mihi quidẽ videtur hoc loco significari non quæuis pluuia, sed vehemẽs, & procellosa, quã terrarũ eluuiones sequuntur, & Hebręi peculiariter גשם [*Geschem*] Latini nimbũ vocant, Homer. ἄσπετον ὄμβρον appellat. ¶*Inciderunt domui*, προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ Vul. & Eras. *Irruerunt in domum*. id est ἐφώρμησαν εἰς τὴν οἰκίαν. Liuius, Fuga trepidum, ac pauore incidentem portis. ¶*Cecidit*, ἔπεσε. Eras. *Est prostrata*. Et paulo pòst, *Deiecta est*. id est κατεβλήθη.

27 *Impegerunt in domum illam*, προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ. Vulg. *Irruerunt*, vt suprà: quum hîc diuerso verbo vtatur Euangelista, quamuis eadem manente sententia. ¶*Casus*, πτῶσις. Horat. --*celsę grauiore casu, Decidunt turres.*

28 *Et factum est*, καὶ ἐγένετο. Hebraicũ dicendi genus, ויהי [*Vaiehi*.] quo suas narrationes solent cõnectere, idque subiecto indicandi modo, cõstructione Græcis & Latinis insitata, qua vtitur Matthęus, quinquies: Marcus, tèr: Lucas,

tricies semel. Ioannes nunquam. Lucas denique in altero libro sexies, sed cum infinitino modo: vt & semel in Euangelio, nempe 16.22. ¶ *Finiuisset*, συνετέλεσεν. Vulgata, *Consummasset*: quo etiam alicubi vti cogimur, vt Ioannis cap. 19.30. Idem autem hic valet συντελεῖν quod simplex τελεῖν, cuius alioqui multiplex est significatio. ¶ *Percellebatur*, ἐξεπλήσσοντο, vel obstupescebat. Vul. *Admirabantur*. id est ἐθαύμαζον. quod quidem minus aliquid significat quam ἐκπλήττεσθαι. Ad verbum, Excutiebantur. nam qui obstupescunt, illis veluti valido aliquo ictu mens excutitur.

29 Ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς.

29 Docebat enim eos vt habens auctoritatem, non autem vt Scribæ.

29 *Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum & Pharisæi.*

Κεφάλαιον η.

CAP. VIII.

CAP. VIII.

Christus leprosum manu tactu sanans declarat se nullos quantumuis impuros peccatores ad se confugientes abhorrere. Mar. 1.40. Luc. 5.12.

1 ΚΑταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί.

1 DEscendentem autem eum è monte, sequuta est turba multa.

1 *QVum autem descendisset de monte, sequutæ sunt eum turbæ multæ.*

2 Καὶ ἰδοὺ, λεπρὸς ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.

2 ‖ Et ecce, leprosus venit, & adorauit eum, dicens, Domine, si velis, potes me purificare.

2 *Et ecce, leprosus veniens, adorabat eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare.*

3 Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἥψατο αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Θέλω, καθαρίσθητι. Καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.

3 Extensaque manu tetigit eũ Iesus, dicens, Volo, purificator. Statim igitur purificata fuit eius lepra.

3 *Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens, Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius.*

4 Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅρα μηδενὶ εἴπῃς· ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον ὃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

Leuit. 14.4.

4 Tunc dicit ei Iesus, Vide *vt* nulli dicas: sed abi, ostende te sacerdoti, & offer donum illud quod ‖ imperauit Moses, *vt hoc sit* eis testimonio.

4 *Et ait illi Iesus, vide nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moyses, in testimonium illis.*

Luc. 7.1. Christus proposito Centurionis incircumcisi, sed excellenti fide præditi exẽplo, Iudæos ad æmulationẽ prouocat, simul prædicens eorũ reiectionem, & Gentium vocationem.

5 Εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ εἰς Καπερναούμ, προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος, παρακαλῶν αὐτὸν,

5 ‖ Ingressum autẽ Iesum Capernaumam adiit centurio, precans eum,

5 *Quum autem introisset Capernaum, accessit ad eum Centurio, rogãs eum,*

6 Καὶ λέγων, Κύριε, ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, δεινῶς βασανιζόμενος.

6 Et dicens, Domine, puer meus proiectus est domi paralyticus, & vehementer torquetur.

6 *Et dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.*

7 Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν.

7 Tunc dicit ei Iesus, Ego veniam, & sanabo eum.

7 *Et ait illi Iesus, Ego veniam, & curabo eum.*

8 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἑκατόνταρχος ἔφη, Κύριε οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς· ἀλλὰ μόνον εἰπὲ λόγον, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου.

8 Et respondens Centurio dixit, Domine non sum dignus vt sub tectum meum ingrediaris: sed solùm loquere, & sanabitur puer meus.

8 *Et respondens Centurio ait, Domine, nõ sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus.*

29 *Docebat*, ἦν διδάσκων. Vulgata ad verbum, *Erat docens*. Periphrasis Hebræa, Græcis etiam familiaris: cuius tamen interdum ea vis est vt moram significet & perseuerantiam in aliqua re facienda: quamobrem etiã alicubi retinuimus. ¶ *Auctoritatem*, ἐξουσίαν, siue potestatem, vt conuertit Vetus interpres, id est δύναμιν. nam hæc inter se parum differunt. Interdum autem ἐξουσία declarat ἀξίωσιν, id est dignitatem, vt Ioan. 1.12. Sed licentiæ nomen, quamuis Græco vocabulo ἐξουσία respondeat, tamen vbique repudiaui, quia plerunque in vitio ponitur. Talem autẽ hîc sese præstitit Christus in doctrina cælesti promulganda, vt se planè αὐτοκράτορα esse ostenderet, à quo Lex ipsa esset perlata, quique pro suo iure de vita & morte dissereret: quamobrem visum est mihi nomen *potestatis* hoc loco & aliis nonnullis non satis expressum. Itaque pro eo quod prophetæ interpretes alienæ voluntatis, dicunt, Hoc dicit Dominus: ipse dicere solet, Amen amen dico vobis, vt ipsius legis auctor. Vide Luc. 4.32. ¶ *Scribæ*, οἱ γραμματεῖς. Vul. scribit *Scribæ eorum & Pharisæi*, οἱ γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ φαρισαῖοι. Et ita etiã legit Syr° interpres.

IN CAP. VIII.

1 *Sequuta est*, ἠκολούθησαν αὐτῷ. Redundat αὐτῷ ex Hebr. idiotismo. ¶ *Leprosus*, λεπρὸς. Lepra non declarat morbum quem Græci elephantiasin, nos *ladreriæ* vocamus, sed pertinacissimæ scabiei genus. qua de re multa apud Græcos medicos traduntur. Herodotus in Clio λέπραν per λώβην exponit. Sed videri potest Dominus hoc morbo populum suum peculiariter castigasse: vnde etiã orta fabula de Iudæis Aegypto propter tabem pulsis, quæ corpora fœdaret: quam vt veram Tacit. commemorat lib. histo. 5. Iustino & Arnobio dicitur Vitiligo quia Seneca vocat fœdã, cutis ex albo varietate, lib. Nat. quæst. 3. cap. 25. Alij aliud esse scabiei genus volũt.

3 *Purificator*, καθαρίσθητι. Vul. rectè ad verbũ, *Mundare*, vel *Munderis*. sed vitanda fuit amphibolia, quæ quidẽ in Græco nulla est. & Purificandi verbũ vt sacris proprium optimè conuenit. Eras. *Mundus esto*, quod potius exprimit neutrum absolutum, quum καθαρίζεσθαι sit passiuum.

4 [*Vt*] *ne cui dicas*, ἵνα μηδενὶ εἴπῃς. Ergo vel non præsente seu cõseia turba illũ tangendo sanauit, quę fortasis illum propterea tanquã immundum refugisset: vel prohibet illum hoc longius spargere. Varias autem huius interdicti causas refert Basilius in longa ad Cęsarienses epistola. Ego verisimã & appositissimã esse credo quæ à doctissimo interprete affertur, ne turba in solis miraculis obstupescens, non satis ipsi spatij ad præcipuũ illud sibi, à patre impositum munus obeundũ, ad docendũ videlicet, relinqueret. ¶ *Donum illud*, τὸ δῶρον. De certa oblatione loquitur. itaque articulũ ab aliis omissum expressimus. Vulg. legit τὸ δῶρόν σου. i. oblationẽ tuã, siue, tibi leproso præscriptã. & Syrus interpres quoque addit pronomen. Quàm autẽ ineptè nonnulli ex his verbis conentur auriculare illam confessionẽ elicere, in qua constituunt absolutionẽ à peccatis, vel ex eo constat, quòd ad sacerdotem non mundandi, sed iam mundati ablegantur.

5 *Ingressum autem Iesum*, εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ. Vide supr. 1. ¶ *Precans*, παρακαλῶν. Vulg. *Rogans*. i. δεόμενος. Eras. *Obsecrans*. i. γονυπετῶν ἱκετεύων... Alii, *Supplicãs*. i. ἱκετεύων. Studuimus enim quoad eius fieri potuit suã cuique Græcę Latinã vocẽ apponere.

6 *Puer*, ὁ παῖς. Vel filius, vel seruus. Nã pueri etiã à Latinis serui dicuntur, sicut apud Heb. נער, [*Naar*] & puerũ & ministrũ declarat. ¶ *Proiectus est*, βέβληται. in lecto videlicet prostratus, quasi cadauer, sicuti sunt paralytici. Sic Virgilius, *Sternitur & toto proiectus corpore terra*. Vul. *Iacet*, id est κεῖται. Erasmus *Decumbit*. id est κατάκειται.

7 *Sanabo*, θεραπεύσω. Vulgata, *Curabo*. Erasmus, *Medebor*: qui tamen hanc versionem meritò reiecit suprà cap. 4.23. Certè hic ponitur pro ἰᾶσθαι: quo vocabulo postea vtitur.

8 *Dignus*, ἱκανὸς. Erasmus, *Idoneus*. Vide suprà cap. 3.11. ¶ *Sub tectum meum*, ὑπὸ μου τὴν στέγην, [id] est domum, per synecdo-

chen. Gall. *Sous mon couuert*. & notanda est rara pronominis traiectio. ¶ *Loquere*, εἰπὲ λόγον. Eras. ad verbum, *Dic verbum*, sicut vulgò dicimus, *Dites vn mot*: sed pro *Loqui* simpliciter hanc phrasim sumi liquet infrà 12.32. Vul. *Dic verbo*. nam in quibusdam codicibus scriptum inuenimus εἰπὲ λόγῳ, sed eodem sensu. Nam εἰπὲ (id est dic) accipitur Hebraico more, pro iube. λόγῳ verò significat loquutione & verbis; perinde acsi diceret, *Tantùm loquere*: nam tantùm opus est vt verbo iubeas. Alioquin λόγος non verbum sed sermonem & orationem declarat. vide infrà versu 16.

9 Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ, πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου, ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.

9 Etenim ego sum homo sub *alterius* auctoritate *constitutus*, habẽs sub me milites: & dico huic, proficiscere, & proficiscitur: & alteri, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit.

9 *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit.*

10 Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐθαύμασε· καὶ εἶπε τοῖς ἀκολουθοῦσιν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.

10 *Hæc* autem quum audisset Iesus, miratus est: & dixit iis qui se quebantur, Amen dico vobis, ne in Israël quidem tantam fidem inueni.

10 *Audiens autem hæc Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.*

11 Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν·

11 Dico autem vobis multos ab Oriente & Occidente venturos, & discubituros cum Abrahamo & Isaaco & Iacobo in regno cælorum:

11 *Dico autẽ vobis quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abrahamo, Isaac & Iacob in regno cælorum:*

Infrà, 22.13.

12 Οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

12 ‖ Filios verò regni eiectum iri in tenebras illas extimas. illic erit fletus & stridor dentium.

12 *Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium.*

13 Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ ἑκατοντάρχῳ, Ὕπαγε, καὶ ὡς ἐπίστευσας γενηθήτω σοι. Καὶ ἰάθη ὁ παῖς αὐτοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ.

13 Et dixit Iesus Centurioni, Abi, & vt credidisti fiat tibi. Sanatúsque est puer eius eo ipso momento.

13 *Et dixit Iesus Centurioni, Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.*

Mar. 1.29. Luc. 4.38. Christus varios morbos sanans ostẽdit se missum à Patre, vt in eo vno remediũ in quibusuis malis quæratur.

14 Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν Πέτρου, εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην, καὶ πυρέσσουσαν.

14 ‖ Et quum venisset Iesus domũ Petri, vidit socrum eius in lecto proiectam, & febricitantem.

14 *Et quum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantem.*

15 Καὶ ἥψατο τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετός. καὶ ἠγέρθη, καὶ διηκόνει αὐτοῖς.

15 Tetigitque manum eius, & dimisit eam febris: & surrexit, ac ministrauit eis.

15 *Et tetigit manũ eius, & dimisit eam febris: & surrexit, & ministrabat eis.*

Mar. 1.32. Luc. 4.40.

16 Ὀψίας δὲ γενομένης προσήνεγκαν αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλούς· καὶ ἐξέβαλε τὰ πνεύματα λόγῳ, καὶ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσεν.

16 ‖ Quum autem serum *diei* esset, obtulerunt ei dæmoniacos multos, & eiecit spiritus verbo, omnésque malè affectos sanauit.

16 *Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus verbo: & omnes malè habentes curauit.*

9 *Etenim ego*, καὶ γὰρ ἐγώ. Vulg. *Nam & ego*; quæ interpretatio sententiam deprauat. Nec enim à pari Centurio iste fidei plenus argumentatur, neque dixit Euangelista κἀγὼ γὰρ, sed à minore ad maius sic colligit: Si ego sic aliis imperans vt tamẽ aliis subsim, tamen quod iubeo per subditos meos efficio, quid tu non effeceris vel solo verbo, qui videlicet suprà omnia emineas? ¶ *Sub auctoritate* [*constitutus*] ὑπὸ ἐξουσίαν, id est ὑπεξούσιος. Erasmus, *Alterius potestati subditus*. Ego Vulgatam interpretationẽ prætuli, non modò quia propius accedit ad Græca, sed etiam quia participium τεταγμένος (id est *constitutus*) suppleuit ex Luca.

11 *Discubituros*, ὅτι ἀνακλιθήσονται. Translatio est sumpta à conuiuiis, quibus sępe solet comparari vitę æternę felicitas. Itaque *Accumbere* idem hîc declarat atque promissionis Abrahamo factæ, id est ęternæ felicitatis, cum eo fore participes: quod etiam declaratur appellatione collocationis in sinu Abrahami, sicut charissimi patrisfamilias: proximi quasi in sinũ illius recũbebant. quod de Ioan. in extrema illa Cœna cõmemoratur. Nã ἀνακλίνεσθαι pro κατακλίνεσθαι hîc ponitur. Latini Recũbendi quidẽ verbo vtuntur (quod vetus interpres vsurpauit, simili etiam significatione) sed rarò.

12 *Filios regni*, οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας. id est indigenas, quos vocant vulgò *naturales subiectos*. Intelligit autem Dei regnũ, ad quod pertinebant in genere quicunque erant ex Abrahæ genere, quum longè alia sit ratio coram Deo censendi filios Abrahæ, nimirum ex fide. Castellio regios interpretatur, duplici errore. Primùm enim, quamuis soleant Hebræi filios generaliter vocare qui sunt alicui rei peculiariter destinati, (vt infrà, 9.15. filij thalami dicuntur qui cum sponso versantur, & Ioan. 17.12, filius perditionis, id est exitio deuotus) tamẽ peculiaris est hoc loco emphasis huius nominis, adeo vt nullo modo expungendũ fuerit, quoniã nullus in hoc regno censetur, nisi idẽ sit Abrahami filius, quia Deus cũ solo Abrahamo, & eius sobole regnũ æternũ pactus est. Deinde non temerè scriptũ est FILII REGNI potius quàm FILII REGIS, quoniã multi sunt in regno, quos tamẽ rex tandẽ vt infidos reiicit: omnes autẽ regis filij sunt vnici illius naturalis filij cohæredes. ¶ *Illas extimas*, τὸ ἐξώτερον, i. quę extra sunt, & quàm longissimè distant, vt intelligas extra hoc regnum nullam esse lucem, sed tenebras, id est pœnas illas ęternæ felicitati oppositas, quibus nihil horribilius. Ideo articuli repetiti vim expressi.

13 *Eo ipso momento*, ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. Vulg. *Ex illa hora*: Eras. *In illa hora*. Vide inf. cap. 9.22. Post hęc testatur Eras. (cui adstipulantur nonnulli veteres codices) se additũ reperisse, καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, εὗρε τὸν παῖδα αὐτοῦ ὑγιαίνοντα. i. *Et reuersus Centurio domũ suam eo ipso momento inuenit puerum suũ sanũ*. ὥρα, verò nõ simpliciter hîc significat duodecimã partem diei, sicut apud Iudęos dies diuidebatur, sed illud ipsum tẽpus quo Christus isto sermone fuit vsus, vt ab ipso non aliunde profectum hoc beneficium constaret, quamobrem Momentum quàm Horam vel tempus malim interpretari.

16 *Quũ autẽ serũ* [*diei*] *esset*, ὀψίας δὲ γενομένης, sub. ἡμέρας. Vul. *Vespere autem facto*. i. ἑσπέρας δὲ γενομένης. Eras. *Quũ autem appetisset Vespera*. Liu. *Castrorũ oppugnatione, quia serũ erat diei, abstinuère*. ¶ *Obtulerunt*, προσήνεγκαν. Eras. *Adduxerunt*. i. προσήγαγον: quãuis quod ad sententiã attinet, nihil intersit vtro verbo exponas. ¶ *Dæmoniacos*, δαιμονιζομένους. i. à dæmonibus obsessos, nõ simpliciter furiosos, quos vetus Ecclesia ἐνεργουμένους vocabat, eos etiã, meo iudicio, intelligẽs qui interiore & à medicis sanabili furore corripiebãtur, dilucida habentes interualla. Nam & Græci medici quoddam istiusmodi furoris naturalibus remediis sanabilis genus δαιμόνιον vocant, in eo tamen reprehendendi quòd superstitiosa & magica quædam interdum admiscent, vt apud Nicolaum

Damascenum videre est. Morbos autem istos etiã à corporis intemperie orientes à dæmonibus etiam interdũ immitti & ex historia Iobi liquet, & ex iis qui σεληνιαζόμενοι in his historiis dicuntur, & ex incurua illa muliere cuius fit mentio Luc. 13. 11. Sed & Euripid. in Phœnissis, δαιμονῶντας vocat eos qui dæmonũ agitatione insaniunt. ¶ *Verbo*, λόγῳ. i. loquendo duntaxat, & iubendo, vt ii solent quorũ est summa potestas. Cic. 2. in Catil. *Ego vehemens ille Consul, qui verbo ciues in exiliũ eiicio.* Et paulò pòst, *Quod ego si verbo assequi possem, istos ipsos eiicerem qui hæc loquuntur.* Vide suprà, versu 8.

Græce		Beza		Vulgata
Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν.	17	Vt impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem, ‖ Ipse infirmitates nostras accepit, & morbos portauit.	17	*Vt adimpleretur quod dictũ est per Esaiam prophetam, dicentem, Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit.*
Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς πολλοὺς ὄχλους περὶ αὐτὸν, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν.	18	‖ Quum vidisset autem Iesus turbam multam circum sese, iussit vt abiretur in vlteriorem *ripam*.	18	*Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum.*
Καὶ προσελθὼν εἷς γραμματεὺς εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε, ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ.	19	Et quum accessisset quidam Scriba, dixit ei, Magister, sequar te quocunque abieris.	19	*Et accedens vnus Scriba, ait illi, Magister, sequar te quocunque ieris.*
Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.	20	Tunc dicit ei Iesus, Vulpes habent lustra, & volucres cæli, nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.	20	*Et dicit ei Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli, nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.*
Ἕτερος δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ, Κύριε ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου.	21	Alius autem ex discipulis eius dixit ei, Domine, permitte mihi primùm abire, & sepelire patrem meum.	21	*Alius autem de discipulis eius ait illi, Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum.*
Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι, καὶ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς.	22	Iesus autem dixit ei, Sequere me, & sine vt mortui sepeliant mortuos suos.	22	*Iesus autẽ ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.*
Καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.	23	‖ Et quum ipse esset ingressus nauigium, sequuti sunt eum discipuli eius.	23	*Et ascendente eo in nauiculam, sequuti sunt eũ discipuli eius.*

Esa. 53. 4. 1. Pet. 2. 24.

Luc. 9. 57.

Veri discipuli Christi ad quasuis ærumnas se comparent.

Cessent quæcunque hominibus debemus officia, vbi iubet Dominus operam sibi impendi.

Christus etiam si videatur suos interdum etiã in extremis periculis negligere, suo tamen tempore sedatis omnibus tempestatibus, illos in portum perducit.

17 *Infirmitates*, τὰς ἀσθενείας. τὸ ἀσθενεῖν, à quo ἀσθενὴς & ἀσθένεια, in his libris dicitur tum de eo qui vt sit omnibus viribus destitutus, siue corporis, vt 1. Cor. 15. 43, siue animi, quod ad pietatem & Dei cultum attinet non regenerati, sed in peccato prorsus iacentis, vt Rom. 5. 6. tum de virium illarum imbecillitate (quocunque id defectu seu vitio accidat) vsum perfectum actionum corporis vel animi naturalem impediente. Hinc fit vt ad supernaturalis quoque regenerationis, in nobis duntaxat inchoatæ, debilitatẽ transferatur. Interdum denique miserias illas peculiariter declarat, quæ Crucis nomine in his libris significantur, propter quas Sancti à mundo despici, vt viles & abiecti, immò etiam vexari consueuerunt. Quum autem à morbo distinguitur, vt hoc loco, leuius quiddam videtur significare, acsi inualetudinem dicas, qua voce Tertull. hunc locum citans vsus est. Ego communem illam, & Theologis Latinis familiarem *Infirmitatis* vocem vbique, quum debilitatem notat, retinui. Cæterùm certum est Esaiam generaliter agere de iis omnibus quę Christus propter peccata nostra pertulit, & spiritualia ipsius in nos beneficia propriè respicere, quorum specimen in sanandis ægrotis edidit.

18 *Iussit vt abiretur*, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν. id est *Indixit profectionem*, pro quo Gallicè dixeris, *Il cõmanda qu'on allast*. Nec enim ita est hoc accipiendum quasi discipulos trans lacum ablegarit, vt qui vnà cum ipsis traiecisse postea dicatur: sed significauit illis se traiicere lacum constituisse, nempe vt nauigium & cætera necessaria compararentur. Itaque Vulgatam interpretationem, *Iussit discipulos ire trans fretum*, (præterquam quòd addit de suo vocem *Discipulos*, neque τὸ πέραν fretum significat) vt ambiguam meritò mutaui. ¶ *In vlteriorem* [*ripam*,] εἰς τὸ πέραν. Vulg. *Trans fretum*. id est πέραν τῆς θαλάσσης, vel τοῦ πορθμοῦ. Erat enim sita Capernaum cis lacum Tiberiadis.

19 *Quidam Scriba*, εἷς γραμματεύς. Vulgat. & Erasmus ad verbum, *Vnus Scriba*. quo genere dicendi vtimur etiam in vernaculo nostro sermone. ¶ *Magister*, διδάσκαλε. Vide inf. 19. 16. Magistri nomẽ alioqui latius patet: & ἐπιστάτῃ potius quã διδασκάλῳ respondet. Sic tamẽ Hebręis Rabbi dicitur de doctoribus, interprete Ioa. 20. 16. Sed & Latini interdũ *Magistri* nomẽ peculiariter pręceptoribus, quos vocamus, tribuunt, vt ille apud Cic. de amicitia, Scęuola magistrũ suũ appellat.

20 *Lustra*, φωλεούς. Vul. & Eras. *Foueas*. i. ὀρύγματα, vel διορυχάς. Ego lustra interpretor, seruata eiusdẽ etymologiæ ratione, si Grammaticis credimus. ¶ *Nidos*, κατασκηνώσεις: id est hoc loco, καλιάς: nisi ad arborũ ramos referre malimus, quò sese aues quotidie recipiunt. Significantur autẽ propriè hoc vocabulo *Vmbracula*. nam σκηνὴ à σκιὰ deriuatur, declarátque propriè tabernaculũ ex ramis & frondibus contextũ. Virgil. 1. Æneid. *tum syluis scena coruscis Desuper*, &c. quo modo etiã nidi ab auibus costruuntur. ¶ *Filius autem hominis*, ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Quòd nõnulli putant sic vocatũ Christũ quòd filius esset vnius tantùm hominis, (id est Mariæ) cæteri verò, filij potius hominũ, eo refellitur quòd sic Ezechielẽ sæpe vocat Spiritus Dei: vt alios taceã. Rursus quòd nonnulli volunt humanã naturã Christi sic indicari, etsi verum est, tamen mihi quoque videtur plerisque locis nõ vsque adeo magnũ pondus habere. Assentior igitur illis qui Hebraicã phrasim esse volũt, pro homine, sicut Homerus sępe υἷας Ἀχαιῶν (filios Achiuorũ) vocat Achiuos. Sic enim omnino accipitur cap. 49. Ierem. & aliis locis plurimis: quãuis Vetus interpres ferè vertat plurali num. Filij hominum. Sed hoc addo, propterea quòd familiare est Hebræis vt de se loquantur in tertia persona, ideo accipi loco pronominis primæ pers. in Euangelica historia: in qua nõ memini quenquam, pręter vnum Christum, filium hominis Vocatum, idque tum demum quum ipse de se loquitur.

21 *Ex discipulis*, τῶν μαθητῶν. At non certè ex illis duodecim, assiduis eius comitibus: ex quo intelligitur Christum palàm indicasse suam traiectionem, ac proinde non paucos sese ad illũ sequendum comparasse, vt etiam versum superiorẽ 18. Chrysost. & August. accipiũt. ¶ *Primum abire*, πρῶτον ἀπελθεῖν. Vetustum quoddam exemplar hoc vocabulum πρῶτον non habet, & videtur expungi posse.

22 *Suos*, τοὺς ἑαυτῶν. Leuiculum est quod admonet Erasmus, vertendum fuisse, *Suos ipsorum*, quia ἑαυτῶν additur. Constat enim loco simplicium pronominum reciproca à Gręcis vsurpari in huiusmodi locis: vt paulo antè ὑπ' ἐμαυτὸν, pro ὑπ' ἐμέ. Sed hoc potius obseruandum erat, mortuos priore loco dici homines ψυχικούς, neque de Euangelii doctrina sollicitos, quod tamen studium oportuit, sine exceptione, cæteris rebus omnibus anteponi.

23 *Quum ipse esset ingressus*, ἐμβάντι αὐτῷ εἰς πλοῖον. Vulgat. *Ascendente eo in nauiculam*. i. πλοιάριον. Eras. *Quũ esset ingressus nauim*. i. τὴν ναῦν. Est autem πλοῖον quodcunque nauis genus, ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quod nauigare significat in genere. πλοιάριον verò Lentulus dicit *Nauigiolũ*, li. 12. Epist. Gallis, *vne flette*.

Græce		Beza		Vulgata
Καὶ ἰδοὺ, σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων· αὐτὸς δὲ ἐκάθευδε.	24	Et ecce succussio magna facta est in mari, adeo vt nauis operiretur fluctibus: ipse verò dormiebat.	24	*Et ecce, motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipse verò dormiebat.*
Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἤγειραν αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα.	25	Et accedentes discipuli excitauerunt eum, dicentes, Domine serua nos, perimus.	25	*Et accesserunt ad eũ discipuli eius, & suscitauerunt eũ, dicentes, Domine salua nos, perimus.*
Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; Τότε ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ· καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.	26	*Ipse* verò dixit eis, Quid formidolosi estis, exigua fide præditi? Tunc experrectus obiurgauit ventos & mare: & factà est tranquillitas magna.	26	*Et dicit eis Iesus, Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens, imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna.*
Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐθαύμασαν, λέγοντες, Ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ;	27	Homines autem illi mirati sunt, dicentes, Qualis est iste quòd venti quoque & mare auscultant ei?	27	*Porro homines mirati sunt, dicentes, Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?*
Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέραν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, χαλεποὶ λίαν, ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης.	28	‖ Et quum venisset ipse ad vlteriorem ripam, in regionem Gergesenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, è monumentis prodeuntes: sæui valde, adeo vt non valeret quisquam præterire per viam illam,	28	*Et quum venisset Iesus trans fretũ, in regionẽ Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam.*
Καὶ ἰδοὺ ἔκραξαν, λέγοντες, Τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς;	29	Et ecce clamarunt, dicentes, Quid nobis *rei est* tecum, Iesu fili Dei? venisti huc vt torqueres nos ante constitutum tẽpus?	29	*Et ecce clamauerunt, dicentes, Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos?*
Ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἀγέλη χοίρων πολλῶν βοσκομένη.	30	Erat autem longè ab eis grex porcorum multorum pascens.	30	*Erat autem non longè ab illis grex multorũ porcorum pascens.*

Mar. 4. 36. Luc. 8. 22.

Christus homines à miserabili Satanæ seruitute liberatum venit, sed mundus Christo quàm vllis vel leuissimis commodis carere mauult.

Mar. 5. 2. Luc. 8. 26.

24 *Succussio*, σεισμός. id est, vehementissima tempestas. plus enim est σεισμὸς quàm κίνησις: quamuis Terræ motum dicant Latini quem γῆς σεισμὸν vocant Gręci.

25 *Excitauerunt*, ἤγειραν. Hoc verbum quum est transitiuum conuerto *Suscitare*, vt suprà cap. 3. 9. quum de ortu rei alicuius agitur, Deo videlicet sursum ciente quę prius non existebant: *Excitare*, quum de somno differitur, vt hoc loco: quoties denique absolutè vel passiuè accipitur, interpretari soleo *Surgere*, vel *Expergefieri*, vel *Excitari*: vt suprà, cap. 1. 24, & 2. 13.

26 *Experrectus*, ἐγερθείς. vel, quum surrexisset, vt infrà 9. 7. ¶ *Obiurgauit*, ἐπετίμησε. Vulgata, *Imperauit*. id est, ἐνετείλατο. Erasm. *Increpauit*: quod potius respondet τῷ ἐπιπλήττειν. Interdum autem accipitur pro Additis minis præcipere, vt infrà cap. 12. 16. sicut apud Latinos accipitur Interminari. Est autem hæc phrasis Hebraica, vt apparet ex Psalmo 106. 9. & Naum 1. 4. Et videtur vti hoc verbo Spiritus sanctus vbi de inhibenda maris tempestate agitur, quòd vis vi obiici & opponi videatur. qua etiam ratione de Satana dicitur, Increpet te Dominus, Zach. 3. 2.

27 *Qualis*, ποταπός. Annotat Erasmus hanc particulam ita interrogare vt habeat admirationis emphasin: quod non est perpetuum. distingui tamen debet à ποδαπός, Cuias. ¶ *Quòd ei*, ὅτι αὐτῷ. Vulgata & Erasmus, ad verbum, *Quia ei*. quod dicendi genus Latinis est ignotum. Galli verò sic loquuntur, quum dicunt, *Quel homme est ceci, que les vents & la mer luy obeissent?* Sed particulam *Quia* nusquam memini legere hoc modo vsurpatam. ¶ *Auscultant*, ὑπακούουσιν. Erasmus & Vulg. *Obediunt*, id est, πείθονται. Certè illa translatio in Latino sermone non est durior quàm in Græco.

28 *Gergesenorum*, Γεργεσηνῶν. Sic constanter legitur hoc loco in Græcis codicibus. Syrus autem interpres & Epiphanius aduersus Manichæos habent τῶν Γαδαρηνῶν, *Gadarenorum*: vt scribitur in Gręcis libris apud Marcum & Lucam, vbi eadem describitur historia. apud quos rursus vetus interpres Latinus legit *Gerasenorum*, Γερασηνῶν. Neque causa est cur quispiam hac varietate offendatur. Gergessa enim & Gerasa vna & eadem vrbs est (vnde Gergeseni de quibus Iosephus lib. 2. de bello Iudaico cap. 20.) quam mirum non est à Ptolomæo adscribi Petrææ Arabię, quum eo tempore Damascus etiam Arabię adscriberetur, vt patet ex 2. Cor. 11. 32. Gadara verò à qua Gadaris regio, fuit & ipsa Lacui Genesareth, quem Plinius Genesaram vocat, prorsus ὅμορος. vt vnus idémque tractus & his & illis tribui potuerit. Apud Strabonem autem libro 16. perperam meo quidem iudicio Gadaris regio, inter Casium montem & Pelusium sita, pro Gazaris vel Gazeris legitur, à Gazera ciuitate sic dicta, quam ipse quidem non commemorat, sed legimus 2. Samu. 5. 25. Nam Gadaridem à Gadara oppido munitissimo in Peræa, fuisse orientalem, videlicet Galileę limitem interiecto Iordane, ex Iosepho liquet plurimis locis, ac præsertim ex libro de bello Iudaico 3. capite 2. & ex Plinio quoque lib. 5. cap. 18. ¶ *Saui*, χαλεποί. id est, ὠμοί. nam (vt rectè notat Erasmus) varia declarat hoc vocabulum, de quo Plato in Protagora.

29 *Clamarunt*, ἔκραξαν. Eras. *Vociferabantur*. id est, ἐβόων. ¶ *Quid nobis tecum rei est?* τί ἡμῖν καὶ σοί. Erasm. *Quid rei nobis tecum?* & rectè quidem. nam subauditur πρᾶγμα: quum sic loquatur Demosthenes περὶ στεφάνου, διωμνύμενος μηδὲν εἶναί σοι καὶ Φιλίππῳ πρᾶγμα. Et Herodot. in Terpsic. σοὶ δὲ καὶ τούτοισι πρῆγμα τί ἐστι; Sed pręcisè etiam interdum sic loquuntur Latini: vt Cicero, *Quid huic cum Fabio?* Idem, *Cum Vatinij legionibus quid erat Antonio?* Vulgata ad verbum, *Quid nobis & tibi?* obscurè & barbarè. ¶ *Ante constitutum tempus*, πρὸ καιροῦ. Diem illum videlicet vltimum, quem qui irrident, hinc dici possunt ipsis dæmonibus deteriores. Vsus sum igitur periphrasi vt propriam huius Gręcę vocis significationem exprimerem.

30 *Longè*, μακράν. Vul. *Non longè*: repugnante quidem fide omniũ Gręcorum exemplariũ, quę nobis videre contigit: sed tamen rectius (ni fallor) quàm absque negante particula: quum testentur alij Euangelistæ porcos istos in montibus fuisse veluti in conspectu sitos, vt apparet ex articulo quasi δεικτικῶς adiuncto. Porcos autẽ illic & quidem gregatim pauisse mirum non est: præterquàm enim quòd Gadara & Hippon vrbes Perǽ vicinas, (vtpote Galilæam interiecto Iordane ab Oriente finientes teste Ioseph. lib. de bello Iud. 3. cap. 2.) testatur idem Iosephus lib. Antiq. 17. ca. 14. fuisse Græcanici instituti, constat plurimis incircumcisis quos generaliter Græcos vocant plerasque ciuitates refertas illis iam tum temporibus fuisse: ne ipsa quidem Iudæa excepta, qua de re vide Iosephum lib. de bello Iudaico 2. cap. 19. & 20.

Id autem etiam ex eo apparet quòd hîc fit mentio monimentorum, vt loci sepulchris referti: quum Iudæorum instituto ad septem dies impurus haberetur qui in talibus locis versaretur, vt disertè scribit Iosephus de Tiberiade ab Herode Antipa sub Tiberij nomine extructa disserens lib. Antiquit. 16. cap. 3.

31 Οἱ δὲ δαίμονες παρεκάλουν αὐτὸν λέγοντες, Εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων.

32 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὑπάγετε. Οἱ δὲ, ἐξελθόντες ἀπῆλθον εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. Καὶ ἰδοὺ, ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν.

33 Οἱ δὲ βόσκοντες ἔφυγον, καὶ ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν ἀπήγγειλαν πάντα, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων.

34 Καὶ ἰδοὺ, πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ Ἰησοῦ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν, παρεκάλεσαν ὅπως μεταβῇ ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

Κεφάλαιον θ.

Peccata sunt nostrarum afflictionũ causa & ab vno Christo credẽtibus remittuntur. Marc. 2. 3. Luc. 5. 18.

1 ΚΑΙ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, διεπέρασε, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν.

2 Καὶ ἰδοὺ, προσέφερον αὐτῷ παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης βεβλημένον· καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπε τῷ παραλυτικῷ, Θάρσει τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

3 Καὶ ἰδοὺ, τινὲς τῶν γραμματέων εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, Οὗτος βλασφημεῖ.

4 Καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν, Ἵνα τί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

31 Dæmones verò precabantur eum, dicentes, Si ̈ eiicis nos, ̈ permitte nobis abire in gregẽ ̈ porcorum illorum.

32 Et ait eis, Abite. Illi verò egressi abierunt in illum gregem porcorum: & ecce, ̈ ruit totus ille grex porcorum ̈ è præcipitio ̈ in mare, & ̈ mortui sunt in aquis.

33 ̈ Pastores autem fugerunt: & ̈ quum abiissent in vrbem, renuntiarunt ̈ omnia, & ̈ quę dæmoniacis facta fuerant.

34 Et ecce, tota vrbs illa exiuit in occursum Iesu: & quum vidissent eum, rogarunt vt ̈ digrederetur à finibus ipsorum.

CAP. IX.

1 Ï Ngressus igitur nauigium, traiecit, & venit ̈ in suam vrbem.

2 ‖Et ecce, ̈ obtulerunt ei paralyticum in lecto proiectum: ̈ quúmque vidisset Iesus fidem eorum, dixit paralytico, ̈ Confide fili, ̈ remissa sunt tibi peccata tua.

3 Et ecce, quidam è Scribis dicebant apud se, Iste ̈ blasphemat.

4 Et ̈ quum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, ̈ Quid cogitatis mala in cordibus vestris?

31 *Dæmones autem rogabant eum, dicentes, Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.*

32 *Et ait illis, Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos: & ecce, magno impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis.*

33 *Pastores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem, nuntiauerũt hæc omnia, & de iis qui dæmonia habuerant.*

34 *Et ecce, tota ciuitas exiit obuiam Iesu: & viso eo, rogabat eum vt transiret à finibus eorum.*

CAP. IX.

1 *ET ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam.*

2 *Et ecce, offerebant ei paralyticum iacentem in lecto: & videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.*

3 *Et ecce, quidam de Scribis dixerunt intra se, Hic blasphemat.*

4 *Et quum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?*

31 *Eiicis*, ἐκβάλλεις. Vulgata addit *Hinc*. id est, ἐντεῦθεν. ¶ *Permitte nobis abire*, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν. Vulgata, *Mitte nos*. id est πέμψον ἡμᾶς. Vt etiam apud Marcum scribitur. Ridiculi sunt igitur qui permissionem voluntati opponunt. neque iniustus Deus, quum rebus quas condidit, ad suam ipsius gloriam, etiam cum ipsarum exitio coniunctam, vtitur. Sed insigne est Tertulliani dictum libro de fuga, alioqui hyperbolicè scripto, qui ibi hinc euicit nullam esse potestatem Satanæ, nisi ex permissu Domini vel probationis, vel reprobationis, vel coërcitionis causa, *possumus*, inquit, *dicere porcorum quoque setas fuisse apud Deum numeratas, nedum sanctorum capillos*. ¶ *Porcorum illorum*, τῶν χοίρων. Puto articulum hîc poni δεικτικῶς, & gregem illum quasi in conspectu fuisse, quod exprimendum putaui.

32 *Ruit*, ὥρμησε. Vulgata, *Impetu abijt*: non necessaria periphrasi. Erasmus, *Ferebatur*. id est ἐφέρετο. ¶ *E præcipitio*, κατὰ τοῦ κρημνοῦ. Vulgata & Erasmus, *Per præceps*: nec id quidem Latinè, (vt opinor) nec satis appositè. Ponitur enim κατά pro ἀπό, vt in illo Homeri Odyss. ξ. κατὰ πέτρης βαλέειν, de saxo deiicere. ¶ *In mare*, εἰς θάλασσαν: vide Marc. 5. 13. ¶ *Mortui sunt*, ἀπέθανον. Erasmus, *Perierunt*, id est ἀπώλοντο.

33 *Pastores*, οἱ βόσκοντες. Erasmus, *Qui pascebant*. Vide infrà cap. 18. 4. ¶ *Quum abiissent*, ἀπελθόντες. Vulgata, *Venientes*, id est ἐλθόντες. Erasmus, *Digressi*. id est μεταβάντες. ¶ *Omnia*, πάντα. Vulgata, *Omnia hæc*. id est πάντα ταῦτα. quod etiam videtur cum iis quę sequuntur melius conuenire. ¶ *Quæ dæmoniacis facta fuerant*, τὰ τῶν δαιμονιζομένων. vel (vt Erasmus) *quæ dæmoniacis accidissent*. Sic enim rectè Hellenismus (alioquin obscurus) illustratur. Vulgata, *De iis qui dæmonia habuerant*, id est περὶ τῶν δαιμονιζομένων. Simili dicendi genere etiam vtitur infrà, cap. 21. 21.

34 *Digrederetur*, μεταβῇ. Vul. *Transiret*, id est διαβαίνῃ. Era. *Decederet*. i. ἀποχωρήσῃ. & infrà, cap. 12. 9. *Progressus*, id est μεταβάς. Sic quotidie vilissima etiam quæque mundus salutis suæ iactura redimit.

IN CAPVT IX.

1 *Ingressus*, ἐμβάς. Vulg. *Ascendens*. id est ἀναβαίνων: & addit, *Iesus*, Ἰησοῦς. ¶ *Vrbem suam*, εἰς ἰδίαν πόλιν. in qua videlicet veluti domicilium habebat, totam alioqui regionem obiens, nempe Capernaum, Mar. 2. 1.

2 *Obtulerunt*, προσέφερον. Eras. *Adduxerunt*. quę interpretatio neque Grӕco vocabulo propriè respondet, neque huic loco conuenit. Neque enim ducebatur, sed ferebatur paralyticus, & quidẽ in lecto decumbens, vt narratur Mar. 2. 1. ¶ *Quúmque vidisset*, καὶ ἰδών. i. quum ex manifesto signo cognouisset. Sic in hoc eodẽ cap. vers. 4, ἰδὼν τὰς ἐνθυμήσεις: & Exodi 20. 18, *Omnis populus videbat voces*. ¶ *Confide*, θάρσει. Eras. *Bono animo esto*. Cic. in hac significatione dicere solet Confidere animo. θαρρεῖν autẽ idem etiã valere quod apud Latinos Confidere, vel illud Herodiani cõfirmat lib. 4. ἐθάρρει δὲ αὐτῷ ὡς ἐπιτηδείῳ πάλαι. id est, Confidebat autẽ ei, vtpote iam pridẽ sui studioso. ¶ *Remissa sunt*, ἀφέωνται. Vulg. & Erasm. *Remittuntur*, ἀφίενται. Sed est in tempore perfecto emphasis minimè negligẽda. Vide Mar. 2. 5.

3 *Blasphemat*, βλασφημεῖ. id est impiè loquitur. Nam hac significatione peculiari vsurpatur à sacris scriptoribus nostris, quo modo etiã apud Platonem bis in Alcibiade posteriore, & in extremo de Rep. secundo libro ponitur. quũ alioqui communi vsu apud Græcos disertiores idem valeat quod βλάπτειν τὴν φήμην καὶ συκοφαντεῖν. id est calumniari, vel maledicere, siue alterius famam maledictis lędere.

4 *Quum vidisset*, ἰδών. Chrysostomus legit, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, Quum sciret Iesus. ¶ *Quid*, ἵνα τί. Heb. למה [lammah] pro Quamobrem vel Quorsum,

5 Τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι καὶ περιπάτει;

6 Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, (τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ,) Ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.

7 Καὶ ἐγερθεὶς ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

8 Ἰδόντες δὲ οἱ ὄχλοι ἐθαύμασαν, καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν, τὸν δόντα ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώποις.

9 Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον λεγόμενον, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

10 Καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ἀνακειμένου ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ἰδοὺ, πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐλθόντες συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.

11 Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι, εἶπον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν;

12 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.

13 Πορευθέντες δὲ μάθετε τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν. οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

5 ̈ Vtrum enim est facilius, dicere, remissa sunt tibi peccata: an dicere, surge & ambula?

6 Vt autem sciatis ̈ auctoritatem habere Filium hominis in terra remittendi peccata, ̈ (tunc dicit paralytico) Surge, ̈ attolle tuum lectum, & abi domum tuam.

7 ̈ Tunc *ille* surrexit, abiítque domum suam.

8 Turba verò quum *hoc* vidisset, ̈ mirata est, & glorificauit Deum, qui dedisset talem auctoritatem hominibus.

9 ‖Et ̈ progrediens Iesus illinc vidit quendam ̈ sedentem ̈ ad telonium qui Matthæus dicebatur, & dixit ei, Sequere me: & *is* surgens sequutus est eum.

10 Et ecce factum est quum Iesus accumberet ̈ domi *illius*, ̈ vt multi publicani ̈ & peccatores qui venerant, simul accumberẽt cum Iesu & discipulis eius.

11 Quum autem *id* vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis eius, Quare cũ publicanis & peccatoribus ̈ edit magister ille vester?

12 Iesus autem quum *hoc* audisset, dixit eis, Iis qui valent non est opus medico, sed iis qui malè *se* habent.

13 ̈ Ite verò & discite quid sit ̈ ‖Miserationem volo, & non ̈ sacrificium. non enim veni vocatum ̈ iustos, ‖sed peccatores ̈ ad resipiscentiam.

5 *Quid est facilius, dicere, dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, surge & ambula?*

6 *Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (tunc ait paralytico,) Surge, tolle tuum lectum, & vade in domum tuam.*

7 *Et surrexit, & abiit in domum suam.*

8 *Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.*

9 *Et quum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi, Sequere me. Et surgens sequutus est eum.*

Mar. 2. 14. Luc. 5. 27. Christu, humiles peccatores ad se vocat, hypocritas fastuosos aspernatur.

10 *Et factum est, discũbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes discumbebant cum Iesu & discipulis eius.*

11 *Et videntes Pharisæi dicebant discipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester?*

12 *At Iesus audiens, ait, Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.*

13 *Euntes autem discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium. non enim veni vocare iustos, sed peccatores.*

Osea 6. 6. Infrà 12. 7. 1. Tim. 1. 15.

5 *Vtrum enim est*, τί γάρ ἐστιν, pro πότερον γάρ ἐστι. Vul. ad verbum, *Quid est?* quod in Latino pręsertim sermone nouum est. deinde etiam omisit coniunctionem.

6 *Auctoritatem*, ἐξουσίαν. Vul. *Potestatem*. Vide suprà 7. 29. ¶ *Tunc*, τότε. Hæc sunt non Christi, sed Euangelistæ verba sic describentis Christi sermonem, vt superiora quidem ad Pharisæos, sequentia verò ad ipsum paralyticum Christus direxerit. ¶ *Attolle*, ἆρον. Id est tolle in humeros, vt appareret de viribus penitus ipsi restitutis: quod simplici Tollendi verbo Latinè non satis exprimitur.

7 *Tunc* [*ille*] *surrexit*, καὶ ἐγερθείς. Pro καί vertimus *Tunc*, quia (vt sępe nobis dicendum erit) Vau Hebrӕorum ita etiã accipitur: & visa est mihi hæc significatio huic loco melius conuenire. Erasmus autem, quem sum sequutus, rectè fecit quòd relatiuum addiderit, vt tolleretur amphibolia.

8 *Mirata est*, ἐθαύμασαν. Vulg. *Timuerunt*, id est ἐφοβήθησαν, vt existimat Erasmus. Sed etiamsi ita scriptum esset Græcè, potius dicendum fuerat *Expauerunt*. Exemplar quoddã habet ἐφοβήθησαν: quod potius legit Vetus interpres. ¶ *Talem auctoritatem hominibus*, ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώποις. Loquuntur isti vt hoc ipsum quod mirabantur non intelligentes. Christus enim eam sibi auctoritatem vendicarat, quæ vnius Deitatis propria, ipsorummet testimonio, Matth. 9. 6, adeò vt ne Christo quidem, nisi verus Deus esset, fuerit attribuenda, quod minimè tamen agnoscebant. Deinde quũ hanc edendi miracula potestatem faciunt cum aliis communẽ, impietatem committunt, vt declarat Petrus Act. 3, 6. & 11.

9 *Progrediens*, παράγων. Hîc ἄγειν ponitur pro βαδίζειν: vt in illo Terentij, *Quò te agis*. Eras. *Præteriens*, παριών. Ponitur ergo hîc τὸ παράγειν, multiplicis alioqui significationis, pro Digredi, sicut paulò pòst versu 27. id quod ostendit particula ἐκεῖθεν, domo videlicet egressus: ita tamen vt in ipso itinere id esse factum intelligamus. Alioquin idem valet quod παροδεύειν & παριέναι, vt infrà cap. 20. 30. ¶ *Sedentem*, καθήμενον. Sic Vetus interpres. Erasmus autem maluit vertere Desidentem, id est otiosum sedentem, quod non probo. Nã & iudices καθημένους eadem ratione dicas Desidere, nõ Sedere. Deinde vix vnquam est otiosum hoc hominum genus. ¶ *Ad telonium*, ἐπὶ τὸ τελώνιον. id est Ad publicanorũ mensam, quò videlicet tributa referebantur. Memini porro me apud Chrysostomum legere τελώνιον pro scrinio.

10 *Domi*, ἐν τῇ οἰκίᾳ. Matthęi videlicet, sicut liquet ex Luca. Quamobrem etiam Eras. rectè addidit relatiuum *Illius*, nempe ex improuiso, quod ad ipsos quidem Publicanos attinet, qui sese Matthæo αὐτόκλητοι adiunxerant. ¶ *Et peccatores*, καὶ ἁμαρτωλοί. Publicani, siue potius publicanorũ socii, qui ferè prouinciales erant, propterea quòd Iudæa in prouinciã redacta, operam suam ad exactionem tributorum Romanis locabant (quibuscum etiam plerunque versabantur) à cæteris Iudæis inter profanos censebantur, ideóque חטאים [*chataim*] (id est peccatores & scelerati) vocabantur. neque in synedria recipiebantur religionis quidem obtentu: quòd cum incircuncisis communem vitæ consuetudinẽ haberẽt, sed reuera Romanorum iugum exosi, quibus isti operã locabant. Qua verò rapacitate publicani prouinciales exugerent, ex historiis intelligitur. Sed nũc miro quodam Dei iudicio factum est vt publicanis illis in regnũ Dei ingressis, ipsi Iudęi inter Turcas sint facti publicani. Τέλη propriè dicũtur Portoria, quæ significatio cõuenit huic loco. Gesta enim hæc sunt in Capernaum, frequentissimo lacus illius portu.

11 *Edit*, ἐσθίει. id est (vt vertit Eras.) *Sumit cibum*. Vetustũ quoddam exemplar additum habet, *& πίνει, & bibit*.

13 *Ite verò*, πορευθέντες δέ. Eras. *Quin potius ite*: ἀντὶ τοῦ πορευθέντες, sicut scribit Euangelista noster infrà, cap. 10, 6.

Sic autem Latini quoque Eundi verbo vtuntur, rei alicuius aggressionem significantes. ¶*Miserationem*, ἔλεον. Hoc ipsum est quod ἐλεημοσύνην suprà vocauit, cap. 6.1. vbi diximus hac voce contineri omnia charitatis officia, quæ inani externo cultui hoc in loco opponuntur. ¶*Sacrificium*, θυσίαν. Causa (vt opinor) non fuit cur hac interpretatione offenderetur Valla. Nam etsi Thus Latinũ vocabulum à θύω deriuatur, minimè tamen inde efficitur θύειν & θυσίαν de suffitibus tantùm dici, quum τὸ θύειν mactare & occidere significet. vnde vocabulum Gallicum *Tuer*. Deinde nihil prohibet quominus θυσία interdum ipsum sacrificium, interdum verò victimam declaret. ¶*Iustos*, δικαίους. Id est, eos qui sibi iusti videntur, siue qui se iustos esse somniant, quod fuit Pharisæorum dogma: quibus opponuntur peccatores, id est, qui suorum peccatorum sensu vulnerati ad vnam Dei misericordiam confugiunt. Vtrorumque exemplum proponitur Luc.18.10. ¶*Ad resipiscentiam*, εἰς μετάνοιαν. Hęc neque vetus interpres nec Syrus legit, nec Hieronymus, quæ tamen minimè redundant, & in veteribus codicibus leguntur. Accusabatur enim Christus quòd cum prophanis illis versaretur nimis familiariter, ac velut illis faueret. Fatetur Christus, se cum illis liberè & familiariter versatum esse, sed vt eos ad bonam frugem reuocaret. At si requiritis cur ad vos potius non accedam: hoc idcirco facio quòd vos videamini vobis non egere resipiscentia, cuius tamen denunciandę causa sum missus à Patre. præcat enim resipiscentia oportet peccatorum remissioni, Vtrumque autem donum largitur Spiritus sanctus per Euangelij prædicationem: Lege quidem ostendente, Euangelio verò purgante peccatum.

Aduersus prauam æmulationem in rebus medijs. Mar.2.18. Luc.5.33.

14 Τότε προσέρχονται αὐτῷ οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου, λέγοντες, Διατί ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλά, οἱ δὲ μαθηταί σου οὐ νηστεύουσι.

15 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος; ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν.

16 Οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται.

17 Οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε, ῥήγνυνται οἱ ἀσκοί, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· ἀλλὰ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινούς, καὶ ἀμφότερα συντηροῦνται.

14 Tunc adeunt eum discipuli Ioannis, dicentes, ‖Quare nos & Pharisæi multum ieiunamus, discipuli verò tui non ieiunant?

15 Et dixit eis Iesus, Num possunt "filij thalami lugere quandiu cum eis est sponsus? Aderunt autem dies quum "tolletur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.

16 Nullus autem "indit "panniculum "nouum "in vestimentum vetus: "illud enim ipsius supplementum tollit *aliquid* ex illo vestimento, & fit peior "fissura.

17 Neque iniiciunt vinum nouum in vtres veteres: alioqui rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: sed iniiciunt vinum nouum in vtres "recentes, & vtraque conseruantur.

14 *Tunc accesserunt ad eũ discipuli Ioannis, dicentes, Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?*

15 *Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filij sponsi lugere quandiu cũ illis est sponsus? Venient autem dies quum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.*

16 *Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit.*

17 *Neque mittunt vinũ nouum in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conseruantur.*

15 *Filij thalami*, οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος. Vulgata, *Filij sponsi*. Erasmus filios thalami interpretatur, vt ego in Marco & Luca. Nam (vt ipse rectè notat) νυμφῶνος appellatione non significatur sponsus, sed thalamus. Vocantur autem filij thalami quos sponsus in suum vsque thalamum admittit, vt sodales & maximè familiares: sicut dicunt Hebræi filios plagarum, filios mortis, & alia id genus quę passim occurrunt, sicut annotauimus suprà, cap.8.12. Horum autem sponsi sodalium exemplum extat Iud. 14. 12. Gręci παρανυμφίους appellant, qui apud prophanas gentes epithalamium carmẽ canebant. ¶*Tolletur*, ἀπαρθῇ. Legitur in vetere codice ἀρθῇ, eodem sensu. Vulg. *Auferetur*, id est ἀφαιρεθῇ.

16 *Indit*, ἐπιβάλλει. Ad verbum, *immittit*, vt Vulgata & Erasmus. Budæus tamen maluit interpretari *Assuit*, vel *Addit*, cui non possum assentiri. Neque enim ἐπὶ hoc loco nota est adiectionis ad iustam mensuram, sed supplementum potius declarat eius cui deerat aliquid. Denique τὸ ἐπιβάλλειν hoc loco idem valet quod ἐμβάλλειν. quamobrem malui apud Marcum interpretari ἐπιῤῥάπτει, *Insuit* quàm *Assuit*. Tertul. diuersis locis vertit *recondit, committit, adsuit, immittit*. ¶*Panniculum*, ἐπίβλημα ῥάκους. Vulgata, *Commissuram panni*. Erasmus, *Assumentum panni*. Budęus *Additamentum panniculi*. vt Tertull. lib. aduersus Marc. 4. qui tamen in lib. De oratione, *Plagulam* eleganter interpretatur. & aduersus Marcionem lib.3. Existimat enim Budæus significari προσθήκην, id est additamentum & auctarium. quod mihi quidem non placet, nisi auctarium voces quod hianti vestis parti sarcienda adhibetur. Sic enim Euangelista ipse postea exposuit quũ πλήρωμα vocauit. neque Assumentum melius cõuenit, quod etiam Latinum vocabulum esse non arbitror. Commissura autem non ineptè videretur dictionem Græcam exprimere, nisi potius commissionem ipsam & suturam declararet, quàm illud quod insuitur, & hoc loco dicitur ἐπίβλημα. Nos Galli (vt notat etiam Erasmus) vulgò pechiam vocamus, *vne piece*. Sed duo vocabula Græca vno Latino studui exprimere. ῥάκος enim, quum vestem detritam & laceram propriè declaret, hîc tamen est potius materiæ vocabulum, & pannum significat: vt idem omnino valeat ἐπίβλημα ῥάκους, atque ῥάκος ἐπιβαλλόμενον. id est pannus qui parti laceræ inditur. nos vulgò diceremus *vne piece de drap*. Quum autem panniculus Latinis idipsum quod insuitur & eius prætetea materiam declaret, vtrunque illud Grecum putaui hoc vno Latino non ineptè exprimi posse. ¶*Nouum*, ἀγνάφου, vel (vt Vulg. & Erasmus) *Rudem*. Budæus *Impolitum* interpretatur, eodem sensu [illegible] verbum, cui fullo manum adhuc non adhibuit, ac proinde nouum, à consequenti. ¶*In vestimentum*, ἐπὶ ἱματίῳ. Suprà capite 5.40. ἱμάτιον sumus interpretati pallium: hîc autem & alijs plurimis locis pro omni vestimenti genere accipi videtur. ¶*Illud enim ipsius supplementum tollit*, αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου. Vulg. *Tollit enim plenitudinem eius à vestimento*. Erasmus, *Aufert enim supplementũ illius à vestimento*. Budæus, *Aufert enim illud supplementum eius à veste*. Hi omnes videntur existimasse τὸ πλήρωμα positũ quarto casu, & coniungi cum verbo αἴρει. Certè ita sensisse Veterem interpretem apparet ex eo quòd vertit *plenitudinem*: & Eras. quoque, ex ipsius annotationibus. Offensus enim (inquit) dissimilitudine noui panni, postea detrahit, & deformior fit ruptura. Atqui τὸ πλήρωμα, (quo vocabulo idẽ illud significatur quod paulo antè vocauit ἐπίβλημα, illud videlicet quod ad implendam & sarciendam rupturam inditur) ponitur potius recto casu, dicitúrque detrahere aliquid de veste trita, quum ipsum sit nouum. quo modo postea Vinum nouum dicitur veteres vtres frangere. Supplementum autem eius vocat à quo videlicet insitum est. Hoc enim melius videtur conuenire quàm si ad pallium referas, quũ statim repetatur nomen ἱματίου. Præterea articulum expressi, & addidi casum verbo, vt ambiguitatem illam constructionis vitarem, à qua illos dixi fuisse deceptos. ¶*Fissura*, σχίσμα. Erasm. *Ruptura*. id est ῥῆγμα. Vulg. *Scissura*. id est τμῆσις, eadem tamen manente scriptura.

17 *Recentes*, καινούς. Vulgata & Erasmus, *Nouos*. Ego diuersum vocabulum quæsiui, propterea quòd (vt annotauit Erasmus)

Erasmus) Euangelista vtitur duplici vocabulo, νέος & καινός: quorum illud, eorum est qui ætatem sentiunt, hoc opponitur vetustati: vt νέος potius iuuenem significet quàm nouum: quod tamen discrimen non semper obseruatur. Ista verò vtraque similitudine, significat Christus haberi humanę infirmitatis rationem à Deo, qui non sinat nos supra vires tentari, ideóque paulatim militiæ laboribus suos assuefaciat. quod in ipsis etiam Apostolis pręstitit, sic moderatus hostium sæuitiem, vt primùm quidem minis agerent, inde aliquanto pòst ad verbera, ac tandem ad cædes peruentum est, quò etiam respicit quod scribitur Ioan.17.11, & 12, & 1.Cor.10.13.

18 Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς, ἰδού, ἄρχων ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, Ὅτι ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν· ἀλλὰ ἐλθὼν ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτήν, καὶ ζήσεται.

19 Καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

20 (Καὶ ἰδού, αἱμορροοῦσα δώδεκα ἔτη προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ.

21 Ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ, Ἐὰν μόνον ἅψωμαι τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, σωθήσομαι.

22 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν αὐτήν, εἶπε, Θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ ἐσώθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης)

23 Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἄρχοντος, καὶ ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον,

24 Λέγει αὐτοῖς, Ἀναχωρεῖτε· οὐ γὰρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον, ἀλλὰ καθεύδει. Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ.

25 Ὅτε δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, εἰσελθὼν ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς. καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον.

18 ‖Hęc eo loquente ipsis, ecce "quidam præfectus *synagoga* venit, & adorauit eum, dicens, Filia mea "modò obiit: sed veni & impone manum tuam super eam, & viuet.

19 Tunc surgens Iesus sequutus est eum, & discipuli eius.

20 (Et ecce, mulier "sanguinis profluuio laborans "à duodecim annis, accedens à tergo, tetigit fimbriam vestimenti illius.

21 "Dicebat enim apud se, Si solùm tetigero vestimentum eius liberabor.

22 Iesus verò conuersus & intuitus eam, dixit, Confide filia: fides tua te liberauit. Et liberata fuit mulier, ab eo "momento)

23 Et quum venisset Iesus domum præfecti *synagogæ*, vidissétque "tibicines & turbam "tumultuantem,

24 Dicit eis, Secedite: non enim mortua est "puella: sed "dormit. Et deridebant eum.

25 Quum autem fuisset eiecta turba, ingressus "prehendit manum eius: & surrexit adolescentula.

18 *Hæc illo loquente ad eos, ecce, princeps vnus accessit, & adorabat eũ, dicens, Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet.*

19 *Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius.*

20 *(Et ecce, mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius.*

21 *Dicebat enim intra se, Si tetigero tantùm vestimentum eius, salua ero.*

22 *At Iesus conuersus & videns, dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora)*

23 *Et quum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem,*

24 *Dicebat, Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum.*

25 *Et quum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit, Puella, surge. Et surrexit puella.*

Mar.5.22. Luc.8.41. Nullum est tã inueteratũ vel insanabile malum, quod Christus vera fide tanquam manu vel leuissimè attactus, protinus nõ sanet.

Christi potentiæ mors etiam ipsa cedit.

18 *Quidam præfectus* [*synagogæ*,] ἄρχων. Sic vulgò legunt, vt subaudiatur particula τις, quam tamen reperimus expressam in tribus vetustis exemplaribus. Vulgata, *Princeps vnus*: vt legisse videatur εἷς. quod etiam scribitur in quatuor exemplaribus: de quo dicendi genere diximus suprà, 8.19. ne quis putet vnum à pluribus distingui. Addidi autem *synagogæ* nomen ex Marco 5.22 Irenæus Latinus lib. 5. ca[illegible] summũ sacerdotem perpera interpretatur, quamuis ἀρχιερεῖς interdum dicantur qui ex Aarone genus ducebant à Leuitis distincti. ¶*Modo*, ἄρτι. Quidam non rectè *Nuper*. Nam illud maiorem emphasin habet. Cicero 6. in Verr. *Quid dico nuper? immo verò modo, ac planè paulo antè vidimus.*

20 *Sanguinis profluuio laborans*, αἱμορροοῦσα. Quod vno verbo Gręci dicunt pluribus necessariò explicuimus. Sic autem, propriè significatur sanguinis fluxus muliebri sexui peculiaris, & in iis quæ sanę sunt, menstruus, in hac verò perpetuus: quamuis venas ani hæmorrhoidas appellent. Vulgata, *Quæ sanguinis fluxum patiebatur*. id est αἱμοῤῥαγίαν πάσχουσα. Erasmus maluit interpretari *Quæ sanguinis profluuio laborauerat*: impropriè, ni fallor. Nondum enim laborare desierat. ¶*A duodecim annis*, δώδεκα ἔτη. Sicut Luc.8.42. ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα. Ad verbum, *Duodecim annos*. Sed poscit Latinę linguæ ratio præpositionem, si cum αἱμορροοῦσα iungas, sequutus receptam lectionem Nam secundus codex distinctionem habebat post αἱμορροοῦσα. & deinde additũ habebat, δώδεκα ἔτη ἔχουσα ἐν τῇ ἀσθενείᾳ, id est ad verbum, *Duodecim annos habens in ea infirmitate* sicut dixit Virgilius, --*vna cum gente tot annos Bella gero*

21 *Dicebat*, ἔλεγε. Id est cogitabat, Est enim (vt scitè ait Plato in Sophista) ἡ διάνοια, διάλογος ψυχῆς ἄνευ λόγου.

22 *Momento*, ὥρας. Vetus interpres ad verbum, *Hora*. Erasmus, *Tempore*. id est χρόνου. Mihi verò videtur momentum meliùs huic loco conuenire: quum hic significetur ille temporis articulus quo hęc dicta sunt. quanuis ῥοπὴ magis propriè *Momentum* declaret. Respondet autem Chaldaico vocabulo שעתא [*schahatha*] quod vsurpatur apud Danielem 4. 30. & significat ipsum temporis momentum quo aliquid extat, à ve[illegible] [*schahat*,] id est *Respexit*.

23 *Tibicines*, τοὺς αὐλητάς, θρηνῳδοὺς [illegible]cet, & μοναύλους, quos vocat Homerus in descriptione funeris Hectoris θρήνων ἐξάρχους, Latini peculiariter Siticines vocant, quem mo[illegible] proculdubio Iudæi à prophanis gentibus hauserant, vt & reliquas funerum pompas, licèt inhibuisset Dominus in Lege. Huc spectat quod refertur infrà 11. ¶*Tumultuantem*, θορυβούμενον. Id est strepentem, & ad funeris pompam concurrentem.

24 *Puella*, κοράσιον. Augustinus libro de Consensu Euang. 2. capite 28. monet in quibusdam codicibus legi *Mulier*, quod tamen Hebraico more de virginibus etiam dicitur. ¶*Dormit*, καθεύδει. quia nimirũ à Mortuis mox excitanda. vnde Christianorũ κοιμητήρια. Sed hæc tamen etiã per ironiã videtur Christus loqui, occurrens etiam hoc miraculũ calumniaturis, quasi non mortuã, sed sopitam excitasset.

25 *Prehendit*, ἐκράτησεν. Vulg. & Eras. *Tenuit*. i. εἶχεν. Infrà tamen cap.12.11. Eras. vertit, *Apprehendit*. Rursus cap.14.3. κρατήσας interpretatur *Ceperat*. Vocabulũ autẽ ipsum propriè significat vi adhibita aliquid retinere: veluti quũ trahimus reluctantẽ iniecta manu sicut etiam Eras. interpretatus est infrà, cap.18.28. Hîc autem & alijs locis multis idem valet quod ἅπτεσθαι, id est prehendere, vel tangere. Marci autem 7.3, & 4. pro retinere, & studiosè quidpiam obseruare accipitur. Post hęc verba *Prehendit manum eius* Vulg. addit, *Et dixit, Puella surge*, καὶ εἶπε, κοράσιον ἐγείρου. quæ tamẽ in nullis codicibus Græcis legimus, Sunt autem petita ex Lucæ 8.54.

26 Καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην.

27 Καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ, ἠκολούθησαν αὐτῷ δύο τυφλοὶ, κράζοντες, καὶ λέγοντες, Ἐλέησον ἡμᾶς υἱὲ Δαβίδ.

28 Ἐλθόντι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ τυφλοὶ, καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Πιστεύετε ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι; λέγουσιν αὐτῷ, Ναὶ Κύριε.

29 Τότε ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, λέγων, Κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν.

30 Καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί· καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω.

31 Οἱ δὲ, ἐξελθόντες διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ.

32 Αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων, ἰδοὺ προσήνεγκαν αὐτῷ ἄνθρωπον κωφὸν, δαιμονιζόμενον.

33 Καὶ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου, ἐλάλησεν ὁ κωφός· καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι, λέγοντες, Οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραήλ.

34 Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἔλεγον, Ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

35 Καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.

36 Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, ὅτι ἦσαν ἐκλελυμένοι, καὶ ἐρριμμένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα.

26 Et exiit "hæc fama in totam illam regionem.

27 Et progressum illinc Iesum, sequuti sunt duo cæci, clamantes, & dicentes, Miserere nostri fili Dauid.

28 Quum autem venisset "domum, adierunt eum "cæci illi, & dicit eis Iesus, Creditis me hoc posse facere? Dicunt ei, Etiā Domine.

29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundum fidem vestrā fiat vobis.

30 Et "aperti sunt oculi eorum: & "grauiter interminatus est eis Iesus, dicens, Videte nemo sciat.

31 At illi "egressi "sparserunt eius famam in tota illa regione.

32 ‖Ipsis autem egredientibus, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmoniacum.

33 Et eiecto dæmonio loquutus est mutus: & mirata est turba, dicens, Nunquam apparuit "tale quidpiam in Israël.

34 ‖Pharisæi verò dicebant, Per "principem dæmoniorum eiicit dæmonia.

35 ‖Et peragrabat Iesus vrbes omnes ac vicos, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans quemuis morbum & quemuis languorem "in populo.

36 ‖Quum vidisset autem turbam, "commiseratione intima commotus est "super eis, quòd essent "dissipati "& disiecti quasi oues non habentes pastorem.

26 *Et exiit fama hæc in vniuersam terram.*

27 *Et transeunte inde Iesu, sequuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes, Miserere nostri fili Dauid.*

28 *Quum autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus, Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei, Vtique Domine.*

29 *Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundum fidem vestram fiat vobis.*

30 *Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Iesus, dicens, Videte nequis sciat.*

31 *Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.*

32 *Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem.*

33 *Et eiecto dæmonio, loquutus est mutus: & miratæ sunt turbæ, dicentes, Nunquam apparuit sic in Israel.*

34 *Pharisæi autem dicebant, In Principe dæmoniorum eiicit dæmones.*

35 *Et circuibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in synagogis eorū, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem.*

36 *Videns autem turbas, misertus est eis: & quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem.*

Christus, sanatis duobus cæcis, confirmat se mundi lucē.

Luc. 11. 14. Exemplum potestatis Christi in Diabolum.

Infr. 12. 24. *Marc.* 3. 22. *Luc.* 11. 15.

Mar. 6. 6. *Luc.* 13. 22.

Mar. 6. 34. Etiamsi cessent ordinarii Pastores, Christus tamen Ecclesiæ suæ curam non abiecit.

26 *Hæc*, αὕτη. id est, huius rei fama, vt Act. 2. 6. In secundo exemplari scriptum erat αὐτοῦ, *eius*, id est de eo. Vide suprà cap. 4. 24. ¶ *Regionem*, γῆν, id est, χώραν. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Terram*: quod poëticum est.

28 *Domum*, εἰς τὴν οἰκίαν. Dicitur Iesus domum venisse, eam nimirum in qua consueuerat habitare, quum in ea vrbe sibi domicilium delegisset. Nam quum ita loquitur, ea demum significatur domus quam is incolit qui venisse dicitur: nisi quidpiam addideris ex quo alia domus intelligatur: quod ex ipsa narratione satis liquet, vt & suprà 9. 10. ¶ *Cæci illi*, οἱ τυφλοί. Illi videlicet qui paulò antè ipsi occurrerant. itaque articulus non fuit omittendus.

29 *Secundum*, κατά. Erasmus, *Iuxta*. quod magis etiam est insolens apud Latinos quàm illud.

30 *Aperti sunt*, ἀνεῴχθησαν. Quartum exemplar addit παραχρῆμα, id est *illico*. Hebræis autem dicuntur oculi clausi, qui nihil vident, quibus opponuntur aperti. ¶ *Et grauiter interminatus est*, καὶ ἐνεβριμήσατο. Addidi aduerbium *Grauiter*, ad vim vocabuli exprimendam. Nam ἐμβριμᾶσθαι significat, addita increpatione & cum fremitu aliquid edicere: vt plusculum aliquid declaret quàm ἐπιτιμᾶν, quo vtitur infrà, cap. 12. 16.

31 *Egressi*, ἐξελθόντες, videlicet domo ipsius Christi. Eras. *Qui abiissent*. i. ἀπελθόντες. ¶ *Sparserunt eius famam*, διεφήμισαν αὐτόν. Ad verbum, *Diffamarunt eum*, sicut etiā vertit Vetus interpres. Sed præterquam quòd hoc verbum rarò à Latinis vsurpatur, etiam in vitio ponitur pro διαβάλλειν & ἀτιμάζειν.

33 *Tale quidpiam*, οὕτως. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Sic*. Ponitur autem οὕτως pro τοιοῦτο, sicut etiam Mar. 2. 12. & omnino hoc est quod Hebræi dicunt כזאת [*keZoth*.]

34 *Principem dæmoniorum*, τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. Apparet igitur impuros spiritus cuidā etiā capiti subiici, sicut è contrario caput electorum est Christus. Quamobrem etiam diabolus ab angelis suis distinguitur infrà 25. 41. & nomen principatuum & potestatum tribuitur etiam regno tenebrarum, Coloss. 2. 15. Hic est igitur qui & Satan, & Diabolus, & Tentator, & Princeps mundi & Beelzebub vocatur. Sed in meo vetustissimo codice manuscripto totus hic versiculus non legitur. Est autem illud quoque obseruandum tribui ipsi idolo nomen dęmonij.

35 *In populo*, ἐν τῷ λαῷ. Hæc non legit Vetus interpres, & in quibusdam Græcis exemplaribus non inuenimus. Sed in quodam additum erat, καὶ πολλοὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ. Et multi sequuti sunt eum.

36 *Commiseratione intima commotus est*, ἐσπλαγχνίσθη. Vulgata, *Misertus est*, Erasmus, *Affectu misericordia tactus est*. Indicat hoc verbum (quo Græci interpretes expresserunt Hebræum רחם [*racham*] summam & vehementem commiserationem ex intimis visceribus profectam: vt explicat ipse Zacharias Luc. 1. 78. qualis est illius qui apud Virgilium lib. 10. *Ingemuit miserans grauiter, dextrámque tetendit*. quod vt exprimerem, circumloquutionem adhibui ex Cic. Tuscul. 4. *Nemo* (inquit) *parricida supplicio misericordia commouetur*. ¶ *Super eis*, περὶ αὐτῶν. id est eorum causa: sicuti Mar. 14. 24. τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, id est ὑπὲρ πολλῶν. Similem constructionem habemus Psal. 103. 17. Vulgata, *Eis*. Erasmus, *Erga illos*. ¶ *Dissipati*, ἐκλελυμένοι. Ad verbum, *Exoluti*. quia quę soluta sunt & deiuncta, eadem quoque sunt dissipata. Alioquin hoc vocabulum idem valet quod verbū simplex Soluere: veluti quum vires exolutas dicimus, & æs alienum exoluere. Vulgata vertit *Vexati*. id est ἐσκυλμένοι: quod etiam scriptum erat in sex vetustis codicibus: item apud Chrysostomum, Hieronymum, Hilarium, Theophylactum, sicut Erasmus obseruauit. Sed hoc notandum videtur, σκύλλεσθαι propriè non de quauis molestia dici, sed de fatigatione & lassitudine ex via: quod facilè (vt spero) mihi concedent quicunque vsum huius verbi obseruarint. Itaque commiseratur hic turbam Iesus, quòd de via plerique essent defessi: deinde, quod nemo ex illis quos oportebat huic vni rei intentos esse, curam salutis eorum gereret: adeo vt huc & illuc errarent, tanquam oues pastore destitutæ. ¶ *Et disiecti*, καὶ ἐρριμμένοι. id est, palantes: quod dixit Plutarchus in libello De virtutibus mulierum, σποράδην κεῖσθαι. Sic autem acciderat huic populo quod deprecatus est Moses Nu. 27. 17.

37 Τότε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι.

38 Δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

37 Tunc dicit discipulis suis, ‖Ipsa quidem messis multa, operarij autem pauci.

38 Deprecamini igitur Dominū messis "vt emittat operarios in messem suam.

37 *Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarij autem pauci.*

38 *Rogate ergo Dominū messis vt mittat operarios in messem suam.*

Luc. 10. 2. *Ioan.* 4. 35.

Κεφάλαιον ι.

1 ΚΑΙ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν.

2 Τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα. πρῶτος, Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ.

3 Φίλιππος, καὶ Βαρθολομαῖος· Θωμᾶς, καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης· Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος·

4 Σίμων ὁ Κανανίτης, καὶ Ἰούδας Ἰσκαριώτης, ὁ καὶ παραδοὺς αὐτόν.

Cap. X.

1 TVnc "‖aduocatis duodecim discipulis suis, dedit eis auctoritatem "*aduersus* spiritus impuros, vt eiicerent eos, & sanarent quemuis morbū & quemuis languorem.

2 Porro duodecim "Apostolorum nomina sunt hæc. Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius: Iacobus filius Zebedæi, & Ioannes frater eius:

3 Philippus, & Bartholomæus: Thomas, & Matthæus "ille publicanus: Iacobus *filius* Alphæi, & Lebbæus "cognominatus Thaddæus:

4 Simon "Cananites, & Iudas "Iscariotes, qui etiam "prodidit eum.

Cap. X.

1 *ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatē spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarēt omnem languorem & omnem infirmitatem.*

2 *Duodecim autem discipulorum nomina sunt hæc. Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius: Philippus, & Bartholomæus:*

3 *Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius: Thomas, & Matthæus publicanus: & Iacobus Alphæi, & Thaddæus:*

4 *Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum.*

Mar. 3. 15. *Luc.* 9. 1. Mittuntur Apostoli ad prædicandum Euangeliū in Israël.

38 *Emittat*, ἐκβάλῃ. vt infrà, cap. 12, 35. Vulgata, *Mittat*. Erasmus, *Extrudat*, Ad verbum, *Eiiciat*. quā vocis huius proprietatem si sequi volumus, intelligemus operarios vel celeriter mittendos in opus Dei, vel etiam inuitos & cunctantes extrudēdos. Sumus enim omnes in istis præsertim rebus tardissimi, adeò quidem vt Moses etiam ipse potiùs extrusus quàm missus videri potuerit. Sic apud Hebręos שלח [*schalach*] tum de simplici missione, tum de coactione dicitur.

IN CAP. X.

1 *Tunc aduocatis*, καὶ προσκαλεσάμενος. Vulg. *Conuocatis*, id est συγκαλέσας. Eras. *Accersitis*. id est μεταπεμψάμενος. ¶ *Auctoritatem*, ἐξουσίαν, non tamen αὐτοκρατορικήν, sed ministerialem. Act. 3. 12. ¶ *Aduersus spiritus*. vel *In spiritus*, κατὰ πνευμάτων. vt in duobus exemplar. scriptum inuenimus: sic etiam Theophylacti codex Romæ impressus: vt omnino idem sit κατὰ πνευμάτων, atque id quod dicit Lucas ἐπὶ δαιμόνια. & apud Syrum interpretem additur על [*hal*.] Alii tamen codices non habent κατά: sed omnino videtur vel addendum, vel supplendum, nisi malimus esse genus dicendi ei non absimile quo vulgò vtimur, vt si dicas Imperium Galliæ, pro Imperio in Galliam. Similis autem eclipseos exemplum habes infrà, cap. 10. 31, & Mar. 6. 7.

2 *Apostolorum*, ἀποστόλων. Vulg. (vt quædam exemplaria habent) *Discipulorum*, id est μαθητῶν. Nos Græcum vocabulum (vt alia multa Ecclesiæ Christi familiaria) putamus retinendum. Latinè possis legatos vocare. Ἀπόστολοι autem simili etymologia Hebræis שליח [*schaliah*] vocatur, Abdiæ 1. & hac Græca voce pro legato vtuntur etiam Herodotus & Demosthenes. ¶ *Primus*, πρῶτος. Quid si hoc vocabulum ab aliquo additum est qui Petri primatum vellet stabilire? nihil enim sequitur quod cohæreat. Sed tamen hoc idem obseruauimus alibi vsurpatum simili ratione, vt dicemus Mar. 3. 16. Sed & reperimus ita scriptum in omnibus exemplaribus, & Theophylacto Romano, qui disertè admonet, primos idcirco recenseri Petrum & Andręā quòd essent πρωτόκλητοι. In hoc autem ordine nihil mysterij latere, vel illud declarat, quod Marci 3, & Luc. 6. idem prorsus ordo non obseruatur: & hoc etiam loco in vetere translatione Philippus & Bartholomęus Iacobo & Ioanni prępontuntur. Sed & apud Paulum ipsum Galat. 2. 9. Iacobus Petro præponitur: vt planè sint ridiculi qui volunt hoc argumento tyrannidē Antichristi confirmare: etiamsi primatum inter Apostolos libenter concedimus Petro, sed ordinis inter pares, non gradus supra inferiores.

3 *Publicanus*, ὁ τελώνης. siue, vt Erasmus, *Qui fuerat publicanus*. Non putaui tamen supplendum ὁ γενόμενος, cum Erasmo: quum satis intelligatur publicanum esse desiisse, ex quo factus est Christi Apostolus. ¶ *Cognominatus*, ὁ ἐπικληθείς. Vulg. non legit totum illud, Λεββαῖος ὁ ἐπικληθείς, quod tamen in omnibus Gręcis nostris codicibus inueni. Lebbęum verò possimus Latinè Corculum interpretari, quod fuit apud Romanos Scipionis illius Nasicę cognomentum.

4 *Cananites*, Κανανίτης, Vulgata & Erasmus, *Cananæus*, i. Κανανάιος, vt etiā scriptū inueni in duobus vetustis codicibus. Existimant nonnulli potius legendum Καναΐτης, Cananites, vel Καναῖος, Cannęus: & rectè consentire, vel illud declarat quòd Lucas 6. 15, & Act. 1. 13. ζηλωτὴν vocat. zelus enim Hebræis & Syris est קנא [*kana*.] Itaque (vt rectè obseruat Caninius) nomen Cananæorum, quod crebrò occurrit in sacris libris, hoc loco vel librariis parum doctis, vel expositoribus Hebraicę linguæ imperitis imposuit. Meritò tamen

quæsierit aliquis cur appellatiuum nomen Hebræū Euangelista inflexerit Græca terminatione, & quidem huiusmodi vt gentile siue patrium nomen meritò videri possit à Cana Galilææ oppido deductum, & huic Simoni additum vt à Simone Petro distingueretur. Sed hîc rursus duplex occurrerit difficultas. Vna, cur dicatur Cannites seu Cannæus, quum Cana simplici litera N scribatur. Altera, cur gentile nomen Lucas appellatiuo Græco ζηλωτὴς explicarit. ¶ *Iscariotes*, Ἰσκαριώτης. Recepta est hæc lectio, neque dubito quin verum sit quod Caninius felicissimè coniecit, hoc nimirum esse quod Hebræis איש־קריות [*isch keriyot*] Vir Kerioth, id est Kereothites, ab vrbe sic vocata in tribu Iuda, cuius fit mentio Ios.15.25, sicut Gallico idiomate dicimus, *enfant de Paris*, de eo qui sit Parisiensis. Meus ille vetustissimus codex planè admirabilis, in hoc nostro Euangelista, itémque Marco & Luca scriptum habet σκαριώτης absque I, corrupta facilè voce Hebræa à Græcis illius ignaris, quod accidisse videmus in aliis vocabulis, vt in Boanerges, Golgotha, Belzebul. Hinc factum vt Syrus etiam interpres Græcam corruptam vocem vertens scripserit סכריוטא [*sekariuta*] per Samech, Caph, & Theth, pro Sin, Coph, & Tau, affinibus literis. Sed veram lectionem, & Caninij sententiam idem meus codex apertissimè confirmat, vbique apud Ioannem (quinque nimirum locis) scriptum habens ἀπὸ Καριώτου in Græcis, & Latinè à Carioto, id est Cariotensis. Alterum autem etymon à שכר & נשה [*nata scheker*] vt is significetur qui accepta mercede esset defecturus, ne refutatione quidem videtur indigere: nec eorum quoque sententia qui à tribu Isachar deducunt. Chrysostomus certè Homil. in Matth. 33 sic à patria denominatum scribit. ¶ *Prodidit*, παραδούς. Vulg. *Tradidit*: quæ propria etiam est huius vocabuli significatio, sed hoc loco & alibi sæpe accipitur ἀντὶ τοῦ προδοῦναι.

	Græce		Beza		Vulgata
	Τούτους τοὺς δώδεκα ἀπέστειλεν ὁ Ἰησοῦς, παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων, Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε·	5	Hos duodecim misit Iesus, & addidit eis mandata, dicens, In viam Gentium ne abieritis, & in vrbem Samaritanorū ne ingrediamini:	5	*Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, dicens, In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis:*
Infr.15.24. Act.13.46.	Πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.	6	Sed proficiscimini potius ‖ ad oues perditas domus Israël.	6	*Sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.*
Luc.10.9. Summa Euangelii siue prædicationis Apostolicæ.	Πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε, λέγοντες, ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.	7	Iter faciētes verò proclamate, ‖ dicentes, Appropinquauit regnum cælorum.	7	*Euntes autem prædicate, dicentes, Quia appropinquauit regnum cælorum.*
Miracula, verbi appendices.	Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.	8	Infirmos curate, leprosos purificate, mortuos suscitate, dæmonia eiicite: dono accepistis, dono date.	8	*Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite: gratis accepistis, gratis date.*
Mar.6.8. Luc.9.3. & 22.35. Abiiciendæ sunt Verbi ministris quæcunque solicitudines vel tantillum pos int eos remorari.	Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν·	9	‖ Ne comparate aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris:	9	*Nolite possidere aurū, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris.*
1.Tim.5.18. Luc.10.7.	Μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν.	10	Neque peram ad iter, neque binas tunicas, neque soleas, neque baculum. ‖ nam dignus est operarius alimento suo.	10	*Nō perā in via, neque duas tunicas, neq; calceamenta, neq; virgā. dignus enim est operarius cibo suo.*

5 *Addidit eis mandata, dicens*, παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων. id est, additis mandatis, in hæc verba. Vulgata, *Præcipiens eis*. Erasmus, *Quibus præceperat*. Malim, *Mandauit*. In meo illo vetustissimo codice legitur καὶ λέγων, Addiditque eis mandata, & dixit. ¶ *In viam Gentium*, εἰς ὁδὸν ἐθνῶν. id est, iter ad exteras & profanas Gentes, Ierem.2.18. Nam alioqui vias Gentium vocant Prophetæ profanos & impios illarum mores: vt Ierem.10.3. ¶ *Vrbem*, πόλιν. Vulgata, *Ciuitates*, nulla sensus iniuria. Ponitur enim πόλιν indefinitè, neque de metropoli videtur posse intelligi, quum articulus non addatur.

7 *Iter facientes*, πορευόμενοι. Vulg. *Euntes*. Malim, *Inter eundum*. Eras. *profecti*, πορευθέντες. ¶ *Appropinquauit*, ἤγγικεν. vide suprà 3.2.

8 *Mortuos excitate*, νεκροὺς ἐγείρετε. Hæc desunt apud veterem interpretem & Theophilactum. ¶ *Dono*, δωρεάν. Terent. Eunucho, *Hanc tibi dono do*. Vulg. *Gratis*. Erasmus, *Gratuitò*.

9 *Ne comparate*, μὴ κτήσησθε. Vulg. *Nolite possidere*, quæ interpretatio mala est, vsque adeo vt totam huius loci rectam sententiam peruertat. Neque enim hîc interdicitur harum rerum possessio, vt nonnulli Apostolorum peruersi imitatores fingunt: sed de hac vna profectione agitur, ad quā vult Dominus Apostolos accingi absque vllis sarcinis, atque adeo absque viatico: non modò vt nullis impedimentis retardentur, sed etiam vt hac prouidentiæ diuinæ quasi degustatione ad futuram illam functionem Apostolicam præparentur. Ideo quærit ex illis domum reuersis Dominus ecquid illis in via defuerit, Luc.22.35. Κτᾶσθαι verò magis propriè & frequentiore vsu idem valere atque quidpiam comparare siue acquirere quod postea possideas, extra cōtrouersiam est: vnde κτητικὴ apud Aristotelem ars omnis qua sibi vnusquisque victum parat: & illud Demosthenis Olynth.2. Natura sic comparatū esse vt quæ habeas facilius sit φυλάττειν, quàm κτᾶσθαι quæ non habeas. Pendet autem à propria huius verbi significatione conciliatio huius loci, itidémque Luc.9.3, & 22.35, cum iis quæ scribuntur Mar.6.8, & 9. Nam & apud Matthæum & apud Lucam interdicuntur discipulis baculi & soleæ: apud Marcum autem iubentur baculū duntaxat gestare, & sandaliis subligatis itineri sese dare, quos locos Augustinus & alii vt conciliarent, ad allegorias confugerunt. Atqui non vetat illos Dominus in hac quidem profectione baculis vti ex communi more Iudæorum iter pedibus facientium, sicut ex sacrificij paschæ ritibus & aliis infinitis sacrarum historiarum locis liquet: neque ipsos simpliciter iubet absque soleis (pedibus videlicet prorsus nudis) istam legationem obire, vt ex Marci verbis constat: sed quū profectionem aliquam instituentes soleant ea sibi studiosè comparare quæ ad iter quam commodissimè conficiendum requiruntur, contrà iubet Dominus discipulos nulla interposita mora, abiectaque prorsus rerum istarum omnium cura, ita vt erant, baculis videlicet quos manu, & soleis quas pedibus eo ipso tempore gestabant contentos, sese è vestigio in viam dare. Quamobrem etiam disertè dicitur apud Marcum illos non simpliciter misisse, sed binos, vt eo ipso momento iter ingressos fuisse intelligamus, quod ipsum de aliis quoque septuaginta duobus cū eodē mandato emissis scribitur Luc.10.1. vbi etiam ob eam causam additur πρὸ προσώπου αὐτοῦ, Ante faciem suam. Κτᾶσθαι igitur hoc loco significauerit, quod Gallico idiomate dicimus, *faire prouision*, & αἴρειν εἰς τὴν ὁδὸν, Itineris faciendi causa, extra ordinē videlicet, aliquid sumere: & Luc.10.4. obseruanda est propria significatio verbi βαστάζειν, perinde acsi diceret Dominus, Ne vos crumena, neque pera, &c. i. vllis sarcinis onerate. ¶ *Æs*, χαλκόν. Ænei enim erant asses & quadrantes. Emenda ex Mar.12.41.

10 *Baculum*, ῥάβδον. Heb. מקל [*Makel*] vt Gen.32.10, Exo.12.11. & 1.Samu.17.40: vnde vox etiam illa Latina videtur deducta. Vulgata & Eras. *virgam*, qua voce quum Latini tenuius quiddam significent quàm vt viatoribus magno vsui esse possit, baculum malui interpretari, id est βακτηρίαν, παρὰ τὸ βαίνειν, sicut etiam nonnulli ῥάβδον dictam volunt, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ αὐτῇ βαδίζειν. ¶ *Alimento*, τῆς τροφῆς. Vulg. & Erasm. *Cibo*. id est σίτου. Quoddam exemplar scriptum habebat τοῦ μισθοῦ, (id est mercede) quod etiam legitur Luc. 10. 7, & 1. Timoth. 5.18. Cæterùm mirifica hæc est demonstratio (quam vtinam plerique satis intelligerent) Dignus est operarius mercede sua. Ergo nobis merces non deerit. Nititur enim hoc promissum iustitia Dei, quæ fallere non potest: tanti est vocatione sua defungi. Sed meminerimus hāc mercedem (quod ad Deum attinet) esse gratuitam, & ab æternæ etiam vitæ dono distinguendam, & non aliis quàm fidis operariis soluendam.

	Græce		Beza		Vulgata	
	Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν ἢ κώμην εἰσέλθητε, ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι· κἀκεῖ μείνατε ἕως ἂν ἐξέλθητε.	11	‖ In quancunque verò vrbem aut vicum introieritis, exquirite quis in ea sit dignus: & illic manete vsquedum exeatis.	11	*In quamcunque autē ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis.*	Luc.10.8. Felicissimi qui præconium Euangelii recipiunt: infelicissimi qui reiiciunt.
	Εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε αὐτήν.	12	Introëuntes autem domum, salutate eam.	12	*Intrantes autem in domum, salutate eā, dicentes, Pax huic domui.*	
	Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω.	13	Et si quidem fuerit domus digna, venito pax vestra super eam: sin autē non fuerit digna, pax vestra ad vos reuertitor.	13	*Et si quidē fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eā: si autē non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.*	
	Καὶ ὃς ἐὰν μὴ δέξηται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς λόγους ὑμῶν, ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν.	14	‖ Et quicunque non exceperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes domo aut vrbe illa, ‖ excutite puluerē pedum vestrorum.	14	*Et quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus vestris.*	Mar. 6. 11. Luc. 9. 5. Act. 13. 51. & 18.6.
	Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόρρων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.	15	Amen dico vobis, tolerabilior erit conditio terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicii, quàm vrbis illius.	15	*Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorū & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.*	
	Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.	16	‖ Ecce, ego mitto vos vt oues in medium luporum: estote igitur prudentes vt serpentes, & simplices vt columbæ.	16	*Ecce, ego mitto vos sicut oues in medio luporū: estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.*	Luc.10.3. Christus docet quomodo se gerere debeant ministri sub cruce.
	Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς.	17	Cauete verò ab hominibus. tradent enim vos in consessus, & in conuentibus suis flagellabunt vos.	17	*Cauete autem ab hominibus. tradent enim vos in cōcilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos.*	

11 *Dignus*, ἄξιος. Erasmus in annotationibus putat ἄξιον idoneum & commodum hospitem significare. Ego verò existimo propriè accipi, & ad ministerij Ecclesiastici dignitatem hæc pertinere: quæ paucis quidem verbis, sed egregiè, describitur Hebr.11.38. Sed dignus hîc demum habetur qui se indignum esse confitetur, sicut paulo antè Centurio, cap.8.8. ¶ *Et illic manete*, κἀκεῖ μείνατε. Vetat hospitem talem mutare: vt facere solent qui diutius aliquo loco mansuri, quàm commodissima hospitia captant.

12 *Salutate*, ἀσπάσασθε. Suprà, 5. 47, vertimus Complecti, quod hîc fuisset durius: quanquam hoc etiam vtrunque ferat sententia huius loci. Domum enim vocat eos qui in eâdem domo versantur. ¶ *Eam*, αὐτήν. Quinque vetusti codices hæc addunt, λέγοντες, Εἰρήνη ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ, id est, *Dicentes, Pax sit in hac domo*. quod etiam legit Vetus interpres. addit enim, *Dicentes pax huic domui*. Item sic habet Theophylacti codex Romanus, quem Erasmus non vidit. Cæterùm hæc salutationis formula ad Hebræorum morem pertinet, qui Pacis nomine fausta & prospera omnia intelligunt.

13 *Venito*, ἐλθέτω. Aut (vt in vno exemplari scriptum erat) εἰσελθέτω, introito: id est, ei bene precamini, quod etiam ratum erit. sin minus: illis frustra bene precati fueritis. Itaque noster Vetus interpres, vt & Syrus, legit futuro tempore, Veniet, & Reuertetur, vt scribit etiam Luc.10.6.

14 *Et quicunque non*, καὶ ὃς ἐὰν μή. Quoddam exemplar habuit scriptum in plurali, καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς μηδὲ ἀκούσωσιν, *Et quicunque non receperint vos, neque audierint*: eodem manente sensu. ¶ *Domo*, τῆς οἰκίας. Vulgata addit *Foras*, id est ἔξω, quod etiam in vno vetere exemplari legimus. ¶ *Vestrorum*, ὑμῶν. Quoddam exemplar addit ἐπ' αὐτῇ, id est κατ' αὐτῆς. vt apud Homer. Iliad. β, Τόσσοι ἐπὶ Τρώεσσι καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Ἐν πεδίῳ ἵσταντο.

15 *Amen*, ἀμὴν. Duo codices addunt γὰρ, *enim*.

16 *In medium luporum*, εἰς μέσον λύκων. Sic Herodotus οἰόλυκον vocat eum qui solus sit inter lupos relictus, quod tamen veris Christianis nunquam contigit: vt qui à Deo nunquam minus deserantur, ac perinde nunquam minus soli sint, quàm quum omni humano præsidio sunt destituti. Magni enim momenti est pronomen Ego in hac sententia. Huc pertinet locus 2. Reg. 6. 16. & 34.8. Ioan.8.16, & 16.32. & 2. Cor.8. ¶ *Simplices*, ἀκέραιοι. id est, versutiæ atque calliditatis prorsus expertes, quæ solēt specie prudentiæ nobis imponere. Virtus autē ista passim in his libris dicitur ἁπλότης, & illa præditi ἁπλοῖ, Simplices vocantur, etymo quoque Græcæ vocis id declarante ab α priuante, & verbo κεράω deductæ, vt significetur id cui nihil alienū sit admixtū quo adulteretur. Alij deducunt ab α & κέρας, vt hominē significet nulli noxiū, &, si loqui sic Latinè actiua significatione liceret, *Indēnem*, translatione ab animalibus sumpta quæ natura nullis ad vim vi repellendā aut ad nocendū cornibus armauit: quæ interpretatio eôdē penè recidit. Nā & colūbæ peculiari epitheto imbelles dicuntur, & ouibus cōparantur verè Christiani, lupis ferisque cæteris animantibus oppositi. Requirit Christus in summa χρηστότητα συνέσει κεκραμένην, vt loquitur Nazian. in senariis, ad hunc locū alludens: nec alienū est prorsus ab hoc loco illud Plat. interprete Cic. lib. Off.1. *Scientia quæ est remota à Iustitia, calliditas potius quàm Sapiētia appellanda est*. Syrus interpres priorem interpretationem probat, vt qui pro ἀκέραιοι verterit תמימיא [*thamime*.] Denique in illo meo vetustatis admirandæ codice pro ἀκέραιοι scriptum est ἀπλούστατοι, quod fortasse legit Vetus interpres noster.

17 *Ab hominibus*, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. Era. addidit pronomē *Illis*, vt exprimeret articuli vim: quā ego quidem hîc non agnosco. Videtur ergo potius additus articulus vt discipuli intelligerent quàm periculosam viā ingrederentur, in qua potius ab ipsis hominibus quàm à feris timendum esset. Nā præcipuè in religionis causa verissimum est illud prouerbiū, Homo homini lupus. ¶ *In conuentibus suis*, ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν. Eras. *In conciliabulis* vel *concionibus*, quasi συνέδρια sint aliarum gentium, Synagogæ verò Iudæorum: qua in re fallitur. Nam & illa & istæ Iudæorum fuerunt: illa quidem iudiciis exercendis, etiam quum iam Romanis subessent, vt ex istis historiis liquet, destinata: istæ verò legendis & explicandis die Sabbathorum scripturis consecratæ, sicut apud Christianos Ecclesiastica presbyteria à ciuili foro distinguuntur. Sed tamen hoc in loco vel συναγωγὰς accipit Christus pro conuentibus ordinariis ciuilibus quos à Synedriis, nempe 23 iudicum, & magno illo in quo sedebat Pontifex Maxim. distinguit, qua de re diximus suprà 5.22. vel existimandum fuerit reos in synedriis religionis caussa ad verberum pœnam damnatos, fuisse ad synagogam postea deductos, & ibi verberatos ex lege Deut.25. 3. quod mihi tamen non fit verisimile. Huius autem prædictionis Christi exemplum editum legimus in magno

synedrio Actor. 4.5. & 5.21. & 40. Denique quum neque Synagogas alibi inueniam de iudicij domibus dici, vt loquuntur Hebrei, neque in synagogis fuisse sumptas ciuiles pœnas, mihi suspectus est hic locus.

18 Καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν.

Mar. 13.11. Luc. 12.11.

19 Ὅταν δὲ παραδιδῶσιν ὑμᾶς, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί λαλήσετε.

20 Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.

21 Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς.

Mar. 13.13. Luc. 21.19.

22 Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

23 Ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

Luc. 6.40. Ioan. 13.16. & 15.20.

24 Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ.

Infr. 12.24.

25 Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ τῷ δούλῳ ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ;

18 Sed & ad præsides ac reges ducemini mea causa, *vt hoc sit* eis & Gentibus testimonium.

19 ‖Sed quum tradent vos, ne estote soliciti quomodo aut quid loquamini. dabitur enim vobis illo momento quod loquamini.

20 Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri *is est* qui loquitur in vobis.

21 Tradet autem frater fratrem ad mortem, & pater filium: & insurgent liberi in parentes, & morte afficient eos.

22 Et eritis exosi omnibus propter nomen meum: ‖verùm qui substiterit ad finem vsque, is seruabitur.

23 Quum autem persequentur vos in ea vrbe, fugite in aliã. Amen enim dico vobis, nequaquam obieritis vrbes Israëlis quin venerit Filius hominis.

24 ‖Non est discipulus supra Magistrum, neque seruus supra dominum suum.

25 Sufficiat discipulo vt fiat sicut Magister ipsius, & seruo *vt sit* sicut dominus ipsius. ‖Si ipsum patremfamilias Beelzebulem vocarint, quanto magis domesticos eius?

18 *Et ad præsides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & Gentibus.*

19 *Quum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.*

20 *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.*

21 *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium. & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient.*

22 *Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*

23 *Quum autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliã. Amẽ dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat Filius hominis.*

24 *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum.*

25 *Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius, & seruo sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?*

18 *Sed & ad Præsides*, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δέ. Vulgata, *Et ad Præsides*: non expressa particula δέ. Erasmus, *Quin & ad Principes*. ἡγεμόνας autem hic vocat Præsides prouinciarum, sicut accipitur infrà, cap. 27. & in Actis Apostolorum: quum alioquin hoc vocabulo in genere duces significentur. ¶ *Eis & Gentibus*, αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν. id est aduersus eos & aduersus Gentes, vt liquet ex Luc. 9.15.

20 *In vobis*, ἐν ὑμῖν. id est per vos, vel intra vos.

21 *Morte mulctandos curabunt*, θανατώσουσι. Vulg. & Eras. *Morte afficient*. Est hoc vocabulum plerunque forense: & accipitur veluti in coniugatione Hiphil: quod declarat præcedens illud, εἰς θάνατον: vt significetur fore vt hęc omnis iuris diuini & humani violatio tegatur quoque tuendæ & asserendę religionis specie, quorum quantumuis nefandorum parricidiorum exempla non sunt à veteribus vsque seculis repetenda.

22 *Qui substiterit*, ὁ ὑπομείνας. Vulgata, *Qui perseuerauerit*, sensu quidem rectè expresso, at non seruato vocabulo, quod valde est expressum. Significat enim quietum & constantem sub onere permanere: & Latinè quidem Sustinere dicitur, sed nonnisi adiuncto casu. ¶ *Ad finem vsque*, εἰς τέλος. Vide infrà, 24.13. Sic autem declarat neque momentaneam neque perpetuam hanc conditionem fore.

23 *In ea vrbe*, ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. In ea videlicet quam ingressi fueritis. Vulgata & Erasmus, *In ciuitate hac*, vel *ista*. Exemplar vnum habebat, διώκωσιν ἐκ τῆς πόλεως ταύτης. id est, Vos abegerint ex ea vrbe. ¶ *Fugite*, φεύγετε. Id est, Properate in aliam, nedum vt munus quod vobis impono perterrefacti deseratis. Potius enim hîc de perseuerantia quàm de vitanda persequutione disserit, sicut φεύγειν Græcis, & Fugere Latinis interdum de sola cursus celeritate dicitur. quomodo accipitur verbum ברח [*barah*] Nehem. 10. & Cant. 8.14. Rectè igitur Tertull. hunc locum citans, quanuis alioquin in hoc argumento immodicus, Non erat, inquit, tacitè in ciuitatem aliam transfugiendum, sed quasi vbique annuntiaturis, donec vbique replerent doctrinam suam. ¶ *In aliam*, εἰς τὴν ἄλλην. Exemplar quoddam additum habebat, κἂν ἐκ ταύτης ἐκδιώξωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν. id est, Quòd si ex ea quoque vrbe vos exegerint, fugite in aliam. Alterum verò, & meum vetustissimum, ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ διώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. Si verò in alia vos persequuti fuerint, fugite in aliam. Verbum autem διώκειν modò conuertimus Persequi, modò Abigere & Exigere, propter additam variam constructionem. ¶ *Obieritis*, τελέσητε. Vulgata, *Consummabitis*. Erasmus, *Perambulaueritis*. Ad verbum, *Finieritis*. Exemplar quoddam, πληρώσητε, *Impleueritis*, quo modo etiam loquitur Paulus Rom. 15.19. Sed verbum Latinum quo vsus sum, videtur satis commodè Græcum explicare: quia vtraque significatione accipitur, nempe pro Peragere & pro Circuire. ¶ *Quin*, ἕως ἄν. Videntur hæc accipi pro πρὶν ἤ: alioqui significant vsquedum: quo modo conuertere solemus. Itaque malè Vulg. vertit, *Donec veniat*. ¶ *Venerit filius hominis*, ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Id est, Quin ego venero. Atqui, dicet aliquis, iam venerat, vt qui in terris iamdiu esset versatus, & ista ipsis loqueretur. Hæc igitur vel nõ ad ipsum Christi in terras aduentum, sed ad ipsius aduentus patefactionem & perceptionem referuntur, nec ipsius Christi sed hominum respectu dicuntur: vel his verbis Christus simpliciter significauerit se rursus illis affuturum priusquam totam regionem peragrassent: ne videlicet sese à Magistro ablegari existimantes animum desponderent. Nam hæc ad ingressum illum Christi vltimum & celeberrimum in Hierusalem referre, mihi quidem argutum videtur. Posterior mea illa interpretatio est Theophylacti, & simplicissima videtur.

25 *Sufficiat*, ἀρκετόν. id est, Sufficere debet. Hanc verò de seruo sententiam fuisse prouerbialiter apud Iudęos vsurpatam docet Tremellius noster ex Thalmude, in tractatu de Benedictionibus, cap. 9. Hoc autem loco improbè abusum fuisse Cherinthum, ad retinendum legalium ceremoniarum vsum, docet Epiphanius.

¶ *Et seruo [vt sit,]* καὶ τῷ δούλῳ. Ita legit Vetus interpres

¶ Beelze-

¶ *Beelzebulem*, Βεελζεβούλ. Vulgata vbique *Beelzebub*. Nam etiam quoddam exemplar legit Βεελζεβούβ. & scribendum esse β, non λ, apparet ex 2. Reg. 1.2. Fuit autem Acaronitarum idolum, quod commodè possis dominum muscarum appellare: ac si Gallicè diceres *Maistre mouche*. Cuiusmodi fuit Græcorum Μυίαγρος, ab Acaronitis profectus, vt testatur Plinius lib. 10. cap. 28. vbi tamen pro Acaron perperam legitur Achorem, & apud eundem lib. 29. cap. 6, Myioden pro Μυιώδη. ¶ *Vocarunt*, ἐκάλεσαν. Quidam vetus codex scriptum habebat καλοῦσι, vocant.

26 Μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς· οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται.

27 Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί· καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων.

28 Καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ.

29 Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν;

30 Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί.

31 Μὴ οὖν φοβηθῆτε· πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς.

32 Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

33 Ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

26 Itaque ne ipsos metuite: ‖Nihil enim est opertum quod nõ detegatur, & *nihil* occultum quod non innotescat.

27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurẽ auditis, prædicate in solariis.

28 Et ne metuite *vobis* ab iis qui trucidant corpus, animã autem non possunt trucidare: sed metuite potius eum qui potest & animam & corpus perdere in gehenna.

29 Nonne duo passerculi assario væneunt, & vnus ex eis nõ cadet in terram sine Patre vestro?

30 Vestri verò etiam ‖capilli capitis omnes numerati sunt.

31 Ne igitur metuite: multis passerculis præstatis vos.

32 ‖Quisquis igitur agnoscet me coram hominibus, agnoscam & ego eum coram Patre meo qui est in cælis:

33 Quisquis autem abnegauerit me coram hominibus, abnegabo eum & ego coram Patre meo qui est in cælis.

26 *Ne ergo timueritis eos. nihil enim est opertum quod non reueletur, & occultum, quod non sciatur.* Mar. 4.22. Luc. 8.17. & 12.2.

27 *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.*

28 *Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.*

29 *Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terrã sine Patre vestro?*

30 *Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.* 2. Sam. 14.11. Act. 27.34.

31 *Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos.*

32 *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eũ coram Patre meo qui in cælis est:* Mar. 8.38. Luc. 9.26. & 12.8. 2. Tim. 2.12. Confessionis publicæ necessitas & præmiũ.

33 *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.*

26 *Quod non innotescat*, ὃ οὐ γνωσθήσεται. Vulgata, *Quod non sciatur*, non expressa futuri significatione, in quo tamẽ posita est vis huius sententiæ. Erigit enim suos discipulos, admonens fore vt tandem vincat Veritas, & tum ipsorum innocentia, tum aduersariorum improbitas, appareat.

27 *In solariis*, ἐπὶ τῶν δωμάτων. id est, in ipsis ędium tectis, populo circunstanti aut prętereunti. Erant enim olim (quemadmodum etiam hodie in illis regionibus) ita fabricata ędium summa, vt in illis ambulare & versari possent: sicut liquet ex Deuteronomij 22.8. & 2. Sam. 11.2. & Actor. 10.9. Itaque Græcis quidem scriptoribus, δῶμα idem omnino valet quod οἶκος, aut ea certè pars domus intra quam habitatur. Sed hoc loco vt obseruat Eras. ex Hieron. significat supremam partem ædium, quam Græci vocant τέγος, vel ὑπερῷον. Hebręi verò גג [*Gag*] sic enim hanc vocem Gręci verterunt passim in vetere testamento, vt Ios. 2.6. Iud 9, & 1. Sam. 9.25. Soph. 1.5. Plautus, *solarium* vocat, quod manifestè distinguitur ab ipsa οἰκίᾳ, id est, interiore domo. Mar. 13.15. & infrà 24.17.

28 *Qui trucidant*, τῶν ἀποκτεινόντων. Vertimus hoc loco ἀποκτείνειν, Trucidare, quòd melius vocabulũ non haberemus: est enim trucidare maius quidpiã quàm occidere. Vir. Æn. 2. *Fit via vi, rumpunt aditus, primósque trucidant.* φονεύειν verò occidere, & φόνον cædem, διαχειρίζεσθαι Interficere, ἀναιρεῖν Interimere: vt cuique Gręco suum Latinum opponamus. Videtur autem Christus vsurpasse vocabulum quo declaretur cædes cum sæuitia & crudelitate coniuncta, vt doceat nullos quantumuis immanes tyrannos esse nobis metuendos. ¶ *Potius*, μᾶλλον. Erasmus, *Magis*: & fateor hanc esse propriam huius vocabuli declarationem: (sicut etiam suprà conuertimus, 6.30, & 7.11.) sed hoc quidem loco non est dubium quin aliud declaret. Neque enim monet Christus vt hunc magis quàm illos timeamus, sed vt hunc vnum potius timeamus quàm illos. ¶ *Perdere*, ἀπολέσαι æternis videlicet suppliciis, ac proinde neutrius substantia peritura, vt docet solidissimè Tertull. lib. De resurrectione carnis.

29 *Passerculi*, στρουθία. Vulgata, *Passeres*: non rectè, quũ magna hîc sit emphasis diminutiui. ¶ *Assario*, ἀσσαρίου. Hoc vocabulum Romanum est, cuius mentionem facit Varro libro de Analogia primo. Fuit autem assarius (vt doctissimus Georgius Agricola primus, vt opinor, obseruauit) dimidia pars assis, non libralis illius veteris, sed semuncialis: quem testatur percussum lege Papyria Plinius lib. 33. cap. 3. adeo vt assarius tantùm fuerit quarta vnciæ pars, quasi Assiculum dicas. Quamobrem etiã vncia dicitur à Cleopatra in Cosmeticis τετράσσαρον Italicum. Vulg. *Asse*. Erasm. vertit, *Minuto asse*: referens ad pretii vilitatem, vt vim exprimeret diminutiui. Syrus interpres Latinam vocem אסר [*asar*] retinuit. & ex collatione multorum locorum in Gręcis scriptoribus videri possit generaliter hæc vox pro asse Romano vsurpari. Vide Mar. 12.42. ¶ *In terram*, ἐπὶ τὴν γῆν, id est χαμαζε. Vulg. *Super terram*. Chrysostomus (vt annotat Erasmus) videtur legisse εἰς παγίδα, in laqueum: Cadere autem humi, Hebræorum more dicitur quod perit & aboletur, vt 2. Reg. 10.10. ¶ *Sine*, ἄνευ. id est non interueniente decreto & voluntate. Alioqui videretur significari Patrem cęlestem simul cum passerculis cadere, vt quidem solet hęc particula plerunque vsurpari: quo modo sumitur apud Demost. περὶ στεφάνου, Καὶ ταῦτα συνετάχθη τῷ ναυάρχῳ ἄνευ τοῦ δήμου Ἀθηναίων, Et hęc quidem à classis præfecto comparata sunt sine populo Ath. id est non adhibita auctoritate & consensu populi Atheniensis. ¶ *Vestro*, ὑμῶν, Addit quoddã exemplar τοῦ ἐν οὐρανοῖς. i. qui est in cælis.

31 *Multis passerculis præstatis vos*, πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. Vulgata, *Multis passeribus meliores estis vos*. Erasmus, *Vos pluris estis quàm multi passerculi*. Idem tamen suprà, cap. 6.26. vti maluit verbo Præcellendi, quum illic Vetus interpres vertisset διαφέρετε, Pluris estis. Castellio, *Vos passeribus multò estis præstantiores*, quod non probo. Est enim in Christi verbis ἔλλειψις, quę species etiam est amplificationis: acsi diceret Christus, Videtis tam viles esse passerculos vt duo non amplius quàm assario væneant, qui tamen absque Patris vestri decreto non intereunt. Quid ergo metuitis? nam certè hac ratione oportuerit multos passerculos coniungi vt vos pretio superent. Tertullianus lib. de fuga vertit, Antistatis.

32 *Agnoscet*, ὁμολογήσει, Verbum Confitendi, quod

alioqui vt Theologis familiare minimè repudio, vix tamen inuenias apud idoneos scriptores cū casu personæ coniunctum. Verbū autem Agnoscendi hac omnino significatione à Latinis, præsertim iurisconsultis vsurpatur. Est tamen ὁμολογεῖν amplius quidpiam quàm Agnoscere, vt apparet ex isto Ciceronis loco pro Rabirio, *Crimen susciperem, agnoscerem, confiterer.* Sed illud quod subiicitur, *Coram hominibus*, satis id videtur explicare: alioquin vertissem, *Palàm agnoscet.* Hoc est nimirum quod vernacula lingua dicimus *Aduouer publiquement, & recognoistre.* Vnde factum vt confessiones vocet Ecclesia quas edunt Christiani suæ religionis professiones: sicut etiam sacrificia εὐχαριστικὰ in Lege תודות [*thodoth*] dicebantur. Coniunctæ sunt enim istæ publicæ professiones cum eius laude quem nos agnoscere profitemur. ¶ *Me*, ἐν ἐμοί, Et paulò post ἐν αὐτῷ, in eo, pro Eum, constructione Hebraica, cuius exemplum habemus Nehem. 9, 2. Hîc enim ἐν respondet præpositioni על [*hal.*]

Luc. 12. 51. Euangelii prædicationem ciuilia dissidia consequuntur.

34 Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν.

Mich. 7. 6.

35 Ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς.

36 Καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου, οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ.

Luc. 4. 26. Omnia sunt sine exceptione nostro erga Deum officio postponenda. *Infr. 16. 24. Marc. 8. 34. Luc. 9. 23. & 14. 27.*

37 Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.

38 Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.

Infr. 16. 25. Mar. 8. 35. Luc. 9. 24 & 17. 33. Ioan. 12. 25.

39 Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

Luc. 10. 16. Ioan. 13. 20. Deus sacri ministerii est auctor & vindex.

40 Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με.

Nullum officiū Christo impensum perit.

41 Ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται· καὶ ὁ δεχόμενος δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου, μισθὸν δικαίου λήψεται.

Mar. 9. 41.

42 Καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον, εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

34 ‖Ne existimate me venisse immissurum pacem in terram: nō veni immissurus pacem, sed gladium.

35 ‖Nam veni facturus vt dissideat filius à patre suo, & filia à matre sua, & nurus à socru sua.

36 Et inimici hominis *erunt qui sunt* domestici ipsius:

37 ‖Qui amat patrem aut matrem supra me, non est me dignus: & qui amat filiū aut filiā supra me, non est me dignus.

38 ‖Et qui non accipit crucem suam, ac ponè me sequitur, nō est me dignus.

39 ‖Qui inuenerit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam.

40 ‖Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me.

41 Qui recipit Prophetam nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

42 ‖Et quicunque potum dederit vni ex his paruis poculum frigidæ solum, nomine discipuli, amen dico vobis, non perdiderit mercedem suam.

34 *Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium.*

35 *Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam.*

36 *Et inimici hominis, domestici eius.*

37 *Qui amat patrem aut matrē plus quàm me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiā super me, non est me dignus.*

38 *Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.*

39 *Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.*

40 *Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit.*

41 *Qui recipit Prophetā in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.*

42 *Et quicunque potū dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem.*

34 *Immissurum*, βαλεῖν, Hebraïs. לְהָבִיא [*lehabia:*] vt si dicas, *Pour faire venir*, aut *Pour faire arriuer.* Sed tamen obseruandum est, Christum hic significare non quò tendat ipsius aduentus, siue proprium Euangelij finem, sed duntaxat quæ ipsius aduentum, quanuis non absque iusto ipsius decreto, κατὰ συμβεβηκὸς erant sequutura, & quę nos etiamnum quotidie Euangelio nostra memoria veluti renato experimur. ¶ *Gladium*, μάχαιραν. Heb. חרב [*chereb*] cum sex punctis, pro belli calamitate.

35 *Filius*, ἄνθρωπον. Heb. איש [*isch*] pro בן [*ben*] vt Deut. 22. 30. quo modo etiam accipitur אדם [*adam*] Prouerb. 15. 20. Vulg. & Erasmus, *Hominem.* ¶ *Nurus*, νύμφην. Eras. *Sponsam.* Sed hîc opponitur socrui.

37 *Qui amat*, ὁ φιλῶν. Eras. *Qui amauerit*, ὁ φιλήσας. ¶ *Supra me*, ὑπὲρ ἐμέ. vel *præ me.* Vulgat. *Plus quàm me.* id est πλεῖον ἐμοῦ, eodem sensu. Horatius 3. Car. --tres [*cyathos*] *prohibet supra Rixarum metuens tangere Gratia.* ¶ *Non est me dignus*, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. id est, mihi non est idoneus seu conueniens, vt alibi de voce ἄξιος diximus. Nam alioqui nemo sanè, ne angelis quidem exceptis, dignus est quem Christus pro discipulo adsciscat, vel etiam adscitum agnoscat.

38 *Accipit*, λαμβάνει. Id est à me impositam admittit seu recipit. Nam τὸ λαμβάνειν, ἀντὶ τοῦ δέχεσθαι, id est Accipere pro Recipere sępe accipitur: sed τὸ δέχεσθαι nunquam nisi de receptis aliunde oblatis memini legere vsurpatum. ¶ *Ponè me sequitur*, ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου. Ad verbum, *Retro me.* Vel *Post me*, vt suprà cap. 3. 11. Quod certè notandū est, vt qui Deum colunt cultu à se excogitato, intelligant sese nō sequi Christum, sed illi pręire velle. Itaque ὀπίσω μου sum interpretatus Pone me: quia quum non Euangelista præter verbum ἀκολουθεῖν addendum aliquid præterea iudicarit, hoc quoque putauimus necessariò exprimendum, quod à Vetere interprete & ab Erasmo fuit neglectum. Multi enim se Christum sequi dicunt, quum illi soli sequantur qui ponè sequuntur: id est qui illum verbo suo pręeuntem possunt ostendere.

39 *Qui inuenerit*, ὁ εὑρών. Vulgata, *Qui inuenit.* Animam inuenire (id est, vitam suam seruare) dicitur qui præsenti vitæ consulit. Videtur enim periisse qui in certo vitæ discrimine versatur, & è contrario veluti seipsum recuperare qui ex eo saluus euadit. Dicuntur tamen hæc ex vulgari opinione hominum, qui, quoniam de futura vita non cogitant, periisse putant eos qui moriuntur, & euasisse qui ex morte elabuntur.

41 *Nomine*, εἰς ὄνομα. id est ad verbum, *In nomen.* εἰς pro ἐν posito. id est vt Prophetam, & eò quòd est Propheta, sicut explicatur Mar. 9. 41. Debemus enim Christum colere in ipsius seruis: alioqui nihil pręstamus quod profanę quoque gentes cumulatè non pręstent.

42 *Paruis*, μικρῶν. Vulgata, *Minimis*, (sicut etiam legit Hilarius, vt annotauit Erasmus) id est ἐλαχίστων, quod etiam scriptum inuenimus in vno exemplari. Paruos autem vocat per concessionem suos discipulos, homines nimirum corā mundo viles & abiectos, quos Hebrei צעירים [*tsehirim*] vocant. ¶ *Solum*, μόνον. Vulgata & Erasmus, *Tantùm.* Ego verò malui vt nomen interpretari. Deest in vno exemplari. ¶ *Nomine discipuli*, εἰς ὄνομα μαθητοῦ. Vide Marcum 9. 41.

Κεφάλαιον

Κεφάλαιον ια.

1 ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων τοῖς δώδεκα μαθηταῖς αὐτοῦ, μετέβη ἐκεῖθεν τοῦ διδάσκειν καὶ κηρύσσειν ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν.

2 Ὁ δὲ Ἰωάννης, ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

3 Εἶπεν αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;

4 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε·

5 Τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται.

6 Καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.

7 Τούτων δὲ πορευομένων, ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λέγειν τοῖς ὄχλοις περὶ Ἰωάννου, Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον;

CAP. XI.

1 ET factum est quum finem fecisset Iesus præcipiendi duodecim discipulis suis, vt digressus illinc doceret, & prædicaret in vrbibus eorum.

2 ‖Ioannes autē quum audisset in vinculis opera Christi, missis duobus ex discipulis suis,

3 Dixit ei, Túne is es qui venturus eras, an alium expectabimus?

4 Et respondens Iesus dixit eis, Ite & enunciate Ioanni quæ auditis & conspicitis:

5 Cæci visum recipiunt, & claudi ambulant, leprosi purificantur, & surdi audiunt, mortui suscitantur, & pauperibus euangelizatur.

6 Et beatus est qui non fuerit offensus in me.

7 Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere turbæ de Ioanne, Quid exiistis in desertum spectaturi? arundinem a vento agitatam?

CAP. XI.

1 *ET factum est quum consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.*

Christus ex suis operibus probat se esse promissum illum Messiam.

2 *Ioannes autem quum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis,*

Luc. 7. 18.

3 *Ait illi, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?*

4 *Et respondens Iesus ait illis, Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis:*

5 *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.*

6 *Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.*

7 *Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?*

Quæ conuenientia, quod item discrimen inter Prophetarum ministerium, Ioannis preconium, & plenam Euangelii lucem à Christo allatā.

IN CAP. XI.

1 *Quum finem fecisset*, ὅτε ἐτέλεσεν. Vulgata, *Quum consummasset*: quod respondet τῷ συντελεῖν, & transitiuum est. ¶ *Præcipiendi*, διατάσσων. Vulgata ad verbum, *Præcipiens.* Erasmus, *Mandandi*, ἐντελλόμενος. Porrò διατάσσειν edicere declarat, vnde διατάξεις & διατάγματα dicuntur principum edicta, vt Hebr. 11. 23. Sed hoc loco nihil aliud declarat quàm præceptis aliquem formare & instituere. Nam tota illa concione Christus quales illos esse oporteret ostendit. ¶ *Eorum*, αὐτῶν. Nempe discipulorum. id est in Galilæa, vnde plerique erant oriundi, vt apparet ex Actorum 2. 7.

2 *In vinculis*, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Erasmus, *In carcere.* Vocabulum Græcum (vt etiam notat Erasmus) à vinculis dictum est. Quum igitur Latinis vinculorum appellatione tam compedes quàm carcer ipse significetur, à Vetere interprete nolui discedere. ¶ *Opera*, τὰ ἔργα. Erasmus, *Facta*, id est, τὰ πεπραγμένα. qui etiam hoc nomine Veterem interpretem reprehendit. Atqui si potius putauit Facta dicendū, cur toties in Epistolis Pauli operum nomen retinuit, & de Operibus hodie potius quàm de Factis disputatur? Et fateor quidem opera magis propriè esse officinarum, vt πράξεις potius quàm ἔργα, id est gesta vel actiones potius quàm opera Christi dici oportuerit. Sed subtilitatem istam nihil moramur.

3 *Dixit ei*, εἶπεν αὐτῷ. Id est, ipsi per eos dici curauit. ¶ *Is qui venturus eras*, ὁ ἐρχόμενος. Vulgata, *Qui venturus es*: neglecto articulo. Erasmus per præsens, *Ille qui venturus est*: Gręcum participium est anceps ad vtrunque tempus: sicut apud Latinos Venturus potest cum omnibus temporibus verbi substantiui coniungi. Visum est autem mihi imperfectum optimè omnium conuenire. ¶ *Expectabimus*, προσδοκῶμεν. Ad verbum, *Expectamus*: quo modo Vulgata & Erasmus. Mihi videtur pręsens pro futuro positum, sicut ἔχετε pro ἕξετε suprà capite 5. 46. Cæterùm non sui, sed discipulorum ab ipsomet Christo coarguendorum causa, misit suos Ioannes istud percunctaturos, quod non obseruatū fefellit Tertullianum, indignissima facta Ioanni iniuria tribus locis, nempe de præscriptionibus, de baptismo, & lib. 4. aduersus Marcionem.

4 *Cernitis*, βλέπετε. Id est ὁρᾶτε. Hoc enim loco βλέπειν amplius aliquid significat quàm Aspicere, etiamsi quod aspicis non peruideas, quæ tamē est propria huius verbi notatio. Vulgata, *Quæ audistis & vidistis.* Sed de re præsenti loqui videtur, & in eo conueniunt omnia exemplaria.

5 *Visum recipiunt*, ἀναβλέπουσι. Vulgata, *Vident*, non expressa prępositione ἀνά. Sic autem vsurpatur hoc verbum à Platone quoque & Aristophane, ita vt ἀνά iterationem significet: quum alioqui pro ἄνω quoque accipiatur, vt infrà 14. 19. & interdum redundet, nihil aliud significans, quàm βλέπειν, id est, *Videre*, absolutè, vel *Aspicere*, μεταβλέπειν. ¶ *Euangelizatur*, εὐαγγελίζονται. id est, pauperibus annuntiatur Euangelium. Cæterùm Euangelium, Euangelizare, & Euangelizari, vocabula Græca, tanquam in Latina Ecclesia iampridem vsurpata, libenter retinuimus. Hæc autem pertinent ad illum Esaiæ locum 61. 1, Ad Euangelizandum pauperibus misit me: cuius fit mentio Luc. 4. 18. vbi tamen legimus ענוים [*hanuim*] i. mansuetis, & iis qui hominibus superbis & elatis opponuntur, non עניים [*hanyim*,] quos solent Græci interpretes πένητας & πτωχοὺς interpretari. Sed tenue est hoc discrimen, si rem ipsam spectemus. Vulg. & Eras. *Pauperes euangelizantur*, eodem sensu manente: sed constructione paulo duriore.

6 *Qui non fuerit offensus in me*, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. i. qui ex me non ceperit offendiculi, ac proinde mei non audiendi, occasionē. Vul. *Qui non fuerit scandalizatus in me.* Era. *Qui non fuerit offensus per me*: quod sic accipi posset, quasi dicat Christus eos fore beatos quos ipse non læserit: qui sensus non cōuenit. Sic autē vt verti, loquitur etiā Cic. sępe, vt lib. 2. de Inuentione, *Si quò in vitio eius offenderemur.* Infr. cap. 13. 57. Eras. vertit, *Offendebantur super eo*, ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. Et cap. 26. 31. *Offendiculum patiemini mea causa*, σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί. qui tamen variam istam & multiplicem interpretandi rationem sępe, idque meritò, reprehendit.

7 *Illis autem abeuntibus*, τούτων δὲ πορευομένων. Eras. *Euntibus autem illis.* Atqui teste Luca 7. 24. πορευομένων idem hic valet atque ἀπερχομένων, & infrà 28. 11. id est sese in viam dantibus. ¶ *Quæ agitetur*, σαλευόμενον. Significat vocabulum Græcum vndarum more huc & illuc impelli: quod pòeta dicit vndantem & fluctuantē, vim Græci vocabuli exprimēs: Galli verò, *qui flotte.* Heliodorus AEth. hist. li. 3. τὰς ψυχὰς ἀμφοτέρων ἐφ' ὑγροῦ τοῦ πάθους σαλευούσας. id est, Animo vtriusque ex humido affectu fluctuante. Latini quoque dicunt segetes fluctuare, quum vento agitantur. Vulgata, *Agitatam.* Hoc autem dicendi genere prouerbiali, declarat rem ludicram & vilem, cuius spectandæ causa nullus meritò pedem moueat, potius quàm inconstantiæ ac leuis ingenij hominem: id quod declarat antithesis hominis opulenti & cuius luxum ac magnificentiam spectare omnes gestiant.

8 Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ, οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν.

8 Sed quid exiistis visuri? hominem mollibus vestibus amictum? ecce, qui gerunt molles vestes, in domibus regum sunt.

8 *Sed quid exiistis videre? hominem mollibus vestitum? ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.*

9 Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου.

9 Sed quid exiistis visuri? Prophetam? certè dico vobis, etiam amplius quàm Prophetam.

9 *Sed quid exiistis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam.*

10 Οὗτος γάρ ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

Mar. 3. 1.

10 Iste enim est de quo scriptum est, ‖Ecce, ego mitto nuntium meum ante faciem tuam, qui apparabit viam tuam coram te.

10 *Hic est enim de quo scriptum est, Ecce, ego mitto angelũ meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.*

11 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν.

11 Amen dico vobis, non est suscitatus inter genitos è mulieribus, quisquam maior Ioanne Baptista: sed qui est minimus in regno cælorum, maior eo est.

11 *Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.*

12 Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν.

Luc. 16. 16.

12 ‖Porrò à diebus Ioannis Baptistæ vsque nuc regno cælorum vis affertur, & violenti rapiunt illud.

12 *A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nũc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiũt illud.*

13 Πάντες γὰρ οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν.

13 Nam omnes Prophetæ & ipsa Lex vsque ad Ioannẽ prophetarunt.

13 *Omnes enim Prophetæ & Lex vsque ad Ioannẽ prophetauerunt.*

8 *Sed*, ἀλλά. Sic vernaculo sermone dicimus, *Mais qu'estes vous allez voir?* Interrogat enim ἀλλὰ hoc loco. Eras. *Age*: & paulò post, *At*. ¶*Vestibus*, ἱματίοις. Accipitur ἱμάτιον generali significatione hoc loco, vt suprà cap. 9.16. Vulg. prætermisit. ¶*Qui gerunt*, οἱ φοροῦντες. Vulg. *Qui mollibus vestiuntur*, οἱ μαλακοῖς ἠμφιεσμένοι.

9 *Amplius*, περισσότερον. Erasmus, *Excellentiorem*. Ego malui sic conuertere, siue vt nomen siue vt aduerbium accipias. Ad verbum τὸ περισσὸν dicitur quod superat & abundat, interdum in laude, vt hic: interdum in vitio, vt suprà, cap. 5.37.

10 *Nuntium meum*, τὸν ἄγγελόν μου. Vulgata, *Angelum meum*: quod rectè mutauit Erasmus, quum de homine hîc agatur. ¶*Apparabit*, κατασκευάσει. Hæc nimirum petita sunt à regum & principum consuetudine, quorum aduentus multo antè tẽpore solet nuntiari, vt ipsis maiore cum pompa occurratur.

11 *Est suscitatus*, ἐγήγερται. id est (vt Erasmus rectè exponit) exortus est. Sed malui seruato genere passiuo, interpretari, Suscitatus est, vt significetur hæc Dei organa peculiari quadam numinis voluntate in hunc mundum prodire, vel iam natos ex reliquorum numero seligi: quamobrem etiam nolui cum vetere interprete vertere Surrexit.

¶*Inter genitos è mulieribus*, ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. Vulgata ad verbum, *Inter natos mulierum*. Erasmus, *Inter eos qui nascuntur è mulieribus*. Ego verò puto hîc poni τοὺς γεννητοὺς in propria significatione, nempe vt hoc ad virum referatur qui prolem gignit ex vxore: quo modo non potest dici Christus γεννητὸς γυναικός, quum conceptus sit ex Spiritu sancto. Hebræis tamen verbum ילד [*ialad*] tam de patre quàm de matre dicitur: quamobrem Iob capite 15.14, & 25.4. natus vel generatus ex muliere, hominem declarat. infrà quoque Lucæ 1.13. de Elisabêtha dicit Angelus Zachariæ, γεννήσει υἱόν σοι. Ex quo liquet τὸ γεννᾶν etiam de matre dici. Sed quomodocunque accipias, constat intelligi hæc Christi verba de iis qui consueto naturę ordine gignuntur, ex semine viri videlicet: quod in Christum non cadit, quamuis natum ex muliere. Quod autem Erasmus annotat, sibi videri γεννητοῖς neutrum esse, mihi ne probabile quidem videtur. nam quid tandem secundum naturam parere potest mulier pręter hominem? ¶*Sed*, δέ. Vulg. *Autem*. non satis commodè expressa particula δέ. Erasmus, *Attamen*. id est μέντοι.

¶*Minimus*, μικρότερος. Vulgata & Erasmus, ad verbum, *Minor*. Sed interdum solent Græci συγκριτικὰ vsurpare ἀντὶ τῶν ὑπερθετικῶν. & contrà quoque hæc pro illis vsurpare: quam enallagen etiam in nostro sermone vernaculo vsurpamus. Sic enim hoc exprimas, *Le plus petit*, aut *le moindre*: quod dicendi genus frequenter etiam deinceps occurret. Quod autem subiicitur, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, apud Theophylactũ coniungitur cum μείζων ἐστὶν, quasi hæc de seipso Christus dicat: qui quum reipsa sit maximus, atque adeo Rex in regno Dei, tamen opinione hominum sit minimus, quem sensum etiam sequutus videtur Epiphanius aduersus Gnosticos. Sed in aliis omnibus codicibus adscripta erat distinctio post οὐρανῶν, vt plenissima illa lux quæ à Christi prædicatione mundo affulsit, cum ea veluti scintilla conferatur quæ ad Ioannem vsque emicuerat. Idque videtur ea quę consequuntur, optimè declarare. Neque enim hîc comparantur inter se personæ, sed impar doctrinę cęlestis dispensatio, pręconium videlicet Ioannis cum Lege & Prophetarum concionibus, & cum illo rursus clarissima illa Euangelij prędicatio. Et regnum cælorũ declarat Ecclesiæ statum sub exhibito Messia, in quo vera Dei gloria elucet. Sic etiam accipitur Maioris appellatio, 1. Cor. 13.13. & 14.5.

12 *A diebus*, ἀπὸ τῶν ἡμερῶν. Hebraismus. id est, à tempore quo Ioannes Baptista prædicare cœpit. ¶*Vsque nunc*, ἕως ἄρτι. id est, Ad hunc vsque diem. quo modo vertit Erasmus. At ego non video cur minus liceat dicere Vsque nunc, quam Vsque sub, Vsque adhuc, Vsque antè: quorum exempla frequenter occurrunt. Sic ἄρτι suprà, capite 3.15. pro νῦν positum esse diximus, vt idem valeat ἕως ἄρτι atque ἕως νῦν. id est (vt loquuntur Hebręi) עד עתה [*had hatha.*] ¶*Vis affertur*, βιάζεται. id est, quasi impętu quodam in illud perrumpitur. Est enim veluti omnibus expositus, auidè quibusuis arripiendus, hic Patris cęlestis thesaurus, quem videri poterat antea occultasse, sicut explicatur Rom. 16. 26. Ideóque Luc. 16. 16, pro βιάζεται scribitur εὐαγγελίζεται, ex quibus locis inter se comparatis intelligimus & quomodo nobis offeratur receptio in regnum cęleste, nempe Euangelij prædicatione: & quomodo nobis oblatum recipiatur, vi nimirum nobis ipsis ad credendum facta, & zeli ardore perseuerante. Nec enim dubium quin βιάζεται hîc passiuè accipiatur. Vulgata & Erasmus *Vim patitur*: quod mihi visum est obscurius.

¶*Rapiunt*, ἁρπάζουσιν. id est arripiunt, vel deripiunt, vt citatur ab Hilario, & vt testatur Erasmus se legisse in aureo codice. metaphora sumpta à castris, aut ab arce quapiã quæ irrumpentibus hostibus diripitur. Sic autem feruens illa vis Spiritus significatur, qua correpti fideles, summo studio ad vitam æternam feruntur.

13 *Prophetarunt*, προεφήτευσαν. Futura tantùm prędixerant, quę nunc pręsentia clarè & perspicuè cernuntur. Cęterùm hoc quoque vocabulum tanquam Christianorum auribus familiarissimum, non inuiti vsurpauimus.

14 Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι.

14 Et, si vultis *hoc* recipere, ‖ipse est Elias ille qui venturus erat.

14 *Et, si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est.*

Infr. 17. 10. Mal. 4. 5.

15 Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

15 Qui habet aures ad audiendum, audiat.

15 *Qui habet aures audiendi, audiat.*

16 Τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; ὁμοία ἐστὶ παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν,

16 ‖Sed cui assimilabo gentem istam? Similis est puerulis qui sedent in foris, & acclamant sodalibus suis,

16 *Cui autem similẽ æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus,*

Luc. 7. 31.

Nulli peruicaciores Euangelij hostes quàm ij quibus charissimum esse oportuit.

17 Καὶ λέγουσιν, Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε.

17 Ac dicunt, Tibiis cecinimus vobis, & nõ saltastis: lamentati sumus vobis, & non planxistis.

17 *Dicũt, Cecinimus vobis, & nõ saltastis, lamentauimus, & non planxistis.*

18 Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων· καὶ λέγουσι, Δαιμόνιον ἔχει.

18 Venit enim Ioannes nec edens nec bibens, & aiunt, Dæmonium habet.

18 *Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens: & aiunt, Dæmonium habet.*

19 Ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων· καὶ λέγουσιν, Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.

19 Venit Filius hominis edens ac bibens, & dicũt, Ecce homo edax & vini potor, publicanorum amicus & peccatorũ. Sed iustificata est Sapientia a filiis suis.

19 *Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicunt, Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorũ amicus. Et iustificata est Sapientia à filijs suis.*

Quod plerique repudiant, electi amplectuntur.

20 Τότε ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ, ὅτι οὐ μετενόησαν,

20 ‖Tunc cœpit cum exprobratione arguere ciuitates in quibus editæ fuerant plurimæ virtutes ipsius, quòd non resipuissent, *dicens*,

20 *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam,*

Luc. 10. 13.

Superbi Euangelium oblatũ suo maximo malo reiiciunt, quod paruulis cedit saluti.

14 *Elias*, Ἠλίας. Spiritu videlicet ac virtute Helię similis, Lucæ 1.17. non autem ipsa illius Eliæ persona, Ioan 1.21. ¶*Qui venturus erat*, ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. id est (vt supra dixerat vno verbo) ὁ ἐρχόμενος. Hæc autem participia (vt rectè obseruat Erasmus) ad imperfectum etiam pertinent. Itaque non rectè vertit Vulgata, *Qui venturus est*.

15 *Qui habet aures*, ὁ ἔχων ὦτα. Prouerbiale dicendi genus quo in reb. seriis summa postulabatur attentio: specialiter autem à Christo sæpe vsurpatum, vt significaret, cuius potissimum audiendæ rei causa Deus hominibus aures ad audiendum tribuerit.

16 *Gentem istam*, τὴν γενεὰν ταύτην. id est, hoc hominum genus tam pręfractum & contumax. Nationis nomen plerunque latius patet: quamuis quum familiarem huic genti peruicaciam exprobret, nationem hoc quoque loco non ineptè possis interpretari. Sed vocabulum Hebręum דור [*dor*] quod (vt ego quidem existimo) huic opponitur, ætatem propriè declarat: & deducitur non à generando, sed potius ab incolendo & habitando. Itaque significat hominum vniuersitatem, quæ eodem tempore in orbe terrarum degit. Quamobrem etiam AEtatem conuertimus infrà, cap. 24.34. ¶*Similis est*, ὁμοία ἐστί. Genus hoc dicendi petitum est è medio, ac proinde spectanda est dicti sententia, non autem dictum ipsum. Neque enim Iudæi comparantur puerulis, sed iis quos cõpellant pueruli, in hac similitudine: & arguuntur, vt qui neque Ioannis austeritate sese & in ratione ipsa docendi, & tum in victu tum in vestitu ostendẽte, neque Christi sese ad communem captum accommodantis lenitate, qua singulos ad meliorem frugem blandè alliciebat, non modò nõ commouerẽtur, sed etiã ad vtrunque falsissimè & impudentissimè calumniandum abuterentur. Solitos autem fuisse in plateis puerulos istiusmodi cantiunculis se oblectare probabile est, & Christum de industria sic voluisse Scribarum & Pharisęorum fastum deiicere. ¶*Sodalibus*, τοῖς ἑταίροις. Vulgata, *Coæqualibus*, id est ὁμήλιξι. Quod autem legit, *Sedentibus in foro, qui clamãtes coæqualibus, dicunt*, respondet his Gręcis quę in vetustissimo nostro codice leguntur, καθημένοις ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἃ προσφωνοῦντα τοῖς ἑταίροις λέγουσιν.

17 *Lamentati sumus*, ἐθρηνήσαμεν, id est, *Lugubres cantiones cecinimus*. Vulgata, *Lamentauimus*. Erasmus, *Lugubria cecinimus*: quod Gręcis significat θρηνῳδεῖν. Cuius verbi vis optimè exprimitur Historię AEthiopicę Heliodori lib. 5. his verbis, ᾔσθετο γυναικὸς λαθραῖόν τι καὶ γοερὸν, οἷον ἐαρινῆς ἀηδόνος ᾠδὴν, ἐν νυκτὶ μυρομένης.

18 *Ioannes*, Ἰωάννης. Quoddam exemplar addit πρὸς ὑμᾶς, *Ad vos*. ¶*Nec edens*, μήτε ἐσθίων. communum videlicet cęterorum hominũ more. Est enim figurata oratio καθ' ὑπερβολήν.

19 *Edax*, φάγος, seu comessator. Vulgata, *Vorax*, id est βορός. Erasmus, *Comedonem*. Sed hoc Comedonis vocabulum prætcrquam quòd est obsoletum, etiam plusculum aliquid declarat, eum videlicet qui bona & facultates suas abliguriat. Itaque Erasmus ipse intrà, Lucę 7.34. Edacem interpretatur, non Comedonem.

¶*Peccatorum*, ἁμαρτωλῶν. Vide suprà, 9.10. ¶*Iustificata est*, ἐδικαιώθη. Hoc vocabulum Theologis admodum familiare, quamuis non eadem semper significatione accipiatur, tamen libens amplector. Cęterùm quod paulo antę hęc eadem verba reperimus scriptum Lucę capite 7. 29, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν Θεόν, id est, Et omnis populus qui audierat, & publicani iustificauerunt Deum: id (ni fallor) optimè hunc locum explicat. Ait enim Lucas publicanos & turbam iustificasse Deum, id est agnouisse Dei sapientiam & bonitatem in Christo & Ioanne elucentem: vt meritò postea Christus Pharisæis exprobrans peruicaciam, dixerit iustificatam esse Sapientiam à filiis suis, id est eos demum qui verè filij sapientiæ essent, id est sapientes (ex Hebręo idiotismo de quo sæpe iam diximus) Dei sapientiam agnoscere in eo quem Pharisæi contemnerent. Iustificatur igitur Sapientia à filiis suis, quum Euangelium Christi recipitur. eaque interpretatio optimè cohæret cum pręcedentibus, præsertim si Lucas cũ Matthęo coniungatur. Quod etiam planius fiet si καὶ verteris *Sed*, vt nos fecimus. Nam illud ו [*vau*] Hebręorum (cui respondet καὶ Græcorum) hanc etiam significationem admittit, vt manifestè apparet Actorum 10.28, & infrà 12. 39. Castellio conuertit, *Estque suis aliena sapientia*: cui non assentior. Nam vt δικαιοῦσθαι fatear à Paulo etiam accipi pro ἐλευθεροῦσθαι, id est liberari, Rom. 6.7, tamen nemo non videt aliud esse liberari quàm alienum fieri, & hunc sensum parum conuenire. Neque verò (vt ipse putat) cogimur in hanc sententiã descendere, quia scriptum est ἀπὸ, non ὑπό. solent enim hæ particulę permutari, vt apparet infrà, cap. 16.21. Item Marci 8.31, Lucę 9.22, & 17.25. Sed & in veteribus synodis Græcè scriptis passim reperitur hęc formula, ἀπὸ πάσης συνόδου ἐλέγχθη.

¶*Suis*, αὐτῆς. nempe τῆς σοφίας. Valla, *Eius*. refert enim ad γενεάν: sed perperam.

20 *Cœpit*, ἤρξατο. Quoddam exemplar addit ὁ Ἰησοῦς, *Iesus*. ¶*Cum exprobratione arguere*, ὀνειδίζειν. Vulg. *Exprobrare*, quòd videlicet non resipuissent. Et nos idem verbum passim vertimus *Comitiari*. Et sic esse hoc loco vertendum hoc verbum, liquet ex eius constructione cum quarta casu,

Οὐαί σοι Χοραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδάν· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν.

21 Væ tibi "Chorazin, væ tibi "Bethsaïdan: nam si Tyri & Sidoni editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt apud vos, olim "cum sacco & cinere *sedentes* resipuissent.

21 *Væ tibi Chorazain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.*

Πλὴν λέγω ὑμῖν, Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ ὑμῖν.

22 "Quinetiam dico vobis, Tyro & Sidoni "tolerabilior erit cōditio in die iudicij quàm vestra.

22 *Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis.*

Καὶ σὺ Καπερναοὺμ ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ. ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν σοὶ, ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον.

23 Et tu "Capernaum, "quæ es vsque ad cælum sublata, vsque ad inferos deprimēris. nā si Sodomis editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt apud te, "mansissent vsque ad hodiernū diem.

23 *Et tu Capharnaū, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes: quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, fortè mansissent vsque in hanc diem.*

Πλὴν λέγω ὑμῖν ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ σοί,

24 Quinetiam dico vobis, terræ Sodomorum tolerabilior erit conditio in die iudicij, quàm "tua.

24 *Veruntamen dico vobis quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij quàm tibi,*

Luc.10.21.

Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις.

25 ‖Illo autem ipso temporis momento "respondens Iesus dixit, "Gloriam tibi tribuo Pater, Domine cæli & terræ, quod hæc occultaueris sapiētibus & "intelligētibus, & ea detexeris "infantibus.

25 *In illo tempore respondens Iesus dixit, Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

Ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.

26 "Etiam Pater, "quia ita libuit apud te.

26 *Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te.*

21 *Chorazin*, Χοραζίν. In vno exemplari legimus Χοραζαίν, sicut Vetus interpres conuertit. ¶ *Bethsaidan*, Βηθσαϊδάν. In tribus exemplaribus scriptum erat Βηθσαϊδά, quod Vetus interpres sequutus est. ¶ *Cum sacco & cinere [sedentes,]* ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ. Particulam ἐν exprimo per σὺν, id est *Cum*: & suppleo ex Lucæ 10.13. participium καθήμεναι, sedentes: quod etiam hoc loco adscriptum erat in vno exemplari. illa autem enallage In pro Cum, etsi nata videtur ex Hebræorum idiotismo, cuius exemplum habes prorsus simile Nehem.10.1: tamen (vt alibi ostendimus) occurrit etiam interdum apud Græcos disertiores. Cæterùm fuisse veterū quoque hanc consuetudinem, inter prophanas gentes, vt in graui luctu sese iacentes puluere & cinere aspergerent, vel ex Homeri versiculis liquet Iliad. σ, quibus Achillem lugentem nō tam describit quàm depingit eruditissimus poeta, Itémque ex istis Plutarchi περὶ δεισιδαιμονίας verbis, quibus superstitiosum quendam ita describit, ἔξω κάθηται, φησὶ, σακκίον ἔχων, ἢ περιζωσάμενος ῥάκεσι ῥυπαροῖς, πολλάκις δὲ γυμνὸς ἐν πηλῷ κυλινδούμενος. quæ consuetudo postea fuit ad pœnitentes, quos vocarunt, (vtinam maiore cum iudicio & feliciore exitu) traducta.

22 *Quinetiam*, πλὴν. Hebraicè אך [ak] Vulg. *Veruntamen*. Erasmus, *Attamen*. Fateor enim hanc particulam absolutè positam plerunque idem valere quod ὅμως: (sicut accipitur Luc.10.11.20, & 22.22, & alibi aliquoties) sed interdū quoque poni videtur pro Sed (id est אבל [aual]) vt Luc.6.24, & 12.31, & 23.28. Hic autem vsurpatur in ea specie correctionis qua vtimur quum superiora quidem minimè reprehendimus vt falsa, sed tamen amplificamus. Sic etiam omnino accipitur אך [ak] Ps. 13.6, pro ἀλλὰ καὶ, & hìc quoque paulò pòst, vers.24, & infrà 26.64. Nonnullis tamen placet illatiuam esse pro eo quod Galli dicunt *Mais pourtant*: Ita si autem *però*. quo modo commodissimè exponi posse videtur Luc.6.35. ¶ *Tolerabilior erit conditio*, ἔσται ἀνεκτότερον. τὸ ἀνέχεσθαι inter cætera tolerare significat, idque (ni fallor) propria significatione. Vul. *Remissius*. Eras. *Tolerabilius*. Ego perspicuitatis causa malui tolerabiliorē conditionē interpretari.

23 *Capernaum*, Καπερναούμ. In vno exemplari scriptum erat Καφαρναούμ, vt infrà quoque cap.17.24. ¶ *Quæ es vsque*, ἡ ἕως. In quodam exemplari legimus, μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ; ἕως ᾅδου καταβήσῃ id est, Num vsque in cælum extollēris? vsque in infernum descendes, sicut legit & interpretatus est Vetus interpres. ¶ *Deprimeris*, καταβιβασθήσῃ. Vulg. *Descendes*. legit enim καταβήσῃ. Porro verbum καταβιβάζω, est, *Exalto, Deiicio*: vt ἀναβιβάζω (quod ei opponitur) significat In altum attollo: propriè, Descendere facio, & Ascendere facio. Itaque malui vertere Deprimēris, quod & fecit Erasmus infrà, Lucæ 10.15. quo tamen loco Vetus interpres legisse videtur καταβυθισθήσῃ, vt qui interpretetur, Demergēris. Videtur autem esse allusio ad verba Esaiæ, 14.14, & 15. vt appareat prouerbialia fuisse hæc dicendi genera. ¶ *Mansissent*, ἔμειναν ἄν. Vulgata, *Fortè mansissent*. Sed ἂν particula non semper est δυνητικὴ, vt rectè annotat Valla, ex aliorum locorum collatione.

24 *Tua*, σοί. In vno exemplari legimus ὑμῖν. id est vobis.

25 *Illo autem ipso temporis momento*, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. Vul. & Erasmus, *In illo ipso tempore*, id est χρόνῳ, non expressa tēporis circunstantia, minimè tamen hoc loco negligenda. ¶ *Respondens*, ἀποκριθεὶς. Atqui nemo eum interrogarat. Sciendum est igitur verbum ענה [hana] dici quoque de eo, tum qui incipit, tum qui continuat sermonem. Sed tamē cognoscenda videtur historia ex Lucæ 10.17. Contigerunt enim hæc post septuaginta discipulos reuersos, quos verisimile est cum Iesu varios sermones habuisse. Inter loquendum igitur, quum Iesus ex discipulorum sermone intellexisset plebem auidè excepisse verbum Dei, quod à principibus & Pharisæis partim contemnebatur, partim etiam oppugnabatur, tandem in hæc verba erupit. ¶ *Gloriam tibi tribuo*, ἐξομολογοῦμαί σοι. Id est, Agnosco coram te, Vel Gratias ago, vt rectè explicat Erasmus. Nam apud Hebræos sic etiam accipitur verbum ידה [iadah] in coniugatione Hiphil. Vide suprà 10.32. Est autem apostrophe ad Patrem, quū antea Christus septuaginta illos discipulos alloqueretur. Itaque non tacet Lucas hæc dixisse Christum spiritu exultantem, & animi impetu correptum, quòd gloriam Patris videret mundo patefieri. ¶ *Intelligentibus*, συνετῶν. à συνιέναι, vt rectè obseruauit Valla. Vulgata, *Prudentibus*, id est, φρονίμοις. Dicuntur autem ista per concessionem. Tales enim oportuerat esse Scribas & Pharisæos, qui tamen erant omnium maximè rudes. ¶ *Infantibus*, νηπίοις. id est rudibus alioqui & indoctis, cuiusmodi est plebecula. νήπιος Græcis dicitur à νὴ & εἰπεῖν, sicut Latinis Infans ab in, & fari, quod ad animum transfertur. Vulgata & Erasmus, *Paruulis*. Videtur autem Christus translatitiè alludere ad illud Dauidis, Psal.8.3. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem tuam.

26 *Etiam*, Ναί. Particula est qua testatur Christus se in Patris consilio prorsus acquiescere. ¶ *Pater*, ὁ πατήρ. Pater vocandi casu, vt ὁ Θεός μου, Marci 15.34. quo modo etiam à Paulo vsurpatur ad Rom.8.15. & Gal.4.6. sic infrà, 27, 29, & 40. Fortassis autem hic est Hebræorum idiotismus, qui suo illo ה [he] vtuntur partim pro nominatiuo articulo, partim pro vocandi aduerbio. Sed & Atticos ita loqui obseruauimus. sic enim Aristophanes in Ranis. ὁ παῖς ἀκολούθει δεῦρο. ¶ *Quia ita libuit apud te*, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Particulā ὅτι, quàm expunxit Erasmus non puto abundare. Addit enim Christus causam cur Patris factum probet, eam videlicet quæ apud Christianos omnes plurimùm valere debet: id est Patris cælestis voluntatem. Cæterùm εὐδοκία id declarat quod Gallicè vocamus *bon plaisir*: & ἐγένετο εὐδοκία, vel periphrasis est verbi εὐδόκησα, de quo diximus suprà, 3.17: vel declarat id factum esse quod Deo libuit, cuius consilij diuini scopus & finis itémque causa προκαταρκτικὴ explicatur 1. Cor.1.21. & 27. Deinde alius est Hebraismus in ἔμπροσθέν σου, coram te. pro quo etiam dicunt In oculis tuis, pro apud te, vel simplicis pronominis loco, sicut sumus interpretati. Sed hoc quoque obseruandum est, nomen εὐδοκίας, quum magis propriè vsurpetur in electionis decreto, applicari quoque Reprobationi hoc in loco, quasi *Libentiam* dicas, nempe vt norimus, sicut nec fidei, nec bonorum operum præuisio, causa est Electionis impulsiua, ita Reprobandi quoque decretum, neque incredulitatis, neque peccatorum præuisionem antegredi, Paulo propterea vtrinque ad voluntatem Dei ascendente, quæ vnica est Recti regula, causas quidem inferiores ad vtriusque decreti executionem ordinans, sed à semetipsa vna pendens, quod ad deliberationis consilium attinet, Rom.9.11. & 18. quod adorare oporteat, ad humani autem iudicij normam exigere sit nefas.

Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ· οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.

27 ‖"Omnia mihi tradita sunt a Patre meo: & nemo "nouit Filium nisi Pater, neque Patrem quisquam nouit nisi Filius, & cuicunque voluerit Filius *eum* retegere.

27 *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo nouit Filium nisi Pater: neque Patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit Filius reuelare.*

Ioan. 3.35. & 6.4. Nulli nisi in vno Christo vera Dei notitia, nulla animi tranquillitas.

Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.

28 Venite ad me omnes "qui fatigati estis & onerati, & ego "faciam vt requiescatis.

28 *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.*

Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.

29 "Attollite iugum meum in vos, & discite à me quòd lenis sim & "summissus corde: ‖& inuenietis requiem animabus vestris.

29 *Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris.*

Ierem. 6.16.

Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.

30 ‖Iugum enim meum "facile est, & onus meum leue est.

30 *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.*

1. Ioan.5.3.

Κεφάλαιον ιβ.

CAP. XII.

CAP. XII.

Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων· οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπείνασαν, καὶ ἤρξαντο τίλλειν στάχυας, καὶ ἐσθίειν.

1 "EO *verò* tempore "ibat Iesus "sabbatho per "sata: discipuli verò ipsius esuriebant, cœperuntque vellere spicas, & edere.

1 *IN illo tēpore abijt Iesus per sata sabbatho: discipuli autem eius esurientes, cœperunt vellere spicas, & manducare.*

Mar. 2.23. Luc.6.1. De vera sanctificatione sabbathi, & eiusdem abrogatione.

Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἰδόντες εἶπον αὐτῷ, Ἰδοὺ, οἱ μαθηταί σου ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ.

2 Pharisæi verò, "quum *hoc* vidissent, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt ‖quod nō "licet facere "sabbatho.

2 *Pharisæi autem videntes, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbathis.*

Deut. 23.25.

27 *Omnia*, πάντα. Est quidem hoc vniuersaliter verum, omnem administrationem rerum esse commissam Christo, excepto eo qui subiecit ei omnia: sed restringendum est hoc loco ad id de quo agitur, nempe ad salutem electis conciliandam: perinde ac si diceret Christus, Vtcunque isti qui sibi sapere videntur, me & meos aspernentur, & sola me plebecula audiat: attamen is vnus sum ego in quo sita sunt omnia quæ ad fœlicitatem illam veram spectant, vt qui vnus verum illum Deum Patrem meum patefaciam. Itaque vos qui sub peccatorum vestrorum onere fatiscitis, adeste. ¶ *Nouit*, ἐπιγινώσκει. Compositum pro simplici. Nam alioqui latiùs patet Cognoscere quàm Agnoscere. Rom.1.21.

28 *Qui fatigati estis*, οἱ κοπιῶντες. Vulgata & Erasmus, *Qui laboratis*. Vide suprà, cap.6.28. Certè plus est κοπιᾶν quàm πονεῖν, si propriam vtriusque significationem spectemus: sicut etiam apud Latinos plusculum declarat fatigatum esse quàm laborare, quanuis interdum ista permutentur. Itaque animo delassati dicuntur, qui sub peccatorum graui sensu animo fatiscunt. ¶ *Faciam vt requiescatis*, ἀναπαύσω. Vulg. *Reficiam*, sententia expressa, voce verò non itē, qua tacitè significatur irrequieta illorum omnium perturbatio qui huc non confugiunt. Respondet autem hæc Græca vox Hebrææ נוח [Nuah] in coniugatione Hiphil.

29 *Attollite*, ἄρατε. Vulgata, *Tollite*. Vide suprà, 9.6. ¶ *Summissus corde*, ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. id est, ταπεινόφρων, vt interdum Græci vno vocabulo declarant. cui opponitur ὑψηλόφρων, homo videlicet superbus & ferox. Huius autem ταπεινοφροσύνης Christi explicationem, cui opponitur Pharisaica superbia, pete ex Philip.2.5. & deinceps.

30 *Facile*, χρηστός. siue commodum, id est quod facilè ferri & quo facilè vti possimus, παρὰ τὸ χρῆσθαι. Illud autem de quo tam multis disserit Erasmus in hunc locum, nimirum qua ratione dicatur iugum Christi leue, planè explicatur 1. Ioan.5.2, & 3. Mandata eius (inquit) grauia non sunt: quia omne quod genitum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Quisquis verò existimat ideo leue esse Christi iugum quòd Dei duntaxat amorē & proximi requirat, ille profectò seipsum ignorat, neque etiam nouit quod sit Legis & Euangelij discrimen.

IN CAP. XII.

1 *Eo [verò] tempore*, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. siue Per id tempus. Hæc autē verba significant hanc historiam non narrari ex temporis serie, sicut etiam constat ex Luca & Marco, & nullum hic sit inter καιρὸν & χρόνον discrimen, minimè alioquin negligendum. ¶ *Ibat*, ἐπορεύθη, id est ἐβάδιζεν. Sic enim hoc loco accipitur hoc verbum, & aoristus pro imperfecto positus videtur. Vul. *Abijt*, ἀπῆλθεν. Nonnulli vertunt per plusquamperfectum, Iuerat: sed non satis commodè. ¶ *Sabbatho*, τοῖς σάββασι. Erasmus interpretatur Sabbathis, & veterem etiam interpretem reprehendit. Atqui plurale pro singulari positum esse, satis indicant sequentia, vt etiam Marc.1.21. Neque est quod de hebdomade intelligas. Nam de septimo demum die hîc agi, & eo quidem solenni, Lucas ostendit: neque hoc murmur Iudæorū alio die exoriri potuisset: siquidē non violassent Legē discipuli. Nam quòd Eras. ait singulos dies hebdomadis fuisse sabbatha appellatos (quod etiam asserit Theophylactus infrà, cap.28. etiamsi verū esset, præsenti loco quadrare non posset. ¶ *Sata*, σπορίμων, Eras. *Segetes*. Illud longius abest à Græco. ¶ *Vellere*, τίλλειν. ac ex consequenti grana folliculis eximere comedenda.

2 *Quum [hoc] vidissent*, ἰδόντες. Duo exemplaria addunt αὐτούς. id est eos. ¶ *Licet*, ἔξεστι. Vetus interpres addit αὐτοῖς, eis,

quod tamen videtur expungendum. Est enim generale sabbati mandatum. ¶ *In sabbatho, ἐν σαββάτῳ.* In quodam exemplari legitur ἐν σάββασι, eodem tamen sensu: quod tamen satis indicat superiore loco esse numeri enallagen. quamuis hoc posteriore loco liceat interpretari sabbatis, plu. num. Loquuntur enim Pharisæi in genere de quouis sabbato.

1. Sam. 21. 6.	Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβίδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ;	3	Ipse autem dixit eis, Non legistis quid fecerit ‖Dauid, quum esuriret ipse, & qui erant cu eo?	3	*At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit, & qui cum eo erant?*
	Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν, οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις;	4	Quomodo introierit domu Dei, & panes ¨propositítios ederit, quibus vesci non erat ipsi licitum, neque iis qui cum eo erant, ¨sed ‖Sacerdotibus solis?	4	*Quomodo intrauit in Domu Dei, & panes propositionis comedit: quos non licebat ei edere, neque iis qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?*
Exod. 29. 33. Leui. 8. 32. & 24. 9. Num. 28. 9.	Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀναίτιοί εἰσι;	5	Aut non legistis ‖in Lege, ¨sabbatis Sacerdotes in templo sabbatum ¨profanare, & ¨inculpabiles esse?	5	*Aut non legistis in Lege, quia sabbathis Sacerdotes in templo sabbathu violant, & sine crimine sunt?*
	Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ἐστὶν ὧδε.	6	Dico autem vobis, *quendam* templo ¨maiorem hîc esse.	6	*Dico autem vobis, quia templo maior est hîc.*
Osea 6. 7.	Εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους:	7	Quòd si nossetis quid sit, ‖Misericordiam volo, & non sacrificium, ¨non condemnassetis inculpabiles.	7	*Si autem sciretis quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes.*
	Κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.	8	Nam Dominus est etiam sabbati Filius hominis.	8	*Dominus enim est Filius hominis etiam sabbathi.*
Mar. 3. 1. Luc. 6. 6.	Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν.	9	‖Et digressus illinc, venit in synagogam eorum.	9	*Et quum inde transisset, venit in synagogam eorum.*
Legales ceremonias cũ dilectione proximi minimè pugnare.	Καὶ ἰδού, ἄνθρωπος ἦν τὴν χεῖρα ἔχων ξηράν· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτόν, λέγοντες, Εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.	10	Et ecce, quidam *illic* ¨erat manum habens aridam: & interrogarunt eum, dicentes, ¨Licétne sabbatis *quempiam* sanare? vt accusarent eum.	10	*Et ecce, homo manum habens aridam: & interrogabant eum, dicentes, Si licet sabbathis curare? vt accusarent eum.*
	Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἕν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ;	11	Ipse verò dixit eis, Quis erit ex vobis qui habeat ouem vnã, &, si ea inciderit sabbato in foueam, non apprehendat eam & erigat?	11	*Ipse autem dixit illis, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam, &, si ceciderit hæc sabbathis in foueam, nónne tenebit & leuabit eam?*
	Πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; ὥστε ἔξεστι τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν.	12	¨Quantum autẽ homo pręstat oui? Itaque licet sabbatis ¨benefacere.	12	*Quanto magis melior est homo oue? Itaque licet sabbathis benefacere.*
	Τότε λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου· καὶ ἐξέτεινε· καὶ ἀποκατεστάθη ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.	13	Tunc dicit ¨homini illi, Protende manum tuam. Et *is* extendit: éstque restituta sana vt altera.	13	*Tunc ait homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est sanitati sicut altera.*

4 *Propositítios, προθέσεως.* Hebræi panes facierum vocãt, quòd coram Domino appositi, tota hebdomade manerent in aurea mensa huic cultui consecrata: sicut edixit Dominus Leuit. 24. 6. Græci interpretes interdum etiam ἐνωπίους, interdum προκειμένους sunt interpretati. Quidam Latinè appositítios non ineptè vocauit: maluimus tamen appellationem vulgò vsurpatam retinere. ¶ *Sed, εἰ μή.* Hebr. אם לא [*Im lo*] pro Sed, vt Gen. 24. 38. Vide Gal. 2. 16. Vulg. & Erasm. *Nisi*, sententia & hoc loco & alibi sępe deprauata. Videtur autem hoc dicendi genus petitum è medio, multis omissis quæ facilè per se intelligi possunt: plena igitur esset oratio, *Nec vllis aliis nisi*, &c. Sic ille apud Terent. Nescio, nisi Deos mihi fuisse iratos scio.

5 *Sabbatis, σάββασι.* Nulla hîc est numeri enallage, quia de singulis sabbatis hoc intelligitur. ¶ *Profanare, βεβηλοῦσι.* Prophanari verò hîc dicitur Sabbatum à Sacerdotibus, non ipsorum sed legis sabbati respectu, si absque exceptione accipiatur, vt isti velle videbantur, qui neque Christi opera à quotidianis quorumuis, neque Christum à communi homine forte discernebant. ¶ *Inculpabiles esse, ἀναίτιοί εἰσι.* vt qui videlicet in Legem non peccent. Est autem eiusmodi argumentum. Sacerdotes quum Dei opus faciunt sabbato, tamen Legem non violant. Itaque Sabbati Lege omnia opera non prohibentur sine exceptione. Quòd si Sacerdotes quominus sabbato quiescerent excusabat templi cultus, multo magis ipse templi & sabbati Dominus, Dei opus faciens, sabbati Lege non tenebatur. Apparet ergo Christum propositam hypothesin ad thesin reuocare: & meritò quidẽ Nam superstitiosè reprehensi fuerant discipuli à Pharisæis, ac proinde nulla excusatione egebant.

6 *Maiorem, μείζων.* Pleraque vetera exemplaria & Theophylactus quoque legunt μεῖζον, id est maius quidpiam: subauditur enim τι.

7 *Non, οὐκ ἄν.* Vulgata, *Nunquam*, id est οὐδέποτε. Erasmus, *Nequaquam*. Particula ἄν facit vt finitus modus pro optatiuo accipiatur: neque quicquam addit significationi vel negantis particulæ, vel sequentis verbi.

8 *Etiam sabbathi, καὶ τοῦ σαββάτου.* Deerat καὶ particula in veteribus exemplaribus: neque exprimitur à veteri interprete. Videtur tamen emphasin habere minimè negligendam. Vide Mar. 2. 28.

10 *Erat, ἦν.* Quatuor codices additum habebant ἐκεῖ, illic. Vetus interpres videtur neutrum legisse. ¶ *Licétne, εἰ ἔξεστι.* Vulgat. ad verbum, *Si licet*. Sed εἰ apud Græcos sæpe pro μῶν ponitur: quod imitantur etiam aliquando Latini, sed in subiectione tantùm. Terentius, *Visam si domi est*.

12 *Quantum autem, πόσῳ οὖν.* Particulam οὖν non memini alibi legere in assumptione argumenti positam pro ἀλλά, vel δέ. Apparet tamen omnino ita esse accipiendam hoc loco, quum statim subiiciatur argumenti conclusio. ¶ *Benefacere, καλῶς ποιεῖν.* id est, hoc loco, εὐεργετεῖν, vt rectè vertit Erasmus: nisi malimus in genere significari legem de feria Sabbati nullum rectum opus, prioris videlicet vel posterioris tabulæ, impedire.

13 *Homini illi, τῷ ἀνθρώπῳ.* Additum habebant duo exemplaria ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα, arefactam manum habenti. quod tamen satis intelligitur præposito articulo quẽ expressimus. Hieronymus annotat in hunc locũ quædã hîc inseri ex Hebręo Euangelio Nazaręorũ, quod nonnulli dictitabãt esse Matthęi αὐθεντικόν. Sed hoc nullius est momẽti.

Οἱ δὲ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ ἐξελθόντες, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν.	14	Pharisæi verò egressi ¨cœperunt consilium aduersus eum, ¨vt eum perderent.	14	*Exeuntes autem Pharisæi consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum.*	Quatenus & quo respectu cedendum indomito impiorum furori.
Ὁ δὲ Ἰησοῦς γνούς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας.	15	Iesus autem quum *hoc* nosset, secessit illinc, sequutáque est eum turba multa, sanauítque eos omnes.	15	*Iesus autem sciens recessit inde, & sequuti sunt eum multi, & curauit eos omnes.*	
Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν.	16	Et ¨interminatus est eis ne se manifestum facerent.	16	*Et præcepit eis ne manifestum eum facerent.*	
Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος,	17	Vt impleretur quod dictum erat per Esaiam Prophetam, dicentem,	17	*Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam, dicentem,*	
Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα· ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ.	18	‖Ecce ¨seruus ille meus, quem elegi: dilectus ille meus, in quo acquiescit anima mea: ponam Spiritũ meum super eũ, & ¨iudicium Gentibus renuntiabit.	18	*Ecce puer meus quẽ elegi: dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ: ponã Spiritum meũ super eum, & iudicium Gentibus nuntiabit.*	Esa. 42. 1.
Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ.	19	Non litigabit, neque clamitabit, neque audiet quisquam in plateis vocem eius.	19	*Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius.*	
Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει· ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν·	20	Arundinem ¨quassatam non confringet, & ¨linum fumigans non extinguet: vsquedum ¨protulerit ad victoriam iudicium:	20	*Arundinem quassatã non confringet, & linum fumigans non extinguet: donec eiciat ad victoriã iudicium.*	
Καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι.	21	¨Et in eius nomine Gentes sperabunt.	21	*Et in nomine eius Gentes sperabunt.*	
Τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος, τυφλὸς καὶ κωφός. καὶ ἐθεράπευσεν αὐτόν, ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν.	22	‖Tunc ¨oblatus est ei dæmoniacus cæcus & mutus: & sanauit eum, adeo vt ¨qui cęcus ac mutus *fuerat*, & loqueretur & ¨videret.	22	*Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus: &, curauit eum, ita vt loqueretur & videret.*	Sup. 9. 32. Luc. 11. 14. Manifestissima etiam veritas, impiorum calumniis est obnoxia: sed ea nihilominus est fortiter asserẽda.

14 *Cœperunt, ἔλαβον.* Vulgata, *Fecerunt*. Legimus etiam in vno exemplari ἐποίησαν. id est, consilium indixerunt: sicut dicunt Græci ἐκκλησίαν ποιεῖν. Sic etiam Marci 3. 6. συμβούλιον ἐποίουν. ¶ *Vt, ὅπως.* Vel quomodo, id est πῶς, indefinitè acceptum. Sic Demosthenes, σκοπεῖτε ὅπως τοὺς λόγους ἐρῶσι.

16 *Interminatus est, ἐπετίμησεν.* id est, additis minis vetuit. Vulgata, *Præcepit*. Ad verbum, *Increpauit*. Vide suprà 8. 26. Terent. *Interminatus sum ne faceres.*

18 *Seruus ille meus, ὁ παῖς μου.* Nonnulli filiũ conuertunt: alij puerum, ambigua voce, nam apud Gręcos ὁ παῖς vocabulum est ambiguum. Alij & puerum & filium interpretantur. Sic enim citat Cyprianus libello aduersus Iudæos, vt Erasmus obseruauit. Sed Cyprianum constat hunc locum ita citasse vt de verbis ipsius Prophetę nõ fuerit solicitus: quod etiam Euangelistę plerunque faciunt, sicut vel ex hoc loco apparet. Certè apud Hebræos עבד [*Heued*] semper pro seruo, nunquam (quod sciam) pro filio ponitur, quamuis aliud sentiat Erasmus, qui etiam existimat filij vocabulum melius Christo conuenire. Nam, inquit, non defuerunt apud Græcos qui serui vocabulum vererentur tribuere filio Dei, quorum est Chrysostomus. Atqui ita loquitur ipse Paulus Philip. 2. 7. quum dicit Filium Dei se exinaniuisse, forma serui accepta. Neque verò à serui nomine abhorruit Latinus Interpres, quoties in aliis eiusdem Prophetę locis Christus παῖς vocatur. Et hocquoque videtur ad immensam ipsius bonitatem magnopere pertinere. Denique non patitur Hebrææ linguę ratio, vt filium vertamus. ¶ *Ponam, θήσω*, vel *Indam*: qua Hebręa phrasi velut ipsis oculis spectanda proponitur illa Dei benignissima manus, sua dona quasi intra nos insinuantis, quod in Christi baptismo adumbrauit Columba. ¶ *Iudicium Gentibus annuntiabit, κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ.* Iudicij appellatione compositum statum intelligit: quia videlicet à Christo vera religio erat inter Gentes promulganda, eiectis superstitionibus. quod vbicunque fit, ibi regnare dicitur Dominus & iudicare, id est rebus præesse & moderari.

20 *Quassatam, συντετριμμένον.* Virg. primo Æneid. *Quassatam ventis liceat subducere classem.* Quassatum autem Latinis est quod vernaculo sermone dicimus *froissé*. Tertullianus lib. aduersus Marc. 3. contusam vertit, & quassam Iudęorum fidem ita vult significari. Erasmus, *Comminutam*: id est contritam, quæ propria est verbi συντετριμμένον significatio. Sed hîc accipi pro quassatam indicat verbum sequens. nam qui fieri potest vt quod iam comminutum est & contritum, confringas? Itaque Grammatici Hebræi ex hoc Prophetę loco differentiam esse ostendunt inter רצץ & שבר [*Retzatz* & *Scibbar*] quòd illud non declaret penitus conterere & comminuere. ¶ *Linum, λίνον*, id est ellychnium, materiæ nomine posito pro eo quod ex ea materia confectum est, vt alibi λίνα dicuntur retia ex lineis seu tenuibus linis contexta. ¶ *Protulerit, ἐκβάλῃ.* (vt infrà versiculo 35. pro ἐκπέμπῃ καὶ προφέρῃ) id est, pronunciet & ferat, sed cum vi quadam, (frustra videlicet obsistente Satana & mundo) iudicium & sententiam, qua se verè & reipsa victorem declaret omnium inimicorum suorum. Tunc enim rebellium colla confringet, non iam clemens & humilis, sed seuerus iudex, & maiestate plenus. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Eyciat*. In Hebręo pro εἰς νῖκος [illegible] לאמת [*Lecmeth*] id est εἰς ἀλήθειαν. Sed (vt antè dixi) Euangelista sententiam spectat, singula verba non numerat. Iustinus quoque in Dialogo πρὸς Τρύφωνα, duas affert huius loci Græcas interpretationes, quarum neutra cum hac consentit in verbis.

21 *Et in eius nomine, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.* Omissa est hoc loco pars altera huius versiculi ita vt legitur in Hebręis. siue quòd Euangelistæ non soleant singulis verbis insistere, siue (vt scribit Hieronymus ad Algasiam, quæst. 2.) librarij culpa, qui, propterea quòd nomen κρίσιν & superiorem versiculum & istius priorem partem terminat, idcirco facilè potuit inter scribendum integram lineam prætermittere. quod quàm sæpe librariis vsuuenerit, norunt optimè qui veteres codices manuscriptos cum excusis comparant. Deinde pro, Et in eius nomine Gentes sperabunt, legitur in Hebræo, Et legem eius insulæ expectabunt: sed eadem manente sententia.

22 *Oblatus est, προσηνέχθη.* Erasmus, *Adductus est*, id est προσηνέχθη. Vide Mar. 7. 32. ¶ *Qui cæcus ac mutus [fuerat,] τὸν τυφλὸν καὶ κωφόν.* Vetus interpres hęc non legit. ¶ *Videret, βλέπειν.* Hoc igitur verbum quod modò Aspicere, modò Cerne-

re sumus interpretati, ipsam videndi facultatem declarat, quod discrimen studuimus suis locis obseruare.

Καὶ ἐξίσταντο πάντες οἱ ὄχλοι, καὶ ἔλεγον, Μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαβίδ;

23 Et obstupuit tota turba, dicebátque, Nónne iste est filius ille Dauidis?

23 *Et stupebant omnes turbæ, & dicebant, Nunquid hic est filius Dauid?*

Sup. 9.34. Mar.3.22. Luc.11.17. Christi & Satanæ regna simul consistere non possunt.

Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες εἶπον, Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων.

24 Pharisæi verò, quum *hæc* audissent, dicebant, ‖Iste non eiicit dęmonia nisi per Beelzebulem principem dæmoniorum.

24 *Pharisæi autem audientes dixerunt, Hic nō eiicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.*

Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς, Πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ᾽ ἑαυτῆς, ἐρημοῦται· καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ᾽ ἑαυτῆς, οὐ σταθήσεται.

25 Iesus autem, quū sciret cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnū dissidens aduersus sese vastatur: & omnis vrbs aut domus dissidens aduersus seipsam, non stabit.

25 *Iesus autem, sciens cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, nō stabit.*

Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς τὸν σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἐμερίσθη· πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ;

26 Sed si Satanas Satanam eiicit, aduersus seipsum dissidet: quomodo ergo stabit rẹgnum eius?

26 *Et si Satanas Satanā eiicit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius?*

Καὶ εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταί.

27 Et, si ego per Beelzebulem eiicio dęmonia, filii vestri per quem eiiciunt? propterea ipsi erunt vestri iudices.

27 *Et, si ego in Beelzebub eiicio dæmones, filij vestri in quo eijciunt? ideo ipsi iudices vestri erunt.*

Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ᾽ ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

28 Sin autem per spiritum Dei ego eiicio dæmonia, nempe anteuertens venit ad vos regnum Dei.

28 *Si autem ego in Spiritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei.*

Ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρόν; καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει;

29 Nam quomodo potest aliquis ingredi domum validi *alicuius*, & vasa eius diripere, nisi primò vinxerit validum illū, & tunc domum illius diripiet.

29 *Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet?*

23 *Obstupuit*, ἐξίσταντο. id est ἐξεπλήσσοντο. Latinum vocabulum nullum habeo quo vno possit Grẹcum illud ἐξίστασθαι satis exprimi. Significat autem præ admiratione apud se non esse, & de statu mentis deiici. Vide Mar.2.12. ¶*Nónne*, μήτι. Vulgata, *Nunquid*. Erasmus, *Num*: quæ particulæ ita quærunt vt subintelligatur negatio. Itaque non videntur huic loco satis conuenire. ¶*Filius ille*, ὁ υἱός. In Complutensi editione legitur ὁ χριστὸς ὁ υἱός. id est, Christus ille filius.

24 *Per Beelzebul*, ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ. Vulgata ad verbum, *In Beelzebub*. Erasmus, *Præsidio Beelzebub*. Vide suprà, 10.25. Cur autem princeps dęmoniorum dicatur, diximus suprà, 9.34.

25 *Quum sciret*, εἰδώς. In vno exemplari legimus ἰδών, quum vidisset. ¶*Dissidens*, μερισθεῖσα. Vulgata & Erasmus, *Diuisum*. id est διαιρεθεῖσα. quod non satis conuenit, si Latinæ linguæ vsum spectes. Nam τὸ μερίζεσθαι (vt supra 10.35. τὸ διχάσαι). i. diuisum esse aut partitum, idem hic valet ac dissidere, siue in varias factiones scissum esse, vt ait Maro, *Scinditur incertum studia in contraria vulgus*. sicut è contrario dicuntur vnum esse quibus optimè inter se conuenit. Itaque τὸ μερίζειν hac significatione respondet Hebręo verbo פרד [*Parad.*] ¶*Vastatur*, ἐρημοῦται. Erasm. *Desolatur*. quod est translatitium, & μονοῦσθαι significat: vnde μεμονωμένη dicitur vidua, quę sola relicta est, 1.Tim 5.5.

26 *Sed si*, καὶ εἰ. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Et si*. Ego verò omnino puto καὶ pro δαὶ positum, cuius particulæ vsus est in assumptione argumentorum. Vt autem valeat huius argumenti conclusio, oportet coniungere cum eiectione dæmoniorum doctrinam cuius sigillum erant miracula, & qua præcipuè destruebatur Satanæ regnum, id est tyrannis quam in homines exercet. Nam alioqui non ex quauis eiectione dæmoniorum ex hominum corporibus potest adstrui quod hic colligit Christus, quum ex pacto facilè possit pati Satan se ex corporibus eiici, vt in animis eo facilius regnet, falsa sic stabilita religione ex efficacia erroris iusto Dei iudicio, vt de pseudoprophetis admonetur populus Deuter.13.1, & infrà 23.24. Itaque συνέχον huius argumenti est in his verbis, *Aut facite arborem bonam*, &c. infrà 33.

27 *Filij vestri*, οἱ υἱοὶ ὑμῶν. Heb, id est vestri, siue vestrates. De discipulis autem suis Christus hoc intelligit, quos reuersos & edita à se miracula narrantes turba audierat, potius quàm de exorcistis Iudæis, quorum fit mentio Actorum 19.13. vt sit firmum argumentum. Nam potius cum istis collusit Satan quàm seriò ab ipsis eiiceretur, & quod illo Actorum loco refertur, versutè fecit Satan, sicutetiam quoties Christo gloriam tribuit: idcirco ab eo tacere iussus. ¶*Eyciunt?* ἐκβάλλουσι; In duobus exemplaribus scriptum erat ἐκβαλοῦσι, eycient? ¶*Ipsi erunt vestri iudices*, αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταί. Erasmus, *Ipsi iudicabunt de vobis*. id est, αὐτοὶ κρινοῦσιν ὑμᾶς. Familiaris autem est hæc loquendi formula sacris scriptoribus, qua dicitur aliquis eum iudicare cuius vitia suæ virtutis exemplo etiam tacens coarguit: quo modo accipiendum est quod paulo pòst de Niniuitis & regina Austri commemoratur.

28 *Sin autem*, εἰ δέ. Ita loquuntur Latini quum alterum Si præcessit, & hoc dicendi genus melius respondet Grẹcis quàm illud Quòd si, quo vtitur Erasmus. ¶*Nempe*, ἄρα. Vulgata, *Igitur*. Erasmus, *Ergo*. id est οὖν. ¶*Anteuertens venit*, ἔφθασεν, vel *Occupauit venire*, vt loqui solet Liuius, quę propria est huius verbi notatio hoc in loco obseruanda. Vulgata & Erasmus *Peruenit*, non expressa sententia, ad quam refertur quod dicit Dominus Esa.63.1.

29 *Nam*, ἢ. Vulgata, *Aut*: quod non conuenit huic loco. Erasmus, *Alioqui*. Particulam autem ἢ interdum poni αἰτιολογικῶς Budæus prolatis exemplis ostendit. ¶*Validi [alicuius,]* τοῦ ἰσχυροῦ. id est δυνατοῦ. siue ad copias & facultates, siue ad strenuum animum vel ad corporis robur referas, qui Hebraicę גבור [*ghibbor*] dicitur. quamquam hîc videtur potius significari qui Hebraicè à formidabili & aliis noxia potentia vocatur עריץ [*harits*] & alludit omnino Christus ad locum Esa. 49.24. Vulgata, *Fortis*: de quo diximus suprà, 3.11. Cæterùm articulus significationem habet quam Grammatici vocant ἀόριστον, id est indefinitam. Itaque adieci particulam *alicuius*. ¶*Vasa*, σκεύη. id est res & supellectilem omnem, siue instrumentum: quo modo vasorum vocabulum à Latinis accipi constat. Τεύχεα etiam dixit Euripides in Andromacha, & Vasa Latini, vt Hebręi כלי [*Keli.*]

Ὁ μὴ ὢν μετ᾽ ἐμοῦ, κατ᾽ ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ᾽ ἐμοῦ, σκορπίζει.

30 Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non congregat mecum, spargit.

30 *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.*

De blasphemia in Sp. sanctum. Marc.3.28. Luc.12.10. 1.Ioan.5.16.

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις.

31 ‖Propterea dico vobis, quoduis peccatū & blasphemia remittetur hominibus: blasphemia verò in Spiritum non remittetur hominibus.

31 *Ideo dico vobis, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: Spiritus autem blasphemia non remittetur.*

Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.

32 Et quisquis loquutus fuerit aduersus Filiū hominis, remittetur ei: quisquis autē fuerit loquutus aduersus Spiritum sanctū, nō remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.

32 *Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.*

Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρόν. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται.

33 Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem putrem, & fructum eius putrem. nam è fructu arbor cognoscitur.

33 *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. siquidem ex fructu arbor agnoscitur.*

Hypocritę tandē seipsos suo testimonio produnt. Luc.6.45.

Γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν πονηροὶ ὄντες; ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ.

34 Progenies viperarum, quomodo possitis bona loqui, quū sitis improbi? ‖nam ex exduntantia cordis os loquitur.

34 *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.*

Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.

35 Bonus homo è bono thesauro cordis profert bona: & malus homo ex malo thesauro profert mala.

35 *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala.*

30 *Mecum*, μετ᾽ ἐμοῦ. id est à meis partibus, sed ita vt ex meo prę̣scripto agat quod agit. nam sese huius partis ducē constituit. significat autem nullum inter se & Satanam, siue inter veram & falsam religionem, dari posse medium, qua de re populum etiam admonuit Elias 1.Reg.18.21. Quid fiet igitur iis qui, religionis controuersias scilicet composituri, viam inuenire se posse sperant qua concilietur carnis prudentia cum Spiritus sapientia?

31 *Blasphemia*, βλασφημία. Erasmus, *Conuitium*. Quidam *Maledictum*. Vocabulum Græcum quid valeat, & cur seruare illud maluerimus, antè diximus 9.3. ¶*In Spiritum*, τοῦ Πνεύματος. Vide suprà, 10.1. Quod sit autem peccatum in Spiritum sanctum, exposui 1 Ioan.5.16.

32 *Loquutus fuerit*, εἴπῃ λόγον. Vide suprà, 8.8. ¶*In hoc*, ἐν τούτῳ. In decem vetustis exemplaribus legitur ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, id est in præsenti seculo. ¶*Neque in futuro*, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. id est, neque in vita, neque post mortem. Notum enim est cuiuis Christiano, duplicis seculi mentionem fieri in sacris literis: quorum vnum ab eo die incipit quo nascimur, & huius vitæ spatio terminatur: alterum verò propriè ab eo die quo morimur initium capit, éstque infinitū. Cæterùm quia peccatorum remissio, quam quispiam in ipso mortis articulo consequitur, propriè respicit futurum seculum, ideo (opinor) dicit Christus fore vt blasphemia in Spiritum sanctum neque in hac vita constitutis, neque etiam morientibus (id est nunquam) remittatur: quum alioquin multa peccata in hac vita remittantur, (vt 2.Samuelis 12.13.) & rursus multorum absolutio in extremum vitæ momentum differatur. Præterea quamuis nulla peccata post mortem propriè remittantur, sed vel in vita, vel in ipsa morte: tamen quia huius remissionis plenum fructum nō percipient fideles nisi ab extremo illo die iudicii futuri, videtur quodammodo ipsa peccatorum remissio in illum diē differri, ac vicissim declaratio eorum quę non fuerint remissa. Neque nouum est hoc loquendi genus, quum ferè semper soleat Spiritus sanctus, quoties agitur vel de salute nostra, vel de exitio diaboli & reproborum, nos in extremum illum diem perinde reiicere acsi interim neque Dei gloria fruerentur electorum animæ, neque cruciatum illum sentirent reprobi. Hoc tamen vtrunque quum falsum sit, apparet & remissionem & condemnationem in futurū seculum non simpliciter reiici, sed κατά τι, quatenus videlicet Dominus eo demum die penitus sua iudicia reuelabit & exequetur. Sic ergo loquitur Paulus Rom.2.5, & 1.Cor.1.8, & 5.5, & 2.Cor.5.10, & 2.Tim. 4.8. & alibi. Sic etiam Petrus 1.Epist.1.5. Itaque futurū seculum, siue à die mortis singulorū, siue à die iudicii supremi, siue ab vtroque, diuersâ tamē ratione inchoatur. Sed & aliter & quidē simplicius hunc nodū expedire facile est. Notum enim est ex Hebræis vsitatissima μείωσιν huiusmodi negationes in contraria maximè affirmare. Itaque *Non remittetur*, idē fuerit atque Certò & absque vlla venia punietur, tū in pręsenti vita, tum in futura: quod in his ipsis impletum est quos hîc alloquitur Christus. Itaque modis omnibus ineptissimi sunt qui ex hoc loco suum illū Purgatoriū ignem, & preces pro defunctis extruere sunt conati. Hoc autem vt magis norint veteribus quoque sanioris iudicii patribus non placuisse, audiant quid in hunc locum scripserit Fulgentius ante annos mille & centum, & quidem hoc argumentū tractans ex professo in lib. de peccatorum remissione, lib.1.c.24. *Hoc*, inquit, *verbo Dominus & Saluator noster non aliqua peccata in futuro seculo dimittenda quæ in hoc seculo dimissa non fuerint, sed bene intelligentibus ostendit nō alia sed illa tantū in futuro seculo dimittēda, quæ in hoc seculo in vna & vera Ecclesiâ Catholica fuerint vnicuique dimissa.* Hæc ille, dimittenda docens iā dimissa, quòd tunc peccator verū & plenū remissionis peccatorū fructū, vltimo illo die videlicet, cōsequetur. Denique quoquo modo istud accipiatur, cuius est impudentiæ locum istum ad Purgatorii flammas illas detorquere: quum illic non dicantur peccata remitti, siue condonari, sed ad extremum vsque quadrantem pœnæ persolui?

33 *Facite*, ποιήσατε. id est, ponite vel statuite, in vestris videlicet de me sermonibus. Argumentatur enim Iesus (vt mihi quidem videtur) ab effectu ad causam. Quum enim ipsius opus, Dęmoniorum videlicet eiectionem, reprehendere non possent, ipsum tamen vt magum accusabant: At enim, inquit Christus, quale est opus talis est eius auctor. Aut igitur fatemini bonum eum esse à quo bonum opus editur, aut vtrunque malū esse ostendite. Simul autē Christus eorum hypocrisin coarguit.

34 *Possitis*, δύνασθε. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Potestis*. Sed res ipsa apertè ostendit indicatiuum pro optatiuo positum esse. Sic Aristoteles, οὐδὲν πώποτε ζῶον ἐγένετο, ὃ τὸ μὲν εἶδος ἔχει ἑτέρου ζῴου, τὴν δὲ διάνοιαν ἄλλην. pro, ὃ εἶναι ἔχοι. Gregorius de Baptismate, οὐδὲν τῷ Θεῷ μέγα ὃ μὴ καὶ τιμῶν δίδωσι. pro δοίη ἄν. quæ exempla obseruauit Budæus ille Gręcæ linguæ doctissimus. ¶*Ex exdundantia*, ἐκ περισσεύματος. Vulg. & Erasmus, *Ex abundantia*, nō satis expressè. est enim hoc non generaliter accipiendum, quum neque semper intus sit multum eius rei de qua sermonē aliquis habeat, neque semper animus & os consentiant: sed est peculiariter à Christo in suorum obloquutorum desperatam improbi-

tatem dictum, perinde acsi scriptum esset, Ex eo quod in corde vestro redundat, os vestrum istam blasphemiam euomit. Huc etiam spectat Thesauri nomen in proximè sequente versiculo, vbi generaliter dicitur homines id quod maximè ipsis intus allubescit, libenter velut ex cordis penu reconditum depromere.

36 Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

37 Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ.

38 Τότε ἀπεκρίθησάν τινες τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, λέγοντες, Διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν.

39 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.

40 Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.

41 Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ. καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.

36 Sed dico vobis, quodcunque verbum otiosum loquuti fuerint homines, de eo reddituros rationem in die iudicii.

37 Ex sermonibus enim tuis iustificaberis, & ex sermonibus tuis condemnaberis.

38 Tunc responderunt quidam è Scribis ac Pharisæis, dicentes, Magister, ‖ velimus ex te signũ videre.

39 Ipse verò respondens dixit eis, Gens improba & adulterina signum requirit, sed signum non dabitur ei nisi signũ illud Ionæ Prophetæ.

40 ‖Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ceti tres dies & tres noctes, ita erit Filius hominis in corde terræ tres dies & tres noctes.

41 Nineuitæ resurgent in iudicio cũ gente ista, & condemnabunt eã: ‖ quòd ipsi resipuerint ad præconiũ Ionæ: & ecce, plus quàm Ionas *est* in hoc loco.

36 *Dico autem vobis quoniam omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicii.*

37 *Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.*

38 *Tunc responderunt ei quidã de Scribis & Pharisæis, dicẽtes, Magister, volumus à te signum videre.*

39 *Qui respondẽs ait illis, Generatio mala & adultera signũ quærit, & signũ non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.*

40 *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.*

41 *Viri Niniuitæ surgẽt in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Ionas hic.*

Aduersus præposteros miraculorum flagitatores. *Infrà 16.1. Luc.12.54. 1.Cor.1.22.*

Ionæ 2.1.

Docet Christus tristi Iudæorum exemplo, nullos esse infeliciores quàm qui accensam in se Euangelii lucem extinguunt. *Ionæ 3.5.*

36 *Otiosum*, ἀργόν. In quodam exemplari pro ἀργὸν scriptum erat πονηρὸν, id est malum. Rursus in alio neutrũ scriptum erat, sed receptam lectionem maximè probo. Argumentatur enim Christus à comparatis, comparans peccatorum maxima cum minimis: quę tamen tam parua esse non possint quin reddenda sit eorum ratio, nisi Christi satisfactionem amplectamur. Otiosos autem sermones Tertullianus de patiẽtia rectè vocat vana & superuacua dicta: huiusmodi est etiam εὐτραπελία quam damnat Apostolus Eph.5.4.

37 *Iustificaberis*, δικαιωθήσῃ, id est Absoluẽris. Opponitur enim τῷ καταδικάζεσθαι. Itaque inepti sunt qui ex hoc loco & similibus conantur operum iustitiam (id est qualitatem, qua in nobis coram Deo iusti sumus) stabilire: quum iustificari hoc loco non significet iustum fieri, sed iustum declarari. Diuersum autem est illud ex quo iusti simus, ab ipsius iustitiæ testimonio: & Paulus præsertim ex tota Scriptura testatur nos, quum in nobis iusti non simus, in Christo tamen (qui est iustitia nostra) per fidem apprehenso, iustificari, id est pro iustis censeri, ac proinde absolui. Sed hęc fides ex ipsius fructibus (id est ex operibus) censetur, nempe vt vera distinguatur à falsa & adulterina, vt docet Iacobus. Christus autem sermonis facit mentionem, non vt cætera hominis opera excludat, sed ad id de quo agebatur orationem dirigens. Et certè loquutio quum sit cogitationum index & character, vna est ex pręcipuis hominis actionibus, & quidem maximi inter cæteras momenti, vt docetur copiosè Iac.3. ¶ *Et ex*, καὶ ἐκ. In vno exemplari scriptum erat ἢ ἐκ, *vel ex*: fortassis rectius. Quanquam in hoc dicendi genere καὶ pro ἢ interdum accipitur. Aristoteles, ἡ ἀρετὴ μετὰ λύπης ἢ ἡδονῆς. Et contrà ἢ pro καὶ, vt Rom.4.13.

38 *Responderunt*, ἀπεκρίθησαν. Erasm. *Interrogarunt*. id est ἐπηρώτησαν. ¶ *Velimus*, θέλομεν. Vulgata & Eras. *Volumus*. quod nimium imperiosè dictum videtur.

39 *Gens*, γενεά. Vulgata & Erasmus, *Generatio*. Ego illud malui vsurpare quod planum est, & vocabulum Græcum optimè exprimit, hoc quidem loco: nam γενεὰ etiam alia interdum declarat, vt alibi obseruauimus. Erasmus nationem interpretatus est infrà, Luc.11.29. ¶ *Improba*, πονηρά. Erasmus, *Praua*. Ego verò malui semper interpretari eodem modo: quanuis fortassis rectius verterimus sceleratam. ¶ *Adulterina*, μοιχαλίς. Vulgata, *Adultera*. Alludit ad locum Esaiæ 57.3. Vsitatum enim est Scripturæ, adulteros vocare omnes eos qui à vero Dei cultu deficiunt, inter quos pręcipuè numerandi sunt hypocritæ. Mihi videntur tamen hîc potius Iudęi vocari spurii & degeneres, quos Hebræi vocant בני נכר [*bene nakar*] & Græci generali nomine ἀλλοτρίους. sicut Psal.144. בני נכר [*Bene nekar*] id est filii extraneę dicuntur; quò spectant etiam Christi verba, Ioan. 8.39. & 44. Sed adulterii nomen optimè conuenit, quoniam ratio habenda est promissionis Abrahamo factæ, & eius soboli, videlicet non adulterinę, sed legitimę, quam describit specifica sua differentia Paulus Gal. 3.9. ¶ *Requirit*, ἐπιζητεῖ. Vulgata & Erasmus, *Quærit*. Sed aliqua est emphasis prępositionis ἐπὶ, adeò vt etiam pro desiderare, & summo studio aliquid efflagitare ἐπιζητεῖν à Gręcis, & requirere à Latinis vsurpetur. ¶ *Sed signum*, καὶ σημεῖον. Iterum καὶ pro ἀλλὰ, vt suprà, 11.19, & Act.10.28.

40 *Tres dies*, τρεῖς ἡμέρας. Vulg. & Eras. *Tribus diebus*. Sed miror cur constructionem mutarint, quum pręsertim Grammatici omnes testentur tempus continuum (cuius hîc est magna emphasis) quarto casu declarari. ¶ *In corde*, ἐν τῇ καρδίᾳ. Hebraicè בלב [*beleb*] id est Intra. Nam apud Hebręos cor pro medio accipitur, & ad res etiam inanimas transfertur, vt Exodi 15.8. quod in vernaculo sermone imitamur, vt quum dicimus, *Le cœur du bois, le cœur de la pomme.* Sed & medium pro intimo vsurpatur omnibus linguis. Cor autem terrę vocat sepulchrum, quoniam qui sepulti sunt, velut in terræ visceribus sunt absorpti. neque appositè Hieronymus in Ionam, locum putauit hîc significari inferorũ. Docet itaque Christus resurrectionem suã fore istis perfidis & impiis omnium signorum vice, idque in eorum perniciem. Quod autem ad trinoctij supputationem attinet, coniungenda est nox cum die, cuius est appendix, sicut ostendemus infrà 26.17. Vide Ioan.2.19.

41 *Nineuitæ*, ἄνδρες Νινευῖται. illud ἄνδρες addere ferè solent Gręci, Latini prætermittunt. Hebræi quoque addunt, sed primitiuis, non deriuatiuis. dicunt enim Viri Nineuę, sicut Viri Ierusalem. Hoc autem annotaui, quia nonnullos video parum appositè, arrepta occasione ex hac particula, quibusdam locis de humanæ vitæ conditione disserere. Cęterùm illud παρέργως libet obseruare, literam υ, quæ respondet propriè literę Latinæ v consonanti, non autẽ υ diphthongo, in his vocibus Hebræis Νινευῖται, Εὖα, Λευί, Δαυίδ, Εὐαῖος, & cæteris, si quæ eiusmodi in his libris & Gręca veteris testamenti editione occurrunt, non cohęrere cum ε, vt efficiat diphthongum ευ, sed respondere

literæ consonanti ו, Hebræorũ, quæ est digamma Æolibus solis inter Græcos notum, ideóque cũ sequente vocali connectendum, quod quum exprimere ac proinde ne scribere quidem possent cęteri Gręci, coacti sunt eius loco in peregrinis vocibus substituere & pronunciare modò per υ, vt in his Hebręis, modò per ου in Romanis vocibus, vt in Οὐαλέριος & similibus, quem sonum imperitia tandem inuexit in literam β Græcorum. Et hanc quidem causam vel præcipuam [illegible] arbitror, non illam merè Iudaicam & superstitiosam, cur nomen illud tetragrammaton Iudęi converterint Κύριος, quòd illud videlicet Græcè nec scribi nec enuntiari possit. ¶ *Resurgent*, ἀναστήσονται. Vel Surgent, vt pro simplici accipiatur, atque referatur ad iudiciorum consuetudinem: solent enim assurgere qui in publicis cœtibus aliquid sunt dicturi: quò respexit Christus. Malo tamen ad ipsam resurrectionẽ hoc referre, perinde acsi scriptum esset, resurgentes cum hac natione. nam certum est hîc agi de extremo iudicio, neque vtitur Christus præpositione κατὰ, sed μετὰ, pro qua Syrus interpres habet עם [*him.*] ¶ *Et condemnabunt*, καὶ κατακρινοῦσι, suo videlicet exemplo, vt suprà 27. Vide Rom.2.27.

42 Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτήν· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Σολομῶντος ὧδε.

43 Ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει.

44 Τότε λέγει, Ἐπιστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον. Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον.

45 Τότε πορεύεται, καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ.

46 Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς ὄχλοις, ἰδοὺ, ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι.

42 ‖Regina Austri surget in iudicio cum gente ista, & condemnabit eam: quòd venerit ab vltimis terris vt audiret sapientiã Solomonis: & ecce, plus quã Solomon *est* in hoc loco.

43 Cæterùm quum impurus spiritus exierit a quopiã, transit per arida loca, quærens requiem, & non inuenit.

44 Tunc dicit, Reuertar domum meam, vnde exiui. Et quũ venit, inuenit *eam* vacantem, versam & ornatam.

45 Tunc abit & accipit secum septẽ alios spiritus improbiores quàm ipse *sit*: & ingressi habitant illic, ‖itáque vltima conditio hominis illius deterior priore. ita etiam erit genti isti improbæ.

46 ‖Quum autem adhuc loqueretur turbæ, ecce, mater & fratres eius adstiterunt foris, quærentes eius colloquium.

42 *Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce, plus quàm Salomon hic.*

43 *Quum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit.*

44 *Tunc dicit, Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, scopis mundatam & ornatam.*

45 *Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & intrantes, habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. sic erit & generationi huic pessimæ.*

46 *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce, mater eius & fratres stabant foris quærentes loqui ei.*

1.Reg.10.1. 2.Par.9.1.

Heb.6.4. & 10.26. 2.Pet.2.20.

Marc.3.31. Luc.8.19. Docet Christus suo exemplo omnibus [illegible] gloriæ D[ei] postponenda.

42 *Austri*, νότου. id est meridiei Ea verò 1. Reg.10. Regina Sabę vocatur, quam nonnulli volunt fuisse Meroës insulæ metropolin, ex Iosephi authoritate, qui hanc reginam ipsi quoque Ægypto præfuisse tradit. At ego Iosepho non possum in eo assentiri, quum nihil impediat quominus hęc potius accipiamus de Sabæorum regione, apud omnes authores celebri: cuius etiam situm (si diligenter metiamur) comperiemus esse aut eiusdem, aut certè non multũm diuersæ à Iudæa longitudinis: hoc est, sub eodem ferè meridiano ac Iudæam. (ęquales enim locorum longitudines definiunt Geographi, quum loca ipsa sub vno & eodem meridiano sita sunt) adeò vt Sabæorum regionis situs, habita ratione Iudæę, sit prorsus meridionalis. ¶ *Ab vltimis terræ*, ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς. Vulg. & Erasmus, *Finibus*, id est ὅρων. Indicant autem etiam ista hanc reginã è Sabæa potius quàm Meroë aduenisse. Sita enim est Sabęa & Saba eius metropolis in extremo Arabiæ felicis littore, non procul ab ipsis sinus Arabici faucibus.

43 *Cæterùm quum impurus*, ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον. Docet Christus eorum quos alloquebatur exemplo, homines qui Euangelii lucem ipsis illucescentẽ destinata præsertim malignitate suffocarint, deteriores eousque euadere, vt (sicut alibi dicitur) multò pręstiterit ipsos nunquam quidquam de salutis doctrina degustasse. Hoc autem significat Christus sumpto ab iis exemplo quos à Dæmonis reipsa corpore obsessos liberabat, vt postulabat sermo ab iis cœptus in quos horrendam hanc sententiam stringit, qui quum à Satana captiui non corpore sed animo tenerentur, (de quibus Paulus 2.Tim.2.26.) cognoscere, vel inuiti, coacti fuerant oblatam sibi per Christum libertatem, & quamuis nõ affectu, intelligentia tamen & agnitione Christi fuerant illustrati, de quibus Christus Ioan. 7.28. Itaque hoc Christi dictum nihil ad eos pertinet qui vera πληροφορίᾳ sunt donati, vtpote quæ sit ἀμεταμέλητον donum, quum solis electis, nunquam certè perituris, donetur. Et tamen necessaria est hæc doctrina imprimis, tum aduersus offendicula, quum ex nobis exeunt qui ex nobis esse quidem videbantur, sed non erant: tum vt sicut firma est electio, cuius inuictum testimonium est vera fides, sic ea media summo studio retineamus quibus fides retinetur. ¶ *Per arida loca*, δι' ἀνύδρων τόπων. Neque allegoriis neque curiosis speculationibus indulgendũ hîc puto: & mirandũ nõ est, increpatos à Domino & extra hominum cœtum quoties ei libuit ablegatos, in solitudine [illegible] redeundi occasiones quærere irrequietos. Quinetiam incultis & squalidis locis mirum est, & tamen experientia ipsa confirmatum, sagas & veneficas plerunque inueniri. Denique quantum illic valeant Satanicę præstigię docent mala per Eremitas & Monachos iampridem in Ecclesiam inuecta.

44 *Versam*, σεσαρωμένον. à Verrendo, non à Vertendo: quo participio idonei authores vtuntur. Vulgata, *Scopis mundatam*. Erasmus, *Scopis purgatam*. His autem verbis, quę quum ad homines ipsos referantur, necesse est allegoricè exponere, securitatem & otium videtur designare: quorum illa Satanæ aditum patefacit, illud autem eum etiam ad se vltrò allicit.

45 *Improbiores*, πονηρότερα. Ita vertimus, ne à nobis dissidere videamur. Alioqui enim suprà admonuimus, πονηρὸν amplius aliquid significare quàm κακόν: vt mihi minimè displiceat Erasmi versio, qui interpretatur Sceleratiores. Vulgata, *Nequiores*: quòd propriè libidinosiores declarat. ¶ *Ingressi*, εἰσελθόντα. Erasmus, *Ingressus*, εἰσελθών: quod testatur se legisse in quodam exemplari. ¶ *Vltima conditio*, τὰ ἔσχατα. Vulgata, *Nouissima hominis illius*. Erasmus, *Postrema illius hominis*. Mihi verò visum est hoc dicendi genus perobscurum.

47 Εἶπε δέ τις αὐτῷ, Ἰδού, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι, ζητοῦντές σοι λαλῆσαι.

48 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτῷ, Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου;

49 Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου.

Nulli nobis cōiunctiores quā qui sunt domestici fidei.

50 Ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφός, καὶ ἀδελφή, καὶ μήτηρ ἐστί.

Κεφάλαιον ιγ.

Christus proposito satoris ænigmate, declarat semen vitæ impari successu in mundo seri, quòd videlicet plerique vel non admittant vel adolescere non sinant. Marc. 4.1. Luc. 8.4.

1 ἘΝ δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν.

2 Καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοί, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει.

3 Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, λέγων, Ἰδού, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν.

4 Καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτόν, ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν· καὶ ἦλθε τὰ πετεινά, καὶ κατέφαγεν αὐτά.

5 Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν, καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς·

6 Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη.

7 Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά.

8 Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλήν, καὶ ἐδίδου καρπόν, ὃ μὲν ἑκατόν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα.

47 Dixit autem ei quidam, Ecce, Mater tua & fratres tui foris adstant, quærentes tuum colloquium.

48 Ipse verò respondens dixit illi qui *hoc* ei dixerat, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?

49 Et protensa manu sua in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei.

50 Quisquis enim fecerit quod vult Pater *ille* meus qui est in cælis, is est meus frater, & soror & mater.

CAP. XIII.

1 ILlo verò die egressus Iesus domo, sedit apud mare.

2 Et congregata est ad eum turba multa, adeò vt nauigium ingressus sederet. tota autem turba in littore adstabat.

3 Et loquutus est eis multa per parabolas, dicens, Ecce, *quidam* sator exiit ad serendum.

4 Et quum is seminaret, alia quidem ceciderunt secundum viā: & venerunt volucres, & exederunt ea.

5 Alia verò ceciderūt in petrosa; vbi non habebant terram multam: & statim exorta sunt, propterea quòd non habebant profundam terram:

6 Sole autē exorto ardore tacta sunt, & propterea quòd non habebant radicem, exaruerunt.

7 Alia verò ceciderunt in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocarunt ea.

8 Alia verò ceciderunt in terram bonā: & ediderunt fructū, aliud quidē centena, aliud verò sexagena, aliud verò tricena.

47 Dixit autem ei quidam, Ecce, mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te alloqui.

48 At ipse respondens dicenti sibi ait, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?

49 Et extendens manum in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei.

50 Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est.

CAP. XIII.

1 IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare.

2 Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens sederet. & omnis turba stabat in littore.

3 Et loquutus est eis multa in parabolis, dicens, Ecce, exiit qui seminat seminare.

4 Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viā: & venerunt volucres cæli, & comederunt ea.

5 Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam, & continuò exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ.

6 Sole autem orto æstuauerunt, & quia non habebant radicem, aruerunt.

7 Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea.

8 Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum.

47 *Tuum colloquium*, σοὶ λαλῆσαι. Vulg. & Eras. ad verbum *Tibi loqui*. In vno exemplari legimus σε ἰδεῖν, videre te. Fratres autem appellantur eius cognati, de quibus infrà 13.55.

48 *Et qui*, καὶ τίνες. Eras. *Aut qui*. id est, ἢ τίνες.

50 *Meus frater*, ἀδελφός μου. id est mihi commune genus.

IN CAPVT XIII.

2 *In littore adstabat*, ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν. loco videlicet superiore.

3 *Per parabolas*, ἐν παραβολαῖς. i. per comparationes & similitudines. Vocabulū autem Græcū seruaui, ipsi etiā vulgo satis iam familiare. ¶[*Quidam*] *Sator*, ὁ σπείρων. Vulg. *Qui seminat*. Ad verbū, *Seminans*. Sciendum est autē articulum hoc loco, (cui respondet apud Hebręos litera ה [*he*] præfixa verbis & participiis) esse ἀόριστον, id est indefinitum: quasi dixisset σπείρων τις. id est, quidam qui sementem faciebat.

4 *Quum is seminaret*, ἐν τῷ σπείρειν. Ad verbum, *In seminando*. Terentius, *In agendo partem ostendent*. Vulgata, *Dum seminat*. Erasm. *Quum seminaret*.

5 *In petrosa*, ἐπὶ τὰ πετρώδη. Erasmus, *In loca saxosa*. Illud propius abest à Græco, & frequenter etiam apud Pliniū occurrit.

6 *Ardore tacta sunt*, ἐκαυματίσθη. Erasmus, *Exusta sunt*. Vulg. *Æstuarunt*. quod de stirpibus & huiusmodi rebus nó memini legere vsurpatum. Adde quòd τὸ καῦμα ardorē declarat, à quo deducitur καυματίζεσθαι, id est ardore exhauriri, & torreri. Vertimus autē *Ardore tacta sunt*, potius quàm Æstuarunt: quòd Æstus propriè de alio caloris genere, humente videlicet eóque suffocante aut præfocante dicatur, hoc est, de eo quī vdo cælo sudorem nimium exprimendo, nostra corpora penitus resoluit. Vernacula lingua dicimus *Vne chaleur soubs nue & estouffée*. ¶*Et propterea quòd non*, καὶ διὰ τὸ μή. Sic etiam Erasmus superiore versiculo.

7 *Alia verò*, ἄλλα δέ. Eras. *Alia rursus*. id est, ἄλλα πάλιν. ¶*Assurrexerunt*, ἀνέβησαν. i. excreuerunt. Plin. (quem sequor) hac significatione vti solet Assurgendi vocabulo.

8 *Centena*, ἑκατόν. sub. grana. Vulgata, *Centesimum*. id est, ἑκατοστόν. Erasmus, *Centuplum*. id est ἑκατονταπλασίονα, vt loquitur Theophrastus. Ad verbum, *Centum*, vt post ἄλλα subaudiatur σπέρματα, & post ὃ μέν subintelligatur κόκκος, propter mutatū genus in Grecis.

Ο' ἔχων

9 Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

10 Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπον αὐτῷ, Διατί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς;

11 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται.

12 Ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται· ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

13 Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ συνιοῦσιν.

14 Καὶ ἀναπληροῦται ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἡσαΐου ἡ λέγουσα, Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.

15 Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνιῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

9 Qui habet aures ad audiendum, audiat.

10 Tunc accedentes discipuli, dixerunt ei, Quare per parabolas loqueris eis?

11 Ipse verò respondens dixit eis, Quia vobis datū est nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum.

12 Quisquis enim habet, dabitur ei, & amplius habebit: quisquis autem non habet, etiam quod habet, tolletur ab eo.

13 Propterea per parabolas loquor eis, quia cōspicientes nō vident, & audientes non audiunt, nec intelligunt.

14 Itaque completur in ipsis prophetia Esaiæ, quæ dicit, Auditu audietis, & non intelligetis: & conspicientes conspicietis, & non videbitis.

15 Crassum factum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculis suis conniuerūt: nequando cernant oculis, & auribus audiant, & corde intelligāt, & se cōuertant, & sanem eos.

9 Qui habet aures audiendi, audiat.

10 Et accedētes discipuli dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis?

11 Qui respondens ait illis, Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem nō est datum.

Intelligentia & fidei donum est proprium electorū, reliquis iusto Dei iudicio excæcatis.

12 Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

Infrà 25.29.

13 Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.

14 Et adimpletur in eis prophetia Esaiæ, dicens, Auditu audietis, & nō intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis.

Esa. 6.9. Marc. 4.12. Luc. 8.12. Ioan. 12.40. Act. 28.26. Rom. 11.8.

15 Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt: & oculos suos clauserunt, nequando videāt oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.

10 *Per parabolas*, ἐν παραβολαῖς. Intelligit quæ vocant Hebręi משלי [*Misle*] qua voce non tantùm significatur Comparatio siue similitudo, quibus sępè non obscuratur, sed illustratur sententia, sed figuratum dicendi genus, indigens interpretatione, quàmuis sæpe à rebus peruulgatis sint petitæ, cuiusmodi sunt pręsertim Allegorię.

11 *Quia*, ὅτι. Erasmus omisit hanc particulam tanquam redundantem, vt sæpe alias πλεονάζει. Mihi autem videtur causę vim habere hoc loco, & cum superiore interrogatione cohęrere. ¶*Mysteria*, μυστήρια. Hic quoque vocabulum Gręcum seruaui, quo frequenter Cicero etiam ipse vtitur, quo videlicet arcana, non quæuis, sed sacra, & prophanis hominibus minimè committenda significantur: quamobrem etiam Gręcis ita sunt vocati sacri symbolici, & figurati Christianorum ritus, quos Latini sacramenta, à solenni, vt arbitror, iureiurando vocarunt. Mysteria verò dici meminerimus, non quæ in Ecęlesia sua Deus quibusuis patêre velit, sed quæ soli Ecclesiæ suæ patefacit Filius, cæteros iusto suo iudicio deserens in tenebris: & præsertim hoc iudicium (vt ex hoc loco apparet) in eos ferens qui Dei beneficium sunt pertinaciter aspernati. ¶*Illis autem non est datum*, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. In duobus exemplaribus scriptum erat, ἐκείνοις δὲ ἐν παραβολαῖς, illis verò per parabolas, quod est in Luca.

12 *Quisquis enim habet*, ὅστις γὰρ ἔχει. Id est qui non contempsit Dei gratiam, sed iam aliquantulum saltem in ea profecit. Huic opponitur qui non habet, nisi in speciem videlicet: cuiusmodi erant Iudæi plerique, quamuis sibi solis res diuinas esse patefactas gloriarentur: idcirco digni quibus etiā illa lux qualiscunque eriperetur, quā in genere cęteris gētibus præstabant. ¶*Amplius habebit*, περισσευθήσεται. Erasmus, *Reddetur abundantior*, vt ostenderet non significari abundantiā, sed incrementū. Sed qui non abundauit, quomodo dicetur abundātior factus? ¶*Quod habet*, ὃ ἔχει. i. quod se putat habere, Luc. 8. ver. 18. Euanida sunt enim Dei dona in reprobis, de quibus nihilominus superbiūt. Vide infr. 25.29.

13 *Quia*, ὅτι. In sexto exēplari scriptum erat, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ ἀκούωσι, μηδὲ συνιῶσι. Καὶ τότε πληρωθήσεται αὐτοῖς. Id est, Vt conspicientes (nam hic accipitur βλέπειν pro ὁρᾶν) non videant, & audientes non audiant, neque intelligant. Tūnc igitur implebitur in eis. Ego ręceptam lectionem sequor, de qua vide Marc. 4.12.

14 *Auditu*, ἀκοῇ. Sic rectius conuertit Vetus interpres quàm Erasmus, qui auribus interpretatur, quasi scriptum sit ἀκοαῖς: & apud Esaiam non באזנים [*oZenim*,] sed שמוע [*schamoah*.] Est autem hæc Hebraica phrasis, audiendo audire, & videndo videre, omnibus (vt existimo) satis nota. ¶*Audietis*, ἀκούσετε. In duobus exemplaribus scriptum erat, ἀκούσητε καὶ βλέψητε. id est, audiatis & videatis: quod melius quadrat cum Hebræis. Quanquam hæc etiam futura indicatiui possumus per imperandi modum vertere hoc modo: Auditu audite & ne intelligite: & videntes videte, & ne cernite. Est enim familiarissima Hebræis hæc enallage. Quod autem attinet ad οὐ μή, quamuis pleruunque sint hæ particulę negantes (sicut annotat Erasmus, & Budęus quoque in Commentariis linguæ Græcæ) tamen interdum etiam ἀπαγορευτικῶς ponuntur. Euripides, οὐ μὴ ἐρεῖς, Nequaquam dixeris. Aristoph. νεφέλαις, Οὐ μὴ σκώψῃς, μηδὲ ποιήσῃς ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι. id est, Nequaquam irriseris, neque feceris quę fęculenti isti dii solent. Sic etiam commodius [illegible] posse videtur Gal. 5.16. ¶*Non videbitis*, οὐ μὴ ἴδητε. vel Non perspicietis. Vulgata, *Non videbitis*. Erasmus rectè mihi videtur distinxisse τὸ ἰδεῖν à βλέπειν. Nam hoc quidem loco τὸ βλέπειν videtur simpliciter accipi pro eo quod Latini dicunt Videre, quod longè minus est quàm ἰδεῖν, id est perspicere & cernere. Hoc enim est potius animi quàm oculorum: sicut plus est Intelligere quàm Audire. Sed tam commodo & apto vocabulo non potest notari hæc differentia in aurium sensu: Nam συνιέναι, semper est mentis, quū vtcunque illud de oculis propriè dicatur. Fateor tamen hanc differentiam perpetuam non esse. Siquidem etiam duobus versiculis sequentibus ἀκούειν dici videtur non de simplici auditione, sed de eo quod quum audieris, intelligas: contrà τὸ βλέπειν, versiculo 16, pro Cernere: versiculo autem 17, ἰδεῖν & βλέπειν de externa visione dicuntur, sine vllo discrimine. Hęc autē annotaui, partim nequis temere putet quicquam imutatum: partim quòd ista verborū notatione videtur hic locus nonnihil illustrari.

15 *Crassum factum est*, ἐπαχύνθη. Vulg. & Eras. *Incrassatum est*: quod non memini legere apud idoneos authores. Testantur autē physiognomi cor magnū & obesum declarare ingeniū hebes & stolidū. ¶*Grauiter audierunt*, βαρέως ἤκουσαν. Hos vocant Gręci βαρυηκόους, Latini surdastros appellat. Loquitur autē hîc de animi surditate affectata, de quibus Galli prouerbialiter dicūt, Nullos peius audire quā qui audire nolunt. Sic dicūtur cōniuere nō natura cæci, sed qui se videre dissimulant, quod vel inuiti vident. ¶*Oculis suis conniuerunt*, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν. Occludendi vocabulū (quo vtuntur Vetus interpres & Eras.) nimiū latè patet, quū καμμύειν pro καταμύειν Græcis propriè de oculis dicatur, sicut apud Latinos Conniuere,

¶ *Si conuertant*, ἐπιστρέψωσι. Iā antè admonuimus שׁוּב [*schub*] (i. conuerti) idē valere quod μετανοεῖν, i. resipiscere. Accipitur autē ἐπιστρέψωσι passione reciproca, vt solent Hebrei sępè accipere cóiugationē Niphal & Hithpahel. vide Act. 3. 26.

Potior est Ecclesię præsentis conditio, quàm Patrum qui fuerunt sub Lege. Luc. 10. 24.

16 Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι· καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούει.

16 Vestri verò beati sunt oculi, quòd videant: & aures vestræ, quòd audiant.

16 *Vestri autem beati oculi, quia vident: & aures vestræ, quia audiunt.*

17 Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

17 ‖Amen enim dico vobis, multi Prophetæ & iusti desiderarunt conspicere quæ conspicitis & non conspexerunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

17 *Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & nō viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.*

18 Ὑμεῖς οὖν ἀκούσατε τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος.

18 Vos igitur audite parabolam eius qui seminat.

18 *Vos ergo audite parabolam seminantis.*

Mar. 4. 15. Luc. 8. 11.

19 Παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον τῆς βασιλείας καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς, καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς.

19 ‖ "Quoties quispiam audit "sermonem de regno illo, " & non attendit, venit "ille Improbus, & "rapit quod satum est in corde ipsius: is est qui secundùm viam "semen excepit.

19 *Omnis qui audit verbum regni & non intelligit, venit Malus, & rapit quod seminatum est in corde eius. hic est qui secus viam seminatus est.*

20 Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν·

20 Qui verò in petrosa semen excepit, is est qui sermonē audit, & eum statim cum gaudio "excipit:

20 *Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, & cōtinuo cum gaudio accipit illud:*

21 Οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρόσκαιρός ἐστι· γενομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθὺς σκανδαλίζεται.

21 Non habet autem radicem in sese, sed "temporarius est: ortáque afflictione "vel persequutione propter sermonē, statim offenditur.

21 *Non habet autem in se radicem, sed est temporalis: facta autem tribulatione & persequutione propter verbum, continuò scandalizatur.*

22 Ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου συμπνίγει τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται.

22 Qui verò in spinas semen excepit, is est qui sermonem audit: "sed solicitudo seculi huius, & "seductio diuitiarum suffocat "sermonem, qui fit "fructus expers.

22 *Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit: & solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur.*

19 *Quoties quispiam audit*, παντὸς ἀκούοντος. Vulgata, *Omnis qui audit*. id est πᾶς ὁ ἀκούων. Erasmus, *Quum quiuis au*[...] Ad verbum, *Omni audiente*. Sed constat huiusmodi casus absolutos in particulam Quum resolui solere. Hoc autem loco particula vniuersalis, addito participio, exprimenda fuit. Itaque pro Quum dixi Quoties: & verbo prępofui particularem Quispiam: quoniam τὸ καθόλου existimo referri ad tempus, orationem autem ipsam, quod ad subiectum attinet, potius indefinitam esse quàm vniuersalem. Neque enim παντὸς ἀκούοντος declarat Omnibus audientibus, sed Quoties aliquis audit. ¶ *Sermonem de regno illo*, τὸν λόγον τῆς βασιλείας. Vulgata, *Verba regni*. Erasmus ad verbum, *Sermonem regni*: quod mihi visum est obscurum. Dicimus enim Latinè Sermonem de re aliqua fieri, non alicuius rei: & rursus, Sermo eius dicitur à quo, non de quo habetur. Itaque haud satis scio quò respexerit ille qui nuper Sermonem regium conuertit. Nam etsi hęc est consuetudo Hebrei sermonis vt genitiuos appellatiuorum pro adiectiuis vsurpent, hoc tamen perpetuum non est, quum sępe appellatiua vim suam conseruent. Deinde prætermittendus non fuit articulus, quo ostenditur de certo regno hîc agi, nempe cęlesti & æterno: quam tamen emphasin non putàuimus vbique obseruandam. ¶ *Non attendit*, μὴ συνιέντος. videlicet animum: id est animo non recondit, neque apud se auditum considerat. Pro quo Syrus interpres habet, לא מסתכל [*la mestacal*] à שכל [*schacal*] Hebræo, quod declarat non tantùm animo percipere siue intelligere, sed etiam animum in aliquam rem circunspectè considerandam intendere, vt Psalmo 41, vers. 2. Itaque verbum intelligendi, etsi respondet verbo Græco συνιέναι in significatione vsitata, tamen huic loco non conuenit. Nec enim hîc agit Christus de hominibus prorsus rudibus & qui nihil eorum quæ audiant intelligant, sed de iis qui audita nihil curent: quibus opponuntur quos mox dicit audita amplecti cum gaudio. Inter hos autem hoc est discrimen, quòd audita illorum aures statim præteruolent, Satana prohibente ne animo infigantur: istis autem paulò pòst effluant quæ animo quidem, sed non satis altè recondiderant: idque ita esse, nec Christum agere de iis qui vel audire penitus recusent, vel audita non percipiat, apparet ex eo quòd istis eripi dicit à Satana quod in ipsis satum fuerat, sed in via ipsa, vbi quum solùm non sit subactum, à terra quidem excipitur, sed terrę sinu recipi non potest. ¶ *Ille improbus*, ὁ πονηρός. Erasmus rectè articulum expressit: & haud scio an in Dominica oratione addendus fuerit. Nos tamen illic noluimus quicquam mutare, ne quis nouitate non necessaria offenderetur. ¶ *Rapit*, ἁρπάζει. In quodam exemplari legitur αἴρει, tollit. ¶ *Semen excepit*, σπαρείς. Ad verbum Satus. Nam homo satus hîc dicitur eadem ratione qua satum agrum vocamus qui semen excepit, vt rectè obseruat Erasmus. ¶ *Qui excipit*, ὁ λαμβάνων. i. δεχόμενος, vt loquitur Marcus 4. 20. At τὸ δέχεσθαι pro λαμβάνειν vix vsquam inuenias.

21 *Temporarius*, πρόσκαιρος. Vulg. *Temporalis*: quod etiam vocabulum pro eo quod nonnisi ad tempus perseuerat, à Quintiliano vsurpatur lib. 6. cap. 20. Illud autē apud vtrumque Plinium frequenter occurrit. Deinde quum vulgò in scholis opponantur temporalia spiritualibus, studui amphiboliam vitare. ¶ *Afflictione*, θλίψεως. Vulg. *Tribulatione*, id est θλίψει, potius quàm θλίψει: metaphora sumpta à tribulis. Affligere verò significat quidem propriè ad terram dare ita vt elidas: quod Gręci dicunt καταβάλλειν καὶ συντρίβειν. Cic. in Pisonem, *Statuam deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant*. τὸ θλίβειν autem est πιέζειν, & tam arctè aliquid stringere vt opprimas; vnde Thlibię Eunuchi. Sed interdum vehementiorem duntaxat pressuram declarat: vnde apud Paulum Rom. 8. 35, & 2. Cor. 4. 8, & 6. 4. θλίψις leuius quiddam est quàm στενοχωρία. Itaque afflictionis nomen quo exprimitur res ipsa, quanuis Græcæ voci θλίβειν non penitus respondeat, tamen vt nostris auribus magis vsitatum & proximè ad Gręcum illud accedens vbique retinui, nisi quum meliùs conuenire visum est comprimendi & compressionis vocabulum. ¶ *Vel*, ἤ. In quinto exemplari scriptum erat καὶ, &c.

22 *Sed*, καὶ. Vulgata & Erasmus, *Et*. Respōdet autem particula καὶ Hebræorum literæ ו [*vau*] quæ interdum etiam ponitur

ponitur pro אבל [*abal*,] id est Sed: vt Genes. 42. 10. Et vsus etiam erat Euangelista in superiore membro particula δέ: & ita Vetus ipse interpres conuertit 1. Ioan. cap. 2. vers. 20. Sed de hac enallage sæpe iam dictum est à nobis. ¶ *Seductio*, ἀπάτη. Ἀπατᾶν significat extra viam ducere, & facere vt aliquis à via aberret, vt doctè annotauit Erasmus: sed Latinum verbum non addidit: id autē est Seducere, eadem prorsus translationis ratione. Sic seductionem testium dixit Cicero. Et meritò vocat opes Ouidius Irritamenta malorum. ¶ *Sermonem*, τὸν λόγον. Quoddam exemplar addit τοῦτον, hunc. ¶ *Fructus expers*, ἄκαρπος. Virgilius, *steriles dominantur auenæ*.

23 Ὁ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων καὶ συνιῶν, ὃς δὴ καρποφορεῖ, καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα.

23 Qui verò in terram bonam excepit semen, is est qui sermonem audit & intelligentiā intendit, "qui videlicet "fructū fert: editque alius quidem centena, alius sexagena, alius verò "tricena.

23 *Qui vero in terrā bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructū affert: & facit aliud quidem cētesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero tricesimum.*

Christus alio ęnigmate mali seminis cū bono permixti, docet nunquā fore penitus liberam Ecclesiam ab offendiculis, tum in doctrina, tum in moribus, donec aduenerit dies ille instaurationi rerum omnium destinatus.

24 Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων, Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ.

24 Aliam parabolam proposuit eis, dicens, "Simile est regnum cælorum homini "serenti bonum semen in agro suo.

24 *Aliam parabolam proposuit illis, dicens, Simile factum est regnum cælorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo.*

25 Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους ἦλθεν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἔσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου· καὶ ἀπῆλθεν.

25 Quū autem dormirēt homines, venit eius inimicus: & seuit zizania "inter triticum: & abiit.

25 *Quum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici: & abiit.*

26 Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια.

26 Quū verò germinasset herba, & fructum edidisset, tunc apparuerunt etiam zizania.

26 *Quum autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.*

27 Προσελθόντες δὲ οἱ δοῦλοι τοῦ οἰκοδεσπότου, εἶπον αὐτῷ, Κύριε, οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ; πόθεν οὖν ἔχει τὰ ζιζάνια;

27 Accedentes autem serui patrisfamiliâs, dixerunt ei, Domine, nónne bonum semen "seuisti in tuo agro? vnde ergo habet zizania?

27 *Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei, Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania?*

28 Ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς, Ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν. Οἱ δὲ δοῦλοι εἶπον αὐτῷ, Θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά;

28 Ille verò dixit eis, Inimicus quispiam hoc fecit. Serui autē dixerunt ei, Vis igitur abeamus & colligamus ea?

28 *Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis igitur imus, & colligimus ea?*

29 Ὁ δὲ ἔφη, Οὔ· μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον.

29 At ille dixit, Non: ne colligendo zizania, eradicetis simul cum eis triticum.

29 *Et ait, Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.*

30 Ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα μέχρι τοῦ θερισμοῦ· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ ἐρῶ τοῖς θερισταῖς, Συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας, πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά· τὸν δὲ σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην μου.

30 Sinite vtraque simul crescere vsque ad messē: & "præstituto tempore messis dicam messoribus, Colligite primùm zizania, & ligate ea in fasciculos "ad exurendum ea: triticum verò cōgregate in horreum meum.

30 *Sinite vtraque crescere vsque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendū: triticum autem congregate in horreum meum.*

Mar. 4. 30. Luc. 13. 18. Deus regnum suum à tenuissimis principiis auspicatur, vt insperati progressus meliùs illustrent eius potentiam.

31 Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων, Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ·

31 ‖Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Simile est regnum cælorum grano sinapi, quod acceptum quispiam seuit in agro suo.

31 *Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo.*

32 Ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων· ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστὶ καὶ γίνεται δένδρον· ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.

32 Quod minimum quidem est omnium seminum: quum autē excreuerit, maximum est "olerum: & arborescit: adeò vt "veniant volucres "cęli, " & nidulentur in ramis ipsius.

32 *Quod minimum quidē est omnibus seminibus: quum autem creuerit, maius est omnibus oleribus: & fit arbor: ita vt volucres cæli veniant & habitent in ramis eius.*

23 *Qui videlicet*, ὃς δή. Miror placuisse Erasmo vt relatiuum referretur ad λόγον, quum appareat Christum non de vno aliquo homine, sed de vno hominum genere loqui, cuius postea varias species enumerat. Nam (vt ait Paulus 1. Corinth. 12. 4.) varia sunt dona. ¶ *Fructum fert*, καρποφορεῖ. Hoc exprimunt Gręci vno verbo, pro quo barbari dicunt Fructificare. ¶ *Tricena*, τριάκοντα. In duobus exemplaribus reperitur, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω: id est, Qui habet aures ad audiendum, audiat.

24 *Simile est*, ὡμοιώθη ἡ βασιλεία. Id est, simile quiddam accidit Regno Cælorum, Ecclesię videlicet, siue quum prædicatur Euangelium, atque quum quispiam agrum, &c. ¶ *Serenti*, σπείροντι. Vulgata, *Qui seminauit*, id est σπείραντι. quod etiam scriptum inuenimus in duobus exemplaribus, & videtur melius cohęrere cum iis quę proximè consequuntur.

25 *Inter*, ἀνὰ μέσον. Vulgata, *In medio*. Ad verbum, Per medium. Sic Gallicè dicimus *parmi*. Hebræi בתוך [*bethoc*.]

28 *Seminasti*, ἔσπειρας. Eras. *Seminaueras*. id est ἐσπείρκεις. Sed frequentissimè aoristi pro plusquamperfectis accipiuntur, vt infrà 6. 5.

30 *Sinite*, ἄφετε. vide Act. 15. 5. ¶ *Præstituto tēpore*, ἐν τῷ καιρῷ. Ideòque expectando, non autem temere occupando. ¶ *Ad exurendum*, πρὸς τὸ κατακαῦσαι. Vulgata & Erasmus, *Ad comburendum*. Vide suprà 3. 12. Apud Epiphanium aduersus Manichęos citatur hic locus multis vocabulis immutatis, vt satis appareat illum habuisse non verborum, sed sententiæ rationem.

32 *Olerum*, τῶν λαχάνων. Erasmus, *Inter olera*. In tribus vetustis exemplaribus additur πάντων Omnium, sicut etiam legit Vetus Interpres. ¶ *Veniant*, ἐλθεῖν. In Complutensi edi-

tione legitur κατελθεῖν. i. descendant. ¶Cæli, τοῦ οὐρανοῦ. id est aereę, epitheton auium Hebræis familiare. Sic tradit Herodotus in agro Babylonico milium & sesamum arborescere: & de Sinapi Iudæa mirabiliter excrescente penè incredibilia narrari testatur noster Tremellius in Syra interpretatione, ex Thalm. tractatu De angulo agri, c. 2. ¶Et nidulentur, καὶ κατασκηνοῦν. Sic Eras. rectè conuertit. Nidos enim suprà vocant κατασκηνώσεις, 8. 20. quasi tabernacula vel vmbracula dicas: qua etia ratione à Gręcis disertius [illegible] dicũtur, quòd sint ex bacillis & festucis compacti. Vulg. Et habitent.

Luc. 13. 20.

33 Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς, Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.

33 ‖Aliam parabolã loquutus est eis, *dicens*, Simile est regnũ cęlorum fermento, quod acceptum mulier condidit in farinæ sata tria, vsquequo fermentaretur tota.

33 *Aliam parabolam loquutus est eis, Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatũ est totum.*

Mar. 4. 34.

34 Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις· καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς.

34 Hæc omnia loquutus est Iesus per parabolas ad turbam: ‖& absque parabola nihil loquutus est eis.

34 *Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis.*

Psal. 78. 2.

35 Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος, Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

35 Vt compleretur quod dictũ fuit per Prophetam, dicentem, ‖Aperiam per parabolas os meum: eructabo occultata a iacto fundamento mundi.

35 *Vt impleretur quod dictum erat per Prophetã, dicentem, Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita à constitutione mundi.*

36 Τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ὁ Ἰησοῦς, καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες, Φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ.

36 Tunc dimissa turba venit domum Iesus, & adierunt eum discipuli eius, dicentes, Edissere nobis parabolam zizaniorũ agri illius.

36 *Tunc dimissis turbis venit in domum, & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Edissere nobis parabolam zizaniorum agri.*

Explicatio superioris ænigmatis de bono & malo semine.

37 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα, ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου·

37 Ipse verò respondens dixit eis, Qui seminat bonũ semen, est Filius hominis:

37 *Qui respondens ait illis, Qui seminat bonum semen, est Filius hominis.*

38 Ὁ δὲ ἀγρός, ἐστὶν ὁ κόσμος· τὸ δὲ καλὸν σπέρμα, οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας· τὰ δὲ ζιζάνιά, εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ.

38 Ager autem, est mundus: bonum verò semen, sunt filij regni: zizania verò, sunt filii illius Improbi.

38 *Ager autem, est mundus: bonum vero semen, hi sunt filij regni: Zizania autem filij sunt nequam.*

Ap. 14. 15. Ioel. 3. 13.

39 Ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτά, ἐστὶν ὁ διάβολος· ὁ δὲ θερισμός, συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστιν· οἱ δὲ θερισταί, ἄγγελοί εἰσιν.

39 Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus: ‖messis verò, consummatio seculi est: messores autem, Angeli sunt.

39 *Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus: messis verò, consummatio seculi est: messores autem Angeli sunt.*

33 *Loquutus est eis*, ἐλάλησεν αὐτοῖς. Quoddam exemplar addit λέγων, Dicens: cuius authoritatem sumus secuti. ¶*Condidit*, ἐνέκρυψεν. Vetusta omnia exemplaria scriptum habebant ἔκρυψεν, eodem sensu. Vulg. *Abscondit*. Eras. *Abscondidit*. Ego verò quum τὸ κρύπτειν interpretari soleam Occultare, hic malui Condendi vocabulo vti. Id enim occultare vel abscondere dicimur, quod eo consilio seponimus vt vbi sit, ab aliis ignoretur, quod huic loco non quadrat: sed quod conditur, aufertur spectantium oculis. ¶*Sata tria*, σάτα τρία. i. epha vnum, siue modios quatuor & semis. סאה (*seah*) apud Iudęos mensura fuit rerum aridarum, sesquimodium capiens, quam ter continebat epha. Sed existimo nonnullos intempestiuè in hac mensura philosophari. ¶*Tota*, ὅλον. Vulg. & Eras. *Totum*. At ego repetendum puto ἄλευρον.

35 *Aperiam per parabolas*, ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς. Hebręum dicendi genus, pro Loquar parabolas. ¶*A iacto fundamento*, ἀπὸ καταβολῆς. Vulg. & Eras. *A constitutione*. καταβάλλειν significat in inferiorem locum iacere: sicut fieri solet in ędificiorũ fundamentis. Vnde καταβολή, quæ vox quum de quouis ex superiore loco in inferiorem iactu dicatur, videtur subaudiri in hac locutione genitiuus τῶν θεμελίων, id quod exprimere studui. Verùm quia hoc loco non res ipsa, sed tempus rei gestæ significatur, malui vti verborum ambitu: quem etiam probat Erasmus in annotationibus. Constitutionis autẽ vox mihi non videtur satis expressa. Fundatus enim fuit mundus primo statim die: constitutus autem sexto.

36 *Edissere*, φράσον. Id est, declara & explica: quo posteriore vocabulo vtitur hîc Erasmus, quum infrà 15. 15. cũ Vetere interprete maluerit simplex Disserendi verbũ vsurpare. Est igitur φράζειν hoc loco diuersum à λέγειν vel λαλεῖν: vnde φράσις Gręcis dicitur qui Latinis stylus. Permutantur hæc tamen interdum, vt φράζειν & λαλεῖν idem valeant. Itaque Cicero Theophrasti nomen in Oratore interpretans, eum dicit à diuinitate loquendi nomen inuenisse. ¶*Agri illius*, τοῦ ἀγροῦ. i. quæ in illo agro *sata* fuisse dixisti. Est enim articuli vis hoc loco ἀναφορική: suprà verò 6. 28, & 30. aliter accipitur ἀγροῦ, non addito articulo, nempe adiectiui loco.

38 *Est*, ἐστιν. id est, Significat mundum, in hac videlicet parabola. Sic etiam quum symbola tum Baptismi tum Cœnę Domini, signa sint earum rerũ quibus significandis adhibentur, simili metonymia dicuntur id esse quod significant: quod qui negant, meram peruicaciã ostendunt. Sed hoc in sacramentali metonymia non est omittendũ, non esse nudã sacramentalem significatione, sicut in istis & similibus parabolis: sed q͞d verbo promittitur, & symbolis significatur, verè quoque à Deo pręberi fide sumendum. ¶*Regni*, τῆς βασιλείας. Vide suprà 8. 12. Filios autẽ regni non vocat vt suprà 8. 12. omnes in genere regni Dei incolas, sed eos demùm qui sic sunt in Ecclesia vt sint etiam ex Ecclesia. Cæterùm Seminis appellatio, quũ ipsi Dei verbo propriè conueniat, transfertur hoc loco ad eos ipsos qui instar arui ipsius seruntur: nempe propter huius seminis & eorũ qui exceptũ fouent, contemperatione & veluti transelementatione. Per semen enim hoc feruli solo cordis credentiũ exceptũ Christus in iis formatur, & ipsi vicissim in Christo formantur, quò respicit Paulus fidelis ille sator, Gal. 4. 19. & Heb. 4. 2. vt annotat in hunc locũ Isidorus Pelusiotes epist. 107. lib. 3. ¶*Illius Improbi*, τοῦ πονηροῦ. Vulg. *Nequam*. Eras. rectè expressit articulũ, non modò quia de diabolo agitur, (qui κατ' ἐξοχὴν dicitur ὁ πονηρός) sed etiã vt distinguatur casus. Dicitur autem Diabolus istos gignere, nõ substantiæ, vt qui dixerunt duos esse Deos, vnũ bonum, alterũ malũ, neque ita vt nostra memoria somniauit homo ille damnatę memorię Flaccius Illyricus: sed partim qualitatis corruptæ respectu, partim q̄ Satanę astu talia hominũ monstra in Ecclesia irrepat, quorũ videlicet vitia & crimina sequũtur ipsorũ in Ecclesia ingressũ, vt scribit Apo. 1. Ti. 5. 24. Filii verò illius Mali sunt, nõ tantùm qui sunt hęretici, sed quicũque sic vita instituũt vt, quantũ in ipsis est, & sese & alios perdat: vt mox explicatur v. 41.

39 *Angeli*, ἄγγελοι. Malè igitur hæc parabola à nonnullis ad

hæreticos applicatur quasi illos agnitos & αὐτοκατακρίτους euellere magistratus prohibeatur, vt ipsis impunè grassari in oues liceat: quum hîc non de humanis in hunc vel illum legitimis siue ciuilibus siue Ecclesiasticis iudiciis agatur, sed de integra Ecclesiæ repurgatione in vltimum illum diem differenda.

40 Ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ κατακαίεται· οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου.

40 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni exuruntur: ita erit in consummatione seculi huius.

40 *Sicut ergo colliguntur Zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi.*

41 Ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν·

41 Mittet filius hominis Angelos suos, qui colligent ex ipsius regno omnia offendicula, & eos qui dant operam iniquitati:

41 *Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem:*

42 Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

42 Proiicientque eos in fornacem ignis: illic erit fletus, stridorque dentium.

42 *Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium.*

Sap. 3. 7. Dan. 12. 3.

43 Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

43 ‖Tunc iusti fulgebunt vt sol, in regno Patris sui. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

43 *Tunc iusti fulgebunt sicut sol, in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.*

Quantæ sint opes regni cœlestis, paucissimi intelligunt. nec fit quisquã earũ particeps nisi qui aliarũ omnium rerũ iactura illas redimit.

44 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ· ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον.

44 Rursus simile est regnum cælorum thesauro occultato in agro: quem inuentum quispiam occuluit, & præ gaudio quod accipit ex eo, subducit *sese*, & omnia quæ habet vendit, emitque agrum illum.

44 *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum.*

45 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ, ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας·

45 Rursus simile est regnũ cælorum cuipiã negotiatori, quærenti pulchras margaritas:

45 *Iterum simile est regnũ cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas:*

46 Ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν πέπρακε πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν.

46 Qui reperta quadam magni pretii margarita, abiit & venundedit omnia quæ habebat, & emit eam.

46 *Inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.*

Multi sunt in Ecclesia qui tamen non sunt ex Ecclesia, ac proinde tandẽ eiicientur. Sed plena ista repurgatio in vltimum illũ diẽ differtur.

47 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ·

47 Rursum simile est regnũ cælorum sagenę iactæ in mare, & quæ res cuiusuis generis congregauit.

47 *Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti.*

41 *Qui dant operam iniquitati*, τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. De hoc dicendi genere vide suprà 7. 23. Sic autem, per epexegesin explicat quid Offendiculorum nomine intelligat, eosdem postea vocans πονηρούς. Vide suprà 7. 21.

42 *In fornacem ignis*, εἰς κάμινον πυρός. i. in fornacem ardentem, ex Hebræorum idiomate, vt Psalm. 21. 10.

43 *Patris sui*, τοῦ πατρὸς αὐτῶν. In quodam exemplari, pro τοῦ πατρὸς αὐτῶν, scriptum erat, τῶν οὐρανῶν, cęlorum, id est cælestis.

44 *Quispiam*, ἄνθρωπος. Hebr. pro τις. Vulgata, *Homo*. ¶*Occuluit*, ἔκρυψε, id est inuentum ac proinde ipsi detectum, rursus ingesta terra obtexit, ne quis videlicet ipsum re patefacta anteuerteret. Itaque hoc verbo minimè significatur veritatem aut alia Dei dona esse aliis celanda, vt iis soli in sinu fruamur, & pericula subterfugiamus, quod damnatur in talentorum parabola, & tum zelo gloriæ, tum charitati in cæteros, perpetuis veræ fidei comitibus, ex diametro repugnat: sed declarat hoc vnum Christus, inuento Euangelicæ gratiæ thesauro, summo studio dandam operam, postpositis cęteris sine exceptione rebus, & vitatis omnibus quę nos obturbare vel tanto bono priuare possunt, impedimentis, vt eo potiamur. Neque longius trahenda est hęc similitudo, quasi vel obtingat nobis fortuitò Dei agnitio, vel emi possint dona Dei, ac prę sertim veritatis cognitio. ¶*Præ*, ἀπό. In hoc dicendi genere libentius Græci vtuntur prępositione ὑπό: quanquam ita etiam interdum loquitur Thucydides ille ἀπὸ τοῦ ... ¶*Gaudio quod accipit ex eo*, τῆς χαρᾶς αὐτοῦ. id est, de eo thesauro reperto: nisi malimus ad ipsum inuentorem referre, & vti recipr. loco. Vulgata ad verbum, *Gaudio illius*, quod quia perobscurum est, circuitione vsi sumus. Erasmus, *Quod habet super eo*. ¶*Subducit* (*sese*,) ὑπάγει. id est, clam discedit. Nam ὑπάγειν id videtur declarare hoc loco, & amplius aliquid significare quàm ἀπέρχεσθαι, id est Abire quo modo sumus alioqui plerunque interpretati.

46 *Qui inuenta*, ὃς εὑρών. Vulg. *Inuenta autem*. id est, εὑρὼν δέ. quod scriptum inuenimus in duobus vetustis codicibus. ¶*Magni pretij*, πολύτιμον. Hoc Gręci vno verbo exprimunt. Vulg. & Eras. *Pretiosa*. id est τίμιον. Ouidius, *Exerces pretiosa odia & constantia magno*.

47 *Sagena*, σαγήνη. Hoc vocabulo vtitur Manilius lib. 5. Est autem Sagena, retis genus, à quo vernaculum vocabulum *seinne* deductum videri possit. Erasmus, *Verriculo*: quo nomine Valla (neque id rectè admodum, meo iudicio) interpretatur ἀμφίβληστρον. vt suprà 4. 19 monuimus, ex Russi medici descriptione lib. 2. quo loco de partibus oculorum agit. Nam tunica oculi quæ Gręcis medicis ἀμφιβληστροειδής, à figura τοῦ ἀμφιβλήστρου appellatur, omnino refert illud retis genus quod nostri dicunt *vn esprevier*, Latini verò (ni fallor) Fundam. Virgilius lib. 1. Georg. *Atque alius funda latum iam verberat amnem, Alta petens, pelagoque alius trahit humida lina.* Quo loco Seruius Funda interpretatur βόλον: Romani quoque iaculum. A[illegible] adeò nostri piscatores, quod superius diximus appellan[illegible] *l'esprevier*, id est ἀμφίβληστρον, vocitant *vn iet*, vtraque lingua vim & etymon Græci vocabuli retinente. Fundam verò dictam volunt eo loco Grammatici quòd desuper in amnem fundatur, & mox cum prędа in sublime referatur: quo modo etiam Gallico sermone dicimus, *l'esprevier fond d'enhaut*: nimirum de aue loquentes, quum toto impetu è sublimi deorsum fertur, & in prædam irruit: vnde appellationem quoque lingua nostra vernacula habuit genus illud retis quod ἀμφίβληστρον Græci dicũt. Cæterùm in superioribus Virgilii versiculis, *Humida lina*, omnes interpretantur Verriculum, id est (vt nonnulli volunt) σαγήνην. Quæ quidem etsi πάρεργα, tamen libenter hoc loco annotauimus, quòd plerosque, huiusmodi vocabulorum proprietates magnopere interdum obseruandas, parum intellexisse videa. ¶*Et quæ res cuiusuis generis congregauit*, καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ. Rursum igitur particula vniuersalis indefinitè tantùm ponitur, vt annotauimus suprà 4. vers. 23. Vetus interpres addit piscium nomen, quoniam videlicet de piscatione agitur, nec inde videtur τῶν σαπρῶν epitheton piscibus

conuenire. Sed perpauci sunt pisces nullius vsus, & si qui fortè in aquis ipsis emortui computruerunt, quod rarò accidit, quum supernatent, vix possint in sagenam dici incidisse. Itaque τὰ καλὰ potius dicendum vocari pisces, σαπρὰ autem vocari algam, silices, arenulas, sordes denique quales solent ex aquarum fundo à piscatoribus attrahi, & rursum in aquas proiici: quanuis fortasse non fuerit ineptum de cæteris rebus inutilibus accipere, quæ vnà cum piscibus ex aquarum fundo euerriculo attrahuntur.

48 Ἥν, ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ καθίσαντες συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον.

49 Οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι, καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων.

50 Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

51 Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Συνήκατε ταῦτα πάντα; Λέγουσιν αὐτῷ, Ναὶ Κύριε.

52 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά.

53 Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας, μετῆρεν ἐκεῖθεν.

54 Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν· ὥστε ἐκπλήττεσθαι αὐτοὺς, καὶ λέγειν, Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη, καὶ αἱ δυνάμεις;

55 Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριὰμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσῆς καὶ Σίμων καὶ Ἰούδας;

56 Καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; πόθεν οὖν τούτῳ ταῦτα πάντα;

57 Καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

48 Quam impletam *piscatores* subduxerunt in littus:& sedentes collegerunt quæ bona erãt in vasa, quæ verò putria extra abiecerunt.

49 Ita erit in consummatione seculi: prodibunt Angeli,& separabunt improbos è medio iustorum:

50 Proiicientque eos in caminum ignis: illic erit fletus & stridor dentium.

51 Dicit eis Iesus, Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine.

52 Ipse verò dixit eis, Propterea omnis Scriba edoctus in regno cælorum, similis est cuipiã patrifamiliàs, qui profert è thesauro suo noua & vetera.

53 Et factũ est quum finiuisset Iesus parabolas istas, vt solueret illinc

54 ‖Et quum venisset in patriã suam, docuit eos in synagoga eorum: *adeò* vt percellerentur, ac dicerent, Vnde huic sapientia ista & virtutes?

55 Nõne iste est ille fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria, ‖& fratres eius Iacobus & Ioses & Simon & Iudas?

56 Et sorores eius nónne omnes apud nos sunt? vnde igitur isti hæc omnia?

57 Et offendebantur in eo. Iesus autem dixit eis, ‖Non est Propheta inhonoratus nisi in patria sua & domo sua.

48 *Quam, quum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.*

49 *Sic erit in consummatione seculi: exibunt Angeli,& separabunt malos de medio iustorum:*

50 *Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium.*

51 *Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine.*

52 *Ait illis, Ideo omnis Scriba doctus in regno cælorum similis est homini patrifamilias,qui profert de thesauro suo noua & vetera.*

53 *Et factum est quum consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde.*

54 *Et veniens in patriam suam,docebat eos in synagogis eorum: ita vt mirarentur,& dicerent, Vnde huic sapientia hæc,& virtutes?*

55 *Nónne hic est fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas?*

56 *Et sorores eius nónne omnes apud nos sunt? vnde ergo huic omnia ista?*

57 *Et scandalizabantur in eo, Iesus autem dixit eis, Non est Propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua.*

Sedulos esse oportet quos nõ solùm sibi sapere,sed etiã aliis Dei sapientiam dispensare necesse est.

Marc.6.1. Luc.4.16.

Homines non sola ignorantia peccant,sed vltrò sibi accersunt offendicula, ne Deo vocanti obsequantur,idque certè cum eorũ pernicie.

Ioan.6.42.

Marc.6.4. Luc.4.24. Ioan.4.44.

48 *In littus*, ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν. Vulg. legit καὶ ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν καθίσαντες, *Et in littore sedentes*, eadem manente sententia.

49 *Prodibunt*, ἐξελεύσονται, videlicet missi à Domino. Eras. *venient*, i. ἐλεύσονται, neque id malè. Nam Hebræorũ more sæpe intelligitur consequens ex antecedente, vt suprà 4.5. Et ita accipitur πορευθεὶς pro ἐλθών, Lu.14.10,& 1.Pet.3.19.& infr. 18.2. ¶*E medio*, ἐκ μέσου. Sic Latini dicunt tollere è medio, sed sine adiectione. Hoc autem est quod in communi sermone dicimus *d'entre*, id est de intra.

51 *Dicit eis Iesus*, λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. Vulg. hæc non legit, neque sunt necessaria, & in meo vetustissimo exemplari nõ adduntur. ¶*Hæc omnia*, ταῦτα πάντα. Id est has omnes parabolas, quamuis duas posteriores ipsis non explicasset.

52 *Propterea*, διὰ τοῦτο. Id est, quandoquidem eò vsque video vos profecisse, vt per vos possitis quę dico percipere, iã vos admoneo, vt reipsa verorum doctorum munere defungamini, quandoquidẽ vobis Dominus suam familiã pascendam committet. id est, vt sedulos patresfamiliàs imitemini, qui quæcunque habent siue prius seu recens congesta, in vsum familię alacriter depromunt. ¶*Edoctus*, μαθητευθείς. Participium, non nomen, à verbo μαθητεύειν i. διδάσκειν: quo vtitur infrà 28.19: quod tamen etiã neutra significatione accipitur pro discipulũ esse, vt infr. 27.57. Quid sit autẽ Scriba diximus supr. 2.4. Sed videtur hic in genere pro doctore accipi, quo cognomento Esras etiã ille sapientissimus appellatur. ¶*In regno*, εἰς βασιλείαν. Eras. *Ad regnum*. Ego malo εἰς pro ἐν positũ esse, quæ permutatio etiã apud idoneos authores locũ habet. Sic enim Sophoc. in Aiace, ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον εἰς δόμοις μένειν, pro ἐν δόμοις. & vetustissimũ meũ exẽplar habet ἐν τῇ βασιλείᾳ. Regnũ autẽ cælorũ vocat, vel Ecclesiam in qua regnat Deus, vel doctrinã ipsam quæ in Ecclesia regnat, per metonymiã. ¶*Profert*, ἐκβάλλει. Vel extrudit, vt significetur copiosa & summa cũ alacritate exhibita communicatio. Thesaurum autem penũ appellat, siue cellam, neque id tamen absque emphasi, vt significet nihil esse tã pretiosum quod vltrò non effundatur ad fratrum ædificationem.

53 *Parabolas*, παραβολάς. Eras. *Sermones*, id est, λόγους.

54 *In patriam suam*, εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ. Nazareth videlicet: vt apparet ex eo quod scribitur illic nõ multa signa edidisse. Nã quũ duas etiã alias patrias habuerit, (vt loquitur Cic.) vnã videlicet ortus, nẽpe Bethleem: altera habitationis, nempe Capernaũ, vbi habitans plurima signa edidit vt ei exprobratur Lu.10,15. nec vnquã legatur in Bethleẽ venisse, sequitur hęc de Nazareth accipiẽda. Sed hęc profectio ab ea distinguẽda est quę refertur Lu.4. quamuis eadẽ de vtraque referantur, Nazarethanis priore reprehensione nihilo factis melioribus. ¶[*Adeò*] *vt percellerentur*, ὥστε ἐκπλήττεσθαι. vide suprà 7.28. ¶*Sapientia*, ἡ σοφία. Quoddam exemplar legit πᾶσα ἡ σοφία, Omnis sapientia.

55 *Fratres*, οἱ ἀδελφοί. i. cognati vt mox etiam sororum appellatione cognatę intelligantur, ex communi Hebræorum idiotismo. ¶*Ioses*, Ἰωσῆς. Vulg. *Ioseph*.

57 *In eo*. ἐν αὐτῷ vide sup. 11.6. ¶*Inhonoratus*, ἄτιμος. Nonnulli, *Inglorius*, i. ἄδοξος. Vulg. *Sine honore*. Eras. *Expers honoris*. In legibus autem sanciendis infamem notat illa formula, ἄτιμος ἔστω.

58 Καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλὰς, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν.

Κεφάλαιον ιδ.

1 ΕΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρῴδης ὁ τετράρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ.

2 Καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ, Οὗτός ἐστιν Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής· αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ.

3 Ὁ γὰρ Ἡρῴδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην ἔδησεν αὐτὸν, καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ διὰ Ἡρῳδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

4 Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν.

5 Καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοβήθη τὸν ὄχλον, ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.

6 Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρῴδου, ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρῳδιάδος ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἤρεσε τῷ Ἡρῴδῃ.

7 Ὅθεν μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσηται.

8 Ἡ δὲ προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς, Δός μοι, φησὶν, ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

58 Neque edidit illic virtutes multas, propter incredulitatem eorum.

CAP. XIIII.

1 ILlo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam *de* Iesu.

2 Et dixit pueris suis, Iste est Ioannes ille Baptista: ipse suscitatus est à mortuis,& propterea virtutes agunt in eo.

3 ‖Nam Herodes prehensum Ioannem vinxerat, & posuerat in carcerem, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui.

4 Dicebat enim ei Ioannes, Non licet tibi eam habere.

5 Et quũ cuperet eum interimere, metuebat turbã, ‖quòd eum haberent vt Prophetam.

6 Quum autem agerentur natalitia Herodis, saltauerat filia Herodiadis in medio: & placuerat Herodi.

7 Vnde cum iureiurando spoponderat *se* daturum ei quicquid petiisset.

8 Illa verò producta à matre sua, Da mihi (inquit) hîc in patina caput Ioannis Baptistæ.

58 *Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem eorum.*

CAP. XIIII.

1 *IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu.*

2 *Et ait pueris suis, Hic est Iohannes Baptista: ipse surrexit à mortuis,& ideo virtutes operantur in eo.*

3 *Herodes enim tenuit Iohannem, & alligauit eum,& posuit in carcerẽ, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui.*

4 *Dicebat enim illi Iohannes, Non licet tibi habere eam.*

5 *Et volens illũ occidere, timuit populum: quia sicut Prophetam eum habebant.*

6 *Die autem natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi.*

7 *Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quod cunque postulasset ab eo.*

8 *At illa præmonita à matre sua, Da mihi, inquit, hîc in disco caput Iohannis Baptistæ.*

Marc.6.14. Luc.9.7.

In Ioanne exẽplum fortitudinis inuictæ, quod omnes fidi Verbi ministri imitentur: in Herode exẽplum tyrannicę vanitatis, superbiæ ac sæuitiæ, aulicæ denique conscientię & miserabilis eorũ seruitutis qui sese voluptatibus semel dediderũt: in Herodiade & eius filia, exemplum meretriciæ lasciuię,& fœmineę crudelitatis.

Mar.6.17. Luc.3.19. Infrà.21.26.

58 *Incredulitatem*, ἀπιστίαν. Quidam interpretari malunt Diffidentiam: quod non probo. Fiducia enim à fide & diffidentia ab incredulitate sic differunt, vt effecta distinguuntur à causis.

IN CAPVT XIIII.

2 *Pueris*, παισίν. id est seruis, vel famulis, vt Erasmus conuertit, iis denique quorum opera vtebatur. Nam de huius Herodis Antipæ filiis nihil traditur. ¶*Iste*, Οὗτος. In secundo codice scriptum erat, μήτι οὗτος. id est, Num iste? ¶*Baptista*, ὁ Βαπτιστής. Veteres duo codices additum habent, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, id est, quem ego decollaui. ¶*Agunt*, ἐνεργοῦσιν. Vide Marci 6.14.

3 *Vinxerat*, ἔδησεν. Vulgata, *Alligauit*. Erasmus rectè mutauit tempus. Hæc enim antea contigerant, & ab Euangelista, quoniam mentionem mortui Baptistę fecerat, commodissimè sunt hic veluti per digressionem & parenthesin inserta, à vers. 3. ad 12. finitum: inde postea ad intermissam narrationem redit. ¶*Philippi*, Φιλίππου. Deest hoc nomen in plurimis veter. codicibus, vt & Luc.3.19. sed scribitur summo omnium exemplarium consensu Marci 6.17. & est apud Syrum interpretem. Iosephus verò non Philippi vxorem fuisse tradit, sed Herodis secundi, qui frater fuit ὁμοπάτριος huius Herodis cognomento Antipæ. Sed absit vt Euangelistarum potiùs quàm Iosephi fidem in dubium vocemus, quum pręsertim apud Iosephum Gorionidem eadem hęc historia similiter narretur, lib.6. cap.63. Tres autẽ Herodes ab Euangelistis commemorantur. Vnus cognomẽto Magnus, sub quo natus est Christus: alter Tetrarcha, dictus Antipas: tertius Herodes Agrippa, Magni nepos ex Aristobulo filio, cuius Agrippæ fit mentio Act.12. Nam alteri Agrippæ filio istius non additur autem Herodis prænomen, Act.25.13.

5 *Quum cuperet*, θέλων. Plus enim est hoc loco τὸ θέλειν (pro quo Syrus habet אבא [*tsaba*]) quàm simpliciter quidpiam velle. Quod autem scribit Marcus de Herode quasi religiosè Ioannem metuente, cum hoc Matthæi dicto non pugnat. Nec enim Herodes vero pietatis sensu, sed à conscientia ipsa conuictus Ioannem reformidabat potius quàm amabat: & quum illam incestuosam perditè deperiret, à Ioanne reprehensus, proculdubio id fecisset quod & ira suadebat, & quod eiusmodi fœmina ipsi dictabat, amplius aliquid iam tum ausurus, nisi populum magis quàm Deum metuisset, qua ratione sępe Dominus cohibuit tyrannicam sæuitiem. Neque his obstat quod postea dicitur vers.9. Nam & hac eadem causa ne commoueretur populus, & ipsius rei indignitate, præsertim quum nulla præiuisset causę cognitio, siue iudicii forma, perturbatus videtur aliquandiu substitisse. ¶*Metuebat*, ἐφοβήθη. ¶*Turbam*, ὄχλον. Eam turbam intelligit quæ Ioannem assectabatur. Erasmus, *Multitudinem*. id est, τὸ πλῆθος. Vulgata, *Populum*, id est τὸν δῆμον vel τὸν λαόν.

6 *Quum autem agerentur natalitia*, γενεσίων δὲ ἀγομένων. Sic Valla rectè conuertit. Vulgata, *Die autem natalis*. Erasmus, *Quum autem celebraretur natalis*. ¶*In medio*, ἐν τῷ μέσῳ. id est, palam & spectantibus omnibus: sicut etiam Latini Ponere in medio & Proferre in medium dicunt.

7 *Spoponderat*, ὡμολόγησεν. Propriè vsurpatur in mutua stipulatione hoc verbum, significatque factam stipulationem responso suo ratam habere: vt quũ vnus quærit, Spondes? alter respondet, Spondeo, posterior iste dicitur ὁμολογεῖν, id est assentiri, & confessione sua sese ad id præstandũ obligare. Inde factum vt pro ὑπισχνεῖσθαι generaliter accipiatur, sicut etiam apud Latinos Spondere vsurpari cœpit. Sed quorsum hoc? nempe vt intelligatur qua ratione ὁμολογεῖν toties verterimus confiteri, hic verò spondere. ¶*Petiisset*, αἰτήσηται. Vulg. addit, *ab eo*.

8 *Producta*, προβιβασθεῖσα. id est inducta prius & persuasa. Plinius lib.9. cap. quinto, *Nulla sponsione ad hoc productus*. Id autem verbum omnino Græco respondet: neque me deterret ipsius homonymia, quum Græci vocabuli προβιβάζειν non minus sit varia significatio. Vulgata, *Præmonita*. Erasm. *Prius instructa*.

9 Καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεύς· διὰ δὲ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους ἐκέλευσε δοθῆναι.

10 Καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ.

11 Καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι. καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ· καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς.

12 Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἦραν τὸ σῶμα, καὶ ἔθαψαν αὐτό· καὶ ἐλθόντες ἀπήγγειλαν τῷ Ἰησοῦ.

13 Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν· καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ ἀπὸ τῶν πόλεων.

14 Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἶδε πολὺν ὄχλον· καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτούς, καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀρρώστους αὐτῶν.

15 Ὀψίας δὲ γενομένης, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν· ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα.

16 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν.

17 Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ, Οὐκ ἔχομεν ὧδε εἰ μὴ πέντε ἄρτους καὶ δύο ἰχθύας.

18 Ὁ δὲ εἶπε, Φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε.

19 Καὶ κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους, καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐλόγησε· καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις.

9 Et triſtitia affectus fuerat rex: ſed propter iuſiurandum, & eos qui ſimul accumbebant, iuſſerat dari.

10 Et miſſo *carnifice* decollauerat Ioannem in carcere.

11 Et allatum fuerat caput eius in patina, datúmque puellæ: & *ipſa* obtulerat *illud* matri ſuæ.

12 Et accedentes diſcipuli eius, ſuſtulerant corpus, & ſepelierant illud: & venientes renuntiauerant Ieſu.

13 ‖ *Hæc* igitur quum audiſſet Ieſus, ſeceſſit illinc nauigio in deſertum locum priuatim: & quum *hoc* audiſſet turba, pedibus ſequuta eſt eū ab vrbibus.

14 Et egreſſus Ieſus vidit multam turbam: & intima cōmiſeratione cōmotus eſt erga eos, ſanauítque malevalentes eorū.

15 ‖ Quum autem ſerum dici eſſet, adierunt eum diſcipuli eius, dicentes, Deſertus eſt locus, & tempus iam præteriit: dimitte turbam, & abeant in vicos, & emant ſibi eſcas.

16 Ieſus autem dixit eis, Non eſt illis neceſſe abire: date eis vos quod edant.

17 Ipſi verò dicunt ei, Non habemus hîc niſi quinque panes & duos piſces.

18 Ipſe autem dixit, Adferte mihi eos huc.

19 Et iuſſa turba per herbas diſcumbere, acceptis quinque illis panibus ac duobus piſcibus, ſuſpiciens in cælū benedixit: & quū fregiſſet, dedit diſcipulis panes, diſcipuli verò turbæ.

9 *Et contriſtatus eſt rex: propter iuramentum autem & eos qui pariter recumbebant, iuſſit dari.*

10 *Miſitq; & decollauit Iohannem in carcere.*

11 *Et allatum eſt caput eius in diſco, & datum eſt puellæ: & illa attulit matri ſuæ.*

12 *Et accedentes diſcipuli eius, tulerunt corpus, & ſepelierunt illud: & venientes nuntiauerunt Ieſu.*

13 *Quod quum audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula in locum deſertum ſeorſum: & quum audiſſent turbæ, ſequutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus.*

14 *Et exiens vidit turbam multam: & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorum.*

15 *Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes, Deſertus eſt locus, & hora iam præteriit: dimitte turbas, vt euntes in caſtella emant ſibi eſcas.*

16 *Ieſus autem dixit eis, Non habent neceſſe ire: date illis vos manducare.*

17 *Reſponderunt ei, Non habemus hîc niſi quinque panes & duos piſces.*

18 *Qui ait eis, Adferte mihi illos huc.*

19 *Et quum iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum, acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum, benedixit: & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis.*

Mar.6.31. Luc.9.10. Chriſtus quinque panibus & duobus piſciculis maximā turbam reficiens oſtendit nihil defuturum iis qui regnū Dei poſtpoſitis omnibus quęrūt. Marc.6.35. Luc.9.12. Ioan.6.5.

9 *Sed*, δὲ. Vulg. *Autem*. Sed particula δὲ eſt hoc loco diſcretiua. Eraſ. *Attamen*. id eſt μέντοι.

10 *Et miſſo* [*carnifice*,] καὶ πέμψας. Vide ſupr. 2.16. Addidit Mar. accuſatiuū quē ſuppleuimus. Eraſ. *Miſsis carnificibus*.

12 *Corpus*, σῶμα. Quoddam exemplar legit πτῶμα, id eſt cadauer, ſicut etiam loquitur Marcus 6.29. Prçterea in quibuſdam codicibus additur relatiuum αὐτοῦ.

13 [*Hæc*] *igitur quum audiſſet*, καὶ ἀκούσας, id eſt ἀκούσας οὖν, ſub. ταῦτα, Ioannem videlicet fuiſſe interemptum, & Herodem ſibi minari. Redit enim Euangeliſta ad narrationē abruptam iam inde à verſ.3. ¶ *Priuatim*, κατ' ἰδίαν. Vulgata & Eraſmus, *Seorſum*. id eſt χωρίς. & ſanè nihil hic aliud ſignificatur quàm Ieſum aliquem remotum à communi frequentia locum reuerſis duodecim diſcipulis, captaſſe, vt illis conſuleret, ſicut ex Marco & Luca conſtare poteſt. ¶ *Pedibus*, πεζῇ. Vulg. legit πεζοί, pedeſtres, eodem ſenſu. Alibi nempe Act.20.13. τὸ πεζεύειν vertit per terram iter facere, vt etiam Syrus interpres accipit. Et conſtat, τοὺς πεζοὺς interdum opponi equitibus, interdum nauigantibus. Sed prior interpretatio & huic & alteri loco accommodatior eſt. C[illegible]modo verò pedibus, ſi traiiciendus erat lacus? nempe τὸ πέραν non declarat ripā alteram totius lacus, ſed tantùm ſinus habita ratione. Nam tota hæc regio cis lacum ſita fuit in Galilæa inferiore.

14 *Malè valentes eorum*, τοὺς ἀρρώστους αὐτῶν. Vulg. *Languidos eorum*. i. ἀσθενεῖς. Eraſ. *Ex illis qui malè valebant*.

15 *Tempus*, ὥρα. Hac voce, vt & Hebrça ſignificari tēporis ſpatiū generaliter alicui gerēdæ rei aptū conſtat: ſpecialiter verò vncia diei ciuilis & noctis more Iudæorū, vel viceſima quarta parte diei naturalis cū nocte coniuncti, vt fert huius vocis apud Latinos vſus. Itaque ſum ita interpretatus in his libris, nō tantū vbi ſic neceſſariò accipitur, ſed etiā vbi de certo & definito momento tēporis agitur, quā de re vide Ioan.12.23. Vbi verò indefinitū aliquod, nec ita reſtrictū ſpatiū tēporis notatur, generaliore Temporis vocabulo vſi ſumus. Tempus autē hic intelligit Veſperam, reſpectu ſpatii quod receptui ſufficeret.

16 *Non habent neceſſe*, οὐ χρείαν ἔχουσι. Alibi conuertimus χρείαν ἔχειν, Opus eſſe, & Indigere. Sed neceſſe fuit interdum variæ conſtructionis habere rationem.

17 *Ipſi verò dicunt ei*, οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ. Vulg. *Reſponderunt ei*, ἀπεκρίναντο αὐτῷ.

19 *Herbas*, χόρτους, vel gramina. Vulg. *Fœnum*, quod (vt egoquidē exiſtimo) nonniſi de herbis reſectis dicitur. In qua etiā ſignificatione accipi videtur 1.Cor.3.12. ¶ *Et acceptis*, καὶ λαβών. Particula καὶ nō erat in vetuſtis codic. neque reperitur in Vulgata verſione. ¶ *Suſpiciens*, ἀναβλέψας. Aoriſt. pro præſenti ἀναβλέπων. Significatur enim precantis geſtus. Cçterùm τὸ ἀναβλέπειν, ſuprà 11.5. interpretati ſumus, Viſum recipere. Sed hoc loco ἀνὰ idē valet quod ἄνω ſurſum. Vulg. *Aſpiciens*, i. βλέπων. Eraſ. *Sublatis oculis*. i. ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμούς, vt infrà loquitur Matth. 17.8. ¶ *Benedixit*, εὐλόγησε, i. εὐχαρίστησε, bene precatus eſt, & gratias egit Deo Patri. ſicut etiam loquitur noſter Euangeliſta infrà 15.36. quod annotaui, nequis rudior benedictionis appellatione intelligat crucis ſignum in aerem ſparſum, aut conſecrationem magicam.

20 Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν. καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, δώδεκα κοφίνους πλήρεις.

21 Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.

22 Καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν, ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους.

23 Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν, προσεύξασθαι. Ὀψίας δὲ γενομένης, μόνος ἦν ἐκεῖ.

24 Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων· ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος.

25 Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἀπῆλθε πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης.

26 Καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατοῦντα, ἐταράχθησαν, λέγοντες, Ὅτι φάντασμά ἐστι· καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν.

27 Εὐθέως δὲ ἐλάλησεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Θαρσεῖτε· ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε.

28 Ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος εἶπε,

20 Et comederūt omnes, & ſaturati ſunt: ſuſtulerúntq. quod ſuperfuerat fragmētorū, duodecim cophinos plenos.

21 Qui autem ederant, fuêre viri quaſi quinquies mille, abſque mulieribus ac puerulis.

22 Et ſtatim adegit Ieſus diſcipulos ſuos inſcendere in nauigiū, & præire ſibi in ripā alteram, dum dimitteret turbam.

23 Dimiſſa igitur turba aſcendit in montem priuatim, ad orandum. ‖ Quum autem ſerum diſſet, ſolus erat illic.

24 Nauigium verò iam erat in medio mari, vexatum à fluctibus. Nam ventus erat contrarius.

25 Quarta autem noctis vigilia abiit ad eos Ieſus, ambulans ſuper mare,

26 Et eo viſo ſuper mare ambulante, diſcipuli turbati ſunt, dicentes, Spectrum eſt, & præ metu clamarunt.

27 Sed ſtatim loquutus eſt eis Ieſus, dicens, Confidite: ego ſum, ne metuite.

28 Reſpondens autē ei Petrus

20 *Et manducauerunt omnes & ſaturati ſunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos.*

21 *Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus ac paruulis.*

22 *Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretū, donec dimitteret turbas.*

23 *Et dimiſſa turba aſcēdit in montem ſolus, orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi.*

24 *Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.*

25 *Quarta autem vigilia noctis venit ad eos, ambulans ſuper mare.*

26 *Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes, Quia phantaſma eſt: & præ timore clamauerunt.*

27 *Statímque Ieſus loquutus eſt eis, dicens, Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere.*

28 *Reſpondens autem Pe-*

Nauigandum nobis per maximas tempeſtates, & Chriſtus, modò eò quo ipſe iuſſerit contendamus, nos nunquam deſeret.

Mar.6.46. Ioh.6.16.

20 *Quod ſuperfuerat*, τὸ περισσεῦον. Hoc eſt omnino quod vernaculo ſermone dicimus *le pardeſſus*. Vulg. *Reliquias*. id eſt λείψανα. ¶ *Fragmentorum*, τῶν κλασμάτων. Vetus interpres poſt περισσεῦον diſtinguit, & hęc connectit cum πλήρεις, molliore certè iunctura. Vertit enim, *Duodecim cophinos fragmentorum plenos*. Eraſmus poſt τῶν κλασμάτων diſtinguit, ſicut & plerique codices, & interpretatur De fragmētis, id eſt, ἀπὸ κλασμάτων: quū nuſquam legatur addita præpoſitio. Quinetiam ſequenti cap.15.37. quod hoc loco vſurpauit, ipſe repudiat. ¶ *Cophinos*, κοφίνους. In hac hiſtoria etiam apud cæteros Euangeliſtas fit mentio κοφίνων, quod non obſeruauit Eraſmus, qui tradit Lucam non cophinos, ſed σπυρίδας (id eſt ſportulas) vocare: quum σπυρίδων mentio fiat à Matthæo & Marco dūtaxat, idque in altero miraculo quod proximo capite commemoratur, & Marci 8.19. Erat autem cophinus, mēſuræ genus vtraſque res metiens, nimirum & aridas & liquidas, Iulio Polluce teſte, Iudæis adeò familiaris, vt inde dignoſcerentur, vnde illud Iuuenalis, *Delubra locantur Iudæis, quorum cophinus fœnúmque ſupellex.* Et quod ad liquidas attinet, idem tradit, tres choas, id eſt (vt Latini loquuntur) congios tres cæpiſſe. Rerum autem aridarum quàm capax fuerit, non memini legere. Neque hoc curioſè ſcrutandum quaſi de exactæ certæque menſuræ vaſis hîc agatur: quanuis hoc verum videatur, minores fuiſſe cophinos ſportis, quum infrà 16.10. κόφινοι & σπυρίδες diſtinguantur.

21 *Quaſi* ὡσεί. id eſt, ferè. Sic enim vſurpatur etiam à Cicerone & Terentio. Vetus interpres non legit, neque Syrus interpres. Eraſmus, *Fermè*, id eſt σχεδόν. Vidè Mar.5.13. ¶ *Ac puerulis*, καὶ παιδίων. Eraſmus in annotationibus legit παίδων, & Pueros interpretatur.

22 *Adegit*, ἠνάγκασεν. Vulg. & Eraſ. *Compulit*. Nam probabile eſt Euangeliſtam hoc vocabulum vſurpaſſe vt oſtēderet diſcipulos inuitos à Domini latere diſceſſiſſe. ¶ *Præire ſibi*, προάγειν αὐτόν. Vulg. & Eraſm. præcedendi verbo vtuntur. Vide ſuprà 2, 9. In quibuſdam codicibus deeſt αὐτόν. Rurſus in aliis legitur προάγειν, ſed mendoſè. ¶ *In ripam alteram*, εἰς τὸ πέραν. oppoſitam videlicet, nō traiecto lacu in Peræam, ſed ſinu dūtaxat: quod ſignificare volens vetus interpres vertit *trans fretum*. Tota enim hæc regio cis Iordanē eſt ſita. ¶ *Dum*, ἕως οὗ. Vulg. & Eraſ. *Donec*: non minus impropriè quàm ſi ego (ita vt ſoleo) hîc quoque conuertiſſem Vſquequo. Neque enim hîc declaratur finis temporis alicuius, ſed medium potius interuallum. quemadmodum apud Hebræos עד pro עוד vſurpatur. Sicut ſuprà 5.25. poſitum eſt ἕως ὅτου, & ab vtroque interprete rectè conuerſum. Item Ioh.12.35, vbi iterum perperam verterunt Donec. ¶ *Iactatum*, βασανιζόμενον, id eſt, huc illuc raptatum, metaphora ab iis ſumpta à quibus per tormenta aliquid extorquetur, qua etiam ratione Gallicè tempeſtas maris, *Tormente*, vocatur.

25 *Vigilia*, φυλακῇ. Propriè cuſtodia. Nemo autem (opinor) ignorat veteres in quatuor vigilias diuiſiſſe noctes, quibus videlicet excubiæ agebantur, quas eadem ratione Græci φυλακὰς vocant. Eas autem ſic diſtinguit Arnobius in Pſalm. vt prima incipiat à veſpera: ſecunda ad μεσονύκτιον pertingat: tertia ad gallicinium tranſeat: quarta in ortu luminis adimpleatur. Kimki contrà, vt obſeruat Ioh. Druſius ſæpè à me, & quidem meritò, in his libris appellatus, tres tantum ponit. Fit autem primæ mentio vt idem citat Thren.2.19: mediæ Iud.7,19. matutinæ Exod.14,24. Sed quid ſi media illa dicta eſt, non primæ & matutinæ, ita vt tres tantum fuerint, reſpectu, ſed quod media nocte terminaretur? Nam vt diebus, ita etiam noctibus duodecim horæ ſemper attribuebantur, commodiſſimè in ternas horas quatuor quadrantibus attributæ. Manifeſtior eſt hic locus quàm vt de eo dubitari poſſit.

26 *Spectrum*, φάντασμα. Vulg. Græcam vocē retinuit, qua etiam vſus eſt Plinius iunior epiſtola ad Suram elegantiſſima. Significat autem hæc vox hoc loco, nō imaginem aliquam animo duntaxat conceptam, aut cuiuſmodi nobis videmur ſeu vigilantes ſeu dormientes videre, ſed quippiā præter naturæ ordinem, forma viſibili ſeſe conſpiciendum præbens: quo modo non tantùm angeli ſæpe apparuerunt, ſed etiam Dæmones, mortuorum præſertim hominū formam repræſentantes, ſiue eliciti, vt ab illa venefica cuius fit mentio 1.Sam.28, ſiue vltrò ſic hominibus illudentes: quomodo proculdubio Chriſtum ipſum eſt in deſerto aggreſſus. Ideo in re ſimili Lucas 24.37. vtitur nomine πνεύματος, vt & nos in vulgato idiomate Gallico. Euripides autem Hecubæ initio idolum Polydori inducens, pro quo Latini Manes & Vmbram dixerunt, ſimili ſignificatione vtitur φάσματος voce.

Fide calcamus ipsas tempestates, sed Christi demum virtute, eas ipsas vires quas nobis indidit, per eandem misericordiam adiuuante.

Κύριε, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με πρός σε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα.
29 Ὁ δὲ εἶπεν, Ἐλθέ. Καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ Πέτρος, περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα ἐλθεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν.
30 Βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν ἐφοβήθη· καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι, ἔκραξε, λέγων, Κύριε σῶσόν με.
31 Εὐθέως δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἐπελάβετο αὐτοῦ. καὶ λέγει αὐτῷ, Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας;
32 Καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον, ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος.
33 Οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ, ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, λέγοντες, Ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ.

Mar. 6. 53. Christus ægrotos sanans, ostendit à se petendum esse spiritualium morborum remedium. Nos verò ad eum non tantùm accurrere, sed etiam alios adducere oportet.

34 Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ.
35 Καὶ ἐπιγνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου ἀπέστειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας.
36 Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα μόνον ἅψωνται τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. καὶ ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν.

Κεφάλαιον ιε.

Marc. 7. 1. Nulli plerunque audaciores Dei contemptores, quàm quos Deus suos nomophylacas constituit.

1 Τότε προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, λέγοντες,
2 Διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν.
3 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Διατί καὶ

dixit, Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas.
29 Ipse verò dixit, Veni. Et quum descendisset è nauigio Petrus, ambulauit super aquas vt veniret ad Iesum.
30 Conspiciens autem ventum validum, metuit: & quum cœpisset demergi, clamauit, dicens, Domine serua me.
31 Statim verò Iesus, extensa manu apprehendit eum, dicitque ei, Exigua fide prædite, quid dubitasti?
32 Et quum ipsi essent ingressi nauigium, pacatus fuit ventus.
33 Qui autem erat in nauigio, venientes adorauerunt eum, dicentes, Verè Dei filius es.
34 ‖ Et quum traiecissent, venerunt in terram Gennesaret.
35 Et quum agnouissent eum viri loci illius, miserunt in totam circumiacentem illam regionem: & obtulerunt ei omnes malè affectos.
36 Et precabantur eum vt solùm tangerent fimbriam pallii ipsius. & quotquot tetigerunt, liberati sunt.

CAP. XV.

1 TVnc ‖ quidam qui Hierosolymis aduenerant Scribæ & Pharisæi, adierunt Iesum, dicentes,
2 Quare discipuli tui transgrediuntur traditionē Seniorum? non enim lauant manus suas, quum edunt panem.
3 At ille respondens dixit

rum dixit, Domine, si tu es, Iube me ad te venire super aquam.
29 At ipse ait, Veni. Et descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum.
30 Videns verò ventum validum, timuit: & quum cœpisset mergi, clamauit dicens, Domine, saluum me fac.
31 Et continuo Iesus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi, Modicæ fidei, quare dubitasti?
32 Et quum ascendissent in nauiculam, cessauit ventus.
33 Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes, Verè filius Dei es.
34 Et quum transfretassent, venerunt in terram Genesar.
35 Et quum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes.
36 Et rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. & quicunque tetigerunt salui facti sunt.

CAP. XV.

1 TVnc accesserunt ad eum ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicentes,
2 Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem Seniorum? non enim lauant manus suas quum panem manducant.
3 Ipse autem respondens

31 *Quid*, εἰς τί. vel, Quorsum. Ad verbum, *Ad quid*: quod vernaculo sermone dicimus *A quoy faire?* Vulgata, *Quare*, id est διὰ τί. Erasmus, *Cur*. Cicero Attico, *Ad quid laboramus res Romanas?* Quem tamen locum suspicor corruptum. ¶ *Dubitasti?* ἐδίστασας? Sicut Latinè dubius dicitur qui ex duabus viis non satis nouit vtram sequatur, sic à Græcis dicuntur διστάζειν quorum animus nunc huc nunc illuc rapitur. Itaque mihi non displicuit hoc loco Vetus interpres: quum alioqui Dubitandi vocabulum etiam respondeat τῷ ἀμφισβητεῖν.

32 *Ipsi*, αὐτῶν. Christus videlicet & Petrus. ¶ *Pacatus fuit*, ἐκόπασεν. quasi videlicet flando delassatus. Quum enim κόπος grauem laborem declaret, videtur τὸ κοπάζειν propriè de ea demum quiete dici quæ vehementissimam aliquam motionem consequatur: & hoc verbo similiter vti Herodotum in Polymnia obseruauit doctissimus Camerarius, itidem agentem de tempestate à Magis (vt quidem tradit) sedata. Vulg. *Cessauit*. Erasmus, *Conquieuit*. Syrus autem interpres magis propriè שלית [*schelitat*.]

34 *Gennesaret*. Γεννησαρέτ. In duobus exemplaribus legimus Γεννησαρὰ, Gennesara. In alio quodam, Γεννησαρὲθ, *Genesareth*. Vulgata legit Γεννησὰρ, *Genesar*: & Iosue 11. 2. pro eo quod Hebræi habent כנרות [*Kinneroth*] Chaldæus paraphrastes habet גנושר [*genusshar*] qua de re etiam antea diximus.

35 *Miserunt*, ἀπέστειλαν Erasmus. *Miserunt nuntios*, vt plena esset constructio. Sed illam ellipsin idonei authores imitantur: vt Terent. Eunucho, *Missis porro orare vt ad se veniam*. Et Cic. ad Attic. *Itaque obuiam illi misimus Athenas*.

36 *Vt solùm*, ἵνα μόνον Vulgata, *Vt vel*, ἵνα κἂν. quod non legitur hoc loco, sed Mar. 6. 56. ¶ *Vestimenti*, ἱματίου. nempe summæ vestis: id quod ad emphasin facit, vt rectè notat Erasmus. ¶ *Liberati sunt*. Vulg. & Eras. *Salui facti sunt*. id est à morbo liberati.

IN CAPVT XV.

1 *Quidam* [*qui*] *Hierosolymis aduenerant*, οἱ, (id est τινὲς ἀπὸ Ἱεροσολύμων) sub. ἐλθόντες, vt ex articuli traiectione apparet.

2 *Seniorum*, πρεσβυτέρων id est maiorum, vt Erasmus rectè interpretatus est Mar. 7. 7. Nitebatur enim illorum (vt hodie nostrorum) temporum Pharisæi, non vnico verbo Dei scripto, (à quo tamen neque ad dextram neque ad sinistram deflectendum fuisse Dominus disertis verbis edixerat) sed traditionibus ἀγράφοις quas adiiciebant, varia prætexentes isti audaciæ: & quidem in primis longæ consuetudinis & Patrum auctoritatem, ipso etiam impudentissimè annumerato Mose, quasi suæ Cabalæ nugacissimæ doctore & δευτερώσεων auctore præcipuo; quas tamen Iosephus lib. antiq. 13, vt à Pharisæis ortas, negat probatas fuisse Sadducæis. Itaque Seniores hic non vocantur Sanhedrin, vt quidam existimarunt, quorum decretis vniuersus populus tenebatur, sed veteres doctores, quos etiam ἀρχαίους suprà cap. 5. vocauit, ita significantur. ¶ *Edunt panem*, ἄρτον ἐσθίωσιν, i. cibum capiunt, ex Hebreorū idiotismo qui passim occurrit.

3 *Per traditionem*, διὰ τὴν παράδοσιν, id est Traditione. Eras. *Propter*. Et certè hac significatione plerunque hæc præpositio secundo casui iungitur: hic tamen potius significari videtur causa per quam aliquid fit. Traditionis autem vocabulum doctrinam declarat quæ Iudæis Cabala di-

citur, ore videlicet traditam, & tandem ab insanis hominibus in blasphemos Talmudis libros relatam. Institutum Latinè dicas, aut constitutionem, vt censet Erasmus, qui etiam ita interpretatur Marci 7. 4. Eiusdem autem capitis versiculo quinto, ritum traditum exponit: nono verò & decimo, constitutionem. Ego verò retinui vocabulum quod Græco respondet, & à Gellio etiam vsurpatur lib. 3. cap. 21. In his autem libris hoc nomine non aliqua doctinæ Christianæ mysteria extra Apostolorum scripta significantur, vt falsò docent Antichristiani, sed ipsa doctrina scriptis Apostolicis perfectissimè comprehensa: quanuis postea traditiones Apostolicæ (& quidem falsò plerumque) vocatæ sint, constitutiones antiquæ ad certos aliquos ritus, pro circunstantiarum ratione mutabiles, non ad ipsa dogmata spectantes.

ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν;
4 Ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο, λέγων, Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. καὶ, Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω.
5 Ὑμεῖς δὲ λέγετε, Ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί, Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς· καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ.
6 Καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν.
7 Ὑποκριταί, καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας, λέγων,
8 Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.
9 Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες

eis, Quare & vos transgredimini præceptum Dei per traditionem vestram?
4 Nam Deus præcepit, dicens, ‖ Honora patrem tuum & matrem. &, ‖ Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.
5 Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, Donum *est* quocunque à me iuuari posses, *insons erit*: & nequaquam honorauerit patrem suum aut matrem suam.
6 Et irritum fecistis præceptum Dei per traditionem vestram.
7 Hypocritæ, bene de vobis prophetauit Esaias, dicens,
8 ‖ Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labiis me honorat: cor autem eorum procul distat à me.
9 Sed frustra me colunt, do-

ait illis, Quare & vos transgredimini mandatū Dei, propter traditionem vestram?
4 Nam Deus dixit, Honora patrem & matrem. &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.
5 Vos autē dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrem suam.
6 Et irritū fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.
7 Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens,
8 Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me.
9 Sine causa autem con-

Arguitur sacrilega eorum audacia in corrumpēdis Dei mandatis, idque pietatis obtentu, & legum condendarum autoritate vsurpanda.

Exo. 20, 12
Deut. 5, 16
Ephe. 6, 2
Exo. 21, 17
Leui. 20, 9
Prouer. 20, 20.

Iidem damnantur simulationis & superstitionis, quòd in rebus externis constituant regnū Dei.

Esa. 29. 13

4 *Honora*, τίμα. Honoris appellatione intelligitur omne genus officij aut potius pietatis filiorum ergà parentes, sicut rectè & piè annotauit Erasmus. ¶ *Morte moriatur*, θανάτῳ τελευτάτω. Vide Mar. cap. 7. 10.

5 *Donum* [*est*,] *quocunque à me iuuari posses*, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. *Donum* [*est*] id est, Deo cui persoluenda sunt omnino vota, & cuius priores sunt partes (nec enim dubium est quin eiusmodi religionis speciem isti obtenderent) iam antea consecraui id omne quo alioqui posses à me ex meis bonis in hac egestate subleuari. Hæc enim interpretatio nullam verbis vim affert, suppleto verbo substantiuo, ellipsi Hebræis præsertim vsitatissima: & iis quæ sequuntur est accommodatissima. Illud autem ὃ ἐὰν satis notum est sæpissimè vniuersalem enuntiationem declarare vt *Quodcunque* potius quàm simplex relatiuum *Quod* significet: & ὠφελεῖσθαι τι ἀπό τινος, id est A quopiam aliqua re iuuari, siue emolumentum aliquod consequi, Græcè elegantiùs quàm tertio casu dicitur. Denique ἐξ ἐμοῦ non simpliciter pro ὑπ' ἐμοῦ, sed pro eo quod Gallicè dicimus *de ma part*. Erasmus, *Quicquid doni à me* [*profecturū erat*,] *id in tuum vertitur commodum*. Idem autem apud Marcum, *Donum, quodcunque ex me, in tuum cedat commodum*. Vulgata, *Munus quodcūque est ex me, tibi proderit*, mutata passiua cōstructione in actiuam, quasi δῶρον quarto casu ponatur per Appositionis figuram constructione Atticis familiari. Erasmi verò interpretationem non sequor, multas ob causas. Primùm enim nimium procul recedit à Græcis: deinde nouum verbum adsciscit, idque per præteritum imperfectum explicat, nulla necessitate. Quinetiam coniunctiuum interpretatur per præsens indicatiui, quum potius per futurum vertendum sit: nisi propriam significationem seruare malis. Postremò videtur illud δῶρον post Articulum collocare: perinde ac si scriptum esset, ὃ ἐὰν δῶρον ᾖ ἐξ ἐμοῦ, ὠφεληθήσεται. Quod autem in annotationibus dicit, sibi videri potius legendum esse ὠφεληθῇ, vt sit Iuuaris, (sunt enim hæc ipsius verba) planè non intelligo. ¶ *Insons erit*, ἀθῷος ἔσται. Supplendum aliquid esse ad explendam sententiam ipsa Grammatica constructio manifestè conuincit: & quanuis hæc ellipsis dura videri possit, tamen nec ratione caret nec exemplo. Christus enim proculdubio ipsa traditionis verba recitauit, in huiusmodi autem citandis testimoniis solent prætermitti quæ sunt omnibus nota, vt contenti sunt Iurisconsulti prima ipsa legum, quas vocant, verba proferre, aut earum particulam, auditore vel lectore ad totas illas inspiciēdas ablegato. Suppleuimus autem id quod exprimitur suprà 12. 5, & respondet Hebræorum formulæ ינקה [*ynnake*] Gen. 24. 8. & Exod. 22. 19. cui opponitur ὀφείλει & ἔνοχός ἐστι. ¶ *Et nequaquam honorauerit*, καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ. id est, & ita fiet vt, contra Dei mandatum, neque patri neque matri officium filius præstiterit. Honoris enim appellatione significatur quicquid liberi parentibus debēt. Sunt autem hæc non ipsius traditionis verba (vt aliquando existimauimus) sed Christi, ex Pharisaica traditione sic violari diuinum mādatum colligentis, vt apparet ex Marco 7. 12.

6 *Irritum fecistis*, ἠκυρώσατε. Deriuatur hoc verbum à κῦρος, quo plena auctoritas ac imperium declaratur. Itaque ἀκυροῦν propriè significat omnem vim & auctoritatem detrahere. Apparet igitur eos qui Dei verbo quicquam detrahunt aut adiungunt, quocūque obtentu id faciant, tamen non minus esse nocentes quàm si Deum ipsum conarentur è suo solio detrahere: quod vt melius intelligeretur, placuit indicare huius verbi etymon. Est autem hoc referendum ad hominum conatus. Nam, quod ad rem ipsam attinet, inuito Satana & ipsius organis frustra laborantibus, stant Dei præcepta in Ecclesia ipsius.

7 *Bene*, καλῶς. Erasmus, *Rectè*. id est ὀρθῶς. ¶ *Prophetauit*, προεφήτευσε. Erasmus, *Prædixit*. Alij, *Vaticinatus est*. sicut etiam Erasmus vertit. Marc. 7. 6. Ego neque volui, neque (vt opinor) debui vocabulum tam familiare Christianorum auribus, immutare. Quòd si mihi nouitas placeret vt quibusdam, (qui vtinam verbis tenus Scripturam profanarent) mallem vti Prædicendi verbo, quod Græco vocabulo prorsus respondet, Nam Vaticinari opponitur potius τῷ μαντεύεσθαι.

8 *Appropinquat*, ἐγγίζει. Apparet Veterem interpretem legisse ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, *Populus iste labiis me honorat*. Erasmus autem existimat studiosum aliquē suppleuisse cætera ex editione Græcorum.

9 *Frustra*, μάτην. Vulgata malè, *Sine causa*: ¶ [*Qua*

sunt] mandata, ἐντάλματα. Hæc dicuntur per appositionem, vt rectè obseruat Erasmus. Simile exemplum habes Rom. 8.23. quia tamen id obscurius erat, addidi [*quæ sunt*] ad locum illustrandum.

διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.

Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, εἶπεν αὐτοῖς, Ἀκούετε καὶ συνίετε.

Οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἶπον αὐτῷ, Οἶδας ὅτι οἱ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες τὸν λόγον ἐσκανδαλίσθησαν;

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, Πᾶσα φυτεία ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος ἐκριζωθήσεται.

Ἄφετε αὐτούς· ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν ταύτην.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε;

Οὔπω νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται;

Τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος, ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχεται, κἀκεῖνα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαὶ, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι.

Ταῦτά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον· τὸ δὲ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώ-

centes doctrinas *quæ sunt* præcepta hominum.

10 ‖ Et aduocata turba dixit eis, Audite & intelligite.

11 Non quod ingreditur in os, polluit hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc polluit hominem.

12 Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei, Nosti Pharisæos audito isto sermone offensos fuisse?

13 Ipse verò respondens dixit, ‖ Omnis planta quam non plãtauit Pater ille meus cælestis, eradicabitur.

14 Omittite illos: sunt viæ ‖ duces cæci cæcorum. quod si cæcus cæco dux viæ fuerit, ambo in foueam cadent.

15 ‖ Respondens autem Petrus dixit ei, Edissere nobis parabolam istam.

16 Iesus autem dixit, Adhuc & vos intelligentia caretis?

17 Nondum perpenditis, quicquid ingreditur in os, in ventrem cedere, & in latrinam eiici?

18 Quæ autem proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa polluunt hominem.

19 ‖ Nam ex corde egrediuntur cogitationes improbæ, cædes, adulteria, scortationes, furta, falsa testimonia, maledicta.

20 Hæc sunt quæ polluunt hominem: illotis autem manibus edere, non polluit hominem.

21 ‖ Et egressus illinc Iesus se-

lunt me, docentes doctrinas, mandata hominum.

10 *Et conuocatis ad se turbis, dixit eis, Audite & intelligite.*

11 *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.*

12 *Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei, Scis quia Pharisæi, audito verbo hoc, scandalizati sunt?*

13 *At ille respondens, ait, Omnis plantatio quam nõ plantauit Pater meus eradicabitur.*

14 *Sinite illos: cæci sunt duces cæcorum. cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.*

15 *Respondens autem Petrus dixit ei, Edissere nobis parabolam istam.*

16 *At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis?*

18 *Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur.*

19 *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.*

20 *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.*

21 *Hæc sunt quæ coinquinant hominem: non lotis autẽ manibus mãducare nõ coinquinat hominem.*

2 *Et egressus inde Iesus*

Marginal notes, left page:

Mar. 7,17 Christus docet non esse ne in rebus quidem mediis, fouendam falsorum doctorum hypocrisin, qui animabus nostris ludunt, & causam non esse cur eorũ vocatio ordinaria nobis perstringat oculos: alioqui nos vnà cum illis perituros.

Luc. 6,39

Mar. 7,17

Gen. 6,5. 8,21

Mar. 7,24

11 *Polluit*, κοινοῖ. Κοινὸν ex Hebræorum idiotismo dicitur quod Latini vocant profanum, quasi commune dicas, id est, quod promiscuo omnium vsu veluti inquinatum est ac contaminatum, sicut exponitur Act. 10. 14. Inde deriuatur verbum κοινοῦν, pro quo nonnulli Communicandi verbo vtuntur, vt Vetus interpres Marc. 7. 15. & Tertullia. de patientia: sed quos nolim imitari. Vulgata vertit *Coinquinare*; nisi potius aliquis sic scribendum putauit pro Communicare. Erasmus in annotationibus, Impurum reddere. Itaque quod in ipsius versione legitur Impurat, typographorum incuria accidit. Idem apud Marcum vertit *Inquinare*.

14 *Cæcum per viam duxerit*, τυφλὸν ὁδηγῇ. Hoc significat ὁδηγεῖν. Vulgata, *Ducatum præstet*. Erasmus, *Dux fuerit*. ¶ *Foueam*, βόθυνον. In vno exemplari legimus βόθρον eodem sensu. Notandum est autem vtrunque addici exitio, tum eum qui præit, tum eum qui sequitur: sicut etiam dicit Dominus Ezech. 14. 10.

14 *Parabolam istam*, τὴν παραβολὴν ταύτην id est, istud figuratè dictum, de eo nimirũ quærens de quo Christus respondet, quòd licet simpliciter dictum & accipiẽdum, Petrus tamen idcirco figuratè dictum suspicatur, quòd eo alioqui tolli ciborum discrimen in lege positum putabat: qua de re multo post expressa etiam visione ipsum doceri oportuit, quum tamen nondum ea de re ageret Christus, sed de Pharisaicis duntaxat traditionibus.

16 *Intelligentia caretis?* ἀσύνετοί ἐστε; Vulgata, *Sine intellectu estis?* Et apud Marcum, *Imprudentes estis?*

¶ *Cedere* χωρεῖ. Vulgata, *Vadit*, βαδίζει. Erasmus, *Abit*, ἄπεισι.

¶ *Latrinam*, ἀφεδρῶνα: à seorsum sedendo, sicut Latinis vocatur *Latrina* à lauãdo, seu latendo. Vulg. & Eras. *Secessum*: quod non memini legere hac significatione apud idoneos auctores. Græci tamẽ ἀφόδον, quasi diuerticulũ, ferè vocant.

19 *Cogitationes*, διαλογισμοί. Hoc modo etiam interpretatur τὰς ἐνθυμήσεις, quòd melius vocabulũ nõ habeamus. Potest tamen διαλογισμὸς quibusdam locis cõuerti Ratiocinatio, item Disceptatio: quod tamẽ postremum respondet τῷ διακρίνειν. ¶ *Cædes*, φόνοι. Vulgata, *Homicidia*: id est ἀνδροφονίαι. Indicat Erasmus scriptum esse in nonnullis codicibus φθόνοι, inuidiæ. ¶ *Scortationes*, πορνεῖαι. Vulgata, suo more, *Fornicationes*. Erasmus, *Stupra*: quo vocabulo magis videtur significari vis mulieri illata. ¶ *Maledicta*, βλασφημίαι: id est, sermones quibus aliena fama læditur. Nam hæc vocabuli Græci vis est, παρὰ τὸ τὴν φήμην βλάπτειν. id est, à lædenda fama & existimatione. Itaque Demosthenes & alij passim vsurpant pro Calumnia, vt suprà annotauimus cap. 9. 3. Nos in rebus sacris & ad Deum pertinentibus vocabulũ Græcum retinuimus. Hîc autem Christus videtur ea duntaxat recẽsere quæ ad mutua hominum inter se dissidia spectant. Cic. ad Quint. fratrem, *Quum omnia maledicta, & versus etiam obscænissimi in Clodium & Clodiam dicerentur*. Vulgata, *Blasphemia*. Nos vernacula lingua vocamus *blasmes*, Græco vocabulo per syncopen contracto. Sed sanè execranda est Castellionis audacia, qui propterea quòd obtrectationem alicubi Cicero zelotypiã interpretatur, Dominum ausus est obtrectatorem vocare: quum obtrectator nunquam nisi in vitio, & eo quidem maximo ponatur.

21 *Partes*, τὰ μέρη. id est, regiones vicinas Tyro & Sidoni.

ρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος.

Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ Χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα, ἐκραύγασεν, αὐτῷ λέγουσα, Ἐλέησόν με Κύριε, υἱὲ Δαβὶδ, ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται.

Ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Ἀπόλυσον αὐτήν· ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.

Ἡ δὲ ἐλθοῦσα προσεκύνει αὐτῷ, λέγουσα, Κύριε βοήθει μοι.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.

Ἡ δὲ εἶπε, Ναὶ Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν.

Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ, Ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. Καὶ ἰάθη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς ἦλθε παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος, ἐκάθητο ἐκεῖ.

Καὶ προσῆλθον αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ,

cessit in partes Tyri & Sidonis.

22 Et ecce, mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamitauit, dicens ei, Miserere mei Domine, fili Dauidis, filia mea malè à dæmonio vexatur.

23 Ille verò non respondit ei quicquam. Tunc accedentes discipuli eius rogarunt eum, dicentes, Dimitte eam: nam clamat post nos.

24 Ipse verò respondens dixit, ‖ Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israël.

25 Illa autem venit & adorauit eum, dicens, Domine succurre mihi.

26 Ipse verò respondens dixit, Non est bonum accipere panem liberorum, & obiicere catellis.

27 Ipsa autem dixit, Etiam Domine: etenim catelli edunt ex micis quæ cadunt è mensa dominorum suorum.

28 Tunc respondens Iesus dixit ei, O mulier, magna *est* fides tua: fiat tibi vt vis. Et sanata fuit filia eius ab eo momento.

29 ‖ Et digressus illinc Iesus venit ad mare Galilææ: & quum ascendisset in montem, sedit illic.

30 ‖ Tunc venit ad eum turba

secessit in partes Tyri & Sidonis.

22 *Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit, dicens, Miserere mei Domine, fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur.*

23 *Qui non respondit ei verbum. Et accedẽtes discipuli eius rogabãt eum, dicentes, Dimitte eam: quia clamat post nos.*

24 *Ipse autem respondens ait, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël.*

25 *At illa venit & adorauit eum, dicens, Domine, adiuua me.*

26 *Qui respondens ait, Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.*

27 *At illa dixit, Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mẽsa dominorum suorum.*

28 *Tunc respondens Iesus ait illi, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.*

29 *Et quum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ: & ascendens in montem sedebat ibi.*

30 *Et accesserunt ad eum*

Marginal notes, right page:

Christus vbi etiam contemnitur, tamen non desinit esse beneficus, & in medio luporum ouile suum congregat & fouet.

Mar. 7,31

Quòd Christus interdum conniuet ad sanctas etiam preces, suæ gloriæ studio & nostro bono facit.

Sup. 10,6

ni. Partes autem pro regione ipsa Cicero etiam vsurpauit ad Atticum libr. 3. *Sine te*, inquit, *non esse nobis illas partes tenendas, propter Antonium*.

22 *Mulier*, γυνή. In Complutensi editione additur τὶς, quædam. ¶ *Chananæa*, Χαναναία. Legitur Hebraicè כנענית, [*chenahanith*] non autem קנית [*kanith*] à Cana maiore, oppido tribus Aser: quod tamen in hoc tractu situm est, vt apparet ex Iosue 19. 28. Vt autem ita sentiam vel hæc ratio me impellit, quòd Χαναναῖος vbique per χ scribi inuenio: quæ scribendi ratio non videtur locum habere posse in altero vocabulo quod incipit à ק. ¶ *Clamitauit, dicens ei*, ἐκραύγασεν, αὐτῷ λέγουσα. Erasmus, *Clamauit ad eum, dicens*. Ego verò puto à Vetere interprete pronomen αὐτῷ rectè coniunctum cum participio λέγουσα. In quodam exemplari scriptum erat, ἐκραύγαζεν ὀπίσω αὐτοῦ. id est Clamauit à tergo ipsius. quod indicat Iesum se ab illa auertisse, aut ipsam præ pudore non ausam in ipsius conspectum venire. ¶ *Malè*, κακῶς. Erasmus, *Miserè*. ¶ *A dæmonio vexatur*, δαιμονίζεται. Hoc dicunt Græci vno verbo. Erasmus, *A dæmonio agitatur*. Castellio, *Est furiata*: quam versionem non probo, nequis morbum naturalem faciat ex malo quod est extrinsecũ & ὑπερφυσικόν. Itaque malui crassius & apertius loqui, sicut diximus suprà 4. 24.

23 *Quicquam*, λόγον. Ad verbum, *Sermonem*. Sed hîc ex Hebræorum idiotismo (de quo alibi diximus sæpe) λόγος ponitur pro indefinita particula, vt infrà 22. 46. ¶ *Rogarunt*, ἠρώτων, id est, ἐδέοντο. Nam sicut apud Latinos Rogandi verbum ambiguum est, ita etiã τὸ ἐρωτᾷν apud Græcos: vt Luc. 7. 3. & 2. Thess. 2. 1. & infrà 16. 1. τὸ ἐπερωτᾷν eadem significatione accipitur. ¶ *Dimitte*, ἀπόλυσον. De hoc aliquoties diximus. Erasmus, *Amitte*: quod Latinum quidem est, sed ambiguum. Quamobrem etiam idem paulo post, versu scilicet 32. vertit ἀπολῦσαι, Dimittere.

24 *Non sum missus*, οὐκ ἀπεστάλην. Hinc factum vt Christo etiam ipsi tribuatur Apostoli appellatio Heb. 3. 1. vt qui & ipse sit ἀπόστολος missus à patre: eorum alioqui propria quibus illud specialiter conuenit, Sicut misit me pater, ita & ego mitto vos. ¶ *Ad*, εἰς, εἰς, ἀντὶ τοῦ πρὸς, quum illud inanimatis, istud animatis vsitatius tribuatur, vt annotat Gaza lib. Grammatices 4. ¶ *Domus Israël*, οἴκου Ἰσραήλ id est gentis Israëliticæ. Habebãt enim omnes tribus communem patrem Israëlem. quod non puto de vlla alia gente dici posse. Nã impropriè Virg. 1. Æneid. Romanos Assaraci domum vocauit, si Seruij interpretationem sequamur, in hoc versu, *Quum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenas Seruitio premet*.

25 *Succurre*, βοήθει. Græcũ verbum (vt obseruat Erasmus) significat ad vocem alicuius accurrere auxilij ferendi causa. Itaque Latino illo vocabulo propriè exprimitur. Vulgata, *Adiuua*, id est, ἀντιλαμβάνου.

26 *Bonum*, καλόν. Erasmus, *Honestum*: quod plerunque pertinet ad decorum, quod Græci τὸ πρέπον vocant. Nam honestum pro virtute apud Græcos dicitur τὸ καλὸν, adiuncto articulo: fateor tamen honestos etiam dici qui boni sunt & virtute præditi. Sed quum hîc agatur de eo quod iustum & fas est, & opponatur potius τῷ ἀδίκῳ, quàm τῷ ἀπρεπεῖ, malui Veterem interpretem sequi. In quodam exemplari scriptum erat, οὐκ ἔξεστι non li[cet].

27 *Etiam*, ναί. Est autem hæc particula in hoc loquendi genere assentientis, sed ita vt obsecrationi subseruiat. Solent enim supplices si quid minus commodè sibi responsum est ab iis quibus supplicant, blando quodam assensu gratiam captare: vt etiam apparet ex subiecta particula causali. Quinetiam supplices interdum partim asseuerationis causa, partim veluti prospicientes quid sibi possit in cõtrariam partem obiici, vti solent particula Etiam, vt apud Plautũ in Aulularia: & ad Philemonem, 20. Sic Hebr. suam particulam NA vsurpant in vehementiore precatione. Nec tamen inde Græcorum ναί deductum arbitror. ¶ *Et enim*, καὶ γάρ. Vulgata, *Nam &*. id est (vt in quodam exemplari scriptum erat) καὶ γὰρ καί. Vide Marc. 7. 28.

30 *Habens*, ἔχοντες. Eras. *Ducentes*. Nam id etiam (inquit) significat ἔχω. Atqui nusquam reperi ab alio annotatam hãc significationem. Obseruant quidem Grammatici vsurpari ἀντὶ τοῦ φέρω, vt in illo Hom. Iliad. α, σκῆπτρον ἔχων ἐν χερσί.

Item pro ἱκανῶ. i. ago. Sed hę omnes significationes ad verbum HABEO referri commodè possunt, atque etiam debet. Alioquin licebit hoc modo infinitas verborum significationes fingere: quod video libéter facere eos omnes qui Græca lexica scripserunt, non sine temporis iactura, & maximo studiosorum incommodo: quum hoc modo Græca lingua non doceatur, sed fœdissimè corrumpatur. ¶ *Mancos*, κυλλούς. Vulg. *Debiles*, ἀσθενεῖς. Eras. *Mutilos*. At ego existimo mancos hîc vocari, non quibus manus esset truncata (sicut propriè dicuntur infrà 18. 8.) sed quorum membra debilitata essent, vt paralysi, & aliis id genus morbis: aut etiam naturæ vitio. Id autem partim conicio ex eo quòd postea illis opponit τοὺς ὑγιεῖς. id est sa[illegible]s: partim quòd nusquam legitur Christus aut pedes, aut manus, aut alia membra cuiquam largitus: quamuis id illi difficile non fuit. Etsi autem mancus propriè is dicitur qui manu caret, tamen ad cætera etiam membra id interdum transfertur, vt πηρὸς significet. Præterea pro eo quoque vsurpatur qui membra habet debilitata: perinde enim est ac si illis careret. Sic Cic. pro Rabirio perduell. reo, *Mancus*, inquit, *& membris omnibus captus & debilis*: qua significatione accipitur hoc loco. Illud autem obiter etiam obseruare liceat, apud Plautum in Mercatore, eadem ista & quidem pari ordine posita in hoc versiculo inueniri, *Ad mandata claudus, cæcus, mutus, membris omnibus captus ac debilis.*

ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν χωλούς, τυφλούς, κωφούς, κυλλούς, καὶ ἑτέρους πολλούς· καὶ ἔρριψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.

31 Ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι, βλέποντας κωφοὺς λαλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, χωλοὺς περιπατοῦντας, καὶ τυφλοὺς βλέποντας· καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν Ἰσραήλ.

32 Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἶπε, Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον· ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι· καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω, μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ.

33 Καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι, ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον;

34 Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Πόσους ἄρτους ἔχετε; Οἱ δὲ εἶπον, Ἑπτά, καὶ ὀλίγα ἰχθύδια.

35 Καὶ ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν.

36 Καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθύας, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ.

Esa. 35. 5

Mar. 8. 1 Christus repetito miraculo confirmat se nunquam defuturũ iis qui etiam per deserta ipsum sequuntur.

multa, habẽs secũ claudos, cæcos, mutos, mancos, & alios multos: & abiecerunt eos ad pedes Iesu: & sanauit eos:

31 *Adeo* vt turba mirata sit, cõspicientes mutos loquentes, mancos sanos, claudos ambulantes, cæcos videntes: & glorificarunt Deum Israelis.

32 ‖ Iesus autem aduocatis discipulis suis dixit, Commoueor misericordia erga turbam: quia iam triduum permanent apud me, & non habent quod edant: & dimittere eos ieiunos nolo, ne viribus deficiant in via.

33 Tunc dicunt ei discipuli eius, Vnde nobis in deserto tot panes vt saturemus turbam tantam?

34 Dicit igitur eis Iesus, Quot panes habetis? Illi autem dixerũt, Septẽ, & paucos pisciculos.

35 Tunc iussit turbam discumbere humi.

36 Et acceptos septem illos panes ac pisces, quum gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis: discipuli verò turbæ.

turbæ multæ habentes secum mutos, cæcos, claudos debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius: & curauit eos:

31 *Ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israel.*

32 *Iesus autẽ cõuocatis discipulis suis dixit, Misereor turbæ: quia triduo iã perseuerant mecũ, & non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.*

33 *Et dicunt ei discipuli, Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam?*

34 *Et ait illis Iesus, Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos pisciculos.*

35 *Et præcepit turbæ vt discumberent super terram.*

36 *Et accipiens septem panes & pisces, gratias agẽs fregit, & dedit discipulis suis: & discipuli dederunt populo.*

31 *Vt turba*, ὥστε τοὺς ὄχλους. In quodam exemplari additur πάντας id est, tota. ¶ *Mancos sanos*, κυλλοὺς ὑγιεῖς. Hieronymus hæc verba non legit. nec etiam August. lib. de consensu Euangelistarum 2. cap. 50. & Eras. supposititia esse arbitratur: reperimus tamen in omnibus nostris vetustis codicibus, & extant in Syra interpretatione. Sed in vno vetere codice pro κωφοὺς λαλοῦντας, legimus, κωφοὺς ἀκούοντας, ἀλάλους λαλοῦντας. id est, surdos audientes, mutos loquentes: lectione fortassis ab aliquo deprauata qui κωφὸν ignorauit pro muto quoque accipi, quoniam iidem sunt natura muti qui surdi, vnde apud Comœdos κωφὸν πρόσωπον persona inducta quidẽ in prosceniũ, sed cuius nullæ essẽt in loquendo partes. ¶ *Glorificarũt*, ἐδόξασαν. i. magnificè extulerunt & collaudarunt. Vulg. *Magnificarũt*, id est ἐμεγάλυνον. cuius significatio aut eadem est, aut non multum diuersa.

32 *Permanent apud me*, προσμένουσί μοι. I[illegible] meo latere non discedunt, quod alio vocabulo dicunt Græci παραμένειν, vnde Parmenones dicti serui qui dominos assectabantur. Nam hæc etiam vis est prępositionis [illegible]. Vulgata & Erasmus. *Perseuerant*, id est διατελοῦσι, v[illegible]καρτεροῦσι. Apud Marcum autem 8.2, Vetus interpres vertit, *Sustinent*, id est ὑπομένουσι Erasmus, *Manent*. ¶ *Ieiunos*, νήστεις id est, impastos vt loquitur Virgilius. Nam alioqui nihil illos cibi tot diebus sumpsisse ne verisimile quidem est. Vsus est autem Christus hac etiam circunstantia vt miraculi magnitudo tanto magis appareret, & vt famelicos cibum cœlestem esurientes, nunquam ab ipso deseri intelligamus. ¶ *Ne*, μήποτε. Aliâs vertimus Nequando, sed particula ποτὲ hoc loco expletiua. ¶ *Viribus deficiãt*, ἐκλυθῶσι. i. λειποψυχῶσι. vel λειποθυμῶσι: ad verbum, *Exoluantur*. Vide Marc. 8. 3.

33 *Vnde nobis*, πόθεν ἡμῖν. Vulgata, *Vnde ergo nobis*. id est πόθεν οὖν ἡμῖν, sicut scriptum legimus in vno exemplari.

¶ *Tot*, τοσοῦτοι. Hoc vocabulo propriè significatur discreta quantitas. Vulgata, *Tantos*, id est τηλικοῦτοι, quod declarat quantitatem continuam. Interdum tamen Tantus etiam de discreta dicitur pro Tam multus. Itaque eodem versiculo turbam tantam interpretati sumus. ¶ *Saturemus*, χορτάσαι. Hoc propriè dicitur de armentis. Nam χόρτον Græci vocant gramen aut pabulum: sic Gallico idiotismo *repaistre & repas* honestè tribuitur etiam hominibus.

35 *Discumbere*, ἀναπεσεῖν. Græcis (inquit Erasm.) ἀναπεσεῖν, significat humi considere, nõ in lectis: sed hoc quidẽ fateor me nusquam legisse. Docet Athenæus lib. 1. ἀναπίπτειν, quũ de animo dicitur, idẽ valere quod ἀθυμεῖν, id est animo cõcidere, vt Budæus ex Cicerone interpretatur: quũ verò de corporis habitu, dici de remigibus, qui quũ impellunt remos, dicuntur à Græcis προπίπτειν, quòd corpore propẽdeãt in caput: quum remos adducũt, ἀναπίπτειν, quod corpus resupinent. Inde suspicor factũ vt accipiatur pro ἀνακλιθῆναι, & ἀνακεῖσθαι. i. accumbere vel recũbere, vel in lectis, vel humi, ad cibum capiendũ. quod satis declaratur eo quòd Lucas de vltimo illo Paschæ conuiui[illegible]loquens, ἀνέπεσε inquit: Matthæus autem, ἀνέκειτο, eadem prorsus significatione.

36 *Ac pisces*, καὶ τοὺς ἰχθύας. Hoc deest in vno codice, fortasse quòd Frangendi verbũ non conueniat pisciculis. Sed ne de panibus quidẽ verbũ illud est præcisè accipiendum, quasi in minutissima frusta fregerit: sed quòd vt patresfamiliâs panes illos non ita solidos vt nũc solemus, sed liborũ instar suis domesticis distribuendos tradẽtes, primũ decerpere solebãt, ita Christus hîc fecerit, relicta discipulis frangẽdi frustulatim ac distribuẽdi cura, crescẽte procul dubio inter illorum, vel accipientiũ manus, panũ copia, adeò vt longè etiã plures superfuerint quàm ipsi fregissent. ¶ *Turba*, τῷ ὄχλῳ. Vulgata, *Dederũt populo*, id est ἔδωκαν τῷ λαῷ.

37 Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις.

38 Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.

39 Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά.

Κεφάλαιον ις.

1 ΚΑΙ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι, πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς.

2 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὀψίας γενομένης λέγετε, Εὐδία· πυρράζει γὰρ ὁ οὐρανός.

3 Καὶ πρωΐ, Σήμερον χειμών· πυρράζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανός. Ὑποκριταί, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν· τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε;

4 Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς ἀπῆλθε.

5 Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν.

37 Comederúntq; omnes, & saturati sunt: & sustulerunt quod superfuerat fragmentorum, septem sportas plenas.

38 Erant autem qui comederãt, quater mille viri, absque mulieribus & puerulis.

39 Tunc dimissa turba inscendit in nauigium: venitque in fines Magdala.

CAP. XVI.

1 E‖T quum accessissent Pharisæi & Sadducæi, tentantes rogarunt eum vt signum è cælo ipsis ostenderet.

2 Ipse verò respondens dixit eis, Quando serum est diei, dicitis Serenitas *erit*: rubet enim cælum.

3 Et manè, Hodie *erit* tempestas: rubet enim cælum triste. Hypocritæ, faciem quidem cæli nostis discernere, signa verò temporum illorum non potestis?

4 ‖ Gẽs improba & adulterina signũ requirit: sed signũ nõ dabitur ei nisi signũ illud ‖ Ionę Prophetę. Et derelictis ipsis abiit.

5 ‖ Et quum venissent discipuli eius in vlteriorẽ ripam, obliti fuerant sumere panes.

37 *Et comederunt omnes, & saturati sunt: & quod superfuit de fragmentis tulerunt, septem sportas plenas.*

38 *Erant autem qui manducauerant quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres.*

39 *Et dimissa turba, ascendit in nauiculam: & venit in fines Magedã.*

CAP. XVI.

1 *ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi, tentantes: & rogauerunt eum vt signum de cælo ostenderet eis.*

2 *At ille respondens ait illis, Facto vespere dicitis, Serenum erit: rubicundum est enim cælum*

3 *Et manè, Hodie tempestas: rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis.*

4 *Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Et relictis illis abijt.*

5 *Et quum venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere.*

Mar. 8. 10.

Optimè conuenit aduersus Christum inter impios alioqui dissidentes: sed iisdem inuitis Christus triũphat.

Marc. 8. 11. luc. 12. 29.

supr. 12. 39.

Ionæ 2. 1.

37 *Quod superfuerat fragmentorum*, τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων. Vide suprà cap. 14. 20.

38 *Absque*, χωρίς. Vulgata, *Extra*. ἔξω.

39 *Fines*, ὅρια. Erasmus, alicubi dicit se scriptum reperisse ὄρη, id est montes. ¶ *Magdala* Μαγδαλά Vulgata, *Magedan*. Aliud autem exemplar Μαγαδάν, Magadan. Inde suspicor hũc tractum esse qui Maceda sæpe in libro Iosuę vocatur. Nescio an ab hoc loco Maria illa sumpserit Magdalenæ cognomentum. Marcus habet Dalmanutha, quod fuisse videtur generalius illius tractus nomen. Syrus interpres legit Maggeda. Hieronymus, vt obseruauit Erasmus, legit Magedan, & locum esse ait in tribu Iuda.

IN CAPV[illegible] XVI.

1 *Et quum accessissent*, καὶ προσελθόντες. Erasmus, *Et aggressi*. Vetus autem interpres legit, καὶ προσῆλθον αὐτῷ: & participium πειράζοντες cum his coniungit, additâ καὶ coniunctione. Sic enim vertit, *Et accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogauerũt*, καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι πειράζοντες καὶ ἐπηρώτησαν: quo modo etiam videtur mollior verborum constructio. ¶ *Tentantes*, πειράζοντες. id est, vt experirentur ecquid hoc posset præstare quod petebant, sed captiosè, & malo animo ad id petẽdum ipsos instigante, nempe quòd sperarent se reperturos aliquid in eo, vnde iustæ reprehensionis occasionem arriperent: vel impellente ipsos diffidẽtia, aut curiositate importuna: quibus omnibus modis dicitur Deus tentari, id est ad iracundiam prouocari, quasi cum eo velint homines certare. Alioquin dicitur etiam Dominus suos tentare, i. explorare: & Diabolus tentare, i. ad malum solicitare. ¶ *Rogarunt*, ἐπηρώτησαν, vel petierũt ab eo: quod alioqui significat Interrogare, vt fortassis isti suos maiores imitati qui dicebant in deserto, Non poterit mensam nobis parare in deserto, huiusmodi apud Christum oratione potius quàm blãdis precibus vsi fuisse significentur. ¶ *E cælo*, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, quale videlicet signum edidit Iosue, Solẽ sistẽs: Samuel, tonitrua eliciens: Iesaias, vmbram regredi iubens in solario: vel potius Moses quũ Mannam Deus cælitus deplueret, quod esse verisimilius videtur ex verbis Christi Ioh. 6 colligi posse. ¶ *Ostenderet*, ἐπιδεῖξαι, quasi nimirum tot miracula in terris edita satis illustria non essent. Videtur enim quædã hîc vis esse verbi ἐπιδεικνύειν, vnde genus ἐπιδεικτικὸν apud Rhetores, quod Latini Demonstratiuum vocant.

2 *Serenitas [erit]* εὐδία. Hæc eadem prognostica licet apud Aratum legere, communi etiam vsu obseruata, vnde illud Gallis vsitatum,

Rouge soir & blanc matin,
C'est le plaisir du pelerin.

Plinius lib. 18. cap. 35 Sol vẽtos prædicit, quum ante exorientem eum nubes rubescut. Si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatem futuræ diei spondent.

3 *Faciem quidem*, τὸ μὲν πρόσωπον. Hebraicè פנים [*panim*] Vulg. *Faciem ergo*, τὸ μὲν οὖν πρόσωπον Erasm. prætermisit μὲν. Cæterùm Facies (Hebręorũ more) dicitur externa species, & quasi vultus rerum omnium: quo modo etiam Latinè loqui licere Gellius ostendit lib. 13. cap. 28. Sed tamen) ni fallor) τὸ πρόσωπον nonnisi de homine dictum inuenias apud Græcos disertiores: quo modo etiam Plinius faciem tãtum hominis esse dicit, pro vultu: cætera enim os aut rostrum habere dicuntur. Aristoteles autem Rhetoric 3. Lycophronem in eo reprehendit quòd cælum vocarit πολυπρόσωπον, argutius fortasse quàm solidius, quum soleant poëtæ rebus quibusuis personas induere, & prophani homines pro numin[illegible]s terram ipsam & cælum colere solerent. ¶ *Discer[illegible]e*, διακρίνειν. vel (vt alij vertunt) diiudicare: sed illud videtur Græco vocabulo prorsus respondere. ¶ *Temporum illorum*, τῶν καιρῶν. Illorum videlicet temporum de quibus tot extant prophetarum prædictiones, & quæ vestrum fuit potissimum nosse & cæteris indicare. Itaque articulum exprimendum putaui, & propria τοῦ καιροῦ notatio hîc obseruanda est, vt etiam Tempus apud Latinos vsurpatur, nempe, pro certo & opportuno temporis puncto. ¶ *Non potestis?* οὐ δύνασθε; In vno exemplari scribitur οὐ δοκιμάζετε, *Non probatis?* In quatuor aliis, οὐ συνίετε; *Non intelligitis?*

4 *Requirit*, ἐπιζητεῖ. vel insuper quærit, tot aliis signis non cõtenta, vt præpositio ἐπὶ declarat adiectionem. ¶ *Signum illud*, τὸ σημεῖον. De certo illo & celebri facto loquitur. Itaque articulum ab aliis omissum expressi. ¶ *Abijt*, ἀπῆλθε. Traiecisse lacum Christu cum discipulis declarat apertè Marcus cap. 8, 13. quod notandum fuit, vt intelligatur quomodo sequens versiculus cum isto cohæreat.

5 *Obliti fuerant*, ἐπελάθοντο Est etiam hoc dicendi genus petitum è medio, pro, Tunc demum animaduerterant se oblitos esse panes sumere: quod illos sic exercuit quasi penè ipsis e[illegible]t fame pereundum.

6 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.

7 Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες, Ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν.

8 Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε;

9 Οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε;

10 Οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε;

11 Πῶς οὐ νοεῖτε ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων;

12 Τότε συνῆκαν ὅτι οὐκ εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.

13 Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων, Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;

6 Iesus autem dixit eis, Videte & cauete à fermẽto Pharisæorum & Sadducæorum.

7 Ipsi verò disceptabant inter se, dicentes, Panes non sumpsimus.

8 Id autem quum nosset Iesus dixit eis, Quid disceptatis inter vos, exigua fide præditi, quòd panes non sumpsistis?

9 Nondum perpenditis, neque memoria repetitis quinque illos panes *illorum* quinquies millium, & quot cophinos acceperitis?

10 Neque septem illos panes quater mille *hominum*, & quot sportas acceperitis?

11 Quînam non animaduertitis me non dixisse vobis de pane, vt caueretis à fermento Pharisæorũ & Sadducæorũ?

12 Tunc intellexerũt eum non dixisse vt cauerẽt à fermento panis, sed à fermẽto doctrinæ Pharisæorum & Sadducæorũ.

13 Quũ venisset autẽ Iesus in partes Cæsareæ *quæ dicitur* Philippi, interrogauit discipulos suos, dicens, Quémnã esse me

6 Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum.

7 At illi cogitabant inter se, dicentes, Quia panes non accepimus.

8 Sciens autem Iesus dixit, Quid cogitatis inter vos, modicæ fidei, quia panes non habetis?

9 Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis?

10 Neque septem panum & quatuor millium hominum, & quot sportas sumpsistis?

11 Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum?

12 Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum à fermẽto panum, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

13 Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens, Quem me

Suprà 14.17. Iohan. 6.9.

Suprà 15.34.

Christus variis quidem est hominum iudiciis obnoxius, sed nihilominus à suis agnoscitur. Mar. 8.27. Luc. 9.18.

7 *Disceptabant inter se*, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς. Ἐν pro inter, non pro intra, seu apud. Nam verisimile est de ea re inter se esse colloquutos.

8 [*Id*] *autẽ quum nosset*, γνοὺς δέ. Indicat fortassis hoc verbũ Iesum hãc illorũ disceptationẽ non cognouisse ex aliis: sed (quæ vis diuinitatis ipsius erat) per se cognouisse qua de re illi inter se contenderent. Non dubiũ est enim quin alij in alios culpã reiicerent. ¶ *Sumpsistis*, ἐλάβετε. In vno exẽplari scribitur ἔχετε, i. habetis: sicut etiam vertit Vetus interpres.

9 *Memoria repetitis*, μνημονεύετε. Vulgata, *Recordamini*, id est ἀναμιμνήσκεσθε. Erasmus, *Memoria tenetis*, id est διὰ μνήμης ἔχετε. ¶ *Illorum quinque millo*, τῶν πεντακισχιλίων, i. quibus paui quinque hominum millia, quod genus dicendi à vulgi consuetudine petitum est, sicut pleraque alia. Vulgata, quia id obscurius videbatur, vertit, *In quinque millia hominũ*. Erasmus, longiore circuitu, *Quum homines essent quinquies mille*: quasi τῶν πεντακισχιλίων ponatur absolutè.

11 *Quînam non animaduertitis*, πῶς οὐ νοεῖτε. πῶς hoc loco non declarat simplicem interrogationem, sed cũ admiratione coniunctam. Vulgata, *Quare non intelligitis?* id est διατί. Erasmus, elegantius, *Qui fit vt non intelligatis?* Ego crassius malui, quũ presertim particula Quomodo, apud ipsum etiã Ciceronẽ, admirationẽ declaret. Sic enim scribit lib. de Amicitia, *Quomodo (vt alia omittã) mortẽ filij tulit?* ¶ *Dixisse vobis*, εἶπον ὑμῖν. Eras. addidit pronomen illud, vt melius cohærerent sequẽtia. Sic enim interpretatur. Me non de pane dixisse vobis illud: quod satis per se intelligi puto. Est autẽ Hebræorũ more permutata negans particula in Græcis. ¶ *De pane*, περὶ ἄρτου. In duobus vetustis codicibus, legimus περὶ ἄρτων, de panibus. ¶ *Vt caueretis à fermento Pharisæorum*, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης. Duo ex vetustis codicibus scriptũ habent, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν; προσέχετε δέ, id est, quòd non de pane dixi vobis vt caueretis: cauetẽ verò. vel, sed cauete. ita vt repetas, εἶπον, & sit hic sensus, quòd non de pane dixi vobis vt caueretis, sed potius dixi vobis cauete à fermento.

12 *Dixisse vt cauerent*, εἶπε προσέχειν. Vulg. *Dixerit cauendũ* i. προσεκτέον, vel potius φυλακτέον. Eras. *Iussisset cauere*, i. ἐκέλευσε προσέχειν. Nam alibi admonuimus, Dicere pro Iubere sæpe vsurpari in Hebræo sermone. ¶ *A [fermento] doctrinæ*. Sic conuerto, quòd videatur postulare sententia vt τῆς ζύμης repetatur ἀπὸ τῆς κοινοῦ, cuiusmodi ellipsin annotauimus suprà 5.20, & 1. Pet. 1.7.

13 *Cæsareæ [quæ dicitur] Philippi*, Καισαρείας τῆς Φιλίππου. Supplendum fuit aliquid ad articulum illum exprimendum, quo videlicet distinguitur hæc Cæsarea ad radicem Libani ædificata à tetrarcha Philippo, vt Tiberio gratificaretur, de qua Iosephus lib. 18, ab ea quam Herodes Magnus condidit Octauij Augusti memoriæ, ad mare mediterraneum: cuius idem Iosephus meminit lib. 15. ¶ *Me*, με. In plerisque exemplaribus Veteris versionis, & vno ex nostris Græcis, non reperimus hoc pronomen: & certè si sustuleris, mollius cum istis connectentur verba illa, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, Filium hominis. Et Hieronymum constat ex ipsius commentariis in hunc locum hoc pronomen non legisse, adeo vt vel με pronomen, vel hoc totum τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου videri possit redundare, quum Christus de se loquatur vt de tertio quopiã, sicut solet, quoties Filium hominis se vocat: adeo quidem vt excepto hoc vno loco nusquam (ni fallor) reperias additum pronomen. Imo Bernardus in Tractatu de gradibus humilitatis expressè annotat Christum populi carnalis sententiam de carne inquirentem, nomen carnis (quod propriè est *Filius hominis*) posuisse: Spirituales verò discipulos de sua dignitate interrogantem, non Filium hominis sed signãter *Me* dixisse. Sed contrà testatur Eras. se in nõnullis Græcis codicibus duntaxat reperisse scriptum, *Quem me dicunt esse?* vt in sequente interrogatione vers. 15. Itaque meritò suspicari possit quispiam hoc pronomen ab aliquo annotatum in albo libri, ne illa verba τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου perinde acciperẽtur acsi Christus non de se, sed de alio quopiam discipulos interrogaret: postea ab aliquibus fuisse contextui insertum: ab aliis verò perinde acceptum acsi aliqua esset diuersa lectio annotata, qui propterea τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου expunxerint. Neque verò id fuit factu difficile, quum hæc formula loquendi de seipso quasi de tertio aliquo, sit à cõsuetudine Latini & Græci sermonis aliena: plerique autẽ ex veteribus etiã eruditissimis sacrarũ literarũ interpretibus, Hebræorũ idioma non modò non tenuerint, sed etiã contẽpserint: quæ res fecit vt non paucis in locis miserabiliter sanè cæcutierint. Quia tamen apud Epiphaniũ in Anchorato & in veteribus manuscriptis & impressis legimus, τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, absit vt quicquã detrahamus. Imò verò per appositionem hoc erit explicandum, acsi diceret Dominus, Videtis me nunc vt vnum quempiam ex hominum numero in mundo versari, quid igitur de me sentiunt homines? Sed & omnia cohærebunt si post εἶναι non simplicem distinctionem scribas, sed accentum interrogantem: & sic interpreteris. Quem me dicunt homines esse? *An* Filium illum hominis, id est, promissum illum Messiam? Erit enim subaudienda particula AN, quam ellipsin inuenio infrà 18.21, in duplici etiam interrogatione, sicut hoc loco: & τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου seruata vi articuli, pro Messia positum reperio Luc. 17.22. Sed tamen absit vt apicem ex nuda coniectura immutem, & secundam interpretationem vt germanam complector, Syri præsertim interpretis auctoritate confirmatam.

14 Οἱ δὲ εἶπον, Οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν, ἄλλοι δὲ Ἠλίαν, ἕτεροι δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν.

15 Λέγει αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι;

16 Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος εἶπε, Σὺ εἶ ὁ Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.

17 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος εἶ Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

18 Κἀγὼ δέ σοι λέγω ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.

19 Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

dicũt homines, Filiũ hominis?

14 Illi verò dixerunt, Alij quidẽ Ioannem Baptistam, alij verò Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.

15 Dicit eis, Vos autem quem me dicitis esse?

16 Respõdens verò Simon Petrus dixit, Tu es Christus Filius ille Dei viuentis.

17 Tunc respondens Iesus dixit ei, Beatus es Simon bar-Iona: quia caro & sanguis *hoc* non detexit tibi, sed Pater meus qui est in cælis.

18 Sed & ego tibi dico, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo meam Ecclesiam: & portæ inferorum non superabunt eam.

19 Et tibi dabo claues regni cælorum: & quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cælis: & quicquid solueris in terra, erit solutum in cælis.

dicunt homines esse, Filium hominis?

14 At illi dixerunt, Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.

15 Dicit illis Iesus, Vos autem quem me esse dicitis?

16 Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui.

17 Respondens autem Iesus dixit ei, Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.

18 Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

19 Et tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum in cælis.

Ioh. 6.69.

Fides à gratia est non à natura.

Ea demum est vera fides quæ Christum confitetur, cuius etiam virtus est inuicta. Ioh. 1.43. Ioh. 20.23.

Ministerij Ecclesiastici autoritas cœlestis.

16 *Christus ille*, ὁ Χριστός, id est Messias ille. ponitur enim hoc loco Christi nomẽ pro officij appellatione, nõ proprio nomine vt alibi sæpe, ideóque minusculis literis scribi debet, quanuis hic Christus ab omnibus aliis distinguitur.

17 *Bar-Iona*, Βὰρ Ἰωνᾶ. Quum Græcè scribens Euangelista, vocabula peregrina vsurpauit, nos quoque retinuimus. Annotat Hieronymus corruptum locum videri, & legẽdum Βὰρ Ἰωαννᾶ: sicut etiam legitur apud Veterem interpretem in quibusdam codicibus, & vetustis aliquibus exemplaribus Græcis, Iohan. 1.42, & 21.17. Syrus tamen interpres Ionam scriptum habet. ¶ *Caro & sanguis*, σὰρξ καὶ αἷμα. Carnis appellatione Hebræis sæpe homines dicuntur, vt humana imbecillitas significetur, sicut Psalm. 78.39. quod & ipsum de equis dicitur Es. 31.3. Sed in nouo Testamento aliquoties caro & sanguis totam humanã naturam συνεκδοχικῶς significant, eámque interdum ita vt est corrupta & infirma sicut hoc loco, & 1. Corinth. 15.50; vel simpliciter qualis est in sese, vt à spirituali videlicet & excellentiore natura distinguatur. vt Gal. 1.16, & Ephes. 6.12, & Hebr. 2.14. & alibi sæpe, quum de altera Christi natura disseritur.

18 *Sed & ego*, κἀγὼ δέ. Vulgata, *Et ego*, omissa particula δέ, quæ etiam in vno vetere codice deest. Erasmus, *At ego vicissim*. i. κἀγὼ ἐν μέρει. vt sit sensus, Sicut tu me professus es id esse quod ego sum: ita vicissim tibi dico, &c. vel, vt ad proximè præcedentia istud referatur, perinde acsi diceret Christus, Sed & istud præterea tibi dico. vel, sicut hoc tibi patefecit pater, ità etiam ego tibi dico, &c. ¶ *Tu es Petrus, & super hanc petram*, σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ. Dominus Syriacè loquens nulla vsus est agnominatione, sed vtrobique dixit Cepha: quemadmodum & vernaculum nomẽ *Pierre* tam de proprio quàm de appellatiuo dicitur. In Græco quoque sermone πέτρος & πέτρα non re, sed terminatione tantùm differunt. Sed videtur Matthæus (aut si quis fuit eius interpres) hoc terminationis discrimine voluisse Petrum (qui pars est ædificij) ab ipsa petra, cui innititur ædificium (id est à Christo ipso) distinguere, ipsúmque adeo Petrum à fidei professione, quæ toti Ecclesiæ est communis, & super quam à Petro spiritu Dei afflato proditam Christus Ecclesiæ suæ basin ac fundamentum iecit, inquit Isidorus Pelusiotes lib. 1. Epist. 235. Idem disertè docent Chrysost. in hunc Euangelistam homil. 55. & in Psal. 22. Ambros. ep. 2. August. Tract. in Ioan. 124. & in 1. Ioan. Tract. 10. suam ipsius de Petro expositionem retractans lib. Retract. 1. c. 20. ¶ *Ecclesiam*, ἐκκλησίαν. Vocabulo ἐκκλησίας significari ciuiũ conuentũ, nemo est qui ignoret: quo modo etiã accipitur Act. 19. Hebræi עדה, & קהל [*hedah* & *kahal*] vocant. Sed postea communis loquendi consuetudo fecit vt pro eorũ cœtu acciperetur qui Christũ profitentur: sicut synagoga de Iudæis propriè & peculiariter dici cœpit. Interdũ verò pro Senatu ecclesiastico vsurpatur, vt infrà, 18.17. quia nimirũ cogitur nomine totius Ecclesiæ cui præest. Alibi vocatur à Paulo πρεσβυτέριον, 1. Tim. 4.14. Nos igitur receptũ vocabulũ mutare noluimus, quãuis nostra ætate nõnulli sint q ciuitatis & reipublicæ nominib. vti malint: sed quos absit vt vel in eo imitari velim. ¶ *Portæ inferorũ*, πύλαι ᾅδου. Euripides quoq; initio Hecubæ cõmemorat ᾅδου πύλας, sed prò ipsis locis inferis. Hic autẽ de aduersariis Dei & Ecclesiæ perinde loquitur Dominus ac de regno munito: quod interdũ κόσμος, interdum ᾅδην pari ratione vocat: cuius regni princeps est Diabolus. Itaque portarũ appellatione vrbes & cõsilio & propugnaculis munitas intelligimus id est, quicquid vel consilio vel viribus potest Satã, tenebrarũ princeps. id denique quod Hebræi vocant מצודה [*metsudah*, & Paulus ὀχυρώματα, 2. Cor. 10.4. ¶ *Superabũt eã*, κατισχύσουσιν αὐτῆς. Vulg. *Præualebunt aduersus eam*. Eras. *Valebunt aduersus illam*, id est ἰσχύσουσι κατ' αὐτῆς. Atqui certũ est valere aliquid Satanam aduersus Ecclesiã, à quo sæpe grauissimè premitur, sed hactenus tamen vt nunquam opprimatur. Quare quum neque (vt existimo) Vulgata versio satis sit Latina, neque Erasmica satis expressa, quærẽdum fuit aliud vocabulum. Iam verò quum nullum in promptu haberem quod Græco & Hebræo יוכלו [*iuchelu*] posset opponi, vsus sum synonymo, quo res eadem significatur.

19 *Dabo*, δώσω. Non igitur tunc dedit, sed tãtùm promisit: dedit autẽ postea non vni Petro, sed singulis Apostolis in solidũ Ioan. 20.22. vt rectè Cyprianus explicat. Illud enim, *Pasce oues meas*, ter Petro repetitũ, nõ contulit ei vllũ supra condiscipulos Apostolatus gradũ, sed eũ restituit in cœtum Apostolorũ à quo per trinã abnegationẽ exciderat. *Claues*, τὰς κλεῖς. Hac metaphorica loquutione significatur œconomi potestas (sicut apparet Esa. 22.22.) qua funguntur omnes ministri in Ecclesia Dei, vt apparet infrà, 18.18. Ministeriũ enim Euangelicũ rectè dici potest clauis regni cælorum, quũ Euangeliũ sit virtus Dei ad salutem cuiuis credẽti: & vicissim odor mortis in mortẽ cuiuis non credẽti. Ostẽdat igitur Antichristus hanc clauẽ, & nos illi credemus. Cæterùm quũ posceret metaphoræ analogia vt Matthæus vteretur aperiẽdi & claudẽdi vocabulis, (sicut fecit Esaias, & post Esaiã Iohannes Apoc. 3.7.) maluit Spiritus sanctus ligãdi & soluẽdi verba vsurpare: nẽpe vt intelligamus quàm misera sit cõditio eorũ quibus cælũ clauditur, id est, quorũ retinẽtur peccata: (sicut Iohannes interpretatur infrà, 21, 21.) qui videlicet quũ nolint oblatũ Christũ fide amplecti, manent obstricti peccatorũ vinculis: contrà verò, quàm beati sint illi quibus apertũ est cælũ, vt qui à filio Deo liberati, sint ipsius cohæredes, quia Euãgelio crediderũt. Quorsũ autẽ hæc ad indulgẽtiarũ fumos, & totã illã Antichristi tyrãnidem-

Prius discendum est quàm docendum.

Aduersus crucis offendiculum tempestiuè præparandi sunt omnium animi.

Aduersus præposterum zelum.

Supra 10,38 mar. 8,34 luc. 9,23. & 14. 27.

Nulli peius sibi consulunt, quàm qui sese supra Deum amant.

20 Τότε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

21 Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων, καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

22 Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, λέγων, Ἵλεώς σοι Κύριε. οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.

23 Ὁ δὲ στραφεὶς εἶπε τῷ Πέτρῳ, Ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

24 Τότε ὁ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

25 Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶ-

20 Tunc interdixit discipulis suis vt nemini dicerent, se esse Iesum illum Christum.

21 Ex eo tẽpore cœpit Iesus indicare discipulis suis oportere se abire Hierosolymam, & multa pati à Senioribus & primariis Sacerdotibus, & Scribis, & interimi, & tertio die suscitari.

22 Et prehensum eum Petrus cœpit obiurgare, dicens, Propitius tibi esto Domine: nequaquam erit tibi istud.

23 At ille sese conuertens dixit Petro, Abscede à me satana, offendiculo es mihi: nam non sapis quæ *sunt* Dei, sed quæ *sunt* hominum.

24 ‖Tunc Iesus dixit discipulis suis, Si quis vult ponè me venire abdicet semetipsum, & attollat crucem suam, ac sequatur me.

25 ‖Quisquis enim voluerit a-

20 *Tunc præcepit discipulis suis vt nemini dicerent quia ipse esset Iesus Christus.*

21 *Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati à Senioribus & Scribis, & principibus Sacerdotum & occidi, & tertia die resurgere.*

22 *Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illũ, dicens, Absit à te Domine: non erit tibi hoc.*

23 *Qui conuersus dixit Petro, Vade post me satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.*

24 *Tunc Iesus dixit discipulis suis, Siquis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

25 *Qui enim voluerit animam suam saluam fa-*

20 *Vt nemini*, ἵνα μηδενί. Erasmus, *Ne cui*, id est μή τινι. ¶ *Iesum illũ Christum*, Ἰησοῦς ὁ Χριστός. In tribus exempl. non legebatur Ἰησοῦς: & sanè videtur abũdare, vt annotat Eras.

21 *A*, ἀπό. ἀπὸ pro ὑπὸ iterum hîc positum est. de qua enallage suprà diximus, 1.19. ¶ *Senioribus*, πρεσβυτέρων. Hebraicè זקנים [*zekenim*] vt Deut. 21.2. Est autẽ nomẽ non tam ætatis quàm dignitatis: & eos designat qui adiecto epitheto alibi dicuntur Seniores populi, penes quos, nimirum Sacerdotibus & Scribis selectis adiunctos, erãt iudicia, quæ Hebræi Græco vocabulo vocãt Sanhedrin, id est συνέδριον: vt ij planè sint πρεσβύτεροι quos Latini eadẽ ratione Senatores vocant. Sic apud Homerum aliquoties dicuntur γέροντες iidem qui ἄριστοι, vt Iliad. β. ¶ *Suscitari*, ἐγερθῆναι. Vulg. *Resurgere*, ἀναστῆναι Eras. *Resuscitari*. i. iterum suscitari.

22 *Prehensum*, προσλαβόμενος. i. manu prehẽsum seduxisset, vt solent familiarius aliquid dicturi. Erasmus, *Abduxisset*, id est, ἀπαγαγών qui tamen in annotationibus in Mar. 8. 33. adfert eam interpretationem quam sum sequutus. Vulgata, *Assumens*, id est, προσλαμβάνων. ¶ *Propitius tibi sis*, Ἵλεώς σοι. Sic rectè Erasmus. Latinè dicas, *Respice te*. Vulgata, *Absit*, id est, μὴ γένοιτο. Græci in hac significatione dicunt optandi modo, ἵλαος, & hoc ipsum significauit his verbis Maro, *Et vos mihi Manes, Este boni.*

23 *Abscede à me*, ὕπαγε ὀπίσω μου. Vulgata, *Vade post me.* Erasmus, *Abi post me*. Vide Mar. 8. 33. ¶ *Satana*, σατανᾶ. Per antonomasiam propriè vocatur Satan (id est aduersarius) ab Hebræis, à verbo שטן [*satan*,] qui à Græcis dicitur διάβολος, id est, calumniator: & ὁ πειράζων, id est tentator, Apoc. 12. 9, & 10. Sed hoc nomen iis etiam accommodatur qui Dei voluntati aduersantur, vel obstinata malitia, (vt Iudas Iohan. 13. 27.) vel incogitantia quadam aut etiam arrogantia, vt hoc loco Petrus: cui in hoc quidẽ cognomine successisse Antichristum libens concessero, vtcunque clamitet se errare non posse, & à nemine iudicandum. ¶ *Offendiculo es mihi*, σκάνδαλόν μου εἶ. In meo vetustissimo exemplari scribitur ἐμοὶ εἶ, vt etiam vertit Vulg. & quidẽ rectè. Sensus est autem, nõ stare per Petrum quominus Christus crucis cogitatione perterrefactus, iter suę vocationis abrumpat: sicut iis accidit quibus aliquò proficiscentibus impedimentũ obiicitur quod ipsos pergere prohibeat, aut etiam ad quod impingentes retrocedant. ¶ *Sapis*, φρονεῖς. Hoc verbo significatur Petrum arrogantia & falsa quadã de se persuasionẽ peccasse, quam φρόνημα Paulus Rom. 8.7 vocat ἔχθραν, & quidem aduersus Deum, cuius mali causam indicat 1. Cor. 3. 5. Pindarus ἐχθρὰν vocat. Et hinc liceat animaduertere multiplices etiam esse cognitionis ipsius Christi gradus, quum eum agnoscens Petrus esse Dei viui filium (vt vocari solebat Messias ex Psalm. 2.) nihilominus non illud cœleste sed terrenũ Messiæ regnũ cõmuni & adhuc apud Iudęos perdurãte errore, somniaret: vnde factũ vt se posse ducẽ esse suo magistro existimaret.

24 *Ponè me venire*, ὀπίσω μου ἐλθεῖν. id est discipulus meus esse. Nec enim præire solent verè discipuli magistro vt cœperat Petrus, quasi quid Christum deceret melius prospiceret quàm ipse Christus. ¶ *Abdicet semetipsum*, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν. id est, nullam sui rationem habeat, quæ ipsum vel tantillum ab iis quæ Deo debet, abducat Vulg. & Erasmus, *abneget semetipsum*, admodum obscurè, & nimiùm ambiguè, quum Negare seipsum, dicatur de eo qui quod ipse dixerit aut fecerit inficietur, vt 2. Tim. 2. 13. Itaque quamuis ἀρνεῖσθαι idem propriè valeat quod Negare, cui etiam verbo videtur vim adiicere addita præpositio: tamen à consequenti idem declarat aliquid perinde habere atque si nihil ad se attinere quispiam testetur, quod fieri inficiatione consueuit: cuius exemplum habemus in Leui, Deut. 33. 10. quod Latini videntur verbo Abdicandi optimè significare. Talis fuit illa vsitata in adultorum baptismo formula, Abrenuntias? abrenũtio. imprudenter postea ad infantium baptismum accommodata: pro quo tamen Græci verbo ἀποτάσσεσθαι non ἀπαρνεῖσθαι vsi sunt, & adhuc vtuntur. Nostræ interpretationi fauet etiã Syrus interpres. ¶ *Attollat crucem suam*, ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. id est: onere quantumuis duro & graui in humeros alacriter sublato, alacriter pergat aut currat potius ad metam, me præeuntẽ sequutus. Hebr. 12. 1. Crucis enim nomine in his libris notum est afflictionum pro Christi nomine genus omne significari, nempe, vt arbitror, non tam quòd crux in genere Latinis etiam dicatur quicquid animum excruciat, quàm vt Christianorum cum Christo in eiusmodi ærumnis consociatio quædam significetur. Vide suprà 10, 38.

25 *Animam suam seruare*, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι. id est vitam: nisi malimus animæ appellatione totum hominem comprehendi, synecdoche Hebræis familiari. Et certè hæc est (nisi fallor) huius loci germana interpretatio quam etiam videtur apertè Lucas confirmare *cap. 9. 25.* quum hæc Matthæi & Marci verba, τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ ζημιωθῇ, i. sua ipsius anima mulctetur, interpretatur ἑαυτὸν ζημιωθείς. id est si sepso mulctetur. Bellissimè ergo cohærebunt omnia hoc modo, Siquis seipsum voluerit seruare (loquitur enim Euangelista ex communi hominum opinione, quibus nihil hac vita est charius) is seipsum perdet. hæc enim præpostera cupiditas in æternum exitium ipsum præcipitabit. Contrà verò, qui Christi & Euangelij causa seipsum perdiderit, (ita enim rursus loquitur Euangelista ex eorum sensu qui omnium hominum stultissimos & miserrimos eos esse opinantur qui vitam malint profundere quàm Christum abnegare) is quum videatur periisse, seipsum tandem aliquando recuperabit: quippe qui

qui hoc modo seipsum seruauerit, alioquin periturum. ¶ *Inueniet eam*, εὑρήσει αὐτήν. id est recipiet eam, aut potius seipsum lucrifecerit: vt qui sibi alioquin morituro, æternam vitam parauerit: sicut Lucas ipse exponit cap. 17. 33. Nam εὑρίσκειν apud Græcos etiam declarat laborẽ suo aliquid consequi, vt exponit Vlpianus in orationem Demosthenis κατὰ Τιμοκράτους: & Inuenire à Latinis vsurpatur pro Parare sibi & acquirere, teste Donato in Terentij Eunuchum. Erit igitur vehementior antithesis, si dixerimus illos, qui vt sibi consulant, Christum abnegant, non modò lucrum non facere quod captant, sed etiam eius rei quam seruatam esse volunt (id est sui ipsius) iacturam facere, quod damnum est omnium maximum: istos verò contrà, qui pro Christo mori non dubitant, non modò nullum detrimentũ pati, sed seipsos potius lucrifacere, alioqui perditos: quo lucro nullũ maius possit homini cõtingere.

σαι, ἀπολέσει αὐτήν. ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

26 Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

27 Μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ.

28 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

Κεφάλαιον ιζ.

1 ΚΑΙ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν.

2 Καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν· καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος· τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς.

3 Καὶ ἰδοὺ, ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες.

nimam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam.

26 Quid enim prodest cuipiam si totum mundum lucratus fuerit, anima verò sua mulctetur? aut quã dabit quispiam compensationem animæ suæ?

27 ‖Futurum est enim vt Filius hominis veniat cũ gloria Patris sui cũ Angelis suis: ‖& tũc reddet vnicuique secundum ipsius facta.

28 ‖Amen dico vobis, sunt quidam ex his qui hîc adstant qui nequaquã gustabunt mortem, vsquedum viderint Filium hominis veniẽtem in regnũ suũ.

CAP. XVII.

1 SExto verò pòst die assumit Iesus Petrum ac Iacobũ & Ioannem fratrem eius, & subducit eos priuatim in montem sublimem.

2 Transformatúsque est coram eis, & fulsit facies eius vt sol: vestimenta autem eius facta sunt alba vt lux.

3 Et ecce, cõspecti sunt eis Moses & Elias, cũ eo colloquẽtes.

uere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

26 *Quid enim prodest homini si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?*

27 *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.*

28 *Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant Filium hominis venientem in regno suo.*

CAP. XVII.

1 *ET post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem eius, & subducit illos in montem excelsum seorsum.*

2 *Et transfiguratus est ante eos: & resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.*

3 *Et ecce, apparuerunt illis Moyses & Elias, cum eo loquentes.*

Suprà 10. 39. mar. 8. 35. luc. 9. 24. & 17. 33. iohann. 12. 25. mar. 8. 36. luc. 9. 25.

Inf. 26. 64.

Psal. 62. 13. rom. 2. 6.

Mar. 9. 1. luc. 9. 27.

Mar. 9. 2. luc. 9. 28.

Christus hîc est homini in Euangelio vt in vere à sit cæli & terræ Dominus.

26 *Anima verò sua mulctetur?* τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; id est seipsum perdat, vt Lucas interpretatur. Vulgata ζημιωθῆναι vertit *Detrimentum pati*. Erasmus, *Lacturam facere.* Ego verò non video cur periphrasis quærenda fuerit, quum de iudicio Dei hîc agatur: quemadmodum proximus versiculus declarat: & ζημιοῦν apud Græcos sit vocabulum forense, sicut mulctare apud Latinos. ¶ *Compensationem animæ suæ*, ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. id est, quo seipsum redimat: quod vernaculo sermone dicas, *Qu'est-ce que l'hõme baillera en eschange de sa personne?* Vulgata ad verbum, *Commutationem pro anima sua?* quæ interpretatio mihi visa est obscurior. Erasmus, *Cuius permutatione redimat animam suam?* perspicua periphrasi, sed non prorsus necessaria. Itaque in annotationibus in Marcum interpretationem Veterem amplectitur.

27 *Cum gloria*, ἐν δόξῃ. ἐν pro σὺν, vt alibi sæpe. Vide suprà, 6. 29. ¶ *Angelis*, ἀγγέλων. In secundo exemplari additur ἁγίων, id est Sanctis. ¶ *Secundum facta*, κατὰ τὴν πρᾶξιν. Erasmus, *Iuxta facta*. Vulgata, *Secundum opera*. id est κατὰ τὰ ἔργα, sicut etiam legimus in vno exemplari.

28 *Amen*, ἀμήν. In quodam codice additum erat γάρ, enim. ¶ *Ex his qui hîc adstant*, τῶν ὧδε ἑστηκότων. Vulgata, *De hic stantibus*. Erasmus, *Hic stantes*, id est ὧδε ἑστῶτες, quod scriptum inuenimus in duobus vetustis codicibus. ¶ *Gustabunt mortem*, γεύσωνται θανάτου, id est morientur. sicut Heb. 2. 9. ¶ *In regnum suum*, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. ἐν existimo pro εἰς positum esse. Cæteri ad verbum interpretantur, *In regno suo*. In vno veteri codice legitur, ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ id est in gloriam suam. quibus verbis ista optimè explicantur de Christi ascẽsione, & iis quę posteà cõsequuta sunt: de quibus magnificè scribit Paulus Ephes. 4. 10, & 1. Cor. 15. 23, & Dominus ipse meminit infrà 16. 26, & 28. 18.

IN CAPVT XVII.

1 *Sexto post die* μεθ' ἡμέρας ἕξ. Vul. & Eras. *Post sex dies*. Vide Mat. 9. 2. ¶ *Subducit*, ἀναφέρει. id est ἀνάγει: quod etiam legimus in quodam exẽplari. Nam φέρειν & ἄγειν sæpe permutantur: vt infrà hoc codẽ capite, vers. 17, & suprà, 4. 1.

2 *Alba*, λευκά. Candidum, quod vsurpat Erasmus, potius significat splendidum & fulgens, id est τὸ λαμπρόν: (quod quidẽ propriè de igne dici solet, vt auctor est Aristoteles sectione octaua Problematum) quamuis id postea de albo colore dici quoque cœpit, omniũ videlicet splendidissimo. ¶ *Lux*, τὸ φῶς. In quodam exemplari legitur ἡ χιών. Nix: quod secutus est Vetus interpres. Aristoteles porro libro primo De coloribus, φῶς colorem ignis esse scribit his verbis, τὸ δὲ φῶς ὅτι πυρός ἐστι χρῶμα, δῆλον ἐκ τοῦ μηδὲ μίαν ἄλλην ἢ ταύτην ἔχον εὑρίσκεσθαι χρόαν. &c. id est, Quòd autem lumen aut lux, sit color ignis, perspicuum ex eo est, quoniam nullum alium, præter hunc, habere colorem reperitur, &c. φῶς autem Lucem vertimus, quanquam non dubitem apud philosophos differentiam lucis & luminis obseruari, quæ tamen apud reliquos scriptores fere negligi solet.

3 *Conspecti sunt*, ὤφθησαν. Vulgata, *Apparuerunt*. id est ἐφάνησαν. ¶ *Colloquentes*, συλλαλοῦντες. Erasmus admonet in annotationibus, potius verti debuisse *Confabulantes*: à quo tamen verbo quidã meritò refugiunt, quum neque respondeat Græco verbo συλλαλεῖν, neq; Scripturę maiestati cõueniat, neque etiam tritũ sit apud Latinos scriptores: quamuis fabulari à fando deriuetur. Addit autem Lucas de propinquis Christi perpessionibus fuisse cũ eo colloquutos. Neque hîc curiosè quærendum, an verè in suis corporibus Moses & Elias apparuerint: quòd si dicamus, consequetur Mosen iam tũ resurrexisse, & videri poterit Elias nunquam fuisse mortuus: nisi malumus ecstaticam fuisse visionem. Sed hoc quidem certum est vel ex sermonibus ipsis, quorum etiam sententiam Lucas exponit, vel aliunde, extra ordinem, Mosen & Eliam fuisse ab Apostolis spectatoribus agnitos. Tertullianus lib. de resurr. Carnis, vult Mosen quidem in imagine nõdum receptæ carnis, Eliam verò in veritate nondum defunctæ apparuisse.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησοῦ, Κύριε καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ.

Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς. καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ

Suprà 3.17. 2.pet.1.17. ἀκούετε.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα.

Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἥψατο αὐτῶν, καὶ εἶπεν, Ἐγέρθητε, καὶ μὴ φοβεῖσθε.

Ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον.

Marc.9.9. Καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Τί οὖν οἱ Γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;

Mal.4.5.sup.11. 14.mar.9.11. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα·

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτόν, ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν· οὕτω καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν.

Τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.

Marc.9.14. luc.9.37. Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον,

4 Respondens autem Petrus dixit Iesu, Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Mosi vnum, & Eliæ vnum.

5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida inumbrauit eos: & ecce vox è nube, dicēs, ‖Hic est Filius ille meus, dilectus ille in quo acquiesco: ipsum audite.

6 Et quum hæc audissent discipuli, ceciderunt in faciē suam, & metuerunt vehementer.

7 Tunc accedens Iesus tetigit eos, dixitque, Surgite, & ne metuite.

8 Sublatis autem oculis suis neminem viderunt, nisi Iesum solum.

9 Et quum descenderent de monte, præcepit eis Iesus dicens, Nemini dixeritis visum illud, vsquequo Filius hominis à mortuis resurgat.

10 Tunc interrogauerunt eum discipuli sui, dicētes, Quid igitur Scribæ dicunt, ‖oportere vt Elias primùm veniat?

11 Iesus autem respondens dixit eis, Elias quidē veniet primùm & restituet omnia.

12 Sed dico vobis, Eliam iam venisse, quem non agnouerunt, sed fecerunt ei quæcunque voluerunt: ita futurum est vt & Filius hominis patiatur ab eis.

13 Tunc intellexerunt discipuli *eum* de Ioanne Baptista *hæc* ipsis dixisse.

14 ‖Et quum venissent ad tur-

4 *Respondens autem Petrus dixit ad Iesum, Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Mosi vnum, & Eliæ vnum.*

5 *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos: & ecce vox de nube dicens, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.*

6 *Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde.*

7 *Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis, Surgite, & nolite timere.*

8 *Leuantes autem oculos suos neminem viderunt, nisi solum Iesum.*

9 *Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens, Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.*

10 *Et interrogauerūt eum discipuli, dicentes, Quid ergo Scribæ dicunt quòd Eliam oporteat primùm venire?*

11 *At ille respondens ait eis, Elias quidem venturus est primùm, & restituet omnia:*

12 *Dico autem vobis quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum: sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. sic & filius hominis passurus est ab eis.*

13 *Tunc intellexerunt discipuli quia de Iohanne Baptista dixisset eis.*

14 *Et cùm venisset ad*

4 *Respondens*, ἀποκριθείς. Hebraismus, de quo alibi diximus. nam propriè respondent qui sunt rogati.

5 *Lucida*, φωτεινή. In quarto codice scriptum erat φωτός, lucis, Hebraico idiotismo. ¶ *Filius ille meus*, ὁ υἱός μου. Articulum duplicē expressi, cuius videtur hîc esse emphasis maxima, nō tam vt distinguatur à filiis aliis (quū sit vnigenitus) quàm ad dignitatis commendationem. Nos enim non natura, sed adoptione sumus filij: qua ratione etiam Christus ipse dicitur primogenitus inter multos fratres, quia licet vnicus sit proprio iure, princeps tamen est inter multos, quatenus adoptionis fons est ac caput.

6 *Ceciderunt in faciem suam*, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Phrasis Hebræa. נפלו אל־פניהם [*naphelu hel penehem*] id est, proni adorarunt. nisi malimus præ metu cecidisse quasi semianimes, quamobrem etiam Dominus eos erexisse dicitur. ¶ *Metuerunt*, ἐφοβήθησαν. Erasmus suo more, *Territi sunt* per passiuum: quum tamen actiuæ sit significationis τὸ φοβεῖσθαι.

8 *Sublatis autem*, ἐπάραντες δέ. Vulgata, *Leuantes*. Erasmus per periphrasin minimè necessariam, *Vbi verò sustulissent*. Hoc interdum vnico verbo ἀναβλέψαντες declaratur: vt suprà, 14 19.

9 *Nemini*, μηδενί. Curnam id verò? Respondet perappositè Isidorus Pelusiotes epist. 139. lib. 1. Transformatio Christi nostram à morte ad vitam excitationem præfigurabat, quam vsque ad ipsius resurrectionem tenere apud se tacitam iussi sunt illius spectatores, nempe tunc fidem inuenturam, vt quæ reipsa perspiceretur. ¶ *Quod vidistis*, τὸ ὅραμα i. ὃ εἴδετε. vt scribit Marcus 9, 9. Vulg. & Erasm. ad verbum, *Visionem*. ambiguè, articulo etiam prætermisso. Alioqui ὅραμα de visis nocturnis propriè dicitur, & Hazon vox Hebræa propheticis patefactionibus extraordinariis attribuitur, à quibus hoc quod hîc narratur non procul abfuit, vt Visionis etiam nomen retinere liceat.

10 *Igitur*, οὖν. Audita mentione resurrectionis à mortuis (quod adduci non poterant vt præceptori tribuerent, vsque adeo vt quid hoc sibi vellet inter se disceptarent, sicut scribit Marcus) venit illis in mentem quod in Synagogis docebatur de Eliæ aduentu Messiam præcessuri, quem quum modò colloquentem cum præceptore vidissent, quærunt quînam ista quæ viderant, & quæ ex præceptore audiebant, cum Scribarum doctrina congruant.

11 *Elias quidem veniet*. Ἠλίας μὲν ἔρχεται. ἔρχεται pro ἐλεύσεται, & ὁ ἐρχόμενος pro ὁ ἐλευσόμενος passim in his libris inueniuntur. Hæc autem intelligenda sunt forma dicendi è medio petita, perinde ac si diceret Christus, Verum quidem est quod Scribæ dicunt, Eliam videlicet antegressurum fuisse Messiam, & sequuturæ instaurationi viam aperturum, sed &c.

12 *Quem non agnouerunt*, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτόν. In nono exemplari scribitur, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν αὐτῷ. Et non crediderunt ei ¶ *Ei*, ἐν αὐτῷ. ad verbum, *In eo*. In vetustis duobus codicibus deest præpositio ἐν.

14 *Quidam*, ἄνθρωπος. In duobus exemplaribus additur τις, id est homo quidam: quod expressit Erasmus. ¶ *Procidens ei ad genua*, γονυπετῶν αὐτῷ Vulg. *Prouolutus ante eum*, id est κυλινδούμενος ἐναντίον αὐτοῦ. Erasmus, *Flectens genua illi*. Atqui γονυπετεῖν (vt ipse Erasmus obseruauit in annotationibus) amplius aliquid significat, eum nimirum supplicantium gestum quem depingit elegantissimè Homerus Iliad. α, in extremo, vbi Thetidem describit Ioui supplicantem.

προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος, γονυπετῶν αὐτῷ,

Καὶ λέγων, Κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱόν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.

Καὶ προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θεραπεῦσαι.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε.

Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον· καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ κατ' ἰδίαν, εἶπον, Διατί ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό;

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ. καὶ μεταβήσεται· καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν.

Τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.

bam, adiit eum quidam, procidens ei ad genua,

15 Et dicens, Domine miserere filij mei, quoniam lunaticus est, & malè afficitur: nam sæpe cadit in ignem, & sæpe in aquam.

16 ‖Et obtuli eum discipulis tuis, nec potuerunt eum sanare.

17 Respondens autem Iesus dixit, Gens incredula & peruersa, quousque tādem ero vobiscum? quousque tandem sufferam vos? adducite mihi eum huc.

18 Et increpauit dæmonium Iesus, exiitque illud ab eo: & sanatus est puer ab illo momento.

19 Tunc adeuntes discipuli Iesum priuatim, dixerunt, Quare nos non potuimus illud eiicere?

20 Iesus autem dixit eis, Propter incredulitatem vstram. ‖amen quippe dico vobis, si habeatis fidem quantulum *est* granum sinapi, dicetis huic monti, Transgreditor hinc illuc: & transgredietur: & nihil impossibile vobis erit.

21 Hoc verò genus *dæmoniorum* non egreditur nisi oratione & ieiunio.

22 ‖Versantibus autem ipsis in Galilæa, dixit eis Iesus, Futurum est vt Filius hominis tradatur in manus hominum.

turbam accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum,

15 *Dicēs, Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam.*

16 *Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.*

17 *Respondens autem Iesus ait, O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum? vsquequo patiar vos? afferte huc illum ad me.*

18 *Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium: & curatus est puer ex illa hora.*

19 *Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt, Quare nos non potuimus eijcere illum?*

20 *Dixit illis Iesus, Propter incredulitatem vestram. amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc: & trāsibit, & nihil impossibile erit vobis.*

21 *Hoc autem genus non eijcitur nisi per orationem & ieiunium.*

22 *Conuersantibus autem illis in Galilæa, dixit illis Iesus, Filius hominis tradēdus est in manus hominum.*

Indigni quidē sunt homines Christi beneficentia, sed ipse nihilominus eos respicit.

Marc.9.14 Luc.9.37.

Diffidentia interrumpit diuinorum beneficiorū cursum.

Luc.17.6

Remedium aduersus diffidentiam.

Infr.20.17 Mar.9.31 Luc.9.44. Magis ac magis præparandi sunt animi nostri aduersus crucis offendiculum.

15 *Lunaticus est*, σεληνιάζεται. Lunatici vocantur qui certis lunæ temporibus comitiali morbo, lycanthropia, cynanthropia, & qui melancholia morbo laborant, quæ Græcis medicis θηριώδης (id est fera & immanis) dicitur, aut alio furoris genere agitantur: de quibus poëta in hunc modum, *Quàm multos etiam furijs hinc sæpe videmus Vexari fortémque animo indignamur acerbam.* Quorum etiam meminit Iurisconsultus Paulus l. Bouem. Tit. de Ædilitio edicto. Cæterùm hoc ita accipiendum est, hoc quidem loco, vt ad morbum, cuius causa naturalis fuerit, sciamus diabolicum quoque furorem accessisse, sicut indicant ea quæ paulò pòst commemorantur. Nec enim dubium esse potest quin Diabolus humores naturales perturbare & morbos quosuis incompertos quidem hominibus alios, alios verò compertos ciere facilè possit, Deo potestatem illi facientē: sicut ex vlcere quoque illo Iobi apparet. Minimè est ergo nobis admittenda Photij opinio, existimantis hunc dici lunaticum ex vulgi opinione, non quòd talis esset, quòd Lunæ mutatio quicquam in dæmoniaco efficeret. Sunt autem hæc distinguenda, ne in eorum errorem incidamus qui profanè ridere solent quæcunque de dæmoniacis sacræ literæ testantur, quasi hæc [illegible] licet ad merè naturales morbos pertineant. [illegible] suprà, 4.24, apertè lunatici à dæmoniacis distinguantur; & proxima illa opinio infinitis Scripturæ locis possit conuinci ¶ *Malè afficitur*, κακῶς πάσχει. In vno codice legimus, κακῶς ἔχει. Vulgata, ad verbum, *Malè patitur*. Erasmus, *Malè affligitur*, ἀντὶ τοῦ θλίβεται.

16 *Obtuli*, προσήνεγκα. In duobus veteribus codicibus legitur προσήνεγκαν, id est obtulerunt, pro oblatus est. de quo dicendi genere alibi diximus.

17 *Peruersa*, διεστραμμένη. Sic Cicero, Roscij oculos peruersissimos fuisse dicit, id est διεστραμμένην ὄψιν. Eras. *Distorta* cui opponitur quod simplex & rectū est. ¶ *Sufferam*, ἀνέξομαι: vel ad verbum, *Sustinebo*. quod tamen vt ambiguum repudiaui. Vulgata & Erasmus, *Patiar*. Sed aliquid amplius videtur significare ἀνέχεσθαι quàm πάσχειν. Multi enim etiam inuiti & repugnantes multa patiuntur. ἀνέχεσθαι autem dicuntur translatitiè qui onere imposito sub eo perdurant.

18 *Increpauit dæmonium*, ἐπετίμησεν αὐτῷ. Hoc exprimit disertè Lucas infrà 9.42. vt neque ambigere debuerit Hieronymus, neque rectè Theophylactus ad puerum retulerit. Est autem ex Hebræorum idiotismo relatiuum præpositum antecedenti, vt infrà 26.23.

19 *Illud*, αὐτό. dæmoniū. Malè igitur legit Vulg. αὐτὸν illū.

20 *Quantulum [est] granum sinapi*, ὡς κόκκον σινάπεως. Vulgata & Eras. ad verbum, *Sicut granū sinapis*: quod quū nobis videretur obscurum & ambiguū in Latino sermone, coacti sumus à verbis Græcis aliquantulum deflectere, vt planius loqueremur. ¶ *Transgreditor*, μετάβηθι, vel, *Abi*. nam Digrediendi vocabulum, quo solemus vti in transferendo hoc verbo, nullum hîc locum habet.

21 *Egreditur*, ἐκπορεύεται. Vulgata *Eijcitur*. id est ἐκβάλλεται.

22 *Versantibus*, ἀναστρεφομένων, vel fortassis *Reuertētibus*: quę significatio huius vocabuli etiā vsitata est, & nō malè conuenit huic loco. Nā inde digressus redit Capernaū per Galilæā, vt cōstat ex Mar. 9. 30. Hāc autē posteriorē interpretationē si sequaris, ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ pro εἰς τὴν Γαλιλαίαν positum erit: & ita scriptū inuenimus in vno vetere codice. ¶ *Hominū*, ἀνθρώπων. In vno exēplari additur ἁμαρτωλῶν, i. peccatorū: quo vocabulo Gentes intelliguntur à fœdere Dei alienę. Auget enim hæc quoque circunstantia sceleris atrocitatē.

Καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. Καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα.

Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ καὶ εἶπον, Ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα;

Λέγει, Ναί. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Τί σοι δοκεῖ, Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων;

Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἄραγε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί.

Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίζωμεν αὐτοὺς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.

Christus vltrò sese Cæsaris edicto subijciens, ostendit ciuiles politias Euangelij doctrina minimè aboleri.

23 Et interimet eum, sed tertio die suscitabitur. Et [discipuli] affecti fuerũt tristitia vehemẽter.

24 Quum autem venissent Capernaumã, venerunt ad Petrum qui didrachma accipiunt: dixeruntque, Magister vester non soluit didrachma?

25 Dicit, etiam. Et quũ ingressus fuisset domũ, præuenit eum Iesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa, siue censum? à filiis suis, an ab alienis?

26 Dicit ei Petrus, Ab alienis. Ait ei Iesus, Nempe igitur liberi sunt filij.

27 Sed ne offendiculo simus eis profectus ad mare, mitte hamum: & eum piscem qui ascenderit primus, attolle: & aperto eius ore inuenies statẽrem: acceptum illum da eis pro me & pro te.

23 Et occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

24 Et quum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum: & dixerunt ei; Magister vester nõ soluit didrachma?


25 Ait, Etiam. Et quum intrasset in domũ, præuenit eum Iesus dicẽs, Quid tibi videtur Simon, Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum? à filiis suis, an ab alienis?

26 Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filij.

27 Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit tolle: & aperto ore eius, inuenies statẽrem: illum sumens, da eis pro me & te.

23 [Discipuli] affecti fuerunt tristitia, ἐλυπήθησαν. Erasm. Mœrore affecti sunt: qui tamen verterat ἐλυπήθη, indoluit, suprà capite 14. versu 9.

24 Non, οὐ. Hæc particula nihil hîc negat, sed interrogat, vt alibi sæpe. Erasmus, Num. quo tamen aduerbio vtimur quum negatum esse volumus id de quo quærimus. ¶ Soluit, τελεῖ. id est soluere solet. ¶ Didrachma? τὰ δίδραχμα; Hoc est sicli Sanctuarij dimidium, quod Israëlitæ pendebant olim ex Lege scripta, Exodi. 30. 13. Romani verò postea exegerunt, Iudæa subacta: qua de re scribit Iosephus, de Vespasiano loquens, Stipendium vbicunque degerent Iudæis indixit, quos binas drachmas singulis annis inferre in Capitolium iussit, ita vt antea Hierosolymorum templo solebant. Sed hoc postea factum. Itaque quod hîc agitur intelligitur de Capitatione cuius fit mentio infrà 22. 17. vt apparet etiam ex subsequente versiculo. Imposuit autem Augustus prouinciis, sublatis vectigalibus omnibus, tributa ordinaria: alia in caput, quæ hîc vocantur τέλη, cuiusmodi fuisse istud de quo hîc agitur, apparet ex eo quod certæ summæ fit mentio, nempe stateris, Christi & Petri nomine persoluti: alia in agros, quæ propterea Census nomine significantur, Romana etiam voce, tum hoc loco, tum infrà 22. 17: quamobrem etiam iussit Augustus omnes prouincias censeri. Luc. 2. 1. Hoc autem tributum singulis ædibus siue familiis impositum disertè scribit Iosephus libro Antiquit. 19. cap. 15. Agrippam maiorem sub Claudio Iudæis remisisse. Huius verò numi; id est dimidij statêris argentei, qui integer quatuor drachmarum erat, quales ipsi Iudæi olim signarant, veram imaginem hîc exprimendam curaui expressam ex vero & puri puti argenti numo, mihi à fido illo Christi seruo & beatæ memoriæ viro, Domino Ambrosio Blaurero, donato. Habet autem hic numus Samaritanis literis in signis, vna ex parte vrnam illam sacram, in qua recondita fuit Manna, superposita litera Aleph, qua declaratur simplex hic fuisse siclus, duarum videlicet drachmarum, quum duplus esset drachmarum quatuor, cum inscriptione שקל ישראל [SCHEKEL IISRAEL,] id est siclus Israel: ex altera verò, virgam illam Aaronis florentem, cum inscriptione ירושלים קדשה [IERVSCHALAIM KODSCHAH] id est Ierusalem Sancta.



25 A filijs suis, ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν. id est à familia sua. Hîc enim dubium non est quin filiorum nomen propriè accipiatur. Nam si Hebræorum more filios intelligi dicas pro veris & naturalibus, quos vocant, subiectis, quibus opponantur populi vi armorum subacti, falsa fuerit Petri responsio, quum & ipsi Romani ciues tributa soluerent: vt docet Dionysius libro Antiquitatum quarto, vsque ad L. Pauli Macedonici triumphum. Sed hîc quæritur primùm quo sensu sit accipiendum quod dicit Christus, se Regiæ esse familiæ, ac proinde huius tributi lege nõ teneri. Deinde cur pro Petro etiam persolui didrachmam, ac non etiã pro reliquis vndecim discipulis, qui & ipsi erant eius domestici, iusserit. De priore respondeo, si de tributo templi ista narratio accipiatur, Christo vt ipsius Dei filio & vero templi Domino, debitum potius fuisse tributum, quàm ipse illud deberet. Sin verò de tributo intelligatur quod Romani, vt Iudæorum domini, exigebant, ad Christum, vt regia Dauidis familia ortum, potius quam ad Romanos vsurpatores regiũ ius pertinuisse. De posteriore verò dico, Petrum, vt apparet ex iis quæ narrauit Mat. suprà 8. 5, & 14. habuisse in illa vrbe domicilium & familiam, quod de reliquis Apostolis non dicitur. Exacta autem fuisse tributa dubium non est vbi familiæ sedem habebant.

26 Nempe igitur, ἄραγε. Vulg. & Eras. Ergo. Vide sup. 7. 20.

27 Offendiculo simus eis, σκανδαλίζωμεν αὐτούς, quasi videlicet subiectos doceamus Magistratibus esse rebelles: aut ne alij hoc exẽplo abutantur. Vnde ergo Antichristiani pontificis potestas ciuilis suprà Magistratus? ¶ Ascenderit, ἀναβάντα, ad hamum videlicet, Eras. Prodierit quod respõdet τῷ ἀνελθόντα, vel ἐξελθόντα. ¶ Statêrem, στατῆρα. Is igitur numus erat tetradrachmus, sicut etiã veteres testãtur: ita tamẽ vt à statêre aureo distinguatur, quorum alij vnciales, id est octo drachmarum, alij didrachmi fuerunt. ¶ Pro, ἀντὶ ἐμοῦ. Nã propriè ἀντί τινος significat Loco aut vice alicuius. Vide Marc. 10. 45. Fortassis autem ab re non fuerit hîc annotare piscem qui à Plinio Faber, & Zeus à Narbonensibus Gallis, à Normanis autem & Picardis Dorée dicitur, Romæ ab hac historia piscem S. Petri vocari, nempe vt nihil sit in Euangelio quod Romæ non sit ludibrio expositum: qua de re vide, si libet, Roudeletium de piscibus, lib. 10. cap. 9.

Κεφάλαιον ΙΗ.

1 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες, Τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν;

2 Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν,

3 Καὶ εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

4 Ὅστις οὖν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

5 Καὶ ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον ἓν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται.

6 Ὃς δ᾽ ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, συμφέρει αὐτῷ ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης.

7 Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι᾽ οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται.

8 Εἰ δὲ ἡ χείρ σου, ἢ ὁ πούς σου σκανδα-

CAP. XVIII.

1 EO ipso tempore adierunt Iesum discipuli, dicentes, ‖ Quisnam maximus est in regno cælorum?

2 Et quum aduocasset puerulum Iesus, statuit eum in medio eorum.

3 ‖ Et dixit, Amen dico vobis, nisi vos conuerteritis, & fiatis vt pueruli, nequaquam ingrediemini in regnum cælorum.

4 Quisquis igitur submiserit sese *vt sit* sicut *est* puerulus iste, is est maximus ille in regno cælorum.

5 Et quisquis exceperit aliquem puerulum talem nomine meo, me excipit.

6 ‖ Quisquis autem offendiculo fuerit vni ex paruis istis qui in me credunt, præstiterit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, ac demergatur in profundo maris.

7 Væ mundo ab offendiculis. necesse est enim vt eueniant offendicula: veruntamen væ homini illi per quem offendiculum euenit.

8 ‖ Si verò manus tua vel pes

CAP. XVIII.

1 IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Quis putas maior est in regno cælorum?

2 Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum.

3 Et dixit, Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.

4 Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum.

5 Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.

6 Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

7 Væ mundo à scandalis. necesse est enim vt veniant scandala: veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit.

8 Si autem manus tua,

Marc. 9. 33. Luc. 9. 46.

Infr. 19. 14. 1. corin. 14. 20.

Submissio animi, vera ad excellentiã via.

Marc. 9. 42. Luc. 17. 1.

Fratrum quãtumuis abiectorũ summa nobis habenda ratio: qui secus fecerit, graues pœnas dabit.

Nõ potest quidem vir bonus nisi per media offendicula incedere, sed omnes præcidendæ sunt eorũ occasiones.

Sup. 5. 30. Mat. 9. 43.

IN CAPVT XVIII.

1 Quisnam, τίς ἄρα. Vulgata, Quis putas. Erasmus, Quis? omissa particula expletiua, quam tamen Latini videntur sic exprimere, ipso etiam approbante infrà 24. 45. ¶ Maximus, μείζων. Id est præstantiore ac eminentiore gradu dignus, ac proindè cæteris præponendus. Somniabant enim Messiæ regnum quoddam terrenis imperiis simile, sicut tandem etiam est in imaginem bestiæ, id est imperij Romani, ab Antichristo transformata Ecclesia. Contra verò, Christus ad virtutem ambitioni contrariam suos discipulos reuocat, non quòd ciuilium Magistratuum gradus aut Ecclesiasticarum functionum sanctam distinctionem, id diuini verbi amussim exactam, damnaret, sed vt diuersam esse prorsus doceret administrandi regni sui rationem, & eiusmodi disceptationum causam tolleret.

2 Puerulum, παιδίον. Vulgata, Paruulum: quod non tam est ætatis quàm staturæ: itaque meritò reprehenditur. Eras. Puellum. Nonnulli parum probabiliter scribunt, hũc fuisse Ignatiũ illũ insignem sub Traiano Christi martyrẽ.

3 Vos conuerteritis, στραφῆτε. Phrasi Hebræa dictum est pro Resipueritis, vt alibi docuimus. & vbique in his libris στρέφεσθαι passione reciproca vsurpatur, Vide Act. 3. 26.

4 Submiserit, ταπεινώσῃ. Vulg. ad verbum, Humiliauerit. Nam ταπεινὸν grammatici dictum volunt quasi ἐπὶ δάπεδον: sicut humilis Latinis ab humo dicitur. Sed humilitatis nomen pro ταπεινοφροσύνῃ barbarum est. Quid sit autem puerulo similem fieri, docet propheta suo exemplo Psal. 131. ¶ Sicut est puerulus iste, ὡς τὸ παιδίον τοῦτο. Id est eo vsque vt puerulum, qualis hic est, moribus ambitionis & fastus nesciis referat. Ideo addidi verbum EST: nequis videlicet putet hunc puerum specialiter commendari, quum potius in istius exemplo proponatur puerilis ætas, istiusmodi rerum adhuc ignara, vt & aliorum multorum affectuum, quorum ἐνέργεια adhuc in pueris sese non produnt.

5 Puerulum talem, παιδίον τοιοῦτο. Id est quempiam, vt dixi, ita sese demittentem vt puerum referat. Nec enim propriè de pueris agit: sed hoc adiecit aduersus eos qui de modestia retinenda admoniti, & vt de iure suo potius vltro cedant, quàm altiora cogitent, obiicere vulgatum illud prouerbium consueuerunt, Eum qui sese puerum faciat, luporum lanienæ sese exponere. Istos igitur contrà maximè sibi curæ esse, Dominus testatur: nec impunè laturos, quicunque in simplicitate incedẽtes interturbarint, præbita ipsis impingendi occasione: tantum abest vt eos vi & iniuriis opprimi patiatur.

6 Paruis, τῶν μικρῶν. Vulg. & Eras. Pusillis. Rursum autem paruos fideles non ætatis, sed ταπεινοφροσύνης ratione à Christo designari arbitror. Quod si quis tamen contendat de ætate puerili hîc agi, quam etiam non nego peculiari quadam Dei prouidentia regi, non rectè tamen concluserit infantes esse fide præditos quæ non fit ex auditu; quoniam adiicitur istos paruos in Deum credere. Nam de iis demum liquet Christum hîc disserere, qui malis dictis aut factis possent à fide & recto cursu auerti, quod in infantes non cadit, nulla dum intelligentia præditos. ¶ Præstiterit ei, συμφέρει αὐτῷ. Ad verbum, Confert ei. Sed hoc videtur comparatè accipiendum, sicut fecimus, mutato etiam tempore. Sic etiam paulò pòst videtur, καλὸν vsurpari pro ἄμεινον. Vulg. & Eras. Expedit. Hunc autem fuisse tunc Iudæorum morem testatur in hunc locum Hieronymus, vt submergerentur atrocium scelerum conuicti: cuiusmodi quiddam in parricidij pœna fuit constitutum. ¶ Asinaria, ὀνικὸς, id est grandis: vt opponatur trusatili, sicut annotat Hilarius. Nonnulli de mola inferiore intelligunt, quæ ὄνος vocatur, & crassior esse solet, quum superiori substernatur. In vno manuscripto exemplari scriptum inuenimus λίθος μυλικὸς, lapis molaris. ¶ In collo. Vetusta exemplaria pleraque scriptum habebant εἰς: in vno tamen legimus περὶ, circa. Latini in hoc dicendi genere ferè vtuntur præpositione De vel Ex. ¶ Profundo, πελάγει. id est τῷ βάθει. Dicitur enim πέλαγος quod Latini Altum vocant. postea verò pelagus Pro ipso mari cœpit vsurpari: & ita interpretatus essem nisi adderetur τῆς θαλάσσης.

7 Necesse est, ἀνάγκη ἐστὶν. Et tamen nemo inuitus est alteri offendiculo, sed vel per incogitantiam, vel in προαιρέσει. Discrimen est igitur inter Necessitatem & Coactionem. Item non est hæc necessitas à Deo, sed ab homine, corruptione voluntaria. Ergo necessitas non inuoluit Deum peccato. Item quamuis offendicula necessariò eueniant: væ tamen est mundo propter offendicula. Non est igitur vera consequutio, Iniustè puniri peccatores, si necessariò peccant.

8 Facit vt tu offendas, σκανδαλίζει σε. Vide suprà. 5. 29. &

λίζει σε, ἔκκοψον αὐτὰ καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. καλόν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλόν, ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

9 Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. καλόν σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

10 Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων. λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

11 Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

12 Τί ὑμῖν δοκεῖ; ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐχὶ ἀφεὶς τὰ ἐννενηκονταεννέα, ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς ζητεῖ τὸ πλανώμενον;

13 Καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτό, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τοῖς ἐννενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις.

14 Οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων.

15 Ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξύ σου

tuus facit vt tu offendas, exscinde eas,& abiice abs te. bonum est tibi in vitam ingredi claudum aut mancum *potius* quàm duas manus vel duos pedes habentem coniici in ignē illum æternum.

9 Et si oculus tuus facit vt tu offendas, erue eum, & abiice abs te: bonum est tibi luscum ingredi in vitam, *potius* quàm duos oculos habentem coniici in gehénam ignis.

10 Videte ne contemnatis aliquem ex paruis istis: ‖dico enim vobis, angelos eorum in cælis per omne *tempus* cernere faciem Patris mei qui in cælis est.

11 ‖ Venit enim Filius hominis vt seruet quod perierat.

12 ‖Quid vobis videtur? si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit v[na] ex iis, nónne relictis ipsis nonagintanouem, profectus in montes, quærit eam quæ aberrauerat?

13 Quod si acciderit vt inueniat eam, amē dico vobis, gaudet super ea magis quàm super illis nonagintanouem quę nō aberrarant.

14 Ita non vult Pater vester qui in cælis est, vt pereat vllus ex paruis istis.

15 ‖ Si verò peccauerit in te frater tuus, ito, & argue eum

vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te. bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

9 *Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te: bonum tibi est unum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.*

10 *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis quia angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei qui in cælis est.*

11 *Venit enim Filius hominis saluare quod perierat.*

12 *Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum oues, & errauerit una ex eis, nónne relinquit nonagintanouem in montibus & vadit quærere eam quæ errauit?*

13 *Et si contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis quia gaudet super eam magis quàm super nonagintanouem quæ non errauerunt.*

14 *Sic non est voluntas ante Patrem vestrum qui in cælis est, vt pereat unus de pusillis istis.*

15 *Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, &*

Quòd quispiam est infirmior, eò magis oportere illius salutem nobis curæ esse, Deus ipse suo exemplo nos docet. Psal.34.ff.

Luc.19.10.

Luc.15.4

Studēdum est sarciendæ cōcordiæ, non autem vindicādæ iniuriæ. Luc.17.3 Iac.5.19 Leu.19.17 Eccl.19.13

¶ *Ea*, αὐτά. Vulgata, *Eum*, id est αὐτόν. ¶ [*Potius*] *quàm* ἤ. Aut καλὸν positum est pro ἄμεινον, aut subauditur μᾶλλον, sicut apud Homerum in illo versiculo, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, lib. Iliad. α. Et in illo impio senario, θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον. Sic quoque apud Hebręos fere subauditur particula יותר [*iother*] ante מן [*min*] vt Psalm. 118.8,& 9. item Prouerb. 3.13. ¶ *In*, εἰς. Vulgata & Erasmus, *Ad* id est πρός. Nam etiam permutantur sæpe istæ præpositiones, sicùt apud Hebræos ב pro אל.

9 *Luscum*, μονόφθαλμον. Vulgata, *Vnum oculum habentem*. Plautus Vnioculum dixit. Ego autem cum Erasmo Luscum interpretari malui. Nā luscus Latinis dicitur qui altero captus est oculo, non is quem Galli vulgò vocant *vn louſche*, Latini strabonem, Græco etiam vocabulo.

10 *Angelos eorum*, ἀγγέλους αὐτῶν. Id est Angelos ipsis peculiariter adhibitos custodes aduersus Satanā,& impuros spiritus, vt ex plurimis veteris præsertim testamenti testimoniis liquet. Nec enim de puerili duntaxat ætate, quam tamen Deus peculiari cura dignatur, sed de verè pus omnibus agit, quos cur paruulos vocet, præposito pueri exemplo, antea diximus. ¶ *Per omne* [*tempus*] διὰ παντός. Subauditur χρόνου, quod ego expressi. Neque video cur minus Latinè dicatur Per omne tēpus, quàm Ad omne tempus. Vulgata & Eras. interpretari solent, *Semper*, id est ἀεί. ¶ *Cernere faciē patris mei*, ἐν ἐνώπιον τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου. i. apparēt corā patre meo vt ministri, custodiēdis piis omnibus, quantumlibet vilibus in hominum conspectu, ab ipso destinati, & ipsius iussa singulis momentis expectantes.

11 *Venit enim*, ἦλθε γάρ. Tota hæc periodus in nonnullis Græcis codicibus non reperitur.

12 *Homini*, ἀνθρώπῳ. Vetus interpres vel hoc non legit, vel prætermisit, sed nulla sensus iniuria: quanuis, nisi exprimas, subaudiri necesse sit, vt vis comparationis intelligatur. ¶ *Profectus in montes*, ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθείς. Erasmus Veterem interpretem sequutus vertit, *In montibus, & vadit*. Coniungit enim ἐπὶ τὰ ὄρη cum præcedentibus: quo modo etiam legit Theophylactus, per Montes Cælum intelligens. Sed hoc dicendi genus non ita est vsitatum, & in plerisque antiquis exemplaribus hæc ita distincta sunt vt ἐπὶ τὰ ὄρη coniungatur cum participio πορευθείς, quod melius conuenit, vt tanto maius quærendæ per solitudines medias aberrantis ouis studium demonstretur. Syrus tamen interpres vult oues 99. in montibus relinqui à pastore, aberrantem ouem alibi quæsituro.

14 *Non vult Pater vester*, οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Vulgata & Eras. ad verbum, *non est voluntas coram Patre vestro*. qui Hebraismus mihi visus est obscurior. ¶ *Vllus*, εἷς. Ita scriptum reperimus in veteribus codicibus. Erasmus autem mauult legere ἕν, vt subaudiatur παιδίον. Idem autem valet εἷς atque, vel Vnus, id est Vllus, vt sensus ipse ostendit.

15 *Si verò*, ἐὰν δέ. Optimè ista cohærent. Vbi enim de iis disseruit qui sunt aliis offendiculo, nunc quid sit iis agendum declarat quibus obiectum est offendiculum: quos ita vult esse comparatos vt saluti fratrum consulant, & sic eorum zelus fraterna charitate sic temperatus, vt ad extrema remedia non nisi tentatis mitioribus omnibus remediis deueniant. ¶ *In te* εἰς σέ. id est, te conscio, non autem publico cum offendiculo. Nec enim hīc agitur de priuatis cōtrouersiis vel litibus quasi IN TE, idem valeat atque CONTRA TE. quanuis conscios verè pios singulos offendant quæcunque iniustè fiunt. Sed offendicula priuatim tantùm admissa, à publicè manifestis distinguit, vt ex præceden-

tibus liquet, præsertim ex Luc. 17.3. vbi istud repetitur: & ex his verbis DIC ECCLESIAE. Priuatas enim iniurias sine publico offendiculo factas condonare potiùs oportet, quantum quidem nostrâ interest: nec de ciuilibus iudiciis apud Magistratus hìc agit Christus, politias minimè abolens, sed de conscientia proximi commonefacienda, & ad resipiscentiam adducenda: iubens, siquid non rectè dicere vel facere cuipiam contigerit, vt, contrà quàm facere consueuerint qui ex aliorum reprehensionibus zeli laudem captant, alij alios humanè redarguentes leniter studeamus in viam reuocare, neque latiùs mala spargamus, quibus mederi priuatis monitis possumus. Nam in publico offendiculo peccantes quo modo sint arguendi docuit Apostolus 1. Tim. 5.20. & suo quoque exemplo ostendit, Petrum Antiochiæ reprehendens, Gal.2.14. Sed & in iis offendiculis quæ tam priuata sunt & occulta, vt qui ea inficietur nullis testibus possit cōuinci, vel nullus, vel perexiguus locus huic Christi dicto relinquitur.

καὶ αὐτοῦ μόνου. ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου.

16 Ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα.

17 Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης.

18 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ. καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ.

19 Πάλιν λέγω ὑμῖν ὅτι ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς, περὶ παντὸς πράγματος οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσε-

inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum.

16 Sin verò te non audierit, assume tecum adhuc vnum aut duos: ‖ vt ex ore duorum aut trium testium cōfirmetur res tota.

17 Quòd si neglexerit eos audire, dic Ecclesiæ: quòd si Ecclesiam audire neglexerit, sit tibi velut qui *est* Ethnicus & publicanus.

18 Amen dico vobis‖, quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata in cælo: & quæcunque solueritis in terra, erunt soluta in cælo.

19 Rursum dico vobis, si duo ex vobis consenserint in terra, de omni re quam petierint,

corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum:

16 *Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.*

17 *Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.*

18 *Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.*

19 *Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcūque petie-*

Deut.19.15 Ioh 8.17 2.Cor.13.1. Heb 10.28.

Qui Ecclesiæ iudicium contemnit, Deum contemnit. 2.Thess.3.14

Ioh.20.23

16 *Ex ore*, ἐπὶ στόματος. Hebraicè, על־פי [*hal-pi*] id est sermone ac testimonio. Sic enim accipitur interdum Oris vocabulum pro sermone & loquutione: vt Num. 3.16. atque adeo pro tacito etiam testimonio, id est quum res ipsa per se loquitur, vt infrà, 21.16. ¶ *Confirmetur*, σταθῇ. id est ratum firmúmque habeatur, vt ad Ecclesiam vocatus reus pertinax inficiari factum & pertinaciam non possit. quod Hebræis explicatur verbo יקום [*iakum*:] ¶ *Res tota*, πᾶν ῥῆμα. Hebraicè דבר [*dabar*] id est negotium de quo agitur.

17 *Neglexerit audire*, παρακούσῃ. id est, non sit audire dignatus, aut se audire dissimularit. Nam hoc significat παρακούειν: sicut παρορᾶν dicuntur qui non dignantur aspicere, vel fingunt se non videre. Vulgata & Erasmus, *Non audierit*. id est μὴ ἀκούσῃ. ¶ *Ecclesiæ*, ἐκκλησίᾳ Castellio nuper conuertit Reipublicæ, huc fortasse respiciens quòd in Iudicum consortium etiam Leuitæ & Sacerdotes olim in repub. Israëlitica legebantur, aut quia existimauit de negotiis forensibus hīc agi: quod etiamsi illi concederem, minimè tamen ipsius interpretationem approbarē, quum Reipubl. vocabulum pro ipso Senatus aut populi cōuentu vsu passim non soleat: vt quid illud sit, dicere Reipub. vix à quoquam intelligi posse videatur. Sed de animi offensionibus hìc agi & Senatu ecclesiastico, (cuius iurisdictio à Politici magistratus functione, in Ecclesia præsertim Christiana, apertissimè distinguitur) vel ex eo constat quòd de ligando & soluendo postea commemoratur. Neque enim Christus politicas leges præscribit. Hæc autem potestas ac iurisdictio penes eos erat qui ἀρχισυνάγωγοι propterea vocantur Mar.5.22. & huius consuetudinis exemplum extat apud Ioan. 9.22, item 12.42, item 16.2. vt apud Iudæos idē fuisse videatur pœnę genus, ἀποσυνάγωγον γίνεσθαι, atque apud Christianos Excommunicari. Porro de ecclesiæ vocabulo diximus suprà 16.18. Sed notandum est turpiter errare qui ex hoc loco confici volunt, de singulis rebus referendum esse ad totius multitudinis cœtum. Aiunt enim Ecclesiæ nomen nusquam aliter accipi: quod vel ex hoc ipso loco falsum esse conuincitur. Nam certè tanquam de Iudæis hæc dici apparet saltem ex eo quod addit, Sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Sed iudicia de his rebus penes Seniores fuisse apud Iudæos, nec semper cogi consueuisse totum populi cœtum, omnes illarum rerum scriptores testantur. & certè nisi Christus ad suorum temporum consuetudinem totum hunc sermonem accommodasset, quis eum loquentem intellexisset? Quod si quis excipiat, tyrannicam fuisse illam consuetudinem, ne id quidem verè dixerit, quum Christus sic loqui non potuerit quin eum morem vt legitimum approbaret. Neque verò quum hæc dico, Oligarchiam velim in Ecclesiam Dei inuehi, quæ illam tantopere deformauit, atque adeò penitus transformauit: sed doceo Aristocratiam Christianam non esse nouum aliquod institutum, Dei verbo & Democratiæ Ecclesiasticæ repugnās: sicut nonnulli ex vnica vocula temerè arrepta sunt arbitrati. Postremò obseruādum etiam est Ecclesiæ nomen hoc vno loco totius noui Testamenti de Iudæis dici: quorum alioqui generales cœtus solent Synagogæ peculiari nomine vocari. quanuis Græci interpretes in vetere Testamento aliquoties Hebræam vocem קהל [*cahal*] verterint ἐκκλησίαν, & quidem de hoc ipso cœtu agentes vt 1. Paralip. 13.2.& 9. quod sequutus Euangelista pro Seniorum collegio ἐκκλησίαν dixit. Lucas autem πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, 22.66. Vide inf. Mar.5.22. Quid plura? ex 2. Corint. 2.6. constat censuras Ecclesiasticas, non ὑπὸ τοῦ πλήθους, vt vsurpatur hoc verbum Act.21. 21. siue à tota Ecclesia, vt act.15. 22. sed ὑπὸ τῶν πολλῶν, id est, neque in communi totius Ecclesiæ cœtu: neque etiam intra priuatos parietes, sed apud delectorum presbyterorum concilium exerceri consueuisse. ¶ *Qui* [*est*] *Ethnicus*, ὁ ἐθνικός. id est, ὁ ἐθνικὸς ὤν. Nam alioqui certus quispiam videbitur intelligi, nisi Enallagen numeri ponamus. Ethnicus autem, ex illa vetere distinctione Israëlis à ceteris qui ἔθνη & Gētes dicuntur, dicitur qui profanus est & prorsus alienus à religione. Nam solent sacri scriptores ἔθνη & ἐθνικὰ Græcè vocare eos qui Hebraicè גוים [*goym*] dicuntur, id est, qui erant alieni à Republica Israëlis, & fœdere promissionis non comprehēdebantur: vt ait Paulus Eph.2,12. Latini theologi postea (quorum auctoritatem libēs sequor) Ethnicos Græco nomine appellarunt. Articulū autem conati etiam sumus exprimere, qui hoc quidem loco est ἀόριστος.

18 *In cælo* ἐν τῷ οὐρανῷ. Quæ hoc loco philosophatur Origenes in hoc genere dicendi, quum paulo antè Christus Petrum alloquens, 16.19, dixerit plurali numero, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, (si quidem hæc sunt Origenis) non modò inepta sunt, sed etiam Hebræorum linguæ summam arguunt imperitiam. Appellant enim Hebræi cælos plurali numero שמים [*schamaym*] & in vno vetere exemplari disertè scriptum inuenimus ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Res ipsa denique ostendit istas speculationes prorsus vanas esse & inanes.

19 *Rursum*, πάλιν. In antiquis omnibus codicibus addi-

tur ἀμὴν, amen. ¶ *Consenserint, συμφωνήσωσι.* Translatio est à corpore ad animum. nam de voce & cantu propriè id dicitur. ¶ *Fiet, γενήσεται αὐτοῖς.* nompe, sicuti petierint.

ται αὐτοῖς παρὰ τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

Οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.

Τότε προσελθὼν αὐτῷ ὁ Πέτρος εἶπε, Κύριε, ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ, ἕως ἑπτάκις;

Implacabilem Deum experientur qui à fratribus quantumuis magnis, multisque iniuriis prouocati nõ ignoscunt.

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.

Διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ.

Luc.17.4

Ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων.

Μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ πραθῆναι, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα, καὶ πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἀποδοθῆναι.

Πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, Κύριε, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω.

Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, ἀπέλυσεν αὐτόν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ.

Ἐξελθὼν δὲ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια, καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων, Ἀπόδος μοι ὅ,τι ὀφείλεις.

Πεσὼν οὖν ὁ σύνδουλος αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτόν, λέγων, Μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, καὶ πάντα ἀποδώσω σοι.

fiet eis à Patre meo qui in cælis est.

20 Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum.

21 Tunc adiens eum Petrus dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? *an* ‖ vsque septies?

22 Dicit ei Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.

23 ‖Propterea simile est regnum cælorum regi, qui voluit conferrerationem cum seruis suis.

24 Et quum cœpisset conferre, oblatus est ei quidam debitor decies mille talentorum.

25 Quum autem is non posset *hæc* reddere, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius & liberos, & omnia quæ habebat, & reddi *debitum*.

26 Procidens ergo seruus ille adorabat eum, dicens, Domine, patiente animo esto aduersum me, & omnia tibi reddam.

27 Commotus autem intima cõmiseratione dominus serui illius, dimisit eũ, & mutuum remisit ei.

28 Egressus verò seruus ille inuenit vnum ex conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & prehẽsum eum suffocabat, dicẽs, Redde quod debes.

29 Procidens ergo conseruus eius ad eius pedes, precabatur eum dicens, Patiente animo esto aduersum me, & omnia reddam tibi.

rint, fiet illis à Patre meo qui in cælis est.

20 *Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

21 *Tunc accedens Petrus ad eum dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies?*

22 *Dixit illi Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.*

23 *Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis.*

24 *Et quum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus qui debebat ei decem millia talenta.*

25 *Quum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.*

26 *Procidens autem seruus ille orabat eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.*

27 *Misertus autem dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.*

28 *Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens, Redde quod debes.*

29 *Et procidens conseruus eius rogabat eum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.*

22 *Septuagies septies, ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.* Ad verbum, *Septuagies septem*, videlicet peccata. Sed tamen potius videtur ἑπτὰ pro ἑπτάκις positum ex Hebræorum more, apud quos שבע [*schebah*] vtrunque declarat.

25 *Non posset reddere, μὴ ἔχοντος ἀποδοῦναι.* ἔχειν pro δύνασθαι, (id est habere pro posse) frequenter ponitur. Itaque hæc interpretatio simplicissima est. Vulg. *Non haberet vnde redderet.* Erasmus etiam longius à Græcis recedens, *Non esset soluendo* quod Græcis significat οὐχ οἷόν τε ἦν ἀποδοῦναι. ¶ *Reddi [debitum,] ἀποδοθῆναι.* Subaud. τὸ ὀφειλόμενον, vt infrà 30. Erasmus. *Fieri solutionem*, sensu rectè expresso.

26 *Ergo, οὖν.* Vulgata & Erasmus, *Autem*, id est δέ. ¶ *Seruus ille, ὁ δοῦλος.* In tribus vetustis codicibus additur ἐκεῖνος, ille. quo modo etiam legit Vetus interpres: quãuis appositus articulus satis declaret ἀναφοράν. ¶ *Adorabat, προσεκύνει.* Admonet Erasmus se in nonnullis exemplaribus legisse παρεκάλει, id est precabatur. pro quo Vetus interpres, *Orabat*: nisi corrupta sint exemplaria. Sed suspicor corruptum fuisse locum à quopiam, qui ciuilem adorationem in Oriente passim vsurpatam, non potuit à Dei cultu distinguere. ¶ *Patiente animo esto aduersum me, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί.* Hoc loco θυμὸς iram significat, & quidem præcipitem, quam Galenus propriè ὀξυθυμίαν appellat: iræ acerbitatem & præcipitationem dicere possumus: quod Cicero excandescentiam commodissimè interpretari videtur, Animum autem Horatius, in illo versiculo. *Ira furor breuis est, animum rege.* Vnde & animosi Græcis dicuntur θυμώδεις, vel θυμοειδεῖς, atque adeò θυμικοί. Est autem Galeno non parua differentia inter ὀξυθύμους καὶ θυμώδεις: quo modo etiam apud Latinos non tantùm inter iræ præcipitis, sed etiam inter acerbæ vehementísque iracundiæ homines, & animosos, differentia maxima est. Irã igitur qui cohibere & veluti procul reiicere possunt, dicũtur μακρόθυμοι: quos nonnulli longanimes vocant, vocabulo parum Latino: & μακροθυμία consequens est πρᾳότητος lenitatis & clementiæ, quæ tamen à lenitudine i. ἀοργησίᾳ & animi desponsione & demissione (quam Græci quoque μικροθυμίαν & ἀθυμίαν vocant) distinguitur. μακρόθυμος denique is est qui dicitur Iacob.1.19. βραδὺς εἰς ὀργήν. Vulgata, *Patientiam habe*. Erasmus, *Esto patiens*, quę eodẽ recidunt. Sed Tertullianus & Cyprianus eum sequutus, non rectè vertunt Magnanimitatem, quæ μεγαλοψυχία dicitur.

27 *Dimisit, ἀπέλυσεν.* Nẽpe quoniã vinciri & vænire ipsum iusserat. Eras. *Absoluit.* Atqui (ni fallor) absoluere dicitur debitor qui soluit quod debet: non creditor, qui debitũ condonat. ¶ *Mutuũ, δάνειον.* Vel, vt Eras. *Æs alienũ.* quũ alioqui significet propriè quod mutuo sũptũ est. Hîc autẽ accipitur pro eo quod ex bonis heri seru' interuerterat, ac proinde cui restituẽdo tenebatur, i. vt mox scribitur τὸ ὀφειλόμενον.

28 *Suffocabat, ἔπνιγε.* Eras. longo vsus circuitu, *Obtorto collo trahebat*, sensu tamẽ fideliter expresso. Nec enim eum strangulatum cupiebat, sed faucibus abreptum ita premebat, vt strangulaturus videretur. ¶ *Quod, ὅ,τι.* In omnibus vetustis legitur εἴ τι, siquid: sed perperam.

29 *Ad pedes eius, εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ.* Hæc omissa sunt à Vetere interprete & ab Eras. quæ tamen in omnibus nostris vetustis codicibus Græcis reperi. ¶ *Omnia, πάντα.* Hoc deest in sex veteribus codicibus, nec tamen videtur redundare.

30 Abiens,

Ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν· ἀλλ' ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακήν, ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον.

Ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ τὰ γενόμενα, ἐλυπήθησαν σφόδρα· καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν τῷ κυρίῳ αὐτῶν πάντα τὰ γενόμενα.

Τότε προσκαλεσάμενος αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ, Δοῦλε πονηρέ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με·

Οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα;

Καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ.

Οὕτω καὶ ὁ πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος ποιήσει ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν.

Κεφάλαιον ιθ.

Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς ἐκεῖ.

Καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι πειράζοντες αὐτόν, καὶ λέγοντες αὐτῷ, Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν;

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἀνέγνωτε ὅτι ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς;

30 Ille verò noluit: sed abiens cõiecit eum in carcerem, quousque redderet debitum.

31 Quum autem vidissent conserui eius quę facta fuerant, tristitia affecti fuerunt vehementer: & quum venissent, declararunt domino suo omnia quę facta fuerant.

32 Tunc eo aduocato dominus ipsius dixit ei, Serue improbe, totũ debitum illud remisi tibi, quoniam precatus es me:

33 Nonne oportuit & te misereri conserui tui, [illegible] ego tui misertus sum?

34 Et iratus dominus eius tradidit eũ tortoribus, vsque quo redderet id omne quod sibi debebatur.

35 Ita & Pater ille meus cælestis faciet vobis, nisi remiseritis suo quisque fratri ex cordibus vestris, offensas eorum.

CAP. XIX.

1 ET ‖ factum est, quum finiisset Iesus sermones istos vt solueret ex Galilęa; & veniret in fines Iudęæ, secus Iordanẽ.

2 Et sequuta est eum turba multa, sanauitque eos illic.

3 Tunc adierunt eum Pharisæi, tentantes eum, & dicentes ei, Licétne homini dimittere vxorem suam quauis ex causa?

4 Ille verò respondens dixit eis, Non legistis ‖ opificem ab initio fecisse masculum & fœminam?

30 *Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.*

31 *Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant.*

32 *Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniã rogasti me:*

33 *Nónne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?*

34 *Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.*

35 *Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.*

CAP. XIX.

1 *ET factum est, quum consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem.*

Mar.10.1

Indissolubile est coniugii vinculum, nisi ob scortationem.

2 *Et sequutæ sunt eum turbæ multæ: & curauit eos ibi.*

3 *Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicẽtes, Si licet homini dimittere vxorẽ suam quacunque ex causa?*

4 *Qui respondens ait eis, Non legistis quia qui fecit ab initio, masculum & fæminam fecit eos?*

Gen.1.27

30 *Abiens, ἀπελθών.* Vel abundat hoc participium ex vulgata loquẽdi consuetudine, sicut pleraque alia: vel simplicem motum declarat. Neque enim existimãdus est creditor ab illius latere discedere, sed potius illum per vim rapere in carcerẽ. Itaque rectius fortassis verterimus Pergens quàm Abiens, nisi malimus intelligere, abiisse cum eo, videlicet quem ipsemet in carcerem rapiebat.

31 *Quæ facta fuerant, τὰ γενόμενα.* In quibusdam codicibus legitur γινόμενα, *Quæ fiebant*: quo modo vertit Erasm. & Vetus interpres. ¶ *Declararunt, διεσάφησαν.* Vulg. *Narrarunt*: id est, διηγήσαντο.

33 *Nónne oportuit, οὐκ ἔδει.* In quodam exemplari additur οὖν, *ergo*.

35 *Offensas eorum, τὰ παραπτώματα αὐτῶν.* Hæc non legit Vetus interpres, neque Hieronymus: sed, nisi addas absolutè ponetur verbum ἀφιέναι: quod vix alibi reperias. Præterea in omnibus Græcis codicibus hæc scripta inueni.

IN CAP. XIX.

1 *Finisset, ἐτέλεσεν.* Vulgata & Erasmus, *Consummasset*: quod melius respondet composito συντελεῖν. Interdum tamen etiam consummandi vocabulo vtimur, præsertim in passiuo, vt amphiboliam vitemus. ¶ *Vt solueret, μετῆρεν.* Vulgata, *Migrauit.* Erasmus, *Demigrauit*, id est μετῴκησεν: vterque impropriè, quum hîc non agatur de domicilio mutando, veluti quũ Nazaretha venit Capernaumam habitatum. ¶ *Secus Iordanem, πέραν τοῦ Ἰορδάνου.* Vulgata & Erasm. ad verbum, *Trans Iordanem*, quasi per Peræam siue Trans Iordaninam Christus traiecto Iordano vel lacu Tiberiadis in Iudæam venerit ex Galilæa, quod verùm non est, quum turba dicatur eum sequuta, neque rursum dicatur fluuium traiecisse quum Iudæam ingrederetur. Significatur ergo Christus non per Samariam, sed ea ad dextram relicta iter tenuisse secundum Iordanem. qua de re diximus etiam suprà 4.15.

2 *Sanauit, ἐθεράπευσεν.* Id est ἰάσατο, quum alioqui non quisquis θεραπεύει, etiam sanet.

3 *Dimittere, ἀπολῦσαι.* De hoc verbo diximus suprà 1.19. Erasmus, *Diuortium facere*: periphrasi minimè necessaria. ¶ *Quauis ex causa, κατὰ πᾶσαν αἰτίαν*; Nam αἰτία quidem & causam & crimen declarat: & in vno exemplari legimus ἁμαρτίαν, peccato. Sed causæ nomen potius conuenit, quum etiam ob deformitatem Iudæi dimittere sæpe solerent vxores, vt Deut.24.1.

4 *Non, οὐκ.* Id est, Annon? de quo diximus suprà, capite 7.22. ¶ *Opificem, ὁ ποιήσας.* Vulgata & Erasmus ad verbum, *Qui fecit*: quod perobscurum est, nisi addideris ἄνθρωπον, id est hominem. Placuit igitur potius ex Hebræo idiotismo accipere pro participio absoluto, id est הבורא [*habore*] vel העושה [*hahoseh*] vt loquuntur Hebræi. Græci desertiores dicerent ὁ δημιουργός. Latinè autem verbali nomine hoc explicandum est. Sic etiam suprà 8.33, appellatione τῶν βοσκόντων intelliguntur pastores. ¶ *Fecisse, ὅτι ἐποίησεν.* Sustulimus pronomen αὐτούς, Eos: quia sic redundat ex Hebr. idiotismo, vt sensum huius loci possit etiam perturbare in Latino sermone.

Gen.2.24 1.Cor.6.16 Ephes.5.31

5 Καὶ εἶπεν, Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν;

6 Ὥστε οὐκ ἔτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία. ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.

7 Λέγουσιν αὐτῷ, Τί οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν.

8 Λέγει αὐτοῖς, Ὅτι Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολῦσαι τὰς γυναῖκας ὑμῶν· ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω.

9 Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας, μοιχᾶται.

Non statim probat Deus quod ciuiles leges coguntur tolerare. Deut.24.1

Suprà,& 5.32 Mar.10.11 Luc.16.18 1.Cor.7.11

5 Et dixisse,‖Propterea derelinquet homo patrem & matrem, & agglutinabitur vxori suæ: & qui duo *fuerant*, erunt vna caro?

6 Itaque non ampliùs sunt duo, sed vna caro. quod ergo Deus coniunxit, homo ne separato.

7 Dicunt ei, Cur ergo ‖ Moses præcepit dare libellum discessionis,& eam dimittere?

8 Dicit eis, quoniã Moses pro duritia cordis vestri pmisit vobis dimittere vxores vestras: cęterùm à principio non fuit ita.

9 Dico autem vobis,‖quicunque dimiserit vxorẽ suam, nisi ob scortationẽ,& aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.

5 Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna?

6 Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

7 Dicunt illi, Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & eam dimittere?

8 Ait illis, Quoniã Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autẽ non fuit sic.

9 Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.

5 *Derelinquet*, καταλείψει. Vulgata, *Dimittet*: quod respondet τῷ ἀφήσει. Erasmus, *Deseret*. quod durius est, & melius videtur respondere τῷ ἐγκαταλείπειν. Hoc autem loco nihil aliud significatur quàm liberos ducta vxore nouam familiam instituere, relicto videlicet paterno & materno conuictu, vt rectè verbum Hebræum quo vsus est Moses Gen. 2.24. exposuerit Chaldaicus Paraphrastes, cubile patris & matris, id est (vt ego interpretor) habitationem domesticam mutare. ¶ *Agglutinabitur*, προσκολληθήσεται. Vulgata, *Adhærebit*, αἱ δέξεται. Erasmus, quem hîc sequor, optimè expressit Græcum vocabulum, quo significatur arctissima coniunctio viri & vxoris, quasi glutine coniunctorum: cuiusmodi firmissimam & tenacissimam coniunctionem, significauit Plato in Conuiuio verbis συντῆξαι καὶ συμφυσῆσαι εἰς τὸ αὐτό, ὥστε δύο ὄντας ἕνα γεγονέναι. ¶ *Qui duo [fuerant,] erunt vna caro*, ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Erunt duo in carne vna*, vel *in carnem vnam*. Syrus interpres τοὺς δύο accipit pro ἀμφω, *Ambo*. Ego putaui primùm explicandam esse vim articuli οἱ, quo significatur conditio coniugum ante matrimonium: quod commodissimè exprimeremus totidem verbis vernacula nostra lingua, *Les deux seront vne personne*. Latinè verò non item. Deinde illustrandus est omnino hic Hebraismus, quo vix quicquam dici potest obscurius in Latino sermone. Itaque sciendum est verbum ἔσονται, erunt, accipi pro γενήσονται, id est fiet: vt in illis dicendi formulis, Esto mihi in protectorem, Eris nobis in caput. Præterea præpositio à Latinis exprimi non solet in hoc dicendi genere, nisi quum dicimus, Esse pro amico, id est amici loco: quod Hebræi dicerent, Esse in amicum, qui sensus huic loco non cõuenit. Denique vna caro nihil aliud declarat, quàm vnum corpus: vt explicatur 1.Cor.6.16. quem Hebraismum retinuimus, quia non est tam obscurus quin facilè intelligi possit: quum frequentissimè soleat in Sacris scriptoribus occurrere. Hic ergo sensus est, Qui antea duo erãt homines, incipiunt quasi vnus homo esse, quod ipse postea explicat. Moses autem duorum non meminit, nec propterea (vt volunt qui polygamian audent adstruere) additum est quicquam verbis Mosis, quum de duobus ibi agi, non de pluribus constet.

6 *Deus*, ὁ Θεός. Hinc fit vt quum cæteri contractus humanæ societatis, sicut consensu mutuo contrahuntur, sic etiam dissoluantur: coniugij tamen vinculum ipsi coniuges soluere nequeant, sed solus Deus qui coniuges conciliauit: ac proinde leges de coniugiorum diremptione ne Impp. quidem ponere præter Dei verbum licuerit. ¶ *Coniunxit*, συνέζευξεν. Inde coniuges dicti, & coniugium: quod vocabulum Græco penitus respondet, seruata etiam translatione à iugo. Erasmus, *Copulauit*. ¶ *Separato*, χωριζέτω. Vulgata & Erasmus, *Separet*. quod vocabulum melius exprimit τὸ ἀφορίζειν, vt alibi diximus. Neque tamen ignoro, seiungere opponi τῷ συζεύγνυσθαι, quo verbo vtitur Euripides de hac eadem re (id est de matrimonij dissolutione) loquens. Sed quum necessariò quærendum esset synonymũ, illud pręcęteris delegi quod cum superiore συζεύγνυσθαι pugnat ex diametro. Sic autẽ antiquari legem illam Mosis constat, largiore videlicet Spiritu Dei nobis per Euangeliũ concesso, vt planè repudianda sit eorũ sententia, qui nunc quoque illam valere posse in Ecclesia Christiana censent: etiã si nonnulli inter eos qui Christiani sunt nomine, reperiantur nõ minus duri & iniqui quàm olim Iudæi fuerint.

8 *Pro duritia cordis vestri*, πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν. Hoc loco πρὸς accipitur vel pro κατὰ, vt apud Plutarchũ, πρὸς ἀρετήν, i. habita virtutis ratione, & pro meritis: vel pro διὰ, vt apud Aristophanem πρὸς ταῦτα, pro διὰ ταῦτα, i. idcirco: quæ vtraque significatio cõuenit Latinæ præpositioni Pro. Dicunt enim Latini, Pro amore mutuo, id est, Amoris mutui causa: &, Pro loco & tẽpore, id est, quod ineptè dicitur, pro loci & temporis qualitate. nisi malimus subaudire participium, vt dicamus *respiciens ad vestri cordis duritiem*. Vulg. & Eras. ad verbum, *Ad duritiem cordis vestri*. ¶ *Permisit*, ἐπέτρεψεν. Lex moralis, quam vocant, simpliciter præcipit bona, & prohibet mala (quoniam conscientiam spectat: leges autem ciuiles, si bene sunt constitutæ, nihil quidẽ præcipiunt quod Deus prohibuerit, & nihil prohibent quod Deus pręceperit, sed improbitate hominum coguntur multa duntaxat moderari, quæ penitus tollerę non possunt: & hæc sunt quæ permitti legibus dicuntur. Exempli causa, Fœnerari prohibet Christiana charitas: fœnus tamen propter hominum commercia, multi magistratus vident se simpliciter prohibere non posse. Itaque (quod vnum reliquũ est) fœnoris modum certum constituunt. An verò propterea fœnerari bona conscientia licet? Minimè profectò. Neque enim à ciuilibus legibus, sed ex Dei verbo, petenda est cõscientiæ regula. Imò ne ciuiles quidem leges probant, sed damnant potius, quod duntaxat tolerãt, cogente hominũ improbitate. Sic etiã Dominus per Mosen ciuiles leges cõdens, nõ præcipit diuortia: (ita enim fuisset sibi cõtrarius) sed iis à quibus impetrari non poterat vt vxores retinerẽt; præcepit vt vxoribus darent diuortij libellũ, nẽpe vt iis aduersus maritorum sæuitiam consuleretur. Nec tamen propterea desinebant adulteri esse coram Deo, qui vxores repudiabant.

9 *Ob scortationem*, ἐπὶ πορνείᾳ. Vulgata, *Fornicationem*, à fornicibus in quibus Romæ solebant meretrices prostare; solet interpretari. Est autem πορνείας nomen hoc loco generale, ita vt μοιχείας comprehendat: non excepta tamen scortatione, quum occideretur etiam ea quæ quum pro virgine ducta fuerat, stuprata fuisse comperiebatur, & sine distinctione ante vel post sponsalia esset vitiata, id est vel si scortata esset, vel si adulterium commisisset. Sed hoc fortassis non addidisset Christus, nisi vel erepta Iudæis, vel neglecta tunc fuissent capitalia in adulteros iudicia, ex Mosis præscripto. Neque enim repudio locus erat vbi capitali supplicio dirimebatur matrimonium. Vide 1.Corinth. 7,15. Sed tamen quum, etiamsi viguissent leges in adulteros positæ, posset fugâ, aut latitando effugere iudicij cognitionem adultera, & apud gentes inter quas dispersi erant Iudæi, plerique magistratus adulteria capite non punirent, horum etiam conscientiis, vt & hodie consulendum fuit. ¶ *Dimissam*, ἀπολελυμένην. Extra causam adulterij videlicet, & ita vt passim fieri à Iudæis consueuerat.

10 Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός, οὐ συμφέρει γαμῆσαι.

11 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται.

12 Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.

13 Τότε προσηνέχθη αὐτῷ παιδία, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς, καὶ προσεύξηται· οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς.

14 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἄφετε τὰ παιδία καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἐλθεῖν πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

15 Καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας, ἐπορεύθη ἐκεῖθεν.

16 Καὶ ἰδού, εἷς προσελθὼν εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ἀγαθὸν ποιήσω, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον;

17 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωήν, τήρησον τὰς ἐντολάς.

18 Λέγει αὐτῷ, Ποίας; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε, τό, Οὐ φονεύσεις, Οὐ μοιχεύσεις.

10 Dicunt ei discipuli eius, Si tale est negotium hominis cũ vxore, non expedit vxorem ducere.

11 Ipse verò dixit eis, Non omnes sunt capaces huius sermonis, sed iis quibus datum est.

12 Sunt enim eunuchi qui ex matris vtero nati sunt ita: & sunt eunuchi, qui castrati sũnt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castrarũnt propter regnum cælorũ. Qui potest capax esse, *huius rei* capiat.

13 ‖Tunc oblati sunt ei pueruli vt manus eis imponeret, & oraret: discipuli autem obiurgarunt eos.

14 Iesus autem ait, Omittite istos puerulos, & ne prohibete eos ad me venire. talium est enim regnum cælorum.

15 Et quum imposuisset eis manus, profectus est illinc.

16 ‖Et ecce, quidam accedens dixit ei, Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?

17 Ipse verò dixit ei, Cur me dicis bonum? nullus est bonus, nisi vnus, *nempe* Deus. Si vis autem ad vitam ingredi, obserua præcepta.

18 Dicit ei, Quæ? Iesus autem dixit, ‖ Non occides, Non mœchaberis, Non fura-

10 Dicunt ei discipuli eius, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.

11 Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.

12 Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.

13 Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret: discipuli autem increpabant eos.

14 Iesus verò ait eis, Sinite paruulos: & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cælorum.

15 Et quum imposuisset eis manus, abiit inde.

16 Et ecce vnus accedens ait illi, Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?

17 Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? vnus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi serua mandata.

18 Dicit illi, Quæ? Iesus autem dixit, Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies fur-

Peculiare est continentiæ donum: atque proinde perpetuæ continentiæ legem, ne sibi quidem potest quisquam indicere.

Suprà 18.3 Mar.10.13 Luc.18.15 Ipsi etiam infantes in gratuito Dei fœdere comprehenduntur.

Mar.10.17 Luc.18.18 Et legem & seipsos, minimè omnium norunt qui ex lege salutem petunt.

Exo.20.13

10 *Tale est*, οὕτως ἐστίν. Vulgata ad verbum, *Ita est*. Terentius in Phormione, *Ita ingenium eius fuit*. Erasmus, *Ad istum modum habet*. Αἰτίαν verò non conuerti Causam, sed Negotium, vt perspicuitati studerem. ¶ *Vxorem ducere*, γαμῆσαι. Græcis γαμεῖν propriè de marito dicitur, sicut γαμεῖσθαι de vxore; quo modo etiam Latinis vir vxorem ducere dicitur, mulier verò nubere. Vide infrà, cap.22.30.

11 *Sunt capaces*, χωροῦσι. Id est Non ita sunt comparati, vt hoc præstare, id est vxore carere possint: sicut angustum locum dicimus non posse res multas capere. vnde χωρίον locus dicitur. Alioqui quum neutrum est τὸ χωρεῖν, aliud declarat, vt suprà 15.17. Vulg. *capiunt*, rectè quidem, sed ambiguè. ¶ *Huius sermonis*, τὸν λόγον τοῦτον. Id est istius quod dicitis, nempe (propter varia videlicet impedimenta, non quòd regnum Dei alioqui positum sit per se in cœlibatu vel coniugio) expedire vxorem non ducere, quod copiosè exponit Paulus 1.Corinth.7. ¶ [*Iis*] *quibus datum est*, οἷς δέδοται. Diuinitus videlicet, ex mera gratia, ea que in plurimis ad tempus: non quòd in nobis id sit positum, vel quòd in fide pęti possit: nisi quis fortasse peculiarem habuerit promissionem. Itaque perpetuæ continentiæ votum, præterquam quòd meræ est temeritatis, peccatum etiam est, quum ex fide esse non possit, sicut etiam omni præcepto, & puræ Ecclesiæ exemplo caret, vt ipsa tot iam seculis experientia comprobauit: quum è contrario coniugium omnibus qui vruntur, nempe vt ad cõiugium à Deo vocatis, præcipiatur.

12 *Eunuchi*, εὐνοῦχοι. Eunuchi nomen est propriè actionis & muneris, eorum videlicet qui in gynecæo adhibebantur, quasi fœminarum cubilis custodes: qui quum plerunque deligerentur castrati, hinc factum vt de castratis quibusuis diceretur. Hunc autem morem sunt qui volunt à Persis cœpisse, nominante etiam Stephano pagum quẽdam Persidis Spadam, in quo cœperit istiusmodi castrationis consuetudo. ¶ *Ex vtero*, ἐκ κοιλίας. Propriè & ad verbum, *E ventre*. Certè nemini dubium esse potest quin de vtero loquatur, vt catachresis ista in omnibus linguis locũ habet: sed quia paulò durior erat Latinis, vt ferè sit poetica, sequutus sum Veterem interpretem & Erasmum. κοιλία porro & γαστὴρ non modò apud medicos, verumetiam apud reliquos omnes ferè scriptores, nunc pro ventriculo, nunc pro ventre propriè dicto, nunc pro vtero accipiuntur. ¶ *Castrati sunt*, εὐνουχίσθησαν. Vulgata & Erasmus, *Eunuchi facti sunt*: vt citat etiam Cypr. tractatu de habitu virginum, vbi mendosè legitur *Coacti* pro *Sic facti sunt*, in nonnullis codicibus. iidem tamen paulo pòst interpretantur εὐνουχίζειν, Castrare. εὐνοῦχος autem Græcis medicis (quod etiam institutiones Græcæ libro primo de Adoptionibus testantur) generis nomen est, quod in spadones, thlibias, & castratos diuiditur. ¶ *Seipsos castrarunt*, εὐνούχισαν ἑαυτούς. Id est, à coniugio abstinent, & continentiam seruant, ex Dei dono videlicet, vt Deo seruiant liberius, ac si partibus illis carerent quibus viri sunt: qualis est etiam amputatio manus, aut pedis, & exoculatio, quarũ suprà meminit.

14 *Talium*, τοιούτων. Id est & horũ & similium, vt suprà 18.

17 *Dicis*, λέγεις. In duobus vetustis exẽplaribus & meo vetustissimo legitur, τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός, εἰ δὲ θέλεις, i. *Quid me interrogas de bono? vnus est bonus. Si vis autem* &c. quam lectionẽ sequutus est Vetus interpres, interposito tantùm Dei nomine. sic enim vertit, *Vnus est bonus, Deus*. Pro quo mallẽ dicere, *Vnus Deus bonus est*: vel addere particulã *Nẽpe* sicut fecit Eras. ad illustrandã sentẽtiã. Appositissimus autẽ est hic locus iis q de suis meritis vllo modo gloriãtur, ad perfectionẽ doctrinæ legalis, ex legislatoris maiestate, nõ ex iis quę se pręstitisse somniãt, æstimãdã, reuocãdis, nedũ vt suas ἐθελοθρησκείας in hunc albũ referant.

18 *Quæ?* ποίας, i. τίνας; Nam τὸ ποῖον propriè de qualitate quærit. Sic in vernaculo sermone vtimur interrogantibus

particulis, *quels & desquels*, etiam quum de substantia quæ-runtur. ¶ *Non occides*, τὸ, Οὐ φονεύσεις id est Ne occidito, quæ ratio in cæteris præceptis locum habet. Vetus interpres & Erasmus verterunt per periphrasin, *Non facies homicidium*. Quod autem attinet ad voculam τὸ, solet à Græcis præponi iis quæ τεχνικῶς accipiuntur. ¶ *Non mœchaberis*, Οὐ μοιχεύσεις. Nomine τῆς μοιχείας quamuis scortationem intelligit.

Οὐ κλέψεις, Οὐ ψευδομαρτυρήσεις.
19 Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. καὶ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.
20 Λέγει αὐτῷ ὁ νεανίσκος, Πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου. τί ἔτι ὑστερῶ;
21 Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς. καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ. καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι.
22 Ἀκούσας δὲ ὁ νεανίσκος τὸν λόγον, ἀπῆλθε λυπούμενος. ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.
23 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.
24 Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελ-

Diuites peculiari Dei dono egent, vt possint ex Satanæ tendiculis euadere.

beris, Non dices falsum testimonium.
19 Honora patrem & matrem. Et, Diliges proximum tuum teipsum.
20 Dicit ei adolescens ille, Omnia hæc obseruaui à iuuentute mea: quo adhuc deficior?
21 Ait ei Iesus, Si vis perfectus esse, abi, vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: & adesdum, sequere me.
22 Quum audisset autem adolescens ille hunc sermonē, abiit tristitia affectus: habebat enim bona multa.
23 Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico vobis, diues difficulter introibit in regnum cælorum.
24 Rursum verò dico vobis, Facilius est camelum per fo-

tum, Non falsum testimonium dices.
19 *Honora patrem tuum & matrem tuam. Diliges proximum tuum sicut teipsum.*
20 *Dicit illi adolescens, Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest?*
21 *Ait illi Iesus, Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.*
22 *Quum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones.*
23 *Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorum.*
24 *Et iterum dico vobis, Facilius est camelum per*

19 *Matrem*, μητέρα. In quodam vetere exemplari erat additum pronomen σου, id est *tuam*. ¶ *Et*, καί. Vetus interpres hanc particulam non legit. Origenes autem totum hoc supposititium esse arbitratur, καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν: primùm, quòd apud Marcum & Lucam nihil addatur eiusmodi: deinde, quòd res eadem iteretur. Postremò, quia quum (vt testatur Apostolus Rom. 13.9.) his verbis tota Lex contineatur, non conuenit vt dicatur adhuc aliquid ei deesse qui hæc omnia præstiterit. Respondeo, Si hoc præscriptum sequamur, vt quæ in eadem historia explicanda apud omnes Euangelistas non reperiuntur, ea vt adulterina repudiemus, fore vt bonam Euangeliorū partem deleamus. Deinde hæc iterationis species facilè excusari potest, non modò si καὶ dixerimus poni in epexegesi, (vt in illo Virgilij, *Iudicium Paridis, spretæque iniuria formæ*) sed etiam si rem ipsam spectemus. Loquitur enim ἐμφατικώτερον qui diligere iubet, quàm qui vetat damno afficere. Præterea quamuis in loquendo & scribendo frequentius soleat præponi totum quidpiam, quod deinde in suas partes secetur: interdum tamen contrarius ordo instituitur, quum nulla ratio prohibeat quominus id rectè fiat, vt 1. Corinth. 10.32. Quod autem ad postremam rationem attinet, ea satis indicat Origenem non vidisse quid ageretur. Neque enim iuuenis iste verè respondit sese præcepta illa omnia impleuisse: neque sua responsione hoc illi concedit Dominus: sed quum longissimè abesset ab eo quod sese existimabat consequutum, hūc morbum in ipsius animo latentem detexit Dominus, proposito illi peculiari charitatis mandato ad personam Christi & hoc tempus accommodato, ex quo is demum intelligeret quàm temerè respondisset. Sed hîc quoque hallucinatum esse Origenem nemo mirabitur, qui ipsius in Epistolam ad Romanos cōmenta legerit, quibus præcipuum religionis nostræ caput vir ille fœdissimè profanauit. Nec minus hallucinantur qui hanc Legis interpretationem accipiunt pro consilio Euangelico, vt vocant, quod certos quosdā perfectos obliget. Quasi verò Christus venerit vt Legem aliquam nouā conderet, ac non potius vt à Legis maledictione nos liberaret. Sed & illud notandum est, Christum hîc arguere Pharisaicam superbiam ex posteriore duntaxat tabula. Quid si igitur priorem vrsisset? & hūc sanè postea illum reuocat, veram charitatem in proximum docens eius esse qui Deum suprà omnia diligat, quod ex obedientia appareat, quacunque illum via Deus incedere iubeat.

20 *Obseruaui*, ἐφυλαξάμην. Vulgata *Custodiui*, sicut & nos solemus τὸ φυλάττειν interpretari, sed diuersa significatione. Nam custos legum dicitur qui impedit quominus ab aliis violentur. ¶ *Quo adhuc deficior?* τί ἔτι ὑστερῶ; Ὑστερεῖν significat à tergo remanere, & tardius venire. Inde factū vt etiam pro defici accipiatur, neutrius absoluti significatione. Vulgata & Erasmus, *Quid adhuc mihi deest?*

21 *Perfectus*, τέλειος. id est si talem vis re ipsa te demonstrare qualem esse te iactas. Hæc enim Christi verba non in quo posita sit per se vita æterna declarant, quum hæc vocatio non sit vniuersalis: sed hūc spectant vt istum falsa suæ iustitiæ spe deceptum redarguat. ¶ *Quæ habes*, σοῦ τὰ ὑπάρχοντα, id est, bona tua & facultates. ¶ *Pauperibus*, πτωχοῖς. Πτωχοὶ, si credimus grammaticis, propriè dicuntur qui mendicando propter summam egestatem victum sibi parāt, παρὰ τὸ πτώσσειν, quod ad pedes diuitum accidant: πένητες autem, pauperes, qui honestam inopiam tolerant. Itaque nonnulli suprà 5.5, & Lucæ 4.18, & 6.20, πτωχοὺς malunt conuertere mendicos quàm pauperes. Sed hæc differentia non est perpetua: nec vtique obseruanda. Nam verè quidē dicitur Lazarus fuisse πτωχὸς Luc. 16, 20. At Christus potius πένης, quamuis dicatur πτωχεῦσαι, 2. Cor. 8.9. minimè certè istorum mendicabulorum similis, quos locustarum nomine Spiritus sanctus significat Apoc. 9.3. Videtur autē pauperes hîc vocare qui à Solomone dicuntur דלים [*dallim*] Prouerb. 22.9. id est, quos inopia totos exedit, qui alia ratione אביונים [*ebionim*] dicuntur, nisi malimus egenos generaliter intelligi. ¶ *Adesdum*, δεῦρο. Ad verbum, *huc*, scilicet ades. ἐλλειπτικῶς.

22 *Habebat enim*, ἦν γὰρ ἔχων. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Erat enim habens*: quem Hebraismum minimè necesse fuit hoc loco retinere. ¶ *Bona*, κτήματα. Vulgata & Erasm. ad verbum, *Possessiones*: sed (ni fallor) apud Latinos non tam latè patet hoc vocabulum quàm quæ Græci κτήματα vocant: Illis enim possessio tantùm fundos & loca non mouentia declarat, quum κτημάτων appellatione intelligatur quicquid ab aliquo possidetur.

24 *Facilius*, εὐκοπώτερον, id est ῥᾷον. Nam Græcorum copiam assequi non possumus. Itaque sæpius quàm velimus vti cogimur synonymis. Ad verbum, *Leuioris est laboris*. ¶ *Camelum*, κάμηλον. Prouerbialis loquutio, quā apud Thalmudistas obseruauit Caninius, sed de Elephanto dici, cuius loco Christus Camelū vt animal Syriæ notius substituit, coniecit vir diligentissimus Dusius. Sed fortassis ita vulgus etiā ipsū in Syria loquebatur. Aristophanis scholiastes ait κάμιλον per ι, significare rudētē siue funē nauticū, quod non reperio vlla scriptoris idonei auctoritate confirmatū. Sed & Syrus interpres de Camelo animali istud interpretatur: & ita magis etiam est hyperbolica comparatio.

¶ *Introire*

θεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.
25 Ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐξεπλήσσοντο σφόδρα, λέγοντες, Τίς ἄρα δύναται σωθῆναι;
26 Ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι· παρὰ δὲ τῷ Θεῷ πάντα δυνατά ἐστι.
27 Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Ἰδοὺ, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. τί ἄρα ἔσται ἡμῖν;
28 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνοις, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.
29 Καὶ πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.
30 Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι· καὶ ἔσχατοι, πρῶτοι.

Κεφάλαιον κ.

1 Ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ.

tamen acus transire quàm diuitem in regnum Dei introire.
25 His autem auditis discipuli eius perculsi sunt valde, dicentes, Quis ergo potest seruari?
26 Intuitus autem eos Iesus dixit eis, Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.
27 ‖Tunc respondens Petrus dixit ei, Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis?
28 Iesus autem dixit eis, Amen dico vobis, vos qui sequuti estis me, in regeneratione, quū sederit Filius hominis in throno gloriæ suę, sedebitis vos etiam, inquam, in thronis duodecim, ‖ iudicium ferentes de duodecim tribubus Israëlis.
29 Et quisquis reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorē, aut liberos, aut agros, causa nominis mei, centuplicia accipiet, & vitam æternam hæreditatis iure possidebit.
30 ‖Multi autem primi, erunt vltimi: & vltimi, primi.

CAP. XX.

1 Simile enim est regnum cęlorū patrifamiliâs, qui exiit cum prima luce ad conducendos operarios *quos mitteret* in vineam suam.

foramen acus transire quàm diuitem intrare in regnum cælorum.
25 *Auditis autem his discipuli mirabantur valde, dicentes, Quis ergo poterit saluus esse?*
26 *Aspiciens autem Iesus dixit illis, Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.*
27 *Tunc respondens Petrus dixit ei, Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis?*
28 *Iesus autem dixit illis, Amen dico vobis, quòd vos qui sequuti estis me, in regeneratione, quum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus Israël.*
29 *Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*
30 *Multi autem erunt primi, nouissimi: & nouissimi, primi.*

CAP. XX.

1 *Simile est regnum cælorum homini patrifamiliâs, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.*

Mar. 10.28. Luc. 18.28.
Luc. 22.30.
Infr. 20.16. 22.14. Mar. 10.30. Luc. 13.30.
Non modò nihil iuuat, sed etiam valde nocet bene cœpisse nisi quis ad extremum perseueret.
Deus nemini obstrictus, quoscunque, quandocunque libuit vocat. Tantùm danda est opera vnicuique, vt ad metam inostenso cursu, nihil in aliū, vel in Dei iudicia inquirēs, perueniat.

¶ *Introire*, εἰσελθεῖν. Erasmus, *Ingredi*. quomodo etiam nos plerunque. Sed hîc studuimus seruare paronomasiam τοῦ διελθεῖν & εἰσελθεῖν. Vtroque tamen loco legimus εἰσελθεῖν, in quinque vetustis codicibus.

25 *Perculsi sunt*, ἐξεπλήσσοντο. Virgilius 9. Æneidos, *Obstupuit magno laudum perculsus amore Euryalus*. Vulgata, *Mirabantur*, id est, ἐθαύμαζον. Erasmus, *Expauerunt*, id est ἐθαμβοῦντο. Vide supr. 7.28. ¶ *Ergo*, ἄρα. Hoc loco ἄρα non tantùm est particula interrogans, sed etiam illatiua, vt grammatici loquuntur. Itaque rectè conuersa est quasi scriptum esset οὖν: quamuis Erasmus in annotationibus malit interpretari τίς ἄρα, *Quisnam*.

26 *Omnia*, πάντα. Apparet ex proposita hypothesi diuites hîc excludi à Dei regno, non omnes, sed eos qui à diuitiis pendent, quod omnes faciunt, nisi quorū mentes Deus immutauit. Sicut ergo talis quispiā diues, quādiu talis est, ingredi nequit in regnum cælorum, ita neque camelus qualis est natura, ingredi possit per foramen acus: ille quidem quoniam per peccatum, iste verò quoniam natura talis est. At Deus vtrumque immutatum, & illum quidē docens ab ipso vno totum pendere, istum verò tam gracilem efficiens quàm fieri necesse est, in vtroque infinitam suam virtutem re ipsa demonstrauerit. Inepti sunt igitur qui ex hoc loco colligunt Deum efficere posse vt Christi corpus, manens verum corpus, eodem tempore sit totum siue multis siue omnibus locis essentialiter: neque tamē quum hoc negamus, Deum naturæ legibus alligamus, sed in suo proposito semper eundem esse asserimus.

27 *Ecce*, ἰδού. In quodam exemplari legimus, ἰδοὺ Κύριε, id est, *Ecce, Domine*.

28 *In regeneratione*, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ. Hæc ita distincta sunt in quinque veteribus codicibus vt ad sententiam sequentem pertineant, quo modo etiam ferè legi solent, id quod magis amplector: in aliis autem sic vt cum præcedentibus cohæreant. Si prior illa lectio magis arridet, παλιγγενεσία pro eo die sumitur quo incipient electi re ipsa toti nouam illam vitam viuere, quum videlicet corpore & animo fruentur hæreditate illa cælesti, in seculo venturo, vt explicat Marc. Sed si cum præcedentibus, id est cum participio ἀκολουθήσαντες coniungamus, regenerationis nomine intelligemus Euangelij prædicationem, quod ipse Christus in terras attulit, quia tum veluti de integro conditus est mundus: nec aliter solent Prophetæ de Messiæ aduentu loqui. ¶ *Throno*, θρόνου. Vulgata & Erasmus, *Sede*, id est καθέδρας. Thronus autem augustius aliquid significare videtur. ¶ *Gloriæ*, δόξης. Hebraismus, id est glorioso & maiestatis pleno. *Iudicium ferentes*, κρίνοντες. Vide 1. Cor. 6, 2.

29 *Domos*, οἰκίας. In duobus codicibus legimus οἰκίαν, id est domum. ¶ *Centuplicia*, ἑκατονταπλασίονα. Vulgata & Erasmus, *Centuplum*. Vide Marci 10.30. ¶ *Hæreditatis iure possidebit*, κληρονομήσει. Vide suprà 5.5.

IN CAP. XX.

1 *Simile enim*, ὁμοία γάρ. Vulg. malè omittit particulam causalem. Omnino enim adhibetur hæc similitudo confirmandæ proximè præcedenti sententiæ, vt etiam liquet ex eius conclusione, versu 16. ¶ *Patrifamiliâs*, ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ. Abūdat ἀνθρώπῳ. vel pro τινὶ ponitur ex Hebræi sermonis consuetudine. Sic etiam Herodotus in Thalia dixit ἀνὴρ δαίτης Homerus, βουληφόρον ἄνδρα. Et Sallustius, Mulier ancilla, pro Ancilla quædam. ¶ *Cum prima luce*, ἅμα πρωΐ. Sic loqui solet Cicero. Nam hoc est quod ait Demosthenes ἅμα τῇ ἡμέρᾳ. Ad verbum, *Cum mane*. Vulgata, *Primo mane*. Erasmus, *Diluculo*. id est ὄρθρου. ¶ [*Quos mitteret*] *in vineam suam*, εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. Illud suppleuimus quoniam deest ex Hebræorum idiotismo, cuius manifestum exemplum inuenio Gen. 45.4.

Συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ.

Καὶ ἐξελθὼν περὶ τὴν τρίτην ὥραν, εἶδεν ἄλλους ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργούς.

Κἀκείνοις εἶπεν, Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν.

Οἱ δὲ ἀπῆλθον. Πάλιν ἐξελθὼν περὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην ὥραν, ἐποίησεν ὡσαύτως.

Περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν εὗρεν ἄλλους ἑστῶτας ἀργούς, καὶ λέγει αὐτοῖς, Τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί;

Λέγουσιν αὐτῷ, Ὅτι οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. Λέγει αὐτοῖς, Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον λήψεσθε.

Ὀψίας δὲ γενομένης λέγει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ, Κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθόν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, ἕως τῶν πρώτων.

Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον.

Ἐλθόντες δὲ οἱ πρῶτοι ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται· καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον.

Λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου,

Λέγοντες, ὅτι οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας, τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν καύσωνα.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν ἑνὶ αὐτῶν, Ἑταῖ-

2 Pactus autem cum operariis denario in diem, misit eos in vineam suam.
3 Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos:
4 Et illis dixit, Abite & vos in vineam, & quodcunque iustum fuerit, dabo vobis.
5 Illi autem abierunt. Rursum egressus circa sextam & nonam horam, fecit itidem.
6 Circa horam autem vndecimam egressus, inuenit alios stantes otiosos, ac dicit eis, Cur hîc statis totum diem otiosi?
7 Dicunt ei, Quia nemo nos côduxit. Dicit eis, Abite & vos in vineam: & quicquid fuerit iustum accipietis.
8 Quum autem serum diei esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde eis mercedem, incipiens ab vltimis, vsque ad primos.
9 Et quum venissent qui circa vndecimam horam *conducti fuerant*, acceperunt singuli denarium.
10 Quum venissent autem primi, existimarunt se plus esse accepturos: sed acceperunt ipsi quoque singuli denarium.
11 Sed quum accepissent, murmurabant aduersus patremfamiliâs,
12 Dicentes, Isti vltimi vnam horam *opus* fecerunt, & eos pares nobis fecisti, qui portauimus onus diei, & æstum.
13 Ipse verò respondens dixit

2 *Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.*
3 *Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos:*
4 *Et dixit illis, Ite & vos in vineam, & quod iustum fuerit, dabo vobis.*
5 *Illi autem abierunt, Iterum autem exijt circa sextam & nonam horã: & fecit similiter.*
6 *Circa vndecimam verò exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis, Quid hîc statis toto die otiosi?*
7 *Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineam.*
8 *Quum serò autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos.*
9 *Quum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios.*
10 *Venientes autem & primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios.*
11 *Et accipiẽtes murmurabant aduersus patremfamiliâs,*
12 *Dicentes, Hi nouissimi vnam horam fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus.*
13 *At ille respondens vni*

2 *Pactus*, συμφωνήσας. Vulgata & Erasmus, *Conuentione facta*. Συμφωνεῖν (vt diximus 18.19) vocabulũ est musicorum proprium, quum ex diuersis vocibus vnum efficiunt concentum. Inde factum vt pro consentire accipiatur, & in contractibus faciendis communi consensu aliquid pacisci: quo modo etiam Erasmus infrà interpretatur versu 13. ¶ *Denario*, ἐκ δηναρίου. Vulgata ad verbum, *Ex denario*. Sed (vt annotat Erasmus) Latini non exprimunt præpositionem. ¶ *In diem*, τὴν ἡμέραν. Subauditur κατὰ distributiua particula: sed cuius non videtur propria significatio hîc vsurpari, quum de vno tantum die agatur, cui tota vita hominis confertur. Sic Ouidius, *Inque diem alipedum ius & moderamen equorum*. Itaque non malè conuertit Vetus interpres *Diurno*, si sensum spectes. Erasmus autem non item, qui interpretatur, *In singulos dies*.

3 *Egressus*, ἐξελθών. Quum ter repetatur hoc verbum in hac similitudine, eodem semper modo conuertere malui, quàm modò per participium *Egressus*, modò per verbum *Exijt*: sicut video fecisse Veterem interpretem, quem sequitur Erasmus.

7 *Vineam*, ἀμπελῶνα. In duobus exemplaribus additum erat μου, id est, meam. Quæ autem sequuntur, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεσθε, id est, *Et quicquid fuerit iustum, accipietis*: neque apud Veterem interpretem reperitur, neque legitur apud Hieronymum, vt obseruat Erasmus. Legitur tamen apud Syrum interpretem, & in omnibus nostris vetustis codicibus, excepto vetustissimo, cuius sæpe memini.

9 *Horam*, ὥραν. Subauditur μισθωθέντες, id est, qui conducti fuerant. Vulg. maluit repetere participium ἐλθόντες, *qui venerant*. ¶ *Acceperunt singuli denarium*, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον. Hoc loco ἀνὰ significat æqualem distributionem, quomodo etiam vsurpatur à medicis in medicamentorum compositionibus. Vulgata, *Singulos denarios*.

12 [*Opus*] *fecerunt*. ἐποίησαν. Hebraicè עָבְדוּ [*habedu*]. subauditur autem ἔργον, vt sit periphrasis, pro εἰργάσαντο. Sic vulgò dicimus, *Qui ont faict vne heure*. Vulgata ad verbum, *Fecerunt*. Erasmus, *Fuerunt in opere*. Est autem illa ellipsis ab Hebræis orta, qui in verbo includunt verbale nomen: vt Psalm. 13.4. Ne dormiam mortis, videlicet dormitionem. Alibi tamen de temporis spatio peracto simpliciter dicitur, vt Act. 15.33, & 18.23, & 20.3, & 2. Corin. 11, 25, & Iacob. 4.13. Tale est & illud Basilij, Τρεῖς ἡμέρας ποιήσας ἐπὶ τῆς πόλεως: vt etiam interpretari possimus, Vnam horam peregerunt. Certè non procul abest, ab ista phrasi Demosthenicum illud χρόνον ἐμποιεῖν τοῖς πράγμασι. ¶ *Æstum*, καύσωνα. In duobus exemplaribus scriptum est hoc vocabulum cum nota interrogationis aut indignationis potius, καύσωνα; *æstum?* Solet autem particula καὶ & εἶτα in eiusmodi dicendi genere, peculiari quadam significatione vsurpari. Sic Virgilius *& quisquam numen Iunonis adoret Præterea?*

13 *Amice*, ἑταῖρε. Propriè hoc vocabulo sodalis intelligitur. Neque verò quisquis sodalis est, amicus est: nos tamen alios sequuti, amicum interpretati sumus: quòd hoc

hoc ferè vocabulo soleamus ignotos etiam compellare. Sic in vernaculo sermone quempiam ignotũ compellantes, vocamus interdũ *compagnon*, Græcã phrasin imitati. Sed & Christus ipsum Iudam vt suum familiarem sic compellat infrà 26.50 ¶ *Pactus es mecum*, συνεφώνησάς μοι. In vno codice legimus, συνεφώνησά σοι, pactus sum tecum?

ρε, οὐκ ἀδικῶ σε· οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι;

Ἆρον τὸ σόν, καὶ ὕπαγε. θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί.

Ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι;

Οὕτως ἔσονται οἱ ἔσχατοι, πρῶτοι· καὶ οἱ πρῶτοι, ἔσχατοι. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.

Καὶ ἀναβαίνων ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, παρέλαβε τοὺς δώδεκα μαθητὰς κατ᾽ ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς,

Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ Γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ.

Καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι, καὶ μαστιγῶσαι, καὶ σταυρῶσαι· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

Τότε προσῆλθεν αὐτῷ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, μετὰ τῶν υἱῶν αὐτῆς, προσκυνοῦσα καὶ αἰτοῦσά τι παρ᾽ αὐτοῦ.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, Τί θέλεις; Λέγει αὐτῷ, Εἰπὲ ἵνα καθίσωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου, εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; Λέγουσιν αὐτῷ, Δυνάμεθα.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτί-

vni eorum, Amice, non facio tibi iniuriam: nónne denario pactus es mecum?
14 Tolle quod tuum est, & abi. volo autem huic vltimo dare vt & tibi.
15 Annon licet mihi quod volo facere in meis *rebus*? an oculus tuus malus est quia ego bonus sum?
16 ‖Sic vltimi, erunt primi: & primi, vltimi. multi enim sunt vocati, pauci verò electi.
17 Et ascendẽs Iesus Hierosolymã, assumpsit duodecim discipulos suos priuatim in via, & dixit eis,
18 ‖Ecce, ascendimus Hierosolymã, & Filius hominis tradetur primariis Sacerdotibus ac Scribis, & condemnabunt eum morte:
19 ‖Tradéntque eum Gentibus, vt illudant, & flagellent, & crucifigant: sed tertia die resurget.
20 ‖ Tunc venit ad eum mater filiorũ Zebedæi cum filiis suis, adorans & petẽs aliquid ab eo.
21 Ipse verò dixit ei, Quid vis? Ait ei, Dic vt sedeãt isti duo filij mei, vnus ad dextrã tuam, & alter ad sinistram, in regno tuo.
22 Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis. potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum, & baptismate quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei, Possumus.
23 Tunc dicit eis, Poculum quidem meum bibetis, & bapti-

eorum dixit, Amice, non facio tibi iniuriam: nónne ex denario conuenisti mecum?
14 *Tolle quod tuum est, & vade. volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi.*
15 *Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum?*
16 *Sic erunt nouissimi primi, & primi, nouissimi multi enim sunt vocati, pauci verò electi.*
17 *Et ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis,*
18 *Ecce, ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte:*
19 *Et tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget.*
20 *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis adorans, & petens aliquid ab eo.*
21 *Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram, in regno tuo.*
22 *Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, Possumus.*
23 *Ait illis, Calicem quidem meum bibetis: sede-*

Sup. 19.30. Mar. 10.31 Luc. 13.30 Infr. 22.14

Christus necessario quidem, sed voluntariè tamen crucem subit.

Matth. 17.22. & 20.18 Mar. 9.31 Luc. 18.31 & 9.44

Christum ij demum acerbissimè persequuntur quos minimè omnium oportuit. Ioan. 18.32

Ignominia crucis, certum iter est ad æternę vitæ gloriam. Mar. 10.35.

Cõtraria prorsus est ratio regni cælestis & terreni.

15 *In meis* [*rebus*] ἐν τοῖς ἐμοῖς; Vt vitarem amphibo liam, addidi appellatiuum cum Erasmo, id est, de meo: sicut Augustinus interpretatur Sermone 39. de Verbis Domini, vt obseruat Erasmus. Vetus autem interprès hoc non legit. quod tamen ad explendam sententiam requiritur. ¶ *Malus*, πονηρός. Id est, An inuides istis benignitatem meam? Nam Hebræis עַיִן רָעָה [*ben raha*] id est, oculus malus, inuidentiam declarat, quoniam videlicet elucent huiusmodi affectus potissimùm in oculis. Sed suprà 6.23. oculus malus pro vitioso in genere accipi videtur, cui opponitur simplex, id est purus & sincerus: quamobrem etiam discessi à Vetere interprete, qui oculum nequam conuertit.

16 *Vocati*, κλητοί Id est, κεκλημένοι. Nam alioqui κλητοὶ iidem sunt qui electi: ij demum videlicet qui Deo ad vitam ipsos vocanti responderunt.

17 *Priuatim in via*, κατ᾽ ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν. In vno exemplari legimus κατ᾽ ἰδίαν· καὶ ἐν τῇ ὁδῷ εἶπεν: i. priuatim, & in via (id est inter eundum) dixit eis: quam lectioné maximè probo. Vetus autem interpres illud ἐν ὁδῷ non legit. Sed & ἐν ὁδῷ malim accipere pro εἰς τὴν ὁδόν, vt sit sensus, Christũ hos duodecim seorsim selectos voluisse illorum quæ mox erant sequutura admonere.

19 *Sed tertia die*, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Vide Mar. 8.31.

22 *Quod ego bibiturus sum*, ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν καὶ τὸ βάπτισμα, &c. In tribus exẽplaribus legimus, ὃ ἐγὼ πίνω· ἢ τὸ βάπτισμα, &c. quod ego bibo: aut baptismate. in aliis autem duobus, hæc omnia καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι, & baptismate quo ego baptizor, baptizari? neque in hoc versiculo neque in proximo habentur: & suspicantur nonnulli addita ex Marco, quum apud veterem interpretem non legantur. Sunt autẽ quasi prouerbialia hæc dicendi genera, quibus fidelium conditio explicatur. Nam primùm omnium metonymicè poculum pro eo accipitur quod poculo continetur. Deinde poculi appellatione intelligitur apud Hebræos modus vel pœnæ quæ peccatis nostris infligitur, (vt Psal. 11.6, & infra cap. 26.39. vbi Dominus personam nostrã sustinet) vel afflictionis, quæ ad nos probandos & confirmandos immittitur à Deo, vt hoc loco: vel lætitiæ, qua cumulantur fideles, vt Psal. 23.5. Significat denique cuiusque sorté & conditioné, vt Psa. 16.5. translatione sumpta à familiis in quibus pro varia domesticorũ conditione distribuũtur cibus ac potus. Porrò Eras. Veteré interpretem meritò in eo reprehendit quod ποτήριον vertat calicé, κύλικα. quod tamen ipse non emẽdauit infrà, 26.39. Baptismi autẽ nomẽ refero ad metaphoram Scripturis familiarem, ac præsertim Dauidi, qua cõparantur afflictiones, gurgitibus aquarum, quibus veluti submergantur qui miseriis & calamitatibus vexãtur. In summa verò declarat Christus, regnũ suum nõ esse mundanum imperium vt isti cum Iudæis somniabãt: & qua via Rex ipse in huius regni possessionem mittitur, eadem oportere illos ingredere, qui gloriæ ipsius participes fieri volunt, quod per sessionem ad dextram intelligitur.

23 *Non est meum*, οὐκ ἔστιν ἐμόν. Loquitur Christus ex eorum sententia à quibus compellabatur: & qui mundanum Messiæ regnum somniabant, quod delirium ne post re-

surrectionem quidem, ante diem pentecostes deposuerunt. Vult igitur illos & ad cæleste regnum subuehere & ad patrem, vt mediator, attollere.

ζομαι, βαπτισθήσεσθε· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ᾽ οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου.

Mar.10.41 Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν.

Luc.22.25 Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, εἶπεν, Οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν.

Οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ᾽ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος.

Καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος.

Ὥσπερ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ

Phil.2.7. δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

Mar.10.46 Luc.18.35 Καὶ ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Ἱεριχὼ, ἠκολούθησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

Christus duobus cæcis solo contactu sanatis, confirmat se vnum esse mundi lucem. Καὶ ἰδοὺ, δύο τυφλοὶ καθήμενοι παρὰ τὴν ὁδὸν, ἀκούσαντες ὅτι Ἰησοῦς παράγει, ἔκραξαν λέγοντες, Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε, υἱὸς Δαβίδ.

stinate quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dextram meam & sinistram meam, non est meum dare, sed *dabitur* quibus paratum est à Patre meo.

24 ‖ Et quum *hæc* audissent *alij* decem, indignati sunt de duobus fratribus.

25 ‖ Iesus autem quum eos aduocasset, ait, Scitis principes Gentiū in eas dominari, & magnates auctoritate vti in eas.

26 Verùm non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, esto vester minister:

27 Et quicunque voluerit inter vos primus esse, esto vester seruus.

28 Sicut Filius hominis nō venit vt sibi ministretur, sed vt ministret, ‖ detq; animā suā *in* redemptionis pretium pro multis.

29 ‖ Egredientibus autem ipsis *vrbe* Iericho, sequuta est eum turba multa.

30 Et ecce, duo cæci sedentes apud viam, quum audissent Iesum præterire, clamarunt, dicentes, Miserere nostri Domine, Fili Dauidis.

re autem ad dextram meam, & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.

24 *Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.*

25 *Iesus autem vocauit eos ad se: & ait, Scitis quia principes Gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eis.*

26 *Non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister:*

27 *Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.*

28 *Sicut Filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.*

29 *Et egredientibus illis ab Iericho, sequuta est eum turba multa.*

30 *Et ecce, duo cæci sedentes secus viam audierunt quia Iesus transiret, & clamauerunt, dicentes, Domine miserere nostri, Fili David.*

¶ *Dare*, [illegible] tribus codicibus legitur, τοῦτο δοῦναι, id est hoc dare. Hebraica repetitione relatiui. Vetus interpres addit pronomē ὑμῖν, *Vobis*: quam lectionem si sequamur, nihil supplendum erit in proximo membro. sed neque in Græcis codicibus, neque apud Syrum interpretem, extat: & omnino videtur addi non debuisse quum minimè voluerit discipulos ex eorum numero eximere quibus erat regnum destinatum à Patre. ¶ [*Dabitur*] *quibus*, οἷς. Erasmus, *Iis continget quibus*: quod vocabulum quoad licet libens refugio. Verbum autem δοθήσεται, quod in Græco suppletur, Latinè expressi. Vide Mar.10.40.

24 [*Alij*] *autem*, οἱ δέκα. Addidi particulam *Alij*, vt vim articuli Græci exprimerem, & amphiboliam Latini sermonis vitarem.

25 *In eas dominari*, κατακυριεύουσιν αὐτῶν. Cic. de Senectute, *Ita enim senectus honesta est, si ad extremum spiritum dominatur in suos.* Ita igitur volui exprimere vim præpositionis κατὰ, tum in hoc verbo, tum in eo quod sequitur proximè, resoluta cōpositione, quod etiam placet Eras. in annotationibus. Vulg. *Dominantur eorum*: duplici errore, quum repetendus sit genitiuus Gentium: & hoc verbum apud Latinos tertio casui iungatur. Sed quod idē Eras. censet acerbiorem aliquā dominationē hîc significari, non probo. vtitur enim Lucas verbis simplicibus non compositis, & hos dicit vocari Euergetas, quod Tyrannis non cōuenit. Deinde si ita esset, Christus abusum dūtaxat potestatis dānaret: quasi vt inter Ciuiles Magistratus non damnatur res ipsa, sed Tyrannis, sic in Euangelica functione sit eiusmodi potestati locus, qua vti liceat nō abuti. At hoc ipsum est quod redarguit Christus, docēs nulli licere in Ecclesiastico munere quód Regibus & principibus in suos subiectos liceat. Omnes enim esse vnius legislatoris & Domini seruos, inter quos is demum excellat, qui fuerit omnium diligentissimus, & ab omni ambitione in alios conseruos vsurpanda remotissimus. Vnde igitur duplex ille gladius, spiritualis videlicet & temporalis, quem sibi Papa & alij quàm plurimi vsurpant, qui tamen neutrum habent? Quid igitur, inquies, nullámne habent potestatem diuini verbi ministri? nullam certè ipsi ne in conscientias quidē, quibus tamen erudiendis sunt destinati: sed Christi duntaxat sunt legati, vt eius nomine dicant & agant sacra, non ciuilia, penes quē vnum est omne ius imperandi: & illos quidem audiri, sed vt legatos non vt dominos, iubentis 1.Cor.3.10. & 1.Pet.5.3.

26 *Quicunque voluerit*, ὃς ἐὰν θέλῃ. Nequaquam docet Christus quibus artibus, simulatæ videlicet modestiæ, ambitiosi soleant summum gradum aliquem (qua ambitione tum laborabant ipsi Zebedæi filij) adipisci, sed contrà docet in Ecclesia eminere in terris, idem esse atque publicum in omnium salute procuranda seruum esse. Itaque hallucinantur in hoc explicando loco, qui moneri putant pastores vt modestiæ exemplū cæteris præbeant, (quod & ipsum tamen vt necessarium passim præcipitur) quū hîc de ipsius ministerij natura & ratione qua à Ciuilis politiæ forma distinguitur, Christus occasionem nactus disserat.

28 [*In*] *redemptionis pretium*, λύτρον. Vulg. *Redemptionē*. Verùm (vt obseruat Eras.) τὸ λύτρον ipsam redemptionem non declarat, sed eius pretium: i. quicquid datur ad eos redimēdos qui captiui tenētur. Homerus ἄποινα vocat. ¶ *Pro multis*, ἀντὶ πολλῶν. vide Marci 10.45. Hîc in illo meo admirandę vetustatis codice ista inserūtur non iisdem verbis prorsus, quāuis eadē prorsus sentētia scripta. Luc.14.8. ὑμεῖς δὲ ζητεῖτε ἐκ μικροῦ αὐξῆσαι, καὶ ἐκ μείζονος ἔλαττον εἶναι. εἰσερχόμενοι δὲ καὶ παρακληθέντες δειπνῆσαι, μὴ ἀνακλίνεσθε εἰς τοὺς ἐξέχοντας τόπους, μήποτε ἐνδοξότερός σου ἐπέλθῃ, καὶ προσελθὼν ὁ δειπνοκλήτωρ εἴπῃ σοι, ἔτι κάτω χώρει, καὶ καταισχυνθήσῃ. ἐὰν δὲ ἀναπέσῃς εἰς τὸν ἥττονα τόπον, καὶ ἐπέλθῃ σου ἥττων, ἐρεῖ σοι ὁ δειπνοκλήτωρ, σύναγε ἔτι ἄνω, καὶ ἔσται σοι τοῦτο χρήσιμον. i. *Vos verò quæritis ex paruo augeri, & ex eo quod maius est, minui. Ingressi verò & aduocati ad prandiū, ne accumbite eminentioribus locis, ne quispiā te honoratior superueniat, & inuitator accedens tibi dicat, recipe te quoque inferius: & pudefiat. Quòd si inferiore loco accubueris, & quispiā te inferior superuenerit dicet tibi inuitator, collige te quoque superius: eritque tibi vtile.* Sed maneto recepta lectio.

29 *Egredientibus*, ἐκπορευομένων. In vno exemplari legitur in numero singulari, ἐκπορευομένου αὐτοῦ, i. Egrediente eo.

30 *Præterire*, παράγει. Vel Prætergredi, vt supra 9.9. Sic autem verto vt meliùs exprimatur præpositio παρὰ. Vulgata & Erasmus, *Transiret*: id est, διέρχεται.

32 Quum

Ὁ δὲ ὄχλος ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα σιωπήσωσιν· οἱ δὲ μεῖζον ἔκραζον, λέγοντες, Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε, υἱὸς Δαβίδ.

Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς ἐφώνησεν αὐτοὺς, καὶ εἶπε, Τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν;

Λέγουσιν αὐτῷ, Κύριε, ἵνα ἀνοιχθῶσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί.

Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν· καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

Κεφάλαιον κα.

ΚΑὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγὴ πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, τότε ὁ Ἰησοῦς ἀπέστειλε δύο μαθητὰς,

Λέγων αὐτοῖς, Πορεύθητε εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑμῶν, καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ᾽ αὐτῆς· λύσαντες ἀγάγετέ μοι.

Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε ὅτι ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει· εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ αὐτούς.

Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος,

Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιὼν, Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραῢς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου.

31 Turba autem obiurgabat eos vt silerent: illi verò magis clamabant, dicentes, Miserere nostri Domine, Fili Dauidis.

32 Et quū substitisset Iesus, vocauit eos, & ait, Quid vultis faciam vobis?

33 Dicunt ei, Domine, vt aperiantur oculi nostri.

34 Commiseratione autem intima commotus Iesus tetigit oculos eorum: & statim visum receperunt oculi eorum, & *ipsi* sequuti sunt eum.

CAP. XXI.

1 ET ‖ quum appropinquassent Hierosolymis, & venissent ad Beth-phage ad montem Olearū, tunc Iesus misit duos discipulos,

2 Dicens eis, Ite in vicum [illegible] vobis est ex aduerso, & statim inuenietis asinam ligatam, & pullum cum ea: soluite *eos*, adducite mihi.

3 Et siquis vobis aliquid dixerit, dicite, Domino his opus est: statim autem remittet eos.

4 Hoc autem totum factum est vt impleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem,

5 ‖ Dicite filiæ Sion, Ecce, rex tuus venit tibi lenis, & insidens asinæ, ac pullo fœtui subiugis *asinæ*.

31 *Turba autem increpabat eos vt tacerent. at illi magis clamabant, dicentes, Domine miserere nostri, Fili Dauid.*

32 *Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam vobis?*

33 *Dicunt illi, Domine, vt aperiantur oculi nostri.*

34 *Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorū: & confestim viderunt, & sequuti sunt eum.*

CAP. XXI.

1 *ET quum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Beth-phage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos.*

2 *Dicens eis, Ite in castellum [illegible] quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullū cum ea: soluite & adducite mihi.*

3 *Et siquis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.*

4 *Hoc autem factum est vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem,*

5 *Dicite filiæ Sion, Ecce, rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum, filium subiugalis.*

Mar.11.1 Luc.19.29 Christus humilis de mundi superbia triumphans, ad verā gloriam per crucis ignominiam ascendit.

Zach.9.9 Esa.62.11 Ioh.12.15.

32 *Quum substitisset*, στάς. Ad verbum, *Quum stetisset*. quum tamen στὰς hoc loco non opponatur sedenti aut iacenti, sed ambulanti. ¶ *Vocauit*, ἐφώνησεν. Voce videlicet, non per alium. Hoc enim potius significat τὸ καλεῖν, quū de quopiam præsente: & τὸ μεταπέμπεσθαι, quum de absente, agitur.

34 *Oculi eorum*, αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. Hæc desunt in duobus vetustis codicibus, neque etiam reperiuntur apud Veterem interpretem. Vulgata, *Viderunt*: id est ἔβλεψαν. Solent autem Hebræi oculos clausos vocare qui videndi vsu carent, ac proinde dicuntur iis aperiri quibus videndi vsus restituitur.

IN CAPVT XXI.

1 *Ad Beth-phage*, Βηθφαγῆ. Id est, non procul Beth-phage. Antiqua omnia legunt Βηθσφαγῆ, id est Bethsphage Hebræa enim hæc omnia variè sunt à Græcis corrupta. Syrus interpres scribit בית פגא [*Beth-phage*] & domum fontis interpretatur noster Tremellius, vt phage sit quod Græcis πηγή, cuiusmodi Græcas multas voces vulgus iam tum vsurpabat. ¶ *Olearum*, ἐλαιῶν. Vulgata, *Oliueti* id est ἐλαιῶνος, sicut etiam vocatur Act.1.12.

2 *Ex aduerso*, ἀπέναντι. id est, e regione, δίαντικρύ. Sicut apud Virgilium 1. Æn. Carthago dicitur sita Italiam contra. Sic ab Hebræis quoque vsurpatur נגד [*neghed.*]

3 *Aliquid dixerit*, εἴπῃ τι. In quodam exemplari scribitur εἴπῃ, Τί ποιεῖτε, *dixerit*, *Quid facitis?* ¶ *Remittet*, Vulg. *dimittet*. Malè. Nam vetus quidem interpres putauit hæc esse verba Christi præmonentis discipulos, fore vt Domini asinæ & pulli statim facerent illis eos abducendi potestatem, quod etiam euenit. Erasmus autem qui pro ἀποστελεῖ legit ἀποστέλλει (vt etiam Theophylactus & nonnulli veteres codices) putauit hæc dici ab Euangelista, Christum videlicet his dictis iussisse vt discipuli statim sese darent in viam. Vertit enim, *Et confestim emittit eos*. Atqui particula δὲ, ostendit hæc quoque à Christo mandari & præscribi discipulis quæ illis respondeant à quibus rogentur, cur, illa iumenta, non interpellatis prius dominis, soluant & abducāt: quòd videlicet id faciant Domini mandato, cui sit illis opus, & qui statim sit eódem illos remissurus. Sic etiam vertit Syrus interpres hunc locum, adiecta particula הכא hûc, quæ etiam legitur apud Marcum. Dicuntur enim hæc μιμητικῶς Hebræorum more, in ipsorū discipulorū persona.

5 *Filiæ Sion*, τῇ θυγατρὶ Σιών. Id est, Ciuitati Sion. Nā familiare est Hebræis filiarum nomē vrbibus ipsis accōmodare: cuius phrasis exēpla plurima vel vnus Threnorū liber suppeditabit, & aliquoties ita loquitur Pindarus. ¶ *Insidens asinæ*, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον. Nonnulli, propterea quòd hoc loco non additur fœmininus articulus, vt paulò post: non de asina, sed de asino hoc dictū intelligunt, vt illud καὶ πῶλον, *& pullum*, per epexegesin dicatur, quia Christus disertè ab aliis Euangelistis memoratur pullo insedisse, vtpote cui nullus vnquā hominū insedisset, quod de ipsa asina intelligi vix potest. Et fateor quidē nomen חמור [*chamor*] quo vtitur Zacharias 9.9, quāuis toti speciei tribuatur, tamē magis propriè de mare intelligi, quū alterū habeant vocabulum Hebræi quo asina significatur, & quo etiā vtitur Propheta in posteriore mēbro. Sed non temerè est quòd Matthæus tū asinæ tum pulli disertè facit mentionē. Iam verò quū in tota hac historia distinguantur ὄνος & πῶλος, necesse non fuit fœmininū articulum semper exprimere. Quod igitur dicere videtur Propheta, Christū super asinā & pullum sedisse, miror quibusdā veteribus tanti erroris occasionem præbuisse, vt ortis etiā inde vanissimis allegoriis, alij senserint Christū, modò asinæ, modò pullo insedisse: alij ex asina & eius pullo vnū animal conflarint. Nam quia pullo quem conscendit Dominus, adiuncta erat asina, quem pullus comitabatur, ideo dicitur & matre & pullo vectus fuisse, cōmuni loquendi cōsuetudine, sicut etiā vernacula nostra lingua dicitur aliquis ire tribus aut quatuor equis, si totidem habeat comites. ¶ *Fœtui subiugis* [*asinæ*,] υἱὸν ὑποζυγίου. Hoc est quod Latinis est Iumentū. Nam subiugalis nomen quo vtitur Vulgata, barbarum est. Subiuges autē equas memorat Plinius, sed adiectiuè. Filij verò vocabulum etiam vsurpat Columella, de onagris loquēs, libri 6.c.37. vt etiā Maro caprū vocat virū gregis. Sed malui quod est vsitati retinere.

I 2

6 Πορευθέντες δὲ οἱ μαθηταὶ, καὶ ποιήσαντες καθὼς προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς,

6 Profecti autem sunt discipuli, feceruntque sicut imperarat eis Iesus.

6 Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus.

7 Ἤγαγον τὴν ὄνον, καὶ τὸν πῶλον, καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐπεκάθισαν ἐπάνω αὐτῶν.

7 Et adduxerunt asinam & pullum, & eis imposuerunt vestimenta sua, & collocarunt *ipsum* super ea.

7 *Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.*

8 Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ. ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ.

8 Plurima autē turba strauerūt vestimenta sua in via: alij verò cædebant ramos ex arboribus, & sternebant in via.

8 *Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.*

9 Οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες, Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

9 Porro turba quæ antecibat & quæ sequebatur, clamabat, dicens, Hosannà Filio Dauidis, benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna *ô qui es* in *cælis* altissimis.

9 *Turba autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant, dicentes, Hosanna Filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna in altissimis.*

10 Καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις, λέγουσα, Τίς ἐστιν οὗτος;

10 Et quum introisset Hierosolymam, commota est tota vrbs, dicens, Quis est iste.

10 *Et quum intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic?*

11 Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον, Οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ προφήτης ὁ ἀπὸ Ναζαρὲθ τῆς Γαλιλαίας.

11 Turba verò dicebat, Hic est Iesus ille Propheta ortus Nazaretha *vrbe* Galilææ.

11 *Populi autem dicebāt, Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ.*

Mar.11.11 Luc.19.45 Ioh.2.15 Deut.14.25

12 Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστεράς.

12 ‖ Et introiuit Iesus in templum Dei, & eiecit omnes ‖ qui vendebant & qui emebant in templo: mensásque numulariorum, & cathedras vendentium columbas subuertit.

12 *Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo: & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.*

Esa.56.7 Ierem.7.11

13 Καὶ λέγει αὐτοῖς, Γέγραπται, Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν.

13 Et dixit eis, ‖ Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur: ‖ at vos fecistis eam speluncam latronum.

13 *Et dicit eis, Scriptū est, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.*

14 Καὶ προσῆλθον αὐτῷ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.

14 ‖ Tunc venerunt ad eum cæci & claudi in templo: & sanauit eos.

14 *Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo: & sanauit eos.* Iere.7.11 Mar.11.17 Luc.19.46

15 Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίησε, καὶ τοὺς παῖδας κράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ λέγοντας, Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, ἠγανάκτησαν.

15 Quum vidissent autē primarij Sacerdotes & Scribæ miranda illa quæ fecerat, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hosanna Filio Dauidis, indignati sunt.

15 *Videntes autem principes Sacerdotū & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hosanna filio Dauid, indignati sunt.* Vruntur in primis gloria Christi, quos oportuit pietatis esse Magistros: sed frustra.

16 Καὶ εἶπον αὐτῷ, Ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσιν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς. Ναί. οὐδέποτε ἀνέγνωτε, Ὅτι ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον;

16 Et dixerunt ei, Audis quid isti dicant? Iesus autem dixit eis, Etiam. nunquam legistis, ‖ Ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem?

16 *Et dixerunt ei, Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis, Vtique, nunquam legistis, Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* Psal.8.3

17 Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς, ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως εἰς Βηθανίαν, καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ.

17 Et eis derelictis, abiit Bethaniam extra vrbem, & diuersatus est illic.

17 *Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit.* Christus sic deserit impios vt tamen habeat Ecclesiæ rationem.

18 Πρωΐας δὲ ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν, ἐπείνασε.

18 Manè autem rediens in vrbem, esuriit.

18 *Manè autem reuertens in ciuitatem, esurijt.* Hypocritæ tādem suo fuco nudabuntur.

19 Καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐδὲν εὗρεν ἐν αὐτῇ εἰ μὴ φύλλα μόνον· καὶ λέγει αὐτῇ, Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ συκῆ.

19 Et quum vidisset ficū quandā apud viā, venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia solùm: tunc dicit ei, Ne amplius ex te fructus nascitor in æternum. Et exaruit illico ficus.

19 *Et videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantùm: & ait illi, Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea.* Mar.11.13

20 Καὶ ἰδόντες οἱ μαθηταὶ ἐθαύμασαν, λέγοντες, Πῶς παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ;

20 Quum igitur hoc vidissent discipuli, mirati sunt, dicentes, Quomodo illico exaruit ficus?

20 *Et videntes discipuli mirati sunt, dicētes, Quomodo continuò aruit?* Fidei virtus quanta.

21 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν, καὶ μὴ διακριθῆτε, οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε, ἀλλὰ κἂν τῷ ὄρει τούτῳ εἴπητε, Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, γενήσεται·

21 Respondens autem Iesus ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidē, neque addubitaueritis, non solùm hoc *quod factū est* ficui, facietis, verumetiam si monti isti dixeritis, Tollitor, & proiicitor in mare, fiet:

21 *Respondens autem Iesus ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare, fiet:*

22 Καὶ πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ, πιστεύοντες, λήψεσθε.

22 ‖ Et quæcūque orādo petieritis, si credideritis, accipietis.

22 *Et omnia quæcunque petieritis in oratione, credentes, accipietis.* Mar.11.24 Luc.11.9

23 Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν, προσῆλθον αὐτῷ διδάσκοντι οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, λέγοντες, Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην;

23 ‖ Quū autem venissent in templū, primarij Sacerdotes & seniores populi eum docentē adierunt, dicentes, Quali auctoritate facis ista? & quis tibi dedit istam auctoritatem?

23 *Et quū venisset in templum, accesserunt ad eum docētem principes Sacerdotum & seniores populi, dicentes. In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem?* Mar.11.27 Luc.20.1 In eos qui ordinariæ successioni, prætetita doctrina, vocationem alligant, & hoc falso prætextu, Christo volūt os occludere.

7 *Collocarunt*, ἐπεκάθισαν. Quædam exemplaria legunt, ἐπεκάθισεν, *insedit*. Et alia rursus ἐκάθισεν, *sedit*. ¶ *Super ea*, ἐπάνω αὐτῶν. Vulg. legit ἐπάνω αὐτόν, videlicet τὸν Ἰησοῦν cui lectioni fauet Syrus interpres, vt est sanè simplicissima. Frobenius excudit ἐπάνω αὐτῆς, super eam, asinam videlicet. Sed ex aliis Euangelistis liquet Dominum vectum fuisse non asina, sed pullo. Lego igitur vel αὐτοῦ singulari numero, cū vetere interprete, vel (vt habent Græci codices) αὐτῶν plurali numero, & ad vestimenta refero, quibus stratis insedit: vel ad asinam & pullum, vt consentiat Matthæus cum Zacharia. Quomodo autem intelligendum sit Dominum vtroque vectum fuisse, quum reliqui Euangelistæ pulli tantùm meminerint, paulò antè diximus.

9 *Quæ præibat*, προάγοντες. In quodam codice additur αὐτὸν, id est, *eū*. ¶ *Hosanna*, ὡσαννά. Vel ὡσαννά, *Hosanna*. Ita enim in quibusdam exemplaribus legimus. Nam Hebraicè scriberetur הושענא [*hosthahna*] vocabulo ex duobus corruptis, & per syncopen contractis composito: quum potius dicendum fuerit הושיעה־נא [*hosthiah-na*] id est, Serua, vel opitulare, quæso. Fuit autem hæc solennis formula acclamationis, ideóque Hebraicè expressa ab Euangelistis: qua vtebantur Iudæi in festo Tabernaculorum, quum ramos gestarent ex Domini mandato, Leuitic. 23. 40. Hac de re multa nugatur Plutarchus συμποσιακῶν 4. 5. qui rursus in Thesei vita simile quiddam refert de Atheniensium festo, quod ὠσχοφόρια à gestandis ramis, vocabant: si modò sacra cū profanis licet comparare. In illo igitur festo quum hanc vocem identidem multi ingeminarent, eódem eò ventum est vt ipsos etiam salicum & cæterarum deinceps arborum ramos, Hosanna vocitarent, sicut Caninius, vir eruditus & diligens, obseruauit ex Rabbinorum libris. & simili prorsus more vulgo Maios vocant Galli arbores, quæ Calendis Maij cædi solent, & coram ædibus certis magno cum luxu plantari. Itaque existimat hac significatione hoc esse accipiendū perinde acsi gestiens turba declararet sese hos ramos Filio Dauidis ferre, eúmque Deum ac Messiam agnoscere. Nam alioquin (inquit) si Hosanna significat Salua quæso, quid erit Salua quæso, Filio Dauid? Videtur enim potius dicendum fuisse υἱὲ Δαβίδ, Fili Dauid, vel υἱὸν Δαβίδ, Filium Dauid. At ego malo, propriā verborū declarationem sequutus, interpretari, Opitulare quæso. Nec enim Christū pro Deo habebant, cui festū hoc celebraretur, vtpote quē postea prophetā vocent. Deinde quæ proximè sequūtur satis ostendūt hæc omnia ex Psal. 118. esse petita, & huiusmodi acclamationibus plebē prosperum aduentum suo Messiæ à Domino petiisse. Neque est cur ista constructio nos moretur, quum sæpe etiam reperiatur verbū הושיעה [*hosthiah*] absolutè positū pro Opitulari & Salutē adferre: sicut liquet ex multis locis, ipsóque adeo versiculo Psal. 118, ex quo hæc esse petita diximus. Quinetiam prorsus similis cōstructionis exemplū habemus Psal. 86, 16. ¶ *Benedictus*, εὐλογημένος. Hebraismus, i. Laudandus & extollendus siue, Bene sit ei qui venit in nomine Domini: quem videlicet Dominus Regem nobis dedit. ¶ *Qui venit*, ὁ ἐρχόμενος. Vel, Is qui venturus erat. Nam (vt alibi annotauimus) hoc verbum etiā tempore præs. passim de futuro dicitur, quasi de eo qui iam sit in via. Dicitur autē in nomine Domini venire, Hebraico idiotismo, qui peculiaris est Dei veluti legatus. ¶ [*O qui es*] *in* [*cælis*] *altissimis*, ἐν τοῖς ὑψίστοις. Hebraismus. Quia verò obscurū erat alioqui hoc dicendi genus, ideo putaui aliquid supplendum quo illustraretur. Suppleui autem quod maximè visum est accommodatū, quum præsertim similis ellipsis exemplum reperissem Psal. 148. 1, & 7. Quòd si magis placebit altera sententia de salicum ramis, quos testarentur se in Dei honorem gestare, conuertes, *Hosanna ei qui est*] *in* [*cælis*] *altissimis*. i. Deo.

12 *Subuertit*, κατέστρεψε. Idem hîc valet καὶ quod etiam. Vulg. & Eras. *Euertit*.

13 *Vocabitur*, κληθήσεται. i. Erit: de quo Hebraismo sæpe diximus. ¶ *Latronum*, λῃστῶν. Pietate videlicet populi ad questū abutentiū: cuiusmodi sunt quos Nazianzenus χριστεμπόρους & χριστοκαπήλους vocat. Alludit autē Christus ad Phariseorū nomē de quo diximus supr. 3. 7. eleganti paronomasia ad פרושים [*phorusthim*] i. Phariseos à verbo פרש [*parasth.*] & פריצים [*perutsim*] id est, latrones siue τοιχωρύχους, à verbo פרץ [*parats*] vt eruditissimus D. Mercerus obseruauit.

16 *Etiam*, ναί. Vulg. *Vtique*. Eras. *Quidni*: id est, πῶς ἄρ᾽ οὔ. ¶ *Perfecisti*, κατηρτίσω. i. ἐτέλεσας summam esse insigniter declarasti. Nam τὸ ἄρτιον idem hîc valet quod τέλειον. i. quod omnibus suis partibus constat, ita vt nihil neque desit neque supersit: sumpta nimirum metaphora à numero quem τέλειον appellant Geometræ, qui τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἴσος ἐστιν. Nā ἄρτιος ἀριθμὸς numerus par dicitur, is nempe qui in duas tātùm æquales partes diuidi potest: ἄρτιος autem ἄνθρωπος pro τέλειος vsurpatur 2. Tim. 3. 17. Vnde καταρτίζειν, ἀπαρτίζειν, ἐξαρτίζειν quæ frequenter occurrunt, interdum pro τελειοῦν. i. perfectum & integrum reddere: interdum pro ἁρμόζειν & ἑτοιμάζειν. i. aptare & præparare, vt Rom 9. 22, 2. Tim. 3. 16, & alibi. Cæterum quod in Hebræo legitur יסדת [*ysadta*] ab hac interpretatione non dissentit. Nam quæ sunt perfecta sunt etiam firmissima. Sed & Oris vocabulum pro voce & testimonio accipitur. Vide suprà 18. 16.

19 *Ficum*, συκῆν: arborem videlicet. Itaq. Vulg. & Eras. per periphrasin interpretantur *Arborem fici*: à qua tamen periphrasi hoc eodem versiculo discesserunt. neque certè necessaria erat, quum amphibolia omnis postea tollatur.

21 *Addubitaueritis*, διακριθῆτε. Qui hæsitat, altercantibus sententiis secum ipse quasi litigat, & disceptat, vt annotat doctissimus Budæus in Commentariis: quamobrem etiam alicubi vsi sumus disceptādi verbo. Sic etiā accipitur. Rom. 4. 20. & Act. 10. 20. Denique διακρίνεσθαι est quod vernaculo sermone dicimus, *faire difficulté*. ¶ *Hoc* [*quod factum est*] *ficui*, τὸ τῆς συκῆς sub. γενόμενον. Vulg. *De ficulnea*: Ad verbū, *Illud ficus*. Vide suprà 8. 33. Erasmus, *Quod accidit ficui*. ¶ *Proiicitor*, βλήθητι. Sic Erasmus in annotationibus. Vulg. *Iacta te*: passiuo per actiuum expresso, sicut etiam antea ἄρθητι vertit *Tolle*, pro *Tollitor*, quod respondet Hebraicè coniugationi Hithpahel.

22 *Orando*, ἐν τῇ προσευχῇ. Id est, inter orandum. Vulg. & Eras. ad verbum, *In oratione*, obscurè. ¶ *Si credideritis*, πιστεύοντες. Ad verbum, *credentes*: sed participium hoc loco conditionem in se includit.

23 *Eum adierunt*, προσῆλθον αὐτῷ. Hoc ordine hæc verba colloco, Princeps Sacerdotum & Seniores populi eum docentem adierunt: idque propter amphiboliam quæ est in Latina vetere versione: nam alioqui videri posset Principes quarto casu dici. ¶ *Quali*, ποίᾳ. Vulg. *Qua*. τίνι. Et fateor ista interdum permutari, vt annotaui suprà 19, 18. Sed isti certè non simpliciter arguere Christum voluerunt, vt sibi arrogantem quod cuiquam vix liceret: sed tanquam id ausum, quod non quiuis sed nulla nisi summa & diuinitus accepta auctoritate cuiquā liceret, quo etiam respicit Christi responsum, vt & supr. 7, 28. agitur de potestate docendi αὐτοκρατορικῇ. ¶ *Auctoritate*, ἐξουσίᾳ, vel licentia, sed hîc aliquid maius & augustius notatur, & licentiæ nomen rarò de eo dicitur quod iure liceat. Vulg. *Potestate*, δυνάμει. Et certè non semper seruatur inter hæc duo discrimen, quanuis, vt ipsum etymon declarat, δύναμις habitum ipsum respiciat, vt 1. Cor. 4. 19. & 20, ἐξουσία verò ius quoddam significat, quo qui præditus est, aliorum sorti eximitur, & cuius rationem reddere nō teneatur iis in quos iure suo vtitur. Vide infrà 28. 18.

24 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ λόγον ἕνα· ὃν ἐὰν εἴπητέ μοι, κἀγὼ ὑμῖν ἐρῶ ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ·

25 Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; Οἱ δὲ διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς, λέγοντες, Ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ· ἐρεῖ ἡμῖν, Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

26 Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων· φοβούμεθα τὸν ὄχλον. πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν Ἰωάννην ὡς προφήτην.

Sup. 14.5

27 Καὶ ἀποκριθέντες τῷ Ἰησοῦ εἶπον, Οὐκ οἴδαμεν. Ἔφη αὐτοῖς καὶ αὐτός, Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

28 Τί δὲ ὑμῖν δοκεῖ; Ἄνθρωπος εἶχε τέκνα δύο· καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ, εἶπε, Τέκνον ὕπαγε, σήμερον ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου.

Nouum nõ est omnium hominum esse deterrimos, quos pietatis iter aliis commonstrare oportuit.

29 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε.

30 Καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ, εἶπεν ὡσαύτως. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἐγὼ κύριε· καὶ οὐκ ἀπῆλθε.

31 Τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός; Λέγουσιν αὐτῷ, Ὁ πρῶτος. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

32 Ἦλθε γὰρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ· οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν αὐτῷ· ὑμεῖς δὲ ἰδόντες οὐ μετεμελήθητε ὕστερον, τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ.

33 Ἄλλην παραβολὴν ἀκούσατε, Ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνόν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον· καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησεν.

Esa. 5.1
Iere. 2.21
Mar. 12.1
Luc. 20.9
Il sæpenumero sæuissimi sunt Ecclesiæ hostes, quorũ fidei commissa est. Sed Dei vocatio nec temporibus, nec locis, nec personis certis est alligata.

24 Respondens verò Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego quiddam: quod si dixeritis mihi, dicam & ego vobis qua auctoritate ista faciam:

25 Baptisma Ioannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi ratiocinabãtur apud se, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet nobis, Quare ergo non credidistis ei?

26 Sin autem dixerimus, Ex hominibus, metuimus turbam. ‖ omnes enim habent Ioannem vt Prophetam.

27 Et respondentes Iesu dixerunt, Nescimus. Ait eis & ipse, Neç ego vobis dicam qua auctoritate ista faciam.

28 Quid autem vobis videtur? Quidã habebat duos filios: & accedẽs ad priorẽ, dixit, Fili abi, hodie operare in vineam ea.

29 Ille verò respõdens ait, Nolo: sed postea quum resipuisset abiit.

30 Et accedẽs ille ad secundũ, dixit itidẽ. Is verò respondẽs ait, Ego *abeo* domine. Sed nõ abiit.

31 Vter è duobus fecit quod voluit *eius* pater? Dicunt ei, Prior. Dicit eis Iesus, Amẽ dico vobis, publicani & meretrices antecedunt vos in regnum Dei.

32 Venit enim ad vos Ioannes via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani verò & meretrices crediderunt ei: vos autem qui *hoc* vidistis, non resipuistis postea, vt ei crederetis.

33 ¶ Aliam parabolã audite, Fuit quidam pater familiâs qui plãtauit vineã, & sepem circumposuit ei, foditque in eo torcular, & ædificauit turrim, & elocauit eam agricolis: ac peregrè profectus est.

24 *Respondens Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego vnum sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio.*

25 *Baptismus Ioannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi?*

26 *Si autem dixerimus, Ex hominibus: timemus turbam: omnes enim habent Iohannem sicut Prophetam.*

27 *Et respondentes Iesu, dixerunt, Nescimus. Ait illis & ipse, Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.*

28 *Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios: & accedẽs ad primum, dixit, Fili vade, hodie operare in vinea mea.*

29 *Ille autem respondens ait, Nolo: postea autẽ pœnitentia motus abijt.*

30 *Accedẽs autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait, Eo domine: & non iuit.*

31 *Quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicunt ei, Primus. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis quia publicani & meretrices præcedũt vos ĩ regnũ Dei.*

32 *Venit enim ad vos Iohannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei. vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei.*

33 *Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamiliâs qui plantauit vineã, & sepem circũdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus est.*

24 *Quiddam*, λόγον ἕνα. Vulgat. Ad verbum, *Sermonem vnum*. Sed Hebræis (vt iam antè monuimus) דבר [*dauar*] rem omnem in genere significat, atque adeo pro particula indefinita vsurpatur: pro quo Græci theologi interdum λόγον, interdum ῥῆμα vsurpant. Poni autem ἕνα (id est vnum) pro τινά, sæpe iam est à nobis annotatum. Hoc igitur omnino illud est, quod vernaculo sermone dicimus, *Ie vous demanderay vn mot.*

25 *Baptisma*, τὸ βάπτισμα. Sic vocabatur συνεκδοχικῶς Ioannis prædicatio, totúmque adeo eius ministerium. Prædicabat enim Baptismum resipiscentiæ ad remissionem peccatorum, Mar. 1.4. Vide Act. 19.3. Nec temerè vel quasi tergiuersans Christus de Baptismate Iohãnis istos vicissim interrogat. Sic enim eos ad Iohãnis testimonium reuocat, ex quo discere ipsos oportuerat quis esset Christus, & quo iure hæc ageret. ¶ *E cælo*, ἐξ οὐρανοῦ. i. à Deo. Ita enim melius apparet antithesis, & cælum pro Deo Syriacè vsurpari, quidam Syriacæ linguæ peritus obseruat: quod tamen est ad imperium referendum, vt sursum homines mentem attollant quum de Deo agitur. ¶ *Ratiocinabantur*, διελογίζοντο. Id est, Rationes conferebant in vtranque partem, vt constat ex sequente dilemmate: Itaque sic conuertere malui quàm *Cogitabant* cum Vetere interprete, quem sequitur Erasmus. Suprà tamen idem verbum διαλογίζεσθαι conuertit ... esse Disceptare, id est διαλέγεσθαι, vbi de mutua colloquutione agitur, quam Latini Dialogum vocant Vide Mar. 2,6. ¶ *Apud se*, παρ' ἑαυτοῖς. Vulgata, *Inter se*: id est ἐν ἑαυτοῖς.

29 *Quum resipuisset*, μεταμεληθείς. Vulgata & Erasmus, per periphrasin, *Pœnitentia motus*. Hîc autem & paulò pòst μεταμέλεσθαι pro μετανοεῖν ponitur: de quo suprà diximus 3.2. Hoc est quod dicimus vernaculo sermone, *se rauiser*.

30 *Ego* [*abeo*,] ἐγώ. Subauditur πορεύομαι, quod expressi. Origenes legit, ναὶ κύριε, Etiam domine: & meũ vetustissimum exemplar, ἐγὼ κύριε ὑπάγω. *Ego, Domine, abeo.*

31 *Antecedũt*, προάγουσιν ὑμᾶς. i. cessãtibus & recusãtib. vobis, properãt ad regnũ Dei, quũ vos oportuerit ipsis esse duces.

32 *Via iustitiæ*, ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης. Eras. eodem sensu, *Per viam iustitiæ*. i. vita & moribus integer, in quo nihil reprehendi posset. nãm דרך [*derech*] pro vita & moribus accipitur. Sed & ἐν ὁδῷ possumus accipere pro εἰς ὁδόν, vt sit hæc sententia, Iohannem venisse qui eos in viam iustitię induceret. Prior tamen sensus magis est genuinus. ¶ *Vt crederetis*, τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ. Iter igitur ad fidem est μεταμέλεια, quoniam cogit morbus vel inuitos ad medicũ confugere.

33 *Elocauit*, ἐξέδοτο. Cic. 5. in Verrẽ. *Xenon ad se pertinere negabat, elocatum esse fundum dicebat.* Vulg. & Erasm. *Locauit.* nulla quidem sensus iniuria: sed ostendere volui nullam esse causam cur simplex pro composito vsurpemus.

35 *Caci-*

34 Ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς τοὺς γεωργούς, λαβεῖν τοὺς καρποὺς αὐτοῦ.

35 Καὶ λαβόντες οἱ γεωργοὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν.

36 Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους πλείονας τῶν πρώτων· καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως.

37 Ὕστερον δὲ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων, Ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου.

38 Οἱ δὲ γεωργοί, ἰδόντες τὸν υἱόν, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτόν, καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.

39 Καὶ λαβόντες αὐτὸν ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ ἀπέκτειναν.

40 Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις;

41 Λέγουσιν αὐτῷ, Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς· καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις γεωργοῖς, οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν.

42 Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐν ταῖς γραφαῖς, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν;

43 Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς.

34 Quum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt eius fructus perciperent.

35 Agricolæ verò, captis eius seruis, aliũ quidem cæciderũt, alium verò interemerunt, aliũ autem lapidarunt.

36 Rursum misit alios seruos plures prioribus, & fecerũt eis itidem.

37 Postremò autẽ misit ad eos filium suum, dicens, Reuerebuntur filium meum.

38 Agricolæ verò viso filio dixerunt inter se, ‖ Iste est hæres, venite interimamus eũ, & obtineamus hæreditatem eius.

39 Et captum eũ eiecerũt extra vineam, & interemerunt.

40 Quum igitur venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

41 Dicunt ei, Malos ipsos malè perdet: & vineã suam elocabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.

42 Dicit eis Iesus, Nunquã legistis in Scripturis, ‖ Quẽ lapidem reprobarunt ædificantes, is factus est caput anguli: A Domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris?

43 Propterea dico vobis, tolletur à vobis regnum Dei, & dabitur genti quæ edat eius fructus.

34 *Quũ autẽ tempus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius.*

35 *Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt.*

36 *Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter.*

37 *Nouißimè autem misit ad eos filiũ suum, dicens, Verebuntur filium meum.*

38 *Agricolæ autem, videntes Filium, dixerunt intra se, Hic est heres, venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem eius.*

39 *Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt.*

40 *Quũ ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?*

41 *Aiunt illi, Malos malè perdet: & vineam suã locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.*

42 *Dicit illis Iesus, Nunquam legistis in Scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?*

43 *Ideo dico vobis quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.*

Infr. 26.3. & 27.1
Ioh. 11.53

Psal. 118.22.
Act. 4.11
Rom. 9.33
1. Pet. 2.7

35 *Ceciderunt*, ἔδειραν. Sic lego ex fide vetusti codicis, non ἔδειραν à δέρω quod significat pellem detrahere. Sed & Syrus interpres & Vulgata nostra sic legerunt.

37 *Reuerebuntur*, ἐντραπήσονται. i. αἰδέσονται. Orta significatione ex eo quòd ij quos pudet, soleant faciem ab iis auertere quorum aspectum non sustinent. Nonnulli addunt particulam Fortasse, vel (vt ipsi loquuntur) Fortè, quia apud Lucam etiam disertè additur ἴσως. A lioqui.n. (inquiũt) videtur Deus ignorare quid sit futurum, quum Iudæi Filium ipsius non sint reueriti. Vnde posteà curiosæ quęstiones ortæ sunt de prouidentia, de quibus multa Erasm. hoc loco. Ego in nullis Græcis cod. reperi particulam ἴσως vel τάχα additam hoc loco: & quod ad quęstiones illas attinet, puto inanes esse argutias. Loquitur enim hîc Deus in persona patrisfamiliâs, hominum more affirmãs quod est verisimile futurum: sicut pœnitere quoque Deum dicimus, quum tamen consilium non mutet.

38 *Inter se*, ἐν ἑαυτοῖς. Vulg. *Intra se*, id est Apud se. Nostram interpretationem Eras. in annotationibus affert, & sequentia etiam confirmant. Nam alioqui ἐν ἑαυτοῖς vtroque modo verti potest, vt diximus suprà 3.9. ¶ *Obtineamus*, κατάσχωμεν. Idem hîc valet ἔχειν quod κρατεῖν. i. vi occupatum aliquid retinere, quod etiam κατέχειν dicitur.

41 *Malos malè perdet*, κακοὺς κακῶς ἀπολέσει. Transiit apud Græcos hoc dictum in prouerbium, ex ipsius naturæ communi sẽsu: vt apud Aristoph. in Pluto, ... κακὸν κακῶς, vt & alibi passim ex hac præclara sententia, ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

42 *Quem lapidem*, λίθον ὅν. Mutaui collocationem verborum, quia Latini ab hoc dicẽdi genere abhorrent. Nã illud Virgilij, *Vrbem quam statuo, vestra est*, planè est poëticum. ¶ *Ædificantes*, οἱ οἰκοδομοῦντες. i. architecti, sicut suprà 19.4. ponitur ὁ ποιήσας pro ὁ ποιητής, vel ὁ δημιουργός, ex Hebræorum consuetudine. Familiaris est autẽ ista metaphora sacris scriptoribus, quoties agitur de Ecclesia. i. de cœlesti Ierusalẽ. ¶ *Is factus est caput anguli*, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Vulg. & Eras. ad verbum, *Hic factus est in caput anguli*: quod dicẽdi genus Hebraicũ est, pro Cœpit esse caput anguli. Nã ita hîc accipitur verbũ γίνεσθαι, vt & sup. cap. 19.5. Caput autẽ anguli dicitur lapis in angulo præcipuus, qui totius ædificij iũcturã sustinet, ac proinde alibi dicitur ἀκρογωνιαῖος. qua de re vide Ephes. 2.20. ¶ *Factũ est istud*, ἐγένετο αὕτη. Tres sunt omnino huius relatiui interpretationes, quantũ intelligere possum. Nã alij censent enallagen esse Hebræã fœminini relatiui pro neutro, quo Hebræi carẽt, & perinde interpretantur acsi τοῦτο scriptũ esset, quod referatur ad cõplexũ orationis: vt sit hic sensus, Lapis reiectus ab architectis cœpit esse caput anguli: quæ res facta est à Domino, & cũ summa admiratione à nobis spectatur. Hęc est, inquã, quorundã interpretatio, quæ mihi simplicissima videtur. Plerique tamẽ ex Græcis & Latinis interpretibus (inter quos pauci omnino fuerunt Hebrææ linguæ periti) vel ad caput, vel ad angulum referunt. Nam vtrunque & κεφαλή, i. Caput, & γωνία, id est Angulus Græcis fœmininũ est cũ relatiuo cõueniens. Hãc postremã sentẽtiã si sequamur, vertẽdũ erit, A Domino factus est iste, videlicet Angulus: quo modo explicat Theophylactus, & postea θαυμαστή, Mirabilis. & ita citatur hic locus à Cypr. lib. De oratione. Sin autẽ referas ad κεφαλήν, i. Caput, vertes quidẽ neutro genere, sicut fecimus, sed diuerso sẽsu. Nec enim relatiuũ pertinebit ad totũ orationis cõplexum: sed ad Caput dũtaxat. Sed (quod veterũ pace dixerim) vtraque hæc interpretatio mihi videtur incõmoda, neque aliunde profecta quàm ex Hebraicæ linguæ ignoratione. Augustinus quodam loco habet, *Factũ est ei*, (αὕτη,) *& est admirabilis*, quod nõ probo.

43 *Quæ edat eius fructus*, ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Vulg. & Eras. ad verbũ, *Facienti fructus eius*. Nos verò, quia de re iã præsenti nõ loquitur, in participio cõuertendo vsi sumus periphrasi, & nostro more, edere fructũ maluimus dicere quàm fructũ facere. Cæterũ fructus regni Dei edere dicũtur qui tota sua vita se regni cęlestis ciues esse cõprobãt, & fructus illos edunt nõ carnis, sed Spiritus, de quibus agit Apostolus Gal. 5.22.

44 Καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον, συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν.
45 Καὶ ἀκούσαντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι τὰς παραβολὰς αὐτοῦ, ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει.
46 Καὶ ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι, ἐφοβήθησαν τοὺς ὄχλους, ἐπειδὴ ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.

Κεφάλαιον κβ.

1 ΚΑΙ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, πάλιν εἶπεν αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς, λέγων,
2 Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ·
3 Καὶ ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ καλέσαι τοὺς κεκλημένους εἰς τοὺς γάμους· καὶ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν.
4 Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους, λέγων, Εἴπατε τοῖς κεκλημένοις, Ἰδοὺ τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα, οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα, καὶ πάντα ἕτοιμα· δεῦτε εἰς τοὺς γάμους.
5 Οἱ δὲ ἀμελήσαντες ἀπῆλθον, ὁ μὲν εἰς τὸν ἴδιον ἀγρόν, ὁ δὲ εἰς τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ.
6 Οἱ δὲ λοιποὶ, κρατήσαντες τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν.
7 Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς ὠργίσθη· καὶ πέμψας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, ἀπώλεσε τοὺς φονεῖς ἐκείνους, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησε.
8 Τότε λέγει τοῖς δούλοις αὐτοῦ, Ὁ μὲν γάμος ἕτοιμός ἐστιν, οἱ δὲ κεκλημένοι οὐκ ἦσαν ἄξιοι.
9 Πορεύεσθε οὖν ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν, καὶ ὅσους ἂν εὕρητε, καλέσατε εἰς τοὺς γάμους.

44 ‖ Porro qui ceciderit ad lapidem istum, "confrigetur: super quem verò ceciderit, "comminuet eum.
45 Et quum audissent primarij sacerdotes "ac Pharisæi parabolas eius, cognouerunt *hæc* de se dici.
46 Et quum studerent eum prehendere, metuerunt turbam, quoniam vt prophetam eum habebat.

CAP. XXII.

1 T‖Vnc "respondens Iesus, rursum "loquutus est eis per parabolas, dicens,
2 Simile est regnum cælorum cuidam regi qui fecit nuptias filio suo:
3 Et misit seruos suos qui vocarent "vocatos ad nuptias: sed noluerunt venire.
4 Rursus misit alios seruos, dicens, Dicite vocatis, Ecce, prandium meum paraui, tauri mei & "altilia" mactata sunt, & omnia parata: adeste ad nuptias.
5 Illi vero quum *hoc* neglexissent, abierunt, alius quidem "in agrum suum, alius verò ad mercaturam suam.
6 Reliqui verò prehensos seruos eius contumeliis affecerunt, & interemerunt.
7 "Rex autem quum *hoc* audisset, iratus est: & missis "copiis suis, perdidit homicidas illos, & vrbem eorum incendit.
8 Tunc dicit seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui vocati fuerant, non erant digni.
9 Ite ergo ad "compita viarum, & quotcunque inueneritis, vocate ad nuptias.

44 *Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.*
45 *Et quum audissent principes Sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret.*
46 *Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.*

CAP. XXII.

1 *ET respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis dicens,*
2 *Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo:*
3 *Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire.*
4 *Iterum misit alios seruos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias.*
5 *Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam.*
6 *Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt.*
7 *Rex autem quum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos & ciuitatem illorum succendit.*
8 *Tunc ait seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant non fuerunt digni.*
9 *Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.*

Impij nihil possunt nisi quod Deo libet.

Luc. 14.16. Apoc. 19.9

Vera coram Deo Ecclesia non est eorum omnium cœtus qui voce Euangelij inuitantur, quum pleriq. seruire mallint huius vitæ commodis, nec desint qui inuitatores crudeliter persequantur: sed est eorum duntaxat qui vocati parent, cuiusmodi ferè sunt quos mundus minimi facit.

Triste contemptorum Christi exitium.

Deus prior nos nihil tale cogitantes vocat.

44 *Confringetur*, συνθλασθήσεται. Vetus interpres & Erasmus conuerterunt *Conquassabitur*, apud Lucam, cap. 20. 18. sed hic rectius verterunt, *Confringetur*. Nam θλαστὰ sunt Aristoteli quæ in frusta dissiliunt, vt glacies, vitrum, testa: quassari verò possunt quæ tamen non confringuntur. Cadendi autem verbum hîc dicitur de iis qui ad Euangelij prædicationem velut ad scopulum impingentes concidunt. ¶ *Comminuet*, λικμήσει. Vulg. & Eras. *Conteret*. Ad verbum, Ventilabit: id est, ita comminuet vt paleæ & sordes minutissimæ ventilabro excussæ. Intelligitur enim ex consequenti antecedens. Cic. in Pisonem, Statuam deturbare, affligere, comminuere, dissipare. vt sit hoc verbum etiam vehementius quàm θλάσθαι. Est igitur infinitè deterior istorum in quos hic lapis incidit conditio, quàm eorum qui ad eundem lapidem impingentes, cadunt quidem, sed ita vt iterum possint in pedes restitui.

45 *Ac Pharisæi*, καὶ οἱ Φαρισαῖοι. In quodam exemplari scribitur καὶ οἱ Γραμματεῖς, *& Scribæ*.

IN CAP. XXII.

1 *Respondens*, ἀποκριθείς. Aut impropriè accipitur hoc verbum, sicut apud Hebræos sæpe ענה [*hanah*] aut (quod verisimilius est) varij hinc & inde agitati sunt sermones quum ita cœpit loqui Dominus. ¶ *Loquutus est*, εἶπεν, i. ἐλάλησε. Hoc enim commodius est propter sequens participium λέγων.

3 *Vocatos*, κεκλημένους. Vulg. & Eras. *inuitatos*. Atqui in Græco idem est verbum ingeminatum: & vocandi quoque verbum in hoc argumento Theologis est peculiare, ad res videlicet spirituales translatum. Sed & apud Hebræos קרואים [*keruim*] pro inuitatis conuiuis accipitur, vt 1 Sam. 9.13.

4 *Altilia*, τὰ σιτιστά, à σιτίζειν. quod declarat cibare & alere, sicuti annotat Eras. vnde etiam apud Irenæum legitur Saginata, cuiusmodi sunt Athenæo lib. 9. χῆνες καὶ μόσχοι σιτευτοί. ¶ *Mactata*, τεθυμένα. Hoc verbum θύειν quum de sacrificiis propriè dicatur, postea ad alias etiam epulas tractum est. Sed hoc quoque certum est, profanos etiam ipsos principes olim solemnia conuiuia fuisse à sacrificiis auspicatos.

5 *In agrum suum*, εἰς τὸν ἴδιον ἀγρόν. Vel, *rus suum*. Vulg. *Villam*, quod Erasmus improbat in annotationibus.

7 *Rex*, ὁ βασιλεύς. In codicibus vetustis additur ἐκεῖνος, *ille*. ¶ *Copiis suis*, τὰ στρατεύματα αὐτοῦ. Notandus locus, vt sciamus Deum quidem non esse vllius sceleris auctorem, sed tamen sceleratorum etiam operam exequendis iustis suis iudiciis adhibere, siquidem copias hîc suas appellat Romanos Latrones, qui licet inscij diuinorum decretorum, Ierosolymam deuastarunt. Copias autem quàm Exercitus dicere malui ex Latinæ linguæ vsu.

9 *Compita*, διεξόδους. Vulg. & Erasm. ad verbum, *Exitus*: quod mihi visum est obscurius. Compita verò Latini vocant laxiora in vrbibus spatia, in quæ vici plures exeunt. i. desinunt. Alij interpretantur vicos vrbis frequentes, quos vernaculo sermone vocamus *les rues passantes* i. quibus plerique prætereunt. Sic autem allegoricè intelligit Christus gentes, per orbem terrarum dispersas, prædicatione Euangelij aggregandas.

10 *Illi*

01 Καὶ ἐξελθόντες οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι εἰς τὰς ὁδοὺς, συνήγαγον πάντας ὅσους εὗρον, πονηρούς τε καὶ ἀγαθούς· καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων.
11 Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς θεάσασθαι τοὺς ἀνακειμένους, εἶδεν ἐκεῖ ἄνθρωπον οὐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου·
12 Καὶ λέγει αὐτῷ, Ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; Ὁ δὲ ἐφιμώθη.
13 Τότε εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς διακόνοις, Δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, ἄρατε αὐτὸν, καὶ ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.
14 Πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.
15 Τότε πορευθέντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ.
16 Καὶ ἀποστέλλουσιν αὐτῷ τοὺς μαθητὰς αὐτῶν μετὰ τῶν Ἡρῳδιανῶν, λέγοντες, Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων.
17 Εἰπὲ οὖν ἡμῖν, τί σοι δοκεῖ; ἔξεστι δοῦ-

10 Et egressi serui "illi in vias, congregarunt omnes quos inuenerunt, malos pariter ac bonos: & impletæ sunt "nuptiæ "conuiuis.
11 Ingressus autem rex vt spectaret conuiuas, vidit illic quendam non indutum indumento nuptiali:
12 Tunc dicit ei, Amice, quomodo huc introisti non habens indumentum nuptiale? "At illi os occlusum est.
13 Tunc dicit rex "ministris, Ligatis pedibus & manibus eius, "tollite eum, & eiicite in tenebras extimas: ‖ illic erit fletus & stridor dentium.
14 ‖ Multi enim sunt "vocati, pauci verò electi.
15 ‖ Tunc profecti Pharisæi consilium cæperunt "vt" illaquearent eum in sermone.
16 Itaque mittunt ad eum discipulos suos cum "Herodianis, dicentes, Magister, scimus te veracem esse, & "viam Dei" in veritate docere, nec quenquam curare: non enim respicis "ad personam hominum.
17 Dic ergo nobis, "quid tibi

10 *Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.*
11 *Intrauit autem rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali:*
12 *Et ait illi, Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.*
13 *Tunc dixit rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus, & stridor dentium.*
14 *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.*
15 *Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt vt caperent eum in sermone.*
16 *Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes, Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum.*
17 *Dic ergo nobis, quid*

In ista etiam paucitate nonnulli sunt reiectitij, qui videlicet fidem vitæ nouitate non approbant.

Sup. 8. 11. & 13. 42. inf. 25. 30 Sup. 20, 16.

Mar. 12. 13 Luc. 20. 20

Christianos oportet magistratibus etiam impiis & exactoribus parere, sed ita vt Deo salua sua auctoritas maneat.

10 *Illi*, ἐκεῖνοι. Vulg. *Eius*, id est αὐτοῦ, quod etiam reprehendit Eras. in annotat. ¶ *Nuptiæ*, γάμος, id est nuptiale conuiuium. In vno exemplari legitur νυμφὼν, i. thalamus, quod melius conuenit. ¶ *Conuiuis*, ἀνακειμένων. Vulg. & Eras. ad verbum, *Accumbentibus*. Sed sæpe iam diximus ista participia apud Hebræos, loco verbalium nominum vsurpari.

12 *At illi os occlusum est*, ὁ δὲ ἐφιμώθη. Ad verbum, Capistratus est, id est, prorsus obmutuit, quasi capistro aut freno iniecto. Vulg. & Eras. *Obmutuit*. Sed hoc eodem cap. v. 34, Vet. interpres conuertit ἐφίμωσε, silentium imposuit. Eras. *os obturauit*. Certè interdum pro σιωπᾶν accipitur translatitiè, etiam mari accommodatum, vt infrà Marci 4.39.

13 *Ministris*, διακόνοις, id est, iis qui conuiuis ministrabant. Alioqui potius dixisset, τοῖς ὑπηρέταις. vt suprà 5.25 ¶ *Tollite eum*, ἄρατε αὐτόν Hæc non legit Vetus interpres: reperimus tamen in omnibus vet. codice atque etiam apud Theophylactum Romanum.

14 *Vocati*, κλητοί. Id est κεκλημένοι: quod iis etiam conuenit, qui Deo vocanti non respondent. Nam alioquin κλητοὶ & ἐκλεκτοὶ iidem sunt Rom. 1. 1.

15 *Vt*, ὅπως. Vel, *Quomodo*. Potest enim vel coniunctio esse τελικὴ, vel pro infinito subiuncto accipi, vt Linacer loquitur. ¶ *Illaquearent*, παγιδεύσωσιν. Vulg. *caperent*, i. ἐπιλάβωνται. vt loquitur Lucas 20. 20.

16 *Herodianis*, Ἡρῳδιανῶν. Quinam Herodiani vocentur à Matthæo & Marco, non satis constat. Quidam, auctore Epiphanio, quod etiam ante ipsum scripsit Tertullianus de præscript. ita vocatos esse arbitrantur quosdam ex Iudæis qui velut ex Iacobi prophetia Gen. 49. 10. Herodem haberent pro Messia, quòd alienigenarum primus apud Iudæos regnarit. Id verò quum de Herode magno Antipatri filio sit intelligendum, qui iampridem obierat, quum hæc agerentur, & ipsi etiam Iudæorum genti maximè fuerat inuisus, non video qua ratione hæc opinio probabilis videri possit. Alij igitur existimant Herodianos appellari qui censerent tributa Cæsari soluenda, quibus videlicet colligendis rex Herodes Antipatri filius ab Augusto esset constitutus. At ego fateor me nusquam hoc legisse: quanuis non negem Herodem veluti precariò regnum possedisse: idque ἐπὶ φόροις τεταγμένοις, vt ait Appianus Ἐμφυλίων lib. 5. Sed vt hoc concedam, quorsum tamen ista nunc factio commemoraretur, mortuo iampridem Herode, & Iudæa in prouinciam redacta? Fortassis igitur, Herodiani ab Herode illo magno cognominati sunt, qui, vt erat ille homo profanus, nouam quandam religionem ex Paganismo & Iudaismo conflabant. Nec dubium est quin Herodes Antipas & reliqui illius liberi paterna vestigia sequerentur. quam sententiam videtur confirmare quod Io. Dusius, homo in his perscrutandis eruditus & summè diligens, citat ex Lexico iuris, nempe Herodem regem secum ex deserto adduxisse Græcos, qui inter incolas recepti sectam fecerunt, & ex eius nomine sunt Herodiani appellati: Dorsothitæ quoq; siue Dorsiani in quodam Talmudis loco appellati, videlicet à loco vnde abducti fuerunt. Hæc ille, de quibus, vt admodum incertis, ἐπέχω. Sed & illud facilè coniici potest si quis conferat Matth. 16. 6, cum Mar. 8. 15. Sadducæorum opinionibus fauisse Herodem cum [illegible] probabile est eos qui tributum Cæsari dandum [illegible] defendebant (quorum sectæ principes fuerunt Iudas Gaulonites, & Sadducus quidam Pharisæus, vt scribit Ioseph. lib. Antiq. 18...) ab Herode & aulicis assentatoribus sub publicæ libertatis specie fuisse defensos, quatenus quidem id tutò facere poterant, quum videlicet paterno regno se fuisse magna ex parte à Romanis spoliatos ægerrimè paterentur magni illius Herodis liberi. Hinc illud fermentum Herodis, Mar. 8. 15, & fortassis illæ simultates quarum fit mentio Luc. 23. 12 quæ huc tandem deuenerunt vt Herodes Antipas proditionis accusatus Lugdunum deportaretur. Sed expensis omnibus placet mihi Syrus interpres, qui Herodianos interpretatur דבית הרודס [*debeth Herudis*] i. Herodis domesticos, siue aulicos, à Pharisæis nimirum idcirco adscitos, vt in quacunque parte respondisset Christus, irretitus teneretur. Futurum enim vt si censum Romanis soluendum esse negaret, pro seditioso ab ipso Herode in Galilæa captus pœnas daret: sin verò soluendum diceret, in Herodis maleuolentiam incurreret, qui & ipse libenter illorum iugum excussisset. ¶ *Viam Dei*, τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ Heb. id est, qua via sit hominibus incedendum vt ad Deum & felicitatem æternam perueniant. ¶ *In veritate*, ἐν ἀληθείᾳ, i. verè & sincerè: quod apud Demosthenem declarat ἐπ' ἀληθείας, apud Hebræos באמת [*beameth*] ¶ *Ad personam*, εἰς πρόσωπον. Id est ad externam hominum speciem, sitne videlicet quispiam diues an pauper, vt ad eius voluntatem sermonem inflectas.

17 *Censum*, κῆνσον. Vocabulum est Latinum, quo propriè

significatur facultatum æstimatio, pro cuius ratione, prout tempora tulerunt, prouinciales, auctore eius rei Augusto, sublatis omnibus vectigalibus, tributum penderunt. Quid autem istud rei fuerit, vide supra 17.25. & Mar.12.14.

ναὶ κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ;

18 Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πονηρίαν αὐτῶν, εἶπε, Τί με πειράζετε, ὑποκριταί;

19 Ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου. Οἱ δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ δηνάριον.

20 Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή;

21 Λέγουσιν αὐτῷ, Καίσαρος. Τότε λέγει αὐτοῖς, Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ. Rom.13.7

22 Καὶ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν· καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον.

23 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθον αὐτῷ Σαδδουκαῖοι, οἱ λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν,

Mar.12.18 Luc.11.27 Act.23.6 Deut.25.5. Christus asserit resurrectionem carnis aduersus Sadducæos.

24 Λέγοντες, Διδάσκαλε, Μωσῆς εἶπεν, Ἐάν τις ἀποθάνῃ μὴ ἔχων τέκνα, ἐπιγαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

25 Ἦσαν δὲ παρ' ἡμῖν ἑπτὰ ἀδελφοί· καὶ ὁ πρῶτος, γαμήσας ἐτελεύτησε· καὶ μὴ ἔχων σπέρμα, ἀφῆκε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

26 Ὁμοίως καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος, ἕως τῶν ἑπτά.

27 Ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή.

28 Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος τῶν ἑπτὰ ἔσται γυνή; πάντες γὰρ ἔσχον αὐτήν.

29 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ.

videtur? licet censum dare Cæsari, an non?

18 Cognita autem Iesus improbitate ipsorum, ait, Quid me tentatis, hypocritæ?

19 Ostendite mihi numisma census. Ipsi verò obtulerunt ei denarium.

20 Tunc dicit eis, Cujus est imago ista & inscriptio?

21 Dicunt ei, Cæsaris. Tunc dicit eis, ‖ Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.

22 Quum igitur *hoc* audissent, mirati sunt: & omisso eo abierunt.

23 ‖In illo die adierunt eū Sadducæi, ‖qui dicūt nō esse resurrectionē: & interrogarunt eū,

24 Dicentes, Magister, ‖Moses dixit, Si quis mortuus fuerit non habens filios, frater eius ducet affinitatis iure vxorem eius, & suscitabit sobolem fratri suo.

25 Fuerūt autē apud nos septē fratres: & primus vxore ducta obiit: & quū nō haberet semē, reliquit vxorem suā fratri suo.

26 Similiter etiam secundus & tertius, vsque ad illos septem.

27 Post omnes autem mortua est & mulier.

28 In resurrectione ergo cuius ex illis septem erit vxor? omnes enim habuerunt eam.

29 Respondēs autem Iesus dixit eis, Erratis, neque Scripturas scientes, neque potentiā Dei.

tibi videtur? licet censum dare Cæsari, an non?

18 *Cognita autem Iesus nequitia eorum ait, Quid me tentatis, hypocritæ?*

19 *Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.*

20 *Et ait illis Iesus, Cuius est imago hæc & superscriptio?*

21 *Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.*

22 *Et audientes mirati sunt: & relicto eo abierunt.*

23 *In illo die accesserunt ad eum Sadducæi (qui dicunt non esse resurrectionem) & interrogauerunt eum,*

24 *Dicentes, Magister, Moyses dixit, Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo.*

25 *Erant autem apud nos septem fratres: & primus vxore ducta functus est: & non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo.*

26 *Similiter secundus & tertius, vsque ad septimū.*

27 *Nouissimè autem omnium & mulier defuncta est.*

28 *In resurrectione ergo, cuius erit de septem vxor? omnes enim habuerūt eā.*

29 *Respondens autem Iesus ait illis, Erratis, nescientes Scripturas neque virtutem Dei.*

18 *Improbitate, τὴν πονηρίαν.* Vulg. *Nequitia*, vt & alibi sæpe, Vide Rom.1.29.

19 *Denarium, δηνάριον.* Numus hic Romanus est, cuius loco in Oriente drachmis ferè vtebātur, perexiguo in istis ponderis discrimine. Iudæi verò siclis vtebantur, vt numo ἐπιχωρίῳ, cuius quarta pars itidem fuit drachma. Vide supr. 17,24.

21 *Reddite, ἀπόδοτε* i. Persoluite, vt suprà 5. 26. Admonet Erasmus hoc conuerti etiam posse præsenti tempore, Redditis: vt intelligamus Christum arrepta occasione notasse illorum vitam: quasi diceret, Redditis Cæsari quod illius habet imaginem, & illud reddite Deo quod Dei habet inscriptionem atque imaginem, nempe animam. Sed fateor me nō videre quomodo hæc interpretatio cum regulis Grammaticæ cohæreat. Omnino enim scribendum fuisset, ἀποδίδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, ἀπόδοτε οὖν καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ nec enim hæc responsio cum interrogatione cohæreret. Est autē hoc à Christo additū ad pungendā eorum conscientiā, allusione simul facta ad ea quæ templo Dei ex legis præscripto persoluebantur: innuens etiam ipsorū peccatis hanc seruitutem acceptam ferendam, cuius tamen onus patiēter ipsis esset ferendū, nisi Deo vellent obsistere.

24 *Filios, τέκνα.* Ad verbū, liberos. τέκνων autem appellatione cōstat etiā filias intelligi. Sed hîc agi de mascula tantum prole, colligi videtur ex ratione condendæ Legis. Nā si quis filias duntaxat reliquerit, perinde est, quod ad familiæ quidem nomen attinet, ac si orbus decessisset: quū nomen ad posteros per filias trāsire nō possit. Præterea Deu. 25.7, non fit mentio seminis. i. posteritatis in genere (quod Eras. tamen arbitratus est) sed Filij & Nominis. Cæterùm quū Vetus interpres conuerterit filium, & Eras. quoque, vt quidē extat impressa eius versio, ego plurali numero verti filios, Græca sequutus: quod tamen ita intelligendū est vt sciamus hîc agi de specie, nō de numero, quū satis esset vel filiū reliquisse, vt idē Eras. rectè obseruauit. ¶ *Frater, ὁ ἀδελφός.* vel, illo recusante, proximus agnatus, vt ex Ruthæ historia liquet. Hoc autem intelligitur de eo qui maritus nō esset, vt apparet ex his legis verbis, Si quum habitarint fratres pariter. Nam coniugati seiunctā familiā habebant. ¶ *Ducet affinitatis iure, ἐπιγαμβρεύσει.* Vulg. & Erasm. *Vt ducat.* Hoc vocabulū respondet Hebræo יבם [iabam.] quod nō dicitur de quauis vxore, sed de ea demū quæ ex hac lege ducitur, quia videlicet cognata est, i. affinitate coniuncta: vt magis speciale quiddam videatur hoc quidē loco significare τὸ ἐπιγαμβρεύειν, quàm τὸ κηδεύειν, quo posteriore verbo vtitur Euripid. in Hecuba, pro eo quod Latini dicunt Affinitatē cum aliquo contrahere, & Sibi affinē asciscere. Hebræi verò חתן [chathan] Itaque adhibēda fuit periphrasis, vt vis huius verbi explicaretur. Nam etiam γαμβρὸς Græcis non modò generum, sed affinem etiam in genere significat, atque adeò vxoris interdum fratrem, vt apud Sophoclem in Tyranno. ¶ *Sobolem. σπέρμα.* Hebraicè זרע [zerah] quo nomine significatur in genere posteritas. Sed quum in Hebræo fiat mentio non seminis, sed nominis, σπέρμα de mascula tantùm prole hoc loco accipiendum.

29 *Potentiam Dei, τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ,* à qua nimirū pendet corporum resurrectio & futura illa vita omnem humanum captum superans, Philipp.3,21.

30 Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι.

31 Περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, λέγοντος,

32 Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ; οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων.

33 Καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.

34 Οἱ δὲ Φαρισαῖοι, ἀκούσαντες ὅτι ἐφίμωσε τοὺς Σαδδουκαίους, συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό.

35 Καὶ ἐπηρώτησεν εἷς ἐξ αὐτῶν νομικὸς, πειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων,

36 Διδάσκαλε, ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ;

37 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου.

30 Nam in resurrectione neque vxores ducunt, neque nuptū dantur: sed sunt vt Angeli Dei in cælo.

31 De resurrectione verò mortuorum non legistis quod vobis dictum est à Deo, dicente,

32 ‖Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacobi? Deus non est Deus mortuorum, sed viuentium.

33 Et quum *hoc* audisset turba perculsa est super doctrina ipsius.

34 ‖Pharisæi verò quum *eum* audissent occlusisse os Sadducæis, aggregati sunt apud eum.

35 Et interrogauit *eum* quidam ex ipsis Legis interpres, tentans eum, & dicens,

36 Magister, quod est præceptum magnum in Lege?

37 Iesus autem dixit ei, ‖Diliges Dominū Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua.

30 *In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur: sed sunt sicut Angeli Dei in cælo.*

31 *De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo, dicente vobis,*

32 *Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuentium.* Exod.3.6

33 *Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius.*

34 *Pharisæi autem, audiētes quòd silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum.* Mar.12.28 Euangelium minimè abolet legis præcepta, sed stabilit potiùs.

35 *Et interrogauit eum vnus ex eis Legis doctor, tentans eum.*

36 *Magister, quod est mādatum magnum in Lege?*

37 *Ait illi Iesus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente.* Deut.6.5 Luc.10.27

30 *Vxores ducunt, γαμοῦσιν* Erasm. *Matrimonium contrahunt*: quod tam mulieri quàm viro conuenit. Vulgata, *Nubent*: quód est mulieris tantum. Atqui γαμεῖν de viris dicitur, sicut γαμεῖσθαι de mulieribus, vt superius monuimus. itaque neutram interpretationem sum sequutus. Differentia tamen illa inter γαμεῖν & γαμεῖσθαι perpetua non est; (quū velit Paulus mulieres viduas γαμεῖν, i. nubere, 1.Tim. 5.14: & 1.Cor.7.34, mulier dicatur γαμήσασα pro γαμηθεῖσα) sed hoc tamen loco & plerisque aliis videtur obseruanda. ¶ *Nuptum dantur, ἐκγαμίζονται.* Dicuntur ἐκγαμίζεσθαι quas parentes ἐκγαμίζουσιν, id est nuptum tradunt, in aliorum potestatem, 1.Cor 7.38. vt vel ex hoc verbo colligendum sit in filiabus præsertim collocandis requiri eorum consensum in quorum sunt potestate, & eas dici γαμεῖσθαι passiua significatione, eorum respectu à quibus nuptum dantur. Vulgata, *Nubentur*: quod barbarum est. Erasmus, *Elocantur*, id est ἐκδίδονται. ¶ *Angeli, ἄγγελοι.* nempe quod ad nuptias & reliquas huic vitæ proprias conditiones attinet, non quòd sint incorporei futuri: qua de re copiosè Paulus 1.Cor.15. Rectè verò Vetus interpres verbum εἰσὶ postposuit, sed præposuit nominatiuo ἄγγελοι. Nā alioqui tota ἀπόδοσις comparationis esset supplenda, nempe οὕτω καὶ αὐτοὶ ἔσονται. *ita & ipsi erunt.*

31 *Vobis, ὑμῖν.* Vulg. hanc particulam ponit post λέγοντος, Dicente vobis.

32 *Ego sum, Ἐγώ εἰμι.* in Hebræo non additur verbum: quod quum suppleri etiam possit præterito tēpore, videntur regerere potuisse Sadducæi Deum his verbis testatum esse non quòd esset, sed quòd fuisset illorum Deus, quandiu videlicet superstites in vita extitissent. Tota vis igitur argumenti pendet à recta explicatione horum verborum Deum esse Deum alicuius, quibus nimirum significatur vbique in sacris literis non temporarium quoddam, sed perpetuum beneuolentiæ fœdus, quo Ecclesiam, id est electorum cœtum, à reliquo mundo seiungit Deus. Quod si quis excipiat ne sic quidem stabiliri corporum resurrectionem, sed significari duntaxat piarum animarum immortalem beatitatem, imò sic euerti corporum resurrectionem, quum illos corpore mortuos esse constaret, dicat autem Christus Deum non esse Deum mortuorū: Ad hæc autem respondendum est, primùm, Sadducæos id non potuisse excipere, vt qui negarent etiam aliquem esse Spiritum à morte superstitem, vt testatur Lucas Act.23,8. Deinde, aliud esse Abrahamum quàm Abrahami animam. Illo enim personam, isto alteram tantum eius partem significari: ac proinde sic futurum vt Deus altera tantùm ex parte dici possit Abrahami Deus, quod absurdissimum est, præsertim si spectetur quo tempore & quibus consolandis hoc dixerit Deus apud Mosen, tum videlicet quum de viuis Israelitis ex Ægypto liberandis ageretur, quod dictum minimè conueniret si Deus esset duntaxat animarum seruator. Superest alia obiectio ex Rom. 14, 9. vbi dicitur Deus etiam Dominus esse mortuorum. Sed ne ista quidem repugnant, imò sic confirmatur corporum resurrectio. Quînam enim Christus imperium obtinere in mortuorum corpora dici posset, si mors illis perpetuò dominaretur? Nō est igitur mortuorum Deus ex Sadducæorum hypothesi, qui corpora nunquam resurrectura sentiebant, quū Deus tamen dici non possit eorum respectu qui neque existant, neque sint vnquam extituri. Sed est Deus etiam mortuorū, ex Pauli hypothesi, quæ ipsiusmet Christi resurrectione nititur, quoniam videlicet corpora ne mortua quidē, sunt in nihilum redacta, & Christus illa suo tempore animis rursum adiuncta in æternū viuificabit, vt sit verax in fœdere cum patribus illis sancito. Quomodo enim felices (inquit Tertul. de resurrectione carnis) si ex parte perituri?

34 *Occlusisse os, ἐφίμωσε.* Vide suprà 12. *Apud eum, ἐπ' αὐτόν.* Sic rectè meus ille codex Lugdunensis vt quod sequitur intelligamus eòdem simul & loco & tempore gestū, exultantibus qui ad Iesum accurrerant Pharisæis aduersus Sadducæos. Vulg *In vnum, ἐπὶ τὸ αὐτό.* vt alibi sæpe pro Ibidem.

35 *Legis interpres, νομικός.* id est Γραμματεύς, Scriba: vt disertè dicit Marcus 12.28. Hebræi מורה [moreh] vocant. Vnde & תורה [torah] sicut Græcis νομικὸς & νόμος sunt παρώνυμα. Erant autē isti ex Leuitarū numero, Sacerdotibus & capitibus patrum ad constituendum Ecclesiasticum Synedriū primùm diuinitus ordinati, Leuit.10.8. & à Iosaphato restituti 2.Paralip.19.8. Quanquā quo tempore Christus in terris versatus est, vtraque iurisdictio erat confusa. Iidem autem apertiùs νομοδιδάσκαλοι dicuntur, Luc.5.17. Act.5.34. & 1.Timoth. 1. 7. quales erant plerique Pharisaicæ sectæ, vt Nicodemus. Ioan.3.1. & 10. & Gamaliel. Act.5.34. non tamē omnes, quum hîc & alibi passim à Pharisæis distinguātur.

36 *Magnum, μεγάλη.* i. omnium maximum. Nam alioqui nihil paruū est quod Deus mandat. Hinc autē apparet cuiusmodi fuerint isti legis interpretes, præcipuum videlicet ipsius finem ignorantes, vt & nostri huius seculi Pharisæi.

37 *Ex, ἐν.* Ad verbū *In*: quod miror in hoc primo mēbro fuisse mutatū, in duobus sequētibus seruatū à vetere interprete & Eras. ¶ *Et ex tota cogitatione tua, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου.* In Hebræo legimus, Et totis viribus tuis. Apud Lucam autē fit mentio ἰσχύος & διανοίας. Quatuor enim partiū meminerunt nēpe καρδίας, ψυχῆς, διανοίας, & ἰσχύος, quum in Hebræo Deut. 5. 6. tres tantùm commemorentur, nēpe לבב נפש מאוד [lebab nephesch meod] i. καρδία, ψυχὴ, ἰσχύς, siue δύναμις ἰσχύς, hîc prætermittitur, & διάνοια addūt Marcus & Lucas, nēpe vocabula nō numerātes, sed sententiā ipsam explicātes, quum διάνοια & mentem & voluntatem respiciat.

Levit.19.18. matt.22.31

Mar.12.35 luc.20.41 Christus sese Dauidis quidem filium secundum carnem, sed alia etiam ratione Dauidis Dominum & verum Deum esse apertè ostendit. Psal.110.1

Αὕτη ἐστὶ πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή.

Δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται.

Συνηγμένων δὲ τῶν Φαρισαίων, ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς,

Λέγων, Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος υἱός ἐστι; Λέγουσιν αὐτῷ, Τοῦ Δαβίδ.

Λέγει αὐτοῖς, Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ; λέγων,

Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

Εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν Κύριον, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι;

Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον. οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι.

Κεφάλαιον κγ.

Audiendum quod flagitiosi etiam doctores ex Dei verbo purè docuerint, ita tamen vt praui eorum mores vitentur. 2.Esdr.8.4

Luc.11.46 act.15.10 Hypocritæ plerúque seuerissimi sunt eorũ exactores quæ ipsi maximè negligunt. Hypocritæ ambitiosi.

Τότε ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησε τοῖς ὄχλοις καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ,

Λέγων, Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι.

Πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. λέγουσι γὰρ, καὶ οὐ ποιοῦσι.

Δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων. τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά.

Πάντα δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· πλατύνουσι δὲ

38 Istud est primum & magnũ præceptum.

39 Secundum autem simile est huic, ‖Diliges proximum tuum vt teipsum.

40 Ab istis duobus præceptis tota Lex & Prophetæ pendent.

41 ‖Congregatis autẽ Pharisæis, interrogauit eos Iesus,

42 Dicens, Quid vobis videtur de Christo illo? cuius filius est? Dicunt ei, Dauidis.

43 Dicit eis, Quomodo ergo Dauid per Spiritum vocat eũ dominum? dicens,

44 ‖ Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dextram meam, vsquedum statuero inimicos tuos scabellum pedũ tuorum?

45 Si ergo Dauid vocat eũ dominũ, quomodo filius eius est?

46 Et nemo poterat ei respondere quicquam: neque ausus fuit quisquam ab illo die amplius eum interrogare.

CAP. XXIII.

1 TVnc Iesus loquutus est turbæ & discipulis suis,

2 ‖Dicens, In cathedra Mosis sedent Scribæ & Pharisæi:

3 Omnia ergo quę dixerint vobis vt obseruetis, obseruate & facite: sed secundum opera eorum ne facite. dicunt enim & non faciunt.

4 ‖Ligant enim onera grauia difficiliáque portatu, & imponũt in humeros hominũ: digito autẽ suo nolunt ea mouere.

5 Omnia verò opera sua faciunt vt spectentur ab homi-

38 *Hoc est maximum & primum mandatum.*

39 *Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum.*

40 *In his duobus mandatis vniuersa Lex pendet & Prophetæ.*

41 *Congregatis autẽ Pharisæis, interrogauit eos Iesus.*

42 *Dicens, Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicũt ei, Dauid.*

43 *Ait illis, Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum? dicens,*

44 *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?*

45 *Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?*

46 *Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.*

CAP. XXIII.

1 *TVnc Iesus loquutus est ad turbas & ad discipulos suos,*

2 *Dicens, Super cathedrã Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi:*

3 *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundũ opera verò eorum nolite facere. dicunt enim, & non faciunt.*

4 *Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere.*

5 *Omnia verò opera sua faciunt vt videantur ab*

39 *Simile*, ὁμοία. Id est similiter vniuersalem alteram tabulam legis complectens.

40 *Ab istis pendent*, ἐν ταύταις κρέμανται. Vetus & Erasm. ad verbum, *In his*. sic.n. apud Hebræos construitur verbum תלה [*talah*] vt 2.Sam.18, תלוי באלה [*talui baelah*] sed in hac presertim significatione Latini ita nõ loquuntur. Fortassis autem hæc respiciunt ad טוטפות [*totaphoth*,] quæ appendi iusserat Dominus vt legis μνημόσυνα, de quibus dicemus inf.

42 *De Christo illo*, περὶ τοῦ Χριστοῦ, i. illo promisso Messia. ponitur enim hic Christi nomen, appellatiuè simul, & antonomasticè, vt Act.17.3. & alibi sæpe. ¶ *Cuius filius est*, τίνος υἱός ἐστι. i. Ex cuius gente & familia illum oriri oportet? Ex Hebræorum idiomate, qui posteros omnes vocant filios.

43 *Per Spiritum*, ἐν πνεύματι. Vide Mar.12.36.

44 *Statuero*, θῶ Vulg. ad verbum *Posuero*, id est, Effecero vt sint. Hebraicum dicendi genus, de quo alibi diximus. Sic quoque Eurip. in Hecuba, ἐγὼ σε θήσω σῆς ἀνάξιον σέβου. ¶ *Scabellum*, ὑποπόδιον. In duobus exemplaribus scribitur ὑποκάτω, id est *sub*. Vide suprà 5.35.

45 *Vocat*, καλεῖ. In quatuor vetustis codicibus repetitur ἐν πνεύματι id est, Spiritus prophetici impulsu.

46 *Quicquam*, λόγον. Vide suprà 15.23. Neque verò duntaxat apud Hebræos דבר [*dauar*] pro qualibet re ponitur, sed etiam λόγος aliquando apud ipsos disertiores Græcos. Sophocl. Trachiniis, οὐ λόγου δ᾽ οὐ χρὴ φθόνον γυναῖκα φρονοῦσαν ... [illegible]

IN CAP. XXIII.

2 *Sedent*, ἐκάθισαν. id est, collocati sunt. Vulgata ad verbum, *Sederunt*. Sed vsurpatur aoristus pro præsenti, vt suprà 3.17. & alibi sæpe. Significat autem Dominus hunc ordinẽ interpretandæ Legis (cuius fit mentio Numer.11.16.) diuinitus esse constitutum, ac proinde audiendam esse veritatem, etiam ex ore mercenariorum & hypocritarum doctorum: sicut etiam nostra memoria in Papatu Deus conseruauit Verbum suum & Baptismum. Sed quid si etiam isti Verbum deprauabant? an eis erat credendum? Minimé. Hæc enim non est Mosis sed Satanæ cathedra. Vult ergo Christus credi Dei doctrinæ, etiãsi vitiosissimi sint doctores, sed ita vt à fermento caueatur, sicut dixit suprà 16.6. ex quo loco restringẽda est particula vniuersalis quæ hîc vsurpatur. Quòd siquis roget an propterea tolerandi sint mercenarij: certa est responsio, tolerandos quidem esse priuatis, quibus illos coërcere non licet, addita tamen distinctione, vt siqui sunt sinceri doctores, & si quæ puræ Ecclesiæ in terris, cum iis nos aggregemus. Itaque non rectè faciunt hodie qui à Papistis petunt vel doctrinam Verbi vel Baptismum, quum alibi, Dei gratia, purè administrentur. Sed interea fidelis magistratus officium est non modò hæreticos, sed etiam vitiosos doctores seuerè coërcere, & purum Dei cultum inter suos subditos stabilire.

3 *Vt obseruetis*, τηρεῖν. Vetus interpres hoc non legit: deest quoque in vno vetere exemplari.

4 *Ligant enim*, δεσμεύουσι γάρ. In eodem exemplari scriptum reperimus, δεσμεύουσι δέ: id est, ligant verò. Cæterùm non est hoc accipiendum de Verbi diuini corruptelis, quas omnino vitare oportuit: sed de externa illa Legis exactione in qua plerunque sunt immodici qui sibi maximè indulgent.

5 *Vt spectentur*, πρὸς τὸ θεαθῆναι Vulg. *Vt videantur*: nimis dilutè. ¶ *Ab hominibus*, τοῖς ἀνθρώποις. Hoc est quod vernaculo sermone dicimus, *des gens*, id est palàm & ab omnibus.

τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν.

Φιλοῦσί τε τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς.

Καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ῥαββί, ῥαββί.

Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε ῥαββί. εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητὴς, ὁ Χριστός· πάντες δὲ ὑμεῖς, ἀδελφοί ἐστε.

Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί. εἷς γὰρ ὑμῶν ἐστιν ὁ καθηγητὴς, ὁ Χριστός.

nibus. dilatant enim ‖phylacteria sua, & producunt fimbrias palliorum suorum.

6 ‖Amántque primos accubitus in cœnis: & primos consessus in conuentibus.

7 Et in foris salutationes, & vocari ab hominibus Rabbi, Rabbi.

8 Vos autem ne vocamini Rabbi. vnus est enim doctor vester, *nempe* Christus: omnes autem vos, fratres estis.

9 ‖Et patrem vestrum ne quẽquam vocate in terra: vnus est enim Pater vester qui in cælis est.

10 Nec vocamini doctores: vnus enim vester est doctor, *nempe* Christus.

hominibus. dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias.

6 *Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis:*

7 *Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.*

8 *Vos autem nolite vocari Rabbi. vnus est enim magister vester: omnes autem vos, fratres estis.*

9 *Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester qui in cælis est.*

10 *Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est, Christus.*

Num.15.38 deut.6.8.& 11.18 Mar.12.32 luc.11.43 & 20.46

Modestia, singulare ministrorum Dei ornamentum.

Malac.1.6

¶ *Dilatant enim*, πλατύνουσι δέ. id est faciunt quàm amplissima: quòd nimirum in his rebus quasi summa pietatis collocarent: in quo errore etiam nostro hoc tempore Iudæi versantur. Cæterùm particulam δέ tanquam causalẽ sum interpretatus. nam commodius sic accipi, res ipsa ostendit: & γάρ in vno exemplari legimus. ¶ *Phylacteria*, φυλακτήρια. Ita significauit quæ Moses Exodi 13.16, & Deut.6.8. טוטפות [*totaphoth*] Rabbini Chaldaicè vocãt תפילין [*tephilin*] His igitur vocabulis existimauit Epiphanius significari limbos siue fascias quibus prætexerentur vestes. Ego verò censeo fuisse potius laminas, aut membranulas quasdã, quas hodie etiamnum Iudæi corio inclusas partim fronti alligant, partim brachio, inscriptis quatuor quas vocant פרשות [*paraschoth*] id est lectionibus sacris. Eas autem Græci (nouo nomine nouæ rei quæsito) vocarunt φυλακτήρια, à conseruando: quod nos quidem immutare noluimus. Erat enim hic ritus (quem postea Iudęi suis superstitionibus cõtaminarunt) à Domino constitutus, vt esset veluti μνημόσυνον Legis & beneficiorum quæ Dominus in ipsos contulerat: nisi malimus sic dicta, quasi cautiones quasdam, quòd iis se tutos crederent superstitiosi. Vult enim Sosipater Grammaticus hæc esse quæ Amolita ipse, alij verò Amuleta, ab amoliendo siue Auertendo Latinè vocant. quod & ipsum respondet verbo φυλάττεσθαι. Sed hoc mihi subtilius videtur. De his qui volet plura cognoscere, & quæ sit in his rebus Iudæorum cæcitas, legat Pauli Fagij, hominis diligentissimi, annotationes in cap. Exodi 13. Huiusmodi sunt quæ superstitiosi quidam etiamnum hodie pro Amuletis ex collo suspendunt, inscripto præsertim initio Euangelij secundum Ioannem: quam magicam superstitionem iam olim damnauit Antiochena Synodus, expresso etiam nomine φυλακτηρίων. ¶ *Et producunt fimbrias*, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα. id est, Faciunt quàm longissimas vel (vt alij interpretari malunt) Magnificè iactant & efferunt, quasi certum pietatis argumentum. Sic enim etiam accipitur verbum μεγαλύνεσθαι apud Euripidem in Bacchis: & Magnificare apud Varronem & Plinium. Illam tamen interpretationem magis probo, quòd cum superiore verbo πλατύνειν melius consentiat. Cæterùm κρασπέδων appellatione intelliguntur contorti quasi cincinni filorum quę ab extrema vestiũ ora pendebant. & ציצית [*tsitsith*] vocantur, Num 15.38. cap. verò Deut. 22.12. גדלים [*gedilim*] quanuis non desint qui inter ista discrimen aliquod constituant. Erat autẽ hæc vestium forma à Deo constituta Israelitis: quæ tamen profanis etiam gentibus non fuit ignota. siquidem nõ dissimilem vestem tribuit Nestori Hom. Iliad. κ. Galli vocant *franges*. Cic. in Pisonem, *Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ*. Et ita certè vidi in antiquissimo numo huius Pisonis fimbriatam comam.

6 *Primos consessus*, πρωτοκαθεδρίας. quasi præsidentiás dicas, vt rectè explicat Erasmus: qui tamen maluit interpretari permodum infinitum, *Primo sedere loco*. Vulg. *Primas cathedras*. ¶ *Conuentibus*, συναγωγαῖς. id est, quando cogũtur conuentus & concilia. Neque enim hîc designari puto locum ipsum; alioqui retinuissem vocabulum Synagogæ. Vide suprà 6.2.

7 *Rabbi, Rabbi*, ῥαββί ῥαββί. רב [*rab*] eminentem declarat, & eũ qui multorum sit instar. Erat ergo valde fastuosus hic titulus. Quod etiam intelligitur ex repetitione, quanuis vulgata eam negligat: sicuti hodie qui Pharisæis & Scribis successerunt, nulla re magis afficiũtur quam quũ salutantur Domini magistri nostri. Obseruarunt præterea nonnulli titulum רב [*rab*] iis fuisse attributum qui in Babylonicis Academiis magisterium consequebantur: רבי [*rabbi*] autem iis qui in regione Israel per impositionem manuum sapientes essent declarati: titulum denique רבנין [*rabbinin*] peculiarem fuisse sapientibus domus Dauidis.

8 *Ne vocamini*, μὴ κληθῆτε. i. Ne ambiatis hunc honorem. Neque enim vetat Christus honorem exhiberi magistratui, vel doctoribus; sed ambitionem damnat, vt declarat Augustinus Sermone de Verbis Domini, ex Matt. 1. quod rectè annotauit Eras. ¶ *Doctor*, καθηγητής. In duobus codicibus legimus διδάσκαλος, eodẽ sensu: & fortasse rectius, ne postea videatur eadẽ inculcare: quanuis aut nullum, aut certè exiguum sit in re ipsa discrimen. Videtur autem Dominus respicere quod scriptum est Esa.54.13, & Iere.31.34. ¶ [*Nempe*] *Christus*, ὁ Χριστός. Hoc neglexit Vetus interpres: quod tamen scriptum inueni in omnibus nostris vetustis codicibus, si duos tantùm excipias. Eras. autem rectè addidit particulã *Nempe*, ad illustrandã sententiã, sicut etiã sup. 19.17. ¶ *Omnes autem vos, fratres estis*, πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε. Totũ hoc deest in vno exemplari, in hoc quidẽ versiculo: sed additur sequẽti, cui etiã videtur melius cõuenire.

9 *Vestrum neminem vocetis*, μὴ καλέσητε ὑμῶν Vulg. & Eras. *Nolite vocare vobis*. legerunt enim ὑμῖν. Sed in omnibus manuscriptis codicibus, & Complutensi editione, atque adeo Theophylacto Romano, legimus ὑμῶν: excepto vno vetusto exemplari, in quo neutrum legebatur. Hæc autẽ respiciunt Iudæorum consuetudinem: apud quos non modò אבות [*aboth*] i. patres, sed etiam אבותינו [*abothenu*] i. patres nostri, salutabantur Rabbini qui prouectioris erant ętatis. Itaque quanuis inter πατέρα ὑμῶν sit aliquid interiectum, tamẽ nõ puto ὑμῶν pro ὑμῖν positũ sed pro ὑμέτερον, per traiectionem. cuius aliud exemplum habes suprà 8.8. neq; referendum ad καλέσητε, sed ad πατέρα. Particulam autem μὴ conuerti quasi scriptum sit μηδένα, vt perspicuitati studerẽ. ¶ *Qui in cælis est*, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. In quodam exemplari hæc verba, πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε. i. *Vos autem omnes, fratres estis*, ex superiore versiculo in hunc erant translata: & sanè videntur isti melius conuenire quàm superiori.

10 *Doctores*, καθηγηταί Hebr. מורים [*morim*] vel מלמדים [*melämedim*] de quibus agitur 2. Paral.17.9. Græci à præeundo καθηγητὰς vocant, qui & διδάσκαλοι dicuntur, à docendo. apparet autẽ huiusmodi titulos perlibenter fuisse à Scribis vsurpatos. Neque enim temere est quod Paulus inter cætera hoc quoque illis obiicit, quòd se confiderent ὁδηγοὺς τῶν τυφλῶν, i. cæcorum esse duces, Rom.2.19. quò etiam videtur Dominus respexisse suprà 15.14. & hoc eodem cap. vers. 16

Ὁ δὲ μείζων ὑμῶν, ἔσται ὑμῶν διάκονος.

Luc. 14.11 & 18.14.

Ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται: καὶ ὅστις ταπεινώσει ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.

Hypocritæ ferre nõ possunt vllos sese meliores. Luc. 11.52

Οὐαὶ δὲ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων: ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν.

Mar. 12.40 Luc. 20.47 Hypocritis familiare est zeli prætextu ad auaritiam & rapacitatem abuti.

Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι. διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα.

Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον: καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν.

Οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ λέγοντες, Ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν ἐστιν·

11 Sed qui maximus est vestrûm, sit minister vester.

12 ‖Porro qui sese extollet deprimetur: & qui sese submittet, extolletur.

13 Sed væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quoniam præcluditis regnum cælorum hominibus: ‖vos enim non introitis, nec introeuntes finitis introire.

14 ‖ Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quoniã exeditis domos viduarum, idque in speciem vtentes longis orationibus: propterea auferetis grauiorem condemnationem.

15 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quoniã circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & quum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo magis quàm vos *sitis*.

16 Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quisquis iurauerit per

11 *Qui maior est vestrûm erit minister vester.*

12 *Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.*

13 *Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.*

14 *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarũ, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium.*

15 *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia circumitis mare & aridam, vt faciatis vnũ proselytum: & quum fuerit factus, facitis eum filium gehẽnæ duplo quàm vos.*

16 *Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicunque iurauerit per templum, ni-*

11 *Sed qui maximus est*, ὁ δὲ μείζων. Particulam δὲ prætermittunt Vetus interpres & Erasmus, quæ tamen est necessaria, & additur in omnibus exemplaribus. Eam autem conuertimus tanquam ἀλλὰ, vt melius intelligatur quæ sit vis ipsius hoc loco. De enallage comparatiui pro superlatiuo alibi diximus. ¶ *Sit*, ἔσται. Vulg. & Eras. ad verbum, *Erit*. Constat autem futura pro imperatiuis sæpissimè ab Hebræis vsurpari: quam enallagem nisi serues, certè obscurior erit hic locus. Adde quòd etiam in manuscripto vno exemplari scriptum erat, ἔστω. vt suprà quoque 20.26. & 27.

12 *Extollet*, ὑψώσει. vel (vt vertit Vulg. & Eras.) *Exaltabit*. Ad verbum, Sublimabit: quo vocabulo vtitur Plinius. Videtur autem Christus alludere ad ipsum Rabbinorum nomen, qui sic dicuntur à verbo רבב [*rabab*,] quasi Altum dicas.

¶ *Deprimetur*, ταπεινωθήσεται. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Humiliabitur*. Vide suprà 18.4. vbi Submittere sumus interpretati, actiuo verbo nimirum, sicut hîc quoque in proximo membro.

13 *Præcluditis*, κλείετε. Videtur mihi Christus alludere ad illud traditionum genus quod Thalmudistæ vocãt סיג לתורה [*sig latorah*] id est sepimentum Legis, quibus arceri dicunt homines à transgressione Legis. Contrà verò Christus dicit à vitæ æternæ ingressu sic prohiberi homines, quia nimirum in illis externis subsistant. ¶ *Cælorum*, τῶν οὐρανῶν. In vno codice scribitur τοῦ Θεοῦ, Dei. ¶ *Hominibus*, ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Vulg. & Erasm. ad verbum *Coram hominibus*. Ego vt particulam ἔμπροσθεν exprimerem, Præcludendi verbo vti malui. Est autem varia eius significatio, vt etiam ostendit in Elenchis Aristoteles. Itaque nonnulli pro temporis aduerbio accipiunt: vt significetur, istos qui videri volebant cæteris aditum in cælum patefacere, non modò id non facere, sed etiam multò antè præcludere cælorum fores.

¶ *Introeuntes*, εἰσερχομένους: i. iam habentes pedem in limine. Erasmus, vt planius loqueretur, vertit, *Aduenientes*. id est, προσερχομένους.

14 *Exeditis*, κατεσθίετε. Quæ vis sit præpositionis κατὰ in his verbis, suprà exposuimus. Vulgata & Erasmus, *Comeditis*. ¶ *Idque in speciem vtentes*, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι. Ad verbum, *Et prætextu longum precantes*. Vetus interpres, *Orationes longas orantes*: vt planè videatur, expuncta καὶ particula legisse μακρὰ tertio casu, & προφάσει interpretari προσευχὴν, id est orationem: quum id potius declaret quod illi obtendebant auaritiæ suæ. Opponitur enim τῇ ἀληθείᾳ. etiam apud Paulum Philip. 1.18. Et negligenda non fuit coniunctio καὶ, quam Erasmus rectè interpretatur Idque, acsi duplex notetur istorum improbitas: vna, quòd facultates viduarum vorarent: altera, quòd tantum scelus studio pietatis tegerent. In aliquibus autem Veteris editionis exemplaribus non hoc tantùm loco, sed etiam versiculo superiore & aliquot sequentibus, nempe 23. 25. 27. 29. legitur, Qui, nõ quia, i. οἱ, non ὅτι, quæ fortassis est vera lectio. Sic enim paulo pòst, versu scilicet 16, dicitur, οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ οἱ λέγοντες Æquipollent enim οἱ λέγοντες, & οἳ λέγετε. ¶ *Auferetis grauiorem con.* λήψεσθε περισσότερον κρίμα. i. (vt vertit Erasmus) Grauius puniemini. Vulgata ad Verbum, *Accipietis amplius iudicium*. Sed accipere iudicium apud Latinos aliud significat. Κρίμα verò manifestè hoc loco pro κατάκριμα accipitur, vt alibi sæpe. & περισσότερον quod interpretamur βαρύτερον, id est grauius, sic dicitur hoc loco, vt Cicero luculẽtiorem plagam dixit. Sed obseruãdum est totum hunc versiculum 14, nec Origenem, nec Eusebium, vt ex eius canonibus apparet, legisse, quem etiam non habet meus ille vetustissimus codex, vt videri possit ex Marco & Luca huc translatus, quum in nonnullis etiam veteribus Latinis codicibus desit, nisi repugnaret diuersa cõstructio. Syrus autem interpres hunc quidem habet sed proximè præcedenti præpositum, quo etiam ordine legit & interpretatur Chrysostomus.

15 *Terram*, τὴν ξηράν. Ad verbum, *Aridam*. Sic enim ita dicitur Hebræis ea terræ portio ex qua Deus nostri causa aquas repulit: cuius beneficij recordatio fecit vt hoc nomẽ non inuitus retinerem. Sed & Phanias in Epigrammate εἰς ἰχθύας, τμήματι α. Epigrammatum Græcorum, ξηρὰν aut ξηρὸν ita vsurpat in hoc versiculo, Ἀκτίτα κρημνῶν ... ἐς ξηρὸν ... dixit autem ξηρὸν pro ξηρὰν poëticè: quòd etiam Latinè verti potest Siccum. Virg. *Postquam exhausta palus, terraque ardore dehiscunt, Exilit in siccum.* Et alio in loco *Donec rostra tenent siccum, & sidêre Carina Omnes innocue.* Sed hæc poëtica sunt. ¶ *Proselytum*, προσήλυτον. Ita Græco vocabulo nuncupabantur, qui, patria relicta superstitione, Iudaismum erant amplexi, quasi Aduentitios dicas: quod vocabulum, Theologis etiam Latinis satis familiare, retinendum putauimus. Hebræi quoque suum illud גר [*gher*] quo omnis aduena significatur, ad istos peculiariter transferũt. ¶ *Filium gehennæ*, υἱὸν γεέννης id est exitio & interitu dignum. Vide suprà 5.22. & 8.12. ¶ *Duplo magis*, διπλότερον. Ad verbum, duplicius. Colum. libro primo, capite octauo, sic vtitur absoluto. *Duplicia*, inquit, *ferramenta, quàm seruorum numerus exigit.* i. duplo plura.

16 *Per*, ἐν. Ad verbum *In*: qui Hebraismus est à nobis annotatus suprà 5.34. ¶ *Reus est*, ὀφείλει. Vulgata ad Verbum *Debet*: sicut à Græcis ij quibus imposita est multa, dicuntur οἱ ὀφείλοντες, vel ὀφλήσαντες. sub. pœnam pro quo Latini, Damnas esto. Sed hæc præstat ad Syriacam dialectõ referre,

referre, qua vsus est Dominus. Syriacè autem, qui peccat dicitur חיב, [*chaiab*,] id est debitor: & peccatum חובא [*choba*] id est debitum, vt apparet ex Chaldaica paraphrasi. Gen. 50, 17, & Psalm. 32. Vnde ortum illud dicendi genus, *Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.*

ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ χρυσῷ τοῦ ναοῦ, ὀφείλει.

Μωροὶ καὶ τυφλοὶ, τίς γὰρ μείζων ἐστὶν, ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ ναὸς ὁ ἁγιάζων τὸν χρυσόν;

Καὶ, Ὃς ἐὰν ὀμόσῃ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ δώρῳ τῷ ἐπάνω αὐτοῦ, ὀφείλει.

Μωροὶ καὶ τυφλοὶ, τί γὰρ μεῖζον; τὸ δῶρον, ἢ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον;

Ὁ οὖν ὀμόσας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπάνω αὐτοῦ.

Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ ναῷ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν τῷ κατοικοῦντι αὐτόν.

Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ οὐρανῷ, ὀμνύει ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ καὶ ἐν τῷ καθημένῳ ἐπάνω αὐτοῦ.

Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν· ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.

Ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες.

Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας.

Φαρισαῖε τυφλὲ, καθάρισον πρῶτον, τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν.

Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κε-

templum, nihil est: quicunque autẽ iurauerit per aurum templi, reus est.

17 Stulti & cæci! Vtrum enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum?

18 Et, Quisquis iurauerit per altare, nihil est: quicunque autem iurauerit per donum quod est super ipsum, reus est.

19 Fatui ac cæci! vtrũ enim maius est, donum an altare quod sanctificat donum?

20 Qui ergo iurauerit per altare, iurat per ipsum & per omnia quæ super illud sunt.

21 ‖Et qui iurauerit per templũ, iurat per ipsum & per eum qui habitat in eo.

22 Et qui iurauerit per cælum, iurat per thronum Dei & per eum qui sedet super ipsum.

23 ‖ Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritę, qui decimatis mentham & anethum & cuminum, & omittitis quæ grauiora sunt Legis, iudicium & misericordiam ac fidem: hęc oportuit facere, & illa non omittere.

24 Viæ duces cæci, qui percolatis culicem: camelum autem absorbetis.

25 ‖ Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui purificatis exteriorem poculi patinæque partem, intus autem *illa* plena sunt rapina & intemperantia.

26 Pharisæe cæce, purifica primum quod est intra poculum & patinam, vt id quoque quod èxtra est, purum fiat.

27 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui assimiles

hil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet.

17 *Stulti & cæci, quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum?*

18 *Et, Quicũque iurauerit in altari, nihil est, quicunque autẽ iurauerit in dono quod est super illud, debet.*

19 *Cæci, quid enim maius est? donum an altare quod sanctificat donum?*

20 *Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt.*

21 *Et quicunque iurauerit in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipso.*

3 Reg. 8.13 2. par. 6.2.

22 *Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei & in eo qui sedet super eum:*

23 *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt Legis, iudicium & misericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.*

Luc. 11.42 Hypocritæ in minutis anxij præcipua ex professo negligunt.

24 *Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.*

25 *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem plena sunt rapina & immunditia.*

Luc. 11.39 Hypocritæ de externis plus æquo solliciti, interiora prorsus aspernantur.

26 *Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat & id quod deforis est, mundum.*

27 *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris de-*

17 *Quod sanctificat*, ὁ ἁγιάζων. id est, facit vt aurum pro re sancta habeatur, diuinis nimirum vsibus consecratum. Hæc autem vna est ex significationibus verbi Hebr. קדש, [*kadasch*] quod Græci vertunt ἁγιάζειν, & Latini quoque Theologi Sanctificare.

19 *Fatui ac*, μωροὶ καὶ. Hæc non legi in tribus exemplaribus, neque etiam extant apud Veterem interpretem. Est autem ellipsis è medio petita, ac si dicas, O fatuos & cæcos, vt apparet ex subiecta sententia, desumpta ex Exo. 29, 37.

23 *Decimatis*, ἀποδεκατοῦτε. Id est decimam soluitis, etiam ex minimis, quæ decimari alioqui non consueuerant, nihil interim de iis in quibus propriè posita est pietas, solliciti: Decimas autem etiam istos soluisse mirum non est. Nec enim erant necessariò ex Sacerdotũ ordine: & Leuitæ etiã ipsi decimas decimarũ soluebant sacerdotibus, Num. 18. 26. Decimandi autem verbum similiter accipitur Luc. 18. 12, non pro decimas exigere, vt Hebr. 7.5, sed pro decimas persoluere, sicut vtrumque apud Hebręos eodẽ verbo עשר [*hasar*] significatur. Vide Luc. 11. 32. ¶ *Omittitis*, ἀφήκατε. Vel (vt Vulg. & Eras.) *Reliquistis*. Apparet tamen ex præcedente verbo ἀποδεκατοῦτε, præteritum loco præsentis positũ esse. Ex hoc autem loco apparet, etsi in verbo Dei nihil sit quod negligi debeat, distinguenda tamen esse quæ per se & semper necessaria sint ab iis quorũ non priuatio, sed contemptus nos reos facit. ¶ *Iudicium*, τὴν κρίσιν. Id est quod iustum & æquũ est, in cõmuni vitæ vsu. ¶ *Misericordiã*, τὸν ἔλεον. i. humanitatis officia. ¶ *Fidem*, τὴν πίστιν. i. doctorũ & cõuentorũ cõstantiã ac veritatẽ, vt rectè definit Cic. quod explicãdũ putaui, ad vitandã homonymiã. Nam solet alioquin accipi pro persuasione quę in Christũ recũbit. hîc aũt Christus agit duntaxat de mutuis hominũ inter se officiis.

25 *Patina*, παροψίδος. Vulg. *Paropsidis*: quo vocabulo vtũtur etiam Latini poëtę. Sed paropsis videtur hîc generalius accipi: & in duobus vetustis exẽplaribus legitur τοῦ πίνακος. Quare de paropsidis vsu & forma nullus est hîc, (vt opinor) disserendi locus. Vide (si libet) Athenæum initio libri noni, & Eras. in hunc locum. ¶ *Plena sunt*, γέμουσιν. Plena sunt, videlicet pocula & patinæ. Nã alioqui dicendũ fuerat præposito articulo, τὰ δὲ ἔσωθεν, interiora verò, sicut loquitur Luc. 11. 39. aut certè pro γέμουσιν scribendũ erat γέμει. Ideo suppleui relatiuũ. ¶ *Rapina*, ἐξ ἁρπαγῆς. In quatuor antiquis exẽplaribus legimus ἐξαρπαγῆς coniunctè, & (ni fallor) rectius. Respõdet autẽ hoc vocabulũ Hebręo חמס [*chamas*] quo omne sceleris genus significatur ad interuertẽdas res alienas cõparatum. Itaque latius patet quàm Græcum aut Latinum nomen. ¶ *Intemperantia*, ἀκρασίας. In septẽ vetustis codicibus scribitur ἀδικίας, iniustitia. Vulgat. legit hîc quoque ἀκαθαρσίας. i. immunditia, vt infr. 27. Cæterùm rapinæ & intemperantiæ nomine dapes intelligit, ex alienis interuersis facultatibus comparatas: quibus postea ad luxum abutantur, scelus addentes sceleri.

27 *Assimiles estis*, παρομοιάζετε. Addit aliquid significa-

tioni præpositio περὶ, quam non putaui negligendam.. Vulgata & Erasmus, Similes estis. Id Græci vno verbo exprimunt: Latini assimilare quidem dicunt, sed actiuè.

κονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας.

Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι, ἔσωθεν δὲ μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας.

Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων.

Καὶ λέγετε, Εἰ ἦμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἦμεν κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν.

Ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας.

Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν.

Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης;

Διὰ τοῦτο ἰδού, ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας, καὶ σοφούς, καὶ Γραμματεῖς, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσετε· καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν.

Ὅπως ἔλθῃ ἐφ᾽ ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἥξει ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην.

Ἱερουσαλὴμ Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα

estis sepulcris dealbatis, quæ
extra quidem apparēt speciosa,
intus verò plena sunt ossib. mor
tuorum omnique immunditia.
28 Ita & vos extra quidem appa-
retis hominibus iusti, intus au-
tem pleni estis hypocrisi & le-
gis trangressione.
29 Væ vobis Scribæ & Pharisæi
hypocritæ qui ædificatis sepul
chra Prophetarum, & ornatis
monumenta iustorum.
30 Et dicitis, Si fuissemus tem-
poribus patrum nostrorum, nō
fuissemus eorum socij in cæde
Prophetarum.
31 Itaque testamini aduersus
vosmetipsos, vos esse filios eo-
rum qui Prophetas occiderunt.
32 Vos quoque complete men-
suram patrum vestrorum.
33 Serpentes, progenies vipera-
rum, quomodo effugere possi-
tis cōdemnationem gehennæ?
34 Propterea ecce, ego mitto ad
vos Prophetas, & Sapientes, &
Scribas, & ex ipsis *nōnullos* in-
terimetis & crucifigetis: & ex
ipsis *nonnullos* flagellabitis in
conuentibus vestris, & perse-
quemini oppidatim.
35 Vt veniat super vos omnis
sanguis iustus, effusus super
terrā à sanguine Abel iusti vs-
que ad sanguinē Zachariæ filij
Barachiæ, ‖quem occidistis in-
ter templum & altare.
36 Amen dico vobis, venient
hæc omnia super ætatem istā.
37 ‖Ierusalē, Ierusalē, intercēp-
trix Prophetarum, & lapidatrix

albatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.
28 *Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.*
29 *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum.*
30 *Et dicitis, si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum.*
31 *Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum qui Prophetas occiderunt.*
32 *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.*
33 *Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?*
34 *Ideo ecce, ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes & Scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini ex ciuitate in ciuitatem.*
35 *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, effusus super terram à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare.*
36 *Amen dico vobis, venient hæc omnia super nationem istam.*
37 *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te*

Hypocritæ ex iusto Dei iudicio, seipsos aspergunt dedecore, quum maximè volūt scelera sua tegere.

Hypocritę crudeles.

Exitus eorum qui zeli prætextu Euangelium persequuntur.

2. Par. 24. 22

Luc. 13. 34. Vbi maxima Dei misericordia, ibi summa perfidia, & tandem seuerissima Dei iudicia.

¶ *Dealbatis*, κεκονιαμένοις. id est opere tectorio inductis à κονία, quod calcem & tectorium opus declarat. ¶ *Immunditia*, ἀκαθαρσίας. Vulg. & Erasm. Spurcitia, quod potiùs respondet τῇ ῥυπαρίᾳ.

28 *Hypocrisi*, ὑποκρίσεως. i. simulatione: sed Græcum vocabulum vsitatum retinere malui.

29 *Aedificatis*, οἰκοδομεῖτε. Id est Extruitis. Nam certè sepulchra non sunt ædes. Sic dicunt Græci οἰνοχοεῖν ὕδωρ.

30 *In cæde*, ἐν τῷ αἵματι. Ad verbū In sanguine: quod fuisset, hoc quidem loco, obscurum.

32 *Vos quoque complete*, καὶ ὑμεῖς πληρώσατε Ironicè dictū Est autem Hebræis familiare istud dicendi genus. Pergite vos quoque imitari maiores vestros, vt tandem vestra improbitas ad summum gradum perueniat. Meus codex vetustissimus habet ἐπληρώσατε, impleuistis.

33 *Quomodo*, πῶς. In vno vetere codice scriptum erat πού, id est, quò.

34 *Prophetas*, προφήτας. Vtitur nominibus Iudæorum genti vsitatis, eos designans qui sunt aliis postea nominibus appellati, si prophetarum appellationem excipias. Lucas autem sicut pro ἐγὼ obscurius in tertia persona dicit ἡ σοφία τοῦ θεοῦ Dei sapientia, 11. 49. ita apertius ἀποστόλους pro Sapientibus & Scribis dicit 13. 34. & ita fit vt vicissim vnus ex altero explicetur. ¶ *Ex ipsis [nonnullos]* ἐξ αὐτῶν. Subauditur τινάς i. Nonnullos: quod expressimus etiam in hoc membro. Vide infrà cap. 27. 9.

¶ *Oppidatim*, ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν. Vulgata obscurius ad verbum, *ex ciuitate in ciuitatem*, sicut vulgò dicimus *de ville en ville*.

35 *Vt veniat*, ὅπως ἔλθῃ. Hebræum dicendi genus, quod imitantur quodammodo Latini iurisconsulti, quum dicūt noxam caput sequi. Est autem hæc huius loci sententia, Vt rei & obnoxij sitis: vel, vt in vestrum caput redundet sanguis iustus. ¶ *Sanguis iustus*, αἷμα δίκαιον: id est, iustorum & innocentū cædes. ¶ *Occidistis*, ἐφονεύσατε. In quodam exemplari legimus ἐφόνευσαν, Occiderunt. Assentior autem iis qui hæc referunt ad ea quæ scripta sunt 2. Paral. 24. 21. & Ioiadam binomium fuisse existimant. Quod enim de Zacharia Ioannis Baptistæ patre à nonnullis, licet veteribus interpretibus, dicitur, ne probabile quidem videtur, & idoneo testimonio caret.

39 *Super ætatem istam*, ἐπὶ γενεὰν ταύτην Soleo γενεὰν interpretari gentem in hoc dicendi genere: sed hîc vt infrà 24. 34. aliquid amplius notatur, fore nimirum vt eius ipsius seculi plerique hoc horrendum iudicium Dei experirētur. Incidit enim ipsius vrbis excidium, post alias plurimas huius gentis calamitates, in annum à Christi morte circiter quadragesimum. Est igitur γενεὰ hoc loco quod דור [dor] Hebræis. Vide suprà 11. 16, &c.

37 *Interemptrix*, ἡ ἀποκτείνουσα. id est quæ trucidare consueuisti, quod vt experimerem, sic conuerti hoc participiū vt & alterum sequens, ac si verbalia essent nomina, quæ Enallage est Hebræis familiaris.

¶ Ad

τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;

Ἰδού, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.

Λέγω γὰρ ὑμῖν, Οὐ μή με ἴδητε ἀπ᾽ ἄρτι ἕως ἂν εἴπητε, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

Κεφάλαιον κδ.

ΚΑΙ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ· καὶ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται.

Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ κατ᾽ ἰδίαν, λέγοντες, Εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος;

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ.

Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι.

Μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους, καὶ ἀκοὰς πολέμων· ὁρᾶτε, μὴ θροεῖσθε. δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι· ἀλλ᾽ οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος.

corū qui ad te missi sunt, quo-
ties volui aggregare liberos
tuos ‖ quemadmodum gallina
aggregat pullos suos sub alas,
& noluistis?
38 Ecce, relinquitur vobis do-
mus vestra deserta.
39 Dico enim vobis, nequaquā
me videbitis ab hoc tēpore vs-
quedū dicatis, Benedictus qui
venit in nomine Domini.

CAP. XXIIII.

1 ET ‖ egressus Iesus è tēplo,
abibat: & accesserunt disci-
puli eius, vt ostenderent ei ædi
ficia templi.
2 Iesus autem dixit eis, Nón-
ne conspicitis hæc omnia? amē
dico vobis, hîc nō relinquetur
lapis super lapidem, qui non
dissoluatur.
3 Sedente autem eo in monte
Olearum, adierunt eum disci-
puli priuatim, dicētes, Dic no-
bis, quando hæc erunt, & quod
erit signum aduentus tui, & con
summationis seculi?
4 Et respondēs Iesus dixit eis,
‖Videte nequis vos seducat.
5 Multi enim venient sub no-
mine meo, dicentes, Ego sum
Christus: multósque seducent.
6 Futurum est autē vt audiatis
bella, & rumores bellorū: vide
te, ne turbamini. oportet enim
omnia *hæc* fieri, sed nondum
erit finis.

missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregant pullos suos sub alas, & noluisti?
38 *Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta.*
39 *Dico enim vobis, Non me videbitis amodo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.*

CAP. XXIIII.

1 *ET egressus Iesus de templo, ibat: & accesserunt discipuli eius vt ostenderent ei ædificationes templi.*
2 *Ipse autem respondens dixit illis, Videtis hæc omnia? amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.*
3 *Sedente autē eo super mōtem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secretò dicentes, Dic nobis quādo hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi?*
4 *Et respōdens Iesus dixit eis, Videte ne quis vos seducat.*
5 *Multi enim venient in nomine meo, dicētes, Ego sum Christus: & multos seducent.*
6 *Audituri enim estis prælia & opiniones præliorum: videte, ne turbemini: oportet enim hæc fieri, sed non est finis.*

4. Esd. 1. 30

Mar. 13. 1
Luc. 21. 5. & 19. 44.
Prædicitur vrbis & quidem in primis templi excidium.

Ephes. 5. 6
2. Thess. 2. 3
Ecclesiæ perpetuum erit certamē cum infinitis calamitatibus & offendiculis, atque adeò cū falsis prophetis donec idē victoriæ & triumphi dies aduenerit.

¶ *Ad te*, πρὸς αὐτήν. In vno codice scriptum erat πρὸς σε, vt etiam legit Vulg. Sed tamen & eiusmodi mutationes affixorum quæ vocant Hebræi sæpe apud illos occurrunt. ¶ *Volui*, ἠθέλησα. De externo ministerio loquitur, & quatenus ipse in genere fuerat huic genti seruandæ promissus, de qua etiam fuit peculiariter, iam inde à promissione Abrahamo facta, solicitus. ¶ *Gallina*, ὄρνις. Hoc enim vocabulum generaliter auem declarans, gallinæ per antonomasiam tribuitur, quæ alioqui propriè dicitur ἀλεκτορίς.

39 *Ab hoc tempore*, ἀπ᾽ ἄρτι. Hebraismus מֵעַתָּה [mehatta] Ex nunc. Vulg. ad verbum, *Amodò*. Vide infrà 26. 29.

IN CAPVT XXIIII.

1 *E templo, abibat*, ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ. Sic legit Vulg. vno ex veteribus manuscriptis meis codicibus consentiente, idque rectius quàm vt vulgo legitur, ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, *abibat è templo*.

2 *Iesus autem dixit eis*, ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. In duobus vetustis codicibus scribitur, ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς. id est, ipse verò respondens dixit eis. Eam lectionem sequitur Vetus interpres, quem hoc loco immeritò flagellat Erasmus: quum idem ipse suprà annotarit verbum Respondendi ab Hebræis sæpe impropriè accipi, & habitum inter eos sermonem constet antequam hæc diceret Iesus. ¶ *Nonne* οὐ. Hanc particulam non legit Vetus interpres, & deesse comperimus in quinque vetustis codicibus. ¶ *Dissoluatur*, καταλυθήσεται. In ædificio coniuncti lapides & coagmentati dicuntur dissolui quum diruuntur. Sic loquitur Cic. de Senect. *Opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit natura dissoluit*. Vulg. & Eras. interpretantur, *Destruatur*.

3 *Priuatim*, κατ᾽ ἰδίαν. Vulg. & Eras. *Secretò*: id est ἀπομόνας. ¶ *Aduentus*, παρουσίας à παρεῖναι i. Adesse, pro Aduenire, sicut etiam infrà accipitur vers. 27. Nā propriè non aduentū, sed præsentiam declarat. Sed hîc quispiam nō immeritò quærierit, quinam hæc interrogatio iis conueniat, qui non aliud Messiæ quàm mundanum regnum somniarent, vt ex plurimis historiæ Euangelicæ locis liquet. Respōdeo huic interrogationi occasionem præbuisse Christi sermonem præcedentē, qui proculdubio nō ita paucis verbis fuit ipsis loquutus de templi excidio, sed nōnulla quoque de altero suo aduentu & mūdi totius instauratione disseruerat; quæ cupiunt ipsi sibi postea copiosius explicari, vtpote quæ nō satis intelligerent, ac proinde quibus non ita crederent, vt rebus benè intellectis assentimur. Huius autē responsionis & totius concionis Christi summā doctissimè simul & breuissimè declarat his verbis Tertul. lib. de resurrectione carnis, *Interrogatus à discipulis quādo euentura essent quæ interim de templi exitu eruperat, ordinem temporum primò Iudaicorum vsque ad excidium Ierusalem: dehinc communium vsque ad conclusionem seculi digerit.*

4 *Seducat*, πλανήσῃ. Hîc πλανᾶν accipitur forma cōiugationis Hebrææ Hiphil: nā propriè neutrū est, ideo verti oportuit perinde ac si scriptū esset ἀπατήσῃ. Ho. Iliad. β, οἶμαι μέγα νηπίου. i. ἀπατῶν. vnde apud Latinos Planus pro impostore.

5 *Sub nomine meo*, ἐπὶ τῷ ὀνόματι. Vulg. *in nomine meo*, ambiguè. Sic enim ferè in his libris significatur, qui se à Christo mandatū habere seu verè seu falsò dicūt. Hîc autē vetuos istos dicit Christus, sub ipsius nomine, id est ipsiusmet Messiæ siue Christi nomē vsurpātes, vt Dositheus ille, cuius meminit Theophylactus, item Simō, Theudas, Ægyptius ille, quorū fit mētio in actis Apostolicis: & post hos etiā Manes, delectis etiam duodecim quos Apostolos vocabat, Sic & nostra memoria Monasterienses Anabaptistę idē ausi sūt comminisci: & post illos Dauid Georg. Libertinorū princeps.

6 *Rumores*, ἀκοάς. Vul. *Opiniones*: i. δόξας. Nos sup. 4. 24. ἀκοὴν, Famā conuertimus. Sed quia plurali numero vtendū erat, synonymū quæsiuimus. ¶ *Videte*, ὁρᾶτε. Rectè monet Stephan. noster, post ὁρᾶτε oportere [illegible], vel est, inquit, legēdū μὴ θροεῖσθε. Ego malim μὴ θροεῖσθαι. ¶ *Omnia*, πάντα. In quodā exēplari additur ταῦτα, *Hæc*: quod expressimus. ¶ *Erit*, ἐστὶ. Annotat Eras. sese alicubi legisse ἔσται, erit: quā lectionē maximè probo. Est autē hęc sententia, ne illis quidē peractis finē fore malorum, vt subiectę prædictiones ostendunt & probat experientia. Idem enim erit omnium malorum qui & mundi finis.

Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους.
Πάντα δὲ ταῦτα, ἀρχὴ ὠδίνων.
Τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλίψιν, καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν διὰ τὸ ὄνομά μου.
Καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοί· καὶ ἀλλήλους παραδώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους.
Καὶ πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται, καὶ πλανήσουσι πολλούς.
Καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν.
Ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.
Καὶ κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος.
Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ (ὁ ἀναγινώσκων νοείτω)
Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη·
Ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβαινέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ.
Καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.
Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.
Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος, μηδὲ ἐν σαββάτῳ.

7 Insurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt fames, & pestilentiæ, & terræmotus singulis locis.
8 Hæc autem omnia principiũ *erunt* dolorum *partus*.
9 ‖Tunc tradẽt vos afflictioni, & interiment vos: & eritis exosi omnibus gentib[us] propter nomen meum.
10 Et tunc offendentur multi: & alius alium prodet, & odio habebit alius alium.
11 Et multi pseudoprophetæ exorientur, ac seducẽt multos.
12 Et quoniam multiplicata erit legis transgressio, refrigescet charitas multorum.
13 Sed qui substiterit ad finem vsque, is seruabitur.
14 Et prædicabitur istud Euangelium regni in toto terrarum orbe vt sit testimonio omnibus gentibus: & tunc veniet finis.
15 Quum ergo videritis abominationem illam vastatricẽ, quæ dicta est ‖per Danielẽ Prophetã, positam in loco sancto: (qui *hæc* legit, animũ aduertat.
16 Tunc qui in Iudæa *fuerint*, fugiant in montes:
17 Qui in solario, nón descendat vt tollat quicquam è domo sua.
18 Et qui in agro, non reuertatur retrò vt tollat vestimenta sua.
19 Væ autem grauidis & lactantibus per illos dies.
20 Orate verò ne fiat fuga vestra hyeme, ‖ neque sabbato.

7 *Consurget enim gens in gentem & regnum in regnum: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca.*
8 *Hæc autem omnia, initia sunt dolorum.*
9 *Tunc tradent vos in tribulationẽ, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.*
10 *Et tunc scandalizabuntur multi: & inuicem tradent, & odio habebũt inuicem.*
11 *Et multi pseudopropheţę surgẽt, & seducent multos.*
12 *Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.*
13 *Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*
14 *Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tũc veniet consummatio.*
15 *Quum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto: (qui legit, intelligat)*
16 *Tũc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes:*
17 *Et qui in tecto, non descendat tollere aliquod de domo sua.*
18 *Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam.*
19 *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.*
20 *Orate autem vt nõ fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbatho.*

Supr.10.17 Mar.13.9 luc.21.12 ioh.15.20.& 16.2

Mundo & Satana frustra furentibus vbique propagabitur Euangelium, & qui cõstanter crediderint seruabuntur.

Mar.13.14 Luc.21.20 Dan.9.27

Deleta funditus vrbe Ierusalem, non abolebitur, sed ad fines vsque orbis terrarum protendetur Christi regnum.

Act.1.12

7 *Singulis locis*, κατὰ τόπους. id est passim. Nam κατὰ hoc loco distributiuum est. Vulg. *Per loca*, præpositione non satis expressa. Erasmus, *Variis locis*.

8 *Dolorum* [*partus*] ὠδίνων Mundo videlicet sese ad istos eiiciendos comparante, quos tamdiu velut in vtero gestauerit, vt loquitur Paulus Ro.8.22. nisi per partũ intelligamus significari iudicium illud horrendum subsequuturum quum hæc antecedent, sicut partus dolores ipsum fœtum: siue hęc Christi verba ad vltimum illum diem, siue ad Hierosolymorum excidium referatur.

9 *Gentibus*, ἐθνῶν. In vno codice non additur hoc vocabulum, quo etiam sublato videtur plenior esse sententia.

10 *Prodet*, παραδώσουσι. Vulg. & Eras. ad verbum, *Tradent*. Sed τὸ παραδιδόναι existimo positum ἀντὶ τοῦ προδιδόναι, sicut etiam infrà cap.26.16. Sic etiam Hebræis נתן [*nathan*] non modò tradere, sed etiam prodere significat, vt Ier. 38. 18. ¶ *Odio habebunt*, μισήσουσιν. Hoc quoque commodius Græci vno vocabulo exprimunt quàm Latini. ¶ *Alius alium*, ἀλλήλους. Hoc Græci vno vocabulo exprimunt. Eras. addit, *Inuicem*, quod abundat & magis respondet τῷ ἐναλλάξ.

12 *Multiplicata erit*, πληθυνθῆναι. Vulg. & Eras. *Abundabit*, [illegible].

14 *In toto terrarum orbe*, ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. Ad verbum, *In vniuersa habitabili*. Vulgata, *In vniuerso orbe*: id est, ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ τῆς γῆς. Vocat autem Euangelium regni, felicem de regno cælorum annuntiationem. ¶ *Finis*, τὸ τέλος. Vulgata & Erasmus, *Consummatio*: id est συντέλεια.

15 *Abominationem illam vastatricem*, βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. Vel, *Abominandam vastationem*, ad verbum, *Abominationem desolationis*: qui Hebraismus est obscurior. Sic etiam infrà Apocalypseos cap.17.1. legimus, κρίμα τῆς πόρνης. i. damnationem meretricis illius, pro Damnatã illam meretricem: & alia exempla annotaui Act.5.20. & Ephes.1.14. Est autem locus hic petitus ex Dan.12.11, vbi Hebraicè legimus שקוץ שומם [*schikkuts schomem*] quod etiã interpretari possumus, Abominationem stupendam. Sic autem designat Prophetæ profanationem templi, collocata ibi aquila, & multis patratis quę per Legẽ non licebant: vnde etiam mox secutum est & templi & vrbis & gentis excidium, vt ex historiis apparet. ¶ *Animum aduertat*, νοείτω: vel, *secum consideret*. Vulg. & Eras. *Intelligat*: quæ interpretatio non satis videtur conuenire huic loco, quanuis interdum pro συνιέναι vsurpetur, vt suprà cap.15.17, & 16.11. In Marco autem 8.17, alterum ab altero apertè videtur distingui.

17 *In solario*, ἐπὶ τοῦ δώματος: i. In superiore ædium parte. Vulg. & Eras. *In tecto*. Vide sup.10.27. ¶ *Vt tollat quicquam è domo sua*, ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. In vetustis exemplaribus legitur, ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας, (quomodo etiam legit Theophylactus & Valla) i. ad tollendas res suas quas domi habet.

18 *Retrò*, ὀπίσω. Vel, *rursus*: sicut dixit Virg. *Rursus & incipiant in corpora velle reuerti*. ¶ *Vestimenta*, τὰ ἱμάτια. Vestimẽtum hoc loco generaliter accipitur, cuius latè patet significatio, vt testantur iurisconsulti. Cæterũ in quatuor vetustis exemplaribus legitur in singulari τὸ ἱμάτιον, i. pallium, nimirum quod fugienti in primis necessarium est aduersus aëris iniuriam. Idẽ ergo de cæteris eiusmodi rebus statuẽdum: & significatur summa trepidatio & necessitas fugæ.

20 *Hyeme*, χειμῶνος nẽpe propter tẽpestates incõmodo fuga tẽpore. ¶ *Sabbato*, ἐν σαββάτῳ In quatuor codicibus legimus σαββάτου secũdo casu, sicut paulò antè, χειμῶνος. Fuit autẽ sabbato indicta quies, minimè ad res suas colligendas & fugã idonea. Hoc ipsũ autẽ Iudæis cõtigit, Azymorũ festo obsessis.

21 *Ne-*

Ἔσται γὰρ τότε θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται.
Καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι.
Τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Ἰδοὺ, ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ ὧδε, μὴ πιστεύσητε.
Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα· ὥστε πλανῆσαι (εἰ δυνατὸν) καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.
Ἰδοὺ, προείρηκα ὑμῖν.
Ἐὰν οὖν εἴπωσιν ὑμῖν, Ἰδοὺ, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστὶ, μὴ ἐξέλθητε. Ἰδοὺ, ἐν τοῖς ταμείοις, μὴ πιστεύσητε.
Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.
Ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.
Εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλίψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες

21 Erit enim tunc afflictio magna qualis non fuit à principio mundi ad hoc vsque tempus, neque vnquam fiet.
22 Et nisi decurtati fuissẽt dies illi non conseruaretur vlla caro sed propter electos decurtabuntur dies illi.
23 Tunc si quis vobis dixerit, ‖Ecce, hîc Christus, aut hîc: ne credite.
24 Excitabuntur enim pseudochristi & pseudoprophetæ & edent signa magna & prodigia: ita vt seducant (si fieri possit) etiam electos.
25 Ecce, prædixi vobis.
26 Itaque si dixerint vobis, Ecce, in deserto est: ne egredimini. Ecce, in conclauibus, ne credite.
27 Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & apparet vsque ad Occidentem: ita etiam erit aduentus Filij hominis.
28 ‖Vbicũque. n. fuerit cadauer, illuc congregabuntur aquilæ.
29 ‖ Statim autem post afflictionem dierum illorum, sol obscurabitur, nec edet luna splẽ-

21 *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modò, neque fiet.*
22 *Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret, salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.*
23 *Tunc siquis vobis dixerit, Ecce, hic est Christus, aut illic: nolite credere.*
24 *Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.*
25 *Ecce, prædixi vobis.*
26 *Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire. Ecce, in penetralibus, nolite credere.*
27 *Sicut enim fulgur exit de Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis.*
28 *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.*
29 *Statim autem post tribulationem dierum illorũ, sol obscurabitur, & luna nõ dabit lumen suum, &*

Mar.13.21 luc.17.23

Luc.17,37

Vnicum remedium aduersus mundi furores, sese vnà cum Christo aggregare.

Mar.13.24 luc.21.25 esa.13.10 ezech.32.7 ioel.21.13 & 3.15

21 *Neque vnquam fiet*, οὐδ' οὐ μὴ γένηται. Triplex negatio est adhibita (vt annotat Erasmus) emphaseως causa, quum Latinis contrà vel duplex negatio affirmet. Censet autem idem in annotationibus, verti posse, *Neque fiat*: vt sit abominantis. Atqui si hoc recipiamus, potius scribendum fuerit, οὐδ' οὐ μὴ γένοιτο Ex infinitis verò exẽplis apparet Cõiunctiui præsens in hac constructione pro futuro indicatiui vsurpari ab hoc Euangelista. Id autem verè prædixisse Christum exitus ostendit, quum in ea obsidione testetur Iosephus præter captiuorum 97. millia, perisse hominum vndecies centum millia, cui similis clades nulla in vllis historiis commemoratur.

22 *Non conseruaretur vlla caro*, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ. i. tota gens funditus interiret. Duplex Hebraismus, Non seruaretur, pro, periret. Est enim μείωσις. Nam in his loquutionibus negans particula non cohæret cum signo vniuersali OMNIS, sed cum verbo, vt liquet ex Eph.4.29. & Caro pro Homine synecdoche partis pro toto: & homo pro Iudæo, synecdoche generis, ex quibus illam mutauimus, vt obscuriorem: hanc vt satis visitatam retinuimus.

23 *Aut hic*, ἢ ὧδε. In quodam codice legitur ἢ ἐκεῖ, aut illic: idque rectius.

24 *Excitabuntur*, ἐγερθήσονται: i. exorientur, vt suprà 11.11, ¶ *Et edent signa*, καὶ δώσουσι σημεῖα. Vulg. & Erasm. ad verbum, *Et dabunt signa*. Idem autem valet διδόναι quod ἀποδεικνύειν: id est, palam aliquid designare i[illegible]gne, quod omnibus spectandum proponatur. Sic enim vsurpant Hebræi verbum נתן [*nathan*] interdum, vt Nehem.6.16. ¶ *Seducant*, πλανῆσαι. In quodam exemplari scribitur πλανηθῆναι id est, vt seducantur, vel, (vt conuertit Vetus interpres) In errorem inducantur.

27 *Sicut enim*, ὥσπερ γάρ. De fulgore Euangelij istud accipi debet non de prædicationis celeritate: & seruanda vis est particulæ causalis. Opponitur enim istud deserto ac conclauibus ac si diceret Christus, fore vt perspicuè lucem suam vbique patefaciat post vrbis præsertim excidium, ac proinde cauendos, qui, Christi nomen mentiti, seorsim discipulos cogerent. Rectè igitur Paulus, 2.Cor.4.3. Si opertum est (inquit) Euangelium nostrum, iis qui pereunt opertum est.

28 *Cadauer*, τὸ πτῶμα. Vulgata, *Corpus*: id est, τὸ σῶμα. qua occasione arrepta nonnulli Ecclesiam quam falsò vocant, pro Christo ipso substituũt: quod quidẽ facilè refelli potest etiãsi legamus τὸ σῶμα. Sed certè omnes codices quos mihi videre contigit, scriptum habebant τὸ πτῶμα. Ita etiam habet Theophylactus Romanus, & Theodoritus ἐν τῷ περὶ προνοίας λόγῳ, & ita disertè vertit Syrus interpres tum hoc loco tum Lucæ 17,37. Sed γὰρ nõ legit, nec Vetus etiam interpres. Ego verò retinendum censeo, & ca[illegible]e esse, ita tamen vt non proximo versiculo attexatur, sed & iste versiculus & proximè præcedens, ad admonitionem vers. 26. comprehensam referantur, & ita cohæreat sententia, Si qui insusurrarint hîc aut illic quasi latitantem Christum quærendum, ne credite. Palam enim sese conspiciendum præbebit Christus, vt fulgur ab Oriente ad Occidentem emicans, & terrarum vniuersum orbem irradians: & sicut aquilæ ad cadauer statim aduolant mira sagacitate, ita piis omnibus æquè demum erit concurrendum vbi viuificum mortis Christi nidorem percipient. Est autem prouerbialis quidem hęc loquendi forma, quam etiam illustrat locus Iobi 39.30, sed mirè conueniens Christo crucifixo, veræ & vnicæ notæ ex qua licet veram Ecclesiam, cui nos oportet adiungere, à falsa internoscere, quam vitare nos oportet. ¶ *Aquilæ*, οἱ ἀετοί. Vulgata, *Et aquilæ*: redundante copulatiua. Nec temerè vocantur aquilæ qui Christo aggregãtur, quum nemo cum illo vniatur, nisi qui eius carne & sanguine vescitur, sed mente non dente, id est, fide & spe, quibus velut alis ad ipsum in cælos, porcis deorsum relictis, euehimur. Coloss.3.1.

29 *Statim*, εὐθέως. Hoc est quòd dicitur 2.Pet.3.9, non tardare Dominum. Nec enim hæc referuntur ad id tempus quo discipulos alloquebatur Christus, neque ad tempora mox sequutura Ierosolymorum excidium, quem sermonem finiit vers.22. inchoatum vers. 15. sed persequutiones illas respicit quibus exerceri Ecclesiam oportet ad illum vsque diẽ de quo hîc demũ incipit disserere Christus, ita vt non sint ista signa metaphoricè sed propriè accipienda. ¶ *Potestates cælorum*, αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν. Aut (vt alij vertunt) *Virtutes*, modò intelligas non ἀρετάς, sed δυνάμεις scriptum esse. Cæterùm existimo ex Hebręorũ idiotismo Potestates cælorum pro ipsis cęlis potentibus dici Hebraica hypallage, de qua vide Eph.1.14. & Act.5, 20. Nolui tamen temerè quicquam immutare. Sed potentes cęlos dici existimo tum ob illorum corporum inenarrabilem firmitatem, tum etiam ob illorum minimè vanam in moderanda inferiorum corporum temperie facultatem.

πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αἱ δυνά-
μεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.
30 Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ
τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τότε κό-
ψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ὄψον-
ται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ
τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως
καὶ δόξης πολλῆς.
31 Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ
σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης· καὶ ἐπισυνά-
ξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων
ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων
αὐτῶν.
32 Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παρα-
βολήν· ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται
ἁπαλός, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ, γινώσκετε
ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος·
33 Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε πάντα ταῦ-
τα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις.
34 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γε-
νεὰ αὕτη ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται.
35 Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ
δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.
36 Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥ-
ρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρα-
νῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος.
37 Ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται
καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.
38 Ὥσπερ γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς
πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τρώγοντες καὶ πί-
νοντες, γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες, ἄχρι

dorem suum, & stellæ cadent è
cælo, & potestates cælorum
concutientur.
30 Tunc apparebit signũ Filij
hominis in cælo: & tunc om-
nes tribus terræ plangent, &
videbũt Filiũ hominis venien-
tem in nubibus cæli cum po-
tentia & gloria multa.
31 Is verò mittet Angelos suos
cum tubæ voce magna, & ag-
gregabunt electos eius à qua-
tuor ventis, à cælorum extre-
mo ad eorum extremum.
32 A ficu autem discite para-
bolam: quum iam ramus eius
tenerescit, & folia germi-
nant, nostis propè esse æsta-
tem:
33 Ita & vos, quum videritis
hæc omnia, scitote *illum* propè
esse & ad fores.
34 Amen dico vobis, nequa-
quam preterierit ætas hæc vs-
quedum omnia ista facta sint.
35 Cælum & terra præteri-
bunt: sermones autem mei ne-
quaquam præteribunt.
36 De die autem illo & hora
nemo scit, ne Angeli quidem
cælorũ, sed pater meus solus.
37 Sicut autẽ *erant* dies Noe, ita
erit & aduentus Filij hominis.
38 Sicut enim diebus qui præ-
cesserunt diluuium, edebant &
bibebãt, vxores ducebãt & nu-

stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur.
30 *Et tunc parebit signum Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & maiestate.*
31 *Et mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum.*
32 *Ab arbore autem fici discite parabolam: quum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est æstas.*
33 *Ita & vos, quum videritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis.*
34 *Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc donec omnia hæc fiant.*
35 *Cælum & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt.*
36 *De die autẽ illa & hora nemo scit, neque Angeli cælorum, nisi solus pater.*
37 *Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus Filij hominis.*
38 *Sicut enim erãt, in diebus ante diluuiũ comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradẽtes, vsque*

Impiorum securitatem æterna condẽnatio, piorum autem miserias perpetua felicitas suo tempore excipiet.
Apoc.1.7
dan.7.13.
zachar.12.10
1. Cor.15.51
1.thes.4.16

Si Deus certũ ordinem naturæ præscripsit, multò magis suis æternis iudiciis: sed eum non intelligunt, at etiam irrident impij, pij verò obseruant & expectant.
Mar.13.32
Iam incipit Dominus iudicium quod tãdem complebit.
Satis sit nobis scire constitutum esse à Deo vltimum diẽ instaurationis. Quando enim is sit futurus nostro bono occultauit, vt tantò magis vigilemus, ne deprehendamur, sicut olim accidit in diluuio.
Luc 17.26
gen.7.5
1.pet.3.20.

¶ *Concutientur*, σαλευθήσονται: vel vacillabunt, instar fluctuantis nauis in mari. Vulg. & Eras. *Commouebuntur*: quod non tantam habet emphasin: respondet enim τῷ κινεῖσθαι.

30 *Signum*. τὸ σημεῖον. Qui hoc referunt ad crucis signum, mihi quidem videntur sine ratione loqui. Describitur enim mox quod sit futurum hoc signum, summa gloria videlicet, & maiestas, quæ testabitur Christum illum dominum cæli & terræ (qui, quo tempore hæc dicebat, inter vulgares homines censebatur, ac nunc quoque in suis mẽbris contemnitur) aduentare, vt orbem terrarum iudicet. ¶ *In cælo*, ἐν τῷ οὐρανῷ. In vno codice legimus, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, Qui est in cælis. ¶ *Omnes tribus*, πᾶσαι αἱ φυλαί, i. omnes gentes, seu populi. Alludit enim vel ad dispersionem quæ refertur Gen.10.& 11, vel ad Israëliticæ gentis distributionem. ¶ *Plangent*, κόψονται Ouid. *Plangere nuda meis conabar pectora palmis*. Inde factum vt pro lugere accipiatur absoluta significatione.
¶ *In nubibus*, ἐπὶ τῶν νεφελῶν: vel, supra nubes, i. nubibus insidentem: quomodo etiam sublatus est in cælum, & diuinissimè describitur Psal.50, & 104. Est autem totus hic locus translatus ex Danielis 7, & Zachariæ 12.

31 *Voce*, φωνῆς. In quatuor codicib. vetustis scribitur μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς μεγάλης, cum tuba & voce magna: quomodo conuertit Vetus interpres. ¶ *A cælorum extremo ad eorum extremum*, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν. i. ab vno extremo ad alterũ. siue, à toto terrarum orbe qui cælo tegitur. Vulg. & Eras. obscurè, *A summis cælorum vsque ad terminos eorum*, quã interpretationem meritò Valla reprehendit. Hoc dicendi genus etiam reperies Deut.4.32. & 28.64.

32 *Ficu*, συκῆς. Vulg. *Arbore fici*: quomodo etiam suprà 21.19 quia ficus Latinis est anceps. Sed hanc ambiguitatem tollunt ea quæ sequuntur. ¶ *Parabolam* τὴν παραβολήν. Eras. *Similitudinem* nequis (ait) somniet ficũ parabolas dicere. Sed hæc certè ambiguitas vocis vix cuiquam in mentem veniat, vtpote nimium absurda. neque est hîc amphibolia, quæ est constructionis, sed homonymia vocis τὴν, quæ non docentẽ, sed doctrinam ipsam seu doctrinæ materiem declarat. Quum autem articulus & hoc loco & Mar.13.28. contra Græcæ linguæ vsum exprimatur, vt mihi concedent omnes vel mediocriter Græcè periti, puto illum omnino ex Hebræorum idiotismo respõdere literæ ה [He] quam notificatiuã vocant, vt idem valeat atque ταύτην, eius parabolæ commendandæ causa. ¶ *Tenerescit*, ἁπαλός: vel potius euadit leuis. Hoc enim refero ad corticem & librum, cuius læuor indicat succum illum vitalem è radice ad librũ euasisse: quod vernaculo sermone dicimus, *quand la seve est montee*. Eras. ad gemmam refert, eodem manente sensu. ¶ *Germinat*, ἐκφύῃ, vel Edit. Accipitur autem illud etiã transitiuè: quum apud Plinium libr. 7. cap. 6, dicatur fœtus capillũ germinare: metaphora ab arboribus sumpta. Vulg. *Nata*. Erasmus, *Enata*. Id est, ἐκφύηται. Ego verò malo actiuè accipere.

34 *Amen*, ἀμὴν. In quibusdam exemplaribus additur δὲ *autem*. ¶ *Ætas*, γενεά. Vulgata ad verbum *Generatio*. Sed γενεά (vt obseruat Erasm.) pro eo hîc vsurpatur quod Latini ætatem vel seculum vocant: velut quum dicitur Nestor τρεῖς γενεάς, tres ætates vixisse. Vide suprà 11.16. & 23.36. ¶ *Omnia hæc*, πάντα ταῦτα, quæ videlicet de gentis & vrbis excidio prædixerat: siquidem excisa est vrbs anno à morte Christi 38. Quòd si quis vrgeat particulam vniuersalem, vertere licebit *Fiant*, omnia videlicet quę vltimum illum diem præcessura dixit. Nam ab eo tempore cœperunt fieri, & adhuc perseuerant illa signa, suo demum tempore filio hominis venturo.

36 *Et hora*, καὶ τῆς ὥρας. In vno codice scribitur, ἢ τῆς ὥρας, vel hora. ¶ *Sed*, εἰ μὴ. Vulg. & Eras. ad verbum, *Nisi*. Vide suprà 12.4.

38 *Edebant*, τρώγοντες: id est ἐσθίοντες, quum illud propriè de brutis dici velint Grammatici: vt etiam videatur magna esse huius verbi emphasis, quo significatur homines brutorum instar fore ventri deditos. Nam alioqui edere & bibere, per se non est vitium.

ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτόν.
39 Καὶ οὐκ ἔγνωσαν ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυ-
σμὸς, καὶ ἦρεν ἅπαντας, οὕτως ἔσται καὶ ἡ πα-
ρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.
40 Τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς
παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται.
41 Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι, μία
παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται.
42 Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ
ὥρᾳ ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται.
43 Ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκο-
δεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχε-
ται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυ-
γῆναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ.
44 Διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς γίνεσθε ἕτοιμοι· ὅτι ᾗ
ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.
45 Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος, καὶ φρόνι-
μος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς
θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι αὐτοῖς τὴν
τροφὴν ἐν καιρῷ;
46 Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν
ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως.
47 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑ-
πάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν.
48 Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ κακὸς δοῦλος ἐκεῖνος ἐν
τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, Χρονίζει ὁ κύριός μου
ἐλθεῖν.
49 Καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους,
ἐσθίειν δὲ καὶ πίνειν μετὰ τῶν μεθυόντων·
50 Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν
ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ
γινώσκει.
51 Καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος
αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ ἔ-
σται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόν-
των.

ptum dabant, ad eum vsque diẽ
quo ingressus est Noë in arcã:
39 Nec agnouerunt diluuium
vsque dum venisset, & sustulis-
set omnes: ita erit & aduentus
Filij hominis.
40 Tũc duo erũt in agro: vnus ac-
cipietur, & alter relinquetur.
41 Duæ *erunt* molentes in pistri-
no: vna accipietur, & altera re-
linquetur.
42 Vigilate ergo, nescitis e-
nim qua hora Dominus vester
venturus sit.
43 Illud autem scitote, si sciret
paterfamiliâs qua vigilia fur
venturus sit, vigilaret, nec sine-
ret perfodi domum suam.
44 Propterea & vos estote pa-
rati: quia qua hora non puta-
tis, Filius hominis vẽturus est.
45 Quis igitur est fidelis ser-
uus & prudens, quem consti-
tuit dominus supra famulitium
suum, vt det illis alimentum in
tempore præstituto?
46 Beatus seruus ille, quem, quũ
venerit dominus eius, inuene-
rit ita facientem.
47 Amen dico vobis, super o-
mnia quæ ipsi suppetunt, con-
stituet eum.
48 Quòd si dixerit seruus ille
malus in corde suo, Differt
dominus meus aduentum:
49 Cœperitque cædere conser-
uos, quinetiam edere & bibe-
re cum ebriis:
50 Veniet dominus serui illius
die quo non expectat, & qua
hora non nouit.
51 Et separabit eũ, ac partem ei
statuet cum hypocritis: illic e-
rit fletus & stridor dentium.

ad eum diem quo intrauit Noe in arcam:
39 *Et non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus Filij hominis.*
40 *Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur.*
41 *Duæ molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur.*
42 *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit.*
43 *Illud autẽ scitote, quoniam si sciret paterfamiliâs qua hora fur vẽturus esset vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam.*
44 *Ideo & vos estote parati: quia nescitis qua hora, Filius hominis venturus est.*
45 *Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore?*
46 *Beatus ille seruus, quem, quum venerit dominus eius, inuenerit sic facientẽ.*
47 *Amen dico vobis quoniam super omnia bona sua constituet eum.*
48 *Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, Morã facit dominus meus venire.*
49 *Et cœperit percutere cõseruos suos, manducet autem & bibat cũ ebriosis:*
50 *Veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat.*
51 *Et diuidet eum, partémque eius ponet cũ hypocritis: illic erit fletus & stridor dentium.*

Luc.17.35
1.thes.4.17.
Aduersus eos qui sibi pollicentur Deum omnibus fore misericordẽ, vt securè interea delicientur.
Mar.13.35
Luc.12.39
1.thes.5.2
apoc.16.15
Exemplum horrendæ hominum securitatis in iisdem quibus illos oportuit maximè esse solicitos.
Luc.12.42
Suprà 13.42
infrà 25.30.

39 *Agnouerunt*, ἔγνωσαν. Vulg. *Cognouerunt*, Atqui Noë quem Petrus (2.Pet.2.5.) præconem iustitiæ vocat, hoc illos minimè celarat, arcã etiam suam illam extruens. Cognouerunt igitur isti diluuium sequuturum dici à Noë, sed alij irriserunt non credentes, alij suis voluptatibus intenti non animaduerterunt: nulli denique illorum quod vel inuiti norant, agnouerunt.

40 *Accipietur*, παραλαμβάνεται. Præsentia pro futuris, vt apparet ex Luca.17.34.

41 *Pistrino*, μύλωνι. In tribus codicibus legitur μύλῳ, eodem sensu. Vulg. & Eras. *Mola* i. μύλῃ. Cõsueuisse verò mulieres tum apud Græcos, tum apud barbaros molere & coquere, apertè constat ex Plutarcho qui in libro problematum Romanorum quærit cur id apud Romanos fieri non soleret. ¶ *Relinquetur*, ἀφίεται, i. ἀφεθήσεται. Quidam codex addit δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται, *Duo erunt in lecto vno: vnus accipietur, & alter relinquetur*. Relinqui verò significat, deseri periturum.

43 *Qua vigilia*, ποίᾳ φυλακῇ Ad verbum, *Qua custodia*. Vide suprà 14, 25. Vulg. & Eras. *Qua hora* ποίᾳ ὥρᾳ.

44 *Non putatis*, οὐ δοκεῖτε. Vulgata, *Nescitis*, οὐκ οἴδατε. Vide suprà 3.9.

45 *Quis igitur*, τίς ἄρα. Vulg. *Quis putas*. Eras. *Quisnam*, Ego verò existimo particulam ἄρα ita adhiberi in huiusmodi interrogatione vt ex superiore sermone nascẽte cõclusionẽ declaret, vt suprà 19.25. alioqui nõ video quomodo hæc cohæreant. ¶ *Famulitium*, θεραπείας. In quodam codice legitur οἰκετείας, eodem sensu. Vulg. *Familiam*: nimiũ generali nomine. Nomine verò τῆς τροφῆς demensum significatur.

48. *Differt aduentum*, χρονίζει ἐλθεῖν, Vulgata, *Moram facit venire*. Erasmus, *Cunctatur venire*.

49 *Conseruos*, συνδούλους. Quatuor codices addunt αὐτοῦ Suos, vt vertit Vetus interpres. ¶ *Quinetiam edere*, ἐσθίειν δὲ. Sic puto vertendam hanc particulam hoc loco: in quo dicendi genere disertiores Græci dixissent, καὶ ἐσθίειν δέ. Erasmus in annotationibus legit ἐσθίειν τε. In quatuor autem exemplaribus & Theophilacto scribitur ἐσθίῃ δὲ καὶ πίνῃ, Edat autem & bibat: quod legit Vetus interpres.

51 *Separabit eum*, διχοτομήσει αὐτὸν. Vulg. *Diuidet*. Erasm. *Dissecabit*. Et certè hæc est propria huius vocabuli significatio: vnde luna διχότομος dicitur, quum dimidiata lucet. Sed quod proximè sequitur, omnino declarat διχοτομεῖν hoc loco vsurpari pro ἀφορίζειν. Significatur enim fore vt Dominus eum seruum non habeat in reliquorum numero, sed separatum ita tractet vt dignus est. Hom. Iliad. α, τώγ' ὣς βουλεύοντο διέτμαγεν: id est, διεχωρίσθησαν: quum propriè διατμήγειν declaret τὸ διχοτομεῖν. i. διακόπτειν καὶ διαιρεῖν. Alij putant grauissimũ supplicium hoc vocabulo declarari: cuius exemplum habemus 1.Sam.15.33, & Dan.3.29. sed vera est prior explicatio. ¶ *Ac partem ei statuet cum hypocritis*, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει Hebraismus, pro, Ita tractabit vt solent serui qui boni videri malunt quàm esse. Videtur autem sumptum hoc dicendi genus à dominorum consuetudine in demenso seruis & ancillis assignando, prout se fidos præstabant. Vulgata & Erasmus. *Ponet partem eius cum hypocritis*.

Petenda est à Deo virtus qua nos per tenebras incedentes ad metam vsque veluti fax deducat: alioqui si fastidio torpescamus, ipsi quoque excludemur.

Κεφάλαιον κε.

1 Τότε ὁμοιωθήσεται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις, αἵτινες λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας αὐτῶν ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου.

2 Πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, καὶ πέντε, μωραί.

3 Αἵτινες μωραὶ, λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας ἑαυτῶν, οὐκ ἔλαβον μεθ' ἑαυτῶν ἔλαιον.

4 Αἱ δὲ φρόνιμοι ἔλαβον ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτῶν, μετὰ τῶν λαμπάδων αὐτῶν.

5 Χρονίζοντος δὲ τοῦ νυμφίου, ἐνύσταξαν πᾶσαι, καὶ ἐκάθευδον.

6 Μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν, Ἰδοὺ, ὁ νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ.

7 Τότε ἠγέρθησαν πᾶσαι αἱ παρθένοι ἐκεῖναι, καὶ ἐκόσμησαν τὰς λαμπάδας αὐτῶν.

8 Αἱ δὲ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον, Δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν, ὅτι αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται.

9 Ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι, λέγουσαι, Μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἀγοράσατε ἑαυταῖς.

CAP. XXV.

1 TVnc erit simile regnum cælorum decem virginibus, quæ sumptis lampadibus suis exierunt in occursum sponsi.

2 Quinque autem ex eis erant prudentes, & quinque, fatuæ.

3 Quæ erant fatuæ, sumptis lampadibus suis, non ceperant oleum secum:

4 Prudentes verò ceperant oleum in vasis suis vnà cum suis lampadibus.

5 Morante autem sponso, nictarunt omnes, ac dormierunt.

6 Media verò nocte clamor ortus est *dicentium*, Ecce, sponsus venit, exite in occursum eius.

7 Tunc surrexerunt omnes illę virgines, & adornarunt lampades suas.

8 Fatuæ verò prudentibus dixerunt, Date nobis ex oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur.

9 Responderunt autẽ prudentes illæ, dicentes, *Nequaquam*, ne non sufficiat nobis & vobis: ite verò potius ad eos qui vendunt, & ipsæ vobis emite.

CAP. XXV.

1 *TVnc simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ.*

2 *Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.*

3 *Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum.*

4 *Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.*

5 *Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt.*

6 *Media autem nocte clamor factus est, Ecce, sponsus venit, exite obuiam ei.*

7 *Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas.*

8 *Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro: quia lampadès nostræ extinguuntur.*

9 *Responderunt prudentes, dicentes. Ne fortè non sufficiat nobis & vobis ite potius ad vendentes & emite vobis.*

IN CAP. XXV.

1 *Lampadibus*, τὰς λαμπάδας. siue *lucernis*. Nec enim faces siue funalia intelligit, quę tamen etiam lampadum nomine apud Græcos intelliguntur, sed eas lucernas quæ vasculis imposito elychnio, oleo fouentur. Scopus autem huius parabolæ atque item sequentis est, ostendere quid sit piis agendum, tantisper dum aduentatem Dominũ expectant. Primùm quidem vt vnusquisque sit suæ fouendæ fidei intentus. Deinde vt donis pro vocationis ratione à Deo nobis concessis sedulò ad ipsius gloriam lucrifaciendo proximos exercendis vacemus. ¶ *Sponsi*, τοῦ νυμφίου, Vulgata addit, *Et sponsæ*, καὶ τῆς νύμφης. Solebat autem nuptiarum pompa noctu fere celebrari, idque à puellis. Per sponsum verò Christum ipsum intellige, vt vocatur passim à Paulò, ac præsertim Ro.7.4, & Eph.5. vt & apud Prophetas. Virginum denique appellatione significantur omnes Euangelium professi, qui adueniente Domino partim resurrexerint, partim viui fuerint deprehensi, omnes hîc dicti virgines quòd idololatriæ & huius seculi pollutionibus se renuntiasse professi fuerint. 2.Cor.11, in quorum numero qui temporariã duntaxat fidẽ habuerint, & prę negligẽtia fidẽ meditatione verbi Dei & precibus fouere, & (vt loquitur Paulus 2.Tim.1.6) ἀναζωπυρεῖν destiterint in medio itinere, fidei elichnio extincto deficient, cæteris Christo occursuris, & cum eo in æternum regnaturis, 1 Thes.4.17. Itaque pari ratione, lampadum quidem nomine verbũ Dei fide in cordibus nostris veluti accẽsum, & gressus nostros dirigẽs. per oleum verò Spiritus sancti gratiam assiduis precibus in nobis perseuerantem, qua fides hæc fouetur, intelligimus.

5 *Nictarunt*, ἐνύσταξαν: *dormitarunt*, Vt vulgata, & Erasmus, sensu rectè expresso. Vt in illo Flacci, *quandoque bonus dormitat Homerus*, & Plutarchus in vita Ciceronis, νυστάζειν, inquit, *quandoque videtur Demosthenes Ciceroni*. Nos vulgo dicimus *sommeiller*. Nam τὸ νυστάζειν, est propriè oculis somno grauatis conniuere: tamen quum sequatur ἐκάθευδον, proprium verbum Latinum vsurpare malui. ¶ *Omnes*, πᾶσαι. Quis enim vigilat vt oportuit? Sed excitati tamen electi, animum recipiunt, vt qui hodie voce veluti renati Euangelij seriò expergesiunt.

6 *Media verò nocte*, μέσης δὲ νυκτός. id est profundissima, qualem videlicet Mahumedes in orientem, Antichristus Romanus in occidentem inuexit, vt compleatur quod dixit Dominus Luc.18,8. Quod autem in hunc locum scribit Hieronymus, solitos Christianos in vigilia Paschæ, propterea non dimitti ante mediam noctem exactam, idque ex Iudaica traditione, qua dicitur Christus media nocte venturus, fundamento caret. quamuis Christum quidem constet venisse, id est natum esse nocte, vt ex historia liquet Luc.2.8, Sed alterius aduentus nemo scit diem neque horam, suprà 24,36.

7 *Adornarunt*, ἐκόσμησαν. i. κατεσκεύασαν. Inde κοσμήτορες λαῶν apud Homerum dicuntur Duces, ab instruendis ac disponendis copiis.

8 *Date*, Δότε. Sic frustra doceri petent qui prædicationis tempus neglexerint.

9 [*Nequaquam*,] *ne non sufficiat*, μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ: vel (vt legimus in quatuor codicibus) μήποτε μὴ οὐκ ἀρκέσῃ. Est autem μήποτε particula non tam percontantis quàm addubitantis, vt obseruat doctissimus ille Budæus, prolatis exemplis. Ego verò præterea puto ellipticum esse dicendi genus, & supplendum aliquid pro ratione eius de quo agitur: sicut fecit Erasmus hoc loco. Vulgata, *Ne fortè non sufficiat*. Cæterùm in vno codice pro πορεύεσθε δὲ μᾶλλον, scribitur, πορεύεσθε μᾶλλον: quam lectionem si sequamur, nulla erit ellipsis. Ita enim licebit omnia connectere, *Ne non sufficiat nobis & vobis ite potius*, &c. Sic autem significatur tempus illud præteriisse mutuæ fidei communicationis. Iam enim aduenire illum apud quem vnusquisque sit sua fide victurus. ¶ *Ite potius*, πορεύεσθε δὲ μᾶλλον. Salsa est derisio non cohortatio. Nec enim pecuniã emitur hoc oleum, sed gratuito datur in tempore beneplaciti, Esa. 55.1, & 61.2. vt si hodie Christo adueniente (cuius etiam dies non procul videtur abesse) pij, rogitantibus hypocritis Christianis, gratiam Euangelij à se iam pertinaciter neglecti, sibi communicari, respondeant, Nobis nunc non de vobis sed de nobisipsis cogitandum est. Ite potius ad vestros illos Sacrificos & Pontifices: & venias ac merita sanctorum ab ipsis emito.

10 Ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος· καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους· καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα.

11 Ὕστερον δὲ ἔρχονται καὶ αἱ λοιπαὶ παρθένοι, λέγουσαι, Κύριε, κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν.

12 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς.

13 Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν, οὐδὲ τὴν ὥραν ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

14 Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

15 Καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ, δύο, ᾧ δὲ ἕν, ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν· καὶ ἀπεδήμησεν εὐθέως.

16 Πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα.

17 Ὡσαύτως καὶ ὁ τὰ δύο, ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο.

18 Ὁ δὲ τὸ ἓν λαβὼν, ἀπελθὼν ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ κυρίου αὐτοῦ.

19 Μετὰ δὲ χρόνον πολὺν ἔρχεται ὁ κύριος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ συναίρει μετ' αὐτῶν λόγον.

20 Καὶ προσελθὼν ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, προσήνεγκεν ἄλλα πέντε τάλαντα λέγων, Κύριε, πέντε τάλαντά μοι παρέδωκας, ἴδε, ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.

21 Ἔφη δὲ αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, Εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χα-

10 Quũ autem abirent emptum, venit sponsus: & quæ paratæ erant, introierunt cum eo ad nuptias: & clausum est ostium.

11 Postea verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes, domine, domine, aperi nobis.

12 Ipse verò respondens ait, Amen dico vobis, non noui vos.

13 ‖Vigilate itaque, quia neque illum diem, neque illam horã scitis, qua Filius hominis veniet.

14 ‖ *Ita* enim *est* vt *quum* quispiam peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit eis quæ sibi suppetebant.

15 Et huic quidem dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum: vnicuique secundum ipsius facultatem: & peregrè profectus est statim.

16 Profectus autem qui quinque talenta acceperat, negotiatus est ex iis: & fecit altera quinque talenta.

17 Itidem & qui duo acceperat, lucratus est & ipse altera duo.

18 Qui autem vnum acceperat, abiit & defodit *illud* in terram, & occultauit pecuniam domini sui.

19 Post multũ verò tempus venit dominus seruorum illorũ, & confert rationem cum eis.

20 Tunc accedens is qui quinque talẽta acceperat, attulit altera quoque talẽta, dicens, Domine quinque talẽta tradidisti mihi, ecce, altera quinque talẽta lucratus sum ex iis.

21 Dixit autẽ ei dominus eius, Bene *est*, serue bone & fidelis: in exiguo fuisti fidelis, super multa te constituam: ingrede-

10 *Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: & clausa est ianua.*

11 *Nouissimè veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine, domine, aperi nobis.*

12 *At ille respondens ait, Amen dico vobis, nescio vos.*

13 *Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.*

14 *Sicut enim homo peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.*

15 *Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum: vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim.*

16 *Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque.*

17 *Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo.*

18 *Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui.*

19 *Post multum verò temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis.*

20 *Et accedẽs qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens, Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce, alia quinque superlucratus sum.*

21 *Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium*

Suprà 24.43
Mar.13.33

Luc.19.12
Christus testatur magnum quidem fore interuallum inter suum ad Patrem discessum & reditũ ad nos, sed se nihilominus eo die subductorum rationes accepti & expensi: non modò cũ rebellibus sed etiã cũ suis domesticis, qui acceptis donis præ ignauia vsi non fuerint.

10 *Ad nuptias*, εἰς τοὺς γάμους. præpositio εἰς declarat nomine τῶν γάμων hîc significari (vt etiam vertit Syrus interpres) locum ipsum celebrandis istis nuptiis. i. beatæ vitæ in sempiternũ fruendæ destinatũ. qui nobis nunc est (durantibus adhuc nimirũ sponsalibus) oculis fidei considerandus.

13 *Qua Filius hominis veniet*, ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Hæc non legit Vetus interpres, neque reperimus in tribus vetustis codicibus.

14 [*Ita*] *enim* [*est*] *vt*, &c. ὥσπερ γὰρ &c. Res ipsa ostẽdit hoc dicendi genus petitum esse è medio, ac proinde supplendũ esse aliquid vt iusta sit loquutio. Vulg. & Eras. *Sicut enim homo*: admodũ obscurè. Vide Mar.13.34. ¶ *Peregrè proficiscẽs*, ἀποδημῶν. In cælum videlicet ascendẽs ad patrem, ac proinde à nobis corpore absens, qua ratione dicimur vicissim ab illo abesse 2.Cor.5. fide tamen cum illo per spiritus arrhabonem coniunctissimi. ¶ *Tradidit eis*, παρέδωκεν αὐτοῖς. Ascendens enim in cælũ dona dat hominibus 1. Cor 12.7, & Eph.4.8, quorum rationem exiget vltimo illo die.

15 *Ipsius facultatem*, τὴν ἰδίαν δύναμιν. Vulg. *Virtutẽ*: quod non conuenit huic loco. Facultatẽ enim hîc appellat prudentiam & peritiã in negotiando, humano morę loquens: quum alioqui vt gratuitum est donum, ita non nisi per alteram gratiã eo bene vtamur, ἰδίαν autem, quod alij interpretantur propriam, malui pro relatiuo αὐτοῦ accipere, vitato etiam reciproco propter amphiboliam. Hoc est autem quod Gallico idiotismo dicimus, *selon sa portee*.

16 *Negotiatus est*, εἰργάσατο. Propriè ἐργάζεσθαι, in hoc genere dicitur non quisquis negotiatur, sed is demum qui lucrum facit. id est, de ipsius laboris fructu, sicut etiam accipitur infrà Luc.19.16. & Herodotus in Clio, μεγάλα χρήματα ἐργασάμενος. Hîc autem generaliter accipitur pro πραγματεύεσθαι. Plinius medicos dicit animas negotiari, eadem significatione. Arist. οἰκονομικῶν β, τὸ δέκατον μέρος παρ' ἑκάστου ἔλαβε, τοῖς δὲ λοιποῖς [illegible] ἐργάζεσθαι. & Demosth. κατὰ Διονυσίου [illegible] ἐργάσασθαι τῷ αὐτῷ ἀργυρίῳ vnde ἐνεργὰ χρήματα. quibus opponitur apud Iurisc. otiosa pecunia. Neq; tamen fœnerationes iniquas aut Euangelij cauponatores, magis approbat Christus, quàm furtum laudat quum dicit se venturum vt furem. Vulg. ad verbum, *Operatus est*: quod verbum Latini hac significatione (quod sciam) nunquam vsurpant. Galli dicunt, *trafiquer ou practiquer*. ¶ *Ex iis*, ἐν αὐτοῖς. Vulg. ad verbum, *In eis*, Eras. *Per ea*. ¶ *Fecit*, ἐποίησεν. Cic.4. in Verrem, *Quibusnam*, inquit, *rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniã facere posset*. Eras. *Confecit* In duobus autem exẽplarib. scribitur ἐκέρδησεν lucratus est: sicut cõuertit Vet. interpr.

18 *Abiens*, ἀπελθών. Redundat illud ex heb. idiotismo, & deest in duobus codicibus.

20 *Ex iis*, ἐπ' αὐτοῖς, vel *per ea*, vt rectè vertit Eras. Nam in quibusdã etiã codicibus scribitur, ἐν αὐτοῖς. Itaque nolui ἐπὶ interpretari pro παρὰ, i. præter. Vetus autẽ interpres hęc non legit: quia videlicet non ἐκέρδησα, sed ἐπεκέρδησα scriptum habuit, i. Superlucratus sum, vt ipse conuertit.

21 *Bene [illegible]*, id est, καλῶς ἔχει Nam subauditur verbum, quod expressimus declarationis causa. Vulgata, *Eu-*

ge: id est: ὕψει: quod nusquam reperi scriptum in Græcis codicibus. ¶ *Ingredere in gaudium*, εἴσελθε εἰς τὴν χαράν. Hebræum dicendi genus, quasi diceret, Adesdum vt fructum percipias benignitatis meæ, & re ipsa sentias quàm gratum sit mihi officium tuum. Simile dicendi genus habes Psal.69.28.

χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

22 Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα λαβὼν εἶπε, Κύριε, δύο τάλαντά μοι παρέδωκας, ἴδε, ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.

23 Ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, Εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

24 Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὸ ἓν τάλαντον εἰληφὼς εἶπε, Κύριε, ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας.

25 Καὶ φοβηθεὶς, ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τάλαντόν σου ἐν τῇ γῇ. ἴδε, ἔχεις τὸ σόν.

26 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ, Πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρέ, ᾔδεις ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω ὅθεν οὐ διεσκόρπισα.

27 Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ.

28 Ἄρατε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τάλαντον, καὶ δότε τῷ ἔχοντι τὰ δέκα τάλαντα.

29 (Τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.)

Suprà 13.12 luc.8.18 mar.4.25. & luc.19.26.

30 Καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Suprà 8.12 & 22.13

Futuri æterni judicij graphica descriptio.

31 Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ.

re in gaudium domini tui.

22 Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait, Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce, alia duo lucratus sum ex iis.

23 Ait ei dominus eius, Bene *est*, serue bone & fidelis, in exiguo fuisti fidelis, super multa te cõstituam: ingredere in gaudium domini tui.

24 Accedens autem & qui vnum talentũ acceperat, ait, Domine, noueram te hominẽ durum esse, qui metas vbi non seuisti & inde congreges vbi non dispersisti:

25 Itaque metuens abij & occului talentum tuum in terra: ecce, habes quod tuum est.

26 Respondens autem dominus eius dixit ei, Serue male & ignaue, sciebas me metere vbi non seui, & inde congregare vbi non dispersi.

27 Oportuit ergo te committere pecuniam meam mensariis; & ego recepissem meum, cum fœnore.

28 Tollite ergo ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.

29 (‖Omni enim qui habet dabitur, & [is] amplius habebit: ab eo verò qui nõ habet, etiam quod habet, tolletur.)

30 Et inutilẽ seruum eijcite ‖in tenebras illas extimas: illic erit fletus & stridor dentium.

31 Quum autem venerit Filius hominis cum gloria sua, & omnes S. Angeli cum eo, tunc sedebit in throno gloriæ suæ.

domini tui.

22 *Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait, Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce, alia duo lucratus sum.*

23 *Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.*

24 *Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait, Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti:*

25 *Et timens abij & abscondi talentum tuum in terra: ecce, habes quod tuum est.*

26 *Respondens autem dominus eius dixit ei, Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi:*

27 *Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego recepissem vtique quod meum est, cum vsura.*

28 *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta:*

29 *(Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.)*

30 *Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores: & illic erit fletus & stridor dentium.*

31 *Quum autem venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ.*

24 *Et inde congreges*, καὶ συνάγων ὅθεν. Bis idẽ exprimit, diuersis modis Hebræorum more: nec dubito quin hęc fuerint vulgò prouerbialiter vsurpata. Semen enim dispergendo seritur, & metendo cum fructu veluti rursum colligitur. Sumptum est autem hoc prouerbium ab auarorũ moribus qui duri semper sunt in operis vrgendis. Et ita significatur Deum seuerissimè acturum esse cum iis, qui donorum ad ipsius largitoris veluti propagandas in proximis lucrifaciendis opes acceptorum, sanctam quandam negociationem neglexerint. Neque hinc concludi potest operum dignitas, sed domini benignitas, in eos qui pro virili & ex gratiæ modo fuerint officio functi.

26 *Ignaue*, ὀκνηρέ. Vulg. & Eras. *Piger*, id est ῥᾴθυμε.

27 *Committere*, βαλεῖν. vel ponere: sicut Alphius ille fœnerator apud Flaccum in Epodo, *Quærit calendis ponere*. ¶ *Pecuniam*, ἀργύριον: id est χρήματα. Nam latiore significatione hîc accipitur: sicut vulgò dicimus *de l'argent*, pro omni pecunia: quo modo etiam Hebræi, כסף [*cheseph*] dicunt.

29 *Omni qui habet*, τῷ γὰρ ἔχοντι παντί. In meo vetustissimo exemplari deest παντί, quod etiam non legit Syrus interpres. Cæterùm eadem quidem sententia vsus est suprà Dominus 13.12, sed fine diuerso. Nam ibi agitur de iis qui sibi per superbiam arrogant quod non habent, qua superbia offensus omnium donorum auctor, paucula etiam quæ ipsis largitus erat, eis eripit, sicut Pharisæis & Scribis accidit: contrà verò iis qui in timore Domini ambulant cũ omni modestia, & in eo toti sunt, vt Dei gloriæ pro suo modulo seruiant, magis ac magis beneficum se præbet. Hîc verò differit de pigris & desidiosis, apud quos dona Dei inutilia iacẽt. Itaq; hîc dicitur amplius habere is qui iã diues erat, quoniam donis à Deo sibi cõcessis bene vsos idẽ magis ac magis locupletat. Contrà verò dicitur is nõ habere qui eo quod habebat nõ minus caruerit quàm si nõ habuisset, qua negligẽtia Deus offensus, illi verè eripit quo sic est abusus. ¶ *Quod habet*, ὃ ἔχει. Nam & isti habent quod à Deo acceperunt, sed quum id defodiant dicuntur postea id non habere, sicut auaris dicitur tam deesse quod habent quàm quod non habent. In nonnullis Græcis codicibus pro ὃ ἔχει scribitur ὃ δοκεῖ ἔχειν, quod videtur habere: & ita legit etiam Vetus interpres, proculdubio ex Luc.8.18. sed perperam. Neque enim istud huius parabolæ scopo conuenit, nec legitur etiam apud Syrum interpretem.

31 *Cum gloria*, ἐν τῇ δόξῃ i. μετὰ δόξης, sicut loquitur noster Euangelista suprà 16.17, & 24.30. Respõdet igitur particula ἐν illi ב Hebræorum, cuius multiplex est significatio: quum etiam idem valeat quod CVM: vt Exod.15.19, dicitur Pharao ingressus in curru suo & equitibus suis. Vide infrà, Act.1.10.

32 Καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων.

33 Καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων.

34 Τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

35 Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με·

36 Γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με.

37 Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες, Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν;

38 Πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνὸν, καὶ περιεβάλομεν;

39 Πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε;

40 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.

41 Τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων, Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

42 Ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με·

43 Ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς, καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με.

44 Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ καὶ αὐτοὶ, λέγοντες, Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνὸν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι;

32 Et congregabuntur coram eo omnes gentes, & separabit eos, alios ab aliis, vt pastor separat oues ab hœdis.

33 Et statuet, oues quidem ad dextram suam, hœdos autem ad sinistram.

34 Tunc dicet Rex iis qui ad dextram ipsius *erunt*, Adeste benedicti Patris mei, possidete regnum paratum vobis à iacto mundi fundamento.

35 ‖Esuriui enim, & dedistis mihi *quod* ederẽ: sitiui, & dedistis mihi potum: peregrinus eram, & collegistis me:

36 Nudus, & amiciuistis me: ‖ægrotus, & inuisistis me: in carcere erã, & venistis ad me.

37 Tunc respondebunt ei iusti, dicentes, Domine, quando te vidimus esurientem, & aluimus? aut sitientem, & dedimus tibi potum?

38 Quando autem te vidimus peregrinum, & collegimus te? aut nudum & amiciuimus?

39 Aut quando te vidimus ægrotum, aut in carcere, & venimus ad te?

40 Et respondens Rex dicet eis, Amen dico vobis, quatenus id fecistis vni ex istis fratribus meis minimis, mihi fecistis.

41 Tunc dicet etiam iis qui ad sinistrã *erunt*, ‖Execrandi, abite à me in ignem illum æternum, paratum diabolo & Angelis eius.

42 Esuriui enim, & non dedistis mihi *quod* ederem: sitiui, & non dedistis mihi potum:

43 Peregrinus erã, & non collegistis me: nudus & non amiciuistis me: ægrotus, & in carcere *eram*, & non inuisistis me.

44 Tũc ipsi quoque respondebũt ei, dicẽtes, Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut peregrinum, aut nudũ, aut ægrotum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi?

32 *Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis.*

33 *Et statuet oues quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris.*

34 *Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.*

35 *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me:* Esa.58.7 ezec.18.7

36 *Nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me.* Eccl.7.39

37 *Tunc respondebunt ei iusti, dicentes, Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus? sitientem, & dedimus tibi potum?*

38 *Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te?*

39 *Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?*

40 *Et respondens rex dicet illis, Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.*

41 *Tunc dicet & iis qui à sinistris erunt, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius.* Psal.6.9 suprà 7.23 luc.13.27

42 *Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum:*

43 *Hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me.*

44 *Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes, Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi?*

34 *Benedicti*, εὐλογημένοι. i. beati & felices, quos Pater meus suis beneficiis cumulauit. Vide sup.5.44. Dicuntur.n. homines Deo benedicere quum eius laudes prædicant: contrà verò Deus benedicere hominibus, quum illos beat. ¶ *A iacto fundamento*, ἀπὸ καταβολῆς. Vulgata, *A constitutione*. i. ἀπὸ καταστάσεως. Erasmus, *Ab exordio*: id est, ἀπ' ἀρχῆς. Vide suprà 13.35.

36 *Ægrotus*, ἠσθένησα. *Infirmus*. Sic Plinius libro 8. cap. 51, suem ægrotantem vocat inualidam. Vulgata, *Infirmus*, barbarè.

37 *Aluimus*, ἐθρέψαμεν. Vel, *Nutriuimus*? Vulgata & Erasmus, *Pauimus*: id est, ἐβοσκήσαμεν.

40 *Quatenus*, ἐφ' ὅσον. Vulg. *Quandiu*: perperam, quasi subaudiatur χρόνον.

41 *Illum paratum*, τὸ ἡτοιμασμένον. In vno exemplari scribitur, ὃ ἡτοίμασεν ὁ πατήρ μου, quem parauit pater meus. Est autem retinenda vis articuli ter repetiti.

¶ *Diabolo*, διαβόλῳ. Nunquam hoc vocabulũ numero multitudinis dicitur, & quum hîc ei adiungantur ipsius Angeli, liquet quempiam esse istorum principem & caput, omnium videlicet impurorum spirituum, qui dęmonia passim dicuntur: is nimirum qui Satan passim dicitur & Beelzebub suprà 12.24, nisi hunc non summum illum principem, sed ex inferioribus præcipuis dæmoniis vnum malimus existimare. Nam & istorum aliquos esse subordinatos gradus liquet ex Eph. 6.12. Sed in his rebus cauendum ne verbi diuini limites transgrediamur, de bonis siue malis spiritibus philosophantes. Diabolum autem inde vocatum arbitror, quòd is primus sit Deum apud Euam calumniatus, qui & Satan id est hostis Dei & hominũ capitalis dicitur. Luciferi verò nomen quum ex falsissima & ineptissima Esaiæ loci, ex cap.14.12, interpretatione sit ortum, mirari satis non possum à nonnullis illud crassum delirium intelligentibus adhuc retineri.

45 Τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς, λέγων, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ᾽ ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε.

46 Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Dan.12.2 ioh.5.29.

Κεφάλαιον κϛ.

1 ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους τούτους, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.

2 Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι.

3 Τότε συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως τοῦ λεγομένου Καϊάφα.

4 Καὶ συνεβουλεύσαντο ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ, καὶ ἀποκτείνωσιν.

5 Ἔλεγον δὲ, μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ.

Mar.14.1 luc.22.1. Christus ad mortem vltrò properans, testatur se obedientia sua voluntaria, Adami transgressionē expiaturum. Non homines sed ipse Deus decreuit quo tempore crucifigendus esset Christus. Ioan.11.47

6 Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ, ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ,

7 Προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου, καὶ κατέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀνακειμένου.

8 Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠγανάκτησαν, λέγοντες, Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη;

9 Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς.

Mar.14.3 Ioan.12.2 Christus in expectato facto peccatricis mulieris, conuiuas admonet vicinæ suę mortis ac sepulturæ, cuius odor viuificus esset omnibus peccatoribus ad ipsum confugientibus. Iudas autem ex hoc ipso arripit exequēdi sui nefarij consilij occasionem.

45 Tunc respondebit eis, dicēs, Amen dico vobis, quatenus *id* non fecistis vni ex istis minimis, nec mihi fecistis.

46 ‖ Et abibunt isti ad suppliciū æternum: iusti verò ad vitam æternam.

CAP. XXVI.

1 ET ‖ factum est vt quū finisset Iesus omnes istos sermones, diceret discipulis suis,

2 Scitis post biduum Pascha fore, & Filiū hominis prodēdum vt crucifigatur.

3 ‖ Tunc congregati sunt primarij Sacerdotes & Scribæ & seniores populi in aulam Pontificis maximi qui dicebatur Caiapha.

4 Et simul consultarunt vt Iesum dolo prehenderent, & interimerent.

5 Dicebant autem, Non in festo; ne tumultus fiat in populo.

6 ‖ Quum autem Iesus esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi,

7 Venerat ad eum mulier, habens alabastrū vnguenti grauis pretij, & effuderat in caput ipsius accumbentis.

8 *Hoc* autē conspicati discipuli eius indignati sunt, dicentes Quorsum perditio hæc?

9 Potuit enim istud vnguentū vænire magno, & dari pauperibus.

45 *Tunc respondebit illis, dicens, Amen dico vobis, quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis.*

46 *Et ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.*

CAP. XXVI.

1 *ET factum est quum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis,*

2 *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur.*

3 *Tunc congregati sunt principes Sacerdotum & seniores populi in atrium principis Sacerdotum qui dicebatur Caiphas.*

4 *Et consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.*

5 *Dicebant autem, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo.*

6 *Quum autem Iesus esset in Bethania, in domo Simonis leprosi,*

7 *Accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.*

8 *Videntes autē discipuli indignati sunt dicentes, Vt quid perditio hæc?*

9 *Potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus.*

IN CAP. XXVI.

2 *Post biduum*, μετὰ δύο ἡμέρας. Vide Mar.8.31. ¶ *Fore*, γίνεται. Vulgata, in futuro. *Fiet*: id est γενήσεται. Et paulo pòst *Tradetur*, pro *Traditur*: vt obseruat Erasm. Apparet tamen enallagen esse temporis, ex Vulgata loquendi consuetudine petitam, qua dicitur id iam fieri quod mòx omnino futurum est.

3 *Et Scribæ*, καὶ οἱ γραμματεῖς. Hoc deest in plerisque vetustis codicibus, nec etiam extat apud Veterem interpretem. ¶ *In aulam*, εἰς τὴν αὐλὴν. Vulgata & Erasmus, *In atrium*. Vide Luc.11.21.

4 *Simul consultarunt*, συνεβουλεύσαντο. Vulg. *Consilium fecerunt*: id est, συμβούλιον ἐποίησαν. Erasmus quoque per periphrasin, Consilium inierunt,

5 *Non in festo*, μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ. Vel, *Ne in festo*, vt sit prohibentis. Cæterum nomine τῆς ἑορτῆς non vnus dies aliquis certus, sed totū Azymorum spatium hîc intelligitur, quorum primus & septimus dies ita erant sacri vt esset ab omni opere abstinendum. Ideo nolui diem festum dicere cum Vetere interprete. Cæterùm non temere ab istis inijcitur dierum festorum mentio. Nam quia scriptū est Deut. 17.12, & 13, ita puniendos esse qui Pontificis aut iudicum maiestatem læserint, vt totus populus eorū pœnis erudiatur, idcirco hic mos obtinuerat apud Iudæos (sicut obseruat Fagius ex Maymoni, in tract. de rebellibus) vt in huiusmodi reos sub tribus illis solennibus festis animaduerteretur. Deliberant ergo Sanhedrin cum primarijs sacerdotibus, an sint hūc morem sequuturi: quod quanuis ijs nō placuit, tamen Dei prouidentia ac voluntate ita accidit, vt Christus æterni sui sacrificij testem totum Israelem haberet, & figuræ veritas per omnia responderet.

7 *Venerat ad eum* προσῆλθεν αὐτῷ. Apparet ex Ioanne 12.2. hæc gesta esse antequam Christus ingrederetur Hierosolyma. Nam certè circunstantiarum varietas tanta non est vt diuersam hanc historiam ab illa possimus constituere, cum Osiandro. Sed quum Euāgelista accederet ad narrationem proditionis, distulit in hunc locum historiam eius facti, vnde Iudas occasionem arripuit prodendi Dominum. Ideo conuertimus προσῆλθε & κατέχεε per plusquam perfectum: cuius enallages multa passim exempla occurrunt, vt Genes.12.1, & suprà 25.4. & hoc eodem capite versu 48. ¶ *Alabastrum vnguenti*, ἀλάβαστρον μύρου. Alabastra dicta sunt vascula vnguentaria, quòd alabastritem lapidem veteres plerunque excauarent ad eos vsus, quoniā optimè seruare vnguenta incorrupta traditur, vt refert Plinius libro 13. cap. 2. & rursus libro 35. cap. 8. quanuis etiamsi ex alia materia fierent, alabastra ex communi vsu dicerentur, quum apud Theocritum etiam χρύσεα ἀλάβαστρα legamus. Aliam etymologiam planè (vt existimo) ridiculam adfert Erasmus, quanuis ex Suida repetitam. Sed hæc ad nostrum scopum non pertinent. Herodotus quoque in Thalia, inter munera quę Cambyses per legatos ad regem Æthiopum misit, recenset μύρου ἀλάβαστρον. ¶ *Grauis pretij* βαρυτίμου. Sic loquitur Sallustius, *Cœpit* (inquit) *graue pretium per omnem prouinciam frugibus esse*. Nam olim (vt rectè hoc loco annotat Erasmus) æs appendebatur non numerabatur: ex qua consuetudine orta sunt multa dicendi genera. Idem tamen maluit cum Vetere interprete pretiosum interpretari, id est τίμιον. In tribus vetustis codicibus scribitur πολυτίμου, magni pretij, vt suprà 13.46.

8 *Discipuli*, οἱ μαθηταί. Sic vulgò tribuitur aliquibus in genere, quod non est tamen singulorum. Vnicus enim Iudas hoc reprehendit. Sic infrà 27.44. dicuntur latrones conuiciati fuisse Christo. ¶ *Perditio*, ἀπώλεια, id est inutilis profusio.

10 Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ.

11 Πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ᾽ ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

12 Βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν.

13 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, εἰς μνημόσυνον αὐτῆς.

14 Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς

15 Εἶπε, Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια.

16 Καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν ἵνα αὐτὸν παραδῷ.

10 Quū autem *hoc* cognouisset Iesus, ait eis, Quid molestias præbetis isti mulieri? opus enim bonū operata est erga me.

11 ‖ Semper enim pauperes habebitis vobiscum: me verò non semper habebitis.

12 Quòd enim hæc vnguētum hoc iniecit corpori meo, ad funerandum me fecit.

13 Amen dico vobis, Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, etiam quod hæc fecit, dicetur ad memoriam ipsius.

14 ‖ Tunc profectus vnus ex illis duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad primarios Sacerdotes:

15 Dixit eis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Ipsi verò appenderunt ei triginta argenteos *numos*.

16 Et ex eo tēpore quærebat *ille* opportunitatē ad eū prodendū.

10 *Sciens autem Iesus ait illis, Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.*

11 *Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis.*

12 *Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.*

13 *Amen dico vobis, Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam eius.*

14 *Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes Sacerdotum.*

15 *Et ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerūt ei triginta argenteos.*

16 *Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet.*

Non temerè damnandum quod extra ordinem agitur. Dan.15.11 Christus in seipso semel vnctus, semper est in pauperibus vnguēdus.

Mar.14.10 luc.22.4

10 *Molestias exhibetis*, κόπους παρέχετε: vel, estis labori, id est molesti estis, vt verterunt Vulg. & Eras. sensu expresso. Est autem κόπος grauius quiddam quàm πόνος: is nempe labor quo fatigatur quispiam, siue animo, siue corpore: cui non incommodè respondet molestiæ nomen à mole, siue onere deductum, sicut φορτικὸς à φορτίον. *Bonum enim opus*. καλὸν γὰρ ἔργον. id est gratum mihi fecit. Vide Act.19.33.

11 *Semper*, πάντοτε. Hæc particula & de loco & de tempore dicitur: quæ postrema significatio conuenit, commodè autem altero Latino aduerbio (quod sciam) exprimi nō potest. Itaque soleo vertere perinde ac si scriptum esset ἀεί. ¶ *Habebitis*, ἔχετε. Vulgata & Erasmus ad verbum *Habetis*: sed presens pro futuro manifestè ponitur, sicut etiam suprà 5.46, & 6.5.

12 *Quod enim hæc iniecit*, βαλοῦσα αὕτη. Vulg. *Mittens enim hæc*: quæ interpretatio obscura est, neque Græcis respondet. Itaque Erasini versionem sum sequutus. Ponitur enim βάλλειν pro ἐκχέειν, quod Iniiciendi vocabulo videtur melius exprimi. ¶ *Ad funerandum me*, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με. Vulg. & Erasm. *ad me sepeliendum*, malè. Nam aliud est θάπτειν quàm ἐνταφιάζειν. vt Latinis Sepelire est sepulchro condere, Funerare verò, vel pollincere, cadauer sepulchro mandandum prius curare, vnde pollinctores à libitinarijs distincti. Hæc autem distinctio ad rem facit. Vnctionis enim hîc fit mentio, cuius hæc mulier dicitur veluti præscia fuisse, in funeratione Domini breui sequutura, quanuis, ita diuina prouidentia statuente, illam omnem curationem respuerit Dominus, cadauere ipsius festinanter intra sepulchrum condito & ipsam mortem ac putrefactionem, sua ipsius, non illorum aromatum virtute euicturo. Ablutionibus autem & vnctionibus istis mortualibus vsi sunt Hebræi ab omni æuo, quasi sequuturæ resurrectionis corporum pignoribus: vnde quoque sumpsit argumentum Paulus 1.Cor.15.29. qui ritus postea à plerisque populis & præsertim Ægyptijs profanatus est, & exenteratione & operosissimis condituris auctus. vt videre est ex Gen. 50. 26. vbi vtitur Moses pro ἐνταφιάζειν verbo חנט *Hanat*. qua de re plurima Herodotus in Euterpe.

13 *Hoc Euangelium*, τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο. Syrus interpres addit pronomen Meum. Itaque Euangelium suum vocarit Dominus totius suæ prædicationis historiam, non hanc duntaxat particulam. ¶ *Dicetur*, λαληθήσεται: id est λεχθήσεται. Erasmus, *Narrabitur*. ¶ *Memoriam*, μνημόσυνον: id est, μνήμην vt etiam annotauit Erasmus. In quodam exemplari scribitur μαρτύριον, id est testimonium.

15 *Appenderunt*, ἔστησαν. Vulgata & Erasmus, *Constituerunt*, id est, pacti sunt, non expressa vi Græci vocabuli. Nam τὸ ἱστάναι hoc loco respondet Hebræo verbo שקל [*schacal*.] vt Ierem. 32.9. & Zachar. 11, 12. Neque huic interpretationi obstat quòd Marcus vtitur verbo ἐπηγγείλαντο polliciti sunt, Marc.14.11. Agit enim Marcus de ipsa proditionis prima pactione: Matthæus verò de pecuniæ pactæ sequuta numeratione. ¶ *Argenteos* [*numos*,] ἀργύρια. Ita legitur in omnibus Græcis codicibus: nec dubium est quin ἀργύρια vocet quæ Hebræi כספים [*chesaphim*] siue denarios Romanos intelligas, siue siclos Hebræos, siue stateras tetradrachmos, vt hunc locum citat Eusebius libr.10. ἀποδείξεως. Iosephus autem libro Antiquitatum secundo ἀργυρῶν meminit, non ἀργυρίων: idque rectius fortassis, vt aliquid subaudias. Sed & Symachus & Aquila apud Zachariam ἀργυροῦς scribunt, non ἀργύρια. Solet certè Iosephus ἀργυρῶν appellatione siclos intelligere, (vt liquet ex libro 9, capite 2. si conferantur quæ illic commemorat de fame quæ in Samaria erat, cum capite 6. secundi Reg.) eósque τετραδράχμους, vt ipse disertè dicit libro Antiquit. 3. cap. 9. quam rationem si sequamur æstimabimus triginta istos argenteos numos tetradrachmos francicis libris plus minus x x 1. Ioachimus autem Camerarius beatæ memoriæ vir, & quem sæpe honoris caussa appello, iam olim in libello de Græcorum ac Latinorum numis scripsit se ex Græcorum commentarijs didicisse ἀργύρια idem valuisse atque minam Atticam, centenariam videlicet, id est centum Drachmarum Atticarum, siue Romanorum denariorum: parum enim admodum inter illas & hos intererat. Itaque hoc calculo (qui est Budæi decem coronatis francicis minam æstimantis) Christus proditus fuerat coronatis Francicis trecentis: quo nomine ab illo execrandæ memoriæ Illyrico, Ecclesiæ Christianæ seculo nostro renouatæ peste, in illo partim ex plagijs, partim ex putidissimis commentis consuto volumine, cui titulum fecit, Sacræ scripturæ clauem, fuit exagitatus. Idem verò ille postea suis in nouum testamentum notis anno 1572. Lipsiæ editis, inseruit scholion ex vetustissimo codice Græco Buda allato, & anonymo, in quo scribitur fuisse quosdam argēteos numos librales, imaginibus regum insculptis insignes, centum videlicet denarios æstimatos, qui solerent denarijs & assarijs (assaria verò septena denaria valuisse) à collybistis permutari. Rem autem quum in medio relinquat, & mendosum etiam sit istud scholion, quid attinebat vel Camerarium vel me quasi absurdę rei auctores ab isto reprehendi?

16 *Prodendum*, παραδῷ. Vulgata & Erasmus, *Traderet*. Mihi in tota hac historia videtur τὸ παραδιδόναι positum ἀντὶ τοῦ προδιδόναι excepto vers. superiore, in quo Iudas ipse loquens introducitur, quem probabile non est suum scelus proditionem appellasse, & infrà vers. 46, sic postulante constructione. In vno exemplari additur αὐτοῖς, eis.

Mar. 14. 12. Luc. 22. 7.

Christus verè nos in patriam mox introducturus, ac proinde legalem typum abrogaturus, legi tamen satisfacit, neglecta contraria traditione & consuetudine Iudæorum: simúlque ostendit se omnia mox esse euentura hominum ministerio, vt arcanum Dei decretum ea gubernauerit.

Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες αὐτῷ, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα;	17	Primo autem *die* Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes ei, Vbi vis paremus tibi ad edendum Pascha?	17	*Prima autem Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Pascha.*

17 *Primo autem die Azymorum*, τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων. sub. ἡμέρᾳ. Is autem erat decimus quartus mensis Nisan, antecedens decimum quintum qui ex diuina institutione Leuit. 23. 5. 6, & 7. festus erat, & primus septiduani festi Paschæ. Quartum decimum autem hunc intellige non ab ipsius initio, id est ab occasu finem diei decimi tertij excipiente: sed ab vltima eius parte, quam consequebatur decimi quinti initium. Hæc autē postrema pars diei ab Hebræis בין הערבים, id est spatium inter duas vesperas, nominatur, incipiens, teste Iosepho, lib. belli Iudaici 6. à nona hora ad duodecimam, id est, ad Solis occasum, qui sequentem diem incipiebat. Harum verò trium horarum duæ priores, nempe decima & vndecima sacrificio vespertino, siue illi quotidiano, siue alij superuenienti, puta sabbatario, vel neomeniæ, vel alicuius festi impendebantur: vltima verò cœnis domesticis, vel etiam epulis eucharisticis, communiter quidem vt probabile est, in Azymorum autem festo, Agni assationi, & reliquo apparatui cœnæ illius dabatur: quæ cœna ex Dei mandato occasum, id est finem decimi quarti diei excipiebat, ac proinde à crepusculo vespertino incipiebat diem decimum quintum. Itaque decimus quartus hic dies distinguendus est à reliquis septem (quorum primus, nempe decimus quintus mensis Nisan, & vicesimus primus erant festi, intermedij verò quinque ἀνέορτοι) & primus Azymorum vocatur κατ᾽ ἐξοχὴν & quasi ἀζυμῶν: quod nimirùm inter duas eius vesperas, siue postrema ipsius parte, Agnus ille Pesach mactaretur, & fermento ex omnibus ædibus eliminato ad eius demum diei occasum, à quo decimi quinti nox incipiebat, Agnum comedere cum Azymis incipiebant: quo sensu accipiendum est quod Iosephus lib. Antiqu. 2. c. 5. Azymorum festo dies octo attribuit: quod tamen fuisse septiduanum (initio videlicet, non à præparatione Agni, quam diximus in decimum quartum diem extremū incurrere, sed ab ipsius Cœnæ Pesach celebratione, seu ipsius Agni domestica manducatione, sumpto) non tantùm ex ipso Mose constat, sed ex ipsius etiam Iosephi disertis verbis Antiq. lib. 12. 20. Hinc verò apparet illos magnopere hallucinatos qui diem illum decimum quartum ab occasu decimi tertij incipiunt: qui error duplici ratione manifestissima refellitur. Primùm enim spatium illud, quod inter duas vesperas appellatur, & Agni partim mactationi partim assationi erat destinatum, Leuit. 23. 5, (vbi explicatur vocabulum בערב, id est, in vespera, quo vsus erat Moses Exod. 12. 18) nunquam incipiebat diem sequentem, sed præcedentem semper finiebat, vt ex plurimis locis, ac præsertim ex iugis, siue quotidiani sacrificij institutione liquet. Exod. 29. 39. & Num. 28. 4. Præterea in lege disertis verbis præcipitur septiduanus tantum Azymorum vsus: qui tamen octiduanus fuerit, si quartus decimus dies, non à postrema, sicuti faciendū esse diximus, sed à prima sui parte, occasum decimi tertij excipiente numeratus, aliis septem τοῖς ἑορτῆς accenseatur. Iudæorum autem Doctores contra quàm nonnulli existimant, arbitror rectè per vltimum duarum vesperarum spatium non ipsam duodecimam & vltimam decimi quarti diei horam (quæ, sicuti diximus, assationi Agni, post illius in templo iugulationem, & vespertinum sacrificium, necessariò dabatur, quum die festo coquere, vel vllum opus seruile facere nefas esset.) verùm de crepusculo vespertino occasum diei decimi quarti excipiente, & nocte, siue primā diei decimi quinti festi partem inchoante, fuisse interpretatos: quod ὀψίας nomine infrà vers. 20. significatur. Cæterùm grauissima hîc exoritur quæstio: quînam videlicet Christus dici possit Pascha celebrasse ex legis diuinæ præscripto, id est decimo quarto die exeunte, siue inter duas eius vesperas, quum, si ita est, sequentem diem, id est decimū quintum festum esse oportuerit, vt expressè in lege cauetur Leuit. 23. 5. & 6. Festum autē illum minimè tunc fuisse ex eo liquet manifestissimè, quòd ea ipsa nocte Christus captus fuit, ad Iudices pertractus, & crucifixus, & sepultus, quorum nihil omnino Sabbato vel vllo die festo, factum fuisset. & quòd etiam constet Iudæos posterum demum diem, nempe decimum sextum, festum habuisse. At contrà, præterquam quòd impium fuerit existimare Christū à Legis præscripto, vel tantillum discessisse, hæc Discipulorum verba, *Vbi vis vt paremus tibi ad edendum Pascha?* & illud Marci 14. 12. τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον. Id est, *primo die Azymorum quando Pascha mactabant.* & illud Lucæ 22. versic. 7. Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα *Aduenit autem dies Azymorum quo oportebat mactari Pascha*, omnino ostendunt nihil hic noui, & à Legis præscripto aberrans, vel à Discipulis fuisse cogitatum, vel ab ipso Christo factum. Stat igitur illud, Legem prorsus à Christo fuisse obseruatam. Num verò etiam à Iudæis? Hîc variant sententiæ, Nam alij contendunt Iudæos ex vetere traditione diem decimum quartum mensis Nisan (qui eo anno fuit Iudæis quinta Sabbathi, siue hebdomadis, nobis autem quarta feria, siue dies Iouis, quo desinente comedendus erat Agnus ex Legis præscripto) propter sequuturam alioqui duorum Sabbathorum continuationem in diem sequentem transtulisse, ita vt eo demum die extremo, quo Christus passus est, id est sexta Iudæorum, quinta verò nostra feria, siue die Veneris extremo, Agnum manducarint. Alij verò contendūt diem quidem festum qui ex lege decimusquintus erat, & ab occasu diei decimi quarti incipiebat, fuisse à Iudæis ex illa antiquissima traditione, propter duorum Sabbathorum continuationem, translatum in alterum diem sequentem, nempe decimum sextum, qui propterea μεγάλη σάββατον à Iohanne vocatur, cap. 19. 31. nobis autem fuerit sexta feria: ac proinde Christum & Iudæos volunt eadem die, nempe decimā quarta inter duas vesperas, Agnum ex præscripto Legis mactasse, & diei sequentis ineunte à quo incipiebat crepusculo vespertino, comedisse. De festi verò translatione propter duorum Sabbatorum continuationem nihil attinet hîc quærere licitáne fuerit an illicita. Fateor tamen mihi vsque adeò iustam, ac penè necessariam illam videri, vt diuinitus institutam & semper ab illo populo obseruatam fuisse mihi quidem credibile videatur. Quid enim illos alioqui facere oportuit duobus coniunctis diebus, quibus nihil coquere, nec vllum opus seruile exercere ipsis fas erat? Sicut autem quoties ita ferebat dierum calculus, primum diem festum qui ex Lege decimus quintus erat, in decimum sextum, id est, εἰς σάββατον μέγα transferebant, ita ne in idem incommodum in huius festi exitu inciderent, necesse fuit illis, vel sextum nihilominus à decimo quinto diem festum habere, qui semper erat vicesimus primus Nisan, vel dies festi Azymorum, non à decimo quinto, sed à decimo sexto numeratos, ad vicesimum secundum diem vsque desinentem producere. Itaque quoties hæc translatio incidebat, de qua ex Hebræorum libris manifestè constat, vel septem tantùm diebus, vt Lex præscribebat, nempe decimo quinto ineunte non festo, decimo sexto festo, decimo septimo, decimo octauo, decimo nono, vicesimo ἀνέορτοις, & vicesimo primo festo Azymis vescebantur, quod quidem mihi verisimilius videtur. Sin verò, vt primum diem festum, sic vltimum transferebant, & nihilominus (quod verisimile non est) Agno vescebantur ineunte decimo quinto die, tum certè nouem diebus totis illos à fermento abstinere oportuit, nempe à decimo quinto ineunte ad vltimum festum diem, nempe vicesimum secundum exeuntem, siue alterum Sabbatum μέγα. Ego, quum grauissimos auctores habeat vtraque hæc sententia, rem totam in medio relinquo, & vt prior illa melius intelligatur, quæ Christum & Iudæos statuit non eodem die Agnum manducasse, ipsius rei gestæ diagramma, additis etiam nonnullis, quæ ad huius historiæ explicationem pertinent, subieci.

Huius

			Huius diei noctē cœnat & capitur, iudicatur, crucifigitur, moritur, sepelitur.	*Integrum hunc diem quiescit in sepulcro.*	*Huius diei nocte resurgit, ...*						
Triduū cū tribus noctibus iunctū Iudæorum more.			1	2	3						
Dies hebdomadis qua passus est Christus, ex consuetudine Iudæorum.		5 sabbathi	6 sabbathi	sabbathū	1. sabbathi.	2	3	4	5	6	
Dies septē Azymorum ex traditione Iudæis obseruata.			Parasceue Paschę	Pascha Festus dies. 1	2	3	4	5	0	Festus dies. 7	
Dies Azymorū ex Lege quã Christus seruauit.		Parasceue Paschæ, inter duas vesperas. i. die 14. finiente.	Pascha Festus dies. 1	2	3	4	5	6	Festus dies. 7		
Supputatio dierum primi mēsis ex more Iudæorum à vespera ad vesperam.	13	DIES NOX 14 D	15 N. D.	16 N. D.	17 N. D.	18 N. D.	19 N. D.	20 N. D.	21 N. D.	22 N. D.	
Supputatio dierum primi mēsis more Chaldæorum, ab ortu solis ad ortum.	½	13	14	15	16	17	18	19	20	21	½
Dierum hebdomadis appellatio ex nostra consuetudine.	Dies Mercurij.	Iouis.	Veneris.	Sabbathi.	Dominicus.	Lunæ.	Martis.	Mercurij.	Iouis.	Veneris.	

Ὁ δὲ εἶπεν, Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα, καὶ εἴπατε αὐτῷ, Ὁ διδάσκαλος λέγει, Ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστι, πρὸς σὲ ποιῶ τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου.	18	Ipse verò dixit, Abite in vrbem ad quendam, & dicite ei, Magister dicit, Præstitutū illud tempus meum prope est, apud te faciam Pascha cum discipulis meis.	18	*Ac Iesus dixit, Ite in ciuitatem ad quēdam, & dicite ei, Magister dicit, Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.*
Καὶ ἐποίησαν οἱ μαθηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἡτοίμασαν τὸ Πάσχα.	19	Et fecerunt discipuli sicut præceperat eis Iesus: & parauerunt Pascha.	19	*Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt Pascha.*
Ὀψίας δὲ γενομένης ἀνέκειτο μετὰ τῶν δώδεκα.	20	Quum autē serū diei aduenisset accubuit cū illis duodecim.	20	*Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis.*

18 *Ad quendam*, πρὸς τὸν δεῖνα. Rectè sic conuertitur δεῖνα. Designat enim Christus certum quempiam sibi bene notum, cuius tamen, vt ex Marco & Luca constat, neque nomen, neque domum discipulis expressit, sed ex iis quæ ipsis in vrbem introeuntibus occursura diuinitus prædicit, ab ipsis cognosci voluit: nempe vt magis ac magis intelligerent discipuli nihil temere in vrbe Magistro euenturum, sed quæ ad minutissimas vsque circumstantias penitus perspecta haberet: vt ita aduersus tam propinquum illud grauissimum crucis offendiculum, hoc etiam diuinæ prouidentiæ exemplo confirmarentur. Quod autem ex rancida nescio qua traditione repetit Nicephorus, has nimirum ædes fuisse Ioannis Euangelistæ, quas paulo antè permutatis amplis bonis quæ in Galilæa possidebat, ex Caipha pontifice emisset, somnium est procul dubio inde ortum, quòd in passionis historia fiat mentio discipuli qui pontifici notus fuerit, cuius tamen nomen reticetur, & ne verisimile quidem videtur, quum ipse quoque Ioannes cum aliis rediisse post Christi mortem ad suam piscationem dicatur. Quod si quis hic est coniecturæ locus, fuerūt hæ potius ædes Mariæ matris Ioannis, cognomēto Marci, in quibus dicitur cœtus Ecclesiæ, sæuissimæ illius persequutionis tempore, congregatus, Act. 12. vt insignem fuisse illius familiæ pietatem oporteat. Sed quid attinet sese in istis nullius momenti quæstionibus fatigare? ¶ *Faciam*, ποιῶ, alij, *Facio*. Ego malo positum esse pro futuro, sicut paulo antè dixi versiculo 12.

19 *Præceperat*, συνέταξεν. Aoristus pro plusquā perfecto.

20 *Serum diei*, ὀψίας. Vide suprà 14. ¶ *Accubuit*, ἀνέκειτο. Atqui Exod. 12. 11. iubet Dominus Agnū à stantibus, calceatis, & ad iter accinctis, cū festinatione, comedi. Sciendum est igitur illa, vt & mandatum de postibus, & superliminaribus eorum sanguine aspergendis, ad illam vnicā noctem pertinuisse, qua fuit Israelitis quàm celerrimè ex Ægypto migrandum: quod summo consensu Doctores omnes Hebræorum testantur. Quis verò fuerit huius sacri conuiuij peculiaris ritus, iam inde à primo in Chananitidem ingressu, sicuti probabile est, obseruatus, & ad quem apparet ex hac historia Christum sedulò respexisse, operæpretium est ex ipsis Iudæorum vetustissimis scriptis cognoscere. Sciendum est igitur, prodente Iosepho, libr. de bello Iudaico 6. c. 31. agitata fuisse hæc conuiuia in priuatis ædibus, κατὰ φρατρίας, i. per contubernia, non pauciorum quàm denûm virorum, interdum etiam vicenûm, qui nisi pedibus de more lotis, totis etiam nonnulli corporibus, nō sedebant, sed discumbebant, Agno illo solido, cum panibus azymis vescentes. Hac autem cœna peracta, consurgentes, altera pedum ablutione facta, rursum discumbentes, ad secundas mensas sese comparabant. In has verò secundas mensas, pro bellariis, inferebatur in triblio acetarium ex intybis & lactucis agrestibus: quarum amaritudinem, adhibito quodam embammate, quod חרוסת in Canone Iudæorum rituali vocatur, temperabant. Tum verò paterfamiliâs panem azymum integrum in duas partes diuidens, sic vni benedicebat, *Benedictus es Domine Deus noster, Rex vniuersi in esu panis azymi.* Alteram autem partem sub mappa reconditam ad finem conuiuij seruabat: quo peracto, idem paterfamiliâs partem illam alteram depromens, in tot frusta fractam, quot erant in illo contubernio conuiuatores, primus ipse sumebat, reliqua verò frusta, sigillatim & ordine discumbentibus cæteris porrigebat cum his verbis: *Iste est panis ærumnæ, quem comederunt maiores nostri in terra Ægypti. Quisquis esurit, accedat, & Paschatizet: cuicunque opus est accedat, & Paschatizet.* Denique poculum acceptum & degustatum, præeunte hac benedictione, *Benedictus es Domine qui fructum vitis creasti*, idem paterfamiliâs proximo tradebat, & ille secundo, donec poculum per totum conuiuium circūferretur. His autem omnibus absolutis Psalmus 113. cum quinque aliis proximè sequentibus canebatur, quem solennem hymnum adhuc hodie magnū Halleluia vocant: neq; post hoc poculum, quod propterea כוס הלל, i. poculum hymni, siue laudationis dicebatur, comedere quicquam illa nocte fas erat. Hæc igitur illa, quæ partim Paulo Burgēsi in Psal. 112. partim doctissimo Hebræo Emanueli Tremellio beatæ memoriæ accepta fero, partim ex magni illius Iosephi Scaligeri amicissimi mei, hominis à recondita do-

ctrina & tum iudicij acumine, tum indefatigabili diligentia, nunquam satis laudati, libro de emendatione temporum sexto non immeritò descripsi. Ex iis enim demum intelligitur cur Marci 14. 15. & Lucæ 22.12. mentio fiat cœnaculi magni strati: quin à Ioh. 13.1. dilectus ille discipulus in sinum Christi dicatur recubuisse (sic nimirum ferente discubitus illius antiqui ratione) quid δεῖπνου γενομένου nomine intelligatur, Ioh. 13.2. Et cur à mensa cõsurgens, & pedibus discipulorum in medio conuiuio, contra quotidianum morem ablutis, rursum discubuerit: quod sit illud tryblium in quo intinxit offulam Iudæ proditori porrectam: quænam illa panis benedictio, fractio, & porrectio, iidémque poculi mutua præbitio: quomodo denique Iudaico seu veteri δείπνῳ, substitutis noui fœderis sacramentis, finem imposuerit totius Paschalis conuiuij figuram re ipsa postridie sui ipsius mactatione & oblatione impleturus. ¶ *Cum illis duodecim*, μετὰ τῶν δώδεκα. In quodam codice additur τῶν μαθητῶν, *Discipulis*. Vetus interpres addit pronomen *Suis*: neque hîc fit vlla patrisfamiliâs, in cuius ædibus cœna hæc peracta est, aut ipsius domesticorum, mentio.

Mar. 14.18 Luc. 22.21 Ioh. 13.21

21 Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με.
22 Καὶ λυπούμενοι σφόδρα, ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν, Μή τι ἐγώ εἰμι, κύριε;
23 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα, οὗτός με παραδώσει.
24 Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.
25 Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, εἶπε, Μή τι ἐγώ εἰμι, ῥαββί; Λέγει αὐτῷ, Σὺ εἶπας.
26 Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.
27 Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων, Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες.

21 ‖Et edentibus ipsis, dixit, Amen dico vobis, vnus vestrûm me prodet.
22 Tunc affecti tristitia vehemẽter, cœperũt singuli eorũ ei dicere, Nũ ego *is* sum, Domine?
23 Ipse verò respõdens ait, Qui intingit mecum manum in catino, iste me proditurus est.
24 Filius quidem hominis abit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi per quẽ Filius hominis proditur: bonũ fuisset homini illi si natus nõ fuisset.
25 Respondens autẽ Iudas qui prodebat eum, dixit, Nũ *is* ego sum, rabbi? Dicit ei, Tu dixisti.
26 ‖Edẽtibus autẽ eis, Iesus quũ accepisset panem: & benedixisset, fregit *eum*, deditque discipulis, & ait, Accipite, comedite: hoc est corpus meum.
27 Et accepto poculo, ac gratiis actis, dedit eis, dicens, Bibite ex eo omnes.

21 *Et edentibus illis, dixit, amẽ dico vobis quia vnus vestrûm me traditurus est.*
22 *Et contristati valde, cœperũt singuli dicere, Nũquid ego sum, Domine?*
23 *At ipse respondens ait, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.*
24 *Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi per quem Filius hominis traditur: bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.*
25 *Respondens autẽ Iudas qui tradidit eum, dixit Nunquid ego sum, rabbi? ait illi, Tu dixisti.*
26 *Cœnantibus autem eis accepit Iesus panẽ: & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis & ait, Accipite, & comedite: hoc est corpus meum.*
27 *Et accipiens calicẽ gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes.*

1. Cor. 11.24. Christus veteris fœderis promissiones reipsa mox impleturus, nouũ fœdus nouis quoque mysteriis sancit.

21 *Edentibus ipsis*, ἐσθιόντων αὐτῶν. Nempe quum ad secundas mensas discubuisset, cœna priore iam peracta, vt apparet ex Ioh. 13.2, & 21. vide suprà 20.

23 *Qui intingit*, ὁ ἐμβάψας. Erasm. ad verbum, *Qui intinxit*. Ego tamen malo conuertere per præsens, vt sit Qui intingit, idem atque Qui intingere consueuit. Sic enim vulgò loqui solent: & attingere videtur quod ait Dauid Psal. 41. 10 Qui comedebat panem mecum: ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ, vt loquitur Marcus 14. videlicet quem eâdem mensa dignabar. Sed & in quodam exemplari scribitur ὁ ἐμβάπτόμενος: sicut legitur Mar. 14.20. quod tamen non est ita accipiendum quasi eo ipso tempore quo hęc à Domino dicebantur, Iudas manum haberet in patina, (fuisset enim hoc manifestum & indubitatum signum, vt rectè obseruat Eras.) sed ad mutuũ quotidianum conuictum referendum est. ¶ *In catino*, ἐν τῷ τρυβλίῳ. Sic vocatur vas escarium. Vulg. *In paropside*, Gręcam vocem altera Græca interpretatus, quam etiam Latini nonnulli scriptores vsurparunt.

24 *Homini illi*, dativ. Hebraismus, vt suprà 18.7.

25 *Qui prodebat*, ὁ παραδιδοὺς i. qui in eo iam totus erat vt proderet: ἐδίδου tamẽ paulo pòst vsurpatur significatione aoristi secundi.

26 *Edentibus autem eis*, ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν. Vulg. *Cœnantibus*, δειπνούντων, malè. Est enim hoc factum μετὰ τὸ δειπνῆσαι, Luc. 22.20, & 1. Corinth. 11.25. Itaque δεῖπνον, in hac historia vocatur Cœna legalis, quam abrogans postea Dominus, suum τὸ κυριακὸν δεῖπνον, ei ad fines vsque seculorum substituit. Verbum autem ἐσθίειν ad vtramque actionẽ videtur pertinere. nisi malimus aoristi secundi significatione interpretari, *Quum autem cibum sumpsissent*. *Benedixisset*, εὐλογήσας. In 7. cod. vet. legitur εὐχαριστήσας, gratiis actis, eodẽ sensu: & Mar. 8.6. & 7. hęc duo εὐχαριστεῖν καὶ εὐλογεῖν pro eodem vsurpãtur, sicut hoc loco accipere necesse est: nisi velimus non poculum sed panem duntaxat fuisse consecratum. Sed hoc quidem verum est, nos Consecrationis voce totam illam sacram actionem intelligere, qua res alioquin communes, in sacramenta mutamus, agentes quę præcipua Dominicæ huius sacræ actionis pars est duntaxat istud quod hîc benedictionis & gratiarum actionis, id est solennium precum nomine intelligitur. Itaq; non est cur Consecrationis (quam vocant) vocabulo magicam aliquã verborum sacramẽtalium murmurationem intelligamus. Hoc tamen certũ est, ratã esse in cœlo ceremoniam quę ex Dei præcepto in sacramentorum vsu peragitur: ac proinde panem & vinum in sacra illa actione, qualitate mutari: quum fiant corporis & sanguinis Domini vera symbola, quod neque ex sui natura, neque ex virtute certarum vocum pronuntiatarum habent, sed ex Filij Dei institutione, quæ recitari & explicari debet, vt habeat fides quod amplectatur, tum in verbo, tum in sacris ipsis symbolis. ¶ *Est*, ἐστι, metonymicè ita tamen, vt sciamus præter signum à credentibus verè percipi per fidem, spirituali modo, id quod externo symbolo fidei præbendum & sumendum repræsentatur, totum videlicet Christũ cum suis ad salutẽ donis. neque tamen vel transsubstantiatio, vel realis (quam vocant) coniunctio, vel transfusio, aut commistio cogitanda, sed signi & rei coniunctio σχετικὴ & sacramentalis. Nam illa neque consistere possunt cum veritate humanitatis Christi, neque ad salutem sunt necessaria. Neque enim vt Christi participes fiamus, eius corpus oportet realiter in terris adesse, sed nos potius Spiritus sancti virtute & fide in cælum ascendere, & illic eum amplecti, vt cum eo consideamus in cælestibus. In summa, verè nos coniungi & vnum fieri cum toto Christo Deo & homine necesse est, vt salui simus: quod non alio quàm spirituali modo fit per fidem. Hæc autem fides in nobis creatur & confirmatur per Spiritum sanctum: idque prædicatione verbi Dei, & adiunctis prædicationi symbolis, quibus omnes nostri sensus excitantur & percelluntur, vt verè mittamur in Christi ipsius possessionem.

27 *Ex eo*, ἐξ αὐτοῦ. Vulg. & Eras. *Ex hoc*, i. ἐκ τούτου. ¶ *Omnes*, πάντες. Nũ igitur habendi sunt pro Ecclesiæ pastoribus qui sacramentũ dimidiũ sustulerunt illis quos laicos vocãt: scilicet, quoniam Apostolis hoc præbetur non laicis: quæ responsio si quid valet, toti certè huic actioni cõueniet. Quo igitur iure Cœna Domini facta est toti Ecclesiæ cõmunis?

28 Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.
29 Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου.
30 Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.
31 Τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. γέγραπται γὰρ, Πατάξω τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης.

28 Hoc est enim sanguis meus Noui pacti, qui pro multis effunditur in remissionẽ peccatorum.
29 Dico autẽ vobis, Non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis, vsque ad diem illum quum ipsum bibam vobiscum nouum in regno Patris mei.
30 Et quum hymnum cecinissent, exierunt in montem Olearum.
31 ‖Tunc dicit eis Iesus, Omnes vos ista nocte offendemini in me. scriptum est enim, ‖Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.

28 *Hic est enim sanguis meus, Noui testamẽti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*
29 *Dico autem vobis, Nõ bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum quum illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei.*
30 *Et hymno dicto exierũt in montem Oliueti.*
31 *Tunc dicit illis Iesus, Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. scriptũ est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.*

Mar. 14.27 Ioh. 16.32 & 18.8 Zach. 13.7 Christus sollicitus de suis potius quàm de se ipso, prædicit ipsorum fugam, monens simul vt mox sperẽt meliora.

28 *Hoc*, τοῦτο. Vulgata & Erasmus, *Hic*: periculosa interpretatione, quum potius repetẽda fuerit calicis vox, nempe ne referatur ad demonstratiuum pronomen ad αἷμα, id est sanguinem. Nam alioqui, nullum erit huius propositionis subiectum, præter ipsum sanguinem qui Christi esse dicatur. Panem autem & vinum esse subiecta de quibus prædicentur Corpus & sanguis, apertè liquet ex Luc. 22. 20. qui addit nomen ποτήριον: ita tamen vt continens pro contento accipiatur, vulgata & trita omnibus linguis cõsuetudine loquendi. Clamitabunt autem (sat scio) nonnulli sacrilegam esse meam audaciam: sed ego contrà non dico sed vociferor, fraude Satanæ & incogitantia pastorum factum vt hoc erratum in Ecclesiam inueheretur, ea occasione arrepta quòd quum in Græcis subiectũ τοῦτο in vtriusque symboli enuntiato sit generis neutrius, sicut vtrunque attributum (nempe τὸ σῶμα & τὸ αἷμα, quod in Latina quoque enũtiatione priore vsuuenit in Corporis vocabulo) interpretes in posteriore enuntiatione eandẽ interpretationem sequuti sint: quum tamen nomen attributi, nempe Sanguinis, genere variet in Latino sermone à subiecto. Inde factum vt hæc enuntiatio perinde sit accepta, ac si esset identica, id est corpus tantùm & sanguis, (præterita subiectorum, id est panis & vini, mentione) à Christo demonstrarentur. Sed ita certè loquitur Lucas vt ambigi nõ possit quin Christus poculum indicarit quum hęc diceret, vt isti velint nolint tropum agnoscere cogantur in pronomine demonstratiuo. Omnino igitur dicendum est, sicuti de altero Symbolo, HOC, id est, Hic panis, EST CORPVS MEVM: ita in hoc dicto, HOC, id est, poculum seu vinũ hoc quod manibus teneo, & vobis præbeo, EST SANGVIS MEVS: sacramentaliter nimirum, id est ea significationis specie qua res significatæ non minus verè præbentur fide spiritualiter sumẽdæ, quàm Symbola ipsa corporeis organis percipienda traduntur. Denique nequid hîc innouasse primus videar, apud Cyprianum lib. 2. Epist. 3. legitur, Hoc est sanguis meus, in bonæ fidei codicibus nonnullis. Neque etiam negligendum illud videtur, quòd Syrus interpres in hac institutione, vt & Ioh. 6. vtitur voce פגרא [*Pagra*] qua mortuum corpus declarat: Vide Ioh. 6.51. ¶ *Pacti*, διαθήκης. Vulg. & Eras. *Fœderis*, quod est certa pacti species, quo pacem ineunt qui priùs inter se dissidebant, vel etiam qui, quum priùs hostes essent, ad amicitiam sociali fœdere iungendam coëunt. Constat autẽ huic Græcæ voci Hebræum nomen Berith respondere, quo generaliter omne genus pactionis intelligitur, sicut & Græcis τὸ συντίθεσθαι de pactis & conuentis quibusuis dicitur. Hinc factum vt Aquila & Symmachus, teste Hieronymo in Ierem. 11. & Matth. 2. Hebræum illud nomen Græcè generaliter συνθήκην potiùs quàm διαθήκην sint interpretati, quòd διαθήκη specialiter interdum de fœdere, imò etiam de testamento dicatur: quò respexit Apostolus Heb 9.16. interdum, inquam, at nõ semper, vt Luc. 22.29. & Gal. 3.5. Cęterùm propriè quidem Fœderis appellatio Euangelicę pactioni conuenit in sese simpliciter consideratæ, vtpote vnicæ & perpetuæ cum Adamo primùm sancitæ Gen. 3.15. deinceps cũ Abrahamo, Gen. 17.7. repetitę ac tandẽ mũdo exhibita. Sin verò Euangelica hęc pactio cũ Circũcisionis pacto inito Gen. 17.10. cui postea Leuiticum Sacerdotium adiunctũ fuit Mosis ministerio cõparentur, tũ sanè duo fuerint pacta, vnum videlicet prius & vetus: alterũ posterius & nouum, constituenda & appellanda, priore seu vetere per nouum & posterius abrogato, nedum vt, quod nonnulli cõtendebant, nouum fuerit veteri superadditum, & vtrunque retinendum. Fœdera autem duo dici nec possunt, nec debent, quasi duo re ipsa extiterint: quum vnicum illud patribus quidem promissum, & ab eis exspectatum, nobis autem tandem exhibitum semper extiterit in Christo vnico, à Patribus quidem vt venturo, tum in promissionibus, tum in illis veteris pacti vmbris procul conspecto, & per fidem apprehenso. Hebr. 11.13. & Iohan. 8.16. à nobis autem vt iam exhibito, tum in simplici Euangelij verbo, tũ in nouis sacramentis illis duobus, per eandẽ fidẽ apprehẽso. Quòd si interdum apud Patres fit duorum fœderum mentio, tum diligenter obseruandum est, duo hæc dici, non aliter quàm habita duplicis dispensationis ratione, qua vnicum illud reipsa Fœdus fuit hominibus expositum: vetus videlicet illud sub Legis vmbris, & alterũ nostrũ nouũ in exhibiti Euangelij fulgore. Offendatur ergo nemo quòd *Pacti*, quàm *Fœderis* nomẽ vsurpare maluerim. ¶ *Pro*, περὶ, i. ὑπὲρ. Vide suprà 9.36. ¶ *Effunditur*, ἐκχυνόμενον i. effundetur. Loquitur enim de re mox futura, tanquam iam præsente. vt Ioh. 10.17, Pono animã meam: quæ enallage in linguis omnibus locũ habet. Sed præterea mihi videtur Dominus, in huius mysterij institutione, licet de re mox futura loquens, tamen pręsentis tẽporis verba vtrobiq; vsurpasse, vt admonerẽtur discipuli hunc esse istorum symbolorũ vsum, vt oculis fidei res mox futuræ quasi iam præsentes in iis spectentur, sicut nos illas, licet iam olim peractas, & non reipsa, sed recordatione pręsentes, fide in hac actione, quasi ante oculos positas, cõtẽplari oportet: totã videlicet passionis historiam, ac si ipsis oculis nostris illud ipsum pẽdens, & confossum Christi corpus, & sanguinẽ ex ipsius vulneribus stillantẽ cerneremus.

29 *Ab hoc tempore*, ἀπ' ἄρτι: i. ἀπὸ τοῦ νῦν. Nam ἄρτι idẽ etiam valet quod νῦν, vt sup. diximus cap. 3.15. Vulg. barbarè, *Amodo*. ¶ *Fructu*, γεννήματος. A γεννᾶν i. Gignendo dicitur γέννημα, quod etiam stirpibus conuenit. Latini (quod sciam) aliud commune vocabulum non habent quàm fructum: id est καρπόν. Nã genimen, quo vtitur Vetus interpres, barbarum est. Columella Progeniem vitis dixit, sed alio sensu. Quantopere verò sint hac voce abusi Eunomiani ostendit Basil. lib. aduersus Eunom. 2. ¶ *Bibam*, πίνω. Iterũ præsens pro futuro. Hîc autẽ Christi sermo vel metaphoricè accipiẽdus est in posteriore mẽbro de cõuictu, ac si diceret Dominus, Adhuc vobiscũ vixi vt homines cũ hominibus cõsueuerũt: ab hoc tẽpore verò desinet istius vitę cõsuetudo, siquidem vobiscũ nõ ero nisi in regno illo æterno, vbi aliã vitam viuemus: vel, hoc referẽdũ ad id quod scribit Lucas Actorum initio, Christũ videlicet ad faciendã resurrectionis suæ fidẽ, quadraginta diebus cũ suis discipulis cibũ etiã sumpsisse, non necessitate tamen, neque quotidianæ vitæ vsu, vt qui infirmitatem omnẽ corporis iam exuisset: quod hîc significatum fuerit Regni patris nomine, quò etiam videtur referendum quòd scribitur suprà, 16.28.

30 *Quum hymnum cecinissent*, ὑμνήσαντες. Vulg. *Hymno dicto*: quod rectè mutauit Erasm. vt intelligatur Apostolos, ipsos vnà cum Christo hymnum cecinisse. De hac ὑμνῳδίᾳ qua conuiuium soluebatur, vide suprà 20.

Mat.14.28 & 16.7

32 Μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

33 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοί, ἐγὼ οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι.

Mat.14.29 luc.22.34.

34 Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω σοί, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ νυκτί, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με.

35 Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. Ὁμοίως καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον.

Mat.14.32. luc.22.39. Ioh.18.1

Christus discipulorum infirmitati consulens, aliis in tuto relictis, tres tantùm assumit suæ angustiæ testes futuros, & in locum proditioni destinatum vltrò progreditur.

Christus verus homo pœnas nobis Dei desertoribus debitas luiturus à suis deseritur, & luctatur terribiliter cũ maledictionis Dei horrore, ex quo tandẽ victor euadẽs, efficit vt mors nõ sit amplius nobis formidabilis.

36 Τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ· καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς, Καθίσατε αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ.

37 Καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ τοὺς δύο υἱοὺς Ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.

38 Τότε λέγει αὐτοῖς, Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ.

39 Καὶ προελθὼν μικρόν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, προσευχόμενος καὶ λέγων, Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ.

32 Postquam autẽ suscitatus fuero ‖ præibo vobis in Galilæam.

33 Respondens verò Petrus dixit ei, Etiamsi omnes offendantur in te, ego nunquam offendar.

34 Dixit ei Iesus, ‖ Amen dico tibi, ista nocte antequam gallus vocem emittat, ter me abnegabis.

35 Dicit ei Petrus, Etiamsi oportuerit me tecum mori, non te abnegabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

36 ‖ Tunc venit Iesus cum eis in locũ qui dicitur Geth-semane: & dicit discipulis, Sedete hîc, vsquequo digressus orauero illic.

37 Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit affici tristitia, & grauissimè angi.

38 Tunc dicit eis, Vndiquaque tristis est anima mea vsque ad mortem: manete hîc, & vigilate mecum.

39 Et progressus paululũ, procidit in faciẽ suã, orans & dicens, Pater mi, si possibile est, abeat à me poculũ istud: veruntamẽ non vt ego volo, sed vt tu.

32 *Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam.*

33 *Respondens autem Petrus ait illi, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor.*

34 *Ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.*

35 *Ait illi Petrus, Etiãsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.*

36 *Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani: & dixit discipulis suis, Sedete hic donec vadam illuc, & orem.*

37 *Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse.*

38 *Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum.*

39 *Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo sed sicut tu.*

¶ *Offendimini*, σκανδαλισθήσεσθε. Vide suprà 11.6.

32 *Suscitatus fuero*, ἐγερθῆναί με. Nempe ex morte, tanquam somno (vt loqui solet scriptura.) Quod autem hoc loco & alibi vtitur Christus verbo passiuo, sicut à Patre dicitur suscitatus à mortuis, sic accipiendum est, vt sua ipsius vi, quæ est vnica illa Deitas Patri & Filio communis, ipsum secũdum carnẽ vitæ restitutũ sciamus, vt docet ipse Io.10.18.

35 *Abnegabo*, ἀπαρνήσομαι. In quatuor vetustis codicibus scribitur in subiunctiuo ἀπαρνήσωμαι, abnegauero. Vulgata & Erasmus, *Negabo*, ἀρνήσομαι.

36 *Locum*, χωρίον. Sic Valla, & quidem rectè, vt opinor. Vulg. & Eras. *Villam*. ¶ *Geth-semane*, γεθσημανῆ. Varijs modis hæc vox, vt alia Hebræa nomina, in codicibus Græcis scribitur. Hebraicè verò vallis ista Hierosolymis proxima scribitur גיא־שמנים [ghe-schemanim] quasi vallis pinguiũ ab vbertate soli dicta. Syrus autem scribit גד־סמן [ghed-siman] vt pro θ scribere oportuerit δ.

37 *Grauissimè angi*, ἀδημονεῖν. Vulg. *Mœstus esse*. Eras. *Affici mœstitudine*. Prudenter verò hęc sunt intelligenda. Nam τὸ ἀδημονεῖν significat Præ mœrore penè concidere animo & Inopem consilij esse: quæ hactenus in Christo fuerunt, vt tamen ab omni labę peccati fuerit immunis: has autem horribiles pœnas sustinuerit, quòd lueret iram Dei in nos accẽsam, quorum peccata in ipso vlciscebatur Pater. Vnde etiam profecta est vox illa, Deus mi, Deus mi, cur dereliquisti me? Alioqui, nisi hoc diligenter obserues, videbuntur multi martyres ipso Christo constantiores: quod absit vt cogitemus. Exhorruit ergo Christus non mortem per se, sed iram Dei in peccatũ, cuius pondus illi erat nostra causa sustinendum. Quid verò miseris illis fiet qui seipsis vel aliis aliquatenus nituntur? Iam igitur Christus inferorum atrium ingreditur, vt suos inde liberet.

38 *Vndiquaque tristis*, περίλυπος. Præpositio περὶ auget significationem. Declarat enim animum vndique mœrore obsessum & circumuallatum. Vulg. *Tristis*. Eras. *Mœsta*.

39 *Abeat*, παρελθέτω: id est, Prætereat me, & intactum relinquat. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Transeat*. quod fortassis tolerari posset, nisi adderetur præpositio. Nam eodem dicendi genere apud Senecam lib. de Benef. 2. cap. 28, dicitur grando pessimi cuiusque agros transire: id est intactos relinquere. Hoc idem exprimunt Hebræi verbo עבר [habar,] duplici tamen, eáque contraria significatione. Nam aliquãdo idem valet quod accedere & capiti incumbere, vt Thren. cap. 4.21. Etiam (inquit Propheta) super te trãsibit calix. Id est, etiam ad te perueniet ira & furor Domini. Aliquando verò contrà idem valet quod Prætermittere & Intactum relinquere, vt hoc loco: & Insalutatum preterire, vt Gen. 18.3, Ne trãseas (inquit Abrahamus) à seruo tuo. Id est, ne me insalutatum prætereas. Sic apud Græcos accipitur τὸ παρελθεῖν, vt in istis Anacreontis versiculis, sanè perlepidis, Ὁ πλοῦτος εἰ γε χρυσοῦ Τὸ ζῆν παρεῖχε θνητοῖς, Ἐκαρτέρουν φυλάττων, Ἵν' εἰ θανεῖν ἐπέλθῃ, Λάβῃ τι, καὶ παρέλθῃ. Simili dicendi genere petit Iobus à Deo vt transire faciat peccatum suum, Iob 7.21. & Nathan 2. Sam. 12.13. Sed meminerimus transire peccati pœnam à nobis in nostrum redemptorem, Esa. 53.11. sicut à contrario dicitur ira Dei manere super incredulos, Iohan. 3.36. ¶ *Poculum*, ποτήριον. Vulg. & Eras. *Calix*. Quum autem paulò antè Erasmus Veterem interpretem flagellarit quòd vocabulum Græcum ποτήριον alio Græco vocabulo conuerterit, & suprà etiam 20.22. disertè hanc versionem emendarit, miror eum hoc loco idẽ non fecisse. Quòd si profanis pictoribus hîc quoque credendum est, hæc omnia scilicet ad execrandum illud non Christi, sed Antichristi sacrificium pertinẽt. Nam quia calicis hîc fit mentio, inepti pictores totam hanc actionem ita pingunt vt Christus procidens Missam illam execrandam obire videatur: nec istos pudet imperitorum vulgus, tam impiis & tam crassis erroribus, in superstitionis tenebris retinere. Poculi autem appellatione ex Hebræorum idiotismo significatur ira Dei, & supplicium pro peccatis nostris. Vide suprà 20.22. ¶ *Veruntamen*, πλὴν. Obseruandum est hac particula non corrigi superiorem petitionem, (ita enim fuisset in Christo vitium) sed explicari qua conditione id peteret. Quod autem additur, non significat repugnantiam voluntatum quæ peccato non caruisset: sed diuersitatem quæ per se vitiosa non est, ne in hominibus quidem, si modò hominis voluntas cognitæ Dei voluntati libens acquiescat. At hanc, inquies, optimè norat Christus, quam toties etiam prædixerat discipulis. Concedo: sed iræ paternæ in nostra peccata, & magnitudinis pœnæ apprehensio, qua nulla terribilior esse potest, humanam mẽtem ad tempus hactenus ita totam retinuit, vt in eam vnam esset defixa, donec sese erigeret: quæ lucta vt in nobis vix ac ne vix quidem vitio careat, tamen in Christo, vero quidẽ homine, sed omnis peccati experte, pura fuit ab omni peccati labe.

40 Ita-

40 Καὶ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητάς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας· καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ, Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ;

41 Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

42 Πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθὼν προσηύξατο, λέγων, Πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου.

43 Καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας. ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι.

44 Καὶ ἀφεὶς αὐτούς, ἀπελθὼν πάλιν, προσηύξατο ἐκ τρίτου, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.

45 Τότε ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς, Καθεύδετε τὸ λοιπόν, καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδού, ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν.

46 Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδού, ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με.

47 Καὶ ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδού, Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα, ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν Ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ.

48 Ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν.

40 Tunc venit ad discipulos, & reperit eos dormientes: & dicit Petro, Itáne nequiuistis vnam horam vigilare mecum?

41 Vigilate & orate, ne introeatis in tentationem. spiritus quidem *est* promptus, sed caro infirma.

42 Rursum secundò abiit, & orauit, dicens, Pater mi, si non potest hoc poculum abire à me quin bibam ipsum, fiat voluntas tua.

43 Et quum venisset reperit eos rursum dormientes: erant enim oculi eorum grauati.

44 Et relictis eis, rursum abiit: & orauit tertiò, eundem sermonem loquutus.

45 Tunc venit ad discipulos suos, & dicit eis, Dormite quod reliquum est, & requiescite: ecce, appropinquauit hora illa, & Filius hominis proditur in manus peccatorum.

46 Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me prodit.

47 ‖ Et adhuc eo loquente, ecce, Iudas, vnus ex illis duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, à primariis Sacerdotibus & Senioribus populi.

48 Is verò qui prodebat eum, dederat eis signũ, dicẽs, Quem osculatus fuero, is est: prehendite eum.

40 *Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro, Sic non potuistis vna hora vigilare mecum?*

41 *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.*

42 *Iterum secundò abijt, & orauit, dicens, Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.*

43 *Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erãt enim oculi eorum grauati.*

44 *Et relictis illis, iterum abijt: & orauit tertiò, eundem sermonem dicens.*

45 *Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce, appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.*

46 *Surgite, eamus: ecce, appropinquauit qui me tradit.*

47 *Adhuc eo loquente, ecce, Iudas, vnus de duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi à principibus Sacerdotum & senioribus populi.*

48 *Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum.*

Mar.14.43. luc.22.47 Ioh.18.3 Christus vltrò capiendum se præbet vt voluntaria obedientia voluntariam Adami defectionem luat.

40 *Itáne*, οὕτως. Vulgata, *Sic*. Erasmus, *Adeò*. Quinque Veteres codices sic distingũt οὕτως; οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; id est, Itáne? non potuistis vnam horam vigilare mecum? Quæ repetitio interrogationis, aut expostulationis potius, magnam videtur emphasin habere. ¶ *Vnam horam*, μίαν ὥραν. Vulgata & Erasmus, *Vna hora*. Ego malui vertere quarto casu, quo videlicet tempus continuum declaratur.

41 *Ne introeatis*, ἵνα μὴ εἰσέλθητε. Vide suprà 6.13. ¶ *Spiritus quidem*, τὸ μὲν πνεῦμα. id est, animo quidem vos, idq; ex spiritus mei dono, benè in me affectos, & ad præstandum, quod magistro suo discipuli tenentur, paratos video. Sed aliud in vobis superest, quod, nisi adhibitis precibus diuinitus confirmemini, vestram hanc alacritatem cõfringet; nedum vt nunc sit vobis de capiendo somno cogitãdum. Dicta sunt autem ista indefinitè & γενικῶς, vt in discipulorum persona piis omnibus dicta intelligantur. Sed vt sibi constet antithesis, tum inter Spiritum & carnem, tum inter promptitudinem & infirmitatem, obseruandum est nec Spiritus nomine ipsum regenerationis donũ, nec per carnem corruptionem ipsam natiuam significari, quia verè quidem promptitudo illa spiritui sic quoque tribuitur: carni verò non itidem infirmitas; vtpote quæ tota sit, ne regeneratis quidem exceptis, rebellis & ἀνυπότακτος Rom. 8.7. ideoque non confirmanda, sed paulatim abolenda. Itaque nomine spiritus intelliguntur ipsi regenerati, quatenus spiritu Dei reguntur prompti & alacres: carnis verò appellatione iidem quoque significantur, quatenus adhuc sunt ψυχικοὶ, id est supersunt in iis peccati reliquiæ, illam ipsorũ quatenus πνευματικοὶ sunt, alacritatem infringentes, & tandem illi quoque superaturę, nisi perpetuis precibus sese petant diuinitus confirmari: quod frustrà ipsis à Christo prędictum non fuisse res ipsa postea ostendit. Qua in re verò declaretur hæc infirmitas, etiam in sanctissimis, non autem rebellio, sicut in iis in quibus regnat peccatum, totis ipsis dominans, plenissimè suo ipsius exemplo proposito docet Apostolus Rom. 7.15. & 19. nempe in eo quòd, licet verè regeneratus, non faceret bonum quod volebat, imò faceret malum quod nolebat. Velle enim bonum, & nolle malum est à spiritu Dei: non facere verò bonum quod optes facere, sed facere malum quod optes non facere, est ab illis carnis, id ęst peccati reliquiis rectam boni voluntatem & veram Mali, vt ita loquar, Noluntatem debilitantis.

42 *Rursum secundò*, πάλιν ἐκ δευτέρου. Erasmus, *Rursus altera* [illegible]. Sic etiam Latinè Plautus dixit, Rursum denuò. ¶ *Quin*, ἐὰν μὴ. Vulgata & Erasmus, *Nisi*. Vide Marcum cap. 10.30.

43 *Reperit eos rursum*, εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν. In duobus codicibus legimus, καὶ ἐλθὼν πάλιν εὗρεν αὐτοὺς καθεύδοντας: id est *Et quum rursum venisset, inuenit eos dormientes*: sicut conuertit Vetus interpres.

45 *Quod reliquum est*, τὸ λοιπόν. Vel, *De cætero*. Vulgata & Eras. *Iam*, ἤδη. Est autem σαρκασμός, quo egebat discipulorum torpor.

47 *A*, ἀπὸ. Vulg. & Erasm. addunt participium Missi, ἀπεσταλμένοι: quod facilè subauditur.

48 *Prehendite*, κρατήσατε, vel retinete, ita vt elabi, ne si velit quidem, possit. Nam vocabulo Græco significatur aliqua vis afferri.

Christus capitur vt liberemur.
Vocationem oportet esse zeli regulam.

Καὶ εὐθέως προσελθὼν τῷ Ἰησοῦ, εἶ-
πε, Χαῖρε ῥαββί· Καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἑταῖρε, ἐφ'
ᾧ πάρει; Τότε προσελθόντες ἐπέβαλον
τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκράτη-
σαν αὐτόν.

Καὶ ἰδοὺ, εἷς τῶν μετὰ Ἰησοῦ, ἐκτείνας
τὴν χεῖρα, ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν
αὐτοῦ· καὶ πατάξας τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιε-
ρέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.

Gen. 9.6
apoc. 13.10

Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀπόστρε-
ψόν σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς.
πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν
μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται.

Christus ideo captus quia capi voluit.
Esa. 53.10

Ἢ δοκεῖς ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρα-
καλέσαι τὸν πατέρα μου· καὶ παραστή-
σει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγ-
γέλων;

Suprà 21

Πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ, ὅτι
οὕτω δεῖ γενέσθαι;

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τοῖς
ὄχλοις, Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μα-
χαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με; καθ'
ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδά-
σκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με.

Mar. 14.53
luc. 22.54
ioh. 18.14
Christus innocens damnatur à Pontifice eius impietatis cuius nos rei sumus.

Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῶσιν
αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν. Τότε οἱ μαθηταὶ
πάντες ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον.

Οἱ δὲ κρατήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπή-
γαγον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα, ὅπου
οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι συνή-
χθησαν.

Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μα-
κρόθεν, ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ Ἀρχιερέως· καὶ

49 Itaque statim quum venisset
ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et
deosculatus est eum.
50 At Iesus dixit ei, Amice,
quorsum ades? Tunc accesse-
runt, & manus iniecerunt in Ie-
sum, & prehenderunt eum.
51 Et ecce, vnus ex iis qui *erant*
cum Iesu, extensa manu distrin-
xit gladium suum: & percusso
seruo Pōtificis maximi, abstu-
lit auriculam eius.
52 Tunc ait ei Iesus, Refer gla-
dium tuum in locum suū. ‖ qui-
cunque enim acceperint gla-
dium gladio peribunt.
53 An putas me non posse nunc
precari Patrem meum, qui
huc sistat mihi plures quàm
duodecim legiones Angelo-
rum?
54 Quomodò ergo impleren-
tur ‖ Scripturæ, *quæ dicunt* sic
oportere fieri?
55 Eo ipso momento dixit Iesus
turbæ, *Siccine* vt aduersus la-
tronem exiuistis cum gladiis
& fustibus, vt me prehende-
retis? quotidie apud vos sedebā
docens in templo, nec prehen-
distis me.
56 Hoc autem totū factum est
vt ‖ implerētur Scripturæ Pro-
phetarum. Tunc discipuli om-
nes, relicto eo, fugerunt.
57 ‖ Illi verò prehensum Iesum
abduxerūt ad Caiapham Pon-
tificem maximum, vbi Scribæ
& seniores congregati fuerunt,
58 Petrus autem sequebatur eū
longinquo vsque in aulam

49 *Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et osculatus est eum.*
50 *Dixitque illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Tūc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.*
51 *Et ecce vnus ex iis qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum: & percutiens seruū principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius.*
52 *Tunc ait illi Iesus, Cōuerte gladium tuum in locum suum. omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt.*
53 *An putas quia non possum modò rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones Angelorum?*
54 *Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic portet fieri?*
55 *In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad latronē existis cum gladiis & fustibus comprehendere me, quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.*
56 *Hoc autem totum factū est vt adimplerentur scripturæ Prophetarū. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.*
57 *At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem Sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant.*
58 *Petrus autem sequebatur eum à longè, vsque in atrium principis Sacerdo-*

49 *Aue,* χαῖρε. Ad verbum, Gaude. Latini Salue aut Aue dicunt. Fuit autem hic ritus osculo salutandi, orientalibus familiaris, cuius sæpe fit mētio apud Paulum in extremis epistolis.

50 *Quorsum,* ἐφ' ᾧ: id est εἰς τί, vt suprà dixit vers. 8. Nonnulla exemplaria obseruat Erasmus scriptum habuisse ἐφ' ὃ, & nouè vsurpatum esse articulum postpositiuum, pro τίνι, vel τί. quum tamen sic etiam apud Thucydidem vsurpetur, & apud Herodotum legerim ἐπ' οἷον pro quamobrem. Fateor tamen ἐφ' ᾧ plerunque indefinitè poni pro ὥστε, vel idem valere quod In quo, vel quoad: id est ἐφ' ὅσον. Syrus aūt interpres postremo loco ponit ἑταῖρε, & refert ad verbū habet, Ob istúdne venisti, mi socie? vt sit sensus, hoccine illud est cuius causa venisti? id est, an venisti me salutandi aut alterius rei causa: siue, méne oscularis, de mea salute an de re alia cogitans?

51 *Abstulit,* ἀφεῖλεν. Cic. ad Quintum fratrem, libro 3, *Auriculam fortasse mordicus abstulisset.* Vulgata & Eras. *Amputauit,* id est ἀπέκοψεν.

52 *Qui acceperint,* οἱ λαβόντες: id est, qui vsurparint. Ita enim accipitur interdum apud Hebræos נשא: quod respondet τῷ λαμβάνειν, vt Exodi 20. vers. 7. & Psal. 50. vers. 16. Sic etiā in vernaculo nostro sermone, *mettre la main à l'espee,* id est, manū ensi apponere, significat gladium exerere feriēdi causa. Dicuntur autem ipsi accipere gladium, quibus à Domino non traditur, id est, qui preter vocationem gladio vtuntur. ¶ *Peribunt,* ἀπολοῦνται. In quinque vetustis codicibus ἀποθανοῦνται, morientur.

53 *Qui huc sistat mihi,* καὶ παραστήσει μοι. Vulg. & Erasm. ad verbum, *Et exhibebit mihi:* quanuis Exhibere potius respondeat τῷ παρέχειν. Cæterùm animaduerti Hebræos in huiusmodi transitionibus personarum sæpe vsurpare copulatiuam coniunctionem, contra Græcorum & Latinorum consuetudinem, qui simplici prouocabulo potius vtuntur, vt ex hoc loco apparet. Sic etiam infrà 27. v. 51, & alibi sæpe. ¶ *Legiones,* λεγεῶνας. Vocabulum Latinum corruptum, de quo alibi diximus.

54 *Quomodo ergo,* πῶς οὖν. Præcisa est loquutio: neque enim cum superiore versu videntur ista posse connecti. Respondet igitur tacitæ obiectioni, cur subsidium à Patre nō petat in extremo periculo: & ita quidem respondet vt interrogare videatur. quod schema Rhetores vocant ἀνθυποφοράν. ¶ *Implerentur,* πληρωθῶσιν. In vno exemplari legitur πληρωθήσονται, Implebuntur. ¶ *Sic,* ὅτι οὕτω. Subaudiendum videtur participium λεγούσαι: quod expressimus, vt particula ὅτι accipiatur εἰδικῶς, sicut annotat Eras.

55 *Aduersus,* ἐπί. Vulg. & Eras. *Ad,* id est πρός. ¶ [*Siccine*] *vt prehenderetis me,* συλλαβεῖν με. In vetustis omnibus exemplaribus adscripta erat nota interrogationis, vel potius expostulationis, ideò particulam, *Siccine,* inserui.

56 *Implerentur,* πληρωθῶσιν. vel impleantur: si malimus esse ipsius Christi quàm Euangelistæ verba.

58 *E longinquo* ἀπὸ μακρόθεν. Vulg ad verbum, *A longè,* barbarè. Abundat ἀπό, quod etiam non erat in tribus vetustis codicibus. Sic tamen reperias apud Homerum ἀπ' οὐρανόθεν. *Procul* autem est ambigua vox. Itaque periphrasin quæsiui. Sic Virgilius Æneid. 5, *longo sed proximus interuallo* Plinius lib. 7. *à longinquo* dixit. vt vertendum est. Mar. 15.40. ¶ *Vsque in aulam,* ἕως τῆς αὐλῆς. Vulgata, *in atrium.* Et certè fuerunt priuatis ædibus atria, quod aulæ magnatibus, area videlicet sub dio inter vestibulum & interiorē domū. Nos Gallicè vocamus Curiam. Gallica enim vox licet è Græco & Latino sermone petita, *une sale,* non est locus ὑπαίθριος, sed tectus, quem Græca voce *basilicam* Latini vocarunt.

εἰσελθὼν ἔσω, ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν,
ἰδεῖν τὸ τέλος.

Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ
τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρ-
τυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὅπως αὐτὸν θανα-
τώσωσι·

Καὶ οὐχ εὗρον· καὶ πολλῶν ψευδομαρ-
τύρων προσελθόντων οὐχ εὗρον· ὕστε-
ρον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρ-
τυρες,

Εἶπον, Οὗτος ἔφη, Δύναμαι καταλῦ-
σαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμε-
ρῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν.

Καὶ ἀναστὰς ὁ Ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ,
Οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου καταμαρ-
τυροῦσιν;

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα. Καὶ ἀποκριθεὶς
ὁ Ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ, Ἐξορκίζω σε κατὰ
τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ἵνα ἡμῖν εἴπῃς εἰ σὺ
εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς Σὺ εἶπας· πλὴν
λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ
ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς

Pontificis maximi, & ingressus
intro, sedebat cum ministris,
vt videret finem.
59 ‖ Primarij verò Sacerdotes
& Seniores & totus consessus
quærebāt falsum testimonium
contra Iesum, vt eum morte
afficerent.
60 Et non inuenerunt: etiam
quum multi falsi testes accessis-
sent, non inuenerunt. Postre-
mò verò aduenientes duo falsi
testes,
61 Dixerunt, Iste dixit, ‖ Possum
destruere templum Dei, & tri-
duò ipsum ædificare.
62 Et assurgens Pontifex maxi-
mus dixit ei, Nihil respondes?
quid *illud est quod* isti aduer-
sum te testificantur?
63 Iesus autē silebat. Et respon-
dens Pontifex maximus dixit
ei, Adiuro te per Deum viuen
tē vt dicas nobis an tu sis Chri-
stus ille, Filius ille Dei.
64 Dicit ei Iesus, Tu dixisti:
quinetiā dico vobis, Ab hoc
tempore videbitis ‖ Filium ho-
minis sedentem ad dextram

tum: & ingressus intrò, sedebat cum ministris, vt videret finem.
59 *Principis autem Sacerdotum & omne concilium quærebant falsum testimonium cōtra Iesum, vt eum morti traderent.*
60 *Et non inuenerunt, quum multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes,*
61 *Et dixerunt, Hic dixit, Possum destruere templū Dei, & post triduum reædificare illud.*
62 *Et surgens princeps Sacerdotum ait illi, Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur?*
63 *Iesus autem tacebat. Et princeps Sacerdotum ait illi, Adiuro te per Deum viuum vt dicas nobis si tu es Christus Filius Dei.*
64 *Dicit illi Iesus, Tu dixisti: veruntamen dico vobis, Amodo videbitis Filium hominis sedentem à*

Mar. 14.55
Ioh. 2.19
Suprà 16.27
rom. 14.10
1. thess. 4.16

59 *Totus consessus,* τὸ συνέδριον ὅλον. Scribæ videlicet siue legisperiti, plerunque ex Leuitis selecti. Fuit enim hoc cōcilium magnum illud quod ex septuaginta & vno iudicibus constabat, & in quo de causis grauissimis cognoscebatur, veluti de blasphemia, cuius Christus insimulabatur, vt suprà diximus cap. 5. In meo exemplari non legitur καὶ οἱ πρεσβύτεροι, & Seniores, nulla sensus iniuria, quum postea totius concilij fiat mentio. Seniores autem populi intellige qui ex tribubus, quum id licuit, allegebantur primariis Sacerdotibus & Scribis. ¶ *Morte afficerent,* θανατώσωσι. Vulg. & Eras. *morti traderent.* Vide suprà 10.21. In quodam codice scribitur ἀπολέσωσι, perderent.

60 *Etiam quum multi,* καὶ πολλῶν. In vetere quodam exēplari non repetitur οὐχ εὗρον in hoc membro, neque ante πολλῶν adscribitur καί: quam lectionem sequutus est Vetus interpres Latinus, & Syrus quoque. Mihi tamen non videtur ociosa repetitio. Vetustissimus autem ille meus codex hîc habet nouum & admirabile quidpiam, nempe, καὶ οὐχ εὕροντο ἴσα, καὶ πολλοὶ προσῆλθον ψευδομάρτυρες, καὶ οὐχ εὕροντο ἴσα. Latina verò interpretatio κατὰ πόδας, in eodem codice habet repetitum, *& non inuenerunt sequentia:* ex quo liquet prorsus pro εὕροντο ἴσα, scribendum fuisse εὗρον τὰ ἴσα, & ita hæc esse conuertenda, *Et non inuenerunt quæ congruerent.* id est falsa quidem testimonia facilè reperta, sed non inuenta eiusmodi vt inter se cohærerent, quum videlicet vel idem prorsus dicunt testes, vel saltem quum quod vnus dicit, ex alterius testimonio sequitur, te ad probationem requiritur. Marcus ἴσας μαρτυρίας eleganter vocat. Causam tamen non video cur à recepta lectione Græca siue Latina Vulgata discedatur. Sed hic potius obseruandum est quod ad rem maximè pertinet, voluisse nimirum Deum vt omnibus modis liqueret nobis de Christi innocentia testatissima, prius quàm de damnatione: vt sciamus illum non propter sua, quę nulla fuerunt sed propter nostra peccata fuisse damnatum. ¶ *Postremò verò,* ὕστερον δὲ id est, ὕστατον δέ. Assentior enim Erasmo, qui comparatiuum pro superlatiuo positum putat.

61 *Destruere,* καταλῦσαι. Ad verbum, *dissoluere.* vide suprà 24.2. ¶ *Triduò,* διὰ τριῶν ἡμερῶν. Sic vulgò Galli *entrois iours:* vt sit διά positum pro ἐν. Plin. lib. 9. cap. 51. *Cætera fæminæ in triduo excludunt.* Vetus interpres *Post triduum:* id est μετὰ τρεῖς ἡμέρας. quomodo etiam accipitur Marci 2.1. & Gal. 2.1. Idem infrà Marci 14.58. interpretatur. *Per tres dies:* & Erasmus, *Tribus diebus.* ¶ *Ædificare,* οἰκοδομῆσαι. Vulgata, *Reædificare:* id est ἀνοικοδομῆσαι, quia mentio facta est destructionis.

62 *Quid* [*illud est quod*] τί. Vulgata, *Ad ea quæ:* id est, πρὸς ἅ, nulla adscripta distinctione post ἀποκρίνῃ: quum tamen in omnibus codicibus, quos mihi videre licuit, ista dirimantur duplici interrogatione hoc loco. Erasmus ad verbum, *Quid?* Nos verò aliquid addendum putauimus vt magis perspicua esset sententia. ¶ *Aduersum te testificantur?* σου καταμαρτυροῦσιν; Eras. *Testimonium dicunt aduersum te?* vt sit hic sensus, Quî fit vt isti aduersum te testimonium dicant?

63 *Adiuro,* ἐξορκίζω: id est, Interposito iureiurando & Dei auctoritate præcipio, vt intelligas te coram Deo consistere, & velut à Deo ipso interrogari. Græcis tamē scriptoribus hoc verbum significat Iureiurando aliquem adstringere, quod non videtur Caiaphas à Christo postulasse, aut si postulauit, Christus recepisse. Sic etiam à Theologis accipi consueuit pro eo quod Coniurare dicunt, id est, per Dei nomen adhibitum præcipere. Vnde in illis primis Ecclesiæ incunabulis Exorcistæ dicti qui miraculorum dono pollentes, inuocato Christi nomine, dæmonas eiiciebant. ¶ *Dei,* τοῦ Θεοῦ. Quoddam exemplar addit τοῦ ζῶντος, viuentis, formula loquendi admodum vsitata.

64 *Tu dixisti,* σὺ εἶπας. Vox est assentientis simul & modestè respondentis (vt quum ex aliquo quidpiam quæritur quod agnoscere nō potest quin sibi aliquid tribuere magnum videatur) vel eum cui respondetur ex ipsiusmet sermone conuincentis. Itaque Marcus pro *Tu dixisti,* habet disertis verbis, *Ego is sum.* Fuisse verò hanc assentiendi formulam apud Græcos etiam vsurpatam docet D. Camerarius, prolatis ex Euripide & Xenophonte exemplis. ¶ *Quinetiam,* πλήν. Vulgata & Erasmus, *Veruntamen.* Vide suprà 11, c. 22. ¶ *Ab hoc tempore,* ἀπ' ἄρτι. deinceps, siue posthac. Idem enim hoc valet quod μετὰ νῦν: distinguitque hæc particula priorem Christi aduentum à posteriore quem expectamus. Vulgata & Erasmus, *Amodo.* ¶ *Ad dextram potentiæ* [*Dei,*] ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. Nomen Dei suppleuimus ex Luc. 22.69. Idem autem valet Ad dextram potestatis Dei atque, Ad dextram potentis illius

Christus enim huic, in qua apud Pontificis tribunal adstās iudicandus comparebat, infirmitati, illam cęlestem gloriosissimam Maiestatem opponit, in qua venturus est domitos suos omnes hostes, ac præsertim hunc ipsum pontificem, & illum sceleratissimum consessum, exitio sempiterno addicturus. Loquitur tamen de se, vt à Patris persona distincto. qua de re copiosissimè disserit Apostolus 1. Cor. 15. 24. & 25. Nam qui assident ad dextram principis, sunt principi longè charissimi, atque adeò veluti principis collegæ, vt qui honoratiore loco sedeant. Vulg. & Eras. *A dextris virtutis.* ¶ *In nubibus*, ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Vide supra 24. c. 30.

δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.

Τότε ὁ Ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων, Ὅτι ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἴδε, νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ.

Τί ὑμῖν δοκεῖ; Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον, Ἔνοχος θανάτου ἐστί.

Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν· οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν,

Λέγοντες, Προφήτευσον ἡμῖν Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε.

Ὁ δὲ Πέτρος ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ· καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία παιδίσκη, λέγουσα, Καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου.

Ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν πάντων, λέγων, Οὐκ οἶδα τί λέγεις.

Ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη· καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ, Καὶ οὗτος ἦν μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου.

Καὶ πάλιν ἠρνήσατο μεθ᾽ ὅρκου, Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.

Μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑστῶτες εἶπον τῷ Πέτρῳ, Ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ.

Τότε ἤρξατο καταναθεματίζειν, καὶ

potentiæ *Dei*, & venientem in nubibus cæli.

65 Tunc Pontifex maximus dirupit vestiméta sua, dicens, Blasphemauit: quid nobis opus est amplius testibus? ecce, nunc audistis blasphemiam eius.

66 Quid vobis videtur? Ipsi verò respondentes dixerunt, Damnas est mortis.

67 ‖ Tunc inspuerunt in faciem eius, & colaphos ei inflixerunt: alij verò bacillis eum cęciderunt,

68 Dicentes, Vaticinare nobis Christe, quis sit qui te percussit.

69 ‖ Petrus autem sedebat extra in aula: & accessit ad eum quædam ancillula, dicēs, Et tu cum Iesu Galilæo eras.

70 Ipse verò negauit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicas.

71 Eum autem egredientem in vestibulum vidit alia *ancilla*: & dixit iis qui *erant* illic, Et iste erat cum Iesu Nazaræo.

72 Tunc rursus negauit cum iureiurando, *dicens*, Non noui hominem.

73 Paulo pòst autem accesserunt qui adstabant, & dixerunt Petro, Verè & tu ex ipsis es: nam & loquutio tua te manifestum facit.

74 Tunc cœpit, seipsum deuo-

dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.

65 *Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiam.*

66 *Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis.*

67 *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt: alij autem palmas in faciem eius dederunt.*

68 *Dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit.*

69 *Petrus verò sedebat foris in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicens, Et tu cum Iesu Galilæo eras.*

70 *At ille negauit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicis.*

71 *Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia, & ait iis qui erant ibi, Et hic erat cum Iesu Nazareno.*

72 *Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem.*

73 *Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro, Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit.*

74 *Tunc cœpit detestari, &*

Esa. 50. 6

Mar. 14. 66 luc. 22. 55 ioh. 18. 25

Petrus admirabili Dei prouidentia horum omnium futurus testis, ad singularis constātiæ exemplum, suæ incredulitatis experientia, præparatur.

65 *Dirupit*, διέῤῥηξε. Hanc consuetudinem omnibus ferè priscis gentibus in luctu solénem fuisse, ex multis Homeri locis constat: maximè vero ex illo Iliad. χ, in quo Priamus Hectorem deflet: quod etiam Virgilius imitatus est 5. Æneid. his versiculis, *Tum pater Æneas humeris abscindere vestem, Auxiliòque vocare deos.* &c. Atque adeo illud idem Persis commune fuisse ostendit Herodotus in Thalia, Cambysæ mortem describens. Sed & Iudæi id facere tenebantur: si ab Israelita quopiam audissent blasphemiam in Deum: idque ex traditione quæ scripta extat in Thalmud. volumine De magistratibus, Tit. De quadruplici morte.

66 *Damnas est mortis*, ἔνοχος θανάτου ἐστί. *vel tenetur mortis pœna.* vt Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. *Vt qui non discessissent, ea pœna quæ est de vi, tenerentur.* Id est obnoxij essent pœnæ. Vulg. & Eras. *Reus est mortis.* Vide suprà 5. 21.

67 *Bacillis ceciderunt*, ἐῤῥάπισαν. Vulg. *Palmas in faciem eius dederunt.* Atqui hoc ipsum est τὸ κολαφίζειν, à quo manifestè hoc ipso loco distinguitur τὸ ῥαπίζειν. Vide suprà 5. 39, & Marc. 14. 65. Quidam tamen ῥάπισμα idem esse volunt quod κόνδυλον, ictum videlicet pugno in genam inflictum, ῥάπισμα verò impingi explicata manus palma, quod vulgò vocamus *vn soufflet*. Syrus autem interpres pro ῥαπίζειν vtitur verbo מחא [*mecha*] quod significat in genere τὸ παίειν, id est cædere, siue ferire.

68 *Vaticinare*, προφήτευσον. Vide Mar. 14. 65.

69 *Extra*, ἔξω. Extra porticum videlicet in qua consederat Pontifex, nō autem extra domum, siue foris, vt Vulgata & Erasmus interpretantur. Erat enim in cortem ingressus vt dictum est suprà versu 58. & paulo pòst ex corte dicitur sese in vestibulum recepisse.

71 *Eum autem egredientem*, ἐξελθόντα δὲ αὐτόν. Deest pronomen αὐτόν in vno codice: & certè quum postea addatur, abundabit secundo loco, nisi vertas tanquam absolutè positum, sicut Vetus interpres: quem in eo quoque sequutus sum. quòd ἐξελθόντα sum interpretatus præsenti tempore. Existimo enim hæc contigisse non egresso Petro, sed in ipso egressu. Sed πυλῶνα idem malè vertit *Ianuam*, id est πύλην, perperam etiam omissa propositione εἰς. ¶ *Iis qui [erant] illic*, τοῖς ἐκεῖ. Tria exemplaria legunt, λέγει αὐτοῖς Ἐκεῖ καὶ οὗτος. *Dicit eis, Illic & iste.*

72 *Non noui*, ὅτι οὐκ οἶδα. In vno exemplari scribitur, idque (ni fallor) rectius, λέγων Οὐκ οἶδα, *dicens, Non noui.* quæ tamen ἔμφασις est Hebræis familiarissima.

73 *Paulò pòst*, μετὰ μικρόν: id est, μετ᾽ ὀλίγον. Vulgata & Erasmus. *Post pusillum.* ¶ *Qui adstabant*, οἱ ἑστῶτες: id est οἱ παρεστῶτες, vt loquitur Marcus.

74 *Seipsum deuouere*, καταναθεματίζειν. Ita exprimo vim præpositionis κατά, quasi scriptū sit καθ᾽ ἑαυτοῦ ἀναθεμα Græci Theologi vocant quod Hebræi חרם [*cherem*.] Vnde ἀναθεματίζειν: id est, extremis diris & execrationibus deuouere. Vulgata, *Detestari.* Erasmus. *Execrari.* Vide Rom. 9. 3.

¶ *Non*

ὀμνύειν, Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. Καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε.

Καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος τοῦ Ἰησοῦ, εἰρηκότος αὐτῷ, Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. Καὶ ἐξελθὼν ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς.

Κεφάλαιον κζ.

Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν.

Καὶ δήσαντες αὐτὸν ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι.

Τότε ἰδὼν Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς Ἀρχιερεῦσι, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις,

Λέγων, Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῶον. Οἱ δὲ εἶπον, Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει.

Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε· καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο.

Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια εἶπον, Οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν· ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι.

Συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, εἰς τα-

uere, & iurare, *dicens*, Non noui hominem. Et statim gallus emisit vocem.

75 Et recordatus est Petrus verborū Iesu, qui dixerat ei, Priusquàm gallus vocem emittat, ter me abnegabis. Et egressus extra, fleuit amaré.

CAP. XXVII.

1 M‖ Ane autē quum esset, consiliū ceperūt omnes primarij Sacerdotes & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morte afficerent.

2 Et vinctū eum abduxerunt, ac tradiderunt Pontio Pilato præsidi.

3 Tunc Iudas qui eum prodiderat, quum vidisset eum dānatum esse, pœnitens, retulit triginta argēteos *numos* ad primarios Sacerdotes, & seniores.

4 Dicens, Peccaui prodito sanguine insonte. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.

5 Ipse verò proiectis *illis numis* argenteis in templum, secessit: & profectus ‖ strangulauit *sese*.

6 Primarij autem Sacerdotes acceptis *numis* illis argenteis, dixerunt, Non licet eos immittere in corbanā, quoniam pretium sanguinis est.

7 Consilio autem capto, emerunt ex eis agrum illum figuli,

iurare quia non nouisset hominem. & continuò gallus cantauit.

75 *Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat, Priusquam gallus cātet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amaré.*

CAP. XXVII.

1 *Mane autem facto consilium inierunt omnes principes Sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.*

2 *Et vinctum abduxerunt eum & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.*

3 *Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentiā ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, & senioribus,*

4 *Dicens, Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.*

5 *Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit.*

6 *Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis, dixerūt, Non licet eos mittere in corbanan: quia pretium sanguinis est.*

7 *Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam pere-*

Mar. 15. 1 luc. 22. 66 ioh. 18. 28

Exemplū horrendi iudicij Dei in eos tū qui Christum vendunt, tum qui Christum emunt.

Act. 1. 18

¶ *Non noui*, ὅτι οὐκ οἶδα. Vulgata, *Quia non nouisset.* Erasmus, *Quòd non nosset*: quasi scriptum sit, ὅτι οὐκ οἶδε. Ego verò potius existimo particulam ὅτι abundare, & subaudiendum participium Dicens, ex Hebræorum idiotismo: de quo diximus Mar. 10. 33.

75 *Fleuit amarè*, ἔκλαυσε πικρῶς. Huc spectat elegans illud Augustini dictum De Ciuit lib. 14. cap. 13. Audeo dicere, superbis vtile esse cadere in aliquod apertum manifestúmque peccatum vnde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando fleuit: quàm sibi placuit quando præsumpsit.

IN CAPVT XXVII.

1 *Mane autem quum esset*, πρωΐας δὲ γενομένης. Ad verbum, Matutino autem facto tempore. Nam subauditur ὥρας. Latini plerunque simpliciter dicunt *Mane.* Vulgata & Erasmus, *Mane autem facto.* ¶ *Vt eum morte afficerent*, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν: iam videlicet à Pontifice damnatum. Luc. 22. 71, primo diei diluculo. Quis autem ambigere meritò possit Iudæos, si penes ipsos fuissent capitalia iudicia, minimè illum ad Romani præsidis, sibi maximè inuisi, prætoriū adducturos, sed illum statim fuisse lapidaturos? Quòd autem per tumultum non fuerunt istud conati, quod postea aduersus Stephanum ausi sunt Act. 7. 57. diuina prouidētia factum est, quò respexit Ioan. 18. 31. & 32.

2 *Præsidi*, ἡγεμόνι. Promiscuè vtuntur Euangelistæ voce ἡγεμόνος, quum alioqui non ἔπαρχος sed ἐπίτροπος, id est non Præses sed Cæsaris Procurator, Præsidi Syriæ obnoxius, in Iudæam missus esset, vt ex historia Cumani & aliorum apud Iosephum liquet. Erant autem duo istorum Procuratorū Cæsaris genera. Nam alij Rationales propriè dicti solis vectigalibus colligendis vacabant: alij præterea prouinciis minutioribus vice præsidis præerant cum aliqua potestate, & iurisdictionem sibi aliquā, nullo præside præsente, inter prouinciales sumebant: quum alioqui apud solos Magistratus prouinciarum præsides, puta proconsules & proprætores lege agere liceret. Tacitus autem libr. 15. disertè Pilatum vocat Tiberij procuratorem.

3 *Prodiderat*, παραδιδούς: significatione præteriti plusquam perfecti. In vno codice legitur παραδοὺς, & quidem rectius. Vulgata, *Tradidit.* ¶ *Pœnitens*, μεταμεληθείς. non μετανοήσας. Nec enim resipiscit quemcunque pœnitet, sed sæpe in deterius ruit. Vide suprà 3. 2. ¶ *Retulit*, ἀπέστρεψε: ab Hebræos השיב [*heschib*] id est Restituit. Sic in quibusdā Galliæ partibus vulgò dicūt *retourner l'argent*, pro eo quod rectius dicitur, *rendre l'argent.*

4 *Insonte*, ἀθῶον. Vulg. *Iustum*: id est δίκαιον, sicut in quodam codice legimus, eodē sensu. Est autem Hebraismus, quo significat Iudas nihil penitus commeritum hominem à se proditum ad cædem. Nam θωὴν vocant Græci pœnam & multam quæ persolui debeat.

5 *Secessit*, ἀνεχώρησε: id est abiit ex hominum conspectu. Nam secretum aliquem locum quæsiuisse nō dubium est, torquente ipsum conscientia, & adigente ad suspendium. Vulg. & Erasm. *Recessit.* ¶ *Strangulauit [sese,]* ἀπήγξατο. Vide Act. 1. v. 18.

6 *Corbanan*, κορβανᾶν: id est templi ærarium. Vocabulum est Syriacum: quod quum Euangelistæ Græcè scribentes noluerint mutare, ego quoque retinui. ¶ *Sanguinis*, αἵματος: id est vitæ, aut cædis. Tanti enim æstimant vitam Filij Dei, religiosi isti homines, nostris Pharisæis planè similes, quibus religio est iudiciis capitalibus interesse, quū interim pios omnibus modis persequantur ad necem, & aliis tradant iugulandos quos suis præiudiciis damnarunt. Non prorsus dissimile factum de Chiis refert Herodotus, qui quum Pactyam quendam ipsorum opem implorātem Harpago præfecto dedidissent, & proditionis mercedem accepissent agrum Atarnensem, nihil penitus ex eo agro diis ritè offerri posse statuerunt.

7 *Agrum illum figuli*, τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. Quum articulus & quidem duplex à Græcis addatur, putaui hoc non

temerè esse factum, sed Euangelistam de hoc agro loqui vt celebri & omnibus noto, vt apparet ex verbis Petri, Act. 1. 19. quem etiam designat Propheta Zacharias 11. 13. cuius oraculum postea recitat. Itaque articuli vim expressi.

φὴν τοῖς ξένοις.

8 Διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον.

Act. 1. 19

9 (Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ.

Zach. 11. 12

10 Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος.)

Mar. 15. 2 Luc. 23. 3 Ioh. 18. 33

11 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμών, λέ-

ad sepulturam peregrinorum.

8 Quapropter vocatus est ager ille, ‖ ager sanguinis, vsque in hodiernum diem.

9 (Tunc impletum est quod dictũ est per Ieremiam Prophetam, dicentem, ‖ Et acceperunt triginta *numos* argenteos, pretium æstimati, qui æstimatus fuit à filiis Israel.

10 Et dederunt eos *ad emendum* illum agrum figuli, sicut iniunxit mihi Dominus.)

11 ‖ Iesus autem stetit corã præside, & interrogauit eum præ-

grinorum.

8 *Propter hoc vocatus est ager ille, Hacel-dama, hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernum diem.*

9 *(Tunc impletũ est quod dictum est per Ieremiam prophetã, dicentem, Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Israel.*

10 *Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.)*

11 *Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit*

Christus tacet accusatus, vt non accusemus: nostrum reatum agnoscens, & simul suam innocentiam silentio probans.

¶ *Peregrinorum*, τοῖς ξένοις. Ad verbum hospitibus: id est peregrinis & exteris: veluti Romanis & aliis, quibus, etiam mortuis, coniungi religio erat Iudæis.

9 *Ieremiam*, Ἱερεμίου. Sic habent constanter omnes codices: & hic nodus vetustissimos quosque interpretes torsit: quia videlicet testimonium ex Zacharia sumptum est, non ex Ieremia, vt planè videatur esse ἁμάρτημα μνημονικόν: sicut censet August. lib. De consensu Euangelistarũ tertio cap. 7. itémq; Eusebius ἀποδείξεως lib. 10. Quod si quis hunc errorẽ malit vel librariis tribuere, vel (quod potius arbitror) alicuius imperitiæ, qui Ieremiæ nomen adscripserit, quum Euãgelista, vt alibi sæpe, ita etiam hoc loco tantùm scripsisset διὰ τοῦ προφήτου, necesse tamen est vt fateamur iam olim hũc errorem in sacros codices irrepsisse, quod expressè dicit Hieronymus de Opt. genere interpretandi, Ad Pammachium. Alias multas rationes adfert Eras. ex veteribus scriptoribus collectas. Sed in illa postrema coniectura illud quoque me confirmat, quòd in Syriaca paraphrasi, (quam sanè constat non posse non esse vetustissimam) nõ adscribitur vllius Prophetæ nomen. Deinde in literarum compendiis facile potuit ζῦ in ιῦ mutari. ¶ *Et acceperunt*, καὶ ἔλαβον. Quia hęc prædictio, vt Grecè scribitur, parũ videtur respondere Hebraicæ veritati, in primis tenendum est, ita plerunque citari solere Vetus testamentum à sacris Noui testamenti scriptoribus, vt sensũ respexerint, & Prophetiæ potius impletionẽ quàm ipsa prophetarũ verba recitarint. Id autem nemini mirum aut temerarium videbitur, qui sibi persuaserit quod res ipsa conuincit, eundem Spiritum ore Euangelistarum loquutũ esse, qui aperuerit os Prophetarum. Deinde Prophetarum munus fuit quid futurũ esset prædicere: Euangelistarum verò quid sit factum narrare. Itaque quum Spiritus Dei illorum prædictiones in nouo Testamẽto non exscribat, sed interpretetur, minimè certè debuit totidem enumerãdis vocabulis adstringi. Deinde & hoc notandum est, versionem illam Græcam Prophetarũ, quæ extat sub nomine Septuaginta interpretum, vel supposititiam esse, (quod partim ex Iosepho, partim ex infinitis, & iis quidẽ crassissimis erroribus licet intelligere) vel certè aliam & plerunque diuersam ab ea qua vtuntur noui Testamẽti scriptores: quod vel ex hoc loco licet colligere: quẽ tamen constat variis modis fuisse conuersum. Nam vt cætera omittam, de quibus copiosè agit Euseb. lib. ἀποδείξεως ἡ Septuaginta interpretes, & Symmachus pro eo quod Euãgelista mentionem facit κεραμέως, verterunt χωνευτήριον, id est Fornacem, in qua aurum & argentum exploratur. Aquila verò re consentiens cum nostro Euangelista, πλάστην interpretatur. Sed nunc age, ad rem accedamus. Zacharias sic habet ad verbum, *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me, Proijce illud ad figulum, honestum pretium quo æstimatus sum ab eis. Accepi igitur triginta argenteos, & proieci eos in domo Domini ad figulum.* Nunc cum illis conferamus Euangelistæ verba, quæ sic habent, *Et acceperunt triginta argenteos, pretium illius æstimati, quem filij Israel æstimarunt, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.* Hæc autem siquis conferat, intelliget Euangelistam non tam vaticinium ipsum Prophetæ repetere quàm eius impletionem narrare: quamuis videatur in ipsius Prophetæ persona loqui. Itaque Zacharias de seipso loquens, vtitur prima persona: *Accepi & Proieci.* Euangelista verò contrà, narrans quod ab aliis est factu, tertiis personis vtitur ἔλαβον & ἔδωκαν. vt legitur in Græcis & Latinis codicib. summo consensu. Sed ἔλαβον potest etiam verti *Accepi*: & Syrus interpres legit ἔδωκα, *Dedi*, quod error fortassis altero librariorũ mutatũ est in ἔδωκαν. Sed age, à recepta lectione ne recedamus. Narrauerit Zacharias quid ipse fecerit Domini iussu. Euãgelista verò neq; de Zacharia Propheta, neque de Iuda loquitur, sed narrat quid fecerint Iudæi: eos nimirũ accepisse triginta illos numos à Iuda proiectos in domum Domini: & ex iis agrum emisse à figulo quodam. Explicat igitur quomodo impletũ fuerit illud quod à Propheta dictum est, Proieci eos ad figulum: id est, quos futurũ erat vt darent figulo. Ex quo etiã apparet יוצר [*iotser*] accipi à Propheta propria significatione: & eos falli qui Kimhi auctoritatem sequuti, putãt in eo vocabulo mutatũ esse א in י, vt significet eũ qui præerat tẽpli ærario: id est, Seniores & Sacerdotes quib. restituti fuerint triginta illi numi. Neque enim melior interpres quærendus, quàm Euangelista, qui disertè facit figuli mẽtionẽ: ita vt hæc verba Prophetæ, Ad figulũ, Gallicè verti debeãt, *pour vn potier*, potius quàm *au potier*. Cæterùm hæc verba Prophetæ, *Honestum pretium quo æstimatus sum ab eis*, Euangelista his verbis exposuit, *Pretium illius æstimati, quem filij Israel æstimarunt*: mutata prima persona in tertiã, quia inducit Propheta Deũ ipsum loquẽtem. Deinde passiuum dicendi genus in actiuum trãsfert. Postremo explicat emphasin relatiui Eis, quo vtitur Propheta ad rei indignitatẽ amplificandã. Significatur enim Dominus triginta tantùm numis argẽteis æstimatus: idq; ab iis ipsis quos Dominus pro populo peculiari complexus erat. Et hæc quidem hactenus de huius loci explicatione. Cæterùm quod ad verborum interpretationẽ attinet, hæc verba, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ, interpretatur Eras. *Quẽ æstimatum emerunt* (Pharisęi videlicet) *à filiis Israel*: i. à Iuda Israelita. Vulg. *Quem appretiauerunt à filiis Israel*. At ego puto cõmodius sic verti posse. *Quẽ æstimarũt qui sunt ex filiis Israel*: id est, qui æstimatus fuit à filiis Israel: perinde acsi dixisset, τινὲς, vel οἱ ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ vt sup. 23. 31. ἐξ αὐτῶν pro ἐξ αὐτῶν τινάς. Nam ita conueniunt Græca cũ Hebræis. Deinde τιμᾶσθαι, pro Emere rem æstimatam nusquã legi. Præterea præpositio Latinorũ A, in illo dicendi genere quod vsurpat Eras. ferè respondet τῷ παρὰ. Vix enim dicere licet ἀγοράζειν ἀπό τινος, sed potius παρά τινος. Itaq; mihi videtur subaudiendus articulus οἱ, vel τινὲς, ante ἀπὸ, vt hæc verba, ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, ordine constructionis præponantur verbo ἐτιμήσαντο, non subsequantur: ἀπὸ autẽ idem valeat quod ἐξ, vt infrà 21. In quo dicendi genere etiam hęc ellipsis est bis vsurpata sup. 23. 34. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ ἐξ αὐτῶν σταυρώσετε, pro τινὰς ἐξ αὐτῶν: i. Occidetis ex ipsis, & crucifigetis ex ipsis, pro Nõnullos ex ipsis. Sed & multo apertius in recto casu eadem omnino ellipsis apparet, Actorum 21. 16. & Ioh. 16. 17.

10 *Ad [emendum] agrum illum figuli*, εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. Vetus Latina interpretatio, testante Hieronymo ad Pammachium, interpretata est *Ad conflatorium*: ipse autem Hieronymus, *Ad statuarium*.

11 *Iesus autem*, ὁ δὲ Ἰησοῦς. Secunda hæc fuit, non prima illa actio, quã hîc & à Marco prætermissam Lucas paucis attingit 23. 2. vtramque tamen permiscens. Ioannes autem plenissimè exponit ca. 18. à 13. vers. ad 37. habitã in ipso prætorio, & in qua quum Iesus ad accusationem de regno sic respondisset, vt Pilato prorsus satisfaceret, noluit postea amplius respondere.

¶ *Tune*

γων, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ, Σὺ λέγεις.

12 Καὶ ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀρχιερέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο.

13 Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσι;

14 Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα, ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν.

15 Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον.

16 Εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον, λεγόμενον Βαραββᾶν.

17 Συνηγμένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν;

18 Ἤδει γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν.

19 Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα, Μηδέν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ· πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν.

20 Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν.

21 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν εἶπεν αὐτοῖς, Τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; Οἱ δὲ εἶπον, Βαραββᾶν.

22 Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; Λέγουσιν αὐτῷ πάντες, Σταυρωθήτω.

23 Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον, λέγοντες, Σταυρωθήτω.

24 Ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται, λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων, Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵ-

ses, dicens, ‖ Túne es rex ille Iudæorum? Dixit autem ei Iesus, Tu dicis.

12 Et quum ipse accusaretur à primariis Sacerdotibus & senioribus, nihil respondit.

13 Tunc dicit ei Pilatus, Non audis quàm multa aduersum te testificentur?

14 Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses valde.

15 Præses autem singulis festis cõsueuerat turbæ dimittere vnum vinctum, quẽ voluissent.

16 Habebant verò tunc vinctũ insignem, qui dicebatur Barabban.

17 Ipsis igitur congregatis, dixit eis Pilatus, Vtrum vultis dimittam vobis? Barabban, an Iesum qui dicitur Christus?

18 Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum.

19 Sedente autem eo in tribunali, misit ad eum vxor eius, dicẽs, Nihil tibi *rei sit* cum Iusto illo: multa enim passa sum hodie in somnio propter eum.

20 ‖ Primarij verò Sacerdotes & seniores persuaserunt turbæ vt peteret Barabban, Iesum verò perderet.

21 Respondẽs autem præses dixit eis, Vtrum è duobus illis vultis vt vobis dimittam? Ipsi verò dixerunt, Barabban.

22 Dixit eis Pilatus, Quid igitur faciã Iesu qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes, Crucifigatur.

23 Præses autem ait, At enim quid mali fecit? At illi eo amplius clamabant, dicentes, Crucifigatur.

24 Videns autem Pilatus se nihil proficere, sed maiorem tumultum fieri, accepta aqua abluit manus coram turba, dicẽs,

eum præses, dicens, Tu es rex Iudæorum? Dixit illi Iesus, Tu dicis.

12 *Et quum accusaretur à principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit.*

13 *Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quãta aduersum te dicunt testimonia?*

14 *Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses vehementer.*

15 *Per diem autem solennem cõsueuerat præses populo dimittere vnum vinctum, quem voluissent.*

16 *Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.*

17 *Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittã vobis? Barabban, an Iesum qui dicitur Christum?*

18 *Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eũ.*

19 *Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum.*

20 *Principes autem Sacerdotum & seniores persuaserunt populis vt peterent Barabban, Iesum verò perderent.*

21 *Respondens autem præses ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabban.*

22 *Dixit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur.*

23 *Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur.*

24 *Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo dicens, In-*

Christus ab eodem iudice priùs absoluitur quàm dãnetur, vt eum constet iustũ pro iniustis mori.

Mar. 15. 11 Luc. 23. 18 Ioh. 18. 40. Act. 3. 14

Christus iudicis testimonio absolutus, dãnatur tamẽ ab eodem iudice vt coram Deo absoluamur.

¶ *Túne es Rex ille*. σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς, ad verbum, *Tu es ille Rex*. Sed adiuuanda est interrogatio pronuntiatione, ideo addidi particulam NE, vt hic locus corrumpi facilè non possit. Vim quoque articuli sequi, sicut Erasmo placuit in annotationibus.

15 *Singulis festis*, κατ' ἑορτήν. Vide Mar. 15. 6.

16 *Habebant*, εἶχον. Vulgata & Erasmus, *Habebat*, εἶχεν. ¶ *Barabban*, Βαραββᾶν. Syriacum est בר־אבא [*bar-abba*] vel, vt alij volunt בר־רבא [*bar-rabba*] cuius rectus Græca inflexione est Barabbas.

19 *Nihil tibi [rei sit,]* μηδέν σοι. Vide suprà 8. 29. ¶ *In somnio*, κατ' ὄναρ. Id est nocturno viso. Vide suprà 1. 20.

21 *Vtrum*, τίνα. Id est πότερον, vt propriè loquutur Græci. ¶ *E duobus illis*, ἀπὸ τῶν δύο. Particula ἀπὸ manifestè hîc ponitur pro ἐκ, sicut suprà hoc eodem capite, versu nono. Sic etiam Appianus, Βουλὴν ἤ, Μέτελλόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι ἦσαν ἀπὸ τῆς βουλῆς τῷ Σύλλᾳ συνόντες, ἐψηφίσατο πολεμίους. Id est, Metellum & alios è Senatu quotquot cum Sylla erant, hostes iudicauit.

22 *Iesu*, Ἰησοῦν. Ad verbum Iesum, quarto casu. Est autem Hellenismus, Vulgata. *De Iesu*.

23 *Eo Amplius*, περισσῶς. Vul. *Magis*: i. μᾶλλον. Vide sup. 5. 47.

24 *Se nihil proficere*, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ. Vel, hoc nihil eum iuuare, vt non subaudiatur αὐτὸς sed τοῦτο. ¶ *Sed maiorem tumultum fieri*, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται. vel, Sed potius tumultum oriri. Vulg. & Eras. *Sed quòd magis tumultus fieret*. Atqui tumultus non tunc primum cœpit sed excreuit. ¶ *Abluit manus*. ἀπενίψατο τὰς χεῖρας. Similis quædam cæremonia instituitur Deut. 21. 6. ad quam tamen non fit mihi verisimile Pilatum respexisse. Triclinius verò Sophoclis interpres, versiculum illum ex Aiace explicans, ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ, &c. ita scribit, ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὅτε ἢ φόνον ἢ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν, ὕδατι ἀπονίπτειν τὰς χεῖρας, εἰς καθαρσιν τοῦ μιάσματος. Id est, Veteribus mos erat, in hominum cæde aliisve mactationibus, aqua abluere manus, expiationis causa. Vnde illud Virg. 2. Æn. *Me bello è tanto digressũ & cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero.* Sed & testatur Masurius quidam apud Plinium lib. 16. cap. 30. habitum honorem lauro in Romanorum triumphis, quod hostium etiam cædis suffimentum & expiatio habe-

retur. Tanta fuit olim apud ipsos etiam prophanos populos religio sanguinem humanum fundere, etiam quum iustum bellū erat. ¶ Coram turba, ἀπέναντι τοῦ ὄχλου. ἀπέναντι hoc loco accipio pro ἔμπροσθεν. Vulg. & Eras. Coram populo.

ματος τοῦ δικαίου τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε.

Καὶ ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς εἶπε, Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.

Τότε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν· τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ.

Mar.15.16 Ioh.19.1 Christus ignominiam subit peccatis nostris debitam. Interim tamen occulta Dei prouidentia ab iis ipsis Rex designatur à quibus afficitur contumelia.

Τότε οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν.

Καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην.

Καὶ πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ· καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐνέπαιζον αὐτῷ, λέγοντες, Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.

Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν, ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι.

Mar.15.21 Luc.23.26 Educitur extra vrbem, vt in cæleste regnū introducamur.

Ἐξερχόμενοι δὲ εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον ὀνόματι Σίμωνα· τοῦτον ἠγγά-

Innoxius ego sum ¨ à sanguine huius iusti: vos videritis.

Et respondens vniuersus po-
25 pulus dixit, ¨Sanguis eius super
nos, & super filios nostros.

Tunc dimisit eis Barabban:
26 Iesum autem ¨ flagellatum tra-
didit vt crucifigeretur.

‖Tunc milites præsidis, ¨quū
27 abduxissent Iesum in prætoriū,
congregarunt ad eum vniuersam ¨cohortem.

Et quum exuissent eum, ¨cir-
28 cumposuerunt ei chlamydem
¨coccinam:

Et coronam è spinis ¨contex-
29 tam imposuerunt eius capiti, &
arundinem in dextram eius: &
genu ¨ante eum summisso, illudebant ei, dicentes, Aue ¨rex Iudæorum.

Et quum inspuissent in eum,
30 ceperunt arundinem illam, &
¨cædebant ¨caput eius.

Et postquā illusissent ei, exue-
31 rūt eum chlamyde, indueruntque eum vestimentis suis: & abduxerunt eum vt crucifigerent.

‖Exeuntes autem inuenerunt
32 quendam Cyrenæum, nomine
Simonem: hunc ¨angariauerunt

nocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis.

Et respondens vniuer-
25 sus populus dixit, Sanguis
eius super nos, & super filios nostros.

Tunc dimisit illis Barabban: Iesum autem fla-
26 gellatum tradidit eis vt
crucifigeretur.

Tunc milites præsidis
27 suscipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem.

Et exuentes eum, chla-
28 mydem coccineam circumdederunt ei:

Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super
29 caput eius, & arundinem
in dextra eius: & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum.

Et exspuentes in eum,
30 acceperunt arundinem,
& percutiebant caput eius.

Et postquam illuserunt
31 ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis eius: & duxerunt eum vt crucifigerent.

Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæ-
32 um, nomine Simonē: hunc

¶ A sanguine, ἀπὸ τοῦ αἵματος id est cæde, ex Hebræorum consuetudine: quod tamen dicendi genus etiam apud Euripidem in Hecuba reperitur.

25 Sanguis eius, τὸ αἷμα αὐτοῦ. Hebraismus non ita facilis ad explicandum, nisi longo circuitu. Est enim hic sensus, Siquid peccabitur in eo occidendo, nos & posteritas nostra pœnam luamus.

26 Flagellatum, φραγελλώσας. Quod scribit in hunc locum Erasmus, Christum à Pilato virgis cæsum, quòd damnatos, ante vltimum supplicium, virgis cædere ex more esset Romano, huic loco non conuenit, quum non alia ratione fuerit ab eo flagellatus, quàm vt rationē inueniret eius liberandi, & Iudæorum crudelitati aliqua ex parte satisfecisset, sicut ex Ioanne constat. Vnam enim esse hanc flagellationem, non duplicem, vt nonnulli existimarunt, ex circumstantiis liquet. Sed quod non prorsus distinctè scripserunt Matthæus & Marcus, dilucidè exponit Ioannes. Denique cur reum iam antè à se satisfacere Iudæis volente flagellatū, iterū flagellasset Pilatus? Interim tamē dum apparabantur ad Crucis supplicium necessaria, dubium non est quin isti milites Christum hoc habitu reductum in prætorium omni ludibrio affecerint. Sed quod hîc dicitur de chlamyde coccina, & spinea corona, quasi Christi condemnationem sequutum sit, præcessisse res ipsa ostendit. Cur enim eum ad populū antea cum spinea corona & coccina veste productum rursus isti milites intra prætorium coronassent, aut altera veste coccina induissent?

27 Quum abduxissent, παραλαβόντες. Vulgata & Erasmus ad verbum, Suscipientes. Ego verò arbitror ex antecedente intelligi consequens, sicut diximus suprà 4.5. ¶ Cohortem, σπεῖραν. Spira contortum funem declarat ex multiplicibus funiculis ita circumuolutis vt in se non recurrant. Inde factum vt pro militum caterua accipiatur hoc loco, & apud Ennium, vt Festus testatur. Sed & apud Appianum, σπεῖραι. Sic etiam Hebræis idē vocabulum חבל [chebel] funem propriè declarat, translatitiè verò pro caterua & cœtu accipitur: vt 1. Sam. 10. 5.

28 Circumposuerunt, περιέθηκαν. Ita loquitur quia superiniicitur chlamys & circumuoluitur, carens nimirum manicis. Vulg. & Eras. Circumdederunt. ¶ Coccinam, κοκκίνην. Marcus & Ioannes ἱμάτιον πορφυροῦν commemorant. Paruū fuit enim discrimen inter coccinum & purpureum colorē, quanuis preciosior esset & suauius ruberet purpura. Hinc Horatius lib. Ser. 2. Satyra 6, Rubro vbi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos. Et mox, Ergo vbi purpurea porrectū in veste locauit Agrestem. Immò etiam Veteres coccum purpuræ succo miscuisse tradit Plinius lib. 9. Quum autem purpura fuerit Regiæ Maiestatis insigne, admirabili Dei prouidentia factum est, vt ab iis ipsis Christus sit Regiis ornamentis indutus, qui sic illum omni contumelia afficere studuerunt: quod ipsum quoque Pilato Titulum cruci imponendum per ludibrium scribenti vsuuenit.

29 Contextam, πλέξαντες. i. Implexis spinis concinnatam. Apparet igitur milites per lasciuiam & ludibrium regiam quandam speciem Christo affinxisse. Neque probabile est idcirco adhibitam fuisse hanc coronam, vt, quemadmodū pingi consueuit Crucem baiulans, & iam in cruce pendēs, spinis vulneraretur ipsius caput & facies, sed ludibrij tantùm causa. ¶ Ante, ἔμπροσθεν. Vertere solemus ἔμπροσθεν Coram, sed hîc aliquid amplius videtur significari. ¶ Rex, ὁ βασιλεύς. pro ὦ βασιλεῦ. Vide suprà 11.26.

30 Cædebant, ἔτυπτον. Vulgata & Erasm. Percutiebant, ἐπαιον. ¶ Caput, εἰς τὴν κεφαλήν. Ad Verbum, In caput: quomodo etiam Gallicè loquentes dicimus, en la teste. Latini omittunt præpositionem. Hinc autem perspicitur quæ fuerit istorum insolentia: qui tamen omnia purè agere videri volebant. Non est enim hoc ita exponendum quasi Christi imbecillitatis miserti, crucis onus totum in hunc Simonem reiecerint, sed quòd ita requireret Christi tam miserè totam noctem habiti imbecillitas, vt alius non ad explanda nostra peccata, sed ad externum crucis onus subleuandum ipsi adiungeretur: qua de re vide Ioh. 19.17.

32 Angariauerunt, ἠγγάρευσαν. Vide suprà 5.41.

ρευσαν ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ.

Καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον Γολγοθᾶ, ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος,

Ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον· καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν.

Σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου, Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.

Καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ.

Καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ ΙΗΣΟΥΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Τότε σταυροῦνται σὺν αὐτῷ δύο λῃσταὶ, εἷς ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων.

Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν.

Καὶ λέγοντες, Ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.

Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, ἐμπαίζοντες μετὰ τῶν Γραμματέων καὶ πρεσβυτέρων, ἔλεγον,

Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. εἰ βασιλεὺς Ἰσραήλ ἐστι, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ.

Πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν. εἶπε γὰρ, Ὅτι Θεοῦ εἰμι υἱός.

vt attolleret crucem eius.

‖Et quum venissent in locum
33 qui dicitur ¨Golgotha, ¨qui di-
citur Caluariæ locus,

Dederunt ei ¨acetum biben-
34 dum cum felle mistum: & quū
gustasset, noluit bibere.

‖Postquam autem crucifixe-
35 runt eum, partiti sunt eius vestimenta, sortem iacientes, vt impleretur quod dictum est à Propheta, ‖ Partiti sunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam iecerunt sortem.

Et sedentes asseruabant eum
36 illic.

Et imposuerunt super caput
37 eius ¨criminationem ipsius scriptam, HIC EST IESVS REX ILLE IVDAEORVM.

Tunc crucifiguntur cum eo
38 duo latrones: vnus ad dextram,
& alter ad sinistram.

Qui verò præteribant bla-
39 sphemabāt eum, mouentes capita sua.

Et dicentes, ‖Tu ¨ qui destruis
40 ¨templū, & triduo ædificas, serua temetipsum: si Filius Dei es, descendito è cruce.

Similiter autem etiam pri-
41 marij Sacerdotes illudentes cū
Scribis ¨& senioribus, dicebāt,

Alios seruauit, seipsum non
42 potest ¨seruare. si rex Israel est,
descendat nunc è cruce, & credemus ¨ei.

‖Cōfidit in Deo, eruat ipsum
43 nunc, ¨ si placet ei. dixit enim,
Filius Dei sum.

angariauerunt vt tolleret crucem eius.

Et venerunt in locum
33 qui dicitur Golgotha,
quòd est Caluariæ locus.

Et dederunt ei vinum
34 bibere cum felle mistum:
& quum gustasset, noluit bibere.

Postquam autem cru-
35 cifixerunt eum, diuiserunt
vestimenta eius, sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem, Diuiserunt sibi vestimēta mea, & super vestem meā miserunt sortem.

36 Et sedentes seruabāt eū.

Et imposuerunt super
37 caput eius causam ipsius scriptam, HIC EST IESVS REX IVDAEORVM.

Tunc crucifixi sunt
38 cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris.

Prætereuntes autem
39 blasphemabant eum mouentes capita sua.

Et dicentes, Vah qui
40 destruis templum Dei, & in triduo illud readificas, salua temetipsum: si Filius Dei es, descende de cruce.

Similiter & principes
41 Sacerdotum illudentes cū Scribis & senioribus, dicebant,

Alios saluos fecit, sei-
42 psum non potest saluum facere. si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei.

Confidit in Deo, liberet
43 nunc eum si vult. dixit .n. Quia Filius Dei sum.

Mar.15.22 Luc.23.32 Ioh.19.16 Christus nullum vsquam solamen inuenit, vt omni consolatione in eo repleamur.

Psal.22.19 Pronuntiatur verus Messias ab iis ipsis à quibus reiicitur.

Pendens medius inter latrones Christus iudicatur iam tum incipit mundum iudicare.

Christus vt plenè pro nobis satisfaceret nō tantùm corporis, sed etiam summos animi cruciatus, sustinuit & vicit.

Ioh.2.19

Psal.22.9 Sap.2.18

33 Golgotha, γολγοθᾶ. Ita reperimus scriptum in omnibus codicibus, perperam tamen, pro γολγολθᾶ, posteriore λ detracto, sicut Syrus interpres sustulit prius, scribens Gugultha. ¶ Qui dicitur, ὅς ἐστι λεγόμενος. Ad verbum, Qui est dictus. In quodam codice legitur, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον. id est, Quod est, si interpreteris: sicut suprà 1.23.

34 Acetum, ὄξος. In quodam exemplari & illo meo vetustissimo legitur οἶνον, id est Vinum: sicut etiam conuertit Vetus interpres: & hanc lectionem, quamuis dissentiente Syro interprete, verissimam arbitror, auctore ipso Spiritu sancto, Marc. 15.23. Itaque etiam si ὄξος scripsisse Euangelistam Græcè, aut Syriacè חלא [chala,] aut Hebraicè חמץ [chomets] dicamus, non significauerit tamen acetum quod vocamus, sed vinum conditum: neque χολῆς voce Fel intellexerit, sed amarorem, cuiusmodi est myrrhæ genuinæ, leniter, inquit Plinius, amaræ. Vide Mar. 15.23.

35 Vt impleretur, ἵνα πληρωθῇ. Totum hoc membrum cum Prophetæ testimonio in nullis vetustis codicibus reperimus, neque legitur in Syra interpretatione, adiectum procuidubio ex Ioh. 19.24.

37 Criminationem, αἰτίαν Vulg. & Erasm. Causam: quod enī declarat Græcis αἰτία, sed illa tamē significatio videtur huic loco melius conuenire, & ita significatur inscriptio quam vocat Ioannes Titulum, continentem, idcirco damnatum & crucifixum quòd regnum Iudææ affectasset. Augustinus ep. 8. legit, Causam mortis eius, αἰτίαν τοῦ θανάτου αὐτοῦ, & vetustam hanc esse lectionem, liquet ex Syro interprete. Vide Ioan. 19.19.

39 Blasphemabant, ἐβλασφήμουν. Hoc verbum vt in Ecclesia vsitatum retinuimus, quoties in ipsum Deum iacta sunt conuitia: quod hîc quoque factum fuit, fateor, si rem ipsam spectemus. Sed alia tamen istorum mens fuit, vt & latroni Luc. 23. 39. quantumuis absque hoc etiam scelerata.

40 Qui destruis, ὁ καταλύων. In quodam codice additur οὐὰ, quod rectè Vulgata vertit Vah. Est enim χλευαστικόν. Ponitur autem ὁ καταλύων quasi in vocandi casu, vt paulò antè annotauimus, 23.14.

41 Et senioribus, καὶ πρεσβυτέρων. in vetustis omnib. cod. vt & apud Syrū interpretē. additur, καὶ Φαρισαίων, & Pharisæis.

42 Seruare, σῶσαι. Additur nota interrogationis, aut ridiculæ potius percontationis in sex vetustis codicib. ¶ Ei, αὐτῷ. Vetusta exemplaria pleraque scriptum habent ἐπ' αὐτῷ: quoddam etiam ἐπ' αὐτόν. Nec enim certè inter se differunt credere Deo, & credere in Deum: quorum illud respondet literæ ל Hebræorum, quæ tertio casui adiungi solet: istud verò literæ ב effertur, eodem prorsus sensu, vt Exod. 14.31. & 2. Paral. 20.20. Sic tamen vt oporteat Domini auctoritatem à seruorum, per quos loquitur, ministerio semper & accuratè discernere. Sed aliud est sanè Credere Deum, quàm Credere Deo, vel In Deum.

43 Si placet ei, εἰ θέλει αὐτόν. Id est, εἰ ἀρέσκει αὐτῷ. Ipsum videlicet eruere: vel si ipse gratus est ei. Vulgata. Si vult. ita vt αὐτὸν eum non repetatur: quod tamen reperio in omnibus Græcis codicibus: & Syrus etiam interpres illud legit Hebræa constructione interpretatus אן צבא בה [en tsabe beh] i. Si placuit sibi in eo, pro quo Hebræi vteretur verbo חפץ [chaphets] vel רצה [Ratsah: sed cum præpositione ב. Itaque fateor hunc locum mihi suspectum esse, quum neque verba illa Hebræa, neque Græcum τὸ θέλειν, construi cum casu quarto personæ sic vsquam consueuerint. Quid si igitur legamus ῥυσάσθω, εἰ θέλει, αὐτόν, id est, Seruet, si libet, ipsum: Sed hoc videretur in Deum ipsum,

potius quàm in Christum dici. Et fortasse nouitas huius locutionis, *Si vult eum*, fecit vt *eum* tanquam redundans expungeretur. Hæc autem varietas nihil in ipsa sententia immutat.

44 Τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ, ὠνείδιζον αὐτῷ.

45 Ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ἕως ὥρας ἐννάτης.

46 Περὶ δὲ τὴν ἐννάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Ἠλί, Ἠλί, λαμμᾶ σαβαχθανί; τοῦτ' ἔστι, Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες;

47 Τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖ ἑστώτων ἀκούσαντες ἔλεγον, Ὅτι Ἠλίαν φωνεῖ οὗτος.

48 Καὶ εὐθέως δραμὼν εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε ὄξους, καὶ περιθεὶς καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτόν.

49 Οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον, Ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας σώσων αὐτόν.

50 Ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα.

51 Καὶ ἰδοὺ, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν.

52 Καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν· καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη.

44 ‖Id ipsum verò etiam latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.

45 A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super ¨vniuersam regionem, vsque ad horam nonã.

46 Circiter verò horam nonam ¨exclamauit Iesus voce magna, dicẽs, ‖Eli, Eli, ¨lama sabachthani? Hoc est, Deus mi, Deus mi, cur ¨ deseruisti me?

47 Quidam autem adstantium illic, quum *hoc* audissent, dicebant, ¨Eliam vocat iste.

48 Et statim currẽs quidã ex eis, ‖quum acceptã spongiã impleuisset aceto, & circumposuisset calamo, dedit ei vt biberet.

49 Reliqui verò dicebant, Sine, videamus an venturus sit Elias ¨seruaturus eum.

50 Iesus autem quum rursum clamasset voce magna, emisit spiritum,

51 ‖Et ecce, ¨velum templi ¨fissum est ¨in duas partes à summo vsque ad imum: & terra mota est, & petræ fissæ sunt.

52 Et monumenta ¨aperta sunt: & multa corpora sanctorũ qui dormierant, surrexerunt.

44 *Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.*

45 *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam.*

46 *Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens, Eli, Eli, lama sabachthani? Hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?*

47 *Quidam autem illic stãtes & audientes dicebant, Eliam vocat iste.*

48 *Et continuò currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.*

49 *Cæteri verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias liberans eum.*

50 *Iesus autem, iterum clamans voce magna, emisit spiritum.*

51 *Et ecce, velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum: & terra mota est, & petræ scissæ sunt.*

52 *Et monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierãt, surrexerunt.*

Cælum ipsum præ horrore obtenebratur, & Iesus in inferorum gurgitem immersus eiulat, & interea irridetur. Psal. 22. 2

Psal. 69. 22

Christus superatis cæteris hostibus eandem etiam mortẽ ipsam lacessit. Christus etiã mortuus, se Deum omnipotentem esse, vel ipsis hostibus confitentibus demonstrat. 2. Par. 3. 14

44 *Id ipsum autem* τὸ δ' αὐτό. Integrum hunc versiculum non reperi in quodam vetere codice, sed sublatum puto à quopiã qui hæc pugnare censuerit cum iis quæ tradit Lucas de altero latronum. Sed extat etiam apud Syrum interpretẽ. Nulla autem in his est repugnantia, nec etiam idiotismus aliquis solis Hebræis familiaris. Sed est dicendi genus è medio petitum, & omnibus vsitatum, quo indefinitè dicitur quod singulis minimè conuenit. Sic dicitur lapis anguli reiectus ab architectis, non tamen, sine exceptione, singulis. Sic citatur locus ex Prophetis Ioh. 6. 45. qui tamen apud vnum Esaiam extat.

45 *Vniuersam regionem*, πᾶσαν τὴν γῆν. i. χώραν. Vulgata & Eras. *Vniuersam terram*, quasi omnes mundi plagæ fuerint obscuratæ. Vide Mar. 15. 33.

46 *Exclamauit*, ἀνεβόησεν, Nam ἀνὰ vim addidit verbo, quæ non fuit negligenda. Vulg. & Eras. *Clamauit*. ¶ *Lama*, λαμμᾶ. In tribus exemplaribus legimus λαμμᾶ. In septem λιμᾶ. in vno λεμᾶ. quæ variatio nata est partim ex ignoratione linguæ Hebraicæ, partim ex diuersa apud ipsos Hebræos vocalium pronuntiatione. Sed & apud Marcum 15. 34. pro Ἠλὶ legitur Ἐλωΐ, quod Syriacum est. Ego verò Christum omnino arbitror ipsas Dauidis voces Hebræas vsurpasse, & sic totum hunc locum esse scribendum: id quod etiam apparet ex manifestiore paronomasia Eli, & Eliæ. ¶ *Deseruisti*, ἐγκατέλιπες, In hac tanta calamitate videlicet. Nam plus est (vt notat Erasmus) ἐγκατέλιπες, quàm κατέλιπες: sicut deserere plus videtur esse quàm derelinquere, quo posteriore vsus est Vetus interpres. Quomodo verò mihi videatur hic locus exp[…]ndus, reperiet lector Hebr. 5. 7. quem mihi quidem videtur Bernardus pulcherrimè paucis istis verbis exposuisse Serm. 5. de verbis Esaiæ, *Dicerène audebimus quòd aliquando fuerit etiam Christus sine Patre? Nemo id præsumeret, nisi prior ipse dixisset Deus meus, Deus meus, inquit, quare dereliquisti me? Quædam enim est derelictio vbi nulla fuit in tanta necessitate virtutis exhibitio, nulla maiestatis ostensio.*

47 *Eliam*, Ἠλίαν. Alludunt isti (vt solent irrisores) ad nomen Eli, quod significat *Deus mi*, non imperitia linguæ, vt nonnulli stultè opinati sunt, sed quòd profanus & crudelis animus huc eos impelleret. Non posset autem amarissima ista paronomasia intelligi nisi Euangelista Hebræa illa verba recitasset, totidem verbis. Vide Mar. 15. 34.

48 *Et circumposuisset*, καὶ περιθεὶς. i. ἐπιθεὶς, imposuisset, extremæ nimirum arundini circumuolutã. Vide Ioh. 19. 28.

49 *Seruaturus*, σώσων. Vulg. *Liberans*: id est σώζων, aut potius ῥυόμενος. Eras. *Liberaturus*: id est ἐλευθερώσων, vel ῥυσόμενος. Cæterùm duobus vetustis codicibus, post σώσων αὐτόν, additum erat, ἄλλος δὲ λαβὼν λόγχην, ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ καὶ αἷμα. id est, Alius autem accepta lancea confodit ipsius latus, & exiit aqua & sanguis: quæ opinor ex Ioanne annotata, postea librariorum culpa in contextum irrepsisse, idque alieno loco, quum hæc sint Christi mortem consequuta, vt ex Ioanne apparet.

51 *Velum*, τὸ καταπέτασμα. Aulæum illud intelligit quo suspenso dirimebantur Sancta sanctorum à Sancto. Cicero alicubi græcam vocem per periphrasin retinuit. ¶ *Fissum est*, ἐσχίσθη. Vulg. & Eras. *Scissum est*, id est ἐτμήθη. ¶ *In duas partes*, εἰς δύο. i. μέρη, quod tamen in meo vetustissimo codice expressum reperi.

52 *Aperta sunt*, ἀνεῴχθησαν. Contextus narrationis huc nos deducit vt fissis petris, intelligamus aperta fuisse sepulchra, quæ videlicet testarentur Christi morte deuictam fuisse mortem. Quæ verò postea referuntur de sanctorum quorundam resurrectione & apparitione, etsi continenter ab Euangelistã narrantur, no vnius & eiusdem facti historiam veluti discerperet, tamen Christi resurrectionem esse consequuta, ex proximè sequenti versiculo apparet. ¶ *Introierunt*, εἰσῆλθον. Vulg. & Eras. *Venerunt*, ἦλθον. ¶ *In sanctam vrbem*, εἰς ἁγίαν πόλιν i. Hierosolymã, vbi cultus diuini sedes esse cõs[…]rat ad illũ vsq; diẽ Es. 48. 2. & Nehem. 11. 1. ¶ *Apparuerũt*, ἐνεφανίσθησαν. In vno codice legimus ἐν, ἐφάνησαν, eodẽ sẽsu. Declarat autẽ hæc apparitio istos nõ resurrexisse vt iterũ inter homines versarentur, rursus morituri, sicut Lazarus & alij: sed potius vt in vitam æternam Christum, cuius virtute resurrexerant, comitarentur: idque vt viuificæ Christi virtutis certa testimonia extarent, vt in hunc locum scribens rectè meo iudicio sentit Hieronymus, licet ab eo dissentiat August. ep. 99. ad Euodium. Quod si quis rogget quib. apparuerint, quos sermones habuerint, an & quãdo in cælum ascenderint, dicam me hæc omnia, quæ Deus nos

nos celauit, libenter ignorare. Sed fabulam de animæ Christi descensu ad inferos hunc quoque ortam puto, fabulam, inquam, vt quidem hic articulus Symboli explicari consueuit, quem alioqui, licet in Symbolis quibusque vetustissimis non adscriptum, tamen rectè expositum, absit vt expungendum censeam.

53 Καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς.

54 Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγοντες, Ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος.

55 Ἦσαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες πολλαὶ ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, αἵτινες ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, διακονοῦσαι αὐτῷ.

56 Ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου.

57 Ὀψίας δὲ γενομένης ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ Ἀριμαθαίας, τοὔνομα Ἰωσὴφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ.

58 Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Τότε ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα.

59 Καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ.

60 Καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ· καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου, ἀπῆλθεν.

61 Ἦν δὲ ἐκεῖ ἡ Μαρία Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου.

62 Τῇ δὲ ἐπαύριον, ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευὴν, συνήχθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς Πιλάτον,

63 Λέγοντες, Κύριε, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν, Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.

64 Κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας· μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ, Ἠγέρθη

53 ¨Qui egressi è monumentis post resurrectionem eius, ¨introierunt ¨in sanctam vrbem, & ¨apparuerunt multis.

54 Centurio verò & qui cum eo ¨asseruabant Iesum, viso terræmotu & iis quæ facta fuerant, metuerunt vehementer, dicentes, Verè ¨Filius Dei erat iste.

55 Erant autem illic ¨mulieres multæ è longinquo spectantes, quæ sequutæ fuerant Iesum à Galilæa, ministrantes ei.

56 Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria mater Iacobi & ¨Iose, & mater filiorũ Zebedæi.

57 ‖Quum autem serum diei aduenisset, venit homo diues ¨Arimathæẽsis, nomine Ioseph, qui & ipse ¨discipulus fuerat Iesu:

58 Is adiit Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tũc Pilatus iussit reddi corpus.

59 Et Ioseph quum accepisset corpus, inuoluit illud sindone pura.

60 Posuitque in monumẽto suo nouo quod exciderat in petra: & aduoluto saxo magno ad ostium monumenti, abiit.

61 Erat autem illic Maria Magdalene & altera Maria, sedentes ¨ex aduerso sepulchri.

62 Postero autem die ¨ quæ est post Parasceuen, coacti sunt primarij Sacerdotes & Pharisæi ad Pilatum,

63 Dicentes, Domine, meminimus ¨ planum illum dixisse quũ adhuc viueret, Tertio post die ¨suscitabor.

64 Iube ergo muniri sepulchrũ vsque in diem tertium: nequãdo veniant discipuli eius ¨ nocte, & furentur eum, dicántque populo, Suscitatus est ex mor-

53 *Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerũt multis.*

54 *Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræ motu & iis quæ fiebant, timuerunt valde dicentes, Verè Filius Dei erat iste.*

55 *Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ sequutæ erãt Iesum à Galilæa, ministrantes ei.*

56 *Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorũ Zebedæi.*

57 *Quum autem serò factũ esset, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu:*

58 *Hic accessit ad Pilatum & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.*

59 *Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda:*

60 *Et posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra: & aduoluit saxum magnum ad ostiũ monumenti, & abijt.*

61 *Erant autem ibi Maria Magdalene & altera Maria sedentẽs contra sepulchrum.*

62 *Altera autem die quæ est post Parasceuen, conuenerunt principes Sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum.*

63 *Dicentes, Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuẽs, Post tres dies resurgã.*

64 *Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium: ne fortè veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, Sur-*

Mar. 15. 42 luc. 23. 50 ioh. 19. 38 Christus non clàm, sed Præsidis consensu ab homine celebri loco nõ procul sito, in monumento nouo sepelitur, vt de vera ipsius morte ambigi non possit.

Ipsius Christi interfectoribus sepulchri custodia committitur, quominus possit de eius resurrectione dubitari.

54 *Asseruabant*, τηροῦντες. Hoc enim moris erat adhibere custodes, nequis istius modi supplicio affectis subueniret. ¶ *Filius Dei*, υἱὸς Θεοῦ. Nullus additus articulus, & quòd profanus erat hic Centurio, nempe ex Pilati cohorte, ostendit hoc nomine nihil aliud istum significare voluisse, quàm Christum fuisse non modò insontem, sed etiam planè iustissimũ, vt inducitur loquens Luc. 23. 47. & velut heroëm quempiam, quasi Diis ipsis hoc cælitus testãtibus, id quod declarat etiam verbum ἦν, *erat*, quasi esse desiisset. At Iudæis longè aliud erat quod vt blasphemum accusarant.

55 *Mulieres*, γυναῖκες. In duobus vetustis codicibus scribitur, καὶ γυναῖκες, *Etiam mulieres*.

56 *Iose*, Ἰωσῆ. Nempe vt inflectitur Θωμᾶς Θωμᾶ. Vulgata, *Ioseph*. Vide Mar. 15. 47.

57 *Arimathæensis*, ἀπὸ Ἀριμαθαίας. Sic cõuerti potius quàm ab Arimathæa, vt significetur non vnde hic venerit, sed cuias fuerit, subaudito participio ὤν. Putatur autem hæc Arimathæa esse quæ olim Ramatha dicta fuit, Samuelis Prophetæ patria. ¶ *Discipulus fuerat*, ἐμαθήτευσε. Vulg. & Eras. *Discipulus erat*: id est, ἐμαθήτευεν. Est autem hoc verbum interdum etiam transitiuum, vt infrà 28. 19. à quo passiuum deducitur μαθητευθεὶς, quod vsurpatur suprà 13. 52.

61 *Ex aduerso*, ἀπέναντι. i. E regione, vt in illo Virgilij loco, *Vrbs antiqua fuit*, (*Tyrij tenuere coloni*) *Carthago, Italiam contra, Tyberinaque longè Ostia*, &c.

62 *Quæ est post Parasceuen*, ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευήν. Ac proinde quæ Iudæorum more incipiebat ab eius diei vespera quo crucifixus ac sepultus fuerat, ipso videlicet iã incipiente Sabbato: & statim à Christi corpore in sepulchrũ illato. Nec enim opus seruile censebant obsignationẽ lapidis & custodum collocationem.

63 *Planum*, πλάνος. i. Præstigiatorẽ, quem γόητα Græci vocant: qualem fuisse Christum Iudæi etiam hodie dicere non verentur. Vocabulum hoc Græcum vsurpat Cicero pro Cluentio, & Horatius libro 1. Epist. Vulg. *Seductor*, non malè. παρὰ τὸ πλανᾶν. ¶ *Suscitabor*, ἐγείρομαι. Id est, *Resurgam*, ἀνίσταμαι: præsens pro futuro. Interpretor autem μετὰ τρεῖς ἡμέρας, tertio pòst die, vel intra tres dies, vt annotauimus Mar. 8. 31.

64 *Nocte*, νυκτός. Hoc deest in Vulgata, neque scriptum erat in duobus vetustis codicibus.

ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ἔσαι ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης.

65 Ἔφη δὲ αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Ἔχετε κουστωδίαν· ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε.

66 Οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον, μετὰ τῆς κουστωδίας.

Κεφάλαιον κη.

Mar. 16. 1 Ioh. 20. 1 Christus [illegible] ligata in sepulchro morte, sua vi resurgit, quod mox Angelus testificatur.

1 Ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγ[illegible] καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, θεωρῆσαι τὸν τάφον.

2 Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας· ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ.

3 Ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπή, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών.

4 Ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί.

5 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναιξί, Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε.

6 Οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γάρ, καθὼς εἶ-

tuis: & erit vltimus error peior priore.

65 Dixit eis Pilatus, Habetis custodiam: abite, munite sicut scitis.

66 Ipsi autem profecti munierunt sepulchrum, obsignato lapide, cum custodia.

CAP. XXVIII.

1 Extremo autem Sabbato, quum lucesceret in primũ *diem* hebdomadis, venit Maria Magdalene, & altera illa Maria, vt spectarent sepulchrum.

2 Et ecce, terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini quũ descendisset è cælo, accessit, & deuoluit saxũ ab ostio, sedebátque super illud.

3 Erat autem visus eius vt fulgur, & indumentum eius album sicut nix.

4 Custodes verò perculsi sunt præ ipsius metu, & facti sunt sicut mortui.

5 Respondens autem Angelus dixit mulieribus, Vos *verò* ne metuite: scio enim vos Iesum crucifixum quærere.

6 Non est hîc: resurrexit enim

rexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore.

65 *Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis.*

66 *Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, signãtes lapidem, cum custodibus.*

CAP. XXVIII.

1 *Vespere autem Sabbati quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene & altera Maria videre sepulchrum.*

2 *Et ecce, terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum.*

3 *Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix.*

4 *Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.*

5 *Respondens autem Angelus dixit mulieribus, Nolite timere vos: scio enim quod Iesum qui crucifixus est quæritis.*

6 *Non est hîc: surrexit e-*

65 *Habetis*, ἔχετε. Potest etiam imperandi modo verti, Habete, vt notat Erasmus: sed malo per indicatiuum interpretari. ¶ *Custodiam*, κουστωδίαν. id est, Præsidiarios milites, templi nimirũ custodiæ designatos. Virg. *-noctem custodia ducit Insomnem ludo*. Itaque sępe commemoratur in Actis Apostolorum ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, & Pharisæis ac Pontificibus adiungitur. Erat autem collocatum hoc præsidiũ ad templum in Antonia, vt liquet ex Ioseph. Antiquit. 18 cap. 6. Mirum est verò istos superstitiosissimos homines nulla magni illius Sabbati religione inductos fuisse vt à muniendo & obsignando sepulchro abstinerent, quod per Legem vix eis licuisset. Hæc enim gesta fuisse ineunte iam Sabbato, apparet ex versu 66.

IN CAP. XXVIII.

1 *Extremo autem Sabbato*, ὀψὲ δὲ σαββάτων, id est διαγενομένου τοῦ σαββάτου. Marc. 16. 1. Nam ὀψὲ absolutè positum idem valet atque ἑσπέρα, id est serũ diei aut vespera. Quum autem habet casum adiunctum, idem valet atque ἐν ὑστέρῳ, id est in extremo, vt ὀψὲ τῆς ἡλικίας, extremam ætatem declarat. Hoc itaque loco duo diuersa significat Euangelista, nempe desinente Sabbato in eam noctẽ à qua dies primus hebdomadis sequentis, Hebræorum more, incipiebat, mulieres illas quieuisse, reuersas à sepulchro, emptis tamen priùs aromatibus & vnguentis. Luc. 23, 56. & diluculo demũ diei illius primi iam proximè imminente sese in viam dedisse. ¶ *Quum lucesceret*, τῇ ἐπιφωσκούσῃ. i. quum iam primus à Sabbato dies immineret. Nec enim subauditur νυκτὶ, vt somniauit Osiander, hoc accipiẽs de prima noctis face. Nã contrà subauditur ἡμέρᾳ, vt quũ ἐπιφωσκούσης τῆς ὑστεραίας. Græci dicunt pro Postridie. Sic enim planè loquitur Herod. in Thalia, ἅμ' ἡμέρῃ διαφωσκούσῃ. quum primum illuxisset dies. Et hoc quoque obseruãdum est ἡμέραν hîc vsurpari, vel pro Luce, sicut etiam dies apud Latinos interdum vsurpatur: vel pro die ciuili, qui duodecim erat horarũ apud Iudæos, non autem pro die viginti quatuor horarum, vtpote qui non à diluculo noctem finiẽte, sed ab ipsius noctis præcedentis initio incepisset. Itaque potuissem interpretari *die lucescẽte*, vel *quum dies lucesceret*, sed malui præcisè dicere, *quũ lucesceret*, Terentio sic loquente. Vul. & Eras. *Vespera quæ lucescit*, quod non patitur constructio sicut paulò antè dixi. ¶ *In primum diem hebdomadis*, εἰς μίαν σαββάτων. Vulg. *in prima Sabbati*. Eras. Vespera Sabbatorũ quæ lucescit in vna Sabbatorum. Vtrumque malè. Vocabulo enim σαββάτων, posteriore loco significatur non septimus dies, sed ipsius septimanæ primus dies intelligitur: sic plurali etiam numero ab Hebræis vocatus, vt Leuit. 22. 15. & 25. 8. Sic Euseb. libr. 8. hist. Eccles. ἡμέραν τετράδα τοῦ σαββάτου vocat quartum hebdomadis diem, & μίαν τοῦ σαββάτου Sozomenus lib. 7. ca. 9. quem nos Dominicam appellamus: & August. ep. 118. diẽ quintum Sabbati appellat, quem nos à Ioue denominamus: & Hieronym. in epitaphio Paulæ tertiam Sabbati commemorat. Quod si cui durum videbitur hanc vocem σαββάτων in tam breui oratione diuersis modis interpretari, tum sic fuerit conuertendus totus hic locus. *In extremo verò hebdomadis*, (videlicet præcedentis) *quum lucesceret in primum diem hebdomadis* (videlicet sequentis:) Sed priorem interpretationẽ ego quidem magis probo. ¶ *Venit*, ἦλθεν, i. sese in viam dedit, vt ostendit narrationis series.

3 *Visus*, ἰδέα. Eras. in annotationibus speciem siue formam interpretatur, quæ videtur mihi latius patere, quũ hîc de facie tantùm agatur: imò verò ne de facie quidem tota, sed de oculorum radiis. Vulg. *Aspectus*, idq; non malè, nisi vsurparetur potius pro actione ipsa videndi, quàm pro specie & acie oculorũ. Possumus tamen per synecdochen interpretari Vultũ, qui hac ratione ὄψις quoque dicitur à Græcis.

4 *Custodes*. οἱ τηροῦντες. i. φύλακες. Ad verbũ, Ii qui seruabãt, subauditur τὸν τάφον, sepulchrũ. Itaq; distinguendi sunt isti custodes ab iis quorũ facta est mentio sup. 27. 64. ¶ *Præ metu*, ἀπὸ τοῦ φόβου. Ἀπὸ pro ὑπὸ, vt sup. diximus 13. 44. Hoc autẽ intelligẽdũ est cõtigisse ipso resurrectionis Christi momento, antequã mulieres ad locũ ipsũ peruenissent, vtpote quæ diluculo profectæ in itinere substitissent, incertæ & cõsilij inopes super saxi amolitione quo fuerat monumẽtũ obstructũ: imò etiam ignaræ custodiã adhibitã sepulchro fuisse, & obsignatũ fuisse saxũ: hoc videlicet serius à Iudæis facto. Nec enim ausas fuisse accedere probabile est, si istud resciuissent, aut fuisse cõstantiores futuras custodibus, si terræmotus ille præsẽtibus ipsis incidisset. Repererũt ergo sepulcrũ iam apertũ, custodibus quoque in vrbẽ regressis.

5 *Respondens*, ἀποκριθεὶς. Sæpe iã annotaui huiusmodi participia apud Hebræos redũdare, ac prętereà verbũ ענה [*hanah*] quod Græci vertunt ἀποκρίνεσθαι, etiam dici de eo qui sermonem inchoët. ¶ *Vos* [*verò*] *ne metuite*, μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς. Videtur magna esse emphasis pronominis ὑμεῖς, quam conatus sum exprimere. Apparet enim Angelum voluisse perterritis custodibus mulieres confirmare: ac si diceret, Timeant sanè isti, at vos ne timete. Nam istis quidem terrorem, vobis autem consolationem assero.

πε· δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος.

7 Καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε. ἰδοὺ, εἶπον ὑμῖν.

8 Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.

9 Ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς, λέγων, Χαίρετε. Αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ.

10 Τότε λέγει αὐταῖς ὁ Ἰησοῦς, Μὴ φοβεῖσθε· ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται.

11 Πορευομένων δὲ αὐτῶν, ἰδού τινες τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα.

12 Καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις,

13 Λέγοντες, Εἴπατε, ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, νυκτὸς ἐλθόντες, ἔκλεψαν αὐτόν, ἡμῶν κοιμωμένων.

14 Καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτόν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν.

15 Οἱ δὲ λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν

prout dixit. Adeste, videte locum vbi iacebat Dominus.

7 Et citò profectæ dicite discipulis eius eũ suscitatũ fuisse ex mortuis. Et ecce præit vobis in Galilæam: illic eum videbitis: ecce dixi vobis.

8 Tunc *hæ* egressæ citò à monumento cum metu & gaudio magno, currebãt vt hęc renuntiarent discipulis eius.

9 Vt autem ibant ad *hoc* renuntiandum discipulis eius, ecce, Iesus occurrit eis, dicens, Auete. Illæ verò accesserunt, & amplexæ sunt pedes eius, & adorauerunt eum.

10 Tunc ait eis Iesus, Ne metuite: abite, renuntiate fratribus meis vt abeant in Galilæam: illic me videbunt.

11 Euntibus autem ipsis, ecce, quidam ex custodia venerant in vrbem, & nunciauerant primariis Sacerdotibus omnia quæ facta fuerant.

12 Ipsi verò congregati cum Senioribus, consilio capto, nummos non paucos dederunt militibus *illis*.

13 Dicite, inquientes, discipuli eius nocte venerunt & eum furati sunt, nobis dormientibus.

14 Quòd si hoc auditum fuerit apud præsidem, nos *istud* persuadebimus ei, & securos vos præstabimus.

15 Ipsi verò accepta pecunia fe-

nim, sicut dixit. Venite, videte locum vbi positus erat Dominus.

7 *Et citò euntes dicite discipulis eius quia surrexit. Et ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis. ecce prædixi vobis.*

8 *Et exierunt citò de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius.*

Christus ipse post resurrectionem apparet, & missis ad discipulos mulieribus, ostendit se curam eorum non abiecisse.

9 *Et ecce, Iesus occurrit illis, dicens, Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.*

10 *Tunc ait illis Iesus, Nolite timere: ite, nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam. ibi me videbunt.*

Quò magis lucet eò magis excæcantur impii.

11 *Quæ quum abiissent, ecce, quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant.*

12 *Et congregati cũ senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus,*

13 *Dicentes, Dicite, Quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus.*

14 *Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus.*

15 *At illi accepta pecu-*

6 *Prout dixit*, καθὼς εἶπε. In quodam exemplari additur ὑμῖν, vobis. ¶ *Iacebat*, ἔκειτο. Vulg. & Eras. *Positus erat*: quo modo etiam vertimus suprà 3. 10, & 5. 14. Sed quum hoc loco propria significatione accipiatur, minimè necesse fuit synonymon quærere.

7 *Ex mortuis*, ἀπὸ τῶν νεκρῶν. Vulg. & hoc non legit: quod etiam satis per se intelligitur.

8 *Cum metu*, μετὰ φόβου. Adiunctum gaudij nomen ostẽdit distinguendum esse hunc metum non aliunde quàm à magnitudine rerum istarum exortum, ab eo pauore prorsus diuerso, quem fides extrudit Rom. 8. 15.

9 *Et autem ibant ad renunc. discip. eius*, ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Illud ὡς melius exprimimus Gallicè hoc modo, *comme elles alloyent*. Sic Plautus in Menæchmis, *Nam rus vt ibat*, quod ferè Græci dicunt ἐν τῷ πορεύεσθαι. Ita etiam Lucas Act. 1. 10. Deest autem totum hoc membrum apud Veterem interpretẽ, & in meo vetustissimo exemplari. ac certè etiamsi sustuleris, integra manet, sententia: & alioqui copula καὶ, mox sequens, redundabit. ¶ *Ecce*, καὶ ἰδού. Hebraicè והנה [*vehinne.*] Vulg. & Erasm. ad verbum, *Et ecce*: & rectè quidem Vetus interpres, qui præcedens membrum non legit. Eras. autem, qui legit & interpretatus est, debuit omittere copulatiuam hoc loco rẽdundantem, sicut suprà v. 10. & infinitis locis apud Lucam, qui hoc pleonasmi Hebraici genere mirum in modum delectatur. ¶ *Amplexæ sunt*, ἐκράτησαν. Vulg. *Tenuerunt*. Sic prehensis videlicet eius pedibus quasi eum illic retẽturæ, quò spectat Christi responsum. Mihi propterea magis placuit Amplectendi quàm Prehendendi verbum. Virgilius hunc ipsum gestum describens vtrumque verbum coniũxit hoc versiculo, *Et diuûm amplexæ simulachra tenebant*.

10 *Fratribus meis*, τοῖς ἀδελφοῖς μου. in quodã exemplari scribitur τοῖς μαθηταῖς μου, *Discipulis meis*. ¶ *Illic*, κἀκεῖ. Erasmus ad verbum, *Et illic*: sed videtur iterum abundare καὶ: ideo Veterem interpretem sum sequutus.

11 *Euntibus autem ipsis*, πορευομένων δὲ αὐτῶν. id est dum illę sese dant in viam, vt suprà 11. 7. Nec enim custodes discessum illarum sequuti sunt: sed vt ipsa narrationis series ostendit, antequam illæ, vel quisquam alius, ad sepulchrum peruenisset, terræmotus ille euenit, & lapide per Angelum reuoluto Christus resurrexit, & custodes perculsi in vrbem redierunt: quos si apud sepulchrum reperissent mulieres, credibile non est illas fuisse ad sepulchrum vsque progressuras. Itaque ἐλθόντες & ἀπήγγειλαν rectè conuerti per præteritum plusquàm perfectum, venerant & renuntiauerant. ¶ *Quæ facta fuerant*, τὰ γενόμενα. Eras. *Quæ acciderant*, id est τὰ συμβεβηκότα.

12 *Numos nõ paucos*, ἀργύρια ἱκανά. In meo vetustissimo codice legi ἀργύριον ἱκανόν. Sed ἀργύρια vidimus iam suprà positum pro ipsis argenteis nummis. ἱκανὸς autem quum propriè declaret sufficientem, quomodo accipiatur hoc loco & aliis similibus dicemus Marci 10. 46.

13 *Nobis dormientibus*, ἡμῶν κοιμωμένων. Hanc lectionem cum Veteribus codicibus consentientem sequuti, non expressimus particulam ὅτι præcedentem. Ea verò non redundabit si legeris ὑμῶν κοιμωμένων, Vobis dormientibus, vt excudit Colinæus Parisiensis.

14 *Apud præsidem*, ἐπὶ ἡγεμόνος. id est à Præside, siue Coram præside: vt dixit Lucianus ἐπὶ Ῥαδαμάνθυος, Coram Rhadamantho. Vide 1. Timoth. 6. cap. 13 & Apocalyp. 10. vers. 11. Nam periculum erat ne hoc nomine milites apud Pilatum deferrentur. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Sub præside*. Nec enim præfectum custodiæ templi, sed Pilatum ipsum designant, vt in tota superiore historia.

ὡς ἐδιδάχθησαν· καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον.

16 Οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς.

17 Καὶ ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν αὐτῷ· οἱ δὲ ἐδίστασαν.

18 Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησεν αὐτοῖς λέγων, Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.

19 Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

20 Διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· καὶ ἰδού, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ἀμήν.

cernnt sicut erant edocti: & diuulgatū fuit istud apud Iudæos vsque ad hodiernum diem.

16 Vndecim autem illi discipuli profecti sunt in Galilæam, in montem vbi constituerat eis Iesus *vt adessent*.

17 Et eo conspecto, adorauerūt eum: quidā tamē dubitauerūt.

18 Accedens autē *ad eos* Iesus loquutus est eis dicēs, ‖ Data est mihi omnis auctoritas in cælo & in terra.

19 ‖Profecti ergo discipulas facite omnes gentes, baptizantes nomen Patris & Filij & Spiritùs sancti.

20 Docentes eos obseruare omnia quæ præcepi vobis: & ecce, ego vobiscū sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Amen.

nia fecerunt sicut erant edocti: & diuulgatum est verbū istud apud Iudæos vsque in hodiernum diem.

16 *Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæā, in montem vbi constituerat illis Iesus.*

17 *Et videntes eum, adorauerūt: quidam autem dubitauerunt.*

18 *Et accedens Iesus loquutus est eis, dicens, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.*

19 *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.*

20 *Docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis: & ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.*

Discipulis quoque apparet Christus quos etiam Apostolos designat.

Ioh. 17. 2. heb. 1. 2.

Mar. 16. 15.

Κεφάλαια. Apostolatus, sunt doctrinæ à Christo traditæ per orbem terrarum promulgatio, & sacramentorum administratio, quarū rerum efficacia non a Ministris sed à D omino pe[illegible]

17 *Aliqui verò, οἱ δὲ*, id est, *hi vero*. Sic istud reperi scriptum in omnibus nostris codicibus, & assentiuntur huic expositioni omnes quos vidi interpretes. Itaque nihil hîc immutatum esse volui, vt nec alibi vspiam ex nuda coniectura: nec tamen dissimulo suspectam esse mihi hanc lectionem. Primùm enim rarum est omnino istud οἱ δὲ isto significatu. Deinde ad solos illos vndecim istam narrationem pertinere liquet ex iis quæ sequuntur, versiculis 18. 19. & 20. Et omninò hæc eadem illa est historia, siue tempus, siue locum, siue Christi verba quasi discedentis spectes, atque illa quam postremā narrat Lucas 24. 50. & Act. 1. 4. Quînam autem verisimile fuerit illos post quadraginta dierū tot apparitionibus & reprehensionibus, & familiari consuetudine confirmatam sui præsentiam veram, adhuc dubitare potuisse, quin is ipse esset, qui hoc tempus & hunc locum ipsis condixisset. Quod enim nonnulli, vt his difficultatibus occurrant, aiunt illos, non de Magistri resurrectione adhuc dubitasse, sed non omnes statim illum aduenientem agnouisse, certè nullius est momenti. Quòd si adhuc eos compulisset Christus pristinam illam incredulitatem non penitus abiecisse, quis meritò putarit Christum non fuisse grauius etiam multò quàm antea illos reprehensurum, nedum, vt eo ipso momento illos designaret Apostolos? Mihi ergo verisimile est, saluo aliorum iudicio, potiùs scripsisse Euāgelistam οὐ δ' ἐδίστασαν, id est, *neque dubitarunt*, vt intelligamus tum demum Christum fuisse ab omnibus illis vndecim, omni dubitatione sublata, summo consensu agnitum & adoratum, ac proinde verè ad Apostolicam recipiendam functionem comparatos.

18 *Data est mihi omnis auctoritas, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία*. Vulg. *Potestas*, id est δύναμις. Hæc autem duo inter se differre inde manifestè liquet, quod multis nō possunt præstare, quæ tamen ipsis licent: & contrà multi præstare possunt, quæ tamen ipsis non licent. Δύναμις igitur ipsam facultatē & habitum ad aliquid agendum declarat in sese (& per se consideratum) ἐξουσία verò ius illius facultatis exercendæ declarat. Neque verò discrimen istud vrgerem, de quo suprà etiam dixi 7. 29. & 21. 23. nisi Eutychianos nostro seculo renatos viderem hoc vocabulum arripere, vt duas Omnipotentias in vnica Christi persona, & quidem infinitas statuant: vnam essentialē ac vni Deitati propriam, & in Patre quidem absolutè, in Filio verò & Sp. S. relatè consideratam: alteram verò quæ sit qualitas in illam humanam assumptam naturam, per hypostaticam vnitionem, effusa: quod commentum & falsissimum & absurdissimum, quum & perpetuo Ecclesiæ Christianæ consensu, reipsa sic poscente, & irrefragabilibus Synodis, & doctissimorum etiam ætatis nostræ Theologorum scriptis refutatum, pluribus nunc non attingo. Tantùm dico hîc de essentiali & infinita illa vni Deitati propria Omnipotentia, à qua solus Deus dicitur παντοδύναμος non agi, quod tamen etiamsi vbiquitariis illis monstris concederem, minimè tamen hinc illa, quam imaginantur, Christi corporis πανταχουσία colligi rectè posset, quum illa Omnipotentiâ comprehēdi non possint quæ necessariam contradictionem implicant, non quòd verè Omnipotentiæ quicquā desit, sed quòd cōtradicentia simul poni sine mendacio nō possint. Mentiri verò posse non sit potentiæ, sed impotentiæ proprium. Agitur autem hîc de eo quod Christus ipse Iudicij nomine sibi à Patre quatenus etiā homo est, concessi appellat Ioan. 5. 27. imus illud videlicet omnia tum supernè regendi, subalterno in ipsos etiam Angelos imperio, tum sub cælis Satanam, & omnes illi adhærentes debellandi, & Ecclesiæ suæ tuendæ, vniuersæ denique semel stabiliendæ rerum omnium ἀποκαταστάσεως Act. 3. 21. vt tandem omnibus sub Christo, etiam quatenus homo est, subiectis, eo vno excepto, qui ipsi subiecit omnia 1. Corinth. 15. 24. & 27. sit medius inter Patrem & res omnes dominator. Hoc enim illi promisit Pater Psalm. 2. 6. & 110. 1. Esa. 53. 3. & passim apud Prophetas: breuissimè verò simul & plenissimè ab Apostolo exponitur Philip. 2. 9. & 10. Datam autem illam sibi auctoritatē dicit Christus propriè Humanitatis suæ respectu, idque quum omnibus animalis vitæ infirmitatibus semel depositis, mox in cælum esset ascensurus, & inde ad vltimum vsque diem, quo demū Deus erit omnia in omnibus, imperium illud suum administraturus, quod per sessionem ad dextram Patris significatur. Sed & data Christo hæc ἐξουσία dici potest ipsius quoque Deitatis respectu, non tamen ἁπλῶς, nec illius in sese habita ratione, sed quatenus semetipsum dicitur in forma serui hypostaticè assumpta exinaniuisse, Philip. 2. 7. quo tempore quum adeò ipsius Deitas suam illam αὐτοκρατορικὴν ἐξουσίαν plenè non exeruerit, vt è contrariò in illa suæ Humanitatis ad inferos vsque depressione, videri quodāmodo possit illā, quòd ad vsum illius attinet, ad tempus abdicasse, Esa. 53. 3. quam meritò nunc demum dicat sese recepisse, ita vt hæc ἐξουσία opponatur etiam ipsius Deitatis illi ad tempus συγκαλύψει, vt scitè loquuntur Patres. Quorsum autem istud ad commentitiæ illius fidei, speique nostræ, fulcrum, carnis videlicet Christi & ipsius pro nobis perpessionum veritatem abolens πανταχουσίας commentum? ¶ *In terra*, ἐπὶ τῆς γῆς. Apud Syrum interpretem hoc loco repetuntur ista ex Iohan. 20. 21. Sicut misit me pater meus, ego mitto vos, quod mirè congruit sequenti versiculo.

19 *Ergo*, οὖν. Deest in nostris vetustis codicibus & in meo vetustiss. pro οὖν legitur νῦν, *Nunc*. ¶ *Discipulas facite*, μαθητεύσατε, id est discipulos mihi facite ex omnibus gentibus Vulg. *Docete*, διδάσκετε, nimirum generali interpretatione. Est enim hoc munus omnibus Pastoribus & Doctoribus in Ecclesia impositum: illud verò proprio & peculiari mandato ad Apostolos spectat, vtpote fundamentum Ecclesiæ Catholicæ iacturos per noui exhibiti Fœderis promulgationem, qui propterea tanquam architecti à superstructoribus distinguuntur 1. Corinth. 3. 10. & Ephes. 2. 21. Inde factum vt initio credentes omnes sint μαθηταὶ appellati, id est, discipuli, nō certè huius vel illius Apostoli (quod in Corinthiis asperrimè reprehendit Paulus 1. Corinth. 3. 4. & Ephes. 2. 20.) sed vnius Christi, à quo propterea expressiore cognomento sunt appellati Christiani. At è cōtrario hæretici & monachorum ordines, à suarum sectarum auctoribus rectè denominantur: ausis nostra primùm memoria cæterorum impudentiam superare, qui pro Ignatianis Iesuitas, fœdissimè, conspurcato tam venerando nomine, sese nuncuparunt. Μαθητεύειν ergo hoc loco non neutropassiuè pro *discipulum esse*, sed actiuè accipitur, quasi in coniugatione Hiphil, acsi dicas *discipulare*. Superest autem illud obseruatu non indignum, apud Syrum interpretem inscribi & finiri hoc Matthæi scriptum, his verbis, *Euangelium sanctum prædicationis Matthæi Apostoli, quod prædicauit Hebraicè in regione Palæstinæ*: de quo viderint qui longè aliò ipsum tam citò ablegant. ¶ *In nomen*, εἰς τὸ ὄνομα, i. Inuocato Patre, Filio, & Spiritu sancto. Nam baptismo consecramur Deo patri, quoniam ibi nostra adoptio in Christo per Spiritum sanctum sancitur.

20 *Omnibus diebus*, πάσας τὰς ἡμέρας, id est, In omne tempus. Alloquitur enim Ecclesiam. Quum autem idem ipse Dominus paulò antè dixerit, *Me verò non semper habebitis*, & mox in cælum ascenderit, apparet distinguendum esse præsentiæ & absentiæ modum, vt qui corpore est absens, virtute tamen sit totus præsentissimus, qua & seipsum & sua omnia nobis verè per fidem spiritualiter communicat.

CAETERVM in vetustissimo manuscr. codice quod nuper sum nactus, sic ista scripta inueni, Τέλος τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἁγίου εὐαγγελίου. Ἀμήν. Ἐξεδόθη ὑπ' αὐτοῦ, τοῦτο, μετὰ χρόνους η' τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως. Id est, *Finis sancti secundum Matthæum Euāgelij. Amen. Editum est autem istud ab eo, octauo post anno à Christi sursum assumptione.*

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ.

EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον Α. CAP. I. CAP. I.

1 ἈΡΧΗ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

2 Ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις, Ἰδού, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κα-

1 PRINCIPIVM Euāgelij Iesu Christi Filij Dei:

2 Vt scriptū est in Prophetis, ‖Ecce, ego mitto nuncium illum meum ante faciem

1 *INITIVM Euangelij Iesu Christi Filij Dei:*

2 *Sicut scriptum est in Esaia Propheta, Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem tuā, qui præ-*

Ioannes præit Christo sicut prædictum est à Prophetis.

Mal. 3. 1.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

¶SECVNDVM *Marcum*, κατὰ Μάρκον. Syrus interpres habet *Euangelium sanctum annuntiationis Marci Euangelistæ*. id est sicut prædicatum est, videlicet à Marco, non Apostolo, sed Euangelista. Sed & istud nolui prætermittere, in illo meo vetustissimo exemplari, Matthæo Ioannem, Ioanni Lucā, Lucæ denique Marcum subiici: Euangelistas nimirū duos Apostolis duobus, seruata quoque, vt verisimile est, temporum ratione, quòd videlicet Euangelium Matthæus ante Ioannem scripserit, & post Lucam Marcus.

IN CAP. I.

2 IN *Prophetis*, ἐν προφήταις. Ita scriptum reperimus in omnibus nostris codicibus vetustis, exceptis duobus, & illo meo vetustissimo, in quibus legimus ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, id est, In Esaia propheta: quomodo interpretatus est hunc locum Vetus interpres, & citat quoque Hieronymus ad Pammachium De optimo genere interpretandi, & hanc fuisse receptam lectionem, à Porphyrio exagitatam, constat ex Chrysostomi in hūc locum homilia, si modo (quod non arbitror) est illarum auctor quæ in Marcum sub eius nomine sunt editæ. Mihi verò si quis hîc est coniecturæ locus, fit verisimile, veterem lectionem in Esaia propheta, germanam esse, & quum ex albo irrepsisset in contextum locus Malachiæ, hîc repositus ex Matth. 11. 10. inde factum fuisse vt hîc scriberetur ἐν προφήταις: in qua sententia illud quoque me confirmat quòd vnius Esaiæ testimonium & Matth. 3. 3. & Luc. 3. 4. & Ioh. 1. 23. citatur, vbi de Ioanne ministerium suum ineunte disserunt. Hinc nata illa quæstio, cur geminum vaticinium adducens Euangelista, vnum videlicet ex Malachia, alterum ex Esaia: hunc tamen vnum nominet. Illud quidem constat appellatione Prophetarum intelligi ipsorum libros: quod tamen dicendi genus præcipuè vsurpatur quum ex minoribus Prophetis aliquod testimonium petitur, etiamsi vnus tantum ex illis citetur, vt Act. 7. 42. nempe quòd hi duodecim essent in vnum volumen compositi, vt docent Hebræi interpretes. ¶ *Mitto*, ἀποστέλλω. Loquitur Malachias tanquam de re iam præsenti, vt solent etiam alij Prophetæ: nimirum de re futura tam certi quàm si eam oculis cernerent. In Græca tamen editione legitur ἐξαποστελῶ, *Mittam*. ¶ *Nuncium illum meum*, τὸν ἄγγελόν μου. Vulgata, *Angelum*: sed hoc quidem loco de homine agitur, & rectè annotat Erasmus certum aliquem nuncium designari articulo, quum omnes alioqui Prophetæ venturum Christum nunciarint. Sed & aliud discrimen prætera declaratur in his verbis πρὸ προσώπου σου, id est, Ante faciem tuā: quibus indicatur hîc agi de eo demum nuncio qui Messiam non procul positum, (vt alij) sed præsentem commonstraret. ¶ *Ante faciem tuam*, πρὸ προσώπου σου. In Hebræis & Græca editione legitur Meā, & hoc loco non ponitur, sed post verba sequētia, vbi legimus ἔμπροσθέν σου, Ante te, quod in Syriaca interpretatione non legitur. Hîc verò Hebraismus ille explicatur. Sumpta enim est metaphora à regum consuetudine qui

solent habere suos anteambulones. Hæc autẽ varietas inde orta videtur, quòd apud Prophetam inducitur Deus ipse populum compellans: Euangelista verò patrem inducit, vt qui filium alloquatur: idque prorsus nulla sensus iniuria.

κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.	tuam, qui apparabit viam tuam coram te.	parabit viam tuam ante te.
3 Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.	3 ‖ Vox vociferantis in deserto, Parate viam Domini, cõplanate semitas eius.	3 Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.
4 Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.	4 ‖ Baptizabat Ioannes in deserto, & prędicabat baptismum resipiscentiæ ad remissionem peccatorum.	4 Fuit Iohannes in deserto baptizans, & prædicã baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.
5 Καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται· καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.	5 ‖ Et exibat ad eum omnis Iudaica regio ac Ierosolymitæ: & baptizabantur omnes ab eo in Iordane flumine, confitentes peccata sua.	5 Et egrediebatur ad eum omnis Iudæa regio, & baptizabãtur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata sua.
6 Ἦν δὲ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἐσθίων ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον.	6 Indutus autem erat Ioannes pilis camelorum, & zona coriacea circa lumbos suos: ‖ & edebat locustas & mel syuestre.	6 Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, & Ierosolymitæ vniuersi: & zona pellicea circa lumbos eius: & locustas & mel sylustre edebat.
7 Καὶ ἐκήρυσσε, λέγων, Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ.	7 ‖ Et prædicabat, dicens, Venit ponè me qui validior me est, cuius non sum dignus qui incuruatus soluam corrigiam solearum.	7 Et prędicabat, dicens, Veniet fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius.
8 Ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι,	8 ‖ Ego quidem baptizaui vos	8 Ego baptizaui vos a-

Esa.40.3
Matt.3.3
luc.3.4
Ioh.1.23

Matt.3.4
Summa doctrinæ Ioannis, aut potius Christi, remissio peccatorũ & emendatio vitæ.
Matt.3.5

Leu.11.22

Matt.3.11
luc.3.16
ioh.1.27
Ioannes & omnes Ministri in Christum Dominum respiciunt.
Act.1.5.& 2.4.& 11.16.& 19.4

¶ *Viam tuam*, τὴν ὁδόν σου. In Hebræo non additur pronomen, & pro κατασκευάσει in Græca editione legitur ἐπιβλέψεται, id est inspiciet, non satis rectè, quum in Hebræo non legatur ופנה [*vphanah*] in Cal. sed ופנה [*vphinnah*] in Pihel, quod significat è conspectu ceu sordes remouere, & Græca editio vertit apud Esaiam ἐπιμελεῖν à consequenti. Fit enim sordium eiectione purgatio, & purgatione præparatio. Itaque cùm ex hoc loco tum ex aliis multis liquet Græcos illos interpretes vsos fuisse codicibus qui punctis carerent, & (quod nonnulli falsò existimarunt,) nostros Euangelistas non vsos fuisse Græca illa veteris testamenti interpretatione quæ nunc circunfertur.

3 *Eius*, αὐτοῦ. Hebræa veritas habet לאלהינו [*Lelohenu*] & Græci interpretes τοῦ θεοῦ ἡμῶν. Idem autẽ in præcedente membro Iehoua vocatur. Itaque quum hic versiculus de Messia, id est Christo necessariò intelligatur, est hoc quoque testimonium irrefragabile veræ & ὁμοουσίου Deitatis Christi. vt non possim satis mirari Erasmum in hunc locũ scribentem, affirmare hoc vaticinium, vel ad patrem vel certè ad totam trinitatem referri.

4 *Baptizabat*, ἐγένετο βαπτίζων. Verbum ἐγένετο nonnulli ad ἀρχὴν referũt, vt testimonia Prophetarum parenthesi includantur: sed primum versiculum ego malo seorsim legere: quod & Erasmo placet. Sic enim vetustissimi quique scriptores Hebræi, & ex Græcis quoque Herodotus, Thucydides & Ephorus libros historiarum inchoant. Cæterùm existimat Valla verbum ἐγένετο à sequentibus esse separandum, vt sit hæc sententia, quendam Ioannem extitisse qui in deserto baptizaret. Nam (inquit) incipiendum fuit à nuncupatione viri potius quàm ab eius actione, tanquam de eius nomine fuisset iam facta mẽtio: vt apud Ioannem, Fuit homo, missus à Deo cui nomen erat Ioannes. Nec dicitur, Fuit homo missus, sed Fuit homo: deinde, missus à Deo. i. qui missus fuit à Deo. At ego existimo, si hoc verum esset, addendum fuisse post ἐγένετο, vel τὶς, vel ἄνθρωπος. Quod autem Marcus à Ioannis prædicatione perinde exorditur acsi mentionem eius aliquam antea fecisset, id commune habet cum Matthæo. Erat enim Ioannis nomen celebrius quàm vt esset exordium altius petendũ. Sed hanc tamen partem egregiè persequutus est Lucas. Erasmus igitur rectè coniunxit verbum ἐγένετο cum participio βαπτίζων, periphrasi Græcis etiam familiari, pro ἐβάπτιζεν. i. Erat baptizans, pro Baptizabat: sicut dixit Plautus in Curcul. Sunt bibentes, pro Bibunt. Vetus interpres maluit cum ἐν ἐρήμῳ connectere. vt sit hæc sententia, Fuisse (id est versatum) Ioannem in deserto, vbi baptizaret & prædicaret. Sed repugnat verborũ series vt hîc locus legitur. Dicendum enim fuisset, ἐγένετο Ἰωάννης ἐν ἐρήμῳ βαπτίζων, vt paulo pòst, nempe versiculo 13. Sicut etiam legitur in vetustissimo meo exemplari, & apud Syrum interpretem.

¶ *Ad remissionem*, εἰς ἄφεσιν. vel, In remissionem. Sed IN præpositio præparationem significat, non effectum, inquit Erasmus; At ego (quod veterum pace dixerim) non puto resipiscentiam posse à remissione peccatorum separari, nec quod ad finem & efficaciam attinet alium fuisse Baptismum à Ioanne administratum arbitror, quàm eum qui est à Christo Ecclesiæ demãdatus. Quòd autem Erasmus subiungit, Ioannem prius baptizasse, deinde prædicasse Baptismum, eiusmodi est vt ne refutatione quidem videatur indigere. Quid enim? quum diceret Ioannes, Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cælorum: non docebat quos erat baptizaturus? Imò verò nisi prius docuisset in quem finem baptizaret, quis tandem ad eius baptismum accessisset? Certè quum sacramenta sint σφραγῖδες, necesse est vt præeat doctrina quam obsignent. Neque est cur Catabaptistæ hæc arripiant aduersus pædobaptismum, quum hîc negotium Ioanni fuerit cum adultis: ac ne tum quidẽ quum infantes baptizantur, verbũ à signo separetur in Ecclesia Dei. Ioannẽ verò etiam post baptismi administrationẽ cõsueuisse de vero illius vsu disserere, ex vers. 8. apparet.

5 *Omnes*, πάντες. In quodam codice non scribitur πάντες, hoc loco, sed post Ἱεροσολυμῖται, in membro præcedente, & fortasse rectius, sicut etiam legit Vetus interpres, & in illo meo vetustissimo codice legitur, vt & apud Syrum interpretem. Est autem hyperbolica locutio in communi sermone vsitata, & κατ' ἐξοχὴν nominantur inter cæteros Iudææ incolas Ierosolymitani.

7 *Venit*, ἔρχεται. Hoc tam in præsenti quàm in futuro accipi potest, vt alibi diximus: sed præsentis significatio magis conuenit: vt Christum intelligamus iam fuisse in via: & Venisse pro Adesse, positum. ¶ *Qui valid. me est*, ὁ ἰσχυρότερός μου. Rectè articulum expressit Erasmus, à Vetere interprete prætermissum. ¶ *Dignus*, ἱκανός. Vide Matt. 3.11. Eras. *Idoneus*, id est ἐπιτήδειος. ¶ *Incuruatus*, κύψας. Vulg. & Eras. *Procumbens*, id est προσπεσών. Voluit enim Euangelista infimi serui conditionem significare. Deesse tamen comperimus hoc participium in vno manuscr. & in vetustiss. nostro codice.

8 *Quidem*, μὲν. Hanc particulam à Vetere interprete intempestiuè prætermissam in antithesi, rectè Erasmus restituit: quanquam animaduertimus illam in vno vetere exemplari non adscribi. ¶ *Baptizaui*, ἐβάπτισα. In vno codice, sicut apud Matthæum & Lucam, legitur βαπτίζω: quod indicat in media actione hæc esse dicta à Ioanne, vt totam

totã Baptismi vim doceret à Christo manare, qui interius baptizat, id est, vt rem ipsam à signo distingueret. Syrus tamen interpres legit in præterito, ita vt significetur Ioannes huiusmodi cõciones post administratum Baptismũ habere cõsueuisse, ne quis in externo baptismi ritu, siue, vt loquuti sunt postea Scholastici, in opere operato subsisteret.

αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.	aqua: ipse verò baptizabit vos Spiritu sancto.	qua, ille verò baptizabit vos Spiritu sancto.
9 Καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἦλθεν Ἰησοῦς ἀπὸ Ναζαρὲθ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου εἰς τὸν Ἰορδάνην.	9 ‖ Et factum est diebus illis, vt Iesus aduenerit à Nazaretha *vrbe* Galilææ, & baptizatus sit in Iordane à Ioanne.	9 Et factum est in diebus illis venit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane.
10 Καὶ εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος, εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανούς, καὶ τὸ Πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν, καταβαῖνον ἐπ' αὐτόν.	10 Et *is* statim ascẽdens ex aqua vidit findi cælos, & Spiritum quasi columbam descẽdere super eum.	10 Et statim ascendens de aqua, vidit cælos apertos, & Spiritum tanquam columbam, descendentem & manentem in ipso.
11 Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν, Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.	11 Et vox extitit è cælis, Tu es Filius ille meus dilectus, in quo acquiesco.	11 Et vox facta est de cælis, Tu es Filius meus dilectus, in te complacui.
12 Καὶ εὐθὺς τὸ Πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον.	12 ‖ Statímque Spiritus eum expulit in desertum.	12 Et statim Spiritus expulit eum in desertum.
13 Καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ σα-	13 Et fuit illic in deserto dies quadraginta, tentante eum Sa-	13 Et erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & te-

Matt.3.14
luc.3.21.
ioh.1.33
Christus baptismum nostrum in sese consecrat.

Vocatio Christi è cælis, vt capitis Ecclesiæ.

Matt.4.1
luc.4.1
Christus tentatus vincit.

¶ *Aqua*, ἐν ὕδατι. De pleonasmo præpositionis ἐν, alibi diximus: qui quidem notandus est hoc loco, ne quis prorsus imperitus, In aqua pro Intra aquam accipiat: cuiusmodi ineptiis pleni sunt Sophistarum libri.

9 [*Vrbe*] *Galilææ*, Γαλιλαίας. Suppleui quod deerat constructioni. Est autem hoc additum non discriminis alicuius causa, (sicut in vrbe Cana factum est Iohan. 2.1.) sed ad situm vrbis exprimendum. Hoc verò pertinet non modò ad fidem faciendam historiæ, sed etiam ad intelligendum cur Iesus diceretur Nazarenus & Galilæus per contumeliam, vt eum vocabat Iulianus ille apostata, Iudæos sequutus, quorum fit mentio Ioh. 7.52. ¶ *In Iordane*, εἰς τὸν Ἰορδάνην. De hac enallage εἰς pro ἐν sæpe iam diximus. Demosth. περὶ στεφ. Τοσούτῳ ἀμείνων πολίτης γέγονα εἰς αὐτὰ ταῦτα ἃ λέγω, pro ἐν αὐτοῖς τούτοις, id est, tanto in his rebus quas dico præstantior ciuis fui.

10 *Et is statim ascendens*, καὶ εὐθέως ἀναβαίνων. videlicet Ioannes. Descenderat enim cum Iesu in aquam, vt Philippus cum Eunucho, Act. 8. v. 38. Erasmus, *Et statim quum ascenderet*. Existimauit enim ἀναβαίνων pro ἀναβαίνοντος positum, ad Iesum posse referri, verbum autem εἶδε, ad Ioannem: quũ ipsa ratio constructionis declaret participium esse cum verbo coniungendum, vt vtrunque ad eandem personam pertineat. Etsi ergo videtur mollior verborum syntaxis si de Iesu hæc omnia accipias: (quum præsertim vox illa cælestis ad eum dirigatur, vt quidem hîc refertur à Marco) tamen quum ipsius potissimùm Ioannis causa sit editum hoc signum, vt apparet Ioh. 1.33, & 34, (quam etiam ob causam Matthæum opinor hæc ita describere, vt Pater è cælo Ioannem & circunstantes potius quàm Filium ipsum videatur compellare) non dubito quin relatiuum quod subauditur, ad Ioannem pertineat, qui hæc dicatur vidisse. Ac ne longius abeamus similem in relatiuo amphiboliam reperies infrà 2.13, vbi αὐτὸς, quod ante verbum ἐξῆλθε subauditur, non refertur ad paralyticum, cuius mentio proximè facta illic erat, sed ad Iesum, ab octauo vsque versiculo repetitum. Simile exemplum extat infrà 11.6. & 7. vbi quum tria hæc verba εἶπον, ἀφῆκαν, ἤγαγον, ita connectantur vt ad eandem personam omnino videantur pertinere, apparet tamen εἶπον & ἤγαγον de discipulis dici, ἀφῆκαν verò de iis qui discipulos interpellarent. Postremò aduerbium εὐθέως ex Matthæo didici non esse cum verbo εἶδε, sed cum participio ἀναβαίνων coniungendum, vt etiam coniungi potuerit, εὐθέως ἀναβαίνων, pro εὐθέως ἀνέβη, quum hîc ascendisset: id est ἅμα τῷ ἀναβῆναι. ¶ *Findi*, σχιζομένους. Participium positum est loco verbi, Atticorum more. In quodam exemplari scriptum erat ἀνεῳγμένους. id est, Apertos, sicut conuertit Vetus interpres, & in vetustissimo nostro codice legitur.

¶ *Super eum*, ἐπ' αὐτόν. In quodam codice scriptũ reperimus ἐπ' αὐτῷ, constructione magis vsitata: nisi fortassis quartum casum ideo vsurpauit quòd significetur motus ad locum. Cæterùm quod apud Veterem interpretem additur, *Et manentem*, καὶ μένον additum videtur ex Ioanne, 1.33.

11 *In quo*, ἐν ᾧ, Vulgata, *In te*, ἐν σοί, quæ lectio videtur melius conuenire, vt vitetur mutatio personæ, quãtumuis apud Hebræos frequens. Certè ita quoque scriptum reperi in tribus vetustis exemplaribus, & in illo meo vetustissimo, vt etiam vertit Syrus interpres. Cur autem εὐδόκησα verterimus *Acquiesco*, diximus Matth. 3.17.

12 *Spiritus*, τὸ Πνεῦμα. In quodam exemplari manusc. & meo vetustissimo additur ἅγιον, sanctus, quod vocabulum magnam lucem affert huic loco. Nam ne illud quidem quod additur apud Matthæum, subductum fuisse à Spiritu vt tentaretur à diabolo, satis videtur omnem amphiboliã tollere, quum apud Hebræos sæpe antecedens relatiui loco repetatur, vt Ps. 48.1. nec regula illa Didymi sit perpetua, quæ tradit πνεύματος appellatione Spiritum sanctũ intelligi, quoties illi præponitur articulus, vt liquet ex Ioh. 3.8, & aliis locis. ¶ *Expulit*, ἐκβάλλει. Vallæ visa est hæc expositio paulo durior. Et certè constat τὸ ἐκβάλλειν interdum asperius quiddã esse quàm τὸ ἐξάγειν καὶ ἐκπέμπειν, vt Mat. 12.35. Ioh. 10. quod etiam declarat verbum אפק [*appik*] quo hîc vtitur Syrus interpres, vt & Matthæus in hac historia verbo ἀνάγεσθαι, & Lucas ἄγεσθαι. Itaq; sunt qui Emittendi verbo vtantur, & hoc putent repræsentari veritatẽ cuius typus fuit caper ille emissarius, cuius fit mentio Num. 16. quod mihi quidẽ argutum potius quàm solidum videtur. Hoc autẽ verbo potius hîc notatur repentina quędam mutatio, qua Christus, qui adhuc inter homines tanquã plebeius & priuatus vixerat, quasi noua quadã persona induitur, & cælesti planè ratione non modò proximæ luctæ, sed etiã toti suo muneri præparatur. Nõ est igitur hoc verbũ accipiendũ quasi fuerit inuitus & reluctans extrusus, sed vt diuinæ potius virtutis in ipso corporaliter habitãtis motu & impulsu ad tẽpus ex hominũ conspectu abreptus, idque nostra causa: vt nobis sanctificatus, Diabolum ipsum comminus congressus superaret, à nobis quoque hac ipsa eius virtute sub pedibus nostris contemnendum.

13 *Fuit*, ἦν. Vulg. & Eras. *Erat*. Mihi verò videtur huic loco melius conuenire significatio aoristi posterioris. ¶ *In deserto*, ἐν τῇ ἐρήμῳ. Hæc addere non fuit necesse, quum præcedat relatiuum ἐκεῖ. Itaque comperimus vetustos codices hîc variare, quum in vno hæc desint, quemadmodum etiam in editione Vulgata: in altero verò ἐκεῖ non esset adscriptum. ¶ *Dies quadrag.* τεσσαράκοντα ἡμέρας. Addit Vulg. *Et quadraginta noctibus*, καὶ τεσσαράκοντα νύκτας: quod in vno etiam vetere exemplari scriptum legimus. ¶ *Tentante*, πειραζόμενος. Hoc participium ita conuertendum fuit, tũ quòd à Latinis rarò vsurpetur præsentis temporis passiui participium: tum verò quia verbum ἦν non sic cohæret cum πειραζόμενος, vt pro præterito imperfecto ἐπειράζετο ponatur, vt suprà vers. 6. imò verò significat, in eo ipso deserto tẽtatum fuisse Christũ in quo quadraginta dies & quadraginta noctes fuerat versatus, quasi extra huius vitę cõmunẽ vsum ad tẽpus abreptus, & inde non iã vt in præsepi natus, sed vt cælitus demissus functionem illam iniret, qua fit vt nostrum hoc ipsum πολίτευμα sit in cælis, & quasi iam in cælestibus ipsi Christo assideamus.

τυα̃· καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων· καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ.

tana: erátque cum feris: & Angeli ministrabant ei.

tabatur à Satana: eratque cum bestiis: & Angeli ministrabant illi.

Mat.4.12. luc.4.14. ioh.4.43. Iohãne capto, plenè se prodit Christus.

14 Μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ·

14 ‖ Postquam autem traditus fuit Ioannes *in custodiam*, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei:

14 *Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilaeam, prædicans Euangelium regni Dei.*

15 Καὶ λέγων, Ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρὸς, καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ· μετανοεῖτε, καὶ πιστεύετε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ.

15 Et dicens, Expletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: resipiscite, & credite Euangelio.

15 *Et dicens, Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnũ Dei: & pœnitemini, & credite Euangelio.*

Matt.4.18 luc.5.2 Vocatio Simonis & Andreæ.

16 Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ, (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς)

16 ‖ Ambulans autem apud mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare, (erant enim piscatores)

16 *Et præteriens secus mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, (erant enim piscatores)*

17 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων.

17 Et dixit eis Iesus, Sequimini me, & faciam vt sitis piscatores hominum.

17 *Et dixit eis Iesus, Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.*

18 Καὶ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα αὐτῶν ἠκολούθησαν αὐτῷ.

18 Et *ipsi* statim omissis retibus suis, sequuti sunt eum.

18 *Et protinus relictis retibus sequuti sunt eum.*

Vocatio Iacobi & Ioannis.

19 Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν ὀλίγον, εἶδεν Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ πλοίῳ καταρτίζοντας τὰ δίκτυα·

19 Tunc progressus illinc paululum, vidit Iacobum *filium* Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, qui & ipsi in nauigio sarciebant retia:

19 *Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui:*

20 Καὶ εὐθέως ἐκάλεσεν αὐτούς· καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα αὐτῶν Ζεβεδαῖον ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ τῶν μισθωτῶν, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ.

20 Statimque vocauit eos: & *ipsi* omisso patre suo Zebedæo in nauigio cum mercenariis, sequuti sunt eum.

20 *Et statim vocauit illos: & relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis, sequuti sunt eum.*

Matt.4.13 luc.4.31 Annuntiat doctrinam qua sola expellitur Satan è mundo: quod etiam miraculo confirmat. Matt.7.28 luc.4.32 Luc.4.33.

21 Καὶ εἰσπορεύονται εἰς Καπερναούμ· καὶ εὐθέως τοῖς σάββασιν εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, ἐδίδασκε.

21 ‖ Et ingrediuntur Capernaũ: statimque sabbato ingressus Iesus in synagogam, docebat.

21 *Et ingrediuntur Capharnaum: & statim sabbatis ingressus in synagogam, docebat eos.*

22 Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ Γραμματεῖς.

22 ‖ Et percellebantur super doctrina eius. docebat enim eos vt auctoritatem habens, & non vt Scribæ.

22 *Et stupebant super doctrina eius. erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut Scribæ.*

23 Καὶ ἦν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ ἀνέκραξε,

23 ‖ Fuit autem in synagoga eorum quidam in quo erat spiritus impurus: qui exclamauit,

23 *Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit,*

¶ *Feris*, θηρίων. Θηρίον apud Græcos non minus latè patet quàm Bestia apud Latinos: sed pro feris bestiis hîc accipitur, quæ in desertis illis versantur. Itaq; Erasmi versionem sum sequutus.

14 *Postquam traditus esset*, μετὰ τὸ παραδοθῆναι, in custodiam videlicet: vt suprà Mat.4.12. Vsurpari autem hoc vocabulũ sæpe cum ellipsi, quæ pro ratione eius de quo agitur supplẽda sit, vel illud exemplũ docet Demosthenis κατὰ Νικοστράτου, Προὐκαλεσάμην παραδοῦναι τὰς θεραπαίνας: id est, Postulaui vt ancillas traderet, nimirũ ad quæstionẽ de illis habendam.

15 *Euangelio*, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Præpositio ἐν hoc loco abundat, nisi malimus existimare ἐν pro εἰς positum esse: sicut Credere Deo, & Credere in Deum dicunt Theologi.

16 *Ambulans*, περιπατῶν. In duobus exemplaribus, & meo vetustissimo legitur παράγων, id est præteriens: quod sequitur etiam Vetus interpres. ¶ *Rete*, ἀμφίβληστρον. Vulgata, *retia*, τὰ δίκτυα, vt legitur in meo vetustissimo exemplari. Sed inter ista nihil interest. Vide Matth.4 vers.18.

17 *Sequimini me*, δεῦτε ὀπίσω μου. i. ἀκολουθεῖτέ μοι, vt rectè conuertit Erasmus. ¶ *Vt sitis*, γενέσθαι. Γίγνεσθαι accipio pro εἶναι id est, Esse: potius quàm pro fieri, vel effici. Sic Homerus Deos vocat αἰειγενέτας. Ita verò construitur verbum ποιεῖν apud Græcos: quum Latini per subiunctiuum hoc efferant cum V T ὅπως. Dicunt enim, Faciam vt sitis. Galli phrasin Græcam sequuntur, *Ie vous feray estre*. Sic Demosthenes [illegible]

19 *Sarciebant*, καταρτίζοντας: Ad verbum, *Redintegrantes* nam ἄρτιον dicitur quod perfectum est & integrum, quum alioquin ex multis partibus constet. Vnde etiam factum vt pro coagmentare & componere accipiatur Rom.9.22. & pro complere, & omnibus suis numeris absolutum reddere, vt nihil desit aut redundet: vt 2.Tim.3.17. Vulgata *Componentes*. Erasmus *Reconcinnabant*.

20 *Sequuti sunt eum*, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ. Id est, ἠκολούθησαν αὐτῷ: quod etiam scriptum inueni in meo vetustiss. & alio præterea manuscr. exemplari.

21 *Et ingrediuntur*, καὶ εἰσπορεύονται. In quodam exẽplari legi, καὶ εἰσπορεύεται, *tunc ingreditur*. In meo autem vetustiss. καὶ εἰσπορεύοντο, & ingressi sunt Capernaũ: quæ lectio maximè cõgruit. Et paulò pòst pro εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν ἐδίδασκεν, legi in vno exẽplari ἐδίδασκεν εἰς τὴν συναγωγὴν, docebat in synagoga, εἰς pro ἐν posita, absque participio εἰσελθὼν, vt etiã legit Syr. interpres. Idẽ in proximo versiculo post ἐξεπλήσσοντο, addit πάντες, omnes. ¶ *Sabbato*, τοῖς σάββασιν. Vulg. & Eras. *Sabbatis*. Sed satis apparet pluralem numerũ positum pro singulari, vt diximus Matth. 12.1. & Act.16.13: quæ permutatio videtur in Latino sermone obscurior.

23 *In quo erat spiritus impurus*, ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ. Subaudi ὢν permutata cõstructione, pro, in quo erat Spiritus impurus. Sic inf.5. vers.2. id est, vt loquitur Luc.4.33. habẽs Spiritũ impurũ: quo genere dicẽdi veteres Græci dicũt ἐν ἐγκλήματι εἶναι: & Latini In culpa esse. Sed tamẽ nimis obscura fuerit interpretatio si vertas ad verbũ, *In spiritu immundo*, cũ Vetere interprete: sicut vulgò dicimus, *estre en fiebure*, pro eo quod Latini dicũt, *Febre teneri* Ideo Eras. maluit interpretari, obnoxius spiritui: sẽsu ita expresso, vt discedat à Græcis, à quibus studuimus propius abesse. Cæterũm quòd initio huius versiculi καὶ interpretati sumus *autem*, nemo (opinor) reprehẽdet qui variũ huius particulę vsum in sacris scriptoribus obseruarit. Itaq; in hoc codẽ versiculo, eiusdẽ particulæ loco, substituimus prouocabulũ, vt melius cohæreret oratio.

24 Λέγων, Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.

24 Dicens, Ah, quid nobis tecum Iesu Nazarene? venisti vt perderes nos? noui te quis sis, *nimirum* Sanctus ille Dei.

24 *Dicens, Quid nobis & tibi, Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio quis sis, Sanctus Dei.*

25 Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ.

25 Et obiurgauit eum Iesus, dicens, Obmutesce, & exi ex eo.

25 *Et comminatus est ei Iesus, dicens Obmutesce, & exi de homine.*

26 Καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, καὶ κράξαν φωνῇ μεγάλῃ, ἐξῆλθεν ἐξ αὐτοῦ.

26 Tunc, quum discerpsisset eũ spiritus impurus, & clamasset voce magna, exiit ex eo.

26 *Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo.*

27 Καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες, ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτοὺς, λέγοντας, Τί ἐστι τοῦτο; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, ὅτι κατ' ἐξουσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;

27 Et expauerunt omnes, ita vt mutuò quærerent inter se, dicẽtes, Quid est hoc? quę doctrina noua hęc, quòd cum auctoritate imperat etiam spiritibus impuris, & auscultant ei?

27 *Et mirati sunt omnes: ita vt conquirerent inter se, dicentes, Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua, quia in potestate & spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?*

28 Ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εὐθὺς εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας.

28 Emanauit autem fama ipsius statim in totam regionem circum iacentem Galilææ.

28 *Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ.*

Matt.8.14 luc.4.38 Variis sanatis morbis demõstrat se veram vitam in mundum attulisse.

29 Καὶ εὐθέως ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελθόντες, ἦλθον εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος καὶ Ἀνδρέου, μετὰ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου.

29 ‖ Et statim è synagoga egressi, venerunt domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne.

29 *Et protinus egredientes de synagoga, venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne.*

30 Ἡ δὲ πενθερὰ Σίμωνος κατέκειτο πυρέσσουσα. καὶ εὐθέως λέγουσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς.

30 Socrus autem Simonis decumbebat febricitans: & statim dicunt ei de illâ.

30 *Decumbebat autem socrus Simonis febricitans: & statim dicunt ei de illa.*

31 Καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν, κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς εὐθέως, καὶ διηκόνει αὐτοῖς.

31 Tunc accedens erexit eam, prehensa eius manu: & dimisit eam febris statim, & ministrauit eis.

31 *Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius: & continuò dimisit eam febris, & ministrabat eis.*

32 Ὀψίας δὲ γενομένης, ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, καὶ τοὺς δαιμονιζομένους.

32 Quum autem serum *diei* esset, occidente sole, addũcebãt ad eum omnes malè affectos & dæmoniacos.

32 *Vespere autem facto, quum occidisset sol, afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia habentes.*

33 Καὶ ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς τὴν θύραν.

33 Et ciuitas tota aggregata erat ad ostium.

33 *Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam.*

24 *Ah*, ἔα. vel *Hem*. quæ particulæ conueniunt exclamationi, partim à dolore, partim à rei nouitate proficiscẽti. Ad verbum, Sine, παρὰ τὸ ἐάω: sed multa verba in aduerbia degenerant, vt ἄγε, ἄνωγε, & pleraque eiusmodi. Vetus interpres hanc particulam non legit, neque Syrus interpres. Valla legit, eia. Vide Luc.4.34. ¶ *Nazarene*, Ναζαρηνέ. Alibi Ναζωραῖος dicitur Iesus nomine gentili, à Nazaretha Galilææ ciuitate & patria Mariæ, in quam se receperat Ioseph: vnde factum vt (sicut prædictum erat) Nazarenus sit Christus vocatus, Matth.2.23. Consideranda est igitur fraus Satanæ, qui quum illum sciret esse natum Bethleemę, vt & Prophetæ prædixerant de Messia: & Sanctum illum Domini esse fateretur, populi tamen errorem fouebat, ne Christum, quem sciebant omnes Bethleemæ nasciturum ex familia Dauid (Matth.2.5.) pro Messia haberent. Neque Satanam penitus fefellit hæc fraus, vt apparet Ioan.7.42. ¶ *Noui te quis sis*, οἶδά σε τίς εἶ. Hellenismus, pro, Noui quis tu sis. Sic Terentius in And. *Obserua filium quid agat*. In quodam codice legitur οἴδαμεν, scimus. ¶ [*Nimirum*] *Sanctus ille Dei*, ὁ ἅγιος. Particula NIMIRVM rectè addita est ab Erasmo ad leniendam transitionem. Simile dicendi genus extat Matthæi 19.17. Alludit autem Satan ad nomen illud quod Pontificis Maximi tiaræ inscriptum erat, vt scriptum est Exod.28.36.

26 *Quum discerpsisset*, σπαράξαν. Vide infrà capite 9.20. Sic autem hoc fieri voluit Dominus, vt verè non ipsum hominem, sed dæmonem per hominem verè dæmoniacum esse loquutum, ac proinde de hoc miraculo cunctis constaret.

27 *Ita vt mutuò quærerent inter se*, ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτούς. Conquirendi verbum (quo vsus est post Veterem interpretem Erasmus) Latinis significat diligenter aliquid inuestigare. συζητεῖν autem hoc loco est hominum attonitorum, qui mutuò sese rogitant & interpellant. Sed in συζητήσει vtraque pars interdum idem quærit, interdum quod alius oppugnat, alter tuetur: vnde factum vt συζητεῖν interdum vertamus altercari & disceptare. ¶ *Quod*, ὅτι. Sic etiam hæc particula accipitur infrà cap.4.41. & 6.2. Vulg. & Eras. *Quia*, barbarè. ¶ *Cum auctoritate*, κατ' ἐξουσίαν. vel *Per potestatem*, vt loquitur Cicero 6. in Verrem. Id est pro suo iure & auctoritate, seu pro imperio, vt loquitur Terentius. Ego ἐξουσίαν, id est, *auctoritatem* vel *Ius*, δύναμιν potestatem malui interpretari. Vulgata, *In potestate*, id est (vt sæpe alibi scriptum reperitur) ἐν ἐξουσίᾳ. Nam κατὰ hoc loco est nota causalis: velut etiam quum dicunt Græci κατὰ τύχην, id est (vt vernaculo sermone loquuntur) *par fortune*.

28 *Circumiacentem Galilææ*, περίχωρον τῆς Γαλιλαίας: Vul. *Regionem Galilææ*, i. χώραν τῆς Γαλιλαίας: quum tamen subaudiatur γῆν ante περίχωρον: & ita dicatur fama eius nõ modò per totam Galilæam, sed etiam per vicinas regiones sparsa.

32 *Occidente sole*, ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος. Ad verbum, *Quũ occideret sol*. Sed noluimus repetere particulam *Quum*. Dicũtur autẽ δύειν & καταδύειν quæ aquam subeunt: vt appareat hoc dicendi genus profectũ ex vulgi opinione, qui solem mergi putabat Oceano: sicut, ex alio non minus inepto errore, in vernaculo nostro sermone dicimus, solem, quũ occidit, ire cubitum, & occidentem solem appellamus cubantẽ. Vulg. & Eras. *Quum occidisset*, significatione aoristi posterioris: quũ optimus Marci interpres Luc.4.40, vtatur participio præsente δύνοντος, quanquam quod ad rem ipsam attinet, aut nullum, aut paruum, est hoc discrimẽ. Significatur enim in genere extremum diem adducẽdis ægrotis datum fuisse, quoniam videlicet tunc desinebat Sabbatum, quo durante plerique nefas esse putabant ægrotis sanandis operam dare.

33 *Tota*, ὅλη. Vulgata, *Omnis*: id est πᾶσα. quod rectè mutauit Erasmus, ne omnes ciuitates concurrisse intelligas. Interdum tamen τὸ πᾶν etiam in quantitate discreta vsurpari constat, vt infrà cap.2.13.

34 Καὶ ἐθεράπευσε πολλοὺς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις· καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλε, καὶ οὐκ ἤφιε λαλεῖν τὰ δαιμόνια ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν.

35 Καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν ἀναστὰς ἐξῆλθε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρημον τόπον, κἀκεῖ προσηύχετο.

36 Καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ.

37 Καὶ εὑρόντες αὐτὸν, λέγουσιν αὐτῷ, Ὅτι πάντες ζητοῦσί σε.

38 Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, ἵνα κἀκεῖ κηρύξω. εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα.

39 Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, καὶ τὰ δαιμόνια ἐκβάλλων.

40 Καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν λεπρὸς παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ, Ὅτι ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.

41 Ὁ δὲ Ἰησοῦς σπλαγχνισθεὶς ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ, Θέλω· καθαρίσθητι.

42 Καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέπρα, καὶ ἐκαθαρίσθη.

43 Καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν αὐτόν·

44 Καὶ λέγει αὐτῷ, Ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς· ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου ἃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

45 Ὁ δὲ ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ, καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον, ὥστε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι φανερῶς εἰς πόλιν εἰσελθεῖν· ἀλλ' ἔξω ἐν ἐρήμοις τόποις ἦν, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν πανταχόθεν.

Κεφάλαιον β.

1 ΚΑΙ πάλιν εἰσῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ δι' ἡμερῶν, καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι.

2 Καὶ εὐθέως συνήχθησαν πολλοὶ, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν· καὶ ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον.

3 Καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν παραλυτικὸν φέροντες, αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων.

4 Καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ὅπου ἦν· καὶ ἐξορύξαντες χαλῶσι τὸν κράββατον, ἐφ' ᾧ ὁ παραλυτικὸς κατέκειτο.

5 Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, λέ-

34 Et sanauit multos malè affectos variis morbis: & dæmonia multa eiecit, & non sinebat dicere dæmonia quòd ipsum nossent.

35 Et mane, valde multa nocte quum surrexisset exiit, & abiit in desertum locum, & illic orauit.

36 Et prosequuti sunt eum Simon, & qui cum ipso erant.

37 Et quum inuenissent eum, dicunt ei, Omnes te quærunt.

38 Tunc dicit eis, Eamus in contigua oppidula, vt & illic prædicem. ad hoc enim sum egressus.

39 Prædicabat igitur in synagogis eorum in tota Galilæa: & dæmonia eiiciebat.

40 ‖ Venitque ad eum leprosus precans eum, eique ad genua procidens, ac dicens ei, Si velis, potes me purificare.

41 Iesus autem commiseratione intima commotus, extensa manu, tetigit eum, & dixit ei, Volo: purificator.

42 Et quū *hæc* dixisset, statim abiit ab eo lepra, & purificatus fuit.

43 Et grauiter interminatus ei *Iesus*, statim ablegauit eum:

44 Dixitque ei, Vide *vt* nemini quicquam dicas: sed abi, ostende te ipsum sacerdoti, & offer pro purificatione tui quæ ‖ imperauit Moses, *vt hoc sit* eis testimonio.

45 ‖ Ille verò egressus cœpit prędicare multa, & rem diuulgare, ita vt iam non posset Iesus manifestè introire in ciuitatē, sed foris in desertis locis erat, & veniebant ad eum vndique.

CAP. II.

1 SEd ‖ rursus intrauit Capernaū interiectis *aliquot* diebus, & auditum est eum domi esse.

2 Statimque congregati sunt multi, *adeo* vt iam non caperēt eos ne ea quidem *loca* quæ *erat* ad ostiū: & loquebatur eis sermonem *Euangelij*.

3 Tunc venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.

4 Et quum non possent ei appropinquare propter turbam, detexerunt tabulatum *loci* in quo erat, eóque perfosso, *funibus* demiserunt grabbatum in quo paralyticus iacebat.

5 Quum autem vidisset Iesus fidem eorum, dixit paralytico,

34 Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus: & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui quoniam sciebant eum.

35 Et diluculo valde surgens, egressus abijt in desertum locum: ibíque orabat.

36 Et prosequutus est eum Simon & qui cū illo erāt.

37 Et quum inuenissent eum dixerunt ei, Quia omnes quærunt te.

38 Et ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem. ad hoc enim veni.

39 Et erat prædicās in synagogis eorum, & in omni Galilæa: & dæmonia eijciens.

40 Et venit ad eum leprosus deprecans eum, & genu flexo dixit ei, Si vis, potes me mundare.

41 Iesus autem misertus eius extendit manum suā, & tangens eum, ait illi, Volo: mundare.

42 Et quum [illegible]xisset, statim disc[illegible] ab eo lepra, & mundatus est.

43 Et comminatus est ei, statímque eiecit illum.

44 Et dicit ei, Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te principi Sacerdotum, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses, in testimonium illis.

45 At ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem: ita vt iam non posset manifestè introire in ciuitatē, sed foris in desertis locis esset: & conueniebant ad eum vndique.

CAP. II.

1 ET iterum intrauit Capharnaū post dies, & auditum est quòd in domo esset.

2 Et conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuam: & loquebatur eis verbum.

3 Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.

4 Et quum non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat, & patefacientes submiserunt grabbatum in quo paralyticus iacebat.

5 Quum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait

Matth. 8. 2
Luc. 5. 12
Curato leproso ostendit se idcirco venisse, vt mundi sordes suo cōtactu eluat.

Testatur se nō ambitione sed solius Patris gloriæ & amoris in miseros peccatores, studio duci.

Luc. 14. 4

Luc. 5. 14

Matth. 9. [illegible]
Luc. 5. 18
Christus sanato paralytico demonstrat homines amissas omnes vires in se vno per fidem recuperare.

24 *Eiecit*, ἐξέβαλε. Vulgata & Erasmus, *Eyciebat*: id est ἐξέβαλλε. Sed illud melius conuenit, quia mollius cum superiore verbo cohæret. ¶ *Sinebat*, ἤφιε. Ita habent omnia exemplaria, quum potius dici soleat ἀφίει. Puto igitur aoristum secundum esse ab ἵω τὸ πέμπω. Sic infrà capite 11. 16. ¶ *Quòd ipsum nossent*, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν. Possent hæc ita explicari, vt non sit passus eos dicere, sibi cognitum esse Iesum: vel, (vt etiam vertit Syrus interpres) non passus omnino loqui, idque propterea quòd ipsum sciebant esse Messiam. Nam quatuor codices addunt Χριστὸν εἶναι, sicut scribit Luc. 4. 41. Causa autem huius interdicti est (si credimus Erasmo) ne id ante tempus effutirent. Ego verò aliam potius rationem esse puto, quòd videlicet diaboli munus non sit prædicare Euangelium. Quamobrem etiam Paulus ægrè fert Pythonis testimonium, Actorum 16. versu 18. Nam alioqui visus fuisset Christus cum Satana commune aliquid habere, vel etiam colludere: nunquam magis metuendo nobis Satana quàm quum sese in Angelum lucis transformat.

35 *Mane, valde multa nocte*, πρωῒ ἔννυχον λίαν. Vulgata, *Diluculo valde*: prætermisso aduerbio ἔννυχον, vel ἔννυχα, vt legimus in tribus vetustis codicibus, quo significatur tempus adhuc veluti intra noctem latens. Nos verò quum hoc exprimere altero vocabulo Latino non possemus, necessariò recessimus à Græcis. Erasmus pro λίαν vertit *adhuc* id est ἔτι.

36 *Et prosequuti sunt*, καὶ κατεδίωξαν: videlicet velut fugientem, vt sæpe solebat ad precandum solitudinem captare. Vulg. & Eras. legerunt κατεδίωξεν, singulari numero, sicut in duobus vetustis codicibus scriptum legimus.

38 *Eamus*, ἄγωμεν. Syrus interpres legit ἄγετε, *Ite*, sed perperam omnino. ¶ *Contigua*, τὰς ἐχομένας: id est (vt vertit Vulgata & Erasmus) proxima: παρὰ τὸ ἔχεσθαι, quod hærere & quasi affixum esse significat. Legimus autem in vno codice, ἄγωμεν ἀλλαχοῦ εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, Eamus aliò in contigua oppidula. ¶ *Oppidula*, κωμοπόλεις. Ita vocat composito nomine quæ neque merentur duntaxat vici nomen, neq; etiam dici possunt vrbes, quòd non sint mœnibus cinctæ: ideóque vsi sumus diminutiuo, quo vtcunque id explicaretur. Nam pagi nomen [illegible]us patere existimo. Hebrei פרזים [*parazim*] Galli *bourgades* appellant. Scribitur autem in secundo exemplari εἰς τὰς ἐγγὺς κώμας καὶ εἰς τὰς πόλεις: id est, in propinquos vicos & ciuitates: quam lectionem sequutus est Vetus noster, itemq; Syrus interpres. ¶ *Ad hoc*, εἰς τοῦτο. Sic Columel. lib. 7. cap. 8. *Sub vmbra*, inquit, *cratibus in hoc factis*: i. ad eum vsum. Sed vitare studui amphiboliam: permutantur autem vicissim inter se præpositiones istæ ad finalem, quam vocant, causam significandam. ¶ *Egressus sum*, ἐξελήλυθα. In manuscr. codice, legi ἐλήλυθα, i. Veni: & ita Vetus interpres, & Syrus quoque conuerterūt. Lucas autem habet cap. 4. 43. ἀπέσταλμαι, Missus sum: ne quis istam egressionem de eo accipiat quòd egressus ex vrbe in desertum secesserat.

40 *Si velis*, ὅτι ἐὰν θέλῃς. Ad verbū, *Quòd si velis*. Particula ὅτι (vt alibi infinitis locis) abundat. Sed eius loco scriptum erat in quodam exemplari, Κύριε, Domine.

42 *Quum [hæc] dixisset*, εἰπόντος αὐτοῦ. Hæc desunt in vetustis duobus exempl. & in Syra interpretatione non extant.

43 *Ablegauit*, ἐξέβαλεν. Eiiciendi verbum, quo vsus est Vetus interpres, non quadrat: & tamen videtur aliquid amplius significare Euāgelista quàm declaret verbū Emittere: quod vsurpat Erasmus, quia additur interminatio.

44 *[Vt] nemini*, μηδενὶ. Subauditur particula ἵνα, quam expressi. Quòd autem negationes duæ adhibentur, quarū posteriorem aut non legit, aut neglexit Vulgata, Atticorū moris est, apud quos duæ negationes fortius negant. ¶ *Sacerdoti*, τῷ ἱερεῖ. Vulg. *Principi Sacerdotum*: i. ἀρχιερεῖ. Nec video cur ita cōuerterit Vetus interpres, nisi fortassis quòd addatur articulus. Sed liquet ex Leu[illegible]. 1. non modò penes ipsum summum Pontificem, sed etiam penes omnes ex Aaronis posteritate Sacerdotes fuisse iudicium de lepra. Itaq; articulus hoc loco non ponitur διακριτικῶς, sed potius (vt ex Magentino Budæus obseruauit) ἐνδεικτικῶς τοῦ γένους: veluti si de tota hominis specie loquens dicas ὁ ἄνθρωπος. Syrus interpres optimè legit numero plurali לכהנא [*lecahane*] Sacerdotibus.

¶ Pro

¶ *Pro*, περί: id est ὑπέρ, vt annotauimus Matt. 9. 36, & 26. 28.

45 *Rem*, τὸν λόγον. Ad verbum, sermonem. Sed Hebraismus est, de quo iam sæpe diximus. ¶ *Diuulgare*, διαφημίζειν. Vulgata, *Diffamare*. Sed hoc verbum à Latinis semper in vitio ponitur. ¶ *Non posset*, μὴ δύνασθαι. Intellige tantam turbam fuisse vt periculum sæpe incurrerit ne elideretur: & paratam idcirco nauiculam habere ipsum oportuerit, vt explicatur infrà cap. 3. 9. ¶ *Iesus*, αὐτόν. Ad verbum, *Ipse*. Sed quum hoc ita Græcè scriptum sit vt dubitare possis an ad purgatum leprosum, an verò ad Iesum pertineat, rectè Erasmus (quem sequuti sumus) pro relatiuo ipsum antecedens posuit.

IN CAP. II.

1 *Interiectis [aliquot] diebus*, δι' ἡμερῶν. Sic Lucas Act. 24. 17. δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων, pluribus autē annis interiectis. Vulgata, *Post dies*, Erasm. *Post aliquot dies*: id est μεθ' ἡμέρας, quo modo etiam loquitur Marcus noster infrà ca. 9. 2, & 14. 58. sed addito dierum numero. Paulus quoque hoc dicendi genus (id est præpositionem διὰ pro μετὰ) vsurpat Galat. 2. 1. & Matthæus capite vigesimosexto, vers. 61. Sic quoque dicitur διὰ πολλοῦ, id est, multo interiecto tempore. Sed & in veteribus Latinis codicibus testatur Erasmus se legisse scriptum *Post dies octo*, quanuis eam lectionem ipse non probet. Ego verò hoc dicendi genus puto ex Hebræorum idiomate profectum, qui ita solent dicere indefinitè מקץ ימים [*mikkets iamim*] vt Gen. 4. 3. Ita enim exponi à Græcis מקץ [*mikkets*] ostendimus infrà cap. 8. 11. Sed & Danielis 8. vers. vltimo sic ponitur ימים [*iamim*] absolutè pro Aliquot diebus. Addidimus autem particulam indefinitam ex Erasmo, & propositionem διὰ vertimus per participium *Interiectis*: quòd eius significatio ita videatur hoc loco melius expressa quàm si vertas *Post*, id est μετὰ, vt vertit Syrus interpres: quanuis quod ad sensum attinet, etiamsi ita interpreteris, in sententia nihil immutetur. ¶ *Domi*, εἰς οἶκον. Ad verbū, in domo, i. ἐν οἴκῳ. vt etiā legimus in vno exemplari. Intelligitur autem domus ea quam sibi in vrbe delegerat, relicta Nazareth. vt scribitur Matth. 4. 13.

2 *Ne ea quidem*, μηδὲ τά. Vulgata, *Neque*. Erasmus, *Nec illa*. Sed particula μηδὲ in hoc dicendi genere id declarat quod Latinè, Ne quidem. ¶ *[Loca] quæ [erant] ad ostium*, τὰ πρὸς τὴν θύραν. Vulgata, *Ad ianuam*: omisso articulo τά. Sensus planus est, nempe nec domū ipsam, nec vestibulum & loca vestibulo vicina capere potuisse multitudinem quę ad eum audiendum conuenerat. Itaq; quod in vetere Latina interpretatione legitur Caperet, si de vestibulo intelligatur, eundem sensum habet. ¶ *Sermonem*, τὸν λόγον. Euangelij sermonem intelligit, quod expressi: nam ideo additur articulus.

3 *Venerunt*, ἔρχονται. Sic rectè vetus interpres, vt ex verbo sequente ἀπεστέγασαν apparet, quum alioqui in narrationibus sæpe præsens tempus non sine emphasi vsurpetur: vt etiam mox scribitur χαλῶσι pro ἐχάλασαν. ¶ *Qui portabatur*, αἰρόμενον, ad verbum, *Sublatum*, sed ex Hebræorum idiotismo ex antecedente intelligitur consequens.

4 *Appropinquare*, προσεγγίσαι. In quodam codice scribitur, προσενέγκαι: id est Offerre, in ipsius videlicet cōspectum, vt explicat Lucas 5. 19. Ita etiam conuertit Vetus interpres. ¶ *Propter turbam*, διὰ τὸν ὄχλον. Vulgata & [illegible]mus, *Præ turba*: id est, ἀπὸ vel ὑπὸ τοῦ ὄχλου. Sic enim vsurpata est particula ἀπὸ Matth. 28. 4, & Lucæ 22. 45. ¶ *Detexerunt tabulatum*, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην. Vulgata, *nudauerunt tectum*. Erasmus, *detexerunt tectum*, seruata paronomasia, sed non expresso sensu. Latinis enim dicitur Tectum summa ædiū pars quæ δῶμα à Matthæo 10. 27. dicitur: στέγη verò tabulatum ipsum τοῦ δώματος, quod vocamus *vn plancher*. Christus autem vt apparet ex vers. 2. docebat intra ædes ipsas. Itaq; ἀποστεγάζειν τὴν στέγην commodissimè verteris *desplancher le plancher*. ¶ *[Loci] in quo*, ὅπου. Vulg. ad verbum, *Vbi erat*, nimium obscurè, quum Christus non esset in ipso solarij tabulato, sed in loco inferiore. Itaque perfosso tabulato, quod teste Luca cap. 5. 19. testaceum erat, demiserunt paralyticum in subiectum locum in quo Iesus concionabatur: quòd perrumpere alioqui in ipsius conspectum non possent. ¶ *Eóque perfosso*, καὶ ἐξορύξαντες. Vulgata, *Et patefacientes*: id est, καὶ ἀνοίξαντες. Erasmus, *Perfossóque tecto*. ¶ *[Funibus] demiserunt*, χαλῶσι. Vulgata, *Submiserunt*. Erasmus, quem sequor, vsus est periphrasi, vt vim Græci vocabuli exprimeret. Est autē præsens pro præterito, quæ enallage narrationibus cōuenit, & Marco est familiaris. ¶ *Grabbatū*, τὸν κράββατον. Ita vocant Latini propriè lectos humiliores, in quibus meridiari solebant veteres, non autem vel accūbere ad mensam, vel nocte quiescere. Latini à Græcis hoc vocabulum mutuati sunt, sed correpta antepenultima, & penultima producta: vt in illo Martialis, *Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati*. Nam etiam in quibusdam Græcis exemplaribus scribitur κράβατον, in aliis rursum, κράββατον.

γει τῷ παραλυτικῷ, Τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

Ἦσαν δέ τινες τῶν γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν,

Τί οὗτος οὕτω λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός;

Καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, ὅτι οὕτως διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς, εἶπεν αὐτοῖς, Τί ταῦτα διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

Τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν τῷ παραλυτικῷ, Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν, Ἔγειραι, καὶ ἆρόν σου τὸν κράββατον, καὶ περιπάτει;

Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας, (λέγει τῷ παραλυτικῷ)

Σοὶ λέγω, Ἔγειραι, καὶ ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.

Καὶ ἠγέρθη εὐθέως, καὶ ἄρας τὸν κράββατον ἐξῆλθεν ἐναντίον πάντων· ὥστε ἐξίστασθαι πάντας, καὶ δοξάζειν τὸν Θεόν, λέγοντας, Ὅτι οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν.

Καὶ ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἤρχετο πρὸς αὐτόν, καὶ ἐδίδασκεν αὐτούς.

Καὶ παράγων εἶδε Λευῒν τὸν τοῦ Ἀλφαίου καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον· καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ

Fili, " remissa sunt tibi peccata
tua.
6 Erant autem illic quidam " ex
Scribis sedẽtes, & " ratiocinan-
tes in cordibus suis,
7 Quid iste ita loquitur bla-
sphemias? ‖ quis potest remitte-
re peccata, nisi vnus ille Deus?
8 ' Et quum statim agnouisset
Iesus spiritu suo, eos ita ratio-
cinari apud se, dixit eis, Quid
ista ratiocinamini in cordibus
vestris?
9 Vtrum est facilius, dicere pa-
ralytico, Remissa sunt tibi pec-
cata: an dicere, Surge, & attolle
grabbatum tuum, & ambula?
10 Vt autem sciatis Filium ho-
minis habere auctoritatem re-
mittendi peccata in terra, (ait
paralytico)
11 Tibi " dico, surge, & attolle
grabbatũ tuũ, & abi domũ tuã.
12 Tunc *ille* " statim surrexit: sub-
latóque grabbato, egressus est
coram omnibus: adeò vt " ob-
stupescerent omnes, & glo-
rificarent Deum, dicentes,
Nunquam " tale quicquam vi-
dimus.
13 ‖ Et egressus est rursus ad ma-
re: totáque turba veniebat ad
eum, ac docebat eos.
14 Et quum prætergrederetur,
vidit " Leuin Alphæi *filium* seden-
tem ad telonium: dixítque ei,
Sequere me, Et *is* surgẽs sequu-
tus est eum.
15 Et factum est " vt quum Iesus
accũberet in domo illius, mul-
ti etiam publicani & peccato-

*paralytico, Fili, dimittun-
tur tibi peccata tua.*
6 *Erant autem illic qui-
dam de Scribis sedentes,
& cogitantes in cordibus
suis,*
7 *Quid hic sic loquitur?
blasphemat. Quis potest
dimittere peccata, nisi so-
lus Deus?*
8 *Quo statim cognito Ie-
sus spiritu suo, quia sic co-
gitarent intra se, dicit il-
lis, Quid ista cogitatis in
cordibus vestris?*
9 *Quid est facilius, di-
cere paralytico, Dimittũ-
tur tibi peccata: an dicere,
Surge, tolle grabbatum
tuum, & ambula?*
10 *Vt autem sciatis quòd
Filius hominis, habet po-
testatẽ in terra remittendi
peccata (ait paralytico)*
11 *Tibi dico, Surge, tolle
grabbatum tuum, & abi
in domum tuam.*
12 *Et statim surrexit ille,
& sublato grabbato abijt
coram omnibus: ita vt
mirarentur omnes & ho-
norificarent Deum, di-
centes, Quia nunquam sic
vidimus.*
13 *Et egressus est rursus
ad mare: omnísque tur-
ba veniebat ad eum, ac
docebat eos.*
14 *Et quum præteriret,
vidit Leuin Alphæi se-
dentem ad telonium: &
ait illi, Sequere me. Et sur-
gens sequutus est eum.*
15 *Et factum est, quum
accũberet in domo illius,
multi publicani & pec-*

Esa.43.25.
Iob.14.4.

Matt.9.10
Luc.5.27
Euangelium superbos offendit, humiles seruat.

5 *Remissa sunt*, ἀφέωνται: id est ἀφεῖνται, vt post Herodianum interpretatur Budæus in commentariis. Sed & accipi potest pro Remissa sunto, vel Remittũtur: tertia videlicet persona plurali coniunctiui pro ἀφέωνται quẽ modum Diomedes Mandatiuũ vocat. vt αἰνῶ pro αἰνέω, dicitur [illegible] s. Iliad. α, sicut disertè in eum locum scribit Eustathius: & [illegible] pro [illegible], vt idem scribit Odyss. τ. Itaque nulla causa erat cur Erasmus ab eo se deceptum quæreretur, qui quærenti responderat conuerti posse Remittuntur. Vulgata, *Remittuntur*, id est, ἀφίενται, sicut in Aldino exemplari Herodoti in Euterpe legimus ἀφέωνται, non ἀφίενται.

6 *Ex Scribis*, γραμματέων. Syrus interpres addidit, καὶ Φαρισαίων, *& Pharisæis.* ¶ *Ratiocinantes*, διαλογιζόμενοι. Vulgata & Erasmus, *Cogitantes*, id est διανοούμενοι. Neque ignoro διαλογίζεσθαι sæpe pro διανοεῖσθαι poni, vt alibi diximus: sed tamen quum proprium verbum haberem, nolui synonymũ quærere. Est autem διαλογίζεσθαι idẽ omnino quod Ratiocinari: id est, rationes secũ vel cũ aliquo cõferre: vnde factũ vt pro Cogitare & Animo versare accipiatur. Nam qui secum aliquid in vtramque partem versat, duplicem quodammodo personam sustinet. Vide Matth. 21. 25.

7 *Loquitur blasphemias*, λαλεῖ βλασφημίας. Vulg. legit, λαλεῖ; βλασφημεῖ. loquitur? blasphemat.

11 *Dico*, λέγω. Syrus interpres exprimit pronomen [illegible] [ἐγὼ] ἐγὼ, quod loco præsertim postremo positum magnã habet emphasin, ac si diceret Christus, Agnoscite igitur me verum quoque Deum esse. Nam ego ipse, vt auctoritate præditus, tibi paralytico dico, &c.

12 *Statim*, εὐθέως. Hæc particula neque apud Syrum interpretem, neque in meo vetustissimo codice legitur: quæ tamen minimè videtur expungenda. ¶ *Obstupescerent*, ἐξίστασθαι. Vel, Percellerentur. Vulgata, *Mirarentur*, θαυμάζειν. Nam ἐξίστασθαι Græcis significat mentem alicuius veluti loco emouere: quod etiam significatur verbo Græco ἐκπλήττειν, & Latino Percellere: vt in illo Ciceronis pro Milone, *Martem communem adde, qui sæpe spoliantem iam & exultantem euertit & perculit.* Idem pro domo sua, *Desinant homines iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari quibus stantem perculerunt.* ¶ *Tale quicquam*, οὕτως. Vide Matth. 9. 33.

14 *Leuin*, Λευῒν. Hoc fuisse alterum ipsius nomen ex eo cõstat quòd ipse sese Matthæum vocet, Matth. 9. 9. Itaque Caninius non rectè videtur existimasse Matthæum fuisse Leuitam. Basiliensis editio habet Λευεὶ, sed Λευὶν scriptum reperimus in omnibus vetustis codicibus, excepto meo vetustis. qui pro Leui legit Ἰάκωβον Iacobum, perperam tamen, (opinor) & orto inde errore, quòd Iacobus quoque vnus ex illis duodecim, & ab altero Zebedæi filio diuersus, dicatur etiam Alphæi, quanuis, vt arbitror, non eiusdem, filius. Additum autem Matthæo epitheton publicani, Mat. 9. 9. & 10. 3. hunc errorem arguit.

15 *Quum Iesus accumberet*, ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν. Ad verbum, *In discumbere ipsum.* Latini verò in hoc dicendi genere nomen aut pronomen ab anteriore parte non vsurpant. Dicunt enim Inter discumbendum, Inter prandendum, absolutè: à posteriore verò interdum vt Liuius, *Inter spoliandum corpus hostis veruto percussus.* Itaque necessariò mutanda fuit phrasis Græca.

¶ Sequuta

ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ἦσαν γὰρ πολλοί, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

Καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει;

Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

Καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύοντες· καὶ ἔρχονται καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύουσιν, οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ οὐ νηστεύουσι;

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, νηστεύειν; ὅσον χρόνον μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν.

Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

Καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μή, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται.

Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μή, ῥήσσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκούς, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον.

Καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἤρ-

res simul discubuerint cũ Iesu
& discipulis eius: erant enim
multi, & " sequuti fuerant eum.
16 Quúmque Scribæ ac Phari-
sæi vidissent eum edentem cum
publicanis & peccatoribus, di-
xerunt discipulis eius, " Quid *est*
quòd cum publicanis & pecca-
toribus " edit ac bibit?
17 Et quum *hoc* audisset Iesus
dicit eis, " Iis qui valent non o-
pus est medico, sed iis qui malè
se habent. ‖ non veni vocatum
iustos, sed peccatores " ad resi-
piscentiam.
18 Discipuli verò Ioannis " ac
Pharisæorum ieiunabant: ve-
niunt igitur & dicunt ei, Quare
discipuli Ioannis & Pharisæo-
rum ieiunant, tui autem disci-
puli non ieiunant?
19 ‖ Tunc ait eis Iesus, Num pos-
sunt " filij thalami, " quo *tempore*
cum ipsis est sponsus, ieiunare?
quandiu habent secum spon-
sum, non possunt *isti* ieiunare.
20 Venient autem dies quum
sublatus erit ab eis sponsus, &
tunc ieiunabunt illis diebus.
21 " Nemo verò panniculum im-
pexum " insuit vestimento vete-
ri: alioquin, illud " ipsius supple-
mentum nouum tollit " *aliquid*
ex vetere *vestimento*, & fit pe-
ior fissura.
22 Et nemo iniicit vinum no-
uum in vtres veteres: sin minus
vinum " effũditur, & vtres per-
eunt: sed vinum nouum in v-
tres recentes iniiciendum est.
23 ‖ Factum est autem " vt ipse
præteriret Sabbato per sata,

*catores simul discumbebãt
cum Iesu & discipulis e-
ius: erant enim multi, qui
& sequebantur eum.*
16 *Et Scribæ & Pharisæi
videntes quia manduca-
ret cum publicanis & pec
catoribus, dicebant disci-
pulis eius, Quare cum pu-
blicanis & peccatoribus
manducat & bibit magi-
ster vester?*
17 *Hoc audito Iesus ait
illis, Non necesse habent
sani medico, sed qui malè
habent. non enim veni vo-
care iustos, sed pecca-
tores.*
18 *Et erant discipuli Ioan-
nis & Pharisæi ieiunan-
tes: & veniunt & dicunt
illi, Quare discipuli Io-
annis & Pharisæorum
ieiunant: tui autem disci-
puli non ieiunant?*
19 *Et ait illis Iesus, Num-
quid possunt filij nuptia-
rum, quandiu sponsus cum
illis est, ieiunare? Quanto
tempore habent secum
sponsum, non possunt ieiu-
nare.*
20 *Venient autem dies
quũ auferetur ab eis spon-
sus, & tunc ieiunabunt in
illis diebus.*
21 *Nemo assumentum
panni rudis assuit vesti-
mento veteri: alioquin
aufert supplementum no-
uum à veteri, & maior
scissura fit.*
22 *Et nemo mittit vinum
nouum in vtres veteres:
alioquin disrũpet vinum
vtres, & vinum effunde-
tur, & vtres peribunt: sed
vinum nouum in vtres no-
uos mitti debet.*
23 *Et factum est iterum
quum Sabbatis ambula-*

1.Tim.1.15.

Superstitiosi & hypocritæ in rebus mediis temerè pietatis summam collocant: qui triplici ratione reprehenduntur: primùm quia nõ spectãtes quid ferant cuiusque vires temerè quasuis leges de his rebus statuãt.
Mat.9.14.
Luc.5.33

Matt.12
Luc.6.1.

¶ *Sequuta fuerant*, ἠκολούθησαν. Vulg. *Sequebantur*: i. ἠκολούθουν: quod etiam scriptum inuenimus in quodam exemplari.

16 *Quid [est] quòd*, τί ὅτι. Vulg. *Quare?* i. διατί: sicut etiam legimus in quodam codice. ¶ *Edit ac bibit*, ἐσθίει καὶ πίνει. In quodam exemplari, vt & apud Syrum interpretem additur, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν. *Doctor vester.* quod etiam conuertit Vetus interpres, & disertè legit August. de consensu Euang. lib. 2. cap. 27.

17 *Iis qui valent*, οἱ ἰσχύοντες. i. Qui sunt integris viribus. Vulg. *Sani*, i. ὑγιαίνοντες. Eras. *Qui benè valent.* ¶ *Ad resipiscentiam*, εἰς μετάνοιαν. Eras. *Ad pœnitentiam*: de quo alibi diximus. Hæc autem non legit Vetus interpres, neque etiam duo ex vetustis exemplaribus.

18 *Ac Pharisæorum*, καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων: videlicet discipuli. In quibusdam codicibus legitur, καὶ οἱ Φαρισαῖοι, & Pharisæi, vt habet etiam Vetus interpres eodem sensu. Nam Pharisæorum discipuli, & ipsi Pharisæi erant. Quod autem putat Erasmus hæc etiam conuerti sic posse, *Et qui sunt ex Pharisæis*, id est ex factione Pharisaica: sensum quidem eundem habet, sed non satis conuenit. Dixisset enim Euangelista οἱ ἐκ τῶν Φαρισαίων, sicuti sæpe in Actis loquitur Lucas: & apud Paulum reperias τοὺς ἐκ περιτομῆς. Sed hoc quidem obseruatione dignum videtur, nusquam nisi hoc loco vllos nominari Pharisæorum discipulos, & Matth. 22. 16. Luc. 5. 33. in huius quoque historiæ narratione.

19 *Filij thalami*, οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος. Vide Marc. 9. 15. ¶ *Quo tempore*, ἐν ᾧ. subaudi χρόνῳ, ellipsi Græcis in hoc dicendi genere familiari. Erasmus, *In quo*: vt repetatur νυμφῶνι: id est thalamo. Sed illud melius conuenit cum iis quæ proximè consequuntur. Subiicitur enim ὅσον χρόνον: id est, quanto tẽpore, siue quãdiu. Itaque idem Eras. Luc. 5. 34. ἐν ᾧ interpretatur Dum, pro Interim dum. ¶ *Non possunt [isti]* οὐ δύνανται. Nempe discipuli mei. Applicat enim Christus suis de quibus interrogatus fuerat discipulis, id quod figuratè & indefinitè de sponso & sponsi amicis cum eo conuiuantibus dixerat. Nã alioqui Christus ineptè sibi ipsi respondens, bis idem repeteret: & sequẽs versiculus id manifestè indicat. Idcirco suppleui pronomen οὗτοι, isti, vt planior sit huius loci sententia. Extat autem huius ipsius ellipsis ex communi loquendi consuetudine exemplum infra vers. 24. ante verbum ποιοῦσιν.

21 *Nemo verò*, καὶ οὐδεὶς. καὶ deest in quinque exẽplaribus. ¶ *Insuit*, ἐπιῤῥάπτει. Vulg. & Eras. *Assuit*: quod neq; memini legere apud idoneos auctores, neq; sensum huius loci declarat, vt copiosius ostendimus Matt. 9. 16. vnde petenda sunt quæ ad hunc versiculum pertinent. ¶ *Ipsius*, αὐτοῦ. i. ab isto insutum, quod tamen pronomen neque Vetus versio legit, nec habet meus vetustissimus codex. ¶ [*Aliquid*] *ex vetere*, ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ. Particulam ἀπὸ vt necessariam in Græco contextu restitui, auctoritate Syri interpretis, vetustiss. mei codicis, Latinæ denique receptæ versionis fretus.

22 *Vinum iniiciendũ est*, τὸν οἶνον βλητέον. Græcis τὸν οἶνον, i. vinũ, ponitur quarto casu. Dicũt enim, γραπτέον μοι τὰς ἐπιστολάς, i. scribendũ est mihi epistolã: quod dicendi genus imitatus Virgil. dixit, *-pacem Troiano à rege petendum.* Et Cic. *Iterandum eadem ista mihi.* Sed hæc sunt Latinis admodũ rara.

23 *Vt ipse præteriret*, παραπορεύεσθαι αὐτόν. In quodã exemplari legitur (quo modo etiam vertit Vulg.) πάλιν αὐτὸν ἐν

παραπορεύεσθαι. id est, vt rursus ipse Sabbato iret, vel iter faceret. Nam πορεύεσθαι pro ἰέναι hîc accipitur, sicut & Matth. 12.1. Alij legunt ἐν τῷ παραπορεύεσθαι αὐτὸν, id est quũ ipse præteriret.

Secundò, quòd inter leges de his rebus à Deo positas, & leges de rebus per se illicitis sanctas, nullũ discrimen cõstituant.
1.Sam.21.6

Exod.29 33.
leuit.8.31.&
24.9

ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας.

24 Καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον αὐτῷ, Ἴδε, τί ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάββασιν ὃ οὐκ ἔξεστι;

25 Καὶ αὐτὸς ἔλεγεν αὐτοῖς, Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε χρείαν ἔσχε, καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ;

26 Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι;

27 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον.

28 Ὥστε κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.

Κεφάλαιον γ.

Matth.12.9
luc.6.6
Tertiò, quod Ceremonialẽ legem (moralis appendicẽ) morali præferebant, quum è contrario ex istis petere oportuerit verũ ceremonialis vsum.

1 ΚΑὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος ἐξηραμμένην ἔχων τὴν χεῖρα.

2 Καὶ παρετήρουν αὐτὸν εἰ τοῖς σάββασι θεραπεύσει αὐτὸν, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.

3 Καὶ λέγει τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα, Ἔγειραι εἰς τὸ μέσον.

4 Καὶ λέγει αὐτοῖς, ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; Οἱ δὲ ἐσιώπων.

5 Καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀρ-

& cœperunt discipuli eius iter faciendo vellere spicas.

24 Tunc Pharisæi dixerunt ei, Ecce, cur isti faciunt Sabbato quod non licet?

25 Et ipse dixit eis, Nunquam legistis quid fecerit Dauid quũ hoc ipsi esset opus, & esuriret ipse, & qui cum eo erant?

26 Quomodo sit ingressus domum Dei sub Abiathare Pontifice Maximo, & panes Propositios ederit, quos nõ licet edere nisi Sacerdotibus, & dederit etiam iis qui secum erant?

27 Dixit etiam eis, Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter Sabbatum.

28 Itaque Filius hominis est etiam Sabbati dominus.

CAP. III.

1 ET introiuit rursus in synagogam: erátque illic quidã arefactam manum habens:

2 Et obseruabant an Sabbato sanaturus esset eum: vt ipsum accusarent.

3 Tunc ait homini habenti manum arefactam, Prodi in medium.

4 Eis autem dixit, Licet Sabbato benefacere, an malefacere cuipiam? hominem seruare, an interimere? Ipsi verò silebant.

5 Et quũ circũspexisset eos cũ

ret per sata, & discipuli eius cœperunt progredi & vellere spicas.

24 Pharisæi autem dicebant ei, Ecce, quid faciunt Sabbatis quod non licet?

25 Et ait illis, Nunquam legistis quid fecerit Dauid quando necessitatem habuit, & esuriit ipse & qui cum eo erant?

26 Quomodo introiuit in domum Dei sub Abiathar principe Sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare nisi Sacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant?

27 Et dicebat eis, Sabbatum propter hominem factum est, & nõ homo propter Sabbatum.

28 Itaq; dominus est Filius hominis etiam Sabbati.

CAP. III.

1 ET introiuit iterum in synagogam: & erat ibi homo habens manum aridam.

2 Et obseruabant eum si Sabbatis curaret, vt accusarent illum.

3 Et ait homini habenti manum aridam, Surge in medium.

4 Et dicit eis, Licet Sabbatis benefacere, an malè? animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant.

5 Et circumspiciens eos

¶ Iter faciendo, ὁδὸν ποιεῖν, vel ὁδοποιεῖν vnico verbo, vt legit Theophylactus. Videtur autem permutata verborum collocatio. nam planior erit oratio si dicas, Iter faciendo vellere spicas, quàm si ad verbum interpreteris, Iter facere vellendo spicas. Itaque illo modo malui conuertere. Vulgata, Progredi, id est προάγειν. Erasmus, Inter viam: id est ἐν τῇ εἰς ὁδὸν. 25 Quum hoc ipsi esset opus, ὅτε χρείαν ἔσχε. Cibo videlicet. Hoc est quod Gallicè dixeris, quand il en eut besoin. Vulgata, necessitatem haberet. Erasm. opus haberet. quod rarissimè dicunt Latini. 26 Sub Abiathare Pontifice max. ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ Ἀρχιερέως. Ita scriptum inuenimus in omnibus codicibus, quum 1. Sam.21.1. Pontifex iste vocetur Achimelech, pater ipsius Abiathari. Sed præterquam quòd apparet, ex 1. Paralip.24. 2.& 3. duos fuisse Pontifices qui vicissim fungerentur sacerdotio, (quamuis vnus præcipuus esset, alter verò ab eo secundus, vt liquet ex 2. Reg.25.18.) siquis hunc locum Paralipomenon, & præterea 2. Sam.8.17. contulerit cum 2. Sam.15.29.35. & 1. Reg.2.26.27. & 2. Reg.25.18. comperiet & patrem & filium binomios fuisse, quum vterque modò Achimelech, modò Abiathar dicatur. Sed mirum est, totam hanc particulam in illo meo vetustissimo codice non legi, vt ex albo vbi malè fuerit hoc annotatum, videri possit in contextum irrepsisse, & quidem iam olim, quũ multos ex veteribus hic locus torserit, & Syrus etiam interpres hæc legat. 28 Sabbati dominum, κύριος τοῦ σαββάτου. Id est Sabbatum habet in sua potestate, vt possit pro suo imperio illi moderari. Videtur autem mihi propter particulam ὥστε, sumptum esse argumentum à comparatis. Nam si Sabbatum propter hominem constitutum est, ac proinde maior est habenda vitæ hominis ratio quàm Sabbati, multo magis Sabbatum debet Christo subiici.

IN CAP. III.

2 Sabbato, τοῖς σάββασιν. Vulg. Sabbatis. Atqui Sabbato illo ipso gestum est id omne quod hîc narratur: vt manifesta sit numeri enallage, sicut etiam loquitur Lucas 6.6. quod est in Latino sermone obscurius. 3 Prodi, ἔγειραι. Vulg. & Eras. Surge. Sedebant enim tum Magistri, tum Discipuli in Synagogis. Sed more Hebræorum ex antecedente intelligitur consequens. 4 Benefacere, ἀγαθοποιῆσαι: id est beneficio afficere: qua significatione rarò vsurpatur verbum illud apud Latinos, tametsi ab eo dicuntur benefici homines, & benefacta & beneficia. Ideò addidi pronomen CVIPIAM, ne posset locus deprauari. Paulus 1. Tim.6.18. eadem significatione vtitur verbo ἀγαθοεργεῖν. In quodam codice legitur τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν: id est, quid Sabbatis licet? Vt triplex sit interrogatio in hoc versiculo. ¶ Hominem seruare an interimere? ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; Vetus interpres suo more vertit σῶσαι saluam facere, & ἀποκτεῖναι perdere: id est ἀπολέσαι, vt etiam scriptum inuenimus in duobus exẽplaribus. Cæterùm Animæ vocabulum vel pro vita accipi potest, vel potius, Hebraica synecdoche, pro homine. Illo modo si accipias, durior erit loquutio, Occidere vitam. Itaque Animæ vocabulũ non repetetur ἀπὸ κοινοῦ, sed τὸ ἀποκτεῖναι opponetur his duobus cõiunctis, ψυχὴν σῶσαι. Sin autem pro homine accipias, (vt ego interpretor) plana erit sententia, & hoc est quod Gallicè diceris une personne. Vide Act.27.22. Dicitur autem homo perdi quãuis anima maneat immortalis, quoniam homo per mortem sic dissoluitur vt homo esse desinat. Et obseruandũ est censeri à Christo homicidã eũ cuius negligẽtia perit qui seruari potuit.

5 Simul

γῆς, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Καὶ ἐξέτεινε· καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.

6 Καὶ ἐξελθόντες οἱ Φαρισαῖοι εὐθέως μετὰ τῶν Ἡρῳδιανῶν συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι.

7 Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς τὴν θάλασσαν· καὶ πολὺ πλῆθος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἠκολούθησαν αὐτῷ, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας.

8 Καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα, πλῆθος πολὺ, ἀκούσαντες ὅσα ἐποίει, ἦλθον πρὸς αὐτόν.

9 Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ, διὰ τὸν ὄχλον, ἵνα μὴ θλίβωσιν αὐτόν.

10 Πολλοὺς γὰρ ἐθεράπευσεν, ὥστε ἐπιπίπτειν αὐτῷ ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται ὅσοι εἶχον μάστιγας.

ira, simul dolens quòd occalluisset cor eorũ, dicit homini, Extende manum tuam. Et is extendit: restitutáque est manus eius sana vt altera.

6 Tunc egressi Pharisæi, statim cum Herodianis consilium inierunt aduersus eum, vt eum perderent.

7 Sed Iesus cum discipulis suis secessit ad mare: & magna multitudo sequuta est eum à Galilæa, & à Iudæa,

8 Et Hierosolymis, & ab Idumæa, & regione quæ est trans Iordanem: & qui circa Tyrum ac Sidonem habitabant, magna multitudine, quum audissent quanta faceret, venerunt ad eum.

9 Ipse autem dixit discipulis suis vt nauigiolum sibi perstaret propter turbã, ne ipsum opprimerent.

10 Multos enim sanauerat, adeo vt inciderent in eum, vt ipsum tangerent quotquot tenebantur flagellis.

cum ira, contristatus super cæcitatẽ cordis eorum, dicit homini; Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus illi.

6 Exeuntes autem Pharisæi, statim cum Herodianis cõsilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent.

Quò magis premitur veritas eò magis emergit.

7 Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa sequuta est eum,

8 Et ab Ierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.

9 Et dixit discipulis suis vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimerent eum.

10 Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent quotquot habebant plagas.

5 Simul dolens, συλλυπούμενος. Est (ni fallor) peculiaris quædam vis hoc loco præpositionis σύν: neque idem valet συλλυπούμενος quod simplex participium λυπούμενος, neque pro συμπάσχειν accipi potest, sicut apud Latinos Condolere & Condolescere dicuntur, qui aliorum dolore ad commiserationem commouentur. Nec enim isti obdurati suam vicem dolebant, sed aduersus Christum frendebant. Hoc igitur verbo significatur, Christum fuisse quidẽ grauiter illorum desperata improbitate offensum, sed ita vt eorum etiam misereretur: minimè videlicet iratorum hominum more, in quibus ira nihil aliud est quàm vindicandæ iniuriæ summa appetitio: ideo cum maleuolentia semper coniuncta: non absque dolore quidem, sed quem ex iniuria nobis facta concipimus, non autem ex eius vel improbitate vel imprudentia à quo lædimur. At contrà Dominus ita iratus erat istis vt nihil prætermitteret quo illos reuocaret ad officium, tantum aberat vt vlciscendi rabie ferretur. ¶ Quòd occalluisset cor eorum, ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν. Vulg. & Eras. Super cæcitate cordis eorum. Atqui πώρωσιν aliud esse quàm πήρωσιν constat vel ex cap. Ioh.12.40. Declarat enim πῶρος, callum & duritiem in articulis, vnde oritur πωροῦσθαι, id est Callum obducere, & πώρωσις: quod postremum quum altero vocabulo Latino nõ possem interpretari, vsus sum periphrasis subsidio. Videtur autem Vetus interpres non πωρώσει sed πηρώσει legisse, aut hæc duo confudisse, cùm hoc in loco, tum aliis plurimis. Castellio nuper vertit torporem, quasi tarditas & sopor hîc accusetur in Iudæis, sicut alibi sæpe in ipsis Apostolis, ac nõ potius summa contumacia & obduratus animus. ¶ Sana vt altera, ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Hoc non legit Vetus interpres, neque meus vetustissimus codex, & forsan irrepsit ex Matth.12.13. 6 Cum Herodianis, μετὰ τῶν Ἡρῳδιανῶν. Vide Matth.22.16. 7 Et à Iudæa, καὶ ἀπὸ Ἰουδαίας. Hierosolyma, cuius statim fit mentio, in ea regione sita est quæ Iudææ nomine peculiariter intelligitur: sed digna erat cuius speciatim fieret mentio. Sic infrà 16.7, Dicite, inquit Angelus, discipulis & Petro. 8 Et [regione quæ est] trans Iordanem, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Vulg. & Eras. Et trans Iordanem: quod dicendi genus certè obscurum est, quum repetenda sit præpositio ἀπό, vt (si vitare volueris amphiboliam) dicendum fuerit, Et à trans Iordanem. Ideo perinde verti ac si scriptum esset, καὶ ἀπὸ τῆς πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Intelligit autem regionem quæ à Iosepho Peræa dicitur. ¶ Et qui circa Tyrum, καὶ οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα. Hæc ita distinguenda sunt vt pertineant ad verbum ἦλθον, quod sequitur, sicut superiora cohærẽt cum verbo ἠκολούθησαν, quod in plerisque codicibus impressis non est obseruatum, neque etiam ab Erasmo: idcirco coactus repetere paulò pòst prouocabulum Qui. Vertit enim ἀκούσαντες, Qui quum audissent: perinde ac si scriptum esset, οἳ ἀκούσαντες. ¶ Magna multitudine, πολὺ πλῆθος. Vulgata & Erasmus: Multitudo magna, per appositionem. ¶ Quanta, ὅσα. id est, quàm immensa & quàm mirifica. Nam ὅσα & οἷα sæpe permutantur: & verior est sensus si ad qualitatem potius quàm ad multitudinem referas. Vulgata & Erasmus, Quæ, id est ἃ. Nam sæpe accipitur ὅσα loco prouocabuli, præsertim apud Atticos: sed ita vt plerunque præcedat πάντα, vel aliquid eiusmodi. Mallem igitur interpretari vel Quanta, (sicut fecimus) vel Quæcũque. Sic etiam accipitur infrà c.5.19. 9 Vt perstaret, ἵνα προσκαρτερῇ. Vulgata & Erasmus, Deseruiret: quod non respondet Græco vocabulo. Significat enim προσκαρτερεῖν, In re aliqua aut apud aliquem perseuerare, ita vt semper prestò sis: ideóque de pedisequis dicitur: neque tamen hinc consequitur idem valere quod deseruire. Budæus Græcæ linguæ doctissimus vertit. Vt assidua comes esset. ¶ Opprimerent, θλίβωσιν. Erasmus, Premerent: quod (inquit) Latinius est & accommodatius ad Græcum sermonem. Atqui neque θλίβειν simpliciter significat Premere, sed vehementius premere, vt diximus Matth.13.21. neque recusabat premi Christus. Nam quod infrà cap.5.24.& 31. & aliis aliquot locis, συνθλίβεσθαι dicitur Christus & ἀποθλίβεσθαι, quum tamen elisus non fuerit, apparet per hyperbolen dictum esse, propterea quòd tam grauiter premebatur vt penè opprimeretur. 10 Inciderent, ἐπιπίπτειν. Sic loquitur Cicero pro Plancio, Non illum accuso (inquit) qui est in summa sacra via quum ad Fabium fornicem impellor, sed eum qui in meipsum incurrit & incidit. Vulgata & Erasmus, irruerent, id est ὁρμᾶν. ¶ Tenebantur flagellis, εἶχον μάστιγας: id est, morbis tanquam flagellis à Deo corripiebantur. Sic etiam infrà 5.29. Vulg. Habebant plagas, Erasm. Affligebantur. Ego malui retinere flagelli vocabulum. Nam in hoc loquendi genere magna quædam emphasis esse videtur: ex quo intelligimus quæ vera sit morborum origo, & quo consilio à Deo immittantur, qua de re agit Apostolus 1.Cor.11.30, & Hebr.12.6. eodem etiam vocabulo vsurpato. Itaque nouum hoc di-

cendi genus malui retinere quàm Latinorum consuetudini seruiendo non tam piè loqui. Syrus interpres hoc coniunxit cum sequentis versiculi initio, sic scriptum esset, ὥς ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους, id est, & qui habebant flagella spirituum impurorum. Sed nusquã hoc reperi in Græcis.

Græce		Beza		Vulgata	
Καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα ὅταν αὐτὸν ἐθεώρει, προσέπιπτεν αὐτῷ, καὶ ἔκραζε, λέγοντα, Ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.	11	Et Spiritus impuri quum eum conspexerant, accidebant ei *ad pedes*, & clamabant dicentes, Tu es Filius ille Dei,	11	*Et spiritus immundi quum illum videbãt, procidebant ei, & clamabant dicentes, Tu es Filius Dei.*	
Καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς ἵνα μὴ αὐτὸν φανερὸν ποιήσωσι.	12	Ipse verò multum interminabatur eis, ne ipsum palam facerent.	12	*Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum.*	
Καὶ ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος, καὶ προσκαλεῖται οὓς ἤθελεν αὐτός· καὶ ἀπῆλθον πρὸς αὐτόν.	13	‖ Tunc [illegible] in montem, & aduoc[illegible] quos ipse voluit, & [illegible]um.	13	*Et ascendens in montem, vocauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum.*	Infrà 6.7 matt.10.1 luc.9.1 Duodecim Apostoli segregantur ad futuri Apostolatus tyrocinium.
Καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἵνα ἀποστέλλῃ αὐτοὺς κηρύσσειν.	14	Et con[illegible]odecim vt secum essent, & vt mitteret eos ad prædicandum *Euangelium*:	14	*Et fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare:*	
Καὶ ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους, καὶ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια.	15	Et vt haberent sanandi morbos, & eiiciendi dæmonia.	15	*Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia.*	
Καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον.	16	Primum Simonem: cui imposuit nomen Petrum)	16	*Et imposuit Simoni nomen Petrus;*	
Καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ	17	Et Iacobum *filium* Zebedæi,	17	*Et Iacobum Zebedæi*	

11 *Spiritus*, πνεύματα. In iis videlicet quos inuaserant. ¶ *Accidebant ei* [*ad pedes*,] προσέπιπτεν αὐτῷ. Addidi πρὸς τοὺς πόδας, Ad pedes, vt planior & magis Latina esset oratio: quum sic etiam scribatur infrà cap. 7. 25. Vulgata & Erasm. *Procidebant ei*.

12 *Multùm*, πολλά. Vulg. & Eras. *Vehementer*, id est σφόδρα. At quorsum istud Christus? nempe quòd nihil minus conueniat dæmonibus quàm verum loqui, & Dei gloriam promouêre: & ne hæc miracula inter Christum & illos ex cõposito geri viderentur: quam tamen calumniam ne sic quidem effugere Christus potuit. Hunc autem astum Satanæ, nunquam studiosiùs cauendum quàm quum sese in Lucis angelum transformat, si animaduertissent maximi etiam nonnulli viri, qui immodicè extulerunt miracula ad martyrum μνημεῖα facta, inde, id est ex illorum abusu, orti non essent mortuorum, imò etiam ipsorum sepulchrorũ, adoratores: nedum vt ita tandem esset omnis idolomaniæ confirmatio in Ecclesiam inuecta.

13 *Tunc ascendit*, καὶ ἀναβαίνει. Ita placuit conuertere coniunctionem καὶ, vt melius cohæreret oratio. Nam penè infinitum esse huius particulæ vsum, quæ respondet literæ Hebræorum ו vocabulis præpositæ, iam sæpe diximus. ¶ *Venerunt*, ἀπῆλθον. Compositum pro simplici positum, vt Luc. 23. 33.

14 *Et constituit duodecim*, καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ᾽ αὐτοῦ. Erasm. Veterem interpretem secutus, quum putaret esse traiectionem particulæ ἵνα, interpretatur, *Fecitque vt duodecim secum essent*. & legitur in meo vetustissimo codice, absque traiectione, ἐποίησεν ἵνα ὦσιν δώδεκα μετ᾽ αὐτοῦ. Retineo tamen receptam lectionem, & existimo ex vulgi consuetudine petitum esse hoc genus loquendi, Fecit duodecim: id est elegit ac designauit duodecim qui secum familiariter versarentur, quod satis indicat particulæ ἵνα repetitio, & quidem copulatiua interiecta, quæ indicat verbum ἐποίησεν repetendum esse ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Sensus autem nullus erit si in hoc quoque membro, vt in superiore, particulam ἵνα per traiectionem explices. Accipitur ergo τὸ ποιεῖν pro χειροτονεῖν, vt Ioan. 6. 15. quod vt melius intelligeretur, maluimus interpretari Constituit, quàm Fecit: quum alioquin, quoad eius fieri potest, non soleamus à Græcis discedere. Testatur autem Erasmus post δώδεκα se legisse in nonnullis exemplaribus οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασεν, Quos etiam Apostolos vocauit: quæ verba si adiicias, nostram interpretationẽ valde confirmabunt: quanuis videri possint adiecta ex Lucæ 6. 13. ¶ *Ad prædicandum* [*Euangelium*,] κηρύσσειν. Nouè ponitur τὸ κηρύσσειν absolutè. Ideo addidi nomen Euangelij, plerunque expressum, quod etiam in meo vetustissimo codice adiicitur.

15 *Et vt ius haberent*, καὶ ἔχειν. Eras. interpretatur, *Vtque haberent potestatem*: quum antè verterit κηρύσσειν ad prædicandum: vnde quoque debuerit potius interpretari, Et ad habendum. Nam quod existimat istud cum superioribus posse cohærere, quasi scriptum sit ἔχειν pro ἵνα ἔχωσι, eiusmodi est vt ne refutatione quidem indigere videatur. Necesse est ergo repetere ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum ἀποστέλλῃ, & ita potius conuertere, Eósque mitteret vt prædicarent & potestatem haberent. Vulgata, *Et dedit*: legit enim καὶ ἔδωκεν, assentiente vetustissimo exemplari meo, & molliorẽ sanè constructione. Cæterùm de discrimine inter δύναμις & ἐξουσίαν, quorum illa vim & potentiam aliquid agendi, ista verò illius facultatis & actionis exercendæ ius declarat pluribus diximus Matt. 28. 18. Ἐξουσίαν autem quum interpretari consueuerim Auctoritatem, quoties ipsi Deo vel Christo tribuitur, vt hoc ius ipsius αὐτοκρατορικὸν esse significetur, siue illud quispiam in sese & à se habeat quod vni Deo propriè competit, siue analogicè Regibus & iis tribuatur qui summum & merum imperium in suos subiectos inter homines habere dicuntur, hîc *Ius* sum interpretatus, vt quum hoc datum Apostolis vel aliis fuisse dicitur vt verè appellata miracula, id est θαυματουργίας ederent, sic istud accipiatur non quasi vim vllam eiusmodi diuinitus hæc efficiendi habuerint (est enim istud vt & creatrix auctoritas vni Deitati ἀκοινωνήτως proprium) sed quòd illa propria Deo δύναμις sese ad illorum preces exereret, etiam supra ipsius naturæ ordinem, vt testatur Petrus ipse Act. 3. 12. Et est istud tam verum, vt licet in Christi miraculis θεανδρικῇ potentia editis, non sint separandæ duarum naturarum operationes, tamen distinguenda sint quę operata est propriè humana natura, ab iis quæ effecit vt Deus. Illud autem etiã liquet ex ipso agendi modo. Edidit enim miracula Christus vt verè Deus, etiã si interdũ ad Patrem assurgat, vt Ioh. 11. 42. & propterea verè dicitur virtus esse ctrix ex illo exiuisse Luc. 8. 46. Erat enim in ipso habitans σωματικῶς. Coloss. 2. 19. Prophetæ verò & Apostoli fuerunt duntaxat externa eius cuius nomen inuocarunt instrumenta in diuinis illius effectis, Act. 3. 6. & 16. & 9. 40.

16 *Primum Simonem*, πρῶτον Σίμωνα. Hæc verba testatur Eras. in nonnullis Græcis codicibus non extare, & ex Matthæo desumpta arbitratur. Ego verò non dubito quin hæc sit germana lectio. nam præterquam quòd ita loquitur Matth. & Lucas, nisi ita legas, versiculus proximus incipiens à particula καὶ, cum duobus sequẽtibus, nullum prorsus verbum habebit cum quo connecti possit. Neque est quod quispiam miretur post πρῶτον non sequi δεύτερον, τρίτον, & similes particulas, quum sæpe occurrat eiusmodi dicendi genus, vt Matth. 10. 2. Act. 26. 20. Rom. 1. 8. & 3. 2. Deinde quòd pro ἐπέθηκεν αὐτῷ, scriptum est ἐπέθηκε Σίμωνι, natum est ex Hebræorum idiotismo, apud quos sæpe ponitur posteriore loco antecedens, præterito relatiuo, vt Ps. 48. 1 quamobrem etiam ista sum interpretatus vt si scriptum esset ᾧ ἐπέθηκε. Simon autem non tunc fuit cognominatus Petrus, sed tum demum quum ex illa legatione reuersus præclaram illam confessionem edidisset. Matth. 16. 18.

17 *Et Iacobum*, καὶ Ἰάκωβον. Syrus interpres legit καὶ Ἰάκωβον &c. ἐπέθηκεν ὀνόματα, omissa coniunctione καὶ, & absque pronomine αὐτοῖς, ita vt nihil hiet, & huius versiculi constructio sic cohæreat cum superiore, Et imposuit Simoni nomen Petrum; & Iacobo &c. imposuit nomina &c. quos

quos proinde satis declarat Marcus fuisse ab ipso electos. Sed receptam lectionem amplector.

Græce		Beza		Vulgata	
Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου (καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνόματα Βοανεργές, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς)		& Ioannem fratrem Iacobi, (& imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij tonitrui)		*& Ioannem fratrem Iacobi: (& imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij tonitrui)*	
Καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Φίλιππον, καὶ Βαρθολομαῖον, καὶ Ματθαῖον, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Θαδδαῖον, καὶ Σίμωνα τὸν Κανανίτην.	18	Et Andream, & Philippum, & Bartholomæũ, & Mattheum, & Thomam, & Iacobum Alphæi *filium*, & Thaddæum, & Simonem Cananiten.	18	*Et Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobũ Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananæum,*	
Καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ παρέδωκεν αὐτόν. καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον.	19	Et Iudam Iscarioten, qui & prodidit eum. veneruntque domum.	19	*Et Iudam Iscariotem, qui & tradidit illum. & veniunt ad domum.*	
Καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν.	20	Conuenit autem rursum turba, adeo vt ipsi ne panem quidem edere possent.	20	*Et conuenit iterum turba, ita vt non possent neque panem manducare.*	Nulli sunt infensiores Euangelij hostes quàm quos minimè oportuit.
Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ᾽ αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γάρ, Ὅτι ἐξέστη.	21	Et quum *hæc* audissent ipsius propinqui, venerũt vt prehenderent eum: dicebãt enim eum apud se non esse.	21	*Et quum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim, Quoniam in furorem versus est.*	
Καὶ οἱ Γραμματεῖς οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες ἔλεγον, Ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει, καὶ ὅτι ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.	22	Scribę verò qui Hierosolymis descenderant, dicebant, Certè habet Beelzebulẽ, & certè ‖ per principem dæmoniorum eiicit dæmonia.	22	*Et Scribæ qui ab Ierosolymis descenderãt, dicebant, Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.*	Matt. 9. 34 & 12. 24. luc. 11. 15

¶ *Boanerges*, βοανεργές. Ita scribitur hoc nomen in omnibus codicibus pro בני רגש [*bene reghesch*] vt facilè appareat expungendum esse ο. Sed vix vllum peregrinum vocabulũ inuenias Græcis literis incorruptè scriptum. Hieronymus in capite Danielis 1. vult legi בני רעם [*bene rehem*] vnde factum fuisset [*bene-rgen*] ע per γ enuntiato, vt in Gomorrha & aliis similibus, & post expunctũ μ vt in Maria, & gehenna, additum ο fuisse coniicit Ioãnes Drusius criticus in his rebus diligentissimus: sic vt, aliis Bane, aliis Bone pro Bane Syriacè pronunciantibus, conflatum tandem fuerit ab imperitis Boane. Hæc ille. Sed quid si, vt hanc coniecturam adiuuemus, dicamus pro ργεμ nonnullos legisse ργες, id est pro Mem finali legisse Samech characteris similitudine deceptos? Sic autem vocatos illos dicit Nazianzenus διὰ τὸ μεγαλόφωνον, quod nescio quàm sit probabiliter excogitatum.

18 *Thaddæum*, Θαδδαῖον. In quodam codice legitur Λεββαῖον Lebbæum, cui videlicet cognomen fuit Thaddæo: qui idem & Iudas (vt ex Luca apparet) dictus est: adeo vt trinomius fuerit. Itaque Iudas proditor, vt ab eo distinguatur, vbique dicitur Ἰσκαριώτης. ¶ *Cananiten*, Κανανίτην. Vide Matth. 10. 4.

19 *Veneruntque domum*, καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον. Quum hæc soleant cum sequente versiculo connecti, nos contrà superioribus adiunximus. Omnino enim videtur hæc esse sententia, duodecim illos, quum essent à Domino selecti ex reliqua discipulorum turba, vt posthac cum eo versarentur, domum cum eo reuertisse: quod ante facere non solebant, quum ipsos Dominus in suum contuberniũ nondum adsciuisset. Copulandum est igitur verbum ἔρχονται cum ἐποίησεν, quod positum est versiculo 14. Nam illa, ἵνα ὦσι μετ᾽ αὐτοῦ, & quæ consequuntur vsque ad πρῶτον construenda sunt διὰ μέσου, vt loquuntur Grammatici. Neque nos offendere debet tẽporis mutatio, Hebræis, ac Marco præsertim, familiaris: quamobrem etiam prius ἔρχονται sum interpretatus Venerunt, ne quem offenderet hæc enallage Latinis non ita frequens.

20 *Adeo vt ne*, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν. Frequens Hebraismus. Edere panem, pro Cibum capere.

21 *Ipsius propinqui*, οἱ παρ᾽ αὐτοῦ. Ad verbum, Qui ab eo erant: quo modo vernaculo sermone dicimus, *Ceux qui luy estoyent quelque chose*: id est, ipsius gentiles & agnati: qui quàm parum æqui fuerint Christo, liquet ex Ioanne 7. 3. 4. 5. In hoc tamen dicendi genere Græci ferè vtuntur præpositione περὶ, & cognatos τοὺς περὶ τινὰ, vel τοὺς περὶ αὐτόν appellant. Nonnulli de iis hoc accipiunt qui quum domi apud ipsum essent, exierunt vt furentem turbam compescerent. Nam relatiuum αὐτὸν & ὅτι ἐξέστη, ad turbam referunt, non ad Iesum. Sed vt taceam quæ de cognatorum Christi incredulitate ac maleuolẽtia narrat Ioannes, certè ea quæ in hoc extremo capite narrantur de iisdem Christum accersentibus, quos ipse contempsit, videntur indicare de ipsius cognatis hæc quoque esse accipienda: quos tamen facilè concedo non omnes in hoc scelus conspirasse, quum paulò pòst inter eos etiam Maria ipsius mater recenseatur: de qua absit vt tale quicquam cogitetur. Deinde etiam verbum κρατῆσαι, quo vis quædam significatur, impedit quominus illi sententiæ assentiar. Quis enim studeat furentem multitudinem vi coërcere? quod etiã si concederem, tamen non erat eo tempore tantus discipulorum zelus, vt hoc ipsis vel in mentem veniret. Et quod mox dicitur de Scribis eum vt dæmonio correptum accusantibus, prorsus cum illo cognatorum dicto consentit. Sed & Cypr. libr. 1, epist. 3. *Videmus*, inquit, *ipsum Dominum à fratribus esse detentum, & ab eo quem inter Apostolos delegerat, proditum*. Vulgata, οἱ παρ᾽ αὐτοῦ interpretatur *Sui*: quod vocabulum nimium latè patet. Erasmus, *Qui ad eum* [*attinebant*,] quum potius dicendum fuisse videatur, Qui eum sanguine attingebant. Conuenit igitur hæc Iudæorum consuetudo cum lege XII. Tab. qua cauetur vt qui furiosi sunt & mente capti, ad agnatos & gentiles deducantur. Quod autem attinet ad verbum ἐξελθεῖν, vel pro simplici accipiendum est, (quomodo etiam sumus interpretati tum hoc loco, tum etiam infrà ca. 8. 11, & 11. 11) vel certè ad Nazarethã referẽdum est, totámque eam regionem, (quæcunque tandem ea fuerit) ex qua isti eo consilio sunt profecti, vt Iesum quasi insanum abducerent, cogeréntque domi se continere: veriti fortassis Herodem & Pharisæos, ipsósque adeo Romanos, siquis hac occasione tumultus oriretur. Nam etiam non deerant qui Christum vellent regem creare, vt docetur Ioan. 6. 15.

¶ *Eum apud se non esse*, ὅτι ἐξέστη. Vel, ex potestate exisse. Sic enim Cicero 3. Tuscul. vt Budæus obseruauit *Exisse*, inquit, *ex potestate qui dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regimen totius animi à natura tributum est*. Conatus sum tamen hunc eundem sensum ita explicare vt à Græco vocabulo propius abessem, quum ἐξίστασθαι ad verbum declaret Extra se esse. Suprà 2. 12, & alibi sæpe idem hoc verbum conuertimus Percelli, quando idem valet quod καταπλήττεσθαι. Vulgata & Erasmus, *In furorẽ versus est*: id est μέμηνεν: vel potius, εἰς μανίαν ἐτράπη. Cæterum in meo vetustissimo codice sic scriptum hunc locum inueni, καὶ ὅτε ἤκουσαν περὶ αὐτοῦ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ λοιποί, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον δὲ ὅτι ἐξέσταται αὐτούς. Id est, Et quum de eo audiuissent Scribæ & reliqui, venerunt vt prehenderent eum: dicebant enim quòd ipsos dementaret.

Soli enim hi ve salutis qui euangelium Christum malitiose oppugnant.

23 Καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐτοῖς, Πῶς δύναται σατανᾶς σατανᾶν ἐκβάλλειν;

23 Quum autem eos aduocasset, dixit eis per parabolas, Quomodo potest Satanas Satanam eiicere?

23 Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest Satanas Satanam eiicere.

24 Καὶ ἐὰν βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ βασιλεία ἐκείνη.

24 Neque si regnum aduersus sese dissideat, potest stare regnum illud.

24 Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare.

25 Καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ οἰκία ἐκείνη.

25 Neque si domus contra semetipsam dissideat, potest stare domus illa:

25 Et si domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa stare:

26 Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν καὶ μεμέρισται, οὐ δύναται σταθῆναι, ἀλλὰ τέλος ἔχει.

26 Sic quoque si Satanas insurgat & dissideat aduersus semetipsum, stare non potest, sed finem habet,

26 Et si Satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet.

27 Οὐ δύναται οὐδεὶς τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ, εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυρὸν δήσῃ· καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει.

27 Non potest quisquam viribus præditi alicuius vasa, ingressus domum eius, diripere, nisi primò viribus præditum illum vinxerit: & tunc domum eius diripiet.

27 Nemo potest vasa fortis, ingressus in domum eius, diripere, nisi prius fortem alliget: & tunc domum eius diripiet.

Mat. 12. 31 luc. 12. 10 1. ioh. 5. 16.

28 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ βλασφημίαι ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν·

28 Amen dico vobis, quæuis peccata remittentur filiis hominum, & blasphemiæ quibuscunque blasphemarint:

28 Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blasphemia quibus blasphemauerunt.

29 Ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως.

29 Sed quicunque blasphemarit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternũ, sed damnas est æterni iudicij.

29 Qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctũ, non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.

30 Ὅτι ἔλεγον, Πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει.

30 Dicebant enim, Spiritum impurum habet.

30 Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet.

Matth. 12. 46 luc. 8. 19. Diuersa est prorsus spiritualis & carnalis cognationis ratio.

31 Ἔρχονται οὖν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ· καὶ ἔξω ἑστῶτες, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν, φωνοῦντες αὐτόν.

31 Veniunt igitur fratres & mater eius: & foris stantes, miserunt ad eum, & eum vocarunt.

31 Et veniunt mater eius & fratres: & foris stantes, miserunt ad eum, vocantes eum.

32 Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν· εἶπον δὲ αὐτῷ, Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε.

32 Sedebat autem circa eum turba: illi verò dixerunt ei, Ecce, mater tua & fratres tui foris quærunt te.

32 Et sedebat circa eum turba: & dicunt ei, Ecce, mater tua & fratres tui foris quærunt te.

33 Καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων, Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, ἢ οἱ ἀδελφοί μου;

33 Tunc respondit eis, dicens, Quæ est mater mea, aut fratres mei?

33 Et respondens eis, ait, Quæ est mater mea & fratres mei?

24 *Neque si regnum, καὶ ἐὰν βασιλεία.* Vulgata & Erasmus, *Et si regnum.* Ego verò quum viderem particulam καὶ neque in hoc versiculo, neque in proximo satis cohærere posse, & duas istas similitudines probandæ superiori negationi adhibitas, putaui καὶ cum οὐ, quod proximè consequitur, prorsus coniungendum: vt sit καὶ οὐ pro οὐδὲ positum.

26 *[Sic] quoque si Satanas, καὶ εἰ ὁ Σατανᾶς.* Vulg. & Erasmus ad verbum, *Et si Satanas*: sed nemo non videt, ne hoc quidem loco satis commodè posse copulatiuam vsurpari, quum declaret similitudinis accommodationem. Sciendum est igitur Hebraicam esse enallagen ו pro כן [*sic*,] quæ sæpissimè in Prouerbiorum libro vsurpatur, vt ca. 25. 25. & 26. 9, & 27. 15. nisi malimus subaudire οὕτως, vt Matthæi 6. 10.

27 *Viribus præditi, τοῦ ἰσχυροῦ.* Vide Matth. 12. 29. ¶ *Diripiet, διαρπάσει.* In quinq; codicibus scribitur διαρπάσει. quod sanè malius cohæret cum præcedentibus. Nam alioquin præcisum erit dicendi genus, Et tunc diripiet, pro, Quod si fecerit, tum demum diripiet.

28 *Filiis hominum, τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.* Hebraismus: id est hominibus: vt Homerus υἷας Ἀχαιῶν, Achiuos vocat.

29 *Iudicio, κρίσεως:* id est κατακρίσεως, Condemnationes vt sæpe alias κρίσιν pro κατάκρισιν. In quodam manuscr. codice & illo meo vetustissimo legitur ἁμαρτίας, id est Peccatorquam lectionem sequutus Vetus interpres, interpretatur *reus erit æterni delicti*, vt citans etiam hunc locum Cyprianus in epistolis, legit, Æterni peccati, id est nunquam delendi.

30 *Dicebant enim, ἔλεγον γάρ.* Verba sunt Euangelistæ causam afferentis cur Iesus mentionem fecisset peccati in Spiritum Sanctum. Itaque præcisum est hoc dicendi genus: quo etiam vtitur Marcus noster infrà cap. 5. 8.

31 *Veniunt igitur, ἔρχονται οὖν.* Vulg. & Eras. legerunt καὶ ἔρχονται, *Et veniunt.* Est autem hoc loco particula οὖν epanalepseos nota. Redit enim Marcus ad historiam quam narrare cœperat versu 21. de ipsius propinquis. ¶ *Fratres & mater eius, οἱ ἀδελφοὶ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ.* Vulgata & Erasmus, *Mater eius & fratres:* quẽ etiam ordinem seruat editio Græca Basiliensis. Nos tamẽ in veteribus omnibus, atque adeo in Complutensi editione, item apud Theophylactum, fratres inuenimus priores appellatos hoc quidem loco, sicut paulo pòst contrà, priore loco mater nominatur. Neque verò huius rei mentionem fecissem, nisi suspicarer veterẽ lectionem superstitione quorundam inuersam: qui magnam putant iniuriam matri Domini fieri, nisi nomen ipsius cæteris præponatur. Illud autem omnibus notum esse credo, fratrum & sororum appellatione apud Hebræos passim intelligi omnes qui eiusdem sint cognationis. ¶ *Et vocantes, φωνοῦντες,* id est Accersentes. Erasmus, *Qui euocarent,* id est *accirent.*

32 *[Illi] verò dixerunt ei, εἶπον δὲ αὐτῷ.* Vulgata & Eras. *Et dicunt, καὶ λέγουσι.* quod in vno tantùm codice scriptum inuenimus. itaque alterum sumus amplexi. Neque enim hæc dicta sunt à circunstante turba, sed ab iis quos miserant propinqui vt eum accerserent. ¶ *Et fratres tui, καὶ οἱ ἀδελφοί σου.* In quinque vetustis exemplaribus & in meo vetustissimo additur, καὶ αἱ ἀδελφαί σου, Et sorores tuæ: & postea Christus facit sororis, vt & fratris & matris mentionẽ.

33 *Aut fratres mei, ἢ οἱ ἀδελφοί μου;* Vulg. & Erasmus, legunt, καὶ οἱ ἀδελφοί μου, & fratres mei?

34 Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, λέγει, Ἴδε ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου.

34 Et quum circunspexisset in circuitu eos qui circum ipsum sedebant, ait, Ecce mater mea, & fratres mei.

34 Et circunspiciens eos qui in circuitu eius sedebant, ait, Ecce mater mea, & fratres mei.

35 Ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἀδελφός μου, καὶ ἀδελφή μου καὶ μήτηρ ἐστί.

35 Quicũque enim fecerit quod Deus vult, is est frater meus, & soror mea, & mater.

35 Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

Κεφάλαιον δ.

CAP. IIII.

CAP. IIII.

Matt. 13. 1 luc. 8. 4.

1 ΚΑΙ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολὺς, ὥστε αὐτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον, καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν.

1 ET rursus cœpit docere apud mare: & congregata est ad eum turba multa, adeo vt ipse nauigium ingressus sederet in mari: tota autem turba apud mare in terra erat.

1 ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascẽdens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat.

2 Καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν παραβολαῖς πολλὰ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ,

2 Et docebat eos per parabolas multa, dicebátque eis in doctrina sua:

2 Et docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua:

3 Ἀκούετε, ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι·

3 Audite, Ecce, quidam sator exiit satum:

3 Audite, Ecce, exiit seminans ad seminandum:

Eadem quidẽ Euangelij doctrina vbique seritur, sed nõ pari successu: hominũ quidem vitio, sed occulto Dei iudicio.

4 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτό.

4 Et factum est inter serendum, aliud quidem cecidit secũdùm viam; venerúntque volucres cæli, & deuorauerunt illud.

4 Et dum seminat, aliud cecidit circa viam: & venerunt volucres cæli, & comederunt illud.

5 Ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν· καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς·

5 Aliud verò cecidit in petrosa, vbi non habebat terrã multam: & statim exortum est, propterea, quòd non habebat profundam terram:

5 Aliud verò cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ.

6 Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη.

6 Sole autem exorto, ardore tactum est, & propterea quòd nõ habebat radicem, exaruit.

6 Et quando exortus est sol, exæstuauit, & eo quòd non habebat radicem, exaruit.

7 Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὰς ἀκάνθας· καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ συνέπνιξαν αὐτό, καὶ καρπὸν οὐκ ἔδωκε.

7 Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, ac suffocarunt illud, & fructũ non edidit.

7 Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructum non dedit.

8 Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὴν καλὴν· καὶ ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα. καὶ ἔφερεν ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.

8 Et aliud cecidit in terram bonam, edidítque fructum assurgentem ac crescentem: & tulit aliud tricena, & aliud sexagena, & aliud centena.

8 Et aliud cecidit in terram bonã: & dabat fructum ascendentem & crescentem: & afferebat vnum triginta, & vnũ sexaginta, & vnũ centum.

9 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

9 Tunc dixit eis, Qui habet aures ad audiendum, audiat.

9 Et dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat.

10 Ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας, ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα, τὴν παραβολήν.

10 Quum autẽ esset solus, interrogarũt eũ qui circũ ipsũ erãt cũ illis duodecim, de parabola.

10 Et quum esset singularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam.

11 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὸ μυστήριον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

11 Et dixit eis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: iis

11 Et dicebat eis, Vobis datũ est nosse mysterium

34 *Et quum circunspexisset in circuitu, καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους.* Vulgata, legit τοὺς κύκλῳ αὐτοῦ καθημένους, id est, Eos qui in circuitu ipsius sedebant. Erasmus autem, τοὺς κύκλῳ περὶ αὐτὸν μαθητὰς καθημένους, id est, in circuitu circum se discipulos sedentes. Sed quãcunque harum lectionum sequaris, eadem manebit sententia.

IN CAP. IIII.

2 *In doctrina sua, ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.* Accipio διδαχὴν pro actione verbi διδάσκειν, vt perinde sit acsi dixisset Marcus, ἐν τῷ διδάσκειν, inter docendum.

5 *Petrosa, τὸ πετρῶδες,* id est, τὰ πετρώδη, vt infrà versu 16.

8 *Aliud tricena, ἓν τριάκοντα.* Omnes nostri vetusti codices scriptum habebant ἐν τριάκοντα, id est cum tricesimo, ἐν ἑξήκοντα, cum sexagesimo, ἐν ἑκατὸν, cum centesimo, vt loqui solent rei rusticæ scriptores. sed malui quidem ego ἓν legere, ita vt distributiuè accipiatur, & subaudiatur σπέρμα.

10 *Solus, καταμόνας,* digressa nempe turba. Ad verbũ Solitariè. Est enim aduerbiũ, sed commodius vertitur per nomẽ. Vulg. *Singularis.* ¶ *Qui circum eum erant, οἱ περὶ αὐτόν.* Vel (vt Vulgata) Qui cum eo erant. Codex Regius scriptum habuit, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, eodem (ni fallor) sensu. Nam eleganter etiam Græci τοὺς περὶ τινα appellant eos qui sunt cuipiam deditì & addicti, ita vt eum sectentur, sintque ipsius velut factionis. Æsch. κατὰ τοῦ Κτησ. ὑπισχνούμενος τῷ δήμῳ ἐλπίδας κενὰς, λαμβάνων δὲ ἀργύριον καὶ τοῖς περὶ αὐτόν. id est, Populo quidem vanam spem afferentes, Demostheni autem & eius sectatoribus, pecuniam. Sic etiam (vt citat Budæus) Plutarch. in Demetrio, τοὺς περὶ Φαληρέα vocat eos qui Phalerei partes sequebantur. Igitur hoc loco minimè significantur exteri quipiam qui Christo adessent, (turbam enim amandarat) sed ij demum qui solebant eum assectari, & discipuli ipsius erant: quales habuit quidem, præter selectos illos duodecim, etiam alios multos. Isti igitur eum vel domum, vel in desertum sequuti, quæsierunt de parabola. Vulg. legit, οἱ σὺν αὐτῷ δώδεκα. Ij duodecim qui cum ipso erant. & in vetustissimo meo exemplari legitur, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Discipuli eius, quod verisimile probo, quoniã domi & inter solos domesticos hæc dicta fuisse videtur ostẽdere quæ sequũtur.

11 *Iis qui foris sunt, τοῖς ἔξω,* id est, exteris. Sicut autẽ Ecclesia siue domus Dei interdum omnes comprehendit qui veram religionem profitentur, etiamsi hypocritæ sint plerique: interdũ verò electos duntaxat & verè credentes: ita etiam exterorum appellatione intelliguntur modò quicunque non accensentur cœtui fidelium, (vt 1. Corinth. 5. 12.) modò verò ij qui, vt in Ecclesia sint, tamen ex vera Ecclesia non sunt, de quibus agitur hoc loco & Rom. 9. 8.

ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω, ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται·

12 Ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι· καὶ ἀκούοντες ἀκούωσι, καὶ μὴ συνιῶσι· μήποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα.

13 Καὶ λέγει αὐτοῖς, Οὐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην; καὶ πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε;

14 Ὁ σπείρων, τὸν λόγον σπείρει.

15 Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν, ὅπου σπείρεται ὁ λόγος, καὶ ὅταν ἀκούσωσιν, εὐθέως ἔρχεται ὁ σατανᾶς, καὶ αἴρει τὸν λόγον, τὸν ἐσπαρμένον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.

16 Καὶ οὗτοί εἰσιν ὁμοίως οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι, οἳ ὅταν ἀκούσωσι τὸν λόγον, εὐθέως μετὰ χαρᾶς λαμβάνουσιν αὐτόν·

17 Καὶ οὐκ ἔχουσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ πρόσκαιροί εἰσιν· εἶτα γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθέως σκανδαλίζονται·

18 Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες·

19 Καὶ αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰσπορευόμεναι συμπνίγουσι τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται.

20 Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρέντες, οἵτινες ἀκούουσι τὸν λόγον, καὶ παραδέχονται καὶ καρποφοροῦσιν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.

21 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην; οὐχ ἵνα ἐπὶ τὴν λυχνίαν ἐπιτεθῇ;

autē qui foris sunt, per parabolas omnia *ista* fiunt:

12 ‖Vt conspicientes conspiciāt, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant: nequādo *se* conuertant, & remittantur eis peccata.

13 Præterea dixit eis, Nescitis parabolam istam? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?

14 Sator ille, sermonem serit.

15 Isti autem sunt qui iuxta viam *semen excipiunt*, in quibus *videlicet* seritur sermo: sed postquam audierunt, statim venit Satanas, & tollit sermonem qui satus fuerat in cordibus eorum.

16 Et isti sunt similiter qui in petrosa semen excipiunt: qui *videlicet* quum audierint sermonem, statim cum gaudio excipiunt eum:

17 Et non habent radicem in se, sed temporarij sunt: deindē orta afflictione aut persequutione propter sermonem, statim offenduntur.

18 Hi sunt autem qui inter spinas sunt sati, hi sunt *inquam* qui sermonem audiunt:

19 Sed solicitudines‖ seculi huius, & seductio diuitiarum, & cupiditates quæ in reliquis rebus *versantur*, introeuntes suffocant sermonem, isque redditur infructuosus.

20 Hi sunt verò qui in terram bonam semen exceperunt, qui *videlicet* audiunt sermonem, & excipiunt: & fructum ferunt, aliud tricena, aliud sexagena, aliud centena *grana*.

21 Dixit etiam eis‖Num lucerna venit vt subter modium ponatur, aut subter lectum? nonne vt candelabro imponatur?

regni Dei: illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt:

12 *Vt videntes, videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando conuertantur: & dimittantur eis peccata.*

13 *Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?*

14 *Qui seminat, verbum seminat:*

15 *Hi autem sunt qui circa viam, vbi seminatur verbum, & quum audierint, confestim venit Satanas, & aufert verbū quod seminatum est in cordibus eorum.*

16 *Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur, qui quum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud:*

17 *Et non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur.*

18 *Et alij sunt qui in spinis seminantur, hi sunt qui verbum audiunt.*

19 *Et ærumnæ seculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur.*

20 *Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt verbum & suscipiunt: & fructificant, vnum triginta, & vnum sexaginta, & vnum centum.*

21 *Et dicebat illis, Nunquid venit lucerna vt sub modio ponatur, aut sub lecto? nonne vt super candelabrum ponatur?*

E[illegible] m[…]4 luc.8.10 ioan.12.40 act.28.26 rom.11.8

1.Tim.6.17

Matth.5.15 luc.8.16.& 11.33. Etiamsi lucem Euangelij respuat mundus, tamen est accendenda, vel ob hanc vnam causam vt eius scelera patefiant.

¶ *Omnia [ista]* τὰ πάντα. Vis articuli proculdubio est observanda: ideoque quum particulam vniuersalem restringat ad præcedentia, nempe ad doctrinam de regno cælesti, fuit exprimenda. In meo tamen vetustissimo codice, totum istud membrum non legitur.

12 *Videant, &c.* ἴδωσι. hoc loco declarat oculorum actionem, quæ est veluti animi vim id quod oculis conspicit percipientis & diiudicantis: sicut plus est τὸ συνιέναι quam τὸ ἀκούειν, vt diximus Matth. 13.14. ¶ [*Se*] *conuertant*, ἐπιστρέψωσι, vt in coniugatione Hithpael. Vide Act. 3.26.

13 *Præterea dixit eis*, καὶ λέγει αὐτοῖς. Vide infra versu 24. ¶ *Et quomodo*, καὶ πῶς. Id est, Quomodo igitur? Est autem petitum à vulgo hoc dicendi genus, vt supra diximus Matth. 3.14. Sic Homerus Iliad. α, καὶ πῶς τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί. Virg. *Et quisquam numen Iunonis adoret Præterea?*

15 *In quibus*, ὅπου, Vulg. & Eras. *Vbi*, quæ interpretatio obscura est. Neque enim hoc aduerbium refertur ad ὁδὸν, sed ad eos qui viæ comparantur. Itaque perspicuitati studere malui, quum præsertim in vno codice legerem οἷς, Quibus.

16 *Excipiunt*, λαμβάνουσιν. Id est παραδέχονται, vt mox scribitur vers. 20. Vide Matt. 13.20.

18 *Hi sunt autem*, καὶ οὗτοί εἰσιν. Vulgata & Erasmus, *Et alij sunt*, καὶ ἄλλοι εἰσίν. sicut etiam scriptum legimus in quodam exemplari. Cæterùm quod bis repetitur οὗτοί εἰσιν, excusandum est per epanalepsin, vel potius alterum redundantem sustollas, planior erit sententia, & posteriore loco deest in quatuor manuscriptis codicibus. Contrà verò Syrus interpres priore loco legit οἱ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι. quod mihi maximè probatur.

19 *Seculi huius*, τοῦ αἰῶνος τούτου, Id est, Ad huius vitæ negotia pertinentes.

20 *Aliud tricena*, ἓν τριάκοντα. Subauditur participium σπέρμα ἐν γεννήματι. Alioqui dicendum fuerat potius ἐν, in accommodatione parabolæ.

21 *Venit*, ἔρχεται. Id est affertur. In quodam codice scriptum est ἅπτεται id est, *Accenditur*, vt vertit Erasm. quum tamen in Basiliensi editione legatur καίεται id est Ardet.

22 Quod

22 Οὐ γάρ ἐστι κρυπτόν, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ.

23 Εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

24 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Βλέπετε τί ἀκούετε. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν.

25 Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ. καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

26 Καὶ ἔλεγεν, Οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς.

27 Καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ καὶ μηκύνηται ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός.

22 ‖Non est enim quicquam absconditum quod non fit manifestum futurum: neque *quod* occultetur, sed *oportet*, vt in apertum veniat.

23 Si quis habet aures ad audiendum, audiat.

24 Præterea dixit eis, Videte quid audiatis: ‖qua mensura metimini, vobis metietur, & adiicietur vobis qui auditis.

25 ‖Qui enim habet, dabitur ei: & qui non habet, etiam quod habet, tolletur ab eo.

26 Item dicebat, Ita est regnum Dei vt si quispiam iaciat semen in terram,

27 Et dormiat, & exurgat nocte ac die: & semē germinet, & *assurgat* quomodo ipse nescit.

22 *Non est enim aliquid absconditum quod non manifestetur: nec factum est occultum, sed vt in palam veniat.*

23 *Siquis habet aures audiendi, audiat.*

24 *Et dicebat illis, Videte quid audiatis: in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.*

25 *Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.*

26 *Et dicebat, Sic est regnum Dei quemadmodum si homo iaciat sementem in terram,*

27 *Et dormiat, & exurgat nocte & die: & semē germinet, & increscat dū nescit ille.*

Matth.10.26. luc.8.17 & 12.2

Matth.7.2 luc.6.38 Quò liberalius communicamus à Deo accepta, eò fit ipse erga nos liberalior.

Matt.13.12 & 25.29 luc.8.18.& 19.26

Dominus serit & metit ratione quadā hominibus prorsus ignota.

22 *Quod non sit manifestum futurum*, ἐὰν μὴ φανερωθῇ. Vel, Non manifestetur: modò intelligas esse modum potentialem: ponitur enim ἐὰν pro ἄν. Quod autem Erasmus in annotationibus legit, εἰ μὴ ἵνα φανερωθῇ, neque in vetustis codicibus reperimus, neque videtur conuenire. ¶ *Neque [quod] occultetur sed [oportet] vt in apertum veniat*, οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Quanuis plana sit huius loci sententia, (præsertim si conferatur cum capite Lucæ 8.17.) tamen quomodo cohæreat verborum constructio non facile liquet. Est enim ellipsis in hac oratione, quam nonnulli vel neglexerunt, vel non animaduerterunt, nonnulli parum commodè videntur expleuisse. Vulg. igitur sic vertit, *Nec factum est occultum, sed vt in palam veniat.* Erasmus hoc modo, *Neque fuit secretum, sed vt in propatulum veniat.* Sic autem supplet in annotationibus, *Neque factum est occultum*, [*vt maneat occultum*] *sed vt in apertum veniat.* Atqui nemo est qui non videat aliquid præterea deesse quod à parte anteriore coniungatur cum illo *factum est.* Deindè si ita libeat pro arbitrio supplere integras sententias, non video quid non tandem nobis corrumpere liceat. Castellio nimis audacter (vt pleraque alia) sic interpretatus est, *Neque quicquam tam arcanè fit quòd non palam futurum sit*: id est, οὐδὲν γίνεται οὕτως ἀπόκρυφον, ὥστε μὴ αὐτὸ εἰς φανερὸν ἐλθεῖν. Ego verò hanc licentiam nolui imitari. Itaque relatiuum ὃ repetij ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Est enim (vt opinor) hæc ellipsis minimè coacta, nec à vulgata loquendi consuetudine remota: & mutationem temporis facilè excusat Hebraismus. Illud autem ἐγένετο ἀπόκρυφον quum potuissemus ad verbum interpretari, Factum vel redditum sit absconditum; malui vertere per verbum, cuius est periphrasis, perinde ac si scriptum esset ἀποκρυβῇ. Bis enim idem dicit Euangelista noster, quum μὴ φανερωθῆναι id est, *Non fieri manifestum*, idem valeat atque ἀποκρυβῆναι, id est Abscondi. Postremò supplēdum fuit aliquid necessario, cui subiūgatur ἵνα. Id igitur suppleuimus quod maximè visum est esse accommodatum, nēpe δεῖ oportet, cuius ellipsis exemplum habes infrà cap. 9.12. & 14.49. itē 1 Ioannis 2.19. & quidem eodem prorsus dicendi genere. Neque causa est cur quisquam offendatur hac cōstructione δεῖ ἵνα φανερωθῇ pro δεῖ φανερωθῆναι, quum occurrat non tantum in his libris, vt Matthæi 5.29. & 18.6. sed etiam apud idoneos scriptores, tum Græcos, (qua de re vide Marc. 9.12.) tum etiam Latinos, vt apud Cic. Damnatum pœnam sequi oportebat vt igni cremaretur. Sed & aliter hunc totum locum interpretari licebit, nempe, *Nō est enim* (*lucerna, videlicet*) *quidpiam occultum quod non manifestetur: neque facta est vt occultetur, sed vt palam proferatur.* ita videlicet, vt ab ipso lucernæ vsu argumentum ducatur. Sed hoc fortassis argutum est potius quàm firmum. ¶ *Palam proferatur*, εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Vulgata, *In palam veniat.* Erasmus, *In propatulum veniat.*

24 *Præterea dixit eis*, καὶ λέγει αὐτοῖς. Familiaris est Marco ista transitio, qua vel diuersos sermones, vel diuersas eiusdem sermonis partes connectit, sicut in sanctis libris in Deuteronomio legimus, ET DIXIT MOSES. Solemus autem in hoc præsertim scriptore particulam καὶ non tantum per copulam &, interpretari, sed etiam per Tum, Autem, Præterea, Etiam, Igitur, Verò, prout requirit sententia. ¶ *Videte quid audiatis*, βλέπετε τί ἀκούετε. id est Attendite diligenter istis quæ vobis dicuntur. Pars ista huius versiculi cum sequente toto, non vno modo legitur in exemplaribus Græcis. Sic enim in nonnullis scriptum est, βλέπετε τί ἀκούετε· καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν. ὃς ἔχει ὦτα, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσι, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν. id est, *Videte quid audiatis: etiam adijcietur vobis qui auditis. Nam qui habet, ei dabitur: & qui non habet, etiam quod habet tolletur ab eo. qua mensura metimini, alij metientur vobis qui auditis, & adijcietur vobis.* Theophylactus Romanus, & vetusta nostra exemplaria cōsentiūnt in lectione quam sequuti sumus, vt mirer Erasmum in Theophylacto diuersam lectionem annotasse. In duobus tamen manuscriptis codicibus pro μετρηθήσεται legitur ἀντιμετρηθήσεται, sicut apud Matthæum, id est, Vicissim alij metientur: & in meo vetustissimo exemplari deest καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν, quæ etiam Vetus interpres non legit, sed Syrus etiam interpres habet.

26 *Ita est*, οὕτως ἐστίν. Sic Plautus, *Vt voles esse me, ita ero.* Vulgata & Erasmus, *Sic quemadmodum.*

27 *Et dormiat, & exurgat nocte & die*, καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν. Id est, Semente facta, transigat securus noctes & dies, minimè videlicet dubitans quin semen germinet. Est autem prouerbiale illud dicendi genus Hebræis, cuius exemplum habemus Psalmo 3. vers. 6. Nam quod Eras. existimat referri illud καὶ ἐγείρηται, ad semē, non potest conuenire propter copulam interiectam. dicendum enim fuerat, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν ὁ σπόρος, &c. Deinde illud ἐγείρεσθαι certum est opponi τῷ καθεύδειν. vt sit simile quiddam ei quod dicunt Hebræi Exire & Introire, pro versari in loco aliquo, & officium suum facere: de quo diximus, Act. 1.21. ¶ *Assurgat*, μηκύνηται. id est, Crescat & adolescat. Ad verbum, Prolongetur. Vulgata, *Increscat*, ἀναύξηται. Erasmus, *Surgat in altum* rectè quidem, quum sic loquatur Columella: sed vno verbo satis id potuit declarari. ¶ *Quomodo ipse nescit*, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. Ex his verbis intelligimus, ministrorum officium esse agrum studiosè excolere, cætera Domino commendare, qui pro bona sua voluntate dabit successum. Debent igitur agricolæ tantùm operam præstare: atque vt fructus non respondeat animi voto, non est quod vana ægritudine seipsos macerent, siquidem officio suo sint defuncti. Vis enim illa qua semen in iis qui filij Dei sunt, adolescit, sicut ab vno sancto Spiritu promanat, ita etiam est hominibus tam occulta vt nonnisi ex fructu possit apparere. Itaque accipitur ὡς indefinitè pro ἕως. Vulgata & Erasmus, *Dum nescit ille.* Nam hac quoque significatione accipitur ὡς, vt Mat. 26.30. nempe pro Interim dum. Sed alia interpretatio certior est, & magis congruit cum proximo versiculo. Annotat Erasmus αὐτός etiam ad σπόρον, id est semen, referri posse, quòd exurgat vi naturæ, quum ipsum id nesciat: sed quorsum hoc cuiquam in mentem veniat?

Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ, πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ.

29 Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς, εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον, ὅτι παρέστηκεν ὁ θερισμός.

30 Καὶ ἔλεγε, Τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν;

31 Ὡς κόκκῳ σινάπεως, ὃς ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς, μικρότερος πάντων τῶν σπερμάτων ἐστὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς·

32 Καὶ ὅταν σπαρῇ, ἀναβαίνει, καὶ γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μείζων· καὶ ποιεῖ κλάδους μεγάλους, ὥστε δύνασθαι ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῦν.

33 Καὶ τοιαύταις παραβολαῖς πολλαῖς ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον, καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν.

34 Χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα.

35 Καὶ λέγει αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὀψίας γενομένης, Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν.

36 Καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ· καὶ ἄλλα δὲ πλοιάρια ἦν μετ' αὐτοῦ.

37 Καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε αὐτὸ ἤδη γεμίζεσθαι.

38 Καὶ ἦν αὐτὸς ἐπὶ τῇ πρύμνῃ ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον καθεύδων· καὶ διεγείρουσιν αὐτὸν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Διδάσκαλε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα;

39 Καὶ διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ, Σιώπα, πεφίμωσο. Καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.

40 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;

28 Sua enim sponte terra fructum fert, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica:

29 Quum autem prodiderit [sese] fructus, statim mittit messores: quoniam adest messis.

30 Dicebat etiã, Cui assimilauerimus regnũ Dei? aut qua collatione contulerimus illud?

31 Velut grano sinapi (quod quum seritur in terra, minimũ est omnium seminum quæ in terra sunt:

32 Sed quum satum fuerit, assurgit, & fit maximum omnium olerum: editque ramos magnos, ita vt possint sub eius vmbra volucres cæli nidulari.

33 Et talibus multis parabolis loquebatur eis sermonẽ Euangelij, prout poterant audire.

34 Absque parabola verò nõ loquebatur eis: priuatim autẽ discipulis suis explicabat omnia.

35 Dixit autem eis die illo, quũ serum diei esset, Transeamus in vlteriorem ripam.

36 Dimissa igitur turba accipiunt eum vt erat in nauigio: sed & alia nauigiola erant cum eo.

37 Tunc oritur turbo venti magnus: & fluctus irruebant in nauigium, ita vt jam impleretur.

38 Erat autem ipse in puppi, ceruicali indormiens: tunc expergefaciunt eum, dicúntque ei, Magister, nõ est tibi curæ quòd perimus?

39 Experrectus igitur obiurgauit ventum, dixitque mari, Sile, obmutesce. Tũ quieuit ventus, factáque est trãquillitas magna.

40 Dixit autem eis, Quid ita formidolosi estis? quomodo fidem non habetis?

28 [illegible] terra fructificat, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.

29 Et quum produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis.

30 Et dicebat, Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud?

31 Sicut granum sinapis: quod quum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus, quæ sunt in terra:

32 Et quum seminatum fuerit, ascendit, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cæli habitare.

33 Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbũ, prout poterãt audire.

34 Sine parabola autem nõ loquebatur eis: seorsum autem discipulis suis edisserebat omnia.

35 Et ait illis in illa die, quum sero esset factum, Transeamus contra.

36 Et dimittentes turbam, assumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo.

37 Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis.

38 Et erat ipse in puppi super ceruical dormiẽs: & excitant eum, & dicunt illi, Magister, non ad te pertinet quia perimus?

39 Et exurgens comminatus est vento, & dixit mari, Tace, obmutesce. Et cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna.

40 Et ait illis, Quid timidi estis? necdum habetis fidem?

Matt.13.31 luc.13.19 Deus contrà quàm soleant homines à minimis auspicatus in maxima desinit.

Matt.13.34

Matt.8.23. luc.8.22 Qui cum Christo nauigant, etiamsi videatur ille periclitantibus suis stertere, tamẽ in tempore ab ipso precibus noctu expergefacto seruantur.

28 Sponte, αὐτομάτη. Nomen pro aduerbio αὐτομάτως, quo significatur aliquid fieri vi quadam seipsam mouente. Vulgata & Erasmus. [illegible] quod de solo dici vix potest, quum parua coli & seri oporteat.

29 Prodiderit [sese] [illegible]. Forma huius verbi, vt [illegible], & aliorum aliquot, respondet coniugationi Hebræorũ Hitpahel: quod vt melius intelligeretur, malui exprimere reciprocè quàm per passiuũ interpretari. Vulg. [illegible] quidẽ absolutè quod nusquã memini legere, [illegible] legas [illegible]. Erasmus Produxerit fructus. [illegible] Vulg. & Eras. [illegible] quod Latinè significat ipsam [illegible] actionẽ. Atqui, (etsi quod ad sententiam ipsam attinet, parũ interest,) [illegible] quod de personis non de ipsis falcibus dici potest, ostẽdit [illegible] hoc loco, metonymia quadam populari, ipsos messores cum falcibus significari: quod vt exprimerem, [illegible] Messores conuerti.

30 Cui [vel] [illegible] In duobus codicibus scribitur, πῶς, quomodo: Vulg. & Eras. Cui. Nos vertimus, Cui [vel], vt neutrũ esse intelligatur. Contulerimus, [illegible]. In quibusdã codicib. notat Erasmus [illegible] i. Cõparemus, eodem sensu. Sed pro [illegible] & [illegible], rectius scriptum legimus in nonnullis exemplaribus, [illegible] & [illegible].

31 Velut grano, ὡς κόκκῳ. Vul. & Eras. Sicut granum, i. [illegible]. In sex codicibus scribitur, [illegible], quarto casu. Sed neutra lectio cum superioribus satis cohæret, nisi [illegible] subaudias.

33 Sermonem, τὸν λόγον. Nẽpe Euangelij, vt sup. 2.2. ¶ Prout, καθώς. Hoc est quod barbarè dicunt, Secundũ quod. Latini dicere solent Prout, vel Vt. Sic Pro se quisque, velut quo erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. Vide Act. 1.4.

34 Explicabat, [illegible] tanquã ænigmatũ nodos. Vulg. Edisserebat. [illegible] Matt. 13.36. Eras. Exponebat.

35 In vlteriorem [ripam], [illegible]. Vulgata, Contrà. id est, [illegible], vel [illegible].

36 Accipiunt, παραλαμβάνουσιν. id est, In altum prouehere incipiunt. Superiorem enim sermonem habuerat ex naui.

37 Turbo, λαῖλαψ. Vulg. & Eras. Procella, i. θύελλα. ¶ Irruebant, ἐπέβαλλεν. Vulgata mittebat, videlicet ὁ λαῖλαψ. quod si ita esset, scribẽdum fuerit, [illegible]. Itaque [illegible] hoc loco declarat cum impetu sese proijcere, vt in coniugatione Hitpahel, [illegible] infrà 14.72. ¶ Impleretur, γεμίζεσθαι, i. [illegible]. In vno codice scribitur [illegible], id est, In profundum iret siue mergeretur.

40 Quid ita formidolosi estis? quomodo fidem non habetis? [illegible]

[illegible] Hæc ego quidem ita lego vt increpantis sint potius quàm interrogantis: sed ita vt admirationem habeant connexam. Sed in duobus manuscriptis codicib. sic legitur, τί δειλοί ἐστε; [illegible] Quid timidi estis? [illegible] habetis fidem? quomodo etiam conuertit Vulgata. Valla distinctè legit hoc modo, τί δειλοί ἐστε; [illegible] i. Quid timidi estis? [illegible] quomodo non habetis fidem?

41 Καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ;

Κεφάλαιον ε.

1 ΚΑΙ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν.

2 Καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἀπήντησεν αὐτῷ ἐκ τῶν μνημείων ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ·

3 Ὃς τὴν κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς μνημείοις, καὶ οὔτε ἁλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι·

4 Διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι, καὶ διεσπάσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὰς πέδας συντετρῖφθαι· καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι.

5 Καὶ διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς μνήμασιν ἦν κράζων, καὶ κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις.

6 Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ μακρόθεν, ἔδραμε καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ·

7 Καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ εἶπε, Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου; ὁρκίζω σε τὸν Θεὸν μή με βασανίσῃς.

8 (Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ, Ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου)

9 Καὶ ἐπηρώτα αὐτὸν, Τί σοι ὄνομα; Καὶ ἀπεκρίθη λέγων, Λεγεὼν ὄνομά μοι, ὅτι πολλοί ἐσμεν.

10 Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώρας.

41 Et metuerunt metu magno, dicebántque alius ad alium, Quisnam iste est, quòd etiam ventus & mare auscultent ei?

CAP. V.

1 ET venerũt in vlteriorem ripam maris, in regionem Gadarenorum,

2 Egresso autem ipsi è nauigio, statim occurrit è monumenti s quidam in quo erat spiritus impurus:

3 Qui commorabatur in monumentis, & ne catenis quidẽ quisquam poterat eum vincire:

4 Propterea quòd sæpe pedicis & catenis vinctus fuerat, sed discerptæ fuerant ab eo catenæ, & pedicæ contritæ: & nequiuerat vllus eum domare.

5 Et per omne tempus erat die ac nocte in montibus & in monumentis clamans, & concidens seipsum lapidibus.

6 Quũ vidisset autẽ Iesum è lõginquo, cucurrit & adorauit eũ:

7 Et clamans voce magna dixit. Quid mihi tecum Iesu Fili Dei illius altissimi? adiuro te per Deum ne me torqueas.

8 (Dicebat enim ei Iesus, Exi spiritus impure ex isto homine)

9 Tunc interrogauit eũ, Quod tibi nomen est? Et respondit dicens, Legio mihi nomen est: quia multi sumus.

10 Et multũ precabatur eũ ne ipsos mitteret extra illã regionẽ.

41 Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum, Quis putas, est iste, quia ventus & mare obediunt ei?

CAP. V.

1 ET venerunt trans fretum maris in regionẽ Gerasenorum.

2 Et exeunti ei de naui statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo:

3 Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quisquam poterat eum ligare:

4 Quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset: & nemo poterat eum domare.

5 Et semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat clamãs, & concidens se lapidibus.

6 Videns autem Iesum à longè, cucurrit & adorauit eum.

7 Et clamans voce magna dixit, Quid mihi & tibi Iesu Fili Dei summi? adiuro te per Deum ne me torqueas.

8 (Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab homine.)

9 Et interrogabat eum, Quod tibi nomen est? Et dicit ei, Legio mihi nomen est: quia multi sumus.

10 Et deprecabatur eum multum ne se expelleret extra regionem.

Matth.8.28 luc.8.26 Christi virtutem admirantur multi, qui tamen illam vel leuissimæ rei iactura redemptam nolint.

41 Alius ad alium, πρὸς ἀλλήλους. Vulg. Ad alterutrum: idque barbarè, vt Valla obseruauit. Erasmus, Inter sese, id est πρὸς ἑαυτούς. ¶ Quòd, ὅτι. Vulg. Quia. Erasmus, Quoniam. Vide suprà 1.27.

IN CAP. V.

1 Venerunt, ἦλθον. In duobus cod. legimus, ἦλθεν, Venit. ¶ Gadarenorum, Γαδαρηνῶν. In duobus exemplaribus legitur Γεργεσηνῶν, Gergesenorum: in alio verò Γερασηνῶν, Gerasenorum: sicut etiam vertit Vetus interpres. Quibus nominibus idem tractus Peræ, vbi Gadarenorum & Gerasenorum siue Gergesenorum contigui fuerunt fines, significatur, in tribu Manasse situs trans Iordanem, vt liquet ex Luc. 8.26. Eam vocat Gadarida Ios. lib. de bello Iud. 3. cap. 1. Vide Matth. 8.28.

2 Egresso autem ipsi, καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ. Duo vetusti codices scriptum habent, καὶ ἐξελθόντος αὐτοῦ. Et egresso eo: alius verò καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν, Et egressis ipsis. Verumtamen autem sequeris, non abundabit αὐτῷ, quod sequitur. ¶ In quo erat spiritus, ἐν πνεύματι. Vide suprà 1.23. vbi diximus ideo dici quempiam in spiritu, quòd eum spiritus quasi inclusum teneat ac deuinctum.

3 Et ne catenis quidem, οὔτε ἁλύσεσιν. Vulg. & Eras. Et neque catenis: quum in hoc dicẽdi genere οὔτε non significet Neque, sed Ne quidem. In vno codice additur [illegible], Amplius. Alioqui δῆσαι non significabit simpliciter Vincire, sed Vinctum retinere.

4 Discerptæ fuerant, διεσπάσθαι. Vel Distractæ. Sic enim Cicero, Contendunt, inquit, bonorum emptores ad reliquias vitæ lacerandas et distrahendas. Vulg. Dirupisset: quod respondet τῷ διασπᾶσθαι. ¶ Ab eo, ὑπ' αὐτοῦ. In quodam manuscripto emplari scribitur ἀπ' αὐτοῦ: quod confirmat has duas particulas interdum permutari, sicut annotauimus suprà Matth. 11.19.

5 Erat, ἦν. Id est versabatur. Neque enim ponitur ἦν κράζων, pro ἔκραζεν: id est erat clamans, pro clamabat. Nam etiam in vetustis codicibus post ἦν additur distinctio.

7 Adiuro te [per] Deum, ὁρκίζω σε τὸν Θεόν: id est, Confirma mihi, interposito per Dei nomen iureiurando, fore vt non me vexes. Nam ὁρκίζειν significat iusiurandum ab aliquo exigere, vt ibi citatur. Inde factum vt etiam accipiatur pro Imperare aliquid, diuini numinis auctoritate interposita, vt accipitur Act. 19.13. & 1. Thess. 5.27. Exemplum autẽ hoc est horrendum impudentiæ sceleratorum spirituum, ab ipso Filio Dei iusiurandum postulantium, in quo tamen non fuerunt exauditi: sicut etiam Caiphæ Christus, quantùs iusiurandum exigenti, simpliciter tamen respondit.

10 Precabatur, παρεκάλει. Is videlicet dæmon eum precabatur, qui legatione fungebatur etiam pro cæteris: quod notandum est propter relatiuum αὐτούς, quod proximè sequitur. ¶ Ipsos mitteret, ἀποστείλῃ. Vulgata, Expelleret: id est [illegible].

Ἦν δὲ ἐκεῖ πρὸς τὰ ὄρη ἀγέλη χοίρων μεγάλη βοσκομένη.

Καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν πάντες οἱ δαίμονες, λέγοντες, Πέμψον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους, ἵνα εἰς αὐτοὺς εἰσέλθωμεν.

Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, (ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι) καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ.

Οἱ δὲ βόσκοντες τοὺς χοίρους ἔφυγον, καὶ ἀνήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. Καὶ ἐξῆλθον ἰδεῖν τί ἐστι τὸ γεγονός.

Καὶ ἔρχονται πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον καὶ ἱματισμένον, καὶ σωφρονοῦντα, καὶ ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα· καὶ ἐφοβήθησαν.

Καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες, πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ, καὶ περὶ τῶν χοίρων.

Καὶ ἤρξαντο παρακαλεῖν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

Καὶ ἐμβάντος αὐτοῦ εἰς τὸ πλοῖον, παρεκάλει αὐτὸν ὁ δαιμονισθεὶς ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν, ἀλλὰ λέγει αὐτῷ, Ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου πρὸς τοὺς σούς, καὶ ἀνάγγειλον αὐτοῖς ὅσα σοι ὁ Κύριος ἐποίησε, καὶ ὅτι ἠλέησέ σε.

Καὶ ἀπῆλθε, καὶ ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ Δεκαπόλει ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· καὶ πάντες ἐθαύμαζον.

Καὶ διαπεράσαντος τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ πέραν, συνήχθη ὄ-

11 Erat autem illic apud montes grex porcorum magnus pascens.

12 Et precati sunt eum omnes *illi* daemones, dicentes, Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus.

13 Et *hoc* permisit eis statim Iesus. Egressi vero spiritus illi impuri introierunt in porcos: & ruit ille grex e praecipitio in mare, (erant autem quasi bis mille) & suffocati sunt in mari.

14 Qui vero pascebant porcos, fugerunt, & *ista* renuntiarunt in urbem & in agros. Et *illi* egressi sunt ut viderent quid illud esset quod factum fuerat.

15 Veniunt igitur ad Iesum, & conspiciunt eum qui fuerat daemoniacus, sedentem ac vestitum, & sanae mentis, eum *inquam* qui habuerat legionem: & metuerunt.

16 Et qui *ista* viderant, narrauerunt eis quomodo actum esset cum daemoniaco, & de porcis.

17 Tunc *illi* coeperunt eum rogare ut abiret ex finibus ipsorum.

18 Ipso vero ingresso in nauigium, rogabat eum ille qui fuerat daemoniacus ut esset cum ipso.

19 Iesus autem non permisit ei, sed ei dixit, Abi domum tuam ad tuos, & eis renuntia quanta tibi Dominus praestiterit, & quod misertus sit tui.

20 Abiit igitur *ille*, & coepit praedicare in Decapoli quanta ipsi fecisset Iesus: & omnes mirabantur.

21 Et quum Iesus rursum traiecisset nauigio in ulteriorem *ri-*

11 *Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens.*

12 *Et deprecabantur eum spiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus.*

13 *Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos: & magno impetu grex praecipitatus est in mare, ad duo millia: & suffocati sunt in mari.*

14 *Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt videre quid esset facti.*

15 *Et veniunt ad Iesum, & vident illum qui a daemonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanae mentis: & timuerunt.*

16 *Et narrauerunt illis, qui viderant, qualiter factum esset ei qui daemonium habuerat, & de porcis.*

17 *Et rogare coeperunt eum ut discederet de finibus eorum.*

18 *Cumque ascenderet nauim, coepit illum deprecari qui a daemonio vexabatur, ut esset cum illo.*

19 *Et non admisit eum, sed ait illi, Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.*

20 *Et abiit, & coepit praedicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur.*

21 *Et quum transcendisset Iesus in naui rursum trans*

11 *Apud montem*, πρὸς τὰ ὄρη. In manuscriptis codicibus legitur πρὸς τῷ ὄρει, Apud montem. Est autem tota haec regio maxime passim aspera, intercurrentibus montibus Galilaei. ¶ *Pascens*, βοσκομένη. In uno codice scribitur βοσκομένων, *pascentium*.

12 *Omnes daemones*. Deest haec particula in tribus manuscriptis codicibus & apud Vet. interpretem. & fortassis aliquos offendit qui non considerarunt vim articuli sequentis δαίμονες: quamobrem etiam expressi pronomen *illi*.

13 *Quasi bis mille*, ὡς δισχίλιοι. Vel, ut Vulgata vertit, *Ad duo millia*: quanquam in hoc dicendi genere haud satis scio an supplenda sit potius particula Usque, & certus numerus significetur. Ponitur autem ὡς pro *circiter*, vel *quasi*, quae enallage in nostro vulgari sermone locum habet. dicere mus enim, *Il y en auoit comme deux mille, c'est à dire, enuiron deux mille*. Sic eadem particula usurpatur Luc.4.42, & Act.19. Vide infra 8.44.

15 *Sanae mentis*, σωφρονοῦντα. Participium Graecum hac periphrasi optime exprimitur. Nam σωφρονεῖν dicitur cui est sana & integra mens. Quamobrem etiam Paulus Act. 26.25. opponit σωφροσύνην τῇ μανίᾳ & Plato initio posterioris Alcibiadis, opponit τὸ σωφρονεῖν τῷ μαίνεσθαι, quum alioqui sobrietatem intemperantiae oppositam declaret. ¶ *Eum [inquam] qui habuerat legionem*, τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα. Haec non reperi in meo vetustissimo codice, neque etiam expressa sunt a Vetere interprete, quum tamen non sint frustra apposita. Conferunt enim multum ad emphasin miraculi, ut prudenter notat Erasmus. Nam ista (opinor) coniungenda sunt cum τὸ σωφρονοῦντα, id est, & sanae mentis, sicut in superiore membro, is qui daemoniacus fuerat, (id est miserrime vexatus) adeo ut immanissimae belluae similior esset quam hominis, opponitur homini quieto & composito. Neque tamen duo homines inter se comparantur, sed eiusdem hominis dispares atque adeo prorsus contrarij habitus. Quanquam fortassis haec possunt non inepte accipi per epexegesin, vel epanalepsin. Nam similes loquendi formulae saepe apud hunc nostrum occurrunt, ut infra capite 12.44.

16 *Et qui [ista] viderant, narrauerunt eis*, καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες. Vulg. & Eras. *Et narrauerunt illis qui viderant*: qui ordo in Graecis etiam seruatur, sed absque amphibolia, quam ut in Latino sermone vitaremus, collocationem verborum necessario mutauimus. In quibusdam exemplaribus scribitur, διηγήσαντο δὲ, &c. id est, Qui autem viderant, narrauerunt eis. ¶ *Quomodo actum esset*, &c. πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ. Vulgata, *Qualiter factum esset*. Erasmus, *Qualiter accidisset ei qui daemonium habuerat*.

19 *Quanta*, ὅσα. ¶ *Et quod*, καὶ ὅτι ἠλέησε. Vulg. ad verbum, *Et misertus sit tui*: quod certe parum videtur cohaerere cum praecedentibus, ut etiam annotat Erasmus. Sed in meo vetustissimo codice, legitur καὶ ἠλέησε, quam lectionem ut germanam restitui etiam in Graecis, adstipulante quoque Syro interprete.

21 *Apud*

χλος πολὺς ἐπ' αὐτόν· καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν.

Καὶ ἰδού, ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, ὀνόματι Ἰάειρος· καὶ ἰδὼν αὐτόν, πίπτει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ.

Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλά, λέγων, Ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει· ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται.

Καὶ ἀπῆλθε μετ' αὐτοῦ· καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολύς, καὶ συνέθλιβον αὐτόν.

(Καὶ γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἔτη δώδεκα·

Καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν, καὶ δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα·

Ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐλθοῦσα ἐν τῷ ὄχλῳ ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ ἱματίου αὐτοῦ.

Ἔλεγε γάρ, Ὅτι κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ ἅψωμαι, σωθήσομαι.

Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς· καὶ ἔγνω τῷ σώματι ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος.

Καὶ εὐθέως ὁ Ἰησοῦς ἐπιγνοὺς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν, ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, ἔλεγε, Τίς μου ἥψατο τῶν ἱματίων;

Καὶ ἔλεγον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Βλέπεις τὸν ὄχλον συνθλίβοντά σε, καὶ λέγεις, Τίς μου ἥψατο;

Καὶ περιεβλέπετο ἰδεῖν τὴν τοῦτο ποιήσασαν.

Ἡ δὲ γυνή, φοβηθεῖσα καὶ τρέμουσα, εἰδυῖα ὃ γέγονεν ἐπ' αὐτῇ, ἦλθε καὶ

pam, congregata est turba multa ad eum: erátque apud mare.

22 Et ecce, venit unus ex praefectis synagogae, nomine Iairus: & quum vidisset eum, accidit ad pedes eius.

23 Et multum precabatur eum, dicens, Filiola mea in extremum adducta est: *rogo* ut venias, & imponas ei manus, ut seruetur: & viuet.

24 Abiit igitur *Iesus* cum eo: & sequebatur eum turba multa, & comprimebat eum.

25 (Tunc mulier quaedam quae erat in fluxione sanguinis *ab* annis duodecim:

26 Fueratque multa perpessa a multis medicis, & impenderat omnia sua, & nihil adiuta fuerat, sed potius in deterius venerat:

27 Quum audisset de Iesu, venit in turba a tergo, & tetigit vestimentum eius.

28 Dicebat enim, Si vel vestimenta ipsius tetigero, seruabor.

29 Et statim exaruit fons sanguinis ipsius: & sensit corpore se sanatam esse ex eo flagello.

30 Statim autem Iesus quum apud se cognouisset vim quae ex ipso prodierat, conuersus ad turbam, dixit, Quis attigit vestimenta mea?

31 Et dixerunt ei discipuli ipsius, Conspicis turbam te comprimentem, & dicis, Quis me tetigit?

32 *Ipse* vero circunspiciebat ut videret eam quae hoc fecerat.

33 Mulier autem metuens & tremens, quum sciret quod in se factum fuerat, venit, & accidit ei

fretum, conuenit turba multa ad eum: & erat circa mare.

22 *Et venit quidam de archisynagogis, nomine Iairus: & videns eum procidit ad pedes eius.* Matt.9.18 Luc.8.41

23 *Et precabatur eum multum dicens, Quoniam filia mea in extremis est, veni, impone manus super eam, ut salua sit, & viuat.*

24 *Et abiit cum illo: & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.*

25 *(Et mulier quae erat in profluuio sanguinis annis duodecim,* Vera fide quauis imbecilla vel leuissime attactus Iesus, virtute sua nos sanat.

26 *Et fuerat multa perpessa a compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat:*

27 *Quum audisset de Iesu, venit in turba retro, & tetigit vestimentum eius.*

28 *Dicebat enim, Quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero.*

29 *Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore quia sanata esset a plaga.*

30 *Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem quae exierat de illo, conuersus ad turbam, aiebat, Quis tetigit vestimenta mea?*

31 *Et dicebant ei discipuli sui, Vides turbam comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit?*

32 *Et circumspiciebat videre eam quae hoc fecerat.*

33 *Mulier vero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit, &*

21 *Apud mare*, παρὰ τὴν θάλασσαν. Erasm. & Vulgata, *Circa mare*: id est περί.

22 *Vnus ex praefectis synagogae* εἷς ἀρχισυναγώγων siue τις. Quidam, ut habent nonnulli codices. Hinc autem apparet non temere conuenisse coetus singulis sabbatis, sed certos homines solitos fuisse multitudini moderari in singulis synagogis, ubi Moses explicabatur (Act.15.21) a doctoribus, qui Scribae dicuntur Matthaei cap. 23. 2. Hi sunt igitur archisynagogi dicti, qui particularium etiam Ecclesiarum negotia administrabant, & propterea censentur Ecclesiae nomine, Mat.18.17. Malui vero praefectum quam principem vocare, ut Ecclesiasticum munus hoc etiam modo a mere ciuili discernerem, quanuis ista non essent, eo praesertim tempore, inter Iudaeos distincta. Syrus etiam רבא [*rabba*] vocat.

23 *In extremum adducta est*, ἐσχάτως ἔχει. Ad verbum, Extreme habet. Sic enim loquuntur Graeci. Vulgata, & Erasmus, *In extremis est*: obscure. ¶ [*Rogo*] *ut venias*, ἵνα ἐλθών. In meo vetustissimo exemplari, ut & apud Syrum interpretem, legitur ἐλθέ, ἵνα ἐλθών, Veni, ut quum veneris, imponas ei manus. quam lectionem si cum Vetere interprete sequamur, nulla ellipsi opus erit, quae alioqui est prorsus necessaria, sed tamen non ita frequens: ut plane mirer ab Erasmo non fuisse annotatam. ¶ *Viuet*, ζήσεται. Vulg. *Viuat*, i. ζήσῃ, quod etiam legitur in meo vetustissimo codice: sed malo legere ζήσεται, ne sit ταυτολογία, Marci breuitati parum conueniens. Denique ex Matth.9.18, apparet hanc esse germanam lectionem.

25 *Quae erat*, οὖσα. Erasmus, *Quae fuerat*. Illud malui. Quo enim tempore haec acta sunt, nondum eo morbo laborare desierat. ¶ *In fluxione*, ἐν ῥύσει. Sic Cic.3. & 4. Tusc. sanos opponit iis qui sunt in morbo: id est, qui morbo aliquo tenentur. ῥύσιν autem verti Fluxionem, Plinium secutus lib.20.cap.14. Erasmus, *Obnoxia profluuio sanguinis*: quae interpretatio praeterquam quod a Graecis discedit, etiam videtur non satis indicare perpetuum fuisse morbum, & significationi verborum multum detrahit. ¶ [*Ab*] *annis duodecim*, ἔτη δώδεκα. Vide Matth.9.20.

29 *Sensit*, ἔγνω. Ad verbum, Cognouit: sed illud magis proprium est huic loco. Verbum autem γινώσκειν non minus late patet quam αἰσθάνεσθαι. ¶ *Ex eo flagello*, ἀπὸ τῆς μάστιγος. Sic recte conuertit Erasmus expresso articulo. Quid autem flagelli appellatione intelligatur, supra diximus, cap.3.10. Vulgata, *A plaga*, id est ἀπὸ τῆς πληγῆς. Complutensis editio addit αὐτῆς, *suae*.

30 *Apud se*, ἐν ἑαυτῷ. Erasmus, *In semetipso*: quod obscurum est, &(ni fallor) parum Latinum. ¶ *Quae ex ipso prodierat*, τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν, id est, quae sese in illa sananda muliere exeruerat. Erasmus, *Ex sese prodiisse*: non expresso articulo, ut plane miror ab eo reprehensum esse hoc loco Veterem interpretem. Sed & haec phrasis manifeste probat, veram illam & patri ὁμοούσιον Deitatem σωματικῶς in Christo habitasse. Coloss.2.

31 *Comprimentem*, συνθλίβοντα. Vide supra cap.3.9.

33 *Accidit ei ad pedes*, προσέπεσεν αὐτῷ. Vulg. *Procidit ante eum*, ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Eras. *accidit ei*. Vide supra 3.11.

προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, Θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· ὕπαγε εἰς εἰρήνην, καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου)

Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχονται ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγοντες, Ὅτι ἡ θυγάτηρ σου ἀπέθανε, τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον;

Patres suis etiā liberis promissiones vitæ per fidem apprehendunt.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς, εὐθέως ἀκούσας τὸν λόγον λαλούμενον, λέγει τῷ ἀρχισυναγώγῳ, Μὴ φοβοῦ, μόνον πίστευε.

Καὶ οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι, εἰ μὴ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου.

Καὶ ἔρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχισυναγώγου, καὶ θεωρεῖ θόρυβον, κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά.

Καὶ εἰσελθὼν λέγει αὐτοῖς, Τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε; τὸ παιδίον οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.

Indigni sunt Christi irrisores qui fiant ipsius bonitatis testes.

Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ. Ὁ δὲ, ἐκβαλὼν ἅπαντας, παραλαμβάνει τὸν πατέρα τοῦ παιδίου καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰσπορεύεται ὅπου ἦν τὸ παιδίον ἀνακείμενον.

Καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς τοῦ παιδίου, λέγει αὐτῇ, Ταλιθὰ κοῦμι· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Τὸ κοράσιον (σοὶ λέγω) ἔγειρε.

Καὶ εὐθέως ἀνέστη τὸ κοράσιον, καὶ περιεπάτει· ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα· καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ.

Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς πολλὰ ἵνα

---

ad pedes, dixitque ei omnem veritatem.

34 Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te seruauit: abi cum pace, & esto sana ex flagello tuo)

35 Adhuc eo loquente veniunt *quidam* à præfecto synagogæ, dicentes, Filia tua mortua est: quid amplius vexas magistrum?

36 Iesus autem, statim vt audiit hunc sermonem qui dicebatur, dicit præfecto synagogæ, Ne metue, solummodo crede.

37 Neque permisit vt se quisquam vnà sequeretur nisi Petrus & Iacobus & Ioannes frater Iacobi.

38 Venit igitur domū præfecti synagogæ, & tumultū conspicit, flentes & eiulantes multum.

39 Et ingressus dicit eis, Quid tumultuamini & fletis? puella non est mortua, sed dormit.

40 Et deridebant eum. Ipse verò, eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & eos qui secum erant, & ingreditur eò vbi erat puella iacens.

41 Prehensáque manu puellæ, dicit ei, Talitha cumi: quod est, si interpreteris, Puella (tibi dico) surge.

42 Et statim surrexit puella, & ambulabat: erat enim annorum duodecim. & obstupuerunt stupore magno.

43 Ipse verò multum interdixit

---

procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem.

34 *Ille autē dixit ei, Filia, fides tua te saluam fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua)*

35 *Adhuc eo loquente veniūt ab archisynagogo, dicentes, Quia filia tua mortua est, quid vltrà vexas magistrum?*

36 *Iesus autē, audito verbo quod dicebatur, ait archisynagogo, Noli timere: tantummodo crede.*

37 *Et non admisit quenquam se sequi, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi.*

38 *Et veniunt in domum archisynagogi, & videt tumultum, & flentes, & eiulantes multum.*

39 *Et ingressus ait illis, Quid turbamini, & ploratis? puella non est mortua, sed dormit.*

40 *Et irridebant eum. Ipse verò, eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui secū erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens.*

41 *Et tenens manum puellæ, ait illi, Talitha cumi: quod est interpretatum, Puella (tibi dico) surge.*

42 *Et confestim surrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum duodecim, & obstupuerunt stupore magno.*

43 *Et præcepit illis vehe-*

¶ *Omnem veritatem*, [illegible] id est, rem totam ita vt gesta erat, [illegible] *Paulò* [illegible]. Erasmus testatur se alicubi legisse, [illegible], totam causam suam: & in nonnullis etiam exemplaribus additum fuisse [illegible], Coram omnibus.

34 *Cum pace*, [illegible] pro ἐν εἰρήνῃ: quomodo etiam scriptum legi in manuscripto exemplari, id est σὺν εἰρήνῃ, cum pace. Sicut Hebræi dicunt לְכִי לְשָׁלוֹם [*leche leschalom*] 1. Sam. 25. pro eo quod Latini dicunt, Feliciter.

35 *A præfecto synagogæ*, ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου: id est, ab ædibus principis synagogæ. nam Iairus ipse cum Iesu erat: quod dicendi genus quum satis intellectum, [illegible] nonnullis errorem qui pro Ab archisynagogo, legunt Ad archisynagogum, vt eruditè admonet Erasmus. Is tamen in eo non assentior quòd præcisum hunc sermonem esse putat, veluti quum Græci dicunt [illegible], quum ad verbum sic loquatur Terentius in Hecyra, *Sed quid* [illegible] *à nostro affinit* [illegible] id est, ab affinis domo. Idem Phorm. [illegible] id est, à domo fratris, vt Donatus explicat. Cicero, *Male* [illegible] *apud* [illegible] *ambulare*, id est, domi tuæ.

36 *Statim* [illegible]. Hoc non legit neque Syrus interpres, neque meus vetustissimus codex.

38 *Eiulantes*, [illegible]. Rectius fortassis [illegible] vt Iacob. 5. 1. Sic enim ista differunt, vt illud exultationi, illud tristitiæ tribuatur, sicut apud Hebræos [illegible] & [illegible] [illegible] differunt, [illegible] in lamentatione, [illegible] in [illegible] Cymbali acutum sonitum sic significat Paulus 1. Cor. 13. Admonuit me tamen collega meus, quem honoris causa hîc nomino, & cui non pauca etiam alia debeo, D. Isaacus Casaubonus prolatis duobus Plutarchi locis, uno ex libello [illegible], altero ex Bruti vita, [illegible] & [illegible] interdum confundi.

40 *Eiectis*, [illegible]. Id est, exire iussis, vt indignis qui miraculi spectatores essent, & vt placida esset tota hæc actio. Vide Act. 9. 40. ¶ *Eos qui secum erant*, τοὺς μετ' αὐτοῦ. Vulg. & Eras. *Qui erant cum illo*, videlicet patre. Ego verò hoc dictum accipio de tribus discipulis, quos certè minimè introduxerat vt postea eiiceret. positum est igitur αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ. ¶ *Eò* [illegible]. Vulg. ad verbum, *Vbi*: quod Latinis durius est, nisi exprimas antecedens ἐκεῖ, eò. Itaque Erasmū sum in eo sequutus. ¶ *Iacens*, ἀνακείμενον. nēpe mortua. Nā alioqui [illegible] significat Recumbere & Discumbere, vt alibi diximus. [illegible] scribitur in vetustis exemplaribus duobus, idque rectius.

41 [illegible]. In vetusto quodam codice legimus αὐτῆς, idque (ni fallor) rectius: certè magis accommodatè ad regulas Grammaticas, quum præcesserit παιδίου, quod nomen diminutionis formā deducitur à παῖς, & tam de puero quàm de puella dicitur. Sic etiam interdum loqui solent Attici, vt Thucydides [illegible] quasi in priore membro pro [illegible] præcedat [illegible]. ¶ *Talitha*, [illegible]. Sic omninò scribendū est, non *Tabitha*, vt habent multi Latini, & Græci etiam aliqui codices, Hebraicæ linguæ inscitia, & deprauationis occasione arrepta ex Act. 9. 40. ¶ *Quod est*, [illegible]. Græcè igitur scripsit Marcus: propterea voces Hebræas, aliòqui non intelligendas interpretans, vt postea faciendum esse in Ecclesia monet Apostolus 1. Cor. 14. 27.

42 *Obstupuerunt*, [illegible]. Id est, ita attoniti fuerunt præ admiratione, vt quasi apud se nō essent. Primùm ergo differt hæc [illegible] ab ea qua diuinitus [illegible] Prophetæ & Apostoli: minimè siquidem priuati sunt mente & iudicio, sed adeò ad percipienda diuinitus [illegible] extra se abrepti. 2. Cor. 12. 2. 43 *Multum*, [illegible]. Vulg. & Eras. *Vehementer*: id est λίαν, vel σφόδρα.

μηδεὶς γνῷ τοῦτο· καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν.

Κεφάλαιον ς.

ΚΑΙ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ· καὶ ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

Καὶ γενομένου σαββάτου ἤρξατο ἐν τῇ συναγωγῇ διδάσκειν. καὶ πολλοὶ ἀκούοντες ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες, Πόθεν τούτῳ ταῦτα; καὶ τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ ὅτι καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται;

Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ καὶ Ἰούδα καὶ Σίμωνος; καὶ οὐκ εἰσὶν αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ ὧδε πρὸς ἡμᾶς; Καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ.

Ἔλεγε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

Καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, εἰ μὴ ὀλίγοις ἀρρώστοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, ἐθεράπευσε.

---

eis nequis id resciret: dixitque vt daretur puellæ quod ederet.

CAP. VI.

1 ET egressus est illinc, venitque in patriam suam: & sequuti sunt eum ipsius discipuli.

2 Quúmque aduenisset Sabbatum, cœpit in synagoga docere: multique audientes percellebantur, dicētes, Vnde huic ista? & quæ est hæc sapiētia quę data est ei, quòd etiā virtutes tales per manus eius edantur?

3 Nónne iste est faber ille, filius Mariæ, frater Iacobi & Iose & Iudæ & Simonis? nónne & sorores eius hîc sūt apud nos? Et offendebantur in ipso.

4 Dicebat autē eis Iesus, Non est Propheta inhonoratus nisi in patria sua, & inter cognatos, & domi suæ.

5 Neque potuit illic virtutem vllam edere, nisi *quod* quum paucis maleualentibus imposuisset manus, sanauit *eos*.

---

menter vt nemo id sciret: & dixit dari illi manducare.

CAP. VI.

1 *ET egressus inde, abiit in patriam suam, & sequebantur eum discipuli sui.*

2 *Et facto Sabbato cœpit in synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur?*

3 *Nónne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? nónne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo.*

4 *Et dicebat illis Iesus, Quia nō est Propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua.*

5 *Et non poterat ibi virtutem vllam facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit.*

Matt. 13. 54. Luc. 4. 16. Mundus incredulus nihil quidem de Christi virtute detrahit, sed oblata eius efficacia seipsū priuat sciens ac prudens.

Matth. 13. 57

IN CAP. VI.

1 *Patriam*, τὴν πατρίδα. Nempe Nazaretham, ex vulgi opinione.

2 *Quúmque aduenisset*, καὶ γενομένου. Vulgata ad verbum, *Et facto Sabbato*. Sed γίνεσθαι accipitur hoc loco pro Aduenire, vt in illa dicendi formula quæ sæpe occurrit, ὀψίας γενομένης. quanuis etiam accipi commodè possit γενομένου pro ὄντος, & γενομένου pro ὄντος, vel παρόντος: id est quum adesset, vt interpretatur Erasmus. Mihi tamen videtur altera significatio, hoc quidem loco, magis propria, quum ita accipiatur τὸ γίνεσθαι, Iohan. 6. 20. 21. Sic etiam Herodotus in Clio, (exemplo tamen non prorsus simili) ἐπείτε δὲ ὁ Κῦρος πορευόμενος ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα, ἐγίνετο ἐπὶ Γύνδῃ ποταμῷ: id est, quum Cyrus Babylonem contendens, ad Gyndem fluuium peruenisset. Sic etiam legimus Exodi 10. vers. 13. הַבֹּקֶר הָיָה [*habboker hajah*] id est mane fuit. ¶ *Percellebantur*, ἐξεπλήσσοντο: id est obstupescebant. In meo vetustissimo codice & apud Veterem interpretem additur ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ: id est, *super doctrina eius*. ¶ *Ista*, ταῦτα: Vulgata addit *Omnia*? πάντα; ¶ *Hæc sapientia*, ἡ σοφία. Vulgata & Erasmus prætermittunt articulum, qui tamen mihi videtur omnino fuisse exprimendus, quum ponatur δείξεως ἕνεκα. ¶ *Quòd etiam virtutes tales per manus eius edantur*? ὅτι καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται; Vulgata vertit, *Et virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur*? vt subaudiatur τίνες εἰσί: perinde ac si tertia hæc sit interrogatio, atque ita scriptum, καὶ δυνάμεις τοιαῦται αἱ διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γινόμεναι, quod etiam scribitur in vno vetere exemplari: quanquam melius fortasse conueniet hæc lectio, si pro τοιαῦται legas ταῦται, id est istæ. Erasmus autem ita legit vt nos, sublata tantùm particula ὅτι, quæ tamen omnino videtur necessaria. Complectitur enim hoc membrum rationem superioris admirationis: neque post αὐτοῦ, proximè præcedens, scribenda est interrogationis nota, sed simplex distinctio, sicut etiam scriptum habent omnia tum vetera manuscripta, tum impressa exemplaria quæ vidimus: alioqui non video quomodo cum præcedentibus ista cohærere possint. Ergo vt redeam ad nostram interpretationem ὅτι particula hoc loco accipitur, sicut etiam supra capite primo 27. & 4. 41. δυνάμεις autem vocantur mirifica illa Christi facta, quæ diuinam ipsius virtutem ac potestatem declarabant: sicut admonuimus Matthæi capite 7. 22. Superest vt admoneam, in duobus vetustis exemplaribus legi ἵνα [illegible] vt etiam, & γίνωνται, id est fiant: quæ propius accedunt ad Latinam loquendi rationem. Posita enim erit cōiunctio ἵνα pro ὥστε. Denique per manus eius, Hebræorum more, significat eius virtute & opera.

3 *Faber ille, filius*, ὁ τέκτων, ὁ υἱός. Erasmus legit in nonnullis codicibus, ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας, filius ille fabri illius & Mariæ. Sed omnia nostra vetusta exemplaria in priore lectione consentiebant: quam fortasse mutauit aliquis, existimans hanc artem maiestati Christi parum conuenire. Sed vt præteream vetustorum codicum cōsensum, Iustinus antiquissimus scriptor, disertè testatur Christum antequam munus illud suum exerceret, fabrum fuisse lignarium, & aratra ac iuga, cæteráque huiusmodi fabricasse.

¶ *Iose*, Ἰωσῆ. Vulgata, *Ioseph*. Nonnulla Græca exemplaria Ἰωσῆτος, Iosetis. ¶ *Sorores eius*, αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ. In quodam exemplari additur πᾶσαι, omnes. More autem Iudæorum, agnati & cognati, fratres & sorores dicebantur. ¶ *Apud nos*, πρὸς ἡμᾶς: id est παρ' ἡμῖν, sicut Iohan. 1. 1. πρὸς τὸν Θεόν, apud Deum, & 1. Corinth. 16. 6. Vulgata & Erasmus. *Nobiscum*. id est μεθ' ἡμῶν.

4 *Inhonoratus*, ἄτιμος. Vel expers honoris, sicut ἄλογος, expers rationis. videtur tamen hoc loco eum significare, cui tantum abest, vt iustus honos tribuatur, vt etiam afficiatur contumelia. Vulgata vertit, *Sine honore*: & Erasmus, *Contemptus*: id est καταφρονητός. quò [illegible] respexit Syrus interpres. ¶ *Inter cognatos*, ἐν τοῖς [illegible] Vetus interpres, *In cognatione sua*: id est ἐν τῇ συγγενείᾳ [illegible] permutato etiam ordine, qui restituendus videtur, quum ita vt nos vertimus habeant omnia tum manuscripta, tum impressa exemplaria: & in hac enumeratione videatur Euangelista retrogradiendo sequi ordinem constitutionis humani generis à natura institutum, quē pulchrè describit Aristoteles initio primi libri De republica. Itaque οἰκίαν non conuerti familiam, sed domum, ne bis idem inculcari videatur. Puto enim domum hoc loco minus latè patere quàm συγγένειαν, id est gentem ac familiam totam: quum alioqui sæpe his omnibus vocabulis idem declaretur.

5 *Neque potuit*, οὐκ ἠδύνατο. Hieronymus dialogo aduersus Pelagianos 2. hunc locum manifestè torquet, quum ex eo colligit à comparatis, humanæ naturæ imbecillitatē in regeneratis, quæ sub rectè de re ipsa sentiat. Sed tamen notandū est hoc dicendi genus, quo significatur homines incredulos & ingratos quasi Deo manus vincire, ne ipsis opē ferat: quò spectant illa Dei verba ad Mosen Exod. 32. 10, *Nunc igitur sine me*. ¶ *Virtutem*, δύναμιν. miraculum, metonymia efficientis. ¶ [*Sanauit eos*] ἐθεράπευσε. Relatiuum suppleui quam ellipsin vt vitaret Vetus interpres, conuertit, *Paucos infirmos impositis manibus curauit*: perinde ac si scriptum sit, ὀλίγους ἀρρώστους ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, ἐθεράπευσεν: quemadmodo etiam legi potest eadem manente sententia.

Matt.9.35 luc.13.22

6 Καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν. καὶ περιῆγε τὰς κώμας κύκλῳ, διδάσκων.

Matt.10.1 suprà 3.14 luc.9.1 Peculiari legatione præparantur discipuli ad generalē illum Apostolatum.

7 Καὶ προσκαλεῖται τοὺς δώδεκα, καὶ ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο δύο· καὶ ἐδίδου αὐτοῖς ἐξουσίαν τῶν πνευμάτων τῶν ἀκαθάρτων.

Fidis pastoribus ne de rebus quidem alioqui adhūc vitam necessariis cogitandū si vel tantillū eos remorentur.

8 Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον, μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν.

9 Ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια· καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας.

Act.12.8

10 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὅπου ἐὰν εἰσέλθητε εἰς οἰκίαν, ἐκεῖ μένετε ἕως ἂν ἐξέλθητε ἐκεῖθεν,

Matt.10.14 luc.9.5 Dominus seruorum suorū seuerissimus vindex. Act.13.51,& 18.6

11 Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσωσιν ὑμῶν, ἐκπορευόμενοι ἐκεῖθεν ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

12 Καὶ ἐξελθόντες ἐκήρυσσον ἵνα μετανοήσωσι.

Iac.5.14

13 Καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλλον· καὶ ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους, καὶ ἐθεράπευον.

6 Mirabatúrque propter incredulitatem eorum, & circuibat vicos in orbem, docens.

7 Tunc aduocauit duodecim illos, cœpitque eos mittere binos: deditque eis ius in spiritus impuros.

8 Et mandauit eis vt nihil attollerent ad iter, nisi virgam tantùm, non peram, non panẽ, non æs in zona:

9 Sed vt calcearentur sandaliis: & ne induerentur binis tunicis.

10 Et dicebat eis, Vbicunque introieritis domum, illic manete vsquedum exeatis illinc.

11 Et quicunque non exceperint vos, neque audierint vos, egressi illinc, excutite puluerẽ qui subest pedibus vestris, vt hoc sit testimonium aduersus eos. Amen dico vobis, tolerabilior erit Sodomorum conditio aut Gomorrhorum in die iudicij, quàm vrbis illius.

12 Egressi igitur illi proclamabant vt resipiscerent homines.

13 Et dæmonia multa eiiciebãt, vngebántque oleo multos malè valentes, & sanabant eos.

6 Et mirabatur propter incredulitatem eorum: & circuibat castella in circuitu, docens.

7 Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos: & dabat illis potestatem spirituum immundorum.

8 Et præcepit eis nequid tollerent in via nisi virgam tantùm, non peram, non panem, neque in zona æs:

9 Sed calceatos sandaliis & ne induerentur duabus tunicis.

10 Et dicebat eis, Quocũque introieritis in domũ, illic manete donec exeatis inde.

11 Et quicunque non receperint vos, exeuntes inde, excutite puluerem de pedibus vestris, in testimonium illis.

12 Et exeuntes prædicabãt vt pœnitentiam agerent.

13 Et dæmonia multa eyciebant, & vngebant oleo multos ægros, & sanabant.

6 *In orbem*, κύκλῳ. Vel, vt Vulg. *In circuitu*. Eras. *Vndique circumiacentes*: id est τὰς ἐν κύκλῳ πάντοθεν κώμας. Ego verò malui ἐν κύκλῳ referre ad verbum περιῆγε, (quum articulum non habeat adiunctum) quàm ad κώμας.

7 *Duodecim illos*, τοὺς δώδεκα. In vno codice additum erat μαθητὰς αὐτοῦ Discipulos suos. Expressimus autem articulum vt planior esset sententia. ¶ *Binos*, δύο δύο. Ad verbũ, *Duos duos*. Nam Hebræi distributiuis carent. Vide infrà v. 40. ¶ *[In] spiritus*, τῶν πνευμάτων. Vulg. ad verbum, *Spirituũ*. Sed omnino subaudienda est præpos. ἐπὶ, vt diximus Matt. 10. 1, & 12. 31, quam etiam Syrus interpres expressit.

8 *Attollerent*, αἴρωσιν. Vulg. *tollerent*. [illegible] guè. Denique illo verbo significatur aliquid gestandum, vel potiùs portandum sumere, quod animum vel corpus, in eo conficiẽdo quod ipsis mandabatur, vel tantillum remoraretur. ¶ *Ad iter*, εἰς ὁδόν. Vulg. *In via*, ἐν ὁδῷ. Vide Matth. 10. v. 10. ¶ *Virgam*, ῥάβδον. Vide Matth. 10. 10. ¶ *Æs*, χαλκόν. Vide infrà 12. 41.

9 *Calcearentur*, ὑποδεδεμένους. Ad verbum, *Calceatos esse*. Nam subauditur εἶναι, vt sit periphrasis pro ὑποδεδέσθαι vnde dicta sunt ὑποδήματα, quasi subligacula dicas, quòd solerent loris & vinculis accommodari: de quibus Virg. libr. 8. *Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.* Quod autem videtur Marcus à Matthæo dissentire, facilè explicari potest. Neque enim simpliciter prohibet Dominus Apostolis apud Matthæum ne sint calceati, non magis quàm ne sint vestiti, sed non vult vllis rebus studiosè comparatis onerari: inter quas numerat peram, vestes, calceos, virgas, & cætera eiusmodi, vt in Matthæo diximus. ¶ *Sandaliis*, σανδάλια. Vocabulum Græcum, quod Terentius ipse vsurpauit, nos quoque post alios interpretes non inuiti retinuimus. Testantur autem Græci auctores ita vocari muliebre calceamentum. Sed tum ex hoc loco tum etiam ex Act. 12. 8. apparet Euangelistas inter ὑποδήματα & σανδάλια nullum posuisse discrimen, vt rectè obseruauit Erasmus. ¶ *Et ne induerentur*, καὶ μὴ ἐνδύσασθαι. In duobus codicibus legimus eodem sensu ἐνδεδύσθαι, indutos esse. Nonnulli verò legũt καὶ μὴ ἐνδύσησθε, Et ne induamini: quod durius videtur. Quanquam apud Hebræos frequentes sunt eiusmodi personarum mutationes. Cæterùm indui simul binis tunicis, haud scio an quisquam consueuisset, nisi tunicam in genere pro vestitu exteriore & interiore accipias. Est igitur spectanda sententia potius quàm dictum ipsum, sicut in plerisque idiotismis facere necesse est: vt binis tunicis indui dicantur qui vna non contenti, alteram etiam habent, vt modò hac, modò illa vtantur. Fuisse verò eiusmodi aliquod vestium genus, quas propterea Hebræi, חליפות [*chaliphoth*,] id est mutatorias vocant, ex plurimis Scripturæ locis apparet. Cæterùm considerandus est Christi scopus, vt videlicet nullo prorsus impedimento retardentur Apostoli, quos vult omnino ad hanc obeundam peregrinationem velut ad cursum paratos & expeditos esse.

10 *Vbicunque*, ὅπου: id est, quocunque loco constiteritis. Ponitur enim τὸ εἰσέρχεσθαι εἰς οἰκίαν pro καταλύειν, id est Diuertere, & hospitium sibi deligere: quum alioquin εἰς οἰκίαν videatur redundare. Simile dicendi genus occurrit infrà cap. 7. 24. ¶ *Illinc*, ἐκεῖθεν: id est ex eo loco. Vetat enim hospitium mutare in ista veluti peruolitatione. Nonnulli referunt non ad ὅπου sed ad οἰκίαν, sensu prorsus inepto.

11 *Et quicunque*, καὶ ὅσοι. Anantapodoton ex vulgi sermone petitum. id est, si qui non exceperint. Nam si ita loquaris, Quicunque non crediderit, condemnabitur: tum demum plena & iusta est oratio. Sic Virgilius, *Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.* ¶ *Vt hoc sit testimonium aduersus eos*, εἰς τὸ μαρτύριον αὐτοῖς. Sic conuerti hunc locum perspicuitatis causa. Testimoniũ enim intelligit quo conuictis adimatur omnis excusatio. ¶ *Amen*, ἀμὴν. Hæc periodus in omnibus nostris exẽplaribus Græcis legitur, exceptis tantùm duobus & meo vetustissimo. in Vulg. tamẽ versione prætermittitur, & fortassis ex Matthæo adscripta fuit, quamuis apud Syrum etiam interpretem legatur.

12 *Egressi igitur [illi,]* καὶ ἐξελθόντες. Vulg. ad verbum, *Et exeuntes*. Eras. *Et egressi*. Ego verò existimo καὶ hoc loco & aliis multis pro οὖν, i. coniunctione, quam Grãmatici cõtinuatiuã appellãt vsurpari: quam enallagen sæpe iã diximus inde ortã esse quòd ו Hebræorũ varias habeat significationes.

13 *Vngebántque*, καὶ ἤλειφον. Fuit igitur oleum symbolum mirificæ illius virtutis, non autem medicamentum quo morbos curarent. Iam verò quum temporaria hæc dona iampridem cessarint, quorsum hæc cæremonia retineatur?

14 *Herodes*

14 Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης, (φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ) καὶ ἔλεγεν, Ὅτι Ἰωάννης ὁ βαπτίζων ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη, καὶ διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ.

15 Ἄλλοι ἔλεγον, Ὅτι Ἠλίας ἐστίν. ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Ὅτι προφήτης ἐστὶν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν.

16 Ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρώδης εἶπεν, Ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ἐστιν· αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν.

17 Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρώδης, ἀποστείλας ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην, καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ, διὰ Ἡρῳδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν.

18 Ἔλεγε γὰρ ὁ Ἰωάννης τῷ Ἡρώδῃ, Ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου.

19 Ἡ δὲ Ἡρῳδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι· καὶ οὐκ ἠδύνατο.

20 Ὁ γὰρ Ἡρώδης ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην, εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον, καὶ συνετήρει αὐτόν· καὶ ἀκούσας αὐτοῦ, πολ-

14 Audiuit autem ista rex Herodes, (Erat enim clarum factum nomen eius) dixítque, Ioannes ille qui baptizabat, suscitatus est ex mortuis, & propterea virtutes agunt in eo.

15 Alij dicebant, Elias est. Alij verò dicebant, Propheta est, vel vnus ex Prophetis illis.

16 Quum igitur hæc audisset Herodes, ait, Iste est Ioannes quẽ ego decollaui: ipse suscitatus est ex mortuis.

17 Ipse enim Herodes missis satellitibus prehẽderat Ioannem, & vinxerat eum in carcere, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam vxorem.

18 Dicebat enim Ioannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

19 Herodias autem imminebat ei, & cupiebat eum interimere: nec poterat.

20 Herodes enim metuebat Ioannem: sciens eum esse virum iustum ac sanctum, & obseruabat eum, auditóque eo multa

14 Et audiuit rex Herodes, (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat, Quia Iohannes Baptista resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo.

15 Alij autem dicebant, Quia Helias est. Alij verò dicebant, Quia Propheta est, quasi vnus ex Prophetis.

16 Quo audito Herodes ait, Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit.

17 Ipse enim Herodes misit, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam.

18 Dicebat enim Ioannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

19 Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum: nec poterat.

20 Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eũ: & au-

Matt.14.1 luc.9.7 Euangelium pios cõfirmat, impios perturbat.

Luc.3.19 Vide Annot. apud Matth.

Leu.18.16

14 *Herodes*, Ἡρώδης. Quoddam exemplar habebat τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ: i. auditionem, siue rumorem, qui de Iesu ferebatur: quod nisi addas, non modò manca fuerit constructio, sed etiam hæc pertinere videbuntur ad prodigia illa per Apostolos edita, quorum proximè meminit: quum potius ad Christum ipsum pertineant, vt declarant sequentia. Quòd autem Herodes ab Euangelista ornatur regis nomine, quum duntaxat esset Tetrarcha, ad vulgi, ac præsertim aulicorum adulationem, referendum est. ¶ *Clarum*, φανερόν. Erasmus. *Innotuerat*: id est ἐγνωρίσθη. Vulgata, *Manifestum*. quomodo etiam solemus alibi interpretari. ¶ *Ille qui baptizabat*, ὁ βαπτίζων. In vno codice legimus eodem sensu, ὁ βαπτιστής, Baptista: id est baptizator. Solent enim (vt sæpe diximus) Hebræi participia vsurpare loco nominum quæ verbalia vocamus: & Vetus interpres ita legit. ¶ *Virtutes agunt in eo*, ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ. Sic Eras. vertit: in eo tantùm dissentiens à Vetere interprete quòd maluit agendi verbo vti quàm operãdi. Vocat autem Marcus δυνάμεις hoc loco, non (vt paulò antè) facta illa Christi mirifica & vim omnem humanam superantia, sed ipsam potius vim & facultatem illa efficiendi. Quòd si pro factis ipsis accipere libeat, videtur etiam hic locus commodè sic posse passiuo verbo explicari, Efficiuntur istæ virtutes ab eo. Nam verbum ἐνεργοῦσι, pro ἐνεργοῦνται, accipi passiua significatione potest, vt ἀκούειν pro ἀκούεσθαι, apud Xenophontem: & τοὺς ἀποκεχρημένους pro ἀποκεχρημένοις, apud Herodotum. ἐν αὐτῷ verò pro ὑπ' αὐτοῦ vel δι' αὐτοῦ intelligi etiam potest, quum apud Hebræos ב (cui respondet præpositio Græca ἐν) omne causarum genus declaret. Et ita vertit Syrus interpres.

15 *Vel vnus ex Prophetis illis*, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν. Hic locus varias recipit interpretationes. Sic enim Vulgata, *Quasi vnus ex Prophetis*, omissa particula ἢ, quam etiam in sex vetustis exemplaribus non legimus, neque vertit Syrus interpres: vt sit hic sensus, Quosdam habuisse Iesum pro Propheta, eóque minimè vulgari, sed qui cum excellentissimo quouis veterum illorum conferri iure potuerit. Erasmus autem conuertit, *Vel tanquam vnus ex Prophetis*. vt sit hæc sententia, Alios dixisse Eliam esse, alios Prophetam in genere, alios neque pro Ioanne, neque pro Elia habuisse, sed admiratos ipsius facta, cunctabundos pronuntiasse, ipsum videri posse aliquem ex veteribus illis Prophetis qui resurrexisset. Cæterùm apparet ex collatione huius loci cum Luc. 9, 7. & 8. quadruplicem de Christo fuisse opinionem, sed tres tantùm fuisse opinantium ordines. Nam Herodes quidem, conscientia ipsum pungente, suspicabatur Christum esse rediuiuum Ioannem: alij dicebant Eliam esse: alij denique esse Prophetam, vel vnum ex veteribus illis, quorum videlicet libri legebantur; vel illis veteribus nihilo inferiorem.

16 *Iste est Ioannes quem ego decollaui*, ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ἐστιν. Ad verbum, Quem ego decollaui Ioannem, iste est: Græca constructione, sicut dixit Quintilianus, *Ne, quos porrexerim cibos, venena fiant.* Vetus interpres, *Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit.* Nam non legit οὗτός ἐστιν, & pro αὐτὸς ἠγέρθη, legit οὗτος ἠγέρθη, sicut etiam in vno vetusto exemplari scriptum legimus. Erasmus, *Cui ego præcidi caput, Ioannes iste est*: id est, ᾧ ἐγὼ ἀπέτεμον τὴν κεφαλὴν, οὗτός ἐστι. Cæterùm illud ἀκούσας δὲ interpretatus sum, *Quum igitur audisset*, potius quàm, *Quum audisset autem*, cum Erasmo: vel, *Quo audito*, cum Vetere interprete: quia existimo hæc esse dicta per epanalepsin. Apparet enim Euangelistam, ex his Herodis verbis, describendæ mortis Ioannis occasionem quæsiuisse.

17 *Ipse enim Herodes*, αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρώδης. In quodam exemplari scribitur, ὁ γὰρ Ἡρώδης, Herodes enim: idque fortassis rectius.

19 *Imminebat ei*, ἐνεῖχεν αὐτῷ. Vulgata & Erasmus, *Insidiabatur*: id est ἐπεβούλευεν αὐτῷ. Ego verò nusquam memini legere ἐνέχειν pro Insidiari. Interpretatur Hesychius ὀργίζεσθαι: sed aliquid etiam amplius videtur significare, nempe summam offensionem, quæ facit vt omnes captentur occasiones quibus cuipiam noceatur: quod Latini translatitiè declarant verbo Imminere. Itaque melius (opinor) explicat Eustathius Odyss. τ, κακῶς τινος ἔχειν, vt hic noster loquitur infrà 11. 25, & Ioannes Apoc. 2. 4. 14. 20 sed addito casu. Galli (vt opinor) hoc quam optimè exprimunt, quum dicunt, *en auoir à quelcun*.

20 *Auditóque eo*, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ. In quodam codice legimus καὶ ἀκούων αὐτοῦ, Et eum audiens. ¶ *Multa faciebat*, πολλὰ ἐποίει. In quodam codice legitur, πολλὰ ἠπόρει: id est, multum hæsitabat: vt qui animo esset ancipiti & dubio, vt planè nesciret quò se verteret. Hæc enim est vis verbi Dei, vt conscientias excitet, neque sinat reprobos torpere, quin saltem exagitent eos anxiæ cogitationes, donec in barathrum desperationis præcipitentur. Prior tamen lectio magis est recepta, adstipulante quoque Syro interprete.

λὰ ἐποίει, καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε.

21 Καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς χιλιάρχοις καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Γαλιλαίας·

22 Καὶ εἰσελθούσης τῆς θυγατρὸς αὐτῆς τῆς Ἡρωδιάδος, καὶ ὀρχησαμένης, καὶ ἀρεσάσης τῷ Ἡρώδῃ καὶ τοῖς συνανακειμένοις, εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κορασίῳ, Αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς, καὶ δώσω σοι.

23 Καὶ ὤμοσεν αὐτῇ, Ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοι, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου.

24 Ἡ δὲ ἐξελθοῦσα εἶπε τῇ μητρὶ αὐτῆς, Τί αἰτήσομαι; Ἡ δὲ εἶπε, Τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

25 Καὶ εἰσελθοῦσα εὐθέως μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα, ᾐτήσατο, λέγουσα, Θέλω ἵνα μοι δῷς ἐξ αὐτῆς ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

26 Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεύς, διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους, οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι.

27 Καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα, ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

28 Ὁ δὲ ἀπελθὼν ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ ἤνεγκε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν τῷ

faciebat, & ¨ libenter eum audiebat.

21 Quum igitur dies opportunus adesset, quo tempore Herodes in natalitiis suis cœnam faciebat ¨ optimatibus suis ac chiliarchis & ¨ primariis Galilææ:

22 Et introisset ¨ filia ipsius Herodiadis, ac saltasset, placuissétque Herodi, & simul accumbentibus, rex ait puellæ, Pete à me quodcũque volueris, & dabo tibi.

23 Iurauítque ei, Quodcunque à me petieris, dabo tibi, vsque ad dimidium regni mei.

24 At illa ¨ egressa dixit matri suæ, Quid petã? Illa verò dixit, Caput Ioannis Baptistæ.

25 *Puella* igitur ¨ cũ festinatione statim ad regem ingressa, *id* petiit, dicens, ¨ Velim vt ¨ iam nũc des mihi in patina caput Ioannis Baptistæ.

26 Rex autem ¨ valde tristis factus, ¨ noluit *tamen*, ¨ propter iusiurãdum & eos qui simul accumbebant, eam ¨ aspernari.

27 ¨ Et statim rex misso ¨ spiculatore, imperauit ¨ vt afferretur caput eius.

28 Ille verò abiit, ac decollauit eum in carcere: attulitque caput eius in patina, & dedit illud

dito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

21 *Et quum dies opportunus accidisset, Herodes in natali suo cœna fecit principibus & tribunis & primis Galilææ:*

22 *Quúmque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simúlque recumbentibus, rex ait puellæ, Pete à me quod vis, & dabo tibi.*

23 *Et iurauit illi, Quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei.*

24 *Quæ quum exiisset dixit matri suæ, Quid petã? At illa dixit, Caput Ioannis Baptistæ.*

25 *Quúmque introisset statim cũ festinatione ad regẽ, petiuit, dicẽs, Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.*

26 *Et contristatus est Rex: propter iusiurandum & propter simul discumbentes, noluit eam contristare.*

27 *Sed misso spiculatore præcepit afferri caput eius in disco.*

28 *Et decollauit eum in carcere: & attulit caput eius in disco, & dedit il-*

¶ *Libenter*, ἡδέως, id est ἀσμένως. Mirum est tyrannum libenter audiisse sententiam Domini in se latam. Sed ea est vis veritatis vt etiam qui illam pessimè oderunt, tamen reuereantur: nec dubium est quin aliquos rectos motus habuerit Herodes: sed cadebat semen in saxosa loca.

21 *Optimatibus*, τοῖς μεγιστᾶσιν. Vulg. *Principibus*. Erasmus *Primatibus*: quod nõ memini apud idoneos auctores legere. Nonnulli, magnates vocant, vocabulo (vt ego equidem existimo) parum Latino. Apparet autem in Oriente Megistanas appellatos qui à Latinis Proceres & Optimates vocantur, quasi Maximates dicas. Itaque non modò Suetonius, de Persarum rege loquens, Græcum vocabulum retinuit (vt obseruauit Erasmus) sed etiã Cornelius Tacitus de Armeniis agẽs. ¶ *Primariis*, τοῖς πρώτοις. Vulg. Primis. Eras. *Primoribus*: quum illud vocabulum hac significatione magis Latinum sit, & Græco optimè respondeat.

22 *Filia ipsius Herodiadis*, τῆς θυγατρὸς αὐτῆς τῆς Ἡρωδιάδος. In quodam exemplari scribitur αὐτοῦ, quam lectionem si sequaris, cõuertes hoc modo, Filia eius, scilicet Herodis, Herodias. Sed apparet ex Matthæo Herodiadem esse matris ipsius nomen: quam etiam testantur omnes veteres, non ex Herode Antipa, sed ex marito Philippo, hanc filiam sustulisse. ipsius autem filiæ nomen Euãgelistæ quidem non exprimunt, sed Iosephus Salomen vocat: in eo dissentiens à nostris: id est à veritate, quòd Herodiadem dicit nõ Philippo, sed Herodi secundo nuptam fuisse, quum eam Herodes iste, cognominatus Antipas, abduceret à marito.

24 *Egressa*, ἐξελθοῦσα: rectè. Nec enim solebant mulieres cum viris accumbere, vt etiam liquet ex Balsasaris conuiuio, quòd apud Danielem describitur: nec apud Græcos vt testatur Cic. 3. in Verrem.

25 *Cum festinatione*, μετὰ σπουδῆς. Ad verbum, Cum studio σπουδὴ enim Græcis dicitur studium, i. (vt Cicero interpretatur) assidua & vehemens ad aliquã rem magna cum voluntate applicatio. quod duobus modis hic vrgetur, nempe quòd & nulla interposita mora sese in viam dederit, & quòd celeriter ad regem accurrerit. Et certè à verbo σπεύδω deriuatur σπουδή. ¶ *Velim*, θέλω. Vulg. & Eras. *Volo*: quod Latinis videtur imperiosum. Vide infrà 10.35. ¶ *Iã nunc*, ἐξ αὐτῆς. Ad verbum, ex hac, videlicet hora. subauditur ὥρας: quod aliquando exprimitur, vt Matt. 15. v. 28. Vulg. & Eras. *Protinus*, quod aduerbium est variæ significationis, ideóque à nobis repudiatum. Deerant autem hæ duæ voces in duobus vetustis exemplaribus, & sanè rarò occurrunt. Vsurpantur tamen etiam à Paulo Philip. 2. v. 23.

26 *Valde tristis factus*, περίλυπος γενόμενος. Vulg. *Contristatus est*: id est ἐλυπήθη. Eras. *Dolore affectus*. Neuter satis expressit vim præpositionis περὶ, de qua diximus suprà Matt. 26. 38. quam etiam non omisit Syrus interpres. ¶ *Noluit* [*tamen*,] οὐκ ἠθέλησεν. Particula quam addidimus videtur sententiam illustrare: & sæpe apud Hebræos desideratur, vt diximus Matt. 1. v. 6. ¶ *Propter*, διά. Hoc refertur ad sequens verbũ ἠθέλησεν, non autem ad præcedẽtia: & post ὁ βασιλεύς, in quodam exemplari additũ erat ὡς ἤκουσεν, Vt audiuit. Hîc autẽ habemus exemplum hominis religione abutentis, qui tamen religiosus videri vult. ¶ *Aspernari*, ἀθετῆσαι. Vulg. *Contristare*: id est λυπῆσαι. quod à consequente demum intelligitur. Ἀθετεῖν verò propriè significat aliquid suo loco vt indignũ amouere, de ipsis reb. propriè dicitur, quæ suo loco amotæ pro cassis & irritis habentur, vt infrà 7. 30. Gal. 2. 21. & 3. 15. & 1. Tim. 5. 12. Iud. 8. Vbi verò personis ipsis tribuitur, cõmodè verbo *Dedignari* declaratur vt hoc loco, & Luc. 10. 16. & Ioan. 12. 48. & 1. Thess. 4. 8. Denique hoc idem verbum 1. Corinth. 1. 19. respondet verbo ἀπολεῖν, quod est, penitus abolere.

27 *Et statim*, καὶ εὐθέως. In vno codice legimus ἀλλ' εὐθέως. Sed statim. Vetus quoq; interpres legit ἀλλά: sed prætermisit ὁ βασιλεύς, eãque minimè necessariũ. ¶ *Spiculatore*, σπεκουλάτωρα. Vox Latina corrupta, i in ε mutato, sicut pleraq; alia passim reperiũtur, de quibus diximus Mat. 5. 29. vt λεγεών, legio in quo vocabulo eadẽ fit vocaliũ permutatio. Erãt aũt spiculatores, principũ satellites, sic dicti à gerẽdis spiculis: quorũ mẽtionẽ facit Corn. Tacit. Vnde Spiculatoria caliga apud Suetoniũ in Caligula, sicut Baysius rectè emẽdauit. ¶ *Vt afferretur*, ἐνεχθῆναι. Eras. *Inferri*, quòd accũberet videlicet quasi iusserit Herodes caput mẽsæ vt ferculum aliquod inferri. Vetus autẽ interpres post ἐνεχθῆναι legit ἐν δίσκῳ vel πίνακι, in disco: quũ id hoc loco nõ reperiatur in Græcis codicibus.

29 Cadauer

κορασίῳ, καὶ τὸ κοράσιον ἔδωκεν αὐτὴν τῇ μητρὶ αὐτῆς.

29 Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἦλθον, καὶ ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ, καὶ ἔθηκαν αὐτὸ ἐν μνημείῳ.

30 Καὶ συνάγονται οἱ ἀπόστολοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν.

31 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον, καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον. Ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοί· καὶ οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν.

32 Καὶ ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ κατ' ἰδίαν.

33 Καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι· καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν πολλοί. καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ, καὶ προῆλθον αὐτούς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν.

34 Καὶ ἐξελθὼν εἶδεν ὁ Ἰησοῦς πολὺν ὄχλον, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι ἦσαν ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα· καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς πολλά.

35 Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, προσελθόντες αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγουσιν, Ὅτι ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος καὶ ἤδη ὥρα πολλή·

36 Ἀπόλυσον αὐτούς, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν.

37 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ,

puellæ, & puella dedit illud matri suæ.

29 Quúmque *hoc* audissent discipuli eius, venerunt, & sustulerunt ¨ cadauer eius, & posuerunt in monumento.

30 ‖ Congregati sunt autem Apostoli ad Iesum, & annũtiauerunt ei omnia, & quæ egerant, & quæ docuerant.

31 Et dixit eis, ¨ Adeste vos priuatim in desertũ locũ, & requiescite paululũ. Erant enim multi venientes & abeuntes: & ne edere quidem ipsis vacabat.

32 ‖ ¨ Abierunt igitur in desertum locum nauigio seorsim.

33 Vidit autem eos abeuntes ¨ turba, & ¨ agnouerunt eũ multi: & ¨ pedibus ex omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, præuenerúntque eos, ¨ & vnà venerunt ad eum.

34 ‖ Tunc egressus vidit turbam multã Iesus, & commiseratione intima commotus est super eis, quoniam erant vt oues non habentes pastorem: cœpítque eos docere multa.

35 ‖ ¨ Quum autem iam multus dies esset, adierunt eum discipuli eius, dicentes, Desertus est locus iste, & ¨ iã multus dies est:

36 Dimitte eos, vt abeant in ¨ circumiacẽtes agros ac vicos, ¨ & emãt sibi panes: nam quod edant non habent.

37 At ille respondens dixit eis, Date vos ipsis quod edant.

lud puellæ, & puella dedit matri suæ.

29 *Quo audito discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.*

30 *Et conuenientes Apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei omnia quæ egerant & docuerant.* Luc. 9. 10.

31 *Et ait illis, Venite seorsum in desertum locũ, & requiescite pusillũ. Erant enim qui veniebãt & redibant multi: & nec spatium manducandi habebant.* Christum vel per ipsa deserta sectantibus non modò nihil deerit, sed etiam multũ superrit. Et quàm turpe ab eo qui vitã æternam donat, hãc caducam non expectare? Matth. 14. 13. Luc. 9. 10.

32 *Et ascendentes in nauim, abierunt in desertum locum seorsum.*

33 *Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos.*

34 *Et exiens vidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem: & cœpit illos docere multa.* Matt. 9. 36. & 14. 14. Luc. 9. 11.

35 *Et quum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes, Desertus est locus hic, & iam hora præteriit.* Matt. 14. 15.

36 *Dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos quos manducent.*

37 *Et respondens ait illis, Date illis vos manducare. Et dixerunt ei, Euntes*

29 *Cadauer*, πτῶμα. Vulg. *Corpus*: id est σῶμα, sicut apud Matthæum scribitur 14. 12. nullo quidem discrimine, si Grammaticis credimus, qui σῶμα propriè dici volunt τὸ ἄψυχον. Sed nimirum hoc ferre non possunt aures quorundam, ne cadauera videantur adorare.

31 *Adeste vos priuatim*, δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν. In meo vetustissimo codice legitur, δεῦτε, ὑπάγωμεν. Adeste eamus. Vulgata non legit ὑμεῖς αὐτοί, nec Syrus etiam interpres. Erasmus interpretatur, *Vos soli*: hoc est, dimissis cæteris. Positum enim est (inquit) αὐτοὶ pro Soli, quemadmodum καθ' ἑαυτὸν esse dicitur qui solus est absque arbitris. quam expositionem iudico planè esse violentam. Itaque putarim potius alterum redundare, vel etiam ὑμεῖς ex albo irrepsisse in contextum. ¶ *Et ne edere quidem ipsis vacabat*, καὶ οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν. Vulgata, *Et nec spatium manducandi habebant*: quum in hoc genere dicendi μηδὲ idem valeat quod Nequidem: & εὐκαιρεῖν aliquid amplius significet quàm spatium habere. In quodam codice legimus, οὐδὲ φαγεῖν εὐκαιρίαν εἶχον eodem sensu.

32 *Abierunt igitur*, καὶ ἀπῆλθον. Erasmus legit ἀπῆλθεν, abiit, singulari numero, sed malé. Vulgata, legit, καὶ ἐμβάντες εἰς τὸ πλοῖον ἀπῆλθον, Et cõscenso nauigio abierunt &c. quod optimè conuenit.

33 *Turba*, οἱ ὄχλοι Hoc non legit Syrus interpres, neque noster Vetus, nec etiam in veteribus codicibus reperimus. ¶ *Agnouerunt eum*, ἐπέγνωσαν αὐτόν. In quatuor exemplaribus scribitur αὐτοὺς eos: quod videtur legisse Vetus interpres, sed noluit repetere tanquam superuacuum. ¶ *Pedibus*, πεζῇ. Vulgata, *Pedestres*: id est πεζοί, sicut etiam legimus in vetustis duobus exemplaribus. Erasmus, Pedestri itinere, vt subaudias ὁδῷ. ¶ *Et vnà venerunt ad eum*, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν. In vno codice, pro πρὸς αὐτὸν, scribitur αὐτοῦ, id est eò. Syrus & Vetus noster interpres totum hoc membrum non legerunt. Complutenses verò pro συνῆλθον Conuenerunt, impresserunt ἦλθον, Venerunt.

35 *Quum autem iam multus dies esset*, καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, Vulg. ad verbum, *Et quum iam hora multa fieret*: quæ versio est obscura & parũ Latina. Dicunt enim Latini multum diem, nõ multam horã. Cicero Attico, *Multus sermo ad multũ diem*. Itẽ Cæsar, *Multo die cognouit à suis montẽ teneri*. Itaque miror Erasmum sic maluisse interpretari, *Et quum iam multũ diei præterisset*, i. καὶ ἤδη πολλῆς ὥρας, vel ἡμέρας, διελθούσης. ¶ *Iã multus dies est*, ἤδη ὥρα πολλή. Sic Latini loquuntur. Vulg. *Hora præteriit*: id est ὥρα παρῆλθεν. vt Matth. 14. 15. Erasmus *Multũ temporis effluxit*: quod Græcis non respondet. Quoddam exemplar pro ἤδη, scriptum habet articulum fœmininum ἡ. Vide Matth. 14. 15.

36 *Circumiacentes agros*, τοὺς κύκλῳ ἀγρούς. Hîc videtur κύκλῳ quodammodo degenerare in aduerbium: paulo aliter tamen quàm suprà hoc eodem capite versu 6, vbi vertimus, In orbem, quoniam articulum non habebat adiunctum. hîc autem videtur elliptica esse oratio, quam sic explere possis, τοὺς ἐν κύκλῳ κειμένους: id est περιχώρους. Vulgata vertit, *Proximas*: id est τοὺς ἐγγύς, quod etiam scribitur in quodam exemplari. ἀγροὺς verò cõuerti agros potius quàm villas: qua de re diximus aliquid Matth. 22. 5. ¶ *Emant sibi panes: nam quo vescantur non habent*, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους. τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσι. positum videtur τί pro ὅ,τι. Vetus interpres, *Emant sibi cibos quos manducent*. Nam etiam in quodam codice scribitur ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τί φάγωσιν.

37 [*Num*] *profecti emerimus*, ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν. Quãuis in nonnullis codicibus hæc periodus legatur absque nota interrogante, tamen quum hæc à discipulis dicantur non inter sese deliberantibus, sed alloquentibus Dominum, existimo cum interrogationis aut admirationis potius nota legi oportere. Est enim interrogatio sed cum admiratione, atque adeo cum ironia quadam coniuncta: quo dicendi genere vtimur quum indignantes aliquid

negamus fieri posse vel debere, vt supplere necesse sit quippiam, sicut hoc loco fecimus. Quòd si ἀγοράσωμεν legas, & paulò pòst δώσωμεν, sicut etiam in duobus manuscriptis codicibus scribitur subaudienda tantùm erit particula interrogans, quæ sæpe prætermittitur, adiuuante pronuntiationem accentu: & ita conuertemus, *Num abeuntes ememus panes ducentis denariis, & dabimus eis ad vescendum?* Quod autem ad ducentorum denariorum summam attinet, si ex Budæi calculo singulos denarios tribus assibus regiis & semisse æstimemus, fient Franciçe libræ, 35. quas Turonenses vocamus à Parisiensibus distinctas, ex quibus singulis si empti essent vilissimo pretio centum panes, ne sic quidem plures essent empti panes quàm 3500, qui nullo modo sufficerent, quinque virorum millibus absque mulieribus & pueris. Sed ex coniectura loquuti sunt discipuli, quum turbam non recensuissent. quod postea facile fuit facere, illis per centenos & quinquagenos distributis.

Ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν διακοσίων δηναρίων ἄρτους, καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν;		Tunc dicunt ei, *Num* profecti emerimus ducentis denariis panes, & dederimus eis edendos?		*emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare?*
Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, Πόσους ἄρτους ἔχετε; ὑπάγετε καὶ ἴδετε. Καὶ γνόντες, λέγουσι, Πέντε, καὶ δύο ἰχθύας.	38	Ipse verò dixit eis, Quot panes habetis? abite & videte. Et illi re cognita, dixerunt, Quinque, & duos pisces.	38	*Et dicit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et quum cognouissent dicũt, Quinque, & duos pisces.*
Καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι πάντας συμπόσια συμπόσια ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ.	39	Tunc imperauit iis vt accumbere curarent omnes per cõuiuia super viridi gramine.	39	*Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum.*
Καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ, ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα.	40	Recubuerũt igitur sigillatim per areolas, *partim* centeni & *partim* quinquageni.	40	*Et discubuerũt in partes per centenos & quinquagenos.*
Καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησε, καὶ κατέκλασε τοὺς ἄρτους· καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα παραθῶσιν αὐτοῖς· καὶ τοὺς δύο ἰχθύας ἐμέρισε πᾶσι.	41	Et acceptis quinque illis panibus, ac duobus illis piscibus, suspiciẽs in cælũ, benedixit, ac fregit panes: deditq; discipulis suis vt illis apponerent: & duos pisces partitus est omnibus.	41	*Et acceptis quinque panibus & duobus piscibus, intuens in cælum, benedixit, & fregit panes: & dedit discipulis suis vt ponerent ante eos: & duos pisces diuisit omnibus.*
Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν.	42	Ederúntque omnes, & saturati sunt.	42	*Et manducauerunt omnes, & saturati sunt.*
Καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων.	43	Et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos, & ex piscibus.	43	*Et sustulerũt reliquias fragmentorum, duodecim cophinos plenos, & de piscibus.*
Καὶ ἦσαν οἱ φαγόντες τοὺς ἄρτους, ὡσεὶ πεντακισχίλιοι ἄνδρες.	44	Erãt autẽ qui panes illos ederant quasi quinquies mille viri.	44	*Erant autem qui manducauerunt, quinque millia virorum.*
Καὶ εὐθέως ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδὰν, ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ τὸν ὄχλον.	45	Et statim coëgit discipulos suos inscendere nauigiũ, & præire in vlteriorem *ripam* Bethsaidæ oppositam, dum ipse dimitteret turbam.	45	*Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum.*
Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἀπῆλθεν	46	Et quum amandasset eos,	46	*Et quum dimisisset eos,*

Matt.14.17 Luc.9.13. ioh.6.9

Fidos seruos Dei post leues labores manet grauissima tempestas, quã absens corpore Christus, virtute præsens sic moderatur vtquo tempore, & qua ratione minimè expectant, in felicitatis portum prouehãtur. Vera Ecclesiæ in hoc mũdo fluctuantis imago.

37 *Recognita*, γνόντες, *scilicet* τοῦτο nempe quot panes haberent. Vulg. & Eras. *Et quum cognouissent*: nimium obscuré.

39 *Vt accumbere curarent*, ἀνακλῖναι. Hoc verbum quum propriè neutrum sit, hîc degenerat in formam coniugationis Hiphil. In editione verò Basiliesi legitur ἀνακλιθῆναι passiua significatione, quasi dicas, Reclinari. Vulg. & Eras. *Vt facerent accumbere*. Vide infrà 7. versu 37.

¶ *Per conuiuia*, συμπόσια συμπόσια. Vulg. *Secundum contubernia*. Erasm. *Distributim conuiuiis*. Neuter satis commodè, ni fallor. Hebræi, prò distributiuis, quibus carent, vti solent vocabulis geminatis: veluti si binos intelligant, dicunt δύο δύο, vt suprà 6.7. id est, vt versiculo sermone dicimus, *deux à deux*. Græci verò adhibent in eum vsum præpositionem κατὰ. Itaque conuerti perinde acsi scriptum esset κατὰ συμπόσια, & paulo pòst πρασιαὶ πρασιαὶ, id est, κατὰ πρασιὰς. συμπόσια autem (id est conuiuia) vocat quæ vulgò vocamus *tablees*: id est, numorum hominum quantum potest vna mẽsa capere. Necesse enim fuit tantam multitudinem in varias tanquam turmas cõuiuarum distribui. Hoc vidit Erasmus, sed obscurè admodum explicauit. ¶ *Super*, ἐπὶ. Erasmus, *In*. Sed illa certè interpretatio melius conuenit, & propria est huic præpositioni quoties tertio casui iungitur. Itaque Vulgatam versionem retinui.

40 *Per areolas*, πρασιαὶ πρασιαὶ. Vel, vno vocabulo, Areolatim. Dicuntur enim πρασιαὶ, hortorum areolæ. Distributis igitur turmis conuiuarum super viridi gramine, videri poterant prata in totidem veluti areolas distincta. Vulg. *Per partes*: id est κατὰ μέρη. Eras. *Diuisi in viridaria*: id est κατὰ κήπους. ¶ [*Partim*] *centeni* & [*partim*] *quinquageni*, ἀνὰ ἑκατὸν, καὶ ἀνὰ πεντήκοντα. De ἀνὰ præpositione diximus Matth. 20. 9. cuius loco in vetustissimo meo codice legitur κατὰ. Vulgata, *Per centenos & quinquagenos*. Eras. *Centeni & quinquageni*: quæ vtraque versio sic posset intelligi quasi singulæ cõuiuarum cateruæ centum quinquaginta conuiuas fuerint complexæ. Itaque vt eam amphiboliam vitarem, quæ non est in Græco sermone, addidi particulam partim. Quãuis autem in ea re parum esse momenti quibusdam videri possit, nemini tamen hæc diligentia displicere debet.

41 *Benedixit*, εὐλόγησε. id est, gratias egit Deo patri, & nomen eius inuocauit. etiamsi ex Luca τοὺς ἄρτους commodè repeti potest ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, vt dicemus Luc. 9.16. Hoc autem placuit admonere, quia multi verbum Benedicendi, quoties occurrit, nimis cupidè sine iudicio arripiunt, vt transferant in alienum sensum: præsertim superstitiosi, qui pro suo more imaginantur signum crucis in aërẽ sparsum. quod quidẽ non minus hîc est absurdũ quàm si quis Christum dicat istis panibus egisse gratias. Nam εὐλογεῖν hoc loco idem valere quod εὐχαριστεῖν, nemo dubitabit qui hunc versiculum compararit cum cap. 8. v. 6. ¶ *Partitus est*, ἐμέρισε. Syrus interpres legit ἐμέρισαν; Partiti sunt, videlicet discipuli: & fortassis rectius. quanuis id possit dici fecisse Christus, quod eius mandato fecerunt discipuli, vt quum dicitur panes fregisse. Non enim est verisimile panes totos fuisse ab ipsomet frustulatim confractos.

44 *Qui comederant*, οἱ φαγόντες. Complutẽsis addit τοὺς ἄρτους panes illos. ¶ *Quasi*, ὡσεὶ, i. ferè. Terẽtius, *Quasi ad talenta decem coëgi*. Vet. interpres hanc particulam nõ legit, neq; etiã vetusti nostri codices addunt: neque Syrus interpres.

45 *Bethsaida oppositam*, πρὸς Βηθσαϊδὰν i. versus Capernaũ quæ intericcto sinu obuersa est Bethsaidæ, vt liquet ex Ioh. 6.17, & 21. Itaque non est hoc connectendum cum verbo προάγειν, sed sic declaratur τὸ πέραν.

46 *Et quum amandasset eos*, καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Hoc illó verbum etiam significat Valedicere, vt Act. 18. 18. & 21.

sed de iis propriè dicitur ad quos incerti sumus an simus redituri, vel etiam à quibus penitus recedimus, dicitúrque tum de personis, tum de rebus, orta ex eo significatione quòd ita ab aliquo discedentes soleant res suas prius componere: sicut etiam vernaculo sermone dicimus, *dire à dieu*, vt Luc. 9. 61. quòd tamen non esse perpetuum apparet, tum ex hoc loco, tum etiam ex Luc. 9. 61, Act. 18. 21, & 2. Corint. 2. 13. Vulgata & Erasmus, *Quum dimisisset*, id est ἀπολύσας, vel potius ἀπολυσάμενος. ¶ *Eos*, αὐτοῖς. Discipulos videlicet. Nã quanuis istud ad turbam etiam referri posse videatur, tamen verisimile est de discipulis intelligendum, quos iusserat traiicere: quum subducere se potius à turba soleat, quàm palàm illi valedicere.

εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.		abiit in mõtem ad precandum.		*abijt in montem orare.*
Καὶ ὀψίας γενομένης ἦν τὸ πλοῖον ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης, καὶ αὐτὸς μόνος ἐπὶ τῆς γῆς.	47	Quum autem serum *diei* adesset, erat nauigium in medio mari, & ipse solus in terra.	47	*Et quum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra.*
Καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν· (ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐναντίος αὐτοῖς) καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτοὺς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης· καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς.	48	Viditque eos vexatos in *nauigio* prouehendo: (erat enim ventus eis contrarius) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans super mare: volebátque eos præterire.	48	*Et videns eos laborantes in remigando: (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans supra mare: & volebat præterire eos.*
Οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὸν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἔδοξαν φάντασμα εἶναι· καὶ ἀνέκραξαν.	49	Illi verò viso eo ambulante super mare, putarunt spectrum esse: & exclamauerunt:	49	*At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerũt phantasma esse, & exclamauerunt:*
Πάντες γὰρ αὐτὸν εἶδον καὶ ἐταράχθησαν, καὶ εὐθέως ἐλάλησε μετ᾽ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς, Θαρσεῖτε. ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε.	50	Omnes enim videbant eum, & turbati sunt: sed statim loquutus est cum eis, & dixit Cõfidite, ego sum, ne metuite.	50	*Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt, & statim loquutus est cũ eis, & dixit eis, Confidite, ego sum, nolite timere.*
Καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος· καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο, καὶ ἐθαύμαζον.	51	Tunc ascendit ad eos in nauigium, quieuítque vẽtus: & ipsi multo magis apud sese obstupescebant, & mirabantur.	51	*Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit ventus, & plus magis intra se stupebant.*
Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις· ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη.	52	Non enim attenderant *quod factum fuerat* illis panibus: quoniam cor eorum occalluerat.	52	*Non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.*
Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν Γεννησαρέτ, καὶ προσωρμίσθησαν.	53	Et quum traiecissent venerunt in terram Genezaret: & appulerunt.	53	*Et quum transfretassent venerunt in terram Genezareth: & applicuerũt.*
Καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτὸν,	54	Tũc ipsis egressis è nauigio, statim *homines loci illius* agnito eo,	54	*Quúmque egressi essent de naui, continuò cognouerunt eum,*
Περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξαντο ἐπὶ τοῖς κραββάτοις τοὺς κακῶς ἔχοντας περιφέρειν, ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι.	55	Discursantes per totam circumiacentem regionem, cœperunt in grabbatis malè affectos eò circumferre vbi audiebant eum esse,	55	*Et percurrentes vniuersam regionem illam, cœperunt in grabbatis eos qui se malè habebant circumferre, vbi audiebant eum esse.*

Mat.14.23 ioh.6.16

Christus in patria reiectus, ex improuiso ad eos appellens à quibus minimè expectabatur, recipitur magno ipsorum bono.

48 *Vexatos*, βασανιζομένους, id est tempestate maxima iactatos. Vide Mat. 24. 24. Vulg. *laborantes* non satis expressè. ¶ *In prouehendo*, ἐν τῷ ἐλαύνειν, subaudi τὸ πλοῖον, *nauigio*. Est enim τὸ ἐλαύνειν nautarum, qui remis prouehunt nauem: & metaphoricè ad equites & aurigas transfertur. Verbo autem Prouehendi vtitur etiam absolutè Plinius lib. 21. c. 13. *In Hispania* (inquit) *mulis prouehunt*, loquens de nauibus, quibus imposita aluearia prouehuntur. Vulg. & Eras. *In remigando*. id est ἐν τῷ ἐρέσσειν vel κωπηλατεῖν. ¶ *Et circa quartam vigiliam*, καὶ περὶ τετάρτην φυλακήν. Eras. pro καὶ vertit *At*, quod non videtur huic loco satis conuenire. Certè in vetusto quodam exemplari, initio huius versiculi, pro καὶ εἶδεν scribitur καὶ ἰδὼν, absque copula antè ἔρχεται.

51 *Et multo magis*, καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ. i. καὶ πολὺ μᾶλλον. Vulgata, *Et plus magis*. quod est barbarè & obscurè dictum. Erasmus, *Et vehementer supra modum*: i. καὶ σφόδρα ὑπερμέτρως. Cæterum λίαν idem valet quod πάνυ: ἐκ περισσοῦ verò, est ex abundanti, pro quo etiam vulgò dicimus *d'abondant*. quasi dicat Euangelista, tantum abfuisse vt quum cognouissent spectrum non esse, desierint obstupescere, vt etiam multò magis quàm antea sint perculsi, quum viderent vẽtos ac mare ipsius imperio acquieuisse. ¶ *Et mirabantur*, καὶ ἐθαύμαζον. Hæc desunt in vetusto vno codice: & sanè videri possunt adiectitia: quod etiam suspicatus est Erasmus: nisi dicamus idem istud esse, atque, Præ admiratione. Nam ἐξίστασθαι longe plus est quàm θαυμάζειν.

52 *Non enim attenderant* [*quod factum fuerat*] *illis panibus*, οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. id est, Miraculum illud quinque panum non satis considerauerant: adeò vt ista Christi virtus illis non multo minus esset noua quàm si miraculo illi recèns facto non interfuissent. Vulgata & Erasmus, *Non enim intellexerant de panibus*: id est, περὶ τῶν ἄρτων. Ego malui aliquid supplere. Nam alioqui noua est ista cõstructio verbi συνιέναι. Itaque sic videntur etiam Græca explenda, οὐ γὰρ συνῆκαν τὸ πραχθὲν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. &, τὸ συνιέναι positum erit ἀντὶ τοῦ προσέχειν τὸν νοῦν.

¶ *Occalluerat*, ἦν πεπωρωμένη. Vulgata & Erasmus, *Erat enim obcæcatum*: id est, ἦν γὰρ πεπηρωμένη. Suprà autem cap 3. 5. docui πώρωσιν aliud esse quàm πήρωσιν, adeo quidem vt aliquid etiam amplius quàm σκληροκαρδίαν declaret: quanuis hoc in loco stupiditatem & vecordiam duntaxat significet: sed penè tamen incredibilem, quum ij ipsi & illos quinque panes distribuissent, & duodecim cophinos reliquiarum suis ipsorum manibus asportassent. Cæterùm in tribus vetustis codicibus pro ἦν γὰρ, scribitur, ἀλλ᾽ ἦν πεπωρωμένη, id est, Sed occalluerat.

53 *Appulerunt*, προσωρμίσθησαν. Vulgata, *Applicuerunt*: quod verbum latius patet quàm προσορμίζεσθαι, id est ἐλλιμενίζειν. Quamobrem etiam Erasmus vertit, *Applicuerant in portum*. Ego verò malui verbo Appellendi vti, quod & ipsum propriè dicitur, quum ex pelago aut freto aliquis πρὸς ὅρμον id est ad littus applicuit, quod Gallicè diceris, *ils prindrent port*.

55 *Discursantes*, περιδραμόντες. In quodam codice additum erat, οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου, id est eius loci homines. quod apud Matthæum etiam habetur: & sanè præteriri non potuit, quoniã alioqui nihil erit cum quo participia ista cohæreat. De discipulis enim ipsis istud vix possit cõmodè intelligi. Sed & περιέδραμον legas, i. Percurrerũt, sicut in vno vetusto codice scribitur, & paulo pòst καὶ ἤρξαντο, addit videlicet

copula. ¶ *Vbi audiebant eum esse*, ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι. Erasmus, *Quum audissent eum illic esse*. Putauit enim ὅπου esse aduerbium temporis, sicut apud Latinos interdum. Vbi pro Postquam accipitur: quasi hoc sit ad eos referendum qui quum Iesum agnouissent, statim cæteris nuntiarint illum adesse: illi verò quum hæc audissent, ægrotos ad eum adduxerint. Sed τὸ περιφέρειν, ostẽdit istos huc & illuc discurrisse, eò nimirum vbi Iesum esse intelligebant, qui regionẽ illam peragrabat. Deinde quod paucis dixerat Marcus, sequente versiculo pluribus explicatur: vt minime dubium sit quin Vetus interpretatio retinenda sit. Nam aduerbium ἐκεῖ ex idiotismo Hebræorum redundat, & in vno etiam vetusto exemplari non legitur.

56 Καὶ ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο εἰς κώμας, ἢ πόλεις, ἢ ἀγρούς, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐτίθουν τοὺς ἀσθενοῦντας· καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται· καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ ἐσώζοντο.

Κεφάλαιον ζ.

1 ΚΑΙ συνάγονται πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι, καί τινες τῶν Γραμματέων, ἐλθόντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων.

2 Καὶ ἰδόντες τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ κοιναῖς χερσί (τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις) ἐσθίοντας ἄρτους, ἐμέμψαντο.

3 Οἱ γὰρ Φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων.

4 Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται,

Matt. 15. 1 Nulli magis resistunt sapientiæ Dei quàm quos oportuit omnium esse sapientissimos: Idque suarum traditionum zelo, quoniam nulla in re sibi magis quàm in superstitione (id est cultu [illegible] Dei cultu) hominibus placent.

56 Et quocunque introibat in vicos, aut vrbes, aut agros, in foris ponebant infirmos: & precabantur eum vt vel fimbriam pallij ipsius tangerent: & quotquot tangebant eum, seruabantur.

CAP. VII.

1 TVnc congregati sunt ad eum Pharisæi, & quidam ex Scribis, qui venerant Hierosolymis.

2 Et quum vidissent quosdam ex discipulis eius pollutis manibus (id est illotis) edere panem, conquesti sunt.

3 Nam Pharisæi & omnes Iudæi, nisi pugno lauerint manus, non edunt, retinentes traditionem seniorum.

4 Et à foro venientes, nisi loti

56 *Et quocunque introibat in vicos, vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tãgerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.*

CAP. VII.

1 *ET conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis venientes ab Ierosolymis.*

2 *Et quũ vidissent quosdam ex discipulis eius cõmunibus manibus (id est non lotis) manducare panes, vituperauerunt.*

3 *Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum.*

4 *Et a foro, nisi baptizentur*

56 *In foris*, ἐν ταῖς ἀγοραῖς. Vulg. *In plateis*, id est, ἐν πλατείαις, sicut in quodam exemplari legimus. Quanquam (vt annotat Erasmus) paruum in eo sit discrimen, quum platea pro foro esse possit. ¶ *Tangebant eum*, ἥπτοντο αὐτοῦ, vel tangebant eam, videlicet fimbriam. Potest enim vel ad κράσπεδον referri, vel ad ipsum Christum. Nam de ea quæ vestimentum illius tetigerat, dicit Dominus, Quis me tetigit?

IN CAP. VII.

1 *Tunc coguntur*, καὶ συνάγονται. Vulg. & Erasm. *Et conueniunt*, id est, καὶ συνέρχονται: quum plerumque τὸ συνάγεσθαι vertant Congregari. Particulam autem καὶ expressi (vt alibi sæpe) per aduerbium temporis. Nam præterquam quòd ea significatio melius videtur conuenire, Matthæus quoque cap. 15. 1, scriptum habet, τότε προσέρχονται.

2 *Pollutis*, κοιναῖς. Vulg. & Eras. ad verbum, *Communibus*, id est (vt ipse explicat) illotis. Neque tamen nostra interpretatio falsa est. Nam idcirco Pharisæi illotis manibus cibum capi notabant, ne fortè rerum aliquarum interdictarum attrectatione per imprudentiam illas polluissent. Vide Matth. 15. 11. Act. 10. 14. ¶ *Edere panem*, ἐσθίοντας ἄρτους. Apud Græcos sæpe participia pro infinitis verborum modis ponuntur. Edere autem panem, Hebræorum idiotismo, idem valet quod Cibum capere, vt alibi diximus. ¶ *Conquesti sunt*, ἐμέμψαντο. Vulgata, *Vituperauerunt*. Erasmus, *Incusabant*, siue *accusarunt*. quas omnes significationes admittit verbum Græcum μέμφεσθαι: quia nimirum eos de quibus conquerimur, vituperare & accusare solemus. Ego eam significationem sum amplexus, quæ huius verbi propria est, ni fallor: præsertim quoties absolutè ponitur: quam etiam Erasmus annotauit.

3 *Pugno*, πυγμῇ. Sic citatur etiam hic locus apud Epiphanium, lib. 1, vbi agit de Scribis. Vulgata & Erasmus verterunt, *crebrò*: vt meritò suspicetur Erasmus Veterem interpretem legisse non πυγμῇ, sed πυκνῇ. Et certè in meo vetustissimo codice legitur πυγνῇ fortasse pro πυκνῇ: nisi in interpretatione Latina non minus vetusta, & quæ Græcis è regione est opposita, legeretur non crebrò, sed Primò, fortasse pro Pugno. Verùm præterquam quòd hæc lectio nullius alterius veteris codicis, quem mihi inspicere licuerit, auctoritate fulcitur, & hoc aduerbium non minus est inusitatũ quàm πυγμῇ, (potius enim dicimus πυκνά, vel πυκνῶς) vereor ne ipsa etiam sententia aliam interpretationem postulet. Theophyl. interpretatur, ἄχρι τοῦ ἀγκῶνος, id est Ad cubitum vsque: quasi cubitaliter dicas. Sed πυγμὴ neque πῆχυν declarat, id est cubitum, (nisi pro cubiti mẽsura, eáque decurtata, accipias: quanuis aliter scribat Erasmus) neque ἀγκῶνα, id est, ipsam lacerti iuncturam, vbi os exterius eminet, quod nonnulli volunt ab Hippocrate κύβιτον vocari. Deinde huius ritus ac consuetudinis nulla (quod sciam) apud alios scriptores fit mẽtio, vt hæc Theophylacti interpretatio ne verisimilis quidem mihi videatur. Ego igitur simplicem Græci vocabuli significationem sequutus sum, ex quo intelligamus summo studio affectatas fuisse istas ablutiones à Iudæis, vt facere solent qui manum manui affricant, & pugnum inserunt alterius palmæ: assentiente mihi quoque Syra interpretatione quæ pro πυγμῇ habet רבטילאית [*dabbetilaith*] id est sedulò & accuratè, vt qui Luc. 1. 39. μετὰ σπουδῆς vertterit בטילאיא [*betilai*.] Id verò quàm bene conueniat constabit ex iis quæ Munsterus de his rebus annotauit in Deut. 8, ex Hebræo Centũ benedictionũ libro *Tradunt*, inquit, *manus primùm abluẽdas & tergendas, alioqui panis qui comeditur, immundus iudicatur*. Et mox, *Fũdẽda est aqua tribus vicibus super manus: in prima fusione sunt digiti sursum leuandi, in posterioribus demittendi. Sunt manus simul lauanda non vna post alteram. Denique opus est, vt in ablutione manuum, sinistra tanquam famula, subseruiat dextræ.* ¶ *Retinentes*, κρατοῦντες. id est, studiosè ac pro viribus obseruantes. quod etiam obtinendi verbo significatur, vt in illo Terentij, *Antiquum obtines*. Est autem quædam emphasis τοῦ κρατεῖν, hoc loco: quam optimè videtur Cicero his verbis explicare pro Flacco, *O morem*, inquit, *præclarum, disciplinamque quam à maioribus accepimus, si quidem teneremus: sed nescio quo pacto iam de manibus elabitur*. Declaratur enim hoc verbo vis quædam quæ à Græcis κράτος vocatur. Ideo interdum significat Vi capere, quod vno verbo dicimus Prehendere: interdum verò Coërcere: interdum etiam, Totis viribus retinere, vt hoc loco. Quod autem attinet ad Traditiones & Seniorum nomen, vide Matth. 15. v. 2, & suprà 6, 52.

4 *A foro* [*venientes*] ἀπὸ ἀγορᾶς. In meo vetustissimo exemplari additur. ὅταν ἔλθωσι, quod etiam in quibusdam veteris editionis exemplaribus est expressum. Designatur autem hoc loco peculiaris circunstantia: quasi videlicet isti etiam quum domi tantum sua curabant, diligenti tamen ablutione manuum vsi fuerint: quum verò in forum procedebant, publicum videlicet munus obituri, vel cum vario genere hominum, vt fieri necesse est, versaturi, quorum aliqui essent foris vel intus immundi, tum vniuersi corporis ablutionem vsurparint. ¶ *Loti fuerint*, βαπτίσωνται. Vulg. *Baptizentur*. quod meritò mutauit Eras. quũ hic de solenni illa ablutione non agatur, cui (vt antè dixi) lõga iam consuetudine Ecclesiarum omnium, dicata & consecrata est Baptismi appellatio. Plus autem est βαπτίζεσθαι hoc in loco, quàm χερνίπτειν, quòd illud videatur de corpore vniuerso, istud de manibus duntaxat intelligendum. Neque verò τὸ βαπτίζειν significat Lauare, nisi à consequenti. Nam propriè declarat

declarat Tingendi causa immergere. Plut. περὶ δεισιδαιμονίας, βάπτισον σεαυτὸν εἰς θάλασσαν. Nazianz. oratione, εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. Μὴ γινώμεθα χειροκάπηλοι καὶ χειρέμποροι, μηδὲ φορτιζώμεθα πλεῖον ἢ δυνάμεθα φέρειν, ἵνα μὴ αὐτάνδροι τῷ βαπτιζώμεθα, καὶ τὸ χάρισμα ναυαγήσωμεν. Ideo etiã translatitiè accipitur pro μεθύσκεσθαι apud Plat. in Symp. Sicut Latinis qui ebrius est, madidus interdum vocatur: cui opponitur siccus, id est sobrius. Vide Matth. 3. 11.

οὐκ ἐσθίουσι. καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων, καὶ ξεστῶν, καὶ χαλκίων καὶ κλινῶν.

5 Ἔπειτα ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς, Διατί οἱ μαθηταί σου οὐ περιπατοῦσι κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, ἀλλὰ ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίουσι τὸν ἄρτον;

6 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν, ὡς γέγραπται, Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.

7 Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.

8 Ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων· καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε.

9 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὴν παράδοσιν ὑμῶν τηρήσητε.

fuerint, nõ edũt. Et alia multa sunt quæ acceperunt retinenda, *nempe* lotiones poculorum, & sextariorum, & æramentorum, & lectorum.

5 Deinde interrogarunt eum Pharisæi & Scribæ, Quare discipuli tui non ambulant secundũ traditionem Seniorum, sed illotis manibus edunt panem?

6 Ille verò respondens dixit eis, Bene certè prophetauit Esaias de vobis hypocritis: vt scriptum est, ‖ Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum procul distat à me.

7 Frustra verò me colunt, docentes doctrinas, *quæ sunt* præcepta hominum.

8 Nam omisso præcepto Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones sextariorum & poculorum: aliáque similia huiusmodi multa facitis.

9 Præterea dixit eis, *Sanè* belle irritum facitis mandatũ Dei, vt traditionẽ vestrã obseruetis.

tur non comedunt. Et alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum.

5 *Et interrogabant eum Pharisæi & Scribæ, Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem?*

6 *At ille respondens dixit eis, Bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis: sicut scriptum est, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè abest à me.*

7 *In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum.*

8 *Relinquentes enim mãdatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum & calicum: & alia similia his facitis multa.*

9 *Et dicebat illis, Bene irritum facitis præceptum Dei, vt traditionem vestram seruetis.*

Hypocrisis perpetua superstitionis comes. Esa. 29. 13 Matth. 15. 8 Quò magis satagunt superstitiosi, eò magis delirant, dum sibi promittunt se Deum demereri. Superstitiosorum commenta legem Dei non modò nõ perficiunt (vt ipsi non sine blasphemia vulgo persuadent) sed etiã penitus tollunt.

¶ *Non edunt*, οὐκ ἐσθίουσι. Vulgata, superiore versiculo vertit, *Non manducant*: hoc autem loco, *Non comedunt*. Erasm. qui hanc Veteris interp. inconstantiam reprehendit, priore loco interpretatur, *Capiunt cibum*: posteriore, *Non comedunt*. Ego verò iam antè admonui, pro φαγεῖν, nos Vesci dicere, pro ἐσθίειν, Edere: nisi quum Latinæ linguæ ratio nos cogit ista permutare. ¶ *Acceperunt retinenda*, παρέλαβον κρατεῖν. Quid propriè declaret τὸ παραλαμβάνειν, admonet hoc loco Erasmus, & nos exposuimus Matth. 1. 20. Vulg. *Quæ tradita sunt illis seruare*. Erasm. *Quæ susceperunt seruanda*. ex cuius annotationibus apparet nonnullos codices non κρατεῖν, sed τηρεῖν scriptum habere, eodem tamen sensu seruato. Ab hac autem consuetudine de qua hîc agitur, Pharisæi peculiari epitheto vocantur βαπτισταὶ à Iustino, in dialogo πρὸς Τρύφωνα. ¶ *Et sextariorum*, καὶ ξεστῶν. Vulg. & Eras. *Vrceorum*. Ξέστην Romanam esse vocem corruptam, vel ex Galeno constare potest, qui lib. 1. De compositione medicamentorum secundum genera, sic ait, de Andromacho iuniore loquens, καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις ὅπως ἐν Ῥώμῃ διατρίβων, αὐτὶ λιτρῶν ἐνόμαζε κοτύλας. ἐπικεχώρηκε γὰρ ταῦτα ὀνόματα τό, τε τῆς λίτρας, καὶ τὸ τοῦ ξέστου, καὶ τὸ τῆς οὐγγίας. Idem, παρὰ μὲν τοῖς Ἀθηναίοις ἔστι τὸ μέτρον λῶ, ἔστι τούνομα τοῦτο. καὶ δὲ ἀφ' οὗ Ῥωμαῖοι κρατοῦσι, τὸ μὲν ὄνομα τοῦ ξέστου παρὰ πᾶσιν ἐστὶ τῇ Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ χρωμένοις ἔθνεσιν, αὐτὸ δὲ τὸ μέτρον ἐν ἴσον τῷ Ῥωμαϊκῷ. Ξέστης igitur (qui Latinis sextarius) partim mensuram declarat duarum heminarum apud Romanos capacem, vt docet harum rerum peritissimus Georgius Agricola: partim etiam vas eius mẽsuræ capax, cuius tamen appellatione hoc loco cætera tum maiora, tum minora quotidianis vsibus destinata comprehenduntur, ex quibus videlicet vinum aut aqua fundebatur: sicut ποτηρίων nomine existimo comprehendi vasa ex quibus potatur. Itaque mirari subit Erasmum maluisse ξεστῶν deriuare à neutro ξεστά, & lignea vasa intelligere, sic appellata, inquit, quòd torno poliantur, aut quòd sculpturis ornata sint: quæ ipsius interpretatio longiore refutatione non indiget. Nam si à verbo ξέειν deriuare placet (vnde λιθόξοοι lapicidæ vocantur) malle de hydriis intelligere, quæ ex more Iudæorum lapideæ erant, de quibus agitur Ioan. 2. 5. ¶ *Æramentorum*, χαλκίων. Sic in genere vocantur ærea vasa; quæ tamen placet nonnullis ad culinarias ollas & cacabos speciatim referre.

5 *Non ambulant*, οὐ περιπατοῦσι. i est non instituunt vitã, ex Hebræorum idiotismo, apud quos ambulare idem valet quod Viuere: & Via dicitur vitæ genus quod aliquis tãquam viam sequatur: quò pertinet illi Posidippi, siue (vt alij volunt) Cratetis versiculus, ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον; ¶ *Traditionem*, παράδοσιν. Erasmus, *Ritum traditum*: qui paulo antè verterat Instituta, & hoc eodem capite versib. 9. & 10, Constitutionem. Vide Mat. 15. 3. ¶ *Illotis*, ἀνίπτοις. Vulgata, *Communibus*, κοιναῖς, quod in meo quoque vetustissimo exemplari scribitur.

6 *Distat*, ἀπέχει. Vulg. *abest*, ἄπεστι, sicut scriptũ legimus in quodam vetere codice. Demosth. Philipp. 3. τέτταρ' ἀπέχον τῆς πόλεως στάδια.

8 *Similia huiusmodi*, παρόμοια τοιαῦτα. Vulg. & Erasmus, *Similia his*: id est παρόμοια. vel, vt quidam excuderunt, παρόμοια τούτοις: quod postremũ in nullis codicibus reperimus. Quanquam si τοιαῦτα legas, videtur alterum abundare. Sed tamen ita legunt omnes & interpretantur paulo pòst, versiculo 13. Ego ex Syro interprete puto germanam esse lectionem, καὶ πολλὰ παρόμοια ποιεῖτε, Et multa istis similia: & verbum ποιεῖτε ex versu 13, in hunc irrepsisse.

9 [*Sanè*] *belle*, καλῶς. Vulgata & Erasmus, *Bene*. Nos autem particulam SANE addidimus, vt ironia melius intelligeretur. Sic enim loquitur Terentius in Adelph. vt annotat Donatus. Et Aristophanes quoque ironicè dicere solet, πάνυ καλῶς: & in vno codice manuscripto, vt paulo antè versu 6, ita hîc quoque legimus ὅτι καλῶς. quæ particula videtur non abundare, sed respondere causali cõiunctioni Hebræorum כי [*chi*] quæ sæpe ponitur confirmationis causa, præposita huic particulæ litera ה, vt 2. Sam. 23, c. 19. Sic etiam interdum Græci ita vsurpant: vt in illo Platonis in Apologia, ἃ εὖ οἶδ' ὅτι κακὰ ὄντα, eorum quæ certò scio esse mala: vt commodè etiam conuertere licuerit *Enimuerò bene*. Cæterum nõnulli post καλῶς subiiciunt distinctionem vt subaudiendum sit aliquid: quasi dicat Dominus, Rectè, sanè facitis. Sed hoc non satis probo. Neque enim satis cohæreret sequens verbum, nisi præterea subaudias particulam aliquam. Itaque coniungo cum ἀθετεῖτε, sicut legitur in veteribus omnibus codicibus. Rursus nonnulli hæc interpretantur ex idiomate Gallico, à quo Latini prorsus abhorrent. Sic enim Galli, *vous reiettez bien*: id est, vos bene reiicitis: pro, At vos, vel, vos verò reiicitis. ¶ *Irritum facitis*, ἀθετεῖτε. Erasmus, *Reiicitis*, astipulante Cypriano. Ego verò existimo τὸ ἀθετεῖν idem hîc significare quod τὸ ἀκυροῦν infrà versu 13 & Matth. 15. 6, & respondere verbo Hebræo חמס [*chamas*,] vt accipitur Soph. 3. 4. Vide suprà cap. 6. 26.

Exo.20.12 deut.5.16. ephes.6.2 Exo.21.17 leuit.20.9. pro.20.20

Vera religio superstitioni ex diametro repugnans, in spirituali cultu consistit: & omnes veræ religionis hostes, quantumuis altè radices egisse videantur, euellentur.

Μωσῆς γὰρ εἶπε, Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου. καὶ, Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω.

Ὑμεῖς δὲ λέγετε, Ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί, κορβᾶν (ὅ ἐστι, δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς.

Καὶ οὐκ ἔτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ·

Ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν ᾗ παρεδώκατε. καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε.

Matth.15.10

Καὶ προσκαλεσάμενος πάντα τὸν ὄχλον, ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἀκούετέ μου πάντες, καὶ συνίετε.

Οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου εἰσπορευόμενον εἰς αὐτόν, ὃ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι· ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον.

Εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τῆς παραβολῆς.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; οὐ νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον, οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι;

Ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν· καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα.

Ἔλεγε δὲ ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον, ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Gen. 6.5. & 8. 21. Matt.15.19

Ἔσωθεν γάρ, ἐκ τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐκπορεύονται, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, φόνοι,

Κλοπαί, πλεονεξίαι, πονηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς πονηρός, βλασφη-

10 Moses enim dixit, ‖ Honora patrem tuum & matrem tuam: &, ‖ Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.

11 Vos autem dicitis, Si dixerit quispiam patri vel matri Corban (id est donum) est quocunque à me iuuari posses: *insons erit*.

12 Nec permittitis amplius eum quicquam præstare patri suo aut matri suæ:

13 Irritum facientes sermonem Dei tradirione vestra quam tradidistis: & similia huiusmodi multa facitis.

14 ‖ Aduocatâ etiam totâ turbâ, dixit eis, Audite me omnes; & attendite.

15 Nihil est extra hominē quod ingrediens in eum, possit eum polluere: sed quæ egrediuntur ex eo, illa sunt quæ polluunt hominem.

16 Siquis habet aures ad audiendum, audiat.

17 Et quum introisset domum *digressus* à turba, interrogarunt eum discipuli eius de parabola.

18 Tunc dicit eis, Itáne & vos intelligentia caretis? non perpenditis quicquid extrinsecus ingreditur in hominem, non posse eum polluere?

19 Non enim ingreditur in cor eius, sed in ventrē: & in latrinā abit, purificans omnes escas.

20 Dicebat autem, quod ex homine egreditur, illud polluere hominem.

21 ‖ Intus enim, ex corde hominum malæ cogitationes egrediuntur, adulteria, scortationes, cædes,

22 Furta, augēdæ rei artes, improbitates, dolus, lasciuia,

10 *Moyses enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.*

11 *Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, Corban (quod est donum), quodcunque ex me, tibi profuerit.*

12 *Et vltrà non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri.*

13 *Rescindentes verbum Dei per traditionem vestram quam tradidistis: & similia huiusmodi multa facitis.*

14 *Et aduocans iterū turbam, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite.*

15 *Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt qua communicant hominem.*

16 *Siquis habet aures audiendi, audiat.*

17 *Et quum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam.*

18 *Et ait illis, Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem non potest eum communicare?*

19 *Quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit: & in secessum exit, purgans omnes escas.*

20 *Dicebat autem, quoniā quæ de homine exeūnt, illa communicāt hominem.*

21 *Ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia.*

22 *Furta, auaritiæ, nequitia, dolus, impudicitia,*

10 *Morte moriatur*, θανάτῳ τελευτάτω: id est Absque vlla spe veniæ impetrādæ morte mulctetur. Est enim hæc emphasis Hebraica, quam tamen melius exprimas ad verbum, si dicas, θανάτῳ θανατούσθω: id est, מות יומת [*moth iumath*] seruata paronomasia.

11 *Corban*, κορβᾶν. Vide Matth.15.5.

13 *Traditione vestra*, τῇ παραδόσει ὑμῶν. In meo vetustissimo codice additur, τῇ μωρᾷ, stulta traditione.

14 *Totâ*, πάντα. Vulg. *Iterum*, id est πάλιν: quod in duobus vetustis cod. legimus. ¶ *Attendite*, συνίετε. Vide Mat.13.19.

15 *Polluere*, κοινῶσαι. Vide Matth.15.11. & Act.10.14. ¶ *Quæ egrediuntur ex eo*, τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ. Vulg. & Eras. *Quæ de homine procedunt*, id est τὰ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενα: quod in vno manuscripto codice legimus.

17 *A turba*, ἀπὸ τοῦ ὄχλου. Erasmus, *Semotus à turba*. Significat enim ἀπό, vel (vt alij scribunt) ἀπο, absentiam & separationem, vt in illo Homerico, οὐ γάρ σ' ἀπ' ἐμεῖο...

18 *Itáne & vos intelligentia caretis*, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; Erasmus, *Adeo & vos*: qui tamē in annotationibus eam versionem præfert, quam nos sequuti sumus. ¶ *Non*, οὐ. Erasmus, *Nondum*: legit enim οὔπω.

19 *Abit*, ἐκπορεύεται. Vulgata, *Vadit*, βαδίζει. Erasm. *Exit*. Intelligitur autem ex antecedente consequens, sicut ἀναχωρεῖν ponitur pro regredi. Luc.17.7. ¶ *Purificans*, καθαρίζον. Eras. legit, *Expurgans*, ἐκκαθαρίζον, eodem sensu. Dicitur enim id quod in latrinam eiicitur, expurgare omnes cibos, quoniam est cibi fæx & purgamentum: vt videri etiam possit actiuum pro passiuo vsurpatum. Nam certè purgamentum potius dici videtur quod expurgetur quàm quod expurget.

20 *Dicebat autem*, ἔλεγε δέ. Mihi magis placuerit quod legit Syrus interpres, expungens totum illud ἔλεγε δὲ ὅτι, & ista cū superiore versiculo connectens, ac si scriptū sit, τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου &c. Quod autem ex homine egreditur, &c.

21 *Intus*, ἔσωθεν: id est ex corde: vt mox explicatur. Sic autem hæc particula sæpe vsurpatur à Plauto vt motum ex loco declaret: veluti in Cistellaria, *Dic me orare vt aliquis intus prodeat*.

22 *Augendæ rei artes*, πλεονεξίαι. Ita significātur infinita versutiarum genera, quibus alij ex aliorum incommodis sua captant commoda, dum nemo sua sorte contentus manet. Notandum enim est non tam affectum illum prauum significari, quam Auaritiam vocamus, quàm eius effecta, siue actiones, inde promanantes, quæ sunt infinitæ: quā ob causam vsus est Euangelista multitudinis numero: quanuis Syrus interpres singulari numero ista cōuerterit. ¶ *Improbitates*, πονηρίαι. Πονηρὸν propriè vocant Græci (vt alibi diximus) hominem improbum, id est in quo nulla sit probitas, & ad malè agendum exercitatum. Itaque πονηρία (cuius effecta hîc notantur. i. πονηρεύματα) inueteratam malitiam declarat, omnium scelerum matrem. Vulgata, *Nequitia*. quo vocabulo libidinosæ illecebræ & illiciæ significantur. Eras. *Fraudes*. ¶ *Lasciuia*, ἀσέλγεια, vel Nequitia. Quòd si plurali numero legas, ἀσέλγειαι (vt Rom.13.13. & sicut scriptum legi in tribus veteribus codicibus) nolim tamen conuertere Impudicitiæ, cum Vetere interprete, id est, ἀκολασίαι vel ἀσωτίαι. Syrus interpres pro ἀσέλγεια videtur accepisse.

μία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη.

Πάντα ταῦτα τὰ πονηρὰ ἔσωθεν ἐκπορεύεται, καὶ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος· καὶ εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε γνῶναι· καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν.

Ἀκούσασα γὰρ γυνὴ περὶ αὐτοῦ, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον, ἐλθοῦσα προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ.

(Ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνίς, Συροφοίνισσα τῷ γένει) καὶ ἠρώτα αὐτὸν ἵνα τὸ δαιμόνιον ἐκβάλλῃ ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ, Ἄφες πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα. οὐ γάρ καλόν ἐστι λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.

Ἡ δὲ ἀπεκρίθη, καὶ λέγει αὐτῷ, Ναὶ Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ὑποκάτω τῆς τραπέζης ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν παιδίων.

Καὶ εἶπεν αὐτῇ, Διὰ τοῦτον τὸν λόγον ὕπαγε· ἐξελήλυθε τὸ δαιμόνιον ἐκ τῆς θυγατρός σου.

Καὶ ἀπελθοῦσα εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς εὗρε τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός, καὶ τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης.

Καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύ-

oculus malus, obtrectatio, superbia, amentia.

23 Omnia hæc mala intus exeunt, & polluunt hominem.

24 ‖ Et illinc surgens abiit in confinia Tyri ac Sidonis: & ingressus domum, neminem volebat *hoc* scire: sed non potuit latere.

25 Quum enim de eo audisset mulier, cuius filiola habebat spiritum impurum, venit, & accidit ad pedes eius:

26 (Erat autem mulier Græca, Syrophœnissa gente) & rogauit eum vt dæmonium eiiceret ex filia sua.

27 Iesus autē dixit ei, Sine prius saturari liberos: non est enim bonum accipere panem liberorum, & obiicere catellis.

28 Ipsa verò respondit, & dixit ei, Etiam Domine: sed enim catelli edunt sub mensa ex micis puerorum.

29 Tunc dixit ei, Propter istum sermonem abi, exiit dæmonium ex filia tua.

30 Quum autem *illa* abiisset domum suam, inuenit dæmonium exiuisse, & filiam proiectam super lectum.

31 Tunc regressus è finibus Ty-

oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia.

23 *Omnia hæc mala ab intus procedunt & communicant hominem.*

24 *Et inde surgens abiit in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum, neminem voluit scire: & non potuit latere.*

Matt.15.21 Quod oblatā repudiant superbi, hoc velut extorquēt modesti & humiles peccatores.

25 *Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius:*

26 *(Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere) & rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia eius.*

27 *Qui dixit illi, Sine prius saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.*

28 *At illa respondit, & dixit illi, Vtique Domine: nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum.*

29 *Et ait illi, Propter hunc sermonem vade: exiit dæmonium à filia tua.*

30 *Et quum abiisset domum suam, inuenit puellam iacentem supra lectū & dæmonium exisse.*

31 *Et iterum exiens de fi-*

¶ *Oculus malus*, ὀφθαλμὸς πονηρός. Hebraismus pro inuidia. Mat.20.15. ¶ *Obtrectatio*, βλασφημία. Vide Mat.15.19.

24 *Surgens*, ἀναστάς. i. Profectus, πορευθείς, ex Hebræorum idiotismo. ¶ *In confinia*, εἰς μεθόρια. Vulg. *In fines*. i. εἰς τὰ ὅρια: quod legimus in vno codice. Nam sic etiā paulo pòst loquitur versu 31. & pro μεθόρια Matthæus dicit μέρη. Intelligit igitur extremos Palestinæ fines, quibus à Tyro & Sidone, id est à Phœnicia, dirimitur: quod quidem annotare placuit, nequis existimet Dominum in eam regionem venisse quæ inter Tyrum & Sidonem intercedit: quod opinatur Eras. Neque enim superioris Galilææ fines vnquam est egressus, vt ad profanas gentes proficisceretur. ¶ *Ac Sidonis*, καὶ Σιδῶνος. Hoc deest in vno vetere exemplari: sed ab aliquo deletum esse opinor, qui non intellexerit quid μεθορίων appellatione hoc loco intelligatur. ¶ *Ingressus domum quandam*, εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν: id est, quum in hospitium quoddā diuertisset: quicūque tandem eum exceperit. Neque enim hîc habitabat, sed Capernaumæ. Itaque quum quidam excuderint εἰς τὴν οἰκίαν, expungendum putauimus articulum, nequis τὸ ἔρχεσθαι εἰς οἰκίαν, opponat τῷ ἐπιδημεῖν, sicut accipitur Mat.9.8. quum hîc potius declaret καταλύειν, vt etiam annotauimus sup.6.10. ¶ *Sed*, καί. Vulg. & Eras. *Nec*, id est οὐδέ. Vide Matth.13.22.

25 *Quum enim audisset*, ἀκούσασα γάρ. Vulg. & Eras. *Mulier enim statim vt audiuit*. i. εὐθὺς γὰρ ἀκούσασα γυνή: vt scriptum inueni in quodam codice, nisi quòd pro δὲ legitur ἀλλά.

26 *Erat autem*, ἦν δέ. Vulg. & Eras. *Erat enim*, id est ἦν γάρ: quod non conuenit. Erasmus quoque in annotationibus legit, ἦν δέ. ¶ *Græca*, Ἑλληνίς. Vulg. *Gentilis*: id est religione profana, ἐθνική. Nam qua ratione posset Græca dici quæ ex Syrophœnice erat? Notum autem est ex Paulo, omnes Gētes profanas & diuersæ à Mosaica religionis, eo tempore à Iudæis generali Græcorum nomine fuisse comprehēsas. Vide Gal.3.28. ¶ *Syrophœnissa*, Συροφοίνισσα. Syrophœnice regiuncula fuit, cui testatur non modò Tertull. lib.3. in Marcionem (vt Erasmus annotat) sed etiam Iustinus dialogo cum Thryphone habito attributam fuisse Damascū. Matthæus hanc eandem ex vetusto totius illius tractus nomine, vel, ex Iudæorum more, Chananæam vocat. Cæterùm in veteribus codicibus duobus scribitur Συροφοινίκισσα, eodem sensu. Rursus in septem aliis exemplaribus & Complutensi editione legitur Σύρα Φοινίκισσα, duobus distinctis vocabulis, quorum altero videtur totum quiddam significari, altero verò pars illius. Latè enim patet Syriæ nomen, adeo vt ipsam etiam Babyloniam & Mesopotamiam complectatur, vt scribit Plinius libri quinti capite duodecimo. Itaque miror cur hanc lectionem mendosam esse scripserit in hunc locum Erasmus. Nam quòd regionem Phœnicem arbitratur fuisse Iudæorum, id oportuerat idonei alicuius scriptoris auctoritate confirmari. Theophylactus autem legit duntaxat, Ἑλληνὶς τῷ γένει.

27 *Obiicere*, βαλεῖν. Vulgata, *Mittere*: quam interpretationem nemo non videt parum conuenire. Erasmus, *Proiicere*: quod & ipsum, quanuis sit tolerabilius, tamen non satis quadrat. Itaque rectius videtur idem conuertisse Obiicere, Matth.15. cap.26. ¶ *Catellis*, κυναρίοις. Vulgata, *Canibus*. Erasmus autem rectè expressit diminutiuū, quo vsus videtur Dominus vt maiore contemptu loqui videretur.

28 *Sed enim*, καὶ γάρ. Vulgata, *Nam &*. Erasmus, *Nam quoque*. Vtraque interpretatio (ni fallor) parum est commoda. Confirmat enim his verbis mulier quod Christus dixerat, quasi id non impediat quominus illi concedatur quod petit. Ita se res habet, inquit illa, vt tu dicis: nam satis esse debet catellis si vel micas excipiant: micas igitur peto, non filiorum panem.

29 *Propter istum sermonem*, διὰ τοῦτον τὸν λόγον. Syrus interpres præponit verbum ὕπαγε. Abi, & hoc connectit cum sequente membro, idque rectè. Nec enim propter hunc sermonem iubetur discedere, sed illi dicitur sanatam filiam.

31 *Regressus*, πάλιν ἐξελθών. Vetus interpres, *Iterum exiens*. Eras. *Rursum egressus*. Neuter (vt opinor) sensum expressit. Eum enim semel egressum esse oportet qui rursum egreditur. Sciendum est igitur, πάλιν hoc loco non significare iterationem, sed idem valere quod εἰς τοὐπίσω vt ἐπανελθὼν declaret ex illis finibus egressum, vt eò reuerteretur

vnde initio digressus erat. Quum enim ad extremos Israelitarum fines peruenisset, progredi amplius non poterat, nisi vellet externis etiam Gentibus annuntiare Euangelium. Itaque significatur eum protinus ad oues perditas Israelis rediisse. Erat enim (vt ait Paulus) Circuncisionis minister. ¶ *E finibus Tyri ac Sydonis, venit ad mare*, ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος, ἦλθε πρὸς τὴν θάλασσαν. Vulg. *E finibus Tyri venit per Sidonem ad mare*, id est, ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος: quod legi in duobus codicibus. Sed deprauatam esse hanc lectionem, ex eo primùm constat quod Christum nusquam legimus Israelitarum fines egressum. Nam quorsum id faceret? Tyrum enim & Sidonem profanæ Gentes incolebant. Deinde quum Sidon à Galilæa sit remotior quàm Tyrus, Septentrionem versus, quî dici potest per Sidonem in Galilæam reuertisse?

Sicut nos initio parat in vno Filio ad hanc vitam condidit, ita etiam in eodē vno ad futurā vitam instaurat.

ρου καὶ Σιδῶνος, ἦλθε πρὸς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως.
ri ac Sidonis, venit ad mare Galilææ, per medios fines Decapolis.
nibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos.

32 Καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον· καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα.
32 Tūc offerunt ei surdum difficulter loquentem: & precantur eum vt imponeret ei manum.
32 *Et adducunt ei surdum & mutum & deprecabantur eum vt imponat illi manum.*

33 Καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν, ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ· καὶ πτύσας ἥψατο τῆς γλώσσης αὐτοῦ.
33 *Ipse* verò quum abduxisset eum è turba priuatim, misit digitos suos in auriculas eius: & quum spuisset, tetigit linguam eius.
33 *Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens tetigit linguam eius.*

34 Καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐστέναξε, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἐφφαθὰ, ὅ ἐστι διανοίχθητι.
34 Et quum suspexisset in cælum, suspirauit, & dixit ei, Ephphatha, quod est, Adaperitor.
34 *Et suspiciens in cælum ingemuit, & ait illi, Ephpheta, quod est, adaperire.*

35 Καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαί· καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει ὀρθῶς.
35 Et statim adapertæ sunt eius aures: & solutum est vinculum linguæ ipsius, & loquebatur rectè.
35 *Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè.*

36 Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν. ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον.
36 Et interdixit eis ne cui istud dicerent. sed quantuncunque ipse eis interdixisset, multo magis *hoc* prædicabant.
36 *Et præcepit illis ne cui dicerent. quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant.*

37 Καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες, Καλῶς πάντα πεποίηκε· καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν, καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν.
37 Et supramodum percellebantur, dicentes, Bene omnia fecit: facit vt & surdi audiant, & muti loquantur.
37 *Et eo amplius admirabantur, dicentes, Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.*

¶ *Decapolis*, Δεκαπόλεως. Regiuncula est à numero decem vrbium sic vocata, quas (inquit Plinius lib. 3. cap. 18) intercursant & cingunt tetrarchiæ: vt per medios eius regionis fines Christum reuertisse, minimè sit mirandum. Syrus interpres vertit, In confinium, siue fines.

32 *Offerunt*, φέρουσιν. Vulg. & Eras. *Adducunt*. Et certè constat φέρειν & ἄγειν sæpe permutari, vt inf. 9. 17. sed seruanda est propria verborum significatio, quoad eius fieri potest. Malo igitur simplex φέρειν pro composito προσφέρειν positum esse, quo plerunque vti solet Matt. 8. 16. item 9. 2. item 12. 22. ¶ *Difficulter loquentem*, μογιλάλον. Vulg. *Et mutum*, καὶ ἄλαλον: & videtur pro hac interpretatione facere quod dicit turba vltimo huius capitis versu. Sed videndum est ne de balbo potius quàm de muto loquatur. Primùm, quia hæc est propria huius vocabuli significatio: deinde, quia si de muto hîc ageretur, hoc addi nihil erat necesse, quum qui natura surdus est, idem etiam mutus esse intelligatur: ac proinde κωφὸς hoc loco surdastrum potius quàm surdum significat, ex communi loquendi vsu hyperbolico: quanquam ad hoc responderi potest, istum non natura sed casu aliquo aurium quidem penitus, linguæ verò aliquatenus vsum amisisse. Sed quum paulò pòst non dicat simpliciter Euangelista eum loqui cœpisse, sed rectè loqui, ex eo probabilis saltem coniectura ducitur, eum etiam potuisse loqui, sed admodum impeditè. Quòd autē turba mentionem facit τῶν ἀλάλων, idcirco fit quia communi loquendi vsu, qui difficulter loquitur, absolutè dicitur loqui non posse: vel quòd præter hunc balbum alios prorsus mutos sanasset Dominus, sicut Matthæus indicat cap. 15. 30. Nam alioqui de vno loquentes, singularem numerum vsurpassent.

33 *Quum abduxisset*, ἀπολαβόμενος: id est, ab illorum manibus acceptum abduxisset. Nam ex antecedente intelligitur consequens, Hebræorum more. Vulg. *Apprehendens*. Erasmus, *Quum apprehendisset*: id est ἐπιλαβόμενος, vt legitur in Complutensi editione. ¶ *Quum spuisset*, πτύσας. Vulg. *Expuens*: id est ἀποπτύσας, quod est auersantis & abominantis. Erasmus per periphrasin, *Sputo emisso*.

34 *Adaperitor*, διανοίχθητι. Aperti dicuntur Hebræis quibus oculorum meatus non sunt occlusi, vt Exod. 4. 11.

36 *Sed quantumcunque ipse eis interdixisset*, ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο. Vulgata, *Quanto autem eis præcipiebat*. Erasmus, *Sed quo magis ipse eis præceperat*. Existimarunt igitur ὅσον hîc poni comparatiuè: quod non possum probare. Omnino enim dicendum fuisset ὅσῳ, & comparatiuum aliquod adiungendum. Deinde etiam subiungendum fuisset τοσούτῳ vt appareret esse [illegible]: cuius exempla profert Hermogenes De inuentione, tomo 4. cap. [illegible]. Superest ergo vt aduerbium esse dicamus indefinitè positum, vel certè nomen, vt ita conuertas, Sed quicquid ipse eis inhibuisset, multo amplius prædicabant. sicut in illo Horatij, *Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui*. Sic etiam vernaculo nostro sermone, *Mais quoy qu'il leur eust defendu, ils le publioyent tant plus*. ¶ *Multo magis*, μᾶλλον περισσότερον: subaudi, quàm si ille non prohibuisset: quæ ellipsis in huiusmodi generibus dicendi, est omnibus linguis vsitata. Cæterùm abundat quidem particula μᾶλλον: sicut in illo Euripidis versiculo, ἐν Ἑκάβῃ, [illegible] μᾶλλον δυστυχέστερον. de quo pleonasmo diximus Matth. 6. 26.) sed tamen quoniam hoc dicendi genus videtur aliqua emphasi non carere, nos perinde sumus interpretati acsi scriptum esset, τοσούτῳ περισσότερον. Vulgata, *Tanto magis plus*. Erasmus, *Hoc potius amplius*. Existimauit enim supplendum τοσούτῳ, & μᾶλλον hîc poni in correctione. Atqui non præcessit ὅσῳ: & quoties legitur μᾶλλον pro Imò vel Potius, ferè adiungitur aliqua particula, vt μᾶλλον δὲ, vel μᾶλλον γάρ. Denique hanc interpretationem quiuis (opinor) intelligere potest Græcis, quod ad ipsas attinet voces, non respondere, quanuis alioqui sententiam non immutet.

37 *Supramodum*, ὑπερπερισσῶς, id est ὑπερμέτρως. Ad verbum, *Superabundanter*. Vulgata, *Eo amplius*. id est τοσούτῳ μᾶλλον. ¶ *Facit vt & surdi audiant*, καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν. Vulgata, *Et surdos fecit audire*: quam interpretationem meritò reprehendit in annotationibus Erasmus. Latinis enim Facio, cum infinito modo, id significat quod Fingo vel præsuppono, id est ὑποτίθημι.

Κεφάλαιον η.
CAP. VIII.
CAP. VIII.

1 ΕΝ ἐκείναις ταῖς ἡμέραις παμπόλλου ὄχλου ὄντος, καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι, προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς,
1 DIebus illis, quum multa omnino turba esset, nec haberent quod ederent, aduocatis Iesus discipulis suis, dixit eis,
1 *IN diebus illis iterum quum turba multa esset, nec haberent quod manducarent: conuocatis discipulis, ait illis,*

Matt. 15. 32. Vide annotat. apud Matth. 15. 32.

2 Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον· ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι.
2 Intima misericordia commoueor erga turbam: quia iam triduum manent apud me, nec habent quod edant.
2 *Misereor super turbam: quia ecce, iam triduò sustinent me, nec habēt quod manducent.*

3 Καὶ ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς νήστεις εἰς οἶκον αὐτῶν, ἐκλυθήσονται ἐν τῇ ὁδῷ. τινὲς γὰρ αὐτῶν μακρόθεν ἥκουσι.
3 Quòd si dimisero eos ieiunos domum suam: deficient in via. quidam enim ex eis è longinquo venerunt.
3 *Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. quidam enim ex eis de longè venerunt.*

4 Καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ' ἐρημίας;
4 Responderunt autem ei discipuli eius, Vnde istos quispiam possit hîc satiare panibus in deserto?
4 *Et responderunt ei discipuli sui, Vnde illos quis poterit hîc saturare panibus in solitudine?*

5 Καὶ ἐπηρώτα αὐτοὺς, Πόσους ἔχετε ἄρτους; Οἱ δὲ εἶπον, Ἑπτά.
5 Interrogauit igitur eos, Quot panes habetis? Ipsi verò dixerunt, Septem.
5 *Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem.*

6 Καὶ παρήγγειλε τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα παραθῶσι· καὶ παρέθηκαν τῷ ὄχλῳ.
6 Tunc mandauit turbæ vt recumberet humi: & acceptis septem illis panibus, quum gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis vt *eos* apponerent: & apposuerunt turbæ.
6 *Et præcepit turbæ discumbere super terram: & accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent: & apposuerunt turbæ.*

7 Καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα· καὶ εὐλογήσας, εἶπε παραθεῖναι καὶ αὐτά.
7 Habebant autem pisciculos paucos: & quum benedixisset, dixit vt hos etiam apponerent.
7 *Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi.*

8 Ἔφαγον δὲ, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν περισσεύματα κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας.
8 Ederunt autem, & saturati sunt: & sustulerunt fragmentorum quæ superfuerant, septem sportas.
8 *Et manducauerunt, & saturati sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas.*

9 Ἦσαν δὲ οἱ φαγόντες ὡς τετρακισχίλιοι· καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς.
9 Erant verò qui ederant, quasi quater mille: dimisitque eos.
9 *Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos.*

10 Καὶ εὐθέως ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά.
10 Et statim ingressus in nauigium cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.
10 *Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.*

Matth. 15. 39.

11 Καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι, καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ, ζητοῦντες παρ' αὐτοῦ σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, πειράζοντες αὐτόν.
11 Prodierunt verò Pharisæi, cœperuntque altercari cum eo, quærentes ab eo signum è cælo, ipsum tentando.
11 *Et exierunt Pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo signum de cælo, tentantes eum.*

Matt. 16. 1. Obstinati doctrinæ Euangelicæ hostes tot iampridē editis miraculis non credentes, noua requirunt: Christus autē iratus eos planè deserit.

12 Καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ,
12 Ipse verò quum altè inge-
12 *Et ingemiscens spiritu,*

IN CAP. VIII.

1 *Multa omnino*, παμπόλλου. Sic Cicero hanc particulam cum superlatiuo coniungit interdum, vt 1. Offic. *Miserrima est omnino ambitio, honorúmque contentio*. i. παναθλιος δὲ [illegible] καὶ φιλοτιμία. Vulgata, *Iterum multa*: id est πάλιν πολλοῦ, sicut scriptum legi in exemplaribus duobus. Erasm. *Admodum multa*: id est πάνυ πολλοῦ.

3 *Deficient*, ἐκλυθήσονται. Ad verbum, Exoluentur: quòd in deliquio animi nerui resoluantur: alioquin ἐκλύεσθαι etiam Dissipari declarat, vt Matth. 9. 36.

4 *Vnde*, πόθεν. Id est, quo ex loco: quum videlicet in solitudine versaretur. Cæterùm in vno codice additum erat ὅτι, cuius aliqua vis est in interrogatione: vt ita conuerti possit. Nam vnde possit quispiam istos satiare panibus in deserto? vt in illo Virgilij, *Nam quis te, iuuenum confidentissime, nostras Iussit adire domos?* ¶ *Panibus*, ἄρτων. Panis appellatione apud Hebræos sæpe iam admonuimus omnem cibum significari: hîc tamen id ipsum intelligitur quod panem vocamus: vt sit argumentum à comparatis sumptum, quasi dicerent discipuli, ne panes quidem posse eo loco satis multos inueniri, nedum aliquid opsonij tantæ alendæ multitudini.

7 *Quum benedixisset*, εὐλογήσας. Vide Matth. 14. 19, 26. 26. ¶ *Vt apponerent*, παραθεῖναι. Vulgata & Erasmus, *Apponi*: id est παρατεθῆναι. Nam mendosè legitur in annotationibus Eras. παραθεῖναι.

9 *Quasi*, ὡς. Vide suprà 5. 13.

10 *Dalmanutha*, Δαλμανουθά. Annotat Erasmus quendam Græcum codicem habuisse Μαγδαλά, cuius meminit Matthæus, siue (vt quidam legunt) Magedam. Augustinus autem scribit plerosque codices habuisse Mageddā. Sed & in nostro vetustissimo & alio præterea codice pro μέρη [illegible] Δαλμανουθά scribitur [illegible] Μαγδαλά, in fines Magdala.

11 *Prodierunt*, ἐξῆλθον. Vulg. *Exierunt*. Erasm. *Et egressi sunt*: vterque ad verbum. Est autem hoc dicendi genus Hebræis familiare, quo significatur Pharisæos eo consilio profectos domo vt eum aggrederentur: vt ex antecedente intelligitur consequens. Priusquam enim ad Iesum venirent, necesse fuit eos domo egredi. Inde factum vt προσέρχεσθαι, [illegible] & ἐξέρχεσθαι sæpe ponantur pro simplici ἔρχεσθαι. Vide suprà 3. 21, & infrà 11. 11. ¶ *Altercari cum eo*, συζητεῖν αὐτῷ. Vulgata, *Conquirere*. Erasm. *Disputare*. Vide sup. 1. 27. Sic certè accipitur Act. 6. 9.

12 *Quum altè ingemuisset spiritu suo*, καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ. Vulgata, *Ingemiscens spiritu*. Nam etiam in vno Græco exemplari deerat αὐτοῦ. Eras. *Quum ingemuisset spiritu suo*: rectè obseruata temporis aoristi ratione. Cæterùm στενάζειν (teste Aphrodisæo) à cordis angustia dicitur, éstque στενάζειν ἢ στεναγμὸν quod Latini dicunt Gemere & suspirare. Addidi aduerbium altè, quia præpositio ἀνὰ non videtur otiosa, vt intelligamus Dominū tanta illorum infidelitate vehementer offensum, intus æstuasse. Quamobrē etiā Euāgelista addidit τῷ πνεύματι αὐτοῦ, spiritu suo: vt sciamus ea intimo corde & ipsis animi penetralibus profecta hæc suspiria.

λέγει, Τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ; [illegible] λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον.

muisset spiritu suo, dixit, Cur generatio ista signum requirit? amen dico vobis, si dabitur isti genti signum.

[illegible] Quid generatio ista signum quærit? amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum.

Matt. 16. 4

13 Καὶ [illegible] αὐτοὺς, ἐμβὰς πάλιν εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν.

13 Et eis relictis, ingressus rursus nauigium, abiit in vlteriorem ripam.

13 Et dimittens eos, ascendit iterum nauim, & abyt trans fretum.

Matth. 16. 5

14 Καὶ ἐπελάθοντο οἱ μαθηταὶ λαβεῖν ἄρτους· καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον οὐκ εἶχον μεθ' ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ.

14 Fuerant autẽ obliti discipuli sumere panes, & panẽ non nisi vnum habebãt secũ in nauigio.

14 Et obliti sunt panes sumere: & nisi vnum panem non habebant secum in naui.

Matt. 16. 6

Cauendum potissimum ab iis qui verbũ Dei adulterant, quocunque gradu siue in Ecclesia, siue in ciuili politia, polleant.

15 Καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς, λέγων, Ὁρᾶτε, βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, καὶ τῆς ζύμης Ἡρώδου.

15 Tunc edixit eis, dicens, Videte, cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.

15 Et præcipiebat eis, dicens, Videte, & cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.

Terrenis addicti, ad cælestia quantumuis manifestè proposita, prorsus caligant.

16 Καὶ διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες, Ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν.

16 Disceptabant igitur alij aduersus alios, dicentes, Panes nõ habemus.

16 Et cogitabant ad alterutrum dicentes, Quia panes non habemus.

17 Καὶ γνοὺς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς, Τί διαλογίζεσθε ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχετε; οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε; ἔτι πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν;

17 Id autem quum nosset Iesus, dixit eis, Quid disceptatis quòd panes non habetis? nondum ista perpenditis, nec intelligitis? adhuc metu obductũ habetis cor vestrum?

17 Quo cognito ait illis Iesus, Quid cogitatis quia panes non habetis? nõdum cognoscitis, nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum?

18 Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε; καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε; καὶ οὐ μνημονεύετε;

18 Quum oculos habeatis non videtis? & quum aures habeatis non auditis? neque memores estis?

18 Oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? nec recordamini?

Iohn. 6. 11

19 Ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους, πόσους κοφίνους πλήρεις κλασμάτων ἤρατε; Λέγουσιν αὐτῷ, Δώδεκα.

19 Quum quinque illos panes fregi illis quinquies mille, quot cophinos fragmentis plenos sustulistis? Dicũt ei, Duodecim.

19 Quando quinque panes fregi in quinque millia, & quot cophinos fragmẽtorum plenos sustulistis? Dicunt ei, Duodecim.

20 Ὅτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισχιλίους, πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων ἤρατε; Οἱ δὲ εἶπον, Ἑπτά.

20 Quum autẽ septem illos panes illis quater mille, quot sportas fragmẽtis plenas sustulistis? Illi verò dixerunt, Septem.

20 Quando & septem panes inquatuor millia quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicũt ei, Septem.

21 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Πῶς οὐ συνίετε;

21 Tunc dixit eis, Quomodo hæc non intelligitis?

21 Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis?

¶Cur, τί. Tota huius orationis indoles intelligitur ex pronuntiatione. Neque enim hoc loco simpliciter interrogat Dominus, sed potius expostulat de tanta peruicacia, & quidem summo etiam dolore, quòd illos videret sibiipsis perniciem accersere. ¶Si, εἰ. Hæc sunt per aposiopesin dicta, que [illegible] grauiter commotis, sicut Psal. 95. 11. Solet autem particula [illegible] ab Hebræis adhiberi in iureiurando, imprecationis loco: quia qui iurat, Deum simul aduocat vltorem. Deus autẽ quum per seipsum iurat, de fide & gloria sua [illegible] iudicium [illegible] verbis quæ affirmat. Christus verò [illegible] hoc loco ita confirmat, [illegible] haberi [illegible] vel aliquid simile [illegible] plenam sententiam concipiunt Hebræi, [illegible] ponitur, [illegible] faciat mihi Dominus [illegible] vel Dispe[illegible] Christo [illegible] conuenit. Quod [illegible] asseuerante Syro interprete, in [illegible]

14 [illegible] Sic Vetus interpres, quem [illegible] tantum verborum collocatione. Erasmus, Nec præter vnum panem habebant. Sic autem loquitur, vt [illegible] Cicero De amicitia, Sed hoc primum (inquit) [illegible] amicitiam esse posse.

15 Cauete, βλέπετε, id est (vt ait Matth. 16. 6) προσέχετε. Nam βλέπειν quum de oculis propriè dicatur, hoc loco ad animum transfertur. ¶Herodis, Ἡρώδου. Annotat Erasmus quosdam codices pro Ἡρώδου habere Ἡρωδιανῶν, Herodianorum, cuius factionis facta est mentio suprà 3. 6. Nos de his diximus Matth. 22. 16.

16 [illegible] Vulg. barbarè, Ad alterutrum. Erasmus, Inter se. Ego verò studui Græci pronominis [illegible] vestigia sequi.

17 [illegible] Vide Matth. 16. 8. ¶[Ista] [illegible] Vulg. Cognoscitis. Erasm. vno verbo Animaduertitis. Hoc autem verumque ponitur rarò absolutè. Ideo [Ista] suppleui. Quòd si quis mallit vt absolutè posita hæc verba explicare, interpretari licebit, Nondum mente & intelligentia præditi estis? Cæterùm τὸ νοεῖν interdum pro συνιέναι accipitur, vt suprà cap. 7. 18. Sed quum vtrunque hîc ponatur, videtur minus quidpiam significare. Nec enim quicquid consideramus, statim intelligimus. Reprehendit verò Dominus discipulorum incogitantiam, qui non satis attentum animum haberent ad ea consideranda quæ ab ipso fiebant: ex quo consequebatur vt ea non intelligerent.

18 Neque memores estis, οὐ μνημονεύετε. In nonnullis codicibus, & Romano Theophylacto non adscribitur nota interrogationis, sed cõiungitur hoc verbum cum proximo versiculo, sicut etiam apud Matth. cap. 16. 9. Sed Apostolorum responsio, & repetita similis interrogatio ver. 20. satis ostẽdit ita distinguendum esse hunc locum vt nos fecimus, Frobenianam editionem sequuti.

19 Quinque illos panes, τοὺς πέντε ἄρτους. Vulgata & Erasmus hoc quoque loco prætermittunt articulum, quem nos in tota illa historia putamus habere vim ἀναφορᾶς. Itaque putauimus exprimendum.

20 Quot sportas fragmentorum plenas, πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων. Ad verbum, Quot sportarum complementa fragmentorum: quod nemo intelligeret. Itaque Vulg. interpretatur, Quot sportas fragmentorum: id est, πόσας σπυρίδας κλασμάτων, vel πόσων σπυρίδων κλάσματα. Erasmus autem conuertit, Quot sportas ex reliquiis fragmentorum. Putat enim πληρώματα idem valere quod περισσεύματα: quod ego quidem non ausim affirmare.

21 Quomodo [hæc] non intelligitis? πῶς οὐ συνίετε; Id est, Qui fieri potest vt tam aperta tamque manifesta non intelligatis? Vide Matth. 16. 11. Frobeniana editio habet, πῶς οὐ νοεῖτε; Quomodo non aduertitis animum? Sed & in tribus vetustis codicibus scriptum legi, οὔπω συνίετε; nondum intelligitis? Rursus in alio quodam, πῶς οὔπω συνίετε; quomodo nondum intelligitis? vt vertit Vetus interpres. Sunt autem ista non interrogantis, sed admirantis simul & expostulantis.

22 Καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν· καὶ φέρουσιν αὐτῷ τυφλὸν, καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἵνα αὐτοῦ ἅψηται.

22 Venit autem Bethsaidan: & obtulerunt ei cæcum, & precati sunt eum vt ipsum tangeret.

22 Et veniunt Bethsaidã: & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret.

Vera imago nostræ regenerationis quæ in nobis à mũdo segregatis paulatim à Christo peragitur.

23 Καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ, ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης· καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἐπηρώτα αὐτὸν εἴ τι βλέπει.

23 Tunc prehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & quum inspuisset in oculos eius, imposuissétque ei manus, interrogauit eum ecquid videret.

23 Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eum si quid videret.

24 Καὶ ἀναβλέψας ἔλεγε, Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας.

24 Qui quum sursum oculos intendisset, dixit, Cerno homines instar arborum ambulãtes.

24 Et aspiciens ait, Video homines velut arbores ambulantes.

25 Εἶτα πάλιν ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι· καὶ ἀποκατεστάθη, καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας.

25 Deinde rursum imposuit manus oculis eius, fecitque vt denuò oculos intenderet: & restitutus fuit, viditque procul & dilucidè omnes.

25 Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit videre: & restitutus est, ita vt clarè videret omnia.

26 Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, λέγων, Μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ.

26 Tunc Iesus remisit eũ domũ suam, dicens, Neque in vicum illum ingreditor, [illegible]que hæc dicito cuiquam in vico.

26 Et misit illum in domũ suam, dicens, Vade in domum tuam, & si in vicũ introieris, nemini dixeris.

Miracula Christus non vult à doctrina separari.

27 Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὰς κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου· καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ἐπηρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων αὐτοῖς, Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι;

27 Egressus est autem Iesus ac discipuli eius in vicos Cæsareæ quæ cognominatur Philippi: & in via interrogauit discipulos suos, dicens eis, Quémnam esse me dicunt homines?

27 Et egressus est Iesus & discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos dicens eis, Quem me dicunt esse homines?

Matt. 16. 13
Luc. 9. 19
Multi Christũ laudant qui tamen eum sua laude spoliant.

22 Obtulerunt, φέρουσι: vel (vt Vulg. & Eras.) Adducunt. Cæcum enim adduci oportuit.

24 Qui quum rursum intendisset, καὶ ἀναβλέψας, vel, Quum respexisset. Erasmus, Et recepto visu. Ego verò existimo particulam καὶ vim habere relatiui pronominis, vel potius relatiuum αὐτὸς subaudiendum. Ἀναβλέπειν verò hîc non declarat videndi facultatem amissam recuperare: (nec enim adhuc visum receperat nisi tenuiter admodum, sicut ex ipsius responsio apparet) sed exprimit ipsum cæci gestum & habitum, oculos intendentis, & explorantis ecquid oculorum aciem recepisset, declarans ipsam videndi actionem. Itaque exprimi etiam poterat verbo Aspicere absolutè posito. Sic Plinius, Cancri, inquit, in obliquum aspiciunt. & ita etiam accipitur ἀναβλέπειν infrà 16. 4. ¶Instar arborũ ambulantes, ὡς δένδρα περιπατοῦντας. Hæc est germana lectio, quã sequutus est Vetus interpres, assentiẽte Cõplutensi editione & vetustissimo meo codice. Erasmus, Quoniam velut arbores cerno ambulantes, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας: quod etiam sic accipi posset, quamuis absurdissimo sensu, quasi participium Ambulantes, ad arbores pertineat. Hæc autem ostendunt cæcum istum potuisse motum hominum percipere, non autem formam ipsam distinguere: quasi diceret, Video homines incedentes sed proceros vt arbores. Ego igitur, vt amphiboliã vitarem, (quæ nulla est in Græco sermone) ὡς δένδρα conuerti Instar arborum.

25 Fecitque vt [denuo] oculos attolleret, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι. id est, Iterum iussit vt reipsa exploraret an perspicuè iam cerneret. Itaque particulam πάλιν repeto ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, & ἀναβλέψαι accipio sicut in versiculo superiore. nam etiam in vno vetusto codice scribitur βλέψαι, non ἀναβλέψαι. Erasmus, Et fecit vt visum reciperet: quam interpretationem non probo. nam proximè sequitur καὶ ἀποκατεστάθη. Itaque inanis hîc esset battologia, Marci breuitati minimè cõueniens. Vetus interpres, Et cœpit videre. Legit enim καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι: (sicut etiam in nostro vetustissimo codice legitur) quod mallem interpretari. Et cœpit aspicere: repetita (vt ante dixi) particula πάλιν, & verbo ἀναβλέψαι similiter exposito, sicut & paulo pòst accipitur. Cæterùm τὸ ποιεῖν ponitur hoc loco pro Auctorem esse cuipiam alicuius rei faciendæ, vt etiam accipitur Act. 3. 12. Sic vernaculo sermone dicimus, Il le fit regarder: quæ est circumloquutio coniugationis Hiphil. ¶Viditque, καὶ ἐνέβλεψε. In quinque vetustis exemplaribus & editione Complutensi scribitur ἐνέβλεψε: quod Erasmus interpretatur, Ac denuò videbat: idque (ni fallor) non satis commodè. Omninò enim hîc ponitur compositum pro simplici ἔβλεψε, vt liquet ex particula ἅπαντας adiuncta. Vulgata, Ita vt videret, ὥστε ἀναβλέψαι, sicut scribitur in meo vetustissimo & alio quodam exemplari. Sed mihi placet in primis Frobeniana editio, quæ habet διέβλεψε, id est Peruidit. Initio enim nonnisi ex parte aliqua visum receperat. ¶Procul & dilucidè, τηλαυγῶς. Vulgata, Clarè. Erasmus, Dilucidè. Nos verò studuimus Græci aduerbij significationem paulò clarius explicare. Componitur enim ex τῆλε, id est Eminus, & αὐγὴ, quod lucem & splendorem declarat. In vno vetere exemplari scribitur διαυγῶς, id est perspicuè, siue pellucidè. ¶Omnes, ἅπαντας. Vulgata, Omnia, id est πάντα, consentiente vno manuscr. & meo quoque vetustissimo codice.

26 Neque in vicum illum, μήτε εἰς τὴν κώμην. Omnino fuit exprimendus articulus, ne videatur generale Christi interdictum. Sed si hanc lectionem sequamur, illud ἐν τῇ κώμῃ, In vico, redundabit, nisi (quod durum est) accipias pro ἐκ τῆς κώμης, ex vico. Quînam enim potuit loqui in vico, nisi esset regressus in vicum? Et tamen sic legit etiam Syrus interpres. Totus autem hic locus ad finem vsque versiculi variè legitur in Græcis exemplaribus. Nam testatur Erasmus se codicem habuisse in quo post λέγων scriptum esset ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδενὶ εἴπῃς, μηδὲ ἐν τῇ κώμῃ, id est, Si in vicum introieris, nemini dixeris, ne in vico quidem. Veterem autem interpretem legisse apparet, λέγων, Ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· καὶ ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδενὶ εἴπῃς. Sic enim conuertit, Dicens, Vade domum tuam: & si in vicum introieris, nemini dixeris: quod bene quadrat. Denique in vno vetusto codice deest totum illud, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ: quem si sequamur, vertendum erit, Ne ingreditor quidem in vicũ illum. Certè videtur posterius hoc membrum abundare, nisi pro ἐν τῇ κώμῃ legas ἐκ τῆς κώμης: quod tamen nusquam reperi. In meo denique vetustissimo sic legitur, ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ μηδενὶ εἴπῃς ἐν τῇ κώμῃ. Id est, Vade domũ tuã, & nemini di[illegible] in vico: quasi videlicet iste fuerit Bethsaidensis: quod si verum est, quomodo igitur illum domũ suam remiserit, si prohibuit ne in ipsum vicum regrederetur? Origenes denique, siue alius quispiam eiusdẽ ingenij scriptor, Homilia in Marcũ nona legit, ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου καὶ εἰς τὴν κώμην μὴ εἰσέλθῃς, καὶ μηδενὶ εἴπῃς. Id est, Vade domum tuã, & ne in vicum ingrediaris, & nemini dixeris: & quoniam, si cæcus iste Bethsaidensis fuisse statuatur, videt ista sibi repugnare, ad allegorias refugit. Ego verò Veteris interpretis, vel hanc lectionem germanam esse arbitror: sed ita vt ille quanuis à Bethsaidensibus Christo sit oblatus & commendatus, tamen Bethsaidæ non habitarit: quamobrem etiam extra vicum abductus est, & sanatus à Christo, vt inde non regressus in vicum, rectà domum suo ad suos ablegaretur.

27 Egressus est, ἐξῆλθεν. Id est, profectus est, iturus in vicos Cæsareæ, de quo dicẽdi genere vide suprà v 11. In meo vetustiss. codice legitur εἰς Καισάρειαν, Id est Cæsaream versus.

Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· καὶ ἄλλοι Ἠλίαν· ἄλλοι δὲ ἕνα τῶν προφητῶν.

Καὶ αὐτὸς λέγει αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος λέγει αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ Χριστός.

Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ.

Καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι.

28 Illi verò responderunt, Ioannem Baptistam: & alij Eliam: alij verò vnum ex Prophetis.

29 Tunc ipse dixit eis, Vos autem quem me dicitis esse? Respondens verò Petrus dicit ei, Tu es ille Christus.

30 Tunc interminatus est vt nulli *id* dicerent de se.

31 Et cœpit eos docere quòd oporteret Filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & primariis Sacerdotibus, ac Scribis, & interimi: & tribus pòst diebus resurgere.

28 *Qui responderunt illi, dicentes, Ioannem Baptistam, alij Eliam: alij verò quasi vnum de Prophetis.*

29 *Tunc dicit illis, Vos verò quem me esse dicitis? Respondens Petrus ait ei, Tu es Christus.*

30 *Et comminatus est eis ne cui dicerent de illo.*

31 *Et cœpit docere eos quoniam oportet Filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus & à summis sacerdotibus & Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere.*

Christus sua momenta prædicationi Euangelij præfixit.

Christus nec inuitus, neque ex insperato, sed præscius & volens nostri causa passus est quidquid est passus.

28 *Vnum*, ἕνα. Vulgata, *Quasi vnum*: id est ὡσεὶ ἕνα, vt & legitur in meo vetustissimo codice.

26 *Ille Christus*, ὁ Χριστός. Rectè hîc Erasmus articulum expressit, à Vetere interprete prætermissum. Additum autem hîc quoque, vt apud Matthæum, reperi in vno vetusto exemplari ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, *Filius Dei*: & Syrus interpres addit ζῶντος, Viuentis. Quum verò Petrum Marco Euangelicam hanc historiam dictasse veteres magno consensu tradant, quis crediderit vel ipsum Petrum, vel Marcum præteriturum fuisse illud, Tu es Petrus, si Ecclesiæ Christianæ fundamentum in his verbis situm esse existimassent?

30 *Interminatus est*, ἐπετίμησεν. Vide Matt. 8.26, & 12.16. Id est, adhibitis minis prohibuit. Terent. in And. *Interminatus sum ne id faceres.* ¶ [*Id*] *dicerent*, λέγωσι. Addidi relatiuũ pronomen, quod sæpe alibi prætermittitur: hîc autem omnino supplendum putaui, non modò quia dicere de se, pro loqui de se, videtur obscurius dictum: sed etiã quia ex Matthæo apparet cap. 16.20, & ex Luca 9.21, hoc Christi interdictum non esse generale, sed ad ea referendum quæ proximè præcesserunt.

31 *A*, ὑπὸ, id est ἀπό. Vide Matt. 11.19. In meo tamen & alio manuscr. scribitur ὑπό. ¶ *Tribus pòst diebus*, μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Post tres dies*: quæ interpretatio ambigua est, quia sic videntur passiuè tres exacti dies intelligi. Itaque magnas peperit controuersias inter doctissimos viros, qui hunc locum cum aliis multis conciliare student: in quibus disertè dicitur Christus non post tres dies, sed ipso die tertio resurrecturus. Dicam igitur & ego quod sentio, vt eruditiores iudicent. Certè genus dicendi quo vsus est Dominus in suo sermone, minimè ambiguum fuisse, declarat Pharisæorum sermo, Matt. 27.64, petentium à Pilato vt iubeat muniri sepulchrum in tertium vsque diem: quia (inquiunt) meminimus impostorem illum dixisse, quum adhuc viueret, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. Hoc igitur dicendi genus si ambiguum fuisset, trium dierum mentionem non fecissent Pharisæi, quibus elapsis se nihil metuere testantur, quum in id duntaxat spatium à Pilato præsidium petunt. Hoc igitur quum videret Stapulensis, homo tam pius quàm eruditus, alia via aggressus est hunc nodum explicare. Ostendit enim ex Apollonio grammatico præpositionem μετὰ interdum poni pro ἐν apud Græcos, velut quum dicunt μετὰ χεῖρας ἔχειν, pro ἐν χερσί: id est in manibus habere. Sed hoc fateor non satis conuenire, quum in eiusmodi exemplis (qualia permulta reperiuntur) nullum temporis interuallum significetur. Erasmus igitur aliam excogitat rationem, nempe vt triduum supputetur à captiuitate Christi, non ab occisione: sed hanc interpretationem satis refutat illud quod ex Pharisæorum sermone collegimus. Deinde quum resurrectio morti opponatur, constat tẽpus futuræ resurrectioni constitutum, potius ab ipsa morte quàm à captiuitate initium ducere. Quid igitur? Nempe hoc affirmare non dubito, fieri non posse, vt in hoc dicendi genere & similibus μετὰ sic respondeat Latinæ præpositioni Post, cum quarto casu, vt dies tertium consequens, id est quartus, vel alius quispiam intelligatur. Idque liquet ex illa Pharisæorum petitione. Nam si μετὰ τρεῖς ἡμέρας declarat *Post tres dies*, quid tandem ineptius fingi potest hac oratione, Iube muniri sepulchrum in tertium vsque diem, quia iste post tres dies exactos sese dixit resurrecturum? Nã potius ante tertium diẽ exactum nihil illis metuendũ fuisse, aut certè post tertium diem maximè fuisse custodiendũ sepulchrũ, ea loquutio declarat. Dico igitur ב præpositum vocabulis apud Hebræos, quũ propriè respondeat Græcę præpositioni ἐν, & Latinæ In, tamẽ interdũ idem valere quòd μετά, id est Post: idque interdum, ita vt res non post tempus exactum, sed intra ipsũ geri dicatur: sicuti accipitur Leu. 12.6. Quin etiam interdũ pro μετά accipitur, ita vt tempus præteritum excludatur, vt Deut. 4.46, & eiusdem libri 9.4. & Esa. 20.1. Itaque quum in hoc dicẽdi genere, ἐν τρισὶν ἡμέραις sit locus ב Hebræorũ, nihil mirum est Euangelistas, ita Græcè scribẽtes vt plerũque hebraissent, illud ב modò per μετά expressisse: eodem tamen sensu. Denique hoc etiam dico, apud ipsos disertiores Græcos præpositionẽ μετά sæpe pro ἐν & εἰς vsurpari. idque etiam quum certum aliquod tempus nondum præteritum declaratur: vt in illo [illegible]ficulo Homeri, Odyss. χρ μνηστῆρσιν ἀεισόμενος μετὰ δαῖτα, id est ἐν δαιτί, seu potius μεταξὺ δαιτὸς aut παρὰ δαῖτα: pro quo Latini dicerent inter prandendum, aut in prandio: non autem, Post prandium. Sic Euripides Βάκχαις, τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς; id est interdiu: quod & apud Aristophanem & apud Plutarchũ reperias in dialogo, πότερα τὰ χερσαῖα φρονιμώτερα, vbi de ranis loquitur. Apparet igitur μετά non semper declarare consequens tempus, sed etiã interiectum, & adhuc vigens. Quãobrem Deut. 31.10, pro eo quod in Hebræo legitur, A fine septem annorum, Grecus interpres vertit, μετὰ ἑπτὰ ἔτη, quum tamen de anno remissionis (id est de ipso anno septimo) agatur, sicut declarant ea quæ proximè consequuntur: quãuis nonnulli Hebræorum interpretes aliter sentiant. Videtur enim illud מקץ [*mikkets*] respondere præpositioni μετά, pro ἐν vsurpatæ, in hoc quidem dicendi genere, quod Galli sic ad verbum exprimerent, *Au bout de sept ans*, septimum ipsum annum intelligentes. eúmque vel inchoatum, sicut accipitur manifestè Deut. 15.1: vel penè peractũ, vt eo loco quem paulo antè citaui. Græci verò hoc exprimunt nonnunquam per μετά, vt modò ostendimus: interdum per ἐν, vt infrà 15.29. ἐν τρισὶν ἡμέραις: vel per διά, vt Deut. 15.1. & infrà 14.58, & Matth. 26.61, διὰ τριῶν ἡμερῶν: vel per εἰς, præsertim quum de futuro agitur, vt Æschines, εἰς ἔνηλιν ἡμέραν προσκέχθαι. Itaque (vt ad rem redeam) μετὰ τρεῖς ἡμέρας idem omnino declarat atque ἐν τρισὶν ἡμέραις: vel διὰ τριῶν ἡμερῶν, vel εἰς τρίτην ἡμέραν: id est (vt ipse Matthæus explicat. 16.21) τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ: & (vt ferè loquuntur Latini) tertio pòst die, vel tribus pòst diebus. quam interpretationẽ germanam esse vel illud declarat: quòd si eã sequaris, optimè cohærebit illa Pharisæorum petitio, nẽpe vt ad diem vsque tertiũ muniatur sepulchrum, eò quòd dixisset ille sese tribus pòst diebus resurrecturum. His enim loquendi formulis tertium ipsum diem à Latinis intelligi satis constat ex oppositis dicendi generibus, in quibus nimirum vsurpatur præpositio Ante. Veluti quum dicimus præcisè II, III, vel V. Nonas, Idus, Calendas, & sic deinceps, quum sit plena loquutio III, IIII, vel V. die ante Nonas, Idus, Calendas: sicut loquitur Cornelius Tacitus lib. 12. quum, inquam, id dicimus, præpositio Ante, non excludit diẽ ipsum Nonarum, Iduũ, Calendarum, sed significatur dies II, vel III, vel IIII, ante Nonas, Idus, Calendas. Sic etiam Priscianus, quum ita loquimur, Annos x natus, existimat subaudiri prępositionẽ Ante: quum tamen id de eo dicatur qui decimum ipsum annum agit. Vtramuis igitur harum interpretationem sequaris, nempe Tribus pòst diebus siue Tertio pòst die, amphiboliam vitaris. Quamobrem aliis aliquot locis eandem loquutionem similiter conuerti.

32 Et

Καὶ παρρησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει. Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν, ὁ Πέτρος ἤρξατο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ.

Ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ, λέγων, Ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, Ὅς τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗτος σώσει αὐτήν.

Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;

Ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.

Κεφάλαιον Θ.

ΚΑΙ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει.

32 Et liberè eum sermonem loquebatur. Prehensum autem eum Petrus cœpit obiurgare.

33 Ipse verò conuersus, & intuitus discipulos suos, obiurgauit Petrum, dicens, Abscede à me Satana: nam non sapis quæ Dei *sunt*, sed quæ *sunt* hominum.

34 Et quum aduocasset turbam cum discipulis suis, dixit eis, ‖ Quicunque vult ponè me venire, abneget semetipsum, & attollat crucem suam, ac sequatur me.

35 ‖ Quisquis enim voluerit animam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdiderit animam suam causa mea & Euangelij, is seruabit eam.

36 Quid enim profuerit cuipiã si lucratus fuerit mundum totum, & anima sua mulctetur?

37 Aut quam dabit quispiam commutationem animæ suæ?

38 ‖ Nam quemcũque puduerit mei ac meorũ sermonum inter gentẽ istam adulterã & peccatricẽ, Filium etiam hominis pudebit eius, quando venerit in gloria Patris sui cum Angelis illis sanctis.

CAP. IX.

1 P‖Ræterea dixit eis, Amen dico vobis, sunt quidam ex iis qui hîc adstant, qui nequaquam gustabunt mortem, vsquedum viderint regnũ Dei venisse cum potentia.

32 *Et palàm verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum.*

33 *Qui conuersus & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens, Vade retro me, Satana: quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.*

34 *Et conuocata turba cũ discipulis suis, dixit eis, Siquis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

35 *Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & Euangelium, saluam faciet eam.*

36 *Quid enim proderit homini si lucretur mundum totum, & detrimentum animæ suæ faciat?*

37 *Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua?*

38 *Qui enim me confusus fuerit & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & Filius hominis confundetur eum quum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis.*

CAP. IX.

1 *ET dicebat illis, Amen dico vobis, quia sunt quidam de hîc stantibus qui non gustabunt mortẽ, donec videant regnũ Dei venientis in virtute.*

Nulli magis insaniũt quàm qui extra verbum Dei sapiunt.

Discipulos Christi oportet, domitis carnis affectibus, quicquid oneris imposuit Dominus, fortiter sustinere.

Matt. 10.38, 16.24. Luc. 9.23, & 14.27

Omnium hominum stultissimi sunt qui huius vitæ vsuram æternæ felicitatis iactura redimunt.

Matt. 10.39, & 16.25. Luc. 9.24, & 17.33 Ioh. 12.25

Matth. 10.33 Luc. 9.26, & 12.8

Matt. 16.28 Luc. 9.27

32 *Et liberè eum sermonem loquebatur*, καὶ παρρησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει. Vulgata, *Et palàm verbum loquebatur.* Atqui soli discipuli aderant quum hæc diceret. Rectius igitur Erasmus, παρρησίᾳ vertit *Apertè*, id est σαφῶς: sermone minimè obscuro vel ambiguo, vt Ioan. 16.29. Cæterùm quod Vetus interpres vertit Verbum, & Eras. Sermonem, planè obscurum erat ex Hebræorũ videlicet idiomate. Itaque expressimus articulum, quo generalis illa SERMONIS significatio ad id restringitur de quo disserebat Dominus.

33 *Abscede à me*, ὕπαγε ὀπίσω μου. Vulgata, *Vade retrò me*. Videtur enim hæc Christi verba ita accepisse quasi Petrus non præire, sed sequi iubeatur, sicut discipulum decet. Præire autem velle videbatur qui præceptorem reprehendere auderet. Ita enim ex suo illo Origene exposuit hunc locum Erasmus in annotationibus in 4. Matth. cap. Atqui ὕπαγε (vt ipse quoque rectè annotauit) non significat Vade, (i. βάδιζε, vel ἴθι) sed ἄπιθι, id est, abi, siue discede. Is autẽ qui nos sequitur à tergo, certè nõ discedit à nobis: & Christus tanta Petri temeritate meritò commotus, non modò iubet Petrum locum mutare, sed à se facessere tanquam à Dei regno alienum: minimè id quidem vt hac acerbissima obiurgatione discipulum abigeret, sed vt ille deinceps sese disceret modulo suo metiri. Itaque illud ὀπίσω μου Vetus interpres non rectè conuertit Retro me: quod dicendi genus ne Latinum quidem est. Nec melius dicit Erasmus, quum interpretatur Post me: neque enim ὀπίσω idem hîc valet quod ponè & à tergo, (sicut Matth. 4.19, δεῦτε ὀπίσω μου, Venite ponè me. & 1. Tim. 5. 15. ὀπίσω Σατανᾶ, sequutæ Satanã. & 2. Pet. 2. 10, τοὺς ὀπίσω σαρκὸς qui carnis vestigia sequuntur: sicut denique vsurpatur versu proximo.) sed abscessionem & discessionem declarat propter verbũ ὕπαγε adiunctum. Nam qui prorsus discedit à nobis, auersis in contrariã partem vestigiis abit: sicut in vernaculo nostro sermone, *Aller derriere quelqu'vn*, aliud declarat quàm *Aller arriere de quelqu'vn*: quod vtrunque tamẽ à Græcis vna particula ὀπίσω exprimi potest pro ἐμπαλιν posita: & quidem adiecto casu, sicut dixit Herodianus, ἔμπαλιν ἑαυτοῦ τρέχειν, retrorsum currere: quod vernacula lingua diceremus, *courir en arriere*. vnde boues ὀπισθονόμοι quos Plinius Retro pascentes vocat. Vsus sum igitur Abscedendi verbo, quod mihi videtur illud ὕπαγε ὀπίσω optimè exprimere, translatitia significatione: sicut hîc accipitur, nimirum pro abire ex alicuius conspectu. ¶ *Sapis*, φρονεῖς. Vide Matt. 16.23.

35 *Is*, οὗτος. Deest hoc loco pronomen in vno vetusto codice, & à Vetere interprete non exponitur. Mihi tamen videtur magna esse emphasis huius repetitionis, quam Grammatici epanalepsin vocant.

36 *Profuerit cuipiam*. Vsurpat Euangelista ἄνθρωπον indefinitè pro τινα, sicut alibi sæpe obseruauimus. Pro ἀνθρώπον Frobenius excudit ἀνθρώπῳ, sed nusquam legi δοῖεν neutro passiui forma vsurpatum. Vetus quidam codex legit ὀφελεῖ, Iuuat.

37 *Aut quam dabit*, ἢ τί δώσει. In quodam vetere exemplari scribitur τί δῷ ὁ, Quam enim dederit: & fortasse rectius.

38 *Puduerit*, ἐπαισχυνθῇ. Vulg. *Confusus fuerit*: barbarè omnino. Infrà autem Luc. 9.26, vsus est Erubescendi verbo. ¶ *Angelis illis sanctis*, τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. Repetitio articuli à nobis expressa est, qua vtitur (ni fallor) Euãgelista, vt Maiestatis illius amplitudinem oculis nostris subiiciat, alludẽs fortassis ad celebrem illam Esaiæ visionem, Esa. 6.1.

IN CAP. IX.

1 *Qui hîc adstant*, τῶν ὧδε ἑστηκότων: id est τῶν ὧδε παρόντων, Qui hîc adsunt. Ponitur enim ἑστάναι pro עמד, vt apud Latinos adstare dicitur quispiam, etiamsi sedeat. Sic accipitur Act. 7.55, & paulo pòst, infrà 11.5. & 25. ¶ *Cum potentia*, ἐν δυνάμει. Vulgata & Erasmus δύναμιν vertunt *Virtutem*, de quo alibi dicemus. Regnum autem Dei vocat tempus illud quo Deus in Ecclesia sua patefacto E-

uangelio, regnum suum veluti inchoaturus erat: quod statim à resurrectione fieri cœpit, frustra ringente & fremente mundo. Antea verò, quum Christus adhuc infimus hominum esset, paucis quibusdam discipulis, iisque infirmissimis eum assectantibus, quodammodo sepulta erat immensa Regis illius gloria.

Matt.17.1 luc.9.28 Christi moxin cruce exinaniēdi cælestis gloria visibilibus symbolis, Eliæ & Mosis præsentia & colloquio, ipsiúsque adeò Patris voce, coram tribus discipulis, testibus omni exceptione maioribus, asseritur.

2 Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ τὸν Ἰωάννην, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν μόνους· καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν.

3 Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι.

4 Καὶ ὤφθη αὐτοῖς Ἠλίας σὺν Μωσεῖ, καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες τῷ Ἰησοῦ.

5 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ, Ῥαββί, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ Ἠλίᾳ μίαν.

6 Οὐ γὰρ ᾔδει τί λαλήσῃ· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι.

7 Καὶ ἐγένετο νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς· καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, αὐτοῦ ἀκούετε.

8 Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ' ἑαυτῶν.

Matt.17.9 Dominus sua tēpora Euāgelij promulgationi definiuit.

9 Καταβαινόντων δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον, εἰ μὴ ὅταν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

10 Καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑ-

2 ‖ Sexto verò pòst die assumit Iesus Petrum, & Iacobum & Ioannē, & subducit eos in mōtem sublimem seorsim solos: & transformatus fuit coram eis.

3 Et vestimenta eius facta sunt coruscantia, candida valde vt nix, qualia non potest fullo in terra dealbare.

4 Et visus est eis Elias cum Mose, qui colloquebantur cum Iesu.

5 Tunc respondens Petrus dicit Iesu, Rabbi, bonum est nos hîc esse: faciamus igitur tabernacula tria, tibi vnum, & Mosi vnum, & Eliæ vnum.

6 Nec enim sciebat quid loqueretur: erant enim exterriti.

7 Et extitit nubes quæ inumbrauit eos: venítque vox è nube, dicens, Hic est Filius ille meus, dilectus ille, ipsum audite.

8 Et repentè quum circunspexissent, non amplius viderunt quenquam, nisi solum Iesum secum.

9 ‖ Quum verò descenderent è monte edixit eis vt nemini narrarent quæ viderant, nisi postquam Filius hominis ex mortuis resurrexisset.

10 Ipsi igitur hanc rem conti-

2 *Et post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem, & ducit illos in montem excelsum, seorsum solos: & trāsfiguratus est coram ipsis.*

3 *Et vestimenta eius facta sunt splendentia, & candida nimis velut nix: qualia fullo non potest super terram cādida facere.*

4 *Et apparuit illis Elias cum Moyse, & erant loquentes cum Iesu.*

5 *Et respondens Petrus ait Iesu, Rabbi, bonum est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum.*

6 *Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti.*

7 *Et facta est nubes obumbrās eos: & venit vox de nube, dicens, Hic est Filius meus charissimus, audite illum.*

8 *Et statim circunspicientes, neminem amplius viderant, nisi Iesum tantùm secum.*

9 *Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquā quæ vidissent narrarent, nisi quū Filius hominis à mortuis resurrexerit.*

10 *Et verbum continuerūt*

2 *Sexto post die*, μεθ' ἡμέρας ἕξ, vel Sex post diebus. Vulg. & Erasmus, *Post dies sex*: quod dicendi genus antiquum est, vt diximus supra 8.31. Hæc igitur gesta sunt sexto die ab eo quo Dominus sermonem præcedentem habuerat: gesta, inquam, sunt sexto ipso die, & quidem sub vesperam. Hoc enim est quod ait Lucas, non octauo, sed ferè octauo pòst die ista euenisse: quia videlicet inclinante iam die septimo gesta sunt. Numerat enim Lucas eum etiam diem quo superiorem sermonem Christus habuerat, & præterea tempus obseruat quo in montem ascenderunt: imminente nimirum nocte, quæ octauum diem auspicabatur, quo tēpore Dominus de more in montem conscendit vt oraret, non tamen solus, vt ferè solebat, sed tribus assumptis discipulis. Id autem vel ex eo liquet, quòd idem Lucas narrat discipulorum oculos somno fuisse grauatos, & postero demum die, octauo videlicet, è monte descendisse, in quo nimirum pernoctarant. Scio tamen Chrysostomū alia ratione Lucam cum Matthæo & Marco conciliare: quasi toti sex isti dies inter sermonem habitum & trāsformationem Domini intercessorint, quia particulam ὡσεὶ nō ad initium octaui, vt ego, sed ad finem refert.

3 *Coruscantia*, στίλβοντα. Vulgata & Eras. *Splendentia*, vel *splendida*: id est λαμπρά. Mihi verò videtur verbum στίλβειν aliquid amplius significare, quàm λάμπειν. ¶ *Qualia*, οἷα. Vulg. *qualia*. Eras. *Quàm*, nomine in aduerbium mutato, vt (inquit) vitetur sermonis absurditas: quam ego quidem nō video. ¶ *In terra*, ἐπὶ τῆς γῆς, vel (vt Vulgata & Erasmus) super terram: id est, nullus prorsus fullo. Hoc enim additum est ex vulgo vsurpata loquendi consuetudine, vt omnes semel fullones excipiantur. Sic nos quoque vernaculo nostro sermone diceremus, *Il n'y a foulon au monde*. Vel, *Il n'y a foulon sur la terre*. ¶ *Dealbare*, λευκᾶναι. Vulgata & Erasmus, *Candida facere*: periphrasi (vt ego quidem existimo) minimè necessaria.

5 *Faciamus igitur*, καὶ ποιήσωμεν. Vel, Faciemus igitur, id est, καὶ ποιήσομεν, vt in vno vetere codice legimus. Ponitur autem καὶ pro οὖν, vt alibi sæpe. Erasmus etiam alicubi legit, θέλεις ποιήσωμεν: id est, Vis faciamus: quod optimè quadrat, sed addenda erit interrogationis nota. ¶ *Mosi*. Μωσεῖ. In hoc nomine scribendo, sicut in plerisque Hebraicis & Syriacis nimirum in modum variare comperimus vetera exemplaria. Quædam enim μωσῇ, quædam μωυσεῖ, alia μωσεῖ, alia μωυσῇ scriptum habebant.

6 *Loqueretur*, λαλήσῃ. Vel potiùs, vt in quatuor exemplaribus legimus, λαλήσει. Hoc (inquit Euangelista) dixit Petrus, quòd nesciret quid sibi dicendum esset: quod vernaculo sermone diceremus, *Il ne sçauoit qu'il deuoit dire*. ¶ *Exterriti*, ἔκφοβοι id est, præ metu apud se non erant, ὑπὸ φόβου ἐξέστησαν. Id enim valet præpositio ἐκ. In Complutensi editione legitur ἔμφοβοι id est, metu occupati. Erasmus, *Expauefacti* id est ἐκθαμβοι.

8 *Nisi*, ἀλλὰ id est, εἰ μὴ, vt contrà εἰ μὴ pro ἀλλὰ non semel in his libris ponitur. Vide Galat. 2.16. pro quo Græci ἀλλ' εἰ dicunt.

10 [*Ipsi*] *igitur hanc rem continuerunt*, καὶ ἐκράτησαν τὸν λόγον. Erasmus ad verbum, *Hoc tenuerunt*. Tenere enim risum & linguam dicimus, pro continere & coërcere. Terent. *Quæ vera audiui, taceo & contineo optimè*. Indicat autem τὸ κρατεῖν (si Græci vocabuli etymologiam spectamus) discipulos non sine vi quadam & labore hoc arcanum tandiu reticuisse. Nam cæteros probabile est ex iis quæsiuisse ecquid in monte gestum esset, & quos sermones habuisset. Cæterùm τὸν λόγον conuertimus *hanc rem* ex Hebr. idiotismo, ne quis hæc referret ad illud duntaxat quod dixerat Dominus quum de tota historia transformationis potius sit intelligendum. Expressimus etiam relatiuum ad emolliendum transitionem.

¶ Mutuò

αὐτούς, συζητοῦντες τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.

11 Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες, Ὅτι λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον.

12 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα· καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ, καὶ ἐξουδενωθῇ.

13 Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν.

14 Καὶ ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητάς, εἶδεν ὄχλον πολὺν περὶ αὐτούς, καὶ Γραμματεῖς συζητοῦντας αὐτοῖς.

15 Καὶ εὐθέως πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη, καὶ προστρέχοντες ἠσπάζοντο αὐτόν.

16 Καὶ ἐπηρώτησε τοὺς Γραμματεῖς, Τί συζητεῖτε πρὸς αὐτούς.

17 Καὶ ἀποκριθεὶς εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου εἶπε, Διδάσκαλε, ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρός σε, ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον.

18 Καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ, ῥήσσει αὐτὸν καὶ ἀφρίζει, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, καὶ ξηραίνεται. καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς σου ἵνα αὐτὸ ἐκβάλωσι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν.

nuerunt apud se, mutuò quærentes, quid illud esset, Ex mortuis resurgere.

11 Et interrogarunt eum dicentes, Cur Scribæ dicunt oportere vt ‖ Elias priùs veniat?

12 Ipse verò respondens dixit eis, Elias quidem postquā priùs venerit restituet omnia: sed ‖ vt scriptum est de Filio hominis, oportet vt multa patiatur, & pro nihilo habeatur.

13 Sed dico vobis, & Eliam venisse, & *istos* ei fecisse quæcunque voluerunt, sicut scriptum est de eo.

14 ‖ Et quum venisset ad discipulos *suos*, vidit turbam multā circa eos, & Scribas cum eis altercantes.

15 Et statim tota turba viso eo expauit: & accurrentes salutauerunt eum.

16 Tunc interrogauit Scribas, Quid altercamini inter vos?

17 Et respondens quidam è turba dixit, Magister, adduxi filium meum ad te, habentem spiritum mutum.

18 Qui vbicunque eum deprehēderit, lacerat eum: *ipse* verò spumat, & stridet dentibus suis, & exarescit. Et dixi discipulis tuis, vt eum eiicerent, sed nequiuerunt.

apud se, conquirentes quid esset, Quum à mortuis resurrexerit.

Stulta Rabbinorum opinio de Eliæ aduentu refellitur. Malac.4.5

11 *Et interrogabant eum dicentes. Quid ergo dicunt Pharisæi & Scribæ quia Eliam oportet venire primùm?*

12 *Qui respondens ait illis, Elias quū venerit primò, restituet omnia: & quomodo scriptum est in Filiū hominis, vt multa patiatur & contemnatur.* Esa.53.4

13 *Sed dico vobis quia & Elias venit, & fecerunt illi quæcunque voluerunt, sicut scriptum est de eo.*

14 *Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis.*

Matt 17.14 luc.9.38 Christus miraculo cōfirmat etiam indignis, se venisse vt Satanæ rabiem cohibeat.

15 *Et confestim omnis populus videns Iesum stupefactus est & expauerunt: & accurrentes salutabant eum.*

16 *Et interrogauit eos, Quid inter vos conquiritis?*

17 *Et respondens vnus de turba, dixit, Magister, attuli filium meum ad te, habentē spiritum mutum.*

18 *Qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit. Et dixi discipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt.*

¶ *Mutuò quærentes*, συζητοῦντες. Vulg. *Conquirentes*. Eras. *Disputantes*. Vide sup. 1.27. potest autem ita quoque locus iste distingui, vt πρὸς ἑαυτοὺς cum hoc participio cohæreat, hoc modo videlicet, *Ipsi igitur hanc rem continuerunt, mutuò inter se quærentes*. ¶ *Quid illud esset*, *A mortuis resurgere*, τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Vulg. *Quid esset*, *Quum à mortuis resurrexerit*. id est, τί ἐστιν ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Erasmus, *Quid esset hoc quod diceret, A mortuis resurgere* longiore vsus circuitu, vt articulum explicaret, à Vetere interprete omissum: & ita scribitur in meo vetustissimo codice, sicut etiam legit Syrus interpres. Hæc autem quæstio de qua hîc disceptatur inter tres illos Christi primarios discipulos, non est simpliciter accipienda, quasi de futura resurrectione dubitarent: (nam etsi erant admodum rudes, tamen non ita erant, opinor, imperiti, vt hominis felicitatem huius vitæ spatio terminari putarent) sed quum nullam corporum resurrectionem præter illam vniuersalem intelligerent, & Pharisaicis opinionibus essent imbuti de terrestri Messiæ regno & Eliæ aduentu, non poterant capere quod Christus dixerat de singulari illa & peculiari sua resurrectione tertio die futura. Quamobrem etiam quum Dominus iam esset in cælum conscensurus, non verētur ex eo quærere an esset eo tempore regnum Israelis restituturus, Act.1.6, vt intelligamus quàm necesse sit Christum corpore à nobis abesse, vt eum non in terra, sed in cælo quærere discamus.

11 *Cur*, ὅ τι. Vulg. *Quid ergo*, τί οὖν. Erasmus, *Quid est quod*, τί ἐστιν ὅ, τι. Atqui ὅτι particula interdum pro διατί accipitur, etiam indefinitè, sicut paulo pòst versiculo 28, iidem interpretes rectè exposuerunt. Sic etiam apud Homerum Odyss. τ. καὶ ἐξερέεινεν ἕκαστα Οὐλὴν ὅττι πάθοι.

12 *Restituet* ἀποκαθιστᾷ. Notandum hoc dicendi genus, forma quadam concessionis dictum: quasi diceret Dominus, Verum quidem est quod illi dicunt, Eliam videlicet (vt prædixit Malachias) primùm venturum, qui instauret omnia: sed vobis dico ista iam esse completa. ¶ *Et vt*, καὶ πῶς. Hæc phrasis est obscura. Nusquam enim alibi legi πῶς pro ὡς vel ὅπως positum, & tamen necesse est (ni fallor) vt ita potius vertatur, quàm *Quomodo scriptum esset*, quasi transitio fit à directa oratione ad obliquam, & hoc referatur ad εἶπεν αὐτοῖς, *dixit eis*: quod durum mihi videtur & insolens. Deinde deest verbum cui subiiciatur particula ἵνα: quod quidem nos ex superioris capitis vers. 31, & Luc. 9.22, supplendum putauimus. Sed in quodam vetusto codice scriptum erat non καὶ πῶς, sed καθὼς quod maximè probarē, nisi viderem copulatiuam coniunctionem necessariò hîc requiri, quam addit quoque Syrus interpres: vt mihi quidē germana lectio videatur καὶ καθὼς, & sicut. Hoc denique obseruandum est ἵνα hoc loco non esse τελικὸν, sed εἰδικὸν potius. periphrasis enim est infiniti, sicut in illo Hom. Iliad. α, ἦ ἐθέλεις ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας pro ἦ ἐθέλεις αὐτὸς ἔχειν γέρας. Sequitur enim, αὐτὰρ ἐμὲ αὔτως ἧσθαι δευόμενον. Vide Ioan. 15.8. Sic eadem particula vsurpatur, Matt. 5.29. & 18.6. Et Soph. in Aiace [illegible]. ¶ *De filio hominis*, ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου: vel, super Filio hominis. Sic vsurpauit hanc particulā Herodotus initio Thaliæ, Κῦρον γὰρ [illegible] Ἄμασιν ἐπὶ τὴν θυγατέρα, *Cyrum enim eum esse qui ad A[masin] super filia legatos miserit*. ¶ *Pro nihilo habeatur*, ἐξουδενωθῇ. Vulgata & Erasmus, *Contemnatur*, id est καταφρονηθῇ: quod verbum est nimis dilutū. Alludit autem (opinor) ad illum Psalmi 22, versiculum, *Vermis sum, & non homo*.

14 *Ad discipulos*, πρὸς τοὺς μαθητάς. Reliquos discipulos intelligit quos pridie eius diei reliquerat, quum in mōtem ascenderet cum Petro Ioanne & Iacobo.

16 *Scribas*, τοὺς γραμματεῖς. Vetus interpres legit αὐτούς, eos, discipulos videlicet vel salutatores, adstipulante vetustissimo meo exemplari. ¶ *Inter vos*, πρὸς αὐτούς. Frobeniana editio habet πρὸς αὐτούς, aduersus eos, nimirū aduersus discipulos meos. Vulgata, vertit, *inter vos*, ἐν ὑμῖν, vt habet etiam vetustissimus meus codex.

17 *Mutum* ἄλαλον, id est, à quo puer mutus reddebatur, metonymia effecti, vt pallida mors dicitur.

18 *Vbicunque*, ὅπου ἄν. Erasmus, *Quandocunque*. Sed hoc quidem loco rectè mihi videtur Vetus interpres propriam huius aduerbij significationem amplexus. Melius enim ex circunstantia loci, quàm temporis, declaratur huius periculi magnitudo. ¶ *Lacerat*, ῥήσσει. Vulgata, *Allidit*: id est ἀράσσει, siue προσαράσσει, quod etiam optimè conuenit.

Est autem hæc laceratio ad internum dolorem viscerum referenda, quòd spiritu illum inuadẽte (sicut in colico dolore accidit) non aliter afficeretur quàm si reuera sentiret viscera discerpi. Cicero verò ad Atticum scribens, etiam ad animi dolorem transtulit, quum sese diceret mœrore suo lacerari.

19 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγει, Ὦ γενεὰ ἄπιστος, ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετε αὐτὸν πρός με.

Ipse verò respondens ei dixit, O gens incredula, quousque apud vos ero? quousque tãdem sufferam vos? adducite eum ad me.

Qui respondens eis dixit, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? Afferte illum ad me.

20 Καὶ ἤνεγκαν αὐτὸν πρὸς αὐτόν. καὶ ἰδὼν αὐτόν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν· καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκυλίετο ἀφρίζων.

Illũ igitur adduxerunt ad eũ. Et eo conspecto, statim spiritus discerpsit eum: & *ille* quum cecidisset in terram, volutabat sese spumans.

Et attulerunt eum. Et quum vidisset eum, statim spiritus conturbauit illum: & elisus in terram volutabatur spumans.

21 Καὶ ἐπηρώτησε τὸν πατέρα αὐτοῦ, Πόσος χρόνος ἐστὶν ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ; ὁ δὲ εἶπε, Παιδιόθεν.

Tunc interrogauit *Iesus* patrem eius, Quantum temporis est quòd hoc accidit ei? Ipse verò ait, Ab infante.

Et interrogauit patrem eius, Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia.

22 Καὶ πολλάκις αὐτὸν καὶ εἰς πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν. ἀλλ' εἴτι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν, σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς.

Et eum sæpe tum in ignem abiecit, tum in aquas, vt perderet eum. Sed siquid potes, succurre nobis, intima misericordia commotus erga nos.

Et frequenter eum in ignem & in aquas misit, vt eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri.

23 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.

Iesus autem dixit ei, Si potes hoc credere, omnia fieri possunt credenti.

Iesus autem ait illi, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.

24 Καὶ εὐθέως κράξας ὁ πατὴρ τοῦ παιδίου μετὰ δακρύων ἔλεγε, Πιστεύω κύριε, βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ.

Pater verò pueri statim clamans cum lacrymis dixit, Credo, Domine: succurre incredulitati meæ.

Et continuò exclamans pater pueri cum lacrymis aiebat, Credo, Domine: adiuua incredulitatem meam.

25 Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐπισυντρέχει ὄχλος, ἐπετίμησε τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, λέγων αὐτῷ, Τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφόν, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω, Ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ, καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς εἰς αὐτόν.

Quum vidisset autem Iesus turbam simul accurrere, obiurgauit spiritum illum impurum, dicens ei, *Tu* spiritus mute & surde, ego tibi impero, Exi ab eo, & ne amplius ingreditor in eũ.

Et quum vidisset Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo dicens illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, Exi ab eo, & amplius ne introeas in eum.

Quò Christi virtus potior, eò importuniùs furit Satan.

26 Καὶ κράξαν, καὶ πολλὰ σπαράξαν αὐτόν, ἐξῆλθε· καὶ ἐγένετο ὡσεὶ νεκρός, ὥστε πολλοὺς λέγειν, Ὅτι ἀπέθανεν.

Et quum clamasset *spiritus*, multúmque discerpsisset eum, exiuit: & *ille* factus est quasi mortuus, adeo vt multi dicerẽt, Certè mortuus est.

Et exclamans, & multum discerpens eum, exijt ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortuus est.

27 Ὁ δὲ Ἰησοῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρός, ἤγειρεν αὐτόν· καὶ ἀνέστη.

Iesus verò prehẽsa ipsius manu eius, erexit eum: & *ille* surrexit.

Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum: & surrexit.

28 Καὶ εἰσελθόντα αὐτὸν εἰς οἶκον, οἱ μα-

Quum autem esset ingressus

Et quum introisset in

19 *Quousque*, ἕως πότε. Vulgata, *Quandiu* Erasm. *Quousque*. Vide Matthæum 17.17. ¶ *Adducite*, φέρετε pro ἄγετε. Vulgata, *Afferte*, quod Latinis durius est. Sic vtuntur verbo *bringhen* Germani.

20 *Et eo conspecto*, καὶ ἰδὼν αὐτόν. Erasmus, *Et viso illo*. Significatur, simulátque Iesus puerum in conspectum suum adductum aspexisset, spiritum cœpisse pro suo more sæuire, sicut Græca manifestè ostendunt: quia ἰδὼν est masculinum, πνεῦμα neutrum. ¶ *Discerpsit*, ἐσπάραξεν, seu vellicauit, sed cum sensu grauissimo. Idem enim hoc loco valet σπαράσσειν quod ῥήσσειν, de quo diximus paulo antè. nisi de totius corporis conuulsione intelligere malis, quam Græci σπάραγμα vocant. Vulgata, *conturbauit* id est ἐτάραξεν. Nam hæc quoque significatio τῷ σπαράττεσθαι tribuitur ab Hesychio: & in duobus vetustis codicibus scriptum legimus ἐτάραξεν. ¶ *Volutabat sese*, ἐκυλίετο. Vulg. & Eras. *volutabatur*. Ego puto hîc seruandam reciprocationem coniugationis Hebraicæ Hithpahel.

21 *Quòd*, ὡς. Plinius, *Tertius hic dies est quòd audiui*. Vulg. *ex quo*, ἐξ οὗ, sicut etiam in quodam exemplari scriptum inuenimus. ¶ *Ab infante*, παιδιόθεν. Vulgata, *Ab infantia*, seruato quidem sensu, sed non sine mutatione, quæ minimè fuit necessaria. Sic enim loquitur Columella libro primo capite octauo: *Eligendus* (inquit) *rusticis operibus ab infante duratus*. Erasmus, *à puero*: id est παιδιόθεν.

22 *Succurre*, βοήθησον. Vulgata, *Adiuua*. Erasmus, *Subueni*. Vide Matth. cap. 15.25.

23 *Si potes hoc credere*, τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. Vulgata prætermisit articulum, & meus quoque vetustiss. codex scriptũ habet, εἰ δύνῃ πιστεῦσαι, vt legit etiam Syrus interpres. Articulum tamen maximo consensu in reliquis exemplaribus reperi, & quidem cum verbo πιστεῦσαι coniunctum: vt eorum sententiam probare non possim qui cum superiore verbo εἶπεν connectunt. Positum est igitur τὸ pro τοῦτο, quod durum est soluta oratione: & hæc Christi verba cum illius petitione optimè cohærent. Quum enim dixisset ille, Si potes, succurre nobis: respõdet vicissim Dominus, Si tu hoc potes credere, me nimirum tibi posse succurrere, nihil est quod à me non impetres. ¶ *Fieri possunt*, δυνατά. Vulgata & Erasmus, *Possibilia*. Ego verò studui amphiboliam vitare. Neque enim Christus (hoc in loco) significat, eum qui fide sit præditus, omnia posse (quod tamen rectè intellectum, verum est) sed potius, nihil esse quod ipse non possit ac velit eius causa, qui ipsius verbis fidem habuerit.

24 *Pueri*, παιδίου: id est παιδός. Nam παιδίον (teste Hippocrate) de primo vitæ septennio dicitur, παῖς autem de secundo. Hũc verò iam puerum extitisse declarat patris responsio, vers. 19. & disertè etiam παῖς vocatur, non παιδίον, apud Matthæum & Lucam.

25 *Simul accurrere*, ὅτι ἐπισυντρέχει ad ipsum videlicet Iesum, & quid futurũ esset expectantem, vt plenius exposuit Syrus interpres. Vulg. *Concurrendi* vocabulo vtitur, quod respondet τῷ συντρέχειν. Rectè autem Erasmus vt emphasin præpositionis ἐπί exprimeret, compositionem resoluit. ¶ *[Tu] spiritus*, τὸ πνεῦμα. In Græco non est pronomen, sed id addidi vt vim articuli minimè otiosi exprimerem. Spiritum autem mutum & surdum ab effectis vocat.

28 Cur,

θηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν, Ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό;

domum, discipuli eius interrogarunt eum priuatim, Cur nos non potuimus *spiritum* illum eiicere?

domum, discipuli eius secretò interrogabant eum, Quare nos non potuimus eiicere eum?

Fide ac preci- de precibus & ieiunio opus est ad Satanã ex vetere possessione deiiciendum.

29 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

Ipse verò dixit eis, Hoc genus *dæmoniorum* nullo modo potest exire nisi orando & ieiunando.

Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione & ieiunio.

30 Κἀκεῖθεν ἐξελθόντες παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας· καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ.

Et illinc egressi, vnà iter faciebant per Galilæam: nec volebat vt quisquam *id* sciret.

Et inde profecti prætergrediebantur Galilæã: nec volebat quenquam scire.

Matth. 17.22. luc. 9.22. Sedulò quidẽ nos præmonet Christus ne improuisis malis opprimamur: sed incredibilis est hominũ socordia.

31 Ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ ἀποκτανθείς, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

Docebat enim discipulos suos, & dicebat eis, Filius hominis tradetur in manus hominum, qui interiment eum: sed interemptus, tertio die resurget.

Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis, Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum: & occisus, tertia die resurget.

32 Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.

Ipsi verò ignorabant hoc dictum, & metuebant eum interrogare.

At illi ignorabant verbum, & timebant interrogare eum.

33 Καὶ ἦλθεν εἰς Καπερναούμ. καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, ἐπηρώτα αὐτούς, Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε;

Venit igitur Capernaum. & quum venisset domum interrogauit eos, Quid in via inter vos disceptabatis?

Et venerunt Capharnaum. qui quũ domi esset, interrogabat eos, Quid in via tractabatis?

Matt. 18.1. luc. 9.45. Sola humilitas attollit.

34 Οἱ δὲ ἐσιώπων· πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέχθησαν ἐν τῇ ὁδῷ, τίς μείζων.

Ipsi verò siluerunt: nam alij aduersus alios disceptarant in via, quis *esset futurus ipsorum* maximus.

At illi tacebant: siquidẽ in via inter se disputauerant quis eorum maior esset.

35 Καὶ καθίσας ἐφώνησε τοὺς δώδεκα, καὶ λέγει αὐτοῖς, Εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος, καὶ πάντων διάκονος.

Et quum consedisset, vocauit duodecim illos, & dixit eis, Si quis vult primus esse, erit omnium vltimus, & omnium minister.

Et residens vocauit duodecim, & ait illis, Siquis vult primus esse, erit omnium nouissimus & omnium minister.

36 Καὶ λαβὼν παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν· καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτό, εἶπεν αὐτοῖς,

Et acceptum puerulum statuit in medio eorum: eóque in vlnas recepto, dixit eis,

Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorũ: quem quum complexus esset, ait illis,

37 Ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέξηται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς

Quisquis vnum ex talibus puerulis exceperit meo nomine, me excipit: & quicunque me

Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit,

28 *Cur*, ὅτι. Nouè, pro διότι, quod etiam in vno codice manuscr. legimus, vt & τί ὅτι, in alio vno. Et cõstat quidem particulam כי [K.] apud Hebræos interdum etiam interrogatiuè vsurpari, sed paulo aliter.

29 *Nullo modo*, ἐν οὐδενί: id est, nulla alia ratione. Abundat enim ἐν addita casui instrumenti, ex Hebræorum idiotismo. Vulgata, *In nullo*: quæ interpretatio est valde obscura.

30 *Vnà iter faciebant*, παρεπορεύοντο: id est, Adiunctis sibi discipulis suis, iter fecit per Galilæam. Vulgata, *Prætergrediebantur*. Erasmus, *Iter faciebat*. Idem autem existimat ex præpositione παρά intelligendum illos clàm aut celeriter & velut obiter fecisse iter per Galilæam, ita vt nec aperirent se vsquam, nec commorarentur: & videri poterant (inquit ille) declinasse Galilæam in discessu, nisi obstaret præpositio διά. At ego quamuis profitear παρά præpositionem in quibusdam verbis hanc vim habere, tamen nusquam legi παραπορεύεσθαι in ea significatione positum, sed pro συμπορεύεσθαι, id est, vnà & quasi ad latus incedere: vel pro adambulare, siue ambulando proximè iter facere: sicut accipitur infrà 11.20. Quum autem Cæsarea Philippi venirent Capernaum, omnino fuit ipsis obeunda Galilæa, nisi Iordane traiecto maluissent regionem admodum incultam peragrare. Celerem verò & [illegible] clandestinam fuisse hanc profectionem, ex iis quæ sequuntur satis intelligi potest: sed ita vt aliquandiu tamen illic fuit versati, quum Matthæus cap. 17. versu 22. vtatur verbo ἀναστρέφεσθαι.

31 *Tradetur*, παραδίδοται. Iterum de re mox futura loquens, præsenti vtitur pro futuro, vt sæpe alibi. ¶ *Hominum*, ἀνθρώπων. In quodam exemplari additur ἁμαρτωλῶν, Peccatorum.

32 *Hoc dictum*, τὸ ῥῆμα. Vulg. *Verbum*: quæ interpretatio est perobscura. Eras. *Quod dixerat*, ὃ εἶπεν.

33 *Et quum venisset domum*, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος. Eras. *Et quum venisset domum*, siue in ædes, inquit, nõ vtique suas. Atqui cuiuscunque essent ædes istæ, eas sibi pro domicilio delegerat Dominus, sicut intelligimus ex Matth. 4.13. Itaque nunc dicitur ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, id est, ad verbum, Factus domi: Capernaum scilicet reuersus, in qua vrbe domicilij sui sedem posuerat, vt quum ea abesset, domo abesse videretur. De verbo γίνεσθαι vide suprà 6. vers. 2. ¶ *Inter vos*, πρὸς ἑαυτούς. Vulg. hoc non legit, neque in meo vetustissimo codice inueni.

34 *Quis [esset futurus ipsorum maximus]*, τίς μείζων. Vulgata, *Quis eorum maior esset*: id est, τίς μείζων γένηται αὐτῶν, sicut in quodam exemplari erat annotatum. Ponitur autem μείζων maior, pro μέγιστος, maximus: & eos de terreno regno cogitantes ostendit res ipsa, non de statu præsenti pauperrimo in quo tum versabãtur, sed de regno illo terreno, quod sequuturum somniabant, ista intelligere: quæ res etiam faciebat, vt quod de morte sua & resurrectione prædixerat Christus, præoccupatis illa cogitatione animis nõ intelligerẽt. Ideo nõ suppleui, Esset, sed ἔσοιτο vel γένηται, Futurus esset. Quod si in functione Apostolica futurus erat aliquis primatus, cur (obsecro) Christus id hoc loco reticuisset: aut si iam illum Petro cæteris audientibus detulerat, quæ fuit istius inter Apostolos disceptationis occasio?

35 *Erit*, ἔσται. In quodam exemplari scriptum erat ἔστω, esto: & mihi quidem videtur vberior sensus si hanc lectionem sequamur: nisi malimus futurum indicatiui pro imperandi modo positum esse ex Hebræorum idiomate. nolui tamen temere quicquam mutare. Idem obseruandum est infrà 10.43.

36 *Eo in vlnas recepto*, ἐναγκαλισάμενος. Erasmus rectè pluribus verbis Græci vocabuli vim expressit. Sic enim etiam Lucas explicat capite 2.28. Vulgata, *Amplexus*. Nos quidem in hoc scribendo vocabulo comperimus Græca exemplaria tum hoc loco, tum etiam proximo capite non consentire: sed hanc esse germanam lectionem non dubium est.

37 *Nomine meo*, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου: id est mea causa, siue quòd mihi hunc honorem habeat. Paulò pòst autem aliter accipitur.

ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με.

Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, λέγων, Διδάσκαλε, εἴδομέν τινα ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα δαιμόνια, ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν· καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε, Μὴ κωλύετε αὐτόν. οὐδεὶς γάρ ἐστιν ὃς ποιήσει δύναμιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, καὶ δυνήσεται ταχὺ κακολογῆσαί με.

Ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν.

Ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὅτι Χριστοῦ ἐστε, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

Καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ βέβληται εἰς τὴν θάλασσαν.

Καὶ ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἡ χείρ σου, ἀπόκοψον αὐτήν· καλόν σοι ἐστὶ κυλλὸν εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ τὰς δύο χεῖρας ἔχοντα ἀπελθεῖν εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον·

Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.

Καὶ ἐὰν ὁ πούς σου σκανδαλίζῃ σε, ἀπόκοψον αὐτόν. καλόν ἐστί σοι εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλόν, ἢ τοὺς δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον·

Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.

exceperit, non me excipit, sed eum qui misit me.

38 ‖Respondit autem ei Ioannes, dicēs, Magister, vidimus quendam per nomen tuum eiicientem dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus eum, quia non sequitur nos.

39 Iesus autem ait, Ne illũ prohibete. ‖ nullus enim est qui edat virtutem per nomen meum, & possit citò malè loqui de me.

40 Nam qui non est contra nos, pro nobis est.

41 ‖Quisquis enim potum dederit vobis poculum aquæ in nomine meo, *id est* quòd sitis Christi, amen dico vobis, nequaquã perdiderit mercedem suam.

42 ‖Et quisquis offendiculo fuerit vni ex paruis istis qui credũt in me, bonum esset ei potius si circumponeretur saxum molare circa collum eius, & proiiceretur in mare.

43 ‖ Quòd si manus tua facit vt tu offendas, abscinde eã: bonũ est tibi ad vitã ingredi mancũ *potius* quàm duas manus habẽtẽ abire in gehennam, *id est* in ignem illum inextinctum:

44 ‖Vbi vermis eorum non interit, & ignis non extinguitur.

45 Et si pes tuus facit vt tu offendas, abscinde eum: bonum est tibi ingredi in vitam claudum, *potius* quàm duos pedes habẽtem proiici in gehennam, *id est* in ignẽ illũ inextinctum.

46 Vbi vermis eorum non interit, & ignis non extinguitur.

& quicunque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui misit me.

38 *Respondit illi Ioannes, dicens, Magister, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus eum.*

39 *Iesus autem ait, Nolite prohibere eum. nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me.*

40 *Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est.*

41 *Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*

42 *Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius & in mare mitteretur.*

43 *Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illã: bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem.*

44 *Vbi vermis eorum non moritur; & ignis non extinguitur.*

45 *Et, si pes tuus te scandalizat, amputa illum: bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis:*

46 *Vbi vermis eorum nõ moritur, & ignis non extinguitur.*

Luc. 9. 49
Deus ordinariæ vocationis autor agit extra ordinem quoties libet. Probatur autẽ extraordinaria vocatio à doctrina & effectis.
1. Cor. 12. 3

Matt. 10. 42
Deus adeò seuerus est offendiculorum vltor, vt quoduis damnum faciendum sit potius quàm vel minimo cuipiam obiiciendum offendiculum.
Matth. 18. 6
Luc. 17. 1

Matth. 5. 30
& 18. 8

Esa. 66. 24

¶ *Non me excipit, sed eum qui misit me*, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. Erasmus testatur nonnullos Græcos codices scriptum habuisse, οὐκ ἐμὲ δέχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀποστείλαντά με. id est, non me solum recipit, sed etiam eum qui me misit. In quo dicendi genere particula μόνον interdum subauditur, vt Romanorum 4. 9. Sed recepta lectio mihi magis probatur. nec enim hîc negatio (vt ab illo eruditè obseruatum est) illud remouet, sed corrigit potius: quasi dicat, Non tam me recipit, quàm eum qui misit me. Sic etiam accipitur Ioan. 5. 30, & 6. 18.

38 *Vidimus*, εἴδομεν. In quodam vetere exemplari scribitur οἴδαμεν, nouimus. ¶ *Per nomen tuum*, τῷ ὀνόματί σου. Erasmus ad verbum, *Nomine tuo*: quæ interpretatio visa est mihi obscurior hoc loco. Neque enim hoc dicendi genere idem hîc significatur quod paulo antè. Itaque aliter sumus interpretati, quum præsertim in nostro vetustissimo, & aliis duobus vetustis codicibus addatur præpositio ἐν, & litera ב apud Syrum interpretem, quam certum est ex Hebræorum idiomate idem valere quod διά, vel cum accusatiuo, (quum videlicet significatur causa propter quam fit aliquid, vt in versiculo superiore) vel cum genitiuo, sicut hoc loco, & quoties agitur de causa per quam fit quidpiam: vt illic quidem ἐν τῷ ὀνόματι, ponatur pro διὰ τὸ ὄνομα, hîc verò pro διὰ τοῦ ὀνόματος. quod discrimen Eras. paulo pòst animaduertit. ¶ *Quia non sequitur nos*. ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Hæc non legit Vetus interpres, & in nostro vetustissimo & alio quodam codice non legimus. Contrà verò Syrus interpres hoc qualem legit, sed in priore membro non habet ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Qui non sequitur: & ego hanc lectionem maximè probarim.

39 *Malè loqui de me*, κακολογῆσαί με. Sic rectè hoc loco Vetus interpres, pro eo quod βλασφημεῖν etiam dicunt Græci, id est alterius famam lædere, siue cuipiam obloqui. Suprà verò 7. 10, accipitur pro imprecatione.

40 *Contra nos, pro nobis*, καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν Vulg. *Contra vos, pro vobis*. καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν sicut legitur in plurimis tũ manuscriptis, tum etiam excusis exemplaribus. Sed altera illa lectio mihi quidem magis probatur.

41 *Quòd sitis Christi*, ὅτι Χριστοῦ ἐστε. Hæc verba explicant quid apud Matthæum significet, εἰς ὄνομα μαθητοῦ. 10. 21.

42 *Bonum esset ei potius*, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον. Erasmus, *Melius foret ei*: id est, ἄμεινον ἂν εἴη αὐτῷ. Coniunxit enim particulam μᾶλλον tum absoluto καλόν, vt sit periphrasis τοῦ ἄμεινον. Sed hæc traiectio sanè dura est, nec (vt ego quidem arbitror) necessaria. ¶ *Saxum molare*, λίθος μυλικός. Vulg. & Syrus interpres hîc quoque, vt apud Matt. legerunt μύλος ὀνικός, mola asinaria, cui videlicet agitandæ asini adhibebantur.

43 *Quòd si*, καὶ ἐάν. Vulg. & Eras. ad verbum, *Et si*. Sed nemo non videt idẽ valere καὶ ἐὰν & εἰ δέ, quo vtitur Matthæus. Hæc causa est cur καὶ sæpe etiã interpretati simus *Autẽ* & *Verò*, quando sententias potius quàm verba connectit. ¶ *In ignẽ illum inextinctum*, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον. Vulg. legit πυρὸς ἀσβέστου, *Ignis inextinguibilis* proximò versiculo. Syrus autem interpres nihil addit post Gehennæ vocem: & certè videtur istud esse illius explicatio, quæ fortassis ex albo libri in ipsum contextum irrepsit. Vide Matt. 3. 12.

44 *Eorum*, αὐτῶν. Eorum videlicet qui in illam flammã fuerint proiecti. Relatiuum ergo ponitur absque antecedente expresso ex Hebræorum more, vt Psal. 87. 1. vel hæc ellipsis (adiiciendum enim fuit ἐκεῖσε βληθέντων, illuc proiectorum) inde euenit quòd integer prophetæ locus, Esa. videlicet 66. 24. non citetur.

45 *Inextinctum*, ἄσβεστον. Vide Matth. 3. 12.

49 Nam

Καὶ ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζῃ σε, ἔκβαλε αὐτόν· καλόν σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός·

Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.

Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται· καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται.

Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.

Κεφάλαιον ι.

Κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ συμπορεύονται πάλιν ὄχλοι πρὸς αὐτόν· καί, ὡς εἰώθει, πάλιν ἐδίδασκεν αὐτούς.

Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι ἐπηρώτησαν αὐτόν, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ γυναῖκα ἀπολῦσαι, πειράζοντες αὐτόν.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Τί ὑμῖν ἐνετείλατο Μωσῆς;

Οἱ δὲ εἶπον, Μωσῆς ἐπέτρεψε βιβλίον ἀποστασίου γράψαι, καὶ ἀπολῦσαι.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην.

Ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ Θεός.

Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ μία σάρξ.

Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.

47 Et si oculus tuus facit vt tu offendas, erue eũ: bonũ est tibi introire in regnum Dei luscũ, *potius* quàm duos oculos habẽtem proiici in gehennam ignis:

48 Vbi vermis eorum non interit, & ignis non extinguitur.

49 Nam omnis *homo* igne salietur: & omnis oblatio sale salietur.

50 ‖ Bonus est sal: si verò sal insulsus factus fuerit, quónam ipsum condietis? habete in vobisipsis salem, & pacem habete alij cum aliis.

CAP. X.

1 ET ‖T illinc surgens, venit in fines Iudææ per oram Iordanis: & conuenit rursum turba ad eum: &, vt consueuerat, rursum docebat eos.

2 Tunc accedentes Pharisæi interrogarunt eum an liceret viro vxorem dimittere: tentantes eum.

3 Ipse verò respondens dixit, Quid vobis præcepit Moses?

4 Ipsi autem dixerunt, ‖ Moses permisit libellum abscessionis scribere, & dimittere *vxorem*.

5 Tunc respondens Iesus dixit eis, Pro duritia cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.

6 A principio verò creationis, ‖masculũ & fœminã fecit Deus.

7 ‖Propterea derelinquet homo patrem suum & matrem, & agglutinabitur vxori suæ.

8 Et qui duo *fuerant*, erunt earo vna. Itaque nõ sunt amplius duo, sed vna caro.

9 ‖Quod ergo Deus coniunxit, homo ne separato.

47 *Quòd si oculus tuus scandalizat te, eiice eum: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentẽ mitti in gehennam ignis.*

48 *Vbi verbis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.*

49 *Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale salietur.*

50 *Bonum est sal: quòd si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.*

CAP. X.

1 *ET inde exurgens venit in fines Iudææ vltra Iordanem: & conueniunt iterum turbæ ad eũ: & sicut consueuerat, iterum docebat illos.*

2 *Et accedentes Pharisæi interrogabant eum, Si licet viro vxorem dimittere: tentantes eum.*

3 *At ille respondens dixit eis, Quid vobis præcepit Moyses?*

4 *Qui dixerunt, Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere.*

5 *Quibus respondens Iesus ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.*

6 *Ab initio autem creaturæ, masculum & fœminam fecit eos Deus.*

7 *Propter hoc relinquet homo patrẽ suum & matrem, & adhærebit ad vxorem suam:*

8 *Et erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro.*

9 *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet,*

Leuit. 2. 13
Oportet nos à Deo velut sale macerari: tũ vt simus victimæ ipsi gratæ, tum vt mutuò coniuncti, alij alios saliamus.
Matt. 5. 13
Luc. 14. 34

Matt. 19. 1

Deut. 24. 2
Repudia quæ Lex tolerauit, Deus tamen nunquam probauit.
Gene. 1. 27
matt. 19. 4
Gen. 2. 24
1. cor. 6. 16
ephes. 5. 31

1. Cor. 7. 10

49 *Nam omnis* [*homo*,] πᾶς γάρ Sic legitur hæc particula masculino genere in omnibus quæ vidi exemplaribus: & videtur omnino ad homines traduci anagogicè quod de saliendis victimis in lege cautum erat, quum ea quorũ antea monuerat præstari non possint quin carnem mordeant: sed sic ait Dominus illam macerari, & hominem à putredine sic prohiberi, vt Deo sese totum consecret. Syrus tamen interpres videtur particulam כל [*cul*] accepisse pro re omni, quasi Græcè πᾶν neutro genere sit scribẽdum, & sint hæc ipsius Legis Mosaicæ verba. ¶ *Oblatio*, θυσία, Hebr. מנחה [*minchah*] Vulg. & Eras. *Victima*. ¶ *Sale salietur*, ἁλισθήσεται. Id est necessariò salienda est, vt placeat sacrificium. Sic quoque quum dicit omnes esse saliendos, non prædicit aliquid futurum, sed ostendit quid ab omnibus requiratur. nempe vt verbo incorrupto conditi sese Deo consecrent.

50 *Bonus est sal*, καλὸν τὸ ἅλας. Eras. *Bona res est sal*: eodem manente sensu. Idem tamen ita vertit vt nos fecimus, Lucæ 14. 34. Significat autem eos quibus commissa est verbi diuini administratio, velut salis instar esse, quo saliantur homines, vtpote Euangelicæ doctrinæ præcones, qua per fidem recepta, auditores ab omni corruptione vindicẽtur. Quod si insulsi sint ipsimet doctores, quid superest nisi vt pereant auditores, vel alios doctores mittat Dominus? Sicuti autem hoc loco dicuntur fidi pastores vera doctrina suos auditores salire, ita eosdem dicuntur tanquam victimas Deo præparare: quò respicit Paulus Rom. 15. 16. vt impleatur quod scribit Iesaias 66. 20.

IN CAP. X.

1 *Per oram Iordanis*, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου Heb. בעבר [*Beheber*] non autem מעבר [*Meheber*] Scripsisset enim Matth. διὰ τῆς πέραν, scilicet χώρας, si Peræam significare voluisset. Et hoc etiã liquet ex eo quòd dicitur turba cũ ipso συμπορεύεσθαι, i. iter fecisse, nempe secundũ ripã Iordanis, ipsa Samaria ad dextram relicta. Vide Mat. 4. 25, & 19. 1. ¶ *Conuenit*, συμπορεύονται i. illũ absentẽ sequuta, sicut apud Heb. ex antecedente significatur etiã cõsequens, vt Surgere pro Digredi.

5 *Præceptum*, τὴν ἐντολήν. Mandatũ videlicet de scribendo diuortij libello, siquis pro sua duritia nõ posset vxorẽ ferre. Nec enim Moses præceptũ dedit de repudiandis vxoribus, sed vxoribus potius contra inflexibilem maritorum duritiem prospexit. Malac. 2. 15, & 16. Vide Matt. 19. 8.

6 *Creationis*, τῆς κτίσεως. Vulg. *Creaturæ*, perperã omnino. Syrus autem & meus vetustissimus codex istud non legũt, quod etiam per se satis intelligitur.

9 *Homo*, ἄνθρωπος. Antithesis Dei & Hominis ostẽdit huius interdicti rationẽ. Sũt enim reliqui cõtractus merè humani & ciuiles, ideóque quorũ spõtaneo cõsensu cõtrahuntur, eorum quoque dissensu dissoluuntur. Coniugiũ autẽ sanctius quiddã est, ideóque interueniente velut ipsius Dei auctoritate, in ipso Ecclesiæ cœtu sancitur, ac proinde, non nisi morte, cuius ipse Deus arbiter est, propriè dirimitur, siue sit illa naturalis, siue contingens, siue per crimen capitale, cuiusmodi est expresso iure diuino adulterium, à

iudice infligatur. Ista verò dissolutio iustam obligationem præsupponit, ac proinde hoc interdicto non comprehenduntur falsæ coniugiorum species, quæ ipso iure nulla sunt. Ad desertionis autem scelus quod attinet, vide 1. Cor.7.15.

Matt.5.32. & 19.9. luc.16.18 1.cor.7.10

Matt.19.13 luc.18.15. Deus pro sua bonitate non tantùm patres, sed etiam eorum liberos in fœdere comprehendit, ac proinde ipsis benedicit.

Malitia pueros fieri nos oportet, vt ingrediamur in regnum cælorum.

Matt.19.16 luc.18.18 Duo in primis fugienda æternam vitam seriò quærentibus, opinio videlicet de suis meritis, quæ ex vera legis cōsideratione intelligitur, atque fallacissimus diuitiarū amor, qui multos alacriter etiam currentes è medio cursu reuocat.

Exo.20.13

10 Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ πάλιν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπηρώτησαν αὐτόν.

11 Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν.

12 Καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται.

13 Καὶ προσέφερον αὐτῷ παιδία, ἵνα ἅψηται αὐτῶν· οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμων τοῖς προσφέρουσιν.

14 Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

15 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν.

16 Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτά, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτά, ηὐλόγει αὐτά.

17 Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδόν, προσδραμὼν εἷς καὶ γονυπετήσας αὐτόν, ἐπηρώτα αὐτόν, Διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

18 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός.

19 Τὰς ἐντολὰς οἶδας, Μὴ μοιχεύσῃς, Μὴ φονεύσῃς, Μὴ κλέψῃς, Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, Μὴ ἀποστερήσῃς, Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα.

10 Et domi rursum discipuli eius eadē de ea re interrogarunt eū.

11 Ipse verò dixit eis, ‖Quicunque dimiserit vxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur aduersus eam.

12 Et, si mulier dimiserit virū suū, & nupserit alteri, mœchatur.

13 ‖Tunc obtulerūt ei puerulos vt tangeret eos: discipuli verò obiurgabant eos qui offerebāt.

14 Quod quum vidisset Iesus, indignatus est, & dixit eis, Sinite puerulos venire ad me, & ne prohibete eos. talium enim est regnum Dei.

15 Amen dico vobis, quicunque non exceperit regnum Dei vt puerulus, nequaquam in id ingredietur.

16 Et quum accepisset eos in vlnas, impositis super eos manibus, benedixit eis.

17 ¨Egrediente autem ipso *vt se daret* in viam, ‖¨quidam, quum accurrisset, ¨& accidisset ei ad genua, interrogauit eum, Magister bone, quid faciam vt vitam æternam ¨possideam?

18 Iesus autem dixit ei, Cur me dicis bonum? nullus est bonus, nisi vnus, *nempe* Deus.

19 Præcepta nosti, ‖Ne mœchator, Ne occidito, Ne furator, Ne falsum testimonium dicito, ¨Ne damno *quenquam* afficito, Honora patrem tuum & matrem.

10 *Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum.*

11 *Et ait illis, Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam.*

12 *Et, si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur.*

13 *Et offerebant illi paruulos, vt tangeret illos: discipuli autem comminabantur offerentibus.*

14 *Quos quum videret Iesus, indigne tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos. talium enim est regnum Dei.*

15 *Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud.*

16 *Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.*

17 *Et quum egressus esset in viam, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum, Magister bone, quid faciam vt vitam æternam percipiam?*

18 *Iesus autem dixit ei, Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi vnus, Deus.*

19 *Præcepta nosti, Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudem feceris, Honora patrem tuum & matrem.*

11 *Aduersus eam*, ἐπ' αὐτήν. Ne hoc quidem legit Syrus interpres, vt in sequente versu non additur ἐπ' αὐτόν, vbi tamen magis videbatur requiri, quum vxorem dimittens maritus ei videatur quærendæ nouæ conditionis occasionem præbere.

17 *Egrediente autem eo [vt se daret] in viam*, καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδόν. Vulgata, *Et quum egressus esset in viam.* Videtur enim viam accepisse pro vico, vt Egredi in viam, idē valeat atque Foras exire, & Domo progredi in publicum. At ego significari puto hæc esse gesta quum domo egressus, ad iter se compararet, atque adeo iter ipsum iniret. Scribit enim Matthæus, postquam pueris benè precatus esset, eum illinc esse profectum cap.19.15. ¶ *Quidam quum accurrisset*, προσδραμὼν εἷς. In quodam exemplari scriptum erat ἰδού τις πλούσιος προσδραμὼν, ecce quidam diues quum accurrisset. In Complutensi verò editione pro εἷς scriptum erat τις, de quo diximus Matth.8.19. ¶ *Et accidisset ei ad genua*, καὶ γονυπετήσας αὐτόν. In quodam exemplari scriptum reperimus αὐτῷ, & fortasse rectius. Vide Matthæum 17.14. Alius codex pro αὐτόν habet ἔμπροσθεν αὐτοῦ, coram eo, vt legit Vetus interpres. ¶ *Possideam*, κληρονομήσω. Vulgata, *Percipiam.* [illegible], vt loquitur Matt.19.16. De huius verbi propria significatione diximus Matthæi 5.5. Hic autem translatitiè accipitur ἀντὶ τοῦ κτᾶσθαι, sicut in vernaculo nostro sermone omne genus prædiorum & possessionum solemus Hæreditates vocare.

18 *Bonum*, ἀγαθόν. Id est prorsus & perfectè integer, immò ipsamet bonitas. Quum autem iste Christum non simpliciter bonum, sed adiecto Magistri epitheto vocauit, & naturalis ipsa cognitio Dei, quam Paulus Rom.1.20. appellat τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, vnum doceat Deum solum esse propriè & per se, atque adeò essentialiter bonum, certè videri vix potest Christus ex illa quantumuis honorifica, & optimo iure ipsi attributa compellatione, perducere hunc iuuenem voluisse ad illius ὁμοουσίου suæ Deitatis cognitionem, quæ potiùs erat ex ipsius miraculis cognoscenda, quanuis ita nonnulli hunc locum accipiant. Potius igitur Christus quum iam nosset quantopere ille sese falleret, falsa suæ integritatis confidentia, sic voluit ipsius conscientiam pungere, & ei stultæ de se opinioni occurrere, quam ille tamē, quo Christus tenderet non intelligens, mox suo responso prodidit, vt pote quòd non modò perfectam ex lege præstita, & quidem ab ipsa iuuentute, iustitiam sibi attribuebat, sed amplius etiā aliquid sese supra legē ipsam præstiturum opinabatur: quum tamen totus à suis illis bonis caducis (quod res ipsa tandem ostendit) dependens, ne veram quidem Boni definitionem nosset, nedum vt quod sit illud summum Bonum intelligeret, ad quod omnis rectus reliquorum bonorum vsus sit referendus, immò præ quo sint omnia quasi pro nihilo æstimanda. Ita igitur Christus hunc iuuenem ad veræ bonitatis canonem & archetypū reuocat, vt nosset quātum ab eo abesset, quod ipse sibi temerè persuaserat. Deinde sic illum quoque docet iustitiā, quā diuina Lex ab hominibus exigit, non esse ex vllis hominum viribus, sed ex ipsa summè boni & iusti Legislatoris natura æstimandam. Viderint igitur quantopere seipsos fallant, qui opera illa sua quidquam apud Deum mereri somniant, nedum vt non prorsus insaniant, qui vel in ἐθελοθρησκείαις sibi placent, vel etiam opera supererogationis, quæ vocant, imaginantur.

19 *Ne damno [quenquam] afficito*, μὴ ἀποστερήσῃς. Vulgata, *Ne fraudem feceris*, & alibi sæpe ἀποστερεῖν vertit *fraudare*, quod tamen apud Græcos latius patet. Significat enim quempiam re sua priuare siue eam retineas, siue fraude aut vi eripias. Videtur autem Dominus hoc mandato, quasi compendio quodam, superiora omnia complecti. Deesse tamen istud in vno manuscripto codice comperimus.

20 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε, ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου.

21 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτόν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἕν σοι ὑστερεῖ· ὕπαγε, ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ δὸς τοῖς πτωχοῖς· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, ἄρας τὸν σταυρόν.

22 Ὁ δὲ, στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.

23 Καὶ περιβλεψάμενος ὁ Ἰησοῦς λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελεύσονται.

24 Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς, πάλιν ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς, Τέκνα, πῶς δύσκολόν ἐστι τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

25 Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

20 Ille verò respondens dixit ei, Magister, hęc omnia obseruaui ¨à iuuentute mea.

21 Iesus autē eum intuitus, dilexit eum, & dixit ei, ¨Vnum tibi deest: abi, quęcunque habes vēde, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me, ¨sublata *in humeros* cruce.

22 Ille verò ¨mœstus ¨ad hunc sermonem, abiit tristis: habebat enim possessiones multas.

23 Et quum circunspexisset Iesus dicit discipulis suis, Quàm difficulter qui ¨opes habent, in regnum Dei introibunt.

24 Discipuli verò expauerunt ad hos sermones ipsius. Iesus autē rursum respondens dixit eis, Filij, quàm difficile est ¨eos qui confidunt opibus, in regnum Dei introire.

25 Facilius est camelum per foramen acus ¨transire, quàm diuitem in regnum Dei introire.

20 *At ille respondens ait illi, Magister hæc omnia obseruaui à iuuentute mea.*

21 *Iesus autem intuitus eum, dilexit eum: & dixit ei, Vnum tibi deest: vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.*

22 *Qui contristatus in verbo, abijt mœrens: erat enim habens multas possessiones.*

23 *Et circunspiciens Iesus ait discipulis suis, Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt.*

24 *Discipuli autem obstupescebant in verbis eius, At Iesus rursus respondēs ait illis, Filioli, quàm difficile est confidentes in pecuniis, in regnum Dei introire.*

25 *Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.*

20 *A iuuentute mea*, ἐκ νεότητός μου. In quodam codice, hoc etiam loco, vt Matth.19.16. additur τί ἔτι ὑστερῶ, *adhuc deficior*, vnde etiam videtur Christus occasionem responsi arripuisse.

21 *Dilexit*, ἠγάπησεν, illo videlicet propenso affectu, quo Deus omnes res à se creatas dignatur, & quidem in primis eos in quibus aliquas, quantumuis tenues & paulatim per se euanescentes imaginis suæ reliquias animaduertit: id est, quos non penitus in reprobum sensum tradidit, quum vasa etiam iræ suæ destinata multa lenitate perferat. Rom. 9.22. Neque hinc tamen cōsequitur verum esse meritum, quod Matæologi ex Congruo vocant, id est, operum absque fide & spiritu regenerationis editorū, cuiusmodi sunt Morales quas appellant virtutes. Sunt.n. ista quoq. merè gratuitum Dei donum, naturalem illam prauitatem non quidem immutantis, sed in quibus illi placet aliquatenus reprimentis. Est ergo dilectio ista accuratè ab illa paterna charitate discernenda, quia Deus electos suos solos, in Filio suo per fidem apprehenso iustificatos & sanctificatos, & tandem glorificandos, complectitur. ¶ *Vnum tibi deest*, ἕν σοι ὑστερεῖ, id est ἕν σοι λείπει. Istud autem *Vnum* opponitur vniuersalibus particulis, ταῦτα πάντα, quibus vsus erat iste iuuenis: neq; hoc dicitur à Christo simpliciter, & vt per se verba sonant (quasi videlicet aliquid addi possit ei Iustitiæ quam Lex præscribit) sed per concessionem: ac si diceret Christus tantùm abesse vt iste omnia illa, quæ sibi stultè persuaserat, vnquam sicut Lex exigit, præstitisset, vt è contrario vnum illud ei deesset, sine quo nulla extet obedientia qualem Lex requirit: perfecta videlicet charitas, quæ suis sine exceptione rebus omnibus, studium pietatis, & vltrò iuuandi quoque cum incommodo suo proximi anteponat, quorum illud Christus his verbis, *Sequere me & sublata in humeros cruce*, declarat: istud verò per, *Vade, vende quæcunque habes & da pauperibus*, ostendit. Nequaquā enim istud ab omnibus Lex exigit, quum è contrariò sæpenumero istud fieri nequeat, quin in Legem charitatis peccetur, nedum vt hoc ad perfectam Christianam vitam, quam nonnulli somniant, requiratur. Delegit ergo Christus id charitatis exemplum, ex quo propriè conuinci istius confidentiam oportuit. Sed & ob eam ipsam causam videtur Christus specialiter illum ex posterioris tabulæ præceptis coarguere voluisse, quæ omnia, quū sint prohibentis modi forma concepta, etiā si Christus isti iuueni concessisset, nō fuisse vllo modo ab ipso violata, causa tamen non erat cur iste ab se fuisse obseruata sibi persuaderet: siquidem non modò à lædendo proximo, id est à malo, nos abstinere Lex iubet, sed etiam proximum vera & sincera charitate, suis etiam neglectis, amplecti. Quorsum igitur istud veteres ad suam illam solitariam vitam, quam stultissimè Angelicam vocarunt, ciuili etiam ipsi vitæ, tum quoque quum in horrendam illam omnis impietatis & spurcitiæ cloacam non degenerasset, aduersantem, pertraxerint, ego quidem videre nequeo. ¶ *Sublata [in humeros] cruce*, ἄρας τὸν σταυρόν. Hæc non legit Vetus interpres: quæ tamē legit Syrus. Addidit autem Eras. *In humeros*, vt amphiboliam vitaret. Vnus codex post σταυρόν addit σου, *tua*: & in hoc versiculo post ὑστερεῖ, additum reperio in duobus codicibus, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, si vis esse perfectus: quod tamen ex Matthæo videtur additum.

22 *Mœstus*, στυγνάσας. Erasmus, *Molestiâ affectus*: id est χαλεπαινόμενος. Atqui molestiā à tristitia differre puto, sicut causa ab effectu diuersa est. ¶ *Ad hunc sermonem*, ἐπὶ τῷ λόγῳ. Vulg. *In verbo*: quæ interpretatio & barbara est & obscura, vt taceam Verbum potius declarare τὸ ῥῆμα quàm τὸν λόγον. Erasmus, *Propter sermonem*: rectè quidem expressa præpositione, (ponitur enim ἐπὶ pro διά, sicut iterum versu 24) sed omisso articulo.

23 *Opes*, χρήματα. Vulg. & Erasm. *Pecunias*. Sed pecuniæ appellatione, etiam quum latissimè patet, bona nonnisi mouentia appellantur. Græcum autem vocabulum (vt ait Aristoteles Ethicorum 4.) ea omnia complectitur ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται, id est, quorum pretium numis æstimatur. Sic verò appellantur antonomasticè παρὰ τὸ χρῆσθαι, vt docet Budæus ex Xenophontis OEconomico, vnde impium illud prouerbium, *argent fait tout*.

24 *Vt qui confidunt*, τοὺς πεποιθότας. Vulgata. *Confidentes*. Sed rectè monet Erasmus ex Cicerone, confidentem apud Latinos participium non esse, sed nomen, & aliud declarare. Itaque quærenda fuit periphrasis. Hic autem quiddam ex illo meo vetustissimo codice obseruatum minimè velim præte[illegible] quo subsequens versiculus decimus quintus attexitur decimo tertio, & isti præponitur: idque (vt opinor) optima ratione, quanuis in recepta lectione nihil immutarim. Nam alioqui non video quid in habito à Christo sermone tantopere discipulos perterrefacere debuerit. Attonitos autem illos Christus postea erigit, docens eos demum diuites illa sententia comprehendi qui à diuitiis potius possideantur, quàm eas ipsi possideant: quæ tamen responsio illis ideo non satisfecit, quòd vix alios esse vllos diuites satis nossent.

25 *Transire*, διελθεῖν. Eras. *Ingredi*, εἰσελθεῖν, sicut in plerisque codicib. legitur. Sed & Complutensis editio post διελθεῖν, addit γάρ, enim: & ista quæ sequuntur ad finē vsque versiculi, nempe, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν, animaduertimus in duobus vetustis codicib. deesse, quæ etiā vt non addas, ex præcedenti versiculo satis intelliguntur.

Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες πρὸς ἑαυτούς, Καὶ τίς δύναται σωθῆναι;

Ἐμβλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγει, Παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ᾽ οὐ παρὰ τῷ Θεῷ· πάντα γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ.

Καὶ ἤρξατο ὁ Πέτρος λέγειν αὐτῷ, Ἰδού, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν ἢ ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφάς, ἢ πατέρα ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα ἢ τέκνα, ἢ ἀγρούς, ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου.

Ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, οἰκίας, καὶ ἀδελφούς, καὶ ἀδελφάς, καὶ μητέρας, καὶ τέκνα, καὶ ἀγρούς, μετὰ διωγμῶν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.

Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι· καὶ οἱ ἔσχατοι, πρῶτοι.

Ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐθαμβοῦντο, καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο. Καὶ παραλαβὼν πάλιν τοὺς δώδεκα, ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν.

26 Illi verò eò amplius percellebantur, dicentes inter se, Et quis potest seruari?

27 Intuitus autem eos Iesus dicit, Apud homines *hoc* fieri nõ potest, sed non apud Deum: nã omnia possibilia sũt apud Deũ.

28 ‖ Tunc Petrus cœpit dicere, Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.

29 Respondens autem Iesus ait, Amẽ dico vobis, nullus est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut liberos, aut agros, mea causa & Euangelij.

30 Quin accipiat centuplicia nũc hoc ipso tempore, domos, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros, *&* cum persequutionibus, ac in seculo venturo vitam æternam.

31 ‖ Multi autem primi, erunt vltimi: & vltimi, primi.

32 ‖ Erant autem in via ascendẽtes Hierosolyma: & præibat eis Iesus, & expauescebant, & eum sequendo metuebant. Ipse verò assumptis rursum duodecim illis cœpit dicere quæ sibi erant euentura.

26 *Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos, Et quis potest saluus fieri?*

27 *Et intuens illos Iesus ait, Apud homines impossibile est, sed non apud Deum: omnia enim possibilia sunt apud Deum.*

28 *Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce, nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te.*

29 *Respondens Iesus ait, Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me & propter Euangelium.*

30 *Qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cũ persequutionibus, & in seculo futuro vitam æternam.*

31 *Multi autem erunt primi, nouissimi: & nouissimi primi.*

32 *Erant autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebãt, sequentes & timebant. Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei euentura.*

Matt. 19.26 Luc. 18.26. Præ Christo omnia negligere certum est ad vitam æternam iter, modò nequis in via deficiat.

Matt. 19.30 Luc. 13.31

Matth. 20.17 Luc. 18.31 Rursus discipuli ad inuictam patientiam præparãtur, mortis imminentis & simul certò sequuturæ vitæ denũtiatione.

26 *Et quis potest*, καὶ τίς δύναται; Coniunctio ET hoc loco & aliis similibus non est copulatiua, sed illatiua potius: sed cum interrogatione semper, vt Mat. 3.14. Sic Virg. Æneid. 1, *Et quisquam numen Iunonis adoret Præterea?* In quo tamen genere dicendi Græci ferè vsurpant particulam εἶτα, vt Aristophanes in Pluto, ὦ μιαρώτατε ἀνδρῶν ἁπάντων, εἶτ᾽ ἐσίγας, πλοῦτος ὤν. Scelestissime virorum omnium, & tu silebas, Plutus quum sis? ¶ *Hoc fieri non potest*, ἀδύνατον. Apud Syrum interpretem & in meo vetustissimo codice exprimitur pronomen τοῦτο, quod etsi non adiiciatur, necessariò tamen subauditur. Sed quò istud pertineat quæritur. Nam alij ad diuitum in regnum Dei ingressum referunt, alij ad cameli per foramen acus penetrationem, vt postquam inde collegerint Deum non adstringi naturæ legibus, Transubstantiationẽ quoque, salua nihilominus manente naturalis corporis Christi veritate, stabiliant. Atqui extra cõtrouersiam est, Deum posse suo, sine vlla exceptione, arbitrio, non modò naturæ leges refigere, sed etiã funditus omnia in nihilum abolere: neque de hoc disceptatur, sed num saluam simul rerũ naturam præstare, & eam abolere possit. Hoc autem ideo illum posse negamus, nõ quòd non sit omnipotens, sed quòd mentiri, ac proinde contradictoria simul velle, nequeat: posse verò mentiri nõ sit potentiæ alicuius, sed infirmitatis ac vitij longè maximi, quod in Deũ non cadit. Huc autẽ ipsa nos cõparatio ista deducit, siue ad camelũ, siue ad diuites opibus cõfidentes, siue (quod omnino faciendum est) ad hoc vtrunque istam apud Deũ possibilitatem referas. Num igitur, quæso, Deus efficere possit vt quispiam diues simul & confidat suis diuitiis, & in regno cælorum censeatur? Nequaquam certè, quoniam solos credentes & in ipsum respicientes admittit Dominus, pronuntians neminem posse Deo & Mammonæ seruire. Quid igitur ipse vnus potest efficere? nimirum vt qui diuitiis confidebat, illis repente renuntians euadat cælestis regni ciuis. Sic num potest facere Deus vt camelus talis permanens qualis est natura, per acus foramen transeat, id est simul maior sit & minor? nequaquam. Sed ex maiore minorem efficere solus extra ordinem potest, vt tumore deposito per acus foramen facillimè pertranseat.

29 *Aut vxorem*, ἢ γυναῖκα. Hæc suspicatur Erasmus ex Matthæo & Luca perperam à quopiam addita, propterea quòd mox quum repetuntur res relictæ, nulla fit vxorum mentio, reperimus tamen in omnibus exemplaribus.

30 *Quin*, ἐὰν μή. Vulgata, *Qui non*: id est ὃς οὐ μή, sicut scribitur Luc. 18.30. Omnia tamen nostra exemplaria constanter ἐὰν μή scriptum habent hoc loco. Et simile exemplum occurrit Mat. 26.42. & apud Hom. Iliad β, in his versiculis, Οὐ γὰρ παυσωλή γε μετέσσεται οὐδ᾽ ἠβαιόν, Εἰ μὴ νὺξ ἐλθοῦσα διακρινέει μένος ἀνδρῶν. Videtur autem id esse quod Hebræi dicunt אִם־לֹא [velo,] vt Amos 3.5. ¶ *Centuplicia*, ἑκατονταπλασίονα, id est, quæ centies tanti sint, nempe quod ad verum vsum & commoda huius etiam vitæ attinet, si modò illa non ex copiis & cupiditate nostra, sed ex Dei nostri voluntate (quæ vna est certissima bonorum regula) metiamur: adeò vt fideles in media etiam egestate sentiant huius promissionis euẽtum. Itaque perridiculus erat Iulianus ille Apostata quum hunc locum exagitans, quæreret num centum etiam vxores habituri essent Christiani. ¶ *Nunc hoc ipso tempore*, νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. Hæc verba in Theophylacti Romani codice sequentibus annectuntur, adscripta distinctione post ἑκατονταπλασίονα: vt primùm sit in genere proposita promissio centuplicis compensationis, quæ deinde duas diuersorum bonorum species complectatur, nimirum præsentis huius vitæ commoda, & perpetuam æternæ vitæ hæreditatem, quam distinctionem probo. ¶ *Et matres*, καὶ μητέρας. In tribus vetustis scriptum legimus καὶ πατέρα καὶ μητέρα, & patrem & matrem. Neque certè verisimile est Christum in hac promissione id quod vel præcipuum erat prætermisisse. Ego verò legendum puto καὶ πατέρας καὶ μητέρας plurali numero, vt omnia centuplicia promittantur: & Theophylactum ita legisse apparet ex ipsius interpretatione. ¶ *Cum persequutionibus*, μετὰ διωγμῶν. Non promittit persequutiones Dominus, (quod absurdum esset) sed fore dicit vt in mediis etiam persequutionibus centuplo sint feliciores quàm vnquam antea, qui Christũ omnibus huius vitæ commodis anteposuerint.

31 *Primi*, πρῶτοι. Sic construendam esse hanc vocem cũ verbo ἔσονται, à parte videlicet anteriore, vt ἔσχατοι à posteriore, sensus ipse docet, vt etiam vertit Syrus interpres.

32 *Et expauescebant, &* [*eum*] *sequendo metuebant*, καὶ ἐθαμβοῦντο, καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο. Vulg. & stupebant sequentes & timebant. legit enim καὶ ἐθαμβοῦντο ἀκολουθοῦντες καὶ ἐφοβοῦντο: particula καὶ rectiùs profectò collocata. Sed quid si istud ἐφοβοῦντο in albo notatum pro καὶ ἐθαμβοῦντο postea in contextum irrepsit? Nam certè ἐφοβοῦντο in his præsertim libris, in quibus nunquam passiuè accipitur, minus quiddam est quàm ἐθαμβοῦντο. Causa verò istius motus id fuit quod non semel illis prædixerat, & mox illis inculcat, quoniam ad illud non ita initiò attenderant.

Ὅτι ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι.

Καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτόν, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

Καὶ προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, λέγοντες, Διδάσκαλε, θέλομεν ἵνα ὃ ἐὰν αἰτήσωμεν ποιήσῃς ἡμῖν.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν;

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Δὸς ὑμῖν ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι;

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Δυνάμεθα. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τὸ μὲν ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, πίεσθε· καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε·

Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ᾽ οἷς ἡτοίμασται.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα ἤρξαντο ἀγανακτεῖν περὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτούς, λέγει αὐτοῖς, Οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, κατακυριεύουσιν αὐτῶν· καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν, κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν.

Οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ᾽ ὃς ἐὰν θέλῃ γενέσθαι μέγας ἐν ὑμῖν, ἔσται διάκονος ὑμῶν.

Καὶ ὃς ἂν θέλῃ ὑμῶν γενέσθαι πρῶτος, ἔσται πάντων δοῦλος.

33 *Dicens*, Ecce, ascẽdimus Hierosolyma, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis: & condẽnabunt eum morte, tradéntque eũ Gẽtibus.

34 Et *ipsi* illudent ei, & flagellabunt eum, & inspuent in eũ, & interiment eum: sed tertia die resurget.

35 ‖ Tunc accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes, Magister, velimus vt quicquid petierimus, præstes nobis.

36 Ipse verò dixit eis, Quid me vultis vobis præstare?

37 Illi autem dixerũt ei, Da nobis vt vnus ad dextram tuam & alter ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.

38 Iesus autem dixit eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere poculum quod ego bibo, & baptismo quo ego baptizor, baptizari?

39 Ipsi verò dixerũt ei, Possumus. Iesus autem dixit eis, Poculum quidẽ quod ego bibo, bibetis: & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini:

40 Sed sedere ad dextrã meã & ad sinistrã meã, nõ est meũ dare, sed *dabitur* quibus paratũ est.

41 Et quum *hæc* audissent *alij* decem, cœperũt indignari de Iacobo & Ioanne.

42 Iesus autem quum eos aduocasset, dixit eis, ‖ Scitis eos qui censentur imperare Gentibus, dominari in eas: & earum magnates, auctoritate vti in eas.

43 Verum non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit fieri magnus inter vos, sit minister vester.

44 Et quicũque voluerit ex vobis fieri primus, sit omniũ seruus.

33 *Quia ecce ascendimus Ierosolymã, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis & senioribus: & damnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus:*

34 *Et illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eũ: & tertia die resurget.*

35 *Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes, Magister, volumus vt quodcunque petierimus, facias nobis.*

36 *At ille dixit eis, Quid vultis vt faciam vobis?*

37 *Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad dextram tuam & alius ad sinistrã tuam sedeamus in gloria tua.*

38 *Iesus autem ait eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor, baptizari?*

39 *At illi dixerunt ei, Possumus. Iesus autem ait eis, Calicem quidem quem ego bibo, bibetis: & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini:*

40 *Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram, non est meum dare, sed quibus paratum est.*

41 *Et audientes decem cœperunt indignari de Iacobo & Ioanne.*

42 *Iesus autem vocãs eos, ait illis, Scitis quia ij qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum.*

43 *Non ita est autem in vobis: sed quicunque voluerit fieri maior, erit vester minister.*

44 *Et quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus.*

Matt. 20.20 Omninò priùs certandum est quàm triumphandum.

Luc. 22.25 Magistratus secundum Deũ suis subiectis imperant: pastores autem non ad dominandum, sed ad seruiẽdum vocati sunt, præeunte ipsis Dei filio, quatenus & ipse fuit voluntatis Patris minister. Itaque hoc Christi dicto duæ illæ gubernationes, non modò distinguuntur, sed etiam seiunguntur. ac proinde copulari in eãdem persona nec iure possunt nec debent.

33 [*Dicens*] *Ecce*, ὅτι ἰδού. id est, כִּי הִנֵּה [*chi hinneh*,] vt loquuntur interdum Hebræi, etiam in initiis: vt Amos 4.3. vbi videtur eadem vsurpari transitio ab oratione recta ad obliquam, subaudito לֵאמֹר [*lemor*,] quod hic expressimus. Vide infrà 11.31, & 14.70.

35 *Velimus*, θέλομεν. Ad verbum, Volumus, id est optamus. Est enim rogandi, non imperandi significatione positum. Cicero, *Eum honorem deos tibi fortunare volo*. Sic autẽ solent Græci cõuertere verbum Hebræum חָפֵץ [*chaphets*] per θέλειν vel ζητεῖν, vt Malach. 3.1.

38 *Et baptismo*, καὶ τὸ βάπτισμα. Vulgata, *Aut baptismo*. ἢ τὸ βάπτισμα, vt legitur in meo vetustissimo & alio præterea manuscr. exemplari. Quid autem significetur hoc dicendi genere diximus Matth. 20.22.

40 *Et ad sinistram*, καὶ ἐξ εὐωνύμων. Hic iterum Vulg. pro καὶ legit ἢ, & ita scribitur in meo vet. & alio manuscr. codice. ¶ *Sed dabitur*, ἀλλά, sub. δοθήσεται. Mihi enim magis placet ellipsin esse, ex præced. verbo supplendã, quãuis ἀλλά vbiq; apud Syrum interpretem ponatur pro εἰ μή. Vide sup. 9.8.

42 *Qui censentur*, οἱ δοκοῦντες, id est, ij quos Gentes habent & agnoscunt, ea quorum imperio pareant. Nam οἱ δοκοῦντες idem valet atque οἱ ἄρχοντες, ab ipsis videlicet populis. Vulgata & Erasmus, *Qui videntur*, quod dici solet de iis qui reipsa non sint id quod esse videntur, quod huic locò non conuenit, quamuis τὸ δοκεῖν sic sæpe accipiatur, vnde δόξα pro opinione, & Hæretici appellati δοκῆται, qui carnem Christi non reipsa extitisse, sed tantùm visam fuisse docuerunt. Vide Matth. 5.9.

43 *Voluerit*, ἂν θέλῃ. Huic verbo respondet in præcedẽte versiculo participium δοκοῦντες. Sed illic quidem ambitio damnatur, hic verò rectum studium excellendi inter pastores ostenditur: quo fit videlicet vt non supra alios efferri, sed in gloria Dei recto zelo & Ecclesia solicitè suo ministerio ædificanda alij alios superare sancta quadam contentione studeant. ¶ *Sit*, ἔσται. id est (vt in multis codicibus legitur) ἔστω, esto, consueta Hebræis enallage futuri Indicatiui pro Imperatiuo, vt ex Decalogi præceptis apparet, ita conceptis.

45 Καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

46 Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεριχώ· καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ἱεριχώ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ ὄχλου ἱκανοῦ, υἱὸς Τιμαίου Βαρτίμαιος ὁ τυφλὸς ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν.

Matt.20.29 luc.18.35 Christus vnus fide inuocatus cæcitatem nostram sanat.

47 Καὶ ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖός ἐστιν, ἤρξατο κράζειν, καὶ λέγειν, Ὁ υἱὸς Δαβὶδ Ἰησοῦ, ἐλέησόν με.

48 Καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοὶ ἵνα σιωπήσῃ· ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, Υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησόν με.

49 Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτὸν φωνηθῆναι. καὶ φωνοῦσι τὸν τυφλὸν, λέγοντες αὐτῷ, Θάρσει, ἔγειραι· φωνεῖ σε.

50 Ὁ δὲ, ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν.

51 Καὶ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τί θέλεις ποιήσω σοι; Ὁ δὲ τυφλὸς εἶπεν αὐτῷ, Ῥαββονί, ἵνα ἀναβλέψω.

52 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ὕπαγε, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ εὐθέως ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει τῷ Ἰησοῦ ἐν τῇ ὁδῷ.

Κεφάλαιον ια.

Matth.21.1 luc.19.29 Viua spiritualis in terris regni Christi imago.

1 ΚΑΙ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ, εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

2 Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ὑπάγετε εἰς τὴν κώ-

45 Nam & Filius hominis non venit vt sibi ministraretur, sed vt ministraret, & daret animam suam redēptionis pretium pro multis.

46 Tunc veniunt Hierichontē: quumque egrederetur ab Hiericho, ac discipulis eius, & turba satis multa, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat apud viam mendicans.

47 Et quum audisset ipsum esse Iesum illum Nazarenum, cœpit clamare, & dicere, Fili Dauidis Iesu miserere mei.

48 Obiurgabant autē eum multi vt sileret: ille verò multo magis clamabat, Fili Dauidis miserere mei.

49 Tunc Iesus quum substitisset, iussit eum vocari. vocant igitur cæcum, dicentes ei, Confide, surge: vocat te.

50 Ipse verò abiecto pallio suo quū surrexisset, venit ad Iesū.

51 Et respondens dixit ei Iesus, Quid vis tibi faciam? Cæcus autem ait ei, Rabboni, vt visum recipiam.

52 Iesus autem dixit ei, Abi, fides tua te seruauit. Statim igitur recepit visum, & sequebatur Iesum in illo itinere.

CAP. XI.

1 QVū autē appropinquarent Hierosolymis ad Bethphage & Bethaniā apud mōtē Olearū, misit duos è discipulis suis.

2 Et dicit eis, Abite in vicum

45 *Nam & Filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.*

46 *Et veniunt Iericho: & proficiscente eo de Iericho, & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta viam mendicans.*

47 *Qui quum audisset quia Iesus Nazarenus est, cœpit clamare, & dicere, Iesu fili Dauid, miserere mei.*

48 *Et comminabantur ei multi vt taceret: at ille multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei.*

49 *Et stans Iesus præcepit illum vocari. & vocant cæcum dicentes ei, Animæquior esto, surge: vocat te.*

50 *Qui proiecto vestimento suo, exiliens, venit ad eum.*

51 *Et respondens Iesus dixit illi, Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei, Rabboni, vt videam.*

52 *Iesus autē ait illi, Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.*

CAP. XI.

1 *ET quum appropinquarent Ierosolymæ & Bethaniæ ad montem Oliuarum, mittit duos ex discipulis suis,*

2 *Et ait illis, Ite in castel-*

45 *Pro multis*, ἀντὶ πολλῶν: id est, multorum vice. Subiit enim vicem nostram, & peccata nostra portauit. Vel pro multis, id est multorum causa, vt ἀντὶ pro ὑπὲρ, vel ἕνεκα ponatur [illegible], quo modo etiam accipitur Matth.17.27.

46 *Satis multa*, ἱκανοῦ. Vulgata, *multa*, non satis commodè. Est enim ἱκανὸς in hoc dicendi genere, medium quiddam inter *Paruum* & *Multum*, vt appositè quoque hic possimus *non paruam turbam* interpretari: quamuis hæc λέξις propius ad Multum accedat, vt liquet ex Luc.8,27.& 32. ¶ *Filius Timæi*, υἱὸς Τιμαίου. Si vera est hæc lectio, dubium non est quin hæc explicatio nominis Syri ex albo libri in contextum irrepserit. Sed mihi omnino rectum videtur quod habet Syrus interpres, nempe *Timæi, filius Timæi*. Non est autem temere nomen eius istius expressum, quum dicatur postea Iesum sequutus, vt probabile sit celebrem fuisse postea inter discipulos. Sed & Hieronymus lib. De nominibus Hebraicis aliam lectionē annotat, nempe, *Filius Timæi, Barsemia*, Filius cæcus, quæ est certè vera lectio, quamuis corruptam esse existimet.

47 *Fili*, ὁ υἱός. Rectus pro vocandi casu, sicut alibi annotauimus. Scribitur autem hoc etiam loco in duobus vetustis codicibus υἱέ, & nomen Iesu in vno deest. Sed & in alio quodam hæc quæ sequenti versu legimus, non habentur, [illegible] *illo verò multo magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei.*

49 *Quum substitisset*, στάς. Vulg. & Eras. Standi vocabulo vsi sunt. Ego verò illo malui, vt melius intelligatur opponi [illegible]. Ad verbum, Dixit. Hebræorum idiotismo, de quo diximus Mat. [illegible] duobus autē codic. scriptum [illegible] *Vocate eum.*

50 *Quum surrexisset*, ἀναστάς. In meo vetustissimo & alio codice scribitur [illegible], *exiliens*, vt Vetus interpres conuertit.

51 *Rabboni*, ῥαββονί. Legitur alicubi ῥαββουνί, perperam: quanuis hoc discrimen non sit positum in re ipsa, sed in pronuntiatione, quam ego video inter Iudæos esse multiplicem. Annotat autem Caninius Ribbon Syriacè dici non quemuis dominum, sed αὐτοκράτορα, & soli Deo propriè tribui: quod si verum est, certè hic cæcus multo apertius Christi diuinitatem asseruit quàm quisquam alius ante ipsius resurrectionem. Nam quod idem Caninius tradit, Christum ante mortem à nemine fuisse vocatum Rabboni, ex hoc loco refelli potest. Itaque mihi fit verisimile, differentiam illam inter Rabbi & Rabboni inanem esse. Neque enim Deus simpliciter vocatur Ribbon, sed cum adiectione של עולם [*schel holam*.] Et Ioannes Rabboni non aliter quàm διδάσκαλε interpretatur 20.16 Syrus autem interpres & meus vetustiss. codex habent Ῥαββί, Rabbi.

IN CAP. XI.

1 *Ad Bethphage*, εἰς Βηθφαγή. Id est, circiter Beth-phage siue non procul Beth-phage. Munsterus scribit בית־פאגי [*beth-phage*] & tradit magistros etiam Hebræorum hunc locum commemorare. Vtcunque sit, hic quoque produnt Græci librarij Hebraicæ linguæ imperitiam, nam in omnibus vetustis codicibus, atque adeo apud Theophylactum, perperam scriptum reperimus Βηθσφαγή. Vetus autem interpres, vt & Syrus, solam Bethaniam commemorat, meo quoque vetustissimo codice adstipulante, vt hic ipse sit vicus in quem discipulos mittit. Apud Lucam tamen duo hæc loca vt prorsus inter se proxima commemorantur.

2 *Vicum*, κώμην. In quodam exemplari legimus πόλιν, vrbem & video nonnullis placuisse hæc intelligere de ipsa Hierusalem sed perperam. Multi quoque imperiti homines multa hic garriunt de eo quod addidit Dominus, κατέναντι ὑμῶν Qui contra vos est: quum κατέναντι idem valeat quod E regione & ex aduerso.

¶ *Statim*

μην τὴν κατέναντι ὑμῶν· καὶ εὐθέως εἰσπορευόμενοι εἰς αὐτὴν, εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε.

3 Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Τί ποιεῖτε τοῦτο; εἴπατε, Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει· καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀποστελεῖ ὧδε.

4 Ἀπῆλθον δὲ καὶ εὗρον τὸν πῶλον δεδεμένον πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου· καὶ λύουσιν αὐτόν.

5 Καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων ἔλεγον αὐτοῖς, Τί ποιεῖτε λύοντες τὸν πῶλον;

6 Οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς καθὼς ἐνετείλατο ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἀφῆκαν αὐτούς.

7 Καὶ ἤγαγον τὸν πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐπέβαλον αὐτῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐκάθισεν ἐπ' αὐτῷ.

8 Πολλοὶ δὲ τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἔστρωσαν εἰς τὴν ὁδόν· ἄλλοι δὲ στοιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν.

9 Καὶ οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες, Ὡσαννά, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

10 Εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ· ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

11 Καὶ εἰσῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἰς τὸ ἱερόν· καὶ περιβλεψάμενος πάντα, ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, ἐξῆλθεν εἰς Βηθανίαν μετὰ τῶν δώδεκα.

12 Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν ἀπὸ Βηθανίας, ἐπείνασε.

qui vobis est ex aduerso: & statim vt ingrediemini in eum, inuenietis pullum ligatum, in quo nullus hominum sedit: soluite eum & adducite.

3 Quòd siquis vobis dixerit, Cur hoc facitis? dicite, quoniā eo opus est Domino: & eum statim hūc mittet.

4 Abierunt igitur & inuenerunt pullum ligatum ad ostium foris in biuio: & soluerūt eum.

5 Tunc quidam eorum qui illic adstabant, dixerunt eis, Quid facitis qui soluitis pullum?

6 Ipsi verò dixerūt eis prout præceperat Iesus: & *illi* dimiserunt eos.

7 ‖ Adduxerunt igitur pullum ad Iesum, & iniecerunt ei pallia sua, & insedit ei.

8 Multi verò pallia sua strauerunt per viam: alij autem frondes cædebant ex arboribus, & sternebant in viam.

9 Et qui præibāt, quíque sequebātur, clamabant dicentes, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini.

10 Benedictum regnum patris nostri Dauidis, quod venit in nomine Domini: hosanna *ô qui es in cælis* altissimis.

11 ‖ Et ingressus est Hierosolymā Dominus, & in templū: quúmque circunspexisset omnia, & vespera iam hora esset, exiit ad Bethaniam cū illis duodecim.

12 ‖ Et postero die quum exissēt Bethania, esuriit.

lum quod contra vos est: & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum & adducite.

3 *Et siquis vobis dixerit, Quid facitis? dicite, Quia Domino necessarius est: & continuò illum dimittet huc.*

4 *Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluunt eum.*

5 *Et quidam de illic stantibus dicebant illis, Quid facitis soluentes pullum?*

6 *Qui dixerunt eis sicut præceperat illis Iesus: & dimiserunt eos.*

7 *Et duxerunt pullum ad Iesum, & imponunt illi vestimenta sua: & sedit super eum.* Ioh.12.14

8 *Multi autem vestimenta sua strauerunt in via: alij autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via.*

9 *Et qui præibant, & qui sequebantur clamabant, dicentes, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini.*

10 *Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid: hosanna in excelsis.*

11 *Et introiuit Ierosolymam in templum: & circunspectis omnibus, quum iam vespera esset hora, exijt in Bethaniam cum duodecim.* Matth.21.12 luc.19.45.

12 *Et alia die quū exirēt à Bethania, esuriuit.* Matt.21.19 Exemplum vltionis quæ hypocritas manet.

¶ *Statim vt ingrediemini*, εὐθέως εἰσπορευόμενοι. Vulg. & Eras. *Statim ingredientes*: sensu aliquātulū diuerso, aut loquutione (ni fallor) parum Latina. ¶ *Nullus hominum*, οὐδεὶς ἀνθρώπων: id est nullus prorsus. Abūdat enim alioquin genitiuus ἀνθρώπων. veluti quum Latini Nemo homo dicunt, & Nusquam gentium. Vetus interpres, *Nemo adhuc hominum*. Legit enim οὔπω οὐδεὶς ἀνθρώπων, sicut in duobus exemplaribus scriptum inuenimus: mallem tamē conuertere, Nondū quisquā hominum. vel, Nondum vllus homo. Neque temerè hoc ita factum voluit Dominus, quasi ad hunc ipsum vsum destinatus hic pullus fuerit, sic regiam suam Maiestatē, hac licet in speciem vili pompa, Christo cæcis Iudæis testificāte. Sic Palestini plaustro nouo & vaccis vsi sunt, ad reducendam arcam, quibus iugum nunquam fuerat impositum.

3 *Hoc*, τοῦτο. Vulgata, *Quid facitis?* in nonnullis expuncta hac particula.

5 *Qui soluitis*, λύοντες, Sic loquuntur Latini per periphrasin participij. Vulgata & Erasmus, *Soluentes*.

7 *Ei*, ἐπ' αὐτῷ, id est super pullum. Frobenius excudit ἐπ' αὐτόν, eodem manente sensu. Theophylacti codex Romanus habet ἐπ' αὐτῶν, super ea, videlicet vestimenta, sicut in Matthæo diximus. Annotat præterea Erasmus quosdam codices habere ἐπ' αὐτήν, vt ad asinam referatur, quod (inquit) cum Matth. consentit. Sed nos illic eam lectionem deprauatam esse ostendimus, quum Lucas & Ioannes solius pulli mentionem faciant, quo vectus fuerit Dominus.

8 *Ex arboribus*, ἐκ τῶν δένδρων. In vno exemplari scribitur ἐκ τῶν ἀγρῶν, ex agris. Nam etiā nōnullis placet στοιβὴν herbæ seu fruticis genus esse, quo solebāt tori infarciri: quos idcirco στιβάδας, vel στοιβάδας, vocabant. Malo tamē veterē lectionem sequi, vt Marcus cum Matthæo prorsus consentiat.

9 *Benedictus*, εὐλογημένος. Hebraismus, id est Bene sit ei qui ad nos venit. ¶ *In nomine Domini*, ἐν ὀνόματι Κυρίου. i. diuinitus, & à Deo missus. Omnia autem hæc respiciunt promissiones de venturo Messia, quanuis quod ipsius regnum esset non intelligerent.

10 *Benedictum*, εὐλογημένη. Id est felix ac prosperum sit. ¶ *In nomine Domini*, ἐν ὀνόματι Κυρίου Hæc verba in hoc quidē versiculo desunt in meo vetustiss. & alio præterea codice, & apud Syrū quoq; interpr. nec sanè sunt necessaria: quæ tamen si retineantur, obseruandū est ad participium ἐρχομένη pertinere ista ἐν ὀνόματι Κυρίου, illa verò τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ, ad βασιλεία referri, sicut ostēdit distinctio in codicib. emēdatis adscripta post Κυρίου. Nisi existimare malimus genitiuum πατρὸς regi à Κυρίου, vt sit hic sensus, Benedictū regnū quod venit in nomine eius qui dominus est patris nostri Dauidis. Solet enim sæpe Dauid in Psal. Messiā vocare Dominū, vt Christus ipse paulo pòst explicat capite 12.36. Sed illa sententia longè est planior. Itaq; vt omnem ambiguitatem vitare, ausus sum verborum Græcorum collocationē mutare. Nā in Græcis nulla est eiusmodi amphibolia, quoniam scriptum non est τοῦ Κυρίου καὶ πατρὸς, vel τοῦ Κυρίου πατρὸς, sed Κυρίου, τοῦ πατρός. ¶ [*O qui es*] in [*cælis*] *altissimis*, ἐν τοῖς ὑψίστοις. Syrus interpres hoc non addit. Vide Mat.21.9.

11 *Et vespera &c.* ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας. Eras. ὥραν rectè annotat pro tēpore vsurpari, & tēpus vespertinū interpretatur. Ego verò cū Vetere interprete Græcā loquutionem integram seruaui, quòd Latinos etiā videā ab ista enallage non abhorrere. Plin. lib. 19. *His hora rigandi, matutina & vespera.* ὀψίας verò conuerti perinde ac si scriptum esset ἑσπέρας: quia serotinum apud Latinos non vespertinū, sed tardū declarat. ¶ *Exijt*, ἐξῆλθεν. Bethania nomen est tractus montis oliueti, non certus aliquis vicus qua de re vide Act.1.12.

12 *Et postero die*, καὶ τῇ ἐπαύριον: i. (vt loquuntur Hebræi) In crastino. Nam disertiores Græci dicunt τῇ ὑστεραίᾳ, vel τῇ ἑξῆς. Vulg. *Alia die.* quod dicendi genus idem interpres exponit modò Altera die, vt Mat.27.62. id est Secunda, vt etiam loquitur Liuius: modò In crastinum, vt Ioan. 1.35. modò Sequenti die, vt Act.10.9. modò Postero die, vt nos hic fecimus. Ita enim loquuntur Latini.

Καὶ ἰδὼν συκῆν μακρόθεν, ἔχουσαν
φύλλα, ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ·
καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτὴν, οὐδὲν εὗρεν εἰ μὴ
φύλλα, οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐ-
τῇ, Μηκέτι ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μηδεὶς
καρπὸν φάγοι. Καὶ ἤκουον οἱ μαθηταὶ
αὐτοῦ.

Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ εἰ-
σελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκ-
βάλλειν τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζον-
τας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν
κολλυβιστῶν, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πω-
λούντων τὰς περιστερὰς κατέστρεψε.

Καὶ οὐκ ἤφιεν ἵνα τις διενέγκῃ σκεῦος
διὰ τοῦ ἱεροῦ.

Καὶ ἐδίδασκε λέγων αὐτοῖς, Οὐ γέ-
γραπται, Ὅτι ὁ οἶκός μου, οἶκος προσ-
ευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν; ὑ-
μεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃ-
στῶν.

Καὶ ἤκουσαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ
Ἀρχιερεῖς, καὶ ἐζήτουν πῶς αὐτὸν ἀπο-
λέσουσι. ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτὸν, ὅτι πᾶς
ὁ ὄχλος ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ
αὐτοῦ.

Καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγένετο, ἐξεπορεύετο ἔξω
τῆς πόλεως.

Καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι εἶδον τὴν
συκῆν ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν.

Καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ Πέτρος, λέγει αὐ-
τῷ, Ῥαββὶ, ἴδε, ἡ συκῆ ἣν κατηράσω, ἐξή-
ρανται.

Καὶ ἀποκριθεὶς Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς,
Ἔχετε πίστιν Θεοῦ.

Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ
τῷ ὄρει τούτῳ, Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς

13 Quúmque è longinquo vi-
dissct ficum habentem folia, ve
nit visurus num inueniret ali-
quid in ea: & quum venisset ad
eam, nihil inuenit nisi folia. nō
enim erat tempus ficuum.
14 Tūc respondēs Iesus dixit fi-
cui, Ne amplius ex te in seculū
quisquā fructum edat. Et *hoc* au
dierunt discipuli eius.
15 Veniūt igitur Hierosolymā.
Et ingressus Iesus in templum,
cœpit eiicere eos qui vendebāt
& emebāt in templo, & mensas
numulariorū, & cathedras ven-
dentium columbas subuertit.
16 Nec sinebat vt quisquam
deportaret vas per templum.
17 Et docebat dicens eis, Nón-
ne scriptum est‖domum meam,
domum orationis vocatum iri
ab omnibus Gentibus?‖vos au-
tem eam fecistis speluncam la-
tronum.
18 Et *hoc* audierunt Scribæ &
primarij Sacerdotes, & quære-
bant quomodo eum perderent.
metuebant enim eum, quia to-
ta turba percellebatur super
doctrina ipsius.
19 Quū verò vespera aduenisset,
egressus est Iesus extra vrbem.
20 ‖Et manè iter facientes pro-
pè ficum viderunt eam exaruis-
se radicitus.
21 Tunc recordatus Petrus dixit
ei, Rabbi, ecce, ficus illa quam
execratus es, exaruit.
22 Et respondēs Iesus dixit eis,
Habete fidem Dei.
23 Amen enim dico vobis, qui-
cūque dixerit monti huic, Tol-

13 *Quúmque vidisset à lō-
gè ficum habentem folia,
venit, si quid fortè inueni-
ret in ea: & quum venis-
set ad eam, nihil inuenit
præter folia: non enim erat
tempus ficorum.*
14 *Et respondens dixit ei,
Iam non amplius in æter-
num ex te fructum quis-
quam manducet. Et au-
diebant discipuli eius.*
15 *Et veniunt Ierosolymā.
Et quum introisset in tē-
plum, cœpit eiicere ven-
dentes & ementes in tem-
plo, & mensas numula-
riorum, & cathedras ven
dentium columbas euer-
tit.*
16 *Et non sinebat vt quis-
quam transferret vas per
templum.*
17 *Et docebat dicens eis,
Nónne scriptum est, Quia
domus mea, domus ora-
tionis vocabitur omnibus
Gentibus? vos autem fe-
cistis eam speluncam la-
tronum.*
18 *Quo audito, principes
Sacerdotum & Scribæ
quærebant quomodo eum
perderent. timebant enim
eum, quoniam vniuersa
turba admirabatur super
doctrina eius.*
19 *Et quum vespera facta
esset, egrediebatur de ciui-
tate.*
20 *Et quum manè transi-
rent viderunt ficum ari-
dam factam à radicibus.*
21 *Et recordatus Petrus
dixit ei, Rabbi, ecce ficus
cui maledixisti, aruit.*
22 *Et respondens Iesus ait
illis, Habete fidem Dei.*
23 *Amen dico vobis, quia
quicunque dixerit huic
monti. Tollere & mittere*

Christus rei-pa ostendit se verè esse Regem illum ac Pontificem, ac proinde diuini cultus vindicem.

Esa. 56.7.

Iere. 7.11

Matt. 21.19
Fidei vis longè maxima: cohæret autē cum fide charitas.

13 [*Visurus*] videlicet num inueniret, εἰ ἄρα εὑρήσει. De εἰ quum in subiectione ponitur, alibi diximus. Subauditur autem participium Visurus: vt in illo Virgilij, ---*equidem per littora certos Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo, Si quibus eiectus syluis aut montibus errat.* Sic etiam Homerus Iliad. α, Εἶμ' αὐτὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀγάννιφον, αἴ κε πίθηται. Expressimus igitur quod subaudiebatur, & simile est exemplum Act. 27.12. Cæterum qui quiduis rancidis etiam fabulis tribuunt, modò Patrum nomen illis prætexatur, videāt quod in hunc locum scribit Isidorus Pelusiotes epist. 51. lib. 1. nēpe à sapientibus senibus tradi fuisse hanc ipsam transgressionis Adami testem arborē, cuius etiam foliis ad corpus tegendum protoplasti vsi sint, ac proinde Christum pro suo in homines amore, hoc ei imprecatum fuisse, ne posthac fructum ferret. En patrum istorum contemplationes deliræ.

14 *Respondens*, ἀποκριθεὶς. Hîc manifestè apparet Hebraismus, de quo aliquoties diximus. Quis enim propriè dicatur arbori respondere? Abundat igitur hoc participium. & de eo quoque dicitur qui loqui incipit: imò etiam Syrus interpres legit duntaxat, καὶ εἶπεν αὐτῇ, *& dixit ei.*

15 *Veniunt*, ἔρχονται. Quoddam exemplar habebat additum πάλιν, *rursum.*

16 *Nec sinebat*, καὶ οὐκ ἤφιεν Ita reperi scriptū in omnibus codic. Necesse est autem vt ab aoristo posteriore verbi ἀφίημι deducatur, addito præpositioni augmento, sicut in ἠνείχοντο ab ἀνέχω, ἠμφιεννύμην ab ἀμφιέννυμι, & quibusdam aliis verbis, quæ tamen pauca sunt. Sic etiam suprà 1.34.

¶ *Vas*, σκεῦος. [illegible] instrumētum vllum, profanū videlicet, cuiusmodi plurima habebant isti, quibus atrium templi esse cœperat pro foro. Extat etiam de hoc abusu Canon 87. Synodi Constantinopolitanæ sub Iustiniano coactæ.

17 *Vocatum iri*, κληθήσεται: id est, palàm erit & habebitur: de quo Hebraismo alibi diximus.

20 *Iter facientes propè*, παραπορευόμενοι. Erat enim apud viā, vt dicit Matth. Itaque παρὰ hîc arbitror valere quod apud Latinos præpositio AD, pro IVXTA, in cōpositione. Vulg. *Quum transirent*: i. διερχόμενοι Eras. *Prætereuntes.* Vide sup. 9.30.

21 *Execratus es*, vel κατηράσω. Nā ἀρᾶσθαι idē valet quod εὔχεσθαι, Precari: & tā in vitio quàm in laude vsurpatur. Itaque apud Hom. Ilia. α. Chryses promiscuè dicitur ἀρητὴρ, & ἱερεύς.

22 *Habete fidem Dei*, ἔχετε πίστιν Θεοῦ. In quodā exēplari scripta erat interrogatio post Θεοῦ. Sed præstat indefinitè legere: quod liquet ex versic. 23, in quo explicatur hæc sententia: ex quo etiam apparet, fidē Dei passiuè dici, quæ Deo habetur. Erasm. *Confidite Deo* i. θαρρεῖτε τῷ Θεῷ, sensu tamen rectè expresso. Nam fidem Dei habere, nihil aliud declarat quàm certum esse Deum præstiturum quod promisit. Itaque præsupponunt ista miraculorum donum.

23 *Amen enim dico vobis*, ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν. Vulg. & Eras. non legerunt particulam γὰρ, aut putarunt redundare. ¶ *Addubitauerit*, διακριθῇ Vide Matth. 21.21. ¶ *In corde suo*, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. id est apud se, vt facere solent qui vtrinque sunt incerti & medij inter incredulos & credentes, quod est apud Homerum μερμηρίζειν, quos dubios vocāt Latini, id est qui velut in biuio nesciunt vtram viam sint ingressuri.

τὴν θάλασσαν· καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρ-
δίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ ὅτι ἃ λέγει γίνε-
ται· ἔσται αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ.

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πάντα ὅσα ἂν
προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε ὅτι
λαμβάνετε· καὶ ἔσται ὑμῖν.

Καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, ἀφίε-
τε εἴ τι ἔχετε κατά τινος· ἵνα καὶ ὁ πατὴρ
ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφῇ ὑμῖν τὰ παρα-
πτώματα ὑμῶν.

Εἰ δὲ ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν
ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφήσει τὰ παραπτώματα
ὑμῶν.

Καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα·
καὶ ἐν τῷ ἱερῷ περιπατοῦντος αὐτοῦ ἔρ-
χονται πρὸς αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ
Γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι·

Καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ
ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι τὴν ἐξουσίαν
ταύτην ἔδωκεν, ἵνα ταῦτα ποιῇς;

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς,
Ἐπερωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον· καὶ
ἀποκρίθητέ μοι, καὶ ἐρῶ ὑμῖν ἐν ποίᾳ
ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν,
ἢ ἐξ ἀνθρώπων; ἀποκρίθητέ μοι.

Καὶ ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες,
Ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ· ἐρεῖ, Διατί οὖν
οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων· ἐφο-
βοῦντο τὸν λαόν. ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν
Ἰωάννην, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν.

Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσι τῷ Ἰησοῦ,
Οὐκ οἴδαμεν. Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς
λέγει αὐτοῖς, Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ
ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

lítor & proiicitor in mare:
nec addubitauerit in corde
suo, sed crediderit futura quæ
dicit, fiet ei quicquid dixerit.
24 ‖Propterea dico vobis, quæ-
cunque orantes petitis, credite
vos accepturos: & erunt vobis.
25 ‖Et quum adstiteritis oran-
tes, remittite si quid habetis ad-
uersus aliquem: vt & Pater ille
vester qui in cælis *est*, remittat
vobis offensas vestras.
26 Nam si vos non remiseritis,
nec Pater ille vester qui in cæ-
lis *est*, remittet offensas vestras.
27 ‖Tunc veniunt rursus Hiero-
solyma: & quum ipse ambula-
ret in templo, veniunt ad eum
primarij Sacerdotes, & Scribæ
& Seniores:
28 Et dicunt ei, Qua auctoritate
ista facis? & quis tibi dedit au-
ctoritatē istam, vt hæc facias?
29 Iesus autem respondēs dixit
eis, Interrogabo vos & ego
quiddam. Respondete igitur
mihi, & dicam vobis qua aucto
ritate hæc faciam.
30 Baptisma Ioannis è cælo erat, an
ex hominibus? respōdete mihi.
31 Ratiocinabantur autem a-
pud se, dicentes, Si dixerimus,
E cælo: dicet, Quare ergo non
credidistis ei?
32 Sed si dicamus, Ex homini
bus: timemus populum. omnes
enim sentiebant de Ioanne,
quòd verè Propheta fuisset.
33 Tunc respondētes dicunt Ie-
su, Nescimus. Et Iesus respon-
dēs dicit eis, Nec ego dicam vo
bis qua auctoritate hæc faciam.

*in mare, & non hæsitaue-
rit in corde suo, sed credi-
derit quia quodcūque di-
xerit fiat, fiet ei.*
24 *Propterea dico vobis,
Omnia quæcunque oran-
tes petitis, credite quia ac-
cipietis: & euenient vobis.*
25 *Et quum stabitis ad o-
randum, dimittite si quid
habetis aduersus aliquem:
vt & Pater vester qui
in cælis est, dimittat vo-
bis peccata vestra.*
26 *Quòd si vos non dimi-
seritis, nec Pater vester
qui in cælis est, dimittet
vobis peccata vestra.*
27 *Et veniunt rursus Ie-
rosolymam. Et quum am-
bularet in templo; acce-
dunt ad eum summi Sa-
cerdotes & Scribæ & se-
niores.*
28 *Et dicunt ei, In qua po-
testate hæc facis? & quis
dedit tibi hanc potestatem
vt ista facias?*
29 *Iesus autem respondens
ait illis, Interrogabo vos
& ego vnum verbum: &
respōdete mihi, & dicam
vobis in qua potestate hæc
faciam.*
30 *Baptismus Ioannis de
cælo erat, an ex homini-
bus? respondete mihi.*
31 *At illi cogitabant se-
cū dicentes, Si dixerimus,
De cælo, dicet, Quare ergo
non credidistis ei?*
32 *Si dixerimus, Ex ho-
minibus: timebant popu-
lum: omnes enim habebāt
Ioannem quia verè Pro-
pheta esset.*
33 *Et respondentes dicunt
Iesu, Nescimus. Et respon-
dens Iesus ait illis, Neque
ego dico vobis in qua po-
testate hæc faciam.*

Matth. 7.7
Luc. 11.9.

Matt. 6.14

Matt. 21.23
Luc. 20.1.
Ordinariæ successionis obtentu, impridem oppugnatum Euangelium.

Merces malæ conscientiæ, timere eos quibus timori esse decuit.

24 *Accepturos*, λαμβάνετε. Ad verbum, Accipere. Sed de hac temporum enallage sæpe iam diximus, cuius tamen aliqua videtur esse emphasis. Loquitur enim de re certò futura, tanquam iam esset præsens. Sed & in vno vetusto codice scriptum erat Prophetarum more, λήψεσθε, quod etiam est ἐμφατικώτερον. In alio tamen exemplari legimus λήψεσθε, quemadmodum scribitur Matt. 21.22.

25 *Et quum adstiteritis orantes*, καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, id est, quum apparueritis coram altari Domini preces vestras fundentes. Vulg. & Eras. στήκητε interpretantur *stabitis*. & ex hoc etiam loco colligit Eras. Israelitas stantes precari solitos: quum potius verisimile sit, etsi non semper, at certè plerunque solemni ritu, flexis genibus orasse, vt apparet ex Dan. 6.10. & Act. 9.40. & 20.36. & 21.5. adeo quidem vt Flectere genua pro toto Dei cultu interdum accipiatur, vt 1. Reg. 19.18. Mich. 6.6. & alibi sæpe. Itaque τὸ στῆναι declarat τὸ προσελθεῖν ἢ παρεῖναι i. sistere se in conspectu & adesse, siue stes, siue sedeas: cuius significationis exempla passim occurrunt, vt Exod. 33.10. & 2. Paral. 30, 11. Esa. 51.17. & alibi. Vide supra 3.1.

26 *Nam si*, εἰ δὲ. Vulg. & Eras. *Quod si*. Sed præstat δὲ pro γὰρ accipere, vt in illo Homeri Iliad. α, (apud quem etiam frequens est ista enallage) [illegible] Annotat autem Erasmus in plerisque Græcis codicibus totum hūc versiculum non addi, & à Theoph. etiam non legi. Nos tamen in plerisque vetustis exemplaribus reperimus, atque adeo in Theophylacto Romano.

27 *Seniores*, οἱ πρεσβύτεροι. In meo vetustissimo libro additur τοῦ λαοῦ, *populi*: qui quum à primariis sacerdotibus, itemque à Scribis distinguantur, apparet ipsius magni Synedrij nomine, quod ex illis tribus ordinibus constabat, sacerdotibus nimirum, legisperitis, & iis qui ex populo legebantur; Christum fuisse ex composito interpellatum.

28 *Et quis tibi*, καὶ τίς σοι. In vno codice scriptum erat, ἢ τίς σοι, aut quis tibi. In aliis autem duobus totum hoc membrum non additur, nec in meo vetustissimo libro.

32 *Sed si dicamus*, ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν. Veteres codices & Complutensis editio non habent ἐὰν: & post ἀνθρώπων adscribunt interrogationem, vt sit deliberantium & addubitantium hominum oratio. Sed mihi magis arridet recepta lectio, quam etiam sequitur Theophylactus. Apparet autem ab iis corruptam fuisse qui offensi sunt subita ista transitione orationis rectæ ad obliquam. Potius enim dicendum videbatur (vt etiam conuertimus) φοβούμεθα, vt scribitur apud Matthæum 21.26, quàm ἐφοβοῦντο: vt etiam hîc habent veteres Latini non pauci libri. Sed huiusmodi transitiones Hebræis sunt familiares, quarum alia exempla habemus Luc 5.14, & 7.4. & 5. item Act. 1.4. & quamuis Lucas multo minus hebraisset quàm Marcus. Vide suprà 10.13. ¶ *Sentiebant de Ioanne*, εἶχον τὸν Ἰωάννην (id est εἶχον αὐτὸν τοιοῦτον: sic enim potius loquuntur Græci. Vulgata & Erasmus, *Habebant Ioannem*: quæ interpretatio non satis videtur conuenire cum iis quæ sequuntur. ¶ *Fuisset*, ἦν. Vulgata, *Esset*: quod rectè emendauit Erasmus, quum hæc sint gesta post Ioannis mortem.

Κεφάλαιον ιϐ.

Matt.21.33
luc.20.9
esa.5.1
iere.2.21
Dei vocatio nec locis, nec personis, nec temporibus certis est, sine exceptione adstricta.

1 ΚΑΙ ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν, Ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος, καὶ περιέθηκε φραγμὸν, καὶ ὤρυξεν ὑπολήνιον, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε.

2 Καὶ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς τῷ καιρῷ δοῦλον, ἵνα παρὰ τῶν γεωργῶν λάβῃ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος.

3 Οἱ δὲ, λαβόντες αὐτὸν ἔδειραν, καὶ ἀπέστειλαν κενόν.

4 Καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον.

5 Καὶ πάλιν ἄλλον ἀπέστειλε· κἀκεῖνον ἀπέκτειναν· καὶ πολλοὺς ἄλλους, τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες.

6 Ἔτι οὖν ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὐτοῦ, ἀπέστειλε καὶ αὐτὸν πρὸς αὐτοὺς ἔσχατον, λέγων, Ὅτι ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου.

7 Ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ εἶπον πρὸς ἑαυτοὺς, Ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία.

8 Καὶ λαβόντες αὐτὸν ἀπέκτειναν, καὶ ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος.

9 Τί οὖν ποιήσει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος; Ἐλεύσεται, καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις.

CAP. XII.

1 ET cœpit eis per parabolas dicere, Vineam plantauit quidam, & circumposuit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & elocauit eam agricolis: ac peregrè profectus est.

2 Misítque seruum ad agricolas *suo* tempore, vt ab agricolis acciperet ex fructu vineæ.

3 Illi verò captum eum cæciderunt, ac remiserunt inanem.

4 Et rursum misit ad eos alium seruum, *&* *illi* huic quoque lapidato, caput comminuerunt, & remiserunt contumelia affectum.

5 Et rursum alium misit: & illū interemerunt: multósque alios, hos quidem cædentes, illos verò interimentes.

6 Quum ergo vnū adhuc haberet filium suū dilectum, misit etiam illum vltimum ad eos, dicens, Reuerebuntur filium meum.

7 Illi verò agricolæ dixerunt inter se, Iste est hæres: venite, interimamus eum, & nostra erit hæreditas.

8 Et captum eum interemerūt, & eiecerunt extra vineam.

9 Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, & perdet agricolas & dabit vineam aliis.

CAP. XII.

1 *ET cœpit illis in parabolis loqui, Vineam pastinauit homo, & circumdedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus est.*

2 *Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.*

3 *Qui apprehensum eum ceciderunt, & dimiserunt vacuum.*

4 *Et iterum misit ad illos alium seruum: & illum in capite vulnerauerunt, & contumeliis affecerunt.*

5 *Et rursum alium misit: & illum occiderunt: & plures alios, quosdam cædentes, alios verò occidentes.*

6 *Adhuc ergo vnum habens filium charissimum, & illum misit ad eos nouissimum, dicens, Quia reuerebuntur filium meum.*

7 *Coloni autem dixerunt ad inuicem, Hic est hæres: venite, occidamus eum, & nostra erit hæreditas.*

8 *Et apprehendentes eum occiderunt, & eiecerunt extra vineam.*

9 *Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit vineam aliis.*

IN CAP. XII.

1 *Per parabolas*, ἐν παραβολαῖς. Parabola dicitur passim in Euangelio non tam comparatio, aut collatio, quales adhiberi à plerisque scriptoribus solent ad ea illustranda, quæ alioquin videri possent obscuriùs dicta, quàm allegorica oratio quæ non facilè ab omnibus intelligatur. Hebræi חידה & משל [*chidah & maschal*] vocant. Si quis autem roget cur ἐν παραβολαῖς dixerit Marcus potius quàm ἐν παραβολῇ, quum vnam tantùm parabolam hîc recenseat: respondeo, quamuis vnam duntaxat commemoret, multas tamen fuisse à Domino propositas, quæ copiosè à Matthæo referuntur. Deindè etiam existimo, his verbis non tam multitudinem parabolarum significari, quàm genus ipsum orationis quo Christus vsus est, ob eam causam quam ipse explicat Matt. 13.13. vt ἐν παραβολαῖς idem valeat quod παραβολικῶς, vt loquitur Nonnus, i. δι' αἰνιγμάτων. ¶ *Dicere*, λέγειν. Quædam exemplaria habent λαλεῖν, *loqui*, vt converterunt Vulg. & Eras. quam lectionem si sequaris, addendum erit participium, λέγων, *dicens*, ellipsi Hebræis familiari, de qua diximus suprà 10.33.

2 [*Suo*] *tempore*, τῷ καιρῷ. Erasmus, *Quum opportunum esset*; id est ἐν τῷ καιρῷ. Vulgata, *In tempore*, sensu nonnihil diuerso. Nam *in tempore* significat *bien à point*: *suo tempore* verò, *en sa saison*, id est, tempore quo colligi fructus solent.

3 *Cæciderunt*, ἔδειραν. Sic & hoc loco, & paulo pòst, & Matt. 21.35, & mox ver. 5 & Luc. 20.10. & 11. & Act. 5.40. scribitur δέρειν pro δαίρειν in omnibus quæ vidimus exemplaribus, quo verbo intelligo virgis inflictas plagas, quod peculiari etiā infamia non caret. ¶ *Inanem*, κενόν, vacuum, vt conuertit Erasmus. Sed quia cæteris ferè locis inanem interpretatur, vt etiam apud Lucam Vetus interpres conuertit, eandem vbique rationem seruare malui.

4 *Lapidato*, λιθοβολήσαντες. Hanc esse significationē propriā verbi Lapidare, Quintilianus indicat lib. 8. cap. 2, nempe pro Lapides in aliquem conicere. Sed sciendum est, βάλλειν de eo dici propriè apud Græcos qui non modò ictu petit, sed etiam ferit quod petiit. Vetus interpres hoc non legit, & animaduertimus etiam in duobus vetustis codicibus deesse. ¶ *Caput comminuerunt*, ἐκεφαλαίωσαν. Sic rectè Erasmus sicut vernaculo sermone dicimus, *Rompre la teste*. Vulg. eodē sensu sed dilutius, *In capite vulnerauerunt*. Syrus autem interpres vtitur verbo [*salaph*:] quod generaliter significat Ictibus inflictis contundere, vt in lapidatione, aut aliqua pulsatione, seu verberatione accidit, cuiusmodi vulnus propriè θλάσμα à Græcis dicitur, sicut τραῦμα propriè vocant quæ aliter incisa vel pertusa cute infliguntur. Mentionem autem facit Marcus vulnerum capitis, quasi grauissimorum. Sed noua est hæc significatio verbi κεφαλαιοῦν, vt hoc planè sit quod Græci dicunt ἅπαξ λεγόμενον. Itaque Theophylactus vsitatā significationē retinēs, ἐκεφαλαίωσαν interpretatur συνεπλήρωσαν καὶ ἀπεπλήρωσαν τὴν ὕβριν i. omni contumeliæ genere quasi in summam quandam redacto, affecerunt, omnémque iniuriam in eo veluti consumpserunt. ¶ *Contumelia affectum*, ἠτιμωμένον. Verbum ἀτιμάζειν, cui ἐνδυναμοῦν & ἀτιμοῦν video tot modis partim à Vetere interprete, partim ab Erasmo conuerti, Contumelia afficere, Ignominia afficere, Contemptui habere, id est κατασμικρύνειν; Inhonorare, Dehonestare, Exhonorare: quæ non memini legere apud idoneos auctores, quamuis inhonoratum Latinè dicamus eum cui honos non est habitus. Theophylacti codex scriptum habet ἠτιμωμένον: quod verbum ex Eustathio credimus, Homericum est. Vetus autem interpres pro καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον, legit καὶ ἠτίμησαν, & ignominia affecerunt, sicut in duobus codicibus scriptum reperimus.

6 *Reuerebuntur*, ἐντραπήσονται. Id est pudore moti, ab eo deflectent: nec eius vultum aspicere sustinebunt, vt eum offendant. Hæc enim propria est huius verbi notatio.

7 *Agricolæ*, οἱ γεωργοί. Quoddam exemplar hîc addit, θεασάμενοι αὐτὸν ἐρχόμενον πρὸς αὐτούς, id est, quum vidissent eū venientem ad ipsos.

8 *Et captum eum, occiderunt eum*. Vulg. *Et apprehendentes eū, occiderunt eum*. Eras. *Et arreptum eum, occiderunt eum*.

9 *Agricolas*, τοὺς γεωργούς. In quodā cod. additur τούτους, istos

11 *Istud*.

10 Οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας·

11 Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν;

12 Καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον· ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε. καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον.

13 Καὶ ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτόν τινας τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Ἡρῳδιανῶν, ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ.

14 Οἱ δὲ ἐλθόντες λέγουσιν αὐτῷ, Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις. Ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν;

15 Ὁ δὲ, εἰδὼς αὐτῶν τὴν ὑπόκρισιν, εἶπεν αὐτοῖς, Τί με πειράζετε; φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω.

16 Οἱ δὲ ἤνεγκαν. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Καίσαρος.

17 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς,

10 Ne hanc quidem Scripturam legistis, ‖ Quem lapidē reprobauerūt ædificantes, is factus est caput anguli:

11 A Domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris?

12 Studebant igitur eum prehēdere: sed metuerunt turbam. norant enim eum aduersus ipsos illam parabolam dixisse. itaque omisso eo abierunt.

13 ‖ Et miserunt ad eum quosdam è Pharisæis & Herodianis vt eum irretirent captum sermone.

14 Illi verò quum venissent, dicunt ei, Magister, scimus te veracem esse, neque curare quenquam: nō enim respicis ad personam hominum, sed in veritate viam Dei doces: Licet censum Cæsari dare, an non? demus, an non demus?

15 Ipse verò, quum sciret eorū hypocrisin, dixit eis, Quid me tētatis? proferte mihi denarium, vt videam.

16 Illi verò protulerūt. Tūc dicit eis, Cuius est imago ista & inscriptio? Illi verò dixerunt ei, Cæsaris.

17 Et respondēs Iesus dixit eis,

10 *Nec Scripturam hanc legistis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?*

11 *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?*

12 *Et quærebant eum tenere, & timuerunt turbam: cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt.*

13 *Et mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis & Herodianis, vt eum caperent in verbo.*

14 *Qui venientes dicunt ei, Magister, scimus quia verax es, & non curas quenquam: nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viam Dei doces: Licet dare tributum Cæsari, an non dabimus?*

15 *Qui sciens versutiam illorum, ait illis, Quid me tentatis? afferte mihi denarium, vt videam.*

16 *At illi attulerunt ei. Et ait illis, Cuius est imago hæc & inscriptio? Dicunt ei, Cæsaris.*

17 *Respondens autem Ie-*

Psal.118.22
esa.28.16
matt.21.42
Act.4.11.
rom.9.33
1.pet.2.8

Matt.22.15
luc.20.20.
Euangelium Magistratus imperium cū Dei cultu coniungit.

11 *Istud*, αὕτη. id est τοῦτο. Est enim Hebraismus manifestus, de quo diximus Matt. 21.42. Errant igitur qui vel ad κεφαλὴν, vel ad γωνίαν referunt: ac multo etiam magis qui legit, Factus est iste: vt ad lapidē idest Christū referatur.

12 *Studebant*, ἐζήτουν. id est affectabant, & mirificè cupiebant. Id enim declarat apud Latinos verbum Studere cum quarto casu coniunctum, cuius vice hîc ponitur infinitus modus. Respondet ergo τὸ ζητεῖν hac significatione verbo בקש [*bikkesch*.] Vulg. & Eras. ad verbum *Quærebant*. ¶ *Enim*, γάρ. Non pertinet hæc ratio ad proximum verbum ἐφοβήθησαν, sed ad ἐζήτουν & rursus καὶ ἀφέντες pertinet ad ἐφοβήθησαν, quod est remotius. Quæ synchysis vt melius intelligatur & quamobrem καὶ primo & tertio loco conuerterimus vt συνοχετικόν, secūdo verò vt διαζευκτικόν: ita disponendum puto hunc versiculum, docendi gratia, alioquin nonnihil obscurum, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι· ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε· καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον· καὶ ἀφέντες αὐτὸν, ἀπῆλθον: id est, Studebant igitur eum prehendere: norant enim quòd aduersus ipsos parabolam illam dixisset: sed timuerunt turbam: itaque omisso eo abierunt. ¶ *Aduersus ipsos*, πρὸς αὐτούς. Sic rectius conuertit Erasmus quàm Vetus interpres *Ad eos*. Declarat enim πρὸς hoc loco ἐναντίωσιν, vt in illo Chrysostomi, τοῦ προσευχῆς, Ἀναλυσάμενοι τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἁμαρτίας.

13 *Pharisæis*, τῶν Φαρισαίων. Hi sunt quos vocauit γραμματεῖς, vt qui peritissimi legis haberi vellent. De Herodianis autem diximus Matth. 22.16. ¶ *Irretirent captum*, ἀγρεύσωσι. Nam ἀγρεύειν, quod propriè declarat Venari, etiam de eo dicitur qui prædam cepit quam venabatur. Sic Isidorus in Epigrammatibus, ἀγρευθεὶς δ' ἤγρευσεν: id est ἑλὼν δ' ἑάλω, vt ab aliis est annotatum. In vno exemplari legimus, παγιδεύσωσι, illaquearent, vt apud Matth. ¶ *Sermone*, λόγῳ. Vulg. *Verbo*: id est ῥήματι, vt alibi dictum est. Potest autem hoc vel ad eorum sermonem qui Christo insidiabantur, vel ad Christi responsionem qua illi sperabant fore vt sese in laqueos indueret vel ad vtrosque referri.

14 *Respicis ad personam*, βλέπεις εἰς πρόσωπον. Vulg. *Vides in faciem*. Intueri faciem, vel Accipere, genus est dicendi Hebræis familiare, non tantùm in vitio, sed etiam in laude, vt Gen 19.21. & 1. Sam. 25.35, & 2. Reg. 3.14. & propriè significat aliquid in quopiam nobis adstante considerare in oculos incurrens, quò gratiā erga ipsū mereamur: quod vt vitarent Areopagitæ, dicuntur in tenebris iudicia exercuisse. Sed in his libris istud nusquam nisi in vitio ponitur. πρόσωπον igitur Faciem declarat hominis, seu vera sit, seu fictitia: nisi mauis os aut vultum interpretari. Sed & hoc nomine significantur qualitates tum animi, tum corporis, tum etiam rerum externarum, quæ à rhetoribus vocantur personæ attributa: seu vera sint illa, seu ficta, & ad tempus quæsita, vt in theatris fieri solet. Errant igitur, & quidem periculoso errore, qui vbi mentio fit προσωποληψίας, agi putant de ipsis (vt vulgò loquimur) personis, id est, ipsis hominibus: & hoc testimonio eludunt quæcunque de æterna prædestinatione non minus sanctè quàm verè traduntur. Errant & illi qui quum alioquin Personæ appellatione rectè intelligant significari qualitates illas de quibus diximus, tamen non animaduertunt non damnari personarum omnium discrimina: (quod fieri non potest quin summa rerum omnium ἀταξία inuehatur) sed eam demum προσωποληψίαν dici & reprehēdi quæ tenebras offundit veritati. Sed hæc fortasse πάρεργα, quæ tamen placuit semel annotare, vt quæ vis sit horum vocabulorum intelligatur. ¶ *Viam Dei*, τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ. Hebraicè דרך יהוה [*derech Iehouah*] quo dicendi genere interdum significatur via qua ad Deum peruenitur, id est, sancti mores, & cum Lege Dei consentientes, vt hoc loco & alibi sæpe: interdum verò ipsa Dei facta & gesta, vt Psalmo 18.31. plurali præsertim numero. ¶ *Licet*, ἔξεστι. In duobus codicibus ante ἔξεστι legimus εἰπὲ οὖν ἡμῖν, *dic ergo nobis*: quod fortassis irrepsit ex Matth. ¶ *Censum*, κῆνσον. Sic vocat ordinarium tributum ab Augusto, sublatis omnibus aliis, pro facultatum ratione in agrorum capita singulis prouinciis impositum. Nam in hominum capita viritim soluebatur didrachmæ τέλος, vt diximus Matth. 17. 25. In meo vetustissimo codice pro κῆνσον legi ἐπικεφάλαιον, quā Latini Capitationē vocāt. Et ita videtur omnino legisse Syrus interpres, vt qui conuertat כסף רישא [*cheseph rischah*] id est pecuniam capitis. Vide Matth. 22.17. ¶ *An non*, ἢ οὔ; Totum hoc, ἢ οὔ; δῶμεν, deest apud Veterem interpretem. Simpliciter enim conuertit, Licet dare tributum Cæsari, an non dabimus? Sed iteratam interrogationem in omnibus codicibus, & apud Theophylactum quoque inuenimus. Ponitur autem δῶμεν potentiali modo: quasi dicas, Debemus dare, an non debemus dare? quod rectè Eras. obseruauit.

15 *Hypocrisin*, ὑπόκρισιν. Vulgata, *Versutiam*: id est πανουργίαν, vt est apud Lucam.

Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ. Καὶ ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ.

Καὶ ἔρχονται Σαδδουκαῖοι πρὸς αὐτόν, οἵτινες λέγουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτόν, λέγοντες,

Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν ὅτι ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, καὶ καταλίπῃ γυναῖκα, καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν· καὶ ὁ πρῶτος ἔλαβε γυναῖκα, καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ἀφῆκε σπέρμα.

Καὶ ὁ δεύτερος ἔλαβεν αὐτήν, καὶ ἀπέθανε, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα· καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως.

Καὶ ἔλαβον αὐτὴν οἱ ἑπτά, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα· ἐσχάτη πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή.

Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι, τίνος αὐτῶν ἔσται γυνή; οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφάς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ;

Ὅταν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀναστῶσιν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται· ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Περὶ δὲ τῶν νεκρῶν, ὅτι ἐγείρονται, οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῇ βίβλῳ Μωσέως, ἐπὶ τῆς βάτου ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός, λέγων, Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ;

Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ Θεὸς ζώντων· ὑμεῖς οὖν πολὺ πλανᾶσθε.

Καὶ προσελθὼν εἷς τῶν Γραμματέων, ἀκούσας αὐτῶν συζητούντων, εἰδὼς ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη, ἐπηρώτησεν αὐτόν, Ποία ἐστὶ πρώτη πασῶν ἐντολή;

Reddite quæ *sunt* Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei *sunt*, Deo. Et admirati sunt super ipso.
18 ‖Tunc veniunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogarunt eum, dicentes,
19 Præceptor, ‖Moses scripsit nobis, vt si cuius frater mortuus sit, ac reliquerit vxorē, & filios non reliquerit, accipiat ipsius frater vxorem eius, & excitet semen fratri suo.
20 Septē ergo fratres fuerunt: ac primus accepit vxorem, & moriens non reliquit semen.
21 Et secundus accepit eam, & mortuus est, & ne ipse quidē reliquit semē: & tertius itidem.
22 Et acceperunt eam septem illi, neque reliquerunt semen: vltima omnium mortua est & mulier.
23 In resurrectione ergo, postquā resurrexerint, cuius eorum erit vxor? nam septem habuerunt eam vxorem.
24 Tunc respondens Iesus dixit eis, Nonne propterea erratis quòd nō sciatis Scripturas, neque potentiam Dei?
25 Postquam enim ex mortuis resurrexerint *homines*, neque vxores ducunt, neque nuptum dantur: sed sunt vt Angeli qui in cælis *sunt*.
26 De mortuis verò quòd suscitandi sint, non legistis in libro Mosis, quomodo in rubo loquutus sit ei Deus, dicens, ‖Ego *sum* Deus Abrahami, & Deus Isaaci, & Deus Iacobi?
27 Non est Deus *deus* mortuorum, sed deus viuētium: vos ergo multum erratis.
28 ‖Et quum accessisset quidam è Scribis qui audierat eos altercantes, & sciebat eum bene illis respondisse, interrogauit eum *dicens*, Quod est primum omnium præceptum?

Ille dixit illis, Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo.
18 *Et venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt resurrectionem non esse: & interrogabant eum, dicentes,*
19 *Magister, Moyses nobis scripsit, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo.*
20 *Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est, non relicto semine.*
21 *Et secundus accepit eā, & mortuus est, & nec iste reliquit semen: & tertius similiter.*
22 *Et acceperūt eam similiter septē, & non reliquerūt semen: nouissima omnium defuncta est & mulier.*
23 *In resurrectione ergo, quum resurrexerint, cuius de his erit vxor? septem enim habuerūt eā vxorem.*
24 *Et respondens Iesus ait illis, Nónne ideo erratis non scientes Scripturas, neque virtutem Dei?*
25 *Quum enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur. sed sunt sicut Angeli in cælis.*
26 *De mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Moysis, super rubū quomodo dixerit illi Deus, inquiens, Ego sum Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob?*
27 *Non est Deus mortuorum, sed viuorum: vos ergo multum erratis.*
28 *Et accessit vnus de Scribis qui audierat illos conquirentes: & vidēs quoniam bene illis responderat, interrogauit eū quod esset primū omnium mandatum.*

Rom. 13. 7

Matth. 22. 23. luc. 20. 27. Carnis resurrectio aduersus Sadducæorum inscitiam & malitiam asseritur. Deut. 25. 5

Exod. 3. 6 Matt. 22. 32

Matt. 22. 35 Sacrificia siue externi cultus nunquam placuerunt Deo, nisi præeuntibus necessariis officiis.

19 *Reliquerit*, καταλίπῃ. Vulgata, *Dimiserit*, quæ interpretatio melius conuenerit Diuortio. Ita enim conuertere solet τὸ ἀπολύειν. Sed vsus est Vetus interpres Dimittendi verbo propter sequens verbum ἀφῇ, quod ipsum exponere cogimur Reliquerit. vix enim possimus Græcorum copiam assequi. ¶ *Filios*, τέκνα. Erasmus, *Liberos*: quam interpretationem cur non probem, dixi Matth. 22. 24. Sed in vno vetere exemplari scriptum inueni τέκνον, & apud Matthæum quoque constanter legitur in Vulgata editione Filium, singulari numero: quam lectionem maximè probo. Satis enim erat vel vnum filium reliquisse, vt absolueretur frater à suscitandi fraterni seminis lege.

20 *Septem ergo*, ἑπτὰ οὖν. Erasmus non legit particulam οὖν, quæ tamen videtur requiri, vt narrationis exordium declaret.

21 *Et ne ipse*, &c. καὶ οὐδὲ αὐτὸς, &c. In vno exemplari additur, μὴ καταλιπὼν σπέρμα non relicto semine.

22 *Mulier*, γυνή. Erasmus, *Vxor*. Est enim ambiguum nomen γυναικός. Sed illā interpretationem melius conuenire liquet ex conclusione quæstionis.

23 *Postquam resurrexerint*, ὅταν ἀναστῶσι. Hoc deest in duobus codicibus, & potest expungi, nulla sensus iniuria.

24 *Nónne propterea*, οὐ διὰ τοῦτο. Sic solent Hebræi per interrogationem enuntiare quod maximè volūt haberi pro vero. Deest tamen in Theophylacto particula οὐ, & interrogationis nota. ¶ *Quòd nō sciatis*, μὴ εἰδότες. Vul. ad verbū, *Non scientes*. Sed quia præcessit διὰ τοῦτο, necesse fuit aliquantulum à verbis deflectere: quum ne sic quidem Græci loqui soleant.

26 *Quomodo*, [illegible] vel πῶς, vt in vno codice legimus. Est autem per traiectionem construendum hoc membrum, vt post αὐτῷ subiiciatur ἐπὶ τῆς βάτου. Similis traiectionis exemplum occurrit Rom. 13. 3.

27 *Non est Deus* [*deus*] *mortuorum*, οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς νεκρῶν. Suppleui ex Matthæo nomen τοῦ θεοῦ repetitum, & quidem minusculo theta scriptum, vt & in posteriore membro, habens videlicet rationem attributi.

29 *Primum*

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη αὐτῷ, Ὅτι πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν, Ἄκουε Ἰσραήλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι.

Καὶ ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. αὕτη πρώτη ἐντολή.

Καὶ δευτέρα ὁμοία, αὕτη, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. μείζων τούτων ἄλλη ἐντολὴ οὐκ ἔστι.

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Γραμματεύς, Καλῶς, διδάσκαλε, ἐπ' ἀληθείας εἶπας· ὅτι εἷς ἐστι Θεός, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ·

Καὶ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος· καὶ τὸ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν, πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ τῶν θυσιῶν.

Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν αὐτὸν ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ, Οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἔλεγε, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, Πῶς λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς ὅτι ὁ Χριστὸς υἱός ἐστι Δαβίδ;

Αὐτὸς γὰρ Δαβὶδ εἶπεν ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

Αὐτὸς οὖν Δαβὶδ λέγει αὐτὸν κύριον· καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; Καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν αὐτοῦ ἡδέως.

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, Βλέπετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν, καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς,

29 Iesus autē respondit ei, Primum omnium præceptorū *est*, ‖Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est,
30 Diliges igitur Dominū Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua, & ex totis viribus tuis. hoc est primū præceptum.
31 Et secundum *illi* simile, hoc *est*, ‖Diliges proximum tuum vt teipsum. maius istis aliud præceptum non est.
32 Tunc dixit ei Scriba ille, Bene, Magister, in veritate dixisti. nam vnus est Deus, nec alius est præter eum:
33 Et diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viribus: ac diligere proximū vt seipsū, plus est quàm omnia holocautomata & sacrificia.
34 Tū Iesus quū vidisset eū cordatè respōdisse, dixit ei, Nō lōgè es à regno Dei. Et nemo amplius audebat eum interrogare.
35 ‖Et respondēs Iesus dicebat, docens in templo, Quomodo dicunt Scribæ Christum esse filium Dauidis?
36 Nam ipse Dauid dixit per Spiritum sanctum, ‖Dixit Dominus domino meo, Sede ad dextram meam, vsquedum statuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
37 Ipse ergo Dauid dicit eum dominum: vnde igitur filius eius est? Et multa illa turba audiebat eum libenter.
38 ‖*Ipse* autē dicebat eis in doctrina sua, Cauete à Scribis, qui amant stolati ambulare, & salutationes in foris,

29 *Iesus autē respondit ei, Quia primum omnium mandatorum est, Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est:*
30 *Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum.*
31 *Secundum autem simile est illi, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est.*
32 *Et ait illi Scriba, Bene, magister, in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum:*
33 *Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tāquam seipsum maius est omnibus holocautomatibus & sacrificiis.*
34 *Iesus autē videns quòd sapienter respondisset, dixit illi, Non es longè à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare.*
35 *Et respondens Iesus dicebat, docens in tēplo, Quomodo dicunt Scribæ Christum filium esse Dauid?*
36 *Ipse enim Dauid dicit in Spiritu sancto, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*
37 *Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum: & vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit.*
38 *Et dicebat eis in doctrina sua, Cauete à Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro,*

Deut. 6. 4

Leui. 19. 18. matt. 22. 39 rom. 13. 9 gal. 5. 14 iacob. 2. 8

Matt. 22. 42 luc. 20. 41 Christus ex ipso Dauide, vnde ortus erat secundum carnem, deitatem suam probat. Psal. 110. 1

Matt. 23. 6 luc. 11. 43. & 20. 45 Non temerè Pastorūm mores pro exemplo sunt sequendi.

29 *Primum*, πρώτη. i. primarium ac præcipuum. Rectius autem istum sensisse quàm Pharisæi cōsueuissent, ex ipsius responso liquet.

30 *Diliges igitur*, καὶ ἀγαπήσεις. Vulgata & Eras. *Et diliges*. Sed apparet καὶ positam esse pro οὖν: quæ enallage etiam apud Græcos disertiores reperitur. ¶ *Cogitatione*, τῆς διανοίας: id est συνέσεως, vt Scriba responso suo explicat. Deest tamen hæc particula in meo vetustissimo codice. Vide Matth. 22. 37.

31 *Hoc* [*est*] αὕτη Subaudi ἐστιν. Vulg. *Illi*: id est αὐτῇ. quomodo scriptum legi in duobus codicibus vetustis.

33 *Plus est*, πλεῖόν ἐστι. Vulg. *Maius est*, μεῖζόν ἐστι. In quodā codice legitur περισσότερον, *amplius*. ¶ *Holocautomata & sacrificia*, τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν. Holocautomata vel holocausta interpretantur Græci id sacrificiorum genus in quo tota victima Deo adolebatur, vt ipsa verbi notatio declarat. Hebræi עולות [*holoth*] vocant. à verbo quod significat Ascendere: quoniam videlicet tota victima cremata sursum ascēdebat. θυσίας autem appellant ea sacrificia quæ sicut à Græcis à θύω macto, sic ab Hebræis dicuntur זבחים [*zebachim*] in quibus pars aliqua Sacerdotibus & conuiuio decidebatur, vt rectè notat Hieronymus in caput Esaiæ 1. Comprehenditur verò his duobus sacrificiorum generibus vniuersus ille cæremonialis cultus, in quo nonnulli hypocritæ summam pietatis collocabant.

34 *Cordatè*, νουνεχῶς, id est ad verbum vt qui mentem haberet, siue vt intelligentia præditus. Hinc illud Ennij, *Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus*: & apud Plautum hæc tria συνώνυμα iunguntur cordatè, sapienter, doctè. ¶ *Amplius*, οὐκέτι. Abundat negatio, vt alibi dixi. Vulg. *Iam*, ἤδη. Erasmus, *Post illa*, μετὰ ταῦτα.

35 *Respondens*, ἀποκριθεὶς: id est verba faciens, vt alibi docuimus. Seruari tamen potest propria huius verbi significatio. Nam scribit Matthæus fuisse tunc in templo congregatos Pharisæos, quum hæc diceret Christus. Est autem verisimile, multum vtrinque habitum sermonem, cuius conclusionem duntaxat scripserint Euangelistæ.

36 *Per Spiritum sanctum*, ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ. Vel, In Spiritu sancto. Est enim quædam in hoc dicendi genere energia, quo significatur non tam Dauidem loquutum fuisse, quàm Spiritum Dei, qui quodammodo Dauidem ipsum possederit. Dicitur, inquam, nescio quomodo ἐμφαντικώτερον Dauid in Spiritu loquutus, quàm Spiritus in Dauide. Nequis tamen hoc arbitretur subtilius consideratum, solemus interpretari *Per Spiritum*.

38 *In doctrina sua*, ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. id est, inter docendum, ἐν τῷ διδάσκειν. vt suprà 4. 2. ¶ *Cauete*, βλέπετε: id est φυλάττεσθε: vt infrà cap. 13. 9. Sic apud Latinos quoque Videre pro Cauere accipitur, sed diuersa constructione ab ea quę hîc vsurpatur, Cicero 4. Academicarū, *Sapientis hanc*

censet Arcesilas vim esse maximam, cauere ne capiatur, ne fallatur videre. ¶ *Qui amant*, τῶν θελόντων: id est, τῶν φιλούντων, vt loquitur Matthæus capite 23.4. ideóque summo studio expetunt & ambiunt. Respondet enim τὸ θέλειν verbo חפץ [*chaphats*,] vt diximus suprà 10.15. quo significatur voluntas cum summa cupiditate coniuncta, vt Gen. 34.19. Cæterùm hoc quoque notandum est, articulum hic poni ἀπολελυμένως, sicut Rom.1.18. perinde enim est ac si dixisset Marcus, θέλουσι δὲ, Volunt enim. ¶ *Stolati*, ἐν στολαῖς: id est στολισμένοι. Idem autem valet stola quod vestis in genere: quamuis postea de muliebri veste ad talos vsque demissa dici cœpit, vt rectè obseruat Bayfius. Hîc tamen videtur exterior illa vestis fimbriata significari, cuius fit mentio Deuter. 22.12. Vulgata ad verbum, *In stolis*: sicut alibi annotauimus Suetonium scripsisse, Caligulam modò in crepidis vel cothurnis, modò in speculatoria caliga processisse in publicum. id est crepidatum, vel caligatum.

---

39 Καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις.

(Matt.23.14 luc.20.47)

40 Οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα.

(Luc.21.1 Officia secundum Deū præstita non ex pretio externo, sed ex cordis affectu æstimantur.)

41 Καὶ καθίσας [illegible] κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου, [illegible]ώρει πῶς ὁ ὄχλος βάλλει χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον· καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλλον πολλά.

42 Καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης.

43 Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα αὕτη ἡ πτωχὴ πλεῖον πάντων βέβληκε τῶν βαλόντων εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.

39 Primósque consessus in conuentibus, & primos accubitus in cœnis.

40 ‖ Qui deuorant domos viduarum, & in speciem vtuntur lōgis precibus: isti auferent grauius iudicium.

41 ‖ Et quum sedisset Iesus ex aduerso gazophylacij, spectabat quomodò turba immitteret æra in gazophylacium. multi igitur diuites immittebant multa.

42 Et quum venisset quædam vidua pauper, immisit minuta *æreola* duo, quod est quadrans.

43 Tunc *ille*, quum aduocasset discipulos suos, dixit eis, Amen dico vobis, vidua hæc pauper plus immisit quàm omnes *alij* qui miserunt *pecuniam* in gazophylacium.

39 *Et in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis.*

40 *Qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium.*

41 *Et sedens Iesus contra gazophylacium aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium. & multi diuites iactabant multa.*

42 *Quum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta. quod est quadrans.*

43 *Et conuocans discipulos suos ait illis, Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophylacium.*

---

39 *Primósque consessus*, καὶ πρωτοκαθεδρίας. Vulg. *Et in primis cathedris sedere*: nomine in verbum conuerso: Erasm. *Primásque sellas*: quum tamen accipiendum sit Græcum vocabulum non de sellis ipsis, sed de sessione. ¶ *Primos accubitus*, πρωτοκλισίας. Hîc rectè reprehendit Erasmus Veterem interpretem, quòd, vt sibi constaret, non potius verterit, Primi accumbere, nomine per verbum expresso. Sed quod hîc reprehendit, ipse suprà admisit, Matt.23.6, & quidem mutata vetere editione.

40 *Qui deuorant*, οἱ κατεσθίοντες. Bellè quidem conueniunt Latina, quia versu 38 conuertimus τῶν θελόντων, qui amant: in Græcis verò manifestum est solœcum, quum potius dicendum fuerit τῶν κατεσθιόντων καὶ προσευχομένων, vel οἱ κατεσθίουσι καὶ προσεύχονται, vt loquitur Lucas 20.47. Nam οὗτοι quod sequitur, non minus pertinere existimo ad versiculum 38 & 39. quàm ad hunc 40. Similia verò dicendi genera etiam apud disertiores scriptores reperiuntur, vt Homerus Iliad.α, quum exorsus esset hanc comparationem à recto casu, Τρῶες δ' ὥστ' ὄϊες πολυπάμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ, subiicit hanc ἀπόδοσιν, diuerso casu, ὣς Τρώων ἀλαλητὸς ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν ὀρώρει. Idem Iliad.β, Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα Ἀστράπτων ἐπιδέξι' ἐναίσιμα σήματα φαίνων, pro ἀστράπτοντα & φαίνοντα: vbi Eustathius similia nōnulla in Eurip. & Soph. obseruat. Sed & Paulus 1.Tim.4. 2. & 3 videtur pro rectis genitiuos ter vsurpare. ¶ *Et in speciem*, καὶ προφάσει. Vide Matth.23.14.

41 *Ex aduerso*, κατέναντι: siue Contrà, vt vertit Vulg. Accipitur autem interdum pro ἔμπροσθεν; id est corā & in oculis: vt ferè loquuntur Hebræi, vt Rom.4.17. ¶ *Æra*, χαλκὸν. Id est, χάλκους: æreos videlicet numulos, quales quadraginta octo, vt mox ostendam denarium Romanum cōstituebant. Terent. *mulierem ære emptam suo.* Vsus est autem hac voce Euangelista potius quàm δηνάριον, vel ἀργύριον, de voluntariis oblationibus differens, quæ maxima ex parte tenuiores esse cōsueuerāt, plerisque (vt in rebus sacris fieri solet) minusculum parcè afferentibus, vt legi satisfecisse viderentur, quæ prohibebat quenquam ad solennes illos dies festos in æde Domini vacuū apparere. Syrus interpres vertit עורפנא [*hurphana*] sic nimirum omne minutorum numorum genus significans, quo denarij numique alij grauiores à Collybistis in ipso templo permutari consueuerant, de quibus agitur Ioan.2.15. Sic etiam æris nomen pro pecunia in genere cœpit vsurpari, vnde etiam ærarium apud Romanos appellatum.

42 *Minuta* [*æreola*] *duo*, λεπτὰ δύο. Expressi χαλκοῦ, id est ...lorum nomen, quòd necessariò locus iste sit ita intelligendus, quoniam bina quadrantem dicuntur efficere: alioqui non cōueniente calculo si de iis λεπτοῖς hoc accipiatur, quę septena singulis chalcis attribuebātur. Syrus interpres latina Minutorū voce Syriacè inflexa, מנין [*menin*] vocat. ¶ *Quod est quadrans*, ὅ ἐστι κοδράντης. Quadrans videlicet oboli Italici, quod vt intelligatur (quū præsertim locus iste me diu torserit) sic de hac re numaria statuēdū opinor. Iudæi ex captiuitate Babylonica reduces, sub Persarū Græcis Asiaticis imperantiū imperio, drachmis vti plurimùm cœperunt, nomine etiā ipso Hebræa terminatione inflexo, & ad aureos etiam numos accōmodato, vt apparet ex Neh.7. Græcis autē ipsis Orienti dominantibus, vsq; adeo vsi sunt drachmis, [illegible]clorū penè nomen euanuisse videretur, quorū alios simplices δίδραχμα, alios à sanctuario nuncupatos, tetradrachma vocarunt. Romanis verò postea rerū potitis, & publicanis per prouincias regnātibus, denariis cæterisq; Romanis numis cœptū est agi, vt ex his quoque libris colligi manifestè potest: sic tamen vt drachmæ vocabulū & eius minutiarum distributio, ipsi denario Romano accōmodaretur, impari tamen supputatione, quū denarius Romanus sit septima parte drachma Attica, passim vsitata, grauior, vt doctiss. Georgius Agricola certis testimoniis demonstrauit. Hinc illa duplex apud Cleopatrā drachma, Italica videlicet & Attica, quarū vtraque sex obolis, sed aliis rursum Italicis, aliis Atticis æstimatur: & oboli quidē Italici, chalcis octo: Attici verò septē chalcis, permutabantur. Huius autē supputationis qua obolo Italico non septē sed octo chalci attribuuntur, ita vt duo chalci, quorum hîc fit mētio, fuerint eius quadrās, testis est Cleopatra in Cosmeticis, his verbis ab Agricola citatis, τὸ Ἰταλικὸν δηνάριον ἔχει δραχμὴν α', ἡ δραχμὴ ὀβολοὺς ς', χαλκοῦς μη'. Id est, Italicus denarius, habet drachmā vnam, drachma verò obolos sex, chalchos quadraginta octo. Et Poll. libr. 10, ὁ μέντοι ὀβολὸς ὀκτὼ χαλκοῦς εἶχε. Obolus verò octo habuit chalcos. Et mox, οἱ δύο χαλκοῖ τεταρτημόριον ἐκαλοῦντο, ὅτι ἦν τοῦ ὀβολοῦ τέταρτον. Duo chalci (qui & Dichalcū vocātur) vocabātur Quadrās quòd essent quarta oboli pars. quod postea Diphili Comici Syracusij auctoritate idē cōfirmat. Sed & huic sētētiæ fauet Syrus interpres hoc loco & Luc.12,59, & 21.2, τὸ λεπτὸν שמונא [*shamuna*] i. octauā partē, interpretās. Itaque Chrysost. locū istū Luc.21.2 exponēs, δύο λεπτὰ nō rectè interpretatur δύο ὀβολούς, quib. nulla ratione cōuenire possit quadrātis appellatio. Sed etiāsi nūmariç hui' supputatiōis ratio nō habeatur, quid significatū voluerit Christus optimè intelligi potest.

44 Πάντες γὰρ ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον· αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς πάντα ὅσα εἶχεν ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς.

Κεφάλαιον ιγ.

1 Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγει αὐτῷ εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Διδάσκαλε, ἴδε ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί.

2 Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς; οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ.

3 Καὶ καθημένου αὐτοῦ εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν κατέναντι τοῦ ἱεροῦ, ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν Πέτρος καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας,

4 Εἰπὲ ἡμῖν πότε ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ πάντα ταῦτα συντελεῖσθαι.

5 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, ἤρξατο λέγειν, Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ.

6 Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ὅτι ἐγώ εἰμι· καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν.

7 Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων, μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ γενέσθαι· ἀλλ' οὔπω τὸ τέλος.

8 Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους, καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ ταραχαί.

9 Ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα. βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια καὶ εἰς συναγωγάς· δαρήσεσθε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

44 Nam omnes ex eo quod ipsis redundat, immiserunt, hæc verò è penuria sua immisit omnia quæ habebat, totum *nempe* victum suum.

CAP. XIII.

1 Qvum autem egrederetur è templo, dixit ei quidam è discipulis eius, Magister, vide quales lapides, & qualia *ista sint* ædificia.

2 Tunc Iesus respondens dixit ei, ‖ Vides ista magna ædificia? non relinquetur lapis super lapidem, qui non dissoluatur.

3 Et quum sederet in monte Olearum ex aduerso tēpli, interrogarunt cū priuatim Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas,

4 Dic nobis quando hæc erunt, & quod signum *erit* quando futur est vt hæc omnia consummantur.

5 Iesus autem eis respondens, cœpit dicere, ‖ Videte nequis vos seducat.

6 Multi enim venient sub nomine meo, dicentes, Ego sum *Christus*: multósque seducent.

7 Quum autem audieritis bella & rumores bellorum, ne turbamini: oportet enim *ista* fieri. at nondum *erit* finis.

8 Surget enim gens in gentem, & regnum in regnum: erúntque terræmotus singulis locis, & erunt fames ac turbæ.

9 Principia dolorum hæc *erunt*. Sed cauete vos vobisipsis: tradent enim vos in consessus & conuentus: cædemini, & coram præsidibus ac regibus sistemini propter me, *vt hoc sit* testimonio aduersus eos.

44 *Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt, hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victum suum.*

CAP. XIII.

1 *Et quum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis, Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ.*

(Matt.24.1 luc.21.5 Prædicitur tēpli, vrbis, atq; adeò totius gētis excidiū, & Ecclesię vastatio: additur tamen consolatio multiplex: & tandē futura mundi consummatio describitur. Luc.19.43)

2 *Et respondens Iesus ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.*

3 *Et quum sederet in monte Oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas.*

4 *Dic nobis quando ista fient, & quod signum erit quando hæc omnia incipient consummari.*

5 *Et respondens Iesus cœpit dicere illis, Videte nequis vos seducat.*

(Ephes.5.6 2.thes.2.3)

6 *Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Quia ego sum: & multos seducent.*

7 *Quum audieritis autem bella & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim fieri, sed nondum finis.*

8 *Exurget enim gēs cōtra gentem, & regnum super regnum: & erunt terræmotus per loca, & fames.*

9 *Initium dolorum hæc. videte autem vosmetipsos: tradent enim vos in conciliis & in synagogis: vapulabitis, & ante præsides & reges stabitis propter me, in testimonium illis.*

---

44 *Ex eo quod ipsis redundat*, ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς. Vulgata, *Ex eo quod abundat illis*. Erasmus rectius, *Ex eo quod superat ipsis*. Hæc enim vis est τοῦ περισσεύειν. vt diximus Matth.5. 37. Legimus in vno manuscr. exemplari ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν: eodem sensu, & fortasse rectius. Sequitur enim postea, ἐκ τῆς ὑστερήσεως, non ἐκ τοῦ ὑστεροῦντος.

IN CAPVT XIII.

2 *Vides*, βλέπεις. Nonnulli (vt testatur Erasmus) legunt βλέπετε. Sic enim respondet Dominus quasi ab vno prouocatus communi cæterorum nomine. ¶ *Non relinquetur*, οὐ μὴ ἀφεθῇ. In duobus codicibus vetustis additur ὧδε, Hîc quod & apud Matthæum legitur.

4 *Consummentur*, συντελεῖσθαι. Id est destruātur, vt dixerat Christus versu 2. Nam ταῦτα pronomen huc refertur, discipulis procul dubio templi molem è regione sitam indicantibus. Vulgata, igitur admodum impropriè vertit μέλλῃ συντελεῖσθαι, *incipient consummari*: Non enim de principio sed de fine rogant discipuli, vt ex Matthæo apparet, istam templi destructionem cum vltimo illo vniuersalis iudicij die quasi rem simul euenturas coniungentes, nondum videlicet istorum arcanorum cognitione plenissimè instructi: quod etiam occasionem prębuit Christo, de vtroque coniunctim differendi.

6 *Sub nomine meo*, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. Id est, qui nomen meū inuetabuntur, Vide Matth.24.4. ¶ *Ego sum* [*Christus*,] ἐγώ εἰμι. Præcisa est oratio, quam rectè ex Matthæo videtur expleuisse Erasmus. Nam quod idē obseruat hæc ita posse accipi quasi dicat, Multi venturi sunt, dicentes se eum esse qui ego sum, eodē prorsus sensu dicitur: sed mihi non placet, propter longiorem circuitum, & duriorem ellipsin.

7 [*Ista*] *fieri*, γενέσθαι. In quodam codice additur ταῦτα: & הו [*Hu*] apud Syrum interpretem, & necessario supplendum est. ¶ *Nondum*, οὔπω: id est οὐκ εὐθέως, non statim, vt explicat Lucas 21.9.

9 *Cauete vobis*, βλέπετε ἑαυτούς: i. φυλάσσεσθε ἑαυτούς, vt diximus sup.12.38. Vulg. *Videte vosmetipsos*: & barbarè & obscurè. Sed hoc notandum est, quum φυλάσσεσθαί τινα Grecis ferè declaret, Cauere ab aliquo, hîc contrà accipi βλέπειν. id est φυλάσσεσθαι ἑαυτούς, pro Cauere sibiipsis. Apud Lucam, ὁρᾶν & φυλάσσεσθαι vnà cōiunguntur, cap.12.15. ¶ *Et conuentus*, καὶ εἰς συναγωγάς. Pleraque exemplaria post συναγωγὰς distinctionem adscribunt, quæ sequuti sumus. Nonnulli tamen vt & Syrus interpres, cū verbo δαρήσεσθε hæc coniungunt, ita vt εἰς pro ἐν accipiatur. Sed & in quodam codice scriptū inuenimus, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν δαρήσεσθε. Et in synagogis ipsorum cædemini: quæ lectio prorsus cōsentit cum Matth.10.v.17. ¶ *Et coram præsidibus*, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων. In duobus codicib. legitur, ἐπὶ ἡγεμόνων δὲ, Sed & coram præsidibus. Ponitur autem ἐπὶ pro Coram vel Ante. vt etiam accipitur 1 Tim.6.cap.13. ¶ *Sistemini*, σταθήσεσθε. Vulg. *Stabitis*. Erasm. *Ducemini*, ἀχθήσεσθε, vt legitur in Theophylacti commentarijs. Sed hanc lectionem si sequamur, positū videbitur ἐπὶ ἡγεμόνων pro ἐπὶ ἡγεμόνας: i. ad presides. vt loquitur Matthæus. ¶ Propter me, ἕνεκεν ἐμοῦ. i. δι' ἐμέ. Vide Mat.5.11. ¶ [*Vt hoc sit*] *testimonio aduersus eos*, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Id est, Vt vobis auditis tanto magis conuincantur, nec possint ignorantiam prætexere. Vulgata & Erasmus, ad verbum, *In testimonium ipsis*: nimium obscurè.

Καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη δεῖ πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον.

Ὅταν δὲ ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες, μὴ προμεριμνᾶτε τί λαλήσητε, μηδὲ μελετᾶτε· ἀλλ' ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τοῦτο λαλεῖτε. οὐ γάρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς.

Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

Ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ὅπου οὐ δεῖ, (ὁ ἀναγινώσκων νοείτω) τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη·

Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω εἰς τὴν οἰκίαν, μηδὲ εἰσελθέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ.

Καὶ ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὤν, μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω, ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ.

Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος.

Ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλῖψις, οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως ἧς ἔκτισεν ὁ Θεὸς ἕως τοῦ νῦν, καὶ οὐ μὴ γένηται.

Καὶ εἰ μὴ Κύριος ἐκολόβωσε τὰς ἡμέ-

10 Et apud omnes gentes oportet primùm prædicari Euangelium.

11 ‖Quum autem vos tradendos duxerint, ne antè soliciti estote quid dicturi sitis, neque meditemini: sed quicquid datum fuerit vobis illo momento, id loquimini. non enim estis vos qui loquimini, sed Spiritus sanctus.

12 Tradet autem frater fratrem ad mortem, & pater filium: & insurgēt liberi aduersus parentes, & eos curabunt morte mulctandos.

13 Eritis odio omnibus propter nomen meum: sed qui substiterit ad finem vsque, is seruabitur.

14 ‖Quum autem videritis abominationem illam vastatricem, quæ dicta est à ‖Daniele Propheta, positam vbi non oportet, (qui hæc legit animum aduertat) tunc qui *fuerint* in Iudæa, fugiant in montes:

15 Qui verò *fuerit* in solario, ne descendat domum, nec ingrediatur vt quicquam tollat è domo sua.

16 Et qui fuerit in agro, ne reuertatur retro vt tollat pallium suum.

17 Væ autem grauidis & lactantibus per illos dies.

18 Orate verò ne fiat fuga vestra hyeme.

19 Erunt enim dies illi *talis* afflictio, qualis facta non fuit à principio rerum conditarum quas condidit Deus, vsque ad hoc tempus, neque fiet.

20 Et nisi Dominus decurtasset

10 *Et in omnes gentes primùm oportet prædicari Euangelium.*

11 *Et quum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini: non enim vos estis loquentes, sed Spiritus sanctus.*

12 *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos.*

13 *Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem sustinuerit in finē, hic saluus erit.*

14 *Quum autem videritis abominationē desolationis stantem vbi non debet, (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes.*

15 *Et qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua.*

16 *Et qui in agro erit, non reuertatur retrò tollere vestimentum suum.*

17 *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.*

18 *Orate verò vt hyeme non fiant.*

19 *Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus, vsque nunc, neque fient.*

20 *Et nisi breuiasset Do-*

Matt. 10.19
luc. 12.11, & 21.14

Matt. 24.15
Dan. 9.27
luc. 21.20

10 *Apud omnes gentes*, εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Sic Demosthenes [illegible] Et progressus dixi apud Vulg. *In omnes gentes*, quam interpretationem si sequamur, vertendum [illegible], promulgari.

11 *Ne antè soliciti estote*, μὴ προμεριμνᾶτε. Ita rectè explicat Erasmus in annotationibus. Nam Præcogitandi vocabulum, quod Vetus interpres vsurpat, neque Erasmus repudiat, non memini apud idoneos auctores legere. Deinde non prohibetur cogitatio, sed solicitudo illa & anxietas quæ à diffidentia proficiscitur, vt diximus Matth. 6.27. ¶*Neque meditemini*, μηδὲ μελετᾶτε. Hoc ego refero ad artificiosam illam dicendi rationem, cuiusmodi multa oratores tradunt exercendis suis discipulis in declamationibus fictitiis, quas μελέτας vocant. Vult ergo Christus suos quantumuis indoctos & rudes, in cælum respicere, vt Dei fide & causæ bonitate freti aliunde quàm ab humana eloquentia præsidium expectent. In quodam codice scribitur προμελετᾶτε, i. præmeditamini: quod melius videtur conuenire, quum præcesserit προμεριμνᾶτε.

13 *Propter nomen meum*, διὰ τὸ ὄνομά μου: i. propter me, cuius doctrinam annunciabitis.

14 *Quæ dicta est, &c.* τὸ ῥηθὲν &c. Hoc membrum non legit Vetus interpres, neque Augustinus lib. de Cons. Euang. 2. cap. 77. neque enim inuenimus in duobus codicibus, quod tamen vertit Syrus interpres. ¶*Positam*, ἑστώς. Vel, stante. Videtur tamen illa interpretatio commodior. Est autem huius loci hæc sententia, fore vt profanæ gentes ciuitatem Dei ipsiusque templum non modò contaminent ac polluant suo ingressu, sed etiam funditus euertant. Cæterùm in vetustis nostris exemplaribus omnibus legitur ἑστώς. Vno tantùm excepto & editione Complutensi, quam sequi maluimus, & quodam alio præterea, in quo scriptum legimus [illegible]. ¶*Vbi non oportet*, ὅπου οὐ δεῖ. In vno exemplari legitur ἐν τόπῳ ἁγίῳ, in loco sancto.

16 *Retrò*, εἰς τὰ ὀπίσω. Eras. *Ad ea quæ reliquit à tergo*: i. [illegible]. Atqui sæpe apud Græcos aduerbia pluraliter efferuntur: & εἰς τὰ ὀπίσω idem declarat quod ὀπίσω simplex.

18 *Ne fiat fuga vestra hyeme*, ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος. In quodam codice scribitur, μὴ χειμῶνος ταῦτα γένηται, ἢ σαββάτῳ, *ne hyeme fiant ista, vel sabbato*. Vet. expressit [illegible], vt qui legerit ἵνα χειμῶνος μὴ γένηται, Vt hyeme nō fiat: sicut etiā scribitur in meo vetustissimo libro. Accidisse verò ipso Paschæ festo vrbis obsidionem narrat Iosephus.

19 *Erunt enim dies illi*, ἔσονται θλῖψις. Hebraicum dicendi genus, cuius magna est emphasis. ita enim significatur fore vt toto illo tempore calamitas calamitatem excipiat: perinde ac si tempus ipsum nihil aliud esset quàm ipsissima (vt ita dicam) miseria. Sic Amos 5.20 dicitur diem Domini fore tenebras, non lucem. Sic à Latinis interdum sceleratissimus aliquis homo dicitur scelus. Legit autem Vetus interpres θλίψεις τοιαῦται & quæ consequuntur, plurali numero: sicut etiam hæc scripta inuenimus in quodam exemplari. ¶*Rerum conditarum*, κτίσεως. Vulg. ad verbum, creaturæ, quod vocabulum nullo modo quadrat. Significat autem κτίσις interdum creationem mundi, vt supra 10.6. & Rom. 1.20. interdum res creatas, vt hoc loco, & Rom. 8.21. interdum omnes conditos homines, vt infra cap. 16.15.

27 E.

ρας, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς οὓς ἐξελέξατο, ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας.

Καὶ τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Ἰδοὺ, ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ· μὴ πιστεύητε.

Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα πρὸς τὸ ἀποπλανᾷν, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.

Ὑμεῖς δὲ βλέπετε. Ἰδοὺ, προείρηκα ὑμῖν πάντα.

Ἀλλ' ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, μετὰ τὴν θλῖψιν ἐκείνην, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς.

Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς σαλευθήσονται.

Καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ δόξης.

Καὶ τότε ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ ἐπισυνάξει τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ.

Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν. ὅταν αὐτῆς ἤδη ὁ κλάδος ἁπαλὸς γένηται, καὶ ἐκφύῃ τὰ φύλλα, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν·

Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ταῦτα ἴδητε γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη μέχρις οὗ πάντα ταῦτα γένηται.

Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατήρ.

Βλέπετε, ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε. οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ καιρός ἐστιν.

Ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος ἀφεὶς τὴν

dies illos, omnis caro periret: sed propter electos quos elegit, decurtauit dies illos.

21 ‖Tunc autem siquis dixerit, Ecce hic Christus, vel, ecce illic, ne credite.

22 Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & edent signa ac prodigia ad seducendū, si fieri possit, etiam electos.

23 Vos autem cauete. Ecce, prædixi vobis omnia.

24 ‖Cæterùm per illos dies, post afflictionem illam, sol obscurabitur, nec edet luna splendorem suum.

25 Et stellæ cæli excident, & potestates quæ in cælis *sunt* concutientur.

26 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum potentia multa & gloria.

27 *Ipse* verò tunc mittet Angelos suos, & suos electos aggregabit à quatuor ventis, ab extremo terræ vsque ad extremum cæli.

28 A ficu verò discite parabolā, Quū ramus eius iam tenerescit, & germināt folia, nostis propè esse æstatem:

29 Ita & vos, quum hæc videritis fieri, scitote *illum* propè esse, & ad fores.

30 Amē dico vobis, nequaquam præterierit hæc ætas vsquedum facta sint hæc omnia.

31 Cælum & terra præteribunt, sermones autē mei nequaquam præteribunt.

32 Sed de die illo ac hora nemo scit, ne Angeli quidem qui in cælo sunt, nec ipse Filius, nisi Pater.

33 ‖Cauete, excubate & orate: nescitis enim quando præstitutum illud tempus sit futurum.

34 *Nam Filius hominis ita est* vt

minus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit, breuiauit dies.

21 *Et tunc siquis vobis dixerit, Ecce, hic est Christus, ecce illic: ne credideritis.*

22 *Exurgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa & portenta ad seducendos si fieri potest, etiam electos.*

23 *Vos ergo videte. Ecce prædixi vobis omnia.*

24 *Sed in illis diebus post tribulationem illam sol obtenebrabitur, & luna nō dabit splendorem suū.*

25 *Et stellæ cæli erunt decidentes, & virtutes quæ in cælis sunt mouebuntur.*

26 *Et tunc videbūt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria.*

27 *Et tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, a summo terræ vsque ad summum cæli.*

28 *A ficu autē discite parabolam. Quū iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas:*

29 *Sic & vos, quū videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostiis.*

30 *Amen dico vobis, quoniam non transit generatio hæc donec omnia ista fiant.*

31 *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.*

32 *De die autem illo vel hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater.*

33 *Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit.*

34 *Sicut homo qui peregrè*

Matt. 24.23
luc. 21.8

Ezec. 32.7
esa. 13.10
ioel. 2.10
31. & 3.15

Non est curiosè vltimus ille dies inquirendus, quem solus Pater nouit, sed cauendum potiùs ne nos imparatos opprimat.
Matt. 24.13

27 *Et aggregabit*, καὶ ἐπισυνάξει. In quodā cod. scribitur καὶ ἐπισυνάξουσι, id est qui congregent: de qua formula loquendi diximus alibi.

28 *Germinat*, ἐκφύῃ. Vulg. *Nata fuerint*, ἐκφυῇ: quod rarò dicitur.

30 *Facta sint*, γένηται. Intellige partim completa: (nam intra annum à Christi morte 38, excidium gentis Iudaicæ contigit) partim cœpta aduersus Ecclesiam, & cum vltima mundi ætate, quæ à Christi aduentu incipit, terminanda.

32 *Ac hora*, καὶ τῆς ὥρας. Nos etiam alibi sæpe Momentum vertimus, eodem sensu. Rectè quoque Erasmus interpretatur, *Ac tempore*: id est καὶ τοῦ καιροῦ. quo vocabulo vtitur Euangelista paulo pòst. Sed in sex vetustis codicibus scribitur ἢ ὥρας, vel hora, vt Vetus etiam interpres conuertit: vt facilè appareat non esse cur subtiliter hîc inter diem & horam distinguamus, quum vtroque hoc vocabulo intelligatur in genere punctum illud temporis à Deo constitutum secundo Christi aduētui. Hoc autem placuit annotare propter eos qui iam inde à multis seculis se torserunt vt futuri iudicij tempus ex Scripturis eliceerent: quibus si obiicias hæc Christi verba, respondere solent, incertum quidem esse diem & horam, tempus autem & annum minimè. Quasi verò ratio illa, propter quam noluit Deus vt hoc tempus cuiquam esset cognitum, (nempe vt de re ipsa certi cuius euentum ignoramus, perpetuò in excubiis agamus) minus valeat in tempore & anno, quàm in die & hora. Sed istos partim præterita secula conuincunt, partim etiam futura redarguent. Piis autem omnibus hæc Christi doctrina sufficiet, vt eius aduentum religiosè expectent, in Dei verò arcana curiosè non inquirant. Neque verò possum dissimulare mihi non probari eorum sententiam qui dictum illud tanquam diuinum oraculum inculcare solent, Duo annorum millia ante Legem, duo millia sub Lege, duo millia post Legem. Nam vt de præteritorum annorum calculo nihil dicam, quî potest dictum illud cum his Christi verbis, sine manifesto cauillo, consentire? Eliæ verò prophetiam hanc esse si negaro, vt ego sanè pernego, vnde tandem probabitur? Nempe ex antiqua traditione. Quasi verò non satis sint notæ Iudæorum nugæ, aut quasi nunc primùm cœperint homines audacter mentiri, & licentiosè quiduis audere. ¶*Sed*, εἰ μή. Vulg. & Eras. *Nisi*. Vide Matth. 12. v. 4, & Gal. 2. v. 16.

33 *Excubate*, ἀγρυπνεῖτε. Vulg. vigilate. Illud verò & Græcæ voci ex aduerso respondet, & est expressius quiddam.

34 *Vt quispiam*, ὡς ἄνθρωπος: Nemo est qui non videat multa explendæ non modò sententiæ, sed etiam constru-

ctioni deesse, quæ ab aliis interpretibus omissa suppleuimus. Quia igitur paulo antè facta erat mentio Filij hominis venientis in nubibus, (quem etiam paulo pòst vocat τὸν κύριον τῆς οἰκίας) ideo in supplenda ἀπόδοσις Filium hominis exprimendum putauimus. Ellipsin verò non dissimilem annotauimus Matth.25.14.

οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ δοὺς τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ τῷ θυρωρῷ ἐνετείλατο ἵνα γρηγορῇ.

35 Γρηγορεῖτε οὖν (οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται, ὀψέ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ.)

36 Μὴ ἐλθὼν ἐξαίφνης, εὕρῃ ὑμᾶς καθεύδοντας.

37 Ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω. Γρηγορεῖτε.

Κεφάλαιον ιδ.

Matt.26.1 luc.22.1. Dei voluntate contra hominum consiliũ accidit vt Christus captus die Paschæ solenni immolaretur, vt figuræ responderet veritas omni ex parte.

1 ΗΝ δὲ τὸ Πάσχα καὶ τὰ Ἄζυμα μετὰ δύο ἡμέρας· καὶ ἐζήτουν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς πῶς αὐτὸν ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν.

2 Ἔλεγον δέ, Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, μήποτε θόρυβος ἔσται τοῦ λαοῦ.

3 Καὶ ὄντος αὐτοῦ ἐν Βηθανίᾳ ἐν τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, κατακειμένου αὐτοῦ, ἦλθε γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου, νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς· καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον, κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς.

Temeraria iudicia coram Deo irrita.

4 Ἦσαν δέ τινες ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτούς, καὶ λέγοντες, Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη τοῦ μύρου γέγονεν;

5 Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων, καὶ δοθῆναι τοῖς

quispiam qui peregrè abiẽs relicta domo sua, datáque seruis suis potestate, ac suo cuique opere, ianitori præcepit vt vigilaret.

35 Vigilate igitur: (nescitis enim quãdo dominus domus veniet, vespere, an media nocte, an in gallicinio, an manè)

36 Ne quum repentè venerit, inueniat vos dormientes.

37 Quæ autem dico vobis, omnibus dico, Vigilate.

CAP. XIIII.

1 ERat autem Pascha, & Azyma duobus pòst diebus, & quærebant primarij Sacerdotes & Scribæ quomodo eum dolo prehensum interimerent.

2 Dicebant autem, Non in festo, ne tumultus sit populi.

3 Quum autem *Iesus* esset in Bethania, in domo Simonis Leprosi, accumbente eo, venerat mulier habens alabastrum vnguenti nardi liquidæ multi pretij: & contrito alabastro, effuderat ei in caput.

4 Quidam autem indignabantur apud sese, & dicebãt. Quorsum perditio ista vnguenti facta est?

5 Nam poterat hoc venire amplius quàm trecentis denariis,

profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet.

35 *Vigilate ergo: (nescitis enim quãdo dominus domus veniat: serò, an media nocte, an galli cantu, an manè)*

36 *Ne quum venerit repentè, inueniat vos dormientes.*

37 *Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.*

CAP. XIIII.

1 *ERat autẽ Pascha & Azyma post biduũ, & quærebant summi Sacerdotes & Scribæ quomodo eum dolo tenerent & occiderent.*

2 *Dicebant enim, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret populi.*

3 *Et quum esset Bethania in domo Simonis Leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi: & fracto alabastro, effudit super caput eius.*

4 *Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes, Vt quid perditio ista vnguenti facta est?*

5 *Poterat enim vnguentum istud venundari plus*

¶ *Peregrè abiens*, ἀπόδημος, vel potius ἀποδημῶν, vt legitur in meo vetustissimo exemplari. Nec enim de eo loquitur qui domo absens, sed qui profectionem parans ista seruis mandaret. ¶ *Potestate*, τὴν ἐξουσίαν. Annotat Eras. se alicubi legisse τὴν οὐσίαν, id est bonis & facultatibus suis. quod fortassis melius conuenit. ¶ *Ianitori*, τῷ θυρωρῷ. Particulam καὶ abundare ostendit ratio Græcæ constructionis. Itaque expungendam putauimus. Vide Mat.28.9. Est autem hoc dicendi genus petitum ex veterum consuetudine, qui atrienses seruos & ianitorem in primis habere consueuerant, abundante seruorum multitudine.

IN CAP. XIII.

1 *Interimerent*, ἀποκτείνωσιν. Vide Luc.22.2.

2 *In festo*, ἐν τῇ ἑορτῇ. Vide Matth.26.5.

3 *In Bethania*, ἐν Βηθανίᾳ. Vulgata & Erasm. *Bethania*. At ego sentio Bethaniam non vici sed loci & tractus alicuius nomẽ fuisse. Vide Act.1.12. ¶ *Liquida*, πιστικῆς. i. ποτικῆς, παρὰ τὸ πιεῖν, quasi potabilem dicas. Nardum enim pro ipso nardino vnguento vsurpat passim Athenæus. & conuiuiis liquida vnguenta conueniunt, quibus perfundantur conuiuæ, non autem spissa, quibus liniantur. quod tamen innexit tãdem luxuria: vt apparet ex his Plinij verbis, libr.13. cap.3. *Quosdam*, inquit, *crassitudo maximè delectat, linirique eã, non solùm perfundi, vnguentis gaudent*. Vnde illud Flacci in Satyris, *Nec sicut simplex Nauius, vnctam Conuiuis præbebit aquam*. Æschylus autem in Agamemnone, vocat πότιμα μύρα, liquida & quæ potanda præbentur, vt dicuntur βρώσιμα, quæ vorantur: & χριστὰ, quibus vngimur. Apud Artemidorum lib.2.cap.33, legere memini γυναῖκα πιστικὴν οἰκουρὸν, καὶ πειθομένην τῷ ἀνδρί. Vbi omnino videtur fida mulier significari. quam significationem huius vocis sequutus Theophylactus πιστικὴν interpretatur ἄδολον. id est germanam & minimè adulteratam: quam neutro genere Tibullus in hoc versiculo puram vocat, *Illius puro distillent tempora nardo*. & Ouidius liquidam vocat, *Nec coma vos fallat liquida nitidissima nardo*. Nardinum enim multipliciter fuisse corruptum idem Plinius obseruat. Vulgata, vt habent multi vetusti codices πιστικῆς hoc loco vertit *Spicati*, quasi corrupta Latina vox pro σπικάτης scripta sit, siue communi vulgi errore apud peregrinas gentes, siue scioli alicuius correctoris audacia, qui Latinam vocem sic Græca terminatione deprauatam non intelligeret: sicut φαιλόνη & φελόνη pro penula scribitur 2.Timoth.4.13. Laudatur enim maximè in vnguentis (inquit Plinius) ea nardi species quæ in aristas assurgit: quam Galenus ναρδόσταχυν, Plinius Nardispicam, officinæ Spicam nardi, & Spicam etiam absolutè vocant. Et ne cui nouum illud videatur, Galenus De medic. κατὰ τόπους lib.8.cap.1, & Ægineta lib.3 cap.33, Latinas voces φολιατὸν & σπικατὸν vsurpant, etiam non expresso Nardi vel Nardini vnguenti nomine, quasi satis id per se intelligatur: & in meo vetustissimo codice Ioh.12.3, legitur πιστικῆς μύρου, id est vnguenti ex Spicata, sub. Nardo. Itaque hanc quoque interpretationem non possim improbare: cui etiã videri possit fauere Syrus interpres. Vertit enim πιστικὴν ‏דישיא‏ [*dischaia*.] quod commodè capitatam dixeris, sicut capitatos porros vocamus: nisi fortasse mendosè in voce Syra scriptura est ר pro ד d pro r. Significat autem *Rischaia* primarium & præstantem. Nardum autem veram describens Plinius, *Eius*, inquit, *cacumina in aristas se spargunt*. Quod autem Augustinus in illum Ioãnis locum sic putat, à quopiam loco pisticum nardinum vocari, haud scio an refutatione indigeat, quanuis Nonnus apud Ioan. penultimam in πιστικῆς producat, & addat epitheton πανευφήμου, id est celebratæ. Denique in Arabicis quatuor exemplaribus deest πιστικῆς.

5 *Amplius*, ἐπάνω. Ad verbum, Suprà. Sic Horatius, *Paulatim mercaris agrũ fortasse trecenis, Aut etiam supra nummorum millibus emptum*. ¶ *Trecentis denarijs*, τριακοσίων δηναρίων. Id est libris Francicis quinquaginta duabus cum dimidia, si Budæi calculum sequamur.

¶ Freme-

πτωχοῖς. Καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ.

6 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἄφετε αὐτήν. τί αὐτῇ κόπους παρέχετε; καλὸν ἔργον εἰργάσατο εἰς ἐμέ.

7 Πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, καὶ ὅταν θέλητε, δύνασθε αὐτοὺς εὖ ποιῆσαι· ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

8 Ὃ εἶχεν αὕτη, ἐποίησε· προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν.

9 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἂν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, λαληθήσεται εἰς μνημόσυνον αὐτῆς.

10 Καὶ ὁ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἷς τῶν δώδεκα, ἀπῆλθε πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς, ἵνα παραδῷ αὐτὸν αὐτοῖς.

11 Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐχάρησαν· καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. καὶ ἐζήτει πῶς εὐκαίρως αὐτὸν παραδῷ.

12 Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Ποῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμεν ἵνα φάγῃς τὸ πάσχα;

13 Καὶ ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν· καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ.

14 Καὶ ὅπου ἐὰν εἰσέλθῃ, εἴπατε τῷ οἰκοδεσπότῃ, ὅτι ὁ διδάσκαλος λέγει, Ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;

15 [illegible] αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα [illegible], ἕτοιμον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν.

& dari pauperibus. Et fremebant in eam.

6 Iesus autem ait, Omittite eã: quid ei molestias præbetis? bonum opus operata est erga me.

7 Semper enim pauperes habetis vobiscum, & quandocunque volueritis, potestis eis benefacere: me verò non semper habebitis.

8 Hæc quod potuit fecit: occupauit enim vngere meũ corpus ad funerationem.

9 Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, etiam id quod ista fecit, dicetur in memoriam ipsius.

10 Tũc Iudas Iscariotes, vnus ex illis duodecim, abiit ad primarios Sacerdotes, vt eum ipsis proderet.

11 Illi verò *eo* audito gauisi sũt: & polliciti sunt se pecuniam ei daturos. Quærebat igitur quomodo opportunè eũ proderet.

12 Primo autem die Azymorũ, quando pascha mactabatur, dicunt ei discipuli ipsius, Vbi vis vt profecti paremus vt edas pascha?

13 Tunc mittit duos è discipulis suis, & dicit eis, Abite in Vrbem: & occurret vobis quidam portans amphoram aquæ: sequimini eum:

14 Et quocunque introierit, dicite patrifamiliâs, Magister dicit, Vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis edam?

15 Tunc ipse vobis ostendet cænaculum magnum stratum, paratum: illic parate nobis *pascha*.

quàm trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam.

6 *Iesus autem dixit, Sinite eam: quid molesti estis? bonum opus operata est in me.*

7 *Semper enim pauperes habetis vobiscum, & quũ volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis.*

Christus semel atque iterum se vngi sustinuit, certam ob causam: vult autẽ in pauperibus quotidie vngi.

8 *Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam.*

Occulto spiritus instinctu mulier Christum vngens, proximam eius mortem ac sepulturã omnibus ponit ob oculos.

9 *Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.*

10 *Et Iudas Iscariotes, vnus de duodecim, abijt ad summos Sacerdotes, vt proderet eum illis.*

Matt.26.14 luc.22.4 Auaritia zelo charitatis tecta, prodendi ac crucifigẽdi Christi occasio.

11 *Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebãt quomodo illum opportunè traderet.*

12 *Et primo die Azymorũ quãdo pascha immolabãt dicunt ei discipuli, Quò vis eamus, & paremus tibi vt manduces pascha?*

Matt.26.17 luc.22.7 Christus factus sub lege pro nobis, pascha celebrat ex legis præscripto: & simul edito miraculo declarat sese mox in carne passurum nihilominus Deum esse.

13 *Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis, Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans: sequimini eum:*

14 *Et quocunque introierit, dicite domino domus, Quia Magister dicit, Vbi est refectio mea vbi pascha cum discipulis meis manducem?*

15 *Et ipse vobis demonstrabit cænaculum grande stratum: & illic parate nobis.*

¶ *Fremebant in eum*. ἐνεβριμῶντο αὐτῇ. Sic rectè Vetus interpres, diuisa verbi compositione. Apparet enim Latinum verbum Fremere à Græco βρέμειν seu βριμᾶν aut βριμοῦν deduci. Alibi frequenter ἐμβριμᾶσθαι vertimus Interminari, quoties videlicet pro ἐπιτιμᾶν vel ἀπειλεῖν accipitur. Hîc autem murmur & fremitus indignantium significatur, potius quàm interminatio.

8 *Occupauit*, προέλαβε: id est προέφθασεν. Vulg. & Erasm. *Præuenit*. Liuius, *Occupat Tullius in agrum Sabinum transire*. Quod dicendi genus mihi visum est proximè ad hoc Græcum accedere. ¶ *Ad funerationem*, εἰς τὸν ἐνταφιασμόν. Vide Matth.26.11.

11 *Polliciti sunt*, ἐπηγγείλαντο. Vide Matth.26.15.

12 *Quando*, ὅτε: id est qua die, nimirum ad vesperam, quæ finiebat diem 14. & initium erat diei decimiquinti, vt liquet ex Leuit.23.5. sicut pluribus ostendimus Matth.26. 17. Erasmus, *Quum pascha immolarent*: quam interpretationem vt ambiguam reieci. Ita enim videretur significari, hæc gesta esse inter conuiuium ipsum Paschæ. ¶ *Pascha*, τὸ πάσχα. id est, agnum illũ cuius mactatio in festo Paschæ certis ritibus fiebat. Neque enim [illegible] ipso die festo Paschæ: sed manifesta est metonymia, sacramentis peculiaris, qua rei ipsius nomen signo tribuitur. Simili ratione Christus etiam ipse à Paulo Pascha nostrum vocatur, 1.Cor.5.7. ¶ *Mactabatur*, ἔθυον. i. mactare solebant, vt infrà cap.15.6. Dimittebat pro dimittere solebat. Marcus enim nullam habet rationem Iudaicæ traditionis, cuius meminimus Matth.26.17. sed respicit partim Dei constitutionem, partim quod ordinariè fieri à Iudæis etiam ipsis solebat. Neque enim erat illi traditioni locus, nisi quum in primum Azymorum diem, id est, decimum quintum, primi mẽsis, incidebat προσάββατον sicut hoc ipso anno cõtigisse liquet ex passionis historia. Vsus sum autem mactãdi potius quàm sacrificandi verbo, vt conuiuia Paschæ domestica à sacrificiis illis discernantur, quæ in templo peragebantur à sacerdotibus, & erant ἀρχιερατικά, quorum exemplum magnificum extat, 2.Paralip.35.

13 *Amphorã* κεράμιον. Ita Græci vocant amphoras, quòd ferè fictiles essent, vt apparet ex Horatij hoc versiculo: ---*amphora cœpit Institui currente rota, cur vrceus exit?* Vetus interpres *Lagenam*: qui tamen Lucæ 22.10, amphoram rectè conuertit. Erasmus, *Hydriam*. Idem apud Lucam Vas testaceum, ὀστράκινον, interpretatur. Videtur enim in genere pro fictili vase vsurpari, sed grandiore, vt ostendit verbum βαστάζειν, quod propriè de grauibus oneribus dici opinor.

14 *Diuersorium*, κατάλυμα. Id est locus in quem diuertã, tota vrbe tũc proculdubio multitudini ad diem festum aduentanti hospitia sedulò præparante. Vulg. *Refectio mea*, barbarè & ineptè. Additur tamen pronomen μοῦ in meo vetustissimo codice. Vide Luc.9.12.

15 *Cænaculum*, ἀνώγεον. Græca vox declarat contignationem ædium superiorem quæ ὑπερῷον dicitur Actor.1.13. & 20.8. cuicunque tandem vsui sit destinata, vt ex Varrone & Vitruuio liquet. Notum est autem ex ipso Mose Deut.22.8, consueuisse iam olim consueuisse domos in il-

lis regionibus, vt aperta & strata essent illarum summa vbi deambulare & apricari solebant 2. Reg. 11. 2. qui mos adhuc in illis Orientis regionibus seruatur, quod Hebræis *Gad* à Latinis Solarium dicebatur, & quia moris etiam erat in ea domus parte cœnare, ideò cœnaculum dici cœpit. quod quum obseruarit Erasmus, miror eum maluisse tricli-

nium, id est Græcum vocabulum altero Græco interpretari: præterquam quòd non tres sed 13. minimum lectos strui hic conuiuio oportuit, vide Matth. 26. 20.

¶ *Paratum.* ἕτοιμον. Hoc deest in quodam exemplari, & sanè videtur initio fuisse scriptum in albo, vt explicaretur illud ἐστρωμένον quod præcessit.

Καὶ ἐξῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἦλθον εἰς τὴν πόλιν, καὶ εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

17 Καὶ ὀψίας γενομένης ἔρχεται μετὰ τῶν δώδεκα.

18 Καὶ ἀνακειμένων αὐτῶν καὶ ἐσθιόντων, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, ὁ ἐσθίων μετ᾽ ἐμοῦ.

19 Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ᾽ εἷς, Μήτι ἐγώ; Καὶ ἄλλος, Μήτι ἐγώ;

20 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ ἐμβαπτόμενος μετ᾽ ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον.

21 Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι᾽ οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται. καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.

22 Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, εὐλογήσας ἔκλασε καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

23 Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς· καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες.

24 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον.

25 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὅταν αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

26 Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.

27 Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· ὅτι γέγραπται, Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα.

28 Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

29 Ὁ δὲ Πέτρος ἔφη αὐτῷ, Καὶ εἰ πάν-

---

16 Abierunt igitur discipuli eius, veneruntque in vrbem & inuenerunt *omnia* prout dixerat eis, & parauerunt pascha.

17 Et quum serū *diei* aduenisset, venit cum duodecim illis.

18 ‖ Quumque accubuissent, & ederent, ait Iesus, Amen dico vobis, vnus ex vobis prodet me, qui edit mecum.

19 Ipsi vero cœperunt affici tristitia & ei dicere sigillatim, Num ego? Et alius, Num ego?

20 Ipse autem respondens dixit eis, Vnus ex duodecim qui *manum* intingit mecum in catinum, *me prodet.*

21 Filius quidem hominis abit, prout scriptum est de eo: sed væ homini illi per quem Filius hominis proditur: bonum erat homini illi si natus non fuisset.

22 ‖ Et edentibus ipsis, quum accepisset Iesus panem, *&* benedixisset, fregit, deditque eis, & ait, Accipite, edite: hoc est corpus meum.

23 Et accepto poculo, quum gratias egisset, dedit eis: & biberūt ex eo omnes.

24 Et dixit eis, Hoc est sanguis meus Noui illius pacti, qui pro multis effunditur.

25 Amen dico vobis, nō bibam amplius ex fructu vitis vsque ad diem illum quum ipsum bibam nouum in regno Dei.

26 Et quum hymnum cecinissent, exierunt in montem olearum.

27 ‖ Tunc dicit eis Iesus, Omnes offendemini in me nocte ista. Nam scriptum est, ‖ Percutiam pastorem, & dispergētur oues.

28 ‖ Sed postquā suscitatus fuero, præibo vobis in Galilæam.

29 Petrus autem dixit ei, Etiam-

Et abierunt discipuli eius; & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat illis: & parauerunt pascha.

17 *Vespere autem facto, venit cum duodecim.*

18 *Et discumbentibus eis & manducantibus, ait Iesus, Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.*

19 *At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim, Nunquid ego?*

20 *Qui ait illis, Vnus ex duodecim qui intingit mecum in catino.*

21 *Et Filius quidem hominis vadit, sicut scriptū est de eo: væ autem homini illi per quem Filius hominis traditur: bonum erat ei si non esset natus homo ille.*

22 *Et manducantibus illis accepit Iesus panem, & benedicens fregit: & dedit eis, & ait, Sumite: hoc est corpus meum.*

23 *Et accepto calice gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes.*

24 *Et ait illis, Hic est sanguis meus Noui testamenti, qui pro multis effundetur.*

25 *Amē dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis vsque in diem illum quum illud bibam nouum in regno Dei.*

26 *Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum.*

27 *Et ait Iesus, Omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptū est, Percutiam pastorem, & dispergentur oues.*

28 *Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.*

29 *Petrus autem ait illi,*

Matth. 26. 20
Luc. 22. 14
Ioh. 13. 21
Abrogatur typus legalis, mox re ipsa implendus: & in eius locum [illegible] nouis [illegible] federis, ad cō[memo]rationē vsque duratura.

Matth. 26. 26
1. Cor. 11. 24

Ioh. 16. 32
Christus prædicit se mox à suis deferendum, eosque à se deferendum.
Zach. 13. 7
Matth. 26. 31

16 *Abierunt,* ἐξῆλθον. Erasmus ad verbum, *Exierunt.* Sed apparet positum esse ἐξῆλθον pro ἀπῆλθον, quo vtitur Lucas. ¶ *Inuenerunt* [*omnia.*] εὗρον. Addidimus quod explendæ constructioni deesse videbatur. In vno codice scriptum legitur ἐποίησαν, *fecerunt*, fortassis ex Matthæo.

17 *Serum diei,* ὀψίας. id est crepusculum. Vide Matth. 26. 20.

19 *Sigillatim,* εἷς καθ᾽ εἷς. Ita scriptum vbique legimus, vno exemplari excepto, in quo scribitur καθεῖς. Ego verò existimo scribendum esse καθεῖς, sicut legitur Ioh. 8. 9. vel, si distinguere licet vocabula καθ᾽ εἷς. Est enim κατὰ ex καὶ εἷς contractum, vt εἷς καθ᾽ εἷς ad verbum declaret vnum & deinde vnum: quod vernaculo sermone dicimus *Vn à vn*, vel *L'vn apres l'autre.* Vetus interpres in Ioanne conuertit, *Vnum post vnum.* ¶ *Et alius, Num ego?* καὶ ἄλλος, Μήτι ἐγώ; Hæc desunt in duobus cod. & sanè videntur redundare.

20 *Qui [manum] intingit,* ὁ ἐμβαπτόμενος. i. qui mecum vesci consueuit, vt exposuimus Matth. 26. 23. Suppleuimus autem ex Matthæo quæ omnino requiruntur vt plena sit sententia. De hoc autem embammate vide Matth. 26. 20.

21 *Homini illi,* αὐτῷ. Vide Matth. 26. 24.

22 *Edentibus ipsis,* ἐσθιόντων αὐτῶν. Velut in aoristo secundo, Quum cibum sumpsissent. Fuit enim hic exitus secundus cœnæ. Vide Matt. 26. 21.

24 *Et dixit eis,* καὶ εἶπεν αὐτοῖς. Etsi hæc Christi verba sic collocata sunt, acsi priùs ex hoc vino biberint discipuli, tamen res ipsa poscit vt à Christo dicta intelligantur, quum ipsum poculum discipulis propinaret, alioqui quodnā hoc vini genus esset non intellecturis.

25 *Non amplius bibam,* οὐκέτι οὐ μὴ πίω. Alludit ad morem quo nefas erat post illud poculum Χαρωσεθ quicquam cibi in posterum diem capere. Vide Matth. 26. 20.

26 *Quum hymnum cecinissent,* ὑμνήσαντες. Vide Matt. 26. 30.

27 *Oues,* τὰ πρόβατα. In quodam codice additur τῆς ποίμνης, Gregis, fortassis ex Matthæo. Certè non additur apud Zachariam.

29 Offen-

τες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ᾽ οὐκ ἐγώ.

30 Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι σήμερον ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρίς ἀπαρνήσῃ με.

31 Ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον, Ἐάν με δέῃ συναποθανεῖν σοι, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. Ὡσαύτως δὲ καὶ πάντες ἔλεγον.

32 Καὶ ἔρχονται εἰς χωρίον οὗ τὸ ὄνομα Γεθσημανῆ· καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Καθίσατε ὧδε ἕως προσεύξωμαι.

33 Καὶ παραλαμβάνει τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην μεθ᾽ ἑαυτοῦ· καὶ ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.

34 Καὶ λέγει αὐτοῖς, Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε.

35 Καὶ προελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ προσηύχετο ἵνα, εἰ δυνατόν ἐστι, παρέλθῃ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἡ ὥρα.

36 Καὶ ἔλεγεν, Ἀββᾶ ὁ πατὴρ, πάντα δυνατά σοι· παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ᾽ ἐμοῦ τοῦτο. ἀλλ᾽ οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ.

37 Καὶ ἔρχεται, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας· καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ, Σίμων, καθεύδεις; οὐκ ἴσχυσας μίαν ὥραν γρηγορῆσαι;

38 Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

39 Καὶ πάλιν ἀπελθὼν προσηύξατο, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.

40 Καὶ ὑποστρέψας εὗρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας, (ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι) καὶ οὐκ ᾔδεισαν τί αὐτῷ ἀποκριθῶσι.

41 Καὶ ἔρχεται τὸ τρίτον, καὶ λέγει αὐτοῖς, Καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε· ἀπέχει, ἦλθεν ἡ ὥρα· ἰδοὺ, παραδίδοται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν.

---

si omnes offendantur, at non ego.

30 Tunc dicit ei Iesus, Amē dico tibi, hodie nocte ista, priusquàm bis gallus vocem miserit, ter abnegabis me.

31 At ille multo magis dicebat, Si me oportuerit commori tibi, haudquaquam te abnegabo. Itidem autem etiam omnes dicebant.

32 ‖ Veniunt igitur in locū cuius nomen *est* Gethsemane. Tunc dicit discipulis suis, Sedete hìc vsquedum orauero.

33 Et assumit Petrum & Iacobū & Ioannem secum: cœpitque expauescere & grauissimè angi.

34 Et dixit eis, Vndiquaq; tristis est anima mea vsque ad mortem, manete hic, & vigilate.

35 Progressúsq; paululū, procidit in terrā: & orauit vt, si fieri posset, abiret ab ipso hora illa.

36 Dixitque, Abba, Pater, omnia fieri abs te possunt: transfer à me istud poculum. verùm nō quid ego velim, sed quid tu.

37 Tūc venit & inuenit eos dormientes: dicitq; Petro, Simon, dormis? nequiuisti vnam horam vigilare?

38 Vigilate & orate, ne introeatis in tentationem. spiritus quidem promptus *est*, sed caro infirma.

39 Et quum rursum abiisset, orauit, eundem sermonem loquutus.

40 Reuersus autē inuenit eos rursum dormiētes, (erant enim oculi eorum grauati) neq; sciebant quid ei responderent.

41 Et venit tertiò, dicitq; eis Dormite quod reliquum est, & requiescite: sufficit, venit hora illa: ecce, traditur Filius hominis in manus peccatorum.

Etsi omnes scandalizati fuerint, sed non ego.

30 *Et ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.*

31 *At ille amplius loquebatur, Etsi oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.*

32 *Et veniunt in prædium cui nomen Gethsemani: & ait, discipulis suis, Sedete hic donec orem.*

33 *Et assumit Petrum & Iacobum & Ioannem secum: & cœpit pauere & tædere.*

34 *Et ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hic, & vigilate.*

35 *Et quum processisset paululum, procidit super terram: & orabat vt, si fieri posset, transiret ab eo hora.*

36 *Et dixit, Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me. sed non quod ego volo, sed quod tu.*

37 *Et venit & inuenit eos dormientes: & ait Petro, Simon, dormis? non potuisti vna hora vigilare?*

38 *Vigilate & orate vt non intretis in tentationem. spiritus quidem promptus est, caro verò infirma.*

39 *Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens.*

40 *Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei.*

41 *Et venit tertiò, & ait illis, Dormite iam, & requiescite: sufficit, venit hora: ecce, Filius hominis tradetur in manus peccatorum.*

Humanæ temeritatis & imbecillitatis tristissimum in præstantissimo homine exemplum proponitur.

Matt. 26. 30
Luc. 22. 39
Christus in carne pro nobis assumpta horrificos illos maledictionis Dei terrores subiens, calicem ex Patris manu accipit, quē mox ipse iustus pro iniustis exhauriat.

Horrendum humanæ socordiæ exemplum in ipsis à Christo electis discipulis.

Sicut homines Deum conditorem suum desertum ac proditū, scientes & volentes sua laude spoliarunt: ita Christus volens pro iniustis satisfacturus, à suis desertus, proditione familiaris sui proditur tanquam latro, vt pœna peccato respondeat, & nos verè proditores, desertores ac sacrilegi ex Diaboli laqueo eximamur.

29 *Offendantur,* σκανδαλισθήσονται. Complutensis editio addit ἐν σοί, in te.

30 *Hodie,* σήμερον. In duobus exemplaribus legimus σὺ σήμερον, tu hodie: cuius pronominis videtur non contēnenda emphasis. Nam ideo etiam non contentus dixisse σήμερον, addit τῇ νυκτὶ ταύτῃ.

31 *Multo magis,* ἐκ περισσοῦ μᾶλλον. Ad verbum, Magis ex abundanti. Vulgata non legit μᾶλλον, neque meus vetustissimus codex. Nam certè redundat: sed ita tamen vt ista conduplicatio magis exprimat vehementem Petri asseuerationem: sicut Erasmus rectè obseruat. Nos igitur vt hanc emphasin ostēderemus, conuertimus *Multo magis*, acsi scriptum esset πολὺ μᾶλλον, vel πολὺ περισσότερον. Erasm. autem distinguit post ἔλεγε, & μᾶλλον annectit iis quæ consequuntur: ideóque interpretatur, *Imò si me oportuerit*, &c. Sed præterquam quòd hæc aliter distincta in omnibus codicibus reperiútur, vix etiam (opinor) reperias μᾶλλον, pro Imò vel Potius positum alicuius membri initio, nisi addatur particula δέ: sicut in Matthæo annotauimus. ¶ *Abnegabo,* ἀπαρνήσομαι. Syrus interpres addit מרי [mari,] Domine mi.

34 *Et dixit eis,* καὶ λέγει αὐτοῖς. In quatuor exemplaribus hæc coniunguntur cum præcedentibus: & pro λέγει scribitur λέγειν, Dicere. ¶ *Vigilate,* γρηγορεῖτε. Complutensis liber addit μετ᾽ ἐμοῦ, mecum.

36 *Abba, pater,* ἀββᾶ ὁ πατήρ. Vnum istorum est Syriacū, alterum Græcū: vt videri possit posterius additum esse vt prius illud peregrinum declararet. Malo tamen otiosam non esse hāc iterationem, quum Syrus ipse interpres verterit אבא אבי [*abba abi.*] id est Abba pater mi. ¶ *Non quid ego,* &c. οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ. Hic locus variis modis scribitur in vetustis codicibus. Certè planior erit sententia si pro τί, scribatur ὅ, *quod*, vt legit Vetus interpres vel ὡς, *sicut*: quod vtrunque in meo vetustissimo exemplari legitur: vt subaudiatur γενηθήτω, quod à Matthæo & Luca exprimitur. Sententiam verò, quamuis imperfectam, idcirco non expleuimus, quòd hæc aposiopesis non videatur sua emphasi carere in oratione tam ardenti.

40 *Et reuersus,* καὶ ὑποστρέψας. In quodam codice scribitur καὶ πάλιν ἐλθών. Et quum denuò venisset, expuncto πάλιν quod ante καθεύδοντας hîc positum est. Vulgata, *Et reuersus denuò inuenit eos dormientes,* καὶ ὑποστρέψας, πάλιν εὗρεν αὐτοὺς καθεύδοντας.

41 *Sufficit,* ἀπέχει. Dubitanti mihi de hac interpretatione, tandem occurrit locus Anacreontis in Odario, Ἄγε ζω-

ϰλάσιν ἀρκεῖ, vbi postquam multa pictori præcepit, tandem veluti perfecta imagine, subiicit, Ἀπέχει. βλέπω γὰρ αὐτήν. Id est, Sufficit: iam enim ipsam intueor. Erasmus annotat se in quibusdam codicibus legisse ἀπέχει τὸ τέλος, quod interpretarer, *Abest finis*: i. solus iam finis superest. vel, Habent finem, ista videlicet quæ de me prædicta sunt, vt Luc. 22. 37. quod scriptū etiam inueni in illo meo vetustissimo exemplari. Sed & Syrus interpres habet מטא חרתא [*metath charthe*] id est, Inclinans finis, sicut inclinata dies ad finem vergens dicitur. ¶ *Traditur*, παραδίδοται Vulg. *Tradetur*: quam interpretationem non probo. Est enim omnino seruanda præsentis temporis significatio hoc loco. Sic in proximo versiculo, ὁ παραδιδούς, non rectè interpretatus est, *Qui tradet*.

42 Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδού, ὁ παραδιδούς με ἤγγικε.

Surgite, eamus: ecce, qui prodit me appropinquauit.

42 *Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, propè est.*

43 Καὶ εὐθέως, ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, παραγίνεται Ἰούδας, εἷς ὢν τῶν δώδεκα, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, παρὰ τῶν Ἀρχιερέων, καὶ τῶν Γραμματέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων.

Matt. 26, 47
Luc. 22, 47
Iohan. 18, 3

‖ Et statim, adhuc eo loquente, adest Iudas qui erat vnus ex duodecim illis, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, à primariis Sacerdotibus & Scribis & Senioribus.

43 *Et adhuc eo loquente venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis à summis Sacerdotibus & Scribis & Senioribus.*

44 Δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν σύσσημον αὐτοῖς, λέγων, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν, καὶ ἀπάγετε ἀσφαλῶς.

Dederat autem eis iste qui eum tradebat, commune inter ipsos signū dicens, Quēcunque osculatus fuero, is est: prehendite eum, & abducite tutò.

44 *Dederat autem traditor eius signum eis, dicens, Quemcūque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite cautè.*

45 Καὶ ἐλθών, εὐθέως προσελθὼν αὐτῷ, λέγει, Ῥαββί, ῥαββί· καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

Quum igitur venisset, statim accedēs ad eū, dicit ei, Rabbi, rabbi: ac deosculatus est eum.

45 *Et quum venisset, statim accedens ad eum, ait, Rabbi: & osculatus est eum.*

46 Οἱ δὲ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν.

Illi verò iniectis in eum manibus prehenderunt eum.

46 *At illi manus iniecerunt in eum: & tenuerunt eum.*

47 Εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ἔπαισε τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.

Quidam autem ex iis qui adstabant stricto gladio feriit seruum Pontificis maximi, & abstulit eius auriculam.

47 *Vnus autem quidam de circunstantibus educēs gladium, percussit seruum summi Sacerdotis, & amputauit illi auriculam.*

48 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με;

Respondēs autem Iesus dixit eis, *Siccine* vt aduersus latronē existis cū gladiis & fustibus ad me vnà prehendendum?

48 *Et respondens Iesus ait illis, Tanquam ad latronem existis cum gladiis & lignis comprehendere me?*

49 Καθ' ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί.

Quotidie erā apud vos in tēplo docēs, nec prehēdistis me. Sed *oportet* vt impleātur Scripturæ.

49 *Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur Scripturæ.*

50 Καὶ ἀφέντες αὐτόν, πάντες ἔφυγον.

Tunc relicto eo, omnes fugerunt.

50 *Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt.*

51 Καὶ εἷς τις νεανίσκος ἠκολούθει αὐτῷ, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ· καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι.

Omnia pietatis prætextu licet in Christū grassantibus.

Quidam autem iuuenis sequebatur eum, amictus sindone super nudum *corpus*: & prehenderunt eum iuuenes.

51 *Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum.*

52 Ὁ δὲ καταλιπὼν τὴν σινδόνα, γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν.

Ipse verò derelicta sindone, nudus effugit ab illis.

52 *At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis.*

53 Καὶ ἀπήγαγον τὸν Ἰησοῦν πρὸς τὸν Ἀρχιερέα. καὶ συνέρχονται αὐτῷ πάντες οἱ Ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ Γραμματεῖς.

Matt. 26, 57
Luc. 22, 54
Iohan. 18, 3

‖ Tunc abduxerunt Iesum ad Pontificē maximum: cū quo cōuenerūt omnes primarij Sacerdotes, & Seniores, & Scribæ.

53 *Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: & conuenerunt omnes Sacerdotes, & Scribæ, & Seniores.*

43 *Adest*, παραγίνεται: i. πάρεστι. Videtur enim, si ita accipias τὸ παραγίνεσθαι, vberior esse sensus. ¶ *Iudas*, Ἰούδας. In quodā codice & Vulg. editione additur Ἰσκαριώτης, Iscariotes.

44 *Commune inter ipsos signum*, σύσσημον. Id est de quo vnà conuenerant: vt rectè explicat Erasmus. ¶ *Tutò* ἀσφαλῶς: id est, ita diligenter & tanto cum præsidio vt elabi non possit: adeo sibi metuit mala conscientia, quam illis postea Christus exprobrat versu 48. Vulgata, *Cautè*, Syrus interpres hoc coniungit cum præcedente verbo κρατήσατε prehendite.

45 *Rabbi*, Ῥαββί. In duobus exemplaribus semel tātùm hoc scriptum inueni, in cæteris repetitum, vt & apud Syrum interpretem.

47 *Quidam autem*, εἷς δέ τις. In hoc genere dicendi vel εἷς redundat, vel (quum addatur secundus casus) traiectioni locus est: acsi scriptu esset, τὶς δὲ εἷς τῶν παρεστηκότων: id est, quidam verò qui erat vnus ex circunstantibus. Sed postponitur τὶς, quia est encliticum. Vulgata, *Vnus autem quidam*, Erasmus, *Vnus autem quispiam*. Cicero dicere solet, vnus aliquis, sed tum demum quum incerta est persona. Hic autē certus & notus homo designatur. Neque enim quis hic esset ignorabat Marcus, præsertim, si verum est quod magno consensu tradunt veteres, eum videlicet ex ipso Petro hoc Euangelium excepisse: quod tamen hic locus videtur refellere, ipso Petro factum istud non magis quàm abnegationem illam triplicem dissimulaturo.

49 *Sed* [*oportet*] *vt*, ἀλλ' ἵνα. Vide suprà 4. 22. licet etiam supplere commodè cum Syro interprete factum est istud, ex Matth. 26. 56.

50 *Omnes*, πάντες. Omnes videlicet discipuli, vt exprimit Matthæus, & Vetus etiam interpres: ne de illis agere Marc. videatur, quos Iesus superiore oratione cōpellarat.

51 *Sindone*, σινδόνα. Sic vocatur tenuissima linea vestis, quam, si fuerit intima, vocamus *vne chemise*, à Sidone ciuitate vt volunt Grammatici, sic appellata, vbi texi tenuissima illa consueuerant. ¶ *Super nudum* [*corpus*] ἐπὶ γυμνοῦ, Sic vernaculo sermone dicimus, *Sur le nud*. Latinos verò non existimo ita loqui. Addidimus ergo aliquid, quanuis non summa hìc à nobis habeatur Latinitatis ratio. Ad sindonem autem quod attinet, sic puto vocari linteum quo amictus ille, audito nocturno tumultu, repentè accurrerat. Nec enim ista alio consilio narrantur ab Euangelista quàm vt intelligatur qua licentia isti latrones fuerint in quosuis, prætextu auctoritatis Magistratus, grassati: vt nūc quoque in eadem causa & aduersus eundem Christum in seruorum ipsius persona fieri solet. ¶ *Iuuenes*, οἱ νεανίσκοι. Insolentes videlicet inter cæteros, vt illa fert ætas. Vulg. tamen nec Syrus interpres, hoc legunt.

53 *Cum quo conuenerunt*, καὶ συνέρχονται αὐτῷ, nempe τῷ ἀρχιερεῖ. Dicuntur autem cum eo conuenisse non quòd ipse prius absens cum istis vnà venerit, quem verisimile est domi mansisse & cæteros capto Christo expectasse, sed quòd eius domum venerint, vt in communi tractarent Christi causam. ¶ *Omnes*, πάντες. Rectè. cogi enim oportebat summum concilium, quum accusaretur Christus vt blasphemus & pseudopropheta. Nam tertium crimen, læsæ Cæsareæ maiestatis, tandem fraude sacerdotum comparatum est in illum, vt Pilatum ad eum damnandum adigerent.

54 Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ ἕως ἔσω, εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως· καὶ ἦν συγκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς.

Petrus autem è longinquo sequutus est eum intrò vsque in aulam Pontificis maximi: & cōsidebat cum ministris, & calefaciebat *sese* ad ignem.

54 *Petrus autem à longè sequutus est eum vsque intrò in atrium summi Sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se.*

55 Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐζήτουν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ μαρτυρίαν, εἰς τὸ θανατῶσαι αὐτόν· καὶ οὐχ εὕρισκον.

‖ Primarij verò Sacerdotes & totus consessus quærebant testimonium aduersus Iesum, vt eum morte mulctarent: nec inueniebant.

55 *Summi verò Sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent: nec inueniebant.*

Matth. 26. 59
Christus adeò innocens, vt ne falsis quidem testibus opprimi potuerit, tandem Deum patrem cōfessus, dānatur impietatis coram Pontifice, vt nos qui Deum abnegauimus, verè impij, coram Deo absoluamur.

56 Πολλοὶ γὰρ ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ. καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν.

Nam multi falsum testimonium dicebant aduersus eum: sed non erant paria ipsorum testimonia.

56 *Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia non erant.*

57 Καί τινες ἀναστάντες ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ, λέγοντες,

Tunc quidam surrexerunt, & falsa testati sunt aduersus eum, dicentes,

57 *Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes.*

58 Ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέγοντος, Ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω.

Nos audiuimus eum dicentem, ‖ Ego destruam templum hoc quod est manibus factum, & intra triduum absque manibus factum aliud ædificabo.

58 *Quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manufactum, & per triduum aliud non manufactum ædificabo.*

Iohan. 2. 19

59 Καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν.

Sed ne sic quidem par erat testimonium eorum.

59 *Et non erat conueniens testimonium illorum.*

60 Καὶ ἀναστὰς ὁ Ἀρχιερεὺς εἰς τὸ μέσον, ἐπηρώτησε τὸν Ἰησοῦν λέγων, Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν;

Tunc Pontifex maximus progressus in medium, interrogauit Iesum, dicēs, Non respōdes quicquā? quid *illud est quod* isti aduersum te testificantur?

60 *Et exurgens summus Sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens, Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his?*

61 Ὁ δὲ ἐσιώπα, καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Πάλιν ὁ Ἀρχιερεὺς ἐπηρώτα αὐτόν, καὶ λέγει αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ;

Ipse verò silebat, & nihil respondit. Rursum Pontifex maximus eum interrogauit, & dixit ei, Tú*ne* es ille Christus Filius ille illius Benedicti?

61 *Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei, Tu es Christus Filius Benedicti?*

62 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἐγώ εἰμι. καὶ ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.

Iesus autem dixit, Ego sum. ‖ & videbitis Filiū hominis sedentem ad dextram potentiæ *Dei*, & venientem cum nubibus cæli.

62 *Iesus autē dixit illi, Ego sum: & videbitis Filiū hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus.*

Matt. 24. 30

54 *E longinquo*, ἀπὸ μακρόθεν. Vide Matth. 26. 58. ¶ *Ad ignem*, πρὸς τὸ φῶς: id est πρὸς τὸ πῦρ. Nam φωτὸς appellatione etiam ignem intelligi testatur Hesychius, à consequenti videlicet, sicut etiam Syrus interpres vtitur hoc loco vocabulo נורא [*nura*:] quod propriè significat Lucernam, vt possimus etiam commodè Focum interpretari. Erasmus interpretatur, *Ad lumen*, refertque ad participium συγκαθήμενος. Siquidem, inquit, lumen eum prodidit. Sed nimium est insolens hæc traiectio: & Hebræi quoque אור [*hor*] tam lucem quàm ignem vocant, vnde Vrendi verbum apud Latinos & ὁρᾷν Græcorum.

56 *Sed non erant*, καὶ οὐκ ἦσαν. Vulg. *Et non erant*. Erasmus *Non erant*. Sed si καὶ pro ἀλλὰ accipias, vt alibi sæpe, planior erit sententia. ¶ *Paria*, ἴσαι: id est, congruentia, siue (vt non malè sensum expressit Vetus interpres) *Conuenientia*: quod rectè explicat Erasmus in annotationibus. Idem tamen conuertit, *Satis idonea*: id est ἱκανά, nempe propter versiculum 59. Sed τὸ ἴσον nusquam legi hac significatione vsurpatum.

59 *Par*, ἴση. Videntur tamen hæc ita fuisse paulo antè commemorata quasi prorsus conueniret inter testes. Itaque Erasmus iterum ἴση conuertit, *Satis idonea*. Legit enim ista quoque plurali numero, contra vetustorum codicum fidem. Sed si Euangelistas inter se comparemus, apparebit cur istorum testimonium Marcus impar fuisse scribat. Nā scribit Matthæus istos esse testatos se ex Christo audiuisse quòd posset templum destruere, & aliud ædificare: Marcus verò, quòd de[structurus] esset templum, & intra triduum instauraturus: quæ plurimùm inter se differunt. Poterat enim illud pro inani duntaxat iactantia accipi. Iam verò quum duos testes fuisse disertè dicat Matthæus, necesse est fateamur sic imparia fuisse ipsorum testimonia.

60 *Progressus*, ἀναστάς. Vulg. *exurgens*. Intelligitur ex antecedente consequens Hebræorum more.

61 *Benedicti*, τοῦ εὐλογητοῦ. id est Dei, qui omni laude dignus est. Hoc autem est, quod sæpe in Hebræorum commentariis reperias ברוך הוא [*baruch hu*,] quod ipsum Dei nomen exprimere vereantur. Estque εὐλογητός, nomen à participio εὐλογημένος distinguendum, quod discrimen non video qui satis commodè possimus Latinè exprimere, nisi synonyma vel periphrasin quæras. Sed maluimus tritum apud Theologos vocabulum vsurpare. In quodam codice pro εὐλογητοῦ, scribitur τοῦ Θεοῦ ζῶντος. id est, *Dei viuentis*.

62 *Potentia* [*Dei*] τῆς δυνάμεως. Sic intelligitur, potens ille Deus. Itaque articulus τῆς ponitur ἀντονομαστικῶς: quem quum exprimere non possemus, suppleuimus Dei nomen ex Luc. 22. 69. Videtur autem Marcus ab Hebræorum consuetudine mutuatus hanc Dei appellationem. Sic enim eorum magistri Deum vocāt interdū הגבורה [*haggeburah*] nisi malumus abstractum pro concreto positū, id est τὸν δυνατὸν αὐτῆς τῆς δυνάμεως, vt vocatur in Mariæ Cantico. Luc. 1. 49.

Ὁ δὲ Ἀρχιερεὺς, διαῤῥήξας τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ, λέγει, Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων;

64 Ἠκούσατε τῆς βλασφημίας· τί ὑμῖν φαίνεται; Οἱ δὲ πάντες κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου.

65 Καὶ ἤρξαντό τινες ἐμπτύειν αὐτῷ, καὶ περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ κολαφίζειν αὐτὸν· καὶ λέγειν αὐτῷ, Προφήτευσον· καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον.

66 Καὶ ὄντος τοῦ Πέτρου ἐν τῇ αὐλῇ κάτω, ἔρχεται μία τῶν παιδισκῶν τοῦ Ἀρχιερέως·

67 Καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον θερμαινόμενον, ἐμβλέψασα αὐτῷ, λέγει, Καὶ σὺ μετὰ τοῦ Ναζαρηνοῦ Ἰησοῦ ἦσθα.

68 Ὁ δὲ ἠρνήσατο, λέγων, Οὐκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσταμαι τί σὺ λέγεις. Καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον· καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε.

69 Καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν πάλιν, ἤρξατο λέγειν τοῖς παρεστηκόσιν, Ὅτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστιν.

70 Ὁ δὲ πάλιν ἠρνεῖτο. Καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν οἱ παρεστῶτες ἔλεγον τῷ Πέτρῳ, Ἀληθῶς ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει.

71 Ὁ δὲ ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν, Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ὃν λέγετε.

63 Pontifex maximus verò diruptis vestibus suis dixit, quid adhuc nobis opus est testibus?

64 Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Illi verò omnes contra eum iudicarunt, ipsum teneri reum mortis.

65 Et cœperunt quidā inspuere in eum, & obtegere faciē eius, & colaphos ei infligere: & dicere ei, Vaticinare: ministri verò bacillorū ictibus eū cædebāt.

66 ‖ Quum verò Petrus esset in aula inferiùs, venit quædam ex ancillis Pontificis maximi:

67 Et quum vidisset Petrum se calefacientem, intuita in eū, dixit, Et tu cum Nazareno Iesu eras.

68 Ipse verò negauit, dicēs, Non noui *illum*, neque scio quid tu dicas. Et exiuit extra in vestibulum: & gallus vocem emisit.

69 ‖ Tunc ancilla quum rursus vidisset eum, cœpit dicere iis qui adstabant, Hic est *vnus* ex ipsis.

70 Ipse verò rursum negauit. Et rursus paulo post qui adstabant dixerunt Petro, Verè ex ipsis es: etenim Galilæus es, & loquutio tua similis est.

71 Ipse autem cœpit execrari & iurare, *dicens*, Non noui hominem istum quem dicitis.

63 *Summus autem Sacerdos scindens vestimenta sua ait, Quid adhuc desideramus testes?*

64 *Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eū esse reum mortis.*

65 *Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere: & ei dicere, Prophetiza: & ministri alapis eum cædebant.*

66 *Et quum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi Sacerdotis:*

67 *Et quum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait, Et tu cum Iesu Nazareno eras:*

68 *At ille negauit, dicens, Neque scio, neque noui quid dicas. Et exijt foras ante atrium: & gallus cantauit.*

69 *Rursus autem quum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circunstantibus, Quia hic ex illis est.*

70 *At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui adstabant dicebāt Petro, Verè ex illis es: nam & Galilæus es.*

71 *Ille autem cœpit anathematizare & iurare, Quia nescio hominem istum quem dicitis.*

Christus omne contumeliarum genus nostro nomine sustinens, æternum decus in se credituris acquirit.

Matt.26.69 luc.22.55 ioh.18.25

Triste exemplum tum humanæ imbecillitatis, tum diuinæ misericordiæ, spiritum pœnitentiæ & fidei suis electis donantis.

Matth.26.71 luc.22.58 ioh.18.25

64 *Audistis*, ἠκούσατε. In quodam codice additur πάντες omnino. Rursus in quodam alio post βλασφημίας adscripta est nota interrogationis. ¶ *Videtur*, φαίνεται. Nouè pro δοκεῖ. Vide Luc.24.11. ¶ *Contra eum iudicarunt*, κατέκριναν αὐτόν. Vulgata & Erasmus, *Condemnarunt*: quod non satis cohæret cum iis quæ consequuntur. ideo dissoluimus compositionem.

65 *Vaticinare*, προφήτευσον. Vulgata, *Prophetiza*: cuius vocabuli formam repudio. Itaque προφητεύειν vertere soleo Prophetare, quod & ipsum fateor Latinum non esse. Sed profanos vates placuit à sacris ita distinguere, vt alibi dixi. Hîc tamen, vt amphiboliam verbi & nominis vitarem, malui interpretari *Vaticinare* quàm *Propheta*, quanuis Vaticinandi verbum potius respondeat τῷ μαντεύεσθαι. Erasmus, *Diuina*: quæ etiam interpretatio est ambigua. Cæterùm in vno codice additur, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε, Quis sit ille qui te percussit. ex Matthæo fortassis. ¶ *Bacillorum ictibus eum cædebant*, ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον. Ostendimus ex Plutarcho, Matth.5.39, eos dici ῥαπίζειν qui fuste aut virga quempiam feriunt: vt illis non possim assentiri qui de iis hoc dici putant qui alapam (vt loquuntur) infligunt: nisi fortassis alicubi καταχρηστικῶς ita vsurpetur. Hic autem locus nostram interpretationem optimè confirmat in quo manifestè colaphus & ῥάπισμα distinguuntur: & ὑπηρέται vocantur prædidis apparitores, qui in prouinciis ῥαβδοῦχοι siue ῥαβδία, id est (vt idem Plutarchus in Romulo disertè explicat) bacillos gestabant: vnde etiam ῥαβδοῦχοι vocantur, Act. 16.35. Meritò igitur de istis loquens Marcus, hoc verbo vtitur, quod nos quoque ob eam causam vertimus per periphrasin, Bacillorum ictibus cædere. Nam τὸ βάλλειν pro τύπτειν accipitur tum etiam quando cominus infligitur vulnus, vt ex his Homeri versiculis apparet Iliad.ι. Τὸν δὲ Φοινίδης Δουρικλυτὸς ἐγγύθεν ἐλθὼν Βέβληκει κεφαλῆς κατὰ ἰνίον ὀξεῖ δουρί. Vide Matth.26.67.

66 *Inferiùs*, κάτω. Vulgata, *Deorsum*, prorsus ineptè. Notandum tamen est, hîc non agi de contignatione inferiore, quasi Christus in superiore causam dixerit. Nam si id ita esset, non satis esset (opinor) probabile quod narrat Lucas 22.61, Christum post tertiam abnegationem respexisse Petrum: nisi Petrum dicamus post secundam abnegationem quæ in ipso vestibulo cōtigit, sese in eum ipsum locum recepisse vbi Christi causa agebatur, quod mihi idcirco non videtur verisimile, quòd simulatque se deprehēsum agnouit, se recepit in vestibulum, cogitans nimirum de fuga si amplius vrgeretur. Aulam igitur sciendum apud veteres non fuisse basilicam, quam ex Latina voce mutuati vulgo dicimus, *vne sale*, sed locum sub Dio, in magnatum præsertim ædibus amplioribus, quam *vne court*, id est Cortem vocamus: cui proculdubiò porticus gradibus aliquot altior supereminebat, vbi considebat Pontifex cum suis, in Christum inquirens, ita vt prospectus ex porticu in cortē, & ex corte vicissim in porticum pateret: quamobrem etiam infrà 15.16, Aula Pilati dicitur prætorium.

68 *In vestibulum*, εἰς τὸ προαύλιον. Vestibulū vocat locum portæ proximum, & ipsi aulæ oppositum, qui tamen intra ædes ipsas esset. Ideo enim hoc addidit Marcus vt explicaret aduerbium ἔξω, nequis Petrū existimaret domo iā tum exiisse: quod demum fecit post tertiam abnegationem.

69 *Rursus*, πάλιν. Hæc particula coniungitur ab Erasmo cum verbo ἤρξατο, contra omnium codicum fidem. Videtur autē vt hæc ita distingueret, eo adductus quòd disertè testetur Matt 26.71, alteram hanc ancillā fuisse. Sed si quis Euangelistas inter se cōferat, reperiet Petrum fuisse simul à pluribus agnitū, suggerentibus ancillis. quamobrē etiam apud Lucam vbi agitur de secunda abnegatione, fit mētio serui, non ancillæ. ¶ *Ex ipsis*, ἐξ αὐτῶν. Sic solent interdū Hebræi subiicere relatiua earum rerum quarum nulla antè facta est mentio. Sed tamen opinor hæc indicare aliquē habitū esse de Christo & ipsius discipulis sermonem inter seruos & ancillas, priusquam deprehenderetur Petrus.

70 *Et loquutio tua similis est*. καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. Hoc non legit Vetus interpres, neque meus vetustiss. codex. Nō esse tamen additum videtur, quum id habeat Syrus interpres.

71 [*Dicens*,] *Non noui*, ὅτι οὐκ οἶδα. Vel est mutatio personæ Hebræis familiaris: vel subaudiēdum est participium, quod expressi. Vide suprà capite 10.33.

72 Καὶ ἐκ δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώνησε. καὶ ἀνεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος οὗ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δὶς, ἀπαρνήσῃ με τρίς. Καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε.

Κεφάλαιον ιε.

1 ΚΑΙ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωῒ συμβούλιον ποιήσαντες οἱ Ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ Γραμματέων, καὶ ὅλον τὸ συνέδριον, δήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπήνεγκαν, καὶ παρέδωκαν τῷ Πιλάτῳ.

2 Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλάτος, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Σὺ λέγεις.

3 Καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ Ἀρχιερεῖς πολλά.

4 Ὁ δὲ Πιλάτος πάλιν ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων, Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; ἴδε πόσα σου καταμαρτυροῦσιν;

5 Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκέτι οὐδὲν ἀπεκρίθη, ὥστε θαυμάζειν τὸν Πιλάτον.

6 Κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον ὅνπερ ἠτοῦντο.

7 Ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαραββᾶς μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος, οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν.

8 Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος ἤρξατο αἰτεῖσθαι καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς.

9 Ὁ δὲ Πιλάτος ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων, Θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;

10 (Ἐγίνωσκε γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παραδεδώκεισαν αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς)

72 ‖ Tunc secundò gallus vocē emisit. & recordatus est Petrus verborum quæ dixerat ei Iesus Priusquam gallus vocē bis miserit, ter me abnegabis. Et quū erupisset, fleuit.

CAP. XV.

1 S‖Tatim autem manè consilio inito, summi sacerdotes cum senioribus & Scribis, totúsq; consessus, vinctum Iesum abduxerunt, tradiderúntque Pilato.

2 Et interrogauit eum Pilatus, Túne es ille rex Iudæorum? Ipse verò respōdēs dixit ei, tu dicis.

3 Et accusabant eum primarij Sacerdotes de multis.

4 ‖ Pilatus autem rursus interrogauit eū, dicēs, Non respondes quicquam? ecce, quàm multa aduersus te testificantur.

5 Iesus autē nihil amplius respondit, adeo vt miraretur Pilatus.

6 Cæterùm singulis festis dimittebat eis vnum ex vinctis, quemcunque postulassent.

7 Erat verò quidam qui dicebatur Barabbas, vinctus cū seditionis sociis, qui cædem per seditionem fecerant.

8 Et vociferans turba cœpit petere *vt faceret* prout semper ipsis fecerat.

9 Pilatus autem respondit eis, dicens, Vultis dimittam vobis regem illum Iudæorum?

10 (Nouerat enim eum per inuidiam traditum fuisse à Primariis sacerdotibus)

72 *Et statim gallus iterum cantauit, & recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.*

CAP. XV.

1 *ET confestim manè consilium facientes summi Sacerdotes cum senioribus & Scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato.*

2 *Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait illi, Tu dicis.*

3 *Et accusabant eū summi Sacerdotes in multis.*

4 *Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicens, Non respōdes quicquam? vide in quantis te accusant.*

5 *Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus.*

6 *Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quemcunque petijssent.*

7 *Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui seditione fecerat homicidium.*

8 *Et quum ascendisset turba, cœpit rogare sicut semper faciebat illis.*

9 *Pilatus autem respondit eis, & dixit, Vultis dimittam vobis regem Iudæorum?*

10 *(Sciebát enim quòd per inuidiam tradidissent eū summi Sacerdotes.)*

Matt.26.75 Ioh.18.27

Matt.27.1 luc.22.66

Christus vinctus apud iudicis terreni tribunal publicè, non suorū, vt ex ipsius iudicis ore cōstitit, sed nostrorū omniū peccatorum reus ad crucem dānatur: vt nos nocentissimi à nostrorum peccatorum noxa liberati, coram Dei ipsius solio, in publico ipsorum quoque Angelorum consessu absoluamur.

Matt.27.11 luc.23.3 ioh.18.33

72 *Tunc secundò*, καὶ ἐκ δευτέρου. Vulg. *Et statim*, καὶ εὐθύς. quod legitur in quodam codice. Erasmus, *Et iterum*, καὶ πάλιν. ¶ *Quum erupisset*, ἐπιβαλών. Id est quum sese foras proripuisset, vt ex Matthæo apparet. Nam præpositio ἐπὶ refertur ad locum ædibus Pontificis proximum, in quem se proiecit Petrus quum se ancillæ excusasset: & ἐπιβαλὼν omnino idē est atque נדכף [*nidchaph*,] Ester 6.12. ¶ *Fleuit*, ἔκλαιε. Vulgata, *Cœpit flere*, ἤρξατο κλαίειν vt legitur in meo vetustiss. codice, & vertit Syrus interpres. Eras. *Prorupit in fletum*, id est ἐπέβαλε τῷ κλαίειν. Possit etiam aliquis interpretari ἐπιβαλών, Quum hoc animaduertisset, id est re animaduersa. Fuerat enim Petrus intuitu Christi & galli clamore velut ex profundissimo somno expergefactus.

IN CAP. XV.

1 *Tradiderunt*, παρέδωκαν. Tradunt Christum Iudæi Pilato præsidi prouinciæ, quoniam illum omnino constituerant capitali supplicio afficere, quod ipsis non licebat, quoniam capitalium criminum cognitio fuerat eis erepta, primùm ab Herode Magno, deinde à Romanis, anno (vt ipsi Iudæi tradunt) 40 ante templi euersionem, id est biennio antequam Christus crucifigeretur. Siquidem Dominus annum agens 34, fuit crucifixus, & euersum est templum annò ab ipsius ortu 71.

3 *De multis*, πολλά. Addit Complutensis editio, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο, Ipse verò nihil respondit. idque videtur optimè conuenire cum iis quæ subiiciuntur.

4 *Rursus* πάλιν Nam antea in ipso Prætorio, quo ingredi noluerant Iudæi, Pilatus Christum introductum interrogare cœperat, & Christus de regio suo munere responderat Ioan.18.33 & deinceps. Cognitio verò de qua hic agitur, habita est quum Pilatus Christum coram ipsius accusatoribus extra prætorium statuisset, Luc.23.2. clamaturis alioqui Iudæis ius sibi non reddi, quanuis penes ipsos culpa hæreret, vt qui in prætorium ingredi recusarent.

6 *Singulis festis*, κατὰ ἑορτήν. Syrus interpres addit particulam vniuersalem בכל [*becul*,] *omni die festo*, nec additur articulus in Græco contextu: ideo plurali numero sum vsus. & κατὰ cuiusvis hîc est distributiua, verti, *Singulis*. Intelliguntur enim tres illi solennes dies festi, nempe Pascha, Pentecoste, & Tabernacula: quod ostendit non additus articulus, quanuis Paschæ festum specialiter nominet Ioannes. Sic autem κατὰ cum singulari quoque nomine sumitur distributiuè vt Tit.1.5. κατὰ πόλιν oppidatim, & Act. 2.46. κατ' οἶκον domatim. ¶ *Dimittebat*, ἀπέλυεν. Vel, Absoluebat: id est absoluere & liberare solebat, vt planius explicat Matthæus. Simile dicendi genus annotauimus suprà cap.14.12.

7 *Seditionis sociis*, συστασιαστῶν. Ad verbum, Conseditiosis. Vulg. *seditiosis*, στασιαστῶν, vt legitur in meo vetustissimo codice. Erasmus, *Seditionis auctoribus*: quod tamen Græco vocabulo nō significatur. ¶ *Cædem fecerant*, φόνον πεποιήκεισαν. Vulg. *Fecerat homicidium*. Eras. *Cædem patrauerat*. Videtur enim vterq; legisse ὅστις πεποιήκει: quanuis repugnet Frobenij editio. Cæterùm in vetustis codicibus scriptum constanter reperimus πεποιήκεισαν pro ἐπεποιήκεισαν, vno excepto in quo legebatur πεποιήκει.

8 *Vociferans*, ἀναβοήσας. Vulgata, *Quum ascendisset*: id est ἀναβάς, in prætorium videlicet, vt legitur etiam in meo vetustiss. exemplari: quod tamen non facilè probarim, quum disertè dicatur Ioan.18.28, noluisse ingredi in prætorium Iudæos. ἀναβοήσας verò quod annotat Erasmus nusquam me memini legere. ¶ [*Vt faceret*] *prout*, καθώς. Ellipsin ex vulgi sermone petitam rectè Erasmus suppleuit, quam Vetus interpres neglexit.

11 Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς.

12 Ὁ δὲ Πιλάτος ἀποκριθεὶς, πάλιν εἶπεν αὐτοῖς, Τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;

13 Οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν, Σταύρωσον αὐτόν.

14 Ὁ δὲ Πιλάτος ἔλεγεν αὐτοῖς, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Οἱ δὲ περισσοτέρως ἔκραξαν, Σταύρωσον αὐτόν.

15 Ὁ δὲ Πιλάτος βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι, ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, καὶ παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, ἵνα σταυρωθῇ.

16 Οἱ δὲ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον, καὶ συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν.

17 Καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν, καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον.

18 Καὶ ἤρξαντο ἀσπάζεσθαι αὐτόν, Χαῖρε βασιλεῦ τῶν Ἰουδαίων.

19 Καὶ ἔτυπτον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ, καὶ ἐνέπτυον αὐτῷ, καὶ τιθέντες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ.

20 Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια· καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν ἵνα σταυρώσωσιν αὐτόν.

21 Καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα Σίμωνα Κυρηναῖον (ἐρχόμενον ἀπ' ἀγροῦ, τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου καὶ Ῥούφου) ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ.

22 Καὶ φέρουσιν αὐτὸν ἐπὶ Γολγοθᾶ τόπον, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, κρανίου τόπος.

23 Καὶ ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον. ὁ δὲ οὐκ ἔλαβε.

11 Primarij vero sacerdotes, concitarunt turbam vt potius Barabbam ipsis dimitteret.

12 Tum Pilatus respondēs, rursum dixit eis, Quid ergo vultis faciam isto quem dicitis regem Iudæorum?

13 Ipsi verò rursum clamauerunt, Crucifige eum.

14 Pilatus autē dicebat eis, Enimuerò quid mali fecit? Illi autem eo amplius clamauerūt, Crucifige eum.

15 Pilatus igitur volens turbæ satisfacere, dimisit eis Barabbam, & Iesum flagellatum tradidit vt crucifigeretur.

16 Milites verò abduxerunt eum intra aulam, id est prætorium, & conuocauerunt totam cohortem:

17 Et induerunt eum purpura, & circumposuerunt ei plexam coronam spineam.

18 Et cœperunt eum salutare, *dicentes*, Aue rex Iudæorum.

19 Et cædebant eius caput calamo, & inspuebāt in eum, ac pōsitis genibus adorabant eum.

20 Quum autem illusissent ei, exuerunt eum purpura, & induerunt eum suis ipsius vestimentis: eduxeruntque vt crucifigerent eum.

21 ‖ Præterea angariarunt prætereuntem quendam Simonem Cyrenæum (venientem rure, patrem Alexandri & Rufi) vt attolleret crucem eius.

22 ‖ Duxeruntque eum in locum Golgotha: quod est, si interpreteris, Caluariæ locus.

23 Et dederunt ei bibendum myrrhatum vinum: ipse verò non sumpsit.

11 Pontifices autem concitauerunt turbam vt magis Barabbam dimitteret eis.

12 Pilatus autem iterum respondens ait illis, Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum?

13 At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum.

14 Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum.

15 Pilatus autē volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam: & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur.

16 Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem.

17 Et induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam:

18 Et cœperunt salutare eum, Aue rex Iudæorum.

19 Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum.

20 Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum vt crucifigerent eū.

21 Et angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum (venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi) vt tolleret crucem eius.

22 Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum, Caluariæ locus.

23 Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit.

Christus hominum peccata sublaturus, qui Dei ipsius solium vsurpare sunt conati, affectati regni damnatus, sub falsa regni specie deridetur: vt nos contrà vere futuri æterni reges, ex Dei ipsius manu coronam gloriæ accipiamus.

Matt. 27. 32. Luc. 23. 26.

Impiorum rabiei nullus modus. Interea verò vel ipsa Christi sub cruce spondere laborantis imbecillitas, arguit agnum ad sacrificium duci.

11 *Concitarunt turbam*, ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον. Meus vetustiss. codex habet ἔπεισαν τῷ ὄχλῳ, *persuaserunt turbæ*. quod videtur sequutus Syrus interpres.

14 *Enimuerò quid* τί γάρ, vel, Quidnam.

15 *Satisfacere*, τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι. Vide Act. 17. 9. ¶ *Flagellatum*, φραγελλώσας. Ita videlicet vt describitur Io. 19. 1. id est ante damnationem, quòd sic speraret Pilatus se expleturum Iudæorum aduersus Christum odium. Bis enim flagellatum fuisse Christum colligi nulla ratione potest.

16 *Intra aulam*, ἔσω τῆς αὐλῆς. Id est in intimam partem aulæ, quæ prætorium à præcipua ipsius parte vocabatur. Egisse enim Pilatum cum Christo intra ipsum prætorium liquet ex Ioh. 18. 28, & 29.

18 *Eum salutare*, [*dicentes*,] ἀσπάζεσθαι αὐτόν. Ellipsin huius participij suprà annotauimus cap. 10. 33, & 14. 71. Complutensis autem editio addit καὶ λέγειν. *& dicere*.

21 *Et Rufi*, καὶ Ῥούφου. In quibusdam codicibus legit Erasmus τοῦ Ῥούφου: id est qui filius erat Rufi: vt Rufus iste videlicet auus fuerit Alexandri, pater autem Simonis. Nam hoc ita ille explicat: quod non video qui possit conuenire nisi perperam illic impressum est τοῦ Ῥούφου pro τοῦ Ῥούφου. Cæterùm notos & celebres in Ecclesia Dei istos fuisse oportet, quorum nuda nomina Marcus proposuerit: & mentio quidem fit Alexandri, Act. 19. 32, & Rufi, Rom. 16. 13. sed incertum est an hi sint quorum hîc fit mentio: neque de eo magnopere solicitos esse nos oportet, qui tamen non temere à tribus Euangelistis nominatim appellātur: ex hac ipsa infamia quam illi conciliare studuerunt isti insolentissimi, perennem gloriam adepti. Dicitur autem portasse crucem, cuius extremū Christo præeunte portaret. Vide infrà Ioh. 19. 17.

22 *Golgotha*, Γολγοθᾶ. Nonnulla exemplaria scriptum habent Γολγοθᾶν: Græca videlicet inflexione, apud quos hæc nomina mirum in modum sunt corrupta, propter Hebrææ & Syriacæ linguæ imperitiam. Nam propriè scribendum fuit Golgoltha.

23 *Myrrhatum*, ἐσμυρνισμένον id est Myrrha conditum. Distinguendum est autem hoc vinum ab aceto, quod est postea ipsi iam crucifixo & sitienti propinatum. Agitur itaque hoc loco de Vino condito, quod Latini Murinam vocant, de quo sic Plinius lib. 14, cap. 13, *Laudatissima apud priscos vina erant myrrhæ odore condita, vt apparet ex Plauti fabula quæ Persa inscribitur*. Et mox, *Ex quibus*, inquit, *apparet non inter vina modo murinam, sed inter dulcia numeratam*. Veram enim myrrham idem auctor testatur leniter amaram esse, quam etiam probabile est aliis aromatibus adiunctis fuisse in hoc condiendo vino temperatam. Neque hîc est omittendum quod obseruauit Galatinus ex libro Sanhedrin, Cap. Nigmar Haddin: *Edita*, inquit, *criminis confessione, potatur reus vino thure condito, vt inde mens eius turbetur, & vehementius inebrietur, iuxta illud quod dicitur, Date siceram pereunti, & vinum iis qui amaro sunt animo*. Addūt nonnulli fuisse honestas matronas Hierosolymis, quæ hoc vinum iis qui ad supplicium ducebantur suppeditare consueuissent. Hæc ille ex Rabbinorum lacunis: quibus facilè assentior in eo quod ex hac etiam longè certissima historia liquet, non defuisse nimirum mulieres præsertim, quæ commiseratione motæ, solerent nocentes damnatos hoc officij genere solari. Sed tam insaniuisse iam tum Iudæos, vt quod de consolatione miseris afferenda metaphoricè dixit Solomon, vsque adeo ineptè ac etiam impiè interpretarentur, id verò mihi Rabbini non magis quàm suas innumerabiles & ineptias & blasphemias persuaserint, quibus refellendis potius quàm recudendis vtinam operam impenderent nonnulli, qui hac certè in re Iudæorū potius nummos captasse quàm salutem quæsiuisse merito videri possunt. Vtcunque verò sese res habeat, ex isto quorundam in Christum officio qualicunque magis eluxit cæterorum crudelitas. Christus autem amarissimum potius illud iræ paternæ poculum pro nobis ebibiturus, tum quoque hoc solatium recusauit, sui tam immemor quàm paterni mandati memor, & de sceleribus nostris semel expiandis ad extremum vsque habitum sollicitus.

24 Καὶ σταυρώσαντες αὐτὸν, διεμέριζον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον ἐπ' αὐτὰ, τίς τί ἄρῃ.

25 Ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν.

26 Καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ, ἐπιγεγραμμένη, Ὁ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

27 Καὶ σὺν αὐτῷ σταυροῦσι δύο λῃστάς· ἕνα ἐκ δεξιῶν, καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ.

28 Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα, Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη.

29 Καὶ οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες, Οὐὰ, ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν.

30 Σῶσον σεαυτὸν, καὶ κατάβα ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.

31 Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες, πρὸς ἀλλήλους μετὰ τῶν Γραμματέων

24 ‖ Quúmque crucifixissent eū, partiti sunt vestimēta eius, iactā sorte super ea, quis quid tolleret.

25 Erat autem hora tertia quādo crucifixerunt eum.

26 Erátque inscriptio criminationis ipsius inscripta *bis verbis*, REX ILLE IVDAEORVM.

27 Crucifixerunt etiam cum eo duos latrones: vnum ad dextrā, & alterum ad sinistram eius.

28 Et impleta est scriptura quæ dicit, ‖ Et cum sceleratis numeratus est.

29 Qui verò præteribant, blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes, Vah, ‖ *Tu* qui destruis templum, & triduò ædificas:

30 Serua teipsum, & descende è cruce.

31 Similiter autem & primarij Sacerdotes illudentes, dicebāt

24 Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.

25 Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum.

26 Et erat titulus causæ eius inscriptus, REX IVDAEORVM.

27 Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris eius.

28 Et impleta est scriptura quæ dicit, Et cum iniquis reputatus est.

29 Et prætereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes, Vah, qui destruis Templum, & in tribus diebus reædificas:

30 Saluum fac temetipsum descendens de cruce.

31 Similiter & summi Sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis di-

Matt. 27. 35. Luc. 23. 33. Ioh. 19. 23.

Christus nudus in crucem attollitur, & tanquam scelerastorum sceleratissimus, omnibus contumeliis afficitur, vt eius iustitia induti, & maledictione benedicti, & vna oblatione sanctificati, in cœlum vsque attollamur.

Esa. 53. 12.

Ioh. 2. 19.

25 *Hora tertia*, ὥρα τρίτη. Ita scriptum inuenimus summo consensu in omnibus nostris codicibus tum manuscriptis, tum impressis: & ex veteribus (vt Augustino & Hieronymo) apparet iampridem eam lectionem fuisse receptam, quanuis in speciem non videatur consentire cum eo quod scribitur Ioan. 19, 14, nempe circiter horam sextam fuisse condemnatum à Pilato Christum. Laborat igitur Augustinus libri de consensu Euangelistarum tertij cap. 13, & alibi in eo explicando nodo: sed (quod tanti viri pace dictum esse velim) satis infeliciter, vt eius opinionem minimè necesse sit commemorare. Quod autem ad hunc soluendū nodū affertur à veteribus & recentioribus nonnullis de diei duodecim horis in quatuor quadrātes distributis ad noctis exemplum ex Matt. 20. 1. fundamento caret, quum ibi fiat etiam mentio primæ horæ & vndecimæ. Et quod alius nuper ex Sutarum grege in hunc locum commentus est, de sacris ritibus apud Iudæos in horam primam, tertiam, sextam & nonam distributis, quarum prima in tertiam, tertia in sextam, sexta in nonam nona in crepusculum desineret, ac proinde eandem fuisse tertiam Marco, quæ Ioanni fuerit ferè sexta, nullo firmo testimonio nititur. Omnino igitur assentior Hieronymo in Psal. 77. existimanti deprauatam fuisse à librariis numeri notā. Quum enim à Græcis designentur numeri per literarum notas, facilis fuit lapsus à γ ternarij numeri nota ad ϛ qua senarius numerus notatur aberrare: sed ita vt apud Ioannem pro ὥρα ἕκτη sit reponendum ὥρα τρίτη: non contrà corrigendus Marcus ex Ioanne. Præterquam enim quòd Nonnius, Euangelij Ioannis interpres non recens, sic legit, & vetus D. Camerarij codex, & meum vetustissimum exemplar hoc confirmant, ipsa historiæ series hoc postulat. Nam si hora erat penè sexta quum damnatus est Christus, quî potuit tam breui spatio abduci, crucifigi cum latronibus, ita otiosè derideri à prætereuntibus? Necesse fuerit enim vt his omnibus vix dimidium horæ tribuatur, quum à sexta ad nonam tenebræ terram inuoluerint. Oportet ergo, quum primo diluculo ad Pilatum ductus fuerit Christus, tres penè horas fuisse in ipsius causæ cognitione consumptas, vtqui hora penè tertia damnatus fuerit: deinde hora tertia crucifixum, ad horam vsque sextam fuisse omnium ludibriis expositum, sicut copiosè explicant Euangelistæ: & hora demum nona post trium horarum tenebras mortuum: quod autem diei superfuit, fuisse sepulturæ datum. Sed liberum hîc cuiuis iudicium esto. ¶ *Quando crucifixerunt* καὶ ἐσταύρωσαν Vulg. & Eras. ad verbum. *Et crucifixerunt*: sed καὶ pro ὅτε positum esse, apparet ex Hebręorū idiotismo, apud quos ו, interdū ponitur pro כאשר [*caascher*.] vt docent Grammatici.

28 *Cum sceleratis numeratus est*, μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. Vulg. *cum iniquis*, non satis expressè Ἀνόμους enim Propheta vocat hoc loco non simpliciter παρανόμους, sed qui veluti sunt exleges, & quibusuis sceleribus cooperti, & vt loquitur Apost. 1. Tim. 1. 9. ἀνόμοις, quos Hebræi dicūt פושעים [*poschehim*.] Cæterùm verbum λογίζεσθαι quod Vetus interpres vertit *Reputare*, Erasmus, *Deputare*, vocabulum ipsum τῆς λογιστικῆς, quæ species est Arithmetices, indicat interdum pro ἀριθμεῖσθαι vsurpari: quam significationem hîc seruandam fuisse inde apparet, quòd respōdet verbo מנה [*manah*] quo vtitur Esaias capite 53. 12, ex quo petitum est hoc testimonium: & historia etiam ipsa (ni fallor) ostendit. Dicitur enim Christus non modò habitus fuisse pro impio & peccatore, (qualis etiamnum habetur à Iudæis) sed vnà cum latronibus numeratus; quia nimirum quum publicè inter duos latrones penderet, pro tertio latrone propter pœnæ similitudinem numerabatur. Denique plus est inter ipsos latrones coràm conspici & numerari, quàm haberi pro latrone. Superest vt ex Vigilij antiqui & eruditi scriptoris libris aduersus Eutychen, annotemus, hunc locum ab Eutychianis fuisse impudentissimè deprauatum, quū ad stabiliēdum suum errorem de vnica Christi natura, pro μετὰ ἀνόμων legerent μετὰ νεκρῶν, cum mortuis: vt inde colligerent, non fuisse verè mortuum sed pro mortuo habitum.

29 *Vah*, οὐά. Eras. *Va*, ἰοὺ· cuius particulæ vsus est potius in maledicendo quàm irridēdo. ¶ [*Tu*] *qui destruis*, ὁ καταλύων. Hieronymus, *Qui destruit*, vt Eras. obseruat. Sed sequens verbū σῶσον satis indicat accipienda hæc esse vocandi casu: quod vt melius intelligeretur, pronomen *Tu* expressimus. Similem loquendi formam annotauimus Matt. 23. 14.

30 *Et descende*, καὶ κατάβα. Atticus imperatiuus pro κατάβηθι vt ἀνάβα pro ἀνάβηθι. Vulgatā. *Descendens*: id est, καταβὰς: sicut etiam legimus in vno codice.

31 *Illudentes*, ἐμπαίζοντες. Illudentes videlicet Christo.

Est enim post hoc participium adscribenda distinctio vt σὺν αὐτῷ connectatur cum ἔλεγον, sicut rectè legitur in Græco Theophylacto : alioquin pro ἐμπαίζοντες potius di cendum erat ἐμπαίζοντα, vt significetur ipsos vnà inter se lusisse. Itaque ne posthac posset hic locus corrumpi, vitauimus verborum traiectionem.

πρὸς ἀλλήλους ... ἔλεγον, Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι.

32 Ὁ Χριστὸς ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν. Καὶ οἱ συνεσταυρωμένοι αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν.

33 Γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης, σκότος ἐγένετο ἐφ᾽ ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης.

34 Καὶ τῇ ὥρᾳ τῇ ἐννάτῃ ἐβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Ἐλωῒ Ἐλωῒ λαμμᾶ σαβαχθανί; ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Ὁ Θεός μου, ὁ Θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες;

35 Καί τινες τῶν παρεστηκότων ἀκούσαντες, ἔλεγον, Ἰδού, Ἠλίαν φωνεῖ.

36 Δραμὼν δὲ εἷς, καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους, περιθείς τε καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτὸν λέγων, Ἄφετε· ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν.

37 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην, ἐξέπνευσε.

38 Καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω.

39 Ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ, ὅτι οὕτως κράξας ἐξέπνευσεν, εἶπεν, Ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗτος υἱὸς ἦν Θεοῦ.

40 Ἦσαν δὲ καὶ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι. ἐν αἷς ἦν καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ Σαλώμη.

41 Αἳ καὶ ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ἠκολούθουν αὐτῷ, καὶ διηκόνουν αὐτῷ· καὶ ἄλλαι πολλαὶ αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἱεροσόλυμα.

alij ad alios cum Scribis, Alios seruauit, seipsum seruare non potest.

32 Christus ille rex Israel descēdat nūc è cruce, vt videamus & credamus. Et qui crucifixi erāt cum eo, cōuitiis afficiebant eū.

33 Quum verò aduenisset hora sexta, tenebræ factæ sunt super totam regionem vsque ad horam nonam.

34 Et hora nona vociferatus est Iesus voce magna, dicēs, ‖ Eloi, Eloi, lamma sabacthani? quod est, si quis interpretetur, Deus mi, Deus mi, cur me deseruisti?

35 Et quidam adstantium quum audissent, dicebant, Ecce, Eliam vocat.

36 Cucurrit autem quidam, ‖ & impleta spongia aceto, & arundini circumposita dedit ei potum dicens, Sinite: videamus an veniat Elias ad eum detrahendum.

37 Iesus verò emissa voce magna, expirauit.

38 Et aulæum templi fissum est in duas partes, à summo vsque ad imum.

39 Quum vidisset autem Centurio qui adstabat ipsi ex aduerso, eum ita emisso clamore expirasse, dixit, Verè homo iste Filius erat Dei.

40 Erant autem etiam & mulieres è longinquo spectantes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parui & Iose mater, & Salome:

41 Quæ, etiam quū esset in Galilæa, ‖ sequutæ fuerant eum, & ministrauerant: aliæque multæ quæ simul cum eo ascenderant Hierosolyma.

cebant. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.

32 Christus rex Israel descēdat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erāt, conuitiabantur ei.

33 Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram vsque in horam nonam.

34 Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens, Eloi, Eloi, lamma sabacthani? quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?

35 Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant, Ecce, Eliam vocat.

36 Currens autem vnus, & implens spongiā aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens, Sinite: videamus si veniat Elias ad deponendū eum.

37 Iesus autem emissa voce magna, expirauit.

38 Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum.

39 Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait, Verè hic homo Filius Dei erat.

40 Erant autem & mulieres de longè aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Iose mater, & Salome:

41 Et quum esset in Galilæa, sequebantur eum & ministrabant ei: & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam.

Ira Dei peccata nostra in filio sponsore nostro vindicantis, tenebrarum horrore sancitur. Psal. 22.1. matt. 27. 46. Christus cum Satana, cum peccatis, cum morte denique horrenda illa maledictione Dei armatis, potentor luctans corpore pendens in cruce, summis doloribus oppressus, animo in inferorum gurgitibus demersus, emergit tamen vociferans, & quàuis accepto à morte vulnere, ad tempus vita priuatus, summa & ima concutiens, velo tēpli fisso, extortóque à suis carnificibus testimonio, victorem sese ac Dominum omnium mox declaratum iri, reliquis adhuc obstinatis & irridētibus hostibus denuntiat. Psal. 65.12. Christus magno cum virorum pudore qui Dominum deseruerant, testes etiam mulieres sibi delegit, vt quę fuerint omnium istarum rerum spectatrices. Luc. 8. 2.

¶ *Seruare.* σῶσαι. In vetustis codicibus & Græco Theophylacto adscripta est interrogationis nota, quæ quidem magnum addit pondus ironiæ, vel sarcasmo potius.

32 *Credamus*, πιστεύσωμεν. In quodam codice additur αὐτῷ, ei.

33 *Totam*, ὅλην. Apud Matthæum legitur πᾶσαν. Quæritur autem à multis an de Iudæa duntaxat, an verò potius de vniuerso orbe terrarum hæc sint accipienda: quod posterius videtur amplecti Tertullianus Apolog. cap. 21, hoc Solis deliquium vocans mundi casum, quem Romani in suis archiuis habeant. Sed ego iis potius assentior qui de Hierosolymis & tota vicina regione hoc dictum accipiūt, Nam in archiuis annotari iustius etiam prodigium istud potuit, quoniam fuit Iudææ peculiare. Familiare est autem sacris scriptoribus, terræ appellatione, etiamsi nihil adiiciatur, intelligere terram Chanaan, & γῆν pro χώραν, id est Terram pro Regione reperimus alibi: vt Mat. 9. 26, & Luc. 4. 25. Confert autem hoc ad prodigij nouitatem, si intellexerimus non modò die Paschæ, id est in plenilunio, accidisse hanc Solis eclipsin, sed etiam reliquum orbem illustrante Sole, atque adeo in ipso meridie, hunc vnum orbis terrarum angulum in quo tantum facinus patrabatur, in densissimis tenebris delituisse. Nam quod de Dionysio illo refertur, quem Areopagitam vocant, apud me non minus fide caret quàm multæ aliæ fabulæ quæ eiusdem auctoris nomen præferunt: & si vniuersale fuisset hoc prodigium, esset proculdubio omnium astrologorū monumentis celebratum. Videtur autem hoc opponi miraculo prorsus contrario, quum tenebris Ægyptios obtegentibus, Israelitis solis in terra Gosen Sol luceret: tum videlicet Ægyptiis quidem imminens exitium, suis verò partam libertatem, Deo significante: nunc verò contrà, Iudæis quidem miserrimam illam cæcitatem, qua nunc quoque puniuntur: cæteris verò populis mox exorituram Euangelij lucem cælitus denuntiante.

34 *Eloi, Eloi*, ἐλωῒ, ἐλωΐ. Sic legitur in Græcis nostris omnibus. Mihi tamen verisimilius videtur Christum ipsa Dauidis verba Hebræa non Syriaca potius vsurpasse, vt diximus Matth. 27, 46. Sic etiam hunc ipsum Marci locum citante Eusebio libro ἀποδείξεως 10. quamuis pro ἐλωΐ legat ἠλεί.

35 *Adstantium*, τῶν παρεστηκότων. Lat. παρόντων, præsentium, de quo alibi diximus. Aderat autem Centurio cum suis de more, donec vitam finirent capitali supplicio addicti, vt intelligere licet ex Matt. 27. 36, & 54.

40 *E longinquo*, ἀπὸ μακρόθεν. Vide Matth. 26, 58.

42 *Ant.*

42 Καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης, (ἐπεὶ ἦν παρασκευή, ὅ ἐστι προσάββατον)

43 Ἦλθεν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, εὐσχήμων βουλευτής, ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον, καὶ ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.

44 Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα, ἐπηρώτησεν αὐτὸν εἰ πάλαι ἀπέθανε.

45 Καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος, ἐδωρήσατο τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ.

46 Καὶ ἀγοράσας σινδόνα, καὶ καθελὼν αὐτόν, ἐνείλησε τῇ σινδόνι, καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας· καὶ προσεκύλισε λίθον ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου.

47 Ἡ δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰωσῆ ἐθεώρουν ποῦ τίθεται.

42 ‖ Quum autem serum *deni*-iam esset, (quoniam erat parasceue, hoc est, Ante sabbatum)

43 Veniens Iosephus Arimathæensis, honoratus Senator, qui & ipse expectabat regnum Dei, fidenti animo introiit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu.

44 Pilatus autem miratus est si iam mortuus esset: & aduocato Centurione, interrogauit eum: an iamdudum mortuus fuisset.

45 Et *re* cognita ex Centurione, donauit corpus Iosepho.

46 Is autem emit sindonem, & detractum eum inuoluit sindone: deposuitque in monumento quod erat excisum è petra: & aduoluit lapidē ad ostium monumenti.

47 Maria Magdalene verò & Maria *mater* Iose spectabant vbi poneretur.

42 Et quum iam serò esset factum, (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum)

43 Venit Ioseph ab Arimathæa, nobilis decurio, qui & ipse erat expectās regnum Dei & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu.

44 Pilatus autem mirabatur si iam obijsset, & accersito Centurione interrogauit eum si iam mortuus esset.

45 Et quum cognouisset à Centurione, donauit corpus Ioseph.

46 Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum, inuoluit sindone: & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra: & aduoluit lapidē ad ostium monumenti.

47 Maria autē Magdalene & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur.

Matt. 27. 57. luc. 23. 50. ioh. 19. 38.

Κεφάλαιον ις.

1 Καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Σαλώμη ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν.

2 Καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων

CAP. XVI.

1 ET ‖ exacto intercedente Sabbato, Maria Magdalene, & Maria Iacobi *mater* & Salome emerant aromata, vt venientes vngerent eum.

2 Et valde mane, primo die

CAP. XVI.

1 ET quum trāsisset Sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.

2 Et valde mane vna Sabbatorum veniunt ad

Luc. 24. 1. ioh. 20. 1. Angeli resurrectionis Domini testes.

42 *Ante sabbatum*, προσάββατον: id est dies quæ sabbatum antegreditur. Vetus Ecclesia Vigiliam olim vocabat. Est autem nouum hoc vocabulum in re noua, sed non infeliciter (vt opinor) à Vetere interprete confictum. Eras. *Quæ præcedit Sabbatum*: quæ interpretatio non satis videtur explicare quid sit παρασκευή.

43 *Veniens*, ἐλθών. Ita legimus ex quodam codice. Nam si legas ἦλθεν, (vt in omnibus aliis exemplaribus legitur) omnino addenda erit particula καὶ ante τολμήσας. ¶ *Honoratus* εὐσχήμων. id est plenus grauitatis & auctoritatis. Vulgata, *Nobilis*: id est εὐγενής. Senatorem autem intelligo vnum ex eorum numero quos Sanhedrin vocant Hebræi: nisi malimus fuisse etiam in concilium adscitum à Pilato, sicut mos erat præsidibus prouinciarum, ex ipsis prouincialibus aliquos interdum in consilium adsciscere, ad explicandas priuatorum controuersias. Vulg. *decurionem* interpretatur, ἄκυρως. Decuriones enim fuerunt coloniarum & municipiorum: nisi velimus hunc fuisse Arimathæensem decurionem. ¶ *Fidenti animo*, τολμήσας. Ad verbum, Audens. Vulg. *Audacter*. Erasmus, *Sumpta audacia*. Ego audaciæ nomen repudiaui, quoniam in vitio plerunque ponitur. Idem autem valet hoc loco τολμήσας, quod θαῤῥῶν, vel πεποιθώς. Et certè mira fuit istius hominis fiducia. Nam corpus Iesu postulare non poterat quin sese non modò Iudæis omnibus, sed ipsi etiam Pilato palàm opponeret: & tamen eo tempore videbatur actum esse de Christo. Itaque miror nostro seculo aliquos inueniri posse tam impudentes, vt ausint huius Iosephi & Nicodemi exempla suæ diffidentiæ prætexere. Hunc enim illi in sepultura Iesu comitem adiungit Ioannes.

44 *Si*, εἰ Sic Terentius, *Mirabar, hoc si sic abiret*. Adhuc enim dubitabat Pilatus. Itaque non ponitur εἰ pro ὅτι, vt rectè obseruauit Erasmus. ¶ *Iamdudum*, πάλαι. Vulg. *Iam*, id est ἤδη: quod etiam testatur Erasmus scriptum esse in nonnullis exemplaribus.

47 *Iose*, Ἰωσῆ. Vulg. *Ioseph*. quod etiā inuenio in vetust. meo codice, non in hoc loco, sed Matt. 2. 56. Nā hic pro Ἰωσῆ, scribit Ἰακώβου. Nomen autem Ἰωσῆ nusquam aliàs in sacris scriptis inueni: & idem vetustissimus codex suprà v. 40. vbi de hac ipsa muliere agitur, pro Ἰωσῆ legit Ἰωσῆτος Iosetis. *Mater* verò suppleui ex Matthæo.

IN CAP XVI.

1 *Exacto intercedente sabbato*, διαγενομένου τοῦ σαββάτου. Mira est Græcorum vetustorum codicum varietas in hoc capite, quod Hieronymus testatur ad Hedibiam, in plerisque huius Euangelij exemplaribus non extare, quòd in eo non pauca inueniantur ab aliorum Euangelistarum narratione dissidentia. Ego verò id omnino temerè expunctum fuisse, & sic facilè restitui ac explicari posse arbitror, vt omnia pulchrè inter se consentiant. Primus igitur occurrit hic versiculus, quem arbitror finire superius caput oportuisse, vt prorsus respondeat Luc. 23, 56, & superiorem narrationem finiat. Et hic magnopere nos adiuuat vetustissimus meus codex, qui hunc versiculum sic legit, καὶ πορευθεῖσαι ἠγόρασαν &c. *& profectæ emerunt aromata*: neque repetit vllius mulieris nomen, quod & ipsum prodest ad huius loci conciliationem. Omnino verò postea sequens resurrectionis historia ab his verbis commodè incipiet, Καὶ διαγενομένου σαββάτου Μαρία, &c. λίαν πρωῒ &c. id est *Exacto verò intercedente sabbato Maria Magdalena* &c. *valde mane* &c. Cæterùm τὸ διαγίνεσθαι non simpliciter significat transire, vt vertit Vetus interpres, sed ita significare voluit Euangelista solum illum diem festum inter sepulturam & ista quæ postea narraturus est, intercessisse, vt intra triduum resurrexisse Christum liqueat, sicut prędixerat. Et ego quidem ita restituendum hunc locum censuerim, quem tamen vt integrum, sicut extat etiam apud Syrum interpretem, seruarem, ἠγόρασαν cum Tremellio nostro verti per præteritum plusquamperfectum, nè quis exacto demum sabbato empta fuisse hæc aromata existimet, Luca repugnante, Luc. 23. 56. neque id ferente temporis circunstantia, nisi ipsa nocte quę primum diem hebdomadis inchoabat, empta fuisse hæc aromata dicamus, quum primo diluculo mulieres sint vrbe egressæ.

2 *Valde*, λίαν. Hæc particula non extat in meo vetustissimo codice, & certè repugnat ei quod mox subiicitur de solis ortu: & fortassis adiecta est ab iis qui putarunt Marcum hanc historiam vt alios Euangelistas contexuisse. Ego tamen in recepta lectione nihil immutare sum ausus.

ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου.		hebdomadis *profectæ* veniũt ad monumentum, exorto sole.		*monumentum, orto iam sole.*
Καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς, Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου;	3	Dicebántque inter sese, Quis deuoluet nobis saxum ab ostio monumenti?	3	*Et dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?*
Καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος· ἦν γὰρ μέγας σφόδρα.	4	Intuitæ verò conspiciunt saxum esse deuolutum: nam erat magnum valde.	4	*Et respicientes viderunt reuolutum lapidem: erat quippe magnum valde.*
Καὶ εἰσελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον, εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκήν. καὶ ἐξεθαμβήθησαν.	5	‖Et ingressæ in monumentum, viderunt iuuenem sedentem ad dextram, amictum stola candida: & expauerunt.	5	*Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: & obstupuerunt.*
Ὁ δὲ λέγει αὐταῖς, Μὴ ἐκθαμβεῖσθε. Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον· ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε· ἴδε ὁ τόπος ὅπου ἔθηκαν αὐτόν.	6	Ipse verò dixit eis, Ne expauescite: Iesum quæritis illũ Nazarenum, qui fuit crucifixus: suscitatus est, non est hîc: ecce locus vbi posuerant eum.	6	*Qui dicit illis, Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hîc: ecce locus vbi posuerunt eum.*
Ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν.	7	Sed abite, dicite discipulis eius & Petro, *ipsum* præire vobis in Galilæam: illic eum videbitis, ‖prout dixit vobis.	7	*Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis sicut dixit vobis.*
Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου. εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις· καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον. ἐφοβοῦντο γάρ.	8	Tunc digressæ citò, fugerunt à monumento: tenebat enim eas tremor & stupor: neque cuiquam quicquam dicebant: metuebant enim.	8	*At illæ exeuntes, fugerunt de monumento: inuaserat enim eas tremor & pauor: & nemini quicquam dixerunt: timebant enim.*
Ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτου, ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια.	9	Quum autem resurrexisset *Iesus*, manè, primo die hebdomadis, ‖apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, ‖ex qua eiecerat septem dæmonia.	9	*Surgens autem manè prima sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia.*

Matt.28.1 Ioh.20.12

Matth.26.32 Sup.14.28

Christus ipse Mariæ Magdalenæ apparet, discipulorum incredulitatẽ exprobrans. Ioh.20.14 Luc.8.2

¶ *Exorto Sole*, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. Sic etiam legit Syrus interpres præterito דנח [*denach*] vtens, non participio. Sed in Græcis codicibus variè hoc legitur. Vetus enim interpres videtur omnino legisse ἀνατείλαντος ἤδη ἡλίου, *orto iam sole*, vel certè ἔτι ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, vt in vno manuscripto legimus, & apud Euseb. libro ἀποδείξεως 10, capite 8. ità vt ἔτι accipiatur pro ἤδη, sicut accipiunt hanc particulam nonnulli Luc.1.15. Meus autem ille vetustissimus codex totum hunc locum sic legit, Καὶ ἔρχονται πρωῒ μιᾶς σαββάτων ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου, id est, Et mane primi diei hebdomadis veniunt ad sepulchrum, oriente sole. quæ lectio planissima est, nec vllum repugnantiæ locum relinquit, præsertim si ἔρχονται interpretemur peruenerunt, nempe non de egressu ex vrbe, sed de accessu ad sepulchrum. Nam alioqui videtur recepta lectio vix conciliari posse cum eo in quo reliqui tres Euangelistæ prorsus consentiunt. Scribit enim Matthæus τῇ ἐπιφωσκούσῃ, *quum lucesceret*: Lucas ὄρθρου βαθέος, *profundo diluculo*: & Ioannes multo etiam apertius, σκοτίας ἔτι οὔσης, *quum adhuc essent tenebræ*. Itaque aliquando existimaui videri posse Marcum scripsisse, οὔπω ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, *nondum orto sole*. quæ coniectura, si periculosa videatur, age legamus ἀνατέλλοντος, *oriente*, sequuti vetustissimi codicis mei auctoritatem: vt sub ipsum ortum Solis eò dicantur mulieres istæ aduenisse. Vtcunque sit autem, etiam si receptam lectionem sequamur, ista inter se non dissidebunt, si quis propius rem totam expendat. Apparet enim ex Euangelistarum coniunctione, neque solas istas tres mulieres (quanuis aliarum duces fuisse videantur) ad sepulchrum venisse, ac neque simul venisse, neque etiam pariter inde reuertisse: quam tamen narrationem Marcus, vt & alias aliquot sicuti mox dicemus, simul ita contexuit, quasi eodem momento ista contigissent. Deinde alios Euangelistas dicto profectionis, Marcum verò aduentus ad ipsum sepulchrum tempus notare. Profectas igitur domo fuisse apparet vix apparente diluculo, nempe vt ipsarum ex vrbe egressio facilè obseruari non posset: & (vt in tanto periculo fieri solet) substitisse dum aliæ alias expectant & de lapide præsertim auoluendo consiliunt capiunt, vt sub ortum solis demum propius accesserint, nihil, vt apparet, de custodibus sepulchri sollicitæ: quod totum ipsas ignorasse vel illud ostendit, quòd non de hoc impedimento longè maximo, sed de lapide duntaxat alicuius opera tollendo dicuntur inter se deliberasse. Sic igitur Dei Opt. Max. prouidentia totam hanc profectionem disposuit, vt tam manè domo profectæ, tamen non prius ad sepulchrum peruenirent quàm ipse Christus resurrexisset, in ipsa videlicet aurora: & custodibus in vrbem regressis, vt nihil offenderent, istæ mulieres quod ipsas absterreret. Vide Matth.28.4.

4 *Intuitæ*, ἀναβλέψασαι, i. ἐπιβλέψασαι: quum sepulchrum versus conuertissent oculos. Vide suprà 8.24. ¶ *Nam erat*, ἦν γάρ. In meo vetustissimo codice ista huius versiculi particula superiori annectitur: idque sanè rectius. Nec enim viderunt reuolutum lapidem, quòd ingens esset, sed ideo de illo amouendo laborarunt.

5 *In monumentum*, εἰς τὸ μνημεῖον. Id est, in speluncam, in qua excisum erat sepulchrum.

6 *Qui fuit crucifixus*, τὸν ἐσταυρωμένον. Vulgata, *Crucifixum*. Eras. autem rectè vsus est periphrasi, vt significetur agi de re præterita. Adscribitur autem interrogationis nota in duobus codicibus Sed præstat indefinitè legere, vt melius appareat Angelum declarare quod illæ in animo habebãt. Vnus tamen Deus est καρδιογνώστης. Sed hoc Angeli ex manifestis etiam signis collegerunt: & legationis suæ rationẽ proculdubio ex eo intellexerant à quo fuerant huic obeũdo muneri destinati.

8 *Cito*, ταχύ. Hoc deest in vetustis codicibus. ¶ *Enim*, δέ. δὲ pro γάρ, quam enallagen sæpe annotauimus. ¶ *Neque cuiquam quicquam dicebant*, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον. Ne hoc quidem aliorum Euangelistarum narrationi repugnat, si (quod partium huius historiæ collatio demonstrat) diximus mulieres istas neque simul ad sepulchrum accessisse, neque simul à sepulchro discessisse.

9 *Quum autem resurrexisset*, ἀναστὰς δέ. In Complutensi editione additur ὁ Ἰησοῦς, Iesus, & quidem rectè. Admonet autem Theophylactus adscribendam esse distinctionem, qua significetur πρωῒ ad sequentia pertinere: quod ante eũ obseruarat Hieronymus in Epistola ad Hedibiam, quæstione tertia, vt Erasmus in annotationibus docet. Causam verò huic distinctioni quærendæ præbuit quòd alioquin videatur Marcus contraria cæteris Euãgelistis narrare. Nam Matthæus (inquit Hieronymus) scribit, vespere sabbati illucescente in vnam sabbati, Dominum surrexisse. Marcus autem, manè resurrectionem eius factam esse, commemorat. Hunc igitur nodum vt soluat, recurrit ad illam distinctionem de qua antè dixi, *aut* (inquit) *Marci testimonium non*

recipimus quod in raris fertur Euangeliis, omnibus penè Græciæ libris hoc capitulum in fine non habentibus. Hæc Hieronymus. Ego verò in hoc capite nihil animaduerto quod cum cæterorum Euangelistarum narratione pugnet, vel diuersi auctoris stylum arguat: & testor in omnibus vetustis codicibus quæ nobis videre contigit, hoc caput inueniri. Reperimus tamen in vno codice quædam interiecta. Nã post ἐφοβοῦντο γάρ, hæc addita erant eadem manu in ipso contextu, πάντα δὲ τὰ παρηγγελμένα τοῖς περὶ τὸν Πέτρον συντόμως ἐξήγγειλαν. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἄχρι δύσεως ἐξαπέστειλε δι' αὐτῶν τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας. id est, *Omnia autem quæ ipsis fuerant imperata, celeriter Petro & ipsius comitibus renuntiarunt. Postea verò etiam Iesus ipse ab Oriente ad Occidentem per eos sacrum illum & incorruptũ æternæ salutis nuntiũ promulgauit.* Sed quis hæc non animaduertat à diuerso prorsus auctore profecta? Quod autem ad illam quæstionem attinet, non est quòd in ea soluenda multum laboremus. Nata enim est ex falsa verborum Matthæi interpretatione, de qua suo loco diximus. Dominum verò ex iis quæ narrantur Matth.28.2.3.4. satis liquet primo tertij diei diluculo resurrexisse, atque adeo circa auroram, vt disertè scribit Eusebius eo loco quem paulo antè citaui in vers. 2. receptam nimirum à Græcis opinionem commemorans. Falsa igitur est Theophylacti distinctio, quod etiam liquet ex ipsa téporis notatione. Hæc enim apparitio qua primam hanc mulierem dignatus est Dominus, & quæ à Ioanne solo plenissimè explicatur cap. 20. à 2. vers. vsque ad 18. consequuta est ipsius Magdalenæ à sepulchro reuersionem in vrbem, & ab vrbe cum Petro & Ioanne reditum ad sepulchrum, vbi Magdalena duobus illis in vrbem reuersis substitit. Nec illud contigisse nisi multo iam die potuit.

Ἐκείνη πορευθεῖσα ἀπήγγειλε τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις, πενθοῦσι καὶ κλαίουσι.	10	Illa profecta renuntiauit *hoc* iis qui cum ipso fuerant, lugentibus ac flentibus.	10	*Illa vadens nuntiauit iis qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus.*
Κἀκεῖνοι ἀκούσαντες ὅτι ζῇ, καὶ ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς, ἠπίστησαν.	11	Illi verò quum audissent eum viuere, & conspectum fuisse ab ea, non crediderunt.	11	*Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt.*
Μετὰ δὲ ταῦτα δυσὶν ἐξ αὐτῶν περιπατοῦσιν ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, πορευομένοις εἰς ἀγρόν.	12	Postea autem ‖duobus ex ipsis ambulantibus conspicuũ se præbuit alia forma, quum rus proficiscerentur.	12	*Posthæc autem duobus ex his ambulantibus ostẽsus est in alia effigie, euntibus in villam.*
Κἀκεῖνοι ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν τοῖς λοιποῖς· οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν.	13	Et illi abierunt, & renuntiarunt reliquis: *qui* ne illis quidem crediderunt.	13	*Et illi euntes nuntiauerũt cæteris: nec illis crediderunt.*
Ὕστερον δὲ, ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη, καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, καὶ σκληροκαρδίαν ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν.	14	‖Postremò verò vnà sedentibus ipsis vndecim conspicuũ sese præbuit, & exprobrauit incredulitatem eorum, & cordis duritiem: eo quòd iis qui ipsum conspexerant suscitatum non credidissent.	14	*Nouissimè, recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiem cordis: quia iis qui viderant eum resurrexisse non crediderunt.*
Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει.	15	Et dixit eis, ‖Profecti in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni orbi condito.	15	*Et dixit eis, Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.*

Luc.24.13 Christus duobus aliis discipulis apparet, & tandem etiã ipsis vndecim Apostolis.

Luc.24.36 Ioh.20.19

Matt.28.19 Designantur Apostoli definito ipsorum munere, docẽdi videlicet quæ audierant & sacramenta instituta administrandi, addita edendi miracula potestate.

10 *Iis qui cum ipso fuerant*, τοῖς μετ' αὐτοῦ. Ita significantur non soli vndecim illi selecti discipuli, sed alij quoque ipsum assectati, vt ex 12. versiculo apparet.

11 *Quum audissent*, ἀκούσαντες. Syrus interpres addit, λέγουσας, *Dicentes*: & mox, pro ὑπ' αὐτῆς, *Ab ea*, ὑπ' αὐτῶν, *Ab eis*, vt in vno etiam Græco exemplari legimus. vt videlicet Mariam Magdalenam intelligamus alias sibi comites adiunctas habuisse, quod aliorum Euangelistarum narrationi melius conuenit.

12 *Alia forma*, ἑτέρᾳ μορφῇ. Vide Luc.24 v.16.

14 *Postremò*, ὕστερον. Vulgata, *Nouissimè*. Erasmus, *Postea*, μετέπειτα. Ita enim alium nodum soluit, quem nectit Augustinus libri de consensu Euangelistarum 3. cap.25. Nam existimat hæc euenisse antequàm appareret Christus ad mare Tiberiadis, sicut refert Ioannes: & ideò quærit qua ratione hæc apparitio dici possit postrema. Respondeo, Marcum summo iudicio, vt breuitati studeret, declarationem resurrectionis Domini in tres veluti partes distribuisse. Primùm enim narrat quomodo mulieribus apparuerit: quod quidem non semel factum fuisse, ex aliis Euangelistis intelligitur. Marcus verò hæc omnia in vnum velut corpus coniungit. Deinde exponit quomodo eodem die fuerit duobus illis conspectus qui rus ibant. In postrema demum parte commemorat quomodo discipulis apparuerit, incipiens à prima illa apparitione quæ facta est eo ipso die quo resurrexit, quam aliæ postea multæ consequutæ sunt. Sed eas omnes rursus in vnam velut historiam contrahit: ideóque postremam hanc apparitionem vocat, quæ ab ipso die resurrectionis ad ascensionem vsque porrigitur, vt liquet ex versiculo 19. Eandem prorsus rationem sequitur Lucas postremo capite, in quo ita connectit primam illam apparitionem cum postrema, vt nisi quis hoc quod dixi consideret, sit existimaturus Dominum eo ipso die quo primùm apparuit discipulis, (id est quo resurrexerat) in cælum ascendisse, quũ dies XL. intercesserint, vt ipsemet refert Act 1.3. ¶ *Vnà sedentibus*, ἀνακειμένοις: id est, quum vnà domi essent. Vulg. & Eras. de accubitu interpretantur, & ita adhuc conuertimus τὸ ἀνακεῖσθαι. Hîc autem non agi de accubitu, quasi ipsis cœnantibus interuenerit Dominus, probabilius est ex temporis circunstãtia quam explicat Lucas. Nam duo illi quibus in via apparuit Dominus, quum iam appeteret vespera, domum egressi sunt, vbi tempus aliquod incipiendæ cœnæ datum est. Inde agnito Domino, statim reuersi sunt Hierosolymam, vt illa discipulis nuntiarent. Iam verò quum Emmaus, vnde regressi sunt, sexaginta stadiis ab vrbe distaret, vt disertè dicit Lucas, certè vt maximè etiam properarint, nonnisi valde profunda iam nocte potuerunt ad discipulos peruenire: in quod tempus haud satis scio an discipuli cœnam reiecerint: vt & maximè sit probabile Christum ipsis lugentibus & precantibus potiùs quàm cœnantibus interuenisse. Itaque existimo ἀνακειμένοις optimè hoc loco explicari posse συνηθροισμένοις, vel συνηγμένοις: quibus verbis vtuntur Lucas & Ioannes eandem historiam narrantes. Ponitur enim ἀνὰ pro σὺν interdum, sicut in illo Homeri versiculo, Iliad. α, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ: vt τὸ ἀνακεῖσθαι idem valeat quod συγκεῖσθαι, quod etiam declarat simul & vnà esse, vt in illo Sophoclis, βάλλετ' ἤδη μ' ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς συγκειμένοις. ¶ *Conspicuum se præbuit*, ἐφανερώθη, id est, ἐφανέρωσεν ἑαυτόν. forma coniugationis Hebræorũ Hithpael vide Ioan.21.1. ¶ *Non credidissent*, οὐκ ἐπίστευσαν. Hîc obseruat Erasmus ex Hieronymi dialogo secundo aduersus Pelagianos, in quibusdam Marci exemplaribus, & maximè in Græcis codicibus hæc scripta fuisse, *Et illi satisfaciebant, dicentes, Seculum istud iniquitatis & incredulitatis substantia est, quæ non sinit per immundos spiritus veram Dei apprehendẽdi virtutem: idcirco iam nunc reuela iustitiam tuam.* Sed quàm parum hæc verba conueniant Apostolorum personæ, & quàm impudenter Marco tribuantur, non est (opinor) cur pluribus ostendere conemur.

15 *Omni orbi condito*, πάσῃ τῇ κτίσει. Suprà 13.19. annotauimus varium vsum huius vocabuli in his libris: quanuis non satis Latini, tamen veluti latij iure à Theologis do-

nati. Hic vero pro humano omni genere accipitur, siue pro omnibus gentibus, vt loquuntur Matthæus & Lucas: idque non sine magna emphasi, quam vt indicarem malui Omnem orbem conditum, quàm Totum mundum, vel Omnes homines interpretari Perinde enim est acsi diceret Dominus, sibi iam decretum esse, sicut omnium hominum conditor est, ita etiam per vniuersum orbem terrarum promulgare gratuitæ remissionis nuntium: quum antea vnam duntaxat gentem Iudæorum hoc beneficio esset dignatus, quasi non etiam reliquas gentes condidisset Et significatur hoc dicẽdi genere (id quod explicat Petrus Act. 10.34, & 35, à se prius non satis intellectum, nempe, id quod Galat. 3.28. dicit Paulus) in Euangelio non esse Iudæum neque Græcum, non seruum neque liberum, non masculum aut fœminam. Denique declaratur his verbis, Apostolicam functionem, quæ tunc demum est illis discipulis mandata, non vnius aut alterius Ecclesiæ angustiis terminari, sed totius orbis terrarum finibus comprehendi: neque tamen hoc munus fuit aut vni Petro demandatum, aut in Ecclesia Dei perpetuum. Subtilis autem illa & sanè vana ratio cur omnis creaturæ nomine Homines significentur, quòd nimirum nullum sit creaturæ genus quod in Homine non possit agnosci, prorsus est repudiãda, vt horum scriptorum simplicitati minimè conueniens, quanuis ab Augustino, non vno loco proferatur, & à aliis multis in Microcosmi nomine philosophantibus repetantur.

Ioh.12.48

Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται.

Act.16.18 Act.2.4, & 10,46. Act.28.5

Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι, ταῦτα παρακολουθήσει, Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι· γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς·

Act.28.8

Ὄφεις ἀροῦσι· κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει· ἐπὶ ἀρρώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν.

Luc.24.51. Christus in terris suo munere defunctus, in cælum ascendit, inde Ecclesiam suã Apostolica doctrina variis signis confirmatã ad finẽ vsque seculorum gubernaturus.

Ὁ μὲν οὖν Κύριος μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ.

Heb.2.4

Ἐκεῖνοι δὲ ἐξελθόντες ἐκήρυξαν πανταχοῦ, τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων.

16 Qui crediderit & baptizatus fuerit, seruabitur: ‖qui vero nõ crediderit, condemnabitur.
17 Signa autem eos qui crediderint, hæc consequentur, ‖ Per nomen meum dæmonia eiicient: ‖ linguis loquẽtur nouis.
18 ‖ Serpentes tollent: & siquid lethale biberint, nequaquã nocebit eis: ‖ male valentibus manum imponent; & bene habebunt.
19 ‖ Dominus igitur postquam loquutus fuisset eis, sursum receptus est in cælum, & sedit ad dextram Dei.
20 Illi verò profecti prædicarunt vbique, ‖ Domino cooperante, & sermonem *eorum* confirmãte per signa subsequentia.

16 *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.*
17 *Signa autẽ eos qui crediderint, hæc sequentur, In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis.*
18 *Serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt.*
19 *Et Dominus quidẽ Iesus postquam loquutus est eis, assumptus est in cælũ, & sedet à dextris Dei.*
20 *Illi autẽ profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequẽtibus signis.*

16 *Qui crediderit*, ὁ πιστεύσας, nempe prædicationi. Atqui non prædicatur Euangelium infantibus, neque hoc præcepit Christus cuiquam, vt faceret. Ergo abutuntur hoc loco qui, quod de satis adultis dicitur, ad infantes pertinere censent, ac eò tandem delabuntur vt fidem actu infantibus inesse velint. Sed insaniunt multo magis Anabaptistæ, qui ex hoc loco concludunt baptizandos non esse infantes.

17 *Nouis*, καιναῖς. Nouas linguas appellat, non recenter fabricatas: sed peregrinas, & quas nunquam antea nossent qui singulari spiritus munere repentè euadebant earum periti. Planius ergo loquitur Lucas Act. 2.4, quum ἑτέρας, i. alias & diuersas vocat.

18 *Tollent*, ἀροῦσι. In quodam codice manuscr. legitur ἐν ταῖς χερσὶν ὄφεις ἀροῦσι, manibus tollent, id est prehendent impunè serpentes: quod est apertius, vt probatum est in Paulo Act. 28.3. & huc etiam aliquatenus spectant Esa. verba 11.8.

20 *Cooperante*, συνεργοῦντος. Propriè dicitur συνεργεῖν, qui est συνεργός. At Deus est κύριον ἔργου. Itaque hoc in loco τὸ συνεργεῖν Deo tribuitur, non vt ὑπουργοῦντι in prædicatione Euangelij: multo minus in edendis miraculis, sed respectu finis & scopi tum prædicationis verbi tum miraculorum, quod vtrunque Deus sua vnius vi reddidit efficax. sic tamen vt ij quorum ministerio Deus vtitur, non sint duntaxat passiua, sed etiam, prout à spiritu Dei aguntur, suo quoque motu & intrinseco & extrinseco ἐνεργοῦντα, quod alioqui neque Deus ipsis neque ipsi συνεργεῖν τῷ θεῷ rectè dicerentur. Vide Ro. 2.19, & 1. Cor. 3.7, & 12,6, & Gal. 3.5.

¶ *Subsequentia*, ἐπακολουθούντων. Subsequentia videlicet eorum doctrinam, quæ istis tanquam sigillis obsignabatur. Neque enim hæc ad subsequentem aliquem librum referri possunt. Ex significatione verò huius vocabuli obseruandum est, oportere cum signis semper coniungi doctrinam: & ita quidem vt ei priores partes semper tribuamus, cui nimirum confirmandæ ista adhibeantur: vt si falsa est doctrina, idem quoque de signis & prodigiis ipsis statuamus, quemadmodum docet Dominus Deut. 13.1. Syrus interpres pro *Subsequentia*, vertit, *Quæ faciebant*, eadem manente sententia. Deinde hæc addit, *Finit Euangelium sanctum prædicationis Marci, qui prædicauit & loquutus est Latinè Romæ*. quæ subscriptio confirmat eorum opinionem qui Marcum volunt Petri fuisse Romæ comitem, minimè profectò mutum, ibique ex ore Petri hoc scriptum excepisse: quod etiam nonnulli, sed (vt arbitror) falsò, ex Latino sermone in Græcum fuisse translatum censent.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΤΟ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ.

EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων,

Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου.

CAP. I

1 QVONIAM multi aggressi sunt cõponere, narrationẽ earũ rerũ, quarum plena fides nobis facta est,
2 Prout tradiderunt nobis qui à principio spectatores ipsi & ministri fuerunt sermonis:

CAPVT. I.

1 *QVoniam quidẽ multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum.* Lucas huius historiæ testes oculatos laudat.
2 *Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis:*

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

SECVNDVM *Lucam*, κατὰ Λουκᾶν. Syrus interpres hanc inscriptionem habet, *Euangelium sanctum prædicationis Lucæ Euangelistæ, qui loquutus est & prædicauit Græcè in Alexandria magna*. quod eos velim expendere qui Marco potius has partes tribuunt. quanquam hac de re non est nobis magnopere laborãdum: sed de hoc potius vt sacrosancta hæc scripta mentibus nostris insculpantur.

1 *Aggressi sunt*, ἐπεχείρησαν. Vulg. *Conati sunt*. Significat autem τὸ ἐπιχειρεῖν (vt rectè obseruat Eras.) aliquid in manus sumere: quod Latini, ratione non prorsus dissimili, Aggrediendi vocabulo declarant, translatione non à manibus, sed à pedibus sumpta: quæ significatio diligenter est annotanda, nempe vt istos qui scribendi occasionem nostro Euangelistę tribuerunt, sciamus minimè id satis commodè præstitisse quod erant aggressi, sed aliunde accepta confusè perscripsisse. Nec tamen fortasse Lucas illas fabulosas & putidas ac etiam impias narrationes intellexit, quas iampridem sub Nicodemi, Nazaræorum, Thomæ, Ægyptiorũ, proteuangelij nominibus editas, & damnatas nonnulli rursum nostro seculo reponunt. Sed & forsitan ex hoc loco vtcunque colligi potest Lucam ante Matthæum quoque & Marcum hanc suam historiam edidisse.

¶ *Componere*, ἀνατάξασθαι. Vulgata, *Ordinare*, Erasmus, *Contexere & digerere*: quæ vt translatitia repudiaui. Budæus, *Adstruere*: quod nusquam memini legere ea significatione vsurpatum quæ possit huic loco accommodari. Ego verò existimo ἀνὰ pro σὺν poni, vt diximus Marci 16.14, & ἀνατάξασθαι idem declarare atque τὸ συντάξασθαι, i. Componere, siue conscribere & conficere.

¶ *Narrationem*, διήγησιν. Distinguere oportet, auctore Aphthonio, διήγησιν & διήγημα, vt totum & partem. Itaque διηγήσεως appellatione Lucas intelligit libros ipsos de Christi dictis ac factis conscriptos, quemadmodum ipse explicat Act. 1.1. vt ἀνατάξασθαι διήγησιν, nihil aliud declaret quàm historiam conscribere.

¶ *Earum rerum quarum plena fides nobis facta est*, περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων Ad verbum, De rebus quæ inter nos fuerunt prorsus certificatæ, vel certioratæ neque enim possum Græcum vocabulum πληροφορεῖσθαι altero Latino explicare. Vulg. *Quæ in nobis completæ sunt rerum*, quæ interpretatio Græcis non respondet. Neque enim τὸ πληροφορεῖν declarat τὸ πληροῦν, id est implere, sed plenè certiorare, vt sæpe loquitur Vlpianus Iurisconsultus: vnde πληροφορεῖσθαι, quum ad personam refertur, significat certiorem ab aliquo fieri, ita vt de re quapiam nulla sit amplius dubitatio. sin autem ad res ipsas accommodetur, τὰ πεπληροφορημένα πράγματα dicuntur quæ certis testimoniis ita sunt comprobata vt de iis ambigi non possit, nisi quis velit apertam veritatem inficiari. Inde factum vt Paulus πληροφορίαν vocet partim testimonium illud Spiritus sancti, per quem in corda electorũ effunditur dilectio qua nos Deus dilexit, quum peccatores essemus: partim illius testimonij efficaciam in nobis, cuius vi certò scimus fore vt nihil nos possit separare à dilectione illa qua nos Deus in Christo dilexit ab æterno. Huic autem πληροφορίᾳ coniuncta est πεποίθησις illa quę facit vt in mediis afflictionibus gloriantes, cum fiducia clamemus, Abba, Pater: suntque hi proprij & peculiares in electis effectus fidei, à qua fideles appellamur. Itaque qui hanc doctrinam oppugnant, sciant sese ipsi Christo & toti Christianæ religioni bellum indixisse. Vetus autem interpres, quanuis alioqui videatur summa religione sacros libros interpretatus, tamen quæ significatio sit horum vocabulorum non videtur cognouisse, nedum vt vim illorum intellexerit. Eras. *Earum quæ inter nos certissimæ fidei sunt rerum*. i. (vt ipse in annotationibus explicat) Quæ sunt indubitatis argumentis persuasæ. Budęus autem interpretatur. *De rebus inter nos exploratis*. Atqui (ni fallor) Lucas hîc non respexit, neque dicere voluit fidem adhibitam esse Apostolorum testimonio, sed de iis rebus se scripturum esse quarum plena fides antè sit facta, & quidem ab oculatis testibus. Neque enim hîc quæritur sitne creditum Apostolorum testimonio, annon: sed quàm certo testimonio possint ea confirmari de quibus ipse dicturus est, quum alioquin videri possint incredibilia.

2 *Prout tradiderunt*, καθὼς παρέδοσαν. Ex hoc loco apparet, Lucam ea scripsisse quæ auditione acceperat, non tam à Paulo (vt tamen veterum nonnulli tradunt) quàm ab Apostolis qui cum Christo iam inde ab initio fuerãt versati. Deinde hoc quoque videtur eorum ineptias refellere qui Lucam scribunt vnum fuisse ex septuaginta duobus discipulis, cui cum Cleopa apparuerit Dominus: Hæc autem somnia nobis peperit quorundam περιεργεία, qua iampridẽ vsus est Satanas, vt (si fieri posset) sacris scriptoribus omnẽ fidem adimeret. Et fuit hoc fortassis, patrum memoria, commiseratione potius quàm insectatione dignum, quum densissimæ tenebrę omnem lucis conspectum hominibus eripuissent nunc verò in tam manifesta luce veritatis, quid non illi merentur quos non pudet Ecclesiæ Dei ista somnia obtrudere, quibus ipsa Euangelij veritas in dubium reuocatur?

¶ *Spectatores ipsi*, αὐτόπται γενόμενοι. Sic enim satis commodè mihi videtur conuerti posse Græcum illud

vocabulum, quo significatur qui suis oculis aliquid vidit: quem Plautus oculatum testem festiuè vocat, & testi aurito opponit. Neque enim quisquam alienis oculis propriè dicitur quidpiam contemplari. Vulg. *Qui ipsi viderunt*. Eras. *Qui oculis suis viderunt*. Huc autem pertinet quod scribitur 1.Ioan.1.1,& 3. ¶ *Ministri*, ὑπηρέται. Ita vocat Apostolos honesto vocabulo, qui nimirum Christo adfuerunt, publica Euangelij prædicatione occupato: ita tamen vt ipse potius illis ministrarit, quamuis illorum magister esset ac Dominus, vt testatur infra, 22.c.27. ¶ *Sermonis*, τοῦ λόγου. Si cui placet de Filio Dei intelligere, qui ὁ λόγος etiam à Luca vocetur, non reclamo: quoniam alioqui Lucas non meminerit eius de quo scribere cōstituit, sed in genere dixerit se scripturum esse de rebus quibusdam, quas ab idoneis testibus acceperit. quod exordiū obscuri ac fortasse vitiosi videri posset. Et Epiphanius aduersus Marcellianos, sic disertè exponit. & Athanasius 3 oratione aduersus Arrianos. Erasmus interpretatur, *Eorum quæ narrabant*: vt significet se hęc didicisse ex iis qui rebus ipsis non modò interfuerint, sed etiam pars eorū magna fuerint, vt loquitur Æneas ille Virgilianus: quoniam apud Hebræos דבר [*dauar*] interdum id declarat, vt mox versu quarto, sed plurali numero.

3 Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, καθεξῆς σοι γράψαι, κράτιστε Θεόφιλε·

4 Ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν.

5 ΕΓένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἱερεύς τις ὀνόματι Ζαχαρίας, ἐξ ἐφημερίας Ἀ-

3 Visum est etiā mihi, omnia altè *repetita* penitus assequuto, ordine *illa* ad te scribere, præstantissime Theophile:

4 Vt agnoscas certas esse res quas auditione accepisti.

5 FVit diebus Herodis illius regis Iudææ, Sacerdos quidā nomine Zacharias, ex classe

3 *Visum est & mihi, assequuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile:*

4 *Vt cognoscas eorū verborum de quibus eruditus es, veritatem.*

5 *FVit in diebus Herodis regis Iudææ, Sacerdos quidā nomine Zacha-*

1.Paral.24.1. Ioannes alter Elias, futurus Christi apparitor, ex stirpe Aaronis, vtroque celebri & inculpato parente, præter ordinem naturæ, adhibito duplici miraculo, concipitur: vt homines tempestiue ad audiendum eius præconium, secūdum Prophetarum prædictiones excitentur.

3 *Omnia*, πᾶσιν. Hoc nonnulli ad Apostolos referunt, quos assectatus fuerit Lucas, vt rem totam ex ipsis cognosceret. Sed præstat ad ea referre de quibus se scripturu profitetur. ¶ *Altè [repetita,]* ἄνωθεν. Sic à Latinis dicuntur procemia altè repetita, quæ à primis initiis & ipsa vsque origine ducuntur. quam particulam Syrus quidē interpres non legit, ego verò retinendam censeo. Vulg. & Eras. *Ab initio*: id est ἀπ' ἀρχῆς. Alij, *Denuò*: quæ interpretatio nō conuenit cum participio παρηκολουθηκότι. Budæus interpretatur *Pridem*: id est πάλαι. Sed res ipsa ostendit quomodo sit hoc aduerbium accipiendum hoc loco, quum Lucas multo altius quàm cæteri Euangelistæ hanc historiam sit exorsus. Addidi autem participiū *Repetita*, partim vt planior esset sententia, partim vt mollius cohærerēt duo aduerbia ἄνωθεν & ἀκριβῶς. ¶ *Penitus*, ἀκριβῶς. Græcum hoc vocabulum (vt etymologia ostendit) illi Latino prorsus respondet. *Penitus* enim Latinis idem declarat atque Intrinsecus, & ad intima vsque, vt apud Virgilium Æneid.3. *-- & penitus causas tentare latentes*. ἀκριβῶς autem à Græcis dicitur παρὰ τὸ εἰς ἄκρον βαίνειν, i. quòd ab imo ad supremū ascendatur: quod est exquisitæ & perfectæ diligentiæ: pro quo Gallicè dixeris, *Iusques au bout*. Vulgata, *Exactè*. quod Latinum puto nō esse. Erasmus, *Exacta diligentia*: quæsita periphrasi propter aduerbium ἄνωθεν proximè præcedens. Quidam, *Accurate*: id est ἐπιμελῶς. Alij, *Diligenter*. sicut accipitur Act.18.25 & Ephes.5.15. ¶ *Assequuto*, παρηκολουθηκότι. id est καταμαθόντι καὶ πιστωθέντι. Quum perdidicerim & intellexerim: vt rectè (mea quidem sententia) explicat Budæus in Commentariis. Nam verum quidem est quod Erasmus tradit, τὸ παρακολουθεῖν propriè significare aliquem assectari, vt Græci loquuntur, τὸ παρὰ πόδας ἀκολουθεῖν καὶ συμπορεύεσθαι: & de rebus etiam ipsis dici, quas qui ita consectetur vt nihil prætermittat, dicatur παρακολουθῆσαι. Sed Lucam opinor aliquid amplius significare, se nimirum ita hæc esse consectatum vt etiam perdidicerit. Nā alioquin non assequimur omnia quæ consectamur aut peruestigamus: vt accipiendum est illud Ciceronis 2.in Verr. *Habeo autem certam viam atque rationem qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim*. Itaque non puto satis exprimi Lucæ sententiam ab iis qui vel Consectandi vel Peruestigādi vocabulo vti maluerūt, quum alioquin τὸ παρακολουθεῖν multis locis optimè possimus eo etiā modo interpretari: & Peruestigare potius respondeat τὸ διϊχνεῦν, quo vtitur Lycophron initio Alexādræ. Vide 2.Tim.3.10. ¶ *Ordine*, καθεξῆς, id est distinctè & distributè, vt ij solēt qui ad scribendam historiam aliquod iudicium adferunt: quam laudem Ambrosius meritò tribuit Lucæ. Vulgata, *Ex ordine*. Erasmus, *Deinceps*. Græcum autem aduerbium propriè declarat Cohærenter, παρὰ τὸ ἑξῆς. Facit verò hic locus, vt in harmonia Euangelistarum scribenda, rectiorem ordinem seruari putem, si in iis quæ habent communia, reliqui ad Lucam potius accommodentur, quàm Lucas ad cæteros. ¶ *Præstantissime*, κράτιστε. Vulgata & Erasmus, *Optime*: id est ἄριστε. Annotat tamen Erasmus diuersas interpretationes. Potest enim κράτιστος deduci vel à κράτος, quod robur & imperium declarat: vel à κρατεῖν, id est vincere, siue compotem esse, quasi plurimum pollentem aut potentissimum dicas: vel à κρείττων, quod etiam potentiorem & potiorem significat: quam postremam expositionem vt simplicissimam selegi. Conuenit autem hoc epitheton viris principibus, & qui magna sunt auctoritate. Itaque tribuitur Felici Act.23.26. & Festo, Act.26.25, vtriq; Iudęæ præsidi. Fuisse igitur hic Theophilus videtur, cui Lucas vtrunque suum librum inscribit, vir quispiam amplissimæ dignitatis, quales paucos semper habuit Ecclesia Dei. adiunctum enim epithetum omnino videtur ostendere proprium alicuius nomen esse: neque inde efficitur, vni duntaxat homini Lucam, aut potius Spiritum sanctum ista scripsisse.

4 *Agnoscas*, ἐπιγνῷς. Vulgata, *Cognoscas*, id est γνῷς. quod rectè emendauit Erasmus, Theophylacti auctoritatem sequutus, qui hoc verbum ita exposuit, vt significet Eius rei quam vtcunque semel cognoueris, maiorem de integro cognitionem nancisci. ¶ *Certas esse res quas auditione accepisti*, περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν. Λόγους vocat (Hebræorum more) idipsum de quo dicturus est. Κατηχεῖν autem declarat Voce aliquid significare & κατηχεῖσθαι dicuntur qui ex aliorum relatu quippiam acceperunt, vt Act. 21.vers.21, & 24. Vnde factum vt in genere pro ἀποστόματος διδάσκειν accipiatur, vt 1.Corint.14.v.19. Act 18.v.25. Rom. 2.v.18. Gal.6 v.6. Sed postea vt apud Hebręos חנך [*chanach*] in Pihel: ita apud Græcos in Ecclesia τὸ κατηχίζειν de iis demum dici cœpit qui prima religionis rudimenta in Ecclesia viua voce docebant, quorum discipuli propterea κατηχούμενοι vocabātur. Meminit etiam Porphyrius initio ὁμηρικῶν ζητημάτων, παιδικῆς κατηχήσεως: quod annotare placuit propter eos qui apud profanos scriptores hoc vocabulum negant inueniri. Cæterùm ἀσφάλειαν non conuerti *Certitudinem*, cum Erasmo, (nam hoc vocabulum apud idoneos auctores non legi) sed *veritatem*, id est ἀλήθειαν, cum Vetere interprete, quamuis firmitatem propriè declaret. Neque enim hîc quæritur (opinor) quàm firma, sed quàm vera sit Euangelij doctrina: quæ duo vt separari vix possint, distingui tamen debent.

5 *Diebus*, ἐν ταῖς ἡμέραις. Id est temporibus: pro quo disertiores Græci dicerent ἐπὶ Ἡρώδου. Illum autem Hebraismum libēs retineo: quo nimirū optimè exprimitur quàm breuis & caduca sit bonorum etiam regum potestas, nedum vt sit perpetua quorundam tyrannis. ¶ *Illius regis*, τοῦ βασιλέως. Articulum expressi, cuius vis est hoc loco διακριτική. Voluit enim (ni fallor) Lucas Herodem illum magnum Iudææ regem ab Herode Galilææ Tetrarcha distinguere. ¶ *Sacerdos quidam*, ἱερεύς τις. Mirum est Ambrosium & Augustinum ita potuisse hallucinari vt Zachariam existimarint fuisse Pontificem maximum. Nā quod ad suffitum attinet, distinguendus hîc est quotidianus, ab illo solenni qui die expiationis fiebat à solo Pontifice Maximo, in sanctum sanctorum eo demum die quotannis ingrediente. ¶ *Ex classe*, ἐξ ἐφημερίας. Quod Hebræi vocant מחלוקת [*mehalukat*] & פקודה [*pekudah*] & משמרת [*mesihmerat*,] id Græci interpretes non modò διαίρεσιν, διάταξιν & κλῆρον, id est distributionē siue classem, munus & sortem conuertunt, sed etiam ἐφημερίαν: idcirco nimirum quòd sorte distributis sacerdotibus ex posteritate Aaron, (vt scribitur 1. Paral. 24.1) singulæ familiæ certis hebdomadum vicibus sacerdotij functionē obibant. 2.Paralipom 23 8.

¶ Abia

βιά· καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρών, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλισάβετ.

6 Ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου ἄμεμπτοι.

7 Καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον, καθότι Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα, καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν.

8 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ ἔναντι τοῦ Θεοῦ,

9 Κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε

Abiæ: vxor verò ipsius *erat* ex filiabus Aaron, & nomen eius Elisabet.

6 Erant autem iusti ambo in conspectu Dei, incedentes in omnibus præceptis & ritibus Domini inculpaté.

7 Nec erat eis proles, eo quòd esset Elizabeta sterilis, & ambo prouecti iam essent ætate.

8 Factum est autem vt, quum is sacerdotio fungeretur in ordine suæ classis ante Deum,

9 Secundum ritum functionis sacerdotalis, sortitus sit *munus* suffitus faciendi in-

rias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron: & nomen eius Elisabet.

6 *Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela:*

7 *Et non erat illis filius, eo quòd esset Elisabet sterilis: & ambo processissent in diebus suis.*

8 *Factum est autem quū sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deū,*

9 *Secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret, in-*

¶ *Abia*, Ἀβιά. Hæ vices non semel variarunt, prout tulerunt tempora. Classis enim Abija, quum vices istæ primùm instituerentur, fuit octaua, 1.Paral.24.10. Post reditum autem ex Babylone sub Iesthuha duodecima, Neh 12.1. sub Ioiakimo, vndecima, Nehem.12.17. ¶ *Ex filiabus*, ἐκ θυγατέρων: id est posteritate. quod Hebræorum idioma alibi exposuimus. Minimè autem mirādum est Elizabet cognatam fuisse Mariæ, quæ ex tribu Iuda erat. Lex enim illa qua cauetur vt filiæ nubant viris ex sua tribu, (sicut scriptum est Num.36.8.) quum huc spectaret ne tribuum distributiones confunderentur, nōn impediebat quominus cæterę tribus cum Leuitica affinitatem inirent, quia Leuitis nulla propriè assignata fuerat portio. Sed & lex illa videtur ad eas tātum pertinere quæ, deficientibus maribus, in paternā hæreditatem succedebant, de quo hîc nō agitur: & eo tempore distinctio illa tribuum vel nulla vel perexigua fuit.

6 *In conspectu*, ἐνώπιον. Hebraicè בעני יהוה [*behene Iehouah*,] id est, in oculis Domini. Vulgata, *Ante*: id est ἐναντίον. Est autem hic Hebraismus diligenter obseruandus, & planè dignus qui omnibus linguis vsurpetur. Ita enim optimè distinguitur vera illa & germana pietas à falsa & adulterina: vt eos demum sciamus bonos viros esse qui non ex opinione aut longa consuetudine, sed ex verbo Dei vitam instituunt: deindę qui quales videri volunt, tales sunt reipsa in intimo animi recessu, quousque penetrare vni Deo licet. Hæc, inquā, est huius Hebraismi emphasis. Qui verò ex hoc loco & similibus conantur iustitiam operū stabilire, quorum meritis salus nostra vel in solidum vel ex áliqua parte nitatur, illi se & indoctos & blasphemos esse sciant, quum tota Scriptura ipsis repugnet. ¶ *Incedentes*, πορευόμενοι, id est Viuentes. Sic enim accipitur hoc loco πορεύεσθαι, & in epistolis Petri & Iudæ sæpe: quum reliqui potius vtantur verbo περιπατεῖν, pro quo dicunt Hebræi הלך [*halach*.] Erasmus; *Versantes*: id est ἀναστρεφόμενοι. Nos hunc quoque Hebraismū seruauimus: ex quo perspicuè intelligitur, mandata Dei quasi instar viæ esse probis & integris hominibus, intra quorum fines sese contineant: vt neque ad dextram, neque ad sinistram deflectant, donec perueniant ad metam. ¶ *In omnibus præceptis & ritibus*, ἐν πάσαις ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι. Sæpe in sacris literis, vbi agitur de Lege Dei, tria hæc vocabula coniunguntur מצות חקים משפטים [*mitsuoth, chukkim, mischpatim*:] quæ Gręci interpres cōuertūt ἐντολαί, δικαιώματα, κρίματα. Videtur autē mihi eorum opinio probabilis, qui quoties ista coniunguntur, τὰς ἐντολὰς exponunt eam Legis partem quam Moralem vocant, in qua præcipitur quid Deo, quid proximo debeamus: δικαιώματα verò sacros ritus totámque adeò cæremonialem Legem: κρίματα denique eam partem quæ ad ciuilem politiam & forenses controuersias pertinet, quam Iudicialem appellant. Causa autem manifesta est cur Lucas non solùm mentionem fecerit τῶν ἐντολῶν, sed etiam τῶν δικαιωμάτων, quia nimirum Zacharias vnus erat ex Sacerdotū principibus: item cur tertiam speciem Legis præterierit: quia videlicet iudicia, maxima ex parte, penes Romanos erant. Cæterùm τὰ δικαιώματα propriè, apud Græcos, declarāt quęcunque profert aliquis vt ius suum tueatur: vt apud Thucydidem libro primo, δικαιώματα πρὸς ὑμᾶς τάδε πρὸς ὑμᾶς ἔχομεν ἱκανὰ κατὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων νόμους. Demosthenes δικαιώματα vocat, τὰ δίκαια, & Terentius in Phormione, *Iusta* interpretatur. Sed Græci Bibliorum interpretes hoc vocabulū postea ad totam Legem Dei ac præsertim ad sacros ritus transtulerunt: ita nimirum maximè commendata Lege, quòd certa sit omnis iustitiæ regula. Itaque vulgò solent id verbum conuertere Iustificationes: quam interpretationem idcirco tantùm reieci, vt hanc quoque occasionem calumniandæ iustificationis ex fide præciderem: quum alioquin τὸ δικαιοῦν Iustificare, & τὴν δικαίωσιν Iustificationem interpretari malim, quàm noua vocabula quærere cum infirmorum offensione. Quidam conuertit *Instituta*. Sed hoc vocabulo videtur significari cōsuetudo nō perscripta, quæ vsu potius quàm legislatoris auctoritate inualuit: vt apparet ex illo Ciceronis loco in Pisonē, *Qui eius ciuitatis, in qua in principum numero vultis esse, non leges, non instituta, non mores, non iura noritis*. Hîc verò agitur de ritibus sacrorum à Deo acceptis, & à Mose promulgatis ac perscriptis, vt ipsa Hebraici vocabuli notatio declarat. ¶ *Inculpate*, ἄμεμπτοι, id est ἀμύμονες, vt loquitur Homerus. eiusmodi quos nemo iure posset inculpare, *quum essent* (vt Erasmus conuertit,) *irreprehensibiles*: id est ἀνεπίληπτοι, vt loquitur Paulus 1.Timoth.3.2. Nomen autem conuerti per aduerbium vt amphiboliam vitarem. Vulgata, *Sine querela*. id est de quibus nemo vnquam quæstus fuerat: quam laudem Erasmus maiorem esse putat quàm siquis innoxius dicatur, id est ἀμεμφής. At ego contrà, quum non sit æstimanda probitas ex vulgi iudicio, qui ferè optimos quosque persequitur, magis laudabilem eius vitam esse puto qui nihil admiserit iuxta reprehensione dignum, & (quod Catoni accidit) sæpissimè tamen si accusatur, quàm qui flagitiosè vixerit, & nullum inuenerit reprehensorem. Itaque ἀμέμπτους dici puto non qui improbis etiam ipsis satisfecerit, sed qui verè fuerit (vt inquit ille) *Integer vitæ scelerisque purus*: qualis verè fuit Christus Dominus noster, toties ab improbis vexatus. Sed hîc obseruandum est quod Paulus scribit Rom.4.2, *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet quod glorietur, sed non apud Deum*. Item 1.Corinth. 4.4, *Nullius mihi sum conscius, sed non in hoc iustificatus sum*. Quum enim quæritur de ea iustitia quæ nos facit Christi cohæredes, tota eius laus Christi in solidum tribuenda est: quæ quidem nobis per fidem gratuitò imputatur, vt stet illud Dauidis firmum, *Non iustificabitur in conspectu tuo vllus viuens*: & illud Pauli Galat. 2.21, *Si ex Lege est iustitia, frustra nimirum Christus mortuus est*. Denique hoc loco & similibus aliis sciamus, Iustitiā illā quæ intra credentes renouatos inchoatur describit, cuius fructus, nempe bona opera sunt testimonia quòd filij Dei sumus non autem nostræ salutis causa: ab illa diuersam quæ, quum Christo subiectiuè insit, nostra fit per imputationem ipso per fidem apprehenso, & qua vna pacem habemus, Rom.5, 1. & 8. 1. & Coloss.1.21.

9 *Sortitus sit*, ἔλαχε. Vulgata, *Sorte exijt*. Erasmus, *Sorte illi obuenit*. Ego non video cur quærenda fuerit periphrasis, quum apud Latinos Sortiri, quemadmodum apud Gręcos λαγχάνειν, non modo significet sortem proiicere, sed etiam sortitione aliqui consequi. Liuius libro quarto belli Maced. *Illa tantùm suberat cura ne nouus cos. Græciam prouinciam sortiretur*. ¶ [*Munus*] *suffitus faciendi*, τοῦ θυμιᾶσαι. Vulgata, *Vt incensum poneret*. Solet enim pro suffimento Incensum dicere. Erasmus, *Vt odores incenderet*. Ego eam interpretationem sum sequutus quæ propius abest à Gręcis. Docent enim grammatici, quando τὸ λαγχάνειν coniungitur secundo casui, subaudiēdum esse μέρος vel ἔργον, quod nos expressimus: ideóque in sequente participio conuertendo vsi sumus periphrasi.

τοῦ θυμιάσαι, εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου.

Leuit.16.17 exod.30.7 Καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον ἔξω τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματος.

Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου, ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος.

Καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδών, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν.

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος, Μὴ φοβοῦ Ζαχαρία. διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην.

Καὶ ἔσται χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις, καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται.

Ἔσται γὰρ μέγας ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ· καὶ Πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ·

Malac.4.5 matt.11.14 Καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψει ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν.

Καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα,

grediendo in templum Domini.

10 ‖ Tota verò multitudo populi foris erat orans tempore suffitus.

11 Visus autem est ei Angelus Domini stans ad dextram altaris suffitus.

12 Et Zacharias *eo* viso turbatus est, & metus incidit in eum.

13 Dixit autem ei Angelus, Ne metue Zacharia. Nam exaudita est deprecatio tua: vxórque tua Elisabet gignet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem.

14 Et *is* erit tibi gaudio & exultationi, multique super eius natiuitate gaudebunt.

15 Erit enim magnus in conspectu Domini, & vinum siceramque non bibet: & Spiritu sancto implebitur etiam à ventre matris suæ:

16 ‖ Multósque filiorum Israël côuertet ad Dominum Deum ipsorum.

17 Nam ipse præcedet in conspectu eius, cum spiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda

gressus in templum Domini.

10 *Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.*

11 *Apparuit autem illi Angelus Domini stans à dextris altaris incensi:*

12 *Et Zacharias turbatus est, videns, & timor irruit super eum.*

13 *Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia. quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elizabet pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem.*

14 *Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.*

15 *Erit enim magnus coram Domino, & vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ:*

16 *Et multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum.*

17 *ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, &*

¶ *In templum*, εἰς τὸν ναόν. Hîc manifestè distinguit Atrium à Templo, quod in Sanctum & Sanctum sanctorum diuidebatur. Dicitur enim populus foris fuisse, extra Sanctum videlicet, in quo erat ara suffitus collocata, quũ populo non liceret Atrij fines egredi. Atrium autẽ ipsum vocatur ἱερὸν Matthæi 21.12. & in Actis Apostolorum sæpe.

14 *Gaudio*, χαρά. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Gaudium*. Sed puto nomen Ioannis repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, vt locus sit appositioni & Hebræis & Græcis familiari, quam Latini exprimunt tertio casu.

15 *In conspectu Domini*, ἐνώπιον τοῦ Κυρίου. Hebraismus, quo significatur singularis quædam præstantia: vt Gen.10.9, dicitur Nimbrod, quanuis in re dissimili, robustissimus venator coram Domino. ¶ *Siceram*, σίκερα. Vocabulum Hebræum retinuimus quo significatur, vt inquit Basilius πᾶν μεθύοντος, πᾶν τὸ δυνάμενον μέθην ἐμποιῆσαι, à שכר [*schechar*,] quod declarat Inebriare, vt rectè obseruat Erasmus. Inde fortassis Galli potionem illam, quam conficiunt ex pomis, vocant *Sitre*. Sed quòd quidam (vt etymologiam Hebręam adumbraret) temetum conuertit, mihi non placet. Sicera enim manifestè hoc loco distinguitur à vino, vt Leuit. 10. 9. Temetum autem antiquum fuisse nomen quo significabatur vinum, declarat Plin.14.cap.13.

¶ *Etiam*, ἔτι. Vulgata, *Adhuc*, quæ interpretatio non conuenit, nisi pro ἐκ κοιλίας, *Ab vtero*, legas ἐν κοιλίᾳ, *In vtero*. vt etiã legit aut intellexit Syrus interpres. Omnino enim videtur respicere ad id quod hoc eodem capite scribitur vers. 41. quo loco certè abutuntur qui contẽdunt fide actuali præditos esse infantes, nisi prius euicerint hoc non fuisse personale in Ioanne. Istud ergo Ab vtero (κοιλίαν enim vulgi more pro vtero vsurpauit Euangelista, vt diximus Matth. 19.12.) non ad partum sed ad conceptum referre fuerit necesse, id est, pro Ex eo tempore quo fuerit in vtero. Erasm. *Iam inde ab vtero*, vt videatur ἔτι accepisse pro ἤδη, quã enallagen admitterem si idonei auctoris testimonio esset confirmata. Mihi autem videtur ἔτι hoc loco esse particula αὐξητικὴ, quæ respondet Hebræo aduerbio גם [*gam*], sicut vsurpatur Psal.14.vers.3. aut certè accipi pro Præterea, ita vt cohęreat cum verbo πλησθήσεται quasi scriptum sit. καὶ ἔτι πλησθήσεται Πνεύματος ἁγίου ἐκ κοιλίας, *& præterea implebitur Spiritu sancto ab vtero.*

16 *Conuertet*, ἐπιστρέψει. Id est, Faciet vt multi resipiscentes se conuertant ad Deum à quo desciuerant. Nam (vt alibi ostendimus) resipiscentia vocatur ab Hebræis Conuersio: quod in vernaculo nostro sermone retinuimus. Castellio vertit, *Reconciliabit*: qui quamobrem à Græcis discesserit, nescio. Nam si proprium vocabulum quærebat, non video quem potuerit meliorem Latinitatis auctorẽ sequi Cicerone, qui sic loquitur lib. de Natura deorum primo, *Quò faciliùs* (inquit) *animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ prauitate conuerterent*. Deinde impropriè eũ loqui existimo qui à Ioanne dicat Israëlitas Deo reconciliatos. Hoc enim vnius Christi est: quanuis Deus in oro ministrorum Euangelij posuerit reconciliationis sermonem.

17 *In conspectu eius*, ἐνώπιον αὐτοῦ: ita nimirum vt solent qui reges & principes antegrediuntur. Solent enim habere qui antecedant: quos vbi conspexeris, statim intelligas regẽ non procul abesse. Loquitur ergo ἐμφατικώτερον quàm si dixisset, *Antecedet eum*, vt nuper Castellio interpretatus est, ne Hebraissare videretur. Nam omnes Prophetę antecesserunt Christum: sed vnus Ioannes Apparitoris vice fuit vt annotauimus Marc.1.2. ¶ *Cum spiritu & virtute Eliæ*, ἐν Πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου. De enallage præpositionis ἐν pro σὺν alibi diximus. Spiritum autem per metonymiã vsitatum est sacris scriptoribus vsurpare, pro gratuitis donis quæ in nobis efficit Spiritus sanctus. Additur δυνάμει ad significandam illorum donorum præstantiam quæ in Elia fuerunt, quem vnum cum Ioanne confert Angelus, non modò habita personarum ratione, sed etiam eorum temporum in quæ vterque incidit, & eius rationis vitæ quam vterque fuit sequutus. Mira enim est inter tempora Eliæ & Ioannis, inter Achabum & Herodem, inter Iezabelem & Herodiadem similitudo. ¶ *Vt conuertat*, ἐπιστρέψαι. In editione Græca veteris Testamenti legimus ἀποκαταστήσει, id est in pristinum statum restituet, eodem sensu. Placuit tamen hoc annotare, vt sciamus illam editionem qua nunc vtimur, diuersam esse ab ea qua vsi sunt Apostoli: vt facilè intelliget qui vtramque compararit. Cæterùm quia quod hîc dicitur de Ioannis munere, cum eo videtur prorsus pugnare quod Christus de se dicit infrà 12.51, & 53, sciendum est diuersum prorsus esse scopum Malachiæ, ex quo hæc sunt desumpta, & Christi, de prædicationis Euangelij, non sine proprio sed euentu cõtingẽti, idque hominum culpa, differentis. Malachias enim per Patres intelligit quos in altero membro vocat δικαίους, veros nimirum illos patriarchas Abrahamum, Isaacum, Iacobum, & prophetas, à quibus quum & doctrina & moribus desciuissent Iudæi, missus fuit Ioannes, qui istos posteros ἀπειθεῖς ad veram illam cum veris suis patribus coniunctionem

qua prorsus aberrarant reuocaret: Christus autem prædicit fore vt quum vnica ratio conciliandæ inter Deum & homines pacis à se afferatur, homines tamen inde inter sese quoque dissentiendi, ipsius etiam naturæ legibus violatis, occasiones quærant & inueniant: quod & ipsi in primis & toti deinceps Ecclesiæ euenit.

καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων· ἑτοιμάσαι Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον.

Καὶ εἶπε Ζαχαρίας πρὸς τὸν ἄγγελον, Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῷ, Ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ ἀπεστάλην λαλῆσαι πρὸς σέ, καὶ εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα.

Καὶ ἰδού, ἔσῃ σιωπῶν καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα. ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν.

Καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν· καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ.

Ἐξελθὼν δὲ οὐκ ἠδύνατο λαλῆσαι αὐτοῖς· καὶ ἐπέγνωσαν ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν ἐν τῷ ναῷ· καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων αὐτοῖς· καὶ διέμενε κωφός.

Καὶ ἐγένετο ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

patrum in filios, & rebelles ad prudentiam iustorum: vt paret Domino populum apparatum.

18 Tunc dixit Zacharias Angelo, Vnde istud noscam? ego enim sum senex, & vxor mea prouecta est ætate.

19 Et respondens Angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui adsto in cõspectu Dei: missúsque sum vt te alloquar, & hæc tibi læta nuntiem.

20 Et ecce, silebis, nec loqui poteris *ad eum* vsque diem quo hæc fiant: eo quòd non credidisti sermonibus meis, qui implebuntur præstituto tempore.

21 Erat autem populus expectans Zachariam: & mirabantur quòd is tardaret in templo.

22 *Ille* verò egressus non poterat eis loqui: & agnouerunt eum visionem vidisse in templo. Nã ipse innuebat eis: permansitque mutus.

23 Et factum est, vt impleti sunt dies sacræ functionis ipsius abiit domum suam.

incredulos ad prudentiam iustorum parare Domino plebem perfectam.

18 *Et dixit Zacharias ad Angelũ, vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis.*

19 *Et respondens Angelus dixit ei. Ego sum Gabriel qui adsto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare.*

20 *Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant: pro eo quod nõ credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.*

21 *Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quòd tardaret ipse in templo.*

22 *Egressus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: & permansit mutus.*

23 *Et factum est vt impleti sunt dies officij eius, abyt in domum suam.*

¶ *Rebelles*, ἀπειθεῖς. Vulgata, *Incredulos*, id est ἀπίστους, quemadmodum ἀπειθεῖν & ἀπιστεῖν sæpe confundit. Sunt autem (fateor) hæc vitia coniuncta, sed tamen distinguenda, quũ hæc mutuò sese consequantur. Agitur tamen hoc locó, fateor, de instaurando in vera salutis doctrina consensu potius quàm de communibus hominum inter se officiis, & ostenditur vera & vnica componendorum religionis dissidiorum ratio, quibus tunc (vt ex Pharisæorum, Sadducęorum & aliis sectarum nominibus apparet) miserrimè dissipati erant Iudæi quum Ioannes adueniret. Remedium autẽ in eo positum esse Ioannes docebat, si toti à patribus & iustis illis vera diuinitus sapientia instructis pẽdeant, vt doctoribus per Spiritum sanctum de Christo loquutis, 1. Petr.1.11.& Matth.11.13. quem ipse exhibitũ & omnia promissa exoluturum testabatur. Christum autem ipsum quũ subsequuti sint Apostoli, à quibus est perfectissimè tum voce, tum scriptis declaratum consilium illud omne Dei, Act.20.27. meritò dicitur Ecclesia super fundamentum ab vtrisque illis positũ diuinitus extructa, Ephes.2.20. ac proinde hinc est tantùm petenda veritatis defensio, & omniũ errorum refutatio Act.17.11. Erasm. *Inobedientes* conuertit: quod vocabulum non legi apud idoneos auctores. Ad verbum *Imparentes*, quod reperias apud Festum. Sed malui synonymon quàm obsoletam vocem vsurpare. Nam Inobsequẽtes apud vnum Senecam reperio, Immorigeros nusquam. ¶ *Ad prudentiam iustorum* ἐν φρονήσει δικαίων. Nõnulli interpretantur, *Prudentia iustorum*: id est, non vi, vt homines inconsiderati faciunt: sed prudenti & sobria oratione, vt boni viri solent. Sed hanc interpretationem non admitto. Primùm enim nihil tale legitur in Malachia, vnde petitus est hic locus. Deinde hoc membrum ita videtur explicandum vt superiori respondeat. Malo igitur ἐν pro εἰς positũ esse, vt infrà 23.42: sicut in hunc locum obseruat Erasmus, & nos sæpe iam annotauimus. Idem autem valet εἰς quod ἐπὶ superiore membro, id est πρὸς, sicut Latinè In, pro Erga vel Aduersus, poni solet. Pulchrè igitur Angelus ita citat vaticinium Prophetæ, vt simul explicet. Nam pro eo quod scripsit Malachias, *Erga patres*, dixit Angelus, *Ad prudentiã iustorum*: attingens nimirũ duas illas res quibus adduci possunt filij ad reuerendos patres: nempe si prudẽtes & bonos viros esse cognouerint, quales nimirum illos effectura erat Ioannis prædicatio, vt vicissim his artibus sibi filios adiungerent: nempe vt Dominus paulo post succedens, paratos haberet auditorum animos. Nec enim locus esse potest Euangelio vbi nec patres nec filij officium faciunt: id est, vbi pacis ac concordiæ spiritus non regnat. Ideo etiam Angelus hanc appendicem adiunxit, quæ apud Prophetam non extat, vt huius coniunctionis scopus ac finis intelligeretur. Castellio ἐν φρονήσει interpretatur *Ad frugalitatem*, id est εἰς σωφροσύνην: quàm rectè, ipse viderit. Ad me quidẽ quod attinet, φρόνησιν ἀντὶ τῆς σωφροσύνης nusquam legi: neq; de frugalitate hîc agi puto. ¶ *Populum apparatum*, λαὸν κατεσκευασμένον. Vulg. *Plebem perfectam*, id est δῆμον κατηρτισμένον: quod neque vsquam legi, neque puto conuenire. Quanuis enim Baptismus Ioannis non fuerit nudum resipiscentiæ symbolum, sed annexam habuerit peccatorum remissionẽ in sanguine Christi statim morituri, ac proinde regenerationis beneficium: tamen constat ipsius ministerium, si cũ Christi prædicatione conferatur, quasi rudem fuisse doctrinæ Euangelicæ, mox ab ipso Christo plenissimè explicãdæ & sanciendæ, informationem, vt populum perfecisse dici non possit, sed vias tantùm Domino venienti præparasse.

18 *Prouecta est ætate*, προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. Vulg. ad verbum, *Processit in diebus suis*, vt suprà quoque versu 7. quem Hebraismum non putaui necessariò retinendum.

19 *Qui adsto*, ὁ παρεστηκώς: id est, Qui appareo Domino, vt Latini loquuntur. vnde Apparitores qui in Magistratus conspectus adsunt pro sui muneris ratione. Eras. *qui adstiti*, malè, quum ἕστηκα temporis quoque præsentis significationem habeat, vt Rom.5.2. & passim apud idoneos auctores. Cæterùm etsi Angeli, quum vno in loco sunt, certè nõ sint in altero (est enim hoc vnius Deitatis proprium, & hinc quoque probarunt patres Spiritus sancti Deitatem aduersus Macedonianos) tamẽ vbicũque sunt, adsunt in Dei, qui vbiq; est, cõspectu, ad capessenda illius imperia paratissimi.

20 *Nec poteris*, καὶ μὴ δυνάμενος. Nullus hîc est pleonasmus. Nã alij volũtate silẽt, alij necessitate, quòd, ne si velint quidẽ, nõ possint. 21 *Erat autẽ*, καὶ ἦν. De vario vsu literæ ו apud Hebræos nõ attinet repetere quæ toties iã diximus. Verbũ autem ἦν, quanuis videatur περισσῶς positum, vt sit ἦν προσδοκῶν pro προσεδόκα tamen seruaui, quòd videatur longiorem quandam moram significare: quasi dicas, Manebat vel perseuerabat expectans. Sic Plautus, eodem dicendi genere. Erant semper bibentes in oenopolio.

23 *Sacræ functionis*, τῆς λειτουργίας. Hebræis כהנה [*chehunna*] Vide suprà vers.8. & Act.13.2. Vulgata *officij*.

24 Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν Ἐλισάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε, λέγουσα,

25 Ὅτι οὕτω μοι πεποίηκεν ὁ Κύριος ἐν ἡμέραις αἷς ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις.

26 Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας ᾗ ὄνομα Ναζαρέτ,

27 Πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου Δαβίδ· καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου, Μαριάμ.

28 Καὶ εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτήν, εἶπε, Χαῖρε κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν.

29 Ἡ δὲ ἰδοῦσα διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ· καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος.

30 Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ, Μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ.

Angelus nascituro Domino interueniens, ad virginem Mariam mittitur, in qua Filius Altissimi Dauidi promissus, virtute Sp. S. concipitur. Matth. 1. 18

24 Post illos autem dies concepit Elisabet vxor eius: & occultauit se menses quinque, dicens,

25 Nempe ita mihi fecit Dominus diebus quibus *me* intuitus est, *vt* auferret probrum illud meum inter homines.

26 Mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in vrbem Galileæ cui nomen Nazaret,

27 Ad virginem desponsam viro cui nomen erat Ioseph, ex domo Dauid: nomen autem virginis *erat* Maria.

28 Ingressus igitur Angelus ad eam, dixit, Aue gratis dilecta: Dominus tecum *est*: benedicta tu inter mulieres.

29 Illa verò quum *eum* vidisset, perturbata est super eius sermone: & ratiocinabatur *apud se* qualis esset salutatio ista.

30 Tunc dixit ei Angelus, Ne metue Maria: Inuenisti enim gratiam apud Deum.

24 *Post hos autem dies concepit Elisabet vxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens,*

25 *Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.*

26 *In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth,*

27 *Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis, Maria.*

28 *Et ingressus Angelus ad eam, dixit, Aue gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.*

29 *Quæ quum vidisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio.*

30 *Et ait Angelus ei, Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum.*

24 *Occultauit*, περιέκρυβεν. An ex grauidarum mulierum Hebræarum more? an ob rei nouitatem sibiipsi penè diffidens? an vt ipsa repente ex vetula sterili prodeunte apertè grauida, illustrius esset miraculum?

27 *Desponsam*, μεμνηστευμένην, id est sponsione promissam. nec enim adhuc Iosephus eam duxerat domum. Ideóque quū cogitaret de ipsa repudianda, iussus est ab Angelo eam accipere, id est ducere vxorem, vt in Matthæo exposuimus. Itaque quod Erasmus hîc tradit, μνηστεύεσθαι Græcis propriè declarare Sponsam proco tradere, sic accipiendum est, vt non reipsa tamen, sed sponsione tantùm tradita intelligatur. Sed prorsus hallucinantur qui Iosephum volunt illam duntaxat ambiuisse. Quorsum enim de illa clàm dimittenda Iosephus cogitasset, quæ ipsi nullo modo esset obligata? ¶ *Ex domo*, ἐξ οἴκου. Eras. annotat, Chrisostomum homilia in Matthæum secunda addere, καὶ πατριᾶς, id est, & familia: sicut etiam additur infrà, 2. 4. Eadem addita nos quoque reperimus in vno vetere codice: & certè quum Christus disertè dicatur filius Dauidis, addēdum fuisse videtur nomen τῆς πατριᾶς, vt intelligeretur ex ipsis Dauidis posteris natus. Nam domus appellatio etiam eos comprehendit qui vel cognatione attingebant familiam Dauidis, vel ex ipsius fratribus erant oriundi. Quod autem de Iosepho dicitur, de Maria quoque necessariò intelligendum est: aliquin Christus non posset dici ex lumbis Dauidis prodiisse. Imò etiam istud *Ex domo Dauidis*, tam potest ad ipsam Mariam quàm ad Iosephum, grammatica constructione referri.

28 *Aue*, χαῖρε: id est Gaude. Nam Auere (vt ait Festus) etiam significat gaudere. Est autem hoc omnibus gentibus familiare vt in primo congressu soleant occurrentibus bene precari. ¶ *Gratis dilecta*, κεχαριτωμένη. Hebraicè נִרְצָה [*nirtsah.*] quod participium Lucas nouo Græco vocabulo expressit. id est, quam Deus pro sua gratuita bonitate, gratam & acceptam habet. Ad verbum, Gratificata, participio passiuo deducto à verbo χαριτόω, quo vtitur Paulus Eph. 1. 6. sicut infrà 2. 14, vt eodem prorsus sensu, dicuntur ἄνθρωποι εὐδοκίας, id est εὐδοκημένοι. & Esa. 57. 1. viri חֶסֶד [*Chesed.*] Et hoc quidem quum animaduerterit Erasmus, miror cur *Gratiosam* sit interpretatus, id est κεχαριτωμένην. Etsi enim hoc epitheto exprimitur propensus Dei fauor, tamen negligitur quod præcipuum erat, ex quo videlicet intelligi possit huius fauoris causam in sola Dei gratuita beneuolentia, atque adeò in eo ipso Christo residere, cuius mater erat futura. Vulgata conuertit, *Gratia plena*, vt & Syrus interpres: quæ tamen interpretatio non respondet Græcis, & multis occasionem præbuit multa parum appositè in hunc locum scribendi. Castellio interpretatus est *Acceptam*: sed ne hoc quidem satis ostendit quæ sit huius gratiæ origo. Mallem igitur conuertere, Gratiam consequutam: quum præsertim Angelus paulo pòst velut hoc participium explicans, ipsam dicat χάριν εὑρηκέναι. Sed participium passiuum altero passiuo malui interpretari: & quia nostris propriè laboribus aut certè conatibus dicimur aliquid consequi, ideo quæsiui vocabula quibus omnem falsæ interpretationis ansam præciderem. ¶ *Tecum [est,]* μετὰ σοῦ. Expressi verbum ἐστι, quod deerat: nequis suppleat ἔστω, id est Sit. Videtur enim Angelus narrare potius & gratulari beneficium præsens, quàm futurum precari. Nihil tamen prohibet quominus hoc etiam modo interpretemur. Sicut messores salutat Boozus, & illum vicissim messores, Ruth. 2. 4. Scriptum est enim, *Quo iustificatus est, iustificetur adhuc*: & ipsis sanctis Paulus gratiam ac pacem vbique solet optare. ¶ *Benedicta*, εὐλογημένη. Benedicta videlicet à Deo: id est, felix & beata effecta præ cæteris mulieribus. Itaque non videtur satis conuenire Erasmi opinio, qui *Laudatam* interpretatur, & de qua omnes bene loquantur: quod & ipsum tamen verum esse non inficior. Quis enim vltro non fateatur Mariam infinitis partibus omnium mulierum præstantiam superare? Sed mihi videtur Angelus potius explicare quid sit illud κεχαριτωμένη: sicut consueuerunt Hebræi bis idem inculcare, partim emphaseos, partim perspicuitatis causa.

29 *Quum [eum] vidisset* ἰδοῦσα. Deerat hoc participium in quodam codice. In quibusdam autem veteris editionis exemplaribus legitur, Quum audisset, ἀκούσασα. sublata nimirum meliore interpretatione à quopiam qui ita legendum putauit, vt ista quæ sequuntur melius cohærerēt. Sed facilè intelligi potest Mariam, conspecto Angelo, (in quo procul dubio maiestas aliqua cælestis apparebat) deinde etiam audita mirifica ista salutatione, vtraque re tam insueta fuisse non mediocriter commotam. Nam quòd nonnulli existimant vel assuetam fuisse virginem his visionibus, vel tam blandam salutationem suspectam habuisse, mihi non probatur. ¶ *Qualis*. ποταπός: id est, quò tandem spectaret, & quæ esset huius salutationis sententia. vel *Cuias*, id est, vnde profecta. Voluit enim probare spiritum.

30 *Inuenisti enim gratiā*, εὗρες γὰρ χάριν. Vel, (vt Vulgata & Erasmus, ad verbum) *Nacta es enim gratiam*. Hebraicè autem מָצָא חֵן [*matsochen*] id est inuenisse gratiam dicitur qui est in gratia cum aliquo. neque hîc quicquam valet quod de meritis quidam nugantur. Nam ne Græcis quidem, τὸ εὑρεῖν, semper dicitur de eo quod labore tuo vel collatis beneficiis fueris adeptus, (quemadmodum explicatur ab Vlpiano grammatico, & vsurpatur Rom. 4. 1.) sed interdum etiam de eo quod nihil tale quærenti vel speranti obtigerit, nedum vt studueris aut potueris id promereri.

mereri. Sic Gregorius de Saule loquens, Israelis rege designato præter omnem spem & expectationem, ὃς (φησὶ) τὰς ὄνους τοῦ πατρὸς ἐπιζητῶν, βασιλείαν εὕρατο. Neque tamen casum aut fortunā vllā hîc agnosco, sed hoc potius cōstituo quod ait Paulus, nos fuisse dilectos à Domino, quum adhuc peccatores essemus, vt quisquis gloriatur, in Domino glorietur.

31 Καὶ ἰδού, συλλήψῃ ἐν γαστρί, καὶ τέξῃ υἱόν· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.

32 Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

33 Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.

34 Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον, Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;

35 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ

31 ‖Et ecce, concipies in vtero, & paries filium: ‖& vocabis nomen eius Iesum,

32 Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, dabitque ei Dominus Deus sedem Dauidis patris ipsius.

33 ‖Regnabitque in domo Iacobi in æternum, & regni eius non erit finis.

34 Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo erit istud, quādoquidem virum non noui?

35 Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet

31 *Ecce, concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum.*

32 *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius.*

33 *Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.*

34 *Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*

35 *Et respondēs Angelus dixit ei, Spiritus sanctus*

Esa. 7. 14. Infra 2. 21. Matth. 1. 21.

Dan. 7. 14. 27. Mich. 4. 7.

31 *In vtero*, ἐν γαστρί. Hebræus pleonasmus.

32 *Altissimi*, τοῦ ὑψίστου. Hebraismus. nam inter cætera nomina quæ Deo tribuuntur, apud Hebræos etiam dicitur עֶלְיוֹן [*helion*] id est summus vel supremus. Vnde Græci Solem (cuius impia veneratio longè antiquissima est) ἥλιον vocarunt, quem Hebræi idololatræ, (quoniam fœminina voce Solem appellant) Reginam cæli passim apud Prophetas nuncupant: hoc nomine postea non minore cum blasphemia ad Mariam virginem ab iis accommodato, qui tamen soli Christiani dici & haberi volunt. ¶ *Vocabitur*, κληθήσεται. Filius Dei vocabitur, quia re vera Filius Dei est ab æterno vnigenitus, suo tamen tempore manifestatus in carne. Non est ergo quod יִקָּרֵא [*jikkare*] simpliciter ita accipiamus pro יִהְיֶה [*jiheh*] cum impio illo Serueto, qui Samosateni errorem renouauit: sed potius manifestationem æterni Filij Dei sciamus hoc vocabulo declarari.

34 *Quomodo*, πῶς. Quidam admirationem Mariæ obstupefactæ rei nouitate, nec prorsus assentientis Angelo: quidam verò simplicem quæstionem esse volunt, cupientis amplius erudiri. Ego vtramque opinionem coniungo: ita tamen vt hanc admirationem nōn à diffidentia profectam, sed ex eo potius ortam esse credā, quòd quum verbis Angeli credidisset, ipsa rei tum nouitas (virgo enim adhuc erat quamuis desponsa) tum etiam magnitudo cogeret sciscitari quo tandem modo id implendum esset: nū videlicet nubendo, an verò potius extraordinario & incomperto aliquo modo, quum diuina & cælestis prorsus, vtpote interitus omnis expers, proles illi promitteretur. ¶ *Erit*, ἔσται, Vulgata, *Fiet*, γενήσεται, eodem sensu. In tribus autem codicibus additum erat pronomen μοι, mihi: quod nisi exprimatur, necessariò fuerit subaudiendum. ¶ *Virum*, ἄνδρα. Viri nomen hoc loco sexum declarat, neque maritum Iosephum significat. Dixisset enim τὸν ἄνδρα, aut τὸν ἄνδρα μου, addito etiam pronomine. ¶ *Non noui*, οὐ γινώσκω. id est, Sum enim virgo, & intacta. Hebræis enim cognoscendi verbo significatur honestè viri & mulieris congressus: vt intempestiuū sit omnino quod Epiphanius in hunc locū aduersus Antidicomarianitas obseruauit, quod alioqui ἐν ἀγνοῶ recte interpretatur. Etsi verò paulo pòst Maria nupturam se probabiliter sperabat, vtpote quæ iam esset desponsa: tamen valde nouum fuit virgini conceptum, & partum, nulla matrimonij consummandi vel Iosephi sponsi mentione facta, perinde vt iam nuptæ, prænuntiari. Potest autem verbum γινώσκω, vel præsenti tempore verti cum vetere interprete: acsi dicat, Quandoquidē cum viro mihi negotium non est, & marito careo: vel præterito tempore, vt vertit Syrus interpres, & quidem passiuo verbo vtens, Quandoquidem vir non fuit cognitus mihi, id est, quandoquidem nunquam adhuc cum viro cō. fueram: quam interpretationem suam vt simplicissimam amplexus. Sed & futuro tempore vertere possimus, *Non sum cognitura*, sicut hoc ipsum verbum γινώσκειν vsurpatur Ioan. 7. 27: modò quidem istud non ad votum vllum, sed ad rei ab Angelo nuntiatæ qualitatem referatur, vnde Maria in scriptis propheticis diligentissimè versata, & Spiritu quoque prophetico, (vt ex diuinissimo ipsius cantico liquet) abundè prædita, collegerit non nisi extraordinario & inaudito quodam modo hunc æternum regem concipi, & nasci posse. vt sit hæc sententia, Quādoquidem in eo quod mihi nuntias perficiendo, nullus erit vulgari & consuetæ matrimonij coniunctioni locus, age, significa igitur mihi quanam id ratione sit in me implendum. Et hanc quidem interpretationem in prioribus editionibus sequutus, ne nunc quidem prorsus repudio, quamuis alteram in contextu nunc reposuerim, quòd illam alteram eruditis quibusdā viris argutam potius quàm solidam videri intellexerim. Quod autem de virginitatis voto nonnulli, etiam ex veteribus, Mariæ affingunt, neque exemplo vllo, nec vlla certè ratione nititur. Cur enim si antè sponsalia virginitatem vouisset, Iosepho posteą se nupturam spopondisset? Nec enim quò tenderet coniugium ignorabat: & quum liberius ac tutius seruare virginitatem aliter posset, cur & qua conscientia nomine coniugij ad Iosephum fallendum abusa fuisset? Post contracta verò sponsalia si quid tale ipsi in mentem venisset, sponsi tamen consensu non adhibito, inane futurum fuisse votum æquitas ipsa testatur, & etiam liquet ex Num. 30, 13, quum sponsa pro vxore, quod ad vinculi obligationem, censeatur. Quæ verò de Maria Iosephi fidei à sacerdotibus commissa, in illo ridiculo ac etiam impio scripto, quod Proteuangelium vocāt, recitantur, & quod à Suida repetitur, & similes aniles nugæ, ne refutatione quidem egent.

35 *Superueniet*, ἐπελεύσεται. Hoc vocabulo aptissimè significatur fore vt Spiritus sancti virtus, id est vis, & efficacia, (sic enim δύναμις hoc loco accipitur) quasi patris generantis vices suppleat. Sed in eo summum est discrimen, quòd homines corrupti, ex sua substantia filios gignunt in mulieribus corruptis: in hoc autem mysterio quod humana ratione comprehendi non potest, Spiritus sanctus à Patre & Filio vnigenito procedens, carnem Christi non certè genuit ex sese, sed creauit ex selectæ virginis substantia, cui deinde animam indidit, vtranque ipse sua vi cumulatissimè sanctificans. cui deinde (eodem tamē momento) æternus ille Dei Patris Filius Deus in vnam eandémq; personam vnitur: ita tamen vt nec Deus in hominem: nec homo in Deum sit mutatus, [illegible] Christi constituantur, quorum vnus sit [illegible] verò Mariæ filius: sed vnus sit Filius Dei in carne manifestatus, & vnus inter Deū & homines mediator. Castellio ἐπελεύσεται vertit *Inuadet*: quod verbum mihi non probatur hoc loco. Solet enim plerunque in vitio vsurpari, neque satis videtur exprimere discrimē illud inter ἐπέρχεσθαι & εἰσέρχεσθαι quod rectè obseruat his verbis Epiphanius aduersus Theodotianos, Εἰ Γαβριὴλ εἶπε, Πνεῦμα ἅγιον εἰσελεύσεται εἰς σέ, οὐκέτι υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἐνόμιζε ἐν σαρκὶ παραγεγονότα, ἀλλὰ Πνεῦμα ἅγιον ἐν σαρκὶ παραγεγενῆσθαι. *Si Gabriel dixisset, Spiritus sanctus veniet in te, non iam licet existimare Filium in carne venisse, sed Spiritum sanctum.* Hæc Epiphanius. Ex quo apparet quanta fuerit impuri illius Serueti audacia, qui libro de Trinitate primo, quum hunc locum citaret, pro Spiritu sancto substituit τὸν λόγον, quasi λόγος hoc loco dicatur ἅγιον Πνεῦμα, ac non potius vtriusque hypostases sint distinctæ. In quo etiam errore fuit ille cuius extant commentarij in Matthæum, in quinquaginta quatuor Homilias distributi, & falsò inscripti Chrysostomo, vt Erasmus sua in eum librum præfatione rectè obseruauit.

δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ.

36 Καὶ ἰδοὺ, Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ.

37 Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα.

38 Εἶπε δὲ Μαριὰμ, Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος.

Elizabeta Ioannem, & Maria Christum in vtero gestans, sancto Spiritu afflatę, mutuò sibi gratulantur.

39 Ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς πόλιν Ἰούδα.

40 Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου, καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ.

41 Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς· καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ.

in te,& virtus Altissimi inumbrabit te: propterea *id* etiam quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

36 Et ecce, Elisabeta cognata tua, concepit & ipsa filium in senectute sua: & hic mensis est sextus ipsi quæ vocabatur sterilis.

37 Quia apud Deum non erit vllum verbum quod fieri non possit.

38 Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et abiit ab ea Angelus.

39 Surgens verò Maria per eos dies, profecta est in montanam *regionem* cum festinatione in vrbem Iuda.

40 Et ingressa est domum Zachariæ,& salutauit Elisabet.

41 Et factū est, vt audiuit Elisabeta salutationem Mariæ, subsiliit fœtus in vtero eius, & repleta est spiritu sancto Elizabeta.

superueniet in te, & virtus Altissimi obumbr. bit tibi. Ideòque & quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.

36 *Et ecce Elizabet cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi qua vocatur sterilis.*

37 *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.*

38 *Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus.*

39 *Exurgens autem Maria in diebus illis, abyt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda.*

40 *Et intrauit in domum Zacharię, & salutauit Elisabeth.*

41 *Et factum est vt audiuit salutationem Marię Elisabet, exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabet.*

¶ *Propterea [id] etiam quod nascetur*, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον: vel quod gignetur. Potest enim τὸ γεννᾶσθαι, vel ad conceptum, vel ad partum accommodari. Particulam autem καὶ quāuis non legerit Syrus interpres, annotant tamen veteres minimè otiosam esse,& non ad verbum κληθήσεται, sed ad τὸ γεννώμενον, pertinere: qua de re libet eiusdem Epiphanij verba subiicere cum iis cohærentia quæ modò citauimus: Γαβριὴλ (inquit) οὐκ εἶπε μόνον, Διὸ τὸ γεννώμενον· ἀλλὰ Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον, ἵνα δείξῃ ἄνωθεν Θεὸν λόγον καὶ ἐν μήτρᾳ γεννώμενον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν. id est, *Non dixit solùm, Propterea quòd gignetur, sed Propterea etiam quod gignetur, vt ostenderet Deum Verbum qui est ex alto, etiam in vtero genitum quum homo fieret.* Hæc Epiphanius, ostendens hac particula designari vtriusque naturæ in vna Filij Dei persona vnionem. quæ emphasis vt melius intelligeretur, volui exprimere antecedens: quum præsertim istud totidem pænè verbis inculcet Tertull. vel potius vt alij obseruarunt, Nouatianus in libello de Trinit. ¶ *Ex te*, ἐκ σοῦ. Sic etiam legit Syrus interpres, & ita scriptum inuenimus in nonnullis veteris editionis codicibus,& editione Complutensi; atque adeò pluribus locis apud Epiphanium. Athanasius denique in epistola quadam ad Epictetum Corinthiorum episcopum ita legendum esse, his verbis ostendit, ὁ Γαβριὴλ ἀσφαλῶς εὐαγγελίζεται τῇ Μαρίᾳ, λέγων οὐχ [illegible], Τὸ γεννώμενον ἐν σοὶ, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθείη· ἀλλ' Ἐκ σοῦ, ἵνα φύσει τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς εἶναι πιστευθείη. id est *Gabriel planè ac certò nuntium exposuit Mariæ, quum non simpliciter diceret, Quod gignetur in te, nequis existimaret corpus in ipsam extrinsecus introductum: sed, Ex te, nempe vt natura fore ex ipsa crederemus quod gigneretur.* Hæc Athanasius aduersus Dimœritas, qui corpus Christi censebant esse ipsius diuinitati coëssentiale: quorum errorem postea sequuti sunt alij. Minimè igitur dubitaui hæc verba restituere, ex Græcis & Latinis plerisque codicibus aut temere aut malitiosè expuncta. nec dubito quin idem facturus fuerit Erasmus si Athanasij locum illum obseruasset. ¶ *Sanctum*, ἅγιον: id est, quum purum sit,& ab omni peccato prorsus immune, templum denique Dei in ipso corporaliter habitantis. Nam (vt rectè dicit Augustinus) eum oportuit sine peccato concipi & nasci, qui venit vt mundi tolleret peccatum. ¶ *Vocabitur*, κληθήσεται. Hîc quoque (quemadmodum suprà versu 32) Vocandi verbo manifestatio intelligi debet, non autem essentiæ principium, vt rectè in Seruetum doctissimus Caluinus obseruauit Neque enim qui ex Maria natus est, duntaxat homo est, sed Deus in carne manifestatus. Quamobrem rectè constituit Ecclesia aduersus Nestorium, vt Maria θεοτόκος diceretur: & Cyrillus hoc verbum *Vocabitur*, sic explicat liban Ioan. 2. cap. 3. Vide 1. Ioan. 3. 1.

36 *Et hic mensis*, καὶ οὗτος μήν. Hebraismus id est, sextum iam mensem agit à conceptu. Dicit autem vocatam fuisse sterilem, quòd nimirum sterilem adhuc fuisse inter omnes constaret,& ætate iam esset prouectiore.

37 *Vllum*, πᾶν. Vulgata & Erasmus, *Omne*. Solent enim Hebræi quoties enuntiatio generaliter negat, pro nullo dicere לא־כל [*lo chol*] collocata tamen ante verbum negante particula. Sed apud Græcos & Latinos, *Non omne* declarat orationem specialem & indefinitam potius quàm generalem negationem. ¶ *Verbū*, ῥῆμα. id est, quicquid Deus semel futurum dixerit. Vel, *res vlla*, vt quidam sunt non malè interpretati. Sed illam tamen interpretationem prętuli, quod melius videatur conuenire Gabrielis nuntio,& Mariæ ipsius responsioni.

38 *Ecce ancilla Domini*, ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου. Petitum est hoc dicendi genus ex consuetudine Hebræorum, qui de se perinde ac tertio quopiam loquentes, dicere solent, Ecce seruus Domini mei. Sed parum firmum illud est quod August. epist. 78, huc applicat verba illa Prophetæ, Psa. 116. 16, Ego filius ancillæ tuæ, id est Mariæ.

39 *In montanam [regionem]* εἰς τὴν ὀρεινήν. Vulg. & Eras. *In montana*. Intelligit autem montes Iuda expositos ad Meridiē Hierosolymorum, vt paulo pòst declarabimus. ¶ *In vrbem Iuda*, εἰς πόλιν Ἰούδα In nullis codicibus inuenimus adscriptum ciuitatis nomen, In vno tamen exemplari scribitur, εἰς πόλιν Δαβὶδ, quasi appellatione ciuitatis Iuda significetur vel Bethlehem, vel ipsa Hierusalem Iudææ metropolis: quæ & ciuitas Dauid dicitur propter arcem Mello in ea conditam, vt scribitur 2. Sam. 5. 9. Sed hoc planè repudio. Cogitanti verò mihi cur Euangelista non adscripserit ciuitatis nomen, venit fortassis in mentem id quod res est. Scribitur Iosue cap. 21. 9, in sorte Leuitarum, filiis Aaronis data fuisse nouem oppida de tribu Iuda & Simeon, inter quæ primo loco nominatur Ciriath arba, quæ & Hebron dicitur,& disertè etiam adiicitur sitam fuisse in monte Iuda, quemadmodum copiosius refertur eiusdem libri cap. 14. Quum igitur Zacharias ex familia Aaronis esset, & vna hæc vrbs sacerdotum commemoretur in montibus Iuda, non fuit necesse vt Euangelista de Zachariæ domicilio loquens, eius vrbis nomen disertè exprimeret, quum nemo esset qui vbi mentio fieret sacerdotum & ciuitatis Iuda, non satis intelligeret Hebronem intelligi.

41 *Fœtus*, βρέφος: id est ἔμβρυον. Nam propriè dicitur βρέφος de partu recèns edito Hęc autem interdū apud alios etiam auctores permutantur. Aphrodisæus, ἐν μήτρᾳ διαπλασθὲν βρέφος [illegible]. Dioscorides, [illegible]. Phocylides autem vtrunque communit in hoc versiculo, Μηδὲ γυνὴ φθείρῃ ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρός. vt est ab aliis annotatum. Sed fortassis vsus est Lucas nomine βρέφος, potius quàm ἔμβρυον, vt hunc motum insolitatum fuisse ostenderet,& puero iam nato magis conuenientem quàm adhuc intra vterum delitescenti. Nam alioquin minimè nouum est fœtus in vtero subsilire. Sed tamen hunc motum à Spiritu sancto profectum esse, satis etiam per se testatur Elizabetæ oratio Christi conceptum diuinātis, vaticinantis cui nō interfuerat,& quem aliunde cognoscere non poterat.

42 Καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν, Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου.

43 Καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός με;

44 Ἰδοὺ γὰρ, ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου, ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ μου.

45 Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα· ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου.

46 Καὶ εἶπε Μαριὰμ, Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον.

47 Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου.

48 Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί.

49 Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς

42 Exclamauitque voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, quia benedictus fructus vteri tui.

43 Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?

44 Ecce enim, vt extitit vox salutationis tuæ in auribus meis, subsiliit fœtus exultans in vtero meo.

45 Et beata [*est*] quæ credidit: Nam cōsummabuntur ea quæ dicta sunt ei à Domino.

46 Tunc ait Maria, Magnificat anima mea Dominum.

47 Et exultat spiritus meus super Deo seruatore meo.

48 Quia respexit humilem ancillam suam. ecce enim ex hoc *tempore* beatam me prædicabunt omnes ætates:

49 Quia magnificè mecum e-

42 *Et exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.*

43 *Et vnde hoc, mihi vt veniat mater Domini mei ad me?*

44 *Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.*

45 *Et beata quæ credidit: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à Domino.*

46 *Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum.*

47 *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.*

48 *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes:*

49 *Quia fecit mihi ma-*

Christus afflictorum redēptor, superborum vltor, Patribus promissus, reipsa tandem exhibitus.

42 *Quia benedictus*, καὶ εὐλογημένος. Benedictus dicitur Christus humanæ naturæ ratione: id est quatenus vnctus est accepto Spiritu supra omnem mensuram, vt primogenitus sit inter multos fratres. Particulam autem καὶ tanquam causalem conuerti, Theophylactum sequutus, qui ita interpretatur,& prolatis exemplis hanc enallagen confirmat, de qua alibi diximus. Videtur autem vberior sensus si ita accipiamus, vt intelligatur benedictionem Mariæ ab eo ipso manare quem in vtero gestabat. ¶ *Vteri tui*, τῆς κοιλίας σου. parum certè illud firmum est quod Irenęus hanc formulam vrget, quasi sic significetur, Christum, quatenus homo est, esse ἀπάτορα. Nam verissimum hoc quidem est, sed de aliis etiam dicitur communi hominibus lege prognatis, vt Psal. 127. 3.

43 *Domini mei*, τοῦ Κυρίου. nempe Filij Dei, ac proinde veri Dei, vt vel ex hoc loco expressè constet Mariam rectè dici θεοτόκον, aduersus Nestorium.

44 *Extitit*, ἐγένετο. Vulg & Erasm. ad verbum, *Facta est*. Vide Mar. 9. 33,& Ioan. 6. 19,& 21. ¶ *Exultans*, ἐν ἀγαλλιάσει, vel, *cum exultatione*. Vulg. *in gaudio* sed ἀγαλλίασις expressius quiddam declarat quàm χαρά, vt suprà 14. Hoc autem declarat motum hunc pueri adhuc in vtero latentis nō fuisse simpliciter naturalem, sed planè extraordinarium, vt planè sit absurdum quod hinc nonnulli colligunt ex hoc particulari exemplo, omnibus fidelium infantibus aliquos Sp. sancti afflatus indi ad baptismum oblatis, adeò vt reipsa actuali quoque fide præditos esse velint. quum tamen hæc fides sit ex auditu, & eo quidem intelligētia percepto. quorum nondum est ἐνέργεια in pueris.

45 *Quæ credidit*, ἡ πιστεύσασα. In quibusdam Vulgatæ editionis codicibus legitur, *Quæ credidisti*: & paulo pòst, *Fient tibi*: quasi scriptum sit σοὶ pro αὐτῇ. Sunt autem frequentes apud Hebræos istæ personarum mutationes. ¶ *Nam*, ὅτι. Vel, *perfectum iri*, vt post πιστεύσασα non adscribatur distinctio,& ὅτι non αἰτιολογικῶς sed εἰδικῶς accipiatur, sicut explicat Theophylactus. ¶ *A Domino*, παρὰ Κυρίου: id est quod barbarè vulgò dicunt, ex parte Dei. Distingui enim debet παρὰ ab ὑπὸ quanquam quod ad rem ipsam attinet, nullum est discrimen. Dicitur enim Deus ipse facere quod eius ministri faciunt ipsius mandato.

46 *Magnificat*, μεγαλύνει: id est altè & magnificè prædicat, quod Hebræi declarant verbo גדל [*ghiddal*.] Vide Matth. 23. 5.

47 *Exultat*, ἠγαλλίασε. Vulgata & Erasmus ad verbum: *Exultauit*. Sed manifesta est temporis enallage, nisi καὶ iterum malis pro δὲ, id est, *Et* pro *Enim* accipere. Nam oportuit præire intelligētiam Spiritus de tanto beneficio exultantis, vnde postea natum gaudium, quo totus est animus ita perfusus, vt lingua in apertas Dei laudes erumperet.

¶ *Super Deo*, ἐπὶ τῷ Θεῷ. Vulgata & Erasmus, *In Deo*, quasi ἐπὶ pro ἐν ponatur. Ego malo ἐπὶ declarare causam, ipsamque adeò gaudij materiam. ¶ *Seruatore*, σωτῆρι. Vulg. *Salutari*: id est σωτηρίῳ, vt scriptum legimus in quodam codice, eodem sensu.

48 *Quia respexit*, ὅτι ἐπέβλεψεν. Respicere pro Diligere & gratuito fauore complecti, etiam à Latinis vsurpatur. Solent enim homines, si cuius ipsos capit commiseratio, in eum intueri: siquem autem aspernantur, ab eo auertere oculos. Itaque eosdē etiā habitus Deo tribuimus, eo tropo qui dicitur ἀνθρωποπάθεια. ¶ *Humilem ancillam suam*, ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. Vulg. & Erasm. ad verbum, *Ad humilitatem ancillæ suæ*. Sed humilitas ancillę pro humili ancilla ponitur ex Hebræorum idiotismo: de quo diximus Mat. 24. 15. Significat autem ταπείνωσις humilitatem, i. vilem & abiectam conditionem, qualis est nimirum vilium seruulorum: Itaque inepti sunt qui modestiam cæteràsque Mariæ virtutes hoc loco prædicant: quasi ταπείνωσις illud sit quod Græci ταπεινοφροσύνην vocant, Galli verò vernaculo sermone *humilité*: quasi denique Maria vlla sua merita, ac non potius infinitam Dei misericordiam prædicet, vt rectè obseruat Erasmus in hunc locum. Profert autē Theophylacti verba: quæ iterum libuit exscribere, vt præposteri isti Marię cultores intelligant, siquid illis mentis ac cordis superest, sanis hominibus nunquam placuisse ista quæ ipsi tā pertinaciter tuentur. Sic igitur ille, Ἡ παρθένος τελείως πληροφορηθεῖσα, δοξολογεῖ τὸν Θεὸν, ἐκείνῳ ἐπιγράφουσα τὸ θαῦμα, οὐχ ἑαυτῇ. ἐκεῖνος γάρ, φησὶν, ἐπέβλεψεν ἐπ' ἐμὲ τὴν ταπεινὴν, οὐκ ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον ἀνέβλεψα. ἐκεῖνός με ἠλέησεν, οὐκ ἐγὼ αὐτὸν ἐζήτησα. καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί· οὐ μόνη Ἐλισάβετ, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν πιστευσάντων γενεαί. διὰ τί μακαριοῦσι; ἆρα διὰ τὴν ἐμὴν ἀρετήν; οὐχί· ἀλλ' ὅτι ἐποίησε μετ' ἐμοῦ μεγαλεῖα ὁ Θεός. id est, *Virgo plenius edocta glorificat Deum, illi miraculum adscribens, non sibi. Ille enim, inquit, respexit ad me humilem, non ego illum suspexi: ille mei misertus est, non ego illum quæsiui: & ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes: non sola verò Elisabet, sed & omnes credentium generationes. Sed quam ob causam beatam me dicent? num propter meam virtutem? Non: sed quia mihi magnifica fecit Deus.* Hactenus Theophylactus, & quidem Romæ excusus annis abhinc tredecim. ¶ *Ætates*, γενεαί. Hebraicè דורות [*doroth*] vt diximus Matth. 11. 16. Quidam *Nationes* interpretantur. quasi dicat Maria, fore vt vniuersus orbis terrarum hoc Dei beneficium celebret. Sed illud malo.

49 *Quia magnificè mecum egit*, ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα. Hebraicè עשה נפלאות [*hoseh niphlaoth*.] vt Psalm. 98. vers. 1. ad quem locum videtur Maria respexisse. Deflexi autem aliquantulum à verbis ipsis, tum in hoc Mariæ cantico, tum etiam in altero Zachariæ, vt obscuriores Hebraismos illustrarem.

καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

50 Καὶ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.

51 Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ· διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν.

52 Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς.

53 Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς.

54 Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους.

git potens ille cuius sanctum *est* nomen.

50 Et cuius misericordia in omnes ætates *parata est* timentibus ipsum.

51 ‖ Forte facinus fecit brachio suo:‖ dissipauit superbos cogitatione cordis ipsorum.

52 Detraxit potentes è thronis, & extulit humiles.

53 ‖ Famelicos impleuit bonis, & diuites ablegauit inanes.

54 ‖ Suscepit Israelem puerum suum, vt memor esset misericordiæ.

gn: qui potens est, & sanctum nomen eius.

50 *Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.*

51 *Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.*

52 *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.*

53 *Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.*

54 *Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ.*

Esa.51.9. Psal.33.10 Esa.29.15

1.Sam.2.6 psal.43.11 Esa.30.18.&41.8.& 54.5.

¶ *Potens ille*, ὁ δυνατός. Articulus hoc loco præstantiam declarat, & ὁ δυνατὸς Deum Græcis significat, sicut האל [*hael*] Hebræis: pro quo tamé Græci interpretes τὸν ἰσχυρὸν plerunque dicunt. Annotandus præterea Hebraismus, quo repetitur antecedens loco relatiui. Videbatur enim potius dicendum αὐτοῦ, vel ἐκείνου: id est Ipse vel Ille. ¶ *Cuius nomen*, καὶ ὄνομα αὐτοῦ. Hebraicè ושמו [*vschemo.*] Vulgata & Erasmus ad verbum, *Et nomen eius*. Apparet autem Hebraismum esse à Græcorum & Latinorum idiomate alienum, nempe quòd soleant Hebræi sua quæ vocant affixa nominibus subiicere.

50 *In omnes ætates*, εἰς γενεὰς γενεῶν. Vel, in omnem posteritatem. In quibusdam codicibus legitur eodem sensu, εἰς γενεὰς καὶ γενεάς. Significatur autem γενεᾶς appellatione id quod Hebr. דור vel עד, vel עולם [*dor, had, holam*] vocant, Græci etiam αἰῶνα, Latini æuum, vel seculum, vel ætatem: vt intelligamus promissiones Dei complecti perénia ac perpetua bona: denique nunquam excidere verbum Dei, quemadmodum loquitur Paulus: vt illud sit quod Hebræi dicunt לדור דורים, aut לעולם עולמים [*ledor dorim* aut *lebolam holamim.*] Vel hoc vocabulo declarantur nepotes cæterique deinceps posteri: vt sit hæc sententia, tantam esse Dei misericordiam vt non solos ipsos credentes, sed etiam eorum posteros faciat bonorum suorum participes in mille vsque progenies, quemadmodum ipse testatur Exod.20. Quòd si hanc interpretationem sequamur cum Vetere interprete, qui vertit, *A progenie in progenies*, id est ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάς, & cum Erasmo, qui ad verbum interpretatus est, *In progeniem & progeniem*: tum demum εἰς γενεὰς γενεῶν idem declarabit atque לבני בנים [*libne banim.*] id est *in filios filiorum*. Respicit autem Maria, atque adeò totidem verbis repetit quod scriptum est Psa.103.17. vbi vtriusque interpretationis exemplum extat. ¶ *Timentibus*, φοβουμένοις: id est religiosè ac reuerenter ipsum colentibus. Nam apud Hebræos יראת יי [*jireah*] totum Dei cultum declarat. Verbũ autem suppleui quod explendæ constructioni deerat.

51 *Forte facinus fecit*, ἐποίησε κράτος. vel, *Robur suum exeruit*. Sic apud Hebræos עשה חיל [*hoseh chajil*] vt Psalm.118.16. & Num.24.18. Vulg. *Fecit potentiam*. Eras. *Præstitit robur*: vterq; nimium obscurè, quum eiusmodi enallage vix habeat locum in Latino sermone. Syrus interpres vertit, perinde ac si scriptum esset, ἐκράτησε pro ἐνίκησεν, *obtinuit victoriam*. ¶ *Brachio suo*, ἐν βραχίονι αὐτοῦ. Pleonasmus hic est maximè energiæ, & Hebræis familiaris, apud quos etiã זרוע [*zeroah*] accipitur pro robore. ¶ *Dissipauit*, διεσκόρπισεν: id est פזר [*pizzar*,] translatione sumpta à turbine, qui paleas abreptas huc & illuc spargit: quæ similitudo frequenter occurrit in Prophetis, & optimè declarat fore vt superborum consilia à ventis (quod aiunt) auferantur: id est tanquam res inanissimæ pereant, vt scribitur Esaiæ capite vicesimonono: quod quidem caput videtur Maria hoc suo cantico quasi commentariis quibusdam illustrare. Vel הפיץ [*hephits*,] id est, ita comminuit vt frustà hinc & inde dissilierint: quæ interpretatio videtur respondere illi quod paulo antè dixerat ἐποίησε κράτος. Id autem Latini etiam Dispergendi verbo declarant, vt apud Terentium, *An tibi mauis cerebrum dispergi?* Itaque non reprehendo Veterem interpretem quod ad sententiam attinet: sed tamen hoc vocabulum repudiaui vt ambiguum. Quid si verò διεσκόρπισεν idem valeat atque apud Hebræos הפיר [*hephir*]? Video enim in sententia prorsus simili hoc vocabulum frequenter vsurpari, vt Psalm.33.10, & 2.Sam.15.34, & Iob.5.12. Quocunque tamen modo accipias, videtur Dissipandi vocabulum optimè conuenire. ¶ *Cogitatione*, διανοίᾳ. Accommodari hoc potest diuerso sensu ad verbum διεσκόρπισεν, vt significetur à Domino dissipari superbos, idque iis ipsis consiliis & artibus quibus conantur alios euertere: (comprehendit enim eos Dominus in astutia sua: & malum consilium, vt aiunt, ipsi consultori pessimum esse solet) aut dissipari superbos cum suis consiliis, aut denique propter praua eorum consilia. Vel coniungi potest cum nomine ὑπερηφάνους vt sit hæc sententia, eos à Domino dissipari qui sibi in consiliis suis placent. Mihi verò satis fuit Græca simpliciter conuertisse, vt nulli expositioni præiudicium adferrem.

52 *Potentes*, δυνάστας. Græco vocabulo vtitur ipse Cicero Philippica vndecima, & Seneca in Thyeste, *Anxius sceptrum tenet, & mouentes Cuncta dynastas*, &c. adeo vt appareat in Asia sic dictos quos Persæ satrapas vocabant, vt accipitur Actor.8.27. Nos tamen hîc noluimus nimium esse curiosi, quum satis constet ex antithesi, quoduis hîc significari qui opibus aut genere sint insignes: id est ἀγαθοὺς potius quàm ἐξόχους. ¶ *E thronis*, ἀπὸ θρόνων: vel è soliis. Videtur enim his nominibus augustius aliquid significari quàm sedis appellatione declaretur: quo tamen vocabulo Vetus interpres & Erasmus vti maluerunt. ¶ *Humiles*, ταπεινούς: id est vilis & abiectæ conditionis homines. quod placuit rursus obseruare, nequis inter ταπεινοὺς & ταπεινόφρονας nullum discrimen constituat: quanuis hoc quidem loco ταπεινοὶ dicantur qui non modò inter homines sunt infimi, sed etiam coram Deo nihil prorsus sibi tribuunt, & verè pauperes sunt spiritu, quales sunt plerique veri Ecclesiæ ciues.

53 *Famelicos*, πεινῶντας. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Esurientes*: quibus opponuntur πλουτοῦντες. Sed apparet participia loco nominum, quæ verbalia vocant, esse posita, Hebræorum more. Deinde verò ostendit antithesis non vocari famelicos, id est רעבים [*rehebim*], eos qui simpliciter esuriant. (possunt enim esurire etiam qui ditissimi sunt) sed eos qui ad extremam inopiam redacti sunt, quos Hebræi אביונים [*ebionim*] vocant ab אבה [*abah*] quod Concupiscere & desiderare declarat. Est igitur vehementior antithesis quàm si πεινῶντας opposuisset πλουσίους. Conueniunt autem hæc Mariæ verba cum iis quæ ab Hanna referuntur 1.Sam.2.6. ¶ *Ablegauit*, ἐξαπέστειλε. Vulg. & Erasm. *Dimisit*: id est ἀφῆκεν, vel ἀπέλυσεν. Sed vtendum certè hic est vocabulo duriore, quale est Ablegare à se, & amandare.

54 *Suscepit*, ἀντελάβετο: id est prostratum, porrecta manu erexit, vt explicatur Iobi 8.20. Est enim (vt inquit Galenus) τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι manus proprium, & ex antecedente intelligitur consequens. quod Hebræi declarant verbo תמך [*tamach*,] vtitúrque eo Esaias 43.10. quem etiam locũ videtur Maria cantico suo accommodare. Cicero sic solet hæc duo SVSCIPERE & TVERI, coniungere. Vide Rom.14.1. ¶ *Puerum suum*, παιδὸς αὐτοῦ: id est seruum suum: quanquam etiam vocatur filius, & quidem primogenitus. Exodi 4.22. Sed videtur Maria (vt modò dixi) ista repetere ex Esa.41.8. & 9. vbi dilertè dicitur Israel à Domino עבדי [*habdi*,] id est Seruus meus. Simpliciter tamen Græca conuerti, vt suum cuique iudicium integrum maneat. ¶ *Vt memor esset*, τοῦ μνησθῆναι. Id est לפקד [*liphkod*] quod perinde est ac μνησθεὶς, recordatus, vt vertit Syrus. Id est vt se promissæ misericordiæ memorem esse reipsa declararet. intelligitur enim consequens ex antecedente. Alioqui recordatio promissi ordine antegreditur eius præstationem.

55 (Καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ) εἰς τὸν αἰῶνα.

56 Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς· καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

57 Τῇ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτήν· καὶ ἐγέννησεν υἱόν.

58 Καὶ ἤκουσαν οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς ὅτι ἐμεγάλυνε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ᾽ αὐτῆς· καὶ συνέχαιρον αὐτῇ.

59 Καὶ ἐγένετο, ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἦλθον περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Ζαχαρίαν.

60 Καὶ ἀποκριθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπεν, Οὐχί· ἀλλὰ κληθήσεται Ἰωάννης.

61 Καὶ εἶπον πρὸς αὐτήν, Ὅτι οὐδείς ἐστιν ἐν τῇ συγγενείᾳ σου ὃς καλεῖται τῷ ὀνόματι τούτῳ.

62 Ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν.

63 Καὶ αἰτήσας πινακίδιον, ἔγραψε, λέγων, Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἐθαύμασαν πάντες.

64 Ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ· καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν Θεόν.

65 Καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτούς· καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα.

55 ‖(Prout loquutus est patribus nostris, *nimirum* Abrahamo, & semini eius) in æternum.

56 Mansit autem Maria cum illa quasi menses tres: & *postea* reuertit domum suam.

57 Elisabetæ verò completum est tempus ad pariendum: & peperit filium.

58 Et audierunt accolæ & cognati eius, Dominum magnifica misericordia sua vsum esse in eam: ‖ & ei gratulabantur.

59 Et factum est, vt die octauo venerint ad circuncidẽdũ puerulum, Vocabant autẽ eũ ex nomine patris ipsius, Zachariam.

60 Sed respondens mater eius ait, Nequaquam: sed vocabitur Ioannes.

61 Et dixerunt ad eam, Nemo est in cognatione tua qui vocetur isto nomine.

62 Innuebant autem patri eius quid vellet eum vocari.

63 Isque postulata tabella scripsit, dicens, ‖ Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt omnes.

64 Apertum est autem os eius illico, & lingua eius: & loquebatur benedicens Deo.

65 Ortus est igitur metus omnibus accolis eorum: & in tota montana regione Iudææ diuulgata sunt omnia verba ista.

55 *(Sicut loquutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius) in secula.*

56 *Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domum suam.*

57 *Elisabet autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.*

58 *Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa: & congratulabantur ei.*

59 *Et factum est, in die octauo venerunt circuncidere puerum, & vocabãt eum nomine patris sui Zachariam.*

60 *Et respondens mater eius, dixit, Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.*

61 *Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine.*

62 *Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum.*

63 *Et postulans pugillarem scripsit, dicens, Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi.*

64 *Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.*

65 *Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Iudææ diuulgabãtur omnia verba hæc.*

Gen.17.19. & 22.17. psal.132.11

Ioannis natiuitas nouis miraculis illustratur.

Suprà 25.

Suprà 13.

55 *Loquutus est*, ἐλάλησε: id est pollicitus est. Sic enim etiam accipitur apud Hebræos אמר [*amar.*] ¶ *Nimirum*] *Abrahamo*, τῷ Ἀβραάμ. Rectè annotat Erasmus Lucam variasse constructionem verbi ἐλάλησε: quod vt planius esset, adiecit particulam *nimirum* & *Abrahamo* Latina terminatione conuertit. ¶ *Et semini eius*, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. Hebræi ולזרעו [*zarho*] id est posteritati eius, vt alibi diximus. Intelligit autem Isaacum, Iacobum, Dauidem, quibus nominatim Dominus renouauit promissionem factã Abrahamo, nisi aliter placeat explicare, vt statim dicam. ¶ *In æternum*, εἰς τὸν αἰῶνα. In quibusdam codicibus legitur ἕως αἰῶνος, in æternum vsque. Cæterùm in vetustis exemplaribus, atque adeo in Theophylacto Romano, ista sic distinguuntur vt hæc omnia καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, includantur parenthesi, & εἰς τὸν αἰῶνα connectatur cum superiore versiculo. Ego verò quanuis nihil immutarim contra tot exemplarium consensum, tamen puto hæc posse etiam legi sine parenthesi. Neque enim video cur non potius Lucas hæc annexuisset ipsi versiculo superiori. Fortassis igitur hæc est sententia, Dominum misertum esse Israëlis extremo hoc tempore, vt ostenderet se memorem esse misericordiæ, quemadmodum pollicitus est maioribus, sese videlicet misericordia vsurum tum erga Abrahamum, tum erga ipsius posteros: idque non ad certum vsque gradum posteritatis, sed in infinitum vsque.

58 *Magnifica misericordia sua vsum esse*, ἐμεγάλυνε τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Vulg. *Magnificauit misericordiam suam* id est, (vt loquuntur Hebræi) ויגדל חסדו [*vajagdel chasdo.*] sicut scriptum est Genes.19.19.

62 *Innuebant*, ἐνένευον, id est, signis & nutibus petebant, quod loquendi genus ortum est ex vulgi consuetudine, vt alia multa, veluti quod paulo antè vsurpauit, qui diceret, Venisse vt circuncideret puerum, pro, Venisse vt circuncisioni pueri interessent. ¶ *Quid*, τὸ τί id est quo nomine. Abundat autem articulus, pleonasmo Atticis familiari, vt in illo Aristoph. exemplo quod citat Budæus, εἰπέ μοι. Σωκράτιον τὸ τί;

63 *Dicens*, λέγων: id est In hæc verba: vel est pleonasmus quem alibi diximus Hebræis esse familiarem, apud quos infinitis locis abundat לאמר [*lemor.*] vt apud Herodotum ἔφη λέξας.

64 *Apertum est*, ἀνεῴχθη: id est, restitutus est illi vsus vocis quem amiserat. Videtur enim quodammodo illius os occlusum qui loqui non possit: qua ratione dicuntur etiam cæcorum oculi, & surdorum aures aperiri, vt scribitur Esa.35. versu 5. ¶ *Lingua eius*, ἡ γλῶσσα αὐτοῦ. In editione Complutensi additur διηρθρώθη: quo verbo significatur soluta fuisse linguæ vincula, vt iam posset articulatè & distinctè loqui. Sed videtur repeti posse verbum ἀνεῴχθη, id est נפתח [*niphtah*,] quo apud Hebræos etiam significatur solui ac liberari è vinculis. Ita vt duplex sit illius verbi notatio in hoc versiculo, quarum vna alteram consequitur: sic apud Homer. οἶνον καὶ σῖτον ἔδοντες, & Marc.7.35. dicitur surdo & muto διανοίχθητι. ¶ *Benedicens Deo*, εὐλογῶν τὸν Θεόν. Id est Deum celebrans cum gratiarum actione, vnde factum vt Vetus interpres hoc verbum cum quarto casu construeret barbarè. Idipsum verò Benedicendi verbum in Ecclesia tam solenne mihi religio fuit mutare.

65 *Ortus est*, ἐγένετο. Vulgata, *Factus est*. Erasmus, *Peruasit* id est διῆλθεν. Infrà verò Act.5.5. ita vertit vt nos hoc loco. ¶ *Accolis*, τοὺς περιοικοῦντας. Sic Cicero Ennenses, Siciliæ populum vocat Cereris accolas, quòd apud eos Ceres diceretur habitasse. Vulg. & Eras. *Vicinos* interpretantur, id est, γείτονας. cuius vocabuli visa est mihi nimis angusta significatio. Dicuntur enim hoc loco Perioeci, id est accolæ, omnes illi qui totum illum regionis tractum incolebant, vt declarat sequens membrum. Alioqui apud geographos multo latius patet perioecorum appellatio, qua intelliguntur omnes ij qui sub eadem parallelo habitant. ¶ *Diuulgata sunt*, διελαλεῖτο: id est ad verbum, sermonibus omnium celebrata sunt, pro quo dixit Matth.28.15. διεφημίσθησαν. Positus enim hic est ἑνικὸς numerus ἀντὶ πληθυντικοῦ. ¶ *Omnia verba ista*, πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα: id est quicquid ibi dictum aut factum fuerat

66 Καὶ ἔθεντο πάντες οἱ ἀκούσαντες, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, λέγοντες, Τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται; Καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ.

67 Καὶ Ζαχαρίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου, καὶ προεφήτευσε λέγων,

68 Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ.

69 Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ·

70 Καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ,

71 Σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς.

72 Ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ·

73 Ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν

66 Et omnes qui audierũt, reposuerũt *ea* in corde suo, dicẽtes, Quisnã puerulus hic erit? Manus autẽ Domini erat cum eo.

67 Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto; prophetauítque, dicens,

68 Benedictus *esto* Dominus Deus Israelis quòd inuiserit & redemerit populum suum.

69 Et erexerit cornu salutis nobis in domo Dauidis pueri sui:

70 Prout loquutus est per os sanctorum, qui à seculo fuerunt, Prophetarum suorum,

71 *Fore vt nos* seruaret ex inimicis nostris, & è manu omnium qui oderunt nos.

72 Vt vteretur misericordia erga patres nostros, ac memor esset pacti sui sancti:

73 Et iurisiurandi quòd iurauit Abrahamo patri nostro, *nimi-*

66 *Et posuerunt omnes qui audierãt, in corde suo, dicentes, Quis, putas, puer, iste erit? Et enim manus Domini erat cum illo.*

67 *Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit, dicens,*

68 *Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit & fecit redemptionem plebi suæ.*

69 *Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.*

70 *Sicut loquutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, Prophetarum eius,*

71 *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.*

72 *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari Testamenti sui sancti.*

73 *Iusiurandum quod iurauit ad Abrahã patrem*

Ioannes vixdũ natus, auctoritate Spiritus sancti, muneri suo initiatur. Infra 1.30 matt. 11.2.

Psal. 72. 17.

Psal. 132. 18. iere. 23. 6. & 33. 14.

Gen. 22. 18. iere. 31. 33. hebr. 6. 13. 17.

66 *Reposuerunt*, ἔθεντο. Hebraicè שמו [*schamu*:] id est diligenter & attentè cõsiderarunt, & velut infixerũt animo. Sic apud Homerum sæpe, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι, pro quo Virgilius, *Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas*. Et alibi, *memori quæ condita mente teneto*. ¶ *Manus autem Domini*, &c. καὶ χεὶρ Κυρίου, &c. Hebraicè יד יהוה היתה עליו [*iad Iehouah hatah halau*.] præsens Dei fauor & singularis quædam virtus in eo apparebat, sicut Ezech. 1. 3, appellatione Manus Dei intelligitur Spiritus prophetiæ. Non dissimili ratione Pindarus Olymp. 10, dixit, Θεοῦ σὺν παλάμᾳ: id est τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει καὶ βουλῇ. Cæterùm Vulg. conuertit *Etenim manus*, καὶ γὰρ χείρ: quod etiam scriptum legimus in quodam codice. & videtur non malè conuenire.

68 *Benedictus*, εὐλογητός. Subauditur ἔστω. Perinde enim est acsi dixisset, ἐπαινείσθω, vel δοξαζέσθω: id est, laudetur ac prædicetur. Vel, εὐλογητὸς declarat omni gloria & laude dignum, vt incipiat Zacharias ab epiphonemate. Nos autem libenter retinuimus hoc etiam loco Benedicendi vocabulum, tanquam theologis familiare, cuius significationem alibi exposuimus. ¶ *Quod inuiserit*, ὅτι ἐπεσκέψατο. Hebr. פקד [*pakad*:] id est quòd se memorem esse declarauerit populi sui: adeo quidem vt filium miserit qui præsens eos inuiseret, & infinito pretio redimeret. Ita enim loquitur Dominus Exod. 3. 8. quem locum videtur respexisse Zacharias: simul tamen designans Deum re ipsa iam præstitisse quod olim adumbrarat: id est velut è cælis verè filium ipsum suũ misisse vt verum Israëlem à captiuitate diaboli, peccati & mortis, sanguine ipsius redimeret. Itaque propriam significationem verbi פקד [*pakad*] retinendam putaui, quo ipsa Filij Dei in carnem missio & præsentia disertè exprimuntur. Castelliõ nuper, admodum frigidè & ambiguè, totum hunc locum est interpretatus, quum diceret Deum procurasse populi sui liberationem. Nam (vt emphasin verbi ἐπισκέπτεσθαι prætercam, de qua modò dixi) vel Christi beneficium quantum in nos extet, nõn satis intelligit, vel nimiũ parcè illud prædicat, qui ex Iesu, id est vnõ & solo nostræ salutis auctore, facit salutis nostræ procuratorem. Denique nimium ieiunè Deum laudat qui ab eo dicit id esse procuratum aut etiam administratum, quod ipse solus vltro & inchoauit & perfecit. ¶ *Redemerit*, ἐποίησε λύτρωσιν. Hebraicè עשה גאלה [*hasah gheullah*.] Est autem periphrasis quam vno verbo malumus explicare, vt cõstructio quæ Hebræa potius est quàm Græca vel Latina melius cohæreret. Nam solere interdum diuersas constructiones sic coniungi ab Heb. vel illud Iere. 3. 16. satis ostendit ולא יזכרו בו ולא יפקדו [*velo yzcheru bo velo ypkedu*] id est, *nec recordabuntur eius, nec visent*, eam videlicet. Sed hoc obseruandum est, quum multæ sint liberationis species, eam demum significari λυτρώσεως nomine, quæ nec vi, (vt olim contigit, quum Dominus populum eriperet Pharaoni) nec cum bona hostium gratia (vt quum populus Babylone reuerteretur) sed multo persoluto pretio, non ipsi Satanæ à quo capti tenebamur, sed ipsi Deo patri persoluto, qui nos iusto suo iudicio Satanæ, peccato, morti manciparat, impetratur. Ideo toties repetit Apostolus nos sanguine Christi redemptos, ingenti videlicet illo pretio quod olim adumbrabatur victimarũ cruore, vt de redẽptione nostra dubitare sit nefas. Hoc itaque videtur idẽ Castellio nuper non satis considerasse, quum λύτρωσιν interpretaretur liberationem.

69 *Et erexerit cornu salutis*, ἤγειρε κέρας σωτηρίας. Hebr. הרים קרן הישועה [*herim keren haieschuhah*.] Est autem totum hoc dicendi genus trãslatitium, quo significatur, quũ planè collapsæ viderentur vires Israelis, ac in primis actum esse videretur de magnificis illis promissis Dauidi factis, Dominum excitasse Christum illum suum, sicut scriptum est Amos 9. 11. qui inuicto suo robore, tanquã cornu quodam, prostratis aduersariis Israelis, æternum illud regnum assereret. Est enim Hebræis familiare קרן [*keren*] id est cornu, pro vi & robore vsurpare, translatione sumpta ab animalibus cornupetis, vt 2. Sam 22. 3, & quidẽ adiecto verbo הרים [*herim*,] quod respondet τῷ ἐγείρειν, quum agitur de amissæ potestatis aut virium instauratione, vt 1. Sam 2. 10. & nominatim etiam vbi agitur de Messia, vt Psal. 132. 17.

70 *Loquutus est*, ἐλάλησε. Heb. אמר [*amar*:] id est disertè promisit, vt suprà diximus vers. 55. ¶ *A seculo*, ἀπ' αἰῶνος. Heb. מעולם [*meholam*] i. à condito mundo, vt Psal. 119. 52. & Act. 3. 21. Interdum verò idem declarat ἀπ' αἰῶνος quod ab æterno, vt Psal. 52. 2. & alibi sæpe.

71 [*Fore vt nos*] *seruaret ex inimicis*, σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν. Vul. ad verbũ, *Salutẽ ex inimicis*, Refertur autẽ σωτηρίαν ad verbũ ἐλάλησε, quẽadmodũ & sequẽtes versiculi duo, Sed quia durior videri posset ista traiectio, rectè fecit Eras. qui quæsita periphrasi studuerit illã emollire. Sed in ipsa periphrasi ab eo dissẽtio. Nã interpretatur, *Fore vt seruaremur ab inimicis* cuius interpretationis amphiboliam nemo non videt. Malui igitur vti verbo ἐνεργητικῷ, & seruare præpositionem ἐξ.

72 *Vt vteretur misericordia*, ποιῆσαι ἔλεος. Vulgata ad verbum, *Ad faciendam misericordiam*. Sic Hebr. לעשות חסד [*lahasoth chesed*,] quod esset in Latino sermone obscurius. ¶ *Memor esset*, μνησθῆναι: id est, re ipsa declararet se memorẽ esse: quomodo etiam accipitur hoc verbum supra vers. 54. ¶ *Pacti*, διαθήκης, Vel, testamenti. Vide Matth. 26. 28.

73 *Et iurisiurandi quod iurauit*, ὅρκον ὃν, &c. Apud Theophylactum legitur ὅρκου οὗ, & rectius, (opinor) vitata videlicet mutatione constructionis. Nam etiamsi legas quarto casu ὅρκον, non videtur tamen subaudienda præpositio κατὰ (quæ ellipsis in hoc dicendi genere est prorsus inusitata) sed est potius mutatio constructionis Hebraica. Hebræis enim verbum זכר [*zachar*,] iungitur & genitiuo casui, absque articulo videlicet, & accusatiuo, vt Græcis μέμνημαι, & Latinis Memini, apud quos tamen vix reperias diuersas eiusdem verbi in eadem periodo constructiones, nisi varietur etiam significatio. Ponitur ergo ὅρκον vel ὅρκου in appositione, sicut loquuntur Grammatici, vt explicetur vocabulum διαθήκης præcedens. Ideo addidimus coniunctionem *Et*, vt intelligatur epexegesis.

πατέρα ἡμῶν, τοῦ δοῦναι ἡμῖν·

74 Ἀφόβως, ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας, λατρεύειν αὐτῷ.

75 Ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν.

76 Καὶ σὺ παιδίον, προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ.

77 Τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

78 Διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους·

rum se daturum nobis,

74 Vt sine metu, e manu inimicorum nostrorum liberati, ipsum colamus.

75 Cum sanctitate & iustitia in ipsius conspectu, cunctis vitæ nostræ diebus.

76 Tu verò puerule, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, vt pares vias eius:

77 Et des cognitionem salutis populo eius, per remissionem peccatorum ipsorum.

78 Ex intima misericordia Dei nostri, qua inuisit nos is qui prodit ex alto:

nostrũ, daturum se nobis,

74 *Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.*

75 *In sanctitate [illegible] iustitia coram ipso [illegible]ibus diebus nostris.*

76 *Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:*

77 *Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum.*

78 *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos, oriens ex alto.*

1. Pet. 1. 15

Malac. 4. 2. zach. 3. 8. & 6. 12. la. 3. 17.

¶ [*Se*] *daturum nobis*, τοῦ δοῦναι ἡμῖν. Hebraicè לתת לנו [*latheth lanu*.] Deut. 26. 3. Eras. *Vt daret nobis*: vt videatur etiam τοῦ ποιῆσαι retulisse ad verbum ἐλάλησε, quod non possum probare. Apparet enim potius explicari his verbis iusiurandũ ipsum, id est quid illud sit quod Deus iureiurando promiserat Patribus. Ideo hæc accipio εἰδικῶς potius quàm τελικῶς. Nam etsi videtur articulus τοῦ indicare subintelligendam esse ἕνεκα, (quæ particula finem declarat) tamen hoc ego nihil moror. Puto enim Hebraismum esse, & articulum τοῦ respondere seruili literæ ל, quæ non minus accipitur εἰδικῶς quàm τελικῶς. Itaque Deut. 4. 21. quod Hebr. legimus לבלתי עברי [*lebilti hobri*] & ולבלתי בוא [*vlebiltibo*,] Græci verterunt, ἵνα μὴ διαβῶ, & ἵνα μὴ εἰσέλθω, pro ὅτι μὴ διαβήσομαι & ὅτι μὴ εἰσελεύσομαι. Præterea τοῦ δοῦναι perinde cõuerti acsi scriptum esset δώσειν, vel ὅτι ἔμελλε δοῦναι, Veterem interpretem sequutus: à quo tamen in ea re dissentio quòd hæc videatur præcedentibus coniunxisse, vt nunc quidem ista imperitè in templis cantantur, quum potius pertineant ad sequentia.

74 *Sine metu*, ἀφόβως. Hebr. לבטח [*labetach*:] id est (vt loquitur Paulus Eph. 3. 12) ἐν πεποιθήσει. Neque enim φόβον hîc vocat religiosum illum timorẽ qui alio vocabulo dicitur εὐλάβεια, & præcipua pars est pietatis: sed futuri mali ægritudinem, quam Latini metum vocant. Ea verò pugnat ex diametro cum fiducia illa filiorum Dei, qui fide iustificati pacem habent, vt loquitur Paulus Rom. 5. 1. Hæc igitur vt distinguerem ἀφόβως potius conuerti *Absque metu*, quàm *Sine timore*, cum Vetere interprete & Erasmo. Cæterùm Theophylactus hoc aduerbium coniungit cum participio ῥυσθέντας & interpretatur ἀκινδύνως. id est sine vllo nostro periculo: Christus enim, inquit quiescentibus nobis crucifixus est. Sed vberior erit sensus & minus coacta interpretatio si ad λατρεύειν potius retulerimus. ¶ *Ipsum colamus*, λατρεύειν αὐτῷ. Vide Matt. 4. 10.

75 *In ipsius conspectu*: ἐνώπιον αὐτοῦ. Hebr. לעיניו [*lehenau*,] id est quam ipse Deus animorum scrutator approbet vt minimè simulatam, vt diximus sup. 6. ¶ *V[itæ] nostræ*, τῆς ζωῆς ἡμῶν In duobus codicibus nõ legitur τῆς ζωῆς: neque etiam Vetus interpres legit. Est autem hic vers. desumptus ex Psal 56. extremo.

76 *Tu verò* καὶ σύ. Videtur καὶ omnino accipi pro δὲ hoc loco, vt alibi sæpe. Ita enim melius notatur apostrophe. In quodam codice scriptum legimus, καὶ σὺ δὲ, Sed & tu. ¶ *Puerule* παιδίον. Vulgata & Erasmus, *Puer*. Videtur autem aliqua esse emphasis diminutiui, hoc saltem loco minimè negligenda, perinde acsi diceret Zacharias, Tu verò puerule qui nunc tantillus es, tamen in hoc Christi regno veluti primus lucebis. Eris enim Altissimi præco, & viam ad salutem cæteris præmunies. ¶ *Altissimi*, ὑψίστου Hebraicè עליון [*habelion*,] id est Dei, vt diximus supra versu 35. ¶ *Vocaberis*, κληθήσῃ: id est eris, & quidem publico testimonio. Vide Matth. 5. 9. & 1. Ioan. 3. vers. 1. ¶ *Ante faciem Domini* πρὸ προσώπου τοῦ κυρίου Retinui Hebraismum, cuius maxima vis est hoc in loco, vt idem valeat atque ipsimet Domino coram præsenti, & Ioannes à cæteris Prophetis discernatur, qui & ipsi alioqui Christo præierunt, sed multis post seculis venturo.

77 [*Et*] *des*, τοῦ δοῦναι. Iterum putaui particulam *Et* adiiciendam, vt intelligatur epexegesis. Explicat enim quomodo Ioannes præparaturus sit viam Domino, nimirum quod annuntiaturus esset salutem in sanguine agni illius quem etiam erat commonstraturus digito. Dare autem cognitionem, ex Hebræorum idiomate, id est לתת מדע [*latheth maddah*] hoc loco dicitur qui aliis aditum patefacit ad rem quampiam cognoscendam. Nam quum idem dicitur de Deo, longè maiorem habet emphasin, vt Dan. 1. 17. ¶ *Per remissionem*, ἐν ἀφέσει. Hebraicè בסליחת עונות [*baselichath hauonoth*.] Nam alioquin admodum rarò additur præpositio huic casui, quum causam declarat instrumentalem aut quasi instrumentalem. Est autem remissio peccatorum, modus ipse per quem Deus pater nos in Filio seruat, vt docet Paulus Ro. 4. 7, ex illo Dauidis versu, *Beati quorum remissæ sunt iniquitates*. Vulg. *In remissionem* i. εἰς ἄφεσιν. Nam sæpe permutantur ἐν & εἰς, sed præstat accipere ἐν ἀφέσει pro διὰ ἀφέσεως.

78 *Ex intima misericordia*, διὰ σπλάγχνα ἐλέους Hebraicè ברחמים חסדו [*berachamim chesdo*] id est inde ex ipsis visceribus sese exerentem misericordiam. Alij putant hoc dicendi genere declarari eum amorem quo solent matres complecti sua viscera, id est suos natos. quæ interpretatio sensum eundem gignit atque superior. Sed videtur hîc adũbrare Zacharias Christi ἐνσάρκωσιν, qui ex ipso Patris sinu ad nos missus est. Est igitur magna vis huius Hebraismi: de quo etiam antea diximus, quum explicaremus verbum σπλαγχνίζεσθαι, quod respondet Hebræorum verbo רחם [*racham*.] Vulg. & Eras. conuerterunt *Per viscera*: id est διὰ σπλάγχνων: quanquam, quod ad sententiam attinet, exiguũ est in istis discrimen, nisi quũ subtilius distinguendæ sunt causæ salutis nostræ. ¶ *Qua*, ἐν οἷς: id est per quæ viscera, & qua misericordia impellente. Vulgata ad verbum, *In quibus*, nimium obscurè. Abundat autem iterum præpositio ἐν ex Hebræorum idiomate, quod paulo ante exposuimus. ¶ *Is qui prodit*, ἀνατολή. Hebr צמח [*tsemach*.] vocatur enim hoc nomine Messias, ipso etiam teste Chaldæo paraphraste, Ierem. 23. 5. Zach. 3. 8. & 6. 12. quibus locis Græci interpretes conuerterunt ἀνατολήν, noua id quidem significatione. Nam ἀνατολὴ quum de Sole dicitur, vel ipsum Solis exortum, vel eam cæli partem declarat vnde Sol exoritur: quum autem rerũ aliarum aut etiam ipsorum hominũ ortui translatitiè tribuitur (vt Heb. 7. 14. dicitur Dominus ἀνατεταλκέναι ἐξ Ἰούδα) nihil aliud declarat quàm earũ rerum exortũ. In illis verò locis Ieremiæ & Zachariæ, & hic quoque, idipsum quod exoritur, vocatur צמח [*tsemach*,] & Græci disertiores (quod sciam) ἀνατολὴν nusquam, sed βλαστὸν vel βλάστημα vocant. Homerus autẽ ὄζον sæpe appellat, vt Latini Stirpem. Neque verò dubito quin eò respiciens alter hic Zacharias in hoc suo cantico, Filij Dei manifestationẽ in carne, & diuinum ipsius conceptus & ortus arcanum his verbis indicarit. Addit enim ἐξ ὕψους id est ex alto. pro quo Hebræi dicunt ממרום [*mimmarom*] è cælo videlicet, vt sit antithesis cæterarũ velut plantarũ, quę omnes è terra germinant: hæc autem è cælo, vnde panis ille viuus in partes inferiores terræ descendit. Vulg. & Eras. *orientem* interpretantur. Nã & propria hæc significatio est ἀνατολῆς, & mox fit tenebrarũ & lucis mentio. Neque verò hanc interpretationem prorsus repudio, quũ Messias passim Lux & Sol dicatur Sed quum in illis Ier. & Zachar. citatis locis Græci interpretes vsi sint ea, quã dixi significatione, nomine ἀνατολῆς, & durum sit ἀνατολὴν pro Sole ipso accipere, atque adeò quum nihil obstet quominus Zachariam dicamus ad di-

uersas prophetias respicientem, diuersas etiam metaphoras in vno vocabulo coniunxisse, sicut in re prorsus simili Psal. 97. 11. dicitur Lux sata esse iusto: puto sanè Germen potius quàm Solem hoc loco intelligi, quomodo etiam in prioribus editionibus hanc vocem sum interpretatus. Nunc verò quum nonnullos audirem hac [illegible]uitate offensos, conuerti perinde ac scriptum sit ὁ ἀνατολῶν, partim ne quis per Orientem, intelligat illam cæli plagam: partim etiam quòd hæc interpretatio vtramque illam explicationem nullo cum præiudicio admittat. Cæterùm in quodam codice Argentoratensis editionis scriptum legi ἀνατολῇ tertio casu, vt sit hæc sententia, Dominum nos respexisse suo exortu ex alto: qui sensus bene quidem conuenit, sed ei repugnat summus reliquorum exemplarium etiam manuscriptorum consensus: & manifesta est allusio huius loci ad vaticinia illa Ieremiæ & Zachariæ quæ paulo antè citaui, in quibus Messias dicitur ἀνατολὴ recto casu, & quasi proprio nomine. postremò, istud quoque lectionem illam refellit, quòd ita videretur ipsi patri tribui incarnatio.

Ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης. | 79

80 | Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι· καὶ ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ.

79 Vt appareat iis qui in tenebris & vmbra mortis positi sunt, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

80 Ipse autem puerulus crescebat & corroborabatur Spiritu: fuitque in desertis illis locis ad eum vsque diem quo se ostenderet Israeli.

79 *Illuminare iis qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.*

80 *Puer autem crescebat & confortabatur Spiritu: & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.*

Κεφάλαιον β.

1 ΕΓένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

2 (Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου)

CAP. II.

1 FActum est autem diebus illis, vt prodierit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur totus terrarum orbis.

2 (Hæc descriptio prima facta est præsidente Syriæ Cyrenio)

CAP. II.

1 *FActum est autem in diebus illis, exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.*

2 *(Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino)*

Filius Dei, forma serui accepta exinanitur, in stabulo nascitur.

Idem tamen per Augustum, regu[illegible] huius mu[illegible] maxi[illegible] (quanuis nihil tale cogitantem) sibi cunas præparat Bethlehemæ, vt Prophetæ prædixerant.

79 *Vt appareat*, ἐπιφᾶναι. Hîc germen illud è cælo exoriens confertur cum sole, quemadmodum Messias sæpe Sol iustitiæ & Lux ipsa in vtroque Testamento dicitur: & in genere apud Hebræos Tenebrarum appellatione calamitas intelligitur, ac vicissim Lucis nomine liberatio, & quæ illam consequitur felicitas. ¶ *Vmbra mortis*, σκιᾷ θανάτου: id est vmbrosa & tenebricosa morte. Vide Matth. 4. 16. ¶ *In viam pacis*, εἰς ὁδὸν εἰρήνης: id est, in eam viam quæ ad veram felicitatem ducit. Nam Hebræi Pacis nomine eum statum intelligunt in quo aliquis meritò acquiescat. Etsi autem multi multos sibi & diuersos fines proponunt, tamen res ipsa ostendit, eos demum rectam viam ingredi qui Christum vnicum ducem sequuti, ad alteram illam vitam contendunt.

80 *Ad eum vsque diem quo se ostenderet*, ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ. Vulgata ad verbum, *Vsque ad diem ostensionis suæ*. Ego, vt perspicuitati studerem, à Græcis aliquantulum deflexi, nulla sensus iniuria.

IN CAP. II.

1 *Prodierit*, ἐξῆλθε. Vel, vt Vulg. & Erasmus, *Exijt*, id est in publicum emanauit. Vide Mar. 8. 10. ¶ *Vt describeretur*, ἀπογράφεσθαι, id est vt descriptis omnium ciuitatum capitibus, intelligeretur quæ cuiusque regionis, vrbis familiæ, domus facultates essent. Ideóque vertit Erasmus, *Vt censeretur*: rectè quidem: sed tamen hoc potius respondet τῷ τιμᾶσθαι: & Latini etiã Describendi vocabulo vtuntur eadẽ significatione qua Græci τῷ ἀπογράφεσθαι. ¶ *Totus orbis*, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Ad verbum, Tota habitabilis, ita vt subaudias γῆν Terra. Sed hoc dictum est ὑπερβολικῶς, quum significetur [illegible] duntaxat terræ portio quæ Romanis parebat. quod explicans Syrus interpres vertit [illegible] כלה עמא דאחידנה [*chulloh hamma deuthdeneh*.] id est omnis populus ditionis ipsius. Arroganter enim Romani sese vniuersi orbis terrarum dominos vocarunt, vt hodie illius bestiæ imago sese œcunomicum patriarcham appellat. Regnabat autẽ in Iudæa Herodes, sed precariò, & [illegible], vt testatur App. Est igitur hæc descriptio prorsus alia quàm illa cuius meminit Iosephus lib. antiq. 18. cap. 1. quod plerosque mirum est non animaduertisse. Nam hæc quidem fuit vniuersalis, illa verò Iudææ & Syriæ duntaxat: & rursum ista sub Herode Magno instituta est, illa non paucis pòst annis, quum videlicet, Archelao post nouem annorum imperium Viennam Allobrogum relegato, Iudæa tunc primùm in prouinciæ formam redigeretur. Hæc denique quum ad Romani imperij statum vniuersum pertineret, absque vllo tumultu peracta est, neque à Iosepho commemoratur: illa verò Iudæis tum primùm Romano [illegible] iugum penitus subire coactis, multis seditionibus causam præbuit. Ac videri quidem posset hoc illud ipsum esse quod refert Dio lib. 56. *Augustus*, inquit, *quum alendis exercitibus, quibus imperiũ Romanum continebatur, vi esimam instituisset, & id tributũ omnes ægerrimè ferrent, adeo vt quiduis potius passuri viderentur, constituit tributum ex agris & ædibus colligere. Statim igitur*, inquit, μηδὲν εἰπών, μηθ' ὅσον, μηθ' ὅπως αὐτὸ δοθῆναι, ἐπεμψεν ἄλλους ἄλλῃ, τά τε τῶν ἰδιωτῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων κτήματα ἀπογραψομένους. id est, *quum non dixisset vel quantum, vel quemadmodum illud daretur, alios alio misit, qui priuatorum hominum ipsarúmque ciuitatum bona describerent.* Possent igitur hæc Dionis verba videri ad hanc orbis descriptionem pertinere, cuius hîc fit mentio, nisi repugnaret temporis series. Id enim ipse refert ad annum imperij Augusti penultimum quũ Christus annum iam ageret decimũ quartum. Itaque si quis hîc est coniecturæ locus, existimarim Augustũ pro suo iure, quum Romani imperij breuiariũ conficeret, huiusmodi descriptionẽ instituisse: non vt noua tributa exigeret, sed vt totius imperij facultates, copias, vires, ac prouentus quotidianos intelligeret. Quamobrẽ etiam nullus est eo tempore in Iudæa excitatus tumultus, sicut postea factum est quũ Archelao pulso, & Iudæa à Cyrenio in prouinciam redacta, tributa à Romanis exigerentur. Neque enim alia ratione confici potuit hoc breuiarium, de quo post Suetonium hîc scribit Dio eodem libro, *Ab Augusti morte*, inquit, *prolata sunt quatuor ipsius volumina, quorum tertium*, τά τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τὰ τῶν προσόδων, τῶν τε ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων, τό τε πλῆθος τῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα εἰς τὴν ἡγεμονίαν φέροντα ἦν εἶχε: id est, *Complectebatur quæ ad milites, quæque ad reditus, sumptúsque publicos pertinebant, item quanta pecuniæ summa in fisco esset, & quæcunque eiusmodi ad imperium spectabant.* Cogitandum autem eruditis relinquo, an ad hoc edictum pertineat Lustrum illud quod à se factum post annũ alterũ & quadragesimum Augustus ipse commemorat in Ancyranis illis marmoreis parietibus, quarum paucis ab hinc annis edita sunt fragmẽta, quum summo consensu dies Domini natalis in illum ipsum annum Augusti incidat, vt cui tribuãtur anni quinquaginta sex.

2 *Prima*, πρώτη. Hæc nonnulli cum ἀπογραφῇ construunt, vt hæc prior dicatur, alij altera illa de qua diximus, diuersa: alij cum ἐγένετο copulant, quasi prima dicatur, non respectu sequentis alterius, sed quoniam nunquam antea tale quicquam in Iudæa factũ fuerit: & cœperit quidem sub Herode Magno, sed non nisi Archelao relegato peragi potuerit. Sed prior sententia vera est, vt ostendit τῆς οἰκουμένης nomen. ¶ *Præsidente Syriæ*, ἡγεμονεύοντος Συρίας. Nomine ἡγεμόνος vtuntur generaliùs hi scriptores, immò & Iosephus ipse, quanuis inter præsides prouinciarum & procuratores Cæsaris, qui propriè ἐπίτροποι vocabantur, plurimũ interesset. Vulg. *à præside Syriæ Cyrino*, quod ex Euangelistæ verbis colligi non potest, vt qui potius quando, quàm à quo sit ista facta descriptio dicere videatur, nisi malimus

factum à Cyrenio dici, quod ipsius vt præsidis imperio sit factum. Nec enim temere scripserit Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem, hos census actos fuisse per Sentium Saturninum, quem etiam his ipsis temporibus Syriæ præsidem edit Iosephus libro Antiquitatum 16. cap. 13. Titij successorem. (Nam mendosè apud Iosephum libro 16. cap. 12. legitur Τίτος pro Τίτιος, vt ex Strabone lib. 16. & fastis Capitolinis liquet) sicut rursum Saturnino Quintilius Varus successit. Fuerúntque omnes isti consulares, nempe M. Titius Rufus A. v. c. 722. Messallæ suffectus. Sentius Saturninus autem A. V. c. 734. Quintilius Varus A. v. c. 740. Denique P. Sulpitius Quirinius A. v. c 741, qui fuit annus imperij Augusti 35, sex nimirum annis ante Christum natum. de quo Quirino multa Tacitus libr. Annalium 3. Quinam igitur Syriæ tunc Cyrenius præfuerit? Nam mortuo quoque Herode Varum Syriæ præsidem fuisse constat ex eodem Iosepho libr. 17. cap. 13. Hic certè nodus diu multúmque me fatigauit, donec illum mihi Iustinus Apolog. 2. solueret, hunc ipsum Cyreniũ vocans πρῶτον ἐν Ἰουδαίᾳ Καίσαρος ἐπίτροπον. id est primum in Iudæa Cæsaris procuratorem, eò videlicet, adhuc superstite Herode Magno, ad hanc tum in Iudæa, tum in Syria τῆς οἰκουμένης descriptionem peragendum missum. Neque his obstat vel quòd præsidis Syriæ appellatio Quirino consulari tribuitur, qui tamen fuerit duntaxat Cæsaris procurator, vel quòd per Saturninum dicit Tertullianus hos census esse peractos. Etsi enim magnum erat inter ipsos præsides, & Cæsaris procuratores, ex equitibus vel libertis Cæsaris delectos, discrimen, quorum alij in minores prouincias præsidibus maiorum obnoxias mittebantur, alij ipsis maiorum prouinciarum præsidibus adiũcti, rationes duntaxat Cæsaris procurabãt: tamen dubium non est quin præsides gratiã Cæsaris ambientes istis procuratoribus plurimum tribuerent, atque adeò cum ipsis sæpe suam iurisdictionem quasi communicarent. Huius rei testis est, de his ipsis tẽporibus Herodis agens Iosephus, Saturnino consulari Syriæ præsidi, Volumniũ adiungens, quem de bello Iudaico lib. 1. cap. 17. vocat Cæsaris procuratorem, vtrunque tamen lib. antiq. 16. cap. 13. vocat Συρίας ἐπιστατοῦντας & eiusdem lib. cap. 17. cõmuni nomine appellat ἡγεμόνας. Præterea dubium non est quin Quirinum extraordinariæ huic τῆς οἰκουμένης descriptionis causa in Syriam & ipsum Herodis regnum mittens Augustus, illũ Legati nomine, hominẽ videlicet consularem & ipsi gratiosissimum, honestarit, atque adeò velut alterũ Syriæ præsidem cum imperio miserit: quod & postea secundò fecit, quum, Archelao relegato, Iudæa in prouinciã redacta Syriæ attribueretur, vt idem Iosephus scribit lib. Antiq. 18. cap. 1. ¶ *Cyrenio*, Κυρηνίου. Sic constanter hoc nomen in omnibus exemplaribus, vt & apud Iustinum Apolog. 2. & Iosephum lib. Antiq. 18. cap. 1. Tacitus lib 3. annalium, Fasti denique Romani, Quirinum vocant, quod etiam legisse videtur Syrus interpres. Satis autem constat Romana istiusmodi nomina varijs modis fuisse apud Græcos tum scripta, tum etiam enuntiata.

3 | Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν.

4 | Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρὲτ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαβὶδ, ἥτις καλεῖται Βηθλεέμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ.

5 | Ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ ἐγκύῳ.

6 | Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν.

7 | Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ· διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι.

8 | Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν.

9 | Καὶ ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς, καὶ δόξα Κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς· καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν.

3 Ibãt igitur omn[illegible] vt describerẽtur, in suam quisque vrbẽ.

4 Ascendit autem etiam Iosephus à Galilæa, ex vrbe Nazareta, in Iudæã, in vrbem Dauidis quæ vocatur Bethlehema propterea quòd erat ex domo & familia Dauidis,

5 Vt describeretur cum Maria desponsa sibi vxore, quæ erat prægnans.

6 Factum est autem quum essent illic, vt explerentur dies ipsius ad pariendum.

7 Peperit igitur filium suum primogenitum, & fasciis eum inuoluit, reclinauitque eum in præsepi: eo quòd non erat eis locus in diuersorio.

8 Erant autem pastores in hac eâdem regione excubantes, & obseruantes vigilias noctis super gregem suum.

9 Et ecce, Angelus Domini superuenit ipsis, & gloria Domini circunfulsit eos: & metuerunt metu magno.

3 *Et ibãt omnes vt profiterentur, singuli in suam ciuitatem.*

4 *Ascendit autem & Ioseph à Galilæa, de ciuitate Nazaret, in Iudæã, in ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethlehem, eo quòd esset de domo & familia Dauid:* Ioh. 7. 42

5 *Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore, prægnante.*

6 *Factum est autem quum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret.*

7 *Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuersorio.*

8 *Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suũ.*

9 *Ecce, Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulsit illos: & timuerunt timore magno.*

Pueruli in præsepi iacentis deitatem & officium Angeli ipsi pastoribus declarant, neglecto potentum fastu.

4 *Ascendit*, ἀνέβη. Hebraicè עלה [*halah*] id est profectus est. Sunt tamen qui putent haberi rationem situs Hierosolymorum, vel templi potius.

5 *Desponsa*, μεμνηστευμένῃ. Differre μνηστεύεσθαι & τὸ γαμεῖν, non minus quàm Sponsalia à nuptiis, alibi diximus. Cur igitur, dices, μεμνηστευμένη vocatur Maria quum iam nupsisset? nam probabile est ante profectionem apparuisse Iosepho Angelum à quo iussus est eam ducere. Respondeo, fieri posse vt in ipsa profectione Iosephus eam deprehenderit esse grauidam & admonitus sit ab Angelo: vel, etiã si nupsisset, tamen Lucam maluisse desponsam vocare quàm nuptam, propterea quòd Ioseph ab Angelo præmonitus, non secus abstineret ab ea quàm si nondum eam duxisset. Possunt autem hæc coniungi vel cum ἀπογράψασθαι, vel cum ἀνέβη.

8 *In hac eâdem regione*, ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ. Hic enim fuit sita illa Migdal Heber. id est, Turris gregis appellata Gen. 35. 21. & ad hanc historiam fortasse respexit Michæas 4. 8. ¶ *Excubantes*, ἀγραυλοῦντες. Sic apud Hesiodum in Theogonia, ποιμένες ἄγραυλοι cognominantur οἱ ἀγροῖς αὐλιζόμενοι, vt hîc explicat Theophylactus: quod Latini simili ratione declarant Excubandi verbo, quasi extrà cubare dicas, id est foris atque adeo sub dio pernoctare. Idem etiam aliter interpretatur ἀγραυλοῦντες, τοὺς ἀγροτικοὺς αὐλοῦντες, quasi rusticis cantibus noctem transegerint pastores: quam interpretationem plane repudio. Vulgata & Erasmus, *Vigilantes*, id est γρηγοροῦντες. ¶ *Obseruantes vigilias*, φυλάσσοντες φυλακάς. Ad verbum, Custodientes custodias, quã paronomasiam vt explicaret Erasmus, conuertit, *Excubantes excubias*. ¶ *Noctis*, τῆς νυκτός. Hebræus est pleonasmus: neque enim vllæ sunt diei vigiliæ. Erasmus *noctu*, id est νυκτός: non addito articulo.

9 *Superuenit*, ἐπέστη id est repentè venit, quum nihil minus expectarent. Nam inter omnes verbi ἐφίστασθαι significationes hæc mihi visa est huic loco maximè accommodata. Sic autem Latini Superueniendi verbo vtuntur: vt Horatius, *Grata superueniet quæ non sperabitur hora*. Vulg. *Stetit iuxta illos*: & Eras. *Adstitit*, id est παρέστη. Idem tamen in annotationibus explicat, *Imminuit* [illegible] *alto*: quis nimirum cælitus apparuit Ang[illegible], & [illegible] etiam declarat Super vel

Supra. ¶ *Gloria*, δόξα. Vulgata, *Claritas*, nempe vt amphiboliam vitaret: quia interdum apud Heb. כבוד יהוה [*chebod Iehouah*] pro ipso glorioso Deo accipitur, vt Exodi 16.10, & alibi sæpe. Vide 1. Corinth. 15.41. Ego malim Splendorem vel fulgorem vertere, si gloriæ nomen non placeret.

10 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος, Μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ.

11 Ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, (ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος) ἐν πόλει Δαβίδ.

12 Καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον, Εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ.

13 Καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, αἰνούντων τὸν Θεὸν, καὶ λεγόντων,

14 Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.

Tunc dixit eis Angelus, Ne metuite: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit toti populo:

11 Nempe natum esse vobis hodie Seruatorē, qui est Christus Dominus, in vrbe Dauidis.

12 Hoc autem vobis signum *erit*, Inuenietis infantem fasciis inuolutum, iacentem in præsepi.

13 Et repentè adfuit cum Angelo multitudo exercituum cęlestium, laudantium Deum, & dicentium,

14 Gloria in *cælis* altissimis Deo, & in terra pax, hominibus beneuolentia.

10 *Et dixit illis Angelus, Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo:*

11 *Quia natus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid.*

12 *Et hoc vobis signum, Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.*

13 *Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum & dicentium,*

14 *Gloria in altissimis Deo & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis.*

11 [*Nempe*] *natum esse*, ὅτι ἐτέχθη. Vulgata & Erasmus, *Quia natus est*, quasi ὅτι accipiatur αἰτιολογικῶς. At ego malo εἰδικῶς interpretari.

13 *Adfuit*, ἐγένετο: id est παρεγένετο. Vulg. & Eras. *Facta est*: quæ interpretatio non conuenit huic loco. ¶ *Exercituum cælestium*, στρατιᾶς οὐρανίου. Ita vocātur ab Hebræis copiæ Angelorum quibus circunsepta est Dei, tanquam potentissimi cuiusdam monarchæ, maiestas. Vulg. & Eras. *Militiæ cælestis*. Ego verò militiam pro exercitu nusquam legi. Deinde vt melius conuenirent sequentia singularem numerum per pluralem conuerti.

14 *Gloria*, δόξα. Subauditur ἔστω vel ἐστὶ, id est *esto*, vel *est*, sensu aliquantulum diuerso propter sequens membrum. Nam si *Esto* subaudias, aut videbuntur Angeli non tam annuntiare factam pacem quàm futuram precari: aut καὶ pro δὲ accipias necesse est: quo modo etiam Theophylactus explicat. vt sit hæc sententia, Gloria sit Deo, quòd pax in terris sit hominibus concessa. Quod si vtrobique subaudiamus ἐστὶ, Angeli videbuntur & Deo ipsi magnā ipsius gloriæ amplificationem, & hominibus singulare Dei beneficium gratulari. ¶ *In* [*cælis*] *altissimis*, ἐν ὑψίστοις. Hebraicè במרומים [*bemaromim*,] de quo aliquid diximus Matth. 21.9. Non desunt etiam qui conuertant, *Gloria Deo qui est in cælis*, quasi scriptum sit, τῷ ἐν ὑψίστοις. Sed interpretatio quam sequuti sumus, videtur meliùs conuenire sequenti antithesi. Nam alioquin simili ratione dicēdum esset, *Pax hominibus qui sunt in terra*.

¶ *Hominibus*, ἐν ἀνθρώποις. vel inter homines. Vulgata, *hominibus*, absque præpositione, quam etiam annotat Erasmus, in nonnullis Græcis codicibus non inueniri. Syrus autem interpres ἐν accepit pro ל, quæ tertium casum notat: vt qui converterit לבני נשא [*labennai nascha*] id est *filiis hominum*, quod mihi rectissimū videtur. ¶ *Beneuolentia*, εὐδοκία. Hanc particulam omnia Græca exemplaria quæ vidimus, atque adeo Theophylactus & Eusebius libro ἀποδείξεως δ, & Epiphanius κατὰ αἱρέσεων, & Chrysostomus tomo quinto, homil. 56, quæ est De monachorum vita, & in Epistolam ad Coloss. connectunt cum ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ita vt tria sint huius gratulationis mēbra. Syrus denique interpres vsque adeò hæc distinguit, vt etiam addat copulam, & εὐδοκία præponat ἀνθρώποις. Vertit enim וסברא טבא לבני נשא [*vesabra taba labennai nascha*:] id est & bonum nuntium filiis hominum. Εὐδοκίας enim voce Euāgelium ipsum intelligit, in quo illa Dei in homines propensa voluntas patefacta est. Alij seorsim hoc legunt, ita vt post ἐν τοῖς ἀνθρώποις adscripta distinctione, εὐδοκία seorsim veluti pacis illius fons & origo prædicetur. Significat autē passim in his libris εὐδοκία, quum de electis agitur, idipsum quod Heb. רצון [*ratson*] Græci θέλημα, autem de hominibus dicitur, vt Eph. 6.7. Latini beneuolentiam (id est propēsam animi voluntatem) vocant, dicitúrque tum de gratuito & infinito illo Dei amore in electos, quos ipse prior ante tempora æterna in Filio dilexit, vt Ephes. 1.5. & 9. pro quo Vetus interpres solet Beneplacitum dicere: vnde ex Esa. 61.2. annus acceptationis, qui δεκτὸς dicitur infrà 4.19. & 2. Cor. 6.2. ex Esaiæ 49.8. tum verò de mutua hominum inter se amicitia, qua fit vt alij aliorum commodis studeant, vt Rom. 10.1. atque adeo de ea charitate qua homines ipsum Deum diligunt, vt Philipp. 1.15 quam postremam notionē Erasmus videtur non animaduertisse. Sed idem rectè eos reprehendit qui putarunt hìc agi de hominum in Deum εὐδοκία, quum potius gratulentur Angeli hominibus gratuitam Dei cum ipsis reconciliationem. Rectè igitur Chrysostomus ad Coloss. εὐδοκίαν interpretatur καταλλαγήν, id est reconciliationem, quanuis hæc ab illa differat, vt consequens à causa. Non malè etiam Theophylactus ἀνάπαυσιν, modò intelligamus Deum non in ipsis hominibus, sed in vno Filio acquiescere, in quo vno dilectos suos ἐχαρίτωσεν. Cæterùm vetustissimus meus codex, itémque Origenes homilia in Lucam 13. & Chrysostomus plurimis locis, vt Homilia in Mat. 36. in Sermone de ascensione Domini, & Homilia de natiuitate Domini: & Irenæus lib. 3. ca. 11. vetus denique interpres, pro εὐδοκία legerunt εὐδοκίας. Hebræos autē nemo est qui nesciat solere adiectiuorum loco vti genitiuis appellatiuorum Sic filij promissionis & electionis, vasa iræ, vasa misericordiæ, vasa electionis, Hebraicè dicuntur ij, quibus Deus destinauit promissiones, quos elegit, in quos iram vel misericordiam decreuit exercere, quorū opera in rebus magnis vti constituit. Ita igitur electi hoc loco (sicut rectè Erasmus annotauit) vocati fuerint ἄνθρωποι εὐδοκίας, *Homines beneplaciti*, vel (vt Vetus interpres conuertit) *homines bonæ voluntatis*, perinde ac si εὐδοκημένοι scripsisset Euangelista, sicut dicitur Maria κεχαριτωμένη: quod Gallicè dixeris, *bien voulu*: Hebraicè verò אנשי רצון [*ansche ratson*] id est, quos Deus ex gratuito suo proposito diligit, & complectitur in Filio, sicut Daniel dicitur איש חמודות [*isch chamudoth*] id est vir desideriorum, pro viro multis modis desiderato. Sed hunc Hebraismum veteres (quod cum eorum pace ac venia dictū esse velim) quum non considerarent variè corruperunt. Nam alij, vt Origenes (de quo quid sentirem, in pręfatione dixi) εὐδοκίας coniungunt cū εἰρήνη, traiectione prorsus violenta. Chrysostomus in sermone De natiuitate Domini, manifestè ad bonam hominum voluntatem retulit. Veteres Latini ita etiam sunt interpretati, & eū errorē recētiores Sophistæ auxerunt. Ad me verò quod attinet, quanuis (vt antè dixi) in omnibus exemplaribus, excepto illo meo vetustissimo, legerim εὐδοκία, & ita iam in contextu interpretatus: tamen Origenis, Chrysostomi, Veteris interpretis auctoritatem, ipsam denique rationē sequutus, non recusem legere εὐδοκίας, & totam hanc orationem in duo tantùm membra partiri, hoc modo, Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας: id est *Gloria in* [*cælis*] *altissimis Deo, & in terra pax hominibus dilectis*, vel *complacitis* Neque enim hæc pax ad omnes pertinet sed ad eos demum quos Deus gratia sua dignatur. Certè hoc modo plana erit omnium membrorum antithesis, & nihil prorsus hiulcum aut detortum apparebit. Quòd si tria membra constituamus (ne quis miretur copulā in secundo mebro expressam, quū potiùs vel totā orationē esse ἀσύνδετον, vel tertio demum membro

membro copulā exprimi, ex omniū Linguarum more oportuerit) erit tertiū hoc membrū quasi ἐπιφώνημα, pronuntiatione adiuuandum, vt sic designetur omne illud beneficium ex illa immensa Dei φιλανθρωπίᾳ exoriri.

15 Καὶ ἐγένετο, ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ ἄγγελοι, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον πρὸς ἀλλήλους, Διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς, ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν.

16 Καὶ ἦλθον σπεύσαντες, καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ βρέφος κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ.

17 Ἰδόντες δὲ διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου τούτου.

18 Καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς.

19 Ἡ δὲ Μαριὰμ πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς.

20 Καὶ ἐπέστρεψαν οἱ ποιμένες, δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἤκουσαν καὶ εἶδον, καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς.

21 Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦς, τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ.

15 Et factum est, vt quum discessissent ab eis Angeli in cælum, tunc pastores illi dicerent alij ad alios, Trāseamus sanè Bethlehemā vsque, & videamus factum istud quod Dominus notum fecit nobis.

16 Venerunt igitur festinantes, & inuenerunt Mariam & Iosephum, & infantem iacentem in præsepi.

17 *Eo* autem viso, diuulgauerunt *id* quod dictum fuerat ipsis de puerulo illo.

18 Et omnes qui *hæc* audierunt, mirati sūt super iis quæ loquuti fuerunt ipsis pastores illi.

19 Maria verò ista omnia verba conseruabat, conferens *ea* in corde suo.

20 Reuersi sunt autem pastores, glorificantes & laudantes Deum super omnibus quæ audierant & viderant, prout ipsis dictum fuerat.

21 ‖ Et quum aduenisset dies octauus ad circuncidendū puerulum, ‖ vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum fuerat ab Angelo priusquam ipse in vtero conciperetur.

15 *Et factum est, vt discesserunt ab eis Angeli in cælum, pastores loquebantur ad inuicem, Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit Dominus & ostendit nobis.*

16 *Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio.*

17 *Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc.*

18 *Et omnes qui audierunt mirati sunt de iis quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.*

19 *Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.*

20 *Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.*

21 *Et postquam consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur.*

Gen. 17.12. leuit. 12.3. Suprà 1.31 matt. 1.21 Ioh. 7.22.

Christus Ecclesię caput, sub lege factus vt nos (quod & ipsum Iesu nomē indicat) à maledictione legis liberaret, circuncisus, obsignat in sui ipsius carne Patrum circuncisionem.

15 *Tunc pastores illi*, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες Duplex hìc est Hebraismus. Primùm enim ponitur καὶ pro τότε, in subiectione, vt apud Hebræos אז [*az*.] nisi malimus καὶ abundare: de quo pleonasmo diximus Matth. 28.9. Neq; verò Vetus Latinus interpres, neque Syrus hanc particulam legerunt, vt expungi posse videatur. Deinde appositio est speciei ad genus, pro quo dicunt Hebræi אנשים רועים [*anaschim harohim*.] quod dicendi genus imitantur quidem interdum Græci & Latini, vt alibi obseruauimus sed rarò. Itaque Veterem interpretem sequutus, prætermisi οἱ ἄνθρωποι tanquam redundans. Eras. autem ad verbum conuertit *Et homines pastores*, neglecto articulo, quem putaui potius exprimendum. ¶ *Sanè*. δή. Vulgata hanc particulam vt abundantem prætermisit. Erasmus conuertit, *Iam*: id est ἤδη vel νῦν. Sed Latinos constat similiter vsurpare aduerbium Sanè, præsertim in concessione. ¶ *Factum illud*, τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονός. הדבר הזה אשר היה [*haddabar hazze ascher haia*] Vulgata, *Hoc verbum quod factum est*. Eras. *Hoc quod audiuimus accidisse* Putauit enim ῥῆμα, id est (vt Hebræi loquuntur) דבר [*dabar*,] dici rem nouam quæ rumore diuulgetur: quod vt interdum verū sit, (sicut apud Latinos nonnunquam rumor pro eo dicitur quod ipso rumore spargitur) tamen non est perpetuum. Imò verò hoc vocabulum nō minus latè patet apud Hebręos: quàm πρᾶγμα apud Græcos, & res apud Latinos: & ita hoc loco vsurpari credo, quum præsertim addatur participium γεγονός. Possumus tamen pro ipso Angelorum nuntio accipere, & interpretari, *Istud de quo nobis facta sunt verba*: vt sequentia per epexegesin explicentur. Ideo etiam in vno codice expunctum reperimus participium γεγονός, quasi redundans. ¶ *Notum fecit*, ἐγνώρισεν Hebraicè הודיע [*hodiah*.] Nam propriè apud Græcos γνωρίζειν significat τὸ γινώσκειν vel ἐπιγινώσκειν. Interdū tamen accipitur, vt hoc loco, pro eo quod Ouidius vno verbo dixit Notificare: vt apud Athenęū dicitur rex Persarum pręmia proposuisse τοῖς τὰς ἡδονὰς αὐτῷ γνωρίζουσι. Vulgata, *Ostendit*: id est ἔδειξεν. Erasmus. *Aperuit* id est ἤνοιξεν.

17 [*Eo*] *autem viso*, ἰδόντες δὲ. nempe τὸ παιδίον, quod demum postea subiicitur, Hebræo idiotismo. ¶ *Diuulgarunt*, διεγνώρισαν: id est διεφήμισαν, vt Marci 1.45. Vulgata, *Cognouerunt*. pro quo Erasmus in annotationibus substituit *Pernouerunt*: vt significetur, pastores tum demū pernouisse quod antè audierant ex Angelis. Sed prior expositio mihi videtur multo simplicior. ¶ *Id*, περὶ τοῦ ῥήματος. Hebraicè על הדבר [*hal haddabar*] pro את־הדבר [*eth haddabar*,] vt Thren. 2.14. Vulgata & Erasmus, *De verbo*. Sic in proximo versiculo ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων, pro ἐθαύμασαν τὰ λαληθέντα: in quo dicendi genere alij Euangelistę fere vsurpant præpositionem ἐπί.

19 *Conseruabat*, συνετήρει. Id est animo retinebat, ne sibi exciderent, & in eorum euentum erat intenta, quod solet passim declarari verbo φυλάσσειν. Sed hoc videtur ad πρᾶξιν, illud verò ad θεωρίαν accommodandum, sicut in Ethicis, συντήρησις & συνείδησις distinguuntur. Vtrumque verò respondet Hebrææ voci שמר [*schamar*] quod Latinè quoque exprimitur eodem obseruandi verbo. ¶ *Conferens*, [*ea*] συμβάλλουσα. Vel redundat hoc participium, vel supplendū est relatiuum quod expressimus: vt in illo Virgilij, *clypeóque sinistram Insertabam aptans*. συμβάλλειν autem dicitur Maria, vel quòd simul ea omnia in animo veluti reponeret, vel quòd singula diligenter secum expenderet.

21 *Et quum aduenisset dies octauus*, καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτώ. Vulgata & Erasmus, *Et postquā consummati sunt octo dies*. Vide Act 2.1. Vterque malè. Nec enim octauo expleto die, sed ipso die octauo circumcidebantur pueri: alibi verò idē verbum ἐπλήσθησαν, vt suprà 1.57. & infrà 22. dicitur de temporis spatio iam completo ac finito. ¶ *Vocatum est*, καὶ ἐκλήθη. Iterum καὶ particula videtur expungenda, quanuis in omnibus codicibus Græcis (meo illo vetustissimo excepto) illam inuenerimus, quam tamen nec vetus Latinus nec Syrus interpres legunt. Vetus autem illo meus codex, absque coniunctione scriptum habet ἐκλήθη, nominatū est. Vide sup. 15. Sed cur, inquies, circuncisus est qui venerat circuncisionem abolitcurus, & ipsemet aliorū corda circuncidit? nempe tum vt totam legē pro hominibus impleret, Gal. 4.4. tū vt antecedentem patrum circuncisionē in sua ipsius sanctificaret: sicut baptismus noster ab ipsius baptismo vires accepit, vt noui fœderis tessera fieret.

Leui. 12.6
Christus cui imposita erant omnia nostra peccata, Deo secundum legem oblatus, & Mariam & nos omnes purificat.
Exodi. 13.2
nume. 8.16.

Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῆς κατὰ τὸν νόμον Μωσέως, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα, παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ,

22 Et quum impleti fuissent dies purificationis Mariæ || secundum legem Mosis, adduxerunt eum Hierosolymam, vt sisterent eum Domino,

22 *Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino,*

(Καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου, Ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται)

23 (Prout scriptum est in lege Domini, || Omnis masculus primogenitus, sanctus Domino erit)

23 *(Sicut scriptum est in lege Domini, Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur)*

Leuit. 12.8

Καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν.

24 Et vt darent oblationem, || secundum *id* quod dictum est in Lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

24 *Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in Lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.*

Simeon publice in templo, Messiæ aduentum, Israelis magna ex parte reiectioné, & Gentiũ vocationem surdis prædicat.

Καὶ ἰδοὺ, ἦν ἄνθρωπος ἐν Ἱερουσαλὴμ ᾧ ὄνομα Συμεών· καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος καὶ εὐλαβὴς, προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ· καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτόν.

25 Et ecce, quidam erat Hierosolymis cui nomẽ Simeon: *eratque* homo iste iustus ac religiosus, expectans consolationem Israel: & Spiritus sanctus erat super eum.

25 *Et ecce, homo erat in Ierusalem cui nomen Simeon: & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel: & Spiritus sanctus erat in eo.*

Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, μὴ ἰδεῖν θάνατον πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου.

26 Fuerátque ipsi diuinitus nuntiatum à Spiritu sancto, *ipsum* non visurum mortem priusquam vidisset Christum illum Domini.

26 *Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini.*

Καὶ ἦλθεν ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν. καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν, τοῦ ποιῆσαι αὐτοὺς κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ·

27 Is igitur venit impulsore Spiritu in templum. Et quum introducerent puerulum Iesum parentes, vt eius causa facerent quod ex Lege consuetum erat:

27 *Et venit in Spiritu in templum. Et quum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem Legis pro eo:*

Καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησε τὸν Θεὸν, καὶ εἶπε,

28 Tunc ipse recepit eum in vlnas suas, & benedixit Deo, & dixit,

28 *Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit,*

22 *Mariæ*, αὐτῆς. Vulgata, *Eius*. Mariæ videlicet. Oportuit enim impleri Legem, quanuis Maria Christi partu potius esset sanctificata. Expressimus autem ipsum antecedẽs, vt vitaremus ambiguitatem. In plerisque codicibus legitur αὐτῶν, & ita etiam legit Origenes, quem sequitur Erasmus. Sed non video quînam hoc conueniat, quum lex purificationis ad solam matrem pertineat. Itaque veterem editionem sequi malui, cui Complutensis adstipulatur. Verisimile est autem ab iis deprauatam fuisse veram scripturam, qui sic aliquid detractum Mariæ sanctitati somniarunt. ¶ *Abduxerunt*, ἀνήγαγον. Addita est præpositio ἀνὰ, quòd non aliter quàm ascendendo perueniretur in vrbem, ac præsertim in templum. Vulg. *tulerunt*, nẽpe quòd incedere infans ipse non posset. Itaque mallem, *asportarunt*. ¶ *Vt sisterent*, παραστῆσαι. vel *Vt commendarent*, inquit Eras. Ego verò nusquam legi hoc verbum in ea significatione. Et tamẽ si hoc concederem apparet τὸ παραστῆσαι respondere verbo העביר [*hehebir.*] quo vtitur Moses Exodi 13.11: quod ad verbum declarat *Transire facere*: id est, sistere in conspectum.

23 *Primogenitus*. διανοῖγον μήτραν. Ad verbum, Adaperiens matricem, Hebraicè פטר רחם [*peter rechem*:] id est πρωτότοκον. Neque enim simpliciter declarat eum qui nascitur, (vt putauit Eras.) sed eum demum qui primus nascitur. Itaque hunc Hebraismum vt obscuriorem non retinui. ¶ *Erit*, κληθήσεται. Vel ad verbum, *Vocabitur*. Ponitur autem futurũ indicatiui pro imperatiuo, Esto. Sed vtrunque hunc Hebraismum sæpe iam exposuimus.

24 *Oblationem*, θυσίαν Hebraicè מנחה [*minchah*] id est προσφορὰν: nisi sacrificium malimus vocare. Nam alioquin plurali numero dicendum erat Hostias. ¶ *Quod dictum est*, τὸ εἰρημένον: id est, quod est mandatum. Ponitur enim אמר [*amar*] pro צוה [*tsiuah*] vt alibi annotauimus. In quodam exemplari legimus τὸ γεγραμμένον, Quod scriptum est.

25 *Religiosus*, εὐλαβής. vel, *Dei timens*. Vulgata barbarè, *Timoratus*: qua de re copiosius dicemus Hebr. 5. 7. Erasmus conuertit *Pius*, id est εὐσεβής: quod scriptum inuenimus in duobus codicibus vetustis. Respondent autem horũ duorum epithetorum prius ad secundæ, posterius ad primæ tabulæ legis obseruationem. ¶ *Super eum*, ἐπ' αὐτόν. Hebraicè עליו [*halau*:] quo genere dicendi declaratur, vim illā Spiritus sancti cælitus illabi. Appellatione autẽ sancti Spiritus familiare est sacris scriptoribus per metonymiā ipsa Spiritus sancti dona significare: vt hoc loco prophetiæ donũ intelligitur. Itaq; noluimus à verbis vsitatis discedere.

26 *Diuinitus nuntiatum*, κεχρηματισμένον. Vide Matt. 2.12. Accidit autẽ proculdubio Simeoni, plenitudinem temporũ religiosè scrutãti illud ipsum quod Danieli cap. 9. vers. 2. ¶ *Non visurum mortem*, μὴ ἰδεῖν θάνατον, id est mortẽ non sensurum. Hebræa periphrasis, לבלתי ראות המות [*lechilti reoth hammauth*,] pro כי לא ימות [*chi lo iamuth*,] vt Psal 89.49. Latini non dissimili forma loquendi, Somnum non vidisse dicunt, pro Non dormiuisse. ¶ *Christum illum Domini*, τὸν Χριστὸν Κυρίου. Hebraicè המשיח יהוה [*hămeschiach lehouah*] Est autem hæc appellatio omnibus regibus communis apud Hebræos, qua nimirum significatur quod ait Solomon Prouerb. 8.15 reges à Domino accipere imperiũ, vt ipsi quoque prophani scriptores agnouerunt. Sed Messiæ (id est Christi & regis) nomen peculiari prorsus ratione conuenit Iesu Seruatori. Ideo expressimus articulum.

27 *Impulsore Spiritu*, ἐν τῷ Πνεύματι. Erasmus, *Per spiritum*. Vulgata ad verbum, *In Spiritu*, id est ברוח [*beruach*:] quem Hebraismum retinuimus Matth. 22. 43: hîc verò propter amphiboliam explicuimus, ne quis arbitretur ista non re vêra, sed per spiritualem aliquam visionem euenisse. ¶ *Parentes*, οἱ γονεῖς. Ita scriptum inuenimus in omnibus codicibus hoc loco, & paulo pòst, versu 41: sed non dubium est quin Euãgelista spectet vulgi opinionem potius quàm quod res erat. Nam (vt postea commemorat) habebatur Iosephus pro Christi patre. Et paulo pòst, versu 33. & 48, ita appellatur: quum tamen (vt pulchrè dicit Nazianzenus) Christus, quatenus Deus est, ἀμήτωρ sit, quatenus homo, ἀπάτωρ: & rursus, Quia vnus est, vnum tantùm patrem & vnā matrem habeat: sed illum quidem, Deum: hanc autẽ, hominẽ, quoniã assumpta humana natura in assumẽte Filij persona, nō per se subsistit. Itaque non est cur Hebionitæ aut alij hæretici ex hoc loco & aliis similibus concludant Iesum fuisse Iosephi filiũ. In Vulg. editione additur relatiuũ Eius, αὐτοῦ. ¶ *Quod ex Lege consuetum erat*, κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Secundum consuetudinem Legis* obscurè.

28 *Tunc ipse*, καὶ αὐτὸς. Vulgata, *Et ipse*. Erasmus, *Ipse quoque*: quasi videlicet alij quoq; sint Christum amplexi: quod non puto. Vide suprà, versu 15.

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ·

29 Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, cum pace:

29 *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, in pace:*

Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου,

30 Quia viderunt oculi mei salutem tuam,

30 *Quia viderunt oculi mei salutare tuum,*

Ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν·

31 Quam parasti in oculis omnium populorum:

31 *Quod parasti ante faciem omnium populorum:*

Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ.

32 Lumen reuelandum Gentibus, & gloriam populi tui Israelis.

32 *Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.*

Καὶ ἦν Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις περὶ αὐτοῦ.

33 Iosephus autem & mater eius mirabantur super iis quæ dicebantur de eo.

33 *Et erat pater eius & mater eius mirantes super iis quæ dicebantur de illo.*

Esa. 8.14
rom. 9.32.
1. Pet. 2. 8.

Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς Συμεών, καὶ εἶπε πρὸς Μαριὰμ τὴν μητέρα αὐτοῦ, Ἰδοὺ, οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον·

34 Et benedixit eis Simeon, dixítque Mariæ matri eius, || Ecce positus est iste casui & resurrectioni multorum in Israele, & vt sit signum cui contradicatur:

34 *Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionẽ multorum in Israel; & in signum cui contradicetur:*

(Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία) ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί.

35 (Quin & tuam ipsius animam traiiciet gladius) vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

35 *(Et tuam ipsius animã pertransibit gladius) vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.*

29 *Dimittis*, ἀπολύεις. id est, liberas, ex corpore videlicet mortis huius, vt loquitur Apostolus Rom. 7. 24. & Philip. 1. 23. & 2. Timoth. 4. 6. ex qua voce intelligimus quæ assidua fuerint huius sanctissimi senis vota, nempe eadem quæ Eliæ 1 Reg. 19. 4. quum omnia desperatissima videret, accedente præterea desiderio cuius fit mentio 1. Pet. 1. 10. ipso proculdubio tempus aduentus Messiæ, ac præsertim Danielis hebdomadas supputante. Syrus interpres legit ἀπόλυε, vt qui verterit שרי [*scheri*] *Dimitte* nisi (quod in illo idiomate interdum accidit) imperatiuum pro indicatiuo præteriti vsurpatum dicamus. ¶ *Seruum tuum*. τὸν δοῦλόν σου. Hebraicè עבדך [*habdecha*] id est me qui sum seruus tuus. ¶ *Secundum verbum tuum*, κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Hebraicè כאמרתך [*cheimrathecha*] id est, Quemadmodum mihi pollicitus es. Respicit enim illud quod diuinitus intellexerat, vt paulo antè narrauit Lucas. ¶ *In pace*, ἐν εἰρήνῃ. Hebr. בשלום [*beschalom*: id est feliciter & beatè, vt alibi exposuimus

30 *Viderunt oculi mei*, εἶδον ὀφθαλμοί μου. Hebr. ראו עיני [*rau henai.*] Est autem huius pleonasmi magna emphasis, vt quum Latinè dicimus, His ego oculis vidi, vt videri possit pleonasmus non esse. Nam animo quoque & opinione dicimur aliquid videre. Hîc autem de corporeo Christi conspectu sibi gratulatur Simeon: quem tamen antea fide iam erat verè complexus, vt Abrahamus dicitur diem Domini vidisse, Ioh. 8. versu 56. Apud Homerum Vlysses Circen alloquens, vt verum conspectum à falso & imaginario distingueret, Ἀδαον, inquit, ἵνα ὀφθαλμοῖσιν ἴδω ἑτάρους ἐρίηρας. ¶ *Salutem tuam*. σωτήριόν σου. Hebraicè ישועתך [*ieschuhathecha*] vt Psal. 50. 23, id est Eum quem seruandis electis tuis destinasti: vnde etiam factum vt vocetur Iesus. quod nomen Simeon adumbrat. Vulgata & Erasmus, *Salutare tuum*. Sed iidem rectius Ephes. 6. cap. 17. Salutem interpretantur. Siquis obiiciat *Salutem tuam* posse etiam passiuè accipi, respondeo absurdiorem esse hanc amphiboliam quàm vt vitanda fuerit. quod si quis nouitate non offendatur interpretari licebit *Salutiferum illud tuum*.

31 *In oculis*, κατὰ πρόσωπον. Hebr. לפני [*liphnei*] id est (vt alicubi dixit Virgilius) Ante ora. Sic Homer. Odyss. α. Πρὶν λύεσθ' ἑτάρους γε καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι. Vulgata ad verbum, *Ante faciem*: id est tanquam signum aliquod edito loco positum, quò conuertantur omnium oculi. Alioquin κατὰ πρόσωπον accipitur pro eo quod barbari dicunt Secundum apparentiam, vt 2. Cor. 10. 1.

32 *Reuelandum Gentibus*, εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, Chald. לאתגלאה לעממין [*latihgliah lehamemin*] id est, Lucem quæ Gentibus illucescat. Alludit enim ad Psal. 98. 2, & Esa. 9. 1. & 49. 6 Vulgata & Erasmus ad verbum, *Ad reuelationem Gentium*. quæ interpretatio nimium est obscura: & tamen commodum sensum habet, si passiuè accipiamus, dici ad reuelationem gentium id quo gentes illustrabuntur.

33 *Ioseph autem*. Καὶ ἦν Ἰωσὴφ. Sic legitur in vetustis codicibus omnibus & in Syra interpretatione. Vulgata verò pro Ioseph legit ὁ πατὴρ, *pater*. quæ fortassis vera est lectio; quum suprà vers. 27. γονεῖς, id est *parentes*, nominarit plurali numero, & mox patris nomen eidem ab ipsa Maria tribuatur. nempe ex cõmuni hominum opinione. ¶ *Mirabantur*, ἦν θαυμάζοντες. Aut legendum est ἦσαν, aut repetendum est ἦν in posteriore membro, vt congruat participium. Nam poëticum est illud Hesiodi, in Theogonia; τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί.

34 *Positus est* κεῖται. Hebraicè נצב [*nitsab*:] id est, pro scopo est constitutus & destinatus à Deo, cui sic placet gloriæ suæ consulere. Siquidem particula εἰς non tantùm euentum rerum, sed etiam in primis consilium & decretum Dei designat: sed quum ad huius consilij executionem deuenitur, tunc, vt inter seruandi decretum & salutem electorum gratuita vocatio, & per eam fides interuenit: sic inter reproborum casum & Dei consilium interuenit ipsorum corruptio & spontanea infidelitas: quæ res facit vt totam exitij sui culpã meritò sustineant, quũ Deus non aliter exequatur suũ consiliũ quàm ipsorum scelera iustè vindicando. ¶ *Casui & resurrectioni*, εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν. In casum videlicet reproborũ, sua ipsorũ culpa pereuntiũ, & in resurrectionem electorum, quibus datur vt credant. quod multò antè prædixit Esaias 8. 14. & 15. Nam vocabulum πολλῶν sigillatim est applicandum, non coniunctim: adeò quidem, vt in meo vetustissimo codice legatur, repetita præpositione εἰς, εἰς πτῶσιν καὶ εἰς ἀνάστασιν, *In casũ & in resurrectionẽ*. Similis extat loquẽdi formula 1. Cor. 1. 12. Sed operæpretiũ est hoc loco considerare sacrilegam Castellionis audaciam, qui vtrunque Testamentũ nuper ita conuertit vt suo arbitrio quiduis non modò detraxerit aut addiderit, sed etiã mutarit. Is igitur quia inter cæteros errores hunc etiam tuetur, qui homini etiam non regenerato, ac proinde adhuc peccati peccantis seruituti addicto, liberum naturale in salutis doctrina vel amplectenda vel repudiãda arbitrium cum Pelagio tribuit, vt à cuius voluntate spontanea pendeat diuini consilij constantia, id est qui causarũ ordinem prorsus inuertit: videbat autẽ verbum κεῖται non posse sine violenta interpretatione ad solum euentum referri, sed potius æternam Dei destinationem declarare, idcirco in locum vnius copulatiuæ coniunctionis, duas disiunctiuas substituit, & totum hunc locũ ita interpretatur, *Scito hunc multorum vel casui, vel resurrectioni in Israelitis destinatum esse*. Hoc est, scilicet, diuinæ prouidentiæ religiosè patrocinari. ¶ *Vt sit signum*, εἰς σημεῖον. Hebraicè, למטרא [*limattara*,] vt Thren. 3. 12. Significat igitur Christum veluti scopum fore, quem omnes certatim figere contendant. Sed paulo pòst discedit à translatione. Origenes autem suo more planè ridiculus est, sic explicans hunc locum, Rom. 4. *Contradicebatur*, inquit, *signo in quo Christus venerat, quia aliud in eo videbatur, aliud intelligebatur: caro videbatur, & aliud credebatur*.

35 *Traiiciet*, διελεύσεται. Vulgatã, *Pertransibit*: quam interpretationem non reiicerem, nisi (vt rectè obseruat Eras-

nius) inde arripuisset occasionem Augustinus parum aptæ expositionis, quasi significare voluerit Simeon fore vt hic dolor nō insideret animo Mariæ, sed pertransiret duntaxat. Atqui Græcè non scriptum est παρελεύσεται, sed διελεύσεται. Itaque Eras. vt hoc incommodū vitaret, maluit Penetrandi vocabulum vsurpare. Sed ne hæc quidem interpretatio Græco verbo respondet. Nam ferrum quidē quod traijcit, idem etiam penetrat: sed non contrà, quodcunque penetrat illud etiam dici potest traijcere: quo verbo significauit Simeon penitus vulnerandum esse ipsius animum acerbissimis doloribus, ac si dicas Gallicè, *passer tout oultre.* Videtur autem alludere ad locum Ps. 105.18.

Additur Simeoni altera testis, & quidē omni exceptione maior, omnes ad excipiendum exhibitum Messiam inuitans.

36 Καὶ ἦν Ἄννα προφῆτις θυγάτηρ Φανουήλ, ἐκ φυλῆς Ἀσήρ· αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς.

36 Erat etiā *quædam* Anna prophetissa, filia Phanuelis, ex tribu Aseris: prouecta in multam ætatem, postquam vixisset cum viro annos septem à virginitate sua.

36 *Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.*

37 Καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν.

37 Et *quum esset* vidua quasi annorum octoginta quatuor, nō abscedebat à templo, ieiuniis ac deprecationibus colens *Deum* noctem ac diem.

37 *Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die.*

38 Καὶ αὕτη αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ.

38 Hæc igitur eo ipso momento quum superuenisset, vicissim palàm agnoscebat Dominum, & loquebatur de eo omnibus qui redemptionem expectabant Hierosolymis.

38 *Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem in Ierusalem.*

39 Καὶ ὡς ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν νόμον Κυρίου, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν Ναζαρέτ.

39 At *illi* vt perfecerunt omnia secundum Legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in vrbem suam Nazaretam.

39 *Et vt perfecerunt omnia secundum Legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth.*

40 Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο Πνεύματι, πληρούμενον σοφίας· καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ᾽ αὐτό.

40 Puerulus autem crescebat, & corroborabatur Spiritu, implebatúrque sapientia: & Dei gratia erat super eum.

40 *Puer autem crescebat, & confortabatur Spiritu, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo.*

Deut. 6.16.

41 Καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ᾽ ἔτος εἰς Ἱερουσαλὴμ τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα.

41 Ibant verò parentes eius quotannis Hierosolymam || in festo Paschæ.

41 *Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solenni Paschæ.*

Extraordinario facto Scribæ & Pharisæi ad audiendā suo tempore Christi sapientiam excitantur.

42 Καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, ἀναβάντων αὐτῶν εἰς Ἱεροσόλυμα κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς,

42 Quum igitur factus esset annorum duodecim, ipsique ascendissent Hierosolymam secundum morem illius festi:

42 *Et quum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis in Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi:*

43 Καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτούς, ὑπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ οὐκ ἔγνω Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ.

43 Et peregissent *illius* dies, reuertentibus ipsis remansit puer Iesus Hierosolymis: & *hoc* nesciuit Ioseph nec mater eius.

43 *Consummatísque diebus, quū redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem: & non cognouerunt parentes eius.*

44 Νομίσαντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι, ἦλθον ἡμέρας ὁδόν, καὶ ἀνεζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς.

44 Existimantes autem eum esse in comitatu, ierunt viam *vnius* diei: & requirebant eum inter cognatos & inter notos.

44 *Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei & requirebant eum inter cognatos & notos.*

45 Καὶ μὴ εὑρόντες αὐτὸν ὑπέστρεψαν εἰς

45 Et quum eum non inuenissent,

45 *Et non inuenientes re-*

36 *A virginitate sua,* ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς. id est ex quo virgo illi nupserat, nuptiis videlicet cum nullo postea repetitis. quod istam à continentiæ quoque dono cōmēdabat.

37 *Et [quum esset] vidua,* καὶ αὕτη χήρα. Vulg. & Erasmus, *Et hæc vidua.* Apparet Hebraicam esse repetitionem in αὕτη & ἥ, quam noluimus imitari, ne non satis cohæreret oratio: sed duplicis relatiui loco expressimus participium οὖσα, quod in Græco sermone subauditur. Eiusmodi verò honestæ viduæ, quarum fieri videtur mentio 1. Sam. 2. vers. 22. quotidianis templi pauperum ministeriis multis occupabantur: quem morem aliquatenus postea retinuerunt Apostoli. ¶ *Quasi,* ὡς. Vulgata, *Vsque ad:* id est ἕως, quod scriptum legimus in duobus codicibus. ¶ *Non abscedebat, in discedo.* Huiusmodi religiosarum fœminarum sit quoque mentio Exod. 38.8. ¶ *Deprecationibus,* δεήσεσι. Sic rectè Erasmus, vt annotabimus Act. 1. c. 14. Vulgata, *Obsecrationibus:* quum Græcis Obsecrare significet [illegible], vt idem Erasmus in hunc locum annotauit. ¶ *Colens Deum,* λατρεύουσα. Addidimus quartum casum, vt amphibologiam vitaremus. Hoc autem nomine significatur externus cultus, prout in templo obseruabatur: in quo mulieres quoque operam aliquam Leuitis præstabant, vt ex historia sacra apparet. Vide Matt. 4, 10.

38 *Eo ipso momento,* αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. Vide Matth. 9. capite 22. ¶ *Vicissim palàm agnoscebat,* id est, ἀνθωμολογεῖτο. Vulgata, *Confitebatur,* id est ὡμολογεῖτο. Sed (vt rectè obseruat Erasmus) non erat negligenda particula ἀντὶ, qua significatur Annam quasi succinuisse Simeoni in prædicando Messiæ aduentu, vel palàm & in omnium conspectu præsentiam Christi annuntiasse. Vide Matth. 10. 22. ¶ *Hierosolymis,* ἐν Ἱερουσαλήμ. In vno codice scriptum legimus ἐν τῷ Ἰσραήλ, in Israel. Sed & in nonnullis exemplaribus Latinis simpliciter legitur, *Redemptionem Israel.* Syrus interpres legit Ierusalem, vt in gignendi casu, prætermissa præpositione ἐν.

39 *Reuersi sunt,* ὑπέστρεψαν. Hîc inserendus est in historia sacra ex Matth. aduentus Magorum, & sequuta peregrinatio in Ægypto.

40 *Implebatúrque,* πληρούμενον. Vulg. *Plenus,* πλήρης. Eras. autē rectè expressit vim participij, quo significatur, Deitatis effecta pro ætatis progressu in assumpta vera humanitate sese exeruisse. ¶ *Super eum,* ἐπ᾽ αὐτό. Vide suprà, vers. 25. Vulgata, *in illo,* ἐν αὐτῷ.

43 *Et hoc nesciuit,* καὶ οὐκ ἔγνω. Vulg. *Et non cognouerunt parentes eius.* legit enim, καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ, eodem manente sensu.

44 *Ierunt,* ἦλθον. Vulg. & Eras. *Venerunt.* Apparet autem ἔρχεσθαι positum esse pro ἰέναι: id est iter facere.

46 In-

Ἱερουσαλήμ, ζητοῦντες αὐτόν.

sent, reuersi sunt Hierosolymā quærentes eum.

gressi sunt in Ierusalem, requirentes eum.

46 Καὶ ἐγένετο, μεθ᾽ ἡμέρας τρεῖς εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς.

46 Et factum est, triduo pōst vt inuenerint eum in templo, sedētem in medio Magistrorum, & audientem eos & eos interrogantem.

46 *Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo, sedentem in medio doctorum, audientem illos & interrogantem eos.*

47 Ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐτοῦ ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ.

47 Percellebantur autem omnes qui eum audiebant, super intelligentia & responsis eius.

47 *Stupebant autē omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius.*

48 Καὶ ἰδόντες αὐτόν, ἐξεπλάγησαν· καὶ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπε, Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; ἰδού, ὁ πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε.

48 Et eo viso facti fuerunt *parentes eius* attoniti: & dixit ad eū mater ipsius, Fili, cur ita fecisti nobis? ecce, pater tuus & ego anxij quærebamus te.

48 *Et videntes admirati sunt, & dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce, pater tuus & ego dolentes quærebamus te.*

Minimè quiddā negligēda, sed tamen Dei gloriæ secundum vocationem nostram postponenda sunt quæcunque hominibus officia debemus.

49 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με;

49 Tunc dixit ad eos, Quid est quòd quærebatis me? *an* nesciebatis oportere me in iis esse quæ Patris mei sunt?

49 *Et ait ad illos, Quid est quòd me quærebatis? nesciebatis quia in iis quæ Patris mei sunt oportet me esse?*

50 Καὶ αὐτοὶ οὐ συνῆκαν τὸ ῥῆμα ὃ ἐλάλησεν αὐτοῖς.

50 Sed ipsi non intellexerunt verba quæ ipsis fuerat loquutus.

50 *Et ipsi non intellexerunt verbum quod loquutus est ad eos.*

51 Καὶ κατέβη μετ᾽ αὐτῶν, καὶ ἦλθεν εἰς Ναζαρέτ· καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς. Καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς.

51 Descendit autem cum eis, venítque Nazaretam: & erat eis subiectus. Et mater eius conseruabat verba hæc omnia in corde suo.

51 *Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.*

Christus verus homo, per omnia nobis similis factus excepto peccato.

52 Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις.

52 Iesus verò proficiebat sapientia, & statura, ac gratia apud Deum & homines.

52 *Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines.*

Κεφάλαιον γ.

CAP. III.

CAP. III.

1 ΕΝ ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, καὶ τετραρχοῦντος τῆς Γαλιλαίας Ἡρώδου, Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος,

1 ANno autem decimoquinto imperij Tiberij Cæsaris, Pontio Pilato procurante Iudæam, tetrarcha Galileæ Herode, Philippo autem ipsius fratre tetrarcha Ituræę & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetrarcha,

1 *ANno autem quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galileæ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræa & Traconitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha,*

Ioannes tempore à Prophetis prædicto prodiens, iacit exhibiti Euangelij fundamenta: veræ legis obseruatione & gratuita in Christo ponè ipsum aduentante misericordia proposita: addito etiam baptismo, efficacitum regenerationis, tum remissionis peccatorum symbolo. Act. 4. 6.

2 Ἐπ᾽ ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα, ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν, ἐν τῇ ἐρήμῳ.

2 || Sub Pontificibus maximis Anna & Caiapha, factum est verbum Domini ad Ioannem Zachariæ filium, in deserto.

2 *Sub principibus Sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum Domini super Ioannem Zacharia filium, in deserto.*

46 *Interrogantem,* ἐπερωτῶντα. Vide 1. Corinth. capite decimoquarto versu decimono.

48 *Anxij,* ὀδυνώμενοι. Vulg. & Eras. *Dolentes,* λυπούμενοι. Sed τὸ ὀδυνᾶσθαι videtur ἐμφατικώτερον.

52 *Sapientia,* σοφίᾳ. Quum enim, licet anima ab ipso exortu perfectissima donatus, tamē per omnia nobis, solo excepto peccato, cōformis fuerit: adolescēte demū ipso exeruerunt sese omnes animi tū corporis facultates, Immò & ipsa θεότητος plenitudo sese prout & quatenus ipsi libuit, humanitati assumptę insinuauit: quicquid garriant matæologi, & noui vbiquitarij Eutychiani. ¶ *Et statura,* καὶ ἡλικίᾳ. Hæc desunt in vno vetere exemplari. Puto autem ab aliquo fuisse expuncta qui ἡλικίαν pro ætate accepit. Satis enim intelligitur ætas illius augeri qui pergit viuere. Malè igitur Vetus interpres & Erasmus, ἡλικίαν hoc loco *ætatem* interpretantur, quum accipiatur pro ipsa corporis statura, vt diximus Matthæi capite 6. versu 27. Idem error admissus est infrà Ephes. 4. cap. 13. In alio quodam exemplari primo loco scribitur ἐν τῇ ἡλικίᾳ, deinde σοφίᾳ & χάριτι, qui ordo melius videtur conuenire.

IN CAP. III.

1 *Decimoquinto,* πεντεκαιδεκάτῳ. Ita reperimus scriptum summo consensu in omnibus exemplaribus: quod placuit annotare, vt intelligamus non conuenire Epiphanij supputationem, qui quatuor Herodis magni postremos annos Christi vitæ tribuit. Nam qui verum sit Archelau Herodis successorem nouem annis patrum regem, partem tetrarcham Iudææ fuisse, cui deinde tres præsides per sex annos vsque ad annum Tiberij primum successerint, vt intelligimus ex Iosepho: necesse est dicamus, eum cuius annus tricesimus in annum decimumquintum Tiberij incidit, vltimo anno Herodis & natum esse, & in Ægyptum deportatum: vnde redierit quum iam Archelaus in patris regnum successisset. ¶ *Imperij,* ἡγεμονίας. Apparet Lucam minimè fuisse solicitum de Tiberij imperio à Pilati procuratoris ipsius munere distinguendo. Itaque nemo mirari debet quòd contra meūm morem idem vocabulum in eodem versiculo diuersis modis sim interpretatus. Sed & Græcos auctores, qui Cæsarum vitas scripserunt, video sibi nō constare. Nam pro imperio interdum ἡγεμονίαν, interdū ἀρχὴν, modò αὐτοκράτορα ἀρχὴν, modò αὐταρχίαν dicunt. Præsides autem prouinciarum ferè vocant ὑπάρχους vel ἀνθυπάτους, nonnunquam etiam ἡγεμόνας. Sed propriè Cæsaris Procuratores dicebantur ἐπίτροποι, Gallicè vocatis *Commissaires.* ¶ *Abilenes,* Ἀβιληνῆς. Abellenam etiam dictam hanc regiunculam inuenio.

2 *Sub Pontificibus maximis,* ἐπὶ ἀρχιερέων. Vide Mar. 2. 26. Preterquam autem quòd duo ex vetere instituto inter Sacerdotes eminebant, corruptissimo illo seculo quo venalis etiam erat pontificatus, colligi potest ex eo quod dicitur Ioan. 11, 49. & Act. 4, 6. vbi Annas iste pōtifex Maximus dicitur, & huic Caiaphæ præponitur, illos per vices eo munere fuisse defunctos. ¶ *Ad Ioannem,* ἐπὶ Ἰωάννην, id est πρὸς Ἰωάννην, vt Hebræi vsurpant על pro אל.

Matth 3.1
mar.1.4

3 Καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

3 Venit igitur in omnem regionem circumiacentem Iordani, prædicans Baptismum resipiscentiæ ad remissionē peccatorum:

3 *Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans Baptismū pænitentiæ in remissionem peccatorum:*

Esa.40.3
ioh.1.23

4 Ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

4 Vt scriptum est in libro sermonum Esaiæ Prophetę, dicentis, Vox vociferantis in deserto, Parate viam Domini, complanate semitas eius.

4 *Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ Prophetæ, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.*

5 Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας.

5 Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis deprimetur: & quæ curua sunt, fient *via* recta, & asperæ *viæ* *fient* planæ.

5 *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas:*

6 Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.

6 Videbitque omnis caro salutem Dei.

6 *Et videbit omnis caro salutare Dei.*

Matt.3.7

7 Ἔλεγεν οὖν τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;

7 Dicebat igitur turbæ venienti vt baptizaretur ab ipso, Progenies viperarū, quis præmonstrauit vobis vt fugeretis à futura ira?

7 *Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab ipso, Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira?*

8 Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας· καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.

8 Ferte igitur fructus conuenientes resipiscētiæ, & ne cœperitis dicere apud vosipsos, Patrem habemus Abrahamum. dico enim vobis, posse Deum etiam ex lapidibus istis excitare liberos Abrahamo.

8 *Facite ergo fructus dignos pænitentiæ: & ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abrahamum. dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.*

9 Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται· πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

9 Iam verò etiam securis ad radicem arborum posita est: omnis ergo arbor non ferens fructum bonum, exciditur, & in ignem abiicitur.

9 *Iam enim securis ad radicem arborum posita est: omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittitur.*

10 Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ ὄχλοι, λέγοντες, Τί οὖν ποιήσομεν;

10 Et interrogauit eum turba: dicens, Quid igitur faciemus?

10 *Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus?*

Iacob.2.15
1.ioh.3.17.

11 Ἀποκριθεὶς δὲ λέγει αὐτοῖς, Ὁ ἔχων δύο χιτῶνας, μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι· καὶ ὁ ἔχων βρώματα, ὁμοίως ποιείτω.

11 Respondens autem dixit eis, Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

11 *Respondens autem dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.*

12 Ἦλθον δὲ καὶ τελῶναι βαπτισθῆναι, καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, Διδάσκαλε, τί ποιήσομεν;

12 Venerunt autem & publicani vt baptizarentur: & dixerunt ei, Magister quid faciemus?

12 *Venerunt autem & publicani vt baptizarentur: & dixerunt ad illum, Magister quid faciemus?*

13 Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε.

13 Ipse verò dixit eis, Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, exigite.

13 *At ille dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, faciatis.*

14 Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι, λέγοντες, Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Μηδένα διασείσητε,

14 Interrogarunt autem eum etiam milites, dicentes, Et nos quid faciemus? Et ait eis, Neminem concutite, neque dolo

14 *Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminē con-*

5 *Fient*, ἔσαι. Hebr. יהיו id est γένωνται, fient, vt diximus Matt.19. versu 5. vbi tres Hebraismos exposuimus, qui hoc quoque loco vsurpantur. Ponitur enim Esse pro Fieri, & additur præpositio contra Græcæ & Latinæ linguæ consuetudinem: quo denique pro homine accipitur.

6 *Salutem Dei*, τὸ σωτήριον Θεοῦ. id est Messiam salutis vnicum medium, à Deo non vni duntaxat genti Iudæorum, sed toti mundo exhibitum. Vulgata & Erasmus, *Salutare Dei*, de quo diximus suprà, 2.30.

7 *Venienti*, ἐκπορευομένοις: id est, quæ domo profecta, ad eum venerat: vt diximus Marci 8.11. Nam familiare est Hebræis, posito vno verbo alterum consequens intelligere, quum Græci & Latini potius soleant ex consequēti sumere antecedens, vt prouerb.25.c.22 גחלים אתה חותה על ראשו: id est, Carbones tu accipies super caput eius: id est Accipies & pones.

8 *Ne cœperitis dicere*, μὴ ἄρξησθε λέγειν. In quodam codice scribitur, μὴ δόξητε λέγειν, sicut apud Matthæum legimus: id est, *ne putetis [vobis] dicendum*.

10 *Quid igitur faciemus?* τί οὖν ποιήσομεν; In eodem exemplari & meo vetustissimo additur ἵνα σωθῶμεν; vt seruemur?

11 *Impertiat*, μεταδότω. Vulgata, *Det*, id est δότω, sensu aliquantulum diuerso.

12 *Exigite*, πράσσετε. Vulg. *Faciatis*: quæ est altera verbi πράττειν significatio. Sed illam melius conuenire, vel illud ostendit quòd paulo pòst cap.12.58, πράκτορες vocantur qui mulctas exigunt: vt obseruat Erasmus, & probat Budæus in Commentariis.

14 *Milites*, στρατευόμενοι id est στρατιῶται. Nam alibi admonuimus Hebræos vti participiis loco nominum quæ verbalia Grammatici vocant. ¶ *Dolo opprimite*, συκοφαντήσητε. Vulgata, *Calumniam facite*, quod certè potius togatæ quàm armatæ militiæ conuenit. Ego verò existimo διασείειν ad vim manifestam, συκοφαντεῖν ad rapinas cæterásque fraudulentas potius quàm manifestè violentas mulctas referri, sicut apud Hebræos distinguuntur גזל [*Gazal*] & עשק [*hasch ak*.]

¶ Stipen-

μηδὲ συκοφαντήσητε· καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν.

opprimite: & contenti estote stipendiis vestris.

culiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris.

15 Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός,

15 Expectante autem populo, & cogitātibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, numnam ipse esset Christus ille,

15 *Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus,*

Verè & cum fructu sacramenta percipimus, neque in signis hærēdum, neque in eo qui signa administrat, sed ad Christum Sacramentorum authorem, & rei ipsius per Sacramenta adumbratæ exhibitorem assurgendum est.

16 Ἀπεκρίνατο ὁ Ἰωάννης ἅπασι λέγων, Ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς· ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.

16 Respondit Ioannes, dicens omnibus, Ego quidē baptizo vos aqua: sed venit qui validior me est, cuius non sum dignus qui soluam corrigiam solearum: ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igni.

16 *Respondit Ioannes dicens omnibus, Ego quidem aqua baptizo: veniet autem fortior me, cuius nō sū dignus soluere corrigiā calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.*

Matt.3.11
mar.1.8
ioh.1.26
act.1.5. & 8.4. & 11.16. & 19.4.
Euangelium est mundi totius cribrum.

17 Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ· καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.

17 Cuius ventilabrum *est* in manu ipsius, & qui perpurgabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum, paleam autem exuret igni inextinguibili.

17 *Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam: & cōgregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.*

18 Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παρακαλῶν εὐηγγελίζετο τὸν λαόν.

18 Multa igitur etiam alia exhortans euangelizabat populo.

18 *Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.*

Matt.14.3
mar.6.17
Ioannis præconium morte ipsius sanciri oportuit.

19 Ὁ δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ περὶ Ἡρωδιάδος τῆς γυναικὸς Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ περὶ πάντων ὧν ἐποίησε πονηρῶν ὁ Ἡρώδης,

19 Herodes autem tetrarcha quum argueretur ab eo de Herodiade vxore Philippi fratris eius, déque omnibus sceleribus quæ ipse patrarat,

19 *Herodes autem tetrarcha quum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui Philippi, & de omnibus malis quæ fecit Herodes,*

20 Προσέθηκε καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι, καὶ κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ.

20 Adiecit & hoc supra omnia, quòd inclusit Ioannem in carcere.

20 *Adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem.*

Matt.3.14
mar.1.9
ioh.1.33
Baptismus noster in capite Ecclesiæ sanctificatur, simúlque ipsius Patris voce, Christus æternus Rex noster, sacerdos & Propheta declaratur.

21 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν, καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος καὶ προσευχομένου, ἀνεῳχθῆναι τὸν οὐρανόν·

21 Factum est autem quum baptizaretur totus populus, & Iesus baptizatus esset & oraret, vt aperiretur cælum:

21 *Factū est autem quum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cælum:*

22 Καὶ καταβῆναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστερὰν, ἐπ' αὐ-

22 Ac descenderet Spiritus sanctus corporea specie, tanquam

22 *Et descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum:*

¶ *Stipendiis vestris*, ὀψωνίοις ὑμῶν. Quid opsonij appellatione intelligatur omnes norunt. Hîc autem pro stipendio militari accipitur, quia non modò pecunia, sed etiam cibaria militibus dabantur. Polyb lib.6. Ὀψώνιον δ' οἱ μὲν πεζοὶ λαμβάνουσι τῆς ἡμέρας δύο ὀβολούς, οἱ δὲ ταξίαρχοι διπλοῦν, οἱ δ' ἱππεῖς δραχμήν. σιτομετροῦνται δ' οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη μάλιστά πως· οἱ δ' ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. τῶν δὲ συμμάχων οἱ μὲν πεζοὶ τὸ ἴσον, οἱ δ' ἱππεῖς, πυρῶν μὲν μέδιμνον ἕνα καὶ τρίτον μέρος, κριθῶν δὲ πέντε. δίδοται δὲ τοῖς μὲν συμμάχοις τοῦτ' ἐν δωρεᾷ· τοῖς δὲ Ῥωμαίοις τοῦ τε σίτου καὶ τῆς ἐσθῆτος, κἄν τινος ὅπλου προσδεηθῶσιν, πάντων τούτων ὁ ταμίας τὴν τεταγμένην τιμὴν ἐκ τῶν ὀψωνίων ὑπολογίζεται. Id est, *Stipēdium accipiunt pedites, obolos duos singulis diebus: ductores ordinum, duplum: equites drachmam. Triticum autem datur peditibus, Attici medimni ex tribus duæ circiter partes: equitibus hordei septem medimni, singulis mensibus, tritici, duo. Sociis, pediti æqua portio: equiti, tritici medimnus & tertia pars: hordei quinque medimni: datúrque id sociis muneri: sed Romanis, si frumento, veste aut armis aliquibus eguerint, quæstor constitutum earum omnium rerum pretium ex eorum stipendiis subducit.* Hæc ille, ex quibus intelligi potest quæ fuerit olim ipsorum quoque militum Romanorum frugalitas. Nam drachma circiter tribus assibus regiis & semisse, obolus septem denariolis, medimnus sex modiis Romanis Budæi calculo æstimatur. Hoc autem vt melius etiam intelligatur cuiusmodi fuerit istis prophanis quoq;, sed alioqui moderatis hac in re principibus, magno cum eorum dedecore qui nunc maximè Christiani videri volunt, adscribere placuit ex Vopisco, quod olim Aurelianus, tribuno vicario suo totidem verbis rescripsit: *Si vis tribunus esse, imò si vis viuere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat: ouem nemo contingat: vuam nullus auferat: segetem nemo deterat: oleum, sal, lignum nemo exigat: annona sua quisque contentus sit: de præda hostis, non de lachrymis prouincialium habeat: arma tersa sint, ferramenta Samiata, calceamenta fortia, vestis noua vestem veterem excludat: stipendium in balteo, non in popina habeat: torquem brachialem & annulum opponat: equum saginarium suum defricet: mulum centuriatum comiter curet: alter alteri quasi seruus obsequatur: à medicis gratis curentur: aruspicibus nihil dent: in hospitiis castè se agant: qui litem fecerit, vapulet.* Hæc ille, licet Christianorum hostis, ex quibus etiam constare potest quid sit τὸ διασείειν, & contrà suis stipendiis esse contentum. Sed quinam isti milites de quibus hîc agitur, fuerunt? Certè Iudæi: quorum cohortem aliquam habuisse Pontificem constat ex Pilati verbis, Matthæi 27. versu 65. Sed & Iudæos sub Romanis meruisse, à quibus etiam ad patrios deserendos ritus non cogerentur, constat ex Iosepho aduersus Appionem lib.2.

15 *Expectante*, προσδοκῶντος id est, quum populus in expectatione esset, animis videlicet magnæ spei plenis in Ioannem respiciens. Sic enim poscit sententia vt hanc vocem explicemus, quum præsens Ioannes adesset: ac si nostro idiomate dicas *Il s'attendoit à Iehan*, vt optimè verterit Syrus interpres per verbum סבר [*sebar*] quod significat etiam *Sperare*, idque expresso Ioannis ipsius nomine. Vulgata, *Existimante*. quæ significatio etsi verbo etiam illi Syriaco, vt diximus suprà 2.14.5. vt & Græco προσδοκᾶν interdum conuenit, tamen hoc loco prorsus est absurda: etiam si Existimare, pro Apud se aliquid perpendere, accipias.

16 *Sancto*, ἁγίῳ. Sic legit Syrus etiam interpres, quamuis per se satis hoc intelligatur, & non legerit Augustinus de consensu Euangelistarum lib.2. cap.12.

18 *Exhortans*, παρακαλῶν. Παρακαλεῖν interdum etiam Precari, interdum Consolari declarat. Hoc autem loco idem valet atque τὸ παραινεῖν.

19 *Ipse*, ὁ Ἡρώδης. Hebræa repetitio antecedentis loco relatiui, de qua alibi dictum est à nobis.

20 *Quòd inclusit*, καὶ κατέκλεισε. Vulg. & Eras. *Et inclusit*: ita vt videantur ista non satis cohærere. Puto igitur καὶ pro ὅτι vsurpari hoc loco, vt interdum apud Hebræos ו [*vau*] pro ש [*sche*] vel אשר [*asher*.]

τόν· καὶ φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι, λέγουσαν, Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν σοὶ ηὐδόκησα.

columba, suprà eum: & vox de cælo existeret, dicens, Tu es filius ille meus, dilectus ille, in te acquiesco.

& vox de cælo facta est: Tu es filius meus dilectus: in te complacuit mihi.

Christi secundum carnem genus ad Adamum, & inde ad Deum vsque deducitur, vt cũ esse constet quem vnum Deus Abrahamo & Dauidi promissum, ab æterno Ecclesiæ suæ ex omni hominum genere colligendæ destinauit.

Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὢν (ὡς ἐνομίζετο) υἱὸς Ἰωσήφ, τοῦ Ἡλί,

23 Ipse autem Iesus incipiebat esse quasi annorum triginta, filius (vt existimabatur) Iosephi, filij Heli,

23 Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli,

Τοῦ Ματθάτ, τοῦ Λευΐ, τοῦ Μελχί, τοῦ Ἰαννά, τοῦ Ἰωσήφ,

24 Filij Matthati, filij Leui, filij Melchi, filij Ianne, filij Iosephi,

24 Qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianna, qui fuit Ioseph.

Τοῦ Ματταθίου, τοῦ Ἀμώς, τοῦ Ναούμ, τοῦ Ἐσλί, τοῦ Ναγγαί,

25 Filij Mattathiæ, filij Amosi, filij Naumi, filij Esli, filij Naggæ,

25 Qui fuit Mattathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge,

Τοῦ Μαάθ, τοῦ Ματταθίου, τοῦ Σεμεΐ, τοῦ Ἰωσήφ, τοῦ Ἰούδα,

26 Filij Maathi, filij Mattathiæ, filij Semei, filij Iosephi, filij Iudæ,

26 Qui fuit Mahath, qui fuit Mattathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda,

Τοῦ Ἰωαννᾶ, τοῦ Ῥησά, τοῦ Ζοροβάβελ, τοῦ Σαλαθιήλ, τοῦ Νηρί,

27 Filij Ioannæ, filij Rhesæ, filij Zorobabelis, filij Salathielis, filij Neri,

27 Qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri.

Τοῦ Μελχί, τοῦ Ἀδδί, τοῦ Κωσάμ, τοῦ Ἐλμωδάμ, τοῦ Ἤρ,

28 Filij Melchi, filij Addi, filij Cosami, filij Elmodami, filij Eri,

28 Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmodam, qui fuit Her.

Τοῦ Ἰωσή, τοῦ Ἐλιέζερ, τοῦ Ἰωρείμ, τοῦ Ματθάτ, τοῦ Λευΐ,

29 Filij Iose, filij Eliezeris, filij Iorimi, filij Matthati, filij Leui,

29 Qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui,

Τοῦ Συμεών, τοῦ Ἰούδα, τοῦ Ἰωσήφ, τοῦ Ἰωνάν, τοῦ Ἐλιακείμ,

30 Filij Simeonis, filij Iudæ, filij Iosephi, filij Ionani, filij Eliacimi,

30 Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim,

Τοῦ Μελεᾶ, τοῦ Μαϊνάν, τοῦ Ματταθά, τοῦ Ναθάν, τοῦ Δαβίδ,

31 Filij Meleæ, filij Mainani, filij Mattathæ, filij Nathanis, filij Dauidis,

31 Qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mattatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid.

Τοῦ Ἰεσσαί, τοῦ Ὠβήδ, τοῦ Βοόζ, τοῦ Σαλμών, τοῦ Ναασσών,

32 Filij Iessæ, filij Obedis, filij Bosi, filij Salmonis, filij Naassonis,

32 Qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,

23 *Incipiebat esse fere triginta annorum*, ἦν ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. Syrus interpres non legit participium ἀρχόμενος, quod certè necessario non erat addendum, & eos in errorem induxit qui hoc acceperunt de vicesimo nono Christi anno nondum expleto, siue de tricesimo mox inchoando, quum potius significetur Christus tunc tricesimum annum attigisse, necdum tamen expleuisse. Hoc accuratiores Chronologi demonstrant, natalem Christi referentes ad annum Augusti quadragesimum primum currentem, qui quum mortuus sit anno imperij quinquagesimo sexto, efficitur Christum tunc tricesimum hunc annũ egi[sse] quum Tiberius annum imperij sui decimum quintum ageret, vt supra 3.1. Et hoc ita esse accipiendum inde apparet quod alioqui scripsisset potius Lucas, ἦν ἀρχόμενος τριακοστοῦ ἔτους, incipiebat tricesimum annum. Sed & Epiphanius κατὰ τῶν Ἐβιωναίων, & κατὰ τῶν ἀλόγων, ter hunc locum his verbis citat, ἦν δὲ Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡσεὶ τριάκοντα ἐτῶν, emollita traiectione participij ἀρχόμενος, & suppleto εἶναι, ita videlicet vt participium ὤν, sicut necessario faciendum est, cum sequentibus construatur: quam lectionem vt genuinam sum sequutus. Quòd autem nonnulli participium ἀρχόμενος ad initium prædicationis Christi referunt, & ita hunc locum interpretantur, *Erat autem Iesus fere triginta annorum incipiens*, id est, quum inciperet euangelizare, etsi historiæ veritati conuenit, tamen mihi argutè potius excogitatum, quàm solida ratione niti videtur. ¶ [*Filij*] *Eli*, τοῦ Ἡλί. De hac ellipsi alibi diximus. Nos autem eam suppleuimus, Syrum interpretem sequuti, qui vbique nomen בר [*bar*] expressit. Non desunt qui γαμβροῦ malint subaudire, quod mihi non placet. Videtur enim eadem potius ratione ellipsis supplenda in hoc membro, atque in alijs qui sequuntur: neque nouum aut à ratione alienum est vt generi vocentur soecerorum filij, quum nurus suas Noëmi filias vocet, Ruth. 1. 10. Deinde sunt aliæ etiam rationes quibus Matthæus & Lucas in hac genealogia concilientur, quæ ex alijs peti possunt. Nunc verò satisfecisse videbor officio meo si diuersas duntaxat lectiones annotaro, quæ quidem alicuius sunt momenti. Nam comperio in his scribendis nominibus infinitam esse codicum varietatem, partim propter summam Hebreæ linguæ imperitiam in plerisque non modo librarijs, sed etiam interpretibus alioquin pijs & eruditis, partim etiam quia puncta vocalia non omnes Hebræi eodẽ modo pronuntiant. Sed hîc prætermissum nolim inexspectatũ quiddam, nẽpe in illo meo venerandæ sanè vetustatis codice (cuius antea sæpe memini) hanc genealogiam sicut apud Matthæũ descendendo, sic hoc loco ascendẽdo, (ijs tãtùm adiectis quos Matthæus in tessaradecadibus constituẽdis prætererat) ad Solomonẽ vt apud Matthæũ, non ad Nathanem, vt hîc legi solet, cæteris sursum ad Adamũ vsque inuariatis, deduci. hæc videlicet serie, υἱὸς Ἰωσήφ, τοῦ Ἰακώβ, τοῦ Ματθάν, τοῦ Ἐλεαζάρ, τοῦ Ἐλιούδ, τοῦ Ἰαχείμ, τοῦ Σαδώκ, τοῦ Ἐλιακείμ, τοῦ Ἀζιούδ, τοῦ Ζοροβάβελ, τοῦ Σαλαθιήλ, τοῦ Ἰεχονίου, τοῦ Ἰωακείμ, τοῦ Ἐλιακείμ, τοῦ Ἰωσία, τοῦ Ἀμώς, τοῦ Μανασσῆ, τοῦ Ἐζεκία, τοῦ Ἀχάζ, τοῦ Ἰωαθάμ, τοῦ Ὀζίου, τοῦ Ἀμασίου, τοῦ Ἰωάς, τοῦ Ὀχοζίου, τοῦ Ἰωράμ, τοῦ Ἰωσαφάτ, τοῦ Ἀσά, τοῦ Ἀβιά, τοῦ Ῥοβοάμ, τοῦ Σολομῶν. Quinam autẽ id sit factum nescio, quum recepta lectio tum Syri ipsius interpretis auctoritate, tũ scriptorum omnium sacrorum (propterea de Matthæo cum Luca conciliando laborantium) cõsensu planè confirmetur: cui sanè præiudicium vllũ afferre nec velim, nec ausim. Tantùm dico, fieri potuisse vt ipsis Euangelistarum temporibus Iudæi genealogiam istam, quantũ in ipsis fuit, deprauarint, quasi ildem cæteris Christo narrationibus abrogatum, eaque fraus à plerisque non animaduersa, facilè obtinuerit. Sed vtcunque sit, age, recepta lectio salua & intacta permaneto. Lectorem tamẽ hoc celatum nolui. Irenæus certè lib. 3. cap. 34. generationes septuaginta duas in hac genealogia numerat inter Iosephum & Adamum.

36 *Filij Arphaxadi*. Vulg. inter hunc & Salam, accẽset Cainanum ab eo quiversu 37 nominatur, diuersum manifestò. vt liquet ex Gen. 11. 12. Hebræo contextu, errore Græcæ editionis, vnde in Latinos, & in ipsam Syram interpretationẽ irrepsit, frustra sese in eo torquentibus multis. Sed & in meo illo venerãdæ vetustatis cod. istud hoc loco nõ legitur.

Τοῦ Ἀμιναδάβ, τοῦ Ἀράμ, τοῦ Ἐσρώμ, τοῦ Φαρές, τοῦ Ἰούδα,

33 Filij Aminadabi, filij Arami, filij Esromi, filij Pharesi, filij Iudæ,

33 Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iuda.

Τοῦ Ἰακώβ, τοῦ Ἰσαάκ, τοῦ Ἀβραάμ, τοῦ Θάρα, τοῦ Ναχώρ,

34 Filij Iacobi, filij Isaaci, filij Abrahami, filij Tharæ, filij Nachoris,

34 Qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thara, qui fuit Nachor,

Τοῦ Σαρούχ, τοῦ Ῥαγαῦ, τοῦ Φαλέκ, τοῦ Ἐβέρ, τοῦ Σαλά,

35 Filij Saruchi, filij Ragaui, filij Phaleci, filij Heberis, filij Salæ,

35 Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sala,

Τοῦ Καϊνάν, τοῦ Ἀρφαξάδ, τοῦ Σήμ, τοῦ Νῶε, τοῦ Λάμεχ,

36 Filij Arphaxadi, filij Semi, filij Noe, filij Lamechi,

36 Qui fuit Cainam, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech,

Τοῦ Μαθουσάλα, τοῦ Ἐνώχ, τοῦ Ἰαρέδ, τοῦ Μαλελεήλ, τοῦ Καϊνάν,

37 Filij Mathusalæ, filij Henochi, filij Iaredis, filij Mahalaleelis, filij Cainani,

37 Qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fui Cainam,

Τοῦ Ἐνώς, τοῦ Σήθ, τοῦ Ἀδάμ, τοῦ Θεοῦ.

38 Filij Henosi, filij Sethi, filij Adami, qui fuit Dei.

38 Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

Κεφάλαιον δ.

CAP. IIII.

CAP. IIII.

Ἰησοῦς δὲ πνεύματος ἁγίου πλήρης, ὑπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον·

1 IEsus autem plenus Spiritu sancto reuersus est à Iordane, & actus est ab *eodem* Spiritu in desertum,

1 IEsus autẽ plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane: & agebatur in Spiritu in deserto,

Matt. 4. 1 marci 1. 12 Christus in desertum, quasi extra mundũ abreptus, post quadraginta dierum ieiunium, Satana ter superato, velut è cælo victor repẽtè prodiens, munus suum aggreditur.

Ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν, ὕστερον ἐπείνασε.

2 Dies quadraginta tentante *eum* diabobo. Nec edit quicquam per illos dies, sed iis exactis postea esuriit.

2 Diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & consummatis illis, postea esuriit.

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ τῷ λίθῳ τούτῳ ἵνα γένηται ἄρτος.

3 Tunc dixit ei diabolus. Si Filius es Dei, dic isti lapidi vt fiat panis.

3 Dixit autẽ illi diabolus, Si Filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat.

Deut. 8. 3. Matth. 4. 4 Christus primùm ad diffidẽtiã de Deo, deinde ad opum & bonorum studiũ, tertiò denique ad vanam de se cõfidentiam à Satana sollicitatus, ter eũ Dei verbo vincit, priori illi Adamo oppositus, solius ambitionis tentatione statim prostrato.

Καὶ ἀπεκρίθη Ἰησοῦς πρὸς αὐτόν, λέγων, Γέγραπται ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι Θεοῦ.

4 Et respondit ei Iesus dicens, Scriptum est, non pane solo victurum hominem, sed quouis verbo Dei.

4 Et respondit ad illum Iesus, Scriptum est, Quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei.

Καὶ ἀναγαγὼν αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλόν, ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης ἐν στιγμῇ χρόνου.

5 Tunc quum subduxisset eum diabolus in mõtem sublimem, ostendit ei omnia regna terræ puncto temporis.

5 Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος, Σοὶ δώσω τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἅπασαν, καὶ τὴν

6 Et ait ei diabolus, Tibi dabo auctoritatẽ hanc vniuersam & gloriam illorum *regnorum*: nam

6 Et ait illi, Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum:

38 *Qui fuit Dei*, τοῦ Θεοῦ. Id est דמן אלהא [*demen Elaha*] à Deo, videlicet conditore. quum in alijs vbique בר [*bar*] id est Filij nomen rectè expresserit. In vetustissimo Latino codice, legi hîc additum, ex albo libri (vt opinor) *Generationes septuaginta quinque*.

IN CAPVT IIII.

1 *Ab [eodem] Spiritu*, ἐν τῷ Πνεύματι. A Spiritu Sancto videlicet, cuius mentio facta est in superiore membro. Nam articulus vim habet ἀναφορᾶς. aut etiam repetitur antecedens pro relatiuo, Hebræorum more, vt suprà 3. 19. Vulgata, *In spiritu*, id est ברוח [*beruachi*] Solent enim Hebræi (vt sæpe iam diximus) causarum omne genus interdum exprimere præfixa litera ב, quæ pro varia causæ ratione explicanda est. Hîc autem nemo nõ videt ἐν τῷ Πνεύματι idem declarare atque ὑπὸ τοῦ Πνεύματος. Erasmus, *Per spiritum*: id est διὰ τοῦ Πνεύματος. quæ expositio non satis conuenit, & videtur etiam ambigua. Posset enim ita accipi quasi non re vera, sed κατ' ὀπτασίαν, id est imaginariè, fuerit actus in desertum, vt etiam annotauimus suprà cap. 2. 26.

2 *Dies quadraginta*, τεσσαράκοντα ἡμέρας. Vetus interpres hæc coniungit cum verbo ἤγετο, contra fidem omnium exemplarium quæ vidimus. Ita tamen distinguit Eusebius ἀποδεικ. γαο. β. & mihi quoque non displicet hæc distinctio, si modò ex Marco suppleas quod hîc deesse videtur perficiendæ sententiæ, ac si scriptum sit, *Et actus est ab eodẽ Spiritu in desertum*, [*fuitque illic*] *dies quadraginta, tentante [eũ] diabolo*. ¶ *Tentante [eum] diabolo*, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Vulg. & Eras. *Et tentabatur à diabolo*. Annotauimus Marci 1. 13, rarò à Latinis vsurpari passiuum participium præsentis temporis, qua de re adhuc inter Grammaticos certatur. Itaque multò commodius exprimitur passiuo in actiuum mutato, vt hîc fecimus, & paulo pòst versu 15.

4 *Et respondit ei*, καὶ ἀπεκρίθη πρὸς αὐτόν. Hebraicè. ויאמר אליו [*vaiomer elau*] pro ויען לו [*vaiahan lo*] quam cõstructionem Latini & Græci quoque respuunt, nisi quum de re ipsa ac persona agitur. Dicimur enim respondere ad aliquid, non ad aliquem. Nam illud Plinij, *Quum ad eos respondissem*, fortassis est ἅπαξ λεγόμενον: sed apud vnum Lucam reperias hanc constructionem verbi ἀποκρίνεσθαι, cámque non ita frequenter, nimirum infrà cap. 6. 3, & 14. 5. & Act. 25. 16. ¶ *Pane*, ἐπ' ἄρτῳ. Hebr. על הלחם [*hal halechem*,] pro quo Vetus interpres ad verbum, *In pane*. Sed Latinos constat in hoc dicendi genere omittere præpositionem. ¶ *Quouis verbo Dei*, ἐπὶ παντὶ ῥήματι Θεοῦ. id est eo quod Deus edixerit, quodcunque tandem illud sit, quum ne panis quidem nos alat, nisi ex Dei ordinatione & prout ipsi libet. Agg. 2. 16. Hebræis autẽ דבר [*dauar*] indefinitè rem quamuis significare, inde nimirum quòd nonnisi Deo iubente creata sint, & adhuc persistent ac propagentur omnia.

5 *Puncto temporis*, ἐν στιγμῇ χρόνου. Hebræi ברגע [*regahk*] id est *momento temporis*, vt vertit Vetus interpres, diuersa tamẽ translatione: nimirum à ponderibus sumpta. Momentum enim puto id esse quod Græci ῥοπὴν vocant.

6 *Auctoritatem*, ἐξουσίαν. Sic vocat Satanas metonymicè, (vt opinor) non tam ius ipsum monarchiæ quàm ipsas regiones orbis terrarum: quo modo Romanum imperium dicitur tota ditio Romano imperatori subiecta. Nam alioqui dicendum erat, Dabo tibi auctoritatem in hæc omnia

δόξαν αὐτῶν, ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται, καὶ ᾧ ἐὰν θέλω, δίδωμι αὐτήν.

7 Σὺ οὖν ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου, ἔσται σου πάντα.

8 Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. γέγραπται γάρ, Προσκυνήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Deut. 6.13 & 10.20

9 Καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. καὶ εἶπεν αὐτῷ, Εἰ ὁ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω.

Psal. 91.12

10 Γέγραπται γάρ, Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε·

11 Καὶ ὅτι ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.

12 Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι εἴρηται, Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.

Deut. 6.16

13 Καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος, ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ.

14 Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ φήμη ἐξῆλθε καθ' ὅλης τῆς περιχώρου περὶ αὐτοῦ.

15 Καὶ αὐτὸς ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων.

16 Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρέτ, οὗ ἦν τεθραμμένος· καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, εἰς τὴν

Matt. 13.54 mar. 6.1 ioh. 4.43 Christus quis sit, & quorsum venerit ex Esaia Propheta palàm suis demonstrat.

mihi tradita est, & cuicunque voluero, do illam.

7 Itaque si tu adoraueris me, erunt tua omnia.

8 Respondens autem Iesus dixit ei, Abscede à me Satana. scriptum est enim, ‖ Adorabis Dominum Deum tuum, & eum solum coles.

9 Tum duxit eum Hierosolymam, & eum statuit supra pinnas templi: & dixit ei, Si filius Dei es, deiice teipsum hinc deorsum.

10 Scriptum est enim, ‖ Angelis suis præcipiet de te, vt custodiant te:

11 Et in manus attollent te, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.

12 Respondens autem Iesus dixit ei, Dictum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.

13 Et finita omni tẽtatione, diabolus abscessit ab eo ad tẽpus.

14 Reuersus est autẽ Iesus cum virtute Spiritus in Galilæam: & fama de eo exiit in totam circumiacentem regionem.

15 Et ipse docebat in synagogis eorum, omnibus ipsum glorificantibus.

16 ‖Venit igitur Nazaretam, vbi fuerat nutritus: & intrauit vt consueuerat, die Sabbati, in synagogam: & surrexit

quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa.

7 Tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia.

8 Et respondens Iesus dixit illi, Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

9 Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi: & dixit illi, Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum.

10 Scriptũ est enim, quòd Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te:

11 Et quia in manibus tollent te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

12 Et respondens Iesus ait illi, Dictum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.

13 Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo vsque ad tẽpus.

14 Et egressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam: & fama exijt per vniuersam regionem de illo.

15 Et ipse docebat in synagogis eorum: & magnificabatur ab omnibus.

16 Et venit Nazaret, vbi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam die Sabbati in sy-

¶ *Tradita est, παραδέδοται.* Tradita est, videlicet hoc ius & hæc gloria. Et hoc quidem verè aliquatenus Satan, coactus tamen profiteri hanc potestatem se aliunde habere. Sed id reticet suo more, quod dictum in primis oportuit: nempe se etsi non nisi sic iustè aduersus homines decernente Deo, vnico rerum à se creatarum propriè Domino, fraude tamen & vi hominibus dominari: & sic quidem dominari vt (quod postea coactus est agnoscere) ne in porcos quidem introire, nisi copia sibi ab eo ipso quem hîc tentat concessa, non potuerit: nedum vt pro arbitrio regna in hunc vel illum transferre possit. Vulgata & Erasmus, *Tradita sunt*: quæ interpretatio non respondet Græcis, nisi pro αὐτὴν scribas αὐτά, vt etiam legit Vetus interpres.

7 *Si tu adoraueris me, ἐὰν σὺ προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου.* Vulg. ad verbum, *Si adoraueris coram me.* Eras. *Si adoraueris* [*prouolutus coram me.* Ego malui ἐνώπιόν μου accipere pro simplici pronomine, vt sæpe apud Heb. לפני [*liphne*] ponitur simplicis affixi loco. Sed notãda est traiectio pronominis σύ, quã miror seruatam fuisse ab interpretibus, quum in Latino sermone diuersam requirat constructionem. Refertur enim ad verbum posterius, vt omnino dicendum fuerit, Tu igitur si adoraueris me, omnia possidebis. In vno codice additũ erat πεσών, Procidens. ¶ *Omnia, πάντα.* Ita loquitur Satan, quia totius mundi regna illi ostẽtabat ex montis vertice: quod tamen nõ ita accipio quasi vel sit vllus mons tam sublimis vt ex eo despici possit vniuersus mundus, vel imaginariè hæc facta sint, vt putat Theophylactus: sed quòd ex editissimo monte Satã subiecta regione amplissima, situm regionum per singulas mundi partes Christo commonstraret. Sed pro πάντα in omnibus vetustis codicibus legimus πᾶσα: quod videtur melius cohærere cum superiore versiculo, vt conuertas ἔσται σοῦ πᾶσα, tota tua erit, videlicet gloria illa τῶν οἰκουμένων, vel ipsa οἰκουμένη.

8 *Abscede à me Satana, Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ.* Vide Mat. 4. & 8.33. In Vulgata editione & in tribus vetustis codicibus, & in illo meo vetustissimo, hæc non legimus. In reliquis tamen exemplaribus & apud Theophylactum reperiũtur. ¶ *Enim, γάρ.* Hæc particula deest in iisdem illis cod. ¶ *Coles, λατρεύσεις.* Vide Mat. 4.10.

9 *Filius, ὁ υἱός.* Suspecta est mihi hæc lectio, quòd neque apud Matthæum, vbi hanc historiam recitat, neque apud Syrum interpretem, neque supra vers. 3. addatur articulus: quem etiam in illo meo vetustissimo codice non reperi, vt mihi quidem Satan videatur (quod & Chrysostomus arbitratur) quamuis vocem illam cælitus demissam audiuisset, tamen adhuc incarnationis τοῦ λόγου mysterijũ aliquatenus, vt per se incredibile, & partim sola fide, Matth. 16. 17, vel ipso aspectu, Ioan. 20.29, & Ioan. 1.1, percipiendum ignorasse: & prophetias ita accepisse quasi Messias diuinissimus tantum homo, non autem θεάνθρωπος esset futurus: in quam blasphemiam postea Samosatenum & alios impulit.

13 *Omni, πάντα.* Vix enim reperiatur vlla tentationis species, quæ vel ad diffidentiam de Deo, vel ad rerum caducarum studium, vel ad vanam sui ostentationem non referatur.

14 *Cum virtute Spiritus, ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος.* Id est cælesti diuináque plane virtute sese, quæ antea veluti delituerat, in ipso exerente, quum superato in sese Satana inciperet eiusdem opera destruere.

15 *Et ipse, καὶ αὐτός.* Fortassis καί ponitur Hebræorum more pro Quia.

15 *Glorificantibus, δοξαζόμενος.* Id est ipsius sapientiam, & gratiæ in ipso minimè vulgaria Dei dona beantibus: nec enim ad ipsius vsq. θεότητα assurgebãt. Et hinc omnino factũ vt ei extra ordinẽ in synagoga ab ipsis archisynagogis liber traderetur ex quo legeret quod interpretaretur.

16 *Sabbati, τῶν σαββάτων.* Erasmus, *Sabbatorum.* Sed rectius conuertit Vetus interpres. Est enim enallage de qua diximus Matth. 12.1: nisi post τῶν σαββάτων, adscribatur distinctio, vt hæc cohæreant cum participio εἰωθός, quemadmodum in Theophylacto Romano hæc distinguuntur.

¶ V

συναγωγὴν· καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι.

17 Καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, εὗρε τὸν τόπον οὗ ἦν γεγραμμένον,

18 Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει.

Esa. 61.1

19 Κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν.

20 Καὶ πτύξας τὸ βιβλίον, ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισε· καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ.

21 Ἤρξατο δὲ λέγειν πρὸς αὐτούς, Ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν.

22 Καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, καὶ

vt legeret.

17 Tunc datus est ei liber Esaiæ prophetæ: quúmque explicuisset librũ, inuenit locum in quo scriptum erat,

18 ‖Spiritus Domini super me, cuius rei caussa vnxit me: vt euangelizem pauperibus misit me, vt medear cõtritis corde, vt prædicem captiuis dimissionem, & cæcis visus recuperationem, vt confractos emittam in libertatem:

19 Vt prædicem annum Domini acceptum.

20 Et complicatum librũ quum reddidisset ministro, sedit: & omnium in synagoga oculi erãt intenti in eum.

21 Cœpit autem eis dicere, Certè hodie impleta est hæc Scriptura audientibus vobis.

22 Et omnes testimonium ei

nagogam: & surrexit legere.

17 Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat,

18 Spiritus Domini super me propter quòd vnxit me: euangelizare pauperibus misit me sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum: dimittere confractos in remissionem.

19 Prædicare annum acceptum, & diem retributionis.

20 Et quum plicuisset librũ, reddidit ministro, & sedit: & omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.

21 Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris.

22 Et omnes testimonium

¶ *Vt legeret, ἀναγνῶναι.* Intellige non simplicem lectionem sed cum intepretatione coniunctam, vt ex consequentibus apparet. Nec mihi tamen fit verisimile quosuis temere fuisse ad publicè loquendum in synagogis admissos, sed eorum hoc fuisse ordinarium munus qui γραμματεῖς & νομικοί dicebantur, Leuitis: hanc quoque ob causam, per loca multa distributis: vnde super Cathedram Mosis dicuntur sedisse. Sed præterea inuitatos etiam interdum fuisse extra ordinem nonnullos ab Archisynagogis apparet ex Act. 13. 15. Christo autem ipsi Maiestas & Miracula audiẽtiam vbique faciebant. Vide 1. Cor. 14, 29.

17 *Quúmque explicuisset, καὶ ἀναπτύξας.* In vno codice legimus καὶ ἀνοίξας, & cùm aperuisset. Est autem vtrunque hoc participium referendum ad eius temporis morem, quo libri non ita erant distinctis foliis compacti, vt nunc sunt, sed terete baculo circunuoluti: cuius extrema vocabant vmbilicos, seu quòd vmbilici formam præferrent, seu quòd circumuoluto libro, instar cuiusdam vmbili in medio sita apparerent.

18 *Pauperibus, πτωχοῖς.* Sic verterunt Græci, quum in Heb. non legatur עניים [*hanym*,] sed ענוים [*hanauim*] Verùm quod ad sensum attinet, nihil interest. ¶ *Vt medear contritis corde, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν.* Extant hæc quidem apud Esaiam, & hoc etiam loco tum apud Syrum tum apud veterem Latinum interpretem: quæ tamen non leguntur in meo vetustissimo codice, & aliis plerisque manuscriptis. ¶ *Dimissionem, ἄφεσιν.* Vulgata & Erasmus, *Remissionem*, quod non videtur conuenire. Nam remittuntur debita, dimittuntur captiui. ¶ *Visus recuperationem, ἀνάβλεψιν.* Vulgata, *Visum*: quum ἀνάβλεψιν potius declaret redditum visum, quasi reuidentiam dicas, vt Erasmus obseruat in annotationibus. De hoc autem membro quid mihi videatur, statim dicam. ¶ *Vt confractos emittam in libertatem, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει.* Putauit Erasmus hoc membrum abundare: & certè necesso est vel vt redundet, vel quod proximè in Hebræis præcessit: id est καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. quod facilè intelliget quisquis Hebræa cum Græcis contulerit. Certè Ambrosius hoc posterius non legit, quantum ex eius interpretatione colligi potest. Eusebius quoque quum in libris ἀποδείξεως hoc testimonium citet quinquies aut sexies, nusquam tamen hæc addidit, nisi vno tantùm loco. Ego verò non dubito quin hîc factum sit quod alibi sæpe, vt quum ad marginem editionis Septuaginta (quam vocant) vel annotata esset diuersa aliqua eiusdem loci interpretatio, Aquilæ puta, aut Symmachi, aut Theodotionis, vel nõ dissimilis sententiæ testimonium adscriptum, librarij deinde hæc omnia promiscuè ipsi contextui inseruerint. Sic igitur habent Hebræa, ולאסורים פקח קוח [*velaasurim pekach-koach,*] pro quibus Septuaginta interpretes verterunt, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Acceperunt enim פקח קוח [*pekach-koach*] pro vno vocabulo, sicut etiam interpretatur Kimhi & quia de oculorum apertione propriè dicitur, idcirco אסורים [*asurim*] putarunt translatitiè significare עורים [*huerim*] id est cæcos, vt cõstaret antithesis: quia nimirum qui vincti tenentur in carceris tenebris, non multo maiorem habent vsum lucis quàm qui oculis sunt orbati, vt declaratur Esaiæ 42. 7. Hanc igitur interpretationem quum quispiam vel non intelligeret, vel putaret Hebræis non respondere, annotauit alium locum, quo putauit istum posse illustrari, petitum ex eiusdem Prophetæ capite 58. 6, vbi in Hebræo legitur ושלח רצוצים חפשים [*veschallach retsutsim chophschim:*] in Græcis autem ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει: quæ deinde in contextum irrepserunt, mutato tantùm verbo ἀπόστελλε in ἀποστεῖλαι, quòd alioquin non cohæreret constructio. Sed quisquis hunc locum primus annotauit ad marginem, res sanè dissimillimas inter se comparauit: vt nulla possit subesse suspicio, duo eiusdem Prophetæ testimonia coniungi. Poterat autem, quisquis ille fuit, alium locum prorsus similem conferre ex capite 42. 7, vbi pro eo quod in Hebræis legitur לפקוח עינים עורות להוציא מסגר אסיר [*liphkoach henaym hiuroth lehotsi minasgher asir,*] Græci habent ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους: id est, *Vt aperias oculos cæcorum & educas ex vinculis vinctos.* qui locus hunc optimè explicat, quum in vtroque agatur de Christi officio. Hæc igitur mea sententia est. Sed mihi tamen religio fuit vel minimum apicem detrahere.

19 *Acceptum, δεκτόν.* In Hebræo legitur רצון [*ratson,*] id est εὐδοκίας, vt suprà 2. 14. Addit autem Vulgata editio, *Et diem retributionis*: id est καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως: quæ verba in Hebræis quidem habentur, sed in nullis Græcis codicibus à me reperta sunt in hoc loco, neque adduntur à Syro interprete.

20 *Intenti, ἀτενίζοντες.* Vulgata, *Intendentes.* Eras. *Defixi.* Vide Act. 1.10. ¶ *Certè hodie, ὅτι σήμερον.* Sic malui interpretari quàm particulam ὅτι vt redundantem expungere, quòd interdum particula כי [*ki*] apud Hebræos hanc habeat emphasin ἐν τούτῳ dicendi genere.

21 *Audientibus vobis, ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν.* Hebr. באזניכם [*beoznechem:*] id est (vt Vetus interpres & Erasmus ad verbum interpretantur) *In auribus vestris.* Sic interdum reperias בעיניכם [*behenechem*] id est in oculis vestris, pro Videntibus vobis. Sed hoc dicendi genus non memini legere nisi semel apud Cicer. lib. de Finib. 5.

22 *Testimoniũ ei dabãt, ἐμαρτύρουν αὐτῷ* i. approbabãt cõmuni cõsensu ac voce de quibus ipse disserebat. Nã τὸ μαρτυρεῖν hoc loco & aliis multis non declarat simpliciter testari de aliquo, vt solent testes à iudice rogati: sed publica professione quidpiã ita testari, vt non modò assentiaris, sed etiam laudes ac cõprobes. Itaque mihi quidem videtur responde re verbo Heb. ידה [*iadah*,] pro quo sæpe sacri scriptores vsurpant verbũ ὁμολογεῖν, vnde תודה [*todah*,] i. μαρτυρία καὶ ὁμολογία, vt 1. Tim. 6. 12, & 13. Sic apud Xenophont. lib. ἀπομνημ. α, Καὶ ἐμοὶ μαρτυρεῖ τοῦτο id est, *Ego quoque testimonio meo hæc approbo.*

X 3

Familiaritas cōtēptum etiā Christi gignit, qui propterea desertis suis sępe ad extraneos migrat.

ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσήφ;

23 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην, Ἰατρέ, θεράπευσον σεαυτόν· ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα ἐν τῇ Καπερναοὺμ, ποίησον καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι σου.

24 Εἶπε δέ, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ.

Ioh.4.44

25 Ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω ὑμῖν, πολλαὶ χῆραι ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἠλίου ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ὅτε ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ, ὡς ἐγένετο λιμὸς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν·

1.Reg.17.1,& 9.&c. Iac.5.17.

26 Καὶ πρὸς οὐδεμίαν αὐτῶν ἐπέμφθη Ἠλίας εἰ μὴ εἰς Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος, πρὸς γυναῖκα χήραν.

27 Καὶ πολλοὶ λεπροὶ ἦσαν ἐπὶ Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐκαθαρίσθη, εἰ μὴ Νεεμὰν ὁ Σύρος.

2.Reg.5.14

28 Καὶ ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ ἐν τῇ συναγωγῇ, ἀκούοντες ταῦτα.

29 Καὶ ἀναστάντες ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως· καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους ἐφ' οὗ ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμητο, εἰς [illegible] κατακρημνίσαι αὐτόν.

Mundus quò asperiùs reprehenditur, eò apertiùs furit, sed piorum vita non est impiorum libidini sine exceptione exposita.

30 Αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, ἐπορεύετο.

labant, ac mirabantur super sermonibus *plenis* gratia, procedentibus ex ore ipsius, dicebántque, Nónne iste est filius ille Iosephi?

23 Et dixit ad eos, Omnino dicetis mihi hoc prouerbium, Medice, cura teipsum: quæcunque audiuimus facta fuisse in vrbe Capernaum, fac etiam hîc in patria tua.

24 Dixit autem, Amen dico vobis, ‖ nemo Propheta acceptus est in patria sua.

25 Sed in veritate dico vobis, ‖ multæ viduæ erant diebus Eliæ in Israel, quando clausum fuit cælum ad tres annos & sex menses, *adeo* vt fuerit fames magna per totam regionem:

26 Et ad nullā illarum missus est Elias, sed Sareptam *vrbem* Sidoniæ, ad mulierem viduam.

27 ‖Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo propheta: & nullus eorum purificatus est, sed Naamanus Syrus.

28 Tunc repleti sunt omnes excandescentia in synagoga, hæc audientes.

29 Et quum surrexissent, eiecerunt eum extra vrbem: & duxerunt eum vsque ad supercilium montis super quem vrbs ipsorum erat ædificata, vt præcipitarent eum.

30 Ipse verò digressus per medios ipsos ibat.

illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius & dicebant, Nonne hic est filius Ioseph?

23 *Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hîc in patria tua.*

24 *Ait autem, Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.*

25 *In veritate dico vobis, multæ viduæ erāt in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, quū facta esset fames magna in omni terra.*

26 *Et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.*

27 *Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo propheta: & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.*

28 *Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes.*

29 *Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & deduxerunt illum vsque ad supercilium montis super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum.*

30 *Ipse autem transiens per medium illorum ibat.*

¶ *Ac mirabantur*, καὶ ἐθαύμαζον. In quodam codice additur οἱ ὄχλοι, turba. Hinc autem licet duo colligere, quæ si fuissent obseruata, non tam facilè quibusdam licuisset tyrānidem suam constituere, nempe isti collationi Scripturarum non solos doctores, sed ipsam quoque plebem interfuisse: & vernaculum sermonem in hac actione fuisse vsurpatum, vt quiuis omnia intelligere, quiuis etiam rogare ac respondere posset: ritè tamen & certo ordine c[illegible]uto, vt liquet ex Act.13.15. quem optimum Ecclesiæ m[illegible]m quum Satan iam cœpisset Pauli ætate deprauare, restituit pro viribus fidelis Apostolus, 1.Cor.14.16, & deinceps. ¶ *Super sermonibus plenis gratia*, ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος. Vulgata perobscurè, *In verbis gratiæ*. Neque enim gratia hóc loco (i. vt Hebræi loquuntur חן [*chen*]) declarat gratuitam reconciliationem, sed vim illam planè diuinam quæ in Christi verbis totóque habitu inerat, vt qui illum audiebant, nisi qui planè erant αὐτόθυμοι, non possent non illum amare, suspicerè, complecti. quod etiam apparuit in illis quorum fit mentio Ioh.7.46, vt prædictum erat Psal.45.3. Erasmus, *Super gratia sermonum*, ita vt sit hypallage, integro tamen sensu. ¶ *Filius ille*, ὁ υἱός. Id est nobis omnibus vulgò notus à familia & artificio. Est igitur omnino respiciendus articulus, quanuis minimè commendandi Christi, immò deprimendi causa adiectus, acsi gallicè dicas, *le fils de Ioseph*.

23 *Hoc prouerbium*, τὴν παραβολὴν ταύτην. Heb. זה המשל [*Zeh hammaschal.*] Vulg. *Hanc similitudinem*. Nos verò alibi Græcum vocabulum seruauimus, quum videlicet allegorica quædam narratio instituitur: hîc autem nemo non videt παραβολὴν dici quod Latini Prouerbium vocant, quia nimirum in plerisque prouerbiis, cuiusmodi hoc est, locus est similitudini & allegoriæ: quam rationem sequuti sunt Donatus ac Diomedes in Parœmia desinienda.

25 *In veritate*, ἐπ' ἀληθείας. Sic loquitur etiam Quintilianus: de qua re diximus Matt.22.16. ¶ *Et sex menses*, καὶ μῆνας ἕξ. Dicitur tamen missus Elias ad Achabum, tertio ipso anno cælum suis precibus aperuisse. Tres igitur illos annos numerare oportet, non à clauso cælo, sed à recessu Heliæ ad Sareptanam viduam, 1.Reg 18.9. ¶ [*Adeo*] *vt fuerit*, ὡς ἐγένετο. Vulg. & Eras. *Quum facta esset*. vt ὡς pro ὅτι vel ὥστε accipiatur. Sed præstat (opinor) accipere pro ὥστε, quod à Græcis ἀποτελεστικόν vocatur, & interdum etiam cum indicatiuo iungitur: quanuis frequentius construatur cum infinitiuo. ¶ *Totam regionem*, πᾶσαν τὴν γῆν. Vulg. & Erasm. *Omnem terram* interpretātur. Ego verò non dubito quin ad vnicam Israeliticam regionem hoc factum pertinuerit, vt γῆ pro χώρα ponatur, sicut etiam accipitur Matt.27.45.

26 *Sed*, εἰ μή. Vulg. & Eras. *nisi*. idque perperam, quum hanc viduam non fuisse Israelitidem oporteat, vt valeat Christi argumentum. De his autē particulis, vide Gal 2.16. ¶ *Sareptam*, Σάρεπτα. Hebr. צרפת [*Tsorphath.*] pro quo legimus in quibusdā codicibus Σάρεφθα, & in aliis Σάρεπτα, sicut etiam apud Stephanum De vrbibus. ¶ *Sidoniæ*, τῆς Σιδῶνος. vel *Sidoniorū*. Est enim metonymia, & subauditur vel χώρας, vel πόλεως, quo nomine apud Græcos nō vrbs modò significatur: sed hominum cœtus quorū vnū est corpus, etiā si per varios pagos habitent. Erasmus, *Sidonis*: i. ad Sidoniā spectantem, siue quæ erat in Sidoniorum agro & ditione: eodem quidem sensu, sed dicendi genere parum visitato. ¶ *Mulierem viduam*, γυναῖκα χήραν. Hebraicè, אשה אלמנה [*ischah almanah.*] de quo pleonasmo sup.2.15.

27 *Sub Elisæo* ἐπὶ Ἐλισσαίου. Id est, quo tēpore Elisæus functus est munere Prophetæ. 28 *Excandescentia*. θυμοῦ. Vul. & Erasm. *Ira*. i. ὀργῆς, de quo discrimine aliquoties diximus.

29 *Quum surrexissent*, ἀναστάντες: id est, dimisso conuentu egressi ex Synagoga. Erasmus, *Insurrexerunt*, i. ἐπαναστάντες. ¶ *Supercilium* τῆς ὀφρύος. Sic metaphoricè vocat montis partem cacumini proximam, ex qua nimirum in planiciem desprœebatur: qua translationis specie eminentem montis cuiusdam partem vocant μαστόν, quasi protuberantem mammam, Xenophon lib.4. ἀναβάσεως: vt doctissimus Camerarius in hunc locum obseruauit.

30 *Per medios ipsos*, διὰ μέσου αὐτῶν. potuit hoc referri vel ad

ad διελθών, vel ad ἐπορεύετο. quod posterius malo: vtrunuis autē sequamur, ita Christus de illis triumphauit diuina illa sua potentia, qua confirmat quod suis operariis pollicetur infrà 12.7.

31 Καὶ κατῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ πόλιν τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἦν διδάσκων αὐτοὺς ἐν τοῖς σάββασι.

32 Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ.

33 Καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν ἄνθρωπος ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ,

34 Λέγων, Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.

35 Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ. Καὶ ῥίψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον εἰς τὸ μέσον, ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, μηδὲν βλάψαν αὐτόν.

36 Καὶ ἐγένετο θάμβος ἐπὶ πάντας· καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες, Τίς ὁ λόγος οὗτος, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ἐξέρχονται;

37 Καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου.

38 Ἀναστὰς δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος· ἡ πενθερὰ δὲ τοῦ Σίμωνος ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ· καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς.

39 Καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς, ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ· καὶ ἀφῆκεν αὐτήν. παραχρῆμα δὲ ἀναστᾶσα διηκόνει αὐτοῖς.

40 Δύνοντος δὲ τοῦ ἡλίου, πάντες ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας νόσοις ποικίλαις, ἤγαγον αὐτοὺς πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς, ἐθεράπευσεν αὐτούς.

41 Ἐξήρχετο δὲ καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν, κράζοντα καὶ λέγοντα, Ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐπιτιμῶν οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν ὅτι ᾔδεισαν τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι.

31 Et descendit Capernaum vrbem Galilææ, ‖ ibique docebat eos Sabbatis.

32 ‖Et percellebantur super doctrina eius. Erat enim sermo ipsius cum auctoritate.

33 Erat autem in synagoga quidam habens spiritum dæmoniacum impurum, qui exclamauit voce magna,

34 Dicens, Ah, quid nobis tecū Iesu Nazarene? venisti vt perderes nos? noui te quis sis: *nimirum* Sanctus ille Dei.

35 Et obiurgauit eum Iesus, dicens, Obmutesce, & exi ex eo. Tunc dæmonium, proiecto illo in mediū, exiit ex eo, nihilque ei nocuit.

36 Et obortus est pauor in omnibus: & colloquebantur alij cum aliis, dicentes, Quid hoc rei est, quòd cum auctoritate ac potentia imperat impuris spiritibus, & exeunt?

37 Et dimanauit rumor de eo in omnem locum circumiacentis regionis.

38 ‖ Egressus autem Iesus è synagoga, introiuit domum Simonis: socrus verò Simonis detinebatur febri magna: & rogauerunt eum pro illa.

39 Tunc *ipse* adstans supra eam, obiurgauit febrim: & *febris* eā dimisit. *illa* verò quum illico surrexisset, ministrauit eis.

40 Occidente autem sole, omnes qui habebant ægrotantes morbis variis, ducebant ipsos ad eum: ille verò vnicuique ipsorum impositis manibus, sanauit eos.

41 ‖ Exibant autem etiam dæmonia ex multis, clamantia ac dicentia, Certè tu es Christus ille Fili' ille Dei. Sed *ipse* obiurgans nō sinebat ea loqui, quòd scirēt ipsum esse Christum illū.

31 *Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos Sabbatis.*

32 *Et stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius.*

33 *Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum: & exclamauit voce magna,*

34 *Dicens, Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te qui sis, Sanctus Dei.*

35 *Et increpauit illum Iesus, dicens, Obmutesce, & exi ab eo. Et quum proiecisset illum dæmoniū in medium, exijt ab illo, nihilque illum nocuit.*

36 *Et factus est pauor in omnibus: & colloquebantur adinuicem, dicentes, Quid est hoc verbum quia in potestate & virtute imperat immūdis spiritibus, & exeunt?*

37 *Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.*

38 *Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domū Simonis: socrus autē Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea.*

39 *Et stans super illam imperauit febri: & dimisit illam. Et continuò surgens ministrabat illis.*

40 *Quum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebāt illos ad eum: at ille singulis manus imponens, curabat eos.*

41 *Exibant autem dæmonia à multis, clamātia & dicentia, Quia tu es Filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.*

Matt.4.13 marc.1.21

Matt.7.29 marc.1.22.

Mar.1.23

Christus non tantùm homines, quantumuis stupidos, sed ipsa etiam dæmonia, velint nolint, percellit.

Matt.8.14

marc.1.30 Christus sanādis solo verbo corporis morbis, confirmat se Deum esse Omnipotentē, salutis hominum causa missum.

Mar.1.34. Satan perpetuus veritatis hostis, ne tum quidem audiēdus quum veritatem dicit.

32 *Cum auctoritate*, ἐν ἐξουσίᾳ. Vulg. ad verbum, *In potestate*, Sæpè autē annotauimus ἐν pro σὺν poni, & nomen ἐξουσίας exposuimus Mat.7.29, & Marc.1.27. Hoc autem refero, tū ad rationem illam docendi plenam diuinæ maiestatis, loquente Christo vt Domino, & suum illud, *Amen amen dico vobis*, inculcante: tum ad miracula quæ itidem vt Dominus & pro imperio edebat, quum nihil simile à Scribis & Pharisæis fieret: quamobrem etiam addit Matthæus, Et non sicuti Scribæ, Matth.7.29.

33 *Spiritum dæmoniacum impurū*. πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου. Vulg. *Dæmoniū immūdum*. sensu rectè expresso. Eras. ad verbum. *Habens spiritum dæmonij impuri*. quæ interpretatio tolerabilis est si πνεῦμα pro impulsu & afflatu accipias, quo modo accipi sæpe constat in vtroque Testamento: vt quum dicitur Daniel habuisse Spiritū deorum sanctorū, Dan.4.9. & 5.11.14. Sed malo Hebræā esse geminationem: vt si spiritum diabolicum pro diabolo ipso dicas. Sic enim reperias טיט היון [*tit iauen*] lutū cœni, pro luto cœnoso. i. cœno profundissimo, Ps.40.3 & אדמת עפר [*admath haphar*] terra pulueris, pro puluere terrestri, i. humo, Dan.12.2. Idem dicendi genus reperio. Apoc.16.14 alibi verò nusquā in nouo testamēto. ¶ *Qui exclamauit* καὶ ἀνέκραξε. De hoc dicēdi genere diximus Mar.1.10. Refertur autē hîc clamor tum ad spiritum ipsum, tum ad hominem, ipsius dæmonij organum.

34 *Ah*, ἔα. Vox est incondita, dolentis simul & indignantis, quæ extat etiam Marc.1.24. quam tamen ibi non legit Vulg. nec Syrus interpres. Hîc autem vertit *Sine*, à verbo ἐάω. & Syrus habet שבוקין [*Sebucaieni*,] Sine me.

36 *Quid hoc rei est*, τίς ὁ λόγος οὗτος; Vulg. *Quod est hoc verbum*? Eras. *Quis sermo hic est*? Neuter malè, si placeat ista multitudinis verba non tā ad ipsa effecta, quàm ad rationem hæc efficiendi, ad ipsum Christi sermonem videlicet, referre.

37 *Rumor*, ἦχος: id est φήμη. Sic idem scriptor vsurpauit τὴν φωνὴν, Act.2.6.

38 *Egressus*, ἀναστάς. Vide Marc.14.60.

39 *Adstans supra eam*, ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς. Sic describitur gestus Christi sese ad lecti fulcrum inclinantis, vt febricitantem alleuaret. Dicunt enim alij Euangelistæ Christum prehendisse ipsius manum.

41 *Quod scirent*, ὅτι ᾔδεισαν. Vel, se scire Vide Mar.1.vers.34.

Nulla, ne zeli quidé, specie debemus in vocationis nostræ cursu retardari.

42 Γενομένης δὲ ἡμέρας ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἔρημον τόπον, καὶ οἱ ὄχλοι ἐζήτουν αὐτὸν, καὶ ἦλθον ἕως αὐτοῦ· καὶ κατεῖχον αὐτὸν τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν.

43 Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Ὅτι καὶ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· ὅτι εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι.

44 Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῆς Γαλιλαίας.

Κεφάλαιον ε.

Christus quatuor adscitos discipulos admonet Apostolicæ functionis tandem illis committendæ.

1 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τοῦ ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸς ἦν ἑστὼς παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ.

2 Καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην· οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα.

3 Ἐμβὰς δὲ εἰς ἓν τῶν πλοίων ὃ ἦν τοῦ Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον· καὶ καθίσας ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους.

4 Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα, Ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν.

5 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Σίμων εἶπεν αὐτῷ, Ἐπιστάτα, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες, οὐδὲν ἐλάβομεν· ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον.

6 Καὶ τοῦτο ποιήσαντες, συνέκλεισαν ἰχθύων πλῆθος πολύ· διερρήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν.

7 Καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ, τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς. καὶ ἦλθον, καὶ ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, ὥστε παρά τι βυθίζεσθαι αὐτά.

8 Ἰδὼν δὲ Σίμων Πέτρος προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ, λέγων, Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε.

42 Orto autem die egressus profectus est in desertum locũ, & turba quærebat eum, veneruntque vsque ad ipsum, & retinebant eum ne ab ipsis discederet.

43 Ille verò dixit eis, Certè etiã aliis vrbibus oportet me euangelizare regnum Dei: nam ad hoc missus sum.

44 Et prædicabat in synagogis Galilææ.

CAP. V.

1 Factum est autẽ, quum turba incumberet ei, audiendi verbi Dei causa, ipse stabat apud lacum Genezaret.

2 Viditque duo nauigia quæ ad lacum erant: piscatores verò quum ex iis descendissent, abluebant retia.

3 Ingressus autem in vnum istorum nauigiorum, quod erat Simonis, rogauit eum vt à terra proueheret paululum: quumque consedisset, docebat turbã ex nauigio.

4 Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Prouehito in altum, & demittite retia vestra ad capturam.

5 Tum respondens Simon, ait ei, Magister, quum per totam noctem non fatigauerimus, nihil cepimus, tamen ex tuo iussu demittam rete.

6 Et quum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinẽ magnam: dirumpebatur autem rete eorum.

7 Et innuerunt sociis qui *erant* in altero nauigio vt venirent, & ipsis opitularentur. Venerunt igitur, & impleuerũt ambas naues, ita vt penè mergerentur.

8 Quum autem *hæc* vidisset Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens, Discede à me. Nam homo peccator sum, Domine.

42 *Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab eis.*

43 *Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum.*

44 *Et erat prædicans in synagogis Galilææ.*

CAP. V.

1 *Factum est autem quum turbæ irruerent in eũ, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth.*

2 *Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia.*

3 *Ascendens autem in vnam nauem quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum: & sedens docebat de nauicula turbas.*

4 *Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonẽ, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.*

5 *Et respondens Simon dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborãtes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.*

6 *Et quum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam: rumpebatur autẽ rete eorum.*

7 *Et annuerunt sociis qui erãt in alia naui vt venirent & adiuuarẽt eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt mergerentur.*

8 *Quod quum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens, Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.*

42 *Orto autem die*, γενομένης δὲ ἡμέρας. Id est cum prima luce, eique adhuc aduentante, vt liquet ex Mar. 1. 35.

IN CAPVT. V.

1 *Quum incumberet*, ἐν τῷ ἐπικεῖσθαι: i. quum ipsum quasi allideret præ visendi & audiendi studio: quæ res fecit, vt cogeretur è naui docere. Hoc enim declarat τὸ ἐπικεῖσθαι hoc loco: quum alioqui etiã accipiatur pro instare, vt infrà cap. 23. 23. Vulg. *Quum irruerent*. i. ἐν τῷ ἐφορμᾶν. ¶ *Ad lacum*, παρὰ τὴν λίμνην. Sic vbique Lucas pro eo quod θάλασσαν Mare, Hebraissantes scribunt. Vulg. *Stagnum*, impropriè.

3 *Proueheret*, ἐπαναγαγεῖν: i. ἀναπλεῖν, cui opponitur τὸ κατάγειν, quo vtitur paulo pòst, i. τὸ καταπλεῖν. Neque enim ἀνὰ iterationem declarat in hoc verbo, vt putauit Vetus interpres, qui vertit Reducere: sed idem valet atq; ἀνὰ. Erasmus, *Abduceret*, ἀπάγειν.

4 *Demittite*, χαλάσατε. Vulg. & Eras. *Laxate*: quod nullo modo respõdet Græco vocabulo, de quo diximus Mar. 1. 4.

5 *Magister*, ἐπιστάτα. Ἐπιστάτης propriè declarat eum qui rei cuipiam sit præfectus, quem vocãt Heb. נציב [netsib] vel נשיא [nasi.] Sed & in eadem significatione interdum poni tur רב [rab,] sicut Dan. 2. 48, vt minimè dubitem ἐπιστάτην à Luca dici quẽ cæteri Euangelistæ Hebraico nomine seruato רבי [rabbi] appellant. ¶ *Quum nos fatigauerimus*, κοπιάσαντες. Vulg & Eras. *Laborantes*. Vide Mat. 6. 28. Nondũ autẽ istos Christus ad se vocarat domesticos sibi futuros. Itaque huc referẽda sunt quæ ab aliis euangelistis de istis adscitis, ac demũ suæ veluti familiæ adscriptis narrãtur. ¶ *Ex tuo iussu*, ἐπὶ τῷ ῥήματί σου. Hebr. כדברך [chidbarecha,] iuxta verbum tuum, pro quo Vulgata ad verbum, *In verbo tuo*, i. (vt vernaculo sermone exprimimus) *A vostre parole*. Ponitur autem ἐπὶ pro κατὰ, vt apud Platonem in Epist. legimus ἐπὶ νῷ pro κατὰ νοῦν. i. ex animi sententia: & ῥῆμα pro mandato ponitur, sicut Dicere pro Iubere, vt alibi annotaui.

7 *Vt opitularentur*, τοῦ συλλαβέσθαι: i. vt vnà secum manus admouerent reti, quod simili trãslatione dicunt Græci συναίρεσθαι. Vulg. & Eras. *Adiuuandi* vocabulo vtuntur, quod respondet τῷ βοηθεῖν. ¶ *Penè*, παρά τι. Hoc adiecimus Græco contextui, quod & Syrus interpres habet, & in vetustiss. codice meo & alio præterea manuscr. inueni. Sed & illud in nonnullis Latinis vet. editionis libris legitur.

9 Oùm

9 Θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ᾗ συνέλαβον·

10 Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, υἱοὺς Ζεβεδαίου, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ Σίμωνι. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα ὁ Ἰησοῦς, Μὴ φοβοῦ· ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν.

11 Καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν, ἀφέντες ἅπαντα, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

12 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν πόλεων, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ πλήρης λέπρας· καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ἐδεήθη αὐτοῦ, λέγων, Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.

13 Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, εἰπὼν, Θέλω, καθαρίσθητι. Καὶ εὐθέως ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ.

14 Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

15 Διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ· καὶ συνήρχοντο ὄχλοι πολλοὶ ἀκούειν, καὶ θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν.

16 Αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις, καὶ προσευχόμενος.

17 Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων· καὶ ἦσαν καθήμενοι Φαρισαῖοι καὶ νομοδιδάσκαλοι, οἳ ἦσαν ἐληλυθότες ἐκ πάσης κώμης τῆς Γαλιλαίας καὶ Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλήμ· καὶ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς·

18 Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον ὃς ἦν παραλελυμένος· καὶ ἐζήτουν αὐτὸν εἰσενεγκεῖν, καὶ θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ.

19 Καὶ μὴ εὑρόντες διὰ ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτὸν, διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν

9 Pauor enim occuparat eum & omnes qui cum eo *erant*, super captura piscium quã comprehenderant:

10 Similiter autem & Iacobum & Ioannem filium Zebedæi qui erant socij Simoni. Tũc ait ad Simonem Iesus, Ne metue: ab hoc *tempore* viuos capies homines.

11 *Illi* autem quum subduxissent in terram nauigia, relictis omnibus, sequuti sunt eum.

12 ‖ Et ecce factum est, vt quum esset in quadam vrbe, tum *aduenirent* quidã plenus lepra: ac viso Iesu procidens in faciem deprecaretur eum, dicens, Domine, si velis potes me purificare.

13 *Iesus* autem extẽsa manu tetigit eũ, dicens, Volo purificator. Et statim lepra abiit ab eo.

14 Ipse verò mandauit ei vt nulli *hoc* diceret: sed profectus, *inquit*, ostende teipsum sacerdoti, & offer pro purificatione tui, ‖ prout imperauit Moses, *vt hoc sit* eis testimonio.

15 Dimanabant autem eò magis sermones de eo: & conueniebat turba multa vt audirent, & per eum sanarentur ab infirmitatibus suis.

16 Ipse autem secedens, erat in desertis, & orabat.

17 Et factum est quodam die, quum ipse doceret, sederẽtq; Pharisæi ac Legis doctores, qui venerant ex omnibus vicis Galilææ & Iudææ & Hierosolymis & virtus Domini adesset ad sanandum illos:

18 ‖ Tunc ecce *aduenerunt* quidã ferentes in lecto hominem qui erat paralyticus: & studebant eum inferre, & ponere in ipsius conspectu.

19 Et quum non inuenissent quâ ipsum inferrent, propter turbã, ascẽderunt in solarium & per-

9 *Stupor enim circumdederat eum & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant.*

10 *Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus, Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens.*

11 *Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, sequuti sunt eum.*

12 *Et factum est, quum esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra: & videns Iesum, procidens in faciem, rogauit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare.*

13 *Et extendens manum tetigit eum, dicens, Volo, mundare. Et confestim lepra discessit ab illo.*

14 *Et ipse præcepit illi vt nemini diceret: sed vade, ostende te Sacerdoti, & offer pro emũdatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis.*

15 *Perambulabat autem magis sermo de illo, & cõueniebant turbæ multæ, vt audirent & curarentur ab infirmitatibus suis.*

16 *Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.*

17 *Et factũ est in vna dierum, & ipse sedebat docẽs: & erant Pharisæi sedentes & Legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos.*

18 *Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & quærebãt eum inferre, & ponere ante eum,*

19 *Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum: & per tegulas*

Matt. 8. 2 marc. 1. 40 Christus lepro sũ sui attactu mundans, & ad sacerdotes remittẽs, testatur se eum esse quo per fidem apprehenso, nos omnes secundum legẽ immundi, testimonio ipsius Dei, mũdi ac puri pronunciemur.

Leuit. 14. 4.

Christus mauult doctrina quàm miraculis inclarescere, ideóque ab iis discedit qui ipsum vt corporis medicũ, non vt salutis auctorem quærunt.

Matt. 9. 2 mar. 2. 3 Christus sanato paralytico, malorum omnium causam & remedium ostendit.

9 *Occuparat*, περιέσχεν. Heb. סבב [sabab,] vel אפף [aphaph] i. vndique conclusum tenebat, sicut Tacitus dixit, *Induere pauores*. ¶ *Super captura*, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ. Capturam hoc loco vocat ipsos pisces captos, vt ostendit relatiuum proximũ. Nam alioqui dicendum οὗ non ᾗ. Sic Latini iactum retis interdum appellant quicquid piscium vno retis iactu capitur, & ipsum capturæ nomen sic vsurpatur pro re capta, apud Plinium lib. 10. c. 40, vt annotarunt Grammatici.

14 *Profectus* [*inquit*] *ostende*, ἀπελθὼν δεῖξον. Transitio est ab obliqua oratione ad directam, Lucæ familiaris, vt obseruauimus loco alioqui perobscuro, Act. 15. 1.

17 *Quodam die*, ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν. Hebraicè באחד הימים [beehad haiamim,] pro quo Vetus interpres ad verbum, *In vna dierum*; i. vt vulgò loquimur, *Vn iour*. Ponitur autem εἷς pro τις, vt etiã ἀνὴρ & ἄνθρωπος, sicut sæpe annotauimus. Sic paulo antè, vers. 12, ἐν μιᾷ τῶν πόλεων, in quadam ciuitate. ¶ *Quum ipse*, καὶ αὐτός. Καὶ pro ὅτε ex Hebræorum idiotismo interdum vsurpari, sæpe iam diximus: hîc autem vel redundat, vel poni videtur ו [vau] pro כאשר [caascher.] id est, pro ὅτε, vt respondeat initio versiculi sequentis, sicut Exodi 2. 21, & alibi sæpe. ¶ *Ad sanandum illos*, εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. In vno codice pro αὐτοὺς legimus αὐτόν: quam lectionem si sequamur, αὐτὸν referet Iesum, & à parte anteriore construetur, vt sit hic sensus, Virtutem Domini ad sanandum (id est χαρίσματα ἰαμάτων, vt loquitur Apostolus 1. Corint. 12. 9) sese eo tempore exeruisse in Christo: alioquin pronomen αὐτοὺς referendum erit ad eos quorum facta est mentio extremo vers. 15.

18 *Tunc ecce* [*aduenerunt*] καὶ ἰδού. Suppleuimus constructionem hoc loco, vt paulo antè.

19 *In solarium*, ἐπὶ τὸ δῶμα. Id est in supremam domus partem. Vide Matth. 24. 17. ¶ *Perfosso testaceo pauimento*, διὰ τῶν κεράμων. Vulg. & Erasmus, *Per tegulas*. Ego, ne quis tegularum nomine intelligat imbrices quibus acuminata domorum fastigia tegere consueuimus, pauimentum testaceum ex Plinij lib. 36. cap. 25. malui interpretari. Præpositio verò διὰ perfossionem pauimenti indicat, quam exprimit Marcus 2. 4. quod etiam magnitudinem fidei illo-

rum amplius declarat, quàm si simpliciter ex tegulis, id est fastigio domus demissus paralyticus diceretur. Christũ enim intra ædes ipsas non sub dio tũc docuisse liquet ex eodẽ Mar. 2. 2. turba alioqui facilè baiulis paralytici cessura.

αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς τὸ μέσον, ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ.

20 Καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

21 Καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, λέγοντες, Τίς ἐστιν οὗτος ὃς λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός;

22 Ἐπιγνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς, Τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

23 Τί ἐστιν εὐκοπώτερον; εἰπεῖν, Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἢ εἰπεῖν, Ἔγειραι καὶ περιπάτει;

24 Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, (εἶπε τῷ παραλελυμένῳ) Σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἄρας τὸ κλινίδιόν σου, πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου.

25 Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἄρας ἐφ' ᾧ κατέκειτο, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, δοξάζων τὸν Θεόν.

26 Καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν καὶ ἐπλήσθησαν φόβου, λέγοντες, Ὅτι εἴδομεν παράδοξα σήμερον.

27 Καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλθε, καὶ ἐθεάσατο τελώνην ὀνόματι Λευΐν, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι.

28 Καὶ καταλιπὼν ἅπαντα, ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

29 Καὶ ἐποίησε δοχὴν μεγάλην ὁ Λευῒς αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ· καὶ ἦν ὄχλος τελωνῶν πολύς, καὶ ἄλλων οἳ ἦσαν μετ' αὐτῶν κατακείμενοι.

30 Καὶ ἐγόγγυζον οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν καὶ

fosso testaceo pauimēto, demiserunt eum cum lectulo in medium, ante Iesum.

20 Qui fide eorum visa, dixit, Heus tu, remissa sunt tibi peccata tua.

21 Tunc cœperunt ratiocinari Scribæ & Pharisæi, dicentes, Quis est iste qui loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus?

22 Iesus autem cognitis eorum ratiocinationibus, respondens dixit eis, Quid ratiocinamini in cordibus vestris?

23 Vtrum est facilius? dicere, Remissa sunt tibi peccata: aut dicere, Surge & ambula?

24 Vt autem sciatis Filium hominis habere auctoritatem in terra remittendi peccata, (ait paralytico illi) Tibi dico, surge, & sublato *in humeros* lectulo tuo, abi domum tuam.

25 *Is* autem illico surgens in eorum conspectu, sublato *in humeros eo* in quo iacuerat, abiit domum suã, glorificans Deum.

26 Et stupor cepit omnes, & glorificabãt Deum: & repleti sunt metu, dicentes, Certè vidimus inopinata hodie.

27 ‖ Posthæc verò exiit, & conspexit publicanum nomine Leui, sedētem ad telonium, & dixit ei, Sequere me.

28 Et *ille* derelictis omnibus surrexit, & sequutus est eum.

29 Et fecit ei Leui epulum magnum domi suæ: erátque turba multa publicanorum, & aliorum qui cum ipsis accumbebant.

30 Obmurmurabant autem eis

summiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum.

20 *Quorum fidem vt vidit, dixit, Homo, remittuntur tibi peccata tua.*

21 *Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes, Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?*

22 *Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus vestris?*

23 *Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula?*

24 *Vt autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.*

25 *Et confestim consurgens coram illis, tulit in quo iacebat: & abijt in domum suam, magnificans Deum.*

26 *Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum: & repleti sunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie.*

27 *Et post hæc exijt, & vidit publicanum nomine Leui sedentem ad telonium, & ait illi, Sequere me.*

28 *Et relictis omnibus, surgens sequutus est eum.*

29 *Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbentes.*

30 *Et murmurabant Pha-*

Matt. 9. 9
mar. 2. 14
Ecclesia, est peccatorum Christi beneficio resipiscẽtium multitudo, cum eo cõuiuans, magno cum superbi & inuidi mundi offendiculo.

20 *Visa*, ἰδών. Videre pro cognoscere, translatione Hebræis familiari. ¶ *Heus tu*, ἄνθρωπε. Vulg. & Eras. ad verbũ, *Homo*, pro quo sæpe apud Ezech. occurrit, *Fili hominis*.

22 *In cordibus vestris*, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν: In quibusdam Veteris editionis codicibus additur Mala, & in quodam Græco exemplari πονηρά. Cæterùm participium λέγοντες manifestè ostendit istud, διαλογίζεσθαι non simpliciter sic accipiendum quasi alij cum aliis de hac re nihil egerint. quod etiã si demus, tamẽ Christus vt καρδιογνώστης quid apud se cogitarent cognouerit, sed quũm hæc murmurarent potiùs, quàm apertè proderent, Christo visum est fontem vnde hæc cogitatio oriatur, indicare.

24 *Sublato [in humeros]* ἄρας. Adieci nonnihil ad vitandã verbi Tollendi amphiboliam. Facit enim hoc ad rem plurimum, vt intelligatur miraculi tũ veritas tũ magnitudo.

26 *Inopinata*, παράδοξα. Sic Quintil. τὸ παράδοξον. interpretatur lib. 9. Vulg. *Mirabilia*, θαυμαστά. Erasmus, *Incredibilia*, ἄπιστα.

29 *Epulum*, δοχήν. i. ad verbũ acceptionem, quòd passim in eo omnes accipiantur. Annotat autem Eras. ex libro Athenæi Δειπνοσοφ. 2. splendidum epulum δοχὴν appellari.

30 *Obmurmurabant*, ἐγόγγυζον. Hunc locum in superioribus editionibus sum interpretatus, *Qui autem ex eis erant Scribæ & Pharisæi*, perinde nimirum ac si genitiuus αὐτῶν, sit partitiuus. Sed ab amicissimo quodam meo admonitus, fateor hanc interpretationem admitti non posse. Quinam enim isti alios conuiuas reprehendissent, si vnà cũ illis ipsi quoque accumbebant? Varia est autem huius loci scriptura: quem sic legit Vulgata, Καὶ ἐγόγγυζον οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς αὐτῶν, λέγοντες πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, *Et murmurabãt Pharisæi, & Scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius*. Syrus interpres ita etiam legit, sed expũcto pronomine αὐτῶν. Erasmus quoque non legit αὐτῶν, sed πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ connecti cum verbo ἐγόγγυζον. quæ scriptura confirmatur illius vetustissimi mei codicis auctoritate. Ego si quid in his libris ex coniectura licet emendare, quia pronomen αὐτῶν in græcis codicibus magno consensu legitur, sic existimauerim, Lucam scripsisse, Καὶ ἐγόγγυζον οἱ γραμματεῖς αὐτῶν, καὶ οἱ Φαρισαῖοι, λέγοντες πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. *Scribæ verò obmurmurabant eis & Pharisæi, dicentes ad discipulos eius*. Vt significetur omnibus quidem conuiuis obmurmurasse, sed propriè Christi discipulos, vt istius rei auctores, compellasse.

33 Depre-

οἱ Φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγοντες, Διὰ τί μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε;

31 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτούς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.

32 Οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

33 Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν, Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου νηστεύουσι πυκνά, καὶ δεήσεις ποιοῦνται, ὁμοίως καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων· οἱ δὲ σοὶ ἐσθίουσι καὶ πίνουσιν;

34 Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς, Μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι νηστεύειν;

35 Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι καὶ ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

36 Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς, Ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν· εἰ δὲ μή γε, καὶ τὸ καινὸν σχίζει, καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ.

37 Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μή γε, ῥήξει ὁ νέος οἶνος τοὺς ἀσκούς, καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται.

38 Ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον· καὶ ἀμφότεροι συντηροῦνται.

39 Καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιόν, εὐθέως θέλει νέον, λέγει γάρ, Ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν.

Κεφάλαιον ϛ.

1 Ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων· καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας, καὶ ἤσθιον, ψώχοντες ταῖς χερσί.

2 Τινὲς δὲ τῶν Φαρισαίων εἶπον αὐτοῖς, Τί ποιεῖτε ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι;

3 Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ὁ

Scribæ ac Pharisæi, dicentes ad discipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis?

31 Et respondens Iesus dixit eis, Non opus est iis qui sani sunt medico, sed iis qui malè *se* habent.

32 ‖ Nõ veni vocatum iustos, sed peccatores ad resipiscentiam.

33 ‖ Ipsi verò dixerunt ei, Quare discipuli Ioannis ieiunant crebrò, & deprecationes faciunt, similiter & *discipuli* Pharisæorum: tui verò edunt & bibunt?

34 Ipse autem dixit eis, Num potestis facere vt filij thalami, quo *tempore* cum ipsis est sponsus, ieiunent?

35 Venient autem dies quum tolletur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt illis diebus.

36 Dicebat autem eis etiam parabolam, Nemo panniculũ noui vestimenti indit in vestimentum vetus: alioqui & illud nouum findit *vetus*, & veteri non conuenit pãniculus *sumptus* ex nouo.

37 Et nemo iniicit vinum nouũ in vtres veteres: alioqui disrumpet vinum nouũ vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt.

38 Sed vinum nouum in vtres recentes iniiciendum est: & vtraque conseruantur.

39 Et nemo qui biberit vetus, statim vult nouum. dicit enim, Vetus vtilius est.

CAP. VI.

1 Factum est verò vt sabbato altero primo pertransiret per sata. Vellebant autem discipuli spicas, edebántque, confricantes manibus.

2 Quidam autem Pharisæorum dixerunt eis, Cur facitis quod non licet facere sabbatis?

3 Tunc respondens Iesus dixit

risæi & Scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis?

31 *Et respondens Iesus dixit ad illos, Non egēt, qui sani sunt, medico sed qui malè habent.*

32 *Non veni vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam.*

33 *At illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt & bibunt?*

34 *Quibus ipse ait, Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare?*

35 *Venient autem dies & quum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabũt in illis diebus.*

36 *Dicebat autem & similitudinem ad illos, Quia nemo commissuram à nouo vestimento immittit in vestimentum vetus alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo.*

37 *Et nemo mittit vinũ nouũ in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouũ vtres, & ipsum vinum effundetur, & vtres peribunt.*

38 *Sed vinum nouum in vtres nouos mittẽdum est: & vtraque conseruãtur.*

39 *Et nemo bibens vetus statim vult nouum. dicit enim, Vetus melius est.*

CAP. VI.

1 *Factum est autem in sabbato secundo primo, quum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus.*

2 *Quidam autem Pharisæorum dicebãt illis, Quid facitis quod non licet in Sabbatis?*

3 *Et respondens Iesus ad*

1. Tim. 1. 15

Matt. 9. 14
mar. 2. 18
Hypocritarũ & imperitorũ hominum est pietatem in ieiunio & rebus medijs collocare. Leges de ieiunijs & alijs eiusmodi rebus promiscuè & absque circunstãtiarum discrimine positæ, non modò sunt tyrannicæ, sed etiam summè periculosæ in Ecclesia.

Matt. 12. 1.
mar. 3. 1.
Christus aduersus superstitiosos in minutissimis quibusque hærentes, ostẽdit ne Sabbati quidẽ legẽ sine omni exceptione latã fuisse, nedũ vt in externa eius obseruatione posita esset hominũ salus.

33 *Deprecationes*. Vide Act. 1. 14.

35 *Quum tolletur*, καὶ ὅταν ἀπαρθῇ. In secundo codice deest καί: & sanè vel redundat, vel est transposita hæc particula, quum potius debeat construi cum τότε, sicut apud alios Euangelistas.

39 *Vtilius est*, χρηστότερος. Id est salubrius. Vulgata & Erasmus, *Melius*, id est ἀμείνων. Vide infra, 6. 35.

IN CAP. VI.

1 *Altero primo*, δευτεροπρώτῳ. Duæ erant Sabbatorum species: vna eorum quæ septimo quoque die recurrebant: altera eorum quibus ex peculiari Dei mandato feriandum erat, solennibus videlicet festis. Iam verò in festo plurium dierum (vt Paschæ & Tabernaculorum) duo erant Sabbata, primus nimirum eius festi dies, & vltimus, eadem parique prorsus cæremonia, vt disertè cauet Dominus, Leuit. 23. Commodè igitur Lucas posterius illud Sabbatum, id est vltimum diem Azymorum (id enim intelligitur ex eo quòd fit mentio spicarum, vt rectè notat Epiph. ἐν τῷ [illegible]) vocat sabbatum alterum primum. Iosephus Scaliger, vir summæ eruditionis, mecum sentit, quod ad hunc diem attinet; sed putat δευτερόπρωτον vocari, quòd primam à postero die paschæ hebdomadem clauderet, inter illos septẽ quæ ab illo die ad Pentecosten vsque numerabantur: quod tamẽ nullis exemplis, nec cuiusquam scriptoris auctoritate probat. Alias autem huius vocabuli interpretationes, non est, opinor, cur quispiam miretur, cuiusmodi est illa Isidori Pelusiotæ Epist. 11. lib. 3. hoc referentis ad primum Azymorum diem, quem putat fuisse ipso die Paschæ posteriorem: perperam id quidem, quum à Paschate ipso dies Azymorum numerari inciperent, & Hebræi dies semper à Vespera inchoarent.

1 Sam. 21. 6

Ἰησοῦς, Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαβὶδ, ὁπότε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες;

Ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔλαβε, καὶ ἔφαγε, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ· οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς.

Exod. 29. 33. leuit. 8. 31. & 24. 9

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὅτι κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.

Matt. 12. 9 mar. 3. 1

Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ διδάσκειν· καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά.

Παρετήρουν δὲ αὐτὸν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ.

Αὐτὸς δὲ ᾔδει τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν· καὶ εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα, Ἔγειραι, καὶ στῆθι εἰς τὸ μέσον. Ὁ δὲ ἀναστὰς ἔστη.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτοὺς, Ἐπερωτήσω ὑμᾶς τί, Ἔξεστι τοῖς σάββασιν, ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀπολέσαι;

Καὶ περιβλεψάμενος πάντας αὐτοὺς, εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω· καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.

Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας· καὶ διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ.

Christus non absque feruentibus & longis precibus duodecim contubernales, Apostolos futuros deligens, ostēdit quanta religione in Ecclesiasticis electionibus sit opus. Infrà 9. 1. matt. 10. 1 mar. 3. 13. & 6. 7

Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι, καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ.

Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, προσεφώνη-

eis, ‖ Ne hoc quidem legistis quod fecit Dauid quum esuriret ipse & qui cum eo erant?

3 Quomodo introierit domum Dei, & panes præpositititios sūpserit, ederitque, ac dederit etiā iis qui secum *erant*: ‖ quibus *panibus* non licet vesci nisi solis sacerdotibus?

4 Et dicebat eis, Filius hominis dominus est etiam sabbati.

5 ‖ Factum est verò etiam alio sabbato vt ipse ingrederetur in synagogam, ac doceret. Erat autem ibi quidam cuius manus dextera erat arida.

6 Obseruabant autem eū Scribæ ac Pharisæi an Sabbato sanaturus esset *illum*, vt inuenirēt accusationem *aduersus* eum.

7 At ipse norat cogitationes eorum: & dixit homini illi qui habebat manum aridam; Surge, & adsta in medio. Ille verò surgens adstitit.

8 Dixit igitur eis Iesus, interrogabo vos quiddā, Licet Sabbatis benefacere, an malefacere *cuipiam*? hominem seruare, an perdere?

9 Et quum eos omnes circunspexisset, ait homini, Extende manum tuam. Ille autē ita fecit: & restituta est manus eius sana sicut altera.

10 Ipsi autem repleti sunt amentia: & colloquebantur alij cum aliis, quidnam facerent Iesu.

11 Factū est autem illis diebus, vt abiret in montem ad orandum & pernoctaret *illic* orans Deum.

12 ‖ Quum autem dies ortus esset,

eos dixit, Nec hoc legistis quod fecit Dauid, quum esurisset ipse & qui cum illo erant?

3 *Quomodo intrauit in domū Dei, & panes propositionis sumpsit, & mā-ducauit, & dedit iis qui cum ipso erāt: quos nō licet mā-ducare nisi tantùm Sacerdotibus?*

4 *Et dicebat illis, Quia dominus est Filius hominis etiam Sabbati.*

5 *Factū est autē & in alio sabbato vt intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida.*

6 *Obseruabant autē Scribæ & Pharisæi si in Sabbato curaret: vt inuenirēt vnde accusarent eum.*

7 *Ipse verò sciebat cogitationes eorum & ait homini qui habebat manum aridam, Surge, & sta in medium. Et surgens stetit.*

8 *Ait autem ad illos Iesus, interrogo vos si licet Sabbatis benefacere, an malè: animam saluam facere, an perdere.*

9 *Et circunspectis omnibus dixit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus eius.*

10 *Ipsi autem repleti sunt insipientia: & colloquebantur adinuicem, quidnam facerent Iesu.*

11 *Factum est autem in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.*

12 *Et quum dies factus es-*

5 *Etiam Sabbati*, καὶ τοῦ σαββάτου. In quodam exemplari & meo vetustissimo addita hæc reperimus, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θεασάμενός τινα ἐργαζόμενον τῷ σαββάτῳ, εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπε, εἰ μὲν οἶδας τί ποιεῖς, μακάριος εἶ· εἰ δὲ μὴ οἶδας, ἐπικατάρατος καὶ παραβάτης εἶ τοῦ νόμου: id est, *Eodem die quum quendam conspexisset operantem Sabbato, dixit ei, Heus tu, si quidem ipse nosti quid agas, beatus es: sin autem non nosti, execrabilis es & Legis transgressor.* Sed hæc in Ecclesia non leguntur, neque mihi quidem videntur sapere maiestatem aut etiam veritatem Euangelicam. Vide Mar. 2. 28.

6 *Cuius manus*, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ. Hebraismus de quo diximus suprà, capite 1. 49.

7 *Accusationem [aduersus] eum*, κατηγορίαν αὐτοῦ, Vulg. & Eras. *Vnde accusarent eum*, ὅθεν κατηγορήσωσιν αὐτοῦ, sensu tamē rectè expresso. Addidimus autem præpositionem Aduersus, id est κατὰ, quæ hîc necessariò subauditur, vt suprà Matth. 1, quinetiam exprimitur apud Theophylactum, item in editione Frobeniana, atque etiam tribus vetustis codicibus.

8 *Cogitationes*, τοὺς διαλογισμούς. Vide infrà 9. 47.

9 *Interrogabo vos quiddam*, ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι. Triplex esse potest huius loci distinctio. Nam aut coniungitur τί cum ἐπερωτήσω: quam lectionem, vt simplicissimam, sequuti sumus: aut sequentibus adiungitur, idque duplici ratione. Nā Theophylactus post τί adscribit distinctionem, vt ita connectas, *Interrogabo vos: quid? licet sabbatis benefacere, an malefacere?* In plerisque verò codicibus τί connectitur cum sequentibus sine distinctione, & pro [illegible] accipitur, hoc modo, *Interrogabo vos ecquid liceat*, &c. [illegible] autem illud ἐπερωτήσω ὑμᾶς, dicendi genus, à quo nos quoque in vernaculo sermone nostro sæpe auspicamur interrogantem orationem. Sic enim totum hunc locum explicaremus, *Ie vous demande, Est-il loisible*, &c. Vetus interpres pro ἐπερωτήσω legit ἐπερωτῶ, *interrogo*: & pro τί videtur scriptum habuisse εἰ, id est *Si*, pro *An*: quam lectionem in vno demum exemplari reperi. ¶ *Benefacere*, ἀγαθοποιῆσαι. Benefacere legendum est coniunctim vno vocabulo, sicut etiam malefacere, quod respondet τῷ κακοποιῆσαι. quod notandum est, nequis putet Christum simpliciter quærere num quid boni facere liceat Sabbato. Id enim erat extra controuersiam: & qui precationi aut concioni aut lectioni vacat, dicitur in genere rem bonam facere. Sed percontatur Christus ecquid liceat Sabbato charitatis officia proximo præstare. Vide Marc. 3. 4. ¶ *Perdere*, ἀπολέσαι. Ergo qui non iuuat proximum, quum iuuare possit, interficit.

10 *Ille autem ita fecit*, ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω. Vulg. *Et extendit*, καὶ ἐξέτεινε, vt legitur apud Matthæum & Marcum, & hîc quoque in quodam codice. Eras. *Ille autem fecit*, prætermissa particula οὕτω, quam adiecit Stephanus noster ex editione Complutensi, cum qua consentire comperimus quinque alios cod. vetustos. ¶ *Sana sicut altera*, ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Totum hoc deest in quodam codice neque reperitur in Vulg. editione.

12 *Et pernoctaret illic precans Deum*, καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ. Vulg. & Eras. ad verbum, *Et erat pernoctans in oratione (vel deprecatione) Dei*. Ego verò malui aliquantulum à Græcis deflectere, vt planius loquerer.

σε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε·

(Σίμωνα, ὃν καὶ ὠνόμασε Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον,

Ματθαῖον καὶ Θωμᾶν, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου καὶ Σίμωνα τὸν καλούμενον Ζηλωτὴν,

Ἰούδαν Ἰακώβου καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ ἐγένετο προδότης·)

Καὶ καταβὰς μετ' αὐτῶν, ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ· καὶ ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ ἀπὸ πάσης τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος, οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν·

Καὶ οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων· καὶ ἐθεραπεύοντο.

Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ· ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἰᾶτο πάντας.

Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἔλεγε, Μακάριοι οἱ πτωχοί· ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

Μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν· ὅτι χορτασθήσεσθε. Μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν· ὅτι γελάσετε.

Μακάριοί ἐστε ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσι, καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, ἕνεκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

Χαίρετε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ σκιρτήσατε· ἰδοὺ γὰρ, ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τῷ οὐρανῷ· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν.

uocauit discipulos suos, & quū ex ipsis elegisset duodecim, quos & Apostolos nominauit:

14 (*Nempe* Simonem, quem etiā nominauit Petrum, & Andreā fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum,

15 Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi *filium* & Simonem qui vocatur Zelotes.

16 Iudam Iacobi *fratrem* & Iudam Iscarioten, qui etiam fuit proditor:)

17 Et descendisset cum eis, substitit in loco cāpestri, turbáque discipulorum eius, & multitudo magna plebis ex tota Iudæa & Hierosolymis, & à maritima *regione* Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur ex morbis suis:

18 Et qui vexabantur à spiritibus impuris: & sanabantur.

19 Et tota turba studebat eum tangere, quia vis ab eo prodibat, & sanabat omnes.

20 ‖ Ipse verò sublatis oculis suis in discipulos suos, dicebat, Beati *estis* pauperes: quia vestrum est regnum Dei.

21 ‖ Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. ‖ Beati qui nunc fletis: quia ridebitis.

22 ‖ Beati eritis quum vos oderint homines, & separauerint vos, & conuiciis affecerint vos, & nomen vestrum vt malum abiecerint, propter filium hominis.

23 Gaudete illo die, & salite. Ecce enim, merces vestra multa *est* in cælis: nam itidem faciebant Prophetis patres eorum.

set, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit:

14 *(Simonem, quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum,*

15 *Matthæū & Thomā, Iacobū Alphæi & Simonem qui vocatur Zelotes,*

16 *Et Iudam Iacobi & Iudam Iscariotē, qui fuit proditor)*

17 *Et descendens cum illis stetit in loco campestri: & turba discipulorum eius, multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Ierusalem, & maritima Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis:*

18 *Et qui vexabātur à spiritibus immundis, curabantur.*

19 *Et omnis turba quærēbat eū tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.*

20 *Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei.*

21 *Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis.*

22 *Beati eritis quum vos oderint homines, & quum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter Filium hominis.*

23 *Gaudete in illa die & exultate. ecce enim merces vestra multa est in cælo: secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.*

Matt. 5. 2
Christus aduersus omnes Philosophos ac præsertim Epicureos, docet summum bonum nusquam hîc in terris, sed in cælis esse repositū, afflictiones verò propter iustitiam ite, illud esse quo ad id peruenitur.
Esa. 65. 13
Esa. 61. 3. & 7
Matt. 5. 11

13 *Et quum elegisset*, καὶ ἐκλεξάμενος. Vulgata & Erasmus, *Et elegit*. At ego existimo hunc versiculum decimum tertium cum decimoseptimo coniungendum esse, ita vt tres interiecti includantur parenthesi. Simile hyperbaton est Marci 3. 19.

14 *Nominauit*, ὠνόμασε, reuersum videlicet ab ea legatione, Matth. 16. 18.

17 *Maritima [regione] Tyri*, τῆς παραλίου Τύρου. Vetus interpres, *Et maritima Tyri*, quum explere debuerit constructionem. Sed Erasmi explicationem non probo, qui existimat hanc esse sententiam, venisse nonnullos à maritima parte Tyri & Sidonis, id est ab extrema parte quæ spectat ad mare: aut à maritima parte Iudææ, nempe Tyro & Sidone. Ego verò puto Tyrum & Sidonem vocari non ipsas vrbes, sed ipsis vicinam regionem, & totum illum maris tractum qui Syrophœnicia dicitur. Itaque genitiuos seruaui Tyri & Sidonis, quum ipse conuerterit, Maritima Tyro & Sidone. Neque enim video cur addendum fuerit τῆς παραλίου, nisi per appositionem id explices, sicut ipse fecit. Verùm hæc appositio non satis videtur cohærere.

18 *Qui vexabantur*, οἱ ὀχλούμενοι. Ad verbū, *molestabantur*, vt qui turba premuntur: quo verbo vtitur Modestinus Iurisconsul. si modò is Latinè scripsit. Videtur enim hîc esse [illegible] in verbo ὀχλεῖσθαι, quo vnus Lucas vtitur, & quidem duobus tantùm locis, hîc nimirum, & Act. 5. 16.

22 *Separauerint*, ἀφορίσωσιν: id est ἀποσυναγώγους ποιήσωσιν. Ex synagoga eiecerint, vt explicatur Ioh. 16. 2. Sed & paulo pòst Lucas ipse exponit quæ sit ista separatio, quum videlicet nomen alicuius expungitur è populo Dei: sicut apud Latinos dicebātur capitis diminutionem pati qui ex albo à censoribus expungebantur. Est autem hæc pœna omniū maximè formidabilis in Ecclesia Dei: sed ita demum si cēsores fuerint Dei instrumenta, id est, si ex verbo Dei quispiam legitimo veræ Ecclesiæ iudicio damnetur: alioquin multo præstat ex impiorum cōsortio eiici quàm inter eos numerari, vt etiam explicat Dauid Psal. 1. 1. & 2. Hinc illud ἀφορίζεσθαι toties in veteribus canonibus repetitum. quod postea Abstentos, & tandem Excommunicationem minorem vocarunt. ¶ *Abiecerint*, ἐκβάλωσι. Id est expunxerint quasi non Iudæis sed incircuncisis accensendos. Recēsebātur enim Israelitæ secundum tribus, & familias. Gen. 17. 14.

23 *Salite*, σκιρτήσατε. Dicuntur lasciuientes pecudes σκιρτᾶν, quod Hebræis significat רקד [*rakad*,] vt Psal. 114. 4. Latinis verò Gestire translatitiè de iis dicitur qui præ nimia lætitia non possunt se continere quin varios gestus edant, hinc & inde subsilientes. Vulgata & Erasmus, *Exultate*: eodem quidem sensu, sed tamen verbo synonymo, quod potius respondet τῷ ἀγαλλιᾶσθαι. ¶ *Itidem*, κατὰ ταῦτα: id est κατὰ ταῦτα. Vulg. & Eras. ad verbum, *Secundum hoc*. Existimo autem ταῦτα pro τὰ αὐτὰ positum, sicut in vno codice scriptum legimus infrà versu 26.

Πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις· ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν.

Οὐαὶ ὑμῖν οἱ ἐμπεπλησμένοι· ὅτι πεινάσετε. Οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες νῦν· ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε.

Οὐαὶ ὑμῖν ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς ψευδοπροφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν.

Ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς ἀκούουσιν, Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς.

Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς.

Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς.

Παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει.

Καὶ καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως.

Καὶ εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγαπῶσι.

Καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσι.

Καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα.

Πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε, μηδὲν

24 ‖ Sed væ vobis diuitibus: nam perceptum habetis solatium vestrum.

25 ‖ Væ vobis qui impleti estis: nam esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: nam lugebitis & flebitis.

26 Væ vobis quum bene vobis dixerint omnes homines: nam itidem faciebant pseudoprophetis patres eorum.

27 ‖ Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos vestros: benefacite iis qui vos oderunt.

28 Benedicite iis qui execrantur vos, & orate pro infestantibus vos.

29 ‖ Ei qui tibi cæciderit maxillam, præbe & alteram: ‖ & ab eo qui tollit tibi pallium, etiam tunicam ne prohibeto.

30 Cuiuis autem petenti abs te dato, & ab eo qui tollit *res* tuas, ne repetito.

31 ‖ Et prout vultis vt faciant vobis homines, vos etiam facite eis similiter.

32 ‖ Quod si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis erit gratia? nam & peccatores diligunt eos à quibus diliguntur.

33 Et si benefeceritis iis qui vobis benefaciunt, quæ vobis erit gratia? nam & peccatores idem faciunt.

34 ‖ Et si mutuum dederitis iis à quibus speratis vos recepturos quæ gratia erit vobis? nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, vt recipiant paria.

35 Immo diligite inimicos vestros, & *iis* benefacite, & mutuũ

24 *Veruntamen væ vobis diuitibus: quia habetis consolationem vestram.*

25 *Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nũc: quia lugebitis & flebitis.*

26 *Væ quum benedixerint vobis omnes homines: secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.*

27 *Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros: benefacite iis qui oderunt vos.*

28 *Benedicite maledicentibus vobis: & orate pro calumniantibus vos.*

29 *Ei qui te percutit in maxillam, præbe & alteram: & ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.*

30 *Omni autem petenti te, tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.*

31 *Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.*

32 *Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt.*

33 *Et si benefeceritis iis qui vobis benefaciũt, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt.*

34 *Et si mutuum dederitis iis à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia.*

35 *Veruntamen diligite inimicos vestros, benefacite & mutuum date, nihil in-*

An os 6.1 eccles.31.8

Esa. 65.13

Matt.5.44 Charitas Christiana plurimùm à mundana dissidẽs, non modò nõ vindicat iniurias, sed etiam hostes vel acerbissimos complectitur, idque propter patrem cælestem, nedum vt suum in benefaciendo lucrum quærat.

Matt.5.39 1.Cor.6.7

Matt.7.12 Tob.4.16

Matt.5.46

Matt.5.42 deut.15.8

24 *Sed*, πλὴν. Vulg. & Eras. *Veruntamen*. Vide Matt.11.22. ¶ *Perceptũ habetis*, ἀπέχετε. id est, quicquid boni vnquã vobis potest accidere, hoc totũ iam ex vestris opibus consequuti estis: itaque non est quòd aliam felicitatem speretis. Vide Matth.6.2. vbi huius vocabuli vim declarauimus. Vulg. & Eras. *Habetis*, id est ἔχετε. Tertul. lib.4. aduersus Marc. *Recepistis*. Vetus Irenæi interpres, *Percipitis*. ¶ *Solatium*, τὴν παράκλησιν. Sic malim quàm cõsolationem, hoc quidem loco, vocem istam interpretari, quoniam latius istud patet: & ita significatum voluit Dominus quidquid gaudij, opis, & commodi homines in hac vita consequi sua opinione possunt. Tertul. nouè & audacius suo more, *Aduocationem* non semel conuertit, & Aduocatorem pro Consolatore, & Aduocare quoque pro Cõsolari: quæ postrema certè excusari nullo Græcæ vocis significatu possunt.

25 *Qui impleti estis*, οἱ ἐμπεπλησμένοι. Virg. *Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ*. Vulgata & Erasmus, *Qui saturati estis*, οἱ κεχορτασμένοι, eodem tamen sensu. Sed in Theophylacti codice Romano additur νῦν, *nunc*, sicut in superioribus versiculis. Est autem hoc positum pro οἱ ἐμπίπλασθε, alioqui dicendum erat, νῦν ἐμπεπλησμένοις, vt superiore versu πλουσίοις.

26 *Omnes*, πάντες. Hæc particula deest in vetustis codicibus omnibus, sed non est otiosa, quum certatim istis applaudere mundus consueuerit.

32 *Quæ vobis erit gratia?* ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; id est, quid est in hoc vestro opere quod Deo gratum esse possit? vel quid gratiæ possitis à Deo consequi hoc vestro facto? Videtur enim hæc ita explicare Matthæus, quũ inquit, τίνα μισθὸν ἔχετε; quam mercedẽ referetis? Ex quibus etiam vobis apparet nonnullos frustra somniare mutuam inter meritũ & mercedẽ relationem, quum idipsum à Luca χάρις dicatur quod μισθὸς à Matthæo. Possumus tamen hoc aliter etiam explicare, nempe si χάριν ad homines ipsos retulerimus, vt sit hæc sententia, *Quæ vobis est gratia?* id est, quæ est vestra in ea re liberalitas ac beneficẽtia? Nam qui eum diligit à quo vicissim diligitur, non potest dici quippiam largiri, sed reddere potius quod debet: adeò vt nisi id faciat, non possit vir bonus videri. Postremò qui eum demum diligit à quo se diligi putat, is profectò videtur non tam amicũ quàm seipsum diligere, ideòque non aliis, sed sibiipsi gratificari. Sed videtur mihi prima interpretatio maximè conuenire: quamobrem etiam ἐστὶ verti per futurum, sicut apud Matthæum ἔχετε interpretatus sum Habebitis, id est, ἕξετε quia de beneficiorum mercede differit Christus ex hypothesi: quasi diceret, Si in amando spectatis vestra commoda, quærite ea cõmoda quæ verè commoda sunt. diligite igitur inimicos vestros. Nam ita ostendetis vos ea cõmoda expectare quæ non ab hominibus, sed à Deo proficiscuntur, quum homines propter Deũ diligetis: alioquin si amicos duntaxat diligatis, non à Deo, sed ab ipsis amicis paria expectate, vt profani homines solent. Est autem insignis hic locus, in quo apertè ostẽditur discrimẽ inter præcepta Euangelica ac philosophica, quũ alioqui etiam Socrates apud Platonem de diligendis quoq; inimicis doceat.

33 *Vobis*, ὑμᾶς. Nouè, ac si scriptum esset, ἀγαθοποιοῦντας.

ἀπελπίζοντες· καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ ὑψίστου· ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς.

Γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί.

Καὶ μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· μὴ καταδικάζετε, καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε· ἀπολύετε, καὶ ἀπολυθήσεσθε.

Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· μέτρον καλὸν πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

Εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς, Μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται;

Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ· κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ.

date nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, ‖ ac filij eritis illius Altissimi: nam ipse benignus est erga ingratos & malos.

36 Estote ergo misericordes, prout & Pater vester misericors est.

37 ‖ Ne iudicate, & non iudicabimini: ne condemnate, & non condemnabimini: absoluite, & absoluemini:

38 Date, & dabitur vobis. ‖ mensurã *inquam* bonam, pressam, agitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eâdem enim mensura qua metimini, contra metietur vobis.

39 Dicebat autem eis parabolam, ‖ Num potest cæcus cæco viæ dux esse? nónne ambo in foueam cadent?

40 ‖ Non est discipulus supra magistrum suum: sed quisquis *erit* perfectus *discipulus*, erit vt magister.

desperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos.

36 *Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est.*

37 *Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini: dimittite, & dimittemini:*

38 *Date, & dabitur vobis. mensuram bonam & confertam & coagitatam & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mẽsi fueritis, remetietur vobis.*

39 *Dicebat autem illis & similitudinem, Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nónne ambo in foueam cadunt.*

40 *Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius.*

Matt.5.45

Matt.7.1 Fraternas reprehensiones nec curiosas, nec malignas, sed iustas, moderatas & amicas esse oportet.

Matt.7.2 mar.4.

Matt.15.14 Imperiti reprehensores, & se & alios perdũt: quia qualis magister, talis & discipulus.

Matt.10.24 ioh.13.16 & 15.20

35 *Inde sperantes*, ἀπελπίζοντες. Fateor me nusquam alibi legisse ἀπελπίζειν in hac significatione, quum propriè declaret τὸ ἀπογινώσκειν, i. desperare. Et certè videri possit Dominus hoc loco considerare quid plerunque soleat homines deterrere ne fratri inopi pecuniam credãt, (quia nimirum metuunt ne pereat quod inopi creditur) ideóque nobis istum metum velle extorquere, & nos huc adducere, vt quoties proximum in nomine Dei iuuerimus, nunquam illa cogitatio nostros animos subeat, nostro damno id esse à nobis factum: quum Deus ipse quasi vadem & sponsorem se interponat, fore vt multo etiam cum fœnore, quicquid crediderimus, recipiamus. Hanc autem interpretationem si sequamur, pro *Inde sperantes*, dicendum erit, *Desperantes*: & ita hunc locum intellexit Syrus interpres. Sed tamen nolui ex recepta interpretatione quicquam mutare, quum & ipsa commodum sensum habeat, & in multis verbis similem vim esse appareat præpositionis ἀπὸ, vt in ἀπέχειν, & ἀπολαμβάνειν, id est ab alio accipere, & ἀπογράφειν, ab alio describere; & aliis plurimis. Itaque iubemur mutuum dare, non quia nos postea mutuum recepturos sciamus, sed solo iuuandi proximi affectu impulsi. Falluntur enim qui hunc locum ad fœnoris prohibitionem detorquent, quasi prohibeat Christus quicquam supra sortem pacisci vel exigere. Illud tamen certum est, si iuuandus est proximus, etiam nulla recipiendæ sortis habita ratione, multo magis prohiberi fœneratorias pactiones. ¶ *Benignus*, χρηστός. Hoc vocabulum tribus omnino modis interpretamur. Nam quum de re dicitur, aliquando id declarat quo facilè quis vti possit, vt Matth.11.30, Christus testatur iugum suum esse χρηστὸν, id est facile: quo videlicet facilè & minima aut nulla potius cum molestia vtamur. Interdum verò declarat τὸ χρήσιμον, id est vtile & vsui nostro maximè accommodatum: quæ significatio vt non multum sit à superiore diuersa, tamen diuerso vocabulo exprimitur à Latinis, vt suprà, 5.39, οἶνος παλαιὸς, id est vinum vetus dicitur χρηστότερος, vtilius & magis salubre. Postremò quum personis accommodatur χρηστός, eum declarat qui facilem sui vsum aliis præbet, quem Latini benignum ac beneficum appellant, vt hoc loco, & Rom.2.4. & Ephes.4.32. vnde χρηστότης toties ab Apostolo laudata, quam nos benignitatem ac facilitatẽ interpretamur. Tertul. lib.4. in Mar. maluit Suauem interpretari, id est ἡδὺς, quod amplius aliquid ex illo consequens, declarat.

36 *Misericordes*, οἰκτίρμονες. Hebr. חסידים [*chesidim*] quibus opponuntur crudeles & inhumani, vt Prou.11.17, quos Paulus ἀστόργους appellat, Rom.1.31.

37 *Absoluite*, ἀπολύετε. Vel, Remittite, & remittetur vobis. Sed Absoluẽdi verbum mihi magis placuit propter antithesin. Quum autem hic non agatur de politicis iudiciis, constat Absoluendi verbo significari bonitatem & æquitatem illam qua vtuntur Christiana charitate præditi in ferendis atque adeò condonandis iniuriis. cuius exemplum insigne cernimus in Iosepho, quum fratres, à quibus tantam iniuriam acceperat, de vita sua penè desperantes alloquens, Vos (inquit, & quidem cum lacrymis) non misistis me huc, sed Deus.

38 *Pressam*, πεπιεσμένον. Vulgata & Erasmus, *Confertam*: à consequenti videlicet. Nam epitheta hæc omnia petita sunt ab eorum consuetudine qui res aridas, vt frumentum, vel legumina, vel aliquid eiusmodi, liberaliter metiuntur. Solent enim idipsum quod admetiuntur, comprimere, deinde modium succutere, postremò etiam cumulare, adeò vt supra iustam mensuram aliquid redundet. Tertium tamen istud nempe σεσαλευμένον neque legit Syrus interpres, neque Tertull. hunc locum citans libro aduersus Marc.4. ¶ *In sinum vestrum*, εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. Hebraicè, אל חיקם [*el chekam*] quæ loquutio Hebræis est familiaris, vt Psal.79.12.

39 *Parabolam*, παραβολήν. Apud Theophylactũ reperio καὶ παραβολήν, Etiam parabolam, quemadmodum legit Vetus interpres.

40 *Sed quisquis [erit] perfectus [discipulus,] erit vt magister*, κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ: id est, Tum demum discipulus est perfectus quum præceptori suo par euasit. Itaque Vetus interpres sententiam rectè expressit quum hunc locum ita interpretaretur, *Perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius*: & Syrus interpres, *Et quisquis est perfectus, erit sicut præceptor eius*: vt videatur omnino legendum πᾶς ὃς ἔσται, vel hoc participium subaudiendum. Eras. autem ἔσται videtur accipere pro ἔστω, id est sit, Theophylactum sequutus. Putat enim his Domini verbis prohiberi discipulo ne vsurpet sibi quæ præceptor non vsurpauerit: nam ita perfectum fore si per omnia suum præceptorem imitetur. Rursus non incommodè possis ἔσται cum κατηρτισμένος connectere, & conformem, i. σύμμορφον, nempe ad eandem [illegible] formam ac speciem compositum, interpretari [illegible] hæc sententia cũ eo quod scribitur Rom.8.29 [illegible] non autem summa perfectio significetur. Apud Epiphanium κατὰ Ἐβιωναίων sic legitur & explicatur hic locus, οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ· ἵνα δὲ κατηρτισμένος κατὰ πάντα ὁ μαθητὴς ὡς ὁ διδάσκαλος. [illegible] vbi tamẽ scribendum potius fuerit κατηρτισμένος. Sed omnino mihi videtur non conuenire hæc explicatio huic loco, quum de persequutionibus hic non agatur, sed de iis reprehensoribus qui non modò nihil prosunt, verumetiam nocent: perinde videlicet ac si quis cæcus velit cæco præire, aut si quis indoctus velit alios erudire. Quid enim aliud inde consequi possit quàm vt vterque cæcus in præcipitium ruat, & discipulus sub tali præceptore indoctior euadat? Significat de discipulis sunt infra magistros, & summa laus est disci-

pulorum tales esse quales sunt ipsorum magistri. Hanc autem esse germanam huius loci explicationem, & de priuatis ac fraternis admonitionibus hîc agi, tum antecedentia tum consequentia declarant.

Matt. 7. 3 Hypocritæ seuerissimi aliorum reprehensores, in aliis perspicacissimi, in seipsis cæci.

41 Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς;

41 ‖ Quid autem aspicis festucã quæ *est* in oculo fratris tui, trabem autẽ quæ est in oculo tuo non consideras?

41 *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras?*

42 Ἢ πῶς δύνασαι λέγειν τῷ ἀδελφῷ σου, Ἀδελφέ, ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου, αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων; Ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου· καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

42 Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine eiiciam festucam quæ in oculo tuo est: quum ipse trabem quę est in oculo tuo non respicias? Hypocrita, eiice primùm trabem illã ex oculo tuo: & tum dispicies vt eiicias festucam quæ est in oculo fratris tui.

42 *Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine eyciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.*

Matt. 7. 17 Bonus est non quisquis nouit alios carpere, sed qui integritatem tum verbis tum factis probat. Matt. 7. 16 matt. 12. 33

43 Οὐ γάρ ἐστι δένδρον καλὸν ποιοῦν καρπὸν σαπρόν· οὐδὲ δένδρον σαπρὸν ποιοῦν καρπὸν καλόν.

43 ‖ Non est arbor bona quæ ferat fructum putrem, neque arbor putris quæ ferat fructum bonum.

43 *Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala faciens fructum bonum.*

44 Ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώσκεται. οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα, οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλήν.

44 ‖ Vnaquæque enim arbor ex fructu suo cognoscitur. Neque enim è spinis colligunt ficus, neque è rubo vindemiant vuã.

44 *Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant vuam.*

45 Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ πονηρόν· ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ τὸ στόμα αὐτοῦ.

45 Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malum: ex abundantia enim cordis loquitur os eius.

45 *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundãtia enim cordis os loquitur.*

Matt 7. 21 rom. 2. 13 iac. 1. 21 Veram pietatẽ à ficta tandem discernit tentatio.

46 Τί δέ με καλεῖτε Κύριε, Κύριε· καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω;

46 ‖ Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non facitis quæ dico.

46 *Quid autem vocatis me: Domine, Domine: & non facitis quæ dico?*

47 Πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με, καὶ ἀκούων μου τῶν λόγων, καὶ ποιῶν αὐτούς, ὑποδείξω ὑμῖν τίνι ἐστὶν ὅμοιος.

47 Quisquis venit ad me, & audit sermones meos, & eos præstat, permonstrabo vobis cui similis sit.

47 *Omnis qui venit ad me & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit.*

48 Ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν, ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, καὶ ἔθηκε θεμέλιον ἐπὶ τὴν πέτραν. πλημμύρας δὲ γενομένης, προσέρρηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἴσχυσε σαλεῦσαι αὐτήν· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν.

48 Similis est cuipiam ædificanti domum, qui fodit & excauauit, statuitque fundamentum super petram. Vbi autem venit inundatio, illisum est flumen domui illi, sed nequiuit eam quatere: fundata enim erat super petram.

48 *Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat supra petram.*

49 Ὁ δὲ [illegible]ούσας, καὶ μὴ ποιήσας, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομήσαντι οἰκίαν ἐπὶ τὴν γῆν χωρὶς θεμελίου· ᾗ προσέρρηξεν ὁ ποταμός, καὶ εὐθέως ἔπεσε, καὶ ἐγένετο τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας ἐκείνης μέγα.

49 Qui autem *meos sermones* audiuit, nec præstitit, similis est cuipiam qui ædificauit domum suam super solum absque fundamento: cui illisum est flumen: itaque statim cecidit, fuitque ruina domus illius magna.

49 *Qui autem audit & non facit, similis est homini ædificanti domum suam supra terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius: & continuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna.*

41 *Tuo*, τῷ ἰδίῳ. Id est σοῦ, vt mox loquitur. Nam ἴδιος pro ἐμοῦ, σοῦ, αὐτοῦ, consuetudine Græca dicitur.

43 *Non est. in ʃec.* Vulg. & Eras. *Non est enim*, οὐ γάρ ἐστι. Et fateor hanc esse receptam lectionem. Ego tamen, Syri interpretis, & vetustissimi codicis mei auctoritate, ratione ipsa denique fretus, particulam γὰρ expunxi, ne quis de huius loci connexione frustra laboret. Nec enim certè additur superiorum dictorum ratio: sed arrepta occasione ex eo quod mentio facta fuerat hypocritarum, qui laudem ex aliorum reprehensionibus captant, quum tota vita ipsos redarguat: nouam instituit aduersus eos disputationem, ostendens ex ipsis moribus veram sanctimoniam æstimandam, quam doctrinam applicat ad Scribarum & Pharisæorum fastum cohibendum, ipsis etiam attributa per concessionem veritatis cognitione.

47 *Præmonstrabo*, ὑποδείξω. nempe vt Doctor suis discipulis præiens. Ad hos enim refertur particula ὑπὸ. Vide Matth. 3. 7.

48 *Fodit & excauauit*, ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε. Crescit oratio. plus enim est excauare quàm fodere. Vulg. & Eras. *Fodit in altum*: i. ἔσκαψεν εἰς βάθος. sensu tamen rectè expresso.

¶ *Quatere*, σαλεῦσαι. Paulo antè & alibi etiam aliquoties idem verbum conuertimus Agitare: hîc autem quia amplius quiddam significat, nimirum agitando subuertere, aliud vocabulum quæsiuimus. Vulg. & Eras. *Mouere*, id est κινεῖν.

Κεφάλαιον ζ.

CAP. VII.

CAP. VII.

Matt. 8. 5 Admonet Iudæos Christus proposito Centurionis exemplo, se contumacia ipsorum offensum, parare transitum ad Gentes.

1 Ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, εἰσῆλθεν εἰς Καπερναούμ.

1 ‖ QVum autem finiuisset omnia verba sua, audiente populo, ingressus est Capernaumam.

1 *QVum autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum,*

2 Ἑκατοντάρχου δέ τινος δοῦλος κακῶς ἔχων, ἤμελλε τελευτᾶν, ὃς ἦν αὐτῷ ἔντιμος.

2 Centurionis verò cuiusdam seruus malè affectus moribundus erat, qui erat ipsi pretiosus.

2 *Centurionis autem cuiusdã seruus malè habẽs, erat moriturus: qui illi erat pretiosus.*

3 Ἀκούσας δὲ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων, ἐρωτῶν αὐτὸν ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ.

3 Is verò quum audisset de Iesu, misit ad eum Seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret & seruaret seruum suum.

3 *Et quum audisset de Iesu, misit ad eum Seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret & saluaret seruum eius.*

4 Οἱ δὲ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, παρεκάλουν αὐτὸν σπουδαίως, λέγοντες, Ὅτι ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξει τοῦτο.

4 Isti autem quum venissent ad Iesum, precati sunt eum studiosè, dicentes, certè dignus est cui hoc præbeas.

4 *At illi quum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicitè, dicentes ei, Quia dignus est vt hoc illi præstes.*

5 Ἀγαπᾷ γὰρ τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ἡμῖν.

5 Diligit enim gentẽ nostrã, & synagogam ædificauit nobis.

5 *Diligit enim gentẽ nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis.*

6 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς. ἤδη δὲ αὐτοῦ οὐ μακρὰν ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν ὁ ἑκατόνταρχος φίλους, λέγων αὐτῷ, Κύριε, μὴ σκύλλου· οὐ γάρ εἰμι ἱκανὸς ἵνα ὑπὸ τὴν στέγην μου εἰσέλθῃς·

6 Iesus ergo ibat cum eis. Et quum iam non longè abesset ab illa domo, misit ad eũ Centurio ille amicos, dicẽs ei, Domine, ne vexator: nec enim sum dignus vt tectum meum subeas:

6 *Iesus autem ibat cum illis. Et quum iã non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens, Domine, noli vexari: non enim sum dignus vt sub tectum meum intres:*

7 Διὸ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρός σε ἐλθεῖν· ἀλλὰ εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου.

7 Ideo ne meipsum quidẽ sum dignum arbitratus qui venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

7 *Propter quod & meipsum non sum dignũ arbitratus vt venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus.*

8 Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ᾽ ἐμαυτὸν στρατιώτας, καὶ λέγω τούτῳ, Πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, Ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου, Ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.

8 Etenim ego homo sum sub *alterius* auctoritate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, Vade, & vadit: & alteri, Veni, ac venit: & seruo meo, Fac hoc, ac facit.

8 *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit: & alij, veni & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit.*

9 Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς, ἐθαύμασεν αὐτόν· καὶ στραφεὶς, τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ εἶπε, Λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.

9 Auditis autem his, Iesus admiratus est eum: & conuersus dixit turbæ quæ ipsum sequebatur, Dico vobis, ne in Israele quidem tantam fidem inueni.

9 *Quo audito Iesus miratus est: & conuersus, sequentibus se turbis dixit, Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.*

10 Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ πεμφθέντες, εἰς τὸν οἶκον, εὗρον τὸν ἀσθενοῦντα δοῦλον ὑγιαίνοντα.

10 Et domum reuersi qui missi fuerant, sanum inuenerunt seruum qui ægrotauerat.

10 *Et reuersi, qui missi fuerant, domum, inuenerunt seruum qui languerat, sanum.*

Christus palàm suum in mortem imperium asserit.

11 Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἑξῆς, ἐπορεύετο εἰς πόλιν καλουμένην Ναΐν· καὶ συνεπορεύοντο αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοί, καὶ ὄχλος πολύς.

11 Et factum est *die* sequenti vt iret in ciuitatem quę vocatur Nain: ibant autem cum eo discipuli eius nõ pauci, turbáque multa.

11 *Et factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatẽ quæ vocatur Nain: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa.*

IN CAPVT. VII.

1 *Finiuisset*, ἐπλήρωσε. i. ἐτέλεσε. Vulg. ad verbum *Impleuisset*: quam interpretationem, vt ambiguam reieci.

¶ *Audiente populo*, εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ. Vide suprà, 4. 21.

2 *Seruus*, δοῦλος. Hinc rectè meo iudicio, colligit Eras. apud Matthæum 8. 6. παιδὸς appellatione non filium, sed seruum intelligi: quamuis non desint qui negent eandem historiam à Matthæo & Luca commemorari: quibus tamen non assentior. ¶ *Moribundus erat*, ἤμελλε τελευτᾶν. Vulgata ad verbum, *Erat moriturus*. Ego verò malui moribundum dicere. Eras. *Agebat animam*, sensu quidem eleganter expresso, sed ita vt recedat à verbis Lucæ.

¶ *Pretiosus*, ἔντιμος: id est quem plurimi faciebat. Ponitur enim ἔντιμος pro τίμιος, quod etiam in meo vetustiss. codice legitur. cui opponitur ἄτιμος: id est vilis, & parui pretij. Eras. Charum mauult interpretari: quia, inquit, pretiosus de re dicitur, de homine non item, nisi translatitiè. Atqui cõstat mancipia in bonis numerari. Adiectum autem istud ostendit, non de filio sed de seruo hanc historiam intelligendam.

4 *Præbeas*, παρέξει. vel præstes. Rectam esse hanc orationem, non obliquam, ex subsequente vers. liquet, adstipulante quoque Syro interprete, & meo vetust. codice in quo scribitur παρέξῃ. secunda nimirum persona futuri medij à παρέχομαι: quam personam dicuntur Attici scribere per diphthongum ει.

6 *Iesus ergo*, Ἰησοῦς δέ. Hoc loco δὲ pro οὖν accipi commodè (ni fallor) potest, sicut rursus in sequenti membro videtur pro ἀλλὰ vsurpari. Ita enim melius cohæret tota oratio. ¶ *Dicens ei*, λέγων αὐτῷ. Nempe per amicos, qui ei suo nomine hæc dicerent. Solent enim Hebræi (vt alibi etiam annotauimus) dialogis potius quàm obliquis sermonibus res gestas explicare. Est autem hæc consuetudo notanda hoc loco, vt Matthæus cum Luca concilietur in huius historiæ narratione. [illegible] Matth. 7. 5. ¶ *Dignus*, ἱκανός. id est ἄξιος. vt suprà 4. Matth. 3. 11.

7 *Dic verbo*, εἰπὲ λόγῳ. Id est, iube duntaxat verbis, nẽpe *vt sanetur puer meus*. Matthæus paulò plenius scribit, εἰπὲ λόγον, Matth. 8. 8. id est, *loquere*, sicut vulgo dicimus, *dites le mot*.

11 [*Die*] *sequenti*, ἐν τῇ ἑξῆς subauditur ἡμέρᾳ: vt quũ dicimus τῇ ὑστεραίᾳ. In quibusdã codicib. atque adeo apud Theophylactum, legitur, ἐν τῷ ἑξῆς, subaudi καιρῷ, (vt initio sequentis capitis) id est *postea*, vel *deinceps*: vt exposuit Eras. cũm Vetere interprete. ¶ *Non pauci* ἱκανοί. Deest in vno exemplari, neque extat in editione Vulg. Vide Ma[illegible] 10. 46.

12 Ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, καὶ ἰδοὺ, ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς, υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὴ χήρα· καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς σὺν αὐτῇ.

13 Καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ Κύριος, ἐσπλαγχνίσθη ἐπ᾽ αὐτῇ, καὶ εἶπεν αὐτῇ, Μὴ κλαῖε.

14 Καὶ προσελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ· (οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν) καὶ εἶπε, Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι.

15 Καὶ ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς, καὶ ἤρξατο λαλεῖν· καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ.

16 Ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, λέγοντες, Ὅτι προφήτης μέγας ἐγήγερται ἐν ἡμῖν, καὶ ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ.

17 Καὶ ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ.

18 Καὶ ἀπήγγειλαν Ἰωάννῃ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ πάντων τούτων. Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης,

19 Ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, λέγων, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν;

20 Παραγενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνδρες, εἶπον, Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς ἀπέσταλκεν ἡμᾶς πρός σε, λέγων, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν;

21 Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων καὶ μαστίγων καὶ πνευμάτων πονηρῶν· καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν.

22 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε· ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέ-

Matt.11.2 Ioannes è carcere incredulos suos discipulos ad Christum ipsum confirmandos ablegat.

12 Vt autē appropinquauit portę ciuitatis, tum ecce, defunctus efferebatur, qui vnigenitus *fuerat* matri suæ, & ipsi *quidem* viduæ: turbáque ciuitatis non parua erat cum ea.

13 Dominus verò ipsā intuitus, intima misericordia cōmotus est super ea, & dixit, Ne fleto.

14 Quúmque accessisset, tetigit loculum: (qui verò portabant, substiterunt) & dixit, Adolescens, tibi dico, surge.

15 Tunc resedit qui fuerat mortuus, & cœpit loqui: & *ille* dedit eum matri suæ.

16 Cepit autem omnes timor: & glorificabant Deum, dicentes, Certè Propheta magnus suscitatus est inter nos, & , Certè Deus respexit populum suum.

17 Peruenitque iste de eo sermo in totam Iudæam, & in totam regionem circumiacentem.

18 Et renuntiarunt Ioanni discipuli ipsius de his omnibus. qui aduocatos duos quosdam è discipulis suis,

19 Misit ad Iesum, dicens, Tún*e* is es qui venturus erat, an alium expectabimus?

20 Quum igitur venissent ad eū viri illi, dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tú*ne* is es qui venturus eras, an alium expectabimus?

21 Eadem autē hora multos sanauit à morbis & flagellis & spiritibus malis: & cęcis multis visum gratificatus est.

22 Et respondens Iesus dixit eis, Profecti renuntiate Ioanni quę vidistis & audistis: cæcos visum recipere, claudos ambulare,

12 Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce, defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ: & hæc, vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa,

13 Quam quum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi, Noli flere.

14 Et accessit, & tetigit loculum: (& hi autem qui portabant steterunt) & ait, Adolescens, tibi dico surge.

15 Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui: & dedit illum matri suæ.

16 Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes, Quia Propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

17 Et exijt hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem.

18 Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes.

19 Et misit ad Iesum, dicens, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

20 Quum autem venissent ad eum viri, dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

21 In ipsa autem hora multos curauit à lāguoribus & plagis & spiritibus malis: & cæcis multis donauit visum.

22 Et respondens dixit illis, Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis: quia cæci vidēt, claudi ambulant, leprosi mun-

12 *[Qui] vnigenitus [fuerat,]* μονογενής. Vulg. & Eras. *Vnicus*: id est μόνος. Exposui autem participium ὤν, quod in Græco sermone commodè subauditur, vt melius cohæreant sequentia. ¶ *Et ipsi [quidem] vidua*, καὶ αὐτὴ χήρα. Huius loci triplicem lectionē inuenio in manuscriptis codicib. Quidam enim habent, καὶ αὕτη ἦν χήρα, καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς σὺν αὐτῇ, i. (vt conuerterunt Vetus interpres & Eras.) *Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis non parua cū ea*. Sed hanc lectionem si sequamur, nemo non videt duram esse repetitionem verbi ἦν in vltimo membro, quum illud καὶ ὄχλος non sit coniungendum cum καὶ αὕτη, sed cum καὶ ἰδοὺ, ἐξεκομίζετο. Itaque nonnulli codices habent ἦν posteriore loco, non autem priore: id est post ἱκανὸς, non autem post αὕτη: & pro καὶ αὕτη χήρα, legunt αὕτη χήρα. quam lectionem multo tolerabiliorem puto. Sed vtrique antepono eam quam sum sequutus, in nonnullis exemplaribus repertam, hanc videlicet, υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ καὶ αὐτῇ χήρᾳ, καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς ἦν σὺν αὐτῇ.

16 *Suscitatus est*, ἐγήγερται. Id est, exortus est, idque diuinitus, vt diximus Matthæi 11.11. ¶ *Certè*, ὅτι. Sæpe quidem redundat hæc particula, sed interdum tamen sua vi non caret: vt suprà 4. & hoc loco non videtur otiosa, quum præsertim bis repetatur.

18 *Qui*, καὶ ὁ Ἰωάννης. Vulg. & Eras. ad verbum, *Et Ioannes*. Est autem Hebræa repetitio antecedentis pro relatiuo, quæ repetitio vt vitari posset, inuenta esse pronomina testatur Appollonius. Mittuntur autem sanè à Ioanne ad Christum hi discipuli, non quòd ipse de Christo quicquam ambigeret, sed vt ipsum Christum cernentes & audientes, ab eo erudirentur, quem alioqui præpostera quadam æmulatione refugiebant. Quid sit autem de Christi tum persona tum officio sentiēdum, certo compendio discere in hac legatione potuerunt: esse nimirum verum Deum, quod edita ab ipso miracula testabantur, itémque verum hominem, quod oculi renuntiabant, seruandis hominibus promissum per Prophetas, & nunc exhibitum.

20 *Viri illi*, οἱ ἄνδρες. Vulg. & Eras. prætermittunt articulū, cuius vis est ἀναφορικὴ hoc loco. Sed tamen hæc deesse comperimus in vno vetusto codice, nulla sensus iniuria.

21 *Eadem autem hora*, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ: i. eo ipso tempore quo ad Iesum venerunt. Neque enim ὥρα hîc accipitur pro duodecima diei parte, quam etiam ob causam alibi conuertimus Momentum. Sed & in vno exemplari scribitur ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, illo die. ¶ *Gratificatus est*, ἐχαρίσατο. Vulg. & Eras. *Donauit*, ἐδωρήσατο eodem quidem sensu: sed quum Gratificandi verbum ita vsurpetur frequenter ab ipso Cicerone, vt prorsus respondeat verbo χαρίζεσθαι tum significatione, tum etiam constructione, nulla est ratio cur synonymum quæramus. Itaque deinceps interpretabimur hoc modo, præsertim in Pauli epistolis.

22 *Respondens Iesus*, ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς. Vulg. & Theophylactus hoc loco non habent ὁ Ἰησοῦς. & certè videtur potius superiori versiculo conuenire. Alludit autem proculdubio ad locum Es. 35.5. & 61.1.

πουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται.

23 Καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.

24 Ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀγγέλων Ἰωάννου, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ἰωάννου, Τί ἐξεληλύθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον;

25 Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ, οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν.

26 Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν, προφήτην; ναὶ λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου.

27 Οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

28 Λέγω γὰρ ὑμῖν, μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ οὐδείς ἐστιν· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, μείζων αὐτοῦ ἐστι.

29 Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν Θεὸν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου.

30 Οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς, μὴ βαπτισθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ.

31 Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Τίνι οὖν ὁμοιώσω

leprosos purificari, surdos audire, mortuos suscitari, pauperibus euangelizari.

23 Beatus est autem quicunque non fuerit offensus in me.

24 Et quum abiissent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbam, Quid existis in desertum spectaturi? arundinem à vento agitatam?

25 Sed quid existis visuri? hominem mollibus vestibus amictū? ecce, qui vestitu magnifico vtūtur & in luxu versantur, sunt in palatiis regiis.

26 Sed quid existis visuri? Prophetam? certè dico vobis, etiam amplius quàm prophetam.

27 Hic est de quo scriptum est, Ecce, mitto nūtium meum ante faciem tuam, qui apparabit viam tuam coram te.

28 Nam dico vobis, inter genitos ex mulieribus, nullus est maior Propheta Ioanne Baptista: sed qui minimus est in regno Dei, maior est eo.

29 Et *eo* audito, totus populus & publicani iustificarunt Deū, baptizati baptismo Ioannis.

30 Pharisæi verò & Legis interpretes consilium Dei abrogarunt aduersus semetipsos, non baptizati ab eo.

31 Dixit præterea Dominus,

dantur, surdi audiūt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.

23 Et beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me.

24 Et quum discessissent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas, Quid existis in desertum videre? arundinem vento moueri?

25 Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? ecce, qui in veste pretiosa sunt & delicijs, in domibus regum sunt.

26 Sed quid existis videre? Prophetam? Vtique dico vobis, & plusquam Prophetam.

27 Hic est de quo scriptum est, Ecce, mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viā tuam ante te.

28 Dico enim vobis, maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei, maior est illo:

29 Et omnis populus audiēs & publicani iustificauerūt Deū, baptizati baptismo Ioannis.

30 Pharisæi autem & Legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo.

31 Ait autem Dominus,

Quod procul ostenderunt Prophetæ, proximum indicauit Ioannes: ipse autē Christus quotidie in Euangelio exhibet, idque plerunque frustrà, plurimis vel prorsus futilia, vel inanē splendorem quærentibus.

Malac.3.1

Matt.11.16

23 *Beatus*, μακάριος. Hoc addit corrigens præposteram discipulorum Ioannis æmulationem. quod rursus ne quis quasi in ipsum Ioannem dictum torqueret, subiicit quæ ad Ioannis muneris commendationem faciunt: quem inter prophetas & suum aduentū constituit medium. Nec enim hîc personæ comparantur, vt quidam etiam ex veteribus existimarunt: sed prophetarum prædictiones cum Ioannis indicatione conferuntur: & hæc rursum cum ipsius Euangelij exhibitione, simúlque quanto & primam secunda, & vtranque tertia patefactio antecellat ostenditur.

24 *In desertum*, εἰς τὴν ἔρημον. Annotat Erasmus, in nonnullis Latinis exemplaribus post hæc verba subiici notam interrogationis, vt θεάσασθαι coniungatur sequentibus, quæ distinctio mihi non displicet.

25 *Magnifico*, ἐνδόξῳ. id est, quo vtuntur viri nobiles, & suis opibus illustres. Eras. *Splendido*, λαμπρῷ. Vulg. *Pretioso*, id est τιμίῳ.

29 *Iustificarunt*, ἐδικαίωσαν: id est, Deum vt iustum, bonum ac fidelem, & misericordem prædicarunt. Nam apud Hebræos sæpe צדקה [tsedakah] fidem, benignitatem, ac misericordiam declarat: adeo vt Septuaginta illi, quos vulgò vocant interpretes, interdum ἐλεημοσύνην interpretentur. Itaque τὸ δικαιοῦν hoc loco penè idem declarat atque ὁμολογεῖν, δοξολογεῖν, δόξαν διδόναι quæ verba alibi frequenter occurrunt, Nisi fortassis malimus dici Deum ab iis iustificari (id est iustum declarari) qui fide amplexi ipsius promissiones, cæteris hominibus præbent luculentum iustitiæ ac bonitatis diuinæ in ipsos collatæ specimen. Eos enim gratis iustificat Pater in Christi sanguine, vt iustitiam suam declaret, Rom. 3.26. Vide Matth. 11.19. Sed illa prior explicatio, simplicior & rectior est. Syrus autem interpres istos duos versiculos perinde conuertit ac si essent ipsius Euangelistæ verba, vt qui vers. 31 non habeat εἶπε δὲ ὁ Κύριος, *Dixit autem Dominus*. Sed præstat receptam lectionem amplecti.

30 *Legis interpretes*, οἱ νομικοί. Vide Matth. 22.35. & Act. 15.21. & suprà 2.46. vbi etiam διδάσκαλοι nominantur, quibus ἀρχισυνάγωγοι præerant, Act. 13.15. ¶ *Abrogarunt*, ἠθέτησαν. Nempe quòd ad ipsius rei exitum attinet, quo euasit ipsis exitij instrumentum, id quod eos ad resipiscentiam & salutem vocabat. Sic accipitur verbum ἀθετεῖν Gal. 2. 1. Castellio conuertit *Reiecerunt*. Sed alibi testatur Paulus verbum Domini non posse excidere: & absit vt de Deo minus diuinè sentiamus quàm de suo Ioue Homerus, quum sic eum loquentem inducit, —οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ᾽ ἀπατηλὸν, Οὐδ᾽ ἀτελεύτητον, ὅ τί κεν κεφαλῇ κατανεύσω. Itaque quanuis soli homines in culpa sint quoties nullum beneficentiæ Dei locum relinquunt, tamen consilium Dei rescindi posse nego, quum ipsorum cōtumacia sit iusti iudicij Dei aduersus eos executio, Rom. 1.21. Vide Marc. 6.26. ¶ *Aduersus semetipsos*, εἰς ἑαυτούς. id est suo maximo damno Neq; enim Deū ipsum, sed seipsos lædunt qui Dei gratiam aspernantur. Potest tamen etiam accipi εἰς pro ἐν vt εἰς ἑαυτοὺς significet, *Apud se*: quia videlicet isti non audebant palàm Ioannis doctrinam aspernari, quod populum metuerent, vt traditur Matt. 21.26. Castellio conuertit εἰς ἑαυτούς, *Quantum in se fuit*: quod genus dicendi nusquam memini legere, nec puto reperiri nisi præposito articulo, vt τὸ εἰς ἐμὲ, τὸ κατ᾽ ἐμέ.

31 *Dixit præterea Dominus*, εἶπε δὲ ὁ Κύριος: Hæc verba nō extāt apud Syrum interpretem, & in plerisque vetustis codicibus, & nostro antiquissimo: ac fortassis ab aliquo sunt adiecta, qui præcedentes duos vers. non vt Christi, sed vt Lucæ ipsius historiam narrantis, verba acceperit: quod tamen perabsurdum fuerit existimare, quum hæc dicta sint Ioanne iam captiuo, neque quenquam baptizante. Occurrunt tamen in sacris historiis sæpissimè istiusmodi velut sectiones vnius & eiusdem sermonis.

Quamcunque rationẽ Deus offerendo nobis Euangelio sequatur, plerique homines sibiipsis offendicula obiiciunt: sed nihilominus aliqua colligitur Ecclesia.

τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης; καὶ τίνι εἰσὶν ὅμοιοι;

32 Ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ λέγουσιν, Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλαύσατε.

33 Ἐλήλυθε γὰρ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων· καὶ λέγετε, Δαιμόνιον ἔχει.

34 Ἐλήλυθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων· καὶ λέγετε, Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν.

35 Καὶ ἐδικαιώθη [illegible] ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς πάντων.

Præsentis atque adeò vel domi seæ excepti Christi beneficiis homines superbi seipsos priuãt, quibus fruuntur humiles & abiecti.

36 Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ᾽ αὐτοῦ· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρισαίου, ἀνεκλίθη.

37 Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ ἐν τῇ πόλει ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, ἐπιγνοῦσα ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου·

Iohn 13

38 Καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω, κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ.

Temeritas superbiæ comes.

39 Ἰδὼν δὲ ὁ Φαρισαῖος ὁ καλέσας αὐτὸν, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, λέγων, Οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ· ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι.

Diligere Christum, certum est ac perpetuum remissionis peccatorũ testimonium.

40 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτὸν, Σίμων, ἔχω σοί τι εἰπεῖν. Ὁ δέ φησι, Διδάσκαλε, εἰπέ.

41 Δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι· ὁ εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα·

42 Μὴ ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. Τίς οὖν αὐτῶν, εἰπέ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει;

43 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπεν, Ὑπολαμβάνω ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο.

Cui ergo assimilabo homines gentis istius? & cui rei similes sunt?

32 Similes sunt puerulis sedentibus in foro, & qui acclamant alij aliis, & dicunt, Cecinimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentati sumus vobis, & non fleuistis.

33 Venit enim Ioannes Baptista, neque edens panem, neque bibẽs vinum: & dicitis, Dæmonium habet.

34 Venit Filius hominis edens ac bibens, & dicitis, Ecce homo edax & vini potor, amicus publicanorum ac peccatorum.

35 Sed iustificata est sapientia à filiis suis omnibus.

36 Rogauit autem eum quidam ex Pharisæis vt secum ederet: itaque ingressus domum Pharisæi, accubuit.

37 Et ecce, mulier, quæ fuerat in vrbe peccatrix, quum cognouisset eum accumbere in domo Pharisæi, allato alabastro vnguenti,

38 ‖ Et stãs apud pedes eius retro, flens cœpit lacrymis rigare pedes eius, & capillis capitis sui extergebat, & deosculabatur pedes eius, & illo vnguento vngebat.

39 Hoc autem viso, Pharisæus qui vocauerat eum, dixit apud se, Iste, si esset Propheta, nosset vtique quænam & qualis sit ea mulier quæ tangit ipsum: quòd *videlicet* sit peccatrix.

40 Tunc respondens Iesus dixit eis, Simon, habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait, Magister, dic.

41 Duo debitores, *inquit Iesus*, erant cuidam creditori: vnus debebat denarios quingentos, alter verò quinquaginta:

42 Quum autem illi non essent soluendo, gratificatus est *debitum* vtrisque. Horum igitur dic vter eum plus diliget?

43 Respondens verò Simon dixit, *Is* præsumo, cui plus gra-

Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt?

32 *Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicẽ, & dicentibus, Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis.*

33 *Venit autem Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet.*

34 *Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator & bibens vinũ, amicus publicanorum & peccatorum.*

35 *Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis.*

36 *Rogabat autem illum quidam de Pharisæis vt manducaret cum illo: & ingressus domum Pharisæi, discubuit.*

37 *Et ecce, mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti:*

38 *Et stans retro secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.*

39 *Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.*

40 *Et respondens Iesus dixit ad illum, Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister dic.*

41 *Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos: & alius quinquaginta:*

42 *Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit?*

43 *Respondens Simon dixit, Aestimo quia is cui*

35 *Omnibus*, πάντων. Hoc non legimus in quodam codice, & in Vulgata quadam editione. Vide Matt. 11.19.

37 *Fuerat*, ἦν. Desierat enim esse, vt ex ardentissima resipiscentia liquet. 1. Corint. 6.11. Vulg. *erat*, ad id vsque tempus videlicet talis habita. peccatricem autem appellat, prostitutæ pudicitiæ mulierem. ¶ *Quum cognouisset*, ἐπιγνοῦσα, id est γνοῦσα. Nam alioquin τὸ ἐπιγνῶναι interpretamur Agnoscere.

38 *Et stans*, καὶ στᾶσα id est adstans ac manens ad pedes. Nam τὸ στῆναι non opponitur τῷ καθῆσθαι hoc loco, sed nihil aliud declarat quàm παρεῖναι: sicut etiam accipitur Act. 7.56. & alibi sæpe. Itaque non assentior Erasmo, qui ex hoc loco colligit, thorum tam altè fuisse extructum vt erecta attingeret accumbentis pedes.

39 *Dixit*, εἶπεν. In participio λέγων, quod statim subiicit, est Hebreus pleonasmus verbi לאמור [lemor] Sic infrà, 20.2. ¶ *Qualis*, ποταπή. Id est ποία: nisi malimus significari nõ fuisse Israelitidem, (quod probabile non est) vel pro Israelitidẽ non habitam, quod prostibulum esset: quod expressè prohibetur lege diuina, Deut. 23.18. Syrus interpres, pro *Qualis* vertit ... *Et quæ fama eius*, vt significet mulierem hanc notæ impudicitiæ fuisse. ¶ *Sit peccatrix*, ἁμαρτωλός ἐστι. Respicit Pharisæus legem de eorum pollutione qui alios pollutos contigissent.

40 *Respondens*, ἀποκριθείς. Respondere dicitur apud Hebræos etiam qui sermonem inchoat, vt sæpe iam obseruauimus: sed hoc loco res ipsa ostendit Christum, vt verum Deum & καρδιογνώστην, Pharisæum istum sic compellasse vt interea ipsius cogitationibus responderit.

41 [*Inquit Iesus.*] Hoc suppleuimus perspicuitatis causa.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ὀρθῶς ἔκρινας.

44 Καὶ στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, τῷ Σίμωνι ἔφη, Βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα; εἰσῆλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν, ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξέ μου τοὺς πόδας, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμαξε.

45 Φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ ἀφ᾽ ἧς εἰσῆλθεν, οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας.

46 Ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας· αὕτη δὲ μύρῳ ἤλειψέ μου τοὺς πόδας.

47 Οὗ χάριν, λέγω σοι, ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί, ὅτι ἠγάπησε πολύ· ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ.

48 Εἶπε δὲ αὐτῇ, Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι.

49 Καὶ ἤρξαντο οἱ συνανακείμενοι λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, Τίς οὗτός ἐστιν ὃς καὶ ἁμαρτίας ἀφίησιν;

50 Εἶπε δὲ πρὸς τὴν γυναῖκα, Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην.

Κεφάλαιον η.

1 ΚΑΙ ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς, καὶ αὐτὸς διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην, κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ δώδεκα σὺν αὐτῷ·

2 Καὶ γυναῖκές τινες αἳ ἦσαν τεθεραπευμέναι ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν καὶ ἀσθενειῶν, Μαρία ἡ καλουμένη Μαγδαληνὴ, ἀφ᾽ ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει,

3 Καὶ Ἰωάννα, γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρώδου· καὶ Σουσάννα, καὶ ἕτεραι πολλαί, αἵτινες διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.

tificatus est. At ille dixit ei, Rectè iudicasti.

44 Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hãc mulierem? ingressus sum domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui extersit.

45 Osculum mihi non dedisti: hæc autẽ, ex quo ingressa est, non intermisit deosculari pedes meos.

46 Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

47 Cuius rei gratia, dico tibi remissa esse multa illa peccata ipsius. Nam dilexit multũ: cui autem paululum remittitur, paululum diligit.

48 Dixit autem ei, Remissa sunt tibi peccata.

49 Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere inter se, Quis est iste qui etiam peccata remittit?

50 Dixit autem ad mulierem illam, Fides tua te seruauit: vade cum pace.

CAP. VIII.

1 ET factum est deinceps, vt ipse iter faceret oppidatim & vicatim, prædicans & euangelizans regnum Dei, & duodecim illi *erant* cum eo:

2 Et quædam mulieres quas sanauerat à spiritibus malis & morbis: *nempe* Maria quæ vocabatur Magdalene, ‖ ex qua septem dæmonia exierant,

3 Et Iohanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ subministrabant ei ex iis quæ ipsis suppetebant.

plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti.

44 *Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit.*

45 *Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos.*

46 *Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.*

47 *Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit.*

48 *Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata.*

49 *Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?*

50 *Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.*

CAP. VIII.

1 *ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo,*

2 *Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant,* Mar. 16.9

3 *Et Iohanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ administrabant ei de facultatibus suis.*

44 *Capitis sui*, τῆς κεφαλῆς αὐτῆς. Vulgata, *Suis*. Et fateor satis per se intelligi hos fuisse capitis capillos. Sed non temerè videtur capitis nomen & antea expressum vers. 38. & hîc repetitum, quòd capitis sui ornandi curam in primis habeant impudicæ præsertim mulieres: quod ista vsque adeo neglexerat, vt omni abiecto ornatu, suam etiam comam vilissimo præstando ministerio adhibuerit.

45 *Ex quo*, ἀφ᾽ ἧς. sub. ὥρας. alioqui dicendum fuit ἐξ οὗ. ¶ *Ingressa est*, εἰσῆλθεν. Vulg. & Eras. *Intraui*. εἰσῆλθον. Restitui εἰσῆλθεν, sic poscente sententia, & Syri interpretis auctoritate fretus.

47 *Dico tibi remissa*, &c. Λέγω σοι ἀφέωνται. Particulam ὅτι expressi, quæ deesse videbatur hoc loco, & adscripta etiam erat in vno vetusto codice. Sic etiam paulo antè versu 9. & Mat. 6.5. ¶ *Nam dilexit*, ὅτι ἠγάπησε. Vulg. & Eras. *Quoniam dilexit*. Ego verò malui illo modo interpretari, vt facilius intelligatur, in his verbis non ostendi causam remissionis peccatorum, sed ex consequente colligi antecedens. Deus enim prior nos dilexit, quũ adhuc peccatores essemus. Itaque qui hoc loco abutuntur ad euertẽdam gratuitam ex sola fide iustificationem, nõ modò summam impudentiam, sed etiam infantiam suam patefaciunt. Negat enim Christus hanc esse peccatricem sicut iste Pharisæus temere iudicarat. Testatur enim remissa ipsi fuisse vitæ prioris peccata: idque probat ex eo quòd peccatorum remissionem consequitur, nempe ex charitate quam erat publicè testata. Charitas igitur non est iustificationis causa efficiens, sed consequens effectum.

IN CAPVT VIII.

1 *Oppidatim & vicatim*, κατὰ πόλιν καὶ κώμην. Vulg. *Per ciuitates & castella*. Sic autẽ κατὰ distributiuè cum singulari quoque numero construi dicemus, Act. 2.46. & sic vtitur hac particula hic idem noster Lucas plurali numero infrà 9.6.

2 *Quas sanauerat*, αἳ ἦσαν τεθεραπευμέναι. Passiuum expressimus per actiuum, vt amphiboliam vitaremus.

3 *Procuratoris*, ἐπιτρόπου. Sic vocabantur à Græcis qui ab Imperatoribus mittebantur ad certas prouincias sibi peculiariter seruatas, qualis fuit Iudæa præsidibus Syriæ obnoxia. Hunc autem verisimile est in tetrarchia Herodis, quasi vicarium ipsius, præfuisse rerum summæ administrandæ, quod non temere expressit Euagelista, sicut infrà Act. 13.1. fit mentio cuiusdam Manahem συντρόφου eiusdem tetrarchæ, vt nouerimus Dominum habere suos etiam electos nonnullos velut in arcano, quales fuerunt Nicodemus & Ioseph Arimathæẽsis, suo demũ tempore patefacti: & quos ex Cæsaris domo cõmemorat, nec tamen nominat Apostolus, Philipp. 4.22. ¶ *Ei*, αὐτῷ. In quatuor vetustis codicibus legimus αὐτοῖς, eis, id est Christo & eius discipulis,

Matt.13.3 marc.4.2 Idem Euangelium vbiuis seritur, at non pari fructu: idque solo hominum vitio.

4 Συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ, καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτὸν, εἶπε διὰ παραβολῆς,

4 ‖ Quum autem multa turba conueniret, & ciuitatum incolæ aduentarent ad eum, dixit per parabolam,

4 *Quum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem,*

5 Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ· καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ κατεπατήθη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτό·

5 Quidam sator exiit ad serendũ semen suum: & interserendũ aliud cecidit secundum viam, & conculcatum est, & volucres cæli exederunt illud:

5 *Exijt qui seminat seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud:*

6 Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ φυὲν ἐξηράνθη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα·

6 Et aliud cecidit in petram, & enatum exaruit, quia non habebat humorem:

6 *Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem:*

7 Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἀπέπνιξαν αὐτό·

7 Et aliud cecidit inter spinas: & simul enatæ spinæ suffocarunt illud:

7 *Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud:*

8 Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, καὶ φυὲν ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα. Ταῦτα λέγων ἐφώνει, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω.

8 Et aliud cecidit in terrã bonam: & quum enatum esset, edidit fructum centuplum. Hæc dicẽs clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat.

8 *Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi audiat.*

9 Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη.

9 Interrogabant autem eum discipuli eius dicentes quæ esset ista parabola.

9 *Interrogabant autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola.*

10 Ὁ δὲ εἶπεν, Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν παραβολαῖς, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσιν.

10 Ipse verò dixit *eis*, Vobis datum est nosse mysteria regni Dei: reliquis autem per parabolas *loquor*, vt ‖ conspicientes non videant, & audientes non intelligant.

10 *Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.*

Esa.6.9 matt.13.14 mar.4.12 ioh.12.40 act.28.26 rom.11.8 Matt.13.18 mar.4.15

11 Ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή· Ὁ σπόρος, ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.

11 ‖ Est autem hæc parabola: Semen illud, est sermo Dei:

11 *Est autem hæc parabola: Semen, est verbum Dei.*

12 Οἱ δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν, εἰσὶν οἱ ἀκούοντες· εἶτα ἔρχεται ὁ διάβολος, καὶ αἴρει τὸν λόγον ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν, ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν.

12 Qui autem secundum viam *semen excipiunt*, ij sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit sermonẽ ex corde ipsorũ, ne credendo seruentur.

12 *Qui autẽ secus viam hi sunt qui audiunt: deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant.*

13 Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἳ ὅταν ἀκούσωσι, μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον· καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν, οἳ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται.

13 Qui verò in petram, *ij sunt* qui postquã audierũt, cum gaudio excipiunt sermonem: sed isti radicem non habent, qui ad tempus credunt, & tẽpore tentationis abscedunt.

13 *Nam qui supra petram, qui quum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.*

14 Τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσὸν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσαντες· καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι.

14 Quod autem in spinas cecidit, ij sunt qui audierunt: sed abeũtes, à solicitudinibus & diuitiis ac voluptatibus vitæ suffocantur, nec fructũ perferunt.

14 *Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.*

15 Τὸ δὲ ἐν τῇ καλῇ γῇ, οὗτοί εἰσιν οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ, ἀκούσαντες τὸν λόγον, κατέχουσι, καὶ καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ.

15 Quod autem in bonã terram *cecidit*, ij sunt qui in corde honesto ac bono auditum sermonem retinent, & fructum adferunt cum tolerantia.

15 *Quod autẽ in bonã terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum adferunt in patientia.*

4 *Aduentarent*, ἐπιπορευομένων. Vulgata & Erasmus, *Properarent*, ἐπιδιδόντων.

6 *Aliud*, ἕτερον. Mutatio est generis, quasi non σπόρον, sed σπέρμα superiore versiculo scriptum esset.

9 *Dicentes*, λέγοντες Hoc participium neque in veteribus codicibus duobus, neque apud Syrum interpretem, neque in Vulg. editione reperitur: nec potest conuenire, nisi pro εἴη legas ἐστὶ, vt sit recta oratio.

10 *Per parabolas* [*loquor*] ἐν παραβολαῖς Suppleui verbum ex Matth.13.13. ¶ *Conspicientes*, βλέποντες. Vide Mar.4.12.

14 *Abeuntes*, πορευόμενοι. Id est, simulatque audito verbo redierunt ad curanda sua negotia. Est enim per traiectionem explicandum hoc participium, quæ phrasis apud Lucam singulis penè versiculis occurrit. Itaque (quod tanti viri pace dixerim) non erat, opinor, cur Erasmus in hoc explicando nimium se torqueret, quasi sit pallium participium à verbo πορέω: quod, inquit, haud scio an significet Copiam adfero, vt significetur Copia diuitiarum obrui. Atqui non modò τὸ πορέω ita nunquam, quod sciam, accipitur, sed ne πορεῖν quidem aut πορίζειν vsquam memini legere pro Abundare, vel Copiam adferre: sed ἀπορεῖν potius aut ἀπορεῖσθαι: quod miror ipsi non venisse in mentem. Sed & altera expositio nihilo est magis accommodata, quasi πορευόμενοι dictum sit pro ἐμπορευόμενοι, vt ad negotiatores pertineat. Castellio conuertit. *Eò veniunt*, quasi πορευόμενοι ad progressum temporis referatur: quam etiam expositionem adfert Erasmus, sed ego absurdissimam esse existimo. ¶ *Fructum perferunt*, τελεσφοροῦσι. Sic Columella lib.3.cap.10. videtur Græcum hoc vocabulum eleganti periphrasi explicare. Puto autem deriuari non à τέλος vt existimat Eras. sed à τέλεος & φέρω, vt declaret fructum perfectum & absolutum ferre: id est vsque eò vt maturescat.

15 *Honesto ac bono* καλῇ καὶ ἀγαθῇ. Vulgata, *bono & optimo*. quam interpretationem rectè quidem emendauit Erasm. sed fortassis non satis feliciter exposuit. Putat enim Hebraicam esse conduplicationem pro egregiè bono, nempe sicut Ier.24.3. התאנים הטובות טובות [*hatteenim hattoboth toboth*,] ficus bonas bonas vocat Propheta, ficus valde bonas. At ego puto merè Græcum esse hoc dicẽdi genus, & quidem ex ipsis philosophiæ adytis petitum: quamuis id etiam vulgus in ore haberet. Quoniam enim alia sunt externa, fortunæ videlicet (vt vocant) alia corporis, alia verò animi bona, hominem his omnibus ornatum Græci καλὸν κἀγαθὸν vocant, quanuis τὸ καλὸν interdũ latius pateat. Hunc

autem loco ita est accommodandum hoc dicẽdi genus vt intelligamus postremum hoc hominum genus comparari primùm cum iis, qui quum externam quandam speciem fructus præ se ferant initio, tamen ad bonam frugem non perueniũt, (de quibus etiam vernaculum extat prouerbiũ, Inutilem esse pulchritudinem absque bonitate) deinde cũ iis qui nullum prorsus fructum ferunt. Isti igitur è contrario dicuntur καλοὶ κἀγαθοὶ, id est, qui non modò videri, sed etiam reipsa boni esse studeãt. vt καλοὶ ad externam vitam, ἀγαθοὶ ad veras animi virtutes referatur.

16 Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, καλύπτει αὐτὸν σκεύει, ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν· ἀλλ᾽ ἐπὶ λυχνίας ἐπιτίθησιν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι βλέπωσι τὸ φῶς.

16 ‖ Nemo porrò qui lucernam accenderit, operit eam vase, aut subter lectum ponit: sed candelabro imponit, vt qui ingrediũtur videant lumen.

16 *Nemo autem lucernam accẽdens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.*

Inf.11.33 mat.5.15 mar.4.21 Quod quisque gratia accepit, tenetur in communem vsum depromere. Infrà 12.2 matt.10.26 mar.4.22

17 Οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται· οὐδὲ ἀπόκρυφον ὃ οὐ γνωσθήσεται, καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ.

17 ‖ Non est enim *quicquam* occultum quod non sit futurum manifestum: nec absconditum, quod non sit futurũ vt innotescat, & veniat in apertum.

17 *Non est enim occultum quod non manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur, & in palam veniat.*

18 Βλέπετε οὖν πῶς ἀκούετε. ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς ἂν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ.

18 Videte ergo quomodo audiatis: ‖ quisquis enim habet, dabitur ei: & quicunque non habet, etiam quod videtur habere, tolletur ab eo.

18 *Videte ergo quomodo audiatis: qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.*

Matt.13.12 & 25.29. mar.4.25 infr.19.26 Cælestia bona parsimonia amittuntur, liberalitate crescunt.

19 Παρεγένοντο δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον.

19 ‖ Venerunt autẽ ad eum mater & fratres eius, & non poterant eum conuenire propter turbã.

19 *Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eũ præ turba.*

20 Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων, Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες.

20 Et *hoc* renuntiatum est ei, dicentibus *nonnullis*, Mater tua & fratres tui adstant foris, cupientes te videre.

20 *Et nuntiatum est illi, Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre.*

Mat.12.46 mar.3.31 Nulla est tam arcta sanguinis inter homines coniunctio quàm est Christi, & eorum qui vera fide eum amplectuntur.

21 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς, Μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἀκούοντες, καὶ ποιοῦντες αὐτόν.

21 Ipse verò respondens dixit eis, Mater mea, & fratres mei, ij sunt qui sermonem Dei audiunt, & eum præstant.

21 *Qui respondens dixit ad eos, Mater mea & fratres mei hi sunt qui verbum Dei audiunt & faciunt.*

22 Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἐνέβη εἰς πλοῖον, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης. Καὶ ἀνήχθησαν.

22 ‖ Factum est autem quodam die, vt ipse ingrederetur in nauigiũ, ac discipuli eius: & diceret eis, Transeamus in vlteriorẽ ripã lacus. Prouecti sunt igitur.

22 *Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius: & ait ad illos, Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt.*

Matt.8.23 mar.4.35 Expedit interdum nos velut à Christo neglectos, in extrema discrimina venire, vt & ipsius potentiæ & nostræ imbecillitatis eò certius experimentum habeamus.

23 Πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε· καὶ κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην, καὶ συνεπληροῦντο, καὶ ἐκινδύνευον.

23 Nauigantibus autem eis sopitus est: & descendit turbo vẽti in lacum: & complebantur ac periclitabantur.

23 *Et nauigantibus illis obdormiuit: & ascendit procella venti in stagnum: & complebantur, & periclitabantur.*

24 Προσελθόντες δὲ διήγειραν αὐτὸν, λέ-

24 Accedẽtes autem expergefe-

24 *Accedentes autem sus-*

¶ *Retinent*, κατέχουσι. Notanda vis est huius vocabuli, quo significatur, nõ sine magno certamine posse istũd bonum semen asseruari, luctante carne ac diabolo aduersus Spiritum Dei, nouum hospitem & capitalem ipsorum hostem. Ideo etiam additur ἐν ὑπομονῇ, quia nimirum sancti patiendo, vincunt. Sed & in vno vetusto codice adscribitur πολλῇ, *multam*. ¶ *Cum tolerantia*, ὑπομονῇ Id est patienter expectando, ita vt sub cruce non fatiscat, sed constanter expectet promissam opem Domini, sicut temporis spatio est opus, vt semẽ fructũ perferat. Respondet enim verbum ὑπομένειν verbo Hebræo חכה [*hachah*,] vt Dan.12.12. Vnde ὑπομονὴ, cui opponitur ὑποστολὴ, Heb 10.36 & 39. Vulgata, *In patientia*, non malè. sed Tolerantiæ nomen mihi videtur Græcam vocem expressius & propius declarare.

18 *Quomodo audiatis*, πῶς ἀκούετε. Id est, quomodo affecti ad audiendum Dei verbum accedatis, &, eo audito, quomodo vos geratis. ¶ *Videtur*, δοκεῖ: videtur, nimirum aut sibi aut aliis, vt rectè notat Erasmus: vel potius & sibi & aliis. Nam hoc hominum genere nihil est neque superbius, si pateat quod intus celant, neque magis comparatum ad fallendos homines. Vulg. *Putat se habere*. quæ interpretatio alterum tantùm sensum admittit.

19 *Conuenire*, συντυχεῖν: id est συνελθεῖν, quomodo etiam accipitur τὸ συνιέναι infrà 9.18. Vulg. *Adire*, προσιέναι.

20 *Dicentibus* [*nonnullis*.] λεγόντων. Hebr. לאמר [*lemor*,] Non legimus hoc participium in nostro vetusto, nec apud Syrum interpretem, neque in Vulgata editione. In duobus autem exemplaribus additur αὐτῶν, quod relatiuum ad turbam refertur Rarũ certè reperias hoc dicendi genus, cuius tamen apud Plutarchum in Dialogo περὶ τῶν ζώων φρονιμώτερα, penè simile exemplum reperio, vbi miram cuiusdam canis historiam commemorat, Παρῆν δὲ ὁ κύων μίμῳ πλοκὴν ἔχοντι δραματικὴν καὶ πολυπρόσωπον, ἄλλας τε μιμήσεις ἀπεδίδου τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι καὶ πάθεσι προσφόρους, καὶ φαρμάκου πειρώμενος ἐν αὐτῷ πίνειν, τὸν ἄρτον ἐδέξατο. & paulo pòst, ὥστε θαυμάζειν, ἐξαναστάντας ἰδεῖν ὃ ἐκεῖνοι εἶδον. ¶ *Te videre*, ἰδεῖν σε. Id est te conuenire, à consequenti vt sæpe hæc phrasis apud elegantes etiam scriptores Græcos occurrere solet.

22 *Prouecti sunt*, ἀνήχθησαν. Vide suprà 5.3. Vulgata, *Ascenderunt*, ἀνέβησαν. Erasmus, *Soluerunt*: id est ἀπῆραν.

23 *Sopitus est*, ἀφύπνωσε, Vulgata & Erasmus, *Obdormiuit*, ἐκάθευδε, eodem sensu: quanquam fortassis Lucas magis propriè loquutus est quàm Matthæus & Marcus. Testantur enim Grammatici τὸ ὑπνοῦν amplius quiddam significare quàm τὸ καθεύδειν: & profundissimum fuisse hunc soporem, declarat geminata illa inclamatio discipulorum in ipso excitando.

¶ *Complebantur*, συνεπληροῦντο. Hoc dicendi genus, vt alia multa, petitum est è medio. Neque enim (si rem propius spectes) ipsi complebantur, sed nauis potiùs quæ illos vehebat Syrus interpres aliud quiddam legit, sed eodem manente sensu.

γοντες, Ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος· καὶ ἐπαύσαντο, καὶ ἐγένετο γαλήνη.

25 Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ποῦ ἐστιν ἡ πίστις ὑμῶν; φοβηθέντες δὲ ἐθαύμασαν, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους, Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;

Matt.8.18 mar.5.1

26 Καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ἥτις ἐστὶν ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας.

Christus solus verbis profligans dæmoniorum legionē, diuinam suam virtutem ostēdit hominibus à Diaboli seruitute liberandis destinatā: sed tantā hanc vltrò oblatam gratiam stolidi homines plerique ne leuissima quidē rerum suarum iactura redemerint.

27 Ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν, ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν, καὶ ἱμάτιον οὐκ ἐνεδιδύσκετο, καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν ἀλλ' ἐν τοῖς μνήμασιν.

28 Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀνακράξας, προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε, Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου; δέομαί σου μή με βασανίσῃς.

29 Παρήγγειλε γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου. πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηρπάκει αὐτόν· καὶ ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι καὶ πέδαις φυλασσόμενος· καὶ διαρρήσσων τὰ δεσμὰ, ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος εἰς τὰς ἐρήμους.

30 Ἐπηρώτησε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Τί σοι ἐστὶν ὄνομα; Ὁ δὲ εἶπε, Λεγεών· ὅτι δαιμόνια πολλὰ εἰσῆλθεν εἰς αὐτόν.

31 Καὶ παρεκάλει αὐτὸν ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν.

32 Ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων ἱκανῶν βοσκομένων ἐν τῷ ὄρει· καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνους εἰσελθεῖν. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς.

33 Ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, εἰσῆλθεν εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἀπεπνίγη.

34 Ἰδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγενημένον,

cerunt eū, dicentes, Præceptor, præceptor, perimus. Ipse verò experrectus obiurgauit vētū ac fluctuationem aquæ: & cessauerunt, factáque est tranquillitas.

25 Dixit autem eis, Vbi est fides vestra? Metuentes autem mirati sunt, dicētes alij ad alios, Quisnam iste est, vt vētis quoque & aquæ imperet, & auscultent ei?

26 ‖ Et nauigarunt in regionem Gadarenorū, quæ est in opposita ripa Galilææ.

27 Ipsi autem egresso in terram, occurrit ex vrbe vir quidā qui habebat dæmonia à tēporibus nō paucis, & vestimēto nō induebatur, neque in *vlla* domo manebat, sed in monumentis.

28 *Is* ergo quum vidisset Iesum, & exclamasset, accidit ei *ad pedes*, & voce magna dixit, Quid mihi tecum Iesu Fili Dei altissimi? deprecor te ne me torqueas.

29 Mandabat enim illi spiritui impuro vt exiret ab eo homine. nā à multo tempore corripuerat eum: itaque vinctus *ille* catenis & pedicis, custodiebatur: sed diruptis vinculis agitabatur à dæmone in deserta.

30 Interrogauit autem eum Iesus, dicens, Quod tibi nomen est? Ipse verò dixit, Legio. Nam dæmonia multa ingressa erant in eum.

31 Et rogabant eum ne imperaret ipsis vt abirent in abyssum.

32 Erat autem ibi grex porcorum nō paucorum pascentiū in monte: & rogabant eum *dæmonia* vt sibi permitteret in illos ingredi. Et permisit eis.

33 Egressa verò dæmonia ex eo homine, ingressa sūt in porcos: & grex ille ruit è præcipitio in lacum: & suffocatus est.

34 Quum autem pastores vidis-

citauerunt eum, dicentes, Præceptor, perimus. At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas.

25 *Dixit autem illis, Vbi est fides vestra? Qui timētes mirati sunt, ad inuicem dicentes, Quis putas, hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei?*

26 *Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam.*

27 *Et quum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis.*

28 *Is vt vidit Iesum, procidit ante illum, & exclamans voce magna dixit, Quid mihi & tibi est Iesu Fili Dei altissimi? obsecro ne me torqueas.*

29 *Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine. multis enim temporibus arripiebat illum: & vinciebatur catenis & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta.*

30 *Interrogauit autē illum Iesus, dicens, Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio. quia intrauerant dæmonia multa in eum.*

31 *Et rogauerunt illum ne imperaret illis vt in abyssum irent.*

32 *Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabāt eum vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis.*

33 *Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerūt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.*

34 *Quod vt viderunt factū*

27 *Dæmonia*, δαιμόνια. Ita legi in omnibus nostris cod. & hoc conuenit cum legionis nomine. Syrus tamen interpres & Vulg. in singulari numero hanc vocem legerunt. ¶ *Non paucis*, ἱκανῶν. Vide Marc. 10.46.

29 *Nam à multo tempore*, πολλοῖς γὰρ χρόνοις: id est iampridem. Videtur autem hæc interpretatio melius conuenire cum eo quod paulò antè dixerat, ἐκ χρόνων ἱκανῶν. Erasmus, *Frequenter*, id est πολλάκις: quam tamen interpretationem non improbo. ¶ *Itaque vinctus* [*ille*,] καὶ ἐδεσμεῖτο. Vulg. *Et vinciebatur*. Ego verò studui vitare amphiboliam quæ ex Hebræo idiomate nascitur. ¶ *Agitabatur*, ἠλαύνετο: id est cum impetu impellebatur, vt eques calcaribus equum agitat. Sic enim loquitur Plautus in Asin. Vulg. & Erasm. *Agebatur*, ἤγετο. quod verbum nimis est dilutum in hoc loco.

31 *In abyssum*, εἰς τὴν ἄβυσσον. Græcum vocabulum retinuimus, quod in nostrum etiam (id est Gallicum) idioma transiit. Significat autem immensæ profunditatis voraginem, id est eum ipsum locum quem idem Lucas infrà 16. 23. ᾅδην vocat, in quo nimium dæmones constricti tenentur caliginis tenebris, 2. Pet. 2. 4. quod ne profani quidē scriptores ignorauerūt. Sed videndū est vt in istis sobriè sapiamus ex Dei verbo, ne pro veritate aniles fabulas substituamus, quales infinitas Gregorius ille vltimus Romanus Episcopus in suis Dialogis commemorat, si quidem illorum est auctor. quos certè, si ita est, Formosus papa illius successor, non immerito cremandos curauerit.

32 *Erat autem*, ἦν δέ. Quomodò verò illic porci, animal sub Lege immundum? Hac de re vide quod annotauimus Matt. 8. 30. Cæterùm illustre exemplum hîc habemus tum sceleratissimæ dæmonum naturæ, nihil aliud quàm nocere cupientium, nullo etiam suo commodo: tū etiam ipsorū astutiæ vaferrimæ, dum obtinendæ misericordiæ prætextu student Christum & Euangelium in odium hominū adducere: tum etiam desperatissimæ impudentiæ, quum suam improbitatem palam ipsos non pudeat profiteri. Nec alio sanè spiritu sunt affecti homines nimiū multi. At cur hoc illis concedit Christus? partim vt sese ostēdat verè αὐτοκράτορα: deinde vt manifestum diuinæ legis contemptum in Gadarenis, qui ad Hellenismum transierant, vlcisceretur: denique vt quæ sit prophanorum hominum stoliditas ostendat, suæ saluti immundos etiam sues præferentium.

38 De...

ἔφυγον· καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς.

35 Ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν τὸ γεγονός· καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ εὗρον καθήμενον τὸν ἄνθρωπον ἀφ' οὗ τὰ δαιμόνια ἐξεληλύθει, ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα, παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐφοβήθησαν.

36 Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἰδόντες πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς.

37 Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν, ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν· ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο· αὐτὸς δὲ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, ὑπέστρεψεν.

38 Ἐδέετο δὲ αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ ἀφ' οὗ ἐξεληλύθει τὰ δαιμόνια, εἶναι σὺν αὐτῷ· ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων,

39 Ὑπόστρεφε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγοῦ ὅσα ἐποίησέ σοι ὁ Θεός. Καὶ ἀπῆλθε, καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς.

40 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑποστρέψαι τὸν Ἰησοῦν, ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος· ἦσαν γὰρ πάντες προσδοκῶντες αὐτόν.

41 Καὶ ἰδοὺ, ἦλθεν ἀνὴρ ᾧ ὄνομα Ἰάειρος, καὶ αὐτὸς ἄρχων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε· καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, παρεκάλει αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ·

42 Ὅτι θυγάτηρ μονογενὴς ἦν αὐτῷ ὡς ἐτῶν δώδεκα, καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν. (Ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν.

43 Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἀπὸ ἐ[illegible]δεκα, ἥτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι·

44 Προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς.

45 Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Τίς ὁ ἁψάμενός μου; Ἀρνουμένων δὲ πάντων, εἶπεν ὁ Πέτρος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, Ἐπιστάτα, οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ λέγεις, Τίς ὁ ἁψάμενός μου;

46 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἥψατό μού τις· ἐγὼ

sent quod acciderat, fugerūt: & profecti renuntiarunt *ista* in vrbem & per agros.

35 Exierūt igitur vt viderēt quod factum erat: venerúntque ad Iesum, & inuenerunt hominē illū à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sanæ mentis, ad pedes Iesu: & metuerunt.

36 Renuntiauerunt autem ipsis etiam ij qui viderant, quomodo liberatus fuisset qui fuerat dæmoniacus.

37 Et rogauit eum tota multitudo circumiacentis regionis Gadarenorum vt discederet ab ip[illegible] quia magno metu teneban[illegible]e verò ingressus naui-g[illegible]reuersus est.

38 Deprecatus est autem eum vir ille à quo dæmonia exierāt, vt esset cum eo: sed dimisit eum Iesus, dicens,

39 Reuertere domum tuam, & narra quanta tibi præstiterit Deus. Abiit igitur prædicans per totam vrbem quanta ipsi præstitisset Iesus.

40 Factum est autē vt quum reuertisset Iesus, exceperit eū turba: nā omnes expectabant eum.

41 ‖ Et ecce, venit quidā cui nomen Iairus, qui erat præfectus synagogæ: & accidens ad pedes Iesu, rogabat eum vt ingrederetur domum suam:

42 Quoniā erat ei vnigenita filia quasi annorum duodecim, eáq; moriebatur) inter eundū verò turba coarctabat eum.

43 Mulier autē quæ erat in fluxione sanguinis ab annis duodecim, & in medicos impenderat totum victum, nec ab vllo potuerat curari.

44 Quū accessisset à tergo, tetigit fimbriā pallij ipsius: & illico substitit fluxio sanguinis eius.

45 Tunc ait Iesus, Quis *est* qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cū eo erant, Magister, turba te cōstringit & elidit, & dicis, Quis *est* qui me tetigit?

46 Iesus autem ait, Tetigit me quispiam. nā ego cognoui vir-

qui pascebant, fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas.

35 *Exierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentē, à quo dæmonia exierant, vestitum ac sana mente, ad pedes eius, & timuerunt.*

36 *Nuntiauerunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus esset à legione.*

37 *Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est.*

38 *Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. dimisit autem eum Iesus, dicens,*

39 *Redi in domū tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abijt, per vniuersam ciuitatem prædicans quanta illi fecisset Iesus.*

40 *Factum est autem quū rediisset Iesus, excepit illum turba: erant autem omnes expectantes eum.*

41 *Et ecce, venit vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu rogans eum vt intraret in domum eius:*

Matt.9.18 mar.5.22 Christus dupli ci miraculo se[illegible] & vitæ & [illegible]is domi[illegible]sse testatur.

42 *Quia vnica filia erat ei fere annorum duodecim, & hæc moriebatur. (Et contigit dum iret, à turbis comprimebatur.*

43 *Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari:*

44 *Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius.*

45 *Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt & dicis, Quis me tetigit?*

46 *Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis: nam ego noui*

38 *Deprecatus est autem*, ἐδέετο δέ. Eras. *Rogauerat enim*: id ἐδεῖτο γάρ. Nam etiam ita impressit Frobenius.

39 *Quanta*, ὅσα vel quæcunque. Possumus enim vel ad multitudinem, vel ad qualitatē referre. Erasmus illud [illegible] lui, ego posterius delegi. *Quanta* verò hîc non [illegible] *Quàm multa*, sed quàm excellentia & diuina. ¶ *Per totam vrbem*, καθ' ὅλην τὴν πόλιν. Vrbem Gadarenoru proculdubio intelligit, cuius incolam hunc fuisse diximus suprà [illegible] Quod autem narrat Marcus illum in Decapoli prædicasse, nō pugnat cum eo quod Lucas hoc loco commemorat, quum Plin. lib. 5. cap. 18. inter Decapoleos regionis oppida numeret etiam Gadara. fuit igitur Decapolis partim cis Iordanem, partim trans Iordanem sita.

40 *Quum reuertisset*, ἐν τῷ ὑποστρέψαι: id est κατὰ τὸ ὑποστρέψαι. Vide Act. 2. 1.

43 *Totū victum*, ὅλον τὸν βίον: id est omne ex quo antè victitabat. Nam apud idoneos etiā auctores βίος pro victu ponitur. Sed si Eusebio credimus, non fuit ista tā inops quin superfuerit vnde statuā æneā sibi & Christo poneret Cæsareæ Philippi: vnde nonnulli non minùs futile quàm ineptum argumentū colligunt constituendæ suæ idolomaniæ. ¶ *Curari*, θεραπευθῆναι. Alibi το θεραπεύειν vertere solemus *Sanare*: sed hoc loco propriè accipitur, quū agatur de remedijs quibus ad curandos morbos vtuntur medici. Vide Matt. 4. 23.

46 *Cognoui*, ἔγνων: sensi, & percepi. Vulgata & Erasmus, *Noui*: id est οἶδα.

γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.
47 Ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνὴ ὅτι οὐκ ἔλαθε, τρέμουσα ἦλθε, καὶ προσπεσοῦσα αὐτῷ, δι' ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ ἀπήγγειλεν αὐτῷ ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ὡς ἰάθη παραχρῆμα.
48 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, Θάρσει θύγατερ· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην.)
49 Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχεταί τις παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγων αὐτῷ, Ὅτι τέθνηκεν ἡ θυγάτηρ σου· μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον.
50 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας ἀπεκρίθη αὐτῷ, λέγων, Μὴ φοβοῦ· μόνον πίστευε, καὶ σωθήσεται.
51 Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, οὐκ ἀφῆκεν εἰσελθεῖν οὐδένα, εἰ μὴ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, καὶ τὸν πατέρα τῆς παιδὸς καὶ τὴν μητέρα.
52 Ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν. Ὁ δὲ εἶπε, Μὴ κλαίετε· οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.
53 Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ, εἰδότες ὅτι ἀπέθανεν.
54 Αὐτὸς δὲ, ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς, ἐφώνησε λέγων, Ἡ παῖς, ἐγείρου.
55 Καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς καὶ ἀνέστη παραχρῆμα· καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν.
56 Καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς· ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

Κεφάλαιον θ.

1 Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν.
2 Καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀσθενοῦντας.

tutem à me prodiisse.
47 Videns autem mulier illa se non latuisse, tremens venit, & accidens ei *ad pedes*, declarauit ei in conspectu totius populi quamob causam tetigisset eũ, & quomodo sanata fuerat illico.
48 Ipse verò dixit ei, Cõfide filia, fides tua te seruauit : abi cum pace.
49 Adhuc eo loquẽte, venit quidam à præfecto synagogæ, dicens ei, Mortua est filia tua: ne vexa magistrum.
50 Iesus autem *hoc* audito, respondit ei, Ne metue: crede solummodo, & seruabitur.
51 Ingressus verò domum, non permisit ingredi quẽquam, nisi Petrum & Iacobũ & Ioannem, & patrem ac matrem puellæ.
52 Flebant autẽ omnes, & plangebant eam: ipse verò dixit, Ne flete: non est mortua, sed dormit.
53 Et deridebant eum, quòd scirent esse mortuam.
54 Ipse verò eiectis foras omnibus, & prehensa manu eius, clamauit dicens, Puella surge.
55 Et reuersus est spiritus eius, ac surrexit illico: & *ipse* imperauit vt ei daretur quod ederet.
56 Et perculsi fuerunt parentes eius: ipse verò mandauit eis vt nulli dicerent quod factum fuerat.

CAP. IX.

1 CONuocatis autẽ *Iesus* duodecim discipulis, dedit eis potestatẽ & ius in omnia dæmonia, & morbos sanandi.
2 ‖Misitque eos vt prædicarent regnum Dei, & sanarent ægrotos.

virtutem de me exiisse.
47 *Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum illico confestim sanata sit.*
48 *At ipse dixit ei, Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace.)*
49 *Adhuc illo loquente venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei, Quia mortua est filia tua, noli vexare illum.*
50 *Iesus autem audito hoc verbo respondit patri puellæ, Noli timere: crede tantùm, & salua erit.*
51 *Et quum venisset domum, non permisit intrare secum quenquam nisi Petrum & Iacobum & Ioannem, & patrem & matrem puellæ.*
52 *Flebant autẽ omnes & plangebãt illã. At ille dixit, Nolite flere, non est mortua puella, sed dormit.*
53 *Et deridebant eũ, scientes quòd mortua esset.*
54 *Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicens, Puella surge.*
55 *Et reuersus est spiritus eius: & surrexit continuò. Et iussit illi dare manducare.*
56 *Et stupuerunt parentes eius: quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.*

CAP. IX.

1 *COnuocatis autẽ duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia demonia, & vt languores curarent.*
2 *Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.*

Matt.10,1. mar.3,13.&6.7
Duodecim Apostoli solo Christi mandato & Spiritus potentia instructi mittuntur, tum vt nullus Israelita possit ignorantiam prætexere, tum etiam vt paulatim ad vniuersalem illã legationem præparentur.
Matt.10.7

50 *Respondit ei,* ἀπεκρίθη αὐτῷ, præfecto synagogæ, non autem ipsius seruo: quod quia ambiguum est, Vulg. & Eras. maluerunt exprimere antecedens.

51 *Domum,* εἰς τὴν οἰκίαν. Nempe præfecti synagogæ.

54 *Eiectis foras omnibus,* ἐκβαλὼν ἔξω πάντας. Vet. interpr. hæc non legit: reperimus tamen (vt extant etiam apud Syrum interpretem) in omnibus nostris vetustis codicibus, si duos excipias, quorum mirificus est cum Vulg. editione consensus. Erasmus ex Marco addita suspicatur. Nam, inquit, iam antè testatus est Lucas Iesum non passum esse quenquam eò ingredi vbi funus erat puellæ, præter patrẽ & matrem & tres discipulos. Verùm (quod Erasmi pace dixerim) vt hoc concedam, non tamen consequi videtur hæc addi non debuisse. Refertur enim illud ad eam turbã quæ cum Iesu aduenerat. Quid igitur illis fiet quos plurimos domi reperit flentes ac eiulantes, vt disertè scribit Marcus? Hi sunt igitur à quibus deridebatur, & quos idcirco domo eiecit. Hoc quum non consideraret Erasmus, hic nodum nectit, quomodo possit turba dici eiecta quam non passus sit ingredi. Sed, inquit, fieri potuit vt in vestibulo constiterit turba, & funus in interioribus ædibus positum fuerit. At ego existimo alios non esse passum ingredi, alios verò intus repertos, domo eiecisse.

55 *Reuersus est,* ἐπέστρεψε. Ergo non euanuerat, sed emigrarat: vt hoc dicendi genus apertè confirmet animæ humanæ subsistentiam & immortalitatem. ¶ *Surrexit,* ἀνέστη. Iacent cadauera: puella verò, recepta vita, vt verè illam nõ modò reuixisse, sed etiam ab omni morbo liberatam esse constaret, surrexit è lecto.

IN CAPVT. IX.

1 *Duodecim discipulis suis,* τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ. In octauo codice legimus τοὺς δώδεκα ἀποστόλους, id est duodecim Apostolis, sensu nihil variato. Placuit tamen hoc annotare, nequis temere Veterem interpretem reprehendat. Theophylactus autem simpliciter legit, τοὺς δώδεκα, vt & Syrus interpres, quòd vertas licebit, *illos duodecim.* Addit tamen *suis*, id est, αὐτοῦ. ¶ *Autoritatem & ius,* δύναμιν καὶ ἐξουσίαν. Id est potestatem non vi vsurpatam sed sibi diuinitus concessam: quæ verè ipsi Christo tribuuntur suprà 4.36, sed vt Domino, hæc à se & in se habenti, qua de re vide suprà Marci 3.14.

2 *Et sanarent,* καὶ ἰᾶσθαι. Hîc libuit quasi πάρεργον subiicere, quæ Theophylactus in hunc locum annotauit, his verbis, [illegible] oportet eum cui commissum est docẽdi munus, & prædicare & miracula edere. Nam & prædicatio miraculis, & miracula prædicatione sanciũtur. Multi enim fœpe miracula ediderunt per dæmonas, sed non tũc eorum doctrina fuit sana: quamobrẽ etiam eorum miracula non extiterunt à Deo. Hæc considerent qui miracula separant à verbo.

3 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν, μήτε ῥάβδους, μήτε πήραν, μήτε ἄρτον, μήτε ἀργύριον· μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν.
4 Καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε.
5 Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε εἰς μαρτύριον ἐπ' αὐτούς.
6 Ἐξερχόμενοι δὲ διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, εὐαγγελιζόμενοι καὶ θεραπεύοντες πανταχοῦ.
7 Ἤκουσε δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα· καὶ διηπόρει, διὰ τὸ λέγεσθαι ὑπό τινων ὅτι Ἰωάννης ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν·
8 Ὑπό τινων δὲ, ὅτι Ἠλίας ἐφάνη· ἄλλων δὲ, ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.
9 Καὶ εἶπεν ὁ Ἡρώδης, Ἰωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα· τίς δέ ἐστιν οὗτος περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω τοιαῦτα; Καὶ ἐζήτει ἰδεῖν αὐτόν.
10 Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ ἀπόστολοι διηγήσαντο αὐτῷ ὅσα ἐποίησαν· καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς, ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά.
11 Οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ· καὶ δεξάμενος αὐτοὺς, ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο.
12 Ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν· προσελθόντες δὲ οἱ δώδεκα εἶπον αὐτῷ, Ἀπόλυσον τὸν ὄχλον, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς, καταλύ-

3 ‖Et dixit eis, Nihil attollite ad iter, neque virgas, neque peram, neque panem, neque pecuniam: neque binas tunicas habete.
4 Et in quamcunque domum intraueritis, illic manete, & illinc exite.
5 ‖Et quicunque non receperint vos, exeuntes ex vrbe illa, etiam puluerem à pedibus vestris excutite, *vt hoc sit* testimonium aduersus eos.
6 Exeuntes igitur obibant singulos vicos, euangelizantes & sanantes *morbos* vbique.
7 ‖Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat, propterea quòd dicebatur à quibusdam Ioannem suscitatũ esse ex mortuis:
8 A quibusdam verò, Eliam apparuisse: ab aliis autem, Prophetam quempiam ex antiquis resurrexisse.
9 Tunc ait Herodes, Ioannem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et studebat eum videre.
10 Reuersi autem Apostoli narrauerunt ei quæcunque fecerãt. ‖Et *ipse* assumptis illis, secessit priuatim in locum desertũ vrbis quæ vocatur Bethsaida.
11 Quod quum cognouisset turba, sequuta est eum: *ipse* autem excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei: & eos quibus sanatione opus erat, sanabat.
12 ‖Dies autem cœperat inclinare: & accedentes duodecim illi dixerunt ei, Dimitte turbam, vt abeuntes in circumiacentes vicos & agros, *illuc* diuertant, &

3 *Et ait ad illos, Nihil tuleritis in viam, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.*
4 *Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde exeatis.*
5 *Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos.*
6 *Egressi autem circumibant per castella, euangelizantes & curantes vbique.*
7 *Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat, eo quòd diceretur à quibusdam, Quia Ioannes surrexit à mortuis:*
8 *A quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia Propheta vnus de antiquis surrexit.*
9 *Et ait Herodes, Ioannem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.*
10 *Et reuersi apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertũ qui est Bethsaidæ.*
11 *Quod cum cognouissent turbæ, sequutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebãt sanabat.*
12 *Dies autem cœperat declinare: & accedẽtes duodecim dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in castella villásque quæ circa sunt, diuertant, & in*

Matt.10.9 marc.6.8
Inf.10.11 matt.10.14 mar.6.11 act.13.51
Matt.14.1 marc.6.14
Ad Euangelij nuntium mundus in varias opiniones scinditur, tyranni autem in primis trepidãt.
Matt.14.13 marc.6.32.
Nihil, ne in desertis quidẽ, deerit Christũ sectantibus.
Matt.14.16 marc.6.35 ioh.6.5

3 *Attollite,* αἴρετε. Marc.6.8. ¶ *Virgas,* ῥάβδους. Sic scriptum inuenimus in omnibus vetustis exemplaribus, præter vnum, quod cum Vetere editione legit ῥάβδον, id est *virgam*: quod etiam est in Syra interpretatione. Vide Matth. 10.10. ¶ *Binas tunicas,* ἀνὰ δύο χιτῶνας. Particula ἀνὰ distributionem declarat hoc loco: deest tamẽ in vno codice. ¶ *Habete,* ἔχειν: id est ἔχετε, enallage Græcis familiari: quanuis sanè dura sit quum præcedat αἴρετε & αἴρειν subsequatur. Itaque in vno codice scriptum legimus ἔχετε, in alio verò simpliciter scriptum est μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας, ita videlicèt vt αἴρετε repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

4 *Et illinc exite,* καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε. In quodam codice scribitur, καὶ ἐκεῖθεν μὴ ἐξέρχεσθε. Et ne illinc exeatis. quod in nonnullis etiam veteris editionis exemplaribus legitur, & à Valla & Erasmo reprehenditur. Mihi verò, etiamsi negationem addideris, videtur eadem manere sententia. Nam in summa prohibet Dominus ne hospitium mutẽt. Iubet igitur vt ex ciuitate aliqua discessuri, illinc exeant quò primùm diuerterint: aut vetat ne quum aliquò semel ingressi fuerint, inde exeant ad alium quærẽdum hospitem: quoniam videlicet ista promulgatio Euangelij per Apostolos, erat duntaxat veluti discursio quædam, nequis in Iudæa posset ignorantiam aduentus Christi prætexere, ideóque ab illa Apostolica promulgandi Euangelij functione, multis modis est distinguẽda, in ipsa Ascensione à Christo istis demum commissa.

6 *Obibant,* διήρχοντο. Vulg. & Eras. *Circumibant*, id est περιῆγον. Cæterùm τὸ διέρχεσθαι alibi vertimus Transire, hîc interpretari malimus obire, quod paulò melius videatur huic loco conuenire hæc significatio. ¶ *Singulos vicos,* κατὰ τὰς κώμας. Vulg. & Erasmus, *Per castella.* Ego exprimendam putaui particulam distributiuam.

7 *Hæsitabat,* διηπόρει. Hæsitandi verbum videtur potiùs respondere τῷ ἐνδοιάζειν: sed tamen satis commodè exprimit τὸ διαπορεῖν, quum de iis dicatur qui ita perplexi & impediti quasi in luto tenentur, vt exitum non inueniant, quod Græcis declarat πόρον μὴ ἔχειν. Huius rei verum exemplum qui requirit, cõsideret quid moliti sint aduersarij veritatis nostra memoria, & quàm varia subinde consilia frustra captent.

10 *Vrbis quæ vocatur Bethsaida,* πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά. Vulg. *Qui est Bethsaidæ,* τὸν Βηθσαϊδάν. In nonnullis codicibus legimus Βηθσαϊδάν. Cæterùm dicitur desertum esse eius ciuitatis à qua cognominabatur, quòd vel in eius agro esset, vel occurreret iis qui Tiberiade in eam vrbem proficiscebantur. Quomodo hîc autem accipienda sit dictio πέραν apud alios Euangelistas in huius historiæ narratione, & qua ratione Matthæus & Marcus cum Ioanne conciliẽtur, dicemus Ioan.6.

12 *[Illuc] diuertant,* καταλύσωσιν. Alibi τὸ καταλύειν cõuer-

timus *Dissoluere*: quæ est propria huius verbi declaratio. Translatitiè autem accipitur pro recipere se in diuersoriū, quod propterea κατάλυμα vocatur suprà 2.7. & infra 22.11. sed de iis tamen propriè dicitur qui curru iter conficiunt, quia nimirum equos soluunt quum ad diuersorium veniunt: qua significatione videtur Martialis vti *Interiungendi* vocabulo. Apud Latinos autem, qui in hospitium aut potius tabernam concedunt, dicuntur diuertere quòd de via deflectant: & hospitia ipsa, diuersoria vocantur simili ratione.

σωσι, καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμόν· ὅτι ὧδε ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐσμέν.

13 Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον, Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύες, εἰ μή τι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν βρώματα.

14 Ἦσαν γὰρ ὡσεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι. εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα.

15 Καὶ ἐποίησαν οὕτω· καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας.

16 Λαβὼν δὲ τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανόν, εὐλόγησεν αὐτοὺς καὶ κατέκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, παραθεῖναι τῷ ὄχλῳ.

17 Καὶ ἔφαγον, καὶ ἐχορτάσθησαν πάντες· καὶ ἤρθη τὸ περισσεῦσαν αὐτοῖς κλασμάτων, κόφινοι δώδεκα.

18 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον καταμόνας, συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταί· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτούς, λέγων, Τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι;

19 Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον, Ἰωάννην τὸν βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ Ἠλίαν· ἄλλοι δέ,

inueniant cibaria: nam hic in loco deserto sumus.

13 *Ipse* verò dixit eis, Date ipsis vos quod edant. Ipsi verò dixerunt, Nō sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces, nisi nos profecti emamus toti huic populo escas.

14 Aderāt enim quasi viri quinquies mille. Ait autem discipulis suis, Facite vt discumbāt per singulos quosque discubitus quinquageni.

15 *Ipsi* igitur ita fecerūt, & discubuerunt omnes.

16 *Ipse* verò acceptis quinque illis panibus & duobus piscibus, suspiciens in cælum, benedixit eis: & fregit deditque discipulis vt apponerent turbæ.

17 Ederunt igitur omnes illi, & saturati sunt: & sublatum est quod superfuit ipsis fragmētorum, cophini duodecim.

18 Et factum est, vt quum ipse seorsim oraret, adfuerint ei discipuli: quos interrogauit dicēs, Quemnā esse me dicit turba?

19 Ipsi autem respondentes dixerunt, Ioannem Baptistam: alij autem Eliam: alij verò, Pro-

uenient escas: quia nos in loco deserto sumus.

13 *Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quam quinque panes & duo pisces, nisi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbam escas.*

14 *Erant autem ferè viri quinque millia. Ait autē ad discipulos suos, Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos.*

15 *Et ita fecerunt, & fecerunt discumbere omnes.*

16 *Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, respexit in calū, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis vt ponerent ante turbas.*

17 *Et manducauerunt omnes, & saturati sunt: & sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.*

18 *Et factum est quum solus esset orans, erant cum illo & discipuli: & interrogauit illos, dicens, Quem me dicunt esse turbæ?*

19 *At illi responderunt & dixerunt, Ioannem Baptistam: alij autem E-*

Matt.16.13 mar.8.27

Quanuis mūdus inter varios errores fluctuet, non est tamen fastidienda, sed eò diligentiùs cognoscenda, & eò constantius confitenda veritás.

¶ *Cibaria*, ἐπισιτισμόν. Vulg. & Eras. *Escas*, βρώματα. Est autem ἐπισιτισμὸς propriè (vt existimo) militare vocabulum, & id declarat quòd Latini Frumentationem dicunt.

13 *Plus*, πλεῖον. Erasmus, *Plures*, id est πλείους: quum in Frobenij editione legatur πλεῖον. Cic. *Opiniones quū tam variæ sint, alterum fieri potest, vt earum nulla: alterum certè non potest, vt plus vna vera sit.* Terentius, *Ancillas secum adduxit plus decem.* ¶ *Nisi*, εἰ μὴ. Sic sæpe in ellipsi adhibentur eiusmodi particulæ ex communi vsu loquendi. Potest autē hoc modo expleri sententia. Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces. Itaque non possumus eis dare quo vescantur, nisi fortè profecti, &c. Sed hoc præterea notandum est, hanc formulam loquēdi ferè vsurpari quoties absurdum quippiam aut ἀδύνατον sequi significatur: ideo subiicitur, ἦσαν γὰρ, *aderant enim*, quibus verbis Lucas causam adfert cur hoc discipuli tam absurdum iudicarint. ¶ *Toti huic populo*, εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον Hebr. לְכָל־הָעָם הַזֶּה [*lechol haham hazzeh*,] id est, *qui toti huic populo sufficiat.* Vulg. & Erasmus ad verbum, *In omnem hunc populum*, qua significatione interdum etiam vsurpatur præpositio In apud Latinos: sed ita ferè vt rei potius quàm personæ declarandæ adhibeatur: vt apud Terent. reperias *Emptos pisciculos in cœnam seni.*

14 *Aderant enim*, ἦσαν γάρ. Vulg. & Eras. *Erant autē*, ἦσαν δέ. malè, & contrà omnium codicum & Syri interpretis fidē, nisi δὲ pro γὰρ accipias. ¶ *Per singulos quosque discubitus quinquageni*, κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα. Κλισίας vocat Lucas quæ συμπόσια vocantur Marci 6.39. vbi exposuimus hanc loquendi formulam.

15 *Discubuerunt* [*illi*] *omnes*, καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας. Sic scriptum inuenio in Veteris editionis plerisque exemplaribus: quam lectionem magis probo quàm si ἅπαντας legas & interpreteris, *Fecerunt omnes discumbere*: quanuis eiusmodi repetitiones sint Hebræis familiares.

16 *Benedixit eis*, εὐλόγησεν αὐτούς. In quodam codice legimus, προσηύξατο καὶ κατέκλασε, *precatus est & fregit.* Apud Ioannem verò in huius historię narratione 6.11. scriptum est, καὶ εὐχαριστήσας ἔδωκε, *Et gratiis actis, dedit.* Itaque non dubium est quin εὐλογεῖν (quod apud Græcos etiam disertè res significat ἐπαινεῖν laudare, quoniam laudatio cum beneficentiæ agnitione coniuncta est) hoc loco significet τὸ εὐχαριστεῖν, id est gratias agere: neque Syrus interpres addit pronomen relatiuum. Quia tamen plerunque additur relatiuum αὐτούς, & nimis absurdum fuerit cogitare Christum egisse panibus gratias, aut precatum esse panes & pisces, emendanda est hæc interpretatio. Dicitur ergo panib⁹ benedixisse, id est sumptis his panibus ac piscibus gratias egisse Deo Patri, (quamobrem etiam in meo vetustissimo codice rectè legitur ἐπ' αὐτοῖς super ipsis) & simul cum precatus vt tantilla panum ac piscium copia tantam multitudinem pasceret: denique vt totum hoc conuiuium ad Dei gloriam referretur. Sic de Samuele dicitur, 1. Sam. 9.13. יְבָרֵךְ הַזֶּבַח [*iebarech hazzebach*:] id est benedicere solet sacrificio: & à Paulo 1. Tim. 4.5. cibus dicitur sanctificari verbo & oratione, siue gratiarum actione. Vtrunque enim ibi coniungit Apostolus, vt hîc quoque coniungendum est. Nam partim pro cibo præstito aguntur Deo gratiæ: partim autem petitur vt purè & sobriè eo vti liceat, vt reliquam vitam in Dei cultu consumamus. Inde factum vt Christiani dicantur benedicere mensæ, & cōsecrare mensam, quum tamen hæc benedictio non ad ipsos cibos, sed ad Deum potius & conuiuas pertineat. In poculo verò benedictionis, cui benedicimus, (vt scribitur 1. Cor. 10.16.) vt ipsum benedicendi verbum possit eodem modo explicari, tamen prorsus diuersus est benedictionis finis, vt suo loco explicabimus. ¶ *Deditque*, καὶ ἐδίδου. Vulg. & Erasmus, *Et distribuit*, καὶ μετεδίδου.

18 *Seorsim*, καταμόνας, i. separatus à turba: nisi malimus exponere ἐν τῷ εἶναι, quum fuisset. vt supra 8.40. ἐν τῷ ὑποστρέψαι, quum reuertisset. aut quum solus oraret, interuenerunt discipuli. ¶ *Adfuerint ei*, συνῆσαν αὐτῷ ad eum cōuenerint. Vide infrà 8.19. ¶ *Discipuli*, οἱ μαθηταί. Vulg. & Eras. *Et discipuli*, καὶ οἱ μαθηταί. quum in Frobeniana quidem editione addatur καί, cui certè nullus hîc locus est. Nam ita significaretur alios præterea adfuisse: quod tamen verum est, quū dici possit Christus fuisse καταμόνας.

ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

20 Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε, Τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

21 Ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο·

22 Εἰπών, Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων, καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

23 Ἔλεγε δὲ πρὸς πάντας, Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν καὶ ἀκολουθείτω μοι.

24 Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν.

25 Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας, ἢ ζημιωθείς;

26 Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ τοῦ πατρός, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

27 Λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων οἳ οὐ μὴ γεύσονται θανάτου ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

28 Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ, καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.

29 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτόν, τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων.

30 Καὶ ἰδού, ἄνδρες δύο συνελάλουν αὐτῷ, οἵτινες ἦσαν Μωσῆς καὶ Ἠλίας·

31 Οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ, ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλήμ.

32 Ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἦσαν

phetam quempiam ex antiquis resurrexisse.

20 Dixit autem eis, Vos verò quem me esse dicitis? Respondens autem Petrus dixit, Christum illum Dei.

21 Ipse verò interminatus eis, mandauit vt nulli hoc dicerent:

22 Dicens, ‖ Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & interimi, & tertia die suscitari.

23 ‖ Dicebat autē omnibus, Siquis vult me sequi, abdicet seipsum, & attollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

24 ‖ Quisquis enim voluerit animam suam seruare, perdet eam: quisquis verò perdiderit animam suam mea causa, is seruabit eam.

25 ‖ Quid enim prodest cuipiam si lucretur vniuersum mundū, se ipsum autē perdat, siue sui ipsius exitio multetur?

26 ‖ Quem enim puduerit mei ac meorum sermonum, eius pudebit Filium hominis, quando venerit cū gloria sua & Patris, sanctorúmque Angelorum.

27 ‖ Dico autem vobis verè, sunt quidam ex iis qui hîc adstant qui nequaquam gustabunt mortem vsquedum viderint regnum Dei.

28 ‖ Factum est autē quum post hæc verba, quasi dies octo *intercessissent* vt assumptis Petro & Ioanne & Iacobo, ascenderet in montem ad orandum.

29 Facta est autem inter orandū species faciei ipsius alia, & vestitus eius albus ac refulgens.

30 Et ecce, duo viri colloquebantur cum eo, qui erant Moses & Elias:

31 Qui visi cum gloria, dicebant ipsius exitum, quo futurum erat vt defungeretur Hierosolymis.

32 Petrus verò & qui cum ipso

liam: alij verò, quia vnus Propheta de prioribus surrexit.

20 *Dixit autem illis, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simō Petrus dixit, Christum Dei.*

21 *At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc.*

22 *Dicens, Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi: & tertia die resurgere.*

23 *Dicebat autem ad omnes, Siquis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucē suam quotidie, & sequatur me.*

24 *Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam. nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam.*

25 *Quid enim proficit homo si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?*

26 *Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, quum venerit in maiestate sua & Patris, & sanctorum Angelorum.*

27 *Dico autem vobis verè, sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei.*

28 *Factum est autem post hæc verba, ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem, & ascendit in montem vt oraret.*

29 *Et facta est, dū oraret, species vultus eius altera, & vestitus eius albus & refulgens.*

30 *Et ecce, duo viri loquebantur cum illo: erant autem Moyses & Elias.*

31 *Visi in maiestate: & dicebant excessum eius quem completurus erat in Ierusalem.*

32 *Petrus verò & qui cum illo erant, grauati erant*

Matt.16.21 mar.8.31

Per crucem & inuictam patientiam ad cœlestem gloriā Christus ipse peruenit.

Infr.14.27 matt.10.38 & 16.24 mar.8.35

Inf.17.33 matt.10.39 & 16.25. mar.8.35. ioh.12.25

Matt.16.26 mar.8.36

Infrà 12.9 matt.10.33 mar.8.38 2.tim.2.12.

Matt.16.28 mar.9.1.

Matt.17.1 mar.9.2

Christus ne discipulos offenderet ipsius in carne exinanitio, voluntariam eam esse docet, cælestis suæ gloriæ splendore aliquatenus ad momentum ostenso.

23 *Quotidie*, καθ' ἡμέραν. vel *de die in diem*. Hoc neque apud alios Euangelistas additur, neque legitur in Complutensi editione & quinque vetustis codicibus, neque explicatur à Theophylacto. Extat tamen apud Syrum interpretem, & magna est eius emphasis, qua videlicet significatur fore vt sicut dies diem consequitur, ita crux crucem excipiat.

25 *Si lucretur*, κερδήσας i. ἐὰν κερδήσῃ. vt Matthæus & Marcus loquuntur. Sic enim resoluendum est interdum participium apud Græcos, vt in illo Homeri versiculo, Iliad. 1, ... id est ἐάν τις ... Subiicitur enim καὶ οἱ ... τις ....

26 *Puduerit*, ἐπαισχυνθῇ. Vulg. *Erubuerit*. Optarim (inquit in hunc locum Erasmus) Latinum esse quod posuit Vetus interpres. Atqui sic loquitur Virgilius Æneid. 2. --- *Sed iura fidémque Supplicis erubuit.* Sed hoc tamen est ποιητικώτερον.

28 *Factum est autem*, ἐγένετο δέ. Sic solent Hebræi suum illud וַיְהִי [*Vaiehi*] vsurpare in cōnectendis narrationibus. ¶ *Dies octo intercessissent*, ἡμέραι ὀκτώ. sub. Exierunt. Sed si pro ἐγένετο legatur ἐγένοντο, plena fuerit constructio. Eras. *Diebus octo*, ἡμέρας ὀκτώ, ita vt redundet copula sequens, altero Hebræorum idiotismo. Et sic legit Syrus interpres, adiecta particula אַיךְ [*aich*,] id est ὡσεί, quasi. Quomodo verò sit calculus horum dierum supputandus diximus Marci 9.2.

31 *Exitum*, τὴν ἔξοδον. Vulgata & Erasmus, *Excessum*, rectè quidem & eleganter, sed ambiguè. Itaque nōnulli hac ambiguitate decepti, quòd Græca ignorarent, perinde sunt interpretati acsi *Ecstasin* declararet: nonnulli rursus, tanquam excellentiam ac præstantiam, id est ἐξοχὴν aut ὑπεροχὴν significet. Accipitur autem Exitus pro morte apud idoneos etiam auctores, vt annotat Valla. ¶ *Quo futurum erat vt defungeretur*, ἣν ἔμελλε πληροῦν. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Quē completurus erat*. Ego malui synony-

mum quærere, quo tamen optimè declaratur verbi Græci emphasis. Fuit enim mors illa omnium acerbissima, instar muneris imposita Christo, quo ipse non minùs promptè quàm fideliter est defunctus, ita vt omnes Mediatoris partes impleuerit.

βεβαρημένοι ὕπνῳ· διαγρηγορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο ἄνδρας τοὺς συνεστῶτας αὐτῷ.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, εἶπεν ὁ Πέτρος πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Ἐπιστάτα, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, μίαν σοὶ, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ· μὴ εἰδὼς ὃ λέγει.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ἐγένετο νεφέλη, καὶ ἐπεσκίασεν αὐτούς· ἐφοβήθησαν δὲ ἐν τῷ ἐκείνους εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην.

Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· αὐτοῦ ἀκούετε.

Καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν εὑρέθη ὁ Ἰησοῦς μόνος· καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν, καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις οὐδὲν ὧν ἑωράκασιν.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, κατελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, συνήντησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

Καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἀνεβόησε λέγων, Διδάσκαλε, δέομαί σου, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν υἱόν μου, ὅτι μονογενής ἐστί μοι.

Καὶ ἰδοὺ, πνεῦμα λαμβάνει αὐτὸν, καὶ ἐξαίφνης κράζει, καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ, καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, συντρῖβον αὐτόν.

Καὶ ἐδεήθην τῶν μαθητῶν σου ἵνα ἐκβάλλωσιν αὐτὸ, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν; Προσάγαγε ὧδε τὸν υἱόν σου.

Ἔτι δὲ προσερχομένου αὐτοῦ, ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνεσπάραξεν· ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, καὶ ἰάσατο τὸν παῖδα, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ.

erant, grauati erāt somno: quū autem euigilassent, viderūt gloriam eius, & duos illos viros stantes cum eo.

33 Et factum est quum illi discederent ab eo, vt diceret Petrus ad Iesum, Magister, bonum est nos hîc esse: atq; *adeò* faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Mosi, & vnum Eliæ: nesciens quid diceret.

34 Hæc autem ipso dicente, extitit nubes quæ inūbrauit illos: metuerunt verò dum illi ingrederentur in nubem.

35 Et vox extitit è nube, dicens, Hic est filius ille meus, dilectus ille: ipsum audite.

36 Et quum vox illa extitisset inuentus est Iesus solus: ipsi autem siluerunt, & nulli renuntiarunt per id tempus quicquā eorum quæ viderant.

37 ‖Factum est autem sequente die, vt quum ipsi descēdissent è monte, occurreret ei turba multa.

38 Et ecce quidam è turba vociferatus est, dicens, Magister, deprecor te, respice ad filiū meū: nam vnigenitus est mihi.

39 Et ecce, spiritus apprehēdit eum, & *ipse* repētè clamitat, & *spiritus* discerpit eum spumantem, & vix abscedit ab eo, conterens eum.

40 Et deprecatus sum discipulos tuos vt ipsum eiicerent: sed non potuerunt.

41 Respondens autem Iesus ait, O gens incredula & peruersa, quousque tandē ero apud vos, & sufferam vos? Adduc filium tuum huc.

42 Quū autē adhuc accederet, allisit eum dæmoniū, & discerpsit: obiurgauit autē Iesus spiritum impurum, & sanauit puerum: & reddidit eum patri suo.

somno: & euigilantes, viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo.

33 *Et factum est quū discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ: nesciens quid diceret.*

34 *Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubem.*

35 *Et vox facta est de nube, dicens, Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.*

36 *Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus: & ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant.*

37 *Factum est autem insequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa.*

38 *Et ecce vir de turba exclamauit, dicens, Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi.*

39 *Et ecce, spiritus apprehendit eum, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit, dilanians eum.*

40 *Et rogaui discipulos tuos vt eiicerent illum: & non potuerunt.*

41 *Respondens autem Iesus dixit, O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos & patiar vos? Adduc huc filium tuum.*

42 *Et quum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundū, & sanauit puerum: & reddidit illum patri eius.*

Matt. 7. 14 mar. 5. 14 Nulla re magis offenditur Christus quàm incredulitate, quamuis eam ad tempus toleret.

32 *Quum autem euigilassent*, διαγρηγορήσαντες δὲ. Vulgata & Erasmus, *Experrecti*, διεγερθέντες.

34 *Illos*, αὐτούς. Mosen videlicet & Eliam, è conspectu abreptos, ad quos etiam referendum est verbum εἰσελθεῖν, vt rectè explicat Syrus interpres.

36 *Postquam vox illa extitisset*, ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν: id est μετὰ τὸ γενέσθαι, cuius enallages exemplum aliud occurrit infrà 11. v. 37. Itaque non videtur Vetus interpres rectè conuertisse, *Dum fieret vox.* ¶ *Per id tempus*, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Vulgata & Erasmus ad verbum, *In diebus illis.* Hunc autem Hebraismum quum alibi sæpe retinuerimus, hîc mutauimus, quòd disertè dicat Marcus discipulos non aliquot diebus duntaxat tacuisse, sed vsque quo Christus resurrexisset.

38 *Ad filium meum*, ἐπὶ τὸν υἱόν μου. Syrus interpres legit, εἰς ἐμὲ καὶ τὸν υἱόν μου. id est, In me & filium meum.

39 *Et [ipse] repentè*, καὶ ἐξαίφνης. Quoniā multa hîc verba copulantur, quorum alia ad ipsum Dæmonium, alia ad puerū dæmoniacum referuntur, expressi quę ambiguitatē tollunt. ¶ *Clamat*, κράζει. Vulgata addit, *& elidit*, i. ῥήσσει, vt scribitur etiam in meo vet. cod. pro quo tamē rectius scriberetur ῥάσσει. ¶ *Et [spiritus] discerpit eum spumantem*, καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ. Vulg. *dissipat eum cum spuma*, admodum impropriè. Nec enim illo verbo significatur hoc in loco discerptio aliqua re vera, sed iactatio illa membrorū cum interioribus grauissimis cruciatibus, acsi viscera ipsa laniarentur, sicut secare dicere podagra. Syrus interpres vertit וּמְחָרֵק שַׁנּוֹהִי [*uamecharek schenauehi*,] *& stridet dentibus suis*, τρίζει ὀδόντας αὐτοῦ, vt Mar. 9. 18. ¶ *Conterens*, συντρῖβον. Vulg. & Eras. *Dilanians*, διασπαράσσων. In nonnullis cod. legit Eras. συντρίβων, id est atterente seu conterente. Nam vt in morbo etiam comitiali accidit, solent isti membrorū conuulsione caput cæteráque membra terræ illidere, ita vt sese totos atterant, qui eo morbo laborant.

43 *Magni-*

Ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ μεγαλειότητι τοῦ Θεοῦ. Πάντων δὲ θαυμαζόντων ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ,

Θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους· ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.

Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό· καὶ ἐφοβοῦντο ἐρωτῆσαι αὐτὸν περὶ τοῦ ῥήματος τούτου.

Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενος παιδίου, ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὃς ἐὰν δέξηται τοῦτο τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. ὁ γὰρ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶπεν, Ἐπιστάτα, εἴδομέν τινα ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα τὰ δαιμόνια, καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν.

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Μὴ κωλύετε· ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ.

43 Percellebantur igitur omnes super magnifica Dei virtute. Omnibus verò mirantibus super omnibus quæ faciebat, dixit discipulis suis,

44 ‖Reponite vos in aures vestras sermónes istos: futurū est enim vt Filius hominis tradatur in manus hominum.

45 Ipsi verò ignorabāt dictum istud: erátque ipsis occultum, adeo vt illud nō perciperēt: & metuebant eum interrogare de hoc dicto.

46 ‖Incidit autē disceptatio inter eos, quis esset eorum maximus.

47 Iesus verò visa disceptatione cordis ipsorum, acceptum puerulum statuit apud se:

48 Et dixit eis, Quicunque exceperit puerulū hūc nomine meo, me excipit: & quicūque me exceperit, excipit eum qui me misit. nam qui minimus est inter vos omnes, is erit magnus.

49 ‖Respondens autem Ioannes ait, Magister, vidimus quēdam sub nomine tuo eiicIētem dæmonia, & prohibuimus eū, quia *te* non sequitur nobiscum.

50 Et dixit ei Iesus, Ne prohibete *illum*: qui enim nō est aduersum nos, pro nobis est.

51 Factū est autem, interim dum expleretur tempus quo sursum reciperetur, tū ipse faciē suam direxit ad eundū Hierosolymā.

43 *Stupebant autem omnes in magnitudine Dei. Omnibúsque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos.*

44 *Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. Filius enim hominis futurū est vt tradatur in manus hominum.*

45 *At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo.*

46 *Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset.*

47 *At Iesus videns cogitationes cordis illorū, apprehendit puerū, & statuit illum secus se:*

48 *Et ait illis, Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: & quicunque me receperit, recipit eum qui me misit. nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est.*

49 *Respondens autem Ioannes dixit, Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.*

50 *Et ait ad illum Iesus, Nolite prohibere: qui enim non est aduersus nos, pro nobis est.*

51 *Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Ierusalem.*

Matt. 17. 22 mar. 9. 31 Non est quòd nobis tranquillitatem in hoc mundo polliceamur, quum ij ipsi qui Christo applaudere videntur, paulò pòst eū crucifigant.

Matt. 18. 1 mar. 19. 33 Ambitionis exitus ignominia: modestiæ autem sublectionis, gloria.

Mar. 9. 38 Extraordinaria temerè nec probanda, nec damnanda.

Christus vltrò ad mortē properat.

43 *Magnifica virtute*, μεγαλειότητι. Vulg. *Magnitudini*, μεγέθει. Eras. *Magnificentia*, μεγαλοπρεπείᾳ. Ego periphrasin vsurpaui necessariò. Nam vt solent mirifica illa Christi facta vocari μεγαλεῖα, ita virtus illa cęlestis istorum operum effectrix, μεγαλειότης dicitur: nisi malimus Maiestatis nomen vsurpare: quod & ipsum tamen mihi nō videtur satis expressum ad id de quo speciatim agitur.

44 *In aures vestras*, εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν: id est, attendite diligenter, & semel audita conseruate. Vulgata, *In cordibus vestris*, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. pro quo dicere solet Homerus, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν. & Virgilius, --*memori quæ condita mente teneto.*

45 *Occultum ipsis*, παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν. Sic vsurpatur apud Hebræos נִכְחַד [*nichchad*] vt Psal. 69. 6. quum Latini potius tertio casu vtantur. Vulgata, *Et erat velatum ante eos*, vt legisse videatur ἔμπροσθεν αὐτῶν. Eras. *Absconditum ab illis*: quæ interpretatio etiam ambigua est. ¶ *Adeo vt*, ἵνα. Id est ὥστε cum infinito verbo, vt videtur sententia postulare, quod & alibi obseruauimus.

46 *Incidit autem disceptatio*, εἰσῆλθε δὲ διαλογισμός. Vulg. & Erasm. *Intrauit autem cogitatio*. At qui apparet ex Marc. 9. vers. 34. habitam fuisse in via disputationem de ea re inter discipulos. vbi vtitur Euangelista verbo διαλογίζεσθαι. Nec enim tacita fuit hęc cogitatio, sed in verba erupit, licet inter eos duntaxat habita: quod tamen eum latere non potuit, qui cogitationes etiam intimas perspicit.

47 *Visa*, ἰδών. Quod oculorum est ad animum transfertur: quemadmodum etiam paulò antè positum est αἴσθωνται pro συνιῶσι, i. Sentire pro Intelligere. In nonnullis autem codicibus legitur εἰδώς, *Quum sciret.*

48 *Erit*, ἔσται. Vulgata legit ἐστὶν, *est*, in præsenti: quam lectionem magis sinceram esse puto. Sed & pro τοῦτο τὸ παιδίον, *hunc puerulum*, fortassis legendum est τοιοῦτο παιδίον, *huiusmodi puerulum.*

50 *Ne prohibete [Illum.]* μὴ κωλύετε. In duobus exemplaribus statim subiicitur, οὐ γάρ ἐστι καθ' ὑμῶν, Non est enim contra vos. deinde subiicitur, ὃς γὰρ οὐκ ἔστι, &c. Syrus autem interpres vtrobique legit ὑμῶν, nempe *Aduersum vos*, & *Pro vobis.*

51 *Tempus quo sursum reciperetur*, τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ. Vulgata & Erasmus, *Dies assumptionis eius*. Sed (vt rectè obseruauit idem Erasmus Act. 1. 2.) Assumi potius respondet τῷ προσλαμβάνεσθαι. cui tamen in eo non assentior quòd in voce ἀνάληψις putet præpositionem ἀνὰ declarare τὸ πάλιν, i. rursum: quum potius ascensum in superiorem locum significet. quod vt exprimerem, coactus sum periphrasin quærere, & à Græcis aliquantulum deflectere. Cæterùm quoniam apud Græcos ἀναλαμβάνειν τὸν παῖδα, opponitur τῷ ἀποκηρύττειν, sicut apud Latinos Agnitio liberorum contraria est Abdicationi: existimat doctissimus Budæus ἀνάληψιν hoc loco significare id tempus quo Christus antea velut à Patre abdicatus, ab eodem est agnitus, & in paternam domum receptus. Sed hæc argutia inanis est: & manifestè refellitur ex Act. 1. 11, vbi narratur res gesta, & eadem dictio vsurpatur, additur enim ἀφ' ὑμῶν, id est à vestri conspectu. Verbo autem συμπληροῦσθαι non significatur hoc loco tempus completum sed mox implendum. Fuit enim hæc vltima ipsius ascensio Hierosolymam. ¶ *Faciem suam direxit*, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε. Hebraicè, הֵכִין פָּנָיו [*hechin panau*,] vt Ezech. 4. 3. & Ierem. 42. 15. שׂוּם פָּנִים [*sum pasim*] Nam הֵעֵז פָּנִים [*hebez panim*] non lego nisi in vitio positum, vt Prouerb. 7. 13. & 21. 29. Fit autem mentio circunstantiæ temporis, vt significetur Christum certo iam moriendi proposito, sese in viam dedisse: inde orta ista loquendi formula quòd qui aliquò iter instituunt eò faciem dirigant oportet. vt hac seruata phrasi commodissimè possis hunc locum Gallicè interpretari, *il tourna visage.*

52 Καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους πρὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ πορευθέντες εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὥστε ἑτοιμάσαι αὐτῷ.

52 Misitque nūtios ante faciem suam:qui profecti ingressi sunt in vicum Samaritanorum, vt pararent ei *hospitium*.

52 *Et misit nuntios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi.*

1.Reg.1.10. & 12.

53 Καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ.

53 ‖Sed *illi* non receperunt eum, quòd facies eius esset proficiscentis Hierosolymam.

53 *Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem.*

Cauendum à zeli intemperie & stulta limitatione in optima etiam causa: et omnia ad Dei gloriam, & commodum proximi referantur.

54 Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, εἶπον Κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀναλῶσαι αὐτοὺς, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε;

54 Quum autem hoc vidissent eius discipuli Iacobus & Ioannes, dixerunt, Domine, vis dicamus vt ignis descendat è cælo, & consumat eos, vt etiam Elias fecit?

54 *Quum vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt, Domine, vis dicimus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos?*

55 Στραφεὶς δὲ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, Οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς.

55 Sed conuersus Iesus obiurgauit eos, dicens, Nescitis qualis spiritus vos sitis.

55 *Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis.*

Ioan.3.17

56 Ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι. Καὶ ἐπορεύθησαν εἰς ἑτέραν κώμην.

56 ‖Filius enim hominis non venit vt perderet animas hominum, sed vt seruaret. Abierunt igitur in alium vicum.

56 *Filius hominis nō venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.*

Matt.8.19
Oportet Christum sequuturos ad quæuis incommoda sese comparare.

57 Ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν, ἐν τῇ ὁδῷ εἶπέ τις πρὸς αὐτὸν, Ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἂν ἀπέρχῃ, Κύριε.

57 ‖Factum est autem euntibus ipsis, vt quidā in via dixerit ei, Sequār te quocunque ieris, Domine.

57 *Factum est autem ambulantibus illis in via dixit quidam ad illum, Sequar te quocunque ieris, Domine.*

58 Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.

58 Dixit autē ei Iesus, Vulpes habent lustra, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis nō habet vbi caput reclinet.

58 *Et dixit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.*

Matt.8.21
Dei vocatio quibusuis in homines officiis, sine vlla exceptione anteponenda.

59 Εἶπε δὲ πρὸς ἕτερον, Ἀκολούθει μοι. Ὁ δὲ εἶπε, Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου.

59 ‖Dixit verò ad aliū *quendam* Sequere me, Ille vero dixit, Domine, permitte mihi vt prius abeam, ac sepeliam patrē meum.

59 *Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permitte mihi primùm ire, & sepelire patrem meum.*

60 Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

60 Dixit autem ei Iesus, Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu verò profectus annuntia regnum Dei.

60 *Dixitque ei Iesus, Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, annuntia regnum Dei.*

Oportet Christum sequuturos mundi solicitudinibus semel renuntiare.

61 Εἶπε δὲ καὶ ἕτερος, Ἀκολουθήσω σοι Κύριε· πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου.

61 Dixit autem etiam alius, Sequar te Domine: sed permitte mihi prius vt valedicam iis qui sunt domi meæ.

61 *Et ait alter, Sequar te Domine: sed permitte mihi primum renuntiare his qui domi sunt.*

62 Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

62 Ait autem ei Iesus, Nemo qui manu sua admota aratro, respexerit ad ea quæ retro *sunt* appositus est ad regnum Dei.

62 *Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.*

52 *In vicum, εἰς κώμην.* Sic habet etiam Syrus interpres. In quibusdam tamen codicibus legitur *εἰς πόλιν, in vrbem*: quod sequutus est Vetus interpres. Sed illud præfero: quia postea sequitur *εἰς ἑτέραν κώμην, in alium vicum*. Non fit igitur hoc loco mentio ipsius Samariæ metropolis quam Euangelista non vocasset *κώμην*, quum iam esset magnificè constructa ab Herode Antipatri filio, qui Sebasten illam ab Augusto cognominauit: sed potius vicus aliquis obscurus eius regionis significatur. ¶ *Vt pararent ei [hospitium,] ἑτοιμάσαι αὐτῷ.* Sic apud Hebræos vsurpari solent verba, ἐλλειπτικῶς: & ita ponitur τὸ παρασκευάζειν. Act.10.10.

53 *Quòd facies eius esset proficiscentis, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον.* Ad verbum, Quia facies eius erat vadens. Sed (inquit Eras.) sicut oculi loqui dicūtur qui innuūt quod dictum velis, ita facies ire dicitur quæ præ se ferat iter aliquò destinatum esse. Mihi tamen durum & insolens videtur hoc dicendi genus. Itaque etsi nihil in Græco contextu emendare sum ausus cōtra codicum fidem, tamen cum vetere Latino interprete existimo scribendum πορευομένου, quoniam Christum tendere viderunt Hierosolymam versus, ipsius videlicet vultu illuc obuerso. Norunt autem omnes quæ fuerit Samaritanorum hæresis de templo Hierosolymitano, paucis explicata Ioan 4.20.

54 *Dicamus, εἴπωμεν.* i. iubeamus: quē Hebraismū sæpe iam posuimus. ¶ *Vt etiā Elias fecit, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε.* Hæc nō legimus in quodā cod. nec in Vulg. editione: extāt tamē apud Syrū interpretē, & minimè videntur expungēda, quū insignē doctrinā contineant peruersæ quorūdā κακοζηλίας. Reperiuntur etiam & explicantur apud Theophylactum.

55 *Qualis spiritus sitis, οἵου πνεύματός ἐστε.* Spiritū hîc vocat Hebræorum more, animi motum, qui partim ab interiore, partim ab externo aliquo afflatu proficiscitur, puta vel à Spiritu sancto, vel à Spiritu malo. Inde factū vt dona Dei vocentur Spiritus: & econtrario quoque vitia hoc etiam nomine appellentur, vt Spiritus auaritiæ, superbiæ furoris, & eiusmodi multa quæ passim occurrunt.

56 *Animas hominum, ψυχὰς ἀνθρώπων* Heb. נפשות האדם [*nephaschoth haadam*:] id est, homines ipsos, aut hominum vitam. Comperimus autem hæc omnia, καὶ εἶπεν οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς· ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι, deesse in quinque vetustis codicibus. Rursum in quibusdam annotat Erasmus non addi ἀνθρώπων, quod etiā omittitur in Vetere editione, nec legitur apud Syrum interpretem.

60 *Mortui, οἱ νεκροί.* Veræ videlicet vitæ expertes, & doctrinæ de vita æterna contumaciter reluctantes.

61 *Vt valedicā, ἀποτάξασθαι.* Vulg. *Renūtiare.* Vide Mar.6.46. ¶ *Domi meæ, εἰς τὸν οἶκόν μου.* Syrus interpres addit לביתי [*vibethi*] si venis. 62 *Admota manu aratro, ἐπιβαλὼν ἐπ' ἄροτρον.* Fortassis alludit ad Elisei factū, sicuti refertur 1.Reg.19.19.

Κεφάλαιον ι.

CAP. X.

CAP. X.

1 Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.

1 Post hæc autem designauit Dominus etiam alios *discipulos* septuaginta, misitque eos binos ante faciem suam in omnem vrbem & locum quò futurum erat vt ipse veniret.

1 *Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus.*

Aduentum Christi mittuntur septuaginta fecundi præ nuntij.

2 Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτούς, Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ ὅπως ἐκβάλλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

2 Dicebat igitur eis, ‖Messis quidem multa, sed operarij pauci: deprecamini ergo dominum messis vt emittat operarios in messem suam.

2 *Et dicebat illis, Messis quidem multa, operarij autem pauci: rogate ergo Dominum messis vt mittat operarios in messem.*

Matt.9.37

3 Ὑπάγετε, ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων.

3 ‖Abite, ecce, ego mitto vos vt agnos in medium luporum.

3 *Ite, ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos.*

Matt.10.16
Iidi ministri verbi sunt in mundo velut agni inter lupos: sed modò in hoc vnum sint intenti vt officium faciant, qui eos misit idem etiam conseruat.

4 Μὴ βαστάζετε βαλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑποδήματα· καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε.

4 Ne portate crumenam, neque peram, neque soleas: ‖ & neminem in via salutaueritis.

4 *Nolite portare sacculū, neque peram, neque calceamenta: & neminē per viam salutaueritis.*

5 Εἰς ἣν δ' ἂν οἰκίαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγετε, Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ.

5 ‖In quamcunque domum ingrediemini, primùm dicite, Pax *esto* huic domui.

5 *In quamcunque domum intraueritis primùm dicite, Pax huic domui.*

6 Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν· εἰ δὲ μήγε, ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει.

6 Quòd si fuerit illic quispiam filius pacis, requiescet super eū pax vestra: sin minus, ad vos reuertetur.

6 *Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur.*

2.Reg.4.29
Matt.10.12
mar.6.10

7 Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστι. Μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν.

7 Manete autem in ea ipsa domo, edentes & bibētes quæ ab ipsis *apposita fuerint*: ‖dignus enim est operarius mercede sua. Ne digredimini è domo in domum.

7 *In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite trāsire de domo in domum.*

Deut.24.14
matt.10.10
1.tim.5.18

8 Καὶ εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέχωνται ὑμᾶς, ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν·

8 ‖Sed & in quācunque vrbem ingressi fueritis, & exceperint vos, edite quę apponūtur vobis:

8 *Et in quācunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis:*

Matt.10.11

IN CAPVT X.

1 *Septuaginta, ἑβδομήκοντα.* In vetere editione legimus, Septuaginta duos, casúne an errore, nescio quum vetustissimi quique interpretes 70. tantùm recenseant, vt copiosius ostendit Erasmus in hunc locum. Sed in vno codice additum reperimus μαθητάς. Discipulos: quo fit vt suspicer, in Vetere editione quum scriptum esset dlos, (vt sæpe librarij indocti ista compendia quæsiuerunt) postea nōnullos ex dlos, duos fecisse: qui deinde versiculum 17. corruperunt, quum ex huius capitis initio vellent eum emendare. Verùm in eodem illo codice scribitur οβ, nec additur μαθητάς. vt planè nihil certi habeam quod constituam, nisi quòd præstat (opinor) *septuaginta* legere, quum cætera exemplaria in ea lectione consentiant. Nam quod veteres hûc adferūt de duodecim fontibus & 70 palmis, ex Exod. 15.17 inanis est allegoria. Neque verò res ista tanti est momenti vt de ea contendere oporteat.

Neminem in via salutaueritis, μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε. Hyperbolica loquutio qua vtuntur Hebræi, quum alicui præcipitur vt celeriter & nulla prorsus interiecta mora aliquid obeat, 2. Reg.4.29. Alioqui comes & humanæ salutationes inter Christiana quoque officia numerantur. Hæc omnia igitur sunt κατά τι, & habita temporis ratione explicanda. vt planè ridiculi sint Monachi, quum votum illud fictitiæ paupertatis quam vocant, & Anabaptistæ quoque, quum suam illam κοινωνίαν conantur hoc testimonio confirmare.

6 *Quispiam filius pacis, ὁ υἱὸς εἰρήνης.* Filius pacis Hebraico more vocatur qui per Dei gratiā dignus est illius pacis impertitione, vt videtur Matthæus ipse interpretari 10, 11. & 13. Sicut contra filij iræ nasci dicimur, Eph.2.3, id est digni quibus indignetur & quos perdat Dominus.

7 *Manete, μένετε:* id est, hospitium vobis deligite. quod Græci dicunt καταλύειν. Neque enim τὸ μένειν hîc propriè accipitur pro ישב [*iaschab*] id est habitare, & sedes ponere, aut diutius hærere: sed pro לין [*helin*.] id est diuertere & in hospitio tātisper morari dum quieueris, vt cœptum iter persequaris. Vnde mansionis vocabulum pro hospitio & diuersorio vsurpatum à Suetonio & Plinio, pro quo Hebræi dicunt מלון [*malon*.] ¶ *In ea autem ipsa domo, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ.* Vulgata & Erasmus, *In eadem autem domo, ἐν τῇ αὐτῇ δὲ οἰκίᾳ.* quæ interpretatio etiam ambigua est. Possunt enim hæc ita accipi quasi omnes iubeantur eundem habere hospitem, vel quasi prohibeantur hospitium mutare, quod paulo pòst subiicitur: adeo vt si ita interpreteris, vix possit hæc battologia excusari. Erit autem plana sententia si à Græcis non discesseris. Nemo enim erit qui non intelligat præcipi discipulis ne de quærendo commodo hospite laborent, vti faciunt videlicet qui vel in aliquo loco constituerunt diutius commorari, vt delicias ac voluptates, commoda denique sua capiant. Iubet igitur econtrario Christus vt discipuli in quamcunque domum fuerint ingressi, id est quæcunque domus illis venientibus patuerit, eam ipsam pro hospitio deligant. Neque enim hîc instituitur solennis quædā prædicatio Euangelij, qualis fuit discipulis mandata quum iam Ecclesias constituerent: sed mittuntur isti tanquam Christi apparitores, qui eum significarent aduentare Hierosolymam, & verum ac vltimum Iubileum promulgarent: nempe vt Christus supremarum suarum concionum, & passionis item ac resurrectionis plurimos testes haberet. Nam quod ad me attinet, ego hæc existimo gesta esse in vltima Christi profectione, quia superiore cap. versu 51, addidit Lucas, ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ: id est, *quum impleretur tempus quo futurum erat vt sursum reciperetur.* ¶ *Quæ ab ipsis [apposita fuerint,] τὰ παρ' αὐτῶν*: subaudi παρατιθέμενα, quod participium exprimitur sequenti versiculo. Vulgata, *Quæ apud illos sunt*: id est τὰ παρ' αὐτοῖς; vt Erasmus rectè annotauit: quanuis quod ad sententiam attinet, minimum intersit. ¶ *E domo in domum, ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν.* Hîc demum vetantur hospitium mutare, ob eam causam quam paulo antè dixi. & bellè quidem scilicet hoc quadrat Mendicantium, quos vocant, fratrum, aut ventrium potius, instituto, quos tamen non pudet profiteri se Apostolicam vitam agere, quòd ostiatim victum mendicare soleant.

8 *Sed & in quamcunque, καὶ εἰς ἣν δ' ἄν.* Vulgata & Erasm. *Et in quamcunque, καὶ εἰς ἣν ἄν*, quum in emendatioribus exemplaribus addatur particula δὲ, & ita ferè loqui soleant disertiores Græci. Nequis verò existimet hoc versiculo repeti quod superiore dictum fuerat, ac proinde inanem esse battologiam, considerāda est ratio superiore versiculo adiuncta. Quum enim dixisset Dominus, *Edite & bibite quæ ab hospitibus apposita fuerint*, addit rationem, *Quia*, inquit,

dignus est operarius mercede sua. Perinde est igitur ac si dixisset, posse ipsos bona conscientia vesci hospitis bonis, etiamsi non haberent vnde soluerent, (mittebat enim eos ab omnibus rebus imparatos) quum alij etiam mercenarij soleant. Hic autem alius est finis ipsi propositus. Vult enim vt contenti sint non modò quouis hospitio quod ipsis patuerit, sed etiam quouis apposito cibo, nempe ne seipsos quærant, eorum exemplo quorum Deus venter est.

9 Καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς, καὶ λέγετε αὐτοῖς, Ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.
10 Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ μὴ δέχωνται ὑμᾶς, ἐξελθόντες εἰς τὰς πλατείας αὐτῆς, εἴπατε,
11 Καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν, ἀπομασσόμεθα ὑμῖν· πλὴν τοῦτο γινώσκετε, ὅτι ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.
12 Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Σοδόμοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀνεκτότερον ἔσται ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.
13 Οὐαί σοι Χωραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμεναι μετενόησαν.
14 Πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν τῇ κρίσει, ἢ ὑμῖν.
15 Καὶ σὺ Καπερναοὺμ ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ.
16 Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει, καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με.
17 Ὑπέστρεψαν δὲ οἱ ἑβδομήκοντα μετὰ χαρᾶς, λέγοντες, Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν ἐν τῷ ὀνόματί σου.
18 Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ἐθεώρουν τὸν σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.
19 Ἰδοὺ, δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ.
20 Πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται· χαίρετε δὲ μᾶλλον ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς.
21 Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ

9 Et sanate ægrotos qui in ea fuerint, & eis dicite, Appropinquauit ad vos regnum Dei.
10 In quamcunque autem vrbē ingressi fueritis, & non exceperint vos, egressi in plateas eius, dicite,
11 Etiam puluerem qui adhæsit nobis ex vrbe vestra, vobis abstergimus: tamen hoc scitote, appropinquasse ad vos regnum Dei.
12 Dico autem vobis, Sodomorum conditionem die illo tolerabiliorem fore quàm vrbis illius.
13 Væ tibi Chorazin, væ tibi Beth-saida. nam si intra Tyrū & Sidonem editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt inter vos, olim cum sacco & cinere sedentes resipuissent,
14 Ideo Tyri & Sidonis tolerabilior erit conditio in iudicio quàm vestra.
15 Et tu Capernaum quæ vsque ad cælum elata es, vsque ad inferos deprimeris.
16 Qui vos audit, me audit: & qui vos dedignatur, me dedignatur: qui verò me dedignatur dedignatur eum qui misit me.
17 Reuersi sunt autē septuaginta illi cum gaudio, dicētes, Domine, etiā dæmonia subiiciuntur nobis per nomen tuum.
18 *Ipse* autem dixit eis, Spectabam Satanam, vt fulgur, è cælo cadentem.
19 Ecce, do vobis potestatem calcandi serpentes & scorpiones, & supra omnem vim hostis & nihil vos lædet.
20 Sed de eo ne gaudete quòd spiritus vobis subiiciātur: gaudete verò potius quòd nomina vestra scripta sint in cælis.
21 Eo ipso momento exultauit

9 *Et curate infirmos qui in illa sunt: & dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei.*
10 *In quamcunque autē ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite,*
11 *Etiam puluerē qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote quia appropinquauit regnū Dei.*
12 *Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit quàm illi ciuitati.*
13 *Væ tibi Chorazaim, væ tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent.*
14 *Veruntamen Tyro & Sydoni remissius erit in iudicio quàm vobis.*
15 *Et tu Capharnaum vsque ad cælum exaltata, vsque ad infernum demergeris.*
16 *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.*
17 *Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.*
18 *Et ait illis, Videbam Satanam, sicut fulgur, de cælo cadentem.*
19 *Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.*
20 *Veruntamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subijciuntur: gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.*
21 *In ipsa hora exultauit*

Supra 9.5 act 13.51. & 18.6.
Deus Euangelici ministerij seuerissimus vindex.

Matt.11.21

Matt.10.40 Ioh.13.20
Neque donū miraculorum, neque aliud eiusmodi, quā tumuis excellens, sed sola electio æterna solidi gaudij materiam præbet. Est autem sola Euangelij promulgatio, Satanæ ruina.

Matt.11.25

9 *Ad vos*, ἐφ' ὑμᾶς. Vulgata & Erasmus, *In vos*. Sed constat ἐπὶ vsurpari ἀντὶ τοῦ πρὸς, vt suprà etiam annotauimus 3.2. Vtuntur autem hac enallage non modò Hebræi, sed etiam disertiores Græci. Sic enim Hom. Iliad. κ, ἐγὼ δ' ἐπὶ Νέστορ' εἶσιν ἰὼν.

11 *Nobis*, ἡμῖν. Meus vetustissimus codex addit εἰς τοὺς πόδας ἡμῶν, id est *pedibus nostris*, quod etiam vertit Syrus interpres. ¶ *Vobis*, ὑμῖν. Id est aduersum vos, vt explicatur suprà, 9.5 Vulgata & Erasmus, *In vos*.

14 *Ideo*, πλὴν. Vulgata & Erasmus, *Veruntamen*. Vide Matth.11.22.

16 *Dedignatur*, ἀθετεῖ. Vide Marci 6.26.

17 *Per nomen tuum*, ἐν ὀνόματί σου. Rectè. Nec enim discipuli in edēdis miraculis plena illa potestate & summo imperio vtebantur, sicut ex Act. Apost. liquet, sed Christi nomen inuocabant, cuius se duntaxat ministros esse fatebantur.

18 *Spectabam*, ἐθεώρουν. Annotat Erasmus se in quibusdam codicibus legisse, *Videbam*: quam interpretationem planè repudio. ¶ *Cadentem*, πεσόντα. Collocatur Satan in aëre, cum suis Angelis, Ephes.6.12. Inde verò dicitur detrudi, & quidem cum impetu, quando voce Euangelij potestas ipsius aboletur. Possumus autem etiam interpretari *Lapsum* seruata aoristi significatione. Malui tamen tempus præsens vsurpare, quòd videatur Christo nondū glorificato nondum fuisse deturbatus. Sed vsitatum est in his libris tanquam iam peractum describere, quod agi cœptū est, & pro certo semel inchoatum perficietur, quo sensu dicitur Christus Antichristū oris sui spiritu prostraturus, 2. Thess.2.8. cuius certaminis spectatores hodie sumus.

19 *Nihil vos lædet*, οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ: vel (vt Vulg. & Erasm.) *Nihil vobis nocebit*. ponitur enim τὸ ἀδικεῖν ἀντὶ τοῦ βλάπτειν, quum alioquin dicatur ἀδικεῖν, quisquis etiam aliquid præter iustum & æquum facere conatur: & omnium iniurijs nulli sint æquè expositi atque ij quibus hoc vnum est curæ, vt Deum religiosè colant.

πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν, Ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· ναὶ ὁ πατήρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.
22 Πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ τίς ἐστι ὁ πατήρ, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.
23 Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, κατ' ἰδίαν εἶπεν, Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε.
24 Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἠθέλησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.
25 Καὶ ἰδοὺ, νομικός τις ἀνέστη, ἐκπειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων, Διδάσκαλε, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;
26 Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις;
27 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.
28 Εἶπε δὲ αὐτῷ, Ὀρθῶς ἀπεκρίθης· τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ.
29 Ὁ δὲ θέλων δικαιοῦν ἑαυτὸν, εἶπε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον;
30 Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ, καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν, οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες, ἀπῆλθον, ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα.

Iesus spiritu, & dixit, Gloriam tibi tribuo Pater, Domine cæli & terræ, quòd hæc occultaueris sapientibus & intelligentibus sed *ea* reuelaris infantibus: etiā Pater, quia ita libuit apud te.
22 Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo nouit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius, & cuicunque voluerit Filius *eum* reuelare.
23 Et conuersus ad discipulos, priuatim dixit *eis*, Beati oculi qui vident quæ vos videtis.
24 Dico enim vobis, multos Prophetas & reges cupiuisse videre quæ vos videtis, nec vidisse: & audire quæ auditis, nec audiuisse.
25 Tum ecce, quidam Legis interpres surrexit, tentans eum, & dicēs, Magister, quid faciendo, vitam æternam possidebo?
26 At ille dixit ei, In Lege quid scriptum est? quomodo legis?
27 Ille verò respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota cogitatione tua: & proximum tuum vt teipsum.
28 Tum *ipse* dixit ei, Rectè respondisti: hoc fac, & viues.
29 Ille autem volens iustificare seipsum, dixit Iesu, Et quis est meus proximus?
30 Excipiens autem *eius sermonem* Iesus dixit, Quidam descēdebat ab Hierosolymis Ierichuntem, & incidit in latrones qui expoliato eo & plagis ipsi impositis abierunt, *eo* seminece relicto.

Spiritu, & dixit, Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: etiam Pater, quoniam sic placuit ante te.
22 *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.*
23 *Et conuersus ad discipulos suos, dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis.*
24 *Dico enim vobis quòd multi Prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.*
25 *Et ecce, quidam Legis peritus surrexit, tentans illum, & dicens, Magister, quid faciendo, vitam æternam possidebo?*
26 *At ille dixit ad eum, In Lege quid scriptū est? quomodo legis?*
27 *Ille respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum.*
28 *Dixitque illi, Rectè respondisti: hoc fac, & viues.*
29 *Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus?*
30 *Suscipiens autem Iesus dixit, Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto.*

Contemptibilis quidem est Euā[illegible] externa species, sed nulla in re æquè id mirabilis Dei sapientia. Aberrat à via quisquis Patrē quærit extra Filium.

Matt.13.16
Noui fœderis & Veteris discrimen in reuelationis mēsura.

Matt.22.35 mar.12.28
Fides non tollit, sed stabilit legis doctrinam:

Deut.6.5

Leuit.19.18
Proximi nomine intelliguntur in Lege, quoscunque possumus iuuare.

21 *Spiritu*, τῷ πνεύματι, id est animo. Quanuis autem in tribus vet. codicibus addatur ἁγίῳ, id est sancto, vt in nōnullis etiam vetustis codic. Latinis, & apud Syrum interpretem quoque legitur: tamen hanc esse germanam lectionem puto, nec magis commodè hæc posse exponi de Spiritu Sancto quàm quod dicitur Io.13.21. turbatus fuisse spiritu: qui locus optimè explicatur Matt.26.38. Quod autem existimat Erasm. de Spiritu sancto hæc intelligi, quia adiunctus est articulus, non satis firma ratione nititur, vt alibi ostendimus. ¶ *Ita libuit apud te*, οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. id est εὐδόκησε, bonum visum est ante te. i. apud te. Vide Mat.11.26. Ceterùm in vetustis codicib. additur, καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶπε, *& conuersus ad discipulos, dixit*, quæ verba non legit Vetus interpres, & sanè puto hic redundare, quanuis aliter sentiat Valla.

23 *Priuatim*, κατ' ἰδίαν. Hoc deest in Vulgata editione. Videtur autem additum quia peculiariter pertinet ad discipulos quod dicturus est.

29 *Iustificare seipsum*, δικαιοῦν ἑαυτὸν, i. seipsum à iustitia commendare, siue sese vt iustum approbare. Sic dicitur Iacobo Abrahamus non modò ex fide, sed etiā ex operibus iustificatus: quam homonymiam qui non animaduerterunt, conati sunt Paulum cum Iacobo cōmittere, & gratuitam ex fide iustificationem eiusmodi testimonijs euertere. Quum tamen id per quod iustificamur, id est à peccatis absoluimur, & æterna vita digni apud Deum censemur, (quod fit iustitia Christi per fidem apprehensi, nobis gratuitò imputata) sit quiddam ab eo planè diuersum, ex quo dignoscuntur qui sunt ita iustificati: fructus videlicet Fidei, siue opera veram eorum resipiscentiam testificantia.

30 *Excipiens*, ὑπολαβὼν: Id est (vt loquitur Plato in Euthydemo) ὑπολαβὼν pro quo in vernaculo nostro sermone diceremus, *prenant la parole*. Sic Virg. lib. Æneid. 9, vtitur Excipiendi verbo, absolutè posito, vt annotauit Valla, prolato etiam Xenophontis exemplo. Idem igitur declarat τὸ ὑπολαμβάνειν hoc loco atque τὸ ἀπαμείβεσθαι apud Homerum. quamobrem Erasmus conuertit, *Respondens*: quum alioquin etiam significet Existimare, vt sæpe fecimus interpretati, & Sursum rapere, vt Act.1.9. siue Suscipere: quam postremam notionem sequutus hoc loco Vetus interpres, quum conuertisset ὑπολαβὼν *suscipiens*, sciolus quispiam mutauit in *Suspiciens*, quasi hæc Christus dixerit sublatis in cælum oculis. ¶ *Plagis impositis*, πληγὰς ἐπιθέντες. Sic Latinè conuertit Vetus interpres, quum hoc dicendi genere vtatur Cicer. pro Sestio, & alibi sæpe, vt minimè necesse fuerit à Græcis deflectere.

31 Κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ· καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀντιπαρῆλθεν.

32 Ὁμοίως δὲ καὶ Λευίτης, γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, ἐλθὼν καὶ ἰδὼν, ἀντιπαρῆλθεν.

33 Σαμαρείτης δέ τις ὁδεύων, ἦλθε κατ' αὐτὸν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἐσπλαγχνίσθη·

34 Καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον· ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον, καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ.

35 Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐξελθὼν, ἐκβαλὼν δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἐπιμελήθητι αὐτοῦ· καὶ ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με, ἀποδώσω σοι.

36 Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς;

37 Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως.

Christus non lautè tractari, sed attentè vult ceteris postpositis rebus, audiri.

38 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς εἰσῆλθεν εἰς κώμην τινά· γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

39 Καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ καλουμένη Μαρία, ἣ καὶ παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε τὸν λόγον αὐτοῦ.

40 Ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν· ἐπιστᾶσα δὲ εἶπε, Κύριε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἡ ἀδελφή μου μόνην με κατέλιπε διακονεῖν; εἰπὲ οὖν αὐτῇ ἵνα μοι συναντιλάβηται.

41 Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς, καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά·

42 Ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς.

31 Casu autem Sacerdos quidam descendit per eandē viam: qui viso eo, ex aduerso preteriit.

32 Similiter & Leuita, quum venisset ad eum locum, & illum vidisset, præteriit ex aduerso.

33 Samaritanus autē quidam iter faciēs, venit ad eum, & ipso conspecto, misericordia intima commotus est.

34 Et accedens obligauit eius vulnera, infundēs oleum ac vinum: & ipsum impositum suo iumento, duxit in diuersorium, & eius curam egit.

35 Postero autē die abiens, prolatos duos denarios dedit hospiti, & dixit ei, Curam ipsius age: & quodcunque præterea insumpseris, ego quum redibo, reddam tibi.

36 Quis igitur horum trium tibi videtur proximus fuisse illi qui incidit in latrones?

37 Ille autem dixit, Is qui vsus est misericordia erga eum. Ait igitur ei Iesus, Abi, & tu facito similiter.

38 Factum est verò inter eundum, vt ipse ingrederetur in quendam vicum: mulier autem quædam Martha nomine excepit eum domum suam.

39 Et huic erat soror quæ vocabatur Maria, quæ etiam assidēs ad pedes Iesu, audiebat ipsius sermonem.

40 Martha verò distrahebatur circa frequēs ministerium: & superueniens dixit *ei*, Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solā ad ministrandum? dic ergo ei vt me vicissim adiuuet.

41 Respondens autem dixit ei Iesus, Martha, Martha, solicita es, & satagis de multis:

42 Atqui vno opus est. Maria verò bonam partem elegit, quę non auferetur ab ea.

31 *Accidit autem vt Sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præteriuit.*

32 *Similiter & Leuita, quum esset secus locum, & videret eum, pertransijt.*

33 *Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est.*

34 *Et appropinquans alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit.*

35 *Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunque supererogaueris, ego quum rediero, reddā tibi.*

36 *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones?*

37 *At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter.*

38 *Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.*

39 *Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.*

40 *Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit, & ait, Domine non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet.*

41 *Et respondens dixit illi Dominus, Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima:*

42 *Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*

31 *Casu*, κατὰ συγκυρίαν, id est κατὰ συμβεβηκός, pro quo vulgò dicimus ad verbum *par rencontre*. à verbo κυρεῖν, quod est Cadere, à verbo Hebræo קרה [*Karah*,] quod tamen ita est accipiendum vt sciamus hominum quidem consilium ac deliberationem, non autem prouidentiam Dei excludi, quæ ita moderatur rebus omnibus vt quod ad ipsam attinet casui ac fortunæ nullus prorsus locus relinquatur. ¶ *Ex aduerso præteriit*, ἀντιπαρῆλθεν. Vulgata & Erasmus, *Præterijt* i. παρῆλθεν. Sed non erat (opinor) negligenda particula ἀντὶ qua significatur, istum non modo non accessisse, sed etiam deflexisse de via, nempe quòd ei esset religio vel illum contingere, ne cadaueris contactu pollueretur.

32 *Quum venisset ad eum locum*, γενόμενος κατὰ τὸν τόπον. Vulgata, *Quum esset secus locum*. Erasmus, *Quum eset iuxta locum*. Vide Marci 6. 2, & Ioan. 6. 19. vbi τὸ γίγνεσθαι ponitur pro παραγίγνεσθαι. Itaque videtur participium ἐλθὼν, quod in plerisque codicibus additur, redundare, neque etiam conuersum est à Vulgato interprete.

33 *Eò*, κατ' αὐτόν: i. eò loci vbi ille iacebat. aliud enim est κατ' αὐτὸν quàm πρὸς αὐτόν. ideò Vetus interpres conuertit *Secus eum*.

40 *Superueniens*, ἐπιστᾶσα. Vide suprà, 2. 9. ¶ *Vt me vicissim adiuuet*, ἵνα μοι συναντιλάβηται, vel *vt vnà mecum manus admoueat* [*operi*.] Est enim metaphora ab oneribus sumpta, quæ vtrinque admotis manibus subleuantur. Vulgata & Erasmus. *Vt me adiuuet*, id est ἵνα μοι ἐπικουρήσῃ. Vide Philipp. 4. 3.

41 *Satagis*, τυρβάζῃ. Vulg. *Turbaris*, impropriè, quãuis vox hæc Latina ab illa Græca oriatur. Sic autē significatur varia Marthæ de commodè accipiendo hospite solicitæ discursatio, & vtrunque verbum μεριμνᾶν & τυρβάζεσθαι respondet voci Hebraicæ חרד [*charad*] qua vtitur Propheta in historia persimili 2. Reg. 4. 13. Et hoc ipsum Latinè declarat Satagendi verbo, declaratur pulchrè istis Quintiliani verbis libr. 6. cap. 4. *Afer venustè Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deijcientem, & imponentem, non Agere dixit, sed Satagere.*

Κεφάλαιον ια.

1 ΚΑΙ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον, ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, Κύριε, δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐδίδαξε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.

2 Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ὅταν προσεύχησθε, λέγετε, ΠΑΤΕΡ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

3 Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν.

4 Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

5 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου, καὶ εἴπῃ αὐτῷ, Φίλε, χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους·

6 Ἐπειδὴ φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρός με, καὶ οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ;

7 Κἀκεῖνος ἔσωθεν ἀποκριθεὶς εἴπῃ, Μή μοι κόπους πάρεχε· ἤδη ἡ θύρα κέκλεισται, καὶ τὰ παιδία μου μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην εἰσίν· οὐ δύναμαι ἀναστὰς δοῦναί σοι.

8 Λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ φίλον· διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἐγερθεὶς, δώσει αὐτῷ ὅσων χρῄζει.

CAP. XI.

1 ET factum est vt quum ipse oraret quodā in loco, postquam cessasset, diceret ei quidam ex eius discipulis, Domine, doce nos orare prout & Ioannes docuit discipulos suos.

2 ‖ Dixit autem eis, Quum oratis, dicite, PATER noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum: veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo, *ita* etiam in terra.

3 Panem nostrum quotidianum da nobis in diem.

4 Et remitte nobis peccata nostra: Nam & ipsi remittimus cuiuis nobis debenti. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos ab illo maligno.

5 Dixit etiam eis, Quis vestrûm habebit amicū, qui proficiscetur ad eum media nocte, & dicat ei, Amice, da mihi mutuò tres panes:

6 Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod apponam ei?

7 Et ille intus respondens dicat, Ne mihi molestias præbe: iam ostium clausum est, & pueruli mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi.

8 Dico vobis, etiamsi nō dederit ei experrectus, eò quòd amicus eius sit: at certè propter importunitatem eius experrectus, dabit ei quoquot sunt ei opus.

CAP. XI.

1 *ET factum est quum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, sicut docuit & Ioannes discipulos suos.*

2 *Et ait illis, Quum oratis, dicite, PATER, sanctificetur nomen tuū: adueniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo, sic in terra.*

Matt. 6. 9
Perfecta Christianæ precationis formula, & cæterarū typus.

3 *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

4 *Et dimitte nobis peccata nostra: siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.*

5 *Et ait ad illos, Quis vestrûm habebit amicum, & ibit ad illū media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes:*

Precādum est cum fide.

6 *Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponā ante illum?*

7 *Et ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi.*

8 *Dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eo quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.*

IN CAPVT. XI.

2 *Noster qui es in cælis*, ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Hæc non legit Vetus interpres, & apparet ex Augustino Enchirid ad Laurent. cap. 116. Latina exemplaria Lucæ tūc habuisse in hac precatione quinque tantum petitiones, omissa videlicet tertia, & altera sextæ parte, quæ postea fuerunt ex Matthæo suppletæ: quod tamen iam olim factum fuisse, non tantum ex Græcis codicibus, sed etiam ex Syra interpretatione constat.

3 *In diem*, τὸ καθ' ἡμέραν. Id est quanto in hunc diem opus est: nempe vt apud Quintilianum, declamatione 13, feræ ac volucres dicuntur præsentis modò cibi memores, in diem viuere: ad quorum exemplum nos reuocat Christus, non vt honestam curam tuendæ huius vitæ nobis eximat, sed potius solicitudinem illam & ægritudinem animi cum diffidentia coniunctam, quæ se plerique conficiunt. Hanc igitur interpretationem si sequamur, idem declarabit τὸ καθ' ἡμέραν, atque apud Matthæum σήμερον. sicut etiam scribitur in meo vetustiss. codice. sed illud tamen multo est expressius: quamobrem nolui cum Vetere interprete conuertere, *Hodie* Possumus tamen τὸ καθ' ἡμέραν etiam exponere, *In singulos dies*, id est quotidie, vt legitur in Veteris editionis quibusdam codicibus, & in Erasmi versione: vt illud sit quod vulgò dicimus, *iour à iour*. Sic Euripides, Ἱκέτισιν. Καὶ μὴν ἔμοιγε ζῶντι μὲν καθ' ἡμέραν, Κεἰ σμίκρ' ἔχοιμι πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι. Sed minimè probo quod idem Erasm. adfert in annotationibus, nimirum hîc peti crastinum panem. Nam, inquit qui vespero orat pro victu postridiano, quid aliud petit quàm victum quotidianum? Rectè sanè, quasi vespere duntaxat sit huic precationi locus. Syrus vertit [Hebrew] [*Cul iom*] omni die.

¶ 4 *Peccata*, ἁμαρτίας. Vetustiss. meus codex habet ὀφειλήματα *debita*, quòd melius respondet participio ὀφείλοντι.

¶ *Nam & ipsi*, καὶ γὰρ αὐτοὶ, vel, καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ. id est etenim & ipsi, vt in vetusto codice scriptum legimus. Vulg. & Eras. *Siquidem & ipsi*, vt sit ὡς καὶ αὐτοὶ Vetustiss. autem meus codex habet ὡς καὶ ἡμεῖς, Vt & nos. Quę vera est lectio. Vix enim conuenerit cuiquam hac precum formula diuinitus nobis quasi prescriptis verbis mandata vtenti, rationem ex seipso desumptam proferre qua Deus ad ipsum exaudiendum commoueatur.

5 *Da mihi mutuò*, χρῆσόν μοι. Vulg. *Commoda mihi*, impropriè, quia hîc adfertur exemplum earum rerum quæ vsu consumuntur, quanuis Plautus semel atque iterum ita loquutus reperiatur: & χρῆσαι Græcis tam de commodato quàm de mutuo dicatur. Meritò igitur eam interpretationem reprehendit Valla, cuius vestigia sequutus est Erasm. Castellio vertit, *Mutua*: quod verbum non memini legere in ea significatione apud idoneos auctores.

7 *Dare tibi*, δοῦναί σοι. In vetustis Latinis nonnullis codicibus subiicitur, Et ille perseuerauerit pulsans. quod maximè videtur appositum: & citatur etiam ab Augustino, De verbis Domini, sermone 29.

8 *At certè propter importunitatē*, διά γε τὴν ἀναίδειαν. Particulā γε cōuerterunt Vet. interpres & Eras. *Tamen*, i. ὅμως· quum potiùs significet *Quidē certè*, vel *At certè*. Rursus quòd ἀναίδειαν exponunt *Improbitatē* mihi non probatur. Improbitas enim declarat potius πονηρίαν vel κακίαν. neq; puto ad rē pertinere quòd Virgilius laborē improbū vocauit. Significat autē in genere ἀναίδεια impudentiā: sed quia de certa specie impudētiæ hîc agitur, eorum videlicet qui nullo responso possunt abigi quominus molestè vrgeant, ideo importunitatē vertimus: quanquā, si spectemus quod hac similitudine Christus adūbrauit, hęc importunitas & quasi impudētia in Deo assiduè & singulis momētis die ac nocte rogādo, vitiū non est: imò verò in piis hominibus maximè cōmendatur

Matt. 7.7. & 21.22 mar. 11.24 Iohan. 14.13. & 16.23 Iac. 1.5 Matt. 7.8

9 Κἀγὼ ὑμῖν λέγω, Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.

9 ‖ Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

9 *Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis.*

10 Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει· καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει· καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

10 ‖ Quisquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

10 *Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.*

Matt. 7.9

11 Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; εἰ καὶ ἰχθὺν, μὴ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ;

11 ‖ Ecquis autem ex vobis pater, *si* filius *ab eo* petierit panẽ, lapidem ei dabit? aut si piscem, num pro pisce dabit ei serpẽtẽ?

11 *Quis autẽ ex vobis patrẽ petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi?*

12 Ἢ καὶ ἐὰν αἰτήσῃ ᾠὸν, μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον;

12 Aut si petierit vel ouum, num dabit ei scorpium?

12 *Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem?*

13 Εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὑπάρχοντες, οἴδατε ἀγαθὰ δόματα διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει Πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν;

13 Si vos igitur qui mali estis, nostis bona dona dare liberis vestris, quanto magis Pater ille cælestis dabit Spiritũ sanctum petentibus ab ipso?

13 *Si ergo vos quum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quãto magis Pater vester cælestis dabit Spiritum bonum petentibus se?*

Matt. 9.33 & 12.22 Exemplum horrendæ & insanabilis excæcationis, quum, mala conscientia, & destinata malitia, virtus Dei blasphematur.

14 Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν· ἐγένετο δὲ τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος, ἐλάλησεν ὁ κωφός· καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι.

14 ‖ Eiecit etiam dæmoniũ quod erat mutum: factum est autem, vt egresso dæmonio, loqueretur ille mutus, & mirata est turba.

14 *Et erat eiiciens dæmonium, & illud erat mutum: & quũ eiecisset dæmonium, loquutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ.*

15 Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον, Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

15 Quidam verò ex eis dixerunt, ‖ Per Beelzebul principem dæmoniorum eiicit dæmonia.

15 *Quidam autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.*

Matt. 9.34 Infr. 12.24 mar. 3.22 Matt. 16.1

16 Ἕτεροι δὲ πειράζοντες, σημεῖον παρ' αὐτοῦ ἐζήτουν ἐξ οὐρανοῦ.

16 Et alij *eum* tentantes, signum è cælo petebant ab eo.

16 *Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo.*

Matt. 12.25. mar. 3.24 Dignoscendi veri Christi à falso hæc vera ratio est quòd verus Christus cum Satana nulla prorsus conditione paciscitur. Superest autem vera cognitus agnoscatur.

17 Αὐτὸς δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὰ διανοήματα, εἶπεν αὐτοῖς, Πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα ἐρημοῦται· καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει.

17 Ipse verò quum nosset cogitationes eorum, dixit eis, ‖ Omne regnum dissidens aduersus sese, vastatur: & domus aduersus sese *dissidens* cadit.

17 *Ipse autem vt vidit cogitationes eorũ, dixit eis, Omne regnum in seipsum diuisum, desolatur: & domus supra domum cadit.*

18 Εἰ δὲ καὶ ὁ Σατανᾶς ἐφ' ἑαυτὸν διεμερίσθη, πῶς σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; ὅτι λέγετε, ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν με τὰ δαιμόνια.

18 Quòd si etiam Satanas aduersus seipsum dissidet, quomodo stabit regnum eius? Nam dicitis, per Beelzebul eiicere me dæmonia.

18 *Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis, in Beelzebub me eiicere dæmonia.*

19 Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο κριταὶ ὑμῶν αὐτοὶ ἔσονται.

19 Quòd si ego per Beelzebul eiicio dæmonia: filij vestri per quem eiiciunt? propterea ipsi erunt vestri iudices.

19 *Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? ideo ipsi iudices vestri erunt.*

20 Εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ

20 Sin autem digito Dei eiicio

20 *Porrò si in digito Dei*

11 *Ecquis autem*, &c. τίνα δὲ. In quibusdam codicibus legitur, τίς δὲ ὑμῶν. Sed quomodocunque legas, non vitaris ἀνακόλουθον, cuius simile exemplum habemus Exodi 32.1. Itaque vt planior esset oratio non vertimus κατὰ πόδας, sed paulum deflexìmus: sic tamen (ni fallor) vt non procul abierimus. Videtur autem hoc fuisse vulgatũ prouerbiũ, cui respondet Plautinum illud quod Erasmus obseruat. *Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.* Illi verò quod proximè sequitur, respondet Græcorum illud, ἀντὶ πέρκης σκορπίον: id est Pro perca scorpium: quod idem Erasmus in Chiliadibus commemorat. ¶ *Dabit*, ἐπιδώσει, id est δώσει, quum alioqui ἐπιδιδόναι μεταδοῦναι significet sese totum alicui rei dare, cum casu personæ: cum casu autem rei, aliquid suprà iustam mensuram largiri.

13 *Cælestis*, ὁ ἐξ οὐρανοῦ. Malui receptæ interpretationi assentiri quàm quicquam mutare: sed mihi tamen non prorsus propriè videtur Deus Pater dici ὁ ἐξ οὐρανοῦ, quum potius dicatur ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Isto igitur expuncto articulo ita potius legendum, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν (additum enim hoc pronomen inueni in vno codice & in Vulgata editione) ἐξ οὐρανοῦ δώσει Πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; id est, *quanto magis Pater ille vester dabit è cælo Spiritum sanctum iis qui ab eo petierint?* Nihil tamen sum ausus mutare ex coniectura. ¶ *Sanctum*, ἅγιον. In Vulgata editione legitur Bonum, id est ἀγαθόν. contrà verò in omnibus Græcis codicibus legimus ἅγιον, exceptis duobus, qui cum Vulgata editione consentiunt.

14 *Mutum*, κωφόν. ab effectu, quòd hunc hominem redderet mutum, vel potius quòd mutum hominem obsideret, vt duplex sit editum miraculum.

17 *Et domus aduersus sese dissidens, cadit*, καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει. Vulgata & Erasmus, *Et domus super domum cadit.* At ego puto post ἐπὶ οἶκον repetendum esse per syllepsin participium μερισθείς, quod sententia ipsa ostendit, & ex Matthæi ac Marci collatione liquet. Nam Matthæus quum de regno diuiso mentionem fecisset, subiicit, καὶ πᾶσα οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, Marcus autem, καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ. Sed & Theoph. hunc locum explicans, repetit participium, *Siue*, inquit, *de familia, siue de ipsius ædificij structura hoc accipias.* Dixit autem Lucas ἐπὶ οἶκον pro ἐφ' ἑαυτόν. Hebraica repetitione antecedentis pro relatiuo. ¶ *Aduersus sese*, ἐφ' ἑαυτήν. Valla potius conuertendum putat in seipso, vel supra seipsum: sed meritò reprehenditur ab Erasmo. Ponitur enim ἐπὶ pro κατὰ, vt in ἐπίορκος, pro κατάρατος, & ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, quæ est Æschyli Tragœdia, pro ἑπτὰ κατὰ Θηβῶν, vt rectè emendat Eusthatius, quum vulgò legant ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις.

20 *Digito Dei*, ἐν δακτύλῳ Θεοῦ. Hebraicè באצבע אלהים [beetsbah elohim.] vt Exod. 8.19. id est virtute ac potestate diuina. Est autem Patris ac Filij virtus coëssentialis, Spiritus sanctus. Ideo apud Matthæum legimus pro Digito Dei Spiritum Dei.

¶ Ante-

δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

dæmonia, nempe anteuertens peruenit ad vos regnum Dei.

eiicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei.

21 Ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλὴν, ἐν εἰρήνῃ ἐστὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

21 ‖ Quum potens quispiam armatus custodit aulam suam, in pace sunt quæ ipsi suppetunt.

21 *Quum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet.*

22 Ἐπὰν δὲ ὁ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν νικήσῃ αὐτὸν, τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει ἐφ' ᾗ ἐπεποίθει, καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ διαδίδωσιν.

22 Postquam verò quispiam eo potentior superueniẽs vicerit eũ, totam armaturam eius tollit qua confidebat, & spolia eius distribuit.

22 *Sin autem fortior eo superueniens vicerit eũ, vniuersa arma eius aufert in quibus confidebat, & spolia eius distribuit.*

Aduersus mediatores, qui Christi cũ Satana, saltem ad tempus conciliandi rationẽ quærunt.

23 Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ σκορπίζει.

23 Qui non est mecũ, aduersum me est: & qui non congregat mecum, spargit.

23 *Qui non est mecum, contra me est: & qui nõ colligit mecum, dispergit.*

Matt. 12.43 Qui non perseuerat, peiore est conditione, quàm qui nunquam cœpit.

24 Ὅταν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν· καὶ μὴ εὑρίσκον, λέγει, Ὑποστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου ὅθεν ἐξῆλθον.

24 ‖ Quum impurus spiritus exierit à quopiam, transit per arida loca, quærens requiem: & non inueniens, dicit, Reuertar domum meam vnde exiui.

24 *Quum immundus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniens, dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui.*

25 Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον.

25 Veniens igitur inuenit eam versam & ornatam.

25 *Et quum venerit, inuenit scopis mundatam & ornatam.*

Heb. 6.4 2. pet. 2.20

26 Τότε πορεύεται καὶ παραλαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ· καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων.

26 Tunc proficiscitur & assumit septem alios spiritus peiores quàm sit ipse, & ingressi habitant illic: ‖ fitque vltima conditio hominis illius deterior priore.

26 *Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.*

Christus nõ captat laudem in sese, sed in nostra salute.

27 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν ταῦτα, ἐπάρασά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπεν αὐτῷ, Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας.

27 Factum est verò quum hæc diceret, vt attollens vocẽ quædam mulier è turba, diceret ei, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.

27 *Factum est autem quũ hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.*

28 Αὐτὸς δὲ εἶπε, Μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτόν.

28 Ipse autem dixit, Imò verò beati qui audiunt sermonem Dei, & eum obseruant.

28 *At ille dixit, Quinimo beati qui audiunt verbũ Dei, & custodiunt illud.*

Matt. 12.38. Præposteri miraculorum flagitatores pro miraculis pœnas auferent. Ionæ 2.1

29 Τῶν δὲ ὄχλων ἐπαθροιζομένων ἤρξατο λέγειν, Ἡ γενεὰ αὕτη πονηρά ἐστι· σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.

29 ‖ Quum verò turba aggregaretur apud eum, cœpit dicere, Gens ista maligna est: signũ requirit: sed signum non dabitur ei, nisi signum illud ‖ Ionæ Prophetæ.

29 *Turbis autem concurrentibus cœpit dicere, Generatio hæc generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.*

30 Καθὼς γὰρ ἐγένετο Ἰωνᾶς σημεῖον τοῖς Νινευΐταις, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τῇ γενεᾷ ταύτῃ.

30 Nam prout fuit Ionas signum Nineuitis, ita etiam erit Filius hominis isti genti.

30 *Nam sicut fuit Ionas signũ Niniuitis, ita erit & Filius hominis generationi isti.*

1. Reg. 10.1 2. para. 9.1

31 Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῶν ἀνδρῶν τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτούς· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Σολομῶντος ὧδε.

31 ‖ Regina Austri surget in iudicio cum viris gentis huius, & condemnabit eos: quòd venerit ab vltimis terris vt audiret sapientiam Solomonis: & ecce, plus quàm Solomon *est* hoc in loco.

31 *Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce, plus quàm Salomon hic.*

Ionæ 3.5

32 Ἄνδρες Νινευῒ ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς

32 Viri Nineuitæ exsurgent in iudicio cum gente ista & condemnabunt eam: ‖ quòd ad præ-

32 *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam: quia pœnitentiã e-*

¶ *Anteuertens peruenit* ἔφθασεν. id est vos nihil minus cogitantes præuenit, quod tamen beneficium vltro aspernamini. Vide Matt. 12.28.

21 *Aulam*, τὴν αὐλήν. id est regiam suam. Vulg. & Eras. *Atrium*. Id enim propriè declarat αὐλή, videlicet apertam & vacuam primam ædium partem, quam Galli vulgò Cortem vocant. Inde factum vt pro regum ac principum palatiis acciperetur, sicut notat Athenæus: quæ significatio optimè conuenit huic loco. ¶ *In pace*, ἐν εἰρήνῃ. Hebraicè בשלום [beshalom] id est, tranquillè ac beatè suis bonis perfruuntur.

22 *Totam armaturam*, τὴν πανοπλίαν. i. res ipsius omnes, siue omne ipsius instrumentum. Nam latissimè patet ὅπλων appellatio Græcis, vt Armorum quoque Latinis.

24 *Requiem*, ἀνάπαυσιν. Id est vbi sedem ponat. Vnica est Satanæ quies, homines lædere.

25 *Et ornatam*, καὶ κεκοσμημένον. Imò fœdis sordibus deturpatam. Est enim hic nimirum animi ornatus quem requirit Satan. In nonnullis editionis Latinæ codicibus istud deest.

28 *Versam*, σεσαρωμένον. Vide Matth. 12.43. ¶ *Obseruant*, φυλάσσοντες. Id est reipsa præstant. Vide suprà 2.19.

29 *Maligna est*, πονηρά ἐστι. Apud Veterem interpretem & in duobus codicibus Græcis repetitur γενεά, Gens ista est maligna gens.

τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.

33 Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, εἰς κρυπτὸν τίθησιν, οὐδὲ ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν λυχνίαν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι τὸ φέγγος βλέπωσιν.

34 Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός· ὅταν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, καὶ ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινόν ἐστιν· ἐπὰν δὲ πονηρὸς ᾖ, καὶ τὸ σῶμά σου σκοτεινόν.

35 Σκόπει οὖν μὴ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστίν.

36 Εἰ οὖν τὸ σῶμά σου ὅλον φωτεινὸν, μὴ ἔχον τι μέρος σκοτεινὸν, ἔσται φωτεινὸν ὅλον, ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε.

37 Ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι, ἠρώτα αὐτὸν Φαρισαῖός τις ὅπως ἀριστήσῃ παρ᾽ αὐτῷ. εἰσελθὼν δὲ ἀνέπεσεν.

38 Ὁ δὲ Φαρισαῖος ἰδὼν ἐθαύμασεν ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου.

39 Εἶπε δὲ ὁ Κύριος πρὸς αὐτὸν, Νῦν ὑμεῖς οἱ Φαρισαῖοι τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος καθαρίζετε· τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας.

40 Ἄφρονες, οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησε;

41 Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην·

coniū Ionæ resipuerint: & ecce plus quàm Ionas *est* hoc in loco.

33 ‖ Nullus verò si lucernam accenderit in occulto *loco* ponit *eam*, neque subter modiū: sed in candelabrum, vt qui ingrediuntur, splendorem videant.

34 ‖ Lucerna corporis est oculus: quum igitur oculus tuus fuerit simplex, totum quoque corpus tuum lucidum erit: quum verò malus fuerit, etiam corpus tuū tenebrosum erit.

35 Considera ergo num lumen quod in te est, tenebræ sint.

36 Itaque si corpus tuum totum lucidum *fuerit*, non habens aliquam partem tenebrosam, erit lucidum totum, vt quum lucerna fulgore te illustrat.

37 Quum autem *hæc* loquutus esset, rogauit eum quidā Pharisæus vt pranderet apud se. Ingressus igitur discubuit.

38 Pharisæus verò quum *hoc* vidisset, admiratus est cum non prius ablutū fuisse ante prādiū.

39 Dixit autem ei Dominus, ‖ Vos quidem Pharisæi exteriorem poculi patinæque partē purificatis: sed quod intra vos est, plenum est rapina & malitia.

40 Amentes, nonne qui fecit quod foris est, etiam id quod intus est fecit?

41 Immo, ea quæ penes vos

gerunt ad prædicationem Ionæ: & ecce, plus quàm Ionas hic.

33 *Nemo lucernā accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumē videant.*

34 *Lucerna corporis tui, est oculus tuus: si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.*

35 *Vide ergo ne lumē quod in te est, tenebræ sint.*

36 *Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totū, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.*

37 *Et quum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Iesus autem ingressus recubuit.*

38 *Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere quare non baptizatus esset ante prandium.*

39 *Et ait Dominus ad illum, Nunc vos Pharisæi quod de foris est calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate.*

40 *Stulti, nonne qui fecit quod de foris est, etiam id quod de intus est fecit?*

41 *Veruntamen quod su-*

Sup. 8. 16. matt. 5. 15. mar. 4. 21. Ideo accēduntur mentes cognitione Dei, vt aliis alijs præluceamus, ac proinde libo-[?] dum in primis de vera illa luce petenda. Matt. 6. 22.

Cultus Dei nō in externamunditie & excogitatis ritibus, sed in spirituali cordis iustitia & charitate positus est. Matt. 23. 25.

33 *In occulto, εἰς κρυπτόν.* Sic loquitur Cæsar. Vulg. & Eras. *In abscondito*, quod nusquam legi. In omnibus autem codicibus vetustis legimus, εἰς κρυπτὴν, & fortasse magis accōmodatè. Cryptas enim & cryptoporticus vocabant olim abditos & concameratos locos, quos vulgò dicimus Cauas. ¶ *Splendorem, τὸ φέγγος*: vel τὸ φῶς, *lumen*, vt legerunt & interpretati sunt alij, eodem sensu.

35 *Num sint, μὴ ἐστι.* Vulg. *Ne sint, μὴ ᾖ.* Et ita legit Syrus interpres, & meus vetustissimus codex: neque hic versiculus nec proximè consequens legitur.

38 *Quum [hoc] vidisset, admiratus est, ἰδὼν ἐθαύμασεν.* In meo vetustissimo & alio præterea exemplari legi ἤρξατο διακρινόμενος ἐν ἑαυτῷ λέγειν, quam lectionē sequutus Vetus interpres conuertit, *Cœpit intra se reputans dicere*: quum τὸ διακρίνεσθαι alibi interpretetur hæsitare, vt Mar. 11. 23. ¶ *Eū non prius, &c. ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη.* Vulg. *Quòd non baptizatus esset* prætermissa particula πρῶτον, quæ videri etiam potest redundare. Sed τὸ βαπτίζεσθαι idem hîc declarat atq; τὸ λούεσθαι καὶ χερνίπτειν, vt diximus Mar. 7. 4.

39 *Vos quidem, νῦν ὑμεῖς.* Vulg. & Erasm. *Nunc vos.* Sed particula νῦν hoc loco non est temporis aduerbium, sed potius coniunctio expletiua: nisi malumus interpretari, *At vos*, vel, *Vos verò*. Sic enim sæpe solet hæc particula à Demosthene quoque vsurpari in assumptionibus argumentorū. ¶ *Quod intra vos est, τὸ ἔσωθεν*: i. animus vester. Vulg. *Quod intus est vestrum*, Erasmus Vallam sequutus. *Quod intus est vestri.* Cæterùm si conferamus cum hoc loco ea quæ scribuntur Matt. 23. 26. videri possit particula ὑμῶν potius pertinere ad ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας, per traiectionem, quæ huic nostro Euangelistæ est familiarissima. vt sic interpretari possimus, Sed quod intus est, (nempe intra patinam) plenum est vestra rapina. Matthæus enim apertè dicit patinas & pocula referta esse ipsorum rapinis. Agitur autem dé puro ciborum vsu, contra Pharisæorum sententiam, qui putabāt mundatis patinis omnia esse munda. Quasi verò (inquit Dominus) non sit potius habenda ratio eius quod intra patinam est quàm ipsius patinæ. Atqui dapes istæ quas apponitis, quanuis vobis mundæ videantur, quoniam patinas mundastis, & sunt ex earum genere quarum vsus in Lege conceditur: tamen alia ratione sunt immundæ, nimirum per rapinam & malitiam à vobis comparatæ. ¶ *Malitia, πονηρίας.* Vulgata, *Iniquitate*: id est ἀδικίας. Theophyl. *inuidia* interpretatur. Est enim hoc vitiū semper cum mala mente & malo animo coniunctum. Rapinæ autem id est violentæ extorsioni, additur πονηρία, id est quod malis artibus comparatur.

41 *Immò date, πλὴν δότε*, vel, *Quin potius*: sicut infrà 12, 31. Itaque Christus rapinæ & sceleri, quæ impediebant quominus isti purè vesci possent, opponit Charitatem, qua futurum sit vt sanctificetur quod intra patinam est, etiamsi ablutæ non fuerint patinæ, sicut admonet Daniel Nebucadnezarem vt peccata redimat eleemosynis, id est pro eo quòd tot regiones erat iniquissimè populatus, rapinas istas beneficentia pensaret. Est enim varius ac multiplex vsus istius particulæ, vt diximus Matt. 11. 22. Vulg. & Erasm. *Veruntamen date*: vt sit hæc sententia, Impurè quidem vescimini, vt nunc facitis, & hallucinamini magnopere: sed tamen remedium huic malo adferri potest: puta si ex vestris istis facultatibus per fraudem partis, dederitis eleemosynam. quomodo videlicet furtorum partem sibi vindicabant olim Ægyptij sacerdotes, quibus postea Romani sacrifici successerunt, qui suis sacrilegiis non contenti, sese pauperum loco substituere consueuerunt, vt accepta prædæ parte prædatores scilicet apud Deum absoluant. quam expositionem planè repudio. Quod autem attinet ad verbum δότε, adfert alteram etiam interpretationem Eras. putà si significet *Datis*, indicandi modo: vt sit hic sensus, Quod quum ita sit, id est quum intus abundètis rapina & scelere Dominus autem animi potiùs quàm patinarum puritatem requirat, tamen ita estis stulti, vt vos existimetis liberari ab omni rapina si paululum ex ea contuleritis in pauperes. Sed væ vobis. &c. Nam alioquin (inquit idem Eras.) durinsculè cohæret hæc adhortatio cum iis quæ præcedunt ac sequuntur. Qui enim conuenit vt quos modò fecerit

fecerit ita scelerosos, subitò data eleemosyna, velit vndiquaque mundos videri? hæc ille. Atqui non videntur hæc pati posse grammaticorum regulæ, vt δότε pro δίδοτε accipiatur; neque mihi facilè persuaserim vsquam extare similis enallages exemplum. Deinde hæc verba Et ecce omnia munda sunt vobis, ironicè essent explicanda: quod fieri vix potest quin coacta sit interpretatio. Neque verò durinsculè cohæret hæc adhortatio, quum nihil magis sit consentaneū quàm explicato morbo adhibere remedium: quod quidem quale sit non videtur Eras. (quod cum bona ipsius venia dictum esse velim) satis attentè considerasse.

¶ *Ea quæ penes vos sunt, τὰ ἐνόντα* vel. Pro facultatibus, ita vt κατὰ subaudiatur, & τὰ ἐνόντα vocet τὰ παρόντα, vt intellexit Syrus interpres siue τὰ ὑπάρχοντα, vt infrà 12. 33. Imò allusione quadam ad superius dicta, fortassis τὰ ἐνόντα vocat τὰ ἔσωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ πίνακος, id est quibus pocula & patinas replebant: ac si diceret Christus, Pro eo quod rapina & malè comparatis multis, quod vitium ablutione patinarū tolli somniatis, estote potius liberales in egenos, ex iis quæ vobis ad victum suppetunt. Vetus interpres cōuertit, *Quod superest*, id est τὸ λοιπὸν, seu potius τὸ περισσεῦον. quod non probo. Tertullianus rectius lib. 4. aduersus Marcionem, *Date quæ habetis eleemosynam.* Theophyl. rectè quidem τὰ ἐνόντα interpretatur τὰ ὑπάρχοντα ὑμῖν, id est *quæ vobis a[d]sunt*, siue *facultates vestras*, sed quòd existimat Christum maluisse dicere τὰ ἐνόντα quàm τὰ ὄντα, vt Pharisæorum auaritiam notaret, quia nimirùm diuitiæ insint atque adeò insident auari hominis animo, id mihi quidem subtilius videtur quàm vt admitti possit. Adfert Erasmus aliam interpretationem, vt τὰ ἐνόντα positum sit absolutè pro τὸ ἐνὸν, vt intelligas, quæ facta sunt, fieri infecta non posse: illud autem restare, quod sit in eorum potestate, vt rapinas pensent eleemosynis. Sed hoc non est concedendum, nisi commoda interpretatione explicetur, ita videlicet, vt restituto, quoad eius fieri potest, quod malis artibus quæsiuimus, de nostro simus liberales. Neque enim existimandum est eum facere quod Deo gratum esse possit, qui ex malè quæsitis partem sibi seruet, partem pauperibus aut Deo etiam ipsi decidat, nedum vt hac ratione pro peccatis satisfaciat. Hinc illæ querelæ toties apud Prophetas repetitæ aduersus eos qui externo cultu putabant se Dei fauorem mereri, quæcunque animum ad hæc sacra attulissent, quum (vt rectè scribitur Ecclesiastici 34. 24) qui è bonis pauperum sacrificat, similis sit ei qui mactat filium coram patre.

καὶ ἰδοὺ, πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν.

42 Ἀλλ᾽ οὐαὶ ὑμῖν τοῖς Φαρισαίοις, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ πήγανον καὶ πᾶν λάχανον, καὶ παρέρχεσθε τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ. ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.

43 Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς Φαρισαίοις, ὅτι ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς.

44 Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω οὐκ οἴδασιν.

45 Ἀποκριθεὶς δέ τις τῶν νομικῶν λέγει αὐτῷ, Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις.

sunt date in eleemosynam: & ecce, omnia erunt vobis pura.

42 Sed væ vobis Pharisæis, qui decimatis mentham & rutam, & quoduis olus, sed præteritis iudicium & charitatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

43 ‖ Væ vobis Pharisæis, qui diligitis primum consessum in conuentibus, & salutationes in foris.

44 ‖ Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui estis vt monumenta quæ non apparent, & *quæ* nesciunt ij qui super *ea* ambulant.

45 Respondens autem quidam ex Legis interpretibus, ait illi, Magister, quum hæc dicis, etiā nos afficis iniuria.

perest, date eleemosynam & ecce, omnia mūda sunt vobis.

42 *Sed væ vobis Pharisæis, quia decimatis mentham & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium & charitatem Dei. hæc autē oportuit facere, & illa nō omittere.*

43 *Væ vobis Pharisæi quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.*

44 *Væ vobis, quia estis vt monumenta quæ nō apparent, & homines ambulantes suprà nesciunt.*

45 *Respondēs autem quidam ex Legisperitis ait illi, Magister, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis.*

Hypocritarum est minuta persequi, præcipua omittere.

Infr. 20. 46. matt. 23. 6. mar. 12. 38. Hypocrisis & ambitio plerumque coniunctæ. Matt. 23. 27. Hypocritæ externo aspectu fallunt.

¶ *[In] eleemosynam, ἐλεημοσύνην.* Cohæret ἐλεημοσύνην cum τὰ ἐνόντα per appositionem non modò Hebræis, sed etiam Græcis familiarem, quamobrem etiam Syrus interpres, proposita litera ב vertit בזדקתא [*bezadketha.*] Sic Isocrat. ad Demonicum, ἀπόδεικνυε οὖν τοῦτο τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλίας, σημεῖον δὲ τῆς πρὸς Ἱππόνικον συνηθείας. Sic etiā Plautus in Trinummo, *Est ager* (inquit) *sub vrbe nobis, eum dabo dotem sorori.* In qua constructione interdum etiam additur præpositio, sicut nos hîc expressimus. ¶ *Erunt, ἐστι*: id est ἔσται, vt etiam scriptū legimus in quodam exēplari, quāuis retineri etiam possit præsentis temporis significatio.

42 *Sed væ vobis, ἀλλ᾽ οὐαὶ ὑμῖν.* Optimè hæc cohærent cum superioribus, vt minimè dubium sit quin ἀλλὰ sic conuerti oporteat. Quum enim mentionem fecisset beneficentiæ, futurum erat vt hic Pharisæi suas decimas obiicerent. Ostendit igitur Dominus quantum absint à vera liberalitate, quantumuis externam illius speciem præ se ferant. Huc pertinet quod ait Paulus 1. Corinth. 13. 3.

¶ *Qui, ὅτι.* In plerisque Vulgatæ editionis codicibus non legitur *Quia*, sed *Qui*, tum hoc versiculo, tum etiam aliis sequentibus: quam lectionem germanam esse puto. Commodè tamen etiam vertemus, *eò quod*, vel *nam decimatis* vel, *Decimatis enim*, eâdem ratione in versiculis sequentibus seruata.

¶ *Decimatis, ἀποδεκατοῦτε.* id est, decimam partem deciditis, nimirum ex Dei Lege persoluendam, vt infrà 18. 12 quemadmodum Latinis dicebatur legio decimari, quum decimus quisque ad supplicium legebatur ex militari disciplina. Alij contrà ad auaritiam Pharisæorum hoc referunt, qui ex quibusuis colligerent decimas. Et certè hoc etiam sensu accipitur verbum ἀποδεκατοῦν. Hebr. 7. 5. quod huic loco non conuenit. Mentionem autem fieri inter olera, menthæ & ruthæ, quarum hodie rarus est in cibis vsus, nemo mirabitur qui Plinium, ipsúmque adeò Apitium legerit. ¶ *Et quoduis olus, καὶ πᾶν λάχανον*: vel: id est omne genus olerum, vt rectè explicat Augustinus in Enchiridio ad Laurentium, cap. 99. simili ratione docens exponi oportere quod ait Apostolus 1. Timoth. 2. 4. Deum velle omnes homines saluos fieri. ¶ *Iudicium, τὴν κρίσιν.* Hebraicè משפט [*mischpat,*] id est quod iustum & æquum est. Complectitur enim hoc vocabulum alteram illam partem iuris gentium, QVOD TIBI FIERI NOLIS, ALTERI NE FACIAS. Charitas autem Dei ad primam tabulam spectat, quæ quidem præcipua est, adeo vt illa ab hac diuelli nullo modo possit. Erasmus autem iudicium facit duplex: vnum hominum, quando ex cultu externo metimur pietatem: alterum Dei, quum ex animi affectu pietas æstimatur. Duplicem item charitatem: vnam hominum, quum leuiculo beneficio afficitur proximus: alteram Dei, quum in iis succurritur homini quæ ad æternam illius salutem pertinent. Sed hæc (vt opinor) ad hunc locum non spectant. Nam neque iudicium hîc accipitur pro animi opinione, aut sententia: neque vocabulum Θεοῦ est repetendum ἀπὸ κοινοῦ: neque charitas Dei aliud hîc declarat quàm eum amorem quem Deo debemus. ¶ *Hæc autem oportuit, ταῦτα δὲ ἔδει.* Ita interpretatur Vulg. editio, & particulam δὲ additam reperimus in duobus codicibus vetustis. Erasmus, *Imò oportuit, μᾶλλον δὲ ἔδει.* Dicit autem Christus oportuisse illa fieri, quoniā ex Lege debebātur decimæ Leuitis.

46 Ὁ δὲ εἶπε, Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαὶ, ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα, καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις.

46 Ipse autē dixit, ‖Væ vobis quoque Legis interpretibus, quoniam oneratis homines oneribus difficilibus portatu, sed ipsi vno ex digitis vestris non attingitis onera.

46 *At ille ait, Et vobis Legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas.*

Matt. 23.4 act. 15.10 Hypocritæ in alios seuerissimi omnia sibi indulgent.

47 Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν, οἱ δὲ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς.

47 Væ vobis, quoniam ædificatis monumenta Prophetarum, patres autem vestri interemerunt eos,

47 *Væ vobis, quia ædificatis monumenta Prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos.*

48 Ἄρα μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν· ὅτι αὐτοὶ μὲν ἀπέκτειναν αὐτοὺς, ὑμεῖς δὲ οἰκοδομεῖτε αὐτῶν τὰ μνημεῖα.

48 Nempe testimonio vestro vltrò cōsentitis factis patrum vestrorum: quoniam illi quidem eos interemerunt, vos autem ędificatis eorū monumēta.

48 *Profectò testificamini quòd consentitis operibus patrum vestrorum: quoniā ipsi quidem eos occiderūt, vos autem ædificatis eorum sepulchra.*

49 Διὰ τοῦτο καὶ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ εἶπεν, Ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι καὶ ἐκδιώξουσιν.

49 Propterea etiam Sapientia Dei dixit, Mittam ad eos Prophetas & Apostolos, & ex ipsis aliquos interiment, & aliquos expellent.

49 *Propterea & Sapientia Dei dixit, Mittam ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur.*

50 Ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα πάντων τῶν προφητῶν, τὸ ἐκχυνόμενον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

50 Vt à gente ista requiratur sanguis omnium Prophetarum effusus à iacto mundi fundamento.

50 *Vt inquiratur sanguis omniū Prophetarum qui effusus est à constitutione mundi, à generatione ista.*

51 Ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου, τοῦ ἀπολομένου μεταξὺ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ τοῦ οἴκου. ναὶ, λέγω ὑμῖν, ἐκζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

51 ‖A sanguine Abelis vsque ad sanguinem‖Zacharię, qui periit inter altare & ædem: profectò, dico vobis. *hic sanguis* requiretur ab hac gente.

51 *A sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem: ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.*

Gen. 4.8 2. Paralip. 24.21

52 Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε.

52 Væ vobis Legis interpretibus, quoniam sustulistis clauē cognitionis: ipsi nō introistis, & eos qui introibāt prohibuistis.

52 *Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clauē scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.*

Iampridem ij præcipuè arcēt populum ab aditu cognitionis Dei, quos oportuit esse Ecclesiæ ianitores.

53 Λέγοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα πρὸς αὐτοὺς, ἤρξαντο οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων·

53 Quū autem hæc eis diceret, cœperūt Scribę & Pharisæi vehementer *ipsi* imminere, & eū allicere ad loquendū de multis:

53 *Quum autem hæc ad illos diceret, cœperūt Pharisæi & Legis periti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis:*

Euadit quidē mundus eo deterior, quo magis reprehenditur, sed nihilominus minimè prodenda veritas.

48 *Testimonio vestro*, μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε. Vulgata, *vltro consentitis*. vide suprà 4. 22. Testimonium autem hoc non sumit Christus à præpostera illa cura exornandi martyrum sepulchra, sed ab ipsorum Pharisæorum moribus, vt qui patrum exemplo contra veros Dei seruos furerent, ac proinde, quamuis pietatis studium prætexerent, reuera tamen Prophetarum monumenta exornando, tanquam trophæa quædam auitæ crudelitatis erigerent. ¶ *Vltrò consentitis*, συνευδοκεῖτε. Vide Act. 8.1.

49 *Ex ipsis [aliquos,]* ἐξ αὐτῶν. Subaudiendum est τινὰς in Græco, quod Latinè expressimus, Vide Matthæi 23.34. & 27.9. & Act. 21. versu 16. ¶ *Expellent* ἐκδιώξουσιν: id est, ita insectabuntur vt tandem expellant. Vulgata & Erasmus, *Persequentur*, id est διώξουσιν. Ita enim etiam excudit Frobenius. sed vetusti codices legunt ἐκδιώξουσιν, quod quidem est multo ἐμφατικώτερον.

50 *Vt requiratur sanguis*, ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα. Hebraicè דם כל הנביאים ידרש [*dam chol hanebiim ïdaresch*:] id est, vt ratio à vobis reposcatur, atque adeo pœnæ exigātur fusi sanguinis Prophetarū. Cæterùm illud ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, id est, à gente ista, quum in Græcis ponatur in extremo versiculo, collocaui potius in principio, vt studerem perspicuitati, nequis videlicet connectat cum participio, ἐκχυνόμενον. Nam potius cohærere cū ἐκζητηθῇ, apparet ex fine proximi versiculi. ¶ *Effusus*, τὸ ἐκχυνόμενον. Eras. *Qui effunditur*. Atqui rectius (ni fallor) vetus interpres animaduertit præsens pro præterito, aut potius pro futuro exacto vsurpatum.

52 *Sustulistis*, ἤρατε: id est ἀπεκρύψατε καὶ ἤρατε, abscondistis & sustulistis è medio, vt nusquam compareat. Sic enim rectè (meo quidem iudicio) interpretatur Theophylactus. Nam quòd Erasmus existimat potius significari Scribas tulisse, id est in se recepisse & gestandas suscepisse claues cognitionis, quia nimirum sibi solis cognitionem Legis & docendi munus arrogabant: quamuis verè dicatur, tamen non possum probare.

53 *Quum autem hæc eis diceret*, λέγοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα πρὸς αὐτούς. In quodam codice scriptum erat, καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντος αὐτοῦ, Et eo illinc egresso. ¶ *Imminere*, ἐνέχειν. Vulgata & Erasmus, *Insistere*. vide Mat. 9. 19. In Complutensi editione & quodam alio codice legimus συνέχειν, id est vrgere & quasi comprimere. Meus autem vetustissimus codex, habet δεινῶς ἔχειν, id est [*istud*] *grauiter ferre*. ¶ *Et eum allicere ad loquendum*, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτόν. Sic legimus in omnibus nostris vetustis codicibus, si duos tantùm excipias, in quibus scriptum erat ἐπιστομίζειν, eadem manente sententia. Sed vtrouis modo legas, rectè (vt arbitror) Erasmus in eo reprehendit Veterem interpretem quòd ἀποστοματίζειν verterit *Os opprimere*, quum id potius declaret τὸ ἐπιστομίζειν, quo vtitur Apostolus. Tit. 1. 11. neque vlla ratione videatur hæc expositio posse conuenire. Nam qui ex cuiuspiam ore aliquid aucupatur vnde creet illi periculum, potius eum conatur ad loquendum prouocare quàm os ipsi occludere. Theophylactus aliam præterea interpretationem adfert, quasi ἀποστοματίζειν declaret ἀπὸ τοῦ στόματος ἀγρεύειν: id est, vt vernaculo nostro sermone optimè explicamus, *prendre par le bec*. Sed neque hoc verbum vsquam reperio vsurpatum ea significatione; neque hæc expositio admitti potest, quin fateamur Lucam valde impropriè loquutum, vt qui dicat Scribas cœpisse ipsum ἀποστοματίζειν, id est (si hanc interpretationem recipiamus) in sermone illaqueare: quum potius dicendum fuerit ipsos id esse conatos quod tamen nunquam vel minima ex parte obtinuerant. Quid igitur? Erasmus in hunc locum multa annotat eruditè, sed quid potissimùm sequatur non ostendit. Ego verò ingenuè dicam quod sentio. Ἀποστοματίζειν reperio apud Athenæum pro memoriter aliquid referre, cuius exemplum profert Erasmus apud Platonem autem in Euthydemo, accipitur ἀπομνημονεύειν, dicitúrque de Grammaticis qui pueris ore suo verba præfantur, vt subsequantur illi, aut dictata excipiant: vnde Horatius, *Occidit miseros crambe repetita magistros*, loquens nimirum περὶ τῶν ἀποστοματιζόντων

id est de iis quæ præceptor viua voce solet discentibus inculcare: quo verbo vtitur etiam in ea significatione Aristoteles Elenchorum capite tertio. Postremò apud Plutarchum in Theseo vsurpatum reperio μεταβατικῶς pro eo quod Latini dicunt Recitare & ore suo pronuntiare, sed cum quadam energia: vt furentes vates finguntur suos versus cum impetu repentè profundere. Loquitur enim de quadam Sibyllæ prædictione. Hæc autem omnia quum inter se comparo, venio in eam opinionem vt hoc loco putem ἀποστοματίζειν accipi forma Hebrææ coniugationis Hiphil, sicut passim alia multa obseruauimus: & eo significari quod sequenti versiculo declaratur, nempe conatos fuisse Pharisæos, multis ac variis propositis quæstionibus, varia ab ipsius ore responsa elicere: quòd fore sperarent vt aliquid aut nimium liberè, aut ambiguè, aut denique non satis consideratè effugiret, vnde arriperent calumniandi occasionem. Itaque conuerti ἀποστοματίζειν αὐτόν, *eum allicere ad dicendum*, vel *loquendum*, vt Græci vocabuli vim aliquatenus saltem adumbrarem. Erasmus interpretatur. *Capiosè eum interrogare*: quæ interpretatio ferè eandem habet sententiam, sed à Græci verbi genuina explicatione paulo longius discedit, vt sequens versiculus ostendit. Nam (vt paucis dicam) ἀποστοματίζειν αὐτόν, nihil aliud declarat quàm θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ: id est, Venari quippiam ab ipsius ore, quod statim subiicitur. Syrus autem interpres videtur tale quidpiam Græcè legisse, ἀγανακτεῖν καὶ ὀργίζεσθαι καὶ ἐνεδρεύειν τοὺς λόγους αὐτοῦ, id est indignari: & irascebantur, & aucupabātur ipsius sermones. Meus verò vetustissimus codex pro ἀποστοματίζειν αὐτόν habet συμβάλλειν αὐτῷ, *Cum ipso certare*. Sed hæc omnis varietas verborum est non rerum: inde, opinor, orta, quòd illa nō admodum vsitata ἐνέχειν & ἀποστοματίζειν quum nonnulli aliis magis familiaribus formulis loquendi, vel in albo librorum, vel inter lineas annotassent, librarij quidem primi omnia in contextum reposuerunt, his autem successerunt qui vnis dispunctis, alia receperunt. Itaque receptam lectionem Græcam omnino retinendam censeo.

54 Ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, καὶ ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.

54 Insidiantes ei, & cupidè venantes aliquid ex ipsius ore, vt eum accusarent.

54 *Insidiantes ei, & quærētes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.*

Κεφάλαιον ιβ.

CAP. XII.

CAP. XII.

1 Ἐν οἷς ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου, ὥστε καταπατεῖν ἀλλήλους, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Πρῶτον προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, ἥτις ἐστὶν ὑπόκρισις.

1 INterea ‖ quum aggregata esset permulta turba, adeo vt alij alios cōculcarent, cœpit dicere discipulis suis, In primis cauete vobis à fermēto Pharisæorum, quod est hypocrisis.

1 *MVltis autem turbis circumstantibus, ita vt inuicem conculcarent cœpit dicere ad discipulos suos, Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.*

Matt. 16.6 marc. 8.14 Fidelibus doctoribus constitutis, cauendi sunt in primis qui impuritatem doctrinæ speciosis commentis inficiunt, deinde danda opera vt palàm & intrepidè auxilio Dei freti, sinceram doctrinam proponant.

2 Οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται· καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται.

2 ‖Nihil enim opertū est, quod non reueletur: & nihil occultū, quod non innotescat.

2 *Nihil autem opertum est, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciatur.*

3 Ἀνθ' ὧν ὅσα ἐν τῇ σκοτίᾳ εἴπατε, ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται· καὶ ὃ πρὸς τὸ οὖς ἐλαλήσατε ἐν τοῖς ταμείοις, κηρυχθήσεται ἐπὶ τῶν δωμάτων.

3 Propterea quæ in tenebris dixistis, in luce audientur: & quod in aurem loquuti estis in conclauibus, prędicabitur in solariis.

3 *Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem loquuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.*

Matt. 10.26 marc. 4.22 sup. 8.17

4 Λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς φίλοις μου, μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, καὶ μετὰ ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι.

4 Dico autē vobis amicis meis ne metuite *vobis* ab iis qui interimunt corpus, & postea non habent quod amplius faciant.

4 *Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab iis qui occidunt corpus, & post hac non habent amplius quid faciant.*

Etiamsi hypocritæ principes habeant suæ credulitatis ministros, nulla tamen causa est cur vel tantillum trepidemus: quum illi nihil possint nisi quod Deus volet, nec vnquam velit Deus quod repugnet suorū saluti.

5 Ὑποδείξω δὲ ὑμῖν τίνα φοβηθῆτε· φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι, ἐξουσίαν ἔχοντα ἐμβαλεῖν εἰς τὴν γέενναν· ναὶ, λέγω ὑμῖν, τοῦτον φοβήθητε.

5 Præmonstrabo autem vobis quem metuatis: metuite eum qui postquam interemit, habet auctoritatem coniiciendi in gehennam: etiam dico vobis, hūc metuite.

5 *Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete.*

6 Οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ;

6 ‖Nōnne quinque passerculi væneunt assariis duobus? & *tamen* vnus ex iis non est in obliuione in conspectu Dei?

6 *Nōnne quinque passeres vaneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo?*

Matt. 10.29

54 *Insidiantes ei*, ἐνεδρεύοντες αὐτόν. Hîc demum habet Syrus interpres περὶ πολλῶν, *in multis*. quæ superiorem versiculum finiunt. ¶ *Cupidè venantes*, ζητοῦντες θηρεῦσαι. Vulg. *Quærentes capere*. Erasm. *Quærentes venari*: vterque nimium obscurè.

IN CAP. XII.

1 *Interea*, ἐν οἷς. Ad verbum, *Inter quæ*, id est, quæ dum gererentur. Hoc est omnino quod vernaculo sermone dicimus, *en ces entrefaictes*. Vulgata & Erasmus, *Autem*, id est δέ. ¶ *Quum aggregata esset*, ἐπισυναχθεισῶν. Vulgata. *Circumstantibus*, περιεστώτων. vel, vt meus vetustissimus codex habet, περιεχόντων κύκλῳ. Erasmus, *Quum conuenisset*, συνελθουσῶν. ¶ *Permulta turba*, μυριάδων. Sic rectè Valla. positus est enim definitus numerus pro infinito. Vulg. *Multis*, quod est nimis dilutum. Eras. *Innumera turba multitudo*.

3 *Propterea*, ἀνθ' ὧν. Vulgata & Erasmus, *Quoniam*: quasi sit ratio superioris dicti, quum potius sit consequutio quæ inde colligitur.

4 *Metuite*, φοβηθῆτε. Vulg. & Eras. *Terreamini*: sensu non multum diuerso, sed tamen non satis rectè, quum τὸ φοβεῖσθαι nunquam (quod sciam) passiuè in his libris accipiatur.

5 *Præmonstrabo*, ὑποδείξω. De impendentibus periculis monet, quoniam improuisa vehementius feriunt. Itaque non est otiosa præpositio, quam tamen neglexerunt Vetus interpres & Erasmus. Vide Matth. 3.7.

6 *Assariis*, ἀσσαρίων. Vulg. *Dipondio*, i. assibus duobus. Eras. *Minutis assibus*. Vide Matt. 10.29. Iudicent tamen rei nummariæ peritiores, num vilior aliquis nummulus significetur, cuiusmodi volunt quidā fuisse quos Assarim Hebręi vocarunt Latina corrupta voce, non tamen eiusdem pretij atque Asses, sed qui quaterni obolū, i. sextam drachmæ partē efficerent, vt diximus Matt. 10. 29. Sed ista certè perobscura sunt adhuc, nec etiam ad istorum Christi dictorum intelligendam sententiam prorsus necessaria. ¶ *Duobus*, δύο. Sic [illegible] locū esse distinguēdum, neque interrogationis notā ad posterius membrum pertinere res ipsa ostendit. Nā hæc interrogationis nota innuit affirmationem certam, vt rei vulgò notæ: at posterioris sententiæ alia ratio est, vtpote quæ consolationis vice addatur à Christo, contra vulgi opinionem, potius existimantis Deum ista vilia & tam exigua non curare. Idcirco adieci in posteriore membro aduersatiuam particulam, vt mox quoque vers. 24.

Act. 27.34

Sup. 9.26. mat. 10.32. 2. tim. 2.12. Ingens confessionis cõfessionis merces, horrenda abnegationis pœna, atque adeò irreuocabilis si dedita opera ore & animo blasphemetur cognita veritas. Matt. 12.31. mar. 3.29. 1. ioh. 5.16. Matt. 10.19. mar. 13.12. Magnum est confessionis certamen, sed vel infirmissimis certantibus non deerit suo tempore qui omnia potest.

Christus tribus de causis recusat esse familiæ herciscundæ iudex. Primò ne carnalem Iudæorum de Messiæ regno opinioné foueat: secundò vt politicum imperium ab Ecclesiastico ministerio distinguat: tertiò vt iis occurrendũ doceat, qui Euangelii prætexta, atque adeò ministrorum nomine ad priuata sua commoda abutuntur.

Ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠρίθμηνται. μὴ οὖν φοβεῖσθε· πολλῶν στρουθίων διαφέρετε.

Λέγω δὲ ὑμῖν, Πᾶς ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ.

Ὁ δὲ ἀρνησάμενός με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρνηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ.

Καὶ πᾶς ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημήσαντι, οὐκ ἀφεθήσεται.

Ὅταν δὲ προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, μὴ μεριμνᾶτε πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε, ἢ τί εἴπητε·

Τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἃ δεῖ εἰπεῖν.

Εἶπε δέ τις αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄχλου, Διδάσκαλε, εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπε, τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς;

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας· ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ.

Εἶπε δὲ παραβολὴν πρὸς αὐτοὺς λέ-

7 Quinetiam capilli capitis vestri omnes numerati sunt. ne igitur metuite: multis passerculis præstatis.
8 Dico autem vobis, Quisquis me agnouerit coram hominibus, Filius quoque hominis agnoscet eum corã Angelis Dei.
9 Qui verò me abnegauerit in conspectu hominũ, abnegabitur in conspectu Angelorũ Dei.
10 Et quisquis loquutus fuerit aduersus Filium hominis, ei remittetur: ei verò qui aduersus Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur.
11 Quum autem adduxerint vos ad synagogas & ad magistratus ac potestates, ne soliciti estote quomodo aut quid pro defensione allaturi aut quid dicturi sitis:
12 Spiritus enim sanctus docebit vos eo ipso momento, quæ oporteat dicere.
13 Dixit autem ei quidam è turba, Magister, dic fratri meo vt partiatur mecum hæreditatem.
14 Ipse verò dixit ei, Heus tu quis me vobis iudicem aut partitorem præfecit?
15 Dixit igitur eis, Videte, & cauete ab auaritia. nec enim cuiusquã vita ex iis quę ipsi suppetunt, in eo sita est vt redundet.
16 Dixit autem eis parabolam

7 *Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis.*
8 *Dico autem vobis, Omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis cõfitebitur illum coram Angelis Dei.*
9 *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.*
10 *Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur.*
11 *Quum autem inducent vos in synagogas & ad magistratus & potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis:*
12 *Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.*
13 *Ait autem ei quidam de turba, Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem.*
14 *At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos?*
15 *Dixitque ad illos, Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex iis quæ possidet.*
16 *Dixit autem similitu-*

8 *Me*, ἐν ἐμοὶ: vt paulò pòst ἐν αὐτῷ declarat αὐτὸν, *eum*, vt ex Matthæo liquet. Et quæ in hunc locum commentatur Theophylactus, certè ad rem non pertinent. Vide Matth. 10. 32.

14 *Heus tu*, ἄνθρωπε. Vulgata & Erasmus, ad verbum, *Homo*. Vide suprà 5. 20.

15 ἀπὸ πάσης τῆς πλεονεξίας. Vulgata, *Omni auaritia*. id est πάσης πλεονεξίας, vt in quodam codice scriptum inuenimus. Significat autem πλεονεξία immodicam acquirendi cupiditatem, etiam cum aliorum detrimento. Itaque latius patet quàm φιλαργυρία. ¶ *Nec enim*, &c. ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ. Quidam codices ἐστὶν proximè coniungunt cum negante particula & rectius, vt opinor. Præterea quædã exemplaria legunt ἡ ζωὴ αὐτοῦ, pro ἡ ζωὴ αὐτοῦ: quædam etiam ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ, eadem tamen manente sententia. Syrus interpres simpliciter habet. *Nec enim in redundantia facultatum est ei vita.* vt planè videatur legisse. οὐ γὰρ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ ἡ ζωή ἐστι, quod planissimum est. Eadem tamen manet sententia etiam si receptam lectionem sequamur, quę vt magis esset perspicua, coactus sum constructionem verborum nonnihil immutare. Quia verò ita collocata sunt vocabula in hoc membro vt nonnulla sit huius loci obscuritas, aliorum sententias paucis explicabo, & meam quoque confirmabo, nequis nouitate offendatur. Quidam igitur τινὶ construunt cum ζωή: quorum sententiam si sequamur, necesse est (opinor) dicamus relatiuum αὐτοῦ, quod sequitur post ζωή, abundare ex Hebræorum idiotismo. Quidam coniungunt cum περισσεύειν, sed ita vt sit neutrius generis, neque de persona, sed de re dicatur. vt περισσεύειν τινὶ, significet re quapiam abundare: quorum sententiam multis de causis repudio. Coniungo tamen τινὶ cum περισσεύειν, ita vt pronomen αὐτοῦ non redundet, & ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ, idem declaret atque ἐν τῷ περισσεύειν τινά: id est, quã quispiã abundat. Puto enim περισσεύειν vel impersonaliter poni, vt in illo Philostrati in Heroicis περισσεύει σοφίας αὐτῷ, id est, abundat sapientia: vel si hoc cuipiam videtur durius, subaudiendum relatiuum αὐτῷ videlicet ὑπάρχοντα. Non desunt etiam qui putent hîc damnari auarorum ingenium, plerunque inter medias opes esurientium, quo nomine iubeat Christus vt auaritiam detestemur. Sed præterquam quòd ne hoc quidem cohæret cum sequente similitudine, videtur etiam detorta expositio, si hæc verba, *Non est ipsi vita ex facultatibus suis*, interpreteris, *Non fruitur bonis suis*. Theophylact. autem totum hoc, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ, in commentario non attingit: & illud ζωὴ ἐστιν, exponit de vitæ prorogatione: quia (inquit) οὐ συνεκτείνεται τὸ τῆς ζωῆς μέτρον τῇ περιουσίᾳ: id est, vitæ modus non producitur vnà cum facultatum incremento. quæ interpretatio congruit quidem exemplo quod mox subiicitur sed mihi non satisfacit. Est igitur (vt arbitror) germana hæc sententia. Christus, vt suos ab ista immodica opum cupiditate deterreat, euertit illud ipsum quo nituntur eiusmodi hominum co[illegible]a. Solent enim homines vitæ suæ præsidia in opibus collocare, adeo vt quo quisque ditior est, eo minus omnia pericula atque adeo ipsam mortem reformidet. Hinc illa diuitum arrogantia & stupinitas, quasi Deum ipsum in cistis & horreis inclusum habeant in potestate. Contrà verò ostendit Dominus, Primùm, neminem viuere ex eo quod ipsi superest. Deinde incertam esse omnium istarum rerum possessionem, nec illis posse vitam vel ad momentum prorogari, quòd ea sita sit in vnius Dei potestate, qui solus eam largitur, & conseruat quandiu ipsi libet: quod argumentum copiosissimè persequitur Solomon in Ecclesiaste. Quorsum igitur quispiam à diuitiis pendeat, vt ij solent qui de iis in dies accumulandis tantopere sunt soliciti? Est autem in primis seruanda propria notatio τοῦ περισσεύειν, de qua diximus Matth. 5. 37. & Marc. 12. 44. vt auarorum cupiditas infinita significetur, non autem vel res ipsæ ad vsum nostrum creatæ damnentur, vel honestum tuendæ vitæ studium.

16 *In*

γων, Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα·

Καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ, λέγων, Τί ποιήσω, ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου;

Καὶ εἶπε, Τοῦτο ποιήσω· καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω· καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννήματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου·

Καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου, Ψυχὴ ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά. ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου.

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεός, Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται;

Οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν.

Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Διὰ τοῦτο ὑμῖν λέγω, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε· μηδὲ τῷ σώματι, τί ἐνδύσησθε.

Ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος.

Κατανοήσατε τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν· οἷς οὐκ ἔστι ταμεῖον, οὐδὲ ἀποθήκη· καὶ ὁ Θεὸς τρέφει αὐτούς· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς διαφέρετε τῶν πετεινῶν;

Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα;

Εἰ οὖν οὔτε ἐλάχιστον δύνασθε, τί περὶ τῶν λοιπῶν μεριμνᾶτε;

in hæc verba, Hominis cuiusdam diuitis exuberarat regio:
17 Itaque ratiocinabatur apud se, dicens, Quid faciam? nec enim habeo vbi congregem fructus meos.
18 Et dixit, Hoc faciã: destruam horrea mea, & maiora ædificabo: & illic congregabo omnes prouentus meos, & bona mea:
19 Et dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona reposita in annos multos: requiesce, ede, bibe, oblectare.
20 Dixit autem ei Deus, Amens, hac nocte anima tua repetitur abs te: quæ verò parasti, cuius erunt?
21 Ita *est* qui thesaurum recondit sibi, nec est in Deo diues.
22 Dixit autem discipulis suis, Propterea dico vobis, ne soliciti estote de anima vestra, quid esuri sitis: neque de corpore, quo sitis induendi.
23 Anima plus est quàm alimentũ, & corpus quàm indumentũ.
24 Considerate coruos neque serere, neq; metere: quibus non est cella neque horreum, & *tamen* Deus alit eos: quanto vos præstatis volucribus?
25 Quis autem ex vobis solicitè cogitando potest apponere ad staturam suam cubitum vnum?
26 Itaque si ne rem quidem minimã *præstare* potestis, quid de reliquis illis estis soliciti?

dinẽ ad illos, dicens, Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit:
17 *Et cogitabat intra se dicens, Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos?*
18 *Et dixit, Hoc faciam: destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc cõgregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea:*
19 *Et dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.*
20 *Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt?*
21 *Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues.*
22 *Dixitque ad discipulos suos, Ideo dico vobis, nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis: neque corpori, quid induamini.*
23 *Anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum.*
24 *Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt: quibus non est cellarium neque horreum, & Deus pascit illos: quanto magis vos pluris estis illis?*
25 *Quis autem vestrùm cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?*
26 *Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris soliciti estis?*

Ecc. 11.19. Nulli dementiores quàm diuites qui ab opibus suis pendent.

Matt. 6.25. 1. pet. 5.7. Psal. 55.23. Seria cogitatio de prouidentia Dei remedium præbet aduersus stultissimas & maximè anxias hominum de hac vita sollicitudines.

16 *In hæc verba* λέγων. Hebraicus pleonasmus, vt infrà 14. 3. & sic etiam Herodotus in Euterpe, ἔφη λέγων. ¶ *Exuberarat*, εὐφόρησεν. Vulg. & Erasm. per periphrasin, *Vberes fructus attulit.* ¶ *Regio*, ἡ χώρα. Vulg. & Eras. *Ager*, id est χωρίον. Videtur autem emphasis esse in hoc verbo, quã etiam annotat Theophylactus, quasi iste non fundum quempiam, sed totam aliquam regionem possederit, vt ij solent qui domum domo, agrum agro cõiungunt, de quibus Esaias 5. 8.

17 *Ratiocinabatur*, διελογίζετο. Mirè conuenit verbum λογίζεσθαι, quoniam istiusmodi homines totam vitam in subducendis rationibus consumunt.

19 *Oblectare*, εὐφραίνου Sardanapali vox, ab Epicuro repetita, & ab ipsius haræ porcis, hoc præsertim tempore nimium multis, studiosè obseruata. Vulg. *Epulare*, quod non satis latè patet. Erasmus, *Gaude*, χαῖρε. Est autem hæc suiipsius compellatio Hebræis familiaris. Sic etiam apud Homerum Vlysses seipsum adhortatur his quæ sequuntur verbis, τέτλαθι δὴ κραδίη.

21 *Sibi*, ἑαυτῷ: id est, sese respiciens. In vno codice legimus ἐν ἑαυτῷ ex quo intelligatur dici aliquis πλούσιος εἰς Θεόν quando omnia præsidia in vno Deo collocat, vt εἰς Θεόν, idem declaret atque ἐν Θεῷ, cui opponitur ἐν ἑαυτῷ. ¶ *In Deo*. εἰς Θεόν. vel apud Deum, id est Dei respectu. Iubet enim nos Deus thesaurizare in cælis, ac proinde ab vnica eius prouidentia pendere: qua de re Apostolus 1. Tim. 6. 17. 18. 19. Vulgata, *In Deum*, Erasmus, *Erga Deum*. Vtranque interpretationem repudio, nequis ex ea occasionem arripiat statuendi operum merita, quamuis bonis operibus gratuitam mercedem constitutam esse non negem. Sed omnino, πλουτεῖν ἐν Θεῷ, dici videtur qui in dies augescit in Dei cognitione sic diuites iubet Apostolus 1. Tim. 6. 18. πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς. Cæterùm in quinque vetustis codicibus post πλουτῶν, id est *Diues est*, subiicitur, ταῦτα λέγων, ἐφώνει, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, *Hæc dicens, clamabat; Qui habet aures ad audiendum, audiat.* Et hęc quidem optimè conueniunt: quũ nulli sint ad hęc audiẽda surdiores, quàm quorum animus est in hæc caduca deflexus.

24 *Neque serere*, ὅτι οὐ σπείρουσι. Sic Terentius vt alibi annotauimus aliquoties, *Obserua filium quod agat*. pro, *Obserua quid filius agat*. Syrus videtur pro ὅτι legisse οἱ, idque (opinor) rectius, vt etiam suprà 11. 42. ¶ *Cella*, ταμεῖον: vel *Cellarium*, vt vertit Vetus interpres: sed illud est magis vsitatum. Erasmus, *Penuarium*, quod vocabulum non memini legere. Alibi ταμεῖον vertim[illegible]claue, an re non prorsus eâdem. ¶ *Est [tamen] De*[illegible] *Ellipsin particulæ aduersatiuæ non dissimilem ob*[illegible]mus Mat. 2. 6.

25 *Cubitũ vnum*, πῆχυν ἕνα. Atqui cubiti mẽsura non est minima staturæ humanæ portio. Nõ est igitur istud ad cubiti mẽsuram, in sese, siue relatè, ad corporis totius staturam consideratam, sed ad vitæ ipsius & corporis conseruationem referẽdũ: de quibus instituta est oratio, & præ quibus minima quædam res est corporis incrementum si vel ad cubitum vsque excreuerit. Sed & hoc obseruandum est Christum sic nomen ἡλικίας & πήχεως vsurpare, quoniam de corporis alimento & vestitu sermo erat institutus, vt tamen multo longius feratur ipsius oratio, nempe ad redarguendos in genere quicunque sua sorte non contenti, altissima quæque captant, & vt eò perueniant perpetua sese sollicitudine incerti excarnificant.

26 *De residuis illis*, περὶ τῶν λοιπῶν. Vulg. de cæteris, articulo malè prætermisso. Deinde τὰ λοιπὰ vocat non in genere cætera, sed res illas quas immodicè appetunt ho-

mines, quasi quo magis illis redundant, tanto sit ipsis vita certior & diuturnior futura. τὰ λοιπὰ igitur vocat ea quæ vsui necessario & iusto supersunt, antea idcirco vsus verbo περισσεύειν.

27 Κατανοήσατε τὰ κρίνα πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει. λέγω δὲ ὑμῖν, οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων.

28 Εἰ δὲ τὸν χόρτον ἐν τῷ ἀγρῷ σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι;

29 Καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγητε, ἢ τί πίητε· καὶ μὴ μετεωρίζεσθε.

30 Ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ἐπιζητεῖ· ὑμῶν δὲ ὁ πατὴρ οἶδεν ὅτι χρῄζετε τούτων.

31 Πλὴν ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

32 Μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον· ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν.

33 Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην. Ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου κλέπτης οὐκ ἐγγίζει, οὐδὲ σὴς διαφθείρει.

34 Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται.

35 Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι·

36 Καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων· ἵνα ἐλθόντος καὶ κρούσαντος, εὐθέως ἀνοίξωσιν αὐτῷ.

37 Μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι οὓς ἐλθὼν ὁ κύριος εὑρήσει γρηγοροῦντας. ἀ-

27 Considerate lilia, quomodo crescant: non fatigantur, neque nent. dico autem vobis, ne Solomonem quidem in omni gloria sua amictum fuisse vt vnum illorum.

28 Quòd si herbam quæ hodie est in agro, & cras in clibanum immittitur, Deus ita circumuestit, quanto magis vos, exigua fide præditi?

29 Vos igitur ne quærite quid esuri sitis, aut quid bibituri: & ne suspenso animo estote.

30 Hæc enim omnia gẽtes mundi requirũt: Pater autem vester nouit vos istis indigere.

31 Quin potius quærite regnũ Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.

32 Ne metue, parue grex iste, nam libuit Patri vestro dare vobis regnum illud.

33 Vẽdite quæ habetis, & date eleemosynã. Parate vobis crumenas quæ nõ veterascãt, thesaurum in cælis qui nunquã deficiat, quò fur nõ appropinquat, & vbi tinea non corrumpit.

34 Vbi enim thesaurus vester est, illic & cor vestrum erit.

35 Sint lumbi vestri succincti, & *vestræ* lucernæ ardentes.

36 Et similes *estote* vos iis qui expectant quando dominus suus regressurus sit à nuptiis, vt quũ venerit, ac pulsauerit, statim aperiant ei.

37 Beati serui illi, quos quum venerit dominus, inuenerit vigi-

27 *Considerate lilia quomodo cresc unt: non laborant, neque nent. dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis.*

28 *Si autem fœnum quod hodie est in agro, & cras in clibanũ mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos pusillæ fidei?*

29 *Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli.*

30 *Hæc autẽ omnia gentes mundi quærunt: Pater autem vester scit quoniam his indigetis.*

31 *Veruntamen quærite regnũ Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.*

32 *Nolite timere, pusillus grex: quia cõplacuit Patri vestro dare vobis regnũ.*

33 *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis, quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit.*

34 *Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.*

35 *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes:*

36 *Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptiis: vt quum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.*

37 *Beati serui illi, quos quum venerit dominus,*

De regno Dei solicitis nihil deerit. Stultum est, ab eo minima nõ sperare, qui maxima vltro largiatur.

Matt.6.20 Sancta prodigalitas, certum ad veras opes parandas compendium.

1.Pet.1.13 Fidelium ferè orum Dei vita in hoc mũdo, est perulgil quædam peregrinatio, præeunte verbi lucerna.

29 *Ne suspenso animo estote*, μὴ μετεωρίζεσθε. Quidam τὸ μετεωρίζεσθαι interpretantur in sublime tolli, nempe vt ex astrorum cursu in futurum sibi consulant homines: quam interpretationem miror potu[illegible] Erasmo approbari. Quidam de diuitum arrogantia explicant, vt idem declaret atque Altum sapere. Quidam ad instabilem illam hominum cupiditatem referunt qui semper inhiant altioribus. Suum cuique liberũ iudicium esto. Ad me verò quod attinet, quia μετέωρος Græcis non eum modò declarat qui positus est in sublimi (vt Socrates ille apud Aristophanem ἀεροβατῶν καὶ τὸν ἥλιον περιφρονῶν) sed etiam à consequenti significat τὸν πλανώμενον καὶ ἀβεβαίως ἔχοντα, id est eum cuius animus velut in aëre suspensus, modò hûc, modò illûc inclinat: ideo existimo τὸ μετεωρίζεσθαι accipi pro eo quod Latini dicunt Animi pendere, & dubio ac suspenso animo esse: quod iis eueniat necesse est qui de præsente vita sollicitè, in humana duntaxat præsidia respiciunt.

30 *Indigere*, ὅτι χρῄζετε. Clemẽs Alexãdrinus in Pædagogo hæc omnia explicat περὶ τῆς τῶν περιττῶν ἐπιθυμίας, id est de cupiditate qua appetimus quæ minimè sunt necessaria: & in eam sententiam superiore versiculo Christum dixisse putat, μὴ μετεωρίζεσθε. Nam (inquit) μετέωρα ἐστι τὰ περιττὰ ἀναλίσκοντα ἀσωτία. Sed hoc vocabulum χρῄζειν & ταῦτα πάντα, quod sequitur in proximo versiculo, indicant hanc Christi doctrinam longius porrigi. Reprehẽdit enim Dominus eos omnes qui præsenti vitæ ita sunt addicti vt beatam illam ac sempiternam vitam vel prorsus obliuiscantur, vel illi certè postponant. Itẽ qui huius vitæ necessaria præsidia vel in aliis hominibus, vel in sua diligẽtia ac industria collocant. vnde fit vt pleriq; anxij & irrequieti ne huius quidẽ vitæ cõmodis fruantur: quorũ omniũ vitiorum radix est diffidentia. Eã igitur his verbis Christus conatur suis eximere, nõ vt officio suo desint, sed vt in primis quærant quod præcipuum esse debet, & ita laborent vt impiam illam animi ægritudinem vitent, omnes denique cogitationes in Patrem cælestem reiiciant, vt monetur 1.Pet.5.7.

31 *Quin potius*, πλὴν. Vulg. *Veruntamen*. Vide sup. cap. 11.41. & Mat. 11.22. ¶ *Omnia*, πάντα. Deest hæc particula in trib. vetustis codicib. sed mihi tamen videtur minimè otiosa.

32 *Parue grex iste*, τὸ μικρὸν ποίμνιον. Magna vis est hoc loco articuli, ideóque minimè negligenda, quum in eo lateat totius huius consolationis pondus. Videtur autem Christus alludere ad locum Es.41.14. ¶ *Libuit*, εὐδόκησεν. Id est Deus vltrò & pro benignitate singulari sua constituit. *Vulg. complacuit*, quod non satis expressum videtur.

34 *Cor*, ἡ καρδία. Id est intimus tuus affectus, qua ratione apud Hebræos כסל [K/sel] qua voce propriè significantur ilia & intima illa viscera, accipitur pro fiducia.

36 *Regressurus sit*, ἀναλύσει, translatione à nautis sumpta, eò cursum reflectentibus vnde soluerant, quod Gallicè dicitur *relascher*. Itaque non ei qui domum egreditur, sed qui domum regreditur hoc verbum competit, de quo vide Philipp.1.23. Athen. lib 1, ὅτε τὸ δεῖπνον ἀναλύοντες. Polyb lib. 4. ἀναλύοντες ἐκ μάχης οἱ στρατιῶται ἀπήντησαν.

37 Acc-

μὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι περιζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς.

38 Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, καὶ εὕρῃ οὕτω, μακάριοί εἰσιν οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι.

39 Τοῦτο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἂν, καὶ οὐκ ἂν ἀφῆκε διορυγῆναι τὸν οἶκον αὐτοῦ.

40 Καὶ ὑμεῖς οὖν γίνεσθε ἕτοιμοι· ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

41 Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος, Κύριε, πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγεις, ἢ καὶ πρὸς πάντας;

42 Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον;

43 Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως.

44 Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν.

45 Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, Χρονίζει ὁ κύριός μου ἔρχεσθαι· καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς παῖδας καὶ τὰς παιδίσκας, ἐσθίειν τε καὶ πίνειν καὶ μεθύσκεσθαι·

46 Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει· καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει.

47 Ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς·

48 Ὁ δὲ μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας. Παντὶ δὲ ᾧ ἐδόθη πολὺ, πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτοῦ· καὶ ᾧ παρέθεντο πολὺ, περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτόν.

lantes. amen dico vobis, præcinget se & faciet vt discumbant, & accedens ministrabit eis.

38 Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, atque ita inuenerit, beati sunt serui illi.

39 Hoc autem scitote, si sciret paterfamiliâs qua hora fur venturus sit, vigilaret, nec sineret perfodi domum suam.

40 Et vos igitur estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

41 Dixit autem ei Petrus, Domine, nobis dicis istam parabolã, an etiam omnibus?

42 Dixit autem Dominus, Quisnam est fidus dispensator ac prudens, quem dominus cõstituet supra famulitium suum, vt tempore præstituto det demensum?

43 Beatus seruus ille quem, quum venerit dominus, inuenerit ita facientem.

44 Verè dico vobis supra omnia quæ sibi suppetunt præficiet eũ.

45 Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, Tardat dominus meus aduentum: cœperitque cædere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari:

46 Veniet dominus serui illius eo die quo *ipsum* nõ expectat, & ea hora quam non nouit: & separabit eum, partémque cum incredulis ei statuet.

47 Ille autem seruus qui nouit voluntatẽ domini sui, & neque *se* comparauit, neque segessit ex eius voluntate, cædetur multis *plagis*:

48 Qui verò non nouit & fecit digna plagis, cædetur *plagis* paucis. Porro cuicunque multũ datũ fuerit, multũ repetetur ab eo, & apud quẽ depositũ fuerit multũ, amplius reposcetur ab eo.

inuenerit vigilantes. amẽ dico vobis quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & trãsiens ministrabit illis.

38 *Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi.*

39 *Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & nõ sineret perfodi domum suam.*

40 *Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis venit.*

41 *Ait autem ei Petrus, Domine, ad nos dicis hãc parabolam, an & ad omnes?*

42 *Dixit autem Dominus, Quis, putas, est fidelis dispensator & prudẽs, quem constituet dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram?*

43 *Beatus ille seruus quem quum venerit dominus, inuenerit ita facientem.*

44 *Verè dico vobis quoniã supra omnia quæ possidet, constituet illum.*

45 *Quòd si dixerit seruus ille in corde suo Morã facit dominus meus venire: & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari:*

46 *Veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit: & diuidet eum, partémque eius cum infidelibus ponet.*

47 *Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non præparauit, & non fecit secũdum voluntatem eius, vapulabit multis.*

48 *Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.*

Matt.24.43 Apoc.16.15.

Nullis maior incũbit vigilandi necessitas, quàm iis qui aliquem honoris gradũ in Dei familia sunt adepti.

37 *Accedens*, παρελθών. Vulgata & Erasmus, *Transiens*, quæ significatio non videtur conuenire huic loco, nisi eò referas, quòd eos qui ministrant conuiuiis, subinde oporteat locum mutare. Sed præstat (ni fallor) illo modo interpretari, vt idem declaret atque παρών, vt etiam accipitur infrà cap.17.7. vbi tamen agitur non de ministro, sed de eo qui ad mensam accumbit. Abundant autem huiusmodi participia ex Hebræorum idiotismo, vt in illis dicendi formulis, Respondens dixit, Surgens abiit, Profectus venit, & similibus. Sic tamen loquuntur etiam disertiores Græci, quum significare volunt repentè & præter expectationem aliquem prodiisse in publicum. Æschines, ὁ δὲ σημαίνων παρελθὼν, τὸν Καλλίαν ὑπερφρονεῖ. Demosth. ἐφάνη τοίνυν ἐκεῖ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐγὼ καὶ παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς, &c. quæ emphasis fortasse non est hoc loco negligenda.

38 *In secunda vigilia*, ἐν δευτέρᾳ φυλακῇ. Sic Terent. in Andria, seruata præpositione, *Nolo me in tempore hoc videat senex*

39 *Si sciret*, εἰ ᾔδει. Vul, *sciuisset*. & mox *vigilasset*, *nec siuisset*, vt agatur de eo cuius domus iam sit perfossa.

42 *Est*, ἐστι. In vno exemplari scribitur ἔσται erit. ¶ *Dispensator*, οἰκονόμος. id est alendo famulitio destinatus, qualis fuit Eliezer in domo Abrahæ. Genes. 15.2, vbi dicitur בן-משק [*ben-meschek*] vt plerique exponunt & eiusmodi delectis seruis vsos fuisse Romanos quoque veteres, liquet ex Suet. in Augusto, eius seruum dispensatorem, Diomedem commemorante. ¶ *Demensum*, σιτομέτριον: Serui (inquit Donatus in Phormionem) quaternos modios frumenti accipiebant in mensem, & id demensum dicebatur. Vulg. *Mensuram frumenti*. Erasm. *Demensum cibum*, vt loquitur Plaut. in Sticho

46 *Separabit*, διχοτομήσει Vel segregabit, vt vertit Tertul. lib. in Marcionem. Vide Matt, 24.51.

47 *Neque segessit*, μηδὲ ποιήσας Hoc nõ legit Syrus interpres, idque nulla sensus iniuria.

48 *Amplius*, περισσότερον. Amplius videlicet quàm ab eo cui non tam multa commissa sunt: non autem amplius quàm sit ipsi commissum. Theophylactus autem hoc dis-

crimē cōstituit in verbis δίναι & παραθεῖναι. Illud enim accipit de miraculorū donis, hoc verò de Verbi ministerio. Legit enim & ὃ παρέθεντο, idq;(vt opinor) rectius. Nam præterquā quòd pro Cōmendare alicui & fidei committere, potius dicunt Græci παρακατατίθεσθαι, Paulus etiam donū Spiritus sancti παρακαταθήκην elegāter vocat 1. Tim. 6. 20. & 2. Tim. 1. 14 Sic tamen vsurpauit verbum παρατίθεσθαι noster Lucas infrà, 23. 46, & in Act. Apostolorum aliquoties.

Euangelium sicut est vnica veræ pacis caussa inter pios, ita est inter impios sūma perturbationis occasio.

49 Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;

50 Βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ;

51 Δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ; οὐχί, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἢ διαμερισμόν.

52 Ἔσονται γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν πέντε ἐν οἴκῳ ἑνὶ διαμεμερισμένοι, τρεῖς ἐπὶ δυσί, καὶ δύο ἐπὶ τρισί.

53 Διαμερισθήσεται πατὴρ ἐφ' υἱῷ, καὶ υἱὸς ἐπὶ πατρί· μήτηρ ἐπὶ θυγατρί, καὶ θυγάτηρ ἐπὶ μητρί· πενθερὰ ἐπὶ τὴν νύμφην αὐτῆς, καὶ νύμφη ἐπὶ τὴν πενθερὰν αὐτῆς.

Matt. 16. 2
Homines in terrenis rebus acutissimi, spontanea malitia in iis quæ ad cælestem vitam spectāt, planè cæcutiunt.

54 Ἔλεγε δὲ καὶ τοῖς ὄχλοις, Ὅταν ἴδητε τὴν νεφέλην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν, εὐθέως λέγετε, Ὄμβρος ἔρχεται· καὶ γίνεται οὕτω.

55 Καὶ ὅταν νότον πνέοντα, λέγετε, Ὅτι καύσων ἔσται· καὶ γίνεται.

56 Ὑποκριταί, τὸ πρόσωπον τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴδατε δοκιμάζειν· τὸν δὲ καιρὸν τοῦτον πῶς οὐ δοκιμάζετε;

57 Τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον;

Matt. 5. 25
Homines amore sui cæci, ac proinde rixosi ac pertinaces præmium suæ stultitiæ ferent.

58 Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα, ἐν τῇ ὁδῷ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ· μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτήν, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ πράκτορι, καὶ ὁ πράκτωρ σε βάλλῃ εἰς φυλακήν.

59 Λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως οὗ καὶ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδῷς.

49 Ignē veni missurus in terrā, & quid volo si iam accensus est?

50 Sed baptismo oportet me baptizari, & quomodo constringor quousque *hoc* perficiatur?

51 Putatis me aduenisse pacem daturum in terra? non, dico vobis, imò dissidium.

52 Erunt enim ex hoc *tempore* quinque in vna domo dissidentes, tres aduersus duos, & duo aduersus tres.

53 Dissidebit pater aduersus filium, & filius aduersus patrem: mater aduersus filiā, & filia aduersus matrem: socrus aduersus nurum suam, & nurus aduersus socrum suam.

54 ¶Dicebat autem etiam turbæ, Quum videritis nubem exoriētem ab Occasu, statim dicitis, Imber venit: & ita fit.

55 Et quum Austrum flantem, dicitis, Aestus erit: & fit *æstus*.

56 Hypocritæ, faciē terræ & cæli nostis explorare: hoc autē præstitutum tempus quî fit vt non exploretis?

57 Cur autem & per vos ipsos nō discernitis quod iustum est?

58 ¶Enimuerò dum abis cū aduersario tuo ad magistratū, da operā in via vt libereris ab eo: ne pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor coniiciat te in carcerem.

59 Dico tibi, nō exibis illinc vsquequò vltimum etiam minutum reddideris.

49 *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?*

50 *Baptisma autem habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur?*

51 *Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem.*

52 *Erūt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres.*

53 *Diuidetur pater in filium, & filius in patrem suum: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.*

54 *Dicebat autem & ad turbas, Quum videritis nubem orientem ab Occasu, statim dicitis, Nimbus venit: & ita fit.*

55 *Et quum Austrum flātem, dicitis, Quia æstus erit: & fit.*

56 *Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis?*

57 *Quid autem & à vobis ipsis nō iudicatis quod iustum est?*

58 *Quū autem vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.*

59 *Dico tibi, non exies inde donec etiam nouissimum minutum reddas.*

49 *Si iam accensus est? εἰ ἤδη ἀνήφθη*; Ita legitur in omnibus vetustis codicibus quos vidimus, & apud Theophylactum, quem tamen miror τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη, interpretari, πόσον θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη. Neque enim video quomodo hæc cohæreant, nisi potius legas ἀνήφθῃ, vt εἰ pro ὅπως accipiatur, quemadmodum apud Homerum sæpe: & interpreteris, *Quantopere velim vt iam accendatur?* Sed ne hoc quidem mihi satis placet. Vulgata, *Nisi vt accendatur*. Videtur enim legisse, καὶ τί θέλω εἰ μὴ ἀνήφθῃ; vel potius, καὶ τί θέλω ἢ ἤδη ἀνήφθαι; id est, *& quid aliud velim quàm iam esse accensum?* vt rectè conijcit Erasmus: & ita accepit Syrus interpres. Clemēs lib. Recognitionum, Ruffino interprete, citat his verbis hunc locum, *Et quàm volo vt accendatur!*

50 *Oportet me baptizari, ἔχω βαπτισθῆναι*. Vulg. & Erasm. *Habeo baptizari*, quo dicendi genere vtitur Suetonius: itaque non repudiò, sed malui planius loqui. Cæterùm in hoc versiculo comperi Epiphanium plurimum variare ab omnibus codicibus quos mihi contigit inspicere. Sic enim ille κατὰ Μαρκίωνα [illegible] hunc locum citat, ποτήριον ἔχω πιεῖν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη [illegible] αὐτό; καὶ βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη βαπτισθῶ; id est, *Poculum habeo bibendum, & quid festino donec ipsum bibero? & baptismo oportet me baptizari, & quid volo si iam sum baptizatus?* Sed causam non video cur hanc lectionem magis amplectamur, quàm quod idem auctor alibi refert de hoc loco à Marcionitis deprauato. Trita est autem in sacris literis metaphora ab immersione in aquā, & à potione, ad significandas grauissimas qualuis ærumnas sumpta, vt suprà, 10. 18.

51 *Dissidium, διαμερισμόν*. Vulg. & Erasmus, *Separationem*: rectè quidem, nisi mauis Disparationem dicere: nam Dispertitio non dicitur. Sed Separare respondet τῷ ἀφορίζειν, ob eam causam quam alibi exposuimus: alioquin Dissidere respondet τῷ διϊστάναι.

52 *Aduersus duos, ἐπὶ δυσί* Vulg. *In duos*: quæ interpretatio est obscura propter præcedens participium διαμεμερισμένοι, quod vertit *Diuisi*. Ponitur autem tertius casus pro quarto, vt in illo Homeri versiculo Iliad. 7. Οἳ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι φέρον πολύδακρυν Ἄρηα pro ἐπ' ἀλλήλους id est, κατ' ἀλλήλων. Sic Lucas paulo pòst, ἐπὶ τὴν νύμφην & ἐπὶ τὴν πενθεράν. Sunt autem hæc repetita ex Micheæ 7. 6.

54 *Ab occasu, ἀπὸ δυσμῶν*. Plin. lib. 2. cap. 47. *Humidus Africus* (is autem est qui ab occasu brumali flat) *æstuosus Auster*.

57 *Diiudicatis, κρίνετε*. In quodam codice legitur διακρίνετε, discernitis.

58 *Enimuerò, γάρ* Hanc particulam cōstat hoc loco causalem non esse, vt quæ non soleat iungi cū imperandi modo. Itaque vel est expletiua, vel ponitur pro οὖν, *Igitur*. Vulg. legit δέ, *autem*. ¶*Da operam, δὸς ἐργασίαν*. Notandum hoc dicendi genus, quod nō memini alibi legere. neque Syrus interpres videtur intellexisse: nec ipse quoque Theophylactus. ¶*Pertrahat, κατασύρῃ*. Ambrosius legit, *Condemnet*: id est reum peragat: vt planè videatur pro κατασύρῃ, legisse κατακρίνῃ, sicut Erasmus rectè coniicit. ¶*Exactori, πράκτορι*: id est, ei qui damnatos cogit iudicum sententiæ parēre.

59 *Minutum, λεπτόν*. Vide Marc. 12. 42. Qui autē ex hoc loco statuunt purgatorium, saltem legant Theophylacti commētarium, Romæ ipsius Pontificis auspicius excusum.

Κεφάλαιον ιγ.

1 ΠΑρῆσαν δέ τινες ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν.

2 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Δοκεῖτε ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους ἐγένοντο, ὅτι τοιαῦτα πεπόνθασιν;

3 Οὐχί, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες ὡσαύτως ἀπολεῖσθε.

4 Ἢ ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτώ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωάμ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτούς, δοκεῖτε ὅτι οὗτοι ὀφειλέται ἐγένοντο παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλήμ;

5 Οὐχί, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες ὁμοίως ἀπολεῖσθε.

6 Ἔλεγε δὲ ταύτην τὴν παραβολήν, Συκῆν εἶχέ τις ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ πεφυτευμένην· καὶ ἦλθε καρπὸν ζητῶν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρεν.

7 Εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργόν, Ἰδού, τρία ἔτη ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ, καὶ οὐχ εὑρίσκω· ἔκκοψον αὐτήν· ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ;

8 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ, Κύριε, ἄφες αὐτὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅτου σκάψω περὶ αὐτήν, καὶ βάλω κοπρίαν·

9 Κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν.

CAP. XIII.

1 ADfuerunt autem eo ipso tempore quidam renuntiantes ei de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum ipsorum sacrificiis.

2 Et respondens Iesus dixit eis, Putatis hos Galilæos præ omnibus Galilæis peccatores fuisse, quod talia passi sint?

3 Nequaquam, dico vobis: imò nisi resipiscatis, omnes itidem peribitis.

4 Aut illos decē & octo, supra quos cecidit turris in Siloam, & quos interemit, putatis debitores fuisse prę omnibus hominibus qui habitāt Hierosolymis?

5 Nequaquam, dico vobis: imò nisi resipiscatis, omnes similiter peribitis.

6 Dixit autem hanc parabolam, Ficum habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit quęrēs fructū in ea, neque inuenit.

7 Dixit autem vinitori, Ecce, anni tres sunt *ex quo* venio quærens fructum in ficu ista, & non inuenio: exscinde eam: quorsum etiam terram inutilem reddit?

8 Ille verò respondens dixit ei, Domine, sine eam etiam hoc anno, vsquequò fodero circum eam, & misero stercus:

9 Et si quidem tulerit fructum, *sines*: sin minus, postea exscindes eam.

CAP. XIII.

1 *ADerant autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum.*

2 *Et respondens dixit illis, Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt?*

3 *Non, dico vobis: sed nisi pænitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.*

4 *Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ierusalem?*

5 *Non, dico vobis: sed si pænitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.*

6 *Dicebat autem hanc similitudinem, Arborem fici habebat quidam plātatam in vinea sua: & venit quærens fructum in illa & non inuenit.*

7 *Dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce, anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?*

8 *At ille respondens dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora:*

9 *Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.*

Iustis aliorum pœnis non oportet nos insultare, sed iis potiùs ad resipiscentiam erudiri.

Longa quidē est Dei patientia, sed ita tamen vt tandē iudicium exerceat.

IN CAP. XIII.

1 *De Galilæis, περὶ τῶν Γαλιλαίων*. Oportet igitur Samaritanos quoque fuisse Galilæorum nomine comprehensos, si hæc est historia quam describit Iosephus libr. Antiq. 18. cap. 5 qua de re amplius quærendum censeo.

2 *Præ omnibus Galilæis, παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους*. In hoc dicendi genere, quod etiam paulo pòst reperitur, necessariò subauditur ἄλλους, vel λοιπούς vt sit plena loquutio, Præ reliquis, vel, aliis omnibus Galilæis Sic Plinius de obeliscis loquens, *Omnibus* (inquit) *quæ in mari visa sunt, mirabiliorem*. Pro, *omnibus aliis*.

4 *Aut, ἤ* Vulg. *Sicut ὥσπερ*, quod in nullis Græcis codicibus legi nec apud Syrum interpretem. Fefellit autem illum hiulca constructio, cuius etiam regulas non semper obseruant Hebræi in vulgari sermone, redundante quoque relatiuo αὐτούς. Sed plana est sententia. ¶*In Siloam, ἐν τῷ Σιλωάμ*. Subauditur τόπῳ vel ποταμῷ, propter adiunctum articulum. Fuit enim Siloam riuulus vnde aquæ ductus in vrbem ferebatur, cuius meminit Ioannes 9. 7, & Esaias 8. 6, vbi Hebraicè vocatur שלוח [*schiloach*.] Itaque hoc nomen nihil pertinet ad vrbem שלה [*schiloh*] quam Græci vocant Σιλώμ, iam olim vastatam, vt liquet ex Ieremiæ 7. cap. Existimandum est potius ad ipsam piscinam fuisse extructam turrim quampiam, aut ipsius aquæductus castellum, quod repentè prostratum aliquot homines occiderit, sub hoc tempus quo Christus hunc habuit sermonem. ¶*Debitores, ὀφειλέται, ἁμαρτωλοί, peccatores*, Vide Matth. 23. 16.

7 [*Ex quo*] ἀφ' οὗ Sic habet vulgata: quod vetustissimi codices mei auctoritate confirmatur. Et ostendit hic locus hunc habitum sermonem quarto ineunte anno à baptismo Christi, vt qui à Septembri cœperit. Illud autem omnino subaudiendum est, nisi malimus sic loquutum Lucam vt scripsit Virgil. lib. Æneid. 1. *— vna cum gente tot annos Bella gero.* ¶*Venio, ἔρχομαι*. id est, veni, vel venire soleo. Similem loquendi formulam obseruauimus Matth. 26. 23. ¶*Quorsum etiam terram, &c. ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ*; Vulg. *Vt quid & etiam terram occupat?* Erasmus, *Ad quid vel terram occupat?* id est onerat, sed inutili onere. hoc est enim (inquit) propriè καταργεῖν. At ego fateor me nusquam legisse καταργεῖν pro inutiliter onerare vel occupare. Hoc quidem constat τὸ ἀργὸν significare quod est ignauum & iners, ac nullis prorsus viribus: vnde τὸ καταργεῖν sæpe apud Paulum occurrit pro eneruare & cassum ac irritum reddere: deinde etiam metaphoricè τὸ καταργεῖσθαι pro liberari. Existimo igitur hîc dici ficum τὴν γῆν καταργεῖν, quæ præterquam quod erat infructuosa, eam etiam terræ partem quam occupabat, sterilem reddebat: quæ alioquin vitibus consita, non fuisset inutilis. Cæterùm in quodam exemplari scriptum legimus, ἵνα μὴ καὶ τὴν γῆν καταργῇ id est, vt ne terram etiam inertem reddat. Sed illa scriptura vera est, ἵνα τί illud, est ἐλλειπτικόν, quod Gallicè dicimus *A que faire*.

8 *Fodero circum eam, σκάψω περὶ αὐτήν*. Hoc est quod Latini vno verbo dicunt Ablaqueare, vt eleganter hunc locum vertere liceat, Donec eam ablaqueauero, & stercorauero.

9 *Et si quidem tulerit fructum [dimittes,] κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν*. sub ἀφήσεις, ex præcedente vers. *Hoc*, inquit doctissimus Budæus, *mutilatum videtur iis qui Græcè nesciunt Est enim schema Græcum quod anantapodoton dicitur, Attica lingua proprium, oratio videlicet vno membro defecta*. Hæc Budæus, quæ prolatis etiam ex Aristophane & Cicerone exemplis confirmat, annotationibus prioribus in Pandectas. Me verò non piguit explere quod deest, vt perspicuitati studerem. ¶*Postea, εἰς τὸ μέλλον*. id est *postremum*. Vulgata, *In futurum*. Erasmus, *in posterum* Syrus interpres aliud prorsus legit, licet eadē manente sententia: vt qui verterit למנא חיא [*lamna chia*] id est, cur viueret, ficus videlicet, dilata longius excisione?

10 Ἦν δὲ διδάσκων ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν ἐν τοῖς σάββασι.

11 Καὶ ἰδού, γυνὴ ἦν πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ· καὶ ἦν συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές.

12 Ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Ἰησοῦς, προσεφώνησε, καὶ εἶπεν αὐτῇ, Γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου.

13 Καὶ ἐπέθηκεν αὐτῇ τὰς χεῖρας· καὶ παραχρῆμα ἀνωρθώθη, καὶ ἐδόξαζε τὸν Θεόν.

14 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν ὅτι τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε τῷ ὄχλῳ, Ἓξ ἡμέραι εἰσὶν ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι· ἐν ταύταις οὖν ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, καὶ μὴ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου.

15 Ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ ὁ Κύριος, καὶ εἶπεν, Ὑποκριτά, ἕκαστος ὑμῶν τῷ σαββάτῳ οὐ λύει τὸν βοῦν αὐτοῦ ἢ τὸν ὄνον ἀπὸ τῆς φάτνης, καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει;

16 Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου;

17 Καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, κατῃσχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἔχαιρεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτοῦ.

18 Ἔλεγε δέ, Τίνι ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ τίνι ὁμοιώσω αὐτήν;

19 Ὁμοία ἐστὶ κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ, καὶ ηὔξησε, καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.

20 Καὶ πάλιν εἶπε, Τίνι ὁμοιώσω τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ;

21 Ὁμοία ἐστὶ ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.

10 Docebat autem in quadam synagoga Sabbato.

11 Et ecce, mulier adfuit, habens spiritum infirmitatis *ab* annis decem & octo: erátque incurua, nec prorsus *sese* poterat surrigere.

12 Ipsam autem Iesus visam aduocauit, & dixit ei, Mulier, soluta es ab infirmitate tua.

13 Et imposuit ei manus: & illico surrecta est, & glorificabat Deum.

14 Respondens autẽ præfectus synagogę, indignans quòd Sabbato sanasset Iesus, dixit turbæ, Sex dies sunt quibus oportet operari: his ergo *diebus* venite & curamini, & non die Sabbati.

15 Respondit ergo ei Dominus, & dixit, Hypocrita, vnusquisque vestrûm Sabbato nonne soluit bouem suum aut asinum à præsepi, & abducit aquatum?

16 Hanc autem filiam Abrahami, quã vinxerat Satanas ecce decẽ & octo annos, nõ oportuit à vinculo isto solui die Sabbati?

17 Et quum hæc diceret, pudefiebant omnes qui se opponebant ei: tota verò turba gaudebat super omnibus gloriæ plenis rebus quæ fiebant ab eo.

18 ‖Dixit autem *Iesus*, Cui rei simile est regnũ Dei, & cui illud assimilabo?

19 Simile est grano sinapis, quod acceptũ quispiã misit in hortũ suum: & creuit, & euasit in arborẽ magnam, & volucres cæli nidulatæ sunt in eius ramis.

20 ‖Et rursum dixit, Cui *rei* assimilabo regnum Dei?

21 Simile est fermento quod acceptum mulier indidit in farinæ sata tria, vsquequo fermentaretur tota.

10 *Erat autem docens in synagoga eorum Sabbatis.*

11 *Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.*

12 *Quam quũ videret Iesus, vocauit eam ad se: & ait illi, Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.*

13 *Et imposuit illi manus & confestim erecta est, & glorificabat Deum.*

14 *Respondens autem archisynagogus, indignans quia Sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ, Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini: & non in die Sabbati.*

15 *Respondens autem ad illũ Dominus, dixit, Hypocritæ, vnusquisque vestrûm Sabbato non soluit bouem suum aut asinum à præsepio, & ducit adaquare?*

16 *Hanc autẽ filiã Abrahæ, quã alligauit Satanas ecce decẽ & octo annis, nõ oportuit solui à vinculo isto, die Sabbati?*

17 *Et quum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo.*

18 *Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei, & cui simile æstimabo illud?*

19 *Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum: & creuit, & factum est in arborem magnam, & volucres cæli requieuerunt in ramis eius.*

20 *Et iterum dixit, Cui simile æstimabo regnum Dei?*

21 *Simile est fermento quod acceptum mulier abscõdit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum.*

Christus ideirco venit, vt nos à Satanæ vinculis liberaret.

Viua hypocrisis imago, & eiusdem merces.

Matt. 13. 31. mar. 4. 31. Dominus regnum suum à tenuibus principiis inchoat, vt inspérati progressus potentiam eius melius illustrent. Matt. 13. 33.

11 *Adfuit*, ἦν, id est *aderat*. Sit enim malo accipere, quàm coniungere cum participio ἔχουσα. ¶ *Habens spiritum infirmitatis*, πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας. id est, morbo à Satana inflicto laborans, quem δαιμονιζόμενον appellant: sed qui non simpliciter à naturali causa, sed à dæmone proficiscebatur, cuiusmodi etiam morbos nonnulli medici vtrumque agnouerunt, ab externa quadam παραφυσικῇ causa oriri, vt explicatur postea versu 16. Sic spiritus auaritiæ dicitur spiritus ad auaritiam impellens, & similia multa passim occurrunt. In vetustissimo meo codice legitur ἐν ἀσθενείᾳ ἦν πνεύματος. *Erat in inualetudine spiritus*, id est laborabat morbo à Spiritu, nempe Satana, immisso: quòd planius est. ¶ *Incurua*, συγκύπτουσα, i. κατακύπτουσα, & ὁμοιόκυρτος. Vulg. *Inclinata*: huius vocabuli vi non satis expressa. Erasmus, *Contracta*: quod rectè quidem explicat in Annotationibus, sed tamen non satis conuenit. Contractus enim esse potest qui minimè sit nec incuruus, nec resupinatus. Huic opponitur τὸ ἀνακύψαι, id est *recuruare*. Nam recuruis aduersatur incuruo, sicut apud Græcos, ὁ ἀνακεκυφὼς τῷ συγκεκυφότι, item ὁ μετεωροσκόπος τῷ κατωβλέποντι.

12 *Soluta es*, ἀπολέλυσαι. Vulgata, *Dimissa es*. Erasmus, *Liberata es*. Vterque Græci vocabuli propriam significationem neglexit, quam tamen seruare oportuerat. Tenebatur enim quasi Satanæ vinculis constricta, vt ne attollere quidem caput totis 18. annis potuerit, sicut Dominus ipse postea loquitur. Vtitur ergo verbo ἀπολύειν composito pro simplici quod mox scribitur versu 16. sicut à Latinis etiam interdum Absoluere pro Soluere vsurpatur.

13 *Surrecta est*, ἀνωρθώθη vel subrecta. Nam vtroque hoc participio vtuntur idonei auctores. Vulg. & Erasmus, *Erecta est*. Erigimus autem iacentia, surrigimus quæ deorsum pendent.

14 *Præfectus synagogæ*, ἀρχισυνάγωγος. Vnus videlicet eorum qui synagogæ illi præerant. Plures enim Archisynagogos fuisse apparet ex Marci capite 5. versu 22., & Act. 13. 15.

15 *Hypocrita* ὑποκριτά. Complutensis editio cum quatuor vetustis codicibus legunt ὑποκριταί, *hypocritæ*, ita vt omnes istos doctores Christus appellet, quum sequatur ἕκαστος ὑμῶν vnusquisque vestrûm.

19 *Et euasit*, καὶ ἐγένετο. Vulgata & Erasmus ad verbum *Et factum est*.

22 Καὶ διεπορεύετο κατὰ πόλεις καὶ κώμας διδάσκων, καὶ πορείαν ποιούμενος εἰς Ἱερουσαλήμ.

23 Εἶπε δέ τις αὐτῷ, Κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς,

24 Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πολλοί, λέγω ὑμῖν, ζητήσουσιν εἰσελθεῖν, καὶ οὐκ ἰσχύσουσιν.

25 Ἀφ' οὗ ἂν ἐγερθῇ ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν, καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι, καὶ κρούειν τὴν θύραν, λέγοντες, Κύριε, Κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν· καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ.

26 Τότε ἄρξεσθε λέγειν, Ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου καὶ ἐπίομεν, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας.

27 Καὶ ἐρεῖ, Λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ· ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας.

28 Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὅταν ὄψησθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ πάντας τοὺς προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω.

29 Καὶ ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀπὸ βορρᾶ καὶ νότου· καὶ ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

30 Καὶ ἰδού, εἰσὶν ἔσχατοι οἳ ἔσονται πρῶτοι, καὶ εἰσὶ πρῶτοι οἳ ἔσονται ἔσχατοι.

31 Ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθόν τινες Φαρισαῖοι, λέγοντες αὐτῷ, Ἔξελθε, καὶ πορεύου ἐντεῦθεν· ὅτι Ἡρώδης θέλει σε ἀποκτεῖναι.

32 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, Ἰδού, ἐκβάλλω δαιμόνια, καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι.

22 ‖Peragrabat igitur singulas vrbes & vicos, docens, & iter faciens Hierosolymam.

23 Dixit autem ei quidam, Domine, num pauci sunt qui seruantur? Ipse verò dixit eis,

24 ‖Contendite intrare per angustam portã: quia multi, dico vobis, studebunt intrare, & non poterunt:

25 Ex quo *videlicet* surrexerit paterfamiliâs, & occluserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis: at ipse respondẽs dicet vobis, Nescio vos vnde sitis.

26 Tũc incipietis dicere, Edimus in tui conspectu & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

27 ‖Et dicet, Dico vobis, nescio vos vnde sitis: ‖abscedite à me omnes qui datis operam iniustitiæ.

28 Illic erit fletus & stridor dentium, quum videritis Abrahamum & Isaacum, & Iacobum & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem eiici foras.

29 Tunc venient *homines* ab Oriente, & Occidente, & Borea, & Austro: & discumbent in regno Dei.

30 ‖Et ecce, sunt vltimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt vltimi.

31 Eo ipso die accesserunt quidam Pharisæi, dicentes, Exi & abi hinc: nam Herodes vult te interimere.

32 Tunc dixit eis, Profecti dicite vulpi isti, Ecce eiiciam dæmonia, & sanationes peragam hodie & cras: tertia autẽ die consummabor.

22 *Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalem.*

23 *Ait autem illi quidam, Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos.*

24 *Contendite intrare per angustã portã: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.*

25 *Quum autem intrauerit paterfamiliâs, & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes, Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis, Nescio vos vnde sitis.*

26 *Tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti.*

27 *Et dicet vobis, Nescio vos vnde sitis: discedite à me omnes operarij iniquitatis.*

28 *Ibi erit fletus & stridor dentium, quum videritis Abraham & Isaac & Iacob & omnes Prophetas in regno Dei, vos autẽ expelli foras.*

29 *Et venient ab Oriente & Occidente, & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei.*

30 *Et ecce, sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt nouissimi.*

31 *In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum dicentes illi, Exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere.*

32 *Et ait illis, Ite & dicite vulpi illi, Ecce, eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor.*

Matt. 9. 35. mar. 6. 6.

In eos qui dũ malunt cum multis errare, quàm cũ paucis rectè incedere, tandem tarditate sua à regno Dei excluduntur. Matt. 7. 13.

Frustra est in Ecclesia qui non est ex Ecclesia, quod vitæ impuritas ostendit.

Matt. 7. 21 & 25. 41. Psal. 6. 13.

Reiectio Iudæorum, & Gentium vocatio prædicitur.

Matt. 19. 30 & 20. 16 mar. 10. 31.

Pergendum in vocationis cursu per medios seu veros seu fictos terrores.

25 *Ex quo*, ἀφ' οὗ. Cohærent ista cum præcedente verbo, & causa adfertur cur volentibus ingredi non patebit aditus, quia nimirum serò veniẽt, occlusis iam foribus. Vulg. & Erasmus, *Postquam autem* quasi noua inchoetur periodus. ¶ *Nescio vos*, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Sic Terent. obserua filium, quid agat.

29 *Venient [homines]* ἥξουσι, impersonaliter accipiendum. ¶ *Ab Oriente*, ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν. Græcas voces auctor libelli De Mundo vult plurali numero vsurpari, propter triplicem ortum & occasum, nempe Vernum, Solstitialem, & Autumnalem. Vsurpatur tamen ἀπ' ἀνατολῆς singulari numero Matth. 2. 2. & Apoc. 21. 13. quod vix apud idoneos Græcos scriptores inuenias.

32 *Eiiciam* ἐκβάλλω. Vulg. & Erasmus, ad verbum, *Eiicio*. Mihi verò videtur esse enallage præsentis pro futuro, quæ tamen sua emphasi non caret. Ita enim declarat se iam esse in ipso opere, neque vel Pharisæorum inuidia, qui obiecto Herodis metu volebant eum abigere, nec Herodis conatibus & vllis consiliis posse impediri quominus quod semel est exorsus, ad finem perducat. Itaque Veterem etiam interpretationem non planè repudio. ¶ *Sanationes peragam*, ἰάσεις ἐπιτελῶ. Vulg. & Eras. *Sanitates perficio*: quasi ἴασις & ὑγίεια idem declarent. ¶ *Hodie & cras*, σήμερον καὶ αὔριον. Prouerbialiter dici hoc videtur pro Exiguo tẽporis spatio, vt interpretatur Theophylactus. Contigerunt enim hæc omnia in vltima Christi profectione, vt ego quidem arbitror. Nam quòd ad historiæ seriem attinet, Lucam censeo quasi pro regula nobis esse proponendum, ad quam deinde Matthæi & Marci narrationum ordinem accommodemus: quum ipse disertè testetur in prooemio, se in historia ordine digerenda plurimum operæ posuisse. Sed hæc πάρεργως. Potest tamen hoc dicendi genus etiam accipi sensu prorsus diuerso: quasi dicat sese, quicquid aduersarij moliantur, nihilominus tamen & hodie & cras, id est & in præsenti & in posterum, quandiu nimirum libuerit, suo munere functurum. Postremò notãdum, hoc ita dici quasi nuntij in ipsius Christi persona loquantur, qui mos est Hebræis familiaris. Sed ferè proponi solet aliquid ex quo id possit intelligi, vt apud Prophetas כה אמר יהוה [*ch h amar Iehouah*,] id est, Hæc dicit Dominus: & in Ioannis Apocalypsi, τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ἔσχατος, Hæc dicit primus & nouissimus, deinde inducitur Deus ipse loquens. Itaque tale quidpiam hoc loco supplendum videtur. ¶ *Consummabor*, τελειοῦμαι. Iterum præsens pro futuro ponitur, vt etiam annotat Erasmus: cui tamen in eo non assentior, quòd τελειοῦμαι putat actiuè posse accipi pro τελειῶ: id est finiam [siue, absoluam] opus meum. Nam etsi hæc sententia bene conuenit, tamen τελειοῦμαι non memini legere actiuè positum: & vt ita vsurpari posse concedam, absolutè tamẽ poni non potuit. Hoc quidem certum est, Christi mortem quasi intra triduum futuram, (i. iam proximam & instantem) hic designari, quæ vltima fuit peregrinationis Christi clausula,

quum à resurrectione induerit immortalitatem. Sicut autem tunc dicitur opus perfectum, quum opifex vltimam ei manum imposuit, id est τὸ ἔργον ἐπιτελεῖν. vt loquitur Apostolus Act. 20.24 & 2. Corinth. 12.9. sic operis finem sibi propositum assequutus dicitur τελειοῦσθαι: vt Christus hoc loco de nostri cum patre reconciliationis opere per resurrectionem tertio die factam, præstito differens, sicut de illo adhuc peragendo loquens vtitur actiuo verbo τελειῶ. Ioh. 4.34. & 5.36 & 17.4. Propterea quoque ipsa scriptura exitum sortita, dicitur τελειοῦσθαι. & nostra τελείωσις in vltimum diem differtur Heb. 6. 1. quo demum tempore dicemur τετελειωμένοι Philipp. 3.12. & Heb. 11.40. & 12.23. ipsa videlicet, & plenissimo actu. Nā alioqui quod ad ius æternę salutis obtinendæ attinet iam illud adepti, & hac ratione τετελειωμένοι dicimur Christo per fidem vniti, Ioh. 17.23. Heb. 10.14. Vsus sum autem *Consummandi* verbo potiùs quàm *Finiendi*, vel *Perficiendi*. Etsi enim Christi παθήματα finem acceperunt. Rom. 6.10. manet tamen & fine fine permanebit æternum ipsius sacerdotium. Et consummandi verbum personis quoque accommodatur & quidem vsitatius, vt consummari gladiatores, certaminibus legitimis perfuncti dicuntur, & consummatissimum iuuenem Plinius secundus appellat. Quinetiam fortassis vsus est Dominus verbo כלה [*chalah*] quod sacrificiis quoque conuenit: & Græcis Theologis dicuntur τελειοῦσθαι qui in mortem Christi baptizantur, & peculiariter τελειωθέντες absolutè vocantur qui pro Christo sanguinem fuderunt: quæ significatio an huc pertineat, & an hac ratione fideles dicantur in Christo τετελειωμένοι, iudicium penes lectorem esto.

Vers.	Græce	Beza	Vulgata
33	Πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι. ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ.	Verùm tamē oportet me hodie & cras & perendie iter facere: quia non contingit vt Propheta pereat extra Hierosolymam.	*Veruntamen oportet me hodie & cras & sequenti ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem.*
34	Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὴν ἑαυτῆς νοσσιὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;	‖ Hierusalem, Hierusalē, quæ interimis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui aggregare liberos, quemadmodum gallina pulliciem suam sub alas, & noluistis?	*Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidū suum sub pennis, & noluisti?*
35	Ἰδού, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μή με ἴδητε ἕως ἂν ἥξῃ ὅτε εἴπητε, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.	Ecce, relinquitur vobis domus vestra deserta. Amen autē dico vobis, non videbitis me vsquedum venerit *tempus* quū dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.	*Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis quia non videbitis me donec veniat quum dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Nulli sunt crudeliores piorū hostes quàm qui versantur intra ipsum Ecclesiæ sacrarium: sed Deus hos videt, & suo tempore requirit. Matt. 2[3].

Κεφάλαιον ιδ´.

CAP. XIIII. — *CAP. XIIII.*

Ne Sabbati quidem lex officia charitatis debuit impedire.

Vers.	Græce	Beza	Vulgata
1	ΚΑΙ ἐγένετο ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς οἶκόν τινος τῶν ἀρχόντων τῶν Φαρισαίων σαββάτῳ φαγεῖν ἄρτον, καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτόν.	ET factum est, vt, quū venisset domum cuiusdā ex primoribus Pharisæis Sabbato ad edendum panem, ipsi obseruarent eum.	*ET factum est quum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.*
2	Καὶ ἰδού, ἄνθρωπός τις ἦν ὑδρωπικὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ.	Et ecce, quidam hydropicus aderat coram eo.	*Et ecce, homo quidam hydropicus erat ante illum.*
3	Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς τοὺς νομικοὺς καὶ Φαρισαίους, λέγων, Εἰ ἔξεστι τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν;	Tum respondens Iesus dixit Legis interpretibus & Pharisæis, in hæc verba, Licétne curare Sabbato?	*Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos & Pharisæos, dicens, Si licet Sabbato curare?*
4	Οἱ δὲ ἡσύχασαν. Καὶ ἐπιλαβόμενος ἰάσατο αὐτόν, καὶ ἀπέλυσε.	Ipsi verò tacuerunt. Tum ipse prehēsum eū sanauit, & dimisit.	*At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit.*
5	Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτούς, εἶπε, Τίνος ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται, καὶ οὐκ εὐθέως ἀνασπάσει αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου;	Et respondens eis, dixit, Quis vestrûm *si ipsius* asinus aut bos in puteum incidat, non statim retrahet eum die Sabbati?	*Et respondens ad illos, dixit, Cuius vestrûm asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die Sabbati.*

33 *Veruntamen*, πλὴν. Hæc nonnulli cum superioribus coniungunt, quasi iubeat Christus hæc quoque Herodi nuntiari. Sed malo distinguere, vt sit hic sensus, Quanuis quod mihi dicitis Herodem minari, non possit me impedire quominus fortiter pergam in eo quod cœpi, tamen non est quòd metuatis ne hîc maneam: discedam enim, & quum aliquandiu oberrarim, ipsam Hierosolymam breui perueniam: vbi res ipsa declarabit, quo studio me admoneatis vt mihi ab Herode caueam, quum vos ipsi sitis me interfecturi. ¶ *Hodie & cras*, σήμερον καὶ αὔριον. Syrus interpres legit in Græcis post hæc verba ἐργάζεσθαι operari: quam lectionem si sequamur, τὸ πορεύεσθαι, in proximo membro non significabit Iter facere, sed Abire, ex hac vita videlicet, vt respondeat verbo τελειοῦμαι præcedentis versiculi, & ita totum hunc locum liceat interpretari, *Veruntamen oportet me hodie & cras operari: sequente verò die discedere.* Sed huiusmodi ellipses sunt periculosæ, & in nullis Græcis codicibus reperi verbum ἐργάζεσθαι. ¶ *Non contingit*, οὐκ ἐνδέχεται. Vulg. *Non capit*, vt loqui solet Tertullianus: sicut apud Græcos ἐνδέχεσθαι accipitur pro ἔξεστι, licet. Docent autem subtiles Dialectici & Physici quomodo inter se differant τὸ μὴ ἐνδεχόμενον & τὸ ἀδύνατον.

34 *Gallina*, ὄρνις. Vulg. *Auis*, quasi ignorarit hac voce peculiariter quoque gallinam significari, quum tamen Gallinam verterit Matth. 23.37. ¶ *Pulliciem*, τὴν νοσσιὰν. Sic loquitur Columella plurimis locis, proprij in his rebus sermonis obseruantissimus. Vulg. & Eras. *Nidum*: id est καλιάν. Sic tamen nempe metonymicè Virg. lib. 4, —*ipsásque volantes Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.* In duobus autem codicibus legimus τὰ ἑαυτῆς νοσσία, pullos suos.

IN CAP. XIIII.

1 *Ex primoribus Phar.* τῶν ἀρχόντων τῶν Φαρ. Vel eos quos Sanhedrin vocabant: vel principes Synagogæ intelligo: quoniam inuenio apud Matth. 9. vers. 18. ἄρχοντα simpliciter vocari qui ἀρχισυνάγωγος dicitur Marc. 5. 22. & hi rursus distinguuntur à Senioribus & Scribis, & à Principibus sacerdotum infrà, 24.20, & Act. 4.5. Sed & illud probabile est distincta fuisse politicorum magistratuum & Archisynagogorum munera, sicut Deut. 19.17. distinguit Moses. Non erant enim omnes Archisynagogi Pharisæi, sicut apparet ex Ioh. 7.48, quum Pharisæus sit sectæ nomen: sed tamen Pharisæos tum fuisse in magna existimatione liquet ex tota Euangelica historia.

3 *In hæc verba*, λέγων. Pleonasmus est huius participij, de quo diximus suprà, 11.16.

5 *Quis vestrûm*, τίνος ὑμῶν. Permutata est constructio verbo-

rum in hac periodo, ex Hebræorum idiotismo, quem exposuimus suprà, 11.11. Ideo maluimus à Græcis aliquantulum deflectere quàm verbum reddere pro verbo.

Vers.	Græce	Beza	Vulgata
6	Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα.	Et non poterant ei ex aduerso ad ista respondere.	*Et non poterant ad hæc respondere illi.*
7	Ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολήν, ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο, λέγων πρὸς αὐτούς,	Dixit autem parabolam iis qui vocati fuerant, attendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens eis,	*Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerēt, dicens ad illos,*
8	Ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν, μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ’ αὐτοῦ.	Quum vocatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne discumbito primo loco: ne fortè honoratior te sit vocatus ab eo:	*Quum inuitatus fueris ad nuptias, non discūbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo:*
9	Καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας, ἐρεῖ σοι, Δὸς τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ’ αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν.	Et is qui te & illum vocauit veniens, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum ignominia vltimum locum tenere.	*Et veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.*
10	Ἀλλ’ ὅταν κληθῇς, πορευθεὶς ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τόπον· ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκληκώς σε, εἴπῃ σοι, Φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον. τότε ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον τῶν συνανακειμένων σοι.	‖ Sed quum vocatus fueris, vade recubitum in vltimum locum, vt quū venerit qui te vocauit, dicat tibi, Amice, ascende altius: tunc erit tibi gloria in cōspectu eorum qui tecum discumbunt.	*Sed quum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.*
11	Ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτόν, ταπεινωθήσεται· καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτόν, ὑψωθήσεται.	‖ Nam quisquis se extollit, deprimetur: & qui se depresserit extolletur.	*Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.*
12	Ἔλεγε δὲ καὶ τῷ κεκληκότι αὐτόν, Ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους σου, μηδὲ τοὺς ἀδελφούς σου, μηδὲ τοὺς συγγενεῖς σου, μηδὲ γείτονας πλουσίους, μήποτε καὶ αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι, καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα.	Dicebat autem etiā ei à quo fuerat ipse vocatus, ‖ Quum feceris prandium aut cœnam, ne vocato amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites: nequando & ipsi te vicissim vocent, ac fiat tibi retributio.	*Dicebat autem & ei qui se inuitauerat, Quum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne fortè te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio.*
13	Ἀλλ’ ὅταν ποιῇς δοχήν, κάλει πτωχούς, ἀναπήρους, χωλούς, τυφλούς·	Sed quum facis epulum, voca mendicos, mancos, claudos, cæcos:	*Sed quum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos:*
14	Καὶ μακάριος ἔσῃ· ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀνταποδοῦναί σοι. ἀνταποδοθήσεται γάρ σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων.	Et beatus eris, quia non possunt *gratiam* retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.	*Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.*
15	Ἀκούσας δέ τις τῶν συνανακειμένων ταῦτα, εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.	Hæc autem quum audisset quidam ex iis qui simul discumbebant, dixit ei, Beatus qui edit panem in regno Dei.	*Hæc quum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi, Beatus qui manducat panem in regno Dei.*
16	Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα, καὶ ἐκάλεσε πολλούς·	Ipse autem dixit ei, ‖ Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos:	*At ipse dixit ei, Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos:*
17	Καὶ ἀπέστειλε τὸν δοῦλον αὐτοῦ τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου εἰπεῖν τοῖς κεκλημένοις, Ἔρχεσθε, ὅτι ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα.	Misitque seruum suum hora cœnæ, vt diceret vocatis, Venite, quia iam parata sunt omnia.	*Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia.*
18	Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες. Ὁ πρῶτος εἶπεν αὐτῷ, Ἀγρὸν ἠγόρασα, καὶ ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτόν· ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον.	Et omnes cœperunt vno cōsensu *se* excusare. Primus dixit ei, Agrū emi, & necesse habeo exire, & eum inspicere: rogo te, habe me excusatum.	*Et cœperūt simul omnes excusare. Primus dixit ei, Villā emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te, habe me excusatum.*
19	Καὶ ἕτερος εἶπε, Ζεύγη βοῶν ἠγόρασα πέντε, καὶ πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτά·	Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & proficiscor ad	*Et alter dixit, Iuga boū emi quinque, & eo pro-*

Arrogantiæ merces, ignominia: veræ autem modestiæ, gloria.

Prou. 25.

Infrà 18.14. matt. 23.12.

Tob. 4.7. prou. 3.9. In eos qui sua vel ambitiosè, vel compensationis spe profundunt, quum charitas Christiana in Dei tantùm gloriam & vsum proximi respiciat.

Matt. 22.1. apoc. 19.9.

Adeò insanit maxima etiam eorum pars, quibus Deus seipsum patefecit, vt quæ à Deo nacti sunt adiumenta, in impedimenta sæpe conuertant.

7 *Attendens*, ἐπέχων: i. προσέχων, animum videlicet: quomodo etiam accipi τὸ ἐπέχειν obseruat Eustathius in Homerum Odyss. τ. vt etiam vsurpatur Act. 3. 5. & 1. Tim. 4. 16. & Philip. 3.16.

13 *Mendicos*, πτωχούς. Vulg. *Pauperes*, πένητας. Ego propriam illius vocis significationem hîc retinendam puto, de qua vide Matth. 19.21, & 2. Cor. 8.9.

18 *Vno [ore.]* ἀπὸ μιᾶς: id est ἐξ ἑνὸς συνθήματος, inquit Theophylactus, quasi ex compacto & constituto, pro quo dicimus vernaculo nostro sermone, d'vn accord, expressa etiam præpositione ἀπὸ. Quanuis enim isti aliquantulum diuersas causas adferant, tamen in eo conueniunt omnes quòd sua negotia prætexunt ne ad cœnam adsint. Potest autem commodissimè suppleri γνώμης, aut βουλῆς, i. sententia vel consilio, sicut in illo Homeri versiculo Iliad. β. οἱ δὲ παντὲς γε μίαν βουλεύομεν. Itaque Castellio qui nuper ἀπὸ μιᾶς conuertit *ad vnum*, non videtur sensum assequutus, neque Vetus interpres, qui interpretatus *simul*, id est ἅμα.

ἠρωτῶ σε, ἔχε με παρητημένον.

20 Καὶ ἕτερος εἶπε, Γυναῖκα ἔγημα, καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναμαι ἐλθεῖν.

21 Καὶ παραγενόμενος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἀπήγγειλε τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ταῦτα. Τότε ὀργισθεὶς ὁ οἰκοδεσπότης εἶπε τῷ δούλῳ αὐτοῦ, Ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως. καὶ τοὺς πτωχοὺς καὶ ἀναπήρους καὶ χωλοὺς καὶ τυφλοὺς εἰσάγαγε ὧδε.

22 Καὶ εἶπεν ὁ δοῦλος, Κύριε, γέγονεν ὡς ἐπέταξας, καὶ ἔτι τόπος ἐστί.

23 Καὶ εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τὸν δοῦλον, Ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμοὺς, καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν, ἵνα γεμισθῇ ὁ οἶκός μου.

24 Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν κεκλημένων γεύσεταί μου τοῦ δείπνου.

25 Συνεπορεύοντο δὲ αὐτῷ ὄχλοι πολλοί. καὶ στραφεὶς εἶπε πρὸς αὐτοὺς,

26 Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὰς ἀδελφὰς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι.

27 Καὶ ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.

28 Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι, οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν;

29 Ἵνα μή ποτε θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, πάντες οἱ θεωροῦντες ἄρξωνται ἐμπαίζειν αὐτῷ,

30 Λέγοντες, Ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο οἰκοδομεῖν, καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι.

31 Ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον, οὐχὶ καθίσας πρῶτον βουλεύεται εἰ δυνατός ἐστιν ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι τῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων ἐρχομένῳ ἐπ᾽ αὐτόν;

32 Εἰ δὲ μήγε, ἔτι αὐτοῦ πόρρω ὄντος, πρεσβείαν ἀποστείλας, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην.

33 Οὕτως οὖν, πᾶς ἐξ ὑμῶν ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.

34 Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀρτυθήσεται;

35 Οὔτε εἰς γῆν, οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθε-

probãdum ea: rogo te, habe me excusatum.

20 Et alius dixit, Vxorem duxi, & propterea non possum venire.

21 Quum igitur seruus ille aduenisset, renuntiauit ista domino suo. Tunc iratus paterfamiliâs dixit seruo suo, Exi citò in plateas & vicos vrbis, & mendicos ac mancos, claudósque & cæcos huc introducito.

22 Et ait seruus, Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est.

23 Tunc ait dominus seruo, Abi ad vias & sepes, & coge ingredi, vt impleatur domus mea.

24 Dico enim vobis, nemo virorum illorum qui vocati fuerãt, gustabunt cœnam meam.

25 Ibat autem turba multa cum eo: & conuersus dixit eis,

26 ‖Siquis venit ad me, & "non odit patrem suum & matrem, & vxorem & liberos, & fratres & sorores, atque adeo suam ipsius animam, non potest meus esse discipulus.

27 ‖Et quisquis non baiulat crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus.

28 Quis enim ex vobis, si velit turrim ædificare, non prius "cõsidens computat sumptum, an habeat quæ ad *eius* consummationem *requiruntur*?

29 Vt ne posito fundamento, & *ipso eam* nequeũte perficere, omnes *istud* spectantes incipiant ei illudere,

30 Dicentes, Homo iste cœpit ædificare, & nequiuit *ædificium* perficere.

31 Aut quis rex proficiscens ad cõmittendum prælium aduersus alium regem, non prius "cõsultat considens, an possit cum decem millibus occurrere illi qui cum viginti millibus venit aduersus ipsum?

32 Alioquin, quũ adhuc ille procul est, ‖legatis missis, rogat ea quæ ad pacem spectant.

33 Sic ergo quisquis vestrũm nõ valedicit omnibus bonis suis, nõ potest meus esse discipulus.

34 ‖Bonus est sal: si verò sal infatuatus fuerit, quo condietur?

35 Neque ad terram neque ad

bare illa: rogo te, habe me excusatum.

20 *Et alius dixit, Vxorem duxi, & ideo non possum venire.*

21 *Et reuersus seruus nũtiauit hæc domino suo. Tũc iratus paterfamiliâs dixit seruo suo, Exi citò in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc.*

22 *Et ait seruus, Domine factum est vt imperasti, & adhuc locus est.*

23 *Et ait dominus seruo, Exi in vias & sepes & cõpelle intrare, vt impleatur domus mea.*

24 *Dico autem vobis quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.*

25 *Ibant autẽ turbæ multæ cum eo: & conuersus dixit ad illos,*

26 *Siquis venit ad me: & non odit patrem suum & matrem, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, nõ potest meus esse discipulus.*

27 *Et qui nõ baiulat crucem suam, & venit post me non potest meus esse discipulus.*

28 *Quis enim ex vobis, volens turrim ædificare, non prius sedens cõputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum?*

29 *Ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei,*

30 *Dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare, & nõ potuit consummare.*

31 *Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se?*

32 *Alioquin, adhuc illo lõgè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.*

33 *Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.*

34 *Bonum est sal: si autem sal euanuerit, in quo condietur?*

35 *Neque in terram neque*

Matt. 10. 37
Christi veros sectatores oportet ædificare simul ac pugnare, ac proinde ad quasuis ærumnas perferendas tempestiuè esse compositos,
Matt. 10. 38 & 16. 24 mar. 8. 34 Sup. 9. 23

Matt. 5. 13 mar. 9. 50
Discipulos Christi oportet & sibi & aliis sapere, alioqui futuros omniũ maximè fatuos.

26 *Non odit*, οὐ μισεῖ. Id est amat supra me. Matt. 10. 37. ¶ *Animam suam*, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν. id est seipsum, siue suam ipsius vitam, vt loquitur Matth. 16. 25.

28 *Considens*, καθίσας. Domi videlicet consilium capiens & omnia supputans, antequam opus aggrediatur, sicut dicit Varro, *Romani sedendo vincunt*.

31 *Consultat*, βουλεύεται: Consultat adhibitis nimirum etiam aliis in consilium, quum de rege hîc agatur ac suscipienda expeditione. Vulg. & Erasm. *Cogitat*, id est λογίζεται vel ἐνθυμεῖται.

35 *Appositum*

τὸν ἐστιν· ἔξω βάλλουσιν αὐτό. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Κεφάλαιον ιε.

1 Ἦσαν δὲ ἐγγίζοντες αὐτῷ πάντες οἱ τελῶναι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἀκούειν αὐτοῦ·

2 Καὶ διεγόγγυζον οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς, λέγοντες, Ὅτι οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐτοῖς.

3 Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην, λέγων,

4 Τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν πρόβατα, καὶ ἀπολέσας ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐ καταλείπει τὰ ἐννενηκονταεννέα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς, ἕως εὕρῃ αὐτό·

5 Καὶ εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους ἑαυτοῦ χαίρων;

6 Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν οἶκον, συγκαλεῖ τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας, λέγων αὐτοῖς, Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὸ πρόβατόν μου τὸ ἀπολωλός;

7 Λέγω ὑμῖν ὅτι οὕτως χαρὰ ἔσται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐννενηκονταεννέα δικαίοις, οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας.

8 Ἢ τίς γυνὴ, δραχμὰς ἔχουσα δέκα, ἐὰν ἀπολέσῃ δραχμὴν μίαν, οὐχὶ ἅπτει λύχνον, καὶ σαροῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς, ἕως ὅτου εὕρῃ;

9 Καὶ εὑροῦσα συγκαλεῖται τὰς φίλας καὶ τὰς γείτονας; λέγουσα, Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὴν δραχμὴν ἣν ἀπώλεσα;

10 Οὕτω, λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

11 Εἶπε δὲ, Ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς·

12 Καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρὶ, Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. Καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον.

sterquilinium "appositus est: foras eum abiiciunt. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

CAP. XV.

1 Accedebant autem ad eũ omnes publicani & peccatores, vt eum audirent:

2 Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes, Iste peccatores recipit, & edit cum eis.

3 Ipse verò loquutus est ad eos hanc parabolam, dicens,

4 ‖Quis ex vobis, si habeat centum oues, & perdiderit vnã ex illis, non derelinquit illas nonagintanouem in deserto, & abit ad eam quæ periit, vsquedum eam inuenerit?

5 Et *eam* nactus imponit in humeros suos gaudens?

6 Veniénsque domum, conuocat amicos & vicinos, dicẽs eis Gratulamini mihi: nam inueni ouem meam quæ perierat?

7 Dico vobis ita fore gaudium in cælo super vno peccatore resipiscẽte, "*magis* quàm super nonagintanouem iustis, "quibus non opus est resipiscentia.

8 Aut quæ mulier, si habeat drachmas decem, & perdiderit drachmam vnam, non accendit lucernam, & "verrit domũ, quæritque accuratè, vsquequo *eam* inuenerit?

9 Et *eam* nacta, conuocat amicas ac vicinas? dicens, Gratulamini mihi: nam inueni drachmam quam perdideram?

10 Ita, dicò vobis, gaudium est "apud Angelos Dei super vno peccatore resipiscente.

11 Dixit autẽ, Quidam habebat duos filios:

12 Quorum iunior dixit patri, Pater, da mihi "partem substãtiæ *ad me* attinentem. *Ille* igitur diuisit eis "facultates.

in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XV.

1 *Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores vt audirent illum:*

2 *Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.*

3 *Et ait ad illos parabolam istam, dicens,*

4 *Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat eam?*

5 *Et quum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens?*

6 *Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos? dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.*

7 *Dico vobis quòd ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia.*

8 *Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nónne accendit lucernam, & euerrit domũ, & quærit diligenter donec inueniat:*

9 *Et quum inuenerit, cõuocat amicas & vicinas? dicens, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.*

10 *Ita dico vobis, gaudiũ erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.*

11 *Ait autem, Homo quidam habuit duos filios:*

12 *Et dixit adolescentior ex illis patri, Pater da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam.*

Non desperandum de infimus qui aberrarũt, sed potiùs de iis restituendis in primis laborandum, Christi exemplo.

Matt. 18. 12

Homines discessione vltrò à Deo facta bonis acceptis spoliati à seipsis, in infinitas calamitates sese præcipitant. Deus autem, pro sua singulari bonitate, vltrò iis occurrens quos illis calamitatib. domitos ad resipiscentiam inuitauit, non modò benignè eos admittit, sed etiã reuersus amplioribus quàm vnquam antea donis ornatos, summa felicitate beat.

35 *Appositus*, εὔθετον, i. aptus & accommodatus: vt Varro agrum dixit appositum ad vitem: & Cicero dies ad agendum appositos. Vulg. & Eras. *Vtile*, id est χρήσιμον.

IN CAPVT XV.

7 [*Magis*] quàm, ἤ. Sic apud Hebræos interdum omittitur particula יותר [*iother*,] sicut apud Græcos μᾶλλον, de quo alibi diximus. ¶ *Quibus non opus*, οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι. Quod simpliciter dicitur, intelligendum est κατὰ χρεῖον, eorum videlicet respectu qui penitus sunt à Deo auersi.

8 *Verrit*, σαροῖ. In vetustiss. etiam codicibus Vulgatæ editionis (vt post Vallam Erasmus annotauit) perperam scriptum olim fuit, pudendo errore, *Euertit* pro *Euerrit*: quod Gregorio pontifici Romano & aliis Græcæ linguæ imperitis occasionem præbuit multa in hunc locum parum apposité comminiscendi.

10 *Apud Angelos*. ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων. Vulg. & Erasm. sermato obscuro Hebraismo, *Coram Angelis*. Leuiculum autem est quòd pro γίνεται, *Est*, interpretantur *Erit*, γενήσεται quæ enallage etiam occurrit infrà, 20. 33. tanti est momenti Hebrææ & Græcæ linguæ in Theologicis studiis cognitio. Hinc autem colligi quidem rectè potest beatis illis spiritibus quorum ministerio Deus & ad suos tutandos, & exercenda aduersus hostes iudicia, teste vbique sacra etiam historia, vtitur, nota esse quæ hîc in terris geruntur, prout & quatenus Deo placet, qui etiam apud Deũ benefactis lætentur, & malefactis suo modo offendãtur. Inde verò colligi eorum inuocatio nulla ratione potest. Animabus verò sanctorum in cælos receptis & glorificationis suæ complementũ adhuc expectantibus, ista quæ in terris geruntur curæ esse, vel etiam esse nota, nedum vt inuocari debeant, quis rectè propterea sibi vel aliis persuaserit?

12 *Partem* [*ad me*] *attinentem*, τὸ ἐπιβάλλον μέρος. Syrus interpres non ineleganter Partem ad me redeuntem, id est τὸ καθῆκον μέρος, vt vulgò dicimus, *la plus part du bien qui me vient*. Caius Iurisc. Partem alicui contingentem vocat: & ita loquuntur disertiores Græci interdum, etiam nomine μέρος non expresso. ¶ *Facultates*, τὸν βίον. Βίος (vt alibi

diximus) tū vitā, tū illud ipsum declarat quo vitā tuemur. Ideo conuertimus interdum Vitam, interdum Victū, nonnunquam Substātiam post Quintilianū, vt facturi eramus hoc loco, nisi in eodem hoc versiculo occurreret οὐσία.

Καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας συναγαγὼν ἅπαντα ὁ νεώτερος υἱὸς ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράν· καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ζῶν ἀσώτως.

Δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα, ἐγένετο λιμὸς ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην· καὶ αὐτὸς ἤρξατο ὑστερεῖσθαι.

Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης· καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους.

Καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι· καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ.

Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθών, εἶπε, Πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύουσιν ἄρτων, ἐγὼ δὲ λιμῷ ἀπόλλυμαι.

Ἀναστὰς πορεύσομαι πρὸς τὸν πατέρα μου· καὶ ἐρῶ αὐτῷ, Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου·

Καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου· ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.

Καὶ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ. Ἔτι δὲ αὐτοῦ μακρὰν ἀπέχοντος, εἶδεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐσπλαγχνίσθη· καὶ δραμὼν ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ υἱός, Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου.

Εἶπε δὲ ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ, Ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτόν, καὶ δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας·

Καὶ ἐνέγκαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν θύσατε· καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν.

Ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη. Καὶ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι.

Ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ· καὶ ὡς ἐρχόμενος ἤγγισε τῇ οἰκίᾳ, ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν.

13 Post dies autem non multos, congregatis omnibus, iunior ille filius peregrè profectus est in regionem longinquam: & illic dissipauit substantiam suam, profusè viuendo.

14 Quum autē omnia ipse consumpsisset, orta est fames valida in regione illa: & ipse cœpit *victu* defici.

15 Abiit igitur & adhæsit vni ex ciuibus regionis illius: qui misit eum in agros suos vt pasceret porcos.

16 Et desiderabat implere ventrē suum siliquis quas edebant porci: & nemo ei dabat.

17 Quum autem ad se rediisset, dixit, Quot mercenarij patris mei redundant panibus, ego verò fame pereo!

18 Surgens proficiscar ad patrē meum, & dicam ei, Pater, peccaui in cælum, & in tuo conspectu:

19 Neque amplius sum dignus vocari filius tuus: fac me vt vnum ex mercenariis tuis.

20 Surgens igitur contendit ad patrem suum. Quum autem adhuc longè abesset, vidit eum pater ipsius, & intima misericordia motus est: & accurrens incidit in collum eius, & deosculatus est eum.

21 Dixit autem ei filius, Pater, peccaui in cælum & in tuo conspectu, neque dignus sum amplius vocari filius tuus.

22 Dixit verò pater ad seruos suos, Proferte stolam illā præcipuam, & induite eum, & indite annulum in manum eius, & soleas in pedes:

23 Et adductum vitulum illum saginatum mactate: & edentes oblectemur.

24 Quia filius iste meus mortuus erat, & reuixit: periérātque, & inuentus est. Cœperunt igitur sese oblectare.

25 Erat autem filius ille ipsius senior ruri: qui vt veniens appropinquauit domui, audiuit concentum & choros.

13 *Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.*

14 *Et postquam omnia dissipasset, facta est fames valida in regione illa: & ipse cœpit egere.*

15 *Et abijt & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suā vt pasceret porcos.*

16 *Et cupiebat implere vētrem suū de siliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat.*

17 *In se autem reuersus dixit, Quanti mercenarij patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo?*

18 *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater, peccaui in cælum & coram te:*

19 *Iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.*

20 *Et surgens venit ad patrem suum. Quum autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est: & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.*

21 *Dixitque ei filius, Pater, peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.*

22 *Dixit autem pater ad seruos suos, Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius:*

23 *Et adducite vitulū saginatum, & occidite: & mãducemus & epulemur.*

24 *Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari.*

25 *Erat autem filius eius senior in agro: & quum veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum.*

Initium resipiscētiæ, agnitio diuinæ misericordiæ nos ad bene sperandum excitantis.

In vera resipiscentia inest sensus peccati cum tristitia & pudore coniunctus: vnde nascitur confessio, quam sequitur absolutio.

Qui Deum amāt verè omnes optāt habere consortes.

13 *Profusè*, ἀσώτως. Deriuant Grammatici ἄσωτον ab α & σώζειν, vt eum declaret qui nihil sibi seruat: quem Latini Effusum & Profusum simili ratione vocant. Vulg. & Eras. *Luxuriosè*, id est ἀσελγῶς.

18 *Peccaui in cælum*, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανόν: id est, peccaui in Deum & in te: siue reus sum non te solo, sed ipso etiam cælo, quacunque patet, teste. Cælum autem pro Deo vsurpari nisi figuratè, id est metonymicè continentis pro contento non potest, nempe pro eo cuius sedes in cælis potissimum collocatur, vt illa quorundam obseruatio grammatica mihi planè frigere videatur: quasi cælum sit vnum ex Dei nominibus.

20 *Contendit*, ἦλθε. Id est, in viam sese dedit, vt ad patrem veniret. Nec enim eò adhuc peruenerat, vt apparet ex iis quæ subiiciuntur. Sic etiam accipitur τὸ ἔρχεσθαι, infrà Act. 28.14.

22 *Proferte*, Ἐξενέγκατε. Vulg. addit, citò, ταχέως, quod in duobus vetustis codicibus inueni.

23 *Oblectemur*, εὐφρανθῶμεν. Vulg. *Epulemur*, nimis angustè. Hoc est quod dicimus *faisons bonne chere* quod respondet Hebrææ voci שמח [*Samach*,] sæpe apud Mosen vsurpatæ, vbi de sacrificiorum conuiuiis agitur.

Καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν παίδων ἐπυνθάνετο τί εἴη ταῦτα.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἥκει· καὶ ἔθυσεν ὁ πατήρ σου τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν, ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν.

Ὠργίσθη δέ, καὶ οὐκ ἤθελεν εἰσελθεῖν. ὁ οὖν πατὴρ αὐτοῦ ἐξελθών, παρεκάλει αὐτόν.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ πατρί, Ἰδοὺ τοσαῦτα ἔτη δουλεύω σοι, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον, καὶ ἐμοὶ οὐδέποτε ἔδωκας ἔριφον, ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ.

Ὅτι δὲ ὁ υἱός σου οὗτος ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, ἦλθεν, ἔθυσας αὐτῷ τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστιν.

Εὐφρανθῆναι δὲ καὶ χαρῆναι ἔδει, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη.

Κεφάλαιον ις.

Ἔλεγε δὲ καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, ὃς εἶχεν οἰκονόμον· καὶ οὗτος διεβλήθη αὐτῷ, ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

Καὶ φωνήσας αὐτὸν, εἶπεν αὐτῷ, Τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ; ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου· οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν.

Εἶπε δὲ ἐν ἑαυτῷ ὁ οἰκονόμος, Τί ποιήσω, ὅτι ὁ κύριός μου ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμοῦ; σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι.

Ἔγνων τί ποιήσω, ἵνα ὅταν μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας, δέξωνταί με εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν.

Καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα ἕκαστον τῶν χρεωφειλετῶν τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, ἔλεγε τῷ πρώτῳ, Πόσον ὀφείλεις τῷ κυρίῳ μου;

26 Et vocatum vnum ex pueris percontatus est quid illud esset.

27 Is verò dixit ei, Frater tuus venit: & mactauit pater tuus vitulum illum saginatum: quòd valentem illum receperit.

28 Indignatus est autem *ille* nec voluit introire. Pater ergo ipsius egressus aduocabat eum.

29 Ipse verò respondens dixit patri, Ecce, tot annos seruio tibi, nec vnquam præceptum tuum sum transgressus, nec vnquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis oblectarer:

30 Sed quum filius iste tuus, qui abliguriuit victum tuum cum meretricibus, venit, mactasti ei vitulum illum saginatum.

31 Ipse verò dixit ei, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea, tua sunt.

32 Exhilarari verò & gaudere oportebat, quòd frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: periérātque, & inuentus est.

Cap. XVI.

1 Dixit autem etiam discipulis suis, Fuit homo quidam diues, qui habebat dispēsatorem: & is delatus est apud eum, vt qui dissiparet quæ ipsi suppetebant.

2 Vocauit eum igitur, & dixit ei, Quī istud audio de te? redde rationem dispensationis tuæ. non enim poteris amplius esse dispensator.

3 Dixit autem apud se dispensator, Quid faciam, quum dominus meus auferat à me dispensationem? fodere nequeo, mendicare pudet.

4 Noui quid sim facturus, vt quum amotus fuero à dispensatione, recipiant me *aliqui* domum suam.

5 Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dixit primo, Quantum debes domino meo?

26 *Et vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent.*

27 *Isque dixit illi, Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluum illum recepit.*

28 *Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum.*

29 *At ille respondens dixit patri suo, Ecce, tot annis seruio tibi, & nunquā mandatum tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer.*

30 *Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.*

31 *At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea, tua sunt.*

32 *Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.*

Cap. XVI.

1 *Dicebat autem & ad discipulos suos, Homo quidam erat diues qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illū, quasi dissipasset bona ipsius.*

2 *Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ. iam enim non poteris villicare.*

3 *Ait autem villicus intra se, Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco.*

4 *Scio quid faciam, vt quum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.*

5 *Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo, Quantum debes domino meo?*

Quum homines sæpe alienis etiam sumptibus amicitias sibi comparent, turpe nobis est, liberali bonorum in eos vsus acceptorum dispensatione Domino non placere, & proximos nō demereri, quum hac vna ratione diuitiæ (quæ ferè sunt peccandi illecebræ) in contrarium fiant vertantur.

26 *Vnum ex pueris*, ἕνα τῶν παίδων. Frobenij codex addit αὐτοῦ, id est *suis*, quod videtur expungendum. Apud Theophylactum autem legitur, ἕνα ἐκ τῶν παίδων δούλων: ac mihi quidem dubium non est quin δούλων culpa librarij ex albo libri in contextum irrepserit.

28 *Aduocabat*, παρεκάλει, nempe vt esset conuiuij particeps, vt etiam accipitur hoc verbum Act. 28.20. Vulg. *cœpit rogare*. Eras. Rogabat, neuter appositè.

29 *Sum transgressus*, παρῆλθον id est ὑπερέβην, vel *præterij*, id est *contempsi*: quia quæ aspernamur, ne aspicere quidem sustinemus, Theophylactus legit παρεῖδον, *Despexi*.

30 *Victum tuum*, σοῦ τὸν βίον. Vulg. *Substantiam suam*, id est τὴν αὐτοῦ οὐσίαν. Sed illud est multò ἐμφατικώτερον, in quo etiam Græci codices omnes consentiunt.

IN CAPVT. XVI.

1 *Dispensatorem*, οἰκονόμον. Vulg. *Villicum*, nimis angustè. Sic vocatur qui Domini pecuniæ tum exigendæ tū dispensandæ præest qui & Actor dicitur: vnde etiam οἰκονόμον Actum vocat Scæuola qua voce Tertull. vsus est hanc parabolam citans. Ego verò vocem quæsiui minus ambiguam, nempe Dispensatoris, qua tum Cicero, tum Iurisconsulti sæpissimè hac ipsa significatione vtuntur.

2 *Non enim poteris*, οὐ γὰρ δυνήσῃ: i. tibi non fiet à me potestas. Nam alioquin dispensator in posterū quoque esse poterat si hoc dominus ipsi concessisset. ¶ *Esse dispensator*, οἰκονομεῖν. Vulg. *Villicare*, quod haud satis scio an aliud declaret quàm rusticari: certè non tam latè patet quàm τὸ οἰκονομεῖν, quod significat res domesticas administrare. Erasm. *Dispensare*, quod verbum non legi absolutè positum.

Ὁ δὲ εἶπεν, Ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ καθίσας ταχέως γράψον πεντήκοντα.	6	Is autem ait, Centum batos olei. Tum ille dixit ei, Accipe tabulas tuas, & sede citò, & scribe quinquaginta.	6	*At ille dixit, Centum cados olei. Dixitque illi, Accipe cautionem tuam, & sede, citò scribe quinquaginta.*
Ἔπειτα ἑτέρῳ εἶπε, Σὺ δὲ πόσον ὀφείλεις; Ὁ δὲ εἶπεν, Ἑκατὸν κόρους σίτου. Καὶ λέγει αὐτῷ, Δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ γράψον ὀγδοήκοντα.	7	Deinde alij dixit, Tu verò quantum debes? Is autem ait, Cētum coros tritici. Tum ipse dixit ei, Accipe tabulas tuas & scribe octoginta.	7	*Deinde alij dixit, Tu verò quantum debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta.*
Καὶ ἐπῄνεσεν ὁ κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, ὅτι φρονίμως ἐποίησεν. ὅτι οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν ἑαυτῶν εἰσι.	8	Et laudauit dominus ille dispensatorem iniustū, quòd prudenter fecisset. Certe filij huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in suo genere.	8	*Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.*
Κἀγὼ ὑμῖν λέγω, Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας· ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.	9	*Sic* etiam ego vobis dico, Facite vobis amicos ex mamona iniusto: vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna illa tabernacula.	9	*Et ego vobis dico, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.*

6 *Batos*, βάτους. Syrus interpres מתרין [*mathren*] id est μετρητὰς vertit; item vetustissimus codex meus & alia duo manusc. exemplaria. Latina denique recepta versio legunt κάδους, nomine tantum variato, non mensura. Nam, vt apertè probat doctissimus Georgius Agricola, apud Hebræos בת [*bath*] mensura fuit rerum liquidarum, prorsus respondens Atticæ amphoræ, quæ Græcè non modò μετρητὴς sed etiam κάδος & κεράμιον dicitur. Immeritò igitur Erasmus hoc quidem loco Veterem interpretem reprehendit. ¶ *Tabulas*, γράμμα. Sic vocant Latini obligationis instrumentum, vt vel ex eo liquet quòd ipsi tabulas nouas appellant. Vulgata, *Cautionem*, quo vocabulo sic vtitur etiam Seneca. Hebræi generali voce ספר [*sepher*] vocant. Vt Ier. 32. 11.

7 *Coros*, κόρους. Apud Hebræos (vt hoc quoque παρέργως dicamus) כור [*chor*] (pro quo Græci interpretes & ipse quoque Iosephus κόρον dicunt) mensura fuit rerum aridarum, quæ decem Atticos medimnos capiebat, vt testatur idem Iosephus libro Antiquitatum 15. cap. 12. Locus igitur quem ex eodem citat Erasmus ex libri tertij vltimo capite, in quo videtur Corus æstimari medimnis Atticis quadraginta vno, omnino deprauatus est vel in numeri nota, vel in eo quod pro ἀττικοὺς scribendum est ἰταλικοὺς, vt rectè obseruat Georgius Agricola, homo (meo quidem iudicio) omnium qui de his rebus ad hunc diem scripserunt, diligentissimus.

8 *Dominus ille*, ὁ κύριος. Expressi articulum vt intelligatur hîc agi de illius dispensatoris hero, non de ipso Christo, in quo videtur Syrus interpres hallucinatus. Cæterùm mihi comparationem istam diligenter expēdenti, videtur Dominus hoc loco nos docere velle, bona ad hanc vitam spectantia nobis diuinitus concedi, non vt ea prout libuerit, tanquam illorum propriè domini, consumamus, sed vt illa tanquam penes nos deposita ex Domini voluntate optimaque fide dispensemus: homines autem, & quidem præsertim eos quibus copiosius eiusmodi depositum commissum est, illis ad luxum & alia eiusmodi abuti consueuisse. Ita fieri vt Deus tandem istam suorum bonorum dilapidationem non ferens, de nobis amouendis meritò cogitet, siue bonis illis malos dispensatores priuando, siue ipsa quoque vita illis erepta eos ad suum tribunal euocando. Legitimam autem Domini placādi, & huius prorogādæ commissæ dispensationis, immò etiam amplioris beneficentiæ obtinendæ rationem hanc esse, si profusionem istam charitate erga pauperes compensemus. Sic enim fore tum vt Deus, si caducis istis bonis rectius nos vti comperierit, longè pretiosioribus nos dignetur, tum vt non frustrà beneficos nos fuisse, & in hac ipsa vita (vt Deut. 24. 12. scribitur,) & in cælis ipsis tandem cum iis quibus benefecerimus collecti experiamur, sicut loquitur Christus Matth. 5. 7. Paulo quoque copiosè messuros testante qui copiosè seuerint 2. Cor. 9. 6. Non sunt igitur partes huius parabolæ subtilius accommodandæ vltra Christi scopum, qui etiam cum fure certo respectu confertur 1. Thes. 5. 2. vt Deus cum iniquissimo iudice Luc. 18. 2. Nam quisnam alioqui paterfamilias talem dispēsatorem furtum furto cumulantem, & ipsius benignitate tam turpiter abutentem tulerit, nedū laudarit? Nec enim vel ex alieno, vel ex malè partis liberalitas est exercenda: quanquam hoc posterius rectè intellectum quadrat optimè Christi proposito. Quum enim fiduciarij duntaxat possessores bonorum huius vitæ simus, idque ad tempus, & adiecta reddendarum rationum conditione, consequitur nos de nostro neque quicquam profundere, neque liberalitatem propriè exercere. Quod autem nonnulli ex hoc loco merita eleemosynarum eliciunt, & eorum in cælis intercessionem in quos charitatem in hac vita exercuerint, ne refutationem quidem indiget.

¶ *Certè*, ὅτι. Vulgata & Erasm. *Quia*. Mihi verò videtur in iis quæ sequuntur collatio esse similitudinis, ita vt à comparatis argumentetur, & כי, Hebræorum sæpe hanc vim habet. ¶ *Filij huius seculi*, οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου. Sic apud Rabinos בני העולם הזה [*bene haholam hazzeh.*] i. homines huic præsenti vitę toti addicti, quos vocat Apostolus σαρκικοὺς & opponit πνευματικοῖς, qui hoc loco dicuntur filij lucis, id est בני אורה [*bene orah*,] quos Dominus sui spiritus luce illustrauit. ¶ *In suo genere*, εἰς τὴν γενεὰν ἑαυτῶν. Alicubi γενεὰν gentem, progeniem, ætatem denique exposui. est enim multiplex huius vocabuli declaratio. Sed mihi quidem videtur hîc accipi pro certo genere ac specie hominum, & εἰς pro ἐν vsurpari. Virgilius, *Parce pio generi*. Idem, *Quod genus hoc hominum?* Vulgata, *In generatione sua*. Erasmus, *In natione sua*. Nam Cicero quoque in hac significatione nationem candidatorum & nationem optimatium dicit. Sed illud planius est & magis tritum.

9 *Amicos*, φίλους. Non sanè qui mortui pro viuo intercedant, sed quibus officia præstita fidem defuncti apud Deum testificentur, illa perinde ac in seipsum collata comprobantem, & gratis coronantem, vt loquitur ipse Dominus Deut. 24. 13. & Matt. 25. versu 40. ¶ *Iniusto*, τῆς ἀδικίας. id est דשקר [*Discar*,] vt vocat Chaldæus paraphrastes Hos. 5. 11. vel דעולא [*Debaula*,] vt habet Syrus interpres ab altera significatione verbi עול [*haual*,] quod ad omne iniuste factum accommodatur, vt & verbum ἀδικεῖν. Opes igitur hîc vocantur iniustæ, vel in genere quòd esse soleāt hominum vitio illecebræ ad peccandum, siue, vt ait Ouidius, *malorum irritamenta*, vel habita propositæ hypotheseos ratione, quibus aliquis sit antea contrà Dei patrisfamiliâs voluntatem abusus. Nam de opibus malè partis hîc non agi, proposita similitudo manifestè declarat. ¶ *Defeceritis*, ἐκλίπητε. Quum enim ex hac vita excedimus, veluti serui ab hero euocamur ad reddendas accepti & expensi rationes. Syrus interpres legit ἐκλίπῃ, *defecerit*, mamona nimirum, sed perperam vel potius deprauatus est Syriacus contextus, exscriptoris culpa. ¶ *Aeterna illa tabernacula*, τὰς αἰωνίους σκηνάς. Signatè additur epitheton: quum σκηνῶν appellatione significetur structura non habitationi sed commorationi temporariæ destinata, qua de re vide Heb. 11. 9. Vsus est autem ista periphrasi vt illustrior sit antithesis.

Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι· καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν.	10	Qui fidelis est in minimo, etiā in multo fidelis est: & qui in pauco iniustus est, etiam in multo iniustus est.	10	*Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est.*	Timēdum ne propter terrenæ dispensationis abusum cælestibus donis priuemur.
Εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει;	11	Itaque si in fallaci mamona fideles non fuistis, veram *mamonam* quis credet vobis?	11	*Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est quis credet vobis?*	Quomodo enim spiritualibus bene vtentur qui terrena malè administrant?
Καὶ εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει;	12	Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis?	12	*Et si in alieno fideles nō fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis?*	
Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ.	13	‖ Nullus seruus potest duobus dominis seruire: aut enim vnū odio habebit, & alterū diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. non potestis Deo seruire & mamonæ.	13	*Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. non potestis Deo seruire & mammonæ.*	Matt. 6. 24. Nemo simul potest Deum & opes amare.
Ἤκουον δὲ ταῦτα πάντα καὶ οἱ Φαρισαῖοι, φιλάργυροι ὑπάρχοντες· καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτόν.	14	Audiebant autem hæc omnia etiam Pharisæi, qui erant auari: & sannis eum excipiebant.	14	*Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erāt auari: & deridebant illum.*	
Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς ἐστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων· ὁ δὲ Θεὸς γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν· ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐστιν.	15	Tūc dixit eis, Vos ij estis qui iustificatis vosipsos in hominū cōspectu: Deus autē nouit corda vestra: quia quod apud homines sublime est, abominationi est in conspectu Dei.	15	*Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra. quia quod hominibus altū est, abominatio est ante Deū.*	Deum non latent vitia quæ tumuis hominibus occulta, atque adeò iis ipsis quibus insunt.
Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου· ἀπὸ τότε ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίζεται, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται.	16	Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem: ab eo tempore regnum Dei euangelisatur, & quiuis in illud vi perrumpit.	16	*Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.*	Matt. 11. 12. Pharisæi nouī fœderis excellentiam præ vetere contemnebant, ex a[c] iustitiam legis ignorantes cuius quùm falsi essent interpretes, Christus ex septimo præcepto docet.
Εὐκοπώτερον δέ ἐστι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν.	17	‖ Facilius est autem cælum & terram præterire, quàm Legis vnum apicem excidere.	17	*Facilius est autem cælum & terram præterire quàm de Lege vnum apicem cadere.*	Matt. 5. 18.
Πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμῶν ἑτέραν, μοιχεύει· καὶ πᾶς ὁ ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς γαμῶν, μοιχεύει.	18	‖ Quisquis dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & quisquis à viro dimissam ducit, mœchatur.	18	*Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.*	Matt. 5. 32. & 19. 7. marc. 10. 4. 1. cor. 7. 11.
Ἄνθρωπος δέ τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ᾽ ἡμέραν λαμπρῶς.	19	Cæterùm quidā erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & sese oblectabat quotidie splendidè.	19	*Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè.*	Piorum paupertatem & miserias, sempiterna felicitas: diuitū vero luxum & crudelem fastum, æterna miseria, atque vlla misericordiæ spe consequetur.
Πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος.	20	Erat verò quidam mendicus nomine Lazarus, qui proiectus erat ad vestibulum eius, vlcerosus:	20	*Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus:*	
Καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν	21	Et desiderans saturari micis	21	*Cupiens saturari de mi-*	

10 *In minimo*, ἐν ἐλαχίστῳ, &c. Id est, qui sibi à Deo cōmissas ad vsum huius vitæ pertinentes facultates, quæ minimi sunt momēti, ea qua opus est ratione administrat, is quoque existimandus est ea sicuti par est curare quæ longè maxima sunt, cælestia nimirum & æterna: sicuti vicissim qui aliter se gerunt in hac vita quàm oporteat, alteram quoque aspernari se testantur.

11 *Veram* [*mamonam*,] τὸ ἀληθινόν. Μαμωνᾶ repetij ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Omnino enim id postulare videtur antithesis vt veræ opes, cælestes videlicet ac diuinæ, fluxis ac caducis opponantur. In proximo versiculo similis est antithesis. Nā quæ prophani homines bona fortunæ & externa vocant, Christus appellat aliena, deposita nimirum, & nostræ fidei ad tempus & ad vsum certis conditionibus definitum, cōmissa: eáque opponit τῷ ὑμετέρῳ non quasi possint iis obtingere qui aliena malè administrarint, sed quoniam qui suntea consequuti, verè possint illa vocare sua, nunquam videlicet ipsis auferenda.

12 *Quod vestrum est*, τὸ ὑμέτερον. Mirum est Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem non tantùm legere, sed etiam interpretari τὸ ἐμὸν, *quod meum est*, contra omnium codicum fidem, & Syrum interpretem, & Cyprianum in libro de Eleemosynis.

13 *Nullus seruus*, οὐδεὶς οἰκέτης. Vide Matt. 6. 24.

14 *Sannis excipiebant*, ἐξεμυκτήριζον. Vulg. *Deridebant*, κατεγέλων. Eras. in annotationibus, *Subsannabant*. quod non memini legere apud idoneos auctores.

15 *Qui iustificatis*, οἱ δικαιοῦντες. Id est iusti videri & haberi vultis iustitia externa. Nam quod subiicitur, non est sic accipiendum quasi solos homines Pharisæi habere vellent suæ iustitiæ testes, sed quòd suis externis obseruationibus somniarent sese Deum ipsum promereri, vt apparet infrà, ex cap. 18. 11.

18 *Dimissam*, ἀπολελυμένην. Qui hinc colligunt, post repudium nullū esse secūdo matrimonio locum, altera parte superstite, ineptè colligunt. Loquitur enim Dominus de repudiis apud Iudæos vsitatis, inter quæ numerari non potest repudiū ob adulteriū, quū adulteros ex Lege oporteret capitali pœna plecti. Et certè si valerent iustæ Leges, nullus esset hodie huic quæstioni inter Christianos locus.

19 *Cæterùm quidam*, ἄνθρωπος δέ τις. In meo vetustiss. codice & alio manusc. exemplari legitur, εἶπε δὲ καὶ ἑτέραν παραβολήν, Ἄνθρωπός τις ἦν, *Dixit autem aliam etiā parabolam, Quidā erat*, &c. quæ præfatio videtur penè necessaria fuisse, vt isti sermones inter se cohærerent. ¶ *Sese oblectabat*, εὐφραινόμενος. Vulg. *epulabatur*, nimiū angustè. Hoc enim est quod Gallico sermone dicitur, *faire bonne chere, & se donner du plaisir*.

20 *Lazarus*, Λάζαρος. Hebraicè *Elea zar*, vt legit etiam Tertullianus, libro de Idololatria, & Prudetius in Hymno de sanctorum exequiis.

ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου, ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ.

22 Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ· ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη.

23 Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ.

24 Καὶ αὐτὸς φωνήσας εἶπε, Πάτερ Ἀβραὰμ ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου· ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ.

25 Εἶπε δὲ Ἀβραὰμ, Τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὅδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι.

26 Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς μὴ δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν.

27 Εἶπε δὲ, Ἐρωτῶ οὖν σε πάτερ ἵνα πέμψῃς αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου.

28 Ἔχω γὰρ πέντε ἀδελφοὺς, ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου.

29 Λέγει αὐτῷ Ἀβραὰμ, Ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας· ἀκουσάτωσαν αὐτῶν.

30 Ὁ δὲ εἶπεν, Οὐχὶ, πάτερ Ἀβραάμ· ἀλλ' ἐάν τις ἀπὸ νεκρῶν πορευθῇ πρὸς αὐτοὺς, μετανοήσουσιν.

31 Εἶπε δὲ αὐτῷ, Εἰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, πεισθήσονται.

Quum certa viuendi regula nobis in verbo præscripta sit, aliæ reuelationes temerè & frustrà quæruntur.

quæ cadebant è mensa diuitis: sed & canes veniebant ac lingebant eius vlcera.

22 Factum est autē vt moreretur mēdicus, & asportaretur ab Angelis in sinum Abrahami: mortuus est verò etiam diues, ac sepultus est.

23 Et apud inferos sublatis oculis suis, quum esset in tormētis, vidit Abrahamum è longinquo, & Lazarum in sinu eius.

24 Tum ipse clamans dixit, Pater Abrahame, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digitum suum in aquā, & refrigeret linguam meam: quoniam grauissimè crucior in ista flamma.

25 Dixit autem Abrahamus, Fili, memento te bona tua recepisse in vita tua, & Lazarū similiter mala: nunc autem hic solamen recipit, tu verò cruciaris.

26 Et ad hæc omnia, inter nos & vos hiatus ingens constitutus est, vt ij qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque istinc huc transire.

27 Dixit autem *ille*, Rogo te igitur pater, vt eum mittas domū patris mei.

28 Habeo enim quinque fratres, vt *hæc* obtestetur eos, ne & ipsi veniant in hunc locū tormenti.

29 Dicit ei Abrahamus, Habent Mosen & Prophetas: audiant eos.

30 Ille verò dixit, Non, pater Abrahame: sed siquis è mortuis abierit ad eos, resipiscent.

31 Abrahamus autem dixit ei, Si Mosen & Prophetas non audiunt, ne si quidem quispiam ex mortuis resurgat, persuadebuntur.

cis quæ cadebant de mensa diuitis: sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius.

22 *Factum est autē vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ: mortuus est autem & diues, & sepultus est.*

23 *In inferno. Eleuās autem oculos suos, quum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarū in sinu eius.*

24 *Et ipse clamans dixit, Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremū digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.*

25 *Et dixit illi Abrahā, Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.*

26 *Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt ij qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.*

27 *Et ait, Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei.*

28 *Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.*

29 *Et ait illi Abraham, Habent Moysen & Prophetas: audiant illos.*

30 *At ille dixit, Non pater Abraham: sed siquis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.*

31 *Ait autē illi, Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque siquis ex mortuis resurrexerit, credent.*

23 *Et apud inferos*, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ. Vulgata omisit præpositionem καί: qui error in causa fuit cur ex veteribus nonnulli parū appositè disputarint de sepultura diuitis in inferno. Sed hoc quidem verum est, in ista narratione proponi nobis res spirituales sub figuris sensui nostro accommodatis, ac proinde velut in mediis illis flammis collocari diuitis illius sepulchrum: quò etiam spectet quod hîc de sinu Abrahæ, de colloquio cum Abrahamo, de mittendo in aquam digito, de refrigeranda lingua, denique de epulonis solicitudine pro cognatis suis commemoratur, quorum nihil neque corporibus in sepulchro iacentibus, neque vel damnatorum vel beatorum animabus conuenit κυρίως.

26 *Ad hæc omnia*, ἐπὶ πᾶσι τούτοις: id est πρὸς τούτοις præter hæc. Vulgata, *In his omnibus*: quod Erasmus iure correxit. ¶ *Hiatus*, χάσμα. id est Vasta vorago, παρὰ τὸ χαίνειν. Sic Virgilius, *quæ nunc satu ima dehiscat Terra mihi*. Vulg. *Chaos*, librariorum errore, vt Budæus existimat. ¶ *Constitutus est*, ἐστήρικται. Vulg. & Eras. *Firmatus est*: quod non satis conuenit huic loco, quum agatur de re minimè firma ac solida, sed vacua potius ac inani: quæ tamē dicitur ἐστηρίχθαι, id est firmo & immutabili Dei robore constituta, vt diffluere non possit. Fortassis vsus est Dominus verbo רקע [rakah,] quod quū propriè significet expandere, Græci interpretes vertere solent στερεοῦν, quod parum differt à στηρίζειν. vnde רקיע [rakiah] ipsi στερέωμα, id est firmamentū, appellant. nisi malimus στηρίζειν conferre cum Hebræorum verbo כון [chun.] quod & ipsum commodè interpretari possumus, constituere & collocare: vnde מכון [machon] id est sedes firma ac stabilis.

28 *Vt hæc obtestetur eos*, ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, id est vt illos seriò, vtpote certus & oculatus horum testis commonefaciat. Magna enim vis est præpositionis διά in hoc verbo, & nimium multos in ipso etiam populo Dei fuisse qui inferorum pœnas pro ludibrio habebant liquet ex Psal 14. 1. Esa. 28. 15. teste quoque Sadducæorum secta.

31 *Ne si quidem*, οὐδ' ἐάν. Mira hîc se prodit tum Satanæ audacia, tum hominum & in veris credendis incredulitas, & in amplectēdis fabulis credulitas. Quàm enim multi etiamnum hodie quæ hîc tam disertis verbis de pœnis illis æternis ab ipso Filio Dei declarantur, pro nugis ducunt? Et contrà, quàm multi partim prorsus commentitus, partim veris, sed ad miseros fallendos homines spirituum impurorum personam mortuorum hominum assumentium apparitionibus nocturnis vltrò sese fallendos præbuerunt? His præstigiis purgatorium, preces pro mortuis, & tum sancto-

rum inuocationem, tum reliquiarum, quas vocant, adorationem deberi constat: frustra iam olim per Mosen prohibente Domino mortuos consuli vel audiri. Deuteron. 18. 11.

Κεφάλαιον ιζ.

1 Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς, Ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται.

2 Λυσιτελεῖ αὐτῷ εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἔρριπται εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων.

3 Προσέχετε ἑαυτοῖς. Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἐπιτίμησον αὐτῷ· καὶ ἐὰν μετανοήσῃ, ἄφες αὐτῷ.

4 Καὶ ἐὰν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμάρτῃ εἰς σὲ, καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ ἐπὶ σε, λέγων, Μετανοῶ, ἀφήσεις αὐτῷ.

5 Καὶ εἶπον οἱ ἀπόστολοι τῷ Κυρίῳ, Πρόσθες ἡμῖν πίστιν.

6 Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Εἰ εἴχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ, Ἐκριζώθητι, καὶ φυτεύθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ· καὶ ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν.

7 Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα, ἢ ποιμαίνοντα, ὃς εἰσελθόντι ἐκ τοῦ ἀγροῦ ἐρεῖ εὐθέως, Παρελθὼν ἀνάπεσαι;

8 Ἀλλ' οὐχὶ ἐρεῖ αὐτῷ, Ἑτοίμασον τί δειπνήσω, καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι, ἕως φάγω καὶ πίω· καὶ μετὰ ταῦτα φάγεσαι καὶ πίεσαι σύ;

9 Μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ ὅτι ἐποίησε τὰ διαταχθέντα αὐτῷ; οὐ δοκῶ.

10 Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε, Ὅτι δοῦλοι

CAP. XVII.

1 Ait autem discipulis, Cōtingere non potest vt nō eueniant offendicula: sed væ illi per quem eueniunt.

2 Expedit ei si mola asinaria circumponatur collo eius, & abiectus fuerit in mare, *potius* quàm vt sit offendiculo vni ex paruis istis.

3 Cauete vobis. ‖ Si peccauerit in te frater tuus, obiurga eum: & si resipuerit, remitte ei.

4 ‖ Et, si septies in die peccauerit in te, & septies *in* die reuer[tatu]r ad te, dicens, Resipui: remittes ei.

5 Tunc dixerūt Apostoli Domino, Adde nobis fidem.

6 Dixit autē Dominus, ‖ Si haberetis fidem quantulum *est* granum sinapis, diceretis huic sycamino, Eradicator, & plantator in mari: & obediret vobis.

7 Quis autem vestrûm habet seruum arantem, aut pascentē, qui regresso ab agro, dicat statim, Accede, & accumbe?

8 Imò nónne dicit ei, Para quod cœnem, & præcinctus ministra mihi vsquedum edero ac bibero: & postea edito tu & bibito?

9 Num gratiam habet seruo illi quòd fecerit quæ ipsi edicta fuerant? non puto.

10 Ita & vos quum feceritis omnia quæ edicta sunt vobis,

CAP. XVII.

1 *Et ait ad discipulos suos, Impossibile est vt non veniant scandala: væ autem illi per quem veniunt.*

2 *Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare, quàm vt scandalizet vnū de pusillis istis.*

3 *Attendite vobis, Si peccauerit frater tuus, increpa illum: & pœnitentiam egerit, dimitte illi.*

4 *Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: dimitte illi.*

5 *Et dixerunt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem.*

6 *Dixit autem Dominus, Si haberetis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro, Eradicare, & transplantare in mare: & obediret vobis.*

7 *Quis autem vestrûm habens seruum arantem aut pascētem, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi recumbe?*

8 *Et non dicit ei, Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam: & post hæc tu manducabis & bibes?*

9 *Nunquid gratiam habet seruo illi qui fecit quæ ei imperauerat? non puto.*

10 *Sic & vos quum feceritis omnia quæ præcepta*

Matt. 18. 7. mar. 9. 42. Ecclesia scandalis necessariò obnoxia, sed quæ inulta non sinet Dominus, si vel minimus quispiam fuerit offensus.

Matt. 18. 21. Reprehensiones & iustas esse, & à charitate proficisci oportet. Matt. 18. 22.

Matt. 17. 20. mar. 11. 23. Deus quamuis imperfectè, verè tamen credentibus, nūquam deerit in iis etiam difficultatibus quæ nulla humana ratione vinci possunt.

Quum Deus suo iure nos nostráque omnia sibi vendicet, nihil nobis quantūuis strenuè ad mortem vsque laborantibus debere potest.

Legis obseruatio vel perfectissima, non est tamen vllius præmij meritoria.

IN CAP. XVII.

1 *Contingere non potest*, ἀνένδεκτόν ἐστι: id est necesse est, vt loquitur Matth. 18. 7. In tribus exemplaribus post μαθητάς, id est discipulos, additur αὐτοῦ, id est suos. Item deest articulus τοῦ in vno exemplari.

5 *Adde*, πρόσθες. Vulgata & Erasmus, *Adauge*, id est προσαύξησον.

6 *Quantulum [est] granum sinapis*, ὡς κόκκον σινάπεως. Cūr à Græcis aliquantulum deflexerimus, diximus Matth. 17. 20. Miror autem potuisse cuipiam in mentem venire quod in hunc locum Erasmus scripsit, Nescio, inquit, an Interpres vsurparit κόκκον neutro genere. Nec enim esset sensus (mea sententia) absurdus, coccum velut habere fidem, quòd in speciem humile & abiectum, non ante prodit vigorem suum quàm attritu prouocatum. Sic alibi vocat nos ad exemplum passerculorum ac liliorum. Hæc ille. Atqui κόκκον nusquam memini legere neutro genere. Deinde quis non videt granū sinapis pro re minima, prouerbiali figura, vsurpari? Perinde enim est acsi diceret Dominus, Si vel tantillum fidei vobis inesset, quantulum est granum sinapis. Ergo quod de sinapis natura hîc traditur, planè est ἀπροσδιόνυσον. ¶ *Sycamino*, τῇ συκαμίνῳ: vel (vt alij volunt) sycomoro. Dioscorides enim cap. 144. lib. 1. sycomorum nonnullis eandem esse scribit quę & sycaminus dicitur: nihilominus tamen sycaminum morum interpretatur: quæ etiam Athenæi lib. secundo, & Galeni sententia est, libro secundo De alimentis, capite de Sycaminis. Atque adeo paulo pòst singulari capite de sycomoris disputat, quas inter ficum arborem & morum medias collocat: indéque nomen ipsis arbitratur esse positum, non autem (vt Dioscorides scribit) διὰ τὸ ἄγριον τῆς γεύσεως, id est propter inefficacem gustum: quasi fatuam ficum dixeris. Eandem ipsam arborem (quam etiam veluti non admodum frequentem, Galenus in Alexandria se vidisse scribit) dictionibus inuersis Celsus Morosycon appellat. Quare quū certò apud Galenum scriptorem tum doctissimum tum diligentissimum constet sycaminum diuersam esse à sycomoro, Erasmi sententiam non recipio: vt qui perperam sycaminum obseruasse videatur eandem esse quam συκομωρέαν infrà 19. 4. appellat Lucas. Propius enim vero est, quum diuersis nominibus vtatur Euāgelista, diuersas quoque arbores notari: & sycaminum quidem morum significare, (quam etiam opinionem sequutus est Vetus interpres) sycomorum verò vel συκομωρέαν, eam quæ inter ficum & morum media est, quocunque tandem à Latinis nomine appelletur: quanquam Plinio ficus Ægyptia sit. Sed hęc tamen fateor non esse huius loci.

8 *Edito*, φάγεσαι. Futurum enorme vt & πίεσαι, pro φαγῇ & πίῃ secunda singulari persona futuri, à φάγομαι & πίομαι pro φαγοῦμαι & πιοῦμαι. 10 *Quum feceritis*, ὅταν ποιήσητε. per concessionem hoc dicitur, illa teste in ipsis renatis perpetua inter Spiritum & carnis reliquias lucta, & ipso clamante Apostolo, se nec bonum præstare quod velit, nec à malo abstinere quod nolit. Sed & ipse legis contextus omnem merēdi dignitatē sine exceptione excludit: nihil nisi prorsus gratuitam benignitatē promittens ipsam obseruantibus: quum ipsum quoq; legale pactum non aliunde quàm à mera Dei benignitate proficiscatur.

ἀχρεῖοί ἐσμεν· ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν.

11 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ αὐτὸς διήρχετο διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας.

12 Καὶ εἰσερχομένου αὐτοῦ εἴς τινα κώμην, ἀπήντησαν αὐτῷ δέκα λεπροὶ ἄνδρες, οἳ ἔστησαν πόῤῥωθεν·

13 Καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνὴν, λέγοντες, Ἰησοῦ ἐπιστάτα ἐλέησον ἡμᾶς.

14 Καὶ ἰδὼν εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοὺς, ἐκαθαρίσθησαν.

15 Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν ἰδὼν ὅτι ἰάθη, ὑπέστρεψε, μετὰ φωνῆς μεγάλης δοξάζων τὸν Θεόν.

16 Καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, εὐχαριστῶν αὐτῷ· καὶ αὐτὸς ἦν Σαμαρείτης.

17 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Οὐχὶ οἱ δέκα ἐκαθαρίσθησαν; οἱ δὲ ἐννέα ποῦ;

18 Οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, εἰ μὴ ὁ ἀλλογενὴς οὗτος.

19 Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀναστὰς πορεύου· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

20 Ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Φαρισαίων πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀπεκρίθη αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, Οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως·

21 Οὐδὲ ἐροῦσιν, Ἰδοὺ ὧδε, ἤ, ἰδοὺ ἐκεῖ· ἰδοὺ γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν.

Christus ingratis etiam futuris benefacit: sed solis gratis prosunt ad salutem beneficia Dei.

Leu. 14. 2.

Regnum Dei, etiam præsentissimũ à multis non animaduertitur, quoniam illud falsò existimant cum externo splẽdore coniunctum esse.

dicite, Serui inutiles sumus: nam quod debuimus facere, fecimus.

11 Et factũ est, inter eundum Hierosolymam, vt ipse trãsiret per mediam Samariam & Galilæam.

12 Quũ autem ingrederetur in quendam vicum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt procul:

13 Et sustulerunt vocem, dicentes, Iesu magister miserere nostri.

14 Qui quum *eos* vidisset, dixit eis, Profecti ‖ ostendite vos Sacerdotibus. Et factum est vt inter eundum purificati sint.

15 Vnus autem ex ipsis vt vidit se sanatum esse, reuertit, glorificans Deum voce magna.

16 Et procidit in faciem ad pedes eius, gratias ei agens: erátque iste Samaritanus.

17 Respondens autem Iesus dixit, Nónne decem illi purificati sunt? nouem autem illi vbi *sunt*?

18 Non sunt reperti qui redierint vt tribuerent gloriam Deo nisi alienigena iste.

19 Et dixit ei, Surge *&* abi: fides tua te seruauit.

20 Interrogatus autem à Pharisæis quando venturum esset regnum Dei: respondit eis, & dixit, Non veniet regnum Dei ita vt obseruari possit:

21 Neque dicent, Ecce hîc, aut ecce illic. ecce enim, regnum Dei intus habetis.

sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.

11 *Et factum est dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilaam.*

12 *Et quum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe:*

13 *Et leuauerunt vocem, dicentes, Iesu præceptor miserere nostri.*

14 *Quos vt vidit, dixit, Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt.*

15 *Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum.*

16 *Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus.*

17 *Respondens autem Iesus dixit, Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt?*

18 *Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.*

19 *Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit.*

20 *Interrogatus autem à Pharisæis quando venit regnum Dei, respondit eis, & dixit, Non veniet regnum Dei, cum obseruatione:*

21 *Neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic. ecce enim regnum Dei intra vos est.*

20 *Ita vt obseruari possit*, μετὰ παρατηρήσεως: id est, cùm externo quopiam maiestatis splendore, ex quo possit agnosci. Alioquin ex manifestis etiam multis signis potuit intelligi, Christum esse Messiam illum, cuius regnum tandiu fuerat expetitum. Sed de his signis & notis hoc accipiendum est, quæ Pharisæi animo conceperant, qui terrenum quoddam regnum Messiæ expectabant: in quo errore Iudæi etiamnum hodie versantur. Theophylactus mauult ad tempus referre quod obseruari non possit: quia, inquit, regno Dei non est aliquod tempus constitutum, sed semper est præsens ei qui velit credere, & viuere vt fidelem decet. Nonnulli demum παρατηρήσεων putant vocari παραδόσεις: id est traditiones, in quibus illi summam pietatem ponebant: quasi Christus neget regnum Dei in istis externis rebus positum esse, sed potiùs in animo per fidem purgato. Ex his autem interpretationibus primam demũ probo quòd simplicissima videatur, & quæstioni propositæ in primis accommodata. Itaque non placuit ad verbum interpretari μετὰ παρατηρήσεως, *cum obseruatione*, ne nimis obscurè loquerer.

21 *Intus habetis*, ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. Hebraicè בקרבכם [*bekirbechem*] id est ad verbum ἐν μέσῳ ὑμῶν, in medio vestri. quod nihil aliud declarat quàm ἐν ὑμῖν, vt ferè semper conuerterunt Græci in Vetere testamento, pro παρ' ὑμῖν, id est apud vos, vt loquuntur Latini: nisi quòd particulæ ἐντὸς hæc videtur esse emphasis, vt significetur, Messiam ita apud eos esse vt minimè lateat, sed in medio versetur, omnium conspectui expositus, vt loquitur Ioannes 1. 27. vel fortassis ita declaratur, eos non modò propinquum, sed intus etiam id est domi suæ, Messiam habere: vt nisi peruersa illa opinio de terreno illius regno ipsis offudisset tenebras, non potuerint ipsum non agnoscere. Denique testatur eos vt absentem quærere quem domi præsentem reiicerent: & fontem eius erroris aperit, sicut etiam testatur Ioannes 1. 11, Christum venisse in sua, & à suis non agnitum. Ideo malui ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν interpretari, *Intus habetis*, quàm *Apud vos*, aut *In vobis*, aut *Inter vos est*. Sunt qui malint ad verbum exponere, *Intra vos est*, quasi significetur regnum Christi spirituale esse, non autem terrenum, vt Pharisæi imaginabantur. quæ sententia vt vera sit, fortassis tamen nõ est huic loco satis accommodata, tribus de causis. Primùm enim videtur mihi violenta hæc expositio, Regnum Dei intra vos est: id est, positum est in iis quæ ad animum pertinent, non autem in externo illo splendore. Cuperem igitur aliquod exemplum proferri, nõ quo sententia hæc confirmaretur, (de cuius veritate non dubito) sed ex quo intelligeretur, hoc dicendi genus ita esse explicandum. Deinde non dicit simpliciter ἐντὸς ἐστιν, intus est vel ἐν τοῖς ἐντὸς ἐστιν. est in iis quæ intus sunt, vel ἐντὸς ἀνθρώπου ἐστιν, intra hominẽ est, sed ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν, intra vos est. Omnino autem habenda est ratio eorum quos alloquitur, nimirum Pharisæorum, à quibus certè non est verisimile Christum sumere voluisse hypothesin ad regni sui naturã explicandam. Postremò non hîc agitur (opinor) de regno Christi in Ecclesia, sed de ipsius aduẽtu in mundum. Itaque Christi responsum huc quoque accommodandum est: ex quo tamen postea rectè colligi potest generalis doctrina, quum eadem sit conditio membrorum & capitis.

22 Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς, Ἐλεύσονται ἡμέραι ὅτε ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν· καὶ οὐκ ὄψεσθε.

23 Καὶ ἐροῦσιν ὑμῖν, ἰδοὺ ὧδε, ἤ, ἰδοὺ ἐκεῖ· μὴ ἀπέλθητε, μηδὲ διώξητε.

24 Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει· οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ.

25 Πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

26 Καὶ καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

27 Ἤσθιον, ἔπινον, ἐγάμουν, ἐξεγαμίζοντο, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτόν· καὶ ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας.

28 Ὁμοίως καὶ ὡς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Λώτ· ἤσθιον, ἔπινον, ἠγόραζον, ἐπώλουν, ἐφύτευον, ᾠκοδόμουν·

29 Ἧ δὲ ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων, ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας·

30 Κατὰ ταῦτα ἔσται ἡ ἡμέρα ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται.

31 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὃς ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, μὴ καταβάτω ἆραι αὐτά· καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁμοίως μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω.

32 Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ.

33 Ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολέσῃ αὐτὴν, ζωογονήσει αὐτήν.

34 Λέγω ὑμῖν, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· ὁ εἷς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

35 Δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτό. μία παραληφθήσεται, καὶ ἡ ἑτέρα ἀφεθήσεται.

22 Dixit autẽ discipulis, Veniet tempus quum desiderabitis videre vnum ex diebus Filij hominis: nec videbitis.

23 ‖ Et dicent vobis, Ecce hîc, aut, ecce illic: *sed* ne abite, neque prosequimini.

24 Nam sicut fulgur coruscans ex *vna regione* quæ sub cęlo est, in *alteram* quæ sub cælo est splẽdet: ita erit & Filius hominis die suo.

25 Sed [illegible]ius oportet eum multa pati, & reprobari à gente ista.

26 ‖ Et prout factum est in diebus Noe, ita erit etiam diebus Filij hominis.

27 Edebant, bibebãt, vxores ducebant, & dabantur nuptum, ad eum vsque diem quo introiit Noe in arcam: venitque diluuium, & perdidit omnes.

28 Similiter etiam vt accidit in diebus Lot: edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant:

29 ‖ Quo autem die Lot exiit Sodomis, pluit ignis & sulphur è cælo, & omnes perdidit.

30 Secundum hæc erit dies quo Filius hominis reuelabitur.

31 In illo die qui fuerit in solario, & vasa eius in ipsa domo, ne descendat ad ea tollenda: & qui in agro, similiter non reuertatur retrorsum.

32 ‖ Memineritis vxoris Lot.

33 ‖ Quicunque studuerit animam suam seruare, perdet eam: & quicunque eam perdiderit, viuificabit eam.

34 ‖ Dico vobis, illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus accipietur, & alter relinquetur.

35 Duo erunt molentes simul: vna accipietur, & altera relinquetur.

22 *Et ait ad discipulos suos, Venient dies quando desideretis videre vnum diem Filij hominis: & nõ videbitis.*

23 *Et dicent vobis, ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini.*

24 *Nam sicut fulgur coruscans de sub cęlo, in ea quæ sub cælo sunt fulget: ita erit Filius hominis in die sua.*

25 *Primùm autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.*

26 *Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus Filij hominis.*

27 *Edebant, & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vsque in diem qu[illegible]uit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes.*

28 *Similiter sicut factum est in diebus Lot: edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabãt & ædificabant:*

29 *Qua die autem exijt Lot à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit:*

30 *Secundum hac erit qua die Filius hominis reuelabitur.*

31 *In illa hora, qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro.*

32 *Memores estote vxoris Lot.*

33 *Quicunque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicunque perdiderit illam viuificabit eam.*

34 *Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur & alter relinquetur.*

35 *Duæ erunt molentes in vnum: vna assumetur, & altera relinquetur.*

Præsentia ferè negligimus quæ frustra requirimus amissa.

Matt. 24. 23 mar. 13. 21

Christus prædicit venturos pseudochristos, suam verò gloriam subitò longè latéque per orbem terrarum propagatum iri, deleta crucis ignominia.

Gen. 7. 5 matt. 24. 38 1. pet. 3. 20

Mundus repẽtino Dei iudicio opprimetur: fideles autem oportet perpetuas excubias agere.

Gen. 19. 24

Gen. 19. 26 Suprà 9. 24 matt. 10. 39 mar. 8. 35 ioh. 12. 25 Matt. 24. 41

Cauendum in primis ne vel diffidẽtia, vel huius vitæ illecebræ, vel vllius coniunctionis respectus nos vel tantillum remoretur.

22 *Vnum ex diebus Filij hominis.* μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Cur vnum ex diebus malim interpretari quàm vnum dierum, alibi exposuimus. Loquitur autem de priore Christi aduentu in mundum, & tempus fore dicit quo discipuli ipsum absentem magna cum animi tristitia frustra requirant. Nam quid non perpessos fuisse probabile est ab ea nocte qua captus fuit, ad eum vsque diem quo sese rediuiuum ipsis exhibuit, imò verò vsquedum à Spiritu sancto confirmarentur? Sed paulo pòst, diem Filij hominis appellat diem posterioris aduentus Domini, quem ait fulguris instar tum repentinum, tum etiam clarissimum fore, ita vt nullus sit angulus terræ tam remotus quò non is fulgor perueniat. Ita non esse audiendos eos qui vel hic vel illic Christum dixerint latitare: sicut hodie loquuntur qui Christum è cælo eliciunt. Sed tamen hunc posteriorem aduentum possumus à promulgato inter Gentes Euangelio auspicari. Tunc enim cogi cœpit Ecclesia in vniuerso terrarum orbe, quam idcirco catholicam vocamus. Ex eo, inquam, cœpit Christus inter suos regnare, nec prius pugnare aduersus hostes desinet quàm subactis tandem damnatísque omnibus impiis, Deus sit omnia in omnibus.

23 *Aut ecce illic*, ἤ, ἰδοὺ ἐκεῖ. Vetus interpres legit καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ, *& ecce illic*: eadem quidem manente sententia: sed tamen placuit hoc annotare quòd alibi videantur interdum permutatæ hæ particulæ obscuritatem nonnullam adferre, vt Rom. 4. c. 13 sicut etiam annotauimus Matth. 12 cap. 37. Cæterùm in duobus exemplaribus post ἐκεῖ additum reperimus ὁ Χριστὸς, *Christus*.

30 *Reuelabitur*, ἀποκαλύπτεται. Non sanè vllo hominum ministerio, vt in Euangelij prædicatione nec prophetica prædictione, sed ipse sese in illa sua gloriosissima Maiestate conspiciendum exhibens: verbo isto propterea vt in Hebræa coniugatione Hithpahel accepto.

33 *Viuificabit*, ζωογονήσει i. ζωοποιήσει, pro quo dicit Matthæus, σώσει, seruabit. Nam hęc vita est salus æterna Erasm. *Vitam illi parabit*. Notius est autem quàm vt id dicendum videatur, Animam in his loquutionibus Vitam declarare.

36 Δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

37 Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ, Ποῦ Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.

Κεφάλαιον ιη.

1 Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν,

2 Λέγων, Κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος.

3 Χήρα δὲ ἦν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ· καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, λέγουσα, Ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου.

4 Καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἐπὶ χρόνον· μετὰ δὲ ταῦτα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, Εἰ καὶ τὸν Θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι·

5 Διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτὴν· ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με.

6 Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Ἀκούσατε τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει·

7 Ὁ δὲ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς;

36 Duo erunt in agro: vnus accipietur, & alter relinquetur.

37 Tunc respondentes dicunt ei, Vbi Domine? Ipse verò dixit eis, ||Vbi corpus, illuc congregabuntur aquilæ.

CAP. XVIII.

1 Dixit autem eis etiam parabolam *huc spectantem*, ||quòd oporteret semper orare, neque segnes esse,

2 Dicens, Iudex quidam erat in quadam vrbe qui Deum non timebat, nec quenquam reuerebatur:

3 Erat autem in illa vrbe quædam vidua, quæ venit ad eum, dicens, Vindica me ab aduersario meo.

4 Ille autem noluit per *multum* tempus: postea verò dixit apud se, Etsi Deum non timeo, nec quenquam reuereor:

5 Tamen quia molestiam mihi præbet vidua ista, vindicabo eam, ne tandem veniens, obtundat me.

6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex ille iniustus dicat:

7 Deus autem non vindicabit electos suos, vociferantes ad ipsum die ac nocte, etiãsi patiẽte sit animo super ipsis?

36 Duo in agro: vnus assumetur, & alter relinquetur.

37 Respondentes dicunt illi, Vbi Domine? Qui dixit illis, Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ.

CAP. XVIII.

1 Dicebat autẽ & parabolã ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere,

2 Dicens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur.

3 Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduersario meo.

4 Et nolebat per multum tempus: post hæc autem dixit intra se, Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor:

5 Tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens sugillet me.

6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit:

7 Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis?

Matth.24.28

Deus vult nos assiduitate precandi non fatigare, sed exercere. Itaque sic luctandum est impatien[tia] [illegible] longior mora precandi cursum nõ abrumpat. Eccl.18.22 rom.12,12 1.thes.5.17

38 *Duo erant in agro,* δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ. Hunc versiculum omisit Erasmus tanquam ex Mattheo adiectum: extat tamen apud Syrum interpretem, & in editione Complutensi & aliquot vetustis codicibus.

37 *Corpus,* σῶμα. In vno exemplari & apud Theophylactum scriptum est πτῶμα, id est cadauer: sicut etiam in nonnullis codicibus testatur se legisse Eras. videtúrque hæc lectio magis accommodata similitudini à carniuoris auibus sumptæ. Vide Matth. 24.c.28.

IN CAPVT XVIII.

1 [*Huc spectantem,*] *quòd oporteret,* πρὸς τὸ δεῖν. Sic rectè Erasmus, vt Hellenismum explicaret. Vulgata. *Quoniam oporteret.* ὅτι δεῖ. ¶*Segnes esse,* ἐκκακεῖν: vel, afflictionibus & malis cedere vt Gal. 6. 9. Nam κακὸς propriè dicitur de segni & meticuloso, qui pedem referat in certamine, παρὰ τὸ χάζειν, vt annotat Eustathius. Vulg. *Deficere.* id est ἐκλείπειν. Erasm. *Defatigari,* id est ἐκκάμνειν. Syrus istud de animi anxietate intelligit.

2 *Quenquam,* ἄνθρωπον. Vel, homines. vt sit enallage numeri. Sed ἄνθρωπον sæpe pro particula τινὰ positum, iam antea obseruauimus. Puto igitur id esse quod vernaculo nostro sermone dicimus, *Il ne craignoit homme.* vel, *Il ne craignoit personne.* Sed & hoc placet παρέργως annotare (nequis miretur, impium & iniquissimum iudicem cum Deo comparari) hoc loco paria inter se non conferri, sed minus cum maiore: quasi dicat Dominus, Si etiam ab iniquissimis iudicibus per importunitatem ius obtinetur, quãto magis piorum assiduæ preces apud Deum valebunt?

4 *Per* [*multum*] *tempus,* ἐπὶ χρόνον. Erasmus, *Aliquandiu.* quam interpretationem non prorsus repudio: sed tamen quia χρόνος interdum de longo temporis spatio dicitur, & ea significatio melius exprimit eam μακροθυμίαν, cuius postea fit mentio, Veterem interpretem sum sequutus. Nam etiam apud Homerum Odyss. ξ, reperio ἐπὶ χρόνον ita vsurpatum vt non paruum temporis spatium declaret. Et hanc sententiam sequutus est Syrus interpres.

5 *Tandem,* εἰς τέλος. Vulg. *In nouissimo.* perobscurè. Sunt qui εἰς τέλος exponant *Semper,* siue assiduè, & coniungant cum ἐρχομένη, vt sit hæc sententia, ne assiduè ventitando me obtundat. Sed εἰς τέλος nusquam sic legi: & malo ἐρχομένη redundare pleonasmo Hebræis familiari. ¶*Obtundat me,* ὑπωπιάζῃ με. Sic omnino oportuit hunc locum interpretari, potius quàm vt Vetus interpres aut Eras. qui verterunt, *Sugillet,* i. vituperet ac deroget, vt Eras. explicat. Quorsum enim hoc adferat qui nec Deum timet, nec homines reueretur? Imò verò ὑπωπιάζειν propriè dicuntur pugiles quum pugnis aut cæstibus antagonistam obtundunt. vnde ὑπώπια dicuntur vulnera ex contusione accepta, præsertim in facie, (vt Grammatici tradunt) liuida nimirum ex collecto ad cutim sanguine. Inde factum vt accipiatur pro domare & quasi validis ictibus subiicere reluctantem, vt accipitur 1. Cor. 9.27. vbi Paulus comparationem à pugilibus sumptam prosequitur. Hic verò de ea molestiã dicitur quam sustinet quispiam, cuius aures ab importuno aliquo flagitatore quasi verberantur: sicut apud Latinos simili prorsus translatione vsurpatur verbum Obtundere. quod & ipsum propriè de pugilibus dici ostendit illud Plauti in Amphitryone, *Fateor. nã sum obtusus pugnis pessimè.* In quibusdam igitur exemplaribus non videtur rectè legi ὑπωπιάζῃ, siue, vt scriptum est in Romano Theophylacto, ὑπωπίζῃ: id est opprimat aut affligat.

7 *Etiamsi patiente sit animo super ipsis?* καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; id est quantumuis tardus videatur in vlciscẽdis ipsorum iniuriis. Omnino enim accipitur καὶ pro καὶ εἰ siue καὶ περ, vt rectè explicat Theophylactus: quam etiam enallagen annotauimus, Matth. 15.6. Chrysostomus tamen in oratione posteriore περὶ προσευχῆς legit, καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς, id est & iram cohibebit super ipsis: quam lectionem sequutus Vetus interpres cõuertit, *Et patientiam habebit super illis?* καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς, pro μακροθυμῶν, vt etiam legitur in meo vetustissimo cod. quasi neget Dominus se iram dilaturum vt suos vlciscatur, quia nimirum sequitur, eum vindicaturum suos ἐν τάχει quod alioquin pugnare videtur cum illa μακροθυμίᾳ. At ego non possum hanc sententiam amplecti, quum & vniuersa Scriptura & sanctorum innumerabiles historiæ testentur, à Domino interdum diu differri supplicium in impios & Ecclesiæ aduersarios constitutum:

vnde illæ Dauidis & Prophetarum querelæ, & vox illa martyrum quæ commemoratur Apoc. 6. 10. Sic enim placet Domino suos exercere, & patiẽtiam etiam erga vasa ad interitum compacta commendare: vt loquitur Apostolus Rom. 9. 22. Alioquin quorsum iuberet Dominus vt in precando simus velut importuni, si statim ad vindicandos suos prorueret? Quomodo autem intelligendum sit illud ἐν τάχει, tum in proximo versiculo, tum verò aliis multis Scripturæ locis, indicatur 1. Pet. 3.8.& 9. Nisi malimus interpretari repentè aut subitò: vel ad iræ Dei acerbitatem istud referre, quæ quidem tanta futura est vt simulatque momentum illud aduenerit perdendis impiis cõstitutum, statim eos penitus absumat: vt canit Dauid Psalm. 37. 10. & 73. 19. & 20. Castellio verò, pro sua intolerabili audacia, manifestè hunc [illegible] locum corrupit, quum sic interpretaretur, *Etiam* [illegible] *eos difficilis?*

8 Λέγω ὑμῖν ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει. πλὴν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;

9 Εἶπε δὲ καὶ πρός τινας τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, καὶ ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιποὺς, τὴν παραβολὴν ταύτην·

10 Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι· ὁ εἷς Φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος, τελώνης·

11 Ὁ Φαρισαῖος σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο, Ὁ Θεὸς, εὐχαριστῶ σοι ὅτι οὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοὶ, ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης.

12 Νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι.

13 Καὶ ὁ τελώνης μακρόθεν ἑστὼς οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι· ἀλλ' ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ, λέγων, Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.

14 Λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος· ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.

15 Προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη, ἵνα αὐτῶν ἅπτηται· ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ, ἐπετίμησαν αὐτοῖς.

8 Dico vobis, vindicabit eos citó. Veruntamen Filius hominis quum venerit, num reperturus est fidem in terra?

9 Dixit autem etiam quibusdam qui sibi persuaserant se iustos esse, & pro nihilo habebãt reliquos, parabolam istam:

10 Homines duo ascẽderunt in templum vt precarentur: vnus Pharisæus, & alter, publicanus:

11 Pharisæus consistens seorsim hæc orauit, Deus, gratias ago tibi quòd non sim vt reliqui homines, rapaces, iniusti, mœchi: vel etiam vt iste publicanus.

12 Ieiuno bis hebdomade, decimo quæcunque possideo.

13 Publicanus autem procul stans, nolebat vel oculos in cælum attollere: sed cædebat pectus suum, dicens, Deus, placator mihi peccatori.

14 Dico vobis, descendit iste iustificatus domum suam *potius* quàm ille: ||quia quicunque se extollit deprimetur, & qui sese deprimit, extolletur.

15 ¶ Adferebant autem ad eum etiam infantes, vt eos tangeret; quum autem hoc vidissent discipuli, obiurgarunt eos.

8 Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamen Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

9 Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam.

10 Duo homines ascendebant in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter publicanus.

11 Pharisæus stans hæc apud se orabat, Deus gratias ago tibi quia nõ sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, & adulteri: velut etiam publicanus.

12 Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo.

13 Et publicanus à longe stans nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori.

14 Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

15 Adferebant autem ad illum & infantes, vt eos tangeret: quod quum viderent discipuli, increpabant illos.

Duo in primis multorum preces inanes reddunt, propriæ videlicet iustitiæ fiducia, & aliorũ contemptus: quibus vitiis cor contritum ac humiliatum opponitur. Etiamsi quicquid habemus, nos à Deo habere fateamur, nihilominus vt arrogantes despicimur à Deo, si vel tantillum in nostris operibus fiduciæ coram Deo habeamus.

Sup.14.11 matt.23.12

Matt.19.13 mar.10.13 Christum carnis suæ sensu æstimare, infinitarum corruptelarum causa.

8 *Dico vobis, vindicabit eos,* λέγω ὑμῖν ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν. In Complutensi codice & manuscripto alio exemplari legitur καὶ λέγω, *Etiam dico.* Rursus annotat Erasm. in quodam codice extremam partem superioris versiculi cum isto connecti, hoc modo, καὶ λέγω, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν: id est, Erasmo interprete, *Etiam* [illegible]*, longanimis super illis faciet vindictam.* Sed receptam lectionem amplecti malo.

11 *Consistens seorsim,* σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν. Id est, vt Gallicè commodè dixeris, *se tenant à part soy,* publicanum videlicet procul à tergo vt impurum auersatus, qui scopus est istius similitudinis superiore versiculo explicatus. Itaque quod habet Vulg. *hæc apud se orabat,* nullo modo quadrat. Quorsum enim vel clara voce, vel tacitus apud se dicatur Pharisæus precatus? Syrus interpres (manifestè ostendens, sic interpungendum esse hunc locum, vt post πρὸς ἑαυτὸν adscribatur distinctio; vt etiam testatur doctissimus Camerarius sic distinctum hunc locum in suo vetere codice legisse) habet ad verbum, *Stans fuit inter se & animam suã, & ista precatus est.* qui idiotismus videtur non aliter explicari posse, quàm si non Solus simpliciter (vt conuertit Tremellius noster. quid enim hoc ad rem?) sed seorsim. & publicano velut impuro procul in extima porticu relicto, progressus coram Deo adstitisse, & sese obfirmasse Pharisæus dicatur. Vetustissimus autem meus codex etiam Græcè scriptum habet καθ' ἑαυτ, & Latinè *Seorsim,* quod maximè probo, etiamsi in Græco contextu receptam lectionẽ sum sequutus. Donatus in Terent. Adelphos *Consistere,* inquit, *est audacter & constanter stare.* Itaque σταθεὶς dicitur confidens Pharisæus, gradu fixo, & despecto publicano, qui procul ἑστὼς dicitur precatus.

12 *Hebdomade,* τοῦ σαββάτου. Vulg. & Eras. *Sabbato.* Vide Matth. 28. 1. Hoc autem refertur ad Magistrorum, id est Pharisæorum traditionem in libro Taanith expressam, vbi dicuntur singulis hebdomadibus bina ieiunia instituisse, vnum die secundo, id est Lunæ, alterum die quinto, nẽpe Iouis, quod etiam commemorat Epiphanius. ¶*Decimo,* ἀποδεκατῶ. Vide suprà 11.42.

13 *Procul,* μακρόθεν. In extima videlicet porticu, quam ingredi fas fuit etiam alienigenis, vt testatur Iosephus cõtra Appionem, lib. 2. quod etiam non præteriit Solomon, 1. Reg. 8.41.

14 *Iustificatus,* id est à peccatis absolutus: vnde constat aliud esse Iustificationis quàm Sanctificationis beneficiũ, quanuis hæc duo inter se inseparabiliter cohæreant. ¶[*Potius*] *quàm ille,* ἢ ἐκεῖνος. De ellipsi particulæ μᾶλλον alibi diximus. Sed quod Hieronymus aduersus Pelagianos vertit, *Plus quàm ille,* & Augustinus epistola octogesimasexta, *Magis quàm ille,* mihi quidem non placet. Stat enim illud Dauidis, *Non iustificabitur in conspectu tuo vllus viuens.* Item illud, *Cor contritum Deus non abycies:* ex quibus efficitur non fuisse ambobus istis communem iustitiam. Cæterùm in duobus codicibus manuscriptis legitur παρ' ἐκεῖνον & in meo vetustissimo μᾶλλον παρ' ἐκεῖνον Φαρισαῖον, quod sequutus est Syrus interpres, eadem manente sententia. Sic enim Heb. 9.23. ponitur παρὰ ταύτας pro ἢ ταύτας. Itaque nõ assentior Erasmo qui παρ' ἐκεῖνον conuertit *Præ illo.* Vetus autem interpres videtur potius legisse ἀπ' ἐκείνου, vt qui interpretatus sit, *Ab illo,* sententia prorsus inepta, quanuis eũ conetur Eras. excusare prolato Gellij exẽplo. Sed quod plerique Græci cod. scriptũ habet ἢ γὰρ ἐκεῖνος, sanè nõ intelligo, nisi dicam γὰρ redũdare: & hũc locũ suspicor variè fuisse deprauatũ, quòd insignẽ doctrinã cõtineat aduersus operũ fiduciã. Nã hoc illud est quod facit vt mũdus Euangelio tã pertinaciter resistat, quia nimirũ arguitur de peccato.

15 *Obiurgarunt eos,* ἐπετίμησαν αὐτοῖς: id est eos à quibus

adferebantur τὰ βρέφη, vt explicatur Marc. 10. 13. teneri nimirum & adhuc ab vberibus pendentes puerili. Est enim aduersus hostes pædobaptismi seruãda propria significatio verbi προσφέρειν & nominis βρέφος, vt liquet ex eo quòd Dominus dicitur eos ἐναγκαλισάμενος, id est in vlnas seu brachia recepisse, Marci 10. 16. deinde ex iis quæ scribuntur infrà versu 17. & explicantur 1. Pet. 2. 2. quantuis alioqui παιδίον nomen sit generalius.

Etiam infantes fideliũ in gratuito fœdere comprehẽduntur.

16 Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτὰ εἶπεν, Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

Puerilis innocentia, Christianorum ornamentum.

17 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν.

Matt. 19. 16 mar. 10. 17 Opum illecebræ plurimos à recta via abducunt.

18 Καὶ ἐπηρώτησέ τις αὐτὸν ἄρχων, λέγων, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

19 Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός.

Exo. 20. 13

20 Τὰς ἐντολὰς οἶδας, Μὴ μοιχεύσῃς, Μὴ φονεύσῃς, Μὴ κλέψῃς, Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς. Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου.

21 Ὁ δὲ εἶπε, Ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου.

22 Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἔτι ἕν σοι λείπει· πάντα ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ διάδος πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι.

23 Ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα, περίλυπος ἐγένετο· ἦν γὰρ πλούσιος σφόδρα.

Diuitem simul & pium esse singulare Dei donum est.

24 Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς περίλυπον γενόμενον, εἶπε, Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ!

25 Εὐκοπώτερον γάρ ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

26 Εἶπον δὲ οἱ ἀκούσαντες, Καὶ τίς δύναται σωθῆναι;

27 Ὁ δὲ εἶπε, Τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ.

Matth. 19. 27 mar. 10. 28 Omnium euadunt ditissimi qui Christi causa pauperes fieri non recusant.

28 Εἶπε δὲ ὁ Πέτρος, Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι.

29 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ γονεῖς, ἢ

16 Iesus verò quum eos aduocasset, dixit, Sinite puerulos venire ad me, & eos non prohibete: talium est enim regnum Dei.

17 Amen dico vobis, quicũque nõ exceperit regnum Dei tanquam puerulus, nequaquam introibit in illud.

18 ‖Tũc interrogauit eum quidam ex primoribus, dicẽs, Magister bone, quid faciendo, vitã æternam possidebo?

19 Dixit autem ei Iesus, Cur me dicis bonum? nemo bonus nisi vnus, *nempe* Deus.

20 Præcepta nosti, ‖Ne mœchare, Ne occidito, Ne furare, Ne falsum testimonium dicito. Honora patrem tuum & matrem tuam.

21 Ille autem dixit, Hæc omnia obseruaui à iuuentute mea.

22 Iesus verò his auditis dixit ei, Adhuc vnum tibi deest: omnia quæ habes, vende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & adesdum, sequere me.

23 At ille his auditis, valde tristis factus est: nam diues erat valde.

24 Quum autem vidisset Iesus eum valde tristem factũ, dixit, Quàm difficile qui pecunias habent, introibunt in regnũ Dei!

25 Facilius est enim camelum per foramẽ acus intrare quàm diuitem in regnũ Dei intrare.

26 Qui verò *istud* audierãt, dixerũt, Et quis potest seruari?

27 Ipse autem dixit, Quæ fieri non possunt apud homines, fieri possunt apud Deum.

28 ‖Dixit autem Petrus, Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

29 Ipse verò dixit eis, Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut parentes aut

16 Iesus autem conuocans illos, dixit, Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium est enim regnum Dei.

17 Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.

18 Et interrogauit eum quidam princeps, dicens, Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo?

19 Dixit autem ei Iesus, Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus.

20 Mandata nosti, Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem.

21 Qui ait, Hæc omnia custodiui à iuuentute mea.

22 Quo audito Iesus ait ei, Adhuc unũ tibi deest: omnia quæcunque habes, vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.

23 His ille auditis, contristatus est: quia diues erat valde.

24 Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit, Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt!

25 Facilius est enim camelum per foramen acus trãsire quàm diuitem intrare in regnum Dei.

26 Et dixerunt qui audiebant, Et quis potest saluus fieri?

27 Ait illis, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deũ.

28 Ait autem Petrus, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.

29 Qui dixit eis, Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut v-

16 *Quum eos aduocasset*, προσκαλεσάμενος αὐτά. Fateor relatiuum αὐτὰ ad puerulos referri; sed ex eo non conficitur, Dominum compellasse ipsos puerulos, ac proinde eos iam fuisse natu grandiores. Imò ex vulgata loquendi consuetudine dicitur puerulum ad se vocare qui nutricem accersit à qua infans ipse gestatur. Itaque sic est istud accipiendum vt sciamus eos à quibus adferebantur puerili, quos discipuli abigebant, iussos fuisse à Domino propius accedere, vnà cum infantibus quos gestabant.

18 *Ex primoribus*, ἄρχων. Vide suprà, 14. 1.

19 *Cur me dicis bonum?* Τί με λέγεις ἀγαθόν; &c. Marcionem, qui vnius Lucæ Euangelium admittebat, sed plurimis locis diminutum & corruptum, testatur Epiphanius hunc locum sic deprauasse, μή με λέγε ἀγαθόν· εἷς ἐστιν ἀγαθὸς ὁ Θεὸς ὁ πατήρ, id est, *Ne me dicito bonum: vnus est* [*nempe*] *Deus Pater*. Deinde in proximo versiculo pro οἶδας, *nosti*, substituerat οἶδα, *noui*, quæ deprauatio ne refutationem quidem meretur.

22 *Vnum.* Si vno omnia, quum ne vnum quidem præceptum possit quisquam ita vt lex præscribit obseruare. Loquitur ergo Christus sancta quadam ironia, cuius occasionem illi præbebat pharisaica ista superbia, cuius vt illum ipsum intus argueret, proponit illi non aliquod opus supererogationis vt Monachi præsertim nugantur, vel vt Consilia præceptis diuinis adiiceret, quasi Lex Dei nobis condemnandis non sufficeret, à cuius maledictione venit nos liberaturus: sed vt proposito veræ charitatis exemplo, quousque legis vera & integra obseruatio progrediatur, ipsum doceret quantum ab eo abesset quod à se iam olim præstitum somniabat.

ἀδελφοὺς, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἕνεκεν τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ,

30 Ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.

31 Παραλαβὼν δὲ τοὺς δώδεκα, εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν, περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

32 Παραδοθήσεται γὰρ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμπαιχθήσεται, καὶ ὑβρισθήσεται, καὶ ἐμπτυσθήσεται.

33 Καὶ μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἀναστήσεται.

34 Καὶ αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν· καὶ ἦν τὸ ῥῆμα τοῦτο κεκρυμμένον ἀπ᾽ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα.

35 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἱεριχὼ, τυφλός τις ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν, προσαιτῶν.

36 Ἀκούσας δὲ ὄχλου διαπορευομένου, ἐπυνθάνετο τί εἴη τοῦτο.

37 Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτῷ, Ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος παρέρχεται.

38 Καὶ ἐβόησε, λέγων, Ἰησοῦ υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με.

39 Καὶ οἱ προάγοντες ἐπετίμων αὐτῷ ἵνα σιωπήσῃ· αὐτὸς δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, Υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με.

40 Σταθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀχθῆναι πρὸς αὐτόν· ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ, ἐπηρώτησεν αὐτόν,

41 Λέγων, Τί σοι θέλεις ποιήσω; Ὁ δὲ εἶπε, Κύριε, ἵνα ἀναβλέψω.

42 Καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἀνάβλεψον· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

43 Καὶ παραχρῆμα ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει αὐτῷ δοξάζων τὸν Θεόν· καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἰδὼν, ἔδωκεν αἶνον τῷ Θεῷ.

Κεφάλαιον ιθ.

1 ΚΑΙ εἰσελθὼν διήρχετο τὴν Ἱεριχώ,

2 Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος, καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης, καὶ οὗτος ἦν πλούσιος.

fratres, aut vxorem, aut liberos, regni Dei causa,

30 Qui non recepturus sit multiplicia hoc ipso tempore, & in seculo venturo vitam æternam.

31 ‖Et quũ assumpsisset illos duodecim, dixit eis, Ecce, ascendimus Hierosolymam, & perficientur omnia quæ scripta sunt per Prophetas, de Filio hominis.

32 Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & contumeliis afficietur, & conspuetur.

33 Et eum flagellatũ interiment: sed die tertia resurget.

34 Ipsi vero nihil horum intellexerunt: erántque ista verba ipsis occulta, neque cognouerunt quæ dicebantur.

35 ‖Factum est autem vt dũ ipse appropinquaret Iericho, cæcus quidam sederet apud viam mẽdicans.

36 Quum igitur *is* audisset turbam prætereuntem, percontabatur quid hoc esset.

37 Renuntiauerunt autem ei Iesum Nazaræum transire.

38 Tunc vociferatus est, dicens, Iesu Fili Dauid miserere mei.

39 Et qui præibant, obiurgabant eum vt sileret: ipse verò multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei.

40 Iesus autem quum substitisset, iussit eum adduci ad se: & quum is appropinquasset, interrogauit eum,

41 Dicens, Quid tibi vis faciam? Ille verò dixit, Domine, vt visum recipiam.

42 Et Iesus dixit ei, Recipito visum: fides tua te seruauit.

43 Illico igitur visum recepit, ac sequebatur eum, glorificans Deum, & totus populus quum *hoc* vidisset, tribuit laudẽ Deo.

Cap. xix.

1 I*Esus* autem ingressus Iericho, transibat:

2 Et ecce, quidã nomine vocatus Zacchæus, & qui magister erat publicanorũ, & diues erat:

uxorem, aut filios, propter regnum Dei,

30 Et non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo venturo vitam æternam.

31 Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas, de Filio hominis.

32 Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur.

33 Et postquam flagellauerint occident eum: & tertia die resurget.

34 Et ipsi nihil horum intellexerunt: & erat verbum istud absconditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur.

35 Factum est autem quũ appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans.

36 Et quum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset.

37 Dixerunt autem ei quòd Iesus Nazarenus transiret.

38 Et clamauit dicẽs, Iesu fili Dauid miserere mei.

39 Et qui præibant, increpabant eum vt taceret: ipse verò multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei.

40 Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et quum appropinquasset, interrogauit illum,

41 Dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine, vt videam.

42 Et Iesus dixit illi, Respice: fides tua te saluum fecit.

43 Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum: & omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Cap. xix.

1 ET ingressus perambulabat Iericho.

2 Et ecce vir nomine Zacchæus, & hic princeps erat Publicanorum, & ipse diues:

Matt. 20. 17 mar. 10. 32 Certa quidem est crux, sed nõ minus certa est gloria quæ victores manet.

Matt. 20. 29 mar. 10. 46 Christus se esse mundi lucẽ visibili miraculo confirmat.

Quo plures obices opponit Satan, etiam per eos qui Christi nomẽ profitentur, eò magis est pergendum.

Christi gratia eos potissimùm præuenit qui maximè videbantur ab ea alieni.

30 *Multiplicia*, πολλαπλασίονα, id est multo plura, & æstimatione potiora. Cypr. de lapsis loquens alicubi legit ἑπταπλασίονα, *septuple*, eodem sensu.

31 *De Filio hominis*, περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Sic restitui ex fide vetustissimi mei codicis, & tum Syri, tũ Latini veteris interpretis, quum in Græcis alijs legatur τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου, *Filio hominis*, id est à filio hominis, quod per traiectionem construendum fuerit cum verbo τελεσθήσεται.

32 *Contumeliis afficietur*, ὑβρισθήσεται. Vulg. *Flagellabitur*, id est μαστιγωθήσεται. Dicitur autem ὕβρις omnis maior iniuria per improbitatem ac morum insolentiam ac proteruiam perpetrata. Itaque non tantum ad id pertinet quod flagellatus est Dominus, sed etiam quod colaphis & bacillis cæsus est: imò verò seorsum fit mentio flagellationis in proximo versiculo.

34 *Ipsis*, ἀπ᾽ αὐτῶν. Heb. מהם [*mehem*] ab ipsis: i. ita vt quasi ab ipsorum conspectu essent remota: quod postea ad animum transfertur. Expunximus autem præpositionem, vt vitaremus amphiboliam.

36 *Turbam*, ὄχλου, id est strepitum turbæ prætereuntis, vt rectè explicat Syrus interpres.

43 *Laudem*, αἶνον. Vocabulũ in oratione soluta inusitatũ, pro ἔπαινον. Itaque vetustiss. cod. meus habet δόξαν, *gloriam*.

IN CAPVT. XIX.

1 [*Iesus*] *autem ingressus*, καὶ εἰσελθών. Suppleuimus Iesu nomen vt magis perspicua esset oratio.

2 *Magister publicanorum*, ἀρχιτελώνης. Intellige magistrum fuisse eius [illegible] publicani [illegible] quæ suos habebant magistros, vt ex [illegible] locis orationum Cic. apparet. Vulg. & Erasm. *Principem publicanorum*, impropriè interpretantur.

3 Καὶ ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν τίς ἐστι· καὶ οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν.

4 Καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, ἀνέβη ἐπὶ συκομωραίαν, ἵνα ἴδῃ αὐτόν· ὅτι δι' ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι.

5 Καὶ ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, ἀναβλέψας ὁ Ἰησοῦς εἶδεν αὐτόν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν, Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι· σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι.

6 Καὶ σπεύσας κατέβη, καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων.

7 Καὶ ἰδόντες ἅπαντες διεγόγγυζον, λέγοντες, Ὅτι παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ εἰσῆλθε καταλῦσαι.

8 Σταθεὶς δὲ Ζακχαῖος εἶπε πρὸς τὸν Κύριον, Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς· καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν.

9 Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν.

10 Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι

3 Studebátque videre quis esset Iesus: nec poterat præ turba, quòd statura paruus esset:

4 Præcurrens igitur ascendit in sycomorum, vt eum videret: quoniam futurum erat vt illac transiret.

5 Vt autē venit ad eum locum, suspiciens Iesus vidit eum, & dixit ei, Zacchæe, festinans descende. hodie enim domi tuæ oportet me manere.

6 Tum is festinans descendit, & excepit eum gaudens.

7 Et omnes quū hoc vidissent murmurabant, dicentes eū ingressum esse ad hominem peccatorem vt *ibi* diuersaretur.

8 Adstans autem Zacchæus dixit Domino, Ecce dimidiū bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid cuipiam per calumniam eripui, reddo quadruplum.

9 Dixit autem ei Iesus, Hodie salus huic domui contigit, eo quod ipse quoque est filius Abrahami.

10 Venit enim Filius hominis vt

3 *Et quærebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.*

4 *Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum: quia inde erat transiturus.*

5 *Et quum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum, Zacchæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere.*

6 *Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.*

7 *Et quum viderent omnes murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset.*

8 *Stans autem Zacchæus dixit ad Dominum, Ecce, dimidium meorum bonorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.*

9 *Ait Iesus ad eum, Quia hodie salus domui huic facta est: eo quòd & ipse filius sit Abrahæ.*

10 *Venit enim Filius ho-*

Mundus gratiam Dei repudians, iniquè tamen fert eā ad alios transferri.

Effectum veræ resipiscentiæ ex effectu intelligitur.

Matt. 18. 11.

4 *Præcurrens*, προδραμὼν ἔμπροσθεν. In Complutensi editione & manuscripto quodam codice legimus, προσδραμὼν ἔμπροσθεν, & quum ante accurrisset: quam lectionem magis amplector. nam alioquin abundabit aduerbium ἔμπροσθεν. Sic etiam legit Syrus interpres.

¶ *Sycomorum*, συκομωραίαν. De hoc arboris genere diximus nonnulla capite 17. & multa commemorat in hunc locum Erasmus, quæ ex eo petere licebit. Sed hoc placuit annotare, in hoc nomine scribendo miram esse vetustorum codicum varietatem. Nam præter συκομωραίαν, legimus etiam συκομορέαν, & συκομωρίαν & συκομορέαν. ¶ *Illac*, δι' ἐκείνης. Sic rectè Erasm. nam subauditur ὁδοῦ: quæ ellipsis in Græcis scriptoribus frequenter occurrit. Nisi malis repetere συκομωραίας. Vulg. *inde*, id est ἐκεῖθεν, quod non videtur posse conuenire.

8 *Si quid cuipiam per calumniam eripui*, εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα. Sic placuit Tertull. lib. aduersus Marcionem 4. explicare Græcum vocabulum συκοφαντεῖν, cuius propria significatio videtur optimè conuenire personæ magistri publicanorum. Istis enim ferè mos est, suis latrociniis prætexere reipublicæ commoda, & hoc obtentu ita impudenter prædari, vt siquis sese illorum rapacitati opponat, iniuriam sibi ac reipublicæ fieri clamitent. Vulgata & Erasmus, *Siquid aliquem defraudaui*: quæ interpretatio mihi videtur nimium esse generalis, neque satis expressè declarare istorum hominum summam in latrocinando impudentiam.

9 *Eo quòd*, καθότι. Vel Quatenus, pro Quandoquidem, vt apud Quintilianum lib. 4. *Sed quatenus*, inquit, *forte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus*, *ideo sic loquamur*. Itaque τὸ καθότι hoc loco causalis est particula, ponitúrque pro διότι, teste etiam Syro interprete, qui vertit מטול [metul.] ¶ *Ipse quoque est filius Abrahami*; καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστι. Filium esse Abrahæ, nihil aliud declarat quàm gratis electum esse, Rom. 9. 8. & vestigiis fidei Abrahæ insistere, Rom. 4. 12. & opera Abrahæ facere, Ioan. 8. 39. ex quibus demum rectè colligitur certa futuræ salutis expectatio, Rom. 8. 29. Quòd autem ex antecedente particulari Dominus nectit vniuersalem conclusionem, id est, quòd ex Zacchæi fide colligit totius familiæ salutem, æstimandum est ex ratione fœderis quod cum ipso Abrahamo ita sancitum est, vt eius etiam familiam comprehenderet. id enim ex fœderis tessera liquet, quæ cum tota Abrahami familia fuit communicata: ita tamē vt Domino interim maneat libera eligendi vel reprobandi facultas. Itaque frigida est ratio quam Erasmus adfert, domum vocari filiam Abrahæ, quòd talis esse solet familia qualis est paterfamiliâs. Idem verò hunc locum sic interpretatur, *Eo quòd & ipsa filia sit Abrahæ*, quoniam nimirum credidit pronomen αὐτός, referri ad οἶκον, quod vocabulum apud Græcos masculinum est, quum Latinis domus fœmineo genere dicatur, ideóque pro υἱός, id est Filius, conuertit Filia, id est θυγάτηρ. Eadem quoque ratio persuasit Theophylacto & aliis nonnullis, vt per domum intelligerent Zacchæum ipsum, quia durè de familia dicatur ipsam esse filium Abrahæ, quod omnino est absurdum. Verùm quod ad Erasmum attinet, licet confitear hoc loco domum accipi pro familia, eius tamen interpretationem non recipio. Quanuis enim filiorum appellatione obseruent Iurisconsul. etiam filias comprehendi: tamen υἱὸν nullo modo possis Filiam interpretari. neque (vt arbitror) vsquam hoc dicendi genus vsurpatur. Deinde cur non potius Lucas vteretur vocabulo οἰκίας & θυγατρός? Puto igitur αὐτός non referri ad οἶκον, sed de ipso Zacchæo, & tertia persona dici: Domino videlicet, quum initio Zacchæum ipsum compellasset, sermonem postea ad circumstantes conuertente: quæ personæ mutatio vix solet à Græcis aut Latinis vsurpari, nisi quum à recta oratione ad obliquam transitur, aut contrà. Sic tamen videtur Isocrates in Nicoclis persona loquutus, his verbis, Ἐν Ἀθήναις ἐστὶ τοιοῦτος ὑμῶν ὁ βασιλεύς, ὃς οὐ μόνον διὰ τοὺς προγόνους, ἀλλὰ καὶ δι' ἑαυτόν. δικαίως ἂν καὶ μείζονος τιμῆς ἢ τοσαύτης ἀξιωθείη: vbi fit transitus in eadem orationis specie à tertia persona ad primam, contrà quàm hoc loco à prima tertiam. Deinde nequis de hac enallage amplius dubitet, simile prorsus exemplum reperitur Psal. 22. 26. vbi ponitur יראו [ireau] pro יראיך [ireecha.] Et Esaiæ 6. 10. vsurpatur ורפא לו [verapha lo] pro וארפאהו [vearphehu lo] & 48. 14. & Abd. 7. Syrus interpres pro αὐτός, Ipse, legit οὗτος, iste. Vertit enim הנא [hana,] quo modo etiam citatur hic locus à Cypriano lib. 2. epist. 3. quam lectionem si sequamur, plana erunt omnia, eo excepto quòd tota oratio non ad Zacchæum: sed ad circunstantes dirigetur, quum tamen Iesus dicatur πρὸς αὐτὸν loquutus. Sed quoquo modo accipias, plana est huius dicti sententia.

καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

11 Ἀκουόντων δὲ αὐτῶν ταῦτα, προσθεὶς εἶπε παραβολήν, διὰ τὸ ἐγγὺς αὐτὸν εἶναι Ἱερουσαλήμ, καὶ δοκεῖν αὐτοὺς ὅτι παραχρῆμα μέλλει ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἀναφαίνεσθαι.

12 Εἶπεν οὖν, Ἄνθρωπός τις εὐγενὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν, καὶ ὑποστρέψαι.

13 Καλέσας δὲ δέκα δούλους ἑαυτοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς δέκα μνᾶς, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Πραγματεύσασθε ἕως ἔρχομαι.

14 Οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτόν, καὶ ἀπέστειλαν πρεσβείαν ὀπίσω αὐτοῦ, λέγοντες, Οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς.

15 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασιλείαν, καὶ εἶπε φωνηθῆναι αὐτῷ τοὺς δούλους τούτους οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον, ἵνα γνῷ τίς τί διεπραγματεύσατο.

16 Παρεγένετο δὲ ὁ πρῶτος, λέγων, Κύριε, ἡ μνᾶ σου προσειργάσατο δέκα μνᾶς.

17 Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Εὖ ἀγαθὲ δοῦλε· ὅτι ἐν ἐλαχίστῳ πιστὸς ἐγένου, ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων.

18 Καὶ ἦλθεν ὁ δεύτερος, λέγων, Κύριε, ἡ μνᾶ σου ἐποίησε πέντε μνᾶς.

19 Εἶπε δὲ καὶ τούτῳ, Καὶ σὺ γίνου ἐπάνω πέντε πόλεων.

20 Καὶ ἕτερος ἦλθε, λέγων, Κύριε, ἰδοὺ ἡ μνᾶ σου ἣν εἶχον ἀποκειμένην ἐν σουδαρίῳ.

21 Ἐφοβούμην γάρ σε, ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρὸς εἶ· αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας, καὶ θερίζεις ὃ οὐκ ἔσπειρας.

22 Λέγει δὲ αὐτῷ, Ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε, πονηρὲ δοῦλε. ᾔδεις ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπος αὐστηρός εἰμι, αἴρων ὃ οὐκ ἔθηκα, καὶ θερίζων ὃ οὐκ ἔσπειρα.

23 Καὶ διατί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτό;

24 Καὶ τοῖς παρεστῶσιν εἶπε, Ἄρατε ἀπ' αὐτοῦ τὴν μνᾶν, καὶ δότε τῷ τὰς δέκα μνᾶς ἔχοντι.

quærat & seruet quod perierat.

11 Hęc autem ipsis audientibus, pergens, dixit parabolam, eo quòd esset prope Hierosolymā, & quòd putarent fore vt illico regnum Dei appareret.

12 Dixit ergo, Homo quidam nobilis profectus est in regionem longinquam, vt acciperet sibi regnum, ac reuerteretur.

13 Vocatis autem decem seruis suis dedit eis decem minas, & dixit eis, Negotiamini donec veniam.

14 Ciues autem eius oderant eum, miserúntque legationem post eum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos.

15 Et factum est quum is rediisset, accepto regno, tum iussit vocari seruos illos ad se, quibus dederat pecuniam: vt cognosceret quis quid negotiando confecisset.

16 Adfuit autem primus, dicens, Domine, mina tua decem minas lucrifecit.

17 *Ille* autem ait ei, Bene *est* serue bone: quia in minimo fuisti fidelis, habeto ius in decem vrbes.

18 Et alter venit, dicens, Domine, mina tua confecit quinque minas.

19 *Ille* verò & isti dixit, Tu quoque præesto quinque vrbibus.

20 Et alius venit, dicens, Domine, ecce mina tua quam habui sepositam in sudario.

21 Metui enim te, quòd homo sis austerus. tollis quod non deposuisti, & metis quod non seminasti.

22 Tum *ille* dixit ei, Ex ore tuo te iudicabo, serue male: sciebas me hominem austerū esse, qui tollam quod non deposui, & metam quod non seminaui:

23 Quare igitur non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniēs, cum fœnore ipsam exegissem?

24 Et astantibus dixit, Tollite ab eo minam, & date illi qui decem minas habet.

minis quærere & saluum facere quod perierat.

11 *Hæc illis audientibus adyciens dixit parabolā, eo quòd esset prope Ierusalem, & quia existimarent quòd confestim regnū Dei manifestaretur.*

12 *Dixit ergo, Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti.*

13 *Vocatis autem decem seruis suis dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio.*

14 *Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos.*

15 *Et factū est vt rediret accepto regno, & iussit vocari seruos quibus dedit pecuniam: vt sciret quantum quisque negotiatus esset.*

16 *Venit autem primus, dicens, Domine, mna tua decem mnas acquisiuit.*

17 *Et ait illi, Euge bone serue: quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates.*

18 *Et alter venit, dicens, Domine, mna tua fecit quinque mnas.*

19 *Et huic ait, Et tu esto super quinque ciuitates.*

20 *Et alter venit dicens, Domine, ecce mna tua quam habui repositam in sudario:*

21 *Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.*

22 *Dicit ei, De ore tuo te iudico, serue nequā: sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui:*

23 *Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens, cum vsuris vtique exegissem illam?*

24 *Et astantibus dixit, Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet.*

Patienter exspectandum Dei iudicium, quod suo demum tempore patefiet.

Matt. 25. 14

Tria sunt hominum genera in Ecclesia, vnum eorum qui à Christo, quem non cernunt, deficiunt: alterum eorum qui pro suæ vocationis ratione, donis ab eo acceptis, ad ipsius gloriam & proximorum commodum industriè & gnauiter vtuntur: tertium eorū qui præ ignauia torpent. Primos igitur illos suo tempore apparens Dominus iustis pœnis vlciscetur: secundos gratis beabit pro laborum quos sustinuerint ratione: ignauos autē, vt inutiles, etiam plectet. In eos qui ignauam vitā deliberando & contemplādo consumūt.

11 *Pergens*, προσθείς. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Adyciens*. Sed apparet hoc dicendi genus esse ab Hebræis petitum, qui sic vsurpare solent verbum יסף [iasaph] quod respondet τῷ προσθεῖναι. Sed apud vnum Lucam reperio hunc Hebraismum, & quidem tribus præterea locis vsurpatum, nempe infrà 20. 11. & 12. & Act. 12. 3. alibi, in Nouo quidem testamento nusquam.

12 *Longinquam*, μακράν. videlicet ἀπέχουσαν, procul distantem.

15 *Negotiando confecisset*, διεπραγματεύσατο. Sic verto propter adiectam præpositionem διά, sicut plus est διαπράττειν quàm πράττειν.

16 *Lucrifecit*, προσειργάσατο. Ad verbum, *Adoperata est*. Nos vocabulum quæsiuimus illi Græco proximum. Nam Græcis eleganter dicitur pecunia ἐργαζομένη vel ἐνεργός, quæ negotiationi impenditur: & contra ἀργός, i. otiosa quę domi asseruatur. Sic etiam genere dicēdi non multum dissimili dicuntur ἐργάζεσθαι τὴν θάλασσαν apud Plutarchum, qui ex mari quæstum faciunt. Vulgata & Erasmus, *Acquisiuit*, προσεκτήσατο.

23 *Ad mensam*, ἐπὶ τὴν τράπεζαν: id est τοῖς τραπεζίταις, apud mensarios, vt legitur in Complutensi editione, quanuis propriè Mensarij vocati ab Argentariis siue nummulariis distinguebantur. Nam illi quidem publicam duntaxat rem numariam curabant, ad id munus auctoritate publica delecti: isti verò priuatim suo quæstui tum permutandis tum fœnerandis pecuniis seruiebant, quos hodie nomine à Scamnis quibus assident deducto, Galli vocant *Banquiers*.

25 Καὶ εἶπον αὐτῷ, Κύριε, ἔχει δέκα μνᾶς.

26 Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι παντὶ τῷ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ.

27 Πλὴν τοὺς ἐχθρούς μου ἐκείνους, τοὺς μὴ θελήσαντάς με βασιλεῦσαι ἐπ᾽ αὐτούς, ἀγάγετε ὧδε· καὶ κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου.

28 Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπορεύετο ἔμπροσθεν, ἀναβαίνων εἰς Ἱεροσόλυμα.

29 Καὶ ἐγένετο ὡς ἤγγισεν εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν, πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν, ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

30 Εἰπών, Ὑπάγετε εἰς τὴν κατέναντι κώμην· ἐν ᾗ εἰσπορευόμενοι εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ᾽ ὃν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἐκάθισε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε.

31 Καὶ ἐάν τις ὑμᾶς ἐρωτᾷ, Διὰ τί λύετε; Οὕτως ἐρεῖτε αὐτῷ, Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει.

32 Ἀπελθόντες δὲ οἱ ἀπεσταλμένοι, εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς.

33 Λυόντων δὲ αὐτῶν τὸν πῶλον, εἶπον οἱ κύριοι αὐτοῦ πρὸς αὐτούς, Τί λύετε τὸν πῶλον;

34 Οἱ δὲ εἶπον, Ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει.

35 Καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Καὶ ἐπιρρίψαντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐπὶ τὸν πῶλον, ἐπεβίβασαν τὸν Ἰησοῦν.

36 Πορευομένου δὲ αὐτοῦ, ὑπεστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ.

37 Ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, ἤρξαντο ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν χαίροντες αἰνεῖν τὸν Θεὸν φωνῇ μεγάλῃ περὶ πασῶν ὧν εἶδον δυνάμεων,

38 Λέγοντες, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος βασιλεὺς ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.

39 Καί τινες τῶν Φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλου εἶπον πρὸς αὐτόν, Διδάσκαλε, ἐπιτίμησον τοῖς μαθηταῖς σου.

40 Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Λέγω ὑ-

25 Illi verò dixerunt ei, Domine, habet decem minas.
26 At ille, Nam, inquit, ‖ dico vobis, Omni habenti dabitur: ei verò qui nõ habet, etiam quod habet auferetur ab eo.
27 Quinetiam meos illos inimicos qui noluerũt me regnare supra se, adducite huc, & iugulate coram me.
28 Et his dictis, antegrediebatur ascendens Hierosolymam.
29 ‖ Et factum est quum appropinquasset Bethphagæ & Bethaniæ, ad montem qui vocatur Olearum, misit duos ex discipulis suis,
30 Dicens, Abite in vicum qui est ex aduerso: in quo introeuntes inuenietis pullum alligatũ, cui nullus vnquam hominum insedit: solutum eum adducite.
31 Et si quis vos interrogauerit, Quare soluitis? Sic dicetis ei, Quoniam eo opus est Domino.
32 Profecti autẽ qui missi erant, inuenerunt prout eis dixerat.
33 Soluentibus autem ipsis pullum, dixerunt eis domini eius, Quare soluitis pullum?
34 Ipsi verò dixerunt, Quoniam eo opus est Domino.
35 ‖ Duxerunt igitur eum ad Iesum. Et palliis suis pullo iniectis, imposuerunt Iesum.
36 Eunte autem ipso, substernebant pallia sua in via.
37 Et quũ iam appropinquaret ad descẽsum montis Olearum, cœpit omnis multitudo discipulorum gaudentium laudare Deum voce magna de omnibus quas viderant virtutibus.
38 Dicentes, Benedictus Rex ille qui venit in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in *locis* altissimis.
39 Et aliqui Pharisæorum è turba dixerunt ei, Magister, obiurga discipulos tuos.
40 Ipse verò respondens dixit

25 *Et dixerunt ei, Domine, habet decem minas.*
26 *Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.*
27 *Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me.*
28 *Et his dictis, præcedebat ascendens Ierosolymam.*
29 *Et factum est quũ appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam ad mõtem qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos,*
30 *Dicens, Ite in castellum quod contra est: in quod introeuntes, inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum sedit: soluite illum & adducite.*
31 *Et si quis vos interrogauerit, Quare soluitis? Sic dicetis ei, Quia Dominus operam eius desiderat.*
32 *Abierunt autem qui missi erant: & inuenerunt sicut dixit illis, stantem pullum.*
33 *Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, Quid soluitis pullum?*
34 *At illi dixerunt, Quia Dominus eum necessariũ habet.*
35 *Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Iesum.*
36 *Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via.*
37 *Et cũ appropinquaret iã ad descẽsum mõtis Oliueti cœperũt omnes turbæ discẽtium gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus quas viderant virtutibus.*
38 *Dicentes, Benedictus qui venit Rex in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelsis.*
39 *Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum, Magister, increpa discipulos tuos.*
40 *Quibus ipse ait, Dico*

Sup. 8.18 matt. 13.12 & 25.29 mar. 4.25

Matt. 21.1 mar. 11.1 Regnum suũ non esse ex hoc mundo Christus in semetipso ostẽdit.

Matt. 21.7 ioh. 12.14

Cessantibus quos oportuit primos esse regni Christi præcones, Dominus alios inuitis illis extra ordinem excitat.

26 [*At ille*] *Nam,* [*inquit,*] *dico vobis* λέγω γὰρ ὑμῖν Necessariò fuit adiiciendum aliquid vt cohæreret hic versiculus cum superiore. & prætereà supplendum est in hoc Christi sermone responsum ad vers. 25. cuius rationem hic reddat. Nec sanè video quinam hi duo versiculi cohæreant. Itaque malim cum Syro interprete, & Vulgata Latina legere, λέγω δὲ ὑμῖν. Dico autem vobis vel cum illo vetustissimo Claromontano codice, & seruata particula γὰρ, versiculum 25. expungere: sic quoque optimè fluente sententia: quod tamen facere mihi fuit religio.

27 *Quin etiam,* πλὴν. Vide Matth. 11. 22.

28 *Antegrediebatur.* ἐπορεύετο ἔμπροσθεν. Sic quoque Vetus interpres hoc accipit vt sit periphrasis verbi προηγεῖσθαι, quam expositionem maximè amplector. Nam hoc arguit singularem animi magnitudinem in Christo, tam alacriter ad mortem pergente, (quanuis iam cum terrore mortis & iudicio Dei luctaretur) vt etiam timentibus discipulis præiret, sicut disertè refertur Marc. 14. 32. Erasm. *Ibat pergens.* Nam Græcis interdum εἰς τὸ ἔμπροσθεν πορεύεσθαι accipitur εἰς τὸ προκόπτειν: id est promouere & pergere. Sed illa interpretatio mihi quidem planior & vberior videtur.

37 *Discipulorum,* τῶν μαθητῶν. Vulg. *Discentium.* qua voce vtitur sæpe Tertullianus, vbique ἐν τούτῳ. Sed quum hic interpres nusquam hoc vocabulu vsurpet, suspicarer barbaro aliquo scribendi compendio ortum hunc errorem, putà fortassis, *dsciũm*, pro quo quum nonnulli scripsissent *Descendentium*, quoniam hic fit mentio descensus, emendator aliquis scripsit *Discentium*. Meus certè vetustissimus codex integrè scriptum habet *Discipulorum*.

40 Mox

μῖν ὅτι ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται.

41 Καὶ ὡς ἤγγισεν, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ᾽ αὐτῇ,

42 Λέγων, Ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σύ, καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου. νῦν δὲ, ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου.

43 Ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σέ, καὶ περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν·

44 Καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί· καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ· ἀνθ᾽ ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου.

45 Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας ἐν αὐτῷ καὶ ἀγοράζοντας·

46 Λέγων αὐτοῖς, Γέγραπται, Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς ἐστιν· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν.

47 Καὶ ἦν διδάσκων τὸ καθ᾽ ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ· οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς ἐζήτουν αὐτὸν ἀπολέσαι, καὶ οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ·

eis, Dico vobis, si siluerint isti, mox lapides clamitaturos.
41 Et vt appropinquauit, visa vrbe, fleuit super ea,
42 Dicens, Si vel tu nosses hoc saltem tuo die, ‖ quæ ad pacem tuam faciunt. Sed ea nunc occulta sunt oculis tuis.
43 Nam veniet tempus aduersum te, quo circumiiciẽt tibi inimici tui vallum, & circuncingent te, & constringent vndique:
44 Téque solo æquabunt, & filios tuos intus, neque relinquent in te lapidem super lapidẽ: eo quòd non agnoueris præstitutum hoc tempus visitationis tuæ.
45 ‖ Et ingressus in templum cœpit eiicere eos qui vendebant in eo & emebant:
46 Dicẽs eis, Scriptum est, ‖ Domus mea, domus precationis est: ‖ vos autem fecistis eam speluncam latronum.
47 Et docebat quotidie in templo. ‖ Primarij verò sacerdotes & Scribæ, & primores plebis studebant eum perdere:

vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.
41 *Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam,*
42 *Dicens, Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.*
43 *Quia venient dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique:*
44 *Et ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: & nõ relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.*
45 *Et ingressus in templum cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes.*
46 *Dicens illis, Scriptum est, Quia domus mea, domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum.*
47 *Et erat docens quotidie in templo. Principes autẽ Sacerdotum & Scribæ & principes plebis quærebant illum perdere:*

Christus neque roborum quidem exitio simpliciter delectatur.
Infrà, 21.6 matt. 24.1 marc. 13.1

Matt. 21.12 mar. 11.11 Christus Hierosolymam ingressus, visibili adiecto symbolo, docet sibi à Patre mãdatas purgandi templi partes.
Esa. 56.7 Iere. 7.11 Matt. 21.13 mar. 11.17

40 *Mox clamitaturos,* κεκράξονται. Sic Erasmus, vt emphasin exprimat temporis paulo pòst futuri. Legimus tamen in quodam codice κράξουσιν, id est clamabunt.

41 *Fleuit,* ἔκλαυσεν. Epiphanius in Anchorato, testatur quosdam, alioqui orthodoxos, hunc versiculum expũxisse, quasi fletus iste Christo non conueniret, qui tamen alibi quoque legitur fleuisse, vt Ioh. 11. 35.

42 *Si vel tu nosses,* ὅτι εἰ ἔγνως. Doctissimus Budæus prioribus in Pandectas annotationibus, rectè obseruat orationem esse defectiuam, hominis partim commiserantis instantem vrbis cladem, partim inauditam perfidiam ac cõtumaciam exprobrantis. Hanc igitur germanam esse huius loci sententiam non dubito, ita vt redundet particula ὅτι, vsitatissimo præsertim Lucæ pleonasmo, nisi malimus vertere *Quod si.* Apud Syrum certè interpretem particula כי [*chi*] non est causalis, sed exclamationem declarat, & אלו [*ulu*] optantis est, quomodo etiam particula εἰ nonnunquam accipitur. sed ita optandi modo vel subiunctiuo cõiungatur. aut certè sequatur ἂν particula δυνητική. ¶ *Vel tu,* καὶ σύ. Vulg. & Eras. *Et tu.* Ego verò non video quinam hic possit esse locus copulatiuæ coniunctioni. Neque enim (opinor) deplorat Dominus quòd Hierusalem quoque nõ accepisset Euãgelium, quod aliæ vrbes accepissent: sed hoc potius deflet, quod ne ipsa quidem liberatorem agnosceret, sibi quasi propriè præ cæteris vrbibus ac peculiariter destinatum: vnde futurum denuntiat vt multo acerbiores det pœnas contẽpti Messiæ, quàm vrbes reliquæ: nisi quòd videtur non dissimilia interminatus Chorazin & Bethsaidæ, & Capernaumo, in quibus oppidis plerunque fuerat minimo cũ fructu versatus. Ponitur ergo particula καὶ sicut apud Latinos *Vel* pro *Saltẽ*, quam tamen non habet Syrus interpres. ¶ *Saltem,* καί γε. i. Si post tot Prophetas interfectos, & me quoque Prophetarũ dominum toties repulsum, nunc saltem hac extrema profectione aliquam tui ipsius rationem haberes. Ergo hic quoque particula καὶ accipiẽda est vt paulo antè: quod etiã liquet ex particula γε adiuncta. Vulg. *Et tu.* Erasmus quoque similiter interpretatur, sed in annotationibus vehementer fallitur, nisi ego potius fallor. Putant enim verbum ἔγνως absolutè poni, & in posteriore membro supplendum verbum, cui subiiciátur à tergo τὰ πρὸς εἰρήνην σου: vt sit hæc sententia, Si qua intelligentia tu quoque prædita esses, saltem hoc tuo die curares quæ ad pacem tuam pertinent. Alij verò nonnulli, sed recentiores, post ἔγνως subaudiunt aliquid, népe imminẽtia tibi mala: & in posteriore mẽbro itidẽ aliud verbũ subaudiunt. Sed hæc nullius (quod sciã) interpretis idonei auctoritate nituntur, & totã huius orationis emphasin eneruant. Deinde si ita liceat verba foris accersere, quem locũ non liceat hæreticis deprauare? Origenẽ autem annotat Eras. non legere καί γε, quarũ tamen particularũ maximum esse pondus rectè obseruat. ¶ *Hoc tuo die,* ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ Dies huius vrbis dicitur (Hebræorũ more) tẽpus illud quo Dominus singulari beneficio eã dignatus erat, nisi ipsum non eminus vocantẽ, sed iam præsentẽ contẽpsisset. ¶ *Quæ ad pacem tuã faciũt,* τὰ πρὸς τὴν εἰρήνην σου. i. ea in quibus posita est tota tua felicitas. Nã extra Christũ non est salus: ex quo efficitur, nullos sibi peius consulere quàm qui oblatũ Christũ nolũt in se regnare. Quod igitur Gregorius Pacis nomine intelligit huius mũdi delicias, & alij quoq; aliter interpretãtur, ne refutatione quidẽ indiget. Sunt autẽ hæc (vt modò dixi) cũ verbo ἔγνως, quod in hac oratione vnicũ est, coniungẽda, vt non ineptè possis totã hanc orationẽ sic explere, Si vel tu hoc saltẽ tuo die eum agnosceres à quo vno tota pax & salus tua depẽdet, quàm felix esses ac beata. Sed longè vehemẽtiorẽ orationẽ efficit posterioris mẽbri aposiopesis.

43 *Nam veniet tẽpus,* ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι. Theophylactus hæc ita cõnectit cũ superioris versiculi fine, vt ὅτι ponatur αἰτιολογικῶς, in explanatione videlicet, hoc modo, Sed ea nunc sunt oculis tuis tecta, quoniã tẽpus imminet quo tui hostes &c. Possemus etiã (ni fallor) ὅτι accipere pro διότι, ita vt sit conclusio ex superioribus nascẽs, & sic cõuertas, *Sed ea nunc tecta sunt oculis tuis. Quamobrẽ veniet tẽpus quo,* &c. Sed omnino præstat pro causali cõiunctione accipere, vt sit altera aposiopesis in fine versiculi superioris, cuius maximã esse energiam diximus. Sic igitur possit expleri sentẽtia. Sed hæc tibi iam sunt ignota. Itaque peribis. Nam veniet tempus, &c.

44 *Præstitutum hoc tẽpus visitationis tuæ,* τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. i. hoc temporis punctũ quo Deus ipse te inuisit. Puto enim habendã esse rationem propriæ significationis τῆς ἐπισκοπῆς, vt annotauimus suprà 1. 68. Nã alioqui Heb. פקדה [*pekuddah*] pro quo Græci reddunt ἐπισκοπὴν, multo latius patet, & tum ad beneficentiæ tum ad iudiciorum Dei declarationem accommodatur.

47 *Quotidie,* τὸ καθ᾽ ἡμέραν. vel Interdiu. Nam vespere solebat se extra vrbẽ recipere, vt apparet ex Matth. & Marc. ¶ *Primores populi,* οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ. Hi sunt qui paulo pòst vocantur Seniores & Seniores populi, Mat. 21. 23. & [illegible] alibi, vt diximus suprà, 14. 1.

Καὶ οὐχ εὕρισκον τὸ τί ποιήσωσιν· ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων.

Κεφάλαιον κ.

ΚΑΙ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, διδάσκοντος αὐτοῦ τὸν λαὸν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εὐαγγελιζομένου, ἐπέστησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς σὺν τοῖς πρεσβυτέροις,

Καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, λέγοντες, Εἰπὲ ἡμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς, ἢ τίς ἐστιν ὁ δούς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην.

Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον. καὶ εἴπατέ μοι,

Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων;

Οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτούς, λέγοντες, Ὅτι ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ· ἐρεῖ, Διὰ τί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων· πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς· πεπεισμένος γάρ ἐστιν Ἰωάννην προφήτην εἶναι.

Καὶ ἀπεκρίθησαν μὴ εἰδέναι πόθεν.

Καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

Ἤρξατο δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγειν τὴν παραβολὴν ταύτην, Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανούς.

Καὶ ἐν καιρῷ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς δοῦλον, ἵνα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος δῶσιν αὐτῷ. Οἱ δὲ γεωργοὶ δείραντες αὐτὸν ἐξαπέστειλαν κενόν.

Καὶ προσέθετο πέμψαι ἕτερον δοῦλον· οἱ δὲ κἀκεῖνον δείραντες καὶ ἀτιμάσαντες ἐξαπέστειλαν κενόν.

Καὶ προσέθετο πέμψαι τρίτον· οἱ δὲ καὶ τοῦτον τραυματίσαντες ἐξέβαλον.

Εἶπε δὲ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, Τί ποιήσω; πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἰδόντες ἐντραπήσονται.

48 Nec inueniebant quid facerent: totus enim populus pendebat ab eo, *ipsum* audiens.

CAP. XX.

1 ET factum est quodam dierum illorum, vt quum ipse doceret populum in templo, & euangelizaret, superuenerint primarij Sacerdotes & Scribæ cum Senioribus,

2 Et alloquuti sint eum dicentes, Dic nobis qua auctoritate ista facias, aut quis ille sit qui dedit tibi istam auctoritatem.

3 Respondens autem dixit eis, Interrogabo vos & ego quiddam. Dicite igitur mihi,

4 Baptismus Ioannis è cælo erat, an ex hominibus?

5 At illi ratiocinati sunt apud se, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet, Quare ergo non credidistis ei?

6 Sin autem dixerimus, Ex hominibus: tota plebs lapidabit nos: persuasa enim est, Ioannem Prophetam fuisse.

7 Responderunt igitur se nescire vnde *esset*.

8 Tunc Iesus dixit eis, Nec ego dicam vobis qua auctoritate hæc faciam.

9 Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hãc, ‖ Quidam plantauit vineam, & elocauit eam agricolis: & peregrè abfuit non multum temporis.

10 Sed præstituto tempore misit seruum ad agricolas illos, vt sibi darent ex fructu vineæ. Agricolæ autem illi cæsum illum ablegarunt inanem.

11 *Ille* verò perrexit, & alterum seruum misit: at ipsi hunc quoque cæsum & contumeliis affectum ablegarunt inanem.

12 Et perrexit mittere tertiũ. at illi & istũ vulneratũ eiecerunt:

13 Dixit igitur dominus vineæ, Quid faciam? mittam filium illum meũ dilectũ: vtique hunc visum, reuerebuntur.

48 *Et non inueniebant quid facerent illi: omnis enim populus suspensus erat audiens illum.*

CAP. XX.

1 *ET factum est in vna dierum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes Sacerdotum & Scribæ cum Senioribus,*

2 *Et aiunt, dicentes ad illum, Dic nobis in qua potestate hæc facis, aut quis est qui dedit tibi potestatem.*

3 *Respondens autem Iesus dixit ad illos, interrogabo vos & ego vnũ verbum: respondete mihi.*

4 *Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus?*

5 *At illi cogitabant intra se, dicentes, Quia si dixerimus De cælo: dicet, Quare ergo non credidistis illi?*

6 *Sin autem dixerimus, Ex hominibus: plebs vniuersa lapidabit nos. certi sunt enim Ioannem Prophetam esse.*

7 *Et responderunt se nescire vnde esset.*

8 *Et Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.*

9 *Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc, Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipse peregre fuit multis temporibus.*

10 *Et in tempore misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ darent illi: qui cæsum dimiserunt eum inanem.*

11 *Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hũc quoque cædentes, & afficientes contumelia dimiserunt inanem.*

12 *Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes eiecerunt.*

13 *Dixit autem Dominus vineæ, Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan quum hunc viderint, verebuntur.*

Matt.21.23 marc.11.27 Victi quod ad doctrinæ veritatem attinet Pharisæi, de vocatione externa controuersiã mouent, & propriæ conscientiæ testimonio conuincuntur.

Esa.5.1 iere.2.21 matt.21.33 marc.12.1 Minimè nouũ est summos esse Christi & ipsius seruorũ hostes qui in ipso Dei sacrario versantur. Sed hoc ipsi tandem impunè non ferẽt.

48 *Quid facerent*, τὸ τί ποιήσωσιν. Atticus pleonas. articuli. Meus autem vetustiss. codex addit αὐτῷ, Ei, nempe Christo. ¶ *Pendebat ab ipso*, ἐξεκρέματο, id est attentissimè ipsius sermonem audiebat, quasi ab ipsius ore pendens, vt Latini quoque loquuntur. Vulg. *Suspensus erat*, neglecto pronomine αὐτοῦ, & deprauata quoque sententia.

IN CAP. XX.

1 *Superuenerunt*, ἐπέστησαν. Vulg. *Conuenerunt*, συνήχθησαν. Eras. in annotationib. *Adorti sunt*, i. ἐπῆλθον. Vide suprà, 2.9.

2 *Qua in vola*. vel, *Quo iure*. Hebræus pleonasmus, præpositionis ἐν. & vola pro vel. Sic hodie Antichristiani quum doctrinam Euangelij à nostris instauratam conuincere falsitatis nequeant, percontari nos cœperunt de nostra vocatione qua simuli ratione sunt à nobis ad ipsam Christi & Apostolorum doctrinam relegãdi. Quod enim Christus interrogat, opem interrogationi opponit, hoc nõ facit quòd tergiuersando velit illos eludere, sed vt eos solida responsione, suóque ipsorum testimonio refellat. Perinde n. est ac si diceret, Annon verè de hac auctoritate de qua me interrogatis iampridem vobis ex Ioannis prædicatione constat? nisi fortasse Ioannem diuinitus loquutum velitis inficiari. Videtur etiam alludere ad illam Patris cælitus emissam vocem, quum à Ioanne baptizaretur.

4 *E cælo*, ἐξ οὐρανοῦ. i. *diuina*, inde orta phrasi quod Deus in cælis dicatur habitare. Neque tamen hinc colligi posse videtur, cælum pro Deo accipi, nisi metonymicè.

5 *Ratiocinati sunt*, συνελογίσαντο. Vulg. *Cogitabãt*, malè, vt ex dilemmate apparet. Nec enim quisquis cogitat, rationes confert, quod est propriè συλλογίζεσθαι.

10 *Sibi*, αὐτῷ. i. ἑαυτῷ, vel ei, i. Seruo Sed illud malo. Καιρὸν auté vocat tempus fructibus colligendis opportunũ, quod Gallicè *saison* appellãt, voce à sationis tẽpore sũpta, & generaliter quatuor anni tẽpestatib. accõmodata. 13 *Vtique*, ἴσως. Vul. *forsitã*. Vide ep. Philem. v. 15. Syrus vertit כבר [*kebar*] Iá.

10 Iis

Ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ γεωργοὶ, διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες, Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ἵνα ἡμῶν γένηται ἡ κληρονομία.

Καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπέκτειναν. Τί οὖν ποιήσει αὐτοῖς ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος.

Ἐλεύσεται καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς τούτους, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις. Ἀκούσαντες δὲ εἶπον, Μὴ γένοιτο.

Ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτοῖς εἶπε, Τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον τοῦτο, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας;

Πᾶς ὁ πεσὼν ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λίθον συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν.

Καὶ ἐζήτησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ· καὶ ἐφοβήθησαν τὸν λαόν· ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε.

Καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι· ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος.

Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν λέγοντες, Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις, καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις·

Ἔξεστιν ἡμῖν Καίσαρι φόρον δοῦναι, ἢ οὔ;

Κατανοήσας δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν, εἶπε πρὸς αὐτούς, Τί με πειράζετε;

Ἐπιδείξατέ μοι δηνάριον· τίνος ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφήν; Ἀποκριθέντες δὲ εἶπον, Καίσαρος.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀπόδοτε τοίνυν τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ.

14 Viso autem eo agricolæ colloquebãtur inter se dicẽtes, Iste est hæres: adeste, interimamus eum, vt nostra fiat hæreditas.

15 Et eiectũ eum extra vineam, interemerunt. Quid ergo faciet eis dominus vineæ?

16 Veniet & perdet agricolas istos & dabit vineam aliis. *Hoc* autem quum audissent, dixerunt, Absit.

17 Ille verò intuitus ipsos ait, Quid illud est ergo quod scriptum est, ‖ Quem lapidem reprobauerunt ædificantes, is factus est caput anguli?

18 Quisquis ceciderit super illum lapidem confringetur: super quem autem ceciderit, cõminuet eum.

19 Et studuerunt primarij Sacerdotes & Scribæ inijcere in eum manus eo ipso momento: sed metuerunt plebem: cognouerant enim *eum* aduersus ipsos dixisse similitudinem istam.

20 Itaque obseruantes *eum*, miserunt insidiatores, qui se iustos esse simularent: vt carperent eius sermonem, tradituri eum imperio & potestati Præsidis.

21 ‖ Qui interrogauerunt eum dicentes, Præceptor, scimus te rectè dicere & docere, nec accipere personam, sed viam Dei in veritate docere:

22 Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?

23 Animaduersa autem eorum calliditate, dixit eis, Quid me tentatis?

24 Ostendite mihi denarium: cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes autem dixerunt, Cæsaris.

25 Tunc dixit eis ‖ Reddite igitur quæ *sunt* Cæsaris, Cæsari: & quæ *sunt* Dei, Deo,

14 *Quem quum vidissent coloni cogitauerunt intra se dicentes, Hic est heres: occidamus illum, vt nostra fiat hereditas.*

15 *Et eiectum illum extra vineam occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ?*

16 *Veniet & perdet colonos istos, & dabit vineam alij. Quo audito dixerunt illi, Absit.*

17 *Ille autem aspiciẽs eos, ait, Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?*

18 *Omnis qui ceciderit super illum lapidem conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum.*

19 *Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum: cognouerunt enim quòd ad ipsos dixerat similitudinem hanc.*

20 *Et obseruantes, miserunt insidiatores qui se iustos simularent: vt caperent eum in sermone, vt traderent illum principatui & potestati Præsidis.*

21 *Et interrogauerunt eum, dicentes, Magister, scimus quia rectè dicis & doces, & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces:*

22 *Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?*

23 *Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis?*

24 *Ostendite mihi denariũ: cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt Cæsaris.*

25 *Et ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.*

Psal.118.22 esa.28.16 act.4.11 rom.9.33 1.pet.2.7

Vltimum pseudoprophetarũ perfugiũ est ad veros prophetas perdendos seditionis crimen eis impingere. mat.22.13 Mar.12.16

Rom.13.7

16 *Absit*, μὴ γένοιτο. Videlicet vt talia fiant. Sic enim Latini ἐλλειπτικῶς istud circunloquuntur.

18 *Comminuet*, λικμήσει. Vide Matth. 21.44.

20 *Itaque obseruantes [eum,]* καὶ παρατηρήσαντες, id est captantes. Ponitur enim τὸ παρατηρεῖν hoc loco in vitio. ¶ *Iustos*, δικαίους. Id est rigidos iuris diuini exactores, & qui conniuere ad nihil possent quod iniquè fieret. ¶ *Vt carperent eius sermonem*, ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου: id est, vt aliquid in ipsius sermone arriperent, cuius occasione calumniam ei struerent. Sic enim hoc loco explicandũ est τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι Vulgata & Erasmus, *Vt caperent eum in sermone*: pro quo dicere maluissem, *Vt interciperent eum*. Legerunt autem λόγῳ. & nos in quibusdam codicibus legimus λόγον & λόγου. Sed magis est vsitata constructio quam sumus sequuti, & confirmatur etiam simili exemplo paulo pòst, versu 26. ¶ *Imperio & potestati Præsidis*, τῇ ἀρχῇ καὶ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος: id est, Præsidi, penes quem erat imperium ac potestas. Sic Cæsaream maiestatem pro ipso Cæsare dicimus. Vulgata & Erasmus, *Principatui*. Syrus vertit לדינא [*ledaiana*] id est Iudicio, siue Iudicibus, vt ἀρχῇ possis etiam vertere Magistratui.

21 *Accipere*, λαμβάνειν, i. rationẽ habere personæ Personam autem appellat externas, quas vocant circunstantias, quas si quis respiciat, paria de paribus non constituat. Vide Mar. 12.14.

22 *Tributum*, φόρον nempe Censum, vt Matth. & Marcus interpretantur quum magis propriè Vectigal aut Portorium hac græca voce significetur.

23 *Animaduersa*, κατανοήσας Vulg. *Considerans* id est ἐννοήσας, vel ἐνθυμηθείς, vt alibi sæpe hoc verbum sumus interpretati. Eras. *Intellecta*, id est συνείς. ¶ *Calliditate*, πανουργίαν. Vulg. *Dolo*, non satis expressè. Significat enim πανουργία quandam ad malè agendum solertiam, & longo vsu & tractandis rebus omnibus quæsitam, sicut Latinis callidus dictus à callendo, vel ab eo quòd vsu rerum callum obduxerit. Erasm. *Versutia*, id est πολυτροπία Nam Cicero πολύτροπον versutum, interpretatur commodissimè profectò.

26 Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐναντίον τοῦ λαοῦ· καὶ θαυμάσαντες ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει αὐτοῦ, ἐσίγησαν.

26 Itaque nequiuerunt eius verba carpere coram plebe: & mirati super eius responso, siluerunt.

26 *Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius, tacuerunt.*

Matt. 22. 23 mar. 12. 18 Asseritur carnis resurrectio aduersus Sadducæos. Deut. 25. 5

27 Προσελθόντες δέ τινες τῶν Σαδδουκαίων (οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι) ἐπηρώτησαν αὐτὸν,

27 ‖Accedentes autem quidam Sadducæorum, (qui contēdunt non esse resurrectionem) interrogarunt eum,

27 *Accesserunt autem quidam Sadducæorum, (qui negant esse resurrectionem) & interrogauerunt eum,*

28 Λέγοντες, Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, Ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ ἔχων γυναῖκα, καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

28 Dicentes, Magister, ‖Moses scripsit nobis, Si cuius frater mortuus fuerit habens vxorem, & ¨ sine liberis mortuus fuerit, vt frater accipiat eius vxorem, & excitet semen fratri suo.

28 *Dicentes, Magister, Moyses scripsit nobis, Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo.*

29 Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν· καὶ ὁ πρῶτος, λαβὼν γυναῖκα, ἀπέθανεν ἄτεκνος.

29 Septem ergo fratres fuerunt, quorum primus accepta vxore mortuus est sine liberis.

29 *Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filiis.*

30 Καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν γυναῖκα, καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος.

30 Accepit igitur eam secundus, *qui* & ipse mortuus est sine liberis.

30 *Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio.*

31 Καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ οὐ κατέλιπον τέκνα, καὶ ἀπέθανον.

31 Deinde tertius accepit eam: itidem autem ¨ & illi septem: nec reliquerunt liberos, & mortui sunt.

31 *Et tertius accepit illam: similiter & omnes septem: & non reliquerunt semen, & mortui sunt.*

32 Ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή.

32 Post omnes autem mortua est & mulier.

32 *Nouissimè omniū mortua est & mulier.*

33 Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος αὐτῶν γίνεται γυνή; οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα.

33 In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? nam illi septē habuerunt eam vxorem.

33 *In resurrectione ergo cuius eorum erit vxor? si quidem septem habuerunt eam vxorem.*

34 Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου γαμοῦσι καὶ ἐκγαμίσκονται·

34 Tum respondens dixit eis Iesus, ¨ Filij huius æui ducunt vxores, & nuptum dantur:

34 *Et ait illis Iesus, filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias:*

35 Οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν, καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίσκονται·

35 Qui verò digni habiti fuerint qui æuum illud consequantur, & resurrectionem ex mortuis, neque ducunt vxores, neque nuptum dantur:

35 *Illi verò qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt vxores,*

36 Οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται· ἰσάγγελοι γάρ εἰσι· καὶ υἱοί εἰσι τοῦ Θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες.

36 Nec enim mori possunt amplius, pares enim Angelis sunt: & filij sunt Dei, quum sint ¨ filij resurrectionis.

36 *Neque vltrà mori poterunt. æquales enim Angelis sunt: & filij sunt Dei, quum sint filij resurrectionis.*

37 Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροί, καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει Κύριον τὸν Θεὸν Ἀβραάμ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰσαάκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακώβ.

37 Mortuos autem suscitatum iri, etiam ‖Moses indicauit in rubo, ¨ quum dicit Dominum Deum Abrahami, & Deum Isaaci, & Deum Iacobi.

37 *Quia verò resurgant mortui, & Moyses ostendit secus rubum sicut dicit Dominum Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob.*

38 Θεὸς δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων· πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν.

38 ¨ Deus autem non est mortuorum, sed viuorum *deus*: omnes enim viuunt ei.

38 *Deus autem non est mortuorum sed viuorum: omnes enim viuunt ei.*

26 *Carpere*, ἐπιλαβέσθαι, id est reprehendere, vt Vulgata & Erasmus interpretantur. Sic Plato in Gorgia, ἐμοῦ δὲ λέγοντος, τῶν λόγων ἐπιλαβοῦ.

28 *Sine liberis mortuus fuerit*, ἄτεκνος ἀποθάνῃ. Omnia quæ vidi exemplaria ita scriptum habent. Vetus tamen interpres habet, *Sine liberis fuerit*, ἄτεκνος ᾖ, & quidem rectius quum huius verbi repetitio prorsus redundet.

31 *Et illi septem*, καὶ οἱ ἑπτά. Oratio imperfecta, forma loquendi è medio petita, pro, & cæteri quatuor, ac perinde omnes illi septem.

34 *Filij huius æui*, οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου. Vulg. & Erasmus, *Filij huius seculi*: Hebraismus est quem suprà exposuimus, 16.8, qui tamen hoc loco paulo aliter accipitur. Nam illic vocantur Filij huius seculi qui præsenti vitæ sunt addicti, & filiis lucis opponuntur: hic verò dicuntur hoc nomine quicunque in hac vita adhuc versantur: alioquin videretur matrimonium ad filios Dei non pertinere, vt impius ille Syricius Papa docuit, contra tot manifesta Scripturæ testimonia, ac præsertim aduersus id quod scribitur Heb. 13. 4.

36 *Filij resurrectionis*, υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως: id est resurrectionis participes. Est enim Hebraismus, quem sæpe iam exposuimus. Sicut autē verè dicuntur victuri qui æterna illa felicitate perfruentur, ita verè cēsentur resurgere qui in vitam æternam resurgunt: quum alioquin si resurrectionem in genere & per se consideremus, ex plurimis aliis Scripturæ testimoniis constet etiam impios resurrecturos vt æternum exitium subeant: quod quidem non vita, sed mors dicitur: quia vita tam infelix, propriè dici vita non debet.

37 *Quum dicit*, ὡς λέγει, id est ὅτι λέγει siue λέγων.

38 *Deus autem*, Θεὸς δὲ. propositio est syllogismi cuius conclusio & assumptio præcessit, vt sit integer hic syllogismus. Quorum Deus est deus illi viuunt, vers. 38. Abrahami, Isaaci, & Iacobi Deus est Deus, versic. 37. Ergo illi viuunt: & quum nondum reuixerint corpore, necesse est vt suo tempore sint corporibus excitatis reuicturi.

¶ *Ei*, αὐτῷ: id est, quod ad ipsum attinet cui omnia futura sunt præsentia. Itaque nisi futurum esset vt Abraham, Isaac, & Iacob resurgerent, Deus non se vocaret eorum deum. Quòd siquis obiiciat, Deum non dicere se illorum deum fore, sed esse: ex quo consequeretur, aut iam illos resurrexisse, aut hæc non pertinere ad corporum resurrectionem, sed ad animi vitam: sic respōdet huic obiectioni Christus, vt dicat, Deo iam viuere qui suo tempore sunt resurrecturi, ideóque Deūm de re certò futura non aliter quàm de re præsenti loqui. Quanuis enim animi immortalitas nec debeat nec possit à corporis resurrectione in hoc argumento separari, tamen hoc accipiendum est de corporum resurrectione, non de animi immortalitate, de qua quæsitum non erat. Ostendit autem particula γὰρ hîc responderi ad tacitam obiectionem. Nam alioquin dicendum fuerat πάντες οὖν, id est, Omnes igitur. & τὸ καθόλου ad hypothesin, restringendum esse, nempe ad eos quos Deus fœdere suo comprehensos gratia sua salutifica dignatur: aliis quidem etiam resurrecturos, sed in eam conditionem quæ vitæ nomen non meretur.

39 Ἀποκριθέντες δέ τινες τῶν Γραμματέων εἶπον, Διδάσκαλε, καλῶς εἶπας.

39 Respondentes autem ei quidam ex Scribis dixerunt, Magister, bene dixisti.

39 *Respondentes autē quidam Scribarum, dixerunt ei, Magister, bene dixisti.*

40 Οὐκέτι δὲ ἐτόλμων ἐπερωτᾷν αὐτὸν οὐδέν.

40 Nec amplius audebant eum quicquam interrogare.

40 *Et amplius non audebant eum quicquam interrogare.*

Matt. 22. 44 mar. 12. 35 Psal. 110. 1 Christus licet filius Dauidis secundum carnem, vt sit eiusdem Dominus (vtpote æternus Dei filius) secundum Spiritum.

41 Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς, Πῶς λέγουσι τὸν Χριστὸν υἱὸν Δαβὶδ εἶναι;

41 ‖Dixit autem eis, Quomodo dicunt Christum filium esse Dauidis?

41 *Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Christū filium esse Dauid:*

42 Καὶ αὐτὸς Δαβὶδ λέγει ἐν βίβλῳ ψαλμῶν, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου,

42 ‖Nam ipse Dauid dicit in libro Psalmorum, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dextram meam,

42 *Et ipse Dauid dicit in libro Psalmorum, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis,*

43 Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου;

43 Vsquedum statuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

43 *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?*

44 Δαβὶδ οὖν Κύριον αὐτὸν καλεῖ, καὶ πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν;

44 Dauid ergo Dominum eum vocat, & quomodo filius eius est?

44 *Dauid ergo Dominum illum vocat, & quomodo filius eius est?*

45 Ἀκούοντος δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ,

45 Audiente verò toto populo dixit discipulis suis,

45 *Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis.*

Sup. 11. 43 matt. 23. 6 mar. 12. 38 Vitandum ambitiosorum & auarorum pastorum exemplum.

46 Προσέχετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων τῶν θελόντων περιπατεῖν ἐν στολαῖς, καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις.

46 ‖Cauete à Scribis, qui volunt ambulare stolati, & amāt salutationes in foris, ac primos cōsessus in cōuentibus, & primos accubitus in cœnis.

46 *Attēdite à Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuiis.*

47 Οἳ κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται· οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα.

47 Qui exedunt domos viduarum, & ¨ in speciem longis orationibus vtuntur: isti recipient grauius iudicium.

47 *Qui deuorant domos viduarum, simulātes longam orationem: hi accipient damnationem maiorem.*

Κεφάλαιον κα.

CAP. XXI.

CAP. XXI.

Mar. 12. 41 Pauperibus licet ditissimos etiam quosuis beneficentiæ studio, Deo iudice, superare.

1 Ἀναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον πλουσίους.

1 R‖Espiciens verò vidit diuites immittētes dona sua in gazophylacium.

1 *Respiciens autem vidit eos qui mittebāt munera sua in gazophylacium diuites.*

2 Εἶδε δὲ καί τινα χήραν πενιχρὰν βάλλουσαν ἐκεῖ δύο λεπτά.

2 Vidit autem etiam quādam viduam pauperculā immittentem illuc minuta *æreola* duo.

2 *Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.*

3 Καὶ εἶπεν, Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν ὅτι ἡ χήρα ἡ πτωχὴ αὕτη πλεῖον πάντων ἔβαλεν.

3 Et dixit, Verè dico vobis, vidua hæc pauper immisit amplius quàm omnes.

3 *Et dixit, Verè dico vobis quia vidua hæc pauper, plus quàm omnes misit.*

4 Ἅπαντες γὰρ οὗτοι ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ· αὐ-

4 Nam omnes hi ¨ ex eo quod sibi redundat, immiserunt

4 *Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in*

47 *Dicunt*, λέγουσι. In duobus codicibus additur τινὲς, Quidam: & Syrus interpres addit γραμματεῖς siue νομικοὶ, id est legis interpretes. Sed fortassis tertia persona posita est secundæ loco, vt diximus suprà 19.9. nisi malimus hæc non tam ad Scribas quàm de Scribis dicta ad quos tamen dicitur oratio dirigi, propterea quòd præsentes aderant quum Christus hunc sermonem haberet.

47 *In speciem precibus longis vtuntur*, προφάσει μακρὰ προσεύχονται. Vulgata, *Simulantes longam orationem*, sensu rectè expresso. Nec enim legendum opinor μακρᾷ, sed μακρὰ, sicut scribitur in Matthæo & Marco, accedente etiam duorum codicum fide. Quanquam si μακρᾷ legas, facilè subaudietur, ex Hebræorum idiotismo, verbale nomen προσευχῇ.

IN CAPVT. XXI.

1 *Respiciens*, ἀναβλέψας. Erasmus, *Sublatis oculis*, quasi gazophylacium in edito loco esset, aut quòd antea suos intuitus, oculos sustulerit in eos qui longius aberant.

¶ *Minuta* [*æreola*] *duo*, δύο λεπτά. Id est (inquit Syrus interpres) duas octauas, oboli videlicet, vt diximus Mar. 12. 42.

4 *Ex eo quod ipsi redundat*, ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς. In quodam codice scriptum legimus ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν, eodem quidem sensu, sed fortassis accōmodatius, quia sequitur ἐκ τοῦ ὑστερήματος. ¶ *Quæ donarent Deo*, εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ. Hebraicè, לְחַת לַיהוָה [*latheth laihouah*,] ita vt ל causam finalem declaret. Et commodè etiam explicare possis, Ad dandum Deo, τοῦ δοῦναι τῷ Θεῷ. Nam dona Dei passiuè hîc dicuntur quæ Deo consecrantur, vt fides Dei quæ Deo habetur. Et apud Hebræos verbalia interdum pro infinitis verborum ponuntur, suntque per gerundi modum explicanda, vt Esa. 7. 1. לַמִּלְחָמָה [*lamilchamah*,] pro להלח[illegible] [*lehillachem*] Sed & εἰς τὰ δῶρα. positum est fortassis pro ἐν τοῖς δώροις, id est, *Inter dona*. Aut potius Lucas τὰ δῶρα vocat ipsum templi ærarium seu gazophylacium, id est arculam ab Hebræis dictam ארון [*aron*,] cuius fit mentio, 2. Reg 12. [illegible] idque Chaldæorum idiotismo, qui simili ratione hoc ærarium vocabant Corbanam, vt Matt. 27. 6. quū קרבן [*korban*] propriè declaret τὸ δῶρον, id est donum, & quidem, vt annotat Theophylactus, Deo consecratum. Vulg. & Eras. *In munera Dei* perobscurè.

τῇ δ' ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς ἅπαντα τὸν βίον ὃν εἶχεν ἔβαλε.

Sup. 19. 34 matt. 24. 1 mar. 13. 1

5 Καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἶπε,

Prædicitur templi illius terreni excidium, vt verum illud spirituale ædificium extruatur, cuius architectos oportet in primis circunspectos esse.

6 Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε; ἐλεύσονται ἡμέραι ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ ὃς οὐ καταλυθήσεται.

7 Ἐπηρώτησαν δὲ αὐτὸν, λέγοντες, Διδάσκαλε, πότε οὖν ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι;

Eph. 5. 6 2. thess. 2. 3

8 Ὁ δὲ εἶπε, Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ὅτι ἐγώ εἰμι· καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε· μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν.

9 Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε· δεῖ γὰρ ταῦτα γενέσθαι πρῶτον, ἀλλ' οὐκ εὐθέως τὸ τέλος.

Verum templum Domini per medios tumultus incredibiles, & acerbissimas ærumnas, inuicta patientia extruitur, cuius non potest non esse felicissimus exitus.

10 Τότε ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἐγερθήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν,

11 Σεισμοί τε μεγάλοι κατὰ τόπους καὶ λιμοὶ καὶ λοιμοὶ ἔσονται, φόβητρά τε καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ μεγάλα ἔσται.

Matt. 24. 8 matt. 13. 9

12 Πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ διώξουσι, παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς καὶ φυλακὰς, ἀγομένους ἐπὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου.

13 Ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν εἰς μαρτύριον.

Sup. 12. 12 matt. 10. 19 mar. 13. 11

14 Θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι.

quæ donarent Deo: hæc autem immisit ex penuria sua totum victum quem habebat.

5 ‖ Et quibusdam dicentibus de templo: quòd pulchris lapidibus ac donariis ornatum esset, dixit,

6 Hæccine spectatis? venient dies quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.

7 Interrogauerunt autem eum, dicentes, Magister, quando hæc erunt: & quod *erit* signum quando futura sint ista.

8 ‖ Ipse verò dixit, Videte ne seducamini: multi enim venient sub nomine meo, dicentes, Ego sum *Christus*: & tempus illud præstitutum appropinquat. Ne igitur sequimini eos.

9 Quum verò audieritis bella & exagitationes, ne consternamini: oportet enim ista primùm fieri, sed non statim *erit* finis.

10 Tunc dixit eis, Insurget gens in gentem, & regnum in regnum:

11 Et magni terremotus erunt singulis locis, & fames ac pestilentiæ, & terriculamenta, & signa è cælo magna erunt.

12 ‖ Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus, & *vos* persequentur, tradentes in conuentus & carceres, adductos ad reges ac præsides, propter nomen meũ.

13 *Hæc* autem cedent vobis testimonio.

14 ‖ Habete igitur hoc fixum in cordibus vestris, non præmeditari defensionem.

munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem habuit, misit.

5 *Et quibusdam dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit,*

6 *Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.*

7 *Interrogauerunt autem illum, dicentes, Præceptor, quando hæc erunt? & quod signum quum fieri incipient?*

8 *Qui dixit, Videte ne seducamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum. & tempus appropinquauit: nolite ergo ire post eos.*

9 *Quum autem audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet primùm hæc fieri, sed nondum statim finis.*

10 *Tunc dicebat illis, Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum:*

11 *Et terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames terroresque de cælo & signa magna erunt.*

12 *Sed ante hæc omnia inÿcient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahẽtes ad reges & præsides, propter nomen meum.*

13 *Continget autem vobis in testimonium.*

14 *Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quẽadmodũ respondeatis.*

5 *Donariis*, ἀναθήμασι. Græci ἀναθήματα vocant donaria quæ templis consecrantur, παρὰ τὸ ἀνατίθεσθαι id est (vt nonnulli explicant) quòd eiusmodi dona soleant ex reliquis bonis excepta consecrari: vel (vt quosdam malle video) quòd soleant de parietibus aut columnis templi suspendi. Hebræi hæc eadem (opinor) תרומה [*terumoth*] vocant à רום [*rum*,] quod & ipsum declarat Sursum attollere: ita vt solebat solenni ritu sacerdos oblationes quas manu gestabat, quasi coram Dei conspectu attollere. Sed ἀνάθεμα diuersę significationis vocabulum, quamuis ab eodem verbo ἀνατίθημι deriuetur, id declarat quod Hebræi חרם [*herem*] appellant, de quo dicemus Rom. 9. 3. quod discrimẽ rectè obseruauit Budæus, neglexit autem Erasmus, quum in hunc locum scriberet.

6 *Hæccine spectatis?* ταῦτα ἃ θεωρεῖτε. Vnus codex legit ταῦτα θεωρεῖτε. Ad verbum, *Hæccine [sunt] quæ spectatis?* Quanuis enim in Græcis codicibus non addatur interrogatio, tamen dubitaui eam apponere ex Matthæo & Marco, assentiente Syro interprete. Erasmus, *En hæc quæ videtis*: quæ interpretatio non video quomodo cohæreat.

8 *Sub nomine meo*, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. Id est, nomen meum prætendẽtes, vt ipse paulo pòst explicat. & dicũtur in nomine Christi venire pseudoprophetæ, qui se fingũt à Christo missos. ¶ *Ego sum [Christus]* ὅτι ἐγώ εἰμι. Vide Marc. 13. 6. Nannius certè apud Athanasium sic vertit ac si scriptum esset ὅτι ἐγώ εἰμι. *Se id esse quod ego sum.*

9 *Exagitationes*, ἀκαταστασίας. Vulg. *Seditiones*, nimis dilutè, vt apparet ex sequente versiculo.

10 *Tunc*, τότε. Vide num hoc sit referendum ad verbum ἐγερθήσεται, Insurget, ita vt ἔλεγεν αὐτοῖς, Dixit eis, vtrinque dispungatur. Sin minus τότε idẽ valebit atque *Deinde*, vel Præterea. Syrus totũ hoc, *Tunc dixit eis*, nõ legit, & addita particula causali vertit, *Insurget enim*, vt legitur Mat. 24. 7. & Mar. 13. 8. 11 *Terriculamenta*, φόβητρα. Syrus addit *& expulsiones*, cui respondet τὸ ἀστατεῖν 1. Cor. 4. 11. Extraordinarias videlicet aëris impressiones, quum ordinariæ quoque per se terribiles sint. vnde illud Ouidij, *Fecit & humanas motura tonitrua mentes.* ¶ *Erunt*, ἔσται. & mox addit & magnæ tempestates erunt, id est καὶ πολλοὶ χειμῶνες ἔσονται.

12 *In conuentus*, εἰς τὰς συναγωγάς. Vulg. & Eras. *in Synagogas*. Vide Mat. 10. 17. ¶ *Adductos*, ἀγομένους. Vulg. & Eras. *Trahentes*, quasi scriptum sit ἄγοντες: quam lectionem si sequaris, subaudienda erit copulatiua καί qua connectantur duo hæc participia. ¶ *Propter nomen meum*, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, id est διὰ τὸ ὄνομά μου. Vide Matth. 5. 11.

13 [*Hæc*] *autem cedent*, ἀποβήσεται δέ. Id est, Is autem erit istarum rerum exitus, vt coram Deo & hominibus testata sit vestrorum hostium perfidia & crudelitas, ac vestra vicissim constantia. Vulg. & Eras. *Continget autem*. id est συμβήσεται. 14 *Habete igitur [hoc] fixum*, θέσθε οὖν. Sic rectè expressit Erasmus hoc dicendi genus. ipsis etiam Græcis difertoribus familiare. hoc enim est quod sæpe apud Homerum occurrit, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, pro quo Virgil. --*memori quæ condita mente teneto.* ¶ *Non præmeditari*, μὴ προμελετᾷν. Sollicitè videlicet & anxiè. Vitanda enim hic sunt extrema, conscientia videlicet vel sibi ipsi superbè cõfidens, vel de causæ bonitate dubitans, vel præ sui infirmitate diffidens.

15 Os

15 Ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα, καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν οὐδὲ ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν.

16 Παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν καὶ φίλων, καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν·

17 Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου·

18 Καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται.

19 Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.

20 Ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς.

21 Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη· καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτῆς, ἐκχωρείτωσαν· καὶ οἱ ἐν ταῖς χώραις, μὴ εἰσερχέσθωσαν εἰς αὐτήν.

22 Ὅτι ἡμέραι ἐκδικήσεως αὗταί εἰσι, τοῦ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα.

23 Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ.

24 Καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ Ἱερουσαλὴμ ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν.

25 Καὶ ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις· καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ, ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου·

15 Ego enim dabo vobis os, & sapientiam cui non poterunt contradicere neque obsistere omnes qui se vobis opponent.

16 Prodemini autem etiam à parentibus & fratribus & cognatis & amicis: & morte mulctandos curabunt *aliquos* ex vobis:

17 ‖ Et eritis exosi omnibus propter nomen meum.

18 ‖ Sed pilus capitis vestri non peribit.

19 ‖ Per tolerantiam vestram possidete animas vestras.

20 ‖ Quum autem videritis Hierosolymam cingi ab exercitibus, tunc agnoscite appropinquare vastationem eius.

21 Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes: & qui intra eam, excedant: & qui in agris, non ingrediantur in eam.

22 Nam hi sunt dies vltionis, vt impleantur omnia quæ scripta sunt.

23 Væ autem grauidis & lactãtibus in illis diebus. erit enim necessitas magna in hac regione, & ira in populo isto.

24 Et cadent acie gladij, & captiui ducentur in omnes Gentes: & Hierosolyma calcabitur à Gentibus, vsquequo impleantur præstituta illa tempora Gentium.

25 ‖ Tunc erunt signa in sole & luna & stellis: & in terra anxietas Gentium in consilij inopia, resonante mari & salo:

15 *Ego enim dabo vobis os, & sapientiam cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.*

16 *Trademini autem à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis.*

17 *Et eritis odio omnibus propter nomen meum.* Matt. 10. 30

18 *Et capillus de capite vestro non peribit.* Matt. 10. 22

19 *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Matt. 24. 15 mar. 13. 14 dan. 9. 27

20 *Quum autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius.* Prædicitur vrbis totius vltimum excidium.

21 *Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant. & qui in regionibus, non intrent in eam.*

22 *Quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt.*

23 *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic.*

24 *Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes Gentes: & Ierusalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum.*

25 *Et erunt signa in sole & luna & stellis: & in terris pressura Gentium, præ cõfusione sonitus maris & fluctuum:* Esa. 13. 10 ezec. 32. 7 matt. 24. 29. mar. 13. 24.

15 *Os*, στόμα, i. facultatem loquendi, siue quod loquamini. ¶ *Obsistere*, ἀντιστῆναι, ita videlicet, vt stare ex aduerso possint tanquam viribus pares, nedum vt superiores euadat. Vulg. *Resistere*. Vide Matth. 5. 39. & Act. 6. 10.

16 *Prodemini*, παραδοθήσεσθε. Id est προδοθήσεσθε, vt Matt. 26. 16. quanuis etiam retineri potest verbum Tradendi, vt Matt. 10. 21. & Mar. 13. 12. ¶ [*Aliquos*] *ex vobis*, ἐξ ὑμῶν. subaudi τινάς, de qua ellipsi diximus Matt. 23. 0.

19 *Tolerantiam*, ὑπομονῆ. Vide suprà 8. 15. ¶ *Possidete animas vestras*, κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Id est, Quantumuis multa vos vndique mala circunstent, fruimini nihilominus virtute vestra, hæc omnia fortiter sustinendo. Nam vt mundus & Satan aduersus Ecclesiam coniurarint & extrema quæque experiantur, non possunt tamen ipsius pacem ac tranquillitatem infringere, quum ex ipsis doloribus arripiat lætitiæ & exultationis argumentum, vt scribitur Rom. 5. 1. 2. & 3. Hanc igitur expositionem si sequamur, Possidere animam nihil declarabit quàm vita tranquilla ac beata perfrui, vt (sicut in causa longè impari dicit ille) impauidum feriant vel ipsius cæli ruinæ. Syrus interpres pro κτήσασθε, *possidete*, legit κτήσεσθε, *possidebitis*. Nonnulli verò perinde hoc explicant ac si significet, In hac vita versari: sensu non multum diuerso à superiore. Alij accipiunt pro Vitam suam & animum regere: quo modo iubet Paulus vt quisque vas suum possideat cum honore, 1. Thess. 4. 4. id est quisque corpus suum ab omni labe purum conseruet. Alij demum κτήσασθαι τὰς ψυχάς putant idem declarare atque saluti suæ consulere & (sicut hic noster Lucas alibi scribit) seipsum lucrifacere. nam (vt scribunt Matthæus & Marcus) qui perseuerauerit ad finem vsque, seruabitur. Quanuis autem illæ interpretationes parum varient, tamen quia nonnihil differunt, integrum Hebraismum seruare maluimus quàm cuiusquam opinioni præiudicium adferre.

21 *In agris*, ἐν ταῖς χώραις. Vulgata & Eras. *In regionibus*: quæ interpretatio nimium est obscura. Videtur enim Lucas hoc nomine intelligere, hoc quidem loco, villas, oppidula, prædia, ex quibus ferè solent sese belli tempore in munitiorem locum recipere.

23 *Væ*, οὐαί. Denuntiantis futuram miseriam & commiserantis, non autem imprecantis particula, hoc in loco. ¶ *In hac regione*, ἐπὶ τῆς γῆς. Vulgata & Erasmus, *Super terram* non satis dilucidè, hoc quidem lõco. ¶ *Ira*, ὀργή. Irãm vocat, Hebræorum more, eas calamitates quæ ab irato Deo immittuntur: alioquin ἐν τῷ λαῷ τούτῳ conuertissem, *In hunc populum*.

24 *Acie*, στόματι. Vulgata ad verbum, *Ore*. Nam Hebræi gladiorum aciem vocant פי החרב [*pi hachereb*,] & Græci quoque στόμα, quòd ea parte quasi mordeat, vel sanguinem hauriat: vnde etiam gladius anceps dicitur à Græcis δίστομος & ἀμφίστομος. ¶ *Gentium*, ἐθνῶν. In quodam exemplari deest hoc vocabulum.

25 *Tunc erunt*, καὶ ἔσται. Id est postquam exacta fuerint tempora Gentium saluti & Iudæorum vltioni constituta: qua de re copiosè Paulus Rom. 11. 25. Est autem notanda hæc particula, vt intelligamus qua ratione Christus ab excidio Hierosolymitano transeat ad futuri illius vniuersalis ac supremi iudicij narrationem. Ideo particulam καί oportuit hoc loco, si vsquam aliàs, per temporis aduerbium explicari. ¶ *In consilij inopia*, ἐν ἀπορίᾳ. Vulgata, *Præ confusione*. Erasmus, *Per desperationem*. neuter satis propriè. neque etiam video qua ratione Vetus interpres & Erasmus potuerint hæc connectere cum participio ἠχούσης, quanuis Syrus sic ista constituat, ita videlicet vt consternatio dicatur

esse sonitus maris, quoniam homines hoc intuentes consternabuntur, quæ interpretatio mihi videtur arguta potius quàm solida. Sed & interpres non legit καὶ σάλου, & facit mentionem complosionis manuum, qui gestus est hominum in desperatione lamentantium. Sed hæc lectio nullius exemplaris Græci testimonio confirmatur.

26 Ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ. αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.

26 Exanimatis hominibus præ metu & expectatione *malorum* superuenientium orbi terrarum. nam potestates cælorum concutientur.

26 *Arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. nam virtutes cælorum mouebuntur.*

27 Καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλῃ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς.

27 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potentia & gloria multa.

27 *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.*

Post varias illas tempestates Dominus tandem Ecclesiam suam planè liberaturus ...rebit. ...8.25.

28 Ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν.

28 Quum autem hæc fieri incipient, sursum respicite & attollite capita vestra, ‖ quoniam appropinquat redẽptio vestri.

28 *His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.*

Oportet nos sobrios esse, & in Domini aduentum dies & noctes intentos, ne incauti opprimamur.

29 Καὶ εἶπε παραβολὴν αὐτοῖς, Ἴδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα·

29 Dixit etiam eis parabolam, *inquiens*, Videte ficum & omnes arbores:

29 *Et dixit illis similitudinem, Videte ficulneam & omnes arbores:*

30 Ὅταν προβάλωσιν ἤδη, βλέποντες, ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε ὅτι ἤδη ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν·

30 Quum iam emiserint *folia*, *vos eas* aspicientes, per vos ipsos agnoscitis iam propè esse æstatem:

30 *Quum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas.*

31 Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

31 Ita & vos quum videritis hæc fieri, agnoscite propè esse regnum Dei.

31 *Ita & vos quum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei.*

32 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη ἕως ἂν πάντα γένηται.

32 Amen dico vobis, nequaquã præterierit hæc ætas quousque *hæc* omnia facta fuerint.

32 *Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant.*

33 Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

33 Cælum & terra præteribunt, verba autem mea nequaquam præteribunt.

33 *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.*

Rom. 13, 13

34 Προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη.

34 ‖ Cauete autem vobis nequãdo grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & solicitudinibus huius vitæ: & repentè vobis superueniat dies ille.

34 *Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: & superueniat in vos repentina dies illa.*

35 Ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς.

35 Nam vt laqueus, inuadet in omnes qui habitant in superficie totius terræ.

35 *Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ.*

36 Ἀγρυπνεῖτε οὖν, ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

36 Excubate igitur, omni tempore deprecantes vt digni habeamini qui effugiatis illa omnia quæ futura sunt: & consistatis ante filium hominis.

36 *Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.*

26 *Exanimatis*, ἀποψυχόντων. Id est λειποθυμούντων. Vulg. *arescentibus*, μαραινομένων siue ξηραινομένων, quæ etiam significatio sæpe tribuitur huic verbo, & huic etiam loco conuenire potest. Sed tamen illud malo, ita videlicet vt à ψύχειν αὐτὶ τοῦ πνεῖν deducatur, vnde ψυχή. plena autem loquutio est ἀποψύχειν τὸν βίον, Efflare vitam, quo modo loquitur Sophocles in Aiace.

28 *Sursum respicite*, ἀνακύψατε, quasi videlicet resupinato collo, qui gestus est eorum qui audè sursum oculos conuertunt. ¶ *Redemptio*, ἀπολύτρωσις. Sic placuit pretiosissimum hoc nomen interpretari potiùs quàm liberationem, voce nimiùm generali, quamuis passim quoque in his libris dicatur Christus nos liberasse. Est enim ἀπολύτρωσις ea demum liberatio, in qua interuenit λύτρον, id est persolutum liberationis pretium.

30 *Emiserint [folia.]* προβάλωσι. Lucas τὸ προβάλλειν hoc loco absolutè pro ἐκφύειν seu βλαστεῖν vsurpat. Itaque Erasmus, vt constructionem expleret, suppleuit gemmas, quas Græci ὀφθαλμοὺς vocant. Vetus interpres ad fructum retulit, & ἀφ' ἑαυτῶν coniunxit cum προβάλωσι, neque legit participium βλέποντες, contra omnium codicum fidem. Castellio conuertit, *Pullulauint*, quod planè est ἄνευ... Ego verò quòd constructioni deerat suppleui ex Matthæo & Marco.

32 *[Hæc] omnia*, ταῦτα. Addidimus ταῦτα ex Syro interprete & vetustissimo codice meo. Intelligenda est autem hoc versiculo particula vniuersalis de iis demum quæ de vrbis excidio prædixerat, ex Matthæo.

34 *Huius vitæ* βιωτικαῖς. id est de victu & amictu, vt exponitur Matth 6.25.

35 *Inuadet*, ἐπελεύσεται vel ingruet, vel, vt Vulg. *superueniet omnibus*, diuinitus videlicet & ex insperato. ¶ *Qui habitant in superficie terræ*, τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς: id est in omnes homines, vbicunque tandem fuerint. Ponitur enimverbum καθῆσθαι pro sedes ponere, sicut ab Hebræis vsurpatur ישב [jaschab.] vt diximus Mat. 4,16. & πρόσωπον τῆς γῆς illud est quod Hebræi פני הארץ [pene haarets] Latini Superficiem terræ vocant.

36 *Vt digni habeamini*, ἵνα καταξιωθῆτε. Magna est huius verbi emphasis, ex quo intelligimus omnia debeti gratuitæ Dei electioni, qui nos prior dilexit. Erasmus igitur non satis expressè vertit, *Vt liceat vobis*, ἵνα ἐξῇ ὑμῖν. In duobus tamen codicibus legimus ἵνα κατισχύσητε ἐκφυγεῖν, Vt valeatis effugere, nimirum per gratiam Dei quæ vobis adest. ¶ *Consistatis*, σταθῆναι, id est ita appareatis vt intrepidè possitis vultum & sententiam iudicis sustinere. Hæc enim est filiorum Dei παῤῥησία καὶ πεποίθησις, quam pulchrè describit Paulus Rom. 8.33. & 34. Consistere igitur & Cadere opponuntur hoc loco: quemadmodum etiam Standi vocabulum à Terentio vsurpatur: quod tamen vt ambiguum repudiaui. Sic Psalm. 1.5. dicit David, Impij in iudicio לא יקומו [lo iakumu,] id est non consistent:

pro quo Græcus interpres perperam reddidit, οὐκ ἀναστήσονται. Vnde postea emanauit eorum error qui impios resurrecturos negarunt. tanti est momenti veram vocabulorum significationem tenere.

37 Ἦν δὲ τὰς ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων· τὰς δὲ νύκτας ἐξερχόμενος ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Ἐλαιῶν.

37 Docebat autem interdiu in templo: noctu verò exiens, pernoctabat in monte qui vocatur Olearum.

37 *Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliueti.*

38 Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ ἀκούειν αὐτοῦ.

38 Et totus populus diluculo veniebat ad eum, in templo ad eum audiendum.

38 *Et omnis populus manè ibat ad eum in templo, audire eum.*

Κεφάλαιον κβ.

CAP. XXII.

CAP. XXII.

1 Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πάσχα.

1 ‖ Appropinquabat autẽ festum azymorum, quod dicitur pascha.

1 *Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha:*

Matt. 26. 1 marc. 14. 1 Christus Patris prouidentia, potiùs quàm hominum arbitrio festo Paschæ captus.

2 Καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν· ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαόν.

2 Et quærebant primarij Sacerdotes & Scribæ quomodo eum interimerent: metuebant enim plebem.

2 *Et quærebãt principes Sacerdotum & Scribæ quomodo eum interficerẽt: timebant verò plebem.*

3 Εἰσῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Ἰσκαριώτην, ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα.

3 ‖ Introiit autem Satanas in Iudam cognominatum Iscarioten, qui erat è numero *illorum* duodecim.

3 *Intrauit autem Satanas in Iudam qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim.*

Matt. 26. 14 marc. 14. 10 Deus pro sua admirabili prouidentia ipsum exitium nostri auctorẽ cogit nostræ salutis ministrum.

4 Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς στρατηγοῖς τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς.

4 Abiens igitur colloquutus est cum primariis Sacerdotibus ac præfectis *templo*, quomodo ipsis eum proderet.

4 *Et abijt & loquutus est cum principibus Sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis.*

5 Καὶ ἐχάρησαν, καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι.

5 Qui gauisi sunt: & pacti sunt *se* daturos ei pecuniam.

5 *Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam illi dare.*

6 Καὶ ἐξωμολόγησε, καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν αὐτοῖς ἄτερ ὄχλου.

6 *Ipse* verò spopondit: quærebátque opportunitatem cum ipsis prodendi absque turba.

6 *Et spopondit & quærebat opportunitatem vt traderet illum sine turbis.*

7 Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα.

7 ‖ Venit autem dies azymorum, quo oportebat mactari pascha.

7 *Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha.*

Matt. 26. 17 marc. 14. 12

8 Καὶ ἀπέστειλε Πέτρον καὶ Ἰωάννην εἰπών, Πορευθέντες ἑτοιμάσατε ἡμῖν τὸ πάσχα, ἵνα φάγωμεν.

8 Misit igitur Petrum & Ioannem, dicẽs, Profecti parate nobis pascha, vt edamus.

8 *Et misit Petrum & Ioannem, dicens, Euntes parate nobis pascha, vt manducemus.*

9 Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμεν;

9 Ipsi verò dixerunt ei, Vbi vis paremus *illud*?

9 *At illi dixerunt, Vbi vis paremus?*

10 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἰδοὺ εἰσελθόντων ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν, συναντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ εἰς τὴν οἰκίαν οὗ εἰσπορεύεται.

10 At ille dixit eis, Ecce, postquam introieritis in vrbem, occurret vobis quidam aquæ amphoram portans: sequimini eum in domum illam in quam ingredietur.

10 *Et dixit ad eos, Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum in quam intrat.*

Christus manifesto miraculo discipulos suos docet se, qui mox esset crucifigendus, nihil latere: ac proinde vltrò ad mortem proficisci.

11 Καὶ ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας, Λέγει σοι ὁ διδάσκαλος, Ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;

11 Et dicite patrifamiliâs illius domus, Dicit tibi Magister, Vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis edam?

11 *Et dicetis patrifamiliâs domus, Dicit tibi Magister, Vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis manducem?*

12 Κἀκεῖνος ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα

12 Tunc ipse ostendet vobis

12 *Et ipse ostendet vobis*

38 *Diluculo veniebat*, ὤρθριζε. Sic solent Septuaginta, quos vocant, interpretes, explicare verbum Hebræum השכים [haschchẽ.] quasi dicas Diluculare: quod apud Gellium legitur, pro quo in Veteri editione aliquoties legitur barbarum vocabulum Manicare, quod ipsum etiam Augustinum offendit, vt Erasmus in hunc locum obseruauit. pro quo nonnulli scribendum putant Manitare pro Manè itare. Neque tamen ὀρθρίζειν declarat diluculo venire, sed diluculo surgere: qua etiam significatione reperio participium ὀρθρευόμενος apud Lucianum in Gallo. Sed (vt sæpe iam annotauimus, veluti Mat. 8.11 & suprà 3.7.) Hebræis est familiare, ex antecedente intelligere consequens, vt ὀρθρίζειν non tantùm declaret Manè surgere, sed etiam Manè aliquid curare.

IN CAPVT XXII.

4 *Ac præfectis [templi]* στρατηγοῖς. Vulgata & Erasmus, *Et Magistratibus*, quo nomine potius intellexerim τοὺς βουλευτὰς siue ἄρχοντας. Vocatos autẽ fuisse στρατηγοὺς eos ex Iudæis qui templi custodiæ præerant, (quorum fit mentio Matth. 27.65.) & distinctos fuisse à presbyteris & à primarijs Sacerdotibus, liquet ex versu 52 huius capitis. Castellio *Antistites* conuertit: quàm rectè, ipse viderit. ¶ *Quomodo*, τὸ πῶς. Id est de modo & ratione illius prodendi. vt Act. 4.21.

6 *Spopondit*, ἐξωμολόγησε. Alibi τὸ ἐξομολογεῖσθαι declarat palàm profiteri: hic autem ad mutuam stipulationem refertur, in qua vnus rogat, Spondes? alter respondet, Spondeo. Nam ὁμολογεῖν ad verbum declarat, paribus verbis loqui, vt ij solent qui petentibus assentiuntur. ¶ *Absque turba*, ἄτερ ὄχλου id est sine tumultu, ac proinde clam turba quæ solebat eum assectari. quamobrem etiam id tempus Iudas obseruauit, quo solum illum esse sciebat in horto.

7 *Oportebat*, ἔδει. Oportebat, nimirum ex Legis præscripto, quod tamen Dei mandatum Iudæi plerique traditionibus suis violabant, vt annotauimus Matt. 26.17. Vulgata & Erasmus, *Necesse erat*, ἀναγκαῖον ἦν. ¶ *Pascha*, τὸ πάσχα: id est Agnum illum qui figura erat ipsius Phase: quæ metonymia à nobis est annotata, Mat. 14.12.

ἑτοιμασατε ... ἐκεῖ ἑτοιμάσατε.

13 Ἀπελθόντες δὲ εὗρον καθὼς εἴρηκεν αὐτοῖς· καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

14 Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα, ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ.

15 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν.

16 Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

17 Καὶ δεξάμενος ποτήριον, εὐχαριστήσας εἶπε, Λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς.

18 Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπὸ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ.

19 Καὶ λαβὼν ἄρτον εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων, Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

20 Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων, Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.

21 Πλὴν ἰδοὺ, ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος με μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης.

22 Καὶ ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ παραδίδοται.

23 Καὶ αὐτοὶ ἤρξαντο συζητεῖν πρὸς ἑαυτοὺς τὸ τίς ἄρα εἴη ἐξ αὐτῶν ὁ τοῦτο μέλλων πράσσειν.

24 Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων.

25 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν· καὶ οἱ ἐξου-

cœnaculum magnum stratum: illic parate *pascha*.

13 Profecti igitur inuenerunt omnia prout dixerat eis: & parauerunt pascha.

14 ‖ Quum autem adesset *constitutum* illud tempus, accubuit, & duodecim Apostoli cum eo.

15 Et dixit eis, Desiderio desideraui hoc pascha edere vobiscum, antequam ego patiar.

16 Dico enim vobis me nō amplius esurum esse ex eo, vsquequo completum fuerit in regno Dei.

17 Et accepto poculo, quum gratias egisset, dixit, Accipite hoc, & partimini vobis ipsis.

18 Dico enim vobis me non biturum ex fructu vitis, vsquequo regnum Dei venerit.

19 ‖ Et acceptum panem, quum gratias egisset, fregit: & dedit eis dicens, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur: hoc facite ad mei commemorationem.

20 Itidem etiam *dedit eis* poculum, postquā cœnasset, dicens, Hoc poculum *est*: Nouum illud pactum per sanguinē meū, qui pro vobis effunditur.

21 ‖ Cæterum ecce manus eius qui me prodit, mecum *est* in mensa.

22 Et filius quidem hominis ‖ prout definitum est, abit: veruntamen væ homini illi per quem proditur.

23 Tunc ipsi cœperunt mutuò quærere inter se *de hac re*, ecquis nempe ex ipsis esset hoc facturus.

24 Orta est autem etiam de hoc contētio inter eos, quis eorum videretur esse maximus.

25 Ipse verò dixit eis, ‖ Reges gentium dominantur eis, &

cœnaculum magnū stratum: & ibi parate.

13 *Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerunt pascha.*

14 *Et quum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo.*

15 *Et ait illis, Desiderio desideraui hoc pascha mādúcare vobiscum antequam patiar.*

16 *Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei.*

17 *Et accepto calice, gratias egit, & dixit, Accipite, & diuidite inter vos.*

18 *Dico enim vobis quòd non bibam de generatione vitis, donec regnū Dei veniat.*

19 *Et accepto pane gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.*

20 *Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, Hic est calix Nouū testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.*

21 *Veruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa.*

22 *Et quidem Filius hominis secundum quod [illegible] finitum est, vadit: veruntamen væ homini illi per quem traditur.*

23 *Et ipsi cœperunt quærere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset.*

24 *Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.*

25 *Dixit autem eis, Reges gentium dominantur*

Matt.26.20 mar.14.16 Christus Pascha secundū legis ritum peracto, postremum hoc (secundum huius modum ac vitæ necessitatem) suum cum ipsis conuiuium fore prædicit.

Matt.26.26 mar.14.22 1.cor.11.24 Christus nouis symbolis nouum fœdus, suámque adeò nobiscum cōmunicationē, sancit.

Matt.26.21 mar.14.19 ioh.13.18 Christus rursum declarat se vltrò ad mortem ire, quanuis minimè ignoret Iudæ proditionem.

Psal.41.10 Prouidentiæ decretum quā uis necessariò eueniat, non tamen excusat instrumentorum culpam.

Pastores non ad dominandum, sed ad seruiendū vocati sunt.

Matt.20.25 mar.10.42

12 *Magnum* μέγα. Erant enim minimùm tredecim accubituri. Vide Matt.26.20.

14 [*Constitutum*] *illud tempus*, ἡ ὥρα. Tot vocabulis libuit τὴν ὥραν interpretari, vt planius loquerer. Ita enim significatur vespertinum crepusculum, excipiens 14. diei occasum à quo conuiuium hoc incipiebat. Quod non satis videaris exprimere si cum Vetere interprete conuertas, *Quū facta esset hora*: vel cum Erasmo, *Quum iam esset tempestiuum*. Vide Matth.26.17.

15 *Desiderio desideraui*, ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα. Hebr. חתאוית התאוה [*bithauithi taauah*,] pro Summopere desideraui. Hunc autem versiculum testatur Epiphanius sic fuisse ab Hebionæis deprauatum, μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα κρέας φαγεῖν μεθ' ὑμῶν; id est, Num desideraui desiderio pascha isto carne vesci vobiscum? ¶ *Patiar*, παθεῖν, id est supplicio mortis afficiar. Libenter autem retinuimus hoc vocabulum, Ecclesiæ Dei familiare, alioqui in hoc dicendi genere Græcis & Latinis inusitatum.

16 *Vsquequo completum fuerit*, ἕως ὅτου πληρωθῇ. Vulgata, *Donec*. Quis sit autem huius loci sensus, optimè liquet ex his Pauli verbis 1.Cor 5.7. Pascha nostrum immolatum est, nempe Christus. Nam ab eo tempore completo reipsa quod illa figura designabat, Christus nobiscum verè epulatur, & nos cum illo in regno Dei.

17 *Et accepto*, &c. καὶ δεξάμενος. Sequuti sumus, vt par erat, quod in Ecclesia iamolim receptum fuit, vt apparet ex Augustino de Cons. Euang. lib.3, sic ista cum aliorum Euangelistarum duorum narratione conciliante, vt semel tantùm Christus hîc quoque dicatur poculum vnum & idem, nempe sacramentale, discipulis præbuisse, sed Lucas narrationem perpetuo tenore non contexuerit. Alij verò priorem paschæ cœnam volunt ista prioris poculi propinatione, de more terminatam fuisse, & posteà demum in secundis mensis mysticam Cœnam fuisse institutam: quod optimè quadrat cum iis quæ ab aliis Euangelistis narrantur, & ipse Lucas videtur manifestò indicare, addens vers.20. μετὰ τὸ δειπνῆσαι, *postquam cœnasset*, hanc cœnæ partem à superiore distinguens: qua de re vide Matth. 26.26. Sed his obstat quòd Matth.26.29, hæc ipsa verba de fructu vitis, ad mystici poculi narrationem applicat. Quid amplius? Apud Syrum interpretem, maximæ meritò auctoritatis, non extant versiculi 17, & 18. Contra verò in illo meo venerandæ sanè vetustatis cod. græcolatino, pars vers.19. posterior ab his verbis, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, *Et quod pro vobis datur*, & totus vers.20, non leguntur. Ego nihil mutandum censeo. Quod si quis hic esset coniecturæ locus dicerem transpositos, fuisse versiculos, & 16. versiculo annectēdos, qui nunc 19. & 20. habentur, quibus subiiciantur quos nunc 17, & 16, numeramus; ita videlicet dispositis versiculis post versum 16.

17 *Et acceptum panem, quum gratias egisset, fregit & dedit eis* &c.

18 *Itidem etiam poculum dedit eis postquam cœnasset*, &c.

19 *Et accepto poculo, quum gratias egisset*, &c.

20 *Dico enim vobis* &c. Sic enim omnia prorsus inter se & cum Matthæo & Marco pulchrè consenserint. & in Apocalypsi duas fortasse non ineptè similes transpositiones obseruabimus. Fatigauit etiam hic locus olim Fulgentium, qui libro Responsionum ad Ferrandum diaconum hunc nodum nectit quidem, sed non soluit.

19 *Commemorationem*, ἀνάμνησιν: vel recordationem. Sed illud malo cum vetere interprete. Agitur enim hîc non de priuato singulorum victu per se vt in singularibus precibus: sed de communi & publica professione, quam Paulus verbo καταγγέλλειν declarat 1.Corin.11.26. vnde factum vt Eucharistia dicta sit tota hæc actio sacra. Itaque τὸ ἀναμιμνήσκειν hic respondet verbo Hebræo זכר [*zacar*] in coniugatione Hiphil. Sed hæc commemoratio siue publica declaratio neque ad Deum Patrem neque ad Christum refertur, quasi sit illi repræsentanda filij passio, vel filius rursum offerendus: sed credentium cætum respicit, cum quo & apud quem celebrandi huius beneficij & profitendæ communis fidei causa hæc instituta est actio.

20 *Postquam cœnasset*, μετὰ τὸ δειπνῆσαι. Hîc libuit subiicere ex rituū Iudaicorū volumine, quod ipsi כל בו [*chol bo*] vocant, ceremoniam panis & poculi, quæ sumunt Iudæi sub finem cœnæ agni paschalis. Ea igitur eiusmodi est Emanuele Tremellio, homine doctissimo & mihi amicissimo, interprete. Paterfamiliâs initio conuiuij sumit panem azymum integrum, quem in duas partes diuidit: quarum vni sic benedicit, Benedictus es Domine Deus noster, Rex vniuersi, qui educis panem è terra: vel sic, Benedictus es Domine Deus noster, Rex vniuersi, in esu panis azymi. alteram autem partem recondit sub mappa, vt videtes pueri rogent cur panem azymum abscondamus & cum differamus comedere: deinde ne, si eum videant, comedant inter cœnandum imprudētes: postea peragit cœnam suam quisque lætus, qua peracta, sumit paterfamilias partem illam quam sub mappa absconderat, & ex ea recumbens comedit tantillum quanta est oliua, distribuítque singulis accumbentibus, in Paschæ memoriam: nec quicquam cibi deinceps ea nocte gustant, vt gustus panis azymi maneat in ore ipsorum. Deinde ad eundem modum discumbens bibit, & recitat gratiarum actiones, quibus, sumpto cibo, solent gratias agere Deo. Hæc est igitur illorum ceremonia, ad quam non desunt qui putent Christum respexisse quum sacrosanctam Synaxin institueret: quod si verum est (neque enim hoc temerè concesserim) longè tamen aliter iudicandum est de sancta & solenni institutione qua in ipsius Christi possessionem mittimur, quàm de externo illo ritu & traditione.

¶ *Hoc poculum* [*est*,] τοῦτο τὸ ποτήριον. Verbum substantiuum, quod hic deest, rectè suppletur ex 1.Corint.11.25, sed à Vetere interprete non est positum suo loco. Vertit enim, *Hic est calix*, pro *Hic calix est*. Est autem hoc loco duplex metonymia, quam agnoscere coguntur etiam ij qui in hac formula non desinunt τὸ ῥητὸν vrgere vt quod semel tuendum susceperunt, omnibus modis defendant. Primùm enim ponitur continens (vt grammatici loquuntur) pro contento, poculum videlicet pro vino quod ipso poculo continetur. Deinde vinum dicitur esse ipsum fœdus, quum sit duntaxat fœderis, aut eius potius quo fœdus sancitur, (nimirum sanguinis Domini) symbolum ac tessera: vera quidem illa & minimè inanis sed tamen ab eo distinguenda quod ipsa repræsentat. Non est igitur quòd è cælo Christum eliciamus, vel Christi corpus immensum & inuisibile comminiscamur, vt propriam significationem verbi EST conseruemus. Est autem hæc metonymia non modò in Sacris literis frequens, vt est ab eruditissimis hominibus toties inculcatum, sed etiam ab Homero (communi videlicet loquendi consuetudine) vsurpata. Sic enim ille vbi mentionem facit fœderis inter Græcos & Trojanos multis ceremoniis sanciti, libro Iliad. γ, Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστά, Ἄρνε δύω, καὶ οἶνον ἐΰφρονα καρπὸν ἀρούρης Ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ. In quibus versiculis nemo non videt (liceat enim nobis profana cum sacris hactenus comparare) agnis & vino, quæ duntaxat erant fœderis symbola, tribui ipsam fœderis appellationem, simili prorsus dicendi genere quo hîc vsus Lucas poculum vocauit Nouum testamentum. Certum est enim, Christum vsum esse formulis dicendi, ipsi vulgò vsitatis, in hac præsertim ceremonia quam volebat ab omnibus intelligi. ¶ *Nouum illud pactum*, ἡ καινὴ διαθήκη. Vulgata, *testamentum*. Vide Matth 26.28. Expressi verò articulum, idcirco additum vt discipulis veniret in mentem quod pollicitus fuerat Dominus iam olim Ierem.31.31. quam promissionem probabile est in populo Dei celebrem fuisse: quanuis à Scribis & Pharisæis non rectè explicaretur. ¶ *Qui pro vobis effunditur*, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Quum hæc verba, si constructionem spectemus, necessariò non ad sanguinem, sed ad poculum pertineat, neque tamen de vino (nedum de poculo) intelligi possint, aut manifestum est solœcophanes, quum dicendum fuerit τῷ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνομένῳ vt legit Basilius in Ethicis, ὅρῳ κα: aut potius quum hæc essent ad marginem annotata ex Matthæo & Marco, postea in contextum irrepserunt: quod eo quidem facilius est admissum, quòd quū in superiore versiculo adscriptū esset τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, id est, Quod pro vobis datur, simile quippiam visum fuit adiiciendum vbi agitur de sanguine. Sed hoc non additur apud Paulum 1. Cor.11.25. qui tamen videtur ex hoc loco descripsisse Cœnæ institutionem. Quia tamen hoc etiam legitur apud Syrum interpretem, & in omnibus quos inspeximus Græcis codicibus, minimè prætermisi: & potest excusari Solœcismus, si ex Hebræorū idiotismo τὸ ἐκχυνόμενον, exponatur ὅπερ ἐκχύνεται.

21 *Cæterum*, πλήν. Vulg. *Veruntamen ecce*. Et fateor sic optimè cohærere hunc versiculum cum proximè præcedente. Sed apparet omnino ex aliis Euangelistis, ac præsertim Ioh.13.26 hunc sermonem habitum fuisse in secundis mensis Cœnæ legalis, quibus demum sublatis suam sacram Cœnam instituit Dominus, vt ipse Lucas vers. præcedente expressit.

22 *Definitum est*, τὸ ὡρισμένον. Sic loquitur Spiritus sanctus Act. 4. 28, & quidem apertius aliquanto nominans manum ac consilium Dei. Viderint igitur præposteri quidam iustitiæ Dei vindices, scilicet, ac patroni, qua fronte, quum de peccatis hominum agitur, prouidentiam Dei ab eius consilio & decreto separent. Nempe, inquiunt, ne Deum faciamus mali auctorem. Quid verò? Christum prodere, deridere, crucifigere, scelus non fuit? & tamen dicit ipse Christus, dicunt Apostoli id esse à Deo definitum, id inquam Dei manu & consilio prius, id est ab æterno, fuisse constitutum. sic, inquam, loquitur Deus ipse, cuius auctoritatem qui sequitur, emendatè sanè loquitur. Ergo, inquies, Deus fuit huius sceleris auctor? Absit. Clemens enim & bonus est Deus noster, mundum in Christo reconciliās sibi: & iustus quoque peccatorum nostrorum vindex in eo qui factus est execratio pro nobis: sceleratus autem est Iudas, qui innocentissimum hominem prodit vt auaritiæ suæ seruiat: scelerati Iudæi, qui Seruatorem suum postulant ad necem: sceleratus Pilatus, qui repugnante conscientia insontem damnat. Distingue igitur Dei consilium ac decretum à caussis mediis, id est ab istorum mala conscientia, & in vno eodémque facto, Dei iustitiam & bonitatem coles, diaboli & hominum iniquitatem & improbitatem detestaberis. Mala autem instrumenta quis exemit eius potestati qui malis instrumentis ad id quod decreuit exequendum, nō minus iustè & sanctè quàm bonis vtitur?

24 *Maximus*, μείζων Id est, μέγιστος. Sic 1.Corinth.13.13. & mox vers.26 Mirum est autem Christum, si suprà cæteros Petrus aliquo gradu Apostolatus excedebat, non respondisse, Petrum eum esse cui cæteros vt principi & capiti subiici oporteret.

25 *Dominantur*, κυριεύουσι. Magna vis est huius verbi à nomine κύριος deducti, quo declaratur plena auctoritas. Quoniam autem Matth.20.25. & Marc.10.42. hac ipsa de re agentes, vtuntur compositis κατακυριεύειν & κατεξουσιάζειν, sunt qui putent nōn quamuis dominationem Ecclesiasticam (de hac enim vna hîc agit) sed immoderatam & tyrannicam prohiberi: quod commentum refutauimus illo

Matthæi loco. Vnicum enim est Ecclesiæ caput Christus, & vnicus idem Legislator, Iacob. 4.12. & vnicus dominus, Ioh. 13.13. in domo patris sui, Heb. 3.6. nec propterea, id est eò quòd pares sunt inter se, eâdem functione in Ecclesia fungentes, statuitur ἀναρχία, quum Christo vnico domino ministrare pari iure inter se dicuntur, legitimè ad idem ministerium vocati. neque sic tollitur ordo, quo fit vt aliquis sit πρόεδρος inter Pastores: aliquis πρεσβύτερος inter presbyteros: aliquis denique primus in quouis cœtu. Sed hoc longè aliud est quàm auctoritatem suprà suos collegas sibi tribuere: quemadmodum aliud fuit Romæ Consulem esse, quàm Dictatorem. Denique quàm κυριότητα hic prohibeat suis illis Apostolis Dominus, illud saltem vel ipsis cæcis demonstrat, quòd par perpetuáque semper fuit inter ipsos Apostolos auctoritas. Hoc autem diligenter quoque fuisse in Pastorum, Presbyterorum, Diaconorum cœtu obseruatum, nulla sibi imperium in suos collegas vindicante, & eo qui ordinis causa præerat, nihil nisi ex totius collegij sententia gerente dubium non est: quùm veteres puri canones vtrumque istud expressè vetent, & disertè ambitio ista prohibeatur, 1. Pet. 5.3. immo etiam à Christo sit prænuntiata, Matth. 24.49.

ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, εὐεργέται καλοῦνται.

qui ius habent in eas, benefici vocantur.

eorum: & qui potestatem habent super eos benefici vocantur.

26 Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος· καὶ ὁ ἡγούμενος, ὡς ὁ διακονῶν.

26 Vos autem non ita *estote*: sed qui maximus est inter vos, esto sicut qui minimus est: & qui præit, sicut qui ministrat.

26 *Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator.*

27 Τίς γὰρ μείζων, ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν; οὐχὶ ὁ ἀνακείμενος; Ἐγὼ δέ εἰμι ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς ὁ διακονῶν.

27 Nam vter maior est, qui accumbit, an qui ministrat? nónne qui accumbit? At ego sum inter vos vt qui ministrat.

27 *Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrûm sum sicut qui ministrat.*

Consortes afflictionũ Christi fient, & regni ipsius participes.

28 Ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου.

28 Vos autem ij estis qui permansistis mecum in tentationibus meis.

28 *Vos autẽ estis qui permansistis mecum in tentationibus meis.*

29 Κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου βασιλείαν,

29 Ego verò paciscor vobis, prout pactus est mihi Pater meus, regnum,

29 *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum,*

30 Ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐν τῇ βασιλείᾳ μου, καὶ καθίσησθε ἐπὶ θρόνων, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.

30 Vt edatis & bibatis in mẽsa mea in regno meo, & ‖ sedeatis super thronos, iudicium ferentes de duodecim tribubus Israelis.

30 *Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israël.*

Matt. 19.28
1. Pet. 5.8.
Semper cogitandum de Satanæ insidiis.

31 Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον·

31 ‖ Dixit etiam Dominus: Simon, Simon, ecce, Satanas appetiit vos quos ventilaret sicut triticum:

31 *Ait autem Dominus, Simon, Simon, ecce, Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum?*

¶ *Benefici vocantur*, εὐεργέται καλοῦνται. id est magnificis titulis ornantur. Sic enim mos semper fuit principes aliquibus cognomentis honestare, quæ postea transierunt etiam ad hæredes. Nominatim verò inter Ægypti reges numerantur duo Euergetæ. Sed & ab Hebræis principes generali nomine נדיבים [*nedibim*] (i. munifici & liberales) dicuntur per antonomasiam. quò videtur Lucas respexisse.

26 *Qui minimus est*, ὁ νεώτερος. Propriè hoc dicitur de ætate, cuius tamen discrimina Dominus non tollit, nisi hactenus, vt stulta & vana ambitio vitetur. Malo tamen νεώτερος accipere in genere pro eo qui minimæ sit auctoritatis: sicut apud Hebræos interdum vsurpatur vocabulum צעיר [*tsahir*] nempe quòd vt senectuti coniuncta est auctoritas, quia βουλαὶ sunt τῶν γερόντων, sic ferè contrarium accidit iuuentuti. ¶ *Qui præit*, ὁ ἡγούμενος. Id est qui gregi præit vt pastor, siue qui inter ipsos collegas non gradu superior, (est enim inter pastores communis & par auctoritas) sed ordine primus est. Hoc enim ostendit sequens argumentum à minore sumptum ad maius. Siquidem Christus, siue personam, siue officium spectes, etiam quatenus minister fuit Circuncisionis, omni eminentiæ gradu & omnibus & pastoribus ipsis superior est, qui propterea minus tenebatur sese suis discipulis subiicere: at tamen sese ad infima quæque demisit.

27 *Inter vos* ἐν μέσῳ ὑμῶν. Gallicè *Parmi vous*: pro quo dicunt Hebr. בקרבכם [*bekirbechem*,] vt alibi etiam annotauimus.

29 *Paciscor*, διατίθεμαι. Vulgata, *Dispono*. Alij etiam *Lego* ex illa formula, DO, LEGO, in testamentis vsitata. Nomen enim διαθήκης peculiariter de testamento dicitur. & hæc Christi ad mortem properantis verba speciem habent testamentariæ cuiusdam dispositionis, quò allusit Apostolus Heb. 9.17. atque adeò quum iure mortis Christi cesserit nobis cælestis hæreditas, meritò Noui testamenti nomine Euangelicum fœdus appellatur. Sed quum vox Hebræa ברית [*berith*] de omnibus inter viuos pactis (de qua vide Matth. 26.28) dicatur: & totus iste sermo cœperit ex ea controuersia quæ inter illos duodecim de primatu nimè profectò opportunè exorta fuerat, apparet de illo cælesti regno cuius participes erunt pro suo modulo credentes omnes, ac proinde de illo fœdere siue testamento hic non agi, sed de Apostolica in huius regni administratione, id est, in promulgando Euangelio, & constituendis per orbem terrarum Ecclesiis, auctoritate: quam ipse ad Patrẽ abiens, ipsis committat, eâdem qua illam à Patre acceperat conditione, nusquam ipse discedens à voluntate Patris, nec quicquam vt à seipso loquens, quoniam fuit Euangelij minister & μάρτυς vt toties apud Ioannem inculcat: imò licet Dominus, discipulis suis ministrans, quod etiam ablutione pedum in hac ipsa cœna sancitum voluit. Quod si tale fuit Apostolicum regnum, imò Christi ipsius in Ecclesiastici ministerij functione, vnde ista Romanæ Antichristianæ totius hierarchiæ tyrannis, & vterque ille gladius? Syrus interpres pro διατίθεμαι vtitur verbo יעד [*iadah*] quo etiam vsus est Mar. 14.11, pro ἐπηγγείλαντο, id est pacto & conuento spondere. ¶ *Pactus est*, διέθετο, videlicet hoc ipsum regnum, id est, regni cælorum promulgandi ministerium. Nec enim sequens versiculus ab hoc verbo, vt putauit Theophylactus, sed à tota huius vers. sententia dependet.

30 *Vt edatis*, ἵνα ἐσθίητε. Id est vt vos ritè, exemplo meo, vestro munere defunctos, pro meis assessoribus illo supremo die agnoscam. ¶ *Iudicium ferentes*, κρίνοντες. Vide 1. Cor. 6.2.

31 *Simon, Simon*, Σίμων, Σίμων. De Apostolici muneris & Ciuilis imperij discrimine loquutus Christus, occasione oblata ex ea contentione quæ inter illos duodecim tam importuno tempore exorta fuerat, non temere sermonem ad Petrum specialiter dirigit, hac admonitione duplici de causa præ cæteris egentem, grauius videlicet quàm cæteri collegæ peccaturum, & tamen cæteris aliquando, singulari constantiæ exemplo præiturum. Quorsum autem hoc ad Antichristianum primatum? ¶ *Quos ventilaret*, τοῦ σινιάσαι, id est agitaret & dispergeret, vel etiam excuteret. Vulgata & Erasmus, *Vt cribraret*. Tertull. lib. de fuga, vetit *discerneret*, vel, vt alij legunt, *cerneret*. Sed in ipsa huius senten-

tiæ explicatione vtitur *Concussionis* vocabulo, ad Satanæ conatum accommodatiore Cypr. epist. 8. ad Clerum, [illegible] De vocatione Gentium [illegible] Satanæ [illegible] arceret Ecclesiæ [illegible] omnibus [illegible] vexatum dissipandi, fidem denique nobis excutiendi. Cribrandi autẽ & cernendi significatio tum demũ conuenit vbi de Dei cõsilio agitur in Ecclesia sua nõ perdẽda sed repurgãda. Theophylactus interpretatur ταράξαι καὶ βλάψαι, id est turbare & lædere: quod potius respondet verbo σεῖσαι.

---

32 Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου· καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου.

32 Sed ego deprecatus sum pro te, ne deficiat fides tua: tu igitur aliquando quum te conuerteris stabili fratres tuos.

32 *Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.*

Quòd electi nunquam penitus à fide excidunt, Christi precibus debent, idque vt mutuò sese erigant.

33 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Κύριε, μετὰ σοῦ ἕτοιμός εἰμι καὶ εἰς φυλακὴν καὶ εἰς θάνατον πορεύεσθαι.

33 Ipse verò dixit ei, Domine tecum paratus sum & in carcerem & ad mortem proficisci.

33 *Qui dixit ei, Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire.*

Fidem à vera securitate plurimum distare docet Christus proposito tristissimo Petri exemplo

34 Ὁ δὲ εἶπε, Λέγω σοι Πέτρε, οὐ μὴ φωνήσει σήμερον ἀλέκτωρ πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με.

34 ‖ At ille dixit ei, Dico tibi Petre, nequaquam emittet vocem hodie gallus, priusquam ter neges quod tu me noueris.

34 *Et ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me.*

Matt. 26.34
mar. 14.30
ioh. 13.38
Matt. 10.9

35 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας καὶ ὑποδημάτων, μή τινος ὑστερήσατε; Οἱ δὲ εἶπον, Οὐδενός.

35 Dixit etiam eis, Quando misi vos ‖ absque crumena & pera & soleis, num quid defuit vobis? Ipsi verò dixerunt, Nihil.

35 *Et dixit eis, Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil.*

36 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς, Ἀλλὰ νῦν, ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω, ὁμοίως καὶ πήραν· καὶ ὁ μὴ ἔχων, πωλησάτω τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν.

36 Dixit ergo eis, At nunc, qui crumenam habet, tollat *eam*, similiter & peram: & qui non habet, vendat pallium suum, & emat gladium.

36 *Dixit ergo eis, Sed nũc, qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.*

37 Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι ἔτι τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοί, τὸ, Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. Καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει.

37 Dico enim vobis, adhuc oportere scriptum illud in me perfici, istud, *inquam*, ‖ Et cum sceleratis numeratus est. Nam ea quæ *scripta sunt* de me, finem habent.

37 *Dico enim vobis quoniã adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me finem habent.*

Esa. 53.12

38 Οἱ δὲ εἶπον, Κύριε, ἰδοὺ μάχαιραι ὧδε δύο. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἱκανόν ἐστι.

38 At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladij hîc. Ipse verò dixit eis, Satis est.

38 *At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladij hîc. At ille dixit eis, Satis est.*

39 Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη κατὰ τὸ ἔθος εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν· ἠκολούθησαν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

39 ‖ Et egressus, profectus est ex more in montem Olearum: sequuti sunt autem eum etiam discipuli eius.

39 *Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum: sequuti sunt autem illum & discipuli.*

Matt. 26.46
mar. 14.32
ioh. 18.1

40 Γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου, εἶπεν αὐτοῖς, Προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν.

40 ‖ Quum verò peruenisset ad eum locum, dixit eis, orate ne introeatis in tentationem.

40 *Et quum peruenisset ad locum, dixit illis, Orate, ne intretis in tentationem.*

Matt. 26.41
mar. 14.38
Preces certum aduersus periculosissimos nostrorum hostium insultus subsidium.

41 Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν, καὶ θεὶς τὰ γόνατα προσηύχετο,

41 Tum ipse abscessit ab eis quasi ad iactum lapidis, positísque genibus orauit.

41 *Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, & positis genibus orabat,*

42 Λέγων, Πάτερ, εἰ βούλει παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ! πλὴν μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω.

42 Dicens, Pater, si velles transferre poculum hoc à me! veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.

42 *Dicens, Pater, si vis, transfer calicem istum à me! veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.*

Christus omnibus horroribus mortis, cũ maledictione Dei coniunctæ, nostro nomine superatis, eam nobis reddit amabilem.

---

35 *Et soleis* καὶ ὑποδημάτων. Vide Matth. 10.10.

36 *Tollat*, ἀράτω, nimirum vt eius pretio gladium redimat, sicut omnino apparet ex iis quæ subiiciuntur de pallio. Nisi malimus post ὁ μὴ ἔχων subaudire μάχαιραν, quod ex Hebræorum consuetudine, priore loco omissum, exprimitur in posteriore, vice relatiui: vt sit hic sensus, Et qui non habet gladium, vendat pallium & gladium emat. Hanc interpretationem sequutus est Theophylactus, qui ἀράτω interpretatur βαστάζέτω, id est ferat, quasi suos moneat Dominus ea tempora instare quibus ipsi sibi debeant humanis etiam præsidiis prospicere, quum antea præsente Domino, sola ipsius prouidentia tuti essent ac securi. Ego verò neque hoc prorsus admitto, neque video quid torquere debuerit veteres in hoc loco explicando, quasi de gladij aut belli iure hîc agatur. Ostendunt omnes circunstantiæ Christum Apostolis suis denuntiare tempus illud instare quo non, vt antea, quietè secum essent versaturi, (minantibus potius quàm reipsa pugnantibus aduersariis) sed in extremum periculum venturi, tum huius vitæ, tum etiam fidei amittendæ. Itaque totus hic sermo allegoricus est, quasi dicat, Vixistis adhuc in pace, commilitones, nunc verò bellum instat acerrimum, & cæteris rebus omissis, de vnis armis cogitandum. Quænam autem illa sint arma, ipse, quum in horto precaretur, & Petrum gladio ferientẽ reprehenderet, suo exẽplo docere maluit quàm importunè hoc loco stupidis adhuc, & ad res istas nõ satis attentis, discipulis explicare. Cæterùm in septẽ codicibus vetustis pro ἀράτω πωλησάτω, ἀγορασάτω, legimus, ἀρεῖ, πωλήσει, ἀγοράσει, id est, tollet, vendet, emet: quam lectionem annotat etiam Erasmus ex Basilio in Asceticis, defin. 251. ita vt sermo sit prædicentis imminentem afflictionem, non autẽ exhortantis ad parandum commeatum aut armatura. Ego verò priorem & magis receptam lectionem potius amplector, quam etiam suspicor deprauatã à quopiã, qui non aliter potuerit hunc nodum expedire: vt permulti hoc loco nodum in scirpo quæsiuerunt.

37 *Numeratus est*, ἐλογίσθη. Vulgata & Erasmus, *Deputatus est*. Vide Mar. 15.28.

40 *Quùm peruenisset*, γενόμενος. Vide Mar. 6.2. & suprà, 10.32.

41 *Abscessit*, ἀπεσπάσθη. vel Proripuit sese, forma Hebrææ coniugationis Hithpahel. Vulg. *auulsus*, impropriè, quasi inuitus aut per vim sit digressus.

42 *Si velles trãsferre*, εἰ βούλει παρενεγκεῖν. Sic legimus in omnibus cod. & sic videtur vehementior oratio. Vulg. *transfer*, i. παρένεγκε, vt citat Epiphan. aduersus Arianos: vel παρενεγκεῖν, vt in suo vetusto cod. testatur se legisse doct. Camerarius.

43 Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ
ἐνισχύων αὐτόν.
44 Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, ἐκτενέστε-
ρον προσηύχετο. ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ
ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες
ἐπὶ τὴν γῆν.
45 Καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς, ἐλθὼν
πρὸς τοὺς μαθητὰς, εὗρεν αὐτοὺς κοι-
μωμένους ἀπὸ τῆς λύπης.
46 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τί καθεύδετε; ἀνα-
στάντες προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε
εἰς πειρασμόν.
47 Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ ὄχλος,
καὶ ὁ λεγόμενος Ἰούδας, εἷς τῶν δώδεκα,
προήρχετο αὐτῶν, καὶ ἤγγισε τῷ Ἰησοῦ φι-
λῆσαι αὐτόν.
48 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἰούδα, φιλήμα-
τι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως;
49 Ἰδόντες δὲ οἱ περὶ αὐτὸν τὸ ἐσόμενον,
εἶπον αὐτῷ, Κύριε, εἰ πατάξομεν ἐν μα-
χαίρᾳ;
50 Καὶ ἐπάταξεν εἷς τις ἐξ αὐτῶν τὸν δοῦ-
λον τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ οὖς
τὸ δεξιόν.
51 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἐᾶτε
ἕως τούτου. Καὶ ἁψάμενος τοῦ ὠτίου αὐτοῦ,
ἰάσατο αὐτόν.
52 Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς παραγε-
νομένους ἐπ' αὐτὸν Ἀρχιερεῖς καὶ στρατη-
γοὺς τοῦ ἱεροῦ, καὶ πρεσβυτέρους, Ὡς ἐπὶ
λῃστὴν ἐξεληλύθατε μετὰ μαχαιρῶν καὶ
ξύλων;
53 Καθ' ἡμέραν ὄντος μου μεθ' ὑμῶν ἐν
τῷ ἱερῷ, οὐκ ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ἐπ'
ἐμέ· ἀλλ' αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα, καὶ ἡ ἐξου-
σία τοῦ σκότους.
54 Συλλαβόντες δὲ αὐτὸν ἤγαγον, καὶ εἰσή-
γαγον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἀρχιερέως. Ὁ
δὲ Πέτρος ἠκολούθει μακρόθεν.
55 Ἁψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς,
καὶ συγκαθισάντων αὐτῶν, ἐκάθητο ὁ Πέ-
τρος ἐν μέσῳ αὐτῶν.

43 Conspectus est autem ei An-
gelus è cælo corroborans eum.
44 Et *ipse* constitutus in ango-
re, intentius orabat. Erat autē
sudor eius quasi grumi sangui
nis descendentes in terram.
45 Et quum surrexisset ab ora
tione, venissétque ad discipulos
suos, inuenit eós dormientes
præ tristitia.
46 Et dixit eis, Quid dormitis?
surgite, & orate, ne introeatis
in tentationem.
47 ‖ Adhuc autem eo loquente,
ecce turba, & is qui dicebatur
Iudas, vnus ex illis duodecim,
præibat eis, & appropinquauit
Iesu vt oscularetur eum.
48 Iesus autem dixit ei, Iuda, o-
sculo Filium illum hominis
prodis?
49 Videntes autem ij qui circa
ipsum *erant*, quod futurum erat,
dixerunt ei, Domine, percutie-
músne gladio?
50 Et quidam ex ipsis percussit
seruum Pontificis maximi, &
abstulit aurem eius dextram.
51 Respondens autem Iesus di-
xit, Sinite huc vsque. Et tacta
illius auricula, sanauit eum.
52 Dixit autem Iesus iis qui ad-
uersus ipsum venerant, *nempe*
primariis Sacerdotibus, & præ-
fectis templo, & senioribus, *sic-
cine* vt aduersus latronem exii-
stis cum gladiis ac fustibus?
53 Quum quotidie vobiscum
essem in templo, non extendi-
stis manus in me: sed hoc est
tempus illud vestrum, & licen-
tia tenebrarum.
54 ‖ Prehensum autē eum abdu-
xerunt, & introduxerunt domū
Pontificis maximi. Petrus verò
sequebatur è longinquo.
55 ‖ Quúmq; accendissent ignem
in medio aulæ, atque vnà cōse-
dissent, sedit & Petrus inter eos.

43 *Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans eum.*
44 *Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.*
45 *Et quum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia.*
46 *Et ait illis, Quid dormitis? surgite, orate ne intretis in tentationem.*
47 *Adhuc eo loquente, ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu vt oscularetur eum.*
48 *Iesus autem dixit illi, Iuda, osculo Filium hominis tradis?*
49 *Videntes autem ij qui circa ipsum erant quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, si percutimus gladio?*
50 *Et percussit vnus ex illis seruum principis Sacerdotum: & amputauit auriculam eius dextram.*
51 *Respondens autem Iesus ait, Sinite vsque huc. Et quum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.*
52 *Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes Sacerdotum & magistratus templi, & seniores, Quasi ad latronem existis cum gladiis & fustibus?*
53 *Quum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.*
54 *Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis Sacerdotum. Petrus verò sequebatur à longè.*
55 *Accenso autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum.*

Homines in maximis suis periculis penitus socordes, à Christo excitentur.

Matt.26.47 mar.14.43 ioh.18.3

Christus proditione capitur volens, vt nos proditi Dei gloriæ reos sua obedientia liberet.

Zelus extra vocationis nostræ limites nos abducens, Christo minimè gratus.

Ipsa eorū qui Christum ceperunt trepidatio probat partim malam ipsorum conscientiam, partim etiam omnia hæc gesta fuisse ex Dei prouidentia.

Matt.26.57 mar.14.53 ioh.18.24 Matt.26.69 mar.14.66 ioh.18.26

In Petro spectandum proponitur tum humanæ imbecillitatis, tū singularis in suos electos bonitatis Dei exemplum.

44 *Constitutus in angore*, γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ. Vulgata ad verbum, *Et factus in agonia*: quæ interpretatio nimium est obscura. Significat autem ἀγωνία summam Christi luctātis angustiam. Neque enim cum mortis duntaxat terroribus luctabatur Christus, vt cæteri homines solent, (alioquin videri possent multi martyres ipso Christo constantiores) sed cū terribili Patris irati iudicio, quo nihil formidabilius cogitari potest; quia nimirum peccatorum nostrorū onus in se receperat. Itaque in hac Christi deiectione consistit nostræ consolationis summa: tantum abest vt propterea quicquam de ipsius maiestate diminuatur. Nam, vt diuinè prorsus ait Nazianzenus, μὴ διὰ τοῦτο ἄτιμος, ὅτι διὰ σὲ ταπεινός, id est, *Num propterea honore suo spoliandus est, quia propter te humilis factus?* ¶ *Intentius*, ἐκτενέστερον. Vulg. & Eras. *Prolixius*. Ego verò malo ad ipsam orationis qualitatem referre tum hoc loco, tum & alibi. ¶ *Grumi*, θρόμβοι. Vulg. & Eras. *Guttæ*: quæ interpretatio nō satis est expressa. alioqui nolim agyrtas illos imitari quos non pudet multa cōminisci vt mulierculas non tam ad resipiscentiam ac fidem excitent, quàm ad mollé quandam & inanem commiserationem commoueant: id est, vt Iudæos ac Pilatū potius quàm sua peccata discant execrari. Sed vicissim digni sunt reprehensione qui, ne videantur Christo tribuere tam insignia humanæ infirmitatis argumenta, partim ista extenuant, in quibus tamen posita est nostræ pacis & cum Deo reconciliationis summa: partim etiam eò impudentiæ prouecti sunt vt nonnulla tanquam ab hæreticis infarta expunxerint. Siquidem (vt est ab Erasmo annotatum) Hieronymus lib. contra Pelagianos secundo, & Hilarius lib. de Trinitate decimo, indicant in plerisque Græcorum & Latinorum codicibus non fieri mentionem neque de sudore sanguineo, neque de Angelo confortante. At ego sacrilegam eorum audaciam execror qui hæc deleuerunt. ¶ *Descendentes*, καταβαίνοντες, Vel descendentis, id est καταβαίνοντος, vt in nonnullis codicibus legit Erasmus.

53 *Licentia*, ἐξουσία. vsurpata videlicet, non autem ritè sibi attributa, quamuis Dei vt iusti iudicis permissa. Alibi propterea ἐξουσίαν modò auctoritatem, quoties videlicet de ipsius Deitatis vel etiam Christi θεανθρώπου potestate αὐτοκρατορικῇ agitur, modò ius & potestatem sumus interpretati. Vide Matth. 28.18.

56 Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν παιδίσκη τις καθή-
μενον πρὸς τὸ φῶς, καὶ ἀτενίσασα αὐτῷ,
εἶπε, Καὶ οὗτος σὺν αὐτῷ ἦν.
57 Ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτὸν, λέγων, Γύναι, οὐκ
οἶδα αὐτόν.
58 Καὶ μετὰ βραχὺ ἕτερος ἰδὼν αὐτὸν
ἔφη, Καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ. Ὁ δὲ Πέτρος εἶ-
πεν, Ἄνθρωπε, οὐκ εἰμί.
59 Καὶ διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, ἄλλος
τις διϊσχυρίζετο, λέγων, Ἐπ' ἀληθείας
καὶ οὗτος μετ' αὐτοῦ ἦν· καὶ γὰρ Γαλιλαῖός
ἐστιν.
60 Εἶπε δὲ ὁ Πέτρος, Ἄνθρωπε, οὐκ οἶδα
ὃ λέγεις. Καὶ παραχρῆμα, ἔτι λαλοῦν-
τος αὐτοῦ ἐφώνησεν ὁ ἀλέκτωρ.
61 Καὶ στραφεὶς ὁ Κύριος ἐνέβλεψε τῷ
Πέτρῳ· καὶ ὑπεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ λόγου
τοῦ Κυρίου, ὡς εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι πρὶν ἀλέ-
κτορα φωνῆσαι, ἀπαρνήσῃ με τρίς.
62 Καὶ ἐξελθὼν ἔξω ὁ Πέτρος ἔκλαυσε
πικρῶς.
63 Καὶ οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν
ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέροντες·
64 Καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν, ἔτυπτον
αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· καὶ ἐπηρώτων αὐ-
τὸν, λέγοντες, Προφήτευσον τίς ἐστιν ὁ
παίσας σε.
65 Καὶ ἕτερα πολλὰ βλασφημοῦντες ἔλε-
γον εἰς αὐτόν.
66 Καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, συνήχθη τὸ πρε-
σβυτέριον τοῦ λαοῦ, Ἀρχιερεῖς τε καὶ Γραμ-
ματεῖς, καὶ ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέ-
δριον ἑαυτῶν,
67 Λέγοντες, Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός; εἰπὲ ἡμῖν.
Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ἐὰν ὑμῖν εἴπω, οὐ μὴ πι-
στεύσητε.
68 Ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ
μοι, ἢ ἀπολύσητε.
69 Ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου
καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ
Θεοῦ.
70 Εἶπον δὲ πάντες, Σὺ οὖν εἶ ὁ υἱὸς τοῦ
Θεοῦ; Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, Ὑμεῖς λέ-
γετε, ὅτι ἐγώ εἰμι.

56 Quum autē eum vidisset an-
cilla quædam sedentem ad i-
gnem, intentis in eum oculis
dixit, Et iste cum eo erat.
57 Ipse vero abnegauit eum,
dicens, Mulier, non noui eum.
58 Et paulò pòst alius videns eū,
dixit, Et tu, ex ipsis es. Petrus
verò ait, Heus tu, non sum.
59 Et interposita quasi hora vna,
alius quidam *id* asseuerabat, di-
cens, Vere & iste cum illo erat:
etenim Galilæus est.
60 Ait autem Petrus, Heus tu,
nescio quid dicas. Et illico, ad-
huc ipso loquente, vocem emi-
sit gallus.
61 [illegible] conuersus Dominus in-
t[illegible] est Petrum: & recordatus
est Petrus sermonis Domini,
quomodo *nimirum* dixerat ipsi,
‖ Priusquam gallus vocem emi-
serit, ter me abnegabis.
62 Et egressus foras Petrus fleuit
amarè.
63 ‖ Ii verò qui vnà tenebant Ie-
sum, illudebant ei, cædentes
eum:
64 Et eo obuelato, cædebant fa-
ciem eius, & interrogabant eū,
dicentes, Vaticinare quis sit qui
te percussit.
65 Et alia multa conuiciantes di-
cebant in eum.
66 ‖ Et vt ortus est dies, cōgregatū
fuit presbyteriū populi, & pri-
marij Sacerdotes & Scribæ, &
adduxerunt eū in suū cōsessum,
67 Dicentes, Num tu es ille
Christus? dic nobis. Dixit au-
tem eis, Si vobis dixero, nequa-
quam credetis:
68 Quòd si vos etiam interroga-
uero, nequaquam respondebi-
tis mihi, neque *me* absoluetis.
69 Ab hoc tempore erit Filius
hominis sedens ad dextram po-
tentiæ Dei.
70 Dixerunt autem omnes, Tu
ergo es Filius ille Dei? Ipse ve-
rò dixit eis, Vos dicitis: nam *e*-
go sum.

56 *Quem quum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit, Et hic cum illo erat.*
57 *At ille negauit eum dicens, Mulier, non noui illum.*
58 *Et post pusillum alius videns eum dixit, Et tu de illis es. Petrus verò ait, O homo, non sum.*
59 *Et interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens, Vere & hic cum illo erat: nam & Galilæus est.*
60 *Et ait Petrus, Homo nescio quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente, cantauit gallus.*
61 *Et conuersus Dominus respexit Petrum: & recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, Quia prius quàm gallus cantet, ter me negabis.*
62 *Et egressus foras Petrus fleuit amarè.*
63 *Et viri qui tenebant Iesum, illudebant ei, cædentes:*
64 *Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes, Prophetiza, quis est qui te percussit.*
65 *Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.*
66 *Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes Sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum,*
67 *Dicentes, Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis mihi:*
68 *Si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis.*
69 *Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.*
70 *Dixerunt autem omnes, Tu ergo es Filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum.*

Matt.26.34 ioh.13.38

Matt.26.67. mar.14.65 Christus luit ignominiam peccatis nostris debitam.

Matt.27.1 mar.15.1 ioh.18.28 Christus immeritò damnatur blasphemiæ apud Pōtificis tribunal, vt ab ea quam commeriti sumus blasphemia corā Deo absoluamur.

59 [Id] *asseuerabat*, διϊσχυρίζετο. Vulg. *affirmabat*. nimiū dilutè, vt ostendit Græcæ vocis etymon. Nam affirmo ferè accipitur pro Aio, quod est Græcis φάσκω, Cic. Att. lib. 13. *omne tibi asseueratione affirmo quod mihi credas velim*. Supplendum autem fuit relatiuum explendæ constructioni. ¶ *Verè*, ἐπ' ἀληθείας Heb באמת [*bemeth*] Vide Act. 10.34.

63 *Ii verò qui vnà tenebant*, καὶ οἱ ἄνδρες συνέχοντες. Iis iniuriis affectum fuisse Christum quum iam esset à Pontifice damnatus blasphemiæ, liquet ex Matthæo 26.66. & 67. & Marc. 14.64. & 65. & res ipsa postulat, vix quantumuis [illegible] ... leratis istis hoc antea ausuris. Itaq. aut ego prorsus fallor, aut tres isti versiculi, nempe 63. 64. 65. transpositi sunt & ad vltimo huius capit. vers. subiiciendi. Absit tamen vt hîc quidquam audeam ex coniectura quantumuis probabili.

66 *Et vt factus est dies*, καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, id est, simul atque cœpit lucescere, & primo statim diluculo, a quo [illegible] est hæc actio aduersus Christum vs[illegible] ... Matthæus ab ipsis Solis exortu incipientem: quæ hora diei prima à Iudæis vocabatur. ¶ *Presbyterium populi*, τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ Id est cœtus τῶν βουλευτῶν, qui in prouinciis Latinè Decuriones dicebantur. In his autem libris Seniores populi vocantur, qui Sacerdotibus & delectis legis doctoribus adiuncti magnum illud συνέδριον constituebant. Vide 1. Tim. 4.14. vbi tamen de Christiano presbyterio nō de isto Iudaico disseritur. quam vocē Vulg. hîc maluit Concilium interpretari, altero illo loco seruata presbyterij appellatione, fortassis vt Iudaicum hunc Senatum ab Euangelio Christiano ista quoque discerneret: sicut etiam Synagogæ vocem Iudæis, Ecclesiæ verò nomen Christianorum cœtibus vsus communis attribuit.

67 *Num tu es*, εἰ σὺ εἶ vel, *si tu es* Ita vt perpetua sit oratio.

69 *Ab hoc tempore*, ἀπὸ τοῦ νῦν, i. deinceps. ¶ *Nā ego ille sum*, ὅτι ἐγώ εἰμι. Sic præstat istud accipere ex Mar. 14.62. & ex eo quod mox dicitur: quàm ὅτι istud interpretari. Nā illud quidē est concedentis, vt diximus Mat. 26.64. Sed istud est apertius profitentis. Et Syrus interpres sic exponi potest.

Οἱ δὲ εἶπον, Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίας; αὐτοὶ γὰρ ἠκούσαμεν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ.

Κεφάλαιον κγ.

Καὶ ἀναστὰν ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν, ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν Πιλάτον.

Ἤρξαντο δὲ κατηγορεῖν αὐτοῦ, λέγοντες, Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι, λέγοντα ἑαυτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι.

Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ ἔφη, Σὺ λέγεις.

Ὁ δὲ Πιλάτος εἶπε πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ὄχλους, Οὐδὲν εὑρίσκω αἴτιον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ.

Οἱ δὲ ἐπίσχυον, λέγοντες, Ὅτι ἀνασείει τὸν λαὸν, διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε.

Πιλάτος δὲ ἀκούσας Γαλιλαίαν, ἐπηρώτησεν εἰ ὁ ἄνθρωπος Γαλιλαῖός ἐστι.

Καὶ ἐπιγνοὺς ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρώδου ἐστὶν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Ἡρώδην, ὄντα καὶ αὐτὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις.

Ὁ δὲ Ἡρώδης ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, ἐχάρη λίαν· ἦν γὰρ θέλων ἐξ ἱκανοῦ ἰδεῖν αὐτὸν, διὰ τὸ ἀκούειν πολλὰ περὶ αὐτοῦ· καὶ ἤλπιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ' αὐτοῦ γινόμενον.

Ἐπηρώτα δὲ αὐτὸν ἐν λόγοις ἱκανοῖς· αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο αὐτῷ.

Εἱστήκεισαν δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς, εὐτόνως κατηγοροῦντες αὐτοῦ.

Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ.

Ἐγένοντο δὲ φίλοι ὅ τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρώδης ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετ' ἀλλήλων· προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς.

71 At illi dixerũt, Quid amplius egemus testimonio? Ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.

CAP. XXIII.

1 Tum surgẽs vniuersa multitudo eorum, duxit eum ad Pilatum.

2 Cœperunt autem eum accusare, dicentes, Comperimus istum peruertere gentem, ‖ & vetare tributa dare Cæsari, dicendo se Christum, *id est* regem esse.

3 ‖ Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tune es Rex illo Iudæorum? Ipse verò respondens ei dixit, Tu dicis.

4 Ait verò Pilatus ad primarios Sacerdotes & turbam, Nullam inuenio noxã in hoc homine.

5 At illi inualescebant, dicentes, Concitat populum, docens per vniuersam Iudæam, exorsus à Galilæa huc vsque.

6 Pilatus verò, audita Galilæa, interrogauit num homo iste Galilæus esset.

7 Et quum cognouisset eum ad Herodis potestatem pertinere, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per eos dies.

8 Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde: nam à non paruo *tempore* cupiebat eum videre, eò quòd audiuisset multa de eo: & speraret se signum aliquod visurum ab eo fieri.

9 Interrogauit autem eum non paucis verbis: sed ipse nihil ei respondit.

10 Adstabant autẽ primarij Sacerdotes & Scribæ, magna contentione eum accusantes.

11 Herodes autẽ cum militibus suis, quũ eũ pro nihilo habuisset, & illusisset *ei*, amictũ veste splendida remisit ad Pilatum.

12 Et facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes eo ipso die: nã antea inimici erãt inter sese.

71 *At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.*

CAP. XXIII.

1 *Et surgens omnis multitudo eorũ duxerunt illum ad Pilatum.*

2 *Cœperunt autem illum accusare, dicentes, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostrã, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum regem esse.*

3 *Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens illi, ait, Tu dicis.*

4 *Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotum & turbas, Nihil inuenio causæ in hoc homine.*

5 *At illi inualescebant, dicentes, Commouet populum, docẽs per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc.*

6 *Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset.*

7 *Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus.*

8 *Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.*

9 *Interrogabat autem eũ multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat.*

10 *Stabãt autem principes Sacerdotum & Scribæ, constanter accusantes eum.*

11 *Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.*

12 *Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad inuicem.*

Matt. 22. 21
mar. 12. 17

Matt. 27. 11
mar. 15. 2
ioh. 18. 33

Christus damnandus seditionis à nobis in mundo excitatæ, primũ omnium pronuntiatur innocens, vt cũ constet non suorum (quæ nulli fuerunt) sed nostrorum scelerum pœnã vltrò subire.

Christus est principum ludibrium, sed magno cum ipsorum malo.

Pietatis odiũ impios inter se coniungit.

IN CAPVT. XXIII.

1 *Gentem*, ἔθνος. In tribus codicibus manuscriptis additur ἡμῶν, nostram, & ita legit Syrus & Vetus Latinus interpres. ¶ *Tributa*, φόρους. Vide sup. 20. 22. ¶ *Christum* [*id est*] *regem*, Χριστὸν βασιλέα. Vel, vnctum regem.

4 *Noxam*, αἴτιον. Vocabulum Causæ quo vtitur Vetus interpres Græcè quoque per se latè patet, sed est ad id de quo agitur accommodandum, quod Latinè non significatur Causæ nomine sine adiuncto. Differentia autem illa inter noxã & noxiam, quæ hoc loco repetitur ab Erasmo, ante nos iam idoneorum scriptorum testimoniis refutatur.

5 *Inualescebant*, ἐπίσχυον. Vel, contrà nitebantur. nam vtrunque potest hoc verbo intelligi. ¶ *Huc vsque*, ἕως ὧδε. Verè, quod ad rem ipsam attinet. Nam à Galilæa exorsus est Christus Euangelij prædicationem. Est autem ellipsis è medio petita quia plena esset oratio, Et pergens huc vsque nisi post τῆς Γαλιλαίας adiicere placeat ἀνεστραμμένος.

8 *A non paruo* [*tempore*,] ἐξ ἱκανοῦ. Vide Marc. 10. 46.

11 *Cum militibus suis*, σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ. Vel copiis. Nam exercituum nomen videtur nimium militare: στράτευμα verò translatitiè hîc accipitur pro multitudine satellitum & nobilium qui Herodem è Galilæa sequuti erant: sicut apud Latinos agmen, manus, acies, copiæ, simili translatione vsurpantur. Nam alioquin Pilatus non sustinuisset Herodem armatum cum suis in Iudæam ingredi. ¶ *Splendida*, λαμπρὰν id est Hebraicè כהר [*bahar*] quòd hic color præcipuè splendeat, vt videatur Herodes Romani moris minimè ignarus, illum per ludibrium sic notare, quasi candidatum imperij: & certè quum candida vestis maximè conueniat illi innocẽtiæ, & gloriæ mox ipsius crucẽ sequuturæ euenit admirabili Dei prouidẽtia, vt Herodes eũ quẽ sic derisit per hanc ignominiã, mox vt innocentẽ ad gloriã cœlestem euehendum hoc ipso symbolo declararit. Et sic quoque Deus Christum per crucem in regnum cæleste peruecturum ipsius Pilati manu titulũ Christi pendẽtis capiti imprudenter imponentis, est toti mundo testatus. Herodes autem non ita multò post à sua dignitate per Romanum Imperatorẽ deiectus, meritas huius sui sceleris pœnas luit.

12 *Inimici*, ἐν ἔχθρᾳ ὄντες. fortassis ob id quod dictum fuit suprà 13. 1. & quod copiosiùs narratur à Iosepho Antiq. 16. 5.

Πιλάτος δὲ, συγκαλεσάμενος τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν,

Εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Προσηνέγκατέ μοι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαόν· καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, οὐδὲν εὗρον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ αἴτιον, ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ.

Ἀλλ' οὐδὲ Ἡρώδης· ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν, καὶ ἰδοὺ, οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ.

Παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω.

Ἀνάγκην δὲ εἶχεν ἀπολύειν αὐτοῖς κατὰ ἑορτὴν ἕνα.

Ἀνέκραξαν δὲ παμπληθεὶ, λέγοντες, Αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ὑμῖν τὸν Βαραββᾶν.

Ὅστις ἦν διὰ στάσιν τινὰ γενομένην ἐν τῇ πόλει καὶ φόνον, βεβλημένος εἰς φυλακήν.

Πάλιν οὖν ὁ Πιλάτος προσεφώνησε, θέλων ἀπολῦσαι τὸν Ἰησοῦν,

Οἱ δὲ ἐπεφώνουν, λέγοντες, Σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν.

Ὁ δὲ τρίτον εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν οὗτος; οὐδὲν αἴτιον θανάτου εὗρον ἐν αὐτῷ· παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω.

Οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις αἰτούμενοι αὐτὸν σταυρωθῆναι· καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν καὶ τῶν Ἀρχιερέων.

Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν.

Ἀπέλυσε δὲ αὐτοῖς τὸν διὰ στάσιν καὶ φόνον βεβλημένον εἰς τὴν φυλακὴν, ὃν ᾐτοῦντο· τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν.

Καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτὸν, ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος Κυρηναίου τοῦ ἐρχομένου ἀπ' ἀγροῦ, ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σταυρὸν, φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ.

Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τοῦ

13 Pilatus verò, conuocatis primariis Sacerdotibus & primoribus ac populo,

14 ‖ Dixit eis, Obtulistis mihi hunc hominem, tanquam auertentem populum: & ecce, ego in vestri conspectu quæstione habita nullam noxam inueni in homine isto, ex iis de quibus accusatis eum.

15 Sed ne Herodes quidẽ: nã remisi vos ad illũ, & ecce, nihil dignum morte factum est ab eo.

16 Castigatum ergo eum dimittam.

17 Necesse verò habebat eis dimittere singulis festis vnum *quempiam*:

18 Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicẽs, Tolle istum, dimitte verò nobis Barabbam:

19 Qui erat propter seditionem quandam & cædem factam in vrbe, coniectus in carcerem.

20 Rursus ergo Pilatus alloquutus est *eos*, volens dimittere Iesum.

21 Ipsi verò reclamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum.

22 Ille autem tertiò dixit eis, Quid enim iste mali fecit? nullam noxam capitalem inueni in eo: castigatum ergo eum dimittam.

23 At illi instabãt vocibus magnis, petentes vt is crucifigeretur: & inualescebant voces eorum ac primariorum Sacerdotum.

24 Tum Pilatus secundum eos iudicauit vt fieret quod ipsi petebant.

25 Dimisit autem eis illum qui propter seditionem & cædem coniectus fuerat in carcerem, quem petierant: Iesum verò tradidit illis eorum voluntati.

26 ‖ Quum igitur abducerent eum, prehenso Simõne quodam Cyrenæo, qui veniebat rure, imposuerunt ei crucem ferendam ponè Iesum.

27 Sequebatur autem eum ma-

13 *Pilatus autem, conuocatis principibus Sacerdotum & magistratibus & plebe,*

14 *Dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominẽ quasi auertentem populum: & ecce, ego coram vobis interrogans, nullam causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis:*

15 *Sed neque Herodes: nã remisi vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte actum est ei.*

16 *Emendatum ergo illum dimittam.*

17 *Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum:*

18 *Exclamauit autẽ simul vniuersa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam:*

19 *Qui erat propter seditionem quandã factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem.*

20 *Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere Iesum.*

21 *At illi succlamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum.*

22 *Ille autem tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inueni in eo: corripiam ergo illum, & dimittam.*

23 *At illi instabant, vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: & inualescebãt voces eorum.*

24 *Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.*

25 *Dimisit autẽ illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum verò tradidit voluntati eorum.*

26 *Et quum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum.*

27 *Sequebatur autẽ illum*

Matt. 27. 23
mar. 15. 14
ioh. 18. 38 & 19. 4

Secundò absoluitur Christus an eo ipso à quo damnatus est, vt eum cõuincat iustum iniustos redemisse.

Carnis prudẽtia ex duobus malis minus eligit: sed his consiliis maledicit Dominus.

Tertiò absoluitur Iesus antequam semel damnetur, vt pateat damnata in eo esse nostra peccata.

Matt. 26. 32
mar. 15. 21

Militaris licẽtiæ exemplũ.

Impiorum triumphos excipit horribilis exitus.

13 *Et primoribus*, καὶ τοὺς ἄρχοντας. Loquitur procul dubio de iis quos Iudæi Sanhedrin (id est Senatores) vocant. Ideo *Magistratus* rectè conuertit Vetus interpres ubi, verò aliquoties (vt suprà 14. 1. & 18. v. 18) Primores dixi, quoniam incertum est Senatorésne an præfecti Synagogæ eo nomine illic significentur.

15 *Nam remisi vos ad illum*, ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτόν. In tribus codicibus scriptum legimus ἀνέπεμψε γὰρ αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς, Remisit enim eum ad nos: quæ lectio mihi videtur optimè conuenire. Illud enim complectitur ex quo intelligi possit ne Herodem quidem vllum in eo crimen cõperisse. Nam, inquit, eum ad nos remisit: quod facturus alioquin non erat si dignum esse comperisset in quem animaduerteret.

17 *Necesse habebat*, ἀνάγκην εἶχεν nempe, sic ferente consuetudine vt etiam alij Euangelistæ explicant. Tanti est momenti Tyrannus ille Mos trium literarum. Cur autem κατὰ ἑορτὴν verterim *singulis festis*, dixi Marci 15. cap. 6.

24 *Secundum eos iudicauit*, ἐπέκρινε. Vulg. *adiudicauit*. Rectè quod ad sensum attinet: nam τὸ ἐπικρίνειν & τὸ κατακρίνειν opponuntur. Sed hæc constructio est Latinè inusitata. Syrus vtitur verbo פסק [*pesad*] quod hîc respondet Latinæ voci forensi *Decreuit*.

25 *Illorum libidini*, τῷ θελήματι αὐτῶν. Vulgata, *voluntati* dilutè: & videtur articuli vis hîc quoque fuisse [illegible]anda. Cic. 4. Tusc. *voluntas est quæ quid cum ratione desiderat: quæ autem rationi aduersa vehementius est incitata, ea libido est vel cupiditas effrænata.*

26 *Pone Iesum*, ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ id est à tergo ipsius sub eodem onere præeuntis. Vide Matthæum capite 27. vers. 32. & Ioannem cap. 19. vers. 17.

λαοῦ, καὶ γυναικῶν, αἳ καὶ ἐκόπτοντο καὶ ἐθρήνουν αὐτόν.

28 Στραφεὶς δὲ πρὸς αὐτὰς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε, Θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμέ, πλὴν ἐφ' ἑαυτὰς κλαίετε, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν.

29 Ὅτι ἰδοὺ ἔρχονται ἡμέραι ἐν αἷς ἐροῦσι, Μακάριαι αἱ στεῖραι, καὶ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν, καὶ μαστοὶ οἳ οὐκ ἐθήλασαν.

30 Τότε ἄρξονται λέγειν τοῖς ὄρεσι, Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς· καὶ τοῖς βουνοῖς, Καλύψατε ἡμᾶς.

Esa. 2.19. ose. 10.8. apoc. 6.16. 1. Pet. 4.17. Matt. 27.38. marc. 15.27. Ioh. 19.18.

31 Ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται;

32 Ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ, ἀναιρεθῆναι.

Christus fit pro nobis maledictio in cruce, luens pœnam iis debitam qui voluerunt diis esse.

33 Καὶ ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον τὸν καλούμενον Κρανίον, ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτόν, καὶ τοὺς κακούργους· ὃν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν.

Christus pro hostibus precans, ostendit se & oblationem esse, & Pontificem.

34 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔλεγε, Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. Διαμεριζόμενοι δὲ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἔβαλον κλῆρον.

35 Καὶ εἱστήκει ὁ λαὸς θεωρῶν. ἐξεμυκτήριζον δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες σὺν αὐτοῖς, λέγοντες, Ἄλλους ἔσωσε, σωσάτω ἑαυτόν, εἰ οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτός.

36 Ἐνέπαιζον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ στρατιῶται, προσερχόμενοι, καὶ ὄξος προσφέροντες αὐτῷ,

37 Καὶ λέγοντες, Εἰ σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, σῶσον σεαυτόν.

Pilatus imprudens fit æterni illius regni Christi præco.

38 Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ Ῥωμαϊκοῖς καὶ Ἑβραϊκοῖς, ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Christus in media crucis exinanitione ipsa ostendit sese cum vitam seruandis credentibus, tum mortem vlciscendis rebellibus in potestate sua habere.

39 Εἷς δὲ τῶν κρεμασθέντων κακούργων ἐβλασφήμει αὐτόν, λέγων, Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός, σῶσον σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς.

40 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος ἐπετίμα αὐτῷ, λέγων, Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ;

gna multitudo populi & mulierum: quæ & plangebant & lamentabantur eum.

28 Conuersus autem ad eas Iesus dixit, "Filiæ Hierosolymæ, ne flete de me, verùm de vobisipsis flete, & de liberis vestris:

29 Nam ecce venient dies quibus dicent, Beatæ steriles, & vteri qui non genuerũt, & vbera quæ non lactauerunt.

30 Tum incipient dicere montibus, ‖ Cadite in nos: & collibus, Operite nos.

31 ‖ Nam si in virente ligno ista faciunt, in arido quid fiet?

32 ‖ Ducebantur autẽ etiam alij duo siquè facinorosi cum eo, interimendi.

33 Quum igitur "venissent in locum qui vocatur Caluariæ, illic crucifixerunt eum, & illos maleficos: vnum ad dextram, alterum ad sinistram.

34 Iesus autẽ dicebat, Pater, remitte hoc ipsis. nesciunt n. quid faciant. Partientes vero vestimenta eius, iecerunt sortem.

35 Et stabat populus spectans. sannis autem excipiebant eum etiam "primores" cum eis dicẽtes, Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est ille Christus electus ille Dei.

36 Illudebant autem etiam ei milites, accedentes, & acetum ei offerentes:

37 Dicentésque, Si tu es Rex ille Iudæorum, serua temetipsum.

38 Erat autẽ etiam inscriptio scripta supra eum literis Græcis & Romanis & Hebraicis, HIC EST REX ILLE IVDAEORVM.

39 "Vnus autẽ ex illis suspẽsis maleficis conuiciabatur ei, dicens, Si tu es Christus ille, serua teipsum & nos.

40 Respondẽs autem alter obiurgauit eum, dicẽs, "Ne Deum quidẽ tu times, quùm in eadem sis damnatione?

multa turba populi & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum.

28 Conuersus autem ad illas Iesus dixit, Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vosipsas flete, & super filios vestros:

29 Quoniam ecce venient dies in quibus dicẽt, Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.

30 Tunc incipiẽt dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos.

31 Quia si in viridi ligno, hæc faciunt, in arido quid fiet?

32 Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur.

33 Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum & latrones: vnum à dextris & alterum à sinistris.

34 Iesus autẽ dicebat, Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes.

35 Et stabat populus spectans. Et deridebant eum principes cum eis, dicẽtes, Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus.

36 Illudebant autem ei & milites, accedentes, & acetum offerentes ei:

37 Et dicentes, Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac.

38 Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis & Latinis & Hebraicis, HIC EST REX IVDAEORVM.

39 Vnus autem de iis qui pendebat latronibus blasphemabat eũ, dicens, Si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos.

40 Respondens autem alter increpabat eum, dicens, Neque tu times Deũ quòd in eadem damnatione es?

28 *Filiæ Hierosolymæ*, Θυγατέρες Ἱερουσαλήμ. Hebraicè, בנות ירושלים [*benoth Ierusthalajim*] id est, vos Hierosolymitanæ mulieres.

32 [*Iique*] *facinorosi*, κακοῦργοι. Ad verbum, malefici, quæ vox apud idoneos etiam auctores pro sceleratis quibusuis accipitur, sed postea cœpit ad eos propriè transferri qui magicas damnatissimas artes exercent.

33 *Venissent*, ἀπῆλθον: id est ἦλθον, vt suprà, Marci versu 1. cap. 13.

35 *Primores*, οἱ ἄρχοντες. Generale est hoc nomen hoc in loco. Comprehendit enim ipsos etiam Sacerdotes primarios, & quicunque in populo aliqua erant dignitate. Vulg. & Erasm. *Principes*, quod nomen videtur angustioris significationis. ¶ *Cum eis*, σὺν αὐτοῖς. Hoc deest in vno exemplari & apud Syrum interpretem, & per se satis intelligitur. ¶ *Electus* [*ille*] *Dei*, ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτός. Hebr. בחיר יהוה [*bechir iehouah*,] id est, quẽ Deus præteritis cæteris hominibus hoc fauore cõplexus est, vt ipsum designarit Messiam. Alioqui solent electi Dei absolutè vocari quos Dominus ad vitam æternam ab æterno selegit. ¶ *Supra eum*, ἐπ' αὐτῷ. Supra ipsius caput videlicet crucis stipiti affixum. Ioh. 19. 19.

39 *Vnus autem*, εἷς δέ. Matthæus, alterius latronis præterita historia, vtrunque pari scelere inuoluit: quod Augustinus per numeri heterosin excusat. Fuit enim in genere propositum Matthæo narrare, à Christo conuiciis lacerando nullum genus hominum abstinuisse. Sed & verisimile est alterum ex latronibus, saltem silentio suo aliquãdiu visum alteri conuiciatori consentire, donec victus aduersariorum Christi extrema improbitate, qui seminorituum, & non modò ad hæc omnia nihil respondentem, sed etiam pro ipsis orantem, exagitare non desinebant, in præclaram & sempiterna memoria dignam confessionem erumperet.

40 *Ne Deum quidem tu times*, οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν. Vulgata,

gata, *Neque tu Deum times*. Traiectio est pronominis σύ. Nec enim minus cæteros Christo conuiciantes reprehendit, quàm hunc suum socium: quamuis ad hunc propriè suum sermonem dirigat.

41 Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· (ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν) οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε.

42 Καὶ ἔλεγε τῷ Ἰησοῦ, Μνήσθητί μου Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

43 Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.

44 Ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη, καὶ σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης.

45 Καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, καὶ ἐσχίσθη τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ μέσον.

46 Καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς εἶπε, Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξέπνευσεν.

47 Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον, ἐδόξασε τὸν Θεόν, λέγων, Ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν.

48 Καὶ πάντες οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, θεωροῦντες τὰ γενόμενα, τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη ὑπέστρεφον.

49 Εἱστήκεισαν δὲ πάντες οἱ γνωστοὶ αὐτοῦ μακρόθεν, καὶ γυναῖκες αἱ συνακολουθήσασαι αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ὁρῶσαι ταῦτα.

50 Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσήφ, βουλευτὴς ὑπάρχων, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος·

51 Οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν, ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων· ὃς καὶ προσεδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

52 Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.

53 Καὶ καθελὼν αὐτὸ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος.

54 Καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευή, καὶ σάββ-

41 Et nos quidem iustè: (nam digna factis recipimus) iste verò nihil "indecens fecit.

42 Dixitque Iesu, Domine, memẽto mei quum veneris in regnum tuum.

43 Tum dixit ei Iesus, Amen dico tibi, "hodie mecum eris in paradiso.

44 Erat autem quasi hora sexta, & tenebræ factæ sunt in totam regione vsque ad horam nonam.

45 Et obtenebratus est sol, & aulæum templi fissum est medium.

46 Quùmque clamasset voce magna Iesus, ait, ‖ Pater, in manus tuas "depono spiritum meũ. Et quum hæc dixisset expirauit.

47 Quum vidisset autẽ Cẽturio quod factũ fuerat, glorificauit Deum, dicens, Verè hic homo iustus erat.

48 Et omnis turba quæ simul ad hoc spectaculũ accesserat, spectans quæ facta fuerant, cædẽs pectora sua reuertebatur.

49 Stabant autem omnes noti eius procul, & mulieres quæ eũ "ant cum vnà sequutæ à Galilæa, videntes ista.

50 Tum ecce quidam nomine Iosephus, "senator, vir bonus ac iustus:

51 Qui non "assensus fuerat cõsilio ac facto eorum, ortus Arimathæa ciuitate Iudæorum: qui & ipse "expectabat regnum Dei.

52 Hic, inquam, adiens Pilatum, petiit corpus Iesu.

53 Et detractum illud inuoluit sindone, posuitque illud in monumento quod erat "in saxo incisum, in quo nondum quisquam positus fuerat.

54 Porro dies erat "Parasceues,

41 Et nos quidem iustè, (nam digna factis recipimus) hic verò nihil mali gessit.

42 Et dicebat ad Iesum, Domine, memento mei quum veneris in regnum tuum.

43 Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

44 Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam.

45 Et obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium.

46 Et clamãs voce magna Iesus, ait, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens expirauit.

47 Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens, Verè hic homo iustus erat.

48 Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur.

49 Stabant autem omnes noti eius à longè: & mulieres quæ sequutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes.

50 Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus & iustus:

51 Hic non consenserat cõsilio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei.

52 Hic accessit ad Pilatũ, & petiit corpus Iesu.

53 Et depositum inuoluit sindone, & posuit illud in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

54 Et dies erat Parasce-

Christus etiam moribundus se omnipotentem Deum esse ipsis etiam cæcis ostendit.

Psal. 31. 6. Christus confidenter ipsas Mortis tenebras ingreditur, eam videlicet iniurijs suismet penetralia debellaturus.

Christus etiam ab ipsis hostibus suis quoties libuit testimonium quàm honorificentissimum extorquet.

Christus in medio carnificum colligit & tuetur suũ pauperculum gregem. Matt. 27. 57. mar. 15. 43. ioh. 19. 38.

Christus celebri sepultura, tum mortis, tum resurrectionis suæ fidem publico ipsius Pilati testimonio sancit.

41 *Indecens*, ἄτοπον. Vulgata & Erasmus, *Malum*: sicut etiam ἄτοποι & πονηροὶ videntur pro iisdem, aut certè non multum dissimilibus, accipi, 2. Thess. 3. 2. Hic porro videtur ἄτοπον dici quicquid fit prẹter officium, quod non malè videtur indecentis nomine exprimi. Et hoc illud esse arbitror quod Hebræi נבלה [*Nebalah*] vocant, vt Gen. 34. 7. quod Græci interpretes modò ἄσχημον, modò ἀφροσύνην verterunt.

43 *Hodie*, σήμερον. Quærit Theophylactus quî hoc conueniat cum iis quæ dicuntur Hebr. 11. 39. veteres illos sanctos, quorum illic fit mentio, non accepisse promissionem: & ad hunc nodum explicandum multa sanè absurda cõmemorat, quæ non attingo ne à scopo videar aberrare. Tantùm dico, nimium audaces fuisse qui particulam σήμερον, adiecta distinctione, coniunxerũt cum verbo λέγω, quũ in omnibus codicibus connectatur cum verbo ἔσῃ, & in quodam etiam exemplari legatur ὅτι σήμερον. Quomodo verò locus ille sit explicandus, dicemus suo loco, & itẽ alter ille Petri, cum falsa interpretatio inuexit nobis Limbi fabulam. de Paradiso vide 2. Cor. 12. 4.

46 *Depono*, παραθήσομαι. Vel cõmendo: i. συνίστημι. Sed illud magis est propriũ, & huius loci sententiæ accõmodatius. Eras. *Commendabo*. Nã etiam Psa. 31. 6, vnde petita sunt hæc Christi verba, legitur אפקיד [*aphkid*] futuro tẽpore. Sed prẹter quã quòd familiares sunt Hebræis omnium temporum permutationes, res ipsa ostendit significationẽ præsentis melius cõuenire. Deinde in vetust. cod. duob. & Theophyl. Romano scribitur παρατίθημι, & in aliis tribus παρατίθεμαι.

50 *Senator*, βουλευτής. Vulg. *decurio*. municipiorum magistratus nomen. Vide Mat. 15. 43.

51 *Assensus fuerat*, συγκατατεθειμένος. Sic Græcam vocem interpretatur Cicero in Lucullo, *Nunc de assensione sine approbatione quam Græci συγκατάθεσιν vocant. pauca dicemus.* ¶ *Expectabat*, προσεδέχετο. Vel exceperat, & amplexus fuerat: quæ est propria huius vocabuli significatio.

53 *In saxo incisum*, λαξευτῷ: i. intra ipsam rupem excauatũ. Vulg. *Exciso*. Eras. *ex lapide excisum*. Neuter satis perspicuè.

54 *Parasceues*, παρασκευή. Malo cum Vetere legere παρασκευῆ, quamuis illud excusari possit per appositionem, quã vocant quũ dies ipse alibi dicatur Parasceue. Matt. 27. 62.

βατον ἐπέφωσκε.

55 Κατακολουθήσασαι δὲ καὶ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ἐθεάσαντο τὸ μνημεῖον, καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ.

56 Ὑποστρέψασαι δὲ ἡτοίμασαν ἀρώματα καὶ μύρα· καὶ τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν, κατὰ τὴν ἐντολήν.

Κεφάλαιον κδ.

1 Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων, ὄρθρου βαθέως ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα· καί τινες σὺν αὐταῖς.

2 Εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου·

3 Καὶ εἰσελθοῦσαι οὐχ εὗρον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

4 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, καὶ ἰδού, δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις·

5 Ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν, καὶ κλινουσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν, εἶπον πρὸς αὐτάς, Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν;

6 Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη· μνήσθητε ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν, ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ,

7 Λέγων, Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι.

8 Καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ.

9 Καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου

Christus à Diabolo & eius ipsius organis oppugnatus, atque adeò in ipsius mortis faucibus versans, infirmas mulierculas in aciei fronte collocat, de omnibus illis terribilibus hostibus mox sine vllo magno conatu triumphaturus.

Mar.16.1 ioh.20.1

Mulierculæ deliguntur futuræ primæ testes resurrectionis, præter suam etiam expectationē, vt & fraudis & violentiæ absit omnis suspicio.

Suprà 9.22 matt.17.23 mar.9.31

& Sabbatum succedebat.

55 Subsequutæ etiam mulieres quæ cum eo venerant ex Galilæa, spectarunt monumentum, & quomodo positum esset corpus eius.

56 Reuersæ verò parauerūt aromata & vnguenta: ac Sabbato quidem quieuerunt, secundum præceptum.

CAP. XXIIII.

1 PRimo autem *die* hebdomadis, profundo diluculo iuerunt ad monumentum, ferentes quæ parauerant aromata: & nonnullæ cum ipsis.

2 Inuenerunt autem saxum auolutum à monumento:

3 Et ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu.

4 Et factum est vt dum in ea re hæsitarent, tum ecce, duo viri superuenerint eis, induti vestibus fulgurantibus:

5 Quum autem expauefactæ inclinarēt faciem in terram, dixerunt eis, Quid inter mortuos quæritis eum qui viuit?

6 Non est hîc, sed suscitatus est. mementote vt loquutus sit vobis quum adhuc in Galilæa esset,

7 Dicens, Oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi: & die tertio resurgere.

8 Recordatæ sunt igitur verborum illius.

9 Et reuersæ à monumento

nes, & Sabbatum illucescebat.

55 *Subsequutæ autem mulieres quæ cum eo venerāt de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius.*

56 *Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta: & Sabbato quidem siluerunt, secundum mandatum.*

CAP. XXIIII.

1 *VNa autem Sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata.*

2 *Et inuenerunt lapidem reuolutum à monumento.*

3 *Et ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu.*

4 *Et factum est dum mēte consternatæ essent de isto, ecce, duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti.*

5 *Quum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis viuentem cum mortuis?*

6 *Non est hîc, sed surrexit. recordamini qualiter loquutus est vobis quùm adhuc in Galilæa esset,*

7 *Dicens, Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere.*

8 *Et recordatæ sunt verborum eius.*

9 *Et regressæ à monumē-*

¶ *Et Sabbatum succedebat*, καὶ σάββατον ἐπέφωσκε. Vulgata & Erasmus ad verbū, *Et Sabbatum illucescebat*: quæ interpretatio est perobscura, nisi siquis Osiandrum sequutus hanc vesperam à qua inchoabat Sabbatum, putet appellatione φωτὸς intelligi. Ego verò existimo Lucam hæc addidisse vt explicaret nomen Parasceues, & ἐπὶ pro [illegible] accipiendum: vsum denique hoc verbo, habita potius ratione sequuturi ipsum diei quàm imminentis noctis, inter parasceuen & ipsum diem sabbati intercedentis, quanuis sabbati quies à nocte inciperet. Nam quòd nomen Lucis nō nulli ad Hesperum referunt, mihi argutum potius quàm solidum videtur. Sum autem istud ita interpretatus, vt perspicuitati studuerim.

IN CAPVT XXIIII.

1 *Primo autem [die] hebdomadis*, τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων. Vulg. *Vna autem Sabbati*. Erasmus, *Vno autem Sabbatorum*. Nostram interpretationem hoc loco confirmat Theophylacti authoritas. Vide Matth.28.1. ¶ *Profundo diluculo*, ὄρθρου βαθέως. Id est (vt inquit Marcus) valde manè, siue, (vt ait Ioannes) quum adhuc tenebræ essent, id est, quum vixdum inciperet lucescere. Diuiditur enim crepusculum matutinum à Græcis in multas partes. Nam ὄρθρον propriè vocant primum diluculi punctum: vnde gallus dicitur ὀρθροβόας, quòd lucem prænuntiet primo statim diluculo. Huic succedit τὸ λυκαυγὲς, quum dubia iam lux est, quam excipit aurora. Totum autem crepusculum matutinum vocant [illegible], & interdum quoque ὄρθρον: quamobrem Lucas addidit βαθέως, vt primam diluculi partem apertius declararet. Sed & Marcus quum dixisset πρωῒ, (quo vocabulo declaratur non modò crepusculum totum matutinum, sed etiam prima diei pars) addidit λίαν, id est, valde sicut Hom. Iliad. σ, quum extremam partem crepusculi describens vsus esset vocabulo πρωῒ subiunxit [illegible], vt planius loqueretur. Rectè ergo Ioannes dixit, σκοτίας ἔτι οὔσης, neque ab aliis Euangelistis dissentit. Loquitur enim non de noctis ipsius parte, sed vix adhuc lucescente die: & tempus hîc quoque notatur non quo ad ipsum sepulchrū peruenerunt, sed quo ex vrbe profectæ sunt vt eò venirēt. quamobrem etiam ἦλθον conuerti *Iuerunt*. Sic enim sæpe accipitur ἔρχεσθαι pro ἰέναι & pro πορεύεσθαι. Vide Marc. cap.16. vers.2.

¶ *Et nonnullæ cum ipsis*, καί τινες σὺν αὐταῖς. Hæc desunt in vno vetere exemplari, neque habentur in Vulg. editione. minimè tamen expungenda, quum tota hæc narratio non possit ad solas illas referri quæ in hac historia nominantur: quod etiam liquet ex vers.10. mox sequente.

4 *Dum in ea re hæsitarent*, ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου. Vulg. & Eras. *Dum mente consternatæ essent de hoc*. De verbo διαπορεῖν diximus suprà, 9.7: sed rectè annotat doctissimus Budæus διαπορεῖσθαι plus esse quàm διαπορεῖν, sicut rursus ἐξαπορεῖσθαι aliquid amplius declarare videtur, quàm διαπορεῖσθαι, 2.Cor.4.8. ¶ *Vestibus*, ἐσθήσεσιν. Sic habent omnes codices, quanuis annotent grammatici nomen poeticum esse ἐσθήσεσι pro ἐσθῆσι.

5 *Inter mortuos*, μετὰ τῶν νεκρῶν. Vulgata & Erasmus, *Cum mortuis*. sed præstat pro μεταξὺ accipere: quanuis in hac significatione ferè iungatur cum tertio casu. Deinde sciendum est hoc pertinere ad verbum ζητεῖν. Abundat enim Lucas verborum traiectionibus, quæ sæpenumero sententiam reddunt obscuriorem.

10 Cum

ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα, καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς.

10 Ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάννα καὶ Μαρία Ἰακώβου, καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἳ ἔλεγον πρὸς τοὺς ἀποστόλους ταῦτα.

11 Καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς.

12 Ὁ δὲ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον· καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα· καὶ ἀπῆλθε, πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός.

13 Καὶ ἰδού, δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς.

14 Καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων.

15 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς καὶ συζητεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐτοῖς.

16 Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν.

17 Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Τίνες οἱ λόγοι οὗτοι, οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες, καί ἐστε σκυθρωποί;

renuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & reliquis omnibus.

10 Erant autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi *mater*, & reliquæ cum ipsis, quæ hæc dicebant Apostolis.

11 Sed visa sunt apud eos quasi deliramentum, verba ipsarum, neque crediderunt eis.

12 Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & quum se inclinasset, vidit lintea sola *illic* iacentia: abiitque, apud semetipsum mirans factum.

13 Et ecce, duo ex iis ibant ipso die in vicum distantem stadiis sexaginta Hierosolymis, cui *vico* nomen *est* Emmaus:

14 Et colloquebantur inter se de istis omnibus quæ euenerant.

15 Et factum est vt dum colloquerentur, & *se* mutuò rogitarent, ipse Iesus accederet, & vnà iter faceret cum ipsis.

16 Oculi autem eorum retinebantur ne ipsum agnoscerent.

17 Dixit autem eis, Qui sunt hi sermones quos confertis inter vos ambulantes? & *quid* estis tetrico vultu?

te nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus.

10 *Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc.*

11 *Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis.*

12 *Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina sola posita: & abijt, secum mirans quod factum fuerat.*

13 *Et ecce, duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus.*

14 *Et ipsi loquebantur adinuicem de iis omnibus quæ acciderant.*

15 *Et factum est dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.*

16 *Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent.*

17 *Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes?*

Animus plus quàm muliebris à mulieribus plus quā virili animo per Dei misericordiam præ illis, discipulis exprobratur, vt constet regnum Dei in extraordinaria virtute esse positum.

Ioh.20.6

Christus discipulorum incredulitate vtitur, ad plenā resurrectionis suæ fidem faciendam, ne nimiùm credule videantur quod postea toti mundo annuntiarunt, sibi persuasisse.

Mar.16.12

Probatur resurrectio à duobus aliis oculatis testibus, quos ad fabulam confingendā nullo modo fuisse comparatos, omnes circunstantiæ ostendunt.

10 *Cum ipsis*, σὺν αὐταῖς. Vulgata & Erasmus, *Quæ cum eis erant*, id est αἱ σὺν αὐταῖς.

11 *Visa sunt*, ἐφάνησαν. Id est ἔδοξαν. Nam φαίνεσθαι à φῶς deductum propriè de iis dicitur quæ in oculos incurrunt.

12 *Quum se inclinasset*, παρακύψας. Vetus interpres, *Procumbens*, id est προκύψας. Idem Ioan.20.5. & 11. rectè vertit, *Quum se inclinasset*. Alibi, id est Iac.1.25, & 1.Pet 1.12. vti maluit verbo Prospiciendi, quod hic quoque substituit Erasmus: quum Prospicere aliud prorsus declaret, nimirum procul conspicere: quod quidem fit diuerso corporis gestu ab eo qui hoc verbo declaratur. Nam τὸ παρακύπτειν à consequenti significat prono capite & propenso collo diligentius introspicere, nisi quum παρὰ designat prætermissionem ac contemptum. Tunc enim declarat, obiter & quasi prætereundo limis oculis aspicere: vt si præteriens alicuius ædes, caput immittas, & eo vix conspecto, statim discedas: pro quo Latini dicunt, A limine salutare. Est igitur Procumbendi vocabulum nimis generale, Prospiciēdi verò improprium. Neque verò hæc obseruatio inanis est. ita enim significatur, Petrum rem totam diligenter esse perscrutatum: quo minus est nobis dubitandum de huius historiæ fide.

13 *Ex iis*, ἐξ αὐτῶν, nempe discipulis, non autem ex Apostolis. Aliorum enim præter Apostolos mentio facta fuit præcedente vers.9. ¶ *Sexaginta*, ἑξήκοντα Sic apud Syrum interpretem & in omnibus nostris codicibus legitur. Itaque aut hic peccatum est in numero, aut apud Iosephum libri de bello Iudaico 7. cap. 27. non rectè scribuntur stadia triginta.

14 *Colloquebantur*, ὡμίλουν. Eras. *Confabulabantur* à quo verbo libens abstineo, ne fabulas narrasse isti videantur, quanuis non ignorem Fabulari sæpe de omni sermone dici, vtpote quod à fando deducatur. Verbum autem ὁμιλεῖν propriè quidem & συνοικεῖν significat Vnà versari, sed hîc accipitur pro συλλαλεῖν, quo verbo vtitur Nazianzenus.

16 *Retinebantur*, ἐκρατοῦντο: id est impediebantur, ita nimirum statuente Domino. Syrus interpres *clausos oculos* interpretatur, quod κατὰ [illegible] intelligendum est. Ex hoc autem loco apparet quàm inconsideratè faciant qui corpori Domini glorificato ea tribuunt quæ vero corpori non possunt conuenire: veluti qui inuisibile, nulla quantitate, nullo loco circunscriptum imaginantur. Quanto melius Augustinus ad Consentium, corpus animale definit, quod propter mortis dissolutionem & corruptionem cæteris animantibus simile est: spirituale verò, quod iam cum spiritu est immortale? Et paulo pòst, *Sicut*, inquit, *animale corpus non est anima. sed corpus: ita & spirituale corpus non spiritum debemus putare, sed corpus*. Quid quòd idem in epistola ad Dardanum, ne animæ quidem Christi tribuit, nedum corpori, vt duobus simul locis existere potuerit? Quod autem ad formæ & characteris mutationem attinet, si ita est vt vultum & staturam mutarit Dominus, quid necesse fuit istorum oculos teneri? Quod igitur Theophylactus citat ex Marci 16.12, Christum duobus illis apparuisse ἑτέρᾳ μορφῇ, ita explicādum est, vt vel μορφὴ pro ipso habitu & vestitu corporis accipiatur, (apparuit enim illis tanquam & ipse ad iter accinctus: sicut Mariæ visus hortulani specie, non antè est ab ea agnitus quàm nominatim eam compellaret) vel referatur ad eam formam qua ipsis visus est, non qua ipse esset reuera. Hactenus enim tenebantur ipsorum oculi, non vt nullam in eo formam viderent, sed vt veram non perspicerent, vnde agnosci posset: ex quo efficitur, caligantibus eorum oculis diuersæ formæ imaginem fuisse obiectam, quum reuera, sicut idem erat corpus, eadem etiam esset eius forma. At cur nondum vellet ab istis cognosci Christus, si quis roget, crediderim quidem istud factum, vt isti liberius explicarent animi sui sensum, nec sola & nuda magistri auctoritate, sed argumentis ab ipso productis niterentur. Quid igitur iis facias, qui αὐτὸς ἔφα tam obstinatè de suis magistris vrgent?

17 *Et [quid] estis tetrico vultu*, καί ἐστε σκυθρωποί; Addidi particulam quæ omnino ad explēdam sententiam requiritur. In vno exemplari scribitur, καὶ ἔστησαν σκυθρωποί quod ego interpretarer, *At [illi] constiterunt tristes*. Nam neque addita erat interrogationis nota, neque hæc cum superioribus erant coniuncta: quod mihi non displicet. Quod au-

tem attinet ad σκυθρωποὶ, rectè quidē Vetus interpres hoc loco tristes interpretatur: sed cùm tristitia propriè sit animi:& de vultûs habitu hîc agatur, studui Latinius loqui, & vocabulum Græcum paulò expressius declarare.

18 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εἷς ᾧ ὄνομα Κλεόπας εἶπε πρὸς αὐτὸν, Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις;

18 Respondens autem alter, cui nomē Cleopas, dixit ei, Tu solus commoraris Hierosolymis, & non nosti quæ in ea facta sunt his diebus?

18 Et respondens vnus cui nomen Cleopas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illis his diebus?

19 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ποῖα; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ.

19 Ipse verò dixit eis, Quænā? At illi dixerunt ei, Quæ *facta sunt* Iesu Nazareo qui fuit Propheta, potēs reipsa & verbis, coram Deo & toto populo.

19 Quibus ille dixit Quæ. Et dixerunt, De Iesu Nazareno qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo.

20 Ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν.

20 Quomodo cum tradiderunt principes Sacerdotum & primores nostri vt morte damnaretur, & crucifixerunt eum.

20 Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.

21 Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ· ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο.

21 Nos autem sperabamus illum esse qui redempturus esset Israēlem: atqui præter hæc omnia, tertium hunc diem agit hodie ex quo hæc facta sunt.

21 Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt.

22 Ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον·

22 Sed & mulieres quædam ex nobis perculerunt nos, quæ diluculo venerunt ad monumentum:

22 Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum:

23 Καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἦλθον, λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι, οἳ λέγουσιν αὐτὸν ζῆν.

23 Et non inuento eius corpore venerunt, dicentes se etiam apparitionē Angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere.

23 Et non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere.

24 Καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ εὗρον οὕτω καθὼς καὶ αἱ γυναῖκες εἶπον, αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον.

24 Et abierunt quidam eorum qui erant nobiscum, ad monumētum, & ita inuenerūnt prout mulieres dixerant, ipsum verò non viderunt.

24 Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non inuenerunt.

Vera & certa esse quæcunque de Christo scripserant Euangelistæ, ex Propheticarū prędictionum comparatione liquet.

25 Καὶ αὐτὸς εἶπε πρὸς αὐτούς, Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται,

25 Tū ipse dixit eis, O amētes & tardi corde ad credendū omnibus quę loquuti sunt Prophetę.

25 Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ,

18 *Cleopas*, Κλεόπας. Alterum fuisse hunc nostrum Lucam, quidam ex veteribus arbitrantur, quorum opinio refellitur ex præfatione Actis Apostolorum præposita. Epiphanius autem aduersus Saturnilianos Nathanaelē fuisse tradit. Ita necesse est vt repugnantia scribant qui curiosas quæstiones tractant ex coniecturis. Hic autem Cleopas fuit, vt est probabile, Mariæ sororis matris Domini maritus cuius fit mentio Ioh. 19. 25. ¶ *Commoraris*, παροικεῖς. Differre παροικεῖν à κατοικεῖν sicut apud Latinos Commorari & Habitare, obseruauimus Matth. 2. 23. Sed hoc quidem loco nolim eam differentiam subtilius obseruare. Si cui tamen hoc placuerit, ita licebit exponere cum Syro interprete, *Tu solus aduena* [hoc videlicet *festo*,] *in Hierusalem venisti, qui hæc non noueris?* Nisi fortè malimus παροικεῖν interpretari Accolere, ita vt exponatur, *Tune solus accolis Hierusalem, & ista non nosti?* Nam in vno codice legimus παροικεῖς Ἱερουσαλὴμ, non addita præpositione ἐν: & istos verisimile est suspicatos esse, eum quem non agnoscebant, quique statim à solenni die ex vrbe profectus esset, ex vicino aliquo pago venisse ad quem sese reciperet. Vulg. & Eras. *Tu solus peregrinus es in Hierusalem*: vt, παροικεῖν idem declaret atque τὸ ἐπιδημεῖν, quo vtitur Lucas Act. 2. 10. Sed mihi non satis placet eorum expositio qui addunt particulam Adeo, vt sit hæc sententia, *Tune solus es adeo peregrinus & hospes in Hierusalem vt ista non cognoueris?* Nam translatitiè dicitur hospes esse in aliqua ciuitate qui ignorat quod cæteri illic norunt. Sic Cic. pro Milone, *An vero Iudices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac vrbe versamini, vestræ peregrinantur aures neque in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur?* Sed hoc dicendi genus nescio quomodo videtur à communi loquendi vsu remotius quàm vt Lucas eò respexerit. Deinde ista interpretandi libertas in his quidem libris mihi non placet, ne tum quidem quum de sententia nihil detrahitur.

19 *Propheta*, ἀνὴρ προφήτης. Ad verbum, Homo propheta, de quo pleonasmo sæpe iam diximus. Cæterùm satis arguit Prophetæ nomen, Cleopam vix tenuisse prima Christianismi rudimenta: nisi Prophetæ nomen lata significatione accipiamus, sicut vsurpatur Act. 3. 22. Hunc autem dicit re ipsa & verbis, id est doctrina, totáque vita excelluisse, idque teste ipso Deo & approbantibus hominibus.

20 *Primores*, οἱ ἄρχοντες. Vide supra, 14. 1. ¶ *Vt morte damnaretur*, εἰς κρίμα θανάτου: vel, vt Vulg. & Eras. *In condemnationem mortis*. Nam κρίμα pro κατάκριμα dici res ipsa ostendit, quum ij qui tradiderunt eum Pilato, noluerint in eum inquiri, sed vt conuictum damnari, & quidem capitali iudicio præside frustra repugnante.

21 *Atqui*, ἀλλά γε. Vulg. *Et nunc*, καὶ νῦν γε. ¶ *Tertium hunc diem agit*, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει. Agit, videlicet ille quem sperabamus fore Israelis liberatorem. Quamuis enim duriusculè hoc dicatur de hoc quem ipsi adhuc mortuum esse putabant tamen multo planior est hic sensus, & mollior ellipsis, quam si cum nonnullis subaudias χρόνος, id est tempus: deinde hac etiam ratione potest hoc excusari, quòd ab eo dicatur qui ambigat num resurrexerit: & in eam quoque sententiam videatur nonnihil propendere, vt ex sequentibus apparet. Vulg. & Erasm. *Tertius hic dies est*. Atqui hoc non est nodū expedire, sed secare potius, quamuis sic verterit Syrus interpres, vt qui fortasse legerit τρίτη ἡμέρα ἐστί.

22 *Ex nobis*, ἐξ ἡμῶν. id est nostri gregis. Itaque Vetus interpres, si sensum spectes, eleganter conuertit, *Ex nostris* tum hoc loco, tum etiam versu 24. Budæus vertit, *à nobis nos alienarunt*, id est, de statu mentis nos deiecerunt. Malè. Cohærent enim ista cum γυναῖκες, sicuti mox scribitur τινες τῶν σὺν ἡμῖν.

23 *Apparitionem*, ὀπτασίαν. Vulg. *Visionem*. Vide Act. 26. 19.

26 Οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ;

26 Nonne hæc oportuit pati Christum, & introire in gloriam suam?

26 Nonne hæc oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam?

27 Καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν, διηρμήνευεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ.

27 Et exorsus à Mose & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quę de se *scripta erant*.

27 Et incipiens à Mose & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant.

28 Καὶ ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην οὗ ἐπορεύοντο· καὶ αὐτὸς προσεποιεῖτο πορρωτέρω πορεύεσθαι.

28 Appropinquarunt igitur vico in quem proficiscebantur, & ipse simulabat se longius ire.

28 Et appropinquauerunt castello quò ibant: & ipse se finxit longius ire.

29 Καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν, λέγοντες, Μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. Καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς.

29 * Sed *ipsi* adegerunt eum dicētes, Mane nobiscum: quoniam aduesperascit, & inclinauit dies. Ingressus est igitur vt maneret cum eis.

29 Et coegerunt illum, dicentes, Mane nobiscum; quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis.

30 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν, λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς.

30 Et factum est, vt quum discubuisset cum eis, sumpto pane benediceret, & fractum daret eis.

30 Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis.

31 Αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν· καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν.

31 Adaperti sunt autem oculi eorum, & agnouerunt eum: sed ipse ablatus est ex eorum conspectu.

31 Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis.

32 Καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφάς;

32 Tum alter ad alterum dixerunt, Nónne cor nostrum ardebat in nobis dum loqueretur nobis in via, & dum adaperiret nobis Scripturas?

32 Et dixerunt adinuicē, Nónne cor nostrum ardēs erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?

33 Καὶ ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὗρον συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς,

33 Et surgentes eo ipso momento, reuersi sunt Hierosolymam, & inuenerunt congregatos illos Vndecim, & eos qui cum ipsis erant,

33 Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos Vndecim, & eos qui cum illis erant,

34 Λέγοντας, Ὅτι ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι.

34 *Et* qui dicebant, Suscitatus est Dominus verè, & conspectus Simoni.

34 Dicentes quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.

35 Καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου.

35 Tum ipsi exposuerūt *eis* quæ *gesta erant* in via, & vt fuerat agnitus ab ipsis, in fractione panis.

35 Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Marc. 16. 14
ioh. 20. 17
Sese verè resurrexisse, & quidem eodē illo quod assumpserat corpore demonstrat ipse Dominus ex certis veri corporis organici proprietatibus.

36 Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς, Εἰρήνη ὑμῖν.

36 ‖ Hæc autem ipsis loquentibus, stetit ipse Iesus in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis.

36 Dum autē hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis: ego sum, nolite timere.

37 Πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν.

37 Consternati verò & expauefacti putabant se spiritum conspicere.

37 Conturbati verò & conterriti existimabant se spiritum videre.

26 *Et introire*, καὶ εἰσελθεῖν. Vulgata legit, καὶ οὕτω εἰσελθεῖν, *Et ita introire*.

31 *Ablatus est extra conspectum ipsorum*, ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Vulgata, *Euanuit ab oculis eorum*. Sed rectè admonet Erasmus Euanescendi vocabulum non satis conuenire, quum hîc non de spectro, sed de vero corpore fiat mētio. Quòd autem idem interpretatur, *Subduxit sese ab oculis eorum*, non satis videtur repentinam illam corporis subductionem declarare. Cæterùm ἐμφατικώτερον dixit Lucas ἀπ' αὐτῶν, quàm si dixisset αὐτοῖς, nempe nequis existimet præsentem quidem Christum cum ipsis mansisse, sed corpore quod cerni non posset. Itaque dicere malui, Extra ipsorum conspectum, quàm ipsorum conspectui aut oculis ablatū. Nostri verò vbiquitarij certè ne apud se quidem sunt quū ex hoc loco corpus Christi exempta circumscriptione, vel omnibus vel pluribus simul locis Essentialiter adesse somniant.

32 *Ardebat*, καιομένη ἦν. In vno exemplari scriptum legimus κεκαλυμμένη ἦν, *obtectum erat*.

33 *Illos vndecim*, τοὺς ἕνδεκα. Sic vocari cœperat ille cœtus à proditione Iudæ ad electum Matthiam Act. 1. 26. etiamsi numerus illorum non esset semper completus. Tunc enim abfuisse Thomam apparet ex Ioann. 20. 24. quum dicatur Christus huic cœtui superuenisse in medio duorum istorum discipulorum sermone vers. 36. nec verisimile sit quod coniicit Augustinus lib. de Consensu Euangelistarum 3. cap. 25. Thomam videlicet antequam duo isti discipuli sermonem suum absoluissent: & absente adhuc Christo, sese præ impatientia & incredulitate ex aliorum cœtu subduxisse.

34 [*Et*] *qui dicebant*, λέγοντας. Vulgata, *dicentes*, quod quum in Latino sermone referri ad hos duos possit, meritò mutauimus, inserta etiam copula. Nec enim scriptum est λέγοντες. & quod isti inuenerunt discipulos inter se narrantes, ignorabant ipsi vt apparet ex vers. 24.

35 *In fractione panis*, ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου. id est, quum panem frangeret: qui mos erat huius gentis, atque etiamnum hodie à Iudæis seruatur cōuiuij initio, adhibita precatione. Eras. *Ex fractione panis*, quasi ex hoc facto Christus ab illis agnitus dicatur, quum tempus potius declaretur quo Christum agnouerunt, sicut etiam disertè exprimit Syrus interpres.

37 *Spiritum*, πνεῦμα. id est Angelum quempiam, non in sese (cur enim ignorarent Angelos esse incorporeos?) sed visionis cuiusdam specie à se conspici, quod mox refellit Dominus, prolatis veri naturalis & organici corporis notis essentialibus. Hieronymus in Esa. 18. dicit Euangelium Nazaræorum pro *Spiritu* habere, *Incorporeum dæmonium*, quod nullo modo recipiendum est, quum dæmonij nomen solis impuris spiritibus in his libris tribuatur.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τί τεταραγμένοι ἐστέ; καὶ διὰ τί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου· ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι· ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.

Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας.

Ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς, καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς, Ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε;

Οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου.

Καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν·

Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως, καὶ προφήταις, καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ.

Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς,

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι οὕτω γέγραπται, καὶ οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν Χριστόν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ·

Καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ.

Ὑμεῖς δέ ἐστε μάρτυρες τούτων.

Καὶ ἰδού, ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς· ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους.

Ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἔξω ἕως εἰς Βηθανίαν· καὶ ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, εὐλόγησεν αὐτούς.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτὸν αὐτούς, διέστη ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν.

38 Tum dixit eis, Quid turbati estis, & quare disceptationes subeunt corda vestra?

39 Videte manus meas & pedes meos: nam ego ipse sum: contrectate me, & videte: nam Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me conspicitis habere.

40 [Et quum] hoc dixisset, ostendit eis manus ac pedes.

41 [Adhuc] autem ipsis non credentibus præ gaudio, & mirantibus, dixit eis, Habetis hic esculentum aliquid?

42 Tum ipsi dederunt ei partem piscis assi, & aliquid ex fauo apiario.

43 Quæ *ille* accepit, & edit in eorum conspectu:

44 Dixitque eis, Hi sunt sermones quos loquutus sum vobis quum adhuc essem vobiscum, oportere impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de me.

45 Tunc aperuit eorum mentẽ, vt intelligerent Scripturas.

46 Et dixit eis, Ita scriptum est, & ita oportuit Christum pati, & resurgere ex mortuis tertio die:

47 Et prædicari eius nomine resipiscẽtiam ac remissionẽ peccatorum apud omnes Gẽtes incipiendo ab Hierosolymis.

48 Vos autem estis horum testes.

49 Et ecce, ego mittam promissum Patris mei in vos: vos autem residete Hierosolymis vsquequo induamini virtute ex alto.

50 Eduxit autem eos foras ad Bethaniam vsq;: & sublatis manibus suis, benedixit eis.

51 ¶Et factum est, vt dum ipse benediceret eis, disiunctus ab eis sursum ferretur in cælum.

38 *Et dixit eis, Quid turbati estis: & cogitationes ascendunt in corda vestra?*

39 *Videte manus meas & pedes: quia ego ipse sum: palpate & videte: quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.*

40 *Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes.*

41 *Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur?*

42 *At illi obtulerũt ei partem piscis assi, & fauum mellis.*

43 *Et quum manducasset coram eis, sumẽs reliquias dedit eis.*

44 *Et dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos quum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in Lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.*

45 *Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas,*

46 *Et dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die:*

47 *Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma.*

48 *Vos autem testes estis horum.*

49 *Et ecce, ego mitto promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto.*

50 *Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis.*

51 *Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum.*

Euangelij Prophetis promissi & suo tempore præstiti, prædicatio Apostolis committitur, cuius summa est resipiscentia & remissio peccatorum.

Ioh.15.26 Act.1.4

Mar.16.19 Act.1.10 Christus ascendit in cælum corpore à discipulis abiens, tacitis corda illorum repleus.

38 *Disceptationes*, διαλογισμοί. Id est, variæ & perplexæ cogitationes, quales solent in mentem venire quum aliquid nouum & per se probabile occurrit.

44 *Quum adhuc essem*, ἔτι ὤν. Atqui tum adhuc erat cum eis: sed breui prorsus discessurus aliò nempe in cœlum, & vitam aliam, cælestem nimirum & æternam, victurus Deo, vt loquitur Paulus Rom.6.9.

47 *Eius nomine*, ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Id est eius mandato; & vt ipsius ὑπηρέται, 1.Cor.4.1. Nisi malimus per traiectionem ista subiicere resipiscentiæ ac remissioni peccatorum per ipsius nomen, i. per ipsum in Euangelio loquentem & sese patefacientem ad salutem, qualis est & re, & nomine verus videlicet Iesus. ¶*Incipiendo*, ἀρξάμενον. Hebr. Makor. [mechel,] Vulgata, *Incipientibus*: id est ἀρξάμενον, videlicet ὑμῶν, vobis. Quòd autem Erasmus existimat istud ad Christum posse referri, non ob eam tantùm causam repudiandum est quam ipse commemorat, id est quia Christus non cœpit ab Hierusalem, sed Apostoli: verumetiam quia κηρυχθῆναι dixit, non κηρύσσειν: & res ipsa clamat Christum hic agere de Apostolorum munere.

49 *Promissum*, τὴν ἐπαγγελίαν: id est quod promisi vobis à patre mittendum, Ioh.14.16. ¶*Residete*, καθίσατε. Vulg. & Erasmus ad verbum, *Sedete*: id est moramini, quieti expectate. Sic enim apud Hebræos accipitur verbum ישב [*jaschab*.] quod huic Græco opponitur vt alibi obseruauimus. Opponitur autem hoc Christi interdictum demigrationi de qua facile alioqui cogitassent Apostoli in tanto periculo. Quod igitur postea quatuor ex Apostolis, & tres ex aliis discipulis profecti sunt ad lacum Tiberiadis, Ioan. 21.2. fuit leuis tantùm excursio, sitas, vt probabile est, familias inuisentium, illis statim in vrbem reuersis, vnde ipsos demum quadragesimo à sua resurrectione die, Act.1.3 ad Bethaniam eduxit, inde supra cælos ascensurus, vt mox narratur, & quod altero postea libro idem Lucas exposuit. ¶*Induamini virtute ex alto*, ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. vsquequo Spiritus sanctus è cælo in vos illabatur. Sic enim loquuntur Hebræi, vt Iud.6.3.4. Nos autẽ hunc quoque Hebraismum, quia perelegans videtur, libenter retinuimus.

50 *Ad Bethaniam vsque*, ἕως εἰς Βηθανίαν. Nomen est tractus montis Oliueti non certi alicuius vici: qua de re vide Act.1.12.

51 *Disiunctus*, διέστη, Vulg. & Eras. *Recessit*, ἀνεχώρησεν.

Καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες αὐτόν, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ μετὰ χαρᾶς μεγάλης·

Καὶ ἦσαν διαπαντὸς ἐν τῷ ἱερῷ, αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν Θεόν. Ἀμήν.

52 Ipsi autem adorato eo reuersi sunt Hierosolymam cum gaudio magno.

53 Eruntque omni *tempore* in tẽplo, laudantes & benedicentes Deo. Amen.

52 *Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno.*

53 *Et erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen.*

53 *Benedicentes Deo*, εὐλογοῦντες τὸν θεόν. Vide suprà 1.64. ¶ *Amen*. In manuscr. codice quem nuper sum nactus, ista postea leguntur, ἐξεδόθη τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον, μετὰ χρόνους δεκαπέντε τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως. Id est, editum est hoc secundum Lucam Sanctum Euangelium post tempora, id est annos quindecim, à Christi ascensione.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ.

EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

CAP. I. CAPVT. I.

Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος.

1 In principio erat Sermo ille, & Sermo ille erat apud Deũ, erátq; ille Sermo Deus.

1 *In principio erat verbũ, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum.*

Filius Dei coæternus & coessentialis Patri.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 *In principio*, ἐν ἀρχῇ: id est iam tum quum res omnes creatæ existere creationis beneficio inciperent. quod est obseruandum, vt appareat non satis appositam esse eorum interpretationem qui seruata propria significatione præpositionis ἐν, principium interpretantur Patrem in quo erat Sermo. Est autem hæc sententia, hunc de quo acturus est, & quem appellat τὸν λόγον, non cœpisse existere quum Deus initium faceret creandi quicquid est creatum. Nam, inquit Ioannes, iam tum existebat Sermo ille quum res creatæ creari cœperunt, ac proinde ante omnium rerum creatarum principium iam erat. Alioqui dicitur etiam diabolus homicida fuisse ab initio, infrà 8.44 id est, ex quo primus homo creatus est, siue à primo homine creato, & antequàm videlicet genus humanum propagaretur. Nam nondum existẽte homine, qui potuit esse homicida? Aliud est ergo ἀπ' ἀρχῆς, A principio, quàm ἐν ἀρχῇ In principio. & ἦν ἀνθρωποκτόνος quàm ἦν sine adiecto. Illud enim de accidente; istud de ipsa essentia dicitur. Deinde ἀπὸ declarat initium temporis vel causæ, à qua incipiat effectum consequens. ἐν verò quidpiam tempore vel causa ipsa connexum. sic, exempli gratia, Adamus dicetur fuisse ἀπ' ἀρχῆς id est ab initio mundi, non autẽ Adamus erat ἐν ἀρχῇ; id est iam tum quum mundus creari primùm inciperet. Neque his obstat quod 1.Ioh.1. dicitur de Christo ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, vt suo loco exponemus. Hìc autem agitur de eo quod omnium rerum creatarum, ac proinde ipsius temporis exordiũ præcedit, sicut liquet ex iis quæ consequuntur. Itaque locum illum de diabolo, & similes alios frustrà citant hæretici, vt hæc Ioannis verba eludant, quibus æterna Filij hypostasis manifestè confirmatur. ¶ *Erat*, ἦν: id est ὑπῆρχεν, *subsistebat*, vt rectè explicant Græci. Est enim proprietas ipsius verbi εἶναι obseruanda quod quidem vni Deo proprè conuenit, qui idcirco ab Hebræis יהוה [*Iehouah*,] à Græcis ὁ ὤν dicitur: neque ideam quandam in mente Dei conceptum declarat, (vt Samosatenus existimabat, & qui eius errorem renouauit Seruetus) sed eum qui reuera iam tum existeret. Et habenda est in primis ratio præteriti imperfecti, quò videlicet significatur Sermonis hypostasis, id est æterna Filij generatio, principio temporis omni caruisse, vt ipse de se testatur infrà 17.5. vnde scitè August. Epist.66. *Non sicut in principio Deus fecit cælum & terram, ita in principio fecit Verbum. Sed in principio erat Verbum.* ¶ *Sermo ille*, ὁ λόγος. Vulgata, *Verbum*: id est τὸ ῥῆμα, quod rectè mutauit Erasmus, veterum etiam fretus auctoritate, puta Cypriani, Lactantij, Hilarij, Hieronymi, Ambrosij, Augustini. Sed apud Græcos latè patet λόγος. Nam & orationem, & rationem, & definitionem, & alia nonnulla declarat. vnde factũ vt, Græci præsertim, theologi, quorum vestigia sequuti sunt Latini, variè hunc locũ sint interpretati, dum explicare volunt qua ratione Filius dicatur ὁ λόγος: quæ omnia videtur Nazianzenus his paucis verbis diligenter & perspicuè explanasse, Concione secunda περὶ υἱοῦ, Λόγος δέ, ὅτι οὕτως ἔχει πρὸς τὸν πατέρα ὡς πρὸς νοῦν λόγος, οὐ μόνον διὰ τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως, ἀλλὰ καὶ τὸ συναφὲς καὶ τὸ ἐξαγγελτικόν. τάχα δ' ἂν εἴποι τις ὅτι καὶ ὡς ὅρος πρὸς τὸ ὁριζόμενον, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο λέγεται λόγος. ὁ γὰρ νενοηκώς, φησί, τὸν υἱὸν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἑωρακώς) νενόηκε τὸν πατέρα, καὶ σύντομος ἀπόδειξις καὶ ῥᾳδία τῆς τοῦ πατρὸς φύσεως ὁ υἱός. γέννημα γὰρ ἅπαν τοῦ γεγεννηκότος σιωπῶν λόγος. id est, *Sermo dicitur quòd eam rationem habeat cum Patre quam sermo cum mente, non solùm quia sit à Patre citra omnem perpessionem genitus sed etiam quòd Patri sit connexus & eum enunciat. Sed & fortassis dicere possit aliquis eandem esse Filij cum Patre rationem qua finitionis cum definito. nam λόγος etiam finitionem declarat. Etenim qui mente complexus est Filium, (id enim est pro quo dixit, Qui vidit) is & Patrem complexus est: vt iam Filius non sit aliud quàm breuis ac facilis quadam demonstratio naturæ Patris, Siquidem omnis fœtus est tacita quadam expressio eius à quo productus est.* Hæc ille. Basilius autem alias etiam rationes adfert Homilia in hunc locum scripta. Et multa hìc discrepantia verborum inuenitur inter Patres tum Græcos, tum Latinos, accendentibus hanc controuersiam hæreticis, & imprudenter arrepta τοῦ λόγου appellatione

quæuis somnia obtrudentibus, & Platonica quædam deliria ex Trismegisto hausta miro cum fuco propinantibus, quasi videlicet hoc adorandum non perscrutandum Sacræ Triadis mysterium ex istis potiùs quàm ex Mose & Prophetis sit petendum. Sed quum de rebus omnium abstrusissimis loquatur Ioannes, & illa patrum testimonia de Filio Dei verè ac sapienter dicta fuisse agnoscam, mihi tamen non fit verisimile tam subtiliter illum voluisse hoc loco disserere. Deinde habenda potius fuit (opinor) ratio idiomatis Hebræi quàm Græci. Quanuis enim Ioannes Græcè scripserit, tamen in tradenda theologia, ac præsertim in istis declarandis arcanis, neque à verbis neque à loquutionibus recessit, quæ in verbo Dei & in synagogis erant ita vsitatæ, vt ab ipso etiam vulgo, si non res ipsa, at certè vocabula intelligerentur. Iam verò apud Syrum interpretem pro λόγος legitur מלתא [Meltha,] qua voce significatur λόγος προφορικός, quam linguam multi existimāt ætate Christi fuisse in Iudæa popularem: & in editione Chaldaica innumeris penè locis pro eo quod in contextu scribitur יהוה [Iehoua] scriptum inuenimus מימר [memar,] & Chaldæus interpres sæpe pro eodē habet PHITHGAM ADONAI. vt mihi verisimile videatur, Ioannem hoc nomen veluti è medio sumpsisse, quo soliti fuerint veteres illi Messiam vocare: quasi eum dicas de quo loquutus est, siue quem pollicitus est Dominus, nequis fortasse me existimet statuere Filium non esse ἔμφυτον λόγον & Patri ὁμοούσιον. Itaque ὁ λόγος benedictum illud semen θεάνθρωπον. hoc sensu declarat, de quo Adæ, Abrahæ, Isaaco, Iacobo, Dauidi & electis omnibus loquutus est Dominus, quasi Sermonē seu promissum Dei vocem. Nisi malis huc referre, quòd sit vnicus Patris interpres: qua etiam ratione Angelus interdum appellatur, per quem videlicet Pater ipse semper loquutus, tandem extremis temporibus seipsum mundo patefecit, vt infrà declaratur versu 18. quam etiam huius vocis explicationem agnoscunt Origenes, tom. in Ioan. 1. & August. libr. quæstionum ex vtroque Testamento cap. 122 & Nazianzenus loco paulò antè citato. Sed tamen postrema hæc notatio videtur nonnihil impropria. Nam dicitur quidem Ioannes Baptista, vox sonans in deserto: sed λόγος nusquam alibi (quod sciam) accipitur pro interprete seu pro eo qui loquatur, sed pro eo potius quod aliquis loquatur. Et eâdem ratione posset quoque Spiritus Sanctus dici verbum, id est interpres Filij, ex eo quod scriptum est infrà 14.26. & 16.13. Et certè non dubitauit sic loqui Basilius aduersus Eunomium lib. 5, si modò illius hic auctor est, ac non potiùs præcedentibus libris falso titulo adiunctus. Quòd si quæratur cur Euangelista non apertè statim Filij potiùs quàm τοῦ λόγου appellationem vsurparit, vnde infelix ille Seruetus occasionem arripuit post Samosatenum, negandæ Filij coæternæ & coëssentialis personę, nulla meo quidem iudicio probabilior afferri ratio potest, quàm quòd de Christo primùm quidem vt æterno cum patre Deo, ac deinceps vt homine & Dauidis filio scripturus, non potuit Filium, quòd ad Deitatem attinet illum statim ab initio vocare, quin vel scrupulū magnum Iudæis, vt tum erant tempora, iniiceret, vel de hac coëssentiali filiatione, quod arcanum adorandum est, non perscrutandum, præfari cogeretur. Deum igitur illum manifestè appellando, & quidem ab eo personaliter distinctum, apud quem ante res omnes creatas, ac proinde ab æterno extiterit, & cui fuerit in rerum omnium creatione συνεργός, sapientissimè Filij appellatione Dei incarnati historiæ reseruasse, & interim illum non potuisse expressiùs tum Iudæis, tum Gentibus Euangelio credituris commendare quàm quum illi tribueret τοῦ λόγου nomen, id est eius de quo loquutus iam olim esset Deus, gloriam Israëlis illum vocando, Luc 2.32. & Gentium exspectationem. Genes. 49.10. Cæteræ verò significationes huius vocabuli, quas Græci & Latini theologi tam cupidè arripiunt, neque Syræ voci Meltha, neque Chaldaico certè vocabulo מימר [memar] possunt satis probabili ratione conuenire. Sed tamen hæc omnia atque adeo meipsum libens Ecclesiæ subiicio. Propterea etiam quod annotant veteres Græci, additum esse articulum vt hic Sermo ab aliis discernatur, (nam alioqui & Legem, & Prophetas, & omnia Dei mandata Sermonem Dei vocamus) quia videtur commodè & suo loco obseruatum, nullo modo negligendum censuimus: quamuis frequens illa pronominis *Ille* repetitio nonnullis fortasse parum placebit. ¶ *Et sermo ille erat apud Deum*, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. Repetitur antecedens loco relatiui, non modò ex idiomate Hebræorum, sed etiam vt magis perspicua sit oratio. *Verbum*, inquit Augustinus, epist. 49. quæst. 2, *neque dictum neque transactum, sed apud incommutabilem patrem, incommutabile manens incommutabiliter, sub cuius regimine vniuersa creatura spiritalis, & corporalis pro congruentia temporum, & locorum, & personarum administratur, cuius moderanda & gubernanda quid, quando, & vbi circa eam fieri oporteat, sapientia & scientia penes ipsum est.* Præpositio igitur πρός, hypostasin Filij ab hypostasi Patris distinguit aduersus Sabellium, & eiusdem Filij declarat τὸ ἀδιαίρετον καὶ συνόντα, vt appositissimè declarat Chrysostomus: ideóque non dixit ἐν τῷ Θεῷ, vt rectè obseruat Basilius Homilia εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον, & κατὰ Σαβελλιανοὺς quanuis vt τὸ ὁμοούσιον indicet, alibi se in Patre esse dicat, infrà 10.38, quod tamen accipi potest de diuinæ in Christo potentiæ manifestatione. Non desunt etiam qui præpositionem πρός existiment significare μίμησίν τινα καὶ ὁμοίωσιν, id est assimilationem quandam, vt πρὸς τὸν Θεὸν idem declaret atque κατὰ Θεόν. veluti quum scribit Philo de Mundo, κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενῆσθαι ἄνθρωπον: id est, ad imaginem & exemplar Dei conditum esse hominem: in qua opinione is est qui libellum scripsit περὶ γενέσεως, præferentem Basilij Magni nomen. Est enim Filius Patris character & imago prorsus ἀπαράλλακτος: quæ interpretatio hypostases distinguit, & eandem οὐσίαν confirmat. quum in Deo nihil non οὐσιωδῶς consideretur. Sed tamen hoc mihi subtilius videtur, quum in plurimis locis hæc præpositio simpliciter accipiatur pro *Apud*, vt Marc. 6.3, & 9.19. Rom. 15.3, 1. Corinth. 16.6. pro quo dixit ipse Christus παρὰ σοί, de Patre loquens, infrà, 17.5. Dicitur autem fuisse apud patrem ὁ λόγος, id est quasi sursum apud patrē resedisse, donec fieret Caro, sicut eius incarnationis respectu dicitur descendisse, infrà 3.13, & exiuisse à patre, infrà 11.3, & 16.28. & 17.8, & huc spectat illud Solomonis Prouerb. 8. 22. *possedit me Deus initio viæ suæ.* ¶ *Erátque ille sermo Deus*, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. Sic declaratur τὸ ὁμοούσιον aduersus Arium. Nam in Græco sermone additus articulus manifestè ostendit τὸν λόγον habere subiecti rationem Θεὸν verò attributi, vt etiā infrà, 4.24. & Hebr. 11, 10. quod omnino fuit annotandum, quoniam alioqui si inuersa enuntiatione dicas καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, & Deus erat Sermo, personam Patris & Filij confuderis, cum Sabellio huius distinctionis auctore. Nam etsi ὁ λόγος dici Deus, Deo κατὰ τὴν οὐσίαν considerato verè dicitur, quum singulæ personæ sint vnus & idem Deus: tamen periculosa est hæc loquutio & inusitata, qua reciprocè dicitur Deus esse ὁ λόγος. Nam Dei nomen vel essentialiter sine determinatione alicuius ex personis poni consueuit, vt quum dicimus Deum esse spiritum æternum, omnipotentem &c. vel personaliter quidem accipi, sed ita vt Dei nomen attribuatur personæ, non autem persona Deo, nisi quum tres nominantur, vt si dicas, Deus est pater, filius, & spiritus Sanctus. Etsi verò huiusmodi prædicationes carent omni exemplo, quod à rebus creatis desumi possit, (quoniam videlicet essentia diuina sese non habet ad personas neque vt genus ad species, neque vt species ad indiuidua, neque vt totum ad partes) tamen propter homonymiam vocis Dei, quæ modò essentialiter, modò personaliter accipitur, sicut vsitatè dixeris Homo est animal, Petrus est homo, inusitatè verò animal est homo, homo est Petrus sic etiam, licet verè, tamen ambiguè & periculosè dicitur, Deus est Pater, Deus est ὁ λόγος, Deus est Spiritus sanctus: tutissimè verò Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus. Imò etiam periculosa est propter Sabellianos & his oppositos Tritheitas, hæc enuntiatio, Deus est pater, Filius, & Spiritus sanctus, ac proinde minus est calumniis hæreticorum obnoxium dicere, Sanctam Trinitatem esse vnum Deum, siue Trinitatis voce essentialiter vnum Deum, siue distinctè & sigillatim tres personas consideres: quàm, Vnum & eundem Deum esse Trinitatem. Sed vt hoc omittamus, quum in superioribus duabus enuntiationibus ὁ λόγος habeat rationem subiecti, nempe Sermo ille erat in principio, quo dicto asseritur Filij essentia æterna, &, Sermo ille erat apud Deum, quo persona Filij à persona Patris absque separatione distinguitur, contentiosi hominis fuerit terminos in tertia enuntiatione permutare, qua ὁ λόγος itidem dicatur esse non ὁ Θεός: (sic enim diceretur Filius esse Pater, quoniam in secunda enuntiatione ὁ Θεὸς de persona Patris intelligitur) sed Θεός, id est verus essentialiter Deus Patri ὁμοούσιος, eodem etiam sensu, sed vsitatiore tamen & planiore enuntiationis formula, quàm si terminis in tertia enuntiatione permutatis, ὁ λόγος non pro subiecto sed pro attributo nulla necessitate statuatur. Deinde impropriè dicas Deum esse Sermonem, quia ὁ Θεὸς in Scripturis vel ipsam οὐσίαν declarat, quæ tribus hypostasibus vna & eadē

est: vel certè distinctam Patris hypostasin significat, quoties inter se comparantur Patris & Filij hypostases, vt in superiore membro. Itaque vt vitaremus periculosam amphiboliam, quæ non est in Græco sermone, naturalem ordinem constructionis sequuti, priore loco subiectum, posteriore attributum collocauimus.

Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.	2	Hic *Sermo* erat in principio apud Deum.	2	*Hoc erat in principio apud Deum.*
Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν.	3	Omnia per hunc *Sermonem* facta sunt, & absq; eo factum est nihil quod factum sit.	3	*Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil quod factum est.*

Coloss. 1.16. Manifestat Filius Dei æternam illam suā Deitatem, ex omnium rerū conditarum tum creatione, tum conseruatione, in primis autem ex præclaris illis dotibus rationis & intelligentiæ, quibus hominem præ cæteris animantibus ornauit.

2 *Hic* [*Sermo*] οὗτος. Expressi ipsum antecedens, nequis τὸν Θεὸν repetendum putet. Nam rectè quidem dicas Deū ex Deo genitum: Deum autem apud Deum impropriè, quia πρὸς declarat hypostaseôn distinctionem. Filius autem non distinguitur à Patre, quatenus Deus est, sed quatenus Filius. Coniunctim tamen dicere licebit, Hic Sermo Deus, erat apud Deum, videlicet Patrem, vt is rectè notat cuius aliquot extant in nostrum hunc Euangelistam Homiliæ sub Origenis nomine. Etsi autem iis assentior qui in his verbis putant epilogum quendam esse superiorum ἀξιωμάτων, tamen etiam existimo necesse fuisse hæc addi, vt intelligeremus illud ἐν ἀρχῇ repetendum esse ἀπὸ τοῦ κοινοῦ in duobus posterioribus membris, quasi scriptum sit ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ἐν ἀρχῇ ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ ἐν ἀρχῇ Θεὸς ἦν ὁ λόγος quæ obseruatio, & Sabellij, & Samosateni, & Arrij, & vetustiorum, nempe Hebionis & Cerinthi, hæreses manifestè conuincit. Annotat Augustinus libri de doctrina Christiana 3. capite 2. quosdam post καὶ Θεὸς ἦν adscripta distinctione, ὁ λόγος coniungere cum οὗτος, quasi ita scripserit Ioannes, *In principio erat Sermo, & Sermo erat apud Deum, erátque Deus. Sermo iste erat in principio apud Deum.* Quæ distinctio mihi non videtur peruertere sententiam, si modò ante tertium *Erat*, repetas ὁ λόγος, ita vt Deus à parte posteriore construatur, tanquam attributum. Nam alioqui de Sermonis diuinitate testimonium impiè corruperis. ¶ *Apud Deum*, πρὸς τὸν Θεόν. Quum non contentus Ioannes dixisse ἐν ἀρχῇ, hæc etiam addat, neque tamen verisimile sit eum voluisse ταυτολογεῖν, apparet non satis solidam esse Cyrilli sententiam, qui In principio, interpretatur In Patre, qui est principium. Nam quæ esset hęc sententia, *Sermo erat in Patre apud Deum*?

3 *Omnia*, πάντα omnia videlicet quæ facta sunt, vt mox explicatur, & vt plenius declarat Apostolus Coloss. 1.16. & 17. vt hinc satis liqueat de Angelorum creatione à Mose præterita. ¶ *Per hunc* [*Sermonem*,] δι' αὐτοῦ. Iterum expressi antecedens, vt planior esset oratio. Quod autem Arriani ex hoc loco inæqualitatem Filij arguebant, quasi διὰ non causam efficientem, sed instrumentalem duntaxat declaret, eruditè & eleganter refutatur à Basilio Magno, libri de Spiritu sancto capite 5, ex Scripturæ auctoritate, quæ ἐξ οὗ & δι' οὗ tum Patri, tum Filio, tum etiam Spiritui sancto tribuit, vt Rom. 11.36. Ephes. 4.16. Coloss. 2.19. infrà. 2. 6 Rom. 5.5, & alibi sæpe. ¶ *Facta sunt*, ἐγένετο. id est existere cœperunt. Nam γενητὰ dicuntur quęcunque sui principium extrinsecus habent, & hîc de ipsis substantiis agitur. Itaque licet propria & restricta significatione creata dicantur, quibus ex nihilo Deus, sua illa ἀκοινωνήτῳ virtute merè diuina dedit vt essēt: facta verò tū quæ ex creata à se materia initio condidit, tum ex secūdis causis in dies fiunt, siue naturaliter siue artificio: nullus hîc tamen locus relinquitur statuendo inter ista duo discrimini, quasi Deus pater, sit solus creator appellandus: Filius autem Patris in creando administer, vt garriunt Arriani. In Græco enim verbo ἐγένετο, quod vertimus, *facta sunt*, nullus est illi inter creare & facere discrimini locus. ¶ *Absque eo*, χωρὶς αὐτοῦ. Is cuius extant Homiliæ sub Origenis nomine, interpretatur *Extra eum*, (nam χωρὶς etiam declarat seorsim ac separatim) & eius expositionis causam nescio quam adfert. Quia inquit, quum *Extra* audis, nihil omnino relinquis quod in ipso & per ipsum factū nō sit. Hilarius quoque lib. De Trinitate primo obscuram quandam adfert huius loci interpretationem. Ego existimo Ioannem, quum dixisset omnia per ipsum condita, (quibus verbis, τὸ ὁμοούσιον καὶ ταυτοδύναμον declarat) nunc iterum hypostasin distinguere, quum Filium adiungit Patri συνεργόν, vt ipse de se testatur infrà 5.17. & 19. Est enim χωρὶς αὐτοῦ explicatio τοῦ δι' αὐτοῦ, ex qua rectè colligitur inseparabilem esse trium personarum in operibus ad extra, quæ in scholis vocant, operationem. ¶ *Nihil quod factum sit* οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν id est, ex iis quæ facta sunt, nihil factum est absque eo, siue (vt Epiphanij verbis vtar) πάντα τὰ γενόμενα, δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Explicatur autem per negantem vniuersalem, quod dictū fuerat vniuersali affirmante, qui mos est Hebræorum: in quo tamen dicendi genere negatio interdum minus quiddam significat, quàm affirmatio, vt infrà 10. interdum verò idem expressius declarat, vt hoc loco. Nec enim τὸ πᾶν semper est vniuersale, sed sæpe vel accipitur ὑπερβολικῶς: vel ad id de quo agitur restringendum est, vt in illis apud Paulum enuntiatis, *Omnia mihi licent.* &, *Omnes quæ sua sunt, quærunt.* &, *Factus sum Omnia omnibus.* Itaque obseruatio illa Vallæ distinguentis ἐγένετο & γέγονεν, nullius est momenti. Magis etiam sunt importuni qui appellatione Nihili putant peccatum aut malitiam intelligi. Fuit autem hic locus varia distinctione corruptus, præsertim à Latinis. Coniungunt enim ὃ γέγονεν, *Quod factum est*, cum versiculo sequente: quem rursus trifariam distinguunt. Alij enim legunt, *Quod factum est, in ipso vita erat*, id est, quidquid factum est, perstat etiam per eum, non ex sese: quam distinctionem sequitur ex Græcis Clemens in Pædagogo, libro 1. capite 6. & Cyrillus, & Latini ferè omnes. Vel, *Quicquid factum est, iam erat vita in eo*, id est, iam in ipso quodammodo viuebat, quod Augustino non displicet, sed Platonis ideas resipit. Alij legunt, *Quod factum est in ipso, vita erat*: quam lectionem non rectè tribuit Augustino Erasmus in hunc locum scribens, quum disertè eam reprehendat libro 5. de Genesi ad literam, capite 13. *Non*, inquit, *ita pronuntiare oportet, Quod factum est in illo, vita est: quid enim non in illo factum est?* Theophylactus demum tertiam distinctionem adfert cuiusdam ex veteribus qui legerit, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ. id est, *& sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso.* Deinde adscripto puncto subnectit, *Vita erat. & vita erat lux hominum.* Chrysostomus verò omnes has distinctiones reprehendit, aduersus eos disserens qui contendebant Spiritum sanctum, quem ipsi inter res creatas numerabant, intelligi in eo quod dicitur, *Quod factum est*, & ὃ γέγονεν ostendit ad οὐδὲ ἓν pertinere, ita vt ἐν αὐτῷ sit sequentis versiculi initium. Nazianzenus quoque idem sentit in Oratione περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος: vt planè mirer quid Erasmo in mentem venerit vt eum existimaret cum Cyrillo sentire. Hæc sunt autem ipsius verba, οὐδὲ ἐκεῖνο φοβηθησόμεθα, τὸ πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι λέγεσθαι, ὡς ἑνὸς τῶν πάντων ὄντος καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. πάντα γὰρ ὅσα γέγονεν, εἴρηται, οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα, οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ, οὐδ' ὅσα μὴ γέγονεν. Hæc ille, quæ manifestè ostendunt eum coniunxisse ὃ γέγονεν cum οὐδὲ ἕν, tanquam exceptionem, qua res creatæ à non creatis distinguantur. Epiphanius quoque contra Ariomanitas, & in Anchorato, duobus locis eos disertè reprehendit qui aliter distinguunt, vitiato tamen exemplari Græco, vt res ipsa ostendit. Idem κατὰ Ἀνομοίων apertè post ὃ γέγονεν distinguit. Præterea in omnibus manuscriptis codicibus, vno duntaxat excepto, hanc distinctionem inuenimus. Theophylactus quoque pro nobis facit. Itaque non dubitauimus hanc lectionem cæteris anteponere, quia planam habet sententiam: & doctissimorum interpretum Græcorum auctoritate nititur. Quod autem adfert Erasmus, sibi magis placere lectionem quam hodie vulgò sequitur Latinorum vsus (quia apud hunc Euangelistam fere semper ex proximo membro sumitur gradus sequentis, vt, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Et paulo pòst, *In ipso vita erat. & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*: quasi idcirco etiam legendum sit, *Et sine eo factum est nihil: quod factum est, in ipso vita erat*,) id non est eiusmodi vt magnopere nos debeat mouere.

Lux quidem hominum vere est in tenebris, sed ita vt satis supersit splendoris quod eos reddat inexcusabiles.

Matth.3.1 Marc.1.1 Luc.3.2

Alia est manifestatio Filij Dei longè plenior, ad cuius considerationem homines tempestiuè excitati sunt, Ioannis veluti apparitoris voce.

Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων.	4	In ipso vita erat, & vita erat Lux illa hominum:	4	*In ipso vita erat, & vita erat Lux hominum:*
Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.	5	Et Lux illa in tenebris lucet, sed tenebræ eam non comprehenderunt.	5	*Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.*
Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης·	6	Extitit homo missus à Deo, cui nomen Ioannes:	6	*Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes:*
Οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ.	7	Is venit ad testimonium, *id est* vt testaretur de illa luce, vt omnes per eum crederent.	7	*Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.*
Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός.	8	Non erat ille Lux illa, sed *missus fuit* vt testaretur de illa Luce.	8	*Non erat ille Lux, sed vt testimonium perhiberet de Lumine.*
Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει	9	*Hic* erat Lux illa vera quæ	9	*Erat Lux vera quæ il-*

4 *In ipso*, ἐν αὐτῷ: id est *Per ipsum*, ipsius videlicet vi & efficacia, ac proinde Filius est verè Iehoua, quoniam idem vitam indidit qui fecit vt existerent. Loquitur enim de vita creata quam ipse Sermo creauit. Itaque præpositio ἐν idem declarat atque διὰ in superiore membro, & causam vitæ effectricem ac conseruatricem declarat, ex idiotismo Hebræorum, quem sæpe iam obseruauimus. Nā subtilius quàm par sit argutantur qui vitam explicant in Sermone fuisse antequam res conderentur, Platonicas ideas reuocando: quæ argutiæ mihi nō placent. At illi impiè de Deo sentiunt qui vitam in eo esse existimant, quasi ipsius essentia rebus permisceatur: quam blasphemiam non puduit nostra memoria impurissimos illos Postellum & Seruetum affirmare: tanti est voculæ vnius obseruatio. Et tamen vel ipse quotidianus sermo potuerat illos erudire. Nam quum vitam ac salutem nostram in aliquo homine sitam esse dicimus, quis est cui in mentem veniat ista naturæ permistio? ac quis non potius de potestate, virtute, auctoritate alicuius hominis cogitet? Itaque Cyrillus quum hūc locum rectè explicaret, non simpliciter dixit ipsum cunctis commistum, vitam eorum fieri, sed QVASI commistum: quam particulam Erasmus, quum eius sententiam annotaret, certè non debuit prætermittere. Nec aliter, opinor, Virgilius, quantus sola naturali Dei notitia præditus, dixit, mundi molem à Deo siue Spiritu agitari, quæ magno illi corpori se[illegible]eat. Eadem ratio est explicandi illius quod ait Paulus Act.17.28, nos in Deo viuere, moueri, & esse. ¶ *Vita*, ἡ ζωή. Additus articulus distinguit id vitæ genus de quo dicturus est, nimirum vitam humanam, ab ea quam indefinitè ζωὴν vocarat, communem omnibus animantibus. Sed hæc distinctio non videtur satis propriè hoc loco exprimi in Latino sermone potuisse. Nam si dicas, *Vita illa*, quum vitæ nomen præcesserit, videbitur huius pronominis vis esse ἀναφορική, potiùs quàm διακριτική. ¶ *Lux illa*, τὸ φῶς. id est, vis illa rationis & intelligentiæ in hominum animis accensa ad ipsum tanti boni auctorem agnoscendum: nisi potius malimus Vitam illam, id est Sermonem viuificantem, ab effectu Lucem vocari, quòd hominem rationis luce donarit: quæ interpretatio nititur veterum auctoritate, & optimè cohæret cum iis quæ proximè subiiciuntur. Siue autem pro huius lucis auctore, siue pro ipso lucis munere accipias, adiūctus erit articulus, declarandæ vel creatoris auctoritati, vel muneris præstantiæ. Nam alioqui dicendum erat, ζωὴ ἦν τὸ φῶς ἀνθρώπων sicut dixit, λόγος ἦν ὁ Θεός. Sed prorsus hallucinantur qui putant hîc non agi de naturali humanæ rationis luce qualis ante lapsum fuit. Nam ipsa orationis series demonstrat Euangelistam sensim à creationis statu, ad tenebras, id est eius lucis amissionem, ac deinceps ad eius lucis instaurationem, nempe Sermonis illius ἐνσάρκου, progredi.

5 *Et lux ista*, καὶ τὸ φῶς. id est, Quæ lux. Solēt enim Hebræi loco relatiui sæpe copulatiuam coniunctionem vsurpare, adiecto aut suppleto antecedente, vt annotauimus Marci 1.10, & alibi sæpe. Quum autem lux ista hîc quidem opponatur tenebris, dicatur autem Rom.6.& 7. nō posse à tenebris comprehendi: omnino cogimur lucis nomine nō ipsam humanam rationem & intelligentiam, sed τὸν λόγον, creatorem illius lucis, intelligere. Ex quo etiam apparet Tenebras hîc vocari hominis mentem, qualis post lapsum euasit, & ita vno verbo significasse Euangelistam, tum qualis fuerit initio homo, quum Sermo creator illum hac luce donaret, tum qualis euaserit, quum homo sese ille spoliaret, adeò vt nihil aliud sit quàm tenebræ, extra peculiarem in eo illo Sermone incarnato gratiam, & in integrum restitutionem eorum, quibus postea dicet datum esse vt sint Dei filij. Denique tenebras vocat intelligentiam carnis, siue ψυχικόν, de qua loquitur Apostolus Rom.8.7. Quod autem Chrysostomus, & alij nonnulli ipsum sequuti, κατέλαβεν interpretantur, *Obruit*, siue *obscurauit*, quasi significetur nullis tenebris opprimi potuisse hanc lucem, mihi quidem absurdissimum videtur. ¶ *Lucet*, φαίνει. nempe in mundo, quatenus est sapientiæ Dei speculum limpidissimum, in quo tamen tenebræ planè nihil vident, nisi quòd eos reddat ἀναπολογήτους, Rom.1.20. 1. Cor.1.21. ¶ *Non comprehendet*, οὐ κατέλαβεν: i. percipere immo ne quidem potuerunt, vt ab ea illustrarentur, atque adeo nō agnouerunt, vt ipse paulo pòst loquitur versu decimo, qua de re scribitur Act.14.17, & 17.25, & Rom.1.20, & alibi passim.

6 *Extitit*, ἐγένετο. vel, *Missus fuit*, vt mauult Chrysostomus, quasi ἐγένετο ἀπεσταλμένος idem sit atque ἀπεστάλη, quæ tamen periphrasis dura est & insolens. Iam autem accedit Euangelista ad alteram ipsius lucis longè aliam patefactionem, quum videlicet ipsa Lux sese videndam in terris exhibuit subiens etiam Euangelij ministerium. quamobrem etiam à Ioannis præconio incipit, non quòd tunc demum Sermo cœperit esse lux Ecclesiæ saluifica, sed quoniam tunc primùm ipse semetipsum antea duntaxat promissum, reipsa exhibuit Ioanne ipsi præsenti præeunte. ¶ *Homo*, ἄνθρωπος. Etsi hæc vox sæpe ex idiotismo Hebræorum vsurpatur pro particula τὶς Quidam: tamen assentior Chrysost. qui existimat Euangelistam ita voluisse eis occurrere, qui ex Ioanne Angelum fecerunt, Malachiæ verbis impudenter abusi.

7 *Per eum*, δι' αὐτοῦ. Per ipsum videlicet Ioannem. id est, eius ministerio, sicut Syrus interpretatur. Nam quum de Christo ipso agitur, vsurpari potius solet particula εἰς vel ἐπὶ vel ἐν pro εἰς, præcedente verbo πιστεύειν. vt infrà 12.36. Act.9.42. Rom.9.33.

8 *Lux illa*, τὸ φῶς. Lux illa videlicet de qua diximus, id est Sermo ille, qui vnus potest nostras tenebras illustrare, vt infrà, 8.12. Est ergo vis articuli ἀναφορική. Nam alioqui additur etiam articulus Matth.5.15. vbi dicit Dominus Apostolis suis, Vos estis τὸ φῶς: id est lux mundi. Et, Luceat τὸ φῶς, id est lux vestra. Item infrà, 5.34. vbi de hoc ipso Ioanne loquens Dominus, Ille, inquit, erat ὁ λύχνος ὁ καιόμενος: id est lucerna illa ardens, additis articulis duobus: quod miror non fuisse à Cyrillo annotatum.

9 *Erat*, ἦν. Nempe etiam antequàm mitteretur Ioannes, aut ipsemet in mundum veniret, patefacturus sapientiam quam caro & sanguis (id est tenebræ) non capiunt. ¶ *Lux illa vera*, τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν: id est, quæ propriè meretur Lucis nomen, id est (vt loquitur pro suo modulo Plato) αὐτόφως: quum suapte natura non participatione luceat, & cæteros illustret. Hæc autem Vitæ & Lucis nomina accipio pro attributis, ideóque ante verbum ἦν subaudio οὗτος, vt sit hæc integra propositio, Iste, de quo nimirum hîc agitur, & qui cum Ioanne comparatur, est Lux illa vera. Vetus interpres ad verbum, *Erat Lux vera*, neglectis etiam articulis. Erasmus, *Erat Lux illa, lux vera*: quasi scriptum sit, τὸ φῶς ἦν τὸ ἀληθινόν scilicet φῶς: quæ verborum traiectio nimis est violenta: quamuis sententiam ipsam rectè alioqui expresserit, præsertim in Annotationibus.

πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.		illuminat omnē hominem venientem in mundum.		*luminat omnem hominem venientem in mundum.*
Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.	10	In mundo erat, & mundus per eum factus est: sed mūdus eum non agnouit:	10	*In mundo erat & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit.*
Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.	11	Ad sua venit, & sui eum non exceperunt.	11	*In propria venit, & sui eum non receperunt.*
Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ·	12	Quotquot autem eum exceperunt, dedit eis hoc ius vt Filij Dei sint facti, *nempe* iis qui credunt in nomen eius:	12	*Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius:*
Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀν-	13	Qui non ex sanguine, neque ex libidine carnis, neque ex li-	13	*Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate*

Filius Dei quum [illegible] sese in suis operibus ab hominibus, quamuis intelligentiæ luce præditis, (qua omnes eos donauit) nō agnosci, ipsis corporeis oculis se conspiciendum præbuit populo suo. sed ne sic quidem ab eo est agnitus, imo ne admissus quidem.

Filius à suis plerisque exclusus, à paucis quibusdam agnitus, eos vi sua regenitos, in communē filiationis dignitatem asciuit.

¶ *Venientem in mundum*, ἐρχόμενον εἰς κόσμον, id est nascentem, vt explicat Christus ipse hoc dicendi genus infrà, 18.37. Et additum est istud partim emphatico pleonasmo; partim vt tollatur Iudæorum & Gentium discrimen Act.10.35. Rom.11.15. & Galat.3.26. Quod autem nonnulli participium ἐρχόμενον putant posse ad τὸ φῶς referri, vt ita conuertas, Hæc est Lux illa vera quæ veniens in mundum illuminat omnem hominem: id, inquam, videtur violentum, & tractationem huius argumenti, id est manifestationis Christi, confundere. Malo igitur significari, nullum hominem nasci huius Lucis expertem. Nam infantes etsi vsum rationis non habent, aut certè perexiguum, tamen animo ipso sunt præditi, qui suaptè natura iam tum facultate aptus est ad intelligendum ac ratiocinandum, vt alicubi rectè docet Lactantius: quamuis quominus ἐνεργείᾳ id est actu, vt loquuntur, officium faciat, instrumentorum corporis infirmitas impediat. Apparet enim omnino ex iis quæ sequuntur & vi horum verborum propria, hoc esse accipiendum de beneficio τοῦ λόγου toti humanæ genti cōmuni, ante lapsum, vt minimè necesse fuerit nodum hunc nectere, Qua ratione dicatur omnem hominē illuminare Christus, quum tam multi in tenebris maneant: quasi de regenerationis gratia hîc agatur, quæ filiis Dei peculiariter est destinata. Est enim hic versiculus cum proximè cōsequente, ἐπεξεργασία vers. quarti & quinti.

10 *Et mundus per ipsum factus est*, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. vel, *nam mundus*. Hoc enim additum est ad explicandum & confirmandum illud, In mundo erat. Nam, inquit, mundus per ipsum factus est: itaque tota ipsius dispositio, imò verò singularum mundi partium consideratio, æternam opificis potentiam ac diuinitatem oculis hominum obiiciebat, vt scriptum est Psal.19.1 & Rom.1.19. & 20. Ideo rursus verbum ἦν explicandum est per præteritum imperfectum, quo significatur hîc agi de Filij manifestatione, quæ cum ipso mundo cœpit, elucente ipsius gloria ac maiestate in rebus omnibus ab ipso conditis. Alteram verò, qua manifestatus est in carne, aggredietur proximo versiculo. ¶ *Per eum*, δι' αὐτοῦ. Per eum qui est vera illa Lux. Neque enim subaudiendum est φωτός, quia dura esset loquutio, mundum factum esse per Lucem. quamobrem etiam in hoc versiculo & duobus sequentibus non vsurpauit pronomen αὐτὸ in neutro genere, sed αὐτόν. Itaque initio versiculi noni non suppleui τοῦτο, sed οὗτος: neque conuerti, *Hæc erat Lux illa vera*, sed, *Hic erat Lux illa vera*. ¶ *Sed*, καὶ, id est, ἀλλά, vt alibi sæpe obseruauimus. ¶ *Non agnouit*, οὐκ ἔγνω. Vulg. & Eras. *Non cognouit*. Ego malui vsurpare vocabulum Agnoscendi: quia quamuis homines in densis illis tenebris versantes, quas peccatum inuexit, Deū propriè non cognouerint, tamen hactenus cognouerunt vt suo ipsorum testimonio conuincantur, quòd eum quem cognouerant, ne pro suæ quidem cognitionis modo agnouerint, id est coluerint, & gloria affecerint, vt declarat Apostolus Rom.1.21, & Act.14.16. & 17.

11 *Ad sua*, εἰς τὰ ἴδια. Gall. *chez soy*, *ou sur le sien*, id est *tum ad populum suum*, (fuit enim Israel populus Domino peculiaris,) *tum ad terram suam*: sicut Psalm 84.1. Terra Israeli à Deo tradita, in qua vna verus Deus coleretur, terra Dei peculiari nomine dicitur, quum alioqui postea Domini sit facta terra vniuersa, & quicunque terram incolunt: sublato populorum discrimine. Vtraque verò hæc interpretatio in Latino sermone videtur perobscura, quum hoc dicendi genere nihil aliud declaretur quàm quod expressimus, vt etiam accipitur infrà 17.32, & Act.21.6, pro quo dicunt Hebræi לעמו [*lehamo*,] vel אל ארצו [*el artso*.] Infrà verò 19.27. significat אל ביתו [*el betho*:] id est domum suam, vel אליו [*elau*,] i. ad se, & 1.Thess.4.11, πράσσειν τὰ ἴδια, declarat, sua negotia curare. Hinc autem incipit Euangelista de altera illa Sermonis vitæ ac lucis peculiari & reali patefactione disserere, occurrens in primis illi obiectioni, Qui factum sit igitur, vt Sermo à nullis sit minus agnitus, quàm domesticis suæ & à suis. ¶ *Exceperunt*, παρέλαβον. De propria significatione verbi παραλαμβάνειν diximus Matt.1.20, quam hîc puto obseruandam. Ita enim significatur quòd ipse Christus alibi explicat, se nimirum à Patre exiisse, à Patre missum, à Patre datum, vt qui credit non pereat: ex quibus manifestò intelligitur, hinc incipere Euangelistam loqui de Christi in carne manifestatione. Neque obstat quòd mox vtitur simplici verbo ἔλαβον. Est enim hoc ex Hebræorum idiomate explicandum, qui eiusmodi compositis verbis carent: quamobrem etiam paulò antè, versu 10. positum est ἔγνω pro ἐπέγνω.

12 [*Hoc*] *ius*, ἐξουσίαν. id est, hoc iure & hac dignitate eos dignatus est, vt eos pro filiis adoptaret. sicut & Cyrillus explicat. Nam hoc totum nihil aliud declarat quàm gratiam υἱοθεσίας, quam meritò vocat ἐξουσίαν, id est ἀξίωσιν, vt scribit Paulus 2. Thes.1.5 & 11: quum hac ratione simus Dei hæredes, cohæredes autem Christi. Itaque Castellio & alij eiusdem farinæ, qui ἐξουσίαν interpretantur quasi duntaxat significet eligendi potestatem, & hoc loco abutuntur vt liberum suum arbitrium stabiliant, (quod & ipsum dicunt à gratia non penitus præstari, sed præueniri duntaxat & adiuuari) ij nunquam intellexerunt quid beneficij per Christum fide consequamur: nempe vt non modò filij Dei esse possimus si velimus, sed velimus & simus. Vulgata, *Potestatem filios Dei fieri*. Nos alibi sæpe ἐξουσίαν conuertimus Potestatem & Auctoritatem. Sed istud vtrunque hoc loco repudiauimus: quia non agitur de potestate quā habeat aliquis in alios inferiores, sed de eo dignitatis gradu quem obtinemus apud eum qui est supra omnia. Eras. *Vt liceret filios Dei fieri*. Sophistas fortassis sequutus, & suum in primis Origenem, quorum opinionem antea reiecimus. Idem tamen in Paraphr. piè & eleganter totum hunc locum exposuit. ¶ *Sint facti*, γενέσθαι. Vel vt sint. Vide Matt.5.45. Vulg. *Fieri* γενέσθαι. ¶ *In nomen eius*, εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Poterat dicere εἰς αὐτόν, in eum. Sed illud dicendi genus videtur tacitè includere Euangelium prædicatum, quod sit fidei obiectum.

13 *Ex sanguine*, ἐξ αἱμάτων Heb. מדמים [*middamim*,] Sic vocat genitale semen & spurcam hominis γένεσιν φυσικήν. de qua Ezec 16. Neque verò hæc sunt indigna quæ hoc loco saltem attingantur, quum ab istis non abhorreant ipsi etiam Prophetæ, vt oculis hominum subiiciant miseram & sordidam ipsorum originem. Hîc autem nemo non videt spiritualem illam & sanctorum ex gratia in Christo ἀναγέννησιν cum impuro illo & naturali hominis ortu conferri: de quo quum loqueretur Dauid, *Ecce*, inquit, *in iniquitate sum formatus, & in peccato concepit me mater mea*. Cæterùm quod Augustinus de seminis paterni ac materni commistione disserit, quasi idcirco Euangelista sit vsus multitudinis numero, medicis relinquo. Certè non videtur hoc suo loco obseruatum, quum sit potius enallage numeri ex Hebraico idiotismo. vt Gen.4.10 Ezech.16.6. & 9. & alibi sæpe. Et Tertull. bis hunc locum citans, singulari numero rectè ex Latinæ videlicet linguæ more vsus est. ¶ *Ex libidine carnis*, ἐκ θελήματος σαρκός. Annotauimus Marc.10.35, τὸ θέλειν accipi pro ἐπιθυμεῖν. Itaque quum de cupiditate omnium vehementissima hîc agatur, Voluntatis nomen quo vsi sunt Vetus interpres & Erasmus, non dubitaui ex-

pungere, tanquam non satis hoc quidem loco expressum. Quod autem nonnulli Carnis appellatione fœminam intelligunt (nimirum quia subiecit Ioannes οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς) non video cur approbem, quamuis nonnihil eiusmodi adferat etiam Theophylactus. Imò verò Carnis nomine intelligitur fœda illa & impura hominis concretio naturalis siue carnalis, quæ spiritui opponitur passim, ac præsertim infrà 3.6. Nam tota illa Christi cum Nicodemo disputatio huc pertinet.

θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν.

bidine viri, sed ex Deo geniti sunt.

carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

Matt. 1.18
Luc. 2.7
Matt. 17.2
2. Pet. 1.17
Filius ille Deus æternus, naturâ assumpta hominis, vt vnus & idem sit Deus & homo, quod oculatis testibus constitit, inter quos versatus certis argumentis vtramque naturam demonstrauit.

14 Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, (καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός) πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.

14 Et sermo ille factus est Caro, & commoratus est inter nos, (& spectauimus gloriam eius, gloriam inquam, vt vnigeniti egressi à Patre) plenus gratiæ ac veritatis.

14 Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis.

¶ Ex Deo, ἐκ Θεοῦ. id est cælesti Sancti Spiritus virtute, illos, quòd ad qualitates attinet, refingente. Nec enim præpositio ἐξ materiem, sed causam verè efficientem declarat.

14 Factus est, ἐγένετο. id est, cœpit esse caro, siue homo, assumptione videlicet humanæ totius naturæ, sicut declaratur Heb. 2.16. verbo ἐπιλαμβάνεται, & quidem hypostatica vnitione, id est, per quam humana hæc natura, non in sese nec per se, sed in hypostasi Filij Dei subsistit. Nec enim in Christo duplex est persona, sed duplex natura: neque priùs extitit hîc homo, & postea assumtus est, vt ex duabus personis vna conflaretur: quum natura diuina nec compositionem, nec mixtionem admittat. Describitur autem hoc loco hæc vnitio secundum id quod vocat Apostolus, eius qui quum in forma Dei esset sine rapina, exinanitionem, forma serui accepta Philip. 2.6. & 7. quatenus videlicet eò vsque se demisit Filij persona, vt suam subsistentiam assumptæ carni, ne infirmitatibus eius quidem ad tempus exceptis, licet citra labem vllam communicarit. Nihil igitur hac vnitione accessit aut decessit Deitati Filij, vel quicquam in ea fuit euariatum vllo modo: sed integris manentibus vtriusque naturæ tum essentiis, tum essentialibus proprietatibus omnibus, hæc in subsistantiam Filij euecta natura dicitur θεωθεῖσα & λογωθεῖσα, quasi Deificatam & verbificatam dicas. Et rursum hæc gratia vnionis per quã homo iste factus est verus Deus, non autem Humanitas facta est Deitas, & vicissim Filius ille Dei factus est homo, non autem mutata est Filij Deitas in Humanitatem, accuratè distinguenda est ab habituali, quam vocant, gratia, id est à donis & qualitatibus omnibus in hanc assumtam carnem quàm plenissimè, & quàm abundãtissimè collatis. Hoc autem vtrunque, ab aliis quidem non intellectum, ab aliis verò impiissimè detortum, sicut Ecclesiam ab ipsis penè Apostolorum temporibus vehementer exercuit: ita hoc nostro seculo reuectum peperit tandem Vbiquitatem, immane monstrum ex duabus prorsus inter se repugnantibus teterrimis hæresibus, Nestorianismo videlicet & Eutychismo conflatum, pudendo cum totius Christianismi dedecore. ¶ Caro, σάρξ. Hebr. בשר [basar] id est, Homo, per synecdochen, vt Esa. 40.5. & Ioel 2.28. Itaque non minus ineptus quàm impius erat Apollinaris, quũ ex hoc loco vrgeret animam hominis non fuisse à Christo assumptam: quod si verum esset, adhuc hæreremus optima nostri parte in ea maledictione cui nascimur obnoxij. ¶ Commoratus est, ἐσκήνωσεν. id est ἐσκηνοπήγησεν. de quo diximus Matth. 2. versu 21. Videtur autem alludere ad veteris tabernaculi figuram. Est enim hoc vocabulum à tabernaculis seu tentoriis deductum: ex quo intelligitur, Christi moram apud nos temporariam fuisse. Nam quod nonnulli ex veteribus appellatione Tabernaculi, corpus intelligunt, (sicut etiam accipitur 2. Pet. 1.13. & 14.) putántque ita distingui duas in vno Christo naturas, quasi alius sit qui habitat, alius in quo habitatur, non sunt audiendi. Sic enim diuiditur Persona, de quia tam falsò dicitur Alius & Alius, quum vna sit persona, quàm verè dicitur Aliud & Aliud, quia duæ sunt Christi naturæ. Sed & per se violenta est hæc expositio. Primùm, quia σκηνοῦν & σκηνοποιεῖν, non minus differunt quàm In tabernaculo commorari, & Tabernaculum ipsum construere: quod discrimen Erasmus in suis Annotationibus confundit. Deinde hæc eadem expositio cogit nos interpretari, In nobis, i. in corpore huic nostro simili: quam declarationem nemo non videt (opinor) esse detortam, quamuis quorundam veterum auctoritate nitatur. Certè quum Paulus de Deitate Christi loquitur Coloss. 2.9. non dicit Deitatem commoratam esse in ipsius corpore, sed ipsam Deitatem κατοικεῖν, id est non vt olim in arca & figuris ipsam adumbrantibus, sed σωματικῶς, quod Gallicè dicas, en personne, habitare in Christo. Christi autem nomen, totum Christum declarat, qui his verbis significatur verè & reipsa Deus esse, non participatione aut nuda sanctificatione ἐνεργητικῶς vel quasi Deitas tanquam hospitio vsa sit ipsius humanitate: non autem illi, vt loquuntur in scholis, personaliter suam vnitione personali tribuat. At enim, inquies, nihil dicitur esse in seipso. Neque verò nos dicimus λόγον esse in seipso, id est hypostasin filij esse quidpiam in sua hypostasi, sed esse in Christo personaliter considerato. Sicut spiritus hominis dicitur esse in homine, 1. Corint. 2.11. vt in Athanasij symbolo declaratur. Sed & pars dicitur esse in toto, & genus in specie, & species in indiuiduo, quæ tamen huic argumento non conueniunt. Deinde vtitur verbo κατοικεῖν, quo fixum & perenne domicilium declaratur: neque dicit κατῴκησεν, sed κατοικεῖ præsenti tempore vtens, quum Ioannes vtatur verbo σκηνοῦν quod (vt antè dixi) temporariam commorationem, non autem habitationem declarat: & quidem præterito tempore ἐσκήνωσεν, quia desiit ista commoratio Christi inter nos, quum iam in cælestibus sedeat, vbi nobis quærendus est per fidem. Ergo Pauli locus ille aliò respicit. ¶ Inter nos, ἐν ἡμῖν. Vulg. In nobis. quam interpretationem proxima annotatione refutauimus: & hoc etiam quod subiicitur, Et spectauimus eius gloriam, satis refellit, nec dissentit Syrus interpres. Hoc quum rectè annotasset Eras. postea à seipso visus est dissentire, quum sic interpretatur ἐσκήνωσεν, quasi significet, Habitaculum siue domicilium fecit in nobis, vt (inquit) intelligamus eum cœpisse habitare in nobis, nec tamen desiisse. Hoc verò quid aliud fuerit, quàm Christi corpus adhuc in terris collocare? quod tamen Petrus testatur fore vt cæli capiant vsque ad tempora restitutionis omnium? Neque verò Christi præsentiam tollimus ex Ecclesia, cum qua se perpetuò futurũ dixit: sed Spiritus sancti virtute modum istius præsentiæ definimus, ne imaginariam Christi in cælum ascensionem constituamus. ¶ Gloriam, δόξαν. Sic vocat quicquid in Christo diuinam maiestatem velut hominum oculis subiecit. Castellio Splendorem interpretatur, & ad Christi transfigurationem restringit. sed ineptè, vt alia pleraque, sicut liquet ex iis quæ scribuntur infrà, vers. 49. & 2.11. & aliis innumerabilibus locis. ¶ Vt, ὡς. Hoc est quod Heb. vocant כף אמיתית [chaph amittith.] qua particula videlicet non similitudo duntaxat, sed ipsa rei veritas significatur, vt etiam Chrysostomus rectè obseruauit. ¶ [Egressi] à Patre, παρὰ πατρός. Suppleui participium ἐξελθόντος, quo vtitur ipse Christus infrà, 16.27. & 28. item 17.8. Licuit etiam interpretari, Qui esset à Patre, subaudito participio ὄντος. sic enim & ipse loquitur infrà, 7.29. Cyrillus tamen, & Valla, & Erasmus eum sequuti, malunt παρὰ πατρὸς coniungere cum δόξαν, vt ita conuertas, Gloriam vt vnigeniti à Patre, videlicet profectam. Sed hæc traiectio mihi videtur parum necessaria. Deinde quod idem Eras. post Vallam μονογενοῦς putat conuerti posse Vnicum, mihi quidem non placet. nam Vnicus etiam dici potest qui ex multis fratribus solus patri superest: vnigenitus autem dicitur Christus, diuinæ propriè naturæ respectu non humanæ: per se, sed quatenus hic homo in illa τοῦ λόγου hypostasi subsistit, vt vnus tantum sit, Dei Filius vnigenitus, Deus & Homo. ¶ Plenus, πλήρης. Sic scriptum inueni in omnibus nostris manuscriptis exemplaribus, exceptis duobus, in quibus scribitur πλήρη: quæ lectio non video quomodo cohærere possit, nisi ad ἐθεασάμεθα referamus, ita vt maior fuerit habita ratio sententiæ quàm verborum. Sed malo πλήρης legere, vt legit etiam Epiphan. aduersus Samosatenianos, & connectere cum ὁ λόγος, ita vt illud καὶ ἐθεασάμεθα vsque

vsque ad πατρός includatur parenthesi. Vetus interpres conuertit, Plenum, sed nominandi casu, quia (vt rectè obseruauit Valla,) τὸν λόγον interpretatur Verbum: Quod autem Erasmus coniectat posse hæc connecti cum sequente versiculo, quasi his titulis ornetur Ioannes, posset fortassis etiam confirmari etymologia ipsius nominis, quia יוחנן [Iochannan] declarat gratiosum. Sed istæ argutiæ frustra captantur: & præterquam quòd hæc distinctio nullius exemplaris auctoritate confirmatur, ea quæ sequuntur satis indicant hæc de Christo dici, & ita accipienda, vt ipsa gratiæ & veritatis οὐσία vnctam fuisse Christi carnem intelligamus, hypostatica vnione, sicut omnia ipsius cum dicta tum facta demonstrauit, id est illius vnitionis esse ita in ipsa carne.

15 Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε, λέγων, Οὗτος ἦν ὃν εἶπον, Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν.

15 Ioannes testatus est de eo, & clamauit, dicens, Hic est de quo dicebam, Is qui pone me venit, antepositus est mihi: quia prior me erat.

15 Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens, Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat.

Ioannes filius excellentiæ Christi testis.

16 Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς

16 Et ex plenitudine ipsius nos

16 Et de plenitudine eius

1. Coloss. 1.19 & 2.9

15 Testatus est, μαρτυρεῖ. Vulgata & Erasmus, Testatur. Sed existimo temporis esse enallagen Hebræis familiarem, vt infrà 4.28. quanuis durior sit hic transitus à præsenti ad præteritum. Ideo Cyrilli interpres vertit, Testatur & clamat. Chrysostomi verò interpres sibi non constat. Syrus autem interpres, per præteritum vertit. Mihi tamen non displicet quod ab aliis annotatur, vsurpatum esse tempus præsens ab Euangelista vt significetur perennis auctoritas huius testimonij: quasi etiamnum hodie hæc testaretur Ioannes. quam emphasin si quis seruatam voluerit, conuertat hoc modo, Ioannes testatur de eo, & clamauit dicens, &c. Sed quòd ad historiam attinet, obseruandum est alios Euangelistas de Ioanne recitare quæ vsque ad Christi baptismum ab ipso gesta sunt. hunc autem nostrum à testimonio Ioannis post Christi baptisma exorsum ea referre, ab aliis prætermissa, quæ Christus vsque ad carceream Ioannis gessit. ¶ Clamauit κέκραγε. Id est apertè & liberè declamauit, vt rectè obseruat Chrysost. ¶ Hic est, οὗτος ἦν. Vetus interpres & Eras. Hic erat. Ego verò non video quis locus sit præterito imperfecto in hoc sermone. Certè Cyrilli interpres vtitur præsenti in libro de Fide ad reginas, & hanc enallagen τοῦ ἦν pro ἐστὶ doctissimus Budæus annotauit, citans hæc verba Aphrodisiensis in primum Topicorum, vbi explicat Aristotelicum illud, τὸ τί ἦν εἶναι, inquit, [illegible] ὁ λέγων, [illegible]. ¶ De quo dixi, περὶ οὗ, vt ipse explicat infra, versu 31. Sic Aristophanes, λέγε τί σοι δρᾶν [illegible]. pro [illegible]. ¶ [Is] qui pone me venit, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος: id est, is qui me sequitur, siue qui ad me etiam accedit, quasi vnus ex baptizandis auditoribus: quamobrem qui ad Christi ætatem hæc referunt, (in qua opinione video esse nõ tantum Augustinum, sed etiam Epiphanium aduersus Antidicomarianitas,) quoniam videlicet Ioannes sex mensibus maior natu fuit quàm Christus, etsi nihil falsum aut impium tradunt, tamen non satis aptè hunc locum explicant. Quid enim est momenti in eo positum, quòd Ioannes aliquot mensibus maior natu esset quàm Christus? Rectius ergo Chrysostomus & Cyrillus ad prædicationis munus referunt. Videbat enim Ioannes quæ esset Iudæorum de se opinio, à qua quum ipsos vellet reuocare, Quid in me obstupescitis? inquit: imò verò scitote illum nunc ad me quasi discipulum venire, qui tamẽ reipsa est infinitis partibus quàm ego anterior. Illum igitur crescere oportet, me verò minui, vt ipse apertè dixit infrà, 3.30. Cæterùm addidi particulam Is, vt perspicuitati studerem. Nec enim Erasmus rectè conuertit, Qui quum me sequeretur, quum hæc non cohæreant cum εἶπον sed cum verbo ἦν. Nam alioqui ὃς ἐρχόμενος dicendum fuerat potius quàm ὁ ἐρχόμενος. Deinde quod ad participiũ ἐρχόμενος attinet, potest quidem etiam conuerti per futurũ tempus, vt diximus Matt. 3.11. & ita interpretantur Chrysostomus & Vetus interpres: (hæc enim quæ nunc præsente Christo repetit Ioannes, procul dubio dixerat antequàm Christus ipse Ioanni conspiceretur) sed tamen illud malui explicare præsenti tempore, vt Ioannem sciamus de eo loqui cuius proximus sit ad docendum aduentus, atque adeò qui iam sit in via. ¶ Antepositus est mihi, ἔμπροσθέν μου γέγονεν. Hoc nonnulli referunt ad Christi deitatem, quæ æterna est. Et fateor τὸ ἔμπροσθεν etiam dici de tempore, sed nusquam in his libris positum aliter quàm de situ loci inuenio: & propriè γίνεσθαι non significat τὸ εἶναι, sed fieri, siue existentiæ respectu, veluti quum dicitur ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, Sermo factus est caro: & Gal. 4.4. dicitur filius γενόμενος ἐκ γυναικός, factus ex muliere: siue de accidentibus ipsi existentiæ, vt quum dicitur eodem loco Christus γενόμενος ὑπὸ νόμον, quibus & aliis similibus locis nego τὸ γίνεσθαι rectè conuerti Esse siue Existere. Neque dixit Christus infra, 8.58. ἔμπροσθεν τοῦ Ἀβραὰμ, sed πρὶν τὸν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγὼ εἰμι, non ἐγὼ γέγονα. id est, prius quàm Abraham fieret, ego sum (sic enim vertendum est τὸ γενέσθαι, non autem Esset, vt sit etiam antithesis inter εἰμι & γενέσθαι) In prioribus autem editionibus hunc locum ἀκυρολογῶν sum interpretatus Ante me fuit, ex alterius potius quàm meo iudicio: expressa tamen sic quoque rectè sententia (cuius habeo idoneos auctores Augustinum, sic disertis verbis istud explicantem libro locutionum septimo: Chrysost. explicantem locum Apostoli Hebr. 1.4. & Cyrillum non aliter de hoc disserentem) verti, prælatus est mihi. Nunc verò vti malui participio Antepositus, quòd propius ad verba contextus accedat, metaphora quoque seruata. Hoc enim propriè dicitur de iis qui ordine sunt ante alios collocati, vt Domini, quos pedissequi: & præceptores, quos discipuli pone sequuntur. Denique τὸ ἔμπροσθεν situm honoratiorem, & à consequenti præstantiam declarat. Itaque Epiphanius κατ' Ἀρειομανιτῶν non satis aptè hæc explicat de eo præsentiæ modo quo æternus Sermo sese mundo conspiciendum præbuit, antequam homo fieret: qua de re dictum est supra, versu 10. Ineptissimè autem ille Pseudorigenes hæc perinde accipit ac si Ioannes diceret Christum sibi obiectum ac cognitum fuisse iampridem, nempe quum Maria inuiseret Elisabetam: quæ historia refertur Luc. 1.41. Sed non est negligendum quod Chrysostomus obseruat, Ioannem, quanuis de re futura loquatur, (adhuc enim erat obscura Christi fama quum Ioannes hæc diceret) tamen γέγονεν verbum præteriti temporis vsurpare ex Prophetarum consuetudine, quam & ipsam alibi obseruauimus. Vulg. conuertit ad verbum, Ante me factus est, perobscurè: vnde factum fuit vt hic locus nõ vno modo à Sophistis corrumperetur, Arianis præsertim græcam vocem ἐγένετο, quam ille vertit Factus est, sic accipientibus, quasi hic agatur de Filij ortu, aut quasi hæc perpetua vis sit verbi γενέσθαι, vt naturæ alicuius conditæ originem declaret. Sic enim isti interpretabantur ἔμπροσθέν μου γέγονεν siue ἐγένετο, vt nonnulli legunt. quasi significet πρὸ ἐμοῦ ἐκτίσθη, creatus est priusquam ego. At ego istos libenter rogem vt vel vnum ex noui Testamenti libris exemplum proferant, in quo ἔμπροσθεν tempus declaret. Deinde si quoties verbum γίνεσθαι occurret, ortus initium imaginemur, quot vnius hominis creationes imaginabimur? Sed hæc petere ex aliis licebit. ¶ Quia prior me erat, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Πρῶτος pro comparatiuo πρότερος positum est, vt ostendit quòd de duobus inter se cõparatis est sermo. Nam alioqui principem & primarium declarat, vt Luc. 19.47. Act. 25.2. & alibi sæpe. quamobrem etiam nonnulli πρῶτός μου interpretantur Princeps meus: quod mihi quidem penitus insolẽs videtur. Cæterùm hoc loco diligẽtius expẽso quàm antea, αὐτοπαθὲς esse puto in nomine πρῶτος, quod & situ loci, & tempore, & dignitate potiorem declarat. Locũ autẽ hic significare non potest, quoniam idem per idẽ probaret Ioannes, quod ineptissimum esset. Declarat igitur præstantiam, sed Christo peculiarem, & ipsi propriam: nempe quasi diceret Ioannes, Qui me sequitur quasi magistrum præeuntem discipulus quispiam, mihi antepositus est, idque optimo iure, quia infinitis modis est præstantior: quanuis ante docere cœperim quàm ille sese mundo patefecerit. Erat enim iam tum quum ego inciperẽ existere Deus videlicet æternus, sicut postea disertè exposuit infra versu 31. & 3.31. hunc locum velut interpretans. & ipse Christus de se testatur eodem loquendi genere infrà 8.58.

16 Et ex plenitudine ipsius, καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ. In duo-

bus codicibus pro καὶ scriptū legimus ὅτι, id est *nam*: quam lectionem sequitur etiam Nonnus. Videntur enim ista cū proximè præcedentibus ita posse cohærere, vt vel complectantur alteram rationem cur Christus fuerit Ioanni antepositus, vel declarent qua ratione Christus sit Ioanne præstantior: quod posterius probabilius est. Præstantior me est Christus, inquit Ioannes: nam & ego & omnes alij doctores, quicquid habuimus, ex hoc perenni fonte hausimus. Sic igitur explicat Theophylactus. Sed lectori expendendum relinquo annon sint potius ista Euangelistæ verba, perinde acsi in superiore versiculo vsus esset obliqua oratione in Baptistæ testimonio commemorando, vt vult Cyrill lib.2.cap.20.& Chrysost.hom.13. Est enim familiare Hebræis rectam loquutionem pro obliqua vsurpare, & ab illa ad hanc transire, vt infrà versu 19.& 20.& alibi sæpe. Deinde, quod hîc subijcitur de Christi plenitudine, ex qua omnes sumpsimus, videri potest multò probabilius & conuenientius connecti cum eo quod sine controuersia dixerat Euangelista, *Et habitauit in nobis plenus gratia & veritate*. Deinde quia de ea gratia loquens quæ in homines est effusa per Christi prædicationem, *Nos omnes*, inquit *de plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia*. Atqui ij quos alloquitur Baptista, Christum adhuc ignorabant: & vt Christi officium nonnulli didicissent, tamen perobscura erat hęc cognitio: vt causa non videatur fuisse satis idonea cur vteretur particula vniuersali, & quidem Præterito tempore potius quàm Præsenti aut Futuro. Quòd si malimus ad eos Prophetas & sanctos referre qui Baptistam præcesserunt, quamuis vera erit sententia (vidit enim Abrahamus diem Domini, & gauisus est) tamen paulò longius petita videbitur, quia totus contextus ostendit hîc agi de gratiæ copia, in credentes nonnisi post Christi ascensionem effusæ: & manifestè Moses, ac, cum Mose, omnes sancti qui sub Lege vixerunt, comparantur cum Christo, & iis qui in temporis plenitudinē inciderunt: vt ipse quoque Christus apertè docet Matt.11 11,& 12. quæ antithesis perierit si de Baptista & prioribus Prophetis hæc accipias. Postremò, quum vtatur præteritis, ἐλάβομεν, ἐγένετο, ἐξηγήσατο, minus coactè ista accipiuntur dicta ab Euangelista de se & iis omnibus qui, quum hæc scriberet, in Christū crediderant, & amplissimis donis Spiritus sancti fuerant donati. Ex quibus certissimè apparet Christi hominis diuinitas, cuius testimonia hoc loco ab Euangelista colliguntur. Huc enim pertinet quod scriptum est Marci 16.17, Lucæ 24.49, infrà, 7.39. Act.1.5, & 2.33. Fateor tamen hæc posse excusari ea ratione quam attulimus paulo antè, quum explicaremus illud ἔμπροσθέν μου γέγονεν, quòd soleant Prophetæ de re futura loqui tanquā de re quæ iam acciderit. Sed nolim ad hanc solutionem confugere nisi coactus. Itaque (vt tandem absoluam) si hæc accipiamus non pro Baptistæ, sed pro Euangelistæ verbis, totum hunc locum sic interpretabimur, Et Sermo ille caro factus est, & habitauit inter nos, plenus gratia ac veritate, & spectauimus gloriam eius vt vnigeniti egressi à patre. Ioannes quoque de eo testatus est & clamauit, dicens eum esse de quo dixisset, illum qui post se veniret, sibi esse antepositum, vt qui esset præstantior: & ex cuius plenitudine nos omnes sumpsimus quicquid habemus.

Christus vberrimus fons omnium bonorum, sed qui tum demum plenè exundauit, quum sese reipsa mundo exhibuit.

μεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος·

17 Ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη· ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.

18 Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.

mnes accepimus, & gratiam pro gratia:

17 Nam Lex illa per Mosen data est: gratia & veritas per Iesum Christum præstita est.

18 Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus ille Filius qui est in sinu Patris, ille *inquam nobis* exposuit.

nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia:

17 *Quia Lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est.*

18 *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.*

1.Ioh.4.12
1.tim.6.16
Ex Christo manat vera Dei cognitio.

¶ *Gratiam pro gratia*, χάριν ἀντὶ χάριτος: id est (vt quidam vir eruditus explicat) חן על חן [*chen hal chen*,] gratiam supra gratiam: pro quo eleganter dixeris, gratiam gratia cumulatam, vt significentur Spiritus sancti dona pleno cornu per Christum è cælis in suos effusa. Sed etiamsi concederem, apud Hebræos præpositionem על [*hal*] (quæ propriè respondet præpositioni ἐπί, vt Esa.29.1,& 30.2) interdum poni pro תחת [*tachath*,] id est ἀντί, quod ipsum nusquam inuenio: tamen non sequitur ἀντί posse permutari cū ἐπί, nisi quis huius Hebraismi exemplum proferat. Ego verò apud idoneos Græcæ linguæ scriptores duplicem tantùm reperio significationem huius particulæ: quarum vna est propria, quum accipitur pro vice seu loco, vt ἀντὶ βρέφους, *loco pueri*, ἀντὶ πολλῶν, *multorum loco*, ἀντὶ βρώσεως, Hebr.12.16. id est adverbū, *pro edulio*: (agitur enim de permutatione) altera translatitia, quum accipitur pro διά, id est *propter*: ita tamen vt causam non finalem, sed quæ velut origo est, declaret: veluti quum dicimus ἀνθ' ὅτου & ἀνθ' ὧν. vt Luc.19.44. Act.12.23.& ἀντὶ τούτου, vt Ephes.5.31. His duas alias adiungo quas sacris scriptoribus peculiares opinor: vnam quum accipitur pro ὑπέρ, & commodum ac vtilitatem declarat: qua significatione reperio positam tribus locis, & quidem semper personæ coniunctam, non rei: nempe Matt.17.27, & 20.18. Item Mar.10.45: alteram, quum finem designat, quo modo reperio duobus duntaxat locis vsurpatam, nempe Corinth.11.15,& Hebr.12.2. Ex his quatuor significationibus (neque enim plures reperio) deligat prudens lector quam volet. Ad me quidē quod attinet, ego Chrysostomo, Cyrillo, Theophylacto assentior, qui primam ex his quatuor appositissimam putarunt. Nam præterquam quòd propria est & maximè vsitata, sequens versiculus, in quo vetus fœdus ac sacerdotium cum nouo comparatur, sicut Iere 31.31.32.33.34,& in tota ad Hebræos Epistola, additus omnino videtur ad horum verborum explicationē, vt liquet ex particula causali. Appositissimè denique mihi videtur Augustinus Epist.11. hunc locum his verbis explicasse, *pro Legis gratia quæ præterijt, gratiam Euangelij accepimus permanentem, & pro vmbris & imaginibus veteris instrumenti gratia & veritas per Christum facta est.*

17 *Præstita est*, ἐγένετο. Vulgata, *Facta est*. Erasm. *Exorta est*: quod non videtur satis expressum. Opponit autem Legi (quæ & ipsa erat Gratia, id est insigne Dei beneficium Israelitis peculiare, vt scribitur Psalm.147.19. & 20.) gratiam & veritatem, quoniam Lex moralis morbum indicabat, quem sanat Christus: & ceremonialis duntaxat adumbrabat quod Christus reipsa præstat. Itaque legi morali respondet ex aduerso Gratia, Ceremoniali Veritas, id est signo res ipsa, siue vmbræ corpus, vt loquitur Apostolus, Coloss.2.17.

18 *Vnigenitus*, ὁ μονογενής. Felix Papa epist.5. citans hunc locum, videtur legisse εἰ μὴ ὁ μονογενής, Nisi vnigenitus ille. ¶ *In sinu*, εἰς τὸν κόλπον: id est, qui Patri est intimus ac non modò amoris, sed ipsius etiam essentiæ identitate vnitissimus, & filiationis proprietate sic reipsa distinctus, vt sit tamen ὁμοούσιος. Nam alibi quidem quæ charissima sunt, vt liberi & vxores, dicuntur ab Hebræis esse בחיק [*bekech*, id est in sinu, vt Num.11.12. Deutor.13.7,& alibi sæpe. Sed multò maiorem esse horum verborum emphasin hoc loco, contextus ipse declarat. Nam si nemo Deum vidit, ne Filius quidem vidit, nisi vnum cum Patre Deum esse concedas, qui vnus seipsum videt, ideóque vnus seipsum potest patefacere. ¶ *Ille [inquam,]* ἐκεῖνος. Nonnulli legunt ἐκεῖνον, *illum*.

¶ *Exposuit*, ἐξηγήσατο. id est, nos vera ipsius notitia donauit, quæ est huius verbi genuina declaratio. Qui enim Filium videt & audit, videt & audit patrem, à quo separari non potest Spiritus sanctus, cuius gratia & veritas in Christo ipsis etiam cæcis illuxit. Est igitur notanda emphasis verbi ἐξηγεῖσθαι, quod de eo dicitur qui res alioqui latentes & obscuras planè ac dilucidè declarat, vt rectè annotat Erasmus: & hîc de Christo ipso dicitur. Huc quoque pertinet quod Sophoclis Græcus scholiastes obseruat, ἐξηγεῖν propriè de rebus diuinis & excellentibus, ἑρμηνεύειν de vulgaribus & passim obuiis dici. Et hoc fortassis eò spectat vt significetur Filium propterea vocari Patris λόγον, interpretem videlicet siue enarratorem, vt annotauimus suprà versu 1.

19 Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευίτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτόν, Σὺ τίς εἶ;

20 Καὶ ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο· καὶ ὡμολόγησεν, Ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός.

21 Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν, Τί οὖν; Ἠλίας εἶ σύ; Καὶ λέγει, Οὐκ εἰμί. Ὁ προφήτης εἶ σύ; Καὶ ἀπεκρίθη, Οὔ.

22 Εἶπον οὖν αὐτῷ, Τίς εἶ; ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς· τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ;

23 Ἔφη, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· καθὼς εἶπεν Ἠσαΐας ὁ προφήτης.

24 Καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι, ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων.

25 Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν, καὶ εἶπον αὐτῷ, Τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστός, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ προφήτης;

26 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰωάννης, λέγων, Ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι· μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε·

19 Hoc etiam est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent eū, quisnam ipse esset.

20 Et professus est, neque negauit: professus est *inquam* se non esse Christum illum.

21 Tunc interrogauerunt eum Quid ergo *es*? Tune es Elias? *Ipse verò* dixit, Non sum. *Et illi*, Es tu Propheta ille? Qui respōdit, Non.

22 Dixerunt ergo ei, Quis es? vt responsum demus iis qui miserunt nos; quid dicis de teipso?

23 Inquit, ego *sum* vox vociferantis in deserto, Complanate viam Domini, prout dixit Esaias Propheta.

24 Qui verò missi fuerant, erant ex Pharisæis.

25 Et interrogauerunt eum, ac dixerūt ei, Cur ergo baptizas, si tu non es Christus ille, neque Elias, neque Propheta ille?

26 Respondit ei Ioannes, dicens, Ego baptizo aqua: sed in medio vestrûm stat quem vos non nostis:

19 *Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarēt eum, Tu quis es?*

20 *Et confessus est, & non negauit: & confessus est, Quia non sum ego Christus.*

21 *Et interrogauerunt eū, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non.*

22 *Dixerunt ergo ei, Quis es? vt responsum demus ijs qui miserunt nos? quid dicis de teipso?*

23 *Ait, Ego vox clamantis in deserto, Dirigite viam Domini sicut dixit Esaias propheta.*

24 *Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.*

25 *Et interrogauerunt eū, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas si tu nō es Christus, neque Elias, neque Propheta?*

26 *Respondit eis Ioannes, dicens, Ego baptizo in aqua: medius autem vestrûm stetit quem vos nescitis:*

Ioannes nec est Messias, nec aliorum Prophetarum similis: sed Messiæ iam præsentis apparitor.

Esa.40.3
matt.3.3
luc.3.4
Christus autor Baptismi non Ioānes: ac proinde eius efficacia non in Ioanne ministro, sed in Christo Domino posita est tota.

19 *Hoc etiam est*, καὶ αὕτη ἐστίν. Diuersum est igitur hoc testimonium à superiore, vt res ipsa, & diuersissimæ circunstantiæ demonstrant, contrà quam nonnulli veteres existimarunt. ¶ *Quisnam ipse esset*, σὺ τίς εἶ. Vulgata ad verbum, Tu quis es? Quod mihi visum est obscurius, quòd sæpe soleant Hebræi recta, quam vocant Grammatici, oratione vti in hoc dicendi genere, in quo Græci & Latini obliquam potiùs vsurpant. Cæterùm his verbis, quibus non simpliciter de ipsa Ioannis persona, vtpote istorum nulli ignota: sed de ipsius functione & munere quæritur, comprehensa est summa huius legationis missæ, nō autem primæ interrogationis forma. Nam alioqui parum appositè Ioannes respondisset, dicturus potiùs quæ postea narrantur vers.23. Ex primo igitur ipsius responso constare potest istos ex eo quæsiuisse num esset Christus ille, quamuis hoc non significet Euangelista totidem verbis.

20 *Et*, καί. repetenda est particula ὅτι, vt cohæreat orationis structura. ¶ *Professus est*, ὡμολόγησε: id est palàm & apertè agnouit ac dixit. Vide Matth.10.32. ¶ *Neque negauit*, καὶ οὐκ ἠρνήσατο. Pleonasmus Hebræus, cuius tamen magna est emphasis, vt Psal.40.10.11.12,& Esa.38.1. Quinetiam statim repetit καὶ ὡμολόγησεν, vt eò apertius & Ioannis modestiam vt singularem, & ipsius simplicem ac planam responsionem, tum etiam Iudæorum improbitatem declaret.

¶ *Se non esse Christum illum*, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός. Vulgata & Erasmus, ad verbum, *Non sum ego Christus*. Ego verò etiam in hoc versiculo, sicut in superiore, pro recta oratione substitui obliquam, vt perspicuitati studerem. Deinde articulum expressi, quò summum aliquid significatur. Sic apud Virgilium, *Tune ille Aeneas?* & apud Hebræos quoque המשיח [*hammeschiach*.] Sed obseruandum est Christi nomen hîc poni non vt nomen proprium, sed vt muneris illius tum regij, tum sacerdotalis, tum prophetici appellationem, peculiari in scripturis ratione ipsi attributam.

21 *Propheta ille*, ὁ προφήτης. Syrus interpres articulum ὁ non legit, qui tamen scribitur in omnibus Græcis quos consului codicibus. Poscit autem omnino linguæ Græcæ ratio, vt de vno & certo quopiam propheta hæc accipiantur qui eximatur ex cæterorum numero. De Christo tamen ipso istud ex Ioanne non quæri ex duabus causis apertè intelligitur. Iam enim ab initio palàm & sine ambagibus dixerat Ioannes se Christum non esse: cur igitur isti idem, mutato tantum nomine quærerent? Deinde quod infrà subijciunt versu 25. *Si neque Christus es, neque Elias, neque Propheta ille*, &c. omnino ostendit ipsos à Christo distinguere Prophetam illum de quo percontantur. Itaque mihi non displicet Chrysostomi, Cyrill. & Theophylacti opinio, qui Iudæos tradunt in eo errore fuisse versatos, (quod etiam videtur confirmari ex eo quod scriptum est infrà 7.40,& 41,& 6.14) vt non modò Eliæ illius Thesbitæ παλιγγενεσίαν expectarent, ex loco Malach.4.5, perperam exposito: sed etiam venturum quendam Prophetam sperarent Mosi similem, à Christo tamen diuersum. Et ita eos sensisse, liquet ex ipsorum verbis, infrà 6.14. atque adeò ex Machab.14.41. hûc detorquentes Mosis locum Deut.18.15 qui de ipso Christo vt omnium Prophetarum capite intelligendus est, vt docet Petrus Act.3.22. Locus autem ille Malachiæ ipsum Ioannem notat, sub Heliæ nomine, vt declarat ipse Christus Matth.11.14. sed alio sensu quàm Iudæi imaginabantur, vt mirum non sit ipsum Ioannem illis ex ipsorum à quibus interrogabatur sensu respondentem, negare quod Christus docet de ipso Ioanne fuisse intelligendum.

23 *Complanate*, εὐθύνατε. Vulgata & Erasmus, *Dirigite*, Diximus Matth.3.3. εὐθύ declarare quod & planum est & æquabile. Itaque non dubito quin εὐθύνειν τὴν ὁδόν, id sit hoc loco quod Latinè dicitur, Viam complanare seu purgare. Nam inquit Vulpianus, purgare viam propriè dicitur ad libramentum proprium redigere, sublato eo quod superest.

25 *Cur ergo baptizas*, τί οὖν βαπτίζεις: Hinc apparet Iudæos non ignorasse mutationem aliquam fore in religionis ritibus sub Messia, quod ex Ieremiæ cap.31, apertè discere potuerant.

26 *Ego*, ἐγώ. Appositissimè respondet Ioannes, profitens se non esse huius noui ritus auctorem, sed tantùm administrum, idque eius nomine & mandato cui vni ius esset tum externi instituendi Baptismi, tum eius intus præstandi beneficij quod exteriore ritu significabatur. Vana sunt igitur quæ sunt à nonnullis etiam veteribus disputata de Baptismi per Ioannem administrati discrimine, à baptismo quē Christus per discipulos primùm administrauit, ac deinceps in Ecclesia Christiana obseruandum præcepit, quasi duo fuerunt externi baptismi. ¶ *In medio vestrûm*, μέσος ὑμῶν. id est palàm & inter vos, vt alibi exposuimus. ¶ *Stat*, ἕστηκεν. Vulgata *Stetit*. Itaque nonnulli hoc refer-

runt ad historiam quæ refertur Lucæ 2.46. sed parum accommodatè, ni fallor. Loquitur enim de re præsenti, & ἑστηκέναι significationem præsentis habere, ex plurimis locis liquidò apparet, vt Luc. 8.20. Act. 1.11. Rom. 5.2, & alibi sæpe: & Stare pro Versari & adesse commodè accipitur.

Matt. 3.11 mar. 1.7 luc. 3.16 act. 1.5, & 11,16, & 19.4

27 Αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος.

27 ‖Hic ille est qui pone me venit, qui mihi antepositus est: cuius solearum ego non sum dignus qui soluam corrigiam.

27 *Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluam corrigiam calceamenti.*

28 Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων.

28 Hæc Bethabaræ facta sunt secus Iordanem, vbi Ioannes baptizabat.

28 *Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.*

In Christo est corpus & veritas omnium legalium sacrificiorum ad expiandum mundum.

29 Τῇ ἐπαύριον βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν, καὶ λέγει, Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

29 Postero die videt Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce Agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi.

29 *Postera die videt Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

30 Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον, Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν.

30 Hic est de quo dicebam, Pone me venit vir qui antepositus est mihi, quia prior me erat.

30 *Hic est de quo dixi, Post me venit vir qui ante me factus est: quia prior me erat.*

31 Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτίζων.

31 At ego non noueram eum: sed vt manifestus fiat Israeli, propterea veni ego baptizans aqua.

31 *Et ego nesciebam eum: sed vt manifestetur Israeli, propterea veni ego in aqua baptizans.*

27 *Qui mihi antepositus est*, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν. Vide suprà vers. 16.

28 *Bethabaræ*, ἐν Βηθαβαρᾷ. Syrus interpres legit ἐν Βηθανίᾳ quod etiam scribitur in omnibus vetustis codicibus, & Vulgata editione Latina. Sic etiam legit Cyrillus, & eam lectionem annotat Epiphanius κατὰ τῶν Ἀλόγων. Sed tamen præstat assentiri Chrysostomo qui hanc lectionem emendat. Constat enim Bethaniam Iudææ respectu sitam fuisse cis Iordanem, & procul à Iordane, nempe stadiis ab Hierosolymis quindecim, vt scribitur infrà 11 versu 18 qua de re plenius dicam. Act. 1.12. Fit autem Bethabaræ, sic vocatæ (vt ostendit etymon & explicatur infrà 1.26. quòd ibi traiiceretur Iordanis) mentio Iud. 7.24. sed in tribu Ephraim, ac proinde cis Iordanem, Hierosolymorum respectu. Malè igitur Vulg. & Erasm. πέραν verterunt *Trans*, vt diximus Matth. 4.15 & alibi aliquoties. Peccant etiam qui Bethabarah cum Beth-haraba confundunt, vrbe tribus Beniamin, Iosu. 18.22. Quòd si Hieronymo, vt illorum locorum incolæ, fides habenda est, in libro de Hebraicis nominibus, constitit hic vicus domibus ad Iordanis ripam vtrinque constructis, vt vtrinque venientibus pateret fluuij traiectus. Quod autem nonnulli, vt communem scripturam retineant, Bethaniam per Aleph eandem esse volunt cum Bethabara, quasi domum panis dicas, distinctam ab altera Bethania per Haiin, arguta est potiùs quam solida coniectura.

29 *Videt*, βλέπει. Sic legunt emendatiores codices vetustæ editionis, quos neque Valla vidit, neque Erasmus, & pro Altera die, Postera die. ¶ *Agnus ille*, ὁ ἀμνὸς. Articulus adiunctus (vt ex Chrysostomo & Theophylacto Erasmus obseruauit) emphasin habet non modò dignitatis, vt à typico agno & cæteris legalibus victimis distinguatur, sed etiam relationis. Reuocat enim in mentem prophetia Esaiæ & aliorum. ¶ *Qui tollit*, ὁ αἴρων. Vulg. repetit particulam ἴδε, *ecce*. Vide verò ne pro *tollit* legas *tollet*. Nam ita significatur hanc vim perpetuam ac natiuam Agno inesse: vt si dicas elleborum purgare cerebrum, nullum certum tempus declaras, sed vim potius elleboro innatam. Hæc Erasmus, Chrysostomum sequutus: rectè sanè & apposite. Tollendi tamen vocabulum ad tempus quo loquebatur ita Ioannes aliquatenus accommodo. Quoniam igitur externo illo baptismate in quo occupatus erat Ioannes quum hæc diceret, abluuntur, vocabulo *Agni* & *Tollendi*, sacrificium, per cuius sanguinem deleto chirographo, expiamur ab omnibus peccatis, ac etiam naturalis illius reatus sublatio, designatur, qua fit vt nobis Christo, per internum baptismum, insitis, vetus homo sensim in nobis moriatur, & nouus adolescat, donec vltimo illo die plena immortalitate induamur. Et illud quidem ad Iustificationem imputatam, hoc autem ad Sanctificationem inchoatam pertinet, in quæ, velut membra, distribuere licet omne Christi in nos collatum beneficium. Itaque iis non assentior qui peccatum accipiunt angustius pro peccati pœna, & αἴρειν interpretantur, in sese portandum velut aliquod pondus attollere & recipere, sicut dicit Petrus Christum portasse omnia nostra peccata super lignum. Nam verè quidem hoc dicitur: sed ita duntaxat notaretur pœnæ abolitio, quum hîc præterea significetur ipsius morbi extinctio, & Sanctificationis donum. ¶ *Peccatum*, τὴν ἁμαρτίαν. Sic constanter scriptum habent omnes nostri codices vetusti, quibus assentitur Augustinus libri aduersus Faustum duodecimi cap. 30. & Theophylactus quoque: Chrysostomus tamen videtur legisse ἁμαρτίας, id est peccata, vt habet etiam Latina vulgata interpretatio summo consensu. Cyrilli autem interpres sibi non constat. Ego verò malo legere singulari numero τὴν ἁμαρτίαν: neque tamen arbitror articulum significare duntaxat προσδιορισμὸν τοῦ καθόλου, id est rationem peccati formalem quam vocant, quasi scriptum sit πᾶσαν ἁμαρτίαν, id est omnia peccata, (vt explicat Theophyl.) sed arbitror in primis illam peccatorum omnium radicem, originale videlicet peccatum, quod vocant, ac proinde ex consequenti fructus quoque huius ita declarari: quod quidem peccatum in iis mortificatur per Christi Spiritum, qui Christum baptismo induerunt, vetere illo homine in ipsis crucifixo, mortuo, ac sepulto: qua de re copiosissimè disserit Apostolus toto capite 6. & 7. Epistolæ ad Romanos, vbique scribens τὴν ἁμαρτίαν numero singulari: quia ibi non agit de peccatorum remissione quæ pars est altera iustificationis, sed de inchoata in nobis sanctificatione: quæ duo vt separari non possint, distingui tamen debent.

30 *Vir*, ἀνὴρ id est, Quidam, ex Hebræorum idiotismo: vt mihi quidem videatur frustra quæsitum hîc fuisse cur Christo tribuatur viri appellatio.

31 *Non noueram eum*, οὐκ ᾔδειν αὐτόν, nõ nõueram, videlicet de facie. Nam alioquin non poterat ignorare Ioannes Messiæ pro foribus esse quum vocationem suã ignoraret. Sed tamẽ ad eũ diẽ nõ fuerat ipsi vlla cũ Christo consuetudo, vel talis vt ipsum posset ex vultu agnoscere: veluti nec postea videtur vnà fuisse diutius: nempe ita constituente Dei prouidentia, ne res ex composito inter ipsos geri videretur. Cæterùm quod dicit Ioannes, Nõ noueram eũ, ad id tẽpus referendũ est quod præcessit Christi aduentum ad Ioannem, vt ab ipso baptizaretur: qua de re scripserunt alij Euangelistæ. Antea igitur illum non norat, sed quum ille ad baptismum accederet, monitus est à Deo Ioannes, eum qui accedebat, Christum illum esse cui viam muniret, adiuncto etiam, de more, externo signo, quo hæc reuelatio postea confirmaretur. Ioannes igitur etiam ante signum præstitum, ex ea videlicet reuelatione, Christum aduentantem agnouit: ideóque illum ad baptismum venientem conspicatus Imò verò, inquit, ego sum abs te baptizandus, & tu ad me venis? quæ verba sanè cum iis non pugnant quæ Ioannes hoc loco commemorat.

32 Tum

32 Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης, λέγων, Ὅτι τεθέαμαι τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν.

32 Tum *inquam* testatus est Ioannes, dicens, ‖ Conspexi Spiritum descendentem quasi columbam e cælo, *qui* etiam mansit super eum.

32 *Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens, Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum.*

Matt. 3.16 mar. 1.10. luc. 3.22 Christus visibili Sp. S. iectu, ipsa Patris voce, Ioannis denique testimonio, Filius Dei comprobatur.

33 Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτόν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

33 Et ego non noueram eum, sed qui misit me vt baptizarem aqua, ille mihi dixerat, Super quem videris Spiritum descendentem, ac manentem super eum, hic est qui baptizat Spiritu sancto.

33 *Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.*

34 Κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

34 Ego igitur vidi, & testor hunc esse Filium illum Dei.

34 *Et ego vidi, & testimonium perhibui quia hic est Filius Dei.*

Ioannes non sibi, sed Christo discipulos colligit. Christus non vt inane spectrum, sed vt Mediator noster, nobis sequendus proponitur. In hac prima discipulorum collectione, ostenditur salutis initium esse à Deo, nos ad Filium suum (seruorum suorum ministerio) vocante: quem vicissim nobis occurrentem audire, & domum vsque persequi nos oporteat, vt ab eo eruditi, aliis vicissim manum præbeamus.

35 Τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο.

35 Postero die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo:

35 *Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo:*

36 Καὶ ἐμβλέψας τῷ Ἰησοῦ περιπατοῦντι, λέγει, Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ.

36 Et intuitus Iesum ambulantẽ, dixit, Ecce Agnus ille Dei.

36 *Et respiciens Iesum ambulantem, dixit, Ecce Agnus Dei.*

37 Καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ οἱ δύο μαθηταὶ λαλοῦντος, καὶ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ.

37 Audierunt autem eum duo illi discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum.

37 *Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum.*

38 Στραφεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἀκολουθοῦντας, λέγει αὐτοῖς,

38 Conuersus verò Iesus, & conspicatus eos sequentes *se*, dicit eis,

38 *Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis,*

39 Τί ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ῥαββί (ὃ λέγεται, ἑρμηνευόμενον, διδάσκαλε) ποῦ μένεις;

39 Quid quæritis? Illi verò dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur, si interpreteris, Magister) vbi habitas?

39 *Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur, interpretatũ, Magister) vbi habitas?*

40 Λέγει αὐτοῖς, Ἔρχεσθε καὶ ἴδετε. Ἦλθον καὶ εἶδον ποῦ μένει· καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ὥρα δὲ ἦν ὡς δεκάτη.

40 Dicit eis, Venite & videte. Venerunt viderúntque vbi habitabat, & apud eum manserunt diem illũ. hora enim erat quasi decima.

40 *Dicit eis, Venite, & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret: & apud eum manserunt die illo. hora autem erat quasi decima.*

41 Ἦν Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου, εἷς ἐκ τῶν δύο τῶν ἀκουσάντων παρὰ Ἰωάννου, καὶ ἀκολουθησάντων αὐτῷ.

41 Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus, qui audierant *illa* ex Ioanne, & sequuti fuerant eum:

41 *Erat autem Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & sequuti fuerant eum:*

42 Εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον Σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ, Εὑρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον, ὁ Χριστός.

42 Inuenit hic prior fratrem suum Simonem, & dixit ei, Inuenimus Messiam, quod est, si interpreteris, Christus.

42 *Inuenit hic primùm fratrem suum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus.*

43 Καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Ἐμβλέψας δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς εἶπε, Σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωνᾶ· σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος.

43 Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus dixit, Tu es Simon filius Iona: ‖ tu vocaberis Cephas, quod est si interpreteris, Petra.

43 *Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus dixit, Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.*

Matt. 16.18

32 *Tum [inquam] testatus est*, καὶ ἐμαρτύρησεν. Eandem historiam narrari puto. Neque obstat huic expositioni quòd nouum sermonem videatur inchoare. nam sæpe apud Euangelistas in media oratione solent eiusmodi verba interponi, vt Marc. 4.9. & aliis plurimis locis. Si quis tamen hanc historiam malit à superiore distinguere, is cõuertat, Testatus est etiam Ioannes.

33 *Non noueram eum*, οὐκ ᾔδειν αὐτόν. Vide Infrà 5.33.

34 *Et testor*, καὶ μεμαρτύρηκα. Hîc rursus, quia de re præsenti loquitur Ioannes, præteritum per tempus præsens putaui exprimendum: quanquam hoc etiam potest ad tẽpus ipsum illius visionis exprimendum referri. ¶ *Filium illum*, ὁ υἱός. Ne hîc quidem (vt rectè notat Chrysostom. Hom. 17.) omittendus fuit articulus, cuius ea vis est tum vt summum aliquid declaret, tum vt istum ab iis distinguat qui passim à Mose & Prophetis filij Dei & filij Excelsi dicuntur: quod & Cyrillus obseruauit.

39 *Quod dicitur*, ὃ λέγεται. Verba sunt Euangelistæ, Græcarum Ecclesiarum vsui accommodata, vt & alia eiusmodi interpretamenta, idcirco à Syro interprete omissa. Rabbi verò cognomen Doctoribus diuini verbi ordinariis tum attribuebatur specialiter, quum alioquin hominẽ significet aliqua dignitate eminentem. ¶ *Vbi habitas*, ποῦ μένεις, id est, vbi tuum est hospitium? seu, Quò te recipis? Sicut à Gallis etiam accipitur Verbum demeurer. Habitabat autem tunc Christus Nazarethæ, quum hæc gesta sunt Bethabaræ. Vide Luc. 10.7.

40 *Hora enim erat*, ὥρα δὲ ἦν. Vulg. & Eras. *Hora autem erat.* Ego verò arbitror causam adferri cur totum illum diem apud Iesum manserint: quia nimirum aduesperascebat, quum Christum conuenirent, à quo in hospitium deducti non potuerunt eo ipso die ad Ioannem reuerti: qua occasione pro sua prouidentia vsus est Deus ad illos diutius cum Christo retinendos. ¶ *Quasi*, ὡς. Vide Mar. 5.13.

42 *Prior*, πρῶτος. Vulgata, *Primum*, id est πρῶτον, vt scriptum erat in duobus vetustis codicibus & Theophylacto Romano. ¶ *Christus*, ὁ Χριστός. Erasmus, *Vnctus*, rectè quidem: sed nomen illud quanuis Græcum, tamen magis in omnibus idiomatibus vsitatum, fuit omnino retinendum.

43 *Iona*, Ἰωνᾶ. In vno codice scriptum legimus Ἰωάννου. Vide Matth. 16.17. ¶ *Vocaberis*, κληθήσῃ. Alibi sæpe καλεῖσθαι pro εἶναι, id est, Vocari pro Esse accipitur. Sed hoc loco seruatur propria huius vocabuli notatio (re nimirum ipsa nomini responsura) & præterea futuri temporis significatio obseruanda. Nam hoc nomen non tam illi nunc imponit, quàm se impositurum pollicetur. ¶ *Petra*, πέτρος. Vulgata,

Petrus: quæ interpretatio propterea non conuenit, quia Petrus Latinis nomen est proprium duntaxat, Græcis verò πέτρος etiam appellatiuum est, vt diximus Matth 16. vers. 17.

Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι.

Ἦν δὲ ὁ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδά, ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου.

Εὑρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναήλ, καὶ λέγει αὐτῷ, Ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προφῆται εὑρήκαμεν, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέθ.

Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ναθαναήλ, Ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; Λέγει αὐτῷ Φίλιππος, Ἔρχου καὶ ἴδε.

Εἶδεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ, Ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι.

Λέγει αὐτῷ Ναθαναήλ, Πόθεν με γινώσκεις; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε.

Ἀπεκρίθη Ναθαναήλ, καὶ λέγει αὐτῷ, Ῥαββί, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι εἶπόν σοι, εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις; μείζω τούτων ὄψει.

Καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.

Κεφάλαιον β.

ΚΑΙ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ.

Ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον.

Καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτόν, Οἶνον οὐκ ἔχουσι.

44 Postero die voluit Iesus abire in Galilæam: inuenit autem Philippum, & dixit ei, Sequere me.

45 Erat verò Philippus ex Bethsaida, vrbe Andreæ & Petri.

46 Inuenit Philippus Nathanaelem, & dixit ei, Inuenimus *illum* de quo scripsit ‖ Moses in Lege, & ‖ Prophetæ, *nempe* Iesum filium illum Iosephi, illum ex Nazaretha.

47 Tum dixit ei Nathanael, Ex Nazaretha potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni & vide.

48 Vidit Iesus Nathanaelem venientem ad se, & dixit de eo, Ecce verè Israelita in quo dolus non est.

49 Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit ei, Priusquam te Philippus vocaret, quum esses subter ficum, videbam te.

50 Respondit Nathanael, & dixit ei, Rabbi, tu es ille Filius Dei, tu es ille Rex Israelis.

51 Respondit Iesus & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis? maiora istis videbis.

52 Præterea dixit ei, Amen amen dico vobis, Ab hoc tempore videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes ac descendentes super Filium hominis.

CAP. II.

1 DIe autem tertio nuptiæ factæ sunt in Cana *oppido* Galilææ: erátque mater Iesu illic.

2 Vocatus est autē etiā Iesus & discipuli eius ad nuptias illas.

3 Et quum defecisset vinum, mater Iesu dixit ei, Vinum non habent.

44 In crastinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum, & dicit ei Iesus, Sequere me.

45 Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri.

46 Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem scripsit Moyses in Lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.

47 Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni & vide.

48 Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo, Ecce verè Israelita in quo dolus non est.

49 Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Priusquam te Philippus vocaret, quum esses sub ficu, vidi te.

50 Respondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.

51 Respondit Iesus & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis? maius his videbis.

52 Et dicit ei, Amen amen dico vobis, A modo videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis.

CAP. II.

1 ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi.

2 Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias.

3 Et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habent.

Bonos indoctorum etiam conatus adeò probat Dominus, vt eos etiam efficiat doctorum magistros. Gen. 19. 10 deut. 18. 18 Esa. 4. 2. & 40. 10. & 45. 8 ierem. 23. 5. & 33. 14. & 15 ezech. 34. 23. & 37. 24 dan 9. 24.

Cauēdū in primis falsa præiudicia, quæ nobis accessū ad Christum præcludunt.

Simplex integritas veros Israelitas à fictis discernit.

Miraculorum finis est, nobis Christum omnipotentem, & simul vnicū salutis nostræ auctorem proponere. per fidem amplectendum.

Christus in publico cœtu insigni miraculo declarans sibi in ipsam etiā rerum naturā imperiū esse ad corpora hominum pascēda, omnium animos ad spiritualē & salutificam suam virtutem cognoscendam inuitat.

Christus satis superque per se de nostra salute sollicitus, internuntiis non eget.

46 [*Illum*] *de quo scripsit*, ὃν ἔγραψε. Vulg. *Quem scripsit.* Vide supra, v. 15. Mutauimus autem verborum collocationem vt planior esset constructio. Notanda quoque est emphasis verbi εὑρήκαμεν, quod à Græcis de lucro etiā inspe rato & repētè oblato dicitur, quod ipsi idcirco ἕρμαιον vocāt quæ significatio videtur hîc obseruāda, quāuis Chrysost. dicat ἀξείονον esse eius qui quęrat, quod tamē nō est perpetuū.

51 *Credis?* πιστεύεις; Nonnulli codices indefinitè legunt. sed in plerisq; inuenimus additam interrogationis notam, quam etiam approbat Chrysostomus.

52 *Ab hoc tempore*, ἀπ' ἄρτι. Sic enim potius scribendum arbitror per ἄρτι, quàm cum apostropho, quo aduerbio vti quoque Aristophanem rectè censet eruditissimus D. Camerarius. Vulgata barbarè, *à modo*. Erasm. *posthac*, non satis expressé. ¶ *Ascendentes ac descendentes*, ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας. Ita significat Christus se eum vnum esse qui verè cælum esset credituris aperturus, & cui Angeli obsequium vt Domino suo, essent præbituri, ministrantes ei vt Ecclesiæ capiti: simúlque ad scalam illam Iacobi alludit, quæ visio describitur Gen. 28. 12.

IN CAPVT II.

1 *Die tertio*, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. Die nimirum tertio ex quo profectus erat à Ioanne, vel ex quo in Galilæam peruenerat, aut tertio post hæc gesta die. Sed illud primum malo, quoniam superiore capite facta est duorum dierum mentio, vers. 35. & 44. Exactiorem autem horum dierum supputationem siquis requirat, consulat Epiphanium κατὰ τῶν Ἀλόγων.

2 *Et discipuli eius*, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. nempe qui iam eum assectabantur, siue de quibus dictum fuit superiore capite, siue alij. Quinam autem isti fuerint, mirum est non tātum quærere, sed etiam definire ausos fuisse nonnullos. Sed nimium impudens est eorum audacia, qui commenti sunt Ioannem dilectum illum postea Christi discipulum fuisse in his ipsis nuptiis sponsum, qui postea hoc ipso miraculo commotus perpetuā virginitatem vouerit: bellum profectò commentum, & Euangelicæ, tum historiæ, tum doctrinæ pulchrè conueniens. Sed quid istos pudet de quibus Paulus 1. Tim. 4. 3. Cæterum Chrysost. hom. in hanc Euangelistā 20. pro *Et discipuli eius*, legit *Et fratres eius*, quod magis probo, quòd probabile sit cum Christo & ipsius matre inuitatos fuisse aliquos ipsorum cognatos, qui mox, versu videlicet, 12. à discipulis ipsius distinguuntur.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Τί ἐμοὶ καὶ σοί γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου.

Λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις, Ὅ τι ἂν λέγῃ ὑμῖν ποιήσατε.

Ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. Καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἀντλήσατε νῦν, καὶ φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ. Καὶ ἤνεγκαν.

4 Dicit ei Iesus, Quid mihi tecum *res est* mulier? nondum venit hora illa mea.

5 Dicit eius mater ministris, Quodcunque dixerit vobis facite.

6 Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ amphoras binas aut ternas.

7 Dicit eis Iesus, Implete has hydrias aqua. Impleuerunt eas igitur vsque ad summum.

8 Tunc dicit eis, Haurite nunc, & offerte architriclino. Obtulerunt igitur.

4 Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea.

5 Dicit mater eius ministris, Quodcunque dixerit vobis facite.

6 Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundum purificationē Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.

7 Dicit eis Iesus Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum.

8 Et dicit eis Iesus, Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt.

4 *Quid mihi tecum?* τί ἐμοὶ καὶ σοί; De hac phrasi diximus Matt 8. 29. qua certum est grauem loquentis offensionem intelligi consueuisse, vt 2. Sam 16. Luc. 8. 28. 2. Corint. 6. 14. & 15. Vbi Apostolus ellipticam hanc phrasin supplet. Meritò igitur Athanas. Serm. 4. aduersus Arrianos vult has voces esse indignationis. August in lib. 2. de symb. cap. 6. reprehensionis. Chrysostomus hom. 20. in hunc locum, indignationis aduersus matrem. Irenæus lib. 3. cap 18. repulsæ. Viderint ergo Tridentini conciliabuli patres, quînam certissimè credendum esse tradiderint, quod falsissimum est, Mariam videlicet nullum vnquam, ne veniale quidem, vt ipsi loquuntur, peccatum commisisse. Quid enim hoc aliud est, quàm ipsum Christum peccati arguere? Impudentissimus autem est Toletus ille, nuper ausus in hunc locum Augustinum superioribus omnibus Patribus, atque adeò sibiipsi oppositum, in suas partes pertrahere ex lib. de natura & gratia cap. 36. vbi tamen August. hoc dogma Pelagianis disertè attribuit, & illud postea refutans, non excipit Mariam à cæterorum sanctorum numero cum Pelagianis, vt ab omni peccato prorsus immunem, sed vt ampliore quam alij virtute, ad vincēdum peccatum donatam, quod & ipsum tamen simpliciter affirmare eo loco veretur. Sed idem ex professo disserens de originis peccato, nec Mariam nec alium quenquam, sed Christum vnum excipit, idque non quatenus ex virginis substantia corpus accepit sed quatenus est ex Sp. Sancto conceptus. *Corpus enim Christi* (inquit lib. de Genesi ad literam 10. cap. 18.) *quamuis ex carne fœminæ assumtum est quæ de illa carnis peccati propagine concepta fuerat, tamen non sic in ea conceptum est quomodo fuerat illa concepta, nec ipsum erat caro peccati, sed similitudo carnis peccati.* Item in Psal. 34. *Maria* (inquit) *ex Adam mortua est propter peccatum Adæ. Adam mortuus est propter peccatum. Caro autem Domini ex Maria mortua est propter delenda peccata.* Si quis autem roget, quod igitur peccatum, & quidem tantum admiserit Maria, vt tam asperam reprehensionem mereretur, quidam Patres illam existimant sic increpitam quod videretur materno quodam iure, quæsiuisse miraculum à filio, quod tamen non carnis, sed Deitatis opus erat, cuius respectu Christus erat ἀμήτωρ: alij quòd id mater peteret intempestiuè, quoniam vinum fortasse nondum penitus defecerat, neque is defectus esset omnibus notus, quòd tamen requirebatur ad miraculi manifestationem: alij denique, quibus tamen minimè assentior, suspicantur Christum, vt καρδιογνώστην aliquid ambitionis in animo matris animaduertisse, vt nimirum per opera Filij glorificaretur. Ego verò potiùs arbitror Mariam duplici nomine à filio reprehensam, nempe quòd & inconsiderata, & intempestiua esset eius postulatio. Primùm enim Christus edens miracula, etsi homines maximis etiam huius vitæ beneficiis afficit, minimè tamen hunc finem propriè spectauit, sed vt æternæ vitæ doctrinam, cuius & auctor erat & minister, diuinis illis operibus obsignaret: ideóque perpetuò doctrinam cum miraculis coniunxit. Maria verò de vini defectu filium admonens, hoc vnum proculdubio spectabat, vt sponsi & sponsæ pudori, à quibus fuerat cum filio ad nuptias inuitata, consuleret. Deinde intempestiua fuit ista Mariæ postulatio, vt ex iis apparet quæ Christus de hora sua subiunxit, in eo quòd anteuerteret tempus ipsi Christo à Patre ad docendum Euangelium & edenda miracula præscriptum. Res est autem longè maximi momenti, nosse nunquam à doctrina magis esse separanda miracula, quàm sigilla à diplomate cui obsignando adhibentur: quod nos docere ista matris satis acerba increpatione Christus voluit. Præterea si quis cum hoc loco contulerit alios præterea Christi habitos cum matre sermones, vt Luc. 2. 49. & Matth. 12. 48. quam historiam repetunt etiam Marcus & Lucas, comperiet, Christum asperioribus istiusmodi sermonibus, occurrere præcipuè horrendæ illi idololatriæ voluisse, quæ nihilominus, falsissimo religionis prætextu, eò vsque inualuit, vt non pudeat Mariam cæli Reginam Spem, Vitámque suam vociferari: Mariæ peccatorum nostrorum expiationem totidem verbis tribuere: illam denique interpellare vt materno imperio in filium quantumuis iam glorificato vtatur. Superest noua cuiusdam sententia, τί ἐμοὶ καὶ σοί. interpretantis, *Quid hoc mea vel tua refert*, quasi simpliciter respondente Christo. vt prohiberet ne vinum deficeret, neque ad suam, neque ad matris curam pertinere. Sed vt acutè sit hæc interpretatio excusandæ Mariæ excogitata, tamen non videtur Christi verbis conueniens. Dixisset enim potius, τί πρὸς ἡμᾶς. vt. Ioan. 21. 22. & quorsum istud adiiceret, *Hora mea nondum venit?*

6 *Hydriæ*, ὑδρίαι: id est aquales, vt explicat Varro libro quarto de lingua Latina. Retinuimus tamen Græcum vocabulum, quòd Cicero ipse frequenter eo vtatur in orationibus in Verrem. Cæterùm ostendit ipsa notatio nominis non vino, sed aquæ destinata fuisse hæc vasa, quod ad fidem historiæ faciendam pertinet, nequis aut fæces aut vini quippiam intus resedisse suspicetur, quod infusæ aquæ postea vini colorem ac saporem indiderit. ¶ *Secundum purificationem*, κατὰ τὸν καθαρισμόν: id est secundum ritum purificationis. Quòd si malimus conuertere *Ad purificationem Iudæorum*, id est Purificandis Iudæis, κατὰ posita fuerit pro εἰς, quæ enallage frequenter occurrit. De hac autem Iudæorum superstitione, quam postea in Ecclesiam Dei inuehere conatus est Hebion, atque adeo reipsa tandem in Christianorum templa intulit Satan, pluribus disseritur Matth. 7. 3. ¶ *Amphoras*, μετρητάς: seu metretas, seu cados. Nam vtroque hoc vocabulo vtuntur Latini etiam scriptores. Illud tamen malui, vt Latinis magis vsitatum. Quod si amphoras Atticas accipiamus quæ Romanas dimidio, id est vrna, superabant, capiebāt istæ singulæ hydriæ ducenas aut trecenas vini libras, pondo singulas vnciarum duodecim. Pondus enim metretæ vini, centum libris æstimat doctissimus ac diligentissimus harum rerum scrutator Georgius Agricola. Ex his igitur intelligimus, Christū suppeditasse magnam vini copiam, nimirum ad libras mille octingentas, quæ res pertinet ad miraculi dignitatem ac magnitudinem.

8 *Architriclino* ἀρχιτρικλίνῳ Ita vocat eum qui totum conuiuium curabat, quē nonnulli cum eo confundunt qui Magister cōuiuij dicebatur à Latinis, à Græcis συμποσίαρχος, vt conuertit Gaza libro De senectute, vbi fit istorum magisteriorum mentio: quorum munus quale fuerit, discere licet ex Plutarchi libro συμποσιακῶν α. προβ. δ. Fuit hic potius quem Græci ἑστιάτορα vocabant, τραπεζοποιός, qui & προγεύστης erat, id est prægustator, & παραθέτης: id est cuius officium erat dapes conuiuis apponere. quæ pul-

chrè explicantur Athenæi libro quarto. in Græcis autem dictionariis prætermissa sunt, quemadmodum & alia infinita. Is est denique qui Genes. 43. 16. dicitur אשר על רבית [ascher hal habbeth] & à nobis simili prorsus ratione *maistre d'hostel*. Syrus interpres magistrum discubitus vocat.

8 Ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, (καὶ οὐκ ᾔδει πόθεν ἐστίν· οἱ δὲ διάκονοι ᾔδεισαν οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ) φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος,

8 Vt verò gustauit architriclinus aquam illam quæ facta fuerat vinum, (nesciebat autem vnde esset: sed ministri sciebant qui hauserant aquā) vocat sponsum architriclinus,

8 *Vt autem gustauit architriclinus aquam vinū factam, (& non sciebat vnde esset: ministri autem sciebant qui hauserant aquam) vocat sponsum architriclinus,*

9 Καὶ λέγει αὐτῷ, Πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι.

9 Et dicit ei, Omnes primo loco bonum vinum apponunt, & ‖ postquam *conuiuæ* affatim biberunt, tunc id quod minus bonum est: Tu *verò* seruasti bonū vinum huc vsque.

9 *Et dicit ei, Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.*

10 Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

10 Hoc initium signorum fecit Iesus Canæ *oppido* Galilææ, & manifestam fecit gloriam suā: & crediderunt in eum discipuli eius.

10 *Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli eius.*

Christus sub lege factus pro nobis, legi Paschæ satisfacit.

11 Μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καπερναοὺμ, αὐτὸς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ ἐκεῖ ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας.

11 Postea descendit Capernaum ipse & mater, & fratres & discipuli eiùs: manserúntque illic non multos dies:

11 *Post hoc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius & discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus:*

Christus repurgandæ Ecclesiæ designatus, maximo cum zelo init Sacerdotale, Propheticum & Regium suum munus.

12 Καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς.

12 Nam propè erat Pascha Iudæorum. Ascendit igitur Iesus Hierosolymam.

12 *Et propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam.*

13 Καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς πωλοῦντας βόας καὶ πρόβατα καὶ περιστερὰς, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους.

13 Et inuenit in templo venditores boum & ouium & columbarum: & numularios sedentes.

13 *Et inuenit in templo vendentes boues & oues & columbas, & numularios sedentes.*

14 Καὶ ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, τά τε πρόβατα καὶ τοὺς βόας, καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε·

14 Factóque flagello è funiculis, omnes eiecit è templo, & oues & boues, & argentariorum numulos effudit, mensásque subuertit:

14 *Et quum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit:*

15 Καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν, Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου.

15 Et columbarum venditoribus dixit, Tollite hinc ista: ne facite domum Patris mei, domum mercatus.

15 *Et his qui colūbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc: & nolite facere domū Patris mei, domum negotiationis.*

Psal. 69. 10

16 Ἐμνήσθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι γεγραμμένον ἐστίν, Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με.

16 Recordati sunt autem discipuli eius, scriptum esse, ‖ Zelus domus tuæ deuorauit me.

16 *Recordati sunt verò discipuli eius, quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me.*

10 *Omnes*, πᾶς ἄνθρωπος. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Omnis homo*. Sic paulò pòst τίθησι, *ponit*: nos verò, *Apponunt*, vt minus inculta esset oratio. ¶ *Bonum*, καλόν. Id est, præstans, cui opponitur ἐλάσσω, id est minus bonum. Vt si Gallicè dicas, *le bon vin, & le petit vin*. ¶ *Postquam* [*conuiuæ*] *affatim biberint*. ὅταν μεθυσθῶσι. Vulgata & Eras. *Quum inebriati fuerint*. Ego verò suppleui quod deerat explendæ constructioni: deinde mollius verbum quæsiui. Neque enim apud Hebræos שכר [*schachar*,] quod respondet Græco verbo μεθύειν, semper in vitio ponitur, vt Gen. 9. 21. sed interdum declarat liberalem vini vsum, qui tamen modum non excedat, vt Gen. 43. 34.

11 *Canæ*, ἐν Κανᾷ. Coniungenda hæc sunt cum verbo ἐποίησε, non autem cum ἀρχὴν τῶν σημείων, id est *principium signorum*, nequis cum nonnullis ineptis interpretibus existimet hoc primum fuisse signum non omnium quæ edidit Iesus, sed eorum duntaxat quæ edidit Canæ: quorsum enim hoc? Ergo vt amphiboliam vitarem, quæ quidem in Græco sermone nulla est, verborum collocationē mutaui.

12 *Et fratres*, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. Frequens illa repetitio relatiui, *Eius*, respondet Hebræorum affixis, quæ vocant: nos verò sine vlla sensus iniuria interdū illa expunximus. Fratres autem vocat cognatos, Hebræorum more. ¶ *Non multos dies*, οὐ πολλὰς ἡμέρας. Tunc igitur in eam vrbem non demigrauit, sed per eam vrbem transiens aliquot tantùm dies ibi cum suis comitibus est commoratus. Hæc igitur historia præcessit Ioannis captiuitatem, distinguenda ab ea demigratione, quæ narratur Matt. 4. 13. Luc. 4. 14. & infrà, 4. 48.

13 *Nam propè erat*, καὶ ἐγγὺς ἦν. Vulgata, *Et propè erat*. Atqui vberior est sententia si καὶ accipias pro γάρ: quam particulam toties iam obseruauimus respondere Hebræorum ו, ideóque non modò copulatiuam esse, sed interdum quoque causalem, & discretiuam, atque adeò illatiuam, vt in hoc eodem versiculo.

15 *Argentariorum numulos*, τῶν κολλυβιστῶν τὸ κέρμα. Collybistas vocat eos qui ex collybo, id est pecuniæ permutatione quæstum faciebant, quos in Matthæo & Marco numularios sumus interpretati: hic verò malui dicere argentarios, quia κερματιστὰς superiore versiculo conuerti Numularios: nempe nequis idem vocabulum in Græco repeti putet, quanuis nihil intersit quòd ad sententiam attinet. Cæterùm τὸ κέρμα quod alij æs exponunt, ego *numulos* interpretari malui, quia à κείρειν deriuatur, quod declarat in minuta frusta concidere.

17 *Zelus*, ὁ ζῆλος. Hoc vocabulum non temerè mutandum, vtpote à Latinis Theologis summo consensu vsurpatum, & alia ab eo deriuata, ζηλῶ & ζηλωτής, obseruaui variis significationibus in nouo Testamento vsurpari, quas omnes placuit compēdij causa semel annotare. Interdum igitur ζῆλος honestum illud ac laudabile studium declarat quo accendimur ad alicuius virtutes imitandas, aut etiam supe-

superandas, sine vllo tamen ipsius odio, vt 1. Corinth. 12. 31. Item 14. 1. 12. 39. 2. Corinth. 9. 2. Galat. 4. 18. Tit. 2. 14. Interdum verò inuidiam ac liuorem, vt Act. 5. 17. & 7. 9. & 13. 45. & 17. 5. Rom. cap. 13. 13. 1. Corinth. 3. 3. & 13. 4. 2. Corinth. 12. 20. Galat. 5. 20. Iac. 3. 14. & 4. 12. Tertiò, accipitur pro sancta quadam zelotypia, quæ non proficiscitur à cuiusquam odio, verùm ab eorum amore quos non nostri, sed ipsorum potius causa amamus, vt 2. Corinth. 11. 2. Quartò, pro sui ipsius amore, cui sancta illa zelotypia prætexitur, vt Galat. 4. 17. Quintò, pro animi æstu ex indignatione de iis concepta quæ indignè fiunt aduersus eum quem amamus, puta vel aduersus homines nobis charos, vt 2. Corinth. 7. 7. Coloss. 4. 13. vel aduersus Deum ipsum. Est autem hic zelus duplex: vnus nimirum, cum voluntatis Dei cognitione ac vera in eum fide coniunctus, qualis est Christi zelus de quo hic agitur: item qui commendatur 2. Corinth. 7. 11. & Apocalyps. 3. 19. alter verò qui non est secundum scientiam, & cæcus potius impetus ac furor dici debet, vt Rom. 10. 2. Philip. 3. 6. Act. 21. 20. & 22. 3. Galat. 1. 14. Hinc autem demum sexta significatio orta est quum ζῆλος, ad ipsius ignis ardorem transfertur, vt Heb. 10. 27.

18 Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ, Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς;

18 Responderunt ergo Iudæi, & dixerūt ei, Quod signum ostendis nobis quod ista facis?

18 *Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis quia hæc facis?*

In eos qui ordinariæ vocationi, qua ipsi turpissime abutuntur, Deū sic alligant vt extraordinariam, cuius vicem quam ipsi frustrà extinctam volunt, Deus è cælo testimonium reddit, nonnisi externis & corporalibus miraculis obsignatam admittant.

19 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.

19 Respondit Iesus & dixit eis, ‖ Destruite templū hoc, & intra triduum erigam illud.

19 *Respondit Iesus & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.*

Matt. 26. 61. & 27. 40. mar. 14. 58. & 15. 29.

20 Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν;

20 Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatū est tēplum istud, & tu intra triduum illud eriges?

20 *Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?*

21 Ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.

21 At ille loquebatur de templo corporis sui.

21 *Ille autem dicebat de templo corporis sui.*

22 Ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς· καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς.

22 Postquam ergo suscitatus fuit ex mortuis, recordati sunt eius discipuli quòd hoc sibi dixisset: & crediderunt Scripturę, & sermoni quem Iesus dixerat.

22 *Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat: & crediderunt Scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus.*

Non satis esse fides eorum qui miraculis nituntur.

23 Ὡς δὲ ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ Πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει.

23 Quùm autem esset Hierosolymis in Pascha, in festo, multi crediderunt in nomen eius, spectantes signa quæ edebat.

23 *Quum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat.*

24 Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυ-

24 Ipse autem Iesus non crede-

24 *Ipse autem Iesus non*

18 *Signum*, σημεῖον. Quia Christus hoc facto non modò rem nouam facit, sed etiam repurgationem templi ac cultus diuini restitutionem aggreditur, deinde etiam templū vocarat Patris sui domum, isti signum quærunt, id est miraculum aliquod ex quo possit intelligi virtus ipsius ac auctoritas cælestis, quæ ius illi tribueret tum ita loquendi, tum ista faciendi. Quidam tamen σημεῖον interpretantur argumentum, vt sit hic sensus Quódnam nobis argumentum adfers quo comprobes tibi ista licere? Sed prior illa expositio est vberior, & melius quadrat Christi responso. Cæterùm quòd Castellio interpretatus est, *Quod nobis exemplum præbes?* quasi videlicet isti querantur Christum hoc suo facto homines ad quanuis licentiam concitare: non modò ineptissimum est, sed etiam Græcis vocabulis vim affert. ¶ *Quod*, &c. ὅτι, &c. Vel, *Quandoquidem ista facis?* Petitum est autem è medio hoc dicēdi genus, vt alia multa. Sic prorsus Gallicè dixeris, *Quel miracle fais tu que tu fais ces choses?* & huius locutionis aliud exemplum occurrit infrà, 8. 43. & 9. 17.

19 *Destruite*, λύσατε. Hāc historiam ab aliis prætermissam, ac proinde ab ea distinctam, quæ vltimum Christi in vrbem aduentum ad diem Paschæ festum antecessit, & narratur Matth. 21. Marci 11. & Lucæ 19. videtur expressè Ioannes recitasse propter hæc ipsa Christi verba, quibus mox sequuturam sui mortem ac resurrectionem palàm prædixit Christus, & ex quibus arrepta fuit calumniandi Christi occasio Matth. 26. 61. Mar. 14. 58. Nec mysterio caret quòd Christus & primum & vltimum ab inchoata sui muneris publica functione in vrbem aduentum ad solenne Paschæ festum, insignem reddidit, hac suæ domus repurgatione extraordinarij zeli teste. ¶ *Intra triduum*, ἐν τρισὶν ἡμέραις. Vulg. barbarè, *In tribus diebus*. Hunc autem liquet quomodo sit præpositio μετὰ explicāda in illa phrasi, μετὰ τρεῖς ἡμέρας toties in his libris repetita, vbi Christi resurrectio prædicitur.

20 *Quadraginta & sex annis*, Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν. Loquitur de secundo templo quod magnificè quidem octo annorum spatio instaurarat Herodes Magnus, partim ambitione ductus, partim Iudæorum beneuolentiam captans, quibus tamen ita fuit exosus, vt omnis istius beneficij memoria fuerit obliterata. Videtur autem hoc tempus ita supputandum. Testatur Esras cap. 5. 15. absolutum fuisse templum sexto Darij anno: (nempe filij Hystaspis) cui si annos 30. Cyro, consentientibus plerisque historicis, attribueris, Cambysæ verò octo, Magis duos, completum hunc numerum inuenies. Sed quum non desint qui reditū Israelitarum, id est 70. annum captiuitatis, ad 13. annum Cyri referant, adhuc ἐπέχω: & quomodo subducturi sint hunc quadragintasex annorum calculum, expecto.

21 *De templo corporis sui*, περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ, id est de corpore suo, quod templum vocarat, idque iure, quum in eo (vt ait Apost. Coloss. 2. 9) omnis plenitudo Deitatis corporaliter inhabitet, Cuius figura fuit templum illud lapideum, vt Pontifex Aaronicus hunc verum vnicū nostrum Mediatorem adumbrabat. Corporis autem nomine totam Christi humanitatem complexim intellige, quæ per mortem dissoluta dicitur, respectu separationis corporis ab anima, non autē quòd vnquàm fuerit hypostatica Deitati in Filij persona distinctè consideratæ vnitio, ab assumpta humanitate separata. Hoc enim si ita esset, desiisset quoque humanitas Christi esse Dei templum hypostaticè, neque tunc distincta fuisset inhabitatio illa per quā homo ille cœpit esse verus Deus, ab illa inhabitatione in sanctis suis, per quam non efficiuntur Dei, sed sancti. Deitas igitur Filij semper subsistentiam tribuit tum animę tum corpori Christi, quantumuis illo triduo verè fuerit Christi anima à corpore separata. Quinam enim alioqui mors eius esset nobis viuifica, nisi Christus simul & verè mortuus ad tēpus, & verus Deus extitisset? Et nisi ita se res haberet, bis sanè incarnatus Filius Dei dicendus esset, semel videlicet in virginis vtero, & rursum quum ex sepulcro emergeret.

23 *In nomen eius*, εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Hebr. pro Ei, vel In eum, inter quæ duo, vel nullum certè, vel non ita magnū est discrimen. Et credere in aliquid & credere aliquid, siue in aliquem, id est cuipiam in aliqua re assentiri plurimum inter se differunt, vt inquit Nazianzenus in sermone de Spiritu Sancto. Nam illud vni Deitati tribuendum est; hoc verò est cuiusuis rei.

24 *Non credebat eis semetipsum*, οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, id est non committebat sese illis, minimè id quidem quasi

non posset ipse sese aduersus eorum insidias tutari, sed vt nos doceret sanctam prudentiam & cautionem in vitandis periculis, minimè repugnare Dei prouidentiæ, nec ei fiduciæ per quam Dei promissionibus innitimur. Est autem ἀντανάκλασις in verbo πιστεύειν.

τὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας·

Christus scrutator cordiũ, ac proinde verus Deus.

25 Καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

Κεφάλαιον γ.

Nulli interdũ doctoribus indoctiores: sed ab vno Christo tum doctis tum indoctis petenda est sapientia.

1 ΗΝ δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, Νικόδημος ὄνομα αὐτῷ, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων·

2 Οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ῥαββὶ, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος· οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν ἃ σὺ ποιεῖς ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ.

3 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

Initium Christianismi positũ est in eo, vt sciamus nos non tantùm aliquatenus esse corruptos, sed penitus in peccato mortuos: vt necesse sit naturam nostram, quòd ad qualitates attinet, rursus & de integro creari: quòd quidem nulla alia virtute effici potest, quàm diuina illa à qua fuimus initio cõditi.

4 Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Νικόδημος, Πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν, καὶ γεννηθῆναι;

5 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέ-

bat eis semetipsum, eo quòd nosset omnes:

25 Nec opus esset vt quisquam ei testaretur de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

1 Erat autem quidam ex Pharisæis, cui nomen *erat* Nicodemo, ex primoribus Iudæorum.

2 Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus te à Deo venisse magistrũ: nemo enim potest hæc signa edere quæ tu edis nisi Deus sit cum eo.

3 Respondit Iesus & dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis genitus sit iterum, non potest videre regnum Dei.

4 Dicit ei Nicodemus, Quomodo potest quispiam nasci qui sit senex? num potest in vterum matris suæ secundò introire, & nasci?

5 Respondit Iesus, Amen amen

credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes:

25 Et quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

1 ERat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.

2 Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis nisi fuerit Deus cum eo.

3 Respondit Iesus & dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei.

4 Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci quum sit senex? nunquid potest in ventrem matris suæ iterum introire, & nasci?

5 Respondit Iesus, Amen

¶ *Omnes*, πάντας. In vno codice scriptum legimus πάντα, omnia. Sic autem asseritur Christo vera Deitas.

IN CAPVT III.

1 *Erat*, ἦν. Syrus addit aduerbium loci, *ibi*. ¶ *Ex primoribus*, ἄρχων. Vide Luc. 14. 1.

2 *Magistrum*, διδάσκαλος: id est, Scimus te missum diuinitus ad nos erudiendos. Vulgata, *Scimus quia à Deo venisti magister*. Ego verò verti per infinitum modum vt amphiboliam vitarem, ne quis nimirum acciperet Magister vocandi casu. ¶ *Edere*, ποιεῖν. Sic etiam vertit ipse Eras. suprà, 2. 23. quum alioquin edere opponatur potius verbo ἀποδεικνύειν. ¶ *Nisi Deus sit cum eo*, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ. Ex Hebræorum idiotismo dicitur Deus esse cum iis in quibus diuina quædam præstantia elucet: quos simili penè ratione Græci vocant θείους καὶ ἀντιθέους, id est diuinos, & quasi alteros deos. Quòd si Nicodemus Christum bene nosset, non modò dixisset Deum cũ ipso esse, quasi ipsius συνεργόν: sed Deum esse in ipso, vt loquitur Paulus 2. Cor. 5. 19. quanuis hoc quoque dicendi genus de Christo & ab Esaia in appellatione Immanuelis, & ab ipso Petro, Act. 10. 38. vsurpetur: sed eo sensu quo explicatur Act. 10. 38.

3 *Respondit*, ἀπεκρίθη. Atqui nondum quicquam ab eo quæsierat Nicodemus. Christus ergo non ex eius verbis, sed vt Deus, quid ab eo quærere constituisset cognouit, & illius sermonem anteuertit. ¶ *Sit genitus*, γεννηθῇ Vulg. & Eras. *Natus fuerit*, malè, vt apparet ex vers. 5. & 6. Agitur enim hîc de existentiæ principio, quod est generatio, non autem Natiuitas, id est exitus ex matris vterò. ¶ *Iterum*, ἄνωθεν. Hebraicè שנית [*schenith*] Sic enim Vetus interpres (meo iudicio) rectius intellexit quàm Erasmus qui interpretatur à supernis, id est ממרומים [*mimmaromim*.] Nam etsi Græca vox ἄνωθεν vtroque modo accipi potest, quum cælitus renasci nos oporteat, & ita hoc aduerbium in his etiam scriptis sæpe vsurpetur, tamen considerandum fuit, hanc amphiboliam non esse in eo sermone quo vsus est Dominus. Responsum enim Nicodemi arguit, Christũ vsum esse vocabulo quo nihil aliud quàm iteratio significatur, quasi qui iter confecit, eo vnde discesserat recurrat. Itaque Augustinus libri de Peccatorum remissione 2. cap. 27, ita hunc locum citat. Chrysostomus quoque quanuis vtranque interpretationem annotet, tamen non obscurè indicat se illam amplecti quam sequuti sumus: à qua error cur defecerit Theophylactus, alioquin Chrysostomo prorsus addictus. Maluit Erasmus Cyrillum hoc loco & suum illum Origenem sequi. Certè τὸ ἄνωθεν γεννηθῆναι nihil aliud declarat in his Christi verbis, quàm illam ἀναγέννησιν quæ describitur 1. Pet. 1. 3. Syrus interpres habet מן דריש [*Men derisch*,] Inde fortassis (seruata etiam capitis voce) Gallicum illud *derechef*, quasi recapitationem siue reinitiationem dicas, id est reditum ad suum caput & initium: quoniam videlicet in Christo instauratur homo rediens ad amissam imaginem ad quam initio fuit conditus, quo etiam verbum ἀνακεφαλαιώσασθαι fortassis spectat, Ephes. 1. 10. Hæc autem Dei gratia spiritualis, à noua non tam natiuitate, quàm conceptione inchoatur, idque ex nouo opere Dei, 1. Corint. 3. 9 & ex nouo semine 1. Pet 2. 2. ¶ *Videre regnum Dei*, ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ: id est introire in regnũ Dei, vt explicatur infrà, versu 5. Orta est autẽ hæc appellatio ex promissione aduentus Messię, id est Regis & sacerdotis æterni, vnde regnũ illud sacerdotale: Exod. 19. 6. & regale sacerdotium 1. Pet. 2. 9. quod Iudæi crassè & secũdum carnẽ intelligebant, ipsique adeò ad tempus Apostoli, Act. 1. 6. At meliùs Simeon Luc. 2. 26. & Anna prophetissa, & Patres illi quorum fit mentio 1 Pet. 1. 11. Coniuncta est igitur possessio cum visione huius regni, in cuius vestibulo stat in hoc mundo Ecclesia, in quam per Baptismum ingredimur, expectantes dum in ipsam regiam introducamur, quæ descriptio in Cant. Canti. diuinissimis allegoriis spectanda proponitur.

4 *Nasci*, γεννηθῆναι. Hoc idem verbum à Christo vsurpatum vertimus Latino Gignendi verbo, quod vti diximus, ad conceptum ipsum, & quasi alterius creationis primum initium refertur in spirituali regeneratione, aduersus eos qui præparatoria quædam opera somniant cum Gratia Dei concurrere. Res autem ipsa ostendit Nicodemum malè interpretantem Christi sermonem, non de repetito conceptu, sed de iterato ex vtero matris egressu. ista intellexisse. ¶ *Qui sit senex*, γέρων ὤν. Vulg. & Eras. *Quum sit senex*: quæ interpretatio planè est ἄκυρος hoc loco. Neq; enim omnis homo senex est: quod tamen videtur affirmare qui sic loquitur. Sciendũ est autẽ Nicodemum sic respondere, vt Christi verba sibi applicet: & quod in genere Christus dixerat, ad hypothesin reuocare licet: verba Christi malè interpretantem. Itaque sic omnino vertendus est hic locus.

γω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

6 Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστι.

7 Μὴ θαυμάσῃς ὅτι εἶπόν σοι, Δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν.

dico tibi, nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.

6 Quod genitum est ex carne, caro est: & quod genitum est ex Spiritu, spiritus est.

7 Ne mireris me dixisse tibi, Oportet vos iterum gigni.

amẽ dico tibi, [illegible] nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.

6 Quod natum est ex carne, caro est: & quod natũ est ex Spiritu, spiritus est.

7 Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuo.

5 *Ex aqua & Spiritu*, ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος. Apud Cyrillum additur Sancti epitheton, & apud August. libr. 1. de peccatorum remissione cap. 30. quod etiamsi non adiiciatur, satis per se intelligitur ex versu sequente, in quo necesse est Spiritum ipsum nos regenerantem, à spiritu, id est noua qualitate veterem abolente intra nos creata distinguere, sicuti causam efficientem ab effecto. Cæterum si Aquæ nomine baptismus specialiter intelligatur, vt qui peculiare sit nostræ regenerationis sacramentum, sic accipienda est hæc sententia vt respexerit Christus communem Ecclesiæ ordinem, neque tamen simpliciter gratiam Dei alligarit Baptismi sacramento, quasi absolutè & sine vlla exceptione necessario, quum mox regeneratio Spiritui, nulla facta aquæ mentione, attribuatur, & idem alioqui sit statuendum de manducatione carnis & potu sanguinis Christi infra 6. 53. Idem etiam multò magis de fide actuali dicendum esset, ex Marc. 16. 16. & Heb. 11. 6. Sic quoque fides omnis erit ex auditu ex Rom. 10. 17. quæ omnia quum absurdissima sint, omnino extra metas excurrit Augustinus defendendę aduersus Pelagianos veritatis studiò abreptus: quod est etiã postea distinctionibus aliquot ab ipsis scholasticis mitigatum. Sin verò malimus Christum cum Pharisæo disserentem, Aquæ nomine ad externas ablutiones allusisse: tunc sic erit explicandum hoc dictum, vt Christus veram mundationem requiri significarit quæ intus à Spiritu sancto efficiatur, ita vt externa legalis per se considerata, nedum Pharisaica, res esset inutilis, & Spiritus nomen sit epexegesis nominis Aquæ: sicut alibi Spiritus & Ignis in Baptismo coniunguntur: quanquam ordine inuerso. Nam hîc præcedit Aquæ vox, illic Ignis appellatio posterior est. Ratio verò huius diuersitatis ex eo patet, quòd Aqua verè extat in sacramento baptismi, vt spiritualis & diuinæ illius ad nos intus abluẽdos virtutis σημεῖον & σφραγίς. At quum Ignis nomen subiicitur Spiritui, vox ignis nõ aliter quàm metaphoricè accipi potest. Hoc igitur loco Spiritus nomen adiectum Aquæ, est exterioris sacramentalis baptismi declaratio: illic autem Ignis vox Spiritui addita, est virtutis diuinæ explicatio à re corporali sumpta. Sed de Baptismo hîc agi, siue simpliciter, siue aliqua ad legales ablutiones allusione, omnino existimo, & rationem habuisse Christum sectæ Pharisæorum, qui omnem penè pietatem in ablutionibus ponebant, vt & hodie Mahumerani, & qui ex Pontificiis doctrinam operis operati tuentur.

6 *Ex carne*, ἐκ τῆς σαρκός. Sic vbique legitur, & hoc poscit antithesis. Itaque nescio quid in mentem venerit Tertulliano vt hunc locum citans lib. de carne Christi, & aduersus Praxeam, legerit *in Carne*, malè quoque ista detorquẽs ad Christi personam. Cæterùm refellens Christus Nicodemi delirium sermonem ipsius crassè interpretantis, quasi repetenda esset naturalis hominum substantiæ generatio, declarat à se disseri de nouæ generationis specie, non secundum substantiam, sed secundum qualitatem illam hominum vitiosam, quam emendari alio principio, nempe eiusdem illius Sp. Sancti virtute oporteat, per quam humana hæc natura initio fuit condita. Præsupponit enim Christus quod est extra omnem controuersiam, purum esse oportere eum qui beatus esse velit apud Deum. Carnis igitur appellatione in vtroque eius enuntiati membro totus homo, qualis ex homine nascitur, id est tum corpore tum animo impurus intelligitur. Neque enim Carnis appellatione hoc posteriore loco significatur Carnea illa corporis moles, sed tum animi tum corporis humani natura, peccato & morti addicta. Idq; ita esse vel ex eo liquet quòd Apostolus carni tribuit φρόνημα Rom. 8. 7. & νοῦν, Col. 2. 18. Caro igitur pro carnali ponitur, vt apud Hebræos sæpe appellatiua pro adiectiuis vsurpantur, atq; adeo apud Græcos & Latinos, vt quum quispiam dicitur κάθαρμα, id est scelus, pro scelerato: & miseram hominis totius conditionem designat, vt Psal. 56. 5. & 78. 39. Poscit autem ratio antheseos vt vicissim Spiritus nomine posteriore loco non intelligamus hominis animum, sed totum hominem spiritualem, id est Spiritus sancti gratia Christo insitũ, ac proinde in eo renouatum, qui & ipse Spiritus dicitur, vt natura ipsius perennis pura ac immortalis significetur: quanuis adhuc supersit lucta carnis, adeo vt vnus & idem homo fidelis, quandiu hîc versatur, & Caro & Spiritus diuersis respectibus dici possit, vt suo exẽplo elegantissimè describit Paulus Epist. ad Rom. c. 7. ¶ *Quod genitum est ex Spiritu, spiritus est*, τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστι. i. vt sibi constet antithesis, quod ex principio spirituali effectiuo, ac proinde puro gignitur, spirituale quoque & purum est, originem videlicet suam referens, sicut carnale & impurũ est quod ex carnali & impuro oritur: qua in re statuitur hæc inter duas istas genituras conuenientia, quòd vtrinq; id quod gignitur dicatur ei simile vnde gignitur. Sed dextrè interpretanda est hęc conuenientia, ne in magnos errores incidamus. Nam in priore illa generatione carnali & impura, sic homo hominem gignit, vt, quod ad corpus attinet, non sit tantùm effectiuum, sed etiam materiale eius quem gignit, principium. At in posteriore generatione spirituali, principium eius effectiuum est, ipse Spiritus sanctus: minimè aliqua suæ essentiæ vel traductione (sic enim omnes regenerati essent ipse Spiritus Sanctus) vel decisione, vtpote quæ ne in vllam quidem creatam substantiam incorpoream cadat: sed eâdem illa sua virtute diuina, qualitatem illam impuram abolens, & nouã illam purã creans in iis quos refingit. Hoc autem sensim quidem efficit, & primùm in anima, cuius intellectum vera luce illustrare & voluntatem, cæterosque affectus, ad bonum volendum & præstandum præparare incipit, quod opus vltimo demum illo die ad suũ finem perducetur: in corpore verò iã nunc ex parte efficit, vt animæ regeneratæ aliquatenus obsequatur: vltimo autem illo die per beatam resurrectionem, abolitis omnibus ipsius etiam animalis vitæ infirmitatibus, sempiterna illa vita ipsum quoque glorioso Christi corpori conforme reddet. Itaque vt vtrinque sibi constet ἀντίθεσις, quum sicut antea diximus, non de substantia vel animę vel corporis sed de contrariis duabus qualitatibus, illorum impuritate videlicet abolenda, & puritate instauranda hîc agatur, præpositio Ex principiũ simpliciter effectiuum declarat: & Gignendi verbum, non de Generatione vlla substantiæ intelligendũ est, sed in priore quidem enuntiato, principium effectiuũ impuritatis, id est hominem impurum, eius impuritatis auctorẽ: in posteriore verò Sp. Sanctum diuina illa sua virtute sordes illas omnes abolentem, & puritatis donũ formantem intelligimus: per quod opus etsi Sp Sanctus nouam substantiã veteris loco non creat, sed tantùm imaginẽ Dei in illorum substantiis instaurat: tamen tale & tãtum est quod agit: vt sic qualitatibus transformati homines, meritò quasi rursus quodammodo geniti, immo etiam quasi rursum creati extare nouo quodã Existendi modo videantur. Hinc autẽ alterum quoque enthusiastarũ quorundam deliriũ redarguitur, qui (præter absurdam, immò etiam impiã ipsius Sp. Sancti essentiæ intra regeneratos realem insinuationẽ, de qua diximus) nomine Spiritus intra regeneratos creati, nõ qualitates aliquas, sic metonymicè propter Sp. Sanctum illarum auctorem idem nomen cum ipso Spiritu Sancto sortitas, sed tertiam quandã realẽ substãtiam imaginantur per regenerationis donũ creari & trãsfundi, ita vt regenerati nõ tantùm ex anima & corpore, sed præterea ex tertia quadam essentiali parte componantur, quò etiam locum illum Apostoli ex 1. Thess. 5. 23 detorquẽt, vt bello isti fundamento alia præterea teterrima commenta superstruãt.

7 *Vos*, ὑμᾶς. In quatuor codicibus scriptum legimus ἡμᾶς, nos, ita videlicet vt sese Christus aggreget hominibus reliquis. Sed quum sciamus nunquã in eo fuisse peccatũ, vt qui ex Spiritu sancto fuerit conceptus, est recepta illa lectio retinenda.

8 Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει· οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Πνεύματος.

8 Ventus quò vult spirat, & sonū eius audis, sed ne scis vnde veniat & quò vadat: ita est quisquis genitus est è Spiritu.

8 *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat & quò vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu.*

Arcanum nostræ regenerationis humano captui incomprehensibile, fide percipitur, sed nō nisi in Christo quoniam is & Deus est in terris, & homo in cælis, id est, sic homo, vt & etiam Deus, ac proinde omnipotens: & sic Deus, vt & etiam homo, ac proinde eius potentia nobis pateat.

9 Ἀπεκρίθη Νικόδημος, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι;

9 Respōdit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?

9 *Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?*

10 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις;

10 Respondit Iesus & dixit ei, Tu es Magister ille Israelis, & hæc non nosti?

10 *Respondit Iesus & dixit ei, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?*

11 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν μαρτυροῦμεν· καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε.

11 Amen amen dico tibi, quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur: sed testimoniū nostrum non recipitis.

11 *Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur: & testimonium nostrum non accipitis.*

12 Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε;

12 Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cælestia, credetis?

12 *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cælestia, credetis?*

13 Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

13 Nullus enim ascēdit in cælum, nisi qui descendit è cælo, *nempe* Filius hominis qui est in cælo.

13 *Et nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo.*

8 *Ventus*, τὸ πνεῦμα id est ἄνεμος. auctor libri de Mundo, ἄνεμος οὐδέν ἐστι πλὴν ἀὴρ πολὺς ῥέων καὶ ἀθρόος, ὅστις ἅμα καὶ πνεῦμα λέγεται. λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως πνεῦμα, ἥ τε ἐν φυτοῖς καὶ ζῴοις καὶ διὰ πάντων διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία. Apud Hebræos verò רוח [*ruach*] magis quoque multipliceē habet significationem, apud quos etiam pro Spiritu illo Dei omnia viuificante accipitur, vt & apud Græcos ac Latinos theologos, qui ex Hebræorum fontibus istud hauserunt. Quum igitur Spiritus nomen sit πολύσημον, & à Latinis etiā quanuis rarò pro vento accipiatur, ventum malui interpretari quàm Spiritū. Nam hac significatione πνεῦμα hoc loco explicandum esse, apertè tradunt veteres, vt Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Augustinus De quæstionibus Veteris & noui Testamenti, quæstione 59. Quod enim idē in hunc locum scribens hæc de Spiritu Sancto accepit, vt & Athanasius, Nazianzenus, Nyssenus, Ambrosius, hoc faciunt in ipsa ἀποδόσει cōparationis, applicantes Spiritui Sancto quæ dicuntur de vento, idque fortasse nimiū præcisè. Nec enim in cōparationibus singula singulis respondent, ideóque non est extra comparationum finem & scopum excurrendum. Christus autem hoc loco proposita venti similitudine modum spiritualis generationis docens, dicere tantùm voluit gratiam hanc omnē regenerationis nobis θύραθεν aduenire ex Spiritu Sancti vnius virtute nostris sensibus imperceptibili, eos quos ipsi libeat viuificāte: quorum omnium analogia quædam proponitur in venti flatu spectanda, non nostro, sed suo, prout ipsi libuit velut arbitrio spirante, & cuius sonitus duntaxat audiatur: in qua similitudine ventus quidem Spiritum sanctum, venti verò sonitus externam verbi prædicationem: venti denique effecta, regenerationem adumbrabant. Quamobrem etiam flatus symbolo vsus est Dominus in illa solenni Sp. sancti missione, Act. 2. 2. Quòd si hoc priore loco non ventus, sed Spiritus Sanctus ipse intelligatur, tum nulla hic fuerit cōparatio. Spiritus Sancti verò sonitum, quínam dici potuit Nicodemus audiuisse, minimè tunc in synagogis loquentis? Et si Spiritus Sancti sonitum Nicodemus cognoscebat, cur tam rudis erat in his mysteriis? Nam sciuisset quoque vnde veniret, & quò tenderet si sermonem ipsius intelligebat. Rectè tamen Patres ex hoc loco, nempe ex illius comparationis ἀποδόσει, veram Spiritus Sancti Deitatem asseruerunt. ¶ *Quò vult*, ὅπου θέλει: id est libero & vago impetu. Est enim translatio ab hominibus sumpta in quibus propriè dicitur esse voluntas. Simili figura vtitur Paulus Rom. 8. 19. 20. 21. 22. ¶ *Sonum*, φωνὴν: id est ἦχον, vt Matth. 24. 31. item 1. Corinth. 14. 7. & 8. Sic etiam apud Hebræos accipitur, קול [*kol*] vt 2. Reg. 6. 32. Ezech. 43. 2. Quod si de Spiritu sancto hic ageretur, certè (vt scitè scribit Chrysost.) non dixisset Christus Pharisæo & Spiritus sancti energiam nescienti, Audis vocem eius.

10 *Magister ille*, ὁ διδάσκαλος. Hoc quoque loco videtur articulus suum pondus habere, quo significatur Nicodemum non modò pro doctore, sed etiam pro excellenti doctore habitum fuisse ab Israelitis, de cuius etiam aucto-ritate constat ex sepulturæ Christi historia.

11 *Sed testimonium*, καὶ μαρτυρίαν. Vulg. & Eras. *Et testimonium*. Sed hîc quoque poni καὶ pro ἀλλὰ sensus ipse ostendit. Est autem tacita quædam antithesis in his verbis, diligenter (meo quidem iudicio) obseruanda. Vos, inquit, Christus tractatis ac docetis quæ non intelligitis, & creditur vobis: at nos certa & cognita docemus, & tamen doctrinam nostram non admittitis. Coniungit enim sese cum Prophetis, quorum scripta tam negligenter interpretabantur in synagogis. ¶ *Non recipitis*, οὐ λαμβάνετε, id est non admittitis. Id enim est pro quo postea dicit, Non creditis. Nonnulli interpretantur, Non accipitis, vel Non capitis, pro, Non estis idonei ad intelligendum. quam amphiboliam vt vitaremus, vertimus potius Recipitis quàm Accipitis. Chrysostomus legit οὐδεὶς λαμβάνει, id est Nemo accipit.

12 *Terrena*, τὰ ἐπίγεια. Id est, Si crasso & plebeio stilo loquentem non intelligitis, & ideo loquentem repudiatis. Nec enim doctrinam suam terrenam vocat, sed eius elementa, & ipsius tradendæ modum, ruditati nostræ accommodatum, & similitudinibus desumptis à rebus communibus & sensui nostro obuiis, qualis erat illa de venti flatu, illustratum. ¶ *Non creditis*, οὐ πιστεύετε. In vno exēplari scribitur οὐκ ἐπιστεύσατε, *non credidistis*: & paulò pòst pro πιστεύσετε, id est *credetis*, in alio quodam inuenimus πιστεύσετε, id est *credituri sitis*, eâdem tamen manente sententia.

13 *Nullus enim*, καὶ οὐδεὶς. id est οὐδεὶς δὲ, vt suprà, 2. 13, & alibi sæpe. Est autem elliptica tota hæc oratio, cuiusmodi multa in communi sermone reticentur, ac si dixisset Christus, Non creditis, quod tamen factum oportuit. Reddit enim causam cur & ipse cælestia possit suo iure docere, & cur homines doctrinam cælestem non admittant: deinde hanc ipsam doctrinam explicat, quoniam videlicet homines, nisi Dei Spiritu impulsi, neque per se sapiunt, neque hunc doctorem audire sustinent. ¶ *Ascendit in cælum*, ἀναβέβηκεν εἰς οὐρανόν. id est spiritualis intelligentiæ luce præditus est, vel vnquam fuit: nisi Filius ille æterna patris sapientia, de qua suprà 1. 9, & 18. & Matth. 16. 17. & Ioh. 16. 14. & 15. & qui naturam nostram assumptam sibi hypostaticè vnitam donauit Spiritu sine mensura, iam tum quum hæc loqueretur, quanuis carnis infirmitatibus nondum depositis. ¶ *Nempe filius hominis*, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Abundat Ioannes huiusmodi appositionibus in subiectione positis, vt suprà, 1. 12, & 45. Quod autem Christus se è cælo descendisse dicit, primùm ad diuinæ naturæ incarnationem, deinde etiam ad ipsum conceptionis modum referendum est, non ad corporis materiam, vt Apollinaris & alij hæretici existimarunt, & qui errorem eorum nostra memoria renouauit Schuenkfeldius. Deinde quòd se Filium hominis (id est hominem) in cælo esse docet, apertè duas naturas distinguit, & vnam hypostasin confirmat. ¶ *Qui est in cælo*, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Vel qui erat in cælo, vt idem ipse Christus loquitur infrà 6. 62. Certum est tamen, quū Christus, quatenus homo est, coeperit existere à conceptu, impro-

priam fore hanc loquutionem, siquis naturam humanam sigillatim consideret: maximè tamen proprium vt personalis illa duarum in vno Christo naturarum coniunctio significetur. Christus enim adeo vnus est, vt quod ei secundum alterutram tantùm naturam distinctè & per se consideratam est proprium, interdum de toto subiecto dicatur secundū personæ vnitatem, vt quū dicitur Christus crucifixus, mortuus, sepultus: interdum verò quod vnius est naturæ de Christo dictum in concreto ad alteram transferatur, vt quum dicitur Dominus gloriæ crucifixus. 1. Cor. 2. 8, quam formulam loquendi vocarunt, idiomatum (id est proprietatum) communicationem. cui propterea locus est in vocabulis concretis, putà Dei vel Hominis, à quibus sæpe tota persona denominatur at nunquam in abstractis vocibus Humanitatis & Deitatis, quibus sigillatim & per se naturæ significantur. Itaque quàm vera sunt hæc enunciata ὁ λόγος est homo: & hic homo est ὁ λόγος, contrà Nestorium diuidentem personam: tam impium est dicere Humanitatem Christi esse Deitatē Filij, quàm Deitatem Filij esse Christi humanitatem, vt sentiebat Eutyches, naturas cōfundens. Quod autem de ipsis naturis statuitur, de proprietatibus etiam earum essentialibus censendum est. Itaque rursus tam est Nestorianum negare de Christo, hunc hominem esse æternum, increatum, omnipræsentem, &c. nempe non quatenus Homo, sed quatenus Deus est: quàm est Eutychianum & blasphemum dicere Christi Humanitatem esse æternam, increatam, omni præsentem. Nam Homo quidem est Deus, at Humanitas non est Deitas ac proinde neque in Humanitatem proprietates Deitatis, neque in Deitatem proprietates Humanitatis cadunt. Sed hoc potest non minus commodè per synecdochen explicari: quæ quidem modò simplex est, modò duplex. Simplex, quum personæ tribuitur quod ad ipsam, alterius tantùm naturæ respectu, propriè spectat, vt si dicas Christum passum esse pro nobis: altera duplex, quum in concreto & in subiecto pars pro toto ponitur, & in attributo tribuitur toti personæ quod vnius & quidem diuersæ naturæ proprium est, vt quum dicitur Dominus gloriæ crucifixus, Deus acquisiuisse Ecclesiam sanguine suo, Filius hominis fuisse in cælo antequam ascenderet. Nam in his totus Christus, est subiectum, quāuis ex vna dūtaxat ipsius natura nominetur: & in attributo, toti Christo tribuitur quod vni vel Carni vel Deitati proprium est: nempe vt Spiritus Sanctus nos doceat Christi naturas ita distinguere, vt tamen alteram ab altera nō separemus. Nam nisi idem ille Christus qui passus est, Deus est æternus, & vicissim nisi idem Deus ille æternus passus est in Carne sua, vbi fides nostra? Nam nec seruare potest, nisi Deus sit: nec redimere, nisi sit homo: & neutrum potest, nisi vnus & idem sit Deus & homo. Partis autem & Totius nomen sic velim accipi vt hoc mysterium patitur. Itaque (vt ad rem redeam) tam licet nobis conuertere ὁ ὤν, *Qui erat*, quàm *Qui est*. Libuit autem hæc paucis annotare aduersus eos homines quos non pudet nostro hoc seculo nefandos illos errores Nestorij & Eutychetis, iam olim totius Ecclesiæ tam aperto ac perpetuo consensu & tantis veterum omnium Patrum laboribus ac vigiliis damnatos, ab inferis reuocare.

14 Καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου·

14 Prout autem Moses extulit serpentem in deserto, ita extolli oportet Filium hominis:

14 *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis:*

Infrà 12. 32. num. 21. 9. Christus prædicit fore vt ipse per Euangelij prędicationē, velut salutiferū signum attollatur, ad quod totus mundus accurrat: quod olim serpentis erecta figura fuit in deserto adumbratum.

15 Ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

15 Vt quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

15 *Vt omnis qui credit in ipso, nō pereat, sed habeat vitam æternam.*

16 Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

16 Ita enim Deus dilexit mundum vt Filium suum vnigenitum illum dederit, vt quisquis credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

16 *Sic enim Deus dilexit mundum vt Filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eū non pereat, sed habeat vitam æternam.*

1. Ioh. 4. 9. Patris amor prorsus gratuitus, nostræ salutis est origo. Christus autem is est in quo iustitia & salus nostra residet: fides verò instrumentum quo apprehēditur vita æterna, id quod apprehendendum proponitur.

17 Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ.

17 Non enim misit Deus Filiū suum in mundum vt damnet mundum, sed vt seruetur mundus per eum.

17 *Non enim misit Deus Filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.*

Infr. 9. 39. & 12. 47. Christus ipse non dānat, sed eius contemptus.

14 *Extulit*, ὕψωσε. Ascensioni in cælos & reuersioni è cælis fidem abrogabat carnis humilitas, quod offendiculum tollens Christus prædicit fore vt quod translatitiè dixerat, verè & propriè & in ipso per ipsam carnem in cælos vsque attollendo impleretur ad inde præbendam credentibus vitam æternam, quod olim fuerat per Mosen ex Dei mandato, serpentis ænei typo, adumbratum.

16 *Ita enim*, οὕτω γάρ. Existimat Erasmus, ab hoc loco videri posse Euangelistæ verba, explanantis sermonem quem Christus cum Nicodemo habuerat: sed non video quamobrem hoc sit comminiscendum. Imò verò (vt Patres omnes, excepto vno Athanasio sentiunt) Christum oportuit hæc omnia subiicere, nisi vellet sermonem in medio veluti cursu abrumpere. Explicat igitur Christus, vnde istud factum, nempe non quòd Pater ad hoc esset adstrictus, vel Filius vllius culpæ reus, sed ab vnica immensa Patris ita decernentis, & Filij ad mortem vsque crucis obsequentis φιλανθρωπίᾳ. ¶ *Deus*, ὁ Θεός. Videlicet Pater. Alius ergo Pater mittens, alius est Filius missus aduersus Sabellium: nec tamen Aliud est ille, Aliud iste, sed vnus vterque Deus est. ¶ *Vnigenitum illum*, τὸν μονογενῆ. Ergo Patri ὁμοούσιον, aduersus Arrium: & quoque hominem, sed in Deo Filio subsistentē, aduersus Nestorium. ¶ *Dederit*, ἔδωκεν. Non igitur ex vllis vel præuisis, vel antecedentibus cuiusquam meritis, neque ex fide præuisa, quæ & ipsa Dei donum est, sed ex merè gratuitâ Dei in suos inimicos ἀγάπῃ, aduersus Pelagium. ¶ *Non pereat*, μὴ ἀπόληται. Ergo in Christo per fidem apprehenso, non modò inuenimus quo mortem æternām effugiamus, omnibus videlicet peccatis nostris, per ipsius mortem nobis imputatam expiatis: verùm etiam quo vitam æternam, per & propter perfectam legis præstationem ab eodem Christo pro nobis præstitam, & nobis imputatam adipiscamur.

17. *Vt damnet*, ἵνα κρίνῃ id est ἵνα κατακρίνῃ, vt diximus alibi. Vulgata, *Vt iudicet*: quæ interpretatio planè est repudianda propter amphiboliam: Scimus enim Dominum iudicaturum viuos & mortuos. Hoc igitur Erasmus rectè emendauit. Sed præterea annotandum fuit, Damnandi verbo non significari hoc loco ipsam actionem, sed ipsius damnationis causam: veluti si dicas maleficum quempiam à sua improbitate suisque sceleribus damnari, potius quàm à magistratu. Sic igitur Christus non damnat, id est damnationis causa non est (quî enim possit mors à vita proficisci?) sed Christi contemptus & peccata incredulos damnant. Et tamen Christus iustus iudex in reprobos sententiam feret. Denique Damnare nihil aliud hoc loco declarat quàm perdere, vt liquet ex verbo Seruandi, quod ipsi opponitur. ¶ *Vt seruetur mundus*, ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος: id est non vna Iudæorum gens, sed quicunque crediderit in eum, vt dixit superiore versiculo. Mundus ergo opponitur vni genti: & ineptè (nequid acerbius dicam) faciunt qui eiusmodi testimonia citant vt æternam Dei electionem (quæ certè vniuersalis esse non potest) euertant. ¶ *Iam condemnatus est*, ἤδη κέκριται. sua videlicet ipsius incredulitate. Agitur enim hîc de adultis quibus annuntiatus fuerit Christus, vt contextus series ostendit. Nam quibus non offertur Euangelium dici non possunt illud contempsisse, nec etiā infantes prius mortui quàm de illo quicquā audire potuerint: neutris tamen propterea mortis reatum effugientibus, sed illis quidem per legem cordibus suis inscriptam meritò condemnandis, Rom. 2. 15. istis verò eius peccati reis, quod in eos etiam transit qui non peccarunt ad similitudinem Adami, Rom. 5. 14. exceptis sanctorum liberis in fœdere comprehensis 1. Cor. 7. 14.

18 Ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται, ὁ δὲ μὴ πιστεύων ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

Sup.1.5.9.& 10. Sola prauitas in causa est cur homines oblatam lucē repudient.

19 Αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ πονηρὰ αὐτῶν τὰ ἔργα.

20 Πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ·

21 Ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς· ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα, ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα.

Infr.4.1

22 Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν, καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ᾽ αὐτῶν, καὶ ἐβάπτιζεν.

23 Ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ, καὶ παρεγίνοντο καὶ ἐβαπτίζοντο.

24 Οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν φυλακὴν ὁ Ἰωάννης.

25 Ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίων περὶ καθαρισμοῦ.

Satan discipulos Ioānis stulta præceptoris æmulatione incendit, vt Euangelij cursum impediat: Ioannes verò sui officij memor, non modò frāgit eius cōnatus, sed etiam occasionem inde arripit reddendi Christo testimonij: in quo vno testatur vitam æternam à Patre cælesti proponi.

18 Qui credit in eum, non condemnatur: qui verò non credit, iam condemnatus est: quia non credidit in nomen vnigeniti Filij Dei.

19 Hæc est autem cōdemnatio, ‖ quòd Lux venit in mundum, sed dilexerunt homines potius tenebras quàm Lucē: quia sunt eorum mala opera.

20 Quisquis enim quę mala sunt agit, odit lucē, nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipsius.

21 Qui verò dat operam veritati, venit ad lucem: vt manifesta fiant opera ipsius, quòd secundum Deum facta fuerint.

22 Postea venit Iesus & discipuli eius in Iudææ territoriū: & illic commorabatur cum eis, & ‖ baptizabat.

23 Baptizabat autē etiam Ioannes in Aenō prope Salim, quoniam aquæ multæ erant illic, & veniebant ac baptizabantur.

24 Nōdum enim coniectus fuerat Ioannes in carcerem.

25 Orta est igitur quæstio *quibusdam* ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.

18 *Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine vnigeniti Filij Dei.*

19 *Hoc est autem iudiciū, quia Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm Lucem: erant enim eorum mala opera.*

20 *Omnis enim qui mala agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius:*

21 *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.*

22 *Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram: & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.*

23 *Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & baptizabantur.*

24 *Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.*

25 *Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.*

19 *Condemnatio*, ἡ κρίσις. id est condemnationis causa, sicut suprà exposuimus ipsum verbum κρίνειν. Nam quod Oseas de Israelitis dixerat 13.9. Perditio tua ex te est, hoc Christus in omnes incredulos pronuntiat. Sed qui propterea æternum Dei consilium tollit, perinde facit ac si negaret reprobos Dei voluntate nasci, quoniam ab hominibus gignuntur. ¶ *Potius*, μᾶλλον. Vulgata & Erasmus, *Magis*: quæ interpretatio sic posset accipi quasi & lucem & tenebras dilexerint homines, sed magis tamen tenebras quàm lucem, quum potius declaret Christus homines cōtempta luce tenebras esse amplexos. Non dissimilem errorem annotauimus Luc.18.14.

20 *Agit*, ὁ πράσσων. Vtitur tempore præsenti, non præterito. non enim quisquis malè egit odit lucem, quum ij quibus datum est resipiscant, & ad lucem accurrant, sed malè agere dicuntur in quibus peccatum regnat, vnde fit vt & redargutionis doctrinam & doctores refugiant.

¶ *Opera ipsius*, τὰ ἔργα αὐτοῦ. In vno codice additur ὅτι πονηρά ἐστιν, Quia mala sunt: quod membrum opponitur ei quod in proximo versiculo additur, ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα, id est, quòd secundum Deum facta sint.

21 *Qui verò dat operam veritati*, ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν. Heb. עושה אמת [*hoseh emeth:*] id est (vt ad verbum conuertit Vetus interpres & Erasmus) *Qui facit veritatem*. Veritatis autem nomen hoc loco declarat vitam verè bonam & omnis fraudis expertem, cuius magistra est lex Dei. Isti autem opponitur φαῦλα πράσσων, id est qui animo sibi malè conscio à recta via deflectit, & malo studet rectum simulans. Sic facere pacem dicitur Iacob.3.18, qui paci dat operam. ¶ *Venit*, ἔρχεται. Tempore præsenti. Atqui nemo iustitiæ verè studet, nisi qui iam ad lucem accessit, & est ab ea illustratus. Dicitur ergo veritatis studiosus, qui animo intus per Dei gratiam mutato tenetur cognoscendæ & sequendæ veræ iustitiæ desiderio, ideóque ad eius magistrum & doctorem accedit. Verum est tamen quum omnes in hac vita Deum nonnisi ex parte cognoscamus & amemus, eos etiam qui iam reipsa sunt illustrati, lucem adhuc quotidie quærere, & in ipsius cognitionem magis ac magis incumbere. ¶ *Secundum Deum*, ἐν Θεῷ. Hebr. את אלהים [*eth elohim*,] id est cum Deo, vt Gen.6.9. Deo veluti duce præeunte, id est, σὺν Θεῷ vel κατὰ τὸν Θεόν. ac proinde rectè & ex mandati diuini præscripto. Alij interpretantur, *Per Deum*, quia Deus efficit in nobis velle & operari; sed illa expositio est simplicior & accommodatior.

22 *In Iudææ territorium*, εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν. Vulg. *In Iudæam terram*. Erasmus, *In terram Iudæam*. Est enim mollior collocatio, si totum præcedat, pars sequatur. Sed Euangelistam opinor aliò respexisse. nam quum ex Iudææ metropoli exiret Iesus, non poterat simpliciter dici proficisci in Iudęam: ideo additur γῆν, quo vocabulo territorium ipsius Hierusalem, adeóque ipsa regio Iudææ vrbi circuniecta declaratur. Maluimus ergo territorium conuertere quàm terram. Sicut autem hoc dicendi genus nouum est adeo vt putem esse ἅπαξ λεγόμενον, quod aiunt: ita vix (vt opinor) vsquam reperias qui annotarit quamobrem sit ab Euangelista vsurpatum. Quinetiam in quodam vetusto codice comperimus simpliciter scriptum esse εἰς τὴν Ἰουδαίαν: quā lectionem si sequaris, in aliam difficultatem incides multò maiorem, quomodo videlicet Christus ex Iudæa in Iudæam dicatur profectus. ¶ *Baptizabat*, ἐβάπτιζεν. Discipulorum videlicet ministerio, vt dicitur infrà, 4.2. Nēpe vt eò apertius interior baptismus ab exteriore distingueretur. Nam alioquin vnus & idem erat baptismus exterior, etiamsi fuisset ab ipso Christo administratus.

23 *Aquæ multæ*, ὕδατα πολλά. Multi videlicet riui quorum etiam in eo tractu circa Aroër fit mentio in libris Mosis, aut quòd Iordanis ibi inundaret. Nam ὕδατος appellatione singulari numero Iordanis intelligitur vt Matt.3.16. & alibi fluuius quem nonnulli Eleuterum vocant, sed circa Ægypti claustra, Act.8.36.

25 *Igitur*, οὖν. Vulgata & Erasmus, *Autem*, rectè quidem, si sensum spectes: sed tamen interdum apud Latinos quoque istæ particulæ quanuis propriè accommodentur significandis conclusionibus, sermonis ingressum declarant, vt infrà 4.9. Sic apud Virgilium Ecloga 7, *Alternis igitur contendere versibus ambo Cæperunt.* ¶ *Cum Iudæis*, μετὰ τῶν Ἰουδαίων. In veteribus omnibus nostris codicibus scribitur μετὰ Ἰουδαίου, id est cum Iudæo, videlicet quodam: & ita videtur legisse Chrysostomus. ¶ *De purificatione*, περὶ καθαρισμοῦ. id est de Baptismo vt vult Cyrillus. At cur Euangelista non potius baptismi nomen vsurpasset? Chrysostomus igitur existimat inter illos Ioannis ipsius & non Christi discipulos, sed Iudæos appellatos, actum fuisse de legalibus purificationibus, quarum studiosissimos Pharisæos verisimile est Ioannis baptismum vt superuacaneū reprehendisse. Sed apparet ex ipso Ioannis, apud quem hæc acta sunt, sermone, Ioannis quidem discipulis magistri sui baptismum: Iudæis autem suas ordinarias purificationes

tiones tuentibus quū vtrique opus operatum quod vocāt, stultè vrgerent, errore toties à Prophetis ipsis reprehenso, à Ioanne fuisse vtrosque sicuti merebantur reprehensos, admonitis quidem suis discipulis ne ab externo suo baptismo penderent, sed vt in Christum intus baptisantem respicerent: Iudæis verò edoctis, aduenisse legalium figurarum, in eodem Christo complementum.

26 Καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ εἶπον αὐτῷ, Ῥαββί, ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε, οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν.

27 Ἀπεκρίθη Ἰωάννης καὶ εἶπεν, Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

28 Αὐτοὶ ὑμεῖς μοι μαρτυρεῖτε ὅτι εἶπον, Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός, ἀλλ᾽ ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου.

29 Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου. αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται.

30 Ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι.

31 Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν· ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ· ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν.

26 Veneruntque ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, is qui tecum erat apud traiectum Iordanis, cui tu ‖ testimonium dedisti, ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum.

27 Respondit Ioannes & dixit, Homo non potest recipere quicquam nisi fuerit ei datum è cælo.

28 Vos ipsi mihi testes estis me dixisse, ‖ Non sum ego Christus, sed missus sum *qui apparerem* coram eo.

29 Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem spōsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem spōsi. hoc ergo gaudium meum impletum est.

30 Illum oportet crescere, me verò minui.

31 Qui supernè venit, suprà omnes est: qui è terra est, terrenus est, & terrena loquitur: qui è cælo venit, supra omnes est.

26 *Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.*

Sup.1.15.& 27. & 34.

27 *Respondit Ioannes & dixit, Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cælo.*

28 *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quòd dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.*

Sup.1.20

29 *Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est.*

30 *Illum oportet crescere, me autem minui.*

31 *Qui de sursum venit, super omnes est: qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cælo venit, super omnes est.*

26 *Apud traiectum Iordanis*, πέραν Ἰορδάνου. Nempe Bethabaram. Vide suprà, 1.28.

27 *Homo*, ἄνθρωπος. Quidam hoc videntur ad Christum referre, vt pro relatiuo positum sit: quasi diceret Ioannes, Iste cui inuidetis, non excelleret tantis virtutibus nisi id esset cælitus consequutus: itaque Dei ipsius liberalitati inuidetis. Sed ad hanc exprimendam sententiam omnino dicendum fuerat ὁ ἄνθρωπος pro ἐκεῖνος, *ille*, vt Matth.26.72, & 74. Est igitur generalis sententia, quam tamen Ioannes sibi applicat: vt sit hic sensus, Quid conamini meæ conditioni aliquid adiicere? hæc sors est omnium hominum vt ex se ne tantillum quidem possint consequi, sed quicquid eximium habēt id eis ex Dei liberalitate tribui necesse sit. Quæ sit autem illius præstantia, ipsi fatemini vos ex me intellexisse & item quæ sit muneris mei ratio. illum videlicet esse Christum illum cui sum missus apparitor. Quid ergo me vultis cum illo committere? imò æquum est vt illius præstantia paulatim emineat, ego verò paulatim deficiam. Mihi quidem nihil possit hac re iucundius accidere & tantum abest, vt vos deterream quò minus & ipsi ad eum transeatis, vt contrà moneam diligenter vt ab eo vno tanquam veræ salutis auctore toti pendeatis. Sed videtur Hominis appellatio magnum habere momentum, ad declarandam humanæ naturæ per se consideratæ miserrimā conditionem. ¶ *Recipere quicquam*, λαμβάνειν οὐδέν, vel quicquam accipere. Sed illo verbo vti malui, propterea quòd (vt modò dixi) nō significat Ioannes quid velint aut quid conentur ambitiosi homines: sed ostendit illos istis conatibus nihil obtinere ac consequi posse, quoniam nulla ratione possunt vlla dona à Deo extorqueri, sed ab illius vnica benignitate emanare, prout, & quibus ipsi placet, qua mensura vnumquenque contentum esse oporteat, & de eo laborare vt iis bene vtatur. Sic loquitur ipse Christus Matth.20.23. Sic etiam canitur Psalm.75, & Paulus scribit, 1.Cor.12.11. Syrus interpres addit מן צבות נפשה [*men tsebuth naphsheh*] ex voluntate animæ suæ, id est suo arbitratu & prout ipsi libet, sicut infrà 5.19, conuertit ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, à semetipso, quod planè appositè videtur Græco contextui aduci hoc loco posse. ¶ *Nisi*, ἐὰν μή. Hæ loquendi formulæ quibus plus significatur quàm verbis exprimatur, petitæ sunt è medio. Nam iusta loquutio fuerit. Sed oportet ei dari è cælo. Neque hoc spectat propriè ad ministerij vocationem, de qua dicitur Hebr.5.5. quòd Christus summum pontificatum non arripuerit, sed à Patre vocatus eum in se receperit: sed ad dona Spiritus sancti, cuique vocationi necessaria, refertur. Est tamen hęc quoque ambitio eorum qui aliquid videri volunt, in Ecclesiasticis præsertim functionibus, reprehendenda, vtpote quæ teste Antichristiana hierarchia, quam vocant, Ecclesiam eò vsque labefactarit, vt de ipsius instauratione penè desperandum videatur: quū hoc ipsum malum eorum quoque non paucos inuaserit, qui remedium pollicentur, & ex bonorum præcipuè accusationibus falsis quæstum faciunt, nedum vt in ordinem se redigi sustineant.

28 [*Qui apparerem*] *coram eo*, ἔμπροσθεν ἐκείνου. Vulgata & Erasmus, *Ante illum*: quæ loquutio est ambigua. Iam autem admonui ἔμπροσθεν nunquam reperiri in nouo Testamento pro temporis aduerbio. Sed & si conuertas, Missus sum coram eo: diuersa erit sententia. Itaque necessariò fuit aliquid supplendum, ex quo intelligatur Ioannem missum vt quasi apparitoris officio fungeretur.

29 *Gaudio gaudet*, χαρᾷ χαίρει. Heb. שמוח שמחה [*sameach simchah*] pro eo quod Latinè dicas, mirificam quandam voluptatem capit ex ipsius sponsi sermone. Terent. *Nam hunc scio mea solidè gauisurum gaudia.* Plautus, *Bene ei qui hoc gaudio gaudet.* Ideo hanc paronomasiam libenter seruauimus.

30 *Crescere*, αὐξάνειν. respectu videlicet efficaciæ & amplitudinis ministerij Euangelici: in quo loquebatur & agebat Christus vt dominus: Ioannes verò quasi atriensis ipsius seruus.

31 *Supernè*, ἄνωθεν. Vulgata & Erasmus, *Ex supernis*. *sublocis* · quod nusquam memini legere apud idoneos auctores. Virg. Æn.6. *Vnde supernè Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.* ¶ *Qui è terra est*, ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς. id est, qui nihil aliud est quàm homo, terrenæ videlicet fecis opificiū. Itaque ἐκ hoc loco originem declarat: sed paulo pòst, quū subiicitur ἐκ τῆς γῆς ἐστι, significatur id quod originem redolet, ideóque Eras. posteriore loco ἐκ τῆς γῆς ἐστι rectè interpretatus est, *Terrenus est*, pro quo habet Augustinus *Terra est*, sicut suprà vers.6. dicitur esse Caro qui carnalis est. Cæterùm ita duo significat Ioannes: vnum, cæteros homines ex sese nihil verè diuinum & cæleste sapere vel loqui posse, quum (vt inquit Apostolus 2.Corinth.3.5) ne cogitare quidem possint ex sese quæ Dei sunt, in doctrina nimirum salutis: alterum, eos qui verè diuinum aliquid loquuntur, (loquuntur autem omnes quibus datum est & in quibus posuit Dominus sermonem reconciliationis, 2. Cor. 5.18.

non nisi ex parte cognoscere, pro Spiritus mensura: & quicquid sapiunt, ipsos ex Christo vt perenni fonte haurire. ¶ *Venit*, ἔρχεται. Non dicit ἦν, *Est*, vt in sequente membro.

Nec enim Christus est ex cælesti materia, nec secundum carnem quidem, sed venisse dicitur Filius in carnem, illam videlicet hypostaticè assumendo.

32 Καὶ ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ· καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει.

33 Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν.

34 Ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ. οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα.

35 Ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.

36 Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν.

32 Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: sed testimonium eius nemo recipit.

33 Qui recipit eius testimonium is obsignauit ‖ Deum veracem esse.

34 Nã *is demum* quẽ misit Deus, verba Dei loquitur. non enim *huic* admetitur Deus spiritum.

35 Pater diligit Filium, ‖ & omnia dedit ei in manum.

36 ‖ Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui verò non obedit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

32 Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit.

33 Qui accipit eius testimonium, signauit quia Deus verax est.

34 Quem enim misit Deus verba Dei loquitur, non enim ad mensuram dat Deus Spiritum.

35 Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.

36 Qui credit in Filiũ, habet vitam æternam: qui autẽ incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

Rom.3.4

Matt.11.27.

Heb.1.4 1.Ioh.5.10

Κεφάλαιον δ.

1 Ὡς οὖν ἔγνω ὁ Κύριος ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει ἢ Ἰωάννης·

2 (Καίτοιγε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ)

3 Ἀφῆκε τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

4 Ἔδει δὲ αὐτὸν διέρχεσθαι διὰ τῆς Σαμαρείας.

5 Ἔρχεται οὖν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας λεγομένην Σιχὰρ, πλησίον τοῦ χωρίου ὃ ἔδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ.

6 Ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ. ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη.

CAP. IIII.

1 VT ergo cognouit Dominus Pharisæos audiuisse ipsum plures discipulos facere ‖ & baptizare quàm Ioannem:

2 (Quanquam Iesus ipse nõ baptizabat, sed discipuli eius)

3 Reliquit Iudæã, & abiit rursum in Galilæam.

4 Oportebat autẽ eum transire per Samariam.

5 Venit ergo in vrbem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit ‖ Iacobus Iosepho filio suo.

6 Erat autem ibi fons Iacobi. Iesus ergo fatigatus ex itinere, ita sedit ad fontem: hora *enim* erat quasi sexta.

CAP. IIII.

1 VT ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit & baptizat quàm Ioannes:

2 (Quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius)

3 Reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæã.

4 Oportebat autem eum transire per Samariam.

5 Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo.

6 Erat autem ibi fons Iacob. Iesus fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem: hora erat quasi sexta.

Seruandus hic modus in faciendo officio, vt neque metu terreamur quin pergamus, neque in accersendis periculis simus præcipites.

Sup.3.19

Gen.33.19.& 48.22 Iosue 24.32

Christus relictis Pharisæis fastuosis, cum muliercula peccatrice, & quidem extranea, thesauros æternæ vitæ communicat, refellens crassos Samaritanorum errores, & verum Dei cultum Iudæis traditũ defendens, ita tamen, vt vtrosque ad se vnum reuocet: in quem videlicet Patres omnes, imprimis adeò legales omnes ceremoniæ respexerint.

32 *Quod vidit & audiuit*, ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε. Id est, quod plenè & perfectè cognitum habet. ¶ *Nemo*, οὐδεὶς. id est perpauci, vt qui penè nulli videri possint cum cæteris collati. Nam hæc Ecclesiæ conditio semper fuit.

34 *Quem misit*, ὃν ἀπέστειλε. Sic Terentius, *Vt placerent populo quas fecisset fabulas* Ego perspicuitati studui. ¶ *Admetitur*, ἐκ μέτρου δίδωσι. Ad verbum, Dat ex mensura, quæ periphrasis illo vnico verbo clarius exprimitur. Vulg. & Erasmus *ad mensuram* id est ἐν μέτρῳ, vel κατὰ μέτρον δίδωσι. Rectè autem, meo iudicio, Erasmus suppleuit pronomen αὐτῷ, ei, videlicet Filio quem misit: quamuis non desint qui hæc in genere explicent, quasi dicatur Deus non dare ex mensura, id est non depromere quasi ex vase sua dona, quum sit veluti fons inexhaustus. Sed hæc ad vnum Filium pertinere satis liquet ex versiculo proximo. Verbum autem præsentis temporis vel accipitur loco præteriti *admensus est*, vel actum continuum notat. Nostrorum autem temporum Eutychiani ex hoc loco colligentes omnium Deitatis proprietatum in assumptam humanitatem realem effusionem, vt inde suam illam vbiquitariam carnem eliciant; cogitare saltem oportuit, ei quod admensuram est datum, non opponi quod infinitum est, sed id quod totum est & integrum, etiam si totum ipsum sit finitum: eiusmodi sunt qualitates quæcunque à Deitate in res creatas conferuntur ex participatione, ne carne quidem Christi, quantumuis glorificati, excepta; quum sola Deitas sit infinita.

35 *Dedit ei in manum*, δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ: id est, arbitrio ac potestati eius permisit, vt ipse Christus explicat Matth.28.18. Altera autem interpretatio, *Dedit per manum eius*, quasi significetur omnia dare Patrem per manum Filij, etsi verissima est, tamen nõ est accommodata, vel ob eam causam quòd potius dicendum fuisset δίδωσι quàm δέδωκεν.

36 *Non obedit*, ἀπειθῶν: siue, qui non est dicto Filij audiens, vt conuertit Cyprianus libro aduersus Iudæos 2. cap.26. sicut Erasmus obseruauit. Possumus etiam vertere, *Qui se persuaderi à filio non sinit*. Est enim duplex ἀπείθεια, vna posita in intellectu, quum videlicet quispiam doctrinæ veritatis non vult assentiri, quo sensu opponuntur τὸ πιστεύειν & τὸ ἀπειθεῖν, vt hoc loco, & Act.14.2. altera posita in voluntate & moribus, quæ ἀπείθεια in multis quoque reperitur, qui tamen assentiuntur doctrinæ: & hactenus dici possunt πιστεύειν, vt Act.8.13. & alibi sæpe. Itaque malui generalem notationem huius verbi sequi quàm vertere, *Incredulum esse*. Syrus sensum optima fide expressit, quum ἀπειθεῖν verteret verbo quo significatur *Non acquiescere*. Vide Luc 1.17. ¶ *Non videbit vitam*, οὐκ ὄψεται ζωὴν. Hebraism. pro vita non fruetur, vt alibi exposuimus. ¶ *Manet*, μένει. Theophyl. legit μενεῖ, id est, Manebit, & ita citat Cyprianus eo loco quem modò citaui. Cyrillus quoque ita legit, & Syrus interpres: quod etiam est ἐμφατικώτερον. Vide Matth.26.39.

IN CAPVT IIII.

1 *Ipsum*, ὅτι Ἰησοῦς. Vulgata & Erasmus, *Quod Iesus*. Est autem antecedentis repetitio pro relatiuo, ex Hebræorum idiotismo, vt Psal.48.1. ¶ *Sichar*, Σιχάρ. olim Sichem, celeberrima in sacris literis ciuitas triginta ab vrbe Hierosolymorum stadiis distans, auctore Hieronymo in Paulæ epitaphio.

6 *Ita*, οὕτως: id est, ita vt lassus erat, vel idcirco quia lassus erat. Sic enim hæc particula reperitur vsurpata Act. 20.11 atque adeo apud Terentium & alios idoneos auctores, vt Erasmus obseruauit. neque video qua ratione possint δεικτικῶς aut μιμητικῶς accipi, quum hæc non scribantur forma dialogi. ¶ *Hora [enim] erat*, ὥρα ἦν. Apparet ex Cyrillo, Chrysostomo & Theophylacti commentariis, scriptum fuisse in ipsorum codicibus ὥρα δὲ ἦν, vt suprà, 1. 40. ita

posita vt δὲ pro γὰρ accipiatur. Ita enim explicatur ratio cur ad fontem sederit; Quia (inquit) lassus erat de via, & instabat meridies, maximus videlicet diei æstus. Non dubitaui igitur causalem particulam supplere, quum alioquin in narrationibus istæ particulæ non sine quadam etiam gratia omitti soleant, a nostro præsertim Euangelista, vt suprà, 1. 27. 30. 39. 40. 41. 42, 45. 47. & in omnibus penè narrationibus.

7 Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ· λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Δός μοι πιεῖν.

8 Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι.

9 Λέγει οὖν αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ Σαμαρεῖτις, Πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις.

10 Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ, Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν· σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν.

11 Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, Κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν;

12 Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ;

13 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ, Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν·

14 Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.

15 Λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ, Κύριε, δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρ-

7 Venit mulier Samaritana vt hauriret aquam, dicit ei Iesus, Da mihi potum.

8 Nam discipuli eius abierant in vrbem vt cibos emerent.

9 Dicit igitur ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus quum sis, potũ à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? (nõ enim vtũtur Iudæi Samaritanis.)

10 Respõdit Iesus & dixit ei, Si nosses donum illud Dei, & quis sit ille qui dicit tibi, Da mihi potum: tu petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

11 Dicit ei mulier, Domine, neque quo haurias habes, & puteus profundus est: vnde ergo habes aquam illam viuam.

12 Num tu maior es patre nostro Iacobo, qui dedit nobis hũc puteum, ex quo ipse bibit, & filij eius, & eius pecora?

13 Respondit Iesus & dixit ei, Quisquis bibit ex aqua ista sitiet rursus:

14 Quisquis autem biberit ex aqua illa quam ego ei dabo, nequaquam vnquã sitiet: sed aqua illa quam ego ipsi dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

15 Dicit ei mulier, Domine, da mihi aquam istam, vt non sitiã,

7 Venit mulier de Samaria haurire aquam: dicit ei Iesus, Da mihi bibere.

8 Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent.

9 Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus quum sis bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? nõ enim coutuntur Iudæi Samaritanis.

10 Respondit Iesus & dixit ei, Si scires donũ Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: forsitan petijsses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

11 Dicit ei mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam?

12 Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora eius?

13 Respondit Iesus & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum:

14 Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam.

15 Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, ne-

9 *Igitur*, οὖν. Vide suprà, 3.c.25. Sic etiam accipitur infrà versu 28. ¶ *Vtuntur*, συγχρῶνται. Vulgata, *Coutuntur*, quod vocabulum planè est barbarum & obscurum. Erasmus, *Commercium habent*, recedens à Græcis, quod minimè necesse fuit. Nam Vtendi verbum simili prorsus significatione vsurpant Latini, vt vel ex illo Ciceronis loco apparet, *Sextum*, inquit, *Alphenum propinquum nostrum, quo iste vtebatur plurimum*. Sunt autem hæc Euangelistæ potius quàm huius Samaritanæ verba. Cur enim ab illa Iesus de re plus satis omnibus nota admoneretur? Idcircò illa inclusi parenthesi. Quòd si quis istis, siue huius Samaritanæ mulieris, siue Euangelistæ verbis, missionem discipulorum in vrbem obiiciat vbi cibos emerint, & quibus ipsos ibi postea biduum commorati nullos ex ciuibus sint dedignati: respondeo Christum & ipsius discipulos, sicuti cũ Publicanis quoque cibum sumere non dubitabant, ita nihil moratos fuisse anathematismum Iudaicum aduersus Samaritanos promulgatum. Cæterùm qui fuerint isti Samaritani, priùs Chitæi dicti, qui tamen & ipsi à Iacobo per Iosephum mentiebantur se originem ducere, quæ item fuerit illorum religio, qui cultus in mõte Garisin ab eis institutus, quæ ipsorum aduersus Iudæos, & Iudæorum vicissim aduersus illos odia, adeò quidem vt à Synagoga magna Samaritani fuerint seuerissimo anathemate notati, partim ex sacris literis, partim ex Iosepho & recentioribus etiam scriptoribus intelligitur, vnde illud iactatum aduersus Christum conuitium, Samaritanus es, infrà 8.48.

10 *Donum illud*, τὴν δωρεάν. Non dicit indefinitè δωρεάν, *donum*, neque plurali numero τὰς δωρεάς, *dona*: itaque additus articulus ostendit Christum de eximio aliquo dono disserere, de seipso videlicet quem Pater huic mulierculæ offerebat: & illud καὶ τίς ἐστιν accipiendum est pro epexegesi. ¶ *Tu petijsses*, σὺ ἂν ᾔτησας. Vulg. *Forsitan petijsses*, quomodo etiam particulam ἂν expressit infrà 5.46. & 18.19.

11 *Quo haurias*, ἄντλημα. Aug tract. in Ioh.15. vertit prouinciali proculdubio vocabulo, *Hauritorium*. ¶ *Aquam illam viuam*, τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν. Id est puram & perennem, nempe diuinam illã vim Spiritus Sancti, nos introducentis in eius veritatis cognitionem, in qua sita est vita æterna. Agitur enim hic de dono, quod quũ sit electis proprium, ideo nunquam illis prorsus eripiuntur: cui perenni aquæ opponitur terrena illa ex puteis hausta, sitim nisi ad tempus non extinguens. Sunt autem hæ metaphoræ Hebræis familiares, vt Ierem.2.13. & illud εἰς τὸν αἰῶνα ambiguè & obscurè hoc loco vertitur in æternum.

14 *Nequaquam vnquam sitiet*, οὐ μὴ διψήσει. Duplex negans particula expressius negat. Poscit autem mutua relatio, vt sicut illud de aqua vulgari, sic de vita Spirituali animam verè sanante istud accipiatur: quæ certè in vno Christo per Iustificantem & sanctificantem Spiritum Sanctum in nobis habitantem donatur: in quo propterea dicimur completi, Col.2.10, quanuis [illegible] verum sit de illa spirituali vltimo demum die nostro quoque corpori communicanda vita, tunc demum ista desitura animali, fami & siti obnoxia. Quòd autem in hac vita nunquàm sitire dicantur, qui ex hac aqua biberint, Christus mox explicat: nempe non quòd sitis sit omnino prorsus extincta, sed quia, prout de siti vitiorum compescenda, & de hac aqua Spirituali amplius haurienda desiderium crescit (quod omnibus verè sanctificatis vsuuenire testatur Apostolus suo ipsius exemplo, Rom.7.24.) ita vicissim ex illo fonte intra nos aperto perennis riuus nos laborantes irrigare non desinit, vt nunquam exarescamus, sicut loquitur Dauid Psalm.1.3. quò respicit idem Apostolus Rom.6.14.

ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.

Ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ καὶ εἶπεν, Οὐκ ἔχω ἄνδρα. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Καλῶς εἶπας, Ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω.

Πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες· καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ. τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας.

Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή, Κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ.

Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τούτῳ τῷ ὄρει προσεκύνησαν· καὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Γύναι, πίστευσόν μοι ὅτι ἔρχεται ὥρα ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ πατρί.

Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν.

Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν.

Πνεῦμα ὁ Θεός· καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν, ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.

Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή, Οἶδα ὅτι Μεσσίας

neque veniā hûc ad hauriendū.

16 Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni hûc.

17 Respondit mulier & dixit ei, Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, Non habeo virum.

18 Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir. hoc verè dixisti.

19 Dicit ei mulier, Domine, ¨cōspicor te Prophetam esse.

20 Patres nostri ¨ in hoc monte adorauerūt: & vos dicitis ‖ Hierosolymis esse locum illum vbi oporteat adorare.

21 Dicit ei Iesus, Mulier crede mihi, venit ¨ tempus quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis Patrem.

22 ‖Vos adoratis quod nescitis, ¨nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est.

23 Sed venit tempus, & nunc est, quū veri adoratores adorabunt Patrem Spiritu ac veritate: etenim Pater tales quærit qui ipsum adorent.

24 ‖¨Deus est Spiritus: & qui adorant eum, oportet vt Spiritu ac veritate adorent.

25 Dicit ei mulier, Scio Messiam

quo veniam huc haurire.

16 *Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc.*

17 *Respondit mulier & dixit, Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, Quia nō habeo virum,*

18 *Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir, hoc verè dixisti.*

19 *Dicit ei mulier, Domine, video quia Propheta es tu.*

20 *Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet.*

21 *Dicit ei Iesus, Mulier crede mihi, quia venit hora quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.*

22 *Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est.*

23 *Sed venit hora, & nūc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate: nam & Pater tales quærit qui adorent eum.*

24 *Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare.*

25 *Dicit ei mulier, Scio*

Deut. 12.5 & 11. Duabus ferè columnis, sed admodum infirmis, nititur omnis superstitiosorum religio, Patrum videlicet deterioris exemplis, & stulta de rebus externis opinione, quibus erroribus opponere tū oportet Dei tū verbū & naturā.

2. Reg. 17. 29.

2. Cor. 3, 17

20 *In hoc monte,* ἐν τῷ ὄρει τούτῳ. nempe Garisin. qua de re vide Ioseph. antiq. lib 11. cap. 8.

21 *Tempus,* ὥρα. i. καιρός. Gallicè, *La saison.* Vulg. *hora.*

22 *Quod nescitis,* ὃ οὐκ οἴδατε. Ergo sine fide: ex quo consequitur omnes semel damnandas esse ἐθελοθρησκείας.

¶ *Nos adoramus,* ἡμεῖς προσκυνοῦμεν. Accenset sese vt hominē hominibus, vt Iudæū Iudæis Christus. Sed nū etiam adoratoribus? Maximè, vt pluribus Cyrillus, & hac de re & alio docet loco. non tamen secundum Deitatem, siue absolutè & Essentialiter, vt blasphemant Arriani. sed personaliter cōsiderata. Adorare ergo dicitur Christus quatenus est homo, se ipso secūdū suā Deitatē minor. Adoratur autē & ab Angelis, ab omnibus rebus creatis, tū vt Deus verus seipso maior, tum ratione Humanitatis, non tamen absolutè, sed quatenus hæc Humanitas, etsi Deitas non est, subsistit tamen, non in sese, sed in Filij veri & coëssentialis Dei persona, nunquam diuidenda, & habente nomen quod est supra omne nomen, id est supra creatas res omnes, etiam quatenus & ipse verus homo est.

23 *Spiritu ac veritate,* ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Abundat præpositio ἐν Hebræorum more, de quo diximus Matth. 1. 11. Spiritum autem opponit mandato, quod carnale dicitur Heb. 7. 16. illi scilicet videlicet consideratum, & quatenus cultus ille ritibus & materia caducis constabat: ac simili prorsus ratione cum Veritate confertur, non Mendacium, sed Legis ritus externus, qui propositis imaginibus promittebant quod reipsa præstat Christus. Quæ igitur de vero & falso Dei cultu, item de vtraque vita hîc disserit Theophylactus, ad rem non pertinent. Etsi enim Christus verbis *Spiritus* & *Veritatis* vtens omnes commentitios cultus & vanos à fundamentis apertè conuellit, tamen ipsa interrogatio & Christi responsio declarant directè significari sublatam mox fore illam inter Iudæos & Samaritanos, de loco Adorationis & eiusmodi rebus controuersiam. Sunt igitur coniunctim legenda *In Spiritu & Veritate.* Nam Patres quoque & pij omnes ante exhibitum Christum adorarunt verum Deum in Spiritu, non tamen in illa Veritate, vt suprà nos docuit noster Euangelista cap. 1. 17. quoniam promissiones, quæ sunt veri diuini cultus obiecta, non nisi eminus, quamuis ad salutem efficaciter, spectabant. Neque verò quod hîc nobis impudenter ab Antichristi Romani mancipiis obiicitur, spiritualem cultum ex verbis Christi stabilientes, sentimus Deum non esse, tum externo corporis, tum interno spiritus cultu adorandum: imo vtrumque Deo semper debitum fuisse & deberi absit vt inficiemur. Sed primùm quæ quisque priuatim pro suæ vocationis ratione præstare Deo & proximo debet officia tum corpore tum spiritu, à publico Ecclesiastico cultu distinguimus. Deinde sacros ritus ad εὐταξίαν, non ad ipsum cultum propriè pertinentes, à signis figurandæ alicuius rei causa institutis, id est Sacramentis discernimus: cuiusmodi sola duo in Ecclesia Christiana constituit Christus, eaque simplicissima & minimè operosa, nempe Baptismum & Cœnam Domini: & illos quidem cultus, prout requirit ordo cuiusque Ecclesiæ, constituendos docemus, sed intra modum, & adhibita semper cautione, ne cultus ipsius diuini partes censeantur, nedum vt promissio gratiæ diuinis illis affingatur: ita denique vt ex illis infinitis quibus onerari Ecclesiam, grauiore quàm Mosaico iugo conqueritur Augustinus, vani, ridiculi, superstitiosi, impii denique prorsus abrogentur. Sacramentis verò, prout diuinitus sunt ab vnico nostro Legislatore ordinata, quidquā addere vel detrahere, ac multò magis nouas figuras, vel vmbras vllas in Ecclesiam inuehere nefariam esse audaciam, ex verbo Dei omnes ἐθελοθρησκείας tam expressè damnantis, & ignem externum olim altari suo inferre prohibentis affirmamus. Hæc, inquam, nostra est de Spirituali cultu diuino sententia, his Christi verbis consentanea, nisi fortè sublatas, licet diuinitus institutas, Mosaicas figuras & vmbras arbitramur, vt aliæ ab hominibus (& quibus plerisque hominibus?) illarum loco substituerentur, aut partim Mosaicarum nonnullæ restituerentur, partim à Paganis aliæ desumerentur.

24 *Deus est Spiritus,* Πνεῦμα ὁ Θεός. Iterum adiunctus articulus ostendit Deum esse Subiectum, Spiritum verò attributum, quemadmodum suprà 1. 1. quod vt facilius intelligeretur, sequuti sumus naturalem constructionis ordinem. Cæterùm Spiritus appellatio naturæ diuinæ Essentialiter consideratæ tribuitur, nequis de tertia hypostasi propriè hîc agi putet.

ἔρχεται, ὁ λεγόμενος Χριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι, ὁ λαλῶν σοι.

Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασαν ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει· οὐδεὶς μέντοι εἶπε, Τί ζητεῖς; ἢ Τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς;

Ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνὴ καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις.

Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός;

Ἐξῆλθον οὖν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν.

Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταί, λέγοντες, Ῥαββί, φάγε.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.

Ἔλεγον οὖν οἱ μαθηταὶ πρὸς ἀλλήλους, Μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν;

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον.

Οὐχ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; Ἰδού, λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη.

Καὶ ὁ θερίζων, μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων.

Ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθινός, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων.

venturum (¨ qui dicitur Christus,) quum venerit ille, nobis annuntiabit ¨omnia.

26 Dicit ei Iesus, Ego *is* sum, qui loquor tibi.

27 ¨Interea verò venerunt eius discipuli, & mirati sunt quòd ¨cū muliere loqueretur: nemo tamen dixit, Quid quæris? aut, quid loqueris cum ea?

28 Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in vrbem, dixitque ¨eius loci hominibus,

29 Adeste, videte hominem qui dixit mihi quæcunque feci: nū iste est Christus ille?

30 Exierunt ergo ex vrbe, & venerunt ad eum.

31 Interim autem rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi, ede.

32 Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo edendum, quē vos non nostis.

33 Dicebant ergo discipuli alij ad alios, Nūquis attulit ei quod ederet?

34 Dicit eis Iesus, Esca mea est exequi voluntatē eius qui misit me, & consummare ipsius opus.

35 Nónne vos dicitis, ¨ Adhuc quadrimestre *spatium* superest, & messis erit? ‖ Ecce, dico vobis, attollite oculos vestros, & spectate regiones: Nam albæ iam sunt ad messem.

36 Cæterum qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat; ¨ simul gaudeat, & qui metit.

37 Nam in hoc ¨dictū illud ¨verum est, Alius est qui seminat, & alius qui metit.

quia Meßias venit, qui dicitur Christus: quum ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia.

26 *Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecum.*

27 *Et continuò venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur: nemo tamen dixit, Quid quæris? aut, quid loqueris cum ea?*

28 *Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus,*

29 *Venite & videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci: nunquid ipse est Christus?*

30 *Exierunt ergo de ciuitate & veniebant ad eum.*

31 *Interea rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi, manduca.*

32 *Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis.*

33 *Dicebant ergo discipuli adinuicem, Nunquid aliquis attulit ei manducare?*

34 *Dicit eis Iesus, Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius.*

35 *Nónne vos dicitis quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce, dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem.*

36 *Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit.*

37 *In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.*

Curare quidē corpus fas est, sed ita vt oblatam amplificandi regni Dei occasionē vltrò & auidè quibusuis huius vitæ vsibus etiam alioqui necessariis, præferamus.

Matt. 9. 37 luc. 10. 2. Matura spirituali fruge, nusquam tardandum, nisi à filiis huius seculi redargui velimus.

Prophetarum doctrina instar sationis fuit: Euangelij verò instat messis, & optimè inter vtrāque & vtriusque ministros conuenit.

25 *Qui dicitur Christus,* ὁ λεγόμενος Χριστός. Hæc sunt verba Euangelistæ, nomen Messiæ Græcè explicantis, non ipsius mulieris Græcè nescientis, ideo à nobis parētheseos signo inclusa: sicut sunt etiam apud Syrum interpretem omissa. ¶ *Omnia,* πάντα. Ad salutem videlicet spectantia. Itaque particula vniuersalis ad id de quo agitur est restringenda, quod est sæpissimè in his libris obseruandum.

27 *Interea,* ἐπὶ τούτῳ: hoc est omnino quod ad verbum dicimus in vernaculo sermone, *sur cela*, vel *sur ce propos.* ¶ *Cum muliere,* μετὰ γυναικός: id est inquit Eras. cum ea quæ nimirum Samaritana esset: quo modo etiam video hunc locum à plerisque explicari. Sed (vt mihi quidem videtur) ad exprimendam hanc sententiam dicendum erat cum articulo μετὰ τῆς γυναικός, vt infrà, versu 39 & 42, quod etiam annotauimus suprà 3. 27. Deinde cur tantopere offenderentur colloquio Christi cum Samaritana, qui ex ipsa vrbe venirent, vbi ex Samaritanis cibum emerant? Mirantur ergo potius, solum cum sola muliere extranea colloqui. Habenda enim est ratio temporis & loci, quum alioquin non repudiaret Christus etiam mulieres alloqui, vt pote quæ sint illum Hierosolymā vsque sequutæ, & ipsi ministrabāt: sed tamen neque temere id fecit, neque frequenter, neque alloquutus est quasuis, neque vbiuis, sed ita vt omnis maledicendi occasio quantumuis suspiciosis hominibus eriperetur. Nec sanè credibile est discipulos sinistri quicquam fuisse de Domino suspicatos, sed hoc vt insuetatum admiratos: & notæ sunt bonorum Patrum querelæ aduersus mulieres συνεισάκτους vocatas, qui vtinam potiùs istarū turpitudinum cloacam prospicere & obstruere, quàm votiuam illam suam virginitatem tantopere tueri studuissent.

28 *Eius loci hominibus,* τοῖς ἀνθρώποις. Hîc demum valet quod in superiorem versiculum non ita appositè Erasmus annotarat. Si tamen simplici relatiuo vsus esset Euangelista, planius esset loquutus. Conati propterea sumus articuli ἐμφασιν paulo [illegible] exponere.

35 *Adhuc quadrimestre* [*spatium*] *superest,* ἔτι τετράμηνόν ἐστι. Vulg. & Eras. ad verbum, *Adhuc quatuor menses sunt.* Sic autem loquuntur Hebræi, ex quorum idiotismo hoc petitum est, vt Gen. 40. 12, & 18. Ionæ 3. 4. & infr. 7. 33. Cæterùm in hoc toto allegorico sermone, per eos qui serunt Prophetæ, per messores Apostoli: per messem credentes, & in horreum Ecclesiæ colligendi significantur.

36 *Simul gaudeat,* ὁμοῦ χαίρῃ. Hoc est quod scriptum est Heb. 11. 40.

37 *Dictum illud,* ὁ λόγος: i. parœmia seu prouerbiū illud, vt ex Chrysost. disertè explicat Theophylact. Cic. de Oratore, *Bona dicta, quæ salsa sunt: nam ea dicta appellantur proprio iam nomine.* Et huc spectat senarius ille à D. Camerario citatus, ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δ' αὖ ἀμήσονται. ¶ *Verū,* ἀληθινός. Vulgò legitur ὁ ἀληθινός. Sed in Theophyl. Romano nullus est additus articulus, & quisquis Græcè vel mediocriter nouit, facilè iudicare potest nullum hîc esse locum articulo.

38 Ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε· ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε.

39 Ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τῶν Σαμαρειτῶν, διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς μαρτυρούσης, Ὅτι εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα.

40 Ὡς οὖν ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ Σαμαρεῖται, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ᾽ αὐτοῖς· καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας.

41 Καὶ πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ.

42 Τῇ τε γυναικὶ ἔλεγον, Ὅτι οὐκέτι διὰ τὴν σὴν λαλιὰν πιστεύομεν· αὐτοὶ γὰρ ἀκηκόαμεν, καὶ οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὁ Χριστός.

43 Μετὰ δὲ τὰς δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

44 Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει.

45 Ὅτε οὖν ἦλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐδέξαντο αὐτὸν οἱ Γαλιλαῖοι, πάντα ἑωρακότες ἃ ἐποίησεν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἑορτῇ· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἦλθον εἰς τὴν ἑορτήν.

46 Ἦλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πάλιν εἰς τὴν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. Καὶ ἦν τις βασιλικός, οὗ ὁ υἱὸς ἠσθένει ἐν Καπερναούμ.

47 Οὗτος ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς ἥκει ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτόν, καὶ ἠρώτα αὐτὸν ἵνα καταβῇ καὶ ἰάσηται αὐτοῦ τὸν υἱόν· ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν.

48 Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτόν, Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε.

49 Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλικός, Κύριε, κατάβηθι πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου.

18 Ego misi vos ad metendū in quo vos non laborastis; alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.

39 Ex vrbe autē illa multi Samaritanorum crediderunt in eum propter sermonem mulieris illius, testantis *ac dicentis*, Certè dixit mihi omnia quæ feci.

40 Quum ergo venissent ad eum Samaritani, rogarunt eum vt apud ipsos maneret: & mansit ibi duos dies.

41 Ac multo plures crediderunt propter sermonem ipsius.

42 Et illi mulieri dicebant, Non amplius propter tuos sermones credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus hunc esse verè Seruatorē illū mūdi, Christum.

43 Duobus autem post diebus exiit inde, & abiit in Galilæam.

44 Ipse enim Iesus testatus fuerat, Prophetam in sua patria honorem non habere.

45 Quum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, quum omnia vidissent, quæ fecerat Hierosolymis in festo: nā & ipsi venerant ad festum.

46 Venit igitur Iesus rursum Canā *oppidum* Galilææ, vbi fecerat ex aqua vinum. Erat autem in *vrbe* Capernaum regius quidā, cuius filius ægrotabat.

47 Is quum audisset Iesum venisse ex Iudæa in Galilæā, abiit ad eum, & cum rogauit vt descenderet ac sanaret suum filiū: erat enim moribundus.

48 Dixit ergo Iesus ei, Nisi signa & prodigia videritis, non credetis.

49 Dicit ei regius ille, Domine descende priusquam moriatur puerulus meus.

38 *Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.*

39 *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.*

40 *Quum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret: & mansit ibi duos dies.*

41 *Et multo plures crediderunt propter sermonem eius.*

42 *Et mulieri dicebant, Quia iam non propter tuā loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est vere Saluator mundi.*

43 *Post duos autem dies exijt inde, & abijt in Galilæam.*

44 *Ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia Propheta in sua patria honorem non habet.*

45 *Quum autem venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi quum omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diē festum.*

46 *Venit ergo iterū in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.*

47 *Hic quum audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eū, & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori.*

48 *Dixit ergo Iesus ad eū, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.*

49 *Dicit ad eum regulus, Domine, descende priusquam moriatur filius meus.*

Amplectuntur Samaritani cupidissimè quod Iudæi pertinacissimè repudiarant.

Matt.13.58 marc.6.4 luc.4.24 Côtemptores quidem Christi seipsos priuant eius beneficio, sed nihilominus sibi præparat domicilium Christus.

Sup.c.2.11. Christus etiam corpore absēs, verbo suo nihilominus efficaciter agit in credentibus.

42 *Propter tuos sermones*, διὰ τὴν σὴν λαλιάν. Hoc loco λαλιά non declarat loquacitatem (quæ propria est huius vocabuli significatio) neque idioma linguæ, (vt accipitur Matth.26.73. & Marc.14.70) sed idem prorsus quod λόγος quo vsus est Euangelista suprà versu 39: Syro etiam interprete vtroque loco eandem vocem vsurpante. Vetustissimus noster codex eodem sensu pro λαλιάν habet μαρτυρίαν, quæ fortasse fuit illius interpretatio, & ex albo in contextum irrepens, illius expungendi occasionem præbuit, integra tamen manente sententia. Vetus autem interpres barbarè loquelam interpretatus est. Erasmus, *Orationem*: quod vocabulum vt ambiguum hoc loco repudiaui.

44 *Testatus fuerat*, ἐμαρτύρησεν. Si ita conuertas, perspicuus erit locus, alioquin valde obscurus, qui valde torsit plerosque interpretes. Erit enim hæc sententia, Profectus est in Galilæam Christus, nempe Canan, Galilææ oppidū, vt mox declaratur versu 46, non autem Nazaretham patriam suā. Inde enim fuerat eiectus, adeo vt testatus esset Christus ex vetere prouerbio, Prophetas à suis non agnosci. Cæterùm nequis forsan moueatur quòd præterito perfecto tribuamus significationem plusquam perfecti, manifestum similis enallages exemplum suggerat proximus versiculus, in quo necesse est vt ἐποίησεν & ἦλθον interpreteris, *fecerat & venerant*: & rursus altero sequente versiculo, ἐποίησε, *fecerat*.

46 *In Capernaum*, ἐν Καπερναούμ. Hoc ego per traiectionem connecto cum verbo ἦν, quòd omnino id videatur postulare proximi versiculi sententia. Ideo vt traiectionem vitarem, mutaui verborum collocationem. ¶ *Regius quidam*, τις βασιλικός, id est ex Herodis aulicis & eorum numero qui plurimum apud eum poterant. Quamuis enim Herodes non regis, sed tetrarchæ nomen haberet, tamen si nominis ambitionem excipias, rex erat, ac saltem à vulgo rex dicebatur, vt apparet ex Mar.6.14. Vulg. *Regulum* interpretatur, qui à Græcis non βασιλικός sed βασιλίσκος dicitur: Syrus verò interpres *Seruum regis*, pro quo Gallicè dixerimus, *Officier du Roy*.

47 *Vt descenderet*, ἵνα καταβῇ, id est veniret. Sic enim vtuntur Hebræi verbis Ascendere ac Descendere, etiam nō habita situs locorum ratione. Nam vrbs Capernaum erat in monte sita, vt alibi dicitur. ¶ *Erat enim moribundus*, ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν. Vide Luc.7.2. Vulg. *Incipiebat enim mori*. Erasm. *Agebat enim animam*. Vterque admodum impropriè. Sed ex hoc loco apparet Aristotelem sapienter admonuisse inter τὸ μέλλον & τὸ ἐσόμενον distinguere.

50 Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πορεύου, ὁ υἱός σου ζῇ. Καὶ ἐπίστευσεν ὁ ἄνθρωπος τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν αὐτῷ Ἰησοῦς· καὶ ἐπορεύετο.

51 Ἤδη δὲ αὐτοῦ καταβαίνοντος, οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἀπήντησαν αὐτῷ, καὶ ἀπήγγειλαν, λέγοντες, Ὅτι ὁ παῖς σου ζῇ.

52 Ἐπύθετο οὖν παρ᾽ αὐτῶν τὴν ὥραν ἐν ᾗ κομψότερον ἔσχε· καὶ εἶπον αὐτῷ, Ὅτι χθὲς ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός.

53 Ἔγνω οὖν ὁ πατὴρ ὅτι ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐν ᾗ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ὁ υἱός σου ζῇ· καὶ ἐπίστευσεν αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη.

54 Τοῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

50 Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixerat ei Iesus: & profectus est.

51 Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & renuntiauerunt dicentes, Filius tuus viuit.

52 Percontatus est ergo ab eis horam quā melius habuerat: & dixerunt ei, Heri *circiter* horam septimam dimisit eum febris.

53 Agnouit ergo pater *id factum esse* in ipsa hora qua dixerat ei Iesus, Filius tuus viuit. & credidit ipse, ac domus eius tota.

54 Hoc rursus, *id est* secundum signum edidit Iesus, quum venisset ex Iudæa in Galilæam.

50 *Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus: & ibat.*

51 *Iam autem eo descendente serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt dicentes quia filius eius viueret.*

52 *Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora septima reliquit eum febris.*

53 *Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit & credidit ipse & domus eius tota.*

54 *Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, quum venisset à Iudæa in Galilæam.*

Κεφάλαιον ε.

1 Μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα.

2 Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ, κολυμβήθρα ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδά, πέντε στοὰς ἔχουσα.

3 Ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων, τυφλῶν, χωλῶν, ξηρῶν, ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν.

4 Ἄγγελος γὰρ κατὰ καιρὸν κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ· ὁ οὖν πρῶτος ἐμβὰς μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατος, ὑγιὴς ἐγίνετο ᾧ δή ποτε κατείχετο νοσήματι.

CAP. V.

1 Post hæc erat festū Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.

2 Est autem Hierosolymis ad *portam* pecuariā, piscina quę nominatur Hebraicè Beth-esda, quinque porticus habens.

3 In his iacebat multitudo magna ægrotantium, cęcorū, claudorum, aridorum, expectātium aquæ motum.

4 Angelus enim descendebat præstituto tempore in piscinā, & turbabat aquam: itaque qui primus ingressus erat post aquæ turbationē, sanus fiebat à quocunque detineretur morbo.

CAP. V.

1 *Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam.*

2 *Est autem Ierosolymis super Probatica, piscina quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida quinque porticus habens.*

3 *In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.*

4 *Angelus autē Dominī descendebat secundū tempus in piscinam, & mouebatur aqua: & qui prior descendisset in piscinā post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.*

Nullum est tā inueteratum malum, cui nō mederi possit Christus.

50 *Viuit*, ζῇ, id est, valet, ex Hebræorum idiotismo. Huc pertinet quod ait quidam, *Non est viuere, sed valere vita*.

52 *Melius habuerat*, κομψότερον ἔσχε, i. ἐπὶ τὸ βέλτιον. Erit ergo κομψῶς ἔχειν, id omnino quod Latini dicunt bellè habere. Sed hoc tamen est in his libris, ἅπαξ λεγόμενον.

IN CAPVT. V.

1 *Post hæc*, μετὰ ταῦτα. Ad hoc temporis spatium referenda sunt quæ (præter superiora gesta, tum Hierosolymis, tum in Iudæa, tum in Galilæa post Ioannem in carcerem coniectum, quæ noster hic Euangelista recensuit) ab aliis narrantur facta inter primum illud Pascha, in quo Christus vendentes & ementes eiecit, suprà 2.13. & secundum, cuius hic fit mentio: nempe miracula plurima, vocatio aliquot insignium discipulorum, & sermo in monte habitus copiosissimè descriptus. Hunc enim diem festum fuisse alterum illud Pascha sic κατ᾽ ἐξοχὴν vocatum, vt rectè sentit Irenæus lib.2.cap.39. non autem Pentecosten vt Cyrillus & Chrysostomus existimarunt, mihi videtur manifestè liquere ex ipsius Christi verbis suprà 4.35.

2 *Ad [portam] pecuariam*, ἐπὶ τῇ προβατικῇ: Subaudi πύλῃ. Heb. שער הצאן [*Schahar hatson*,] Neh.3.1. & 32. & 12.39, vt Græcus etiam interpres vertit. & hæc ipsa fortasse fuit piscina quam exstruxisse dicitur Ezechias 2.Reg.18.17, & 20.20. Malè igitur legit Theophyl. à vetustior. aliis deceptus προβατικῇ κολυμβήθρᾳ. Erat autem hæc porta templo propinqua, ideóque ab Eliasibo Pontif. Max. restituta & sanctificata Neh.3.1. & προβατικὴ cognominata, quòd ibi pecora væniirent, vel eò saltem potissimum adducerentur sacrificanda, vbi peropportuna fuit piscina tum adaquandis, tum etiam abluendis pecudibus antequam coram Domino sisterentur. Syrus autem interpres totum hoc ἐπὶ τῇ προβατικῇ non legit. ¶ *Piscina*, κολυμβήθρα. Sic rectè Vetus interpres, non habita ratione Græci etymi quod aquarum collectionem designat ad natandi & vrinandi voluptatem comparatarū, cuiusmodi illa fuit in qua Herodes Magnus Aristobulum fraude submersit, vt narrat Ioseph. lib antiq. 15.cap.3. vt etiam Latini piscinas initio viuaria siue ἰχθυοτροφεῖα vocarunt, longius postea translato nomine, vt apparet ex Colum.lib.1.cap.5. ¶ *Beth-esda*, Βηθεσδά. In vulgata editione & apud Tertull. de baptismo, & aduersus Iudæos legitur *Bethsaida*, & Græcè in Theophyl. Romano, Βηθσαϊδά: scriptura proculdubio, propter horum nominum affinitatem, à librariis & aliis Hebrææ linguæ imperitis deprauata. quamuis illam tueri nonnulli conentur. Vetustissimus codex meus habet Βηζαθά, quod fortasse scriptum est pro *Bezetha*, quæ vna fuit ex Hierosolymorū collibus, Ophlæ proxima, vt declarat Iosephus de bello Iud.lib.6.c.6. Græci cod emēdatiores, summo consensu legunt *Beth-esda*, id est domum effusionis ab אשד [*esched*,] quod cognomen non à fundendo victimarū sanguine ductū est, vt nonnulli perperá senserunt, (nec enim ibi, sed apud altare mactabantur hostiæ) sed proculdubio ab aquæductu, cuius auctor fuisse dicitur Ezec 2.Reg 20.20. & cuius fit etiā mentio Esa.8.6. & Neh.3.15. At Syrus interpres habet *Beth-chesda*, i. Domū beneficentię, quod maximè proboex eo mirifico extraordinario miraculo quod illic in valetudinarios edi solebat, hæc piscina tandem cognominata. Vide infrà 9.7.

4 *Angelus enim*, ἄγγελος γάρ. In duobus codicibus additur Κυρίου, *Domini*. Non est autem probabile Angelum cōsueuisse visibili specie descendere: sed ex aquæ repentina turbatione & consequente miraculo, cuius is demum erat particeps qui primus in piscinam descendebat, satis omnibus constabat diuinitus id fieri consueuisse. ¶ *Præstituto tempore*, κατὰ καιρόν. Sic Erasmus. nam καιρός propriè certum & constitutum temporis articulum declarat. Vulgata barbarè & ambiguè. *Secundum tempus*. Vide Act. 1.7. Tertull. in libro de baptismo putat semel quotannis id factum.

5 Ἦν δέ τις ἄνθρωπος ἐκεῖ τριακονταοκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ.

5 Erat autem quidam illic tricesimum octauum annum agens in morbo.

5 *Erat autem quidā homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua.*

6 Τοῦτον ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς κατακείμενον, καὶ γνοὺς ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει, λέγει αὐτῷ, Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;

6 Hunc quum vidisset Iesus iacentem & cognouisset eum iam multum temporis egisse *in morbo*, dicit ei, Cupis sanus fieri?

6 *Hunc quum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei, Vis sanus fieri?*

7 Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀσθενῶν, Κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω ἵνα ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ βάλλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν· ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγώ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει.

7 Respondit ei ægrotus, Domine, non habeo qui, quum turbata fuerit aqua, immittat me in piscinam: sed interim dum ego venio, alius ante me descendit.

7 *Respondit ei languidus, Domine, hominē non habeo vt quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit.*

8 Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει.

8 Dicit ei Iesus, Surge, attolle grabatum tuum & ambula.

8 *Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.*

9 Καὶ εὐθέως ἐγένετο ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος· καὶ ἦρε τὸν κράββατον αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει. ἦν δὲ σάββατον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

9 Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum & ambulabat. erat autem Sabbatum die illo.

9 *Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. erat autem Sabbatum in die illo.*

10 Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ τεθεραπευμένῳ, Σάββατόν ἐστιν, οὐκ ἔξεστί σοι ἆραι τὸν κράββατον.

Iere. 17. 21. Vera religio nullius rei prætextu crudelius oppugnatur, quàm ipsius religionis.

10 Iudæi ergo dicebant ei qui curatus fuerat, Sabbatum est, ‖non licet tibi attollere grabatum.

10 *Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.*

11 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς, Ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει.

11 Respondit eis, Qui me sanum fecit, is mihi dixit, Attolle grabatum tuum, & ambula.

11 *Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatū tuum, & ambula.*

12 Ἠρώτησαν οὖν αὐτόν, Τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ εἰπών σοι, Ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει;

12 Interrogauerunt eum ergo, Quis ille est qui dixit tibi, Attolle grabatū tuum, & ambula?

12 *Interrogauerunt ergo eū, Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?*

13 Ὁ δὲ ἰαθεὶς οὐκ ᾔδει τίς ἐστιν· ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν, ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ.

13 Is autem qui sanatus fuerat, nesciebat quis esset: Iesus enim emerserat è turba quæ erat in illo loco.

13 *Is autē qui sanus fuerat factus, nesciebat quis esset: Iesus enim declinauit à turba constituta in loco.*

14 Μετὰ ταῦτα εὑρίσκει αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἴδε, ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται.

14 Postea inuenit eum Iesus in templo: & dixit ei, Ecce, sanus factus es: ne pecca amplius, ne quid deterius tibi fiat.

14 *Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi, Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

15 Ἀπῆλθεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀνήγγειλε τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ.

15 Abiit homo ille, & nuntiauit Iudæis Iesum esse à quo sanatus fuerat.

15 *Abijt ille homo, & nuntiauit Iudæis quia Iesus esset qui fecit eum sanum.*

16 Καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον τὸν Ἰησοῦν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν σαββάτῳ.

16 Ac propterea persequebātur Iudæi Iesum, & studebant eum interimere, quòd ista fecisset Sabbato.

16 *Propterea persequebātur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in Sabbato.*

17 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι.

Diuinum opus nunquam fuit Sabbati violatio. Christi autem opera, Patris sunt opera, tum quòd sint vnus Deus, tum etiam quia nonnisi in Filio operatur Pater. Infrà, 8. 19.

17 Iesus autem respōdit eis, Pater meus vsque adhuc operatur, & ego operor.

17 *Iesus autem respondit eis, Pater meus vsquemodò operatur, & ego operor.*

18 Διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεόν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ.

18 ‖Propterea ergo magis studebant eū Iudæi interimere, quia non solùm soluisset Sabbatum, sed & Deum dixisset patrem suum, parem se faciens Deo.

18 *Propterea ergo magis quærebant eū Iudæi interficere, quia nō solùm soluebat Sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum æqualem se faciens Deo.*

5 *Agens in morbo*, ἔχων ἐν ἀσθενείᾳ. Vulg. ad verbum, *Habens in infirmitate*. Eras. *Morbo tenebatur*, paulo longius recedens à Græcis. Ego spectaui quid vsus Latinæ linguæ ferret tum hoc loco, tum etiam in proximo versiculo. ἀσθένειαν autem Euangelista vocauit morbum, ab affectu, quo nimirum ita erat iste debilitatus vt consistere non posset.

7 *Qui immittat*, ἵνα βάλλῃ. Heb. לשלח [*lischlach*,] pro quo dicunt ferè Græci τὸ ἐμβάλλειν.

13 *Emerserat*, ἐξένευσεν. Hoc vocabulum nusquam in nouo Testamento reperitur nisi hoc vno loco. Significat autem clàm euadere, & se quodammodo surripere è turba, quum propriè dicatur de iis qui ex vndis enatant fortassis quòd qui clàm nititur ex turba elabi, corpus non aliter summittat quàm qui ex vndis emergat: vnde etiam εἰσδύειν dicitur ratione translationis non dissimili, qui in locum aliquem subit & irrepit: cui opponitur τὸ ἐκδύειν. Sed & vsitatum est, confertam & in varias partes velut exundantem multitudinem commoto mari conferre, vnde qui se recipiat, meritò dicatur quasi enatare. Quòd autem arbitratur Erasmus, potius deducendum esse ἐξένευσεν à verbo ξενόω quod declarat velut peregrinum & ignotum fieri, mihi quidem non potest probari. Vulg. *Declinauit*. Nam ἐκνεύειν etiam hoc declarat: vnde viarum diuerticula dicuntur ἐκνεύσεις. Sed vtendum erat plusquam perfecto, & superior significatio videtur expressior. ¶ [*R*] *turba quæ erat in illo loco*, ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ. Hæc (vt opinor) præstat coniungere cum ἐξένευσεν quàm accipere vt absolutè posita. Nam quod existimat Erasmus fuisse potius dicendum ὄχλου τοῦ ὄντος, non puto magni esse momenti.

18 *Deum*, τὸν Θεόν. Articulus ostendit τῷ Θεοῦ nomen habere rationem subiecti, cui nomen patris attribuatur: quod in Græco sermone planum est: in Latino verò ambiguum. Ideò verborum collocationem mutaui, quamuis ne sic quidem tota orationis ambiguitas tollatur. ¶ *Suum*, ἴδιον, id est sibi proprium ac peculiarem. Hoc autem illud est quo maximè offendebantur Iudæi, quum alioqui toti Israeli liceret Deum patris nomine compellare, vt Exo. 4. 22. Verùm quum Christus communem faciat Patri & sibi diuinam illam vim, cuius manifestum specimen in illa sanatione ediderat, inde rectè colligens se non esse violatorem legis Sabbati, quia humana tantùm opera, non diuina, ea quidem quæ per homines exequenda præceperat Deus interdicebantur: isti, neglecta responsionis istius vi, quia Christum ex hominis duntaxat specie metiuntur, & impedit ipsorum prauitas quominus Dei gloriam in tanto ipsius opere elucentem cernant: ideo quod verè dixit Christus, blasphemiam esse iudicant. ¶ *Parem*, ἴσον. Atqui non dixerat istud Christus expressè, sed rectè ex ipsius argumento coniiciebant Iudæi. Nam si Deus Pater meus (dixerat Christus) operans Sabbato, non violat Sabbatum, nec ego quum operor Sabbato Sabbatum violo: quæ conclusio stare non potest, nisi æqualitas Personarum Patris & Filij statuatur, vt rectè Patres aduersus Arrianos hoc loco docuerunt. Sunt enim hæc Euangelistæ verba non tantùm recitantis, sed etiam approbantis quod Iudæi ex Christi verbis rectè colligebant.

19 Ἀπεκρίνατο οὖν ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.

19 Respondit ergo Iesus, & dixit eis, Amen amē dico vobis, nō potest Filius à semetipso operari, *id est* nisi viderit Patrem operantem: quæcūque enim ille facit, hæc etiam Filius pariter facit.

19 *Respondit itaque Iesus, & dixit eis, Amen, amen dico vobis, nō potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.*

19 *Non potest*, οὐ δύναται. Annotauimus Marc. 6. 5. τὸ μὴ δύνασθαι interdum poni pro μὴ θέλειν, id est, Non posse, pro Nolle. Nam inter species τοῦ ἀδυνάτου rectè numerat τὸ ἀβούλητον Nazianzenus λογ. β. περὶ υἱοῦ. Sed hoc loco agitur de eo quod omnibus modis ac propriè est ἀδύνατον. Neque tamen hoc arguit vllam in Christo imbecillitatem, siue hæc diuinæ naturæ siue humanæ, siue toti personæ tribuas. Cæterùm variant hoc loco Patrum expositiones, quorum alij ad Deitatem, alij ad humanitatem Christi istud referunt, quorum expensis rationibus statuere mihi posse videor vtrosque rectè sentire, si modò non seorsim, sed coniunctim, & tamen distinctè considerentur eorum sententiæ. Personalis enim est hæc Christi tum actio, de qua accusatur, tum eius depulsio, seruata naturarum vt in ipsa vnitione, sic in operādo quoque distinctione. Quum ergo dixisset Christus Sabbatum à se non fuisse violatum, quoniam suis non magis posset quàm Patris sui, nempe Dei, operibus Sabbatum violari, rectè Iudæi inde collegerant quod sese Dei Filium, non vulgato illo more loquendi, ob insignem aliquam diuinam beneficentiā prædicaret, sed vt natura Patri æqualem. Rectè inquam, istud Iudæi colligebant, quoniam si qua hic imparitas constitueretur, non fuisset pariter diuinum hoc opus, ac proinde conclusio Christi non procederet. Immo hac imparitate posita, poni quoque oporteret plures inter se naturales Deitates: & vt diuina inæqualia opera, sic Deos etiam, & quidem impares multiplicari, vt inter homines Pater quispiam & Filius duo sunt numero, vna eâdem definitione homines & totidem numero humanæ actiones: quæ non tantùm impium, sed etiam ridiculum fuerit in Deitate imaginari. Adiungit nunc ergo Christus quo superior blasphema illatio expurgatur, nempe non aliud agere Filium quàm hoc ipsum quod ageret Pater, ac proinde duas quidem esse distinctas agentes personas, at minimè, neque naturā, neque potentiā, neque operatione separatas, vt in hominibus vsuuenit. Vnde efficitur, sicut Pater & Filius sunt vnus & idē Deus, ita statuendam quoque vnam & eandem Deitatis naturam, potentiam cum operatione indiuisa, ita vt non iam opus cum opere conferretur, sed vnum & idem opus, & quidem indiuisum statueretur: quo posito firmissima stabilietur Christi responsio. Et hactenus quidem de hoc opere, quatenus fuit Deitatis opus, vt sanè propriè fuit. Quatenus autem in hac actione concurrit etiam Christi Humanitas, hoc respectu fuit hoc non Deitatis, sed humanitatis opus, ideóque instrumentaliter tantùm diuinum: quatenus videlicet Christi tum anima, tū corpus suæ Deitati, sua ipsius voluntate ac operatione propria subseruit, ad commune huius miraculi ἀποτέλεσμα, vt est rectè contra Eutychianos, Monothelytas & Monophysitas declaratum. Probat igitur Christus ne hoc quidem opere suo violatum Sabbatū, quoniam illa suæ humanitatis potentia ac voluntate, à Deitatis quidem tum potentia tum voluntate distincta, (vtpote quæ sint qualitate vnitæ, at non separatæ,) agat quicquid agit non aliter quàm prout illi præmonstrat pater, quem consequeretur esse violatorem Sabbati, si Filius hac in re peccasset. Filius ergo secundum neutram naturam distinctè in Filij persona agit à semetipso. Etsi enim vna & eadem est Patris & Filij οὐσία, ac proinde potentia, voluntas & operatio, tamen hæc omnia Filius non habet à se, sed à Patre, qui sicut à nullo est, sic vnus à semetipso agit cum Filio. Itidemque Filius quòd ad Humanitatem attinet dicitur non agere à semetipso, non quòd non habeat ipsius Humanitas suam vt naturam, sic potentiam, voluntatem ac operationem à sua & Patris Deitate distinctas, sed quia tota ipsius Humanitas vltra personalem vnionem, non suo vnius arbitrio, sed Deitatis virtute & impulsu perfectissimè mouebatur & operabatur. ¶ [*Id est*] *nisi viderit* ἐὰν μή τι βλέπῃ. Vulgata, *Nisi quod viderit*, vt pro τι videatur legisse ὅ τι. Admonet Eras. posse etiam expungi particulam τι, quæ sæpenumero apud Græcos redundat. Sed τὸ ποιεῖν pro ἐργάζεσθαι absolutè positum vix certè reperias: quanquam id potest vtcunque excusari idiotismo Hebræorum, de quo diximus Matth. 20. 12. Itaque supplēdum esset ἐκεῖνο, id est *illud*, quod nimirum facit Filius. Sed maior hîc oritur scrupulus. Ea enim est natura particulæ *Nisi*, vt si conditionem ponas quàm tollit, simul totū præcedens membrum vel ponatur, si neget, vel tollatur, si affirmet. Nam si dicas, Nemo venit ad me nisi Pater meus traxerit eum, consequitur aliquos venire si Pater eos traxerit, imò verò omnes quos traxerit, vt explicat disertè Christus infrà, 6. 37. & 44. Item, si dicas, Mors manet super omnes, nisi Christo crediderint, efficitur, mortem non manere super quenquam qui crediderit. Sic igitur hoc loco, si ita hæc conuertas, Filius nō potest à seipso quicquam facere nisi quid [vel nisi quod] viderit Patrem facientem: videbitur consequi, Filium à seipso facere quod vidit Patrē facientem. Sunt autem hæc inter se contraria ex diametro, vt simul consistere non possint. Quid si igitur dicamus particulam *Nisi* non constituere totum membrum præcedens, sed eius priorem partem duntaxat? vt si argumentationem ita nectas, Filius non potest à seipso quicquam facere, nisi quod prius viderit Patrem facientem. Ergo filius facit id quod facientem Patrem viderit: nempe vt illud *A seipso* non repetatur in conclusione contraria. Sed hoc planè durum est. Relinquitur ergo totum illud, Nisi quod viderit Patrem facientem, non esse partem propositionis alicuius hypotheticæ, sed potius epexegesin & interpretationem eius quod dixerat ἀφ' ἑαυτοῦ, id est à seipso. Itaque vt planior esset sententia alioquin difficilis & impedita, non dubitaui particulam exegeticam supplere, quū præsertim viderem passim eiusmodi ellipses inueniri, vt infrà, vers. 30. & 6. 27. & 7. 12. Postremò verò putaui illud quoque annotandū, οὐδὲν ποιεῖν nihil aliud declarare quàm οὐκ ἐργάζεσθαι: ex quo etiam apparet τὸ ποιεῖν τι, idē prorsus significare quod simplex ἐργάζεσθαι, quod opponitur verbo שבת [*schabath*] id est feriari, vnde Sabbatum dictum: de cuius quiete violata Christus accusatus sese purgat. Ideo vt perspicuitati studerem, conuerti οὐδὲν ποιεῖν, *non operari*, & τι ποιοῦντα, *operantem*, sicut in nostro vulgato sermone, *Ne faire rien*, & *ne besongner point*, synonyma sunt, item *faire quelque chose*, & *besongner*. ¶ *Viderit Patrem operantem*, βλέπῃ τὸν πατέρα τι ποιοῦντα. In hoc sermone duo verba vsurpantur quæ se mutuò respiciunt, Demonstrare & Videre: illud Patri, hoc Filio tribuitur: & quidem vtriusque naturæ respectu, sed distinctè, citra tamen diuisionem. Mōstrare igitur Patris idem est atque virtutis ac potentiæ, ipsius denique essentiæ communicatē per Generationem ab æterno. Audire verò Filij, est illius receptio ante omne tempus: quæ vis vnica tum Patris tū Filij exerit sese nobis in iis quæ ab æterno decreuerunt. Secundùm Humanitatem verò Christi, (quum sicut duplex est eius in vnitate personæ natura, sic in operatione duplex sit voluntas, & potentia,

Monstrare Patris est mouere humanam Filij intelligentiam & voluntatem, vt Deitati coniunctum instrumentum, ad eiusmodi operationum συντέλεσμα concurrentem. Videre autem Filij secundum Carnem, est prout suggerit illi Pater, & præcisè ad eius præscriptum & arbitrium omnia agere. Quanuis autem hæc omnia sic dicat, Iudæorum sese captui sic accómodans, vt omnia Patri ferat accepta, nó sic est tamé istud accipiendum, quasi ἔξωθεν & precaria tantùm virtute diuina Christus moueatur vt Prophetæ & reliqui sancti homines, quum verè & essentialiter sit Deus, & vna sit Patris & Filij Deitas: sed ita significatur ordo personarum, habente Filio à Patre id quod habet ille à seipso. Deinde sic declaratur subsidere sub Deitate αἰθρωπότητα, vt sit seipso Christus tú maior, tum minor, aduersus Eutychianam illam exæquationem naturarum ab Vbiquitariis insanis hoc nostro tempore renouatam. ¶ *Similiter*, ὁμοίως. id est æquè siue non minus, atque adeò, vna eadémque indiuisa, vt essentia sic & operatione quod ad Deitatem attinet Nam hoc, inquit Nazianzenus, non est accipiendum κατὰ τὴν τῶν γινομένων ὁμοίωσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς ἐξουσίας ὁμοτιμίαν: id est, quasi res à Patre factas Filius, similes alias faciendo, exprimat: sed quòd in agendo par ac coniuncta sit Patris ac Filij virtus. Non ergo quatenus vnica fuit operans hoc miraculum Deitas Patris ac Filij, comparantur hoc loco bina opera, quia sic multiplicaretur, Deitas, vt & operatio & opus: sed dicitur Filius cooperari similiter, id est eâdem ac vnica illa vnicæ Deitatis virtute, quamuis Pater illam vt à nullo, Filius vt à Patre ὁμοούσιος acceptam exerat: quod notandum est aduersus Sabellianos personarum discrimina tollentes: Arrianos identitatem essentiæ negantes, ac proinde Filij Deitatem oppugnátes: ὁμοιούσιοι Deitatem multiplicantes, quorum proles sunt Tritheitæ. Eutychianos autem, Monothelitas, & Monophysitas, refellit hæc eadem vocula ὁμοίως Christo secundum Humanitatem accommodata: ita declarante Christo se quatenus est homo agere sua quoque humana natura, potentia, voluntate & operatione, quæ certè sunt qualitates creatæ, non essentiale quidpiam: ac proinde à Deitate, & illis iisdem in Deitate essentialibus, diuersæ res prorsus & ab eâdem etsi non separandæ, tamen distinguendæ, ne pro vnitione statuatur naturarum & essentialium quibus distinguuntur proprietatum confusio. Dicit igitur Christus se quoque in iis quæ agat vt homo, non posse vt paternorum præceptorum transgressoré dici, quoniam hoc quoque agat itidem vt Pater, id est prorsus ita vt illi monstrat, id est, præit ipsius humanitati pater, ne tantillum quidem ab eius præscripto discedenti. Sed rursus hîc est obseruandum non dixisse Christum ταῦτα ὅμοια ποιεῖ, id est, *istis similia facit*. (sic enim duo essent miracula, vnum à Patre, alterum à Filio in illo sanato homine effecta) sed ταῦτα ὁμοίως ποιεῖ, *ista similiter facit* instrumentaliter videlicet, sed tamen coniunctim, propter personæ vnitatem, humana voluntate & operatione, ad vnicum miraculi συντέλεσμα concurrente, quod est vnicum propriè vnius tum Patris tum Filij Deitatis opus.

Ὁ γὰρ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ· καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε.	20	Pater enim amat Filium, & omnia monstrat ei quæ ipse facit: & opera illis maiora monstrabit ei, vt vos miremini.	20	*Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini.*
Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ.	21	Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat, ita & filius quos vult viuificat.	21	*Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat.*
Οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ·	22	Nec enim Pater iudicat quéquam, sed omne iudicium dedit Filio:	22	*Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio:*

Pater neminé facit æternæ vitæ participé nisi in Christo, in quo etiam vno ritè colitur.

20 *Amat*, φιλεῖ. Sic duo significantur præcedentibus consentanea, & quidem coniunctim in ipsa Christi persona cósideranda: inenarrabilis videlicet inter ipsas sacræ Triadis ὁμοουσίους personas communio, & Patris summa erga Filium, secundùm carnem quoque dilectio, sicut ex cælo testatus est: & quia dilectiò est nostræ tum adoptionis, tum efficacis vocationis, tum etiam tandem beatitatis basis. Dici verò non potest quàm multa sint istius loci occasione non minùs inutiliter quàm curiosè à nimium multis iampridem de æterno inter Patrem & Filium amore, disputata, cuius vinculum sit Spiritus Sanctus: itidémq; cur Christus superiore versiculo népe 19. sit vsus verbis preteriti téporis & futuri: quasi verò, sicut in tempore assumta est caro, sic etiam successiuè non gesta sint quæcunque gessit Christus, itidémque omnia Dei opera quæ à mundi creatione extiterunt, & ad finem vsque seculorum fient, quanuis ab æterno decreta, & ipsi Deo ab omni æternitate præsentia. ¶ *Monstrat ei* δείκνυσιν αὐτῷ. nempe incarnato vtpote quem etiam vt θεάνθρωπον designauit inter se & res omnes creatas, huius rerum omnium gubernationis intermedium administrum: quo munere nunc fungens suos quidem sibi à Patre donatos benignissimè tuetur adhuc pugnantes, hostes verò sensim domat: non desiturus donec planè victor suos quidem secum in æternum regnaturos Patri sistat absolutissimè beandos: Diabolus autem cum suis omnibus sit scabellum pedibus ipsius substratum, vt plenissimè explicat Paulus 1. Cor. 15. ¶ *Maiora*, μείζονα. Etsi enim singularissima est Dei virtus, quæ est ipse Deus, siue συνεκδοχικῶς, siue ὑπερφυσικῶς, siue, παραφυσικῶς operetur, pariter sese tamen non exerit: qua in re elucet illa πολυποίκιλος Dei sapientia, Ephes. 3.10 Plus est autem vitam mortuis restituere quàm ægrotantibus sanitatem: & quod hîc Christus de se dicit, de credentibus dicit infrà 14.12. & Mar. 16.17. quò spectat quod de Petri vmbra narratur Act. 5. 15. Sed hoc semper obseruandum est discrimen, quòd Christus vt verus Deus sua ipsius virtute edidit miracula: quod vsq; adeò est Deitatis vnius proprium, vt ne Angelis quidem ipsis, nedum hominibus quantumuis eximiis Dei donis præditis, hoc ius mutandi naturæ ordinis fuerit tributum, vt qui fuerint tantùm vnius Dei in edendis miraculis internuntij. Cuius rei ignoratio idololatriam inuexit, & nunc etiá fouet, contrarium nos ipso Petro docente, Act. 3.12.
¶ *Vt*, ἵνα. id est, ὥστε ὑμᾶς θαυμάζειν, *vsque adeo vt sitis me hæc agentem admiraturi. quem nunc ad necem quæritis*. Nec enim hæc admiratio fuit horum miraculorum finis, sed sequuta est apud istos miraculorum effectionem, & alibi quoque annotauimus ἵνα pro ὥστε poni, vt Apocalyps. 13. 13.

21 *Quos vult*, οὓς θέλει. Ergo & ista est non aliunde emendicata, vel duntaxat παραστατική, vt blasphemabat Nestorius, sed illa ipsa ἰδιοδύναμος & αὐτοκρατορική potentia, quæ est ipsamet Deitas, vna & eadem tribus ὁμοουσίοις personis communis inseparabiliter. Nam Spiritui quoque Sancto istud καθὼς βούλεται, id est, *sicut vult*, tribuitur, 1. Cor. 12. 11.
¶ *Viuificat*, ζωοποιεῖ id est verè ac reipsa in hanc vitam restituit nullis magicis præstigiis, nec falso miraculo. Agit autem Christus hoc loco, non de illa vniuersali & vltima mortuorum resurrectione, sed de mortuis, quos in hanc vitam præsentem erat adhuc in terris positus, restituturus, quanuis postea ad illam vniuersalem resurrectionem transeat, tandem vers. 28. & 29.

22 *Nec enim Pater iudicat quenquam*, οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα. Iudicandi verbum hoc loco, & paulo pòst versu 27 & 30. respondet verbo שפט [*schaphat*] quo videlicet significatur συνεκδοχικῶς plenum imperium ac summa mundi administrandi potestas: vt planè in duobus versiculis superioribus videatur sibi tribuere nomen illud Dei יהוה [*Iehouah*,] in hoc autem versiculo alludere ad nomen אלהים [*elohim*.] Annotat etiam Erasmus, Cyprianum duobus locis ita citare hunc locum, vt eum appareat pro οὐδένα legisse οὐδὲν, id est *nihil*: quæ lectio sanè aptior videtur quàm altera. Noluimus tamen quicquam contra omnium codicum fidem mutare. Denique, vt semel hæc dicendi genera explicentur quæ in speciem videri possent absurda, & apud hunc Euangelistam plurimis locis inculcantur: sciendum est, has negantes orationes non simpliciter aliquid negare, sed κατὰ ... id est ex eorum hypothesi ad quos dirigitur

dirigitur oratio. Sic negat Christus à Patre administrari hunc mundum, ita videlicet vt Iudæi arbitrabantur, qui Patrem à filio separabant, quum Pater contra nonnisi in persona filij, manifestati in carne, mundum regat. Ergo nó simpliciter remouetur Pater à mundi imperio, sed corrigitur in ea re Iudæorum error. Sic dicit se non venisse vt faceret voluntatem suam, sed volútatem Patris, infrà versu 30, & capite 6. 38: sic dicit hanc doctrinam suam non esse, sed eius à quo erat missus, infrà, 7. 16. neutrum simpliciter, sed ex eorum sensu qui ipsum à Patre separabant, quú reuera vná sit Patris & ipsius potestas ac doctrina. Sic dicit cæcum illum aut parentes eius non peccasse infrà 9.3: hactenus videlicet vt ab eorú peccatis orta esset eius cæcitas, quum alioquin & ille & parentes eius peccatores essent, quia homines erant, vt explicatur Rom. 5. vers. 12. & 1. Ioan. 1.8. Omnibus autem istis, quibus nihil diuinius dici potuit, occasionem præbuit impia istorum calumnia, qui falso prætextu obseruandæ externæ quietis Sabbati, Christum statuebát Deo aduersarium, id est Deum sibi ipsi & patrem Filio repugnantem.

Ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα· ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν.	23	Vt omnes honorent Filium prout honorant Patré: qui non honorat Filium, non honorat Patrem vt qui miserit eum.	23	*Vt omnes honorificent Filium sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum.*
Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν.	24	Amen amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in condemnationem non veniet: sed transiuit à morte in vitam.	24	*Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit: sed transit à morte in vitam.*
Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται.	25	Amen amen dico vobis, aduentat tempus, & nunc est, quú mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent.	25	*Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audiét vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent.*
Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ.	26	Sicut enim Pater habet vitá in seipso, sic dedit & Filio habere vitam in seipso.	26	*Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso.*
Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί.	27	Et auctoritatem ei dedit etiam iudicium exercédi, quatenus Filius hominis est.	27	*Et potestatem dedit etiam iudicium facere, quia Filius hominis est.*

Non colitur Pater nisi sermone Filij per fidem apprehenso, quæ vna via est ad vitam æterná ducens.

Omnes sumus peccato mortui, nec alia ratione viuificari possumus, quàm Christi sermone per fidem apprehenso.

23 *Honorent*, τιμῶσι. Ostendit verum vsum mandati Sabbati, à quo illi potissimùm aberrabant, opere diuino manifestissimo & extraordinario, quo ad Dei gratiam agnoscendam inuitabantur, ad illius effectorem calumniandum abutentes, in quo tamen vno agnosci & coli vult pater, Infrà 17. 3.

24 *Sermonem meum*, τὸν λόγον μου. Rursum attingit qua in re posita fuerit sanctificatio Sabbati, & cuius causa iuberentur à suis operibus domesticis abstinere Israelitæ. ¶ *Condemnationem*, κρίσιν. id est κατάκρισιν, vt annotauimus etiam suprà 3.17. Id autem apparet ex antithesi. Nam condemnari & donari vita æterna, contraria sunt. Est autem hæc Hebræorum consuetudo, vt quum volunt quippiam certissimè affirmare, istas antitheses vsurpent, vt suprà, 1. 20, & 3.15.16.17. & 36. ¶ *Transiuit*, μεταβέβηκεν. In quibusdam Veteris editionis codicibus perperam legitur Transibit. Vtitur enim præterito perfecto Christus, vt quod nondum nisi spe possidemus, tam certò sciamus futurú acsi iam nobis reipsa datum esset. Sic loquitur Paulus Ephes. 2. 5. & 6, & alibi sæpe. Itaque non est quòd grammatici vllam hîc somnient temporis enallagen.

25 *Mortui*, οἱ νεκροὶ Christus in hoc toto sermone, ab huius vitæ præsentis restitutione, ad vltimam resurrectionem & vitam æternam transit. Versiculo igitur superiore per Sermonem intelligi prædicatum Euangelium liquet, quòd ij demum qui sic audiunt vt id etiam fide sibi applicent, sint vltimo die ad vitam æternam resurrecturi. Hîc verò non agi de mortuis in peccato, sed hac vita defunctis, & voce, id est iussu ac mandato Christi, suam Deitatem ita probaturi, in hanc vitam restituendis, inde apparet, meo quidem iudicio, tum quòd de hoc vt mox futuro loquitur: tum ex eò quod non dicit, *Qui audierint & crediderint*, vt. vers. 24. sed duntaxat, *Qui audierint*, id est, ad quos videlicet hæc vox eius peruenerit, qui vocat quæ non sunt tanquam sint. ¶ *Viuent*, ζήσονται. id est in hanc vitam restituentur, vt Lazaro factum est hac audita voce, *Lazare veni foras*. Denique alioqui frustra repetita fuerit præcedentis vers. 24. sententia. De vltima verò mortuorú omniú resurrectione agitur demú vers. 28. & 29. Vtriusq; verò istius dicti firmamentú in hoc medio sermone exprimitur ver. 26.

26 *Habere in seipso*, ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. id est. (inquit August. in Ioh. tractatu 19.) *Genuit filium, qui & ipse vita est*. Idem de Trinit. lib. 1. cap. 11. *Secundum formam Dei sicut habet pater vitam in semetipso, ita dedit filio vitam habere in semetipso, quòd sint vnus & idem Deus.*

27 *Auctoritatem*, ἐξουσίαν. id est hoc ius & hanc dignitatem. ¶ *Dedit ei*, ἔδωκεν αὐτῷ. Vide suprà Matth. 9. 6. & 21. 23. & 28. 18. ¶ *Iudicium etiam exercendi*, κρίσιν ποιεῖν: id est omnia gubernandi & administrandi, adeo vt summá vitæ ac necis potestaté habeat. ¶ *Quatenus Filius hominis est*, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ. id est, *quatenus homo est* Filium autem hominis esse nihil aliud quàm humana natura præditum esse declarat hoc in loco. Ideóque non esse additum articulum rectè obseruat Erasmus, & testantur veteres, Irenæus, Chrysostomus, Cyrillus, Augustinus, Theophylactus. In summa verò hinc discendum est Patrem quidem esse vitam essentialiter, & à semetipso, quia Deus est: Filium autem itidem essentialiter vitam habere in semetipso, quia Deus idem & vnus est cú Patre: nó auté à semetipso quoniam à Patre est, id quod est per coæternam generationé, quæ est Patris ἀξίωμα, non gradus, sed ordinis, aduersus Arrianos. Itidemque eundem Filium vt hominem, non tamen absolutè in sese, sed quatenus in verbo subsistit, habere illam ipsam vitam, in illa humanitate, vt hypostaticè vnita, essentialiter habitantem, Coloss. 2. 9. & quos vult viuificantem: non extrinsecus emendicatam, aut sola παρουσίᾳ, & ἐνεργείᾳ præsentem: ita tamen vt Humanitas in iis quæ ὁ λόγος carnis ipsius interuentu agit, sit ad humana duntaxat peragenda coniunctum τῷ λόγῳ instrumentum, ad personalium actionum συντέλεσμα sic concurrens, vt merè diuina Christi Deitati, humana eiusdem Humanitati, seruata naturarum distinctione, συνόλως autem considerato Christo, toti personæ tribuantur Sic enim Lazari excitatio, de qua Ioannes Euangelista cap. 11. est Christi personæ opus: vt vox quidem præcipientis sit Humanitatis: animæ verò restitutio Deitatis opus. Ad Angelos autem & res creatas omnes quòd attinet, ea neque à semetipsis, quum sint res creatæ, neque in semetipsis propriè suum esse habent, sed precarium tantùm illius vsum, vel perpetuum, Deo sic volente, qualis est Angelorum & animarum humanarum vita, qualis etiam erit post resurrectionem hominum omnium status, & quæ ex illis sunt ἐνεργητικά, sic agunt, quod agunt, vt quòd ad Deum attinet iustè semper agentem, quibuscunque instrumentis, siue bonis, siue malis vtatur, habeant instrumentalis causæ rationem: licet non vt coniuncta, & hypostaticè vnita τῷ λόγῳ instrumenta, quod est vnius illius assumtæ à Filio Dei Humanitatis propriú. Cæterùm quòd ad huius loci distinctionem attinet, nó modò

Syrus interpres hæc annectit proximè sequenti versiculo, sed etiam Chrysostomus, & qui eius quasi epitomen confecit Theophylactus, obseruant hæc esse coniungenda cum sequentibus, & post ποιεῖν plenum punctum esse adscribendum: quamuis in Romano codice Theophylacti aliter sit distinctus cõtextus: vt sit hęc sententia, Quia Filius hominis est, nolite hoc mirari. Id est, ne miremini tantam homini datam esse potestatem. Nam idem homo est etiam Filius Dei. Filium autem Dei esse, apparebit ex generali mortuorum resurrectione. Hæc illi in summa, nisi quòd etiam addunt, impium illum Samosatenum hęc coniunxisse cum præcedentibus quæ ad sequentia pertineant. At ego certè non video cur hæc non multo melius cum præcedentibus connectantur: neque Paulum Samosatenum puto huius distinctionis auctorem fuisse, quamuis impia declaratione hunc locum corruperit. Certè coactam esse Chrysostomi expositionem, & verborum collocatio, & sermonis ipsa series ostendit: & Augustinus eam distinctionem sequitur quam ille Samosateno tribuit: vt planè appareat Latinam Ecclesiam ita semper legisse. Consentiunt veteres omnes Græci codices quos vidimus. Cyrillus quoque non aliter distinguit: cuius verba Erasmus in hunc locum vel non satis attentè legit, vel non satis accuratè descripsit. Sic enim ille ad verbum, *Nolite*, inquit, *mirari si quum me hominem videatis, suscitaturum tamen mortuos me pollicear, & in iudicium deducturum miniter: dedit enim mihi viuificandi virtutem Pater, dedit iudicandi potestatem. Sed vt lubricam Iudæorum mentem his retinere studuit, sic aliorum quoque curam non paruam habuit. Quapropter causam quare hæc sibi data à Patre dixerit, illico subiecit, dicens, Quia Filius hominis est. Vt intelligamus omnia sibi data fuisse vt homini: qui quum creatura sit, nihil habet à seipso.* Hæc Cyrillus. ex quibus nemo non videt ipsum non modo ista connectere cum præcedentibus, id est cum verbo ἔδωκεν: sed etiam ita explicare illud μὴ θαυμάζετε τοῦτο, vt ad præcedentia referat. Assentior igitur Cyrillo, Augustino, & vetustis codicibus, atque adeo receptæ lectioni, [illegible] à Chrysostomo dissentio in huius loci distinctione. Sed in ipsa explicanda sententia ingenuè profiteor me non videre cur illorum opinionem sequar. Referunt enim ὅτι ad verbum ἔδωκεν, ita vt causa reddatur quamobrem dicatur Pater iudicandi potestatem dedisse Filio, sitque veluti responsio tacitæ obiectioni opposita; quia nimirum necesse sit vt homo aliunde accipiat quod ex se non habet. At ego non dubito quin potius referendũ sit ad illud quod est propinquius: vt sit hic sensus, Patrem dedisse hoc ius Filio, vt etiam quà homo est, iudicet mundum: id est Filium, non modò quatenus Deus vnus est cum Patre, (quod mysterium ignorabant Iudæi) esse mundi iudicem, sed hanc potestatem à Patre accepisse, vt etiam iudicet mundum, quatenus est homo: vt qui, excepto eo qui subiecit ipsi omnia, cæteris rebus in cælo & in terra dominetur: sicut rectè hunc locum exposuit doctiss. interpres. Hanc autem explicationem confirmat particula καὶ addita, quæ alioqui prorsus redundaret. Deinde (vt rectè annotat Chrysostomus) si ideo dicatur Filius iudicandi potestatem accepisse quia homo est, nihil prohiberet omnes homines iudices esse. Hoc enim absurdum illam expositionem sequi vidit ille, ideóque aliam distinctionem quæsiuit, de qua diximus: quia veram interpretationem non vidit. Postremò Christus, quum hæc diceret, totus in eo erat vt se ostenderet hominem quidem esse, sed ita vt opus Filij esset opus Patris, penitus quicquid ageret Filius approbantis, imò nihil nisi in Filio in carne manifestato agentis. Suam enim æternam hypostasin Christus in omnibus istis sermonibus non per se, sed vt carne indutam, considerat: sic tamen vt paulatim Iudæos nihil aliud quàm hominem ipsum esse arbitrantes, ad intelligendum quod in ipso erat inuisibile; ex virtute planè diuina & αὐτοκρατορικῇ in ipsius dictis ac factis manifestè elucescente, alliciat, Iudæorum videlicet captui sese accommodans. Ergo germana hæc est huius loci distinctio & interpretatio: quæ vt melius intelligeretur, ὅτι conuerti *Quatenus*, quasi καθότι vel καθὸ scriptum sit: à qua interpretatione neque Augustinus neque Cyrillus hactenus dissentiunt, quum hic exponat καθὸ υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, *Velut homo est*: iste verò, *Vt homo est & creatura.*

Omnes tandẽ ad tribunal Christi sistentur iudicandi.

28 Μὴ θαυμάζετε τοῦτο· ὅτι ἔρχεται ὥρα ἐν ᾗ πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ·

28 Ne hoc miramini: nam veniet hora qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius:

28 *Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius:*

Dan.12.2 Matt.25.34 Ex fructibus iudicabitur de fide & incredulitate.

29 Καὶ ἐκπορεύσονται, οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.

29 ‖Et prodibunt, qui bona fecerint, in resurrectionem vitę: qui verò mala egerint, in resurrectionem condemnationis.

29 *Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionẽ vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.*

Christus omnium quæ fecit, Patrem auctorem & approbatorem habet. Inf.6.38

30 Οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ οὐδέν· καθὼς ἀκούω, κρίνω· καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός.

30 Non possum ego à meipso facere quicquam: prout audio iudico: & iudicium meum iustum est: ‖quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, *id est* Patris.

30 *Non possum ego à meipso facere quicquam: sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.*

Inf.8.14

31 Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής.

31 ‖Si ego testor de meipso, testimoniũ meũ non est firmum.

31 *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meũ non est verum.*

29 *Prodibunt*, ἐκπορεύσονται: vel, exibunt, è sepulchris videlicet. Vulg. *Procedent*. Rectè autem annotat Erasm. post ἐκπορεύσονται addendam esse hypodiastolen, vt intelligamus non solùm bonos prodituros, sed omnes qui in monumẽtis fuerint: deinde subnectantur duæ partes, vna bonorum, altera malorum. ¶ *In resurrectionem vitæ*, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς: id est, in eam resurrectionem quam perennis vita consequatur: quasi vitalem dicas, ex Hebræorum idiotismo, qui adiectiuorum loco vtuntur genitiuis appellatiuorum, vt sępe iam diximus. Huic opponitur resurrectio condemnationis, id est damnatoria. Et manifestè alludit Dominus ad Dan 12.2.

30 *Non possum ego à meipso facere*, οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ. Id est meo vnius arbitratu & potentia vel voluntate à Patre separata, quum vna & eadem sit Patris & mea tum potentia, tum voluntas, vt & essentia. Agitur enim hic de Deitatis propriis operibus. Sed & si Christi Humanitatem spectemus, meritò dicetur Christus nihil separatim à sua Deitatis voluntate velle vel facere. Nam hæ duæ numero voluntates; vt est aduersus Monotheletas, rectè definitum, vna sunt, quoad consensum: & ita quidem vt Deitatis voluntas alteram sine vlla repugnantia rexerit tum quoque quum aliqua fuit inter illas diuersitatis species, vt in illo præcipuo & durissimo agone. Matth.26.39. Vide Heb.5.7. ¶ *Prout audio*, καθὼς ἀκούω: id est, vt Pater mihi suggerit. Vide suprà versu 19, in hæc verba, *Viderit Patrem operantem*. ¶ *Iudico*, κρίνω. id est potestatem hanc exerceo, qua de re vide Psalm.98. ¶ *Iudicium meum*, ἡ κρίσις ἡ ἐμή. Id est (vt Gallicè loquimur) *mon gouuernement*. ¶ [*Id est*] *Patris*, πατρός. Deerat in duobus codicibus. Præstat autem (ni fallor) exegeticam particulam supplere quàm coniungere cum τοῦ πέμψαντος. Similem epexegesin exposuimus suprà, versu 19, in hæc verba, *Nisi viderit*.

31 *Testor*, μαρτυρῶ. Eras. vertit, *Si testimonium perhiberem*. Et paulo pòst, οὐκ ἔστιν, *non esset*. Atqui ista dicuntur à Christo per concessionem rhetoricam, idque non seriò, ac si diceret. Obiicietis mihi fortasse me testari de meipso, ac proinde meum testimonium idoneum non esse. Esto. habeo tamen alios duos testes omni exceptione maiores, Deum Patrem nimirum, in hoc opere videlicet, quòd non nisi diuina vi & potentia perfici potuit: (quamobrem etiam μαρ-

μαρτυρεῖ dixit tempore præsenti) & Ioannem Baptistam. ¶ *Non est firmum*, οὐκ ἔστιν ἀληθής. siue πιστή, id est, dignum cui fides adhibeatur. Est enim περιαυτολογία meritò suspecta, nec honestis viris conueniens, nisi personæ grauitas hoc ferat, vel necessitas excuset, vt 2 Cor.11.16. Vulgata & Erasm. ἀληθής interpretantur *Verum*, non satis appositè, quia hoc loco Verum non opponitur Falso. Fieri enim potest vt quod aliquis de se testatur, verum sit, & rursus quod quispiam in aliquem testatur sit falsum: & tamen illud non erit idoneum, hoc verò contrà ratum habebitur, nisi quis firmam exceptionem adferat. Sed illud est quod Hebræi vocant נאמן [*Neeman*] & Syrus intepręs שרירא [*scharira*] id est validum ac firmum. Erat tamen (fateor) Christi testimonium idoneum, etiamsi solus ipse testis esset, sed habuit Christus eorum rationem quos alloquebatur, adeo vt hoc etiam ipsis largiatur, ne sibi credant nisi alios idoneos auctores ac testes laudarit. Itaque hoc non repugnat ei quod scribitur infrà 8.14, vt suo loco dicemus.

32 Ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία ἣν μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.

32 ‖Alius est qui testatur de me, & scio idoneũ esse testimoniũ quod testatur de me.

32 *Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est testimonium quod perhibet de me.* Mat.3.17

33 Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην, καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ.

33 ‖Vos misistis ad Ioannem, & *is* testimonium dedit veritati.

33 *Vos misistis ad Ioannem & testimonium perhibuit veritati.* Sup.1.15.19 & 27.

34 Ἐγὼ δὲ οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω· ἀλλὰ ταῦτα λέγω ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε.

34 Ego autem ab homine testimonium non capto: sed hæc dico vt vos seruemini.

34 *Ego autem non ab homine testimonium accipio; sed hæc dico vt vos salui sitis.*

Christus & Ioannis voce & infinitis miraculis, & omniũ Prophetarum testimoniis, vnicus seruator declaratus est. Mundus tamẽ interea aliò, qui pseudoprophetis addictos, & videri volens religiosos, nihil istorum videt.

35 Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων· ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ.

35 Ille erat lucerna ardẽs & lucẽs: vos autem voluistis ad momentum exultare in eius luce.

35 *Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.*

36 Ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου· τὰ γὰρ ἔργα ἃ ἔδωκέ μοι ὁ πατὴρ ἵνα τελειώσω αὐτά, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὅτι ὁ πατήρ με ἀπέσταλκε.

36 At ego testimonium habeo maius *testimonio* Ioannis: opera enim quæ dedit mihi Pater vt ea consummem ipsa *inquam* opera quę ego facio, testantur de me quòd Pater miserit me.

36 *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne: opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me quia Pater misit me.* Matt.3.17. & 17.5

37 Καὶ ὁ πέμψας με πατήρ, αὐτὸς μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ. Οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε πώποτε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε.

37 ‖Et qui misit me Pater, ipse testatus est de me. Neque vocem eius vnquam audistis, ‖neque speciem eius vidistis.

37 *Et qui misit me Pater, ipse testimoniũ perhibuit de me. Neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis.* Deut.4.12

38 Καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν· ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε.

38 Et sermonem eius non habetis in vobis manentem: quia quem misit ille, huic vos non creditis.

38 *Et verbum eius nõ habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis.*

32 *Alius est*, ἄλλος ἐστίν. Pater videlicet Alius quàm ego, at nõ Aliud: sic etiam loquuto Christo de Spiritu Sancto, infrà 14.16. Nam vt in Trinitatis personis alius est Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, diuerso τῆς ὑπάρξεως τρόπῳ, vt scitè explicat Iustinus, ita non sunt Aliud: quum singulæ sint vnus, vnâ eadẽq; Deitate, Deus. At cõtrà in Christo, nõ est alius Deus, alius Homo, vt volebat Nestorius, sed vnus est Filius Dei θεάνθρωπος. Sed est in Christo, Aliud, nempe Filij Deitas, Aliud eiusdem Humanitas, naturis manentibus numero duabus, & sic personaliter vnitis, vt tum essentiis suis, tum essentialibus proprietatibus in æternum distinctæ permaneant, aduersus Eutychen & Brentianam Vbiquitatem, fœdum illius abortum.

33 *Vos misistis*, ὑμεῖς ἀπεστάλκατε. nempe vt ne hic quidem testis vobis suspectus esse possit, quasi quicquam inter illum & me sit gestum ex composito: sic propterea diuina prouidentia & Ioannis & ipsius Christi educationem & vitam moderata, donec & hic & ille muneris sui functionem aggrederetur, vt quamuis genere essent cognati, & quasi in mutuo matris conspectu vterque natus, vt narratur Luc.1. alter tamen alteri ne de facie quidem tunc notus esset Luc.1.33. Istud enim ἄλλος non ad Ioannem Baptistam, vt existimauit Chrysostomus, sed ad ipsum Patrem esse referendum ex proximè subsequente versiculo liquet. ¶ *Testimonium dedit*, μεμαρτύρηκε. Diuersa constructio diuersam significationem arguit, de qua diximus Luc 4.22.

34 *Non capto*, οὐ λαμβάνω. Vulg. *non accipio*, ambiguè. Accipit enim id est admittit Christus & gratum habet verum sanctorum de ipso testimonium. Sed illud non recipit tanquam eo ipse indigeat, quum sit ipse αὐτόπιστος, siue ipsi fides habeatur, siue non. Immo quoties illud accidit, ipsemet nõ tam ab hominibus testimonium accipit quàm per illos testes seipsum hominibus patefecit. ¶ *Vt vos seruemini*, ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε. Amplexi videlicet testimonium Ioannis, quo alioqui mihi non est opus. Sum enim ipse Filius αὐτόπιστος.

35 *Lucens*, φαίνων. Vitæ videlicet integritate, & inaudita quadam sanctimonia: cuius tamen fulgore leuiter fuistis perstricti, spreta ipsius doctrina & testimonio de me.

36 *Maius* [*testimonio*] *Ioannis*, μείζω τοῦ Ἰωάννου. Vulgata, *Maius Ioanne*. quod meritò emendauit Eras. Neque enim testimonium Patris cum Ioanne ipso comparatur, sed testimonium Patris cum testimonio Ioannis. Itaque deest articulus. plena enim loquutio erat μείζω τῆς τοῦ Ἰωάννου. quæ ellipsis non obseruata, multis locis plerosque interpretes fefellit, vt Rom.8.2. & Iac.2.25 & 1 Pet.1.7. ¶ *Vt ea consummem*, ἵνα τελειώσω αὐτά. Non temerè vtitur Spiritus sanctus hoc verbo, quo propriè significatur plena, omnibúsq; suis partibus absoluta præstatio diuinæ voluntatis, quod vnico Christo conuenit, ideo pro nobis facto iustitia nostra, Rom.5.19. & 1.Cor.1.30. ¶ *Ipsa* [*inquam*] *opera* αὐτὰ τὰ ἔργα. Gaudet Ioannes Euangelista huiusmodi epanalepsi, cuius exemplum habes suprà, 1.20, & 28, & 45.

37 *Et qui misit me Pater*, καὶ ὁ πέμψας με πατήρ. Poterat vt alibi sæpe Patrem simpliciter nominare, sed missionem adiicit, vt sciamus, nullam Dei notitiam salutarem, vel olim ante exhibitum Messiam fuisse, vel nunc esse post ipsius exhibitionem, nisi eam quæ referatur ad vnum illum antea promissum nunc exhibitum liberatorem, vt perspicuè postea docuit Christus, infrà 17.3. ¶ *Testatus est*, μεμαρτύρηκε. Nempe ab ipsa statim Adami defectione, Gen.3.15. & consequentibus seculis, Luc.1.70. per os Prophetarum, vt ostendit particula πώποτε & mox declarat Christus vers. 39. Nec tamen excludenda sunt duo illa testimonia Patris de Filio iam exhibito, vnum in ipsius baptismo, Matth.3.17. alterum in transformatione ipsius, Matth.17.5. quæ docet postea Christus vers.39. esse prædictorum impletionẽ. ¶ *Neque vocem* οὔτε φωνήν. Planior esset series orationis si addita esset particula ἀλλά. *Sed*, vel δὲ Autẽ. Sic verò totũ hũc locum paraphrastikῶs explicarim, vers. videlicet 37. & 38. Deus denique Pater ille meus, cuius cognitionem vobis arrogatis, & cuius gloriam videri vultis aduersum me vt Legis Sabbati violatorem asserere, is ipse est, cuius testimonio redarguimini. Nam ille ab omni æuo, & recenter etiam de me testatus est è cælis. Vos autem vt ipsi olim per Mosen & suos Prophetas ita vos compellanti, vt neque

sonantem eius vocem audire sustineretis, neque visibilem formam vllam in ipso animaduerteritis, (Alludit enim, Christus ad id quod scriptum est Exo.11.19. & Deut.4.12.) rebellastis, ita nunc per me verum hominem factum, & tum voce, tum tot tantisque operibus approbatum ipsius Filium aspernari non desinitis, vnde fit ille vobis ignotus, quoniam meus hic sermo incredulas aures vestras præteruolat.

Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν· καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ.	39	Scrutamini Scripturas, quia vos videmini vobis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testantur de me:	39	Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me:
Καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με ἵνα ζωὴν ἔχητε.	40	Sed non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.	40	Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.
Δόξαν παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω·	41	Gloriam ab hominibus non capto:	41	Claritatem ab hominibus non accipio.
Ἀλλ' ἔγνωκα ὑμᾶς ὅτι τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς.	42	Sed vos noui charitatē Dei non habere in vobis.	42	Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.
Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με. ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε.	43	Ego veni nomine Patris mei, nec recipitis me: si venerit alius nomine suo, illum recipietis.	43	Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.
Πῶς δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε;	44	Quomodo vos potestis credere, quum gloriam alij ab aliis captetis, & ‖ gloriam illam quæ à solo Deo proficiscitur, non quæratis?	44	Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriā, quæ à solo Deo est, non quæritis?
Μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν πατέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν, Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε.	45	Ne putate me accusaturum vos apud Patrē: est qui accuset vos, Moses, in quo vos speratis.	45	Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem; est qui accusat vos, Moyses, in quo vos speratis.
Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν.	46	Si enim crederetis Mosi, crederetis mihi: ‖ nam ille de me scripsit.	46	Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.
Εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε;	47	Quod si scriptis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis?	47	Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?
Κεφάλαιον ϛ.		CAP. VI.		CAP. VI.
Μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ Ἰησοῦς πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος.	1	Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, *quod est* Tiberiadis.	1	Post hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis.

Infra.12.42 (margin at verse 44)

Gen.3.15.& 22.18.& 49.10 deut.18.15 (margin at verse 46)

Esuriunt quidem interdum qui Christum sequuntur, sed suo subsidio nunquam destituuntur. (margin at Cap. VI)

39 *Scrutamini*, ἐρευνᾶτε. Quanuis istud plerique, vt & Syrus interpres, accipiant Imperandi modo, assentior tamen Cyrillo disertè monenti hæc potius indicandi verbo intelligenda. Sic enim postulat notatio verbi δοκεῖτε, quam obseruans Chrysostomus rectè notat Christum non dixisse ἔχετε, *habetis*, sed δοκεῖτε ἔχειν, opinamini vos habere, de quo verbo diximus Matt.3.9. Alioqui certè dixisset Christus, *Quia in illis est vita æterna*, vel, *Quia vos existimatis vitam æternam in illis habituros*. Vtens autem verbo præsentis temporis ἔχειν, eorum falsam opinionem Pharisaicam carpit, qui sese iam æternam vitam sua illa diligenti scripturarum lectione adeptos somniarent, quum tamen nihil minus essent assequuti, minimè id quidem vllo sacrarum literarum vitio, sed quòd illum repudiarent in quo vno quærendam esse vitam ipsæ testentur. In hoc autem hodie non minus ab iis peccatur qui ad scripturarum lectionem, non veritatis inde inquirendæ studium, sed præiudicatas opiniones aut aliquid etiam deterius adferunt: ideóque nec videndo vident, nec audiendo audiunt, nec legendo discunt. ¶ *Vos videmini vobis*, ὑμεῖς δοκεῖτε, vel, *Opinamini*. vt paulo antè diximus. ¶ *Et illæ*, καὶ ἐκεῖναι. Illæ verò, si planius loqui velimus. Cohæret autem copula non cum ὅτι δοκεῖτε, sed cum verbo ἐρευνᾶτε, hoc modo, *Vos scrutamini Scripturas, & illæ sunt quæ testantur de me.*

40 *Sed non*, καὶ οὐ. Vulg. *Et non*. Eras. *Nec*. non satis cohærentibus huius sententiæ membris. Καὶ verò pro ἀλλὰ ex Hebr. idiotismo, sæpissimè iam annotauimus.

42 *Noui vos non habere*, ἔγνωκα ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔχετε. Hunc hellenismum alibi iam aliquoties obseruauimus. Perinde est autem acsi diceret, Charitas Dei non est in vobis, siue, Quòd aduersum me contenditis, quasi de asserenda Dei gloria solliciti, falsò à vobis prætexi, nec Dei amore vos ad hæc in me dicenda impelli constat, vt qui opus istud tanquam impium condemnetis, quo tamen Dei gloria summè illustratur. Et quid nos aliud hodie potius nostrorum temporum Pharisæis respondeamus de gratuita iustificatione, mortuorum inuocatione, purgatorio, ἐθελοθρησκείαις, primatu Papæ, cæterísque huiusmodi rebus nobiscū, religionis prætextu, tam pertinaciter contendentibus?

44 *Captetis*, λαμβάνοντες. Vulg. & Eras. *Qui accipitis*. Ego Captandi vocabulo vti malo vbi de studio & conatu agitur. Itaque sic etiam sum interpretatus suprà, versu 34, & 41. Tale est argumentum Pauli Rom.3.27.

45 *Ne putate, &c.* μὴ δοκεῖτε. Hoc quoque dicēdi genus è medio petitum est, & aliud quippiam declarat quàm verba ipsa præ se ferant. Neque enim negatio prorsus id remouet quod dicitur, sed corrigit: quasi diceret Christus, ipsos nullum habituros acriorem accusatorem Mose, cuius patrocinio confidebant. quemadmodum siquis hodie obiiciat hostibus Euangelij id quod res est, nullos ipsis fore magis infestos in iudicio quàm Mariam virginem & totum fidelium cætum, quibus tamen vnis confidunt: neque tamen hoc impedit, quominus & Christus & conscientia reprobos omnes accusent. Simile dicendi genus extat Marc.9.37.

46 *Crederetis*, ἐπιστεύετε ἄν. Vulg. *Crederetis forsitan*, malè, non intellecto vsu Græcæ particulæ ἄν, quæ propterea expungitur, & à Cypriano lib. contra Iudæos 1. cap. 18. & ab Augustino homilia 27. de verbis Domini hunc locum citantibus.

IN CAPVT VI.

1 *Post hæc*, μετὰ ταῦτα. Non sunt hæc tamen superiorem sermonem statim consequuta: sed omissis iis quæ inter secundum Pascha & circiter tertium à Christo gesta ab aliis Euangelistis narrantur, noster Ioannes hanc vnam historiam delegit sibi describendam propter concionem prolixam & maximi momenti ab aliis in huius miraculi narratione prætermissam. ¶ *Trans mare*, πέραν τῆς θαλάσσης. Siquis diligenter reliquos Euangelistas cum hoc nostro comparet, nempe Matth.14.13.22.34, Mar.6.32.& 23.45.53, Luc.9.10. comperiet in hac historia particulam πέραν, non declarare aduersum litus, quò perueniri non posset nisi traiecto lacu: sed has omnes regiones, nempe Tiberiadē, Desertum, Bethsaida, Capernaum, cis lacum sitas fuisse, Galilææ respectu. Vsus est tamen Euangelista aduerbio πέραν, & mentionem fecit traiectionis, quia propter amplos sinus nauigatio quasi compendium itineris erat: deinde quia ex vno sinus anfractu in alium traiectio fiebat, vt in hunc locum scripsit doctissimus interpres. ¶ *Galilææ, quod est Tiberiadis*, τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος. In vno codice scriptū inuenimus duntaxat τῆς Τιβεριάδος, id est Tiberiadis, ita vt τῆς articulus non referat θαλάσσης.

Καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολύς, ὅτι ἑώρων αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων.	2	Et sequebatur eū turba multa, quia videbant eius signa *id est* quę edebat in malè valentibus.	2	Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super ijs qui infirmabantur.
Ἀνῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος Ἰησοῦς, καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.	3	Subiit verò in montem Iesus, & ibi sedit cum discipulis suis.	3	Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.
Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ Πάσχα, ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων.	4	Propè autem erat Pascha, ‖ festum Iudæorum.	4	Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum.
Ἐπάρας οὖν ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ θεασάμενος ὅτι πολὺς ὄχλος ἔρχεται πρὸς αὐτόν, λέγει πρὸς τὸν Φίλιππον, Πόθεν ἀγοράσομεν ἄρτους, ἵνα φάγωσιν οὗτοι;	5	‖ Quum ergo sustulisset oculos Iesus, & conspexisset multā turbam ad se venire, dicit Philippo, Vnde ememus panes vt edant isti?	5	Quum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes vt manducent hi?
(Τοῦτο δὲ ἔλεγε πειράζων αὐτόν· αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἔμελλε ποιεῖν)	6	(Hoc autem dicebat, tentās eum: ipse enim sciebat quid esset facturus)	6	(Hoc autem dicebat tentans eum. ipse enim sciebat quid esset facturus)
Ἀπεκρίθη αὐτῷ Φίλιππος, Διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι λάβῃ.	7	Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorū panes non suffecerint eis, vt singuli eorum paululum quiddam accipiant.	7	Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicū quid accipiat.
Λέγει αὐτῷ εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου,	8	Dicit ei vnus ex discipulis eius, *nempe* Andreas frater Simonis Petri,	8	Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri.
Ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε ὃ ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους καὶ δύο ὀψάρια· ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους;	9	Est hîc puerulus quidam qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisciculos: sed hęc quid sunt inter tam multos?	9	Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?
Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς, Ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν. Ἦν δὲ χόρτος πολὺς ἐν τῷ τόπῳ. Ἀνέπεσον οὖν οἱ ἄνδρες, τὸν ἀριθμόν, ὡσεὶ πεντακισχίλιοι.	10	Dixit autē Iesus, Facite vt homines discumbant. Erat autem gramē multum in eo loco. Discubuerunt ergo viri illi numero quasi quinquies mille.	10	Dixit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerūt ergo viri, numero quasi quinque millia.
Ἔλαβε δὲ τοὺς ἄρτους ὁ Ἰησοῦς, καὶ εὐχαριστήσας διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις· ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν ὀψαρίων ὅσον ἤθελον.	11	Accepit autem panes illos Iesus, & actis gratiis distribuit discipulis, discipuli vero accūbentibus: similiter etiā ex pisciculis illis quantum volebant.	11	Accepit ergo Iesus panes, & quum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant.
Ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Συναγάγετε τὰ περισσεύσαντα κλάσματα, ἵνα μή τι ἀπόληται.	12	Vt autem expleti sunt, dixit *Iesus* discipulis suis, Congregate quæ superfuerunt fragmēta, nequid pereat.	12	Vt autem impleti sunt dixit discipulis suis, Colligite quæ superauerūt fragmenta, ne pereant.
Συνήγαγον οὖν, καὶ ἐγέμισαν δώδεκα κοφίνους κλασμάτων ἐκ τῶν πέντε ἄρτων τῶν κριθίνων, ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσιν.	13	Congregarunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentis ex quinque illis panibus hordeaceis, quæ superfuerant iis qui comederant.	13	Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, qui superfuerant ijs qui manducauerunt.

Leu.23.5 deut.16.1 (margin at verse 4)

Mat.14.14 mar.6.38 luc.9.13 (margin at verse 5)

9 *Pisciculos*, ὀψάρια. Sic pisces (teste Matth 14.17.& Mar. 6.38. vbi δύο ἰχθύας legimus) vocātur παρὰ τὸ ὀπτᾶν, id est ab assando quos nimirum moris erat assare, ac fortassis etiam assatos diuendere; quales sunt quos in Heluetia vocant *Albæ*: idque ita esse liquet ex iis quæ infrà cap. 20. scribuntur. Errant igitur qui hoc nomen deriuant παρὰ τὸ ὀψέ hoc est serò, vel quòd vesperi tantùm iis vescerentur, vel quòd serò tandem voluptatis gratia in vsum venerint. Sic nimirum solent multi in confingendis etymologiis ludere: alioqui ὀψάριον pro condimento, atque adeò pro opsonio ac omni cibo qui pani adiicitur, vsurpari solet, vt docet Athenæus lib.8.

11 *Distribuit discipulis, discipuli vero discumb.* διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις. Vulg. *Distribuit discumbentibus*, i. διέδωκε τοῖς ἀνακειμένοις, sicut etiā vertit Syrus interpres, & vetuss. meus codex, contra reliquorū nostrorū codicum Græcorum fidē: quibus etiā accedit Cyrilli ac Theophylacti auctoritas. Vtrouis autē modo legas, eodem sensu licebit istud interpretari: quum etiam dictus sit suprà Christus baptizasse quum discipulorum ministerio vteretur, suprà 4.2. ¶ *Quantum volebant*, ὅσον ἤθελον. In quibusdam impressis exemplaribus legitur ὅσον ἤθελεν, *quantum volebat*, ipse videlicet Iesus. sed non dubito quin illud sit retinendum quod maximè facit ad fidem miraculo faciendam.

12 *Nequid pereat*, ἵνα μή τι ἀπόληται. Vulgata, *Ne pereant*, quasi videlicet particula τι redundet.

Cultu præpostero non modò non delectatur, sed etiam summopere offenditur Christus.

14 Οἱ οὖν ἄνθρωποι ἰδόντες ὃ ἐποίησε σημεῖον ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγον, Ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον.

14 Illi ergo quum vidissent signum quod Iesus ediderat, dicebant, Hic est verè Propheta ille qui venturus erat in mundum.

14 *Illi ergo homines quum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant, Quia hic est verè Propheta qui venturus est in mundum.*

15 Ἰησοῦς οὖν γνοὺς ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι, καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα, ἀνεχώρησε πάλιν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος.

15 Iesus ergo quum nosset venturos, & se abrepturos vt facerent se regem, secessit rursus in montem ipse solus.

15 *Iesus ergo quum cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.*

Matt. 14. 23
marc. 6. 47
Periclitamur quidem, sed Christo in tempore per mediastempestates ad nos accedente, in portum perducimur.

16 Ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο, κατέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν θάλασσαν.

16 ‖ Vt autem serum *diei* aduenit, descenderunt discipuli eius ad mare.

16 *Vt autem serò factum est, descenderunt discipuli eius ad mare.*

17 Καὶ ἐμβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ. Καὶ σκοτία ἤδη ἐγεγόνει, καὶ οὐκ ἐληλύθει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς.

17 Et ingressi nauigium, ibant trans mare Capernaum versus. iam autem erant tenebræ, nec venerat ad eos Iesus.

17 *Et quum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum, & tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus.*

18 Ἥ τε θάλασσα, ἀνέμου μεγάλου πνέοντος, διηγείρετο.

18 Et mare, vento magno flante, insurgebat.

18 *Mare autem, vēto magno flante, exurgebat.*

19 Ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα, θεωροῦσι τὸν Ἰησοῦν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον· καὶ ἐφοβήθησαν.

19 Prouecti verò quasi stadia vigintiquinque aut triginta, cōspiciunt Iesum ambulantem super mare, & appropinquantem naui: & metuerunt.

19 *Quum remigassent ergo quasi stadia vigintiquinque aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare, & proximum naui fieri: & timuerunt.*

20 Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, Ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε.

20 Ille verò dixit eis, Ego sum, ne metuite.

20 *Ille autem dixit eis, Ego sum, nolite timere.*

21 Ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον· καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ἣν ὑπῆγον.

21 Volente igitur animo receperunt eum in nauigium: & statim nauigium peruenit ad regionem in quam ibant.

21 *Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis fuit ad terram quam ibant.*

22 Τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, ἰδὼν ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ συνεισῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ πλοιάριον, ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον·

22 Postero die turba quæ substiterat cis mare, quum vidisset illic non fuisse aliud nauigiolum nisi vnum illud in quod ingressi fuerant discipuli eius, & Iesum non introisse cum discipulis suis in nauigium, sed solos eius discipulos, abiisse:

22 *Altera die turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abiissent:*

23 Ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια ἐκ Τιβε-

23 (Alia verò nauigiola Tiberia-

23 *Alia, verò superuenerunt naues à Tiberiade*

14 *Qui venturus erat*, ὁ ἐρχόμενος. Vulg. & Eras. *Qui venturus est*. Atqui, si iam venerat, impropriè dicitur esse venturus: neque negligi debuit articulus, de quo vide supr. 1. 21.

17 *Ibant trans mare, versus Capernaum*, ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ. Vulgata & Erasmus conuertunt ἤρχοντο, *venerunt*. Atqui nondum eo venerant sed viam tantùm erant ingressi. itaque debuit seruari propria significatio præteriti imperfecti, vt magnus ille vir sanctæ memoriæ M. Bucerus in hunc locum annotauit. Deinde πέραν τῆς θαλάσσης, Erasmus nimium expressè conuertit *traiecto mari*, quum (vt antè docui) non traiecerint lacum, sed sinum lacus duntaxat. Postremò εἰς Καπερναούμ declarat demum quò contendebāt. Nam quod scribitur Marc. 6. 45, iussos fuisse præire Bethsaida, ideo dictum est quòd Bethsaida in via occurrebat proficiscentibus Capernaum: & fortassis Christus dixerat se illuc ad eos venturum. Ideo malui interpretari *Versus Capernaum* quàm *In Capernaum*, cum Vetere interprete & Erasmo.

19 *Prouecti verò*, ἐληλακότες οὖν, sub. τὴν ναῦν, id est quum prouexissent nauem. Vulgata Remigādi verbo vti maluit quod respondet τῷ κωπηλατεῖν. particula autem οὖν sæpissimè apud hunc Euangelistam non est illatiua, sed narrationis membra tantùm connectit.

21 *Volente igitur animo receperunt eum*, ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτόν. Vulg. & Eras. *Voluerunt ergo recipere eū*. Atqui ex Mat. 14. 32, & 33. item Mar. 6. 51, omnino apparet eum fuisse ingressum nauim, & sedata tempestate, ab iis adoratum qui vnà vehebantur. Illa igitur interpretatio non conuenit, qua significatur ipsos quidem paratos fuisse illum excipere, sed nauim statim appulisse: quod non respondet aliorum Euangelistarum narrationi. Itaque verbum ἤθελον opponitur ei quod antè dixerat, eos videlicet fuisse perterritos: ex quo intelligitur ipsos initio fuisse eum auersatos: nunc verò agnita eius voce, & mutatis animis, eum quem fugiebant cupidè accepisse in nauim. Nam τὸ θέλειν alibi sæpe obseruauimus aliquid amplius significare quàm simplex Velle & omnino hoc illud est quod Sallust. in Iugurthino hac phrasi expressit quam hìc sum sequutus. Sic igitur hunc locum in vernaculo nostro sermone interpretarer, *Ils le receurent tresvolontiers dans le basteau*. ¶ *Peruenit*, ἐγένετο. Vulgata ad verbum, *Fuit*: sicut in vernaculo sermone dicimus, *Elle fut au lieu où ils vouloyent aller*, pro, *elle arriua*. Eras. *Appulerat*. putauit enim appulisse nauim in eo ipso momento quo Christus parabat in eam conscendere: quod falsum esse ex aliis Euangelistis apparet.

22 *Cis mare*, πέραν τῆς θαλάσσης. id est in altera ripa vbi editum fuerat miraculum, vt ostendit narratio. Hebræis enim עבר [*heber*] vtrunque littus declarat, vt diximus Matth. 4. 15. ¶ *Non fuisse*, ὅτι οὐκ ἦν. ad verbum, Quod non fuerat: quum videlicet ederetur illud miraculum. Malè igitur Vulgata per præteritum imperfectum vertit *non erat*. ¶ *Sed solos*, ἀλλὰ μόνοι. Totum hoc membrum deest in Syra versione, ex qua etiam apparet, vt ex Latina quoque Vulg. interpretatione, vtrumque illum interpretem pro ἰδών, *quum vidisset* scriptum legisse εἶδον, *viderunt*, siue εἶδε, *vidit*: aut participium ἰδών pro verbo accepisse, vt Hebræum Benoni, hiante alioqui constructione. Sed quid si distinctione post αὐτοῦ apposita, & ὄχλος nomine collectiuo cum ἀπῆλθον cōstructo, vertas *abiit* nempe quòd in vicinia sese receperit ibi pernoctatura turba? Sed ita vel τῇ ἐπαύριον oportebat ab ea ipsa nocte, more Iudæorum inchoare, vel dicendus fuerit Euangelista coniunxisse quæ postea

postera luce gesta sunt, traiectum videlicet turbæ, cum iis quæ proximè sunt discipulorum discessum consecuta. Sed malo hiare constructionem quæ postea vers. 24. expletur per epanalepsin.

ριάδος ἐγγὺς τοῦ τόπου ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον, εὐχαριστήσαντος τοῦ Κυρίου·

de venerunt prope locum illū vbi ederant panem, posteaquā gratias egisset Dominus:)

iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agente Domino:

24 Ὅτε οὖν εἶδεν ὁ ὄχλος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, οὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐνέβησαν καὶ αὐτοὶ εἰς τὰ πλοῖα, καὶ ἦλθον εἰς Καπερναούμ, ζητοῦντες τὸν Ἰησοῦν.

24 Quum igitur *inquam* vidisset turba Iesum illic nō esse, neque discipulos eius, ingressi sunt & ipsi in nauigia, & venerunt Capernaum, quærentes Iesum.

24 *Quum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascēderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Iesum.*

25 Καὶ εὑρόντες αὐτὸν πέραν τῆς θαλάσσης, εἶπον αὐτῷ, Ῥαββί, πότε ὧδε γέγονας;

25 Et eo inuento trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc peruenisti?

25 *Et quum inuenissent eū trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc venisti?*

26 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ζητεῖτέ με οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.

26 Respondit eis Iesus, & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia edistis panes illos & saturati estis.

26 *Respondit eis Iesus, & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me, nō quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.*

Nihil quidem deest regnum Dei quærentibus: non est tamen Euangelium ventris, sed animi, pabulum.

27 Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑμῖν δώσει· τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός.

27 Operemini non cibo qui perit, sed cibo illi qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: ‖hunc enim Pater obsignauit, *id est* Deus.

27 *Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater signauit Deus.*

Supr. 1. 32
mat. 3. 17. & 17. 5.

28 Εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν, Τί ποιῶμεν ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ;

28 Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera Dei?

28 *Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera Dei?*

Frustra satagūt homines, studentes placere Deo absque fide.

29 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος.

29 Respondit Iesus, & dixit eis, ‖Hoc illud est opus Dei, vt credatis in *eum* quem ille misit.

29 *Respondit Iesus & dixit eis, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille.*

1. Ioh. 3. 23.

30 Εἶπον οὖν αὐτῷ, Τί οὖν ποιεῖς σὺ σημεῖον ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι; τί ἐργάζῃ;

30 Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu signum edis, vt videamus & credamus tibi? quid operaris?

30 *Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris?*

Christi vis spiritualis fordet terrenorum miraculorum studiosis.

23 *Venerunt*, ἦλθε. vel, *Venisse*, ita vt ὅτι subaudiatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Sed malo hunc versiculum includi parenthesi. ¶ *Prope locum*, ἐγγὺς τοῦ τόπου. Series ipsa historiæ ostendit, naues postridie, traiecto sinu, Tiberiade aduenisse prope desertum Bethsaida, vbi editum fuerat illud signū. ¶ *Posteaquam gratias egisset*, εὐχαριστήσαντος. Vulgata, *gratias agente*, pro quo perperam scribitur in nonnullis codicib. *Gratias agentes*. Deest autem hæc particula in meo vetustiss. exemplari, & aliis nonnullis: quam tamen omnino retinendam arbitror. quoniam vis miraculi in eo sita est, non quòd quinque hominum millia pauisset Christus, sed quòd sola precatione tam paucis panibus multiplicatis eos pauisset.

24 *Quum igitur [inquam]* ὅτε οὖν. Hæc mihi quidem videntur quàm commodissimè exponi per epanalepsin, propter vers. 23. interiectum, hiante quoque vers. 23. constructione.

26 *Non quia*, οὐχ ὅτι. id est non quòd credatis meæ doctrinæ tot miraculis confirmatæ.

27 *Operemini non cibo*, &c. ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν. Vulgata & Erasmus, *Operemini non cibum*, &c. quod planè barbarum est. Respondet autem hoc loco τὸ ἐργάζεσθαι verbo Hebræo עבד [*habad*] quod significat operam suam alicui rei impendere. Reuocat igitur eos Christus ad studium rerum cælestium, ab iis abductos quæ ad ventrem siue huius vitæ alimoniam spectant: quæ admonitio quàm sit necessaria, nunc, si vnquam aliàs, experimur, quum nullos ferè habeamus Euangelio magis infensos hostes, neque domi, neque foris, quàm quibus religionis obtentus est ventris pabulum. ¶ *Quem*, ἥν: vel quam, vt ad ζωήν referatur. Sed ad βρῶσιν malo referri, propter vers. 51. Carnem autem suam, siue sui ipsius, in cruce oblatam designat cibi appellatione, vt postea inculcat. ¶ *Obsignauit*, ἐσφράγισεν: id est, indita virtute sua, quasi impresso sigillo, tum à cæteris hominibus distinxit vt in eo tanquam visibili imagine Deus Pater appareat: tum etiam (quod Christo proprium est) huic rei præstandæ destinauit, Deo videlicet homines reconciliandi ad vitam æternam. Hanc enim expositionem video Cyrillo & aliis multis eruditis interpretibus probatam: quam etiam confirmat similis huius verbi vsus, quod ad priorem quidem partem, 2. Corinth. 1. 22, & Ephes. 1. 13. Nam hic quoque Christus sese ad Iudæorum captum accommodans, omnia ad Patrem refert, nulla sui propriè facta mentione, quatenus Deus est: propriè inquam. Nam ex consequenti Deitatem quoque suam asserit, quæ & Patris Deitas est. Ioannes Chrysostomus tamen & Theophylactus hoc referre malunt, idque non incommodè, ad testimonia quibus Pater tum Christum ipsum Filium se habere ostendit, tum etiam ipsius munus confirmauit. Opera enim Christi in quibus diuina illa virtus clarè eminebat, aperta erant testimonia, quibus, tanquam apposito sigillo, Pater Filium approbarat. Simili ratione vsurpatum est verbum σφραγίζειν suprà, 3. 33. ¶ [*Id est*] *Deus*, ὁ Θεός. Vide suprà 5. vers. 19, in hæc verba, *Nisi viderit*, & vers. 30.

28 *Opera Dei*: ἔργα τοῦ Θεοῦ: Hebr. pro operibus diuinis: id est quæ Deo grata sint: vt sacrificia Dei Psalm 51. 19. quasi verò legem perscriptam non haberent. Sed sic Deo illudere consueuerunt homines, quum de pietatis officiis admonentur, prætexere nimirum ignorantiam & discendi studium præ se ferre: quasi satis sit ipsis Dei voluntatem intellexisse. Contra verò Christus eos à lege, quæ populos etiam condemnat qui de Mose nihil cognouerunt, ad quærendam in Euangelio misericordiam reuocat.

29 *Opus Dei*, τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ. Id est, Hoc demum opus est quod à vobis Deus flagitat, nempe, vt mihi credatis. Nec enim Fides hic consideratur vt habitus, sed ipsius habitus effectum, nempe, *Credere*. Et fortassis etiam hoc dicendi genus petitum est è medio, & per μίμησιν explicandum, veluti si quis ad medicum accedens, ab eo petat quanta accepta pecunia velit sibi remedium adferre, & medicus his verbis respondeat, Omnis pecunia quam à te peto hæc est, vt mihi confidas, & tibi persuadeas me nihil aliud quàm salutem tuam quærere. Si medicus, inquam, ita respondeat, quis ex hoc responso eliciat, pecuniam esse istam confidentiam quam medicus ab ægroto flagitat, vt sanis consiliis obsequatur? Sunt igitur planè ridiculi (vt alios paralogismos omittam) qui ex hoc loco eliciunt fidem esse opus, & nos per opera ex operibus iustificari.

Exod.16.14
num.11.7
psal.78.24
Sup.6.49
Christus verus & vnus æternus vitæ auctor ac donator, per Mãna patribus significatus.

31 Οἱ πατέρες ἡμῶν τὸ μάννα ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθώς ἐστι γεγραμμένον, Ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν.

31 Patres nostri ederunt illud manna in deserto illo: sicut scriptum est, ‖ Panem è cælo quem dedit eis edendum.

31 *Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare.*

32 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ἀλλ' ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν.

32 Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, nequaquam Moses dedit vobis panem illum cælestem: sed Pater meus dat vobis panem illum cælestem verum.

32 *Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panẽ de cælo: sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.*

33 Ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ.

33 Panis enim ille Dei is est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.

33 *Panis enim Dei est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.*

34 Εἶπον οὖν πρὸς αὐτὸν, Κύριε, πάντοτε δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον.

34 Dixerunt ergo ei, Domine, da nobis semper panem istum.

34 *Dixerunt ergo ad eum, Domine, semper da nobis panem hunc.*

Sup.4.14

35 Εἶπε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· ὁ ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε.

35 Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis ille vitæ: qui venit ad me, nequaquam esuriet: ‖ & qui credit in me, non sitiet vnquam.

35 *Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet vnquam.*

36 Ἀλλ' εἶπον ὑμῖν ὅτι καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετε.

36 Sed dixi vobis, Certè & vidistis me, & non creditis.

36 *Sed dixi vobis quia & vidistis me, & non creditis.*

37 Πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ πατὴρ, πρὸς ἐμὲ ἥξει· καὶ τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω.

37 Quicquid dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, nequaquam eiecerim foras:

37 *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eyciam foras:*

31 *Panem cælestem*, ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Vulg. & Erasinus, *E cælo*: quasi nimirum hoc pertineat ad verbum ἔδωκε, vt sit hæc constructio, Panem ipsis dedit è cælo. Inde orta quæstio, Quomodo Christus neget in proximo versiculo panem à Mose datum è cælo. Atqui Psalmo 78. c.24. vnde petitum est hoc testimonium, Manna non dicitur datum è cælo, sed vocatur דגן שמים [*dagen schamaiim*] id est frumentum cælorum, seu cæleste. Ergo non agitur de loco vnde datum sit Manna, (quod tamen è cælo siue nubibus pluisse constat) sed quæritur an hic panis verè sit cælestis. Hoc negat Christus, & se vnum potius dicit cælestem panem esse, vt qui ad cælestem (id est sempiternam ac verè beatam) vitam pascat. Manna tamen fateor, quatenus erat Christi sacramentum, rectè à Paulo spiritualem escam dici, 1.Cor.10.3. Sed hîc rursus loquitur Christus ex eorum hypothesi quibuscum disserit: qua de re copiose suprà diximus 5.22. Est igitur (meo quidem iudicio) duplex in proximo versiculo instituta collatio: vna similitudinis Mosis, qui suos Israelitas pauerit Manna, cũ cælesti Patre, qui suis & ipse panẽ cælestẽ miserit: altera, differentię inter Manna & ipsum Christum, duabus in rebus positæ. Nec enim Manna propriè descendit è cælo, sed ex nubibus: Christus autem verè descendit è cælo nempe è sinu Patris: & Manna hanc duntaxat vitam sustinebat, & ad tempus: Christus verò suos ad vitam æternam pascit.

32 *Panem illum cælestem*, τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Rectè annotat Erasmus additum articulum quo hic panis, nempe Christus, à Manna olim Christi duntaxat symbolo distinguitur. Sed fuit etiam hoc notãdum, ante ἐκ τοῦ οὐρανοῦ subaudiendum esse articulum, quasi scriptum sit τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, id est τὸν οὐράνιον: siue τὸν ὄντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, hoc est *cælestem*, siue *qui est è cælo*, ne quis id putet coniungendum cum verbo δέδωκεν. Similis ellipsis exemplum habes suprà 5.36. Rom.8.2. & Iaco.2.26. Non loquitur ergo Christus de cibo illo terreno, quem constat Mosis ministerio fuisse datum diuinitus Israelitis, sed de seipso per Mannã adumbrato, seipso videlicet Seruatore loquitur, ac si diceret, Panis ille cælestis cui quotidie vos intentos esse oportuit, vt qui æternam alimoniam præbeat, non is est, quem patribus vestris Moses subministrauit, & qualem à me quotidie vobis præberi velletis, sed is est quem oblatum negligitis, ego ipse videlicet. ¶ *Verum*, τὸν ἀληθινόν. Cuius typus fuit alter ille à Mose datus.

33 *Descendit*, ὁ καταβαίνων. id est ὁ καταβὰς, vt infrà 38. & 51. Hic autem descensus neque mutationem loci declarat, neque simpliciter accipitur per ἀνθρωποπάθειαν, vt Gen.11.5. & 18.21. & Exod.3.8, & alibi sæpe, sed incarnationem vnigeniti declarat, siue aduentum in carnem, Ioan. 4.2. Huic igitur descensioni perperam opponitur à nonnullis Ascensio, quasi sit eadem horum à Paulo oppositorum, Eph. 4.8 ac similis per omnia ratio. Sunt enim hæc longè diuersa, quoniã Descensus Deitati verbi hîc tribuitur, ideóque mutationem loci non denotat. qui verò ascendit homo erat, cuius humani nec propriè è cælo descendisse, nec sine mutatione loci ascendisse verè dici potest.

35 *Vitæ*, τῆς ζωῆς. id est viuificum, seu vitalem, enallage abstracti pro concreto Hebræis familiari sæpissimè iam à nobis obseruata. ¶ *Qui venit*, ὁ ἐρχόμενος. Id est qui se dat in viam, animo verè ad me inueniendum comparato, quod quidem ij soli faciunt, qui non temerè, nec aliquo nudo impetu feruntur, sed fide vera præditi ad metam vsque pergunt. Quòd autem hic cibus, nempe Christus fide perceptus dicitur semel sitim & famem abolere, & ita opponitur caduco cibo & potui, quem isti tam cupidè appetebant, potest ad vitam illam spiritualem & sempiternam referri, cuius etsi fruitio ad vltimũ illum diem vsque differtur, eius tamen potiundæ certa spes ita iam nunc illorum animos satiat, vt, quamuis interdum, aliis ventrem explentibus, esuriant & sitiant: tamen anxia solicitudine non torqueantur: sed iis quæ à Deo recipiant contenti de hoc vno laborent, vt magis ac magis illi adhæreścant. Sed & à nonnullis interpretibus sic istud accipitur, vt illa promissio hîc videatur repeti, quam explicans alibi Christus, Matth. 6.33 & Luc.12.31. Quærite, inquit, primò regnum Dei, & omnia ista adiicientur vobis.

36 *Dixi vobis*, εἶπον ὑμῖν. Certè non totidem verbis, sed ita vt hoc facilè posset, ex ipsius sermone colligi, & præsertim ex vers. 26. Particula verò ὅτι omnino redundare potiùs ex Hebræorum idiotismo videtur, quàm εἰδικῶς accipienda, vt εἶπον ὑμῖν duabus distinctionibus interpungatur. Verùm quid si potiùs sic scripsit Euangelista, ἀλλ' ὅτι εἶπον ὑμῖν, καὶ ἑωράκατέ με, *sed, quod dixi vobis, & vidistis me, &c.* Sed absit vt vel apex vnus in his libris ex nuda coniectura immutetur.

37 *Quicquid*, πᾶν ὃ, id est πᾶς ὃν, id est, *omnis quem*. Sed illa phrasis est expressior, & Hebræi vniuersales & indefinitas enuntiationes masculino vel fœminino genere enuntiãt vel muti, quòd neutro genere careant. Ex hoc autem loco tria maximi momenti colliguntur: vnum, notitiam Dei in Christo ab ipso initio proficisci à mera Dei gratia, nõ quæ infirmam nostram naturam adiuuet, sed quæ penitus corruptam & in peccato mortuam sanet & viuificet. Alterum, firmam & immotam esse gratiam electis propriam. Ex his autem duobus tertium nascitur, nempe fidem illam veram & electorum propriam, quamuis nimium sæpe credentium imbecillitate ac etiam culpa interrumpatur, & ad tempus sopiatur, vt in grauissimis quoque sanctorum tẽtationibus & lapsibus cernitur, nunquam tamen reipsa penitus excidere, quod negari quidem à Sophistis & matæologis mirum non est: ab iis autem oppugnari, & quidem pertinaciter quis non miretur, qui nobiscum tamen docent petendam esse remissionis peccatorum & salutis no-

stræ sanctam firmitatem à fidei nostræ πληροφορίᾳ. Tamenim sunt hæc inter se contraria, vt fides certum sit consentus nostris fulcimentum per Christum semel illa apprehensum, si fides ipsa penitus excidere potest (vtpote non ab immoto Dei decreto, sed à nobis ipsis pendens) quàm inter se repugnat lux & tenebræ. Quod autem metuunt illi ne qui sibi persuaserint excidere se à fide & à Christo nunquã posse, de perseuerantia non amplius laborent, sed securè suis vitiis indulgeant, tam futile & tam absurdum est, vt ne refutationem quidem mereatur. Nec enim vera fides vnquàm suggerit peccandum esse vt gratia abundet, sed docet potius carni resistere, & quando lapsi sunt electi, resipiscere.

38 Ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.

38 Quia descendi è cælo vt exequar non voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.

38 *Quia descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.*

Ex gratuita Patris in Christo electione manat Fidei donum, quam necessario consequitur vita æterna. Est itaque fides in Christum, certum electionis ac proinde futuræ nostræ glorificationis testimonium.

39 Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

39 Hæc est autem voluntas eius qui misit me, *id est* Patris, vt ex eo omni quod mihi dederit, non perdam *quidquam*, sed suscitem illud vltimo illo die.

39 *Hæc est enim voluntas eius qui misit me Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.*

40 Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν, καὶ πι-

40 Hæc est autem voluntas eius qui misit me, vt quisquis con-

40 *Hæc est autem voluntas Patris mei qui misit me, vt omnis qui videt Fi-*

38 *Descendi è cælo*, καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Magna inter eos qui se Theologos profitentur de ista loquendi formula controuersia est. cuius etiam interpretatio falsa Ecclesiam iam olim penè pessum dedit, & per mille discrimina seruatam, rursum nostris temporibus in naufragij periculum pertrahit: quum tamen Ecclesiæ orthodoxæ, & Christianarum synodorum perpetuo consensu satis supérque sit hæc omnis controuersia explicata. Sciendum est igitur, vt rem totam paucis complectar, neque Humanitatis, neque Deitatis respectu, seorsim & in sese consideratarum, sed Deitatis habita ratione, quatenus sese hypostaticè assumptæ humanitati vniuit, Christum dici è cælo descendisse. Nam quòd ad humanitatem per se consideratam attinet, etsi quodammodo cælitus delapsa dici potest, non ipsius essentiæ, sed carnis cui vnita est respectu, tamẽ Euangelistam liquet, eò non spectare, vel ex eo quòd viuifica virtus, quam hîc sibi Christus asserit, ne carni quidẽ Christi quatenus caro est, siue in sese consideratæ, quantumuis inenarrabiliter excellentissimis donis supra res cæteras creatas sit exornata, sed vni Deitati propria est, licet nonnisi assumptæ illius carnis interuentu suos viuificanti: sicut licet anima corpori vnita nonnisi per cerebrum intelligit, tamen cerebrum ipsum intelligens dici non potest. Deitati verò in semetipsa consideratæ nec ascensus vel descensus localis, nec (si libeat descendendi verbum translatitiè vt nonnullis placet, intelligere) deminutio vel auctio conuenit. Sed neque per ἀνθρωποπάθειαν, vt quum dicitur Deus irasci, loqui, pœnitere: neque visionis alicuius respectu, vt Gen 19.21, & Exo.3.8, istud intelligi potest. Sed neque toti personæ ὅλως siue complexim consideratæ (vt quũ Christus Mediator dicitur) iste descensus è cælo tribui potest quin Christi caro ex virginis substantia, proinde Messias verus, esse denegetur. Sin verò istud toti Christi personæ, distincto naturarũ respectu, attributũ dicamus, necesse fuerit vt hic descensus, vel humanitati quatenus assumpta est à Deitate, vel Deitati quatenus est incarnata, cõueniat. At certè Humanitas potius ascẽdisse quàm descendisse dicẽda videretur. Superest igitur vt istud Deitati non simpliciter habita ratione, sed quatenus verbum caro factum est, tribuatur. At cur de cælo, inquies, descendisse dicitur, quum nec esset, neque sit Deitas magis in cælis quàm alibi? nempe quoniam etsi Deitas vbique est tota, omnia continens nec vsquam comprehensa, vtpote quæ sit ipsamet infinitas: tamen, vsitato scripturæ more, sursum habere quodammodo regiam suam dicitur, quòd in illa cælesti plaga extent longè magnificentiora Maiestatis ipsius vestigia. Inde igitur factum vt Verbum è cælis in terram descendisse, & à Patre in hunc mundum infimum missum dicatur, quoniam veræ carni in terris creatæ sese hypostaticè vnitum exhibuit, vnde rursus redisse in cælum ad Patrem vt Deus dicitur, simili ratione: quatenus videlicet carnem cælis intulit. Ascensus autem vox in symbolo non tribuitur propriè Deitati, neque in sese, neque Humanitatis assumptæ respectu, sed humanitati per se cõsideratæ, & quidem propriè accepta pro corporali loci inferioris in superiorem transitu. Quod igitur nonnulli Verbi descensum è cælo metaphoricè intelligunt non pro incarnatione ipsa in terris facta, sed pro ipsius incarnationis, vt ita loquar, qualitate, quam Apostolus exinanitionem vocat: quoniam videlicet Verbum accepta serui forma, & quidem morti crucis obnoxia, ex illius infinitæ Maiestatis fastigio (quod Cæli nomine translatitiè significari volunt) sese in abiectissimam conditionem demisit, falsò ab ipsis dicitur. Etsi enim verissima est hæc exinanitio, tamen nego Cælorum appellatione aliud vnquam in scripturis dici quàm vel aërem, vel orbes illos cælestes, vel tertium illud cælum ab Apostolo vocatum, quod & paradisus dicitur: locum videlicet supra omnes cælos, hodie nobis incomprehensibilem, vnde venturum Dominum expectamus, ibidem hæredes Dei & cohæredes ipsius futuri. ¶ *Non voluntatem meam*, οὐ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν. Quomodo hoc sit intelligendum, exposuimus suprà, 5.22. Annotat etiam Nazianzenus concione περὶ υἱοῦ secunda, in huiusmodi dicendi generibus sæpe nihil poni, sed negari duntaxat omnia: veluti si dicas Christum non esse traditum in mortem propter sua peccata, sed propter nostra, nõn tamen ponit vllum in Christo fuisse peccatum. Item quum dicit Paulus Tit.3.5. nos non esse seruatos ex operibus iustis quę nos fecerimus, sed ex Dei misericordia, non ponit vlla in nobis iusta opera, quibus nostra salus tanquam causa nitatur: quod etiam exemplũ citat Nazianzenus eo loco. Negat igitur Christus se quidquam Velle quod nolit Pater, ac proinde se sibi nihil aliud exequendum proponere, quàm quod vellet pater. Hæc autem Patris & Filij, tum voluntatis, tum vt ita loquar, volitionis id est, vt aptius Græci Theologi loquuntur, & τῆς θελήσεως & τοῦ θελητοῦ vnitas in Christo aliter secundum Deitatem, quàm Humanitatẽ est accipienda. Nam Deitatis respectu, vt essentiæ, sic voluntatis & volitionis ταυτότης, id est identica vnitas, est in Patre & Filio statuẽda: In Patre quidem à se & vt Filium mittente, in Filio verò relatè ad Patrem, & vt à Patre misso consideranda. At in Filio incarnato sicut duæ numero naturæ suis proprietatibus distinctę spectantur, sic duplex quoque est, tum voluntas, tum volitio: vna videlicet diuina & eadem atque Patris, altera humana & huius naturæ propria: vtraque tamen vsque adeò prorsus consentiens, vt sicut duæ illæ naturæ ad vnitatem personæ cõueniunt, ità ad personalis voluntatis ac volitionis vnitatem per hũc summũ consensum concurrant. Istis verò quinam non aduersentur illa Christi in vltimo agone verba, *Verum tamen non vt ego volo, sed vt tu vis* prolixè declarabo Hebr.5.7. Cæterùm in hoc versiculo transposita est negans particula, vt etiam suprà, versu 31. Erasmus quoque τὸ θέλημά μου elegãtius vertit, *Quod ego volo*, Idẽ tamẽ ab hac simplicitate loquẽdi non abhorruit, Mat.7.21. & 12.50.

40 *Autem*, δὲ. Vulg. *Enim*, γὰρ, vt legit etiam Cyrillus in hunc locum. ¶ *Quisquis conspicit*, ὁ θεωρῶν. Vulg. *Qui videt*. Sed hoc verbum propriè conuenit mentis oculis. Et notandum est ex hoc loco, primùm salutificæ omnis diuinę notitię obiectum esse Christum, & quidem in carne exhibitum. Deinde vanissimũ & planè Diabolicum esse Fidei, quam implicitam vocant commentum, quum Fidei præire Theoriam oporteat. Tertiò duplicem esse cognitionem

Christi, vnam historicam, qua etiam præditi Diaboli dicuntur credere, Iacob. 2. 19. Alteram, fidelium propriam, qua sibi applicant peculiariter promissiones Euangelicas. Ideò quum dixisset Ioannes πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν, addit καὶ πιστεύων εἰς αὐτόν. Nec enim quisquis videt, θεωρεῖ, nec quisquis θεωρεῖ, πιστεύει: nimiùm multis veritatem sese offerentem, & inuitorum etiam mentibus inferentem repudiantibus, vel non retinentibus, vt docet seminis parabola. Denique ex hoc loco, & iis quæ sequuntur, præsertim vers. 44 liquet quo sensu sit accipiendum quod scribitur 1. Tim. 2. 14. Deum velle omnes homines saluos fieri: nempe non pro vniuersali, sed pro indefinito enuntiato, siue vt sāniores etiam Scholastici loquuntur, non de singulis generum, sed de generibus singulorum illud intelligendum esse, quum ne externæ quidem Euangelij prædicationis beneficium sit vniuersale.

στεύων εἰς αὐτὸν ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἀναστήσω αὐτὸν ἐγὼ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

41 Ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

42 Καὶ ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ υἱὸς Ἰωσήφ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; Πῶς οὖν λέγει οὗτος, ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα;

43 Ἀπεκρίθη οὖν ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Μὴ γογγύζετε μετ' ἀλλήλων.

44 Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με, ἑλκύσῃ αὐτόν, καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

45 Ἔστι γεγραμμένον ἐν τοῖς προφήταις, Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ. Πᾶς οὖν ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ μαθών, ἔρχεται πρός με.

46 Οὐχ ὅτι τὸν πατέρα τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ· οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα.

47 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

48 Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς.

49 Οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον.

spicit Filiũ, & credit in eum, habeat vitam æternam: & suscitem ipsum ego vltimo illo die.

41 Murmurabant ergo Iudæi de eo, quia dixerat, Ego sum panis ille qui è cælo descendit.

42 Et dicebãt, ‖Nónne iste est ille Iesus, filius ille Iosephi, cuius nos nouimus patrem & matrẽ? quomodo ergo dicit iste, E cælo descendi?

43 Respondit ergo Iesus & dixit eis, Ne murmurate inter vos.

44 Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: & ego suscitabo ipsum vltimo illo die.

45 Scriptum est in Prophetis, ‖Et erunt omnes docti à Deo. Quisquis ergo audiuit à Patre & didicit, venit ad me.

46 Non quòd Patrem viderit quisquã, ‖ nisi is qui est à Deo: hic vidit Patrem.

47 Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.

48 Ego sum panis ille vitæ.

49 Patres vestri ederunt ‖manna in deserto, & mortui sunt.

lium, & credit in eum, habeat vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

41 Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum Panis qui de cælo descendi.

42 Et dicebant, Nónne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, Quia de cælo descendi?

43 Respondit ergo Iesus & dixit eis, Nolite murmurare in inuicem.

44 Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

45 Est scriptũ in Prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me.

46 Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Deo: hic vidit Patrem.

47 Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.

48 Ego sum panis vitæ.

49 Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.

Caro non potest spiritualia percipere, ac proinde initium salutis est à Deo, naturam nostrã immutante, vt ab ipso afflati, in Christo erudiri & seruari sustineamus.

Matt. 13. 55

Esa. 54. 13
Ierem. 33. 34

Matt. 11. 27

Exo. 16. 15

Verus Sacramentorum vsus est, ab iis ad rem ipsam, id est ad Christum assurgere: cuius vnius participatione vitam æternã consequimur.

42 *Nónne iste est Iesus ille*, οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς. In vulg. editione omittitur nomen Iesus, quod tamen non videtur sua carere emphasi. Ita enim indicant illi se eum optimè nosse, atque adeò ex ipso nomine, vt falli non possint. Cyrillus quoque & Chrysostomus ita legunt, quanuis hanc rationem non adferant.

44 *Traxerit*, ἑλκύσῃ. Id est, vt rectè docet Augustinus, *ex nolentibus volentes fecerit*. Nam verum quidem est, neminem credere inuitum, quũ Fides sit assensus. Sed volumus quia datum est nobis vt velimus. Non est enim volentis hominis, sed miserentis Dei.

45 *In Prophetis*, ἐν προφήταις. Ita scriptum habent omnes nostri codices, quanuis ex vno Esaia sit petitus hic locus. Sed facilis est hic nodus ad explicandum. Notum est enim Hebræos diuidere Vetus testamentum in tres ordines, videlicet in תורה [*thorah*] Legem, נביאים [*nebyim*] Prophetas, & scripta כתובים [*chethubim*] siue Hagiographa. Hîc igitur citatur secunda sectio illa Veteris Testamenti, cuius pars est Esaias & indefinitè quoque sic loqui vulgus solet, vt annotauimus Matt. 27. 44. ¶ *Omnes*, πάντες. Omnes videlicet filij Ecclesiæ, vt diserte additur Esa. 54. 13. id est ordinati ad vitam, Act. 13. 48. Nam ne omnes quidem audiũt, si de singulis accipias, nedum vt omnes accipiant credendi (vt vulgò dicunt sophistæ) possibilitatem. Qui ergo abutuntur hoc testimonio vt tollant discrimen inter vasa honoris & vasa contumeliæ destinata, aut nimium imprudenter, aut admodum impudenter facient. ¶ *Docti à Deo*, διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ, למודי יהוה [*limmude Iehouah*] id est, vt habet ad verbum Syrus interpres, *Docti Dei*. Plus enim est διδακτοὺς esse quàm μαθητάς. Multi enim discipuli discedunt quia non didicerunt, vt infrà versu 66. Is demum autem est vt loquitur Paulus 1. Thess. 4. 9. θεοδίδακτος, qui trahitur, cui datum est & audire & discere, id est per fidem venire ad Filium à quo nunquam eijcitur foras. Vulgata, *Docibiles Dei*, barbarè & non expresso sensu. Nec enim ὁ διδακτὸς eum significat qui se docendum præbet, sed eum qui iam didicerit quæ est edoctus. ¶ *Et didicit*, καὶ μαθών. Syrus interpres addit, *Ab eo*.

46 *Non quòd*, οὐχ ὅτι. Hæc oratio planè videtur mutila, qualia multa in communi ac populari sermone dicuntur. Est autem plena hæc sententia, *Omnes qui audierunt à Patre, & didicerunt, veniunt ad me*, neque tamen existimandum est à quoquã visum fuisse Patrẽ à quo hæc audierit, ac didicerit. Nam nemo vidit Patrem nisi vnus Filius: Pater autem nonnisi per eum ipsum nos docet ad quem nos vocat. ¶ *Qui est à Deo*, ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Quũ hîc agatur de cognitione Dei, quam ait propriam esse Filio, non dubium est quin ex communi hominũ sorte se eximat. Ideo scripsit noster Euangelista suprà, 1. 18. Filiũm, qui in sinu Patris est, nobis enarrare Patrem. Itaque παρὰ τοῦ Θεοῦ aliquid amplius declarat quàm simplicem missionem à Deo, vt infrà 7. 29. Nam παρὰ velut cognationem & cõiunctionem declarat, vt Mat. 3. 21. Quid autem Patri coniunctius quàm Filius ex ipso genitus? Sensim igitur Christus istos reuocat à contẽptibili carnis specie ad contplactionẽ suę Deitatis cũ hac carne personaliter cõiunctæ: cuius tamẽ plenitudinẽ nõ in seipso, sed in Patre ipsis proponit suo more ad illorũ captũ suam orationẽ accõmodans, & vnitatẽ personæ demõstrãs.

47 *Qui credit in me*, ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ. Hîc nescio quid venerit in mentem Erasmo, vt contra suum morem verteret *Qui confidit mihi*. Certè confidentia ea est quam πεποίθησιν vocat Paulus, & à Fide non minus distinguenda est quàm effecta distinguuntur ab efficientibus causis.

49 *Vestri*, ὑμῶν. At enim cur non potiùs dixit Christus ἡμῶν, *nostri*? Quoniam, inquiunt nonnulli, de diuina sua viuifica virtute loquitur Christus, nolens sese incredulis annumerare

merare illius expertibus. Sed hoc mihi non placet, quum toties repetitum Carnis nomen in hoc sermone ostendat Christum de sua ipsius carne loqui. Per *vestros* igitur rectè obseruat Cyrillus intelligi non omnes qui Mannam ederunt, quæ suis credentibus etiam Patribus spiritualis esca, 1. Cor. 10. 3. sed illos demum murmuratores, qui nihil aliud temporibus Mosis quàm alimentum corporis quærebant: & quorum isti, quos Christus alloquitur, ostendebant sese germanos esse filios, vt illis exprobrauit vers. 43. Itaque quum isti dicuntur edisse Mannam in deserto, non consideratur Manna quatenus erat spiritualis, siue Sacramentalis esca, sed vt corporeus cibus, caducam hanc vitam non tribuens, sed tantùm fouens, & quidem non nisi ad tempus, confertur cum ipso Christo vitã æternam credẽtibus tribuẽte. Neque his obstat quòd & credentes olim mortui sunt prima morte, & nunc quoq; moriuntur. Nihilominus enim dicuntur non mori, quoniam hinc excedentes hanc fragilem & miseram vitam, altera beata & sempiterna cõmutant. Qui verò tempore Mosis murmurarunt, morientes à prima morte ad alteram transierunt, vt & hodie trãseunt qui sunt à Christo alieni.

50 Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ καὶ μὴ ἀποθάνῃ.

51 Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστίν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς.

52 Ἐμάχοντο οὖν πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες, Πῶς δύναται οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν;

53 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίνητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς.

54 Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον καὶ ἐγὼ

50 Hic est panis ille qui è cælo descendit, vt qui edit ex eo non moriatur.

51 Ego sum panis ille viuus, ille qui è cælo descendi. Siquis ederit ex hoc pane, viuet in æternum: panis autem quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.

52 Pugnabant ergo Iudæi alij aduersus alios, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnẽ *suam* dare edendam?

53 Dixit ego eis Iesus, Amen amen dico vobis, nisi ederitis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis.

54 Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet

50 Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.

51 Ego sum panis viuus qui de cælo descendi: siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita.

52 Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?

53 Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

54 Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam

Christus à Deo Patre hoc ipsum nobis eſtanalogicè ad vitã æternam consequendam ac retinẽdam, quod Panis & Caro, atque adeò Cibus & Potus ad vsum huius caducæ vitæ conseruandæ.

Caro inter carnalem manducationẽ, cuius instrumẽtum sunt dentes, & spiritualem esum, qui in fide consistit, distinguere non potest, ac proinde damnat quod non intelligit. Sed nihilominus inculcanda est veritas.

50 *Hic est*, οὗτός ἐστιν. Δεικτικῶς hæc sunt accipienda. nam quum hæc diceret, seipsum demonstrauit, vt etiam infrà versu 58. ¶ *Vt qui*, ἵνα τις. Vulg. planius legit, & vertit, ἵνα ἐάν τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ, μὴ ἀποθάνῃ, *vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur*.

51 *Ille viuus*, ὁ ζῶν, i. non quales sunt communes panes, nec qualis fuit Manna in illo suo naturali vsu considerata, vt ij faciebant quos hîc arguit Christus: sed vitam, & quidem perpetuam habens in hac mea carne iis impertiendam qui me vescuntur. Hæc autem quum vni Deo essentialiter competat, clara quoque hæc sunt Deitatis Christi vt veri Iehouæ testimonia: & sic quoque ostenditur vitam; quæ Christi carnis per fidem comesæ, id est nostræ factæ, interuẽtu, nobis credẽtibus cõmunicatur, nõ ab ipsa per se carne, sed ab ipsi⁹ Filij veri Dei incarnati Deitate emanare, quod qui non animaduertũt, partim naturarũ proprietates cum Eutyche confundũnt, partim monstrosam ipsius & carnis & Spiritus Christi traiectionẽ intra nos cum Capernaitis imaginantur. ¶ *Ex hoc pane*, ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου. Hilariũ annotat Erasmus libro de Trinitate, 10, ita hunc locum citare, vt legisse videatur ἐκ τοῦ ἄρτου μου, *ex pane meo*. Quod autem idem Erasmus Panis appellatione Doctrinam intelligit, in eo non possum illi assentiri, quum Christus ipse apertissimè declaret seipsum potius esse illum panem de quo hîc agitur: imò verò ne Fructus quidem ipsos, quos ex Christo percipimus, puto Panem dici. Quanuis enim non alium Christum agnoscam quàm eum qui verbo Dei docetur, neque aliunde petam sapientiam, iustitiam, sanctificationem, redemptionem, quàm à Christo: tamen Christum ipsum & à doctrina & à Sui symbolis, atque adeo à suis donis ac beneficiis distinguo. Agi autem hîc de ipso Christo, quem oporteat per fidem fieri nostrum, apertius esse puto quàm vt quisquam inficietur qui hanc concionem attentè legerit. ¶ *Caro*, ἡ σάρξ. id est Humanitas hæc mea, hoc corpore, & hac anima constans, quanuis distinctè postea faciat carnis & sanguinis mentionem, sicut etiam in huius, de qua hîc agit, communicationis symbolis, hęc duo distinctè Fidei consideranda proponuntur: nempe vt tum in sanguine consideretur ipsa huius corporis anima seu vita, tum vt non nisi coniunctim cum morte, & quatenus pro nobis est in mortem tradita hęc Humanitas, à nobis consideretur. Et hinc factum videtur vt Syrus interpres vbique pro Carne vtatur vocabulo פגרא [*pagra*] quo nõ simpliciter corpus aliquod, sed corpus humanum & quidem mortuum significatur. ¶ *Ego*, ἐγώ, & non alius videlicet, vtpote vnicus æternus in hoc sacrificio obeundo Pontifex. ¶ *Dabo*, δώσω. id est, offeram Patri in ara crucis, idque semel Hebr. 9. 25, & 26. vt sit idem vnicus sui oblator & victima æternæ virtutis saluificæ. ¶ *Pro mundi vita*, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. id est æternæ vitæ iis acquirendæ causa, quos mihi dedit Pater ex quibusuis orbis terrarum gentibus selectos & seligendos. Nam quòd ad ipsum Christum, siue secundum Deitatem τοῦ λόγου, cui nihil per incarnationem decessit, siue secundum Carnem in sese ab ipso conceptionis momento purissimam Luc. 1. 35. & Patri acceptissimã Matt. 3. 17. nulla sui in Cruce oblatione ad sui glorificationem indigebat, quanuis hac via sit in eam ingressus: sed vt illam pro nobis assumsit, sic pro nobis obtulit.

52 *Carnem suam*, τὴν σάρκα. Erasmus, *Carnem illam suam*, quasi vis aliqua sit articuli. Sed istos certè res ipsa ostendit sic accepisse Christi verba, ac si dicerent, Qui fieri possit vt iste sese nobis vorandũ præbeat? quod de quouis etiam alio dixissent. Rectè tamen Vetus interpres addidit pronomen *Suam*, inclusum in articulo τήν.

53 *Non habetis*, οὐκ ἔχετε. Quidam conuertunt, *Habebitis*, vt Matth. 26. 11. Sed mihi quidem videtur maxima esse emphasis temporis præsentis. Nam si futurum vsurpasset, videri poterat Christus non dare vitam, sed duntaxat conseruare: quasi dixisset, vitam deinceps habituros. id est, non amissuros. At quum dicit eos vitam non habere in se, id est eos non viuere qui Filium hominis non possideant, intelligimus Christum esse vitæ auctorem: siquidem eius præsentiam vita comitatur, & vbi non est, ibi mors regnat. Non est ergo temporis catachresis, vt Erasmus existimauit. Cæterùm in vno codice vetusto mirũ hîc quiddam deprehendimus nam post ἐν ἑαυτοῖς, qui est finis versiculi 53, adscripta hęc erãt, καθὼς ἐν ἐμοὶ ὁ πατήρ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ λάβητε τὸ σῶμα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ὡς τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν αὐτῷ. id est, *Sicut in me Pater [est,] ita & ego in Patre. Amen amen dico vobis, nisi acceperitis corpus Filij hominis vt panem vitæ, non habetis vitam in ipso.* Hæc ego sicut temerè non expunxerim, ac præsertim priorem partem, quæ totidem verbis alibi repetitur: ita

non facilè admiserim, quum in vno illo exemplari sint à nobis reperta. Certè alterā partē suppositam esse suspicor, quia simile nihil alibi inuenio. Neque enim vsquā fit mentio sumendi corporis, præterito sanguine: & exēplar illud vnde hęc desumpsimus, fuerat in Italia collatum, vbi facile fuit aliquid subiicere in Bohemorū (id est Euangelij) odiū.

ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

Ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις.

Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα· καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι᾽ ἐμέ.

Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· οὐ καθὼς ἔφαγον οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα, καὶ ἀπέθανον. ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

Ταῦτα εἶπεν ἐν συναγωγῇ, διδάσκων ἐν Καπερναούμ.

vitam æternam: & ego suscitabo ipsum vltimo illo die.

55 Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

56 Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.

57 Sicut misit me viuēs ille Pater, & ego viuo per Patrem: *ita* etiam qui ederit me, viuet ipse quoque per me.

58 Hic est panis ille qui de cælo descendit: non prout ederunt Patres vestri manna, & mortui sunt. qui ederit hunc panem, viuet in æternum.

59 Hæc dixit in synagoga, quum doceret in Capernaum.

æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

55 *Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.*

56 *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.*

57 *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, ipse viuet propter me.*

58 *Hic est panis qui de cælo descendit: non sicut manducauerunt patres vestri mānna, & mortui sunt. qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

59 *Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaum.*

54 *Et ego,* καὶ ἐγώ: id est, quia ego. Nam καὶ hoc loco pro caussali particula ponitur.

57 *Viuens ille Pater,* ὁ ζῶν πατήρ. Articulum neglexit Vetus interpres, & Erasmus quoque, minimè tamen otiosum hoc loco. Quum enim ostendere vellet Christus vnde manaret vita illa perennis quam suis impertitur, auditores suo more relegat ad Patrem, à quo significat se, vim istam viuificam accipere. Ergo primo loco distinguendus fuit Pater à cæteris patribus: quod quidem factum est addito Viuentis epitheto, quod propriè vni Deo æterno & immutabili conuenit. Pendet autem hæc distinctio ab articulo. ¶ *Et ego viuo,* κἀγὼ ζῶ. Particula כן [*chen,*] id est ita, in accommodatione comparationis sæpe deest apud Hebræos, vt alibi annotauimus. Eam igitur nonnulli hoc loco supplentes, conuerterunt, Ita & ego viuo. Atqui si hæc esset altera pars collationis, dicendum fuerat potius, Sicut viuit Pater qui me misit, ita & ego viuo: quē admodum etiam Castellio ausus est interpretari. Ego verò id facere non ausim. Sequor igitur Cyrillum, qui alteram partem collationis differt in proximum membrum, vt sit hæc sententia, Miramini quòd carni meæ ac sanguini (id est mihi qui homo sum) vim istam viuificandi tribuam, adeo vt extra me vita nulla sit: At ego missus sum à Patre, qui fons est vitæ, atque adeo vita ipsa, neque alia est vita mea quàm Patris. Quid mirum est igitur si quemadmodum Pater meus vita est, & me viuificat, ita & ego eadem vi polleo erga eos in quibus habito? Neque enim duntaxat sum profectus à Patre, sed ab eo sum missus. Cui tandem rei? Nempe viuificandis aliis, sicut ille me viuificauit. ¶ *Per Patrem,* διὰ τὸν πατέρα. Vulgata & Erasmus, *Propter Patrem.* & mox δι᾽ ἐμέ, propter me: quod etiam postulare fateor vsitatiorem huius præpositionis cum quarto casu constructionem. Sed quum PROPTER magis propriè impellentem vel finalem quàm efficientem caussam declaret, hîc autem omnino videatur αἰτία ἐνεργητικὴ æternæ viuificationis notari, censeo quartum casum pro secundo positum, vt etiam Rom. 8. 11. qui locum istum prorsus illustrat. Est autem hæc constructio Græcis, præsertim Atticis, vsitata. Sic enim Aristophanes in Pluto, [Greek quotation, illegible] ... δι᾽ ἐμὲ ζῶντας ὑμᾶς. Et Cicero quoque Milonem dicit propter seruos suos viuere, per ipsos videlicet defensum. Et ita Hilarius quoque citat hunc locum libr. de Trinitate 6. Sed duplex hîc oritur grauissima quæstio: vna, Quo sensu dicatur Christus per Patrē viuere: altera, Quomodo & nos per Christum viuamus. Ad priorem respondeo, Christum Deitatis in sese consideratæ respectu, habere quidem hanc deitatem, id est suum esse, ac proinde vitam essentialem à Patre, sed ita vt quum hanc deitatem ab æterno, non decisione, non germinatione, non defluxu, aut alia vlla creaturis accommodata ratione, sed totius eiusdem vnicæ deitatis essentialis ineffabili communicatione nascendo acceperit, sit per seipsum Deus & Vita, Patri secundum personam ὁμοούσιος, & prorsus æqualis aduersus Arium, secundum οὐσίαν verò ταυτοούσιος & vnus idémque αὐτόθεος contra Tritheitas. Sed hoc addo, Christum hîc de se vt mediatore disserere, ac proinde, quum neutra ipsius natura per se siue seorsim sit mediatrix, & sese Christus ad Iudæorum captum hîc etiam accommodans, in Humanitate Deitatem, (& quidem ad personam Patris relatam) potius quàm in Deitate Humanitatem contemplandam proponat: veram quidem esse, sed non prorsus huic loco appositam, de Filij Deitatis essentiali in sese considerata, susceptam aduersus Arrianos disputationem. In summa igitur quum viuere sese Christus per Patrem dicit à quo sit missus, hoc significat, carnem suam esse vera vita præditam, quoniam σωματικῶς in ipso habitet plenitudo θεότητος, quam suo more ad Patris personam refert. Itaque ad gratiam vnionis non ad habitualem gratiam, siue ad ipsius vnitionis effectum in carne assumpta creatum respicit, sicut in scholis loquuntur. Hinc autem explicanda quoque est altera quæstio, qua ratione Christi caro (id est humanitas) sit nobis viuifica: nempe non virtute quapiam αὐτῇ, id est ipsi carni insita, (vt Vbiquitarij Eutychiani proprietatum essentialium confusionem reuehentes, & pro gratia vnionis habitualem gratiam imperitè substituentes, somniant) sed quia essentiali illi vitæ non per se sed in ea subsistentiam habeat. hinc fit vt quia hæc caro cui nostra peccata ad eorum expiationem sunt imposita, caro est Filij Dei, ideo mors eius satis pretiosa fuerit ad vitam iis acquirendam, (Act 20. 28. & 1. Ioh. 1. 7.) qui per fidem Christo sunt spiritualiter insiti, & concorpores facti, ab illa αὐτοζωῇ paulatim viuificati, tandem planè ipsi conglorificandi. Itaque Christi quidem Deitas viuificat, vt caussa efficiens. Caro verò Christi nobis viuifica est, tum ratione meriti suæ obedientiæ, tum quia ipsius nobis per fidem spiritualiter communicatæ interuentu regeneramur, vt tandem tum anima tum corpore conglorificemur. Vt autem hæc viuificatio est merè spiritualis ac cælestis: sic etiam prorsus spiritualis est ista Christi humanitatis κοινωνία, ac spirituale quo percipitur instrumentum, id est Fides, animæ videlicet collatum diuinitus donum, quod Spiritus in nobis auditione verbi, tū simplicis, tum sacramentalibus ritè præbitis & fide receptis signis veluti vestiti, creat & fouet, donec à sanctificatione inchoata ad plenam glorificationem eâdem gratiâ nos perducat. ¶ *Per me,* δι᾽ ἐμέ. Vulgata & Erasmus, *Propter me.* qua de re paulo antè dixi. Syra interpretatio Viennensis & à Tremellio edita habet לעלם [*leh lam*] in æternum, in quam vocem desinit etiam sequens versiculus: quod fortasse præbuit erroris occasionem descriptoribus. Poscit enim ratio antithesis vt legatur מטל [*metha letu.*]

Πολλοὶ οὖν ἀκούσαντες ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, εἶπον, Σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;

Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐν ἑαυτῷ ὅτι γογγύζουσι περὶ τούτου οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει;

Ἐὰν οὖν θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον;

Τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν· τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή ἐστιν.

60 Multi ergo ex discipulis eius *his* auditis dixerunt, Durus est hic sermo: quis potest eum audire?

61 Sciens autem Iesus apud se discipulos suos de hoc murmurare, dixit eis, Hoccine vos offendit?

62 *Quid* si igitur spectaueritis Filium hominis ascendentem eò || vbi erat prius?

63 Spiritus est id quod viuificat, caro non prodest quicquam: verba quæ ego loquor vobis, spiritus sunt & vita sunt.

60 *Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?*

61 *Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat?*

62 *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?*

63 *Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam: verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.*

Christi cum membris suis vnionem assequi nō potest humana ratio: adoret igitur quod est ipsa excellentius.

Sup. 3. 13

Ideo viuifica est nobis caro Christi, quia idem qui homo est, Deus est, quod mysterium sola fide (quæ Dei donum est electis peculiare) comprehenditur.

62 *Filium hominis,* τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Id est me verum hominem, & vobis natura similem, quod nunc vobis est obstaculo quominus illud alterum in me consideretis, à quo tamen propriè huius manducationis effectum dependet. ¶ *Vbi erat,* ὅπου ἦν. Nempe non quatenus homo, nec quatenus diuinus, sed quatenus æternus est Deus. Nam in Christi persona est quidem Aliud & Aliud, contra Eutychen: Alius autem & Alius nequaquam, vt somniauit Nestorius. ¶ *Prius,* τὸ πρότερον. ab æterno videlicet, vt suprà, 1, 1. & infrà 17. 5, contra Samosatenum & Sabellium. Est autem huius loci hæc explicatio. Si nunc vos offendit quod dixi de carnis meæ quam in terris præsentem habetis esu: quanto magis id videbitur vobis incredibile, quum à vobis aberit in cælos recepta? Et tamen extra huius carnis meæ perceptionem vita æterna non potest cuiquam contingere. Vnde consequitur talem neque præsentiam, neque manducationem carnis statuendam, quæ ipsius corporis in cælis tunc præsentis, ac nunc multò magis supra cælos verè per loci mutationem collocati veritati repugnet. Quod autem nonnulli putant Christum huius suæ ascensionis prædictione, nihil aliud significare voluisse, quàm infirmitatem animalis huius vitæ, quas ad tempus assumserat, pro nostra per illas implenda salute depositionē: qua ratione tota ascensio fuerit metaphoricè, pro qualitatis terrenæ in spiritualem & cælestem mutatione, repugnante tota historia, & ipsis externis Apostolorum sensibus, intelligenda: impudēs est commentū, & horrendæ tum Consubstantiationis tum Transsubstantiationis, tum Oralis, id est cyclopicæ manducationis putre prorsus fundamentum: quo posito, hypostaticæ vnionis definitio aboletur, infirmitates ab essētialibus Carnis proprietatibus non discernūtur, spiritualis vitę qualitates in Deitatem ipsam transformantur. Hæc autem omnia Christus his paucis verbis redarguit, suam quidem Deitatem his verbis, *Vbi erat prius,* asserens: suæ verò Humanitatis è terris in cælos ablationem veram ascensu suo prædicens, vbi demum fidelis mentis ore & manu ad vitam æternam, tū in verbi simplici prędicatione, tū in Sacramētorum legitima administratione quæritur, & inuenitur, & apprehenditur. Quòd si per hunc in cælos ascensum, & per sessionē ad dextram patris, vt volunt nonnulli, significaretur illa quam imaginantur realis omnipræsentia, siue Vbiquitas ipsius carnis essentiæ inuisibilis, ridiculus foret certè hic Christi sermo.

63 *Spiritus est,* τὸ πνεῦμά ἐστι. Quantopere sit hic locus variis expositionibus exagitatus, vix credibile est. Neque id mirum, quum à vera ipsius explicatione pendeat nostræ in Christo salutis mysterium, & horrendæ idolomaniæ subuersio. Quid autem ea de re mihi videatur exponam ingenuè, nullo eorum præiudicio, quorum etsi alioqui orthodoxa, mihi tamen videtur non satis apposita expositio. Scopus igitur Christi est Capernaitas verba Manducandi & Bibendi propria & natiua significatione interpretantes, ideóque Christi sermone offensos, refellere. Refellit autem ratione à communi sensu petita, ac si diceret, Qui fit vt me de naturali, & vsitato illo Comedendi & Bibendi vsu loquutum somnietis, quo cibus & potus in ventrem ingeruntur? Vos enim sensus ipse docet ne hanc quidem vitam animalem manare à carne quę dentibus comeditur: siue à cibo & potu, qui in ventrem ingeritur neque hanc vitam præstat, vel adimit, vtpote quæ aliunde, nempe ab hominis spiritu corpus viuificante proficiscatur. Itaque quorsum ego vitam tali manducationi carnis meæ, & tali sanguinis mei potui attribuerim? Scitote igitur me non de corporali Edendi, vel Bibendi modo, imò ne de animali quidem vita, cuius vnius retinendæ studio teneri vos video, sed de mei spirituali perceptione, quæ non dente, sed mente peragitur, & ad vitam illam spiritualem & æternam spectat translatitiè fuisse loquutum. Et sic quidem ego appositissimè explicari Christi verba existimo, ita vt in Carnis & Spiritus vocabulis vsitata sit retinenda significatio, & Christus non propriè nec singulariter de carne sua, (expressisset enim pronomen μοῦ MEA) sed generaliter de omni naturali cibi vsu sit loquutus, ne carnem quidē suam excipiens sic comesam vt Capernaitæ somniabant: à quibus certè ne tantillum quidem distant neque μετουσιασταὶ, neque συνουσιασταὶ, quocunque tandem fuco suum de ipsius Christi carnis essentiæ reali, & orali quam vocant, in corpus traiectione, tum dignis, tum indignis communi, dogma operiant. Non pugnat igitur carnem nihil prodesse, nempe ad vitam homini tribuendam: & quod antea de sua carne Christus dixerat, viuificum esse suæ carnis esum, & sui sanguinis potum: quum esum & potum in illa quidem sententia propriè, in ista verò translatitiè dici, & ad mentis ac fidei actionem translatitiè applicari doceat hoc loco Christus: quo etiam sensu sese panem viuum vocarat, Mannæ oppositum. Et quod hîc à plerisque traditur, carnis videlicet Christi appellatione Humanitatem ipsius distinctè & in sese consideratam hîc intelligi, per Spiritum verò λόγου θεότητα significari, à qua vna (quamuis carnis per fidem nobis spiritualiter communicatæ interuentu) vis illa viuifica proficiscatur, verè quidem, sed fortasse parū appositè dicitur: quū enim Christus vt antè docui, non adiecerit pronomen MEA; sed generaliter de cuiusuis carnis esu proprio seu corporeo loquatur: & istud totum ad aliam quæstionem pertineat: quatenus videlicet, & quo sensu caro Christi viuifica sit, & dicatur: qua de re diximus paulo antè, nempe in vers. 52. Denique hallucinari quoque mihi videntur, tum qui Christum propriè & specialiter hîc esse de Sacramentali suæ carnis esu & sui sanguinis potu loquutum, sentiunt, tum qui nihil ista ad cœnam Domini pertinere tam pertinaciter contēdunt. Nam quod ad illos attinet, Christum constat de carnis, iam tum iis quos alloquebatur, imò etiam Patribus (teste Paulo 1. Corinth. 10) præsentis per fidem fruitione, minimè sanè ad sacræ Cœnæ institutionem differenda loquutum. Sed illud vicissim verissimum est quod ad rem ipsam attinet, eandem esse statuendam eiusdem & vnius Christi perceptionem, spiritualem videlicet per fidem: siue in simplici verbo, siue adhibitis Sacramentalibus signis nostræ menti sumenda præbeatur. Isti verò Sacramentalē perceptionem ab ea quę in simplici verbo statuitur sic differre existimantes, quasi in simplici verbo, ac etiam in Baptismo sola beneficia Christi per fidem sumenda proponātur: in Cœna Domini verò præterea ipsa Christi realis, & essentialis caro, ore quoque quorumuis accedentium sumenda In, Cum, vel Sub pane re ipsa sistantur, tres maximè pudendos errores admittunt: vnum quòd cum Capernaitis corporeum esum pro mentali siue spirituali per fidē peragendo substituunt: alterum quòd quibusuis quātumlibet indignè accedentibus Christi carnem prostituunt: tertium quòd in indignè accedentibus tum Christi beneficia ab ipsius carne, tum ipsius carnem ab eius beneficiis, nō tantùm distinguunt, sed etiam reipsa disiungunt.

Ἀλλ' εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινὲς οἳ οὐ πιστεύου- 64
σιν. Ἤδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς τίνες εἰσὶν
οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς ἐστιν ὁ παραδώ-
σων αὐτόν.
Καὶ ἔλεγε, Διὰ τοῦτο εἴρηκα ὑμῖν ὅτι οὐ- 65
δεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με ἐὰν μὴ ᾖ
δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου.
Ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθη- 66
τῶν αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκέτι μετ' αὐ-
τοῦ περιεπάτουν.
Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τοῖς δώδεκα, Μὴ καὶ 67
ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν;
Ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ Σίμων Πέτρος, 68
Κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; ῥήμα-
τα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις·
Καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, καὶ ἐγνώκα- 69
μεν ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ
ζῶντος.
Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ ἐγὼ 70
ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην; καὶ ἐξ
ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστιν.
Ἔλεγε δὲ τὸν Ἰούδαν Σίμωνος Ἰσκαριώ- 71
την· οὗτος γὰρ ἤμελλεν αὐτὸν παραδιδόναι,
εἷς ὢν ἐκ τῶν δώδεκα.

Κεφάλαιον ζ.

ΚΑΙ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς μετὰ ταῦ- 1
τα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ
Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ
Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι.
Ἦν δὲ ἐγγὺς ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων ἡ 2
σκηνοπηγία.
Εἶπον οὖν πρὸς αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ αὐ- 3
τοῦ, Μετάβηθι ἐντεῦθεν, καὶ ὕπαγε εἰς τὴν
Ἰουδαίαν, ἵνα καὶ οἱ μαθηταί σου θεωρή-
σωσι τὰ ἔργα σου ἃ ποιεῖς.

64 Sed sunt quidam ex vobis qui
non credunt. sciebat enim à
principio Iesus, quinam essent
qui nõ credebant, & quis eum
proditurus esset.
65 Et dicebat, Propterea dixi
vobis neminem posse venire
ad me nisi fuerit ei datum à Pa-
tre meo.
66 Ex eo *tẽpore* multi discipulo-
rum eius pedem retulerũt: nec
amplius cum eo versabantur.
67 Dixit ergo Iesus duodecim
illis, Num & vos vultis abire?
68 Respondit ergo ei Simon Pe-
trus, Domine, ad quem abibi-
mus? verba vitæ æternæ habes:
69 Et nos credidimus, & nouimus
te esse Christum illum Filium
Dei viuentis.
70 Respondit eis Iesus, ‖Nón-
ne ego vos duodecim elegi? &
tamen vnus ex vobis est diabo-
lus.
71 Loquebatur autem de Iuda
Simonis *filio* Iscariota: futurum
enim erat vt hic proderet eum,
quum esset vnus ex illis duo-
decim.

CAP. VII.

1 VErsabatur autem Iesus
post hæc in Galilæa: no-
lebat enim in Iudæa versari,
quia studebant eum Iudæi in-
terimere.
2 Propè autem erat festum Iu-
dæorum‖ Scenopegia.
3 Dixerunt igitur ad eum fra-
tres eius, Digredere hinc, & va-
de in Iudæã, vt tui quoque di-
scipuli spectent opera tua quæ
facis.

64 *Sed sunt quidam ex vo-
bis qui non credunt. Scie-
bat enim ab initio Iesus
qui non essent credentes,
& quis traditurus esset
eum.*
65 *Et dicebat, Propterea
dixi vobis quia nemo po-
test venire ad me nisi fue-
rit ei datum à Patre meo.*
66 *Ex hoc multi discipulo-
rum eius abierunt retrò:
& iam non cum illo am-
bulabant.*
67 *Dixit ergo Iesus ad
duodecim, Numquid &
vos vultis abire?*
68 *Respondit ergo ei Simon
Petrus, Domine, ad quem
ibimus? verba vitæ æter-
næ habes:*
69 *Et nos credimus, & co-
gnouimus quia tu es Chri-
stus Filius Dei.*
70 *Respõdit eis Iesus, Nón-
ne ego vos duodecim ele-
gi, & ex vobis vnus dia-
bolus est?*
71 *Dicebat autem Iudam
Simonis Iscariotem: hic e-
nim erat traditurus eum,
quum esset vnus ex duo-
decim.*

CAP. VII.

1 *POst hæc autem am-
bulabat Iesus in Ga-
lilaam: non enim volebat
in Iudaã ambulare, quia
quærebant eum Iudæi in-
terficere.*
2 *Erat autem in proximo
dies festus Iudæorum Sce-
nopegia.*
3 *Dixerunt autẽ ad eum
fratres eius, Transi hinc,
& vade in Iudaam, vt &
discipuli tui videant ope-
ra tua quæ facis.*

Ea est homi-
num malitia, [illegible]
ipsa sa- [illegible]
doctrina
(nisi qui sin-
gulari Dei be-
neficio cre-
dãt,) occasio-
nem exitij sui
arripiant.

Matt.16.16
Paruus est nu-
merus Christũ
profitentium,
& in iis rursus
aliqui sunt hy
pocritæ, atque
adeò omnium
hominum de-
terrimi.

Dei gratia nõ
est hæredita-
ria, sed aduen-
titium donũ.
Hinc fit vt sæ-
pe Filiis Dei
plus molestiæ
exhibeant pro
pinqui quàm
extranei.
Leuit.23.34

64 *Qui non credebant, οἱ μὴ πιστεύοντες.* In vno codice scribitur οἳ πιστεύοντες, *qui credebant*, & ita legit Cyrillus, & Chrysostomus quoque.

66 *Ex eo [tempore,]* ἐκ τούτου. Expressi temporis vocem, perspicuitatis causa. ¶ *Pedem retulerunt, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω.* Vulg. ad verbum, *Abierunt retro.* Erasmus, *Desciuerunt, eo relicto.* Ego studui non tam procul recedere à Græcis, quin ipsam formulam translatitiè saltem exprimerem. Nã quòd hîc philosophatur Chrysostomus, allegoricum est, nec satis (vt opinor) accommodatum.

67 *Duodecim illis, τοῖς δώδεκα.* Hic omnino videtur fuisse exprimendus articulus, quia istos duodecim opponit reliquis, tanquam selectos. Sic etiam infrà versu 71.

70 *Nónne ego, οὐκ ἐγώ*: id est, Ego certè. Solent enim Hebræi in huiusmodi affirmationibus adhibere interrogationem.

IN CAPVT VII.

1 *Versabatur, περιεπάτει.* Locum videlicet [illegible] illis regionibus subinde mutans, sicut consueuerat: qu[illegible] sensu accipitur etiam hoc verbum superiore cap. vers. 66. Vulg. *ambulabat*, id est, *proficiscebatur*, vnde factum vt *in Galilaam & in Iudaam* scriptum vulgo legatur, errore tamen in veteribus manuscriptis non apparente. Cæterùm quid toto illo tempore Christus in illis regionibus modò hîc, modò illic egerit, noluit noster Euangelista repetere, perscriptum Matth. cap. 15. 16. 17. 18. & Mar. 7. 8. 9. ¶ *Nolebat enim, οὐ γὰρ ἤθελεν.* Sic habent omnes nostri codices. Apparet tamen Chrysostomũ legisse οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν, vel οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν, id est non poterat, sicut rectè obseruauit Erasmus, & sic quoque videtur legisse Augustinus. De Cyrillo nihil certi possum ex ipsius interpretatione colligere. Sed, vtcunque sit, eadem manet sententia. Nam idcirco non poterat quia nolebat: vt diximus Mar. 6. 5. quam speciem ἀδυνάτου Nazianzenus ἀβουλητὸν appellat: & sic etiam Atticos vti consueuisse verbo θέλειν pro δύνασθαι docent prolatis exemplis Grammatici.

2 *Scenopegia, σκηνοπηγία.* Sic dicitur à Græcis hoc festum à figendis tabernaculis, ab Hebræis חג הסכות, quòd sub tabernaculis totos septem dies agerent, ex Domini mandato, Leuitici cap. 23. vt etiam explicatur Hebr. 8. 2. Itaque miserabilis est eorum inscitia qui Scenophagia legunt & interpretantur. Cæterùm qui de hac re volet multas aduersus Iudæos quasi Bacchi cultores, excogitatas à prophanis hominibus, nugas audire, legat Plutarchum libri συμποσιακῶν κεφ. ε.

3 *Fratres eius, οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ.* Epiphanius vult fratres ipsius fuisse ὁμοπατρίους ex vulgi opinione, quos Ioseph ex alia vxore suscepisset; alij, & [illegible]dem rectiùs generaliter cognatos ex Hebr. idiotismo interpretantur.

¶ *Discipuli quoque tui, καὶ οἱ μαθηταί σου.* Hoc certè de domesticis illis duodecim discipulis, & aliis fortassis eum plerunque assectantibus intelligi non potest. Sed quum hæc domi doceret & faceret Iesus, vt qui Capernaum sibi domicilium delegisset, ingrati isti cognato suo insultantes, discipulorum nomine alios intelligunt, à quibus cupidè in Iudæa ac præsertim Hierosolymis fuerat auditus. Syrus interpres omittit particulam καὶ, quæ tamen minimè videtur expungenda.

4 Celta

Οὐδεὶς γὰρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ, καὶ ζητεῖ 4
αὐτὸς ἐν παρρησίᾳ εἶναι· εἰ ταῦτα ποιεῖς,
φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ.
Οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς 5
αὐτόν.
Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ὁ καιρὸς ὁ 6
ἐμὸς οὔπω πάρεστιν· ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος
πάντοτέ ἐστιν ἕτοιμος.
Οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς· 7
ἐμὲ δὲ μισεῖ, ὅτι ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ αὐτοῦ
ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά ἐστιν.
Ὑμεῖς ἀνάβητε εἰς τὴν ἑορτὴν ταύ- 8
την· ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν
ταύτην, ὅτι ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πεπλή-
ρωται.
Ταῦτα δὲ εἰπὼν αὐτοῖς, ἔμεινεν ἐν τῇ Γα- 9
λιλαίᾳ.
Ὡς δὲ ἀνέβησαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, τότε 10
καὶ αὐτὸς ἀνέβη εἰς τὴν ἑορτήν, οὐ φανε-
ρῶς, ἀλλ' ὡς ἐν κρυπτῷ.
Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τῇ 11
ἑορτῇ, καὶ ἔλεγον, Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος;
Καὶ γογγυσμὸς πολὺς περὶ αὐτοῦ ἦν ἐν 12
τοῖς ὄχλοις. οἱ μὲν ἔλεγον, ὅτι ἀγαθός
ἐστιν· ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Οὔ· ἀλλὰ πλανᾷ
τὸν ὄχλον.
Οὐδεὶς μέντοι παρρησίᾳ ἐλάλει περὶ 13
αὐτοῦ, διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων.
Ἤδη δὲ τῆς ἑορτῆς μεσούσης, ἀνέβη ὁ Ἰη- 14
σοῦς εἰς τὸ ἱερόν, καὶ ἐδίδασκε.
Καὶ ἐθαύμαζον οἱ Ἰουδαῖοι, λέγον- 15
τες, Πῶς οὗτος γράμματα οἶδε, μὴ μεμα-
θηκώς;
Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶ- 16

4 Nemo enim oculté facit
aliquid, & quærit ipse celebris
esse: si hæc facis, facito teipsum
manifestum mundo.
5 Nam ne fratres quidem eius
credebant in eum.
6 Dicit ergo eis Iesus, Præsti-
tutum illud tempus meum nõ-
dum adest: præstitutum autem
tempus illud vestrum semper
est paratum.
7 Non potest mundus vos o-
disse: me autem odit, quoniam
ego testor de eo, opera eius ma
la esse.
8 Vos ascendite ad hoc fe-
stum: ego nondum ascendo ad
festum, ‖quia præstitutum illud
meum tempus nondum imple-
tum est.
9 Hæc autem quum eis dixisset,
mansit in Galilæa.
10 Vt ascenderunt autem fra-
tres eius, tunc & ipse ascendit
ad festum, non manifestè, sed
velut occultè.
11 Iudæi ergo quærebant eum
in festo, & dicebant, Vbi est
ille?
12 Et mussitatio multa erat in
turba de eo. alij quidem dice-
bant, Vir bonus est: alij verò
dicebant, Non: sed turbam se-
ducit.
13 Nullus tamen palàm loque-
batur de eo, propter metum Iu
dæorum.
14 Festo autem illo iam medio
ascendit Iesus in templum, ac
docebat.
15 Et mirabantur Iudæi, dicen-
tes, Quomodo iste literas no-
uit, quum *eas* non didicerit?
16 Respondit eis Iesus & dixit,

4 *Nemo quippe in occulto
quid facit, & quærit ipse
in palàm esse: si hæc fa-
cis, manifesta teipsum
mundo.*
5 *Neque enim fratres e-
ius credebant in eum.*
6 *Dicit ergo eis Iesus,
Tempus meum nondum
aduenit: tempus autem
vestrum semper est para-
tum.*
7 *Non potest mundus o-
disse vos: me autem odit,
quia ego testimonium per-
hibeo de illo quòd opera
eius mala sunt.*
8 *Vos ascendite ad diem
festum hunc: ego nondum
ascendo ad diem festum i-
stum, quia meum tempus
nondum impletum est.*
9 *Hæc quum dixisset ipse,
mansit in Galilæa.*
10 *Vt autem ascenderunt
fratres eius, tunc & ipse
ascendit ad diem festum,
non manifestè, sed quasi in
occulto.*
11 *Iudæi ergo quærebant
eum in die festo, & dice-
bant, Vbi est ille?*
12 *Et murmur multum e-
rat in turba de eo. qui-
dam enim dicebant, Quia
bonus est: alij autem dice-
bant, Non: sed seducit tur-
bas.*
13 *Nemo tamen palàm lo-
quebatur de illo, propter
metum Iudæorum.*
14 *Iam autem die festo me-
diante ascendit Iesus in
templum, & docebat.*
15 *Et mirabantur Iudæi,
dicentes, Quomodo hic li-
teras scit, quum non didi-
cerit?*
16 *Respondit eis Iesus &*

Stultis suorũ
votis minimè
obsequẽdum.

Infrà 8.20.

Exemplum
horrendæ cõ-
fusionis in i-
pso Ecclesiæ
sinu. Pastores
metu & terro-
re oppressum
populũ tenẽt:
populus non
apparentem
Christũ quæ-
rit, sese offe-
rentem negli-
git: non de-
sunt etiam qui
cognitum te-
merè condẽ-
nent: pauci tã-
tùm clanculũ
rectè sentiunt.

Christus boni-
tate certat cũ
mundi perfi-
dia: plerique
interea ex eo
ipso arripiunt
offendiculi oc
casionem, quo
oportuerat
eos ad Chri-
stum ample-
ctendum inci-
tari.

4 *Celebris, ἐν παρρησίᾳ.* Ad verbum, *Cum celebritaté.* Nam ἐν παρρησίᾳ quum propriè declaret publicam ac ingenuam loquendi libertatem, passiuè hîc videtur accipi, vt is dicatur esse ἐν παρρησίᾳ qui publicè omnium sermonibus celebratur. ita vt ἐν παρρησίᾳ εἶναι & κρυπτῷ opponantur, ac si scriptum esset ἐν φανερῷ, quod sequutus est Syrus interpres. Sed & licet interpretari εἶναι ἐν παρρησίᾳ, haberi pro eo qui liberè & ingenuè dicat quod res est. quod de Christo profitentur ipsi eius aduersarij, Matt. 22. 16. isti verò obiecerunt, Christo, quasi ambitiosè nominis celebritatem captanti: impudentissimè id quidẽ, quũ è contrario Christus sua miracula diuulgari, addita etiam interdum comminatione, sæpissimè vetuerit. Vulgata, *In palàm*, quia videlicet παρρησίᾳ interdum aduerbialiter accipitur pro φανερῶς, vt Mar. 8. 32. & infrà, versu 13.

8 *Ego nondum ascendo, ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω.* In vno codice deest totum hoc membrum, ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην: in quibusdam verò non legitur ταύτην. Sed & in nonnullis codicibus scribitur ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω, ego non ascendo. quam lectionem sequitur etiam Cyrillus. Theophylactus videtur nescio quid diuersum legisse. Nam in ipsius Romano exemplari vitiosè scriptum esse puto [illegible]. Quoniam igitur Christus paulo pòst ad hos dies festos profectus est, multi in hoc explicando nodo se torserũt, quem etiam, teste Hieronymo libro 2. aduersus Pelagianos, arripuit impius ille Porphyrius, vt Christum argueret inconstantiæ. Cyrillus ita hæc conciliat, vt Iesum dicat non ascendisse vt diem festum ageret, sed vt Iudæos moneret. Alij expunxerunt ταύτην, quasi ita imposuerit cognatis, non designato die festo ad quem se non venturum diceret. Syrus denique interpres, legit ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω νῦν, *ego nunc non ascendo.* Ego retineo receptam lectionẽ, & huic varietati occasionẽ præbuisse puto nonnullos, quia ita videri posset Christus, istius festi tam districtè præcepti obseruationem neglexisse: idque nõ absque culpa, vt qui toti Legi perfectissimè præstandæ fuerit suorum causa factus obnoxius. Non dixerit igitur Christus se non esse ad hoc festum iturum, sed profectionem distulit, vt qui nosset suorũ aduersariorum consilia & conatus sibi prudenter vetandos, tantisper dum hora luendę pro nobis mortis aduenisset: sicut disertè subiicit: neque id frustra illum metuisse res ipsa mox ostendit: Interea verò dubium non est, quin eò tempestiuè aduenicns septiduum illud festum accuratissimè, & ne vno quidem legis prętermisso apice obseruaret: quáuis ob eandẽ illam caussam palam non nisi medio festo in templum sit ingressus, vt munere sibi à patre demandato, ibidem vt in paterna domo fungeretur.

13 *Palàm, παρρησίᾳ*, vel liberè & apertè. Iudæos igitur hîc opponit Galilæis, & vulgi turbæ, quæ Christum cupidè assectari sueta, ad festum frequentissima aduenerat.

14 *Festo, ἑορτῆς.* circiter quartum diem Scenopegiorum. Ἑορτῆς enim nomine octiduum illud totum intelligitur, cuius tamen duntaxat extremi dies, nempe primus & vltimus solennes erant: reliqui verò ἐνεργοί.

Ideo pauci sunt quibus Euangelium sapiat, quoniam rarum est pietatis studium.

Vera salutis doctrina à commentitia eo distinguitur, quòd illa gloriam Dei illustrat, ista homines efferendo, Dei gloriã obscurat.

Exod. 24. 3. Sup. 5. 18.

Nulli securiùs clamant se Legis Dei assertores esse, quàm qui illam impudentissimè violant.

Sabbatũ (quod hîc nobis pro omnium ceremoniarum regula proponitur) non impediẽdis, sed potiùs exercendis Dei operibus, destinatũ est: inter quæ charitas proximi præcipuũ locum obtinet.

Leuit. 12. 3. Gen. 17. 10.

πεν, Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με.

Ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς, πότερον ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ.

Ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν, τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ· ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, οὗτος ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν.

Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον, καὶ οὐ[illegible] ἐξ ὑμῶν ποιε[illegible]μον; τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι;

Ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος καὶ εἶπε, Δαιμόνιον ἔχεις· τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι;

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε.

Διὰ τοῦτο Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, (οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωσέως ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων) καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον.

Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ;

Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.

17 Siquis voluerit quod ille vult facere, cognoscet de doctrina vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

18 Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit ipsum, hic verax est, & iniustitia in eo non est.

19 ‖ Nónne Moses dedit vobis Legem, & *tamen* nemo ex vobis præstat Legem? ‖ quid me studetis interimere?

20 Respondit turba & dixit, Dæmonium habes: quis te studet interimere?

21 Respondit Iesus & dixit eis, Vnum opus feci, & omnes miramini.

22 Attamen ‖ Moses dedit vobis circuncisionem (non quòd ex Mose sit, ‖ sed *quia* ex Patribus) & Sabbato circunciditis hominem,

23 Si circuncisionem accepit homo Sabbato, vt ne soluatur Lex Mosis, mihi indignamini quòd totum hominem sanum fecerim Sabbato?

dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.

17 *Siquis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrùm ex Deo sit, an ego à meipso loquar.*

18 *Qui à semetipso loquitur, gloriã propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.*

19 *Nónne Moyses dedit vobis Legem, & nemo ex vobis facit Legem? Quid me quæritis interficere?*

20 *Respondit turba & dixit, Dæmonium habes: quis te quærit interficere?*

21 *Respondit Iesus & dixit eis, Vnum opus feci, & omnes miramini.*

22 *Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem, (non quia ex Mose est, sed ex Patribus) & in Sabbato circunciditis hominem.*

23 *Si circuncisionem accipit homo in Sabbato vt non soluatur Lex Moysi, mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in Sabbato?*

16 *Non est mea*, οὐκ ἔστιν ἐμή. id est, vt mox explicat, ἀπ' ἐμαυτοῦ, à me excogitata, vel mihi meis laboribus quæsita & ex doctorum disciplina, sed data diuinitus à Patre: quam vulgò scientiam infusam vocant: quod Platoni præbuit occasionem comminiscendæ illius ἀναμνήσεως. Loquitur ergo Christus non simpliciter, sed ex Iudæorum hypothesi, vt diximus suprà 5. 22. Vide Augustinum lib. de Trin. 1. cap. 12.

17 *Voluerit*, θέλῃ, id est, ex animo statuerit. Est enim voluntas Dei, nobis in verbo ipsius patefacta, vera & vnica qua curuum à recto discernitur, tum in iis quæ credenda, tum in iis quæ nobis agenda proponuntur: sed hac regula rectè vti norunt ij demum qui vero pietatis sequendæ studio ad eius cognitionem feruntur.

18 *Qui à semetipso loquitur*, ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν. id est, qui suo ipsius sensu & arbitrio sentit quod sentit, & docet quod docet, vt eos facere necesse est qui toti à verbo Dei Propheticis & Apostolicis scriptis comprehenso, vel tantillum discedunt. ¶ *Gloriã propriam quærit*, τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ. Quicquid enim prætexatur, eos qui cultus nouos excogitant, vel ab aliis acceptos amplectuntur, necesse est fateri eò tendere, vt aliquid præ aliis esse videantur. Et hic scopus est omnis falsæ religionis, vt in sese inueniant homines quod ipsos Deo commendet, vel etiam quo illum sibi obstringant. ¶ *Et iniustitia*, καὶ ἀδικία. Hoc ad calumniam violati Sabbati spectat. Prius autem illud *Verax est* ad asserendam doctrinæ veritatem facit quam Christus miraculis obsignabat.

19 *Præstat*, ποιεῖ. Vulg. ad verbum, *Facit*. Sed Latinis Facere dicitur legem, qui legem condit.

21 *Vnum opus*, ἓν ἔργον. Superiore videlicet die festo de quo egit suprà c. 5. qui videtur omnino fuisse Pentecostes, vt etiam existimat Cyrillus lib. in Ioh. 4. cap. 12. Etsi enim tempus aliquot mensium intercesserat, tamen hærebat in hostium animis illius facti memoria, in quo tam grauiter eos redarguerat Dominus in eo Legis capite de cuius exacta obseruatione præcipuè hypocritæ isti gloriabantur: nempe in Sabbati mandato, vt hanc præsertim ob causam iam tum de ipso quoquo modo tollendo cogitarent. Christus autem omnia tempora diuinitus noscens, tantum ab eo abfuit, vt eius facti memoriam aliqua specie conniuentiæ obrueret, vt contrà vltrò captet ex hoc ipso, hostium quidem redarguendorum, piorum autem magis ac magis confirmandorum occasionem.

22 *Attamen*, διὰ τοῦτο. Vel, *Atqui*. Vulg. & Eras. *Propterea*. & Syrus interpres מטול הנא [*methul hana*] Itaque hic locus multos exercuit, dũ quærunt cuius rei adferatur ratio. Chrysost. non attingit: alij quoque multi trãsiliunt. Cyrillus obscurè refert ad id quod sequitur, Circũcisionem non esse ex Mose, sed ex Pa[illegible], quum hoc sit extra causæ statum & dicti tantum correctio. Alij etiam aliud adferunt. Mihi verò in primis placet perturbatã esse distinctionem, & διὰ τοῦτο esse superiori versic. adiungendum, vt legamus καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο: i. *& omnes de eo* [vel *propterea*] *admiramini*: deinde sequatur Μωσῆς δέδωκεν, *Moses dedit*, &c. Hæc autẽ coniectura pridem mihi in mẽtem venerat, quũ ecce in Theophylacto Romano disertè ita scriptum & distinctum hunc locum inuenio: quæ res in ea coniectura magnopere me confirmauit, quum præsertim similis constructio verbi θαυμάζειν occurrat Marc. 6. 6. Nihil tamen volui in recepta lectione mutare, quum alia ratione possit etiam perspicuus sensus elici, nempe si διὰ τοῦτο accipiamus non tanquam illatiuam particulam quam vocant, (id est quæ ex præcedentibus aliquid colligi ostendat) sed pro aduersatiua Atqui, Attamen, vel Sed tamen, sicut nos conuertimus. Nam constat inchoari nouum argumentum, quo aduersariorum opinio conuellatur. Est autem hæc significatio petenda ex Hebræorum idiotismo, apud quos לכן [*lachen*] quum propriè significet διὰ τοῦτο, seu διό, vel διόπ, i. Ideo vel Idcircò: interdum tamen accipitur pro Atqui & Attamen, vt Gen. 4. c. 15. & Oseæ 2. 14. vbi quum Dominus adulteræ vxoris scelera commemorasset, & multa esset illi comminatus, statim subiicit, Attamen ego blanditiis alliciam eam: qui locus videtur non satis fideliter adhuc fuisse expressus à Latinis interpretibus. ¶ *Vt ne soluatur*, ἵνα μὴ λυθῇ. Perinde est ac si diceret Christus, tantum abesse vt opere Circuncisionis (quoties videlicet Sabbatũ erat dies à nato puero octauus) violetur Sabbatum, vt contrà idcirco Circuncisio tunc exerceatur, ne lex Circuncisionis violetur. Sed & potest accipi ἵνα pro ὅτι, vt sup. 5. 20.

23 *Lex Mosis*, ὁ νόμος Μωσέως. Quasi dicat si Lex circuncisionis à Mose data tanti fit apud vos vt non dubitetis etiam Sabbato circuncidere hominem, num meritò apud vos reprehendor quòd hominem totum sanatim Sabbato? Vera

igitur & germana est hæc distinctio, quam etiam sequutum esse Epiphanium apparet ex iis quæ scripsit κατὰ Ἀ-[illegible], non procul à fine. Cyrillus tamen existimat ista aliter collocanda, hoc modo videlicet, Si circuncisionem accipit homo Sabbato, mihi indignamini quòd totum hominem sanum fecerim Sabbato, vt non soluatur Lex Mosis? Quæ distinctio postea coegit illum nescio quid comminisci de curatione vulneris circuncisionis, quæ comparetur cum totius hominis curatione. Sed quorsum hæc? Fefellit autem illum hoc vnum, quòd putauit Legem Mosis vocari Legem Sabbati, quum agatur de Lege circuncisionis, quæ quomodo & quatenus dicatur Lex Mosis, præcedens versiculus ostendit. *Totum hominem*, nempe à paralysi, tum corporis, tum animæ sanatum, vt apparet suprà 5. 14. De illo enim tunc sanato paralytico hîc loquitur Christus.

Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε.

Ἔλεγον οὖν τινὲς ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὃν ζητοῦσιν ἀποκτεῖναι;

Καὶ ἴδε, παῤῥησίᾳ λαλεῖ καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι· μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός;

Ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ὁ δὲ Χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστίν.

Ἔκραξεν οὖν ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγων, Κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί· καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.

Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι, κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν.

Ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι· καὶ οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὴν χεῖρα, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.

Πολλοὶ δὲ ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον, Ὅτι ὁ Χριστὸς ὅταν ἔλθῃ, μή τι πλείονα σημεῖα τούτων ποιήσει ὧν οὗτος ἐποίησεν;

Ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι τοῦ ὄχλου γογγύζοντος περὶ αὐτοῦ ταῦτα, καὶ ἀπέστειλαν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς ὑπηρέτας, ἵνα πιάσωσιν αὐτόν.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με.

Ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ ὅπου

24 ‖ Ne iudicate secundum vultum, sed iustum illud iudicium ferte.

25 Dicebat ergo quidã ex Hierosolymitanis, Nónne hic est quem student interimere?

26 At ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicunt: númnam verè cognouerũt primores hunc verè esse Christum illum?

27 Sed nouimus vnde hic sit: quum autem venerit ille Christus, nemo cogniturus est vnde sit.

28 Clamabat ergo Iesus in templo, docens ac dicens, Et me nostis: & vnde sim nostis: & à meipso non veni, sed est verax qui misit me, quem vos non nostis.

29 Ego verò noui eum, quia ab ipso sum, & ille me misit.

30 Studebant ergo eum prehendere: sed nemo iniecit in eum manum, quia nondum venerat hora illa ipsius.

31 Multi verò ex turba crediderunt in eum, & dicebant, Christus quum venerit, num signa plura edet iis quæ iste edidit?

32 Audierunt Pharisæi turbam ista mussitantem de eo, & miserunt Pharisæi ac primarij Sacerdotes ministros vt eum prehenderent.

33 Dixit ergo eis Iesus, Adhuc paulisper ero vobiscum, deinde abibo ad eum qui me misit.

34 ‖ Quæretis me, nec inuenietis:

24 *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.*

25 *Dicebat ergo quidam ex Ierosolymis, Nónne hic est quem quærunt interficere?*

26 *Et ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicunt: nunquid verò cognouerunt principes quia hic est Christus?*

27 *Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem quum venerit, nemo scit vnde sit.*

28 *Clamabat ergo Iesus in templo, docens & dicens, Et me scitis, & à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis.*

29 *Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.*

30 *Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.*

31 *De turba autem multi crediderunt in eum & dicebant, Christus quum venerit, nunquid plura signa faciet quàm quæ hic facit?*

32 *Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserũt principes Sacerdotum & Pharisæi ministros, vt apprehenderent eum.*

33 *Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit.*

34 *Quæretis me, & non in-*

Deut. 1. 17. Iudicandum ex rerum veritate, ne in medium prodeuntes personæ nos transuersos abripiant.

Multi mirantur irritos fieri hostiũ Dei conatus, nec tamen interea diuinam virtutem agnoscunt.

Homines ad struenda sibi obstacula ingeniosi.

Christi veritas minimè pendet ex hominum iudiciis.

Non licet malis quod lubet, sed id demum quod Deus decreuit.

Prout crescit regnum Dei, crescit eius hostium rabies, donec tandẽ absentia bona frustrà requirant, quæ præsentia neglexerint.

Infrà 13. 33.

24 *Secundum vultum*, κατ' ὄψιν: i. ex eo quod præ me fero. Videor enim nihil aliud esse quàm Galilæus, vilis & contempti fabri filius: sed spectate attentius rem ipsam, & ex fructibus arborem æstimate. ὄψιν igitur vocat idipsum quod sæpe πρόσωπον alibi dicitur: vnde προσωποληψία, quæ iudicio iusto opponitur, vt dixim' Mar. 12. 14. Vulg. & Eras. *Aspectum* interpretantur. Sed hoc est potius quod Latini simili prorsus ratione Vultum vocant. ¶ *Iustum illud iudicium ferte*, τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε. In Lege videlicet toties præscriptum, quod videtur articulus designare. Est autem Hebræis familiaris hæc constructio nominis verbalis cum verbo, ab Atticis quoque studiosè vsurpata. Plato lib. 2. de Rep. τὴν κρίσιν αὐτοῖν τοῦ βίου κρῖναι ὀρθῶς.

26 *Primores*, οἱ ἄρχοντες. Vide Luc. 23. 35.

27 *Cogniturus est* γινώσκει. Vulg. & Eras. *Scit*: quùm manifesta sit temporis enallage, de qua diximus Luc. 1. 34. Hauserant autem hunc errorem Iudæi ex Prophetarum testimoniis perperam intellectis, vt ex eo quod scriptum est Mich. 5. 2, & Esa. 53. 8, & aliis locis.

28 *Et me nostis*, κἀμὲ οἴδατε. Vel ironicè hoc accipiendum est, vel dicuntur nosse quod verè nouissent, nisi vltro & pertinacissimè restitissent veritati. Sed Tertull. in Praxeam prorsus diuersam lectionem sequutus, ita hunc locum citat, *Neque me scitis vnde sim*.

29 *Ego verò noui eum*, ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν. In quibusdã Vulgatæ editionis codicibus excusis sic legitur hic versiculus, *Ego scio eum: & si dixero me eum nescire, ero similis vobis, mendax*. Id est, ἐγὼ οἶδα αὐτόν· καὶ ἐὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτόν, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῖν, ψεύστης. Sed hæc omnia ex margine irrepserunt in contextum, nec in scriptis codicibus Latinis leguntur, súntque petita ex cap. 8. 55, vt Eras. rectè annotauit.

30 *Prehendere*, πιάσαι. Hoc vocabulo vti solet Ioannes pro eo quod reliqui Euangelistæ vsurpant τὸ κρατεῖν. Dicitur autem propriè de iis quos fugientes arripimus, vt Prehendere apud Latinos, manu videlicet iniecta. ¶ *Hora illa* ἡ ὥρα. Vide Matth. 14. 15. & infrà 12. 23. Hanc autem Christi horam solus hic Euangelista commemorat.

34 *Quæretis*, ζητήσετέ με non tamen vero mei inueniendi & resipiscendi studio, sed vestram vicem, ipsa conscientia vos seriò quidem, sed nimium serò, redarguente, deplorantes, ac si Gallicè dicas, *vous me regretterez*.

εἰμὶ ἐγώ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.

35 Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἑαυτούς, Ποῦ οὗτος μέλλει πορεύεσθαι, ὅτι ἡμεῖς οὐχ εὑρήσομεν αὐτόν; μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας;

36 Τίς ἐστιν οὗτος ὁ λόγος ὃν εἶπε, Ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγώ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν;

37 Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς εἱστήκει ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔκραξε, λέγων, Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω.

38 Ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος.

39 (Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν· οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη)

40 Πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες τὸν λόγον, ἔλεγον, Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης.

41 Ἄλλοι ἔλεγον, Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται;

42 Οὐχὶ ἡ γραφὴ εἶπεν ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβίδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης ὅπου ἦν Δαβίδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται;

43 Σχίσμα οὖν ἐν τῷ ὄχλῳ ἐγένετο δι' αὐτόν.

44 Τινὲς δὲ ἤθελον ἐξ αὐτῶν πιάσαι αὐ-

& vbi ego ‖ ero, eò vos non potestis venire.

35 Dixerunt ergo Iudęi inter sese, Quónam est iste profecturus, vt nos nõ inueniamus eũ? num ‖ ad eos qui dispersi sunt inter Græcos profecturus est, & Græcos docturus?

36 Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & ‖ vbi ego ero, vos non potestis venire?

37 ‖Vltimo autem die illo ‖ magno festi stetit Iesus, & clamauit, dicẽs, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

38 ‖Qui credit in me, ‖ sicut dixit Scriptura, flumina aquæ viuæ ex ventre ipsius fluent.

39 (Hoc autem dixit de ‖ Spiritu illo quem accepturi erant credentes in eum. ‖ Nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glorificatus)

40 Multi ergo e turba quum audissent hunc sermonem, dicebant, ‖ Verè hic est ‖ Propheta ille.

41 Alij dicebant, Hic est Christus ille. Quidam autem dicebant, Num enim è Galilæa veniet ille Christus?

42 Nónne Scriptura dicit, ex semine Dauidis, & ex *vico* Bethlehema vbi erat Dauid, venturum illum Christum?

43 Dissidium ergo ortum est in turba propter eum.

44 Quidam autem ex ipsis vole-

uenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire.

35 *Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes?*

36 *Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me, & nõ inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire?*

37 *In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicẽs, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.*

38 *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.*

39 *(Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eũ. nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus)*

40 *Ex illa ergo turba quum audissent hos sermones eius, dicebant, Hic est verè Propheta.*

41 *Alij dicebant, Hic est Christus. Quidam autem dicebant, Nunquid à Galilæa venit Christus?*

42 *Nónne Scriptura dicit quia ex semine Dauid & de Bethlehem castello vbi erat Dauid, venit Christus?*

43 *Dissensio itaque facta est in turba propter eum.*

44 *Quidam autem ex ipsis*

Leui. 23. 36
Duo sunt salutis nostræ capita: vnum, vt vero summæ nostræ inopiæ sensu serio tãgamur: alterũ vt in vno Christo per fidem apprehenso quæramus omnium bonorum copiam.
Esa. 44. 3.
Ioel. 2. 28.
act. 2. 17

In ipsa Ecclesia de præcipuo capite religionis certatur: nec alij sunt interdũ crudeliores Christi hostes iis qui veritatis sedem occupant. Non licet tamẽ eis quicquid libet.
Deut. 18. 15
Mich. 5. 2
matt. 2. 5

¶ *Ero*, εἰμί. Sic ὑπάγω pro ὑπάξω, & iterum εἰμί pro ἔσομαι, & δύνασθε pro δυνήσεσθε. vt infrà 17. 24. Seruari tamen etiam potest præsentis temporis significatio, per ἰδιωμάτων κοινωνίαν, vt suprà 3. 13. Sed valde mihi placet Henrici Stephani nostri coniectura, qui scribendum & legendum putat εἶμι, *vado*. Sic enim explicat hanc ipsam sententiam ex hoc loco repetitam, ipsemet Christus infrà 13. 33. sententia optimè conueniente, pro εἶμι dicẽs ὑπάγω: & eo verbo vtitur etiam in hoc quidem tempore Thucydides ἀττικώτατος. Denique sic etiam legit Nonnus & Theophylactus.

35 *Vt*, ὅτι Hebr. כי [*chi*] vt 2. Sam. 7. cap. 10, quæ formula petita est è medio, id est, ita vt eum non simus reperturi? Vide Matth. 8. 27, & suprà, 2. 18. ¶ *Ad eos qui sparsi sunt inter Græcos*, εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων. Vulgata & Erasmus, *In dispersionem Gentium*, seruato Hebraismo, qui frequentissimè occurrit apud Prophetas. Dispersionis autem nomine alij ipsas profanas Gentes hinc & inde sparsas volunt significari: alij Iudæos per orbem terrarum dispersos: quorum sententiam amplector. Vix enim conueniret ipsis indigenis populis nomen διασπορᾶς, vt eruditè obseruat doctissimus interpres: quod etiam confirmatur auctoritate Iac. 1. v. 1, & 1. Pet. 1. v. 1. ¶ *Græcos*, τοὺς Ἕλληνας. Vel sic vocant Iudæos ipsos per prouincias dispersos, vel ex communi loquendi consuetudine sic appellant profanas ipsas gentes, vt aliquid amplius hoc membro significetur quàm superiore, nempe adeundarum exterarum synagogarũ obtentu, fore vt ipsas profanas gẽtes doceret, quod pessimè Iudæos habebat mala zelotypia correptos.

36 *Vbi ego ero*, ὅπου εἰμὶ ἐγώ vel, *quò vado ego*, ὅπου εἶμι ἐγώ. vt vers. 34.

37 *Magno*, μεγάλῃ: i. solenni. Primo enim & vltimo die festi tabernaculorum, vt & Paschæ, solennes cœtus in templo habebantur, interiectis autem aliis non item.

38 *Sicut dixit Scriptura*, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή. Hæc nonnulli præcedentibus coniungunt, vt Chrysostomus & Theophylactus: alij sequentibus, quos potius sequor: puto tamen nullum locum proprium hîc citari, sed quæcunque in Prophetis toties repetuntur de donis Spiritus sancti instar aquæ effundendis, ac quidem in primis quod scribitur Esa. 55. 1, hûc pertinere.

39 *Nondum erat Spiritus sanctus*, οὔπω ἦν Πνεῦμα ἅγιον. Quid Spiritum sanctum vocet, eodem versiculo exponitur, nempe visibilia illa dona quæ initio nascentis Ecclesiæ excellenter viguerunt, vt prædixerat Ioel, 2. & μετωνυμικῶς intelliguntur Spiritus sancti appellatione, quòd sint eius effecta, vt docet Apostolus 1. Cor. cap. 12 penè integro, & Act. 19. 2. & deinceps, & plurimis aliis locis. Quidã quos videtur sequutus Augustinus cõtra Cresconium lib. 2. c. 14. & tractatu in hunc Euangelistã 32. pro *Sanctus* scripserunt in Latinis codicibus *Datus*, sed mendosè vt Græcus contextus ostendit. Veriti sunt autem nimirum, ne videretur hic locus eorum blasphemiis fauere qui Spiritus sancti personam inter res creatas numerarunt. Atqui apertè iam dixit Euangelista Spiritus nomine hîc intelligi, non ipsum Spiritum sanctum, sed extraordinaria illa dona Apostolis primùm, ac deinceps aliis credentibus, Apostolicæ prædicationis initio extraordinariè collatis, de quibus ipse Dominus Marci 16. 17. vsum etiam ipsorum ostendens.

40 *Propheta ille*, ὁ προφήτης. Ne hoc quidem loco potest otiosus esse articulus, & planè ostendere videtur hic locus Iudæos insignem aliquem Prophetam expectasse diuersum à Messia: sicut diximus suprà, 1. 21.

τόν· ἀλλ' οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας.

45 Ἦλθον οὖν οἱ ὑπηρέται πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαίους· καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐκεῖνοι, Διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτόν;

46 Ἀπεκρίθησαν οἱ ὑπηρέται, Οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος ὡς οὗτος ὁ ἄνθρωπος.

47 Ἀπεκρίθησαν οὖν αὐτοῖς οἱ Φαρισαῖοι, Μὴ καὶ ὑμεῖς πεπλάνησθε;

48 Μή τις ἐκ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν ἢ ἐκ τῶν Φαρισαίων;

49 Ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρατοί εἰσι.

50 Λέγει Νικόδημος πρὸς αὐτούς, ὁ ἐλθὼν νυκτὸς πρὸς αὐτόν, εἷς ὢν ἐξ αὐτῶν,

51 Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρότερον, καὶ γνῷ τί ποιεῖ;

52 Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; ἐρεύνησον καὶ ἴδε ὅτι προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται.

53 Καὶ ἐπορεύθη ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

Κεφάλαιον η.

1 Ἰησοῦς δὲ ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.

2 Ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο εἰς τὸ ἱερόν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτόν, καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτούς.

3 Ἄγουσι δὲ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς αὐτὸν γυναῖκα, ἐν μοιχείᾳ κατειλημμένην· καὶ στήσαντες αὐτὴν ἐν μέσῳ,

4 Λέγουσιν αὐτῷ, Διδάσκαλε, αὕτη ἡ γυνὴ κατελήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη·

bant eum prehendere, sed nemo iniecit in eum manus.

45 Venerunt ergo ministri ad primarios Sacerdotes & Pharisæos: qui dixerunt eis, Quare non adduxistis eum?

46 Responderunt ministri, Nunquam ita loquutus est homo vt homo iste.

47 Responderunt ergo eis Pharisæi, Num & vos seducti estis?

48 Num quis ‖ ex primoribus credidit in eum, aut ex Pharisæis?

49 Sed turba hæc quæ non nouit Legem, execrabilis est.

50 Dicit eis Nicodemus, ‖ is qui venerat ad eum nocte, quum vnus esset ex illis,

51 Num Lex nostra condemnat quempiam, nisi prius ‖ ex ipso audierit, ‖ & cognouerit ‖ quid faciat?

52 Responderunt & dixerunt ei, Nũ & tu Galilæus es? ‖ scrutare & vide ex Galilæa Prophetam non fuisse suscitatum.

53 ‖ Et profectus est vnusquisque domum suam.

CAP. VIII.

1 Iesus autem profectus est in montem Olearum.

2 Et ‖ diluculo rursus adfuit in templo, & ‖ totus populus venit ‖ ad eum, & sedens docebat eos.

3 Adducũt autẽ ad ‖ eum Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehẽsam: & quum statuissent eam in medio,

4 ‖ Dicunt ei, Magister, ‖ hæc mulier deprehẽsa est in ipso facinore, quum mœcharetur:

volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus.

45 *Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Pharisæos, & dixerunt eis illi, Quare non adduxistis illum?*

46 *Responderunt ministri, Nunquam sic loquutus est homo sicut hic homo loquitur.*

47 *Responderunt ergo eis Pharisæi, Nunquid & vos seducti estis?*

48 *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eũ, aut ex Pharisæis?*

49 *Sed turba hæc quæ non nouit Legem, maledicti sunt.*

50 *Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis.*

51 *Nũquid Lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?*

52 *Responderunt & dixerunt ei, Nunquid & tu Galilæus es? scrutare & vide quia à Galilæa Prõpheta non surrexit.*

53 *Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.*

CAP. VIII.

1 *Iesus autem perrexit in montem Oliueti,*

2 *Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos.*

3 *Adducũt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio,*

4 *Et dixerunt ei, Magister hæc mulier modò deprehensa est in adulterio.*

Deus è cælis irridet filij sui inimicos.

Falsi pastores adeò sunt stolidi, vt ex multitudine & externo splendore Ecclesiã Dei æstiment. Suprà 3. 2

Non est consilium contra Dominum.

Mali bonis insidias struentes, sibiipsis laqueũ nectunt.

48 *Ex primoribus*, ἐκ τῶν ἀρχόντων. Vide Luc. 23. 35.

51 *Ex ipso audierit*, ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ. Hæc quoque formula loquendi petita est è medio. Neque enim lex ipsa, sed iudex cognoscit. Ideo Nonnus suppleuit, δικασπόλοι. ¶ *Quid faciat?* τί ποιεῖ; siue, Quid patrauerit, is videlicet qui defertur.

52 *Scrutare*, ἐρεύνησον. In plerisque Latinis codicibus additur τὰς γραφάς, *scripturas*, id est, consule diligenter sacram historiam, & comperies nullum Prophetam ortum fuisse ex Galilæa. At ne hoc quidem fortasse verum fuit, quum sub Galilææ nomine comprehensa fuerit regio partis non minimę decem tribuum. Et vt hoc concedatur verũ fuisse an non efficere Deus tunc potuit, quod nunquam prius factũ fuisset? Sed sic argumẽtari solent qui præiudiciis nitũtur, vt nunc quoque in grauissimis cõtrouersiis experimur.

53 *Et profectus est*, καὶ ἐπορεύθη. Versiculus iste, & quæ ab eo intercedunt vsque ad πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς, id est ad versum sequentis capitis duodecimum, neque apud Syrum interpretem, neque apud Chrysostomum, quanuis eius meminerit homil. in Ioannem 60, neque apud Theophylactum extant. Eusebius quoque in extremo libro tertio Historiæ Ecclesiasticæ apertè dicit à quodam Papia hanc historiam de muliere adultera scriptam fuisse, quæ habeatur in Euãgelio quod dicitur secundum Hebræos: sed & apud Nonnum nulla fit eius mentio. Testatur denique Hieronymus dialogo aduersus Pelagianos secundo, in nonnullis codicibus non fuisse descriptam. Ex vetustis nostris codicibus septemdecim vnus duntaxat illam non habebat: in reliquis scripta quidem est, sed ita vt mira sit lectionis varietas, quam placuit bona fide suis locis annotare. Ad me quidem quod attinet, non dissimulo mihi meritò suspectũ esse quod veteres illi tanto consensu vel reiecerunt, vel ignorarunt. Deinde quod narrat Iesum solum fuisse relictum cum muliere in templo, nescio quàm sit probabile: nec satis cohæret cum eo quod mox, id est vers. 12. dicitur eos rursum alloquutus: & quod scribit, Iesum digito scripsisse in terra, nouum mihi & insolens videtur, nec possum coniicere quomodo possit satis commodè explicari. Tanta denique lectionis varietas facit vt de totius istius narrationis fide dubitem. Sed si expungenda est hæc historia, putarim quidem ego necessariò retinendum hunc versiculum cum sequentis cap. duobus primis, quibus subiiciatur duodecimus.

IN CAPVT. VIII.

2 *Diluculo autẽ rursus adfuit*, ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο. In duobus codicibus additur βαθέος, *profundo*: & pro παρεγένετο legitur ἦλθεν, *venit*. ¶ *Totus populus*, πᾶς ὁ λαός. In vno codice scribitur πᾶς ὁ ὄχλος, *tota turba*. ¶ *Ad eum*, πρὸς αὐτόν. Hoc deest in duobus exemplaribus.

3 *Ad eum*, πρὸς αὐτόν. Et hoc rursum deest in duobus codicibus.

4 *Dicunt ei*, λέγουσιν αὐτῷ. Vnus codex addit πειράζοντες, *tentantes*. ¶ *Hæc mulier*, αὕτη ἡ γυνή. Quinque exemplaria scriptum habent, ταύτην εὕρομεν ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένην, Hanc deprehendimus adulteram in ipso facinore. Et aliud quoddam non habet μοιχευομένην.

Leuit. 20.10

5 Ἐν δὲ τῷ νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι· σὺ οὖν τί λέγεις;

5 ‖ In Lege verò Moses præcepit nobis vt tales lapidentur: tu ergo quid dicis?

5 *In Lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare: tu ergo quid dicis?*

6 Τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτόν, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας, τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν.

6 Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent eum accusare. Iesus autem incuruatus deorsum, digito scribebat in terra.

6 *Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.*

In hypocritas qui plusquam seueri aliorũ censores suis vitiis indulgent.

Deut. 17.7

7 Ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτόν, ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς, Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω.

7 Quum autem perseuerarent eum interrogare, sese surrigẽs dixit ad eos, ‖ Qui vestrûm immunis est à peccato, primus in eam iaciat lapidem.

7 *Quum ergo perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.*

8 Καὶ πάλιν κάτω κύψας, ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν.

8 Et rursum incuruatus deorsum, scribebat in terra.

8 *Et iterum se inclinans scribebat in terra.*

9 Οἱ δέ, ἀκούσαντες, καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων· καὶ κατελείφθη μόνος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα.

9 Ipsi verò quum *hæc* audiuissent, & à conscientia redarguerentur, sigillatim alius post alium exierunt, initio facto à senioribus vsque ad vltimos: & derelictus est solus Iesus, & mulier in medio stans.

9 *Audientes autem, vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus & mulier in medio stans.*

Christus noluit ciuilis Magistratus partes ad se trahere, contentus ad fidem & resipiscentiam peccatores adducere, vt ferebat munus ipsi à patre demandatum.

10 Ἀνακύψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικός, εἶπεν αὐτῇ, Ἡ γυνή, ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί σου; οὐδείς σε κατέκρινεν;

10 Iesus autem sese surrigens, & nemine conspecto præter mulierem illam dixit ei, Mulier, vbi sunt illi tui accusatores? nemo te condemnauit?

10 *Erigens autem se Iesus dixit ei, Mulier, vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit?*

11 Ἡ δὲ εἶπεν, Οὐδείς, Κύριε. Εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω· πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε.

11 Ipsa verò dixit, Nemo, Domine. Dixit autem ei Iesus, Nec ego te condemno: vade, & ne deinceps pecca.

11 *Quæ dixit, Nemo, Domine. Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo: vade, & iam amplius noli peccare.*

Suprà 1.5 infrà 19.5

Mundus natus cæcus nusquã nisi in solo Christo fit lucis compos.

12 Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς αὐτοῖς ἐλάλησε, λέγων, Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἀκολουθῶν ἐμοί, οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς.

12 Rursum ergo Iesus eis loquutus est, dicens, ‖ Ego sum lux illa mundi: qui sequitur me, nõ ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

12 *Iterum ergo loquutus est eis Iesus: dicens, Ego sum lux mũdi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.*

Christus testis est veritatis omni exceptione maior, vt qui ob hoc ipsum sit à Patre missus, & ab eodem innumeris miraculis mundo approbatus.

13 Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι, Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς, ἡ μαρτυρία σου οὐκ

13 Pharisæi igitur dixerunt ei, Tu de teipso testaris, testimo-

13 *Dixerunt ergo ei Pharisæi, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium*

5 *In Lege autem Moses mandauit nobis*, ἐν δὲ τῷ νόμῳ ἡμῖν Μωσῆς ἐνετείλατο. Duo codices scriptum habent καὶ ἐν τῷ νόμῳ ἡμῶν, & in Lege nostra. Rursus in quinque aliis deest ἡμῖν. ¶ *Lapidentur*, λιθοβολεῖσθαι. In quinque codicibus legimus λιθάζειν in aliis quinque λιθάζεσθαι. ¶ *Quid dicis?* τί λέγεις; Tres codices addunt περὶ αὐτῆς; *de ea?*

6 *Accusare eum*, κατηγορεῖν αὐτοῦ. Quinque exemplaria habent κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ, accusationem aduersus eum. ¶ *In terra*, εἰς τὴν γῆν. In quinque codicibus additur μὴ προσποιούμενος, id est dissimulans. Mirum est autem Patres nõnullos, (quod eorum pace dictum sit) non tantùm curiose quæsiuisse, sed etiam quasi diuinare ausos quid Christus terræ inscripserit huc etiam detorto loco Iere. 17.13. Mihi verò, vt ingenuè loquar, vel ob hunc ipsum locum suspecta est hæc historia. quæ tamen si nihilominus admittatur, Christum hoc tam nouo & insitato gestu dixerim significasse, non sine fastidio, nihil ista ad se pertinere: sed noluisse tamen istos hypocritas perstringere, vel potiùs pũgere: quòd videri quidem vellent, studio vindicandorum scelerum agere quod agerent, ipsi aliàs sceleratissimi. Quum enim quod hîc Lex iubebat, non ignorarent, cur non ex lege iudicabant, aut præsidem non adeunt, si capitalia iudicia penes ipsos non erant: potiùs quàm Christum istis rebus sese minimè immiscentem interpellarent?

7 *Erexit se, ac dixit eis*, ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς. In vno codice legitur ἀναβλέψας εἶπεν αὐτοῖς, *sursum sublatis oculis dixit.* ¶ *Primus*, πρῶτος. Duo codices habent πρῶτον, primùm.

9 *Et à conscientia redarguerentur*, ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι. Hoc deest in editione Basiliensi, cuius etiam alias varias lectiones neglexi, vt κατακύψας pro κάτω κύψας & κατέγραφεν pro ἔγραφεν. ¶ *Sigillatim alius post alium*, εἷς καθ' εἷς, id est, εἷς καὶ εἷς, vnus & deinde vnus, Gallicè *Vn à vn*, Et quid si vitiosè καθ' pro καὶ scriptum est? ¶ *Vsque ad vltimos*, ἕως τῶν ἐσχάτων. Deest hoc quoque in duobus codicibus & in editione Basiliensi.

10 *Et nemine conspecto præter mulierem dixit ei, Mulier*, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικός, εἶπεν αὐτῇ, Ἡ γυνή. In duobus exemplaribus scribitur, εἶδεν αὐτήν, καὶ εἶπε, Γύναι: id est, *vidit eam, & dixit Mulier.* Cæterum aut ne probabilis quidem est hæc historia, aut istud *Solus*, & *Neminem* restringendum est ad eos à quibus fuerat hæc mulier ad Christum adducta, quod rursus parum est probabile, quum hæc in ipso templo apud Christum ibi populum docentem, & minimè saltem à suis discipulis derelictum, gesta dicantur. ¶ *Mulier*, ἡ γυνή. Deest in quatuor exemplaribus. ¶ *Illi*, ἐκεῖνοι. Deest in 4. exemplaribus.

11 *Ne deinceps*, μηκέτι. Sex codices habent, ἀπὸ τοῦ νῦν μηκέτι, ab hoc tempore ne amplius. Cæterum qui colligunt ex his Christi verbis hanc adulteram fuisse per ipsum à pœna per Legem Mosis expressa absolutam, tanquam per eum qui absoluta, quam vocant, potentia posset de ipsa lege dispensare: & qui posteà longiùs progressi Christianos Magistratus vellent in condonandis adulteriis faciles se præbere: immo ad illud scelus planè ijsdem conniuere, quo nullum grauius in generis humani societate admittitur: primùm non animaduertunt quanta Christum contumelia afficiant, qui aliter per os Mosis olim, & tunc aliter in tẽplo fuerit ore suo loquutus: deinde aliud esse non vident dicere, *Nec ego te condemno*, quàm *Ego te absoluo*. At cur illam Christus non condemnauit secundum legem politicam? Nempe quoniam ipsius Regnum non erat ex hoc mundo, sicut hanc ipsam ob causam, ne vt arbiter quidem de hæreditate inter fratres hercisunda cognoscere voluit Luc. 12.14. & expressis verbis Magistratuum munus ab Euangelico non tantùm discreuit, sed etiam separauit Matt. 20.25.

Mar. 10.42. Luc. 22.25. & Paulus 2. Tim. 2.4. Et tamen illis libenter concedo Christum hanc adulteram si modò Christum audiuit dicentem, *Vade, & noli amplius peccare*, verè absoluisse, non tamen à pœna ciuili (quod neque fecisset ipse Christus, neque Magistratus permisisset) sed à pœna peccatis debita, quam ipsemet pro resipiscentibus exsoluit. Vnde igitur ista, quam vocant, Temporalis simul & Spiritualis potestas? Vnde pseudoepiscopalis illa audientia, quæ tandem ipsis Regibus gladium extorsit? Certè non à Christo, sed ab Antichristi spiritu. Magistratus autem, præsertim qui se Christianos profitentur, vtinam tandem discant, si quod est scelus, cuius impunitas horribilem illam iram Dei aduersus vniuersum terrarum orbem accendat, hoc ipsum esse, quo factum videmus, vt rursus id quo, vt scribit Moses Gen. 6. v. 12. ita Deus est exacerbatus, vt priorem mundum diluuio pessum dederit, impunè grassetur. Num verò semper istud toleraturo Domino? cuius iustissimis iudiciis potiùs istos adulterorũ patronos relinquendos censeo, quàm eorum impudentissimã insaniam vllis argumentis refellendam. At tu Domine vsque quo?

ἐστιν ἀληθής.

nium tuum non est firmum.

tuum non est verum.

Sup. 5.31

14 Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου· ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον, καὶ ποῦ ὑπάγω· ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε πόθεν ἔρχομαι, καὶ ποῦ ὑπάγω.

14 Respondit Iesus & dixit eis, ‖ Etiã si ego testor de meipso, firmum [illegible] testimoniũ meum: quia scio [illegible] venerim, & quò vadam: vos autem nescitis vnde venerim, & quò vadam.

14 *Respõdit Iesus & dixit eis, Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verũ est testimoniũ meum: quia scio vnde veni, & quò vado: vos autẽ nescitis vnde venio aut quò vado.*

15 Ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα.

15 Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam.

15 *Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam.*

16 Καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγώ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν· ὅτι μόνος οὐκ εἰμί, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με πατήρ.

16 Quod si etiam iudicarem ego, iudicium meum firmum esset: quia solus non sum, sed ego: & qui misit me Pater.

16 *Et si iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater.*

Deut. 17.6. & 19.15. matt. 18.16. 2. cor. 13.1. heb. 10.28

17 Καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν.

17 Sed & in Lege vestra scriptum est, ‖ duorum hominum testimonium firmum esse.

17 *Et in Lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est.*

18 Ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με πατήρ.

18 Ego *is* sum qui testor de meipso, & testatur de me qui misit me Pater.

18 *Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater.*

Nemo Deum nisi in Christo nosse potest.

19 Ἔλεγον οὖν αὐτῷ, Ποῦ ἐστιν ὁ πατήρ σου; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ᾔδειτε ἄν.

19 Dicebãt ergo ei, Vbi est tuus ille Pater? Respondit Iesus, Neque me nostis, neque Patrem meum: si me nossetis, Patrem quoque meum nossetis.

19 *Dicebant ergo ei, Vbi est Pater tuus? Respondit Iesus, Neq; me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.*

20 Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς

20 Hæc verba loquutus est Ie-

20 *Hæc verba loquutus*

13 *Firmum*, ἀληθής. Vulgata & Erasmus, *Verum*. Atqui hæc cõsequutio nimium esset inepta, Tu testaris de teipso: ergo falsum est quod testaris. Accipitur ergo ἀληθής pro eo quod Hebræi נאמן [*neeman*] vel נכון [*nakon*] vocant, vt diximus suprà 5,31.

14 *Etiamsi*, κἄν. Ergo quod ante negarat 5.31. accipiendum est per μίμησιν, & concessionem. Causam verò quam addit cur suum testimonium sit legitimum & ratum, non puto eo tantùm niti quòd supra communem hominum sortẽ ipse emineret, etiam quatenus homo est: sed hîc puto Christum altius conscendere quàm in superiore concione, quæ de eadem re habita fuit, cap. 5. Videtur enim hîc apertè Deitatem suam asserere, humanitati coniunctam, quando ipse sese considerat duplici ac distincto respectu, nempe & vt testem, cui Patrem coniungit, vt iam duo sint testes: & vt eum de quo dicatur testimonium, tum à seipso vt teste, tum etiam à Patre. Perinde est igitur ac si diceret, Solus hîc vobis videor, ideóque testimonium meum non admittitis, quum præsertim videar de meipso testari? atqui tres sumus. Nam ego veluti duplex sum, Deus videlicet & Homo, & tamen vnus. Itaque mihi Deo licet de me homine testari sic vnum testem habetis. Accedit demum Patris testimonium. ergo duo adsunt de me idonei testes. Quòd si secundum Legem tenemini duorum hominum testimonium admittere, quantò magis Patris ac Filij, qui non sunt homines, sed vnus Deus? At enim, dices, vbi est illud testimonium? Nempe quòd dixerat se esse lucem mundi. Respondet autem se esse αὐτόπιστον, idque tum ex sua doctrina tum ex miraculis probat, tam manifestè diuinis, quibus doctrinam suã obsignabat, vt non possent nisi mala conscientia hæsitare. Vnicam autem operationem Patri & sibi attribuens ὁμόπιστον & ταυτότητα οὐσίας in duabus personis demonstrat. Huic igitur probationi hoc fundamentum substernit, quòd à Patre venerit id est, quòd ita sit homo vt sit etiam Deus: quod illi ignorabant. Nam iudicabant secundum carnem: id est nihil amplius in eo agnoscebant quàm quod cernebant oculis, ideóque damnabant ipsum tanquam blasphemũ & impiũ. Sic enim accipitur hoc loco verbum Iudicandi.

15 *Ego non iudico quenquam*, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα. Is qui Cyrilli in Ioh. commentarium suppleuit, putat ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum κατὰ σάρκα, Secundum carnem. Plerique verò laborant in hoc explicando, quomodo Christus neminem iudicet. Atqui plana est doctissimi interpretis expositio. Perinde enim est acsi Christus diceret, Vos de me sententiam fertis. & quidem planè iniquam, quia ex specie externa iudicatis. atqui nunc ego vos simpliciter doceo, neminem vestrûm condemno: & tamen si id facere libeat, sanè pro meo iure faciam, & longè certiore iudicio. Hæc autem extra causæ statum dicuntur: sed ratio quæ subiicitur, tum ad causam ipsam testimonij, tum ad digressionem pertinet. Neque enim (inquit) solus sum quem cernitis, sed mecum est Pater ille meus qui verè iudex est mundi. Quum autem me dico, eum etiam comprehendo quem vos non cernitis, quia secundum carnem iudicatis.

17 *Sed &*, καὶ δὲ id est ἀλλὰ καί. Vulg. prætermisit particulam δέ, quæ tamen est necessaria. Ostendit enim applicandam esse rationem superiorem non modò præcedenti digressioni de iudicio quod ipse in eos non exerceret, sed etiam in primis ipsi causæ de qua agitur, id est confirmando suo testimonio quod illi oppugnabant.

18 *Ego [is] sum*, ἐγώ εἰμι. Hîc apertè distinguitur Deitas ab Humanitate. Nam alioqui duo testes non essent, quum Deus inter testes non numeretur: & tamen, ne duo Filij constituantur, *Ego* (inquit) [*is*] *sum qui testor de meipso*, id verò facit vt ipse de seipso possit meritò testari, quia nõ [illegible] homo est, (vt aduersarij temere atque adeo impiè iudicabant) sed homo Deus, & Deus homo.

19 *Nossetis*, ᾔδειτε ἄν. Vulgata *forsitan sciretis*. fortasse propter additam particulam ἄν, quæ tamen sententiam hanc dubiam nõn reddit. Quòd si fortè legit ἴσως, tum vertendũ fuit *vtique*, vel *nimirum*. vt ad Philem. v. 15 Est autem verè & scitè scriptum in hunc locum à Tertulliano aduersus Praxeam, *Si ipsum nossent, Patrem nossent: non quidem, quasi ipse esset Pater & Filius: sed quia per indiuiduitatem neque agnosci neque ignorari alter sine altero potest.*

ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ οὐδεὶς ἐπίασεν αὐτόν, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.

lus in gazophylacio, docens in templo: & nemo prehendit eum, quia nondum venerat illa ipsius hora.

est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.

21 Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ζητήσετέ με, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.

21 Dixit ergo iterum eis Iesus, Ego vado, & quaeretis me, & in hoc peccato vestro moriemini. quo ego vado, vos non potestis venire.

21 *Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado, & quaeretis me, & in peccato vestro moriemini. quo ego vado, vos non potestis venire.*

Dei non hominum arbitrio viuimus & morimur. Itaque illud vnum superest, vt nostro munere constanter defungamur. Quoniam homines natura à rebus coelestibus abhorrent, nemo est idoneus Christo discipulus, nisi quem Spiritus Dei formauit. Interea animum mundo [illegible] vitam repudianti, necessariò pereundum erit.

22 Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτόν, ὅτι λέγει, Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν;

22 Dicebant ergo Iudaei, Num interimet seipsum, qui dicat, Quo ego vado, vos non potestis venire?

22 *Dicebant ergo Iudaei, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire?*

23 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί· ὑμεῖς ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἐστέ, ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.

23 Tunc dixit eis, Vos infernè estis, ego sum supernè: vos ex hoc mundo estis, ego non sum ex hoc mundo.

23 *Et dicebat eis, Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.*

24 Εἶπον οὖν ὑμῖν ὅτι ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν.

24 Ideo vobis dixi vos morituros in peccatis vestris. Nam nisi credideritis me *eum* esse, moriemini in peccatis vestris.

24 *Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.*

25 Ἔλεγον οὖν αὐτῷ, Σὺ τίς εἶ; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Τὴν ἀρχὴν ὅ,τι καὶ λαλῶ ὑμῖν.

25 Dixerunt ergo ei, Tu quis es? Tum dixit eis Iesus, *Id* quod à principio dico vobis.

25 *Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Iesus, Principium qui & loquor vobis.*

Is demum quis sit Christus cognoscet, qui attentè audiet quid loquatur.

20 *In gazophylacio* ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ. Ita vocat aliquam templi regionem conferendis oblationibus destinatam. Castellio Fiscum interpretatur. Ego siquid mutare velim, Aerarium malim vocare.

21 *Quaeretis* ζητήσετέ με. Vide suprà, 7.32. ¶ *In hoc peccato vestro,* ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν. obstinatae videlicet contumaciae, grauissimi peccati per se, & praeterea aliorum omnium peccatorum remissionem impediturae. Pon[illegible] enim hic articulus δεικτικῶς. Mori verò in peccatis dicuntur quos vndique peccatis constrictos mors absorbet. Mori autem peccato contrà ij dicuntur, in quibus gratia veterem hominem abolet. Rom. 6.11. & Ephes. 2.4. vbi mendosè praepositio ἐν fuit omissa.

23 *Infernè,* ἐκ τῶν κάτω sub. τόπων. i. vt mox explicatur, ex hoc mundo. Licuit etiam interpretari, *Vos infernates estis, ego sum supernas.* Sic enim his vocabulis vtitur Plin. Sed ego inusitatas voces, tanquam scopulos, libens euito, & quum *Supernè,* sic vsurparit idoneus auctor Virgilius, istud vsurpare non dubitaui.

24 *Me eum esse,* ὅτι ἐγώ εἰμι. Vulg. *quia ego sum,* is videlicet quem esse me dico, id est, verus ille vobis promissus liberator: quod dicendi genus petitum est è medio. ¶ *In peccatis vestris,* ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. Sic repetita haec verba in omnibus nostris codicibus inueni, Vulg. verò posteriore hoc loco, vt etiam suprà vers. 21. legis, ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν, in hoc peccato vestro. Incredulitatis videlicet, idque ni fallor, rectius.

25 [*Id*] *quod à principio dico vobis,* τὴν ἀρχὴν ὅ,τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Hanc expositionem etiam adfert Stapulensis: sed quia hic locus infinitis penè modis fuit expositus, & vera eius explicatio à significatione verborum pendet, primùm, explicabo cum bona lectoris venia diuersas interpretationes; deinde paucis dicam quomodo putem esse intelligendum. Augustinus ergo (vt Eras. obseruauit) τὴν ἀρχὴν putat nomen esse: & quia videt parum conuenire quartum casum, interrogationis formulae, sic conatur hoc excusare, vt dicat illud, *Tu quis es,* perinde valere ac si dixissent Iudaei, *Quid te esse dicis?* aut, *Quem te esse credamus?* Et quasi sic interrogassent, Christum respondisse quarto casu, *Principium.* Id est, *Quaeritis quid debeatis credere? credite me esse principium.* Deinde particulam ὅτι pro causali interpretatur, hoc modo, *Quia & loquor vobis,* id est *quia humilis propter vos factus, ad ista verba descendo. Nam si principium sicuti est, maneret apud Patrem, & non acciperet formam serui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederent, quum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possent? Ergo credite, inquit, me esse principium quod vt credatis, non solùm sum, sed & loquor vobis.* Haec ille, quae sanè piè dicta sunt, tamè tā sunt nō apposita vt putē illa, quod ad huius loci genuinā sententiā attinet, refutatione longiore non indigere. Ambrosius in eadem est sententia, nisi quòd pro *Quia* legit *Qui,* id est ὃς vel ὅστις, repugnante omnium codicū fide. Is cuius Cōmentariorum in Ioannē libros quatuor sub Cyrilli nomine edidit, eandem prorsus interpretationē adfert atque Ambrosius. Reliqui omnes eruditi, quos mihi cōtigit inspicere, τὴν ἀρχὴν accipiūt pro aduerbio, (vt omnino poscit linguae Graecae ratio) sed diuerso sensu. Alij enim explicāt, *Principio,* id est primo loco, *id vobis* videlicet *respondeo, me cū esse qui vobiscum loquar.* Verùm haec expositio & coacta est, & frigidam sententiam parit: denique etiā Graecis cod. repugnat in quibus legitur ὅτι non ὅς. Alij sic exponunt, *Principio id sum quod etiam dico vobis.* i. non statim vobis indignis explico quicquid sum, sed hoc primùm dico, dū aptiores eritis reliquis audiendis, me missum esse à Patre, & praeconē vitae. Sed haec quoque expositio (nequid aliud dicā) longiùs est petita. Quid Chrysostomus & Theophylactus senserint, difficile est explicare, quia singulis verbis non insistūt, & obscurè sanè haec connectunt. Videtur autē in summa hoc dictū velle, *Quaeritis quis sim, indigni estis quibus id dicā, sed digni quos grauiter arguam. ac quidem in primis quòd vobis sim loquutus, quo beneficio ostenditis vos esse indignos.* Atqui haec etiam expositio non video quomodo cū verbis Euangelistae cōsentiat. Eras. praeter omnes istas interpretationes, existimat posse etiā haec connecti cū eo quod dixerat, *In peccatis vestris moriemini:* vt sit hic sensus, *In peccatis vestris moriemini: primùm ob id ipsū quòd haec loquar vobis.* Deinde pro eo quòd subiici oportuit secundam & tertiam aliquam rationem, addit, *dicit Christus in genere, Multa habeo de vobis dicere* Sed quorsum, ista interrogatione spreta, tam obscurè loquatur Dominus? Quidam denique ex recentioribus exponit, Prorsus id quod loquor vobiscum: id est, planè illud ipsum verbum sum quod loquor vobiscum. quia Christus est Verbum Patris, & quia se esse Verbum testatur, vult in Verbo cognosci. Haec verò interpretatio multo planior est quàm caeterae omnes superiores, neque vllum verbum detorquet. Nam apud Graecos constat τὴν ἀρχὴν interdum declarare παντελῶς καὶ ὅλως. Sed mihi tamē videtur minus arguta, si eos spectemus quos alloquebatur Dominus, quorū etiā ruditati omnibus modis sese accommodat. Deinde cur non potius dixisset ὃς καὶ λαλῶ, vel ὃ καὶ λαλῶ ὑμῖν, id est, qui loquor vobis? quum praesertim ὁ λόγος apud Graecos masculino genere efferatur? Superest vna Nonni expositio, (nec enim plures libuit commemorare) quam vltimo loco adscripsi quòd eam caeteris anteponam. Quaesierunt (inquit) Iudaei, Τίς σὺ πέλεις; [illegible] ὁ δ', ὅτι περ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς ἀγόρευον. [illegible] Hi sunt illius versiculi, quos eo libentius adscripsi quòd vulgò legantur corruptissimi, & videantur à plerisque non fuisse commodè explicati. Apparet autem ex illis τὴν ἀρχὴν nihil aliud declarare quàm ἐξ ἀρχῆς, idque per traiectionem construendum esse cum verbo λαλῶ, deinde ὅ,τι scribendum esse, ita vt non sit coniunctio, sed pronomen. Postremò repetendum esse ἀπὸ κοινοῦ verbum εἰμί, vt in summa intelligamus, Christum, quaerētibus Iudaeis quis esset,

esset, respōdere se id esse quod ab initio ipsis dixisset: id est quod iampridem toties & tot modis illis inculcarat. Quid enim aliud tot cōcionibus conatus est illis exponere quàm & quis esset, & vnde esset, & cur in hunc mundum venisset? Cur autem hanc expositionem prae caeteris amplecterer, plurimis rationibus sum adductus. Nam quod ad rem ipsam attinet, plana est sententia, neque procul accersita neque detorta, sed ad quaestionem maximè accommodata. Deinde verò in verborū explicatione seruatur genuina ac propria explicatio. Nam quod ad traiectionē attinet, infinita penè similia exempla occurrunt quae passim annotauimus, vt Rom. 12.3. & apud Lucam saepe, & infrà vers. 45. ὅ,τι verò non ὅτι scribendum esse docet maxima pars superiorum interpretationum, & ita etiam legitur in Theophylacto Romano. Postremò haec est natura responsionum vt in his repetatur verbum positum in quaestione: vt hoc loco planè sit germana repetitio verbi substantiui quod fuerat in quaestione vsurpatum. Quod autē attinet ad particulam καὶ, quamuis ea possit non incommodè accipi pro Etiam: tamen malui tanquam redundantem praeterire. Est enim hic pleonasmus in Graeco sermone non modò vsitatus, sed etiam elegans, idque in eodem prorsus dicendi genere & eodem sequēte verbo, vt apud Synesium, ἵν' εἰδῶμεν ὅ,τι καὶ λέγει, *vt sciamus quid ille dicat.* Sic apud Gregoriū saepe, τί χρὴ καὶ λέγειν. Deinde vtitur praesenti tempore λαλῶ Euangelista, nō sine emphasi: quasi diceret, Ego id sum quod ab initio dixi vobis, & nunc etiam dico, nimirum Lux, Vita, Veritas, &c. Syrus autem interpres, particulam καὶ noluit redundare, sed per traiectionē coniungēdam cum τὴν ἀρχὴν, quasi scriptum sit ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν, id est [*Id*] *sum quod etiam sum exorsus loqui vobis,* id est, quod etiam ab initio dixi vobis: quod interpretationem meam confirmat.

26 Πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν, ἀλλ' ὁ πέμψας με, ἀληθής ἐστι· κἀγὼ ἃ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ, ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον.

26 Multa habeo quae de vobis loquar ac iudicem: sed qui me misit, verax est: & ego quae audiui ab eo, haec loquor mundo.

26 *Multa habeo de vobis loqui & iudicare: sed qui me misit, verax est, & ego quae audiui ab eo, haec loquor in mundo.*

Deus contemptae Christi doctrinae vindex.

27 Οὐκ ἔγνωσαν ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν.

27 Non cognouerunt quod de Patre *haec* ipsis diceret.

27 *Et non cognouerunt quia Patrem eis dicebat Deum.*

28 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν, ἀλλὰ καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ πατήρ μου, ταῦτα λαλῶ.

28 Dixit ergo eis Iesus, Quum sustuleritis Filium hominis, tunc agnoscetis me eum esse, & à meipso nihil facere, sed prout docuit me Pater haec loqui.

28 *Dixit ergo eis Iesus, Quū exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, haec loquor.*

Ipse quoque Christi conceptus cedit eius gloriae: quod tandem eius hostes maximo suo malo sentiēt.

29 Καὶ ὁ πέμψας με, μετ' ἐμοῦ ἐστιν· οὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ πατήρ, ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε.

29 Nam qui me misit, mecum est. Pater me solum nō reliquit quia ego quae placent ipsi facio semper.

29 *Et qui me misit mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quae placita sunt ei, facio semper.*

30 Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.

30 Haec illo loquente multi crediderunt in eum.

30 *Haec illo loquente multi crediderunt in eum.*

31 Ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους, Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστέ.

31 Dicebat ergo Iesus iis Iudaeis qui crediderant ipsi, Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.

31 *Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudaeos, Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.*

Veri discipuli Christi in eiusdem sermone perseuerant, vt magis ac magis in cognitione veritatis proficientes à durissima peccati seruitute in verā libertatem iustitiae & vitae asserantur.

32 Καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς.

32 Et cognoscetis Veritatem, & Veritas vos in libertatem vindicabit.

32 *Et cognoscetis Veritatem, & Veritas liberabit vos.*

33 Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε· πῶς σὺ λέγεις, Ὅτι ἐλεύθεροι γενήσεσθε;

33 Responderunt ei, Semen Abrahami sumus; neque cuiquā seruiuimus vnquam: quomodo tu dicis, vos in libertatem vindicabimini?

33 *Responderunt ei, Semen Abrahae sumus, & nemini seruiuimus vnquam: quomodò tu dicis, Liberi eritis?*

34 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας.

34 Respondit eis Iesus, Amen amen dico vobis, quisquis operam dat peccato, seruus est peccati.

34 *Respondit eis Iesus, Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati.*

Rom. 6.20. 2. Pet. 2.19.

26 *Sed,* ἀλλά. Elliptica est oratio, ex communi loquendi vsu. Supplendum igitur fuerit, Sed nō credetis, Pater meus tamen verax est, &c.

27 *Quod de Patre* [*haec*] *ipsis diceret,* ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν. Syrus, Quòd de patre loqueretur eis. Vulg. *Quia Patrem eis dicebat Deum.* id est, ὅτι πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν τὸν Θεόν, quo modo scriptū inuenimus in meo vetustissimo & alio praeterea codice, si duo tantùm vocabula excipias. nam pro αὐτοῖς ἔλεγεν scribitur αὐτοῦ λέγει. Ego verò pro his interpretarer, *Quòd de Deo Patre ipsis loqueretur,* vel *Quòd Deum Patrem suum diceret.* Non dissimili significatu vsurpatum est verbum λέγειν suprà, 6.71.

28 *Sustuleritis,* ὑψώσητε. Sic mihi videtur Christus [illegible] gnificare, nempe genus mortis quod erant in ipsum comparaturi & contrarium conatibus ipsorum euentum. Sic enim euectus est supra coelos, & patefacta ipsius gloria, praecone etiam per imprudentiam Pilato, idque tribus linguis: & centurione clamante, *Hic erat verè Filius Dei,*

31 *Ad [illegible]* pro [illegible]. Sic etiam infrà, 15.14.

32 *In libertatem vindicabit,* ἐλευθερώσει. Vulg. *Liberabit.* Eras. *Liberos faciet:* quae nimium latè patent, neque proximae obiectioni videntur locum relinquere. Manumittendi autem vocabulum nō conuenit, quia Dominus is est, qui Seruum manumittit. In hac autē specie, peccatum, cuius serui eramus, non potest [illegible] dici nos manumittere, sed Veritas, ab ipsius seruitute in libertatem nos vindicare.

33 *Semen,* σπέρμα. i. Soboles. Retinuimus autem hoc loco & aliis multis hanc vocem, vt Ecclesiae ciuitate donatam. ¶ *Seruiuimus,* δεδουλεύκαμεν. Atqui dixit Dominus ipse seruituram progeniem Abrahami annis quadringentis: quod & factum est, Gen. 15. 13. & praefatio ipsa Decalogi satis eos conuincebat, vt tota Iudicū historia, & captiuitas Babylonica, imo eo ipso tempore Iudea fuerat in prouinciā redacta. Sed ita solet superbia vilissimos etiā quosuis opinione nescio cuius praestantiae fascinare. Christus autē omissa ista de corporali seruitute controuersia, de spirituali tū seruitute tum libertate (ea videlicet quae conscientiā, & vel vitā vel mortem aeternā respicit) secum illis disceptat, & progeniē Abrahami legitimam ac proinde foederis cum illo sanciti participem futuram docet, ex fide & fidei fructibus, non ex generis propagatione externa, aestimandam.

34 *Quisquis operam dat,* πᾶς ὁ ποιῶν. Vide 1. Ioan. 3.4.

35 Ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

Seruus autem non manet in domo perpetuò: filius manet perpetuò.

Seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum.

36 Ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε.

Itaque si vos Filius in libertatem vindicarit, verè liberi eritis.

Si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.

Omnes naturâ planè diabolica prædiros nasci declarant scelerati ipsorum mores. (mutantur autem & secundum fœdus cum Abrahamo sancitum, in Dei familiam adsciscuntur in vno Christo per fidem apprehenso: quæ quidem fides ex verè sancta & honesta vita dignoscitur.

37 Οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε· ἀλλὰ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ὅτι ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν.

Scio vos semen Abrahami esse, sed studetis me interimere: quia sermo ille meus non habet locum apud vos.

Scio quia filij Abrahæ estis: sed quæritis me interficere: quia sermo meus non capit in vobis.

38 Ἐγὼ ὃ ἑώρακα παρὰ τῷ πατρί μου λαλῶ· καὶ ὑμεῖς οὖν ὃ ἑωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν ποιεῖτε.

Ego loquor quod vidi apud Patrem meum, & vos facitis quod vidistis apud Patrem vestrum.

Ego quod vidi apud Patrem loquor, & vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis.

39 Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ ἐστι. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν.

Respōderunt & dixerūt ei, Pater noster Abrahamus est. Dicit eis Iesus, Si filij Abrahami essetis, opera Abrahami faceretis.

Responderunt & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

40 Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν.

Nunc autem studetis me interimere, hominem qui veritatem vobis loquutus sum, quā audiui à Deo: hoc Abrahamus non fecit.

Nunc autē quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis loquutus sum, quam audiui à Deo: hoc Abraham non fecit.

41 Ὑμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Εἶπον οὖν αὐτῷ, Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα· ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν.

Vos facitis opera patris vestri. Itaque dixerunt ei, Nos ex scortatione non sumus geniti: vnum patrem habemus *nempe* Deum.

Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei, Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus Deum.

42 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ· ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω· οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλε.

Dixit ergo eis Iesus, Si Deus pater vester esset, diligeretis me: ego enim à Deo prodij & adsum: nec enim à meipso veni, sed ille me misit.

Dixit ergo eis Iesus, Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me: ego enim ex Deo processi & veni: neque enim à meipso veni, sed ille me misit.

43 Διατί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γινώσκετε; ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν.

Quare loquelam istam meam non agnoscitis? *nempe* quoniā non potestis audire sermonem meum.

Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.

1. Ioh. 3. 8

44 Ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ. ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ψεύστης ἐστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ.

Vos ex patre diabolo estis, & cupiditates patris vestri vultis exequi. Ille fuit homicida à principio, & in veritate non perstitit: non est enim veritas in eo. Quotiescunque loquitur mēdacium, de suo loquitur, quia mendax est, & pater ille mendacij.

Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Quum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax, & pater eius.

45 Ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι.

Vos autem, quia ego veritatem dico, non creditis mihi.

Ego autē quia veritatem dico, non creditis mihi.

46 Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; εἰ δὲ ἀλήθειαν λέγω, διατί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι;

Quis ex vobis arguit me de peccato? si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?

Quis ex vobis arguit me de peccato? si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?

Christus munere sibi commisso à Patre, omni ex parte est perfunctus.

1. Ioh. 4. 6

47 Ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει· διὰ τοῦτο ὑμεῖς οὐκ ἀκούετε, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐστέ.

Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

48 Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ εἶπον αὐτῷ, Οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις;

Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei, Nónne bene dicimus te Samaritanum esse, & dæmonium habere?

Responderunt ergo Iudæi & dixerūt ei, Nónne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

49 Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ

Respondit Iesus, Ego dæmonium non habeo, sed honoro

Respōdit Iesus, Ego dæmonium non habeo, sed

---

35 *Non manet, οὐ μένει.* Seruos malæ frugis vel alijs vendere, vel in pistrinum dedere, vel malè perdere domini consueuerant: contra verò frugi seruos libertate donare. Illos igitur, quatenus Abrahæ soboles erant & veluti Dei vernæ, Christus malis seruis confert, eiectionem & exitium ipsis prædicens: simúlque pronunciat sese quem illi contemnerent, filium esse heri illius, cuius ipsi essent serui nequam: ac proinde, seu velint ipsi seu nolint, in ea ipsa domo vt filium permansurum, cui sentire ipsos, si veri serui essent, oporteret, & à quo vno veræ in æternum assertionis beneficium esset ipsis expectandum. ¶ *Perpetuò, εἰς τὸν αἰῶνα.* Sic apud Hebræos sæpe accipitur לְעוֹלָם [*leholam*,] vt in sententia prorsus simili Deut. 15. 17. pro totius vitæ cursu.

37 *Non habet locum, οὐ χωρεῖ.* Sic Aristot. lib. 9. de historia animalium vtitur hoc verbo: sed impersonaliter, inquiens fucos ab apibus interfici, ὅταν μὴ χωρῇ αὐταῖς ἐργαζομέναις, quando locus siue spatium ipsis non est ad operandum. Tertullianus non penitus dissimili sensu vti solet verbo *Capit* pro ἐνδέχεται. Vulg. *non Capit.*

38 *Quod vidistis apud Patrem vestrum*, ὃ ἑωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν. In tribus codicibus scribitur ἃ ἠκούσατε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, quæ audiuistis à Patre vestro. Sic legit etiam Chrysostomus: eodem tamen sensu, quum ipse Christus de se loquens, Audiendi vocabulum vsurparit supra, 5. 30. & infra, versu 40, nequis Videre & Audire putet inter se opponi. Loquitur autem ἀνθρωποπαθῶς, quia nulla apud nos exempla in vtranque partem plus valent quàm domestica.

39 *Essetis, ἦτε.* Vetus interpres, *Estis*, id est ἐστε, & paulo pòst etiam pro ἐποιεῖτε ἄν, *faceretis*, legit ποιεῖτε, *facite*, contra fidem nostrorum vetustorum codicum.

40 *Nunc autem, νῦν δέ.* Particula *Nunc*, nō est temporis aduerbium hoc loco, sed coniunctio quæ assumptionibus solet adhiberi, non modò à Græcis, sed etiam à Latinis, vt Valla obseruauit libri Elegantiarum 2. cap. 51.

41 *Ex scortatione, ἐκ πορνείας.* Vulg. *Ex fornicatione.* Eras. *Stupro.* Vide Matth. 15. 19. ¶ [*Nempe*] *Deum, τὸν Θεόν.* Vide Matth. 19. 17.

42 *Prodij, ἐξῆλθον.* Loquitur Christus meo quidem iudicio, de aduentu in carnem, non de æterna generatione, cui impropriè quoque tribueretur τὸ ἐξελθεῖν. Vulg. *processi*, id est ἐκπορεύομαι, quod verbum Theologi ad personæ Spiritus sancti emanationem referunt, vt ab æterna Filij generatione discernatur. ¶ *Adsum, ἥκω.* id est πάρειμι. Vulg. *Veni, ἐλήλυθα.*

43 *Loquelam, τὴν λαλιάν.* id est idioma seu etiam linguā. Est enim hæc expositio magis expressa quàm si accipias, pro eo quod verbis ipsis significatur, vt sup. 4. 42. Nam perinde est acsi diceret Dominus, Qui fit vt quod dico, non magis intelligatis quàm si ignota ac peregrina lingua vobiscū loquerer? ¶ [*Nempe*] *quoniā non potestis, ὅτι οὐ δύνασθε*, vel *quòd non potestis*, ita vt interrogatio reiciatur in finē huius membri, quo modo accipi ὅτι particulam annotauimus suprà, 2. 18. & 8. 41. Est autem illud quoque obseruandum, quanuis simus prorsus inepti ad Deum audiendum, nisi ipse pro sua bonitate nobis nouas aures tribuat, nósque adeò totos quasi de integro fingat, tamen τὸ οὐ δύνασθε hoc loco non propriè huc pertinere, sed declarare potius summam Iudæorum peruicaciam, adeò vt ne aures quidem Christo audiendo vellent accommodare.

44 *Ex patre diabolo, ἐκ πατρὸς διαβόλου.* Moribus videlicet, vt Ezech. 16. pater tuus Amorrhæus & mater tua Hethæa. Sic etiam Hebræis אָב [*Ab*] dicitur cuiuslibet rei auctor & principium: vnde deducta videtur præpositio Græca ἀπὸ omnem primam originem declarans.

¶ *Fuit, ἦν.* Vulg. & Eras. *Erat.* impropriè. Neque enim semper fuit homicida, qui homo semper non fuerit, sed statim ab initio, conditi videlicet mundi, & creati hominis, vt postea quem mox suo mendacio præcipitauit in mortem. ¶ *A principio, ἀπ' ἀρχῆς.* Quotiescunque fit principij mentio, significationem illius ad id de quo agitur accommodare necesse est. Quum ergo hic agatur de homicidio cuius arguitur reus Satā ab initio, certè necesse est vt (quod etiam facit Nonnus) istud ad ipsius mūdi atque adeo hominis initium referatur, non autē ad Satanæ ipsius initium, nisi quatenus cœpit esse homicida: nedum vt hinc constituas ab æterno diabolum talem extitisse, aut illud testimonium de Filij Dei æternitate eludas, de quo dictum est suprà 1. 1. Neque enim hîc simpliciter dicitur diabolus fuisse ab initio, vt quum dicitur Sermo in principio (id est extitisse) & quidem per præteritum imperfectum, vt sciamus eius hypostasin antiquiorem omnium rerum creatione (i. æternam) esse: nihil, inquam, eiusmodi hîc dicitur de diabolo, sed de qualitate ipsius agitur, quā dicitur iam inde ab initio creati mundi induisse, quum factus est homicida. Augustin. quem etiam citat qui Cyrillum suppleuit, ad initium peccati refert: verè id quidem, si rem ipsam spectes (siquidem quum Satan per peccatum hominem interimeret, hinc demum cœpit esse homicida, quum peccatum ingressum est in mundum) sed tamen subtilius. Malo igitur paulò crassius hæc interpretari de ipsius humani generis exordiis: neque rursus subtiliter hæc refero ad illud primum momentum quo creatus est homo, sed principium hoc etiam extendo ad tempus creationi mundi ac ipsius hominis vicinum, quo videlicet homo est à diabolo occisus. ¶ *In veritate, ἐν τῇ ἀληθείᾳ.* Hebr. בֶּאֱמֶת [*beemeth*] quo vocabulo significatur vel fidelitas quam non seruauit diabolus suo opifici: vel quod opponitur mendacio, ad quod videlicet defecit Satan, aut potius quod ipse primus excogitauit. Sed & fortassis, *In veritate* illud est pro quo scribitur Iob. 2. 3. בְּתֻמָּתוֹ [*behtummatho*:] vt Veritatis vocabulo significetur integritas illa naturæ in qua conditus Angelus ille cum suis, postea non seruauit originem suam, vt scribitur Iudæ 6. ¶ *Non perstitit, οὐχ ἕστηκεν.* i. non permansit, nec constanter perseuerauit, quod apud Hebræos significatur etiam verbo עָמַד [*hamad*,] vt Psalm. 19. 10. quod alioqui respondet verbo ἵστασθαι, cuius quum sit multiplex significatio, nonnulli hunc locum peruertere conati sunt varia interpretatione: quanquam fortassis non minus rectè conueniat huic loco verbum אָמַן [*aman*] vt Psal. 78. 37. si connecti possit cum eo quod sequitur. Sed germanam esse hanc expositionem liquet ex eo quod scribitur 2. Petri 2. 4. & Iudæ 6. Vulg. & Erasm. *Non stetit*: rectè quidem, quum verbum Standi sic etiam apud Latinos accipiatur, vt alibi diximus: sed studuimus omnem amphiboliam vitare. ¶ *Non est enim, ὅτι οὐκ ἔστιν.* Vulgata & Erasmus, *Quia.* Atqui hæc verba non ostendunt causam cur diabolus in veritate non persisterit, sed consequutionem, ex qua rectè collegit Dominus à consequenti, illum à sua origine defecisse. Simile exemplum occurrit Luc. 7. 47. ¶ *De suo, ἐκ τῶν ἰδίων*, id est, ἀφ' ἑαυτοῦ, ex suo vnius instinctu, & ex suo propriè ingenio, vel quod verè suum ac sibi proprium est. ¶ *Et pater ille mendacij, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ.* id est, auctor, ex Hebraismo, vt Genes. 4. 20. & 21. & alibi sæpe: vt etiam dixit Plato in Phædro οὐ πατὴρ ἂν γεγραμμένων. quod eo libentius annotandum putaui, quòd insaniam Manichæorum de principio mali, & de ipsa essentia animæ per Satanam corrupta, ab impurissimo Flaccio Illyrico non ita pridem renouatam, nonnullos infelices amplecti videam, & ista vocularum aucupia captare. Non simpliciter autem dicitur πατὴρ, sed addito articulo ὁ πατὴρ: *pater ille*, non vt ab aliis patribus distinguatur, (primus enim diabolus mendacium genuit) sed vt siqua est in vitiis excellentia ac præstantia, hæc omnis illi in solidum tribuatur. Sic Dido apud Virgil. *Tune ille Aeneas?* Sed & pro relatiuo αὐτοῦ substituimus antecedens, quod causa nulla erat cur Castellio in suis annotationibus subtili quadam ratione suppleret, quasi in nomine ψεύστης sit inclusum, quum in præcedente membro disertè exprimatur. Suppleuimus igitur illud vt magis perspicua esset oratio. Nam hoc quoque videtur Nonnum fefellisse, quum hæc ita interpretaretur, ψεύστης αὐτὸς ἔφυ, ψευδήμονος ἐκ γενετῆρος. Epiphanius κατὰ Ἀρχοντικῶν & κατὰ Καϊανῶν aliter legit hunc locum, hoc modo videlicet, ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ, ὅτι ψεύστης ἦν. & paulo pòst, ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἐστὶν id est, *Vos ex patre diabolo estis, quia mendax. Quum loquitur mendacium, ex suo loquitur, quia pater eius est mendax. nam & pater ipsius mendax est.* Sed totus hic locus in Græco Epiphanij exemplari mendosè legitur: neque minus incommoda est interpretatio quam ipse adfert in hunc locum, quasi videlicet diabolus hoc loco sit Iudas, cuius pater sit Cain, & rursus Caini pater sit Satanæ, imitatione tamen non propagatione, vt illi Caiani tradebant.

45 [*Vos*] *autem, quia ego, ἐγὼ δὲ ὅτι.* Manifesta hîc est traiectio, qualem supra notauimus versu 25. Suppleuimus autem pronomen *Vos*, vt melius appareat collatio ista indolis patris & filiorum. Nonnus verò videtur ita hæc accepisse, vt ὅτι ponatur αἰτιολογικῶς, vt sit hæc sententia, Vos autem non creditis mihi quòd vobis veritatem dicam. Sic etiam interpretatur, Ὑμῖν αὐτὸς ἔλεξα, καὶ οὐ πείθεσθε μύθῳ.

46 *Arguit, ἐλέγχει.* Id est conuincere potest.

47 *Propterea, διὰ τοῦτο.* Videtur permutatum argumentum, si verborum seriem spectes, & potius dici, *Propterea ex Deo non estis. Nam non auditis.* Nec enim vult concludere ipsos non audire verbum Dei quoniam ex Deo non sint: sed contrà vult probare ipsos non ex Deo sed ex Diabolo esse, ex eo quòd verba Dei non admittant.

48 *Bene, καλῶς.* Id est rectè ac meritò, sicut Gallico idiomate dicimus, *Ne disons nous pas bien*, diuersa tamen nonnihil significatione huius particulæ, ab ea quam obseruauimus Mar. 7. 9.

Christi hostes ad tempus quidem lasciuiunt, sed Pater suo tempore apparebit, contumeliarum sibi à Filij persona illatarum vindex.

Sola Euangelij doctrina per fidem apprehensa, certum est aduersus mortem remedium.

In eos qui sanctorum splendore abutuntur, vt Christi gloriam obscurent.

Christo nihil magis alienum ab omni ambitione, sed eum supra omnia extollit Pater.

Nulla est Dei extra Christum, nec Christi extra ipsius verbum legitima cognitio.

Christi virtus præcedentibus etiam omnibus seculis, sese in patribus exeruit, vt qui eum venturum in promissionibus viderint, & summo eum gaudio viua fide apprehenderint.

ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα μου, καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με.
50 Ἐγὼ δὲ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου· ἔστιν ὁ ζητῶν καὶ κρίνων.
51 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.
52 Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, Νῦν ἐγνώκαμεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις. Ἀβραὰμ ἀπέθανε καὶ οἱ προφῆται, καὶ σὺ λέγεις, Ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσεται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα;
53 Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ, ὅστις ἀπέθανε; καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον· τίνα σεαυτὸν σὺ ποιεῖς;
54 Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, Ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτόν, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν· ἔστιν ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με, ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἐστι.
55 Καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτόν· ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν· καὶ ἐὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτόν, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν, ψεύστης· ἀλλ' οἶδα αὐτόν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ.
56 Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη.
57 Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτόν, Πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας;

Patrem meum, & vos contumelia afficitis me.
50 Ego verò non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet.
51 Amen amen dico vobis: siquis sermonem meum obseruauerit, mortem non conspiciet in æternum.
52 Dixerunt ergo ei Iudæi, Nunc agnouimus te dæmonium habere. Abrahamus mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis, Siquis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum?
53 Num tu maior es patre illo nostro Abrahamo, qui mortuus est? etiam Prophetæ mortui sunt: quem tu teipsum facis?
54 Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: Pater ille meus, is est qui glorificat me, quem vos dicitis Deum vestrum esse.
55 Sed non nostis eum: ego verò ipsum noui: & si dixero quòd ipsum non norim, ero similis vestri *id est* mendax: sed eum noui, & sermonem eius obseruo.
56 Abrahamus pater ille vester gestiuit videre diem istum meum, & vidit, ac gauisus est.
57 Dixerunt igitur ei Iudæi, Quinquaginta annos nondum habes, & Abrahamum vidisti?

honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me.
50 *Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet.*
51 *Amen amen dico vobis, siquis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.*
52 *Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est & Prophetæ, & tu dicis, Siquis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.*
53 *Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt: quem teipsum facis?*
54 *Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus vester est.*
55 *Et non cognouistis eum: ego autem noui eum: & si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax: sed scio eum, & sermonem eius seruo.*
56 *Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est.*
57 *Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidisti?*

50 *Et iudicet*, καὶ κρίνων. id est, qui contemptum mei aut sui potius vindicet. Castellio conuertit, *Et cum ratione*: qui quam rationem habuerit, non video.

51 *Mortem non conspiciet*, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ. id est Non morietur, siue, Mortem non sentiet, vt Psal. 89.49. & Luc. 2. 26. Fideles enim in ipsa morte vident vitam. Nam huic opposita loquutio est, Vitam videre, quam exposuimus, suprà 3. 36. Sic in proximo versiculo idem dicit, sumpta translatione à diuerso sensu, nempe à gustu.

52 *In æternum*, εἰς αἰῶνα; Additur interrogationis nota in emendatis codicibus. Ista tamen ita accipienda sunt vt sciamus potius indignantium esse quàm interrogantium. In æternum autem idem declarat atque Vnquam.

54 *Meipsum*, ἐμαυτόν. Id est, quasi mihi quicquam tanquam ex me ipso arrogans. Sed hoc intelligendum ex eorum quos alloquitur sensu, & sicut suprà negauit se quicquam ex semetipso habere, vel facere. Nam alioqui etsi Christus Deus non est à se, sed ἀρχὴν habens patrem quatenus est Filius, ea tamen ipsa deitate Deus est quæ est per se quum vnica & singularissima sit Deitas, in sese considerata, & minimè per generationis communicationem multiplicata. Itaque digni sunt qui à Christianis omnibus conspuantur illi maledici duo Sophistæ Sorbonici (quorum nominibus paginas istas nolui conspurcare) ausi fidelem illum in Dei domo seruum Ioannem Caluinum Sabellianismi accusare, & nouum Autotheanorum cognomentum comminisci, quasi personarum reales proprietates negent, qui citra vllam essentiæ discerptionem, vna & eadem Deitate, quamuis non vno ὑπάρξεως τρόπῳ, tres personas vnum esse Deum, aduersus hos Sabellianos & renatos Arrianos ac Tritheitas, soli nostris temporibus tutati sunt: bonis istis Magistris nostris, non quidem prorsus stertentibus, sed comparandis sibi ex piorum insectatione Episcopatibus, quamuis non pari inter ipsos successu, inuigilantibus. ¶ *Pater ille meus*, ὁ πατήρ μου. Non fuit negligendus articulus, non modo vt patris, sed etiam vt ipsius paternitatis discrimen obseruetur: Christo tamen vbique sese ad Iudæorum captum accommodante, ac propterea illos semper ad eum reuocante, quem verè Deum esse vsque adeò concedebant, vt ipsum Christum propterea blasphemiæ accusarent, quòd sese illius Filium esse peculiari quodam, & ipsis, sua ipsorum culpa, ignoto modo, doceret.

56 *Gestiuit*, ἠγαλλιάσατο. Vulgata & Eras. *Exultauit*. quo modo consueuimus hoc verbum interpretari: sed quia hic significatur potius summum desiderium rei nondum præsentis, sed tamen certò futuræ, idcirco illud verbum prætulimus. ¶ *Diem istum meum*, τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν. Placet hoc dicendi genus nostro penè vni Euangelistæ: quod sanè est elegans, & interdum videtur ἐμφατικώτερον quàm si simplex pronomen vsurpetur. Cæterum ex Hebræorum idiotismo יום פלמוני [*iom palmoni*] id est Dies alicuius, nihil aliud declarat quàm spatium quo vixerit aliquis, aut insigne quidpiam quod ipsi vel facere vel ferre contigerit, quæ res notior est quàm vt testimonio egeat. Dies ergo Domini nihil aliud significat quàm ipsius aduentum in carne. Vidit enim eum eminus Abraham, fidei nimirum oculis, vt declaratur Hebr. 11.13. ¶ *Ac gauisus est*, καὶ ἐχάρη. Gaudio nimirum illo quod pacem vocat Dominus quam mundus dare non potest, infrà 14.27. & de qua Apostolus Rom. 5.1. Respicit autem expressè Christus ad id quod dicitur Abrahamus Gen. 17.17. accepta de nascituro sibi illo semine promissione, sese prostrauisse & risisse, vnde & ipsi Isaaco nomen imposuit Dominus.

57 *Quinquaginta annos nondum habes*, πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις. Chrysostomus legit *Quadraginta*: ad quam ætatem (inquit) accedebat. Nam agebat annum circiter 34. Erasmus autem quominus eam lectionem amplectatur, eo vno deterretur, quòd in omnibus exemplaribus, atque adeo apud Nonnum & Theophylactum, legitur πεντήκοντα. Certè quum Græci soleant numeros suarum literarum notis declarare, facilis fuit lapsus literæ μ in ν: qua ratione norunt omnes eruditi plurimos tum Græcos tum Latinos scriptores

scriptores miserrimè esse deprauatos. Sed tamen quod ad hunc locum attinet, si Iudæi quinquaginta annorum mentionem fecerunt, sic loquuti sunt vt facere solent qui aduersario gratificantur, vt plus etiam concedant quàm ausit flagitare: & ita legit etiam Syrus interpres. Irenæus quoque lib. 2. cap. 39. legit *Quinquaginta*, & ita quidem hanc lectionem tuetur, vt quàm periculosè traditiones veterum, etiam quas pro Apostolicis vendirant, pro irrefragabilibus habeantur, ipse vehementer in eo hallucinatus, demonstret.

58 Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι.
59 Ἦραν οὖν λίθους ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν· Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν· καὶ παρῆγεν οὕτως.

Κεφάλαιον Θ.

1 ΚΑΙ παράγων, εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς.
2 Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες, Ῥαββί, τίς ἥμαρτεν, οὗτος, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ;
3 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ.
4 Ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με ἕως ἡμέρα ἐστίν· ἔρχεται νύξ, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι.

58 Dixit eis Iesus, Amen amen dico vobis, priusquam Abrahamus existeret, ego sum.
59 Sustulerunt ergo lapides vt iacerent in eum: Iesus autem occultauit se, & exiuit è templo, quum transiuisset per medios ipsos: & ita progressus est.

CAP. IX.

1 PRogressus autem vidit quendam cæcum à natiuitate.
2 Et interrogauerunt eum discipuli eius, dicentes, Rabbi, quis peccauit, iste, an parentes eius, vt cæcus nasceretur?
3 Respondit Iesus, neque iste peccauit, neque parentes eius, *vt cæcus nasceretur*: sed *cæcus natus est* vt opera Dei manifesta fiant in eo,
4 Oportet me operam dare operibus eius qui misit me, donec dies est: venit nox quum nemo potest operari.

58 *Dixit eis Iesus, Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.*
59 *Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.*

CAP. IX.

1 *ET præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate.*
2 *Et interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?*
3 *Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.*
4 *Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari.*

Zelus absque scientia tandem in apertam rabiem exit, nec tamen licet malis quidquid libet.

Omnium quidem etiam corporis malorum vera est origo peccatum: nec tamen consequitur semper à Deo respici peccata eorum, quos durissimis etiam flagellis explorat.

Christi opera sunt instar lucis mundi tenebras illustrantis.

58 *Priusquam Abraham existeret*, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι. Eras. *Antequam Abraham nasceretur*. Ego verò quamuis non existimem Christum hîc simpliciter agere de se, quatenus Deus est, sed quatenus est oculis fidei visus ab Abrahamo, Dei videlicet & hominum mediator, siue Deus in carne manifestatus, (nam alioqui non videretur Christus appositè disserere) tamen quia vt mediator considerari non potest, nisi verè sit Emmanuel, & hac etiam ratione dicitur Agnus à constitutione mundi occisus, imò verò Christus fuisse heri & hodie: putaui sequendam esse antithesin. Itaque γενέσθαι malui conuertere Existere: vt opponatur τῷ εἰμί, quod illi demum propriè tribuitur qui solus verè est.

59 *E templo*, ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Quæ post hæc verba subiiciuntur ad finem capitis, leguntur apud Syrum interpretem, & in vetustis nostris omnibus Græcis codicibus, excepto vnico illo meo vetustissimo. Assentior tamen Erasmo, qui priorem partem putat ex Luc. 4. 30. irrepsisse in contextum, culpa librariorum, qui hæc in margine descripta intexuerunt: deinde vt hæc cum proximo capite cohærerent, additum fuisse καὶ παρῆγεν οὕτως. Vt autem ita credam, adducor non modò ea ratione quam ille adfert, quia videlicet nec Chrysostomus nec Augustinus istius appendicis meminerunt, nec Latina vetus versio: sed etiam quòd videantur ista parum probabiliter cohærere. Nam si sese occultauit, quomodo per ipsos medios transiit? nisi fortè aut illos excæcauit ad tempus, aut repentè diuina sua virtute disparuit, quod Theophylactus & Clichthoueus Cyrillum supplens, commenti sunt, vt hunc nodum explicarent: quorum neutrum est probabile. Alibi quidem fateor, dicitur per medios hostes elapsus, sed nulla ibi occultationis mentio: imò Dominus eo tempore neque oculos eorum excæcauit, neque euanuit ex hominum oculis, sed diuinam suam virtutem in eo ostendit quòd eorum manus ad homicidium paratas ita continuit, vt palàm per mediam ipsorum turbam saluus euaderet. Nihilominus tamen dici potest & ab iis qui in templo erant sese subduxisse, ac deinceps per eos medios quos foris reperit transiuisse. Qui verò ex hoc verbo ἐκρύβη, colligunt corporis Christi visibilitatem non esse necessarium veri corporis Christi idioma, quid tandem isti suo palpabili delirio possint prætexere, ego quidem videre non possum. Cur enim absconderet se qui si istis creditur, erat in sese tam ἀόρατος quàm ὁρατός, quum libuisset, salua quoque corporis humani veritate?

IN CAPVT IX.

2 *Iste*, οὗτος. At quînam potuit iste peccare antequam nasceretur? Non enim hîc agitur de illo vniuersali lapsu in Adamo, de quo Apost. Rom. 5.12. sed de singulari & personali quodam peccato. Nempe imbuti erant Iudæi dogmate μετεμψυχώσεως: quod dogma Kimhi Psal. 104. 30. iis tribuit quos sapientes MECAR appellat, & iam olim fortasse Pythagoras in Ægypto didicerat. Vide 1. Cor. 1. 20. Frustrà verò Chrysostomus in hunc locum putat hunc sermonem esse, non tam seriò interrogantium, quàm dubitantium discipulorum.

3 *Neque iste peccauit*, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν. Respondet Christus non simpliciter de causa istius mali, sed ex discipulorum hypothesi, cuiusmodi quiddam annotauimus suprà, 5.22. Non quærunt autem discipuli an peccarit iste, sed an peccarit vt cæcus nasceretur. Præsupponunt enim, morbos nonnisi propter peccata immitti: quæ hypothesis in isto cæco falsa erat, vt ex responso liquet, in quo propterea illam etiam particulam, *Vt cæcus nasceretur*, repetij. Talis etiam fuit amicorum Iobi disputatio, falsò nitens eodem fundamento. Hoc non animaduertunt qui Græcos plerosque sacros etiam interpretes, philosophicè potius (imò ne philosophicè quidem) quàm Christianè de prouidentia Dei disserentes, & Deum Stoicorum vitantes in Epicureorum delirium imprudentes delapsi, volunt ista dici quasi sibi Deus hunc consilij sui finem impulsiuum non proponat, sed quòd hic euentus ista consequatur: quæ interpretatio, (vt cæteras maximi momenti rationes præteream) vel ex eo refellitur manifestè, quòd alioqui Christus Sophistarum more, de vno rogatus, id est de causa, de altero, id est de euentu respondisset. ¶ *Sed vt*, ἀλλ' ἵνα. Aliquid deest necessariò supplendum, de quo dixi Mar. 9.18. & Act. 14.49.

4 *Oportet me*, ἐμέ. Illustris est hæc historia, indicandæ lethali, in qua omnes nascimur, cæcitati, & intelligendo vero & vnico eius curandæ remedio, propositis quoque in huius nati cæci persona, tum medicamenti, tum fontis Siloam allegoricis in ipsos sensus incurrentibus exemplis. Cæterùm sicut in hac allegorica narratione aliud est Lux ipsa, aliud Dies ex præsentia Lucis nascens, cui Nox opponitur per lucis priuationem, ita singulæ partes huius allegoriæ diligenter sunt distinguendæ. Christus ergo est illa ipsa lux diem terris suo in Iudæam aduentu inferens Euangelicæ prædicationis radiis, & diuinis miraculis refulgentem, quam quisquis pro sui muneris ratione intuetur, curriculum suæ vitæ beatus conficiat. Huius autem oblatæ lucis tempus, quod præsentia carnis Christi in terris, & Apostolica Christi discessum sequuta prædicatione terminatur, tam obstinatè aspernantes Iudæos Christus hoc loco, vt &

infrà 11. 9. & 12. 35. admonet; sicut hunc naturalem diem obeundis humanis laboribus destinatum, Psalm. 104.22. & 23. excipiunt noctis tenebræ, in quibus nemo, ne si maximè quidem velit, res suas curare possit: ita si cessantibus ipsis, vera lux illa semel ipsis euanescat, in tenebras exitiales incidant, cuius prædictionis euentum nunc adhuc cernimus. Quod autem Iudæis hîc prædicitur, hoc ipsum sibi omnes populi, atque adeò singuli, Iudæorum pertinaciam sequuti, nouerint hîc prædici.

5 Ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου.
6 Ταῦτα εἰπὼν, ἔπτυσε χαμαὶ καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ.
7 Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ. ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος. Ἀπῆλθεν οὖν, καὶ ἐνίψατο, καὶ ἦλθε βλέπων.
8 Οἱ οὖν γείτονες καὶ οἱ θεωροῦντες αὐτὸν τὸ πρότερον ὅτι τυφλὸς ἦν, ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ καθήμενος, καὶ προσαιτῶν;
9 Ἄλλοι ἔλεγον, Ὅτι οὗτός ἐστιν· ἄλλοι δὲ, Ὅτι ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Ἐκεῖνος ἔλεγεν, Ὅτι ἐγώ εἰμι.
10 Ἔλεγον οὖν αὐτῷ, Πῶς ἀνεῴχθησάν σοι οἱ ὀφθαλμοί;
11 Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπεν, Ἄνθρωπος λεγόμενος Ἰησοῦς πηλὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ εἶπέ μοι Ὕπαγε εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωὰμ, καὶ νίψαι. Ἀπελθὼν δὲ καὶ νιψάμενος, ἀνέβλεψα.
12 Εἶπον οὖν αὐτῷ, Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; Λέγει, Οὐκ οἶδα.
13 Ἄγουσιν αὐτὸν πρὸς τοὺς Φαρισαίους τόν ποτε τυφλόν.
14 Ἦν δὲ σάββατον ὅτε τὸν πηλὸν ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀνέῳξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς.
15 Πάλιν οὖν ἠρώτων αὐτὸν καὶ οἱ Φαρισαῖοι πῶς ἀνέβλεψεν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Πηλὸν ἐπέθηκεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἐνιψάμην, καὶ βλέπω.

5 Quandiu fuero in mundo, ‖Lux sum mundi.
6 Hoc quum dixisses, spuit humi, & fecit lutum ex sputo, & illeuit lutum oculis cæci illius.
7 Dixitque ei, Vade, ablue oculos in piscina Siloam. quod est, si interpreteris Missus. Abiit ergo, & abluit oculos, rediitque videns.
8 Vicini ergo, & qui prius conspexerant eum cæcum esse, dicebãt, Nónne hic est qui sedebat & mendicabat?
9 Alij dicebant, certè hic est: alij verò, certè similis est ei. Ille verò dicebat, certè ego is sum.
10 Dixerunt ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi?
11 Respondit ille, & dixit, Quidam qui dicitur Iesus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad piscinam Siloam & ablue oculos. Vt autem abij, & oculos ablui, vidi.
12 Dixerunt ergo ei, Vbi est ille? Ait, Nescio.
13 Adducunt eum ad Pharisæos, eum, *inquam*, qui olim cæcus fuerat.
14 Erat autem Sabbatum quum lutum faceret Iesus, & aperiret oculos eius.
15 Rursus ergo interrogarunt eum etiam Pharisæi, quomodo videndi facultatem esset adeptus. Ille verò dixit eis, Lutum imposuit oculis meis, & ablui *oculos*, & video.

5 *Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.*
6 *Hæc quum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius.*
7 *Et dixit ei, Vade, laua in natatoria Siloë. quod interpretatur missus. Abiit ergo, & lauit: & venit videns.*
8 *Itaque vicini & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant, Nónne hic est qui sedebat, & mendicabat?*
9 *Alij dicebãt, Quia hic est. alij autem, Nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat, Quia ego sum.*
10 *Dicebant ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi?*
11 *Respondit, ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit & vnxit oculos meos & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abij, & laui, & video.*
12 *Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait, Nescio.*
13 *Adducunt eum ad Pharisæos qui cæcus fuerat.*
14 *Erat autem Sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius.*
15 *Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis, Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video.*

Christus adhibito luti ac deinde fontis Siloam (id est Missi) symbolo cæcum natum sanans, declarat, sicut ipse initio hominem condidit, ita etiam se demum eiusdem tum corporis, tum multo magis animæ instauratorem esse, & ita quidem vt vltro ad nos sanandos prior accurrat.

Vera imago omnium hominum, qui vt natura cæci sunt, oblatã sibi lucem nec admittunt ipsi, nec in aliis ferunt, & tamen mirismodis inter se tumultuantur.

6 *Spuit*, ἔπτυσε. Non temerè signum istud adhibuit Christus huic miraculo. Non enim cæci istius oculos, vt aliorum plurimorum, sanauit, sed creatricis illius potentiæ vim in eo exeruit: ideóque primi hominis ex humo macerata creationem, quam ne ipsi quidem poetæ ignorantes suo Prometheo attribuerunt, hoc signo repræsentauit, docens ab eadem illa virtute per quam hic idem ὁ λόγος primum hominem creauit ad imaginem Dei suprà 1.3. & 4. pendere hominum & quod ad corpus, & quod ad animam attinet, restitutionem.

7 *Siloam*, Σιλωάμ. Sic dictus est riuulus vrbem influens: quòd inde in hortos & pomaria deduceretur, vt tradit Kimki. Fit autem huius piscinæ mentio Nehem 3.15. & in Cantic. 7.4. & illa ipsa est fortasse, de qua diximus supr. 5.2. ¶ *Quod est*, &c. ὃ ἑρ &c. Tota hæc particula deest apud Syrum interpretem, & meritò quidem, quum Græcis non scripserit. Sunt igitur hæc ipsius Euangelistæ verba Græcè scribentis, & simul explicãtis cur huius in hoc fonte ablutionis mysterium Christus huic miraculo adiunxerit, nempe vt omnes intelligerent non extrinseca aliqua, sed ipsius Christi vt missi à Deo Patre Filij, propria nec mutuatitia virtute istud peragi.

8 *Cæcum*, τυφλός. Vulgata, *Mendicus*, id est προσαίτης, quam lectionem in vno tantùm exemplari inuenimus. Ea verò sicui placuerit, ita conuertat vt ὅτι non sit εἰδικόν, sed causale. Quò si pro ὅτι legas ὅτε, id est *quum*, planior etiam erit sententia: sed ex coniectura nihil placet mutare.

9 *Certè*, ὅτι. Sic istud mihi ter videtur explicandum hoc dicendi genus in hoc versiculo, alioqui redundans, quum transitio fiat à recta orationis forma ad obliquam. ¶ *Similis est ei*, ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Vulg. *Nequaquam, sed similis est ei*: id est (vt in vno codice scribitur) οὐχὶ ἀλλ' ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. ¶ [*Ille autem*,] ἐκεῖνος. In vno exemplari legimus ἐκεῖνος δὲ, quo modo sumus interpretati.

10 *Aperti sunt*, ἀνεῴχθησαν. Hebræorum more clausi dicuntur oculi cæcorum, quoniam luci non sunt peruij. Itaque iis dicuntur aperiri qui ex cæcis fiunt videntes. Sed vt & peculiari ratione dicuntur diuinitus teneri oculi ne hoc vel illud cernant, qui tamen cæci non sunt: sic etiam dicuntur aperiri, vt Luc. 24.16. & 31. & Gen. 21.19

11 *Vidi*, ἀνέβλεψα. Impropriè pro ἔβλεψα, quum propriè significet deperditum videndi vsum rursus obtinere, quod cæco nato non conuenit. Sed aliter vix Græcè potuit τὸ βλέπειν dici, pro Videndi facultatem accipere, pro quo scitè & eleganter Syrus interpres habet, ואתחזי לי [vethchezi li] factum est mihi videre, tum hoc loco tum vers. 15. Sed & vulg. vbique vtitur vnico videndi verbo, vt vbique illum appareat τὸ βλέπειν legisse.

15 *Videndi facultatem esset adeptus*, ἀνέβλεψε. Impropriè nisi dicamus istos sic voluisse eleuare istius miraculi magni-

tudinem, quasi videlicet iste nõ fuisset cæcus natus, sed amissum duntaxat visum oculorum recuperasset: quem illorũ sensum si sequamur, scribemus, *Visum recepisset*. Vulg. *vidisset*, obscurè, & malè, etiam si legamus ἔβλεψε.

16 Ἔλεγον οὖν ἐκ τῶν Φαρισαίων τινὲς, Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ. Ἄλλοι ἔλεγον, Πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; Καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς.
17 Λέγουσι τῷ τυφλῷ πάλιν, Σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Ὁ δὲ εἶπεν, Ὅτι προφήτης ἐστίν.
18 Οὐκ ἐπίστευσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ ὅτι τυφλὸς ἦν, καὶ ἀνέβλεψεν, ἕως ὅτου ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ, τοῦ ἀναβλέψαντος.
19 Καὶ ἠρώτησαν αὐτοὺς, λέγοντες, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὑμῶν, ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη; πῶς οὖν ἄρτι βλέπει;
20 Ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς οἱ γονεῖς αὐτοῦ, καὶ εἶπον, Οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη·
21 Πῶς δὲ νῦν βλέπει οὐκ οἴδαμεν· ἢ τίς ἤνοιξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν· αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε, αὐτὸς περὶ αὐτοῦ λαλήσει.
22 Ταῦτα εἶπον οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ὅτι ἐφοβοῦντο τοὺς Ἰουδαίους· ἤδη γὰρ συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι ἵνα ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται.
23 Διὰ τοῦτο οἱ γονεῖς αὐτοῦ εἶπον, Ὅτι ἡλικίαν ἔχει αὐτὸν ἐρωτήσατε.
24 Ἐφώνησαν οὖν ἐκ δευτέρου τὸν ἄνθρωπον ὃς ἦν τυφλὸς, καὶ εἶπον αὐτῷ, Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ· ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν.
25 Ἀπεκρίθη οὖν ἐκεῖνος καὶ εἶπεν, Εἰ

16 Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, Homo iste non est à Deo: nam Sabbatũ non obseruat. Alij dicebant, Quomodo potest quispiam peccator talia signa edere? Et dissidium erat inter eos.
17 Rursus dicunt cæco, Tu quid dicis de ipso, quòd aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, Certè Propheta est.
18 Non crediderunt ergo Iudæi de eo quòd cæcus fuisset, & vidẽdi facultatem esset adeptus, vsquequo vocarunt eius parentes, eius *inquam* qui vidẽdi facultatem fuerat adeptus:
19 Et interrogauerunt eos, dicentes, Hiccine est filius ille vester, quem vos dicitis cæcum natum esse? quomodo ergo nũc videt?
20 Responderunt eis parentes eius & dixerunt, Scimus hunc esse filium illum nostrum, & cæcum natum esse:
21 Quomodo verò nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuerit oculos, nos nescimus: ipse ætatem habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur.
22 Hæc dixerunt parentes eius, quòd metuerent Iudæos: iam enim constituerant Iudæi vt siquis eum profiteretur esse Christum, synagoga moueretur.
23 Propterea parentes eius dixerunt, Ætatem habet, ipsum interrogate.
24 Secundò ergo vocarunt hominem, qui fuerat cæcus & dixerunt ei, Tribue gloriã Deo: nos hunc hominem scimus peccatorem esse.
25 Respondit igitur ille & dixit,

16 *Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit. Alij autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.*
17 *Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, Quia Propheta est.*
18 *Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat.*
19 *Et interrogauerunt eos dicentes, Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? quomodo ergo nunc videt?*
20 *Responderunt eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est:*
21 *Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur.*
22 *Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim conspirauerant Iudæi vt siquis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret.*
23 *Propterea parentes eius dixerunt, Quia ætatem habet, ipsum interrogate.*
24 *Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriam Deo: nos scimus quia hic homo peccator est.*
25 *Dixit ergo eis ille, Si*

Nullius rei prætextu acrius quàm religionis oppugnatur religio: sed eo quò magis premitur, eò magis assurgit.

16 *Peccator*, ἁμαρτωλός. Hebr. חוטא [chuta] homo impius, & qui velut artem peccandi exerceat, quem etiam simili ratione Græci poetæ κακοτέχνην vocant. ¶ *Talia*, τοιαῦτα. Vulg. & Erasm. *Hæc*, id est ταῦτα.

17 *Quòd aperuit*, ὅτι ἤνοιξε. Vulg. *Qui*, ὅστις, nisi perperam scriptum est *Qui* pro *Quia*. De hoc dicendi genere quod Gallis etiam familiarissimum est, vide suprà, 2.8. & 8.43.

19 *Filius ille vester*, ὁ υἱὸς ὑμῶν. Additur Græcè articulus, vt certum ac bene notum hominem designari sciant.

22 *Constituerant*, συνετέθειντο. Vel pacti fuerant. Ostendit enim hoc verbum nõ fuisse istud legitimè, sed, vt Latini loquuntur, ex composito factum decretum. Vulgata & Erasmus, *Conspirarant*. rectè quidem, sed tamen conspirare respondet alij verbo. ¶ *Synagoga moueretur*, ἀποσυνάγωγος γένηται. Vulg. *Extra synagogam fieret*, nimium obscurè. Erasm. *E synagoga eijceretur*, ambiguè. Potest enim eiici è cætu aut quopiam loco cui tamen ius redeundi non adimitur. Placuit igitur mihi illam Latinorum solennem ac magis perspicuam formulam potius imitari, apud quos dicebatur Senatu moueri cui dignitas Senatoria, Censoris auctoritate abrogabatur, quem Græci diuersa ratione, ἀποδοκιμασθέντα & ἀφανισθέντα dicebant. Eiici verò è synagoga, idem fuit atq; in populo Dei non censeri, & velut prophanum haberi, vt loquitur Dominus Mat. 18.17 Fuit autẽ prima hæc species excommunicationis ab Heb. NIDDVI vocata, id est summotio & exclusio à communi cętu: hodie minor excommunicatio in Ecclesiis dicta. Hęc si nihil profuerat peccatori non resipiscenti, pronuntiabatur Cheré, id est ἀνάθεμα, quod videtur Apostolus per traditionẽ Satanæ intelligere: ac tandem etiam SAMATHA, quæ fuit vltima deuotio & execratio, qua de re vide 1. Cor 16.22. Est igitur Græcè ἀποσυνάγωγος qui Hebræis MENVDDEM dicitur. Hæc ex Elia grammatico, in Thesbite.

24 *Tribue gloriam Deo*, δὸς δόξαν τῷ Θεῷ. Apparet ex Ios. 7.19. & 1. Sam. 6.5. hanc fuisse solennem quandam formulã qua adigebatur aliquis ad culpam coram Deo agnoscẽdam. Perinde autem id erat acsi reo dictum esset, Cogita te coram Deo esse, qui rem totam nouit. Reuerere igitur ipsius maiestatẽ, & hunc illi honorẽ habe, vt palàm fateri rẽ totã malis quàm corã eo mẽtiri. His igitur verbis isti sunt conati à sanato cæco cõsensum ad dãnandũ Christũ extorquere, & aliquo violati aliquatenus Sabbati cõfessionẽ.

ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ οἶδα· ἓν οἶδα, ὅτι τυφλὸς ὤν, ἄρτι βλέπω.

26 Εἶπον δὲ αὐτῷ πάλιν, Τί ἐποίησέ σοι; πῶς ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς;

27 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς, Εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ οὐκ ἠκούσατε· τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε αὐτοῦ μαθηταὶ γενέσθαι;

28 Ἐλοιδόρησαν οὖν αὐτόν, καὶ εἶπον, Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου· ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί.

29 Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν.

30 Ἀπεκρίθη ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστί, καὶ ἀνέῳξέ μου τοὺς ὀφθαλμούς.

31 Οἴδαμεν δὲ ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει· ἀλλ᾽ ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ, τούτου ἀκούει.

32 Ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου.

33 Εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν.

34 Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, καὶ σὺ διδάσκεις ἡμᾶς; Καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω.

35 Ἤκουσεν ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω· καὶ εὑρὼν αὐτόν, εἶπεν αὐτῷ, Σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ;

36 Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπε, Τίς ἐστι, Κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν;

37 Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Καὶ ἑώρακας αὐτόν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν.

38 Ὁ δὲ ἔφη, Πιστεύω, Κύριε. καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ.

39 Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον· ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες, τυφλοὶ γένωνται.

40 Καὶ ἤκουσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων ταῦτα, οἱ ὄντες μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ εἶπον αὐτῷ, Μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν;

41 Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν. νῦν δὲ λέγετε, Ὅτι βλέπομεν· ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει.

Κεφάλαιον ι.

1 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, ἐκεῖνος κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής.

2 Ὁ δὲ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας, ποιμήν ἐστι τῶν προβάτων.

3 Τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει, καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει· καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ᾽ ὄνομα, καὶ ἐξάγει αὐτά.

4 Καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ, ἔμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται· καὶ τὰ πρόβατα αὐτῷ ἀκολουθεῖ, ὅτι οἴδασι τὴν φωνὴν αὐτοῦ.

5 Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξονται ἀπ᾽ αὐτοῦ· ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν.

6 Ταύτην τὴν παροιμίαν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔγνωσαν τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς.

An peccator sit, nescio: vnum scio, me quum cæcus fuerim, nunc videre.

26 Dixerunt autem ei rursus, Quid fecit tibi? quomodo aperuit oculos tuos?

27 Respondit eis, Iam vobis dixi, & nō audiuistis: cur iterum vultis audire? num & vos fieri vultis ipsius discipuli?

28 Itaque conuitiati sunt ei, & dixerunt, Tu discipulus illius es: nos autem Mosis discipuli sumus.

29 Nos scimus Deum esse locutum Mosi: hic autem vnde sit nescimus.

30 Respondit eis ille, & dixit, At enim istud mirū est, quòd vos nesciatis vnde sit, & *tamen* aperuit meos oculos.

31 Scimus autē quòd Deus peccatores non audiat: sed siquis Dei cultor est, & facit quod ille vult *ille* hunc audit.

32 Ab seculo non est auditum aliquem aperuisse oculos eius qui cæcus natus fuerit.

33 Nisi esset hic à Deo, non posset *tale* quicquam facere.

34 Responderunt & dixerunt ei, Tu in peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

35 Audiuit Iesus eū eiectum foras: & eum nactus, dixit ei, Tu*ne* credis in Filium Dei?

36 Respondit ille & dixit, Quis est, Domine, vt credam in eum?

37 Dixit autem ei Iesus, & vidisti eum, & is est qui loquitur tecum.

38 At ille ait, Credo, Domine. Et adorauit eum.

39 Et dixit Iesus, Ad iudicium *exercendum* ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident, cæci fiant.

40 Audierunt autem hæc quidam ex Pharisæis qui cum ipso erāt, & dixerunt ei, Num & nos cæci sumus?

41 Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, nō haberetis peccatū: nunc verò dicitis, Videmus: itaque peccatum vestrum manet.

CAP. X.

1 Amen amen dico vobis, qui nō ingreditur per ostium in caulam ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.

2 Qui verò ingreditur per ostium, pastor est ouium.

3 Huic aperit ianitor, & oues vocem eius audiunt: & suas oues vocat nominatim, & educit eas.

4 Quúmque suas oues emiserit, antegreditur eas: & oues eum sequuntur, quia norunt vocem eius.

5 Alienum autem nequaquam sequētur sed fugient ab eo: quia non norunt vocem alienorum.

6 Hanc similitudinem dixit eis Iesus. Illi verò non cognouerunt quænam illa essent quæ loquebatur eis.

---

peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus quum essem, modò video.

26 *Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos?*

27 *Respondit eis, Dixi vobis iam, & audistis: quid iterū vultis audire? nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?*

28 *Maledixerunt ergo ei, & dixerunt, Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus.*

29 *Nos scimus quia Moysi loquutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit.*

30 *Respondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos.*

31 *Scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed siquis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.*

32 *A seculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati.*

33 *Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam.*

34 *Responderunt & dixerunt ei, In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.*

35 *Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & quum inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in Filium Dei?*

36 *Respondit ille & dixit, Quis est, Domine, vt credam in eum?*

37 *Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est.*

38 *At ille ait, Credo Domine. Et procidens adorauit eum.*

39 *Et dixit ei Iesus, In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.*

40 *Et audierunt quidam ex Pharisæis qui cum ipso erant, & dixerunt ei, Nunquid & nos cæci sumus?*

41 *Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis, Quia videmus: peccatum vestrum manet.*

CAP. X.

1 *Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.*

2 *Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.*

3 *Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.*

4 *Et quum proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.*

5 *Alienum autem non sequuntur sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum.*

6 *Hoc prouerbium dixit eis Iesus: illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.*

Necesse est tandem erumpat superba impietas, frustrà sub pietatis zelo delitescens.

Felicissima est eorum conditio qui ab impiis (etiam nomine Ecclesiæ superbienti-bus) quàm longissimè extruduntur, vt Christus eò propiùs ad ipsos accedat.

Supr. 3. 7. Infr. 12. 47

Christus Euangelii prædicatione suos fuatum tenebrarum sibi conscios verè illustrat: eos verò qui sibi videntur oculati, penitus excæcat: quales sunt etiam sæpe qui primum in Ecclesia locum obtinent.

Quum per vnum Christum pateat nobis ad Patrem aditus, nec vlli alij sint veri Pastores quàm qui ad Christū primi accedētes, alios eò etiam adducūt: nec aliud ouile censendum quàm quod ad Christum aggregatur.

---

27 *Et non audiuistis,* καὶ οὐκ ἠκούσατε Vetus interpres legit καὶ ἠκούσατε, *& audiuistis*: & rectius fortassis quoniam sic melius cohærent sequentia.

28 *Conuitiati sunt,* ἐλοιδόρησαν. Vulg. *maledixerunt*, quod respondet τῷ καταρᾶσθαι, pro imprecatione videlicet. Nam pro κακολογεῖν rarò dicitur. Quid sit autem τὸ λοιδορεῖν, sic eleganter docet Basil. in definitionibus breuioribus ὅρῳ κϛ΄, πᾶν ῥῆμα ἐν διαθέσει τοῦ ἀτιμάσαι λεγόμενον, λοιδορία ἐστί. κἂν αὐτὸ τὸ ῥῆμα μὴ δοκῇ ὑβριστικὸν id est, Quicquid dicitur affectu cuiuspiam dedecore afficiendi est λοιδορία, etiam si quod dicitur, videri posset ad iniuriam non spectare. ¶ *Es*, εἶ. Vulg. *sis*. Sed antithesis ipsa videtur ostendere veram scripturam & sententiam.

29 *Vnde sit* πόθεν ἐστίν. Hoc quoque dicendi genus è medio petitum est, & aliud declarat quàm verba ipsa sonent. Nec enim de patriæ, vel familiæ nomine ambigebant, sed de ipsius munere & auctoritate dicunt sibi non constare: videri tamen à Deo non esse, quia Sabbatum violaret.

30 *Ille*, ὁ ἄνθρωπος. Id est αὐτός. Hebr. ad verbum Homo ille. ¶ *At enim*, γάρ. id est *Certè*. Vulg. *In hoc enim*, ἐν τούτῳ γάρ. Huiusmodi formulæ loquendi plurimæ petitæ sunt ex communi loquendi vsu: sed non quibusuis linguis vsitatæ. in quibus explicandis non est in singulis vocibus hærendum. ¶ *Et* [*tamen*] καί. Similem ellipsin particulæ aduersatiuæ annotauimus Matth. 2. 6.

31 *Non audiat*, οὐκ ἀκούει. Hæc vna est ex communibus notitiis quas Satan prorsus abolere in mentibus humanis non potuit, vnde rectè Achilles Homericus, ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ᾽ ἔκλυον αὐτοῦ. Peccatoris autem nomine non intelligitur quem rectè pœnitet anteactæ vitæ, sed is in quo regnat peccatum. Malè tamen hæc sententia vniuersaliter miraculis applicatur, quum miraculorum donum pseudoprophetis etiam interdum tribuatur, Deuter. 13. 2. Matt. 7. 22. & 24. 24. Et tamen demōstratiuè Christus à suis miraculis, non tantùm doctrinæ suæ veritatem, sed etiam Deitatem suam probat, quòd ipse αὐτοκρατορικῶς, id est ea quæ vnius Deitatis propria est potestate, non autem mutuatitia alterius virtute ederet miracula.

34 *In peccatis*, ἐν ἁμαρτίαις. id est peccatis coopertus & implicitus, quoniam videlicet cæcus natus erat. ¶ *Foras*, ἔξω nempe extra Synagogam, siue templum, vt fuerit non simplex duntaxat extrusio, sed etiam cæremonialis, vt ἀποσυνάγωγος factus esse intelligeretur. Sic autem tyrannicè extrudi quàm non sit damnosum, imò coram Deo pretiosum, ex hoc exemplo liquet, & quotidie nunc quoque pij multis locis experiuntur.

39 *Ad iudicium* [*exercendum*] εἰς κρίμα. Id est, Cùm summo imperio & auctoritate, vt statuam quod iustum & æquum est. Nam iudicium simpliciter hic accipi pro condemnatione

non potest, quum, vt obseruat doctissimus interpres, ad illuminationis gratiam extendatur, sed pro eo imperio potius quod princeps aliquis habet hoc vel illud arbitrio suo constituendi, vt ipse suprà exposuit 5. 27. & 30, qua de re pulchra narrat Dauid Psal. 1. 7. & Psal. 50. 1. Sed mihi tamen videtur hoc quidem loco, iudicij vocabulum præsertim complecti iustum illius potestatis vsum. Existimo enim Dominum iniqua eorum sententia offensum, qui hunc tanquam profanum ac blasphemū, ex fidelium albo expunxerant, eū consolari, & suam iurisdictionē cum illorum tyrannide comparare, quasi diceret, Isti pro arbitrio suo sibi arrogāt populi Dei administrationē, quasi soli omnia videant, & sint lumen versantium in tenebris, vt Rom. 2. 19. at ego veni vt istos reprimam: mea est iurisdictio, quam ego longè alia ratione exercebo quam isti soleant. nam quos isti pro cæcis habent illos ego luce donabo: istos autem superbos & arrogantes, qui se solos putant acutissimè cernere, illos, inquam, ego tractabo vt æquum est, quū illos in densissimas ignorantiæ tenebras demergam, vt prædictum fuit ab Esaia, toto capite 29.

¶ *Qui vident*, οἱ βλέποντες. In cæcorum ac videntium nominibus ironica est μίμησις Loquitur enim ex Pharisæorum opinione, qui reliquos in tenebris versari, se solos omnia videre sibi persuaserāt: quos graphicè prorsus describit Paulus Rom. 2. 17. 18. 19. 20. & 21. Nec verò huius iusti Dei iudicij exempla longius quàm ab hoc nostro seculo petere necesse est. Prodeant omnes Pharisæorum nostri temporis Academiæ habet, Dei beneficio, Ecclesia illa cæca & hæretica (quam vocant) septennes pueros qui teste vniuerso mundo possint illos non ad pudorem quidem, (quem iampridem nullum habent) sed ad insaniam adigere.

41 *Si cæci essetis*, εἰ τυφλοὶ ἦτε. Id est, si vos cæcos esse nossetis, lucis beneficium quæreretis, & ita luce recepta veniā consequeremini. ¶ *Manet*, μένει, firmū videlicet & immotum vobis incumbens, vt rectè explicat Syrus interpres.

IN CAPVT X.

1 *Amen amen* ἀμὴν ἀμὴν Christus grauiter admodum ab expressissima asseueratione exorsus aduersus falsos sacerdotes Doctores, tum vana ipsorum anathemata, tum populum ipsos affectantem, allegorica similitudine graphicè prorsus describit, suntque omnium seculorum hominibus ad salutem penitus necessaria. Satana nihil ab omni æuo studiosius conātē, quàm vt mendacium speciosissima quadam veritatis larua tectum hominibus dominetur. Docet ergo tria: vnum, qua ratione vera salutis doctrina à falsa: alterum, quinam veri doctores ab ementitis: tertium, qua veluti specifica differentia, vera Ecclesia, id est verus seruandorum cœtus ab adulterino discernatur. Asserit ergo veram demum eam esse doctrinā salutis, quæ homines ad vnicū hunc Seruatorē, & per quem vnum in solidū aditus in cælum pateat, per fidem apprehēsum, deducat. Eos autem demū vt fidos audiendos Doctores, qui ad hoc vnum ostiū auditores suos aduocēt & adducant: eam denique esse verā Ecclesiam in qua talem doctrinā tales doctores docēt. In hac igitur Parabola ostiū est Christus, idémque propriè Pastor, reliquos fidos Pastores ordine, quē ipse instituit mittens, suóque spiritu docens, & suas oues per illorum ministeriū ad Patrem introducens: vt iam homines, nisi si qui vltro perire volunt, neque in doctrina, neque in Doctoribus, neque in falso Ecclesiæ nomine decipi possint. ¶ *Ianitor*, ὁ θυρωρός. Non sanè Michael Archangelus, non Virgo Maria, non Petrus, nō alius quisquā, vel per se, vel huic ianitori adiunctus. Nā è contrario omnibus istis hic solus Ianitor Regni cælorū fores aperuit, &, nulli resignato suo munere, ad fines vsque seculorū cunctis credētibus aperiet. Loquitur autē Christus ex ditiorū more illis tēporibus vsitato, vt apparet etiā ex Domini passionis historia, qui ianitores seruos ad ædiū suorū fores excubātes habebāt: vt etiā Atrienses: quibus qui similē esse stultè & falsò imaginantur cœlestē illā aulā, audiant saltem quid illis Ambrosius in epistolam ad Romanos respondeat.

6 *Hanc similitudinem, ταύτην τὴν παροιμίαν.* Quod à cæteris Euangelistis dicitur παραβολή, ab vno Ioanne vbique dicitur παροιμία, quum alioqui Parœmia diuersum quiddam declaret, vt alibi diximus. Sic nimirum voluit Ioannes exprimere quod Hebræi משל [*maschal*] vocant sermonem videlicet figuratum.

Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων.

7 Iesus ergo rursum dixit eis, Amen amen dico vobis, ego sum ostium illud ouium.

7 *Dixit ergo eis iterum Iesus, Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium.*

Nihil refert quàm multi, vel quàm pridem fuerint falsi doctores.

Πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί· ἀλλ' οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα.

8 Quotquot ante me venerũt, fures sunt & latrones: sed oues non auscultarunt eos.

8 *Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues.*

Christus verè vnicus Pastor est Ecclesiæ, & ea demum vera est Ecclesia, quæ hunc vnum propriè Pastorẽ agnoscit. Huic autẽ opponuntur fures, qui oues non pascunt, sed iugulant: denique mercenarij, qui in periculis quum sui tantùm cõmodi spe vtcunque gregem pascãt, eum deserũt. Esa. 40. 11. ezech. 34. 23

Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται· καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει.

9 Ego sum illud ostium: per me siquis introierit, seruabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.

9 *Ego sum ostium: per me siquis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.*

Ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ· ἐγὼ ἦλθον ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσιν.

10 Fur non venit nisi vt furetur, & mactet ac perdat *oues*: ego veni vt vitam habeant, & abundent.

10 *Fur non venit nisi vt furetur & mactet & perdat: ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.*

Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων.

11 Ego sum pastor ille bonus: bonus pastor animã suam deponit pro ouibus.

11 *Ego sum pastor bonus: bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis.*

Ὁ μισθωτὸς δὲ, καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει· καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτὰ, καὶ σκορπίζει τὰ πρόβατα.

12 Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, cõspicit lupũ venientem, & relinquit oues, & fugit: lupus autem eás rapit & dispergit ouile.

12 *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues.*

Ὁ δὲ μισθωτὸς φεύγει, ὅτι μισθωτός ἐστι, καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων.

13 Mercenarius autẽ fugit, quia mercenarius est, & non est ipsi cura ouium.

13 *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.*

Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. Καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα.

14 Ego sum pastor ille bonus, & agnosco meas, & agnoscor à meis.

14 *Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscunt me meæ sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem.*

15 Prout nouit me Pater, ita & ego noui Patrem, & animam meam depono pro ouibus.

Καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων.

15 *Et animam meam pono pro ouibus.*

Gentium vocatio.

Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι· καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν.

16 Alias etiam oues habeo quæ non sunt ex hac caula: illas quoque oportet me adducere: nam vocem meam audient: fietque vnus grex, & vnus pastor.

16 *Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile & vnus pastor.* Ezech. 37. 22

7 *Ouium, τῶν προβάτων*: id est quo ingressus in caulam patet ouibus: qua voce tùm Ecclesiam in terris, tum celeste illud regnum intelligit, in quod oues omnes veræ tandem colligentur.

8 *Ante me, πρὸ ἐμοῦ.* Hoc deest in Vulgata Latina & apud Syrum interpretem, & in septem exemplaribus: & pro εἰσι, *sunt*, in vno scribitur ἦσαν, erant. Quamuis autem vniuersale sit hoc pronuntiatum, est tamen accommodandum ad id de quo agitur. Christus dicit se esse ostium, quo dicto alios omnes excludit. Itaque fures ac latrones vocat eos omnes qui ostij nomen sibi vindicarunt. Atqui nullus vnquam ex sanctis, nec Moses, nec Prophetæ; se dixerunt esse ostium, sed Christum potius pro ostio indicarunt ouibus. Ergo ad eos non pertinet hoc Christi dictum. Augustinus quoque contra legis aduersarium lib. 2. cap. 4. non legit πρὸ ἐμοῦ ab aduersario citatum, & inquit venisse hoc loco omnes eos intelligi qui venerint, nõ vocati videlicet, vt placet etiã Isidoro Pelusiotę Ep. 103. 110. lib. 3. Sed idẽ Augustinus contra Faustum libr. 7. cap. 16. istud πρὸ ἐμοῦ admittit, & inquit Mosen & Prophetas nõ venisse ante Christum, sed cum Christo: quod quamuis verè dicat, tamen (ni fallor) acutè potius quàm solidè in hunc locum scribit. Potius igitur restringendum est hoc enuntiatum ex præcedentis sermonis initio, ad eos qui neque per hoc ostium intrant, neque oues ad illud adducunt. Addidit autem expresse Christus particulas vniuersales, vt ostendat nullam hac in re neque antiquitatis, neque personarũ, neque multitudinis exceptionem apud Dei tribunal valere.

9 *Ingredietur & egredietur, εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται.* Hebr. יבוא ויצא [*iabo veietse,*] id est securus vitam aget. Ita enim hoc quasi prouerbium accipitur apud Hebræos, vt Deuter. 28. 6. Psalm. 121. 8. Sicut Gallicè dicimus, *Aller & venir.* Hîc tamen videtur peculiaris esse allusio ad pastorum officium, quoniam videlicet oues ad pascua educuntur quotidie, & inde rursus in caulas redeunt: Vide Act. 1. 21.

10 *Et abundent, καὶ περισσὸν ἔχωσιν.* Vulgata & Erasmus, *Et abundantius habeant*: quasi videlicet aliquid antè habuerint quàm ad eas veniret pastor. In vetustissimo exemplari meo istud deest, quod tamẽ non est superuacaneum, siue hoc referas ad donorum, seu cælestis, seu ad huius vitæ incrementa, siue ad æternæ vitæ commendationem, quam qui adeptus est, verè summa felicitate veluti redundet.

11 *Deponit, τίθησιν.* Vetustissimus codex meus habet δίδωσι, *dat*, vt vertit etiam Vulg. ¶ *Dispergit ouile, σκορπίζει τὰ πρόβατα.* Vulgata in priore membro non legit relatiuum αὐτὰ, vt τὰ πρόβατα ad vtrunque verbum referret: quod absurdum est. Manifestè igitur lupus dicitur alias oues rapere, alias dispergere: ac proinde τὰ πρόβατα in posteriore membro collectiuè reliquum ouile significat.

13 *Non est illi cura, οὐ μέλει αὐτῷ.* Vulg. *Non pertinet ad eum*: barbarè & ambiguè, quod frustrà conantur nonnulli excusare.

14 *Nouit, γινώσκει*: id est diligit, approbat, sibi coniunctissimum habet. Sic apud Hebræos accipitur verbum ידע [*iadah,*] vt Psalm. 1. 6, & 37. 18 Matth. 7. 23. Itaque ad hunc locum non pertinet disputatio illa subtilis potius quàm solida, quomodo Pater æternam suam sapientiam noscat. Nec enim particula καθὼς paritatem, sed similem duntaxat arctissimam consensionem declarat & perperam antea distinctus fuit hic versiculus.

Διὰ τοῦτο ὁ πατήρ με ἀγαπᾷ, ὅτι ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν.

17 Propterea Pater me diligit, quia ego depono animã meam vt eam rursus assumam.

17 *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam vt iterum sumam eam.*

Esa. 53. 7
Christus ex Patris decreto vnicus est veræ Ecclesiæ Pastor, vt qui vltrò vitam pro ouibus suis exposuerit, & ita quidem vt eâdem sua virtute reuixerit. Act. 4. 28

Οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός μου.

18 Nemo tollit eam à me, sed ego depono eam per meipsum: auctoritatem habeo deponendi eam, & auctoritatem habeo rursus eam assumẽdi. Hoc præceptum accepi à Patre meo.

18 *Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eã. Hoc mandatum accepi a Patre meo.*

Σχίσμα οὖν πάλιν ἐγένετο ἐν τοῖς Ἰουδαίοις διὰ τοὺς λόγους τούτους.

19 Dissidium igitur rursum ortum est inter Iudæos propter istos sermones.

19 *Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos.*

Euangelium detegit hypocrisin, ideóque necesse est mũdum ad eius exortum tumultuari.

Ἔλεγον δὲ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν, Δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται· τί αὐτοῦ ἀκούετε;

20 Dicebant autẽ multi eorum, Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis?

20 *Dicebant autem multi ex ipsis, Dæmonium habet & insanit: quid eum auditis?*

Ἄλλοι ἔλεγον, Ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου· μὴ δαιμόνιον δύναται τυφλῶν ὀφθαλμοὺς ἀνοίγειν;

21 Alij dicebant, Hæc verba nõ sunt dæmoniaci: num dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

21 *Alij dicebant, Hæc verba non sunt dæmonium habentis: nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?*

1. Mach. 4. 59

Ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ χειμὼν ἦν.

22 Facta sunt autem Encænia Hierosolymis, & hyems erat.

22 *Facta sunt autem Encænia in Ierosolymis, & hyems erat.*

Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Σολομῶντος.

23 Et ambulabat Iesus in templo in porticu Solomonis.

23 *Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis.*

Increduli & arrogantes homines tenebras in doctrinam Euangelij reiiciunt, quas in suis animis circunferunt.

Ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἔλεγον αὐτῷ, Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ.

24 Cinxerunt igitur eum Iudæi, & dixerunt ei, Quousque animam nostram suspẽdis? si tu es Christus ille dic nobis apertè.

24 *Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei, Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palàm.*

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἶπον ὑμῖν καὶ οὐ πιστεύετε· τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, ταῦτα μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.

25 Respondit eis Iesus, Dixi vobis, nec creditis: opera quę ego facio in nomine Patris mei, hæc testantur de me.

25 *Respondit eis Iesus, Loquor vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me.*

Euangelij doctrina duplici testimonio cælitus confirmatur, ipsa videlicet doctrinæ puritate, & adiunctis miraculis.

16 *Grex, ποίμνη.* Vulgata, *Ouile* Qua voce non grex ipse, sed ouium stabulum declaratur: quod vix vnquam vnicũ fuit, & non modò falsò, sed etiam stultè & impudenter Romæ collocatur. ¶ [*Et*] *vnus pastor, εἷς ποιμήν.* Sic apud Hebræos sæpe etiam inter duo incisa deest copula: apud Græcos autem & Latinos admodum raró. Nam tria minimùm incisa plerunque requirũntur, vt locus sit asyndeto. Similem ellipsin annotauimus semel apud Lucam, & 1. Timoth. 3. 3.

17 *Propterea, διὰ τοῦτο.* Notandus est hic locus aduersus eos qui διὰ τὸν Χριστὸν & διὰ τοῦ Χριστοῦ subtili quadam ratione distinguunt, vt Christi meritum eneruent. Christus certè θεάνθρωπος, sua obedientia ac perfecta iustitia promeritus est secundum Dei erga nos gratiam, vitam ac benedictionem quæ Legi est annexa, nobis omnibus qui hac iustitia per fidem nobis imputata iusti constituimur, vt vnà cum ipso regnemus: sicut explicat Paulus Rom. 5. 19, & Philipp. 2. 7. 8. & 9. ¶ *Depono, τίθημι.* Vel, *Deponam.* Sed tamen præsens tempus seruare malui, quia Christus, ex quo natus est, quodammodo cœpit vitam suam pro nobis deponere, ita vt tota ipsius vita nihil aliud sit quàm iugis quædam mors quam pro peccatis nostris, subiit. Itaque iam tum moriebatur, quum hæc diceret, quamuis tamẽ propriè sacrificium crucis respiciat hæc depositio.

18 *Auctoritatem, ἐξουσίαν*, siue ius. Vulg. *Potestatem*, non satis expressè. Agitur enim hîc de potestate αὐτοκρατορικῇ & vni Deo ἀνυπευθύνως propria: adeò vt ne ij quidem qui sibi vim afferunt hoc possint quod cupiunt & parant, vel citra id quod Deus permittit.

21 *Num dæmonium, μὴ δαιμόνιον.* In vno codice legimus μὴ δαιμόνιον ἔχων, num qui dæmonium habet: quod maximè probo.

22 *Encænia, ἐγκαίνια*: id est, dedicationis festum. Ter autem fuit templum Dei solemni dedicatione consecratum, primùm videlicet à Solomone, mense septimo, id est medio autumno 2. Reg. 8. Deinde post eius instaurationem à Nehemia die tertia duodecimi mensis, qui incidit in Februarium & Martium, Esdr. 6 15. & Neh. 12. Tertiò denique à Iuda Machabæo post repurgatum templum 1. Mach. 4. Hæc autem encænia ad Iudam Machabæum referri duæ circunstantiæ ostendunt, vna quòd subiiciatur in contextu tunc hyems fuisse: altera quòd neutrius præcedentis dedicationis memoriæ causa, vllus dies festus, neque à Solomone, neque à Nehemia dicatur constitutus. De tertia verò hæc expressè legãtur 1. Mac. 4. 59, Καὶ ἔστησεν Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ πᾶσα ἐκκλησία Ἰσραὴλ, ἵνα ἄγωνται αἱ ἡμέραι ἐγκαινισμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν, ἐνιαυτὸν κατ' ἐνιαυτὸν, ἡμέρας ὀκτὼ, ἀπὸ τῆς πέμπτης καὶ εἰκάδος τοῦ μηνὸς Χασελεῦ, μετ' εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς. Id est, *Constituit Iudas & fratres eius, totaque Israelis concio, vt dies dedicationis altaris suis temporibus agitarentur singulis annis, videlicet octo dies, à x x v die mensis Chasleu, magno cum gaudio ac lætitia.* Hæc ille: quibus hoc etiam addo, ἐγκαίνια non rectè ficto nouo vocabulo Castellionem interpretari *Renoualia*, quum ἐγκαινίζεσθαι dicantur quæ sacro vsui veluti initiantur, vt Hebr. 9 v. 18, & 10. v. 20. Liquet autem etiam ex illo quem citaui loco, cur addat Ioannes hyemem fuisse, quũ mensis כסלו [*chisleu*] maxima ex parte Decembri nostro respondeat: nec minùs quàm aliquot mensium spatio geri potuerint quæ tum ab hoc Euangelista, tum ab alijs inter penultimum & vltimum Pascha, in quo mortuus est Dominus, gesta commemorantur.

24 *Suspendis, αἴρεις*, an tiam ac suspensam tenes? Vulg. *Tollis?* Nec desunt qui αἴρειν accipiant pro tollere è medio ac perdere, veluti Latini dicunt, Quid me enecas? sed hæc interpretatio absurda est. ¶ *Apertè, παῤῥησίᾳ.* Vulg. *Palàm.* Ego malo ad ipsum loquendi genus referre, vt etiam infrà accipitur, 11. 14. Neqꝫ enim poscunt vt publicè duntaxat respondeat, sed vt apertè & sermone minimè ambiguo dicat an sit promissus ille Messias. Idem annotauimus Mat. 8. 32.

Non mirum est paucos credere, quum omnes suapte natura sint indomitæ bestiæ. Habet tamen suos Dominus, quos in oues commutatos, & Filio suo commissos, aduersus omnium ferarum truculentiam conseruat.

26 Ἀλλ' ὑμεῖς οὐ πιστεύετε· οὐ γάρ ἐστε ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν, καθὼς εἶπον ὑμῖν.

27 Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτά, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι·

28 Κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου.

29 Ὁ πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστί· καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πατρός μου.

Christus Deitatem suam ex operibus plane diuinis asserit.

30 Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν.

31 Ἐβάστασαν οὖν πάλιν λίθους οἱ Ἰουδαῖοι ἵνα λιθάσωσιν αὐτόν.

32 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου· διὰ ποῖον αὐτῶν ἔργον λιθάζετέ με;

33 Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες, Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν.

Psal. 82. 6

34 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν, Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε;

35 Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή.

36 Ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, Ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἰμι;

37 Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι·

26 Sed vos non creditis: non enim estis ex ouibus illis meis, sicut dixi vobis.

27 Oues illæ meæ vocem meam audiunt, & ego eas agnosco, & sequuntur me:

28 Et ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neq; rapiet eas quisquam è manu mea.

29 Pater *ille* meus qui mihi dedit *eas*, maior omnibus est: neque quisquam potest eas rapere è manu Patris mei.

30 Ego & Pater vnum sumus.

31 Sustulerunt ergo rursum lapides Iudæi vt eum lapidarent.

32 Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo: propter quod illorum operum me lapidatis?

33 Responderunt ei Iudæi, dicētes, Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiā, id est, quia tu, homo quum sis; facis teipsum Deum.

34 Respondit eis Iesus, Nónne scriptum est in Lege vestra, ‖Ego dixi, Dij estis?

35 Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura:

36 *Me* ne quem Pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis blasphemare, quia dixi, Filius Dei sum?

37 Si nō facio opera Patris mei, nolite credere mihi:

26 *Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, sicut dixi vobis.*

27 *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me:*

28 *Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.*

29 *Pater meus quod dedit mihi, maior omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei.*

30 *Ego & Pater vnum sumus.*

31 *Sustulerunt ergo ipsum lapides Iudæi vt lapidarent eum.*

32 *Respondit eis, Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis?*

33 *Responderunt ei Iudæi, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo quū sis, facis teipsum Deum.*

34 *Respondit eis Iesus, Nónne scriptum est in Lege vestra, Quia ego dixi, Dij estis?*

35 *Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura:*

36 *Quem Pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum?*

37 *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi:*

26 *Non [illegible]stis*, οὐ γάρ ἐστε. In quibusdam codicibus legitur, ὅτι οὐκ [illegible] *quia non estis*. Sed vtcunque legas, sciendum est; causam altiorem adferri cur non credant, non autem consequutionem necti, vt suprà 8. 44. quum colligeret, Diabolum non perstitisse in veritate, ex eo quòd veritas in eo non sit. Item Lucæ 7. 47, vbi ex magna dilectione colligitur remissio multorum peccatorū, *Quia*, inquit, *cui pauciora peccata remissa sunt, is minus diligit*. In illis igitur exemplis res ipsa ostendit, ὅτι notare consequens, ex quo antecedens colligitur: hic verò ex contrario declarat antecedens, ex quo intelligitur consequens. Prius enim oues nos esse oportet (id est ouili Dei destinatos) quàm Pastoris vocem audiamus: prius nos diligi quàm diligamus: prius trahi, audire ac discere, quàm ad eum veniamus. Neque tamen propterea vel incredulitatis auctor vel damnationis reproborum causa censendus est Deus, quum voluntaria sit eorum contumacia, nec aliter quàm merentes damnentur. Isti igitur non audiunt, idcirco quia non sunt ex ouibus: quanquam rectè etiam hoc ex illo colligas, quia Oues esse, & Suo tempore Deū audire, ita sunt inter se coniuncta vt distingui quidem possint, separari non possint. ¶ *Sicut dixi vobis*, καθὼς εἶπον ὑμῖν. Hæc à nonnullis connectuntur cum sequenti versiculo. Erasmus putat à quopiam addita. Ego verò non puto redundare, quum præsertim in omnibus nostris codicibus summo consensu, & apud Syrum interpretem legantur.

29 *Pater meus*, ὁ πατήρ μου. Augustinus, & qui Cyrillum supplere student, legit ὁ πατήρ μου ὃ δέδωκέ μοι μεῖζον πάντων ἐστι id est Quod mihi dedit Pater meus, maius est omnibus, vt Tertul. aduersus Praxeā. & August. qui de Ecclesia istud interpretatur, quæ omnē vim aduersariorū superat: hic verò de diuina Christi virtute, cui frustra se opponat Satan cum suis. Ego eam lectionem sum sequutus quā in omnibus exemplaribus reperi, & Nonnus etiam expressit, & quæ vna certè germana est.

30 *Vnum*, ἕν. Nempe & naturæ siue essentiæ ταυτότητι, & eódem in volendo & agendo consensu, distinctis tamen personis, quamobrem etiam dicit plurali numero Sumus, vt rectè obseruant Patres.

32 *Ex Patre meo*, ἐκ τοῦ πατρός μου. Id est, eadem illa Deitatis potentia qua pater meus.

33 *Id est*, καί. Sic conuerti, vt ostenderem καί hoc loco non propriè copulam esse, sed potius per epexegesin explicandum: sicut etiam loquuntur Latini, vt Virg. *Iudicium Paridis, spretæque iniuria formæ*. Theophylactus Romanus omittit &. Similes autem ellipses multas iam annotauimus suprà, 5. 19, & alibi passim.

34 *Vestra*, ὑμῶν. Id est, quam verè diuinam fatemini: & quam à vobis solis verè intelligi iactatis. Legem autem appellat in genere, sacra scripta.

35 *Solui*, λυθῆναι. Id est violari, aut irrita fieri, vt Matt. 5. 17, & 19. aut destrui, vt suprà, 7. 33.

36 [*Me ne*] *quem Pater*, ὃν ὁ πατήρ. Supplendum fuisse pronomen primæ personæ, liquet ex eo quod dixit βλασφημεῖς potius quàm βλασφημῶ. Sed & orationem rectam mutauimus in obliquam, vt personæ mutationem vitaremus, qua de re diximus suprà, 1. cap. 28. ¶ *Sanctificauit*, ἡγίασε. Id est peculiari propriaque ratione Filium Dei existētem, nempe & ipsi ὁμοούσιον quatenus Deus, & qui Spiritum non acceperim ad mensuram quatenus homo sum, vt suprà, 3. 34. & Psal. 45. 8.

37 *Opera Patris mei*, τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου. Id est, quæ nullus nisi solus Deus efficere potest, quem voco meum Patrem.

38 Εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε· ἵνα γνῶτε καὶ πιστεύσητε ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ πατήρ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

39 Ἐζήτουν οὖν πάλιν αὐτὸν πιάσαι· καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν.

40 Καὶ ἀπῆλθε πάλιν πέραν τοῦ Ἰορδάνου, εἰς τὸν τόπον ὅπου ἦν Ἰωάννης τὸ πρῶτον βαπτίζων· καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ.

41 Καὶ πολλοὶ ἦλθον πρὸς αὐτόν, καὶ ἔλεγον, Ὅτι Ἰωάννης μὲν σημεῖον ἐποίησεν οὐδέν· πάντα δὲ ὅσα εἶπεν Ἰωάννης περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν.

42 Καὶ ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐκεῖ εἰς αὐτόν.

Κεφάλαιον ια.

1 Ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας, ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς.

2 (Ἦν δὲ Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ, καὶ ἐκμάξασα τοὺς πόδας αὐτοῦ ταῖς θριξὶν αὐτῆς· ἧς ὁ ἀδελφὸς Λάζαρος ἠσθένει)

3 Ἀπέστειλαν οὖν αἱ ἀδελφαὶ πρὸς αὐτόν, λέγουσαι, Κύριε, ἴδε, ὃν φιλεῖς ἀσθενεῖ.

4 Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ δι' αὐτῆς.

5 Ἠγάπα δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, καὶ τὸν Λάζαρον.

6 Ὡς οὖν ἤκουσεν ὅτι ἀσθενεῖ, τότε μὲν ἔμεινεν ἐν ᾧ ἦν τόπῳ δύο ἡμέρας·

7 Ἔπειτα μετὰ τοῦτο λέγει τοῖς μαθη-

38 Sin verò *illa* facio, etiamsi mihi non credatis, operibus *tamē* credite: vt cognoscatis & credatis Patrem in me esse, & me in eo.

39 Rursus ergo studebant eum prehēdere: sed exiuit ex eorum manu.

40 Abiítque rursus ad traiectum Iordanis, in eum locum vbi primum fuerat Ioannes quum baptizaret, mansitque illic.

41 Multi autē veniebant ad eū, & dicebāt, Ioannes quidē signum nullū edidit: quæcunque autem de illo dixit, vera erant.

42 Et multi crediderunt illic in eum.

CAP. XI.

1 Erat autem ægrotus quidā *nomine* Lazarus, à Bethania, ex vico Mariæ & Marthæ sororis ipsius.

2 (‖ Maria autem ea erat quæ vnxit Dominū vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus ægrotabat.)

3 Miserunt ergo sorores eius ad ipsum, dicentes, Domine ecce, *is* quem amas ægrotat.

4 Iesus autem *hoc* audito, dixit, Hic morbus non est *immissus* ad mortem, sed pro Dei gloria, vt per eum *morbum* glorificetur Filius Dei.

5 Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius, & Lazarum.

6 Vt ergo audiuit *illum* ægrotare, tum quidem mansit duos dies in eo loco vbi erat:

7 Deinde postea dixit discipu-

38 *Si autem facio, etsi mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre.*

39 *Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum.*

40 *Et abijt iterum trans Iordanem in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primùm: & mansit illic.*

41 *Et multi venerunt ad eum, & dicebant, Quia Ioannes quidem signum fecit nullum: omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant.*

42 *Et multi crediderunt in eum.*

CAP. XI.

1 *Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania de castello Mariæ & Marthæ sororis eius.*

2 *(Maria autē erat quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur)*

3 *Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicētes, Domine, ecce, quem amas, infirmatur.*

4 *Audiens autem Iesus dixit eis, Infirmitas hæc nō est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur Filius Dei per eam.*

5 *Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum.*

6 *Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidē mansit in eodem loco duobus diebus.*

7 *Deinde post hæc dixit*

Christus vitat periculum, nō diffidētia, nec mortis metu, nec otiū captās, sed vt alibi Ecclesiam colligat.

Christus putredum amici cadauer vitæ restituens; insigne tum summæ potentiæ, tum maximæ in homines beneuolentiæ exemplum edit, quod esset futuræ resurrectionis imago. Matt. 26. 7 infrà, 12. 2

Quod Deus interdum videtur in nobis iuuandis cunctator, & suæ gloriæ, & nostræ saluti cōsulit, vt rerum exitus probat.

38 *In eo*, ἐν αὐτῷ. videlicet Patre. Nam sic etiam legit Vulgata, & in vno exemplari scribitur ἐν τῷ πατρί vt citatur etiam hic locus ab Athanasio in tractatu de incarnatione. Esse autem Filium in Patre, & Patrem in Filio, τὸ ὁμοούσιον simul & ἰσοδύναμον declarat.

40 *Ad traiectum Iordanis*, πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Vulgata & Erasmus, *trans Iordanem*, malè. Nam hæc regio fuit Iudææ Cisiordanina. Vide suprà 1. 28.

41 *Dixit*, εἶπεν Ἰωάννης. Hebræa est repetitio antecedentis pro relatiuo, quam studuimus vitare propter amphiboliam. Nam istud in vno exemplari deesse animaduertimus: & relatiua interdum, vbi etiam necessaria videntur, solet Ioannes negligere, vt suprà, versu 29. post δέδωκε.

42 *Illic*, ἐκεῖ. Neque Vulg. neque Syrus interpres hanc particulam legerunt.

IN CAPVT XI.

1 *Ex vico Mariæ*, τῆς κώμης Μαρίας. Sic legitur in omnibus Græcis codicibus quos inspexi. Syrus tamen interpres legit, & quidem, meo iudicio, rectius, ἐκ Βηθανίας κώμης, ἀδελφὸς Μαρίας, id est, *ex Bethania vico, frater Mariæ*, &c. Bethania verò non fuit vicus, ideóque addidit Euangelista præpositionem ἐκ, vt significetur vicus iste, cuius nomen hîc non editur, fuisse situs in eo montis Oliueti tractu qui Bethania dicebatur. Vide Act. 1. 12.

2 *Ea erat quæ vnxit*, ἦν ἡ ἀλείψασα. Notandum est, quæ de vnctione referuntur, dici κατὰ πρόληψιν neque enim adhuc id factum erat. Ideo seruauimus propriam aoristi significationem, qui alioqui ferè poni solet pro præterito plus quàm perfecto, quod omnino est diligenter obseruandum, vt series historiæ intelligatur. Falluntur enim qui hanc Mariam Lazari sororem confundunt cum muliere illa peccatrice, cuius fit mentio Luc. 7. 37. & propterea malè hæc vertunt per præteritum plus quàm perfectum.

4 [*Immissus*] *ad mortem*, πρὸς θάνατον Heb. למות [*lamuth*] id est, idcirco immissus vt Lazarum perimat. Nam πρὸς finem declarat. alioqui dicendum fuerat ἕως, vel μέχρι θανάτου, id est, עד־מות [*had moth*] vt Esa. 38. 1. Idcirco addidi participium Immissus. Meritò verò sic loquitur Christus, quum ne ipsa quidem mors Lazari esset ad mortem. ¶ *Per eum* [*morbum*,] δι' αὐτῆς. Sic legitur constanter in Græcis omnibus codicibus: neque dubium est quin hæc sit vera lectio. Quod igitur vulgata vertit *per eam*, referendum est ad infirmitatis vocabulum, quo interpretatus est Græcum nomen τὴν νόσον: ambigua prorsus interpretatione, quam vt vitarem, malui Morbum interpretari, & secundo etiam loco exprimere. Malè igitur Ambros. lib. de fide cap. 6. & Hilarius de Trinit. lib. 9. legerunt δι' αὐτοῦ, *per eum*, quod alij ad Lazarum retulerunt, alij, videlicet Ariani, ad Patrem, per quem Filius, tanquam Patre minor fuerit glorificandus. ¶ *Filius Dei*, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. In nonnullis Latinis codicibus legitur, Filius hominis, id est υἱὸς ἀνθρώπου, & ita etiam Nonnus.

6 *Tum quidem*, τότε μέν. Notandum est particulæ μέν non subijci δέ, contra communem loquendi vsum.

Hoc vnum est tutum & rectum iter vitæ, Deum vocantem & nobis in huius mundi tenebris pr[æ]lucentem, intrepidè sequi.

ταῖς, Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν.

lis. Eamus in Iudæam rursus.

discipulis suis, Eamus in Iudæam iterum.

8 Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ, Ῥαββὶ, νῦν ἐζήτουν σε λιθάσαι οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ πάλιν ὑπάγεις ἐκεῖ;

8 Dicunt ei discipuli, Rabbi, modò studebant te Iudæi lapidare, & rursum illuc abis?

8 Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?

9 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει· ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει·

9 Respondit Iesus, Nónne duodecim sunt horæ diei? si quis ambulet interdiu, non offendit: quia lucem huius mundi videt:

9 Respondit Iesus, Nónne duodecim sunt horæ diei? Siquis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt.

10 Ἐὰν δέ τις περιπατῇ ἐν τῇ νυκτὶ, προσκόπτει· ὅτι τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ.

10 Siquis autem ambulet noctè, impingit: quia lux ei non adest.

10 Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo.

11 Ταῦτα εἶπε· καὶ μετὰ τοῦτο λέγει αὐτοῖς, Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται· ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν.

11 Hæc ait: & postea dixit eis, Lazarus, amicus ille noster, dormit: sed proficiscor vt à somno excitem eum.

11 Hæc ait, & post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno exsuscitem eum.

12 Εἶπον οὖν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται.

12 Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit, seruabitur.

12 Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit, saluus erit.

13 Εἰρήκει δὲ ὁ Ἰησοῦς περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ἐκεῖνοι δὲ ἔδοξαν ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει.

13 Hoc autem dixerat Iesus de ipsius morte: at illi putarunt eum de dormitione somni dicere.

13 Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret.

14 Τότε οὖν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς παρρησίᾳ, Λάζαρος ἀπέθανε·

14 Tunc ergo Iesus dixit eis apertè, Lazarus mortuus est.

14 Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè, Lazarus mortuus est.

15 Καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς (ἵνα πιστεύσητε) ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ. ἀλλ' ἄγωμεν πρὸς αὐτόν.

15 Et gaudeo propter vos (vt credatis) quòd illic non fuerim. sed eamus ad eum.

15 Et gaudeo propter vos (vt credatis) quoniam non eram ibi. sed eamus ad eum.

16 Εἶπεν οὖν Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, τοῖς συμμαθηταῖς, Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ.

16 Dixit autem Thomas qui dicitur Didymus, condiscipulis, Eamus & nos, vt moriamur cum eo.

16 Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos, Eamus & nos, vt moriamur cum eo.

17 Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς, εὗρεν αὐτὸν τέσσαρας ἡμέρας ἤδη ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ.

17 Venit ergo Iesus, & inuenit eum quartum iam diem in monumento agere.

17 Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.

18 Ἦν δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων, ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε·

18 Erat autem Bethania prope Hierosolymā ferè stadiis quindecim:

18 Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadiis quindecim:

Naturales affectus non damnat Deus naturæ opifex. sed ad fidei regulam exigēdos docet.

19 Καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν.

19 Multique ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam vt consolarentur eas de fratre suo.

19 Multi autem ex Iudæis venerāt ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo.

20 Ἡ οὖν Μάρθα ὡς ἤκουσεν ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἔρχεται, ὑπήντησεν αὐτῷ. Μαρία δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο.

20 Martha ergo vt audiuit Iesum venire, occurrit ei: Maria verò domi sedebat.

20 Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat.

21 Εἶπεν οὖν ἡ Μάρθα πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει·

21 Dixit autem Martha Iesu, Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus:

21 Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus:

22 Ἀλλὰ καὶ νῦν οἶδα ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι ὁ Θεός.

22 Sed & nunc scio fore vt quæcūque petieris à Deo, det tibi.

22 Sed & nunc scio quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

23 Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου.

23 Dicit ei Iesus, Resurget frater tuus.

23 Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus.

Suprà.5.29 Luc.14.14.

24 Λέγει αὐτῷ Μάρθα, Οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἀναστάσει ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

24 Dicit ei Martha, Scio resurrecturum‖ in resurrectione vltimo illo die.

24 Dicit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.

14 *Apertè*, παρρησίᾳ. Vide suprà, 10.24.

16 *Autem*, οὖν, id est, δέ. Hac enim particula passim vtitur variis modis Euangelista in hoc suo libro, vt & prima sua epistola: quum alioqui conclusionibus siue illationibus propriè conueniat.

17 *Agere*, ἔχοντα. Vulg. & Erasm. *Habentem*: quo modo dixit Quintil. lib. 6. c. 4. triginta annos habere, pro, tricesimum annum agere, vt suprà etiam conuertimus 8.57.

18 *Stadijs quindecim*, ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε. Vide Act. 1.

19 *Ad Martham & Mariam*, πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν. Ad verbum, *Ad eas quæ erant circa Martham & Mariam*. Vulg. *ad Martham & Mariam*, περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν. de quo dicendi genere, Græcis familiari, vide Act. 13.13. Sed ita proculdubio significantur fœminæ etiam aliæ & amicæ aut etiam cognatæ, quæ de more luctu potiùs intendebant quàm moderabantur. 20 *Venire*, ἔρχεται. Eras. *Venisse*, impropriè: nam adhuc erat in via.

24 *In resurrectione*, ἐν τῇ ἀναστάσει, i. tū quum omnes resurgent. Syrus vertit בנוחמא [*Bonuchama*,] *in consolatione*, ἐν παρακλήσει: quæ lectio sequente quoque versiculo repetita mihi vel idcirco est suspecta, quòd in his libris vbique vertit alia voce τὴν ἀνάστασιν.

25 Εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται·

25 Dixit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita: ‖ qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet:

25 Dixit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet: *Suprà, 6.39*

26 Καὶ πᾶς ὁ ζῶν, καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Πιστεύεις τοῦτο;

26 Et quisquis viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?

26 Et omnis qui viuit, & credit in me non morietur in æternum. Credis hoc?

27 Λέγει αὐτῷ, Ναὶ Κύριε, ἐγὼ πεπίστευκα ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος.

27 Ait illi, Etiam Domine, ego credo te esse Christum *illum* Filium illum Dei, qui in mundum venturus erat.

27 Ait illi, Vtique Domine, ego credidi quia tu es Christus Filius Dei, qui in mundum venisti.

28 Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἀπῆλθε, καὶ ἐφώνησε Μαρίαν τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς λάθρα, εἰποῦσα, Ὁ διδάσκαλος πάρεστι, καὶ φωνεῖ σε.

28 Et quum hæc dixisset, abiit, & clàm vocauit Mariam sororem suam, dicens, Magister adest, & te vocat.

28 Et quum hæc dixisset, abyt, & vocauit Mariā sororem suam silentio, dicens, Magister adest, & vocat te.

29 Ἐκείνη ὡς ἤκουσεν, ἐγείρεται ταχὺ, καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτόν.

29 Illa vt audiuit, surgit citò, & venit ad eum.

29 Illa vt audiuit, surgit citò, & venit ad eum.

30 (Οὔπω δὲ ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην· ἀλλ' ἦν ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα)

30 (Nondum autem venerat Iesus in vicum: sed erat in eo loco vbi occurrerat ei Martha)

30 (Nondum enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha)

31 Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες μετ' αὐτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ παραμυθούμενοι αὐτὴν, ἰδόντες τὴν Μαρίαν ὅτι ταχέως ἀνέστη, καὶ ἐξῆλθεν, ἠκολούθησαν αὐτῇ, λέγοντες, Ὅτι ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ.

31 Iudæi ergo qui domi erant cum ea, & consolabantur eam, quū vidissent Mariam citò surrexisse, & exiuisse, sequuti sunt eam, dicētes, Certè abit ad monumentum, vt illic fleat.

31 Iudæi ergo qui erant cum ea in domo & consolabantur eam, quum vidissent Mariam quia citò surrexit, & exyt, sequuti sunt eam, dicentes, Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi.

32 Ἡ οὖν Μαρία ὡς ἦλθεν ὅπου ἦν ὁ Ἰησοῦς, ἰδοῦσα αὐτὸν, ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγουσα αὐτῷ, Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός.

32 Maria verò quum venisset eò vbi erat Iesus, viso eo, accidit ad eius pedes, dicens ei, Domine, si fuisses hîc, non esset mortuus frater meus.

32 Maria ergo quum venisset vbi erat Iesus, vidēs eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.

Christus verà cum carne nostra, humanos etiā omnes affectus (absque peccato tamē) & quidē in primis misericordiam assumpsit.

33 Ἰησοῦς οὖν ὡς εἶδεν αὐτὴν κλαίουσαν, καὶ τοὺς συνελθόντας αὐτῇ Ἰουδαίους κλαίοντας, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν.

33 Iesus autem vt vidit eam flētem, & Iudæos, qui vnà venerant cum ea, flentes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum.

33 Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum.

34 Καὶ εἶπε, Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; Λέγουσιν αὐτῷ, Κύριε, ἔρχου καὶ ἴδε.

34 Et dixit, Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni & vide.

34 Et dixit, Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni & vide.

35 Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς.

35 Lacrymatus est Iesus.

35 Et lacrymatus est Iesus.

36 Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, Ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν.

36 Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum.

36 Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum.

37 Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον, Οὐκ ἠδύνατο οὗτος ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, ποιῆσαι ἵνα καὶ οὗτος μὴ ἀποθάνῃ;

37 Quidam autem ex ipsis dixerunt, Non poterat hîc ‖ qui aperuit oculos cæci, facere vt & iste non moreretur?

37 Quidam autem ex ipsis dixerūt, Non poterat hic, quia aperuit oculos cæci, facere vt hic non moreretur? *Suprà.9.6.*

38 Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ, ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον. Ἦν δὲ σπήλαιον, καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ.

38 Iesus ergo rursum fremens apud semetipsum, venit ad monumentum. erat autem spelunca, & lapis erat ei impositus.

38 Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei.

39 Λέγει ὁ Ἰησοῦς, Ἄρατε τὸν λίθον. Λέγει αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τοῦ τεθνηκότος Μάρθα, Κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι.

39 Ait Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam olet: quatuor enim dierum est.

39 Ait Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam fœtet: quatriduanus est enim.

40 Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ εἶπόν σοι ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ;

40 Dicit ei Iesus, Nónne dixi tibi, fore, si credideris, vt videas gloriam Dei?

40 Dicit ei Iesus, Nónne dixi tibi quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?

41 Ἦραν οὖν τὸν λίθον οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλ-

41 Abstulerunt ergo lapidem è *loco* vbi mortuus ille fuerat positus. Iesus autem sustulit sur-

41 Tulerunt ergo lapidem, Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit, Pater,

27 *Credo*, πεπίστευκα. Vulg. *Credidi*. Sed manifesta est temporis enallage.

33 *Turbauit*, ἐτάραξεν. Id est vehementer commouit. Sed obseruandum est in maxima etiam Christi commotione nullam fuisse ἀταξίαν. Spiritum autem intellige ipsius Christi animam.

39 *Olet*, ὄζει. Vulgata, *Fœtet*, quod est inuerecundius.

μοὺς ἄνω, καὶ εἶπε, Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι ὅτι ἤκουσάς μου.

Ἐγὼ δὲ ᾔδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις· ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε, Λάζαρε, δεῦρο ἔξω.

Καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν.

Πολλοὶ οὖν ἐκ τῶν Ἰουδαίων οἱ ἐλθόντες πρὸς τὴν Μαρίαν, καὶ θεασάμενοι ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.

Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπῆλθον πρὸς τοὺς Φαρισαίους, καὶ εἶπον αὐτοῖς ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς.

Συνήγαγον οὖν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι συνέδριον, καὶ ἔλεγον, Τί ποιοῦμεν; ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ.

Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν· καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον, καὶ τὸ ἔθνος.

Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν Καϊάφας, Ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδέν·

Οὐδὲ διαλογίζεσθε ὅτι συμφέρει ἡμῖν ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται.

Τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν· ἀλλὰ Ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, προεφήτευσεν ὅτι ἔμελλεν ὁ Ἰησοῦς ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τοῦ ἔθνους·

Καὶ οὐχ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν.

Ἀπ' ἐκείνης οὖν τῆς ἡμέρας συνεβουλεύσαντο ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν.

Ἰησοῦς οὖν οὐκ ἔτι παρρησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ἀπῆλ-

sum oculos, & dixit, Pater, gratias ago tibi quòd me audieris.

42 Ego verò sciebam me semper à te audiri: sed propter turbam circunstantem hoc dixi, vt credant me à te missum esse.

43 Et quum hæc dixisset, clamauit voce magna, Lazare, adesdum foras.

44 Tum qui fuerat mortuus, prodiit pedes & manus vinctus fasciis, vultus autem eius sudario erat obuinctus. Dicit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire.

45 Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam, & spectarant quæ fecerat Iesus, crediderunt in eum.

46 Quidam autē ex iis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecerat Iesus.

47 Coegerunt ergo primarij Sacerdotes & Pharisæi concilium, & dicebant, Quid agemus? nam hic homo multa signa edit.

48 Si omittamus eum ita, omnes ei credent: veniéntque Romani, & delebunt tum locum nostrum, tum gentem.

49 Vnus autem ex ipsis Caiaphas, Pontifex maximus anni illius, dixit eis, Vos nihil scitis:

50 ‖Nec cogitatis conducere nobis vt vnus homo moriatur pro populo, & tota gens non pereat.

51 Hoc autem ex semetipso non dixit: sed quum esset Pontifex maximus anni illius, prophetauit fore vt Iesus pro gente moreretur:

52 Nec tantùm pro ea gente, sed vt etiam filios Dei dispersos congregaret in vnum.

53 Ab illo ergo die consultabant vnà vt interimerent eum.

54 Iesus ergo palàm amplius nō versabatur inter Iudæos: sed a-

gratias ago tibi quoniam audisti me.

42 *Ego autem sciebā quia semper me audis: sed propter populum qui circunstat dixi, vt credant quia tu me misisti.*

43 *Hæc quum dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras.*

44 *Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire.*

45 *Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderāt quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.*

46 *Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.*

47 *Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit.*

48 *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent & nostrum locum & gentem.*

49 *Vnus autē ex ipsis Caiphas, quum esset Pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam.*

50 *Nec cogitatis quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.*

51 *Hoc autem à semetipso non dixit: sed quum esset Pontifex anni illius, prophetauit quòd Iesus moriturus erat pro gente:*

52 *Et non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum.*

53 *Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.*

54 *Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud*

Ferreæ contumaciæ hic est postremus exitus, vt apertū bellum Deo indicat, nec tamen desinat tum pietatis, tum publici boni studium obtendere.

Insaniens falsæ Ecclesiæ cœtus, statuit se saluum esse non posse nisi eo sublato per quem vnum Ecclesia subsistit: nec aliter etiam in humanis negotiis iudicat carnis prudētia, quæ à vertiginis spiritu regitur.

Infrà 18.14

Christus impiorum etiam linguas sic interdum flectit, vt maledicendo benedicant.

Cedendum quidem impiorum furori quum sic expedit, ita tamen vt à Dei vocatione minimè recedamus.

41 *Quòd me audieris*, ὅτι ἤκουσάς μου. Quid ergo? num Christus hoc miraculum edidit, vel humanæ suæ naturæ distinctè consideratæ vi, vel precariæ cuiusdam Deitatis, & extra ipsum positæ virtute, vt blasphemant Arriani? Neutrum. Mortuos enim excitare, vnius est Deitatis opus: Deitas autem Filij & Patris vnica & eadem est. Sed Christus sæpissimè in his historiis, vim illam suam essentialiter diuinam ad Patris personam retulit, non vt illa sese spoliaret, sed vt tanquam Mediator inter Patrem & nos, agens ea quæ sola Deitas agere potest sese verum Deum esse demonstraret, nedum vt Arrianis ista patrocinentur.

48 *Delebunt*, ἀροῦσι. Vulg. & Eras. ad verbum *tollent*. Videtur enim locus ipse quodammodo tolli è medio, quum vastatis incolis suis priuatur, vt hodie Palæstina neque extitisse, neque extare videri possit, si ex vetere descriptione æstimetur. Studui verò ambiguitatem vitare

49 *Anni illius*, τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. Vide Marc. 2. 26, & Luc. 3. 2 & Act. 4. 6.

50 *Pro populo*, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. i. ἀντὶ τοῦ λαοῦ, *vice populi*, alioqui per Romanos destruendi ex mente Caiaphæ, quò etiā spectat particula חלף [*chalaph*] qua vtitur Syrus interpres: sed *pro populo*, id est populi expiandi & Deo reconciliandi caussa, vt intellexit Spiritus sanctus per os Caiaphæ imprudentis loquens: (nec enim Caiaphas suo sensu loquens, intellexit quid per ipsum diceret Dominus) quæ significatio propriè conuenit particulæ ὑπὲρ: quanquam etiam dici potest Christus mortuus vice nostri, quatenus vicem nostram subiit, receptis in sese peccatorū nostrorum pœnis, sicuti fideiussor qui sese debitoris loco statuit.

52 *Pro ea gente*, ὑπὲρ τοῦ ἔθνους. Magna vis est Græci articuli, vt certam gentem cum reliquarum gentium hominibus conferri intelligamus. Idcirco enim isti vocātur dispersi, quòd ab Oriente ad Occidentem hinc & inde essent colligendi.

54. Quæ

θεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου, εἰς Ἐφραῒμ λεγομένην πόλιν, κἀκεῖ διέτριβε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων· καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐκ τῆς χώρας πρὸ τοῦ πάσχα, ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς.

Ἐζήτουν οὖν τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔλεγον μετ' ἀλλήλων ἐν τῷ ἱερῷ ἑστηκότες, Τί δοκεῖ ὑμῖν; ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν;

Δεδώκεισαν δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἐντολὴν, ἵνα ἐάν τις γνῷ ποῦ ἐστι, μηνύσῃ, ὅπως πιάσωσιν αὐτόν.

Κεφάλαιον ιβ.

Ὁ οὖν Ἰησοῦς πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα ἦλθεν εἰς Βηθανίαν, ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκὼς, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν.

Ἐποίησαν οὖν αὐτῷ δεῖπνον ἐκεῖ, καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει· ὁ δὲ Λάζαρος εἷς ἦν τῶν συνανακειμένων αὐτῷ.

Ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου, ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου.

Λέγει οὖν εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, ὁ μέλλων αὐτὸν παραδιδόναι,

Διὰ τί τοῦτο τὸ μύρον οὐκ ἐπράθη τριακοσίων δηναρίων, καὶ ἐδόθη πτωχοῖς;

Εἶπε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς, Ἄφες αὐτήν, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετή-

biit illinc in regionem quæ est prope desertum, in vrbem quę dicitur Ephraim, & illic commorabatur cum discipulis suis.

55 Prope autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Hierosolymam ex illa regione ante Pascha, vt purificarent se.

56 Quærebant ergo Iesum, & loquebantur alij cum aliis in templo stantes, Quid videtur vobis? *an* venturus non esse ad festum?

57 Dederant autem primarij Sacerdotes & Pharisæi præceptū, vt siquis nosset vbi esset, indicaret, vt prehenderent eum.

CAP. XII.

1 ‖IEsus ergo sex ante Pascha diebus venit ad Bethaniam, vbi erat Lazarus ille qui fuerat mortuus, quem suscitauerat ex mortuis.

2 Fecerunt igitur ei cœnam illic, & Martha ministrabat: Lazarus autem vnus erat ex iis qui simul accumbebant cum eo.

3 Maria verò accepta libra vnguēti nardi liquidæ multi pretij, vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: domus autem impleta est odore vnguenti.

4 Dixit ergo quidam ex discipulis eius, *nempe* Iudas Simonis *filius*, Iscariotes, qui erat eum proditurus,

5 Quare hoc vnguentum non væniit trecentis denariis, & datum est pauperibus?

6 Dixit autem hoc, non quòd pauperū ipsi cura esset, sed quia fur erat, ‖ & marsupium habebat, & ea quæ immittebantur portabat.

7 Dixit ergo Iesus, Omitte eā, in diem funerationis meæ

Iudæos: sed abijt in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem: & ibi morabatur cum discipulis suis.

55 *Proximum autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos.*

56 *Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem in templo stantes, Quid putatis, quia non venit ad diem festum?*

57 *Dederant autem Pontifices & Pharisæi mandatum, vt siquis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.*

CAP. XII.

1 *IEsus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus: quem suscitauit Iesus.*

2 *Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo.*

3 *Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti.*

4 *Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus,*

5 *Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis, & datum est egenis?*

6 *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.*

7 *Dixit ergo Iesus, Sine illam vt in diem sepulturæ*

Matt. 26. 6
Marc. 14. 3
Exemplū horrendum in Iuda, animi auaritia excæcati, & tamen pietatem prætexentis.

Infrà 13. 29
Extraordinariam vnctionem, vt symbolicam sibi probat Dominus, vt testetur sese non pompis externis, nec sumptuoso cultu, sed eleemosynis colendum.

54 *Quæ est propè desertum*, ἐγγὺς τῆς ἐρήμου id est τὴν ἐγγὺς ἐρήμου. Deest enim articulus: de qua ellipsi diximus suprà, 5. 36. Cæterùm pro Ephraim in vno codice legitur Ephrem & apud Nonnum quoque, & in Vulgata editione, & apud Syrum, qui suo more mutauit Ἐφρὲμ in Ἐφρίμ vt Ἀμβὼ in Ἄμμιν, & Κηφᾶς in Κιφᾶ. Et vir reconditæ doctrinæ Ioan. Drusius annotat sæpe scribere solitos veteres η pro αι. Itaq; scribi Ἐφρὴμ pro Ἐφραὶμ, sicut Ἱερουσαλὴμ, pro Ἱερουσαλαίμ.

55 *Vt purificarent sese*, ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς. Vide 2. Paralip. 29.

56 [*An*] *venturus non esset*, ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ, id est ὅτι οὐ μὴ ἐλεύσεται; Deliberant enim de re adhuc incerta, quum festus quidem dies instaret, sed nondum tamē aduenisset. Itaque vt planior esset sententia, suppleui particulam interrogantem. Nam Eras. mihi quidem non videtur sensum assequutus, quum interpretaretur, *Quòd non veneit.*

IN CAPVT. XII.

1 *Sex ante Pascha diebus*, πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα. Vulg. & Eras. ad verbum, *ante sex dies Paschæ.* Quum festum Pascha non esset sex, sed septem dierum. Est itaque in hoc idiotismo traiectio particulæ πρὸ, ac si scriptum esset ἓξ ἡμέραις πρὸ τοῦ πάσχα. ‖*Vbi erat Lazarus ille qui fuerat mortuus*, ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκώς. Vulg. *Vbi Lazarus fuerat mortuus.* Ne sensu quidem rectè expresso.

3 *Liquidæ*, πιστικῆς. Vide Mar. 14. 3. Cæterùm pro eo quod λίτραν Ioannes scripsit, miror Nonnum τρία μέτρα interpretari: neque sanè vnquam potui istius interpretationis rationem inire. λίτραν verò vocabulum esse Latinum, apertè declarat Galenus libro primo De compositione medicamentorum secundum genera. Sunt, inquit, ἐπιχώρια ταῦτα ὀνόματα, τὸ τῆς λίτρας, καὶ τὸ τοῦ ξέστου, καὶ τὸ τῆς οὐγγίας, de Romanis loquens. Neque obstat quod ex Polluce citat Erasmus. Neque enim alios quàm Siculos poetas, aut qui Siculos imitati sunt, citat Pollux: quos vt alia multa, sic etiam hoc vocabulum à vicinis hausisse, vel hoc indicat quòd nulli alij Græci auctores id vsurparunt, Latini autem non aliter loqui soleant. Sed hæc παρέργως.

4 *Iscariotes*, Ἰσκαριώτης. Id est ἀπὸ τοῦ Καριώτου, *Carlothita*, vt habet vetustissimus ille meus codex, prout alibi etiam annotauimus.

7 *Funerationis*, τοῦ ἐνταφιασμοῦ. Vulg. *Sepulturæ.* Vide Matt. 26. 12.

Luce Euangelij sese patefaciente, alij curiosi, alij (& quidem quos minimè oportuit) manifesti hostes deprehenduntur, alij impetu quodam correpti eũ honorant, à quo tunc paulò pòst defecturi: paucissimi qua decet reuerentia ipsum excipiunt: Christus interea regnum suum spirituale inter medios inimicos auspicatur.

Matt.21.8 mar 11.7 luc.19.35

Zach.9.9.

Ii ipsi qui Christum conantur opprimere, fiunt ipsius gloriæ instrumenta.

ῥηκεν αὐτό.

8 Τοὺς πτωχοὺς γὰρ πάντοτε ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

9 Ἔγνω οὖν ὄχλος πολὺς ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὅτι ἐκεῖ ἐστι· καὶ ἦλθον οὐ διὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἴδωσιν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν.

10 Ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς ἵνα τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν·

11 Ὅτι πολλοὶ δι' αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπίστευον εἰς τὸν Ἰησοῦν.

12 Τῇ ἐπαύριον ὄχλος πολὺς ὁ ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτήν, ἀκούσαντες ὅτι ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα,

13 Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ καὶ ἔκραζον, Ὡσαννά, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.

14 Εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον, ἐκάθισεν ἐπ' αὐτό, καθώς ἐστι γεγραμμένον,

15 Μὴ φοβοῦ θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται, καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου.

16 Ταῦτα δὲ οὐκ ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὸ πρῶτον· ἀλλ' ὅτε ἐδοξάσθη ὁ Ἰησοῦς, τότε ἐμνήσθησαν ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ ταῦτα ἐποίησαν αὐτῷ.

17 Ἐμαρτύρει οὖν ὁ ὄχλος ὁ ὢν μετ' αὐτοῦ ὅτι τὸν Λάζαρον ἐφώνησεν ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

18 Διὰ τοῦτο καὶ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ ὄχλος, ὅτι ἤκουσε τοῦτο αὐτὸν πεποιηκέναι τὸ σημεῖον.

19 Οἱ οὖν Φαρισαῖοι εἶπον πρὸς ἑαυτούς, Θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν; ἴδε, ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν.

20 Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ·

asseruauit istud.

8 Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me verò nõ semper habebitis.

9 Cognouit ergo turba multa ex Iudæis eum illic esse: & venerunt non propter Iesum tantùm, sed etiam vt Lazarum viderent, quem excitarat à mortuis.

10 Consultarunt autem primarij Sacerdotes, vt Lazarum etiam interimerent.

11 Quia multi ex Iudæis propter eum abibant, & credebant in Iesum.

12 ‖Postero die turba multa quæ venerat ad festum, quum audissent Iesum venire Hierosolymam,

13 Acceperunt Ramos palmarum, & prodierunt ei obuiam, & clamabant, Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex ille Israelis.

14 Nactus autem Iesus asellum, insedit ei, sicut scriptum est,

15 ‖Ne metue filia Sionis: ecce, Rex ille tuus venit, insidens pullo asinæ.

16 Hæc autem non cognouerũt discipuli eius primò: sed quum glorificatus esset Iesus, tunc recordati sunt hæc esse scripta de eo, & sese hæc illi præstitisse.

17 Testabatur verò turba quæ erat cum eo, quòd Lazarum vocasset è monumento, & suscitasset eum ex mortuis.

18 Propterea etiam occurrit ei turba, quia audierat eum edidisse hoc signum.

19 Pharisæi ergo dixerũt inter se, Videtisne vos nihil proficere? ecce, mundus eũ sequutus est.

20 Erant autem quidam Græci ex iis qui ascendunt vt adorẽt in festo.

mea seruet illud.

8 *Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habetis.*

9 *Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt non propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderẽt, quem suscitauit à mortuis.*

10 *Cogitauerunt autẽ principes Sacerdotum vt & Lazarum interficerent.*

11 *Quòd multi propter illũ abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.*

12 *In crastinum autẽ turba multa quæ venerat ad diem festum, quum audissent, quia venit Iesus Ierosolymam.*

13 *Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant, Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel.*

14 *Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est,*

15 *Noli timere filia Sion, ecce, rex tuus venit, sedens super pullum asinæ.*

16 *Hæc non cognouerunt discipuli eius primùm; sed quando glorificatus est Iesus, tũc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei.*

17 *Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarũ vocauit de monumẽto, & suscitauit eum à mortuis.*

18 *Propterea & obuiã venit ei turba, quia audierunt eũ fecisse hoc signum.*

19 *Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abijt.*

20 *Erant autem quidam Gentiles ex his qui ascenderant vt adorarent in die festo:*

¶ *Asseruauit*, τετήρηκεν. Vulg. *Vt seruet*, ἵνα τηρήσῃ, sicut in vno codice scriptum inuenimus. Ita etiam legit Nonnus. Dicitur autem seruasse in diem sepulturæ Maria vnguentum quod tunc effuderat, quasi paulo pòst moriturum & sepeliendum præsagiens quod tum ex illo sacerdotum edicto, tum ex ipsius Christi habitis ea de re sermonibus cognouerat. Sed existimare malim Mariam quidem de morte & sepultura nihil tum cogitasse, sed Christum testari tamen re istud non esse factum, sed Dei prouidentia ipsis proponi proximæ ipsius sepulturæ prænuntium spectaculum. Ridicule verò hæc historia confunditur à nonnullis cum eo quod narratur Luc. 7, qui hac occasione Mariam Lazari sororem cum illa peccatrice & cum Magdalena confuderunt.

8 *Habebitis*, ἔχετε. Vide Matt.26.vers.11.& infr.16, vers. 10 Alludit autem Dominus ad locum Deut.15.11.

16 *Præstitisse*, ἐποίησαν: id est ἐπετέλεσαν, vt vertit Nonnus. Potest autem hoc referri vel ad discipulos, qui quum hunc asinum adduxissent Domino, (vt alij Euangelistæ narrant) meritò postea cognouerunt se, quum nihil tale cogitarẽt, Christo hanc operam præstitisse, vt vaticinium illud impleretur: vel ad turbam, quæ aduenientem Christum ita honorificè excepit vt Propheta prædixerat.

17 *Quod Lazarum vocasset*, ὅτι Λάζαρον ἐφώνησεν. Scio in plerisque codicibus legi, ὅτε Λάζαρον ἐφώνησεν: id est, quando Lazarum vocarat: sed quia μαρτυρεῖν rarò ita positum inuenio vt nihil prorsus habeat quod cohæreat, & planior est sententia si ὅτι legas: non dubitaui ita scribere & interpretari, partim duorum vetustorum codicum, partim etiam Nonni auctoritate adductus.

19 *Mundus*, ὁ κόσμος. Sic Gallicè, vt vulgò dicimus, *Le monde va apres luy*. Nam etiam Syrus interpres, Vulgata & Nonnus addunt ὅλος, id est totus. ¶ *Eum sequutus est*, ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν. Id est, ei vt doctori sese addixit, eum assectatus. Vulg. ad verbum, *Post eum abijt*.

20 *Qui ascendunt*, τῶν ἀναβαινόντων. Id est *ascendere solent*, vel *ascendere solebant*, si Ioannes hæc scripsit euerso iam téplo. Possunt autem Græcorũ nomine intelligi vel ipsi profani & incircuncisi, de quibus Solomon 1. Reg. 8.41. vel proselyti. Vulg. *Qui ascenderant*, τῶν ἀναβάντων.

21 *Velle*

21 Οὗτοι οὖν προσῆλθον Φιλίππῳ τῷ ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἠρώτων αὐτόν, λέγοντες, Κύριε, θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν.

22 Ἔρχεται Φίλιππος καὶ λέγει τῷ Ἀνδρέᾳ· καὶ πάλιν Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος λέγουσι τῷ Ἰησοῦ.

23 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, λέγων, Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

24 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει.

25 Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν.

26 Ἐὰν ἐμοὶ διακονῇ τις, ἐμοὶ ἀκολουθείτω· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγώ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται. καὶ ἐάν τις ἐμοὶ διακονῇ, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ.

27 Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ τί εἴπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην.

28 Πάτερ, δόξασόν σου τὸ ὄνομα. Ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω.

29 Ὁ οὖν ὄχλος ὁ ἑστὼς καὶ ἀκούσας, ἔλεγε βροντὴν γεγονέναι. Ἄλλοι ἔλεγον, Ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν.

30 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν, Οὐ δι' ἐμὲ αὕτη ἡ φωνὴ γέγονεν, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς.

31 Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· νῦν

21 Isti ergo venerunt ad Philippum qui *erat* ex *vrbe* Galilææ Bethsaida, & rogarunt eum, dicẽtes, Domine, velimus Iesum videre.

22 Venit Philippus & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu.

23 Iesus autẽ respondit eis, dicens, Venit hora illa glorificandi Filij hominis.

24 Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti ceciderit in terram, & mortuum fuerit, ipsum manet solum: sin verò mortuum fuerit, multum fructum adfert.

25 ‖Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, ad vitam æternam custodiet eam.

26 Siquis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego fuero, illic & minister meus erit. & siquis mihi ministrauerit, honorabit eum Pater.

27 Nunc anima mea turbata est: & quid dicam? Pater, libera me ab hac hora: sed propterea veni ad hanc horam.

28 Pater glorifica nomen tuum. Venit ergo vox è cælo, *dicens*, Et glorificaui, & rursus glorificabo,

29 Turba ergo quæ adstabat & audierat, dicebat tonitruũ esse factum. Alij dicebant, Angelus ei loquutus est.

30 Respondit Iesus & dixit, Non propter me hæc vox extitit, sed propter vos.

31 Nunc iudicium adest mundi

21 *Hi ergo accesserunt ad Philippũ qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicẽtes, Domine, volumus Iesum videre.*

22 *Venit Philippus & dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu.*

23 *Iesus autem Respondit eis, dicens, Venit hora vt clarificetur Filius hominis.*

24 *Amen amen dico vobis, nisi granũ frumenti cadẽs in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.*

25 *Qui amat animam suã, perdet eam: & qui odit animã suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet.*

26 *Siquis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eũ Pater meus.*

27 *Nunc anima mea turbata est: & quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora sed propterea veni in horam hanc.*

28 *Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo, Et clarificaui, & iterum clarificabo.*

29 *Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant, Angelus ei loquutus est.*

30 *Respondit Iesus & dixit, Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.*

31 *Nunc iudicium est mũ-*

Mors Christi instar sationis fuit, quæ dum videtur ad interitum tritici tendere, causa est longe vberioris prouentus. Nec verò alia est membrorum quàm capitis conditio.

Matt.10.39. & 16.25. mar.8.35 luc.9.24.& 17.33.

Christus homo omnes nostris peccatis debitas pœnas luiturus, hactenus vim suam non exercente Deitate, vt expiationi locus esset, horrore maledictionis Dei perculsus, exclamat, ad preces confugit, petit liberationem: & tamen Patris voluntatem & gloriã, ipso Patre cælitus hanc obedientiam cõprobante, rebus omnibus anteponit. Christus mortis suæ genus, Diaboli, & mũdi expugnationem, suũ denique triumphum prædicit.

21 *Velimus*, θέλομεν. Vide Mar.10.35. ¶ *Videre*, ἰδεῖν. Id est, priuatim conuenire. Nam alioqui præsentem illum conspiciebant.

23 *Glorificandi filij hominis*, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Vulg. vt clarificetur Filius hominis. Vide 15.13. & 6.30. Cur autem hoc loco, & aliis similibus ὥραν maluerim Horam quàm Tempus interpretari: quum tamen hîc non significetur specialiter vna ex vnciis illis duodecim diei vel noctis, hæc causa est, quòd Horæ nomine videatur expressa illa Dei non tantùm vniuersalis, sed singularissima in rebus omnibus, ac præsertim in nostræ salutis mysterio prouidentia, qua Deus non tantùm annos, menses, dies, sed ipsa etiam temporum singula momenta ab æterno disposuit. Et certè hæc doctrina, vt certissima est, & cum Dei natura, potentia & voluntate immutabili consentiens, sic nos in fide & patientia aduersus diffidentiam & impatientiam mirificè confirmat. Quòd autem attinet ad particulam ἵνα, nouo quodam, & tum Græcis, tum Latinis inusitato modo ab hoc nostro Euangelista infrà quoque 16.2. vsurpatam, sciendum est eam accipi τελικῶς, & respondere literæ ל, in gerundi modo Hebræorum, quod Græci per articulum τοῦ exprimunt cum infinitiuo modo subaudita voce ἕνεκα, vt Rom.13.11.& Apoc.14.15.

26 *Et erit*, καὶ ἔσται. Alij conuertunt, *Et esto*, vt futurum, Hebræorum more, positum sit pro imperandi modo, & ita explicetur quid sit, Dominum sequi: nempe vbicunque fuerit, illic eum comitari. Etsi autem hæc sententia vera est & optimè conuenit, tamen quia paulo antè non scriptum est ἀκολουθείτω, sed ἀκολουθείτω, videtur non præceptũ sed promissio præcepto adiuncta. ¶ *Et siquis*, καὶ ἐάν τις. Vulgata & Erasmus, *Siquis*. Atqui in omnibus vetustis codicibus additur καί, & apparet non esse additum vt explicetur præcedens promissio.

27 *Turbata est*, τετάρακται. Vide supra, 11. vers. 33. Causa verò huius longè maximæ & maximè horrendæ conturbationis in Christi mente, fuit iræ diuinæ proximæ sensus, quo nihil terribilius cogitari potest. Scitè verò Augustinus, *Christi*, inquit, *perturbatio nos tranquillat, & infirmitas firmat.*

28 *Vox è cælo* [*dicens*,] φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Sic apud Hebræos sæpe subauditur לאמור [*lemor*,] vt annotauimus Marc.10.33. Sic autem loquitur Matth.17.5. Sed pro ὄνομά σου nomen tuum, in vno codice scribitur ὄνομά μου, nomen meum.

31 *Iudicium*, κρίσις. Initium videlicet ἀποκαταστάσεως mundi, de qua Petrus Act.3.21. eiecto illius vsurpatore testante hoc ipsum Simeone Luc.2.32. præeuntibus ipsis Angelis, Ibid.14. Opponitur autem mundi nomen angustis illis finibus Israelitici populi, quo etiam respicit in proximo versiculo particula vniuersalis πάντας, ad genera singulorum tamen non ad singulos generum accommodanda. 1. Ioan. 2.2.& Galat. 3.28.

ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω.
32 Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.
33 (Τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν)
34 Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ὄχλος, Ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου ὅτι ὁ Χριστὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ πῶς σὺ λέγεις ὅτι δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; τίς ἐστιν οὗτος ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου;
35 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι· περιπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ· καὶ ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ, οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει.
36 Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε. ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀπελθὼν ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν.
37 Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτόν·
38 Ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πληρωθῇ, ὃν εἶπε, Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη;
39 Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι

huius: nunc princeps ille mundi huius eijcietur foras.
32 Et ego si sublatus fuero è terra, omnes traham ad meipsum.
33 (Hoc autem dicebat, significans qua morte futurum erat vt moreretur.)
34 Respondit ei turba, Nos audiuimus ex Lege, Christū manere in æternum: quomodo igitur tu dicis oportere tolli Filiū hominis? quis est iste Filius hominis?
35 Dixit igitur eis Iesus, Adhuc paruo tempore lux vobiscū est: ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ deprehendant: nam qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.
36 Dum lucem habetis, credite in lucē, vt filij lucis fiatis. Hæc loquutus est Iesus: & quum abiisset, occultauit se ab eis.
37 Quum autem tot signa coram eis edidisset, non credebāt in eum:
38 Vt sermo Esaiæ prophetæ impleretur, quem dixit, Domine, quis credidit sermoni nostro, & brachium Domini cui retectum est?
39 Propterea non poterāt cre-

di: nunc princeps huius mundi eijcietur foras.
32 *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.*
33 *(Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus)*
34 *Respōdit ei turba, Nos audiuimus ex Lege, quia Christus manet in æternū: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filiū hominis? quis est iste Filius hominis?*
35 *Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum, lumē in vobis est: ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.*
36 *Dum lucē habetis, credite in lucem vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, & abijt, & abscondit se ab eis.*
37 *Quum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum:*
38 *Vt sermo Esaiæ prophetæ impleretur, quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?*
39 *Propterea non poterāt*

Psal.89.37.& 110.4.& 116.2. esa.9.7 ezech.37.25

Immensa quidem Dei misericordia, sed cuius contemptum consequitur iudiciū planè horrendum.

Supr.1.9

Fides non est naturæ, sed gratiæ.

Esa.53.1 rom.10.16

¶ *Eijcietur foras*, ἐκβληθήσεται ἔξω. Id est, deturbabitur ex illa sua tyrannide, promulgato videlicet per orbem terrarum Euangelio. Huc enim respicit tota hæc historia, cui occasionem præbuit illa Græcorum petitio, quos tamen non videtur Christus ad priuatum colloquium admisisse, quòd nondum tempus illorum vocationi destinatum aduenisset.

32 *Sublatus fuero è terra*, ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς. Vulgata & Erasmus, *Exaltatus fuero è terra*. Atqui quum ex hac oratione nascatur sequens Iudæorum obiectio, necesse est existimemus Christum in suo idiomate verbum ambiguæ significationis vsurpasse, quo significetur aliquid tum attolli, tum etiam è medio auferri. Nam alioquin neque Iudæis occasio data esset ista obijciendi, neque etiam Christus tam commodè videri possit mortem suam significasse. Puto autem id omnino esse quod Latini dicunt Tollere: Græcè autem magis propriè αἴρειν quàm ὑψοῦν: Hebræi vel רום [*rum*,] (quod etiam declarat Separare & eximere, vt Exod. 29.27. vnde oblationem תרומה [*terumah*,] Chaldæus Paraphrastes exponit אפרשותא [*aphraschutha*,] id est separationem,) vel potius עלה [*halah*,] quod respondet quidem verbo ἀναβαίνειν, sed in Niphal accipitur pro ἐπαίρεσθαι & ὑψοῦσθαι, vt Græca editio habet Psalm. 47.10, & 97.9. Sic factum est vt eleganti translatione vsurpetur pro Tolli è medio, vt Iob.5.26. vbi etiam de morte agitur: & pro euanescere, fumi ac vaporis instar, qui Hebræis dicitur ascendere è terra, vt Zach.14.c.13. quem locum Latini interpretes non rectè expresserūt atque adeo pro Penitus deleri & exscindi, vt Nahum 2.7. pro eo quod in Hebræo legitur העלתה [*hohalatha*] doctissimus Hebræorum habet נכרתה [*nichretha*,] id est deletum & excisum est. ¶ *Omnes*, πάντας. siue quosuis, id est non solos Iudæos, vt rectè explicant Chrysostomus & Theophylactus. Sed vt Cyrillus Alexandrinus lib. in Ioan. 8. vers. 17. Si per omnia, inquit, homines intelligendi sunt, omnia ad salutem prædestinata possumus dicere, aut certè omnium hominum genera, secūdùm innumerabiles differētias quibus inter se præter sola peccata homines distant. Vulgata, *Omnia*, id est πάντα, vt scribitur in vetustiss. meo cod. & legit quoque Augustinus. In Græcis verò reliquis nostris exemplaribus scribitur πάντας.

34 *Manere in æternum*, μένει εἰς τὸν αἰῶνα. id est עמד [*hamad*,] vel קום [*kum*:] quæ quum opponantur verbo ὑψωθῆναι, apparet, quod modò dixi, ὑψωθῶ hic respondere verbo עלה [*halah*,] quod acceperint Iudæi translatitia significatione pro euanescere & tolli è medio.

35 *Adhuc paruo tempore*, ἔτι μικρὸν χρόνον. Vulgata, *Adhuc modicum*, ἔτι μικρόν, ita vt non exprimatur χρόνον, sed subaudiatur, aut potius μικρὸν degeneret in aduerbium, vt infrà, 13.33. Quia verò idem interpres conuertit τὸ φῶς neutro genere, quidam per imprudentiam hæc coniunxerunt, perinde ac si dicat Dominus, adhuc pusillum luminis in ipsis superesse: in quo errore versatur etiam Augustinus. Atqui (vt rectè Erasmus obseruat) hoc sensu dicendum fuerat non μικρὸν τὸ φῶς, sed μικρὸν φωτός. Præbuit autem illud quoque errandi occasionem quod μεθ' ὑμῶν, id est vobiscū, vertit, In vobis, pro Inter vos. Legit enim ἐν ὑμῖν, vt etiam scriptum inuenimus in tribus exemplaribus. Tāti est momenti, ad verum eruendum sensum, vel vnius particulæ obseruatio.

36 *Filij lucis*, υἱοὶ φωτός: i. Lucis participes, ex Hebræorum idiotismo, de quo diximus Luc.16.8. ¶ *Occultauit se*, ἐκρύβη. Passiua vox reciproca significatione, vt aliquando coniugatio Niphal apud Hebræos accipitur. Vide 1.Cor. 7.10.& 15. vt mox vers. 40. ἐπιστραφῶσι.

38 *Sermoni nostro*, τῇ ἀκοῇ ἡμῶν. Vide Rom.10.16. ¶ *Brachium Domini*, ὁ βραχίων Κυρίου. Brachium Dei vocatur Euāgelium, quòd sit potentia Dei ad salutem omni credenti, vt definit Apost. Rom.1.16. Hanc expositionem id confirmat quòd plerunque soleat pars posterior vnius versiculi apud Hebræos alteram explicare: facta autē fuerat mentio τῆς ἀκοῆς, i. Verbi annuntiati, quod illis est opertum qui pereunt, vt ait idem Paulus 2.Cor.4.3. Deinde Brachij nomine apud Hebræos notum est vim ac robur declarari, sicut annotauimus Luc.1.51. Non est igitur brachium Domini retectum iis quorum Dominus cor non aperuit, vt credant annuntiato Euangelio, Act.16.14.

39 *Non poterant*, οὐκ ἠδύναντο: id est noluerunt, inquit Theophylactus, ex Chrysostomo: quem norunt omnes pij plus æquo suum illud αὐτεξούσιον extollere solere. Et tamen, si rem ipsam spectes, verum est reprobos idcir-

co non

co non credere quia credere nolunt. Atque adeò hæc est propinqua ac propria incredulitatis ipsorum causa: sed altius conscendit Euangelista, quum istos dicit credere non potuisse. Nam sicut credere nolunt reprobi, ita certum est non posse velle credere, quia tenebræ in quibus nati sunt, lucē cōprehendere non possunt: *Deus autem* (inquit Paulus) *quos vult miseratur, & quos vult indurat.* Mira autē est hominū arrogantia, qui rogant cur Deus aliquos induret quum potius mirari debuerint, tantam ipsius esse bonitatem vt aliquos non induret, sed efficaciter vocet.

πάλιν εἶπεν Ἡσαΐας,
40 Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν· ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστραφῶσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.
41 Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ.
42 Ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται.
43 Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.
44 Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε, καὶ εἶπεν, Ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμέ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με.
45 Καὶ ὁ θεωρῶν ἐμέ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με.
46 Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ.
47 Καὶ ἐάν τίς μου ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων, καὶ μὴ πιστεύσῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν. Οὐ γὰρ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον.
48 Ὁ ἀθετῶν ἐμέ, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν· ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.
49 Ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα· ἀλλ' ὁ πέμψας με πατήρ, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω.
50 Καὶ οἶδα ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ζωὴ αἰώνιός ἐστιν· ἃ οὖν λαλῶ ἐγώ, καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ πατήρ, οὕτω λαλῶ.

dere, quia iterum dixit Esaias,
40 Excæcauit oculos eorum, & obdurauit corda eorum: ne videant oculis, & sint intelligētes corde, & sese conuertant, & sanem eos.
41 Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & loquutus est de eo.
42 Veruntamen etiam ex primoribus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos *hoc* non profitebantur, ne synagoga mouerentur.
43 Dilexerunt enim gloriam hominum potius quàm gloriam Dei.
44 Iesus autē clamauit & dixit, Qui credit in me, nō credit in me, sed in eum qui misit me.
45 Et qui conspicit me, conspicit eum qui misit me.
46 Ego lux in mundum veni, vt quisquis credit in me, in tenebris non maneat.
47 Si quis autem audierit verba mea, & non crediderit, ego non condēno ipsum. Nō enim veni vt condemnē mundum, sed vt seruem mundum.
48 Qui dedignatur, nec recipit verba mea, habet qui condemnet ipsum: sermo quem loquutus sum, ille condemnabit eum vltimo illo die.
49 Quia ego ex meipso non sum loquutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi præcepit quid dicam, & quid loquar.
50 Et scio mandatū eius vitam æternam esse. quæ igitur ego loquor, prout dixit mihi Pater, ita loquor.

credere, quia iterum dixit Esaias,
40 *Excæcauit oculos eorū, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos.*
41 *Hæc dixit Esaias quādo vidit gloriam eius, & loquutus est de eo.*
42 *Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non eijcerentur.*
43 *Dilexerunt enim gloriā hominum magis quàm gloriam Dei.*
44 *Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.*
45 *Et qui videt me, videt eum qui misit me.*
46 *Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.*
47 *Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum. Nō enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.*
48 *Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum: sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.*
49 *Quia ego ex meipso non sum loquutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi mādatum dedit quid dicam, & quid loquar.*
50 *Et scio quia mandatū eius vita æterna est. quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.*

Esa.6.9 mat.13.14 mar.4.12 luc.8.10 act.28.26 rom.11.8

Non modò pauci credunt, si cum incredulis comparentur, sed etiam ex iis paucis plerique (& quidem in primis maximi quique) homines magis verentur quàm Deum.

Sup.5.44

Summa Euangelij, ac proinde salutis hæc est, clamore ipsius Christi in media Hierusalem testata, fide in Christum vt vnicū seruatorē nobis à Patre destinatum, recumbere.

Sup.3.19.& 9.39.

Suprà,3.17

Matt.16.16

40 *Obdurauit cor eorum*, πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν. Vulgata, *Excæcauit*, πώρωσιν & πήρωσιν suo more confundens, vt diximus Marc.3.5. ¶ *Sint intelligentes*, νοήσωσι. Vulg. *intelligant*. quod non solet absolutè poni. Cordis autem nomine Hebræi omnes interiores & ipsius etiam mentis facultates significant. ¶ *Sese conuertant*, ἐπιστραφῶσι. Vide Act 3.26.

42 *Ex primoribus*, ἐκ τῶν ἀρχόντων. Vide Luc.23.35.

43 *Potius quàm*, μᾶλλον ἤπερ. Vulg. & Erasm. *Magis quàm*. Vide Luc.18.14, & suprà, 3.19.

44 *Non credidit in me*, οὐ πιστεύει εἰς ἐμέ. Particula negans hoc loco nihil remouet, sed corrigit potius, vt diximus Marc.9.37.

45 *Conspicit*, θεωρεῖ, id est, ὁρᾷ, videt, quum alioqui τὸ θεωρεῖν animi sit potius quàm oculorum, vt alibi obseruauimus, quanuis ne oculi quidem cernere possint quod cernunt, nisi cogitatio oculis cooperetur. Christus autem hoc loco, non simpliciter de sui ipsius conspectu externo, sed de admirandis illis miraculis agit, quibus se non ψιλὸν ἄνθρωπον esse, sed verum illum Deum, ipsis etiam cæcissimis suis aduersariis demonstrabat, infrà 14.11. & 15.24. multò certè clarius quàm ex rerum creatarum contemplatione. Rom.1.20. & Hebr.11.7. Insignis est autem præterea hic locus aduersus Arrianos, simul & aduersus Sabellianos manifestè paternam & suam Deitatem, vnicam & eandem asserens: & simul suam personam à Patris persona reipsa distinguens.

46 *Lux*, φῶς. Vel per appositionem istud accipi potest, vt suprà, 1.8. vel à parte posteriore construi cum verbo ἐλήλυθα, hoc sensu, *Ego veni in mundum Lux*, id est, vt ipsi lux essem.

47 *Non crediderit*, μὴ πιστεύσῃ. Vulg. *Non custodierit*, μὴ φυλάξῃ. quod in nullis Græcis codicibus inueni, quanuis hoc nihil immutet in ipsa huius loci sententia. Ambrosius verò lib. de Pœnit. cap. 11. tollit negantem particulam, quasi dixerit Christus eos qui ipsum audiebant, & eius sermonem fide amplectebantur non condemnari, sed per ipsum seruari, vt qui non perdendi, sed seruandi causa in mundū aduenerit: cui sententiæ opponatur proximè sequens versiculus aduersus incredulos. Sed præstat receptam lectionem seruare. ¶ *Condēno*, κρίνω. Vulg. & Eras. *Iudico*. Vide suprà, 3.17.

Κεφάλαιον ιγ.

Matt.26.2 mar.14.1 luc.22.1

Christus non minus certus victoriæ quàm certaminis imminentis, abhibito ablutionis pedũ symbolo, partim quidẽ summæ modestiæ exemplũ, suámque in discipulos singularem beneuolentiam hoc insigni facto, mox ab iis discessurus testatur, partim verò se vnum esse declarat, qui suorum sordes abluat, idque paulatim, & suis veluti momentis.

1 Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς.

2 Καὶ δείπνου γενομένου, (τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος, Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ)

3 Εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει·

4 Ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια· καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν.

5 Εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος.

6 Ἔρχεται οὖν πρὸς Σίμωνα Πέτρον· καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος, Κύριε σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας;

7 Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα.

8 Λέγει αὐτῷ Πέτρος, Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ.

9 Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος, Κύριε, μὴ τοὺς πόδας μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλήν.

10 Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες.

Infrà, 15.3

CAP. XIII.

1 Ante festum autem diem Paschæ, sciẽs Iesus venisse horam illam digrediendi ex hoc mundo ad Patrem, quum dilexisset suos illos qui erant in mundo, vsque ad finem dilexit eos.

2 Et cœna peracta, (quum diabolus iam immisisset in cor Iudæ *filij* Simonis, Iscariotæ, vt proderet eum)

3 Sciẽs Iesus Patrem omnia dedisse sibi in manus, & se à Deo prodiisse, & ad Deũ abire.

4 Surgit à cœna, & deponit pallium: acceptóq; linteo, præcinxit se.

5 Deinde immisit aquã in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.

6 Venit ergo ad Simonem Petrum: qui dixit ei, Domine, tu mihi lauas pedes?

7 Respondit Iesus & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis nunc, cognosces autem postea.

8 Dicit ei Petrus, Non lauabis meos pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Nisi lauero te, nihil mecũ habebis commune.

9 Dicit ei Simon Petrus, Domine, non solùm pedes meos, sed etjam manus & caput.

10 Dicit ei Iesus, Ei qui lotus est, non opus est nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus: ‖ & vos mundi estis, sed non omnes.

CAP. XIII.

1 *Ante diem autem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem, quũ dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

2 *Et cœna facta, (quum diabolus iam immisisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis, Iscariotes)*

3 *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.*

4 *Surgit à cœna & ponit vestimenta sua, & quum accepisset linteum, præcinxit se.*

5 *Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.*

6 *Venit ergo ad Simonem Petrũ: & dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes?*

7 *Respõdit Iesus & dixit ei. Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea.*

8 *Dicit ei Petrus, Nõ lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Si non lauero te, non habes partem mecum.*

9 *Dicit ei Simon Petrus, Domine non tantùm pedes meos, sed & manus & caput.*

10 *Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus: & vos mundi estis sed non omnes.*

IN CAPVT XIII.

1 *Ante festum*, πρὸ τῆς ἑορτῆς, id est pridie, siue septiduani festi azymorum, siue primi & solennis illius diei. Vtrouis enim hoc referatur nihil interest. Quum autem azymalia inciperent ab occasu decimi quarti diei mensis Nisan, id est ab initio diei 14. nulla hic occurrit difficultas in hac supputatione. Sed quum hic ipse decimus quartus dies Matth. 26. 17. vocetur primus dies azymorum, vt & Marc. 14.12 & Luc 22.7. quomodo hæc concilianda sint, vide quę in illum Matth. locum scripsi. ¶ *Horam digrediendi*, ἡ ὥρα ἵνα μεταβῇ. Vide suprà 12.23.

2 *Cœna peracta*, δείπνου γενομένου Eras. *Quum cœna fieret*, δείπνου γινομένου. Sed in vetustis codicibus omnibus, vno duntaxat excepto, & in Theophylacto Romano, summo consensu legitur γενομένου. Et quum mox sequatur versu 4. Christum surrexisse è cœna, omnino legendum est γενομένου, significatione aoristi secundi. Sic tamen vt mensa nondum esset remota, quum postea dicatur Christus rursus discubuisse, & mentio quoque fiat intinctæ offulæ, ita vt sacra demum Christianæ cœnæ institutione finitum sit totum illud Christi ante ipsius mortem conuiuium: cuius institutionis præterita narratione Ioannes, ab aliis Euangelistis luculenter expositæ, sanctissimos illos sermones, & vtramque illam Cœnæ legalis actionem copiosissimè exponit. Vide Matth. 26. 20. ¶ *Iudæ* [*fi'ij*] *Simonis*, Ἰούδα Σίμωνος. Vulg. & Eras. *Iuda Simonis*. Atqui perinde vertendum fuisse hunc locum acsi scriptum esset, Ἰούδα τοῦ Σίμωνος υἱοῦ, quod à Syro interprete exprimitur, & non Iudam ipsum, sed ipsius patrem fuisse Simonem vocatum, apparet ex eodem hoc nostro Euangelista, suprà, 6. 71, & 12. 4. & infrà, versu 26.

3 *Sciens Iesus*, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς. Vulgata Iesu nomen non legit, vt & nonnulli ex veteribus, quos mirum est ita fuisse hoc loco deceptos vt hoc ad Iudam proditorem retulerint, & pro αὐτῷ *sibi*, legerint αὐτῷ *ipsi*, nempe Iesu.

4 *Surgit à cœna*, ἐγείρεται ἀπὸ δείπνου. Sic postulabat ritus Cœnæ paschalis, vt diximus Matth. 26. 20. ¶ *Pallium*, τὰ ἱμάτια. Summas vestes hoc nomine declarari, alibi ostendimus. Itaque vestimenti nomen nimium latè patet, nequis somniet Dominum nudo corpore suis discipulis pedes abluisse.

8 *Nihil mecum habebis commune*, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ, Vulg. & Erasm. ad verbum, *Non habes partem mecum*, id est אין לך חלק בי [*en lach chelek bi.*] Sic enim loquuntur Hebræi, pro eo quod Latinè dicas, Nihil tibi posthac negotij mecum erit, renuntio tibi omnem amicitiam ac coniunctionẽ vt 1. Reg. 12. 16, quo modo & nos in vernaculo nostro sermone dicimus, *Auoir à partir auec quelqu'vn.*

10 *Totus*, ὅλος. Exceptis videlicet pedibus, donec eos etiam lauerit: quæ sententia quum sit planissima, & nihil absurdi habeat neque in re ipsa, neque in loquendi formula, mirum est quendam hîc potuisse inuenire nodum in scirpo, & vt eum expediat, omnibus omnium interpretationibus, quasi in plena luce cæcutierint, repudiatis, comminisci Christũ hîc de se in tertia persona agere, qui quũ sit mũdus totus nullo indigeat à quo abluatur, sed aliorum pedes abluat, quod exemplum iubeat Christianos omnes imitari, ac præsertim quo excellentioribus donis aliquis est præditus,

eò magis de abluendis infirmorum fratrum sordibus cogitare. Ego verò assentior quidem huic doctrinæ, explicationi verò nequaquam. Ipsa siquidem constructio declarat vnam eadémque personam dici lotam, quæ tamen necesse habeat pedes lauare, non alterius, sed suos, (vt rectè Syrus interpres reciprocum expressit) totus alioquin mũdus, quia lotus: quod Christo certè non conuenit, vt qui sordidatus nunquam fuerit, ac proinde ablutus dici non possit. Est igitur hæc similitudo petita ex balneorum more, in quibus qui lauant, post frictiones & sudoris abstersiones, cætero corpore mundi, vltimos pedes, in quos nimirum, vt partes infimas, reliquę sordes defluxerunt, studiosè tandem abluunt. Triplex est autem huius similitudinis scopus Christo propositus. Vnus respiciens eam labem qua cœtus ille selectissimorum discipulorum à Iuda proditore aspergebatur, sicut ostendit vers. 11. à qua illo tandem in suum locũ abeũte, sese mundaturũ ipsos Christus hoc symbolo testabatur. Alter, vt discipuli quantum adhuc puritati suæ deesset, & à quo petendum esset augendæ puritatis beneficium cognoscerent: Tertiũ mox explicabo vers. 14. ¶ *Et vos*, καὶ ὑμεῖς. Syrus interpres addit כלכון [*culcun*] *toti*, sed repugnante omnium Græcorum fide, nisi id intelligatur, addita rursus abluendorum pedum exceptione, vt in proximè antecedentibus.

11 Ἤδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν· διὰ τοῦτο εἶπεν, Οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε.

12 Ὅτε οὖν ἔνιψε τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀναπεσὼν πάλιν εἶπεν αὐτοῖς, Γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν;

13 Ὑμεῖς φωνεῖτέ με, Ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος· καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ.

14 Εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας.

15 Ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε.

16 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν.

17 Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε ἐὰν ποιῆτε αὐτά.

18 Οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω· ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ.

19 Ἀπ' ἄρτι λέγω ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται, πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι.

20 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ὁ λαμβά-

11 Norat enim eum à quo ipse prodebatur: propterea dixit, Non omnes estis mundi.

12 Postquam ergo lauisset pedes eorũ, & pallium suũ recepisset, rursũ discubuit, & dixit eis, Nostis ne quid fecerim vobis?

13 Vos me vocatis, Magister ac Domine: & benè dicitis: sum enim.

14 Itaq; si ego laui pedes vestros Domin⁹ & Magister, vos quoq; debetis alij aliorũ pedes lauare.

15 Exemplum enim præbui vobis, vt prout ego feci vobis, *ita* & vos faciatis.

16 ‖Amen amen dico vobis, Seruus nõ est maior Domino suo, neque legatus maior eo à quo ipse missus est.

17 Si hæc noueritis, beati eritis si ea feceritis.

18 Nõ de omnibus vobis loquor: ego scio quos elegerim: sed *oportet* vt impleatur Scriptura, ‖Qui edit mecum panẽ, sustulit aduersum me calcem suum.

19 Iam nunc dico vobis priusquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis me *eum* esse.

20 ‖Amen amen dico vobis, quã-

11 *Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit, Non estis mundi omnes.*

12 *Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua quum recubuisset iterum, dixit eis, Scitis quid fecerim vobis?*

13 *Vos vocatis me, Magister & domine: & bene dicitis sum etenim.*

14 *Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes.*

15 *Exemplum enim dedi vobis, vt, quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.*

16 *Amen amen dico vobis, Non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior est eo qui misit illum.*

17 *Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.*

18 *Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim: sed vt adimpleatur Scriptura, Qui manducat mecũ panem, leuauit contra me calcaneum suum.*

19 *Amodo dico vobis priusquam fiat, vt quum factũ fuerit, credatis quia ego sum.*

20 *Amen amen dico vobis,*

Inf. 15. 20. matt. 10. 40 luc. 6. 40

Psal. 49. 10.

Christus non temerè proditus est, sed Patre quidẽ ita nostræ salutis causa ordinante, vt in Filio nos sibi reconciliaret, Filio verò vltro & sponte Patri suo obsequente.

Matt. 10. 40 luc. 10. 16

13 *Magister ac Domine*, ὁ διδάσκαλος καὶ κύριος. Erasmus, *Magistrum ac Dominum*. Nam illa non conueniunt, inquit, nisi præsenti: sic autem Iesum discipuli etiam absentem appellabant, vt infrà, 21.7. Id ego verò fateor: sed additum verbum φωνεῖν indicat hæc accipienda de communi sermone, quo solebat præsens à discipulis compellari. Sunt autẽ illa posita ὀρθῶς (vt loquuntur grammatici) & rectus pro vocandi casu vsurpatus est: quam enallagen alibi exposuimus, nisi cum Epiphanio legere malumus, ἐμὲ λέγετε κύριον καὶ διδάσκαλον Sic enim ille hunc locum citat κατὰ τῶν Ἐβιωναίων.

14 *Vos quoque debetis*, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε. Verbum ὀφείλειν ostendit præcipi quod discipulorũ officium postulat. Hinc factũ vt lotionis pedum ritus in Ecclesias sit inuectus, atque adeò paulatim inter ritus sacramentales habitus. Et certè nec verbũ expressum, nec significatio sacri vsus huic facto deest, vt videri possit Sacramenti nomen ei multò rectiùs quàm matrimonio cõuenire. Sed quod ad externã pedum ablutionem attinet, minimè fuit Christo propositum talẽ ritum sacrum in Ecclesia instituere, sed sequutus morem illis temporibus & regionibus ab vltima vetustate consuetum ablutionis pedum ad viatores præsertim vespere excipiendos (vt ex quàm plurimis Scripturæ locis apparet) hoc genere sermonis, mutuam verorũ Christi discipulorũ omnium inter se coniunctionem ad quiduis mutuæ ædificationis causa præstandum, cõmendauit, non verbo tantùm, sed suo quoque ipsius exemplo. Inde illud Pauli, Omnibus me ipsum seruũ feci, vt plures lucrifacerem, 1. Cor 9.1. Hinc illa viduæ Diaconissæ deligendæ exploratio, *Si sanctorum pedes lauit*, 1 Tim. 5. 10. & exprobratio Pharisæo facta Luc. 7. 44. Generalis est ergo hæc præceptio, mutuam Christianorum omnium inter se charitatem omni officiorũ genere testandam complectens, & quidẽ iis in primis conueniens quos Dominus cæteris & doctrina & omni verarũ virtutũ exemplo patefecit, inter quas excellit profectò ταπεινοφροσύνη, tantopere ipsis commendata Matth. 20. & 27. & 28. Quam autem his monitis indigerent Apostoli, ostendit æmulationis eorum facta toties mentio, tũ demum maximè vitanda, quum ab eis discessisset Dominus: quod etiam per Dei gratiam ipsis datum est, vt Actorum Apostolicorum historia, & eorum epistolæ testantur.

15 *Exemplum*, ὑπόδειγμα. Vide Matth. 3. 7.

16 *Legatus*, ἀπόστολος. Alibi seruauimus apostoli nomen: hîc verò quum generalis sit sententia, Erasmus meritò aliud vocabulum quæsiuit.

18 *Sed* [*oportet*] *vt impleatur*, ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ. De hac ellipsi diximus Mar. 4. 22, & 9. 12. & 14. 49, & suprà, 9. 3. Simile etiam occurrit exemplum 1. Ioan. 2. 19. Potest tamen fateor, ἵνα construi cum verbo ἐξελεξάμην, quod sequitur. Sed quũ illius ellipsis tot occurrant exempla, malui sine traiectione ista interpretari.

19 *Iam nunc*, ἀπ' ἄρτι. Heb. מעתה [*mehattha.*] quod plerunque significat Deinceps: hîc verò id declarat pro quo dicimus vernaculo sermone *dès maintenant*, vt infrà, 14. 2. Vulg. barbarè, *à modo*.

20 *Quando aliquẽ misero, quisquis* [*eum*] *recipit*, ὁ λαμβάνων ἐάν τινα πέμψω. Hîc occurrit manifestum traiectionis exemplum, vt rursum paulo pòst, versu 29, & c. 15. 1 . quo potest optimè confirmari interpretatio quam attulimus suprà, 8. 25. Eras. pro ἐάν τινα conuertit *quemcunque*, id est ὅντινα ἄν Sed præstat accipere ἐάν pro ὅταν, vt infrà 14. 3.

νων ἐάν τινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει· ὁ δὲ ἐμὲ λαμβάνων, λαμβάνει τὸν πέμψαντά με.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐταράχθη τῷ πνεύματι, καὶ ἐμαρτύρησε, καὶ εἶπεν, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με.

Ἔβλεπον οὖν εἰς ἀλλήλους οἱ μαθηταὶ, ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει.

Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς.

Νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος πυθέσθαι τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει.

Ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, λέγει αὐτῷ, Κύριε, τίς ἐστιν;

Ἀποκρίνεται ὁ Ἰησοῦς, Ἐκεῖνός ἐστιν ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. Καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον δίδωσιν Ἰούδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ.

Καὶ μετὰ τὸ ψωμίον, τότε εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς. Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον.

Τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ.

Τινὲς γὰρ ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτήν, ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ.

Λαβὼν οὖν τὸ ψωμίον ἐκεῖνος, εὐθέως ἐξῆλθεν· ἦν δὲ νύξ.

Ὅτε οὖν ἐξῆλθε, λέγει ὁ Ἰησοῦς, Νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ.

Matt. 26. 21 marc. 14. 18 luc. 22. 21

In Christi ignominia nobis consideranda est ipsius glorificatio.

do aliquem misero, quisquis *eum* recipit, me recipit: qui verò me recipit, recipit eum qui me misit.

21 Quum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testatus est, dixitque, Amen amen dico vobis, vnus ex vobis prodet me.

22 ‖ Discipuli ergo aspiciebant alij ad alios, incerti de quo diceret.

23 Erat autem quidam ex discipulis Iesu accumbens in sinu ipsius, *nimirum* is quem diligebat Iesus.

24 Innuit ergo huic Simon Petrus *vt* percontaretur quisnam esset de quo diceret.

25 Ille vero quum sese inclinasset in pectu Iesu, dicit ei, Domine, quis est?

26 Respõdit Iesus, Ille est cui ego intinctam offulam dedero. Et quum intinxisset offulam, dedit Iudæ *filio* Simonis Iscariotæ.

27 Et post *sumptam* offulam, tunc ingressus est in illum Satanas. Dicit igitur ei Iesus, Quod facis, mox facito.

28 Hoc autem nemo accumbentium intelligebat quorsum ei dixisset.

29 Quidam enim putabant, quoniam marsupiũ habebat Iudas, Iesum ei dixisse, Eme quibus opus est nobis ad festum: aut egenis vt aliquid daret.

30 Ille igitur accepta offula, statim exiuit. erat autem nox.

31 Quum ergo exiuisset, dicit Iesus, Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus est in eo.

qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.

21 *Quum autem dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit, Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me.*

22 *Aspiciebant ergo adinuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret.*

23 *Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus.*

24 *Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis est de quo dicit?*

25 *Itaque cùm recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei, Domine, quis est?*

26 *Respondit Iesus, ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et quum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ.*

27 *Et post buccellam, tunc introiuit in eum Satanas. Et dicit ei Iesus. Quod facis, fac citius.*

28 *Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei.*

29 *Quidã enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret.*

30 *Quum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuò: erat autem nox.*

31 *Quum ergo exisset, dixit Iesus, Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.*

21 *Turbatus est*, ἐταράχθη. Vide suprà, 11. 33. ¶ *Et testatus est*, καὶ ἐμαρτύρησε, id est palàm ac cum asseueratione loquutus est. Idem enim hîc declarat μαρτυρεῖν atque διαρρήδην λέγειν, siue ὁμολογεῖν. quod etiam annotauimus Luc. 4. 22.

23 *In sinu*, ἐν τῷ κόλπῳ. Hoc refertur ad antiquorum discubitum in quo fiebat, pluribus discumbentibus, vt proximus quasi in priorem recumberet, pedibus exterius repositis. Plinius epist. ad Sempronium Rufum: *Cœnabat Nerua cum paucis, Veiento recumbebat propius ac etiam in sinu.* Vide Matth. 26. 20.

25 *Quum sese inclinasset in*, ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸ στῆθος. Vulg. *Quũ recubuisset supra pectus*, quasi ipse discubitus Ioannis rursum significetur. At potius sic describitur Ioannis gestus propius sese Christi ori admouentis, à quo in aurem sibi indicaretur proditor. Nec enim dubium est quin hęc vtrinque summissa voce dicta sint, nec à quoquam præterea intellecta. Sic enim accipere oportet v. 28

26 *Offulam*, τὸ ψωμίον. Vide Matth. 26. 23.

27 *Mox*, τάχιον. Vulg. & Eras. ad verbum, *Citius*. At ego puto comparandi gradum pro absoluto vsurpatum, (vt etiam 1. Tim. 1. 18, βέλτιον pro εὖ positum videtur) aut potius pro superlatiuo τάχιστα, vt dicemus Act. 25. 10. Sunt autem hæc verba non ad istud scelus cohortantis, sed declarantis sibi notam ipsius Iudæ coniurationem & satam perfidiam ipsi exprobrantis, & simul ostendentis se ex mera ἐθελοθρησκείᾳ: non modò non defugere quod prout libuisset impedire poterat, sed vltro hoc ipsum nostri causa cupidissime expetere.

29 *Vt*, ἵνα. Notanda est traiectio huius particulæ, de qua dicemus infrà, Rom. 11. 31.

30 *Statim exiuit*, εὐθέως ἐξῆλθεν. Quum igitur nonnisi mensis secundis sublatis Dominus sacrosancta sua mysteria instituerit, vt disertè ait Lucas 22. 20. & Ioannes non contentus dixisse, Iudam accepta offula exiisse, disertè etiam addat aduerbium εὐθέως, certa videtur esse eorum sententia qui existimant Iudam institutioni sacræ Cœnæ non interfuisse, & quod sic narrat Lucas 22. 21. quasi demum peracta sacræ Cœnæ institutione dixerit Dominus, *Ecce, manus eius qui me prodit, mecum est, in mensa*, esse ex aliis Euangelistis explicandum, ex quibus liquet habitum fuisse hunc sermonem ante Cœnæ sacræ institutionem, quæ fuit vltima huius conuiuij clausula.

31 *Quum ergo exiuisset*, ὅτε οὖν ἐξῆλθε. In omnibus vetustis codicibus deest particula οὖν, & ista cum superioribus connectuntur, hoc modo, ἦν δὲ νὺξ ὅτε ἐξῆλθε. Erat autem nox quum exiret. Sic etiam legit Theophylactus Romanus. Chrysostomi interpres variat. Ego tamen malui receptam lectionem sequi, ad quam etiam accedit Nonni auctoritas. ¶ *In eo*, ἐν αὐτῷ. Erasmus, *Per eum*. Sic enim sæpe vsurpari Hebraicũ ב, aliquoties iam annotauimus, vt paulo pòst versu 35. Sed quum hîc agatur non modò de ipsis Christi factis, sed de Christo ipso, malui, *In eo*, quàm *Per eum*, interpretari, & huic dicto respondet ἐν ἑαυτῷ, versu proximo.

32 [Quòd]

Εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ, καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν.

Τεκνία, ἔτι μικρὸν μεθ' ὑμῶν εἰμι· ζητήσετέ με, καὶ καθὼς εἶπον τοῖς Ἰουδαίοις, ὅπου ὑπάγω ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν· καὶ ὑμῖν λέγω ἄρτι.

Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους· καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.

Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις.

Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος, Κύριε ποῦ ὑπάγεις; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅπου ὑπάγω, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι, ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι.

Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Κύριε διατί οὐ δύναμαί σοι ἀκολουθῆσαι ἄρτι; τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω.

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ μου θήσεις; Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσει ἕως οὗ ἀπαρνήσῃ με τρεῖς.

Κεφάλαιον ιδ.

Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία· πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν; καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε.

Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν· εἰ δὲ μὴ, εἶπον ἂν ὑμῖν.

32 *Quòd* si Deus glorificatus est in eo, Deus quoque glorificabit eum in sese, & statim glorificabit eum.

33 Filioli, adhuc paulisper vobiscum sum. quæretis me: sed ‖ sicut dixi Iudæis, Quò ego vado, vos non potestis venire: *ita* & vobis nunc dico.

34 ‖ Præceptum nouum do vobis, Vt alij alios diligatis: sicut *inquam* dilexi vos, vt vos etiam diligatis alij alios.

35 Ex hoc omnes cognoscẽt vos esse discipulos meos, si charitatem habueritis alij in alios,

36 Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò abis? Respõdit ei Iesus, ‖ Quò abeo, non potes me nunc sequi: postea verò sequeris me.

37 Dicit ei Petrus, Domine, quare non possum te sequi nunc? animam meam pro te deponam.

38 Respondit ei Iesus, Animam tuam pro me depones? amen amen dico tibi, non emittet vocem gallus donec ter me abnegaueris.

CAP. XIIII.

1 Ne turbator cor vestrum: creditis in Deum? etiam in me credite.

2 In domo Patris mei habitationes multæ sunt: alioqui dixissem vobis.

32 *Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso, & continuò clarificabit eum.*

33 *Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. quæretis me, & sicut d[...] Iudæis, Quò ego vado, [...] nõ potestis venire: & vobis dico modò.*

34 *Mandatum nouum do vobis, Vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos vt & vos diligatis inuicem.*

35 *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.*

36 *Dicit ei Simon Petrus, Domine? quò vadis, Respondit Iesus, Quò ego vado non potes me modò sequi, sequeris autem postea.*

37 *Dicit ei Petrus, Quare non possum te sequi modò? animam meam pro te ponam.*

38 *Respondit ei Iesus, Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges?*

CAP. XIIII.

1 *Non turbetur cor vestrum: creditis in Deum, & in me credite.*

2 *In domo Patris mei mãsiones multæ sunt: si quominus, dixissem vobis.*

Sup. 7. 34

Gloria illa æterna paulatim à capite in membra deflues. Interea verò in primis curãdum est, vt mutua cum charitate huius vitæ cursum peragamus.

Infrà, 15. 12 leui. 19. 18 matt. 22. 39 1. Ioan. 3. 23

Triste temeraria fiducię exemplum.

Matt. 26. 34 mar. 14. 30 luc. 22. 34

Is credit Deo qui Christo credit: nec alia est ratio animi in summis difficultatibus confirmandi. Christus non discessit à nobis vt nos desereret, sed potiùs vt nos secum in cælos tandẽ attolleret.

32 [*Quòd*] εἰ. Puto deesse particulam δὲ, quam suppleui: vt etiam legit Nonnus. Non est autem hæc coniunctio hoc loco sic accipienda quasi conditionem notet, sed vt causalis potius, vt etiam suprà, 10. 35.

33 *Nunc*, ἄρτι. Quod igitur dicuntur discipuli tunc præstare non potuisse, dilatu ipsis fuit, vt res ipsa tandẽ demõstrauit, non autem simpliciter denegatum, vt Iudæis prorsus incredulis, quibus dixerat Christus, Quæretis me & non inuenietis.

34 *Nouum*, καινήν. Nempe non quòd ad rem ipsam, sed quod ad diuersam tradendi & obseruandi illius præcepti formulam. Istud enim *Sicut dilexi vos*, longè expressius est quiddam, quàm illud *sicut teipsum*. Vide 1. Ioh. 2. 7.

38 *Depones?* θήσεις; De hoc interrogationis genere vide inf. 16. 31.

IN CAPVT XIIII.

1 *Creditis in Deum?* πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν; Propter amphiboliam verbi πιστεύετε, rectè annotat Erasmus quadrifariam posse hunc locum conuerti: nempe vel hoc modo: *Creditis in Deum, & in me creditis: ergo ne turbemini. vos enim hæc fides inuictos præstabit.* Vel, *Credite in Deum, & in me credite.* quo modo interpretantur Nonnus & Theophyl. & Hilarius quoque ita citat lib. de Trinit. 9. vt sit hic sensus, Ne turbemini. at quînam fieri poterit, dicetis, vt non perturbemur? nempe si in Patrem meum & in me credideritis. Vel, *Creditis in Deum, etiam in me credite*: quam interpretationem vt magis receptam sum amplexus, cuius hæc est sententia, nẽpe Nemo vestrũm est qui non dicat se in Deũ credere: si ita est, credite etiam in me. Ita fiet vt verè demũ in Deũ credatis, neq; vllis tempestatum procellis deiiciamini. & similis interrogationis exempla passim occurrunt, vt 1. Cor. 7. 18. & 21. & 27. Vel, *Credite in Deum, & in me creditis.* Id est Credite in Deũ quod si facitis, eadẽ opera & in me creditis.

2 *Habitationes*, μοναί. siue domicilia. Hoc est quod dicit Paulus Rom. 8. 17, sanctos esse Dei quidem hæredes, cohæredes autem Christi. Sic enim Ioãnes μονὴν pro οἰκίαν dixit, vt Hebr. בית [*beth*] pro משכן [*mischchan*] Vulgata & Erasmus ad verbum, *Mansiones*: quo vocabulo vtitur Suetonius, sed pro diuersorio & hospitio, quod Hebræi vocant מלון [*malon*] Plinius autem de locorum interuallis agens, mansionem id vocat quod à Græcis σταθμὸς, ab Hebræis מסע [*massah*] dicitur. ¶ *Alioqui*, εἰ δὲ μή. id est nisi ita esset vt dico, nempe, nisi in domo Patris mei, non mihi vni, sed etiam vobis pateret locus, nollem vos hac vana spe deludere, sed ingenuè vobis id dixissem. Vulg. *Si quominus*. Sed totum hunc locum miserè corrupit non animaduersa vera distinctio: quam quum annotasset Valla, miror ab Erasmo reprehendi potuisse. Ea autem est eiusmodi, vt post ὑμῖν plenum punctum adscribatur: deinde alia sentẽtia incipiat, *Vado ad parandum vobis locum*. Erasmus tamen aliter explicat, cuius verba placuit subiicere, vt liberum sit penes lectorem iudicium. *Omnino*, inquit, *cohærent hæc duo, quũ hic sensus sit, In domo Patris mei iã parata sunt multa mansiones, vt non mihi vni, sed omnibus item meis sit locus. quod si secus esset, dixissem me iã abire ad parandas eis mansiones: nunc nihil opus est, quũ parata sint, & vos breui sequuturos expectet.* Hæc Erasmus, Atqui non dicit Dominus paratas esse illas mansiones, (quod Erasmus assumit) sed mansiones illic esse dicit. Deinde sequenti versiculo apertè testatur se abire ad parandum locum, & postea ad eos reuersurum. Itaque ne deinceps hæc interpunctio deprauari possit, tertium versicul ũ inchoaui ab his verbis πορεύομαι ἑτοιμάσαι. Vulg. inserit particulã ὅτι, *Quia*, quam Syrus interpres legit & veteres Patres alij quidẽ interpretãtur εἰ δὲ μή (quod valere nõ potest, quin mox hoc ipsum subiiciat Christus quod hîc negarat, se dicturum fuisse) alij verò causaliter, quod prorsus etiam absurdum est, nisi multa ad explendum sensum suppleantur. Quod autem Iouinianus mãsiones istas multas ad diuersos in hac vita fidelium gradus refert, ineptè prorsus fecit. Sed quod illum exagitans Hieronymus occasionem inde arripit differendi de inæquali beatorum gradu, nihil etiam ad hunc Pauli locum pertinet, vt & illud quod tam confidenter affirmant Scholastici, de nullis in

beatam vitam admissis ante ipsius Christi supra cœlos ascensionem, quibus propterea stationem quandam propriam assignarunt nescio quo Limbi nomine, pari audacia excogitato, appellatam. Nihil enim hoc aliud est profectò, quàm, vt loquitur Apostolus, [illegible] & tandem mera somnia pro diuino verbo venditare. Quod autem hîc dicitur, hoc illud est quod ait Paulus, Nos electos esse ante tempora æterna: sed addit, In Christo: quia non aliter possumus quàm per ipsum & in ipso ingredi in æternum illud domicilium, nobis ab æterno quidem destinatum, sed quod à Christo præparari oporteat: quia non possumus esse Dei hæredes nisi Christi cohæredes simus. Eius ergo discessum sic debemus accipere, vt si quis accepto mandato nos in paternam domum deducendi, functus sua legatione, nobis iam viam ingressis præiret, aduentū nostrum significaturus, vt domi parata omnia inueniremus: deinde nobis aduentātibus veniret obuiā, vt nos domum secū introduceret. Thess. 4. 17.

Πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν· καὶ
3 ἐὰν πορευθῶ, καὶ ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον,
πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς
πρὸς ἐμαυτόν· ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς ἦτε.

4 Καὶ ὅπου ἐγὼ ὑπάγω οἴδατε, καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε.

5 Λέγει αὐτῷ Θωμᾶς, Κύριε, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις· καὶ πῶς δυνάμεθα τὴν ὁδὸν εἰδέναι;

6 Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.

7 Εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτὸν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν.

8 Λέγει αὐτῷ Φίλιππος, Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν.

9 Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι καὶ οὐκ ἔγνωκάς με; Φίλιππε, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ πῶς σὺ λέγεις, Δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα;

10 Οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι; τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ·

3 Proficiscor paraturus vobis locum: & quum profectus fuero, & parauero vobis locum, rursum veniam, & assumam vos ad meipsum: vt vbi ero ego, & vos sitis.

4 Et quò ego abeam scitis, & viam scitis.

5 Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò abeas: quomodo igitur possumus viam scire?

6 Dicit ei Iesus, Ego sum via illa, & illa veritas, & vita illa: nemo venit ad Patrem nisi per me.

7 Si nossetis me, Patrem etiam meum nossetis: & iam nunc nostis eum, & vidistis eum.

8 Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

9 Dicit ei Iesus, Tantùm temporis vobiscum sum, & nō nosti me? Philippe, qui vidit me, vidit Patrem: quomodo igitur tu dicis, Ostēde nobis Patrem?

10 Non credis me in Patre, & Patrem in me esse? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso nō

3 *Quia vado parare vobis locum: & si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiā vos ad meipsum: vt vbi sum ego & vos sitis.*

4 *Et quò ego vado scitis, & viam scitis.*

5 *Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viā scire?*

6 *Dicit ei Iesus, Ego sum via, & veritas, & vita. nemo venit ad Patrem nisi per me.*

7 *Si cognouissetis me, & Patrem meum vtique cognouissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.*

8 *Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis Patrē, & sufficit nobis.*

9 *Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis, Ostende nobis Patrem?*

10 *Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non*

Vnicus Christus via est ad veram & perennem vitā, quoniam is demum est in quo se patefacit Pater.

Dei maiestas in Christi tum doctrina tum factis se planè conspicuam præbet.

3 *Et quum profectus fuero*, καὶ ἐὰν πορευθῶ. Vulg. & Eras. *Et si abiero*. At ego existimo ἐὰν pro ὅταν seu ἐπειδὰν positū esse, vt suprà, 13. 20, ex Hebræorum idiotismo, apud quos אם [*im*] pro כאשר [*chaasher*] vsurpari constat, vt Genes. 38. 9. Exo. 20. 25, Amos 7. 2. & ita etiam Nonnus est hunc locum interpretatus. Sed & in Latino sermone *Si* pro *Quum* vel *Postquam* apud idoneos auctores poni obseruant grammatici, vt apud Virgilium libro Æneid. quinto, *Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit*: id est, postquam extulerit, interprete Donato. Hanc igitur enallagen si obseruauerimus plana erit sententia. Quum enim Dominus dixisset se abire ad parandum locum; queri poterant discipuli se nihilominus ab eo deseri. Hîc ergo subiicit ille se quidem abire ad præparandum ipsis locum, id est vt communem hæreditatem tum suo tum suorum etiam nomine cernat: sed tamen postea rediturum, vt secum eos abducat, eiusdem regni participes futuros: quæ doctrina ad totam Ecclesiam pertinet. Ideo dicebant Angeli attonitis discipulis, Quid statis defixis in cælum oculis? Iesus iste ita veniet, vt vidistis eum ascendere, Act. 1. 11 & passim in Scripturis plena consolatio Ecclesiæ in eum diem reiicitur, quo Deus erit omnia in omnibus: qui idcirco dies redemptionis & restitutionis dicitur, electorum respectu. Cæterùm operæ pretiū est intelligere quomodo Erasmus hunc versiculum cum superiore sua expositione cōnectat. quod ego subiiciam, non vt eum incessam, (cuius laboribus in hoc argumento susceptis quis non plurimùm tribuat?) sed vt liberum sit lectori omnia pensitare. *Quòd*, inquit, *abeo, ad breue tempus abfuturus, non ob id abeo vt parem mansiones, quæ iam parata sunt, sed vt viam in cælum mea morte vobis aperiam, nam qui clausum erat iter*. Hæc Erasmus. quæ certè non video qua, non dico ratione, sed rationis specie, possint ex Euangelistæ verbis elici. Theophylactus autem, καὶ ἐὰν pro κἄν, id est etiamsi, interpretatur: quasi diceret Dominus, Si non essent parata vobis domicilia, ego proficiscerer ad ea vobis paranda. Etiamsi autem eius rei causa proficiscerer, tamen non vos relinquerem, sed vos vnà assumerem vt mecum essetis. Hæc Theophylactus, quæ ausim dicere non modò non esse apposita, sed prorsus etiam totam hāc consolationem nobis eripere. Ita enim efficietur, Christum neque profectum esse vt nobis locum appararet, neque nos secum assumpturum, quia nō sit necesse: sed duntaxat, si fuisset necesse, id fuisse facturum. ¶ *Et parauero*, καὶ ἑτοιμάσω. Totū istud, Et quum profectus fuero, & parauero vobis locum, deest in Syra interpretatione: sed descriptorum errore id accidisse, quoniam clausula præcedens in eandem vocem desinebat, ex eo liquere potest, quòd nulla particula adiicitur, quæ sequentia cum prioribus copulet.

6 *Via illa*, ἡ ὁδὸς. Omnino debet hîc obseruari vis articulorum: & hoc sensu hæc tria coniungenda, ac si diceret Christus, se esse viam illam certissimam, qua vna ad vitam illam beatam peruenitur.

7 *Iā nunc*, ἀπ' ἄρτι. Vulg. *Amodo*. Eras. *Nūc*. Vide sup. 13. 19.

9 *Tantum temporis vobiscum sum*, τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι. Sic Virg. ---*vna cum gente tot annos Bella gero*.

¶ *Philippe*, Φίλιππε. Hoc nonnulli præcedentibus annectunt, & ex Græcis & ex Latinis.

¶ *Vidit Patrem*, ἑώρακε τὸν πατέρα. Vulg. legit vtrobique, ὁρᾷ, *Videt*, eodem sensu. Sed maioris est momenti quod interposita particula καὶ vertit *Videt & Patrem*, vt supra etiam scribitur vers. 7. Sic enim aduersus Sabellianos hoc loco abutentes personarum distinctio apertius declaratur.

11 Credite

ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα.

11 Πιστεύετέ μοι ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· εἰ δὲ μὴ, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι.

12 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει. ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι.

13 Καὶ ὅ, τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω· ἵνα δοξασθῇ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ.

14 Ἐάν τι αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ποιήσω.

15 Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε.

16 Καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα.

17 Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτὸ, ὅτι παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται.

18 Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς.

loquor: sed Pater qui in me manet, ipse facit opera.

11 Credite mihi me in Patre, & Patrem in me *esse*: sin minus, propter ipsa opera credite mihi.

12 Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora istis faciet. Nam ego ad Patrem meum proficiscor.

13 Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio.

14 Siquid petieritis in nomine meo, ego faciam.

15 Si diligitis me, præcepta mea obseruate.

16 Ego verò rogabo Patrem, & alium aduocatum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum.

17 *Nempe* Spiritum illum veritatis quem mundus non potest recipere, quia nō conspicit eū, nec nouit eum: vos autem nostis eum, quia apud vos habitat, & intra vos erit.

18 Non relinquam vos orbos: redeo ad vos.

loquor: Pater autem in me manens, ipse facit opera.

11 *Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est: alioquin propter opera ipsa, credite.*

12 *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. quia ego ad Patrem vado.*

13 *Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio.*

14 *Siquid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.*

15 *Si diligitis me, mandata mea seruate.*

16 *Et ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum.*

17 *Spiritum veritatis quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.*

18 *Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.*

Virtutis Christi approbatio non est in persona ipsius inclusa, sed per totum Ecclesię corpus diffusa.

Infr. 16. 23
matt. 7. 7
mar. 11. 24

Is demum ritè Christū amat, qui ipsius mandatis paret: quod quia cū infinitis ærumnis est coniūctum, ipse quāuis corpore absēs, præsenti Spiritus sancti virtute suos solatur, quem incognitum aspernatur mundus.

11 *Credite*, πιστεύετε. Vulgata legit οὐ πιστεύετε, *Non creditis*, quod omnino scribi oportuit cum interrogationis accentu. Sed ne hoc quidem satis respondet particulæ, εἰ δὲ μὴ, *sin minus*. ¶ *Mihi*, μοι. Vulg. hoc non habet quod tamen requiritur. Est enim comparatio inter ipsius sermonem & opera.

13 *Petieritis*, αἰτήσητε ἄν. Vulg. addit, τὸν πατέρα, *Patrem*, id est à Patre, vt legunt etiam Chrysostomus & Cyrillus, nec videtur hoc negligendum propter illud adiunctū in nomine meo, vt Pater à Mediatore expressè distinguatur.

14 *Siquid*, ἐάν τι. Totum hunc versiculum neque Chrysostomus legit, neque Nonnus. Et certè redundat, ac planè mihi videtur ex albo irrepsisse in contextum, quum aliquis priore versiculo diuersam lectionem ἐάν τι pro ὅ τι, & pro πατέρα, με, ad marginem annotasset.

16 *Alium*, ἄλλον. Nam hypostasi alius est, non autem τῇ οὐσίᾳ aliud quàm Filius: vt rectè exponit Tertull. aduersus Praxeam. Spiritus sanctus autem dicitur esse alius aduocatus, id est non tantum numero, sed etiam diuersa ratione aduocatus quàm Filius: qua de re vide 1. Ioan. 2. 1. Dari denique & mitti Spiritus sanctus dicitur, non quod ad ipsius essentiam attinet, vt phanatici somniant: sed ipsius in nobis affectorum & donorum specialium respectu, quæ & ipsa propterea Spiritus, id est dona diuinitus inspirata & indita dicuntur. ¶ *Aduocatum*, παράκλητον, id est ὑπερεντυγχάνοντα ὑπὲρ ὑμῶν, vt explicat ipse Paulus Rom. 8. 26. Itaque licet παράκλητος consolationem quoque vt & exhortationem declaret, & optima quoque ratione consolator noster dici propriè debeat Spiritus sanctus, nostris infirmitatibus συναντιλαμβανόμενος, vt eo ipso loco scribit Apostolus: tamen seruata passiua forma huius epitheti, puto Aduocati vocem melius quàm Consolatoris conuenire. Aduocati verò ex communi more dicebantur qui Grecè παράκλητοι, i. à reis aduocati amici, qui pro reo deprecarentur, vt apud Demosth. [illegible]: & ab ipso patrono & oratore ipsius rei causam agente differebant, teste Vlpiano l. 1. & l. 3. D. de præuaricat. quanuis idem alibi latius aduocatos interpretetur omnes eos qui agendis causis quoquo modo vacant. Hinc factum vt Christus quoque dicatur παράκλητος: sed vt peculiari ratione μόνος vnicus, ne Spiritu quidem sancto excepto, vt dicemus, 1. Ioan. 2. 1. & Rom. 8. 26. Vulg. vbique retinuit vocem Græcam παράκλητον, excepto 1. Ioan. 2. 1. vbi Aduocatum interpretatur. Syrus autem interpres vbique habet פרקלטא [*Paraclitha*] η in ι suo more mutato. Sic barbarè in Latinis Ecclesiis legebatur & canebatur *Paraclitus*, & quidem penultima breui, pro *Paracletus* pen. longa: quæ barbaries ab Erasmo detecta, magna ipsi mouit apud Onagros quosdam Matæologos certamina. Denique admoneo videri mihi vberiorem sensum, si παράκλητον non simpliciter construamus cum ἄλλον, sed perinde ac si scriptum esset εἰς παράκλητον, id est, *Dabo vobis alium qui sit vobis aduocatus*: cuiusmodi quiddam simile notauimus suprà, 12. 46.

17 [*Nempe*] *Spiritum illum veritatis*, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. De particulæ huius exegeticæ ellipsi, quæ apud hunc Euangelistam frequentissimè occurrit, alibi diximus. Sed illud quoque notandum est, Spiritum sanctum dici Spiritum veritatis, non tam quia in sese verax est, vtpote Deus æternus, quàm ab effectu, quòd veritatem inspiret, vt infrà, 16. 13. ¶ *Non conspicit*, οὐ θεωρεῖ. Hæc duo, nempe θεωρεῖ & γινώσκει inter se distingui oportet. Prius enim ad Sp. sancti, qui & Filij Spiritus est, externa opera refertur, quę licet ipsum veluti oculis ipsis spectatorem conspiciendum præberent, tamen istos desperata contumacia repugnantes non magis afficiebāt, quàm eos qui oculos in ipso meridie occludunt, ne Solis lucem admittant. Hoc ipsum erat ergo quod minatus illis erat Esaias, fore vt quod videbant non viderent, neque corporis videlicet, neque mentis oculis: ad quod posterius refertur οὐδὲ γινώσκει. ¶ *Nostis*, γινώσκετε. Vulg. *Noscetis*, γνώσεσθε. ¶ *Habitat*, μένει. Vulg. *Manebit*, μενεῖ, vt legit etiam Nonnus. Manere verò hoc in loco idem valet atque Pro sede & domicilio habere: quo sensu passim dicitur Deus habitare cum suis: nempe intra ipsos ἐνεργούμενος, quod mox subiicitur his verbis, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται, *& intra vos erit*. ¶ *Intra vos erit*, ἐν ὑμῖν ἔσται. id est, *intra vos* spiritualem videlicet vitam, id est intelligentiam & voluntatem Dei natura vestróque muneri conuenientem vobis insinuaturus, & vbique vos afflatu suo gubernaturus, potentiáque sua tutaturus.

18 *Redeo*, ἔρχομαι. id est ἐπανέρχομαι. seruata præsentis temporis emphasi, acsi diceret Christus se, licet nondum profectum, iam esse in reditu, resurrectione videlicet mox sequuta. Etsi enim præcipuè reuocat suos Christus ad spiritualem illam & perpetuam suam in Ecclesia præsentiam, tamen altera corporis sui mox sequutura illos solatur adhuc infirmiores. Vulgata, *Veniam*, quo modo ἐλεύσομαι & ἔρχομαι, sæpe in his libris futuri significationē habent. Syrus autem interpres totū hunc locum sic legit, ac fortasse rectius, [illegible]. *Veniam ad vos: paulo post, & mundus, &c.*

19 Ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ· ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτέ με· ὅτι ἐγὼ ζῶ, καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε.

19 Adhuc paulul um, & mundus me non amplius conspiciet, vos autem conspicietis me: quia ego viuo, vos etiam viuetis.

19 *Adhuc modicum, & mundus me iã non videt: vos autem videtis: quia ego viuo & vos viuetis.*

20 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γνώσεσθε ὑμεῖς, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρί μου, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν ὑμῖν.

20 In illo die vos cognoscetis me esse in Patre meo, & vos in me, & me in vobis.

20 *In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.*

21 Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου, καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με· ὁ δὲ ἀγαπῶν με, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν.

21 Qui tenet præcepta mea & obseruat illa, is est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligã eum, & ei conspiciendum exhibebo meipsum.

21 *Qui habet mãdata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.*

22 Λέγει αὐτῷ Ἰούδας, οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης, Κύριε, τί γέγονεν ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν, καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ;

Minimè quærendum est cur his potiùs quàm illis patefiat Euangelium, sed curandũ potiùs vt Christum oblatum amplectentes, verè ipsum amemus, id est, nos totos ipsi in obsequium addicamus.

22 Dicit ei Iudas, non *ille* Iscariotes, Domine, quid est cur te sis nobis conspiciendum exhibiturus, & non mundo?

22 *Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes, Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?*

23 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ᾽ αὐτῷ ποιήσομεν.

23 Respondit Iesus & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & apud eum habitabimus.

23 *Respondit Iesus & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*

24 Ὁ μὴ ἀγαπῶν με, τοὺς λόγους μου οὐ τηρεῖ. καὶ ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρός.

24 Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermo quẽ auditis, non est meus, sed eius qui misit me *nempe* Patris:

24 *Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me Patris.*

Quod semel loquutus est Christus, id ipsum suis momentis insculpere electorum animis, Spiritus sancti officium est.

25 Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν παρ᾽ ὑμῖν μένων.

25 Hæc loquutus sum vobis, apud vos manens.

25 *Hæc loquutus sum vobis apud vos manens.*

26 Ὁ δὲ παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα ἃ εἶπον ὑμῖν.

26 ‖ Aduocatus autem ille, *id est* Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæ dixi vobis.

26 *Paracletus autem, Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.*

Vera omnis felicitas in vno Christo nobis obtingit.

27 Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν, ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω.

27 Pacem relinquo vobis, pacem illam meam do vobis: nõ prout mundus dat, ego do vobis. Ne turbator cor vestrum, neque formidato.

27 *Pacem relinquo vobis, pacẽ meam do vobis: non quomodo mundus dat ego do vobis: non turbetur cor vestrum, neque formidet.*

Tantum abest vt Christi discessum à nobis secundum carnem, ægrè ferre debeamus, vt è contrario de eo nos gaudere oporteat, quũ ex capitis glorificatione pẽdeat omnis membrorum benedictio.

28 Ἠκούσατε ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, Ὑπάγω, καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἂν ὅτι εἶπον, πορεύομαι

28 Audiuistis me dixisse vobis, Abeo, & redeo ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique

28 *Audistis quia ego dixi vobis, Vade & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado*

21 *Conspiciendum exhibebo*, ἐμφανίσω. Vulgata, *Manifestabo*, id est, φανερώσω. Erasmus, *Aperiam*, ἀνοίξω. Idem declarat ἐμφανίζειν, significare tacitè & clàm indicare. At ego contrà existimo, plenam ac quasi humanis oculis aspectabilem declarationem hoc verbo significari, vnde εἰς τοὐμφανὲς, & ἐν τῷ ἐμφανεῖ, id est, palàm & in media luce. Est autem istius exhibitionis modus non corporalis sed spiritualis, & omnium maximè perspicuus. Nec enim loquitur de quadraginta illis diebus mortem ipsius consequutis, quibus suæ resurrectionis fidem fecit solis aliquot fidelibus: sed de perpetua ipsius in Ecclesia præsentia ἐνεργητικῇ & quotidie crescente in credentium animis, cuius ratione promisit se præsentem Ecclesiæ fore ad consummationem vsque mundi. Sic tamen vt peculiarem illam Spiritus sancti ἐνέργειαν excellentissimis donis ornatã Apostolis quos missurus erat promittat.

22 *Non [ille] Iscariotes*, οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης. Non ille Iscariotes, sed alter ille Iacobi alterius frater. Est ergo in iis verbis ἀκατανόητον, cuius aliud prorsus simile extat suprà, cap. 6 vers. 46. ¶ *Quid est*, τί γέγονεν: id est, quid causæ est. Vulg. & Eras. ad verbum, *Quid factum est*, nimium obscurè: quanuis Erasmus annotet sic loquutum esse impurum illum Martialem, cuius penè nomen hoc loco vsurpare mihi religio est.

26 *Suggeret vobis*, ὑπομνήσει. id est, in memoriam reuocabit. Hanc enim etiam esse huius verbi notationẽ liquet ex his Ciceronis verbis lib. de Finib. 2. *Si memoria fortè defecerit, tanquam ut suggeras*, quod idcirco dico nequis hoc interpretetur aliter quàm de iam auditis intelligendis, & in memoriam reuocandis, quorum exẽplum habemus suprà, 2.22. & 12.16. Imò quínam potuisset Euangelica historia scribi, nisi Spiritu sancto tot Christi dicta & facta, hominibus alioqui rudibus & illiteratis in memoriam reuocante, totidemque veluti verbis repetente? Ideo non dixit Christus, *quæ dicam*, sed *quæ dixi vobis*. Iam enim omne Patris de seruandis hominibus consilium eis Christus, quanuis nondum satis intelligentibus, aperuerat, vt ipse testatur infr. 15. 15, & eos in orbem terrarum mittens non iubet prædicare quæ audituri essent, sed quę iam audiuissent. Nullum ergo Christianæ & salutificæ doctrinæ caput didicerunt aut docuerunt Apostoli post Domini discessum, vt qui perfectè à magistro suo adhuc viuente fuerint edocti: ac proinde nõ nisi à spiritu mendacij profectum est quicquid ab iis qui sese successores Apostolorum falsò vocant, ad doctrinam ab Apostolis tum voce tum scriptis proditam, adiectum fuit, nedum vt pro Apostolico sit recipiendum quod verbo per Spiritum sanctum dictato repugnat, vel ei detractum, vel in ipso fuit immutatum: quæcunque tandem auctoritatis species huic sacrilegæ audaciæ prætexatur. Quod autem postea didicit Petrus, & quidem expressa visione de vocatis ad Euangelium gentibus Act. 10. 15. minimè isti quod dixi repugnat. Tribuendum enim hoc est ipsius Petri tarditati, satis supérque antea testato Christo colligẽdã ecclesiam ex omnibus populis. ¶ *Dixi*, εἶπον. Vulg. *Dixero*, periculosa temporis mutatione, quasi viuens illos non docuerit omnia, quod repugnat ipsius Christi disertis verbis, Matt. 28, 20 & infrà, 15. 15.

28 *Redeo*, ἔρχομαι, i. ἐπανέρχομαι. Est enim simplex pro cõposito vsurpatum, ex Hebræorum more, vt suprà, versu 18. Sic paulo post versu 31, ἄγωμεν pro ὑπάγωμεν. Vide suprà 18. ¶ *Maior*,

πρὸς τὸν πατέρα· ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι.

quòd dixerim, proficiscor ad Patrem. nã Pater maior me est.

ad Patrem: quia Pater maior me est.

29 Καὶ νῦν εἴρηκα ὑμῖν πρὶν γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται, πιστεύσητε.

29 Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis.

29 *Et nũc dixi vobis priusquàm fiat: vt quũ factum fuerit, credatis.*

30 Οὐκ ἔτι πολλὰ λαλήσω μεθ᾽ ὑμῶν· ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν.

30 Non loquar amplius multa vobiscum: venit enim princeps mundi huius, sed in me nõ habet quicquam.

30 *Iam non multa loquar vobiscũ: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.*

Christus non inuitus, sed volens, non diabolo cedens, sed Patris decreto obediẽs, mortẽ subiit.

31 Ἀλλ᾽ ἵνα γνῷ ὁ κόσμος ὅτι ἀγαπῶ τὸν πατέρα· καὶ καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατὴρ, οὕτω ποιῶ· ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν.

31 Sed *hæc fiunt* vt norit mundus Patrẽ à me diligi: & prout præcepit mihi Pater, ita facio: surgite, abeamus hinc.

31 *Sed vt cognoscat mũdus quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: surgite, eamus hinc.*

Κεφάλαιον ιε.

Cap. XV.

1 Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι.

1 Ego sum vitis illa vera, & Pater me' est agricola ille.

1 *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est.*

Natura penitus aridi, & flãmis tantùm apti sumus. Itaque vt viuamus & frugiferi simus, necesse est primùm omnium nos Patris manu Christo, veluti viti palmites, inseri: deinde insitos quotidiana meditatione Verbi & Cruce putari. alioqui ne insitũ quidem fuisse cuiquam proderit, nisi penitus viti adhærens succũ inde hauserit.

¶ *Maior*, μείζων. Notum est quàm multipliter sit hic locus ab Arianis tum ἑτερουσίοις, tum ὁμοιουσίοις exagitatus, quibus qui restiterunt, alij quidem istud Christi dictum ad Humanitatem retulerunt: alij ad Patris ἀξίωμα, quoniam videlicet ordine, & origine personali Pater præit Filio: quę vtraque doctrina verissima est, & Arianos, si sanabiles fuissent, aut etiamnum essent, compescere debuit. Sed neutra satis apposita comperietur, nec etiam Arianorum obiectio, si dictum istud non per se, sed quatenus superioris dicti rationem continet, consideretur: quod omnino faciendum hic & aliis multis locis fuit, vt vera locorum sententia cognosceretur. Ponamus ergo sic argumẽtatum fuisse Christum ex sententia Arianorum, Pater est maior, id est excellentiæ gradu, Deus, quàm ego. Est enim ingenitus, ego verò sum factitius Deus Ergo vobis gaudendum est quòd ad illum discedam. Quænam erit obsecro, in hoc dicto consolatio? Num enim Filij vel præsentia in terris impediebat, vel discessus augebat illam Patris potentiam? Ponamus etiam sic colligere Christum, Pater ad quem discedo maior me est secundum humanitatem, vel quia ego quatenus sum Deus, sum ab illo, non ille à me: alioqui tamen essentia vnum, &, personaliter considerata potentia, æquales. Ergo vobis de meo discessu gaudendum est. Ego quidem certè quæ sit istius conclusionis vis, animaduertere nequeo. Itaque superest vt neque ad personarum ordinem, neque ad distinctionem vnius naturæ Christi ab altera dictum istud referatur, sed vt statum suæ infirmitatis Christus cum secuturo glorificationis statu contulerit, cuius auctorem facit Patrem, suo more sese ad captum rudium adhuc discipulorum accommodans: non vt precariam Deitatem sibi tributam dicat, (qua nihil absurdius fingi potest,) sed vt qua in re sit nostra vnica spes ac expectatio reposita, nostris penè oculis subiiciat: ac si diceret, Vos adhuc ista mea cõspicua præsentia freti, omnia pericula mecum subiistis, qui me tamen non modò hominem vt cæteros, sed etiam præ cæteris calamitosum esse animaduertistis semper, & multò magis quàm antea mox cognoscetis. At enim si mea in hoc miserrimo statu præsentia vos sustinuit, nec obstitit hæc vilissima conditio quominus amorem mei cæteris rebus anteponeretis, saltem mea causa nõ debetis meo à vobis discessu turbari, quum hac mea ad patrem illum meum profectione, cuius conditio infinitè ab hac mea vilitate differt, ad ipsius gloriam transiens, nihil sim amissurus, sed in gloriam illam paternam euehendus, ac tanto etiam vobis cõseruandis potentior futurus. Libet autem insignem hîc locum proferre ex Bernardo in Sermone De diligendo Deo, vnde discamus quo more diligi velit à nobis Christus, *Imò*, inquit, *discipuli, quia Christum diligunt, dolent. Diligunt, & non diligunt. Diligunt dolenter, sed non sapienter.*

30 *Huius*, τούτου. Hoc deest in vetustis [illegible] codicibus, & apud Theodoritum lib. 10 περὶ προνοίας. ¶ *Non habet*, οὐκ ἔχει. In duobus exemplaribus scribitur οὐχ εὑρήσει, non inueniet: quod videtur melius opponi verbo ἔρχεται. Me, inquit, mox aggredietur Satan totis viribus, sed in me nihil habet iuris, nec in me quicquam comperiet quale se inuenturum putat.

31 *Sed [hæc fiunt,]* ἀλλ᾽ ἵνα, subaudi ταῦτα γίνεται. de qua ellipsi sæpe iam dixi. ¶ *Surgite*, ἐγείρεσθε. Sic à superiore sermone in extrema cœna habito distinguitur hæc posterior concio, habita quum, remotis mensis, sese ad discessum accingerent, & hymnum proximè vel antegressa vel consequuta. Coniungo verò istud membrum cum superiore, quoniam optimè sic cohæret oratio, & quum longiùs etiã postea Christus sermones suos produxerit, vel potiùs continuarit, neque tunc surrexerint discipuli, videtur omnino Christus non de surrectione à Cœna, neque de suo & discipulorum ex eo ipso loco, in quo cœnarant, discessu ista loquutus, sed de sua quam tota hac concione tam prolixa vrgebat ex mundo demigratione istud dixisse, ad quam etiam eos, quanuis ista nondum intelligentes, adhortetur: nisi malimus existimare iam tunc illum cum discipulis suis sese in viam dedisse in hortum illum vbi sese capiendum norat, & eum qui sequitur, sermonem, vsque ad initium cap. 18. in ipso itinere fuisse habitum, vt explicari solet hic locus. Sed hoc ex contextu colligi non potest, & verisimile non est. Immò etiam expressis Euangelistæ verbis refellitur infrà 18. 1.

IN CAPVT XV.

1 *Ego*, ἐγώ. Christum intellige secundum vtramque naturam, distinctè tamen, & secundùm se siue personaliter, & secundum vires & operationes suas consideratam. Vitis igitur est Christus per similitudinem, tum quatenus verus Deus est æternæ vitæ succum in sese habens, in palmitibus ἐνεργητικῶς vt viuant & fructificent exerendam: tum quatenus verus homo est, & palmitibus idest hominibus, ipsi spiritualiter & per fidei insitionem vniendis ὁμοούσιος: idcirco homo factus, vt ab eo nobis verè communicato, vitalis illa vis, qua est Patri, qui hoc loco cum agricola confertur, ὁμοούσιος (vnica enim Deitas illa vera, vna & eadem est, tum in Patre, tum in Filio, tũ in Spiritu sancto) in nobis veris palmitibus, per huius carnis interuentum huic Mediatori spiritualiter coadunatis operetur. Refelluntur ergo istius similitudinis analogia & effectis tum Sabelliani, personas reipsa non distinguentes: tum Samosateniani, Christum ψιλὸν ἄνθρωπον somniantes: tum Marcionitę, Humanitatem Christi in spectrum transformantes: tum Arriani, creatitiam Deitatem Christo affingentes: tum Pelagiani, quod est gratiæ, & quidem vnius Deitatis effectum, naturæ nostræ tribuentes: tum Nestoriani, Christi personam diuidentes: tum Eutychiani, & illorum soboles Vbiquitarij, viuificam illam spiritualẽ vim, Deitati quantumuis Christi Humanitati personaliter vnitæ ἀκοινωνήτως propriam, ad Humanitatis subiectũ reipsa traducentes, non minus falsò & ineptè, quàm si quis diceret corpus ipsa intelligendi facultate præditum esse, quoniam anima rationalis sit ipsi personaliter vnita.

¶ *Illa vera*, ἡ ἀληθινή, veram vitam appellat, quæ vnica tum illam vim viuificam in sese habet, tum illi communicandæ sola est destinata, omnibus aliis ad hanc spiritualem vitam siue in isto, siue in futuro seculo prǽstãdã mediis & mediatoribus, siue coordinatis, siue subordinatis, vt merè falsis & commentitiis opposita. Quod autem nonnulli vitem pro vinea, & palmites pro vitibus accipiunt, profectò appositè non dicitur, quanuis nullus sit huic viti verè insitus, qui non sit in vera illa vinea, quæ est Ecclesia plantatus. Vitis autem hæc vnica est, cui vni palmites omnes inserantur, etsi numero plures, tamen vnum quiddam, quatenus huic vnicæ viti omnes inseruntur, mysticè constituentes: propterea dicente Apostolo Ephes. 4. 5. vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, quò & aliæ plurimæ similitudines respiciunt.

Matt.15.13.

2 Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπόν, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτό, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ.

2 ‖ Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollit: & omnem qui fert fructũ, purgat, vt plus fructus adferat.

2 *Omnem palmitẽ in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnẽ qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus adferat.*

Suprà, 13.1

3 Ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον ὃν λελάληκα ὑμῖν.

3 ‖ Iam vos puri estis propter sermonem quem loquutus sum vobis.

3 *Iã vos mundi estis propter sermonem quẽ loquutus sum vobis.*

4 Μείνατε ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν ὑμῖν· καθὼς τὸ κλῆμα οὐ δύναται καρπὸν φέρειν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ· οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς, ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μείνητε.

4 Manete in me, & ego in vobis *manebo*: sicut palmes nõ potest ferre fructum à semetipso, *id est* nisi manserit in vite: ita nec vos, nisi in me manseritis.

4 *Manete in me, & ego in vobis. sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis.*

5 Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ μένων ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει καρπὸν πολύν· ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

5 Ego sum vitis, vos palmites: is qui manet in me, & in quo ego *maneo*, hic fert fructũ multum. nam scorsim à me nihil potestis facere.

5 *Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.*

Col.1.23

6 Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοί, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη· καὶ συνάγουσιν αὐτά, καὶ εἰς πῦρ βάλλουσι, καὶ καίεται.

6 ‖ Nisi quis in me manserit, abiectus extra *vineam*, statim vt palmes arescet: deinde colliguntur isti *palmites* & in ignem abiiciuntur, & ardent.

6 *Siquis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet: & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.*

Is demum in Christo manet, qui in ipsius doctrina acquiescit, ac proinde veros fructus edit: Pater autem vicissim istiusmodi homini nihil prorsus denegabit.

7 Ἐὰν μείνητε ἐν ἐμοί, καὶ τὰ ῥήματά μου ἐν ὑμῖν μείνῃ, ὃ ἐὰν θέλητε, αἰτήσεσθε, καὶ γενήσεται ὑμῖν.

7 Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quicquid volueritis, petite, & fiet vobis.

7 *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis.*

8 Ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ πατήρ μου, ἵνα καρπὸν πολὺν φέρητε· καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί.

8 In hac re glorificatus fuerit Pater meus, vt fructum multum adferatis: & eritis mei discipuli.

8 *In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum adferatis, & efficiamini mei discipuli.*

2 *Non ferentem fructum*, μὴ φέρον καρπόν. Duplex est igitur hæc insitio, vna videlicet externæ tantùm professionis, qualis est hypocritarũ, tũ eorũ qui aliud sunt quàm videri velint, tum eorũ qui seipsos fallũt, nec seipsos explorant an sint in fide 1. Cor. 11.28. & 2. Cor. 3.5. Itaque verbum *Tollit*, quod mox sequitur, nihil facit ad euertendum verè electorum & insitorum inmotam firmitatem, quum necessario nexu cohæreant illorum salutis causæ ab Apostolo enumeratæ Rom. 8. 30. quorum dona sunt ἀμεταμέλητα, Rom. 11.29. Apostolo hanc firmissimam, & immutabili Dei proposito consentaneam consolationem, tum ipsi sibi, tum eâdem fide præditis omnibus ac singulis accommodante Rom. 8. 30. & 31. Sic tamen vt meminerint electi assiduè sibi dandam operam, vt vocationem & electionem suam firmam efficiant, 2. Petr. 1. 10. per Spiritus sanctificationis ἐνεργείαν. Rom. 8.14. ¶ *Tollit*, αἴρει. Vulg. vt & Chrysostomus hoc verbum, vt & proximè sequens legit futuro tempore, eadem manente sententia.

4 [*Id est*] *nisi manserit*, ἐὰν μὴ μείνῃ. Quia præcedenti membro additum est ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, à seipso, omnino cogimur supplere particulam exegeticam, ex qua intelligamus totum hoc poni pro illius declaratione. Nam alioquin consequeretur ex hac oratione, palmitem qui manserit in vite, ferre fructum à semetipso: quod cohærere non potest. Idem enim declarat ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, atque sua ac propria quadam vi, quam ab alio non mutuetur: quam si haberet palmes, fructum sanè ferret, etiam quum resectus est à vite. Sed de hoc eodẽ dicendi genere copiosius diximus, sup. 5. vers. 19.

5 *Et in quo ego* [*maneo*,] κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Vulg. & Erasm. *Et ego in eo*, seruata permutatione constructionis, ex Hebræorũ idiotismo, ואני בו [*vaani bo*] pro אשר אני בו [*vaascher ani bo*.] ¶ *Seorsim à me*, χωρὶς ἐμοῦ. Vulg. & Eras. *Sine me*, ἄνευ ἐμοῦ, quod mihi dilutum videtur. quasi videlicet Christus sit duntaxat συναίτιον. quum contrà sit vera causa efficiens, extra quam non modò non satis firmas sed nullas prorsus ad bene sentiendum, volendum, aut faciendum vires habeamus, sicut palmites viti non adhærentes eo vsque vt succum inde hauriant: non magis denique quàm cadauera vitæ expertia vllo sensu vel motu sunt prædita, vt loquitur Paulus Eph. 2. 1.

6 *Abiectus extra* [*vineam*,] *arescet*, ἐβλήθη ἔξω καὶ ἐξηράνθη. Vulg. *Mittetur foras & arescet*, mutatis præteritis in futura. Erasmus, *Eiectus est foras & exaruit*, seruatis præteritis.

Cur autem ego aliter mallem interpretari, has causas habui. Primùm omnium nemo est qui nesciat, ἐβλήθη καὶ ἐξηράνθη. idem prorsus declarare atque βληθεὶς ἐξηράνθη. itaque sic mihi licuit interpretari. Deinde pro *Foras*, conuertere malui, *Extra vineam*, quòd alioquin nimium dura videatur translatio. Postremo ἐξηράνθη, id est *exaruit*, verti per periphrasin, *Statim arescet*: quia non satis commodè videtur hîc seruari posse præteriti perfecti significatio, cuius videlicet ea est emphasis, vt quod futurum est, declaret certò & mox futurum, adeò vt pro eo possit haberi quod iam sit factum: quod genus dicendi (vt multa alia) apparet petitum esse è medio. ¶ *Vt palmes*, ὡς τὸ κλῆμα, qui videlicet fuerit resectus. ¶ *Deinde coguntur isti* [*palmites*,] καὶ συνάγουσιν αὐτά. Vulgata, *Et colligent eum*, vt in plerisque exemplaribus scribitur. Legit enim αὐτό, quia præcessit τὸ κλῆμα. Sed τὸ κλῆμα pro τὰ κλήματα positum est, quia verbum συνάγειν non potest vni palmiti conuenire: quanuis ita scriptum inuenerimus in tribus codicibus, quorum auctoritate Vetus interpres facilè potest excusari. Eras. *Et colligent eos*, rectè quidem, sed tamen obscurè, quia eiusmodi mutatio numeri à Græcis & Latinis non solet vsurpari. Ideo expressi ipsum antecedens. Præterea συνάγουσι per passiuũ conuerti, quòd sic potius Latini loqui soleant: qua de re diximus aliquid Matth. 5. 11.

7 *Petite*, αἰτήσασθε. Vulg. & Eras. *Petetis*. Ego verò existimo futurum indicatiui pro imperandi modo vsurpatum. Nam præterquam quòd sensus videtur ita postulare, in tribus etiam codicibus scriptum inuenimus αἰτήσασθε. Nonnus commodiùs etiam legit, καὶ αἰτήσασθε, γενήσεται ὑμῖν, *& petieritis, fiet vobis*.

8 *Et eritis*, καὶ γενήσεσθε. Vulgata & Erasmus *Et efficiamini*: quasi videlicet hæc quoque pars pertineat ad coniunctionem ἵνα, quod sanè fieri non potest nisi legas γένησθε, sicut in tribus codicibus scribitur: & apparet ex commentariis id legisse Theophylactum, sed perperam, vt opinor. Puto enim potius repetendum esse ἐν τούτῳ. vt sit hæc sententia. Ita glorificabitur Pater meus: & ita demum eritis mei discipuli si multum fructum attuleritis. Nam ἵνα non ponitur τελικῶς hoc loco, sed ἐξηγητικῶς potius, veluti si dicas, in eo positam esse hominum salutem vt Christum fide amplectantur. Nam in hac quoque loquutione ἵνα non declarat finẽ, sed illud ipsum explanat in quo posita est salus. Sic etiam accipitur infrà, vers. 12. Vide Mar. 9. 12.

9 Καθὼς ἠγάπησέ με ὁ πατήρ, κἀγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς· μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ.

9 Prout dilexit me Pater, *ita* & ego dilexi vos: manete in illa mea charitate.

9 *Sicut dilexit me Pater & ego dilexi vos: manete in dilectione mea.*

Charitas Patris in Filium, & Filij in nos, & nostra tum in Deum, tum in proximũ, perpetuo inter se nexu cohærẽt: nec quicquam est ea suauius. Prodit autem sese charitas ex effectis, cuius perfectissimum exẽplar Christus ipse nobis suppeditat.

10 Ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου· καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρός μου τετήρηκα, καὶ μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ.

10 Si præcepta mea obseruaueritis, manebitis in charitate mea: sicut ego Patris mei mandata obseruaui, & maneo in eius charitate.

10 *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione.*

11 Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ, καὶ ἡ χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ.

11 Hæc loquutus sum vobis, vt gaudium illud meum in vobis maneat, & gaudium vestrum compleatur.

11 *Hæc loquutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.*

12 Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς.

12 ‖ Hoc est præceptum illud meum, vt diligatis alij alios, prout dilexi vos.

12 *Hoc est præceptũ meũ, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.*

Supr. 13.34
1. Thess. 4.9

13 Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.

13 ‖ Maiorẽ charitatẽ nullus habet, quã istã, vt quispiã animã suam deponat pro amicis suis.

13 *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.*

1. Ioh. 3.11. & 4.21

14 Ὑμεῖς φίλοι μου ἐστέ, ἐὰν ποιῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν.

14 Vos amici mei eritis si feceritis quæcunque ego præcipio vobis.

14 *Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis.*

Euangelij doctrina, sicut Christi voce prodita est, perfectissima est & absolutissima cõsilij Dei, quòd ad salutem nostram attinet, declaratio, Apostolis commissa. Matt. 28.19. Christus auctor est ac conseruator Euãgelici ministerij ad finem vsque mundi. Est autem ministris in primis opus tũ precibus, tum charitate mutua.

15 Οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους, ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος· ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν.

15 Nõ amplius dicã vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus ipsius: vos autem dixi amicos, quia omnia quę audiui à Patre meo, nota feci vobis.

15 *Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæcũque audiui à Patre meo, nota feci vobis.*

16 Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ᾽ ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε καὶ καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ· ἵνα ὅ, τι ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δῷ ὑμῖν.

16 Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & statui ‖ vos vt abeũtes fructũ feratis, & fructus vester maneat: vt quicquid petieritis à Patre in nomine meo, det vobis.

16 *Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis & fructum adferatis, & fructus vester maneat: vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.*

17 Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.

17 Hæc præcipio vobis, vt diligatis alij alios.

17 *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.*

18 Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν.

18 Si mundus vos odit, scitis me prius quàm vos, illis odio habitum.

18 *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.*

19 Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστέ, ἀλλ᾽ ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος.

19 Si ex mundo essetis, mundus quod suum est amaret: quia verò ex mundo non estis, sed ego elegi vos ex mundo, propterea odit vos mundus.

19 *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mundus.*

Non modò nõ perterrefacere, sed etiam confirmare fides Christi ministros, debet, quòd instar Domini sui sint mundo exosi.

20 Μνημονεύετε τοῦ λόγου οὗ ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν.

20 Mementote sermonis illius quẽ ego dixi vobis, ‖ Nõ est seruus maior domino suo. ‖ si me persequuti sunt, & vos persequẽtur: si sermonẽ meum obseruauerunt, & vestrum obseruabũt.

20 *Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis, Non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.*

Suprà, 13.16
Matt. 10.24
Matt. 24.9

21 Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ποιήσουσιν ὑμῖν διὰ τὸ ὄνομά μου, ὅτι οὐκ οἴδασι τὸν πέμψαντά με.

21 ‖ Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meũ, quia non nouerunt eum qui misit me.

21 *Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meũ, quia nesciunt eum qui misit me.*

Infrà, 16.4
Odium mũdi aduersus Christũ, ex mentis stupore, spõte tamen cæcutientis, oritur, vt mũdus nihil planè habeat quod culpæ suæ prætexat.

22 Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἴχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ

22 Si non venissem & loquutus essem eis, peccatũ non habe-

22 *Si non venissem & loquutus fuissem, peccatum*

9 *In illa charitate mea*, ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ. id est in charitate qua ego vos prosequor. Sic enim versiculo 10, vocat charitatem Patris eam qua Pater Filium complectitur. Est autem verè pretiosum hoc dictum, quo veræ Christianæ charitatis causæ omnes diuino verè compendio explicantur.

10 *In eius charitate*, αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ. Notandum est rursus huius traiectionis exemplum, quo confirmatur interpretatio quam attulimus suprà, 8. 25.

13 *Quàm istam*, ταύτης. Sic vertere malui quàm *Hac*, vt non supplerem ἢ *quàm* cum vetere interprete, & vt liqueat ἵνα hic vsurpari non τελικῶς sed εἰδικῶς.

14 *Eritis*, ἐστέ pro ἔσεσθε, vt apparet ex eo quod additur, *Si feceritis*. Sic etiam suprà, 8.31.

18 *Scitis*, γινώσκετε. vel scitote, vt Vetus interpres cõuertit. ¶ *Prius quàm vos*, πρῶτον ὑμῶν: vel, me qui primus sum vestrũm. sed meo quidem iudicio præstat accipere πρῶτον aduerbialiter. Vulgata, *Priorem vobis*.

20 *Sermonis illius*, τοῦ λόγου. Hic omnino videtur fuisse vis articuli seruanda. Vulg. addit μου, *mei*. quod & ipsum non caret emphasi.

22 *Peccatum non haberent*, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. Apparet ex eo quod proximè sequitur, non esse istud simpliciter accipiendum, sed per μείωσιν. veluti si de fure deprehenso ac conuicto dicas. Nisi iste conuictus teneretur, esset omnium innocentissimus, id est clamitaret se innocentissimum esse. Ita etiam hoc loco, Nisi venissem, inquit Dominus, isti coram Dei tribunali non desinerent dicere se fuisse religiosos, & planè alienos à peccato: denique essent viri omnium qui viuunt sanctissimi: sed quum ad eos venerim,

& me planè reiiciant, ereptum est illis quicquid suæ improbitati alioquin prætexuissent: quia nihil possunt afferre cur me debeant odisse. Idem etiam mox repetit, nempe versu 24.

ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.

23 Ὁ ἐμὲ μισῶν, καὶ τὸν πατέρα μου μισεῖ.

24 Εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι, καὶ μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου.

25 Ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν, Ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν.

26 Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ.

27 Καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε.

Κεφάλαιον ις.

1 ΤΑῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε.

2 Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ.

3 Καὶ ταῦτα ποιήσουσιν ὑμῖν ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν πατέρα οὐδὲ ἐμέ.

4 Ἀλλὰ ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ἡ ὥρα, μνημονεύητε αὐτῶν, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν· ταῦτα δὲ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην.

5 Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, Ποῦ ὑπάγεις;

6 Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.

7 Ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν, συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς.

rent: nunc autem non habent quod prætexant peccato suo.

23 Qui me odit, *is* etiam Patrem meum odit.

24 Si opera non fecissem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt tum me tum Patrem meum.

25 Sed *oportet* vt impleatur sermo qui in Lege ipsorum scriptus est, ‖ Oderunt me immerito.

26 Quum autem venerit Aduocatus ille ‖ quẽ ego mittam vobis à Patre, Spiritus, *inquam*, ille veritatis, qui à Patre emanat, ille testabitur de me.

27 Sed & vos testabimini, quoniam à principio mecum estis.

CAP. XVI.

1 HÆc loquutus sum vobis, vt ne offendamini.

2 Mouebunt vos synagogis: imò veniet tempus vt quisquis vos interemerit putet *se* cultũ præstare Deo.

3 Et hæc faciẽt vobis, quia non nouerunt Patrem neque me.

4 ‖ Sed hæc loquutus sum vobis, vt vbi venerit hora illa, meminеritis eorũ, *nempe* quòd ego *hæc* dixerim vobis. hæc autẽ vobis à principio nõ dixi, quia vobiscum eram.

5 Nunc autẽ abeo ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, *dicens*, Quò abis?

6 Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.

7 Sed ego veritatem dico vobis, confert vobis vt ego abeã. Nisi enim abiero, Aduocatus ille non veniet ad vos: sin autẽ profectus fuero, mittam eum ad vos.

non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

23 *Qui me odit, & Patrem meum odit.*

24 *Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderũt & me & Patrem meum.*

25 *Sed vt adimpleatur sermo qui in Lege eorũ scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis.*

26 *Quum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.*

27 *Et vos testimonium perhibetis, quia ab initio mecum estis.*

CAP. XVI.

1 *HÆc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini.*

2 *Absque synagogis facient vos: sed venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.*

3 *Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrẽ neque me.*

4 *Sed hæc loquutus sum vobis, vt quum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum erã.*

5 *Et nunc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis?*

6 *Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.*

7 *Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. si enim ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.*

Psal. 35. 19. Luc. 24. 49. suprà, 14. 26.

Aduersus impiorũ rabiem interiore testimonio Spiritus sancti perstatur: sed nõ alia vox est Spiritus Sancti quàm quæ Apostolorum ore sonat.

Euangelij ministris nõ tantùm ab apertis hostibus, sed etiam ab iis ipsis qui domestici atque adeò columnæ Ecclesiæ sibi videntur, quæuis probra sunt expectanda.

Suprà, 15. 21.

Christi absentia secundum carnem, Ecclesiæ vtilis vt à spirituali ipsius virtute toti pendeamus.

25 *Sed* [*oportet*] ἀλλ' ἵνα. Vide suprà, 14. 31. ¶ *In Lege*, ἐν τῷ νόμῳ. i. תורה [*torah*.] Est enim generale vocabulum, quo tota doctrina sacra nonnunquam intelligitur, vt etiã suprà 10. 34, quũ interdum Moses, Prophetæ & Psalmi distinguãtur, vt Luc. 24. 44. ¶ *Ipsorum*, αὐτῶν. Hæc quoque particula obseruanda est, quoniam eos minimè omnium oportuit à Lege damnari quibus propriè scripta Lex est, & quibus illã maximè familiarem esse decebat. ¶ *Immeritò*, δωρεάν. Hebraicè, חנם [*chinnam*,] id est αἰτίας, vt 1. Sam. 19. 5. Vulg. & Eras. *Gratis*, impropriè. Gratis enim fieri dicitur quod pretio vel mercede nõn fit, vt quum dicitur Christus nos gratis redemisse, id est nullo à nobis dato pretio.

26 *Aduocatus ille*, ὁ παράκλητος. Nomen, nõ participium, de quo vide suprà 14. 16. ¶ *Emanat*, ἐκπορεύεται. Vel *Egreditur*, seu *Exit*. Certum est autem hic non agi de ipsa Spiritus essentia, sed de ipsius virtute & efficacia in nobis: cuius virtutis auctorẽ facit Patrem, non vt sese vel ipsum Spiritum sanctum excludat, sed vt discipulorum oculos à carnis infirmitate auersos, ad Deitatis intuitum euehat, vt norint videlicet qua virtute sint deinceps confirmandi. Itaque huiusmodi testimonia nec à Græcis, nec contra Græcos, ad personæ Spiritus sancti emanationem relatiuam siue originalem, satis appositè sunt citata.

27 *Testabimini*, μαρτυρεῖτε. Vel, *Testamini*, si libet præsentis significationem seruare. Nonnulli cõuertunt *Testemini*. modo videlicet imperandi. Addita verò ratio explicatur ab hoc ipso Euangelista, 1. Ioh. 1. 1. & à Petro Act. 1. 21.

IN CAPVT XVI.

1 *Offendamini*, σκανδαλισθῆτε. id est turbemini, vt re inexpectata & intolerabili.

2 *Imò*, ἀλλά. Particula αὐξητική, hoc in loco, sicut rectè exponit Cyrillus, quod rarum est nisi adiuncta particula καί, vt Latinè dicimus Quinetiam Vulg. *Sed*, vsitata significatione.

4 *Hora*, ὥρα. Vide suprà, 12. 23. ¶ *Quòd ego*, ὅτι ἐγώ. Expendenda est vis omnium istarum particularum, quas qui prætereunt, vt nescio cui latinitati seruiant, vim huius sententiæ infringunt.

7 *Aduocatus ille*, ὁ παράκλητος. Vide suprà, 15. 26. ¶ *Sin autem profectus fuero*, ἐὰν δὲ πορευθῶ. vel, *Quum autem abiero*, vt אם [*im*] pro כאשר [*caasher*] accipiatur, sicut diximus suprà, 14. 3.

8 *Arguet*,

8 Καὶ ἐλθὼν ἐκεῖνος ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας καὶ περὶ δικαιοσύνης καὶ περὶ κρίσεως.

9 Περὶ ἁμαρτίας μέν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ·

10 Περὶ δικαιοσύνης δέ, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα μου ὑπάγω, καὶ οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με·

11 Περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται.

12 Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.

13 Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

14 Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ

8 Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio:

9 De peccato quidem, eò quòd non credunt in me:

10 De iustitia verò, eo quòd ad Patrem abeam, & amplius non conspicietis me:

11 De iudicio autem, eo quòd princeps huius mundi condẽnatus sit.

12 Adhuc multa habeo quæ vobis dicam, sed nunc non potestis portare.

13 Quum autẽ venerit ille, *id est* Spiritus ille veritatis, dux viæ vobis erit in omnem veritatẽ. non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audierit loquetur: & quæ ventura sunt, renuntiabit vobis.

14 Ille me glorificabit, quia de

8 *Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio.*

9 *De peccato quidẽ, quia non credunt in me.*

10 *De iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videtis me:*

11 *De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.*

12 *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò.*

13 *Quũ autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.*

14 *Ille me clarificabit, quia*

Spiritus Dei sita est in prædicatione verbi efficax, vt mundum etiam inuitũ tãdem cogat & suum peccatum, & Christi iustitiã ac omnipotentiam fateri.

Apostolica doctrina à Sp. sancto profecta est, & quidem omnibus suis numeris absoluta.

8 *Arguet*, ἐλέγξει. Id est conuincet: ita vt nihil habeat quod prætexat, sicut suprà dixit, 15. 22. & 24. Quum autem variè sit expositus hic locus, adferam & ego quod mihi dedit Dominus. Puto igitur Christum de Spiritus sancti in Ecclesia virtute ac efficacia agere aduersus mundum, id est aduersus eos qui Euangelio resistunt: & verò maximè illud tempus respicere quod ipsius in cælum ascensionem consequutum est, quum effuso in Ecclesiam Spiritu, omnes contradicentes manifestè coarguit. Dicit ergo fore vt per vim illam diuinam, quam inspiraturus est Apostolis, atque adeo toti Ecclesiæ suæ, postquam in cælum ascenderit, conuincatur mundus peccati, id est, ipsi hostes à quibus reiectus, spretus, in crucem adactus fuit cogantur conscientiæ suæ testimonio profiteri se magnopere in eo peccasse quòd non potius in illum crediderint. Ideo dicebant illi quos Petrus tanquam homicidas coarguerat, Act 2. 37. Quid faciemus, viri fratres? Quid enim? annon hoc est mundum adigere ad homicidij confessionem voluntariam? Deinde, inquit, arguet mundum de Iustitia: non ipsius mundi certè, qui se totum esse in peccatis, velit nolit, agnoscet, sed de ipsius Christi iustitia. Quia, inquit, ad Patrem vado, nec amplius videbitis me. Id est, quum mundus præsens in Ecclesia, spectabit Spiritum per me in vos effusum, fateri cogetur me verè iustum fuisse, qui ex hoc mundo discedens, non fuerim damnatus à Deo pro blasphemo & impio, sed approbatus & receptus à Patre, cuius quum me Filium dicerem, illi idcirco me vt blasphemum & impium damnarint. Hoc, inquam, fateri mundus cogetur, & causam meam Deo placere, quum vos, qui doctrinam meam asseretis, tot virtutibus planè cælestibus ornatos conspicient: quod & ille Centurio statim post Christi mortem agnouit, & qui reuertebantur plangentes, quum paulo antè iussissent illum tolli ac crucifigi. Postremò arguetur mundus de iudicio, id est hùc adigetur vt me, quem veluti fabri filium contempserit, adeo vt etiam cum ludibrio petierit vt de cruce descenderem: me, inquam, verè Dei Filium agnoscat qui solutis mortis doloribus tunc ero dextra Dei exaltatus. Quia, inquit, princeps huius mundi iudicatus est, id est, quia reipsa intelligent & cognoscent me, diabolo superato, imperiũ in mundo exercere, quum viderint omnes sese frustra vobis opponere, quoniam vos armabo virtute illa cælesti, qua destruatis omnem celsitudinem quæ extollitur aduersus cognitionem Dei, & captiuam ducatis omnem cogitationẽ ad obediendum mihi: qua de re multa Apostolus 2. Cor. 10. 12. & Eph. 1. 19. 20. 21. 22. 23. Etsi autem hæ omnes Christi virtutes à condito mundo in ipsius sanctis excelluerunt, vt scriptum est toto cap. 11. Epistolæ ad Hebræos: tamen à missione illa Spiritus sancti clarissimè cœperunt eminere, ita vt omnium oculos perstringerent: sicut prædixerat Ioel. 2. 28, & Dauid Psal. 68. 19, vt ex Actis Apostolorum licet intelligere. Non desunt tamen qui simplicius etiam hæc exponant, Dei nempe Spiritu per seruos suos quotidie loquentis, coargui mundum peccati, in quo videlicet sit demersus: coargui iustitiæ quòd veræ iustitiæ sit prorsus inscius: coargui denique iudicij, quòd eum ignoret atque etiam oppugnet cui tradita est omnis in cælo & terra potestas: quoniam videlicet eum repudiat qui tollit peccatũ, qui sua virtute nunc regnans nos iustificat, qui denique diabolum vicit. Quid si verò istud simpliciter intelligas, De peccato cuius rei omnes conuincentur spreto Euangelio? De iustitia quam videlicet sibi in Christo oblatam contempserint, nunquam mundo postea offerendam quũ discesserit Christus ex mundo, nunquam nisi ad iudicium rediturus. De iudicio denique quod incredulis esse paratum & in ipsorum principe Satana iam aliquatenus exertum cogentur ex Apostolica doctrina & eius efficacia cognoscere?

9 *Non credunt*, οὐ πιστεύουσιν. In vno exemplari scribitur, ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν, *Quòd non crediderint*: & fortasse rectius.

10 *Conspicietis*, θεωρεῖτε. Similis enallages exemplum vide suprà 12. 8. Vulg. & Eras. *Videtis*.

11 *De iudicio*, περὶ κρίσεως. Id est, (vt ego quidem existimo) de auctoritate illa ac potestate quam ego tum obtinebo in cælo & in terra: vt ipse videtur explicare, Matth. 28. 18, supra omnes cælos videlicet sublatus, Philipp. 2. 9.

12 *Multa*, πολλά. Atqui suprà 15. 15 testatus erat sese illis patefecisse omnia quæ à Patre audierat, nempe ad Mediatoris implendum munus spectantia pro Ecclesiæ salute obeundum. Hæc igitur de iis intelligenda sunt quæ ad ipsius Apostolicæ functionis & Ecclesiarum constitutionis executionem pertinebant. Ipsius autem fidei & religionis placita, quorum præcipuè fuit illis necessaria perfecta & αὐτοπτικὴ notitia, summatim Christus ipsis vt valde adhuc rudibus exposuerat, quod sacra hæc tota historia testatur: planissimè verò postea & abundãtissimè illos extra ordinẽ docuit. Nihil ergo fauet hic locus inspudentissimis illis sacrum ministerium profanantibus, qui verbo scripto alterum ἄγραφον non tantùm adiiciunt, sed etiam anteponunt: & quod Christus his ipsis selectis suis sese indicaturũ promittit, audent in secula mortem illorum subsequuta reiicere, tanquam eo vsque dilatum, & nescio quibus tandem patefactum, quos, maxima ex parte nemo pius possit pro legitimis Doctoribus agnoscere, si ipsorum traditiones, quas vocant, ad verbi Dei normam exigantur: quod tamẽ faciendum esse res ipsa clamat, nisi vltro decipi velint digni talibus doctoribus discipuli.

13 *Dux viæ vobis erit*, ὁδηγήσει. Vulgata, *docebit*. vt legisse videatur διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν, &c. eodem manente sensu. & variè citatur in patrum scriptis hic locus, annotata quoque hac duplici scriptura ab Augustino, tractatu in Ioan. 96. & 100.

14 *De meo accipiet*, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Euangelicam videlicet doctrinam, cuius subiectum & materia est ipse Christus, & quæ pro nobis gessit, ab Apostolis primùm, ac deinceps à Pastoribus & Doctoribus per Spiritum Sanctum

edoctis promulaganda ad fines vsque seculorum. Vagantur ergo extra oleas qui de Spiritus sancti Deitate, & sacrarum personarum nexu in hunc locum disserunt aduersus Pneumatomachos, licet, fateor, dānatissimos hęreticos Sed non minùs, quanuis alio diuerticulo, aberrant, qui aliquod aliud magisterium ordinarium Sp. S. in Ecclesia tribuunt, quàm ea ipsa docendi quæ à Prophetis prædicta, & perfectissimè demum ab Apostolis, & voce promulgata & scripta sunt, vt in Ecclesia Dei ad fines vsque seculorum rectè & sanctè doceantur & credantur, sub anathematis pœna. Galat. 1.8. & 9.

Spiritus sanctus nullam nouam doctrinam affert, sed Christi voce traditam docet, & animis insculpit.

λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

meo accipiet, & renuntiabit vobis.

de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

15 Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι· διὰ τοῦτο εἶπον ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

15 Omnia quæ habet Pater, mea sunt: propterea dixi illum de meo accepturum & renuntiaturum vobis.

15 Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

Gratia Spiritus sancti viuum est speculum in quo verè conspicitur Christus, perspicacissimis videlicet fidei non autē luscīosis illis carnis oculis: vnde perenne gaudium in mediis etiam doloribus sentitur.

16 Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα.

16 Paulisper, & non conspicietis me: & rursum paulisper, & videbitis me, quia ego vado ad Patrem.

16 Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem.

17 Εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους, Τί ἐστι τοῦτο ὃ λέγει ἡμῖν, Μικρὸν· καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με· καὶ, Ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα;

17 Dixerunt ergo quidam ex discipulis eius, alij ad alios, Quid est hoc quod dicit nobis, Paulisper, & non conspicietis me, & rursus, paulisper, & videbitis me: &, Quia ego vado ad Patrem?

17 Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicē, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicū, & non videbitis me, & iterū modicum, & videbitis me: & Quia vado ad Patrem?

18 Ἔλεγον οὖν, Τοῦτο τί ἐστιν ὃ λέγει, τὸ μικρόν; οὐκ οἴδαμεν τί λαλεῖ.

18 Dicebant ergo, Quid illud est quod dicit paulisper? nescimus quid loquatur.

18 Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit modicū? nescimus quid loquitur.

19 Ἔγνω οὖν ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἤθελον αὐτὸν ἐρωτᾶν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Περὶ τούτου ζητεῖτε μετ' ἀλλήλων ὅτι εἶπον, Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν, μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με;

19 Cognouit autem Iesus eos velle ipsum interrogare, & dixit eis, De hoc quæritis inter vos quòd dixi, Paulisper, & non conspicietis me: & iterum, paulisper, & videbitis me?

19 Cognouit autē Iesus quia volebant eum interrogare: & dixit eis, De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Modicū, & non videbitis me, & iterum, modicum, & videbitis me?

20 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται, ὑμεῖς δὲ λυπηθήσεσθε, ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται.

20 Amen amē dico vobis, flebitis vos, & lamētabimini, mūdus autem gaudebit: vos verò tristitia afficiemini, sed tristitia vestra euadet in gaudium.

20 Amen amē dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autē gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

21 Ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς· ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον, οὐκ ἔτι μνημονεύει τῆς θλίψεως διὰ τὴν χαρὰν, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον.

21 Mulier, quum parit, dolorem habet, quoniā aduenit hora eius: postquàm autem pepererit puerulū, iam non meminit afflictionis, propter gaudium, quòd homo sit natus in mundum.

21 Mulier quum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: quum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

22 Καὶ ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε· πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν.

22 Et vos igitur nunc quidē tristitia tenemini: sed rursum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

22 Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudium vestrum nemo tollit à vobis.

Suprà.14.13 matt.7.7.& 21.22 mar.11.24 luc.11.9. iac.1.5

23 Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν.

23 Et illo die me non interrogabitis quicquam. ‖ Amen amen dico vobis, quæcunque petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis.

23 Et in illo die me nō interrogabitis quicquā. Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Spiritus Sanctus ab ascensione Christi in Apostolos effusus, summa quæque mysteria & salutis nostræ arcana, tum ipsos, tum etiā Ecclesiam per ipsos erudiit, & ad finem vsque seculorū erudiet.

24 Ἕως ἄρτι οὐκ ᾐτήσατε οὐδὲν ἐν τῷ ὀ-

24 Vsque adhuc non petiistis

24 Vsque modò non petij-

16 *Paulisper, μικρόν.* Id est, Vbi paululum temporis præterierit, quod videlicet ad ipsius vsq; mortē proximè imminentem supererat. Vulg. *Modicum* Eras. *Pusillum.* ¶ *Et rursum paulisper, καὶ πάλιν μικρόν* Sic ego quidem existimo significari perbreue illud spatium, triduum videlicet illud intra quod resurrexit, & illos quadraginta dies, quibus, donec in cælos ascenderet, sese discipulis conspiciendū, immò etiam tangendum & contrectandum præbuit. Hæc enim inter se opposita inter ista duo, *Paulisper*, nempe, *Non conspicietis me*, & *Videbitis me*, omnino ostendunt proximam aliquam consolationem, breuis videlicet absentiæ, & mox sequuturi reditus ac conspectus iis ipsis discipulis promitti, quos Christus præsentes alloquebatur: ac proinde (quanuis minimè voluerit Christus suos in illa corporis sui in terris præsentia subsistere) verba ista non posse satis commodè ad illum posteriorem Christi aduentum accommodari. ¶ *Quia ego, ὅτι ἐγώ.* Id est, Quoniam transeo ad æternā gloriam, vnde futurum est vt vobis adsim, multo etiam efficaciùs quàm vnquam antea. Tunc enim verè quis & quātus sim experiemini, qui verior est Christi conspectus, quàm qui ad carnis præsentiam refertur.

17 [*Quidam*] *ex discipulis, ἐκ τῶν μαθητῶν.* Subauditur τινὲς, de qua ellipsi diximus Matt. 27.9. cuius alia etiam exempla extant Matt. 23.34. & Act. 21.16.

24 *Vsque adhuc, ἕως ἄρτι.* Vide Matt. 1.12. ¶ *Non petiistis, οὐκ ᾐτήσατε.* Certum est tamen ante Christi aduentū nunquam fuisse ritè conceptas preces nisi promissi Mediatoris respectu. Postquam autem in carnem venit, idem multò magis & euidentius faciendum fuit. Sed quum hæc diceret Christus, ne discipuli quidem adhuc nisi admodum tenuiter

tenuiter illum pro Messia agnoscebant: & ipsius Mediatoris officium sic erat Pharisaicis & aliis impiis dogmatibus obscuratum, vt pauci admodum quid hoc rei esset: & verum ceremonialis cultus finem, id est veram inuocationē intelligerent, vt ex Christi aduersus Sacerdotes, & Apostolorum de discrimine Legis & Euangelij disputationibus liquet. Viguit tamen semper in nonnullis vera cultus diuini per Mediatorem venturum regula, quam etiam ij qui eum iam venisse adhuc ignorabant, obseruarunt: & ita quidem vt Deo gratæ fuerint eorum proces, vt ex Cornelij historia liquet, Act. 10.21. Tales erant etiam ex gentibus quos Lucas vocare solet σεβομένους, quos postea Dominus pleniùs per Apostolos erudiit. Multò magis igitur idem de ipsis Apostolis, & aliis veris Christi discipulis intelligendū est, qui tamen quòd admodum adhuc rudes essent, hîc dicuntur non fecisse, quòd nonnisi pro exigua illa suæ notitiæ & fidei mensura faciebant, præ ea Spiritus Sancti efficacia, qua fuerant extra ordinem etiam donati, & quæ per illorum ministerium vniuerso mundo affulsit.

νόματί μου· αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη.

quicquam in nomine meo: petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

stis quicquam in nomine meo: petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

25 Ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα ὅτε οὐκ ἔτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, ἀλλὰ παρρησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν.

25 Hæc loquutus sum vobis per similitudines: veniet tēpus quū non ampliùs per similitudines loquar vobis, sed apertè de Patre meo nuntium afferam vobis.

25 Hæc in prouerbiis loquutus sum vobis: venit hora quum iā non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis.

Summa cultus Dei est inuocatio Patris in nomine Filij Mediatoris, qui iam exauditus est pro nobis, pro quibus & exinanitus fuit, & nunc est glorificatus. Infrà, 17.8

26 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν τῷ ὀνόματί μου αἰτήσεσθε· καὶ οὐ λέγω ὑμῖν ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα περὶ ὑμῶν.

26 Illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis me rogaturum Patrem pro vobis.

26 In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis.

27 Αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον.

27 Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, ‖ & credidistis me à Deo prodiisse.

27 Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia ego à Deo exiui.

28 Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα.

28 Prodij à Patre, & veni in mūdum: iterum relinquo mūdum, & proficiscor ad Patrem.

28 Exiui a Patre, & veni in mundum: iterū relinquo mundum, & vado ad Patrem.

Fides & stolida securitas plurimum distant.

29 Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Ἴδε, νῦν παρρησίᾳ λαλεῖς, καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις.

29 Dicunt ei discipuli eius, Ecce, nunc apertè loqueris, nec similitudinem vllam dicis.

29 Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc palā loqueris, & prouerbium nullum dicis.

Christi virtuti nihil detrahet, neque mundi improbitas, nec etiā suorū imbecillitas.

30 Νῦν οἴδαμεν ὅτι οἶδας πάντα, καὶ οὐ χρείαν ἔχεις ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ· ἐν τούτῳ πιστεύομεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθες.

30 Nunc scimus te scire omnia, nec opus esse tibi vt quis te interroget: per hoc credimus te à Deo prodiisse.

30 Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo exisiti.

31 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἄρτι πιστεύετε;

31 Respondit eis Iesus, Nunc creditis?

31 Respōdit eis Iesus, Modò creditis?

Matt.26.31 mar.14.27

32 Ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, καὶ

32 ‖ Ecce veniet tempus, & iam venit, quum dispergemini vnusquisque ad sua, méque so-

32 Ecce, venit hora, & iā venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, &

25 *Per similitudines, ἐν παροιμίαις.* Vide suprà, 10.6. & 14. Parabolas intellige, non vsitatum illud loquēdi genus per comparationes, quibus non obscuratur, sed illustratur oratio, sed ænigmaticum & prorsus allegoricum docendi genus: de quo vide Matt. 3.10. & Mar. 4.34.

17 *Ipse, αὐτός.* i. spōte, vestrísque precibus non tam illum commouentibus, quàm, vt habet Græcum vetus prouerbium, sponte & per se ad vestras audiendas preces properantem hortantibus. Est autem insignis hic locus ad intelligendam illius intercessionis Christi in cœlis functionem, quæ duabus in rebus posita est: vna in eo quòd preces nostras, neque ipsi Patri offerimus, neque Pater recipit aliter quàm Filij Mediatoris vnici interuentu & nomine conceptas: altera in eo quòd perpetuò viget apud Dei tribunal illa Christi oblatio, per quam Deo placati & accersiti sumus. Itaque ridiculi sunt qui Christū imaginātur in cælis, eorum more qui in terris supplicationes principibus suis, siue suo, siue aliorum nomine afferunt, Patris pedibus aduolutum: nedum vt Angeli vel sancti defuncti nunc sint Christo adiungendi vel subordinādi deprecatores. ¶ *Prodijsse, ὅτι ἐξῆλθον.* Vide suprà, 8.42.

30 *Nec opus est tibi, καὶ οὐ χρείαν ἔχεις.* Chrysostom. legit καὶ οὐ χρεία ἐστὶν, & *non opus est*, quod simplicissimum videtur, ita videlicet vt hoc non referatur ad illud, *Nunc scimus te scire omnia*, sed ad præcedētem versiculum, vt sit hæc huius loci sententia, Quum tu nos antea per parabolas, & quasi ænigmaticè doceres, cogebamur te de plerisque interrogare, à nobis videlicet parum intellectis: nunc verò tam planè & perspicuè nos alloquutus es, vt minimè sit necesse de iis ampliùs ex te quærere. At certè si alteram & receptam lectionem sequamur, dicendum potiùs videbitur, Non opus est nobis vt te quisquam interroget, quum sis perspicuè loquutus: vel, Non opus est tibi quenquam interrogare quum ipse per te omnia noueris. Anteuerterat enim Dominus illorum cogitationem de ipso interrogando, vt apparet suprà ex vers. 19. Mutanda tamen temere non est recepta lectio, quam Augustinus hunc nodum simul nectens & soluens his verbis explicat, Quando nos interrogamur ab iis qui volunt aliquid à nobis scire, ex ipsis eorum interrogationibus cognoscimus quid velint discere. Opus est ergo nos ab iis interrogari, vt inquisitiones eorum quibus respondendum est nouerimus. Ipsi autem Christo, ne id quidem opus erat, qui omnia nouerat, quia priùs quàm interrogaretur, interrogaturi nouerat voluntatem.

31 *Nunc creditis? ἄρτι πιστεύετε;* Vel, *Iam creditis?* Id est, siccine vos iam fidē mihi habere iactatis! Nec enim hęc verba sunt propriè interrogantis, sed securitatem reprehendentis, & de mox sequutura diffidentia pręmonentis, vt alloquutus fuit Christus Petrum suprà 13.38.

32 *Quum, ἵνα.* Vide suprà, 15.2, & suprà, v.2. ¶ *Ad sua, εἰς τὰ ἴδια*, Vel, *in patriam*, Galilæam videlicet, quò sese illos recepisse, & ad piscaturā reuersos apparet ex huius Euangelij cap. vltimo, minimè id quidem quòd à præceptore desciuissent, quē etiam resurrexisse Hierosolymis cognouerant: sed tamen non sine magna perturbatione, cui vt Christus mederetur, iussit eos etiam illuc ad tempus proficisci vbi sese ipsis patefaceret, mentibus videlicet pacatioribus extra vrbem, velut extrà teli iactum, futuris, quòd Galilæa non esset Pilato & Hierosolymitanis obnoxia, Matth. 28.10. Vide suprà, 1.11. Castellio, *Alius alió.* Vulg. *In propria.* Eras. *In sua.*

ἐμὲ μόνον ἀφῆτε· καὶ οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστι.

Ex vnius Christi victoria pendet Ecclesiæ firmitas.

33 Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε. ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἕξετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.

lum relinquetis: sed nō sum solus: nam Pater mecum est.

33 Hæc loquutus sum vobis vt in me pacem habeatis. in mundo afflictionem habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est.

33 Hæc loquutus sum vobis vt in me pacem habeatis. in mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

Κεφάλαιον ιζ.

Iesus Christus æternus Pontifex mox seipsum oblaturus, solennibus precibus seipsum, vt victimam, & nos vnà secū Deo Patri consecrat. Itaque hæc precatio fuit à conditio mundo, est & erit ad finem vsque seculorum, Ecclesiæ Dei fundamētum.

1 ΤΑῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπῆρε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἶπε, Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε·

2 Καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον·

3 Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.

Matt. 28.18

Præfatur sese, sicut in mundum venit, in quo per fidem apprehenso gloriam suam seruandis suis electis patefaceret Pater, ita huic vni rei studuisse, ac proinde petere, vt absoluto suo operi benedicat Pater.

4 Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω·

5 Καὶ νῦν δόξασόν με σὺ πάτερ παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί.

6 Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου· σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας, καὶ τὸν λόγον σου τετηρήκασι.

Primo loco precatur Christus pro certis illis suis discipulis, per quos erat reliquos collecturus, eósque (repudiata semel omni reproborum turba) Patri commēdat, quòd ipse quidem eos ab illo sibi traditos in tutelam suam receperit, illi verò vicissim eius doctrinam amplexi, tot tantósque hostes sint habituri, vt sola ipsius ope salui esse possint.

CAP. XVII.

1 HÆc loquutus est Iesus, & sustulit oculos suos in cęlum, dixitque, Pater, venit hora illa, glorifica Filium tuum, vt & Filius tuus glorificet te:

2 ‖ Sicut dedisti ei auctoritatem *in* omnē carnem, vt quotquot dedisti ei, det eis vitam æternam.

3 Hæc est autem vita æterna, vt te cognoscant *esse* illum solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

4 Ego te glorificaui in terra. opus consummauj quod dedisti mihi vt facerem:

5 Nunc igitur glorifica me tu Pater apud temeipsum ea gloria quam habui apud te prius quàm mundus esset.

6 Manifestum feci nomē tuum hominibus quos dedisti mihi *selectos* è mundo: tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum obseruarunt.

CAP. XVII.

1 *HÆc loquutus est Iesus, & sublenatis oculis in cælum, dixit, Pater, venit hora, clarifica Filiū tuum, vt Filius tuus clarificet te:*

2 *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.*

3 *Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quē misisti Iesum Christum.*

4 *Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam.*

5 *Et nunc clarifica me tu Pater apud temeipsum claritate quam habui priusquam mundus esset, apud te.*

6 *Manifestaui nomen tuū hominib. quos dedisti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt.*

¶ *Pater*, ὁ πατήρ. Epiphanius contra Ariomanitas, addit ὁ γεννήσας με, qui genuit me.

33 *In me pacem habeatis*, ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε. Id est, In mei fiducia prorsus conquiescatis, ne vos vllæ tempestates auferant. Nam pacem habere hîc opponitur perturbationi ac tristitiæ. Dixi autem potius *In me*, quàm *Per me*, quòd nostram illam cum ipso Christo communicationem, qua in ipsum mysticè inserimur, hoc dicendi genus expressè significat.

IN CAPVT XVII.

2 *Auctoritatem [in] omnem carnem*, ἐξουσίαν πάσης σαρκός. Vulg. & Eras. *Potestatem omnis carnis*, nimium obscurè. Subauditur enim ἐπὶ, vt suprà, Matth 10.1, & 12.31. Carnem autem pro homine accipi ex Hebræorum consuetudine, sæpe iam annotauimus. Vide Matt. 9.6. & suprà, 10.18.

¶ *Quotquot*, πᾶν ὅ. Vulg. *Omne quod*. Est autem in hoc ab Hebræis desumpto dicendi genere manifestum ἀνακόλουθον, nisi pro πᾶν legas παντὶ, & pro *Omne*, scribendum sit, *Omni*. Sed plana est sententia, & Euangelistas apparet multa dicendi genera è medio petiisse vt rudi vulgo sese accommodarent. Meus autem vetustiss. codex pro δώσῃ αὐτοῖς, habet ἔχῃ, *Habeat*: & ita tollitur istud Solœcophanes.

3 *Vt*, ἵνα, εἰδητικῶς non τελικῶς, vt suprà iam aliquoties. Dicitur autem hæc cognitio esse Vita æterna, quoniam illā agnitionem beatitas consequitur. ¶ *Illum solum verum Deum*: τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. Vulg. *Solum verum Deum*. quæ sententia sic peruerti potest ac si solus Pater diceretur esse verus Deus, ita videlicet vt particula μόνον construatur à parte anteriore cum verbo substantiuo necessariò subaudito, ideóque à me expresso: quum tamē articulus τὸν præpositus particulæ μόνον, ostendat hanc esse à parte posteriore cum illo verbo connectendam, vt pater dicatur esse ille verus Deus qui solus est, vtpote qui sit vnicus & singularissimus, quo modo etiam construendus est idem articulus cum eadem particula, Rom 16.27, & 1. Tim. 1.17. Itaque Arriani occasionem ne leuissimam quidem habuerunt impietatis suæ ex hoc Christi dicto stabiliendæ. Nec enim valet hæc consecutio, Pater est ille solus verus Deus, ergo neque Filius, neque Spiritus sanctus sunt ille solus verus Deus. Nec enim pluralitate personarum discerpitur essentiæ vnitas. Sed tum demum dicere viderentur aliquid Arriani, si sic colligerent, Solus Pater dicitur esse verus ille Deus, Ergo nec Filius, nec Spiritus sanctus, sunt verus ille Deus. Sed negatur illis antecedens, ex huius loci & aliorū recta in Græco sermone constructione: ex qua manifestè liquet, Patrem esse illum solum verum Deum, non vt Filius vel Spiritus sanctus excludatur, sed vt verus ille Deus qui solus & vnicus est, falsis diis opponatur, vt passim patres Arrianis respondent. Nam etiam disertè Iudæ 4. Iesus Christus vocatur ὁ μόνος δεσπότης Θεὸς καὶ κύριος ἡμῶν. Sed & commodè, ac certè magis apposita ἐκλείψει, pro verbo ἐστὶ, suppleri potest participium ὄντα, & ita hic locus conuerti, *vt te cognoscant qui es ille solus verus Deus*, quod expressè tribuitur quoque Filio, 1. Ioh 5.10. Chrysostomus aliter quoq; Arrianis respondet, hunc locum sic ordinans, *vt cognoscant te & quem misisti Iesum Christum, esse solum illum verum Deum*: citans illa Pauli verba 1. Cor. 9.6, An solus ego & Barnabas, &c. vbi particula SOLVS non excludit, sed comprehendit Barnabam. Sed mihi videtur constructio simplicissima quam sum sequutus.

4 *Consummaui*. ἐτελείωσα. Deerat tamen adhuc præcipuum nostræ redemptionis opus, nempe oblatio in ara Crucis. Sed quod proximè instabat, quasi iam impletum censetur.

5 *Glorifica me*, δόξασόν με. Loquitur de infinitè gloriosa eminentia qua Deitas essentialiter & incomprehēsibiliter supra res omnes eminet, quo nomine ab omnibus summo cultu adorari meretur sola, sicut vna & eadem est in singulis tribus personis, seruata semper illarum & in sese, & in suis inseparabilibus operationibus distinctione. Hac autē gloria, (quòd ad illius vsum attinet in salutis nostræ mysterio) quodammodo sese abdicarat Filius in serui forma, durante suæ illius exinanitionis spatio, vt loquitur Paulus Philip. 2.7. sicut post resurrectionem non tam data quàm quodammodo reddita & restituta ipsi fuit, ipsius carno supra creatas res omnes euecta, qua de re vide Matt. 28.18. & 1. Cor. 15. à vers. 24. ad 29.

6 *Tui erant, & mihi eos dedisti*, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας. Hæc nonnulli per parenthesin separant, ita vt quod sequitur, *Et tuum sermonem seruarunt*, cum eo cohæreat quod dixerat, *Quos dedisti mihi [selectos] ex hoc mundo*. At ego nullam hîc admitto parenthesin: imò verò in iis verbis totam

bis totam salutis nostræ summā suis gradibus diuinissimè descriptam considero. Nam quum ait, *Tui erant*, æternam illam electionem declarat, in ipso Dei beneplacito absconditam, quæ totius nostræ salutis est basis ac fundamentum. Deinde quum dicit, *Quos dedisti mihi, & quibus patefeci nomē tuum*, significat æterni illius & in Deo absconditi propositi declarationem in Christo factam, per quem demum fide apprehensum iustificati & sanctificati, electionis gloriam tandem consequimur: sicut paucis etiam hæc omnia complectitur Apostolus. Rom. 8.30, Ephes. 1.4. & 5.

7 Νῦν ἔγνωκαν ὅτι πάντα ὅσα δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἐστιν.

8 Ὅτι τὰ ῥήματα ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς· καὶ αὐτοὶ ἔλαβον, καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐπίστευσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

9 Ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ· οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, ἀλλὰ περὶ ὧν δέδωκάς μοι, ὅτι σοί εἰσι.

10 Καὶ τὰ ἐμὰ πάντα, σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ, ἐμά· καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς.

11 Καὶ οὐκ ἔτι εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσὶ, καὶ ἐγὼ πρὸς σὲ ἔρχομαι. Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς.

12 Ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου· οὓς δέδωκάς μοι ἐφύλαξα, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ.

13 Νῦν δὲ πρὸς σὲ ἔρχομαι, καὶ ταῦτα λαλῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς.

14 Ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτοὺς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου.

15 Οὐκ ἐρωτῶ ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ.

16 Ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσὶ, καθὼς ἐγὼ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰμί.

17 Ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι.

18 Καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κό-

7 ‖ Nunc nouerunt omnia quæ dedisti mihi à te esse.

8 Quia verba quæ tradidisti mihi, tradidi eis: & ipsi receperunt: & verè norūt me à te prodiisse, & crediderunt me à te missum esse.

9 Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro *iis* quos dedisti mihi, quia tui sunt.

10 Et mea omnia, tua sunt, & tua mea sunt: & glorificatus sum in eis.

11 Et non sum amplius in mundo, sed isti sunt in mundo, & ego ad te venio. Pater sancte, conserua eos per nomen tuum, quos dedisti mihi, vt sint vnum prout *&* nos.

12 Quū essem cum eis in mundo, ego custodiebā eos per nomen tuum: quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius ille perditionis: ‖ vt Scriptura impleretur.

13 Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum plenum apud se.

14 Ego tradidi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt ex mundo, prout & ego non sum ex mundo.

15 Non rogo vt tollas eos è mundo, sed vt eos à maligno illo conserues.

16 Ex mundo nō sunt, prout ego non sum ex mundo.

17 Sanctifica eos tua veritate: sermo ille tuus veritas est.

18 Sicut me misisti in mun-

7 *Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt.* Suprà 16.27

8 *Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti.*

9 *Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt.*

10 *Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis.*

11 *Et iā non sum in mundo. & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos.*

12 *Quum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis: vt Scriptura impleatur.* Psal. 109.8

13 *Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.*

14 *Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.*

15 *Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à Malo.*

16 *De mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo.*

17 *Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est.*

18 *Sicut tu me misisti in*

Modum liberationis huius definit, non vt nulla pericula incurrant, sed vt ex omnibus seruati, reipsa experiantur veram esse doctrinam salutis, quam ex ore ipsius acceptam aliis tradituri.

7 *Nouerunt*, ἔγνωσαν. Syrus legit ἔγνωκα, *Noui*, quod etiam in vno ex Stephani nostri codicibus scriptum inueni. Sed receptam scripturam probo.

12 *Filius ille perditionis*. ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Eras. *Filium perditum*. Nam, inquit, alioquin quid est filius perditionis, nisi quem genuit perditio? Atqui absurdior est hæc amphibolia quàm vt cuiquam in mentem veniat. quòd si placuisset ab Hebraismo deficere, maluissem hominem perditum interpretari. Sed Hebraismum vltro integrum seruaui: quia qui perditum hominem dicit, ipsum duntaxat exitium ac miserā conditionem declarat: Iudas autē dicitur filius perditionis, non modò quia periit, sed etiam quia huic exitio erat destinatus ac deuotus, vt manifestè liquet ex iis quæ scripta sunt Act. 1.16. & 17. & 28. Neque tamen hæc faciunt vt vel Deus sit in culpa, vel Iudas culpæ eximatur, sicut copiosius alibi diximus. sed hoc dixit Christus ne videretur, perdito Iuda, labefactata æterna Dei electio. Ideo dicit alibi, *Scio quos elegerim*, suprà, 13.18.

15 *Ab improbo illo*, ἐκ τοῦ πονηροῦ. Vide Matth. 6.13.

17 *Sanctifica*. ἁγίασον. Id est sanctos efficito, magis ac magis videlicet. Sanctum autem dicitur quod Deo peculiariter deuotum ac consecratum est: quamobrem etiam Spiritus Sanctus seu Sanctificationis vocatur, qui in fidelium cordibus efficit vt velint ac possint quæ Dei sunt. Est autem hoc vocabulum (vt alia multa) profectum ab Hebræis: quod quum Latini theologi retinuerint, nos quoq; libenter seruauimus. ¶ *Tua*, σοῦ. Hoc non reperio in meo vetustissimo codice, neque legit vetus interpres. Veritatem autem hîc appellat, non simpliciter illud τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, de quo Paulus Rom. 1. 16, & 19. sed eam Dei notitiam quam nec caro nec sanguis reuelat Matth. 16.17, id est, veram eorum quæ de Deo & ipsius cultu hominibus ad salutem cognoscenda sunt, perceptionem, sicuti fuerant & à Prophetis antea, & ab ipso demum Christo exposita.

18 *Sicut*, καθὼς. Eodem videlicet fine, nempe vt vniuersam salutis doctrinam hominibus tradant: quod munus sicuti abs te mihi vt μόνῳ commissum fuit, & egomet ad-

huc mea voce obij; ita deinceps per ipsos, vtpote legatos meos, peragã, Eph.4.11. Itaque restringenda est hæc particula ad id de quo agitur. Nam alioqui penitus alia est Filij Dei quàm Apostolorum missio. Filius enim vnicus missus est ἀυτοκρατής, & vt Dominus: neque duntaxat vt & foris voce, & intus suo Spiritu homines doceret, sed etiam vt in sese homines Patri reconciliaret. Apostoli verò Christi quidem personam docendo repræsentarunt, sed vt serui plantantes & rigantes, operæ suæ omni effectu à Christo in solidum dependento.

Addit Christus communem secum esse Apostolis vocationem, ac proin de illos oportere ea ipsa virtute fulciri, vt sese totos Patri deuoncãt, qua ipse primus seipsum Patri consecrauerat. Secundo loco offert Christus Deo Patri suos omnes, id est quotcunque in ipsum per Apostolorum doctrinam credent: vt sicut Ipse cum Patre cohæret omnem inde plenitudinem accipiens, ita & illi cum ipso coniuncti inde vitam hauriant, ac tãdẽ in eo ipso simul dilecti, vna etiã gloria cum ipso perfruantur. Suprà.12.26 & 14.3

σμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον·

Καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ.

Οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευσόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ·

Ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν σοί, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν· ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν.

Ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοί, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν, καὶ ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος ὅτι σύ με ἀπέστειλας, καὶ ἠγάπησας αὐτούς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας.

Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ· ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν ἣν ἔδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου.

Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔ-

dum, ita & ego ¨ misi eos in mundum.

19 Et ¨ eorum causa ego ¨ sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.

20 Non tantùm autem pro istis rogo, sed & pro iis qui ¨ per sermonem eorum credituri sunt in me:

21 Vt omnes ¨ vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus me à te missum esse.

22 Et ego ¨ gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.

23 ¨ Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum, & vt cognoscat mundus quòd tu me miseris, & eos diligas, prout me dilexisti.

24 ‖Pater, quos dedisti mihi, ¨ velim vt vbi ¨ sum ego, & illi sint mecum: vt spectent gloriam illam meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ¨ ante iactum mundi fundamentum.

25 Pater iuste, mundus te non

mundum; & ego misi eos in mundum.

19 *Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.*

20 *Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me.*

21 *Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus quia tu me misisti.*

22 *Et ego claritatem quã dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.*

23 *Ego in eis & tu in me, vt sint consummati in vnum, & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti.*

24 *Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi.*

25 *Pater iuste, mundus te*

¶ *Misi*, ἀπέστειλα. Id est mittendos designaui.

19 *Eorum causa*, ὑπὲρ αὐτῶν. Vulg. & Erasm. *Pro eis*. Ego in re tanti momenti, studui homonymiam vitare.

¶ *Sanctifico meipsum*, ἁγιάζω ἐμαυτόν. Nempe vt Sacerdos simul & victima. idque non pro se, in quo nullum fuit peccatum, quod precibus vel expiatione egeret, sed pro totius Ecclesiæ salute. Sic enim accipitur in hoc dicto sanctificandi verbum, & hæ preces altera fuerunt sacrificij Christi pars, quarum exauditarum virtute stat Ecclesia. ¶ *In veritate*, ἐν ἀληθείᾳ. Vel verè, vt externę purificationes cum interiore reali in Christo per Spiritum sanctum sanctificatione comparentur.

20 *Per sermonem eorum*, διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν. Fides igitur vera & saluifica, est ex auditu doctrinæ Apostolicæ: & vera Apostolica doctrina est ea demum quæ nos ad vnicum Christum deducit.

21 *Vnum*, ἕν. Ergo sicut credentium inter se vnitio non in aliqua essentiarum ipsarum vel animi vel corporis singulorum, sed in fidei & charitatis vero, consensu spirituali sita est: ita etiam istius vnitionis causa, id est spiritualis & mystici credentium corporis cum Christo capite vnitio, minimè in eo consistet vt suam in nos substantiam transfundat siue in Verbo, siue in sacramentis, sed in eo quòd totus per organum fidei & sancti Spiritus virtute à nobis apprehensus, siue spirituali modo ac vinculo noster factus, suum illum viuificum succum, vt vitis in adhærentes palmites, in nos effundat, bonáque sua omnia, ne excepta quidem æterna gloria, communicet: ipsius videlicet spiritu, velut anima quadam, totum Ecclesiæ mysticum corpus, noua cælesti vita viuificante quam Petrus Naturam diuinam appellat, 2.Pet.1.3.&4. Ex hoc autem & illud efficitur, hîc non agi περὶ τοῦ ὁμοουσίου Patris & Filij, cuius respectu nostra neque inter nos, neque cum Christo coniunctio est ἀνάλογος, sed de eo quod cum isto ὁμοουσίῳ penitus cohæret. nempe quòd Pater & Filius vt essentia, ita etiam potentia & voluntate (seruata personarum distinctione) vnum sint: & Filius quatenus homo, voluntatem, alteram quidem quàm Pater, nempe creatam animæ facultatem, sed paternæ, suæque diuinæ prorsus consentientem, habeat.

22 *Gloriam*, τὴν δόξαν. De illius κοινωνίας fructu, æterna videlicet beatitate nunc agit: & huc etiam referendum est, non ad superiorem κοινωνίαν, quod repetit de Patris & Filij, Filij, inquam, in carne manifestati, vnitate: cuius gloriæ ac felicitatis, quæ vnica est, participatione, secundum cuiusque membri mensuram, singuli credentes dicuntur propterea hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, Rom.8.17.

23 *Ego in eis*, &c. Iam vtramque κοινωνίαν connectit, quæ vt perfectissima sit, tres habet gradus. Vnum, eúmque summum & reliquorum κυριώτατον, Patris & Christi mediatoris τὸ ἕν, positum partim & præcipuè in illa essentiæ ταυτότητι secundum coëssentialem Patris & Filij coexistentiam, cui personaliter in Filio vnita est assumpta natura: partim eo quòd in Filio θεανθρώπῳ pater penitus acquiescit: Matt.3.17. alterum, eúmque intermedium, à quo Christus hoc dictum inchoat, ipsius capitis cum Ecclesia κοινωνίας: tertium denique, nostram inter nos sub eodem capite coniunctionem.

24 *Velim*, θέλω. Vulgata & Erasmus. *Volo*, id est opto: quo sensu Latini Iubẽdi quoque verbo vtuntur, vt quum, dicunt, Saluere te iubeo. Sed mollior est in hac significatione modus optandi, quàm Indicãdi. Loquitur enim hoc loco Christus suo more, vt mediator intercessionis, cuncta, vt in aliis precibus, ad Patrem referens, vt Matth. 20.23. & alibi sæpe. Non est igitur satis firmum Augustini argumentum epist 78. Patris & Filij æqualitatem ex hoc loco parum appositè probantis. Non enim, inquit, diceret Volo, sed supplicans, Rogo. Nam & in hac ipsa precatione Christus antea sæpius vsus est verbo ἐρωτῶ, id est Rogo: & discipuli Christum ipsum compellantes vsurpant verbum θέλομεν, Marc.10.35, quem locum vide. ¶ *Sum*, εἰμί. εἰμὶ ἐγώ, sed de eo quod ... Id est breui sum futurus, vt suprà 7.34. nisi malis id explicare per ἰδιωμάτων κοινωνίαν. ¶ *Ante iacta*, πρὸ καταβολῆς. Hanc particulam alij cum verbo, ἠγάπησας, *Dilexisti*, coniungunt; alij cum verbo ἔδωκας, *Dedisti*, id est dare decreuisti.

1 *Abijt*,

γνω, ἐγὼ δέ σε ἔγνων, καὶ οὗτοι ἔγνωσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω· ἵνα ἡ ἀγάπη ἣν ἠγάπησάς με, ἐν αὐτοῖς ᾖ, κἀγὼ ἐν αὐτοῖς.

Κεφάλαιον ιη.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐξῆλθε σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πέραν τοῦ χειμάῤῥου τῶν Κέδρων, ὅπου ἦν κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

Ἤδει δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτόν, τὸν τόπον· ὅτι πολλάκις συνήχθη ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

Ὁ οὖν Ἰούδας, λαβὼν τὴν σπεῖραν καὶ ἐκ τῶν Ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας, ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων καὶ ὅπλων.

Ἰησοῦς οὖν εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτόν, ἐξελθὼν εἶπεν αὐτοῖς, Τίνα ζητεῖτε;

Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι. Εἱστήκει δὲ καὶ Ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτόν, μετ' αὐτῶν.

Ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἔπεσον χαμαί.

Πάλιν οὖν αὐτοὺς ἐπηρώτησε, Τίνα ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον.

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Εἶπον ὑμῖν ὅτι ἐγώ εἰμι. εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν·

Ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὃν εἶπεν, Ὅτι οὓς δέδωκάς μοι, οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα.

Σίμων οὖν Πέτρος ἔχων μάχαιραν, εἵλκυσεν αὐτήν, καὶ ἔπαισε τὸν τοῦ Ἀρχιερέως δοῦλον, καὶ ἀπέκοψεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον τὸ δεξιόν. ἦν δὲ ὄνομα τῷ δούλῳ Μάλχος.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ, Βάλε τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην· τὸ

nouit: ego autem te noui, & hi nouerunt me à te missum esse.

26 Et notum ipsis feci nomen tuum, & notum faciam: vt charitas qua dilexisti me, sit in eis, & ego in eis.

CAP. XVIII.

1 HÆc quum dixisset Iesus, abiit cum discipulis suis trans ¨ torrentem Cedron, vbi erat ¨ hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius.

2 Nouerat autem eum locum etiam Iudas qui prodebat eum, quia Iesus frequenter cum discipulis suis illuc conuenerat.

3 ‖Iudas ergo quum accepisset ¨ cohortem, & à primariis Sacerdotibus, ac Pharisæis ministros, venit illuc cum ¨ laternis & facibus & armis.

4 Iesus itaq; sciens omnia ipsi superuentura, prodiens dixit eis, Quem quæritis?

5 Responderunt ei, Iesum Nazaræum. Dicit eis Iesus, Ego is sum. Stabat autem cũ eis etiam Iudas, qui prodebat eum.

6 Vt ergo dixit eis, Ego is sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt humi.

7 Iterum igitur rogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Illum Iesum Nazarenum.

8 Respondit Iesus, Dixi vobis me eum esse. ergo si me quæritis, sinite hos abire.

9 ¨ Vt impleretur sermo quem dixerat, ‖Ex iis quos dedisti mihi, non perdidi quenquam.

10 Simon autem Petrus quũ gladium haberet, eduxit eum, & feriit seruum Pontificis maximi, & abscidit auriculam eius dextram. erat autem nomẽ seruo Malchus.

11 Dicit ergo Iesus Petro, Reconde gladium tuum in vagi-

non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerũt quia tu me misisti.

26 *Et notum feci eis nomẽ tuum, & notum faciam: vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.*

CAP. XVIII.

1 *HÆc quum dixisset Iesus, egressus est cũ discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus in quem introiuit ipse & discipuli eius.*

2 *Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.*

3 *Iudas ergo quum accepisset cohortem, & à Pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis & facibus & armis.*

4 *Iesus itaque, sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, & dixit eis, Quem quæritis?*

5 *Responderunt ei, Iesum Nazarenũ. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis.*

6 *Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.*

7 *Iterum ergo interrogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum.*

8 *Respondit Iesus, Dixi vobis quia ego sum. si ergo me quæritis, sinite eos abire.*

9 *Vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quenquam.*

10 *Simon ergo Petrus, habens gladium, eduxit eum, & percussit Põtificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus.*

11 *Dixit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam: calicem quem*

Cognitio Patris quæ est in Christo Mediatore plenissima, paulatim ab eo suis communicatur, vt in ipso diligantur à Patre, eo ipso amore quo Filium complectitur.

Matt.26.36. mar.14.32 luc.22.39 2.reg.15.23

Christus in hortum prodit tot cognitum capiendus vltrò ingreditur, vt peccatũ quod per vnius hominis in horto rebellionem in mundum ingressum est, sua obedientia tollat.

Matth.26.47 mar.14.43 luc.22.47

Christus innocens capitur velut sceleratus, vt nos in nobis scelerati, in ipso iusti dimittamur. Christi persona non virtus ab aduersariis vincta est, quãdo, & sicut voluit.

Christus boni pastoris officium, ne in extremis quidẽ suis periculis negligit.

Zelus Dei intra vocationis suæ limites est ab vno quoque continendus.

IN CAPVT XVIII.

1 *Abijt*, ἐξῆλθεν Sic apud Hebræos ex antecedente intelligitur consequens. ¶ *Torrentem Cedron*, τοῦ χειμάῤῥου τῶν Κέδρων. Sic quidem legimus in omnibus Græcis exemplaribus, vt in gignendi casu, id est *Cedrorum* sed manifesto errore pro τοῦ [Κεδρών. Sic enim hunc torrentem Hebræi [קדרון [Kedron] vocant, quasi tenebricosum dicas, sicut hodie Germani Hercyniam syluam *Schuartz uual.* id est nigrum nemus, appellant. Hoc verò quum quidam ignorarent, & putarent hîc agi de cedris arboribus, (quas tamen vt rectè doctissimus ille Capnio annotauit, Hebræi diuerso prorsus vocabulo ארזים [arazim] appellant) hunc locum corruperunt: non quidem addito articulo, sed mutato, vt rectè omnino conicit Stapulensis, sicut 1. Reg.15. c. 13, scriptum est, ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τοῦ Κέδρων, non autẽ τῶν Κέδρων, vt perperam legit Erasmus. Sed Κεδρὼν scribendum, & initio scriptum crediderim, non Κέδρων. vt Ἀβαδδών, Apoc. 9.11. Syrus pro πέραν τοῦ χειμάῤῥου, habet לעברא דרגלת [lebardargeltha,] id est ad transitum pedis, id est ad vadum quo torrẽs traiiciebatur, ab vmbrosa valle quã præterfluebat, sic cognominatus. ¶ *Hortus*, κῆπος. situs videlicet in villa seu vico Gethsemane, vt nulla hîc sit repugnãtia inter huius Euangelistæ narrationem & Matth.26.30. & Marc. 14.32.

3 ¨ *Cohortem*, τὴν σπεῖραν. Additus articulus ostendit certam cohortem hîc significari, eã videlicet de qua loquitur Pilatus, Matth. cap.27. versu 65, cui præerat, ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, vt minimè oportuerit Pilatum à Sacerdotibus hac de re interpellari, quòd ipse Pilatus illis, à quibus de custodiendo sepulchro rogabatur, respondit, Matt. 27.65.

5 *Laternis*, φανῶν. Vide Philip.2.15. & 16.

9 *Vt impleretur*, ἵνα πληρωθῇ. Verba sunt non Christi, sed Euangelistæ; ἐλλειπὲς sermonis è medio petita, vt infrà 19.24. plenæ verò constructionis exemplum legitur ibidem, versu 36.

ποτήριον ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ οὐ μὴ πίω αὐτό;

Ἡ οὖν σπεῖρα καὶ ὁ χιλίαρχος καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν Ἰουδαίων συνέλαβον τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔδησαν αὐτόν.

Καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς Ἄνναν πρῶτον· ἦν γὰρ πενθερὸς τοῦ Καϊάφα, ὃς ἦν Ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου.

Ἦν δὲ Καϊάφας ὁ συμβουλεύσας τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι συμφέρει ἕνα ἄνθρωπον ἀπολέσθαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ.

Ἠκολούθει δὲ τῷ Ἰησοῦ Σίμων Πέτρος, καὶ ὁ ἄλλος μαθητής. Ὁ δὲ μαθητὴς ἐκεῖνος ἦν γνωστὸς τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ συνεισῆλθε τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως.

Ὁ δὲ Πέτρος εἱστήκει πρὸς τῇ θύρᾳ ἔξω. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ μαθητὴς ὁ ἄλλος ὃς ἦν γνωστὸς τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ εἶπε τῇ θυρωρῷ, καὶ εἰσήγαγε τὸν Πέτρον.

Λέγει οὖν ἡ παιδίσκη ἡ θυρωρὸς τῷ Πέτρῳ, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν εἶ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; Λέγει ἐκεῖνος, Οὐκ εἰμί.

Εἱστήκεισαν δὲ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑπηρέται ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, ὅτι ψῦχος ἦν, καὶ ἐθερμαίνοντο. ἦν δὲ μετ᾽ αὐτῶν ὁ Πέτρος ἑστὼς, καὶ θερμαινόμενος.

Ὁ οὖν Ἀρχιερεὺς ἠρώτησε τὸν Ἰησοῦν περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ περὶ τῆς διδαχῆς αὐτοῦ.

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγὼ παῤῥησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ· ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα ἐν τῇ συναγωγῇ, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ, ὅπου πάντοθεν οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται, καὶ ἐν κρυπτῷ ἐλάλησα οὐδέν.

nam. annon bibam poculum quod dedit mihi Pater?

12 Cohors igitur & tribunus & ministri Iudęorum comprehēderunt Iesum, & vinxerunt eū.

13 Et abduxerunt primùm ‖ ad Annam: erat enim socer Caiaphę, qui erat Pontifex maximus anni illius: is verò misit eum vinctum ad Caiapham Pontificem maximum.

14 Erat autem Caiaphas is ‖ qui consilium dederat Iudæis expedire vt vnus homo moreretur pro populo.

15 ‖ Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus verò ille notus erat Pontifici maximo, & simul introiit cum Iesu in aulam Pontificis maximi.

16 Petrus autem stabat extra ad ostium. Exiuit ergo discipulus ille alter qui erat notus Pontifici maximo, & loquutus est ostiariæ, & introduxit Petrum.

17 Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Nonne & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum.

18 Adstabāt autem serui & ministri qui prunas congesserant, quia frigus erat, & sese calefaciebāt. erat verò cum eis etiam Petrus adstans, & sese calefaciens.

19 Pontifex maximus ergo interrogauit Iesum de discipulis eius & de doctrina ipsius.

20 Respondit ei Iesus, Ego palàm loquutus sum mundo: ego semper docui in synagoga & in tēplo, quò vndique Iudæi conueniunt, & in occulto *loco* loquutus sum nihil:

dedit mihi Pater non bibam illum?

12 *Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorū comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum.*

13 *Et adduxerunt eum ad Annam primùm: erat enim socer Caiaphæ, qui erat Pontifex anni illius.*

14 *Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis quia expedit vnum hominē mori pro populo.*

15 *Sequebatur autē Iesum Simō Petrus & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis.*

16 *Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille alius qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.*

17 *Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum.*

18 *Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se.*

19 *Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis & de doctrina eius.*

20 *Respondit ei Iesus, Ego palàm loquutus sum mūdo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniūnt, & in occulto loquutus sum nihil:*

Christus nostra iā blasphemiarum reus ad terrenum Pontificē trahitur damnādus, vt ab ipso met æterno Pontifice absoluamur. Luc 3.2

Suprà, 11.50

Matt. 26.58 mar. 14.54 luc. 22.54 Viuum exemplum humanę imbecillitatis, etiam in præstantissimis quibusque, simulatque sibi ipsis relinquuntur.

Christus parcè causam suam tuetur, non vt morti se subducat, sed vt ipsum innocentem damnari constet.

13 *Anni illius*, τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. Post hæc verba legit Cyrillus, καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα. quantum quidem conijcere licet ex Latina interpretatione: nam Græcum codicem mihi non contigit videre. Hanc igitur lectionem approbat Erasmus: cui sicut in eo assentior quòd hæc putet in contextum reponenda, ita quiddam præterea requiro. Cur reponenda existimem, his causis adducor: primùm quia Cyrillus, vetus ac nobilis interpres, & πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, ita legit & interpretatur: deinde quòd alioquin non cohærebit narratio. Nam statim subijcitur, Petrum in aulam Pontificis fuisse introductum, in qua etiam fuerit Christus à Pontifice interrogatus, & ab ipsius ministro cæsus, quòd videretur non satis magnam habere Pontificiæ dignitatis rationem: quæ omnia non possunt ad alium quàm ad ipsum Caiapham Pontificem referri. Præterea siquis cum istis conferat quæ ab alijs Euangelistis narrantur, fatebitur omnia hæc non in ipsius Annæ, sed Caiaphæ domo gesta. Nec aliter sanè commodè possis Ioannem cum cæteris Euangelistis conciliare: siquidem ij magno consensu (vt rectè omnino Erasmus obseruat) tres Petri negationes ita narrant vt in vnis Caiaphæ ædibus factas esse appareat. Deinde nisi ita hæc esse fateamur, prætericrit Ioannes quicquid gestum est aduersus Christum ab ipso Caiapha, cui tamen vni ius fuit concilium cogendi, & in Christum inquirendi. Postremò, epanalepsis illa quæ extat infrà versu 24, omnem mihi dubitationem exemit. nam sanè nimis durum esset superiora omnia accipere veluti κατὰ πρόληψιν aut κατὰ ὑστέρησιν dicta. Itaque suo loco hæc reposui. Sed quum apud Cyrilli interpretem legatur, *Miseruntque*, id est, καὶ ἀπέστειλαν, ego contrà partim ex ipsius narrationis serie, partim etiam ex illa epanalepsi didici legendum esse καὶ ἀπέστειλεν, & misit, ipse videlicet Annas, Iesum vinctum ad Caiapham generum. Itaque in ipsius Annæ domo nihil gestum est quod commemorandum putarit Euangelista. Quo enim iure concilium ille cogeret, & in Christum inquireret? sed quum ad eum, vt Pontificis socerum, Christus obiter esset deductus, statim eum curauit ad ædes generi rapiendum. Ex quo rursus intelligitur cur cæteri Euangelistæ, nulla Annæ mētione facta, perinde hæc narrēt acsi Christus rectà ad Caiaphā Pōtificem pertractus esset.

18 *Sese calefaciens*, θερμαινόμενος. Propriè, calefaciens. Sed hic est vsus coniugationis Hebrææ Hithpahël, sæpe in alijs quoque verbis à me in his libris obseruatus.

20 *Mundo*, τῷ κόσμῳ. Id est quibusuis indefinitè, sicut in gallico idiomate vox ista vsurpari consueuit. ¶ *Vndique*, πάντοθεν. Vulg. & Eras. *Omnes*. id est πάντες. In vetustis codicibus legimus πάντοτε. Ego verò existimo vel legendum πάντες, vel πάντοθεν, quod facilè potuit à librarijs mutari in πάντοτε.

Τί με ἐπερωτᾷς; ἐπερώτησον τοὺς ἀκηκοότας, τί ἐλάλησα αὐτοῖς· ἴδε, οὗτοι οἴδασιν ἃ εἶπον ἐγώ.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, εἷς τῶν ὑπηρετῶν παρεστηκὼς ἔδωκε ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ, εἰπών, Οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ Ἀρχιερεῖ;

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις;

Ἀπέστειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα.

Ἦν δὲ Σίμων Πέτρος ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος· εἶπον οὖν αὐτῷ, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶ; Ἠρνήσατο ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν, Οὐκ εἰμί.

Λέγει εἷς ἐκ τῶν δούλων τοῦ Ἀρχιερέως, συγγενὴς ὢν οὗ ἀπέκοψε Πέτρος τὸ ὠτίον, Οὐκ ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ μετ᾽ αὐτοῦ;

Πάλιν οὖν ἠρνήσατο ὁ Πέτρος, καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησεν.

Ἄγουσιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον. ἦν δὲ πρωΐα· καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ᾽ ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα.

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πιλάτος πρὸς αὐτοὺς, καὶ εἶπε, Τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου;

Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν.

21 Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid sim ipsis loquutus: ecce, hi sciunt quæ dixerim ego.

22 Hæc autem quum ipse dixisset, vnus ex ministris qui adstabat, bacillo cæcidit Iesum, dicens, Itáne respondes Pontifici maximo?

23 Respondit ei Iesus, Si malè loquutus sum, testificare de malo: sin bene, cur me cædis?

24 ‖ Miserat igitur eum Annas vinctum ad Caiapham Pontificem maximum.

25 Stabat autē Simon Petrus, & *sese* calefaciebat: dixerunt igitur ei, Num & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum.

26 Dicit ei quidam ex seruis Pōtificis maximi, cognatus eius cuius absciderat Petrus auriculam, Nónne ego te vidi in horto cum eo?

27 Rursus ergo negauit Petrus, & statim gallus vocem emisit.

28 ‖ Ducunt ergo Iesum à Caiapha in Prætorium. erat autem manè: & ipsi non introierunt in Prætorium, ne pollucrētur, sed vt ederent Pascha.

29 Prodiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem adfertis aduersus hominem istum?

30 Responderunt & dixerunt ei, Nisi iste esset maleficus, non tradidissemus eum tibi.

21 *Quid me interrogas? interroga eos qui audierūt quid loquutus sim ipsis: ecce, hi sciunt quid dixerim ego.*

22 *Hæc autem quum dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes Pontifici?*

23 *Respondit ei Iesus, Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?*

24 *Et misit eum Annas ligatum ad Caiphā Pontificem.*

25 *Erat autem Simon Petrus stans & calefaciēs se: dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum.*

26 *Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam, Nónne ego te vidi in horto cum illo?*

27 *Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cantat.*

28 *Adducunt ergo Iesum à Caipha in Prætorium. erat autem manè, & ipsi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.*

29 *Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem adfertis aduersus hominem hunc?*

30 *Responderunt & dixerunt ei, Si nō esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.*

Matt. 26.57 mar. 14.59 luc. 22.54 Matt 26.69 mar. 14.69 luc. 22.55

Lapsi semel homines non modò nō possunt sese suis viribus erigere, sed etiam in deterius magis ac magis præcipitantur, donec noua Dei virtute surrigantur.

Matt. 27.2 mar. 15.1 luc. 23.1 act. 10.28. & 11.3

Filius Dei sistitur ad mortalis, & quidē prophani hominis tribunal, ibíque multò minus iniquitatis in profano homine quàm in ipsis populi Dei principibus inuenitur. Viua imago iræ Dei aduersus peccatum, summæ eiusdem misericordiæ, seuerissimi denique iudicij in præfractos oblatæ eius gratiæ cōtemptores.

22 *Bacillo cæcidit*, ἔδωκε ῥάπισμα. Id est ἐῤῥάπισεν. Vulg. & Erasmus, *Dedit alapam.* Vide Marc. 14.65. Manifestè certè distinguuntur τὸ κολαφίζειν & τὸ ῥαπίζειν. Matth. 26.67. vbi Vulgata & Erasmus interpretantur ἐῤῥάπισαν, *in faciem dederunt.*

24 *Miserat igitur*, ἀπέστειλεν οὖν. Particulam οὖν restituimus ex fide duorum codicum. Est autem epanalepsis quæ vsurpatur ab Euangelista redeunte ad superiora. Nam quum exorsus esset narrare de Petro, suprà versu 18, quædā interiecerat quæ narrationis cursum abruperant. Nunc ergo eò rediēs, vtitur epanalepsi, ex qua affirmo illa fuisse reponenda, quæ ex Cyrillo restituimus suprà versu 13, & Ioannem in referenda Petri historia prorsus cum alijs Euangelistis consentire.

28 *A Caiapha*, ἀπὸ τοῦ Καϊάφα. Id est, ab ædibus Caiaphæ: quod genus loquutionis exposuimus Marci cap. 5. vers. 35. Id verò quum nonnulli non intelligerent, pro *A Caiapha*, substituerunt *ad Caiapham*: sicut nimirum apud Marcum pro *Ab archisynagogo*, supposuerant *Ad archisynagogum*: quæ res magnum errorem obiecit Augustino, frustra hîc laboranti, vt expediat quî fieri possit vt in Prætorium sit ductus Iesus, qui legatur adductus ad Caiapham: sicut etiam Erasmus in hunc locum annotauit. ¶ *In Prætorium*, εἰς τὸ πραιτώριον. Domum videlicet ipsi Præsidi Pilato destinatam, quum esset religio Iudæis ad incircuncisos ingredi, vsque adeò vt Petro sui ad Cornelium ingressus reddenda fuerit in ipsa Ecclesia Hierosolymitana ratio. Act. 11.3. tam difficile fuit Iudæis abolitum Iudaismum excutere. Et hæc quidem fuit prima de Christi accusatione habita apud Pilatum cognitio ab alijs Euangelistis prætermissa, Christo quidem tandem in Prætorium introducto, Iudæis autem apud fores Prætorij manentibus. ¶ *Pascha*, τὸ πάσχα. Erat enim eo die peculiare & expressum omnis immunditiæ legalis interdictum. Numer. 9.10. Erat autem iste dies primi mensis decimus quintus maximè solennis, incipiens à decimi quarti occasu, quo temporis momento comedendus erat agnus, quod etiā ex Legis præscripto Christus cū discipulis suis obseruarat, vt tota historia superior, liquidò testatur. Res igitur ipsa clamat Iudæos, id quod & hodie obseruant, iam tum ex traditione obseruasse, id est diem illum solennem, qui primus erat Azymorum, & in quo manducari agnum oportebat, in alterius, nempe diei decimi sexti, vesperam reiecisse, ne toto biduo, nempe decimo quinto propter Pascha, & decimo sexto, in quem eo anno incidebat dies Sabbati, ab omni opere seruili abstinere cogerentur. Et hæc etiam causa est cur dies ille decimus sextus, mortem Domini cōsequutus, dicatur magnus fuisse dies ille Sabbati. Vtpote in quo duplex erat parasceue, vna videlicet Paschæ, altera verò ordinarij Sabbati, infrà 19.31. Quod enim hoc nonnulli referunt, non ad agni esum, sed alij quidem ad panes azymos, alij ad certas victimas singulis diebus azymorum destinatas, quasi Iudæi eodem die atque Christus agnum comederint, mihi ne verisimile quidem videtur. Solennes enim illos dies, immo & ipsa ordinaria Sabbata, semper fuisse Iudæis quoque nefastos, nescio an quisquam possit iure ambigere. Quînam igitur Iudæi, si ex Legis præscripto diem illum decimum quintum obseruassent, totum illum in persequendo Christo, partim apud Caiaphæ, partim apud Pilati tribunal, tanto cum tumulto consumpsissent? & qualis fuisset illa tam expressè mandata sanctæ conuocationis quies?

30 *Maleficus*, κακοποιός. id est sceleris non vulgaris reus, quod tamen scelus, nempe blasphemiæ, cuius illum damnarant, ipsi non exprimunt: immò crimine læsæ Maiesta-

tis Cæsaris postea texerunt, veriti nimirum ne si Legis suæ violatæ meminissent, à Pilato reiicerentur; & ita supplicium mortis Christus euaderet, quod Paulo apud Gallionis Achaiæ Præsidis tribunal euenit. Act. 18.14. Quicquid enim nonnulli censeant, Iudæa in prouinciam redacta capitalia iudicia penes Iudæos non fuerunt, vt ipsimet expressis verbis Pilato hanc dimittendi Christi occasionem quærenti responderunt, infrà. 31. Et falluntur qui αὐτονομίαν Iudæis concessam eo vsque referunt. Iudæis profectò, si quod ius præter modicam coercitionem in reos suæ gentis habuissent, cupidissimè istud aduersus Christum arrepturis.

Græce		Beza		Vulgata
Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν. Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα.	31	Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundū legem vestram condemnate eum. itaque Iudæi dixerunt ei, Nobis non licet interimere quenquā.	31	*Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum Legē vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquam.*
Ἵνα ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ πληρωθῇ, ὃν εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.	32	‖ Vt sermo Iesu impleretur, quē dixerat, significās qua morte futurum erat vt moreretur.	32	*Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.*
Εἰσῆλθεν οὖν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν ὁ Πιλάτος, καὶ ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;	33	Regressus est ergo in Prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, dixitque ei, Túne es rex ille Iudæorum?	33	*Introiuit ergo iterum in Prætorium Pilatus, & vocauit Iesum: & dixit ei, Tu es rex Iudæorum?*
Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι σοι εἶπον περὶ ἐμοῦ;	34	Respondit ei Iesus, A teipso tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?	34	*Respondit Iesus, A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?*
Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος, Μήτι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; τὸ ἔθνος τὸ σὸν καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς παρέδωκάν σε ἐμοί· τί ἐποίησας;	35	Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? gens tua & primarij Sacerdotes tradiderunt te mihi. quid fecisti?	35	*Respondit Pilatus, Nūquid ego Iudæus sum? gēs tua & Pontifices tradiderunt te mihi. quid fecisti?*
Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμή, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν.	36	Respondit Iesus, Regnum meum non est ex hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei certassent ne traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc.	36	*Respondit Iesus, Regnū meum non est de hoc mundo; si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc.*
Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Σὺ λέγεις ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ. ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς. Λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Τί ἐστιν ἀλήθεια;	37	Dixit ergo ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis me regē esse. ego ad hoc genitus sum; & ad hoc veni in mundum vt dem testimonium veritati. Quisquis est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus, Quid est veritas?	37	*Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis quia rex sum ego, ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meā. Dicit ei Pilatus, Quid est veritas?*

Matt. 20. 19
Matt. 27. 11. mar. 15. 2. luc. 23. 3

Christus regnum suum spirituale asserit: mundanum detrectat.

32 *Qua morte*, ποίῳ θανάτῳ. Dixerat Christus fore vt crucifigeretur, quod supplicij genus fuisse Iudæis ignotum testantur etiam ipsorum Rabbini, quamuis lapidatos ex stipite suspenderent. Non tam autem significare voluerat Christus pœnæ genus, quàm fore vt prophanis iudicibus traditus, ex illorum more damnaretur. Causa verò cur Iudæi expressè postularint vt Christus crucifigeretur, non hæc tantùm fuisse videri potest, quòd hoc supplicij genus acerbissimum & ignominiosissimum esset, sed quòd hæc pœna esset in seditionis & concitati populi auctores, legibus Romanis statuta. Sic enim scribit Paulus Iurisc. libro sent. 5. Tit. 22, *Auctores seditionis & tumultus concitato populo, aut in crucem tolluntur, aut bestijs obijciuntur* (puta si humilioris sint conditionis) *aut* (si honestiores) *in insulam deportantur.*

33 *Regressus est*, εἰσῆλθεν πάλιν. Prodierat enim ad Iudæos quæsiturus quam accusationem aduersus Christum afferrent Iudæi. Itaque non significatur hoc loco repetitus ingressus in Prætorium, sed regressui egressus oppositus.

36 *Non est ex hoc mundo*, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Hoc dicit Christus refellens læsæ Cæsaris Maiestatis & affectati regni criminationem, Regem sese profitens simul ac negans: vt qui Rex quidem esset, verùm ea gubernationis ratione quæ prorsus à Regum huius mundi imperio differat: nempe quà est Ecclesiæ suæ caput. Nam & quatenus Deus est, & quatenus etiā vt homo adeptus est ius omne in cælo & in terra, est politiarum quoque omnium pleno iure Dominus. Sed de hac potestate non loquitur hoc loco. Ista verò ab Antichristo violata distinctio, inter ciuilem Magistratuum potestatem, & spiritualem in Ecclesia dominationem, quam vnicus Christus à Patre acceptam per legitimè vocatos pastores certis legibus à se positis administrat, minimè prohibet quominus pij legibus & auctoritate piorum Magistratuum freti, sanæ religionis libertatem armis quoque tutari possint: non vt quenquam ad fidem adigant, aut hanc libertatem à prophano magistratu vi obtineant, (hoc enim esset ista confundere quæ Christus hoc loco & alibi distinxit) sed vt summam iniuriam, per ea quæ Deus constituit, repellant. Nec enim Christianorum patientia inhibet legitima remedia: & Magistratum apud omnes, exceptis Anabaptistarum furoribus, constat aduersus Ecclesiæ tum domesticos tum exteros hostes, vtriusque, & quidem in primis prioris tabulæ diuinæ legis, custodem esse diuinitus constitutum. ¶ *Certassent*, ἠγωνίζοντο ἄν. Cyprianus lib. aduersus Iudæos 2. ca. 28. (vt obseruauit Erasmus, citans hunc locum) legit Turbarentur. Itaque suspicor eum vel legisse ἠγωνίζοντο, vel confudisse ἀγωνίζεσθαι cum ἀγωνιάζεσθαι. Vulg. *decertarent.* At tū Christus in Iudæorum erat potestate. ¶ *Nunc autem*, νῦν δέ. Particula νῦν hoc quoque loco non est temporis aduerbium, sed coniunctio συλλογιστική, vt etiam suprà, 8. 40.

37. *Ergo*, οὐκοῦν. Si sic legas, erit in his verbis conclusio superiorem Christi responsionem consequens. Potest tamen etiam legi οὐκ οὖν, pro *Nonne igitur*. Immò etiam οὔκουν paroxytonum, pro *Non igitur*: quę oratio Iudici vafro conueniet, ac si Pilatus volens aliquid amplius ex ore Christi callidè

callidè elicere, diceret, Ergo quantum ex responso tuo colligo, non es Rex, nempe qualem isti esse te dicunt, sed es vltramundanus quidam Rex. ¶ *Ex veritate*, ἐξ ἀληθείας: Id est, Veritatē agnoscens & ei fauens, quem Hebręi vocarunt Filiū veritatis, vt Filij sapientiæ dicuntur, Luc. 7. 35. ¶ *Quid est veritas?* τί ἐστιν ἀλήθεια; Fastidientis atque adeo irridentis vox, non interrogantis. ¶ *Crimen*, αἰτίαν. Vulgata & Erasmus, *Causam*. Vide Matt. 19. 3.

Græce		Beza		Vulgata
Καὶ τοῦτο εἰπών, πάλιν ἐξῆλθε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ.	38	Et quum hoc dixisset, rursum prodiit ad Iudæos, & dixit eis, Ego nullum inuenio crimen in eo.		*Et quum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullam inuenio in eo caussam.*
Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχα· βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;	39	‖ Est autem vobis consuetudo vt vnum dimittā vobis in Pascha: vultisne ergo dimittam vobis regem illum Iudæorum?	39	*Est autem consuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum?*
Ἐκραύγασαν οὖν πάλιν πάντες, λέγοντες, Μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν. ἦν δὲ ὁ Βαραββᾶς λῃστής.	40	‖ Clamitarunt autem rursum omnes dicentes, Nequaquam istum, sed Barabbam. Erat autē ille Barabbas latro.	40	*Clamauerunt ergo rursum omnes, dicentes, Non hunc, sed Barabbā. Erat autem Barabbas latro.*

Christum oportuit quidē in sese innocentissimum pronuntiari, sed tamē quatenus nostram personam sustinet, nō non odò vt sceleratum, sed etiam vt sceleratorū sceleratissimū, id est nostrorū omnium scelerum reatum subeuntem, damnari.

Κεφάλαιον ιθ.		CAP. XIX.		CAP. XIX.
Τότε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσε.	1	T‖Vnc ergo assumpsit Iesū Pilatus & flagellauit.	1	*TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.*
Καὶ οἱ στρατιῶται, πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν.	2	Et milites contexuerunt coronam è spinis, & imposuerunt ipsius capiti, & pallio purpureo induerunt eum.	2	*Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum.*
Καὶ ἔλεγον, Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα.	3	Et dicebant, Aue rex Iudæorum. Et bacillis eum cædebant.	3	*Et veniebant ad eum, & dicebant, Aue rex Iudæorum. & dabant ei alapas.*
Ἐξῆλθεν οὖν πάλιν ἔξω ὁ Πιλάτος, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἴδε, ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω, ἵνα γνῶτε ὅτι ἐν αὐτῷ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω.	4	Prodiit ergo rursum Pilatus foras, & dixit eis, Ecce, adduco vobis eum foras, vt noueritis me nullum in eo crimen inuenire.	4	*Exiuit ergo iterū Pilatus foras, & dicit eis, Ecce, adduco vobis eū foras, vt cognoscatis quia nullā inuenio in eo causam.*
Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἔξω, φορῶν τὸν ἀκάνθινον στέφανον καὶ τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἴδε ὁ ἄνθρωπος.	5	Prodiit ergo Iesus foras, ferens spineam illam coronam, & purpureum illud pallium. Et dixit eis *Pilatus*, Ecce homo.	5	*Exiuit ergo Iesus foras, portans coronam spineam, & purpureū vestimentū. Et dicit eis, Ecce homo.*
Ὅτε οὖν εἶδον αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ὑπηρέται, ἐκραύγασαν, λέγοντες, Σταύρωσον, σταύρωσον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ σταυρώσατε. ἐγὼ γὰρ οὐχ εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰτίαν.	6	Quum autem intuiti essent eum primarij Sacerdotes & *eorum* ministri, clamitarunt, dicētes, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus, Accipite eū vos, & crucifigite. ego enim non inuenio in eo crimen.	6	*Quū ergo vidissent eum Pōtifices & ministri clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eū vos, & crucifigite. ego enim nō inuenio in eo causam.*
Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, Ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐποίησεν.	7	Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legē nostram debet mori, quia Filium Dei se fecit.	7	*Responderunt ei Iudæi, Nos Legem habemus, & secundum Legē debet mori, quia Filium Dei se fecit.*
Ὅτε οὖν ἤκουσεν ὁ Πιλάτος τοῦτον τὸν λόγον, μᾶλλον ἐφοβήθη.	8	Quū ergo audiuisset Pilatus hunc sermonē, magis metuit.	8	*Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.*
Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν, καὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ, Πόθεν εἶ σύ; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπόκρισιν οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ.	9	Et rursus ingressus est in Prætorium, & dixit Iesu, Vnde es tu? Iesus autem responsum ei non dedit.	9	*Et ingressus est Prætoriū iterum: & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei.*
Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Ἐμοὶ οὐ λαλεῖς; οὐκ οἶδας, ὅτι ἐξουσίαν ἔ-	10	Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis me aucto-	10	*Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis*

Matt. 27. 15. mar. 15. 6. luc. 23. 17. Act. 3. 14.
Matt. 27. 26. mar. 15. 15.

Prudentia carnis ex duobus malis minus eligit: Deus autem omne malū detestatur.

Christus rursū eodem illo ore absoluitur, quo postea damnatus est.

Conscientia Pilati pro Christo pugnat: sed mox succumbit: quia singulari Dei virtute non fulcitur.

39 *Iudæorum*, τῶν Ἰουδαίων: id est vestrum. Est enim Hebraica repetitio antecedentis, sed non sine sarcasmo: acsi diceret, Vestrum illum à vobis tam diu expectatum Messiam. Est enim omnino vis articuli seruanda.

IN CAPVT XIX.

1 *Flagellauit*, ἐμαστίγωσε. Vide Matt. 27. 26.

2 *Purpureo*, πορφυροῦ. Vide Matt. 27. 28.

3 *Et dicebant*, καὶ ἔλεγον. Vetus interpres legit, *Et veniebant ad eum, & dicebant*, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν, καὶ ἔλεγον: quam lectionem reperimus in tribus exēplaribus manuscriptis.

6 *Crucifige*, σταύρωσον. Crucifigi volunt quem ipsi alioqui ex recepta consuetudine lapidatum suspendissent, quasi blasphemiæ conuictum. ideo mox subiicitur, Secundum legem nostram debet mori.

7 *Fecit*, ἐποίησεν. Verbis videlicet hoc persuadere conatus. Τὸ ποιεῖν verò sic etiam vsurpari docet ipsum Poetarum nomen.

8 *Magis metuit*, μᾶλλον ἐφοβήθη. Ergo iam etiam antea perculsus erat, alternante nimirum conscientia, & clamoribus Iudæorum, nunc etiam legem prætexentium: non temerè veritus ne tandem seditio aperta erumperet, nisi multitudinis voluntati obtemperaret. Itaque causa nulla est cur perturbatam narrationis seriem ab Euangelista fuisse, cum quodam in hunc locum ita scribente, arbitremur.

χω σταυρῶσαί σε καὶ ἐξουσίαν ἔχω ἀπολῦσαί σε;

te, & auctoritatem habere te dimittendi?

quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν· διὰ τοῦτο ὁ παραδιδούς με σοὶ μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει.

11 Respondit Iesus, Nō haberes auctoritatē in me vllam, nisi *hoc* tibi datum esset supernè: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

11 *Respondit Iesus, Non haberes potestatem aduersum me vllam nisi tibi datum esset desuper: propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet.*

Ἐκ τούτου ἐζήτει ὁ Πιλάτος ἀπολῦσαι αὐτόν· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἔκραζον, λέγοντες, Ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. πᾶς ὁ βασιλέα αὐτὸν ποιῶν, ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι.

12 Ex eo *tempore* studebat Pilatus eum dimittere: Iudæi verò clamabant, dicentes, Si hunc dimiseris, non es amicus Cęsaris. quicunque se regem facit, contradicit Cæsari.

12 *Exinde quærebat Pilatus dimittere eum: Iudæi autem clamabant, dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari.*

Pilatus priusquā Christū damnet, seipsum eodem ore condemnat.

Ὁ οὖν Πιλάτος ἀκούσας τοῦτον τὸν λόγον, ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ.

13 Pilatus ergo quum audisset hunc sermonem, eduxit foras Iesum, cōseditque in tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autē Gabbatha.

13 *Pilatus autē quum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha.*

Ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη· καὶ λέγει τοῖς Ἰουδαίοις, Ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν.

14 Erat autē parasceue Paschæ, hora verò quasi sexta: tum dicit Iudæis, Ecce rex vester.

14 *Erat autem parasceue Pascha, hora quasi sexta: & dicit Iudæis, Ecce rex vester.*

Οἱ δὲ ἐκραύγασαν, Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω; Ἀπεκρίθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς, Οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα.

15 Illi verò clamitarunt, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Responderunt primarij Sacerdotes, Non habemus regem nisi Cæsarem.

15 *Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices, Nō habemus regem nisi Cæsarem.*

Matt.27.31 mar.15.20 luc.23.26

Christus Satanam, peccatū & mortem cruci affigit.

Τότε οὖν παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς ἵνα σταυρωθῇ. Παρέλαβον δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ ἀπήγαγον.

16 Tunc ergo tradidit eum ipsis vt crucifigeretur.‖ Assumpserūt autem Iesum, & abduxerunt.

16 *Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum.*

Καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον Κρανίου τόπον, ὃς λέγεται Ἑβραϊστὶ Γολγοθᾶ.

17 Et *ipse* portans crucem suam prodiens venit in eum locum qui dicitur Caluariæ, Hebraicè autem Golgotha.

17 *Et baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè Golgotha.*

Ὅπου αὐτὸν ἐσταύρωσαν, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλους δύο, ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, μέσον δὲ τὸν Ἰησοῦν.

18 Vbi crucifixerunt eum, & cū eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum.

18 *Vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.*

---

11 *In me, κατ' ἐμοῦ.* Hoc accipiendum est cum emphasi grauissima, quamuis illam Pilatus non intellexerit. Nam vt Filius ille Dei subijceretur mortalis hominis iudicio & quidem iniquissimo, fuit extraordinariæ & prorsus diuinæ voluntatis opus, vt expressè declaratur Act. 4.27. & 28. ¶ *Maius peccatum habet, μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει.* Sic enim & in Deum à quo iudicū potestas seruandis insontibus cōstituta est, & in Pilatū, cui vim afferebāt, & in ipsum innocētissimum Christum Iudæi horrendū planè scelus admittebāt.

13 *Lithostrotos, λιθόστρωτος.* Sic vocatur nobile pauimentorum genus, incrustatione exiguis lapillis facta: de quo sic Plinius lib.36.c.25. *Pauimenta originem apud Græcos habēt, elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam.* Meminit eorum etiam Varro aliquoties in libris De re rustica Græco nomine seruato. Itaque nolui imitari Castellionis audaciam, qui nouo vocabulo Lapidipauium est interpretatus. Huiusmodi pauimentum esse ferunt ædis diui Marci apud Venetos. Hebræum autem vocabulū Gabbatha, excelsum locum declarat, vt sunt iudicum tribunalia, pro quo Syrus interpres habet Gaphphata, acsi Grecè dicas σανίδωμα, Latinè *Sextum*, Gallicè, *le parquet*. Et hîc ille est locus fortasse cuius meminit Neh.3.7. vel 2.8. vbi postea extructa fuerat Antonia. Quod autem hæc vox à Ioanne dicitur Hebræa, manifestè ostendit Syriacam linguam fuisse tunc Iudæis vernaculam. quod etiam apparet ex voce Golgotha, quod Hebræis esset Golgoltha, colliculo illo sic appellato à rotunditate cranij speciem referente, non autem ab ineptissima illa fabula ibi sepulti Adami, & stipitis crucis in quo alter Adam ille pendebat, in ipsum prioris Adami subtus ibi iacentis cranium infixi: quod puderet me referre, nisi in hæc tempora incidissemus, in quibus ista simplici vulgo adhuc inculcantur.

15 *Parasceue Paschæ, παρασκευὴ τοῦ πάσχα.* Non erat igitur hæc simplex parasceue Sabbati ordinarij. quo confirmatur quod antea dixi de huius festi Iudaica translatione 18.28. Erat enim hic dies ille decimus quintus primi mensis esui agni expressè destinatus, ab occasu decimi quarti incipiens, & Iudaicæ quidem hebdomadis sextus, Christianæ verò quintus, quem diem veneris, vsitato quidem sed profano certè nomine appellamus. Incipiebat autem hæc parasceue ab hora nona & cum occidente Sole desinebat: sed nihilominus totus ille dies parasceue dicebatur. ¶ *Sexta ἕκτη.* In vno codice scriptum inuenimus τρίτη, tertia, quæ vera est lectio, vt ostendimus Mar.15.vers.25

16 *Et abduxerunt, καὶ ἀπήγαγον.* Hîc variant exemplaria. Nam apud Theophylactum legimus καὶ ἤγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι, *& duxerunt eum vt crucifigerent*: quæ lectio quod ad sententiam ipsam attinet, cum altera consentit. In vno autem codice scribitur ἤγαγον εἰς τὸ πραιτώριον, *duxerunt in Prætorium*. Suspicor verò nōnullos ita legere maluisse propter sequens verbum ἐξῆλθεν, *exijt*, quod non videtur posse conuenire, nisi iterum dicatur inductus in Prætorium: siquidem extra Prætorium fuisse situm tribunal, apparet ex versu 13. Sed facilis erat solutio. Nam exire sæpe accipitur ex Hebræorum idiotismo pro Ex aliquo loco proficisci, atque adeo pro Venire: vt sæpe annotauimus, ac præsertim Mar 8.11. Deinde, si propriam significationem libuerit seruare, non minus commodè potest hoc referri ad locum tribunalis quàm ad Prætorium.

17 *Portans, βαστάζων.* Plut. de sera numinis vindicta, τῷ σώματι τῶν κολαζομένων ἕκαστος ἐκφέρει τὸν ἑαυτοῦ σταυρόν. id est, *vnusquisque eorum de quibus supplicium sumitur, suo corpore crucem exportat.* Hoc autem non ex more tātum inter Iudæos factum fuisse videtur, qui damnatos, ac præsertim stipiti appendendos, ex legis præscripto pro impurissimis haberent. Deut.21.23. Gal.3.13. Sed prætereà sic designauit Spiritus Sanctus vnicum Iesum Christum peccata nostra portasse super lignum. Quòd enim Simon ille Cyrenæus coactus fuit vi aperta, pondus Crucis Christi sub onere labascentis aliquatenus in se recipere, non eo spectat quòd

Christus

Christus solus pœnas peccatis nostris debitas non persoluerit, sed tum Iudæorum immanem insolentiam & sæuitiem declarat tum etiam ostendit consociationem Christi patientis, & sanctorum ipsius martyrum, citra tamen expiationem. ¶ *Prodiens venit, ἐξῆλθεν.* E Prætorio videlicet eductus. Vulg. *exijt.* Vide suprà 18.33.

Ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλάτος, καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. ἦν δὲ γεγραμμένον, ΙΗΣΟΥΣ Ο ΝΑΖΩΡΑΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

19 Scripsit autē etiam titulum Pilatus, & imposuit cruci. Erat verò scriptum, IESVS NAZARAEVS REX ILLE IVDAEORVM.

19 *Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum, IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM.*

Christus in solio Crucis sedens, palàm Rex æternus omnium populorum, eius ipsius manu proscribitur, cuius ore fiebat vsurpati regni damnatus.

Τοῦτον οὖν τὸν τίτλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν τῶν Ἰουδαίων· ὅτι ἐγγὺς ἦν τῆς πόλεως ὁ τόπος ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἦν γεγραμμένον Ἑβραϊστί, Ἑλληνιστί, Ῥωμαϊστί.

20 Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus erat Iesus: & erat scriptū Hebraicè, Græcè, & Romanè.

20 *Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerūt: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè.*

Ἔλεγον οὖν τῷ Πιλάτῳ οἱ Ἀρχιερεῖς τῶν Ἰουδαίων, Μὴ γράφε, Ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος εἶπε, Βασιλεύς εἰμι τῶν Ἰουδαίων.

21 Dixerunt igitur Pilato primarij Sacerdotes Iudæorū, Ne scribito, Rex ille Iudęorum: sed illum dixisse, Rex sum Iudæorum.

21 *Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum, Noli scribere, Rex Iudæorū: sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum.*

Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος, Ὃ γέγραφα, γέγραφα.

22 Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.

22 *Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.*

Matt.27.35 mar.15.24 luc.23.33

Christus vestium inter carnifices (excepta inconsutili tunica) distributione, significat fore vt mox suis opibus dispersis, ipsos etiam hostes suos per vniuersum orbem locupletet: ita tamen vt vnus & integer maneat Ecclesiæ thesaurus. Psal.22.29

Οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ (καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος) καὶ τὸν χιτῶνα· ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου.

23 ‖Milites ergo quum crucifixissent Iesum, acceperunt eius vestimenta, (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem) & tunicam. erat autem tunica inconsutilis, à summo contexta tota.

23 *Milites ergo quū crucifixissent eum, acceperūt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica incōsutilis, desuper contexta per totum.*

Εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους, Μὴ σχίσωμεν αὐτόν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται· ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ ἡ λέγουσα, Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ταῦτα ἐποίησαν.

24 Dixerunt ergo inter se, Ne findamus eam, sed sortiamur de illa cuius futura sit: vt Scriptura impleretur, dicens, ‖ Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super veste mea iecerunt sortem. Milites igitur hæc fecerunt.

24 *Dixerunt ergo ad inuicem, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit: vt Scriptura impleretur, dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.*

Εἱστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή.

25 Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius & soror matris eius, Maria Clopæ *vxor*, & Maria Magdalene.

25 *Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleopæ, & Maria Magdalene.*

Ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα, καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα ὃν ἠγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ, Γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου.

26 Quum vidisset ergo Iesus matrem ac discipulum adstantem quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus.

26 *Quum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum adstantē quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus.*

Christus non in prioris modò, sed & in posterioris Tabulæ obseruatione, perfectum est omnis iustitię exemplar.

Εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου. Καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς εἰς τὰ ἴδια.

27 Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora recepit eam discipulus ille domum suam.

27 *Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.*

Μετὰ τοῦτο εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα

28 Postea, quum sciret Iesus *re-*

28 *Postea sciens Iesus quia*

---

19 *Titulum, τίτλον.* Hanc ab aliis Euangelistis dictam ἐπιγραφήν, qua continebatur reorum damnationis causa, Tertull. lib. de resurrectione carnis Elogium appellat, cuius etiam meminit Ammianus de Gallo Cęsare loquens, & Suetonius in Caligula. Solitos autem ipsos Romæ Imperatores istis elogiis subscribere, ex eiusdem Suet. in Nerone verbis apparet, qui, inquit, rogatus vt damnati cuiusdam supplicio de more subscriberet, Quàm vellem, inquit, nescire literas.

20 *Et erat scriptum, καὶ ἦν γεγραμμένον.* Scriptum erat videlicet in eo titulo. Nam alioqui dicendum erat, καὶ ἦν γεγραμμένος.

23 *Tota, δι' ὅλου.* Siue per totum, vt loquitur Plinius, id est omnino.

25 *Maria Clopæ [vxor,] Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ.* In Latinis codicibus legitur Maria Cleopæ vel Cleophæ. Subaudiri autem potest vel vxor vel filia: sed magis est vsitatum vt mulieres ex maritis cognominentur, & verisimile est hunc ipsum Cleopham esse cuius fit mentio Luc.24.18.

27 *Domum suam, εἰς τὰ ἴδια.* Siue, *Ad se.* Gall. *chez soy.* Vulg & Eras. *In sua.* Nam quod in nonnullis Veteris editionis codicibus legitur *In suam*, acceptum ferendum est eorum impudentiæ qui quicquid non intelligunt, putant mendo non carere. Vide suprà, 1.11, & Act.20.6. Ambrosius interpretatur In sua, i. in suum ius: quæ expositio mihi nullo modo probatur.

28 *[Reliqua] omnia, πάντα.* Vulg & Erasm. *Omnia.* Atqui nondum omnia erant completa, quum vel hoc ipsum adhuc requireretur quod erat facturus: mors ipsa denique, salutis nostræ κεφάλαιον. Apparet igitur id esse referendum ad ea quæ præcesserant, & subaudiri quod suppleuimus. Sic Plinius de quodam obelisco loquens, *Omnibus*, inquit, *quæcunque in mari visa sunt, mirabiliorem*, id est *omnibus aliis*: vt alibi annotauimus. ¶ *Vt consummaretur, ἵνα τελειωθῇ.* Nempe proculdubio vehementissima quidem siti pressus, sed tamen de implendis singulis prophetiis nostraque salute potius quàm de vlla siti sollicitus. Sic autem declaratur perfectissimè impletum fuisse à nostro Mediatore quicquid de ipso prædictum fuerat per Prophetas, ad minimum vsque apicem.

Psal. 69. 22
mat. 27. 48
Christus accepto aceto spiritum exhalat, verè amarissimum & acerbissimum iræ Paternæ calicem nostro nomine penitus exhauriens.

ἤδη τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφή, λέγει, Διψῶ.		liqua omnia iam ad finem perducta esse‖ vt consummaretur Scriptura, dixit, Sitio.		iam omnia consummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dicit, Sitio.
Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν. οἱ δὲ, πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι.	29	Vas igitur *illic* erat positum aceto plenum. Illi verò impleuerunt spongiam aceto, & hyssopo circundatam admouerunt ori eius.	29	Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius.
Ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος ὁ Ἰησοῦς, εἶπε, Τετέλεσται· καὶ κλίνας τὴν κεφαλὴν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα.	30	Quum autem accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum.	30	Quum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritũ.
Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν, (ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου) ἠρώτησαν τὸν Πιλάτον ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη, καὶ ἀρθῶσιν.	31	Iudæi ergo, vt non manerent in cruce corpora Sabbato, quoniam erat Parasceue, (erat enim magnus dies illius Sabbati) rogarunt Pilatum vt confringerentur eorum crura, ac tollerentur.	31	Iudæi ergo, quoniã Parasceue erat, vt nõ remanerent in cruce corpora Sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.
Ἦλθον οὖν οἱ στρατιῶται, καὶ τοῦ μὲν πρώτου κατέαξαν τὰ σκέλη, καὶ τοῦ ἄλλου τοῦ συσταυρωθέντος αὐτῷ.	32	Venerunt ergo milites, & prioris quidem *latronis* confregerũt crura, & alterius qui crucifixus fuerat cum eo.	32	Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerũt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo.
Ἐπὶ δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐλθόντες, ὡς εἶδον αὐτὸν ἤδη τεθνηκότα, οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη·	33	Ad Iesum autem quum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non confregerunt eius crura.		Ad Iesum autem quum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.
Ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ.	34	Sed quidã ex militibus lancea latus eius fodit, & statim exiuit sanguis & aqua.	34	Sed vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuò exiuit sanguis & aqua.

Christi corpus (ipso sic volente) ad tempus mortuum, sauciatur, at ne minimum quidem os confringitur: nec alia est mystici ipsius corporis conditio.

Christus in cruce mortuus duplici symbolo testificatur se vnum esse veram expiationem, & verum credentium lauacrũ.

29 *Erat positum*, ἔκειτο. Apparet ex aliis Euangelistis, etiam antea, quum iam esset crucifigendus, fuisse illi præbitum acetum cum felle mixtum, siue myrrhatum vinum, vt loquitur Marcus 15. 13. quod est ab hoc aceto prorsus distinguendum, vt ibi diximus. ¶ *Hyssopo*, ὑσσώπῳ. Vide Matth. 27. 48. Mihi verò non displicet doctissimi Camerarij coniectura, scriptum fortassis fuisse ὑσσῷ, quæ vox non admodum sæpe occurrens, facilè superinducta linea quasi ὑσσω pro ὑσσώπῳ scriptum esset, potuit ab imperitis deprauari. Significat autem ὑσσὸς missile telum, Romanis militibus quasi peculiare, quod pilum vocabant, cuius descriptionem vide apud Vegetium lib. 2. cap. 15. Matthæus igitur & Marcus eius teli lignum vocant κάλαμον, siue à materia siue à forma, cuius ferro præfixam spongiam aceto immersam vnus ex circunstante Romanorum militum cohorte, Christo crucifixo præbuerit, conueniente quoque ligni longitudine, quam ait Vegetius fuisse quinque pedum & semis. Sed ex coniectura nihil volui immutare: quũ Syrus etiam interpres hyssopum legerit, nec περιθέντες sed περιθέντες scribatur, idque sic possit etiam commodè exponi, vt spongiam aceto immersam intelligamus fuisse hyssopo quoque adhibitæ circumuolutam, & ita vtranque de more fuisse ori pendentis Christi admotam, nempe arundini præfixam. Itaque sicut Matth. & Marcus arundinis meminerant (quod præteriit Ioannes, quoniam satis per se intelligatur non potuisse nisi alicui seu baculo, seu telo præfixum Christo crucifixo propinari) sic Ioan. testis horũ omniũ oculatus, non tantũ aceti sed etiam hyssopi ab aliis prætermissæ mentionem fecerit. Quod si καλάμου appellatione intelligere malimus culmum hyssopi, tum dicendum erit in Iudæa hyssopum arborescere, vt sinapi Matt. 13. 31. nisi malimus iis assentiri qui אזוב [Æzob] (vnde proculdubio Latina appellatio hyssopi) dici volunt fruticem Libanotidem: quem rorem marinum vocamus, saxosis locis illis frequentem & arborescentem: quo nunc etiam Iudæi in suis lustrationibus pro aspergillo ex maiorum traditione vtuntur. Sed hoc videtur parum conuenire ei, quod de hyssopo scribitur 1. Reg. 4. 33. tanquam de herba minima, adeò vt nonnulli sic velint muscum significari & lanugine corticibus arborum, & locis præsertim humidis, adnascentem, quo etiam madefacto Iudæi, vt & spongia, vti ad visum eundem potuerunt.

30 *Consummatum est*, τετέλεσται. Sicut Latinè dicitur impersonaliter, *Actum est*. siue personaliter, *A*[illegible] *transacta omnia*. Sed quum respiciat Christus ad prophetiarum præstationem, malui Consummandi verbum retinere. August. tractatu in Ioann. 32. vertit, *perfectum est*. Intelligitur autem ex communi vsu loquendi, *Quod consummandum erat*.

¶ *Tradidit spiritum*, παρέδωκε τὸ πνεῦμα Latinè, *reddidit animã*, vt Virgilius loquitur lib. Georg. 3. Sed tamen quia παρέδωκε scriptum est non ἀπέδωκε, & Christus proculdubio vsurpauit verba ipsa Prophetæ Psal. 31. 6. quibus animam dicitur in Patris manum deponere, vtente propterea Luca verbo παρατίθεμαι. 23. 46. propterea hanc phrasin libens retinui. Cæterùm post hæc verba Cyrillus subiicit, *Et postquam expirauit, velum templi scissum est à summo vsque deorsum*. id est, ἐπεὶ δὲ ἐξέπνευσε, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. &, nequis hæc putet apud Cyrillum supposita, proprium etiam caput huic particulæ tribuit, vt annotauit Erasmus, nempe tricesimũ septimum libri vndecimi. Sed tamen suspicor ista ex aliis Euangelistis irrepsisse, quia Ioãnes nihil istorum commemorat: facturus, vt opinor, etiam reliquorum mentionem si scissi veli meminisset.

31 *Sabbato*, ἐν τῷ σαββάτῳ. Nec enim postridie licuisset illa è cruce tollere, omni opere seruili interdicto. Incipiebat autem dies sequens ab illa ipsa vespera. ¶ *Magnus dies illius Sabbati*, μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου. Vulgata & Erasmus, *Magnus ille dies Sabbati*, eodem sensu. Loquitur enim de die Paschæ, qui eo anno in Sabbatum incidebat, ex traditione quam exposuimus Matth. 26. 17. Ideo dicitur hoc Sabbatum magnum, id est valde solenne & celebre, concurrente videlicet duplici celebritate.

34 *Lancea* λόγχῃ. Tertullianus de Corona militis, lonchum interpretatur, nisi corruptus est locus. Sed incredibilis est eorum inscitia qui λόγχην in ipsum percussorem admirabili metamorphosi transmutarunt, Longinum vocantes, quem etiam finxerunt Centurionem illum fuisse, cuius sit ab aliis Euangelistis mentio: & qui quum cæcus esset (egregius scilicet aliorum militum ductor) illitis quæ ex isto vulnere Christi defluxerant, restituto visu, martyr etiam extiterit, cuius postea reliquiæ adorarentur. ¶ *Fodit*, ἔνυξε. Vel *sauciauit*. Vulgata, *Aperuit*, vt videri possit legisse ἤνοιξε. Quòd autem nonnulli hæc conuertunt per plusquam perfectum, quasi Christo adhuc viuente facta sint, meritò reprehenduntur Clementina prima, vt

vt Erasmus quoque annotauit. Scitè verò admodum Augustinus in hunc locum, Aperuit, inquit, latus vt illic quodammodo vitæ ostium panderet vnde Sacramenta emanarunt.

Καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινὴ αὐτοῦ ἐστιν ἡ μαρτυρία· κἀκεῖνος οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἵνα ὑμεῖς πιστεύσητε.	35	Et qui vidit, testatur, & firmum est testimonium eius: ille *inquam* scit se vera dicere, vt & vos credatis.	35	Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius: & ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis.
Ἐγένετο γὰρ ταῦτα ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, Ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ.	36	Facta sunt enim hæc vt Scriptura impleretur, ‖ *dicens*, Nõ contereretur *vllum* os ipsius.	36	Facta sunt enim hæc vt Scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo.
Καὶ πάλιν ἑτέρα γραφὴ λέγει, Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.	37	Et rursus alia Scriptura dicit, ‖ Intuebuntur in *eum* quem transfixerunt.	37	Et iterum alia Scriptura dicit, Videbũt in quem transfixerunt.
Μετὰ δὲ ταῦτα ἠρώτησε τὸν Πιλάτον ὁ Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, (ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ, κεκρυμμένος δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων) ἵνα ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐπέτρεψεν ὁ Πιλάτος. ἦλθεν οὖν καὶ ἦρε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.	38	‖ Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathæensis (vt qui esset discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu: quod permisit Pilatus. Venit ergo, & sustulit corpus Iesu.	38	Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa (eo quòd esset discipulus Iesu: occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu: & permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu.
Ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος (ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρῶτον) φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν.	39	‖ Venit autem & Nicodemus, (is qui venerat ad Iesum nocte primùm) ferens misturæ myrrhæ & aloes libras quasi centum.	39	Venit autem & Nicodemus, (qui venerat ad Iesum nocte primùm) ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum.
Ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν.	40	Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis funerare.	40	Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.
Ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἐσταυρώθη, κῆπος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινὸν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη.	41	In eo autem loco vbi fuerat crucifixus, erat hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat.	41	Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat.
Ἐκεῖ οὖν διὰ τὴν παρασκευὴν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον, ἔθηκαν τὸν Ἰησοῦν.	42	Ibi ergo, propter Parasceuen Iudæorum, quod monumẽtum illud propè esset, posuerunt Iesum.	42	Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

Exo. 12. 46
num. 9. 12
Zach. 12. 10
Matt. 27. 57
mar. 15. 42
luc. 23. 50
Sepelitur Christus palàm & loco celebri, conscio & permittente Pilato, idque ab hominibus sic Christo fauentibus, vt tamẽ ante eum diẽ apertè non essent eum sequuti, vt de ipsius morte & resurrectione meritò cõstet ex ipsa sepulturæ narratione.
Suprà 3. 2

Κεφάλαιον κ.		CAP. XX.		CAP. XX.
Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωῒ σκοτίας	1	‖ PRimo verò die hebdomadis, Maria Magdalene ve-	1	VNa autem Sabbati, Maria Magdalene venit manè, quum adhuc

Mar. 16. 2
luc. 24. 1
Maria Magdalene, Petrus & Ioannes, primi resurrectionis Dominicæ sũt testes: & ita quidem vt suspectæ fidei esse meritò non possint, quum hoc ipsum illis persuaderi vix potuerit, nedum vt ex composito id sint commenti.

35 *Et qui vidit*, καὶ ὁ ἑωρακώς. Inter causas cur Ioannes tantopere hoc asseueret, hæc certè non est prætermittenda, quam Erasmus etiam attingit, nimirum hoc vulnere plenam fieri mortis Christi fidem. Nam effusa aqua ex illo lateris vulnere, indicauit ferrum vsque in περικάρδιον penetrasse, illius videlicet aquæ conceptaculum, quo vulnerato necesse est animal omne protinus mori. Alioquin calumniari potuissent veritatis hostes, Christũ semimortuum è cruce detractum & tumulo illatum, vt resurrectioni fides detrahatur. Cæterùm id quoque obseruandum est, videri posse hoc etiam loco permutatam constructionem, ac potius fuisse dicendum, eum qui id testaretur, id vidisse, ac proinde idoneum esse ipsius testimonium. Non dissimilem hypallagen suprà annotauimus, 8. 47.

36 [*Dicens*,] λέγουσα. Suppleui hoc participium quod etiam Syrus expressit, vt & noster Euangelista paulò antè, versu 24. Nec enim γραφῆς appellatione Scriptura sacra generaliter intelligitur, sed certus ex ea locus, vt ex eo liquet quod mox subiicit ἑτέρα γραφὴ, *alia scriptura*. ¶ *Non confringetur* [*vllum*] *os ipsius*, ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ. Vel, *non comminuentur ossa ipsius*, vt sit enallage numeri. Ita igitur scriptum inuenimus in vetustis codicibus, excepto vno, qui legit ἀπ' αὐτοῦ, cum quo consentit Theophylactus. Vulg. & Erasmus, *Os non comminuetis ex eo*: quæ lectio Hebraicæ veritati respondet. Sed tamen quod ad sensum attinet, nullum est in istis discrimen.

37 *Transfixerunt*, ἐξεκέντησαν, id est דקרו [*dakeru*] quum Græca editio habeat κατωρχήσαντο, *insultarunt*, id est רקדו [*rakedu*] vt annotauit Erasmus ex Hieronymo. Ergo vel ista non citauit Ioannes ex Græca translatione, (quod tamen mihi non fit verisimile vt qui Græcè scripserit, & quidem Orientis Ecclesiis, quæ Græcè maxima ex parte loquebantur) vel potius, aliam Græcam editionem vsurpabãt Ecclesiæ, quum ista quæ nunc extat crassissimis erroribus plurimis scateat, & plurimum variet à testimoniis quæ passim in Nouo testamento citantur.

38 *Arimathæensis*, ἀπὸ Ἀριμαθαίας Syriacè Ramatha, quæ fuit Samuelis patria. ¶ *Vt qui esset*, ὤν. vel, vt Vulg. *Eò quòd esset*, vt obseruauit quoque rectè Syrus interpres. Significatur enim causa quæ Iosephum ad hoc audendum impulit.

40 *Funerare*, ἐνταφιάζειν. Vulg. *Sepelire*. Vide Matth. 26. 12. Non est tamen pollinctum Christi cadauer, mulieribus alioqui non accessuris post alterum diem, ad illud vngendum. Sed tumultuariè fuit propter instantem & quasi iam præsentem parasceuen in illo monimento proximo ciuitati positum, cum aromatibus à Nicodemo allatis, dilata in alterum à sepulto diem integra funeris pollinctura.

41 *In quo nondum quisquam positus fuerat*, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. ἵνα μὴ συκοφαντηθῇ ἡ ἀνάστασις, ὡς ἄλλου ἀναστάντος, inquit Theophylactus, id est Nequis ipsius resurrectionem calumniaretur, quasi alius quispiam ex eo sepulchro surrexisset. Ideo non contentus Euãgelista dixisse nouum fuisse sepulchrum, hæc etiam addidit, quæ temerè in vno codice deleta inueni.

IN CAP. XXI.

1 *Primo verò die hebdomadis*, τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων. Vulgata, *Vna autem Sabbati*. Erasmus, *Vno verò die Sabbatorum*. Vide Matth. 28. 1. Quod autem existimat quidam à quo edita fuit seorsim Syra huius Euangelij interpretatio

vnà cum adiectis annotationibus, hîc potius agi de primo die festi Azymorum, ne refutatione quidem indiget. Sic enim Christus toto biduo anteuortisset agni esum: & dies istum antecedens vocatus fuit magnus & solennis dies, concurrente videlicet Sabbati ordinarij quiete, cum die festo priore Azymorum, ex Iudæorum traditione. Deni que quòd mulieres hoc die accedunt vngendi corporis Christi causa, ostendit eo licuisse seruile opus facere, ac proinde hunc non fuisse primum illum Azymorum diem maximè solennem.

ἔτι οὔσης, εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημείου.

2 Τρέχει οὖν καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἴδαμεν ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.

3 Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πέτρος καὶ ὁ ἄλλος μαθητής, καὶ ἤρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον.

4 Ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ· καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου, καὶ ἦλθε πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον.

5 Καὶ παρακύψας βλέπει κείμενα τὰ ὀθόνια, οὐ μέντοι εἰσῆλθεν.

6 Ἔρχεται οὖν Σίμων Πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ τὰ ὀθόνια κείμενα·

7 Καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, οὐ μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον.

8 Τότε οὖν εἰσῆλθε καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ εἶδε, καὶ ἐπίστευσεν.

9 Οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν γραφήν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.

10 Ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί.

11 Μαρία δὲ εἱστήκει πρὸς τὸ μνημεῖον κλαίουσα ἔξω. ὡς οὖν ἔκλαιε, παρέκυψεν εἰς τὸ μνημεῖον.

12 Καὶ θεωρεῖ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς καθεζομένους, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσίν, ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.

nit manè, quũ adhuc tenebrę essent, ad monumentũ, & videt lapidẽ illũ sublatũ à monumẽto.

2 Currit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum discipulum quem amabat Iesus, & dicit eis, Sustulerunt Dominum è monumento, & nescimus vbi posuerint eum.

3 Exiuit ergo Petrus, & alter ille discipulus, & venerunt ad monumentum:

4 Currebant autem duo simul: sed alter ille discipulus præcurrit citius Petro, venitque prior ad monumentum.

5 Et quum se incuruasset vidit posita lintea: nõ tamẽ introiuit.

6 Venit ergo Simõ Petrus sequẽs eũ, & introiuit in monumẽtum, & conspexit lintea *ibi* posita.

7 Et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteis positum, sed seorsum inuolutum in vnum locum.

8 Tunc ergo introuit etiam alter ille discipulus, qui venerat prior ad monumentum, viditque, & credidit.

9 Nondũ enim nouerant Scripturam, videlicet quòd oporteret eum à mortuis resurgere.

10 Redierunt ergo illi discipuli ad suos.

11 ‖ Maria verò flens stabat ad monumẽtũ, foris. Dũ ergo fleret, incuruauit se in monumentum.

12 Et conspexit duos Angelos albatos, sedẽtes, vnum ad caput, & alterum ad pedes *illic* vbi iacuerat corpus Iesu:

tenebræ essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento.

2 *Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quẽ amabat Iesus: & dicit illis, Tulerunt Dominum de monumento: & nescimus vbi posuerunt eum.*

3 *Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.*

4 *Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum.*

5 *Et quum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit.*

6 *Venit ergo Simõ Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita.*

7 *Et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positũ, sed separatim inuolutum in vnum locum.*

8 *Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & credidit.*

9 *Nondum enim sciebant Scripturã, quia oporteret eum à mortuis resurgere.*

10 *Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.*

11 *Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.*

12 *Et vidit duos Angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnũ ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu.*

Matt. 28.1 mar. 16.5 Angeli quoque (& quidẽ bini) facti resurrectionis Domini testes.

8 *Et credidit*, καὶ ἐπίστευσεν. Christum videlicet resurrexisse, quanquã tenuis adhuc fuit hæc fides, & aliis testimoniis egeret, quibus cõfirmaretur. Ioannes igitur solus iam tum hoc credidit, Petrus autem admirabundus, & neutram in partem inclinans solus in vrbem rediit, vt narrat Luc. 24. 12. cui propterea seorsim apparuit Christus 1. Cor. 15. 5. quam apparitionem vt & nonnullas alias, (vt declarat ipse Ioan. 21. 25) non expresserunt alij Euangelistæ Maria verò mansit incredula. Triplex hîc igitur exemplum habemus: vnum fidei in Ioanne: alterum admirationis cum incredulitate certãtis in Petro: tertium incredulitatis in Maria: cui tamen vtpote promptiore remedio indigẽti, Christus sese primæ ipsis oculis cernendum exhibuit, tantum abest vt Deus præparatoriis meritis impulsus aberrantes respiciat. Quod igitur subiicitur, *Nondũ enim norant*, ad illa tria refertur, ostendens cur Petrus & Ioannes accurrerint cũ Maria; vt ipsimet viderent an verè vacuum esset sepulchrum: item cur Ioannes non crediderit priusquàm videret verè abesse Christum à sepulchro, & lintea cõplicata & seposita: vnde rectè coniecit, non fuisse corpus Domini surreptum, sed verè resurrexisse, sicuti prædixerat, & cur substiterit admirabundus Petrus: cur denique tam pertinaciter Maria manserit incredula.

9 *Scripturã*, τὴν γραφήν. Ita vsus obtinuit vt Sacra illa scripta, quibus tanquã tabulis perscripta est ac consignata Dei voluntas, hoc nomine per antonomasiã intelligantur. Castellio maluit, suo nescio quo more, *Literas* interpretari.

10 *Redierunt*, ἀπῆλθον πάλιν. Vulg. & Eras. *Abierunt rursus*. At ego existimo πάλιν hoc loco idem declarare atq; εἰς τοὐπίσω, i. *retro*, eò videlicet vnde venerant. Itaque ἀπέρχεσθαι πάλιν cõuerti tanquã esset periphrasis verbi ἐπανέρχεσθαι. ¶ *Ad suos*, πρὸς ἑαυτούς. i. אל מקומם [*el mekomam*.] Vulg. & Eras. *Ad semetipsos*, nimiũ obscurè. Dixit autẽ Euãgelista *Ad se*, pro Domũ suã, vt in vernaculo sermone dicimus *chez soy*, i. eò vbi tunc tẽporis manebant, & vnde fuerant profecti: sicut paulò antè, Ad Caiaphã, pro ad ædes Caiaphæ. Iã verò quia ex sequẽtib⁹ historiis liquet vndecim discipulos vnà fuisse saltẽ in vrbe versatos, ideo cõuertere malui Ad suos quàm Ad se.

11 *Maria*, Μαρία. nempe Magdalene cum discipulis illis ad sepulchrum reuersa, neque tamẽ cum illis in vrbem regressa. ¶ *Foris*, ἔξω. Id est, extra ipsam speluncam in qua excisum erat sepulchrum.

12 *Albatos*, ἐν λευκοῖς. Vulg. ad verbũ, *In albis*. quod vix quisquã intelligat. Eras. *Albis amictos*, quũ potiùs dicẽdũ fuerit, *albo amictos*, vt Virg. *maculis distinctus & albo*. Subauditur verò ἱματίοις. vt Apoc. 3. 4, & 5. & ἐν pro σὺν ponitur, sicut alibi exposuimus. Latini vno verbo id cõmodè explicãt Cic. *Quũ epuli dominus Q. Arius albatus esset, tute in tẽplũ Castoris cũ C. Figulo atrato cæterisque tuis furiis funestũ intulisti.* ¶ *Ad caput* πρὸς τῇ κεφαλῇ. Figuratè hæc accipiuntur pro ea parte in qua caput Christi fuerat. quod genus dicẽdi, vt & alia plurima, petitũ est è medio. ¶ *Vbi iacuerat*, ὅπου ἔκειτο. Sic inueni scriptũ in omnibus nostris cod. Vulg. & Eras. *Vbi positũ fuerat*, & Græci codic. impressi pleriq; pro ἔκειτο habẽt ἐτέθη

13 Domi.

13 Καὶ λέγουσιν αὐτῇ ἐκεῖνοι, Γύναι, τί κλαίεις; Λέγει αὐτοῖς, Ὅτι ἦραν τὸν κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.

14 Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ θεωρεῖ τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστι.

15 Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς; Ἐκείνη δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι, λέγει αὐτῷ, Κύριε, εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτόν, εἰπέ μοι ποῦ αὐτὸν ἔθηκας, κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ.

16 Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μαρία. Στραφεῖσα ἐκείνη λέγει αὐτῷ, Ῥαββουνί, ὃ λέγεται διδάσκαλε.

17 Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου· πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς, Ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν.

18 Ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ.

19 Οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς, Εἰρήνη ὑμῖν.

13 *Qui* etiam dixerunt ei, Mulier, quid fles? Dicit eis, Sustulerunt dominum meum, nec scio vbi posuerint eum.

14 Et quum hæc dixisset, conuertit se retrorsum, conspexitque Iesum adstantem, nec sciebat Iesum esse.

15 Dicit ei Iesus, Mulier, quid fles? quem quæris? Illa putans olitorem esse, dicit ei, Domine: si tu ipsum asportasti, dicito mihi vbi posueris eum, & ego eum tollam.

16 Dicit ei Iesus, Maria. Illa se conuertens dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magister.

17 Dicit ei Iesus, Ne me tangito: nondum enim ascendi ad Patrem meum: sed proficiscere ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum.

18 Venit Maria Magdalene renuntians discipulis quòd vidisset Dominum, & *quod* ea sibi dixisset.

19 ‖ Quum ergo vespera esset, die illo primo hebdomadis, & fores essent clausæ *illic* vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus: stetitque in medio *ipsorum*, & dixit eis, Pax vobis.

13 *Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.*

14 *Hæc quũ dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est.*

15 *Dicit ei Iesus, Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam.*

16 *Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur magister.*

17 *Dicit ei Iesus, Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meũ: vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.*

18 *Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.*

19 *Quum ergo serò esset die illo, vna Sabbatorum, & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus: & stetit in medio, & dicit eis, Pax vobis.*

Iesus ipse præsens se testatur verè resurrexisse.

Christus ex quo resurrexit, non amplius quærendus in hoc mũdo secundum carnem, sed in cælis quò ipse nobis præiuit, per fidem tum simpliciter in verbo tum in sacramentis apprehendendus.

Mat. 16.14 luc. 24.36 1. Cor. 15. 5 Christus ianuis clausis repentè vi diuina sese discipulis sistens, plenam eis fidem facit tum resurrectionis suæ, tum ipsorum Apostolatus, afflato illis Sancto Spiritu Euãgelici ministerij directore, & consignis efficacitatis illius auctore futuro.

13 *Dominum meum*, τὸν κύριόν μου. Loquitur Maria vulgi more, qui de cadauere sic loquitur vt si non hominis pars, sed homo esset. Notandum est autem hoc genus dicendi, quod citat etiam Theodoretus in Polymorpho, ad confirmandam κοινωνίαν ἰδιωμάτων, seu synecdochen, de qua diximus suprà, 3. 13.

16 *Magister*, διδάσκαλε. Ex hoc loco apparet, differẽtiam illam inter Rabbi & Rabboni, quæ à nonnullis constituitur, non ita magnum habere pondus: qua de re diximus etiam nonnulla Mar. 10. 51. Syrus habet Rabbuli vel mendosè posita Lamed pro Nun, vel pro Rabboni-li, Magister mihi, vt annotat noster Tremellius.

17 *Nondum enim*, οὔπω γάρ. Quid igitur, at postquam ascendisset ad Patrem, licuit tangere? Ita certè, sed spiritualiter, & animis in cælum per fidem subuectis, quæ vna est saluificæ Christi carnis apprehensio rectissimè scribente August. Mitte fidei manum & Christum tenuisti Quũ Matth. 28. 9. dicantur mulieres quibus itidem in vrbem properantibus Christus occurrit, pedes eius hunc cultum minimè repudiantis, prehendisse, apparet Christum minimè hîc simpliciter prohibuisse sui contactũ, quò suos etiã postea inuitauit ne amplius de ipsius vera resurrectione dubitarent, Luc. 24. 39. sed Mariam blandè commonefacti sic noluisse, vt nihil morata, statim sese in viam daret annunciatura quod discipulos perterritos recrearet. Satis enim adhuc illam spatij ad illum spectandum & amplectendum habituram, ipso non tam citò ad Patrem abituro. ¶ *Fratres meos*, τοὺς ἀδελφούς μου: id est discipulos Iam enim erat primogenitus ex mortuis inter multos fratres, Rom. 8. 29 & Col. 1. 18. & doctissimo interpreti assentior, qui putat Christum allusisse ad id quod scriptum est Psal. 22. 23. Id verò non considerarunt qui fratres putant hîc duntaxat vocari Christi affines ac cognatos, quum in proximo versiculo disertè scribatur Maria, id quod hæc iussa fuerat, annuntiasse discipulis. ¶ *Ascendo*, ἀναβαίνω. De re paulo pòst futura loquens vtitur tempore præsenti. Sed & illud ex Hebræorum consuetudine facit, quòd obliquæ orationis loco rectam vsurpat, vt annotauimus Luc. 13. 32. Nam scribendum potius videbatur, Et dic eis me ascendere ad Patrẽ, &c. Quorsum autẽ istud de suo ascensu Christus: nempe vt sese significaret idcirco non resurrexisse, vt rursum in terris cum illis versaretur, sed vt mox in cælos transiens, inde suos regat, non corporis, sed oculis videndus, & manibus prehendẽdus? ¶ *Et Patrem vestrum*, καὶ πατέρα ὑμῶν. Erudite Erasmus in hunc locum obseruat. priore tantùm loco dixisse τὸν πατέρα addito articulo, vt hic vnus Pater ac Deus esse intelligatur, communis, capiti ac membris. Hîc enim de se Christus vt mediatore loquitur: quod si dixisset τὸν πατέρα μου καὶ τὸν πατέρα ὑμῶν, duos patres facere videretur. Item si non contentus dixisse τὸν πατέρα μου, etiam dixisset καὶ τὸν Θεόν μου, visus fuisset alium dicere Patrem suum, alium Deum suum. Scitè verò admodum explicans hunc locum Epiphanius aduersus Arrianos, *Patrem* vocat, inquit, Christus secundum naturam Deitatis & *Patrem vestrum* ex gratia per adoptionem in Filios, *Deum meum*, quia vestram carnem assumpsi, *& Deum vestrum* natura & veritate.

18 *Quòd vidisset* ὅτι ἑώρακε. Vulg. *Quia vidi*, ὅτι ἑώρακα pro *Certè vidi*, & mox pro αὐτῇ *sibi* ἐμοὶ *mihi*: quæ scriptura rectior videtur propter pronomen αὐτῇ.

19 *Stetit*, ἔστη. Vel igitur sponte patuerunt Christo fores domus illius vbi congregati erant: vel ipsi etiam parietes ei fuerunt peruij, quum ista non fuerint ei factu difficiliora quàm super aquas ambulare. Qui verò hinc colligunt corpus Christi post resurrectionem fuisse ἀδιάστατον, & hûc tandem delabuntur vt corpus Christi velint esse vbique, inuisibili modo, non video qua tandem rationis specie sic didicerint argu-

mentari. Nam contrà ex eo quòd dicitur esse ingressus, liquet eum antea ab eo loco in quem ingressus dicitur, abfuisse: & postquam ingressus esset, ab eo loco in quo antea erat, recessisse.

20 Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ. ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν Κύριον.

21 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς πάλιν, Εἰρήνη ὑμῖν· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ,
Matt.18.18. κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς.

22 Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον.

23 Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.

24 Θωμᾶς δὲ, εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν ὅτε ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς.

25 Ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταὶ, Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω.

26 Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἦσαν ἔσω οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ Θωμᾶς μετ' αὐτῶν· ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν, Εἰρήνη ὑμῖν.

27 Εἶτα λέγει τῷ Θωμᾷ, Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου· καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός.

28 Καὶ ἀπεκρίθη ὁ Θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου.

29 Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι ἑώρακάς με Θωμᾶ, πεπίστευκας· μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες.

30 Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐ-

20 Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus ac latus suum. Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino.

21 Dicit autem eis iterum, Pax vobis: sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos.

22 Et quum hæc dixisset, afflauit *eos*, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum.

23 Siquorum remiseritis peccata, remittuntur eis: siquorum retinueritis, retenta sunt.

24 Thomas autem, vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venerat Iesus.

25 Dixerunt igitur ei alij discipuli, Vidimus Dominum. Ille verò dixit eis, Nisi videro in manibus eius vestigium clauorum, & immisero digitum meum in vestigium clauorum, & immisero manum meam in latus eius, nequaquam credam.

26 Octo verò post diebus rursus erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis: venit Iesus foribus clausis, & stetit in medio *ipsorum*, & dixit, Pax vobis.

27 Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & profer manum tuã, & immitte in latus meũ, & ne esto incredulus, sed credens.

28 Respondit autem Thomas, & dixit ei, Domine mi, & Deus mi.

29 Dicit ei Iesus, Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

30 Multa verò etiam alia signa

20 Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso Domino.

21 Dixit ergo eis Iesus iterum, Pax vobis: sicut misit me Pater, & ego mitto vos.

22 Et hoc quum dixisset, insufflauit, & dicit eis, Accipite Spiritum sanctum.

23 Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

24 Thomas autem, vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus.

25 Dixerunt ergo ei alij discipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius figuram clauorum & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manũ meam in latus eius, non credam.

26 Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis: venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit, Pax vobis.

27 Deinde dixit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & adfer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis.

28 Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus & Deus meus.

29 Dicit ei Iesus, Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

30 Multa quidem & alia

Promulgatio remissionis peccatorum per fidem in Christum, & iræ Dei declaratio retinendis incredulorum peccatis, summa est Euangelicæ prædicationis.

Christus ex Thomæ incredulitate certum resurrectionis suæ testimonium elicit.

Vera fides ab ore Dei, cui creditur, non ab oculis pendet. Infra.21.29.

Fides in Christum Filium Dei & vnicum nostrum Seruatorem, Euangelicæ doctrinæ ac præsertim historiæ resurrectionis scopus.

24 *Didymus*, Δίδυμος. Latinè geminus à תאם [*taham.*]

25 *In manibus eius vestigium clauorum*, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων. Crebra illa repetitio articuli magnam habet emphasin, quæ Latino sermone explicari nõ potest. Veteres autem nonnulli τύπον verterunt *figuram* pro quo deinde sciolus quispiam substituit *fixuram*: quo modo etiam interpretatus est Trapezuntius in Cyrillo. ¶ *In vestigium clauorum*, εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων. Vulgata, *In locum clauorum*, vt qui fortasse pro τύπον legerit τόπον quam lectionem maximè probo, in hoc quidem posteriore loco. Apud Augustinum & alios nonnullos legitur *Fixuram*, sed proculdubio mendosè pro figuram, vt habet Irenæus, τύπος autem, dicitur παρὰ τὸ τύπτειν quod non scribendo sed impressione seu percussione effigiatur, vnde ars typographica.

27 *Profer*, φέρε. Sequitur enim vox βάλε. Vulgata, *adfer* ineptè.

28 *Ei*, αὐτῷ. Hæc igitur verba quæ sequuntur, non sunt tantum admirantis Thomæ, vt hunc locum eludebant Nestoriani, sed ipsum illum Iesum vt verum Deum ac Dominum suum compellantis. Male igitur Vulg. interpretatur hunc locum recto casu, *Dominus meus*, & *Deus meus*. nec alius est locus in his libris expressior, de Christo vt vero Deo inuocando. ¶ *Domine*, ὁ Κύριος. Exclamatio est, rectis vocatiui vice positis, vt suprà, 19.3.

29 *Qui non viderunt*, οἱ μὴ ἰδόντες. Sic inquiunt hodie nõnulli credendum est ipsum corpus Christi esse In, Sub, vel Cum pane, imò etiam vbique, quamuis illud non videas. Imò verò credendum est Christum resurrexisse etiamsi illud non videamus, vt Apostoli viderunt, quia testati sunt Apostoli se eum vidisse. At iidem non sunt testati corpus Christi nunc in terris esse vsquam, nedum vbique: sed in cælos ascendisse, & inde vltimo demum die venturum. Idem est Transubstantiatoribus respondendum.

30 *Multa verò*, πολλὰ μὲν οὖν. De harum particularum vsu Ioanni peculiari, quæ propriè cõclusionibus adhibentur, alibi diximus. Est autem hic versiculus partim conclusio superiorũ apparitionum, partim transitio ad ea quæ subsequuntur: nec velim hos duos versiculos hinc diuellere, & extremo capiti sequenti adiungere, ex illius Hispani (cuius tamen nomini nunc parco) audacia, cui si creditur, non tantũ hoc loco sed etiam aliis non paucis permutãda fuerit narrationis Euangelistæ series, nulla sanè neque ratione, neque codicum aut interpretum auctoritate.

ποίησεν ὁ Ἰησοῦς ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

31 Ταῦτα δὲ γέγραπται ἵνα πιστεύσητε ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

Κεφάλαιον κα.

1 Μετὰ ταῦτα ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν πάλιν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος. ἐφανέρωσε δὲ οὕτως·

2 Ἦσαν ὁμοῦ Σίμων Πέτρος καὶ Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, καὶ Ναθαναὴλ ὁ ἀπὸ Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο.

3 Λέγει αὐτοῖς Σίμων Πέτρος, Ὑπάγω ἁλιεύειν. Λέγουσιν αὐτῷ, Ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σὺν σοί. Ἐξῆλθον, καὶ ἀνέβησαν εἰς πλοῖον εὐθύς· καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν.

4 Πρωΐας δὲ ἤδη γινομένης ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλόν· οὐ μέντοι ᾔδεισαν οἱ μαθηταὶ ὅτι Ἰησοῦς ἐστι.

5 Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Παιδία, μή τι προσφάγιον ἔχετε; Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Οὔ.

6 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε. Ἔβαλον οὖν, καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸ ἑλκύσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων.

7 Λέγει οὖν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, τῷ Πέτρῳ, Ὁ Κύριός ἐστι. Σίμων οὖν Πέτρος ἀκούσας ὅτι ὁ Κύριός ἐστι, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, (ἦν γὰρ γυμνὸς) καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν.

8 Οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον, (οὐ γὰρ ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς,

edidit Iesus in discipulorum suorum conspectu, quæ non sunt scripta in hoc libro.

31 Hæc autem scripta sunt vt credatis Iesum esse illum Christum Filium illũ Dei, & vt credentes, vitam habeatis per nomen eius.

CAP. XXI.

1 Postea sese conspiciendum præbuit rursus Iesus discipulis apud mare Tiberiadis. Sic autem sese conspiciendum præbuit.

2 Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat ex Cana *vrbe* Galilææ, & filij Zebedæi, aliique ex discipulis eius duo.

3 Dicit eis Simon Petrus, Abeo piscatum. Dicunt ei, Imus & nos tecum. Exierunt, & ascẽderunt in nauigium statim: & illa nocte nihil prehenderunt.

4 Mane verò iam exorto stetit Iesus ad littus: nesciebant tamen discipuli Iesum esse.

5 Dicit igitur eis Iesus, Pueri, num quid obsonij habetis? Responderunt ei, Non.

6 At ille dixit eis, Iacite rete in dextram nauigij partem, & inuenietis. Iecerunt ergo, & nequibant amplius illud trahere præ multitudine piscium.

7 Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simon ergo Petrus quũ audiuisset Dominum esse, amiculum succinxit, (erat enim nudus) & abiecit se in mare.

8 Alij verò discipuli nauigio venerunt, (non enim longè aberant à terra, sed circiter cubi-

signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.

31 Hæc autem scripta sunt vt credatis quia Iesus est Christus Filius Dei, & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

CAP. XXI.

1 Postea manifestauit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis. manifestauit autem sic.

2 Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo.

3 Dixit eis Simon Petrus, Vado piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt.

4 Mane autem iam facto stetit Iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est.

5 Dixit ergo eis Iesus, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, Non.

6 Dicit eis, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.

7 Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simõ Petrus quũ audisset quia Dominus est, tunica succinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mare.

8 Alij autem discipuli nauigio venerunt, (non enim longe erant à terra,

Christus non tantùm præsens, sed etiã vnà cum discipulis suis vescens, plenissimam suæ resurrectionis fidem facit.

IN CAPVT XXI.

1 *Conspiciendum præbuit*, ἐφανέρωσεν ἑαυτόν. Vulg. *Manifestauit*, pro quo vbique dicere consueui Manifestum facere, quum de rebus ipsis agitur. In hac autem historia significatur hoc verbo Christi corporis vera, & in ipsos oculos incurrens exhibitio, opposita tum Transsubstantiatorum, tum Vbiquitariorum præsentiæ: sicut ad refellendam Marcionitarum δόκησιν, & veram tuendam hypostaticam vnitionem 1.Tim.3.16. Deus natura ipsa simplicissimè ἀόρατος dicitur φανερωθῆναι ἐν σαρκί, id est assumpta carne aspectabilis & contrectabilis factus, 1.Ioh.1.1.

3 *Imus*, ἐρχόμεθα. Vel, *ibimus*. Ponitur enim ἔρχεσθαι pro ἰέναι. Sic Hom. Iliad. α. Ἔρχεσθαι κλισίηνδε Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. ¶ *Prehenderunt*, ἐπίασαν. Vide suprà 7.30.

5 *Obsonij*, προσφάγιον. Vulg. & Castellio etiam nuper conuertit *Pulmentarium*, ineptè profectò. Nam cur à piscatoribus pultem petat? Deinde quàm bene hoc conuenit cum eo quòd sequitur? Mittite rete in dextram partem nauigij, & inuenietis. Est ergo προσφάγιον idem quod ὄψον & προσόψημα, de quo sic Athenæus libri septimi initio, Οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι ὄψα κυρίως καλεῖται πάντα τὰ [illegible] εἰς ἐδωδήν. ἀλλ' ἐπειδὴ ὄψον ἐστὶν, ὃ [illegible]. Paulò antè verò dixerat, πάντων τῶν προσοψημάτων ὄψων καλουμένων, ἐξενίκησεν ὁ ἰχθὺς διὰ τὴν ἐξαίρετον ἐδωδὴν μόνος οὕτως καλεῖσθαι διὰ τὸ πάντας ἐκμεμηνέναι περὶ ταύτην τὴν ἐδωδήν. λέγομεν οὖν ὀψοφάγους, οὐ τοὺς βόεια ἐσθίοντας, &c. ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναστρεφομένους. Hæc ille. ex quibus optimè intelligitur quid sit hoc loco προσφάγιον, quod Latini etiam obsonium vocant peculiariter piscibus accommodato nomine, vt ex Terentio Erasm. annotauit suprà, 6.9 Syrus interpres videtur legisse πρὸς τὸ φαγεῖν, ad edendum: vel προσφάγιον sic intellexisse.

7 *Amiculum succinxit*, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο. Ἐπενδύτην quidem constat à superinduendo sic vocari: Vulg. tamen *tunicam* vertit, quod Erasmo non placet, *Quia*, inquit, *quum aliòqui tunica sit vestis interior, verisimile est piscatoribus tunicam fuisse summam vestem*. Castellio vertit *Indusium*, non incommodè. nam neque pallio neque tunicæ vllus hic locus est, quum hæc minimè sint natanti idonea. Sed ex Pollucis lib. 7. c. 12. constat hoc nomine intelligi χιτωνίσκον, id est amiculum ex lino, quod videlicet natanti minimè obsisteret, & λινέον πέπλον vertit Nonnus. Sed & illud dicitur Petrus διαζώσασθαι, id est succinxisse, nempe pudoris causa: vnde subligacula vocant διαζώματα: & qui subligar præcinxit, dicitur διεζωσμένος.

ἀλλ᾽ ὡς ἀπὸ πηχῶν διακοσίων) σύροντες τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων.

Ὡς οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν, βλέπουσιν ἀνθρακιὰν κειμένην, καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον, καὶ ἄρτον.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων ὧν ἐπιάσατε νῦν.

Ἀνέβη Σίμων Πέτρος, καὶ εἵλκυσε τὸ δίκτυον ἐπὶ τῆς γῆς, μεστὸν ἰχθύων μεγάλων ἑκατὸν πεντηκοντατριῶν· καὶ τοσούτων ὄντων οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Δεῦτε, ἀριστήσατε. Οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι αὐτὸν, Σὺ τίς εἶ; εἰδότες ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν.

Ἔρχεται οὖν ὁ Ἰησοῦς, καὶ λαμβάνει τὸν ἄρτον, καὶ δίδωσιν αὐτοῖς, καὶ τὸ ὀψάριον ὁμοίως.

Τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν.

Ὅτε οὖν ἠρίστησαν, λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς, Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; λέγει αὐτῷ, Ναὶ, Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ, Βόσκε τὰ ἀρνία μου.

Λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον, Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με; Λέγει αὐτῷ, Ναὶ, Κύ-

tis ducentis) trahentes rete *plenum* piscium.

9 Vt autem descenderunt in terram, vident prunas positas, & piscem impositum, & panem.

10 Dicit eis Iesus, Adferte ex piscibus quos modò cæpistis.

11 Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquagintatribus: & quum tot essent, non est fissum rete.

12 Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Nullus autem discipulorum audebat eum interrogare, Tu quis es? quũ scirent Dominum esse.

13 Venit ergo Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter.

14 Ista iam tertia vice conspicuum præbuit sese Iesus discipulis suis, postquàm suscitatus fuerat ex mortuis.

15 Quum ergo pransi essent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon *fili* Ionæ, diligis me plus quàm hi? Dicit ei, Certè, Domine, tu nosti quòd amem te. Dicit ei, Pasce agnos meos.

16 Dicit ei rursum secundò, Simon *fili* Ionæ, diligis me? Ait

sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.

9 *Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.*

10 *Dicit eis Iesus, Adferte de piscibus quos prendistis nunc.*

11 *Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus: & quũ tanti essent, non est scissum rete.*

12 *Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scientes quia Dominus est.*

13 *Et venit Iesus, & accepit panem, & dat eis, & piscem similiter.*

14 *Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis quum resurrexisset à mortuis.*

15 *Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos.*

16 *Dicit ei iterum. Simon Ioannis, diligis me? Ait illi, Etiam Domine: tu scis*

Petrus terna confessione in pristinum gradum restituitur, vnde terna abnegatione exciderat: simúlque admonetur eum demum esse pastorem qui Christum diligens ipsius oues pascit.

8 *Rete [plenum] piscium*, τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων. Vulg. *Rete piscium*, nempe sicut metonymicè continens accipitur pro eo quod continetur: quod dicendi genus studui emollire.

9 *Piscem*, ὀψάριον. Athenæus lib. 7. & 8. pisciculi meminit ex Aphyarum genere, quem ἀφυὸν vocat, aut potius plurali numero ἀφυοὺς, sed à quo distinxerim ὀψάριον, quòd assabatur, quum illis potius elixis vescerentur. Hoc autem vocabulum quum alioqui non minus latè pateat quàm ὄψον, tamen peculiariter de piscibus dici idem Athenæus ex Platone Comico, Menandro, & aliis probat. Vide suprà, 6. 9.

11 *Tot*, τοσούτων. Vulg. *Tanti*, non rectè, quum hîc agatur manifestè de multitudine, non de magnitudine, quæ particula Augùst. fefellit in huius loci expositione.

12 *Discipulorum*, τῶν μαθητῶν. Vulg. *Discumbentium*, mendosè proculdubio, pro Discentium. Vide Luc. 19. 37.

15 *[Fili] Iona*, Ἰωνᾶ. Vulg. & Eras. *Ioannis*, id est, Ἰωαννᾶ. Vide Matth. 16. 17. Nos quidem hoc loco in omnibus vetustis codicibus, vno excepto, scriptum inuenimus Ἰωνᾶ. quod etiam fieri potest vt pro Ἰωαννᾶ per syncopen dicatur. ¶ *Plus quàm hi*, πλεῖον τούτων; Hoc addit Christus, non vt aliis Petrum anteponat, sed vt in memoriam reuocet Petro inanem illam iactationem qua fretus dixerat, tacentibus cæteris, se vitam depositurum ipsius causa. ¶ *Certè, Domine*, Ναὶ, Κύριε. Perperam hæc responsio sic interpungitur, ac si toti interrogationi assentiretur Petrus, affirmans se diligere Dominum amplius quàm sui condiscipuli diligerent, quod impudentissimi hominis fuisset. Vno igitur tenore legendus est hic locus, & particula Ναὶ est affirmantis id quod subiicitur de ipsius Christi notitia, non autem eius qui simpliciter ei toti de quo rogatus erat, assentiretur: quamobrem etiam præstat hoc loco interpretari *Certè*, quàm *Etiam*. Quorsum autem istud ad Antichristi Romani stabiliendã tyrannidem? ¶ *Amem*, φιλῶ. Quod Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 14. cap. 7. discrimen constituit inter ἀγαπᾶν & φιλεῖν, quasi istud amplius quàm illud declaret, nullius est momenti, imò fortassis etiam non satis peritè dicitur. Nam Pater ipse Filium vocat non φίλον, sed ἀγαπητόν, neque charitas Christiana dicitur φιλία, id est amicitia, sed ἀγάπη. ¶ *Pasce*, βόσκε. Syrus interpres addit pronomen לִי [*li*] *mihi*, cuius potest aliquod videri pondus, quanuis in hoc genere dicendi sæpe redundet. ¶ *Agnos*, τὰ ἀρνία. Codex ille meus vetustissimus hoc etiã loco habet προβάτια, oues. Syrus autẽ interpres trib⁹ vtitur vocibus, sed idem significantibus, quod non annotassem nisi adoratores Bestię viderem hîc etiam, ad stabiliendam illius Tyrannidem, non minus impudenter quàm impiè occasionem ex his voculis arripere, quasi per Agnos ipsi Apostoli reliqui intelligantur, quos tamen Christus non pascere, sed postquam resipuisset, confirmare suo videlicet exemplo, cæterísque virtutibus, Petro præcepit. Luc. 22. 32. ¶ *Meos*, μου. Non igitur vt illorum Dominus, quod ipsemet Petrus agnoscit 1. Pet. 5. 3. neque vt ἀρχιποίμην (Is enim est vnicus ille Dominus ouium sanguine suo vnius redemptarum) sed vt fidus illius minister. Est enim Apostolatus etiam διακονία Act. 1. 17. & Rom. 11. 13. Ecclesiæ quoq; respectu 1. Cor. 2. 22. Sed, inquiũt Pontificum adulatores, nulla hîc additur restrictio, vt Act. 20. 28. & 1. Petr. 5. 2. vniuersas igitur oues intelligit etiam ad consummationem seculi nascituras, & à Petro in Romanorum Episcoporum, ipsius successorum persona pascendas. Siccine verò profanandum verbũ Dei? Certè non adiecit Christus πάντα neque πάντας: & notum est discrimen inter indefinitas, & vniuersales enuntiationes. Immo etiam si particulas illas adiecisset, annon cæteri quoque Apostoli iussi sunt Euangelizare πάσῃ κτίσει, Marc. 16. 15. & πανταχοῦ Marc. 16. 20. & πάντα τὰ ἔθνη Matth. 28. 19. & quînam Petrus & ipsius collegæ potuissent huic mandato satisfacere, si de singulis per totum terrarum orbem dispersis ouibus istud esset intelligendum?

16 *Rursum secundò*, πάλιν δεύτερον. Vetus interpres non legit δεύτερον. similis tamen pleonasmi exemplum reperio Matth. 26. 42.

17 Tertiò,

ριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ, Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.

Λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον, Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; Ἐλυπήθη ὁ Πέτρος ὅτι εἶπεν αὐτῷ τὸ τρίτον, Φιλεῖς με; καὶ εἶπεν αὐτῷ, Κύριε, σὺ πάντα οἶδας· σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Βόσκε τὰ πρόβατά μου.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σεαυτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες· ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει, καὶ οἴσει ὅπου οὐ θέλεις.

Τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν. καὶ τοῦτο εἰπὼν, λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι.

Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος βλέπει τὸν μαθητὴν ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπε, Κύριε, τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε;

Τοῦτον ἰδὼν ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ, Κύριε, οὗτος δὲ τί;

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; σὺ ἀκολούθει μοι.

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀπο-

illi, Certè, Domine, tu nosti quòd amem te. Dicit ei, Pasce oues meas.

17 Dicit ei tertiò, Simon *fili* Ionæ, amas me? Tristitia fuit affectus Petrus quòd tertiò dixisset ipsi, Amas me? Dixitque ei, Domine, tu omnia nosti: tu nosti quòd amem te. Dicit ei Iesus, Pasce oues meas.

18 Amen amen dico tibi, quum esses iunior, cingebas te, & ambulabas quò volebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & transferet quò noles.

19 Hoc autem dixit, significans qua morte glorificaturus esset Deum. Et quum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me.

20 Conuersus verò Petrus videt illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuerat in cœna illa super pectus eius, & dixerat, Domine, quis est ille qui te prodit?

21 Hunc ergo quum vidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autem quid?

22 Dicit ei Iesus, Si velim eum manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

23 Exiit ergo sermo iste inter fratres, discipulum illum non

quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos.

17 *Dicit ei tertiò, Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertio, Amas me? & dixit ei, Domine, tu omnia scis: tu scis quia amo te. Dicit ei Iesus, Pasce oues meas.*

18 *Amen amen dico tibi, quum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: quum autem senueris, extẽdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò non vis.*

19 *Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et quum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me.*

20 *Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te?*

21 *Hunc ergo quum vidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autem quid?*

22 *Dicit ei Iesus, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.*

23 *Exiuit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et*

Prædicitur mors Petri violenta.

Sup. 13. 4 Cauendum ne dum alios circunspicimus, quod nobis iniunctum est negligamus.

17 *Tertiò*, τὸ τρίτον. Nempe æquum erat vt triplici abnegationi triplex confessio opponeretur, ne de tanti peccati remissione & restitutione muneris Apostolici dubitaret Petrus.

18 *Cingebas te*, ἐζώννυες. Huius loci explicatio pendet à verbo ζωννύειν. Peregrè igitur profecturos, præsertim in Oriente & iis regionibus, quarum incolæ laxioribus & prælongis vestibus vtuntur, necesse est succingi: deinde constat solitos fuisse in zona pecuniam ferre in viaticum, vt Matt. 10. 9. Inde factum vt Heb. חגר מתנים [*chagar mothnaim*] Græcis ζωννύσθαι, Latinis Præcingere & Accingere, significet, sese ad iter comparare quanuis Græcum illud vocabulum ferè in re militari vsurpetur αὐτὶ τοῦ ὁπλίζεσθαι. Iam verò quia nõ dissimili ratione captiui loris ac vinculis cinguntur, præsertim si quò mittendi sunt, huc respexit Christus quum diceret, καὶ ἄλλος σε ζώσει, quasi diceret, Nunc liberè te accingis vt proficiscaris quò libuerit: atqui tempus erit quum non te zona accinges, sed alius te vinculis constringet, vt te etiam nolentem pertrahat. Sic autem apud Hebræos interdum accipi verbum חגר [*chagar*] pro Ligare & vinctum tenere, ostendit Kimhi in libro Radicum, explicans Psal. 76. 11. ¶ *Et transferet*, καὶ οἴσει, Vulgata & Erasmus, *ducet*. ac fateor quidem φέρειν & ἄγειν sæpe permutari: sed mihi videtur potius hîc fuisse retinenda propria significatio, vt melius appareat antithesis, *Tu cingebas te zona, alius te cinget vinculis: ibas quò volebas, tunc non gradieris, sed vinctus transfereris, ac deportaberis ad supplicium.* ¶ *Quò noles*, ὅπου οὐ θέλεις. Hoc verò non est simpliciter ita accipiendum quasi futurum sit vt Petrus inuitus pro Dei veritate quicquam ferat, quum eum legamus gaudentem rediisse è concilio in quo fuerat flagris cæsus, sed præterquam quòd hæc voluntas non proficiscetur à carne, mortẽ in sanctissimis etiam quibusuis reformidante, sed ab illo aduentitio Spiritus victoris dono, Christus naturalem illam libertatem captiuitati opponit.

19 *Qua morte*, ποίῳ θανάτῳ. Qui ex hoc loco colligunt Petrum fuisse crucifixum, ineptè argumentantur, quum Christus in genere prędicat Petri mortem violentã fore. Certè si credimus illi non modò ineptissimo, sed etiam planè impio libello qui inscribitur De Petri passione, sub Lini cuiusdam nomine, vix vnquam iustiore de causa quisquam damnatus est quàm Petrus, vt qui vxores à suis maritis, contra Christi & Apostoli doctrinam, abduceret. Sed absit vt hæc cuiquam in mentem veniant qui vel à limine Christianam religionem salutarit. Imò tota illa narratio iis verbis, iis sententiis est descripta, vt nesciam vtrum magis debeam admirari, ipsiúsne Satanæ impudentiam tam manifestè falsa obtendentis, an verò nostrorum maiorum stuporem, qui tam crassas fraudes non agnouerint.

20 *Recubuerat*, ἀνέπεσεν. Id est sese inclinarat, Christi interrogandi causa, non quòd in ipsius sinu, in illo conuiuio, contra omne decorum, & quidem de rebus tantis tam seriò loquente Domino, sterteret, vt ab imperitis pingi accubitus ille consueuit.

22 *Si velim*, ἐὰν θέλω. Iam olim in editione veteri Latina legitur *Sic eum volo manere*: vnde variæ sunt ortæ fabulæ: quodam etiam agyrta nostris temporibus auso sese hũc ipsum Ioannem esse palàm profiteri, quem insanus, sed nihilominus sceleratus Postellus, sese Adami Protoplasti animum habere iactitans, fratrem suum Lutetiæ vocitabat. Et ille quidem Tolosæ fuit crematus. Postellus verò quum hæc scriberem, adhuc Lutetiæ post tot blasphemias à Sorbonistis etiam ipsis tolerabatur. Sed minimè vana est eorum coniectura qui putant initio scriptum Græcè fuisse εἰ οὕτω. *Si sic.* quomodo etiam citatur hic locus apud Hieronymum, libr. in Iouinianum priore. Nulla est autem in Græco textu amphibolia: & consentiunt interpretes non modò Græci, sed etiam Latini non pauci, quum (vt eruditè annotat Erasmus) à librariis deprauatus sit Augustinus. ¶ *Manere*, μένειν. In vita videlicet, vt 1. Corinth. 15. 6.

23 *Exiit*, ἐξῆλθεν. Hebr. יצא [*iatsa.*] Id est dimanauit & sparsus est hic rumor, vt alibi exposuimus.

θνήσκει· καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ', Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε;

24 Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων, καὶ γράψας ταῦτα· καὶ οἴδαμεν ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ.

25 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. Ἀμήν.

Vera est Christi historia, nec hominum curiositati, sed saluti sanctorum electorũ perscripta. Sup. 20 30

moriturum: sed non dixerat ei Iesus, Nõ morietur: sed, Si eum velim manere donec veniam, quid ad te?

24 Hic est discipulus ille qui de his testatur, & hæc scripsit: & scimus firmum esse testimonium eius.

25 ‖ Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur sigillatim, ne mundum quidem ipsum opinor capturum eos qui scriberentur libros. Amen.

non dixit ei Iesus, Non moritur: sed, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?

24 *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia verum est testimonium eius.*

25 *Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.*

24 *Et scimus*, καὶ οἴδαμεν. Ista nescio quomodo non videntur conuenire quum Ioannes ipse de se loquatur. Nam siquis excipiat, ipsum de se loqui plurali numero, videtur omnino pro αὐτοῦ ipsius di[illegible] fuisse ἡμέτερον, nostrum. Certè Chrysostomus & [illegible]actus videntur legisse οἶδα, noui, singulari numero [illegible]rum ne hoc quidem mihi satisfacit. nam quum de se ex Hebræorum more loquatur in tertia (quod aiunt) persona, omnino videtur dicendum potius fuisse καὶ οἶδεν ὅτι, & nouit verum esse suum testimonium, vt suprà, 19. 35. Sed hæc possunt ex Hebræorum idiotismo excusari, apud quos vix quicquam frequentius occurrit istis personarum mutationibus.

25 *Fecit*, ἐποίησεν. Ergo de dogmatibus fidei istud [illegible]icitur, sed de miraculis, vt suprà 20.30. Nam illa quidem tota perscripta sunt, miracula verò non item: quorum videlicet vel vnicum confirmandæ toti scripturæ sufficiebat.

ACTA

ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ἉΓΙΩΝ ἈΠΟΣΤΟΛΩΝ.

ACTA SANCTORVM APOSTOLORVM.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον Α.

1 ΤΟΝ μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν,

2 Ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς Ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη.

CAP. I.

1 PRIMVM quidem librum confeci, Theophile, de omnibus quæ cœpit Iesus & facere & docere.

2 Ad eum vsque diem quo quum præcepta dedisset Apostolis, quos per Spiritum sanctum elegerat, sursum receptus est.

CAPVT. I.

1 *PRIMVM quidẽ sermonẽ feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere,*

2 *Vsque in diem qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est.*

Transitio ab Euangelij (id est dictorum & factorum Christi) historia, ad Apostolorum acta.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

¶ *Acta*, πράξεις. Nonnulli *Actus*, quidam *Gesta*, alij *Actiones* conuertunt, non modò ex recentioribus, sed etiam ex veteribus. Acta enim Latini vocant rerum publicè gestarum commentarios, publicæ memoriæ causa conscriptos. Est igitur fateor πράξεων significatio apud Græcos latior quàm Actorum apud Latinos, sed quum hic liber complectatur veluti publicos præcipuos commentarios & annales ad quos & initiõ dirigi, & nunc reuocari totius Ecclesiæ Christianæ administrationem oportuit, ego quidem malim Acta, quàm alio quouis nomine vocare. ¶ *Sanctorum Apostolorum*, τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. In plerisque codicibus non additur ἁγίων. In Complutensi autem editione hęc adscripta reperimus, τοῦ ἁγίου Λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ, id est, *Sancti Lucæ Euangelistæ*: vt nemini dubium esse debeat quin Lucas sit huius libri scriptor.

IN CAPVT I.

1 *Primum quidẽ librum confeci*, τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην. Vulgata, *Primum quidem sermonem feci*. Erasmus, *Superiore quidem volumine diximus*. Nos neutram versionem sequuti sumus. nam meritò reprehendi putamus Veterem interpretem ab Erasmo quòd λόγον verterit sermonem: & Sermonem facere, pro habere, nemo Latinè dixerit. Idem tamen nulla necessitate coactus à Græcis discedit, quasi ita scripserit Lucas τῷ μὲν πρώτῳ λόγῳ εἶπον. Cæterùm quòd τὸ πρῶτον vertimus *Primum*, quum de altero Lucæ libro agatur, id tueri possumus Ciceronis ipsius auctoritate, qui, quum duo tantùm sint De inuentione libri, sic in secundo illorum scribit, *In primo* (inquit) *libello diximus*. Deinde quãuis λόγον ποιεῖσθαι Græcis interdum idem declaret quod Latinis Verba facere, vel, Sermonem habere: tamen adiuncta hæc verba τὸν μὲν πρῶτον, faciunt vt potius existimem λόγον idem hîc valere quod σύγγραμμα. Nam alioqui scripsisset Lucas τὸν μὲν πρότερον, vel πρῶτον μέν. Itaque librũ interpretamur, sicut idem Cic. Xenophontis οἰκονομικὸν, Librum Oeconomicum interpretatur. ¶ *Et facere & docere*, ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. Duo igitur sibi proponunt Euangelistę illis libris describenda, nempe Christi facta & dicta: & hæc est vera interpretatio nominis Euangelij, quod quatuor superioribus libris præfixum est.

2 *Ad [eum] vsque diem quo*, ἄχρι ἧς ἡμέρας. Vulgata, *Vsque in diem qua*. Augustinus quodam loco vertit, *In die quo*, diuersum aliquod à nostris exemplar sequutus. ¶ *Quum præcepta dedisset*, ἐντειλάμενος. Vulg. *Præcipiens*, neglecta aoristi ratione, quæ hîc fuit obseruanda. Significatur enim his verbis, Dominum non antè discessisse à suis quàm certis mandatis ipsos instruxisset, vt facere solent qui ab amicis, vel etiam ex hoc mundo discedunt. Sic autem etiam absolutè apud Hebræos accipitur צוה [tsiuuah] id est præcipere pro Mandatis instruere, vt Num. 27. 19. & Ierem. 34. 22. ad verbum, *Quum mandasset*. Sed hoc verbum non puto Latinis absolutè vsurpari. ¶ *Apostolis quos per Spiritum sanctum*, τοῖς Ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου. Vulgata, *Apostolis per Spiritum sanctum*. Erasmus, *Apostolis impertitus in hoc ipsum Spiritum sanctum*. Locus hic obscurus est propterea quòd hæc verba διὰ Πνεύματος ἁγίου, vel cum præcedentibus, vel cum subsequentibus coniungi possunt. Si ad præcedentia referantur, nempe ad participium ἐντειλάμενος, ita significabitur quod Apostoli Christo mandante docuerunt, non humana sed diuina auctoritate niti. Alij de eo Spiritus sancti dono intelligunt quod refert Ioannes cap. 20. 22. quam posteriorem expositionem sequutus Erasmus, paulo fusius hunc locum explicuit. Sed prætorquam quòd hæc interpretatio à Græcis nimium procul recedit, etiam vim facit particulæ διά, quum potius dicendum fuerit ἅμα τῷ Πνεύματι, vt intelligeremus vnà cum mandatis etiam Spiritum sanctum fuisse datum Apostolis. Præterea quum priore illa Spiritus inspiratione, cuius mentionem facit Ioannes, aspersi potius quàm imbuti fuerint Apostoli, ideóque nouum alium Spiritus Baptismum iussi sint expectare: mallem quidem ego, si ad Spiritus sancti missionem hæc placeat referre, vti participio futuro *Impertiturus*, quàm præterito *Impertitus*. Alij post Ἀποστόλοις distinctionem adscribunt, & ita scriptum hunc locum inuenimus in vetustis duobus codicibus, vt hæc verba, διὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου cum sequente verbo ἐξελέξατο per traiectionem connectantur, sitque hæc sententia, Data esse à Christo mandata Apostolis quos per Spiritum sanctum delegerat, quæ distinctio Syri quoque & Arabis interpretum auctoritate confirmatur, sic etiam vocum serie ordinantium, vt nulla sit traiectio, vt qui totum hunc versiculum sic disposuerint, ἄχρι ἧς ἡμέρας ἀνελήφθη (vt etiam legitur in meo vetustissimo codice, & in Arabica interpretatione) ἐντειλάμενος τοῖς Ἀποστόλοις οὓς ἐξελέξατο διὰ Πνεύματος ἁγίου, id est, *Ad eum vsque diem quo sursum receptus est, quum mandata dedisset, Apostolis quos delegerat per Spiritum sanctum*. Est autem planissima hæc sententia. Quòd si etiam libeat receptam istarum vocum collocationem seruare, huiusmodi traiectionum exempla passim occurrunt, vt Ioh. 8. 25. & 15. 10. & Rom. 8. 3.

Notum est autem opera Trinitatis extrinseca quæ vocant, communia esse tribus personis, ac proinde vocationem interdum Patri à quo Christus ipse dicitur missus: interdũ Christo: vt Ioan. 20. 21. Ephes. 4. 11. Gal. 1. 1. interdum Spiritui sancto tribui, vt infrà 12. 2. & 20. 28. 11. Itaque hãc interpretationem meritò cæteris prætuli. Idcirco enim totum hoc proœmium & quasi ἀνακεφαλαίωσιν contexit, vt intelligant lectores quanti fieri debeat hæc historia, eorum gesta complectens qui à Spiritu sancto munus hæc agendi acceperint, & quos ipse Filius Dei selegerit. Eodem dicendi genere vtitur Apostolus Galat. 1. 1. vbi testatur se Apostolum esse οὐ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. ¶ *Sursum receptus est*, ἀνελήφθη. Vulg. *Assumptus*. Sed Assumi dicitur qui in consortium adiungitur, quod Græci dicunt παραλαβεῖν vel προσλαμβάνειν: vt rectè obseruat Erasmus, qui quidem idcirco addidit particulam *Sursum*. Idem tamen in Annotationibus & infrà vertit *Receptus est*, nimirum in cælum vnde venerat, quasi videlicet ἀνὰ repetitionem declaret. At ego potius putarim ἀνὰ idem declarare quod ἄνω, vt ἀναλαμβάνεσθαι significet sursum (id est in cælum) recipi. Non desunt qui subtiliorem interpretationem afferant, quasi significetur Pater tum demum agnouisse & asciuisse Filium: vnde ἀνάληψις τῶν παίδων, quam iurisconsulti vocant liberorum agnitionem. Sed hoc est alienum.

Ideò Christus statim à resurrectione non ascendit in cælum, vt suæ resurrectionis plenam fidem faceret, & Apostolos in doctrina quam audierant præsens confirmaret.

3 Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

3 Quibus etiam sese, postquàm passus fuit, exhibuit viuũ cum multis certissimis signis, per dies quadraginta conspectus ab eis, & dicens quæ ad regnum illud Dei *spectant*.

3 *Quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.*

Luc. 24. 49
Ioh. 14. 25

4 Καὶ συναλιζόμενος μετ' αὐτῶν παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου.

4 Et cum illis conueniens, denuntiauit eis ne abscederent Hierosolymis, sed vt expectarẽt promissionẽ Patris, quam, *inquit*, audistis ex me.

4 *Et conuescens præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem Patris, Quàm audistis (inquit) per os meum.*

Matt. 3. 11
mar. 1. 8
luc. 3. 16
Ioha. 1. 26

5 Ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας.

5 Nam ‖ Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ‖ Spiritu sancto istis non multis post diebus.

5 *Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.*

Infr. 2. & 11. 16. & 19. 4

6 Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ;

6 Quũ igitur ipsi conuenissent, interrogarunt eum dicentes, Domine, An hoc ipso tempore restitues regnum Israel?

6 *Igitur qui conuenerant, interrogabant eum dicentes, Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?*

Prius certandum quàm triumphandũ, nec curiosè inuestiganda quæ Deus non patefecit.

7 Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς, Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.

7 Dixit autem ad illos, Non est vestrum nosse tempora siue opportunitates quas Pater in sua ipsius auctoritate statuit.

7 *Dixit autem eis, Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate.*

Infr. 2. 1

8 Ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

8 ‖ Sed recipietis virtutem Spiritus sancti, postquam superuenerit in vos, eritisque mihi testes & Hierosolymis, & in tota Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimas terras.

8 *Sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ:*

Luc. 24. 51
Christus promissa plena Spiritus sancti virtute, qua corpore absẽs Ecclesiam suã regat, corpus suum à nobis sursum in cœlestia tabernacula sustulit, ibidẽ, testibus Angelis, ad extremum vsque diem æterni iudicij permansurum.

9 Καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

9 ‖ Et quum hæc dixisset, aspicientibus ipsis eleuatus est: & nubes susceptum eum abstulit ab oculis eorum.

9 *Et quum hæc dixisset, videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum.*

10 Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν,

10 Et quum essent intentis in

10 *Quúmque intuerentur*

3 *Postquam passus fuit*, μετὰ τὸ παθεῖν αὐτόν. Vulgata, *Post passionem suam*. μετὰ τὸ παθεῖν αὐτόν Erasm. autem maluit per periphrasin interpretari, *Posteaquam supplicio fuisset affectus*. Nam Pati à Latinis pro Affici supplicio, vix vsurpatur absolutè: imò verò ne à Græcis quidem τὸ πάσχειν, vt opinor. Sed hoc sanè nobis vsurpare liceat, cui tanto iam tempore Christianorum aures assuéuerunt. ¶ *Cum multis certissimis signis*, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις. Hæc verba nonnulli distinctione sublata, cum sequenti participio ὀπτανόμενος connectunt. Nos verò plerosque codices sequuti, superioribus adiunximus. Vulg. ad verbum, *In multis argumentis*. Sed (vt rectè notat Eras.) *In multis*, Hebraico more dictum est, pro *Per multa*: quas quidem particulas quum vererer ne typographi per incuriam coniungerẽt, sexto casu vti malui. Erasmus de suo addidit particulam Idque, id est καὶ τοῦτο, nimirum propter participium ζῶντα longius positum. Vertit enim, *Idque compluribus argumentis*. At ego malui verborũ constructionem in Latino sermone, perspicuitatis gratia, immutare, non hoc tantùm loco, sed etiam superiore versiculo, nulla (vt arbitror) sensus iniuria. Cæterùm vt nostræ interpretationis rationem afferamus, τεκμήρια Græci (sicut ex Aristotele testatur Quintilianus lib. 5. cap. 9) indubitata & necessaria signa vocãt. sicut hæ actiones Loqui Ambulare, Edere, Bibere, τεκμήρια sunt vitæ. Item sese conspiciendum & manibus contrectandum præbere, τεκμήρια veri & naturalis corporis. Item pedum manuum & lateris vulnera exhibita, τεκμήρια sunt illud ipsum corpus resurrexisse quod crucifixum & lancea confossum fuerat. Item sanguis & aqua ex confosso latere promanans, certissimum vulneratorum præcordiorum & mortis τεκμήριον. Illa sunt igitur quibus affirmat Lucas Christum suæ resurrectionis fidem fecisse, quæ superiore libro copiosius narrauit. Quidam probationes interpretantur: rectè id quidem, sed tamen hoc vocabulum mihi visum est latiùs patẽre. Vulg. & Eras. verterunt *Argumenta*, non satis propriè, vt ostendit idẽ Quintilianus: cuius auctoritatem sequuti, exposuimus per periphrasin quod vno verbo satis commodè dici non posse videbatur. ¶ *Et dicens quæ ad regnũ illud Dei [spectant,]* καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Vulg. & Eras. *Et loquens de regno Dei*: id est, καὶ λαλῶν περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. vt habent etiam Syrus & Arabs interpretes. Prætermiserũt igitur articulum, & Hellenismum non expresserunt: cuius ea vis esse videtur vt intelligamus Christum discipulis suis vniuersam doctrinam Euangelicam copiosè ac luculenter exposuisse.

4 *Cũ illis conueniens*, συναλιζόμενος μετ' αὐτῶν. Hoc est quod commodè dixeris Gallicè *s'assemblant auec eux*. Etsi enim illud μετ' αὐτῶν, *Cum eis*, possit inclusum videri in particula σὺν, tamen quum in veteribus interpretationibus Syra, Arabica & Latina exprimatur, vt & in illo meo vetustissimo codice, restituendum id putaui. Verbum autem συναλίζεσθαι ab actiuo συναλίζειν deductum idem valere atque συναθροίζεσθαι, & quidẽ passiuè acceptum, ex perpetuo Græcorũ scriptorum vsu satis omnibus Græcæ linguæ peritis constare arbitror: & ex eo quoque liquere potest quòd nullũ casum habeat adiunctum, vt significatione media nullo modo accipi queat. Rectè igitur illud neutro absoluto cõuersum est, cui alterum neutro passiuum Latinè vix ac ne vix quidem opponi possit: & plana est sententia. Christus enim postquam quadraginta totos dies Apostolis in Galilæa dispersis, nec facilè absque expresso mandato in vrbẽ, Christi sanguine adhuc madentem, reuersuris, subinde occurrens fidem suæ resurrectionis fecisset, illos volens habere suæ ascensionis testes, idque reipsa præstare quod per Prophetas prædictum fuerat, inchoandum videlicet exhibiti Messiæ præconium ab Hierosolymis, illos ibidem coactos hac, quam nunc recitat Lucas, extrema concione dignatus est. Vulg. *Conuescens*, pro quo nonnulli scribendum censuerunt *Conuersans*, sed perperam. Nam & Syrus interpres, & Arabs, τὸ συναλίζεσθαι putarunt idem valere atque συνεσθίειν, id est vnà cibum capere, quod Christum à resurrectione semel atque iterum fecisse Lucas & Ioannes testantur, quoniam ἅλες, id est Salis, nomine Græci mutuum quoque conuictum interdum significant. Sed non puto apud vllum scriptorem extare huius significationis verbi συναλίζειν exemplum, vtpote quod non ab ἅλες sed ab ἀολλὴς deducatur, quod aggregatum cœtum apud idoneos scriptores & præsertim Herodotum significat. Erasm. *Conuersans*, nõ satis rectè. Nec enim hac periodo declaratur quid egerit Christus, vt fidem suæ resurrectionis faceret quadraginta illis diebus, sed quid egerit cum Apostolis, quum iam iã esset, fide resurrectionis suæ abundè facta, in cælum ascensurus. Quidam legunt συναυλιζόμενος, quod declarat eodem vti hospitio, siue contubernalem esse, ac proinde eadem ratione atque prius illud refellitur, nisi accipi vellemus pro, Sub vnum veluti tectum conuenire, quæ significatio nostram interpretationem confirmat. Augustinus aduersus Felicem Manichæum, hunc locum citans, vertit *Conuersatus*. ¶ *Quam [inquit] audistis à me*, ἣν ἠκούσατέ μου. Mutatur oratio ex obliqua in rectam: quod frequenter apud hunc scriptorem occurrit, vt supr. 5. 4. & 2 5. & infr. 15. 5. Itaque addidi verbum *Inquit*, ad transitionem declarandam. Expressi præterea præpositionem Ex, id est παρὰ, quæ apud Græcos interdum sic vsurpatur vt exprimitur apud Plat. in epistolis, ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ interdum subauditur, vt hoc loco. Nonnulli interpretantur, De quo (videlicet promisso) id est, περὶ ἧς audiuistis. Vulg. *Quod (inquit) audiuistis ex ore meo*, ἣν φησὶν, ἠκούσατε ἐκ τοῦ στόματός μου, vt habet etiam meus ille vetustissimus codex.

5 *Nam*, ὅτι. Vulg. *Quia*. Eras. *Quoniam*. Ego aliter malui vt melius appareret nouam esse periodum. Quòd igitur nonnulli hæc connectunt cum superioribus, quasi ὅτι non ἀποδεικτικῶς, sed αἰτιολογικῶς accipiatur, id præterquam quòd duriusculum est, etiam videtur non rectè affirmari. Nam sæpe quidem Christus illis promiserat aduentũ Paracleti: sed istam baptismi aquæ comparationem cum ista Spiritus sancti, & extraordinariorum donorum effusione, de qua hîc agitur, discipuli non ab alio audiuerunt quàm ab ipso Ioanne, cuius verba Christus ipsis in memoriam reuocat, vt eius prophetiæ euentum eò certius expectent.

¶ *Spiritu sancto*, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Præpositio ἐν rectè est omissa. Nam siquis conuerterit *Per Spiritum sanctum*, ita perinde accipi possent acsi Spiritus sancti persona Ioanni opponeretur, quasi diceret Christus, Ioannes quidem vos baptizauit, sed Spiritus sanctus vos baptizabit. Hic autem est antithesis duplex, ni fallor, vna Ioannis cum Christo vel Deo Patre: (nam post βαπτισθήσεσθε, id est baptizabimini, omnino necesse est vt subaudias ὑπ' ἐμοῦ, *à me*, vel ὑπὸ τοῦ πατρὸς, id est, *à Patre*, vel ὑπ' ἐμοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ πατρὸς, *à me & à Patre*, quum ab vtroque emanet Spiritus sanctus) altera est aquæ à Ioanne effusæ, & Spiritus sancti Apostolis mittendi: quæ Spiritus Sancti missio & effusio hîc translatitiè vocatur Baptismus, vt antithesis melius intelligatur. ¶ *Istis non multis post diebus*, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Vulg. *Non post multos hos dies*. Sed traiectio est constructionis. Dicendum enim erat potius μετ' οὐ πολλὰς ταύτας ἡμέρας: sicut ferè Græci loqui solent.

6 *Quum igitur illi conuenissent*, οἱ μὲν οὖν συνελθόντες. Vulg. *Igitur qui conuenerant*. Sed existimo potius οἱ μὲν οὖν positum pro αὐτοὶ vel οὗτοι μὲν οὖν. ¶ *An*, εἰ. Vulg. ad verbum, *Si*. Vide Mat. 12. 10. ¶ *Restitues*, ἀποκαθιστάνεις. Eras. *Restituis*. Sed apparet enallagen esse præsentis pro futuro: quia nimirum de eo quærunt Apostoli quod paulo pòst futurum arbitrabantur. Idem dicendi genus reperies suprà Luc. 24. 49. nempe ἀποστέλλω pro ἀποστελῶ.

7 *Siue opportunitates*, ἢ καιρούς. Vulgata, *Vel momenta*: quæ interpretatio non satis conuenit. Significat enim Momentum particulam aliquam temporis, etiamsi non fuerit opportuna. Erasmus per periphrasin, *Articulos temporum*. Significat enim χρόνος spatium temporis in genere, καιρὸς autem opportunitatem rei gerendæ, quam Terentius articulum vocat. Malui tamen, vt perspicuitati studerem, opportunitates vertere. Sed hoc annotandum est, opportunitates hîc considerari quatenus à Dei decreto pendent: ideóque non significare simpliciter tempus agendis rebus opportunum vt ex rerum ipsarum natura, & pro suæ prudentiæ modulo iudicant huius seculi Sapientes, sed tempus agendis rebus à Deo constitutum: quanquam sæpissimè cõtra humanæ sapientiæ captum. ¶ *Sua ipsius*, ἰδίᾳ. Sic rectè conuertit Erasmus, vt amphiboliam vitaret, perinde acsi scriptum esset τῇ ἑαυτοῦ.

8 *Virtutem Spiritus sancti, postquam superuenerit in vos*, δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. Vel, *Virtutem postquam superuenerit in vos Spiritus sanctus*. Possunt enim hæc vel cum δύναμιν coniungi, vel vt absolutè posita conuerti: sed illud malo. Erasmus contrà vt absolutè posita interpretatur. in quo tamen hoc reprehendo quòd pro ἐπελθόντος vertit, *Quum aduenerit*, id est προσελθόντος, quum ἐπὶ præpositio hoc quidem loco idem valeat quod Ex superiore loco vt significetur eam virtutem cælitus in Apostolos illapsuram: quod etiam posteà ostenderunt igneæ illæ linguæ singulorum verticibus insidentes. Rectius ergo Vetus interpres videri poterat conuertisse ἐπελθόντος, superuenientis, nisi temporis rationem neglexisset: quam vt obseruaremus, coacti sumus verborum collocationem mutare. Castellio interpretatus est, *Qui inuadet*, non modò neglecto tempore, sed etiam impropriè: quum neque verbi illius Græci vim expresserit, neque inuadere dicatur qui iuuãdi causa accedit. Locus autem hic insignis est etiam illius Montani scelere, qui Tertullianum quoquẽ fascinauit, in sese demum suáque Philumena post Apostolos hoc impletum dictitans, eadem impudentia qua Antichristus hodie aliíque Enthusiastæ suũ illud ἄγραφον Euangeliũ, quod etiã ab ipsis quotidie augetur, Ecclesiæ obtrudunt. ¶ *Eritis*, ἔσεσθε. Scitè admodum Theophylactus hîc obseruat, hoc verbo non tantum prædici, sed etiam præcipi quod futurũ erat. ¶ *Vsque ad vltimas terras*, ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Vulgata ad verbum, *Vsque ad vltimum terræ*. Eras. *Vsque ad extrema terræ*. Vide Matt. 5. 26.

9 *Et quum hæc dixisset*, καὶ ταῦτα εἰπών. Sic rectè Vetus interpres. Erasmus autẽ, *Atque hæc loquutus*, καὶ ταῦτα λαλήσας. ¶ *Aspicientibus ipsis*, βλεπόντων αὐτῶν. Vulgata, *Videntibus illis*, id est ὁρώντων ἐκείνων. dilutè, quum τὸ βλέπειν sit expressius quàm τὸ ὁρᾶν, & mox vtatur Lucas vers. 10. verbo ἀτενίζειν, quod est etiam isto significantius, vt oculatissimos istos fuisse testes nouerimus. Erasmus, *Videntibus ijsdem*, id est τῶν αὐτῶν ὁρώντων. Vide Matth. 5. 28. ¶ *Eleuatus est*, ἐπήρθη. Sic vtitur hoc vocabulo Plautus, *Capedum*, inquit, *hunc lapidem, & eleua*. Dicere tamen solemus pro ἐπαίρειν, attollere, nisi quum participiis passiuis opus est. Erasmus per periphrasin, *In altum sublatus est*. ¶ *Susceptum abstulit*, ὑπέλαβεν. Vel, vt Erasm. vertit, *Subduxit*. Mihi tamen illud magis placuit, quia certum est Hebræorum more, ex antecedente significari consequens, vt παραλαμβάνειν accipitur pro acceptum transferre. Matth. 4. 5. imò etiam Græcos video interdum exponere ὑπολαμβάνειν per ὑφαρπάζειν. Vetus interpres, *Suscepit*: quæ est propria huius verbi significatio.

10 *Et quum essent intentis in cælum oculis*, καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανόν. Possunt quidem hæc verba εἰς τὸν οὐρανὸν etiam cum participio πορευομένου coniungi: sed ex oratione Angelorum apparet potius esse cum superioribus connectenda, sicut post Erasmum fecimus. Quod autem attinet ad particulam ὡς, vide Matth. 28. 9. Cæterùm Vulg. ἀτενίζειν vertit *Intueri*, id est, ἐμβλέπειν, pro quo Eras. hoc quidem loco, *defixis oculis esse*, quum Intuendi verbum aliquoties retinuerit, vt infrà, 3. 12. & 6. 15. Certè ἀτενίζειν aliquid amplius declarat quàm ἐμβλέπειν, composito

verbo ab α particula ἐπιτάσεως, & τείνω, id est tendo: quam ob causam Erasmus, modò defixis, modò immotis, modò intentis oculis esse, interpretatur. Nos illud delegimus quod visum est ad Græci verbi etymologiam proximè accedere. Vtuntur quidem Angeli proximo versiculo verbo ἐμβλέποντες, de eadem re agentes, sed addito altero verbo ἑστήκατε, vt sit quædam velut periphrasis τοῦ ἀτενίζειν.

πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ·

11 Οἳ καὶ εἶπον, Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν.

12 Τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἱερουσαλὴμ, σαββάτου ἔχον ὁδόν.

13 Καὶ ὅτε εἰσῆλθον, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερ-

cælum oculis, eo proficiscente, ecce, viri duo astiterunt illis albo vestitu:

11 Qui & dixerũt, Viri Galilæi, quid statis intuentes in cælum? hic Iesus qui sursum receptus est *discedens* à vobis in cælum, ita veniet quemadmodum spectastis eum proficiscentem in cælum.

12 Tũc reuersi sunt Hierosolymam à monte qui vocatur Olieti, qui est propè Hierosolymam distans itinere Sabbati.

13 Et quum introissent, ascen-

in cælum euntem illum, ecce, duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis:

11 *Qui & dixerunt, viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.*

12 *Tunc reuersi sunt Ierosolymam a monte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem, Sabbati habens iter.*

13 *Et quum introissent*

Ecclesiastici conuentus ad audiendum verbum & communes preces concipiendas, autoribus Apostolis in domo priuata primùm instituti & celebrati.

¶ *Et proficiscente*, πορευομένου αὐτοῦ. Vulgata, *Euntem illum*: quasi hęc referantur ad participium ἀτενίζοντες, quod non patitur ratio constructionis.

¶ *Ecce*, καὶ ἰδού. Hebraismus, de quo vide Matthæi 28.9.

¶ *Albo vestitu*, ἐν ἐσθῆτι λευκῇ. Vulg. *In vestibus albis*. de quo dicendi genere diximus Matth. 11.21. & 25.31. Huius autem exemplum etiam proferre possumus ex Herodoto in Euterpe. Sic enim scribit, de Neco Ægyptiorũ rege disserens, Ἐν τῇ δὲ ἐσθῆτι ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι, id est ad verbum, *Eam autem vestem in qua res istas gesserat, Apollini consecrauit*. Eras. *Amicti vestibus albis*, sensu optimè expresso. Nostra tamen interpretatio (ni fallor) & Latina est, & à Græcis propius abest.

11 *Discedens à vobis*, ἀφ' ὑμῶν. ideo illud participium addidi, nequis ineptus hæc perinde accipiat quasi scriptum sit ὑφ' ὑμῶν. ¶ *Spectastis*, ἐθεάσασθε. Vulgata & Erasmus, *Vidistis*. Vide Matt. 6.1. Cæterùm pro οὕτως, id est ita, in tribus vetustis codicibus scribitur, οὗτος, *iste*, per epanalepsin, quæ quidem lectio magnam habet emphasin: & omnem cauillandi occasionem iis præcidit qui vt sui illius Iouis Elicij corporalem præsentiam aduersus apertum hoc Angelorum testimonium tueantur, hærent in ista particula οὕτως. Quotidie enim, (aiunt) imò verò singulis momentis descendit, sed aliter quàm ascenderit, inuisibiliter videlicet καὶ ἀοράτως. egregium certè cauillum. At nos fide in cælum ascendamus, vt Christum illic re vera amplectamur potius quàm illum è cælo ante summum diem deducamus, & in terrestribus elementis hæreamus.

12 *Distans itinere Sabbati*, σαββάτου ἔχον ὁδόν. Id est, ἀπέχον vt vsurpatur hoc verbum Luc. 24.13. Vulg. *Sabbati habens iter*. Syrus interpres pro *itinere Sabbati* habet *Septem stadys*, Et Latini quidem interpretes volunt iter Sabbati fuisse duorum miliarium: omnes autem Hebræi, quibus hac in re potius credendum est, bis mille cubitorum: vt prolatis ex Thalmude locis Tremellius noster ostendit, sic ista cõcilians vt passum velit esse duplicem, vnum minorem qui & cubitus dicatur, alterum verò duplo maiorem, ac proinde duo miliaria Thalmudistarum de minoribus passibus siue de cubitis intellecta, efficere vnum miliare maiorum passuum, cui septem stadia tribuantur. Sed præterquam quòd nullius idonei scriptoris auctoritate probari distinctio ista cubitorum potest, ne sic quidem calculus conueniet. Cõstat enim miliari, id est mille passibus, tribui stadia octo, quæ pedes Græcos efficiunt quater mille octingẽtos, Latinos verò quinquies mille, quum pes Græcus Romanũ semuncia, id est vicesima quarta parte superet, ac proinde stadio tribuantur, omnium eruditorum confessione, Gręci pedes sexcenti, siue passus centum, Latini verò sexcenti viginti quinque, siue passus centeni viceni quini. Sed hoc excusari posset supputatione non facta ἐν ἀκριβείᾳ: quamobrem etiam addita fuerit particula *Fere*. Verùm aliunde oritur magna & penè inexplicabilis difficultas, non in ipsa historię fide sed in numerorum notis. Ait enim Luc. 24.50. hanc ipsam ascensionis historiam recitans, ductos fuisse discipulos à Christo ἕως εἰς Βηθανίαν, id est, non *Bethaniam versus* (ne quis hîc fallatur) sed in *Bethaniam vsque*, vnde in cælum ascenderit. Ergo qui hîc dicitur mons Oliueti, dicitur à Luca Bethania, in eo videlicet mõte sita. Atqui Ioan. 11.18. Bethania dicitur ab vrbe abfuisse stadiis quindecim. Quinam igitur septem stadia Lucas, Ioannes autem 15. stadia vnius loci ab vrbe Hierosolyma distantiæ tribuente? Sed & Iosephus lib Antiq. 20. c. 16. hunc ipsum montem similiter prorsus describens atque Marcus cap. 13.3. quinque tantùm stadiis ab vrbe dissitum fuisse testatur, supputatione prorsus congruente cum Thalmudistarum sententia, qui non duo miliaria, sed duo cubitorum millia, tradunt iter fuisse Sabbati ea ratione, si Origeni credimus quem Theophyl. testem citat, quòd olim tot cubitis tabernaculum in deserto à castris Israëlitarum distaret, quòd spatiũ singulis Sabbatis emetiri consueuissent ad sacrum cœtum conuenientes, ex more quem etiã postea in ipsa Cananitide, post reditum quoque ex captiuitate, Iudęos obseruasse, tum ex historia Euangelica, tum ex Act. 15.21. atque adeò ex 2. Reg. 4.25. liquet. Quum enim cubitus sit sesquipes, stadium verò pedum, vti diximus, sexcentorum, quinque stadia calculo exacto, duo millia cubitorum efficiunt: & qui sunt in illis regionibus nostris temporibus peregrinati, montem Oliueti testantur vix quingentis ab vrbe passibus interfluente Cedronis torrente, distare. Hunc autem nodum sic commodè expediri posse existimo, vt mons quidem Olieti in genere consideratus quinque ab vrbe stadiis, vt ait Iosephus, siue itinere Sabbati vt hîc scribit Lucas, inceperit. Syrus verò interpres non ipsius montis initium, à quo tamen ipsius ab vrbe distantia propriè sumitur, sed eum in monte locũ designatum sic voluerit, quò progressus Christus in cælum ascenderit, qui locus etiamnum hodie, seu verè, seu ex vetusta traditione, monstratur. Quod autem Lucas sic istam historiam describit altero libro, cap. 24.50. vt ex Bethania Christum dicat in cælos ascendisse, Bethania verò Ioan 11.18. dicitur quindecim ab vrbe stadiis abfuisse, sic commodè conciliatur, vt Bethaniam dicamus totum aliquem huius montis tractũ fuisse, non autem certum aliquem vicum. Ioannem autem constat, de Lazari domo agere, quæ sic in illo tractu duplo spatio vltra hunc locum sita fuerit, vnde Christus in cælum ascenderit. Bethaniam verò non fuisse certum quempiam vicum, potest aliquo modo liquere ex eo quòd Ioan. 11.1. quum dixisset Euangelista Lazarum fuisse Bethaniensem, addit ἐκ κώμης, ex vico Mariæ & Marthæ, quasi hunc vicum ab aliis in eodem Bethaniæ tractu sitis distinguens. Sed multò magis istud inde constat, quòd historia ipsa ostendit, Christum non ex aliquo loco vbi incolas multos siue alios testes suæ ascensionis haberet in cælum ascendere voluisse, sed solos discipulos in aliquam montis Olieti partem asciuisse, istius à nobis, quod ad humanam naturam attinet, ad vltimum vsque diem, demigrationis testes futuros.

13 *Et quum introissent*, καὶ ὅτε εἰσῆλθον. Domum ingressi sunt quam sibi Ecclesia eo tempore ad commune cogendum cœtum delegerat, quæcunque tandem ea fuerit. nam ista scrutari curiosorum est hominum. Quòd autẽ Nicephorus ineptus & ridiculus Ecclesiasticæ historiæ scriptor ex Euodio quodam prodidit, hanc videlicet fuisse domum Ioannis Euangelistæ, Zebedæi filij, in qua etiam postre-

mum

mum Pascha egerit Dominus, id ne verisimile quidem est. Quòd si diuinandum hîc esset, existimarem potius domũ fuisse Mariæ, matris Ioannis cognomento Marci, cuius fit mentio infrà, 12.12.

ῷον οὗ ἦσαν καταμένοντες ὅ, τε Πέτρος καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἀνδρέας, Φίλιππος καὶ Θωμᾶς, Βαρθολομαῖος καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου, καὶ Σίμων ὁ Ζηλωτὴς, καὶ Ἰούδας Ἰακώβου.

14 Οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει, σὺν γυναιξὶ, καὶ Μαριὰμ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ.

15 Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν εἶπεν, (ἦν δὲ ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσιν)

16 Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύτην ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβὶδ, περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν.

17 Ὅτι κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης.

18 Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ

derũt in cœnaculum vbi commorabantur & Petrus & Iacobus, & Ioannes, & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus *filius* Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi *frater*.

14 Hi omnes perdurabant concorditer *in* precibus & supplicationibus cum vxoribus & Maria matre Iesu, & cum ipsius fratribus.

15 Et pe[illegible]os dies quum assurrexisse[illegible] in medio discipulorum, [illegible], (erat autem turba capitum eôdem *loci* quasi centum viginti)

16 Viri fratres, oportuit impleri Scripturam hanc, ‖ quam prædixit Spiritus sãctus per os Dauidis, de Iuda, qui fuit viæ dux iis qui cõprehenderunt Iesum.

17 Annumerabatur enim nobiscum, & sortitus erat sortem ministerij huius.

18 Is igitur acquisiuit agrum

in cœnaculum, ascenderunt vbi manebant Petrus & Ioannes, & Iacobus, & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simõ Zelotes & Iudas Iacobi.

14 *Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius.*

15 *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit, (erat autem turba nominum simul fere centum viginti)*

16 *Viri fratres, oportet impleri Scripturam quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum:*

17 *Qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius.*

18 *Et hic quidem possedit*

Petrus vel ex arcana Spiritus reuelatione, vel expresso Ecclesiæ iudicio, Apostolici collegij antistes & interpres.

Psal. 41.10 ioh. 13.18.

Occurrit Petrus Iudæ proditoris offendiculo, quòd quæcunque ei acciderunt, à Deo fuerint prædicta.

¶ *In cœnaculum*, εἰς τὸ ὑπερῷον: id est, in superiorem domus partem, vt explicant Varro & Vitruuius lib. 2. Erat enim ea pars à frequentia & conspectu hominum remotior. Itaque apud Homerum mulieres ἐν ὑπερῴῳ collocantur, sic vocato (vt ait Eustathius) à præpositione ὑπέρ, & ᾤον, quod Spartanorum lingua declarat οἴκημα, id est domicilium siue habitationem. ¶ *Iudas Iacobi* [*frater*.] Ἰούδας Ἰακώβου. Hic quoque ob eandem causam Fratris nomen adscribendum putauimus: quod quidem addi constat vt distinguatur fidelis Apostolus ab altero illo Iuda proditore. Sed & apparet ex Epistolæ ipsius inscriptione, ita fuisse vulgò vocitatum, etiam post proditoris illiũs mortem, quum alioqui idem & Thaddęus & Lebbæus diceretur: sicut apparet ex Matt. 10.3. & Mar. 3.18. Syrus interpres Iudam vocat בר [*bar*] id est non fratrem sed filium Iacobi, communi fortassis patri & alteri filiorum nomine.

14 *Perdurabant*, προσκαρτεροῦντες. Vel, vt Vulgata, *Perseuerantes*. Illud tamen mihi videtur vocabulum Græcum melius exprimere. Significat enim καρτερεῖν, fortiter & inuicta quadã animi duritia & firmitate in aliqua re facienda vel sustinenda pergere. De hoc eodem vocabulo diximus Mar. 3.9. ¶ [*In*] *precibus*, τῇ προσευχῇ. Præpositionem addidimus vt Latinæ constructioni seruiremus. Cæterùm quòd Erasmus vertit, *In deprecatione*, potius conuenit illi quod proximè sequitur: deprecamur enim mala: προσευχὴ autem (vt ipsa nominis notatio ostendit) illud precum genus est quo bona petimus, ideóque in Græcis scholiis, 1. Tim. 2. definitur αἴτησις ἀγαθῶν. quæ propria huius vocabuli significatio vt non vbique locum habeat, hîc tamen videtur fuisse obseruanda. Significat enim Lucas (ni fallor) Apostolos his precibus partim Spiritum sanctum sibi promissum, partim liberationem à præsentibus periculis quibus circundabantur, à Domino assiduè flagitasse.

¶ *Et supplicationibus*, καὶ τῇ δεήσει. Vulgata totum hoc membrum non legit. Erasm. *Et obsecratione*. Cur supplicationem interpretari malimus, paulo antè dictum est à nobis. Nam certè videtur verbum δέομαι περὶ τὸ δέος; id est à timore, ortum. Itaque δέησιν eadem illa Græca scholia definiunt ἱκετηρίαν ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς λυπηρῶν προσφερομένην, id est supplicationem [illegible] oblatam, vt ab iis liberemur quæ nobis sunt molesta.

¶ *Cum vxoribus* σὺν γυναιξί. Vel, vt Vulgata, *Cum mulieribus*. Sed illa interpretatio ipsi etiam Erasmo in [illegible] displicet est tamen aliquanto conuenientior. Nam (sicut rectè ab aliis est obseruatum) conueniebat Apostolorum etiam vxores confirmari, quas vel peregrinationis illorum comites esse oportebat, vel eorum absentiam domi patiẽter expectare. Vetustissimus autem meus codex addit etiã καὶ τέκνοις, *& liberis*. Maria verò nominatim recensetur, κατ' ἐξοχήν: vt Petrus Marc. 16.7. Sic Virg. *Troas relliquias Danaum, atque immitis Achilli*. ¶ *Cum ipsius fratribus*, σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Id est, Cum ipsius Iesu cognatis. Nam relatiuũ αὐτοῦ apud Græcos minimè est ambiguum. Fratres autem isti sunt nimirum alterius Mariæ filij quatuor, nempe Iacobus & Ioses, Simon & Iudas, de quibus Matthæi 13.55. & Mar. 15.40: nisi Iacobum placeat vnum fuisse ex vndecim, eum nimirum qui Minor & Alphęi filius dicitur: à quo tamen non desunt qui Iacobum fratrem Domini distinguãt. Quod igitur ex Hippolyto refert ineptus ille Nicephorus, istos nimirum fuisse Iosephi filios ex Salome Aggæi Zachariæ fratris filia, & priore ipsius vxore susceptos, ex Euangelistarum auctoritate refelli potest. quãquam de istis non est nobis laborandum.

15 *Discipulorum*, τῶν μαθητῶν Vulg. *Fratrum*, id est ἀδελφῶν: sicut etiam nonnulli impresserunt. ¶ *Capitum*, ὀνομάτων, id est Nominum Solent enim homines (vt rectè explicat Erasmus) nominatim censeri, quum exquiritur eorum numerus. Latini Capita vocant. Sic loquitur etiã Ioan. Apoc. 3.4. & 11.13. ¶ *Eôdem* [*loci*,] ἐπὶ τὸ αὐτό. Ad verbum, *In idem*: quo genere dicendi vtitur Seneca lib. 2. De benef. cap. 29.

16 *Viæ dux*, ὁδηγοῦ. Iudas enim præiuit cæteris, vt testatur Mat. 26.48. Vulg. & Eras. *Dux*, id est ἡγεμών. Addidi igitur appellatiuum Viæ, vt tollatur ambiguitas sermonis, quum præsertim id postulet Græci vocabuli compositio.

17 *Annumerabatur nobiscum*, κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν. In vno ex vetustis codicibus legitur ἐν ἡμῖν: quam lectionem si sequaris, optimè vertes ad verbum, *Numerabatur in nobis*. Nam κατηριθμεῖσθαι loco simplicis hîc ponitur. Vulg. vtitur Connumerandi verbo, quod nusquam legi apud idoneos auctores. Erasmus autem vtens periphrasi minimè necessaria vertit, *Cooptatus erat in numerum nostrum*, id est ἐγκατελέχθη εἰς ἀριθμὸν ἡμῶν.

18 *Is igitur*, οὗτος μὲν οὖν. Vulg. & Eras. *Et is quidem*, i. καὶ οὗτος μὲν, quam lectionem non amplector, quia nulla sequitur antapodosis, & nullius exemplaris auctoritate confirmatur. ¶ *Acquisiuit*, ἐκτήσατο. Ita loquitur Euangelista, spectans videlicet non quid conatus sit Iudas, sed consiliorum ipsius euentum. Iudas igitur auaritia corruptus, agrum sanè sibi acquisiuit ex triginta illis argenteis proditionis suæ præmium, sed multo aliter quàm speraret. Sic Latinè dicitur aliquis sibi malum vel periculum quærere,

habita non consilij & voluntatis, sed euentus ratione, & quispiam [illegible], id est calamitatem accersere, apud Platonem. Vulgata, *Possedit*. quæ interpretatio non conuenit. Eras. *Parauit*, ambiguè. Matt.10.9. & inf.8.20.

Matt.27.5

τὸν μισθοῦ τῆς ἀδικίας, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ.

19 Καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμὰ, τουτέστι χωρίον αἵματος.

Psal.69.26 — Psal.109.8

20 Γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν, Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ· καὶ, Τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος.

21 Δεῖ οὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς,

22 ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν, μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων.

23 Καὶ ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρσαβᾶν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν.

24 Καὶ προσευξάμενοι εἶπον, Σὺ Κύριε καρδιογνῶστα πάντων, ἀνάδειξον ἐκ τούτων τῶν δύο ὃν ἕνα ἐξελέξω

25 λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς, ἐξ ἧς παρέβη Ἰούδας, πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον.

26 Καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν, καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν, καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων.

Κεφάλαιον β.

1 ΚΑΙ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς, ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό.

---

ex mercede iniustitiæ: || & præcipitatus crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius.

19 Innotuitque omnibus habitantibus Hierosolymis: adeò vt vocetur ager ille propria ipsorum lingua, Aceldama, hoc est ager sanguinis.

20 Scriptum est enim in libro Psalmorum, || Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui habitet in ea. Et, || Episcopatum eius accipiat alius.

21 Oportet igitur ex iis viris qui nobiscum conuenerunt toto tempore quo Dominus Iesus versatus est inter nos,

22 Exorsus à Baptismo Ioannis, ad eum vsque diem quo sursum receptus est à nobis, vnum fieri nobiscum testem resurrectionis eius.

23 Statuerunt igitur duos, Ioseph vocatum Barsaban, qui cognominabatur Iustus, & Matthiam.

24 Et orantes dixerunt, Tu Domine, qui corda omnium nosti, ostende vtrum elegeris ex his duobus:

25 Vt accipiat sortem ministerij huius & Apostolatus, à quo aberrauit Iudas, vt abiret in locum suum.

26 Iecerunt igitur sortes eorum, & cecidit sors super Matthiam, qui communibus calculis allectus est cum vndecim Apostolis.

CAP. II.

1 ET quum compleretur dies Pentecostes, erant omnes concorditer eodem *loci*.

---

agri ex mercede iniquitatis: & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius.

19 *Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorum, Haceldama: hoc est ager sanguinis.*

20 *Scriptum est enim in libro Psalmorum, Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et, Episcopatum eius accipiat alter.*

21 *Oportet ergo ex iis viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus,*

22 *Incipiens à Baptismate Ioannis vsque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.*

23 *Et statuerunt duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam.*

24 *Et orantes dixerunt Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum,*

25 *Accipere locum ministerij huius & Apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum.*

26 *Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.*

CAP. II.

1 *ET quum compleretur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco.*

Apostoli nihil deliberant nisi ex verbo Dei: deinde quod totius Ecclesiæ interest, non nisi conscia Ecclesia exequuntur.

Apostolos oportuit immediatè à Deo ordinari, ideóque præeuntibus precibus eligitur Matthias sortitione, quæ instar diuinæ esset.

Apostoli die maximè solenni, vt res esset toti mundo perspecta, vno in loco congregati, vt vnũ omnium illorum munus, eundem Spiritum, eandémque fidem esse constaret, adhibito duplici symbolo cælitus designantur, & excellentissimis quibusque Spiritus sancti donis, ac in primis quidem linguarum extraordinario, & necessario dono vnguntur.

¶ *Præcipitatus*, πρηνὴς γενόμενος. Hoc est nimirũ quod Græci vno verbo dicunt κατακρημνισθῆναι, id est pronum se in caput deiicere. Vulg. & Eras. interpretãtur, *Suspensus*. Vtitur enim disertè Matthæus verbo ἀπήγξατο, quod propriè significat Strangulare, id est constrictà gula necare. Itaque nonnulli hanc periphrasin Petrum adhibuisse existimant, vt habitũ exprimeret hominis laqueo præfocati, quod pluribus etiã verbis Arabs & Syrus interpretes expresserunt. Sed & qui laqueo præfocantur, solent ex editiore loco præcipites deiici. verùm quocunque modo hoc accipias, πρηνὴς γενόμενος præcipitatum declarat, id est (vt Græca scholia explicant) κατὰ πρόσωπον πεσών. Quæ tamen à Græcis ex Papia seu nescio qua traditione de Iuda commemorantur, qui quum seipsum suspendisset, rupto laqueo superuixerit, & præcipitatus, mirũ in modum intumuerit, postremò à præeunte curru fuerit elisus, cæteráque eiusmodi, vt incerta, non moramur.

19 *Propria ipsorum lingua*, τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν. Vetus interpres, *Lingua eorum*. Eras. *Lingua illis vernacula*. Est autem illud ἰδίᾳ diligenter obseruandum. Nam hac quoque in parte proponitur à Petro considerandum Dei iudicium, quod isti agro nomẽ publicè sit impositum, ea lingua quæ vernacula erat ipsis huius sceleris consciis vel auctoribus potius. Et hæc quidem causa est cur Petrus potius dixerit, τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, propria ipsorum lingua: quàm ἡμετέρᾳ διαλέκτῳ id est nostra lingua: quanuis (ni fallor) Galilæi & Hierosolymitani (si quam pronuntiationem peculiarem excipias, & aliqua fortassis idiomata) vna & eadem lingua vterentur. Sic etiã & eadem ratione Christus dixit Ioa.8.17. ἐν νόμῳ τῷ ὑμετέρῳ, *in lege vestra*, potius quàm ἡμετέρῳ, *nostra*.

20 *Episcopatum*, καὶ, Τὴν ἐπισκοπήν. Post καὶ, scribo distinctionem, vt intelligatur aliud testimonium Scripturæ citari. Episcopatum autem vocat munus & functionem, quasi inspectionem dicas. Hebræi פקדה [pekudah] eadem prorsus ratione vocat, vt Num.4.16. Nos vocabulum illud libenter retinuimus, quia de Ecclesiastica & ea quidem Apostolica functione hic agit Petrus, quum alioqui Dauid hæc propriè scripserit in Doëg regiis armẽtis præfectum. Solent autem pastorum, ouium, & gregis vocabula sępissime ad Ecclesiasticam administrationem transferri.

21 *Viris*, ἀνδρῶν. Rectè. Excluduntur enim à ministerij verbi functione mulieres. ¶ *Versatus est inter nos*, εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς. Vulg. ad verbum *Intrauit & exiuit inter nos*. Est autem Hebraismus hic perobscurus, ideóque à nobis minimè expressus ad verbum: quem quidem haud scio an Erasmus sit assequutus quum verteret, *Perpetuam vitæ consuetudinem egit nobiscum*. Nam quæ proximè consequuntur, apertè ostendunt, Petrum de Christi prædicatione agere, & certè hoc genus dicendi declarat functionis publicæ eiúsque laboriosæ administrationem, quum de iis agitur qui publicum munus gerunt, vt ex Deut.31.2. apparet, vbi Moses dicit sese propter senectutem non posse amplius ingredi & egredi, id est muneris sui laboribus satisfacere, quum esset alioqui vegeta ipsius senectus. Itèm ex 2. Par. 1. 10. vbi Solomon prudentiam & intelligentiam petit à Domino, vt possit ingredi & egredi coram populo, id est, non vt cum populo simpliciter versari, sed vt suum officium facere possit. Item 1. Par. 27. 1. Alioqui non nego ad priuatæ etiam vitæ officia hanc parœmiam pertinere, vt Deut. 28.6. & Psal.121.8. & Ioh.10.9.

22 *A nobis* ἀφ' ἡμῶν. Id est, *Ex nostro cœtu*. ¶ *Vnum fieri nobiscum testem resurrectionis eius*, μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων. Eras. *Vt vnus quispiam constituatur qui sit vnà nobiscum testis resurrectionis eius*. Ego malui veteris interpretis simplicitatem sequi, in eo tantùm variata interpretatione, quòd particulam τούτων propter longum hyperbaton, cum antecedente ἀνδρῶν coniunxi, & verborum collocationem, perspicuitatis causa, mutaui.

23 *Statuerunt*, ἔστησαν. Sic etiam legerunt interpretes, Syrus, Arabs, & Latinus. Augustinus autem (apud quem totũ hoc caput valde mendosè citatur lib. contra Felicem, ca. 4. & 5.) interpretatur singulari numero, *Statuit*, periculoso errore. Nihil enim hic priuatim à Petro geritur, quasi excellentiore dignitate prædito, sed publicè & totius collegij suffragiis. Fuit enim inter Apostolos cõuenientes nõ graduum, sed ordinis duntaxat distinctio, vt in aliis Ecclesiasticis cœtibus: donec Episcopatus humanus in Ecclesiam inueheretur, qui mox in Satanicum euasit. ¶ *Ioseph*, Ἰωσήφ. In vno vetere exemplari legimus Ἰωσῆν *Iosen*. Contrà verò infrà, c.4.36 pro Ἰωσῆς, in vno exemplari legimus Ἰωσήφ, & ita vertit Vetus interpres: vt videri possit vtrobique idem designari. Nam etiam in cognomento Barnabæ & Barsabæ paruum est discrimen. ¶ *Iustus*, Ἰοῦστος. Vox ista Latina est, cuiusmodi multa alia in Euangelistis annotauimus. Rectè igitur Erasmus Glossam ordinariam, quã vocant, reprehendit, quæ tanquam Hebræum vocabulum interpretatur.

24 *Orantes*, προσευξάμενοι. Erasm. *Precatione facta*. Ego verò existimo temporis esse enallagen.

¶ *Ostende*

¶ *Ostende*, ἀνάδειξον. Indica & declara. Idem enim valet hoc loco ἀναδεικνύειν quod simplex δεικνύειν. Sed Luc.10.1. accipitur pro constituere & alicui functioni designare, vt à Latinis designari Magistratus dicũtur. ¶ *Vtrum*, ὃν ἕνα. Vulg. ad verbum, *Quem vnum*. Cæterùm non vno modo legitur hic locus. Nam in vno exemplari scriptum reperimus ἀνάδειξον ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα, ὃν ἐξελέξω, id est, *designa ex his duobus vnum*: [*eum* videlicet] *quem elegisti*. In plerisque verò codicibus sic legitur ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα, id est, *ostende vtrum*, (ponitur enim ὃν ἕνα pro πότερον) *ex his duobus elegeris*. Basiliensis autem editio Frobeniana anni 1519 & 1535. posteriorem hanc lectionem aptius, ni fallor, distinguit hoc modo, ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο, ἕνα λαβεῖν. id est, *ostende quem elegeris ex his duobus, vt vnus accipiat, &c.*

25 *Sortem*, κλῆρον. id est, vt sit ipse consors & particeps huius ministerij. Nam quod existimat Erasmus ex Hieronymo, κλῆρον referri hoc loco posse ad hæreditariam successionem, quoniam hîc agitur de successore & quasi hærede Iudæ deligendo, mihi non probatur: quum Petrus paulo antè loquens de ipso Iuda, qui nulli successit, eodem vocabulo vtatur. Idem ergo valet κλῆρος quod μερίς, infrà 8.21. ¶ *Apostolatus*, ἀποστολῆς. Id est legationis, vt vertere maluit Castellio, quem mirum est ipsos etiam Apostolos ex Ecclesia Christi vnà, Latinitatis suæ prætextu non expunxisse sicut eorum doctrinam audacissimè corrupit. ¶ *A quo aberrauit*, ἐξ ἧς παρέβη. Vel, *à quo desciuit*, Vulgata, *De quo præuaricatus est Iudas*. Eras. *Vnde præuaricatus excidit Iudas*. Existimo verò παρέβη positum esse pro παρεξέβη: quũ præsertim ἐξ præpositio casui construct onis postea adiungatur, vt etiam accipitur Exod. 32.8. Dicunt enim promiscuè Græci παρεκβαίνειν & παρεκβάσεις, pro eo quod Latini digressionem vocant & aberrationem. Hanc autem esse germanã huius loci interpretationẽ, ex iis intelligi potest quæ proximè cohærẽt. Est enim cuiusuis vocatio, quasi via & stadium in quo currere nos oportet, si metam volumus contingere. Ab hac igitur via, id est ab Apostolatu, dicitur Iudas digressus: imò verò ea prorsus relicta, in contrarium latus deflexisse, vt in eum tandem locum deueniret quem illi Deus iusto suo iudicio destinarat. Epiph. in Caianos, legit ἀφ' οὗ, ita vt ad κλῆρον referatur, eodem manente sensu. ¶ *Suum*, τὸν ἴδιον. id est sibi destinatum.

26 *Iecerunt sortes*, ἔδωκαν κλήρους: id est Sortiti sunt, coniectis videlicet sortibus, vel in sinum: vt apud Solom. Prouerb.16.33 vel in vasculum aliquod. Nam apud Homerum Iliad.γ, coniiciuntur in galeam: apud Plautum in Casina, in situlam: apud Ciceronem 4. in Verrem oratione, in hydriam: sicut apud Virgilium lib. Æneid.6, in vrnam: adeò variæ fuerunt sortiendi rationes. Cæterùm διδόναι κλήρους hîc ponitur pro τιθέναι κλήρους, sicut loquitur Euripides. Leuit.16,8. vsurpatur verbum נתן [nathan] quod etiam ponere significat: quum tamen Hebræi ferè vtantur verbo הפיל [hippil] vel ירה [iarah,] quæ respondent Græco verbo βάλλειν, quod vsurpatur ab omnibus Euangelistis in Passionis historia. Alioqui κλῆρον διδόναι Græcis aliud declarat, nempe partem suam alicui assignare, sicut ab Homero accipitur Odyss.ξ. Quamobrem, vt homonymiam vitaremus, noluimus ad verbum interpretari *Dederunt sortes*. ¶ *Eorum*, αὐτῶν. Hoc dicendi genus, sicut & illud quod proximè sequitur, ex vulgi consuetudine petitum est. Dicuntur enim sortes esse illorum super quibus fit sortitio, & super eum cadere qui in sortitione euadit superior. ¶ *Communibus calculis allectus est*, συγκατεψηφίσθη. Vulgata, *Annumeratus est*, id est συνηριθμήθη. Erasmus ex Vallæ sententia, *Cooptatus est*. Sed Græco verbo aliquid amplius significatur, quod nonnisi circuitu verborum potui explicare, nempe hunc sortis euentum communi omnium sententia fuisse comprobatum, & obseruandum est istos hoc demum tempore cœpisse, non vt antea, communi nomine Discipulos, sed Apostolos vocari.

IN CAPVT II.

1 *Et quum compleretur dies Pentecostes*, καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς. Vulg. legit plurali numero τὰς ἡμέρας, ita vt Pentecostes nomine significentur ipsæ septem hebdomades, non autem per se vltimus illarum dies festus quinquagesimus, eâdem tamen manente sententia. Particula autem ἐν declarat tempus vigens, sed iam ad finem vergens, quod videri possit historiæ repugnare: quum ex vers. 15. ipso vltimo die non iam inclinante, sed potius inchoante ista constet contigisse. Itaque Lucam obseruandum est diem intelligere non illum nocti oppositum, duodecim horarum, Ioan.11.9. sed cum nocte præcedente comprehensum, à cuius noctis vespera dies 24. horarum incipiebat: ita vt hæc vltimo die quinquagesimo iam procedente sint gesta. ¶ *Omnes*, ἅπαντες. In duobus vetustis codicibus additum est οἱ Ἀπόστολοι, *Apostoli*: & certè ista sic cohærent cum extremo superiore capite, vt solis Apostolis sit propria hæc Spiritus sancti missio quæ postea refertur, sicut & proprius fuit Apostolatus. Nam illos omninõ oportuit, nouæ Ecclesiæ quasi duodecim patriarchas futuros, peculiari quadam forma diuinitus consecrari. Sicut etiam ipsis peculiariter promissus fuerat Spiritus sanctus: id quod etiam ostendunt igneæ linguæ, iis demum conuenientes qui Euangelium erant per orbem terrarum sparsuri. Itaque paulò pòst quum ij in quos Spiritus sanctus illapsus erat, cœpissent loqui linguis, attonita turba omnes esse Galilæos dicit, nec aliorum fit mentio quàm vndecim Apostolorum, quorum causam agit Petrus, veluti Apostolici collegij primus. Conuenisse tamen quoties ita fuit opus alios quoque cum Apostolis discipulos, atque adeo religiosas etiam illas & sanctas fœminas ex superiore capite apparet: sed neque illud cœnaculum potuit tot hospitibus commune esse domicilium, neque vllo modo probabile est omnes illos cẽtum viginti, quorum facta est mentio, vnà semper fuisse, sed potiùs certis temporibus Ecclesiam in commune illud Apostolorum hospitium conuenisse. Manè igitur quum Apostoli vnà soli essent gesta sunt quæ Lucas hoc loco commemorat: & ridiculè faciunt qui, quum hanc historiam pingunt, solent Mariam matrem Domini in medio Apostolorum collocare, nimirum vt Apostolici quoque collegij principem illam faciant: illi scilicet prædicandi quoque Euangelij, & baptizandi, vel etiam vt reginæ cæli demandata præcipuarum rerum celestium cura. ¶ *Eodem* [*loco*] siue *vnà*. Heb. ליחד [*leiachad*] 1. Paral.12.17. ¶ *Concorditer*, ὁμοθυμαδόν. Erasm. *Vnanimiter*, quod nunquam apud Latinè loquentes legere memini. Vetus interpres hoc loco vertit *Pariter*, & quum existimat Eras. legisse ὁμοῦ: quam etiam lectionem probat. Ego verò neque id vsquam reperi in vetustis cod. neque possum etiam probare, propter illud ἐπὶ τὸ αὐτό, quod proximè consequitur.

Καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον οὗ ἦσαν καθήμενοι.	2	Tum extitit repentè sonitus è cælo tanquam ruentis flatus violenti, qui repleuit totam domum vbi erant considentes.	2	*Et factus est repentè de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes.*
Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός, ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν.	3	Et visæ sunt eis dispertitæ linguæ instar ignis, *qui* etiam sedit super vnumquemque eorum.	3	*Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, sedítque supra singulos eorum.*
Καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι.	4	Repleti sunt autem omnes Spiritu sancto, cœperúntque loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eis effari.	4	*Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.*
Ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι, ἄνδρες εὐλαβεῖς, ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν.	5	Erant verò Hierosolymis habitantes Iudæi viri religiosi, ex omni natione *eorum* qui sub cælo *sunt*.	5	*Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi, ex omni natione quæ sub cælo est.*
Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος, καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν.	6	Orto autem hoc rumore, conuenit multitudo, & conturbata fuit, quòd audiret vnusquisque *sua* propria lingua ipsos loquentes.	6	*Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes.*
Ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ ἐθαύμαζον, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους, Οὐκ ἰδοὺ, πάντες οὗτοί εἰσιν λαλοῦντες Γαλιλαῖοι;	7	Obstupescebant autem omnes ac mirabantur, dicentes alij ad alios, Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt?	7	*Stupebant autem omnes & mirabantur, dicentes, Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt?*
Καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν;	8	Quomodo igitur nos audimus eos sua quisque lingua in qua nati sumus?	8	*Et quomodo nos audimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus?*

2 *Ruentis*, φερομένης. Τὸ φέρεσθαι Græcis significat Cum impetu venire, sicut apud Latinos quoque Ferri in ea significatione vsurpatur. Sed coacti sumus synonymon quærere, & passiuum participium actiuè interpretari. Quòd si quis hæc malit vt absolutè posita accipere, rectè verterit cum Augustino, *Tanquam ferretur*. Vulgata, *Aduenientis*, id est προσερχομένης. Eras. per periphrasin cum *Impetu venientis*. ¶ *Flatus*, πνοῆς. Vulg. *Spiritus*, idque fateor non malè. Sed πνεῦμα, cuius hîc fit mentio, volui à πνοῇ distinguere, id est, symboli significatum ab ipso symbolo quum alioqui πνεῦμα quoque pro flatu & vento interdum ponatur, vt Ioan. 3. 8. πνοὴ tamen pro Spiritu Sancto nusquam, quod sciam: vt etiam alicubi obseruauit August. ¶ *Violenti*, βιαίας. Vulg. *Vehementis*, id est σφοδρᾶς.

3 *Instar ignis*, ὡσεὶ πυρός. Erasmus, *Tanquam ignea*, ad vitandam amphiboliam. Nam si interpreteris, Tanquam ignis, non minus id possis in recto quàm in gignendi casu accipere. Atqui si ὡσεὶ ita conuertas vt nos fecimus hoc loco, illud incommodum vitaris, neque à Græcis deflectes. ¶ [*Qui*] *etiam sedit*, ἐκάθισέ τε. Ignis ille videlicet, id est ignis linguarum specie, quæ symbolum erant Spiritus sancti. Itaque eadem manet sententia, siue legimus ἐκάθισε cum vetere interprete & Arabica versione, multísque codicibus Græcis siue scribatur ἐκάθισαν sederunt cum Syro interprete, & meo vetustissimo codice. August. tractatu in Ioan. 99. vt ego, ad ignem retulit, vertens, *Qui & insedit*, quæ constructio est maximè genuina.

4 *Aliis*, ἑτέραις. Vulgata, *Variis*, id est ποικίλαις. Alias autem linguas vocat quæ diuersæ essent ab ea quæ Apostolis erat familiaris: eas denique quas Marcus cap. 16. 17. nouas appellat. ¶ *Prout*, καθώς. Alibi hanc particulam conuertimus per similitudinis aduerbium: hîc tamen καθὼς vim habet distributiuam, vt annotauimus Mar. 4. v. 33. Significat enim Apostolos nec temerè, nec fanaticorum instar, modo hac, modo illa lingua loquutos, sed magnam eorum rationem habuisse in quos incidebant: nihil denique dixisse nisi Spiritu sancto linguam ipsorum moderante, qui nullius est confusionis auctor. ¶ *Effari*, ἀποφθέγγεσθαι. vel *Eloqui*, vt Vulgata & Erasmus, qui rectè, meo iudicio, existimarunt præpositionem ἀπὸ non abundare. Nam ἀποφθέγγεσθαι propriè dicuntur ij demum qui sententiosa quædam & mirifica loquuntur: cuiusmodi erãt quæ paulò post Lucas vocat μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ: itẽ qui non tã ex se quàm numinis afflatu & impulsu loquuntur, sicut de prophetis scribitur 2. Pet. 1. 21. quod omnino Lucas significare hoc verbo voluit, & Latini Fandi vocabulo expressiore quàm Loquendi, declarant: quamuis non semper hoc discrimen obseruetur.

5 *Habitantes*, κατοικοῦντες. Alibi τὸ κατοικεῖν sic conuertimus Habitare, vt distinxerimus à παροικεῖν, quod declarat Commorari. Sed hoc quidem loco videntur κατοικοῦντες generaliter dici quicunque exteri siue genere Iudæi, siue exteri, vt apparet ex vers. 10. eo tempore Hierosolymis versabantur: adeò vt non modò exteros comprehendat, qui sedes illic vt in vrbe maxima ac frequentissima posuerant, sed eos quoque qui studiorum ac religionis discendæ caussa illic ad tempus commorabantur, quorum distributa fuisse collegia intelligimus ex iis quæ narrantur infrà 6. 9. & 9. 29. eos denique [illegible] ex variis gentibus ad diem festum confluxerant. ¶ [*Eorum*] *qui sub cælo* [*sunt*,] τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Vulg. prætermisit articulum. Erasmus repetit ἐθνῶν, admonens etiam ad homines referri posse: quam sententiam [illegible] magis probabilem sum amplexus. Est autem hæc hyperbole Hebræis familiaris, vt Deu. 2. 25. & sic impletum est quod prædixit Es. 43, 5. & 6.

6 *Orto autem hoc rumore*, γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης. Græca scholia φωνὴν interpretantur de vehementi illo venti sonitu qui totam ciuitatem commouerit: alij nonnulli ad Apostolorum voces referunt. Ego verò φωνὴν malo accipere pro rumore quem idem noster Lucas ἦχον, id est Sonitum, simili prorsus ratione vocat, suprà 2, & φάσιν infrà 21. 31. Sed & illud notandum est, figuratè Lucam dixisse φωνῆς ταύτης, pro φωνῆς περὶ τούτου, id est hoc rumore, pro huius facti rumore: quod genus dicendi animaduertimus etiam Matth. 9. 26. ¶ *Conturbata fuit*, συνεχύθη. Id est συνεταράχθη, vt vertit Syrus interpres, id est animis conturbata fuit & tantæ rei nouitate perculsa: quamobrem etiam Vulg. interpretatur, *mente confusa est*. Arabs autem videtur ad multitudinis affluentis concursum hoc verbum retulisse.

8 *Sua quisque lingua*, ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ. Probabilius est (inquit Erasmus) Apostolos sua lingua fuisse loquutos, & miraculo factum vt nemo non intelligeret, perinde ac si suam quisque linguam audiuisset. Itáne verò? sanè si ita est, miraculum non in ipsis Apostolis, sed in eorum auditoribus editum fuerit. At enim (inquit ille) eundem hominem eodem tempore diuersis loqui linguis, implicat contradictionem. Esto. sed vbi hoc factum esse ab Apostolis narrat Lucas? Imò narrat Apostolos variis linguis loqui cœpisse, id est modò hac, modò illa, non tamen confusè aut furiosè, sed prout hic vel ille in varias gentes incidebat, & prout expediebat, præeunte, & animum ac mentem moderante Spiritu sancto. Hîc verò nihil video quod (vt ipse ait) contradictionẽ implicet. Sed hoc illi facilè condonari potest, veterum nonnullorum vestigia sequuto. Sed quod subiicit, Nunquam legi hoc miraculi accidisse aliàs, nisi fortè semel atque iterũ, veluti Act. 10, de familia Cornelij: & quum Paulus scribens Corinthiis, gloriatur se omnium illorum linguis loqui: id verò miror ab Erasmo dici potuisse. Puto enim omnibus vel mediocriter in illorum temporum historia versatis, constare, hoc linguarum donum, quemadmodum etiam sanationum & prophetiæ, in primis illis Ecclesiis ita viguisse, vt etiam Spiritus sancti appellatio interdũ eiusmodi donis tribuatur: sicut apparet ex iis quæ scribuntur infrà 8 c. 15. & 16. item 19. 2. & 5. item 1. Cor. 12. 13 & 14. διάλεκτον autem vocant ferè Græci, peculiarem aliquam in eadem alioqui lingua loquendi diuersitatem. Sed hîc latiore significatione accipitur.

Πάρθοι καὶ Μῆδοι, καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον καὶ τὴν Ἀσίαν,	9	Parthi & Medi & Elamitæ, & qui incolimus Mesopotamiam, Iudæámque & Cappadociam, Pontum, & Asiam,	9	*Parthi & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam & Cappadociam, Pontum & Asiam,*
Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτον καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι,	10	Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum & partes Libyæ quæ est secundum Cyrenen, & aduenæ Romani, tum Iudæi tum proselyti,	10	*Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoque & proselyti,*
Κρῆτες καὶ Ἄραβες, ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ.	11	Cretes & Arabes, audimus eos loquentes nostris linguis magnifica Dei *facta*.	11	*Cretes & Arabes, audimus eos loquẽtes nostris linguis magnalia Dei.*
Ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν, ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες, Τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι;	12	Obstupescebant igitur omnes, & hæsitabant dicentes alius ad alium, Quid hoc *rei* esse possit?	12	*Stupebant autem omnes & mirabantur ad inuicẽ, dicentes, Quidnam vult hoc esse?*
Ἕτεροι δὲ χλευάζοντες ἔλεγον, Ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσί.	13	Alij verò sannis *eos* excipientes dicebant, Vino dulci pleni sunt.	13	*Alij autem irridentes dicebant, Quia musto pleni sunt isti.*
Σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς, Ἄνδρες Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλὴμ ἅπαντες, τοῦτο ὑμῖν γνωστὸν ἔστω, καὶ ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου.	14	Consistens autem Petrus cũ vndecim, extulit vocem suam, & affatus est eos, dicens, Viri Iudæi, *vósque* omnes qui habitatis Hierosolymis, hoc vobis notum esto, & auribus percipite verba mea.	14	*Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & loquutus est eis, Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea.*

Verbum Domini alios percellit vt eos ad inquirendam veritatem adigat, alios verò sic redarguit, vt suæ ipsorũ impudentiæ testes esse cogat.

10 *Et aduenæ Romani, tum Iudæi tum proselyti*, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι. De verbo ἐπιδημεῖν, dicemus 2. Cor. 5. 6. Erasmo autẽ assentior in eo quòd Iudæos hîc tradit non ex gente dici, id est Iudææ incolas, quum eorum iam antea fecerit mentionem: sed ex religione simul & genere: à quibus Lucas distinguat proselytos, genere videlicet prophanos, religione factos Iudæos, vt diximus Matth. 23. 15. Id enim ita esse ostendit manifesta Iudæorum & proselytorum antithesis. Sed ab illo tamen duabus in rebus dissentio in huius loci explicatione. Primùm quòd solos Romanos hîc putet in Iudæos & proselytos distingui: deinde quòd Cretenses & Arabes, quorum postea fit mentio, ita putet ad priorem recensionem referendos, vt tamen ad solos proselytos pertineant, quasi ex Creta & Arabia nulli venerint genere Iudæi, quòd eò nulli vnquam demigrassent, sed tantùm proselyti. At ego libenter quæsierim cur Lucas eorum duntaxat Iudæorum mentionem faceret qui Roma aduenerant, & qui sit probabile nullos in Cretam aut Arabiam Iudæos migrasse, quum Damascus in Arabia censeatur: vbi tam frequens erat synagoga. Sunt autem hæc, meo iudicio, nimium absurda, quæ tamen ex illa interpretatione sequi necesse est. Existimo igitur quum Lucas tot gentium mentionem fecisset, has omnes postea in duo quasi hominum genera distinguere, nempe in Iudæos & proselytos: (hanc enim vocem vt in Ecclesia vsitatam retinere malui quàm Adscititios vocare) idque optima sanè ratione. Verisimile enim est, eos, qui quamuis inter gentes exteras essent dispersi tamen erãt origine Iudæi, & in patria lege educati, quemadmodum hodie, sic etiam eo tempore, & quidem multo magis stante adhuc illorum templo ac religione, si non omnes, at certè plerosque, & eos præsertim qui Hierosolymam venire consueuerant, vernaculam Iudæorum linguã aliquatenus saltem tenuisse. Ideo Lucas, ne quis calumniaretur, Apostolos potuisse à diuersis gentibus sine miraculo intelligi, disertè dixit vnumquenque audisse Apostolos loquentes proprio eius regionis idiomate in qua natus esset, & in qua habitaret. Deinde vt omnis calumniandi occasio præcideretur, proselytos etiam, id est eos qui ex prophanis gentibus ad Iudaismum erant conuersi, distinxit à Iudæis, id est ab iis qui iam inde à maioribus Legẽ Mosis erant professi. Quod autem ad Cretenses & Arabes attinet, quamuis isti distinctioni subiiciantur, tamen eadem conditione censendi sunt qua superiores gentes. Apparet enim Lucam in hac recensione non magnam habuisse ordinis rationem, rei potius ipsi quàm locutioni intentum.

11 *Magnifica Dei* [*facta*,] τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Heb. נפלאות [*niphlaoth*] vt diximus Luc. 1. 49.

12 *Quid hoc* [*rei*] *esse possit*, τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; Vulgata & Erasmus ad verbum, *Quidnam vult hoc esse?* id est τί θέλει τοῦτο εἶναι; pro quo potius dicas Latinè, *Quid hoc sibi vult?* At ego putaui potentialem modum exprimendum esse. Neque enim duntaxat quærunt quid hoc sit rei, sed quò tandem futurũ sit vt ista euad[illegible]. Ponitur autẽ τὸ θέλειν, ἀντὶ τοῦ δύνασθαι, i. Velle pro Posse. vt si in vernaculo sermone dicas, *Que peut estre cecy*: quã enallagẽ annotat Corinthus in Attica dialecto, vt in illo Plat. τί χρεία ἐθέλει μ' ὁ θεὸς διδάσκειν, & elegãs est hoc dicẽdi gen⁹, quod tamẽ Latinè nõ facilè exprimas.

13 *Sannis* [*eos*] *excipientes*, χλευάζοντες. Vulg. & Eras. *irridentes*, nõ satis expressè. Nam τὸ χλευάζειν est quod Gallicè dicimus, *Se gaudir, où, Se railler*. ¶ *Vino dulci*, γλεύκους. Vulg. & Eras. *Musto*. quod fateor quidem à Græcis γλεῦκος dici: sed quum hæc gesta sint ipso die Pentecostes, quo tẽpore nullum est mustum, malo in genere pro vino dulci & præstãti accipere: quemadmodum etiam videtur accipi עסיס [*hasis*] Esa. 49. 26. quum alioqui vinum recens expressum eo nomine declaretur, vt ipsa notatio declarat: nam mustum rarò & multo minus quàm vinum inebriare testantur physici. Siquis tamen malit de musto accipere, non magnopere repugno, quia testatur Lucas hæc dicta esse χλευαστικῶς, id est, cum vafra & maledica derisione. Syrus & Arabs interpretes addunt, καὶ μέθυσοι, & ebrij.

14 *Consistens*, σταθείς. Id est cum constitisset, *s'estant arresté*. Vulgata, *Stans*. non satis expressè. Est enim Consistere, vt rectè obseruat Donatus in Terentium, audacter & constanter stare, quod vt in genere de eo dicatur qui gradum sistit, interdum etiam à metu, vt Luc. 18. 11. hîc tamen constantem & præsentem Petri animum declarat, Vide Luc. 18. 11. & 21. 36. ¶ *Affatus est*, ἀπεφθέγξατο. Vide suprà 4. ¶ *Viri Iudæi*, Ἄνδρες Ἰουδαῖοι. In hoc dicendi genere Latini

soli epitheto contenti sunt, quum Hebræi & Græci addere soleant speciei nomen. ¶ Qui habitatis, οἱ κατοικοῦντες. Vide supra 5. Manifestè certè Iudæos hic opponit, id est Hierosolymitanos ciues, Iudæis extraneis qui ex variis regionibus ad diem festum conuenerant. ¶ Auribus percipite, ἐνωτίσασθε. Finxerunt hoc vocabulum Græci interpretes, quod respondet verbo Hebræorum האזין [heezin,] ac si dicas Inaurifate.

Οὐ γὰρ, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύουσιν· ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας·

15 Non enim, vt vos præsumitis, isti ebrij sunt, quum sit hora diei tertia:

15 Non enim sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, quũ sit hora diei tertia:

Ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου Ἰωὴλ,

16 Sed hoc illud est quod dictũ est per Prophetam Ioelem,

16 Sed hoc est quod dictum est per Prophetam Ioel,

Ioel 2. 28. esa. 44. 3. Petrus calumniis hominũ opponens Dei veritatem, docet in se & suis collegis impletum quod Ioel de plena Sp. S. exhibitione nouissimis temporibus futura prædixerat: quæ gratia toti etiam Ecclesiæ offeratur, certo eorum exitio à quibus contemnitur.

Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, (λέγει ὁ Θεὸς) ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται.

17 Et erit vltimis temporibus, (dicit Deus) effundam ex Spiritu meo in quamuis carnem: & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.

17 Et erit in nouissimis diebus, (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.

Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου, καὶ προφητεύσουσι.

18 Et quidem in seruos meos & in ancillas meas in diebus illis effundam ex Spiritu meo, & prophetabunt.

18 Et quidem super seruos meos & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt.

Καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ.

19 Et edam prodigia in cęlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem & ignem & vaporem fumi.

19 Et dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem & vaporem fumi.

Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ.

20 Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, priusquã veniat dies ille Domini magnus & illustris.

20 Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem antequã veniat dies Domini magnus & manifestus.

Vsus præcipuus omnium donorum Sp. S. est homines ad salutẽ per fidem adducere.

Καὶ ἔσται, Πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται.

21 Et futurum est vt quicunque inuocauerit nomẽ Domini, seruetur.

21 Et erit, Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Christus innocens à sceleratis, ex Dei prouidentia, crucifixus.

Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε,

22 Viri Israelitæ, audite sermones istos: Iesum illum Nazaręum, virum à Deo approbatum apud vos præstãtibus factis & prodigiis & signis quæ edidit per eum Deus in medio vestri, sicut & ipsi nostis,

22 Viri Israelitæ, audite verba hæc: Iesum Nazarenum, virum approbatũ à Deo in vobis virtutibus & prodigiis & signis quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis,

Τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες, διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε.

23 Hunc inquam definito illo consilio & præcognitione Dei deditum quũ accepissetis, manibus sceleratis cruci affixum, interemistis.

23 Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes interemistis.

15 *Tertia*, τρίτη. Tertia videlicet ab orto sole, plerique tunc, in feruentibus illis regionibus prȩsertim, ad mensam semel duntaxat, idque ad vesperam conuenire solitis.

17 *Erit*, ἔσται. Vel, *Fiet* quo dicendi genere solent Hebræi narrationes ferè suas omnes distinguere. Dies verò pro temporibus, itidem apud eosdem poni solent synecdochicè. ¶ *In quamuis carnem*, ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Ponitur hîc quoque caro pro homine, vt alibi sæpè annotauimus. πᾶσαν autem hoc loco non vniuersalem, sed indefinitam esse particulam, & res ipsa ostendit, & sequentia declarant: qua de re diximus aliquid Matth. 4. 23. & dicemus plenius, 1. Timoth. 2. 4.

19 *Edam*, δώσω. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Dabo*. Vide Matt. 24. c. 24. ¶ *Sursum*, ἄνω. Deest istud vt & κάτω, *deorsum*, apud Syrum & Arabem interpretes, vt & apud Ioelem: ac fortassis fuit cæli & terræ explicatio, quæ postea in contextum irrepsit. Hæc autem peculiariter refero ad Iudæorum gentem, citius excidium aduersus Euangelij pertinaces contemptores mox sequuturum prædicitur, vt loquitur etiam disertè Christus Matth. 24. coniungens tamen illa cum vltimo illo die, quoniam eadem calamitas quæ olim Hierosolymam, tunc vniuersum orbem eiusdem indomitæ contumaciæ sceleris reum opprimet.

22 *Iesum illum Nazaræum*, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Expressimus articulum, cuius vis est hoc loco δεικτική. Vocat autem Iesum Nazaræum Petrus, non vt communi Iudæorum errori patrocinetur, sed vt de illo ipso Iesu hîc agi intelligant quem ipsi per contemptum solebant ita vocitare, & addita hac inscriptione crucifixerant. ¶ *A Deo*, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Id est, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ: quam enallagen annotauimus Matth. 11. c. 19, & 16, & c. 21. Marc. 8. 31. Luc. 9. 22. & 17. 25. ¶ *Approbatum*, ἀποδεδειγμένον. Id est, (inquiunt Græca scholia) οὐκ ἀμφισβητούμενον, ἀλλ' ἀποδεδειγμένον διὰ τῶν ἔργων ὧν ἐποίησεν δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἦν. Id est, eiusmodi vt de eo ambigi non possit, & qui sit, iis operibus quæ per eum fecit Deus tanquam necessariis demonstrationibus, comprobatus à Deo: quomodo accipitur idem verbum infrà 25. 7. Itaque fallitur Erasmus tum in eo quòd Veterem interpretem putat legisse ἀποδεδεγμένον, ab ἀποδέχομαι, tum etiam in eo quòd maluit interpretari exhibitũ quàm approbatum. Similis error admissus est infrà 1. Cor 2. 4. ¶ *Apud vos*, εἰς ὑμᾶς. Vel, *Inter vos*, atque adeo spectantibus vobis, siue vt paulo pòst subiicit, In medio vestri. Demosthenes, [illegible] Ἰδεῖν ἄλλον εἰς ὑμᾶς [illegible]. Idem [illegible] Vulg. *In vobis*. Erasmus, *Erga vos* sed neuter (vt opinor) sensum est assequutus. ¶ *Præstantibus factis*, δυνάμεσι. Alibi consueuimus δυνάμεις conuertere virtutes, ob eam causam quam exposuimus Matth. 7. cap. 22. hîc autem studuimus vitare amphiboliam, nequis, pro δυνάμεσι scriptum putet ἀρεταῖς quod vocabulum nimis est dilutum.

23 *Præcognitione*, προγνώσει. Id est Dei ordinatione & decreto ab æterna ipsius incomprehensibili, in hoc prȩsertim verè magno mysterio, 1. Tim. 3. 16. sapientia prȩstituto, & causis omnes per quas illud Deus exequutus est ordinis serie antecedente. Vulg. *Præscientia*, qua voce, intolerabili sanè errore, abutuntur, qui præpostero metu, ne Deus vllo modo vllius mali auctor censeatur, ita significari volunt simplicem Dei notitiam, qui ex præscitis & præuisis futuris causis consilium capiat decernendi quod decreuit. Hoc autem est prorsus absurdum. Nam è contrario vt certa sit rerum futurarum præscientia, oportet illas certò esse futuras, quod aliunde causam efficiẽtem habeat necesse est. Hęc autem est illud diuinæ sapientię decretum omnem temporum seriem ordine antecedens: & nisi hanc Dei Sapientiam ac Voluntatem, (quæ duo inseparabilia, & tamen inter se distinguẽda istis vocibus, nempe illa quidẽ ὡρισμένης βουλῆς, ista verò προγνώσεως nominibus hoc loco intelligũtur) statuamus esse summã illam omniũ rerum causam, consequetur prius aliquid futurum quàm Deus vt futurũ esse decreuerit: ac proinde decretum per quod res existunt ipsis causis mediis etsi nondũ actu prȩsentibus, tamen præuisis, & vt in mente Dei præexistentibus subordinari: Dei denique creatoris voluntatis causam ab ipsis rebus præscitis suspendi. Itaque nec Præscientiam, nec Prænotionem mihi placuit hanc πρόγνωσιν interpretari Præcognitionem autem vocare malui, sicut cognoscere dicitur Iudex, non modò quum controuersiis ipsis intelligendis vacat, sed etiam quum ius dicit. Quinam autem hoc Dei decreto posito, & tum ordinis serie omne tempus, & omnes subordinatas medias causas antecedente, tum quòd ad euentum attinet, infallibili, neque tollatur contingentia, neque defectus vllus, nedum vitium vllum in Deum omnia & singula, prout ab æterno sua infinita Sapientia decreuit, in actum proferentem, & ad suos semper iustissimos fines perducentem redundet, paucis quidem, sed cõmodè satis, ni fallor, sum conatus explicare Rom. 8. 28.

Ὃν ὁ Θεὸς ἀνέστησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ.

24 Quem Deus suscitauit, solutis doloribus mortis, eo quòd fieri non poterat vt ipse ab ea retineretur.

24 Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.

Christus sicut prædixerat Dauid) non modò resurrexit, sed etiam in ipso sepulchro ab omni corruptione fuit immunis. Psal. 16. 8

Δαβὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτὸν, Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ.

25 Dauid enim dicit de eo, Prospiciebam Dominum in conspectu meo semper: quoniã est mihi ad dexteram, ne concutiar.

25 Dauid enim dicit in eum, Prouidebam Dominum in cõspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

Διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου· ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι·

26 Propterea oblectatum est cor meum, & exultauit lingua mea: atque adeo caro mea commorabitur cum spe.

26 Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

¶ *Manibus sceleratis*, διὰ χειρῶν ἀνόμων. Vulgata & Erasmus, *Per manus iniquorum*. Hæc autem nonnulli eum nomine ἔκδοτον coniungunt, quomodo distinctus est hic locus in plerisque codicibus. Sed præterquam quòd præpositio διὰ non satis commodè connecti potest cum illo nomine aut cum participio λαβόντες, planior etiam erit sententia si adscripta distinctione post λαβόντες, (sicut in Græcis scholiis adscribitur) ista potius cum sequentibus construantur: nempe vel cum participio προσπήξαντες, vt Iudæis Petrus hoc quoque scelus obiiciat quòd Christum in manus profanorum hominum, id est Pilati & militum Romanorum dederint ad necem: vel cum verbo ἀνείλετε. Nam qui interficiendum curat, perinde reus est ac si sua manu interfecisset. Quod autem attinet ad nomen ἀνόμων, quia non habet adiunctum articulum, apparet non esse subaudiendum ἀνθρώπων, vt conuertas *Per manus [hominum] iniquorum*, sed potius ita accipiendum vt sumus interpretati. Vide Mar. 5. 28. ¶ *[Cruci] affixum*, προσπήξαντες. Vulg. *Affigentes*, neglecto tempore. Nam quòd in quibusdam exemplaribus legitur Affligentes, factum est librariorum negligẽtia, vel sciolorum audacia. Castellio vertit, Ad palum alligatum falsa & inepta interpretatione. ¶ *Interemistis*, ἀνείλετε. Vide Luc. 22. 2.

24 *Doloribus mortis*, τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου. Vulgata, *Inferni*, ᾅδου. vt legit etiam Epiphanius in Anchorato, qui tamen in ἀνακεφαλαιώσει legit θανάτου. Syrus quoque & Arabs retinent eam vocem nempe שאול [scheol] quam mox ipse Lucas interpretatur ᾅδου. Vtrouis autem modo legas idem significabitur, quum vnum altero exponatur, Psal. 18. 5. & 6. Sed locus iste mihi quidem videtur obscurior quàm præ se ferat. Nec enim fas est arbitrari Christum, quum semel spiritum emisisset, in vllis doloribus fuisse postea versatũ. Itaque quum mors finem cruciatibus ipsius attulerit, qui dici potest solutis seu mortis seu inferorum doloribus resurrexisse? Græci, vt hunc nodum expedirẽt, subtilem quidem sed parum solidam, expositionem sunt commenti. Sic enim dolores mortis explicant, quasi mors ipsa per prosopopœiam dicatur quodammodo partus doloribus laborasse, quod Christum inclusum teneret. At ego dolores mortis pro morte dolorum corporis & cruciatus animi plena accipio: sicut Abominatio vastationis pro Abominanda vastatione accipitur, Matt. 24. 15. & Damnatio meretricis pro Damnanda meretrice, Apocal. 17. 1, ex Hebræorum idiotismo. Deinde quanuis corpus in sepulchro iacens, omnis doloris atque adeo omnis sensus expers esset (quum verè ac certò Christus mortuus sit) tamen quum mors ipsa nihil aliud esse videretur quàm ipsorum cruciatuum ac dolorũ quasi victoria ac plenum imperium, Christus meritò dicitur tum demum dolores istos lethales ac mortiferos superasse, quum mortuus mortem vicit, vt in æternum cum suis Deo viuat. Præterea annotandum est, apud Hebræos vnum idémque vocabulum modò dolorem, modò funem significare, leui tãtùm vnius puncti discrimine. Nam חבל [chebel] cum seri & segol Græci ὠδῖνα, id est partus dolorem: חבל [chebel] cum duobus segolim, σχοινίον, id est funem interpretantur. quòd si mihi liceret grammaticorum auctoritatem in dubium vocare, sanè dicerem non minus חבל [chebel] cum quinque punctis, quàm חבל [chebel] cum sex, declarare funem, & quicquid illud est quo aliquid vincitur: nec pro dolore seu morbo aliter quàm translatitiè accipi: idque ita esse apparet ex eo quòd 2. Sam. 22. 5. & Psalm. 18. 6. quum priore loco scriptum sit חבלי שאול [cheble scheol,] subiicitur מוקשי מות [mokesche maueth.] Scimus autem hanc consuetudinem esse Dauidis, vt plerunque pars vna versiculi alteram explicet: vt mihi quidem probabile videatur, חבלי & מקשי [cheble & mokesche] idem prorsus declarare. Suspicor igitur Petrum, quum ad hunc Dauidis locum alluderet, חבלי שאול [cheble scheol] id est, vincula mortis dixisse, Lucam autem Græcam editionem sequutum, pro δεσμοὺς conuertisse ὠδῖνας. quod si ita est conuertemus, Solutis vinculis mortis, & optimè conueniet tum participium λύσας, tum etiam verbum κρατεῖσθαι. Nihil tamen velim mutare ex coniectura. Simile quiddam in eadem voce accidisse videtur Zach. 11. 7. vt ibi annotat doctissimus interpres. ¶ *Eo quòd*, καθότι. Vetus interpres, *Iuxta quod*, barbarè & obscurè. Eras. *quatenus*, ambiguè. Nã si pro καθ' ὅσον, i. in quantum, accipias, non conueniet sententia. Idem multo rectius sunt interpretati, Luc. 1. 7.

26 *Commorabitur*, κατασκηνώσει. Hebr. ישכן [ischcon] In sepulchro videlicet, vbi reposita dicitur κοιμᾶσθαι, dormire, sicut in tabernaculis tamen, non vt in fixo domicilio, quamobrem melius conuenire Commorationis vox quàm Habitationis mihi quidem visa est. Nam sic quoque corpus, cuiusmodi nunc est, dicitur tabernaculum 2. Cor. 5. 4, & 2. Pet. 1. 13. ¶ *Cum spe*, ἐπ' ἐλπίδι. Vulg. & Eras. *In spe*, impropriè.

27 Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

27 Quoniam non deseres animam meam apud inferos, nec sines Sanctum illum tuum sentire corruptionem.

27 *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.*

28 Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς, πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου.

28 Notas mihi fecisti vias vitæ, replebis me oblectatione in tui conspectu.

28 *Notas mihi fecisti vias vitæ: replebis me iucunditate cum facie tua.*

29 Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παρρησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβίδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης.

1.Reg.2.10 Infrà 13.36

29 Viri fratres, licet liberè dicere apud vos de patriarcha Dauid, || eum & obiisse & sepultum esse, & monumentum eius esse apud nos ad hunc vsque diem.

29 *Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniam & defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem.*

27 *Animam meam apud inferos*, τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου. Qui propria significatione hoc vocabulum sunt interpretati, & per inferos intellexerũt locum quem vulgò vocamus *les enfers*, quasi eò reipsa descenderit Spiritus Christi, & ita suum, quem appellant, Limbum fabricarunt, valde profectò sunt hallucinati, quum nihil eiusmodi testetur Scriptura: & Descendere ad inferos propriè quidem significet sepulchro condi, translatitiè verò de iis dicatur qui summis vel animi vel corporis doloribus ita opprimũtur, vt sint vltimo exitio proximi, vt Gen.37.v.35, & 42.v.38, 1.Sam.2.v.6, Psal.18.v.6, & 49.v.15. & alibi passim. Nam certè Hebræis שאול [*scheol*] idem propria significatione declarat atque בור [*bor*] & קבר [*keber*,] & שחת [*schachath*] quo vtitur Dauid in altero huius versiculi membro. quanuis Genebrardus id inficietur impudenter. Græci ᾅδην verterunt, quasi tenebrosum locum dicas. Fateor tamen etiam de profundissimis illis subterraneis locis idem vocabulum interdum dici, quos alibi Scriptura vocat Abyssum, vnde etiam portæ inferorum nominantur Matth. 16. vers. 18. & diues ille apud inferos collocatur in summo cruciatu, Luc. 16. v. 23. & rogant dæmones ne mittantur in abyssum Luc.8.v.31. Sed quid quisque locus ferat diligenter animaduertendum. Dico igitur nunquam prætermissuros fuisse Euangelistas istiusmodi historiam descensus animæ Christi ad inferos, & arbitror (quod cum veterum pace dictum sit) somnia esse quæcunque de hac re apud illos commemorantur. Nam hic locus eò non spectat, vt apparet ex verbis ipsius Petri vers.29, vbi duntaxat mortis, sepulturæ & corruptionis Dauidis meminit: minimè certè, vt plena esset illius cum Christo collatio, prætermissurus illos inferos in quibus tandiu derelictus fuerit Dauid. Et quod attinet ad locum 1.Petr.3.v.19, nihil eiusmodi ibi significari, suo loco ostendemus. Sed eũ errorem auxit quidam non ita pridem mirum in modũ, ausus scribere Christi animam verè ad loca illa puniendis reprobis destinata peruenisse, & ibi quoque pœnas nostris peccatis debitas luisse. Nam (inquit) alioqui non erit plena ipsius pro nobis satisfactio. Atqui si verum hoc esset, ne corpori quidem parcendum erat, & totus Christus ad inferos illos erat detrudendus, quum peccati stipendium sit mors æterna, non animæ tantùm respectu, sed etiam corporis. Quid verò? quum diceret Christus, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, quum sanguinis grumos sudaret, quum sese contentissima voce quereretur à Deo suo derelictum, annon luebat ipsius anima pœnas nostris peccatis debitas? Sed ad rem tandem venio. Dico igitur שאול [*scheol*] in hoc loco propria significatione accipiendum pro sepulchro & ANIMAM MEAM, vel loco pronominis ME accipi, sicut vulgo dicimus *ma personne*: vt dicitur Deus iurasse per animam suam id est per seipsum, Amos 6.8. & interfici dicitur anima, vt Ezech.42.15, vel pro VITAM MEAM, quæ quodammodo videtur sepulchro obrui quandiu corpus illic mortuum iacet: vt quod dicit idem Propheta Psalm.33. v.19, animam erui à morte, & Psal.89.v.49. erui animam è manu שאול [*scheol*,] id est sepulchri, sit vera huius loci explicatio. Nam ibi quoque Græcus interpres sic habet, Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται … ῥύσεται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ χειρὸς ᾅδου. Denique simplicissima videtur expositio, quum cadauer in sepulchro deponatur, vt idem quoque dicatur in sepulchro non deseri. Neque enim Petrus hîc disputat de animi immortalitate, sed de corporis resurrectione, eáque eiusmodi vt nulla præcesserit corruptio: quam resurrectionem Dauid non sibi (quem constat mortuum, sepultum & in sepulchro in puluerem redactum fuisse) sed Christo tribuit. Ac ne quis cauilletur, me inter istas interpretationes veluti fluctuare, animaduertat lector, quamcũque istarum trium sequatur, eandem manere sentẽtiam. נפש [*nephesch*] autem, id est ANIMAM, & pro eo quod vulgò *personne* vocamus, & pro VITA non minus frequenter accipi, quàm pro altera illa hominis parte nemo inficiabitur qui fuerit in sacris libris versatus. Pro mortuo homine vsurpari negat quidẽ Castellio, atque adeo nomine שאול [*scheol*] sepulchrum significari. Quid enim nõ audent summe impudentes & nullo iudicio præditi homines? Ego verò, & Hebræos & rationem ipsam sequutus, affirmo נפש [*nephesch*] pro cadauere poni Leuit. 19.v.27, & 21 v.1. & v.11. & Num. 5.v.2. & 9.v. 10. & Agg.2.14. sic hunc locum Hieronymo etiam explicante. Sed & animam Latinè dici de homine defuncto probatur ex Virg. lib. Æneid.11. *Ite ait*, Æneas, *Egregias animas quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo.* Itaq; in priore nostra editione rectè interpretatus eram, NON DERELINQVES CADAVER MEVM IN SEPVL. quod tamen nunc mutaui, vt iis obsequar qui conquesti sunt me à Græcis verbis discessisse, & nomine Cadaueris, (inscitia certè potius Latini sermonis quàm recto vllo iudicio) offenduntur. ¶ *Sines*, δώσεις. Hebr. תתן [*titten*:] quod etiam accipitur ἀντὶ τοῦ ἐᾶν, καὶ συγχωρεῖν, vt Gen.31.7. Vulg. ad verbum, *Dabis*. ¶ *Sanctum illum tuum*, τὸν ὅσιόν σου. id est, Me qui sum tuus ille SANCTVS. Cæterùm in Hebræo contextu non scribitur קדוש [*kadosch*,] sed חסיד [*chasid*] quod munificum & ad benefaciendum propensum declarat: hîc verò & aliis multis locis, meo quidẽ iudicio, passiuè accipitur, & eum significat quem Deus singularibus beneficiis affecerit, quem Gallicè vocamus *fauorit*. ¶ *Sentire*, ἰδεῖν. Hebr. לראות [*liroth*.] Vulgata & Erasmus ad verbum, *Videre*. Sed alibi diximus Videre interdum accipi pro αἰσθάνεσθαι, atque adeò pro πάσχειν, vt Ioh. 8.51. ¶ *Corruptionem*, διαφθοράν. Græci interpretes rectè omnino hunc locum expresserunt. Nam שחת [*schachath*] apud Hebræos ideo significat sepulchrum, quòd corpora corrumpat. Itaque dici quidem potest Dominus vidisse שאול [*scheol*,] vel בור [*bor*.] vel קבר [*keber*,] non autem שחת [*schachath*,] nisi ἀκύρως accipias: ac proinde Syrus & Arabs interpretes rectè vsurparunt vocem Hebræam כלא [*chala*] quæ consumptionem declarat, siue quod alicui rei finem imponit.

28 *Notas mihi fecisti*, ἐγνώρισάς μοι. Id est, aditum mihi ad veram vitam patefecisti: me denique fecisti veræ vitæ participem. Nam in hoc dicendi genere, cuius plurima extant exempla, præsertim in Psalmis, docere dicitur Deus quos donorum suorum participes facit. ¶ *Replebis me*, πληρώσεις με. Hebr. שבע [*sabah*.] Itaque suspicor initio fuisse scriptum πληρώσει, ita vt subaudiatur verbum ἐστί, Est, vt habent Hebræa, vel πληρώσεις εὐφροσύνης, sub. εἰσί, & pronomen με postea irrepserit: quanuis sic etiam legant Syrus & Arabs interpretes. Itaque μετὰ τοῦ προσώπου σου conuerti *In tuo conspectu*.

29 *Licet*, ἐξόν. Id est ἔξεστι, ex Hebræorum idiotismo omnino noto. Erasmus autem putauit hoc absolutè poni, vt ferè solet apud Atticos. Ideo vertit, *Quandoquidem licet*: sed non satis cohærente versiculi sequentis constructione. ¶ *Ad hunc vsque diem*, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. Prodigiosum est tot barbaros & crudelissimos hostes qui vrbem postea euerterunt, regio sepulchro pepercisse: & fortassis non vana est eorum coniectura, qui instaurata vrbe putant fuisse quoque regum monumenta renouata. Sed quod scribit Iosephus de immensis thesauris tot seculis post sepultum Dauidem & toties euersam vrbem, primùm ab Hyrcano, deinde ab Herode ex illius sepulchro erutis, mihi ne verisimile quidem videtur.

30 Προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστόν, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ·

30 Propheta igitur quum esset, & sciret || Deum iureiurando sibi iurasse, fore vt ex fructu lumbi ipsius, quod ad carnem attinet, Christum illum suscitaret, *quem* collocaret super eius throno:

30 *Propheta igitur quum esset & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius:*

Psal.132.11

31 Προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.

31 Præscius loquutus est de resurrectione Christi, || non derelictam esse apud inferos animã eius, neque carnem eius sensisse corruptionem.

31 *Prouidens loquutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem.*

Psal.16.10 infra 13.36

32 Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεός, οὗ πάντες ἡμεῖς ἐσμὲν μάρτυρες.

32 Hunc Iesum suscitauit Deus: cuius *rei* omnes nos sumus testes.

32 *Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus.*

Iesum Christũ esse Regem æternum designatum testatur Petrus: & ex ipsis Spiritus sancti donis palam conuincit, addito Dauidis testimonio.

33 Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθείς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ πατρός, ἐξέχεε τοῦτο ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε.

33 Itaque dextera Dei sursum sublatus & promisso Spiritu sancto accepto à Patre, effudit hoc quod vos nunc videtis & auditis.

33 *Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit hunc quem vos videtis & auditis.*

34 Οὐ γὰρ Δαβὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς· λέγει δὲ αὐτός, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου,

34 Nec enim Dauid ascendit in cælos: sed dicit ipse, || Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dextram meam,

34 *Non enim Dauid ascendit in cælum: dixit autem ipse, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis,*

Psal.110.1

35 Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

35 Vsquedum statuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

35 *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

36 Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος

36 Certo sciat ergo tota domus Israelis quòd Deus hũc fecerit

36 *Certissimè sciat ergo omnis domus Israel quia*

30 *Iureiurando iurasse*, ὅρκῳ ὤμοσεν. Hebraicas eiusmodi repetitiones, quibus etiam interdum Attici vtuntur, alibi annotauimus non mediocre pondus addere sententiæ. Itaque dicitur Dominus iureiurando iurasse: id est, non simpliciter, sed solenni quadam formula & conceptis verbis, Dauidi promisisse id de quo agitur. ¶ *Ex fructu lumbi ipsius*, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ. Hebraica veritas Psalmo 132. habet מפרי בטנך [*mippeni bitnecha*,] id est ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου, *e fructu ventris tui*, vt verterunt etiam Græci. Vocant autem Hebræi sobolem fructum ventris. quibus verbis beata Maria virgo hîc significatur. ¶ *Quod ad carnem attinet Christum illum suscitaret*, τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστόν. In OEcumenij scholiis & editione Frobeniana legitur ἀναστῆσαι, & subiicitur hoc membrum proximè sequenti, hoc modo videlicet, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, τὸ κατὰ σάρκα ἀναστῆσαι τὸν Χριστόν, προϊδὼν ἐλάλησεν, quam lectionem non video cur amplecti non liceat, si καθίσαι & ἀναστῆσαι significatione futuri accipias, (vt sunt apud Hebræos frequentes istæ permutationes) & ἀναστῆσαι cum participio προϊδὼν coniungas. Certè vt hanc lectionem non improbem, duæ causæ faciunt, vna, quòd nisi ita legas, videtur discerpi testimonium ex Psalmo 132, petitum: altera, quòd verbum ἀναστῆσαι videtur melius præsenti arguméto quadrare, si de resurrectione Christi accipiatur, quàm si ad Christi incarnationem referas. Postremò sicut εἰδὼς ad iusiurandum illud pertinet, ita videtur aliquid desiderari quod cum participio προϊδὼν connectatur. Scio tameen non deesse quæ istis opponantur. Videtur enim Petrus cum versiculo illo 11. Psal. 132. coniungere quod scriptum est 2.Sam.7.12. vbi vtitur Propheta verbo קום [*Kum*,] pro quo Græci interpretes verterunt ἀναστήσω. Neque quicquam impedit quominus verbum ἀναστῆσαι hoc etiam loco de resurrectione commodè accipiatur: quia tum demum etiam dicitur Christum verè genuisse (id est reipsa quòd filius ipsius esset comprobasse) Pater eo die quo illum suscitauit à mortuis, vt interpretatur Paulus Rom.1.4. & infrà 13.33. Postremò participium προϊδὼν commodè cum iis quæ sequuntur construi potest. Itaque eam lectionem sum amplexus quam in omnibus vetustis codicibus inueni. Notandum est tamen, in Vulgata editione totum hoc membrum deesse. Sic enim in ea legitur, *Quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: prouidens loquutus est*. neque hanc particulam etiam legit Irenæus hunc locum citans lib.3.cap.12. Arabs autem interpres legit, Ἐγὼ ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος σου ἀναστήσω, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. id est, *Ego ex fructu lumborum tuorum excitabo [quem] in throno tuo collocem*, vt & Syrus. Postremò sciendum est, Carnis appellatione serui formam intelligi, quam accepit Filius Patri æqualis: id est veram hominis naturam non tamen quatenus corrupta est, sed duntaxat quatenus res est à Deo creata ex Mariæ substantia, vt fieret Adam secundus è cælo in Spiritum viuificantem. ¶ *[Quem] collocaret*, καθίσαι. Heb. להושיב [*lehoschib*.] Vulgata & Erasmus Sedendi verbo vti maluerunt: sed mihi quidem videtur verbum actiuum respondere verbo אשית [*aschith*,] quo vtitur ipse Dauid Psal.132.11.

32 *Cuius [rei,]* οὗ. Sic placuit istud interpretari, quasi videlicet neutro genere ponatur, potius quàm vel ad Christum, vel ad Deum referre: quæ tamẽ expositiones possunt etiam conuenire.

33 *Dextera*, τῇ δεξιᾷ. Hebr. בימין [*beiamin*] pro virtute ac potentia, vt Psalmo 44.4. Arabs autem interpres legit, πρὸς τὴν δεξιάν, ad dextram. vt Ephes. 4.10. ¶ *Et promissum Spiritu sancto accepto*, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβών. Vulgata & Erasmus, *Promissione Spiritus sancti accepta*: quem Hebraismum exposuimus Matth. 24. 15. & suprà v. 24. ¶ *Hoc*, τοῦτο. Id est hoc linguarum donum, & munificam arcanorum Dei cognitionem. Vulgata, *hunc*, videlicet Spiritum sanctum. Subaudiuit enim τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Sed illud malo quod etiam apertè dicitur infrà 38, & à Syro & Arabe interpretibus hîc exprimitur, vt qui legerint τοῦτο τὸ δῶρον.

34 *Ascendit in cælos*, ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς. Corpore videlicet, vtpote quod fuerit in sepulchro putrefactum: quũ è contrario corpus Christi incorruptum in eo manserit, immò anima sursum recepta resurgens, supra cælos fuerit iam tum reipsa euectum. Nam alioqui Spiritus in Domino morientium Christo aggregari testatur illud Pauli, Cupio dissolui & esse cum Christo, & quod ait Christus de Abrahæ sinu. Sed hîc agitur de prærogatiua Christi ad quẽ propriè refertur Psal.16, figuratè verò ad Dauidẽ: neque id sine exceptione, vt ex ista in cælum ascensione Christi corpori propria liquet: quanuis sit quoque tandem sequuturus suo tempore Dauidis quoque & fidelium omnium redituorum ad Christum Dominum suum ascensus 1. Thess.4.17. vt non immeritò Dauid eodem hoc Psa.16.v.9. de hoc tanto beneficio, tanquam sibi cum ipso Christo communi exultarit. Sed & hinc etiam liquet quàm hallucinati sint qui aliud quàm Sepulchrum per Scheol intellexerũt, & per Animam in sepulchro aliud quàm Corpus in sepulchro depositum.

36 *Fecerit*, ὅτι ἐποίησεν. Id est, Constituerit & in eam dignitatẽ euexerit: vt siquis dicatur rex aut potens imperator factus. Nam Christi nomen vt alibi passim, ita etiam

hos in loco Regem à Deo vnctum & designatū declarat, vt nosint Iudæi Iesum ideo Christum vocatum quòd reuera talis esset. Quod igitur Arriani hunc etiam locum proferebant vt docerent tempus fuisse quo Christus non erat, siquidem eum fecit Deus, ita est non modò impiè, sed etiam ineptè dictum, vt ne mereri quidem responsum videatur. Nam præterquam quòd in hac tota concione Petrus de Christo secundùm carnem loquitur, quatenus videlicet mortuus ac sepultus resurrexit, & in cælos ascendit, nimirum sese suo generi ruditati accommodans, illud etiam constat, Faciendi verbum hoc loco non referri ad essentiam, sed ad statum & dignitatem summam, in quam est Christus euectus, sicut describit Apostolus Eph. 1. v. 21. & 4. v. 10. & Phil. 2. v. 9. & 10.

Ισραὴλ ὅτι Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.

37 Ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους, Τί ποιήσομεν ἄνδρες ἀδελφοί;

38 Πέτρος δὲ ἔφη πρὸς αὐτούς, Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

39 Ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακράν, ὅσους ἂν προσκαλέσηται Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.

40 Ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διεμαρτύρετο καὶ παρεκάλει, λέγων, Σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης.

41 Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐβαπτίσθησαν· καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι.

42 Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς.

Dominum & Christum, hunc ipsum inquam Iesum, quem vos crucifixistis.

37 Qui verò hæc audierunt cōpuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum ac reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fratres?

38 Petrus autem ait ad eos, Resipiscite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomen Iesu Christi in remissionem peccatorum: & accipietis donum Spiritus sancti.

39 Vobis enim facta est promissio, & liberis vestris, & omnibus longè pòst futuris, quoscūque videlicet aduocauerit Dominus Deus noster.

40 Aliisque sermonibus plurimis obtestabatur, & exhortabatur eos, dicens, Seruamini ex gente ista praua.

41 Qui ergo libēter receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & additæ sunt Ecclesiæ die illo animæ quasi ter mille.

42 Perdurabant autem in doctrina Apostolórum, & communicatione, & fractione panis, & orationibus.

& Dominum eum & Christum fecit Deus, hūc Iesum quem vos crucifixistis.

37 His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fratres?

38 Petrus verò ad illos, Pœnitētiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti.

39 Vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui lōgè sunt, quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster.

40 Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens, Saluamini à generatione ista praua.

41 Qui ergo receperūt sermonē eius, baptizati sunt. & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.

42 Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus.

Resipiscentia & remissio peccatorum in Christo sunt duo Euangelii ac proinde nostræ salutis capita. Obtinentur autem ex promissionibus per fidem apprehensis & per baptismū, quicum est coniuncta Spiritus sancti virtus, in nobis obsignantur.

Eademum verè aggregatur Ecclesiæ qui sese ab impiis segregat.

Insigne virtutis Spiritus sancti exemplum. Non baptizantur autem adulti nisi fidē professi.

Veræ Ecclesiæ signa sunt, doctrina Apostolica, charitatis officia. Sacramentorum administratio pura, & vera inuocatio cōmunis.

¶ Hunc ipsum [inquam] Iesum, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν. In superiore membro fieri potest vt redundet pronomen αὐτόν, ex idiotismo Hebræorum, quod ideo etiam expunxit Erasmus. Sed quum post ἐποίησε adscripta sit distinctio in omnibus codicibus, puto hîc non redundare, & hæc potius per epanalepsin explicanda: cuius exempla annotauimus Ioan. 1. 16, & alibi sæpe.

37 Qui verò hæc audierunt, Ἀκούσαντες δέ, sub. ταῦτα, pro οἱ δὲ ἀκούσαντες, vt infrà 4. 4. vide infrà 19. 4.

38 In nomen Iesu Christi, ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id est dans Christo nomen, cuius mortis sepulturæ ac resurrectionis simul in baptismo participes, cum peccatorum remissione. Nec enim hoc declarat formulam baptismi, sed finem & scopum. Deest tamen hoc membrum apud Syrum interpretem.

39 Promissio, ἐπαγγελία. Vel, Pollicitatio. Neque enim desunt qui inter Polliceri & Promittere hoc discrimen statuant, quasi illud de eo quod vltro promittas, istud verò de mutua stipulatione dicatur. Est autem notanda hæc propria significatio ἐπαγγελίας à doctissimo Budæo obseruata, quæ gratuitum esse Dei promissum declarat. Vulg. & Erasmus Repromissionem interpretantur, nescio qua ratione adducti. ¶ Longè post [futuris,] τοῖς εἰς μακράν sub. ἐσομένοις. vt hoc sit pro quo passim dicitur, In generationem & generationem, vel in secula seculorum, siue in mille generationes, Exo. 20. 6. Vulgata & Erasmus, qui longè sunt, τοῖς μακρὰν sub. οὖσι. quod in nullis exemplarib inueni, nec facilè admisero. Opponuntur enim τοῖς ἐγγύς, non οἱ εἰς μακράν, sed οἱ μακράν, τοῖς ἐγγύς, id est iis qui prope, Iudæis videlicet, ij qui procul, Gentes nimirum, Esa. 57. 19, interprete Paulo Eph. 2. 17. Gentium autem vocationis arcanum Petrus nōdum norat, nec etiam si nosset, tunc Iudæis adhuc nouitiis id patefieri expediebat.

40 Obtestabatur, διεμαρτύρετο. id est, Interposita Dei authoritate, atque adeo per ipsius Dei nomen, monebat, vt præscribit Timotheo suo Paulus 2. Timoth. 2. 14. Vulgata & Erasmus, Testificatus est, id est palàm ac apertè testatus: quæ significatio videtur hoc quidē loco nō satis expressa. ¶ Seruamini, σώθητε. Id est eripite vos, vt vertit Arabs, sicut vulgò dicimus, sauuez vous. Hebr. השמרו [hischschameru] in Niphal, reciproca transitione, pro quo Vulgata vertit Saluamini, barbarè. Sed expressè vsus est hoc verbo Lucas vt ostenderet ipsarum animarum salutem positam esse in discessione à prophanorum cœtibus.

41 Additæ sunt [Ecclesiæ] προσετέθησαν. Suppleui Ecclesiæ vocem ex vers. huius cap. vltimo.

42 Et communicatione, καὶ κοινωνίᾳ. Variat huius loci scriptura. Vetus enim Latinus interpres legit, καὶ κοινωνίᾳ κλάσεως τοῦ ἄρτου καὶ ταῖς προσευχαῖς, & communicationis fractionis panis & precibus. Syrum autem interpretem apparet legisse, καὶ ἐκοινώνουν ἐν ταῖς προσευχαῖς καὶ τῇ κλάσει τῆς εὐχαριστίας, Et communicabant in precibus & fractione Eucharistiæ. quod etiam sequitur Arabs interpres, eo excepto quòd pro τῆς εὐχαριστίας habet τοῦ ἄρτου. Hæc autem vtraque eòdem recidunt, & explicant duas istius communicationis species, preces videlicet & cibi sumptionem in communi cœtu: quod mihi maximè probatur. Quod si quis præferre malit receptam lectionem, in qua etiam nihil volui immutare, istius κοινωνίας nomen, à fractione panis & precibus in illo communi cœtu haberi consuetis distinctæ, significabit illam facultatum communicationem, & alia Christianæ charitatis officia. ¶ Et fractione panis, καὶ κλάσει τοῦ ἄρτου. Nouum genus dicendi in re noua vsurpandum fuit. Nouum autem appello, Græcorum ac Latinorum auribus inauditum, priusquam Christi Ecclesiæ accenserentur. Cæterùm apparet, ex Hebræorum more, (qui panis appellatione omnem cibum intelligunt, & panibus vtebantur latioribus ac minus spissis, vt frangerentur potius quàm cultris secarentur) factum esse vt mutuus conuictus, ipsáque adeo conuiuia, quæ vnà agitare solebant, nomine fractionis panis

nis panis intelligerentur. In illis autem conuiuiis quæ Agapas vocabant, solitos etiam fuisse sacram Domini Cœnam vsurpare, liquet ex 1. Corinth. 11. qua de re agitur Tertull. Apolog. cap. 39, & in aliis veterum Scriptis. Sed tamen latius patere dico hanc panis fractionem, qua nimirum communis ille conuictus significetur: neque Syro interpreti assentior, illud ad Eucharistiam restringenti.

---

43 Ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος· πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο.

44 Πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ εἶχον ἅπαντα κοινά.

45 Καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον, καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε.

46 Καθ' ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας·

47 Αἰνοῦντες τὸν Θεόν, καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν. Ὁ δὲ Κύριος προσετίθει τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ.

43 Obortus est autem omnibus metus: multáque prodigia & signa per Apostolos fiebant.

44 Omnes autem qui credebant, erant eodem loci, & habebant omnia communia.

45 Et possessiones ac facultates vendebant, & dispertiebant ea omnibus, prout cuique opus erat.

46 Et quotidie perdurantes cōcorditer in templo, ac frangentes domatim panem, capiebāt cibum cum exultatione & simplicitate cordis:

47 Laudantes Deum, & habentes gratiam apud totum populum. Dominus autem addebat quotidie Ecclesiæ qui salui fierent.

43 Fiebat autem omni animæ timor. multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant: & metus erat magnus in vniuersis.

44 Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia.

45 Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

46 Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis:

47 Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in id ipsum.

Dominus q[illegible] tiles expedit, extraneorum tamen frequentes Ecclesia plantat & accrescere facit.

Charitas efficit omnia cōmunia, quod ad vsum quidem attinet, pro necessitatis ratione.

Fideles initio non tantùm ad audiendū verbum, sed etiā ad capiendum cibum, magno cum fructu cōueniebant.

---

43 Omnibus, πάσῃ ψυχῇ. Id est πᾶσι. Est enim Hebræa synecdoche ac periphrasis, nequis in Animæ nomine aliquid mysterij subesse putet. Vulgata & Erasmus ad verbum, Omni animæ. ¶ Fiebant, ἐγίνετο. Vulgata & Syrus addunt ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ, in Ierusalem, & Arabs, in loco sancto, sicut illam vocare Arabes consueuerāt sæpius quàm suo nomine. Sed Latinus habet præterea, & metus erat magnus in vniuersis, καὶ φόβος ἦν μέγας ἐν πᾶσι, quod in nullis Græcis codicibus inueni.

44 Eodem [loci] ἐπὶ τὸ αὐτό. Vel, Simul, vt infrà 3. 1. Vulgata, Pariter. Erasmus, Coniunctim. Ego verò communes Ecclesiæ cœtus ita existimo significari cum mutua in eandem doctrinam consensione & summa animorum concordia. ¶ Communia, κοινά. Vsu videlicet charitatis quæ certa ratione exercebatur, vt ex proximo versiculo constat. Nimium igitur sunt impudentes qui Platonis delirium sequuti, MEVM & TVVM tolli Euangelica doctrina ex hominum societate volunt. Quid igitur de mendicabulis illis statuendum, qui paupertatis, id est ex alieno viuendi & animas negotiandi votum, Apostolicam vitam appellant?

45 Possessiones ac facultates, τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις. Quāuis vtroque hoc vocabulo in genere declaretur quicquid quispiam in bonis habet, puto tamen hoc loco ὑπάρξεις vocari mouentia, quæ vocant, bona: κτήματα verò τὰ χωρία, id est prædia ac possessiones. Ita enim hoc vocabulum explicatur infrà 5. 1. & 3. Sed nec Syrus interpres nec Arabs καὶ τὰς ὑπάρξεις legunt.

46 Frangentes panem, κλῶντες ἄρτον, id est Vescentes: vt paulò antè exposuimus. Quod igitur Græca scholia ex hoc loco eliciunt, parcè ac frugaliter eos vixisse, verum quidem est, sed non satis solido fundamento nititur, quum hæc formula apud Hebræos etiam in solēnnibus & lautis conuiuiis vsurpetur. vt Gen. 43. 25. & 34. & alibi sæpe. ¶ Domatim, κατ' οἶκον. vt mox καθ' ἡμέραν, quotidie, & κατὰ πόλιν, oppidatim, Luc. 8. 1 & Tit. 1. 5. pro quo magis vsitatum fuerit κατ' οἴκους, vt etiam scribitur in meo vetustissimo codice. Vulgata, Circa domos, barbarè & obscurè. Subauditur autem particula vniuersalis distributiuè, vt apparet ex plena cōstructione. Act. 15. 21. κατὰ πᾶν σάββατον, in quo vers. extat plenæ & ellipticæ orationis exemplum: & Act. 15. vers. 36 κατὰ πᾶσαν πόλιν. Ista autem duo, nempe ἐν τῷ ἱερῷ, in templo, vbi ad docendum publicè conueniebant quum spatiosæ ibi essent porticus, & κατ' οἶκον id est Domatim, inter se opponuntur, vt etiam infrà 5. 42. ac proinde falsa est eorum interpretatio, qui κατ' οἶκον interpretantur ἐν οἴκῳ, & οἴκου nomine ipsum templum intelligunt. quanuis etiam κατ' οἴκους numero multitudinis, interdum pro ἐν οἴκῳ, id est Domi accipiatur, vt apud Herod. in Erato, μιλτιάδης δὲ ἀπικόμενος ἐς Χερρόνησον εἶχε κατ' οἴκους, continebat se domi, & apud Euripidem Helena, τὰ μὲν κατ' οἴκους εὐτυχοῦμεν ὦ γύναι. Sed multitudo eorum qui iam nomen dederant Christo Hierosolymis, iam tum proculdubio prorsus requirebat vt ad communem illum conuictum plures ad id domus commodæ deligerentur, sicut videmus in vrbibus populosis Ecclesiam cuiusque ciuitatis in plures παροικίας distributam. quod etiam indicat distributiua præpositio, quanuis cum numeri singularis nomine constructa, vt prolatis exemplis ostendimus. Erasmi verò interpretatio per singulas domos, videtur quidem idem esse atque Domatim, sed tamen repudianda est propter ambiguitatem: quoniam singularum domorum appellatione, cuiusque domus priuatæ significātur, qua interpretatione communis ille in ædibus certis, quot opus fuit, conuictus tolli videretur. ¶ Capiebant cibum, μετελάμβανον τροφῆς Erasmus, Inuicem capiebant cibum. Ego verò malim dicere, Vnà capiebant cibum, siquidem libeat præpositionem μετὰ ad communem illum victum referre. quò respiciens Syrus interpres vertit, Et frangebant. (id est in commune conferebant distribuendam) portionem, (id est quod quisque de suo afferebat) nisi malumus portionis nomine, ipsos cibos distributos intelligere. ¶ Cum exultatione, ἐν ἀγαλλιάσει. Poni ἐν pro σὺν ex Hebræorum idiotismo, alibi obseruauimus. Sed hæc in quibusdam exemplaribus construuntur cum verbo μετελάμβανον, in aliis verò cum participio αἰνοῦντες. ¶ Et simplicitate cordis, καὶ ἀφελότητι καρδίας. Simplicitatem cordis vocat quæ à Græcis dicitur etiam ἁπλότης, vnde ἁπλοῦς, id est ἀδόλως. sed hæc significatio accommodanda est ad id de quo agitur. Itaque his vocabulis declaratur, omnia inter istos bona fide gesta fuisse initio, nullos fuisse μεμψιμοίρους, nullas exquisitas delicias, quosuis de suo libenter & alacri animo cum fratribus communicasse: quod Paulus 2. Cor. 9. 13, vocat ἁπλότητα κοινωνίας: verè denique fuisse δαῖτας ἐΐσας, vt loquitur Homerus. Sed summa ista pax & coniunctio, ne in his quidem conuiuiis quibus præerant Apostoli, integra permanere potuit, vt apparet infrà ex initio capitis sexti, & iis quæ commemorat Paulus 1. Corinth. 11. & Iudas vers. 12. Sic etiam veterum sacrarum scholarum cœnobia in superstitionum & omnium vitiorum lustra mox degenerarunt.

47 Habentes gratiam, ἔχοντες χάριν. Id est, Grati & accepti populo. Sic Plin. lib. 9. cap. 1, Candor aquæ in Fauentinis, sed lanugo nulla: quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. ¶ Ecclesiæ, ἐκκλησίᾳ. Erasm. hoc loco vertit, Congregationi. Vulgata, Augebat qui salui fierent quotidie in idipsum, vt solet interpretari ἐπὶ τὸ αὐτό. Meus autem vetustissimus codex habet vtrunque, nempe ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐκκλησίᾳ: & tum Syrus interpres tum etiam Arabs, Ecclesiæ nomen legerunt. Sed mihi suspectus est articulus τοὺς additus participio σωζομένους contra Græcæ linguæ vsum, si pro Seruandis siue, Qui salui fierent accipias. Itaque veram hanc esse scripturam & interpretationem conuicio, καὶ προσετίθει

nam confluebant qui salutem consequerentur, *Et adiungebat quotidie adiebat Ecclesiae qui salui fierent*, vel, si libeat articulum τοὺς retinere, & ex meo vetustissimo codice legere ἐπὶ τὸ αὐτὸ: *Et augebat (numero videlicet) eos qui sese quotidie seruandos recipiebant in Ecclesiam.* Illud verò ἐπὶ τὸ αὐτὸ Vetus interpres, (vt ex Chrysostomo quoque & Græcis codicibus liquet) malè isti periodo adiunxit, quum ad sequentem narrationem pertineat.

Κεφάλαιον γ.

Christus claudum quendam natum, hominem notum omnibus, loco & tempore celebri, per manus Apostolorum sanans, partim eos qui crediderant confirmat, partim alios credituros vocat.

1 Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐνάτην.

2 Καί τις ἀνὴρ χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων ἐβαστάζετο· ὃν ἐτίθουν καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ τὴν λεγομένην Ὡραίαν, τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρὰ τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὸ ἱερόν.

3 Ὃς ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερόν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν.

4 Ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ Ἰωάννῃ, εἶπε, Βλέψον εἰς ἡμᾶς.

5 Ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προσδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν.

6 Εἶπε δὲ Πέτρος, Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι· ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι, Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου ἔγειραι καὶ περιπάτει.

7 Καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε· παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρά.

8 Καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη, καὶ περιεπάτει, καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερόν, περιπατῶν καὶ ἁλλόμενος, καὶ αἰνῶν τὸν Θεόν.

9 Καὶ εἶδεν αὐτὸν πᾶς ὁ λαὸς περιπατοῦντα καὶ αἰνοῦντα τὸν Θεόν.

CAP. III.

1 Cæterùm Petrus & Ioannes simul ascendebant in templum, sub horam orationis, *nempe* nonam.

2 Quidam autem vir claudus ab vtero matris suæ, portabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab ingredientibus in templum.

3 Is quum vidisset Petrum ac Ioannem ingressuros in templum, rogauit vt eleemosynam acciperet.

4 Intentis autem in eum oculis Petrus cum Ioanne, dixit, Aspice ad nos.

5 Ille igitur attendebat eos, sperans se aliquid ab eis accepturum.

6 Petrus autem dixit, Argentũ & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine Iesu Christi Nazaræi surge & ambula.

7 Et prehensa manu eius dextera, erexit *eum*: illico verò solidatæ sunt plantæ ipsius ac malleoli.

8 Et exiliens stetit, & ambulauit, & ingressus est cum eis in templum, ambulans & saliens, & laudans Deum.

9 Viditque eum totus populus ambulantem & laudantem Deum.

CAP. III.

1 *Petrus autem & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.*

2 *Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris suæ baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum.*

3 *Is quum vidisset Petrũ & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet.*

4 *Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit, Respice in nos.*

5 *At ille intendebat in eos sperans se aliquid accepturum ab eis.*

6 *Petrus autẽ dixit, Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.*

7 *Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum, & protinùs consolidatæ sunt bases eius & plantæ.*

8 *Et exiliens stetit & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulãs & exiliens, & laudans Deum.*

9 *Et vidit omnis populus eum ambulantem & laudantem Deum.*

IN CAPVT III.

1 *Sub horam*, ἐπὶ τὴν ὥραν. Sic Thucyd. ἐπὶ τὴν ἕω, sub auroræ exortum. Vulgata & Erasmus, *Ad horam.* ¶ [*Nempe*] *nonam*, τὴν ἐνάτην. Nisi hoc addas aut aliquid simile, videbuntur horæ minimùm nouẽ constitutæ ad habendas preces, quum potius significetur horam nonam fuisse precationi consecratam, nempe sacrificio vespertino: Exo. 29. 39, vbi tẽpus istud vocatur *inter duas vesperas* ex quo etiam intelligitur quo tempore parari & edi Pascha consueuisset. Nona enim hora ab ortu ea est quæ tertia est ante occasum, vbi dies in duodecim horas inæquales diuiditur. vt in Iudæa. Ioh. 1.9. Neque tamẽ Apostoli propriè ad sacrificiũ conueniebant, quũ scirent verum illũ Agnum qui tollit peccata mundi, suo sacrificio, Legis vmbris finem imposuisse: sed aderant potius vt hoc ipsum docerent, nempe id esse reipsa exhibitum quod ceremoniæ Legis adumbrabant. Neq; tamen dubito quin sese, quoad eius fieri potuit, Legis ceremoniis accommodarint, tantisper dum infirmos ac rudes Christo lucrifacerent. Sed quorsum hoc ad illorum errorem confirmandum qui diabolicis blasphemiis non dubitant se polluere, & nihilominus isti impietati charitatem proximi prætexunt?

2 *Quotidie*, καθ' ἡμέραν. Syrus hoc non legit, quod tamen non redundat: quum ad narrationem pertineat hæc quoque circunstantia, qua sic contigit vt iste cunctis esset notus: calumniaturis alioqui aduersariis Apostolos, quasi appositus hic esset, claudicationẽ simulans, sicut nostris temporibus factitare sacrificuli consueuerunt, vt suis idolis auctoritatem illam quæstuosam concilient. Arabs autem interpres pro καθ' ἡμέραν videtur legisse, καὶ καθίσαντες, *&* *collocabant*. Sed quorsum istud duplicatum?

5 *Attendebat*, ἐπεῖχεν. Animo nimirum & oculis. Vide Luc. 14. 7.

7 *Solidata sunt*, ἐστερεώθησαν. Vulgata & Eras. vti maluerunt Consolidandi verbo, quod videtur Iurisconsultis peculiare, & quidem significatione multùm diuersa. ¶ *Plantæ ipsius*, αὐτοῦ αἱ βάσεις, Vulgata, *Bases* conuertit. Pollux ex Platone πόδας interpretatur. Est enim tibia quasi columnæ instar, cui subiicitur pes pro basi: βάσις quoque tam significat ipsam ingressionem, quàm membra quæ sunt ingressionis organa. ¶ *Ac malleoli*, καὶ τὰ σφυρά. Vulgata interpretatur *Plantas*, imperitè. Erasmus, *Talos* conuertit, id est ἀστραγάλους, quum hoc vocabulo declarentur τὰ ἀποληγόντα πρὸς τῷ ἀστραγάλῳ, καὶ τὰ πλάγιον ἐξέχοντα, id est, extrema illa quæ ad talum desinunt, & ad latera extuberant, processus nimirum illi appendicum ossium quæ tibiam constituunt, quos Græci σφυρά, Latini malleolos vocant, quòd mallei speciem quodammodo repræsentent. Nos in vernaculo sermone pedis cauillas (id est clauos) vocamus, quòd in illa vertebra pes vertatur, quæ nisi firma fuerit, gradiri non possis. Castellio crura & talos conuertit: & fateor quidem interdum à parte totum significari, sed tamen non video cur id facere necesse fuerit hoc loco.

10 *Illum*

10 Ἐπεγίνωσκόν τε αὐτὸν ὅτι οὗτος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος ἐπὶ τῇ Ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ· καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ.

11 Κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ καλουμένῃ Σολομῶντος, ἔκθαμβοι.

12 Ἰδὼν δὲ Πέτρος ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ; ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν;

13 Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν.

14 Ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν·

15 Τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν.

16 Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν.

10 Et eum agnouerunt illũ esse qui ad *petendam* eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt pauore & stupore super eo quod ei contigerat.

11 Quum autem claudus ille qui sanatus fuerat teneret Petrum & Ioannem, cucurrit totus populus ad eos in porticum quæ appellatur Solomonis, expauefactus.

12 Quo viso Petrus respondit populo, Viri Israelitæ, quid miramini de hac re? aut quid intentos oculos in nos habetis, quasi propria potentia vel pietate effecerimus vt hic ambulet?

13 Deus ille Abrahami, & Isaaci, & Iacobi, Deus *inquam* Patrum nostrorum glorificauit Filium suum Iesum, quem vos tradidistis & abnegastis in conspectu Pilati, quum ille iudicasset esse dimittendum.

14 Vos autem sanctum illum & iustum abnegastis, & postulastis homicidam condonari vobis:

15 Principem autem interemistis vitæ, quem Deus suscitauit ex mortuis: cuius *rei* nos testes sumus.

16 Et per fidẽ in nomen ipsius, hunc quem conspicitis ac nostis, confirmauit nomen ipsius: fides inquam quæ per ipsum *est*, dedit isti integritatem hãc coram omnibus vobis.

10 *Cognoscebant autem illum quòd ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore & ecstasi in eo quod contigerat illi.*

11 *Quum tenerent autem Petrum & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum quæ appellatur Solomonis, stupentes.*

12 *Videns autem Petrus respõdit ad populum, Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare?*

13 *Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit Filiũ suũ Iesum, quem vos quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilati iudicante illo dimitti.*

14 *Vos autem sanctum & iustum negastis, & petiistis virum homicidam donari vobis:*

15 *Auctorem verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus.*

16 *Et in fide nominis eius, hunc quem vos videtis & nostis, confirmauit nomen eius: & fides quæ per eum est, dedit illi integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrûm.*

Miracula conuincendis incredulis destinata sunt, ac proinde pessimè iis abutuntur qui vel in ipsis miraculis, vel in organis quibus Deo vti placet, obstupescentes, ex eo quod ad veri cultus, (id est Christianismi) notitiam institutum est, idololatriæ & superstitionis stabiliendæ occasionem arripiunt.

10 *Illum esse*, ὅτι οὗτος ἦν. Syrus addit חגירא [*chagira*,] id est, ὁ πτωχός, *mendicum illum.*

11 *Quum autem claudus ille qui sanatus fuerat teneret*, κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ. Sic constanter legitur in omnibus Græcis codicibus quos inspeximus, & apud OEcumenium quoque. Veteris autem editionis codices duobus modis hîc sunt deprauati. Alij enim habent, *Quum viderent autem*, id est ἰδόντες δέ. Alij, *Quum tenerent*, κρατοῦντες δέ, & totum illud τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ prætermittunt, vt & Syrus & Arabs interpretes. κρατεῖν autem hoc loco non declarat prehendere, sed ita quidpiam tenere vt id tibi elabi non sinas. quod arguit, claudum istum vel eorum amore à quibus curatus fuerat, vel fortassis metu ne si eos ex oculis semel amisisset, iterum claudus fieret, ab eorum latere non discessisse.

12 *Vel pietate*, ἢ εὐσεβείᾳ. Sic scriptum inueni in omnibus meis codicibus Græcis. Apparet tamen Syrum & Arabem interpretes legisse, ἢ ἐξουσίᾳ, *&* *robore*, seu *viribus*. Et in nonnullis quoque veteris editionis Latinæ legitur, *Virtute aut potestate*, id est ἰσχύι ἢ δυνάμει, vt 2. Petri 2, 12 quæ lectio non displicet Erasmo, ac ne mihi quidem. Sed tamẽ altera inepta non est. Sic enim colligebat turba vt Nicodemus, Ioan 3.2, & cæcus ille oculatissimus, Ioan. 9. 31. *Peccatores*, inquit, *Deus non exaudit: sed siquis est*, θεοσεβής, id est *Dei cultor & voluntati eius paret, hũc audit.* De hoc autẽ δυνάμει, vide Marc. 5, 15. & 16. 11. ¶ *Vt hic ambulet*, τοῦ περιπατεῖν αὐτόν. Noua constructio Hebraissans, sic meo quidem iudicio, explicanda, vt articulus respondeat literæ Lamed in Makor, in להלך [*lehaloc*] ac si Græcè dicas, ἕνεκα τοῦ περιπατεῖν, pro ὥστε περιπατεῖν, à qua phrasi non multum abest illud Hesiodi in Theogonia ἕνεκα τεκέων, pro διὰ τεκέων, quanuis ὥστε non simpliciter in hoc dicendi genere finem declaret. Sic constituitur verbum κρίνειν, nouè cum secundo casu infrà 27. 1. & 1. Corint. 2. 2. Scio non deesse qui hunc Hebraismum aliter explicent. Sed mihi videor dixisse quod res est.

14 *Condonari*, χαρισθῆναι. Alibi, χαρίζεσθαι interpretati sumus Gratificari, actiuè videlicet positum, & cum casu rei (vt loquuntur) constructum.

15 *Principem*, ἀρχηγόν. Id est, eum qui vnus dux est ad vitam. Vulgata & Erasmus *Auctorem.* ¶ *Cuius* [*rei*,] οὗ. vel, *cuius Christi*, vt infrà, 22, 8. sed illud mihi planius videtur.

16 *Et per fidem in nomen ipsius*, καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Miror quid hîc venerit in mentem Erasmo doctissimo viro vt nodum in scirpo quæreret. Incertum est (inquit) quid referat αὐτοῦ, & quis sit nominatiuus verbi ἐστερέωσε, & ὄνομα rectus sit casus an accusatiuus. Ego verò non video quî vel ambigere possit quisquam quin hæc sit legitima & naturalis horum verborum constructio, Καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστερέωσε τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Id est, Et nomen ipsius (Christi videlicet quem Deus à mortuis excitauit,) istum quem spectatis & nostis confirmauit per fidem nominis ipsius. id est, quia fide amplexus est illum à mortuis excitatum, cuius nomen ex nobis audiit. Aliæ autem duæ interpretationes quas Erasmus affert, non video qua tandem ratione possint ex Petri verbis elici. Cæterùm vt planior sit huius loci explicatio, sciendum est ἐπὶ (quæ particula respondet literæ Hebræorum ב) idem hîc declarare atque διά, nimirum instrumentalem causam. Deinde πίστιν ὀνόματος passiuè dici fidem quæ habetur ipsius nomini, vt Marci 11. 22. & Ro. 3. 22. Postremò nomen Christi μετωνυμικῶς pro Christo ipso poni, sicut Dei nomen pro Deo: quamobrem etiam

Syrus interpres, quem sequitur Arabs, pro ὄνομα αὐτοῦ, vertit הוא [hu] ipse. Sed tamen sciendum est hanc periphrasin minimè esse superuacaneam. Ita enim significatur mutua quædam relatio inter Deum & ipsius Verbum, cuius prædicatione sese patefecit mundo, vt eam demum fidem esse sciamus quæ est ex Verbi auditu. ¶ *Confirmauit*, ἐστερέωσε. Ad verbum, *solidauit*, id est, quàm solidò & firmo fundamento nitatur ostendit, & videtur Lucas hoc verbo voluisse alludere ad claudi plantas solidatas. ¶ *Fides, inquam, quæ per ipsum [est]* καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ. Vt hic locus commodè possit intelligi, conferat lector quæ scripta sunt 1. Petr. 1. 21 ¶ *Integritatem*, ὁλοκληρίαν. Hebr. מתם [tamim] vt Esa. 1. 6. Opponitur autem corpus integrum vitioso apud Ciceronem libr. de Diuin. 1. & apud Celsum vitiosus sanguis integro. Sic Virgil. --*vos ô quibus integer æui Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires.* Vide apud Ciceronem 4. de Finibus, integritas corporis pro valetudine dicitur. Vulg. *Integram sanitatem.* Irenæi interpres, Incolumitatem. Nam Græcum Irenæum mihi non contigit videre.

Optimum quidem est Christum oblatum statim amplecti, sed iis qui pro humana imbecillitate tantû beneficiû neglexerint superest resipiscentiæ remedium. Opponendum est autem crucis ignominiæ decretum Dei, prædictum per Prophetas, de Christo priùs in terris crucifigendo: deinde è cælis iudice & totius mundi instauratore appariturо, vt seruentur omnes credituri, & omnes increduli semel pereant.

Καὶ νῦν ἀδελφοί, οἶδα ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν.

Ὁ δὲ Θεὸς ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν προφητῶν αὐτοῦ παθεῖν τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ἐπλήρωσεν οὕτω.

Μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε, εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας· ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου,

Καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεκηρυγμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστόν·

Ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ στόματος πάντων ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν ἀπ' αἰῶνος.

Μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπον, Ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς.

Deut. 18. 15 infrà 7. 37

17 Sed nunc fratres, scio vos per ignorantiam *ista* fecisse, sicut & Primores vestros.

18 Deus autem quæ prænuntiauerat per os omnium Prophetarum suorum, Christum suum perpessurum, ita impleuit.

19 Resipiscite igitur, & côuertite vos, vt deleantur peccata vestra: postquā venerint præstituta tempora refrigerationis à conspectu Domini,

20 Et miserit prius prædicatum vobis Iesum Christum.

21 Quem oportet quidem cæli capiant, vsque ad tempora restitutionis omnium, de quibus loquutus est Deus à seculo per os omnium sanctorum suorum Prophetarum.

22 Moses etenim ad Patres dixit, ‖ Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me: audietis eum in omnibus quæ loquutus fuerit vobis.

17 *Et nüc fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri.*

18 *Deus autem quæ prænuntiauit per os omnium Prophetarum, pati Christum suum, sic impleuit.*

19 *Pœnitemini igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra: vt quum venerint tempora refrigerij à conspectu Domini,*

20 *Et miserit eum qui prædicatus est vobis, Iesum Christum.*

21 *Quem oportet quidem cælum recipere vsque in tempora restitutionis omnium, de quo loquutus est Deus per os sanctorū suorum à seculo Prophetarum.*

22 *Moyses quidem dixit, Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam meipsum audietis iuxta omnia quæcunque loquutus fuerit vobis.*

17 *Primores*, οἱ ἄρχοντες. Vide Luc. 23. 35.

19 *Conuertite vos*, ἐπιστρέψατε. Vulgata, *Conuertimini.* Vide infrà vers. 26. ¶ *Postquam venerint*, ὅπως ἂν ἔλθωσι. Hic locus à plu[...] interpretibus mirum est quàm variè sit explicatus. [...]us enim interpres conuertit, *Vt quum venerint*, id est, ὅπως ὅταν, non ὅπως ὅτι, vt tradidit Erasmus. Irenæi interpres, *Et veniant*, καὶ ἔλθωσι. Erasm. anantapodoton esse putat, aut ὅπως ἂν poni pro Vtcunque. Atqui ὅπως ἂν nihil aliud declarat quàm ἐπειδὰν, id est Postquam quo idoneorum scriptorum auctoritate facilè potest confirmari. Sic enim Herodotus in Clio, ὅπως μὲν ἔλθῃ ἐπὶ τῆς γῆς καρπὸς ἁδρὸς, ἀλωσόμενος εἰσέβαλε τὴν στρατιήν. Idem Thalia, ἐλεύθερον μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Διὸς ὅπως ᾗ. Idem eodem libro, ὅπως δὲ ἴδοιτο Κλεομένης τὰ ποτήρια, ἀπεθώυμαζε. Sophocles Tyranno, ὅπως γὰρ ἱερῶν χερσὶ μὴν παρὸν. Idem, πύλας δ' ὅπως εἰσῆλθ' ἐπιρρήξασ' ἔσω. Ex quibus exemplis apparet, sicut ὅπως & ὡς sunt synonyma, quando coniunctiones sunt & τελικῶς ponuntur, sic etiam vtrunque interdum esse temporis aduerbium. Idem igitur declarat ὅπως ἂν hoc loco atque ὡς ἂν 1. Corinth. 11. 34. vt non possim satis mirari, interpretes tam multos, ac præsertim Erasmum, in hoc loco conuertendo sic potuisse hallucinari. Alludere verò mihi videtur Petrus ad Psal. 94. 15. Tertullianus lib. de resurrectione carnis, vertit, *Vt superueniant*, ὅπως ἀνέλθωσι. quod nusquam legi, nec probare possum. Syrus & Arabs, *vt veniant*, ἂν coniuncta cum ἔλθωσι.

20 *Prius prædicatum*, τὸν προκεκηρυγμένον. Veteres omnes Græci codices quos vidimus, scriptum habent προκεχειρισμένον, id est repræsentatum ac velut expromptum, vel destinatum, & vt citatur hic locus à Tertulliano, prædesignatum, & ita etiam legerunt Syrus & Arabs interpretes. Sic enim accipitur verbum προχειρίζεσθαι infrà 22. c. 14, & huc pertinet quod ait Paulus, Christum fuisse Circuncisionis ministrum.

21 *Cæli capiant*, τὸν οὐρανὸν δέξασθαι. Id est receptum contineant, ex idiotismo Hebræorum sæpissimè à nobis obseruato, quo fit vt ex antecedente intelligatur consequens, vt quum παραλαμβάνειν accipitur pro acceptum transferre, ἐξελθεῖν pro digressum aliquò venire, & similia. Est autem in Græcis constructio, fateor, ambigua, sed in verbis, non in re ipsa. Constat enim agi de vera Christi carne, & de vera ipsius è veris terris in veros cælos ascēsione. Quis autem nisi insanus dixerit, vel veræ Christi carnis modum excedere cælorum illud inenarrabile spatium, supra quos illa verè penetrauit: aut id quod maius est, ab eo quod infinitè penè quantitate seu mole minus est, contineri? Itaque immanis est eorum audacia, qui cum Nestorio naturas separant, nullam aliam Deitatem in Christò ponentes, quàm quæ proprietatum Deitatis omnium in carnem reali effusione definitur: & cum Eutychete realem essentialium proprietatum effusionem statuentes, pro vnione hypostatica, confusionem naturarum inuehunt: præcipua denique tria Christianæ religionis capita, nempe Verbi incarnationem, Christi in cęlos ascensionem, & Sessionem ad dexteram Patris, funditus euersa, in Omni maiestaticam siue Vbiquitaticam chimæram transformantes, cæli nomen pro cælesti gloria, & hāc rursus prò vbiquitaria omnipræsentia, id est Marcionis spectro, intelligi tam pertinaciter contendunt, vt à se dissentientes auctoritate αὐτοκρατορικῇ condemnent. Syrus certè interpres nullum ambiguitati sermonis locum reliquit, sic interpretans vt nos fecimus, nempe, *Quem oportet cæli capiant*, quam interpretationem ideò cæteris prætuli (quum antea vertissem passiuè, *Quem oportet cælo capi* eadem prorsus manēte sententia,) vt istorū clamores compescam, qui mei, vt hæretici peruersissimi, damnandi occasionem ex eo arripuerunt, quòd aliquam loquutionem passiua expressérim. Sed de his alibi plenissimè. Ponitur autem δέξασθαι pro δέχεσθαι, quæ enallage passim occurrit, vt Matth. 10. 14. & 35. Luc. 9. 22. & 17. 25. Notandū etiam est particulæ μὲν non subiici subiunctiuam δέ: quod rarissimè apud idoneos Græcæ linguæ scriptores occurrit. ¶ *Loquutus est*, ἐλάλησεν. Vulgata, *De quo loquutus est*, id est, ὧν ὃ ἐλάλησεν. Legimus in vno exemplari ὧν ἂν ἐλάλησεν, *de quibus loquutus est*, quod sum sequutus. ¶ *A seculo*, ἀπ' αἰῶνος. Id est iam olim, & ab omni æuo, prout Prophetæ alij aliis successerunt.

23 Disper-

Ἔσται δὲ, πᾶσα ψυχὴ ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ.

Καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς, ὅσοι ἐλάλησαν, καὶ προκατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας.

Ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῆς διαθήκης ἧς διέθετο ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, λέγων πρὸς Ἀβραάμ, Καὶ τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς.

Ὑμῖν πρῶτον ὁ Θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτὸν εὐλογοῦντα ὑμᾶς, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν.

23 Futurum est autem vt quisquis non auscultarit Prophetā illum, disperdatur è populo.

24 Sed & omnes Prophetæ à Samuele & iis qui deinceps *fuerunt*, quotquot loquuti sunt, etiam prænuntiarunt dies istos.

25 Vos estis filij Prophetarum, & pacti quod pepigit Deus erga patres nostros, dicens ad Abrahamū, ‖ Et in semine tuo benedictionem consequentur omnes familiæ terræ.

26 Vobis primùm Deus suscitatum Filium suum Iesum misit, qui benediceret vobis, vno quoque *sese* auertente à prauitatibus vestris.

23 *Erit autem omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.*

24 *Et omnes Prophetæ à Samuele, & deinceps qui loquuti sunt, & annuntiauerunt dies istos.*

25 *Vos estis filij Prophetarum & testamenti quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham, Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.*

26 *Vobis primùm Deus, suscitans Filiū suum, misit eum benedicentem vobis, vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua.*

Iudæi credentes primogeniti in regno Dei.

Gen. 12. 3 gal. 3. 8

Κεφάλαιον δ.

Cap. IIII.

Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν, ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι·

Διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν, καὶ καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν·

Καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον. ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη.

1 Loquentibus autem ipsis ad populum, superuenerunt Sacerdotes & præfectus templo & Sadducæi:

2 Molestè ferentes quòd docerent populum, & annuntiarent Iesum per resurrectionem ex mortuis.

3 Et iniecerunt in eos manus, posuerúntque eos custodiēdos in posterum diem. Nam erat iam vespera.

Cap. IIII.

1 *Loquētibus autem illis ad populum, superuenerunt Sacerdotes & magistratus tēpli & Sadducæi:*

2 *Dolentes quòd docerent populum, & annuntiarent in Iesu resurrectionem ex mortuis.*

3 *Et iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum. erat enim iam vespera.*

Nulli sæpe vel diligentiores, vel audaciores sunt Ecclesiæ hostes, quàm qui se vocant eius architectos: sed quò illi vehementius insaniunt, eò cōstantius perseuerant fideles serui Dei.

23 *Disperdatur*, ἐξολοθρευθήσεται. Id est, Ex populo expungatur. Vulg. & Erasm. vti inualuerunt verbo Exterminandi, quod respondet τῷ ἐξορίζειν.

24 *Prænuntiarunt*, προκατήγγειλαν. Vulgata & Erasmus, *Annuntiarunt*, κατήγγειλαν.

25 *Filij Prophetarum ac pacti*, υἱοὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῆς διαθήκης. Id est, Ii estis quibus peculiariter destinati fuerunt Prophetæ, & quibuscum fœdus est sancitum, ex Hebræorum idiotismo quem suprà aliquoties annotauimus. Huc pertinet quod ait Paulus Rom. 9. 4. Sed & propriè accipi potest Filiorum nomen, vt dicantur Iudæi posteritas esse Prophetarum, Abrahami videlicet, Isaaci & Iacobi, & filij fœderis, id est semen illud Abrahæ in fœdere comprehensum: ideo non recessimus à verbis Lucæ. ¶ *Pacti*, τῆς διαθήκης. Vide Matt. 26. 26.

26 *Vobis primùm*, ὑμῖν πρῶτον. Vobis videlicet Hierosolymitanis & aliis Iudææ incolis, idcirco Hebræis vocatis, & ab iis Iudæis distinctis qui dicuntur τῆς διασπορᾶς 1. Petr. 1. 1. & ἑλληνισταὶ infrà, cap. 6. 1. vt ibi copiosius exponemus. πρῶτον igitur hîc declarat prædicationis Apostolicæ initium, quod ab Hierosolymitanis cœpit secundum Esaiæ & Micheæ prædictionem, quamobrem etiam rectè Syrus interpres vertit מקדם [Menkedim] id est ab initio, non לוקדם [Lukdam] neque hoc ita accipitur vt Rom. 1. 16. comparatis inter se Iudæis & Gentibus. Nec enim Petrus adhuc intelligebat incircuncisorum vocationem, vt apparet infrà toto cap. decimo, quòd & Hierosolymitana Ecclesia ignorabat, à quo errore deduci diu non potuerunt, & aduersus quos tanta fuit Paulo Gentium Apostolo controuersia. Quod igitur discipulis mandarat suprà Dominus, 1. 8. fore ipsos Euangelij testes vsque ad vltimas terras, de solis prouincialibus Iudæis intelligebant, donec ex Petro & reipsa sublatum populorum discrimen cognouerunt. ¶ *Suscitatum*, ἀναστήσας. Id est, Exhibitum mundo, siquidem libeat ad Christi conceptum referre, vel, excitatum à mortuis, & in regnum suum euectum: ad quod tempus Paulus accommodat illud Dauidis, *Hodie genui te*, Infrà 13. 33. ¶ *Vnoquoque sese auertente*, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον. In nonnullis codicibus additur ὑμῶν, vestrûm, vt habet etiam Erasmus. Vulgat. *vt conuertat sese vnusquisque*: quasi ἐν τῷ ponatur pro εἰς τὸ qui sensus etiam rectus est. Syrus autem & Arabs legerunt ἐὰν ἀποστρέψητε καὶ μετανοῆτε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν. *Si vos conuerteritis, & resipueritis à prauitatibus vestris.* Cæterùm non modò τὸ στρέφειν, vt Act. 7. 42. & ἐπιστρέφειν, ἀμεταμέλητως, quod respondet verbo Hebræo שוב [schub,] vt Marc. 4. 12. Gal. 4. 9. 1. Thessal. 1. 9. & alibi sæpe, sed etiam τὸ ἀποστρέφειν, vt hoc locō, atque adeò eorum passiua, vt στρέφεσθαι, ἐπιστρέφεσθαι, ἀποστρέφεσθαι, vbique in his libris vsurpantur actione reciproca, pro Conuertere sese, & Auertere sese, vt in coniugationibus Hebræis Niphal & Hithpahel: neque tamen propterea liberum arbitrium Pelagianorum stabilitur, quum nullus se conuertat, nisi cuius antea mancipata peccato voluntas per gratiam fuerit liberata, vt testatur Paulus 2. Timoth. 2. 25. ¶ *A prauitatibus vestris*, ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν. id est à vitiis quibus obnoxij estis. Sic legerunt etiam Syrus interpres & Arabs. Sed reperi in vno Stephani nostri codice αὐτοῦ *suis*, quod mollius cohæret cum voce ἕκαστον. Vulgata suo more πονηριῶν nimium angustè vertit *nequitiam*, & singulari numero legit ἀπὸ τῆς πονηρίας αὐτοῦ, *à nequitia sua*. Sed magna vis est numeri pluralis, quo, alioqui non ita vsitato, Plutarchus tamen vtitur in libello de odio & inuidia, sic eleganter & verè scribens αἱ ἀνθρώπων πονηρίαι ἐπιτείνουσι μίσος quod in aduersariis meis quotidie experior. Cicero in paradoxis animi prauitates appellat. Scelera tamen etiam licebit interpretari, id est πονηρεύματα: ipsa videlicet vitiorum effecta. Sed πονηρίας præstat pro ipsis vitiorum radicibus accipere: quibus demum sensim per Spiritum Sanctum extirpatis, (id quod per veteris hominis mortificationem intelligitur) non autem vitiorum duntaxat cohibitis effectis verè nos ad Deum conuertimus.

IN CAPVT IIII.

1 *Præfectus templo*, ὁ στρατηγὸς τοῦ ναοῦ. vide Matth. 27. 65. Vulgata, *Magistratus*, impropriè.

3 *Posuerúntque eos custodiendos*, καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν. id est custodiendos curarunt, alicuius videlicet fidei commissos. Nam carcer in his libris, non τήρησις sed φυλακὴ vocatur: & ita paulatim suos Dominus tanquam tyrones ferēdæ cruci assuefecit. Nec enim Apostolorum duntaxat, verùm totius Ecclesiæ adhuc nascentis rationem habuit.

4 Πολλοὶ δὲ τῶν ἀκουσάντων τὸν λόγον, ἐπίστευσαν· καὶ ἐγενήθη ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀνδρῶν ὡσεὶ χιλιάδες πέντε.

4 Multi verò eorum qui audierant hunc sermonem, crediderunt: & factus est numerus virorum quasi quinquies mille.

4 *Multi autem eorū qui audierant verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum quasi quinque millia.*

In eos qui de successione personali (sepa rata doctrinæ successione) gloriantes, veros verbi ministros oppugnant.

5 Ἐγένετο δὲ ἐπὶ τὴν αὔριον συναχθῆναι αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας καὶ πρεσβυτέρους καὶ γραμματεῖς εἰς Ἱερουσαλὴμ·

5 Factum est autem postero die vt congregarentur Primores eorum & Seniores & Scribæ Hierosolymis:

5 *Factum est autem in crastinum vt congregarentur principes eorum, & seniores & Scribæ in Ierusalem:*

6 Καὶ Ἄνναν τὸν ἀρχιερέα καὶ Καϊάφαν καὶ Ἰωάννην καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ.

6 Et Annas Pōtifex maximus, & Caiaphas & Ioannes & Alexander, & quotquot erant ex genere Pontificio.

6 *Et Annas princeps Sacerdotum, & Caiaphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot aderant è genere sacerdotali.*

Lupi verorum pastorum successores, nec Dei nec Ecclesiæ, sed suam causam agūt.

7 Καὶ στήσαντες αὐτοὺς ἐν τῷ μέσῳ, ἐπυνθάνοντο, Ἐν ποίᾳ δυνάμει ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσατε τοῦτο ὑμεῖς;

7 Quum igitur statuissent eos in medio, percontati sunt, Qua potestate aut quo nomine vos hoc fecistis?

7 *Et statuentes eos in medio, interrogabant, In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos?*

8 Τότε Πέτρος πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, καὶ πρεσβύτεροι τοῦ Ἰσραήλ,

8 Tunc Petrus repletus Spiritu sancto dixit eis, Primores populi & Seniores Israelis.

8 *Tunc repletus Spiritu sancto Petrus dixit ad eos, Principes populi & seniores Israel,*

9 Εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται·

9 Quandoquidem de nobis hodie quæstio habetur super beneficio in hominem infirmū *collato*, quomodo *videlicet* iste seruatus sit:

9 *Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste saluus factus est:*

Is demum verus est pastor qui oues docet ab vno Christo pendere, vt qui iam non sit mortuus, sed mortis victor omne imperium obtineat.

10 Γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν καὶ παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής.

10 Notum sit omnibus vobis & toti populo Israelitico, per nomen Iesu Christi Nazaræi, quē vos crucifixistis, quem Deus suscitauit ex mortuis, per hoc, *inquam*, istum adstare sanum in vestro conspectu.

10 *Notum sit omnibus vobis & omni plebi Israel, quia in nomine Iesu Christi Nazareni quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste adstat coram vobis sanus.*

Psal. 118. 22. esa. 28. 16 mat. 21. 42 mar. 12. 10 luc. 20. 17 rom. 9. 33 1. pet. 2. 7

11 Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ᾽ ὑμῶν τῶν οἰκοδομούντων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας·

11 Hic est lapis ille pro nihilo habitus à vobis ædificantibus, qui factus est caput anguli.

11 *Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli.*

12 Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία. οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.

12 Nec est in alio quoquam salus. nec enim aliud nomen est sub cælo quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos seruari.

12 *Et non est in alio aliquo salus: nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.*

---

5 *Primores eorum*, αὐτῶν ἄρχοντες. Quicunque isti fuerint, apparet isto loco significari distinctos aliquos à Senioribus, & Scribis & principibus Sacerdotū. Mihi igitur similis iudicij formam consideranti, Ierem. 26, videntur השרים [*hassarim*] ἄρχοντες, id est Primores siue Principes dici, quos postea Sanhedrin, id est συνέδριον, vocarunt, qui erant ex tribu Iuda, antequam Herodes crudelissimè in Dauidis genus sæuiret. Seniorum autem nomine intelligo eos ex populo qui auctoritate & dignitate pollebant, & vnà cum illis considebant in solēnibus iudiciis. Istis adiuncti erant Scribæ, quos ibi Ieremias vocat הנביאים [*hannebyim*] & Græcus interpres ψευδοπροφήτας. Denique in isto numero recensentur הכהנים [*hacchohanim*,] id est ἀρχιερεῖς, quorum maxima erat auctoritas, vt qui concilium cogerent, vt apparet infrà, 5. 21. Deest tamen Scribarum nomen in Arabica interpretatione, & sanè videri possunt nomine Seniorum comprehēdi: quamobrem etiam Petrus in sua defensione ipsos non compellat nominatim. ¶ *Hierosolymis*, εἰς Ἱερουσαλήμ. vel Hierosolymam, accersitis videlicet qui vrbe aberant, vt solennis esset hic conuentus. Sed malo εἰς pro ἐν accipi, & fortassis vt apud Hebræos frequentissimè subauditur אשר [*ascher*,] plena locutio fuerit οἱ ἐν Ἱερουσαλήμ, sub. ὄντες. Qui Hierosolymis erant.

6 *Annas*, Ἄνναν. Vide Luc. 3. 2. & Ioan. 11. 49. ¶ *Pontificio*, ἀρχιερατικοῦ. Vulg. *Sacerdotali*, nomine generaliore.

7 *Eos*, αὐτούς. Petrum videlicet & Ioannem. ¶ *Quo nomine*, ἐν ποίῳ ὀνόματι. Id est, Qua auctoritate, siue, quo mandante.

8 *Israelis*, Ἰσραήλ. Syrus & Arabs addunt ἀκούσατε, *Audite*.

9 *Quandoquidem*, εἰ. Id est ἐπεί, vt rectè interpretantur Græca scholia. nempe sicut apud Hebræos אם [*im*] ponitur pro כי [*chi*.] Vulg. & Erasm. *Si*: quæ particula interdum etiam est caussalis. vt Rom. 11. 24. ¶ *De nobis quæstio habetur*, ἡμεῖς ἀνακρινόμεθα. Vulgata. *Diiudicamur*, barbarè & obscurè, in ea significatione quæ hic requiritur. Erasmus, *Examinamur*: quod verbum passiuo genere nusquam legi. Est autem ἀνακρίνεσθαι verbum forense & in eum dicitur de quo constituitur iudicium. Irenæi interpres vertit Redarguimur. ¶ *Super beneficio in hominem ægrotum [collato,]* ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς. Vulg. prorsus barbarè, *In benefacto hominis infirmi*. Erasmus, *Eo quòd benefecerimus homini infirmo*: sensu sic quoque rectè expresso. ¶ *Quomodo*, ἐν τίνι. Vel, (vt Erasmus) *Qua ratione*. Sic apud Hebræos accipitur במה [*bammeh*,] vt Psalmo 119. 9. de quo aliquid diximus Matth. cap. 5. vers. 13.

10 *Per hoc [inquam]* ἐν τούτῳ. Per hoc videlicet nomen. Erasmus, *Per hunc*: eodem quidem sensu, sed tamen sine causa discedens à Græcis. Nam τούτῳ videtur necessariò referendum ad ὀνόματι.

12 *Aliud nomen*, ὄνομα ἕτερον. Id est, Alius, vel alia vis cuiusquam siue auctoritas. Ortum est autem hoc dicēdi genus Hebræis perfamiliare, ex eo quòd in periculis ac votis appellari soleant ij à quibus opē ac præsidium expectamus. ¶ *Sub cælo*, ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Id est vspiam. Neque enim hoc loco cælum opponitur terræ, quasi in cælo sint alij præter Christum deprecatores, in terra verò non item: sed Hebr. est pleonasmus, cuius tamē hic videtur peculiaris quędam esse energia. Ita enim significat Petrus imperij Christi amplitudinem: quamuis Petrus, vt apparet infrà 10. 34. mysterium vocationis gētium nondum satis nosset. Deest tamen hoc in nonnullis codicibus, & in Œcumenij scholiis. ¶ *Quod datum sit*, τὸ δεδομένον. Id est, ὃ δέδοται. alioqui videtur prorsus redundare articulus, & sic etiam legimus apud Irenæum. Participium autem δεδομένον non accipio translatitiè pro *indultum*, (vt placuit Erasmo) sed propria significatione, vt subaudiatur ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, à Deo. Huc enim pertinet quod scriptum est Ioa. 3. 16. & Petrum oportuit, qui in Christum pro vnico Seruatore proponeret, ad Deum vsque assurgere, ne docere Iudæos videretur expectandam ab homine salutem. Sed tamen Petrus, Christi ipsius exemplo, ita sese istorum ruditati accommodat, vt illius Deitatem videatur non aliter asserere quàm ex consequenti. Quum enim dixisset in eo vno positam esse omnium salutem, caussam addit, quia Deus per eum vnum seruat: ex quo rursus consequitur, eundem Christum Deum esse: quum scriptum sit, Gloriam meam alteri non dabo. Sed in hanc disputationem Petrus non ingreditur, quòd nondum haberet idoneos in istis mysteriis auditores. ¶ *Inter homines*, ἐν τοῖς ἀνθρώποις. Hebr. באדם [*b adam*,] id est hominibus, vt rectè conuertit Vetus interpres, & Irenæus quoque libro 3. cap. 12, sicut infrà, 7. 44, ἐν τοῖς πατράσιν non aliud declarat quàm πατράσι. Inter homines, (inquit Erasmus) additur ob Mosen cui fidebant Iudæi. At ego non puto Iudæos ita fuisse corruptis iudiciis vt à Mose salutem expectarint. Quòd si quis excipiat per Mosen intelligi legem à Mose traditam, respondeo, hanc declarationem magis etiam ineptam videri. Non enim hîc propriè agitur de Christi doctrina, quasi cum Lege aut cum traditionibus Pharisæorum comparetur, sed de ipsa Christi (vt ita dicam) persona, per quem vnum Deus homines seruet.

---

13 Θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παρρησίαν καὶ Ἰωάννου, καὶ καταλαβόμενοι ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον, ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν.

13 Conspecta verò Petri in dicendo libertate & Ioannis, compertóque homines esse illiteratos & idiotas, admirabātur, & agnoscebant eos cum Iesu fuisse.

13 *Videntes autem Petri constantiam & Ioannis, cōperto quòd homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant.*

Hoc saltem obtinet seruorum Dei ingenua libertas, vt qui sub zeli larua delitescebant, tandē apertè se impios prodant.

14 Τὸν δὲ ἄνθρωπον βλέποντες σὺν αὐτοῖς ἑστῶτα τὸν τεθεραπευμένον, οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν.

14 Et hominē illum qui sanatus fuerat videntes stantem, nihil poterant contradicere.

14 *Hominem quoque videntes stantem cum eis qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.*

15 Κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν, συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους,

15 Iussis autem ipsis extra concilium abire, conferebant inter se,

15 *Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere, & conferebant ad inuicem,*

Qui sibi placet in ignorantia, tandem fit etiam apertè, & contra conscientiam malus.

16 Λέγοντες, Τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὅτι μὲν γὰρ γνωστὸν σημεῖον γέγονε δι᾽ αὐτῶν, πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ φανερόν, καὶ οὐ δυνάμεθα ἀρνήσασθαι·

16 Dicentes, Quid faciemus hominibus istis? nam conspicuum signum editum esse per eos, manifestum est omnibus habitantibus in Hierosolymis, nec *id* possumus negare:

16 *Dicentes, Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitātibus Ierusalem manifestum est, & non possumus negare:*

17 Ἀλλ᾽ ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαόν, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ μηδενὶ ἀνθρώπων.

17 Sed ne *id* amplius serpat in populum, minaciter interminemur eis ne posthac vlli hominum loquantur in nomine isto.

17 *Sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis ne vltrà loquātur in nomine hoc vlli hominum.*

18 Καὶ καλέσαντες αὐτούς, παρήγγειλαν αὐτοῖς τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ.

18 Itaque vocatis ipsis, denuntiarunt ne omnino loquerentur né-ve docerent in nomine Iesu.

18 *Et vocantes eos, denuntiauerunt ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Iesu.*

Sic parendum hominibus quibus subiicimur, vt Deo in primis obsequamur.

19 Ὁ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀποκριθέντες πρὸς αὐτοὺς εἶπον, Εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ, κρίνατε.

19 Petrus autem & Ioannes respondentes dixerunt eis, An iustum sit in conspectu Dei vobis potius auscultare quàm Deo, iudicate.

19 *Petrus verò & Ioannes respondentes dixerunt ad eos, Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire quàm Deum, iudicate.*

20 Οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν.

20 Nō enim possumus nos quę vidimus & audiuimus, non loqui.

20 *Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui.*

Tantum abest vt liceat impiis quicquid libet, vt Deus etiam eo ipso quod vult illis licere, ad amplificandam suam gloriam vtatur.

21 Οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι ἀπέλυσαν αὐτούς, μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ πῶς κολάσωνται αὐτούς, διὰ τὸν λαόν· ὅτι πάντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι.

21 Illi verò non inuenientes quomodo punirent eos, additis minis eos dimiserunt, propter populum, quia omnes glorificabant Deum super eo quod factum fuerat.

21 *At illi comminantes, dimiserunt eos, non inuenientes quomodo punirent eos propter populum, quia omnes clarificabant id quod factum fuerat, in eo quod acciderat.*

---

13 *Idiotas*, ἰδιῶται. Hoc Græco epitheto propriè significantur homines priuati, oppositi τοῖς πολιτευομένοις. Inde factum, vt quoniam plerique ex vulgo homines ferè indocti sunt & rerum imperiti, idcirco idiotæ opponantur τοῖς πεπαιδευμένοις, & sic vocentur qui minimè ingeniosi sunt aut intelligentes: cuius translation exempla passim apud Ciceronem occurrunt. Lucianus dialog. De luctu, Ὁ πολὺς ὄμιλος, οὓς ἰδιώτας οἱ σοφοὶ καλοῦσι. Plato verò in Sophista, ἰδιώτην quem & ἄτεχνον vocat, opponit τεχνίτῃ siue τέχνην ἔχοντι: quò respiciens Nonius Marcellus (scriptor alioqui non magni iudicij) Idiotas ait Græcè vocari homines inutiles, quasi sibi tantùm non pluribus vtiles. Iudæi scriptores corrupto Græco vocabulo הדיוט [*hidiot*] vocant, quibus opponitur מומחה [*mumcheh*,] i. homo auctoritate præditus, siue in rep. siue in ecclesia, vt accipitur 1. Cor. 14. 16.

14 *Stantem*, ἑστῶτα. id est in pedes erectum, quum antea vel portaretur, vel necessariò iaceret. ¶ *Contradicere*, ἀντειπεῖν. Arabs addit, *vt auctoritate vterentur in illos*, id est (vt coniicit vir doctissimus Franciscus Iunius qui Arabicam illam versionem Latinè edidit) ἵνα κατεξουσιάσωσιν αὐτῶν. Ego malim κατεξουσιάσωσιν, & Gallicè verterim, *pour en faire à leur plaisir*. Latinè verò, *Vt eos haberent in potestate*.

15 *Abire*, ἀπελθεῖν. Meus vetustissimus codex habet ἀπαχθῆναι, *abduci*, & quidem rectius. Nec enim adhuc eis fiebat abeundi potestas. Vulgata, *secedere*. Syrus rectius, דנפקון [*deiappekun*,] vt exire facerent.

17 *Minaciter interminemur*, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα. Id est grauissimis adhibitis minis interdicamus, Hebraico pleonasmo.

21 *Non inuenientes*, μηδὲν εὑρίσκοντες. Id est, μὴ εὑρίσκοντες. Positum enim est nomen μηδὲν aduerbij loco, propter sequentem articulum, quem quidem solet hic noster Lucas peculiari pleonasmo vsurpare, vt in Euang. 9. 6, & 22.

2. & 4. ¶ *Quomodo punirent eos*, τὸ πῶς κολάσωνται αὐτούς. id est, quo prætextu pœnam aliquam in ipsos decernerent, siue qua pœna sic possent in eos animaduertere, vt populus non tumultuaretur. Syrus autem interpres vel nouam prorsus lectioné sequutus est, vel sententiam potius quàm verba expressit, vt qui locum istum sic interpretetur, *Non enim inueniebant occasionem quam imponerent capiti ipsorum*. Sic accipitur etiam τὸ πῶς. Luc. 22. 4.

Ἐτῶν γὰρ ἦν πλειόνων τεσσαράκοντα ὁ ἄνθρωπος ἐφ᾽ ὃν ἐγεγόνει τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς ἰάσεως.

Ἀπολυθέντες δὲ ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους, καὶ ἀπήγγειλαν ὅσα πρὸς αὐτοὺς οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι εἶπον.

Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἶπον, Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς·

Ὁ Πνεύματι ἁγίῳ διὰ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπὼν, Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;

Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

Συνήχθησαν γὰρ ἐπ᾽ ἀληθείας ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν ὃν ἔχρισας, Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος, σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ,

Ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι.

Καὶ τὰ νῦν Κύριε ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας πάσης λαλεῖν τὸν λόγον σου,

Ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε εἰς

22 Annorum enim erat amplius quadraginta homo ille in quo editum fuerat signum istud sanationis.
23 Dimissi autem *illi* venerunt ad suos, & renuntiarunt quæ primarij sacerdotes & seniores ipsis dixerant.
24 Qui quum *hæc* audissent, cōcorditer sustulerunt vocem ad Deum dixerúntque, Domine, tu es Deus ille qui fecisti cęlum ac terram, mare, & omnia quæ in eis sunt:
25 Qui Spiritu sancto per os Dauidis pueri tui dixisti, ‖ Cur fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania?
26 Adstiterūt reges terrę, & principes congregati sunt simul aduersus Dominum, & Christum eius.
27 Congregati sunt enim in hac ciuitate verè aduersus sanctum Filium tuum Iesum quē vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israeliticis.
28 Vt facerent quæcunque manus tua & consilium tuum prædefiniit vt fierent.
29 Nune igitur Domine despice in minas eorum, & da seruis tuis vt cum omni libertate loquantur sermonem tuum,
30 Manu tua à te extensa ad sa-

22 *Annorū enim erat amplius quadraginta homo in quo factū fuerat signum istud sanitatis.*
23 *Dimissi autem venerunt ad suos, & annuntiauerūt eis quāta ad eos principes Sacerdotum & seniores dixissent.*
24 *Qui quū audissent, vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum, & dixerūt, Domine, tu es Deus qui fecisti cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt:*
25 *Qui Spiritu sancto per os patris nost. i David pueri tui dixisti, Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania?*
26 *Adstiterūnt reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.*
27 *Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum Gentibus & populis Israel,*
28 *Facere quæ manus tua & consilium decreuerunt fieri.*
29 *Et nunc, Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum,*
30 *In eo quòd manum tuā*

Apostoli sua pericula cum Ecclesiæ cœtu communicant. Nec expauescere nos oportet hostiū minis, nec eorum insultus stolidè ridere: sed tū potentiæ, tum beneuolentiæ Dei, seriā meditationem (sicut vtraque nobis in Christo spectanda proponitur) aduersariorū tum viribus, tum maleuolentiæ opponendo, ad Patris præsidium confugere. Psal. 2. 1.

23 *Ad suos*, πρὸς τοὺς ἰδίους. Syrus & Arabs, addunt ἀδελφοὺς, *fratres*, alios videlicet Apostolos, vt colligitur ex vers. 29. 30, & 31.

24 *Domine, tu es Deus ille qui fecisti*, Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας. In vno exemplari scriptum est, Κύριε, ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ποιήσας, *Domine, Deus ille nosterque fecisti*.

25 *Spiritu sancto*, πνεύματι ἁγίῳ. Hoc restituimus in Græco contextu, ex mei vetustissimi & aliorum manuscriptorum quinque codicum, itémque Syri, & Arabis, & Latini veteris interpretis auctoritate, vt citatur etiam hic locus ab Irenæo. ¶ *Dauidis*, Δαβὶδ. Vulg. addit, *Patris nostri*, τοῦ πατρὸς ἡμῶν, quod in nullis Græcis codicibus inueni, neque Dauidem vsquā hac appellatione ornari. *Pueri*, τοῦ παιδὸς, vel potius, *serui*, quanuis in hoc Psalmo hîc citato sit Filij Dei typus.

27 *In hac ciuitate*, ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Hoc etiam ex iisdem codicibus Græcis & interpretibus in contextu reposuimus. ¶ *Verè*, ἐπ᾽ ἀληθείας בֶּאֱמֶת [*beemeth*] id est re ipsa & manifestè. ¶ *Cum gentibus*, σὺν ἔθνεσι. Recepta est hæc lectio, quam etiam amplector. Syrus tamen interpres legit σὺν τοῖς λαοῖς. & mox, καὶ τῷ συνεδρίῳ Ἰσραὴλ, *Cum populis & concilio Israel*, vt & Arabs, eo excepto quòd habet σὺν τῷ λαῷ, *cum populo*, numero singulari. ¶ *Et populis Israel*, καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ. Hebr. עַמֵּי יִשְׂרָאֵל [*hamme Israel*. Nam etsi plerunque singulari numero populus Israel dicantur Israelitæ, tamen interdum quoque pluralis numerus vsurpatur, non modò propter XII. tribus, quarum singulæ veluti populum quendam distinctum constituebant, vt precatus est Isaac Iacobo, Genes. 28. 3. & Deus ipse dicitur eidem pollicitus, Genes. 48. 4, sed etiam propter ingentem multitudinem: quasi plures simul gentes coissent, vt Iud. 5. 14.

28 *Vt facerent*, ποιῆσαι. Referendum est verbum ποιῆσαι non ad consilia & voluntates Herodis & Pilati, sed ad ipsorum consiliorum euétum, quod etiam à nobis annotatum est suprà 1, 25. de Iuda. Habēda denique ratio est non operis illorum, qui scelerati fuerunt homicidæ & profani veritatis hostes, sed operis Dei, quod illi nihil tale cogitantes peragebant. Hæc autem distinctio rectè obseruata, modo ratis omnibus ingeniis satisfaciet, vt Dei consilium ac decretū à præscientia decernente nunquam separent, & tamē scelerum culpam totam in secūdis causis, diabolo videlicet & homine, constituant. Sic Deus indurat Pharaonem, sic rex Assur est serra quam agitat Dominus, sic Absalomo Deus tradidit patris vxores, sic decem tribuum rebellionem Deus suum opus vocat, sic impij à quibus exagitatur Dauid, sunt Dei manus, sic Caiaphas prophetauit, sic denique omnia fiunt vi propositi Dei, iuxta voluntatis ipsius decretum, Eph. 1. 11. ¶ *Manus tua*, ἡ χείρ σου. Heb. יָדְךָ [*iadecha*.] Id est, Tu pro tua potestate tuóque iure. Sic paulo pòst manum vocat ipsius δύναμιν in edendis signis ac prodigiis. Verbum autem προορίζειν. Vetus interpres hoc loco interpretatur Decernere: quod nō videtur satis expressum, quia negligitur præpositio πρὸ ex qua intelligitur Dei decretum ac propositum cæteras omnes causas vt omni tēporis spatio, vtpote quod sit absque vllo temporis principio sic etiam ordine antegredi. 29 *Despice*, ἔπιδε. Cœlitus videlicet vnde cuncta summo iure administras. Est enim hæc vis præpositionis ἐπὶ, minimè negligenda.

30 *Manu tua à te extensa*, ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε. Vulg. barbarè & obscurè, *In eo quòd manū tuā extendas*. Erasm. rectè & dilucidè expressa sententia, *Manum tuam porrigēdo*. Malui tamen actiuum dicendi genus in passiuum mutare, vt in interpretando nullum vocabulum deperiret.

ἰᾶσιν, καὶ σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ.

Καὶ δεηθέντων αὐτῶν ἐσαλεύθη ὁ τόπος ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι· καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μετὰ παῤῥησίας.

Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία· καὶ οὐδ᾽ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ᾽ ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά.

Καὶ μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ Ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς.

Οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς· ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων·

Καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων. διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν.

Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων (ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, υἱὸς παρακλήσεως) Λευΐτης, Κύπριος τῷ γένει,

Ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων.

Κεφάλαιον ε.

Ἀνὴρ δέ τις Ἀνανίας ὀνόματι, σὺν Σαπφείρῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ἐπώλησε κτῆμα·

Καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς, συνειδυίας καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· καὶ ἐνέγ-

nandum, signísque & prodigiis editis per nomen sancti Filij tui Iesu.
31 Quum autem precati essent, succussus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquuti sunt sermonem Dei cum libertate.
32 Multitudinis autem eorū qui crediderant, erat cor & anima vna: nec quisquam aliquid eorum quę habebat, suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia.
33 Et Apostoli magna vi reddebant testimonium resurrectionis Domini Iesu: & gratia magna erat super eos omnes.
34 Nullus enim erat egenus inter eos. quotquot enim erant possessores agrorum aut domorū, vendentes adferebāt pretia eorum quæ vendita fuerant:
35 Et deponebant ad pedes Apostolorum, distribuebatur autem *hoc* singulis prout cuique opus erat.
36 Ioseph ergo qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est, si interpreteris, filius cōsolationis) Leuites, Cyprius genere,
37 Quū haberet agrū, vendito *eo* attulit pecuniam, deposuítque ad pedes Apostolorum.

CAP. V.

1 VIr autem quidam nomine Ananias, cū Sapphira vxore sua vendidit possessionem:
2 Et interuertit *aliquid* ex pretio, conscia etiā vxore sua: alla-

extendas ad sanitates, & signa & prodigia fieri per nomen sancti Filij Iesu.
31 *Et quum orassent, motus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.*
32 *Multitudinis autē credentium erat cor & anima vna: nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.*
33 *Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini, & gratia magna erat in omnibus illis.*
34 *Neque enim quisquam egēs erat inter illos. quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes adferebāt pretia eorum quæ vendebant:*
35 *Et ponebant ante pedes Apostolorum. diuidebantur autem singulis prout cuique opus erat.*
36 *Ioseph autem qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatū, filius consolationis) Leuites, Cyprius genere,*
37 *Quum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.*

CAP. V.

1 *VIr autem quidā nomine Ananias, cum Sapphira vxore sua vendidit agrum:*
2 *Et fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua: & adferens partem quandā*

Deus visibili symbolo testatur Ecclesiæ suæ, se eū esse qui cælum & terram concutiendo, sit eam cōfirmaturus.

Exemplum veræ Ecclesiæ, in qua viget tum in doctrina, tū in mutua charitate, consensus: pastores autem veram doctrinam sincerè & constāter proponunt.

Vera charitas etiam cum suo dispēdio subleuat pauperū inopiam, sed ita vt ritè & ordine omnia administrentur.

Contrariis exemplis docet Lucas quantū sit malum hypocrisis, præsertim eorum qui sub falsa zeli specie volunt in Ecclesia eminere.

32 *Erat*, ἦν. Augustinus Epistola octaua ad Lætū, quam existimat Erasmus Paulino potiùs tribuendam, legit, *Erat in Deum*, id est ἦν εἰς Θεόν: quam lectionem maximè amplecterer si accederet alicuius codicis auctoritas: mallem tamen interpretari *In Deo*, quàm *in Deum*, vt significetur Deum esse huius coniunctionis vinculum: sicut monet Apostolus Phil. 4. 2, τὸ αὐτὸ φρονεῖν, id est vt idem sentiamus, sed ἐν Κυρίῳ: quod tamē etiamsi non addatur hoc loco, per se satis intelligitur quū de iis agatur qui crediderant. Cordis autem & animæ vnius nominibus, intelligitur summa tum in doctrina, tum in voluntatibus consensio. Cæterùm in meo vetustissimo codice additur καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς διάκρισις οὐδεμία, quod membrum Beda in retractat. in acta Apostolorum testatur in Græcis exemplaribus inueniri, citato etiam Cypriani lib. 3. ad Quirinum. Sed Beda quidem ipse interpretatur, *Et non erat in eis separatio vlla*. Cyprianus verò, *nec fuit inter illos discrimen vllum*. Ego malim, *nec erat inter eos controuersia vlla* quod Gallicè propriè dixeris, *Il n'y auoit entr'eux aucun different*.

33 *Super eos omnes*, ἐπὶ πάντας αὐτούς. Vulg. *In omnibus illis*. Ego malui præpositionem retinere, qua significatur diuinam fuisse hanc gratiam, & cælitus veluti delapsam.

36 *Ioseph*, Ἰωσῆς. Sic legerunt Syrus, Arabs, & Latinus interpretes, vt etiam scribitur in meo vetustissimo codice & aliis præterea duobus manuscr. Alia verò exemplaria scriptum habent Ἰωσῆς, *Ioses*. ¶ *Filius consolationis* υἱὸς παρακλήσεως: id est, Consolator, à comitate proculdubio, & eximia in erigendis conscientiis facultate quadam sic vocatus, Syra (inquit Iunius noster) appellatione, qua Filius dicitur *Bar*, Consolatio *Nabba*, à verbo *Beia* dupliciter anomalo. Sed vide ne potius ab Hebræo נבא [*naba*] quod significat Prophetare. Munus enim Prophetandi à munere Docendi distinctum, (sicut διδαχὴ & ἀποκάλυψις, σοφία & γνῶσις, 1. Cor. 14. 6.) positum est ἐν παρακλήσει, id est doctrinæ applicatione ad auditores, siue consolando, siue exhortando, quod vtrunque nomine παρακλήσεως declaratur. Dicitur autem nominatim Barnabas plenus Spiritu sancto, id est Propheta eximius, infrà 11. 24. ¶ *Leuites*, Λευΐτης. In meo vetustissimo codice scribitur, idque fortasse rectius, Κύπριος, Λευΐτης τῷ γένει, *Cyprius*, [&] *genere Leuites*.

37 *Pecuniam*, τὸ χρῆμα. Heb. כֶּסֶף [*cheseph*:] quum Græci plurali numero χρήματα dicant. Vulgata & Erasmus, *Pretium*, id est τιμὴν, vt infrà, 5. 3.

IN CAPVT V.

2 *Interuertit*, ἐνοσφίσατο. Vel, *Auertit*. Significat autē Latinis vtrunque hoc verbum callidè quidpiam surripere, & quasi efficere ne quippiam ad Dominum perueniat, aut ab illius occulis remouere. Græci idē dicunt verbo νοσφίζεσθαι, diuersa tamen translationis ratione, quia videlicet quod furatur quispiam id solet sibi seponere ac recondere: vt hoc loco Ananias & Sapphira, quum hoc prædium Domino consecrassent, postea per sacrilegium partem pretij seposuerunt, ne in Ecclesiæ conspectū veniret: quod tamen dissimulabant, ita vt ad sacrilegium etiam accederet diffidentia & hypocrisis. Vulg. *Fraudauit*: quod non conuenit huic loco. Erasm. *Sepsuit* propriè id quidem, nisi νοσφίζεσθαι translatitia significatione aliquid amplius significaret, quàm Seponere.

καὶ μέρος τι, παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων ἔθηκεν.

3 Εἶπε δὲ Πέτρος, Ἀνανία, διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου;

4 Οὐχὶ μένον, σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ.

5 Ἀκούων δὲ Ἀνανίας τοὺς λόγους τούτους, πεσὼν ἐξέψυξε. καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα.

6 Ἀναστάντες δὲ οἱ νεώτεροι συνέστειλαν αὐτὸν, καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν.

7 Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς εἰσῆλθεν.

8 Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῇ ὁ Πέτρος, Εἰπέ μοι εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε. Ἡ δὲ εἶπε, Ναὶ, τοσούτου.

9 Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτὴν, Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίου; ἰδοὺ οἱ πόδες τῶν θαψάντων

támque partem aliquam, ad pedes Apostolorum deposuit,

3 Dixit autem Petrus, Anania, cur impleuit Satanas cor tuum vt mentireris *in* Spiritum sanctum, & interuerteres ex pretio istius prædij

4 Nónne si seruasses, manebat tibi, & venundatum in tua erat potestate? quid *erat* cur induceres in animũ rem istam? non es mentitus hominibus, sed Deo.

5 Audiens autem Ananias hos sermones, cecidit exanimis. Et extitit metus magnus super omnes audientes ista.

6 Surgentes verò iuuenes subtraxerunt eum, elatúmque sepelierunt.

7 Intercessit autẽ ferme horarum trium interuallũ, quũ vxor quoq; ipsius, nesciens quod factum fuerat, ingressa est.

8 Dixit autem ei Petrus, Dic mihi, num tanti prædium vendidistis? Ipsa verò dixit, Etiam, tanti.

9 Petrus autem dixit ei, Quid *est* cur conuenerit inter vos vt tentaretis Spiritũ Domini? ec-

ad pedes Apostolorum posuit.

3 *Dixit autem Petrus, Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto & fraudare de pretio agri?*

4 *Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo.*

5 *Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. Et factus est timor magnus super omnes qui audierunt.*

6 *Surgentes autẽ iuuenes amouerunt eum, & afferentes sepelierunt.*

7 *Factum est autem quasi horarum trium spatiũ, & vxor ipsius nesciens quod factum fuerat, introiuit.*

8 *Respondit autem ei Petrus, Dic mihi, si tanti agrum vendidistis. At illa dixit, Etiam, tanti.*

9 *Petrus autem ad eum, Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Domini? ecce pedes eorum qui*

3 *Impleuit*, ἐπλήρωσε. Id est, *Prorsus occupauit*. Nam omnis abundantia Hebræis significatur verbo מלא [*mela*] vt Psalm. 83. 17, *Imple facies eorum ignominia*. & Iob. 8. 21, *Donec compleatur risu os tuum, & os tuum exultatione*. Vulgata, *Tentauit*. Nam pro ἐπλήρωσε legit ἐπείρασε. Fulgentius tamen epistola prima de Coniugali debito, nostram scripturam sequutus, legit & interpretatur, *Impleuit*. ¶ *Vt mentireris* [*in*] *Spiritum sanctum*: ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Quia vsus est Lucas quarto casu, non tertio, idcirco possit etiam aliquis interpretari, *Vt falleres* (vel, *vt lud ficareris*) *Spiritum sanctum*. Sed tamen quia paulo pòst vsurpatur tertius casus, & apud Hebræos reperio ista interdum confundi, (vnde orta illa dicendi genera, Benedico te, Euangelizo te quæ Græci theologi ab Hebræis, & ab illis rursum Latini sumpserunt) puto hunc versiculum explicandum ex eo qui proximè consequitur, quum præsertim vtrouis modo explices, eadem maneat sententia. Cur tamen mallem vertere, [*In*] *Spiritum sanctum* quàm *Spiritui sancto*; hanc causam habui quòd in vno Græco manuscripto codice scriptum reperi εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον: quod etiam legerunt Syrus & Arabs interpretes. Altera interpretatio quam adfert Erasmus, quasi ψεύσασθαι accipi possit pro simulare, mihi non satis placet. Quanuis enim isti insignes essent hypocritæ, tamen ex iis quæ sequuntur, videtur Petrus multo grauioris sceleris eos accusare, nempe quòd quum Spiritus sancti impulsu prædium illud totum consecrassent Ecclesiæ, postea non dubitassent partem pretij interuertere. & quidem ea spe quasi sibi non cum Deo, sed cum hominibus esset negotium, qui hoc sacrilegium non possent redarguere. Id enim est quod Petrus vocat, Spiritui sancto (id est Deo) mentiri, non hominibus: & paulo pòst, Tentare Spiritum Domini. ¶ *Istius prædij*, χωρίου: Vel, *Agri*. Sed hoc posterius est ambiguæ significationis.

4 *Si seruasses, manebat tibi*, μένον σοὶ ἔμενε, Vulg. ad verbũ, *Manens tibi manebat*: quem Hebraismum tanquam hoc loco obscuriorem quum illustrare vellet Erasmus cõuertit, *Nónne prorsus tibi manebat?* Atqui τὸ μένον & τὸ πραθὲν puto potius opponi, quæ antithesis fuit explicanda. Potest tamẽ sic etiam hic locus conuerti, *Nónne dum manebat, tibi manebat?* id est, Nónne tibi licebat illud vt tuum retinere antequam voueres? Sponte verò abs te oblatum Deo, tuum esse desiit. Itaque per sacrilegium istam prædij partem interuertisti. Addis autem etiam ad sacrilegium mendacij scelus & quidem impudentissimè, acsi Deum ista latere possent. Quod enim addit Petrus potuisse Ananiam venditi quoque prædij pretium vt suum retinere, intelligendum non est sine exceptione, nempe si ante votum vel prædium seruasset vel vendidisset.

5 *Exanimis*, ἐξέψυξε. Ergo, inquiunt Antichristi mancipia, Petri vicarius habet vtrumque gladium. Quasi verò quod extra ordinem gestum est tum quod ad potestatem, tum quod ad illius exercendæ modum attinet, spirituali videlicet impulsu & gladio, inuehat horrendam illam ciuilis Magistratus & Euangelici Ministerij confusionem, etiamsi concederemus Romæ sedere non Antichristum, sed Petri vicarium. Cæterùm scitè annotat Isidorus Pelusiota in hunc locum lib. Epist. 1. Ep. 181, nihil hîc præter modum factum à Petro, verùm quod alioqui futurum esset prospicientem, illum hac seueritate voluisse multa hominum peccata præsanare. Quum enim tunc, inquit, Euangelij sementem facere cœpissent Apostoli, & statim enata zizania conspexissent, sapiente consilio confestim illa euulserunt, ne vnà cum tritico aucta, futuro igni ad exustionem seruarentur. Hæc ille verè & apposité: ex quibus etiam liquet zizaniorum parabolam, & quod ait Christus Matth. 13. 30. minimè abolere quod toties Magistratibus inculcatur, de sceleratis tempestiuè tollendis: & quod [illegible] præcisè monet Paulus de censuris Ecclesiasticis 1. Cor. 5. 7. & 13. & Gal. 5. 12. sed eò tantùm spectare, vt doceat qualis sit Ecclesiæ conditio in terris ad extremũ vsq; diẽ futura.

6 *Subtraxerunt*, συνέστειλαν. Id est à consequenti, vt suprà annot. 3. 21. correptum sustulerunt ex adstantium conspectu, vt non malè quoque Vulg. verterit, *Amouerunt*. Syrus autem interpres συστέλλειν accepit pro componere ad sepulturam, & in capulum reponere, quæ significatio potius cõuenit τῷ περιστέλλειν. Nec tamen incommodè verteris hoc loco, *obuoluerunt eum*, tum ne conspectu cadaueris terreretur cœtus, tum vt compositus & elatus humaretur. Omnino autem hoc est quod Gallicè dixerimus, *ils le retirerent*.

9 *Vt tentaretis Spiritum Domini?* πειράσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίου. Notandum est diligenter hoc dicendi genus, profanis quidem scriptoribus ignotum, sed dignum de quo semper cogitent filij Dei. Nam quoties mala conscientia fit aliquid toties homines in seipsos sententiam ferunt, &, quantum in se est, Deum ad iram prouocant, quasi de industria volentes periculum facere an sit iustus & omnipotens.

13 *Reli-*

τὸν ἄνδρα σου, ἐπὶ τῇ θύρᾳ, καὶ ἐξοίσουσί σε.

10 Ἔπεσε δὲ παραχρῆμα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἐξέψυξεν. εἰσελθόντες δὲ οἱ νεανίσκοι εὗρον αὐτὴν νεκρὰν, καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς.

11 Καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐφ' ὅλην τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα.

12 Διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ πολλά· καὶ ἦσαν ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶντος.

13 Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς· ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός.

14 Μᾶλλον δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ, πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν.

15 Ὥστε καὶ ταῖς πλατείαις ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς, καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ κραββάτων, ἵνα ἐρχομένου Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν.

16 Συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων εἰς Ἱερουσαλὴμ, φέροντες ἀσθενεῖς καὶ ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων· οἵτινες ἐθεραπεύοντο ἅπαντες.

17 Ἀναστὰς δὲ ὁ Ἀρχιερεὺς καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ, ἡ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων, ἐπλήσθησαν ζήλου.

18 Καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ.

19 Ἄγγελος δὲ Κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς

ce, pedes eorum qui sepelierũt virum tuum, ad ostium *adsunt*, & efferent te.

10 Illico verò cecidit ad pedes eius, & exanimata est. ingressi autem iuuenes inuenerunt eam mortuam, & elatam sepelierunt iuxta virum suum.

11 Et obortus est metus magnus toti Ecclesiæ, & omnibus qui hæc audiebant.

12 Per manus autem Apostolorum edebantur signa & prodigia multa in populo: & erant concorditer omnes in porticu Solomonis.

13 Reliquorum autem nemo audebat ipsis adhærere: sed magnificabat eos populus.

14 Imò verò adiiciebantur qui crederent Domino, multitudo *videlicet* virorum simul ac mulierum.

15 Adeo vt in plateas efferrent ægrotos, & ponerent in lectis ac grabbatis: vt venientis Petri vel vmbra inumbraret aliquem eorum.

16 Conueniebat autem etiam vulgus vicinarum vrbiũ Hierosolymam, adferentes ægrotos ac vexatos à spiritibus impuris: qui sanabantur omnes.

17 Consurgens autem Pontifex maximus & omnes qui cum eo erãt, quæ est heresis Sadducæorum, repleti sunt inuidia.

18 Et iniecerunt manus in Apostolos, posuerúntque eos in custodia publica.

19 Sed Angelus Domini per no-

sepelierunt virum tuum, ad ostium, & efferent te.

10 *Confestim cecidit ante pedes eius, & expirauit. intrantes autem iuuenes inuenerunt illã mortuam, & extulerunt, & sepelierunt ad virum suum.*

11 *Et factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnes qui audierũt hæc.*

Dominus mirifica sua virtute alios cohibet, ne Ecclesiæ noceat, alios in timore sui retinet, alios denique ad se allicit.

12 *Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe: & erant vnanimiter omnes in porticu Solomonis.*

13 *Cæterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus.*

14 *Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum.*

15 *Ita vt in plateas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabbatis, vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum.*

16 *Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, adferentes ægros & vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes.*

17 *Exurgens autem princeps Sacerdotũ & omnes qui cum illo erant, quæ est hæresis Sadducæorum, repleti sunt zelo.*

Quò magis crescit Ecclesia, crescit Satanæ furor, ac proinde à minis ad carcerẽ venitur.

18 *Et iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica.*

19 *Angelus autem Domini per noctem aperiens*

Angeli sunt seruorum Dei ministri.

12 *Per manus*, διὰ τῶν χειρῶν id est ministerio & opera, quum agitur de ministris, habita fortassis etiam ratione impositionis manuum. Quum autem hæc tribuuntur ipsi Domino tum potentiam & virtutem declarant, vt Marc. 6. 2. Act. 4. 30. & 7. 35.

13 *Reliquorum*, τῶν δὲ λοιπῶν. Reliquos appellat extraneos, id est, qui in Ecclesia non censebantur, quos quum à plebe distinguat, apparet eos hoc nomine intelligi, qui alicuius dignitatis erant præ aliis, ideóque per se timidiores, vt accidere plerunque solet: homines alioqui non alieni à regno Dei, sed qui præterea perculsi eo quòd Ananiæ & Sapphiræ accidisse nouerant, non audebant apertè sese Ecclesiæ palàm adiungere. Hæc enim est germana huius l[illegible] explicatio, non illa quam in prioribus editionibus sum sequutus, quasi videlicet istud de Ecclesiæ hostibus dicatur, qui audito quod Ananiæ & Sapphiræ contigerat, non ausi sint Apostolis κολλᾶσθαι, id est cominus illos aggredi, pugnantium more, acsi Gallico idiomate dicas, *s'attaquer*, ou, *se prendre à eux*.

14 *Imò verò*, μᾶλλον δέ. Sic, vti constat Græcos istis particulis quum superius dictum volunt amplificatione corrigere. Sensus est igitur, tantùm abfuisse vt illo exemplo in Ananiam & eius vxorem edito decesserit aliquid Ecclesię, vt contrà, perculsi hostes non ausi sint amplius illos vt antea impetere, plebs autẽ eos in maiore pretio habere cœperit, atque adeò mirum in modum auctus sit piorum numerus. Vulg. ad verbum, *Magis autem*, vt & Syrus & Arabs interpres, non intellecto fortassis Hellenismo, quanuis eòdem recidat sententia. ¶ *Adyciebantur*, προσετίθεντο. Vulg. vt & Arabs interpres legerũt ηὔξανε τῶν πιστευόντων τῷ Θεῷ πλῆθος, *augebatur credentium Domino multitudo*, &c.

15 *Adeo vt in plateas*, ὥστε κατὰ τὰς πλατείας. In vno codice legimus, ὥστε καὶ εἰς τὰς πλατείας, *adeo vt etiam in plateas*. Idque rectius, vt opinor. ¶ *V*[illegible]. Vel gradientis, per vrbem videlicet.

16 *Vulgus*, τὸ πλῆθος. Vulg. [illegible] *multitudo*, id est πλῆθος, absque articulo. ¶ *Ac* [illegible] ὀχλουμένους. Vide Luc. 6. 18.

17 *Hæresis*, αἵρεσις. Hæresis vocem vsitatam retinere placuit. Non dubium est autem quin hoc vocabulum propriè declaret electionem, inde factum vt pro eo acciperetur quod Latini Sectam vocant, id est (vt definit Cicero) pro certa quadam & peculiari quam sibi aliqui delegerint disciplinæ formula factione, studio, ratione vitæ: fuitque initio vocabulum hoc non ita inuidiosum, vt apparet infrà 25. 5. & 28. 22. sed tandem nonnisi in vitio poni cœpit: vnde hæreticus dicitur qui à recepta sana doctrina ita aberrat vt contempto Dei & Ecclesiæ ipsius iudicio, in sententia permaneat, & Ecclesiæ concordiam violet. Hic autem μεταφορικῶς hæresis pro ipsis illius sectatoribus ponitur. ¶ *Inuidia*, ζήλου, i. φθόνου, vel præpostera æmulatione atque adeo zelotypia Legis. Vide Ioh. 2. 17.

ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, ἐξαγαγών τε αὐτοὺς εἶπε,

20 Πορεύεσθε, καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης.

21 Ἀκούσαντες δὲ εἰσῆλθον ὑπὸ τὸν ὄρθρον εἰς τὸ ἱερόν, καὶ ἐδίδασκον. Παραγενόμενος δὲ ὁ Ἀρχιερεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἀχθῆναι αὐτούς.

22 Οἱ δὲ ὑπηρέται παραγενόμενοι οὐχ εὗρον αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ· ἀναστρέψαντες δὲ ἀπήγγειλαν,

23 Λέγοντες, Ὅτι τὸ μὲν δεσμωτήριον εὕρομεν κεκλεισμένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, καὶ τοὺς φύλακας ἔξω ἑστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν· ἀνοίξαντες δέ, ἔσω οὐδένα εὕρομεν.

24 Ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους ὅ, τε ἱερεὺς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, διηπόρουν περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο.

25 Παραγενόμενος δέ τις ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, λέγων, Ὅτι ἰδού, οἱ ἄνδρες οὓς ἔθεσθε ἐν τῇ φυλακῇ, εἰσὶν ἐν τῷ ἱερῷ ἑστῶτες, καὶ διδάσκοντες τὸν λαόν.

26 Τότε ἀπελθὼν ὁ στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέταις, ἤγαγεν αὐτούς, οὐ μετὰ βίας. (ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαὸν ἵνα μὴ λιθασθῶσιν)

27 Ἀγαγόντες δὲ αὐτοὺς ἔστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ Ἀρχιερεύς,

28 Λέγων, Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ; καὶ ἰδού, πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν, καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀν-

ctem aperuit fores carceris, eductisque illis, dixit,

20 Ite, & vos sistentes loquimini populo in templo omnia verba vitæ huius.

21 *Illi* verò quum *hæc* audissent, introierunt sub diluculũ in templum, & docebant. Adueniens autem Põtifex Maximus, & qui cum eo *erant*, conuocauerunt concilium & vniuersum senatum filiorum Israel: miseruntque in carcerem vt illi adducerentur.

22 Quum autem venissent ministri, non inuenerunt eos in carcere: *quod* reuersi renuntiauerunt,

23 Dicentes, Carcerem quidem inuenimus clausum quàm tutissimè, & custodes extrà stantes ante fores: quum aperuissemus autẽ, neminẽ intus inuẽnimus.

24 Vt verò audierũt hos sermones, & Pontifex & præfectus templo, & primarij Sacerdotes, hæsitabant super eis quónam hoc euasurum esset.

25 Adueniens autem quidam renũtiauit eis, Ecce, viri quos posueratis in carcere, stant in templo, & docent populum.

26 Tunc præfectus abiens cum ministris, adduxit eos, non *tamen* per vim. (metuebant enim populum ne lapidarentur)

27 Adductos igitur eos statuerunt in concilio: & interrogauit eos Pontifex maximus,

28 Dicens, Nónne etiam atque etiam denotauimus vobis ne doceretis nomine isto? & ecce, repleuistis Hierosolymam doctrina vestra, & vultis in nos inducere sanguinem

Ianuas carceris, & educens eos, dixit,

20 *Ite, & stãtes loquimini in tẽplo plebi omnia verba vitæ huius.*

21 *Qui quum audissent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Adueniens autẽ princeps Sacerdotum & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium & omnes seniores filiorum Israel: & miserunt ad carcerem vt adducerentur.*

22 *Quum autem venissent ministri, & aperto carcere non inuenissent illos, reuersi nuntiauerunt,*

23 *Dicentes, Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas: aperientes autem, neminem intus inuenimus,*

24 *Vt autẽ audierunt hos sermones magistratus templi, & principes Sacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret.*

25 *Adueniens autem quidam nuntiauit eis, Quia ecce, viri quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum.*

26 *Tunc abijt magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi. (timebant enim populum ne lapidarentur)*

27 *Et quũ adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps Sacerdotum,*

28 *Dicens, Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos san-*

Ideo liberat suos Dominus, vt eò animosius hostes lacessant.

Dominus ex alto ridet hostium suorum conatus.

Quò apertiùs se prodit Christi virtus, eò magis crescit coniuratorum ipsius hostium vesania.

Tyrãni Deum non metuentes, coguntur subditos ipsos suos metuere.

Tyrannis proprium est mãdata sua pro omni ratione obtrudere.

20 [*Vos*] *sistentes*, σταθέντες. Eiusmodi participia sæpe apud Hebræos redundant. Hoc autem loco putarim hoc participium cohærere cum ἐν τῷ ἱερῷ, vt hoc sit quod vernaculo sermone dicimus, *vous representans au temple*. ¶ *Verba vitæ huius*, τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης. Id est, verba quibus annuntiatur quæ sit ad hanc salutem via, vt Ioh. 6. 68. Sed sanè præter morem additur pronomen ταύτης, vtpote quod quum adiungitur vocabulo Vitæ, non æternam sed præsentem potius vitam declarat, vt 1. Cor. 15. 19. Itaque non desunt qui hæc explicent per hypallagen, quasi scriptum sit ταῦτα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς, hæc verba vitæ, vt etiam legerunt aut certè sunt interpretati Syrus & Arabs. Est autem hæc hypallage Hebræis non infrequens, vt 1. Sam. 2. 4, קשת גברים חתים [*kesheth ghibborim chattim*,] id est arcus fortium fractorum, pro קשת גבורים חתה [*kesheth ghibborim chattah*,] id est arcus fortium fractus. Sic etiam Exodi 25, עורות אילים מאדמים [*oroth elim meoddamim*] id est, pelles arietum rubro tinctorum, pro, pelles arietum rubro tinctas.

21 *Concilium*, τὸ συνέδριον, siue consessum. Sed hîc intellige hoc nomine alios primarios Sacerdotes & Scribas istorum collegas, sicut rectè vertit Syrus interpres: quibus adiungitur γερουσία, id est Seniorum populi cœtus. Nam alioqui Synedrij nomen generale, est magnum illud & summum Concilium Iudicum LXXI. quod de grauissimis caussis cognoscebat. Vidẽ Matth. 5. 22.

24 *Pontifex*, ὁ Ἀρχιερεύς. Hoc non legit neque Syrus neque vetus Latinus interpres. Erasmus autem vertit *Sacerdos*, ὁ ἱερεύς, sicut in plerisque codicibus legitur, & apud OEcumenium quoque. sed in Complutensi editione rectius legitur ὁ ἀρχιερεύς. De præfecto templo vide Matth. 27. 65. ¶ *Hæsitabant*, διηπόρουν, i. hæsitantes cogitabãt, quod duobus propterea verbis & Syrus interpres & Arabs expresserunt. ¶ *Quónam hoc euasurum esset*, τί ἂν γένοιτο τοῦτο. Genus etiam istud dicendi è medio petitum est, vt Gallicè dixerimus, *que cela deuiendroit*. Vulgata, *quidnam fieret*, expuncto pronomine τοῦτο, pro, Quid faciendum esset.

26 *Non* [*tamen*] *per vim*, οὐ μετὰ βίας. Addidimus particulã aduersatiuam, de cuius ellipsi diximus Matt. 2. 6. alioquin erit in hac oratione manifestum anantapodoton, cuius simile exemplum extat Rom. 8. 12.

28 *Nónne*, οὐ. Id est, οὐχί. Sic sæpenumero conuertimus hanc particulam, quòd alioquin interrogatio non satis sentiatur nisi ex pronuntiatione. ¶ *Etiam atque etiam denuntiauimus*, παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν. Vulg. ad verbum, *Præcipiendo præcepimus* quem Hebraismum, vt obscuriorem, Erasmus illustrauit. ¶ *Sanguinem*, τὸ αἷμα. Id est cædem, & eius pœnam, vt exposuimus Matth. 27. 24.

θρώπου τούτου.

29 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι εἶπον, Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.

30 Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἤγειρεν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου.

31 Τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὕψωσε τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

32 Καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων τούτων· καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ.

33 Οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο, καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς.

34 Ἀναστὰς δέ τις ἐν τῷ συνεδρίῳ Φαρισαῖος, ὀνόματι Γαμαλιήλ, νομοδιδάσκαλος, τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι.

35 Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, προσέχετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, τί μέλλετε πράσσειν.

36 Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη

hominis istius.

29 Respondens autem Petrus & Apostoli dixerunt, Obedire oportet Deo potius quàm hominibus.

30 Deus ille Patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos interfecistis suspensum in ligno.

31 Hunc *inquam* Deus dextra sua euectum *constituit* principẽ ac seruatorẽ, vt de resipiscentiam Israeli & remissionem peccatorum.

32 Et nos sumus ei testes horũ quæ dicimus: atque etiã Spiritus ille sanctus, quẽ dedit Deus iis qui dicto sunt audiẽtes ipsi.

33 At illi *his* auditis frendebant, & consultabant de iis interficiendis.

34 Assurgens autem in concilio quidam Pharisæus, nomine Gamaliel, Legis doctor, quem totus populus in pretio habebat, iussit vt paulisper abducerent foras Apostolos.

35 Et dixit eis, Viri Israelitæ, attendite vobis ipsis quod ad istos homines *attinet* quid facturi sitis.

36 Nam ante hæc tempora ex-

guinem hominis istius.

29 *Respondens autem Petrus & Apostoli dixerũt, Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.*

30 *Deus patrum nostrorũ suscitauit Iesum, quem vos interemistis suspendentes in ligno.*

31 *Hunc principẽ & saluatorem Deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israeli & remissionem peccatorum.*

32 *Et nos sumus testes horum verborum, & Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi.*

33 *Hæc quum audissent, dissecabantur, & cogitabant interficere illos.*

34 *Surgens autem quidam in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel, Legis doctor, honorabilis vniuersæ plebi, iussit pusillum foras Apostolos secedere.*

35 *Dixitque ad illos, Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis.*

36 *Ante hos enim dies ex-*

Nulli homini nisi secundum Deum parendum est.

Christus inuictis suis hostib. princeps & seruator Ecclesiæ constitutus est ac reipsa declaratus.

Non satis est rectum esse finem, sed etiã pro vocationis ratione ad eum progrediendum est.

Christus in ipsa hostiũ turba, quoties ita expedit, inuenit causæ suæ patronos.

Cauendum in religionis negotio in primis nequid præter vocationem zeli prætextu, audeamus.

29 *Potius quam*, μᾶλλον ἤ. Vulg. & Eras. *Magis quàm*. Atqui in hac specie ne tantillum quidem concedendum est hominibus, quod & Socrates ipse vtpote à natura insitum cognouit, sic in Apologia respondens, ἐγὼ ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀσπάζομαι ὑμᾶς, καὶ φιλῶ, πείσομαι δὲ τῷ Θεῷ μᾶλλον ἢ ὑμῖν, id est, *Ego quidem vos amplector & amo, viri Athenienses, sed Deo potius quàm vobis obtemperabo*. Vide Ioan. 3. 19.

30 *In ligno*, ἐπὶ ξύλου. Heb. pro cruce seu stipite ligneo, vt infrà 10. 39, & 13. 29. & Deut. 21. 23.

31 *Hunc* [*inquam*] *Deus*, &c. τοῦτον ὁ Θεός, &c. Vetus interpres & Erasmus ita explicant hunc locum quasi τοῦτον prorsus cohæreat cum ἀρχηγὸν & σωτῆρα, quum potius hæc sint accipienda perinde acsi dictum esset, ὁ Θεὸς ὕψωσε τοῦτον τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ εἰς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα: id est ad verbum, Deus dextera sua hunc extulit in principem ac seruatorem. Quod vt intelligi commodius posset, mutaui verborum collocationem, nulla (vt opinor) sensus iniuria: deinde pro ὕψωσε conuerti *Euectum* [*constituit*,] quasi scriptum sit, ὑψωθέντα ἐποίησεν, siue κατέστησε, fretus eiusdem Petri auctoritate, qui hanc eandem sententiam sic expressit suprà 2. 36. vnde apparet hunc locum ita esse explicandum. Nam Syrus quoque & Arabs interpretes duo verba hîc expresserunt nẽpe, κατέστησε in priore membro, & adiecta copula, καὶ ὕψωσε, in posteriore. ¶ *Resipiscentiam*, μετάνοιαν. Est igitur à peccato μεταμέλεια illius nimirum merces, &, nisi Deus succurrat, iter ad desperationem: μετάνοια verò quum ἀνάληψιν & mentis in melius commutationem declaret, donum Dei est ex vera ipsius gratia, 2. Tim. 2. 25, quod Trahendi verbo significatur, Ioan. 6. 44.

32 *Horum quæ diximus*, τῶν ῥημάτων τούτων. vel, *rerum istarum*. ¶ *Qui dicto sunt audientes ipsi*, τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ. Sic arbitror explicandum τὸ πειθαρχεῖν, potius quàm Obediendi vel Parendi verbo. Complectitur enim duo, nempe & imperium iubentis, & audientis animum, cui sit persuasum quod præcipitur. Opponuntur enim inter se τὸ πείθεσθαι & τὸ βιάζεσθαι. Quamobrem etiam Syrus & Arabs pro τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ habent τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ, *credentibus ipsi*. Nulla enim est vera obedientia absque fide, neque vera fides absque obedientia.

33 *Frendebant*, διεπρίοντο. Vulg. & Erasm. *Dissecabantur*: quod verbum nusquam legi vsurpatum hac significatione. Declarat autem διαπρίεσθαι eorum gestum qui præ rabie dentibus strident, veluti siquis serram trahat. ¶ *Interficiendis*, ἀνελεῖν. Id verò istis iure non licebat, quum capitalia iudicia essent eis adempta. Itaque non de istis iudicio puniendis, sed aperta vi potius interimendis cogitabant, quod impediuit Gamaliel. Ac proinde seruanda est propria significatio verbi ἀναιρεῖν, de qua diximus Luc. 22. c. 2.

34 *Abducerent*, ἔξω ποιῆσαι. Sic rectè Syrus. Ad verbum, *vt extrà facerent Apostolos*. Vulg. in antiquis codicibus, *foras fieri*. pro quo alij habent *Secedere*. Idque perperam. Nam secedunt qui volentes digrediuntur, non qui captiui alio abducuntur. Vide suprà 4. 15.

36 *Nam ante hæc tempora exortus est Theudas*, πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς. Cur tempora maluerim interpretari quàm dies, non tãtùm hæc caussa est quia vsitatum est Hebræis Dies vocare quoduis tempus quo dictum sit aliquid aut factum: sed etiam quia puto historiam non prorsus recentem hoc loco commemorari. Nam aut ego vehementer fallor, aut magnopere hallucinatus est Eusebius libro Ecclesiast. historiæ secundo, quum ad hunc locum accommodaret quæ Iosephus libri Antiquitatum 20. cap. 2, de quodam mago Theuda commemorat. Idque ita esse non admodum difficile fuerit intelligere. Testatur enim Iosephus hunc Theudam exortum simul & extinctũ fuisse Cuspio Fado Iudæam administrante. Atqui hunc Fadum constat Iudææ præfuisse, quũ post Agrippæ mortem iterum in prouinciam esset redacta, anno videlicet Claudij quarto. Superest ergo vt ista vel post Agrippæ mortem à Gamaliele dicta sint, vel de alio Theuda accipiantur. Post mortem autem Agrippæ hæc gesta non esse, declarat totius historiæ series, quum infrà demum capite duodecimo, sub Herodis nomine mors illius horrenda commemoratur, Paulo iam non modò reuerso ex Arabia, vbi triennium prædicarat, sed etiam Tarsum profecto, & inde à Barnaba Antiochiam deducto, vbi constituta iam erat Ecclesia. Ergo (vt paucis absoluam) quum hæc acciderint longè ante Fadum præsidem, sub quo Theudam illum extitisse narrat Iosephus, imò verò (vt ego quidem

existimo) etiam ante Agrippæ regnum, qui septem annis regnauit sub Caligula & Claudio: efficitur Theudæ istius nondum exorti non potuisse mentionem hoc tempore fieri à Gamaliele. Deinde quum alterum subiiciatur exemplum Iudæ illius qui fuit tempore descriptionis, (id est, decennio post Christum natum, quum Archelao pulso in exilium, Iudæa primùm redigeretur in prouinciam) qua tandem ratione Gamaliel in tam paucis exemplis temporum seriem confunderet? Denique cur Iudam diceret post illum Theudam extitisse, qui tamen tot annis prior fuerit? Nam certè μετὰ τοῦτον non potest accipi pro Præterea, quin violenta sit expositio, ad quam non est necesse nos confugere, si (quod verissimum esse ex superioribus rationibus apparet) Theudam hunc Gamalielis, à Theuda Iosephi, vt non paucis annis antiquiorem, distinxerimus. Quòd si quid assequi possum coniectura, putarim hanc historiam referri ad ea tempora quibus Iudæam scribit Iosephus lib. Antiquitatum 17. cap. 15, innumeris seditionibus fuisse exagitatam, quas ægrè Varus, Sabino ab obsidione liberato, compescuerit. Incidunt autem hæc in id tempus quo post Herodis Magni mortem veluti interregnum in Iudæa fuit, Archelao Romam profecto, vt ex patris testamento regnum impetraret: quo tempore Dominus nòster Iesus Christus in Ægypto exulabat. Nam descriptio hæc, cuius tempore exortus est Iudas Gaulonites, incidit in id demum tempus quo redacta est Iudæa in prouinciæ formam, pulso videlicet Archelao Herodis Magni filio, & Christo minimùm annos decem nato. Origenes certè contrà Celsum libro primo, hunc ipsum Theudam facit Christo antiquiorem, in eo planè mecum faciens quòd hunc à Iosephi Theuda distinguat.

Θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν, ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων· ὃς ἀνῃρέθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν, καὶ ἐγένοντο εἰς οὐδέν.

37 Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς, καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ· κἀκεῖνος ἀπώλετο, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διεσκορπίσθησαν.

38 Καὶ τὰ νῦν λέγω ὑμῖν, ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων, καὶ ἐάσατε αὐτούς· ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται·

39 Εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτό, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε.

40 Ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ, καὶ προσκαλεσάμενοι τοὺς ἀποστόλους, δείραντες παρήγγειλαν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἀπέλυσαν αὐτούς.

ortus est Theudas, dicens se aliquẽ esse, cui agglutinatus est numerus virorũ circiter quadringentorũ: qui interéptus est, & omnes qui paruerant ei, dissoluti sunt, & ad nihilum redacti.

37 Post hunc exortus est Iudas ille Galilæus temporibus descriptionis, & auertit populum non paruum post se: periit & ille, & omnes qui assensi fuerãt ei, dispersi sunt.

38 Nunc itaque dico vobis, abscedite ab hominibus istis, & missos ipsos facite: quoniam si est ex hominibus consiliũ hoc siue opus istud, dissoluetur:

39 Sin ex Deo est, non potestis illud dissoluere, *& videte* ne etiam cum Deo pugnare comperiamini.

40 Assensi sunt autem ei: & quũ aduocassent Apostolos, cæsis mandarunt ne loquerentur in nomine Iesu: & dimiserunt eos.

titit Theudas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est, & omnes quicũque credebant ei dissipati sunt, & redacti ad nihilum.

37 *Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populũ post se: & ipse periit & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt.*

38 *Et nunc dico vobis, discedite ab hominibus istis, & sinite illos: quoniam si est ex hominibus cõsilium hoc aut opus, dissoluetur.*

39 *Si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne fortè & Deo repugnare inueniamini.*

40 *Consenserunt autem illi, & conuocantes Apostolos, cæsis denuntiauerunt ne loquerentur in nomine Iesu: & dimiserunt eos.*

¶ *Se esse aliquem*, εἶναί τινα ἑαυτόν. In tribus codicibus additur μέγαν, id est magnum, quòd etiam infrà adiicitur 8.9. & ita legit Syrus interpres, quamuis addi minimè sit necesse. Nam τὶς in hoc dicendi genere idem declarat atque μέγας, & ab idoneis scriptoribus tum Græcis tum Latinis ita vsurpatur, vt in illa præclara Pindari sententia, τί δέ τις; τί δ᾽ οὔτις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. *Quid est Aliquis? quid est Nullus? Vmbra somnium homo.* ¶ *Agglutinatus est*, προσεκολλήθη. Veteres codices habent προσεκλίθη, adscitus est. Vulgata, *Consensit*, προσεκλίθη, vt Arabs etiam legit: quod tamen rectius verteretur, *adiunctus est*. Syrus videtur legisse, ἠκολούθησεν, *sequutus est*. ¶ *Paruerant*, ἐπείθοντο. Vulg. *crediderunt*, vt videatur legisse ἐπίστευον. Vide infrà 40.

37 *Temporibus descriptionis*, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς. Ergo distinguendus est hic Iudas ab alio Ezechiæ latronis filio, qui seditionem mouit Archelao Romam ad recipiendum regnum profecto, id est nouem circiter annis ante descriptionem Iudææ, quum in prouinciam redigeretur. cuius latronis mentionem facit Ioseph. Antiq. lib. 17, ca. 15. alterius verò istius lib. 18. cap. 1.

38 *Missos ipsos facite*, ἐάσατε. Meus vetustissimus codex addit μὴ μιαίνοντες τὰς χεῖρας, *non polluentes manus*. Nimium autem inepti sunt homines qui ex hoc loco confici putant nullum ius esse magistratui in Ecclesiæ perturbatores quos hæreticos vocamus. Nam illi ipsi Theudas & Iudas, de quibus hîc agit Gamaliel, fuerũt à Romano magistratu coërciti. Hũc igitur non spectat Gamalielis oratio, sed iudices quos videbat paratos rapere Apostolos ad cædem (sicut postea in Stephano factum est) ab hoc facinore studet reuocare, non certè quòd Euangelio faueret, nisi discipuli sui Sauli fuit dissimilis (infrà 22.3) sed quòd homo esset moderatus, & vereretur ne cædem Apostolorum, contra Romanorum auctoritatem factam, grauius aliquid sequeretur. Erant enim ipsis adempta capitalia iudicia: ac proinde sine magna præsidis offensione non fuissent hoc facturi. Ac nequis obiiceret, nullum interea fore malorum finem, excipit Gamaliel, & propositis exemplis docet fore vt Deus nihilominus alia ratione dissipet Apostolorum consilia, si quidem sint mala & impia. At enim (dices) si ita est, cur igitur Gamaliel nõ censet appellandum esse Romanum magistratum? Nempe quia nihil impatientius ferebant Iudæi quàm Romanorum tyrannidem vllo modo confirmari. Itaque mirabili Dei consilio factum est vt Christum adducerent ad Pilatum: & Paulum iniquissimè tulerunt sibi à Tribuno ereptum. ¶ *Ex hominibus*, ἐξ ἀνθρώπων. Id est, fictum & commentitium: quod apparet ex antithesi, vt Mat. 21.25. Huc pertinet quod etiã vidit Demosthenes, ... Χαλεπὸν δὲ ... [illegible]

39 [*Et videte*] *ne etiam cum Deo pugnare comperiamini*, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Vulgata, *Ne forte*. Erasmus, *Nequando*. Ego verò non video qua ratione hæc possint cum præcedentibus satis commodè connecti. Puto igitur præcisum esse dicendi genus, quo modo sæpe vsurpari hanc particulam obseruauimus ex doctissimo Budæo, Matth. 25.9, cuius exemplum prorsus simile extat Genes. 3.22. Cæterùm in meo vetustissimo codice mira hic occurrit scripturæ varietas. Sic enim in eo post καταλῦσαι αὐτό legitur, οὔτε ὑμεῖς οὔτε βασιλεῖς οὔτε τύραννοι. ἀπέχεσθε οὖν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων μήποτε... id est *neque vos neque Reges, neque Tyranni. Abstinete igitur ab hominibus istis fortè etiam cum Deo*, &c.

40 *Assensi sunt autem ei*, ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ. ab ipso videlicet persuasi, quæ propria est significatio verbi πείθεσθαι. Ideo rectè prorsus Arabs hoc verbum expressit per periphrasin, vt qui verterit, *Et responderunt ad vocem eius*, quod Græcis est, ὑπήκουσαν.

41 *Iesu*

41 Οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι.

42 Πᾶσάν τε ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ᾽ οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν.

Κεφάλαιον ς.

1 ΕΝ δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις πληθυνόντων τῶν μαθητῶν, ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους, ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν.

2 Προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, εἶπον, Οὐκ ἀρεστόν ἐστιν ἡμᾶς καταλείψαντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ διακονεῖν τραπέζαις.

3 Ἐπισκέψασθε οὖν, ἀδελφοί, ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτά, πλήρεις Πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας, οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης.

4 Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν.

5 Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους, καὶ ἐξελέξαντο Στέφανον, ἄνδρα πλήρη πίστεως καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Φίλιππον, καὶ Πρόχορον, καὶ Νικάνορα, καὶ Τίμωνα, καὶ Παρμενᾶν, καὶ Νικόλαον προσήλυτον Ἀντιοχέα.

41 Ipsi ergo gaudentes profecti sunt à conspectu concilij, quòd digni habiti essent qui pro nomine Iesu contumelia afficerentur.

42 Et quotidie in tẽplo & domatim non cessabant docere & euangelizare Iesum Christum.

CAP. VI.

1 CÆterùm per eos dies quũ multiplicarẽtur discipuli, ortum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, quòd ipsorum viduæ despicerẽtur in ministerio quotidiano.

2 Itaque duodecim illi, aduocata multitudine discipulorũ, dixerunt, Non est æquum nos derelicto sermone Dei, ministrare mensis.

3 Deligite ergo, ô fratres, ex vobis viros septẽ, idoneo testimonio ornatos, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos huic vsui præficiamus.

4 Nos verò in oratione & administratione Sermonis perdurabimus.

5 Placuit autem hic sermo toti præsenti multitudini: & elegerunt Stephanum, virum plenũ fide ac Spiritu sancto, & ‖ Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenan, & Nicolaum proselytum Antiochensem.

41 *Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

42 *Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes & euangelizantes Christum Iesum.*

CAP. VI.

1 *IN diebus autem illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.*

2 *Conuocãtes autem duodecim, multitudinem discipulorum, dixerunt, Non est æquum nos derelinquere verbũ Dei, & ministrare mensis.*

3 *Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus.*

4 *Nos verò orationi & ministerio Verbi instantes erimus.*

5 *Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum.*

Verbis ferendis assueti Apostoli tãdem ipsis verberibus assuefiunt, & ita quidem vt eò euadant fortiores.

Satan foris frustrà oppugnatam Dei Ecclesiam, intestina dissensione adoritur. Apostoli vero ex eo ipso arripiunt optimã constituendæ Ecclesiæ occasionem.

Diuersa sunt (auctoribus Apostolis) nec temerè confũdenda, docendi verbi, & administrandi Ecclesiastici ærarij munera. Apostoli verò ne Diaconos quidem nisi conscia Ecclesia elegerunt.

In Diaconis nedum in pastoribus eligẽdis præeat oportet tum doctrinæ tum morum examen.

infrà 21.8

41 *Iesu*, αὐτοῦ, vel *Eius*. Sed repetere malui antecedens. In vno codice legi τοῦ Χριστοῦ: in alio Ἰησοῦ.

42 *Domatim*, κατ᾽ οἶκον. Vulgata, *Circa domos*. Erasmus, *Per singulas domos*, κατ᾽ οἴκους de quo diximus suprà 2.46. Docuerunt igitur Apostoli tum publicè, audientibus etiã ac spectantibus incredulis Iudæis, tum etiã priuatim vbicunque opus erat, vt verè testatur de se Paulus, infr. 20.20. ¶ *Iesum Christum*, Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Apud Irenæum lib. 3. cap. 12, additur *Filium Dei*, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ.

IN CAPVT VI.

1 *Græcorum*, τῶν Ἑλληνιστῶν. Libenter Græcienses istos appellassem sicut salem Romanensem vocat Cato, qui Romæ venalis erat, & scimpodium Græciense Gellius, non in Græcia sed ad Græcorum similitudinem fabrefactum. Differunt igitur Ἑλληνισταὶ ab iis quos Paulus solet Ἕλληνας dictos Iudæis opponere, & Hebræi Gentium nomine significantur. Sunt enim Ἕλληνες generali appellatione desumpta à Græcorum gente, dicti omnes incircuncisi, iis etiam comprehensis, quandiu lex viguit, qui licet non circuncisi, ab idololatria tamen abhorrentes cognitione veri Dei erant imbuti, quos vocare in his libris Lucas consueuit σεβομένους, qualis fuit Cornelius, & alius ille Centurio, cuius fidem tantopere prædicat Christus: illi denique quorum fit mentio Ioh. 12.20. Ἑλληνιστὰς verò Luc. hoc loco vocat genere quidem prophanos, sed in Iudæorum gentem per circuncisionem adscitos, & proselytos propterea vocatos. Falluntur enim qui Iudæos inter alias gẽtes dispersos putant Ἑλληνιστὰς dici. Nam Iudaisantes incircuncisos secum ita versari minimè sustinuisset Hierosolymitana ecclesia, multo post tempore grauiter offensa quod Petrus ad Cornelium esset ingressus. Paulus verò quantumuis Tarsensis, sese Hebræum vocat 2. Cor. 11.22. Itaque sicut religionis respectu Ἕλληνες Iudæis, ita propter stirpis discrimen Ἑλληνισταὶ Hebræis opponuntur. Vide infrà 11.20. ¶ *In ministerio*, ἐν τῇ διακονίᾳ. nempe quasi vel in collegium viduarum non satis facilè allegerentur, vel quòd in eleemosynarum distributione parem sui curam non haberi conquererentur.

2 *Non est æquum*, οὐκ ἀρεστόν ἐστιν. Erasmus ad verbum, *Placitum*. Sed hoc loco (vt ipse quoque rectè obseruauit) non narrant Apostoli quid sibi placeat, aut non placeat: sed potius hoc negant eiusmodi esse vt placere debeat. Itaque Vetus interpres, quem sequi maluimus, satis commodè videtur sententiam expressisse. Huic autem concioni non dissimilis est vsquequaque illa Mosis quæ narratur Deuteron. 9. ¶ *Mensis*, ταῖς τραπέζαις. Id est conuiuiis, aut in conuiuiis, de quibus dictum est suprà 2.46. quanquam συνεκδοχικῶς cætera etiam munera intelliguntur quæ cum isto erant coniuncta, atque adeo in primis quæ ad pauperum curam & Ecclesiasticæ pecuniæ distributionem pertinebant: sic tamen vt omnia ritè & ordine fierent, & Diaconi Presbyterio subessent. Idque ita vsurpatum fuisse antequam omnis Ecclesiasticus ordo prorsus euerteretur, liquet ex veterum Canonum decretis, atque adeo ex ipsis etiam Gregorij Episcopi Romani epistolis.

3 *Deligite*, ἐπισκέψασθε. Vulg. *Considerate*, Eras. *Circumspicite*. quorum verborum neutrum mihi videtur satis conuenire: nec sanè alibi apud idoneos auctores legere memini τὸ ἐπισκέψασθαι cum casu personæ. Intelligitur autem ex Hebræorum idiotismo ex antecedente consequens, & ex consequente antecedens. ¶ *Idoneo testimonio ornatos*, μαρτυρουμένους. Vulgata, *Boni testimonij*, quod & actiuè accipi potest. Erasmus, *Spectata probitatis*. quorum verborum significatio nimium est (vt ita dicam) angusta. Quod autem Græci vno verbo declarant, id necessariò exposuimus pluribus verbis, Ciceronem sequuti, qui mihi quidem videtur id voluisse explicare in oratione De arusp. responsis, vbi de Deiotaro loquens, *Testimoniis*, inquit, *clarissimorum imperatorum ornatus Deiotarus*. ¶ *Huic vsui præficiamus*, καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας: *sine ad hunc vsum constituamus*; sed vis præpositionis ἐπὶ est obseruanda.

4 *Perdurabimus*, προσκαρτερήσομεν. Vulgata, *Instantes erimus*, Erasmus, *Incumbemus*. Vide Mat. 9.

Verus Ecclesiæ electos manuum impositione verbo Dei consecrauit.

Felix tentationis exitus.

Ecclesiam suã Dominus verbis primùm: deinde carceres ac demum etiam verberibus præparatam, tandem ad sanguinem vsque & cædes cum Satana & mundo feliciter committit.

Academiæ iã olim falsis pastoribus addictæ, fuerunt Satanæ flabella.

6 Οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν ἀποστόλων· καὶ προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας.

7 Καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε, καὶ ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ σφόδρα· πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει.

8 Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ.

9 Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ.

10 Καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ Πνεύματι ᾧ ἐλάλει.

11 Τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωσῆν καὶ τὸν Θεόν.

12 Συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς γραμματεῖς· καὶ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτόν, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον.

13 Ἔστησάν τε μάρτυρας ψευδεῖς, λέγοντας, Ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται ῥήματα βλάσφημα λαλῶν κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου.

14 Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, Ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς.

15 Καὶ ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν ἅπαντες οἱ καθεζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ, εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου.

Κεφάλαιον ζ.

1 Εἶπε δὲ ὁ Ἀρχιερεύς, Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει;

2 Ὁ δὲ ἔφη, Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε, Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαρράν·

3 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν, Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἥν ἄν σοι δείξω.

4 Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων, κατῴκησεν ἐν Χαρράν. Κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε.

6 Quos statuerunt in conspectu Apostolorum: qui adhibitis precibus, imposuerunt eis manus.

7 Itaque sermo Dei crescebat, & valde multiplicabatur numerus discipulorum Hierosolymis: multáque turba Sacerdotum auscultabat fidei.

8 Stephanus verò plenus fide ac potentia, edebat prodigia & signa magna in populo.

9 Exorti sunt autem è synagoga quæ dicitur Libertinorum, quidam, & Cyrenæorum, & Alexandrinorum, & eorum qui sunt ex Cilicia & Asia, altercantes cum Stephano.

10 Sed nequiuerunt obsistere sapientiæ & Spiritui per quem loquebatur.

11 Tunc subiecerunt quosdam qui dicerent se audiuisse eum loquentem verba blasphema in Mosén & Deum.

12 Commouerúntque plebem & Seniores & Scribas: & eum adorti, correptum adduxerunt in concilium.

13 Stiterúntque falsos testes, qui dicerent, Homo iste non cessat loqui verba blasphema aduersus locum hunc sanctum & Legem.

14 Audiuimus enim eum quum diceret, Iesum istum Nazaręum destructurum hunc locum, & mutaturum ritus quos tradidit nobis Moses.

15 Tunc intentis in eum oculis, omnes qui sedebãt in concilio, viderunt faciem eius quasi faciem Angeli.

CAP. VII.

1 Dixit autem Pontifex Maximus, Num igitur hæc ita habent?

2 Ipse verò dixit, Viri fratres & patres, audite, Deus ille gloriæ visus est patri nostro Abrahamo quũ esset in Mesopotamia, priusquam habitaret Charris.

3 Et dixit ei, Exi è terra tua, & ex cognatione tua, & veni in terram quamcunque ostendero tibi.

4 Tunc exiit è terra Chaldæorum, & habitauit Charris. Et illinc postquam pater eius mortuus est, transtulit eum *Deus* in terram hanc in qua nunc vos habitatis.

6 *Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus.*

7 *Et verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiam turba Sacerdotum obediebat fidei.*

8 *Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo.*

9 *Surrexerunt autẽ quidam de synagoga quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano.*

10 *Et non poterant resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur.*

11 *Tunc submiserunt viros qui dicerent se audiuisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen & Deum.*

12 *Commouerunt itaque plebem & seniores & Scribas: & concurrentes rapuerunt eum & adduxerunt in concilium.*

13 *Et statuerunt falsos testes, qui dicerent. Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum & Legem.*

14 *Audiuimus enim eum dicentem, Quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses.*

15 *Et intuentes eũ omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.*

CAP. VII.

1 *Dixit autem princeps Sacerdotum, Si hæc ita se habent.*

2 *Qui ait, Viri fratres & patres audite, Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ quum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charran:*

3 *Et dixit ad illum, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi.*

4 *Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charran. Et inde, postquã mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis.*

Falsi doctores quia vinci nolunt, à disputationibus ad manifestas calumnias conuertuntur.

Prima Ecclesię Christianæ cruenta persequutio ex Sacerdotum cõcilio, suggerẽtibus Academiarum doctoribus exorta.

Exemplum calumniatorum, ex iis quæ verè ac benè dicta sunt, falsas conclusiones colligentium.

Admittitur quidem ad causam dicendam Stephanus, sed vt iuris obtentu damnetur.

Testatur Stephanus se veros illos Patres & vnicum illum verum Deum agnoscere: simúlque docet illos esse templo & omni illo legali cultu antiquiores, ac proinde aliud esse ponẽdum veræ religionis fundamẽtum, gratuitũ videlicet fœdus.

6. *Qui adhibitis precibus*, καὶ προσευξάμενοι. Vulg. *Et quum orassent.* Connectit autem particula καὶ diuersas personas: quod quum in Latino sermone sit obscurius, maluimus vsurpare prouocabulum, qua de re diximus Mar. 1. 10. Simile dicendi genus reperio apud Plut. in dialogo περὶ τῶν ζώων νοῦ. vbi de pica sic loquitur, κουρέως τις δυνάμενόν τι χρῆμα πολυφώνου καὶ πολυφθόγγου κίττης ἔτρεφε, καὶ ἀνθρώπου ῥήματα καὶ θηρίων φθόγγους ἀνταποδίδου. ¶ *Imposuerunt eis manus*, ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Hæc formula dicendi, sicut & ritus ipse qui per eam significatur, ab Hebræis fluxit qui hac ceremonia solebant vti partim in publicis ac solennibus victimarum consecrationibus, vt apparet ex Leuitico: partim etiã in precibus ac benedictionibus priuatis, vt liquet ex Gen. 48. 14. Hunc ritum deinde seruauit Ecclesia Christiana tum in ministris constituendis, vt ex hoc loco & 1. Tim. 5. 22, & aliis multis constat: tum etiam in conferẽdis Spiritus sancti donis, vt infrà 8. 17. & faustis precationibus, vt Matt. 19. 15. Sed nulla hîc chrismatis, rasuræ, crucis, lineę vestis, cereorum, & huiusmodi rituum temorè in Ecclesiã inuectorũ mentio, quasi sint idcircò abrogatæ ceremoniæ Mosaicæ, vt nouæ humanitus excogitatæ illis surrogarentur. Vnde etiam factum videmus, vt illæ mox in horrendas superstitiones degenerarint.

7. *Crescebat*, ηὔξανε. Vide infrà 12. 24. ¶ *Sacerdotum*, τῶν ἱερέων. Mihi suspectum hoc videtur, quum vix probabile sit, vt ex Sacerdotibus etiam aliqui, iique non pauci, doctrinam salutis sint amplexi, sicut multi antea ex principibus siue Senioribus populi, Ioan. 12. 42. & vt ita sit, quis tamẽ credat tam multos illos fuisse vt ὄχλου nomen, id est non paruæ multitudinis, iis conueniat? Sed & Syrus habet [Hebrew] [*men Ihudaie*] id est ἐκ τῶν Ἰουδαίων, ex Iudæis quod etiam non probo. Quorsum enim Iudæos nominaret, quum solis adhuc Iudæis promulgaretur Euangelium? Arabs autem in nonnullis codicibus simpliciter legit πολὺς ὄχλος, *multum populum*, siue, *multa turba*. Quòd siquid hîc audere fas est, probo vehementer doctissimi viri Isaaci Casauboni, mei in hac schola collegæ, acutam coniecturam, qui fortasse sic scriptum & distinctum hunc locum fuisse censet, καὶ πολὺς ὄχλος, καὶ τῶν ἱερέων (sub. τινὲς) ὑπήκουον τῇ πίστει. Id est, & multa turba, & sacerdotum nonnulli auscultabant fidei. Hanc autem ellipsin alibi etiam annotauimus, vt Matth. 23. 34. Ioan. 16. 17. & infrà 21. 16. cuius ignoratio expungendæ particulæ καὶ & huius loci deprauandi occasionem præbuerit. Nam quod Græcus scholiastes πολὺν ὄχλον interpretatur τὸ σύστημα, id est cœtum, violentum est, & parum quoque probabile. ¶ *Fidei*, τῇ πίστει, Id est, doctrinæ Euangelicæ, quæ metonymicè dicitur Fides, quia potentia Dei est ad salutem omnium credentium. ὑπακούειν autem pro πείθεσθαι ponitur, vt annotauimus Matt. 8. 27. Est ergò notanda relatio inter ministrum, verbum Dei, ac fidem, vt falsos ministros à veris, & fidem ab opinione distinguamus.

8 *Fide*, πίστεως. Hîc aliter accipitur fides quàm in superiore versiculo, nimirum pro eo animi assensu quo oblatam in Christo iustitiam amplectimur. Sed in quatuor codicibus scriptum inuenimus, πλήρης χάριτος, plenus gratia, quam lectionem sequutus est Vetus interpres. ¶ *Potentia*; δυνάμεως. Id est, Eximiis & excellentibus illis donis Spiritús sancti, quæ δυνάμεις (id est potentiæ) nomine intelligũtur ab effectis, siue quòd sint insignia virtutis illius ac potestatis cælestis testimonia. ¶ *In populo*, ἐν τῷ λαῷ. Id est δημοσίᾳ, palàm videlicet, quia ex ipso populo multos sanabat. Reperimus autem in duobus codicibus additum, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, *per nomen Domini Iesu Christi.*

9 *E synagoga*, ἐκ τῆς συναγωγῆς. Id est, ex cœtu & veluti gymnasio. Nam certè oportuit tam amplam ciuitatem, ad quam etiam vndique Iudæi, tanquam ad communem Academiam, suos erudiendos mittebant, in varios cœtus distribui: quos quidem apparet ex hoc loco, pro nationum varietate fuisse appellatos, quemadmodum hodie Lutetiæ multa (quæ vocant) collegia à variis gentibus cognominantur, quibus etiam peculiariter ac propriè sunt constituta: Vide 1. Corinth. 14. 29. ¶ *Libertinorum*, Λιβερτίνων. Sic legimus in omnibus Græcis & Latinis exemplaribus. Libertinos autem constat Latinè dici qui ex seruis liberi facti sunt, quorum conditio quum vilior videretur apud ingenuos & ex ingenuis natos, vt apparet ex illo Flacci versiculo, *Quem rodunt omnes libertino patre natum*, probabile est hanc synagogam fuisse illis attributam. Syrus autem & Arabs interpretes, fortasse quòd ignorarent Romanæ vocis significationem, vel meliorem scripturam sequuti, vertunt singulari numerò, ex synagoga Libertini: quasi quispiam, proprio nomine sic appellatus, vel quòd ea conditione esset, synagogam aliam extruxerit, à quo sic fuerit denominata, vt si Centurionis Synagoga diceretur apud Capernaitas ea cuius fit mentio Luc 7. 5. sicut obseruauit in Arabica editione noster Franciscus Iunius. Sed magis ad rem facit quod narrat Philo in legatione ad Caium: passum videlicet fuisse Tiberium bonam partem vrbis trans Tiberim à Iudæis teneri, quorum plerique erãt Libertini, qui captiui abducti à Dominis, libertate donati fuerant, nihil mutare ex patriis institutis coacti: quanuis eos sciret habere suas προσευχὰς in quas præcipuè Sabbatis conuenirent. Proseuchæ vero fuerunt quæ & Synagogæ dictæ, inter quas etiam ista à Libertinis fuit cognominata Romæ, vnde probabile est hanc etiam Hierosolymitanam deductam. ¶ *Quidam*, τινές. Ne quis miretur hanc particulam à me fuisse transpositam, habeo auctores locupletes, Syrum & Arabem interpretes, qui manifestè ostendunt non plures Synagogas, sed vnius synagogæ plures ex variis gentibus discipulos hic significari: quod non animaduersum præbuit in hunc locum inquirendi occasionem, quinam ex istis primi à Status conditione, reliqui à Patria cognominentur. ¶ *Altercantes*, συζητοῦντες, Vulg. *Disputantes*, διαλεγόμενοι. Et fateor verbum συζητεῖν etiam in optimam partem accipi. Sed istos apparet non cognoscendæ sed oppugnandæ veritatis studio aduersus Stephanum disputasse.

10 *Obsistere*, ἀντιστῆναι. Vulgata, *Resistere*, non satis expressè. Nam certè restiterunt isti quantum potuerunt, sed frustrà. Itaque propria huius verbi notatio retinenda est, de qua diximus Matth. 5. 39. & Luc. 21. 15.

¶ *Sapientiæ*, τῇ σοφίᾳ. In meo vetustissimo & alio præterea manuscripto exemplari additur τῇ οὔσῃ ἐν αὐτῷ, *quæ in ipso erat.* ¶ *Et spiritui*, καὶ τῷ Πνεύματι. Rursus in iisdem exemplaribus additur τῷ ἁγίῳ, *Sancto.* ¶ *Per quem loquebatur*, id est ᾧ ἐλάλει. Vulg. *Qui loquebatur*, id est ὃ ἐλάλει, quæ lectio prorsus conuenit cum eo quod scriptum est Mar. 13. 11. sed nullius (quod sciam) exemplaris auctoritate confirmatur. Nam quod existimat Erasmus ᾧ positum esse pro ὃ, propter datiuum Πνεύματι præcedentem, non facilè concesserim, quia huius enallages nullum vnquam exemplum memini legere in constructione intransitiua. Alioqui vtrunque rectè dicitur: nempe & Loqui, immò Clamare Spiritu, & Sanctos clamare per Spiritum, Rom. 8. 15, & Galat. 4. 6. Sed hoc maioris est momenti, quòd in illo meo vetustissimo codice reperi post ἐλάλει omnia hæc adscripta, διὰ τὸ ἐλέγχεσθαι αὐτοὺς ὑπ' αὐτοῦ μετὰ πάσης παρρησίας. μὴ δυνάμενοι οὖν ἀντοφθαλμεῖν τῇ ἀληθείᾳ, τότε ὑπέβαλον; id est, *Quòd ab eo coarguerentur omni cum libertate. Itaque quum non possent obniti veritati, tunc subiecerunt quosdam*, &c. Est autem ἀντοφθαλμεῖν verbum elegans, quod de iis dicitur qui aperta vi resistunt, & obuersis vultibus manum conserunt. Sic vsurpatur à Polybio libr. historiarum 4. vbi de Messeniis agit, & ab hoc nostro Luca dicitur de naui quæ prora vento obuersa rectum cursum tenet, infrà 27. 15.

11 *Adorti*, ἐπιστάντες. Plus enim est hoc loco ἐφιστάναι quàm Superuenire, vt etiam infrà 17. 5. Vulg. *Concurrentes*, id est συνδραμόντες. Eras. *Inuadentes.*

13 *Blasphema*, βλάσφημα. Hoc non reperitur in vulgata editione Latina, quod tamen certum est non fuisse à testibus præteritum, quum in eo posita sit tota vis accusationis: quanuis pro editione Latina faciant Syrus & Arabs interpretes, & meus quoque vetustissimus codex.

IN CAPVT VII.

2 *Deus ille gloriæ*, ὁ Θεὸς τῆς δόξης, i. gloriosus, Hebr. Vide 1. ad Corinth. 2. 8. ¶ *In Mesopotamia*, ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ. Consentiunt omnes codices. Itaque quum paulo pòst dicat Abrahamum è Chaldæa egressum, omnino necesse est vt Mesopotamiam Stephanus vocet, non eam modò regionem quæ duobus amnibus Euphrate & Tigri includitur, sed etiam Babyloniam, cuius pars est Chaldæa, sicut etiam Plinius libri 6. cap. 27. Babylona tribuit Mesopotamiæ, vt vir ille felicis memoriæ Ioachimus Vadianus obseruauit, diligens planè ac pereruditus harum rerum obseruator. Quòd autem videtur Stephanus à Mose dissentire, quum Gen 11. 1. ista perindè videantur narrari, ac si dicta essent Abrahamo post patris mortem, quum iam ex Charran esset profecturus: id, inquam, ortum est ex interpretis negligentia, qui initium illius capitis 12, conuertere debuit per plusquamperfectum, *Dixerat autem*, &c. Idque ita fuisse faciendum, illud satis declarat, quòd iubetur ex terra sua & cognatione sua exire: ex quo liquidò appa-

ret hæc pertinere ad id tempus quo primùm ex patria migrauit. Itaque non assentior iis qui vt hunc nodum soluãt, duplicem fecerunt Abrahæ vocationem, quarum vnam à Mose prætermissam recenseat Stephanus. Atqui si hæc Stephanus non accepit à Mose, à quo tandem accepit? deinde quis non videt Stephanum, si quædam à Mose discrepantia narrasset, maximam calumniandi occasionem fuisse aduersariis præbiturum?

5 Καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ, οὐδὲ βῆμα ποδός· καὶ ἐπηγγείλατο αὐτῷ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτήν, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν, οὐκ ὄντος αὐτῷ τέκνου.

5 Nec dedit ei hæreditatem in ea, ne vestigium quidẽ pedis, quãuis pollicitus esset se illam daturum ei obtinendam, & semini eius post eum, quum non haberet prolem.

5 *Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis: & repromisit dare illi eam in possessionem, & seminis eius post ipsum, quum non haberet filium.*

Gen. 15. 13. & 16

6 Ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ Θεός, Ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτό, καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια.

6 Loquutus autẽ est ita Deus, ‖Erit, *inquit*, semen tuũ inquilinum in terra aliena, vbi seruituti subiicietur, & malè accipietur annis quadringentis.

6 *Loquutus est autẽ Deus, Quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiicient, & malè tractabunt eos annis quadringentis.*

7 Καὶ τὸ ἔθνος ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι κρινῶ ἐγώ, εἶπεν ὁ Θεός· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελεύσονται, καὶ λατρεύσουσί μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.

7 Sed gẽtem cui seruierint puniã ego, dicit Deus: & post hæc exibunt, & *ipsum* colent in loco isto.

7 *Et gentem cui seruierint iudicabo ego, dixit Deus: & post hæc exibũt, & seruient mihi in loco isto.*

Gen. 17. 9
Gen. 21. 2
Gen. 25. 24
Gen. 29. 33. & 30. 5. & 35. 25

8 Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς· καὶ οὕτως ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, καὶ περιέτεμεν αὐτὸν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ· καὶ ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἰακώβ, καὶ ὁ Ἰακὼβ τοὺς δώδεκα πατριάρχας.

8 ‖Deditque ei pactum Circũcisionis:‖ & ita *Abrahamus* genuit Isaacum, & circuncidit eũ die octauo: ‖ Isaacus autem *genuit* Iacobum, ‖& Iacobus duodecim illos patriarchas.

8 *Et dedit illis testamentum Circuncisionis: & sic genuit Isaac, & circuncidit eum die octauo: & Isaac Iacob, & Iacob duodecim patriarchas.*

Gen. 37. 28
Stephanus etiam diligenter commemorat Patrũ quorundam horrenda scelera, vt Iudæos doceat nõ temerè acquiescendum esse in Patrum auctoritate & exemplo.

9 Καὶ οἱ πατριάρχαι ζηλώσαντες, τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἦν ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ.

9 Patriarchæ verò inuidia moti, ‖ Iosephum vendiderunt *abducendum* in Ægyptum: sed erat Deus cum eo.

9 *Et patriarchæ æmulantes, Ioseph vendiderunt in Ægyptum: & erat Deus cum eo.*

Gen. 41. 94

10 Καὶ ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἡγούμενον ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ὅλον τὸν οἶκον αὐτοῦ.

10 Et eruit eum ex omnibus ipsius afflictionibus, ‖ deditque ei gratiam & sapientiam coram Pharaone rege Ægypti, qui cõstituit eum ductorem Ægypto, & toti domui suæ.

10 *Et eripuit eũ ex omnibus tribulationibus eius, & dedit ei gratiam & sapientiã in conspectu Pharaonis regis Ægypti, & constituit eum præpositum super Ægyptum, & super omnem domum suam.*

5 *Ne vestigium quidem pedis*, οὐδὲ βῆμα ποδός. Id est, Ne tantillum quidem, vt in solo suo posset pedem figere. Sic enim prouerbiali quadam figura loquuntur Hebræi מדרך כף רגל [*midrach chaph reghel*] Deu. 2. 5. Vulg. *Passum*, prorsus in hoc significatu barbarè. Nec enim Latinis est *passus*, quod Gallis, *un pas*, sed quod dicimus, *une brasse*. ¶ *Quamuis promisisset*, καὶ ἐπηγγείλατο. Vulg. & Eras. *Et promisit*. Irenæi interpres, *Sed promisit*: rectius profectò quàm illi. Sed ipsa tamen series ostendit καὶ pro καίπερ commodius accipi posse, vt Matth. 5. 19, & 15. 5 Item Luc. 18. 7. sicut apud Hebræos ו [*vau*] accipitur pro אף על פיש [*aph hal pisch*] vt Ecclesiast. 6. 16. Diximus autem alibi de verbo ἐπαγγέλλεσθαι. ¶ *Ei*, αὐτῷ. Cohæret pronomen cum verbo δοῦναι, vt apparet ex eo quod sequitur. Itaque in vno codice sic scriptum legimus, Καὶ ἐπηγγείλατο αὐτῷ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτῷ, καὶ τῷ σπέρματι: quam lectionem sinceram esse puto.

9 *Ita*, οὕτως. In nõnullis codicibus Veteris editionis pro *ita*, legitur *ei*, id est αὐτῷ, vt in vno etiam exemplari Græco scriptum legimus: in aliis verò expungitur. ¶ *Semen*, τὸ σπέρμα. Id est posteri tui, Hebraismus. ¶ *Tuum*, αὐτοῦ. Sæpe iam annotauimus frequẽtes esse apud Hebræos istas personarum mutationes, ac præsertim Lucæ vt cap. 19. 9, vbi similem prorsus enallagen obseruauimus. Omnino enim præstat recta loqutione istum versiculum explicare, vt cum proximo cohæreat. Sed & in vno codice pro αὐτοῦ scriptum legimus σοῦ. ¶ *Vbi seruituti subiicietur*, καὶ δουλώσουσιν αὐτό. Quia post καὶ subaudiendum est ἐκεῖ ex Hebræorum idiotismo, qui (vt sæpe iam diximus) relatiui loco vtuntur coniunctione copulatiua vnà cum demonstratiuo aut relatiuo pronomine, eóque vel expresso vel subaudito, ideo perinde hoc conuerti ac si scriptum esset ὅπου: deinde relatiuum αὐτό, siue αὐτοῖς, (vt legit Vetus interpres, & quidam codices habent) tanquam in Latino sermone redundans expunxi. Postremò δουλώσουσιν & κακώσουσι passiuè sum interpretatus, vt personæ mutationem vitarem. ¶ *Annis quadringentis*, ἔτη τετρακόσια. Eras- mus testatur quandam editionem peruetustam legere cccc xxx, adstipulatore etiam Rabano, neque suum hic iudicium interponit. Illud quidem certum est, Genes. 15. 13, vnde hæc petita sunt, non plures annos numerari 400, vt nemo dubitare iure possit quin hæc sit germana lectio. Nam cccc xxx anni quorum fit mentio Exod. 12. 41, & Galat. 3. 17, ab initio peregrinationis Abrahami numerantur, sicut 400 istos ab initio exorti seminis Abrahami, id est à nato Isaaco, necesse est auspicari, quum de semine agatur in hac prædictione. Quadrare verò exactè calculum annorum apertè demonstrant chronographi, ac præsertim Funccius, omnium qui in hoc argumento sunt versati (vt mihi quidem videtur) longè diligentissimus: à quo tamen in eo dissentio quòd peregrinationem Abrahami ab eo tempore inchoat quo profectus est ex Charran: quam ego potius auspicer ab eo tempore quo vnà cum patre ex Vr Chaldæorum venit in Charran: vnde, quinquennium illic moratus, amisso patre, ad Chananæos peruenit. Puto enim veram esse Iudæorum supputationem quæ Israelis peregrinationi in Ægypto, annos tribuit 210 duntaxat; qua de re alius fortasse dabitur dicendi locus.

7 *Puniam ego*, κρινῶ ἐγώ. Vulg. ad verbum *Iudicabo*, barbarè. Est autem hoc in loco τὸ κρίνειν, id quod Gallicè dicimus, *faire iustice de quelcun*: & minimè redundat pronomen ἐγώ. Sic enim promittit Dominus fore vt non humana vi quapiam, sed planè diuinitus velut ipsemet sua manu pœnas de oppressoribus illis sumat.

8 *Pactum*, διαθήκην. Vulg. *Testamentum*. Vide Mat 26. 28 & Heb. 9. 16. ¶ *Et ita*, καὶ οὕτως. Eras. *Atque hic*, καὶ οὗτος. Ego verò potius Veterem Latinã editionẽ sequor, quia in vetustis & emendatissimis quibusq; codicibus legimus καὶ οὕτως. Ponitur autem interdum hæc particula tanquam παρέλκον, vt orationis seriem connectat, sicut annotauimus Ioh. 4. 6.

9 *Vendiderunt [abducendum] in Ægyptum*, ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον. Ellipsis verbi consequentis vt apparet ex præpositione εἰς, vt infrà 7. 9. quod monere oportuit nequis εἰς pro ἐν poni

ἐν poni existimet, repugnante historia. ¶ *Erat Deus cum eo*, ἦν ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ. Hebræum est etiam hoc genus dicendi, quo peculiaris quidam Dei fauor erga aliquos declaratur. Videtur enim quodammodo ab iis abesse quos iuuare non sustinet: contrà verò, præsens illis quos ex maximis quibusque periculis eripit.

11 Ἦλθε δὲ λιμὸς ἐφ' ὅλην τὴν γῆν Αἰγύπτου καὶ Χαναάν, καὶ θλίψις μεγάλη· καὶ οὐχ εὕρισκον χορτάσματα οἱ πατέρες ἡμῶν.

11 Venit autem fames in vniuersam terram Ægypti & Chanaan, & afflictio magna: & non inueniebant cibos patres nostri.

11 *Venit autem fames in vniuersam Ægyptum & Chanaan, & tribulatio magna. & non inueniebant cibos patres nostri.*

Gen. 42. 1

12 Ἀκούσας δὲ Ἰακὼβ ὄντα σῖτα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξαπέστειλε τοὺς πατέρας ἡμῶν πρῶτον.

12 ‖Quum audisset autem Iacobus esse triticum in Ægypto, misit patres nostros primùm.

12 *Quũ audisset autem Iacob esse frumentum in Ægypto misit patres nostros primùm.*

Gen. 45. 4

13 Καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ φανερὸν ἐγένετο τῷ Φαραὼ τὸ γένος τοῦ Ἰωσήφ.

13 ‖ Et in secunda *profectione* agnitus est Iosephus à fratribus suis, & innotuit Pharaoni genus Iosephi.

13 *Et in secundo cognitus est Ioseph à fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus eius.*

14 Ἀποστείλας δὲ Ἰωσήφ, μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰακώβ, καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν αὐτοῦ, ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε.

14 Missis autem *nuntijs*, Iosephus accersiuit patrem suum Iacobum, omnémque cognationem suam, capitum septuagintaquinque.

14 *Mittens autem Ioseph accersiuit Iacob patrem suum, & omnem cognationem, in animabus septuagintaquinque.*

15 Κατέβη δὲ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἐτελεύτησεν αὐτὸς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν.

15 Descendit ergo Iacobus in Ægyptum: obiitque ipse & patres nostri.

15 *Et descendit Iacob in Ægyptum: & defunctus est ipse & patres nostri.*

14 *Missis [nuntiis,]* ἀποστείλας. Vide Matt. cap. 2. versu 16. ¶ *Septuaginta quinque*, ἑβδομήκοντα πέντε. Sic legitur in omnibus codicibus quos inspeximus, & iampridem ita scriptum fuisse apparet ex Syra & Arabica editione, itémque Hieronymo & Augustino, qui multum laborarunt vt hunc locum conciliarent cum eo quod scriptum est Genes. 46. cap. 27, vbi in Hebræa veritate LXX, capita duntaxat numerantur, consentiente etiam Iosepho, libro Antiq. 2. c. 4. Hoc autem certum est in eiusmodi controuersiis ad fontes esse recurrendum, id est ad Hebraicum contextum. Mendosa est igitur editio Græca, duplici errore, nõ ab interpretibus primis, quos certum est tam negligentes esse non potuisse, vt eorum saltem nomina non numerarent, qui tam diligenter apud Mosen supputantur, sed ab iis admisso, qui ex hoc loco deprauato Mosen emẽdare voluerunt, quum istum potius ex illo corrigere oportuerit. Sic enim factum vt quum pro septuaginta scribendum censerent apud Mosen septuagintaquinque, neque totidem in Hebræo contextu viderent nominari: alij quidem adiectis quatuor Iacobi, & duabus Iudæ vxoribus (ipso in ea supputatione excluso Iacobo) numerum septuagintaquinque explendum putarint: alij verò ipsius Iosephi tres quidem nepotes, abnepotes autem duos Hebræo contextui adiicere [illegible]. Sed ab vtrisque peccatum esse existimo, quoniam non modò dicuntur omnes ibi nominati egressi fuisse ex femore Iacobi, (quod vxoribus ipsius non conuenit) sed etiam ineptum fuisset prius mortuas inter illos qui in Ægyptum descenderant, recenseri. Deinde corrigendæ essent particulares illæ quatuor familiarum summæ. Denique Genes. 46. 26. disertè scribit Moses non esse numerandas filiorum Iacobi vxores. Et quæso cur Iudæ vxores quarum etiam nomina illo loco nõ eduntur, potius quàm aliorum ipsius Iudæ fratrum in ea summa comprehenderentur? Neque his obstat quòd duo filij Iudæ quanuis antea mortui à Mose nominantur. Nam nominantur quidẽ, sed in subductione summæ triginta trium excluduntur. Nepotes autem & abnepotes Iosephi quomodo iis adiungerentur qui in Ægyptum descenderunt cum Iacobo, quum Iacobo in Ægyptum descendente vix septemnes essent? Liberatus enim est è carcere Iosephus, annos natus triginta, Genes. 41. 45. Istis adde abundantiæ annos septem sterilitatis duos, & duxerit vxorem Iosephus eo ipso anno quo liberatus fuerit, vix nouem annos fuerat maritus, quum Iacobus anno tertio famis in Ægyptum veniret, nedum vt ipse nepotes & abnepotes haberet. Imo ne nasci quidem abnepotes Iosepho potuerunt, Iacobo superstite, vt qui annos septemdecim duntaxat in Ægypto exegerit. Deinde cur Iosephi potius nepotes & abnepotes quàm ipsius fratrum commemorarit? Imò, inquies, etiam Iudæ duos abnepotes recenset, qui tamen tunc nati non erant quum Iacobus in Ægyptum descenderet, vt ex annorum supputatione manifestè colligitur. Fateor, sed peculiarem ob causam istos nominatos fuisse apparet, nempe vt locum duorum Iudæ filiorum in terra Chanaan mortuorum supplerent. Iterum igitur dico locum illum Genes. 46. 27. fuisse ex hoc Lucæ loco corrupto deprauatum, quod nequis factum demiretur, aio simili audacia vel imperitia hunc eundem errorem ex Genes. 46. in Deuter. 10. 22, dimanasse, vbi similiter, in codicibus quidem Græcis nostra memoria excusis, mentio fit septuagintaquinque animarum, quum disertè testetur Hieronymus suo tempore Græcam interpretationem eo loco ab Hebræa veritate non variasse. Quod siquis roget quînam hic locus iam olim fuerit deprauatus, perplacet mihi Bertrami Cornelij, mei in hac Ecclesia Geneuensi collegæ [illegible] ctissimi, coniectura, qui Lucam putat [illegible] sed πάντες scripsisse, quam particulam [illegible] maximè necessariam expressit [illegible] Moyses: vt ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πάντες, Latinè vertendum sit, *Qui omnes* (id est simul coniuncti) *erant animæ* (id est capita) *septuaginta*, Iacobo videlicet, quo cum descenderunt sexaginta sex, ad hunc numerum illis annumerato, vnà cum Iosepho & duobus ipsius filiis, qui tamẽ non descenderunt in Ægyptum cum Iacobo, sed in Ægypto inuenti sunt, ideóque seorsim & in extrema narratione è Mose recensentur. Neque verò huius erroris obseruatio quenquam debet offendere, vel in dubium reuocare verbi diuini auctoritatem, quum & ex Hebræa veritate, vt diximus, emendetur, & salua nihilominus tum doctrinæ tum etiam historiæ ipsius fides permaneat: & res ipsa clamet non vno loco, temporis iniuria, persecutionũ acerbitate, aduersariorum veritatis fraude, hæreticorum audacia, pastorum denique inscitia & oscitantia, numerorum notas labefactari, & alia periculosiora in sacros libros inuehi potuisse: quæ tamen eruditi & sancti homines tum ex aliorum locorum collatione, tum ex fidei analogia, partim animaduerterunt & emendarunt, partim etiam posteris obseruanda & corrigenda reliquerunt. sic prospiciente suæ Ecclesiæ Domino, vt quanuis integri non pauci libri interciderint, & errata de quibus dixi, irrepserint, tamen salutis doctrinam totam his ipsis libris certissimè & verissimè comprehensam habeat Ecclesia, & ad finem vsque seculorum sit habitura. Deniq; siquis supputet quot annos quisque Patriarcha natus cum Iacobo in Ægyptũ descenderit, facilè viderit. vix ac ne vix quidẽ fieri potuisse, vt tot nepotibus cinctus tunc fuerit Iacobus, quum præsertim decem filij tribuantur Beniamino, minimo natu. Itaque hæc descensio Iacobi in Ægyptum ad eius vsque obitum porrigi debet, & hi septuaginta totidem capita familiarum postea fuerunt sigillatim, videlicet in sua quisque tribu & familia tribu.

Rr 3

16 Καὶ μετετέθησαν εἰς Συχέμ, καὶ ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ τοῦ Συχέμ.	16 Et translati sunt Sichemam, & positi in monumento quod emerat Abrahamus pretio argenti à filiis Emmoris *patris* Sichemi.	16 *Et translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti à filijs Hemor filij Sichem.*
17 Καθὼς δὲ ἤγγιζεν ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγελίας ἧς ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ, ηὔξησεν ὁ λαὸς καὶ ἐπληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ,	17 Quum autem appropinquaret tempus promissionis quam Deus iurarat Abrahamo, creuit populus & multiplicatus est in Ægypto,	17 *Quum autem appropinquaret tempus promissionis quam confessus erat Deus Abrahæ, creuit populus & multiplicatus est in Ægypto,*
18 Ἄχρις οὗ ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος ὃς οὐκ ᾔδει τὸν Ἰωσήφ.	18 Vsquequo exortus est alius rex, qui non nouerat Iosephũ,	18 *Quoadusque surrexit alius rex in Ægypto qui non sciebat Ioseph.*
19 Οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν, τοῦ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι.	19 Hic aduersus genus nostrum ingeniosus, malè accepit patres nostros, *adeo* vt exponerent infantes suos ne sobolescerent.	19 *Hic circumueniens genus nostrum afflixit patres nostros, vt exponerent infantes suos, ne viuificarentur.*
20 Ἐν ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη Μωσῆς, καὶ ἦν	20 Quo tempore natus est Moses, qui fuit diuinitus venustus,	20 *Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus*

16 *Translati sunt*, μετετέθησαν. Nempe duodecim patriarchæ, vt testatur oculatus testis Hieronymus in Paulæ epitaphio, cui potius fides habenda est quàm Iosepho qui lib. Antiquit. 2. cap. 4. illos, Iacobi exemplo, dicit fuisse Hebronem, prout in Ægypto obierunt, à filiis deportatos, ibique eodem illo sepulchro conditos, excepto Iosepho cuius sepultura fuit ipsius mandato vsque in exitum ex Ægypto dilata, vt qui vnus fuerit in Sichem sepultus, Ios. 24. 32. in agro videlicet illo quem ei propriè Iacobus moriens legarat, Genes. 48. 22. Syrus autem & eum sequutus Arabs legerunt singulari numero καὶ μετετέθη εἰς Συχὲμ, καὶ ἐτέθη ἐν μνημείῳ, *Et translatus est*, (ipse videlicet Iacobus) *in Sichem, & positus in monumento*, &c. sed perperam, quum Hebronem delatum ibique sepultum Moses disertè scribat. Quod enim Iunius noster in Arabica interpretatione perinde hoc accipiendum putat, atque si fuerit Iacobi cadauer primùm quidem delatum Sichemam, inde verò à filiis Chamor, id est, à Sichemitanorum agro, tandem Chebronem vsque deportatum, ibique sicuti iusserat, sepultum: id, inquam, argutè quidem excogitatum est, sed tamen non facilè admittendũ. Primùm enim si παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ, *à filijs Emmor*, non cum verbo ὠνήσατο, *Emit*, sed cum verbo ἐτέθη, *positus est* construas, dura fuerit admodum traiectio. Deinde vnde liquere potest Aream Athad in ipso transitu Iordanis sitam, (ibi enim substiterunt primùm qui funus Iacobi deducebant) Sichemam esse? Et, si ita est, cur filios Chamor maluerit Stephanus nominare, quàm vel Sichemæ nomen repetere, vel relatiuum ἐκεῖθεν, *illinc*, vsurpare? Quòd si etiam istud *A filijs Emmor*, sic velimus construere, nihil prohibet quominus vt Iosephi, sic etiam reliquorum ipsius fratrum ossa fuisse simul Sichemam deportata, dicamus, quæ postea à filiis Emmor, id est à Sichemæ territorio, Hebronem translata sint, solius Iosephi ossibus Sichemæ relictis. Et hac ratione fuerint Sichemæ quidem cenotaphia de quibus agit Hieronymus: in spelunca autem Hebronis vera patriarcharum sepulchra, de quibus scribit citato loco historicus Iosephus. ¶ *Abrahamus*, Ἀβραάμ. Atqui Abrahamum quidem constat non à filiis Emmor, sed à filiis Ephron, non Sichemæ, sed apud Hebronem, agrum emisse, Iacobum verò eum demum esse qui agrum emerit à filiis Emmor, patris Sichẽ. quem nodum nectit quidẽ Hieronymus in quæstionibus in Genesin, & expediturũ se promittit, sed nusquam tamen soluit. Ego verò iam pridem existimaui, & adhuc existimo subaudiendum esse ὁ Ἰακὼβ ex versu à præcedente versiculo Iacobi nomen, pro quo nomen Abrahami ab aliquo annotatum, qui desiit rectũ ante verbum ὠνήσατο videns, ἀμαρτήματι μνημονικῷ deceptus fuerit, in contextum irrepsisse, sicut Matt. 27. 9. Zachariæ pro Ieremiæ, iam pridem scribitur: & annotat ipse Hieron. lib. de Opt. gen. interpretãdi ad Pammachium, Matth. 13. 35, in multos codices irrepsisse nomen Esaiæ, pro quo deinde fuerit nomen Asaphi substitutum, quum neutrũ illic hodie legatur. Neque verò ista in numerorum notis vel nominibus propriis errata, non ipsorum auctorũ culpa, quorum & mentem & calamum in his tradendis Spiritus sanctus, certissimè gubernauit, sed descriptorum partim negligentia partim inscitia, aut etiam per aliquorum sciolorum audaciam admissa, quæ ex aliorum locorum collatione facilè agnosci possunt, vel doctrinæ Christianæ, vel harum historiarum fidei quidquã derogant. ¶ [*Patris*] *Sichemi*, τοῦ Συχέμ. Vulg. & alij *Filij Sichem*, quoniam videlicet sic suppleri consueuit hæc Græca ellipsis. Sed præterquã quòd אב [*Abi*] exprimitur à Mose Gen. 33. 19. subaudiri etiam interdum parentum nomen in hoc dicendi genere liquet ex his Herodoti verbis in Clio, Ἄδρηστος ὁ Γορδίεω, τοῦ Μίδεω id est, *Adrastus nepos Gordij, qui pater fuit Midæ*. Et in Thalia, Κῦρος ὁ Καμβύσεω, *Cyrus Cambysæ pater*. Loquitur enim de Cambyse Cyri non patre sed filio. Et Luc. 24. 10. Μαρία Ἰακώβου, Maria Iacobi mater, vt exprimit eo loco Syrus interpres, & vt loquitur Mar. 15. 40. Syrus autem & Arabs interpretes non legerunt τοῦ Συχέμ, vel non intellectum neglexerunt. quod tamen sic quoque possumus commodè interpretari, vt τοῦ Συχέμ accipiatur per epexegesin, sic videlicet *A filijs Emmor*, (id est ab Emorrheis) [*nempe*] *à Sichemo*.

17 *Quam Deus iurarat*, ἧς ὤμοσεν. Vulg. *Quam confessus fuerat*, ἣν ὡμολόγησεν, quod nõ probo: & si maximè probarem, mallem conuertere, *Quam spoponderat*.

19 *Aduersus genus nostrum ingeniosus*, κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν. Vulg. & Eras. *Circumueniens*: quam significationem fateor quidem huic verbo tribui, sed tamen non putaui huic loco satis accommodatam. Nam obsecro in istis Pharaonis edictis quis non apertam potius crudelitatem perspiciat quàm fraudem? Sed in eo videtur astutè solers & ingeniosus Pharao, quòd rationem inuenerit Israëlitas paulatim extinguendi, ita tamen vt magnas ex iis ipsis vtilitates caperet, quas alioquin erat amissurus si vel eos omnes semel perdidisset, vel Ægypto eiecisset. Idem ergo valet κατασοφίζεσθαι τὸ γένος, &c. atque τεχνάζειν ἢ μηχανᾶσθαι κατὰ τοῦ γένους ἡμῶν. i. solerter aliquid excogitare aduersus genus nostrum. Idque etiam ex eo liquet quòd Moses Exod. 1. 9. non ait רמה [*ramah*,] sed נתחכמה לו [*nithchachema lo*,] inquit, id est, solerti & valido ingenio aduersus eum vtamur: nam etiam tradunt doctissimi Hebræi intransitiuè id accipiendum. Meritò autem hoc dicitur de eo qui ex suis inimicis non modò nullum damnum, sed magnos etiam fructus tulit, si quidem ipsius consilia ex humana prudentia æstimes: quanuis postea senserit Pharao malum consilium esse consultori pessimũ. ¶ *Ne sobolescerent*, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι. Vulg. malè & obscurè, *Ne viuificarentur*. Eras. verò perperã ad ipsos fœtus retulit, quũ interpretaretur, *Ne vitales essent*.

20 *Diuinitus venustus*, ἀστεῖος τῷ Θεῷ. Ἀστεῖος, quũ ad corpus refertur, venustam & bellam formã declarat, pro quo legimus Exo. טוב [*tob*,] sicut Terentius bonã formã dixit. Itaq; Vulg. & alij interpretes nõ rectè conuerterunt, *Deo gratus*. Neque Syrus & Arabs rectius, Dilectus Deo. quanuis sic etiam Theophylactus interpretetur. Nil enim aliud significauit Stephanus quàm quod illic de Mose scribitur, fuisse videlicet venustissima forma, quo instrumento vsus est Dominus vt & eius parentes & postea Pharaonis filia ad misericordiã flecterentur. quod pluribus persequitur Iosephus lib. Antiq. 2. cap. 5. Ceterùm illud τῷ Θεῷ, quod non additur in Exodo neque Hebr. 11. 23. ex Hebræorum idiotismo explicandum est, vel DIVINITVS, vt 2. Cor. 10. 4: vel DIVINE, id est excellenter, & quasi supra communem hominũ captũ, vt Ionæ cap. 3. 3. Niniue dicitur fuisse גדולה לאלהים [*ghedolah lelohim*,] ad verbum, magna Deo, pro quo Græci interpr. habent, μεγάλη τῷ Θεῷ, id est ἐξαιρέτως.

ἀστεῖος τῷ Θεῷ, ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.	& nutritus fuit tres menses in domo patris sui.	*Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui.*
21 Ἐκτεθέντα δὲ αὐτόν, ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραώ, καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱόν.	21 Expositum autem illũ sustulit filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi pro filio.	21 *Exposito autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi in filium.*
22 Καὶ ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις.	22 Et eruditus fuit Moses omni sapientia Ægyptiorum: erátque potens dictis & factis.	22 *Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum: & erat potẽs in verbis & in operibus suis.*
23 Ὡς δὲ ἐπληροῦτο αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος, ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ.	23 Vt verò expletum est ei quadraginta annorum tempus, venit ipsi in mẽtem inuisere fratres suos filios Israelis.	23 *Quum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios Israel.* Exod. 2. 11
24 Καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον, ἠμύνατο, καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ, πατάξας τὸν Αἰγύπτιον.	24 ‖ Et quum vidisset quendã *ex ys* affici iniuria, tutatus est eũ, & eum vltus qui opprimebatur, percusso Ægyptio.	24 *Et quũ vidisset quendã iniuriam patientem, vindicauit illum & fecit vltionẽ ei qui iniuriam sustinebat, percusso Ægyptio.*
25 Ἐνόμιζε δὲ συνιέναι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ὅτι ὁ Θεὸς διὰ χειρὸς αὐτοῦ δίδωσιν αὐτοῖς σωτηρίαν· οἱ δὲ οὐ συνῆκαν.	25 Existimabat autem fratres suos intelligere Deum per manum ipsius dare ipsis salutem. at illi non intellexerunt.	25 *Existimabat autem intelligere fratres quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt.*
26 Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις, καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην, εἰπών, Ἄνδρες, ἀδελφοί ἐστε ὑμεῖς· ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους;	26 ‖ Subsequente verò die visus est ipsis pugnantibus, & compulit eos in pacem, dicens, Viri, fratres estis vos: cur alij alios iniuria afficitis?	26 *Sequenti verò die apparuit illis litigantibus, & reconcillabat eos in pace, dicens. Viri, fratres estis: vt quid nocetis alterutrũ?* Exo. 2. 13
27 Ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον, ἀπώσατο αὐτόν, εἰπών, Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς;	27 Is autem qui iniuria afficiebat proximum, repulit eum, dicens, Quis te nobis constituit principem & iudicem?	27 *Qui autem iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens, Quis te constituit principem & iudicem super nos?*
28 Μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον;	28 Num tu me vis interimere, quemadmodum interemisti heri Ægyptium illum?	28 *Nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium?*
29 Ἔφυγε δὲ Μωσῆς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ ἐγένετο πάροικος ἐν γῇ Μαδιάμ, οὗ ἐγέννησεν υἱοὺς δύο.	29 Ad hunc autem sermonem Moses fugit, & factus est aduena in regione Madiam, vbi genuit duos filios.	29 *Fugit autem Moyses in verbo isto, & factus est aduena in terra Madiã, vbi generauit filios duos.*
30 Καὶ πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα ὤφθη αὐτῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ὄρους Σινᾶ ἄγγελος Κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου.	30 Expletis verò annis quadraginta ‖ visus est ei in deserto montis Sina Angelus Domini in flammeo igne rubi.	30 *Et expletis annis quadraginta apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flamma rubi.* Exo. 3. 2
31 Ὁ δὲ Μωσῆς ἰδὼν ἐθαύμασε τὸ ὅραμα· προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι, ἐγένετο φωνὴ Κυρίου πρὸς αὐτόν,	31 Moses autẽ vt *hoc* conspexit, admiratus est visum: & quũ accederet ad *hoc* cõsiderandũ, extitit ad eũ vox Domini, *dicentis*,	31 *Moyses autem videns admiratus est visum: & accedente illo vt consideraret, facta est ad eũ vox Domini.*
32 Ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωσῆς οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι.	32 Ego *sum* Deus ille patrum tuorũ, Deus Abrahami, & Deus Isaaci, & Deus Iacobi. Tremefactus autem Moses non audebat *illud* considerare.	32 *Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob. Tremefactus autem Moyses non audebat considerare.*
33 Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος, Λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστίν.	33 Dixit autẽ ei Dominus, Solue soleas pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est.	33 *Dixit autem illi Dominus, Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est.*

21 *Sustulit*, ἀνείλετο, educandum videlicet, vt mox sequitur. Nam alioquin hoc verbum idem declarat atque Tollere è medio, id est Necare, seu iudicio, seu vi istud fiat. ¶ *Pro filio*, εἰς υἱόν. Hebr. לבן [*leben*,] id est (vt rectè quoque vertit Eras.) *Vice filij*. Vulg. ad verbum *In filium*.

24 *Quendam*, τινά. Syrus & Arabs addunt מן בני שרבתה [*men benai scharebetheh*] *ex filiis generis sui*, id est Israelitam. quod in Græcis videtur desiderari.

25 *Salutem*, σωτηρίαν. Id est liberationem ex Ægyptiorum tyrannide. Sed quisnam id existimabat? nempe eo spiritu ductus qui describitur Hebr. 11. 24, & deinceps. Aberrauit tamen in temporis circunstantia, & liberationis ratione, quam quis proculdubio ex iis prædictionibus cognouisset, quas ipsemet postea descripsit, debuerat os Domini interrogare priusquam hoc aggrederetur, sicuti sapientissimè fecisse Dauidem regno ipsi, vnctione quoq; adhibita, promisso, legimus: quẽ tamẽ Mosis errorẽ diuina prouidentia in maximum bonum conuertit, nimia Mosis alacritate quadraginta annorum exilio maximísque miseriis ad moderationem reuocata, & ipso rerum vsu confirmata ipsius sapientia, qua tantæ sustinendæ moli opus erat.

26 *Compulit*, συνήλασεν. Id est, vt Arabs rectè exponit, grauiter est exhortatus.

29 *Ad hunc sermonem*, ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. Id est, simulatque hic sermo illi excidisset, & è vestigio. Hebr. ב vel אל, non sine emphasi

30 *In flammeo igne*, ἐν φλογὶ πυρός. Hypallage pro ἐν πυρὶ φλογός, *In igne flamma*, vt habet Vulg. Nam omnis quidem flamma est ignis, at non contrà. Sic contrà legitur ἐν πυρὶ φλογός, 2. Thess. 1. 8.

34 Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἤκουσα, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς· καὶ νῦν δεῦρο, ἀποστελῶ σε εἰς Αἴγυπτον.

35 Τοῦτον τὸν Μωϋσῆν ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες, Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; τοῦτον ὁ Θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλεν ἐν χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ.

Exod. 7. 8 & 9. 10, 11. 14 Exod. 16. 1

36 Οὗτος ἐξήγαγεν αὐτούς, ποιήσας τέρατα καὶ σημεῖα ἐν γῇ Αἰγύπτου, καὶ ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἔτη τεσσαράκοντα.

Deut. 18, 15 sup. 3. 22 Agnoscit Mosen pro Legislatore, sed ita vt eius ipsius testimonio probet Legem in perfectius quippiam (nempe in Propheticum munus, quod in Christum, Prophetarum caput ferebatur) respexisse.

37 Οὗτός ἐστιν ὁ Μωϋσῆς ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε.

38 Οὗτός ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ, μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα δοῦναι ἡμῖν.

Exod. 19. 2

39 Ὧ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν, ἀλλ᾽ ἀπώσαντο, καὶ ἐστράφησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον.

Exod. 37. 1

40 Εἰπόντες τῷ Ἀαρών, Ποίησον ἡμῖν θεοὺς οἳ προπορεύσονται ἡμῶν, ὁ γὰρ Μωϋσῆς οὗτος ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ.

41 Καὶ ἐμοσχοποίησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ, καὶ εὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν.

Amos 5. 2

42 Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεός, καὶ παρέδωκεν αὐ-

34 Vidi, vidi vexationẽ populi mei qui *est* in Ægypto, & suspiria ipsorum audiui, & descendi vt eruam eos: nunc ergo adesdum, mittam te in Ægyptum.

35 Hunc *ergo* Mosen quem abnegauerant, dicentes, Quis te constituit principem & iudicẽ? hunc, *inquam*, Deus misit principem & liberatorem futurum ductu Angeli qui visus fuerat ei in rubo.

36 ‖Hic eduxit illos editis prodigiis & signis in regione Ægypti, & in rubro mari, ‖ & in deserto, annis quadraginta.

37 Hic est Moses illẽ qui dixit filiis Israel, ‖ Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester è fratribus vestris sicut me: ipsum audietis.

38 ‖Hic ille est qui conueniente *populo* in deserto, fuit cum Angelo ipsum alloquente in monte Sina, & cum patribus nostris, quique excepit viua eloquia quæ nobis traderet.

39 Cui noluerunt auscultare patres nostri, sed repulerunt eum, & auersi sunt cordibus suis in Ægyptum:

40 Dicentes Aharoni, ‖Fac nobis deos qui præeãt nobis. Mosi enim isti qui eduxit nos ex regione Ægypti, nescimus quid factum sit.

41 Et vitulum fecerunt per illos dies, obtulerúntque sacrificium idolo, & oblectarunt sese operibus manuum suarum.

42 Vertit autem ‖*sese* Deus, &

34 *Videns vidi afflictionẽ populi mei qui est in Ægypto, & gemitum eorum audiui, & descendi liberare eos: & nunc veni, mittam te in Ægyptum.*

35 *Hunc Moysen quem negauerunt, dicentes, Quis te constituit principem & iudicem? hunc Deus principem & redemptorem misit, cum manu Angeli qui apparuit illi in rubo.*

36 *Hic eduxit illos, faciens prodigia & signa in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deserto, annis quadraginta.*

37 *Hic est Moyses qui dixit filiis Israel, Prophetã suscitabit vobis Deus de fratribus vestris tanquam me: ipsum audietis.*

38 *Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine, cum Angelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare nobis.*

39 *Cui non voluerunt obedire patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in Ægyptum:*

40 *Dicentes ad Aharon, Fac nobis deos qui præcedant nos: Moyses enim hic qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei.*

41 *Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabãtur in operibus manuum suarum.*

42 *Conuertit autem Deus,*

34 *Vidi, vidi,* ἰδὼν, εἶδον. Vulg. ad verbum, *Videns vidi.* Notum est autem Hebræos istiusmodi duplicatis vocibus ad amplificationem vti consueuisse.

35 *Liberatorem,* λυτρωτήν. Vulgata & Erasmus, *Redemptorem,* quod vni Christo conuenit. Fuit enim & λυτρωτὴς & λύτρον. At Moses nullo persoluto pretio populum dici non potest redemisse, sed duntaxat liberasse, idque ne huius quidem liberationis auctor, sed vt huius dũtaxat fidus minister. ¶*Ductu,* ἐν χειρί. Hebr. ביד [*beiad,*] id est (vt Vulgata & Erasmus ad verbum interpretantur) *Per manum:* quæ interpretatio sæpe quidem conuenit, vt paulo antè versu 25. & infrà 15. 23. hîc autem visa est paulo obscurior. Vocant autem Hebræi יד [*iad,*] id est manum, quicquid est instrumentum ad aliquid agendum, sed peculiaris atque adeo prorsus diuersa est hoc loco istius translationis ratio. Esset enim nimium frigida interpretatio, si quis hæc ita acciperet quasi diceretur Dominus Angeli ministerio, Mosen vocasse: quum (ni fallor) hoc quoque significetur, Mosen istius manu ac potestate fuisse armatum, vt Angelus ille, nimirum Christus, (sicut explicat Apostolus 1. Corinth. 10. 9) verus fuerit liberator ac ductor, cuius minister fuerit Moses.

36 *Et in deserto, annis quadraginta,* καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα. Id est, Et in deserto, vbi versatus est annos 40. Est enim præcisum hoc dicendi genus, & petitum è medio, sicut pleraque alia: cuiusmodi & illud est quod vsurpauit suprà versu 9, quum diceret Patriarchas vendidisse Iosephum in Ægyptum, id est vt in Ægyptum abduceretur.

37 *Sicut me: ipsum audietis,* ὡς ἐμὲ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε. Pro quo nonnulli corruptè impresserunt, Tanquam meipsum audietis, quasi ὡς ἐμὲ non pertineat ad superiora, & pro ἐμὲ scriptum sit ἐμαυτοῦ: quem errorem annotauit quidẽ Eras. sed ita vt eum immeritò videatur interpreti tribuere, nec etiam vnde ortus sit cognouisse.

38 *Conueniente [populo,]* ἐν ἐκκλησίᾳ. Quod mox subiicitur de colloquio cum Angelo in monte Sina, & acceptis Legis tabulis, mihi quidem videtur manifestè ostendere specialem quendam vniuersi populi conuentum, eam videlicet historiam quæ commemoratur ab Exod. cap. 19. ad 35. Vulgata, *in Ecclesia,* nimium obscurè. ¶*Viua eloquia,* λόγια ζῶντα. Vocantur λόγια à Græcis (inquit Thucydidis interpres) τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ καταλογάδην λεγόμενα: id est, quæ à Deo dicuntur oratione soluta, quotidiano videlicet sermone, & quasi nobiscum colloquatur. Nam versus illos fatidicos quos furentes vates fundebant, χρησμοὺς Græci vocant. Non dubium est ergo quin λόγια Lucas appellet quæ Hebræi vocant הדברים [*haddebarim,*] & huc respiciat quòd Deus ipse dicatur ea pronuntiasse, &, digito suo descripta, Mosi tradidisse. Vetus interpres conuertit, *Verba vitæ,* id est λόγια ζωῆς. Quidam etiam codices legunt λόγον ζῶντα, id est *sermonem viuum.* Ζῶντα verò intellige ζωοποιοῦντα, viuifica.

40 *Mosi enim,* ὁ γὰρ Μωϋσῆς. Vulgata, *Moses enim,* Anacoluthon Hebræis frequens.

42 *Vertit autem [sese,]* ἔστρεψε. Hebraicè ויהפך [*vaiiethaphek*] Hoc autem intelligo dictum non ipsius Dei, sed eorum respectu qui sunt iratum experti, quem prius

prius tam benignum senserant. Vulgata, *Conuertit,* Quod si dura videbitur hæc phrasis, licebit ἔστρεψε accipere pro ἀπέστρεψε *auertit [sese,]* de quo verbo diximus suprà, 3. 26.

τοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· καθὼς γέγραπται ἐν βίβλῳ τῶν προφητῶν, Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ;

43 Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς· καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος.

44 Ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἦν ἐν τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθὼς διετάξατο ὁ λαλῶν τῷ Μωσῇ ποιῆσαι αὐτὴν κατὰ τὸν τύπον ὃν ἑωράκει.

45 Ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ

tradidit eos ad colendum exercitũ cæli: sicut scriptum est in libro Prophetarum, Nũ victimas & oblationes obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israelis?

43 Imò baiulastis tabernaculũ Molochi, & sidus Dei vestri Rẽphanis, quas figuras fecistis vt eas adoraretis: itaque transferam vos ad Babylonis fines.

44 Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, prout edixerat ‖ is qui dixerat Mosi vt faceret illud secundum exemplar quod viderat.

45 ‖Quod etiam exceptum in-

& tradidit eos seruire militiæ cæli: sicut scriptũ est in libro Prophetarũ, Nũquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel?

43 *Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Remphan, figuras quas fecistis adorare eas: & transferam vos trans Babylonem.*

44 *Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus, loquẽs ad Moysen, vt faceret illud secundum formam quam viderat.*

45 *Quod & induxerunt*

Fuit quidem erectum tabernaculũ à Mose, sed quod homines reuocaret ad illud exẽplar quod viderat in monte. Exod. 25. 40 heb. 8. 5 Iosue 3. 14

¶*Tradidit eos vt seruirent,* παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν. id est Eos desertos, tradidit Satanæ & peruersis cupiditatibus vt seruirent stellis. ¶*Exercitui cæli,* τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. Vulg. & Eras. *Militiæ cæli:* de qua diximus Luc. 2. 13. Vocat tamen hoc loco exercitum cæli, non ipsos Angelos, sed solem, lunam & reliqua sidera, vt manifestè apparet ex Deut. 17. 3. ¶*Prophetarum,* τῶν προφητῶν. Vide Marc. 1. 2. ¶*Et oblationes,* καὶ θυσίας. Hebr. מנחה [*minchah.*] Ideo oblationes potius conuerti quàm hostias, quum alioqui vertere soleant Græci θυσίας, quæ ab Hebræis dicuntur זבחים [*zebachim,*] etiam Marc. 12. 13. Accipitur tamen θυσία pro מנחה [*minchah,*] etiam Marc. 9. 49. quum nonnulli sint qui θυσίαν à thure deriuent, vt propriè declaret thuris suffitus.

43 *Imò baiulastis,* καὶ ἀνελάβετε. Heb. ונשאתם [*vnesathem.*] id est, in humeros vestros sublatum tulistis: quod etiam de arca fœderis dicitur, 1. Reg. 2. 27. Idem ergo valet τὸ ἀναλαμβάνειν hoc loco atque τὸ αἴρεσθαι, & ו [*vau*] positum est pro aduersatiua. Vulgata & Erasmus, *Suscepistis,* perperam. Quidam per futurũ conuertunt: quos si sequamur, conuertemus potius, *Baiulabitis igitur.* Sed repugnant Hebræa, & Græci omnes codices. Orta verò hæc scriptura ex eo videtur, quòd Israelitæ nihil tale in deserto, & aliquot post seculis, fecisse legantur. Sed propterea nihil fuit hîc mutandum. Nec enim quicquid hîc dicitur referendum est ad tempus illud peregrinationis in deserto. Sed Dominus per prophetam primùm reprehendit populi hypocrisin, qui nonnisi simulatè Deum verum coluerint in deserto, quod illis etiam exprobratur Psal. 95, & 106. & postea subiicit tandem eos in apertam idolomaniam erupisse. ¶*Tabernaculum Molochi,* τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ. Stephanum lingua sua loquentem certum est ipsa Prophetæ verba citasse. At Lucas Græcè scribens Græcam editionem sequutus est: quam fateor ab Hebraica veritate in hoc testimonio plurimùm variare: ita tamen vt verba quidem diuersa sint, sententia prorsus sit eadem. Non est ergo quòd hac varietate quisquã offendatur, quam ego sigillatim annotabo. Pro eo igitur quod in Hebr. סכות מלככם [*sichchoth malchchechem*] id est, Siccuth regem vestrum (est enim Siccuth idoli nomen) Græci legerũt סוכות מלככם [*suchchoth malchechem*] id est, tabernaculum Moloch vestro: quamuis pronomen hîc sit prætermissum. ¶*Et sidus Dei vestri Remphan, & figuras quas fecistis,* καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε. Hebraica sic habent, ואת כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר עשיתם לכם [*veet chijun tsalmechem chobab elohechem ascher hasithem lachem,*] id est, *Et Chiiun imaginem vestram, stellam deorum vestrorum quos fecistis vobis.* Apparet igitur in Græcis perturbatum esse ordinem, vt qui priore loco legerint כוכב אלהכם [*chobab eloachem,*] id est, stellam deorum vestrorum: deinde pro Chijun (quod nomen est idoli) subiectum fuisse aliud nomen, in quo etiam scribendo plurimùm variant codices, quum alij Ῥεμφάν, alij Ῥεφάν, alij Ῥαιφάν, alij Ῥεφφάν, (vt Syrus & Arabs interpretes & Iustinus hunc locum citans) alij Ῥαφάν, alij denique Ῥεφᾶ scribant, vt corruptum esse hoc saltem nomen facilè appareat. Postremò צלמיכם [*tsalmechem,*] pro quo verterunt, τοὺς τύπους ὑμῶν, id est imagines seu figuras vestras, coniunxerunt cum verbo עשיתם [*hasithem,*] id est ἐποιήσατε, fecistis, prætermisso pronomine לכם [*lachem,*] cuius demũ loco substituerunt προσκυνεῖν αὐτοῖς, ad adorãdum eas: nisi hoc fortassis, quemadmodum & alia multa, ex aliis locis annotatum, postea in contextum irrepsit. Id autem ita esse apparet ex Iustino, qui in Dialogo πρὸς Τρύφωνα, hũc locum citans legit, οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς, neq; quicquam addit amplius. Quod autem attinet ad nomen illud Remphan, fortasse scribendum fuerit Ῥεφᾶ, id est רפא [*repha.*] quo nomine nemo nescit Gigantes significari. Nam extra controuersiam est gigantea forma solitum fuisse pingi Herculem. Hunc autem Ægyptios vocare consueuisse Chonem obseruat Lilius in historia Deorum ex Antiocho quodam Xenophanis: vt verisimile videri possit, quum inter Chon & Chiiun non magnum sit discrimen, & peregrina illa nomina à Græcis plerunque sint valde deprauata, hoc idolum quod Ægyptij vocarunt Chon, Iudæos à gigantea forma & magnitudine רפא [*repha*] vocasse, quod sequutus sit Græcus interpres. Quid si verò potius mendosè scriptũ est Ῥεμφὰν pro Ῥεμμὰν quod idolum à Syris adoratum fuisse scribitur 2. Reg. 5. 18. Iunius noster vult vrbẽ fuisse in Ammonitarũ finibus, Rophon vocatã à Iosepho lib. Antiq. 12. c. 12. cuius vetus appellatio fuerit Kijun. Ego in meo codice Iosephi non Rophon, sed Raphan lego, 1. Macab. 5. 37, quam videtur Plinius Raphanam vocare lib. 5. c. 18. Sed & aliam quandam Gazæ vicinam vrbem Raphæam appellat. Sed auctorẽ vetustioris illius appellationis adhuc requiro. ¶*Ad Babylonis fines,* ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. Hebraica veritas habet מהלאה לדמשק [*Mehaleah ledamaschech*] & Iustinus eo loco quẽ modo citaui, legit ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, *vltra Damascum,* vt habet etiã Græca versio. Sed eadem manet sententia. Significatur enim captiuitas illa qua populus etiam ex regione quæ trãs Damascũ est, procul, nempe in Babyloniam vsque fuit summotus. Nec possum hîc aliter interpretari Prophetæ verba מהלאה [*Mehaleah*] ac proinde ἐπέκεινα non significabit *Trans* sed ipsam Babyloniam cum vicinis populis, vt hæc vox etiam apud idoneos scriptores Græcos vsurpatur. Sed & in illo meo vetustissimo codice pro ἐπέκεινα scribitur, quanuis fugiẽtibus literis, ἐπὶ τὰ μέρη, quod est fortassis illius interpretatio.

44 *Tabernaculum testimonij,* ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου. Sic Græci interpretes solent exprimere quod Hebr. dicitur אהל מועד [*ohel mohed*] id est tabernaculum condictionis, siue vt aliis placuit vertere, *tentorium Conuentus,* in quo videlicet solebant Israelitæ conuenire: sicut non prorsus dissimili ratione hodie Christianorum templa vulgò solent Ecclesiæ, id est congregationes & conuentus, vocari. Videntur tamen Græci interpretes alienæ radicis עוד [*hod*] significationem sequuti.

45 *Exceptum,* διαδεξάμενοι. Id est per manus traditum. Nam διαδεχθὲν id dicimus quod de manu (vt aiunt) in manum traditum ad nos peruenit, vt patrimonia & quæcunque alia per varios gradus successionis ad nos deueniunt. Erasmus, *Qui successerunt:* quæ interpretatio mihi non satis probatur, quia διαδεξάμενοι plerunque est actiuum.

1. Sam. 16.13
2. Sam. 7.2
Psal. 132.4

1. Reg. 6.1
1. paral. 17.12
Infra 17.24

Templum quidem à Solomone extructum est Dei mandato: at non ea conditione vt maiestas Dei esset in eo inclusa.

Esa. 66.1

Iere. 9.26
ezec. 44.9

Stephanus zelo Dei incẽsus tandem etiam suos iudices iudicat.

Exod. 19.3

Satan deprehensus apertiùs furit.

Quo propius mortem accedunt martyres, eò propius Christum intuẽtes in cælum assurgũt.

πατέρες ἡμῶν μετὰ Ἰησοῦ ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἔξωσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν, ἕως τῶν ἡμερῶν Δαβίδ.

Ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ.

Σολομῶν δὲ ᾠκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον.

Ἀλλ' οὐχ ὁ ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, καθὼς ὁ προφήτης λέγει,

Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει Κύριος· ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου;

Οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα;

Σκληροτράχηλοι, καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσίν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς.

Τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; καὶ ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε.

Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε.

Ἀκούοντες δὲ ταῦτα, διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν.

Ὑπάρχων δὲ πλήρης Πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανόν, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ.

troduxerunt patres nostri cum Iesu in ipsa occupatione Gentium, quas expulit Deus à conspectu patrum nostrorum, ‖ vsque ad dies Dauid.

46 Qui inuenit gratiam in conspectu Dei, petiitque vt nancisceretur tabernaculum Deo Iacob.

47 ‖ Solomon autem ædificauit ei ædem.

48 ‖ Sed Excelsissimus ille in manufactis templis non habitat, sicut Propheta dicit,

49 ‖ Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedũ meorum. Quam ædem ædificabitis mihi, dicit Dominus: aut quis est locus requietis meæ?

50 Nónne manus mea fecit hæc omnia?

51 ‖ Duri ceruice & incircuncisi corde & auribus, vos semper Spiritui illi sancto obnitimini, quales fuerunt patres vestri tales & vos *estis*.

52 Quẽ Prophetarum non sunt persequuti patres vestri? occiderunt, inquam, eos qui prænũtiarunt aduentum Iusti illius, cuius nunc vos proditores & interfectores facti estis.

53 ‖ Qui accepistis legem per dispositionem Angelorum, & non *eam* obseruastis.

54 Audientes autem hæc, findebantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.

55 Quum autem esset plenus Spiritu sancto, intentis in cælum oculis vidit gloriam Dei, & Iesum adstantem ad dextram Dei.

sustipiantes patri nostri cum Iesu in possessionem Gentium, quas expulit Deus à facie patrum nostrorum, vsque in diebus Dauid.

46 *Qui inuenit gratiam ante Deum, & petijt vt inueniret tabernaculum Deo Iacob.*

47 *Salomon autem ædificauit illi domum.*

48 *Sed nõ Excelsus in manufactis habitat, sicut Propheta dicit,*

49 *Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus: aut quis locus requietionis meæ est?*

50 *Nónne manus mea fecit hæc omnia?*

51 *Dura ceruice, & incircuncisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, & vos.*

52 *Quem Prophetarũ non sunt persequuti patres vestri? & occiderunt eos qui prenunciabant de aduẽtu Iusti, cuius vos nũc proditores & homicidæ fuistis.*

53 *Qui accepistis Legem in dispositione Angelorum, & non custodistis.*

54 *Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.*

55 *Quũ autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei.*

¶ *In ipsa occupatione*, ἐν τῇ κατασχέσει. id est quum inciperent obtinere. Sic enim malo hanc vocem accipere, quàm μετωνυμικῶς pro ipsa quæ obtinetur terra, & εἰς pro ἐν.

¶ *A conspectu patrum nostrorum*, ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν. Hebræis מלפני אבותיכם [*miliphne abothechem*,] id est, quas Deus expulit, vt ingredientibus maioribus nostris cederent harum regionum possessione. perinde enim loquitur acsi Deus illis venturis iter muniens, gentes illas deleuisset, vt in vacuam hostibus possessionem mitterentur: quod etiam præstitit, sicuti se facturum promiserat Exodi 23, versu 28, & Iosue 24. versu 12, & Dauid agnoscit Psalm. 44.4, & exprobrat illis Esaias mirifica antithesi cap. 17. versu 9. Hæc igitur vis est huius Hebraismi, quem fœdè corrupit Castellio, quum interpretaretur, *Eorum causa*.

46 *Qui inuenit gratiam*, ὃς εὗρε χάριν. Vide Lucam cap. 1. vers. 30.

48 *Non habitat*, οὐ κατοικεῖ. Similem metathesin particulæ negantis vnam & alteram obseruauimus in Ioanne: quam nisi obserues, anantapodoton esse videbitur vbi nusquam est.

51 *Incircuncisi corde & auribus*, ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσίν. Duplicis circuncisionis mentio fit in Vetere testamento, vnius externæ, alterius verò interioris, quã Paulus vocat ἀχειροποίητον, cuius illa symbolum erat. Inde factum vt duas Iudæorum species idem constitueret, Rom. 2.28. & vtrique nisi obserues, non possis intelligere quid illud sit de quo Stephanus Iudæos hoc loco reprehendit, id est, cur incircuncisi corde dicantur qui in naturæ corruptæ vitiis adhuc hærent demersi, & incircuncisi auribus, qui vocem Dei ne audire quidem sustinent, quales quidem omnes sumus natura. ¶ *Tales & vos*, καὶ ὑμεῖς. Hæc certè videntur redundare, neque leguntur in multis antiquis Latinis codicibus. Sua tamen emphasi non carent: si sic accipiantur vt ego conuerti.

53 *Per dispositionem Angelorum*, εἰς διαταγὰς ἀγγέλων. id est, Angelorum ministerio. Nam mihi videtur διαταγὴ vsurpari hoc loco pro eo quod διακονία dicitur Hebr. 1.14. quod annotandum fuit, nequis Angelos putet ipsius Legis auctores, quum internuntij duntaxat fuerint, & adhibiti testes in Legis promulgatione à Deo facta. Sic accipiendum est quod ait Apostolus Galat. 3. c. 19. Legem non ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, ab Angelis, sed δι' ἀγγέλων, per Angelos fuisse ordinatam: qui locus istum optimè explicat. Augustinus aliquoties hæc citans, interpretatur, *In edictis*, quasi διαταγὰς & διάταγμα seu διάταξις idem declarent, quod vt concedam, tamen hanc explicationem apparet admodum esse impropriam. Syrus legit singulari numero τοῦ ἀγγέλου, *Angeli illius*, nempe Christi, vt missi à Patre internuntij. Malim ego tamen receptam lectionem sequi.

55 *Gloriam Dei*, δόξαν Θεοῦ. Id est, gloriosum Deum, quatenus quidem humanis oculis cerni potest. Vide Luc. 2.9.

¶ *Adstantem*, ἑστῶτα. Id est *medium*. Itaque ineptè quæritur quomodo hîc dicatur stare qui alibi dicitur sedere: de quo aliquid diximus Luc. 18.13.

58 Extra

Καὶ εἶπεν, Ἰδού, θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Θεοῦ.

Κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ, συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν.

Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν· καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας νεανίου καλουμένου Σαύλου.

Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον, ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα, Κύριε Ἰησοῦ δέξαι τὸ πνεῦμά μου.

Θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐκοιμήθη.

Κεφάλαιον η.

ΣΑΥ͂λος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις· πάντες τε διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας, πλὴν τῶν ἀποστόλων.

Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ.

Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν, κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος· σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας παρεδίδου εἰς φυλακήν.

Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον, εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον.

56 Et ait, Ecce, conspicio cælos apertos, & Filium illum hominis adstantem ad dextram Dei.

57 Clamantes autem *illi* voce magna, continuerunt aures suas, & irruerunt concorditer in eum.

58 Et eiectum eum extra vrbem lapidarunt: testes autem deposuerunt pallia sua ad pedes adolescentis qui vocabatur Saulus.

59 Lapidarunt igitur Stephanũ, inuocantem & dicentem, Domine Iesu recipe spiritum meũ.

60 Positis autem genibus, clamauit voce magna, Domine, ne statuas eis hoc peccatum. Et quum hoc dixisset obdormiuit.

CAP. VIII.

1 SAulus autem vltrò cõsenserat ipsius cædi. Orta est verò illo die persequutio magna aduersus Ecclesiam quæ *erat* Hierosolymis: & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos.

2 Extulerunt autem vnà Stephanum viri religiosi, & planctum magnum ediderunt super eum.

3 Saulus verò vastabat Ecclesiam, iens domatim: & tractos viros ac mulieres tradebat in custodiam *conijciendos*.

4 At qui dispersi fuerant peragrabant *regionem*, euangelizantes sermonem *Dei*.

56 *Et ait, Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dextris Dei.*

57 *Exclamantes autẽ voce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum.*

58 *Et eijcientes eum extra ciuitatem, lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus.*

59 *Et lapidabant Stephanũ inuocantem & dicentem, Domine Iesu suscipe spiritum meum.*

60 *Positis autẽ genibus clamauit voce magna, Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et quum hoc dixisset, obdormiuit.*

CAP. VIII.

1 *SAulus autem erat cõsentiẽs neci eius. Facta est autem in illa die persequutio magna in Ecclesia quæ erat Hierosolymis: & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos.*

2 *Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnũ super eum.*

3 *Saulus autẽ deuastabat Ecclesiam, per domos intrans: & trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam.*

4 *Igitur qui dispersi erant pertransibant, euangelizantes Verbum.*

Zelus tum hypocritarum, tũ etiam superstitiosorum tandem in manifestam rabiem exit.

Fides & charitas veros Dei seruos ad extremum vsque halitum comitantur.

Christus hostium rabie ad propugnãdum regnum suum abutitur.

Stephanum mortuum sancti lugent & sepeliunt, singulari fidei & charitatis exemplo: inuocat autem nemo.

Fidelium dispersio, fit Ecclesiarum vnio.

58 *Extra vrbem*, ἔξω τῆς πόλεως. Vide Hebr. 13.12.

¶ *Testes autem*, καὶ οἱ μάρτυρες. Cautum erat in Lege vt testes lapidationem auspicarentur, Deut. 17. v. 7. Quamuis igitur omnia ista per tumultum sint facta, & quidem violata præsidis prouinciæ auctoritate, voluerunt tamen isti videri nihil agere nisi ex Legis diuinæ præscripto. Iosephus libr. 20. cap. 8. narrat simili audacia, procurante Iudæam Albino Festi successore, Ananiam Pontificem curasse lapidandum Iacobum fratrem Domini, cuius facinoris causa fuerit Pontificatus Ananiæ abrogatus & ad Iesum quendam trãslatus. ¶ *Adolescentis*, νεανίου. Meus vetustissimus codex addit τινὸς, id est *cuiusdam*, adstipulante quoque Syra & Arabica interpretatione, quam scripturam germanam esse arbitror, ex Deut. 31.2.

60 *Ne statuas*, μὴ στήσῃς. Statuendi vocabulo significari puto firmam ac perennem (vt ita dicam) peccati imputationem coram Deo, sicut contrà dicũtur deleri ac remitti peccata quæ condonantur. ¶ *Obdormiuit*, ἐκοιμήθη. Id est, Mortuus est. Vide 1. Thess. 4. cap. 13. In quibusdam Latinis codicibus additur *in Domino*, ἐν Κυρίῳ.

IN CAPVT VIII.

1 *Saulus autem*, Σαῦλος δέ. Videntur omnino ista rectius finire septimum caput, quàm octauum inchoare.

¶ *Vltro consenserat*, ἦν συνευδοκῶν. Vulgata, *Erat consentiens*. Ego addidi particulam vltrò, admonitus à Syro & Arabe interpretibus, qui propriam verbi εὐδοκεῖν significationem eruditè obseruantes, [illegible] illud conuerterunt. Est enim aliquis etiam vi aut metu exortus consensus.

2 *Extulerunt autem vnà*, συνεκόμισαν. Vel, comportarunt ex eo loco nimirũ in quo iacebat lapidibus obrutus. Vulgata & Erasmus, *Curauerunt*: quod nimium latè patet, neque etiam Græco verbo respondet. Sed nulla hîc mentio precum pro mortuis, aut adorationis mortuorum. Cæterum aut ego prorsus fallor, aut minimè repudiandum est quod est in meo vetust. codice, qui sic ista connectit, cum præcedente versiculo, πλὴν τῶν ἀποστόλων, οἱ ἔμειναν ἐν Ἱερουσαλήμ, συνεκόμισαν τε τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς. Id est, *præter Apostolos qui manserunt in Ierusalem, & comportarunt* (vt habet vetustissima Latina editio eodem meo codice illi Græcæ opposita) *Stephanum viri timorati*. Est autem propria notatio verbi κομίζειν diligenter obseruanda, qua significatur insignis fides & constantia non tantùm Apostolorum, qui nihilominus Ecclesiam minimè deseruerunt, sed etiam eorum qui proculdubio conscijs Apostolis, Stephanum quem vel attigisse piaculum erat Iudæis, suis ipsorum humeris exportatum, nihil rabidos illos audacissimos & potentissimos carnifices veriti, aperto & manifesto cum plãctu sepeliuerunt. ¶ *Religiosi*, εὐλαβεῖς. Vulgata barbarè, *Timorati*. Vide Luc. 2.25.

3 *Tradebat*, παρεδίδου. scilicet Magistratibus, quorum postea mandato in carceres coniiciebatur, nisi fortassis iam tum istud quoque illi concedebat Magistratus.

4 *Euangelizantes*, εὐαγγελιζόμενοι. Sed solis Iudæis, infrà 11.19. nec ij missi ab Apostolis, vtpote qui postea vocati sunt Euangelistæ. Vocationis igitur Gentium triplex fuit initium, vt apparet ex iis quæ sequuntur, primum à Petro, quum Cornelium baptizauit, vt ipsemet testatur, infr. 15.7. alterum ab iis qui ex dispersorum numero primùm euangelizarunt Antiochiæ, infrà 11.20. inscijs etiam Apostolis: tertium à Paulo Apostolo Gentibus peculiariter destinato, suprà 9.15. qua de re postea inter Petrum & ipsum Paulum conuenit Gal. 2.9.

Philippus autem Diaconus in Dei ecclesiam fit à Deo extra ordinem Euangelista.

Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, ἐκήρυσσεν αὐτοῖς τὸν Χριστόν.

Προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ Φιλίππου ὁμοθυμαδὸν, ἐν τῷ ἀκούειν αὐτοὺς καὶ βλέπειν τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει.

Πολλῶν γὰρ τῶν ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα, βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ ἐξήρχετο· πολλοὶ δὲ παραλελυμένοι καὶ χωλοὶ ἐθεραπεύθησαν.

Καὶ ἐγένετο χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ.

Christus Satanam (quoties libuit) victum velut in triumpho ducit, iis ipsis spectantibus quos fascinauit.

Ἀνὴρ δέ τις ὀνόματι Σίμων προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν.

Ὧ προσεῖχον πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, λέγοντες, Οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη.

Προσεῖχον δὲ αὐτῷ, διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις ἐξεστακέναι αὐτούς.

Ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φιλίππῳ εὐαγγελιζομένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐβαπτίζοντο ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες.

Impij quoque & reprobi interdum coguntur bonum Dei donum gustare, sed quod mox euomant.

Ὁ δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε, καὶ βαπτισθεὶς, ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ· θεωρῶν τε σημεῖα καὶ δυνάμεις μεγάλας γινομένας, ἐξίστατο.

Petrus nō iam primas sed Apostolici collegij legatus, & quidem addito Ioanne collega, pro auctoritate sibi commissa Ecclesias Samaritanas iactis à Philippo fundamentis superstruit.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπόστολοι ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην.

Οἵτινες καταβάντες προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, ὅπως λάβωσι Πνεῦμα ἅγιον.

(Οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός· μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ)

Τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον.

Θεασάμενος δὲ ὁ Σίμων ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων δίδοται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα.

Ambitio & auaritia hypocritas tandem ex suis latebris eliciunt.

Λέγων, Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ᾧ ἐὰν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας λαμβάνῃ Πνεῦμα ἅγιον.

Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι.

Simonis non Petri sed Magi sunt successores qui res sacras aut emūt aut vendunt.

Οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ· ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου.

Bene de summis etiam peccatoribus sperādum, quoad eius fieri potest.

Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπε, Δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ ὧν εἰρήκατε.

5 Philippus verò quum deuenisset in vrbem Samariæ, prædicabat eis Christum.

6 Attendebat autem turba concorditer iis quæ à Philippo dicebantur, audientes & videntes signa quæ edebat.

7 Spiritus enim impuri ex multis qui *iis* tenebantur, exibant, vociferantes voce magna: multique paralytici & claudi sanati sunt.

8 Et gaudium magnum extitit in illa vrbe.

9 Vir autem quidam nomine Simon, antea in vrbe illa exercuerat artem magicam, & Gentem Samariæ obstupefecerat, dicens se esse quempiam magnum.

10 Cui attendebant omnes à minimo vsque ad maximum dicentes, Iste est potentia illa Dei magna.

11 Attēdebant autem ei propterea quòd à non paruo tempore magicis artibus eos demētarat.

12 Quum verò credidissent Philippo euangelizanti quæ ad regnū Dei & nomen Iesu Christi *pertinent*, baptizabantur tum viri, tum mulieres.

13 Simon verò & ipse credidit: & baptizatus perdurabat apud Philippum: & cōspiciens signa & virtutes magnas edi, obstupefiebat.

14 Quum autem audissent Apostoli qui erāt Hierosolymis, Samariam recepisse sermonem Dei, miserunt ad eos Petrum ac Ioannem.

15 Qui quū descēdissent orarunt pro eis vt acciperent Spiritum sanctum,

16 (Nondum enim in quenquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantum fuerant in nomen Iesu)

17 Deinde imposuerunt eis manus, & receperunt *illi* Spiritum sanctum.

18 Quum autem conspexisset Simon per impositionem manuum Apostolorū dari Spiritū sanctum, obtulit eis pecunias.

19 Dicens, Date etiam mihi potestatem hanc vt cuicunque posuero manus, recipiat Spiritum sanctum.

20 Petrus autem dixit ei, Pecunia tua tecum pereat, qui donum Dei existimaris pecuniis acquiri.

21 Non est tibi pars neque sors in hoc negotio: cor enim tuū non est rectum in Dei conspectu.

22 Resipisce igitur ab ista malitia tua, & deprecare Deum, si forte remittetur tibi machinatio cordis tui.

23 Video enim te in felle amarissimo & nexu iniustitiæ positum.

24 Respondēs autem Simon dixit, Deprecamini vos pro me apud Dominum, nequid superueniat mihi *istorum* quę dixistis.

5 Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum.

6 Intendebāt autem turbæ iis quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audiētes, & videntes signa quæ faciebat.

7 Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant: multi autem paralytici & claudi curati sunt.

8 Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate.

9 Vir autem quidā nomine Simon, qui antè fuerat in ciuitate magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum.

10 Cui auscultabāt omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes, Hic est virtus Dei quæ vocatur magna.

11 Attendebant autem eū, propter quod multo tempore magiis suis dementasset eos.

12 Quum verò credidissent Philippo euangelizāti de regno Dei & nomini Iesu Christi, baptizabantur viri & mulieres.

13 Tunc Simō & ipse credidit: & quū baptizatus esset, adhærebat Philippo: vidēs etiam signa & virtutes maximas fieri stupens admirabatur.

14 Quum autem audissent Apostoli qui erant in Ierosolymis, quòd recepisset Samaria verbū Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem.

15 Qui quum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum.

16 (Nondū enim in quenquam illorū superuenerat, sed baptizati tantum erāt in nomine Domini Iesu)

17 Tunc imponebāt manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.

18 Quum vidisset autem Simon quia per impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam.

19 Dicens, Date & mihi hanc potestatem, vt cuicūque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum.

20 Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniā donum Dei existimasti pecunia possideri.

21 Non est tibi pars neque sors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo.

22 Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.

23 In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse.

24 Respondens autem Simon dixit, Precamini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat super me horum quæ dixistis.

5 *In vrbem Samariæ*, εἰς πόλιν Σαμαρείας. id est, *in vrbem Samariam*. Virg. *Hic tamen ille vrbem Patauî sedésque locauit Teucrorum*. Neque his obstat quòd articulus non sit adiectus, quum paulo pòst addatur: & reliquæ vrbes videantur potius oppidula fuisse quàm vrbes. Dedit autem hæc metropolis toti regioni nomen, & sub nomine Sebastes ab Herode magno fuit instaurata, vt narrat Iosephus lib. De bello Iudaico 1. cap. 6.

6 *Audientes*, ἐν τῷ ἀκούειν. Hæc est Hebræa periphrasis gerundi modi.

7 *Spiritus enim impuri*, &c. πολλῶν γὰρ τῶν, &c. Vulgata legit, πολλοὶ γὰρ τῶν ἐχόντων, &c. ideo conuertit, *Multi enim eorū qui habebant*, & paulo pòst ἐξήρχοντο, *exibant*. Est autem omissum antecedens priore loco, deinde loco relatiui positum ex Hebræorum idiotismo: qui nisi obseruetur, vix intelligere licebit quæ sit legitima istorum verborum structura. Est autem (vt opinor) eiusmodi, πνεύματα γὰρ ἀκάθαρτα πολλῶν τῶν ἐχόντων [αὐτά,] βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ, ἐξήρχετο, id est, *Spiritus enim impuri multorum qui eos habebant, clamantes magna voce, egrediebantur*. Erasmus autem præpositionem ἐξ cum πολλῶν coniunxit, & τῶν ἐχόντων [αὐτά] passiuè conuertit. Sic enim interpretatur, *Spiritus enim immundi à multis qui illis tenebantur, exibant*. quem sum sequutus. ¶ *Multique*, πολλοὶ δέ. Syrus & Arabs legerunt, καὶ ἄλλοι, & *alij*.

9 *Et obstupefecerat*, καὶ ἐξιστῶν. Id est, Ita sibi conciliarat suis præstigiis, vt cæco quodam furore amentes, toti essent illi addicti. Vulgata, *Seducens*: id est ἐξαπατῶν, vocabulo nimis diluto. Erasmus Dementandi verbo vti maluit, quod etiam vsurpat Vetus interpres proximo versiculo.

10 *Attendebant*, προσεῖχον. Erasmus, *Auscultabant*, non satis expressè. Suprà verò versic. 6, vsi sunt iidem interpretes Intendendi verbo, non satis Latina constructione. Sed idem Vetus interpres, tertiò iam à seipso dissentiens, προσεῖχον rectè conuertit *Attendebant*, quod Erasmus malè mutauit in *Auscultabant*.

11 *Dementarat*, ἐξεστακέναι, id est effecerat vt extra se quodammodo abriperentur, siue extra se non essent, de quo verbo alibi diximus.

12 *Et nomen*, καὶ τοῦ ὀνόματος. Syrus & Arabs legerunt ἐν τῷ ὀνόματι, *in nomine*. Vulg. verò neglexit articulum τοῦ, & fortasse legit τῷ, vt solet à Luca sæpe quadam pleonasmi specie vsurpari.

13 *Credidit*, ἐπίστευσε. Fide videlicet historica, & quæ leuiter animum tangeret, ideóque fuit πρόσκαιρος. ¶ *Perdurabat apud Philippum*, ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ. Vulgata & Erasmus, *Adhærebat*, προσεκολλᾶτο. Vide Marc. 3. 9. ¶ *Obstupefiebat*, ἐξίστατο. Nemo non videt (opinor) hoc verbum paulo antè de iis dictum qui mentem ac iudicium omne malis artibus amiserunt, hîc verò pro magna admiratione poni, qua perculsus animus non habeat quid apud se constituat. Vide Mar. 2. 12.

15 *Spiritum sanctum*, Πνεῦμα ἅγιον. Id est, dona illa eximia quibus ornatos esse oportebat eos præsertim qui præficiēdi erant Ecclesiæ. Distinguendum enim est donum remissionis peccatorum omnibus in baptismo oblatum, à dono signorum. Sunt autem proculdubio missi Petrus & Ioannes à cæteris Apostolis, partim vt Philippi diaconi doctrinam ipsi confirmarent, partim vt Apostolica auctoritate Ecclesiam in ea vrbe constituerent.

20 *Pereat*, εἴη εἰς ἀπώλειαν. Heb. יהי לאבדון [*iehi laabaddon*,] id est vt ad verbum interpretantur Vulgata & Erasmus, *Sit in perditionem*. ¶ *Qui existimaris*, ὅτι ἐνόμισας. Vulgata & Erasmus, *Quoniam existimasti*. Vide Ioannem cap. 2. versu 18. ¶ *Acquiri*, κτᾶσθαι. Id est, tibi visus es acquirere. Vox enim κτᾶσθαι passiuè accipi potest. Vulgata, *Possideri*, impropriè, hoc quidem loco. Nec enim possidentes emimus, sed empta possidemus. & propriè κτᾶσθαι de acquisitione dicitur. Demosth. πολὺ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκεν. Idem error admissus est in eadem voce suprà 1. 18.

21 *In hoc negotio*, ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. vel (vt Vulg.) *In hoc sermone*, i. in ista doctrina quam annuntiamus. Erasmus, *In hac ratione*: quod mihi videtur obscurum. דבר [*dabar*] autem Hebræis de re quauis dici, sæpe iam obseruauimus. ¶ *Rectum in Dei conspectu*, εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Id est, verè rectum & sine simulatione. Vide Luc. 1. 6.

22 *Si fortè*, εἰ ἄρα. Heb. אולי [*hulai*] vt Gen. 18. 24. quæ particula dubitationem quidē designat, sed cum spe coniunctam sicut è contrario פן [*phen*] est malè ominantis, vt Gen. 33. 12. id est μήποτε. ¶ *Machinatio*, ἡ ἐπίνοια. Vulgata & Erasmus, *cogitatio*, nimium dilutè. Certum enim est hîc significari vafrum illud Simonis commentum, abuti ad ambitionem & quæstum Dei donis cogitantis, & Apostolos ex suo ingenio æstimantis. & ἐπίνοια prorsus hîc respondet Hebrææ voci מזמה [*mezimah*.]

23 *In felle amarissimo*, εἰς γὰρ χολὴν πικρίας. Alludit omnino Petrus ad locum Mosis Deut. 29. 18. & fel amaritudinis (id est, amarissimum) vocat interiorem cordis malitiam, & virus illud diabolicæ impietatis quo magus iste totus erat oppletus. Nam idem vocabulum ראש [*rosch*,] & venenum & fel declarat Hebræis, & vtraque significatio optimè quadrat: quia vtrouis modo accipias, nullum est magis mortiferum venenum, nullum etiam fel magis amarum peccato, quum semel conscientiam obtinuit. Cæterùm videri posset hoc dicendi genus, Esse in felle, per hypallagen esse explicandum, ac dicendum potius, Video fel amarissimum in te esse. ac fateor me aliquando in ea opinione fuisse vt hunc locum ita interpretandum putarem: sed tandem cōperi non posse mutari hūc Hebraismū quin tota huius dicti emphasis pereat. Sic enim loquūtur Hebræi, vt hominē prorsus oppressum ac quasi intus sepultū declarent. Quemadmodum igitur qui quempiam in aquis esse dicit, aliquid significat multo grauius quàm si aquas in quopiam esse dixerit: sic, In felle esse, multo est vehementius dictū quàm Fel in aliquo esse. Sic accipio quod ait Dauid Psal. 51. 7, se in iniquitate natum & in peccato conceptum: & quod exprobrant Pharisæi cæco illi Ioh. 9. 34. ipsum totum natum esse in peccatis: item illud quod toties repetitur apud Paulum, in carne esse & in Spiritu: quorum dictorum emphasis nō intelligitur nisi hunc Hebraismum integrum seruaris. Castellio verò eadem audacia vsus in his explicandis atque in plerisque aliis, ita interpretatus est hunc locum, *Nam tibi acerbam imminere bilem video*: quasi fellis appellatione intelligatur ira Dei, in qua dicatur esse Simō, i. illi obnoxius. Hoc est videlicet interpretem agere, Deo tribuere fel amaritudinis. ¶ *Et connexu iniustitiæ*, καὶ σύνδεσμον ἀδικίας. id est, iniquitatis vinculis ac laqueis irretitum, sicut etiam loquitur Paulus 2. Tim. 2. 26. Sicut autem peccata vocātur Chald. חובין [*chobin*,] i. debita: sic etiam totum hoc dicendi genus à creditorum sæuitia ac crudelitate sumitur, quam Iudæis exprobrans Dominus Esa. 58. 6, iubet aperiri חרצבות רשע [*chartsubboth resch ah*] i. colligationes iniquitatis, quæ ipsa verba Petrus translatitiè hîc vsurpat. Neque enim tam arcta sunt vlla vincula, neque tam molestus est vllus creditor, atque malæ conscientiæ cruciatus.

25 Οἱ μὲν οὖν διαμαρτυράμενοι καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλήμ, πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο.

25 Illi igitur etiam atque etiam testificati & loquuti sermonem Dei, reuersi sunt Hierosolymã, & multis vicis Samaritanorũ euangelizarunt.

25 *Et illi quidem testificati & loquuti verbum Domini, redibant Ierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant.*

Christus gratis vocans quoscunque libuit Philippo nihil tale cogitãte, ad eunuchum imprudentem erudiendum & baptizandũ vlus, in Æthiopiam vsque regni sui limites profert.

26 Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐλάλησε πρὸς Φίλιππον, λέγων, Ἀνάστηθι καὶ πορεύου κατὰ μεσημβρίαν, ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν· αὕτη ἐστὶν ἔρημος.

26 Angelus autem Domini loquutus est Philippo, dicẽs, Surge, & vade meridiem versus, ad viam quę Hierosolymis descendit Gazam: quæ *via* est deserta.

26 *Angelus autem Domini loquutus est ad Philippum, dicens, Surge, & vade contra meridianum, ad viam quæ descendit ab Ierusalem in Gazam: hæc est deserta.*

27 Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη· καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ εὐνοῦχος, δυνάστης Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς, ὃς ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ.

27 Is igitur surgens profectus est: & ecce quidam Æthiops eunuchus, dynastes Candaces reginæ Æthiopum: qui præerat vniuersæ illius gazæ, venerat Hierosolymam adoraturus:

27 *Et surgens abiit; & ecce vir Æthiops eunuchus, potens Candaces reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Ierusalem:*

28 Ἦν τε ὑποστρέφων, καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν.

28 Et reuertebatur sedẽs in curru suo, legebátque Esaiam Prophetam.

28 *Et reuertebatur sedens super currum suum, legénsque Esaiam Prophetam.*

29 Εἶπε δὲ τὸ Πνεῦμα τῷ Φιλίππῳ, Πρόσελθε, καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ.

29 Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & proximè adhæreto currui isti.

29 *Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currum istum.*

30 Προσδραμὼν δὲ ὁ Φίλιππος ἤκουσεν αὐτοῦ ἀναγινώσκοντος τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, καὶ εἶπεν, Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις;

30 Accurrens igitur Philippus audiuit eum legentem Esaiam prophetam, & dixit, Nempe intelligis quæ legis?

30 *Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Esaiam Prophetam, & dixit, Putásne intelligis quæ legis?*

25 *Et multis vicis*, πολλάς τε κώμας. Vulg. *Et multis regionibus*, πολλάς τε χώρας. Vide Luc. 21. 21. & de verbo Euangelisandi, Hebr. 4. 2.

26 *Quæ est deserta*, αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Tradunt duas fuisse Gazas, vnam veterem, alteram nouam: ideóque oportuisse hanc ab illa distingui: quod non inuenio idonei cuiuspiam scriptoris auctoritate confirmatum. Quanuis enim ab Alexandro magno expugnatam & dirutam fuisse Gazam constet, tamen mox instauratam nec impotentem fuisse liquet ex eo quòd aliquot pòst seculis, nempe sub Ptolemæo Lathuro, qui penultimus fuit Ptolemæorum, denuò fuit magnis viribus expugnata ab Alexandro Iannæo Iudææ rege, vt disertè commemorat Iosephus lib. Antiq. 13. cap. 19. Deinde, qui Gazæ alicuius nouæ meminerit, quæ illis temporibus extaret, neminem sanè inuenio: imò verò, si Sozomeno credimus, veram esse nostram coniecturam apparebit. Is enim disertè scribit, Gazæorum nauale, ad Constantini Cæsaris tempora, non Gazam sed Maiumam vocatum fuisse: (cuius quidẽ nominis etymologiam Hebræam esse puto, quasi Marinam dicas:) & deinde quòd Christi religionem esset amplexa, à Constantino ius ciuitatis ade[...]n, & de filij Constantij nomine vocatam Constantiam [...]d Iuliani vsque tempora, qui profanis Gazæis illã concessit, & Gazam nouam iussit vocari. Quum igitur à Iuliani temporibus cœperit Gazę veteris ac nouæ discrimen, non videtur Lucas tanto antè tempore epithetum Desertæ addidisse, vt veterem à noua distingueret. Desertam tamen fuisse Gazam quo tempore Lucas hæc scribebat fateor. Testatur enim hoc Strabo qui sub Tiberio floruit: in eo tamen deceptus quòd ab Alexandri Magni temporibus desertam mansisse putat. Fuerit igitur deserta. Non video tamen causam cur quum vnica esset Gaza, Philippum admoneri oportuerit desertam esse, quum hoc sit omnino ad Alexandri Iannæi tempora referendũ, vt Iosephus loco antea citato declarat. Itaque de ipsa via hoc dictum accipiendum est cum Syro & Arabe interpretibus: quæ via non admodum trita fuerit propter intercurrentes Casij montis solitudines, vt Strabo quoque lib. 16. scribit. Huius autem itineris admoneri Philippum necesse fuit, alioquin communem & magis tritam alteram viam ingressurum.

27 *Quidam Æthiops eunuchus*, ἀνὴρ Αἰθίοψ εὐνοῦχος. Ridiculum sanè ac tanti viri nomine indignum est quòd quidam annotat, virum hîc dici qui sit eunuchus: quum pugnent inter se virum esse & eunuchum esse: vnde & euirati dicũtur. Verùm (inquit) in Christo neque sexus est, neque conditio, sed noua creatura. Obsecro quorsum hoc? Nã verum quidem illud est, eunuchis patẽre Dei regnum non minus quàm aliis, quum in Veteri lege discrimen aliquod fuerit inter eunuchos & alios qui eunuchi non erant, vt apparet ex Deuter. 23. 1. sed hoc nihil pertinet ad hanc antithesin, quæ certè nulla est. Neque enim ἀνὴρ hîc aliud declarat quàm τὶς, id est quidam, vt & aliis infinitis penè locis annotauimus: idque nõ modò quia Hebræi suum איש [*isch*] ita solent vsurpare, sed etiam ex Græcorum more, vt aliquoties, apud Herodotum præsertim, annotauimus. neque eunuchi appellatio plerunque aliud quàm cubicularium declarat. ¶ *Dynastes*, δυνάστης. Vulg. *Potens*. Eras. *Præfectus*. Vide Luc. 1. 52. ¶ *Candaces*, Κανδάκης. Vide Plinium lib. 6. cap. 26. ¶ *Venerat*, ἐληλύθει. Sic rectè vetus interpres, expuncto relatiuo ὃς, quod in nostro quoque vetustissimo codice deest. Alioqui hiat constructio, vel post ἰδοὺ Ecce, subaudiendum erit συνήντησεν αὐτῷ, *occurrit ei*, vt legit Syrus interpres & Arabs.

29 *Proximè adhæreto*, κολλήθητι. Ita videlicet vt cum illo colloqui possis: quo mandato fretus Philippus currum etiam conscendere, & Eunucho assidere rogatus non dubitauit. Sic accipitur hæc vox infrà 9. 26. Sed paulo aliter, & in malam partem suprà 5. 13.

30 *Nempe*, ἆρά γε. vel, *Num verò*. Sed ille interrogationis modus est verecundior & impari conuenientior. Vulgata, *Putásne*, barbarè.

31 *Quinam enim*, πῶς γάρ. Causalis particula præsupponit negantem particulam, loquendi formula ἐλλειπτικῇ è medio petita. Est autem hæc tam aperta & modesta principis responsio rarissimi profectò exempli.

32 *Locus autem*, ἡ δὲ περιοχή. Certè non potuit magis Latinè hoc vocabulum conuertere Vetus interpres, vt planè mirer Erasmum maluisse Argumentum aut Sententiam interpretari: Quãuis enim περιοχὴ idem declaret atque argumentum libri, quod vocant, id est, summa eorum quæ in aliquo libro scripta sunt, paucis comprehensa, παρὰ τὸ περιέχειν: tamen quum Lucas ipsa Esaiæ verba citet, res ipsa ostẽdit περιοχὴν dici à Luca quod Hebræi פרשה [*paraschah*] id est sectionem, barbari vulgò Passum Scripturæ vocant, Latini scriptores Locum. Sic enim Terentius, ——*cum Plautus locum Reliquit integrum: eum hic locum sumpsit sibi.* Sic Cicero 2. De legibus, *Et hunc locum satis in iis libris quos legistis, expressit Scipio.* Cur autem Lucas περιοχὴν ea significatione vsurparit, duplex causa adferri potest. Vna, quòd fortassis, inter Græcos Iudæos hebraissantes vocabulum Hebræum פרשה [*paraschah*] in hoc Græcum degenerasset in synagogis: qualia multa nõ dubito quin fuerint in populari sermone corruptè obseruata. Nam certè mira est affinitas inter פרשה [*paraschah*] & περιοχή. Sic Latina vocabula multa annotauimus Græca terminatione fuisse

fuisse vsurpata Matt. 5. 26. Et Syrus pro περιοχὴ habet פסוקא [*pasuca*.] Altera ratio huius significationis hæc dari potest, quòd περιοχή, quum propriè significet complexionem, ac quantũ vno ambitu contineri potest, optima ratione possunt istæ sectiones sic etiam vocari, quasi partem dicas certis terminis comprehensam, & à reliquis distinctam.

31 Ὁ δὲ εἶπε, Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με; Παρεκάλεσέ τε τὸν Φίλιππον ἀναβάντα καθίσαι σὺν αὐτῷ.

31 At ille ait, Quînam enim possim, nisi mihi quispiam dux viæ fuerit? Et precatus est Philippum vt ascenderet, sederétque secum.

31 *Qui ait, Et quomodo possum, si non aliquis ostẽderit mihi? Rogauítque Philippum vt ascenderet & sederet secum.*

32 Ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη· καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ.

32 Locus autem Scripturæ quẽ legebat hic erat, Vt ouis ad mactationem ductus est: & vt agnus coram suo tonsore mutus, ita non aperuit os suum.

32 *Locus autem Scripturæ quam legebat, erat hic, Tanquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum.*

Esa. 53. 7
Arcana Dei prouidentia reguntur etiã quæ maximè videntur fortuita.

33 Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ.

33 In ipsius depressione iudicium eius sublatum est: seculum autem eius quis enarrabit? quoniam tollitur è terra vita eius.

33 *In humilitate iudicium eius sublatum est: generationẽ eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius.*

34 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εὐνοῦχος τῷ Φιλίππῳ, εἶπε, Δέομαί σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει τοῦτο; περὶ ἑαυτοῦ, ἢ περὶ ἑτέρου τινός;

34 Respondens autẽ eunuchus Philippo, dixit, Rogo te, de quo istud dicit Propheta: de seipso an de alio quopiam?

34 *Respondens autem eunuchus Philippo dixit, Obsecro te de quo Propheta dicit hoc? de se, an de aliquo ali[...]*

35 Ἀνοίξας δὲ ὁ Φίλιππος τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γραφῆς ταύτης, εὐηγγελίσατο αὐτῷ τὸν Ἰησοῦν.

35 Tum Philippus aperuit os suum, & exorsus à scriptura ista, euangelizauit ei Iesum.

35 *Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, euangelizauit illi Iesum.*

36 Ὡς δὲ ἐπορεύοντο κατὰ τὴν ὁδόν, ἦλθον ἐπί τι ὕδωρ· καί φησιν ὁ εὐνοῦχος, Ἰδοὺ ὕδωρ· τί κωλύει με βαπτισθῆναι;

36 Quum verò pergerent in via, venerunt ad quandam aquam: tum ait eunuchus, En aquam: quid prohibet me baptizari?

36 *Et dum irent per viã, venerunt ad quandam aquam: & ait Eunuchus, Ecce aqua. quid prohibet mẽ baptizari?*

37 Εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος, Εἰ πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἔξεστιν. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε, Πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν.

37 Dixit verò Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Respondens autem *ille* dixit, Credo Iesum Christum esse Filium illum Dei.

37 *Dicit autem Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait, Credo Filium Dei esse Iesum Christum.*

Professio fidei in adultis baptizandis requiritur, ac proinde Baptismo nõ tunc primùm in Christum inserimur, sed iam insiti confirmamur.

38 Καὶ ἐκέλευσε στῆναι τὸ ἅρμα· καὶ κατέβησαν ἀμφότεροι εἰς τὸ ὕδωρ, ὅ, τε Φίλιππος καὶ ὁ εὐνοῦχος· καὶ ἐβάπτισεν αὐτόν.

38 Iussítque sisti currum: ac descenderunt ambo in illam aquam, Philippus simul & eunuchus: & *ille* baptizauit eum.

38 *Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquam, Philippus & eunuchus, & baptizauit eum.*

39 Ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἐκ τοῦ ὕδατος, Πνεῦ-

39 Quum autem ascendissent

39 *Quum autem ascendis-*

33 *In ipsius depressione iudicium eius sublatum est*, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Syrus & Arabs istud ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, adiungunt fini præcedentis versiculi. Hebr. veritas habet מעצר וממשפט לוקח [*mehotser vmimmischppat lukkah*,] quæ sic interpretor, *E claustro & iudicio assumptus est.* Vocat autem claustrum (vt opinor) sepulchrum, ipsáque adeo mortis vincula. Nam עצר [*hotser*] retentionem declarat. Iudicium verò accipio pro supplicio quo affectus est, & miserabili conditione quam subiit Christus nostri causa, Patris iram sustinens. Inde igitur sublatus est, ruptis mortis vinculis, vt suprà dixit Petrus 2. 24. Quod autem ad Græcam interpretationem attinet, in vno codice comperimus αὐτοῦ deesse. quòd si pro ἡ κρίσις legeretur καὶ κρίσεως, prorsus responderet Hebræis, & ἡ pro καὶ facilè potuit nõn tantùm scribi, sed etiam ab interprete hoc loco vsurpari. Pro claustro verò siue carcere verterunt Græci ταπείνωσιν, vt melius appareret antithesis verbi αἴρειν, neque id incommodè, si sententiam spectes. Tum enim planè fuit depressus, & ad inferos vsque detrusus, quum in vmbra mortis & sepulchri tenebris clausus iaceret. Sed hæc ab interpretibus copiosius sunt explicata. certè, vt varient verba, idem tamen sensus manet, etiamsi legas, ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, vt habent omnia exemplaria. Tum enim sublatum est iudicium quum ex ipso iudicio euadens, nos quoque secum eduxit. ¶ *Seculum autem eius*, τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ, Heb. דורו [*doro*] id est, quandiu æuum ipsius sit duraturum. Nam (vt ait Paulus Rom. 6. 9.) Christus excitatus ex mortuis, non amplius moritur, mors illi non amplius dominatur. Ingressus enim est regnum illud cuius non erit finis, vt Mariæ prædixit Angelus. Significat autem דור [*dor*] Hebræis quòd Latini seculum aut ætatem vocant. Itaque magis etiam propria est ista interpretatio quàm si de ipsius Christi progenie (id est de Ecclesia) accipias, quam Deo Patri genuit: quanuis eandem membrorum ac capitis cõditionem esse non diffitear: siquidem vnà cum ipso in cælestibus considemus. quæ omnia doctissimus interpres in hunc locum piè ac doctè annotauit. Veteres autem fefellit (quod bona cum ipsorum venia dixerim) Hebraicæ linguæ ignoratio, quum de Christi vel diuino & æterno, vel humano ortu, in huius loci explanatione dissererent. Nam ista certè οὐδὲν πρὸς ἔπος.

36 *Quum verò pergerent*, ὡς δὲ ἐπορεύοντο. In vno exemplari additum hîc inuenimus συζητοῦντες μετ᾽ ἀλλήλων, vnà inter se sermonem conferentes. ¶ *Ad quandam aquam*, ἐπί τι ὕδωρ. Fortasse ad Eleutherum fluuium necessariò in illo tractu alioqui valde arido traiiciendum. ¶ *Quid*, τί. Quidam Latini codices habent *Quis*, τίς. sed perperam, vt ex ipsa loci sententia liquere potest.

37 *Dixit verò*, εἶπε δὲ. Totum hunc versiculum comperi deesse in quinque codicibus, atque adeo in Complutensi editione, itémque in Syra & Arabica interpretatione: quem tamen absit vt expungendum putem. Continet enim perspicuam confessionis quæ à baptizandis adultis exigebatur formulæ summam, verè Apostolicis temporibus vsurpatam: & apertè declarat quid sit in nomen Christi baptizari.

¶ *Ex toto corde*, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας. Id est integro & minimè simulato.

¶ *Iesum Christum esse Filium illum Dei*, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν. Articulus τὸν ante Ἰησοῦν declarat sic esse hanc enuntiationem construendam, quanuis reciprocari possit.

μα Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον, καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι ὁ εὐνοῦχος. ἐπορεύετο γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων.

40 Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον· καὶ διερχόμενος εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Καισάρειαν.

Κεφάλαιον θ.

Rom. 9. 3. galat. 1. 13. Saulus (qui & Paulus) Christum crudelissimè fugientem velut persequens, in eundem victorem incidit, & singulari diuinæ bonitatis exemplo pro sæuitia suæ commerita pœna, non modò in gratiam recipitur, sed etiam Apostolus voce ipsius Domini designatus, Ananiæ ministerio ac testimonio confirmatur.

1 Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου, προσελθὼν τῷ Ἀρχιερεῖ,

2 Ἠτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκὸν πρὸς τὰς συναγωγάς, ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλήμ.

3 Ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι, ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίζειν τῇ Δαμασκῷ· καὶ ἐξαίφνης περιήστραψεν αὐτὸν φῶς τοῦ οὐρανοῦ.

4 Καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν, ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ, Σαοὺλ Σαούλ, τί με διώκεις.

5 Εἶπε δέ, Τίς εἶ Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὃν σὺ διώκεις, σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

6 Τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε, Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; Καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν, Ἀνάστηθι καὶ εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ λαληθήσεταί σοι τί σε δεῖ ποιεῖν.

7 Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ,

ex aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, nec amplius vidit eum eunuchus. Perrexit igitur in via sua, gaudens.

40 Philippus autem inuentus est Azoti: & peragrans *regionem* euangelizauit omnibus vrbibus, vsquedum veniret Cæsaream.

CAP. IX.

1 Saulus autem adhuc spirans minas ac cædem aduersus discipulos Domini, adiit Pontificem maximum.

2 Et petiit ab eo epistolas *perferendas* Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius sectæ, tum viros tum mulieres, vinctos abduceret Hierosolymam.

3 Quum autem iter faceret, factum est vt appropinquaret Damasco: & repentè circunfudit eum vt fulgur lux è cælo.

4 Et quum cecidisset in terram, audiuit vocem dicentem sibi, Saul, Saul, quid me persequeris?

5 Dixit autem, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego sum Iesus quem tu persequeris. durum *fuerit* tibi contra stimulos calcitrare.

6 *Saul verò* tremens & pauens dixit, Domine, quid me vis facere? Tum Dominus ad eũ, Surge, & ingredere vrbẽ, & dicetur tibi quid te oporteat facere.

7 Viri autẽ illi qui cum Saulo iter faciebant, constiterunt

sunt de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippũ, & amplius non vidit eũ eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens.

40 *Philippus autem inuentus est in Azoto: & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.*

CAP. IX.

1 *Saulus autem adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum.*

2 *Et petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem.*

3 *Et quum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subitò circumfulsit eum lux de cælo.*

4 *Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi, Saule, Saule, quid me persequeris?*

5 *Qui dixit, Quis es Domine? Et ille, Ego sum Iesus quem tu persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitrare.*

6 *Et tremens ac stupens dixit, Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere.*

7 *Viri autem illi qui comitabantur cum eo, sta-*

39 *Spiritus Domini*, Πνεῦμα Κυρίου. In vno codice legimus, Πνεῦμα ἅγιον ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον, ἄγγελος δὲ Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον, *Spiritus sanctus illapsus est in eunuchum, Angelus autem Domini rapuit Philippum*: quam lectionem Rabanus in glossa ordinaria annotauit. ¶ *Perrexit igitur*, ἐπορεύετο γάρ. Iterum πορεύεσθαι verti Pergere, vt planius loquerer. Vulgata, *Ibat autem*, vt videatur pro γάρ legisse δέ. Commodissimè verò pro γάρ Syrus habet אלא ἀλλά *Sed*, vt etiam Rom. 15. 2. Quod si legamus δέ significabitur Eunuchum accepto Philippo perrexisse. Denique γάρ positum videri pro οὖν annotauimus apud hunc nostrum Luc. 12. 58 & apud Paulum Rom. 6. 19. & 12. 3. & 15. 2.

40 *Inuentus est*, εὑρέθη. Erasmus, *Repertus est*. Nam, inquit, quis illum quærebat, vt illic fuerit inuentus? Ego verò non puto perpetuam esse differentiam illam inter Inuenire & Reperire. Respondet autem εὑρέθη hoc in loco verbo מצא [*matsa*] in coniugatione Niphal, vt hoc sit quod in vernaculo sermone dicimus *Il se trouua*, non autem, *Il fut trouué.*

IN CAP. IX.

2 [*Perferendas*] *Damascum*, εἰς Δαμασκόν. Similis ellipsis exemplum est suprà, 7. 9. ¶ *Huius sectæ*, τῆς ὁδοῦ. Articulus (vt rectè annotat Erasmus) vim obtinet pronominis hoc loco, κατ' ἀναφοράν videlicet. ὁδὸν autem vocat αἵρεσιν. Ideò hæc vocabula vt synonyma connectit Paulus infrà, 24. 14. Solent enim Hebræi דרך [*derech*,] id est viam, vocare omne vitæ genus quod aliquis insistat. Cæterùm ex hoc loco apparet Iudæos tum Damascenos tum alios passim fuisse in suæ religionis negotio αὐτονόμους, & Pontifici Max. obnoxios, qui ius prehensionis & verberationis habebat, vt apparet suprà, 5. 40. Hinc illud Pilati, *Iste vos, & secundum legem vestram ipsum damnate*: & quod scribitur de Gallione Achaiæ proconsule, infrà, 18. 15.

3 *Circunfudit eum vt fulgur*, περιήστραψεν. Vsus sum periphrasi necessaria. Nam Circunfulgendi verbum μεταβατικῶς Latinè non dicitur.

5 *Iesus*, Ἰησοῦς. In vno exemplari additum erat ὁ Ναζωραῖος, ille Nazarenus, vt etiam additur infrà 22. 8. ¶ *Durum* [*fuerit*] *tibi*, &c. σκληρόν σοι. Æschil. in Agamemn., ἐκ οὐκ ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ, Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε. Cæterùm omnia hæc vsque ad πρὸς αὐτόν, desunt tum in Syra tum in Arabica interpretatione, & sanè in vetustis omnibus codicibus quos inspeximus, videntur addita ex iis quæ commemorantur infrà, 22. 10. & 26. 14. Sic autem in iis legitur, ὃν σὺ διώκεις. ἀλλ' ἀνάστηθι, *quem tu persequeris: sed age, surge*, &c. Deinde & illud obseruandum in eadem illa interpretatione vtraque, istud, *Durum est tibi*, subiici vers. non quinto, vt in Græcis codicibus legitur, sed quarto.

6 [*Saul verò*] *tremens*, τρέμων τε. Omnino legendum τρέμων δὲ Σαοὺλ. Sed & mirum est totam priorem partem huius versiculi abesse in Syra interpretatione, sed præcedenti attexi, Ἀλλὰ ἀνάστηθι, *Sed surge*. ¶ *Et dicetur*, καὶ λαληθήσεταί. In duobus exemplaribus scriptum legimus, κἀκεῖ λαληθήσεταί, *& illic dicetur.*

7 *Constiterunt*, εἱστήκεισαν, id est attoniti manserunt, tanquam saxei. Nec enim hoc pugnat cum eo quod infrà dicitur, 26. 14. vnà omnes fuisse in terram prostratos. Alij (vt hunc nodum expediant) collapsos quidem fuisse volunt, sed postea in pedes erectos: quod vt verum sit, tamen non videtur Lucas huc respexisse quum diceret eos attonitos constitisse. Puto enim potius stuporem hoc vocabulo significari, quum alioquin fuerint quàm celerrimè aufugituri. Itaque τὸ ἑστηκέναι opponitur τῷ φεύγειν, non autem τῷ καταπεσεῖν, vt Marc. 10. 49.

¶ Muti

εἱστήκεισαν ἐνεοί, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες.

8 Ἠγέρθη δὲ ὁ Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς· ἀνεῳγμένων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, οὐδένα ἔβλεπε· χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν εἰσήγαγον εἰς Δαμασκόν.

9 Καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων· καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲ ἔπιεν.

10 Ἦν δέ τις μαθητὴς ἐν Δαμασκῷ, ὀνόματι Ἀνανίας, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος ἐν ὁράματι, Ἀνανία. Ὁ δὲ εἶπεν, Ἰδού, ἐγὼ Κύριε.

11 Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτόν, Ἀναστὰς, πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην Εὐθεῖαν, καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαῦλον ὀνόματι, Ταρσέα. ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται.

12 Καὶ εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα ὀνόματι Ἀνανίαν εἰσελθόντα, καὶ ἐπιθέντα αὐτῷ χεῖρα, ὅπως ἀναβλέψῃ.

13 Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Ἀνανίας, Κύριε, ἀκήκοα ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, ὅσα κακὰ ἐποίησε τοῖς ἁγίοις σου ἐν Ἱερουσαλήμ.

14 Καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ τῶν Ἀρχιερέων, δῆσαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου.

15 Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος, Πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐστὶν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν, καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ.

muti, audientes quidem *eius* vocem, neminem autem conspicientes.

8 Surrexit autem Saulus è terra: apertísque oculis suis, neminem videbat: manu verò ductum eum introduxerunt Damascum.

9 Fuitque tribus diebus, non videns, & non edit, neque bibit.

10 Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, ad quẽ dixit per visionem Dominus, Anania. Et ille ait, Ecce, ego *adsum* Domine.

11 Tum Dominus ad eum, Surge, & proficiscere in vicum qui vocatur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum *quendam* nomine, Tarsensem. ecce enim orat.

12 Et vidit per visionem virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manum vt visum reciperet.

13 Respondit autem Ananias, Domine, audiui ex multis de viro isto, quot malis affecerit sanctos tuos Hierosolymis.

14 Quinetiam hoc loco habet potestatem à Primariis Sacerdotibus, vinciendi omnes qui inuocant nomen tuum.

15 Dixit autem ad eum Dominus, Proficiscere: nam instrumentum electum est mihi iste, vt portet nomen meum in cõspectum Gentium, & regum & filiorum Israel.

bant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.

8 *Surrexit autem Saulus de terra: apertísque oculis nihil videbat: ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damascum.*

9 *Et erat tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit.*

10 *Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visu Dominus, Anania. At ille ait, Ecce, ego Domine.*

11 *Et Dominus ad eum, Surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine, Tarsensem. ecce enim orat.*

12 *Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manus vt visum recipiat.*

13 *Respondit autem Ananias, Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem.*

14 *Et hic habet potestatem à principibus Sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum.*

15 *Dixit autem ad eum Dominus, Vade, quoniã vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram Gentibus, & regibus & filijs Israel.*

¶ *Muti*, ἐνεοί, præ stupore videlicet, vt commodè possis Gallicè vertere, *ayans perdu la parole*. Vulg. *attoniti*, ἐξεστηκότες, vt Syrus quoque, non malè, si sensum spectes. Sed illud certè rectius est, vt huius effectum. ¶ [*Eius*] *vocem*, τῆς φωνῆς. Ipsa ratio constructionis poscere videtur vt quum paulo antè præcesserit αὐτῷ, hic quoque subaudiatur idem relatiuum, quod ad Saulum videlicet referatur, potius quàm ad ἐκείνου quod loquẽtem Christum designet, sicut in proximo versiculo, quum inquit, χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν εἰσήγαγον εἰς Δαμασκόν. necesse est idem pronomen subauditum adiungas aut participio χειραγωγοῦντες, aut potius verbo [illegible] ἀκούοντες. Erat igitur istius stuporis causa duplex, vna, quòd repentino fulgure prostrati essent in terram: altera quòd Saulum audirent cum altero loquentem, & neminem tamen viderent, quícum videlicet colloqueretur. Ita conciliant hunc locum Græca scholia cum eo quod infrà scribitur 22. 9. quod mihi maximè probatur. Primùm enim, si ita accipias, plana & simplex erit verborum constructio: deinde maximè probabile est Sauli vocem ab iis auditam qui aderant, Christi verò non item, quum hæc fierẽt vnius Sauli causa, vt res ipsa ostendit: siquidem neque hoc loco, neque vsquam alibi, quoties narratur hæc historia, vlla fit mentio istorum Pauli comitum, qui Christum sint amplexi, quod tamen verisimile est fuisse facturos si loquentis vocem audiuissent: sed putarunt nimirum eum repentino fulguris ictu perculsum existimasse se audire quod non audiret, vt attoniti homines solent ita hæc disponente diuina prouidentia, vt qui postea suæ gentis hominibus ista narrarent, minus suspectæ fidei essent. Ideo etiam vnus Paulus dicitur excæcatus, ex quo intelligimus totam visionem ad ipsum pertinuisse, cæteros hactenus vidisse huius lucis scintillas, & prostratos fuisse, ac loquentem ipsum Paulum audiuisse, quatenus id necesse fuit, vt de hoc facto testari possent. Postremò videtur hoc disertè Paulus infrà explicare 22. 9. vbi vocem quam non audierint comites, disertè à sua distinguit. Nec enim simpliciter dicit, τὴν φωνὴν οὐκ ἤκουσαν, vt hoc loco scripsit Lucas ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς; sed addit τοῦ λαλοῦντός μοι, quum hîc (vt dixi) potiùs subaudiatur αὐτῷ. Adferuntur tamen aliæ etiam rationes quibus hæc concilientur, nempe vt ἀκούειν hoc loco accipiatur pro audire, & φωνὴ pro confuso quodam sono: illic verò ἀκούειν Intelligere, & φωνὴ Vocem declaret. Valla deprauatum hunc locum suspicatur. & legendum esse potius, θεωροῦντες μὲν τὸ φῶς, μηδένα δὲ ἀκούοντες. Sed hoc quidem est nodum secare potius quàm soluere. ¶ *Conspicientes*, θεωροῦντες. id est pro viribus quidem oculos eò conuertentes, sed neminem cernentes. Hæc enim vis est verbi θεωρεῖν hoc loco. Nam alioqui mirum nõ esset neminem fuisse ab iis conspectum qui metu perculsi oculos attollere non essent ausi.

12 *Et vidit*, καὶ εἶδεν. Quidã hæc includunt parenthesi, quasi sint non Domini, sed Lucæ verba, quòd non videatur Dominus ita fuisse cõpellaturus ipsum Ananiã. Sed facilis est respõsio. Dicuntur enim hæc à Domino ipsius Sauli causa, cui alioquin Ananias erat ignotus. ¶ *Per visionem*, ἐν ὁράματι. Vulg. hoc non legit, quòd tamen habetur in Græcis codicibus, & tum Syra tum Arabica interpretatione, & retinendum est aduersus realem corporis Christi παρουσίαν.

15 *Instrumentum electum*, σκεῦος ἐκλογῆς. Vel, (vt Erasm.) *organum electum*. quod & ipsum Græcum est vocabulum, sed à Latinis vsurpatur, præsertim in iis quæ ad architecturam pertinent. Scimus autem passim Ecclesiam ædificio comparari. Vulg. ad verbum, *Vas electionis*, nimium obscurè. Vide Matthæum capite 12. 29.

Ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν.

16 Ego enim ei præmonstrabo quàm multa oporteat ipsum pro nomine meo pati.

16 *Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.*

Ἀπῆλθε δὲ Ἀνανίας καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ ἐπιθεὶς ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, εἶπε, Σαοὺλ ἀδελφὲ, ὁ Κύριος ἀπέσταλκέ με (Ἰησοῦς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου) ὅπως ἀναβλέψῃς καὶ πλησθῇς Πνεύματος ἁγίου.

17 Abiit igitur Ananias, & introiuit domum illam, & impositis ipsi manibus, dixit, Saul frater, Dominus misit me, (Iesus *inquā* qui visus est tibi in via qua veniebas) vt visum recipias, & implearis Spiritu sācto.

17 *Et abijt Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit, Saule frater, Dominus misit me Iesus, (qui apparuit tibi in via qua veniebas) vt videas, & implearis Spiritu sancto.*

Καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες, ἀνέβλεψέ τε παραχρῆμα· καὶ ἀναστὰς ἐβαπτίσθη.

18 Statim autem deciderunt ab oculis eius quasi squamæ, & visum recepit illico: ac surgens baptizatus est.

18 *Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit: & surgens baptizatus est.*

Καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν, Ἐγένετο δὲ ὁ Σαῦλος μετὰ τῶν ἐν Δαμασκῷ μαθητῶν, ἡμέρας τινάς.

19 Quúmque cepisset cibum, corroboratus est. Fuit autem Saulus cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot.

19 *Et quum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot.*

Paulus nullo à carne & sanguine petito cōsilio, statim ad munus sibi commissum aggreditur.

Καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἐκήρυσσε τὸν Χριστὸν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

20 Et statim in synagogis prędicauit Christum, *nempe* eum esse Filium illum Dei.

20 *Et continuò ingressus, in synagogis prædicabat Iesum, quoniam hic est Filius Dei.*

Ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες, καὶ ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο; καὶ ὧδε εἰς τοῦτο ἐληλύθει ἵνα δεδεμένους αὐτοὺς ἀγάγῃ ἐπὶ τοὺς Ἀρχιερεῖς;

21 Obstupescebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant, Nónne hic est qui perdidit Hierosolymis eos qui inuocabant nomen istud: & hucidcirco venit vt vinctos eos adduceret ad primarios Sacerdotes?

21 *Stupebant autem omnes qui eum audiebant & dicebant, Nónne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes Sacerdotum?*

Paulus non pugnat sola autoritate, sed adhibitis Prophetarum testimoniis.

Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο, καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός.

22 Saulus autem magis sese corroborabat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, collatis testimoniis demonstrans eum esse Christum illū.

22 *Saulus autē multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.*

Paulo ipsi tandem crux subeunda proponitur, sed ita vt procul tantùm ostendatur.

Ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναὶ, συνεβουλεύσαντο οἱ Ἰουδαῖοι ἀνελεῖν αὐτόν.

23 Expletis autem multis diebus, ceperunt simul Iudæi consilium illum interimendi.

23 *Quū autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in vnum Iudæi vt eum interficerent.*

Ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν. παρετήρουν τε τὰς πύλας ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, ὅπως αὐτὸν ἀνέλωσι.

24 Sed intellectæ sunt Saulo insidiæ eorum. adseruabant autem portas die ac nocte, vt eum interimerent.

24 *Notæ autē factæ sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent.*

Hostium insidias & conatus salua vocatione, vitare nihil prohibet.

Λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ νυκτὸς, καθῆκαν διὰ τοῦ τείχους, χαλάσαντες ἐν σπυρίδι.

25 Acceptum igitur eum discipuli nocte, per murum demiserunt, fune submissum in sporta.

25 *Accipientes autem eum discipuli nocte, per murū demiserunt eum, submittentes in sporta.*

Non temerè olim quiuis, ne inter oues quidem, nedū inter Pastores admissus.

Παραγενόμενος δὲ ὁ Σαῦλος εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς καὶ πάντες ἐφοβοῦντο αὐτὸν, μὴ πιστεύοντες ὅτι ἐστὶ μαθητής.

26 Quum verò Saulus aduenisset Hierosolymam, tentabat se propius adiungere discipulis: sed omnes metuebant eum, non credētes eū esse discipulū.

26 *Quū autem venisset in Ierusalem, tentabat se iūgere discipulis: & omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus.*

17 *Domum illam*, εἰς τὴν οἰκίαν. Vulgata & Erasmus, *In domum*, nimis obscurè. Nam qui ita loquitur, omnino videtur domum eius significare qui dicitur ingressus. Est autem hoc loco articuli vis ἀναφορική. Refertur enim ad id quod mandarat Dominus: nempe vt in domo Iudæ Saulum quæreret. ¶ *Qui visus est*, ὁ ὀφθείς. Vulg. *qui apparuit*, ὃς ἐφάνη. Et sic vtitur Matth. cap. 1. & 2. verbo φαίνεται. Vide infrà 26, 19.

20 *In synagogis*, ἐν ταῖς συναγωγαῖς. Vulgata legit ἐν ταῖς συναγωγαῖς εἰσελθών, *Ingressus in synagogas.*

21 *Perdidit*, ὁ πορθήσας, *vel populatus est.* Coniūgitur enim hoc verbum etiam cū quarto casu personæ: Sophocl. ἔπερθεν δ' ἐκεῖνος ἀνθρώπους. Sed Perdendi verbum mihi magis placuit, velut ab ipso Græco πέρθω desumptum. Vulg. *expugnabat* durè. Præterea plus aliquid hoc verbo significari, nempe euersionem, apparet ex isto Homeri versiculo Iliad. βουλῇ δ' Ἀργείων πόλιν ... [illegible]

22 *Collatis testimoniis demonstrans*, συμβιβάζων. Id est, Collatis Scripturæ locis probans, nempe sicuti solent artifices aliquid compacturi, singulas partes inter se comparare, vt inter se alia alijs ad amussim quadrent. Ita enim hoc verbum accipiendum est: qūum alioquin possit etiam affirmari quod idoneis testimoniis probari non possit. Græca autem scholia interpretantur, μετ' ἐπιεικείας διδάσκων, id est, cum quadam animi æquitate ac moderatione docens, vt amicam collationem potius quàm altercationem fuisse sciamus. quæ tamen interpretatio (meo iudicio) non est satis expressa.

23 *Non paucis diebus*, ἡμέραι ἱκαναί. Hebr. *non paruo tempore*, triennio videlicet, Gal. 1. 18. & Mar. 10, 46.

25 *Discipuli*, οἱ μαθηταί. Hoc adhuc erat generale nomen eorum qui postea Christiani sunt appellati. Itaque malè à quibusdam adiectum fuit pronomen *Eius* in Latinis nonnullis cod.

26 *Quum verò aduenisset*, παραγενόμενος δὲ. Inter liberationem Pauli & aduentum ipsius in vrbem intercedunt anni tres, (vt nonnulli volunt) quos consumpsit partim Damasci partim in Arabia, vt narrat ipse Paulus Gal. 1. 17. & 18. neque enim omnia narrauit Lucas, sed pręcipua duntaxat. Verùm quod ad me attinet, vt mollius ista connectantur, quum disertè dicat Apostolus illo loco, se Damasco in Arabiam, & inde rursus Damascum rediisse, vnde demum venerit Hierosolymam: putarim potius triennium illud compre-

comprehēdi à Luca, eo quod dixit versiculo 23, *Expleto autem multo tempore*, ita vt Paulum intelligamus, simulátque liberatus fuit, statim contendisse Hierosolymam. Ita nihil videbitur prętermisisse Lucas quod ad hanc historiam attinet. Nam ipsa Damascus Arabiæ tribuebatur, vt apparet ex 2. Cor. 11, 32. neque ex loco illo Epistolę ad Galatas intelligi potest quandiu in Arabia fuerit. Ideo sat fecisse videtur historiæ Lucas, quum inquit Paulum post multū tempus, triennium videlicet, illic expletum, Damasci nimirum & in vicina regione, fuisse Iudæorum insidiis petitum.

Βαρνάβας δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τοὺς ἀποστόλους, καὶ διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ἐν τῇ ὁδῷ εἶδε τὸν Κύριον, καὶ ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ, καὶ πῶς ἐν Δαμασκῷ ἐπαῤῥησιάσατο ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ.

27 Barnabas autem acceptum eū duxit ad Apostolos, & *ipse* narrauit eis quomodo in via vidisset Dominum, & quod loquutus esset ei, & quomodo Damasci liberè loquutus esset in nomine Iesu.

27 *Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quia loquutus est ei; & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu.*

Καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν Ἱερουσαλήμ.

28 Versabatur ergo cum eis Hierosolymis.

28 *Et erat cū illis intrans & exiens in Ierusalem.*

Pericula ex periculis expectandi constantibus Dei seruis, sed idē Deus pro ipsis excubat.

Καὶ παῤῥησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς· οἱ δὲ ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀνελεῖν.

29 Et liberè in nomine Domini Iesu loquebatur, & disceptabat aduersus Græcos: illi verò conabantur eum interimere.

29 *Et fiducialiter agens in nomine Domini. Loquebatur quoque gentibus & disputabat cum Græcis: illi autem quærebant occidere eum.*

Ἐπιγνόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὸν Ταρσόν.

30 Quod quum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & emiserunt Tarsum.

30 *Quod quum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream & dimiserunt Tarsum.*

Licet ex Ecclesiæ cōsilio, locum mutare Verbi ministris.

Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας καὶ Γαλιλαίας καὶ Σαμαρείας εἶχον εἰρήνην οἰκοδομούμεναι· καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπληθύνοντο.

31 Ecclesiæ igitur per totam Iudæam & Galilæā & Samariam habentes pacem, ædificabantur: & pergentes *in* timore Domini, *&* consolatione Sancti Spiritus, multiplicabantur.

31 *Ecclesia quidē per totam Iudæam, & Galilæā & Samariā habebat pacem, & ædificabatur ambulās in timore Domini, & cōsolatione sancti Spiritus replebatur.*

Ecclesiarum ædificatio, est persecutionū exitus modò patienter expectetur Dominus.

Ἐγένετο δὲ Πέτρον διερχόμενον διὰ πάντων, κατελθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους τοὺς κατοικοῦντας Λύδδαν.

32 Factum est autem vt Petrus, per omnes pertransiens, deueniret etiam ad sanctos qui habitabant Lyddæ.

32 *Factum est autem vt Petrus, dum transiret vniuersos, deueniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ.*

Apostolatus Petri, sanato paralytico obsignatur.

Εὗρε δὲ ἐκεῖ ἄνθρωπόν τινα Αἰνέαν ὀνόματι, ἐξ ἐτῶν ὀκτὼ κατακείμενον ἐπὶ κραβάτῳ, ὃς ἦν παραλελυμένος.

33 Reperit autem illic quēdam nomine Æneam, ab annis iam octo decumbentem in grabato, qui erat paralyticus.

33 *Inuenit autem ibi hominem quendam nomine Æneam, ab annis octo iacentem in grabbato, qui erat paralyticus.*

¶ *Propius adiungere*, κολλᾶσθαι. Vide suprà 8, 29.

27 *Et quod*, καὶ ὅτι. Fortasse rectius καὶ ὅ,τι ἐλάλησεν αὐτῷ, *& quid loquutus esset ei.* Hanc autem narrationem malim ipsi præsenti Paulo, quàm Barnabæ tribuere. ¶ *Liberè loquutus esset*, ἐπαῤῥησιάσατο. Vulg. *Fiducialiter egerit*, barbarè.

28 *Versabatur*, ἦν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος. In nonnullis codic. deest καὶ ἐκπορευόμενος. Sed puto hæc esse ab aliquo expuncta, qui quum hunc Hebraismum ignoraret, quem exposuimus suprà 1. 21. putauit ita significari Paulum egressum fuisse ex Hierusalem cum Apostolis. Itaque pro eo quod Vulg. & Eras. seruato Hebr. conuerterunt, *Intrans & exiens*, ego planius loqui sum conatus. ¶ *Cum eis*, μετ' αὐτῶν. id est cum Petro & Iacobo. Eos enim solos ex Apostolis sibi tum fuisse conspectos narrat Paulus Galat. 1. 18. & 19. ex quo etiam intelligimus, ita accidisse vt eo tempore soli isti ex Apostolis fuerint Hierosolymis. Nam cur vel ipse alios non inuisisset, vel alij ab ipsius congressu abstinuissent? At quonam dices, isti abierant? Id verò scrutari curiosorum est hominum: & quæ somnia in Dei Ecclesiam inuexerit ista curiositas, vel ex illis apparet quæ sub Abdiæ cuiusdam Babylonij nomine circunferuntur, scriptoris non tantùm inepti, sed etiam planè impij ac profani. Ac illa quidem nō miror licuisse olim comminisci: (quid enim aliud merebatur hominum perfidia quàm vt in profundissimas tenebras demergerentur?) sed hoc ego non tam demiror quàm ægerrimè fero, nunc quoque impunè quibusdam typographis licere Christo & ipsius Ecclesiæ illudere, atque adeo spargendis passim talibus quantumuis execrandis blasphemiis lucrum facere.

29 *Et liberè*, καὶ παῤῥησιαζόμενος. Vulgata rursum barbarè, *Et fiducialiter*. Erasmus, *Et cum fiducia loquens*. Sed rectè Vetus interpres participium per aduerbium expressit. est enim hæc enallage Græcis familiaris, & multò commodius connectitur participium hoc cum verbo ἐλάλει quàm cum præcedentibus. ¶ *Loquebatur ac disceptabat*, ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει. Hæc (vt modò dixi) coniungenda sunt cum participio παῤῥησιαζόμενος, ita vt καὶ connectat duo verba, nempe ἦν & ἐλάλει. Sed Vetus interpres conuertit, Loquebatur quoque cum Gentibus & disputabat cum Græcis, id est, ἐλάλει τε μετὰ τῶν ἐθνῶν, καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς: quā lectionem neque in vllis codicibus Græcis inuenio, neque possum approbare. Nam hoc tempore Gentes opinor non modò nō disputasse aduersus Euangelium, sed etiam tum Iudæos tum Christianos derisisse. Quinam autem hîc dicantur Ἑλληνισταί, exposuimus suprà, 6. 1. & cum eis Paulum vtpote Tarsensem, seorsim & peculiariter disputasse mirum non est, eò quidem cupidius quòd ab his ipsis orta contentione aduersus Stephanum, nullum repererant magis partibus ipsorum fauentem quàm hunc ipsum Paulum, cum etiā, vt ait alicubi Epiphanius, calumniati quòd quum obtinere coniugium cum Pontif. Maximi filia non potuisset, indignatus propterea Christianismum esset amplexus: cuiusmodi multas fabulas hodie quoque idem homicida spiritus aduersus fidos Dei seruos, tum viuos, tum mortuos comminiscatur.

31 *Ædificabantur*, οἰκοδομούμεναι. Permutaui constructionem vt commodius interpretarer participium passiuum οἰκοδομούμεναι: vt, quum duo sint huius periodi verba, nempe εἶχον εἰρήνην & ἐπληθύνοντο, illud cum οἰκοδομούμεναι, istud cum πορευόμεναι construatur. Ita enim plana erit sententia, & ordo minimè perturbatus.

34 Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Πέτρος, Αἰνέα, ἰᾶταί σε Ἰησοῦς ὁ Χριστός· ἀνάστηθι, καὶ στρῶσον σεαυτῷ. Καὶ εὐθέως ἀνέστη.

35 Καὶ εἶδον αὐτὸν πάντες οἱ κατοικοῦντες Λύδδαν καὶ τὸν Σάρωνα, οἵτινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Κύριον.

36 Ἐν Ἰόππῃ δέ τις ἦν μαθήτρια ὀνόματι Ταβιθά, ἣ διερμηνευομένη λέγεται Δορκάς· αὕτη ἦν πλήρης ἀγαθῶν ἔργων καὶ ἐλεημοσυνῶν ὧν ἐποίει.

37 Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀσθενήσασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν· λούσαντες δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ.

38 Ἐγγὺς δὲ οὔσης Λύδδης τῇ Ἰόππῃ, οἱ μαθηταὶ ἀκούσαντες ὅτι Πέτρος ἐστὶν ἐν αὐτῇ, ἀπέστειλαν δύο ἄνδρας πρὸς αὐτόν, παρακαλοῦντες μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν.

39 Ἀναστὰς δὲ Πέτρος συνῆλθεν αὐτοῖς· ὃν παραγενόμενον ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον· καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ χῆραι κλαίουσαι, καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶνας, καὶ ἱμάτια ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκάς.

40 Ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας ὁ Πέτρος θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο, καὶ ἐπιστρέψας πρὸς τὸ σῶμα, εἶπε, Ταβιθά, ἀνάστηθι. Ἡ δὲ ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον, ἀνεκάθισε.

41 Δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα, ἀνέστησεν αὐτήν· φωνήσας δὲ τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας, παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν.

34 Et dixit ei Petrus, Ænea, sanat te Iesus Christus: surge, & sterne tibiipsi. Is autem statim surrexit.

35 Et viderunt eum omnes qui incolebant Lyddam & Sarona, qui conuerterunt se ad Dominum.

36 Ioppæ verò fuit quædã discipula nomine Tabitha, quæ, si interpreteris dicitur Caprea. Hæc erat diues operum bonorum & eleemosynarum quas præstabat.

37 Factum est autem per illos dies vt illa ex infirmitate moreretur: quam quum lauissent, posuerunt in cœnaculo.

38 Quum autem Lydda esset prope Ioppen, discipuli, audito Petrum illic esse, duos viros miserunt ad eum, rogantes ne cunctaretur vsque ad ipsos transire.

39 Exurgens igitur Petrus venit cum eis: quem, quum aduenisset, adduxerunt in cœnaculum: & adstiterunt ei omnes viduæ, flentes, & ostendẽtes tunicas & vestimenta quæ Dorcas faciebat quum vnà cum ipsis esset.

40 Eiectis autem omnibus foras, Petrus positis genibus orauit: & conuersus ad corpus, dixit, Tabitha surge. Illa verò aperuit oculos suos, & viso Petro resedit.

41 Data autem ei manu Petrus erexit eam: & vocatis sanctis ac viduis eam viuam repræsentauit.

34 Et ait illi Petrus, Ænea, sanat te Dominus Iesus Christus: surge, & sterne tibi. Et continuò surrexit.

35 Et viderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ & Sarona, qui conuersi sunt ad Dominum.

36 In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat.

37 Factum est autem in diebus illis vt infirmata moreretur. Quam quum lauissent posuerunt eam in cœnaculo.

38 Quum autẽ propè esset Lydda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes, Ne pigriteris venire vsque ad nos.

39 Exurgens autẽ Petrus venit cũ illis. Et quũ aduenissent, duxerũt illum in cœnaculum, & circunsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes quas faciebat illis Dorcas.

40 Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit: & conuersus ad corpus, dixit, Tabitha surge. At illa aperuit oculos suos: & viso Petro resedit.

41 Dans autem illi manum, erexit eam: & quum vocasset sanctos & viduas, assignauit eam viuam.

Petrus suscitato per Christi nomen cadauere, fidem facit omnibus sese Euangelium vitæ annuntiare.

34 *Ænea*, Αἰνέα. Aliquantulum differt huius nominis scriptura à Græco prouulgato Αἰνείας. ¶ *Sanat*, ἰᾶται. Vulgata & Eras. *Sanet*, id est, ἰάσθω. ¶ *Et sterne tibiipsi*, καὶ στρῶσον σεαυτῷ. Vulg. *Et sterne tibi*, stratum videlicet. Nã est familiare Hebræis cognatæ significationis nomẽ in omnibus intransitiuis verbis subaudire, vt alibi annotauimus. Sed preterea annotandum est, sternere lectum hoc in loco videri vsurpatum pro lectum colligere, potius quàm pro apparare ad decubitum. quorsum enim hoc, quum surgere iubeatur? Iacebat autem in grabath, id est in lectulo, cuiusmodi erant strata in quibus sani etiam homines solebant meridiari, quæ deinde moris erat colligere, & suo loco reponere. Vnde illud sæpe dictum à Domino, *Tolle grabatum tuum & ambula.*

35 *Et Sarona*, καὶ τὸν Σάρωνα. Regionis non vrbis nomen, quæ ab Hebræis dicitur שרון [*scharon*,] vt Esaiæ 33. 9 & 1. Paral. 27. 29. Vnde Sarona in recto etiam casu Syriacè & *Saronas*, vt legit Vetus interpres: sicut à Satan, fit Satana & Satanas. Quod autem nonnulli scribunt Ἀσσάρωνα, inde factũ est quòd apud Esaiam legitur השרון [*hasschscharon*,] præposita litera ה, quam Græci interpretes sæpe coniunxerũt cum nominibus locorum & appellatiuis. Neque est quòd vrbis nomen esse putemus, quasi pro Ἀσκάλωνα perperam scriptum sit Ἀσσάρωνα. Nam præterquam quòd nulla vrbs hoc nomine recensetur in isto tractu, articulus masculinus qui hîc legitur summo omnium codicum cõsensu, & aliis etiam citatis locis, non patitur vt pro vrbe accipiamus. Est autem teste Hieronymo sic vocata κατ' ἐξοχὴν campestris regio inter Taborni montem & lacum Tyberiadis à Cęsarea Ioppen vsque, valde pinguis & ferax: cuius fit etiam mentio Esaiæ 56. 10. ¶ *Conuerterunt* [*se*,] ἐπέστρεψαν. Vulgata, *conuersi sunt*. Vide suprà, 3. 26.

36 *Tabitha*, Ταβιθά Syriacum vocabulum, pro quo dicunt Hebræi צביה [*tsebyah*,] Græci δορκάς. Latini capream aut (vt alij censent) damam. ¶ *Diues*, πλήρης. Id est πλουσία. Vulg. & Eras. ad verbum. *Plena.*

37 *Quam quum lauissent*, καὶ λούσαντες αὐτήν. Hæc ablutio inter sanctos fuit futuræ resurrectionis pignus & tessera superstitibus, quò respexit Apostolus 1. Corinth. 15. 29. Sed hunc morem postea vertit Satan in vanissimam superstitionem, tum apud Græcos quam passim ridet Lucianus, tum apud Latinos, vnde illud Ennianum, *Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.*

38 *Ne cunctaretur*, μὴ ὀκνῆσαι. Vel, *Ne pigraretur*. Vtitur enim etiam Cic. hoc verbo, pro quo Vetus interpres barbarè dixit, *Ne pigriteris*, mutata etiam persona, quasi ὀκνήσαι imperandi modo sit positum. Erasmus, *Ne grauaretur*, quasi duntaxat rogarent ne Petro graue aut molestum esset Ioppem venire. At ego existimo potiùs peti vt nulla interposita mora adesset. Neque enim videbatur ista res vllam dilationem ferre, quum iam mortua Tabitha esset sepelienda.

40 *Eiectis*, ἐκβαλών. Id est *exire iussis*, præceptorem suum Christum imitatus Mar. 5. 40. seu diuersam ob caussam. Nam ille quidem offensus fuit tumultuante inaniter turba, vt fieri sæpe, dicis potius caussa quàm serio consueuit in diuitum funeribus. Petrus autem contrà miseratus est istos potius, sed solitudinem quæsiuit vt eò liberius precaretur.

41 *Repræsentauit*, παρέστησεν. siue *stitit præsentem*, vel *exhibuit*. Vetus interpres, *assignauit*, nescio quam lectionem sequutus.

42 Γνωστὸν δὲ ἐγένετο καθ' ὅλης τῆς Ἰόππης· καὶ πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον.

43 Ἐγένετο δὲ ἡμέρας ἱκανὰς μεῖναι αὐτὸν ἐν Ἰόππῃ παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ.

Κεφάλαιον ι.

1 Ἀνὴρ δέ τις ἦν ἐν Καισαρείᾳ ὀνόματι Κορνήλιος, ἑκατοντάρχης ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς,

2 Εὐσεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ποιῶν τε ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ,

3 Καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ διαπαντός, εἶδεν ἐν ὁράματι φανερῶς, ὡσεὶ ὥραν ἐννάτην τῆς ἡμέρας, ἄγγελον τοῦ Θεοῦ εἰσελθόντα πρὸς αὐτόν, καὶ εἰπόντα αὐτῷ, Κορνήλιε.

4 Ὁ δὲ ἀτενίσας αὐτῷ καὶ ἔμφοβος γενόμενος, εἶπε, Τί ἐστι Κύριε; Εἶπε δὲ αὐτῷ, Αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

5 Καὶ νῦν πέμψον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι Σίμωνα ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος.

6 Οὗτος ξενίζεται παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ, ᾧ ἐστιν οἰκία παρὰ θάλασσαν· οὗτος λαλήσει σοι τί σε δεῖ ποιεῖν.

7 Ὡς δὲ ἀπῆλθεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν τῷ Κορνηλίῳ, φωνήσας δύο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ·

8 Καὶ ἐξηγησάμενος αὐτοῖς ἅπαντα, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὴν Ἰόππην.

9 Τῇ δὲ ἐπαύριον ὁδοιπορούντων ἐκείνων, καὶ τῇ πόλει ἐγγιζόντων, ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι, περὶ ὥραν ἕκτην·

42 Id autem innotuit per totam Ioppen, & multi crediderunt in Dominum.

43 Factúmque est vt dies non paucos maneret *Petrus* Ioppæ apud Simonem quendam coriarium.

CAP. X.

1 Porro quidã erat Cæsareæ, nomine Cornelius, cẽturio, ex legione quę vocatur Italica.

2 Pius ac timens Deum, cum tota domo sua, & præstans eleemosynas multas populo:

3 Qui quũ assiduè deprecaretur Deum, vidit per visionẽ manifestè quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem & dicentem ipsi, Corneli.

4 At ille intentis oculis in eum, & expauefactus dixit, Quid est Domine? Dixit autem ei, orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in Dei conspectu.

5 Nunc igitur mitte aliquos Ioppam, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus.

6 Is diuersatur apud Simonem quẽdam coriarium, cui est domus apud mare: is dicet tibi quid te oporteat facere.

7 Vt autem discessit Angelus qui loquebatur Cornelio, vocauit duos ex famulis suis & militem pium ex iis qui cum ipso erant assidui:

8 Ex quum eis exposuisset omnia, misit eos Ioppam.

9 Postridie verò illis iter facientibus, & appropinquantibus vrbi, ascendit Petrus in Solarium vt oraret, circa horam sextam.

42 Notum autem factum est per vniuersam Ioppẽ: & crediderunt multi in Domino.

43 Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quendam coriarium.

CAP. X.

1 Vir autem quidã erat in Cæsarea, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica,

2 Religiosus ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi.

3 Et deprecãs Deũ semper, is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli.

4 At ille intuens eum, timore correptus dixit, Quis es Domine? dixit autem illi, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.

5 Et nunc mitte viros in Ioppen, & accerse Simonem quendam qui cognominatur Petrus.

6 Hic hospitatur apud Simonem quendam coriariũ, cuius est domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere.

7 Et quum discessit Angelus qui loquebatur illi vocauit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum ex iis qui illi parebant:

8 Quibus quum narrasset omnia, misit illos in Ioppen.

9 Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquãtibus ciuitati ascendit Petrus in superiora vt oraret, circa horam sextã.

Petrus duplici miraculo interueniente, Gentium primitias Deo consecrat.

IN CAPVT X.

1 *Ex legione*, ἐκ σπείρας. De hac voce qua generaliter numerus aliquis sub eodem signo militantium significatur diximus Matth. 27. 27. Hîc autem legionem sum interpretatus, quoniam in Romani imperij militia & alibi fit mentio legionis Italicæ, & quidem non vnius. Cognominatur enim vna Diues, altera voluntariorum.

3 *Qui quum precaretur*, καὶ δεόμενος. Id est καὶ αὐτὸς δεόμενος, vt sæpissimè iam annotauimus. Alij cum superioribus construunt hoc participium. Ego verò malui coniungere cum verbo εἶδεν, quum alioqui videatur hiare constructio, adstipulante nobis vno codice.

4 *Quid est Domine?* Τί ἐστι Κύριε? Id est, *Quid me vis Domine?* Vulgata in nonnullis codicibus, *Quis es Domine?* Τίς εἶ Κύριε? perperam: neque enim dubitat Domini nuntium hunc esse, sed comparat se ad audiendum nuntium. ¶ *Ascenderunt*, ἀνέβησαν. Translatio ab holocausti ritu ad preces: quod dicendi genus frequens est, in Vetere præsertim testamento. Huc enim pertinent illi vituli labiorum quorum fit mentio apud Hoseam, siue sacrificium laudis: cuius toties meminerunt sacri scriptores. Ideo mihi religio fuit hunc Hebraismum mutare. Falluntur autem vehementer qui Cornelium arbitrantur vera fide non fuisse præditum, quum εὐσεβὴς, & Deo tam gratas fuisse ipsius preces tam apertè dicatur. Hoc autem ipsi deerat, vt eum venisse crederet cui tanquam venturo credebat; licet carne incircumcisus. ¶ *In memoriam*, εἰς μνημόσυνον. Id est, Deus recordatus est eleemosynarum tuarum. Sic enim solet nobiscum interdum Scriptura quasi balbutire. Itaque Hebræorum idiotismo sicut Ascendere in cor dicitur id de quo cogitamus, sic etiam ascendere in memoriam id quod recordamur. Quamobrem etiam mox vers. 31, eleemosynæ dicuntur μνησθῆναι passiuè, vt etiam Apocal. 16. 19. ¶ *In Dei conspectu*, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. id est apud Deum, siue Deo ipsi vt passim apud Hebręos, על־פני [*hal. pene*] pro coram accipitur. Eorum autem quorum recordamur imago sese præsentem phantasiæ sistit.

7 *Ex iis qui cum ipso erant assidui*, τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ. Vulgata, *Ex iis qui illi parebant* nempe vt milites suo Centurioni. Sed hic aliud significatur, nempe habuisse Corneliũ certos ex suis militibus sibi & veræ religioni peculiariter addictos & familiares. Erasmus, *Ex iis qui adhærebant*, non satis expressè. Syrus diuersam lectionem sequutus habet, *qui in imperio habebat*, οἳ ἦν ὑπὸ ἐξουσίαν, quæ ipsa verba de [illegible]urione leguntur Luc. 7. 2. vt inde fortassis in hunc locum irrepserint. Idem verbum suprà Marc 2. 8. & suprà 1. 14. & 2. v. 46. aliter quidem, sed eâdem manente sententia sum interpretatus, vt & Latinè & perspicuè loquerer, prout res ipsa quoquo loco visa est flagitare.

9 *In Solarium* ἐπὶ τὸ δῶμα. Vulgata, *In superiora*. Erasmus, *In superiora domus*. Vide Matt. cap. 10. 27. ¶ *Horam sextam*, ὥραν ἕκτην. ab ortu Solis videlicet, i. meridiem: die in horas duodecim semper, ac proinde modò longiores, modò breuiores diuiso.

Ἐγένετο δὲ πρόσπεινος, καὶ ἤθελε γεύσασθαι· παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις.

Καὶ θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον, καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς·

Ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετά, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ.

Καὶ ἐγένετο φωνὴ πρὸς αὐτόν, Ἀναστάς, Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε.

Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε, Μηδαμῶς, Κύριε· ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον.

Petrum post acceptum etiã Spiritum sanctum oportuit quotidie in cognitione beneficij Christi proficere.

Καὶ φωνὴ πάλιν ἐκ δευτέρου πρὸς αὐτόν, Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου.

Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ πάλιν ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανόν.

Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει ὁ Πέτρος τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα ὃ εἶδε, καὶ ἰδού, οἱ ἄνδρες οἱ ἀπεσταλμένοι ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου, διερωτήσαντες τὴν οἰκίαν Σίμωνος, ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα.

Καὶ φωνήσαντες ἐπυνθάνοντο εἰ Σίμων ὁ ἐπικαλούμενος Πέτρος, ἐνθάδε ξενίζεται.

Τοῦ δὲ Πέτρου ἐνθυμουμένου περὶ τοῦ ὁράματος, εἶπεν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα, Ἰδού, ἄνδρες τρεῖς ζητοῦσί σε.

Ἀλλὰ ἀναστὰς κατάβηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς μηδὲν διακρινόμενος· διότι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς.

10 Factum est autem vt valde esuriret, voluítque capere cibũ: parantibus igitur illis, incidit in eum mentis excessus.

11 Conspexitque cælum apertum, ac descendens ad se vas quoddam vt linteum magnum, quatuor extremis deuinctum, quod demittebatur in terram:

12 In quo erant quæuis quadrupedia terræ, & feræ, & reptilia, & volucres cæli.

13 Et extitit vox ad eum, Surge Petre, macta & ede.

14 Ait autem Petrus, Nequaquam Domine: nunquam enim edi quicquam pollutum vel impurum.

15 Tum vox rursus ad eum secundò, Quæ Deus purificauit, tu ne polluito.

16 Hoc autẽ factũ est ter: & rursum receptum est vas in cęlum.

17 Quum autem apud se Petrus hæsitaret *cogitans* quodnam esset visum illud quod viderat, tum ecce, viri qui missi fuerant à Cornelio, percontati de domo Simonis, superuenerunt ad vestibulum.

18 Et euocato *quopiam*, percontati sunt an Simon, qui cognominaretur Petrus, illic diuersaretur.

19 Petro verò cogitante de visione dixit ei Spiritus, Ecce, tres viri quærunt te.

20 Surgens itaque descende, & nihil addubitans proficiscere cum eis: nam ego eos misi.

10 *Et quum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis cecidit super eum mentis excessus.*

11 *Et videt cælum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cælo in terram:*

12 *In quo erãt omnia quadrupedia, & serpentia terræ & volatilia cæli.*

13 *Et facta est vox ad eum, Surge Petre, occide & manduca.*

14 *Ait autem Petrus, Absit Domine: quia nunquã manducaui omne commune & immundum.*

15 *Et vox iterum secundò ad eum, Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris.*

16 *Hoc autem factum est per ter: & statim receptum est vas in cælum.*

17 *Et dum intra se hæsitaret Petrus quidnam esset visio quam vidisset, ecce, viri qui missi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis astiterunt ad ianuam.*

18 *Et quum vocassent, interrogabant si Simon, qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium.*

19 *Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei, Ecce, viri tres quærunt te.*

20 *Surge itaque & descende, & vade cum eis, nihil dubitans: quia ego misi illos.*

10 *Capere cibum*, γεύσασθαι. Vetus interpres, *Gustare*. Erasmus, *Gustare cibum*: neuter (vt opinor) rectè. Est enim γεύσασθαι præcisè dictum ex Hebręorum idiotismo, qui solent cognatæ significationis nomina supplere, quum plena sit locutio לטעם הלחם [*lithom hallechem*,] id est *gustare panem*: deinde γεύσασθαι, pro quo etiam Græci πάσασθαι dicunt, non id declarat quod Latinũ verbũ Gustare, hoc quidem in loco, sed τὸ ἐσθίειν καὶ φαγεῖν, id est, Vesci ac Cibum capere. Sed & fortassis γεύσασθαι, non ineptè conuerteris Prandere, Nam (vt placet Eustathio in librum Odyss. β) τὸ ἄριστον, ἐστὶ τὸ πρωῒ κομιζόμενον γεῦμα. ¶ *Mentis excessus*, ἔκστασις. Stuporis ac perculsionis nomen hîc non conueniret, quum neque stupidus, neque perculsus Petrus dicatur, sed quasi semoto ad tempus à corpore animo, cum Deo colloquutus. Non stupet igitur Petrus, sed Dei colloquio fruitur, & mysteria ipsius docetur: sed quasi secessit mẽs eius altius euecta, breui tamen ad sedes suas reditura, vt istud ipse Apostolus describit, 2. Cor. 12. 2.

11 *Extremis*, ἀρχαῖς, id est ἄκροις. Vulg. & Eras. ad verbum *Initiis*. ¶ *Deuinctum*, δεδεμένον. Hoc non legit Vulg. neque copulam adiunctam.

12 *Quæuis quadrupedia*, πάντα τὰ τετράποδα. Hîc manifestè apparet particulam vniuersalem pro indefinita poni, vt etiam accipienda est 1. Tim. 2. 4. Appellatio verò quadrupedum non tam latè hîc patet atque apud Physicos, sed domestica duntaxat complectitur, & quæ ad communem vsum hominũ ali solent, vt sunt cameli, equi, canes, boues, oues, porci, & alia id genus. Ideo adiungit τὰ θηρία, id est feras, quas non rectè prætermisit Vetus interpres. Eras. autem Bestias conuertit, vocabulo nimium generali. Sed rectius est fortassis quod Arabs & Latinus Vet. interpr. legerunt, nulla τῶν θηρίων mentione facta, nempe πάντα τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς. *quæuis quadrupedia & reptilia terræ.* Sed & Syrus sic habet, eo excepto quòd præponit speciebus genus. Legit enim πάντα τὰ ζῶα τετράποδα, &c. *Quæuis animalia quadrupedia*, &c. ¶ *Reptilia*, τὰ ἑρπετά. Vetus interpres, *serpentia*. quod mihi non displiceret, nisi vsus obtinuisset vt serpentum nomine τοὺς ὄφεις intelligeremus. Quàm latè verò pateat nomen τῶν ἑρπετῶν (quæ reptilia interpretor vocabulo Latinis non ita vsitato) apparet ex Leuit. cap. 11.

14 *Pollutum vel impurum*, κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον. Vulg. legit καὶ &, pro ἢ *vel*: malè. Crescit enim oratio, & habita legis ratione, Petrus κοινὸν vocat quod alioqui per se purum, tamen aliquo casu pollutum fuisset. Impura autem siue immunda, quædam erant, per se interdicto illarum vsu. Vide Marc. 7. 2.

15 *Ne polluito*, μὴ κοίνου. Sic etiam Arabs, id est, ne pro pollutis & impuris habeto, quamobrem etiam Vetus interpres cõuerterunt, *Ne commune dixeris*. Est enim hoc quoque genus dicendi petitum è medio, quoties factum pro dicto ponitur, vt in illo Virgilij ex Sileno, *Tum Phaetontiadas musco circumdat amaræ Corticis, atque solo proceras erigit alnos*. id est, canit circundatas, & erectas: sicut annotauit Linacer grammaticorum doctissimus.

17 *Quum autem apud se hæsitaret* [*cogitans*] ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει. Meus vetustissimus codex habet, ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο, διηπόρει ὁ Πέτρος, *Vt autem in sese factus est* (id est, quum ad se redijsset, antea nimirum ἐξεστηκώς) *incertus erat Petrus*, &c. similis locutionis exemplum est infrà 12. 11. ¶ *Quodnam esset*, τί ἂν εἴη. Id est, quid significaret, vulgata in his ce rebus metonymia.

Καταβὰς δὲ Πέτρος πρὸς τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτόν, εἶπεν, Ἰδού, ἐγώ εἰμι ὃν ζητεῖτε· τίς ἡ αἰτία δι' ἣν πάρεστε;

Οἱ δὲ εἶπον, Κορνήλιος ἑκατοντάρχης, ἀνὴρ δίκαιος καὶ φοβούμενος τὸν Θεόν, μαρτυρούμενός τε ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέλου ἁγίου μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι ῥήματα παρὰ σοῦ.

Εἰσκαλεσάμενος οὖν αὐτοὺς ἐξένισε. Τῇ δὲ ἐπαύριον ὁ Πέτρος ἐξῆλθε σὺν αὐτοῖς, καί τινες τῶν ἀδελφῶν τῶν ἀπὸ τῆς Ἰόππης συνῆλθον αὐτῷ.

Καὶ τῇ ἐπαύριον εἰσῆλθον εἰς τὴν Καισάρειαν. Ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτούς, συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους.

Ὡς δὲ ἐγένετο εἰσελθεῖν τὸν Πέτρον, συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος, πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας, προσεκύνησεν.

Ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸν ἤγειρε, λέγων, Ἀνάστηθι· κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι.

Καὶ συνομιλῶν αὐτῷ, εἰσῆλθε, καὶ εὑρίσκει συνεληλυθότας πολλούς.

Ἔφη τε πρὸς αὐτούς, Ὑμεῖς ἐπίστασθε ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ· καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον.

Διὸ καὶ ἀναντιρρήτως ἦλθον μεταπεμφθείς. Πυνθάνομαι οὖν τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με.

Καὶ ὁ Κορνήλιος ἔφη, Ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας, ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν ἐννάτην ὥραν προσευχόμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου· καὶ ἰδού, ἀνὴρ ἔστη ἐνώπιόν μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ.

21 Quũ descẽdisset ergo Petrus ad viros illos qui ad ipsum missi fuerant à Cornelio, dixit, Ecce, ego *is* sum quem quæritis: quæ causa est propter quam adestis?

22 Ipsi verò dixerũt, Cornelius centurio, vir iustus & timens Deũ, & ornatus testimonio totius gentis Iudæorum, diuinitus admonitus est ab Angelo sancto vt accerseret te domum suam, & abs te quædã audiret.

23 Intrò vocatos igitur eos accepit hospitio. Postridie verò Petrus abiit cum eis, & quidam ex fratribus Ioppensibus comitati sunt eum.

24 Et altero post die introierũt Cæsaream. Cornelius autẽ expectabat eos, cõuocatis cognatis suis & necessariis amicis.

25 Vt autem factum est vt introiret Petrus, occurrens ei Cornelius, & accidens ad eius pedes, adorauit.

26 Petrus verò erexit eũ, dicens, Surge: & ego ipse homo sum.

27 Et colloquens cum eo, ingressus est, inuenítque multos qui conuenerant:

28 Dixitque eis, Vos scitis Iudæo nefas esse propius adiungere se aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus ne quem pollutum vel impurum hominem dicerem.

29 Quapropter etiam nihil obloquutus veni accersitus. Percontor igitur qua ratione me accersiueritis.

30 Tum Cornelius ait, Nudiusquartus vsque ad hanc horam eram ieiunus, & hora nona orabam domi meæ: & ecce, quidam stetit ob oculos meos, veste splendida:

21 *Descendens autem Petrus ad viros, dixit, Ecce, ego sum quem quæritis: quæ causa est propter quam venistis?*

22 *Qui dixerunt, Cornelius centurio vir iustus & timens Deum, & testimonium habens ab vniuersa gẽte Iudæorum, responsum accepit ab Angelo sancto, accersire te in domũ suam, & audire verba abs te.*

23 *Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequenti autem die surgens profectus est cum illis: & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum.*

24 *Altera autem die introiuit Cæsaream. Cornelius verò expectabat illos, conuocatis cognatis suis & necessariis amicis.*

25 *Et factum est quum introisset Petrus obuius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius, adorauit.*

Adoratio religiosa vni Deo conuenit: ciuilis autẽ & immodica ne Apostolis quidem tribui debuit præsentibus, nedum absentibus & mortuis nedũ eorum simulachris.

26 *Petrus verò eleuauit eum dicens, Surge: & ego ipse homo sum.*

27 *Et loquens cum illo, intrauit, & inuenit multos qui conuenerant.*

28 *Dixitque ad illos, Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo cõiungi aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus neminem communem aut immundum dicere hominem.*

29 *Propter quòd sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo quam ob causam accersistis me.*

30 *Et Cornelius ait, A nudiusquarta die, vsque ad hanc horam orans eram hora nona in domo mea: & ecce, vir stetit ante me in veste candida:*

21 *Qui ad ipsum missi fuerant à Cornelio*, τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου. Totum hoc non legitur in Syra, Arabica, & vetere Latina editione, & Græco meo codice vetustissimo, nec addi necesse fuit, quum in τοὺς ἄνδρας, vis articuli sit ἀναφορική, idcirco non rectè ab eodem illo vetere Latino interprete prætermissi.

22 *Diuinitus admonitus est*, ἐχρηματίσθη. Vulg. *Responsum accepit*. Vide Matth. 2. 12.

24 *Necessariis amicis*, τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Sic legitur in omnibus nostris exemplaribus. Malim tamen cum Syro interprete interponere copulam. Differunt enim inter se Cognati, Necessarij, & Amici, suis quibusdam peculiaribus notis.

25 *Vt autem factum est*, &c. ὡς δὲ ἐγένετο. Id est, in ipso ingressu Petri, siue, quum Petrus in eo esset vt domum Cornelij ingrederetur, vt rectè exponunt Syrus & Arabs; ponitur enim εἰσελθεῖν pro εἰσέρχεσθαι, neque ad ingressum in vrbem ista referuntur. Sunt enim hæc non palam sed domi apud Cornelium gesta, & quidem in ipso ædium vestibulo, vt apparet ex vers. 27. 28. Vulg. *Et factũ est*, καὶ ἐγένετο δέ, perperam autẽ omnino interpretatur ἐν τῷ εἰσελθεῖν, *Quũ introisset*, vt videatur legisse, εἰσελθόντος Πέτρου, quod non quadrat, quum postea demum dicatur introiisse.

26 *Surge*, ἀνάστηθι. Num igitur Cornelius cogitauit adorationem religiosam & vni Deo debitam ad Petrum transferre? minimè profectò. Sed tanti serui Dei reuerentia perculsus, modũ non tenuit. Nã moderatè ciuilẽ hanc adorationem non fuisse, liquet ex Petri verbis. Quid si verò pedes etiam voluisset deosculari, num eos illi Petrus præbuisset? Et Petri scilicet est vicarius qui crepidæ osculum ab ipsis Regibus exigit.

28 *Propius adiungere se*, κολλᾶσθαι. Vide suprà 8. 29. ¶ *Ne quem pollutum*, μηδένα κοινόν. Vulgata, *communem*. Vide suprà vers. 14. Sed quînam id prohibetur Petrus dicere, quum omnes impuri & polluti nascamur? Est igitur quod generalius hîc dicitur ad id de quo agitur restringendum, nempe ad legalem illam distinctionẽ, quod ex ipsa quoque Petri oratione intelligitur.

29 *Nihil obloquutus*, ἀναντιρρήτως. Vulgata, *Sine dubitatione*, rectius (vt opinor) quam Erasmus, qui interpretatur *Incunctanter*. Cunctari enim negligentis est potius quàm hæsitantis.

30 *Nudiusquartus*, ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας. Vulgata, *A nudiusquarta die*, ambiguè. Nam hæc ita dici viderentur quasi quartum iam diem Cornelius ieiunasset. Varia est autem lectio huius loci. Nam vulgata non legit νηστεύων, *ieiunans*, & pro καὶ τὴν ἐννάτην ὥραν, legit κατὰ τὴν ἐννάτην ὥραν, *hora nona*. Syrus autem interpres omnino videtur legisse [illegible]

τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, *Die ab hac quarta ad hanc vsque horam eram ieiunus.* Arabs autem legit ἤμην προσευχόμενος, *orabam*, nulla ieiunij facta mentione, & κατὰ τὴν ἐννάτην ὥραν, id est *hora nona*. Beda verò notat Græcos scriptum habuisse μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ προσευχόμενος ἀπὸ τῆς ἕκτης ὥρας μέχρι τῆς ἐννάτης ὥρας, id est *Ad hanc vsque horam eram ieiunus, & orans ab hora sexta vsque ad horam nonam.* Nonnulli denique codices habent ἥμην, *sedens.* poeticum autem est prorsus ἥμην pro ἦν. ¶*Vsque ad hanc horam*, μέχρι ταύτης τῆς ὥρας. Hæc quoque formula loquendi petita est è medio. Neque enim horam præsentem declarat, sed duorum diuersorum dierum nonam: quod mox ipse explicat. nam καὶ ponitur in epexegesi.

Fides Cornelij ex inuocatione, & charitate sese patefecit. Sicut fides ex auditu nascitur, ita ex eodem nutritur & adolescit.

31 Καί φησι, Κορνήλιε, εἰσηκούσθη σου ἡ προσευχὴ, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

32 Πέμψον οὖν εἰς Ἰόππην, καὶ μετακάλεσαι Σίμωνα ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος· οὗτος ξενίζεται ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος βυρσέως παρὰ θάλασσαν· ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι.

33 Ἐξ αὐτῆς οὖν ἔπεμψα πρός σε· σύ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος. Νῦν οὖν πάντες ἡμεῖς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πάρεσμεν, ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

34 Ἀνοίξας δὲ Πέτρος τὸ στόμα εἶπεν, Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός·

35 Ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην δεκτὸς αὐτῷ ἐστι.

36 Τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσ-

31 Dixítque, Corneli, exauditæ sunt orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ in memoriam venerunt in conspectu Dei.

32 Mitte ergo Ioppâ, & accerse Simonē qui cognominatur Petrus: hic diuersatur in ædibus Simonis coriarij apud mare: qui quum aduenerit, loquetur tibi.

33 Eodem igitur *momento* misi ad te: & tu bene fecisti qui adueneris. Nunc ergo omnes nos in conspectu Dei adsumus, vt audiamus omnia quæ tibi præcepta sunt à Deo.

34 Petrus autem ore aperto dixit, Verè deprehendo ‖ Deum non respicere ad personam:

35 Sed in quauis gente acceptū ei esse quemuis qui eū timeat, & operam det iustitiæ.

36 Quem sermonem significa-

31 *Et ait, Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.*

32 *Mitte ergo in Ioppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare: is quum venerit, loquetur tibi.*

33 *Confestim ergo misi ad te: & tu bene fecisti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus, audire omnia quæcunque tibi præcepta sunt à Domino.*

34 *Aperiens autem Petrus os suum, dixit, in veritate cōperi quia non est personarum acceptor Deus:*

35 *Sed in omni gente, qui timet eū, & operatur iustitiam, acceptus est illi.*

36 *Verbum misit Deus*

Deut.10.17 2.par.19.12 iob.34.19 sapien.6.8 eccl.35.16 rom.2.11 galat.2.6 ephes.6.9 colos.3.25 1.pet.1.17

Sublatum est populorum discrimen aduentu Christi. Quis autem sit ei gratus, ex fide & iustitia intelligitur.

31 *In memoriam venerunt*, ἐμνήσθησαν. passiuè: id est Deus recordatus est eleemosynarum tuarum. Vide suprà vers.4.

33 *Eodem igitur* [*momento*,] ἐξ αὐτῆς οὖν. In Græcis subauditur ὥρας, quod putaui exprimendum. Vulg. & Erasmus, *Confestim.* ¶*Dei*, τοῦ Θεοῦ. Vetus Latinus, itémque Syrus interpres legit σοῦ, *tuo*, adstipulante quoque meo vetustissimo Græco codice.

34 *Non respicere ad personam*, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης. Vide Marc.12.14.

35 *Quemuis qui eum timeat*, ὁ φοβούμενος αὐτόν. Articuli vis hoc loco est ἀόριστος, aut potius rationem rei formalem indicat, quam vocant. veluti si dicā ὁ ἄνθρωπος ἐστι λογικὸν ζῶον, non certum hominem designabo, sed ipsam hominis speciem. Ideo conuertēdum potiùs fuit, *Quemuis qui timeat*, quàm, *Qui timet.* Cæterùm sæpe iam annotauimus, per timorem Dei apud Hebræos vniuersum Dei cultum declarari. ex quo intelligitur, quum sine fide nemo placere possit Deo, (vt disertè scriptum est Heb.11.6.) Cornelium non modò ante quàm baptizaretur, sed etiam antequàm Iesum sciret esse verum Messiam, verè tamen fidelem ac religiosum fuisse, quemadmodū ij omnes fuerunt qui in Christū venturū crediderūt. Inepti sunt igitur qui ex hoc loco conantur opera quæ vocant præparatoria & liberum arbitrium constituere, perinde acsi possemus bonos fructus edere antequam viti inseramur. Inepti etiam qui Spiritum sanctum & ipsius in nobis effecta Sacramentis alligant, & doctrinam ex opere operato stabiliunt: quum idcirco potius adhibeantur vt in infantibus quidem adoptionem, in adultis verò etiam fidem obsignent.

36 *Quem sermonem significauit*, τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε. Heb. את הדבר אשר [*Eth hadaber ascher.*] Nam vsitatum est Hebræis præponere antecedens relatiuo, etiam quando cum illo construitur, vt Matt. 21.42. λίθον ὃν pro ὃν λίθον. & infrà, 13.2. εἰς τὸ ἔργον ὃ, pro εἰς ὃ ἔργον. Articulus autem τὸν respōdet literæ ה in הדבר [*hadaber*,] vt significetur id referri ad præcedentia, per appositionem videlicet, nisi malimus subaudita præpositione κατὰ interpretari, *secundum eum sermonem quem misit* &c. quę tamen ellipsis est prorsus insolens. Vulg. non legit ὃν. nec etiam Athanasius oratione quinta hunc locum citans: & verbi nomine Christum ipsum intelligēs. Sed vbique legi Græcè, τὸν λόγον ὃν, &, vt opinor, hic est huius loci sensus, Nunc demum reipsa deprehendo, quicunque bene ac religiosè viuat, siue Iudæus sit, siue ex alia quauis gente, gratum esse Deo. id quod significauit Israelitis, quum annuntiaret pacem ac reconciliationem Dei cum hominibus, per Iesum Christum: qui non vnius gentis, sed omnium Dominus est. Hæc autem ita cohærent, vt ipsa series mihi quidem videatur istam explicationem planè confirmare. Est enim tacita quædam antithesis inter ministerium Mosis & Christi, id est inter Legem & Euangeliū. Nam Moses Legis minister fuit, & quidem vnis Iudæis: Euangelium verò (id est Christus ipse) potentia est Dei ad salutem cuiuis credenti, Iudæo primùm, deinde & Græco, Rom.1.16. Huc pertinet quod idem scribit Rom.3.29. Nunquid Iudæorum Deus tantùm? Et dirutam esse maceriam, Eph.2.14. Denique nunc demum fatetur Petrus se intelligere quod nuntiarant Angeli quum dicerent pacem esse in terra hominibus: item quod à resurrectione dixerat Dominus, sibi datam esse potestatem in cælo & in terra: id denique quod Dominus discedens ipsis cæterísque Apostolis præceperat, vt Euāgelium annuntiarent omni creaturæ. Sunt tamen qui hæc connectant cum verbo οἴδατε, ac sequente versiculo: sed ex omnibus codicibus Græcis vel manuscriptis vel impressis, nullus est (quem mihi quidem inspicere licuerit) qui sic ista distinguat. Præterea durum fuerit per parēthesin includere, οὗτός ἐστι πάντων Κύριος. Et quæri posset quomodo hæc dicat Petrus Cornelio, & ipsius amicis ac necessariis, ipsos videlicet nosse quid annuntiarit Christus, id est, ipsum Christi officium, quum ad hoc ipsum Cornelio prædicandum Petrus venisset. Etsi enim pius ac religiosus erat ille, tamen satis apparet eum de Iesu Christo nihil ante Petri aduentum amplius cognouisse, quàm quod de signis & miraculis per eum editis & singulari eius virtute ac pietate potuerat vel absens ex rumore, vel præsens etiam suis oculis cognoscere. Messiam autem hunc esse qui sua morte homines cum Deo reconciliasset, Cornelius cum suis, ante hunc diem nescierat, idcirco iussus ab Angelo Petrum accersere, vt eum crederet venisse, in quem vt venturum sperabat. Quomodo igitur hæc istis nota esse Petrus diceret? Sed & τὸν λόγον ὃν. i. ὃν λόγον, perinde possis interpretari ac si scriptum esset ὅτι, vel ὅπερ, *id quod.* Notum est quod sæpius iam annotaui דבר [*dabar*,] apud Hebræos non minus latè patere quàm πρᾶγμα apud Græcos, & Res apud Latinos. Sed tamen hæc vox magis propriè videtur hoc loco vsurpari, quia de prædicatione Euangelij agitur: quod κατ' ἐξοχὴν scimus τὸν λόγον vocari. quod sequutus Syrus interpres, vertit *Sermo enim is est*

est quem misit. Quod autem attinet ad verbum ἀπέστειλεν, in eo quoque sequutus est Lucas Hebræorum idiotismum, apud quos sæpe ex antecedente intelligitur consequens, vt pluribus annotauimus Marc. 8.11. & Luc.3.7. Hinc factum est vt ἀποστέλλειν accipiatur pro σημαίνειν, id est Mittere pro Significare per nuntium, eius rei causa missum. Vulg. *Verbum misit Deus*, quasi articulum ὃν non legerit nisi potius eum non intellectum præteriit. ¶*Qui est.* οὗτός ἐστιν Demonstratiuum pronomen positum est pro relatiuo, ex idiomate Hebræorum, cuius duo exempla prorsus similia extant Luc. 2.36. & 37. Item 7.12. & suprà 8.26. Quòd si etiam libuerit propriam significationem seruare, adscribendum erit punctum post Χριστοῦ, id est Christi. Ita vt sit hæc periodus μονόκωλος, & quasi per epiphonema dictum sit, Iste est omnium Dominus. Cur autem mihi non placeat ista per parenthesin accipere, dixi in superiore annotatione. Est igitur in hoc vno versiculo triplex Hebraismus. Vnus in τὸν λόγον ὃν, pro ὃν λόγον: alter in ἀπέστειλε, pro ἐσήμανε, vel ἐξηγήσατο: tertius in οὗτός ἐστι pro ὅς ἐστι.

ραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὗτός ἐστι πάντων Κύριος.

37 Ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης·

38 Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει, ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι ὁ Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ.

39 Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες πάντων ὧν ἐποίησεν ἔν τε τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ· ὃν ἀνεῖλον κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου.

40 Τοῦτον ὁ Θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι·

41 Οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἡμῖν, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

42 Καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ, καὶ διαμαρτύρασθαι ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν.

43 Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν.

44 Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον.

uit filiis Israelis euangelizans pacem per Iesum Christū, qui est omnium Dominus.

37 Vos nostis quod gestum est in tota Iudæa, initio facto à Galilæa, post baptisma quod prædicauit Ioannes:

38 Vt Iesum illum à Nazaretha vnxerit Deus Spiritu sancto & potentia, qui obambulauit beneficiis afficiens & sanans omnes sub diaboli potestatem redactos, quoniam Deus erat cum eo.

39 Et nos sumus testes omnium quæ in regione Iudæorū & Hierosolymis fecit: quem interemerunt suspensum in ligno.

40 Hunc Deus excitauit tertio die, fecitque vt conspicuus fieret.

41 Non toti populo, sed testibus quos ipse prius designauerat, *nimirum* nobis qui comedimus ac bibimus vnà cum eo, posteaquam resurrexit à mortuis.

42 Mandauit autē nobis vt prædicemus populo, ac etiam atq; etiam testificemur eum esse qui definitus sit à Deo index viuorum ac mortuorum.

43 ‖ Huic etiam omnes Prophetæ testimonium dant, ‖ remissionem peccatorum accepturū per nomen eius quemuis quis crediderit in eum.

44 Adhuc loquente Petro verba ista, illapsus est Spiritus sanctus in omnes qui audiebant hunc sermonem.

filijs Israel, annuntians pacem per Iesum Christum: hic est omnium Dominus.

37 *Vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudæam: incipiens enim à Galilæa post baptismum quod prædicauit Ioannes:*

38 *Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo.*

39 *Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno.*

40 *Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri:*

41 *Non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.*

42 *Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum ac mortuorum.*

43 *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.*

44 *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum.*

Summa Euangelij hæc est: Christum promissum patribus, & suo tempore exhibitum ac tandem pro nostri reconiliatione crucifixum Dei virtute, (quam modis omnibus ostendit) resurrexisse tertio die; vt quisquis in eū credit, remissione peccatorum accepta seruetur, & de supremo illo die rediturum eodem ipso viuorū ac mortuorum iudice patefiet.

Infrà.15.9 Iere.31.34 mich.7.18

Quod loquitur Verbi Minister ex Dei mandato, Spiritus Sanctus in corde obsignat, sic ex effectis apparet.

37 *Quod gestum est*, τὸ γενόμενον ῥῆμα. Vulg. *Verbum quod factum est.* Erasmus, *De quo sermone fama diuulgatum fuit.* Vide Luc.3.15.

38 *Vt Iesum illum à Nazaretha vnxerit Deus*, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεός. Particula ὡς per traiectionem explicanda est, cuius exemplū aliud occurrit Rom.12.3. Præterea abundat relatiuum αὐτὸν, ex more Hebræorū: quem pleonasmum qui negligunt, vel duplicem epanalepsin coguntur hîc constituere, (quasi videlicet Ἰησοῦν pertineat ad verbum οἴδατε) vel aliquod verbum foris accersere: vt is fecit qui conuertit, *Iesum* [*dico*] *à Nazaretha.* Syrus vertit, על ישוע [*hal Ieschuah*] *de Iesu*, περὶ τοῦ Ἰησοῦ. Arabs autem hoc mēbrum superiori vers. extremo annectit. Quod autem ad verbum Vngendi attinet, hæc quoque formula loquendi orta est ex Hebræorum cōsuetudine, apud quos vngebantur Reges, Sacerdotes ac Prophetæ. Inde factum vt dicantur vngi à Deo quos ipse donis ac virtutibus imbuit & exornat. Deinde peculiaris est allusio ad nomen משיח [*meschiah*,] quem Græci simili ratione vocant Χριστὸν, id est, *vnctum.* ¶*Deus erat cum eo*, ὁ Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ. Nempe vt ipsemet Christus exponit Ioh 10.37. & 38. non autem duntaxat ἐνεργητικῶς & ἐνεργητικῶς, vt in sanctis, sicut docuit Nestorius sed οὐσιωδῶς. Vide Mat.21.23. & Col.2.9.

41 *Quos ipse prius designauerat*, προκεχειροτονημένοις. Tot verbis vtendum fuit ad explicandam Græci vocabuli significationem. Vulg. *Præordinatis à Deo.* Eras. *Prius ad hoc delectis à Deo*: quas interpretationes minimè equidē reprehendo, sed tamen non piguit mutare quia ista Dei χειροτονία declarāt nō esse priuatum hoc munus de quo agitur, sed publicum, atque adeo præcipuū in Ecclesia. Quāuis enim Deus præsit Ecclesiæ suffragiis in legitima ministrorū designatione, tamē tacita quædā est hoc loco antithesis inter Dei χειροτονίαν & hominū suffragia. Sunt enim Apostoli immediatè (quod aiunt) ab ipso Christo (id est à Deo) designati, vt disertè quoque expressit Lucas in huius libri proœmio. Ideo quū de surrogādo Iudæ successore quæreretur, res est sorti commissa, tanquā arcano ipsius Dei iudicio: quod in aliis factum esse nusquā legimus, nec sanè (vt opinor) fieri temere debet. ¶*A mortuis*, ἐκ νεκρῶν. Arabs legit additum, τεσσαράκοντα ἡμέρας, 40 diebus vt etiā habet vet. cod. meus.

41 *Huic etiam omnes*, τούτῳ καὶ πάντες. Addidimus particulam καὶ ex fide veteris codicis. Videtur autem optimè conuenire, quum ad superiora testimonia istud quoque adiungatur.

45 Καὶ ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ ὅσοι συνῆλθον τῷ Πέτρῳ, ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκέχυται.

46 Ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις, καὶ μεγαλυνόντων τὸν Θεόν. Τότε ἀπεκρίθη ὁ Πέτρος,

45 Et fideles qui *erant* ex circũcisione, & venerant cum Petro, obstupuerunt, quòd etiam in Gentes effusum esset donum Spiritus sancti.

46 Audiebant enim eos loquẽtes linguis, ac magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus,

45 *Et obstupuerunt ex circuncisione fideles qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est.*

46 *Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus,*

45 *Fideles,* πιστοὶ. Id est Christum fide amplexi. Sic enim peculiari significatione vox ista in his libris accipitur. ¶ *Qui [erant] ex circuncisione,* οἱ ἐκ περιτομῆς. Id est ex Iudæis, quos Petrus secum adduxerat. Orta verò tandem eorum hæresi qui Iudaismum cum Christianismo coniungẽdum contendebant, ij demum cœperunt hoc nomine censeri, qui hoc dogma pertinaciter tuebantur.

DIGRESSIO DE DONO LINGVARVM, ET APOSTOLICO sermone.

46 *Loquentes linguis,* λαλούντων γλώσσαις. Primùm istud teneatur in hoc toto argumento, cuius vsus exponitur copiosè 1. Cor. 14. λαλεῖν γλώσσῃ & γλώσσαις dici qui apud alios peregrino idiomate loquuntur, & iis quos alloquuntur per se ignoto, quod est Hebræis לעז [*laaz.*] Etsi verò nihil magis inuitus facio quàm vt à quoquam dissentiam, in hoc præsertim genere scribendi, in quo satis scio fieri non posse quin ipse in varias reprehensiones incurram: tamen non possum hîc dissimulare, quæ Erasmus in hoc caput de linguarum dono disseruit, eiusmodi videri, vt piis omnibus meritò displiceant. Nam aut ego non sum assequutus quæ scribit, aut hùc tendunt omnia ipsius argumenta vt doceat sermonem Apostolorum non fuisse è Spiritu sancto. sic enim in margine annotatus est quæstionis status. Neque verò mihi quisquam hîc obiiciat de verbis hîc quæri, non de rebus ipsis. Id ego verò vt concedam, tamen hæc quæstio multo maioris est momenti quàm præ se ferat. Ecquis enim nõ videat, si semel sit constitutum ita balbutisse Apostolos, vt quæ scripserunt melius dici potuerint, quæ fenestra omniũ audaciæ ac libidini aperiatur? Id à me frustra non dici, vtinam nullis exemplis possem probare. Impurus ille Origenes dum in Epistolas Pauli suam illam synecdochen inuehit, quasi obscurè loquutus sit Paulus quum nos diceret fide iustificari, quid aliud eructat quàm infandam blasphemiam, quæ ex diametro pugnat cum præcipuo Christianæ religionis capite? Idem tractans locum illum ex octauo capite Epistolæ ad Romanos, τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει, quàm ineptè ἐν ᾧ ad Legem ceremonialem refert, vt non modò id de quo agebatur, sed etiam suum idioma videatur ignorasse? & nunc miramur Pauli hyperbatis, anantapodotis, amphiboliis offendi, qui id vnum videtur conatus vt Pauli doctrinam obscuraret? Erunt hæc plerisque fortassis παράδοξα, sed bene habet quòd libri extant, ex quibus siquis incorruptè velit iudicium ferre, nihil vereor ne nimium audacter videar loquutus. Chrysostomus certè longè aliter de Paulo sentit. Hieronymi verò iudicium in his quidem rebus quid aliud prodit quàm Origenis discipulum? liceat enim mihi, cum tanti viri pace, pro veritate παρρησιάζεσθαι. *Paulus,* inquit, *Græci penè sermonis fuit imperitus.* Atqui de Paulo non ita iudicarunt Athenæ ipsæ: neque Portius Festus, quòd barbarè nimis & obscurè loqueretur. *Erat,* inquit, *disertior in lingua Hebræa quàm in Græca.* Hoc verò vnde didicisti Hieronyme? nempe ex crebris Hebraismis qui in ipsius Epistolis occurrunt. Necessarium scilicet argumentum. Quid autẽ, Lucas ille Antiochenus an minus hebraissat quàm Paulus? Nempe multo minus, inquies: & scio multos in ea esse opinione. At ego hoc audeo affirmare, si vnum Marcum & Petrum excipias, Lucam nec pauciores nec minus peregrinos Hebraismos quàm cæteros omnes habere, nec mihi credi postulo, nisi id ita esse comperiat quisquis attentè singula expenderit. Illud verò quàm ridiculum? *Dissidet,* inquit, *posterior Epistola Petri à phrasi prioris, quòd in ea sit alio vsus interprete. Paulus ob id Titum desiderat quòd is esset in Græci sermonis facultate promptior.* Hæc verò siquis neget, quomodo tandem probarit Hieronymus? Sed esto, an idcirco isti ita barbarè & obscurè loquuti sunt, vt sermo eorum videri non possit à Spiritu sancto profectus? Istud verò iudicium de scriptis Apostolicis vtinam nostra hæc ætas prospiciat quò tandem sit euasurum. Nam eò res iam deuenit vt non modò qui ex ingenio aliquid commentantur, à consuetis & familiaribus Scripturæ verbis, tanquam obscuris, insipidis, obsoletis abhorreant: sed etiam qui Scripturam è Græco conuertunt in Latinum, aut aliud aliquod idioma, quiduis sibi in interpretando licere putent: quos si reprehendas, statim audies, interpretis officio fungi non qui verbum conuertat è verbo, sed qui sententiam exprimat. Ita fit vt dum quisque iudicium suum liberè sequi mauult, quàm religiosè Spiritus sancti interpretem agere, plurima non tam conuertat quàm peruertat: cui libidini & audaciæ nisi occurratur, næ aut ego vehementer fallor, aut intra paucos annos paulatim ipsarum quoque rerum possessione depellemur. Ergo non de nihilo hîc agitur, sed de re certè maximè necessaria. Audiamus igitur quid de linguarum dono sentiat Erasmus. Nempe hoc donum non fuisse perpetuum, id est, perpetuò illis non adfuisse, sed quoties ita vsus postulabat: sicut, inquit, nec semper sanabant ægrotos, nec semper excitabant mortuos. Hæc verò qua tandem ratione probat? *Semel,* inquit, *legimus Apostolos nouis linguis loquentes miraculo fuisse: & huius voluminis cap. 19, narrantur qui baptizati Spiritum sanctum acceperant, linguis loquuti & prophetasse.* Ad hæc ego respondeo. Verum quidem illud esse, Apostolos ita vsos fuisse Spiritus sancti donis vt vsus postulabat: sed, obsecro, quis propterea meritò colligat, hæc dona ipsis perpetuò non adfuisse? An medicus esse desinet qui tum demum medicina vtatur quum aut ad ægrotos vocabitur, aut ita flagitarit necessitas? Rationem autem illam quam adfert, suprà ostendimus nulla non modò ratione, sed ne idonea quidem coniectura niti. Certè debuerat Erasmus considerare quid hoc ipso capite commemoretur, vt hoc saltem Cornelij exemplum cæteris adiungeret. Viguisse autem in Ecclesiarum ordinariis cœtibus eo tempore linguarum donum, vel ex istis liquet, itémque ex Marci vltimo, & 1. Corinth. 12. 13. & 14. capitibus. Subiicit deinde Erasmus quale fuisse putet donum illud linguarum in Apostolis, nempe eiusmodi vt, quum vna lingua loquerẽtur, ab omnibus intelligerẽtur. Id verò etsi ex nonnullorũ veterum sententia scribit, quis tamen non videt absurdissimè dici? Nam hac ratione non in ipsos Apostolos, sed in eorum auditores Spiritus sanctus illapsus diceretur. Quid amplius? *Non est,* inquit, *necesse opinor, quidquid fuit in Apostolis, protinus tribuere miraculo. Homines erant, quædam ignorabant, in nonnullis errabant.* Hæc verò quorsum tandem dicuntur? Nempe vt eò tandem deueniatur, si donũ illud linguarũ non semper adfuit Apostolis, ne tum quidem adfuisse quum scriberent: At si hoc donum fuit eiusmodi non vt loquendi facultatẽ Apostolis adferret sed auditores faceret illis intelligendis idoneos, frustra nos contendimus Apostolos, quod ad ipsum sermonẽ attinet, fuisse Spiritus sancti organa. Quid ergo? à quo præceptore Græcam linguam illi didicerunt? *Nil mirum,* inquit, *Apostolos citra miraculum Græcè nouisse, quum Ægyptus ac Syria totáque Cilicia vulgo Græcè loqueretur.* Id verò Erasmus probet, Iudæis Græcum idioma tam fuisse familiare vt idiotis ac piscatoribus notum esse potuerit. *At illud postea cum Græcis versantes didicerunt.* Discere certè potuerunt, sed quum prius linguarum dono instructos esse oportuerit qui omnibus Gentibus essent Christum annuntiaturi, & disertè testetur Lucas id eos vno momento esse consequutos, vt audirentur infinitarum penè gentium linguis loquentes, cuius obsecro est iudicij, malle hæc industriæ tribuere quàm miraculo? Sed vt hoc quoque largiar, (neque enim de eo propriè quæritur) an idcirco efficitur, sermonem Apostolorum non fuisse à Spiritu sancto, quia vsu & diligentia Græcam linguam perdidicerunt? Audiamus ergo tandem firmissimam rationem. *Quum,* inquit, *ea quæ fiunt virtute diuina, perfectiora sint iis quæ fiunt naturæ ordine vel hominum industria, qui fit vt Apostolorum sermo non solùm impolitus sit & inconditus, verumetiam imperfectus, perturbatus,* ita

tus aliquoties planè soloecissans? Placebat Spiritui sancto sermonis simplicitas, sed iis carens incommodis quæ solent auditorum intelligentiam impedire. Atqui in his passim desudant Græci interpretes, quibus Demosthenes & Plato facilis erat & perspicuus. Hæc ille: quæ si vera sunt, quid superest nisi vt dicamus Apostolos in scribendo non adhibuisse eam perspicuitatem ac integritatem sermonis quæ necessaria erat, & quam ipse Spiritus sanctus requirebat? Sed absit à nobis, absit ista peruersa opinio, quæ (vt antè dixi) si semel inuecta fuerit in Ecclesiam Dei, actum est de Scripturæ auctoritate, ac proinde de totius Christianæ religionis incolumitate: adeo vafer est Satanas in nobis per obliquos ac penitus latentes cuniculos oppugnandis. Sic igitur potius constituo, Simplicitatem in Apostolicis scriptis summam agnosco, hyperbata, anantapodata, soloecismos etiã aliquos non diffiteor. Sed illud ego virtutẽ non vitium appello: qua de re post-ea dicam. Ab istis verò quis vel Demosthenem vel Homerum ipsum vindicarit? Sed hoc præterea dicere ausim, multa in Paulo videri hyperbata, multa anantapodata, quæ tamen nõ sunt: sed quia de rebus disserit à nostro sensu prorsus alienis, & pauci semper fuerũt qui ad legenda Apostolica scripta purũ, religiosum, attẽtum animum attulerint: pauci qui Hebraicos fontes adire sustinuerint, vnde isti tãquam riuuli deducti sunt: pauci qui precibus, vigiliis, assiduitate conati sint intelligentiæ lucem consequi: nihil mirum est plerosque in istis ita cæcutire vt sæpe nodum in scirpo inueniant, clamitent ambiguum esse quod est simplicissimum, putẽt non cohærere quæ tam exacta támque erudita methodo perscripta sunt, vt hoc ausim affirmare, nulla extare cuiusquam scripta in quibus par consensio ac omnium membrorum nexus appareat. Denique cæci homines, quia non agnoscunt tenebras in se esse inclusas, ideo Spiritus sancti sermonem vt tenebricosum refugiunt. Quod autem attinet ad sermonis simplicitatem, eam quidem ego non modò non reprehendo, sed etiam non possum satis admirari, & tamen quoties Paulo tonare libuit, non video quid fingi possit δεινότερον. In admonitionibus verò & exhortationibus quæ se prodit lenitas? quæ sermonis illecebræ? Legatur (vt vnum ex multis exemplum proferam) concio illa quam ad Ephesinam Ecclesiam habuit, soluens ex litore: quis illam absque lachrymis legerit? Quid quum carnis & spiritus certamen depingit, ad Romanos scribens? quum passim tonat quod sit diuini spiritus in Apostolica functione robur, & animi magnitudine suis suppeditanda? quum Philippenses obtestatur? quum Corinthiorum vanam eloquentiam ridet? quum de suo in gentiles suos amore testatur? In Ioanne verò quæ grauitas? in Petri concionibus quæ libertas, quæ maiestas apparet? Dicam certè quòd sentio, qui hac simplicitate pios animos magis afficiant, scriptores prorsus nullos extare. Neque de rebus ipsis loquor duntaxat, sed de verbis ac dicendi genere, quod quidem mirum & incredibile est, quum simplicissimum sit, ita tamen animos permouere vt diuinæ planè virtutis manifesti effectus sentiantur. Sed cur ista potius simplicitas placeret quàm ornata eloquutio, grauissimas causas habuerunt Apostoli: atque adeo cur interdum etiam balbutiendum, atque adeo soloecissandum cum vulgo putarent. Sic placuit Deo confundere huius seculi sapientes, vt ex professo Paulus aduersus Corinthios illos disertulos disserit. Deinde res illis erat maxima ex parte cum rudibus ac plebeiis hominibus: quorum sermonem siquis ad grammaticorum aut rhetorum præcepta exegerit, ineptè profectò fecerit. Vt autem Hebraismos permiscerent, non modò hæc causa fuit, quia Hebræi erant, (potuisset enim Spiritus sanctus hoc quicquid erat in ipsis emendare, si displicuisset) sed quia quum de iis rebus dissererent quæ Hebraicis literis erant traditæ, necesse fuit multa retinere, ne doctrinam quampiam nouam adferre viderentur. Et certè tam multos Hebraismos ab illis seruatos fuisse minimè miror, quum plerique sint eiusmodi vt nullo alio idiomate tam feliciter exprimi possint, imò interdum ne exprimi quidem: vt nisi illas formulas retinuissent, noua illis interdum vocabula & noua dicendi genera comminiscenda fuerint, quæ nemo planè intellexisset. Postremò (vt tandem dicendi finem faciam) quum hos vnos delegerit Deus, per quos scribi vellet quæcunque ad nostram salutem necessaria sunt, illud quoque nobis est constituendum, eundem illum Deum ita esse ipsorum linguas moderatum, vt ne verbum quidem temere ipsis exciderit, imo verò cuncta sic planè, aptè & appositè dixerint, vt planius ac melius à quoquam de his dici nunquam potuerit. Quicquid in his scriptum est aut ambiguum aut occultum, id partim nostræ cæcitati ac ignorantiæ tribuamus, partim ad acuendam nostram diligentiam id esse à Domino factum agnoscamus. Excitata sunt iterum nostris temporibus linguarum ac bonarum artiũ studia, accensa sunt diuinitus hominum ingenia veritatis ac lucis desiderio, patefacta plurimis Euangelij mysteria. Istis Dei donis certatim omnes pro fidei mensura vtamur, vt in timore ac tremore templũ illud Domini ædificetur. Absit autem à nobis in primis profana omnis cogitatio & blasphema audacia, vt sua Scripturæ maiestas & auctoritas sacra & inuiolabilis conseruetur. Hac enim salua non est quòd Satanam aut mundi insultus reformidemus: hac amissa, nihil iam superest quominus veritatis cognitio prorsus inter homines intereierit.

47 Μήτι τὸ ὕδωρ [illegible] δύναταί τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι [illegible] οἵτινες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον [illegible] καθὼς καὶ ἡμεῖς;

48 Προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Τότε ἠρώτησαν αὐτὸν ἐπιμεῖναι ἡμέρας τινάς.

47 Num quis aquam prohibere potest, quominus *videlicet* baptizentur isti qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos?

48 Et præcepit eos baptizari in nomen Domini. Tunc rogauerunt eum vt *ibi* permaneret ad dies aliquot.

47 *Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos?*

48 *Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum vt maneret apud eos aliquot diebus.*

Baptismus sanctos non facit, sed sanctificationem obsignat.

Κεφάλαιον ια.

1 ΗΚουσαν δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ ὄντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

2 Καὶ ὅτε ἀνέβη Πέτρος εἰς Ἱεροσόλυμα, διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς.

CAP. XI.

1 AVdierunt autem Apostoli & fratres qui erant in Iudæa, Gentes etiam recepisse sermonem Dei.

2 Quũ igitur ascendisset Petrus Hierosolymã, disceptarũt aduersus eũ qui *erant* ex circũcisione.

CAP. XI.

1 *AVdierunt autem Apostoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniam & Gentes receperunt verbum Dei.*

2 *Quũ autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circumcisione.*

Petrus immeritò reprehensus ab imperitis, non obiicit se à nemine iudicandum, sed palàm facti sui rationẽ reddit.

47 *Aquam,* τὸ ὕδωρ. Quidam hoc connectunt cum verbo βαπτισθῆναι, ita vt vel subaudiatur κατὰ, vel hoc sit dictum ex forma qua dicimus βαπτισθῆναι βάπτισμα. Sed præterquam quòd dura ac planè insolẽs fuerit ista traiectio, cuiusmodi est illud βαπτισθῆναι καθ' ὕδωρ, aut βαπτισθῆναι ὕδωρ pro ὕδατι, nisi quis κατὰ ὕδωρ accipiat pro ἐν ὕδατι. Simpliciter igitur illud interpretari malo, & τὸ μὴ sub. τοῦ explico per epexegesin: cuius exempla singulis penè versiculis occurrunt.

48 *In nomen Domini,* ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου. Magnam iniuriam faciunt Apostolis, qui formulam essentialem Baptismi præscriptam disertis verbis Matt. 28. 19 & tam acriter aduersus hæreticos propugnatam, tradunt mutatam fuisse ab Apostolis. Itaque verbis istis non formula ipsa Baptismi, sed finis & scopus describitur historiæ accommodatus, nempe, istos sic baptizatos Christo nomen dedisse, à quo tandem sint etiam Christiani appellati.

IN CAPVT XI.

2 *Qui [erant] ex circuncisione,* οἱ ἐκ περιτομῆς. Hinc iam incipit Lucas circuncisos credentes ab incircuncisis distinguere, sicut consueuit Paulus illos quidem Iudæos, istos verò Græcos appellare vt mox etiam Lucas v. 19. & 20. Cur igitur, inquies, Iudæos hîc non appellauit? nempe quoniam nimium generalis fuisset appellatio. Sic enim comprehensi fuissent qui in Ecclesia non censebantur, quibuscum

tamen non fuit Petro negotium) tum vt isti ab iis distinguantur, quos fratres vocauit, ab Apostolis videlicet & presbyteris Ecclesiæ, quos certum est cum Petro altercatos non esse. Denique sic voluit Lucas indicare huius controuersiæ originem, inde videlicet exortæ, quòd isti nondum nossent legis ceremonialis abrogationem, ideóque legem cum Euangelio coniungendam censerent. Hinc factum, vt qui postea dicuntur Petri verbis acquieuisse (aut ex iis saltem nonnulli) eò deuenerint vt saltem post baptismum circuncidendos esse Græcos censuerint, eóque nomine magnas turbas in Ecclesia excitarint. Cæterùm τὸ διακρίνεσθαι hîc sum interpretatus *Altercari* alibi verò *Addubitare*, quorum istud eorum est qui, quòd sint apud se de re quapiam incerti, secum rationes, vtrinque cōferunt: istud autem de iis dicitur qui alios volunt ad sententiam suā pertinaciùs pertrahere, vnde & pro certare accipitur, Iudæ 9.

3 Λέγοντες, Ὅτι πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας εἰσῆλθες, καὶ συνέφαγες αὐτοῖς.

4 Ἀρξάμενος δὲ ὁ Πέτρος ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς λέγων,

5 Ἐγὼ ἤμην ἐν πόλει Ἰόππῃ προσευχόμενος, καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα, καταβαῖνον σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιεμένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἦλθεν ἄχρις ἐμοῦ.

6 Εἰς ἣν ἀτενίσας κατενόουν, καὶ εἶδον τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετά, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ.

7 Ἤκουσα δὲ φωνῆς λεγούσης μοι, Ἀναστὰς Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε.

8 Εἶπον δέ, Μηδαμῶς, Κύριε· ὅτι πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον οὐδέποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου.

9 Ἀπεκρίθη δέ μοι φωνὴ ἐκ δευτέρου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου.

10 Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν οὐρανόν.

11 Καὶ ἰδού, ἐξαυτῆς τρεῖς ἄνδρες ἐπέστησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐν ᾗ ἤμην, ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Καισαρείας πρός με.

12 Εἶπε δέ μοι τὸ Πνεῦμα συνελθεῖν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενον. Ἦλθον δὲ σὺν ἐμοὶ καὶ οἱ ἓξ ἀδελφοὶ οὗτοι, καὶ εἰσήλθομεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρός.

13 Ἀπήγγειλέ τε ἡμῖν πῶς εἶδε τὸν ἄγγελον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ σταθέντα καὶ εἰπόντα αὐτῷ, Ἀπόστειλον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον·

14 Ὃς λαλήσει ῥήματα πρὸς σὲ ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου.

15 Ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ.

16 Ἐμνήσθην δὲ τοῦ ῥήματος Κυρίου, ὡς ἔλεγεν, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

3 Dicentes, Ad viros præputiū habentes introisti, & vnà edisti cum eis.

4 Exorsus autem Petrus *omnia* exposuit eis ordine, dicens,

5 Ego erā in ciuitate Ioppa, orās: & visum in mentis excessu vidi, *nempe* descēdens vas quoddā, ceu linteum magnum, quod quatuor extremis demittebatur è cælo, & ad me vsque venit.

6 In quod quum intendissem oculos, animaduerti, & vidi quadrupedia terræ, & feras, & reptilia, & volucres cæli.

7 Audiui autem vocem dicentem mihi, Surge Petre, macta & ede.

8 Dixi verò, Nequaquam Domine: nam nihil commune aut impurum vnquam introiuit in os meum.

9 Respondit autem mihi vox secundò è cælo, Quæ Deus purificauit, tu ne polluito.

10 Idque ter factum est, & rursus omnia sursum retracta sunt in cælum.

11 Tū ecce, eodē momento tres viri superuenerunt in ædes in quib⁹ erā, Cæsarea missi ad me.

12 Dixit verò mihi spiritus vt irem cum eis, nihil addubitans. Venerunt autem mecum etiam sex isti fratres, & ingressi sumus domum viri illius.

13 Qui renuntiauit nobis quomodo vidisset Angelum domi suæ, qui adstitisset ac dixisset ipsi, Mitte aliquos Ioppam, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus:

14 Qui tibi ea dicturus est per quæ tu serueris & tota domus tua.

15 Quum autem cœpissem loqui, illapsus est Spiritus sanctus in eos, quemadmodum & in nos in principio.

16 Recordatus sum verò illius dicti Domini, quum diceret, Ioannes quidem baptizauit aqua, vos verò baptizabimini Spiritu sancto.

3 *Dicentes, Quare introisti ad viros præputiū habentes, & mādacasti cum illis?*

4 *Incipiens autē Petrus exponebat illis ordine, dicens,*

5 *Ego eram in ciuitate Ioppæ orans: & vidi in excessu mentis visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis summitti de cælo, & venit vsque ad me.*

6 *In quod intuens considerabam, & vidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia, & volatilia cæli.*

7 *Audiui autem & vocē dicentem mihi, Surge Petre, occide & manduca.*

8 *Dixi autem, Nequaquam Domine, quia omne commune aut immundum nunquam introiuit in os meum.*

9 *Respondit autem mihi vox secundò de cælo, Quæ Deus mundauit, tu ne cōmune dixeris.*

10 *Hoc autem factum est per ter: & recepta sunt omnia rursum in cælum.*

11 *Et ecce, viri tres confestim adstiterunt in domo in qua eram, missi à Cæsarea ad me.*

12 *Dixit autem Spiritus mihi vt irem cum illis, nihil hæsitans. Venerunt autem mecum & sex fratres isti, & ingressi sumus in domum viri.*

13 *Narrauit autem nobis quomodo vidisset Angelum in domo sua, stantem & dicentem sibi, Mitte in Ioppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus:*

14 *Qui loquetur tibi verba in quibus saluus eris tu & vniuersa domus tua.*

15 *Quum autem cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio.*

16 *Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat, Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.*

3 *Introisti*, εἰσῆλθες. Vulg. *Quare introisti*, ita videlicet vt ὅτι pro διότι intelligatur. Ego verò in nullis codicibus adscriptam inuenio interrogationis notam. Itaque puto expostulationem potius esse quàm percontationem. ¶ *In excessu*, ἐν ἐκστάσει. Vide suprà 10.10.

6 [illegible] Vide suprà 10.12.

12 *Vt irem cum eis*, συνελθεῖν αὐτοῖς. Rectè. Vsus enim est suprà verbo συνελθεῖν, 10.45. ¶ *Viri illius*, τοῦ ἀνδρός, eius videlicet, de quo mecum egistis, quod ad eum sim ingressus. Itaque malè fuit vis articuli [illegible] neglecta.

14 *Per quæ*, ἐν οἷς. Vulg. *in quibus*. Hebraismus Latinis insolens, pro δι᾽ ὧν.

17 Post-

17 Εἰ οὖν τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ὡς καὶ ἡμῖν, πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἐγὼ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν;

18 Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα ἡσύχασαν, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν, λέγοντες, Ἄραγε καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν.

19 Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ, διῆλθον ἕως Φοινίκης, καὶ Κύπρου, καὶ Ἀντιοχείας, μηδενὶ λαλοῦντες τὸν λόγον εἰ μὴ μόνον Ἰουδαίοις.

20 Ἦσαν δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἄνδρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι, οἵτινες εἰσελθόντες εἰς Ἀντιόχειαν, ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς, εὐαγγελιζόμενοι τὸν Κύριον Ἰησοῦν.

21 Καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου μετ' αὐτῶν· πολύς τε ἀριθμὸς πιστεύσας ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον.

22 Ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ αὐτῶν· καὶ ἐξαπέστειλαν Βαρνάβαν διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας.

23 Ὃς παραγενόμενος καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ἐχάρη, καὶ παρεκάλει πάντας τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ Κυρίῳ.

24 Ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως. καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ Κυρίῳ.

25 Ἐξῆλθε δὲ εἰς Ταρσὸν ὁ Βαρνάβας ἀναζητῆσαι Σαῦλον· καὶ εὑρὼν αὐτὸν ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἀντιόχειαν.

26 Ἐγένετο δὲ αὐτοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανόν, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν

17 Postquā igitur par illud donū dedit eis Deus vt & nobis, quum crediderunt in Dominū Iesum Christum, quis eram ego qui Deum possem inhibere?

18 His autem auditis quieuerunt, & glorificauerunt Deum, dicentes, Nempe etiam Gentibus Deus resipiscentiam dedit ad vitam.

19 Cæterùm qui dispersi fuerant ex afflictione orta ob Stephanum, transierunt vsque in Phœniciam, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquētes sermonem *Dei* nisi solis Iudæis.

20 Erant autem quidam Cyprij & Cyrenenses, qui ingressi Antiochiam, loquuti sunt Græcis euangelizantes Dominum Iesum.

21 Fuit autem manus Domini cum eis: multúsque numerus fide ipsis habita conuersus est ad Dominum.

22 Peruenit autem hic rumor ad aures Ecclesiæ quæ erat Hierosolymis. Miserunt igitur Barnabam vt pergeret Antiochiā vsque.

23 Qui quum aduenisset, & vidisset gratiam Dei gauisus est, & hortatus est omnes vt proposito cordis permanerēt cum Domino.

24 Nam erat vir bonus & plenus Spiritu sancto & fide. & adiuncta est non parua turba Domino.

25 Abiit autem Barnabas Tarsum, vt requireret Saulum: & eum inuentum duxit Antiochiam.

26 Factúmque est vt annum totum congregarētur in Ecclesia, doceréntque turbā non paruā,

17 *Si ergo eandem gratiā dedit illis Deus, sicut & nobis qui credidimus in Dominum Iesum Christū: ego quis eram qui possem prohibere Deum?*

18 *His auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum, dicentes, Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.*

19 *Et illi quidem qui dispersi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano perambulauerunt vsque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes Verbū nisi solis Iudæis.*

20 *Erant autem quidā ex eis viri Cyprij & Cyrenæi qui quum introissent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, annūtiantes Dominum Iesum.*

21 *Et erat manus Domini cum eis: multúsque numerus credentium conuersus est ad Dominum.*

22 *Peruenit autem sermo ad aures Ecclesiæ quæ erat Ierosolymis, super istis: & miserunt Barnabam vsque ad Antiochiam.*

23 *Qui quum peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino.*

24 *Quia erat vir bonus & plenus Spiritu sancto & fide. & apposita est multa turba Domino.*

25 *Profectus est autē Tarsum vt quæreret Saulum: quem quū inuenisset, perduxit Antiochiam.*

26 *Et annum totum cōuersati sunt ibi in Ecclesia, & docuerunt turbā multam, ita vt cognominaren-*

De veritate incompertā quærentes, placide audiendi: sed vicissim eiusdem declarationi acquiescendum est.

Dispersio Ecclesiæ Hierosolymitanæ, fuit multarū aliarum collectionis occasio.

Antiochenam Ecclesiam (id est nouā quandam Gentium Hierusalem) extraordinariæ vocationi debemus.

Extraordinariam vocationem non temerè damnāt Apostoli, sed tamen ex effectis diiudicant.

Nulla fuit inter Apostolos de vsurpandis aut retinendis sedibus ac gradibus contentio.

17 *Postquam igitur*, Εἰ οὖν. Εἰ pro ἐπεὶ vel ἐπειδή, vt annotauimus suprà, 4.9. ¶ *Quum crediderunt*, πιστεύσασιν, i. ὅτι ἐπίστευσαν. Vulg. *Qui credidimus*, perperam. Est enim hoc referendum non ad ἡμῖν *nobis*, sed ad ἔθνεσιν, *gentibus*. vt ex Syra & Arabica interpretatione liquet. ¶ *Ego quis eram*, ἐγὼ τίς ἤμην. Expunxi particulam δέ, fretus veteris interpretis Latini, & vetustissimi codicis mei auctoritate. Sed & fortasse rectius legeris εἰμὶ *sum*. Nam istud ἤμην penitus poëticum est, vt etiam suprà annotaui, 10.30.

19 [*Dei*] τοῦ Θεοῦ. Hoc suppleui ex vers. 1.

20 *Loquuti sunt Græcis*, ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς. Quum hoc loco opponi videantur Ἑλληνισταὶ Iudæis, quorū mentio facta est in superiore versiculo, & Antiochenam Ecclesiam constet veluti nouam quandam Gentium Hierusalem fuisse, apparet Ἑλληνιστῶν appellatione non prouinciales vel proselytos Iudæos, id est hûc & illuc dispersos, sed ipsos etiam intelligi ex Gentibus, qui alibi vocantur à Luca σεβόμενοι, id est qui eò vsque profecerant ex consortio dispersorum Iudæorum, vt idololatria damnata Deum per Mosen & Prophetas loquutum agnoscerent, licet incircūcisi, qualem fuisse Cornelium ex historia præcedente liquet. Sic enim Deo visum est paulatim Gentibus aditū ad plenam Dei cognitionem aperire. Itaque Ἑλληνιστῶν appellatio minus hîc latè patet quàm suprà 6.1. nec tamen comprehendit in genere τὰ ἔθνη siue τοὺς Ἕλληνας quibus destinatus fuit Paulus peculiariter. Alioqui non dubito quin si isti fuissent Iudæi, iam tum fuerint, accedentibus in ipsorum cœtum Græcis, eam cōtrouersiam moturi quæ tandem etiam fuit excitata, sed per eos qui ex Iudæa venerant, vt disertè dicitur infrà, 15.1, & 24. quum antea tranquilla fuisset Ecclesia Antiochena, annis (vt mihi quidem videtur) non paucis: siquidem post quatuordecim demum annos ascendit Paulus Hierosolymam, vt cum Apostolis conferret de ea doctrina quam inter Gentes promulgarat, Gal 2.1.

21 *Fuit autem manus Domini*, καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου. Vide Lucam 1.66.

22 *Vt pergeret Antiochiam vsque*, διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας. Vulg. legit εἰς Ἀντιόχειαν, Antiochiam.

23 *Proposito cordis* τῇ προθέσει τῆς καρδίας. Id est, non frigidè nec simulatè, sed syncero & ardente studio, sicut Gallicè dicimus, *de deliberation & resolution de cœur*. quod Hebræi Totius cordis appellatione significant. vt verterunt Syrus & Arabs interpretes. nisi malimus eos legisse non τῇ προθέσει sed τῇ ὅλῃ καρδίᾳ. Vulg. *In proposito cordis*, ἐν τῇ προθέσει τῆς καρδίας, quod nusquam Græcè scriptum inueni.

Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς.

27 Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων προφῆται εἰς Ἀντιόχειαν.

28 Ἀναστὰς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἄγαβος, ἐσήμανε διὰ τοῦ Πνεύματος, λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ᾽ ὅλην τὴν οἰκουμένην· ὅστις καὶ ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος.

29 Τῶν δὲ μαθητῶν καθὼς ηὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς.

30 Ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου.

Κεφάλαιον ιβ.

1 ΚΑΤ᾽ ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας.

2 Ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου, μαχαίρᾳ.

3 Καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον. (ἦσαν δὲ ἡμέραι τῶν Ἀζύμων)

4 Ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς φυλακήν, παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν, βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ.

5 Ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ· προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ.

6 Ὅτε δὲ ἔμελλεν αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρώδης, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοι-

& discipuli nominarentur primùm Antiochiæ Christiani.

27 Per id tempus autem descenderunt Hierosolymis Prophetæ Antiochiam.

28 Et vnus eorum surgens, nomine Agabus, significauit per Spiritum, famem magnam futuram in toto terrarum orbe: quæ etiam fuit sub Claudio Cæsare.

29 Singuli verò discipulorum, prout cuique suppetebat, decreuerunt subministrationis causa mittere *aliquid* fratribus habitantibus in Iudæa.

30 Quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manum Barnabæ & Sauli.

CAP. XII.

1 CÆterùm per id tẽpus iniectis rex Herodes manibus malè accepit nonnullos ex Ecclesia.

2 Interemit autem Iacobum fratrem Ioannis, gladio.

3 Et quum vidisset *hoc* placere Iudæis, perrexit cõprehendere etiam Petrum: (erant autem dies Azymorum)

4 Quẽ etiam prehensum, coniecit in carcerem, traditũ quatuor quaternionibus militum vt eum custodirent: volens eũ post pascha producere populo.

5 Petrus igitur asseruabatur in carcere: orationes autem assiduæ fiebãt ab Ecclesia ad Deum pro ipso.

6 Quum verò producturus esset eũ Herodes, nocte illa dormiebat Petrus inter duos mili-

tur primùm Antiochiæ discipuli Christiani.

27 *In his autem diebus superuenerunt ab Ierosolymis Prophetæ Antiochiam.*

28 *Et surgens vnus ex eis, nomine Agabus, significabat per Spiritum, famem magnam futuram in vniuerso orbe terrarum: quæ facta est sub Claudio Cæsare.*

29 *Discipuli autem, prout quis habebat, proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus.*

30 *Quod & fecerunt mittentes ad Seniores per manus Barnabæ & Sauli.*

CAP. XII.

1 *EOdem autem tempore misit Herodes rex manus vt affligeret quosdam de Ecclesia.*

2 *Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis, gladio.*

3 *Videns autẽ quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum: (erant autem dies Azymorum)*

4 *Quem quũ apprehendisset, misit in carcerem, tradẽs quatuor quaternionibus militũ ad custodiendum eũ: volens post pascha producere eum populo.*

5 *Et Petrus quidẽ seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.*

6 *Quum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos mili-*

Dominus suis flagellis sic cũ impiis inuoluit Ecclesiam, vt tamen ei quacunque ratione expedit, in tempore prospiciat.

Ecclesiæ omnes vnum corpus cõstituũt.

Concedit quidem inducias Ecclesiæ suæ Dominus, sed ad tempus.

Tyrannorum vetus mos est piorum sanguine redimere impiorum gratiam.

Tyranni sibilipsis crucem figunt tum quoque quum agunt ex animi sui sententia.

Preces consilia tyrannorũ euertunt, Angelos à Deo impetrant, carcerem perfringunt, catenas dissoluunt, Satana denique profligato, Ecclesia seruatis.

26 *Nominarentur*, χρηματίσαι. Id est ὀνομάζεσθαι. Plutarchus. Νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις, μὴ πατρόθεν ἀλλ᾽ ἀπὸ μητρὸς χρηματίζειν. Erasmus annotat hinc dictam vocem, quòd cognomen ex officio quo quis fungitur, addi soleat. Respondet autem Latino verbo obsoleto Cluere. De alia verò prorsus diuersa huius verbi significatione, vide Matth. 2.12. Cæterùm ista ab ipso Christo denominatio, non vt Dei seruo, sed vt Filio, cui Pater ille totius suæ familiæ administrationem tribuit. Ioan. 13.13. Hebr. 3.6. nihil eos excusat, immo redarguit, qui dum volunt ex suis doctoribus, etiam bonis, nuncupari, huic sanè vt vnico Domino renuntiant, teste Apostolo 1. Cor. 3.5. Et vtinam hîc tantùm in nominibus peccaretur. Diuinitus autem factum est vt Locustæ, quos nostra memoria puteus abyssi euomuit, callidè pro Monachis, & à suo Ignatio Ignatianis, Clerici societatis Iesu & Iesuitæ voluerint cognominari: sic nimirum imprudentes testati, dum commune Christianorum nomen fastidiunt, se nouum Iesum, qui non sit Christus, sectari, & eum esse clerum qui minimè sit Christianus. His verò quid facias, quos non tam à Christo quàm ab illo suo idolo (chrismate, inquam, illo quod etiam salutare, & plenis buccis adorare ipsos non pudet) se Christianos dici contendunt?

¶ 28 *Sub Claudio Cæsare*, ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος. In Latinis veteribus non apponitur *Cæsare*, quod tamen est in Syra & Arabica versione, quanuis [illegible] necesse non fuit. Huius autem famis meminerunt etiam Sueto. in Claudio, & Ioseph. Antiq. lib. 20. cap. 2.

29 *Subministrationis causa*, εἰς διακονίαν. Vulgata ad verbum, *In ministerium*, id est, vt ex eo possent diaconi pauperibus subuenire. Omnia enim rite & ordine administrari oportuit: quamobrem etiam dicuntur hæc misisse ad presbyteros: id est, ad Ecclesiæ gubernatores, de quibus Paulus 1. Tim. 5.17.

IN CAPVT XII.

1 *Iniectis manibus*, ἐπέβαλεν τὰς χεῖρας. Regia videlicet auctoritate abutens, indicta causa, neque præeunte vlla legitima causæ cognitione: quod Gallicè dicitur, *vser de main mise*, vt etiam ex iure patri in filium, & patrono in libertum erat manus iniectio. Est autem perturbata & durior hoc loco constructio verborum, quam propterea Syrus interpres & Arabs emollire studuerunt. Dicendum enim fuit potius ἐπέβαλεν τὰς χεῖρας ἐκάκωσε. ¶ *Herodes*, Ἡρώδης. Hic est quem Iosephus Agrippam vocat, quod etiam Syrus interpres exprimit, Herodis magni nepos ex Aristobulo, & frater Herodiadis quæ cum Herode tetrarcha consueuerat, eius Agrippæ pater cuius fit mentio infrà, cap. 25. & 26. Huius autem obitum commemorat idem Iosephus libr. Antiq. 19. cap. 7. ¶ *Malè accepit*, κακῶσαι. Non potui hanc vocem aptius interpretari, siquidem mihi mollius visum est Affligendi verbum. Distinguenda est autem ista κάκωσις à cæde Iacobi quæ postea commemoratur, & Petri prehensione, vt ita significetur nonnullos præterea fuisse pulsatos, pugnis cæsos, & aliis iniuriis maximis affectos, sicut euenire in istiusmodi rebus, præsertim proposita impunitate, consueuit. [illegible] autem verbum paulò aliter accipitur infrà, 14.2.

5 *Assiduæ*, ἐκτενής. Vel, Intentæ, si ad animorum ardorem placet referre. Vulg. & Eras. *Sine intermissione*, i. ἀδιαλείπτως.

μώμενος μεταξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένος ἁλύσεσι δυσί, φύλακές τε πρὸ τῆς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακήν.

7 Καὶ ἰδού, ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι· πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, ἤγειρεν αὐτόν, λέγων, Ἀνάστα ἐν τάχει. Καὶ ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν.

8 Εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν, Περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Ἐποίησε δὲ οὕτω. Καὶ λέγει αὐτῷ, Περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι.

9 Καὶ ἐξελθὼν ἠκολούθει αὐτῷ, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ἀληθές ἐστι τὸ γινόμενον διὰ τοῦ ἀγγέλου· ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν.

10 Διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν, τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐτομάτη ἠνοίχθη αὐτοῖς· καὶ ἐξελθόντες προῆλθον ῥύμην μίαν· καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ᾽ αὐτοῦ.

11 Καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, εἶπε, Νῦν οἶδα ἀληθῶς ὅτι ἐξαπέστειλε Κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρώδου, καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων.

12 Συνιδών τε ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου, τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου, οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι.

13 Κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι, ὀνόματι Ῥόδη.

14 Καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα, εἰσδραμοῦσα δὲ ἀπήγγειλεν ἑστάναι τὸν Πέτρον πρὸ τοῦ πυλῶνος.

15 Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπον, Μαίνῃ. Ἡ δὲ διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν. Οἱ δ᾽ ἔλεγον, Ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν.

16 Ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρούων· ἀνοί-

tes, vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium obseruabant carcerem.

7 Et ecce, Angelus Domini superuenit, & lux splenduit in carcere: & pulsato latere Petri excitauit eum, dicẽs, Surge, cito. Et exciderunt ei catenæ ex manibus.

8 Dixitque ei Angelus, Præcinge *te*, & subliga sandalia tua. Fecit autem ita. Tũ *ille* dixit ei, Amicitor pallio tuo, & sequere me.

9 Itaque egressus *Petrus* sequebatur eum, nec sciebat verum esse quod fiebat per Angelũ, sed putabat *se* Visum *aliquod* cernere.

10 Quum autẽ transiuissent primam ac secundam custodiam, venerũt ad portam Ferreã, quæ ducit in ciuitatẽ, quæ sua sponte aperta est eis: & egressi progressi sunt per vicum illum: & statim abscessit Angelus ab eo.

11 Tum Petrus ad se reuersus dixit, Nunc verè agnosco Dominum emisisse Angelum suũ, & eruisse me è manu Herodis & ex omni expectatione populi Iudæorum.

12 Et *re* apud se considerata, venit domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominabatur Marcus, vbi erant non pauci congregati & orantes.

13 Quum pulsasset autem Petrus ostium vestibuli, prodiit puella vt subauscultaret, nomine Rhode.

14 Quæ agnita voce Petri, præ gaudio nõ aperuit vestibulum, sed intrò currens renuntiauit adstare Petrum ante vestibulũ.

15 Illi verò dixerunt ei, Insanis. Illa autẽ asseuerebat ita se *rem* habere. At illi dicebant, Angelus eius est.

16 Petrus verò *ibi* perseuerabat

tes, vinctus catenis duabus & custodes ante ostiũ custodiebant carcerem.

7 *Et ecce Angelus Domini adstitit, & lumen refulsit in habitaculo: percussóque latere Petri, excitauit eum, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius.*

8 *Dixit autem Angelus ad eum Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi, Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me.*

9 *Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre.*

10 *Trãseuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam Ferreã, quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltro aperta est eis: & exeũtes processerunt vicum vnum & continuò discessit Angelus ab eo.*

11 *Et Petrus ad se reuersus dixit, Nunc scio verè quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis & de omni expectatione plebis Iudæorum.*

12 *Considerãnsque venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, vbi erant multi congregati & orantes.*

13 *Pulsante autem eo ostiũ ianuæ, processit puella ad videndum, nomine Rhode.*

14 *Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, sed intrò currens nuntiauit stare Petrum ante ianuam.*

15 *At illi dixerunt ad eã, Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant, Angelus eius est.*

16 *Petrus autem perseue-*

Sacri nocturni conuentus tũ virorum tum mulierũ (quũ diurnis locus non datur) Apostolico exẽplo comprobantur.

Plus etiam à Deo impetramus quàm ausimus sperare.

7 *In carcere*, ἐν τῷ οἰκήματι. Sic honestiore vocabulo carcerem auctore Solone, Athenis dictum fuisse, testatur Plutarchus in illius vita. Videtur tamen significari hoc loco non totus carcer, sed ea pars in qua vinctus erat Petrus, quamuis Syrus interpres verterit בביתא [*baietha*] *domo*, addita particula בכלה [*bechuleh*] *in tota*. Vulg. & Erasm. *In habitaculo*, quod nomen neque Latinum est, opinor, nec huic sententiæ conuenit.

10 *Custodiam*, φυλακήν, i. primas & secundas excubias. ¶ *In ciuitatem*, εἰς τὴν πόλιν. A carcere videlicet. Vix enim credibile est carcerem extra ciuitatis mœnia situm fuisse.

11 *Ad se reuersus*, γενόμενος ἐν ἑαυτῷ. Ad verbum, Factus in sese. Nam antea prorsus attonitus, quasi extra se erat. Latinis verò dicitur Apud se non esse qui ita perculsus est vt sui non sit compos. Vide suprà, 10.10.

12 *Non pauci*, ἱκανοί. & ij quidem ex priuatis, neque vt coactus Ecclesiæ cœtus, sicut apparet ex vers. 17.

13 *Vt subauscultaret*, ὑπακοῦσαι. Syrus vertit דתענייוהי [*dethenuuhi*] *ad respondendum*. Sed præstat propriam significationem Græci verbi retinere. Nec enim dubium est quin versati sint pij tunc temporis in maximo metu, ideóque sit hæc puella summissa, quæ prudenter ante ianuæ apertionem exploraret quis fores, intempesta præsertim nocte, pulsasset. Vulgata, *ad videndum* pro *ad audiendum*.

15 *Insanis*, μαίνῃ. Vel, *Num insanis?* Nam in duobus exemplaribus reperimus adscriptam interrogationis notam. ¶ *Angelus eius est*, ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν. Apparet Ecclesiam eo tempore, præterquam quòd ex Dei verbo norat fideles præsidio Angelorum esse circunseptos, etiam huiusmodi visis assueuisse. Loquuntur enim de Petri Angelo vt de re minimè noua aut ambigua. Qui plebeios & vulgares homines putant, quum hæc dicerent, ex vulgi opinione loquutos, vereor ne cum Sadducæis dubitent an sint Angeli, aut ne potius nullos esse arbitrentur. Non desunt etiam qui (neque id prorsus ineptè) hunc locum ita conuertant, Nuntius est ab eo, vt ἄγγελος non pro spiritu, sed pro homine accipiatur qui nuntius Petri, i. à Petro missus, aut de Petro aliquid nuntiaturus dicatur: sicut Angelus Domini dicitur nuntius missus à Domino.

ξαντες δὲ εἶδον αὐτὸν, καὶ ἐξέστησαν.

17 Κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾷν, διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς· εἶπε δὲ, Ἀπαγγείλατε Ἰακώβῳ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ταῦτα. Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον.

18 Γενομένης δὲ ἡμέρας ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο.

19 Ἡρώδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν, καὶ μὴ εὑρὼν ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι· καὶ κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Καισάρειαν, διέτριβεν.

20 Ἦν δὲ ὁ Ἡρώδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις· [illegible] δὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν, καὶ [illegible]σαντες Βλάστον τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, ᾐτοῦντο εἰρήνην· διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς.

21 Τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ὁ Ἡρώδης ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικὴν, καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς.

22 Ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει, Θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου.

23 Παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν

pulsare: quum autē aperuissent, viderunt eū, & perculsi fuerūt.

17 Ipse verò manu postulato ab ipsis silentio, narrauit eis quomodo Dominus ipsum eduxisset è carcere: dixítque, Renuntiate ista Iacobo & fratribus. Et egressus, profectus est in alium locum.

18 Orto autem die fuit tumultus non paruus inter milites quidnam factum esset Petro.

19 Herodes verò, quum eum requisiuisset, & non inuenisset, quæstione de custodibus habita, iussit eos ad suppliciū rapi. & quum descendisset à Iudæa Cæsaream, ibi commoratus est.

20 Herodes autem infenso animo erat in Tyrios & Sidonios: et illi concorditer venerunt ad eū, & persuaso Blasto qui præerat cubiculo regis, petebant pacem: eo quòd aleretur regio ipsorum ex regis ditione.

21 Statuto autem die, Herodes indutus veste regia, & cōsidens pro tribunali, concionabatur ad eos.

22 Populus verò acclamabat, Vox Dei, & non hominis.

23 Illico verò percussit eum Angelus Domini, eo quòd nō tri-

rabat pulsans: quum autē aperuissent, viderūt eum, & obstupuerunt.

17 *Annuens autem eis manu vt tacerent, narrauit quomodo Dominus eduxisset eum de carcere, dixítque, Nuntiate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus abyt in alium locum.*

18 *Facta autem die erat nō parua turbatio inter milites quidnā factum esset Petro.*

19 *Herodes autem quū requisisset eum, & nō inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci: descendénsque à Iudæa in Cæsaream, ibi commoratus est.*

20 *Erat autem iratus Tyriis & Sidoniis: at illi vnanimes venerunt ad eū, & persuaso Blasto qui erat super cubiculum regis, postulabāt pacem, eo quòd alerentur regiones eorum ab illo.*

21 *Statuto autem die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & cōcionabatur ad eos.*

22 *Populus autem acclamabat, Dei voces & non hominis.*

23 *Confestim autem percussit eum Angelus Domini*

Cedendum quidem interdum furori, sed ita vt nihilo negligentius fiat opus Domini.

Consilium malum tandem consultoribus pessimum.

Ecclesiæ hostium tristis & pudendus exitus.

Popularis adulatio stultos infatuat. Superbis Deus resistit.

17 *Manu postulato ab ipsis silentio*, κατασείσας αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾷν. Vulg. *annuens eis manu vt tacerent.* Atqui capitis est nutus, τὸ κατασείειν verò est mota deorsum manu quidpiam significare, vt ex Xenophonte docet Budæus: qui maximè proprius est gestus eorum qui audientiam petunt. Ideo additur σιγᾷν hoc in loco, quod supplendum est infrà 13.6. & 19.32. Ponitur autem modo absolutè pro σημαίνειν cum tertio casu vt hîc & infrà 13.v.16. modò (& quidem rectiùs) cum quarto casu pro ad silentium impetrandum manu signum dare, vt infrà 19.33. ¶ *Fratribus* τοῖς ἀδελφοῖς, id est collegis & senioribus, in quorum cœtu πρεσβεῖ erat ordinarius Iacobus, vt apparet infrà 15.4. & 21.18. ¶ *In alium locum*, εἰς ἕτερον τόπον. Romam abiit scilicet, vt inde ad concilium rediret Hierosolymam, vbi dextram daret Paulo, vt Apostolatu inter Gentes fungeretur, ipse verò, deserto Episcopatu, iterum ad Circuncisionem rediret. Vt interim dissimulem quanta fiat Petro & Ecclesiæ iniuria, dum ex Apostolo fit Episcopus, vel ex Episcopo Apostolus. Sed illos XXV annos quibus Petrum aiunt Romæ sedisse, vnde tandem auspicabuntur? Nam si crucifixus est XXXVII anno, à Christi passione, (vt scribit Nicephorus lib. historiæ Ecclesiasticæ 2. cap. 36.) ad vltimum Neronis annum, id est XIIII, necesse est peruenias: vnde ad secundum aut certè tertium Claudij annum recurras oportet, vt istos XXV annos numeres. siquidem Neronem constat annis XIIII plus minus, & Claudium quoque circiter totidem imperasse. Vbi igitur septem illi anni quibus aiunt eum Antiochiæ sedisse? Quid quòd Damasus, cui tribuitur liber quidam Pontificum tomo primo Conciliorum insertus, Petrum ait sub Nerone Romam ingressum? Quid quòd Nicephorus libro Ecclesiasticæ historiæ 14. cap. 19. ex Anterio quodam episcopo, Petrum ait Antiochia Romam translatum, & inde rursus Antiochiam transiisse? quod si verum est, quomodo Petrus XXV annos Romæ sedit, & ibi est mortuus? Quid, quòd in Epistolis à Paulo ex vrbe scriptis, non modo nulla Petri mentio, (quum tam multi alij commemorentur) sed etiam queritur Paulus sese ab omnibus derelictum? omnes quæ sua sunt quærere? Sed de his satis. Videant quomodo hæc cohæreant isti qui Romanum primum Episcopum faciunt Petrum, & hac ratione Romano Pontifici tribuunt vniuersalis Episcopi nomen, id est Antichristi, si vel ipsi Gregorio Papæ fides adhibetur, epistolis 76.78.79.83.92.194.

18 *Quidnam Petro factum esset*, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο Gallicè ad verbum, *Qu'estoit deuenu Pierre.*

19 *Iussit ad supplicium rapi*, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Ἀπάγεσθαι quum propriè declaret Abduci, interdum est forense verbum, & tria omnino significat: nempe vel ad iudicem trahi, vel duci in vincula, vel etiam ad pœnam trahi. præsertim absolutè positum: quamuis addatur interdum τῷ ἐπὶ θανάτῳ, vt prolatis exemplis ostendit doctissimus Budæus. Quum autem [illegible]lo antè habitam fuisse dicat à rege quæstionem de custodibus, id est; regem in iudicio de illis cognouisse, liquet ἀπαχθῆναι multo rectius de ipsa pœna quàm de vocatione in ius, aut de vinculis accipi: vt interpretatur Syrus & Arabs. quam sententiam sequitur etiam Chrysostomus. Plin. libr. Epist. decimo, de Christianis loquens, *Confitentes iterum ac tertiò interrogaui, supplicium minatus, perseuerantes duci iussi.* Qui Latinè conuertit Petri Alexandrini canonas, legit ἀπαγχθῆναι, vt qui verterit *suffocari*, pro strangulari.

20 *Ex regis [ditione,]* ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. Vulgata, *Ab illo*, ἀπ' αὐτοῦ: quod in nullis Græcis codicibus inuenio. Erasm. *Regia annona*, vel *pecunia*, aut *alimonia*. Ita enim supplēdum putat quod deest: quod ego non video qua ratione faciat. Nam præterquam quòd illæ ellipses non ita videntur vsitatæ, res ipsa ostendit nomen χώρας repetendum esse ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

22 *Vox Dei*, Θεοῦ φωνή. Vulg. *Dei voces*. Θεοῦ φωναί Quòd autem nonnulli contendunt legendum esse φωνῇ in tertio casu, ne speciem quidem habet rationis, & optimo iure refellitur ab Erasmo.

23 *Non tribuisset gloriam Deo*, οὐκ ἔδωκε δόξαν τῷ Θεῷ. Hoc quid sit, optimè potest intelligi ex Iosepho, qui in huius historiæ narratione testatur regem ipsas adulatorū voces non repressisse: quam ob causam & ipse moriens de illa adulatorum vanitate conquestus est. Itaque dare gloriam Deo, paulo aliter accipitur quàm Ioan. 9. c. 24.

¶ Erosu

δόξαν τῷ Θεῷ· καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν.

24 Ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο.

25 Βαρνάβας δὲ καὶ Σαῦλος ὑπέστρεψαν ἐξ Ἱερουσαλὴμ πληρώσαντες τὴν διακονίαν, συμπαραλαβόντες καὶ Ἰωάννην τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον.

Κεφάλαιον ιγ.

1 Ἦσαν δέ τινες ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ὅ, τε Βαρνάβας καὶ Συμεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ, καὶ Λούκιος ὁ Κυρηναῖος, Μαναήν τε Ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος, καὶ Σαῦλος.

2 Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς.

buisset gloriam Deo, & erosus à vermibus, exanimatus est.

24 Sermo verò Domini crescebat ac multiplicabatur.

25 Barnabas autem & Saulus reuersi sunt Hierosolymis, expleto ministerio, simul assumpto etiam Ioanne qui cognominabatur Marcus.

CAP. XIII.

1 ERant autem Antiochiæ in Ecclesia quę illic erat, quidā Prophetæ & doctores, Barnabas & Simeon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenæus, & Manahen qui fuerat vnà cum Herode tetrarcha educatus, & Saulus.

2 Illis autem sacram suam functionem obeuntibus Domino & ieiunantibus, dixit Spiritus sanctus, Separate mihi Barnabā & Saulum ad opus ad quod eos aduocaui.

eo quòd non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus expirauit.

24 *Verbum autem Domini crescebat & multiplicabatur.*

25 *Barnabas autē & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis, expleto ministerio, assumpto Ioanne qui cognominatus est Marcus.*

CAP. XIII.

1 *ERant autem in Ecclesia quæ erat Antiochiæ Prophetæ & doctores in quibus Barnabas & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis & Manahen, qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus.*

2 *Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos.*

Tyranni Ecclesiam diruendo ædificant.

Paulus adiuncto Barnaba, non ab homine, nec per hominem, sed [illegible] extraordinario mandato Gentium Apostolus secundò designatus.

¶ *Erosus à vermibus*, γενόμενος σκωληκόβρωτος. Ad verbum *Factus verminosus*, passiua significatione. σκώληκας autem Marcellus in Dioscoridem testatur non tantùm ad ventris animalia, sed & ad alios etiam vermes qui in quauis alia corporis parte gignuntur, posse pertinere. Itaque non desunt qui hæc referant ad phthiriasin, id est pedicularem morbum, quo auus quoque istius Herodes Magnus periit. Iosephus torminibus repentè maximis obortis sublatum dicit. Neque verò ista pugnant, sed torminum causam aperit Lucas, erosis nimirum à vermibus intestinis, vt ille se Deū non esse viuus sentiret. Nam etiam vetustissimus codex habet, σκωληκόβρωτος ἔτι ζῶν οὕτως ἐξέψυξεν, *à vermibus erosus adhuc viuus, ita exanimatus fuit.*

24 *Sermo Domini crescebat*, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε. Hoc quoque genus dicēdi petitum est è medio, vt sup. 6.7. & inf. 19.20. Nā si res ipsa spectetur, sermo ipse nec crescit, nec multiplicatur, sed eorum potius turba qui sermonem audiunt.

25 *Et Saulus*, καὶ Σαῦλος. Erasmus legit Παῦλος, & ita etiam interpretatur, contra omnium vetustorum codicum fidem. ¶ *Hierosolymis*, ἐξ Ἱερουσαλήμ. In duobus exemplaribus additur εἰς Ἀντιόχειαν, *Antiochiam*. Contrà verò in quibusdam excusis legitur, εἰς Ἱερουσαλήμ, *In Ierusalem*: quā lectionem si sequamur, scribendum erit, *expleto Hierosolymis suo ministerio*, de quo suprà 11.30.

IN CAP. XIII.

1 *Quidam*, τινές. Hoc non legit Vetus interpres, & in quodam codice vetusto non reperimus: ac mihi quidem videtur redundare. ¶ *Doctores*, διδάσκαλοι. Quînam ij fuerint, non tantùm à Prophetis, sed ab ordinariis etiam pastoribus distinguendi docet Apostolus in epist. ad Corinth. & ad Ephes. Sic autem Græcam hanc vocem interpretor vbi de Ecclesiæ Christianæ doctoribus agitur, vt à Rabinis id est Synagogæ Magistris discernantur. ¶ *Barnabas*, ὅ, τε Βαρνάβας Vulgata, *In quibus Barnabas*, id est ἐν οἷς ὁ Βαρνάβας, quod in Græcis codicibus non inuenio. Cæterùm si hæc consequuta sunt Agrippæ mortem, (vt ipsa narrationis series ostēdit) acciderunt sanè anno Claudij quarto, siquidem disertè annotat Iosephus, anno tertio Claudij mortuum esse Agrippam. Vbi interim Petrus? num Romæ? Atqui aiunt Antiochia Romam venisse, & quidem quum ibi septennium sedisset. Quòd si Antiochiæ tum erat, cur præteritur? cur eò missus Barnabas? cur illo septennio fuit eundum Hierosolymā ad consulendos Apostolos, ac præsertim Petrum? cur post annos quatuordecim (vt scriptum est Galat. 1.21. & 2.1. & 9) ascendit Paulus Hierosolymam cū Barnaba & Tito, vt suum Euangelium cum Apostolis conferret? vbi interim illi vigintiquinque anni Potificatus Romani? Hos nodos expedite, si potestis, vos qui Romanæ meretrici operam vestram locastis.

2 *Sacram suam functionem obeuntibus*, λειτουργούντων. Id est quum munere suo fungerentur, docendi videlicet, ac prophetādi. Nam paulò antè Doctores ac Prophetas fuisse dixerat. Itaque Chrysostomus rectè interpretatus est λειτουργούντων, *ministrantibus*, id est (inquit) κηρυττόντων, *prædicantibus*: Syrus autem & Arabs, προσευχομένων, *precantibus*: nam λειτουργεῖν restrinxerunt ad publicas preces, propter adiunctam ieiunij mentionem. Nemo autem est vel mediocriter peritus Græcæ linguæ qui λειτουργεῖν nesciat dici de publicis præsertim functionibus. Vnde Paulus ipse Rom. 13, magistratus appellat modò τοῦ Θεοῦ διακόνους, modò λειτουργούς. Sed notandum tamen est illud discrimen quod attingit Æschines in oratione κατὰ Κτησιφῶντος inter ἀρχὴν & ἐπιμέλειαν καὶ διακονίαν, quæ idem declarat atque λειτουργία. Nam (vt definit Aristot. lib. Pol. 4. cap. 15) ἀρχὴ videtur imperiosius quiddam declarare. Inde factum vt ad Ecclesiasticas functiones vtrunque istud vocabulum transferretur, vt Luc. 1.23. & suprà 1.14. & 23. Rom. 11.13. Hebr. 10.11. itémque ad pauperum subsidia, vt Phil. 2.25, & suprà, 11.19. Sed ἀρχῶν vel ἀρχόντων nulla fit in Apostolicis scriptis mentio, quum de Ecclesię politia disseritur: imò ne κυρίων quidem, vt nullus se dominum ac principem cleri, sed vnius principis ac Domini ministrum esse sciat: quemadmodum exposuit disertè ipse Dominus, ac suo exemplo docuit Matt. 20.25, & deinceps. item Ioan. 13.13. atque adeo ipse Petrus 1. Epist. 5. v. 3. cuius qui successores videri volunt, sese quidē seruorum seruos vocant, nihilominus non aliter quàm Sanctissimi domini nostri salutantur, imperia & regna transferunt, in ipsas denique animas sibi omne imperium merum ac mistum vsurpant. Vulg. *Ministrantibus*, quod vix solet absolutè poni pro ministerio defungi. Aliis placet vertere *Operantibus*, quod vt obscurum & ambiguum repudiaui, quamuis operari Latinis peculiariter dicantur qui sacra administrant. Erasmus *Sacrificantibus*: & verum quidem est sacrificij appellationem in his etiam libris passim tribui sanctis piorum operibus, quibus sese & sua Deo consecrant, & suam in fratres charitatem testantur: & præterea sacræ Domini Cœnæ, vt præcipuæ diuini cultus publici parti tribui à Patribus λειτουργίας & ἱερουργίας appellationēs: sed eorum intolerabile scelus qui vnicum illud quod in Ecclesia Christiana superest εὐχαριστικὸν sacrificium cuius sacra Domini Cœna est peculiaris & solennis tessera ad execrandæ suæ Missæ βδέλυγμα transferunt, facit vt hæ voces temerè nunc non sint vsurpandæ, & vbi apud Patres occurrunt, commoda interpretatione ex sacris ipsis literis sint accuratè explicandæ. Vide etiam suprà 10.36. ¶ *Aduocaui*, προσκέκλημαι. Atticismus pro προσεκάλεσα, vel προσκαλεσάμην, vt infrà, 16.10. Inde ortum κλήσεως nomen, id est Vocationis, quod libenter seruauimus. Significat autem genus illud vitæ ac functionis tum priuatæ tum publicæ, cui destinatus est aliquis à Deo: idque ex Hebræorū idiotismo, apud quos dicitur Dominus vocare quos facit existere, & vicissim à Domino vocari qui existere incipiūt:

siue id referatur ad ipsam οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν, vt quum dicitur Dominus vocare quæ non sunt, tanquam sint: siue ad qualitates, aut ad attributa, vt 1. Corinth. 7. 20 & 21. siue ad æterni cōsilij Dei publicam declarationē, qua nos certo muneri ac veluti scopo in hoc mundo destinatos, quasi in eius possessionem mittit: siue id de quo agitur sit omnibus sanctis commune, vt quum electioni subordinatur vocatio, vt Rom. 8. 30: siue peculiarem functionem respiciat, vt quum dicit Christus se ab vtero vocatum, Esa. 49. 1. & Paulus, vocatum Apostolum. Quomodocunque autem accipias, trāslatitia est significatio, inde sumpta quòd quum aliquid existere incipit, tum nomen habeat: & quum nouam induit qualitatem, tum quoque nouum sumat cognomentum: deinde etiam sumpta est translatio à principibus qui ad se vocant quorum opera vti constituerunt, & quibus sufficit aliquid mandasse.

3 Τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν.

4 Οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, κατῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκεῖθέν τε ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κύπρον.

5 Καὶ γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι, κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων· εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην.

6 Διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου, εὗρόν τινα μάγον ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον, ᾧ ὄνομα Βαρϊησοῦς,

7 Ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ Παύλῳ, ἀνδρὶ συνετῷ. οὗτος προσκαλεσάμενος Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

8 Ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος, (οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ) ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον

3 Quum ergo ieiunassent & orassent, & imposuissent eis manus, dimiserunt *eos*.

4 Ipsi igitur emissi à Spiritu sancto, descenderunt Seleuciam, & illinc abnauigarūt Cyprum.

5 Quúmque peruenissent Salamina, annuntiarunt sermonē Dei in synagogis Iudæorū: habebant autem etiam Ioannem subseruientem *ipsis*.

6 Peragrata verò insula Paphū vsque, inuenerunt quendā magum pseudoprophetam Iudæū, cui nomen *erat* Bariesu.

7 Qui erat cū Proprætore Sergio Paulo, viro intelligēte. Hic aduocatis Barnaba & Saulo, expetiuit audire sermonem Dei.

8 Obsistebat autē eis Elymas, *id est* magus, (ita enim explicatur nomen eius) studens auer-

3 *Tunc ieiunantes & orantes, imponentésque eis manus dimiserunt illos.*

4 *Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum.*

5 *Et quum venissent Salaminā, prædicabant verbum Dei in synagogis Iudæorum: habebant autem & Ioannem in ministerio.*

6 *Et quum perambulassent vniuersam insulam vsque ad Paphum, inuenerunt quendam virum magum pseudoprophetam Iudæum, cui nomen erat Bariesu.*

7 *Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Hic accersitis Barnaba & Paulo, desiderabat audire verbum Dei.*

8 *Resistebat autem illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomē eius)*

Ieiunium & preces solennem manuum impositionem præcedebant.

Paulus cum suis Cyprum primo impetu Christo subigit.

Satā sese Christo opponens, eius victoriam illustrat.

5 *Salamina*, ἐν Σαλαμῖνι, vrbem videlicet Cypri ad latus orientis & Syriæ vnde soluerant oppositam. Hæc illa vrbs est quæ Famagusta tandem dicta est, nuper à Turcis expugnata. Itaque valde sunt hallucinati qui hanc vrbem cum Salamine insula, Athenis tam procul à Cypro dissitis, confuderunt. ¶ *Subseruientem*, ὑπηρέτην. Ad verbum, subremigem, Apostolis videlicet quasi gubernacula obtinentibus: quem nos alibi Ministrum sumus interpretati. sed putaui magis propriam huius vocis significationem huic loco melius conuenire.

6 *Peragrata*, διελθόντες. Rectè omnino, quum Paphos claudat Orientis Cypri latus, vt Salamin Occidentis. ¶ *Bariesu*, Βαρϊησοῦς. Ego malim Βαρ-ιησοῦ vel Βαριησοῦ, vt in quibusdam Græcis codicibus legitur, quod tamen Hieronymus deprauatè scriptum censet, eiúsque loco scribendum *Barieu*, quem velut in malo positum, id est maleficum, interpretatur, etymo certè perabsurdo, siue linguæ Hebrææ vsum, siue rem ipsam spectes. Quis enim hunc putet ea auctoritate fuisse in Cypro si tā malè audiuisset? Probabilior est eorum sententia qui *Bariehu* vocatū fuisse censent, id est, Filium Iehu, quod tamen Græcè scribi aliter quàm Βαριεοῦ, id est, *Bareou* non potuit, quoniam Græci spiritu aspero ante vocales solis initiis dictionum vtuntur, vt mirum non sit nomen illud Iehouæ Græcè scriptum nec pronuntiatum fuisse, quod Iudæi postea in superstitionem verterunt. Syrus autem pro *Bar-iesu*, habet *Bar-schuma*, filium nominis, id est virum celebrem: quod nullius Græci codicis auctoritate confirmatur.

7 *Proprætore*, ἀνθυπάτῳ. Vulg. & Eras. *Proconsule*. Atqui Cyprus non erat Consularis sed Prætoria prouincia, vt ex Strabone liquet. Et Græcos quidem fateor ὑπάτους solere coss. vocare, nimirum ignorato, vel non seruato magistratuum Romanorum discrimine. Sed nihil prohibet quominus Latinè loquentes id accuratius obseruemus. ¶ *Expetiuit*, ἐπεζήτησεν. id est valde cupiuit, & hoc suum desiderium missis nuntiis illos accersens, vel alia quauis ratione significauit, vt idem valeat ἐπιζητεῖν hoc loco atque ἐπιποθεῖν.

8 *Obsistebat*, ἀνθίστατο. Totis videlicet viribus, nec per ignorantiam, sed sceleratè resistens veritati, sicut Apostolus τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, id est aliter & contra sentientes, 2. Tim. 2. 25. discernit & aliter tractari vult quàm ἀνθισταμένους 2. Tim. 3. 8. Quum autem dicuntur homines non posse ἀνθιστάναι Deo, tunc hoc verbo intelligitur non simpliciter illorum conatus vt hoc loco, sed etiam irritus euentus, vt Luc. 21. 15. ¶ *Elymas*, Ἐλύμας. Cōstanter sic legitur vbique. μεθερμηνεύειν autem nihil aliud declarat quàm quod vna lingua dicitur per aliam interpretari, vt Matt. 1. 23. Mar. 5. 41. & 15. 22. & 34. & Ioh. 1. 41. & suprà, 4. 36. vt Plut. in Problematibus Romanis, Latinam vocem ἰνφέρυμ Græcè μεθερμηνεύεσθαι ὑπηνέμιον, & Halicarnass. lib. 4. Consulum nomē. Falluntur ergo qui putant hoc fuisse istius Magi nomen proprium, qui antea fuerit ex patris nomine vocatus Bariesu. Sed magis etiam videntur hallucinari qui nomen Bar-iesu, putant hoc altero interpretatum fuisse Lucam. Cur enim quod planum erat, altero obscurissimo explicaret? & cur Græcè scribens, Syriacum nomen non potius Græcè quàm vllo alio idiomate interpretaretur? Istud enim Elymas Græcum esse nondum inuentus est qui diceret. Aut igitur prorsus fallor, aut ὁ μάγος est interpretamentum ipsius vocis Elymas, quamobrem etiam inserui particulam *id est*, in epexegesi vsurpari Latinè consuetam, vt multis locis necessariò fecimus. Elymas igitur iste vocatus fuit, i. Magus, per antonomasiam, vt si Gallicè dicas *Deuin*: idque fortasse quòd ex nomine gentis non artis, sic apud Cyprios isti vocarentur, sicuti Latinis Chaldæi dicebātur. Est enim Elymais Persidis ipsius pars, & Magorum nomen ipsum Persicum esse constat. Sed & aliud eius explicationis argumentum, meo quidem iudicio, certissimum. Certè Arabica pentateuchi interpretatio, quam penes me habebam, quum hæc scriberem, & cuius auctor Rabbi Saadias habetur, non tantùm Gen. 41. 8, Exod. 8. 19. sed & cæteris locis pro voce חרטומים [*chartom*] habet עלמא [*halama*] à verbo Arabico עלימא [*halime*] quod significat Cognoscere, quasi σοφοὺς vel συνετοὺς appelles, quales habiti fuerunt Magi, adeo quidem vt Diuini quoque Latinè fuerint vocati, quod nomē Gallicū etiam idioma, leuiter immutatū retinuit. Vocaliū enim immutatio in hui⁹ vocis deriuatione, vel est ex Cypriorū idiotismo, vel ab imperito vulgo, sicuti corrumpi peregrinas præsertim voces consueuerunt. Sed certum est etymon, modò de radicalium literarum numero & integritate constet.

9 Qui

ἀπὸ τῆς πίστεως.

9 Σαῦλος δὲ (ὁ καὶ Παῦλος) πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτὸν,

10 Εἶπεν, Ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου, ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης, οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας;

11 Καὶ νῦν ἰδοὺ, χεὶρ τοῦ Κυρίου ἐπὶ σὲ, καὶ ἔσῃ τυφλὸς, μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι καιροῦ. Παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος, καὶ περιάγων ἐζήτει χειραγωγούς.

12 Τότε ἰδὼν ὁ ἀνθύπατος τὸ γεγονὸς, ἐπίστευσεν, ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ Κυρίου.

13 Ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας. Ἰωάννης δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα.

14 Αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης, παρεγένοντο εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐκάθισαν.

tere Proprætorem à fide.

9 Saulus autem (qui & Paulus) repletus Spiritu sancto, intentis in eum oculis,

10 Dixit, O plene omni dolo & ad quoduis scelus propēsione, fili diaboli, hostis omnis iustitiæ, nō cessabis peruertere vias Domini rectas?

11 Nunc igitur ecce, manus Domini aduersum te: eris que cæcus, non videns solem ad tempus constitutum. Illico verò incidit in eum caligo ac tenebræ: & circumiens quærebat qui se manu prehēsum ducerēt.

12 Tunc Proprætor quum vidisset quod factum fuerat, credidit, perculsus super doctrina Domini.

13 Prouecti verò Papho Paulus & qui cum eo erant, venerunt Pergen Pamphyliæ *vrbem*. Ioannes verò abscedens ab eis, reuersus est Hierosolymam.

14 At ipsi progressi Perga, venerūt Antiochiam *vrbem* Pisidiæ, & ingressi synagogam die Sabbati consederunt.

quærens auertere Proconsulem à fide.

9 *Saulus autem (qui & Paulus) repletus Spiritu sancto, intuens in eum,*

10 *Dixit, O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas?*

11 *Et nunc ecce, manus Domini super te: & eris cæcus, non videns solem vsque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circumiens quærebat qui ei manum daret.*

12 *Tunc Proconsul quum vidisset factum, credidit admirans super doctrina Domini.*

13 *Et quum à Papho nauigassent Paulus & qui cū eo erant venerunt Pergen Pamphyliæ. Ioannes autem discedens ab eis, reuersus est Ierosolymam.*

14 *Illi verò pertranseuntes Pergen, venerūt Antiochiam Pisidiæ: & ingressi synagogam die Sabbatorum sederunt.*

Magus extra ordinem quidem sed corporali tamen pœna à Paulo affectus, ordinariis Magistratibus exēplum præbet in eos animaduertendi qui improbè & obstinatè cursum Euangelij impediunt.

Exemplum in eodem cœtu, tum singularis constantiæ, tū magnæ imbecillitatis.

In Synagoga (ad cuius exemplar institutos fuisse constat Ecclesiæ Christianæ cœtus) primùm habebatur sacrorum librorū lectio, deinde etiam iis qui doctrina pollere videbantur, fiebat ab Archisynagogis loquendi potestas.

9 *Qui & Paulus*, ὁ καὶ Παῦλος. Hoc primùm loco cœpit Apostolus à Luca Paulus dici, quem vbique antea Saulum vocauit: nec deinceps alio quàm Pauli nomine vsquā vocabit. Nam suprà 12. 25. admonuimus ex vetustis codicibus, legendum esse Σαῦλος, non Παῦλος. Alij igitur Apostolum iam inde ab initio binomium fuisse putant, vt ex altero nomine Iudæus, ex altero Romanus ciuis esse intelligeretur: alij cum religione nomen eum mutasse putant, quum ex Pharisæo fieret Christianus, vt & nonnullis Apostolis noua nomina indita sunt à Domino. Sunt demū qui à Sergio Paulo Proconsule ad Christum cōuerso, hoc cognomen adeptum esse putent. Ac istorum quidem opinio ex hoc ipso loco videtur refutari, quum antè nominetur Paulus quàm Proconsul ipse conuersus legatur. Cur verò nomen mutasse existimemus, sanè non video: non modò quia nullum habemus eius rei testimonium, sed etiam quia quoties nomina mutata sunt, aliquid in eo mysterij latuit quod nouo nomine significaretur: vt in Abrahamo, Sara, Cepha, & similibus. Pauli verò nomen nihil eiusmodi declarat. Neque enim Ambrosius (quod cum tanti viri pace dixerim) aptè in Romano nomine Græcam etymologiam quærit. Augustinus verò potius argutè quàm solidè philosophatur, Paulum dictum quòd ex superbo Pharisæo paruulus Christi discipulus sit factus. Nam si hoc verum est, cur in hunc locum distulit Lucas eum hoc nomine vocare? cur toties Saulum appellauit ex quo Christianus factus erat? Non temerè est tamen quòd nunquam eum Lucas antea Paulum, nunquam deinceps Saulum illum vocabit. Quid igitur? Nempe quemadmodum siquis Hebraicè יוחנן [*Iochannan*,] Græcè ac Latinè *Ioannes*, Gallicè *Iean*, Germanicè *Hans*: siquis Germanico vocabulo *Luduuik* aut *Dietrich* Latinè *Ludouicus* aut *Theodoricus*, Gallicè *Louys*, aut *Thierry* nominetur: quanuis in istis multò maior sit varietas quàm in Saulo & Paulo tamen nemo totidem hæc esse diuersa nomina dixerit, sed eadem potius, pro idiomatum ratione variata. sic puto quem Hebræi & Syri שאול [*Schaul*] vocant eundem à Græcis, qui eo tempore Romanis nominibus magis assueuerant, Paulum fuisse dictum, propter summam horum nominum affinitatem. Quum igitur ab hoc tempore, atque adeo ab hac historia incipiat Paulus suo illo inter Gentes Apostolatu defungi, (prius enim nonnisi inter Syros & Iudæos erat versatus) meritò incipit ab hac historia Lucas illud nomen ei tribuere quod ipsi perpetuum postea fuit inter Gentes: quibus videlicet nunquam postea destitit Euangelium prædicare: ac facilè mihi quidem persuadeo, primùm à Proconsulis Romani familia ita vocari cœpisse.

10 *Ad quoduis scelus propensione*, ῥᾳδιουργίας, i. κακουργίας, siue animo ad quoduis scelus parato, (nam ῥᾳδιουργίαν vocāt Græci vitium illud, quo qui laboret, quoduis scelus facilè audeat) nisi malumus istud speciatim ad id de quo hîc agitur accommodare, nimirum ad malas illas artes, quibus qui vtuntur, per antonomasiam malefici dicuntur. Quoniam enim eiusmodi homines toti sunt in diaboli potestate, ideo nullum est tantum scelus quod non illico audeāt. Vulg. *Fallaciam* interpretatur. Erasm. *Versutiam*, vocabulis (meo quidem iudicio) nimium dilutis. ¶ *Peruertere*, διαστρέφων. Vel vt Vulg. *Subuertere*. Tertullianus, *Transuertere*. Opponitur autem τὸ διαστρέφειν τῷ εὐθείας ποιεῖν, quod vertimus Complanare pro quo dicit vno verbo Vlpianus, *Vias purgare*, hoc est (vt ipse interpretatur) ad proprium libramentum, sublato eo quod superest, redigere. Quia igitur impius iste se opponebat viis Domini, id est doctrinæ Apostolicæ, quæ vna ad Deum ducit, dicitur vias Domini peruertere, quod declarat hoc in loco Viam suffodere, vt iter non sit peruium.

11 *Manus*, ἡ χείρ. Manus Domini hoc in loco, ex Hebræorum idiotismo, pro virtute quadam ac potestate Dei accipitur, vt sæpe iam annotauimus: sed ea demum quam exerit feriendis, atque adeo proterendis suis hostibus.

13 *Paulus & qui cum eo erant*, οἱ περὶ τὸν Παῦλον. Sic vertendum esse hunc locum apparet ex eo quod mox de Ioanne subiicitur, & sententia ipsa ostendit, sicut etiam infrà 21. 8. Alioqui solent Græci eleganter hoc dicendi genere singulares etiam personas significare vt quum pro Platone οἱ περὶ Πλάτωνα, pro Aristotele οἱ περὶ Ἀριστοτέλην dicunt, quòd nimirum cum suis discipulis, in publicum procedere solerent. Vide Ioan. 11. 19. ¶ *Pergen Pamphyliæ [vrbem,]* Πέργην τῆς Παμφυλίας. Rectè annotat Erasmus regionis nomen adiici non ob discretionem, quum vna sit Perge, sed ad situm eius vrbis explicandum. Sequente verò versiculo Antiochiam nominans, Pisidiæ nomen addidit, vt hanc Antiochiam ab altera illa Syriæ distingueret, ex qua profecti erant.

15 Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ἀπέστειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐτοὺς, λέγοντες, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, εἰ ἔστι λόγος ἐν ὑμῖν παρακλήσεως πρὸς τὸν λαὸν, λέγετε.

15 Post lectionem autem Legis & Prophetarum, miserunt præfecti synagogæ ad eos, dicētes, Viri fratres, siquis est in vobis sermo exhortationis ad populum, dicite.

15 *Post lectionem autem Legis & Prophetarum miserunt principes synagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite.*

16 Ἀναστὰς δὲ Παῦλος καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ εἶπεν, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ἀκούσατε.

16 Assurgens igitur Paulus, manu silentio postulato, dixit, Viri Israelitæ, & qui timetis Deū, audite.

16 *Surgens autem Paulus, & manu silentium indicēs, ait, Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite.*

Deus pluribus peculiaribus beneficiis electum Israelem affecit, sed illo in primis quòd æternū liberatorem ei promisit.

17 Ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου Ἰσραὴλ ἐξελέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς.

17 Deus ille populi huius Israelis, elegit Patres nostros, & populum sursum euexit quum commorarentur ‖ in terra Ægypti, ‖ & ex ea eduxit eos ¨ elato brachio.

17 *Deus plebis Israel elegit patres nostros, & plebem exaltauit, quū essent incolæ in terra Ægypti, & in eo brachio excelso eduxit eos ex ea.*

Exod. 1. 1

18 Καὶ ὡς τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ.

18 Et circiter ‖ quadraginta annorum tempus ¨ mores eorum pertulit in deserto.

18 *Et per quadraginta annorum tempus mores eorū sustinuit in deserto.*

Exo. 13. 14

19 Καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν, κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν.

Iosue 14. 1

19 Et quum deleuisset septem gentes in terra Chanaan, ‖ forte distribuit eis terram earum.

19 *Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum.*

20 Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου.

Iudic. 3. 9

20 Et postea annis circiter quadringentis quinquaginta ‖ dedit iudices vsque ad Samuelē Prophetam.

20 *Quasi post quadringentos & quinquaginta annos: & post hæc dedit iudices vsque ad Samuel Prophetam.*

14 *Sabbati*, τῶν σαββάτων. Vulgata & Erasmus, *Sabbatorum*. Atqui manifesta est numeri enallage, de qua diximus Matth. 12, 1.

15 *In vobis*, ἐν ὑμῖν. Vel *vobis*, vt loquuntur Græci & Latini. Sed istius Hebraismi videtur nonnulla esse emphasis: ex quo intelligitur, quicquid in nobis est diuinæ gratiæ, id diuinitus esse in nos delapsum, vt tanquam thesaurum in testaceis vasis inclusum circunferamus sicut ait Paulus 2. Cor. 4. 7. quo etiam pertinet Dauidis illud Psal. 40. 4. Posuisti in os meum canticum nouum. Vide 1. Cor. 14. 29.

16 *Manu postulato silentio*, κατασείσας τῇ χειρί. Vide suprà 12. 17.

17 *Sursum euexit*, ὕψωσεν. Loquitur autem primùm Apostolus de illa dignitate in qua tum Iosephus fuit collocatus, tum ipsius pater & fratres habiti sunt, donec Ægyptij mutatis animis cœperunt illorum sobolem opprimere. Deinde descendit ad magnificam illam liberationem. Itaque ἐν τῇ παροικίᾳ idem declarat atque παροικοῦντας.

¶ *Elato brachio*, μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ. Hebr. בזרע נטויה [*biz'roah nehetuia*,] id est apertè exerta vi ad hostes populi sui conterendos. Nam μετὰ hîc accipitur pro διά, vt infrà, 14. 27.

18 *Mores eorum pertulit*, ἐτροποφόρησεν. Hoc verbum obseruat Budæus à Cicerone quoque vsurpatum in epistolis ad Atticum. Syrus interpretatur ותרסי [*vetharsi*] *& nutriuit*, vt mihi quidem videatur legisse ἐτροφοφόρησεν, id est, instar nutricis gestauit, vt loquitur Moses Num. 11. 12. & Deut. 32. 11.

20 *Et postea*, καὶ μετὰ ταῦτα. Variè legitur hic locus, seruato tamen numero annorum 450, quem vbique inueni: sed varia & perdifficilis est horum annorum supputatio. Primùm igitur de recepta scriptura dicamus, quam in Græcis codicibus omnibus nostris vnico tātùm excepto, comperimus. Ea certè 450 annos tribuere videtur spatio inchoando ab introitu populi in terram Chanaan, post 40 annos in deserto peractos quos in illa 450 annorum summa non comprehendi declarat istud μετὰ ταῦτα, *postea*. Quinam autem stare calculus iste possit, quum 1. Reg. 6. 1. dicantur ab exitu ex Ægypto ad inchoatam templi structuram, anni tantùm effluxisse 480, qui numerus omnino retinendus est nisi totam sacram chronologiam subuertere malimus. Nam si istis 450 addiderimus annos quadraginta in deserto consumptos, & totidem Saulis & Dauidis, & Solomonis tres, surgent anni 533. Quòd si propter istud μετὰ ταῦτα illi anni 40, vt modò diximus, in ista summa 450 annorum non possunt comprehendi: multò minus audiēdi sunt qui alium calculum instituentes, nolunt hîc supputari Iudicum tempus, sed illud spatium quod à nato Isaaco ad distributionem Cananitidos intercessit. Est autem illud omnino annorum 447. quamobrem etiam volunt, particulam ὡς, *circiter*, additam esse. Aliam igitur rursus rationem iniit vir beatæ memoriæ & meus superioribus annis in hac Ecclesia collega, Beroaldus. Nam si supputes annos ab ingressu in Cananitidem vsque ad expletum vltimi Heli Iudicis annum quadragesimum, & primum Samuelis qui seorsim hîc ponitur, ita vt à libro Iudicum ad 1. Sam. 4. 18. exprimuntur, comperies exacto calculo annos istos 450. Sed rursū obstat locus ille 1. Reg. 6. 1. Est autem certissimum annos quibus Israelitæ non semel, prout Iudices moriebantur, seruierunt extraneis populis, accensendos esse temporibus Iudicum à quibus liberati sunt ac proinde bis numerari, ita vt reuera Iudicibus tribuendi sint tantùm anni 397, seorsim supputatis annis 93. quibus Israelitæ extraneis seruiuisse comperiuntur, si in vnam summam subducantur. Hunc autem nodum sic expedit noster Beroaldus, vt dicat Apostolum simpliciter eum numerum expressisse, quem sigillatim omnes numeri eundo per singula libri Iudicum constituunt. At D. Lutherus potius quàm istud fateatur, inauult pro τετρακοσίοις, *quadringentis*, scripsisse Lucam τριακοσίοις, *trecentis*, & quoniam septem anni superant, (diximus enim 357 annos exacto calculo à Iosue ad vltimum Heli annum attribui) Paulum idcirco adiecisse particulam ὡς, *circiter*, nempe rotundum (vt fit) numerum exprimere contentum. Huic verò sententiæ ego quoque assentior, non modò quòd facilis fuerit in his permutandis vocabulis, siue numerorum notis, librariorum lapsus, sed multò etiā magis quod nonnulli etiam ex doctis historiam Iudicum legentes, & annos 450, collectis particularibus numeris, confici cernentes, non comparato cum istis illo 1. Reg. 6. 1. loco facilè decipi, & pro trecentis quadringētos omnino scribendos esse existimare potuerunt. Paulum autem id ignorasse minimè credibile videtur, sed has supputationes potius fuisse in synagogis diligenter obseruatas. Nihil tamen in recepta Græcorum codicum scriptura immutaui. Sed vetus Latinus interpres, siue quòd non congruere Iudicum temporibus tot annos animaduerteret, siue alios Græcos codices nactus (à Græcis enim cœpisse hunc errorem ex Græcorum exemplarium consensu apparet) sic locum istum interpungit & interpretatur, *Sorte distribuit eis terram eorum, quasi post 450 annos: & postea dedit Iudices*, &c. id est, κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα. καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε κριτάς, &c. quam scripturam si sequamur, Paulus tempora Iudicum non expresserit, eruntque anni isti numerandi à nato Isaaco, semine videlicet Abrahami, cui promissa fuerat terra, qui calculus hoc modo subducendus est. A nato Isaaco ad exitum ex Ægypto anni 400, Genes. 15. 13. vt exposuimus suprà, 7. 6. Hic

adde quadraginta quibus cōmorati sunt in deserto, & istis rursum alios septem, quos inter ingressum in Cananitidē & distributionis sortitionē intercessisse constat ex cōparatione initij cap. Num. 9. cū eiusdē libri 13. & verbis Calebi Ios. 14. 10. & cōsurget summa annorū 447. pro quo numero deminuto Paulus rotundiorem ponens tribus annis superantem, addiderit particulam ὡς, *circiter*. Sic igitur cōueniet calculus. Sed ita fiet vt anni quadraginta cōmorationis in deserto bis hîc numerentur. Deinde apparet ex recepta Græcorum codicum lectione, istam omnem chronologiā hîc inchoari ab exitu ex Ægypto, & ad Dauidem vsque sic perduci, vt tria tempora sigillatim & distinctè non temerè distribuantur, nempe commorationis in deserto, gubernationis sub Iudicibus, & principatus Saulis cum Samuele seorsim coniuncti: quæ distributio tollitur si receptā Latinā versionē sequaris, ex qua emendatus vel potius deprauatus quidam codex Græcus, Parisiis editus, sic habet contra cæterorum fidē, κατεκληρονόμησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις πεντήκοντα, καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκεν αὐτοῖς κριτάς, &c. Arabs denique interpres, nihil alioqui à Græca recepta lectione & Syra interpretatione dissidens, eo excepto quòd quadraginta annos Samuelis & Saulis præterit, videtur Francisco Iunio doctissimo viro, à quo Latinè versa est illa Arabica trāslatio, particulam ὡς accipere non pro *Circiter*, sed pro ἐπειδή, *Postquam*, & istos 450. annos ab exitu ex Ægypto ad annū Dauidici regni octauum exeuntē, quo demū totius Israelis cōsensu regnū est adeptus, perducere, quāuis totū hoc spatiū annos duntaxat 445 cōplectatur. Sed verba ipsa nō cogūt nos ad hanc explicationē, & hæc quoque supputatio nimis quidem videtur superius adductis rationibus refelli.

21 Κἀκεῖθεν ᾐτήσαντο βασιλέα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κὶς, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ἔτη τεσσαράκοντα.

21 Et exinde ‖ petierunt regem, ‖ deditque eis Deus ¨ Saulem filium Cis, virum ex tribu Beniamin, ¨ annis quadraginta.

21 *Et exinde postulauerunt regem, & dedit illis Saul filium Cis virum de tribu Beniamin, annis quadraginta.*

1 Sam. 8. 5
1 Sam. 9. 15. & 10. 1

22 Καὶ μεταστήσας αὐτὸν, ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα· ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας, Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου.

22 Et amoto illo, excitauit eis Dauidem in regem: cui etiā te[illegible]io dato dixit, ‖ Inueni Dauide[illegible]m Iesse, virum secundum [illegible]neum, qui exequetur ¨ omnes voluntates meas.

22 *Et amoto illo suscitauit illis Dauid regem: cui testimonium perhibēs, dixit, Inueni Dauid, filiū Iesse, virum secundum cor meū, qui faciet omnes voluntates meas.*

1 Sam. 13. 14
psal. 89. 21

23 Τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος κατ' ἐπαγγελίαν ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν.

23 Huius è semine Deus ‖ secundum promissionem ¨ excitauit Israeli Seruatorem Iesum:

23 *Huius Deus ex semine secundū promissionem eduxit Israel saluatorem Iesū:*

Esa. 11. 1
Iesum esse seruatorem illū ex Dauide exortum probat ex Ioannis testimonio. Matt. 3. 1

24 Προκηρύξαντος Ἰωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ βάπτισμα μετανοίας παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ.

24 ‖ Quum ante prædicasset Ioannes præiens ipsius ingressui Baptismum resipiscentiæ toti populo Israelis.

24 *Prædicante Iohanne ante faciem aduentus eius, Baptismum pœnitentiæ omni populo Israel.*

25 Ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγε, Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι; οὐκ εἰμὶ ἐγώ, ἀλλ' ἰδοὺ, ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι.

25 Quū autem expleret Ioannes cursū, dixit, Quē me suspicamini esse? nō is sum ego, sed ecce, venit post me, cuius pedum soleam nō sum dignus qui soluā.

25 *Quum impleret autem Iohannes cursum suum, dicebat, Quem me arbitramini esse? non sum ego, sed ecce venit post me, cuius nō sum dignus calceamenta pedum soluere.*

Iu Iæis propriè promissus & missus Christus.

26 Ἄνδρες ἀδελφοὶ, υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη.

26 Viri fratres, filij generis Abrahami, & qui inter vos timetis Deum, vobis ¨ sermo salutis huius missus est.

26 *Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est.*

27 Οἱ γὰρ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, τοῦτον ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας, κρίναντες, ἐπλήρωσαν.

27 Qui enim habitabant Hierosolymis, & primores eorum, quum hunc ignorarent, ¨ tum voces prophetarum quę per omne Sabbatum leguntur, eo damnato, impleuerunt.

27 *Qui enim habitabant Ierusalem & principes eius, hunc ignorantes, & voces Prophetarum quæ per omne Sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt.*

Iesu acciderūt quæcunque de Messia prædixerant Prophetæ: vt hinc quoque constet illum esse [illegible] & vnicum illū Seruatorē: nec tamē propterea excusantur qui eum non modò non receperunt. Sed etiam crudelissimè quamuis innocētē sunt persequuti.

28 Καὶ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόντες, ᾐτήσαντο Πιλάτον ἀναιρεθῆναι αὐτόν.

28 Tum nulla causa mortis inuenta, ‖ petierunt à Pilato vt interimeretur.

28 *Et nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato vt interficerent eum.*

Mat. 27. 22. mar. 15. 13 luc. 23. 23 Ioh. 19. 6

21 *Saulem*, Σαούλ. In quadraginta annorū spatio quorū fit postea mentio, notandum est cum Saule coniungendū esse Samuelem, cuius dignitas à regia maiestate fuit quodammodo absorpta. Ideo non fit eius mentio peculiaris cū reliquis Iudicibus, sed cum primo rege coniungitur.

¶ *Omnes volūtates meas*, πάντα τὰ θελήματά μου. i. omne id quod ipsum videbo præstare. Nec enim hoc de ipsa Lege intelligitur, (quo sensu dicuntur facere quod Deus vult, siue ambulare in viis Domini, qui ex præscripto Legis diuinę viuūt quoad eius fieri potest) sed de peculiaribus mādatis ad Dauidis vocationem & personā spectātibus: & ita significatur proxima reiectionis Saulis causa expressa 1. Sam. 15. 22.

23 *Excitauit Israeli seruatorē Iesum*, ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν. Nōnulla exēplaria pro ἤγειρε habent ἤγαγε. Adduxit: sed illud videtur expressius. Quędā etiā legunt pro σωτῆρα, σωτηρίαν, salutem. Quædam etiam expungunt Ἰησοῦν. Mihi verò videtur non redundare, sed addi potius à Paulo, vt significet Iesum verè id fuisse quod dicebatur.

24 *Præiens ipsius ingressui*, πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ. Vulg. & Eras. perobscurè ad verbum, *ante faciem aduentus eius*. Castellio non satis expressè, *ante eius ingressum* quū cæteri [illegible] Prophetis, quantumuis à Christi aduentu remotis [illegible] possit. Itaque πρὸ προσώπου αὐτοῦ id est vt Hebræi loquuntur, לפני בואו [*liphne boo*] non tempus [illegible] illius cui aliquis præeat. Indicat enim Ioannem fuisse apparitoris instar, qui Christum non procul, vt alij Prophetæ, venturum significaret, sed iam iter ingressum, imò iam præsentem & sibi à tergo imminentem commonstraret. quam sententiam conati sumus exprimere, quum alioquin hic Hebraismus in eo videretur obscurior, quòd pro εἰσερχομένου seu προερχομένου αὐτοῦ, Lucas hebraissans dixerit τῆς εἰσόδου αὐτοῦ, id est aduentum pro ipso, qui aduentat.

26 *Sermo salutis huius*, ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης. I. nuntius iste salutis, siue salutifer. Videtur enim hoc cōmodissimè posse explicari per hypallagē, de qua diximus sup. 5. 20.

27 *Tum*, καί. Studui effugere anantapodoti suspicionem, quū potius particula καί duplicata cōiugat duo participia & totidē verba, vt sit plena hæc cōstructio, καὶ κρίναντες sc. αὐτόν, ἐπλήρωσαν τὰς φωνὰς τ. π. τ. κ. π. σ. ἀ. καὶ μ. α. θ. εὑρόντες ᾐτήσαντο: quod vt melius appareret malui interpretari. Tū quàm Et. Hoc verò non obseruatū varias huius loci lectiones inuexit. Vetust. enim codex ille meus expūcto verbo ἐπλήρωσαν totū hunc locū sic legit, οἱ γ. κ. ἐ. Ι. κ. οἱ ἄ. αὐ. τοῦτον ἀγνοήσαντες καὶ τὰς φωνὰς τ. π. τ. κ. π. σ. ἀ. καὶ μ. αἰ. θ. ἐν αὐτῷ κρίναντες &c. i. Qui enim habitant Hierosolymis & primores eorū isto ignoratis scripturis Pr. q. p. o. s. l. ac ū nulla in ipso inuēta mortis causa, dānato, petierūt vt. Syrus autē interpres sic videtur legisse τ. ἀ. καὶ τὰς γραφὰς τ. π. τ. κ. π. σ. ἀ. ἐν αὐτῷ κρίναντες αὐτόν, ἐπλήρωσαν πάντα τὰ γεγραμμένα καὶ μ. αἰ. θ. εὑρ. ᾐτήσαντο. i. Isto ignorato, & scripturis, Pr. q. p. o. s. l. eòque dānato, compleuerunt omnia quæ scripta sunt &, nulla causa mortis inuenta, petierunt. &c. quā lectionem sequutus est etiā Arabs interpres. Sed hæc varietas neminem debet offendere, quū

in sententia nihil prorsus immutet. Damnationem autem intellige à Synedrio, auctore Caiapha latam, Matth. 26,66. Christo à Iudæis postea impudentissimè ad Pilati tribunal pertracto non vt de causa cognosceret, sed vt Synedrij sententiam, præscripto etiam illi supplicij genere, exequeretur, quasi, contessa illis αὐτονομία, capitalium ex ipsorum lege iudiciorũ cognitio non esset illis erepta, sed executio duntaxat, vt apparet ex ipsorum clamoribus, Ioh. 18,31.

29 Ὡς δὲ ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν εἰς μνημεῖον.

30 Ὁ δὲ Θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

31 Ὃς ὤφθη ἐπὶ ἡμέρας πλείους τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλήμ, οἵ τινές εἰσι μάρτυρες αὐτοῦ πρὸς τὸν λαόν.

32 Καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενομένην, ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, ἀναστήσας Ἰησοῦν·

33 Ὡς καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ γέγραπται, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

34 Ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθοράν, οὕτως εἴρηκεν, Ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά.

35 Διὸ καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει, Οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

36 Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετή-

29 Quum verò perfecissent omnia quæ de eo scripta sunt, detractum è ligno, posuerunt in monumento.

30 ‖Deus autem suscitauit eum ex mortuis.

31 Qui conspectus est per dies multos iis qui simul ascenderant cum eo à Galilæa Hierosolymã, suntq. testes eius apud populũ.

32 Et nos vobis euangelizamus eam promissionem quæ patribus facta est, Deum videlicet eam impleuisse filiis illorum, id est nobis, suscitato Iesu:

33 Vt etiam in Psalmo secundo scriptum est, ‖Filius meus es tu, ego hodie genui te.

34 Quod autem suscitauerit eũ ex mortuis, non amplius reuersurum in sepulchrum, ita dixit, ‖Dabo vobis firmas illas Dauidis beneficentias.

35 Ideo & alias dicit, ‖Non sines sanctum illum tuũ sentire corruptionem.

36 Nã Dauid quidẽ postquã æta-

29 *Quumq. consummassent omnia, quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento.*

30 *Deus verò suscitauit eum à mortuis tertia die.*

31 *Qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalem, qui vsq. nunc sunt testes eius ad plebem.*

32 *Et nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filiis nostris, resuscitans Iesum.*

33 *Sicut & in Psalmo secundo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

34 *Quod autem suscitauit eum à mortuis amplius iam non reuersurum in corruptionem, ita dixit, Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia.*

35 *Ideóque & alias dicit, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

36 *Dauid enim in sua ge-*

Matth. 28.6
Marc. 16.6.
Luc. 24.7.
Ioh. 20.

Opponenda est gloria resurrectionis ignominiæ crucis, & sepulturæ. Probatur autem resurrectionem oculatis testibus, tum Prophetarum testimoniis.

Psal. 2.7.
Heb. 1.5. & 5.5.

Si Christus mansisset in morte non esset verus filius Dei, nec firmum esset fœdus cũ Dauide sancitũ.

Esa. 55.3.
Psal. 16.10.

Sic intrauit sepulchrum Dominus, vt ne corruptionem quidem senserit.

29 *Detractum* καθελόντες. Sic etiam ἔθηκαν verti *Positus est*. Notum enim est apud Hebræos sæpe sic vsurpari tũ verba tum participia, vt subaudiendus sit rectus eiusdem significationis. Plena igitur loquutio esset, Detrahẽtes, qui scilicet illum detraxerunt, posuerũt, &c. quod Latini quidẽ passiuis istiusmodi: Galli verò impersonalibus verbis explicãt. Fuit autẽ hoc necessariò obseruandum, vt isti qui Christum detractũ sepelierunt, ab interfectoribus quorum mẽtio prius facta est, discernantur. Quòd si quis malit eodem tenore legere detractum è ligno posuerunt in sepulchro, referendum hoc erit ad Iosephum Arimatheensem, qui & ipse ex primoribus erat, nempe βουλευτής. Marc. 15,43. Itidémque ad Nicodemum Ioh. 19, 39. qui & ipse ἄρχων erat, Ioh. 3,1. licet non ex eorum numero qui Christum damnarant.

32 *Filiis illorum* [nobis], vel, *nobis filiis illorum* τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν. In Latinis vet. interpr. cod. alij, *Filiis vestris*, alij *Filiis nostris* legunt: neutri rectè, vt sententia ipsa & Grǽcorũ cod. consensus ostendit. Arabs tamen omittit ἡμῖν, quod etiã si non legatur nihil sententiæ detrahit. Sed annotanda est alia interpunctio in vno cod. reperta, in qua τὸ ἡμῖν, *nobis* cũ partic. ἀναστήσας coniungitur, vt sit sensus, nobis excitatũ esse Iesum, vt Arabs etiã interp. legit. Illa verò scriptura *Filiis nostris*, vel *Filiis vestris*, ita vt legatur τοῖς τέκνοις, vel ἡμῶν, vel ὑμῶν nulla neq; idonea ratione neque auctoritate Græcorũ cod. nititur. ¶ *Suscitato Iesu*, ἀναστήσας Ἰησοῦν, in mundũ misso. Latiùs enim patet hoc in loco verbũ ἀνιστάναι quàm ἐγείρειν. quum hic agatur non de resurrectione, sed de exhibitione eius qui fuerat Patribus promissus.

33 *Psalmo secundo*, ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ. Ita scriptũ inuenimus in omnibus nostris vet. cod. vnico nostro vetustiss. excepto, in quo legitur τῷ πρώτῳ, *primo*. Apparet autẽ ex Hieronymo, Hilario & Augustino, quos citat in hunc locũ Eras. vetustiora exemplaria scriptũ habuisse Psal. 1. siue quòd Psal. ille, *Beatus vir*, non sit olim propriè habitus pro Psalmo, sed potius pro eius libri præfatione: siue quòd Psal. quem hodie secundũ facimus, vnus olim fuerit cum primo, vt testatur Hieron. in Psal. 1. & Dauid Kimhi in Psal. 2. Sed & nonnulli veteres Latini codices scriptũ habent simpliciter, *Sicut in Psalmo scriptum est*, quod maximè probarim si pro ἐν ψαλμῷ legatur ἐν ψαλμοῖς, *in Psalmis*, i. in Psalmorũ libro ita vt illud πρώτῳ & δευτέρῳ, ex albo libri in cõtextũ irrepserit. Sed quid si etiã Paulus simpliciter dixit ὡς γέγραπται sicut scriptũ est, ne annotato quidẽ Psalmorũ nomine, quum in synagoga loqueretur, in qua satis fuit verba non addito libri nomine citasse, quo nihil erat magis vulgo ipsi cognitũ? Nam etiam Arabs & Syrus non habent adiunctam particulam, *etiam*, sed vno tenore legunt *excitauit Iesum, sicut scriptum est*.

34 *In sepulchrum*, εἰς διαφθοράν. Vulg. & Eras. *In corruptionem*. Atqui nimis impropriè diceretur Dominus eò reuerti quò nunquam deuenit. Sciendum est ergo Lucam, Græcos veteris Testamenti interpretes sequutũ διαφθορὰν convertere id quod Hebræis dicitur שחת [schachath] i. sepulchrum à שחת [schachat,] quod est Corrumpere, vt à Græcis simili ratione dicitur sarcophagus. cuius translationis exempla occurrunt multis locis, vt Psalm. 107. 20. Thren. cap. 4. 20. Atque adeo interdum in genere accipitur pro fossa, vt Psal. 32. 7. Sed in sequentibus versiculis vbi aliud verbum adiungitur, nempe ἰδεῖν pro παθεῖν, i. sentire & affici, corruptionem declarat potius quàm sepulchrum: quum sic etiam accipiatur שחת [schachath.] & quidem propria significatione, vt Leuitici 22.25. ¶ *Firmas illas Dauidis beneficentias*, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Vulg. & Erasm. ad verbum, *Sancta Dauid, fidelia*, nimium obscurè. Sciendum est igitur Græcos interpretes, quos hîc quoque sequutus est Lucas, חסיד [hasid,] id est benignum ac beneficum, interpretari solere ὅσιον, vnde factum vt חסדים [hasdim] beneficentias, id est gratuitas illas promissiones, ὅσια conuerterint. Dicuntur autem *Dauidis* passiua significatione, nimirum quòd Dauidi sint factæ: vt fœdus Abrahami vocatur fœdus cum Abrahamo initum. Et hæ quidem Dauidi promissæ munificentiæ, vocantur πιστά, fideles, id est firmæ & constantes, ex Hebræorum quoque idiotismo: quia vt sint homines mendaces, nihilominus tamen rata sunt Dei promissa, neq; nos vnquam fallunt: & specialiter habetur hîc ratio promissionis Dauidi factæ de sempiterno regno in Messiæ persona, cui quum promissus sit æternùm mansurus filius, consequitur nec illum filium, nec eius regnum absorberi morte potuisse, vel vnquam posse: quod Angelus Gabriel Mariæ virgini in memoriam reuocauit, Luc. 1. 31 & 32.

35 *Alias*, ἐν ἑτέρῳ, videlicet Psalmo vel loco. Rectius fortassis meus vetustiss. codex, ἑτέρως. Illud supplevit Arabs, istud Syrus interpres. ¶ *Sanctum illum tuum*, τὸν ὅσιόν σου. Vide suprà 2.27.

36 *Postquã ætate sua inseruiuit Dei consilio*, ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ. Vulg. *In sua generatione quum administrasset voluntati Dei*. Erasmus post ὑπηρετήσας distinguit, & τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ coniungit cum ἐκοιμήθη, & ita conuertit, *Quum suæ ætati inseruisset, consilio Dei, obdormiuit*. sed hæc distinctio neque in vetustis exemplaribus inuenitur, neque vlla ratione nititur. Quis enim aliter quàm Dei decreto interueniente moritur? Sed non omnes consilium Dei sibi pro vitæ scopo proponunt, vt Dauid.

σας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ, καὶ εἶδε διαφθοράν.

37 Ὃν δὲ ὁ Θεὸς ἤγειρεν, οὐκ εἶδε διαφθοράν.

38 Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ἄνδρες ἀδελφοί, ὅτι διὰ τούτου ὑμῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν καταγγέλλεται·

39 Καὶ ἀπὸ πάντων ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι, ἐν τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται.

40 Βλέπετε οὖν μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις.

41 Ἴδετε οἱ καταφρονηταί, καὶ θαυμάσατε καὶ ἀφανίσθητε· ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ἔργον ᾧ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν.

42 Ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα.

43 Λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς, ἠκολούθησαν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ· οἵ τινες προσλαλοῦντες

te sua inseruiuit Dei consilio, ‖obdormiuit, & appositus est patribus suis, sensitque corruptionem.

37 At is quem Deus excitauit, non sensit corruptionem.

38 Notum igitur sit vobis, fratres, annuntiari vobis remissionem peccatorum per istum.

39 Et ab omnibus à quibus non potuistis per Legem Mosis iustificari, quemuis credentem, per hunc iustificari.

40 Videte ergo ne vobis superueniat quod dictum est in Prophetis,

41 ‖Videte ô contemptores, & admiramini, & disparete: quia opus operor ego diebus vestris, opus quod nõ credetis, siquis enarrauerit vobis.

42 Egressis autem *eis* è synagoga Iudæorum, rogarunt Gentes vt intra proximè sequẽs Sabbatũ exponerẽtur sibi hæc verba.

43 Solutóque conuentu, sequuti sunt multi ex Iudæis & religiosis proselytis Paulum ac Barnabam: qui alloquentes eos,

neratione quum administrasset voluntati Dei, dormiuit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem.

37 *Quem verò Deus suscitauit, non vidit corruptionem.*

38 *Notum igitur sit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur:*

39 *Et ab omnibus quibus nõ potuistis in Lege Moysi iustificari, in hoc omnis qui credit, iustificatur.*

40 *Videte ergo ne superueniat vobis quod dictum est in Prophetis,*

41 *Videte contemptores, & admiramini & dispergimini, quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis, siquis enarrauerit vobis.*

42 *Exeuntibus autem illis, rogabãt vt sequenti Sabbato loquerentur sibi verba hæc.*

43 *Quúmque dimissa esset synagoga, sequuti sunt multi Iudæorum & colentiũ aduenarum Paulum & Barnabam: qui loquentes*

3. Reg. 2.10

Christus ideo missus, vt per Legem damnatos gratuita remissione peccatorũ donet.

Beneficia Dei cedunt contẽptoribus certo exitio.
Habac. 1.5

Gentes præeũt Iudæis in regnum cælorũ.

38 *Per istum*, διὰ τούτου. Mutaui non temere harum particularum situm quæ in Græco cõtextu videri possent constructi cum verbo καταγγέλλεται, quum tamẽ perinde hoc sit accipiendum ac si scriptum esset ἡ διὰ τούτου ἄφεσις.

39 *Et ab omnibus à quibus*, καὶ ἀπὸ πάντων ὧν. Distinguenda sunt ἀπὸ πάντων & ὑπὸ πάντων: quod discrimen nisi obserues, non rectè possis hunc locum explicare. Neque enim hæc pertinet ad ceremonias à quibus omnibus (id est per quas) non potuerint Iudæi absolui: sed ad peccata, à quibus liberari seu absolui non potuerint in Lege Mosis, i. per Legis ceremonias: absoluuntur autem per istum, (i. Christum) si fide eum amplectantur. Neque istud *A quibus* exceptionis rationem habet, quasi quædam sint peccata à quibus per Legem liberemur, quæ Christi expiatione non indigeant, sed causam ostendit, cur per Christum à peccatis absolui nos sit necesse, quoniam videlicet istud præstare Lex nulla ratione in illis possit. ¶ *Iustificari*, δικαιωθῆναι, id est absolui, & siue reatum, siue pœnam peccatis debitam spectemus, pro reis iustos apud Dei tribunal declarari, Christo videlicet suos credentes sic morti, pœnis nostrorum peccatorum ab ipso persolutis, eximente, ac etiam iustitiæ quam Lex requirit, pro nobis plenissimè ab ipso præstitæ, imputatione, ius ad æternam vitam obtinendam nobis tribuente.

40 *In Prophetis*, ἐν τοῖς προφήταις. Quia ex vno Habacuc petitum est hoc testimonium, annotat Erasmus esse numeri ἐναλλαγήν: sed alia est ratio expediendi huius nodi multo certior & verior, de qua dixi Marc. 1. 2, & Ioann. 6. 45. quoniam videlicet in vnum volumen Prophetæ præsertim minores compingebantur.

41 *Contemptores*, οἱ καταφρονηταί. In Hebræo legitur בגוים [bagoym,] pro quo videntur Græci legisse בוגדים [bogedim.] ¶ *Disparete*, ἀφανίσθητε. Nempe vt iis euenire solet qui præ pudore sese foras proripiunt, quasi dissoluti disparentes: vel vultu apparent prorsus immutato, qua significatione accipitur hoc verbum Matt. 6.16.

42 *Egressis autem*, &c. Ἐξιόντων δὲ, &c. In vetustissimo meo codice, & tum in Arabico, tum etiam in recepta editione Latina, neque Iudæorum neque Gentium fit mentio, sed simpliciter scribitur Græcè quod illi verterunt, ἐξιόντων δὲ αὐτῶν παρεκάλουν εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα. Id est, *Exeuntibus autem illis, rogabant vt sequente sabbato dicerentur sibi verba hæc*. Est autem per obscura hæc oratio, nisi Ἰουδαίων coniungentes cum participio ἐξιόντων vertamus hunc locum, *Egredientibus autem ex synagoga Iudæis*, non autem, *Iudæorum*. Cur enim istud adderetur, quum synagoga per se satis intelligatur fuisse Iudæorum synagoga? Eadem autem ratio postulat vt nominatiuus τὰ ἔθνη, Gentes, præponatur verbo παρεκάλουν. Germana enim hæc est huius loci explicatio, Iudæos quidem plerosque sic fuisse Pauli verbis offensos vt Synagoga excederent: è contrario verò, Gentes, eos nimirum ex Gentibus qui Iudaïsabant, ideóque cœtus Iudaicos frequentabant, quanuis essent incircuncisi (qualis erat Cornelius, & eo tempore non pauci) institisse Paulo & Barnabæ, vt eadem illa verba *intra proximè sequens sabbatum*, copiosiùs nimirum, ipsis explicarentur.

¶ *Intra proximè sequẽs Sabbatum*, εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον. Poscit præpositio εἰς & particula μεταξὺ, vt interiectum tempus significetur, ἐνεργοῖς videlicet ἡμέραις duo Sabbata diuidentibus, quòd Iudæi diebus demum Sabbatorũ in synagogis conuenirent, nisi etiam dies alius festus incidisset. & sic à Paulo & Barnaba factum fuisse declarat proximus versiculus, & quod postea dicitur de totius ciuitatis altero proximè sequuto sabbato in synagogam concursu, Paulo & Barnaba interea quosuis erudientibus. Vulgata, *sequente sabbato*, ita vt εἰς pro ἐν, & μεταξὺ pro ἑξῆς accipiatur.

¶ *Exponerentur*, λαληθῆναι. Vulg. *vt loquerentur*. Atqui non temerè Lucas verbo passiuo vsus est, ex quo intelligitur pios istos fuisse vero cognoscendæ veritatis studio incensos, petiisse sibi copiosiùs dici, id est, copiosiùs exponi quæ ab Apostolo summatim audierant.

43 *Solutóque conuentu*, λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς. Vulgata, *Quúmque dimissa esset synagoga*, impropriè & obscurè. Sic autem significatur, Iudæos quidem plerosque verbis Pauli offensos, non sine graui animi offensione è cœtu excessisse: aliis verò contrà vsque adeo placuisse Pauli orationem vt iterum illum audire minimè dissimulanter optarent, & ita solutum fuisse conuentum. ¶ *Religiosis proselytis*, σεβομένων προσηλύτων. Ita solet Lucas in hoc libro vocare extraneos Iudaismum amplexos, siue circuncisos (quales fuisse videntur quos proselytos appellat, adscititios nimirum Iudæos,) siue incircuncisos, cuiusmodi erat Cornelius, quem non σεβόμενον sed εὐσεβῆ appellauit, re ipsa videlicet & corde, quanuis nondum aperto externo cultu, Iudæum. Vulgata, *Colentium* barbarè interpretatur.

¶ *Qui*, οἵτινες. Videlicet Paulus & Barnabas. Multo enim est probabilius Iudæos istos & proselytos ab illis, quàm illos ab istis fuisse confirmatos.

αὐτοῖς, ἔπειθον αὐτοὺς ἐπιμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ.

44 Τῷ δὲ ἐρχομένῳ σαββάτῳ σχεδὸν πᾶσα ἡ πόλις συνήχθη ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

45 Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς ὄχλους, ἐπλήσθησαν ζήλου, καὶ ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες.

46 Παῤῥησιασάμενοι δὲ ὁ Παῦλος καὶ ὁ Βαρνάβας εἶπον, Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ, στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη.

47 Οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος, Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

48 Ἀκούοντα δὲ τὰ ἔθνη, ἔχαιρον, καὶ ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ Κυρίου· καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

49 Διεφέρετο δὲ ὁ λόγος τοῦ Κυρίου δι' ὅλης τῆς χώρας.

50 Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖκας καὶ τὰς εὐσχήμονας, καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν, καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

51 Οἱ δὲ ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς, ἦλθον εἰς Ἰκόνιον.

persuaserunt eis vt permanerent in gratia Dei.

44 Sequēte verò Sabbato vrbs propè tota congregata fuit ad audiendum sermonem Dei.

45 Visa autem turba, Iudæi repleti sunt inuidia, & contradicebant iis quę à Paulo dicebantur, cōtradicentes ac blasphemantes.

46 Tunc loquendi libertate vsi Paulus ac Barnabas dixerunt, Vobis necesse fuit primùm exponi sermonem Dei: postquam autem illum repellitis, & indignos vos ipsos decernitis ęterna vita, ecce, conuertimus nos ad Gentes.

47 Ita enim nobis præcepit Dominus *dicens*, ‖ Constitui te vt sis lux Gentium, vt sis saluti vsque ad vltimas terras.

48 Gentes autem hæc audientes, gauisæ sunt, & laudibus extulerunt sermonem Domini: & crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam.

49 Perferebatur autem sermo Domini per totam illam regionem.

50 Iudæi verò extimularūt mulieres religiosas & honoratas, & primos vrbis, & excitarunt persequutionem in Paulum ac Barnabā, eiecerúntque eos è finibus suis.

51 ‖ At illi excusso puluere pedum suorum in eos, venerunt Iconium.

Suadebant eis vt permanerent in gratia Dei.

44 *Sequenti verò Sabbato penè vniuersa ciuitas conuenit audire verbum Dei.*

45 *Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant iis quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes.*

46 *Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primùm loqui verbū Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce, conuertimur ad Gentes.*

47 *Sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremū terræ.*

48 *Audientes autē Gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.*

49 *Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionem.*

50 *Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persequutionem in Paulū & Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis.*

51 *At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium.*

Euangelij sanè odor reprobis incredulis mortem spirat, electis autem credentibus, vitam.

Euangelium expresso Dei mandato Gentibus promulgatum.

Esa.49.6

Ea est hostium Euangelij calliditas, vt quo rundam etiā, alioqui non penitus malorum, simplicitate ad suam crudelitatem exercendam abutantur.

Infrà 18.6 matt.10.14 mar.6.11 luc.9.5

Non obstat mundi perfidia quominus sibi Dominus Ecclesiam colligat & collectam foueat.

¶ *Persuaserunt eis*, ἔπειθον αὐτούς. Vulgata & Erasmus, *Suadebāt eis*, quod non placet. Gratiam autem Dei appellat gratuitam in vno Christo iustificationem de qua disseruerat Pharisaicæ doctrinæ oppositam.

44 *Sequente*, ἐρχομένῳ. Id est ἑπομένῳ. ¶ *Propè*, σχεδόν. Syrus & Arabs hanc particulam non habent.

45 *Iudæi*, οἱ Ἰουδαῖοι. Arabs interpres legit οἱ ἱερεῖς, *sacerdotes*, idque præter morem, quum non soleant in his libris commemorari sacerdotes, nisi quum de Hierosolymis agitur. ¶ *Inuidia*, ζήλου. Vulgata & Erasmus, *Zelo*. Vide Ioannem cap. 2. vers. 17. ¶ *Contradicentes ac blasphemantes*, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες. Neque vulgata Latina, neque Syra neque Arabica editio legit ἀντιλέγοντες καί: quod etiam videtur redundare.

46 *Decernitis*, κρίνετε, Id est, hoc vestro facto, quasi sententia in vosipsos latá, statuitis ac decernitis. Vulg. & Eras. *Iudicatis*: rectè quidem, sed ambiguè. Posset enim hoc ad mentis iudicium referri, quasi isti animi sui iudicio & apud se statuerent se hac Dei gratia indignos esse, vt facere solent qui peccatorum suorum sensu tanguntur, qui quidem primus est ad salutem gradus, modò tristitia sit secundum Deum. Id verò in istos non cadit.

47 *Dominus*, ὁ Κύριος. Subaudi לאמור [*lemor*] *dicens*, ex Heb. idiotismo. Syrus & Arabs addunt καθὼς γέγραπται. Sicut scriptum est.

48 *Sermonem Dei*, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Syrus & Arabs legerunt τὸν Θεὸν, *Deum*. Et certè insolens est illud dicendi genus. In meo vet. cod. pro ἐδόξαζον legitur ἐδέξαντο, *exceperunt*. ¶ *Ordinati*, τεταγμένοι. Ergo vel non omnes erant vitæ æternæ destinati, vel omnes crediderunt, vel hoc temerè dictum est à Luca: quod absit vt vel in mentem nobis veniat. Agitur autem hîc non de præscientia simplici, sed de ordinatione æterna, & ita quidē vt ei subordinetur fides. Hoc velim considerent illi qui præscientiam Dei à decreto separant, quique præuisam fidem faciunt electionis causam. Sed & hic locus manifestè ostendit quàm parum solida, atque adeo (quod cum bona quorundam veterum pace dictum sit) quàm inepta sit illa distinctio verbi actiui προγινώσκειν à passiuo καταρτισμένα: quam nonnulli excogitarunt vt eluderent Pauli disputationem de æterna Dei prouidentia, Rom. 9. v. 22. & 23. Cæterùm Vetus interpres pro *Ordinati* conuertit *Præordinati*, quum Græcè non sit scriptum προτεταγμένοι, vel προκεχειροτονημένοι, vt solet transferre. Sed tamen eadem prorsus manet sententia. Nam si crediderunt qui ordinati erant ad vitam, certè ordinatio hæc fidē antegreditur, ac multo magis ipsa fidei effecta. Itaque Dei decretum primo loco statuatur necesse est, non tantùm tempore, (est enim æternum) sed etiam causarum ordine: quum cætera quæ ad salutem spectant, sine vlla exceptione illi subiiciantur, vt effecta subordinata causæ.

49 *Perferebatur*, διεφέρετο. Vulg. *Disseminabatur*, vt videatur legisse διεσπείρετο.

50 *Religiosas & honestas*, σεβομένας καὶ εὐσχήμονας. Significat Lucas mulieres Mosaicā legē amplexas, quibus tamē incognitus erat Christi aduētus, quales etiā Romæ fuisse plurimas conqueruntur profani poëtæ. Patebat igitur Iudæis aditus ad illarum simplicitatem tentandam, vtpote quæ excitandæ persequutioni maximè essent opportunæ, persuasis videlicet maritis qui plurimum poterant. Addit enim Lucas istas fuisse εὐσχήμονας, primariæ videlicet auctoritatis: quamobrem etiam Syrus interpretatur, ac si scriptum esset πλουσίας, *diuites*. Et Græci in hunc locum dicunt has esse quas Romani Matronas vocant, Gallice, *femmes d'estat*.

52 Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπληροῦντο χαρᾶς καὶ Πνεύματος ἁγίου.

Κεφάλαιον ιδ.

1 Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ κατὰ τὸ αὐτὸ εἰσελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων, καὶ λαλῆσαι οὕτως ὥστε πιστεῦσαι Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος.

2 Οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν.

3 Ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον διέτριψαν παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, καὶ διδόντι σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν.

4 Ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως καὶ οἱ μὲν ἦσαν σὺν τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ δὲ σὺν τοῖς ἀποστόλοις.

5 Ὡς δὲ ἐγένετο ὁρμὴ τῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων σὺν τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν, ὑβρίσαι καὶ λιθοβολῆσαι αὐτοὺς,

6 Συνιδόντες κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας, Λύστραν καὶ Δέρβην, καὶ τὴν περίχωρον.

7 Κἀκεῖ ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι.

8 Καί τις ἀνὴρ ἐν Λύστροις ἀδύνατος τοῖς ποσὶν ἐκάθητο, χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων, ὃς οὐδέποτε περιπεπατήκει.

9 Οὗτος ἤκουε τοῦ Παύλου λαλοῦντος· ὃς ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἰδὼν ὅτι πίστιν ἔχει τοῦ σωθῆναι,

52 Discipuli verò replebantur gaudio & Spiritu sancto.

CAP. XIIII.

1 FActum est autem itidem Iconij vt simul introirent synagogam Iudæorum, & ita loquerentur, vt crederet Iudæorum simul & Græcorum magna multitudo.

2 Iudæi verò qui non obedierunt *sermoni* incitarunt & male affectos reddiderunt animos Gentium aduersus fratres.

3 Aliquantū igitur tempus *ibi* cōmorati sunt liberè loquētes freti Domino, qui testimoniū dabat sermoni gratiæ suæ, dabátque vt signa & prodigia ederentur per manus eorum.

4 Scissa est autem multitudo vrbis: & alij quidem erant à Iudæis, alij verò ab Apostolis.

5 Quum autem factus esset impetus Gentium ac Iudæorū vnà cū suis primoribus ad eos contumeliis afficiendos & lapidandos,

6 Re intellecta animaduersa perfugerunt in ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & circumiacentem regionem:

7 Et illic euangelizauerunt.

8 Quidam autem vir Lystris captus pedibus sedebat, claudus ab vtero matris suę, qui nūquam ambulauerat.

9 Hic audiuit Paulum loquentem: qui quum intendisset in eū oculos, & vidisset quòd fidem haberet *se* liberatum iri,

52 *Discipuli quoque replebantur gaudio & Spiritu sancto.*

CAP. XIIII.

1 *FActum est autem in Iconio vt simul introirent synagogā Iudæorum, & loquerentur, ita vt crederet Iudæorum copiosa multitudo.*

2 *Qui verò increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt & ad iracundiam concitauerunt animas Gentiū aduersus fratres.*

3 *Multo igitur tempore demorati sunt fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, & dante signa & prodigia fieri per manus eorum.*

4 *Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant cum Iudæis, quidā verò cum Apostolis.*

5 *Quū autem factus esset impetus Gentium & Iudæorum cum principibus suis, vt contumeliis afficerent & lapidarent eos,*

6 *Intelligentes confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & vniuersam in circuitu regionem:*

7 *Et ibi euangelizantes erant.*

8 *Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ, qui nunquam ambulauerat.*

9 *Hic audiuit Paulū loquentem: qui intuitus eū, & videns quia fidem haberet vt saluus fieret,*

Non minus constantes esse nos oportet quàm obstinata est malorum peruersitas.

Non cedendū minis, imò ne aperto quidē furori, nisi quū ita prorsus necesse est, idque nō quietis captandæ causa, sed vt eò latius propagetur Euangelium.

Vetus est Diaboli astus efficere, vt fideles serui Dei, vel semel profligentur, vel pro idolis colantur, idque præcipuè arrepta ex miraculis occasione.

IN CAPVT XIIII.

2 *Iudæi verò qui non obedierunt [sermoni,]* οἱ δὲ ἀπειθοῦντες. Siue, qui nō paruerunt doctrinę, quā sibi persuaderi noluerunt. Nam antithesis τοῦ πιστεύειν ostendit hic agi de rebellione aduersus Euangelij prædicationem. Vide Ioan. 3. 36. Suppleuimus autem *sermoni* ex 1. Pet. 3. 1. ¶ *Malè affectos reddiderunt*, ἐκάκωσαν. Vulgata, *ad iracundiam concitauerunt*, id est παρώργισαν: vt solent Græci interpretes conuertere verbum הכעים [*hichhis*] Erasmus, *Corruperunt*. quo vocabulo vtuntur quidem Iurisconsulti, sed tum demum vbi agitur de eo vel qui in æstimationem venit, vt seruo vel ancilla vel quem nostra interest non fieri deteriorem, vt qui in nostra sunt potestate. Hic ergo ponitur τὸ κακοῦν significatione nonnihil diuersa, quum alioquin hoc vocabulum alibi soleat vsurpari pro Opprimere siue affligere, seu damnum aliquod inferre: vt suprà 12. 1. adeo quidem vt hoc quoque sit ἅπαξ λεγόμενον. rectè tamen & eleganter vsurpatum à Luca, quoniam isti de quibus agitur, & malis artibus & ad improbè agendum sunt à Iudæis inducti: quo modo corruptionem definit Vlpianus. Cęterùm quod scribit Beda in Græcis codicibus post κατὰ τῶν ἀδελφῶν, *aduersus fratres*, adscribi ὁ δὲ Θεὸς εἰρήνην ἐποίησεν, Deus autem pacem fecit, pro quo in aliquibus codicibus Latinis legitur, *Dominus autem cito dedit pacem*, in nullo nostrorum exemplarium legitur: nec tamen videtur malè conuenire, vt cum his cohæreat, quod mox subiicitur de diuturniore Pauli & Barnabæ in eo loco commoratione, & quidem adiecta particula μὲν οὖν, igitur, pro qua videtur alioqui potius scribendum fuisse ὅμως tamen.

3 *Liberè loquentes*, παῤῥησιαζόμενοι. Vulgata, *Fiducialiter agentes*. Erasmus, *Fortiter agentes*. Ego, quum hic agatur de Euangelij prædicatione, puto retinendam propriam significationem τοῦ παῤῥησιάζεσθαι. Dicitur autem id propriè de loquendi libertate. ¶ *Freti Domino*, ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Hebr. ביהוה [*baiehouah*:] quem Hebraismum non satis videaris exprimere si ad verbum conuertas, In Domino. ¶ *Per manus*, διὰ χειρῶν. Vide suprà 5. 1 4.

5 *Ad eos contumeliis afficiendos*, ὑβρίσαι. Vel, vt Vulg. *Vt eos contumeliis afficerent*. Sic enim mihi videtur Vetus interpres rectius conuertisse quàm Erasmus, *Vt vim afferrent*: id est βιάζεσθαι.

7 *Euangelizarunt*, ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι. In illo meo vetustissimo codice ista subiiciuntur, quæ tamen neque in Syra, neque in Arabica interpretatione, neque in Latinis ferè vllis codicibus reperiuntur, & tamē testatur Beda in Græcis legi, καὶ ἐκινήθη ὅλον τὸ πλῆθος ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτῶν. ὁ δὲ Παῦλος καὶ Βαρνάβας διέτριβον ἐν Λύστροις. Id est, *Et tota multitudo commota fuit super eorum doctrina. Paulus autem & Barnabas Lystris versabantur.*

8 *Pedibus captus*, ἀδύνατος. Vulgata, *Infirmus*. Erasmus, *Debilis*, neuter satis expressè. Ad verbum, *impotens*, vt Gallicè dicere solemus *impotent*, Latinè non item. ¶ *Ambulauerat*, περιεπεπατήκει. Sic reposui ex meo vetustissimo codice, quum alioquin mendosè legi soleat περιπεπατήκει.

9 *Et vidisset*, καὶ ἰδών claudo videlicet tum Pauli oratione, tum aliis signis à Paulo editis excitato, & ipso vultu significante quòd aliquid opis à Paulo speraret: vt is qui Christo dicebat, Domine si vis, potes me mundare. ¶ *Liberatum iri*, τοῦ σωθῆναι. Ab hac videlicet imbecillitate. Nam haud satis scio an de æterna salute sit illud accipiendum, quamobrem etiam Liberādi vocem hoc quidem loco vsurpaui, vt planior esset oratio, etsi non vbique id obseruaui.

Εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου ὀρθός. Καὶ ἥλλετο, καὶ περιεπάτει.

Οἱ δὲ ὄχλοι ἰδόντες ὃ ἐποίησεν ὁ Παῦλος, ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, Λυκαονιστὶ λέγοντες, Οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς.

Ἐκάλουν τε τὸν μὲν Βαρνάβαν, Δία· τὸν δὲ Παῦλον, Ἑρμῆν· ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου.

Ὁ δὲ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν, ταύρους καὶ στέμματα ἐπὶ τοὺς πυλῶνας ἐνέγκας, σὺν τοῖς ὄχλοις ἤθελε θύειν.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος, διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν εἰσεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον, κράζοντες,

Καὶ λέγοντες, Ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε; καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι, εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς.

Ὃς ἐν ταῖς παρῳχημέναις γενεαῖς εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν.

Καίτοιγε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν, ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ἡμῖν ὑετοὺς διδοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ὑμῶν.

Καὶ ταῦτα λέγοντες, μόλις κατέπαυ-

10 Dixit voce magna, Surge in pedes tuos rectus. At ille & exsiliit, & ambulauit.

11 Turba verò quum vidisset quod fecerat Paulus, sustulerũt vocem suam, Lycaonicè dicentes, Dij assimilati hominibus, descenderunt ad nos.

12 Vocabántque Barnabã, Iouẽ: Paulum verò, Mercurium: quoniam is præibat in loquendo.

13 Sacerdos autem Iouis collocati ante illorum vrbem, quum tauros vittatos ad vestibula adduxisset, volebat cum turba sacrificare.

14 Quod quum audissent Apostoli Barnabas & Paulus, diruptis palliis suis insilierũt in turbam, clamantes,

15 Ac dicentes, Viri, cur ista facitis? nos quoque sumus homines iisdem quibus vos affectionibus obnoxij, annuntiantes, vt à vanis istis rebus conuertatis vos ad Deum illum viuum, ‖ qui fecit cælum & terrã, & mare, & omnia quæ in eis sunt,

16 Quique præteritis ætatibus ‖ siuit omnes Gentes suis ipsarũ viis incedere.

17 Quanquam non passus est se esse expertem testimonij, bona tribuendo, dans nobis cælitus pluuias ac præstituta tempora fructibus perferendis apta, implens cibo & oblectatione corda nostra.

18 Et hæc dicentes, vix compe-

10 *Dixit magna voce, Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit, & ambulabat.*

11 *Turba autem quum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerũt vocem suã, Lycaonicè dicentes, Dysimiles facti hominibus descenderunt ad nos.*

12 *Et vocabant Barnabam Iouem: Paulũ verò Mercurium: quoniam ipse erat dux verbi.*

13 *Sacerdos quoque Iouis qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas ante iannas adferens, cum populis volebat sacrificare.*

14 *Quod vbi audierunt Apostoli Barnabas & Paulus, conscissis tunicis suis exilierunt in turbas, clamantes,*

15 *Et dicentes, Viri, quid hæc facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annũtiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt.*

16 *Qui in præteritis generationibus dimisit omnes Gentes ingredi vias suas.*

17 *Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens de cælo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda vestra.*

18 *Et hæc dicentes, vix se-*

Idololatria etiam dicitur quæ creaturis quantumuis sanctis & eximiis, quod vnius Dei est tribuit: nempe inuocationis cultum. Gen.1.1 psal.146.6 apoc.14.7

Psal.81.13 Consuetudo quantalibet vetus, non excusat idololatras.

10 *Surge*, ἀνάστηθι. In quinque manuscr. codicibus & Complutensi editione, atque adeo in Syra & Arabica interpretatione, legitur, σοὶ λέγω ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάστηθι, *Tibi dico in nomine Domini Iesu Christi, surge*, &c. quam lectionẽ maximè probo. Ita enim solent aliquid adiicere Apostoli, ex quo intelligat turba, ipsos non sua sed Christi virtute agere quod agunt: quum Christus contrà soleat suo iure imperare, vt qui nimirum sit αὐτοκράτωρ. Apparet tamen ex Theophylacti scholiis eum hæc non legisse, vt qui dicat, quoniam Paulus non protulerat Christi nomen, neque dixerat, *In nomine Iesu*, inde factum vt Lystrenses ipsum existimarint Deum esse. Sed vana est admodum hæc coniectura.

13 *Tauros vittatos*, ταύρους καὶ στέμματα. Rem vnam duabus vocibus explicauit, id est ἓν διὰ δυοῖν (vt grammatici loquuntur) vt in illo Virgilij --*pateris libamus & auro*: id est, inquit Seruius, aureis pateris. Idem, *Victori velatum auro vittisque iuuencũ*. Ideo *vittatos* malui quàm *coronatos* dicere. ¶ *Ad vestibula*, ἐπὶ τοὺς πυλῶνας. Id est, vt plerique exponunt, ad ipsius templi suburbani porticus. Sed est fortassis enallage numeri, pro ἐπὶ τὸν πυλῶνα, vt etiam scribitur in vno manuscr. codice, id est *pro vestibulo*, vt earum ædium vestibulum intelligatur in quas diuerterant Apostoli. Neque enim frustra dixit Lucas, templum ipsum Iouis extra vrbem fuisse: & probabile est Apostolos ad illud Idolorum templum minimè subsistere consueuisse, quum id nequaquam hîc dicatur, sed Sacerdotem potius non iam ad deorum aras, sed ad ipsos (vt arbitrabatur) deos victimas adduxisse, quam sententiam sequutus est Syrus interpres. Denique gesta hæc sunt intra vrbẽ, vt apparet ex vers. 19.

14 *Diruptis pallijs*, διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια. Vide Mat. 26. 65.

15 *Iisdem obnoxij affectionibus*, ὁμοιοπαθεῖς. Id est, mortales vt vos estis, & eiusdem atque vos humanæ naturæ participes. Nam πάθη vocant in genere quæcunque homines ab æterna illa & incorporea & inuariabili natura diuina secernunt. Vulg. *Mortales* interpretatur, nimium angustè, adeo vt penè videri possit aliud quippiam legisse. Erasmus, *Iisdem obnoxij malis*, ambiguè. ¶ *Annuntiantes vt vos*, εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς. Ita sum interpretatus, quoniam mollius cohæret pronomen ὑμᾶς cum verbo ἐπιστρέφειν, quamobrem etiam non retinui Euangelizandi verbum, quanuis etiam cum quarto casu construatur μαθητεύσαντες, infrà vers. 21. Sed in meo vetustissimo codice rectius fortasse legitur εὐαγγελιζόμενοι ὑμῖν τὸν Θεὸν, ἵνα ἐπιστρέφητε, &c. Id est, *Euãgelizantes vobis Deum, vt conuertamini*, &c. ¶ *A vanis istis rebus*, ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων. Ex Hebræorum more idola vocat τὰ μάταια, id est (vt illi loquuntur) הבלים [*habalim*.]

16 *Suis ipsarum viis incedere*, πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Heb. ללכת בדרכיהם [*lalaceth bedarchehem*,] id est ex arbitrio suo viuere: nulla ipsis præscripta ratione religionis. Nam Hebræorum more, Ambulare positum est pro Viuere, & Via pro vitæ ratione.

17 *Bona tribuendo*, ἀγαθοποιῶν. Vide Marc. 3. 4. Arabica interpretatio istud non habet. Meus autem vetustissimus codex legit ἀγαθοποιῶν οὐρανόθεν ὑμῖν *benefaciens cælitus vobis*, & Syrus interpres, ἀγαθοποιῶν αὐτοῖς οὐρανόθεν, *benefaciens ipsis cælitus*, idque meo iudicio rectius. ¶ *Nobis*, ἡμῖν. Quatuor vetusti codices & meus vetustissimus habent ὑμῖν, *vobis*, & mox ὑμῶν, *vestra*. Syrus autem & Arabs legerunt αὐτοῖς, *eis*, & αὐτῶν, *eorum*. ¶ *Fructibus perferendis aptas*, καρποφόρους. Vulg. *Fructifera*. Ego malui perspicuitati studere, sequutus ea in re Syri & Arabis interpretis vestigia. Cæterùm si probasset Paulus Sibyllarum χρησμοὺς, mirum ni aliquam eorum mentionem apud istos fecisset.

18 Ne

σαν τοὺς ὄχλους τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς.

Ἐπῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἰκονίου Ἰουδαῖοι, καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους, καὶ λιθάσαντες τὸν Παῦλον, ἔσυρον ἔξω τῆς πόλεως, νομίσαντες αὐτὸν τεθνάναι.

Κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν μαθητῶν, ἀναστὰς εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν· καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθε σὺν τῷ Βαρνάβᾳ εἰς Δέρβην.

Εὐαγγελισάμενοί τε τὴν πόλιν ἐκείνην καὶ μαθητεύσαντες ἱκανοὺς ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Λύστραν καὶ Ἰκόνιον καὶ Ἀντιόχειαν·

Ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μαθητῶν, παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

Χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν.

Καὶ διελθόντες τὴν Πισιδίαν, ἦλθον εἰς Παμφυλίαν.

Καὶ λαλήσαντες ἐν Πέργῃ τὸν λόγον, κατέβησαν εἰς Ἀττάλειαν.

Κἀκεῖθεν ἀπέπλευσαν εἰς Ἀντιόχειαν, ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ ἔργον ὃ ἐπλήρωσαν.

scuerunt turbam ne ipsis sacrificaret,

19 Superuenerunt autem quidam Iudæi Antiochia & Iconio, qui persuasa turba, ‖ Paulum lapidatum traxerunt extra vrbem, existimantes eum mortuum esse.

20 Quum autem circunstetissent eum discipuli, surrexit, & ingressus est vrbem, & postridie egressus venit Derbẽ cum Barnaba.

21 Quúmque euangelizassent vrbi illi, & discipulos multos adiũxissent, reuersi sunt Lystrã & Iconium & Antiochiam:

22 Confirmantes animos discipulorum, hortantes vt permanerent in fide, & dicentes oportere per multas afflictiones nos ingredi in regnum Dei.

23 Quúmque ipsi per suffragia creassent per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum ieiuniis, commendarunt eos Domino in quem crediderant.

24 Peragratáque Pisidia, venerũt in Pamphyliam.

25 Ac Pergæ loquuti *Domini* sermonem, descenderunt Attaliam.

26 ‖ Et illinc enauigarũt Antiochiam, vnde fuerant commendati gratiæ Dei ad opus quod expleuerant.

dauerunt turbas ne sibi immolarent.

19 *Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi, & persuasis turbis, & lapidato Paulo, traxerunt extra ciuitatem, existimantes eũ mortuum esse.*

20 *Circumdantibus autem eum discipulis, surgens intrauit ciuitatem: & postera die profectus est cum Barnaba in Derben.*

21 *Quúmque euangelizassent ciuitati illi, & docuissẽt multos, reuersi sunt Lystram & Iconium & Antiochiam:*

22 *Confirmantes animas discipulorum, exhortantésque vt permanarent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei.*

23 *Et quũ constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino in quem crediderunt.*

24 *Transeuntésque Pisidiam, venerunt in Pamphyliam.*

25 *Et loquentes verbum Domini in Perge, descenderunt in Attaliam.*

26 *Et inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus quod compleuerant.*

Diabolus in extremum redactus, tandem apertè furit: sed frustrà, tunc quoque quum videtur esse superior. 2.Cor.11.25

Per medias mortes nihilo minus in vocatione pergendum.

Ministrorum est non tãtùm docere, sed etiam iam doctos confirmare, & ad crucẽ præparare.

Apostoli plantatas Ecclesias commiserunt propriis pastoribus, quos quidem non temerè, sed præeuntibus precibus & ieiuniis crearunt, nec pretio aut imperiosa potestate Ecclesiis obtruserunt, sed cœtus suffragiis comprobatos constituerunt.

Paulus & Barnabas sua peregrinatione defuncti, & Antiochiam reuersi, rationẽ itineris sui Ecclesiæ exponunt. *Suprà 13.1

18 *Ne ipsis sacrificaret*, τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς. In quatuor manuscr codicibus additur, ἀλλὰ πορεύεσθαι ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια. Διατριβόντων δὲ αὐτῶν καὶ διδασκόντων, ἐπῆλθον ἀπὸ Ἀντιοχείας, Id est, *Sed vnusquisque domum suam abiret. Ipsis autem [illic] versantibus ac docentibus superuenerunt ab Antiochia*, &c. quod posterius membrum legit etiam Beda, & in vetustissimo codice inueni.

19 *Qui persuasa turba*, καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους. In iisdem quatuor exemplaribus scribitur, καὶ διαλεγομένων αὐτῶν παῤῥησίᾳ, ἀνέπεισαν τοὺς ὄχλους ἀποστῆναι ἀπ' αὐτῶν, λέγοντες, ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς λέγουσιν, ἀλλὰ πάντα ψεύδονται. Id est, *Et ipsis confidenter disputantibus, persuaserunt turbæ vt ab ijs deficeret, quòd dicerent eos nihil veri docere, sed in omnibus mentiri*.

21 *Discipulos non paucos adiunxissent*, μαθητεύσαντες. Vulgata & Erasmus, *quum docuissent*, perperam. Nec enim τὸ μαθητεύειν hîc declarat τὸ διδάσκειν, sed docendo ad Christi fidem adducere: vt rectè quoque explicat Syrus interpres. Discipulorum enim nomen in iis regionibus adhuc vsitatum erat significandis Christianis. Vide Matth. 28. 19. & Marc. 10. 46.

22 *Oportere*, ὅτι δεῖ. Subaudiui participium *Dicẽtes*, quod etiam expressit Syrus interpres. Arabs autem expũcta copula καὶ, legit ὅτι δεῖ, *quòd oporteret*, idque, vt opinor, rectius.

23 *Per suffragia creassent*, χειροτονήσαντες. Ortum est hoc verbum ex Græcorum consuetudine, qui porrectis manibus suffragia ferebant. Vnde illud Ciceronis pro L. Flaco, *Porrexerunt manus: psephisma natum est*. Est autem notanda vis huius verbi, vt Paulum ac Barnabam sciamus nihil priuato arbitrio gessisse, nec vllam in Ecclesia exercuisse tyrannidem: nihil denique tale fecisse quale hodie Romanus Papa & ipsius asseclæ, quos ordinarios vocant. Quidam hoc referre malut ad manuum impositionem, quæ & ipsa sit prorsus necessaria: & hoc prætextu arrepto vocationem nostram irritam esse dicunt, quoniam Ordinarij, quos vocant, nobis manus non imposuerunt, siue quòd nõ simus in Romana Ecclesia consecrati. Respondeo, ex ipsis canonibus quos iactant, irritam esse consecrationem cui non præierit legitima electio, aut quæ fit ab excommunicato. Ostendant autem ipsi vel vnum in tota illa sua hierarchia qui legitimè sit vocatus, imò qui nõ sit centies ipso iure excommunicatus, si ipsis eorum Synodis stetur. Nos igitur cur ab illis impositionem manuum peteremus, aut quo iure ipsi nobis eam tribuerent? Habemus autem nos, Dei beneficio, certas nostræ vocationis notas, legitimo ab Ecclesiis nostris & vitæ & doctrinæ testimonio (per Dei gratiam) ornati, & ab iisdem electi, ac demum etiam inuocato Dei nomine in nostro ministerio confirmati. cui Dominus (vt spero) eiectis tum furibus, tum mercenariis, benedicet. ¶ *Per singulas Ecclesias*, κατ' ἐκκλησίαν. Sic antea dixit Lucas κατ' οἶκον pro *Domatim*. ¶ *Presbyteros*, πρεσβυτέρους. Id est pastores, diaconos, & alios Ecclesiæ gubernationi præfectos. Hîc enim, vt alibi sæpe, generaliter accipitur presbyteri nomen. ¶ *Commendarunt*, παρέθεντο] quasi videlicet depositum ipsius fidei commissum, vt 1. Tim. 1. 18. & 2. Tim. 2. & 1. Pet. 4. 19.

25 [*Domini*] *sermonem*, τὸν λόγον. In tribus codicibus manuscript. & Syra & Arabica interpretatione, disertè additur τοῦ Κυρίου: quod expressimus, vt magis esset perspicua oratio.

¶ *Attaliam*, εἰς Ἀττάλειαν. Ridiculum est quod in quibusdam Latinis codicibus pro Attaliam legitur Italiam. Magis excusanda est eorum imperitia qui Mattaliam scripserunt, in nomine tantùm decepti. Est autem Attalia vrbs Pamphyliæ maritima, Lyciæ finibus proxima: ideóque apud Stephanum Lyciæ attributa. Nam in Græco Stephano corruptè excusum est Λυδίας pro Λυκίας, quẽ crassissimum errorem miror non fuisse ab Erasmo animaduersum, quum Lydiæ littora ad Occidentem exposita mari Ægeo, non paruo tractu absint à Lycia ac Pamphylia in Meridiem obuersis.

26 *Antiochiam*, εἰς Ἀντιόχειαν. Græca scholia legunt εἰς Μίλητον, *Miletum*, sed perperam.

27 Παραγενόμενοι δὲ καὶ συναγαγόντες τὴν ἐκκλησίαν, ἀνήγγειλαν ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν, καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίστεως.

28 Διέτριβον δὲ ἐκεῖ χρόνον οὐκ ὀλίγον σὺν τοῖς μαθηταῖς.

27 Quũ autem venissent & congregassent Ecclesiam, retulerũt quanta Deus per ipsos effecisset, & eum aperuisse Gentibus ostium fidei.

28 Et commorati sunt illic non paruum tempus cum discipulis.

27 *Quum autem venissent & congregassent Ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium fidei.*

28 *Morati sunt autẽ tempus non modicum cum discipulis.*

Κεφάλαιον ιε.

CAP. XV.

Ecclesia tandẽ etiam ciuili dissidio exercetur, orto à superbis & præfractis ingeniis malorũ initio. Fuit autem prima contentio de Christi officio, solane ipsius iustitia per fidẽ apprehensa iustificati seruemur, an verò Legis etiam obseruatione sit opus.

Ecclesiarum conuentus ad opprimendas hæreses instituti, ad quos communi nomine certi homines mittebantur.

1 ΚΑΙ τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, ἐδίδασκον τοὺς ἀδελφούς, Ὅτι ἐὰν μὴ περιτέμνησθε τῷ ἔθει Μωϋσέως, οὐ δύνασθε σωθῆναι.

2 Γενομένης οὖν στάσεως καὶ συζητήσεως οὐκ ὀλίγης τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ πρὸς αὐτούς, ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον καὶ Βαρνάβαν καί τινας ἄλλους ἐξ αὐτῶν, πρὸς τοὺς ἀποστόλους καὶ πρεσβυτέρους εἰς Ἱερουσαλήμ, περὶ τοῦ ζητήματος τούτου.

3 Οἱ μὲν οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, διήρχοντο τὴν Φοινίκην καὶ Σαμάρειαν, ἐκδιηγούμενοι τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν· καὶ ἐποίουν χαρὰν μεγάλην πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς.

4 Παραγενόμενοι δὲ εἰς Ἱερουσαλήμ, ἀπεδέχθησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων, ἀνήγγειλάν τε ὅσα ὁ Θεὸς ἐποίησε μετ' αὐτῶν.

5 Ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων πεπιστευκότες, λέγοντες, Ὅτι δεῖ περιτέμνειν αὐτούς, παραγγέλλειν τε τηρεῖν τὸν νόμον Μωϋσέως.

Res prius in Apostolorum & presbyterorum conuentu, audita vtraque parte, disceptatur, deinde cum plebe communicatur.

6 Συνήχθησαν δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσ-

1 POrrò quidã qui descenderant à Iudæa, docebant fratres, *& dicebant*, Nisi circuncidamini ritu Mosis, non potestis seruari.

2 Orta igitur repugnantia & disceptatione non parua à Paulo ac Barnaba aduersus illos, constitutum fuit vt ascenderent Paulus & Barnabas & quidam alij ex illis, ad Apostolos ac Presbyteros Hierosolymã, super hac quæstione.

3 Illi ergo deducti ab Ecclesia peragrarunt Phœnicẽ & Samariam, narrantes conuersionem Gentium: & gaudio magno affecerunt omnes fratres.

4 Quũ autem peruenissent Hierosolymã, excepti sunt ab Ecclesia & ab Apostolis ac Presbyteris, & retulerũt quanta Deus per ipsos effecisset.

5 Sed (*aiebant*) quidam surrexerunt ex heresi Pharisęorum qui crediderunt, dicentes quòd oporteat ipsos circũcidere, & eis mandare vt obseruent Legem Mosis.

6 Congregati sunt igitur Apo-

1 *ET quidam descendẽtes de Iudæa docebãt fratres, Quia nisi circuncidamini secundum morem Moysi non potestis saluari.*

2 *Facta ergo seditione nõ minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas & quidam alij ex illis ad Apostolos & Presbyteros in Ierusalem, super hac quæstione.*

3 *Illi ergo deducti ab Ecclesia, pertransibãt Phœnicen & Samariam, narrantes conuersionem Gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.*

4 *Quum autem venissent Ierosolymam suscepti sunt ab Ecclesia & ab Apostolis & senioribus annũtiantes quanta Deus fecisset cum illis.*

5 *Surrexerũt autem quidam de heresi Pharisæorum qui crediderunt, dicentes, Quia oportet circuncidi eos, præcipere quoque seruare Legem Moysi.*

6 *Conueneruntque Apo-*

27 *Per ipsos*, μετ' αὐτῶν. Hebr. בהם [*bahem.*] Nec enim μετ' hoc loco propriè declarat σὺν, sed potius διά, id est, causam instrumentalem, cui solent Hebræi præpositiones adiungere, vt suprà, 13. 17, & Lucas proximo capite 15. 12. δι' αὐτῶν scribit. Malè ergo Vulg & Eras. interpretati sunt, *Cum illis*: & Castellio quoque nihilo melius conuertit *Secum*. Sic Gallicè dicimus *frapper auec vn baston* pro *d'vn baston*. Sed accuratè distinguenda est causa instrumentalis & externa, ab interiore & verè sola efficiente causa, vt vni Deo in solidum gloria istius conuersionis attribuatur, 1. Cor. 3. 7.

IN CAPVT XV.

1 *Quidam*, τινές. Nempe Cerinthus cum suis, vt testatur Epiphanius κατὰ Κηρινθιανῶν. ¶ *Mosis*, Μωϋσέως. Syrus legit, τοῦ νόμου, *legis*.

2 *Repugnantia*, στάσεως. id est, ἀντιστάσεως. Vulg. & Erasm. *Seditione*: & fateor στάσιν & πόλεμον sic à Plat. lib. 5. de repub. distingui, vt illa sit ἐπὶ τοῦ οἰκείου, istud ἐπὶ τοῦ ἀλλοτρίου: sed quum & στάσεως & συζητήσεως vocabulum hîc videatur Paulo ac Barnabæ, idque non sine magna ipsorum laude tribui, nullo modo videtur huic loco conuenire seditionis nomen. ¶ *Constitutum fuit*, ἔταξαν. Vulgata, *Statuerunt*. Vide suprà 13. 29. Quod autem hîc adiectum inuenio in meo vetustissimo codice, etsi nolim temerè in contextum admittere, quum id nusquam alibi inueniam, mirè tamen hunc locum illustrat. Est autem huiusmodi: Ἔλεγε γὰρ ὁ Παῦλος οὕτως μένειν καθὼς ἐπίστευσαν, διισχυριζόμενος· οἱ δὲ ἐληλυθότες ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, παρήγγειλαν αὐτοῖς, τῷ Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ καί τισιν ἄλλοις, ἀναβαίνειν πρὸς τοὺς Ἀποστόλους καὶ πρεσβυτέρους εἰς Ἱερουσαλήμ, ὅπως κριθῶσιν ἐπ' αὐτοῖς περὶ τοῦ ζητήματος τούτου. Id est, *Paulus enim magna contentione dicebat vt sic manerent sicut crediderunt*: (1. vt incircuncisi vocati circuncisionem non accerserent 1. Cor. 7. 18. & Gal. 5. 2.) *qui verò ex Hierosolymis ad venerant denuntiabant illis, Paulo* videlicet *& Barnabæ, & alijs quibusdam, vt ascenderent ad Apostolos & Seniores Hierosolymam, iudicium sub illis super hac quæstione subituri*. id est iudices illis ferebant Apostolos & Seniores Hierosolymitanos.

3 *Deducti*, προπεμφθέντες. Additi sunt ergo comites ab Ecclesia, nempe ne viderentur illi vel causam suam agere, vel ab Ecclesia Antiochena dissentire.

5 *Sed [aiebant]* &c. ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως, &c. Hunc locum video omnes perinde interpretari acsi essent verba Lucæ, quasi quum suam expeditionem narrarent Paulus ac Barnabas, insurrexerint qui Circuncisionẽ vrgerent. quod mihi non fit admodum probabile, sed potius illos, exposita sua expeditione, subiecisse controuersiã illam Antiochiæ excitatam, cuius causa ipsi Hierosolymam venerant. Putò igitur esse illorum verba, non Lucæ: ideóque addidi verbum *Aiebant*, vt ostenderem transitionem esse ab obliqua oratione ad rectam, cuius simile exemplum extat Luc. 5. 14. & 1. 4. & 5. & infrà, 16. 36. & 17. 3. & Deut. 2. 13. Rursum tamen hîc habet aliquid vt in obliqua oratione positum meus vetustissimus codex: nempe, οἱ δὲ παραγγείλαντες αὐτοῖς ἀναβαίνειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους, ἐξανέστησαν λέγοντες, τινὲς ἀπὸ τῆς αἱρέσεως, &c. Id est, *Qui verò denuntiarant illis vt ascenderent ad presbyteros, consurrexerunt dicentes, quidam ex secta* (videlicet) *Pharisæorum* quasi videlicet ex aduerso iam tum comparuerint, qui has turbas Antiochiæ excitarant: nisi potiùs hoc placeat ad adiunctos ipsis comites referri, quorum facta est mentio versu 3. Vtcunque sit autem res gesta, constat ex verbo συζητήσεως & ex verbis istis Petri, *Quid tentatis*, auditos esse vt par erat, veritatis aduersarios: sed apud Apostolorum & Presbyterorum consessum, non inter iudices sedisse. ¶ *Ipsos*, αὐτούς. Gentes videlicet, de quibus egerant, superiore cap. v. 27.

βύτεροι ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου.

7 Πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης, ἀναστὰς Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἄνδρες ἀδελφοί, ὑμεῖς ἐπίστασθε ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο, διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ πιστεῦσαι.

8 Καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς, δοὺς αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς καὶ ἡμῖν·

9 Καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν.

10 Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεόν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν οὔτε ἡμεῖς ἰσχύσαμεν βαστάσαι;

11 Ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύομεν σωθῆναι, καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι.

12 Ἐσίγησε δὲ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ ἤκουον Βαρνάβα καὶ Παύλου ἐξηγουμένων ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τοῖς ἔθνεσι δι' αὐτῶν.

13 Μετὰ δὲ τὸ σιγῆσαι αὐτούς, ἀπεκρίθη Ἰάκωβος λέγων, Ἄνδρες ἀδελφοί, ἀκούσατέ μου.

14 Συμεὼν ἐξηγήσατο καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

15 Καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν· καθὼς γέγραπται,

16 Μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτήν·

& Presbyteri vt dispicerent de hac re.

7 Quum autem multa disceptatio fuisset, surgens Petrus dixit eis, ‖ Viri fratres, vos scitis Deum iampridem inter nos elegisse *me*, vt per os meum audirent Gentes sermonem Euãgelij, & crederent.

8 Et ille cordiũ cognitor Deus præbuit eis testimonium, dato ipsis Spiritu sancto, sicut & nobis:

9 ‖ Nihilque discreuit inter nos & illos, fide *ab ipso* purificatis cordibus eorum.

10 Nunc ergo quid tentatis Deum, ‖ad imponẽdum iugum ceruici discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare valuimus?

11 Imò per gratiã Domini Iesu Christi credimus nos seruatum iri, quemadmodum & illos.

12 Tacuit autem tota multitudo, & audiebant Barnabam & Paulũ, exponentes quãta Deus edidisset signa & prodigia per ipsos inter Gentes.

13 Postquam autem ipsi conticuissent, respondit Iacobus dicens, Viri fratres, audite me.

14 Simeon exposuit quomodo primùm Deus respexerit *Gentes*, vt sumeret ex ipsis populum nomini suo.

15 Et huic *rei* consonant verba Prophetarum: sicut scriptũ est,

16 ‖Post hæc reuertar, & restaurabo tabernaculũ Dauidis collapsum, & ruinas eius restaurabo, & rursus erigam illud:

stoli & seniores videre de verbo hoc.

7 *Quum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos, Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meũ audire Gentes verbum Euangelij & credere.*

8 *Et qui nouit corda Deus testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis:*

9 *Et nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum.*

10 *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus?*

11 *Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.*

12 *Tacuit autẽ omnis multitudo. & audiebãt Barnabam & Paulum, narrantes quanta Deus fecisset signa & prodigia in Gentibus per eos.*

13 *Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus dicens, Viri fratres, audite me.*

14 *Simon narrauit quemadmodum primùm Deus visitauit sumere ex Gentibus populum nomini suo.*

15 *Et huic concordãt verba Prophetarum: sicut scriptum est,*

16 *Post hæc reuertar, & readificabo tabernaculum David quod decidit, & diruta eius readificabo, & erigam illud:*

Suprà 10. 30 & 11. 13. Deus ipse in vocatione Gentium instituenda infallib. docuit fide absque legali cultu salutem constare.

Suprà 10. 43. 1. Cor. 1. 1.

Matt. 23. 4. Petrus à ceremoniis ad Legem ipsam in genere transiens, docet si petenda esset à Lege salus, non autem à sola gratia in Iesu Christo, nullum fore seruandum: quoniam Legem præstare nullus vnquã potuit, ne ex Patriarchis quidem aut ipsis Apostolis.

Viua legitimi concilij effigies vbi sola Dei veritas regnat.

Gentium vocationem ex Dei verbo confirmat Iacobus Petro assentiens.

Amos 9. 11.

7 *Iampridem*, ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων. Heb. ימי קדם [*ieme kedẽ*] pro quo Vulgata & Erasmus habent ad verbum, *A diebus antiquis*: quo genere dicendi significatur plerũque tempus antiquissimum, vt Deuteron. 4. 32. & 32. 7. hîc autem designantur, quæ non ita multo post Stephani mortem acciderant. ¶ *Elegisse me*, ἐξελέξατο. Id est, habito inter nos delectu voluisse. Nam ἐκλέγεσθαι ponitur hoc loco ἀμεταβάτως: quod ne cui scrupulum iniiceret, suppleuimus pronomen.

9 *Nihilque*, καὶ οὐδὲν. In eo videlicet beneficio quod omnibus credentibus commune est, qualitate tamen non quantitate. ¶ *Fide ab ipso purificatis cordibus eorum*, τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν. Insignis locus quo Fides qua iustificamur & renouamur, & quæ proprium & peculiare donum est, à causa propriè efficiente, Patre videlicet in filio Mediatore per Spiritum Sanctum discernitur, vt causa tantùm interior instrumentalis.

10 *Tentatis Deum*, πειράζετε τὸν Θεόν. Sic vbique Græci legunt, & Syrus quoque & Arabs interpretes. Hieronymus tamen quadam ad Augustinum epistola, non addit *Deum*. & certè mollior est orationis structura, nec sensui quidquã detrahitur si legatur, *Quid tentatis iugum imponere*.

12 *Tota multitudo*, πᾶν τὸ πλῆθος. Hîc rursum habet aliquid vetustiss. meus codex obseruatione dignum, nempe συγκατατιθεμένων δὲ τῶν πρεσβυτέρων τοῖς ὑπὸ τοῦ Πέτρου εἰρημένοις, ἐσίγησε πᾶν, &c. id est, *Assentientibus autem Senioribus iis quæ à Petro dicta fuerant, tacuit tota multitudo*. Multitudinis autem nomine intellige non totam Ecclesiam, vtpote quæ nondum esset tota aduocata, sed totum Apostolorum & Seniorum cœtum, vt apparet suprà ex vers. 6, quos ab Ecclesia distinguit vers. 4, & mox vers. 22. Fuit enim προβούλευμα quod postea demum ad totam Ecclesiam relatum est, sicut initio coram tota Ecclesia fuerat quæstio vtrinque proposita, vnde apparet quæ vera sit legitimæ & veræ Apostolicę Synodi ratio, ab omni tam ὀχλοκρατίᾳ quàm ὀλιγαρχίᾳ, ac multo etiam magis ab Antichristiana Tyrannide procul remotæ. Itaque τὸ πλῆθος rectè conuertit Syrus interpres כנושא [*kensiba*] id est cœtum, vt ἐκκλησίαν עדתא [*hidathah.*] ¶ *Quanta*, ὅσα, id est, ἡλίκα, siue quàm multa. Pertinebat enim hoc maximè ad propositam quæstionem, & confirmandum Petri argumentum.

14 *Symeon* Συμεών. Hebr. שמעון [*Schimhon*,] sicut etiam pleraque exemplaria scriptum habent 2. Pet. 1. 1. quum alijs omnibus locis dicatur Σίμων שימון [*sihimon*] Simon. Sed videtur à Græcis Simon pro Simeon corruptè dici, propterea quod literam ע non possunt exprimere. Neque enim alioqui duo illa Hebræa idem nomen declarare facilè concesserim. ¶ *Ex ipsis*, ἐξ ἐθνῶν. Antecedens priore loco omissum, positum est in posteriore, relatiui loco, ex Hebræorum idiotismo, quẽ si serues, obscurior fiet oratio. ¶ *Nomini suo*, ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Hebr לשמו [*lischmo.*] Est autem ἀνθρωποπαθῶς dictum Nomini suo, pro Sibi: aut huc respexit Iacobus, quòd Sancti à Christo cognominantur Christiani.

17 Ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς· λέγει Κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα πάντα.

17 "Vt requirant "reliqui homines Dominum, & omnes Gentes "super quas inuocatum fuerit nomen meum: dicit Dominus qui facit hæc omnia.

17 *Vt requirant cæteri hominium Dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum: dicit Dominus faciës hæc.*

18 Γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ.

18 "Nota sunt Deo ab *omni æuo* omnia opera sua.

18 *Notum à seculo est Domino opus suum.*

In rebus mediis hactenus communicandum cum fratrum infirmitate, vt eis concedatur discendi spatium.

19 Διὸ ἐγὼ κρίνω μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν.

19 Quamobrem ego " censeo non esse obturbandos eos qui ex Gentibus ad Deum se conuertunt.

19 *Propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum:*

20 Ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν [illegible] καὶ τῆς πορνείας, καὶ τοῦ πνι[illegible] ματος.

20 Sed ad eos scribēdum vt abstineant " à pollutis per simulachra, " & scortatione, " & suffocatis rebus, & sanguine.

20 *Sed scribere ad eos vt abstineant se à contaminationibus simulachrorū, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine.*

17 *Vt requirant*, ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν. Hebræa veritas habet, Vt possideant reliquias Edom. Sed idem sensus est, quum eos demum possideat Ecclesia qui Dominum requirunt. Videntur tamen Græci interpretes pro אדום [*edom*] legisse אדם [*adam*.] Nonnulla præterea omissa sunt quæ in Græca editione extant: sed ita tamen vt de sententia ipsa nihil detraxerit Lucas. ¶ *Reliqui homines*, οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων. Hellenismus, vt Plinius, Nigras lanarum, & Degeneres canum dixit. Reliquos autem homines vocat Gentes, vt explicatur altero membro huius versiculi, populos videlicet omnes vltra illum veterem. ¶ *Super quas*, ἐφ' οὕς. Hebr. id est quæ à Christo Christianæ cognominatæ fuerint.

18 *Nota sunt*, &c. γνωστὰ &c. Complutensis editio legit ἃ ἐστι γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος αὐτοῦ. i. *quæ sunt ei nota ab æterno*, siue *ab omni æuo*. Nam αἰών, id est עולם [*holam*] hoc loco ita oportet explicare. Sensus autem est, causam non esse cur ista legalium rituum abrogatione quisquam offendatur. Nā Deo sic visum esse, cui optimè constet suorum consiliorum ratio. Vulg. *Notum est à seculo Domino opus suum*, γνωστὸν ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ κυρίῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ, vt etiam legitur in meo vetustissimo codice.

19 *Censeo*, κρίνω. Vulg. *Iudico*, quod nimis imperiosum videri posset, nisi addatur τὸ κατ' ἐμέ. i. quod ad me attinet, vt legisse liquet Irenæum citantem hunc lib. 3. cap. 12.

20 *A pollutis per simulachra*, vel vt Vulg. *a contaminationibus simulachrorum* ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων Id est ab idolothytis, vt postea nominantur in Epistolà. Nec tamen hoc impedit quominus voce ἀλισγημάτων repetita ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, possimus hunc locum sic quoque interpretari, *A pollutionibus idolorum, & scortationis, & suffocatorum, & sanguinis*. ¶ *Et scortatione*, καὶ τῆς πορνείας. Vel, *& scortationis* vt modò diximus. Vulgata suo more *fornicationem* dicere maluit. Cæterùm duæ hîc quæstiones occurrunt, de quibus [illegible] ratiam lectoris dicam quæ mea sit sententia. Primùm ergo quæritur cur nulla circūcisiōnis nec aliorum rituum legalium hîc fiat mentio, quum eò vsque sese demiserit Paulus, vt Iudæos infirmos lucrifaceret, vt infrà, 16, & 18. 18, & 21. 26. Respondeo diuersam fuisse Iudæorum ad Christum conuersorum, & reliquorum populorum Euangelium amplexorum conditionem, quod ad infirmos conuersos Iudæos lucrifaciendos: sicut aliud fuit, quærere an alij populi ad circūcisionem, & reliquos ritus veteris fœderis, recepto Christo essent adstringendi, quàm disceptare an Iudæi ad Euangelium conuersi, suos circuncidere, & legales adhuc ritus obire tenerentur. Non fuit autem de Iudæis, sed de illis propriè in hac synodo quæsitum. Cæterùm extra controuersiam est, neque illos ad legem nunquam illis impositam adstringi potuisse, neque Iudæos ad abrogatam Christi aduentu legem fuisse amplius obligatos. Sed tamen tantisper dum promulgatum esset Euangelium. (quod tempus mihi quidem videtur commodè & verè destructione templi, & totius politiæ Iudaicæ abolitione definiri) dandum aliquid fuit Iudæorum in his ritibus educatorum, & quibus Moses adhuc singulis sabbatis in synagogis, more maiorum, proponebatur, infirmitati. Hæc autē συγκατάβασις in hac synodo (in qua non quousque Iudæi Christiani aliis Iudæis lucrifaciendis sese demittere tenerentur, sed quantum alios populos tribuere Iudæis infirmis oporteret, disceptatum fuit) ad certa duntaxat capita fuit reuocata, veluti necessaria, quoniam videlicet ad mutuum vitæ vsum communem pertinebant in prouinciis vbi collectæ erant ex Iudæis & aliis populis Ecclesiæ, & vbi nulla de aliis illis ritibus legalibus potuit controuersia exoriri, quos non alibi quàm Hierosolymis exigere aut exercere poterat Iudæi. Quousque verò Christiani Iudæi aliis Iudæis lucrifaciēdis aut paulatim confirmandis de sua libertate aliquid in ipsius vsu remittere tenerentur, multo certè longius & verbis docuit Apostolus & re ipsa locis ante citatis, & 1 Cor. 9. 10. Altera est quęstio quid Scortationis nomine intelligatur. Quum enim hîc de rebus per se liberis & concessis agatur, quibus tamen ex charitatis lege, & quatenus earum vsus Iudæis infirmis nocuisset, abstinendum esset, mirum est inter illas fieri mentionem Scortationis, quæ certè nunquam in Ecclesia fuit ἀδιάφορος. Respondetur hoc fuisse tribus aliis rebus adiaphoris adiectum, non quòd illarum similis sit scortatio, sed quod ita corrupti essent in Græcia præsertim, & aliorum quoq; populorum mores, vt scortari, sicut inquit Comicus, apud ipsos flagitium non esset. Sed hæc responsio mihi non satisfacit Nam ea de re non legimus in Synodo quæsitum, & neque κατὰ τι, neque tantùm præsentis necessitatis causa, vt illa tria, sed præcisè & ἁπλῶς scortatio inhibenda fuit, vt fecit Apostolus disertè 1. Corinth. 6, disputationem ingrediens de recto Christianæ in rebus mediis libertatis vsu. Hæc autem expositio fortassis in causa fuit diuersæ collocationis huius vocabuli. Nā hîc quidē secundo, in synodi verò Epistola quarto loco velut à reliquis separatum in Græcis codicibus non legitur. Contrà apud Nicephorum historiæ lib. 2. cap. 19. collocatur tertio loco antè Suffocatum. Apud Tertullianum autem libro De pudicitia, itidem vt hîc secundo loco ponitur, & ita quidem vt Tertullianus causæ suæ seruiens, hunc ipsum ordinem his verbis obseruet, *Sufficit*, inquit, *& hic scrupulum esse mœchiæ & fornicationi locum honoris sui, inter idololatriam & homicidium. Interdictum enim sanguinis multo magis humani intelligimus* Hæc ille, à scopò quidem aberrans, quum nulla hîc sit nisi rerum suapte natura mediarum mentio: ex quo tamen illud obseruare licet, vt ex hoc loco sic etiam in Synodica epistola veteres codices secundo loco, non autem quarto, scortationem collocasse. Quum igitur constet in hac Synodo de libertatis Christianæ in rebus antea quidē sub Lege inhibitis, postea verò per Christi beneficium concessis legitimo vsu quæsitum & decisum fuisse, scortatio verò propria sui significatione nunquam in Ecclesia, imò ne inter honestos quidem homines, fuerit indifferens habita: mihi omnino videtur hoc loco Iacobus, & postea Synodus, scortationis nomen, ex Prophetarum more, ad Idololatriam transtulisse, non illam crassam & sine exceptione detestandam, sed quam illorum temporum & exortæ contentionis circunstantiæ requirebant. In hanc autē sententiam me deducit Paulus huius epistolæ Synodicæ optimus interpres, 1. Cor. 8. & 10, duas species constituens huius interdicti: vnam τῶν εἰδωλοθύτων, extra idolorum tēplū & sacrificia: alteram conuiuij in ipso idolorum templo, & ipsius sacrificij appendicem, sicut hîc distinguuntur ἀλισγήματα τῶν εἰδώλων, quæ in epistola vocantur εἰδωλόθυτα, ab ipsa πορνεία, siue scortatione. Nam illa quidem citra infirmorum offensionem, vt licita concedit Apostolus sine alia exceptione: accubitum autem in Idoleo, (qualem hîc, vt & cætera eiusmodi, nomine τῆς πορνείας, significari arbitror) damnat quidē vsque adeò, vt neget quenquam posse mensæ

Domini & mensæ Dæmoniorum esse participem. quo sensu hæc scortatio non magis est indifferens quàm altera illa, de qua hîc non agi contendo: sed tamen, propter infirmos quoque fratres, hæc etiam conuiuia vt & alterum illorum εἰδωλοθύτων vsum prohibet, 1. Cor. 8. 9, nempe ne conscientia eius qui infirmus est, hoc exemplo ad idem audendum instituatur qua de re vitanda in hac synodo quæstum propriè fuit. ¶ *Et suff*. καὶ τοῦ πνικτοῦ. Hoc non legit Irenæus lib. 3. cap. 12. neque Cyp. lib. 3. ad Quirinum. Immò etiam reiicitur ab Ambrosio Galat. 2, quasi superstitium, acsi Iudæi non ex diuino præcepto sed ex traditione humana à suffocatis abstinuerint. Sed hoc verum non est, quum præcepto fundendi sanguinis omnium animantium, & interdicto esu sanguinis, euidenter comprehendatur suffocatorum & morticinorum interdictum, Tertullianus quoque Apolog. cap. 9, meminit quidem & suffocatorum & morticinorum, sed vt in esu sanguinis prohibito comprehensorum: & in lib. De pudicitia, tria tantùm hæc vetita commemorat. Reperitur tamen in Græcis omnibus, & tum apud Arabem, tum apud Syrum interpretem: & verisimile est, quamuis non necessariò, fuisse hoc expressum. Qui verò hæc duo connectentes verterunt *a suffocato sanguine*, vt citatur hic locus apud Augustinum in Speculo, nulla nituntur ratione. Cæterùm in vetustissimo meo codice & duobus aliis manuscriptis, vt & apud Irenæum loco antea citato, & Cyprianum in extremo lib. 3. ad Quirinum, additur καὶ ὅσα μὴ θέλουσιν ἑαυτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν. id est, *Quæcunque sibi nolunt fieri, aliis ne faciant*, quę sententia latius quidem patet: sed est tamen eius συγκαταβάσεως fundamentum, de qua hîc agitur.

21 Μωσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ πόλιν τοὺς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει, ἐν ταῖς συναγωγαῖς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκόμενος.

21 Moses enim ab ætatibus antiquis " oppidatim habet qui ipsum prædicent, quum in synagogis per singula Sabbata legatur.

21 *Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne Sabbatum legitur.*

22 Τότε ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι εἰς Ἀντιόχειαν σὺν τῷ Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ· Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Βαρσαβᾶν, καὶ Σίλαν, ἄνδρας ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς.

22 Tunc visum est Apostolis & Presbyteris cum tota Ecclesia delectos ex sese viros mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba: *nempe* Iudam qui cognominabatur Barsabas, & Silam, viros "primarios inter fratres:

22 *Tunc placuit Apostolis & senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiā cum Paulo & Barnaba: Iudam qui cognominabatur Barsabas, & Silam, viros primos in fratribus:*

In legitima Synodo, nec ij quibus permittitur iudicium quicquā tyrannicè statuunt, nec communis cœtus tumultuosè se opponit sedētibus ex Dei verbo iudicibus: nec dissimilis ratio ob seruatur in significandis & stabiliendis quæ ita fuerint decreta.

23 Γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε. Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοί, τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς, τοῖς ἐξ ἐθνῶν, χαίρειν.

23 Istis "per eorum manum "scriptis. Apostoli & Presbyteri "& fratres, iis qui sunt Antiochiæ & in Syria & in Cilicia fratribus, qui *sunt* ex Gentibus, salutem.

23 *Scribentes per manus eorum: Apostoli & seniores fratres iis qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus, salutem.*

24 Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξ ἡμῶν ἐξελθόντες ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, λέγοντες περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, οἷς οὐ διεστειλάμεθα·

24 Quoniā quosdā è nobis egressos audiuimus vos turbasse verbis, "labefactantes animas vestras, "dicentes *oportere vos* circūcidi, & seruare Legem, "quibus "*hoc* non edixeramus:

24 *Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis, euertentes animas vestras, quibus non mandauimus:*

Concludit Synodus Hierosolymitana, labefactari animas ab iis qui salutem aliunde quàm ab vno Christo per fidem apprehenso petendam docent, vndecunque sint profecti, & cuiuscunque autoritatem suæ vocationis prętexant.

25 Ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους ἄνδρας πέμψαι πρὸς ὑμᾶς σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρνάβᾳ καὶ Παύλῳ,

25 Visum est nobis concorditer coactis delectos viros mittere ad vos cum delectis nostris Barnaba & Paulo.

25 *Placuit nobis collectis in vnum, eligere viros, & mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba & Paulo,*

26 Ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

26 Hominibus qui exposuerunt animas suas pro nomine Domini nostri "Iesu Christi.

26 *Hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi.*

27 Ἀπεστάλκαμεν οὖν Ἰούδαν καὶ Σίλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά.

27 Misimus ergo Iudam & Silā, qui & ipsi *vobis* eadem verbis renuntiarent.

27 *Misimus ergo Iudam & Silam, qui & ipsi vobis referent eadem.*

28 Ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος

28 Visum est enim Spiritui sancto ac nobis, nequid amplius imponeremus vobis onus præ-

28 *Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis o-*

Ea demum est legitima Synodus, cui Spiritus sanctus præest.

21 *Oppidatim*. κατὰ πόλιν. Subauditur πᾶσαν, quod additur infrà 16. Vide suprà 5. 46.

22 *Primarios*, ἡγουμένους. Id est in existimatione habitos, vtpote Ecclesiastico munere fungentes, vt maior esset legationis dignitas. Idē alibi vocantur προεστῶτες, quę omnia sunt ordinis non gradus nomina collegarum respectu.

23 *Per eorum manum*, διὰ χειρὸς αὐτῶν. Id est quæ ipsis committerentur Antiochiam perferenda. ¶ *Scriptis*, γράψαντες. Hæc participia respondent τῷ Makor Hebræorū, & ita excusatur Solœcophanes. ¶ *Et fratres*, καὶ οἱ ἀδελφοί. Vulg. omittit copulam, idque perperam. Distinguuntur enim hîc manifestè Apostoli & Seniores à reliquo cœtu, quum tamen omnium communi sentētia & nomine scribatur epistola: ea re videlicet tota post antegressum περὶ τοῦ λόγου Apostolorum & Seniorum, in communi totius Ecclesiæ cœtu rata habita

24 *Labefactantes*, ἀνασκευάζοντες. Vulg. *Euertentes*, ἀνατρέποντες. Est autem illud contrarium τῷ κατασκευάζειν καὶ οἰκοδομεῖν: hoc verò τῷ στηρίζειν. quod vtrunque frequēter apud Apostolum occurrit. ¶ *Dicentes*, λέγοντες Vulgata totum hoc vsque ad, *Quibus non edixeramus*, non legit. quod tamen apud Irenæum & Oecumenium extat, & tum in Syra, tum in Arabica interpretatione. ¶ [*Hoc*] *non edixeramus*. οὐ διεστειλάμεθα. Generaliter est istud accipiendum, vt istos appareat falsò prætexuisse doctrinæ illi suæ Apostolorū nomen, quasi essent ab ipsis Antiochiam missi. Alibi verò τὸ διαστέλλεσθαι ad certam speciem mandati refertur, qua nimirum aliquid interdicitur quod etiam huic loco non malè conuenit, si spectetur quod isti docebant & in ore habebant nempe, Ne attigeris, ne gustaris, ne contrectaueris. Col. 2. 21.

26 *Iesu Christi*, Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vetustissimus meus codex addit εἰς πάντα πειρασμόν, *Omni experimento*, siue *explorationi*, quod Gallicè dixeris, *à toute espreuue*.

Charitas etiā in rebus per se mediis est necessaria.

πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων.

29 Ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας· ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. Ἔῤῥωσθε.

Omnium interest quid tenendum sit certo cognoscere: nedum vt Ecclesiā oporteat nihil sciendo pendere ex quorundam placitis.

30 Οἱ μὲν οὖν ἀπολυθέντες ἦλθον εἰς Ἀντιόχειαν· καὶ συναγαγόντες τὸ πλῆθος, ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολήν.

31 Ἀναγνόντες δὲ, ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ παρακλήσει.

32 Ἰούδας τε καὶ Σίλας, καὶ αὐτοὶ προφῆται ὄντες, διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ἐπεστήριξαν.

33 Ποιήσαντες δὲ χρόνον, ἀπελύθησαν μετ᾽ εἰρήνης ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν πρὸς τοὺς ἀποστόλους.

34 Ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ.

35 Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας διέτριβον ἐν Ἀντιοχείᾳ, διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι, μετὰ καὶ ἑτέρων πολλῶν, τὸν λόγον τοῦ Κυρίου.

Ecclesiæ nisi assidue excolantur, facillimè degenerant, ideóque institutæ fuerunt tum Synodi, tum etiā inspectiones. Triste dissidij inter optimos & coniunctissimos viros exemplum, nō tamen de rebus profanis aut priuatis, neque de doctrina.

36 Μετὰ δέ τινας ἡμέρας εἶπε Παῦλος πρὸς Βαρνάβαν, Ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς κατηγγείλαμεν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, πῶς ἔχουσι.

37 Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατο συμπαραλαβεῖν τὸν Ἰωάννην τὸν καλούμενον Μάρκον·

38 Παῦλος δὲ ἠξίου, τὸν ἀποστάντα ἀπ᾽ αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας, καὶ μὴ συνελ-

ter necessaria ista.

29 Videlicet vt abstineatis ab iis quæ sunt immolata simulacris, & sanguine, & suffocato, & scortatione; à quibus si vobis caueritis, bene agetis. Valete.

30 Illi igitur dimissi venerunt Antiochiam: & congregata multitudine reddiderunt epistolam.

31 Quam quum legissent, gauisi sunt super ea exhortatione.

32 Iudas quoque & Silas, quum essent & ipsi Prophetæ, multo sermone adhortati sunt, & cōfirmarunt fratres.

33 Quum autem egissent *illic* aliquandiu, dimissi sunt cum pace à fratribus ad Apostolos.

34 Silæ tamen visum est ibi manere.

35 Paulus autem & Barnabas commorati sunt Antiochiæ, docentes & euangelizantes, cum aliis etiam multis, sermonem Domini.

36 Post aliquot autem dies dixit Barnabæ Paulus, Reuersi inuisamus fratres nostros oppidatim in quibus annuntiauimus sermonem Domini, *cognituri* quomodo *se* habeant.

37 Barnabæ verò consilium erat assumere secum Ioannem qui vocabatur Marcus.

38 Paulus autem æquum censebat, eum non simul assumere

neris quàm hæc necessaria:

29 *Vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: à quibus custodientes vos, bene agetis. Valete.*

30 *Illi ergo dimissi descenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epistolam.*

31 *Quam quum legissent, gauisi sunt super consolatione.*

32 *Iudas autem & Silas, & ipsi quum essent Prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt.*

33 *Facto autē ibi aliquanto tempore, dimissi sunt cum pace à fratribus ad eos qui miserant illos.*

34 *Visum est autem Silæ ibi remanere.*

35 *Paulus autem & Barnabas demorabātur Antiochiæ, docentes & euangelizantes, cum aliis pluribus, verbum Domini.*

36 *Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates in quibus prædicauimus verbum Domini, quomodo se habeant.*

37 *Barnabas autem volebat secum assumere & Ioannem qui cognominabatur Marcus.*

38 *Paulus autem rogabat eum, vt qui discessisset ab*

28 *Necessaria ista*, πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων. Id est, ad quæ nos adigit præsens necessitas, nempe quòd aliter non possint Iudæi lucrifieri, non quòd ista per se ad salutem requirerentur. Itaque istud non fuit leges conscientiæ imponere, neque Iudaismum reuehere. Et quo iure sibi vindicat Apostolicam successionem & auctoritatem, qui ne nunc quidem desinunt conscientias infirmorum suis traditionibus obruere?

29 *Et scortatione*, καὶ πορνείας. Tertullianus in tractatu De pudicitia, ita citat hunc locum, vt huic secundum gradum tribuat, qua de re diximus suprà vers. 20. ¶ *A quibus*, ἐξ ὧν, pro ἀφ᾽ ὧν, vt habet meus vetustissimus codex. Cæterùm in Complutensi editione, tribus manuscriptis codicibus, & meo vetustissimo, ante ista reperiuntur, *καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν*, *& quæ vobis fieri non vultis, alteri non facite*, de quibus diximus suprà 20. ¶ *Bene agetis*, εὖ πράξετε. Irenæi interpres addit, *Ambulantes in Spiritu sancto*, φερόμενοι ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. quæ in vetustissimo etiam codice meo leguntur, eo excepto quòd *φερόμενοι* scribitur, id est Versantes. ¶ *Valete*, ἔῤῥωσθε. Syrus interpres addit במרן [*bemarran*] *in Domino nostro*.

30 *Multitudine*, τὸ πλῆθος. Id est ἐκκλησίαν πᾶσαν. Ecclesia tota, siue, vt vertit Syrus interpres, *Toto populo*. Nec enim adhuc ad se omnia pertraxerant nati postea Episcopi, ne tunc quidem Ecclesiis noti.

32 *Prophetæ*, προφῆται. Id est doctores in Ecclesia Hierosolymitana, à qua mittebantur cum mandatis ipsorum muneri conuenientibus. ¶ *Adhortati sunt*, παρεκάλεσαν. Vel, *consolati sunt*, vt etiā in superiore versu παράκλησιν possumus interpretari Consolationem, vel Adhortationem.

33 *Egissent aliquandiu*, ποιήσαντες χρόνον. De verbo ποιεῖν in hac phrasi diximus Mat. 20. 12. χρόνον autem dicunt Græci absolutè, pro tempore non paruo, sed tamen indefinito. Mihi verò non videtur aliud valere quàm χρόνον τινα, vel ἱκανὸν χρόνον. Vide infrà 18. 23. ¶ *Cum pace*, μετ᾽ εἰρήνης. Heb. בשלום [*beschâlom*,] id est fratribus bene illis precantibus, & cum bona Ecclesiæ venia. Hæc autem refero non ad illorum profectionem, sed dimissionem, ne cogamur synecdochen hîc constituere. Venit ergo vterque discedendi veniam petiturus ab Ecclesia: quæ quum eos benignè à se dimisisset, & ipsi iam profecturi viderentur, Silas tamen mansit Antiochiæ, certis de causis nimirum mutato consilio, quamuis illas Lucas non explicet. ¶ *Ad Apostolos*, πρὸς τοὺς ἀποστόλους. Vulg. *Ad eos qui miserant illos*, πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας αὐτούς, vt scribitur etiam in vet. meo cod. & puto sic declarari hoc loco, per Apostolos intelligi generaliter Ecclesiam Hierosolymitanam, nō illos peculiariter sic vocatos, qui tunc fortasse pauci erant Hierosolymis, ac fortasse præter Iacobum nulli. siquidem ista sic satis diu post illam synodum habitam gesta sunt.

35 *Paulus autem*, Παῦλος δὲ. Si cum Vetere interprete & Eras. conuertas, *Paulus autem*, ista non admodum videbuntur cohærere: sed si præcedenti versiculo adieceris quod in vno codice scriptum inuenimus, pulchrè omnia cohærebunt ista videlicet, *μόνος δὲ Ἰούδας ἐπορεύθη*, *Solus verò Iudas profectus est.*

36 [*Cognituri*] *quomodo* [*se*] *habeant*, πῶς ἔχουσι. Suppleui, vt rudioribus consulerem, quod prætermissum reddebat sententiam obscuriorem, quamuis in communi sermone multa eiusmodi soleant vsurpari. Sic Dido apud Virgilium, *–equidem per littora certos Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo, Si quibus eiectus syluis aut vrbibus errat.*

37 *Consilium erat*, ἐβουλεύσατο. In duobus codicibus legimus ἐβούλετο, *volebat*, & quidem rectius, vt opinor.

38 *Æquum censebat non assumere*, ἠξίου μὴ συμπαραλαβεῖν. vel, *vt rem æquam postulabat*. Vulg. *Rogabat non debere recipi*, barbarè & obscurè. Eras. *Nolebat vt adiungeretur ei*, & in meo vetustissimo cod. legitur ἐξίου, ἐβούλετο.

θόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον, μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον.

39 Ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων· τόν τε Βαρνάβαν παραλαβόντα τὸν Μάρκον, ἐκπλεῦσαι εἰς Κύπρον·

40 Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν ἐξῆλθε, παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν.

41 Διήρχετο δὲ τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν, ἐπιστηρίζων τὰς ἐκκλησίας.

Κεφάλαιον ις.

1 Κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν· καὶ ἰδοὺ, μαθητής τις ἦν ἐκεῖ ὀνόματι Τιμόθεος, υἱὸς γυναικός τινος Ἰουδαίας πιστῆς, πατρὸς δὲ Ἕλληνος·

2 Ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν.

3 Τοῦτον ἠθέλησεν ὁ Παῦλος σὺν αὐτῷ ἐξελθεῖν· καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτὸν, διὰ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ὄντας ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις· ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν.

4 Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις, παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ.

5 Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι ἐστερεοῦντο τῇ πίστει, καὶ ἐπερίσσευον τῷ ἀριθμῷ καθ᾽ ἡμέραν.

6 Διελθόντες δὲ τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ.

7 Ἐλθόντες κατὰ τὴν Μυσίαν, ἐπείραζον κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι· καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα Ἰησοῦ.

8 Παρελθόντες δὲ τὴν Μυσίαν, κατέβησαν εἰς Τρωάδα.

qui abscessisset ab ipsis ex Pamphylia, nec eorum comes in illo opere fuisset.

39 Orta igitur fuit exacerbatio, adeò vt alter ab altero abscesserint: & Barnabas assumpto Marco nauigarit in Cyprum:

40 Paulus verò allecto Sila abiit commēdatus gratiæ Dei à fratribus.

41 Peragrauitque Syriam ac Ciliciam confirmans Ecclesias.

CAP. XVI.

1 DEuenit autem Derben & Lystram: & ecce, discipulus quidam erat illic nomine Timotheus, filius mulieris cuiusdam Iudææ fidelis, patris autem Græci.

2 Huic dabant testimonium fratres qui Lystris erant & Iconij.

3 Eum *itaque* voluit Paulus secum proficisci: & assumptum eū circuncidit, propter Iudæos qui in illis locis erant: sciebant enim omnes patrem eius Græcum esse.

4 Prout autem pertransibant vrbes, tradebant eis obseruanda placita illa quæ decreta fuerant ab Apostolis & Presbyteris qui Hierosolymis erant.

5 Itaque Ecclesiæ confirmabātur fide, & exuberabant numero quotidie.

6 Phrygia autem peragrata & Galatica regione, prohibiti à Spiritu sancto loqui sermonē *Dei* in Asia.

7 Quum venissent in Mysiam, tentabant ire versus Bithyniam: sed non siuit eos ire Spiritus Iesu.

8 Præterita igitur Mysia, descenderunt Troada.

eis de Pamphylia, & non isset cum eis in opus, non debere recipi.

39 *Facta est autem dissensio, ita vt discederent ab inuicē: & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum:*

Deus quidem suorum etiam delictis ad Ecclesiæ suæ ædificationem vtitur, sed tamē in optimis etiam cautis cauendum, ne vltra modum efferuescamus.

40 *Paulus verò electo Sila profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus.*

41 *Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias.*

CAP. XVI.

1 *PEruenit autē in Derben & Lystram: & ecce, discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris cuiusdam Iudææ fidelis, patre Gentili.*

Rom. 16. 21. philip. 1. 9. 1. thes. 3. 2. Timotheū ne Paulus quidē ipse, nisi idoneo testimonio probatum ad ministeriū assumpsit.

2 *Huic testimoniū bonum reddebant qui in Lystris erant & Iconio fratres.*

3 *Hunc voluit Paulus secum proficisci: & assumēs circuncidit eum, propter Iudæos qui erant in illis locis: sciebant enim omnes quòd pater eius erat Gentilis.*

Timotheus nō absoluta necessitate, sed propter temporis circunstātiam ad lucrifaciēdos Iudæos circunciditur.

4 *Quum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Ierosolymis.*

Seruanda in rebus medijs charitas, tū vt infirmis, tum vt Ecclesiæ paci consulatur.

5 *Et Ecclesiæ quidem cōfirmabantur fide, & abūdabant numero quotidie.*

6 *Transeuntes autē Phrygiā & Galatiæ regionem: vetati sunt à Spiritu sancto loqui verbum in Asia.*

Deus sua momenta constituit patefaciēdæ suæ veritati, vt sit prorsus gratuita tū electio, tum vocatio.

7 *Quum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eos Spiritus Iesu.*

8 *Quum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem.*

39 *Orta igitur fuit exacerbatio*, ἐγένετο οὖν παροξυσμός. Vel, [*Tanta*] *igitur fuit animorum exacerbatio*. Vulg. maluit παροξυσμὸν vertere Dissentionem, non satis expressè: quo nomine quum meritò reprehendatur ab Erasmo, miror cur acrem disceptationem maluerit interpretari. Nam ne hoc quidem Græcis respondet.

41 *Ecclesias*, τὰς ἐκκλησίας. In meo vet. cod. hæc adiiciuntur, παραδιδοὺς τὰς ἐντολὰς τῶν πρεσβυτέρων, vt in Latinis nonnullis libris, *præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Seniorum*, quæ videntur repetita ex cap. sequente, vers. 4.

IN CAP. XVI.

1 *Deuenit autem*, κατήντησε δὲ, &c. Hîc rursum vetustissimus meus codex habet, διελθὼν δὲ τὰ ἔθνη ταῦτα, κατήντησεν εἰς Δέρβην, *peragratis autem istis gentibus, peruenit Derben*. Est autem Derbe Isauriæ ciuitas.

4 *Placita illa*, δόγματα, illa videlicet quorum antè facta est mentio. Neque enim dogmatum appellatione doctrina ipsa hoc loco intelligitur, nec etiam ritus ceremoniales, vt Ephes. 2. 15. ¶ *Ab Apostolis & Presbyteris*, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ πρεσβυτέρων. At non à Petro vt Papa œcumenico: non à Iacobo, non denique ab vno quopiam.

5 *Exuberabant*, ἐπερίσσευον. Vel, augebantur. Vulgata & Erasmus, *Abundabant*. malè, hoc quidem loco.

6 *Sermonem*, τὸν λόγον. Meus vetustiss. codex addit τοῦ Θεοῦ, *Dei*, adstipulante Syra quoque & Arabica interpretatione. *In Asia*, ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Asiam intellige propriè dictam, eámque non totam fortasse.

7 *Spiritus Iesu*, τὸ Πνεῦμα Ἰησοῦ. Sic restituo non modò trium manuscr. & vetustissimi mei codicis, itidémque Syræ, & Arabicæ, veterísque Latinæ interpretationis, sed etiam expressa Cyril. auctoritate fretus lib. Thesauri 2. ca. 4. & 11, c. 12. sicut Spiritum Christi nominat Apostolus, Rom. 8. 9.

8 *Troada*, εἰς Τρωάδα. Syrus Troada pro regione accipit, neque id immeritò, quum ita soleat frequentius vsurpari. Hîc tamen pro vrbe accipi quæ, teste Plinio, Antigonia quoque & Alexandria dicta fuit, (antiquæ videlicet Troiæ reliquiæ) constat ex eo quòd mox inde soluisse dicuntur, & ex historia quæ scribitur infrà, 20. 6.

Euangelij ministri, ij sunt per quos Dominus pereuntibus opitulatur.

Sancti non temerè visionibus quibusuis crediderunt.

Deus à muliercula, conuersione suum in Macedonia regnum auspicatus, ostendit nullam esse in Euãgelio personarum acceptionem.

Dominus quidem vnus cor aperit, sed ad audiendum verbum quod prædicatur.

Exemplum sanctæ matris familias.

Satan sese in Angelũ lucis transformans, tentat per cuniculos irrepere, sed à Paulo palàm impeditus eiicitur.

9 Καὶ ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη τῷ Παύλῳ· Ἀνήρ τις ἦν Μακεδὼν ἑστὼς, παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ λέγων, Διαβὰς εἰς Μακεδονίαν, βοήθησον ἡμῖν.

10 Ὡς δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ Κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτούς.

11 Ἀναχθέντες οὖν ἀπὸ τῆς Τρωάδος, εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθρᾴκην, τῇ τε ἐπιούσῃ εἰς Νεάπολιν·

12 Ἐκεῖθέν τε εἰς Φιλίππους, ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις, κολωνία. ἦμεν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει διατρίβοντες ἡμέρας τινάς.

13 Τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ ποταμὸν, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι· καὶ καθίσαντες ἐλαλοῦμεν ταῖς συνελθούσαις γυναιξί.

14 Καί τις γυνὴ ὀνόματι Λυδία, πορφυρόπωλις πόλεως Θυατείρων, σεβομένη τὸν Θεὸν, ἤκουεν· ἧς ὁ Κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν, προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου.

15 Ὡς δὲ ἐβαπτίσθη, καὶ ὁ οἶκος αὐτῆς, παρεκάλεσε, λέγουσα, Εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ Κυρίῳ εἶναι, εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκόν μου, μείνατε. Καὶ παρεβιάσατο ἡμᾶς.

16 Ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς προσευχὴν, παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος, ἀπαντῆσαι ἡμῖν, ἥτις ἐργασίαν π[illegible]ὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς, μαντευομένη.

17 Αὕτη κατακολουθήσασα τῷ Παύλῳ καὶ ἡμῖν, ἔκραζε, λέγουσα, Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι, δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσίν, οἵτινες καταγγέλλουσιν ὑμῖν ὁδὸν σωτηρίας.

18 Τοῦτο δὲ ἐποίει ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος, καὶ ἐπιστρέψας,

9 Et visum per noctem conspectũ est Paulo: Vir Macedo quidam adstabat precans eum, & dicens, Transiens in Macedoniam, succurre nobis.

10 Vt autem hoc visum vidit, statim studuimus abire in Macedoniam, collatis argumentis colligentes quòd aduocasset nos Dominus, vt eis euangelizaremus.

11 Prouecti igitur Troade, rectũ cursum tenuimus Samothracẽ, & sequente die Neapolin:

12 Et illinc Philippos, quæ est prima huius partis Macedoniæ vrbs, colonia. Cõmorati sumus autem in ea vrbe aliquot dies.

13 Et die Sabbati egressi sumus ex vrbe ad flumen, vbi solebat esse oratio: & quum consedissemus, alloquuti sumus mulieres quæ conuenerant.

14 Quædam autem mulier nomine Lydia, quæ purpurã vendebat, ex vrbe Thyatirorum, Deum colens, *nos* audiuit: cuius Dominus adaperuit cor vt attẽderet iis quæ dicebãtur à Paulo.

15 Quum igitur baptizata esset & domus eius, rogauit *nos*, dicens, Si iudicastis me fidelem esse Domino, ingressi domum meam, manete. Et adegit nos.

16 Factum est autem proficiscentibus nobis ad orationem, vt ancillula quædam habẽs spiritum Pythonis, occurreret nobis, quæ quæstum magnum præbebat dominis suis, vaticinando.

17 Hæc subsequuta Paulum ac nos, clamabat, dicens, Isti homines, serui sunt Dei illius altissimi; qui annuntiant vobis viam salutis.

18 Hoc autem fecit ad multos dies. sed molestè ferens Paulus,

9 Et visio per noctẽ Paulo ostensa est: Vir Macedo quidã erat stans & deprecans eum, & dicẽs, Transiens in Macedoniam adiuua nos.

10 Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quòd vocasset nos Deus euangelizare eis.

11 Nauigantes autem à Troade, recto cursu venimus Samothraciam: & sequenti die Neapolin:

12 Et inde Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas, colonia. Eramus autem in hac vrbe diebus aliquot cõsistentes.

13 Die autem Sabbatorum egressi sumus foras portã, iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse, & sedẽtes loquebamur mulieribus quæ conuenerant.

14 Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum, audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere iis quæ dicebãtur à Paulo.

15 Quum autem baptizata esset, & domus eius, deprecata est, dicens, Si iudicastis me fidelem Domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos.

16 Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum Pythonem obuiare nobis, quæ quæstũ magnum præstabat dominis suis, diuinando.

17 Hæc subsequuta Paulũ & nos, clamabat, dicens, Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis.

18 Hoc autẽ faciebat multis diebus. dolens autem Paulus, & conuersus, spi-

10 *Collatis argumentis colligentes*, συμβιβάζοντες. Plato in Hippia minore, ἀνασκοπῶ καὶ συμβιβάζω τὰ λεγόμενα: qui locus à doctissimo viro Ioach. Camerario citatus, optimè declarat huius verbi translatitiam significationem. Nam propriè illud ipsum significat quod Gallis *adiuster*, vt exposuimus suprà, 9. 22. & ita vsurpatur à Paulo Eph. 4. 16. & Col. 2. 19. Itaque mihi non satisfacit Budæus qui συμβάλλοντες interpretatur Coniicientes. Vulg. verò & Eras. multo minus, qui συμβιβάζοντες exponunt *Certi facti*, id est πληροφορηθέντες, vel συμβιβασθέντες, prò quo tamen potius dicendum fuerat *Certiores facti*.

11 *Neapolin*, εἰς Νεάπολιν. Ridiculum est quod de Cariæ Neapoli quidam tradidit hoc loco, quum hæc manifestè appareat ad Neapolin illam pertinere quæ proxima est Philippis, in ipso Thraciæ at Macedoniæ confinio.

13 *Solebat* ἐνομίζετο. i. vbi de more ac cõsuetudine haberi consueuerãt conuentus. Vetus autẽ interpres deceptus huius verbi varia significatione, conuertit *Videbatur*, id est ἐδόκει, vt etiam legitur in illo meo vetustissimo codice, quasi Paulus coniecerit ibi conuenire consueuisse Iudæos ad precandum, vnde factum vt quas Iudæi vocabant Synagogas à conuentu, postea dicere cœperint ab vsu precãdi, minus inuidioso nomine προσευχάς, vti vocantur à Philone in legatione ad Caium.

14 *Quæ purpuram vendebat*, πορφυρόπωλις, id est, πορφυρόβαφα πωλοῦσα. Ideo singulari numero dicere malui purpuram, nequis de purpuris piscibus hîc agi putet.

16 *Ancillula quadam*, παιδίσκην τινά. Vulg. *Puella quadã*. sed conditionem nõ ætatem designari apparet ex eo quòd mox fiat mentio dominorum. ¶ *Pythonis* Πύθωνος. Epitheton Apollinis, qui responsa daret petentibus, παρὰ τὸ πυνθάνεσθαι, vnde Apollo Pythius, qui & Delphicus, à loco illo celebri dicebatur, cui etiã nomẽ fuit Pytho, quẽ Græci interpretes aliquoties in Bibliis ἐγγαστριμύθους sunt interpretati, quòd ex obsessarum mulierculatum ventre oracula soleret edere. Hebræi non prorsus dissimili ratione videntur אב [*ob*] & אבות [*obeth*] istud dæmonium vocare, quòd mulierum eo dæmone correptarum ventres instar vteris intumescerent.

τῷ πνεύματι εἶπε, Παραγγέλλω σοι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξελθεῖν ἀπ' αὐτῆς. Καὶ ἐξῆλθεν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ.

19 Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας.

20 Καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς [illegible]τηγοῖς, εἶπον, Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐκταράσσουσιν ἡμῶν τὴν πόλιν, Ἰουδαῖοι ὑπάρχοντες·

21 Καὶ καταγγέλλουσιν ἔθη ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν παραδέχεσθαι, οὐδὲ ποιεῖν, Ῥωμαίοις οὖσι.

22 Καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν· καὶ οἱ στρατηγοὶ περιρρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἐκέλευον ῥαβδίζειν.

23 Πολλάς τε ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύλακι ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς.

4 Ὃς παραγγελίαν τοιαύτην εἰληφὼς, ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον.

25 Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεόν· ἐπηκροῶντο δὲ αὐτῶν οἱ δέσμιοι.

26 Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου· ἀνεῴχθησάν τε παραχρῆμα αἱ θύραι πᾶσαι, καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη.

27 Ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ἰδὼν ἀνεῳγμένας τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, σπασάμενος μάχαιραν ἔμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους·

28 Ἐφώνησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ὁ Παῦλος, λέγων, Μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακόν· ἅπαντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε.

& sese conuertens, spiritui illi dixit, Mando tibi per nomen Iesu Christi vt exeas ab ea. Exiit igitur eodem illo momento.

19 Videntes autem illius *ancillulæ* domini abiisse spem quæstus sui, prehensum Paulum & Silam traxerunt in forum ad magistratus.

20 Et quum pertraxissent eos ad prætores, dixerunt, Homines isti conturbãt ciuitatem nostram quum sint Iudæi:

21 Et annuntiant ritus quos non licet nobis recipere, neque vsurpare, quum simus Romani.

22 Vnà verò insurrexit turba aduersus eos: & prætores diruptis eorum vestibus iusserunt *eos* virgis cædi.

23 Et quum multas plagas eis imposuissent, coniecerunt *eos* in carcerem, additis mandatis commentariensi vt tutò eos asseruaret.

24 Qui tali accepto mandato, coniecit eos in intimum carcerem, & pedes eorum adstrinxit numella.

25 Media autem nocte orantes Paulus & Silas hymnos canebant Deo: & qui vincti erant exaudiebant eos.

26 Repente verò terræ motus magnus extitit, ita vt quaterentur fundamenta carceris: & illico apertæ sunt omnes fores, & omnium vincula laxata.

27 Expergefactus autem commentariensis, quum videret fores carceris apertas, stricto gladio erat seipsum interfecturus, existimans vinctos effugisse:

28 Clamauit verò Paulus voce magna, dicens, Nequid feceris tibi ipsi mali: omnes enim hic sumus.

ritui dixit, Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora.

19 Videntes autem domini eius quia exiuit spes quæstus eorum, apprehendentes Paulum & Silam, perduxerunt in forum ad principes.

20 Et offerentes eos magistratibus dixerũt, Hi homines conturbant ciuitatem nostram, quum sint Iudæi.

21 Et annuntiant morem quem non licet nobis suscipere, neque facere, quum simus Romani.

22 Et cucurrit plebs aduersus eos: & magistratus scissis tunicis eorum, iusserunt eos virgis cædi.

23 Et quum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi vt diligenter custodiret eos.

24 Qui cum tale præceptum accepisset, misit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno.

25 Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabant Deum: & audiebant eos qui in custodia erant.

26 Subitò verò terræ motus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris: & statim aperta sunt omnia ostia, & vniuersorum vincula soluta sunt.

27 Expergefactus autem custos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat se interficere, æstimans fugisse vinctos:

28 Clamauit autem Paulus voce magna, dicens, Nihil tibi mali feceris: vniuersi enim hîc sumus.

Cupiditas quæstus, persequẽdæ veritatis occasio. Deus interea, Timotheo parcens, Paulum & Silam, vt fortiores, ad certamen vocat.

Auaritiæ prætexitur tum publicæ pacis, tum etiam pietatis studium.

Satan cum argumentum à maiorum auctoritate, sine vllo discrimine.

Iniquorũ magistratuum exemplum, populi furori obsequentũ.

Sanctorũ preces cælum & terram concutiunt.

Misericors Dominus quoties libuit, per mediam mortem ad vitam trahit, & pro iustis pœnis summam clementiam impertitur.

In mediis præsertim extraordinariis ne pes quidem nisi Deo præeunte mouẽdus.

19 *Abiisse*, ὅτι ἐξῆλθεν. vel *Exiisse*. Sic enim venustè loquitur Lucas, quasi vna cum illo impuro spiritu quæstus etiam istorum emigrasset. ¶ *Ad magistratus* ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας. Hi sunt quos Latini Decuriones vocabant, ex quibus Publicum consilium in coloniis constabat. Syrus & Arabs interpretes, hoc omiserunt, vel potius non legerunt. & certè videtur redundare.

20 *Ad Prætores* στρατηγοῖς. Id est Duumuiris. Erat autem in Coloniis Duumuiratus propè Consulatui aut Præturæ copar. vnde festiuum illud Ciceronis in Agrariis, *Quum in cæteris coloniis, duumuiri appellentur, Capuæ se prætores appellari volebant*. Græcis autem scriptoribus στρατηγοὶ dicti sunt qui Romæ prætores. Addit Syrus interpres quem sequitur Arabs, ולרישא סריגתא [*velarishe damrinta*] & *primoribus ciuitatis*. Decurionibus videlicet, nisi hic malumus intelligi eos qui ex Macedoniæ præsidis legatis præerant Philippis. στρατηγῶν enim appellatio latè patet in his libris, quos etiam vetus interpres generali nomine Magistratus est interpretatus. ¶ *Ciuitatem*, τὴν πόλιν. Latini nonnulli codices pro *Vrbem nostram*, habent *vrbem*. & ipsi a 1.7.6, in simili accusatione leguntur οἰκουμένην. Veterem autem hanc fuisse calumniam apparet ex 1. Reg. 18. 17.

22 *Vna autem insurrexit*, καὶ συνεπέστη. Vulgata. *Et cucurrit*, καὶ ἔδραμε Erasmus, *Et concurrit*, καὶ συνέδραμε. ¶ *Diruptis eorum vestibus*, περιρρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια. Erasmus *Scissis vestibus suis. Est autem*, inquit, *anceps sermo, vtrum magistratus lacerarint Apostolorum tunicas, an suas ipsorum*. Ego verò nullam hîc video speciem ambiguitatis, & multò etiam magis miror Erasmum eam opinionem esse amplexum quæ nullam veri speciem habet. ¶ *Virgis cædi*, ῥαβδίζειν. Vide Mar. 14. 65.

24 *Adstrinxit*, ἠσφαλίσατο. Id est, Vt tutius asseruaretur, compegit eorum pedes in numellam. Nam ἀσφαλίζεσθαι propriè firmare significat: sed ex consequente intelligitur antecedens. ¶ *Numella*, τὸ ξύλον. Vulgata & Erasmus parum obscurè, *In ligno* vt & Tertullianus lib. de patientia. Neque verò ξύλον hoc in loco lignum declarat, sed ligneæ machinæ genus, quod Latini Numellam vocant: in quam (vt ait Nonius) & pedes & collum immittebant. Aristophanes, εἰ τῷ φιμῶντι τοῦτο τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα. Herodotus ἐν ξύλῳ δέδεται. Plautus in Persa, *tantisper quidem vt sis apud me lignea in custodia*.

26 *Laxata*, ἀνέθη. Id est, vt Vulg. & Erasmus, *Soluta*. Virg. *Laxat claustra Sinon*.

Αἰτήσας δὲ φῶτα εἰσεπήδησε, καὶ ἔντρομος γενόμενος προσέπεσε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ.

Καὶ προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω, ἔφη, Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν ἵνα σωθῶ;

Οἱ δὲ εἶπον, Πίστευσον ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ σωθήσῃ σὺ καὶ ὁ οἶκός σου.

Καὶ ἐλάλησαν αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

Καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτός, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν· καὶ ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες παραχρῆμα.

Ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, παρέθηκε τράπεζαν, καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ.

Ἡμέρας δὲ γενομένης ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους, λέγοντες, Ἀπόλυσον τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους·

Ἀπήγγειλε δὲ ὁ δεσμοφύλαξ τοὺς λόγους τούτους πρὸς τὸν Παῦλον, Ὅτι ἀπεστάλκασιν οἱ στρατηγοὶ ἵνα ἀπολυθῆτε· νῦν οὖν ἐξελθόντες, πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ·

Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη πρὸς αὐτούς, Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας, ἔβαλον εἰς φυλακήν, καὶ νῦν λάθρα ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν; Οὐ γάρ. ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν.

Ἀνήγγειλαν δὲ τοῖς στρατηγοῖς οἱ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥήματα ταῦτα· καὶ ἐφοβήθησαν ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσι.

Καὶ ἐλθόντες παρεκάλεσαν αὐτούς, καὶ ἐξαγαγόντες ἠρώτων ἐξελθεῖν τῆς πόλεως.

Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν· καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφούς, παρεκάλεσαν αὐτούς, καὶ ἐξῆλθον.

29 Is autem petito lumine irrupit, & tremefactus accidit Paulo & Silæ *ad pedes*.

30 Et productis ipsis foras, ait, Domini, quid me oportet facere vt seruer?

31 At illi dixerunt, Crede in Dominum Iesum Christum, & seruaberis tu ac domus tua.

32 Et loquuti sunt ei sermonem Domini, & omnibus qui erant domi ipsius.

33 *Ipse* verò illis assumptis ea ipsa hora noctis, lauit *eorum* plagas: & baptisatus est ipse & omnes *domestici* illius illico.

34 Et ipsis deductis domum suam, apposuit mensam: & exultauit quòd cum vniuersa domo sua credidisset Deo.

35 Die autem exorto, prætores miserunt viatores qui dicerêt, Dimitte homines illos.

36 Renuntiauit autem commêtariensis hos sermones Paulo, Miserunt, *inquit*, præfecti vt dimittamini: nunc igitur egressi, ite in pace.

37 Paulus autem dixit eis, Cæsos nos publicè, indicta causa, quum simus Romani, coniecerunt in carcerem, & nunc clàm nos eiiciunt? nô profectò: sed veniant ipsi, & nos educant.

38 Renuntiarunt autem prætoribus viatores verba ista: metuerúntque audito eos Romanos esse.

39 Et venientes precati sunt eos, & eductos rogarunt vt egrederentur ex vrbe.

40 Egressi autem è carcere introierunt ad Lydiam: & visis fratribus, consolati sunt eos, & egressi sunt *ex vrbe*.

29 *Petitóque lumine ingressus est, & tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes.*

30 *Et producens eos foras ait, Domini, quid me oportet facere vt saluus fiam?*

31 *At illi dixerũt, Crede in Dominũ Iesum, & saluus eris tu, & domus tua.*

32 *Et loquuti sunt ei verbum Domini, cũ omnibus qui erant in domo eius.*

33 *Et tollens eos in illa hora noctis lauit plagas eorum: & baptizatus est ipse & omnis domus eius continuò:*

34 *Quúmque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam, & lætatus est cum omni domo sua credens Deo.*

35 *Et quum dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes, Dimitte homines illos.*

36 *Nuntiauit autem custos carceris verba hæc Paulo, Quia miserunt magistratus vt dimittamini: nunc igitur exeuntes, ite in pace.*

37 *Paulus autẽ dixit eis, Cæsos nos publicè, indemnatos, homines Romanos, miserunt in carcerem, & nunc occultè nos eiiciunt? non ita: sed veniant, & ipsi nos eiiciant.*

38 *Nuntiarunt autem magistratib. lictores verba hæc: timuerúntque audito quod Romani essent.*

39 *Et venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant vt egrederentur de vrbe.*

40 *Exeuntes autem de carcere introierunt ad Lydiam & visis fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt.*

Deus eâdem manu, quum libuit, vulnerat & sanat.

Ignominia tandem iniquorũ magistratuũ merces.

Non suam quidem retaliandi iniuriæ, sed nihilominus vtendum est adminiculis à Domino porrectis, ad cohibendam impiorum libidinem, ne saltẽ aliis similiter noceant. Impij nô Dei sed hominum metu mouentur: & Deus hac etiam ratione suis prospicit, quum ita opus est.

33 *Lauit [eorum] plagas*, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν. Ad verbum, *lauit [eos] à plagis*.

35 *Die autem exorto*, ἡμέρας δὲ γενομένης. In vno codice additum legimus post hæc verba, συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ ἀναμνησθέντες τὸν σεισμὸν τὸν γεγονότα, ἐφοβήθησαν καὶ ἀπέστειλαν τοὺς ῥαβδούχους, &c. id est, *coierunt præfecti eodem loci in forum, & recordati terræmotus qui factus fuerat, timuerunt, miserúntque viatores, &c.* ¶ *Viatores*, ῥαβδούχους. Viatores dicuntur quibus vtebãtur magistratus vocandi vel nuntiandi causa. Non autem ligandi. Nã hoc erat lictorum munus, qui propterea etiam ῥαβδοῦχοι à bacillis seu virgis quas gestabant, à Græcis vocabantur. Sed mihi tamen probabile est, aut viatores etiam bacillos gestasse, aut confusa interdum fuisse (in prouinciis præsertim) viatorum & lictorum munia.

37 *Εἰς πρὸς αὐτούς*. Nempe viatoribus, in quorum nomine loquutus fuerat commentariensis, aut ipsi potius corã commentariensi sua mandata Paulo & Silæ renuntiarunt. Nam commentariensem ipsum probabile est potius paratum fuisse illos retinere. ¶ *Non profectò*, οὐ γάρ. Vulgata, *Non ita*. Sic Virgilius lib. Æne. 2. *Scilicet hac Spartam incolumis patriásque Mycenas Aspiciet, partóque ibit regina triumpho?* Et paulo pòst, *Non ita tamen quanquam esset*, &c. id est (vt vernaculo sermone dicimus) *Il n'en ira pas ainsi*. ¶ *Indicta causa*, ἀκατακρίτους, vel, vt vertit Vulg. *Indemnatos*. Sed illud est expressius, vt significetur ne iure quidem cum ipsis actum esse.

38 *Verba ista*, τὰ ῥήματα ταῦτα. Ab hoc loco vsque ad extremum capitis, comperitur mira in meo vetustissimo, & alio præterea manuscr. codice varietas, si verba spectes. Sic enim scriptum habent, Ἀπήγγειλαν οἱ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥήματα ταῦτα τὰ ῥηθέντα πρὸς τοὺς στρατηγούς. οἱ δὲ ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσιν ἐφοβήθησαν, καὶ παραγενόμενοι μετὰ φίλων πολλῶν εἰς τὴν φυλακὴν, παρεκάλεσαν αὐτοὺς ἐξελθεῖν, εἰπόντες, Ἠγνοήσαμεν τὰ καθ' ὑμᾶς, ὅτι ἐστὲ ἄνδρες δίκαιοι. Καὶ ἐξαγαγόντες, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, λέγοντες, Ἐκ τῆς πόλεως ταύτης ἐξέλθετε, μήποτε πάλιν συστραφῶσιν ὑμῖν, ἐπικράζοντες καθ' ὑμῶν. Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς, ἦλθον πρὸς τὴν Λυδίαν, καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς, διηγήσαντο ὅσα ἐποίησεν Κύριος αὐτοῖς, παρακαλέσαντες αὐτούς. Id est, *Viatores renuntiarunt præfectis hæc verba quæ dixerãt. Illi verò quũ audissent Romanos esse, timuerunt: & cũ multis amicis venientes in carcerem, precati sunt eos vt abirent, dicentes, Ignorauimus vestram conditionem, & vos viros probos esse. Deinde eductos ipsos precati sunt, dicentes. Exite ex hac vrbe, ne rursus coëuntes clament aduersum vos. Egressi igitur ex carcere venerunt ad Lydiam, & visis fratribus, narrabant quæ sibi fecisset Dominus, ipsos consolati.*

40 *Ad Lydiam*, εἰς τὴν Λυδίαν. Id est, πρὸς τὴν Λυδίαν vt etiam in nonnullis vetustis codicibus scriptum legimus. Ponitur tamen εἰς pro πρός, etiam apud idoneos auctores. App. εἰς Χύλλας ἀπηρέσεν. Dem. [illegible] Idem εἰς ὑμᾶς λέγω. ¶ *Visis fratribus*, ἰδόντες τοὺς ἀδελφούς. Rursum in meo vet. exemplari hæc subiiciuntur, διηγήσαντο ὅσα ἐποίησεν Κύριος αὐτοῖς, παρακαλέσαντες αὐτούς, *exposuerunt quæ fecerat ipsis Dominus, eos consolati.*

Κεφάλαιον ιζ.

Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν, ἦλθον εἰς Θεσσαλονίκην, ὅπου ἦν ἡ συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων.

Κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε πρὸς αὐτούς, καὶ ἐπὶ σάββατα τρία διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν.

Διανοίγων καὶ παρατιθέμενος ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, Ἰησοῦς, ὃν ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.

Καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν, καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ, τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος, γυναικῶν τε τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι.

Ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηρούς, καὶ ὀχλοποιήσαντες ἐθορύβουν τὴν πόλιν· ἐπιστάντες τε τῇ οἰκίᾳ Ἰάσονος, ἐζήτουν αὐτοὺς ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον.

Μὴ εὑρόντες δὲ αὐτούς, ἔσυρον τὸν Ἰάσονα καί τινας ἀδελφοὺς ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας, βοῶντες, Ὅτι οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι καὶ ἐνθάδε πάρεισιν·

Οὓς ὑποδέδεκται Ἰάσων· καὶ οὗτοι πάντες ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράττουσι, βασιλέα λέγοντες ἕτερον εἶναι, Ἰησοῦν.

Ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχας ἀκούοντας ταῦτα.

CAP. XVII.

1 Itinere autem facto per Amphipolin & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, vbi erat synagoga quædam Iudæorum.

2 Paulus verò sicut consueuerat introiuit ad eos, & per Sabbata tria disseruit *cum* eis ex Scripturis,

3 Explicans & sub oculos ponens oportuisse Christum pati, & resurgere ex mortuis: & hunc esse Iesum, Quem ego, *inquit*, annuntio vobis, esse Christum illum.

4 Nonnulli igitur eorum assensi sunt, & consociati sunt Paulo & Silæ, & religiosorum Græcorum multitudo magna & ex mulieribus primariis non paucæ.

5 Sed inuidia commoti Iudæi *qui sermoni* nô paruerũt, assumptis quibusdam circumforaneis viris malis, ac turba coacta, fecerunt vt ciuitas tumultuaretur, & adorti domum Iasonis, studebant eos adducere ad populum.

6 Et quum non inuenissent eos, traxerũt Iasonem & quosdam fratres ad ciuitatis magistratus vociferantes, isti qui orbis terrarum statum subuertêrunt, etiam hìc adsunt:

7 Quos excepit Iason: qui omnes contra edicta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse, *nempe* Iesum.

8 Commouerunt autem turbam & ciuitatis magistratus hæc audientes.

CAP. XVII.

1 *Qvum autẽ perambulassent Amphipolin & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, vbi erat synagoga Iudæorum.*

2 *Secundum consuetudinem autem Paulus introiuit ad eos, & per Sabbata tria disserebat eis de Scripturis.*

3 *Adaperiens & insinuans quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis, & quia hic est Iesus Christus, quem ego annuntio vobis.*

4 *Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Sila, & de colentibus Gentibus multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ.*

5 *Zelantes autem Iudæi, assumentésque de vulgo viros quosdam malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatem: & assistentes domui Iasonis quærebant eos producere in populum.*

6 *Et quum non inuenissent eos, trahebant Iasonem & quosdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes, Quoniam hi qui orbem concitant, & huc venerunt:*

7 *Quos suscepit Iason: & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum.*

8 *Concitauerunt autem plebem & principes ciuitatis audientes hæc.*

Sic vitanda pericula vt nũquam negligatur officium.

Pauli & Silæ eiectio, multorum aliorũ salus.

Christus ideo Mediator quia crucifixus resurrexit, nedũ vt propter crucis ignominiã sit repudiandus.

Zelus incredulorum quantumlibet speciosus, tandem palàm deprehenditur, neque rectitudine neque vlla æquitate niti. Sed non licet malis quicquid libet, quum inter eos etiam exsitet Deus quorum opera ad suos liberandos vtatur.

¶ *Et egressi sunt*, καὶ ἐξῆλθον, *ex vrbe ipsa* videlicet.

IN CAPVT XVII.

1 *Synagoga quædam*, ἡ συναγωγή. Nouè ponitur articulus, pro particula τις: vel certè redundat n si malimus aliquid supplere. *venerunt eò vbi erat synagoga Iudæorum*, certo videlicet illo vrbis loco, vbi erat synagoga.

3 *Explicãs*, διανοίγων. Heb פותח [*potheach*] aperiens, id est certis testimoniis probans, vnde פתח [*pethach*] pro declaratione, Psal. 119.130. ¶ *Ob oculos ponens*, παρατιθέμενος. id est tam manifestè exponens quàm cernimus quæ spectanda proponuntur. Vulgata, *Insinuans*. Eras. *allegans*, id est prolatis scripturæ locis demonstrans, sicut infrà scribitur, vers. 28. vbi vtitur verbo [illegible], pro quo Syrus vtrobique vsurpat eandem vocem [illegible] [*mechauih hauah*] ¶ *Christum*, τὸν Χριστόν id est Messiam. Ponitur enim hoc loco appellatiuè, vt apparet ex sequentibus. ¶ *Pati*, παθεῖν. Id est, supplicio affici. Sic enim sæpe hoc verbum absolutè in his libris poni solet, quod propterea nobis fuit religio mutare. ¶ *Quem ego [inquit]*, ὃν ἐγώ. Mutatio personæ & orationis obliquæ transitio ad rectam, de qua vide suprà 15. 5. ¶ *Esse Christum illum*, ὅτι οὗτος ὁ Χριστός. id est illum promissum Messiam. Rursum enim Χριστὸς pro Messia ponitur, sed [illegible]: & in hac enuntiatione rationem habet attributi: quod vt planius esset, collocationem verborum mutaui, vt & infrà 18.5. Vide suprà 2.36.

4 *Consociati sunt*, προσεκληρώθησαν, id est συνεκληρώθησαν: quod verbum disertiores Græci vsurpant ad declarandam matrimonij coniunctionem, & vinculum arctissimum. ¶ *Religiosorum*, τῶν σεβομένων. Vulg. *Colentiũ*. Vide suprà 13.43.

5 *Qui [sermoni] nô paruerunt*, οἱ ἀπειθοῦντες. Vide Ioan. 3. ¶ *Circumforaneis*, τῶν ἀγοραίων. i. cuiusmodi solẽt in foro vitam terere, viles nimirum & venales, quos solet Cic. fæcem & sentinã vrbis vocare. Ideo Vet. interpr. conuertit. *De vulgo*. ¶ *Fecerunt vt ciuitas tumultuaretur*, ἐθορύβουν τὴν πόλιν. Τὸ θορυβεῖν rarissimè μεταβατικῶς construitur, præsertim cum quarto casu quanuis θορυβεῖσθαι passiuè quoque accipiatur. Itaque hîc accipitur ex Hebræorum idiotismo, quasi in coniugatione Hiphil. Vulg. *concitarunt ciuitatem*. ¶ *Adorti*, ἐπιστάντες. Vulg. *Assistentes*, παραστάντες. Erasmus, *Vrgentes*, quod & ipsum non videtur satis expressum.

6 *Fratres* ἀδελφούς. Syrus & Arabs præterea legerũt τοὺς ἐκεῖ, *qui erant ibi*. ¶ *Statum subuerterunt*, ἀναστατώσαντες. Vulg. *Concitant*. Eras. *Conturbarunt*. neuter satis expressè, vt opinor.

7 *Excepit*, ὑποδέδεκται. Eras. *Clanculum excepit*, propter præpositionem ὑπό. atqui in hoc verbo nô ea vis est huius præpositionis, sed idcirco potius adiungitur, quòd hospites de via deflectentes, sub idem tectum admittamus. Itaque hæc interpretatio nulla ratione nititur.

9 Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς.

9 *Qui tamen quum satis accepissent ab Iasone & reliquis dimiserunt eos.

9 *Et accepta satisfactione à Iasone & à cæteris dimiserunt eos.*

Ea demum est spiritus prudentia quæ Dei gloriam sibi sic proponit pro scopo, vt nusquam ab ea de[cli]nat.

10 Οἱ δὲ ἀδελφοὶ εὐθέως διὰ τῆς νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν εἰς Βέῤῥοιαν· οἵτινες παραγενόμενοι, εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπῄεσαν.

10 Fratres vero statim per noctem Paulum simul & Silam emiserunt Berœam: qui quum aduenissent, ierunt in synagogam Iudæorum.

10 *Fratres verò confestim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Berœam: qui quum venissent, in synagogam Iudæorum introierunt.*

Dominus in eadem gente varia inscrutabilis suæ sapientiæ exempla eodem pene momento proponit, vt [con]tuatur.

11 Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας, τὸ καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφάς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως.

11 "Iis autem *Iudæis* qui erant Thessalonicæ fuerunt isti generosiores, vt qui receperint sermonem cum omni alacritate, quotidie "examinantes Scripturas an hæc ita se haberent.

11 *Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent.*

12 Πολλοὶ μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν, καὶ τῶν Ἑλληνίδων γυναικῶν τῶν εὐσχημόνων, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι.

12 Multi igitur crediderunt ex eis, & Græcarum mulierum honoratarum & virorum non pauci.

12 *Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum Gentilium honestarum, & viri non pauci.*

Habet etiam suos Zelotas Satan, & eos quidem quos minimè oportuit.

13 Ὡς δὲ ἔγνωσαν οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι ὅτι καὶ ἐν τῇ Βεῤῥοίᾳ κατηγγέλη ὑπὸ τοῦ Παύλου ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἦλθον κἀκεῖ, σαλεύοντες τοὺς ὄχλους.

13 Vt autem cognouerũt Thessalonicenses Iudæi, Berœæ quoque annuntiatum esse à Paulo sermonem Dei, venerũt etiam illuc, concitantes turbam.

13 *Quum autem cognouissent in Thessalonica Iudæi quia & Berœæ prædicatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, commouentes & turbantes multitudinem.*

Non est consilium, nec rabies contra Dominum.

14 Εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξαπέστειλαν οἱ ἀδελφοὶ πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ὑπέμενον δὲ ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ.

14 Sed tunc statim Paulum emiserunt fratres, vt iret "velut ad mare: Silas autem & Timotheus remanserunt illic,

14 *Statímque tunc Paulũ demiserunt fratres, vt iret vsque ad mare: Silas autem & Timotheus remanserunt ibi.*

Excubant vicissim oues Christianæ pro pastorum salute, sed in Domino.

15 Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν· καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν καὶ Τιμόθεον, ἵνα ὡς τάχιστα ἔλθωσι πρὸς αὐτόν, ἐξῄεσαν.

15 "Qui verò Paulum susceperant tuto loco constituendum, deduxerunt eum Athenas vsque: & accepto præcepto ad Silam ac Timotheum, vt quàm citissimè ad ipsum venirent, abierunt.

15 *Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum vsque ad Athenas: & accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheum vt quam celeriter venirent ad illum, profecti sunt.*

9 *[Qui] tamen quum satis accepissent*, καὶ λαβόντες τὸ ἱκανόν. Doctissimus Budeus & plerique eum sequuti, hoc referunt ad satisdationem IVDICIO SISTI. Sunt autem hæc dicendi genera mutuò inter se coniuncta apud iurisconsultos, Satispetere, Satisdare, & Satisaccipere. Sed quid si simplicius hoc est fortassis accipiendum, quòd videlicet Iason cum cæteris ad magistratus adductis, ita responderit accusatoribus vt iudicibus satisfecerit? sicut accipitur τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι. Mar. 15, 15. Sed repugnat proprietas participij λαβόντες, & Arabs interpres de sponsoribus vt secundis reis perspicuè istud interpretatur.

10 *Fuerunt autem isti generosiores*, οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι. Vulgata, *Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ.* Quam interpretationem vt emendaret Erasmus vertit, *Illi autem erant summo genere nati inter eos qui erant Thessalonicæ.* Potest enim εὐγενέστεροι etiam explicari per superlatiuum, ita vt ista de Thessalonicensibus dicantur, quorum nobilissimi amplexi sint Euangelium, quod tamen probare non possum. Notandum enim est non comparari simpliciter Thessalonicenses cum Berœensibus, sed vtriusque vrbis Iudæos inter se, ita vt Berœenses Iudæi dicantur longè fuisse alacriores Thessalonicensibus: quod re ipsa ostenderunt, sicut mox declaratur. Statim enim ipsi amplexi sunt Verbum: quod Thessalonicenses non contenti repudiasse, Paulum Berœam vsque sunt persequuti. Itaque non dicit Lucas εὐγενέστεροι Θεσσαλονικέων, sed τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, vt Iudæos appareat à veris incolis discerni, seruata vi articuli διακριτικοῦ. Deinde quum Lucas iam deduxerit Paulum & Silam Berœam, cur ad Thessalonicensium historiam reuerteretur? Præterea de Iudæis seorsum hîc agi declarat sequens versiculus, vbi seorsum fit mentio indigenarum ciuium, tum virorum, tum mulierum. Itaque propriã comparatiui significationem seruare malui. sed quamuis εὐγενὴς de genere propriè dicatur, tamen quum comparatio hîc videatur instituta non generis, (erant enim omnes isti Iudæi) sed virtutis ac Pietatis, generosiores malui interpretari quàm nobiliores: quum constet apud Græcos translatitiè τὴν εὐγένειαν ad mores & ad animum accommodari, ita vt μεγαλόφρονες, εὐγενεῖς, γενναῖοι, sæpe sint synonyma. Syrus autem & Arabs interpretes manifestè sententiam meam confirmant. ¶ *Examinantes*, ἀνακρίνοντες. Ad verbum, *Diiudicantes*, id est diligenter & adhibito iudicio singula perpendentes, quibus opponuntur qui ad scripturarum lectionem cum præiudiciis accedunt, vel temerè quiduis in iis arripiunt.

14 *Velut ad mare*, ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Vulgata, *Vsque ad mare*, quasi ὡς pro ἕως accipiatur. Ego verò illam interpretationem antepono, quoniam Athenas vsque deductum fuisse Paulum, postea narratur. Ex quo etiam intelligimus, Paulo fuisse datum hoc consilium vt illum Iudæi persequi desinerent, quasi naui conscensa ex illis regionibus enauigasset. Mari tamen illũ Athenas Philippis venisse ex huius historiæ contextu elici nullo modo potest, sed contrarium potius. Neque nihil est istud quod in meo vetustissimo codice inueni vers. proximè consequente.

15 *Qui verò Paulum susceperant tuto loco constituendum*, οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον. Vulgata, *Qui deducebant.* Erasmus, *Qui persequebantur*: neuter satis expressè, aut etiam satis rectè. Nam τὸ καθιστᾶν in hac significatione nusquam legi, quod tamen hoc loco non potuit aliter quàm longo verborum circuitu explicare. Quamuis enim respondeat Latino verbo Constituere, tamen pro varia ratione rerum de quibus agitur, intelligendum est. Inde factum vt pro peruehere & perducere accipiatur, id est certo loco constituere, pro quo dicimus in vernaculo sermone *rendre en quelque lieu*: vt apud Plutarchum, παρεμπέμψαι καὶ καταστῆσαι πρὸς τὴν οἰκίαν τὸν ἄνθρωπον, *Comitari hominem, ac domum perducere.* Homerus, καταστῆσαι Πύλονδε, *Pylum Peruehere.* Sed præterea videtur etiam aliquid amplius declarare hoc in loco, & aliis similibus si qui occurrerint. Nam quòd nutat ac vacillat dicitur constitui quando ad meliorem ac certiorem statum adducitur. Id verò si postea ad personam transferas, significabit aliquem ex periculo ereptum, tuto loco constituere, pro quo dicimus *rendre ou mettre en seureté*: quam significationem

cationem putaui huic loco maximè conuenire, vt præcisè dixerit Lucas καθιστῶντες, pro εἰς ἀσφαλὲς καθιστῶντες. Cur enim isti Paulum Athenas vsque deduxerunt, nisi vt per ignotas regiones in eum vsque locum perducerent vbi ab hostium insidiis tutus videretur? In meo vetustissimo codice, post ἕως Ἀθηνῶν *Athenas vsque* scribitur, παρῆλθεν δὲ τὴν Θεσσαλίαν· ἐκωλύθη γὰρ εἰς αὐτοὺς κηρύξαι τὸν λόγον. λαβόντες δέ, &c. i. *Præterierat autem* (nusquam videlicet ibi cõmoratus) *Thessaliam; quod prohiberetur eis*, (nempe Thessalis) *sermonem [Dei] prædicare. Accepto autem mandato*, &c. Et certè mirum alioqui videri posset Paulũ tot regiones quot inter Thessalonicam & Athenas intersunt, nempe Thessaliam, Bœotiam, & Atticam, nusquam annuntiato Euangelio præteriisse: vel Lucam Pauli iam tum comitem, vt apparet suprà 16. 10, eorum quæ ibi dicta factáque sunt, historiam totam prætermisisse.

16 Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν.

16 Paulo verò Athenis illos expectante, irritabatur spiritus eius in ipso, quum conspiceret vrbem "idolis refertam.

16 *Paulus autem quum Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem.*

In lucta sapientiæ diuinæ cũ humana homines irrident quod non intelligũt: Deus autem stultorum curiositate vtitur, vt electos suos colligat.

17 Διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας.

17 Disserebat igitur in synagoga cum Iudæis & religiosis, & in foro quotidie "cum quibusuis obuiis.

17 *Disputabat igitur in synagoga cum Iudæis, & colentibus, & in foro per omnes dies ad eos qui aderant.*

Duæ præcipuè Philosophorũ sectæ Christi oppugnant: vna eorum qui omnem religionem irrident: altera eorum qui de religionis capitibus pro suo arbitrio statuunt.

18 Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ· καί τινες ἔλεγον, Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; Οἱ δέ, Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι· ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῖς εὐηγγελίζετο.

18 "Quidam autem ex Epicureis & Stoicis Philosophis conflictabantur cum eo: & quidam dicebant, Quid vult "garrulus iste dicere? Alij verò, Peregrinorum deorum videtur annuntiator esse: quoniam Iesum & resurrectionem ipsis annuntiabat.

18 *Quidã autem Epicurei & Stoici philosophi disserebant cum eo: & quidam dicebant, Quid vult seminator verborum hic dicere? Alij verò, Nouorum dæmoniorum videtur annuntiator esse: quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis.*

19 Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἤγαγον, λέγοντες, Δυνάμεθα γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή;

19 Et prehensum eum duxerũt "in Areopagum, dicentes, Possumúsne scire quæ sit ista noua de qua tu loqueris doctrina?

19 *Et apprehensum eum, ad Areopagum duxerũt, dicentes, Possumus scire quæ est hæc noua quæ à te dicitur doctrina?*

20 Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς

20 Peregrina enim quædam "infers auribus nostris. volumus

20 *Noua enim quædam infers auribus nostris. vo-*

16 *Idolis refertam*, κατείδωλον. Vtpote illis totam addictam, & mancipatam, sicut κατάδενδρος locus dicitur totus arboribus consitus, quod eruditè docuit in suis notis noster Isaacus Casaubonus, cui acceptum illud fero. Quàm autẽ verè hoc scripserit Lucas, vel ex ipsis Græcis scriptoribus licet intelligere. Nã Pausanias in hac vna vrbe plura penè idola quàm in reliqua Græcia commemorat: & de Atheniensibus loquens scribit, τούτοις δὲ οὐ τὰ εἰς φιλανθρωπίαν μόνον καθέστηκεν, (nam paulo antè egerat de Misericordiæ ara) ἀλλὰ καὶ εἰς θεοὺς εὐσεβεῖν ἄλλων πλέον. καὶ γὰρ αἰδοῦς σφίσι βωμός ἐστι, καὶ φήμης, καὶ ὁρμῆς. Id est, *Istis verò non modò constituta sunt quæ ad humanitatis officia pertinent, sed maiorem etiam quàm alij pietatis in deos curam habent. nam etiam Pudoris & Famæ & Appetitionis ara apud ipsos extat.* Sed & Xenophon in Atheniensium republica, ἄγουσιν, inquit, ἑορτὰς διπλασίους ἢ οἱ ἄλλοι: id est, *Festa duplo plura agitant quàm alij.*

17 *Cum quibusuis obuiis*, πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας. siue, *cum quibusuis qui in ipsum inciderent.* Circunstantia loci indicat quomodo exponendum sit verbum παρατυγχάνειν. Nempe quemcũque obuium reperisset Paulus, qui modò vel minimùm sustineret loquentem audire; cum eo ipse disserebat: totus nimirum ardens sancto illo gloriæ Dei zelo, & illud ipsum vsurpans quod aliis postea subiecit, vt opportunè & importunè studeant amplificãdo Dei regno. Hæc enim est verè cælestis ac diuina prudentia, quã mundus stultitiam vocat. Vulg. *qui aderant*, pro quo nonnulli scribunt, *qui audierant.* Neutrum profectò rectè. Nam fateor quidem τὸ ἐντυγχάνειν in his etiam libris & apud idoneos auctores interdum accipi non modò pro Adire seu Conuenire sed etiam pro Compellare quem tu adieris: sed nonnisi adiuncto personæ casu, qui nullus hîc est. Deinde præpositio παρὰ videtur omnino postulare vt de subitò occurrentibus id intelligatur.

18 *Garrulus*, ὁ σπερμολόγος, siue *blaterator.* Est autem hoc vocabulum Atticorum in hac quidem significatione proprium, vt Eustathius testatur, nempe pro garrulis & nullius pretij hominibus & circunforaneis, quos περίτριμμα ἀγορᾶς vocat Aristoph. quæ conuitia vibrat Demosth. aduersus Æschinem & vrbanè notat in Auibus metaphora à passerculis aliísque auiculis sumpta, quæ neque magnopere sunt esui, neque cantu delectant, sed garritu perpetuò sunt molestæ, sic vocatæ παρὰ τὸ λέγειν σπέρματα, quasi seminilegas dicas, quòd sata in agris depascantur, non autem παρὰ τὸ σπείρειν τοὺς λόγους, vt existimant nonnulli, dupliciter decepti, nempe tum in etymo (dicendum enim fuisset λογοσπόρος) tum in eo quòd propriam eámque etymo falso innitentẽ significationem, loco metaphoricæ, in hoc vocabulo quæsiuerunt. Itaque Syrus quoque & Arabs interpretes rem ipsam potius quàm vocem sunt interpretati. Sed & Arabs Stoïcos non nominat, & totum hunc locum sic legit, Ἐπικούρειοι καὶ ἄλλοι ἀκούσαντες τὰ ῥήματα αὐτοῦ ἐμεγάλυνον αὐτόν, ἄλλοι δὲ ἔλεγον, &c. *Epicurei & alij auditis eius verbis, magnificè ipsum extollebant, alij verò dicebant*, &c.

19 *In Areopagum*, ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον. Sic rectè Vulg. quũ Cicero ipse Græcum vocabulum seruarit. Erasm. *Martium vicum.* Atqui πάγος non declarat vicum, sed colliculum potius, vt ipse Eras. rectè explicat: neque Areopagus vici nomen erat, sed curiæ in quam coire solebant iudices, vnde Areum iudiciũ apud Tacitum lib. 2. idcirco vocati Areopagitæ, qui quidem perpetui erant, & de summis criminibus cognoscebant: ac nominatim quidem de impietate, vt apparet ex eo quod de Theodoro illo impio narrat Laërtius. Huc igitur pertractus est Paulus, vt ἀσεβείας, id est impietatis reus perageretur, eius videlicet criminis cuius damnatum fuisse Socratem, idem Laërtius testatur: nempe οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζοντα, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενον. id est, *quòd non eosdem atque ciuitas deos putaret, & noua numina inueheret.* Idque ita esse, tum ex superiore versiculo, tum ex ipsa Pauli apologia apparet: qui non temere certè mentionem fecit aræ dei ignoti quam in ipsa vrbe reperisset. Non videtur tamen coram ipsis iudicibus causam dixisse: sed quum illuc per tumultum raptus esset, postea mirabili Dei prouidentia dissipatis aduersariis euasisse. Fuit autem hæc curia sita non procul Acropoli, nempe circiter προπύλαια quæ vocant, vt testatur Pausanias, idcóque Areopagus vocata est, quasi Martium collem dicas, vel quòd Marti consecratus esset, vel quòd primus Mars (vt fabulantur) cædis causam in eo iudicio dixisset.

20 *Infers*, εἰσφέρεις. Syrus & Arabs legerunt σπείρεις, *seris*, quod ipsos quoque videtur fefellisse in Etymo vocis σπερμολόγος.

ἀκοὰς ἡμῶν· βουλόμεθα οὖν γνῶναι τί ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι.

ergo scire quidnam ista sibi velint.

lumus ergo scire quidnam velint hæc esse.

21 (Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον)

21 (Cæterùm Athenienses omnes & inquilini peregrini nulli alij rei vacabant nisi ad dicendum aut audiendum aliquid noui)

21 *(Athenienses autem omnes & aduenæ hospites ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere aut audire aliquid noui)*

Ipsi idololatræ firmissima suppeditant aduersus superstitionem suã argumenta.

22 Σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου, ἔφη, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ.

22 Quũ autem cõstitisset Paulus in medio Areopago, dixit, Viri Athenienses, omnino conspicio vos quasi religiosiores.

22 *Stans autem Paulus in medio Areopago, ait, Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosiores vos video.*

23 Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.

23 Pertransiens enim & contemplans sacra vestra, inueni etiam aram cui inscriptum erat, Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego vobis annuntio.

23 *Præteriens enim & videns simulacra vestra, inueni & aram in qua scriptum erat, Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.*

Sup. 7.48 Stultissimum est creatorem creaturæ comparare, incomprehensibilem circumscribere, & eũ putare donis conciliari à quo omnes omnia acceperint. Il sunt autem idololatriæ fontes.

24 Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος ὑπάρχων, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ.

24 ‖Deus ille qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, quum sit cæli, & terræ Dominus, in manufactis templis non habitat:

24 *Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ quum sit Dominus, non in manufactis templis habitat.*

Psal. 50.8 Deus in operibus suis est mirificus, præsertim in hominis opificio, non vt in ipsis operibus obstupescamus, sed vt ad opificem assurgamus.

25 Οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα.

25 ‖Nec manibus hominum colitur, alicuius rei egens, quum ipse det omnibus vitam & halitum & omnia.

25 *Nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, quũ ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia.*

26 Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων, κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν·

26 Fecitque ex vno sanguine totam gentem hominum, vt habitaret super vniuersa superficie terræ, definitis præstitutis temporibus, & positis terminis habitationis eorum:

26 *Fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum.*

27 Ζητεῖν τὸν Κύριον εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν· καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα.

27 Vt quærerent Dominum, si fortè palpãdo eum inuenirent: quanquam profectò non longè abest ab vnoquoque nostrûm.

27 *Quærere Deum, si fortè attrectent eum & inueniant: quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrûm.*

28 Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα, καί ἐσμεν· ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

28 In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus: sicut & quidam vestratium poetarum dixerunt, Nam huius progenies etiam sumus.

28 *In ipso enim viuimus & mouemur, & sumus: sicut & quidam vestrorum poëtarum dixerunt, Ipsius enim & genus sumus.*

Esa. 40.18. & 25

29 Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον.

29 ‖Progenies ergo Dei quum simus, non debemus existimare auro & argento, aut lapidi, sculpturæ artificij & excogitationis hominum, numen esse simile.

29 *Genus ergo quum simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis & cogitationis hominis, Diuinum esse simile.*

Vetus error errantes non excusat, sed Dei patientiam commendat: qui tamen futurus est iustus contemptorũ iudex.

30 Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τανῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν.

30 Deus igitur temporibus istius ignorantiæ conniuendo dissimulatis, nũc denũtiat omnibus vbiq; hominibus vt resipiscãt.

30 *Et temporis quidem huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus vt omnes vbique pœnitentiam agant.*

31 Διότι ἔστησεν ἡμέραν ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

31 Eo quòd statuit diem quo iustè iudicaturus est orbem terrarum, per eum virum quem definiit, fide *eius rei* palàm facta omnibus, quũ illum ex mortuis suscitaret.

31 *Et quòd statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis.*

---

21 *Inquilini*, οἱ ἐπιδημοῦντες, id est μέτοικοι. Nam alioqui ξένοι redundarit, si aduenas, id est ἐπηλύδας interpretemur, id est eos peregrinos qui alicubi morantur, nullo ibi domicilio constituto: neque verisimile est quicunque Athenas ventitabant, isto Atheniensium vitio laborasse, quod in eis etiam disertè simul & acerbè coarguit his verbis Demosth. Philip. 1. ἢ βούλεσθε περιιόντες πυνθάνεσθαι, εἰπέ μοι, λέγεταί τι καινόν. Nec aliter accipio quod eis Plutarchus tribuit, σπερμολόγους eos appellans in libello de garrulitate per λογομανίαν, id est loquendi auidos, pro loquacibus & garrulis quod etiam Athenæus ebriis tribuit. ¶ *Vacabant*, ηὐκαίρουν. Ita in vernaculo sermone dicimus, *Ils n'auoyent loisir que d'ouyr ou dire des nouuelles.* Castellio, *Ad nihil aliud idonei*, ineptè.

22 *Omnino*, κατὰ πάντα. Id est, πάντως, vel παντάπασι. Vulgata & Erasmus, *Per omnia*, id est omnibus in rebus. ¶ *Quasi religiosiores*, ὡς δεισιδαιμονεστέρους. Vulgata, *Quasi superstitiosiores.* Scio δεισιδαιμονίαν solere in vitio pro ὑπερευσεβείᾳ, id est superstitione poni, inter quam & ἀσέβειαν media est εὐσέβεια: sed nunquam defuerunt qui nulla ratione habita quomodo numen colerent, existimarunt sese tanto esse religiosiores quanto in hoc vel illo faciendo magis laborarent. Isti sunt autem quos ἀσεβείας ... δεισιδαίμονας vocarunt ij qui acquieuerunt in publicè recepto ...rum cultu: vtrique sanè hypocritæ, quanuis illi propius ab impietate abfuerint. Cæterùm illud constat, Apostolum cui cum illis negotium fuit, quorũ alij omnia fato tribuebãt, vt Stoici, alij deorum prouidentiam irridebant, vt Epicurei, quum tamen omnes planè superstitiosi essent, aut reuera, aut saltem per simulationem, omnes simul perstringere voluisse. Perinde est igitur ac si diceret, Omnino video vos ita in colendis diis occupatos vt quodammodo videamini plus illis tribuere quàm par sit. Loquitur autem per concessionem, vt siquis hodie nostros illos diuorum inuocatores, diceret quodammodo Diuos sibi suis peregrinationibus deuincire. Syrus autem & Arabs videntur comparatiuum pro superlatiuo vsurpasse, quasi scriptum sit, ὡς δεισιδαιμονεστάτους, quàm religiosissimos: quibus opponitur qui ab Horatio Parcus Deorum cultor dicitur.

23 *Sacra*, τὰ σεβάσματα. Eras. *Culturas*, perperam. Vulgata, *Simulacra*, nimium angustè. Nam σέβασμα non significat cultum ipsum seu culturam, nec simulacrum duntaxat, sed omne id in quo Deus colitur, seu quod religionis causa homines venerantur. Latini sacra vocant. Syrus autem & Arabs pro templis ipsis & delubris hoc nomen acceperunt. ¶ *Ignoto Deo.* Ἀγνώστῳ Θεῷ. Mentionem quidem facit huius aræ Pausanias in Atticis, sed inscriptionem addit plurali numero Θεῶν ἀγνώστων. Græca scholia Philippidæ cuiusdam historiam narrant dissentientis à Pausania & hanc adferunt inscriptionem, ΘΕΟΙΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΡΩΠΗΣ ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ, ΘΕΩ ΑΓΝΩΣΤΩ ΚΑΙ ΞΕΝΩ. Id est, *Diis Asiæ & Europæ & Libyæ, Deo ignoto ac peregrino*, quod annotat Hieronymus in Tit. 1. 12. Sed testem huius inscriptionis nullũ proferunt. Huius autem rei causam & originem Laërtius in Epimenide sic explicat, Ἀθηναίοις λοιμῷ κατεχομένοις ἔχρησεν ἡ Πυθία καθῆραι τὴν πόλιν· οἱ δὲ πέμπουσι ναῦν τε καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτου εἰς Κρήτην, καλοῦντες τὸν Ἐπιμενίδην· καὶ ὃς ἐλθὼν ὀλυμπιάδι μϛ΄, ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν πόλιν, καὶ ἔπαυσε τὸν λοιμὸν τοῦτον τὸν τρόπον· λαβὼν πρόβατα μέλανά τε καὶ λευκὰ ἤγαγε πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον, κἀκεῖθεν εἴασεν ἰέναι οἷ βούλοιντο, προστάξας τοῖς ἀκολούθοις, ἔνθα ἂν κατακλίνοι αὐτῶν ἕκαστον, θύειν τῷ προσήκοντι θεῷ· καὶ οὕτω λῆξαι τὸ κακόν. ὅθεν καὶ νῦν ἔστιν εὑρεῖν κατὰ τοὺς δήμους τῶν Ἀθηναίων βωμοὺς ἀνωνύμους. Id est, *Quum Athenienses corripuisset pestis, respondit Pythia vt vrbem expiarent. Illi verò nauem vnà cum Nicia Nicerati [filio] in Cretam ad accersendum Epimenidem miserunt: qui quum aduenisset Olympiade 46, vrbem expiauit, effecitque hoc modo vt pestis cessaret: acceptas oues nigras & albas ad Areopagum duxit, & illinc abire permisit quocunque libuisset, addito iis qui eas insequebantur mandato, vt vbi qua quieuisset, Deo qui conueniret sacrificarent. Ita igitur malum illud aiunt desiisse, & hinc factum vt in Atheniensium vicis aræ nullo inscripto nomine inueniantur.* Hæc ille. Lucianus autem in Philopatride bis meminit, τοῦ ἐν Ἀθήναις ἀγνώστου.

25 *Colitur*, θεραπεύεται. Vel, *Delinitur*, siue *conciliatur*, id est ἱλάσκεται, vel Illi seruitur, sicut serui (propterea dicti θεράποντες) dominorum vsibus inseruiunt, ipsorum opera indigentium. ¶ *Et omnia*, καὶ τὰ πάντα. Sic scriptum inueni in vetustis duobus codicibus, ad quos accedit Veteris editionis Latinæ auctoritas, & ita etiam legit Clemens in libro στρωμ. ε. Itaque sic legere malui quàm κατὰ πάντα, id est *per omnia*: ex quibus verbis vix possis aptam sententiã eruere. Deinde manifesta est antithesis, quum dicit Deum nulla re indigere vt qui & vitam & omnia omnibus suppeditet. Syrus autem interpres hoc non legit.

26 *Ex vno sanguine*, ἐξ ἑνὸς αἵματος. Vulg. legit duntaxat ἐξ ἑνὸς, *ex vno*, videlicet *homine*: & ita citatur hic locus apud Clementẽ lib. στρωμ. α. Sanguinis autem vox cognationem declarat, vndè cõsanguinei vocati qui Græcis οἱ πρὸς αἵματος dicuntur. ¶ *Gentem hominum*, ἔθνος ἀνθρώπων. Vulg. *Genus hominum*, Sed Gentis vocẽ retinere malui. Sic enim vsurpatur ἔθνος hoc in loco, vt dixit Cicero nationem cãdidatorum, & Virgilius pisces vocauit Ponti gentem. Syrus & Arabs vsi sunt nomine עלמא [*halma*] sicut Græcè ἅπας κόσμος, Latinè *totus mundus*, Gallicè *tout le monde*, accipitur pro hominibus per vniuersum orbem terrarum dispersis.

27 *Palpando eum inuenirent*, ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν. Vulg. *Attrectent & inueniant*: quam interpretationem non probo, quoniam Attrectare eorum est qui inuenerunt. Eras. *Palpent & inueniant*, quod puto commodius exprimi gerundi modo. Est autem τὸ ψηλαφᾶν id quod Latini verbo Inuestigandi, à pedibus sumpto declarant: & ita significat Paulus Deum natura incorporeum quasi corporeum in rebus illis aspectabilibus factum, sese attrectatione quodammodo ipsa cognoscendum præbuisse, Apostolo cum istis Philosophis verè philosophicè disputante, & præcipuũ physices vsum ipsis doctissimè simul & diuinissimè ostendente, vt & Rom. 1. 20. Syrus autem & Arabs interpretes legerunt καὶ ἀπὸ τῶν κτισμάτων αὐτοῦ εὕροιεν αὐτὸν, *& ex rebus ab eo conditis ipsum inuenirent.* Huc spectat etiam istud Tertulliani scitissimè dictum, Præmisit Deus naturam magistram, submissurus & prophetiam, quò facilius credas prophetiæ, discipulus naturæ.

28 *In ipso*, ἐν αὐτῷ. Id est per ipsum, vt loquitur idem Apostolus Rom. 11. 36. quod refertur ad Dei vim & potentiam, qua & initio creati sumus ex nihilo, & creati conseruamur. Sed peculiaris est vis præpositionis ἐν hoc in loco, vt hæc φρασεολογία accommodetur ad id cui probando adhibetur, & quod proximè antecessit: ita significante Apostolo (vt annotat doctissimus interpres) homines in Deo quodammodo contineri, nedum vt procul à nobis absit, & in eo subsistere, quatenus nos ad imaginem suos conditos, id est, ratione & intelligentia præditos, suo peculiari spiritu fouet & sustentat. Sic Virg. *Iouis omnia plena.* & illud eiusdem poëtæ à multis citatum, *Deum namque ire per omnes terrásque tractúsque maris*, &c. Et hanc Dei descriptionem ab effectis, nonnulli ad nomen שדי [*Sadai*] referunt, quo significatur qui efficaciter agit omnia in omnibus, vt loquitur Apostolus. 1. Corinth. 12. 6. Est autem hoc hemistichium petitum ex Arati Phænomenis quæ vocant. ¶ *Progenies*, γένος. Hemistichium Arati, nempe non corporeæ molis, sed animæ respectu, quam, licet eius deprauationem nõ intelligens Horatius, tamen auræ diuinæ particulam vocauit, alibi Iouem illum suum peculiariter appellans gentis humanæ patrem atque custodem: quæ omnia in literis etiam humanis eruditissimus Apostolus aduersus philosophos disputans depromit vt suis eos telis conficiat. Hæc enim euertendæ quidem superstitioni sufficiunt: at constituendæ veræ religioni non item.

29 *Sculpturæ artificij & excogitationis hominum*, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου. Id est, quæ materiæ, puta aurum, argentum, lapides, solent humano artificio & prout hominibus comminisci libuit, insculpi. Non enim rudis illa materia, sed arte quapiam formam adepta, coli solet. Cæterùm sciendum est, ex Scripturæ consuetudine, appellatione χαράγματος, non modò sculptile opus, sed etiam pictum συνεκδοχικῶς, omnia denique ea intelligi quæ homines colendo aut repræsentando numini solent comminisci. Vulgata obscurè, *Sculpturæ artis & cogitationis hominis.* Erasm. *Arte sculptili & inuentione hominis.* ¶ *Numen*, τὸ θεῖον. Id est, τὴν θεότητα, *Deitatem.* Vulgata, *Diuinum*, barbarè.

30 *Conniuendo dissimulatis*, ὑπεριδών. Vsus sum hac periphrasi, vt vis τοῦ ὑπερορᾷν intelligeretur, quo significatur qui leuiter & superficiè tantùm rerum intuetur. Vulg. *despectus* quæ vox prouidentiæ Dei vix conuenit. Vide ne illud sit quod est Græcis ... pro quo nouè Horat. peruidere vsurpauit, ... versiculis *Quum tua peruideas* (id est nisi fallor, quasi per t...nam & leuiter pertransiens videas) *oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?*

31 *Fide palàm facta omnibus*, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν. Vulgata, *Fidem præbens omnibus*; quam interpretationem si sequamur, hæc erit sententia, Deum esse iudicaturum orbẽ terrarũ per Christum, quẽ huic rei destinauit, facta vniuerso mundo potestate ipsum per fidem amplectendi. Offertur enim Christus vniuerso mundo. quod tamẽ rursus ita accipiendum erit vt ad omnes gentes, non autẽ ad singulos homines referas. Neque enim omnium est fides, neque volentis, aut currentis, sed miserentis Dei, vt ait idem Apostolus 2. Thes. 3. 2. Rom. 9. 16. Sed ista expositio mihi quidẽ non magnopere arridet: quanuis eam Syrus & Arabs interpretes sint amplexi. Puto potius Paulũ dicere, Christum palàm mundi iudicẽ à Deo declaratũ esse per resurrectionem à mortuis, vt idẽ testatur Rom. 1. 4. Ideo πίστιν παρέχειν hoc loco nõ declarat fidẽ præbere, id est credendi potestatem facere: sed fidem facere, & quidẽ palàm ac publicè, vt hæc comprobatio sit exhibita omnibus. Eras. *Fide præstita omnibus*, non satis accommodatè, nisi fallor. Nam præstare

fidelis dicitur qui bona fide aliquod negotium administrat, vel qui re ipsa præstat quod promisit. Ac fateor quidem hac ratione Deum in Scripturis passim Fidelem dici: sed de hoc non puto Apostolum hoc loco disserere.

Homines vt suam vanitatem manifestè produnt, ita eo ipso quoque Euangelio variè afficiuntur: quod tamen non definit esse in electis efficax.

32 * Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον, Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου.

33 Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.

34 Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς.

32 Quum audissent autem resurrectionem mortuorum, alij quidem sannis *eum* excipiebant, alij verò dicebant, Audiemus te rursus de hac re.

33 Et ita Paulus exiuit è medio eorum.

34 * Quidam verò ei sese adiunxerunt & crediderunt: in quibus *fuit* & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

32 *Quum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt, Audiemus te de hoc iterum.*

33 *Sic Paulus exiuit de medio eorum.*

34 *Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.*

Κεφάλαιον ιη.

Veri ministri adeò non quærunt quæ sua sunt, vt suo iure vltrò renuntient, potius quàm vel tantillum impediatur Euangelij progressus. Rom. 16. 3

1 ΜΕτὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον.

2 Καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ, (διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης) προσῆλθεν αὐτοῖς.

3 Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, ἔμενε παρ' αὐτοῖς, καὶ εἰργάζετο· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην.

Semper quidem asserenda est ingenuè veritas, sed tamen te[m]peranda est doctrina prout fert profectus orcatio.

4 Διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν σάββατον, ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας.

5 Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὅ, τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

CAP. XVIII.

1 POstea Paulus quum discessisset Athenis, venit Corinthum:

2 Et reperto quodam Iudæo, nomine ‖ Aquila, Pontico natione, qui nuper venerat ex Italia, & Priscilla vxore eius, (eo quòd edixisset Claudius vt omnes Iudæi Roma excederent) venit ad eos:

3 Et quia eiusdem erat artificij, habitauit apud eos, & operabatur: erat enim ars illorum conficere tabernacula.

4 Disserebat autem in synagoga omnibus Sabbatis, & in suam sententiam adducebat tum Iudæos, tum Græcos.

5 Vt autē aduenerunt è Macedonia Silas & Timotheus, constringebatur spiritu Paulus, etiam atque etiam testificans Iudæis Iesum *esse* Christum illū.

CAP. XVIII.

1 *POst hæc egressus ab Athenis, venit Corinthum:*

2 *Et inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius, (eo quòd præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos a Roma) accessit ad eos:*

3 *Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos & operabatur: erat autem scenefactoriæ artis.*

4 *Et disputabat in synagoga per omne Sabbatum, interponens nomen Domini Iesu, suadebátque Iudæis & Græcis.*

5 *Quum venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum.*

IN CAPVT XVIII

2 *Edixisset*, διὰ τὸ διατεταχέναι. Sic enim hac de re Sueton in Claudium, *Iudæos impulsore Christo assiduè tumultuantes, Roma expulit.* Vnde apparet ortos fuisse Romæ quoque istos Iudæorum inter se tumultus, ab iis qui suos Gentiles ad Christum transeuntes ferre nullo modo poterant, & interea totum istud fuisse Christianæ religioni imputatū.

4 *Omnibus Sabbatis*, κατὰ πᾶν σάββατον. Nonnulli manusc. codices hunc versiculum non habent, quem tamen Syrus & Arabs legerunt, & in omnibus nostris Græcis codicibus inuenimus. Immò etiam vetustissimus codex meus post σάββατον addit ἐντιθεὶς τὸ ὄνομα Κυρίου Ἰησοῦ, id est, vt habet Vulg. Latina editio in exemplaribus excusis, *interponens nomen Domini Iesu.* ¶ *In sententiam suam adducebat*, ἔπειθε. Vulg. & Eras. *Suadebat*, quod est conantis potius quàm re ipsa aliquid efficientis, quum tamē πείθειν cum quarto casu Persuadere significet. sed isto verbo Latini non solent vti nisi casu rei adiuncto ideo synonymon quæsiui.

5 *Constringebatur Spiritu*, συνείχετο τῷ πνεύματι. Id est intus & apud se æstuabat præ zeli ardore. Etsi enim Spiritus nomē de ipso Spiritu sancto intelligi potest magis ac magis Paulum accendente, tamen quum hoc sensu potius dicturus fuerit Lucas ὑπὸ τοῦ πνεύματος, vt suprà 16.6. præstat istud de ipso Pauli Spiritu accipere. Peperit autem varia istius loci tum lectio tum interpunctio, atque adeò multiplex verbi συνέχεσθαι significatio diuersas huius loci interpretationes. Syrus igitur & Arabs, vt ex ipsorum interpretatione liquet, hunc locum sic legerunt, & distinxerunt, ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο ἐν τῷ λόγῳ ὁ Παῦλος, ἀντιτασσομένων τῶν Ἰουδαίων καὶ βλασφημούντων, διαμαρτυρόμενος εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Itaque τὸ συνέχεσθαι acceperunt pro Angi & in angustias redigi vt solent qui indignissimè aliquid ferunt quod ipsos cogat dicere vel facere quod sit ipsis grauissimum: & nomine τοῦ λόγου loquutionem ipsam intellexerunt, vt ita sit locus iste interpretandus, *Vt autem aduenerunt e Macedonia Silas & Timotheus, angebatur Paulus in sermone* (id est in loquendo magnopere videlicet anxius & solicitus, quibus apud istos verbis vteretur) *obsistentibus ipsi & blasphemantibus Iudæis, qui pergeret testificari Iesum esse Christum illum.* Vulg. verò receptam distinctionem & lectionem quoque sequutus (hoc vno excepto quòd pro τῷ πνεύματι legit τῷ λόγῳ, vt habet etiam vetustissimum meum exemplar) vertit συνείχετο τῷ λόγῳ, *instabat verbo*, quasi nimirum, quia τὸ συνεχὲς dicitur quod continuum est, possit συνέχεσθαι dici qui in re quapiā sine intermissione, & magis ac magis sit assiduus, quæ interpretatio omni exemplo caret. Erasmus quoniam τὸ συνέχεσθαι significat interdum retineri & cohiberi, putat ita significari Paulum inuitum ac reluctantem id fecisse, quasi præsentisceret se operam illis docendis lusurum: quæ interpretatio magis etiam est violenta & extorta. Ego magis vsitatam, & (vt existimo) accommodatiorem lectionem ac significationem sum amplexus, quum sic vsurpetur verbum συνέχεσθαι Luc. 8.45. & 12.43. & Philipp. 1.23. & sit hoc ipsum quod συνέχει τὴν καρδίαν (idem enim est τὸ πνεῦμα hoc in loco atque τὴν καρδίαν) vocat Apostolus 2. Cor. 2.4. & Christus Luc. 12.45. ¶ *Etiam atque etiam testificans*, διαμαρτυρόμενος. Vulg *testificans*. Ego verò existimo significari Paulum æstuantem ad illam Iudæorum pertinaciam, non tamen ab incœpto destitisse, sed magis ac magis Iudæos certis Scripturæ testimoniis coarguisse. ¶ *Iesum [esse] Christum illum*, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Reciprocatur hæc enuntiatio, vtpote identica quam vocant. Planior tamen est si Christus de Iesu, (quem constructionis ordinem Syrus & Arabs interpretes sequuntur) quàm si Iesus de Christo dicatur.

Neque obstat quòd articulus illo modo tribuetur prædicato, qui tamen potius apponi solet subiecto, vt diximus Ioh. 1.1. Vis enim articuli hoc loco est διακριτική, quo nimirum Christus ille, id est vnctus, à reliquis vnctis distinguitur, ideóque non simpliciter Messias, sed Messias ille præposita litera ה, plerunque ab Hebræis vocitatur. Verbum autē εἶναι quàuis facilè subaudiri possit, tamen exprimendū putaui, vt de huius loci sententia liqueat, tū vetustissimi mei codicis, tū Syræ, Arabicæ, & Latinæ receptæ versionis auctoritate fretus. Vide infrà 28. & suprà 17.3.

6 Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτούς, Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· καθαρὸς ἐγώ, ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι.

7 Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς ὀνόματι Ἰούστου, σεβομένου τὸν Θεόν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ.

8 Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούοντες ἐπίστευον, καὶ ἐβαπτίζοντο.

9 Εἶπε δὲ ὁ Κύριος δι' ὁράματος ἐν νυκτὶ τῷ Παύλῳ, Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς·

10 Διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε· διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.

11 Ἐκάθισέ τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

12 Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα,

13 Λέγοντες, Ὅτι παρὰ τὸν νόμον οὗτος ἀναπείθει τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν Θεόν.

14 Μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα, εἶπεν ὁ Γαλλίων πρὸς τοὺς Ἰου-

6 Ipsis autem obsistentibus & blasphemantibus, ‖ excussis vestibus dixit eis, Sanguis vester *esto* super caput vestrum: mundus ego ab hoc tempore ad Gentes proficiscar.

7 Et digressus illinc, introiit domum cuiusdam nomine Iusti, colentis Deum, cuius domus erat confinis synagogæ.

8 ‖ Crispus autem profectus synagogæ credidit Domino cum tota domo sua: multique Corinthiorum audientes credebant & baptizabantur.

9 Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo, Ne metue, sed loquere, & ne tacueris:

10 Nam ego sum tecum, & nemo te inuadet vt malè te accipiat: quoniam populus est mihi multus in hac vrbe.

11 Commoratus est itaque *illic* annum & sex menses, docens apud eos sermonem Dei.

12 Quum autem Gallio esset Proconsul Achaiæ, insurrexerunt concorditer Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal,

13 Dicentes, Iste persuadet hominibus colere Deum contra Legem.

14 Paulo verò os aperturo, dixit Gallio Iudæis, Si quid iniustè

6 *Contradicentibus autem eis & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos, Sanguis vester super caput vestrum, mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam.*

7 *Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdam nomine Titi Iusti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta synagogæ.*

8 *Crispus autem Archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua; & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur.*

9 *Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo, Noli timere, sed loquere, & ne taceas:*

10 *Propter quòd ego sum tecum, & nullus nocere poterit tibi, quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate.*

11 *Sedit autem annum & sex menses, docens apud eos verbum Dei.*

12 *Gallione autem Proconsule Achaiæ, insurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal,*

13 *Dicentes, Quia contra Legem hic persuadet hominibus colere Deum.*

14 *Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos, Si quidem es-*

Sup. 13. 51. matt. 10. 14. Omnibus frustrà tentatis non desistendum ab opere, sed contumacibus desertis ad morigeros transeundum.

1. Cor. 1. 14

Dominus constantiæ seruorum suorum vindex & assertor.

Impij malè agendo non defatigantur, sed Dominus eorum conatus miris modis irridet.

6 *Ipsis autem obsistentibus*, ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν. Quomodo initium huius vers. in Syra & Arabica editione immisceatur superiori, diximus in proximè antecedente annotatione. Nunc addo in vetustissimo exemplari meo, sic versiculum inchoari, πολλοῦ δὲ λόγου γινομένου, καὶ γραφῶν διερμηνευομένων, ἀντιτασσομένων δὲ, &c. Id est, *Multo verò habito sermone & scripturis diligenter expositis, illis autem obsistentibus* &c. ¶ *Sanguis vester super caput vestrum*, τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν. Hebraicè דמכם על ראשכם in secundo Samuelis 1. versu 16. Est autem obtestationis quædam species, quasi diceret Paulus, Video vos in perniciem vestram ruere. Ego igitur Deum hîc coram vobis testor, non me sed vos vobis ipsis causam esse exitij, vt loquitur Dauid 2. Sam. 1.16. Sanguinis enim appellatione cum cædes, tum verò omne exitij genus intelligitur. cuius causa is esse dicitur, Hebræorum more, cuius (vt ita loquar) capiti imponitur, id est cui imputatur, quasi suum ipsius sanguinem fundat, id est ipse sibi mortem consciscat: vnde illa horribilis Iudæorum inclamatio, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*, Matth. 27.25. Itaque non satis rectè Castellio hunc Hebraismum nuper expressit, quum interpretaretur, *Vos vestram perniciem capite luetis*. Nam obsecro, quid illud est, Luere suam perniciem? Neque verò hîc duntaxat perituros illos prædicit Paulus, sed sua ipsorum culpa perituros quod iste aut prætermittere, aut obscurissimè dicere maluit quàm hebraissare, & ipsius Lucæ vestigia sectari. ¶ *Ab hoc tempore*, ἀπὸ τοῦ νῦν. Istud in Syra interpretatione coniungitur cum καθαρὸς ἐγώ, vt sit sensus, *Mundus ego [sum] ab hoc tempore*, in posterum videlicet. In Arabica verò sic ista distinguuntur, *Ego quidem purus sum: sanguis autem vester in caput vestrum est ab hac hora: Ego verò abeo ad Gentes.* Deinde alij post Ἐγώ, subaudiunt *Sum*: alij construunt cum πορεύσομαι, quod mihi videtur simplicissimum.

7 *Iusti*, Ἰούστου. Vulg. *Titi Iusti*, Τίτου Ἰούστου. quod in vno codice legimus. ¶ *Colentis*, σεβομένου. In duobus codicibus legimus φοβουμένου, *timentis*. Solet enim Lucas plerunque σεβομένους absolutè vocare qui à Paganismo defecerāt, quos solemus religiosos interpretari.

9 *Et ne tacueris*, καὶ μὴ σιωπήσῃς. Pleonasmus Hebraicus minimè tamen inanis, de quo diximus Ioh. 1.20.

10 *Ego sum tecum*, ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ. Vide Luc. 1.66. ¶ *Inuadet*, ἐπιθήσεται. Vulg. *Poterit tibi nocere*, vt videri possit legisse, δυνήσεταί κακῶσαί σε, sicut Syra quoque interpretatio.

11 *Commoratus est*, ἐκάθισε. Vulg. & Eras. ad verbum, *Sedit*: quod verbum postea veteres Episcopi suum fecerunt: meritò id quidem, quum docendi officio fungebantur. Sed quorsum hoc ad illos qui sedem docendi populi causa nūquam aspexerunt? Est autem in hoc verbo Hebraismus quem obseruauimus Matt. 4.16.

12 *Esset Proconsul Achaiæ*, ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας. Id est totius Græciæ. Cur autem Achaiæ Proconsul diceretur, explicat his verbis Pausanias, καλοῦσι δὲ οὐχ Ἑλλάδος ἀλλ' Ἀχαΐας ἡγεμόνα οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἐχειρώσαντο τοὺς Ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν, τότε τοῦ Ἑλληνικοῦ προεστηκότων. *Vocant*, inquit, *non Græciæ, sed Achaiæ præsidem Romani, quòd Græcos subiecerint per Achæos, qui tum Græciæ principes erant.* Erat autem Achaia prouincia Consularis.

13 *Contra Legem*, παρὰ τὸν νόμον. Videlicet nostram. Concesserant autem Romani Iudæis vt Deum ex legis suæ præscripto colerent.

δαίοις, εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρόν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν.

15 Εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί· κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι.

16 Καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος.

17 Ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες οἱ Ἕλληνες Σωσθένην τὸν ἀρχισυνάγωγον, ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος· καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν.

18 Ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανάς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν, καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας, κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν.

19 Κατήντησε δὲ εἰς Ἔφεσον, κἀκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγήν, διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις.

20 Ἐρωτώντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ πλείονα χρόνον μεῖναι παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐπένευσεν·

21 Ἀλλ' ἀπετάξατο αὐτοῖς, εἰπών, Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα· πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, τοῦ Θεοῦ θέλοντος. Καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου.

22 Καὶ κατελθὼν εἰς Καισάρειαν, ἀναβάς,

factum esset, aut facinus scelera tum, ô Iudæi, quatenus ferret ratio vos sufferrem.

15 Sin verò quæstio est de sermone & nominibus & lege vestrate, ipsi videritis: iudex enim ego istarum rerum esse nolo.

16 Et abegit eos à tribunali.

17 Prehensum autem omnes Græci Sosthenem præfectum synagogæ cædebant ante tribunal: neque quicquam eorum Gallioni curæ erat.

18 Paulus verò quum adhuc *illic* permansisset dies satis multos, vale dicto fratribus, enauigauit in Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, quum‖ totondisset caput Cenchreis: habebat enim votum.

19 Deuenit autem Ephesum, & eos ibi dereliquit: ipse verò ingressus synagogam, disseruit cum Iudæis.

20 Rogantibus autem ipsis vt diutius apud ipsos maneret, non annuit:

21 Sed valedixit eis, dicens, Oportet omnino me diem festum qui instat agere Hierosolymis: sed iterum reuertar ad vos,‖ Deo volente. Et profectus est Epheso.

22 Quúmque descendisset Cæsaream, ascendissétque *Hiero*

sset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, ô viri Iudæi, rectè vos sustinerem.

15 *Si verò quæstiones sunt de verbo & nominibus & lege vestra, vosipsi videritis: iudex ego horum nolo esse.*

16 *Et minauit eos à tribunali.*

17 *Apprehendentes autem omnes Sosthenem principem synagogæ, percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat.*

18 *Paulus verò quum adhuc sustinuisset dies multos fratribus valefaciens, nauigauit Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, qui sibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum.*

19 *Deuenitque Ephesum & illos ibi reliquit. Ipse verò ingressus synagogam disputabat cum Iudæis.*

20 *Rogantibus autem eis vt ampliori tempore maneret, non consensit.*

21 *Sed valefaciens, & dicens, Iterum reuertar ad vos, Deo volente: profectus est ab Epheso.*

22 *Et descendens Cæsaream ascendit, & saluta-*

Paulus factus omnibus omnia, vt omnes Christo lucrifaceret.

Num. 6.18. infr. 21.24

Apostoli non homini arbitrio, sed Spiritus Sancti ductu fuerunt circumacti.

1. Cor. 4.19 Iac. 4.15

14 *Quatenus ferret ratio*, κατὰ λόγον. Vulg. *Rectè*, ὀρθῶς. Eras. *Meritò*, εἰκότως. Ego hoc accipio exceptionis loco, vt illud sit omnino quod vernaculo sermone dicimus, *entant que de raison*.

15 *De sermone*, περὶ λόγου. Vel, De eo quod aliquis dixerit, puta, quòd hoc vel illud nô rectè dixerit, vt vestra fert religio. ¶ *Et nominibus*, καὶ ὀνομάτων. Vel *& verbis*. Profanus enim homo putauit verborum potius quàm rerum esse controuersiam, & doctrinam Dei habuit pro verbis inanibus.

16 *Abegit*, ἀπήλασε. Vulg. *minauit* qua penitus absoluta voce delectatus fuit multis etiam Veteris testamenti locis hic interpres. Vide Iac. 3.4.

17 *Græci*, οἱ Ἕλληνες. Hoc deest in Arabica & recepta Latina interpretatione: & ab aliis, vt à Syro interprete, Græci putantur dici qui nec Iudæis nec Pauli partibus fauentes, & Gallionis præsidis, hominis profani, sententiam sequuti, Sosthenem, vt summæ inter Iudæos auctoritatis, qui hanc litem tumultuosè intenderant, iniuriis istis affecerint. Ab aliis verò istud accipitur de iis quos σεβομένους vocat Lucas, ad quos, relictis contumacibus Iudæis, Paulus transierat, in cuius gratiam ipsi aduersus istum Sosthenem Pauli hostem insurrexerint. Sed quis crediderit istos, præsente præsertim & Magistratu, & ipso Paulo, tale quidpiá ausuros fuisse, quin à Paulo saltem grauiter reprehenderentur? Et tamen hanc opinionem videtur amplexus Augustinus epist. 48. Alij denique putant Sosthenem hunc ipsum esse cuius nomen edit Paulus initio prioris ad Corinthios quem vt & Crispum, itidem archisynagogû Christo lucrifactum, prophani homines nihil hanc iniuriam curante Gallione, verberibus affecerint, quod videtur Syrus interpres sequutus. Mihi quidem inter has sententias prima videtur maximè probabilis.

18 *Valedicto*, ἀποταξάμενος, nempe rebus suis compositis vt facere solent non qui simpliciter alicunde discedunt cû animo reuertendi, sed vt præscius, vix sese ad illos rediturum, vt postea declarauit infrà 20.22, & 25. Hæc enim est vis verbi ἀποτάσσεσθαι. Vide Mar. 6.46. ¶ *Quum totondisset caput*, κειράμενος τὴν κεφαλήν. Vulg. *Qui totonderat caput*, manifestè hoc referens ad Aquilã. Beda etiam testatur codicem se vidisse qui plurali numero haberet, *Qui totonderant caput, & votum habebant*: vt ad Aquilam & Priscillam referatur. Quia tamen ambiguus est sermo, vt non minus ad Paulû quàm ad Aquilam referri possit, ita conuerti vt liberum iudicium lectori relinquatur: quanuis quod ad me attinet, malim de Paulo interpretari, qui factus est omnibus omnia. Quod autem adfert in suis annotationibus Castellio, vero propius videri hoc de Aquila dici, ex eo quòd Lucas vxorem viro præposuit, *cuius ordinis*, inquit, (*quum alias non soleat*) *quæ causa fuerit non video, nisi vt intelligeretur participium* κειράμενος *ad Aquilæ nomen, cui protinus coniungitur, referri, quod non fieret si Aquilam anteposuisset*: hoc, inquam falsò & incogitanter ab illo dicitur. Nam hoc ipso cap. vers. 26. (vt habet Vetus versio) iterum posteriore loco vir nominatur & quum Paulus in Epistolis duos istos ter appellet, bis vxorem viro præponit, Græcorum etiam codicum consensu. Quamobrem autem hoc sit factum non minus ineptum est quærere, quàm disputare cum Grammaticis, cur Homerus Iliada sit à nomine μῆνιν auspicatus.

21 *Valedixit*, ἀπετάξατο. Vulgata barbarè, *Valefaciens*. Vide Mar. 6.46. ¶ *Oportet omnino*, δεῖ πάντως. Totum hoc membrum deest in Vulgata editione. Sed legitur in Syra & Arabica editione, nec sanè videtur omittendum. Est autem ποιῆσαι ἑορτὴν periphrasis verbi ἑορτάζειν, sicut Gallicè dicimus *faire la feste*.

22 *Cæsaream*, εἰς Καισάρειαν. Cæsaream scilicet Stratonis, portum ab Herode structum, vt inde Hierosolymam contenderet. Ridiculum est autem quòd Hieronymus de Cæsarea Cappadociæ ista interpretatur, quem saltem oportuerat considerare verbum κατελθὼν de iis dici qui nauigant. ¶ *Ascendissetque [Hierosolymam,]* ἀναβάς. Nomen Hierosolymæ suppleui, quoniam hoc omnino postulat sententia, etiamsi ex verbo Ascendendi satis per se intelligatur. Nam etiam in Syra interpretatione exprimitur.

καὶ ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν.

23 Καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ ἐξῆλθε, διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν, ἐπιστηρίζων πάντας τοὺς μαθητάς.

24 Ἰουδαῖος δέ τις Ἀπολλὼς ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀνὴρ λόγιος, κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς.

25 Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου· καὶ ζέων τῷ πνεύματι, ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου, ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου.

26 Οὗτός τε ἤρξατο παῤῥησιάζεσθαι ἐν τῇ συναγωγῇ. Ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα προσελάβοντο αὐτόν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν.

27 Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοί, ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτόν· ὃς παραγενόμενος συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος.

28 Εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

solymam, & salutasset Ecclesiam, descendit Antiochiam.

23 Et quum egisset *illic* aliquandiu temporis, abiit, pertrãsiens ordine Galaticam regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.

24 Iudæus autem quidam ‖ Apollos nomine, Alexandrinus natione, vir eloquens, peruenit Ephesum, potens in Scripturis.

25 Hic erat initiatus via Domini, & feruens spiritu, loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt Domini, sciens tantum Baptisma Ioannis.

26 Cœpitque liberè loqui in synagoga. quem auditum ‖ Aquila & Priscilla assumpserunt, & penitius ei exposuerunt viam Dei.

27 Quum autem vellet transire in Achaiam, fratres *eum* adhortati, scripserunt discipulis vt exciperent eum: qui quum aduenisset, multum contulit iis qui crediderant per gratiam.

28 Magna enim contentione Iudæos magis ac magis redarguebat publicè, ostendens per Scripturas Iesum esse Christum illum.

uit Ecclesiam, & descendit Antiochiam.

23 *Et facto ibi aliquanto tempore, profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.*

24 *Iudæus autem quidam Apollos nomine, Alexandrinus genere, vir eloquẽs, deuenit Ephesum, potens in Scripturis.*

25 *Hic erat edoctus viam Domini & feruens spiritu, loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantùm Baptisma Iohannis.*

26 *Hic ergo cœpit fiducialiter agere in synagoga. Quem quum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam Dei.*

27 *Quum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis vt susciperent eum. Qui quum venisset, contulit multum iis qui crediderant.*

28 *Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, ostendens per Scripturas esse Christum Iesum.*

1. Cor. 1.12 Apollos homo pius & doctus tamen in vilis opificis atque adeò muliercula schola proficere non recusans insignis in Ecclesia minister euadit.

Rom. 16.3

Κεφάλαιον ιθ.

Cap. XIX.

Cap. XIX.

1 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον· καὶ εὑρών τινας μαθητάς,

1 Factum est autem interim dum Apollos esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum: vbi quum discipulos quosdam inuenisset,

1 *Factum est autem quum Apollos esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos.*

Paulus Ephesiorum ruditate nihil offensus, Ecclesiam ibidem instituit.

23 *Quum egisset*, ποιήσας. Sic etiam accipitur idem verbum ποιεῖν pro διατρίβειν infrà 20.3. & 2. Cor. 11.25. & Iac. 4.13: quanquam fortassis ea est emphasis huius verbi, vt etiam significet Paulum quandiu illic versatus est, in perpetuo opere fuisse, vt exposuimus Matth. 20.12. Sic Seneca epist. 67. Quanuis vitæ paucos fecerimus dies.

24 *Potens in Scripturis*, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς. Hebraismus, pro Scripturarum cognitione egregiè instructus.

25 *Initiatus*, κατηχημένος. Vulgata, *Edoctus*. Erasmus, *Institutus*. Vide Luc. 1.4. ¶ *Diligenter*, ἀκριβῶς: id est ἐπιμελῶς. Sic enim commendatur illius summa diligentia, potius quàm peritia Euangelicę doctrinę, quam duntaxat degustarat, vt apparet ex iis quæ sequuntur.

26 *Penitius*, ἀκριβέστερον. Vulgata, *Diligentius*. quod non quadrat. Neque enim de diligentia hoc dicitur, vt in superiore versiculo, sed de doctrina ipsa. Erasm. *Exactius*. Vide Luc. 1.3. ¶ *Viam Dei*, τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν: id est viam quæ ad Deum ducit, quam paulò antè Viam Domini vocauit. quem Hebraismum exposuimus Marci 12.14.

27 *Adhortati*, προτρεψάμενοι. Syrus noua & Græcis prorsus inusitata significatione vertit *Annuerunt*. Arabs verò, Lætati sunt, vt videatur legisse ἀντιτρεψάμενοι. ¶ *Per gratiam*, διὰ τῆς χάριτος. Vulgata hoc non legit, quod tamen est in Græcis codicibus, & tum Syra tum Arabica interpretatione. Meus autẽ vetustissimus codex habet hoc loco multa, quæ quum nusquam alibi extare sciam, minimè quidem contenderim in contextum reponenda, sed tamen hîc adscribere volui: nempe, ἐν δὲ τῇ Ἐφέσῳ ἐπιδημοῦντές τινες Κορίνθιοι καὶ ἀκούσαντες αὐτοῦ, παρεκάλουν διελθεῖν σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν πατρίδα αὐτῶν. Συγκατανεύσαντος δὲ αὐτοῦ, οἱ Ἐφέσιοι ἔγραψαν τοῖς ἐν Κορίνθῳ μαθηταῖς ὅπως ἀποδέξωνται τὸν ἄνδρα, ὃς ἐπιδημήσας εἰς τὴν Ἀχαΐαν πολὺ συνεβάλετο ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Εὐτόνως γὰρ &c. *Erant autem Ephesi aduenæ quidam Corinthij, qui quum illum audiuissent, precati sunt eum vt secum transiret in ipsorum patriam. Annuente autem ipso, Ephesij Corinthiis scripserunt vt hominem exciperent, qui quum in Achaiam venisset, multum contulit Ecclesiis. Magna enim contentione &c.* Connecti autem hoc potest vel cum participio proximo, vel cum verbo συνεβάλετο quod placuit Syro interpreti, & probabilius quidem est si sententiam spectes: sed durius tamen propter traiectionem. Sin verò istud ad participium referas, χάριτος appellatione intelligetur gratuitus Dei fauor à quo vno manat fides: sin ad verbum χάρις, declarabit dona illa Dei eximia in hunc hominem collata, quibus non mediocriter adiuta fuit Ecclesia Corinthiaca. Ego neutri expositioni volui præiudicium adferre.

28 *Magna enim contentione*, εὐτόνως γάρ. Vti volui hac periphrasi vt Græci vocabuli emphasin seruarem, quo significatur eloquentem hunc hominem omnes (quod aiunt) neruos reuincendis Iudæis contendisse Vulg. & Erasmus, *Vehementer*, id est σφόδρα. Sed & paulo pòst non satis expressè videntur interpretati διακατηλέγχετο, *Reuincebat*. Nam præpositio διὰ significationem auget, vt in διακαρτερεῖν, διακριβοῦν, & similibus. Ideo conuerti, *Magis ac magis redarguebat*. ¶ *Iesum esse Christum illum*, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Vulgata, *Esse Iesum Christum*, nimium obscurè. Nam vt obseruaui suprà 5.) articulus τὸν Χριστὸν non ideo additus est vt subiectum declaret sicut Ioh. 1.1 sed διακριτικῶς positus est, vt Messiam illum significet, quum alioqui Christi dicerentur omnes reges ac sacerdotes.

2 Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς, Εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν, Ἀλλ' οὐδ' εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἠκούσαμεν.

3 Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς, Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; οἱ δὲ εἶπον, Εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα.

4 Εἶπε δὲ Παῦλος, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας, τῷ λαῷ λέ-

2 Dixit eis, Num Spiritū sanctum accepistis posteaquā credidistis? Illi verò dixerunt ei, Imò ne Spiritus sanctus sit ne audiuimus quidem.

3 Tunc dixit eis, In quid ergo baptizati estis? Ipsi verò dixerunt, In Ioannis baptisma.

4 Dixit autem Paulus, ‖ Ioannes quidem baptizauit Baptis-

2 *Dixitque ad eos, Si Spiritū sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque si Spiritus sanctus est audiuimus.*

3 *Ille verò ait, In quo igitur baptizati estis? Qui dixerunt, In Iohannis baptismate.*

4 *Dixit autem Paulus, Iohannes baptizauit Ba-*

Ioanne, tantùm discipulos inchoauit quos Christus perficeret. Matt.3.11 marc.1.8 luc.3.16 ioh.1.26

IN CAPVT XIX.

2 *Spiritum sanctum*, Πνεῦμα ἅγιον. Id est, dona illa eximia Spiritus sancti, μετωνυμικῶς, quæ tum in Ecclesia vigebant. Hîc verò quæritur quid Paulum impulerit, vt hoc ex istis quæreret. Etenim si Spiritus sancti nomine intelligatur vel ipse Spiritus sanctus, vel eius donum quo pius omnis, id est verum Deum profitens, à merè prophano, siue veræ religionis prorsus ignaro, dignoscitur, nimis absurdum fuerit hoc quærere ex iis qui iam pro discipulis non temerè nec falsò haberentur. Sin verò de donis illis extraordinariis, vt dono linguarum & prophetiæ, quibus isti postea donati fuisse dicuntur vers. 6. istud accipiatur, cur hæc ex istis rogasse Apostolum dicemus, quum ea cunctis credentibus minimè fuerint communia? Etsi enim mira quædam efficacia Spiritus sancti tunc effusa sit in credentes, sicut dixerat Ioël, & promisit Dominus Mar. 16. 17. & pluribus declaratur 1. Cor. 12: tamē communem hanc fuisse baptisatis omnibus gratiam, neque verum neque verisimile est: immò nusquam lego per baptismum collata hæc dona, sed per impositionem manuum, quæ certè non habuit locum in quibusuis baptizatis. Necesse est igitur fateri hîc non agi de peculiari quapiam duodecim hominum historia qui sint ab Apostolo seu baptisati, seu rebaptisati: neque de baptismo, sed de Ephesinæ Ecclesiæ primordiis, quum antea nulli fuissent illic ordine constituti piorum conuentus: ac proinde Apostolum percontari de donis quibus illos peculiariter solebat Deus ornare, qui gubernaculis Ecclesiarum admouebantur: num videlicet iam essent illis manus impositæ, vel essent ipsi iis saltem Spiritus sancti donis præditi, ex quibus colligeretur illos ad sacrum ministerium diuinitus vocari, veluti dono linguarum, & prophetiæ. Hoc autem posito facile est intelligere quæ postea narrantur, & quantopere veteres præsertim à scopo in huius loci explicatione (quod eorum pace dictum sit) aberrarint. ¶ *Spiritus sanctus*, Πνεῦμα ἅγιον. Absurdissimum fuerit credere eos qui ab Ioanne baptisati essent, & se Christi discipulos profiterentur, ignorasse an esset aliquis Spiritus sanctus, quem ipse Ioannes visibili specie viderat in Iesum Christum illabi. De hoc igitur neque Apostolus quæsiuit, neque isti responderunt: sed de iis donis quæ passim per Ecclesias constitutas vigebant, de quo Spiritu sancto isti Ephesij negant sese quicquam audiuisse, vbi tenuiter adhuc admodum Christus illuxerat, prohibito etiam Paulo Euangelium in Asia (sic propriè vocata, in qua sita sit Ephesus) prædicare, suprà 16. 6. & illa ciuitate tum Idololatria Dianæ tum Magiæ studiis contaminata, vnde prouerbium Ἐφέσια γράμματα, Ephesiæ literæ, vt infrà quoque explicatur: donec illis quoque Pauli ministerio Dominus benediceret, celeberrima tandem illic constituta Ecclesia, vt vbi peccatum abundarat, redundaret gratia. Huius autem Ecclesiæ primitiæ fuerunt isti duodecim prophetico spiritu donati, ac proinde proculdubio illius duces ac gubernatores constituti.

3 *In quid*, εἰς τί. Vulgata, *In quo*. Erasmus, *quo*. vterque malè, perinde acsi quæreret Paulus, si non acceperunt isti Spiritum Sanctum in Baptismo, à quo igitur, vel quomodo, vel quorsum essent baptizati. Baptizatos enim esse non dubitabat qui dicerentur Discipuli. Neque ad quæstionem ipsis à Paulo propositam, num videlicet Sp. sanctum accepissent, sed ad illorum responsionem istud referendum est. Poterant enim non accepisse Spiritum sanctum, id est, vt paulo antè dixi, nullum illorum eximiorum & extraordinariorum donorum accepisse, qui tamen Spiritum sanctum esse, id est illa dona in Ecclesia vigere, nossent. Itaque quum perinde responderent, ac si totam Christianarum Ecclesiarum rationem ignorarent (quod euenire vix potuisse videbatur) quærit Paulus, in quid igitur fuerint baptizati, id est cui igitur doctrinæ per baptismum obsigandæ nomen dedissent: veluti addubitans in Ecclesia Christiana fuisse edoctos & baptisatos, qui vsque adeò essent ignari quid in Christianis Ecclesiis gereretur. ¶ *In Ioannis baptisma*, εἰς Ἰωάννου βάπτισμα. Appositissima est responsio, qua significant isti sese in baptismo professos fuisse doctrinam à Ioanne propositam, & adhibito baptismo quo & ipsi baptisati fuerant, sancitam, vnde & Christum agnouerant, sed tenuiter admodum, nec audito ipso Christo vel eius deinceps Apostolis, vt de Apollo quoque paulo antè dictum est: vt mirum non fuerit istos, quos ex ipsorum responso apparet audito tantùm Ioanne baptisatos postea in patriam reuertisse, illum Spiritum sanctum ignorasse, qui in Ecclesiam nonnisi à die illo Pentecostes fuisset missus. Vt autem locus iste planior etiam fiat, sciendum est quid valeant hæc dicendi genera, quę in Scripturis occurrunt, & quatenus inter se differant: *Baptizari in aliquem*, vt in Mosen, 1. Corinth. 10. 2. *Baptizari in baptisma alicuius*, vt Ioannis, hoc in loco. *Baptizari in nomen alicuius* vt Patris, Filij, ac Spiritus sancti, Matth. 28. 19. vel Christi, vt suprà 2. 38. vel Pauli, vt 1. Corinth. 1. 14. *Baptizari in mortem Christi*, vt Roman. 6. 3, seu *in vnum Corpus*, vt 1. Corinth. 12. 13. seu *in remissionem peccatorum*, vt suprà 2. 38: denique *Baptizari aqua & baptizari Spiritu sancto*. Itaque BAPTIZARI IN MOSEN, declarat, Mosis auspiciis ac ductu baptizari: quod dicendi genus semel tātùm reperio. BAPTIZARI IN IOANNIS BAPTISMA, significat, doctrinam quam Ioannes annuntiabat, ac Baptismi symbolo obsignabat, profiteri, & baptismo adhibito amplecti. BAPTIZARI IN EIVS NOMEN dicimur, cui nos per Baptismum dicamus ac consecramus: quamobrem rectè Paulus negat sese in nomen suum quenquam baptizasse. BAPTIZARI autem IN CHRISTI MORTEM, dicuntur fideles, vt per Christi mortem peccatum in ipsis moriatur ac aboleatur: & IN VNVM CORPVS, vt omnes in Christo vnitè coalescant: & IN REMISSIONEM PECCATORVM, vt Christi sanguine abluantur, vt præpositio εἰς in istis omnibus finalē (quam vocant) causam designet. BAPTIZARI AQVA, siue ἐν ὕδατι, id est in aqua, nihil aliud quàm aqua immergi declarat, quæ est externa Baptismi ceremonia. BAPTIZARI autem SPIRITV, aliò spectat, nempe ad Spiritus sancti dona quibus fideles cælitus visibili signo imbuebantur, interdum ante Baptismum aquæ, vt ex Cornelij historia apparet: interdum post Baptismum, vt istis accidit de quibus hîc agitur. Ex his autem diligenter cōsideratis hoc quoque efficitur, Baptismatis vocabulum triplici significatione vsurpari, quarum vna propria est, duæ translatitiæ. Propria est, quum immersionem seu tinctionem declarat, quæ etiam ab effectu ablutio seu lauacrum dicitur. Vna est translatitia, quum pro donorum Spiritus sancti quasi effusione accipitur, vt suprà 1. 5. & 2. 1. & 10. 47. & 11. 16. Altera, quum pro Ioannis doctrina, vt quum quæritur an Baptismus Ioannis è cælo sit an ex hominibus, quum dicitur Apollos nihil nouisse quàm Ioannis Baptisma, vt suprà 18. 25. item quum dicitur Ioannes prædicasse Baptismum resipiscentiæ, vt suprà, 13. 24. & in hoc versiculo ac proximè sequente. Quod autem de Baptismatis nomine dicimus, de ipso quoque Baptisandi verbo simili ratione accipiendum est. Nam baptizare dicitur minister qui aqua tingit, & baptizari qui aqua tingitur: item baptizat Deus quum Spiritus sui dona impertitur, & baptizatur Spiritu à Deo qui Spiritus donum accipit. Baptizauit demum Baptismo resipiscentiæ Ioannes quum resipiscentiam doceret cuius symbolum erat Baptismus, quem primus administrauit: & baptizari dicuntur in baptismate Ioannis quicunque eo doctrinæ genere fuerunt instituti.

γων, εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι, τουτέστιν εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

5 Ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

6 Καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς, ἐλάλουν τε γλώσσαις, καὶ προεφήτευον.

7 Ἦσαν δὲ οἱ πάντες ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο.

8 Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν συναγωγήν, ἐπαρρησιάζετο, ἐπὶ μῆνας τρεῖς διαλεγόμενος καὶ πείθων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

9 Ὡς δέ τινες ἐσκληρύνοντο καὶ ἠπείθουν, κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους, ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν, ἀφώρισε τοὺς μαθητάς, καθ' ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ Τυράννου τινός.

10 Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ ἔτη δύο· ὥστε

mo resipiscentię, dicens populo vt in eum, qui venturus erat post ipsum, crederent, hoc est in Christum Iesum.

5 Qui verò *illum* audierunt baptisati sunt in nomen Domini Iesu.

6 Et quum imposuisset eis manus Paulus, venit Spiritus sanctus in eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.

7 Erant autem omnes isti viri circiter duodecim.

8 *Ipse* porro ingressus synagogam, liberè loquebatur, ad tres menses disserens & suadēs quæ ad regnum Dei *pertinent*.

9 Quum autem quidam indurarentur & obedire nollent *sermoni*, malè loquentes de via illa *Dei* in conspectu multitudinis, abscedens ab illis, separauit discipulos, quotidie disserens in schola Tyranni cuiusdam.

10 Hoc autem factum est per

ptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est in Iesum.

5 *His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu.*

6 *Et quū imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.*

7 *Erāt autem omnes viri ferè duodecim.*

8 *Introgressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur, per très menses disputans & suadens de regno Dei.*

9 *Quum autem quidam indurarentur & non crederent, maledicentes viæ coram multitudine, discedens ab eis segregauit discipulos, quotidie disputās in schola Tyranni cuiusdam.*

10 *Hoc autem factum est*

Separare sese & alios ab incredulis planè desperatis, nō est scindere Ecclesiam, sed eam potiùs vnire.

4 *Resipiscentiæ*, τῆς μετανοίας. Idem est ergo & vnicus ipsa Baptismus qui Iohannis dicitur, quòd primus baptisarit, & Christi: quoniam eum respicit Baptismus. ¶ *In eum*, εἰς τόν. Erasmus, *De eo qui venturus esset*. Hæc enim coniunxit cum participio λέγων, quum per traiectionem construenda sint cum verbo πιστεύσωσι. Idque ita esse, vel ex eo apparet quòd in vetustis codicibus post λέγων subiicitur distinctio. Sed & alibi passim occurrunt huius traiectionis exempla, quæ annotabimus Rom. 11. 31. ἐρχόμενον autem licebit etiam rectissimè interpretari, *Qui veniret*, iam videlicet viam ingressus, vt Ioannes videri possit auditores suos in aliud non tā citò futurum tempus reiicere. Dicit enim Christum post se venturum, quia licet vnà aliquantum vixerunt, tamen Christus, non nisi in carcerem tradito Ioanne, cœpit plenè suum illud munus exercere.

5 *Qui verò [illum] audierunt*, ἀκούσαντες δέ. pro οἱ δὲ ἀκούσαντες, vt suprà 2. 37 & infrà versu 28. Id est, Qui verò Iohanni, istum baptismum docenti, crediderunt. Vulgata, *His auditis*. Legit enim ἀκούσαντες ταῦτα, vt & Syrus interpres. Cæterum particula δὲ omissa, veteribus nimiū multis præbuit maximi duplicis erroris occasionem; vt qui propterea Lucæ hæc esse verba credētes, & ad duodecim illos pertinere, quasi fuerint à Paulo rebaptizati, eò sunt delapsi vt aliud fuisse Iohannis Baptisma quàm Christi, & à Iohanne baptisatos oportuisse in Christi nomen rebaptisari existimauerint: errore certè non leui. Nam, vt alias certissimas rationes nunc omittam, si verum est illud dogma, Baptismum certè nostrum cum Christo communem non habemus, vt appositissimè colligit in hunc locum doctissimus interpres, quum tamen ille tum circuncisionem Patrum tum nostrum baptismum in suæ carnis circuncisione & baptismo sanctificarit. Iterationem autem Baptismi etiam si concederemus, minimè tamen inde possent colligere fanatici Anabaptistæ iterandum Christi Baptismum. Sed quæso, quorsum hæc omnia? Etenim particula δέ, quæ in Græcis omnibus codicibus summo consensu legitur, & particulæ μέν necessariò respondet, nullo modo, nullo, inquam, modo patitur vt huius orationis seriem discerpamus, quasi prior pars Paulo, posterior sit ipsi Lucæ sermonis tribuenda. Ergo hæc quoque Pauli verba sunt, tum doctrinam à Iohanne quidem annuntiatam, ab istis verò, fide apprehensam, vt verè Euangelicam, tum etiam Baptismum illis collatum, vt verè Christianum, approbantis: quibus postea manus imponens, subsequutis demum iis donis quæ Spiritus sancti nomine prius significarat, & de quibus fuerat eos percontatus, Ecclesiam Ephesinam constituit. quam interpretationem huius loci, ab Anabaptistis præsertim tam vexati, acceptam fero viro tum generis nobilitate, tum pietate & doctrina, & plurimis virtutibus clarissimo. D. Marnixio, singulari Belgicarum prouinciarum ornamento.

7 *Circiter*, ὡσεί. Hoc non legit Syrus nec Arabs interpretes, nec sanè video cur addi in tantillo numero oportuerit.

9 *Obedire nollent [sermoni]* ἠπείθουν. Vulg. *& non crederent*. Vide Ioan. 3. 36. & suprà 14. 2. *De via illa [Dei,]* τὴν ὁδόν. Vsitatū est Hebræis Viæ nomine significare certam aliquam vitæ rationem: nec dubium est quin per antonomasiam sic vocatus sit Christianismus. Plerunque tamen additur aliquid ex quo id possit intelligi; vt Via pacis, Via salutis, Via Domini, vel Dei, quod perspicuitatis causa expressi ex Syri & Arabis etiam interpretis auctoritate, tum hoc loco, tum etiam hoc eodem capite, v. 23, quam αἵρεσιν Paulus nominat infrà 24. v. 14. ¶ *Tyranni cuiusdam*, Τυράννου τινός. In vno codice additum legimus ἀπὸ ὥρας πέμπτης ἕως δεκάτης, *ab hora quinta ad decimam*. Cæterùm Tyranni appellatione nōnulli potentem quempiam principem intelligunt: alij censent gymnasium ab aliquo Tyrāno fuisse olim ædificatū, à quo cognomentum accepisset. Sed simplicissima erit expositio si proprium nomen esse dixerimus, vt etiam disertè Syrus & Arabs interpretantur. At enim (inquit Erasmus) si nomē est proprium, cur addit τινός? Imo verò constat hoc dicendi genus frequenter vsurpari quoties ignotus quispiā nominatim appellatur: & ne longius petantur exempla, sic noster Lucas infrà 21. c. 16, & 22. 12, & 24. 1, & 25. 19. idque præcipuè accidit quoties (vt hoc loco) proprium nomen videri alioqui posset προσηγορικόν. Cicero 3. in Verrem, *Deducitur iste ad Ianitorem quendam hospitem*, vbi Asconius, *Ianitorem*, inquit, *quum dixisset, addidit Quendam, vt ostenderet non appellatiuum nomen esse, sed proprium*. Reperi tamen nonnihil apud Strab. lib. 14. quod fortassis ad huius nominis explicationem facit. Notum enim est omnibus, tyrannos à veteribus fuisse dictos in genere quos postea βασιλεῖς, id est reges, vocarunt. Sic autem Strabo, qui non procul ab his temporibus vixit, Ἄρξαι δέ φησι Φερεκύδης Ἄνδροκλον τῆς Ἰώνων ἀποικίας ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ Ἀθηνῶν βασιλέως, γενέσθαι δὲ τοῦτον Ἐφέσου κτίστην· διόπερ τὸ βασίλειον τῶν Ἰώνων ἐκεῖ συστῆναί φασι· καὶ ἔτι νῦν οἱ ἐκ τοῦ γένους ὀνομάζονται βασιλεῖς, ἔχοντές τινας τιμάς, προεδρίαν τε ἐν ἀγῶσι, καὶ πορφύραν ἐπίσημον τοῦ βασιλικοῦ γένους, σκίπωνα ἀντὶ σκήπτρου, καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος. Id est, *Ducem fuisse Ionum demigrationis, quæ Æolicam est consequuta, Androclum Codri Athenarum regis legitimum filium, ait Pherecydes, ac Ephesum condidisse: quamobrem etiam aiunt Ionum regiam Ephesi collocatam. Sed & nunc quoque qui ex eo genere sunt, reges vocantur, & quibusdam fruuntur honoribus, vt qui primo loco sedeant in certaminibus, purpuram habeant regia gentis insigne, scipionem quoque pro sceptro, & Eleusinia Cereris sacra*. vt fuisse videri possit hic Tyrannus ex Asiarcharum cœtu, de quibus agitur infrà vers. 31.

πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἀσίαν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας.

11 Δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας ἐποίει ὁ Θεὸς διὰ τῶν χειρῶν Παύλου·

12 Ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια ἢ σιμικίνθια, καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ᾽ αὐτῶν τὰς νόσους, τά τε πνεύματα τὰ πονηρὰ ἐξέρχεσθαι ἀπ᾽ αὐτῶν.

13 Ἐπεχείρησαν δέ τινες ἀπὸ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ, τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, λέγοντες, Ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει.

14 Ἦσαν δέ τινες υἱοὶ Σκευᾶ Ἰουδαίου ἀρχιερέως ἑπτὰ, οἱ τοῦτο ποιοῦντες.

15 Ἀποκριθὲν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν εἶπε, Τὸν Ἰησοῦν γινώσκω, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι· ὑμεῖς δὲ τίνες ἐστέ;

16 Καὶ ἐφαλλόμενος ἐπ᾽ αὐτοὺς ὁ ἄνθρωπος ἐν ᾧ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, καὶ κατακυριεύσας αὐτῶν, ἴσχυσε κατ᾽ αὐτῶν ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἐκείνου.

17 Τοῦτο δὲ ἐγένετο γνωστὸν πᾶσιν Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἔφεσον, καὶ ἐπέπεσε φόβος ἐπὶ πάντας αὐτοὺς, καὶ ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

18 Πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων ἤρχοντο, ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν.

19 Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνενέγκαντες τὰς βίβλους, κατέκαιον

biennium: ita vt omnes qui habitabant in Asia, tum Iudæi tum Græci, audierint sermonē Domini Iesu.

11 Virtutésque non vulgares edebat Deus per manus Pauli:

12 Ita vt etiam ad ægrotantes deferrentur à corpore eius sudaria seu semicinctia, & discederent ab eis morbi, & spiritus mali ab eis exirent.

13 Aggressi sunt verò quidam ex circulatoribus Iudæis exorcistis, nominare super eos qui habebant spiritus malos, nomē Domini Iesu, dicentes, Adiuramus vos per Iesum quem Paulus prædicat.

14 Erant autem quidā filij Scevæ Iudæi primarij Sacerdotis septem, qui hoc faciebant.

15 Respōdens verò spiritus malus, dixit, Iesum noui, & Paulum scio: vos autem qui estis?

16 Et insiliit in eos homo in quo erat spiritus ille improbus, & superatis illis, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent ex domo illa.

17 Id verò innotuit omnibus tum Iudæis tum Græcis qui habitabant Ephesi: & incidit metus in eos omnes, & magnificabatur nomen Domini Iesu.

18 Et multi eorum qui crediderant, veniebant confitentes & indicantes facta sua.

19 Nō pauci verò ex iis qui curiosa illa exercuerant, compor-

per biennium, ita vt omnes qui habitabant in Asia audirent verbum Domini, Iudæi atque Gentiles.

11 Virtutésque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli:

12 Ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria vel semicinctia: & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.

13 Tentauerunt autē quidā de circumeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes, Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat.

14 Erant autem quidam Sceuæ Iudæi principis Sacerdotum septem filij, qui hoc faciebant.

15 Respondens autem spiritus nequam dixit eis, Iesum noui, & Paulum scio: vos autem quis estis?

16 Et insiliens homo in eos in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, inualuit cōtra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa.

17 Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis atque Gentilibus qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos & magnificabatur nomen Domini Iesu.

18 Multique credentium veniebant, confitentes & annuntiantes actus suos.

19 Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros & con-

Satan cogit aduersos seipsū testificari.

Magia publico testimonio & Apostolica authoritate dānata.

10 *Domini Iesu*, τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. id est, De Domino Iesu.

11 *Per manus*, διὰ τῶν χειρῶν. Vide suprà 5.12.

12 *Sudaria seu semicinctia*, σουδάρια ἢ σιμικίνθια. Duo sunt Latina vocabula terminatione Græca inflexa: ac de priore quidem constat, de posteriore non item. In vno quidem exemplari Græco hæc reperimus ad marginem annotata, Ἀμφότερα λινοειδῆ εἰσι· πλὴν τὰ μὲν σουδάρια ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιβάλλονται, τὰ δὲ σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσι πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τοῦ προσώπου, οἷον ἱδρῶτα, δάκρυα, πτύελον, καὶ τὰ ὅμοια. id est, *Vtraque linea sunt: sed sudaria quidem capiti iniiciuntur, semicinctia verò manibus gestant, abstergendis humidis à facie excrementis, vt sudore, lacrymis, sputo, & similibus.* Hanc expositionem si sequamur, sudarium id erit quod vocamus *vn couurechef*, semicinctium *vn mouchoir*. Græcus scholiastes eadem habet: quibus tamen addit nonnulla, sed eiusmodi vt intelligere non potuerim. Mihi verò Lucas videtur sudarium & semicinctium pro eodem accipere, nisi pro ἢ legas καί: quam lectionem in vno duntaxat codice deprehendimus. Martialis in Apophoretis, *Det tunicam diues, ego te præcingere possum.* Itaque eo nomine puto vocari quæ vulgò *deuantiers* appellant, quod anteriorem partem corporis à cingulo ad pedes præcingant. Solent autem mechanici præsertim his vti, præterea etiam mulieres ferè omnes: vnde factum vt alterum earum cingulum à quo solebant olim ista semicinctia pendere, *demiceincts* vulgò appellent. Alij denique semicinctia dici volunt cingula dimidio minus lata, quàm iustum sit cingulum.

13 *Exorcistis*, ἐξορκιστῶν. De istis circulatoribus nonnihil diximus Mat. 12. vers. 27. Retinuimus autem Græcū exorcistarum nomen vt satis vsitatum. Sic ergo vocati sunt qui dæmones eiiciebant, addita per Dei nomen obtestatione, quam vulgò Coniurationem vocant. de quibus multa Iosephus lib. Antiq. 8. quorum etiam meminit Iustinus in Dialogo cū Tryphone. Et ita vocati sunt in Ecclesia Christiana initio qui miraculorum dono pollētes, manus imponebant energumenis, id est à dæmonio obsessis. Inde postea factus est nouus ordo quem vocant, vt septem sacramentorum numerus in alias hebdomadas diuideretur, ita ludificante Satana Episcoporum ignauiam.

16 *Superatis illis*, κατακυριεύσας αὐτῶν. Vulg. *Dominatus amborum*. Nam pro αὐτῶν legit ἀμφοτέρων, vt etiam habet vetustissimus meus codex. Erasmus, *Dominatus eis*. Sed τὸ κατακυριεύειν translatitiè hîc accipitur, nec aliud declarat quàm dæmoniacum istum illis sese frustra tuentibus superiorem euasisse: sicut vulgò dicimus, *se faire maistre de quelqu'vn.*

18 *Indicantes*, ἀναγγέλλοντες. Vulgata & Erasmus, *Annuntiantes*. Ego illud malui, quia non agitur hîc de nuntio aliquo, sed τὸ ἀναγγέλλειν opponitur τῷ κρύπτειν. Publicè igitur isti metu diuini iudicij perterriti, errata sua professi, ac detestati sunt. Sed quorsum hoc ad carnificinam illam confessionis, quam auricularem vocant?

19 *Qui curiosa illa exercuerant*, τῶν τὰ περίεργα πραξάντων. Sic quadam μαγείας vocat damnatissimas artes. Syrus autem & Arabs ipsum Magorum nomen exprimunt. Ephesios autem fuisse istis damnatis studiis deditos, ostendit prouerbium vetus, Ἐφέσια γράμματα, *Ephesia litera.* ¶ *Denariorum*, ἀργυρίου. Hebraicè כסף [*cheseph*] Erasmus ad verbum

Pecuniæ: nimium generali nomine, quum nemo etiā sic loquatur. Idem in Annotationibus numos interpretatur, & rectè, quum testetur Pollux ἀργύριον etiam dici τὸ νόμισμα, sed numos Denarios non Sestertios accipiat. Romanorum enim fuit, numis (id est L L S) numerare: non Græcorum, qui Drachmis potius supputabant. Denarius autem proximè ad drachmam accedit. Sed rursus Asiaticos constat Cistophoris potius numerasse: vt planè difficile sit hanc summam inire, nisi quòd ex iis quæ Festus de Euboico talento scribit, apparet Cistophorum penè dimidia parte leuiorem fuisse Drachma, siue Denario. Etsi enim Attica Drachma septima parte leuior est Denario, tamen (vt docuit doctissimus Georgius Agricola) Latini Græca interpretantes, εἰς ἔγγιστα Drachmam cum Denario comparant. Æstimat autem Festus 4000 Drachmas Cistophoris 7500: quam rationem si sequamur, & ex Budæi supputatione tribus Assibus regiis & Semisse Drachmā æstimemus, nisi me calculus fefellit, 50000 Cistophorūm æstimāda sunt Francicis libris 4666. & præterea Duodenariis 13 & Turonibus quos vocant 4. Sin autem ad Drachmas placet reuocare exquisitiore calculo, id est Semisse, quæ est septima Denarij pars, deducto, 50000 Drachmarum conficient Francicas libras 75000: sin ad denarios septima parte grauiores, 50000 Denariūm æstimabimus Francicis libris 8750. quod quidem non fuit alienum à Lucæ proposito, pluribus explicuisse. Castellio verò viderit cuius Arithmetices regulis, numorum quinquaginta millia, quinque ducatorum millibus æstimarit.

ἐνώπιον πάντων· καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε.

20 Οὕτω κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανε καὶ ἴσχυεν.

21 Ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα, ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ πνεύματι, διελθὼν τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν, πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, εἰπὼν, Ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι με ἐκεῖ, δεῖ με καὶ Ῥώμην ἰδεῖν.

22 Ἀποστείλας δὲ εἰς τὴν Μακεδονίαν δύο τῶν διακονούντων αὐτῷ, Τιμόθεον καὶ Ἔραστον, αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν.

23 Ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ.

24 Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι, ἀργυροκόπος, ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος,

tatos libros exusserunt in omnium conspectu: quorum supputatis pretiis, repererunt Denariorum quinquaginta millia.

20 Ita fortiter crescebat sermo Domini & inualescebat.

21 His autem impletis, induxit in animū Paulus, peragrata Macedonia & Achaia, proficisci Hierosolymam, dicēs, Postquā illic fuero, oportet me Romam etiam videre.

22 Missis verò in Macedoniam duobus ex iis qui subseruiebāt ei, videlicet Timotheo & Erasto, ipse substitit ad tempus in Asia.

23 Ortus est autē illo tēpore tumultus non paruus super via Dei.

24 Nam quidam nomine Demetrius, signator argenti, qui faciebat templa Dianæ argētea,

busserunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum, inuenerunt pecuniam Denariorum quinquaginta millium.

20 Ita fortiter crescebat verbum Dei, & confortabatur.

21 His autem expletis, proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia, ire Ierosolymam, dicens, Postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre.

22 Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheū & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia.

23 Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via.

24 Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dia

Paulus indefatigabilis.

Quæstus, sacerdente pietatis prætextu, vera tam pertinaciter defendendæ idololatriæ causa.

20 *Crescebat*, ηὔξανε. Vide suprà 12, 24. sed Syrus & Arabs legerunt ἡ πίστις τοῦ Θεοῦ, *fides Dei*, eôdem sensu. Nam fides metonymicè pro doctrina ponitur cui fides habetur, vt 1. Tim. 4, 1.

21 *Induxit in animum*, ἔθετο ἐν τῷ πνεύματι, sub. αὐτοῦ: quod pronomen etiam apud Latinos sæpissimè omittitur. Est autem Hebraica phrasis, *Ponere super cor suum* idem atque *Aliquid apud se statuere*, vt Daniel. 1, 8. וישם על לבו [*veisiham hal libbo*] *Et posuit super corde suo*: pro quo Syrus interpres maluit dicère סם ברעינה [*sam bereheianeh.*] *Et posuit in mente siue cogitatione sua*: qua voce vtitur idem Daniel. 2, 19. Alij ἐν τῷ πνεύματι, propter non additum pronomen (quod tamen video quoque prætermissum Coloss. 2, 5) non de ipsius Pauli animo, sed de Spiritu Sancto interpretantur: quorum sententiam in prioribus editionibus sum sequutus. Neque verò dubium est, quin, vt ipse Apostolus in re simili testatur infrà 20, 22, Spiritus Sancti impulsu consilium istud ceperit, vt ipsa tandem res ostendit, infrà 20, 1. Sed omnibus durum est ac prorsus insolens, verbum simplex ἔθετο accipere pro προέθετο.

22 *Qui subseruiebant ei*, τῶν διακονούντων αὐτῷ. Id est quorū opera in sui Apostolici ministerij functione indigebat, quū omnia solus obire non posset. Ne quis eum habuisse putet Cardinales aut Legatos à latere, vt habere consueuit perditus ille qui sese Petri & Pauli successorem, suis septem montibus insidens, iactat.

23 *Super via* [*Dei*,] περὶ τῆς ὁδοῦ. Id est, idcirco quòd Paulus Euangelium doceret. Nam etiam Dei nomen Syrus & Arabs hîc exprimunt, vt suprà 9. In vno codice legitur κατὰ τῆς ὁδοῦ, *aduersus viam* [*Domini*,] quod planius est.

24 *Argenti signator*, ἀργυροκόπος. Vulg. *argentarius*. Saltē verò, *Faber* adiunxisset. Nam Latinis Argentarius non aliud quàm τραπεζίτην, id est nummularium declarat. Latini (inquit Camerarius) artifices istos Aurifices vocant à pretiosiore materia. Homerus autem etiam à viliore χαλκέα. Odyss. γ. ¶ *Templa argentea*, ναοὺς ἀργυροῦς. Vulgata, *Ædes*. Erasmus, *Delubra*: admonens in Annotationibus hoc vocabulo significari ædiculas seu thecas templi effigie, in quibus reponebantur statuæ. Chrysostomus simili ratione putat declarare κιβώτια μικρὰ, id est *parua scriniola*: ita tamen vt hoc non affirmet. Quòd si hanc interpretationem sequi libeat, putarim tamen hæc scriniola donariis potius quàm statuis ipsis fuisse consecrata. Sed non video qua ratione arculæ istæ possint ναοί, id est *templa*, dici: nisi idoneis testibus probet Erasmus, templi specie fuisse fabricatas: quod mihi ne verisimile quidem videtur: quanuis apud Polybium legerim ναΐδια quæ armaria vocat Plinius lib. 35. cap. 2, ex quibus depromebantur maiorum imagines. Itaque quod ad me attinet, simpliciter accipio, Demetrium hunc templa argentea Dianæ solitum procudere, id est aut in numis, aut aliis imagunculis celeberrimi illius templi typum repræsentare, ac peregrinis aduentantibus diuendere. nempe vt etiamnum hodie faciunt eiusmodi artifices iis in locis vbi solent à nonnullis religionis causa, vota suscipi. Istæ igitur imagunculæ seu numi (dicitur enim iste ἀργυροκόπος à percutiendis seu feriendis argenteis numis) ab ea figura quàm repræsentabant, Templorum cognomentum retulerunt: sicuti simili prorsus ratione, Deliorum seu Atheniensium numos quosdam, boues, eorundem Atheniensium alios quosdam, κόρας, id est puellas, alios Corinthiorum, πώλους, pullos, alios Peloponnesiorum, χελώνας, testudines vocabant. Ideo non rectè ἀργυροκόπον Vetus interpres argentarium conuertit, quo nomine numularij significantur: nec multo rectius Erasmus, *Argentarium fabrum*, vocabulo nimium generali. Libuit autem istiusmo-

di etiam numorum typum subiicere, quales duos peruetustos inspexi, insculpta in altera numi parte Ephesinæ illius Dianæ πολυμάστου imagine. Quanquam fortassis Demetriani isti numi tēplū ipsum maiore aliquo artificio repræsentabāt: sicut etiam hodie cuditur diua illa Lauretana, tāto apertiore impietate, quāto beata illa virgo ab idolis differt.



παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην.

25 Οὓς συναθροίσας καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας, εἶπεν, Ἄνδρες, ἐπίστασθε ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι·

26 Καὶ θεωρεῖτε καὶ ἀκούετε ὅτι οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον, λέγων ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι.

27 Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν τε καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται.

28 Ἀκούσαντες δὲ, καὶ γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ, ἔκραζον, λέγοντες, Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων.

29 Καὶ ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη συγχύσεως, ὥρμησάν τε ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον, συναρπάσαντες Γάϊον καὶ Ἀρίσταρχον Μακεδόνας, συνεκδήμους τοῦ Παύλου.

30 Τοῦ δὲ Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, οὐκ εἴων αὐτὸν οἱ μαθηταί.

31 Τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτῷ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον.

præbebat artificibus non paruum quæstum.

25 Quibus ille congregatis, & istiusmodi rerum opificibus, dixit, Viri, scitis ex hoc quæstu nostras esse copias:

26 Et spectatis & auditis Paulum istum non solùm Ephesinam, sed prope totius Asiæ non paruam turbam persuadendo auertisse, dicentem deos illos non esse qui manibus fiant.

27 Non solùm autem periculū est ne istud quod nobis est peculiare, nobis probrosum euadat, sed etiam ne magnæ deæ Dianæ templum pro nihilo reputetur, futurúmque sit vt etiam destruatur maiestas eius, quam Asia tota & orbis terrarum colit.

28 *His* autem auditis, pleni excandescentia, clamauerunt dicentes, Magna *est* Diana Ephesiorum.

29 Et impleta est ciuitas tota confusione, & irruerunt concorditer in theatrum, correpto Gaio & Aristarcho Macedonib. sociis peregrinationis Pauli.

30 Paulo verò volente prodire ad populum, non siuerunt eum *prodire* discipuli.

31 Sed & quidam ex Asiarchis quum essent ei amici, *nuntijs* ad eum missis, rogarunt ne se daret in theatrum.

na, præstabat artificibus non modicum quæstum.

25 *Quos conuocans, & eos qui huiusmodi erant opifices, dixit, Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio.*

26 *Et videtis & auditis quia non solùm Ephesi, sed penè totius Asiæ Paulus hic suadens auertit multam turbam, dicens quoniam non sunt dij qui manibus fiunt.*

27 *Non solùm autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire; sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, & destrui incipiet maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit.*

28 *His auditis repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes, Magna Diana Ephesiorum.*

29 *Et impleta est ciuitas tota confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, rapto Gaio & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli.*

30 *Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli.*

31 *Quidam autem & de Asiæ principibus qui erant amici eius, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum.*

Inuicta quidē constantia opus est, Verbi præsertim ministris, sed quæ tamen sancta prudētia modestè se regi patiatur.

25 *Quibus congregatis, οὓς συναθροίσας, &c.* Meus vetustissimus codex habet, οὓς συναθροίσας τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα τεχνίτας. *Is congregatis istarum rerum opificibus.* Syrus etiam idem legit, addita particula πάντας, *omnibus*. & hanc puto germanam esse lectionē, quum non alij sint τεχνῖται quàm ἐργάται, nisi illos quidem pro præcipuis, hos verò pro iis accipiamus quorum opera vtebantur. ¶ *Copias, εὐπορία.* Sic malim vertere quàm *Facultates.* Sunt enim tenues quoque facultates, at nulla est tenuis εὐπορία. Vulgata, *acquisitio*, ineptè. Hoc est quod Gallicè dixeris, *nostre aisance.*

27 *Istud quod nobis est peculiare, τοῦτο τὸ μέρος.* Opificium istud videlicet, ex quo tanquam possessione quadam nostra viuere consueuimus. Vulg. & Erasmus, *pars ista*, admodum obscuré. Syrus & Arabs accipiunt generaliter, τοῦτο τὸ μέρος pro τοῦτο τὸ πρᾶγμα, *res ista*, siue *negotium istud*: quo significatu sæpe accipitur חפץ [*chephets*] apud Hebræos, vt Eccles. 3.1, & 5.7, & 8.6: quibus locis Græci vocem illam verterunt πρᾶγμα. ¶ *Probrosum euadat, εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν.* Id est nobis non tātùm pereat, sed etiam probro vertatur, quasi quidpiam nefariū & detestandum. Vel, *nobis refutatum intercidat*. à consequenti videlicet: id est, ab isto coarguatur, nostro cum maximo damno. Sed præstat ἐλεγμὸν ab ἐλέγχῳ distinguere, vt qui istam consequatur. Vulg. *In reprehensionem venire.* Eras. *Reprobatur.* Syrus & Arabs vel hunc locum non intellexerunt, vel prorsus diuersum quippiam in Græcis codicibus legerunt. ¶ *Futurúmque sit, μέλλειν τε.* In quibusdam codicibus legimus, μέλλει δὲ, in aliis μέλλειν δὲ, in aliis μέλλειν τε; sed quamcunque ex istis lectionem sequaris, plana est sententia: vt minimè sit necesse Castellionis audaciam approbare, qui pronuntiat legendum esse μᾶλλον δὲ, *vel potius.*

29 *Sociis peregrinationis Pauli, συνεκδήμους τοῦ Παύλου.* Vulgata, *Comitibus Pauli.* Addidi ex Erasmi Annotationibus quod necessarium fuit explicando Græco vocabulo. Neque enim quisquis est comes, idem est συνέκδημος.

31 *Ex Asiarchis, τῶν Ἀσιαρχῶν.* Vulg. & Erasm. *ex Asiæ primoribus.* quæ est huius nominis notatio, sed nimis ambigua, & malè à plerisque intellecta. Retinendum autem fuit Græcum nomen, in libris Iurisconsultorum vsurpatum. vt & Syriarcharū. Sic autem dicti sunt non qui Asiæ vel Syriæ præessent, sed sacerdotes certi quorum munus erat ludos Theatrales in Deorum honorem edere, quos propterea Rufinus apud Eusebium Munerarios interpretatur: quod ex eruditissimi Iurisconsulti Cuiacij obseruationibus primùm didici. Erant igitur nōnulli ex istis quoque prophanis aliquatenus saltem Euangelium amplexi, vt etiam Romæ idem Paulus aliquos ex ipso Neronis prætorio Christo lucrifecerat. Philip. 1.13. Vide etiam quod annotaui suprà in vers. 9.

32 Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἔκραζον· ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη, καὶ οἱ πλείους οὐκ ᾔδεισαν τίνος ἕνεκεν συνεληλύθεισαν.

33 Ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον, προβαλλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος κατασείσας τὴν χεῖρα, ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ.

34 Ἐπιγνόντων δὲ ὅτι Ἰουδαῖός ἐστι, φωνὴ ἐγένετο μία ἐκ πάντων, ὡς ἐπὶ ὥρας δύο κραζόντων, Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων.

35 Καταστείλας δὲ ὁ Γραμματεὺς τὸν ὄχλον φησὶν, Ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος, καὶ τοῦ Διοπετοῦς;

36 Ἀναντιρρήτων οὖν ὄντων τούτων, δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν, καὶ μηδὲν προπετὲς πράττειν.

37 Ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους, οὔτε ἱεροσύλους, οὔτε βλασφημοῦντας τὴν θεὰν ὑμῶν.

38 Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται πρός τινα λόγον ἔχουσιν, ἀγοραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν, ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις·

39 Εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται.

40 Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι

32 Alij igitur aliud clamitabant: erat enim concio conturbata, & plerique nesciebant cuius *rei* causa conuenissent.

33 Ex turba verò *quidam* produxerunt Alexandrum, propellētibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat defensione vti apud populum.

34 Quem vt agnouerunt Iudæū esse, vox extitit vna ab omnibus *profecta*, quasi ad horas duas clamitantibus, Magna est Diana Ephesiorum.

35 Tum scriba quum sedasset turbā, dixit, Viri Ephesij, quisnam est hominum qui nesciat Ephesiorum vrbem ædituam esse magnæ deæ Dianæ, & à Ioue delapsi *simulacri?*

36 Quum igitur istis non possit contradici, oportet vos sedatos esse, nec quicquam præceps facere.

37 Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neq; blasphemantes deam vestram.

38 Quòd si Demetrius, & qui cū eo sunt artifices, negotium habēt cum aliquo, agitur forum, & Proconsules adsunt, alij alios postulanto.

39 Siquid autem de rebus aliis requiritis, in legitima concione explicabitur.

40 Nam periculum est ne postu-

32 *Alij autem aliud clamabant: erat enim ecclesia confusa, & plures nesciebant qua ex causa conuenissent.*

33 *De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eū Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo.*

34 *Quem vt cognouerunt Iudæum esse, vox facta vna est omnium, quasi per horas duas clamantium, Magna Diana Ephesiorum.*

35 *Et quum sedasset scriba turbas, dixit, Viri Ephesij, quis enim est hominum qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ Iouisque prolis?*

36 *Quum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temerè agere.*

37 *Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram.*

38 *Quòd si Demetrius & qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquem causam, forenses conuentus aguntur, & Proconsules sunt, accusent inuicem:*

39 *Siquid autem alterius rei quæritis, in legitima ecclesia poterit absolui.*

40 *Nam & periclitamur*

Idololatris pro omni ratione sufficiūt rabies & clamores.

Hominis politici exemplū, mendacijs pacem redimentis quod nunquam fecisse Paulus.

32 *Concio, ἐκκλησία.* Id est, vt rectè explicant Syrus & Arabs) multitudo quæ in theatrum concurrerat: vbi haberi alioqui legitimi conuentus publici solebant. Nam propriè ἐκκλησία Græcè, & Latinè Concio, nonnisi de legitimè aduocato populo dicitur auctore Festo. Sed quod per tumultum cœperat, postea speciem induerat iusti conuētus, magistratuum præsentia vtcunque tumultuantes reprimente, vt exitus tandem ostendit.

33 *Defensione vti, ἀπολογεῖσθαι.* Vulgata & Erasmus, *Rationem reddere, λόγον διδόναι.* Fuit autem hic Alexander à Iudæis paulatim extra turbam productus in eum locum vnde posset exaudiri, non vt ipsum in discrimen adducerent, (cur non enim potius in tumultu discerperent, aut Ephesios saltem in eum prouocarent? cur denique ex turba protruderent vt locus illi ad dicendum pateret?) sed vt per eum, quicunque tandem is fuerit, populum deriuata in Christianos accusatione, placarent. Nec enim dubito quum de suæ Dianæ cultu asserendo laborarent Ephesij, quin magna pars illorum in Iudæos ferretur: idque ita esse vel ex eo liquet, quòd vbi Alexandrum Iudæum esse cognouerunt, statim in apertam rabiem exarserunt, nec potuerunt induci vt loquentem audirent. Syrus certè & Arabs apertè mecum faciunt. hallucinati sunt qui cēsent hunc Alexandrum à Pauli & piorum partibus stetisse, quũ potius videatur is ipse fuisse cuius meminit Paulus 2. Tim. 4.14, pertinacissimus & audacissimus Pauli & veritatis hostis. Eum autem verisimile est, propterea productum à Iudæis quòd esset ex Fabrorum numero, à quibus orta hæc seditio fuerat, Iudæos, (nisi diuina prouidentia obstitisset) sic excusaturū, si facta ipsi fuisset dicendi potestas, vt totā populi rabiē fuerit in Pauli & piorum caput conuersurus.

35 *A Ioue delapsi, τοῦ Διοπετοῦς.* sub. ἀγάλματος. Vulgata, *Iouisque prolis.* Constat autem ex Plinio lib. 16. ca. 40 vitigineum fuisse hoc simulachrum à Canetia quodam artifice fabricatum, sed longè antiquissimum, vtpote quod nunquam sit mutatum, septies restituto templo. Antiquitas igitur & sacerdotum auaritia huic superstitioni facilè viam munierunt, vt iidem Asiatici de Pessinuntio suo simulacro, & Romani de suis ancilibus sunt fabulati.

38 *Agitur forum, ἀγοραῖοι ἄγονται:* id est ἡ ἀγορὰ τελεῖται. Ad verbum, *Forenses agunt*, vel *aguntur*, seu *coguntur*: pro quo dicimus in vernaculo sermone *on tient les plaids*, id est (vt loquitur Cicero) *forum agunt.* Appellatione verò τῶν ἀγοραίων intelliguntur vel ipsi forensium causarum iudices, vel causidici, vt rectè explicant Græca Scholia: illi denique qui forensia solent tractare. Suidas quoque ἀγοραίων δικῶν meminit, & ἀγοραίων πραγματευτῶν, significare dicit diem fastum, quem ferè solent Græci κυρίαν vocare. Erasmus Veterem interpretem sequutus, conuertit, *Conuentus forenses aguntur*: rectè quidem, si sensum spectes, sed cui tamen non assentior, quòd in Græcis subaudiri putet cognitiones aut lites, id est κρίσεις aut ἀμφισβητήσεις quum ipsi potius qui in foro aut iudicant aut contendunt, ἀγοραῖοι dicantur. ¶ *Proconsules adsunt, ἀνθύπατοί εἰσι.* Nomine Proconsulum intellige etiam legatos Proconsulis, & qui eius vices in cognoscendis grauioribus causis obibant. Leuioribus enim ordinaria illa & quotidiana iudicia sufficiebant: quibus (inquit Scriba) si non acquiescat Demetrius cū suis, adeant Proconsulem, aut ipsius legatos. Syrus Proconsulem legit, numero singulari.

39 *In legitima concione, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ.* Quia de sacro conuentu hīc non agitur, ideo ἐκκλησίαν non conuerti *Ecclesiam*, meo more, sed *concionem*: quod Erasmus quoque annotauit. Cæterùm ἔννομος ἐκκλησία, id est legitima cōcio, non tantùm opponitur τῷ συνδρόμῳ, id est seditiosæ & tumultuosæ cōcioni, sed etiam τῷ συγκλήτῳ, id est, ei concioni quæ extra ordinem aduocabatur. Erant enim certi dies habendis iis concionibus constituti, quas ἐννόμους & κυρίας Græci oratores vocant. Ad illas igitur Scriba populum reuocat, id est ad maiorum morem.

... περὶ τῆς σήμερον μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος περὶ οὗ δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν.

Κεφάλαιον κ.

1 Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον προσκαλεσάμενος ὁ Παῦλος τοὺς μαθητὰς καὶ ἀσπασάμενος, ἐξῆλθε πορευθῆναι εἰς τὴν Μακεδονίαν.

2 Διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα, καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς λόγῳ πολλῷ, ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα.

3 Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν, ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν διὰ Μακεδονίας.

4 Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος Βεροιαῖος. Θεσσαλονικέων δὲ, Ἀρίσταρχος καὶ Σεκοῦνδος, καὶ Γάϊος Δερβαῖος, καὶ Τιμόθεος·

5 Ἀσιανοὶ δὲ, Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος, οὗτοι προελθόντες ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι.

6 Ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππων, καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν Τρωάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε, οὗ διετρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά.

7 Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, συνηγμένων τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον, ὁ Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον, παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου.

lemur seditionis propter diem hodiernum, quum nulla subsit causa ob quam possimus reddere rationem concursus istius. Et quum hæc dixisset, dimisit concionem.

CAP. XX.

1 POstquam verò cessauit tumultus, quum aduocasset Paulus discipulos, & complexus esset, abiit profecturus in Macedoniam.

2 Quum autem illas partes peragrasset, & hortatus illos fuisset multo sermone, venit in Græciam.

3 Et ibi peractis mensibus tribus, quum ei in Syriam nauigaturo factæ fuissent à Iudæis insidiæ sententia fuit reuerti per Macedoniam.

4 Comitatus autem eum vsque in Asiam Sopater Berœensis: ex Thessalonicensibus verò, Aristarchus, & Secũdus, & Gaius Derbæus, & Timotheus:

5 Asiani verò, Tychicus & Trophimus, qui quum præiuissent, expectarunt nos Troade:

6 Nos verò enauigauimus Philippis post dies Azymorum, & venimus ad eos Troadem intra dies quinque, vbi commorati sumus dies septem.

7 Primo autem die hebdomadis, congregatis discipulis ad frangendum panem, Paulus disserebat, abiturus postridie, produxitque sermonem vsque in mediam noctem.

argui seditionis hodiernæ: quum nullus obnoxius sit de quo possimus reddere rationem concursus istius. Et quum hæc dixisset, dimisit Ecclesiam.

CAP. XX.

1 *POstquam autem cessauit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est vt iret in Macedoniam.*

2 *Quum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam.*

3 *Vbi quum fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam: habuitque consilium vt reuerteretur per Macedoniam.*

4 *Comitatus est autem eũ Sopater Pyrrhi Berœensis: Thessalonicensium verò Aristarchus, & Secũdus, & Gaius Derbæus, & Timotheus:*

5 *Asiani verò, Tychicus & Trophimus. Hi quum præcessissent, sustinuerunt nos Troade.*

6 *Nos verò nauigauimus post dies Azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, vbi demorati sumus diebus septem.*

7 *Vna autem Sabbati quum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat eis, profecturus in crastinum, protraxitque sermonem vsque in mediam noctem.*

Paulus non vt quieturus, sed alibi laboraturus, ex Ecclesiæ consensu Ephesto discedit.

Præpostorus zelus, etiam hominibus doctiori magistris. Nihil autem vetat sanctâ prudentia conatibus malorum occurrere.

Nocturni cœtus per se damnari nec possunt, nec debent: quum iusta eorum causa subesse possit.

40 *Seditionis propter [diem] hodiernum*, στάσεως περὶ τῆς σήμερον. Vulgata & Erasmus, *Hodiernæ seditionis*. id est, περὶ τῆς στάσεως τῆς σήμερον: eodem quidem manente sensu, sed ita tamen vt sine causa à verbis Lucæ discedant. ¶ *Quum nulla subsit causa*, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος. Vulgata, *Quum nullus sit obnoxius*. sed præstat αἰτίου in neutro genere interpretari.

IN CAPVT XX.

1 *Complexus esset*, ἀσπασάμενος. nempe vt fieri solet, tum in primo accessu, tum in discessu, addito etiam apud nonnullas gentes, ac præsertim apud Iudæos osculo, vt Gen. 31.55. Vulg. *Valedixisset*, sensu quidem at ipso verbo non expresso.

3 *Et [ibi] peractis mensibus tribus*, ποιήσας μῆνας τρεῖς. Vide suprà 18.23. Vulg. barbarè, *Vbi quum fecisset*. Legit enim ὅπου ποιήσας: & quidem rectè. ¶ *Sententia fuit*, ἐγένετο γνώμη. Gallicè, *S'aduisa*. Cæterùm codex ille noster Claromontanus totum hunc locum sic legit, ἠθέλησεν ἀναχθῆναι εἰς Συρίαν, εἶπεν δὲ αὐτῷ τὸ πνεῦμα ὑποστρέφειν διὰ Μακεδονίας, id est, *voluit prouehi in Syriam* (suaue videlicet Corinthi conscensa) *Spiritus autem ei dixit vt per Macedoniam reuerteretur*, eo ipso nimirum itinere quo Corinthum venerat. Et hæc lectio mirè conuenit cum ipsius Pauli verbis infr. vers. 22.

4 *Vsque in Asiam*, ἄχρι τῆς Ἀσίας. Vulg. non habet neque Arabica interpretatio. Significat autem Lucas istos tunc constituisse Paulum comitari non in Syriam vsque, sed tantùm in Asiam, sic proculdubio decernente ipso Paulo, cuius erant assectæ, vt, prout vsus Ecclesiarum ferebat, hîc vel illîc subsisterent, & hûc vel illuc mitterentur. ¶ *Sopater*, Σώπατρος. In tribus codicibus legimus Σωσίπατρος. *Sosipater*. Vulgata addit *Pyrrhi*, videlicet filius, & in Complutensi editione & quatuor exemplaribus additur Πύῤῥου. vt fortasse fuerit hic nepos illius Simonis qui pater dicitur Alexandri & Rufi (is est enim Latinè, Rufus, qui Græcis πύῤῥος) & illos oportet in Ecclesia bene notos & celebres fuisse, vt temere non sint eorum nomina expressa.

5 *Asiani verò*, Ἀσιανοὶ δέ. Meus vetustissimus codex habet Ἀσιανοὶ δέ. Erat autem Asiæ propriè dictæ metropolis Ephesus, & alij à suis ciuitatibus sunt designati. Cæterùm illud ἄχρι τῆς Ἀσίας ad hos duos non pertinere constat ex eo quod de Trophimo scribitur infrà 21.29. Itaque hanc particulam censui conuertendam cum προελθόντες quasi redundante pronomine οὗτοι.

6 *Intra quinque dies*, ἄχρις ἡμερῶν πέντε. Ἄχρις extremum spatium declarat, vt si in vernaculo sermone dicas, *Au bout de cinq iours*.

7 *Primo autem die hebdomadis*, ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων. Vulgata, *Vna autem Sabbati*. Erasmus, *Vno autem die Sabbatorum*. Vide Matth. 28.1. Quominus autem possimus interpretari, Quodam die Sabbati, duo impediunt: vnum, quòd μιᾷ σαββάτων pro σαββάτῳ τινὶ, nusquam inuenias: alterum, quia adiunctus articulus declarat hanc particulam indefinitè accipi non posse. Primus itaque dies hebdomadis hîc omnino intelligitur, is quem Dominicum vocamus: & ex hoc loco, tum etiam ex eo quod scribitur 1. Corinth. 16. 2. colligitur, iam tum consueuisse Christianos hoc die solennes conuentus agere, paulatim euanescente Iudaici Sabbati ceremonia. ¶ *Ad frangendum panem* τοῦ κλάσαι ἄρτον. sub. ἕνεκα. Id est ad capiendum simul cibum, cuius conuiuij potissima pars erat Cœna Domini.

8 Ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ οὗ ἦσαν συνηγμένοι.

9 Καθήμενος δέ τις νεανίας ὀνόματι Εὔτυχος ἐπὶ τῆς θυρίδος, καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, διαλεγομένου τοῦ Παύλου ἐπὶ πλεῖον, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω· καὶ ἤρθη νεκρός.

10 Καταβὰς δὲ ὁ Παῦλος ἐπέπεσεν αὐτῷ, καὶ συμπεριλαβὼν εἶπε, Μὴ θορυβεῖσθε· ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστιν.

11 Ἀναβὰς δὲ, καὶ κλάσας ἄρτον, καὶ γευσάμενος, ἐφ᾽ ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, οὕτως ἐξῆλθεν.

12 Ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα, καὶ παρεκλήθησαν οὐ μετρίως.

13 Ἡμεῖς δὲ προελθόντες ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀνήχθημεν εἰς τὴν Ἄσσον, ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον. οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος, μέλλων αὐτὸς πεζεύειν.

14 Ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον, ἀναλαβόντες αὐτὸν ἤλθομεν εἰς Μιτυλήνην.

15 Κἀκεῖθεν ἀποπλεύσαντες, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρὺ Χίου, τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον· καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ, τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν εἰς Μίλητον.

16 [illegible] γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι τὴν [illegible]ον, ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ. ἔσπευδε γὰρ, εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ, τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα.

17 Ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον, μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας.

18 Ὡς δὲ παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν, εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς ἐπίστασθε, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἀφ᾽ ἧς ἐπέβην εἰς τὴν Ἀ-

8 Erant verò lucernæ non paucæ in cœnaculo vbi erant congregati.

9 Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus in fenestra, obrutus somno profundo, quum diutius dissereret Paulus, præ somno deturbatus, decidit ex tertia contignatione deorsum: & sublatus est mortuus.

10 Quum descendisset autem Paulus, prolapsus est in eum: & eum cõplexus dixit, Ne tumultuamini: anima enim eius in ipso est.

11 Quum igitur ascendisset, fregissetque panem, & cibũ sumpsisset, aliquandiu colloquutus vsque ad diluculum, ita *demum* digressus est.

12 Adduxerunt autem puerum viuentem & solatium acceperunt non mediocre.

13 Nos verò progressi ad nauẽ, prouecti sumus Assum, illinc recepturi Paulum. sic enim edixerat, pedibus ipse iter facturus.

14 Vt autem coniunxit *sese* nobiscum apud Assum, recepto eo venimus Mitylenen.

15 Et quũ illinc enauigassemus, sequenti die deuenimus è regione Chij, postridie verò appulimus Samum: & quum diuersati essemus apud Trogylliũ, sequenti die venimus Miletũ.

16 Decreuerat enim Paulus prænauigare Ephesum, ne ipsi contingeret tempus terere in Asia. Festinabat enim, vt si fieri posset, die Pentecostes esset Hierosolymis.

17 Missis autem Mileto *nuntiis* Ephesum, accersiuit Presbyteros Ecclesiæ.

18 Qui quũ ad ipsum venissent, dixit eis, Vos scitis quomodo à primo die quo ingress⁹ sũ Asiã,

8 *Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo vbi eramus congregati.*

9 *Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, quũ mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cœnaculo deorsum: & sublatus est mortuus.*

10 *Ad quem quũ descendisset Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit, Nolite turbari: anima enim ipsius in ipso est.*

11 *Ascendens autem frangénsque panem, & gustans, satisque alloquutus vsque in lucem, sic profectus est.*

12 *Adduxerũt autem puerum viuentem, & consolati sunt non minimè.*

13 *Nos autem ascendentes nauem, nauigauimus in Asson, inde suscepturi Paulum, sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus.*

14 *Quum autem conuenisset nobiscum in Asson, assumpto eo venimus Mitylenen.*

15 *Et inde nauigantes, sequenti die venimus contra Chium, & alia applicuimus Samum: & sequẽti venimus Miletum.*

16 *Proposuerat enim Paulus transmigrare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, vt diem Pentecostes faceret Ierosolymis.*

17 *A Mileto autem mittẽs Ephesum vocauit maiores natu Ecclesiæ.*

18 *Qui quum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis, Vos scitis, à prima die qua ingressus sum in A-*

Diabolus meditans ingenti offendiculo Ecclesiam turbare, Paulo suppeditat insignem confirmandi Euangelij occasionem.

Paulus Christi sedulus imitator ad vincula perpetuo cursu properans, prius veluti testamentum condit, quo anteactæ vitæ rationem reddit, doctrinam à se propositam, tuetur, & Ecclesiæ pastores ad perseuerantiam hortatur.

Veri pastoris imago.

8 *Erant congregati*, ἦσαν συνηγμένοι. Veteres codices legũt ἦμεν, *eramus*: idque rectius, vt ex superioribus apparet. Pertinet autem hoc quoque ad fidem scriptoris Lucæ faciendam, vt qui oculatus sit testis.

9 *Obrutus*, καταφερόμενος. Meus codex vetustissimus habet κατεχόμενος, *quum teneretur*. ¶ *Diutius*, ἐπὶ πλεῖον. In omnibus vetustis codicibus additur distinctio post πλεῖον, vt non dubium sit quin connectendum sit cum participio διαλεγομένου, contrà quàm existimauit Erasmus. ¶ *Præ somno deturbatus*, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου. Vulgata, *Ductus somno*. Erasmus, *Magis depressus somno*. Ego verò existimo κατενεχθεὶς propria significatione accipiendum hoc posteriore loco, pro Deturbatus.

10 *Prolapsus est*, ἐπέπεσεν. Sic etiam Elisæus 2. Reg. 4. 32, non aliquo ritu, sed affectus vehementia. Etenim cui calumniæ non fuisset Ecclesia obnoxia nisi hoc remedium adhibuisset per Paulum Dominus? ¶ *In ipso est*, ἐν αὐτῷ ἐστι. Sic Paulus loquutus est, vel in ipso editi miraculi momento, vel de re mox sequutura certissimus. Sic Christus & quidem Dominus vitæ & mortis, quũuis de verè mortua puella. Non est, inquit, mortua, sed viuit, Matth. 9. 24.

11 *Cibum sumpsisset*, γευσάμενος. Vide suprà 10. 10. Nam cibi quotidiani vsus subsequebatur mysteriorum celebrationem. ¶ *Ita*, οὕτως. Vide Ioh. 4. 6.

13 *Assum*, εἰς τὴν Ἄσσον. Assum videlicet vrbem Æolidis seu Mysiæ, aliter Apolloniam vocatam. Nonnulla exemplaria pro Ἄσσον legerũt Θάσον, sed lectione admodum deprauata, sicuti quæ pro Τρωγυλλίῳ Mycales mõtis promõtorio è regione Sami, legunt Στρογγυλίῳ.

15 *Samum*, εἰς Σάμον, vrbem videlicet insulæ cognominẽ. ¶ *Diuersati essemus apud Trogyllium*, μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ. Vide Luc. 10. 7. Deest hoc autem in vulgata editione Latina. Est verò Trogyllium promontorij nomen ad Mycalem, vnde abest Samos stadiis quadraginta.

18 *Asiam*, τὴν Ἀσίαν. Asiam intellige sic peculiariter vocatam, cuius vrbs præcipua fuit Ephesus, distinctam ab Asia tum maiore tum minore, vtpote minoris partem.

σίας, πῶς μεθ᾽ ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην,

vobiscum per id omne tempus fuerim,

sim qualiter vobiscum per omne tempus fuerim,

19 Δουλεύων τῷ Κυρίῳ, μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, καὶ πολλῶν δακρύων καὶ πειρασμῶν, τῶν συμβάντων μοι ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων·

19 Seruiens Domino cum omni animi submissione, & multis lacrymis ac tentationibus, quæ mihi euenerunt in Iudæorum insidiis.

19 *Seruiens Domino cum omni humilitate & lacrymis & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum.*

20 Ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν καὶ διδάξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ κατ᾽ οἴκους·

20 Vti nihil subterfugerim eorum quæ *vobis* cōducerent, quominus *ea* vobis annuntiarem, & docerem vos publicè & domatim:

20 *Quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium, quominus annuntiarem vobis, & docerem vos publicè & per domos:*

21 Διαμαρτυρόμενος Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τὴν εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν, καὶ πίστιν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

21 Etiam atque etiam testificans Iudæis simul & Græcis conuersionem ad Deum, & fidem quæ est in Dominum nostrum Iesum Christum.

21 *Testificans Iudæis atque Gentibus in Deum pœnitentiam & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum.*

Testificatur se ex Dei mandato ad vincula proficisci.

22 Καὶ νῦν ἰδού, ἐγὼ δεδεμένος τῷ Πνεύματι, πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλήμ, τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς·

22 Et nunc ecce, ego vinctus Spiritu, proficiscor Hierosolymam, ignorans quæ in ea mihi occurrent:

22 *Et nunc ecce, alligatus ego Spiritu vado in Ierusalem, quæ in ea ventura sint mihi, ignorans:*

23 Πλὴν ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεται, λέγον ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν.

23 Nisi quòd Spiritus sanctus oppidatim etiam atque etiam testificatur, dicens vincula & afflictiones me manere.

Nisi quòd Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens quoniam vincula & tribulationes Ierosolymis me manent.

24 Ἀλλ᾽ οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακονίαν ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, διαμαρτύρασθαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ.

24 Sed nullius rei habeo rationem, neque vita mea mihiipsi cara est, vt cōsummem cursum meum cum gaudio, & ministerium quod accepi à Domino Iesu, ad etiam atque etiā testificandū Euangelium gratię Dei.

24 *Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quàm me, dummodo consummem cursum meum, & ministerium quod accepi à Domino Iesu, testificari Euangelium gratiæ Dei.*

25 Καὶ νῦν ἰδού, ἐγὼ οἶδα ὅτι οὐκέτι ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μου ὑμεῖς πάντες, ἐν οἷς διῆλθον κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

25 Et nunc ecce, ego scio non amplius visuros faciem meam vllos ex vobis omnibus, per quos transiui prædicans regnū Dei.

25 *Et nunc ecce, ego scio quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transiui prædicans regnum Dei.*

26 Διὸ μαρτύρομαι ὑμῖν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ὅτι καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων.

26 Ideo testor vobis hodierno die, me purum esse à sanguine omnium.

26 *Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum [illegible] omnium.*

Doctrina Apostolica est omnibusmodis absolutissima.

27 Οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ.

27 Non enim subterfugi quominus annuntiarem vobis omne Dei consilium.

27 *Non enim [illegible] quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.*

28 Προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος.

28 Attendite igitur *animum* ad vos ipsos & totum gregem, in quo vos Spiritus ille sanctus constituit episcopos, ad pascendam Ecclesiam Dei, quam suo illo proprio sanguine acquisiuit.

28 *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.*

19 *Animi submissione*, ταπεινοφροσύνης. Vulg. *Humilitate*: quo vocabulo significatur obscuritas ac ignobilitas, vt diximus Luc. 1.48. Eras. *Animi humilitate*: quod ego quidem inter vitia numerarim.

20 *Nihil subterfugerim*, οὐδὲν ὑπεστειλάμην. Id est, nihil aut per metum, aut lucri causa, subtexuerim, vel aliqua ex parte dissimularim. Nam ὑποστέλλεσθαι dicuntur quos metus (vt ita dicam) contrahit aut qui tanquam vela colligunt in loquendo. Budæus, *Non sum præuaricatus in iis quæ conducibilia erant.*

21 *Etiam atque etiam testificans* διαμαρτυρόμενος. Id est adhibitis ex Dei verbo testimoniis & argumentis declarans, vt infrà 28.23. addito verbo ἐκτίθεσθαι, quod hîc reticetur. Vide Luc. 16.28. ¶ *Conuersionem*, μετάνοιαν. Alibi consueuimus interpretari resipiscentiam: sed perspicuitati interdum seruiendum est necessariò. μετάνοια verò illud esse quod Hebræi תשובה [teschubah] id est conuersionem, vocant, diximus Matt. 3.2. Est autem insignis hîc locus, breuissimè complectens totam veræ conuersionis summam, & eius effectum. Quod enim hic dicitur fides in Christum, declarat causam salutis, tum instrumentalem, nempe fidē, tum materialem quę est ipse Christus, in quo demum gratuitam iustitiam consequimur, Luc. 24.47.

22 *Vinctus spiritu*, δεδεμένος τῷ Πνεύματι. Id est, Spiritus sancti impulsu ac mandato, tanquam vinculo quodam me illuc pertrahente, de quo diximus suprà, 19.21. Quorsum autem hoc Paulus? an quòd inuitus illuc pertraheretur? minimè verò, vt ipse testatur, & res ipsa ostendit: sed ne quis ex fratribus hoc iter ipsi dissuaderet, monet eos, sese Dei mandato illuc proficisci, ne putetur Ecclesiæ ac Prophetarum prædictiones ac consilia contemnere. Sed illa Theophylacti interpunctio post participium δεδεμένος, ac si diceret Paulus sese quasi iam vinctum proficisci Ierosolymam Spiritui. Spiritus afflatu, prorsus est violenta.

23 *Etiam atq; etiā testificatur*, διαμαρτύρεται. Vide Luc. 16.28.

26 *Purū à sanguine*, καθαρὸς ἀπὸ τοῦ αἵματος. i. si perieritis nullam tamen in me culpam fore. Vide suprà, cap. 18, vers. 6.

27 *Omne consilium*, πᾶσαν τὴν βουλήν. Irenæi interpres libro 3. cap. 14. conuertit *Omnem scientiam*, siue (vt in aliis codicibus legitur) *Omnem sententiam*: de quo non est necesse (opinor) vt laboremus: siquidem hunc interpretem, quicunque tandem fuit, apparet Latinæ linguæ fuisse admodum imperitum. Sed tamen suspicor hanc interpretationē ab aliquo profectam cui visus sit Apostolus nimium arroganter dicere, omne consilium Dei à se fuisse Ephesiis explicatum: quasi verò ista ad officium Apostolatus non sint restringenda. Consilium igitur Dei vocat Paulus, speciale illud Dei decretum de seruandis in vno Christo credituris. Heb. חק [chok,] vt Soph. 2, 2. Quòd si vera hæc sententia est, vbi dogmata tot post secula excogitata?

29 Ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο, ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου·

29 Ego enim istud scio, lupos graues, non parcentes gregi, ingressuros esse ad vos post discessum meum.

29 *Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi graues in vos, non parcentes gregi.*

Prophetia de pastoribus mox in lupos degeneraturis, aduersus eos qui de nuda personali successione gloriantur.

30 Καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν.

30 Et ex vobisipsis exorituros qui loquantur peruersa, vt discipulos post se abstrahant.

30 *Et ex vobisipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.*

31 Διὸ γρηγορεῖτε, μνημονεύοντες ὅτι τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον.

31 Ideo vigilate, memores me per triennium nocte & die nō cessasse cum lacrymis admonere vnumquenque.

31 *Propter quod vigilate, memoria retinentes quoniam per triennium nocte & die non cessaui cum lacrymis monens vnumquemque vestrum.*

32 Καὶ τανῦν παρατίθεμαι ὑμᾶς, ἀδελφοί, τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν.

32 Et nūc quoque, fratres, commēdo vos Deo & sermoni gratiæ ipsius, qui *quidem Deus* potest *vos* superstruere, & dare vobis quod hæreditatis iure possideatis cum sanctificatis omnibus.

32 *Et nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus.*

Dei potentia & gratuitæ ipsius promissiones in verbo patefactæ sunt Euangelici ministerii sustentacula.

33 Ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα.

33 Argentum vel aúrum aut vestem nullius concupiui.

33 *Argentum aut aurum aut vestem nullius concupiui:*

34 Αὐτοὶ δὲ γινώσκετε ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ᾽ ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται.

34 Imò ipsi nostis, vsibus meis & iis qui mecum sunt manus istas ministrasse.

34 *Ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & iis qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ.*

1. Cor. 4.12. 1. Thess. 2.9. 2. Thes. 3.8. Auaritia in primis pastoribus vitanda.

35 Πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν ὅτι οὕτω κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, μνημονεύειν τε τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς εἶπε, Μακάριόν

35 In omnibus ostendi vobis oportere sic laborando suscipere infirmos, & meminisse verborum Domini Iesu, ipsum *videlicet* dixisse, Beatum est

35 *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius est magis da-*

28 *Dei*, τοῦ Θεοῦ. In quinque exemplaribus legitur Κυρίου καὶ Θεοῦ, *Domini & Dei*. Suspicor autem τοῦ Κυρίου initio fuisse adscriptum ad marginem à quopiam qui Dei vocabulum sic explicaret aduersus Anthropomorphitas, ne Paulus videretur sanguinem ipsi diuinitati tribuere: deinde quum hoc irrepsisset in contextum, & ista Κυρίου Θεοῦ non bene viderētur cohærere, interpositam esse particulam καί. Sed hæc ego tanquam diuinans dico. Hoc quidem certum est, explicanda hæc esse per κοινωνίαν ἰδιωμάτων: quod dicendi genus non ita est ἄκυρον neque reprobādum, (vt post Eutychetem impiè quidam dicere ac scribere nunc audent) sed summam nostrę consolationis continet: illud nimirum disertè explicans quod ait Ioannes, *Verbum factum esse carnem*: ita vt qui verè Deus est, verè ἄνθρωπος sit factus. ¶ *Suo illo sanguine*, τοῦ ἰδίου αἵματος. In vno codice legitur τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου. Vtrouis autem modo legas, obseruanda vis est articuli, quo præstantia huius sanguinis & antithesis illa declaratur, quæ copiosius exponitur Hebr. 9.12. Fuit enim hic sanguis verè sanctus, imò verè purificans ac sanctificus sanguis: ex illo manans nimirum qui sicuti verè purissimus homo, ita etiam verè & perfectissima ratione Deus est. Et hunc locum frustra conati sunt Arriani, & Nestoriani & Eutychiani falsis interpretationibus deprauare.

29 *Post discessum meum*, μετὰ τὴν ἄφιξίν μου. Plana quidem est sententia, sed inusitata prorsus huius nominis significatio: quia alioqui non discessus ex quopiam loco, sed aduentus in eum locum notatur ad quem aliquis contendens peruenerit. Quid si igitur ἄφεσιν legamus, id est dimissionē, πρὸς τὸν Κύριον ad Dominum videlicet: sicut verbo ἀπολύειν vtitur Simeon Luc. 2.29. Erat enim Paulus de huius suæ profectionis in Iudæam exitu sic incertus, vt de morte potius quàm de vita cogitaret.

30 *Peruersa*, διεστραμμένα, nempe vt factitare consueuerunt Satanam imitati qui verbo ipso Domini in contrariam sententiam distorto, ad stabilienda falsissima dogmata abutuntur. ¶ *Vt abstrahant*, τοῦ ἀποσπᾶν. Loquitur Lucas vt de membris à suo corpore crudeliter auulsis, pergens in eadem translatione.

31 *Per triennium*, τριετίαν. Nam biennio integro expleto illa Demetrij seditio fuerat exorta, suprà 19.9.

32 *Et sermoni gratiæ ipsius*, καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ. Hæc per epexegesin explico, quasi diceret Paulus Commendo vos Deo, vt vos præsidio suo conseruet, id est Euāgelio, siue gratiæ suæ nuntio. Idcirco enim Euangelium dicitur salutis sermo, suprà capite 13.26. ¶ *Qui quidem Deus*] *potest*, τῷ δυναμένῳ. Eras. in Annot. hoc coniungit cum λόγῳ. At ego puto minus coactam fore interpretationem si cum τῷ Θεῷ coniunxeris. Ideo nonnihil suppleui ex quo id posset intelligi. Deinde & hoc notandum est, articulum hoc loco non tam διακριτικὸν quàm αἰτιολογικὸν declarare. ¶ *Quod hæreditatis iure possideatis*, κληρονομίαν. Hebraicè נחלה [nachalah:] quod vocabulum multo latius patet quàm Hæreditas apud Latinos, vt alibi diximus: tamen videtur declarare quo iure consequuturi simus illud tanquam prædium quod possidebimus, nimirum gratuito adoptionis iure, ex noui testamēti pacto: quasi filij. Ideo periphrasin paulo longiorem vsurpaui. ¶ *Cum omnibus*, ἐν πᾶσι. Hebraicè בכל [bekol,] ἐν pro σύν posita: quam enallagen alibi sæpe annotauimus. Vulgata, *In omnibus*. Erasmus, *Inter omnes.*

35 *In omnibus*, πάντα. Vel, *per omnia*. Nam si baudienda est præpositio κατά, vt 1. Cor. 9.25, & 10.33. & Eph. 4.15. Quid si verò πάντα superiori verbo ὑπηρέτησαν adiunxeris? nolui tamen quicquam mutare ex coniectura. ¶ *Suscipere*, ἀντιλαμβάνεσθαι. id est, alioquin collapsuros quasi porrecta manu retinere. Dicuntur enim hæc translatitiè de illis qui nondum satis confirmati doctrina & exemplis, offendicula ibi inueniunt vbi planissima via est: ideóque ferēdi sunt quoad eius fieri potest, (salua tamen conscientia) & cauenda diligenter omnia quibus possint offendi. Hoc enim est labentes fulcire. Vide Luc. 1.54. ¶ *Dixisse*, ὅτι. Nusquam hoc totidem verbis scriptum reperitur in historia Euangelica: sed ex variis locis certissimè colligitur, veluti ex Luc. 16.9. item ex talentorum parabola, siquidem fœnus talentorum in dando consistit, id est in donorum acceptorum communicatione: cui opponitur auaritia, & sordida eorum parsimonia qui sibi perire putant quod aliis largiuntur, & vt sua seruant quæ aliis communicanda acceperunt: item ex eius sententiæ formula quam Christus vltimo illo die pronuntiabit, beatificaturus eos qui dederunt, perditurus qui potius de accipiendo quàm de dando solliciti fuerint. Itaque non est ἄγραφον aliquod Euangelium ex hoc loco constituendum.

Euangelium non tollit, sed verè regit naturales affectus.

δοῦναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν.

36 Καὶ ταῦτα εἰπών, θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ, σὺν πᾶσιν αὐτοῖς προσηύξατο.

37 Ἱκανὸς δὲ ἐγένετο κλαυθμὸς πάντων· καὶ ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ Παύλου κατεφίλουν αὐτόν,

38 Ὀδυνώμενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἰρήκει, ὅτι οὐκέτι μέλλουσι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ θεωρεῖν· προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον.

Κεφάλαιον κα.

Vocationis cursum interdum homines, non tantùm amici, sed etiā Spiritu Dei præditi conantur remorari: sed nostrum officium est, vbi nos vocati à Deo sciamus, sine vlla prorsus exceptione pergere.

1 Ὡς δὲ ἐγένετο ἀναχθῆναι ἡμᾶς ἀποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν, εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν εἰς τὴν Κῶν· τῇ δὲ ἑξῆς εἰς τὴν Ῥόδον, κἀκεῖθεν εἰς Πάταρα.

2 Καὶ εὑρόντες πλοῖον διαπερῶν εἰς Φοινίκην, ἐπιβάντες ἀνήχθημεν.

3 Ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον καὶ καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον, ἐπλέομεν εἰς Συρίαν, καὶ κατήχθημεν εἰς Τύρον· ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον.

4 Καὶ ἀνευρόντες τοὺς μαθητάς, ἐπεμείναμεν αὐτοῦ ἡμέρας ἑπτά· οἵτινες τῷ Παύλῳ ἔλεγον διὰ τοῦ Πνεύματος, μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἱερουσαλήμ.

5 Ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας, ἐξελθόντες ἐπορευόμεθα, προπεμπόντων ἡμᾶς πάντων σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἕως ἔξω τῆς πόλεως· καὶ θέντες τὰ γόνατα ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν, προσηυξάμεθα.

6 Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, ἐπέβημεν εἰς τὸ πλοῖον· ἐκεῖνοι δὲ ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια.

7 Ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες, ἀπὸ Τύρου κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα· καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς ἀδελφοὺς ἐμείναμεν ἡμέραν μίαν παρ' αὐτοῖς.

8 Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Παῦλον ἦλθον εἰς Καισάρειαν· καὶ εἰσ-

dare potius quàm accipere.

36 Et quum hæc dixisset, positis genibus suis, orauit cum illis omnibus.

37 Non paruus autē fletus omniū ortus est: & ruentes in collum Pauli, deosculabantur eum:

38 Cruciati maximè ob sermonem quem dixerat, ipsos non esse amplius faciem eius conspecturos: & deduxerunt eum ad nauim.

CAP. XXI.

1 VT autem prouecti sumus, auulsi ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & illinc Patara.

2 Et nacti nauem traiicientem in Phœniciam, *ea* conscensa, prouecti sumus.

3 Quum autem cœpisset nobis apparere Cyprus, & eam ad sinistrā reliquissemus, nauigauimus in Syriam, & deuecti sumus Tyrum: illic enim nauis erat suum onus expositura.

4 Permansimus autē ibidē dies septem, inuentis discipulis: qui Paulo dicebant per Spiritū ne ascenderet Hierosolymam.

5 Sed peractis illis diebus, abiimus, omnibus deducentibus nos, cum vxoribus & liberis, extra vrbem vsque, & positis genibus in littore, orauimus.

6 Et alij alios complexi, conscēdimus nauim: illi autem reuersi sunt domum suam.

7 Nos verò nauigatione perfecta, deuenimus Tyro Ptolemaida: & salutatis fratribus, mansimus diem vnum apud eos.

8 Postridie verò egressi Paulus & nos qui cum eo eramus, venimus Cæsareā: & ingressi do-

re quàm accipere.

36 *Et quū hæc dixisset, positis genibus suis orauit cū omnibus illis.*

37 *Magnus autē fletus factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum:*

38 *Dolentes maximè in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem eius nō essent visuri. Et deducebant eum ad nauem.*

CAP. XXI.

1 *QVū autem factum esset vt nauigaremus, abstracti ab eis recto cursu venimus Coum: & sequenti die Rhodum, & inde Pataram.*

2 *Et quum inuenissemus nauem transfretantem in Phœnicen, ascendentes nauigauimus.*

3 *Quum apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam ad sinistram nauigauimus in Syriam, & venimus Tyrum: ibi enim nauis expositura erat onus.*

4 *Inuentis autem discipulis, mansimus ibi diebus septē: qui Paulo dicebant per Spiritum ne ascenderet Ierosolymam.*

5 *Et expletis diebus, profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cū vxoribus & filiis vsque foras ciuitatē: & positis genibus in littore, orauimus.*

6 *Et quū valefecissemus inuicem, ascendimus nauem: illi autem redierunt in sua.*

7 *Nos verò nauigatione expleta, à Tyro descendimus Ptolemaidē: & salutatis fratribus, mansimus die vna apud illos.*

8 *Alia autem die profecti, venimus Cæsareā: & intrantes domū Philippi*

¶ *Dare, διδόναι. Ergo,* inquiunt Ariani, *Maior est, vtpote beatior, Pater, qui omnia dedit Filio, quàm Filius qui omnia accepit à Patre.* In hac vita (respōdet Augustinus contra Maximinū c.24. lib.3.) vbi est inopia, quia vtique melior est copia. Filius autē omnia accepit à Patre nascendo, ab æterno perfectus natus, non autē imperfectus natus, & perfectus postea factus.

IN CAPVT XXI.

3 *Quum autem cœpisset [nobis] apparere Cyprus, ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον.* Sic legunt veteres cod. Eras. autem legit ἀναφάναντες, & nonnulli habent ἀναφανέντες δὲ τῆς Κύπρου, lectione manifestè corrupta, quū potius reponēdū fuerit ἀναφανείσης. Cæterùm τὸ ἀναφαίνειν opponitur hoc in loco τῷ ἀποκρύπτειν, & id declarat pro quo Virgilius Aperire dixit lib. Æneid. 3. --*quarto terra die se attollere tandē visa, aperire procul montes, ac voluere fumum.* Idem eodem libro, *Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo.* Quia videlicet nauigantibus præsertim videtur regiones attolli & deprimi, prout ipsi accedunt vel recedunt.

4 *Discipulis, τοὺς μαθητάς.* At paulo pòst, Ptolemaide videlicet, fit fratrum mentio. Et in hac historia, fit sæpe manifesta distinctio Fratrum & Discipulorum. vnde conicio ibi dici fratres, vbi erant constitutæ Ecclesiæ, & iis sedentibus qui gubernacula Ecclesiæ tenent, conuentus habebantur: ibi verò tantùm Discipulos commemorari, vbi dispersus adhuc erat credētiū numerus, alicubi rarus, alicubi frequens, cuiusmodi fuit temporibus nostris Gallicarū Ecclesiarū status post excitatā rursus Euangelij lucē ab anno 1521 ad annū 1555. & quales hodie sunt multarū Ecclesiarū in eodē regno reliquiæ. ¶ *Per Spiritū, διὰ τοῦ Πνεύματος.* i. ex diuina Spiritus reuelatione. Quid igitur? an sibiipsi repugnat Spiritus sanctus? minimè verò. Sed isti ex Spiritus reuelatione intelligentes quantum periculum Paulo immineret, ex charitate, non autem ex mandato aliquo Spiritus sancti peculiari, precabātur ne ascenderet in vrbem, ignari quid vicissim Paulo idem Spiritus præcepisset.

6 *Complexi, ἀσπασάμενοι.* Vulg. *Quū valefecissemus,* i. ἀποταξάμενοι. ¶ *Domū suam, εἰς τὰ ἴδια.* Gallicè *chez soy*, vt Ioh. 9. 27. Nam ad suos vix dici possunt reuertisse, qui cum vxoribus & liberis Paulum deduxerant.

7 *Ptolemaida, εἰς Πτολεμαΐδα.* Syrus & Arabs hanc ciuitatem vocant vetusto nomine, עכו [*Hacco,*] vt nominatur Iudicum 1.31, & à Plinio lib.5. cap.19.

8 *Paulus & nos qui cum eo eramus, οἱ περὶ τὸν Παῦλον.* Vide suprà cap.13.13.

ελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγελιστοῦ (τοῦ ὄντος ἐκ τῶν ἑπτά) ἐμείναμεν παρ' αὐτῷ.

9 Τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες προφητεύουσαι.

10 Ἐπιμενόντων δὲ ἡμῶν ἡμέρας πλείους, κατῆλθέ τις ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας προφήτης ὀνόματι Ἄγαβος·

11 Καὶ ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἄρας τὴν ζώνην τοῦ Παύλου, δήσας τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, εἶπε, Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Τὸν ἄνδρα οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη, οὕτω δήσουσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ παραδώσουσιν εἰς χεῖρας ἐθνῶν.

12 Ὡς δὲ ἠκούσαμεν ταῦτα, παρεκαλοῦμεν ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἐντόπιοι, τοῦ μὴ ἀναβαίνειν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ.

13 Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος, Τί ποιεῖτε, κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

14 Μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ, ἡσυχάσαμεν, εἰπόντες, Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω.

15 Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἀποσκευασάμενοι ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱερουσαλήμ.

16 Συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν, ἄγοντες παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ, ἀρχαίῳ μαθητῇ.

17 Γενομένων δὲ ἡμῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοί.

18 Τῇ δὲ ἐπιούσῃ εἰσῄει ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον, πάντες τε παρεγένοντο οἱ πρεσβύτεροι.

19 Καὶ ἀσπασάμενος αὐτούς, ἐξηγεῖτο καθ' ἓν ἕκαστον ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ.

20 Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐδόξαζον τὸν Κύριον· εἶπόν τε αὐτῷ, Θεωρεῖς ἀδελφέ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν πεπιστευκότων· καὶ πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσι.

21 Κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστα-

mum Philippi Euangelistæ (qui erat vnus ex illis septem) māsimus apud eum.

9 Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.

10 Et quum *illic* permāsissemus dies complures, descendit ex Iudæa quidam propheta nomine Agabus:

11 Qui quum venisset ad nos, & sumpsisset zonam Pauli, vinctis sibi manibus ac pedibus, dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, Virum cuius est hæc zona, ita vincient Hierosolymis Iudæi, tradéntque in manus Gentium.

12 Vt verò ista audiuimus, rogabamus & nos & eius loci incolæ, ne ascēderet Hierosolymā.

13 Sed respondit Paulus, Quid facitis, flentes & emollientes cor meum? Nam ego non solùm vinciri, sed & mori paratus sum Hierosolymis pro nomine Domini Iesu.

14 Quum igitur non assentiretur, acquieuimus, dicentes, Fiat Domini voluntas.

15 Porro post dies istos collectis sarcinis ascendimus Hierosolymam.

16 Venerūt autem simul etiā *aliqui* ex discipulis Cæsarea nobiscum, adducentes apud quem diuersaremur, Mnasonē quendā Cyprium, antiquum discipulū.

17 Quum igitur peruenissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres.

18 Sequente verò die introiit Paulus nobiscum ad Iacobum, & omnes Presbyteri adfuerunt.

19 Quos complexus, exposuit ordine singula quæ Deus fecerat inter Gentes per ipsius ministerium.

20 At illi *his* auditis, glorificauerunt Dominum: & dixerunt ei, Vides frater, quot sint millia Iudæorum qui crediderunt: súntque omnes accensi zelo Legis.

21 Audierunt autem de te ex

Euangelistæ (qui erat de septem) mansimus apud eum.

9 *Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.*

10 *Et quum moraremur dies aliquot, superuenit quidam à Iudæa Propheta nomine Agabus:*

11 *Is quū venisset ad nos, tulit zonā Pauli, & alligans sibi pedes & manus, dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, Virum cuius est zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem Iudæi, & tradent in manus Gentium.*

12 *Quod quum audissemus, rogabamus nos & qui loci illius erant, ne ascenderet Ierosolymam.*

13 *Tunc respondit Paulus & dixit, Quid facitis, flētes & affligentes cor meū? ego enim non solùm alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu.*

14 *Et quum ei suadere non possemus, quieuimus, dicentes, Domini voluntas fiat.*

15 *Post dies autem istos præparati, ascendebamus in Ierusalem.*

16 *Venerunt autem & quidam ex discipulis à Cæsarea nobiscum, adducentes secum apud quem hospitaremur, Mnasonem quendam Cyprium, antiquum discipulum.*

17 *Et quum venissemus Ierosolymam libenter exceperunt nos fratres,*

18 *Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacobū, omnésque collecti sunt seniores.*

19 *Quos quum salutasset, narrabat per singula quæ Deus fecisset in Gentibus per ministerium ipsius.*

20 *At illi quum audissent, magnificabant Deum: dixerúntque ei, Vides frater quot millia sunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt Legis.*

21 *Audierunt autem de*

Dei voluntas omnium affectuum frænū est in iis qui Dei gloriam seriò quærūt.

Deus auctor celebrandus omnium rectè dictorum & factorum.

In rebus mediis (quales erant non Pharisaicæ traditiones, sed legales ceremoniæ, tantisper dum plenius patefieret Christiana libertas) præcipit charitas, vt fratribus nō præfractè & malitiosè reluctantibus veritati, sed nōdū plenè institutis, quoad eius fieri potest (præsertim quum de tota aliqua multitudine agitur) nos, ipsos vltrò accommodemus.

¶ *Ex illis septem, ἐκ τῶν ἑπτά.* Vulg. & Eras. *Ex septem.* Sed seruandus fuit articulus, cuius vis est hoc loco διακριτική. Loqui enim illum constat de septem illis Diaconis quorum celebria erant nomina.

9 *Prophetātes, προφητεύουσαι.* Intellige istud de peculiari dono prædicēdi futura, nō autē de docēdi munere in Ecclesia.

13 *Emollientes, συνθρύπτοντες.* Hoc propriè dicitur de iis quæ delitus franguntur, quod de Annibale Campanis deliciis emollito dicitur. Est igitur translatio inde sumpta, quòd contusione res etiam durissimæ comminutæ molles euadant. Sic tristitia quoque dicitur cor alioqui saxeum conterere, vt Psal. 51.19. quod Hebræis declaratur verbo שחק [*schachak.*]

15 *Collectis sarcinis, ἀποσκευασάμενοι.* Id est ἀποσκευασάμενοι, vt loquuntur disertiores Græci. Nam ἀποσκευάζειν, significat potius deponere, item è medio tollere: ἀποσκευαζόμενοι verò dicuntur οἱ μετοικιζόμενοι, id est qui ex aliquo loco demigraturi, sarcinas colligunt. Significat igitur Lucas Paulum cum suis Cæsarea profectum, quasi eo non rediturum. Vulgata, *Præparati*, id est παρασκευασάμενοι: quam lectionem in vno codice inueni: neque sanè velim repudiare. In aliis quinque legitur ἐπισκευασάμενοι, i. instructi & comparati, ad quæuis nimirum subeunda pericula.

16 [*Aliqui*] *ex discipulis, ἀπὸ τῶν μαθητῶν.* Sub. τινές: vt Ioan. 16.17. Sic vulgò dicimus, *Il y vint des disciples.*

19 *Ordine singula, καθ' ἓν ἕκαστον.* Καθ' ἓν illud est quod Gallicè dixeris *vn par vn*, ἕκαστον ὧν verò positū arbitror nominatiuè pro ἕκαστον ἐκείνων ἅ. Vulgata vertit καθ' ἓν ἕκαστον ὧν, vtroque coniuncto, quod constructio non patitur. Dicendum enim omnino fuisset καθ' ἓν ἕκαστον ἃ ἐποίησεν.

20 *Accensi zelo, ζηλωταί.* Vide Ioan. 2.17.

21 *Audierunt, κατηχήθησαν.* Vide Luc. 1.4. ¶ [*Secundum*] *ritus, τοῖς ἔθεσι.* In vno codice legitur τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις περιπατεῖν, *patriis ritibus viuere.*

σίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους, λέγων μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν.

Τί οὖν ἐστι; πάντως δεῖ πλῆθος συνελθεῖν· ἀκούσονται γὰρ ὅτι ἐλήλυθας.

Τοῦτο οὖν ποίησον ὅ σοι λέγομεν· Εἰσὶν ἡμῖν ἄνδρες τέσσαρες εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν.

Τούτους παραλαβὼν, ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλὴν, καὶ γνῶσι πάντες ὅτι ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ, οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ στοιχεῖς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον φυλάσσων.

Περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν, κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς, εἰ μὴ φυλάσσεσθαι αὐτούς τό, τε εἰδωλόθυτον, καὶ τὸ αἷμα, καὶ πνικτὸν, καὶ πορνείαν.

Τότε ὁ Παῦλος παραλαβὼν τοὺς ἄνδρας, τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ σὺν αὐτοῖς ἁγνισθεὶς εἰσῄει εἰς τὸ ἱερὸν, διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, ἕως οὗ προσηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἡ προσφορά.

Ὡς δὲ ἔμελλον αἱ ἑπτὰ ἡμέραι συντελεῖσθαι, οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι θεασάμενοι αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, συνέχεον πάντα τὸν ὄχλον, καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτόν.

Κράζοντες, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, βοηθεῖτε· οὗτός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ κατὰ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ νόμου καὶ τοῦ τόπου τούτου, πάντας πανταχοῦ διδάσκων· ἔτι τε καὶ

aliorum sermone, te defectionem à Mose docere omnes qui inter Gentes sunt Iudæos, & dicere eos non debere circuncidere filios, neque *secundum* ritus ambulare.

22 Quid est ergo? omnino oportet conuenire multitudinem: audient enim te venisse.

23 Hoc igitur fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor qui voto sese obstrinxerunt.

24 His assumptis, sanctificator cũ eis, & adde ad eorũ sũptus, vt radãt capita, & norint omnes nihil esse eorũ quæ de te auditione acceperũt, sed te quoque ita incedere vt Legẽ obserues.

25 De iis autem qui crediderũt ex Gentibus, nos scripsimus, & decreuimus nequid huiusmodi obseruent, nisi vt caueant ab iis quæ sunt immolata simulacris, & à sanguine, & rebus suffocatis, & scortatione.

26 Tum Paulus assumptis viris illis, sequente die cum eis sanctificatus ingressus est in templum, denuntians expletionem dierum sanctificationis, vsquedum oblata fuit pro vnoquoque eorum oblatio.

27 Quũ autẽ septeni illi dies iã essent finiendi, qui ex Asia *aduenerant* Iudæi ipsum conspicati in templo, concitarunt totam turbã, & iniecerũt manus in eũ.

28 Clamãtes, Viri Israelitæ, succurrite: hic ille homo est qui aduersus populum & Legem & locum hunc omnes vbique docet: atque adeò Græcos intro-

te quia discessionẽ doceas à Moyse eorum qui per Gentes sunt Iudæorum, dicens non debere eos circuncidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi.

22 *Quid ergo est? vtique oportet conuenire multitudinem. audient enim te superuenisse.*

23 *Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se.*

24 *His assumptis sanctifica te cum illis, & impende in illis, vt radant capita: & scient omnes quia quæ de te audierunt falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens Legem.*

25 *De iis autem qui crediderunt ex Gentibus, nos scripsimus, iudicantes vt abstineant se ab idolis immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.*

26 *Tunc Paulus, assumptis viris, postera die purificatus cum illis intrauit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio.*

27 *Dum autem septem dies consummarentur, ij qui de Asia erant Iudæi, quum vidissent eum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt ei manus:*

28 *Clamantes, Viri Israelitæ, adiuuate: hic est homo qui aduersus populum ac Legem & Locum hunc omnes vbique docens, insuper & Gentiles induxit*

Zelus præposterus, maximæ confusionis, & magnorum scelerum causa.

22 *Quid est ergo?* τί οὖν ἐστι; Petitum est hoc quoq. dicendi genus è medio, pro, Quid igitur futurũ est? vel, Quid igitur agendum est? Sed in Syra & Arabica interpretatione istud, vnà cum membro sequente, non inuenitur. ¶ *Multitudinẽ*, τὸ πλῆθος. Id est ipsum Ecclesiæ cætum à quo distinguuntur, quos vocant, fratres, presbyterium videlicet. ¶ *Audient*, ἀκούσονται. Syrus & Arabs interpretes, qui antecedentia illa non legerunt, hoc connectunt cum priore sequentis versiculi parte, hoc modo, *Quia igitur auditum est ab eis* (Arabs, *iam innotescet eis*) *quòd adueneris huc: fac hoc quod dicemus tibi.*

23 *Nobis*, ἡμῖν. In vno exemplari legimus ἐν ἡμῖν, *inter nos* & quidem rectius, vt opinor. ¶ *Qui voto sese obstrinxerunt*, εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν. nempe Nazareatus. Vulg. & Erasmus ad verbum, *Habentes votum super se*: quod videtur paulò obscurius. Significatur autem hoc dicendi genere votum voluntarium, quod nimirum quispiam in sese quasi onus receperit, sed tamen cum Legis præscripto consentiens: qua ratione etiam factum vt apud Græcos τὸ ὑποστῆναι καὶ ὑπέχεσθαι, de pollicitatione dicantur, ὅτι ὁ ὑπισχόμενος, inquit Eustath. βάρει τινὶ ἑαυτὸν ὑπέθετο, id est, quod qui aliquid promiserit, seipsum oneri subiecerit.

24 *Sanctificator*, ἁγνίσθητι. Vel *consecrator*. Eras. *Purifica te*. Castellio, *Lustrare*. Vterque malè. nam purificatione egebant impuri. Hîc verò non agitur de impuris, sed iis qui Nazareatus voto erant obstricti, & sanctissimi habebantur. Itaque τὸ ἁγνίζεσθαι non accipitur pro καθαρίζεσθαι, vt illi putarũt, sed cõtrà pro נזר [*chur*] & ἁγνισμὸς pro נזר [*nezer*,] vt apparet ex Græca interpretatione capitis 6. Num. & Amos 2.11, & 12, quod peculiariter de iis vsurpatur, qui sese ex voto ad tempus quod ipsi spõte sibi præscribebant, à communi vsu viuendi separabant, proptereà Nazarei dicti. Sed obseruandum est τὸ ἁγνίζεσθαι hîc non dici de initio concepti voti, sed de illius iam antè concepti præstatione, & sacrificio triplici, quod dierum illius voti finis & complementum erat. ¶ *Adde ad eorum sumptum*, δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς. Vel *ipsorum causa*. vt huic voto non tantùm interfuisse, sed etiam præfuisse videaris. Erant enim in Nazaræorum oblationes sumptus decreti, sed ita vt aliquid adiicere liceret: sicut disertè scribitur Num. 6.21. Ideo dicitur ipse postea dies sanctificationis denuntiasse.

25 *Et rebus suffocatis*, καὶ πνικτόν. Vide suprà 15.20. ¶ *Et scortatione*, καὶ πορνείας. Hoc etiam habent Syrus & Arabs, sed secundo loco, id est post idolothyta positum, idque non temerè, sicut diximus suprà 15,20.

26 *Expletionem dierum sanctificationis*, ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ. Quum .n. quo die finiebatur Nazaræorũ votum, offerenda essent certa sacrificia, necesse fuit dierum expletionem sacerdotibus significari. Vide Num. 6.13.

27 *Quũ*, ὡς. Vel *Dum*, ita vt ὡς accipiatur pro ἕως, vt Gallicè possis cõmodè hũc locũ vertere, *Or pẽdãt que les sepmaines s'accomplissoyent*. Sed illud malo. ¶ *Septeni illi dies*, αἱ ἑπτὰ ἡμέραι. Additus articulus pati nullo modo potest, nec etiam calculus duodecim illorũ dierum, quorum fit mentio infrà; 24, 11, vt hæc quæ mox subiiciuntur de capto Paulo, intelligantur gesta diebus circiter septem post illa superiore vers. explicata. Sed ne ad votum quidem Nazareatus istud referri potest quasi septiduanum fuerit, non modò quoniam nulla eius rei facta est mentio, sed etiam quoniã superiore vers. dicuntur dies illius voti fuisse expleti, ideòque facta fuisse pro singulis illis oblatio, sicut nimirum lex man-

dabat. Ideo nonnulli putant ita significari à Luca diem Sabbati, vt qui finis sit hebdomadis: quam sentẽtiam sequutus Syrus interpres vertit, *Et quum aduenisset dies septimus*: & meus vetustissimus codex habet συντελουμένης δὲ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας, quod existimo fuisse glossema, pro ipsius cõtextus verbis postea substitutum. Sed cur ipsam potius Sabbati vocem Lucas non vsurpasset? Itaque aut ego prorsus hallucinor, aut scripsit Lucas αἱ ἑπτὰ ἡμέραι, pro αἱ ἑβδομάδες (quæ similiter Hebraicè à septenario recurrente numero vocãtur שבעים [*schabuhim*]) & quidem addito articulo. Agitur enim de septẽ illis hebdomadibus quæ ab oblationis manipuli spicarum die supputabantur, illis succedente die festo, qui Græcè πεντηκοστὴ id est quinquagesimus, Hebraicè verò dies festus hebdomadum propterea vocatur. Dictum est enim suprà expressis verbis 20.16, Paulum idcirco, præterita Epheso, tantopere properasse, quòd omnino cuperet Hierosolymis diem festum Pentecostes agere. Noua est igitur hæc narratio, significante Luca, postquam Paulus in gratiam Iudæorũ, non illorum incredulorũ, sed licet adhuc Legis ceremonias obseruãtium, tamen Euangelij gratiam amplexorum, peregisset quod ab ipso in Seniorum consessu postulatum fuerat: & quum iam immineret hebdomadũ illarum finis, deprehensum & captum fuisse in templo, tumultu à quibusdam Asiaticis Iudæis exorto, qui in vrbem, non temerè profectò, sed ad hunc ipsum diem festum iam imminentem celebrandum venerant, quod etiam hanc explicationem meam confirmat. Quòd si quis roget cur non potius Pentecosten nominarit Lucas quàm τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, vt suprà 2.1, respondeo id factum esse quoniam de ipso die Pentecostes hîc non agitur, sed narrantur quæ intra illas septem hebdomadas gesta sunt, quum pauci adhuc dies explendi superessent. Quod si magis libeat non septenos sed septem dies interpretari, tunc de vltimæ, id est septimæ hebdomadis imminente fine fuerint hi septem dies accipiendi, sic tamen vt Sabbato quod proximè semper Pentecosten antecedebat (vt apparet ex Leuit. 23.15, & 16.) ista minimè intelligantur contigisse, sed vno fortassis aut altero antè die: quum postridie dicatur Paulus in synedrio causam dixisse, quod certè nunquam coëgissent Iudæi ipso die festo Pentecostes. Sed & aliter intelligi possunt isti septem dies, sic nimirum vt (quod nonnulli ex Iudæorum doctoribus tradunt) Iudæos dicamus non contentos vnicum diem festum Pentecostes celebrare, sicut in Lege præscriptum erat, septimum etiam aut octauum diem eius recurrentem religiosum habuisse, sicut in aliis duobus solennibus festis diebus Paschæ & Tabernaculorum fieri lex iubebat: qui recurrẽs dies dicebatur עצרת [*Hathsereth*] Retentio, quòd ad eum vsque diem populus retineretur: sicut etiam hodie in Ecclesia Romana fecit sacerdotum auaritia vt celebrentur octauæ, quas vocant. Itaque significauerit Lucas hæc contigisse per eos dies qui inter Pentecosten & eius octauam intercedebant.

Ἕλληνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον.

(Ἦσαν γὰρ προεωρακότες Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον ἐν τῇ πόλει σὺν αὐτῷ, ὃν ἐνόμιζον ὅτι εἰς τὸ ἱερὸν εἰσήγαγεν ὁ Παῦλος)

Ἐκινήθη τε ἡ πόλις ὅλη, καὶ ἐγένετο συνδρομὴ τοῦ λαοῦ· καὶ ἐπιλαβόμενοι τοῦ Παύλου, εἷλκον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ· καὶ εὐθέως ἐκλείσθησαν αἱ θύραι.

Ζητούντων δὲ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἀνέβη φάσις τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης ὅτι ὅλη συγκέχυται Ἱερουσαλήμ.

Ὃς ἐξαυτῆς παραλαβὼν στρατιώτας καὶ ἑκατοντάρχους, κατέδραμεν ἐπ' αὐτούς. Οἱ δὲ ἰδόντες τὸν χιλίαρχον καὶ τοὺς στρατιώτας, ἐπαύσαντο τύπτοντες τὸν Παῦλον.

Τότε ἐγγίσας ὁ χιλίαρχος ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ ἐκέλευσε δεθῆναι ἁλύσεσι δυσί· καὶ ἐπυνθάνετο τίς ἂν εἴη, καὶ τί ἐστι πεποιηκώς.

Ἄλλοι δὲ ἄλλο τι ἐβόων ἐν τῷ ὄχλῳ· μὴ δυνάμενος δὲ γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς διὰ τὸν θόρυβον, ἐκέλευσεν ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβολήν.

Ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς, συνέβη βαστάζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν διὰ τὴν βίαν τοῦ ὄχλου.

Ἠκολούθει γὰρ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ, κρᾶζον, Αἶρε αὐτόν.

Μέλλων τε εἰσάγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν ὁ Παῦλος, λέγει τῷ χιλιάρχῳ,

duxit in templum, & polluit sanctum locum istum.

29 (Viderant enim antea Trophimum Ephesum in vrbe cum eo, quem existimabant fuisse à Paulo introductũ in templum)

30 Commota est igitur vrbs tota, & factus est concursus populi: & prehensum Paulum traxerunt è templo: statimque clausæ sunt fores.

31 Studentibus autem ipsis eum interficere, peruenit rumor ad Tribunum cohortis, totã Hierosolymam conturbatam esse:

32 Qui eo ipso *momento* acceptis militibus ac Centurionibus, decurrit ad illos. At illi quũ vidissent Tribunum & milites, cessarunt cædere Paulum.

33 Tunc appropinquans Tribunus prehẽdit eum, & iussit vinciri catenis duabus: & percontatus est quisnam esset, & quid fecisset.

34 Alij autem aliud vociferabãtur in turba: & quum non posset certum rescire propter tumultum, iussit eum duci in castra.

35 Quum igitur peruenisset ad gradus, euenit vt portaretur à militibus propter violentiam turbæ.

36 Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle ipsum.

37 Paulus autem quum esset introducendus in castra dicit Tribuno, Licétne mihi a-

in templum, & violauit sanctum locum istum.

29 *(Viderãt enim Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso, quem æstimauerunt quoniam in templũ introduxisset Paulus.)*

30 *Commotáque est ciuitas tota, & facta est concursio populi: & apprehendentes Paulum trahebant eum extra templum: & statim clausæ sunt ianuæ.*

31 *Quærentibus autem eum occidere, nuntiatũ est Tribuno cohortis, quia tota confunditur Ierusalem.*

32 *Qui statim assumptis militibus & Centurionibus decurrit ad illos: qui quum vidissent Tribunum & milites, cessauerunt percutere Paulum.*

33 *Tunc accedens Tribunus apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis esset, & quid fecisset.*

34 *Alij autem aliud clamabant in turba: & quum non posset certũ cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra.*

35 *Et quum venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi.*

36 *Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eum.*

37 *Et quum cœpisset induci in castra Paulus, dicit Tribuno. Si licet mihi lo-*

Dominus inter ipsos etiã prophanos, inuenit qui aliorum conatus impediãt.

¶ *In Templum*, εἰς τὸ ἱερόν. Nempe vltrà eam stationem in qua licebat etiam prophaniis consistere. Vide Luc 18.11.

30 *Traxerunt*, εἷλκον. Vulg. *trahebant* malè, vt apparet ex iis quæ sequuntur.

31 *Peruenit rumor*, ἀνέβη φάσις. Ad verbum, *Ascendit dictum*. Est enim φάσις hoc loco, rumor statim per vrbem exortus de tumultu intra templum exorto: qui & subitò

32 *Eo ipso [momento,]* ἐξαυτῆς. Vulgata & Erasmus, *Statim*. Vide suprà, cap 10.33. Continet autem hic locus admirandum sanè prouidentiæ diuinæ exemplum.

34 *Certũ rescire*, γνῶναι τὸ ἀσφαλές, i. id quod res erat. vide infrà, 23.30. ¶ *In castra*, εἰς τὴν παρεμβολήν. Nẽpe in Antoniã, tẽplo contiguam, qua Romani pro arce vtebantur, autore Iosepho lib. antiq. 3. & lib. 2. de bello Iudaico cap. 12.

Εἰ ἔξεστί μοι εἰπεῖν τι πρὸς σε; Ὁ δὲ ἔφη, Ἑλληνιστὶ γινώσκεις;

38 Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων;

39 Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος, Ἐγὼ ἄνθρωπος μέν εἰμι Ἰουδαῖος Ταρσεὺς, τῆς Κιλικίας οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης· δέομαι δέ σου, ἐπίτρεψόν μοι λαλῆσαι πρὸς τὸν λαόν.

40 Ἐπιτρέψαντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ· πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, προσεφώνησε τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, λέγων,

Κεφάλαιον κβ.

1 ΑΝδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν ἀπολογίας.

2 (Ἀκούσαντες δὲ ὅτι τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσεφώνει αὐτοῖς, μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν. καί φησιν,)

Paulus breui ante actæ vitæ narratione suam tum vocationem, tū doctrinam vt diuinam asserit.

3 Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ, καθὼς πάντες ὑμεῖς ἐστε σήμερον.

4 Ὃς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου, δεσμεύων καὶ παραδιδοὺς εἰς φυλακὰς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας.

5 Ὡς καὶ ὁ Ἀρχιερεὺς μαρτυρεῖ μοι, καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον· παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμην, ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας, δεδεμένους εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἵνα τιμωρηθῶσιν.

6 Ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ περὶ μεσημβρίαν, ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ περιαστράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμέ.

7 Ἔπεσόν τε εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἤκουσα φωνῆς λεγούσης μοι, Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις;

liquid tibi dicere? Qui dixit, Græcè nosti?

38 Nónne tu es " Ægyptius ille qui ante hosce dies concitasti & eduxisti in desertum quatuor millia sicariorum?

39 Dixit autem Paulus, Ego quidem sum Iudæus Tarsensis, vrbis in Cilicia non obscuræ ciuis: cæterùm rogo te, permitte mihi vt alloquar populum.

40 Quum igitur ille permisisset: Paulus stans in gradibus, manu silentium postulauit à plebe: & magno silentio facto, loquutus est lingua Hebræa, dicens,

CAP. XXII.

1 VIri fratres & patres, audite meam, qua nunc apud vos vtor, defensionem.

2 Quum audissent autem eum Hebræa lingua ipsos alloqui, magis " præbuerūt se quietos, ipse verò dixit *eis*.

3 Ego quidem sum Iudæus, natus Tarsi, vrbe Ciliciæ, nutritus verò in hac ipsa vrbe " apud pedes Gamalielis, eruditus " ad exquisitam formam patriæ legis, zelo " Dei accensus, sicut & vos omnes estis hodie.

4 Qui " hanc sectam sum persequutus vsque ad mortem, vinciens ac tradēs in carceres tum viros tum mulieres.

5 Vt & Pōtifex maximus mihi testis est, " & totus seniorū ordo: à quibus etiam acceptis " ad fratres epistolis, Damascū proficiscebar, adducturus etiam eos qui illic essent, vinctos Hierosolymam, vt punirentur:

6 Factum est autem mihi iter facieti, & appropinquanti Damasco circiter meridiem, vt repentè è cælo " circunfulserit me lux ingens tanquam fulgur.

7 Cecidique in solum, & audiui vocem dicentem mihi, Saul, Saul, quid me persequeris?

qui aliquid ad te? Qui dixit, Græcè nosti?

38 *Nónne tu es Aegyptius qui ante hos dies tumultum concitasti & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum?*

39 *Et dixit ad eum Paulus, Ego homo sum quidem Iudæus à Tarso, Ciliciæ non ignotæ ciuitatis municeps: rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum.*

40 *Et quum illi permisisset, Paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem: & magno silentio facto, alloquutus est lingua Hebræa, dicens,*

CAP. XXII

1 *VIri fratres & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem.*

2 *(Quum audissent autē quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præstiterunt silentium. & dixit,)*

3 *Ego sum vir Iudæus, natus Tarsi Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate secus pedes Gamaliel, eruditus iuxta veritatem paternæ legis, æmulator legis, sicut & vos omnes estis hodie.*

4 *Qui hanc viam persequutus sum vsque ad mortem, alligans & tradens in custodias viros ac mulieres.*

5 *Sicut princeps Sacerdotum mihi testimoniū reddit, & omnes maiores natu: à quibus & epistolas accipiens ad fratres, Damascum pergebam, vt adducerem inde vinctos in Ierusalem, vt punirentur.*

6 *Factum est autem eunte me, & appropinquante Damasco media die, subitò de cælo circumfulsit me lux copiosa:*

7 *Et decidens in terram, audiui vocem dicentem mihi, Saule, Saule, quid me persequeris?*

38 *Ægyptius ille*, ὁ Αἰγύπτιος. Vide Iosephum lib. De bello Iudaico, 2. cap. 12. & Antiq. 20. ¶ *Sicariorum*, σικαρίων. Romana vox est, qua significātur homines ad aliquē occidendū cōparati, à sica, breuissimo telo, & quod proinde facilè occultari possit, vocati: de quib. mira narrat Iosephus.

IN CAPVT XXII.

2 *Præbuerunt se quietos*, παρέσχον ἡσυχίαν periphrasis τοῦ σιγᾶν. ¶ [*Ipse*] *verò dixit* [*eis*,] καί φησιν. Id est, αὐτὸς δὲ ἔφη αὐτοῖς. Est enim concisum hoc dicendi genus.

3 *Apud pedes*, παρὰ τοὺς πόδας. Id est assiduus auditor. Huc enim respexit, quod qui docent. soleant ex superiore loco discipulos alloqui in subsellijs sedentes. ¶ *Ad exquisitam formam patriæ legis*, κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου. Vulgata, *Iuxta veritatem paternæ legis*, vt pro ἀκρίβειαν videatur legisse ἀλήθειαν. Erasmus, *Accuratè in patria Lege*, id est, κατ' ἀκρίβειαν, vel ἀκριβῶς τὸν πατρῷον νόμον. ¶ *Zelo accensus*, ζηλωτὴς. Vulgata, *Æmulator*. Erasmus, *Sectator*. Neuter Græcam vocem expressit. Vide Ioh. 3. 17. ¶ *Dei*, τοῦ Θεοῦ Vulgata, *Legis*, τοῦ νόμου: quam puto germanam esse lectionem.

4 *Hanc sectam*, ταύτην τὴν ὁδὸν. Vide suprà cap. 9. vers. 2.

5 *Et totus seniorum ordo*, καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον. Id est συνέδριον, quod etiam Hebr. magistri vocant סנהדרין. Vulgata, *Et omnes maiores natu*: malè quum hîc non agatur de senibus sed de senatoribus. Vide 1. Timoth. 4. 14. ¶ *Ad fratres*, πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς. id est, ad synagogas, ipso Luca interprete, suprà 9, 2. siue presbyterium quod Syrus interpres vocat כנושתא [*Kenuschata*] sicut etiam vocatur ἐκκλησία. Matth. 18, 17.

6 *Circumfulserit vt fulgur*, περιαστράψαι. Vide suprà 9, 3.

8 Ἐγὼ δὲ ἀπεκρίθην, Τίς εἶ Κύριε; Εἶπέ τε πρός με, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ διώκεις.

9 Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο· τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι.

10 Εἶπον δὲ, Τί ποιήσω Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος εἶπε πρός με, Ἀναστὰς πορεύου εἰς Δαμασκόν· κἀκεῖ σοι λαληθήσεται περὶ πάντων ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι.

11 Ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν συνόντων μοι, ἦλθον εἰς Δαμασκόν.

12 Ἀνανίας δέ τις, ἀνὴρ εὐσεβὴς κατὰ τὸν νόμον, μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων τῶν κατοικούντων Ἰουδαίων.

13 Ἐλθὼν πρός με καὶ ἐπιστὰς εἶπέ μοι, Σαοὺλ ἀδελφὲ, ἀνάβλεψον. Κἀγὼ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀνέβλεψα εἰς αὐτόν.

14 Ὁ δὲ εἶπεν, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό σε γνῶναι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἰδεῖν τὸν δίκαιον, καὶ ἀκοῦσαι φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ.

15 Ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτῷ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὧν ἑώρακας καὶ ἤκουσας.

16 Καὶ νῦν τί μέλλεις; ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου.

17 Ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ προσευχομένου μου ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει.

18 Καὶ ἰδεῖν αὐτὸν λέγοντά μοι, Σπεῦσον, καὶ ἔξελθε ἐν τάχει ἐξ Ἱερουσαλὴμ· διότι οὐ παραδέξονταί σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ.

19 Κἀγὼ εἶπον, Κύριε, αὐτοὶ ἐπίστανται ὅτι ἐγὼ ἤμην φυλακίζων καὶ δέρων κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ σέ.

8 Ego verò respondi, Quis es Domine? Dixitque mihi, Ego sum Iesus ille Nazaræus, quem tu persequeris.

9 Porro qui mecum erant, " lucem quidem conspexerunt, " & expauefacti sunt: vocem autem non audierunt " eius qui loquebatur mecum.

10 Dixi verò, Quid faciam Domine? Dominus autem dixit mihi, Surge, ac proficiscere Damascum: & illic tibi dicetur de omnibus " quæ constitutum est tibi vt facias.

11 Quum verò non viderem præ " gloria lucis illius, manu deductus ab iis qui mecum erant, veni Damascum.

12 Ananias autem quidam, vir pius secundum Legem, testimonio ornatus omnium *illic* habitantium Iudæorum,

13 Veniens ad me & adstans dixit mihi, Saul frater, recipe visum. Et ego eodem illo momento visu recepto illum vidi.

14 Ipse autem dixit, Deus patrū nostrorū " designauit te qui cognosceres ipsius voluntatem, & videres " iustum illum, & audires vocem ex ore ipsius.

15 Nam eris ei testis apud omnes homines, *eorum* quæ vidisti & audisti.

16 Et nunc quid cunctaris? surgens baptizator, & " abluitor à peccatis tuis, inuocato nomine Domini.

17 Et factum est mihi reuerso Hierosolymam, quum orarem in templo, vt raperer extra me,

18 Et viderem " eum dicentem mihi, Festina, & exi citò Hierosolymis, quoniam nō excipient testimonium tuum de me.

19 Et ego dixi, Domine, ipsi sciunt me pertraxisse in carcerē & verberib⁹ affecisse per singulas synagogas eos q̄ credebāt in te.

8 *Ego autem respondi, Quis es Domine? Dixitq; ad me, Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.*

9 *Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt: vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum.*

10 *Et dixi, Quid faciam Domine? Dominus autem dixit ad me, Surgens vade Damascum: & ibi tibi dicetur de omnibus quæ te oporteat facere.*

11 *Et quum non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus, veni Damascum.*

12 *Ananias autem quidam, vir timoratus secundum Legem, testimonium habens ab omnibus habitantibus Iudæis.*

13 *Veniens ad me & stās dixit mihi, Saule frater, respice. Et ego eadem hora respexi in eum.*

14 *At ille dixit, Deus patrum nostrorum præordinauit te, vt cognosceres voluntatem eius & videres iustum, & audires vocem ex ore eius.*

15 *Quia eris testis illius ad omnes homines eorum quæ vidisti & audisti.*

16 *Et nunc quid moraris? Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipsius.*

17 *Factum est autem reuertenti mihi in Ierusalem, & oranti in templo, fieri me in stupore mentis,*

18 *Et videre illum dicentem mihi, Festina, & exi velociter ex Ierusalem: quoniam non recipient testimonium tuum de me.*

19 *Et ego dixi, Domine ipsi sciunt quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per synagogas eos qui credebant in te.*

9 *Lucem quidem*, τὸ μὲν φῶς. Vide suprà 9. 7. ¶ *Et expauefacti sunt*, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο. Neque Vulg. neque Syra nec Arabica interpretatio istud habent.

10 *Quæ constitutum est*, ὧν τέτακται. Vulg. *quæ oporteat*, ἃ δεῖ.

11 *Gloria*, τῆς δόξης. id est splendore, siue fulgore insigni.

13 *Recipe visum*, ἀνάβλεψον. Vulgata, *respice*. Sed ego illud malo de quo dixi Matth. 11, 5. & puto ambiguum esse in hoc verbo, quæ mea sententia cōfirmatur disertis ipsius Ananiæ verbis suprà 9. 17.

14 *Designauit*, προεχειρίσατο, vel delegit vt infrà 26, 16. Videtur autem mihi dicendi genus istud [illegible]mptum ab artificibus qui rem conficiendam in manus sumunt, deliberatione præeunte quid quorsum sint facturi. Potest autem hoc vel ad æternum Dei consilium, vel ad eius exequutionem ac deliberationem referri quod posterius malo. Vulgata, *Præordinauit*, id est προετοίμασε. Erasmus, *Præparauit*. hoc enim retulit ad ruinam ac cæcitatem Pauli, quibus illum præparauit Christus ad Euangelij fidem. ¶ *Et videres*, καὶ ἰδεῖν. Nempe quoniam præsenti loquutus est: fulgore tamen Christi sic perstringente Pauli oculos, vt etiam cæcus inde euaserit. Itaque lucem potius vidit quàm ipsum Christum, vt ipsemet explicat infrà 26, 13. Et sic quoque explicari potest quod scribitur 1. Cor. 15, 8. quāuis hoc nōnulli referri malint ad id quod legitur 2. Cor. 12. 4. ¶ *Iustum illum*, τὸν δίκαιον Nempe Christum, vt Ioh. 2. 1. Eras. *Id quod Iustum est*, i. τὸ δίκαιον: quod in nullo vet. cod. inuenio: ac sanè frigidum est, atque adeò ineptum, vt liquet ex eo quod statim subiicitur.

16 *Abluitor à peccatis tuis*, ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου. Nota est huiusmodi Græca constructio verborum passiuorum quæ non obseruata fecit, vt actiuè fuerit versus hic locus *Ablue peccata tua*. quod etiāsi cōmodè explicari potest· tamen præstat passiuè vtrūque verbū βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι cōuertere: quod Syra quoque & Arabica interpretatio indicant. ¶ *Domini*, Κυρίου, nempe *Iusti illius*, id est Christi. Vulgata, *ipsius*, αὐτοῦ, eodem sensu. Sed illud est expressius.

18 *Eum*, αὐτὸν Videlicet Dominum, qui mihi antea in via fuerat loquutus.

20 Καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου τοῦ μάρτυρός σου, καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεστὼς, καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, καὶ φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρούντων αὐτόν.

21 Καὶ εἶπε πρός με, Πορεύου· ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε.

22 Ἤκουον δὲ αὐτοῦ ἄχρι τούτου τοῦ λόγου, καὶ ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, λέγοντες, Αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον, οὐ γὰρ καθῆκον αὐτὸν ζῆν.

23 Κραυγαζόντων δὲ αὐτῶν, καὶ ῥιπτούντων τὰ ἱμάτια, καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα,

24 Ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν, εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτόν· ἵνα ἐπιγνῷ δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ.

25 Ὡς δὲ προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, εἶπε πρὸς τὸν ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος, Εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν;

26 Ἀκούσας δὲ ὁ ἑκατόνταρχος, προσελθὼν ἀπήγγειλε τῷ χιλιάρχῳ, λέγων, Ὅρα τί μέλλεις ποιεῖν· ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος Ῥωμαῖός ἐστι.

27 Προσελθὼν δὲ ὁ χιλίαρχος εἶπεν αὐτῷ, Λέγε μοι, εἰ σὺ Ῥωμαῖος εἶ; Ὁ δὲ ἔφη, Ναί.

28 Ἀπεκρίθη τε ὁ χιλίαρχος, Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη, Ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι.

29 Εὐθέως οὖν ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν· καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη, ἐπιγνοὺς ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι, καὶ ὅτι ἦν αὐτὸν δεδεκώς.

30 Τῇ δὲ ἐπαύριον βουλόμενος γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, τὸ, τί κατηγορεῖται παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἔλυσεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ ἐκέλευσεν ἐλθεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον αὐτῶν καὶ καταγαγὼν τὸν Παῦλον, ἔστησεν εἰς αὐτούς.

Κεφάλαιον κγ.

1 Ἀτενίσας δὲ ὁ Παῦλος τῷ συνεδρίῳ, εἶπεν, Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ

20 Et quũ effunderetur sanguis Stephani "martyris tui, ego quoque adstabam, & vnà assentiebar cædi ipsius, & custodiebam pallia eorum "qui interimebant eum.

21 Tum *is* dixit mihi, Proficiscere: nam ego te longè ad Gentes mittam.

22 Audiebant autẽ eum ad hũc vsque sermonẽ: tum *verò* sustulerũt vocẽ suam, dicẽtes, Tolle è terra *hominem* istiusmodi: non enim "conuenit eum viuere.

23 Clamitantibus autem eis, & proiicientibus pallia, & puluerem iactantibus in aerem,

24 Iussit tribunus eum duci in castra, edicto vt in eum flagris inquireretur: vt resciret propter quod crimen sic clamarẽt aduersus eum.

25 Quum autem eum "distẽdissent loris *cedendum* dixit adstãti Centurioni Paulus, Nũ hominẽ Romanum & *quidem* indicta causa licet vobis flagellare?

26 *Hoc* autem quum audisset Centurio, adiit Tribunum, & *hoc* renuntiauit ei, dicens, Vide quid facturus sis: homo enim iste, Romanus est.

27 Accedens autem Tribunus dixit ei, Dic mihi, num tu Romanus es? At ille dixit, Etiam.

28 Et respondit Tribunus, Ego "multa summa ciuitatem istam acquisiui. Paulus autem ait, Ego verò etiam natus sum *ciuis*.

29 Statim igitur abscesserunt ab eo qui fuerãt in eum inquisituri: sed & tribunus quoque metuit, cognito quòd Romanus esset, & quoniam eum vinxerat.

30 Postridie verò volens "certũ rescire, nempe cuius *rei* accusaretur à Iudæis, soluit eũ è vinculis, & iussit primarios Sacerdotes venire, totúmque ipsorũ consessum: ac deductum Paulum statuit coram eis.

CAP. XXIII.

1 INtentis autem in consessum oculis Paulus ait, Viri fratres, ego omni cõscientia bona

20 *Et quum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego astabam, & consentiebam & custodiebam vestimenta interficientium illum.*

21 *Et dixit ad me, Vade, quoniam ego in nationes longè mittam te.*

22 *Audiebant autem eum vsque ad hoc verbum: & leuauerunt vocem suam, dicentes, Tolle de terra hominem huiusmodi: non enim fas est eum viuere.*

23 *Vociferantibus autem eis, & proiicientibus vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aerem,*

24 *Iussit tribunus induci eum in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum: vt sciret propter quam caussam sic acclamarent ei.*

25 *Et quum adstrinxissent eum loris, dixit adstanti sibi Centurioni Paulus, Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?*

26 *Quo audito, Centurio accessit ad Tribunum: & nuntiauit, dicens, Quid acturus es? hic enim homo ciuis Romanus est.*

27 *Accedens autem Tribunus, dixit illi, Dic mihi si tu Romanus es. At ille dixit, Etiam.*

28 *Et respondit Tribunus, Ego multa summa ciuitatem hanc cõsequutus sum. Et Paulus ait, Ego autem & natus sum.*

29 *Protinus ergo discesserũt ab illo qui eum torturi erant: tribunus quoque timuit postquã resciuit quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eum.*

30 *Postera autem die volens scire diligentius qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eum, & iussit Sacerdotes conuenire & omne concilium: & producens Paulum, statuit inter illos.*

CAP. XXIII.

1 *INtendens autẽ in concilium Paulus, ait, Viri fratres, ego omni conscien-*

Peruicax superbia, neque veritatem ipsa amplecti, neque vt ab aliis recipiatur, pati potest.

Prudentia carnis non quid iustum, sed quid vtile sit considerat, & ita quidem, vt vtilitatem ex præsenti aspectu metiatur. Nihil prohibet iustis adminiculis à Deo subministratis iniuriã repellere.

Paulus bonã conscientiam omnium calumniis opponit, cuius teste cirat totius vitæ suæ cursum.

20 *Martyris*, τοῦ μάρτυρος. Hîc ego Græcum vocabulũ seruare malui quàm Teste conuertere: propterea quòd obtinuit cõmunis vsus vt Martyres peculiariter dicantur qui nõ oris modò confessione, sed etiam suo sanguine Christi doctrinam sanciuerunt: propterea in historia Ecclesiastica à confessoribus, quos vocant, distincti. ¶ *Qui interimebant*, τῶν ἀναιρούντων. Rectè. Neque enim præeunte iudicio, sed manifesta vi Stephanus fuit velut à latronibus cæsus, quum ne per leges quidem tum liceret Iudæis quenquam capitis damnare. Vide Luc. 22.2, & suprà, 5.33.

22 *Conuenit*, καθῆκεν. Vulg. *fas est*, θέμις ἐστί. Gallicè, *Il ne lui appartient pas*.

25 *Distendissent loris* [*cædendum*] προέτειναν τοῖς ἱμᾶσιν. Ita significatur habitus corporis distenti & crudeliter mox flagellandi. Ideò adieci participiũ *cædendum*, vt, quod etiam indicare videtur articulus τοῖς, hîc significari sciamus per ἱμάντας non vincula quibus adstringeretur verberãdus, sed taureas scuticas quibus cæderetur. Nã omnino τὸ προτείνειν hoc loco respondet Hebrææ voci מתח [*Matah*] Vulgata, *Adstrinxissent*. Malè quoque nonnulli, *obiecissent*. ¶ *Romanum*, Ῥωμαῖον. Romanum videlicet non patria, sed ciuitatis iure, quum Tarsus esset colonia. Itaque Græca scholia hoc loco nodum (quod aiunt) in scirpo quærunt.

29 *Multa summa*, πολλοῦ κεφαλαίου, Nouè. Nec enim κεφάλαιον in re nummaria sed in oratione pro Summa dici consueuit. Huc autem proculdubio pertinet quod ait Dio in Claudio de Ciuitate Romana, *exteris hominibus principiò quidem magno pretio, tandem verò vilissimo prostituta*. Tarsenses autem Ciuitate donauit M. Antonius triumuir.

30 *Certò scire*, γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, nouè pro τὸ ἀληθές. Vulgata, *Diligentius*, ἀκριβέστερον. Cic. ad Att. 7. *Qui sermo fuerit, & quid actum sit, tum scribam ad te, quum certum sciam*. Vide suprà 21.34.

πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας.

2 Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας ἐπέταξε τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ, τύπτειν αὐτοῦ τὸ στόμα.

3 Τότε ὁ Παῦλος πρὸς αὐτὸν εἶπε, Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε. καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με τύπτεσθαι;

4 Οἱ δὲ παρεστῶτες εἶπον, Τὸν ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ λοιδορεῖς;

5 Ἔφη τε ὁ Παῦλος, Οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεύς. γέγραπται γάρ, Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

6 Γνοὺς δὲ ὁ Παῦλος ὅτι τὸ ἓν μέρος ἐστὶ Σαδδουκαίων, τὸ δὲ ἕτερον Φαρισαίων, ἔκραξεν ἐν τῷ συνεδρίῳ, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐγὼ Φαρισαῖός εἰμι, υἱὸς Φαρισαίου· περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι.

7 Τοῦτο δὲ αὐτοῦ λαλήσαντος, ἐγένετο στάσις τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Σαδδουκαίων· καὶ ἐσχίσθη τὸ πλῆθος.

8 Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα· Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα.

"me gessi apud Deum ad hunc vsque diem.

2 Ananias autẽ Pontifex maximus imperauit adstantibus, vt os eius cæderent.

3 Tũ Paulus dixit ei, "Futurum est vt percutiat te Deus, paries dealbate. "&tu sedes iudicãs me secundum Legem, & "Legem transgrediens iubes me cædi?

4 Tum qui adstabant dixerunt, Pontifici illi Dei Maximo conuitiaris?

5 Dixit autem Paulus, "Nesciebam, fratres, Pontificẽ esse maximũ. scriptum est enim, ‖Principi populi tui non maledices.

6 Quum verò nosset Paulus vnam quidem partẽ *illorum* esse Sadducæorum, alteram verò Pharisæorum, clamauit in consessu, Viri fratres, ‖ego Pharisæus sum, filius Pharisæi: de spe & resurrectione mortuorum ego in iudicium vocor.

7 Quum autẽ hoc esset loquutus, orta est seditio inter Pharisæos ac Sadducæos: & "fissa est multitudo.

8 Nam Sadducæi quidẽ dicunt non esse resurrectionẽ, "neque Angelum, neque spiritũ: Pharisæi "vtrunque profitentur.

tia bona conuersatus sum ante Deum vsque in hodiernum diem.

2 *Princeps autẽ Sacerdotũ Ananias præcepit adstantibus sibi percutere os eius.*

3 *Tunc Paulus dixit ad eum, Percutiet te Deus, paries dealbate. & tu sedes iudicans me secundũ Legem, & contra Legem iubes me percuti?*

4 *Et qui astabant, dixerunt, Summũ Sacerdotem Dei maledicis?*

5 *Dixit autem Paulus, Nesciebam, fratres, quia princeps est Sacerdotũ. scriptum est enim, Principem populi tui non maledices.*

6 *Sciens autẽ Paulus quia vna pars esset Sadducæorũ & altera Pharisæorũ, exclamauit in concilio, Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæi. de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.*

7 *Et quum hæc dixisset, facta est dissentio inter Pharisæos & Sadducæos: & soluta est multitudo.*

8 *Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum: Pharisæi autem vtraque confitentur.*

Tandem coguntur hypocritæ sua ipsorum intemperie sese prodere.

De iniuriis queri & impios ad Dei tribunal citare licet: modò id sine odio & sedato animo fiat.

Magistratibus ex animo deferendus honor, etiam tyrannis.
Exo.22.28

Impios licet inter se interdum committere, vt ab oppugnatione desistant, modò id nulla veritatis iactura fiat.
Infr.24.21
phil.3.5

Infirma est malorum concordia, quantumlibet ad opprimendam veritatem cõspirent.

Negare Angelorum & animarum hypostasin, & mortuorum resurrectionem, vetus Sadducæorum hæresis.

IN CAPVT XXIII.

1 *Megessi apud Deũ*, πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ. Vulg. *Seruiui Deo*, non expresso ipso verbo πολιτεύεσθαι, quo vtitur Apostolus, & quo significatur generaliter ea viuendi ratio, qua ciuis quispiam est siue publicè aliquo munere fungens, siue priuatus sese in Republica sua gerit, vnde πολίτευμα illud ἐν οὐρανοῖς, de quo vide Philipp 3. 20. & illa κατὰ τὸν Θεὸν, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτεία toties apud Basilium in Ascheticis commendata.

3 *Futurum est vt percutiat te*, τύπτειν σε μέλλει. Græcus sermo omnino ostendit non esse imprecationem, sed pœnæ vt diuinitus sequuturæ prædictionem cum obiurgatione coniunctam. cuiusmodi est illud, *Væ vobis Scribæ & Pharisæi*, toties à Christo repetitum. Ecquis enim est qui Legem de dignitate Magistratuum ne verbo quidem violanda dicat à Christo violatam? Non est ergo quòd Pauli facto quæramus excusationem, quum nulla reprehẽsione dignũ sit. Imò Hieronymus (si verum esset quod de eo scribit in hunc locum Erasmus) non modò in eo fecerit Apostolo iniuriam quòd mansuetudinem in eo requirat, in quo potiùs sese planè insignis zelus prodit: verumetiam apertè blasphemus videri possit in eo quòd in ipso quoq; Christo aliquod imperfectæ pietatis vestigium inquirit. Neque est quòd causetur Erasmus aliud esse colligare nodis aduersarium, aliud docere discipulũ: aliud agere qui pugnat, aliud qui exhortatur, aliud qui deterret. Esto id quidem: sed quũ de veritate Dei agitur, nimium profanus est qui ita seruit causæ vt verbum Dei sciens ac prudens torqueat. ¶ *Et tu*, καὶ σύ. Et particula indignantis, non copula, vt in illo Virg. *Et quisquam numen Iunonis adoret?* ¶ *Legem transgrediens*, παρανομῶν. Iubet enim Lex reum patienter audiri, & ex Concilij sententia Iudicem pronuntiare.

5 *Nesciebam*, οὐκ ᾔδειν. Quæritur hoc loco, neque id immeritò, seriòne an sancta quadam ironia sic loquutus sit Paulus. Ego historiam illius temporis ex Iosepho, accurato (vti probabile est) in describenda Pontificum maximorum successione scriptore, repetens, sentio Paulum & verè & ita vt res erat loquutum, & aculeata quidem, sed non minus graui reprehensione istos à quibus potius redargui impudentiam Ananiæ oportuit redarguisse, quàm ipsum prius Ananiam, quum ipsum dealbatum parietem vocaret. Etenim, si Iosepho credimus, non fuit sub Felice Pontifex maximus Ananias, à Quadrato Syriæ præside captiuus factus, & Romam vnà cum ipso Cumano, Iudæam Cæsaris nomine procurante, missus. Huic autem Ananiæ successor datus fuit Ionathas, cui per Felicis fraudem, in ipso templo à sicariis subornatis cæso successit Ismael Phabei filius hoc ipso tempore quo Ægyptius ille, cuius in hac historia fit mentio, fuit à Felice oppressus. Quæ tum verò anarchia fuerit Hierosolymis præsertim, & quàm horribilis confusio, declarat Iosephus libro 20. cap. 6 & 7. Ananiæ autem istius factione, quo nemo fuit ad quiduis audendum audacior, istam perturbationem contigisse vel illud declarat quòd non prius destitit quàm vt Ismaeli Iosephus, sic ipse Iosepho deiecto, in Pontificatũ tandem, Festo prouinciam ineunte, succederet. Planè igitur verisimile est, Ananiam iam tum in illa incredibili confusione Pontifici Ismaeli siue Iosepho nudum nomen reliquisse. Eius autem quàm desperata fuerit impudentia ostendit alterum eius scelus, quo Iacobum fratrem Domini, ne Romanos quidem veritus, rabiei populi exposuit, vt idem Iosephus narrat lib. 20, capite octauo. Hunc igitur sibi Pontificis solium tam impudenter vsurpãtem, & hoc palàm audentem quo iura omnia tum diuina tum humana conculcabantur, cernens Paulus, illum meritò parietis dealbati nomine notauit: & suo responso illos redarguit qui tantam indignitatem taciti tolerantes fauerent istius tyrannidi.

7 *Fissa est*, ἐσχίσθη. Vulg. *Soluta est*, id est ἐλύθη. malè. Eras. *Dissecta est*, διετμήθη. Virgilius, *Scinditur incertum studia in contraria vulgus*.

8 *Neque Angelum*, μηδὲ ἄγγελον. Nam ne nunc quidem desunt inter Iudæos quos non pudeat dicere Angelos esse motus quosdam naturales, Dei iussu vel bona vel mala effecta producentes, quod non procul abest à Socratis dæmonio. ¶ *Vtrunque*, ἀμφότερα. Quòd numerum plurale vsurpauit Lucas, ex Græcorum consuetudine facit. Sed quum ἀμφότερα de duobus dicatur, qui conuenit hoc vocabulum, quum tria præcesserint quæ inficiati sint Sadducæi,

nempe Resurrectio, Angeli, & Spiritus? Itaque nonnulli Angelos & spiritus pro eodem accipiunt, quorum opinionem non probo: quia si ita esset, dixisset Lucas ἢ πνεῦμα, non autem μήτε πνεῦμα, id est *Sine spiritum*, potius quàm *Neque spiritum*. Alij putant impropriè loquutum esse Lucã, quod ego tamen non facilè concesserim. Sciendum est igitur (quod annotauit doctissimus Budæus) hoc vocabulum ἀμφότερα etiam de pluribus quàm duobus dici, sed tũ demum quum duo genera cõstituunt. Sic Cicero 2. in Catilinam, non de duobus ciuibus, sed de duobus ciuium generibus disserens, *Vtrosque*, inquit, *Quirites, in eodem genere prædatorum direptorúmque pono*. Sic igitur Lucas hoc etiam loco errores istos Sadducæorum in duo membra diuidit. Nam quia similis est, aut certè παρόμοιος Angelorum ac animarum natura, vnus error fuisse videtur. Angelorum & animarum [illegible] negare. Disertè verò scribit Iosephus arbitratos fuisse Sadducæos, animas cum corporibus interire. Itaque probabile est eos existimasse animam nihil aliud esse quàm crasin, seu temperaturam quampiam humorum: in quo errore nobiles etiam multi medici fuerunt. Syrus & Arabs pro ἀμφότερα legerunt ταῦτα πάντα, *omnia hæc*.

Dominus inter ipsos hostes inuenit, quum libet, causæ suæ patronos.

9 Ἐγένετο δὲ κραυγὴ μεγάλη· καὶ ἀναστάντες οἱ Γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων, διεμάχοντο, λέγοντες, Οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ· εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν.

9 Ortus est igitur clamor magnus: & quum surrexissent Scribæ ex partibus Pharisæorum, depugnabant, dicentes, Nihil mali inuenimus in homine isto: quòd si spiritus loquutus est ei, seu Angelus, ne repugnemus Deo.

9 *Factus est autem clamor magnus: & surgentes quidam Pharisæorum, pugnabant, dicentes, Nihil mali inuenimus in homine isto: quid si spiritus loquutus est ei, aut Angelus?*

Deus suos ad extremum nõ deserit.

10 Πολλῆς δὲ γενομένης στάσεως, εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσε τὸ στράτευμα καταβὰν ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν, ἄγειν τε εἰς τὴν παρεμβολήν.

10 Magna autem orta seditione veritus Tribunus ne Paulus ab ipsis discerperetur, iussit militum manum descẽdere, & eum raptum è medio ipsorum, ducere in castra.

10 *Et quum magna dissensio facta esset, timens Tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra.*

11 Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ Κύριος εἶπε, Θάρσει Παῦλε· ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ εἰς Ἱερουσαλήμ, οὕτω σε δεῖ καὶ εἰς Ῥώμην μαρτυρῆσαι.

11 Sequente verò nocte superueniens ei Dominus dixit, Cõfide Paule: vt enim etiam atque etiam testificatus es quæ ad me spectant Hierosolymis, sic te oportet etiã Romæ testificari.

11 *Sequẽti autem nocte assistens ei Dominus ait, Cõstans esto: sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic te oportet & Romæ testificari.*

Stulto zelo correpti, mentiri & occidere, quiduis denique sibi licere arbitrantur.

12 Γενομένης δὲ ἡμέρας, ποιήσαντές τινες τῶν Ἰουδαίων συστροφήν, ἀνεθεμάτισαν ἑαυτούς, λέγοντες μήτε φαγεῖν μήτε πιεῖν ἕως οὗ ἀποκτείνωσι τὸν Παῦλον.

12 Orto autem die, quidam ex Iudæis facta coitione deuouerunt sese, dicẽtes neque esuros se, neque bibituros vsquequo interemissent Paulum.

12 *Facta autẽ die collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt se, dicentes neque manducaturos, neque bibituros donec occiderent Paulum.*

13 Ἦσαν δὲ πλείους τεσσαράκοντα οἱ ταύτην τὴν συνωμοσίαν πεποιηκότες.

13 Erant verò plures quàm quadraginta *viri* qui hanc coniurationem fecerant.

13 *Erant autem plusquam quadraginta qui hanc coniurationem fecerant.*

14 Οἵτινες προσελθόντες τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, εἶπον, Ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτούς, μηδενὸς γεύσασθαι ἕως οὗ ἀποκτείνωμεν τὸν Παῦλον.

14 Qui adierunt primarios Sacerdotes & Seniores, & dixerũt, Deuotione deuouimus nosipsos, nihil gustaturos vsquequo interemerimus Paulum.

14 *Qui accesserũt ad Principes Sacerdotum & seniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nos, nihil gustaturos donec occidamus Paulum.*

15 Νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ ὅπως αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ πρὸς ὑμᾶς, ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ· ἡμεῖς δέ, πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτόν, ἕτοιμοί ἐσμεν τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν.

15 Nunc ergo vos cõparete apud Tribunum ex consessus voluntate vt cũ cras ad vos deducat, veluti exquisitius percognituros de iis quæ ad eũ *spectant*: nos verò, priusquã appropinquet, parati sumus ipsum interimere.

15 *Nunc ergo vos notum facite Tribuno cum concilio vt producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cognituri de eo: nos verò priusquam appropinquet, parati sumus interficere illum.*

9 *Seu Angelus*, ἢ ἄγγελος. Hic videtur nomen Angeli, vt magis vsitatum, additum esse ad explicandum Spiritus nomẽ: nisi Spiritũ pro prophetica & extraordinaria quapiã reuelatione accipias. Licet autem ex hoc etiam loco intelligere, Scribas nomen esse publici muneris, Pharisæos autẽ sectæ. ¶ *Ne repugnemus Deo*, μὴ θεομαχῶμεν. Hoc non legit Vulg. & Eras. quoq; irrepsisse suspicatur ex superioribus. Atqui in omnibus codic. vet. hoc inuenimus: & idem verbum vsurpatur suprà, 5. 39. Hinc factum, vt quod sententiæ deesse videbant interpretes, nõ vno modo explere sint conati. Syrus enim habet, *Quid mali est in eo, si [illegible]*; Theophylact. supplet ἄδηλόν ἐστι, id est, An sit Spiritus aut Angelus cum eo loquutus incertum est.

11 *Superueniens*, ἐπιστάς. Vulg. *assistens*. Vide Luc. 2. 9. Hoc autem gestum est nocturna visione, ac proinde non corporea, sed intellectuali quam vocant: siue dormienti, siue etiam vigilanti Paulo istud accidisse dicamus.

12 *Deuouerunt sese*, ἀνεθεμάτισαν ἑαυτούς. Vide Matt. 26. 74.

15 *Ex consessus voluntate*, σὺν τῷ συνεδρίῳ. Id est, Senatu ita fieri petente, nempe ne priuato quorundam studio Tribunus id à se peti existimet. Ita enim interdum apud Græcos accipitur σὺν præpositio, vt σὺν θεῷ, *cum Deo*, id est θεοῦ συνεθέλοντος, *Deo iuuante & probante*. Vulgata, *Cum Concilio*, admodum obscurè, nisi ita cõstituas, *Vos igitur cum Concilio*, id est *vos & Concilium, indicate Tribuno*, quam explicationẽ Syrus etiam & Arabs sunt sequuti. Nam quòd Lyranus interpretatur, *Vos & Concilium*, id est *vos simul conciliati Sadducæi & Pharisæi, ne per vestram dissensionem impediatis mortem Pauli*, Græcis non potest cõuenire. Erasmus, *Et Concilio*, καὶ τῷ συνεδρίῳ, quod impressit Frobenius, & scriptum inuenimus in duobus codicibus vetustis. Sed non videtur posse admitti hæc lectio quin multa supplenda sint. Neque enim Concilio significandum erat vt Paulum adduceret, sed potius nuntiandum vt conueniret: fore enim vt Tribunus Paulum adduceret. Est autem Græcum ἐμφανίζειν, vt & Latinum *Indicare*, hoc loco, vt etiam infrà 24. 1. & 25. 15. forẽse verbum, quod alioqui generaliter de eo dicitur quod palàm & apertè declaratur Ioan. 14. 21. & Hebr. 11. 14. & mox vers. 22. pro μηνύειν. infrà vers. 30. ¶ *Ad vos*, πρὸς ὑμᾶς. Quædam exemplaria legunt πρὸς ἡμᾶς, *ad nos*: quædam etiam pro μέλλοντας scribunt μέλλοντες, vtrunque corruptè, vt existimo.

21 Quid

16 Ἀκούσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς Παύλου τὴν ἐνέδραν, παραγενόμενος καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν παρεμβολήν, ἀπήγγειλε τῷ Παύλῳ.

16 Quum autem filius sororis Pauli audiuisset istas insidias, venit, & ingressus in castra renuntiauit *eas* Paulo.

16 *Quòd quum audisset filius sororis Pauli insidias, venit, & intrauit in castra, nuntiauitque Paulo.*

Prudentia Spiritus cum simplicitate est coniungenda.

17 Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Παῦλος ἕνα τῶν ἑκατοντάρχων, ἔφη, Τὸν νεανίαν τοῦτον ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον· ἔχει γάρ τι ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ.

17 Paulus autem aduocato quodam ex Centurionibus, ait, Adolescentẽ hunc abduc ad Tribunum: habet enim quod renuntiet ei.

17 *Vocans autem Paulus ad se vnum ex Centurionibus, ait, Adolescentem hunc perduc ad Tribunũ: habet enim aliquid indicare illi.*

18 Ὁ μὲν οὖν παραλαβὼν αὐτὸν ἤγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον, καί φησιν, Ὁ δέσμιος Παῦλος προσκαλεσάμενός με ἠρώτησε τοῦτον τὸν νεανίαν ἀγαγεῖν πρός σε, ἔχοντά τι λαλῆσαί σοι.

18 Ille igitur assumptũ eum duxit ad Tribunum, & dixit, Vinctus ille Paulus aduocatum me rogauit vt hunc adolescentem ducerem ad te, qui aliquid habeat quod tibi loquatur.

18 *Et ille quidem assumẽs eum, duxit ad Tribunum, & ait, Vinctus Paulus rogauit me hunc adolescentem perducere ad te habentem aliquid loqui tibi.*

19 Ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ χιλίαρχος, καὶ ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν, ἐπυνθάνετο, Τί ἐστιν ὃ ἔχεις ἀπαγγεῖλαί μοι;

19 Tribunus autẽ, prehensa eius manu, quũ secessisset seorsum, percontatus est, Quid est quod habes mihi renuntiandum?

19 *Apprehendens autem Tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum & interrogauit illum. Quid est quod habes indicare mihi?*

20 Εἶπε δέ, Ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι συνέθεντο τοῦ ἐρωτῆσαί σε ὅπως αὔριον εἰς τὸ συνέδριον καταγάγῃς τὸν Παῦλον, ὡς μέλλοντές τι ἀκριβέστερον πυνθάνεσθαι περὶ αὐτοῦ.

20 *Ille* verò dixit, Iudæi constituerũt te rogare vt cras Paulum deducas in cõsessum, quasi aliquid exquisitius percontaturi sint de eo.

20 *Ille autem dixit, Iudæis conuenit rogare te vt crastina die producas Paulum in concilium quasi aliquid certius inquisituri sint de illo.*

21 Σὺ οὖν μὴ πεισθῇς αὐτοῖς· ἐνεδρεύουσι γὰρ αὐτὸν ἐξ αὐτῶν ἄνδρες πλείους τεσσαράκοντα, οἵτινες ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς μήτε φαγεῖν μήτε πιεῖν ἕως οὗ ἀνέλωσιν αὐτόν· καὶ νῦν ἕτοιμοί εἰσι, προσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν.

21 Tu verò ne ipsis assentitor. Insidiantur enim ei ex istis viri plures quadraginta, qui seipsos deuouerunt neque esuros neque bibituros vsquequo interemerint eũ: & nũc parati sũt, expectantes quid à te renũtietur.

21 *Tu verò ne credideris illis: insidiantur enim ei ex eis viri amplius quàm quadraginta, qui se deuouerunt non manducare neque bibere donec interficiant eum: & nunc parati sunt expectantes promissum tuum.*

Non est consilium contra Dominum & ipsius seruos.

22 Ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν, παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με.

22 Tribunus igitur dimisit adolescentem, addito mandato *vt* nulli effutiret quòd hæc ipsi indicasset.

22 *Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens ne cui loqueretur quoniam hæc nota sibi fecisset.*

23 Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν ἑκατοντάρχων, εἶπεν, Ἑτοιμάσατε στρατιώτας διακοσίους, ὅπως πορευθῶσιν ἕως Καισαρείας, καὶ ἱππεῖς ἑβδομήκοντα, καὶ δεξιολάβους διακοσίους, ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτός·

23 Et aduocatis duobus quibusdam ex Centurionibus, dixit *eis*, Parate milites ducentos, qui proficiscãtur Cæsaream vsque, & equites septuaginta, & stipatores ducentos, à tertia hora noctis:

23 *Et conuocatis duobus Centurionibus, dixit illis, Parate milites ducentos vt eant vsque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis:*

24 Κτήνη τε παραστῆσαι, ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον διασώσωσι πρὸς Φήλικα τὸν ἡγεμόνα.

24 Et vt iumenta præbeant, vt impositũ Paulum saluum perducant ad Felicem præsidem:

24 *Et iumenta præparate, vt imponentes Paulũ, eum saluum perducerẽt ad Felicem præsidem.*

21 *Quid ad te renuntietur*, τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν. Vel, *Quid à te promittatur*, seu (vt vertit Vetus interpres) *Promissum tuũ*. quod etiam sequutus est Syrus interpres. Id est, vt vbi hoc illis promiseris te ipsis minimè recusaturum, expectent dum à te missum trucident. Sed omnino ἐπαγγελία accipitur pro ἀπαγγελία: & mihi quidem videtur potius hoc loco nuntium declarare quàm promissionem.

22 *Quod hæc ipsi indicasset*, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με. Transitio est Hebræis familiaris à tertia persona ad primã, quam rectè vitauit Vetus interpres, & iam aliquoties antea obseruauimus, vt 1. 4. & 15. 5. & 17. 3.

23 *Stipatores*, δεξιολάβους. Id est, παραφύλακας, vt explicat Suidas: siue hoc accipere libeat de ipsius Tribuni stipatoribus, siue ita vocentur quibus propriè committebatur deducendus Paulus, vt, quoad extra periculum esset, ab eius latere non discederent. Nam sæpissimè dextra in huiusmodi genere loquendi, non opponitur sinistræ, sed in genere latus declarat. Vulg. *Lancearios* exponit: quia nimirũ à Græcis etiam dicuntur δορυφόροι principum stipatores, quos tamen rectius hastatos interpreteris. Syrus interpres legit δεξιοβόλους & [illegible] vertit *qui mittunt dextera*: quam explicationem si sequamur, Funditores hi fuerint, quos σφενδονήτας vocant, à sagittariis distincti, qui non manu sed arcu iaculantur. Sed & Dextros, id est peritos iaculatores interpretari licebit. Arabs, interprete Iunio nostro, *iaculatores* vertit. Nicephorus lib. 2. cap. 2 hanc historiam recitans, ducentos tantùm hastatos, & equites septuaginta commemorat sed Græcum eius libri exemplar non vidi.

24 *Præbeant* παραστῆσαι. Id est, Parata exhibeant. Vulgata, *Præparate*, Erasmus *Prabete*, παρέχετε. Sed durum prorsus fuerit παραστῆσαι non infinitò sed imperandi modo, à medio παρίσταμαι accipere, quum ad plures hic sermo dirigatur: nisi malimus Lucam ab oratione recta ex Hebræorum idiotismo ad obliquam transiire, vel legere παραστήσατε, vt legit Syrus interpres. Arabs autem hoc non ha[illegible]tum hunc locum sic legit, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· πορεύεσθε εἰς Καισαρείαν καὶ μεθ' ὑμῶν στρατιῶται διακόσιοι, καὶ ἱππεῖς ἑβδομήκοντα, καὶ ἀκοντισταὶ διακόσιοι· καὶ οὕτως ἔξιτε ὡς περὶ [illegible] ὥραν τῆς νυκτός, καὶ ἐπιβιβάσατε τὸν Παῦλον ἵνα παραδοθῇ Φήλικι τῷ ἡγεμόνι. Id est, *Et dixit, Ite Cæsaream, & vobiscum milites ducenti, & equites septuaginta, & iaculatores ducenti: & ita exite circiter horam noctis nonam, & equo imponite Paulum vt Felici præsidi tradatur.* ¶ *Saluum perducerent*, διασώσωσι. Hic quoque Hebræorum more ex antecedente intelligitur consequens, qua de re diximus Luc. 1. 7, & alibi sæpe. Porro quæ in nonnullis codicibus Latinis adduntur, hæc omnia videlicet, *Timuit enim ne fortè raperent eum*

Iudæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam: hæc, inquam, in nullis Græcis exemplaribus inueni, nec tamen temerè videri possunt addititia.

25 Γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον,

26 Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν.

Lysias repentè factus à Domino Pauli patronus.

27 Τὸν ἄνδρα τοῦτον συλληφθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν, ἐπιστὰς σὺν τῷ στρατεύματι ἐξειλόμην αὐτὸν, μαθὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι.

28 Βουλόμενος δὲ γνῶναι τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν.

29 Ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον περὶ ζητημάτων τοῦ νόμου αὐτῶν, μηδὲν δὲ ἄξιον θανάτου ἢ δεσμῶν ἔγκλημα ἔχοντα.

30 Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐξαυτῆς ἔπεμψα πρός σε, παραγγείλας καὶ τοῖς κατηγόροις λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ. Ἔρρωσο.

31 Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς, ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον διὰ τῆς νυκτὸς εἰς τὴν Ἀντιπατρίδα.

32 Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐάσαντες τοὺς ἱππεῖς πορεύεσθαι σὺν αὐτῷ, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν παρεμβολήν.

33 Οἵτινες εἰσελθόντες εἰς τὴν Καισάρειαν, καὶ ἀναδόντες τὴν ἐπιστολὴν τῷ ἡγεμόνι, παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ.

34 Ἀναγνοὺς δὲ ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἐπερωτήσας ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστὶ, καὶ πυθόμενος ὅτι ἀπὸ Κιλικίας,

35 Διακούσομαί σου, ἔφη, ὅταν καὶ οἱ κατήγοροί σου παραγένωνται. Ἐκέλευσέ τε αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ τοῦ Ἡρῴδου φυλάσσεσθαι.

Κεφάλαιον κδ.

Hypocritæ quod nec vi nec fraude possunt, tandē iuris specie nituntur obtinere.

1 Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας κατέβη ὁ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ῥήτορος Τερτύλλου τινός· οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου.

25 Scripta epistola quæ hanc summam contineret.

26 Claudius Lysias potentissimo præsidi Felici salutem.

27 Virum hunc comprehensum à Iudęis, quum iam futurum esset vt ab eis interimeretur, superueniēs cum militum manu, erui, edoctus Romanum esse.

28 Et volens rescire crimen cuius eum postularent, deduxi eum in ipsorum consessum.

29 Quem comperi accusari de quæstionibus Legis ipsorum, nullius criminis reum quod sit dignum morte aut vinculis.

30 Indicatis autem mihi insidiis aduersus hunc virum eventuris à Iudæis, eo ipso momento misi *eum* ad te, & mandaui quoque accusatoribus vt quæ habent aduersus eum dicant apud te. Vale.

31 Milites igitur, sicut ipsis edictum fuit, receptum Paulū duxerunt nocte Antipatrida.

32 Postero autē die, reuersi sunt in castra, relictis equitibus qui cum eo proficiscerentur.

33 Qui quum venissent Cæsareā, & reddidissent epistolam Præsidi, stiterunt coram eo etiam Paulum.

34 Quum legisset autem *literas* Præses, & interrogasset ex qua prouincia esset, ac cognouisset esse ex Cilicia,

35 Audiam te, inquit, quum accusatores quoque tui adfuerint. Iussitque in prætorio Herodis ipsum custodiri.

CAP. XXIIII.

1 QVinque autem post diebus descendit Pontifex Maximus Ananias cum Senioribus, & Tertullo quodam oratore: qui comparuerunt coram Præside contra Paulum.

25 *Scribens epistolam continentem hæc.*

26 *Claudius Lysias optimo præsidi Felici salutem.*

27 *Virum hunc comprehensum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, superueniens cum exercitu, eripui, cognito quia Romanus est.*

28 *Volensque scire causam quam obÿciebant illi, deduxi eum in concilium eorum.*

29 *Quem inueni accusari de quæstionibus Legis ipsorum, nihil verò dignum morte aut vinculis habētem crimen.*

30 *Et quum mihi perlatū esset de insidÿs quas parauerant illi, misi eum ad te: denuntians & accusatoribus vt dicant apud te. Vale.*

31 *Milites verò secundum præceptum sibi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem.*

32 *Et postera die dimissis equitibus vt cum eo irent, reuersi sunt ad castra.*

33 *Qui quū venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam Præsidi, statuerunt ante illum & Paulum.*

34 *Quum legisset autem, & interrogasset de qua prouincia esset, & cognoscens quia de Cilicia,*

35 *Audiam te, inquit, quum & accusatores tui venerint. Iussitque in prætorio Herodis custodiri eum.*

CAP. XXIIII.

1 *POst quinque autē dies descendit princeps Sacerdotum Ananias cum senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore: qui adierūt præsidem aduersus Paulum.*

25 *Quæ hanc summam contineret*, περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον. Vulg. *Continentem hæc*, id est περιέχουσαν ταῦτα. Eras. *In hanc formam*, sensu non malè expresso. Discedit tamen à Græcis: & τύπον (ni fallor) summam aut compendium hoc loco cōmodius verteris quàm formam: vnde τυπωδῶς seu τύπῳ λέγειν, κεφαλαιωδῶς διηγεῖσθαι, toties à Græcis scriptoribus vsurpata. qua de re nonnihil etiam Gellius lib. 1. cap. 25.

27 *Edoctus*, μαθών. Atqui non prius cognouerat ciuem esse Romanum, quàm quum ereptum ex Iudæorum manibus quæstioni subiecisset. Dissimulat ergo Tribunus id de quo reprehendi iure potuisset, & deflectit etiam à veritate, nisi post αὐτὸν adscripto puncto legas μαθὼν δὲ ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι, βουλόμενος γνῶναι, &c. Sed nihil ausim aut etiam velim ex coniectura immutare. Castellio conuertit, *Ac didici Romanum esse*: ea audacia vsus qua solet.

30 *Euenturis*, μέλλειν ἔσεσθαι, id est, μελλούσης ἔσεσθαι. Sed sanè non video quomodo hæc cohæreant: quòd si quis hic relictus est coniecturæ locus, ita legerem, μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς τῶν Ἰουδαίων, εἰς τὸν ἄνδρα. vel, μηνυθέντος δέ μοι ἐπιβουλὴν ἐπὶ τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Vetus interpr. videtur legisse μηνυθείσης δέ μοι τῆς ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα, id est, *Quum mihi indicatum esset de insidÿs in eum comparatis*.

35 *Audiam*, διακούσομαι. Vel, *Pergam te audire*, &, *Cognitionem absoluam*. Videtur enim hic aliqua vis esse præpositionis διὰ, ac si dicas, *peraudiam*.

IN CAPVT XXIIII.

1 *Oratore*, ῥήτορος. Quorsum autem conductus orator? Fortasse quòd Græcè non ita expeditè ipsi Iudæi loqui possent. Nam aliàs non defuit istis accusatoribus audacia, & sua quoque eloquentia. ¶ *Comparuerunt*, ἐνεφάνισαν sub ἑαυτοὺς, id est, *seipsos exhibuerunt*, siue indicarunt Præsidi se adesse. Est enim μεταβατικὸν hoc verbum, cuius passiuum ἐμφανισθῆναι vsurpatur, Hebr. 9. 24. vtrunque ea significatione reciprocatæ in sese actionis, quam habet Hebræorū coniugatio Hitpahel. Vulgata, *adierunt præsidem*, rectè, si sensum spectes.

2 Κληθέντος δὲ αὐτοῦ, ἤρξατο κατηγορεῖν ὁ Τέρτυλλος, λέγων,

3 Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ, καὶ κατορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας, πάντη τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα, κράτιστε Φῆλιξ, μετὰ πάσης εὐχαριστίας.

4 Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω, παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ.

5 Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν, καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην, πρωτοστάτην τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως·

6 Ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι· ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν, καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρίνειν.

7 Παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος, μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε·

8 Κελεύσας τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρχεσθαι ἐπὶ σέ· παρ᾽ οὗ δυνήσῃ αὐτὸς ἀνακρίνας, περὶ πάντων ἐπιγνῶναι ὧν ἡμεῖς κατηγοροῦμεν αὐτοῦ.

9 Συνέθεντο δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, φάσκοντες ταῦτα οὕτως ἔχειν.

10 Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἡγεμόνος λέγειν, Ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν τῷ ἔθνει τούτῳ ἐπιστάμενος, εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι.

2 Citato igitur eo, cœpit accusare Tertullus, dicens,

3 Multa *nos* pace potiri per te, & ea quæ rectè ac feliciter in hac gēte prouidentia tua gesta sunt, prorsus & vbique agnoscimus, potentissime Felix, cū omni gratiarum actione.

4 Ne verò te diutius interpellē, precor vt audias nos paucis pro tua æquitate.

5 Comperimus enim virum hunc *esse* pestem, & qui moueat seditionem omnibus Iudæis per orbem terrarum, & principem hæresis Nazaræorum:

6 Qui templum quoque tentauit profanare: in quem etiam prehēsum voluimus secundum Legem nostrā iudicium ferre.

7 Sed interueniens Tribunus Lysias, cum magna vi abduxit eum è manibus nostris:

8 Iussis ipsius accusatoribus ad te venire: ex quo poteris ipse, inquisitione habita, de omnibus istis cognoscere de quibus nos eum accusamus.

9 Consenserunt autem etiam Iudæi, aiētes hæc ita se habere.

10 Respondit autem Paulus, quū innuisset ei præses vt loqueretur, Quia te à multis annis huic genti præfuisse scio, eò alacriore animo, quæ ad me attinent pro mei defensione dicam.

2 *Et citato Paulo cœpit accusare Tertullus, dicēs,*

3 *Quum in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam prouidentiam, semper & vbique suscipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione.*

4 *Ne diutius autem te protraham, oro breuiter vt audias nos pro tua clementia.*

5 *Inuenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & authorem seditionis sectæ Nazarenorum.*

6 *Qui etiā templum violare conatus est: quem & apprehēsum voluimus secundum Legem nostram iudicare.*

7 *Superueniens autem Tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris:*

8 *Iubens accusatores eius ad te venire: à quo poteris ipse iudicans de omnibus istis cognoscere de quibus nos accusamus eum.*

9 *Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita se habere.*

10 *Respondit autem Paulus annuente sibi præside dicere, Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam.*

Tertullus ex Diaboli rhetorica, incipiens ab adulatione definit in mēdacia: Paulus verò diuina eloquentia fretus, simplici exordio adhibito, vera infitiatione obiectum seditionis crimē à se reiicit.

3 *Et ea quæ rectè ac feliciter gesta sunt*, καὶ κατορθωμάτων γινομένων. Vulgata, *& multa corrigantur*, vt videatur legisse καὶ πολλῶν κατορθουμένων. & Syrus interpres similiter κατόρθωμα idem putauit significare atque διόρθωμα, quum hoc quidē verbo declaretur id quo quippiam corrigitur & emendatur: κατορθώματα verò dicantur quæ summa tum virtute tum felicitate ab aliquo perficiuntur. Cic. libro de off. Perfectum Officium, & De finibus, Recta officia & recta facta interpretatur. Felix autem iste Eleazarum quidem insignem prædonem, & Ægyptium illum impostorem, maximo Iudææ commodo vnà cum ipsorum copiis deleuit, vt narrat Iosephus libr. Antiq. 20. cap. 11. & De bello Iudaico, cap. 12. sed auarè alioqui & crudeliter Iudæam administrauit, vt hęc Tertullus iste conductitius rhetor, adulatoriè potius quàm verè dixerit. Syrus autem interpres diuersam potius lectionem tum in hoc tum in proximè sequente vers. est sequutus. ¶ *Prorsus*, πάντη τε. Vulgata & Erasmus, *Et semper*, id est πάντοτε. quam lectionem nusquam nisi in vno tantùm exemplari inuenimus. ¶ *Agnoscimus*, ἀποδεχόμεθα: id est περιποιούμεθα, vt rectè & eruditè explicat doctissimus Budæus.

4 *Interpellem*, ἐγκόπτω. Aliis videlicet negotiis publicis occupatum. ¶ *Pro tua æquitate*, τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ. Vulgata, *clementia*, πραότητι.

5 *Comperimus enim*, εὑρόντες γάρ. Vulgata non legit γάρ. Est autem εὑρόντες Benoni Hebræum pro εὕρομεν, subaudito verbo substantiuo ἐσμὲν, *sumus*, vt infrà 26. 10. & 2. Cor. 3. 6, & 11, vt βεβρωκότες pro βεβρῶτες apud Hom. Iliad. θ. cuiusmodi etiam alia ex Sophocle & Pindaro annotat in illum locum Eustathius. ¶ *Pestem*, λοιμόν. Sicut scelus pro scelerato dicitur. Vulg. *pestiferum*, non expressa emphasi. ¶ *Principem*, πρωτοστάτην. Id est, quasi primos ordines ducentem, seu primipilarem. Est enim hoc vocabulum militare. Vulgata & Erasmus, *Auctorem*, αἴτιον. ¶ *Hæresis*, αἱρέσεως. Id est, sectatorum, siue sectariorum. Vide suprà, 5. 17. Vulgata, *seditionis sectæ*, quorum illud redundat. ¶ *Nazaræorum*, Ναζωραίων. Sic per ludibrium vocabant Christianos, ab vrbe Nazareth, vbi natum esse putabant Christum ex Iosepho & Maria. vnde etiam factum vt Iulianus ille Apostata Galilæum illum vocaret. Malè enim audiebant Galilæi, vt crassi & stupidi ingenij, sicut apparet ex Ioh. 7. 52. Nam quod attinet ad illos quos Hebræi vocant נזירים [*Nezirim*,] Græci interpretes eos vocant ἡγιασμένους, τοὺς ἐν εὐχῇ ὄντας, & εὐγμένους, Ναζιραίους denique in Sampsonis historia, sed nusquam Ναζωραίους vel Ναζαρηνούς, quæ nomina sunt gentilia. Vide Matt. 2. 23.

6 *Profanare*, βεβηλῶσαι. Vulg. *Violare*, βιάζεσθαι. ¶ *Quem etiam*, ὃν καί. Videntur quidem hæc redundare, ac potius dicendum fuisse αὐτὸν ἐκρατήσαμεν, *prehendimus eum*. Sed in nonnullis Vulgatæ editionis codicibus multa hoc loco prætermittuntur, quæ tamen inuenimus in exemplaribus Græcis.

7 *Abduxit*, ἀπήγαγε. In nonnullis codicibus scriptum legimus ἀφείλετο, *exemit*, in quibus etiam additum erat, καὶ πρός σε ἀπέστειλε, *& ad te misit*.

9 *Consenserunt*, συνέθεντο. Id est συγκατέθεντο, assensi sunt, & orationem Tertulli comprobarunt. Vulgata & Erasm. *Adiecerunt*, vt facere mos fuit, quum orator quispiam suo & comitum nomine causam egerat, vnde illud Virgilius, *Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant Dardanidæ.*

10 *A multis annis*, ἐκ πολλῶν ἐτῶν. Hoc dicit Paulus, quia biennio duntaxat ante quàm Felix de prouincia decederet, gesta hæc esse constat ex iis quæ scribuntur infrà, versu 28. Felix autem ante quàm à Claudio Iudææ præficeretur, cui tres annos præfuerat quum causam apud eum diceret Paulus, administrarat Thrachonitidem, Batanæam, & Galaunitidem, vt testatur Iosephus lib. De bello Iudaico 2 c. 11. Κριτὴς verò hoc loco non tantùm declarat Iudicem, (vt Vetus interpres & Erasmus interpretantur) sed præfectum ac gubernatorem, ex Hebræorum consuetu-

dimus, de quo iam sæpe diximus. In vno codice additum erat epitheton δικαίου, iustum, quod nullo modo probo. Nec enim Paulus voluisset hominem sibi non cognitum tam honorificè testimonio ornare. Quòd si eum norat, indignum esse sciebat iis laudibus quas ei tribuerat adulator ille Tertullus. Fuit enim Felix iste inexplebilis gurges, vt Tacitus ipse testatur, & declaratur hoc ipso cap. versu 26. ¶ *Quæ ad me attinent*, τὰ περὶ ἐμαυτοῦ. Sic infrà versu 22. τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ. Vulg. *pro me*, expuncto articulo τὰ, & περὶ pro ὑπὲρ vsurpata. ¶ *Promtius defensione dicam*, ἀπολογοῦμαι. Vsus sum periphrasi necessaria. Vulg. *Satisfaciam*, & infrà 25.8. *rationem reddere*. Neutrum rectè.

11 Δυναμένου σου γνῶναι ὅτι οὐ πλείους εἰσί μοι ἡμέραι ἢ δεκαδύο, ἀφ' ἧς ἀνέβην προσκυνήσων ἐν Ἱερουσαλήμ.

12 Καὶ οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου, οὔτε ἐν ταῖς συναγωγαῖς, οὔτε κατὰ τὴν πόλιν.

13 Οὔτε παραστῆσαι δύνανται περὶ ὧν νῦν κατηγοροῦσί μου.

In causam religionis Paul. à coniecturali ad qualitatis statum delabitur, obiectam sibi religionē non modò nō negans, sed etiam vt verā, diuinam & omnium antiquissimam, defendens.

14 Ὁμολογῶ δὲ τοῦτό σοι, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν ἣν λέγουσιν αἵρεσιν, οὕτω λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ, πιστεύων πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ ἐν τοῖς προφήταις γεγραμμένοις.

15 Ἐλπίδα ἔχων εἰς τὸν Θεὸν, ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται, ἀνάστασιν μέλλειν ἔσεσθαι νεκρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων.

16 Ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ, ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαπαντός.

Rem gestam denique verè narrat Paulus, quam Tertullus multis modis corruperat.

17 Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων παρεγενόμην ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου καὶ προσφοράς.

18 Ἐν οἷς εὗρόν με ἡγνισμένον ἐν τῷ

11 Quum tu possis certior fieri nō plures exactos esse dies quàm duodecim, ex quo ascendi Hierosolymam adoraturus.

12 Neque verò me in templo inuenerunt cum aliquo disserentem, aut coitionem turbæ facientem, neque in synagogis, neque in vrbe:

13 Neque probare possunt ea de quibus nunc me accusant.

14 Hoc verò tibi fateor, me secundum viam illam, quam hæresin dicunt, ita colere patrium Deum, vt qui credam omnibus quæ in Lege & in Prophetis scripta sunt:

15 Ac spem habeam in Deo, fore, quam etiam ij ipsi expectant, resurrectionem mortuorum, tum iustorum, tum iniustorum.

16 Interea verò ipse me exerceo, ad conscientiam omni tēpore habendam sine offensa apud Deum & apud homines.

17 Pluribus autē annis interiectis, veni eleemosynas præstiturus genti meæ & oblationes.

18 Inter quæ inuenerūt me sanctificatum in templo, nō tamen

11 *Potes enim cognoscere quia non plus sunt mihi dies quàm duodecim, ex quo ascendi adorare in Ierusalem.*

12 *Et neque in templo inuenerunt me cùm aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis, neque in ciuitate.*

13 *Neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant.*

14 *Confiteor autem hoc tibi quòd secundum sectam, quam dicunt hæresin, sic deseruio patrio Deo meo, credens omnibus quæ in Lege & Prophetis scripta sunt:*

15 *Spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem futuram iustorum & iniquorum.*

16 *In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum, & ad homines semper.*

17 *Post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam veni & oblationes & vota.*

18 *In quibus inuenerunt me purificatū in templo,*

11 *Certior fieri*, γνῶναι. Vulg. & Erasm. *Cognoscere*. Neuter rectè. An enim Felix potuit singula Hierosolymis gesta, & quot antè diebus Paulus in vrbem venisset nosse, quoniam aliquot iam annos Iudææ præfuerat? Itaque non colligitur istud à Paulo ex præcedente oratione, neque δυναμένου est præterito tempore accipiendum, sed altera est ratio qua fretus Paulus testatur se confidenter aduersariis respondere. ¶ *Duodecim*, δεκαδύο. Totidem omnino dies ab aduentu Pauli in vrbem, ad eum vsque diem quo causam dixit alterum videlicet ab accusatorum ipsius aduentu Cæsaream, comperiuntur, illis supputatis ex capite 21. vers. 17, 18, 26. & cap. 22, vers. 30, & 23, vers. [illegible] & 32 & cap. 24, vers. 1. ¶ *Hierosolymam*, ἐν Ἱερουσαλήμ, ἐν pro εἰς vt suprà loquitur Luc. 8. 27. Mollius enim hoc cohæret cum verbo ἀνέβην, vt ostendit etiam Syriaca interpretatio.

13 *Neque probare*, οὔτε παραστῆσαι. Id est, ob oculos sistere, ac certis argumentis confirmare. In nonnullis codicibus additur με, quæ causa fuit vt Erasm. putarit παραστῆσαι positū esse pro ἐλέγξαι, id est conuincere & coarguere. Verùm in Complutensi editione & vetustis codicibus emendatioribus, atque adeo in Vetere editione Latina non additur sed post δύνανται, possunt, siue (vt in quibusdam legitur) δυνάσονται, poterunt, additur pronomen σοι, tibi: quod optimè conuenit, & legitur etiam apud Veterem interpretem, Syra quoque & Arabica interpretatione adstipulante.

14 *Secundum viam illam* κατὰ τὴν ὁδόν. Hæc accipio pro aperta ac simplici professione eius religionis quam Tertullus Paulo obiecerat, id est Christianæ. Fuit enim hoc Pauli officium, & responsio accommodanda est ad accusationē. Aduerbium autem οὕτω refero ad ea quæ mox adduntur, quibus explicatur summa eius religionis, cuius se sectatorem agnoscit Apostolus. ¶ *Quam hæresin dicunt*, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν. Sic in Græcis omnibus quos vidimus codicibus legitur, vt videri possit Paulus apud Romanum hominem causam dicens, voluisse [illegible] τὴν ὁδόν, vt Latinorum auribus ea significatione insolens, sic explicare: quum præsertim nomen αἱρέσεως, (vt & Latinis Sectæ) non semper in vitio adhuc vsurparetur, nisi aliquo addito vnde istud intelligeretur; vt 1. Cor. 11. 19. Galat. 5, 20. Tit. 3. 10. Vel fortasse quum Tertullus odiosè vocasset Christianam religionem αἵρεσιν τῶν Ναζωραίων, Paulus propterea conuiciū non agnoscens, nomine τῆς ὁδοῦ vsus est, vt & in sua responsione Festus, vt sit hic sensus, Agnosco & profiteor me religionis genus illud sequi, quod isti infami nomine hæresin siue sectam appellant. ¶ *Et in prophetis*, καὶ ἐν τοῖς προφήταις. Ita scriptum inuenimus in tribus codicibus vetustis: & sanè vel ita legendum est, vel κατὰ τοὺς προφήτας, vt κατὰ repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

16 *Interea verò*, ἐν τούτῳ δέ. Dum videlicet resurrectionem expecto. Sic enim elegantèr loquuntur Græci subaudito χρόνῳ, vt dicunt Latini, Interea temporis, plena loquutione. Vulg. *in hoc*, prætermissa particula δὲ vt & Syrus interpres, & inserta καὶ, quam etiam in nonnullis Græcis codicibus inuenimus. Erasmus, *Quin & ipse meditor* ¶ [*Me*] *exerceo*, ἀσκῶ. Vulg. & Erasm. σπουδάζω. Budæus, *Meditor*, μελετῶ. Rectius etiam Syrus עמל [*hamel*] *laboro*. Sed malo seruata propria significatione verbi ἀσκεῖν, quo libenter vtitur Paulus in epistolis, illud accipere vt alia in his libris multa, significatione coniugationis Hebrææ hitpahel. In quatuor vetustis codicib. adscribitur distinctio post ἀσκῶ, & pro ἔχειν, id est *habeam*, scribitur ἔχων, id est *habens*: Ego receptam scripturam magis probo.

17 *Pluribus autem annis interiectis*, δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων. Vide Marc. 2. 1.

18 *Inter quæ*, ἐν οἷς. vt Inter hæc dicere solet Liuius. id est, quibus rebus dum essem occupatus, vt infra 26. 12. Nam etiam in duobus codicibus pro ἐν οἷς legimus ἐν αἷς ita vt subaudias προσφοραῖς. Captus enim fuit Paulus vnà cum Nazaræis illis vacans rebus sacris: & ita loqui solent disertiores etiā Græci, vt Demosth. ἐν οἷς τὰς χρηματ[illegible], *quo tempore iudiciis absoluebar*. Idem, ἐν οἷς τοὺς λόγους ἀπεσημαινόμην, *quo tempore rationes meas obsignabam*. Vulg. & Eras. *In quibus*. ¶ *Neque*

ἱερῷ, οὐ μετὰ ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου, τινὲς ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι,

19 Οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι, καὶ κατηγορεῖν εἴ τι ἔχοιεν πρός με.

20 Ἢ αὐτοὶ οὗτοι εἰπάτωσαν εἴ τι εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα, στάντος μου ἐπὶ τοῦ συνεδρίου.

21 Ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς, ἧς ἐκέκραξα ἑστὼς ἐν αὐτοῖς, Ὅτι περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι σήμερον ὑφ' ὑμῶν.

22 Ἀκούσας δὲ ταῦτα Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπὼν, ὅταν Λυσίας ὁ χιλίαρχος καταβῇ, διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς.

cum turba, neque cum tumultu, quidam ex Asia Iudæi,

19 Quos oportuit apud te adesse, & accusare siquid haberent aduersum me.

20 Aut hi ipsi dicant siquod inuenerunt in me iniustè factum, quum ego starem in consessu.

21 Nisi de hac vna voce qua clamaui quum inter eos starem, De resurrectione mortuorum ego in iudicium vocor hodie à vobis.

22 Auditis autem his, Felix ampliauit eos. Postquam exquisitius pernouero quæ ad viam istam pertinent, inquiens, quum Tribunus Lysias descenderit, pernoscam vestrum negotium.

non cum turba, neque cum tumultu. Quidam autem ex Asia Iudæi,

19 *Quos oportebat apud te præsto esse, & accusare, siquid haberent aduersum me.*

20 *Aut hi ipsi dicant siquid inuenerunt in me iniquitatis, quum stem in concilio.*

21 *Nisi de vna hac solummodo voce, qua clamaui inter eos stans, Quoniam de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis.*

22 *Distulit autem illos Felix, certissimè sciens de via hac, dicens, Quum Tribunus Lysias descenderit, audiam vos.*

Iudex, vt de re dubia, Amplius pronunciat.

¶ *Neque cum tumultu*, μήτε μετὰ θορύβου. In nonnullis exemplaribus Vulgatæ editionis subiiciuntur ista quæ in nullis Græcis codicibus inuenimus, *Et apprehenderunt me, clamantes ac dicentes, Tollite inimicum nostrum*, καὶ ἐκράτησάν με κράζοντες, καὶ λέγοντες, Αἴρετε τὸν ἐχθρὸν ἡμῶν. ¶ *Quidam ex Asia Iudæi*, τινὲς ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι. In nonnullis codicibus legitur, eodem sensu, τινὲς τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαίων, *quidam ex Asiaticis Iudæis*. Sed (meo quidem iudicio) malè plerique codices post θορύβου adscripto puncto, nouam hîc inchoant periodum, & legunt, τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι quod sequutus etiam est Vetus interpres. Ita enim fit vt superiore versiculo desit rectus qui cū verbo εὗρον construatur, & in isto prorsus hiet sententia. Nam hîc durum sanè fuerit supplere verbum εἰσὶ, vt conuertas, *Sunt autem quidam ex Asia Iudæi*, &c. Hanc autem germanam esse lectionem, ita vt sublata coniunctione δὲ, & puncto nullo post θορύβου addito, ista cum verbo εὗρον connectantur, apparet primùm ex ipsa historia quæ commemorat ab Asiaticis deprehensum fuisse Paulum, ac totam seditionem excitatam, suprà 21. cap. 27. Deinde ex eo quòd alioquin durissimum ac Lucæ præsertim inusitatum erit istud anantapodoton: quæ tamen rationes non habuissent apud me tantum ponderis vt vsitatiorem lectionem mutarem, nisi accessisset trium manuscriptorum codicum auctoritas, in quibus ita scriptum inueni, & Chrysostomi quoque testimonium, qui non aliter legit. Licebit tamen veterem scripturam retinere, si addas verbum ἐθορύβουν, id est *tumultuati sunt*, quod in nullis quidem Græcis codicibus inueni: sed est in Syra & Arabica interpretatione.

20 *Quum ego starem*, στάντος μου. Vulg & Eras. *Quum stem*: quasi loquatur Paul' de præsenti cognitione. Atqui res ipsa clamat, hoc accipiendum de superiore iudicio, quum à Tribuno in Concilium seniorum deductus est. Perinde enim est acsi diceret Paulus, Iam ego causam coram ipsis dixi, exponant cui tandem crimini obnoxium esse me deprehenderint. Certè nihil aliud habent quod proferre possint, nisi fortassis hoc vnum, quòd clamaui me in iudicium vocari quòd resurrectionem mortuorum affirmem. Dicit autem hæc Paulus, non quasi crimen hoc esse fateatur, sed εἰρωνικῶς. Deinde si de ista præsidis cognitione istud esset accipiendum, certè non dixisset ἐπὶ τοῦ συνεδρίου (id enim de eo demum loco dicitur in quo plures sedent iudices) sed ἐπὶ σοῦ, vt paulò antè hac eadem oratione, & suprà, 23. 30. aut ἐπὶ τοῦ βήματος, vt infrà, c. 25. 10, & suprà 18. 17.

21 *Nisi*, ἤ: id est εἰ μή. vt Ioan. 13. 10. Sunt autem hæc dicendi genera quæ per se hiulca sunt, petita è medio, cuiusmodi plurima passim annotauimus.

22 *Ampliauit eos*, ἀνεβάλετο αὐτούς. Vulg. *distulit eos*, id est distulit iudicium huius accusationis, quod Latinè significatur Ampliandi & Comperendinandi vocibus, quum de ipsis reis agitur. ¶ *Postquam, inquiens, exquisitius pernouero quæ ad viam istam pertinent*, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών. Vel, vt quidam exponunt, *Quod penitus nosset quæ ad viam illam pertinebant*. id est ad religionem Mosis: ita vt facilè potuerit ex confessione Pauli intelligere, nihil eum contra Legem admisisse: verùm appellatione τῆς ὁδοῦ nusquam inuenio in nouo Testamento Legem significari, nisi quid adiiciatur ex quo id possit intelligi: sed Euangelicam potius doctrinam, vt suprà, cap. 9. vers. 2, & 19. 8. & 22. item capite 22. versic. 4. Deinde (vt hoc concedam) vix tamen mihi videtur tantam Legis cognitionem Lucas Felici voluisse tribuere: neque hæc ratio debuit aut potuit Felicem ad ampliandam causam, sed potius ad iudicium, vt de re nota, ferendum impellere. Et tamen Syrus & Arabs interpretes hunc sensum sequuti, prius hoc membrum coniungunt cum verbo ἀνεβάλετο: itidémque Vulgata hæc versio, *certissimè sciens de hac via*. Quidam igitur appellatione Viæ intelligunt ipsos Sacerdotum mores ac ingenia quæ optimè nosset Felix, vt facilè coniicere potuerit Paulum ab ipsis per inuidiam ac calumniam accusari. Ac bellè quidem conuenit hæc sententia, sed τὴν ὁδὸν nusquam inuenio hac significatione vsurpari, quum præsertim non addatur pronomen αὐτῶν, *eorum*, quod tamen videtur omnino fuisse adiiciendum, si hæc esset horum verborum sententia. Itaque omnino existimo participium εἰπὼν per traiectionem, explicandum esse, ita vt hoc totum tribuatur Felicis personæ, & hîc locus sic explicetur. Accusatus fuerat violatæ religionis Paulus, quasi nouam quandam sectam inueheret. Hoc crimen ita ipse est inficiatus vt doceret sectam illam quam profitebatur, à vera & patria religione nihil prorsus dissentire. Hîc nascitur quæstio, sítne secta Nazaræorum (quam Iudæi vocabant) Legi Mosaicæ repugnans, vt sit Paulus condemnandus impietatis. Erant præterea nonnulla crimina quæ Iudæi obiiciebant, concitatæ nimirum seditionis & profanati templi. Hæc Paulus prorsus ac simpliciter inficiatur. Hinc nascitur facti quæstio. De impietate constituere non poterat Felix, nisi melius cognita ratione eius viæ (id est sectæ) quam profitebatur Paulus. De reliquis audiendus erat in primis Lysias, qui omnibus in Ierusalem gestis interfuerat. Iure itaque Felix reum ampliat, dum accuratius intelligat quæ sit ratio sectæ illius quam sibi obiectam Paulus agnoscebat se complecti: itémque dum ex Lysia de causis illius tumultus cognoscat: vt tum demum reus vel damnetur vel absoluatur. Hæc expositio (ni fallor) plana est ac simplicissima. Quod autem ad traiectionem attinet, non est quòd quisquam detortam ac violentam putet. Neque enim ferè aliter in dialogis vsurpari solent istæ particulæ, ἦν δ' ἐγώ, ἔφη, ἦ δ' ὅς, apud Platonem: & apud Latinos, Inquam, & Inquit. Quinetiam similis aut durioris etiam in eodem verbo traiectionis exempla inuenies Luc. 5. 24. & 7. 42. & infrà 25. 5. Fateor tamen plerunque hanc traiectionem in medio aliquo membro inueniri, quum hîc inter duo membra vsurpetur: sed summa illa sermonis puritas non debet in his auctoribus quæri: & sententiæ perspicuitas videtur hanc expositionem, etiamsi cæteræ rationes desint, satis confirmare.

Fidus est suorum custos Dominus, & incredibilis quædam virtus veritatis etiam inter homines alioqui profanos.

23 Διαταξάμενός τε τῷ ἑκατοντάρχῃ τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον, ἔχειν τε ἄνεσιν, καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν, ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ.

23 Edicens etiā Centurioni vt seruaretur Paulus, ac relaxaretur, & nequis prohiberetur ex ipsius familiaribus ei ministrare, aut eum adire.

23 *Iussitque Centurioni custodire eum, & habere requiem, neque quenquam de suis prohibere ministrare ei.*

24 Μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς παραγενόμενος ὁ Φῆλιξ σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ οὔσῃ Ἰουδαίᾳ, μετεπέμψατο τὸν Παῦλον, καὶ ἤκουσεν αὐτοῦ περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως.

24 Aliquot autem pòst diebus quum aduenisset Felix cū Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit Paulū: & audiuit eum de fide quæ est in Christum.

24 *Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidē quæ est in Christum.*

25 Διαλεγομένου δὲ αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἐγκρατείας καὶ τοῦ κρίματος τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἔμφοβος γενόμενος ὁ Φῆλιξ ἀπεκρίθη, Τὸ νῦν ἔχον πορεύου· καιρὸν δὲ μεταλαβὼν μετακαλέσομαί σε.

25 Disserente autem ipso de Iustitia, & Continentia, & Iudicio futuro, expauefactus Felix respondit, Vt nunc se res habent abi: opportunitatem autem nactus accersam te.

25 *Disputante autem illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te.*

26 Ἅμα δὲ καὶ ἐλπίζων ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Παύλου, ὅπως λύσῃ αὐτόν· διὸ καὶ πυκνότερον αὐτὸν μεταπεμπόμενος, ὡμίλει αὐτῷ.

26 Simul & illud sperans, fore vt pecunia ipsi daretur à Paulo, vt eum *vinculis* exolueret: quāobrem etiam frequentius eum accersens, colloquebatur cum eo.

26 *Simul & sperans quòd pecunia daretur à Paulo: propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo.*

In animo sibi malè conscio, etiam si qua interdum est æquitatis species, necesse tamē est mox deleri. Interea tamen patientia opus est, eáque diuturna.

27 Διετίας δὲ πληρωθείσης ἔλαβε διάδοχον ὁ Φῆλιξ Πόρκιον Φῆστον· θέλων τε χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ, κατέλιπε τὸν Παῦλον δεδεμένον.

27 Biennio autem expleto accepit successorem Felix Porcium Festum: & volens gratiam inire à Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

27 *Biennio autem expleto accepit successorem Felix Porcium Festum. Volens autem gratiā præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.*

Κεφάλαιον κε.

CAP. XXV.

CAP. XXV.

Diligentes ministri Satanæ in captandis omnibus occasionibus: sed excubans Dominus pro suis omnia eorum consilia nullo negotio impedit.

1 Φῆστος οὖν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπὸ Καισαρείας.

1 Festus ergo ingressus prouinciam, triduo pòst ascendit Cæsarea Hierosolymam.

1 *Festus ergo quum venisset in prouinciam, post triduum ascendit Ierosolymam à Cæsarea.*

2 Ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Παύλου, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν,

2 Comparuerunt autem coram eo Pontifex Maximus & primarij ex Iudæis contra Paulum, & eum precati sunt,

2 *Adieruntque eum principes Sacerdotum, & primi Iudæorum aduersus Paulū, & rogabant eum,*

3 Αἰτούμενοι χάριν κατ' αὐτοῦ ὅπως μεταπέμψηται αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ, ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδόν.

3 Petentes gratiam aduersus eum, vt accerseret eum Hierosolymam: factis insidiis vt *eum* in via interimerent.

3 *Postulantes gratiam aduersus eum, vt iuberet perduci eum in Ierusalem: insidias tendentes vt interficerent eum in via.*

4 Ὁ μὲν οὖν Φῆστος ἀπεκρίθη τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον ἐν Καισαρείᾳ, ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν τάχει ἐκπορεύεσθαι.

4 Festus autē respōdit vt asseruaretur Paulus Cæsareæ, se verò citò *illuc* profecturum.

4 *Festus autem respondit seruari Paulum in Cæsarea, se autem maturius profecturum.*

5 Οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, φησὶ, συγκαταβάντες, εἴ τί ἐστιν ἄτοπον ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, κατηγορείτωσαν αὐτοῦ.

5 Qui ergo inter vos, inquit, *istud poterunt*, vnà descendant, & siquid est in hoc viro improbum, accusent eum.

5 *Qui ergo in vobis, ait, potentes sunt, descendentes simul, siquid est in viro crimen accusent eum.*

23 *Edicens etiam*, διαταξάμενός τε. Vulgata, *Iussitque*. quasi positum sit hoc etiam loco participium pro verbo, vt suprà 24.5, & alibi annotauimus. Sed præstat vtrumque participium εἰπὼν & διαταξάμενος referre ad verbum ἀνεβάλετο. & quidem vt tempore præsenti interpretari, quoniam hæc simul acta sunt. Deinde τὸ διατάσσεσθαι non significat simplex mandatum, sed quod iudex sententiam ferens edicit. ¶ *Relaxaretur*, ἄνεσιν ἔχειν. à vinculis videlicet. Vulg. ineptè, *habere requiem*. Castellio, *mitius habeatur*.

24 *Cum Drusilla vxore sua*, σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Hæc fuit Agrippæ, cuius postea fiet mentio, soror, fœmina libidinosissima, quæ ab Azizo Emesenorum rege circunciso ad hunc Felicem, Pallantis Neronis liberti fratrē, profanum hominem, transiit, vt Iosephus copiosè narrat lib. Antiq. 20.

25 *Vt nunc se res habent*, τὸ νῦν ἔχον. Impersonaliter, vt δέον ἐξὸν, & similia. Hoc est quod Gallicè dicimus, *pour le present*. quo sermone vti consueuerunt quibus ingratum est quod audiunt, quod tamen dissimulant. Vulg. *Quod nunc attinet*, barbarè. ¶ *Nactus*, μεταλαβών. Vulg. *Tempore autem opportuno*. id est, ἐν καιρῷ.

27 *Biennio expleto*, διετίας πληρωθείσης. Quibus interea tempestatibus iactata sit Iudæa, & quidem Cæsarea, vbi tum vinctus erat Paulus, operæpretiū est ex eorū temporū historia co[illegible]scere. vnde etiā intelligetur cur studuerit Iudæis gratifica[illegible] Felix, nēpe vt eos haberet mitiores, quum infinita scelera in prouincia admisisset, adeo vt solius fratris Pallantis gratia mortem euaserit, sicut Tacitus testatur.

IN CAPVT XXV.

2 *Comparuerunt*, ἐνεφάνισαν. Vide suprà 24.1.

5 *Istud poterunt*, δυνατοί. Sub. εἰσίν. Id est, quibus commodū erit Cæsareā venire, & aduersus Paulū agere. Vulg. *Qui in vobis potentes sunt*. Et fateor τοὺς δυνατοὺς eos significare qui potestate vel aliis copiis præstant. Sed nō video cur hos potius quàm alios Festus fuerit satis prudēter aduersus Paulū euocaturus, quū minimè quæratur apud æquos iudices, quā potētes sed quàm veri sint alicuius accusatores. Quum autem de loco iudicij ageretur, probabile est omnino Festum monere vt Cæsaream veniant quibus id cōmodum erit, seu à quibus potissimū existimauerint Paulū peragi reum iustis rationibus posse. ¶ *Siquid est improbum*, εἴ τι ἐστὶν ἄτοπον. Ita legunt emendatiores codices vetusti quinque. ἄτοπον autem vocat hoc loco, non quod ineptè & absurdè, sed quod improbè ac malitiosè fit: vnde ἀτοπία de scelere dicitur, & ἄτοποι pro improbo ac scelerato accipitur 2. Thess. 3.2. Sic idem hoc vocabulum vsurpauit Lucas noster cap. 23.41. alterius libri: & hoc est quod ab Heb. נבלה [*Nevalah*] dicitur, & à Græcis vertitur ἀσχήμων & ἀφροσύνη, specie πονηρίας.

6 Non

6 Διατρίψας δὲ ἐν αὐτοῖς ἡμέρας οὐ πλείους ἢ δέκα, καταβὰς εἰς Καισάρειαν, τῇ ἐπαύριον καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσε τὸν Παῦλον ἀχθῆναι.

6 Sumptis autem apud eos diebus non pluribus quàm decē, quum descendisset Cæsaream, postero die sedit in tribunali, iussitque Paulum adduci.

6 *Demoratus autem inter eos dies non amplius quàm octo aut decem, descendit Cæsaream, & altera die sedit pro tribunali, & iussit Paulū adduci.*

Iniuriam non iniuria, sed iure licet repellere.

7 Παραγενομένου δὲ αὐτοῦ, περιέστησαν οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβεβηκότες Ἰουδαῖοι, πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι.

7 Qui quum adfuisset, circunsteterūt *eum* qui Hierosolymis descenderant Iudæi, multas & graues criminationes adferentes aduersus Paulum, quas nequibant demonstrare:

7 *Qui quum perductus esset, circumsteterunt eum qui ab Ierosolyma descenderant Iudæi, multas & graues causas obiicientes, quas non poterant probare:*

8 Ἀπολογουμένου αὐτοῦ, Ὅτι οὔτε εἰς τὸν νόμον τῶν Ἰουδαίων, οὔτε εἰς τὸ ἱερὸν, οὔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον.

8 Ipso pro sui defensione dicente, Neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quicquam peccaui.

8 *Paulo rationem reddente, Quoniam neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarē quicquam peccaui.*

Dominus malorum consilia nō tantùm auertit, sed etiam in ipsorum caput retorquet.

9 Ὁ Φῆστος δὲ τοῖς Ἰουδαίοις θέλων χάριν καταθέσθαι, ἀποκριθεὶς τῷ Παύλῳ, εἶπε, Θέλεις εἰς Ἱεροσόλυμα ἀναβὰς, ἐκεῖ περὶ τούτων κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ;

9 Sed Festus volens gratiam inire à Iudæis, respondens Paulo, dixit, Vis Hierosolymam ascendere, & illic de his iudiciū subire apud me?

9 *Festus autem volens gratiam præstare Iudæis, respondens Paulo, dixit, Vis Ierosolymam ascendere & ibi de his iudicari apud me?*

10 Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος, Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι, οὗ με δεῖ κρίνεσθαι. Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα, ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις.

10 Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, vbi me oportet iudiciū subire, Iudæos nulla in re iniuria affeci, sicut & tu pulchrè agnoscis.

10 *Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, vbi me oportet iudicari. Iudæis non nocui, sicut tu melius nosti.*

11 Εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι, οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν· εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί μου, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι.

11 Nam si sum nocens & dignum morte feci quippiam, non recuso mori: sin verò nihil est *ex iis* quorum isti me accusant, nullus me potest iis donare: Cæsarem appello.

11 *Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si verò nihil est eorum quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare: Cæsarem appello.*

12 Τότε ὁ Φῆστος συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου ἀπεκρίθη, Καίσαρα ἐπικέκλησαι; ἐπὶ Καίσαρα πορεύσῃ.

12 Tunc Festus cum Concilio colloquutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarē proficisceris.

12 *Tunc Festus cum consilio loquutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis.*

Festus nihil tale cogitans, testibus etiam regibus, Iudæorum improbitatem & Pauli innocentiā in apertum profert, Ecclesiam Dei mirificè iuuat.

13 Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν, Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς καὶ [illegible] κατήντησαν εἰς Καισάρειαν, [illegible]σόμενοι τὸν Φῆστον.

13 Diebus autem aliquot exactis, Agrippa rex & Bernice venerunt Cæsaream, salutaturi Festum.

13 *Et quum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsaream ad salutādum Festum.*

14 Ὡς δὲ πλείους ἡμέρας διέτριβον ἐκεῖ, ὁ Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, [illegible] καταλελειμμένος ὑπὸ [illegible]μιος·

14 Et quū dies complures illic essent consūpsissent, Festus regi exposuit illi de Paulo, dicens, Vir quidam est relictus à Felice in vinculis.

14 *Et quum plures dies ibi demoraretur, Festus regi indicauit de Paulo, dicens, Vir quidam est derelictus à Felice vinctus:*

15 Περὶ οὗ, γενομένου μου εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐνεφάνισαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ

15 De quo, quum venissem ego Hierosolyma, cōparentes me interpellarunt primarij Sacer-

15 *De quo quum essem Ierosolymis, adierūt me principes Sacerdotum & se-*

6 *Non pluribus*, οὐ πλείους. Omnino videtur poscere sententia vt negans particula in plerisque exemplaribus omissa restituatur. Dixerat enim Festus se breui profecturum. Ita etiam legit Vetus interpres: & in tribus Græcis exemplaribus sic scriptum inuenimus. ¶ *Quam decem*, ἢ δέκα. Vulg. *Quàm octo aut decem*, ὀκτὼ ἢ δέκα: quam lectionem non probo, licet repertam in Græcis codicibus tribus, itémque in Syra & Arabica interpretatione.

7 *Criminationes*, αἰτιάματα. Vulg. *causas*, *dura*.

8 *Pro sui defensione diceret*, ἀπολογουμένου. Vide suprà 24.10.

9 *Vis?* θέλεις. Num verò positum fuit in reorum potestate, vt quo demum loco ipsis libuisset iudicium subirent? Minimè. Quid igitur mouit Paulum vt ad Cæsarem prouocaret? An quòd certis demum locis prouinciarum conuentus haberentur? Nequaquā. Nā Hierosolymis quoque, imò vel maximè ius dicebant præsides, vt vrbe prouinciæ præcipua, teste etiam passionis Domini historia. Quid igitur? nempe Paulus satis edoctus quid fauore pararet Festus, & quid molirentur Iudæi, si Hierosolymam adductus fuisset, in eo sibi iniuriam fieri conquestus est, quòd quū staret ad Cæsaris tribunal, i. eo loco esset vbi & causam dixisset, & ius dicebatur, Festus non modò iudicium ampliaret, sed etiam in accusatorum gratiam locum iudicij mutaret.

10 *Pulchrè*, κάλλιον. id est optimè. Nam fortassis in hoc dicendi genere commodius potest comparandi gradus accipi pro superlatiuo, (quem vocant) quàm pro absoluto. Homerus Iliad. δ, — σὺ δὲ θᾶσσον Ἀθηναίῃ ἐπιτεῖλαι: id est, εἰς τάχιστα. Sequitur enim, αἶψα μάλ' ἐς στρατὸν ἐλθεῖν &c.

13 *Agrippa rex*, Ἀγρίππας ὁ βασιλεύς. Hic fuit Agrippæ illius filius cuius mortem descripsit Lucas, suprà, 12. tum maximæ partis auiti regni ac tandem etiam totius Iudææ rex factus. Huius soror fuit Bernice, primùm Herodi patruo suo Chalcidis regi nupta, deinde Polemoni Ciliciæ regi: à quo discedens, cœpit fratrem Agrippam sectari, non sine manifesta incesti suspicione. Et tamen Deo visum est vt coram istis impurissimis fidelis seruus ipsius causam diceret, quod & modestè & libenter fecit.

14 *Exposuit*, ἀνέθετο vel retulit. Significatur autem hoc verbo in hac notatione amicè & familiariter quippiam alteri commemorare, quod alioqui summo iure facere non tenearis, vt ex hoc loco apparet, & Gal. 2.2. ¶ *In vinculis*, δέσμιος. Vulgata, *vinctus*, rectè quidem: sed vitanda fuit amphibolia, quæ non est in Græcis.

15 *Comparentes me interpellarunt*, ἐνεφάνισαν. Vnicum verbum duobus sum interpretatus, quoniam sæpe ex Hebræorum idiotismo ex vno verbo intelligitur consequens, vt Matth. 4.5. & alibi sæpe diximus. Vulg. *adierunt me*, sensu rectè expresso.

πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων, αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην.

16 Πρὸς οὓς ἀπεκρίθην ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος.

17 Συνελθόντων οὖν αὐτῶν ἐνθάδε, ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος, τῇ ἑξῆς καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσα ἀχθῆναι τὸν ἄνδρα.

18 Περὶ οὗ σταθέντες οἱ κατήγοροι, οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον ὧν ὑπενόουν ἐγώ.

19 Ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμονίας εἶχον πρὸς αὐτόν, καὶ περί τινος Ἰησοῦ τεθνηκότος, ὃν ἔφασκεν ὁ Παῦλος ζῆν.

20 Ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν, ἔλεγον εἰ βούλοιτο πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ, κἀκεῖ κρίνεσθαι περὶ τούτων.

21 Τοῦ δὲ Παύλου ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν, ἐκέλευσα τηρεῖσθαι αὐτόν, ἕως οὗ πέμψω αὐτὸν πρὸς Καίσαρα.

22 Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Φῆστον ἔφη, Ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι. Ὁ δέ, Αὔριον, φησίν, ἀκούσῃ αὐτοῦ.

23 Τῇ οὖν ἐπαύριον ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ πολλῆς φαντασίας, καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροα-

dotes & seniores Iudęorũ, petẽtes damnationẽ aduersus eum.

16 Quibus respõdi non esse Romanis morem quempiam perdendum concedere, priusquam is qui accusatur in cõspectu habeat accusatores, & locũ defensionis accipiat super criminatione.

17 Quum ergo huc conuenissent, absque vlla dilatione consequenti die sedens in tribunali, iussi adduci hominem.

18 Cuius accusatores quum adstarent, nullum crimen obiiciebant eorum quæ ego suspicabar.

19 Sed quæstiones quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem aiebat Paulus viuere.

20 Incertus autem ego super eiusmodi quæstione, dixi num vellet proficisci Hierosolymã, & illic iudiciũ subire sup istis.

21 Quum verò Paulus prouocasset vt asseruaretur Augusti cognitioni, iussi eum asseruari quousque mitterem eum ad Cęsarem.

22 Agrippa verò dixit Festo, Velim & ipse hominem audire. At ille, Cras, inquit, eum audies.

23 Postero igitur die quum venisset Agrippa & Bernice cum multa ostentatione, & introissent in auditorium cum Tribu-

niores Iudaeorum, postulantes aduersus illum damnationem.

16 *Ad quos respondi, Quia non est Romanis consuetudo donare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina.*

17 *Quum ergo huc conuenissent, sine vlla dilatione sequenti die sedens pro tribunali, iussi adduci virũ.*

18 *De quo quum stetissent accusatores, nullã causam deferebant de quibus ego suspicabar malum.*

19 *Quæstiones verò quasdam de sua superstitione habebant aduersum eum & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere.*

20 *Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam si vellet ire Ierosolymam, & ibi iudicari de istis.*

21 *Paulo autem appellante vt seruaretur ad Augusti cognitionem, iussi seruari eum, donec mittam eum ad Cæsarem.*

22 *Agrippa autem dixit ad Festum, Volebam & ipse hominẽ audire. Cras, inquit, audies eum.*

23 *Altera autem die quũ venisset Agrippa & Bernice cũ multa ambitione, & introissent in auditoriũ cum Tribunis, & viris*

Profani ex intestinis rixis damnandæ veræ doctrinæ occasionem arripiunt: sed salua interim manet veritas

Impletur in Paulo quod de eo prædixerat Ananiæ Dominus. sup. 9. cap. 15.

¶ *Damnationem*, δίκην. Tria minimùm significat δίκη, nimirum & actionem ipsam coram iudice, & iudicis cognitionem, & ipsius denique cognitionis exequutionem. Ex his autem significationibus quænam hîc maximè conueniat, res ipsa ostendit: neque dubito quin sicut plurimis locis κρίνω accipitur pro κατακρίνω & κρίσις pro κατάκρισις, sic etiam δίκη ponatur hoc loco pro καταδίκη: quomodo etiam disertè scriptũ inuenimus in duobus codicibus. At enim (inquit Erasmus) quis postulat damnationem à iudice indicta causa? Iudęi certè hoc olim aduersus Christum petierant ac impetrarant: & nunc quoque flagitant in Paulum, vt apparet ex ipsius Festi responso: quod planè ineptum erit si δίκην interpreteris *Cognitionem*. Quisnam enim illis recusaret quod Romanos ipsemet diceret facere consueuisse?

16 *Quempiam perdendum concedere*, χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν. vel in gratiam alicuius ad mortem damnare, indicta videlicet causa, sicut mox explicat. Est enim membrum quod sequitur superioris explicatio, quamobrem etiam adieci particulam *indemnatum*. Nec enim in gratiam alicuius dici potest reum damnare iudex qui legitimè conuictum damnat: ac proinde totus hic locus sic esset explicandus. Non esse Romanis hunc morem vt quempiam condonent ad pœnam, neque damnare quemquam consueuisse priusquam is qui accusatur, &c. ¶ *Super criminatione*, περὶ τοῦ ἐγκλήματος. Vulg. *Ad abluenda crimina*. Erasmus, *De crimine*. Atqui τὸ ἔγκλημα nõ simpliciter significat crimen, sed ipsam criminis obiectionem includit.

19 *Superstitione*, δεισιδαιμονίας. Δεισιδαιμονίαν explicat Plutarchus nimium & importunum deorum metum, vnde exortæ sunt superstitiosæ ceremoniæ. Huic autem opponitur ἀθεότης, ita vt in medio, tanquam μεσότης constituatur εὐσέβεια. Impiè ergo loquitur profanus homo de veri Dei cultu, nihil etiam Agrippæ regis præsentiam veritus. Solebant enim isti prouinciarum præsides sese ipsis etiam regibus propter populi Romani Maiestatem anteponere: & probabile est hunc etiam Agrippã, maiorum suorum vestigia sequutum, ita professum esse Iudaicam religionem, vt tamen Romanos minimè vellet offensos.

20 *Incertus autem ego*. Hic verò Festus peccatum suum tegit, & seipsum coarguit. Cur enim reum non absoluebat in quem nihil probaretur? aut quis erat dubitationi locus? Itaque si quod res erat dixisset, fassus esset sese idcirco Cæsarea Hierosolymam transferri voluisse Paulum, vt Iudæis gratificaretur, & innocentem crudelitati hostium exponeret, siue in itinere, vti conuenerat, siue in vrbe trucidandũ: quamobrem iustam prouocationis occasionem præbuit. Nam Ciui Romano, ad populum quidem olim, ad Cęsarẽ verò postea prouocatio legibus certissimi erat concessa.

23 *Ostentatione*, φαντασίας. Quid propriè sit φαντασία non est quòd pluribus disseramus. Hîc quidem certum est, hoc nomine declarari quod vulgò Apparentiam vocamus, speciosum videlicet pompæ ac Regię magnificentiæ splendorem, in spectantium oculos incurrentem, qua significatione vtuntur hac voce doctissimi etiam scriptores, vt Aristoteles, Hippocrates & Possidonius apud Athenæum: quorum exempla citat sæpe à me toties non immeritò laudatus Camerarius. Erasmus, *Apparatu*, παρασκευῇ. Vulgata, *Ambitione*, φιλοτιμίᾳ. Videtur autem Lucas hoc propterea expressisse, vt proponat lectoribus considerandam antithesin inter istos in tribunali cum tanto splendore sedentes, & causam ex vinculis dicentem Christi Apostolum: qua in re potissimum apparet Capitis & membrorum συμμορφωσις, de qua Paulus ipse Philipp. 3. 10. ¶ *Auditorium*, ἀκροατήριον. Iurisconsultorum verbum pro loco in quo cognoscendæ cõtrouersiæ causa iudices conueniunt, quanuis alicubi Quintil. Auditorium & Iudicium inter se opponat.

¶ Fam-

τήριον σύν τε τοῖς χιλιάρχοις καὶ ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως, καὶ κελεύσαντος τοῦ Φήστου, ἤχθη ὁ Παῦλος.

24 Καί φησιν ὁ Φῆστος, Ἀγρίππα βασιλεῦ, καὶ πάντες οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες, θεωρεῖτε τοῦτον περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι ἔν τε Ἱεροσολύμοις καὶ ἐνθάδε, ἐπιβοῶντες μὴ δεῖν ζῆν αὐτὸν μηκέτι.

25 Ἐγὼ δὲ καταλαβόμενος μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι, καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστόν, ἔκρινα πέμπειν αὐτόν.

26 Περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι τῷ Κυρίῳ οὐκ ἔχω. διὸ προήγαγον αὐτὸν ἐφ' ὑμῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, βασιλεῦ Ἀγρίππα. ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης σχῶ τι γράψαι.

27 Ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ, πέμποντα δέσμιον, μὴ καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας σημᾶναι.

Κεφάλαιον κϛ.

1 Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη, Ἐπιτρέπεταί σοι ὑπὲρ σεαυτοῦ λέγειν. Τότε ὁ Παῦλος ἀπελογεῖτο, ἐκτείνας τὴν χεῖρα.

2 Περὶ πάντων ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σοῦ σήμερον·

3 Μάλιστα γνώστην ὄντα σε εἰδὼς πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν τε καὶ ζητημάτων. Διὸ δέομαί σου, μακροθύμως ἀκοῦσαί μου.

4 Τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος, τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθνει μου ἐν Ἱεροσολύμοις, ἴσασι πάντες οἱ Ἰουδαῖοι

5 Προγινώσκοντές με ἄνωθεν, (ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν) ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος.

nis & eminentibus eius vrbis ciuibus, iubẽte Festo, adductus est Paulus.

24 Tum Festus, Agrippa rex, inquit, & omnes qui simul adestis nobiscum, videtis istum de quo omnis multitudo Iudæorum compellauit me & Hierosolymis & hîc, vociferantes non oportere ipsum viuere amplius.

25 Ego verò quum cõperissem eum nihil dignum morte fecisse: & is ipse appellasset Augustum, decreui eum mittere.

26 De quo quid certi scribam Domino, non habeo. quapropter eum ad vos produxi, & maximè ad te, rex Agrippa, vt habita quæstione, habeam quod scribam.

27 Nam præter rationem mihi videtur, quum mittam vinctũ, non etiam crimina in eum *collata* significare.

Cap. XXVI.

1 Agrippa verò Paulo dixit, Permittitur tibi pro teipso dicere. Tunc Paulus extẽta manu, hac defensione vsus est.

2 Super omnibus de quibus postulor à Iudæis, rex Agrippa, beatum me duco quòd sim hodie defensione apud te vsurus.

3 Maximè quòd te gnarũ esse sciam omniũ quæ apud Iudæos sunt rituum & quæstionum. Ideo rogo te vt me patiente animo audias.

4 Vitam itaque meam actam à iuuentute, quæque à principio fuit in gente mea Hierosolymis, sciunt omnes Iudæi:

5 Vt qui antea nouerint, me iam inde à maioribus (si velint testari) secundum exquisitissimam illam hæresin nostri religiosi cultus, vixisse Pharisæum.

principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus.

24 *Et dicit Festus, Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc de quo omnis multitudo Iudaeorum interpellauit me Ierosolymis & hîc, petentes & acclamantes non oportere eum viuere amplius.*

25 *Ego verò comperi nihil dignum morte eum admisisse: ipso autem hoc appellante ad Augustum, iudicaui mittere.*

26 *De quo quid certum scribam domino, non habeo. Propter quod produxi eum ad vos, & maximè ad te, rex Agrippa, vt interrogatione facta, habeam quid scribam.*

27 *Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & causas eius non significare.*

Cap. XXVI.

1 *Agrippa verò ad Paulum ait, Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu, cœpit rationem reddere.*

2 *De omnibus quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, æstimo me beatum, apud te quum sim defensurus me hodie:*

3 *Maximè te sciente omnes quæ apud Iudæos sunt consuetudines & quæstiones. Propter quod obsecro patienter me audias.*

4 *Et quidem vitã meam à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ierosolymis, nouerunt omnes Iudæi:*

5 *Præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis, vixi Pharisæus.*

Peritum iudicem nancisci, magnum & rarum Dei beneficium.

Paulus vitæ suæ narrationem in duo tempora distribuẽs, prioris testes citat ipsos aduersarios, posterioris verò, Patres & Prophetas.

¶ *Eminentibus*, τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι. Hi sunt quos vulgò vocamus *gens d'estat*, Vulgata & Erasmus, *Principalibus*.

26 *Domino*, τῷ κυρίῳ. Id est Cæsari: quam appellationem ab adulatoribus ortam tyranni primùm affectarunt: deinde etiam boni principes non recusarunt, vt ex Plinij ad Traianum epistolis apparet. Additum autem inuenimus in tribus exemplaribus pronomen μου, *meo*.

27 *Præter rationẽ*, ἄλογον. Vulg. *Sine ratione*. Eras. *Iniquũ*, ἄδικον.

IN CAPVT XXVI.

3 *Maximè quòd te gnarum esse sciam*, μάλιστα γνώστην ὄντα σε εἰδώς. Vulg. *Maximè te sciente*. Eras. *Quum tu maximè sis gnarus*. Potest enim hoc vt absolutè positum exponi non ineleganter. Quia tamen in vno codice peruetusto scriptum inueni participium εἰδώς, quod etiam annotauit Erasmus posse subaudiri, in altero verò ἐπιστάμενος, quod etiam Syrus & Arabs legerunt & interpretati sunt, & si ita legas, multo planior est constructio: ita scribendum & interpretandum hunc locum arbitror. ¶ *Rituum*, ἐθῶν τε. Ἔθη vocat Iudæorum ritus siue ceremonias sacras. Quæstiones autem refert ad ipsa Religionis placita, non quasi de illis ex ipso Dei verbo non posset satis constare: sed ita significans varias illas Iudæorum sectas, quibus erat puritas religionis contaminata.

5 *Vt qui antea nouerint*, προγινώσκοντες. Vulg. *Præscientes*. Eras. *Qui prius nouerant*. Neuter videtur sensum assequutus. Nam particula πρὸ ad id tempus refertur quo Paulus in Iudæorum conspectu vixerat Hierosolymis: neque simpliciter se dicit olim fuisse ab iis cognitũ, sed quis antea fuerit, vbi & quomodo vixerit, id ipsos probè nosse dicit. ¶ *Iam inde à maioribus*, ἄνωθεν. Vulg. & Eras. *Ab initio*: quasi hæc pertineant ad participium προγινώσκοντες, quum potius cohæreant cum verbo ἔζησα. Nam illud, *Nouerunt me quòd vixerim*, Græcorum more dictum est, pro *Nouerunt me vixisse*, aut *Nouerunt quòd ego vixerim*. vt in illo Aristoph. ἄγε δὴ σὺ μαρτύρησον αὐτῷ ὅς τις εἶ φρονῶν. Et in illo Terentij, *Quum meipsum noris quàm elegans formarum spectator siem*. Significat ergo Paulus se nõ modò Pharisæum fuisse, sed etiam (quod in medio Iudæorum cœtu vociferatus fuerat, suprà, 23. 6.) ex Pharisæis esse oriundum. ¶ *Secundum exquisitissimam illam hæresin*, κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν. Non est (opinor) quòd ex hoc loco colligamus, Pharisaismum à Paulo fuisse tantopere laudatum, vt vitæ genus exqui-

AA 3

sitissimā vocarit. Loquitur .n. Paulus ex aduersariorū hypothesi: quasi diceret, Iudæi Pharisaicam sectam habent pro sanctissima ac religiosissima: eam ipsi norunt me iam inde à meis maioribus fuisse professum. Non est ergo cur anteactam vitam meam reprehendant. Deinde verò ad id vitæ genus progreditur, quod eo ipso tempore amplectebatur, id est ad Christianam religionem, cuius præcipuo capiti, id est, resurrectioni ex mortuis, immoratur. De ipso verò Hæreseos nomine, quod adhuc tunc μέσον erat. Vide suprà 5.17.

Tres sunt testes maximè idonei veræ doctrinæ. Deus, veri patres. Ecclesiæ consensus. Mortuos resurgere probat, primùm ex Dei potentia, deinde ex Christi resurrectione, cuius ipse sit testis idoneus.

6 Καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἕστηκα κρινόμενος·

7 Εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν, ἐν ἐκτενείᾳ νύκτα καὶ ἡμέραν λατρεῦον, ἐλπίζει καταντῆσαι· περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων.

8 Τί; ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει;

9 Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι.

Suprà 8.5

10 Ὃ καὶ ἐποίησα ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ πολλοὺς τῶν ἁγίων ἐγὼ φυλακαῖς κατέκλεισα, τὴν παρὰ τῶν Ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαβών· ἀναιρουμένων τε αὐτῶν κατήνεγκα ψῆφον.

11 Καὶ κατὰ πάσας τὰς συναγωγὰς πολλάκις τιμωρῶν αὐτούς, ἠνάγκαζον βλασφημεῖν· περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς, ἐδίωκον ἕως καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις.

Suprà 9.2

12 Ἐν οἷς καὶ πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν Ἀρχιερέων,

6 Nunc verò ob spem promissionis factæ patribus nostris à Deo, sto in iudicium vocatus:

7 Ad quam *promissionem* duodecim tribus nostræ, Deum nocte & die assiduè colentes sperant se occursuras. de qua spe postulor, rex Agrippa, à Iudæis.

8 Quid? incredibile iudicatur apud vos: quòd Deus mortuos suscitet?

9 Equidem statueram apud me aduersus nomen *illius* Iesu Nazarei, multa oportere *me* contraria facere.

10 ‖Quod etiam feci Hierosolymis: & multos sanctorum ego carceribus inclusi, à primariis Sacerdotibus auctoritate accepta: & quum *ab eis* interimerentur, tuli suffragium.

11 Ac per omnes synagogas sæpe ipsos puniens, coegi ad blasphemandum: & supramodum furens aduersus eos, persequutus sum *ipsos* etiam in exteras vsque ciuitates.

12 Inter quæ etiā ‖proficiscēs Damascū cū potestate & mādato à primariis Sacerdotibus.

6 *Et nunc in spe quæ ad patres nostros repromissionis facta est à Deo, sto iudicio subiectus:*

7 *In qua duodecim tribus nostra, nocte & die deseruientes, sperant deuenire. de qua spe accusor à Iudæis, rex.*

8 *Quid incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat?*

9 *Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere.*

10 *Quod & feci Ierosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi, à principibus Sacerdotum potestate accepta: & quum occiderentur, detuli sententiam.*

11 *Et per omnes synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos persequebar vsque in exteras ciuitates.*

12 *In quibus dum irem Damascum cum potestate & permissu principū Sacerdotum,*

7 *Assiduè, ἐν ἐκτενείᾳ.* Vel, perpetuò: quanquam illud magis proprium est. nam ἐκτενὴς dicitur quod in longum protenditur. Hoc autem omisit Vetus interpres.

8 *Quid? τί;* Ita distinguunt Græca scholia: neque dubito quin germana sit hæc lectio. Nam præter quàm quod alioquin hiabit sententia, plena etiam est hæc oratio summæ grauitatis. Postquam enim Paulus non aliò quàm ad spem immortalitatis ferri ostendit totam diuini cultus inter Iudæos rationem, antequam aliud argumentum longè validissimum adiungat, sumptum à Christi resurrectione, (quē ipse loquentem è cælo audierat) conclusionem inter ista argumenta suo more, quasi mediam interponit: & ita quidem vt auditores suos excitās, assentiri cogat. Quid? inquit, an vobis incredibile videtur quòd Deus mortuos excitet? Quod vernaculo sermone ita optimè expresseris, *Quoy? estimez-vous vne chose non croyable que Dieu resuscite les morts?* Deinde paulatim ad Christi resurrectionem accedit, ea proponens quæ partim ad historiam pertinent, partim etiam huc spectant, ne fides ipsius eleuetur. ¶ *Quod εἰ.* Vulgata & Erasmus, *Si.* Sed res ipsa ostendit εἰ pro ὅτι positum esse, vt diximus alibi. Sic Æschines, θαυμάζε δὲ μοι εἰ μὴ συνεχῶς, ἀλλὰ διὰ χρόνου πρὸς τὸν δῆμον προσέρχομαι.

10 *Tuli suffragium, κατήνεγκα ψῆφον.* Id est συνευδόκησα, vt ipse interpretatur suprà, 22.20. Vulgata & Erasm. *Detuli sententiam*, quasi non tulerit suffragium ipse Paulus, vt qui nō videatur fuisse ex iudicum numero, sed iudicum decretū, vt minister & exequutor, detulerit. Atqui ex historia nullum alium apparet quàm Stephanum fuisse à Iudæis, ne per tumultum quidem, cæsum ante Pauli conuersionem: nec passuri fuissent Romani Iudæos, quibus adempta fuerant capitalia iudicia, tale quicquam aggredi. Stephanus autem fuit quidem ad Iudæorum synedrion tractus, sed neque rogata fuerunt suffragia, neque sententia in ipsum lata est, sed seditiosè fuit extra ciuit[atem] abreptus, atque lapidatus. Oratoriè igitur Paulus vsus est plurali numero, & τὸ καταφέρειν pro φέρειν positum est: atque adeò τὸ καταφέρειν ψῆφον, id est calculum apponere, simpliciter hîc accipitur pro Assentiri & Comprobare, id est συνευδοκεῖν, vt loquitur idem Paulus Rom.1.32. Rectè igitur Syrus προσκοινωνῶ hunc locum interpretatur, *adiunxi me iis qui damnauerunt eos.* Quod autem quidam existimat κατὰ posse construi cum αὐτῶν, acsi scriptum esset ἤνεγκα ψῆφον κατ' αὐτῶν, etsi apud Græcos eiusmodi dicendi genus elegans etiam videtur, tamen hoc loco non facilè probarim.

11 *Puniens, τιμωρῶν.* Id est alios pœnis afficiens, alios minis, vel etiam tormentis ad blasphemandum Christum adegi. sed τιμωρίας nomine capitalis pœna hoc loco non significatur, cuius inferendæ potestas penes Iudæos tum nō erat, ne in ipsa quidem vrbe. Neque verò dubium est quin sæuiens tunc in Synagogis Paulus, & quiduis à summo Pōtifice impetrans, suprà 9.2. ita cum piis ageret, vt in ipsum postea actum fuisse testatur 2.Cor.11.24. Syrus autem rectissimè τιμωρῶν vertit מתשנד [*Meschthnad,*] quod generaliter significat torquere & cruciare. ¶ *Ad blasphemandum, βλασφημεῖν.* i. ad execrandum Christum. Nec enim simplici abnegatione Christianismi contenti fuerunt plerique tyranni, vt ex his Plinij minoris verbis ad Traianum cōstat, *Omnes & imaginem tuam & deorum simulachra venerati sunt, & Christo maledixerunt.*

¶ *Furens, μαινόμενος.* Vel, vt Vulg. *Insaniens.* Sed illud magis est expressum, teste Cicerone Tusc. 3. μαινόμενοι verò Græcis dicuntur, non modò qui omnem mentis vsum amiserunt, sed qui animo sunt impotente, & effreni impetu ad aliquid feruntur.

12 *Inter quæ, ἐν οἷς.* Vulg. *In quibus.* Erasm. *Quarum rerum studio* id est ἐφ' οἷς, vel ὧν χάριν. Vide suprà, 24.18. ¶ *Et mandato curatione, καὶ ἐπιτροπῆς* Id est, vt vernaculo sermone loquimur, *Charge & commission.* Hinc ἐπίτροπος Græcis qui Latinis Tutor dicitur: & ἐπίτροποι prouinciarum, i. procuratores, præsidibus subiecti: vt qui Iudæam Cæsaris nomine procurabant, Syriæ præsidi erant obnoxij, quamuis eos Lucas ἡγεμόνας appellet, nempe non ita subtiliter ista munera distinguens. Cic pro Rosc. *Sua cuique procuratio & auctoritas est restituta.* Vulg. & Erasm. *Permissu*, qua significatione non putarim illud vocabulum apud Græcos inueniri. Fefellit autem eos quòd ἐπιτρέπειν interdum etiam συγχωρεῖν declarat, id est Concedere, ac gratiam facere, vt suprà hoc eodem capite versu 1.

13 Ἡμέρας μέσης, κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον, βασιλεῦ, οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου, περιλάμψαν με φῶς καὶ τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους.

14 Πάντων δὲ καταπεσόντων ἡμῶν εἰς τὴν γῆν, ἤκουσα φωνὴν λαλοῦσαν πρός με, καὶ λέγουσαν τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, Σαοὺλ Σαούλ, τί με διώκεις; σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

15 Ἐγὼ δὲ εἶπον, Τίς εἶ Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὃν σὺ διώκεις.

16 Ἀλλὰ ἀνάστηθι, καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου· εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθην σοι, προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην καὶ μάρτυρα ὧν τε εἶδες, ὧν τε ὀφθήσομαί σοι.

17 Ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς νῦν σε ἀποστέλλω,

18 Ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεόν, τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, πίστει τῇ εἰς ἐμέ.

19 Ὅθεν, βασιλεῦ Ἀγρίππα, οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ.

20 Ἀλλὰ τοῖς ἐν Δαμασκῷ πρῶτον καὶ Ἱεροσολύμοις, εἰς πᾶσάν τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγέλλων μετανοεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεόν, ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας.

21 Ἕνεκα τούτων με οἱ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι.

22 Ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα,

13 Die medio, Rex, in via vidi cælitus lucem, quæ splendorem solis superans, circunfudit me suo fulgore & eos qui mecum iter faciebant.

14 Quum autem omnes nos decidissemus in terram, audiui vocem alloquentem me, ac dicentem Hebraica lingua, Saul, Saul, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulos calcitrare.

15 Ego autem dixi, Quis es Domine? At ille dixit, Ego sum Iesus ille quem tu persequeris.

16 Sed exurge, & insiste pedibus tuis: idcirco enim apparui tibi vt designarem te ministrum ac testē tum eorū quæ vidisti, tum eorū *in* quibus apparebo tibi,

17 Eruens te ex hoc populo, & gētibus, ad quos nūc te mitto,

18 Vt aperias oculos eorum, & conuertas *eos* à tenebris ad lucem, & *à* potestate Satanæ ad Deum, vt remissionem peccatorum & sortem inter sanctificatos accipiant per fidem quæ est in me.

19 Vnde, rex Agrippa, non fui rebellis cælesti illi apparitiōi.

20 ‖ Sed iis qui sunt Damasci primùm, & Hierosolymis, & in omni regione Iudææ, *deinde* & Gentibus annuntiaui vt resipiscerent, & conuerterent se ad Deum, opera facientes conuenientia resipiscentiæ.

21 Horum causa Iudæi ‖ me in templo comprehensum tentarunt manibus *suis* interficere.

22 Sed auxilium quod *est* à Deo nactus, persititi in hunc vsque diem, testificans *ista* tum par-

13 *Die media, in via vidi, rex, de cælo supra splendorem solis circunfulsisse me lumen, & eos qui mecum simul erant.*

14 *Omnésque nos quum decidissemus in terram, audiui vocem loquentem mihi Hebraica lingua, Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare.*

15 *Ego autem dixi, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego sum Iesus quem tu persequeris.*

16 *Sed exurge & sta super pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi vt constituā te ministrum & testem eorum quæ vidisti, & eorum quibus apparebo tibi.*

17 *Eripiens te de populo & gentibus in quas nunc ego mitto te,*

18 *Aperire oculos eorum vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate Satanæ ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorum & sortem inter sanctos per fidem quæ est in me.*

19 *Vnde, rex Agrippa, non fui incredulus cælesti visioni.*

20 *Sed iis qui sunt Damasci primùm, & Ierosolymis, & in omnem regionē Iudææ, & Gentibus annuntiabam vt pœnitentiā agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.*

21 *Hac ex causa me Iudæi, quum essem in templo, comprehensum tentabant interficere.*

22 *Auxilio autem adiutus Dei vsque in hodiernum diem sto, testificans mino-*

Euangelij finis est, ad Christi cognitionē adductos, & in eo per fidem apprehensos iustificatos & sanctificatos seruare.

Sup. 22. & 24. Paulus citat Apostolici sui muneris autorem Deum, testem autem ipsius gratia-ecta est.

Supr. 21. 30

Christus, scopus Legis ac Prophetarum.

13 *Circunfudit me suo fulgore περιλάμψαν με.* Vulg. *Circunfulsisse*, barbarè. Alibi vtitur Paulus verbo περιαστράπτειν, quod est paulò expressius. Vide suprà, 9.3.

17 *Ex hoc populo, ἐκ τοῦ λαοῦ.* Sic putaui exprimendum articulum. Sed & in duobus exemplaribus additur τῶν Ἰουδαίων, Iudæorum, quod nostram interpretationem confirmat. ¶ *Ad quos, εἰς οὕς.* Sic constanter legimus in omnibus codicibus, quum dicendum fuisse videatur εἰς ἅ, *ad quæ.* Sed duplici ratione potest hoc excusari. Nam vel est syllepsis per genera, ita videlicet vt relatiuum quum ad vtrunque superius referatur, cum digniore consignatur, vel habita est potius ratio significationis quàm vocis, vt in illo Quintiliani, Illud ingeniorum præcox genus non temerè vnquam venit ad frugem: hi sunt qui parua faciunt. Et in illo Euripidis, quod alibi etiam citauimus, Κατὰ Ἀχιλλέως στρατόν, ὃς ὤλωσεν, Περὶ οἶκον δ' ἐθνείοντας εἰναλίαν πλάτην Sic & infrà, 28. versu 28. collectiuum nomen enallagen generis excusat. Vulgata, *ad quas.*

18 *Per fidem, τῇ πίστει.* Potest quidem hoc referri ad participium ἡγιασμένοις, quemadmodum retulit Erasmus, sed multò vberior erit sententia si cum verbo λαβεῖν coniungas sicut nos fecimus. Nam etiam in vetustis codicibus idcirco adhibetur distinctio post ἡγιασμένοις, quæ prætermissa, videtur Erasmum fefellisse.

19 *Rebellis, ἀπειθής.* Vulgò *incredulus, ἄπιστος.* Vide Luc. 1.17. ¶ *Cælesti illi apparitioni, τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ.* Nempe quum Christus in illa splendidissima luce illi appareret. Itaque nihil hoc adiuuat commentitiam illam Christi corporis præsentiam realem in terris. Vulgata, *visioni*, id est ὅρασιν Hebr. חזון [*Chazon*] quod contingit in mentis excessu & merè intellectualibus visis: ὀπτασία, verò Hebræis מראה [*mareah,*] dicitur, qua externis ipsis oculis aliquid verè conspicitur, quanuis hoc discrimen vbique non obseruetur.

20 *Annuntiaui, ἀπαγγέλλων.* Id est, ἀπήγγελλον vel κατήγγελλον, vt in nonnullis codicibus scriptum inuenimus. Sed puto hanc germanam esse lectionem: ac iterum participium pro verbo positum esse Hebræorum more, vt diximus suprà, 24.6, nisi malimus hoc referre ad verbum ὤφθην præcedentis versiculi. ¶ *Conuenientia resipiscentiæ, ἄξια τῆς μετανοίας.* Vide Matth.3,8.

21 *Manibus [suis] interficere, διαχειρίσασθαι.* Id est διὰ χειρῶν ἑαυτῶν ἀναιρεῖν, vt loquitur Petrus Act.2.23 nec fuit hoc prætermittendum ab interpretibus, ita significante Paulo non iure sed vi secum actum esse, & quidem in loco sancto, vnde satis intelligatur quales sint ipsius accusatores.

22 *Tum paruis tum magnis, μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ.* Id est quibusuis, & nullo, quoad eius fieri potuit prætermisso: pro quo dicunt Hebræi prouerbiali quadam figura מן קטן ועד גדול [*men katon vehad gadol*] vt Samuelis 30.19.

μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς·

23 Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι.

Sapientia Dei est stultitia insania, sed nihilominus constanter asserenda est, veritas.

24 Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπολογουμένου, ὁ Φῆστος μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἔφη, Μαίνῃ Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει.

25 Ὁ δὲ, Οὐ μαίνομαι, φησὶ, κράτιστε Φῆστε, ἀλλ' ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι.

26 Ἐπίσταται γὰρ περὶ τούτων ὁ βασιλεὺς, πρὸς ὃν καὶ παρρησιαζόμενος λαλῶ· λανθάνειν [illegible] τι τούτων οὐ πείθομαι οὐδὲν [illegible] ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο.

Paulus veluti oblitus se captiuum causam dicere, Apostolici muneris non potuit obliuisci.

27 Πιστεύεις βασιλεῦ Ἀγρίππα τοῖς προφήταις; οἶδα ὅτι πιστεύεις.

28 Ὁ δὲ Ἀγρίππας πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη, Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι.

29 Ὁ δὲ Παῦλος εἶπεν, Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ οὐ μόνον σε, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον, γενέσθαι τοιούτους ὁποῖος κἀγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων.

Paulus solenniter absoluitur, nec tamē dimittitur.

30 Καὶ ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ, ἀνέστη ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ ἡγεμὼν, ἥ τε Βερνίκη, καὶ οἱ συγκαθήμενοι αὐτοῖς.

uis tum magnis, nec quicquam dicens extra ea quæ Prophetæ ac Moses futura prædixerunt:

23 Nempe Christum fuisse passurum, ac primùm ex resurrectione mortuorum, lucem annuntiaturum huic populo & Gentibus.

24 Hæc autem ipso pro sui defensione excipiente, Festus magna voce ait, Insanis Paule, multæ literæ te ad insaniam propellunt.

25 Tū ille, Nō insanio, inquit, potentissime Feste, sed vera ac sanæ mentis verba loquor.

26 Scit enim ista rex, apud quem etiam liberè loquor: nam eum latere quicquam horum mihi non persuadeo. neque enim id in angulo gestum est.

27 Credis rex Agrippa Prophetis? scio te credere.

28 Agrippa verò dixit Paulo, Propemodum persuades mihi vt fiam Christianus.

29 Paulus autem dixit, Optarim à Deo, vt & propemodum & admodum non tu modò, sed omnes etiam qui me audiunt hodie facti essetis tales qualis ego sum, exceptis istis vinculis.

30 Et quum hæc dixisset, surrexit rex ac Præses, & Bernice, & qui consederant cum eis.

et atque maiori, nihil extra dicens quàm ea quæ Prophetæ loquuti sunt futura esse, & Moyses:

23 *Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo & Gentibus.*

24 *Hæc loquente eo, & rationem reddente, Festus magna voce dixit, Insanis Paule, multæ te literæ ad insaniam conuertunt.*

25 *Et Paulus, Non insanio, inquit, optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba loquor.*

26 *Scit enim de his rex, ad quem & constāter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror. neque enim in angulo quicquā horum gestum est.*

27 *Credis rex Agrippa Prophetis? Scio quia credis.*

28 *Agrippa autē ad Paulum, In modico suades me Christianum fieri.*

29 *Et Paulus, Opto apud Deum & in modico & in magno, non tantùm te, sed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri tales qualis & ego sum, exceptis vinculis his.*

30 *Et exurrexit rex, & Præses, & Bernice, & qui assidebant eis.*

23 [*Nempe*] *Christum fuisse passurum*, εἰ παθητὸς ὁ Χριστός. Vulg. *Si passibilis Christus*. Erasmus, *An passurus fuerit Christus. Sic enim*, inquit, *disputabat ex Prophetis, vt ostenderet illorum vaticinia in Christum competere.* At ego malo ista sic accipere vt contineant explicationem eorum quæ dixit, Prophetas futura prædixisse: id est ita vt εἰ non pro An, sed pro ὅτι, & quidem εἰδικῶς ponatur, nimirum ad explicandum per species quod in genere tantùm proposuerat. Ideò addidi particulam NEMPE. Coniunctionem autem εἰ pro ὅτι vsurpari apud idoneos etiam scriptores doctissimus Budæus in Commentariis obseruauit: & particulam כִּי [chi] etiam εἰδικῶς vsurpatam, comperio à Græcis interpretibus interdum per εἰ conuerti, vt Iob. 22.3. Postremò quòd Vetus interpres παθητὸς conuertit *Passibilem*, non videtur conuenire. Quamuis enim παθητὸς propriè declaret eum qui patibili sit natura: tamen sententia ipsa postulat vt accipiatur pro eo qui nō modò pati potuerit, sed etiam passurus fuerit, atque adeo pœnis ac suppliciis perferendis destinatus: id est, vt non sit δυνάμει duntaxat sed etiam ἐνεργείας σημαντικόν. Neque enim ambigebant Iudæi quin Messias esset verus homo futurus: adeo quidem vt pauci sibi persuaderent Deum fore (quod etiamnum hodie illis videtur incredibile) sed Messiam animo conceperant qualem hodie quoque imaginantur, id est cuius regnum esset ex hoc mundo. Dicit contrà Paulus, prædictum esse à Prophetis Messiam fore παθητὸν, id est ferendis nostris calamitatibus ex peccatorum nostrorum pœnis destinatum, qui tamen in æternam gloriam primus esset resurrecturus quam postea cum suis communicaret. ¶ *Ex resurrectione mortuorum*, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Id est, ex iis qui à mortuis somno sunt excitati: μετωνυμικῶς, vt quum circuncisionis appellatione circuncisi Iudæi intelliguntur. ¶ *Lucem*, φῶς. Id est claram & illustrem de vita & felicitate perenni doctrinam. Opponitur enim tenebris, quæ partim mortem, partim etiam calamitatem translatitiè significant, non modò apud Hebræos, sed etiam apud Græcos & Latinos.

25 *Vera ac sana mentis* ἀληθείας καὶ σωφροσύνης. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Veritatis ac sobrietatis*. Σωφροσύνη verò hoc loco Mentis (vt ita dicam) sanitatem declarat, & τῇ μανίᾳ (id est furori ac insaniæ) opponitur. sicut apud Xenophontem. τί δίκαιον, τί ἄδικον, τί σωφροσύνη, τί μανία. Sic etiam ὁ σωφρονῶν opponitur τῷ δαιμονιζομένῳ Marc 5.15, & Luc. 8.35. ¶ *Loquor* ἀποφθέγγομαι. Vulg. *Loquor*. Vide sup. 2.4.

28 *Propemodum*, ἐν ὀλίγῳ Hebraicè כִּמְעַט [bimhat] pro quo [illegible]res Græci dicunt παρ' ὀλίγον, id est (vt ad verbum e[illegible]mus in vernaculo sermone) *à peu prés*, vel *peu s'en faut*. Non desunt tamen qui accipiant pro δι' ὀλίγου, & subaudiant vel χρόνου, vt significet, *breui temporis spatio*: vel λόγου, id est *breui sermone*, siue *paucis verbis*. Erasmus verò subaudire videtur μέρει, quum interpretatur, *Modica ex parte*. Mihi videtur simplicissima interpretatio quam sum amplexus.

29 *Et propemodum & admodum*, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ, Heb. בִּמְעַט וּבִמְאֹד [bimhat vbmeod] quod etiam interpretari possumus, *Et aliquatenus & valde*. i. καὶ κατ' ὀλίγον καὶ κατὰ πολὺ, vel, vt elegantius Græci, καὶ παρὰ μικρὸν καὶ παρὰ πολὺ, vt apud Lucianum in Hercule, παρὰ πολὺ ἰσχυρότερος τοῦ Ἑρμοῦ, multo robustior Hercule. Neque verò Propemodū & Admodum sunt repugnantia, sed diuersa duntaxat. Nam perinde hoc est acsi diceret Paulus, Propemodū (vt inquis) tibi persuadeo vt fias Christianus: vtinā verò & ita sit vt dicis, id est proximè absis à Christianismo: atq; adeo aliquid amplius, nempe vt prorsus id sis quod ego sum: neque verò tibi dūtaxat, sed etiam vobis omnibus id exopto qui me hîc loquentem auditis. Alij aliter interpretantur. Vulg. perobscurè, vt etiam Arabs, *Et in modico & in magno*. Eras. *Non solùm modica ex parte, verumetiam ex magna*: quæ interpretatio à Græcis recedit. Græca scholia καὶ δι' ὀλίγων λόγων, καὶ διὰ πολλῶν, *& paucis verbis & multis*: quasi se paratum diceret Paulus ad illos copiosius docendos, vt sui similes fiant. Ego eam interpretationem nō potui non amplecti, quia non video quid planius aut simplicius in hunc locum dici possit.

31 Καὶ ἀναχωρήσαντες ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες, Ὅτι οὐδὲν θανάτου ἄξιον ἢ δεσμῶν πράσσει ὁ ἄνθρωπος οὗτος.

32 Ἀγρίππας δὲ τῷ Φήστῳ ἔφη, Ἀπολελύσθαι ἐδύνατο ὁ ἄνθρωπος οὗτος, εἰ μὴ ἐπεκέκλητο Καίσαρα.

Κεφάλαιον κζ.

1 Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν, παρεδίδουν τόν τε Παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμώτας ἑκατοντάρχῃ, ὀνόματι Ἰουλίῳ, σπείρης Σεβαστῆς.

2 Ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ Ἀδραμυττηνῷ, μέλλοντες πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους, ἀνήχθημεν, ὄντος σὺν ἡμῖν Ἀριστάρχου Μακεδόνος Θεσσαλονικέως.

3 Τῇ τε ἑτέρᾳ κατήχθημεν εἰς Σιδῶνα. φιλανθρώπως τε ὁ Ἰούλιος τῷ Παύλῳ χρησάμενος, ἐπέτρεψε πρὸς φίλους πορευθέντα ἐπιμελείας τυχεῖν.

4 Κἀκεῖθεν ἀναχθέντες ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον, διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους εἶναι ἐναντίους.

31 Et quum secessissent loquebantur alij ad alios, dicentes, Certè nihil morte aut vinculis dignum facit homo iste.

32 Agrippa verò Festo dixit, Dimitti poterat homo iste, nisi appellasset Cæsarem.

CAP. XXVII.

1 VT autem decretum fuit vt nos nauigaremus in Italiam, tradiderunt tum Paulū tum quosdam alios vinctos Centurioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ.

2 Cōscenso igitur nauigio Adramytteno, nauigaturi secundum Asiæ regiones, prouecti sumus, & nobiscum erat Aristarchus Macedo Thessalonicēsis.

3 Altera autem die deuecti sumus Sidonem, & Iulius humaniter tractato Paulo, permisit vt ad amicos profectus, ab illis refocillaretur.

4 Illinc verò prouecti sublegimus Cyprum, quòd venti essent aduersi.

31 *Et quum secessissent, loquebātur ad inuicem, dicentes, Quia nihil morte aut vinculis dignum quid facit homo iste.*

32 *Agrippa autē Festo dixit, Dimitti poterat homo hic si non appellasset Cæsarem.*

CAP. XXVII.

1 *VT autem indicatum est nauigare eum in Italiā, & tradi Paulum cum reliquis custodiis Cēturioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ.*

Paulus inter vinctos quidē, & per medias mortes, sed multis tamen splendidis testimoniis ornatus, Romam tandem velut ipsius Dei manu deducitur. 1. Cor. 4.13.

2 *Ascendentes nauem Adrametinam, incipientes nauigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi.*

3 *Sequenti autem die deuenimus Sidonem. Humanè autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere.*

4 *Et inde quū sustulissemus, subnauigauimus Cyprum; propterea quòd essent venti contrarij.*

IN CAPVT XXVII.

1 *Vt autem*, &c. ὡς δὲ, &c. Verbum ἐκρίθη quod vertimus Decretum est, non est priuatæ deliberationis, sed iudiciariæ cognitionis hoc in loco, sic decernente nimirum nūc quoque Festo, vt etiam antea 25. versu 12. Constructio autem hæc verbi κρίνειν cum secundo casu, omnino ea est qua in Gallico sermone vtimur, *apres qu'il fut decreté d'aller*, de qua vide suprà, 3.12. Cæterùm mirè variat hic locus quod ad voces attinet. Syrus enim interpres omnino sic Græcè legit, Καὶ προσέταξεν ὁ Φῆστος πεμφθῆναι τὸν Παῦλον πρὸς Καίσαρα εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ παρέδωκεν τὸν Παῦλον καὶ ἑτέρους δεσμώτας σὺν αὐτῷ ἑκατοντάρχῃ τινί. *Et præcepit Festus vt mitteretur Paulus ad Cæsarem in Italiam, tradiditque Paulum & alios vinctos cum eo Centurioni cuidam.* Vetus autem noster interpres totum hunc locum sic legit, Ὡς δὲ ἐκρίθη ἀποπλεῖν αὐτὸν εἰς Ἰταλίαν καὶ παραδίδοσθαι τὸν Παῦλον σὺν τοῖς λοιποῖς δεσμώταις. (Nam sic quoque δεσμώτας infrà vers. 42. Custodias interpretatur) ἑκατοντάρχῃ Ἰουλίῳ σπείρης Σεβαστῆς, ἐπιβάντες πλοίῳ, &c. id est, *Postquam autem decretum fuit, vt ipse enauigaret in Italiam, & traderetur Paulus cum reliquis vinctis Centurioni cohortis Augustæ: conscensa naui*, &c. Sed idem mox videtur pro ἀνήχθημεν legisse ἤραμεν, vt infrà versu 4. pro *Sustulimus*, & pro ὄντος, παραμένοντος, *perseuerante* & in versiculo proximo Syrus interpres multa aliter legit quàm habeant Græca exemplaria, eodem tamen vbique manente sensu.

2 *Adramytteno*, Ἀδραμυττηνῷ. Quia non vno modo scribitur huius ciuitatis nomen, variant etiam codices in hoc epitheto scribendo. Nam (vt disertè annotat Stephanus) tot modis scribi potest. Ἀδραμύττιον, Ἀδραμύττειον, Ἀτραμύττιον, Ἀτραμύττειον. Est autem hæc ciuitas celebris Mysiæ, penè è regione Mitylenes, vnde sinus ipse Adramyttenus dicitur. Non desunt tamen qui ab Adrumeto obscuro Africæ oppido deriuent, quod Stephanus Ἀδρύμητον vocat, Strabo *Adrumam*: vnde factum vt in Vetere versione Adrumetinam nauem legamus, contrà omnium Græcorum codicum fidem. Sed perlepidus est hoc loco Garrensis, vt obseruat Erasmus, qui Adrumetinam dici putat quasi quæ Romam eat. ¶ *Secundum Asiæ regiones*, τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους Vulg. & Eras. *Iuxta Asiæ loca*. Sed illud (ni fallor) magis propriè dicitur. Asiam autem intelligit propriè sic dictam, ipsi Mysiæ confinem: quod tamen iter non tenuerunt, sed tenēre instituerant. Nam etiam, vt post Vallam pereruditè obseruat grammaticorum longè doctissimus Linacer, participia in ῶν, quæ Grecæ periphrasi verbi μέλλω respondent, non semper rem futuram significant, sed in participalia Nomina interdum transeunt, nec tempus innuunt, sed qualitatem & animi voluntatem.

4 *Sublegimus Cyprum*, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον. Vetus interpres, *Subnauigauimus Cyprum* Erasmus, *Subnauigauimus iuxta Cyprum* Neuter certè videtur sententiam expressisse: quæ vt à nobis explicetur, sciendum est, qui Sidone Asiam versus pergunt, cursum in Occidentem dirigere, ita tamen vt Septentrionem versus contendant: qui verò Sidone in Ciliciam, rectà Septentrionem versus pergere: qui ex Cilicia in Lyciam ac Cariam, rectà ab Oriente in Occidentem ferri. Est autem inter has regiones quasi intercepta Cyprus, quam qui Sidone in Asiam atque adeo in Lyciam nauigant, à dextra Occidentem: qui à Cilicia in Lyciam & Asiam, à sinistra Meridiem versus relinquunt, vt ex hoc diagrammate apparet.



Sit igitur A Sidon, inde volens proficisci nauis ad B, quæ est Lyciæ vrbs Myra, quia ventum habet aduersum, sublegit C insulam Cyprum, ita vt obliquo cursu & obiectu insulæ tuta, in D Ciliciam perueniat: quod Lucas significauit verbo ὑπεπλεύσαμεν. Inde litora Ciliciæ & Pamphiliæ legēs à D in B tandem peruenit. Ita fit vt pro vno trianguli latere aduerso A B, altera duo transuersa, nempe A D & D B emetiatur, vt ventus non proram, sed latus nauis duntaxat feriat: sic tamen vt hoc etiam modo non possit non esse tarda nauigatio, quod postea significat Lucas Nam qui ex Lycia in Cariam & inde in Cretam nauigat, aduerso ven-

to (partim videlicet ex Septentrione, partim ex Occidente) dextrum nauis latus feriente, necesse est vt vehementer luctetur, aut Meridiem & Orientem versus reiiciatur. quod etiam accidisset proculdubio Paulo, nisi coortus Euroaquilo Meridiem quidem versus nauem reiecisset, sed ita vt in Occidentem deflecteret.

5 Τό,τε πέλαγος τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν διαπλεύσαντες, κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας.

6 Κἀκεῖ εὑρὼν ὁ ἑκατόνταρχος πλοῖον Ἀλεξανδρῖνον πλέον εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἐνεβίβασεν ἡμᾶς εἰς αὐτό.

7 Ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες, καὶ μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον, μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην.

8 Μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτὴν, ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ καλούμενον Καλοὺς λιμένας, ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λασαία.

Prouidentia, etiam quum accessit extraordinaria eius patefactio, causas medias non tollit, sed ordinat potiùs ac disponit rectum illarum vsum.

9 Ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου, καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι, παρῄνει ὁ Παῦλος,

10 Λέγων αὐτοῖς, Ἄνδρες, θεωρῶ ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας οὐ μόνον τοῦ φόρτου καὶ τοῦ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν.

Homines sunt potiùs prudentiæ quàm Deo per os seruorum suorum loquenti obtemperantes, vltrò sese mutuò in infinita pericula conijciunt.

11 Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ ναυκλήρῳ ἐπείθετο μᾶλλον ἢ τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις.

12 Ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος ὑπάρχοντος πρὸς παραχειμασίαν, οἱ πλείους ἔθεντο βουλὴν ἀναχθῆναι κἀκεῖθεν, εἴπως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα παραχειμάσαι, λιμένα τῆς Κρήτης βλέποντα κατὰ λίβα καὶ χῶρον.

13 Ὑποπνεύσαντος δὲ νότου, δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι, ἄραντες ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην.

14 Μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ ἔβαλε κατ᾽ αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικὸς, ὁ καλούμενος Εὐροκλύδων.

15 Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα.

5 Et pelagus "quod est secundum Ciliciam & Pamphyliam emensi, deuenimus "Myra *vrbem* Lyciæ.

6 Et illic nactus Centurio nauem Alexandrinam nauigantē in Italiam, imposuit nos in eã.

7 Quumque non paucis diebus tardè nauigaremus, vixque peruenissemus secũdum Gnidum, non permittente nobis vento, sublegimus Cretam: secundùm Salmonen:

8 Et illam vix præterlegentes, peruenimus in locum quēdam quē vocãt "Pulchros portus, cui propinqua erat ciuitas Lasæa.

9 "Non paruo autem tempore peracto, & quum iam esset periculosa nauigatio, quòd iam etiã "ieiunium præteriisset, admonebat *eos* Paulus.

10 Dicens eis, Viri, video cum iniuria multóque damno non solùm oneris & nauis, sed etiam "capitum nostrorum, futuram nauigationem.

11 Centurio verò gubernatori & nauclero potius assentiebatur quàm iis quę à Paulo dicebãtur.

12 Et quum appositus portus nõ esset ad hybernãdum, plerique consulti decreuerunt soluere etiã illinc, " *experturi* siquo modo possent " ad Phœnica deuenire & illic hybernare: qui portus est Cretæ, respiciens ad Africum " & Chorum.

13 "Quum autem aspirasset Notus, nisi sibi *sui* propositi facti cõpotes, "quum soluissent, "proxime præterlegebant Cretam.

14 Verùm haud multo pòst impegit "in eam ventus "turbulẽtus, qui vocatur "Euroclydon.

15 Quúmque abreptũ esset nauigium, nec posset "obniti vento, dato *ventis nauigio* ferebamur.

5 *Et pelagus Ciliciæ & Pamphyliæ nauigantes, venimus Lystram, quæ est Lyciæ.*

6 *Et ibi inueniens Centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, transposuit nos in eam.*

7 *Et quum multis diebus tardè nauigaremus, & vix deuenissemus contra Gnidum, prohibente nos vento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonen:*

8 *Et vix iuxta nauigantes venimus in locum quẽdam qui vocatur Boniportus, cui iuxta erat ciuitas Thalassa.*

9 *Multo autem tempore peracto, & quum iam non esset tuta nauigatio, eo quòd & ieiunium iam præteriisset, consolabatur Paulus.*

10 *Dicens eis, Viri, video quoniam cum iniuria & multo damno non solum oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum, incipit esse nauigatio.*

11 *Centurio autẽ gubernatori & nauclero magis credebat quàm iis quæ à Paulo dicebantur.*

12 *Et quum aptus portus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt consilium, nauigare inde, siquo modo possent deuenientes Phœnicen, hyemare portum Cretæ respicientem ad Africum & ad Chorum.*

13 *Aspirante autem Austro, æstimantes propositũ se tenere, quum sustulissent de Asson, legebãt Cretam.*

14 *Non post multum autẽ misit se contra ipsam ventus typhonicus qui vocatur Euroaquilo.*

15 *Quúmque arrepta esset nauis, & non posset conari in ventum, data naue flatibus, ferebamur.*

5 *Quod est secundum Ciliciam*, τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν, id est *quod Ciliciam alluit*. Erasm. *Quod est contra Ciliciam.* ¶ *Myra*, εἰς Μύρα. Myra numerat Strabo inter præcipuas Lyciæ vrbes. Qui Smyrnam legunt, planè sunt istarum rerum imperiti. Est enim Smyrna longè diuerso tractu, nempe in Ionia supra Ephesum in Ægeum pelagus obuersa. Paulus verò nondum erat Gnidum præteruectus, vt apparet ex iis quæ subiiciuntur. Sed longè omnium ineptissimi sunt qui Lystram legunt Lycaonię vrbem tam procul mari in continente sitam.

7 *Secundùm Salmonem*, κατὰ Σαλμώνην. Ptolemæus & Strabo in codicibus emendatis Salmonium vocãt, Cretæ promontorium Orientale, Gnido & Rhodo obuersum. Itaque coacti sunt isti ad sinistrã deflectere, vt ab Orientali fronte Cretæ ad Australem oram deflecterent.

8 *Pulchros portus*, καλοὺς λιμένας. Stephanus καλὴν ἀκτὴν vocat. & hic locus adhuc hodie in Creta nomen retinet *Calos limenas*. sed ciuitatis Lasææ nulla vsquam mentio apud Geographos, quos ego quidem legerim. Plinius inter Cretæ vrbes quoque Lason numerat, sed mediterraneam. Ptolemæus etiam quandam Lisson vocãt, sed parti Orientali proximam. Vulgata pro *Lasæa* habet *Thalassa*, quod corruptum esse admonet Hieronymus, & *Lasea* legendũ. Sed quid si tam hoc quàm illud corruptum est? Nam apud Stephanum reperio Thalassam ciuitatem, sed nõ adscripto ipsius situ. Libentiùs igitur ego Λασαίαν legerem, inter primarias maritimas Cretæ vrbes à Plinio numeratam.

9 *Non paruo tempore*, ἱκανοῦ χρόνου. vel, *satis multo*. Vide Marc. 10. 46. Paulum autem interea minimè otiosum fuisse, & hîc quoque benignissimo Iulio Cēturione vsum esse, apparet ex eo quod annotabo Tit. 1. 5. ¶ *Ieiunium*, τὴν νηστείαν. Tempus designat Lucas ex more Iudaici populi, vt doctissimus interpres in hũc locum rectè annotauit: cui etiam in eo assentior quòd de festo expiationis hæc intelligit, cuius fit mentio Leuit. 23. 27. Incidit autem hoc festum in mensem Hebræorum septimum, qui mensis respondet aliqua ex parte nostro Octobri. Instabat igitur Nouember, vt meritò omnino censuerit Paulus potius eo loco hyemandum, quàm hybernam nauigationem tentãdam, vt quidem ferebatur nauigandi ratio, quæ nunc ridicula haberetur. Vegetius libro De re militari 4. cap. 39, *Ex die III. Iduum Nouembris vsque in diem VI. Iduum Martij, maria clauduntur. Nam lux minima, nóxque prolixa, nubium densitas, aeris obscuritas, ventorum, imbrium vel niuium geminata sæuitia non solùm classes à pelago, sed etiam commeantes à terrestri itinere deturbat.* Castellio *Tranquillitatem* (id est, vt ipse vult, νηνεμίαν) interpretatur. Sed præterquàm quòd repugnant omnes codices, non conuenit sententia, quum νηνεμία propriè illud sit quod nautæ hodie vocant *bonasse*, nec multo minus à nautis vitatur quàm Tempestas. neque certum habet tempus. Deinde quis locus νηνεμίᾳ quo tempore hæc inciderunt, vt ex 12. vers. apparet? Sed & additum Iudæorũ nomen apud Syrum & Arabem interpretes, nullum dubitationi locum relinquit.

10 *Capitum nostrorum*, τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Vulg. & Erasmus, *Animarum nostrarum*: quem Hebraismum alicubi seruauimus: hîc autem putauimus posse nonnullis imperitis errorem obiicere.

12 [*Experturi*] *si quomodo*, εἴπως. De hac ellipsi diximus Mar. 10. 12. ¶ *Ad Phœnica*, Φοίνικα. Vrbē ipsam Ptolemæus ita vocat, portum autē Φοινικοῦντα, in Australi Cretæ litore. Addit autem eius situm Lucas, non modò vt fidem faciat historiæ, sed etiã vt à Phœnice regione distinguat. Et quod addit de Africo & Choro, ostendit incuruum fuisse portũ in lunæ speciem, ac proinde ventis non ita peruium. ¶ *Et Chorum*, καὶ κατὰ χῶρον. Syrus hoc non legit. Arabs verò ne Lybis quidem meminit, fortasse quòd hæc ventorum nomina ipsi essent ignota.

13 *Quum*

13 *Quum autem aspirasset Notus*, ὑποπνεύσαντος δὲ νότου. Id est, quum leniter cœpisset spirare, ita vt nauis posset cursum tenere. Nam alioquin ex Oriente in Occidentem contendebat. Itaque quum Notus partim puppim, partim sinistrum nauis latus feriret, non sinebat eos à Cretæ litore discedere, ita vt aberrare non possent quum præsertim lenis esset Auster, à quo in scopulos non impellerentur. ¶ *Quum soluissent*, ἄραντες. Nota est significatio verbi αἴρειν quum de naui ex statione seu portu discedente dicitur. quod Latini declarant Soluendi verbo quoniam videlicet discedentes retinacula soluant, quæ nonnulli oras dici volunt. At putant nonnulli Græcè τὸ αἴρειν dici eos qui soluũt è portu, quòd malum seu vela attollant, quam sententiam sequutus Arabs vertit ἄραντες, Sustulerunt velum, quod Homerus Iliad. α hoc versu non tam describit quàm depingit, Οἱ δ᾽ ἱστὸν στήσαντ᾽ ἀνά θ᾽ ἱστία λευκὰ πέτασσαν. Vulg. *quum sustulissent de Asson*, ineptè prorsus & barbarè, vt mox ostendam. Syrus totum istud non habet ἄραντες ἆσσον, quòd fortasse neutrum intelligeret. ¶ *Propius præterlegebant Cretam*, ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην. Superiore versiculo Erasmus rectè Carrensem reprehendit, qui pudendo errore ex Choro, id est vento qui flat ab Occasu solstitiali, insulam facit vel ciuitatem in Creta: sed haud scio an minus pudendus sit eorum error qui hoc in loco ἆσσον, quod est aduerbium, idem declarans atque Propius vel Propinquius, fecerunt vrbis nomen. Et operæpretium etiam est hoc loco intelligere quid de hac vrbe quidam scripserint. Nam quia nulla in Creta huius nominis ciuitas apud Geographos inuenitur, confugiendum fuit ad coniecturas. Assos, inquiunt, est Lyciæ ciuitas in promontorio sita. Quorsum autem hoc? Nam (vt rectè doctissimus Vadianus annotauit Cretæ insulæ littus legebãt, non Lyciæ, regionis Asiæ quam à tergo reliquerant. Sed fœdior etiam in eo est error quòd non animaduertunt locũ hunc in Stephano esse deprauatum & pro Λυκίας legendum Μυσίας idque ita esse, facilè potuerant ex Strabone colligere, vnde totum illum locum Stephanus desumpsit. Assus igitur Stephani ea ipsa est quam Hieronymus rectè collocat in Asia, & cuius mentio facta est suprà 20. 13. neque ad hũc locum magis potest accommodari, quàm siquis Romam in littore Narbonensi quæreret. Mauult igitur Erasmus Lucam sentire de Aso oppidulo Cretæ, vnde Iupiter Asius dicitur. Atqui Asium, quam eandem vrbem Strabo (ni fallor) Prasum, & Stephanus Præsum vocat. Plinius disertè intra ipsam Cretã collocat. hîc autem necesse est vt de maritima ciuitate hoc accipiatur. Labitur etiam in eo Vetus interpres quod ἄραντες Ἆσσον vertit, Quum sustulissent de Asson. Nam (vt omittam omnino dicendum fuisse ἄραντες ἀπὸ τῆς Ἄσσου) quinam poterant Asso soluere qui erant in Pulchro portu? Quid ergo? Certè vel ipsa constructio docere potuit ἆσσον non esse vrbis nomen. Nã dicendum fuerat ἄραντες ἀπὸ vel εἰς τὴν Ἆσσον, vt suprà 20. c. 13: neque vlla ratione potuit omitti præpositio. Deinde potius dixisset Lucas γενόμενοι κατὰ τὴν Ἆσσον, vt suprà vers. 7. vel, καταντήσαντες εἰς Ἆσσον. Nam quod Castellio ἆσσον vertit *Præteruecti*, hoc quidem ille pro suo more fecit, vt non sese verbis, sed verba potius suo sensui accommodaret. Poscit autem constructio vt ἆσσον pro ἐγγύτερον id est, vt Gallicè dicas, *au plus pres qu'ils pouuoyent*, accipiatur, quo aduerbio vtitur non tantùm Homerus, ne quis fortè poëticam esse hanc vocem excipiat, sed etiam passim Herodotus, nempe vt in populari sermone vsitato, quem in primis apparet sequutos fuisse Euangelistas. Sed & ipsa ratio quam adfert Lucas, id videtur flagitare. Cur enim isti Australem oram Cretæ ab Oriente Occidētem versus legentes, sperant se propositi compotes aspirante Noto futuros? quia nimirum Notus efficiebat vt ipsam Cretæ oram quasi raderent, vt nullum periculum esse videretur ne in altum prouecti, cursum tenere non possent. Ideo Lucas non contentus dixisse nauim παρελέχθη τὴν Κρήτην, id est secundum littora Cretæ nauigasse, addidit etiã ἆσσον, id est propius: vt significaret ipsam penè à Cretę litoribus non discessisse, Austro videlicet ad oram Cretæ nauim impellente.

14 *In eam*, κατ᾽ αὐτῆς. In eam videlicet Cretam, à cuius littoribus propterea abrepta fuit nauis. Syrus vertit עלין [*halain*] id est contra nos, seruatã quidem sententia, sed ambiguè expressa. Potuit enim ventus nauem ferire, nec tamen nauim à Creta abripere, sed potius in Cretam impellere. ¶ *Turbulentus*, τυφωνικός. Vel tempestuosus, ac Typhonis quodammodo æmulus. Quid sit autem Typhon, copiosè docent auctor libri de Mundo, & Plinius lib. 2. cap. 48. Sed hoc quidem fieri potuisse miror vt quidam de Typhone hîc agi putarint, quum Typhon non inter ventos, sed inter repentinos flatus numeretur: Lucas autem non meminerit flatus Typhonis, sed venti procellosi, cuius etiam edit nomen Εὐροκλύδωνα: quod ipsum vel ex eo colligi poterat, quòd Lucas non repentinum quendam turbinem, sed diuturnam tempestatē fuisse dicat, quæ non possunt Typhoni conuenire. ¶ *Euroclydon*, Εὐροκλύδων. Vetus interpres, *Euroaquilo*: siue quod legerit Εὐρακύλων, (sic enim etiam Aquilam vocat Lucas. Ἀκύλαν) siue quòd Euroaquilonem hunc esse, i. ventum ab ortu solstitiali æstiuo flantem, inde iudicarit, quòd ex Cretico litore partim Meridiem partim Occidentem versus impulsa sit nauis, Melitam videlicet, quæ inter Africam & Siciliam sita est: quum præsertim timuisse dicantur ne in Syrtin Meridiem versus impellerentur. Itaque mihi non potest hæc coniectura displicere, quum Eurum etiam Riphæum vocet Virgilius & hybernis tempestatibus optimè cõueniat hic ventus. Seruaui tamen id vocabulũ, quod in omnibus Græcis exemplaribus inueni: ex quo intelligitur ventum hunc Orientalem fuisse, & quidem valde procellosum. Nam Græci fluctuationem κλύδωνα vocant. Is est ergo quē Hebræi רוח קדים [*ruach Kedem*,] Latini poëtæ æquosum, nubiferum, nigrũ, sæuum tonantem vocant. Horatius, *Niger rudentes Eurus inuerso mari Fractósque remos differat.* Idem, *---et neque largis Aquosus Eurus arua radat imbribus.* Et Silius, *---vbi nubifer Eurus Naufragum spargens operit freta.* Itaque nauem, quanuis Occidentem versus, id est in Italiam Eurus eam impelleret: tamen mirum non est in tanta tempestate cursum rectum tenere non potuisse, sed modò huc modò illuc arbitrio fluctuum fuisse impulsam. Quòd si etiam fuit hîc vetus Euroaquilo, ab Italia certè arcebatur: ac mirũ est non fuisse nauim Africæ littoribus impactã. Syrus nomina Græca eadem retinuit. Arabs Euroclydonē, sibi nimirũ ignotam vocem, expunxit.

15 *Obniti*, ἀντοφθαλμεῖν. Id est obuersa prora luctari, quod pulchrè describit Clemens in pædagogo his verbis, Κυβερνῆται ἐν ἀέρι τοῖς ἀνέμοις ἀντέχουσιν, ἀντιφθαλμοῦσι δ᾽ ἰδὼν ὅτι ὅλαις ἀντέθεντο ταῖς κυματώσεσιν. Hoc ergo posterius est quod Lucas declarat verbo ἀντοφθαλμεῖν, quasi dicas Aduerso vultu ac opposita fronte intueri. Sed elegantis metaphoræ origo inde est quòd pars quædam proræ ὀφθαλμοὶ dicitur, vt his verbis testatur Pollux lib. 1. cap. 9, τὸ ὑπὲρ τὸ προέχον ἀκρωτήριον, τράχηλος ὀνομάζεται, καὶ ὀφθαλμοί, ὅπου καὶ τοὔνομα τῆς νεὼς ἐπιγράφουσι. id est, *pars acrostolij prominens, Pectus & Oculus vocatur, vbi etiam nauis nomen inscribitur.*

16 Νησίον δέ τι ὑποδραμόντες, καλούμενον Κλαύδην, μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης.

16 "Et quũ infra paruã quãdam insulam quæ Clauda vocatur, cursu delati essemus, vix valuimus scaphæ compotes fieri.

16 *In insulam autẽ quandam decurrentes, quæ vocatur Clauda, potuimus vix obtinere scapham.*

17 Ἣν ἄραντες, βοηθείαις ἐχρῶντο, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον· φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, χαλάσαντες τὸ σκεῦος, οὕτως ἐφέροντο.

17 Qua subducta, adiumentis vtebantur, "succincta naui: metuentésque ne in Syrtin" exciderent, "demissis velis, ita ferebantur.

17 *Qua sublata, adiutorijs vtebantur, accingentes nauem: & timentes ne in Syrtim inciderent, summisso vase sic ferebantur.*

Exitus tãdem ostendit, nullos sibi peius consulere, quàm qui soli humanæ prudentiæ sese tẽ gẽdos tradũt.

18 Σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν, τῇ ἑξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦντο·

18 Quum autem vehementi tẽpestate iactaremur, sequẽte *die* iacturam fecerunt:

18 *Validè autem nobis tẽpestate iactatis, sequenti die iactum fecerunt:*

19 Καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐρρίψαμεν.

19 Ac tertio die ipsi nostris manibus armamenta nauis abiecimus.

19 *Et tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt.*

20 Μήτε δὲ ἡλίου, μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων ἐπὶ πλείονας ἡμέρας, χειμῶνός τε οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς.

20 Quum autẽ neque sol neque sidera apparerent ad complures dies, & tempestas non parua" incumberet, ablata in posterum spes omnis erat salutis nostræ.

20 *Neque autem sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, & tempestate nõ exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.*

Deus parcit etiam impiis ad tempus, propter electos suos.

21 Πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχούσης, τότε σταθεὶς ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ αὐτῶν, εἶπεν, Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, πειθαρχήσαντάς μοι, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης, κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν.

21 Et quum multa iam fuisset inedia, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, ô viri, mihi ab initio obediendo non prouehi à Creta, & vitare iniuriam hanc & damnum.

21 *Et quum multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, ô viri, audito me, non tollere à Creta, lucrique facere iniuriam hanc & iacturã.*

22 Καὶ τανῦν παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν· ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν, πλὴν τοῦ πλοίου.

22 Sed nunc adhortor vos vt bono animo sitis: amissio enim nulla erit cuiusquam ex vobis, sed tantùm nauis.

22 *Et nunc suadeo vobis bono animo esse: amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquam nauis.*

23 Παρέστη γάρ μοι τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, οὗ εἰμι, ᾧ καὶ λατρεύω.

23 Adstitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cuius sum ego, & quem etiam colo.

23 *Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei cuius sum ego, & cui deseruio,*

24 Λέγων, Μὴ φοβοῦ Παῦλε, Καίσαρί σε δεῖ παραστῆναι· καὶ ἰδοὺ, κεχάρισταί σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ.

24 Dicens, Ne metue Paule, oportet te Cæsari sisti: & ecce, gratificatus est tibi Deus omnes qui tecum nauigant.

24 *Dicens, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce, donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.*

Promissio fit per fidem efficax.

25 Διὸ εὐθυμεῖτε ἄνδρες· πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ ὅτι οὕτως ἔσται καθ᾽ ὃν τρόπον λελάληταί μοι.

25 Propterea bono animo estote viri: credo enim Deo, ita fore quemadmodum loquutus est mihi.

25 *Propter quod bono animo estote viri: credo enim Deo quia sic erit quemadmodum dictum est mihi.*

26 Εἰς νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν.

26 In insulam autem quandam excidere nos oportet.

26 *In insulam autem quãdam oportet nos deuenire.*

Ad promissam & certam salutem, per medias tamen tẽpestates, atque adeò per ipsas mortes peruenitur.

27 Ὡς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη νὺξ ἐγένετο διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν.

27 Cæterùm quũ quartadecima nox aduenisset, & "iactaremur in Adria, nautæ circa medium noctis suspicati sunt "appropinquare sibi aliquam regionem.

27 *Sed posteaquam quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria, circa mediam noctẽ suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem.*

16 *Et quum infrà cursu delati essemus, ὑποδραμόντες δέ.* Vulgata, *In insulam decurrentes.* Atqui significat Paulus nauim fuisse infra illam paruam insulam vi tempestatis abreptã, relicto videlicet ad dextram & à tergo Phœnicis portu. Nam Clauda magis exposita est ad Occidẽtale littus Cretæ quàm Phœnix, & quidẽ Meridiem versus, ita vt in Syrtin rectà ferri viderentur. Hanc autem insulam annotat doctissimus Vadianus à Mela & Plinio Gaudô, à Ptolemęo Claudon dici. Annotant etiam alij quædam exemplaria legere Καύδην Caudam, & Suidas videtur Καυδῷ dicere: adeò corrupta sunt hęc nomina vrbium & locorum, partim vulgi inconstantia, partim scriptorum negligentia, ac in primis quidem librariorum imperitia.

17 *Succincta naui, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον.* Id est funibus vtrinque sub fundum nauis adductis, & ita vtraque nauis latera adstringentibus, quod mihi videtur Aratus significasse verbo [illegible] istis versiculis, [illegible]. Scaphã autem nautę intra nauim receperũt, ne videlicet ipsi naui allideretur. ¶ *Exciderent, ἐκπέσωσι.* nempe [illegible] naue quasi præcipitati, vi tempestatis eos euomente: vt vehementius quiddam τὸ ἐκπεσεῖν quàm τὸ ἐμπεσεῖν significetur, vt mox 26. & 29. ¶ *Demissis velis, χαλάσαντες τὸ σκεῦος.* Σκεύος appellat vela cũ rudentibus & antennis, quæ etiam omnia Galli hodie vocant in mari mediterraneo, *La sartie*: Latini verò haud scio an vno nomine possint declarare. Ideo *vela* sumus interpretati. Vulgata, *Summisso vase.* Erasmus, *Demisso vase.* Castellio etiam ineptius, *Demissa scapha.* Sed & noster Lucas suprà 10.11. σκεῦος nomen tribuit τῇ ὀθόνῃ. Hoc Gallicè dicitur *caler le voile.*

20 *Incumberet, ἐπικειμένου.* i. nos cælitus vrgeret, quasi capitibus nostris incũbẽs. Malè igitur Vulg. vertit, *Imminente.*

21 *Et vitare, κερδῆσαί τε.* Vulgata, *Lucrique facere*, non ineptè. nam qui damnum vitat, sanè aliquod lucrum facit. sed illud tamen planius est Erasmus. *Nec accersere.* Putat enim κερδῆσαι id significare hoc loco, & repetit negantem particulam μὴ. cui non possum assentiri, nisi quis istud exemplo simili confirmet.

22 *Cuiusquam, ψυχῆς.* Vulgata, *animæ*, seruato Hebraismo. Vide Mar. 3. 4.

27 *Iactaremur, διαφερομένων.* Id est huc illuc ferremur, quomodo etiam Differri Latinè dicitur: quod tamen vt insolentius refugi. ¶ *In Adria, ἐν τῷ Ἀδρίᾳ.* sub. πελάγει, vel κόλπῳ: Latini Adriaticum aut Adrianum mare vel sinum vocant: Adriam etiam poetæ, Græcorum more. Cæterùm quia nonnullos fefellit hoc nomen, adeò quidem vt (quemadmodum infrà dicemus cap. 28. 1) ista de interiore sinu Adriatico explicarint, qui & superum mare dicitur, ascri-

bendam putaui huius descriptionem ex Strabonis libro septimo, quæ maximè visa est huc pertinere. Sic igitur Strabo de Cerauniis Epiri montibus disserens, quos Acroceraunios vocat Ptolemæus, *Hoc*, inquit, *principium est sinus Ionici simul & Adriatici.* [illegible] Ex his autem Strabonis verbis apparet Adriaticum sinum propriè dici mare quòd à Cerauniis montibus intus, Venetias vsque penetrat: quod autem Epirum & subiectas partes alluit, Ionium quidem propriè vocari: sed iam tum tamen Strabonis ætate (qui in Tiberij Cęsaris tempora incidit) totum illum maris tractum Adriaticum dici consueuisse. Straboni assentitur Ptolemæus, qui Antonini temporibus dicitur vixisse, vt qui Orientale Siciliæ litus Adriatico pelago (id est hoc ipso quo iactabatur Paulus, quum in Melitam eiectus est) allui scribat, γεωγραφικῆς ὑφηγήσεως libro tertio.

28 Καὶ βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι· βραχὺ δὲ διαστήσαντες, καὶ πάλιν βολίσαντες, εὗρον ὀργυιὰς δεκαπέντε.

28 Et "demissa bolide inuenerunt passus viginti: & paululum inde progressi, rursum demissa bolide inuenerunt passus quindecim.

28 *Qui & summittentes bolidem inuenerunt passus viginti: & pusillum inde separati, inuenerunt passus quindecim.*

29 Φοβούμενοί τε μή πως εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωσιν, ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας, ηὔχοντο ἡμέραν γενέσθαι.

29 Et metuentes nequo modo [illegible]pera loca exciderent, ia[illegible] puppi anchoris quatuor, optabant diem oriri.

29 *Timentes autem ne in aspera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant diem fieri.*

30 Τῶν δὲ ναυτῶν ζητούντων φυγεῖν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ χαλασάντων τὴν σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν, προφάσει ὡς ἐκ πρῴρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν,

30 Quum verò nautæ studerent fugere è naui, " & demisissent scapham in mare, "sub prætextu velut è prora anchoras extensuri,

30 *Nautis verò quærentibus fugere de naui, quum misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora anchoras extendere,*

Nullum est tã turpe factum ad quod diffidentia & mala conscientia homines non impellant.

31 Εἶπεν ὁ Παῦλος τῷ ἑκατοντάρχῃ καὶ τοῖς στρατιώταις, Ἐὰν μὴ οὗτοι μείνωσιν ἐν τῷ πλοίῳ, ὑμεῖς σωθῆναι οὐ δύνασθε.

31 Dixit Paulus Centurioni & militibus, Nisi isti in naui manserint, vos seruari "non potestis.

31 *Dixit Paulus Centurioni & militibus, Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis.*

Etsi promissionum Dei exitus à causis mediis simpliciter non pendet, tamẽ Dei beneficentia indignos se reddunt qui oblata media vel temerè vel diffidentia non amplectuntur.

32 Τότε οἱ στρατιῶται ἀπέκοψαν τὰ σχοινία τῆς σκάφης, καὶ εἴασαν αὐτὴν ἐκπεσεῖν.

32 Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & siuerunt eam excidere.

32 *Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere.*

33 Ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι παρεκάλει ὁ Παῦλος ἅπαντας μεταλαβεῖν τροφῆς, λέγων, Τεσσαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν προσδοκῶντες, ἄσιτοι διατελεῖτε, μηδὲν προσλαβόμενοι·

33 "Interim autem dum oriretur dies, hortabatur Paulus omnes vt caperent cibum, dicẽs, Dies hic est decimusquartus ex quo expectantes, "ieiuni permanetis, nullo cibo sumpto.

33 *Et quum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens, Quartadecima die hodie expectantes, ieiuni permanetis, nihil accipientes:*

Trepidante mundo, soli fideles non modò quieti manent, sed alios etiam suo exemplo confirmant.

34 Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς προσλαβεῖν τροφῆς· τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει. οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται.

34 Ideo vos hortor vt sumatis cibum: hoc enim ad salutẽ vestram spectat. nullius enim vestrum "capillus ex capite cadet.

34 *Propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit.*

35 Εἰπὼν δὲ ταῦτα, καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαρίστησε τῷ Θεῷ ἐνώπιον πάντων καὶ κλάσας, ἤρξατο ἐσθίειν.

35 Et quum hæc dixisset, & accepisset panẽ, gratias egit Deo in conspectu omnium: & quum fregisset, cepit edere.

35 *Et quum hæc dixisset, sumens panem gratias egit Deo in conspectu omnium: & quum fregisset, cepit manducare.*

¶ *Appropinquare sibi, προσάγειν αὐτοῖς.* Vulgata & Erasmus, *Apparere sibi*: sensu quidem rectè expresso, sed ita vt elegans istud dicendi genus non percipiatur. Nam quia nauigantibus litora moueri videntur, idcirco maluit Lucas dicere προσάγειν αὐτοῖς τινὰ χώραν, accedere ad se regionem aliquam, quàm προσάγειν αὐτοὺς τινὶ χώρᾳ, se ad regiõnem aliquam accedere. Sic Virgilius lib. Æneid. 3, *Prouehimur portu, terraque vrbésque recedunt.* Virg. lib. Æneid. primo.

28 *Demissa bolide, βολίσαντες.* Bolida Græci vocant nauticum perpendiculum quo altitudinem maris explorant, ne vadis illidantur. Herodotus καταπειρητηρίαν vocat. Nostri nautæ Plumbum appellant, & pro βολίζειν dicunt *Sonder*, id est fundum explorare. Latini (quod sciam) altero vocabulo non explicant. ¶ *Passus, ὀργυιάς.* Sic rectè Vetus interpres. Nam passus Latinis, à pandendo, dicitur mensura quam Græci ὀργυιὰν παρὰ τὸ ὀρέγειν, vocant: quantum videlicet spatium expansis brachiis comprehenditur ab extremo medio digiti ad alterum extremum, medio pectore interiecto, quod interuallum Latini quinque Romanis pedibus, Græci sex suis pedibus, id est Romanis sex & quarta praeterea pedis parte definiunt. Galli vocant [illegible]. Malè igitur nonnulli Vlnam interpretantur.

29 *In aspera loca, εἰς τραχεῖς τόπους.* scopulos illos ipsos nimirum, quos Aras vocatos, quoniam ararum instar in hoc ipso maris tractu emineant, elegantissimè describit

30 *Demisissent scapham, χαλασάντων τὴν σκάφην.* Rectè. nam illam antea è mari in nauim subduxerant, suprà, vers. 17.

¶ *Sub prætextu, προφάσει.* Multum & in sententia & in verbis variat hic locus apud Syrum & Arabem interpretes, qui παραφραστικῶς illum vertere studuerunt. Sic habet igitur Syrus, *prætextu quòd stuti essent in ea, & ligaturi nauim in terra*: qui sensus est ineptus, quum in alto mari hæc gesta sint, & de anchorariis funibus hîc agatur, quibus stans nauis ad Syrtim ferri inhiberetur, nedum vt ad terram appelleretur.

31 *Non potestis, οὐ δύνασθε.* Num igitur diuinarum promissionum efficacitas à mediis causis pendet? Nequaquam certè, quum hæ potius ab illa ordinentur. Sed qui sciens prudens ordinarias oblatas causas medias negligit, tentare Deum, non illi fidem habere, meritò existimatur.

33 *Interim dum, ἄχρι οὗ.* Sic accipitur ἕως οὗ, Matt. 5. v. 25.

¶ *Ieiuni, ἄσιτοι.* Hyperbolica loquutio, cuiusmodi solent plurimæ vulgò vsurpari. Quòd enim isti in hac tempestate à quotidiano cibi vsu abstinuissent, de intermisso quotidiano cibi vsu istud accipiendum est, adeò vt nihil omnino cibi sumere viderentur: non quòd prorsus mansissent ieiunij.

34 *Capillus ex capite cadet, θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται.* Hebraicum prouerbium, vt 1. Reg. 1. 52, quo significatur, prorsus saluos & integros ipsos fore.

36 Εὔθυμοι δὲ γενόμενοι πάντες, καὶ αὐτοὶ προσελάβοντο τροφῆς.

37 Ἦμεν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ διακόσιαι ἑβδομηκονταέξ.

38 Κορεσθέντες δὲ τροφῆς, ἐκούφιζον τὸ πλοῖον, ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλασσαν.

39 Ὅτε δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον· κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγιαλὸν, εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο, εἰ δύναιντο, ἐξῶσαι τὸ πλοῖον.

40 Καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες εἴων εἰς τὴν θάλασσαν, ἅμα ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων· καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ, κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν.

41 Περιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον, ἐπώκειλαν τὴν ναῦν· καὶ ἡ μὲν πρῷρα ἐρείσασα ἔμεινεν ἀσάλευτος, ἡ δὲ πρύμνα ἐλύετο ὑπὸ τῆς βίας τῶν κυμάτων.

42 Τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο ἵνα τοὺς δεσμώτας ἀποκτείνωσι, μή τις ἐκκολυμβήσας διαφύγοι.

43 Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος βουλόμενος διασῶσαι τὸν Παῦλον, ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος· ἐκέλευσέ τε τοὺς δυναμένους κολυμβᾶν, ἀπορρίψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι,

44 Καὶ τοὺς λοιποὺς, οὓς μὲν ἐπὶ σανίσιν, οὓς δὲ ἐπί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου· καὶ οὕτως ἐγένετο πάντας διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν.

Κεφάλαιον κη.

1 ΚΑΙ διασωθέντες, τότε ἐπέγνωσαν ὅτι Μελίτη ἡ νῆσος καλεῖται.

36 Omnes verò quum iam animum recepissent, sumpserūt & ipsi cibum.

37 Eramus autem vniuersa capita in nauigio ducenta septuaginta sex.

38 Cæterùm satiati cibo, alleuabant nauim; proiicientes frumentum in mare.

39 Quum autem dies ortus esset, terram illam non agnoscebant: sinum verò quendam animaduerterunt habentem littus, in quem decreuerant, si possent, extrudere nauim.

40 Anchoris igitur vndique ablatis permiserunt *eam* mari; simul laxatis vinculis gubernaculorū: & sublato artemone ad vēti flatum, tendebāt ad littus.

41 Sed quum incidissent in locum bimarem, impegerunt nauem: ac prora quidē infixa manebat immota, puppis verò soluebatur præ vndarū violentia.

42 Militum autē consilium erat vt vinctos interimerēt, ne quis quum enatasset, effugeret.

43 Sed Centurio volens conseruare Paulum, prohibuit eos ab hac deliberatione, iussitque vt qui possent natare, abiicerent *se* primos, & in terram euaderent.

44 Reliqui verò partim in tabulis, partim quibusdam nauis *fragmentis*: & ita factum est vt omnes salui euaderent in terrā.

CAP. XXVIII.

1 ET quum salui euasissent, tunc cognouerunt insulam illam vocari Melitam.

36 *Animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum.*

37 *Eramus verò vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex.*

38 *Et satiati cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare.*

39 *Quum autem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum verò quendam considerabant habentem littus, in quem cogitabant, si possent, eiicere nauem.*

40 *Et quum anchoras sustulissent, committebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorum: & leuato artemone secundùm auræ flatum, tendebant ad littus.*

41 *Et quum incidissent in locum dithalassum, impegerunt nauem: & prora quidem fixa manebat immobilis: puppis verò soluebatur à vi maris.*

42 *Militum autem consilium fuit vt custodias occiderent, ne quis quum enatasset, effugeret.*

43 *Centurio autem volens seruare Paulum, prohibuit fieri: iussitque eos qui possent natare, emittere primos, & euadere, & ad terram exire.*

44 *Et cæteros alios in tabulis ferebant, quosdam super ea quæ de naui erant: & sic factum est vt omnes animæ euaderent ad terram.*

CAP. XXVIII.

1 *ET quum euasissemus, tunc cognouimus quia Melita insula vocabatur.*

Tum maximè expectandæ sunt tempestates, quum proximus est portus.

Incredulis nihil est perfidiosius, nec magis ingratū.

Deus inter suos etiam hostes inuenit quorum opera suos cōseruet.

Hominū malitiam vincit Dei bonitas.

40 *Laxatis vinculis,* ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας. Adstrinxerant ergo gubernaculum vt fortius resisterent maris impetui. Gubernacula verò plurali numero dixit pro singulari, quū vnius nauis plura non sint gubernacula. ¶ *Ad venti flatum,* τῇ πνεούσῃ. subaudi αὔρᾳ: quamuis Auræ nomine lenior ventus significetur, hîc autem de vento vehementissimo agatur. Ideo Ventum dicere quàm Auram malui. ¶ *Tendebant,* κατεῖχον. sub. τὴν ναῦν. Est autem hoc verbum nauticum quod non tātùm aliquò versus nauem dirigere, sed etiam interdum, i. pro Appellere vsurpatur.

41 *Bimarem,* διθάλασσον. Sic propriè vocatur isthmus, quòd vtrinque mari alluatur. Vulgò vocant *vne langue de terre entre deux mers.* Hunc autem locum etiamnum hodie Melitenses ostēdunt, & *la cala di San Paulo,* i. Pauli descensum vocant, nempe eum in quem Paulus primùm enatauit. Locus tamen iste bimaris nequaquam sic accipiendus est quasi littus ipsum fuerit (nam quorsum isti sese in mare proiicerent, si in ipsum littus impegerat nauis prora?) sed fuerunt Breuia quæ vocāt, ipsi sinus aditui obiecta, ad quæ naufragium fecerunt: siquidem ἐποκέλλειν non de quouis appulsu dicitur, sed maximum etiam impetum declarat.

IN CAPVT XXVIII.

1 *Melitam,* Μελίτη. quam Arabs Maltæam, nomine nunc etiam seruato, vocat. Ridiculus est Carrensis, qui Miletum putat legi posse, vrbis insignis nomen in Caria sitæ, cuius mentio facta est suprà, cap. 20. 15. In quibusdā Vulgatæ editionis codicibus pro Melita legitur Mitylene, quæ vrbs est celeberrima Lesbi insulæ, à qua & ipsa insula idem nomen est sortita, sed in Ægeo mari posita è regione Assi & Adramyttij. Est igitur hic error ab Erasmo rectè emendatus, qui tamen haud satis scio an eius erroris originem cognouerit. Sciendum est igitur duas esse dictas Melitas insulas: vnam inter Africam & Siciliam quæ hodie Malta dicitur, & ab illis cruciferis equitibus obtinetur, quos patrum memoria Rhodios vocabant: alteram obscuri admodum nominis in Adriatico mari Corcyræ vicinam, vt disertè scribit Plinius lib. 4. cap. 26. & Stephanus quoque ex Callimacho, (opinor) quem auctorem laudat Plinius. Illam verò Ptolemæus Melitam, hanc Melitinem appellat. Itaque quum superiore capite dixerit Lucas iactatam fuisse nauem in Adriatico mari, & protinus in Melitam expulsam, quidam potius de Adriatici quàm de Siculi maris Melita hîc agi existimarunt: ideóque ad marginem annotarūt Melitines nomen, quod postea sciolus quispiam in celebrius Mitylenes nomen cōmutauit. Et tamen Mitylenem legimus etiam apud Hieronym. in epitaphio Fabiolæ: quem locum non animaduertit Erasmus, nedum vt emendarit. *Est enim,* inquit, *insula Asiæ opposita in qua Paulus viperam excussit, vt legitur in actis Apostolorum.* Mira certè oscitantia, quod non saltem animaduerterit huius insulæ incolas à Paulo barbaros vocari, quod de Mitylenes insulæ nobilissimæ incolis nunquam scripsisset. vnde Horatius. *Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.* Cæterùm de Africani litoris Melita hîc agi satis liquet ex eo quòd in hoc eodem capite Lucas ex Melita Paulum deducit Syracusas, & inde Rhegium intra Siculi freti angustias. Nam si in alteram illam Melitā seu Melitinen appulisset, rectà inde Brundusium cōtendisset, vnde soluere solebāt qui ex Italia in aduersum Macedoniæ aut Epiri litus nauigabāt: aut certè rectà Rhegiū, litoribus Siciliæ relictis contendissent, quum tranquillo mari & secundo vento vterentur.

terentur. Quod autem ad Adriaticum mare attinet, latius patere ipsius nomen ostendimus ex Strabone suprà, 27. 27. Superest vt hoc quoque παρέργως admoneam, Plinium & Stephanum apertè in eo dissentire à Strabone, quòd illi ab Adriatici maris, ille à Siculi maris Melita canes Melitæos cognominatos tradit, manifesto vel illorū vel istius errore.

2 Οἱ δὲ βάρβαροι παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν· ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν προσελάβοντο πάντας ἡμᾶς, διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα, καὶ διὰ τὸ ψῦχος.

3 Συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων πλῆθος, καὶ ἐπιθέντος ἐπὶ τὴν πυρὰν, ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης διεξελθοῦσα καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ.

4 Ὡς δὲ εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, Πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν.

5 Ὁ μὲν οὖν ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ, ἔπαθεν οὐδὲν κακόν.

6 Οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν προσδοκώντων, καὶ θεωρούντων μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον, μεταβαλλόμενοι, ἔλεγον, Θεὸν αὐτὸν εἶναι.

7 Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ὑπῆρχε χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, ὀνόματι Ποπλίῳ, ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς τρεῖς ἡμέρας φιλοφρόνως ἐξένισεν.

8 Ἐγένετο δὲ τὸν πατέρα τοῦ Ποπλίου πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ συνεχόμενον κατακεῖσθαι· πρὸς ὃν ὁ Παῦλος εἰσελθὼν, καὶ προσευξάμενος, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἰάσατο αὐτόν.

9 Τούτου οὖν γενομένου, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἔχοντες ἀσθενείας ἐν τῇ νήσῳ, προσήρχοντο, καὶ ἐθεραπεύοντο.

10 Οἳ καὶ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς, καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν.

11 Μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ, παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ, Ἀλεξανδρίνῳ, παρασήμῳ Διοσκούροις.

12 Καὶ καταχθέντες εἰς Συρακούσας,

2 Barbari verò præstabant nobis non vulgarem humanitatē. accensa enim pyra acceperunt nos omnes, propter imbrē vrgentem, & propter frigus.

3 Quum autem conuertisset Paulus nonnihil sarmentorum, & imposuisset in pyram, vipera è calore prodiens arripuit eius manum.

4 Vt verò barbari viderunt pēdentem bestiam è manu eius, alij aliis dicebant, Omnino homicida est homo iste, quē postquam saluus euasit è mari vltio non siuit viuere.

5 At ille excussa bestia in ignē, nihil mali passus est.

6 Illi verò expectabant dū intumesceret, aut concideret repente mortuus: sed quum multum *tempus* expectassent, & viderēt nihil incommodi illi accidere, mutati, dicebant eum esse Deum.

7 Cæterùm circa locum illum erant prædia primario insulæ illius, nomine Publio, qui nos exceptos, triduò peramicè hospitio excepit.

8 Factum est autē vt pater Publij febribus ac dysenteria detentus, decumberet: ad quē Paulus ingressus, & precatus, impositis ei manibus sanauit eum.

9 Hoc igitur facto, reliqui etiā qui infirmitatibus tenebātur in illa insula, accedebant, & sanabantur.

10 Qui etiā multis honorib[9] nos honorarūt, & quū pueheremur imposuerūt quæ vsui *nobis* erāt.

11 Tribus itaq; post mēsibus prouecti sumus naui Alexandrina, quę in ea insula hyemauerat, cui erat insigne Castor & Pollux.

12 Et deuecti Syracusas, *illic* mā-

2 *Barbari verò præstabant non modicam humanitatē nobis. Accensa enim pyra reficiebant nos omnes propter imbrem qui imminebat, & frigus.*

3 *Quum congregasset autem Paulus sarmentorum aliquam iam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore, quum processisset, inuasit manum eius.*

4 *Vt verò viderunt barbari pendentem bestiam de manu eius, ad inuicem dicebant, Vtique homicida est homo hic, qui quum euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere.*

5 *Et ille quidem excutiēs bestiam in ignem, nihil mali passus est.*

6 *At illi existimabant eum in tumorem conuertendum, aut subitò casurū & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se, dicebant eum esse Deum.*

7 *In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publij, qui nos suscipiens, triduò benigne exhibuit.*

8 *Contigit autem patrem Publij febribus & dysenteria vexatum iacere: ad quem Paulus intrauit, & quum orasset, & imposuisset ei manus, sanauit eum.*

9 *Quo facto, & omnes qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur.*

10 *Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposuerunt quæ necessaria erant.*

11 *Post menses autem tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne Castorum.*

12 *Et quum venissemus*

Pios quidem persequuta ex periculo manent, sed glorioso semper exitu.

Etsi res aduersæ sunt peccatorum pœnæ, taméquū Deus affligēdis hominibus non semper respiciat peccata, temerè iudicant, qui, vel non expectāt exitum, vel ex rebus prosperis aut aduersis vnumquēque æstimant. Hominibus verè religionis ignaris nihil in extremis partem instabilius.

Seruum Dei quamuis miserum & egentem excepisse, nullum vnquā pœnituit.

Captiuo Paulo, non fuit tamen captiua Dei virtus.

Deus in suorū gratiam exteris etiam benefacit.

Idola sanctos nullo modo consentientes non polluunt.

2 *Vrgentem,* τὸν ἐφεστῶτα. Id est, grauiter nos prementem. Malè itaque Vulg. vertit, *qui imminebat.*

4 *Bestiam,* τὸ θηρίον. Hoc vocabulum latè patere diximus Mar. 1. 13. Sic videtur vti bestiæ vocabulo Cicero 5. Tuscul. *Alias,* inquit, *bestias nantes aquarum incolas esse voluit, alias volucres cælo frui libero, serpentes quasdam esse gradientes.* Sed bestiæ quæ ictu morsúve venenum relinquunt, θηρία vocantur specialiter à medicis, & quidem nominatim Vipera, vt nonnulli sentiunt: vnde nobile illud antidotum, quod Theriacam appellant, dici tradunt, quòd videlicet ex viperæ carnibus aliquatenus conficiatur: quum potius Teriace dicenda videatur, quasi seruatrix appellata. ¶ *Vltio,* δίκη. Vel ius & fas id denique quod Nemesin Græci vocant. ¶ *Non siuit,* οὐκ εἴασεν. Vulgata & Erasmus, *Non sinit.* Est autem seruanda præteriti temporis significatio, quæ istos indicat non magis dubitasse de Pauli exitio quàm si iam euenisset.

6 *Intumescere,* πίμπρασθαι. Quum istud verbum tam incendi quàm intumescere significet, hoc secundum prætuli, quia Diosc. lib. 6. cap. 18, viperæ morsum totius corporis tumorem gignere scribit: quod idem testantur Actuarius & Nicander in Alexipharmacis, vbi de bupreslide loquēs, hoc idem verbum bis vsurpat. ¶ *Nihil incommodi,* μηδὲν ἄτοπον. Alibi ἄτοπον vocat Lucas quicquid præter officium factum est, vt prioris lib. cap. 23. 41. Hîc autem declarat illud ipsum quod simili prorsus ratione in vernaculo sermone vocamus *inconuenient.* Hinc occasionem arripiunt impudentes illi impostores, quos Itali Serlatanos vocant, Gratiam S. Pauli iactandi, medicatis serpentibus sese mordendos præbentes.

8 *Detentus,* συνεχόμενον. Vulgata & Erasmus, *Vexatus,* Vide Mat. 4. 24.

11 *Insigne,* παρασήμῳ. Sic solebant ornare nauium proras à quibus signis ipsæ quoque naues dominabantur, vnde Virgilius, *Centauro inuehitur magna,* Διοσκούροις verò, id est Iouis filij, dicebantur à Græcis Castor & Pollux, Gemini à Latinis vocati, quos Vulgata *Castores* interpretatur, vnde fortassis factum vt sic etiam hæc vox ab Arnobio & Minutio vsurpetur. Nam apud meliores Latinitatis auctores legere non memini.

ἐπεμείναμεν ἡμέρας τρεῖς.

13 Ὅθεν περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον· καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐπιγενομένου νότου, δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους.

14 Οὗ εὑρόντες ἀδελφοὺς παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτά· καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν.

15 Κἀκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ Τριῶν ταβερνῶν· οὓς ἰδὼν ὁ Παῦλος, εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, ἔλαβε θάρσος.

16 Ὅτε δὲ ἤλθομεν εἰς Ῥώμην, ὁ ἑκατόνταρχος παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ· τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη μένειν καθ' ἑαυτὸν, σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ.

17 Ἐγένετο δὲ μετὰ ἡμέρας τρεῖς συγκαλέσασθαι τὸν Παῦλον τοὺς ὄντας τῶν Ἰουδαίων πρώτους· συνελθόντων δὲ αὐτῶν, ἔλεγε πρὸς αὐτοὺς, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐγὼ οὐδὲν ἐναντίον ποιήσας τῷ λαῷ ἢ τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις δέσμιος ἐξ Ἱεροσολύμων παρεδόθην εἰς τὰς χεῖρας τῶν Ῥωμαίων.

18 Οἵτινες ἀνακρίναντές με ἐβούλοντο ἀπολῦσαι, διὰ τὸ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου ὑπάρχειν ἐν ἐμοί.

19 Ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων, ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα· οὐχ ὡς τοῦ ἔθνους μου ἔχων τι κατηγορῆσαι.

20 Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν παρεκάλεσα ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι· ἕνεκεν γὰρ τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι.

21 Οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον, Ἡμεῖς οὔτε γράμματα περὶ σοῦ ἐδεξάμεθα ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας· οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν ἀπήγγειλεν ἢ ἐλάλησέ τι περὶ σοῦ πονηρόν.

22 Ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι ἃ φρονεῖς· περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης

simus triduum.

13 Vnde circumlegentes deuenimus Rhegium: & altero post die quum superuenisset Auster, secundo die venimus Puteolos.

14 Vbi repertis fratribus, rogati sumus vt permaneremus apud eos diebus septem: & ita contendimus Romam.

15 Vnde quum audissent fratres de rebus nostris, prodierunt nobis in occursum vsque ad Appij forum & Tres tabernas: quos quum vidisset Paulus, gratiis actis Deo, sumpsit fiduciam.

16 Quum verò venissemus Romam, Centurio tradidit vinctos præfecto exercituum: sed permissum est Paulo vt habitaret seorsim, cum milite qui ipsum custodiret.

17 Factum est autem vt tertio post die conuocaret Paulus Iudæorum primos: qui vbi conuenissent, dixit eis, Ego, viri fratres, quum nihil fecerim aduersus populum aut ritus patrios, vinctus traditus sum Hierosolymis in manus Romanorum.

18 Qui quæstione de me habita, volebant me dimittere, quòd nulla sit in me causa mortis.

19 Sed contradicentibus Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem: non *tamen* quasi habeam de quo gentem meam accusem.

20 Ob hanc igitur causam vos aduocaui, quos viderem & alloquerer. nam propter spem Israelis circundatus sum hac catena.

21 Illi verò dixerunt ei, Nos neque literas accepimus de te ex Iudæa: neque adueniens quisquam fratrum annuntiauit aut loquutus est aliquid de te mali.

22 Velimus autem ex te audire quæ sentias. nam de ista hæresi

Syracusam, mansimus ibi triduo.

13 *Inde circumlegentes deuenimus Rhegium: & post vnum diem flante Austro, secunda die venimus Puteolos.*

14 *Vbi inuentis fratribus, rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romam.*

15 *Et inde quum audissent fratres, occurrerunt nobis vsque ad Appij forum ac Tres tabernas: quos quum vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam.*

16 *Quum autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite.*

17 *Post tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum. quumque conuenissent, dicebat eis, Ego, viri fratres, nihil aduersus plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum.*

18 *Qui quum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quòd nulla esset causa mortis in me.*

19 *Contradicentibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem: non quasi gentem meam habens aliquid accusare.*

20 *Propter hanc igitur causam rogaui vos videre & alloqui. propter spem enim Israel catena hac circundatus sum.*

21 *At illi dixerunt ad eum, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa: neque adueniens aliquis fratrum nuntiauit aut loquutus est quid de te malum.*

22 *Rogamus autem à te audire quæ sentis. nam de*

Profanorum etiam corda Dominus pro ut libet in suorum gratiam inflectit. Deus nunquam patitur suos supra vires affligi.

Paulus vbique se Apostolum esse meminit.

Vindum quidem mediis à Deo oblatis: sed ita vt gloriam Dei, non autem nos ipsos quæramus.

14 *Apud eos*, ἐπ' αὐτοῖς. In duobus codicibus scriptum inuenimus παρ' αὐτοῖς, & quidem rectius. Sed & vnum exemplar post παρεκλήθημεν addit ὑμᾶς μετ' ἐμοῦ. ¶ [illegible] Vide Ioan.4.6. ¶ [illegible] Id est, dedimus nos in viam. Vulg. & Erasmus, *Venimus*. Atqui τὸ ἐρχόμενα hoc loco nihil aliud declarat quàm τὸ ἰέναι καὶ πορεύεσθαι, vt in illo Homeri ἔρχεσθαι κλισίην, [illegible] quo modo etiam accipitur Ioan.6.17. Id verò non obseruatum, in causa fuit cur nonnulli Appij forum, cuius fit mentio proximo versiculo, in ipsa vrbe collocarint: quum (vt rectè obseruat Eras.) longius absit ab vrbe Roma quàm Aritia, vt liquet vel ex hoc Horatij versiculo, *Digressum magna me accepit Aritia Roma Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus, Græcorum longe doctissimus. inde forum Appi*. Vide Lucæ 15,20.

15 *Et tres tabernas*, καὶ τριῶν ταβερνῶν. Hic quoque locus in Appia via situs est, & eius meminit Cicero in epistolis ad Attic.

16 *Præfecto exercituum*, στρατοπεδάρχῃ. Id est præfecto prætorio, vt Latini sub Cæs. vocarunt. Deest autem totum hoc membrum in Latinis codicibus, quod tamen in omnibus Græcis nostris inuenimus. ¶ [illegible] Non in publica custodia, sed in priuato hospitio, quod sibi videlicet conduxerat, sub custodia militari, de qua vide Eph.6.20. Vulg. barbarè, *Sibimet*. Eras. *Solus*, nec rectè, nec perspicuè. Est autem Hebraismus in verbo μένειν pro habitare seu degere Deest verò totum hoc membrum in recepta editione Latina, quod tamen abundare non puto, & non tantùm in Græcis codicibus sed etiam in Syra & Arabica interpretatione reperi.

17 *Hierosolymis*, ἐξ Ἱεροσολύμων. i. Hierosolymis abductus.

19 *Non tamen quasi*, οὐχ ὡς. Huiusmodi ellipsin particulæ TAMEN annotauimus Mat.2.6. Est autem hoc additum à Paulo ne putarent Iudæi ipsum constituisse criminari gentem suam apud Cæsarem, quum hoc vnum potius ageret, vt nullo hostium incommodo causam Christi & innocentiam suam tueretur.

20 *Hac catena*, τὴν ἅλυσιν ταύτην. Sic ergo liber erat, vt tamen captiuitatis signa, id est catenam, circumferret, adiuncto sibi concatenato milite custode.

22 *Nam de hac secta*, περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης. Arabs alter hunc contextum distinguit, idque rectius fortasse, hoc modo videlicet, ἃ φρονεῖς περὶ τῆς αἱρέσεως ταύτης. γνωστὸν γάρ ἐστιν ἡμῖν ὅτι, &c. id est, *quid sentias de secta ista. Notum enim est nobis, &c.*

23 Cum

γνωστόν ἐστιν ἡμῖν ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται.

23 Ταξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν, ἧκον πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ξενίαν πλείονες, οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, πείθων τε αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν, ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας.

24 Καὶ οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν.

25 Ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους, ἀπελύοντο, εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν, ὅτι καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν,

26 Λέγον, Πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπὲ, Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.

27 Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

28 Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν ὅτι τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται.

29 Καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, ἀπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι, πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συζήτησιν.

30 Ἔμεινε δὲ ὁ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι· καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς εἰσπορευομένους πρὸς αὐτόν·

31 Κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ διδάσκων τὰ περὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάσης παῤῥησίας ἀκωλύτως.

notum est nobis vbique ei contradici.

23 Quum igitur constituissent ei diem, venerunt ad eum in hospitium complures, quibus cum attestatione exponebat regnum Dei, suadens eis quæ de Iesu Christo sunt, ex Lege Mosis & Prophetis, à mane vsque ad vesperam.

24 Et alij quidem assentiebantur iis quæ dicebantur, quidam verò non credebant.

25 Quum autem inter se discordes essent, digressi sunt postquam Paulus hoc verbum dixisset, Rectè sanè Spiritus sanctus loquutus est per Esaiam Prophetam patribus nostris,

26 Dicens, ‖ Vade ad populum istum, & dic, Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non cernetis.

27 Pinguefactum enim est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculis suis coniuerunt: ne cernant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertant sese, & sanem eos.

28 Notum ergo sit vobis, missam esse Gentibus hanc Dei salutem, & ipsos audituros.

29 Quum ergo hæc dixisset, exierunt Iudæi, multam habentes inter se altercationem.

30 Mansit autem Paulus biennium totum in proprio conducto: & excipiebat omnes qui ad ipsum ingrediebantur:

31 Prædicans regnum Dei, ac docens quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni dicendi libertate, nemine prohibente.

secta hac notum est nobis quia vbique ei contradicitur.

23 *Quum constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plures, quibus exponebat testificans regnum Dei suadensque eis de Iesu ex Lege Moysi & Prophetis, à mane vsque ad vesperam.*

24 *Et quidam credebant iis quæ dicebantur, quidam verò non credebant.*

25 *Quumque inuicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo vnum verbum, Quia bene Spiritus sanctus loquutus est per Esaiam Prophetam ad patres nostros,*

26 *Dicens, Vade ad populum istum, & dic ad eos, Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis.*

27 *Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.*

28 *Notum ergo sit vobis quoniam Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient.*

29 *Et quum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem.*

30 *Mansit autem biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum:*

31 *Prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione.*

Mutuus est Legis & Euangelij consensus.

Euangelium credentibus odor vitæ, contumacibus odor mortis.

Esa.6.9
matt.13.14
mar.4.12
luc.8.10
ioan.12.40
rom.11.8

Incredulis ipso quidem refutantur veritati, non tamen tocciuntò.

Incredulitas reproborum non potest irritam facere Dei fidem.

Non Euangelium, sed Euangelij contemptus, dissidiorum causa.

Verbum Dei non potest vinciri.

23 *Cum attestatione*, διαμαρτυρόμενος. Id est, Argumentis idoneis adhibitis probans regnum Dei à Prophetis prædictum aduenisse. Vide Luc.16.28. ¶ *Suadens*, πείθων. Multis tamen non persuasit, sed hoc refertur ad eius conatum, qui etiam minimè fuit inanis: quanuis hoc verbum in hac constructione pro Persuadere ferè accipi soleat.

24 *Quidam verò non credebant*, οἱ δὲ ἠπίστουν. Hoc deest in Arabica interpretatione.

25 *Digressi sunt*, ἀπελύοντο: animo videlicet non reuertendi, nisi resipiscerent. Vulg. *discedebant*, nimium dilutè. sicut in Gallico idiomate plus est, *Ils se departirent*, quàm, *ils s'en allerent*.

¶ *Hoc verbum*, ῥῆμα ἕν. ἓν pro τὶ sæpe iam obseruauimus: sed videtur loco demonstratiui pronominis hic poni, non tamen sine emphasi, quoniam nihil æquè tum hos tum illos commouit quàm hæc verba.

26 *Auditu*, ἀκοῇ. Vel *Auditione*, vt rectè vertit Hieronymus. Vulgata, *Aure*. Eras. *Auribus*. Vide Matt.13.14.

27 *Conniuerunt*, ἐκάμμυσαν. Id est, videre se dissimularunt quod vel inuiti cernebant: atque adeo noluerunt hoc videre. Vide Matth.13.15.

28 *Hanc Dei salutem*, τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Vide Luc.2.30.

¶ *Et ipsos audituros*, αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται. Vulgata & *ipsi audient*, καὶ αὐτοὶ ἀκούσονται, & melius. Nam planè dura est & insolens hæc traiectio. Syrus legit, καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀκούσονται αὐτοῦ. *Nam ipsi quoque audient eum.*

29 *Quum ergo &c.* Καὶ ταῦτα, &c. Totus hic versus deest & in Syra & in Arabica interpretatione.

31 *Ac docens*, καὶ διδάσκων. Hic quoque ponitur καὶ in epexegesi, quemadmodum alibi sæpe annotauimus.

ΠΑΥΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ἐπιςολή.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD ROmanos.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

1 ΠΑΥΛΟΣ δοῦλος Ἰησοῦ Χριςοῦ κλητὸς ἀπόςολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ.

2 (Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις.)

3 Περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, (τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα.

CAP. I.

1 PAVLVS [a] [b] seruus Iesu Christi, ex vocatione Apostolus, ‖ separatus ad prædicandũ Euãgeliũ Dei,

2 ([c] Quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis)

3 [c] De Filio suo, (facto ex semine Dauidis, secundũ carnẽ:

CAPVT I.

1 *PAVLVS seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei,*

2 *(Quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis)*

3 *De filio suo, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem:*

a Prima pars epistolæ, vtilissimam præfationem continens, vsque ad vers.16.

Act.13.1

b Αὐτόςως reddit Romanos, significans sese non suo nomine, sed vt Dei ad Gentes legatum, cum eis agere de re omnium maxima, iam olim plurimis idoneis testibus à Deo promissa, nunc demum autẽ re ipsa præstita.

c Reddit Romanos dociles, explicans Euangelicæ doctrinæ summa. Docet igitur Christum (Euãgelij materiam & argumentum) vnicum illũ esse θεάνθρωπον Messiam: quòd ad naturã quidem humanã attinet, ex Dauidis genere conditũ: quòd ad Deitatem autẽ, ex æterno Deo Patre genitum, sicut ex ipsius resurrectione constat.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 *Paulus*, Παῦλος. Vide Act.13.9. ¶ *Seruus*, δοῦλος. id est, διάκονος, *minister*, vel θεράπων, quem *famulum* vocamus, vt dicitur Moses Hebr. 3. 5. Nec enim Seruus hic opponitur Libero, quum nemo sit verè liber, quàm qui hac seruitute seruus est, Ioan. 8. 36. sed ad sacras ipsius domus Domini λειτουργίας, id est publicas functiones restringitur. Quòd enim Christus ipse suos illos discipulos Amicorum potiùs quàm Seruorum nomine dignatur, Ioan. 15. 15. nequaquam ita sese dominio suo abdicauit, sed quàm benignus sit illorum dominus ostendit. ¶ *Iesu Christi*. Ἰησοῦ Χριστοῦ, nempe, vt Filij in domo Patris sui dominantis, Hebr. 3. 5. & seruos isti cogendæ & regendæ familiæ ordinantis. Eph. 5. ¶ *Vocatus*, κλητός, id est ipsius Christi voce ad hoc ministeriũ adscitus, ac si *Vocatitium* dicas. Est enim κλητὸς nomen à participio κεκλημένος distinguendum, quum non omnes vocanti Deo respondeant. Cæterùm preciosa est ista vocationis & Vocatorum appellatio, ideóque studiosè in Ecclesia Christiana retinenda, aduersus Castellionem & alios nouatores. Sic enim quum generaliter de quouis legitimo vitæ statu agitur, siue in quo sit natus aliquis, siue ad quod sit adscitus, significatur statum illum non temerè obtigisse, ac proinde nec malis artibus appetendam esse eam vitæ conditionem, nec postquam obtigerit temerè mutãdam, sed accuratè potiùs curandam, 1. Cor. 7. 20. Quũ autem hæc nomina, vt hoc loco, ad sacras illas publicas functiones restringantur, sic ostenditur quodnam sit legitimũ earum in domo Dei fundamentum, ne ab ipso quidem Christo vt Mediatore neglectum, Heb. 5. 4. & quo, siue ordinario, siue extraordinario quidem, sed certis τεκμηρίοις probato, si quis destituatur, non modò non sit audiendus, sed etiam vt fur & latro abigendus. Ioan. 10. 1. ¶ *Apostolus*, ἀπόστολος, id est *Legatus*, quomodo sumus hoc nomen interpretati, Philip. 4. 18. & 2. Cor. 8. 19. & 23. quòd ibi generaliùs accipiatur de peculiari ad aliquid nuntiandum vel procurandum, missione. Quum autem peculiariter, vt in his libris solet, hæc legatio ad præcipuam illam inter sacras publicas illas functiones functionem restringatur, primùm illis domesticis ipsius Christi discipulis commissam, & hoc nomine appellatam, Luc. 6. 13. ad quam deinceps ipse quoque Paulus Act. 9. 6. & 15 & Gal. 1. 1. & cum eo Barnabas Act. 13. 2. adsciti fuerunt, illam & Apostolatus & Apostolorum appellationem, vt sacrosanctam, meritò retinui. ¶ *Separatus*, ἀφωρισμένος. Specialiter videlicet, ex reliquorum etiam Apostolorum numero Gentibus Christo lucrifaciẽdis ab æterno destinatus, Act. 13. 47. Nec ineptum est, quòd nonnullis videtur Paulus ad suum illum eiuratum Pharisaismum hoc participio allusisse. Sunt enim Pharisæi, vt doctissimis Hebræorum placet, non simpliciter à Scripturarum enarratione, vt nonnulli volunt, sed פרושים [peruschim.] à פרש [parasch] forma Paul Kal appellati, quòd videri vellent à cæteris, vitæ puritate, & exquisitiore secta, Act. 26. 5 separati. ¶ *Ad Euangelium Dei*, εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, id est ad Euangelij prædicationem, vt & mox vers. 5. Nam alioqui hoc nomine plerunque ipsa quæ prædicatur doctrina intelligitur. Neque tunc potuit aut nunc potest, aut vnquam poterit doctrina, Apostolorum ministerio tradita, & ipsis ad extremum vsque diem per scripta sua loquentibus, & ad extremum vsque diem loquuturis perduratura, expressius asseri, quàm ab ipsius materiæ, & subiecti, vt in scholis loquuntur, adæquati argumenti summa præstantia, vel potiùs diuina Maiestate.

2 *Quod antè promiserat*, ὃ προεπηγγείλατο. Origenes nescio quid monstri tegit hoc loco, quasi nimirum hæc dicta sint ad distinctionem alterius Euangelij quod æternum vocatur in Apocalypsi, cum quo apparuerit Christus ordini Euangelico: & huc etiam detorquet Danielis & Ezechielis quosdam locos. Ego verò non agnosco aliud Euangelium quàm hoc ipsum cuius minister fuit Paulus: & non modò periculosum esse dico (vt ipse Origenes inquit) ista chartis committere, sed etiam planè impium.

3 *De Filio suo*, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Explicat Paulus quod sit illius Euangelij subiectum adæquatum, vt in scholis vocatur: cuius se ministrũ dixerat, & quod à Deo promissum esset per Prophetas. Omnia igitur, inquit, tendunt ad Filium Dei, quem Deus mundo promissum exhibuit. Quum autem Filium Dei dicit, vnitatem personæ (natura tamen humana in Filij Dei hypostasi subsistente) declarat aduersus Nestorium: & rursus Filium à Patre, quod ad hypostasin, manifestè distinguit, aduersus Sabellium. Deinde in iis quæ subiicit, duas veluti Christi naturas sigillatim asserit: adeo vt vix vllus sit in Scripturis locus, in quo contineatur breuiore & certiore compendio quicquid nobis est de Christi persona credendum. ¶ *Facto*, γενομένου. Factum propria significatione intellige, ex ipsa videlicet sanctissimæ virginis substantia, quod ad corpus attinet

virtute Spiritus sancti efformata, quo sensu Ioannes, ὁ λόγος, inquit, σὰρξ ἐγένετο. Ioan. 1.14. & Paulus Gal. 4.4 testatur Christum γενόμενον ἐκ γυναικός, præpositione Ex materialem causam indicante: sicut etiã veteres summo consensu hunc locum citant & interpretantur, vt Tertull. in Praxeam, Irenæus lib. 5. cap. 31. Vigilius lib. 3. aduersus Eutychen. Augustinus lib. de Trinit. 2. cap. 4. & in quæstionibus in N. Test. cap. 4. aduersus Valentinum, Marcionem, & alios damnatos hæreticos, siue merè imaginarium, siue ex cælesti materia desumptum corpus, & in vterum Mariæ calitus immissum imaginantes. Etenim si hoc dogma verum esset, Christus profectò neque frater noster esset, neque Filius ille ex Dauidis ipsius lumbis nasciturus. Incommodè igitur nonnulli hoc loco maluerunt *Natum* vel *Genitum*, interpretari. Nam (quod illos saltem animaduertere oportuit) quũ in ipso Virginis vtero adhuc latens Christus iam tum fuerit θεάνθρωπος, & Maria iam tum proinde θεοτόκος gestaret & in ipso quoque partu θεοτόκος verè dicatur aduersus Nestorium: efficitur Christum personaliter, & in concreto, vt in scholis loquuntur, consideratum rectè & verè, dici quoque secundum vtramque naturam, citra [illegible] sed propter hypostaticam vnionem in Maria conceptum & ex ea Natum & Genitum. Factum verò non item, quoniam istud Christo, nonnisi humanæ naturæ respectu conuenit. Neque verò sicut diximus præpositionem *Ex* materialem causam notare, quum dicitur Christus Factus ex Maria virgine, sic etiam intelligendus est *ex Spiritu sancto* cõceptus. In illo enim verè magno [illegible] mysterio 1. Tim. 3.16. Spiritus sanctus non Patris generantis partes, sed causæ duntaxat ex sanctissima virgine desumptam materiam efformantis impleuit.

¶ *Ex semine Dauidis*, ἐκ σπέρματος Δαβίδ. Seminis nomine constat quidem generaliter ex Hebræorum idiotismo sobolem significari. Sed hic notatur materia non ipse generationis modus, [illegible] videlicet illam substantiam, non per [illegible] quempiam, sed ipsius Spiritus sancti [illegible] & in corpus illud humanum Christi efformatam. [illegible] fuit ille promissus Dauidi, [illegible] fructu ventris [illegible], non autẽ indefinitè [illegible] Dauidem Apostolum [illegible] ex [illegible] numero delegit [illegible] vulgo, quanuis quod ad Iosephi personam [illegible], *Filius Dauidis* potius quàm alterius [illegible] ex patribus denominatur, vnde etiam apparet, illa verba, Luc. 1.27. *Ex domo Dauidis*, ἐξ οἴκου Δαβίδ, tam ad Mariam, quàm ad Iosephum esse referenda. ¶ *Secundum carnem*, κατὰ σάρκα. Id est quatenus homo est. Caro enim hoc loco per synecdochen totam hominis naturam declarat, & quidem quatenus infirma est, (quæ tamen infirmitas duntaxat fuit ad tempus) non autem quasi in Christo fuerit vllo modo vitiosa, vt Ioan. 1.14, & 1. Timoth. 3.16, & Hebr 5.7 & 1. Pet. 3.18, & 4.1, & 1. Ioan. 4. 2. quanuis corporis duntaxat substantiam, non autem animam ex virgine assumpserit. Itaque ineptè Origenes hoc loco carnem opponit animæ, quum potius à Deitate Filij sic eiusdem Humanitas discernatur. Sed [illegible] veteres annotant hanc particulam omnino indicare ex alia etiam natura Christum esse æstimandum, ea nimirum quæ paulò post explicatur. Nam alioquin cur hoc Paulus adiecisset?

Τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν) Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.	4 Declarato Filio Dei potenter secundum Spiritum Sanctitatis, per resurrectionem ex mortuis) *nempe* Iesu Christo Domino nostro.	4	*Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritũ sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri.*

4 *Declarato*, τοῦ ὁρισθέντος. i. ἀποδειχθέντος, vt Act. 2.22, καὶ ἀποφανθέντος, *demonstrato & manifestato*, vt explicat Chrysostomus, & Tertullianus in Praxeam. Nam definitione, quæ ὅρος à Græcis dicitur, solent obscura explicari: & non dissimili ratione modum ὁριστικὸν vocant grammatici, id est, finiendi seu indicãdi, quòd certum aliquid indicet ac explicet, vt rectè obseruat Erasmus. Alioquin τὸ ὁρίζειν significat suis finibus circumscribere, seu definire, item certo scopo destinare, atque adeo quippiam decernere ac constituere. Itaque Vulg. *Prædestinatum* conuertit, pro quo Origenes mauult legere Destinatum. *Quia*, inquit, *prædestinatur qui nondum est, destinatur qui est*. Sed hæc distinctio potest eo refelli quòd Christus apertè dicitur προεγνωσμένος, 1. Pet. 1.20, officij tamen, non autem essentiæ diuinæ ratione, quia officij respectu non minus dici potest [illegible] ὁρισθείς. Quid quòd Epiphanius [illegible] legit [illegible] sed corrupto fortassis exemplari. Vtcunque sit, nullus hic locus est disserendi de Prædestinatione, vel destinatione, quum hoc loco propositum sit Paulo ostendere non quando cœperit esse Dei Filius (fuit enim ab æterno ideoque verus Deus Ioan. 1.1) sed quo testimonio Christus, non obstante [illegible] exinanitione, Phil. 2.7. sit approbatus verus, & naturalis Dei Filius; quanuis Augustinus Prædestinatum legat & interpretetur, lib. De præd. sanctorum cap. [illegible] vt & Irenæi interpres, lib. [illegible] & Hilarius Trinit. lib. 7. & alij [illegible] [illegible] Thess. 1. [illegible] & Coloss. 1.29. Hebraicè [illegible] [illegible] pro quo Vetus interpres [illegible] *in virtute*. Erasmus autem *Cum potentia*, quia ἐν interdum pro σύν accipitur, vt sæpe annotauimus. Chrysostomus [illegible] pro διὰ interpretatur, [illegible] virtutem [illegible] sunt à Christo [illegible] prodigia, quia [illegible] dicuntur. Etsi autem verissimum sit [illegible] Christi virtutem quasi sigillo quodam obsignatam, (quamobrem etiã istud donum [illegible] obsignatã veritate) in Ecclesia nõ fuit perpetuũ) tamẽ hæc explicatio huc non pertinet. & (quod tanti viri pace dixerim) in tota huius [illegible] dispositione coacta est [illegible] interpretatio. Putat enim Apostolum quatuor argumentis confirmare Christi diuinitatem, nempe ex Prophetarum oraculis, ex eo quòd ex semine Dauidis (id est ex Virgine) sit natus, ex Spiritus sancti effectis, demum ex resurrectione. Atqui ex his argumentis primum aliò spectat, nempe ad verbum προεπηγγείλατο, secundum verò adhibetur non Deitati, sed Humanitati confirmandæ, vt antè ostendimus: tertium autem nusquam hîc inuenio. Dixisset enim Apostolus διὰ τοῦ Πνεύματος, *per spiritum*, nec fuisset neglecta copula, quæ tres istas probationes vt diuersas connecteret. Est igitur istud ἐν δυνάμει coniungendum cum participio ὁρισθέντος, aut cum υἱοῦ Θεοῦ, quod posterius si sequamur, pro *Potenter*, conuertemus *Potente*. Vtramuis autem amplectamur, opponitur Dei gloria, & potens illa virtus, quæ mortem superauit, infirmitati carnis, secundùm quam Christus factus natus, passus, mortuus ac sepultus est: quo sensu Ambrosius rectissimè hunc locum exponit. ¶ *Secundùm Spiritum sanctitatis*, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης. Quidam existimant duarum Christi naturarum descriptionem desinere in ἐν δυνάμει, & ista coniungunt cum participio ἀφωρισμένος, quasi dicat Apostolus se fuisse prædicando Euangelio selectum per Spiritum sanctum post Christi resurrectionem. Sed hæc distinctio planè est violenta, nec vllius codicis auctoritate, quem ego quidem aspexerim, nititur, immo etiam ab eo quod Paulo hîc propositum est deflectit. Cur enim Paulus diceret Christum fuisse declaratum Filium Dei, nec eam declarationem subiiceret, quum præsertim humanam naturam, de qua multò minus ambigebatur, existimarit aliquibus [illegible] confirmandam? Nihilo verò rectius, meo quidem [illegible] iudicio, hic locus intelligitur, vel de conceptu carnis Christi ex Spiritu sancto, vel de Spiritus sancti donis in Apostolos effusis, ob eas quas paulò [illegible]. Et quum hîc constet Paulo propositam esse [illegible] in Christo personaliter quidem vnitarũ, sed suis nihilominus essentialibus proprietatibus distinctarum naturarum [illegible], postulat omnino [illegible] vt sicut in [illegible] appellatione Carnis Humana Christi natura, sic etiam in [illegible] alteram Christi naturam [illegible] ipsam [illegible] intelligamus, eius videlicet doctrinæ fundamentum, quam nobis tradere constituit Apostolus. Neque verò nouum est aut inusitatum Spiritus appellatione ipsam Dei [illegible] intelligere, vt simplicissimã & planè à rebus omnibus creatis diuersam, vt Ioan. 4.24. & alibi passim: sed & hæc ipsa duarum in Christo naturarum antithesis ex ipsa illarum diuersitate sumpta, Christo disertè tribuitur 1. Tim. 3.16. & 1. Pet. 3.18. Nec sanè aliud nomẽ huic diuersitati summæ significandæ magis appositum vsurpare potuit Apostolus, vt ista δυνάμει, qua Christum diceret [illegible] demonstrari esse verum veri Dei Filium, ostenderet, non simpliciter illa, licèt præstantissima spiritualia

spiritualia Dei dona & qualites in carne Christi creatas intelligi, sed ipsammet Deitatem declarari, sic nimirum & Filij personam à Patris persona, aduersus Samosatenum & Sabellium Apostolo discernente, & vnicam eiusdem Deitatis οὐσίαν stabiliente. Qui verò, propter adiunctum ἁγιωσύνης epitheton, existimarunt hunc locum intelligi de Spiritus sancti, vel virtute, per quam concepta fuit Christi caro, vel donis & effectis, quæ peculiariter tertiæ Triadis personæ, id est, Spiritus sancti operationi attribuuntur, & quæ metonymicè propterea ipso Spiritus sancti nomine significantur, animaduertere sanè debuerunt; Apostolum non temerè κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, id est, *Secundum Spiritum sanctitatis* scribere maluisse, quàm vel κατὰ τὸ πνεῦμα ἅγιον, id est, *secundum Spiritum sanctum*, (quo nomine ipsam Spiritus sancti personam significasse videretur, de qua tamen hîc non disseritur) vel κατὰ πνεῦμα ἁγιασμοῦ, *secundùm Spiritum sanctificationis*, siue *Sanctificum*, quod & ipsum ad operationem peculiariter ipsi Spiritus sancti personæ in Scripturis assignatam, præter Apostoli scopum, referretur, vt qui in hac descriptione non agat de Spiritus sancti vel persona, vel operatione peculiari, sed quàm verè Christus esse Filius Dei secundùm alteram, id est, diuinam suam naturam dicatur, certo & confesso argumento probare contendat. Huiusmodi autem certè non est ἁγιασμός, id est, *Sanctificatio*, siue actiuè siue passiuè consideretur. Nam actiuè quidem accepta, sicut paulò ante dixi, actio ista distinctè, non Filio sed Spiritui sancto tribui solet. Sin verò passiuè intelligatur, & de Christi Humanitate per se considerata, quatenus videlicet est à Filio Dei simul & personaliter assumpta & plenissimè sanctificata, (qua ratione dicitur Spiritum accepisse sine mensura) ex hoc certè carnis Christi ἁγιασμῷ, homo ille in sese non verus Deus esse propterea statuetur, sed duntaxat diuinissimus, supra consortes omnes suos vnctus inter multos fratres primogenitus, & ita huic Humanitati quantumlibet suprà ipsos etiam Angelos gloriosæ, non ipsa θειότης, sed duntaxat θειότης, immo ne adoratio quidem merè religiosa attribuetur, ad quam tamen ipsi quoque Angeli Psal. 97.8. & Hebr. 1.6. inuitantur, testante quoque propterea Apostolo Coloss. 1.19. non simpliciter θειότητα, sed omnem plenitudinem θεότητος in Christo, non duntaxat ἐνεργητικῶς siue καθ' ἁγιασμόν, sed σωματικῶς, id est, οὐσιωδῶς, vt in suo templo habitare. Hoc illud est ergo quod hîc quoque significatum voluit Apostolus, alteram illam Christi naturam πνεῦμα ἁγιωσύνης appellans, id est, illam ipsam naturam diuinam, quæ est essentialis ipsamet Sanctitas, non aliunde ἐνεργητικῶς participata. Ita certè demum optimè omnia ad scopum Apostoli accommodantur, constat sibi tota illarum duarum naturarum in vnitate personæ antithesis, neque vis vlla verbis Apostoli affertur. Ad hæc accidit quoque Tertulliani auctoritas, ita hunc locum aduersus Praxeam his verbis explicantis, *Qui factus est*, inquit, *ex semine Dauid secundùm carnem, hic est homo & filius hominis: qui declaratus est Filius Dei secundùm Spiritum, hic est Deus & Sermo Dei Filius*. Ambrosius autem, *eum*, inquit, *qui erat Dei Filius secundùm Spiritum sanctum*, id est, *secundum Deum, quia Deus Spiritus est, & sine dubio Sanctus, factum dicit iuxta carnem ex semine Dauid.* ¶ *Ex resurrectione mortuorum*, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Sic legitur hic locus in Græco contextu summo consensu: pro quo rectè Erasmus quòd ad sensum attinet vertit, *ex eo quod resurrexerat à mortuis*, perinde ac si scriptum esset, ἐξ ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, vt scribitur etiam expressè, Act. 4.2. & 1. Pet. 1.3. præpositio ἐκ repetitur. Sed & Syrus interpres ita expressè legit, vt qui hunc locum sic verterit דקם מן בית מיתא [*Decam men beth mitho*,] Id est, *eo quod resurrexit è domo mortuorum*, siue *de inter mortuos*, sicut Gallicè dicimus, *d'entre les morts*. Sed etiamsi particula ἐκ non repetatur, per se satis in hac loquendi phrasi intelligitur. Quum enim resurrectionem mortuorum nominamus, non tam significamus quibus attribuatur resurrectio, quàm vnde emergant qui resurgunt: & res ipsa ostendit hoc illud esse argumentum verè ἀποδεικτικὸν & ἀναγκαῖον, quo Christus conuincitur esse vera Deitate Filius Dei, nempe ex eo quòd ipse sua ipsius potentia seipsum à mortuis excitarit, quod ipsemet se facturum prædixerat Ioan. 10.18, vt qui vitam haberet in semetipso Ioan. 5.26. Est enim hoc axioma extra omnem controuersiam Deum solum esse αὐτοζωὴν, ac proinde soli veræ Deitati essentiali attribui κατ' αὐτὸ rerum omnium quæ sunt, tum creationẽ primam tum conseruationem, tum restitutionem in vitam, quod postremum ridentes Philosophi, vt Paulo accidit Act. 17.32. insaniam suam ostenderunt, vt ex naturalibus quoque principijs, quæ Deitati necessariò attribuuntur, demonstrat verissimè simul & eruditissimè Athenagoras Christianus Philosophus. Non igitur simpliciter probatur vera & essentialis illa Christi Deitas ex eo quòd humana ipsius natura resurrexerit (nam & alij multi excitati sunt à mortuis, quibus tamen propterea Deitas attribui non potest) sed quia ipse suæ illius Deitatis in ipso σωματικῶς habitantis potentia suum corpus vitæ restituit, quo spectat quod ait Petrus Act. 3.12. & 16. Neque rursus obstat istis quod alibi passim Christi resurrectio Patri attribuitur, quum vna & eadem sit Deitas, & præterea indiuisa sint ista trium personarum in vna & eadem essentia subsistentium opera Ioan. 5. 21. ac proinde sic illa vnica essentia stabiliatur, nedum vt, quod fecit Pater, Filius non fecerit. Grauiter igitur hallucinantur veteres, tum Latini, tum Græci non pauci, quorum aliqui putarunt ἐξ ἀναστάσεως idem declarare, atque μετὰ τὴν ἀνάστασιν *post resurrectionem*: & hoc referunt vel ad participium ἀφωρισμένος, quoniã Paulus non nisi post Christi resurrectionem fuit Apostolus designatus, vel ad πνεῦμα ἁγιωσύνης, quod interpretantur de Spiritu sancto post resurrectionem Apostolis die Pentecostes immisso. Alij verò propter non repetitam præpositionem ἐκ νεκρῶν istam resurrectionem accipiunt, non de ipso Christo, sed de iis qui cum Christo resurrexerunt: quò etiam Origenes in hunc locum scribens, detorquet quod alibi Paulus Christum primogenitum ex mortuis, & primitias dormientium appellat. Alij denique de resurrectione fidelium istud accipiunt, qui dicantur mortui Iesu Christi, vt ab infidelibus discernantur, quas omnes interpretationes ne refutatione quidem arbitror indigere. Denique ne hoc quidem prætermittendum hoc loco putaui, quanuis ista Christi excitatio à mortuis probandæ veræ Christi Deitati ab Apostolo adhibeatur, hoc tamen maximè quoque ad fidem veræ etiam Humanitati Christi faciendam accommodari aduersus Marcionem, quum verè mori non potuerit, quæ vera non fuerit Humanitas: & rursum sic quoque refelli Apollinaris delirium Christo Deitatem animæ loco tribuentis, quum & mors ex ipsa animæ à corpore separatione oriatur, & per resurrectionem necessariò statuatur animæ in suum corpus restitutio. ¶ [*Nempe*] *Iesu Christo*, Ἰησοῦ Χριστοῦ Vulgata, *mortuos Iesu Christi* interpretatur, quod paulò ante refutaui, Erasmus, *Ex eo quod resurrexerit à mortuis Iesus Christus*, quasi videlicet ex Hebræorum idiotismo repetatur ipsum Iesu Christi nomen loco relatiui. Ego verò connecto cum περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, *de Filio suo* ex versic. 3. cæteris à τοῦ γενομένου vsque ad νεκρῶν parenthesi inclusis, propter longum videlicet hyperbaton expresso demum ipsius Iesu Christi nomine. Neque verò temerè Paulus hîc duo nomina Filio Dei attribuit, quibus omne officium Mediatoris declaratur. Quatenus enim dicitur *Iesus* factus est nobis Iustitia: quatenus verò *Christus*, id est, vnctus & vngens, est nostra Sanctificatio, ex ipsius videlicet plenitudine in nos exundans, ad quæ duo respiciunt cætera eius beneficia.

Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ·	5 Per quem accepimus gratiam & Apostolatum ad obedientiam fidei, inter omnes Gentes, pro ipsius nomine:	5	*Per quem accepimus gratiam & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus, pro nomine eius:*

5 *Per quem*, δι' οὗ: id est à quo. Nam præpositio διὰ hoc loco eam vim habet vt eum ipsum declaret non modò ex cuius auctoritate, vt reliqui etiam ministri, sed etiam per quem sit designatus Apostolus: vt tacita sit inter Christum [illegible] vocantem, & Ecclesiasticam electionem antithesis, quam exposuit Galat. 1.1. ¶ *Gratiam & Apostolatum*, χάριν καὶ ἀποστολήν. Id est, Gratiã Apostolatus, beneficium eximiæ planè liberalitatis, quod alibi vocat χάρισμα 1. Tim. 4.14. & 2. Timoth. 1.6. ¶ *Ad obedientiam fidei*, εἰς ὑπακοὴν πίστεως. Id est, *Vt homines fide obediant Deo*. Nisi malimus Fidei nomine ipsam doctrinam Euangelicam intelligere, quo sensu conuertit Vet. interpres, *Ad obediendum*

fidei: & Erasm. *Vt obediatur fidei.* Nam sic quoque dicuntur fidelium animi fuisse purificati ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας διὰ πνεύματος. id est, eo ipso quòd veritati obedierūt per Spiritum, 1. Petr. 1.22. Cæterùm τὸ ὑπακούειν & τὸ πιστεύειν (vt apparet ex hoc loco & ipsa verbi notatione) mutuò se respiciunt: quæ vel vna obseruatio satis firma est euertendis omnibus ἐθελοθρησκείαις, quas vulgò Bonas intentiones vocant. ¶ *Inter omnes Gentes*, ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. Hoc nonnulli ad ὑπακοὴν referunt: ego malo connectere cum verbo ἐλάβομεν. Ideò post πίστεως adscripsi distinctionem. Nam alioqui non cohæreret quod statim subiicitur de Christi nomine. Est autem hoc loco notandum, hîc quoque πάντα, id est omnes, pro quibusuis poni, (quam enallagen sæpissimè annotauimus) & Iudæis opponi Gentes, quibus videlicet peculiariter designatus erat Apostolus ex Ecclesiæ consensu, vt scribit Gal. 2.7.8. & 9. ¶ *Pro ipsius nomine*, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Id est, ἕνεκα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, *nominis eius causa*: nempe vt eius nomen inter Gentes quoque innotescat: sicut explicatur 2. Thessal. 1. 12. Itaque veri ministri venisse dicuntur Dei nomine, alij verò suo ipsorum. Ioan. 5. 43. Ambrosius interpretatur *Pro eius nomine*, id est *vice ipsius*: siue *in ipsius nomine*: quam interpretationem haud scio an Græca admittant, nisi nomen Christi pro ipso Christo accipias. vt hoc sit quod ait idē noster Apostolus 2. Corinth. 5.20, se ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύειν, id est Christi nomine fungi legatione. alioquin dicendum erat potius ἐν ὀνόματι αὐτοῦ, vt Mar. 11. 9. Quidam ὑπὲρ pro περὶ accipiunt: quo sensu conuertit Erasmus, *Super ipsius nomine*: ita vt hæc cohæreant cum εἰς ὑπακοὴν πίστεως, quasi scriptum sit, Vt inter omnes Gentes obediatur fidei quæ est de Iesu Christi nomine. Ego malo referre ad superiora, id est ad id quod dixerat se accepisse Apostolatum, vt inter omnes Gentes portaret Christi nomen: sicut loquutus est Dominus quum eum designasset Apostolum, Actor. 9.15. qui locus planè videtur istum explicare.

Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ)	6	Inter quas estis etiam vos, vocati à Iesu Christo)	6	*In quibus estis & vos, vocati Iesu Christi*).
Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.	7	Omnibus qui Romæ estis, dilectis Dei, ex *Dei* vocatione sanctis: Gratia *sit* vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.	7	*Omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis: Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo.*
Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.	8	d Primùm quidē gratias ago Deo meo per Iesum Christum, super omnibus vobis, quòd fides vestra annuntiatur in toto mundo.	8	*Primùm quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo.*
Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ εὐαγ-	9	Testis enim mihi est Deus, quem colo spiritu meo in E-	9	*Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spi-*

4 Reddit eosdē beneuolos, veris eorū laudibus commemoratis, & sua in eos verè Apostolica beneuolentia, adhibito Dei ipsius testimonio confirmata insigni cum veri & reipsa Apostolici præstiti muneris & eius methodi exemplo, qua Dei dona, siue in nos ipsos, siue in alios collata, sic cōmendētur, vt omnis vitetur tum superbiæ, tum adulationis suspicio.

6 *Vocati à Iesu Christo*, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id est, Qui Dei beneficio estis Iesu Christi, siue in Iesu Christo adoptati. Itaque si vocatos exposueris ἐπωνύμους, id est ex Christi nomine cognominatos, sicut à Christo Christiani denominantur, non satis expresseris eum quem Hebræi מקורא [*mekorah*.] theologi Græci, ac præsertim Paulus, κλητὸν vocant. Hoc modo explicandum etiam est illud *Ex* [*Dei*] *vocatione* sanctis, quod subiicitur in proximo versiculo, quum eosdem dixisset, ἀγαπητοὺς Θεοῦ, *Dilectos Dei*, id est Deo charissimos & quasi ipsius delicias: nempe vt intelligeremus hanc beneuolentiam inde oriri quòd Deus nos prior dilexerit, vt scriptum est 1. Ioan. 4.10. & 19.

6 *Gratia sit vobis & pax*, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. Nouam hîc periodum incipio, adscripto puncto post ἁγίοις, quemadmodum in reliquis epistolis summo omnium codicum consensu legitur. Itaque post ἁγίοις subaudiendum est verbum ἐπιστέλλω, id est hanc epistolam mitto, Paulus videlicet Apostolus. Deinde sequitur ἀκατάλληλον τὴν εὐχὴν, subaudito verbo ἔστω, quod expressimus, partim vt planior esset constructio, partim verò ne posthac possit huius loci vera distinctio deprauari. Nam alioquin manifestus esset solœcismus, quum potius dicendum fuerit χάριτα καὶ εἰρήνην, *gratiam & pacem*. subaudito verbo Precor, prætermisso pronomine ὑμῖν, *vobis*. vocabulum autem Gratiæ quæ ab Hebræis חן [*chen*] dicitur, non iam dona ipsa Dei, id est χαρίσματα (vt paulo antè) sed fontem ipsum declarat vnde hæc beneficia promanant, nempe gratuitam illā Dei beneuolentiam, etiam quo tempore inimici eramus: nequis gratiam cum operibus præparationis, aut præuisis meritis (quæ Sophistæ vocant) conciliari posse putet, contrà quàm Paulus scribit infrà, capite 4, ver. 4, & aliis innumerabilibus locis. Deinde huic beneuolentiæ subiungit εἰρήνην, *pacem*, quam vocant Hebræi שלום [*schalom*,] id est omnium rerū felicem ac prosperum in Deo successum. ita enim hoc vocabulum ab Hebræis vsurpari, sæpe iam annotauimus: licet hîc propriè videatur Paulus loqui de pace illa quam habemus cum Deo per Christum, quo spectauit Canticum illud Angelorū Luc. 2.14. & de qua Apostolus Rom. 5. 1. ¶ *Et Domino*, καὶ Κυρίου. Quidam conuertunt, *Et Domini*, vt intelligamus Patrem nobis esse cum Christo communem: quod etsi verè dicitur per ἀναλογίαν quod ad nos attinet, tamen huic loco non conuenit. Dicendum enim fuisset, ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν. Est igitur repetenda ἀπὸ & καὶ ἀπὸ præpositio: & sic Paulus precatur illis gratiam, vt simul explicet per quem nobis à Deo Patre detur hæc pax ac gratia, nimirum per Christum illum vnicum μεσίτην: neque verò Spiritum sanctum prætermittit, quum à Spiritu sancto sit ea ipsa gratia nos illuminans, quæ à Patre ac Filio proficiscitur.

8 *Primùm quidem*, πρῶτον μὲν. Vel *In primis quidem* neque requiritur vt aliquæ aliæ distributionis partes sequantur. Nam particula πρῶτον simpliciter declarat hoc esse sermonis initium. ¶ *Deo meo*, τῷ Θεῷ μου. Annotauit quidem Origenes istud proprium esse fidelium sed rationem tamen eius non intellexit. Putat enim huius loquutionis emphasin esse in Dei nomine, quia soli sancti verum Deum adorant. Atqui potius tota energia sita est in pronomine Meus: sicut rectè annotarunt Græca scholia: & ipse Apostolus explicat Gal. 2.20. ¶ *Super*, ὑπὲρ, id est *de*. Vulg. *pro* malè. ¶ *Quòd fides vestra annūtiatur*, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται. Id est, Quòd ea sit vestra fides vt passim in Ecclesiis commendemini, & de vobis multus vbique sit sermo. Quòd autem Origenes ita etiam accipi hæc posse putat, quasi dicat Paulus se gratias agere quòd fides Romanorum, id est doctrina quam erant amplexi, ea sit quæ in toto mundo prædicetur, planè violentum est ac detortum. ¶ *In toto mundo*, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. id est passim per omnes ecclesias. Est enim hyperbole petita è medio. Itaque quòd Origenes de cælis philosophatur, quò etiam peruenerit rumor de Romanorum fide: & vbi quoque prædicetur ea ipsa fides ac doctrina cui crediderant Romani, planè sapit Origenicas speculationes. Vrbs autem Romani imperij principem celebrem quoque fuisse plurimis, præsertim vndique tum Græcis tum Iudæis eò varias ob causas concurrentibus, apparet ex salutationibus ad extremam epistolam adiunctis, & ex prophanis scriptoribus qui odiosè ieiunia sabbatorum commemorant & Græcam illam vrbem appellant. Sed quorsum hoc ad stabiliendum crassum illud commentum, Romam esse caput omnium Ecclesiarum, & vnum & idem esse Catholicam & Romanam Ecclesiam, etiamsi in illa vetere & Apostolica fide perstitisset? Vide 1. Thess. 1.8.

9 *Mihi*, μου, vel *Meus*. Ita enim manet sensus, quanuis non ita sit frequens hoc dicēdi genus, siue ἐμοὶ siue μοι legamus, vt legit Vulg. & Syrus interpres, & ego in vno codice inueni. *Quem colo*, ᾧ λατρεύω. Vide Matt. 4. 10. *Spiritu meo*, ἐν τῷ πνεύματί μου Id est, planè volens & ex animo illi addictus. Quanuis enim tacita quædam sit antithesis

thesis inter cultum ceremonialem & spiritualem, tamen non eò puto Paulum respicere, sed huc potius vt fidem faciat se verum dicere, aduocato in testem Deo: Quod autem Origenes in hunc locum de carne & spiritu Legis differit, huc etiam detorquens dictum illud Pauli, *Litera occidit, Spiritus est qui viuificat*, id totum reiiciemus in huius Epistolæ cap. 8. vers. 3. vbi quàm ignotum fuerit Origeni beneficium Christi, planum faciemus. ¶ *In Euangelio Filij ipsius*, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Id est promulgando Filio ipsius: sicut dicit Apostolus se Christum prædicare. Christus enim est ipsum Euangelicæ prædicationis subiectum. Euangelium itaque hoc loco non significat doctrinam ipsam, siue illud quod annuntiatur, (vt plerunque solet) sed doctrinæ ipsius prædicationē vt inf. 15. 19. & 1. Cor. 9.14. Phil. 4.15.

γελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι·		uangelio Filij ipsius, me sine intermissione mentionem facere vestri:		*tu meo in Euangelio Filij eius, quòd sine intermissione memoriam vestri facio:*
Πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου δεόμενος, εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.	10	Semper in orationibus meis rogantem si quo modo tandem aliquando prosperum iter mihi detur ex voluntate Dei, vt veniam ad vos.	10	*Semper in orationibus meis obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.*
Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς.	11	Expeto enim videre vos, vt aliquod impertiar vobis donum spirituale vt vos stabiliamini.	11	*Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos.*
Τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ.	12	Hoc est, ad communem exhortationem percipiendam apud vos, per mutuam fidem, vestram simul & meam.	12	*Id est, simul consolari in vobis, per eam quæ inuicem est fidem vestram atque meam.*
Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο) ἵνα καρπόν τινα σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν.	13	Nolim autem vos ignorare, fratres, me sæpe proposuisse venire ad vos, (sed prohibitus fui vsque adhuc) vt fructum aliquem haberem inter vos quoque, sicut & inter reliquas Gentes.	13	*Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum vsque adhuc) vt aliquem fructum habeam & in vobis, sicut & in cæteris Gentibus.*

¶ *Mentionem facere*, &c. μνείαν ποιοῦμαι. Sic rectè Erasmus, quanuis hoc Ambrosio non placeat. Vulg. barbarè, *Memoriam facio*.

10 *Si quo modo*, εἴπως. Hanc interpretationem sum amplexus ex duorum codicum auctoritate, in quibus adscripta erat distinctio post δεόμενος, ita videlicet vt hoc connectatur cum verbo ἐλθεῖν, & alia interiiciantur: quæ sententia simplex est & plana. Sed & sic potest hîc locus explicari, *Rogans si quo modo tandem*, &c. *vt veniam ad vos*. ita vt ὥστε subaudiatur ante ἐλθεῖν. vt infrà, versu 28. & iungatur cum εὐοδωθήσομαι. Vulgata barbarè, *veniendi ad vos*. Superest vt variam huius loci distinctionem annotemus. Nam alij post ποιοῦμαι adscripto puncto, sequentia connectunt cum δεόμενος: alij cōnectunt omnia vsque ad προσευχῶν μου: quam distinctionem si sequamur, videbitur omnino redundare πάντοτε, quod etiam non additur in Græco Chrysostomo: & fortassis irrepsit in contextum ex margine, vbi annotatum erat pro expositione aduerbij ἀδιαλείπτως. ¶ *Prosperum iter mihi detur*, εὐοδωθήσομαι. Vulg. *Prosperum iter habeam*, id est, εὐοδῶ. Sed non temerè vsus est passiuo verbo Apostolus, vt significet prosperum hoc iter à Deo concedi: quanuis hoc postea exprimatur. Itaque ne Erasmus quidem satis aptè interpretatur, *Prosperum iter contingat*. Vide 1. Corinth. 16.2.

12 *Ad communem consolationem percipiendam apud vos*, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν. Vulgata ad verbum, non obscurè modò, sed etiam barbarè, *Simul consolari in vobis*. Erasmus *Vt communem consolationem capiam in vobis*. D. Bucerus tamē, & doctissimus interpres, συμπαράκλησιν malunt pro exhortationem notare. Ἐν ὑμῖν autem accipio pro *Apud vos*, propter illa quæ sequuntur. Nec sanè probo quod Chrysostomus tradit in hunc locum, indignum esse existimare Paulum potuisse Romanorum fide adiuuari: neque item quod existimat Ambrosius, Romanos quo tempore hæc scripsit Apostolus, nondum fidem Christi rectè tenuisse. Nam potius ex iis quæ hoc loco de iis Paulus commemorat, & infrà, 15, 14. apparet egregiè fuisse instructos, cuius beneficij, primum auctorem non sanè Petrum, sed Barnabam, veteres nonnulli faciunt. Sed quum omnes ex parte cognoscamus, non dubium quin & illi ex Paulo partim multa intelligere, partim ea quæ intelligebant accuratius cognoscere: & Paulus etiam ipse (quantumuis excellens) ab Ecclesia illa tum erudiri magis ac magis, tum confirmari, illos etiam docendo, potuerit. Etenim & seruari tū ipsos pastores docendo, tum oues discendo oportet.

¶ *Per mutuam fidem*, διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως. Mutuā videtur appellare qua & ipse illos, & illi vicissim ipsum iuuare possint: ideo maluit ἐν ἀλλήλοις pro εἰς ἀλλήλους dicere, quàm ἀλλήλων. Fidem autem vocat beneficij Christi notitiam, ac professionem veram.

13 *Nolim autem*, οὐ θέλω δέ. In cod. Claromontano maiusculis literis descripto, venerandæ planè vetustatis & illi nostro planè simili cuius sæpe mentionem in superioribus libris feci, scribitur Græcè οὐκ οἴομαι δέ, Latinè verò, *Non autem arbitror*. ¶ *Sed prohibitus fui*, καὶ ἐκωλύθην. Καὶ pro ἀλλὰ positum, sæpe iam annotauimus. Prohibitum autem se dicit vel à Satana, vt 1. Thessal. 2. 18: vel ab ipso sancto Spiritu, qui singula rerum momenta moderatur, vt Act. 15. 6. & 7. vel quòd aliò vocaretur, dum nullam prædicandi Euangelij occasionem prætermittit: quam rationem maximè amplector, quòd ita omnino videatur Apostolus ipse explicare infrà, cap. 15.20, & 21. Sunt autem hæc ita interiecta vt sententiam veluti abrumpant, sicut in communi sermone multa eiusmodi hyperbata committuntur. Nam Hebræi solent etiam inter elegantias numerare istas traiectiones, aut etiam nonnullas asperiores, vt Psalm. 40. 21, & 119. 145. Sicut autem Origenes diligens fuit in annotando hyperbato quod manifestissimum erat: ita in hac distribuenda constructione bis peccauit. Neque enim hæc reponit in suum locum, & putat etiam esse ellipsin relatiui οἷς in versiculo 15. quasi videlicet καθὼς & οὕτω mutuò se respiciant. Itaque sic ista collocat, *Nolo vos ignorare quòd proposui sæpe venire ad vos, vt fructum aliquem haberem etiam inter vos, sicut & in cæteris Gentibus, Græcis simul ac barbaris, sapientibus & insipientibus, quibus debitor sum: sed vsque adhuc sum prohibitus.* Deinde quasi huius constructionis immemor, decimumquartum versiculum ita cōnectit cum superioribus, quasi noua periodus inchoetur à καθὼς, hoc modo videlicet, *Proposui venire ad vos vt fructum aliquem haberem etiam inter vos, sed prohibitus sum vsque adhuc: sicut in cæteris Gentibus, Græcis simul, &c. quibus debitor sum, ita, quantum in me est, paratus sum etiam vobis, qui Romæ estis, euangelizare.* Ego verò sic potius digesserim, *Nolo autem vos ignorare, fratres, me sæpe proposuisse venire ad vos, vt aliquem fructum haberem etiam inter vos, sicut & inter reliquas Gentes: sed impeditus sum vsque adhuc. Et Græcis & barbaris, tum sapientibus tum insipientibus debitor sum. Itaque omnis mea facultas prompta est ad euangelizandum vobis quoque qui Romæ estis.*

e Altera pars epistolæ, vsque ad noui capitis initium. Est autem huius disputationis status, Vnā esse adipiscendæ salutis rationem, quæ in Euangelio, absque vllo populorū discrimine à Deo proponitur, Iesum Christum videlicet per fidem apprehensum.

f Cōfirmatio illius enunciati. in Euangelio docetur, nos corā Deo iustificari fide in Iesum Christum quotidie augescente. Ergo & seruari.

14 Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί. | 14 Et Græcis & barbaris, tum sapientibus tum insipientibus debitor sum. | 14 *Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.*

15 Οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. | 15 Itaque quicquid in me situm est, promptum est ad vobis etiā qui Romæ estis euangelizandū. | 15 *Itaque quod in me promptum est & vobis qui Romæ estis euangelizare.*

16 Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. | 16 Non enim me pudet Euangelij Christi. e Potentia siquidem est Dei ad salutem cuiuis credenti, Iudæo primū, tum etiam Græco. | 16 *Non enim erubesco Euangelium. virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco.*

17 Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν· καθὼς γέ- | 17 f Iustitia enim Dei per illud detegitur ex fide in fidem: | 17 *Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in*

14 *Tum sapientibus, tum insipientibus*, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις. Assentior illis qui hæc referunt ad singulares personas: illud autem, *Græcis, ac barbaris*, ad nationes ipsas in genere comprehendit. Illud quidem certum est, Romanorum appellatione ab Apostolo significari quicunque Romæ degebant, cuiuscunque gentis essent: vt liquet partim ex eo quòd Apostolus in genere salutem dicit iis qui Romæ sunt, partim etiam ex eorum catalogo quos saluere iubet in extrema epistola. Syrus interpres puncto adscripto post ἀνοήτοις, legit καὶ τί ἦν ἀνθρώπῳ ὀφειλέτης εἰμὶ τοῦ κηρύττειν, *omni enim homini debitor sum vt prædicem*.

15 *Itaque*, οὕτω. Vel, *Ita* [illegible] *itaque*, quomodo apud ipsū Ciceronem vsurpatur hæc particula in conclusionibus. Sic enim Cicero libro primo de natura deorum, *Vestrus*, inquit, *beatus est: & deus vester nihil agens, expers virtutis igitur: ita, ne beatus quidem est*. Quod autem Græca scholia in superiore versiculo subaudiunt ὥστε, & laborat Origenes vt ista in eandem periodum cogat, planè nihil est, quum sit potius in his verbis conclusio argumenti *Debitor sum*, inquit Apostolus, *& Græcis & barbaris*. Id est, *teneor ex Apostolico munere quod à Domino accepi quibusuis hominibus Christum annuntiare. itaque nihil magis expeto quàm apud vos quoque munere meo defungi*. Subiicitur deinde anthypophora, *Neque enim me pudet Euangelij*. ¶ *Quicquid in me situm est, promptum est*, τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον. Subaudi ἐστιν, *est*. Vulg. *Quod in me promptum est*, obscurè quidem, sed fideliter tamen ad verbum expressa sententia. Nam τὸ κατ' ἐμὲ quidem à posteriore parte cum verbo ἐστι subaudito construitur, πρόθυμον verò à parte posteriore: neque hoc loco significat τὸ ὑμῶν μέρος, vel ἴσον ἐπ' ἐμοί, id est pro virili, vel quantum in me est, sed illud ipsum significat quod in aliquo situm est, siue in alicuius facultate: nisi simpliciter malimus explicare τὸ κατ' ἐμὲ per simplex pronomen ἐγώ, vt in illo Platonis libr. De leg. secundo, τὰ μὲν τοίνυν ὑμέτερα, ἀκούειν, ὡς ἔοικεν ἕτοιμα αὖ εἴη τὰ δ' ἐμὰ βουλεσθαι μὲν ἕτοιμα, δύνασθαι δὲ οὐ πάνυ ῥᾴδια id est, (doctissimo Budæo interpr.) *Vos quidem igitur audire, vt videtur, parati: ego autem velle quidem promptus, sed non perinde posse facilis*. Idem Plato in Theage, τὸ γ' ἐμὸν ἕτοιμον. id est, ἐγὼ μὲν ἕτοιμος. Sic igitur hunc etiam locū eleganter conuertas, *Itaque promptus sum ego vobis quoque qui Romæ estis euangelizare*. & ita [illegible] vertit Syrus interpres. Hæc autem phrasis non animaduersa fecit vt hic locus à Græcis ipsis non rectè explicaretur, quorum alij putarunt ὀφειλέτης εἰμὶ repetendum esse ἀπὸ κοινοῦ: quæ ellipsis planè est violenta in diuersa periodo. alij ὀφειλέτης εἰμὶ sine vlla repetitione coniunxerunt cum εὐαγγελίσασθαι, hoc modo, *Et Græcis & barbaris teneor itidem & vobis qui Romæ estis, pro animi mei prompta facultate euangelizare*. Quàm interpretationem si sequaris, non satis cohærebit quod postea subiicitur, *Non enim me pudet*. Origenes verò alia etiam commenta excogitauit, de quibus paulò antè diximus. Latini verò Græcorum etiam errorem auxerunt, vt qui, quoniam verbum finitum deerat, verterint πρόθυμον Paratus, vel promptus sum; quasi idem declaret atque πρόθυμός εἰμι, vel προθυμοῦμαι: quæ enallage absurdior est quàm vt refutatione sit opus. Nihilo melior est (opinor) Vallæ sententia qui putat πρόθυμον significare τὴν προθυμίαν. Inde etiam factum vt typographi Vulgatam editionem corrumperent, quum excuderet, *Itaque (quod in me) promptum est & vobis* pro eo quod excudendum fuit sine parenthesi, *Itaque quod in me promptum est*, &c. id est, *quicquid situm est in me, id promptum est ad euangelizandum etiam vobis*. Sic enim explenda fuerit sed minus eleganter Græca oratio οὕτω τὸ ἐν ἐμοὶ ὂν πρόθυμόν ἐστι καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. De verbo autem Euangelizandi vide Heb. 4. 2.

16 *Christi*, τοῦ Χριστοῦ. Non est τοῦ Χριστοῦ in illo vetust. cod. neque apud Syrum interpretem, neque in vulg. Latina interpretatione: quod tamen videtur velut ex aduerso respondere iis quæ expressit epistolæ initio. ¶ *Potentia Dei*, δύναμις Θεοῦ. Id est, organon Dei verè potens & efficax ad salutem: quamobrem etiam vocatur: Brachium Dei, Esa. 53. 1. Sic ergo definitur Euangelium ab effectis nobilissimis, Iustitiæ videlicet & Salutis. vt hic sit præcipuus huius epistolæ status: & alludit omnino Paulus ad sceptrum illud cuius fit mentio Psal. 110. 2. ¶ *Tum etiam Græco*, καὶ Ἕλληνι. Semel hoc dictum sit, apud Paulum Græcorum nomine, quoties opponuntur Iudæis omnes Gentiles (quos vocant) significari, orta nimirum hac loquendi consuetudine ex eo quòd maxima pars Orientis Græcè loquebatur.

17 *Iustitia enim Dei*, δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ. Quia Deus iustus est, ideóque iustitiæ amans & iniustitiæ hostis, necesse est vt quæ doctrina nos docet qua ratione salutem adipiscamur, illa quoque aditum ad iustitiam patefaciat. Rectè igitur Paulus argumentatur ab iis quæ sunt perpetuo vinculo necessariò coniuncta. Sic igitur disponendus est status huius epistolæ; *Nos à Deo per vnum Christum seruari si Euangelio crediderimus*. Cui propositioni subtexitur illa, *Nos sola in Christum fide iustificari*. Hæc autem diligenter considerata, manifestè indicant quid vocabulo Iustitiæ Dei intelligatur: perfectio nimirum illa, & summa integritas, qua quisquis donatus est, sistitur coram Deo ἅγιος, ἄμωμος, καὶ ἀνέγκλητος, vt loquitur Paulus Col. 1. 22. id est sanctus, inculpatus & qui nullius labis possit postulari: immo qui tales sint, quales vt simus Lex requirit. Ea igitur à Paulo dicitur Iustitia Dei, tum quia gratuitum est Dei donum, idque per imputationem, tum quia hanc largiēdo Deus se verè iustum (id est fidelem ac veracem) præstat: sed etiam vt opponatur iustitiæ hominum, quæ sita sit in Legis obseruatione per homines præstita. qua testatur Dauid nullum hominem iustificari: quum ne pater quidem ipse credentium Abraham de ea iure possit coram Deo gloriari, vt inquit Apostolus infrà 4. 1. Denique nemo melior est Pauli phrases interpres, quàm ipse Paulus, qué vide Phil. 3. 9. illam definiens esse Dei iustitiam, quæ ex Deo est per fidem. Et vide infrà, 3. 26. & 2. Pet. 2. ¶ *Detegitur*, ἀποκαλύπτεται. Hoc ita intelligo quasi Paulus non eo duntaxat nomine commendet Euangelium quòd in eo retegatur & spectandum proponatur quod gentes quidem antea ignorabant. (fide nimirum quærendam esse in Christo eam iustitiam cuius vi à Deo salutem adipiscamur,) patres autem Iudæi procul & vmbris tectum intuebantur; sed etiam quòd hanc iustificandi rationem ita proponat vt nunc etiam reipsa exhibeat: vt hoc modo cōstet, Euangelium verè esse potentiam Dei ad salutem, id est, validum & efficax Dei instrumentum quo vtitur seruandis per fidem hominibus. Itaque pro consuetudine Hebræorum (de qua copiosius diximus Marc. 8. 11, Luc. 3. 7) cum antecedente intelligendum est consequens, id est, cum patefactione coniungenda est ipsius patefactæ præstatio. Quòd igitur nonnulli hoc referunt ad bona opera, vel ad S. sancti dona quæ sunt velut Indices iustitiæ Dei nobis imputatæ, & quibus doctrina Euangelica confirmatur, non dicitur hoc loco appositè. & omnino alludit Apostolus ad Prophetæ verba, Es. 56. 1. ¶ *Ex fide in fidem*, ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. Id est, fide quæ quotidie incrementū accipiat: sicut Psal. 84. 7, occurrit simile dicendi genus. Nam sicut vnus est Deus, ita etiam vna est fides, sed quæ suis gradibus in nobis perficienda sit. Rectè itaque Clemens, Στρωμάτων λόγῳ ε, Ἀπόστολος φαίνεται διττὴν καταγγέλλων πίστιν, μᾶλλον δὲ μίαν, αὔξησιν καὶ τελείωσιν ἐπιδεχομένην, *Apostolus*, inquit, *videtur duplicem fidem annuntiare, sed potius tamen vnicam tan-*

tum annuntiat, quæ per incrementa ad perfectionem contendat. Alij argutius interpretantur, quorum opiniones non est nostri instituti commemorare. Sed quid Fides declaret apud Apostolum, necesse est semel explicemus, quoties quidem de fide quæritur qua iustificamur: propterea quòd apud Theologos paulo aliter accipitur hoc vocabulum quàm apud alios auctores: & multa Erasmus in hunc locum videtur nō ita accommodatè disseruisse. Quidam igitur Fidem hanc interpretantur Obedientiam, qua fit vt homines, sicut polliciti sunt Deo, ita etiam ex ipsius voluntatis præscripto viuant: sicut à Cicerone definitur fides, dictorum ac conuentorum constantia & veritas. Sed de hac fide Paulum non agere, vel illud ostendit quòd vbique de Iustificatione disserens, huic opponit opera. Itaque valeant Sophistæ cum qualitate sua inhærente vel infusa, quoties de Iustitia Dei qua iustificamur quæritur. Alij Fidem hanc definiunt Assensionem qua credimus verum esse quicquid vtrunque Testamentum nobis credendum proponit. Addunt etiam nonnulli quicquid præcipit credendum Ecclesia: neque interim definiunt quæ sint Ecclesiæ illius legitimæ notæ, sed sub specioso hoc nomine hominibus illudunt: quinetiam docent satis esse si in genere credant homines quod credit Ecclesia, nec de singulis eius capitibus intelligendis laborent. At Christiani contrà nullum aliud fidei istius obiectum agnoscunt quàm Verbum Dei scriptum: neque vllam aliam Ecclesiam quàm quæ vnius sponsi vocem audit: neque fidem illam quam vocant implicitam aliud esse putant quàm diabolicam ἀγνωσίαν. quia nemo rei incognitæ, nisi fortassis per somnium, assentitur. immo ne illa quidem Fides qua quispiam assentitur sacris literis vt veris, nec tamen sibi propriè promissiones Euangelicas applicat, pro illa Fide habenda est qua iustificati pacem habemus, quum Diaboli illam etiam fidem habeant, & contremiscant. Fidē igitur de qua hîc quæritur, esse definimus firmam illam & constantem animi πληροφορίαν, id est, certiorationem, qua certus est apud se vnusquisque fidelium non modò verum ac firmum esse omne verbum Dei, ac præsertim promissiones Dei de gratuita per Christum recōciliatione: sed etiam istas per prædicationem & Sacramenta sibi oblatas credit ad se propriè ac peculiariter pertinere: qua, inquam, illam promissionem vitæ æternæ per sanguinem Christi quibusuis credentibus acquisitæ, sigillatim amplectitur, ac sibi ipsi applicat: vtpote quæ Euangelico ministerio non tantum quibusuis generaliter, sed singularibus personis, præsertim in sacramentis offeratur: vt dici verè & propriè non possint credere qui sibi peculiariter oblatum verbum salutis non amplectuntur. Hanc igitur vnam illam fidem esse dicimus instrumentum illud internum, per quod ex Dei pacto, credentes fiunt & Christi & omnium ipsius donorū, id est omnis perfectionis ac integritatis, summæque illius iustitiæ per gratuitam imputationem participes; vt verè ac in solidum per eum gratis iustificati, pacem habeant iusti, υἱοθεσίας beneficio hæredes Dei, ac Christi cohæredes. Deinde nos quoque per eiusdem Christi hac Fide apprehensi Spiritum, & peccato mortificari, & iustitiæ viuificari dicimus, vt incipiamus Velle ac Facere quæ Dei sunt: & cum hac Fide, indiuiduo nexu coniungimus fiduciam, spem, patientiam, inuocationē, charitatem, ac bona opera, vt illius Iustitiæ Dei nō causas, sed effecta, quæ qui non habeat, falsò ac frustra se causam illarum virtutum (id est Fidem illam) habere iactet. Hæc igitur est Apostolicæ doctrinæ summa, propter quam nos hodie immeritò à Diabolo & Antichristo vexamur: quæ tamen & certo fundamento, id est verbo Dei scripto, non autem hominum opinione aut consuetudine nitatur, & Deo totam salutis nostræ gloriam vindicat.

-γραπται, Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. | g sicut scriptum est, Qui verò ex fide iustus est, viuet. | *fide: sicut scriptum est, Iustus autem ex fide viuet.*

18 Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' | 18 h Patet enim ira Dei è | 18 *Reuelatur enim ira*

Hab. 2. 4
2. Pet. 1

g Probatio tū antecedentis tum consequētis ex Habacuc, qui tum Iustitiam corā Deo, tum vitā tribuat fidei.

h Frustra homines ad Iustitiam & Salutem in vnico Christo per fidem apprehēso quærendā hortaretur Euangelica doctrina, nisi prius omnis iniustitiæ rei conuincerentur, quod nūc probare incipit Apostolus vsque ad cap. 3. vers. 20. deuenientur.

¶ *Qui verò ex fide iustus est viuet*, ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. Quoniam in Græcis sic collocatum est istud ἐκ πίστεως vt vel cum ὁ δίκαιος, vel cum ζήσεται construi possit: quæ posterior constructio nonnullos fefellit, quasi videlicet Paulus hoc loco non doceat quisnam hæc Iustitia nobis obtingat, sed quis sit eius fructus (quod est à disputationis huius scopo prorsus alienū, ac in caput 6. 7. & 8. differtur) idcirco illud *ex Fide* proximè cum ὁ δίκαιος, subaudito participio ὢν coniunxi, ita vt in hoc Enuntiato, à quo tota sequentis disputationis series dependet, istud ἐκ πίστεως δίκαιος habeat rationem subiecti, ζήσεται verò sit eius attributum. ¶ *Ex fide*, ἐκ πίστεως. In Hebræo legitur באמונתו [b. emunatho] id est [illegible] sua fide sua fretus, vtpote quæ verbum vitæ [illegible] amplectatur. Nam alioqui Fides non est illud in quo sit vita posita, quum Christus solus sit nostra illa vita. Sed tribuitur fidei vt instrumento salutem in Christo apprehendenti, illud quod est propriè vnius Christi quem ipsa apprehendit, quo dicendi genere, Fides dicitur esse ex auditu verbi prædicati, quæ tamen est opus Spiritus sancti: & Verbum ipsum vocatur semen vitæ, & Timotheus seruator suorum auditorum: quæ etiam phrasi Cœnæ Domini ac Baptismi symbolis tribuitur quod solus Spiritus sanctus ab sanctis operatur. Cæterùm Græci interpretes (vt annotat Hieronymus) legerunt באמונתי [illegible] ex fide mea. Symmachus tamen rectè [illegible] Sed Apostolus pronomen non expressit, partim quia propositum [illegible] in genere ostendere Fidem iter esse ad vitam, partim [illegible] hæc pronomina per se satis in Græco idiomate intelliguntur, quemadmodum etiam in Latina [illegible] prætermitti soleant. ¶ *Viuet*, ζήσεται. Sic habent Hebræa & Græca, & vetusti quoque codices Latini. quum in nonnullis tum hoc loco, tum etiam [illegible] legatur יחיה Est enim vis futuri temporis obseruanda, ex qua intelligitur vitam quandam futuram [illegible] in omne tempus firmam & constantem [illegible] ex fide. Est autem magnopere [illegible] Apostolum diuinissimo prorsus artificio [illegible] totam sequuturæ disputationis [illegible] versiculo expressam rursus simul [illegible] in quibus tria ista inimitabili [illegible] vera apud Deum iustitia, Fidei videlicet [illegible] quomodo illa nobis conferatur, Fide nimirum. [illegible] denique sit fructus illius, nempe vita æterna, vt indiuiduo nexu cohæreant Fides, Iustitia, & Vita. Iustitiam autem hanc postea ostendit Apostolus in Christo solo quærendam, non in hominibus ipsis nasci: vsque ad cap. 3. vers. 21. Deinde qualis illa sit in Christo, & quomodo nobis in ipso proposita: tota denique illius per causas explicatio docetur à cap. 3. vers. 21, ad vers. 29. Inde verò vsque ad quintum caput ostendit hanc Christi iustitiam sola fide per imputationem, gratuitam non debitam, credentibus donari: & hoc beneficium, sublato gentium discrimine, ad quosuis credentes pertinere, vt plenissima sit probatio omnium partium Propositionis ver. 16. comprehensæ.

18 *Patet*, id est manifestum est, ἀποκαλύπτεται. Alludere mihi videtur Paulus ad Prophetæ verba, Psal. 50. 6. Vulgata, *Reuelatur*. Eras. *Patefit*: quasi videlicet hoc quoque retegatur per Euangelium. Nam proculdubio nihil æquè arguit mundum de peccato atque lux Euangelij; sed hoc tamen est κατὰ συμβεβηκὸς nimirum quia irritatus Satan fuerit cum suis: quum alioquin Arguere peccata, potius ad Legis quàm ad Euangelij ministerium pertineat. Sed quorsum hoc? Assumeret enim Paulus hoc ipsum quod est in quæstione positum, nempe Euangelium esse potentiam Dei ad salutem: id est, Deum per Euangelium exercere virtutem suam seruandis per Iustitiam ex Fide hominibus. Hoc igitur probaturus Paulus, dixit Fidem (cuius mutua est relatio cum Euangelij prædicatione) afferre nobis eam iustitiam quæ coram Deo nos approbet, ac proinde iter ad salutem ostendere. Nunc superest vt hoc probet, nos videlicet nullo alio instrumēto quàm hac Fide, hanc iustitiā consequi. Probatur autem hoc ex hac diuisione ἀμέσῳ, Aut per fidem, aliena iustitia nobis imputata iusti sumus coram Deo, aut nostra iustitia, id est Legis diuinæ obseruatione, qua à nobis præstita, iusti & æterna salute digni ex illa legalis pacti formula comperimur, *Hoc fac & viues*. Atqui tota vita hominum clamat, Deum in homines è cœlo iram suam effudisse. Non sunt igitur iusti homines in se. Deus enim iustis non irascitur, sed iniustis. Cœlo verò vnde ira ista Dei colligitur? ex eo quòd homines laxatis habenis in omne scelus feruntur: quod liquidò apparebit si quis ad præscriptum legis, tum naturalis tum Mosaicæ, vitam ipsorum exigat. Hoc est filum Paulinæ disputationis vsque ad caput tertium, v. 20, vbi syllogismus hic [illegible] concluditur. Indicant autem

hæc quomodo accipiendum sit verbum [illegible] hoc in loco; id est, pro *Manifestè apparet*. nimirum ex summa humani generis [illegible] Item quid declaret illud ἀπ' οὐρανοῦ, è cœlo; in quo explicando veterum plerique interpretes pro [illegible] philosophantur, quum simpliciter significet Paulus, manifestius esse quàm vt quisquam inficiari possit, Dominum è cœlo (vbi videlicet illum etiam natura ipsa duce quærimus) in omnes ac singulos homines indignari. Considerat enim Paulus omnes homines quatenus sunt merè [illegible] regenerationis gratiam expertes, nimirum & impij in Deum, & in alios homines iniusti. Videtur autem alludere ad Psalmum 97.

οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων.

19 Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· ὁ γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐ[illegible]

20 Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτί[illegible]σμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα [illegible]

cœlo aduersus omnem impietatem & iniustitiam hominum, vt qui veritatem iniustè detineant.

19 Quoniam id quod de Deo cognosci potest, manifestum est intra ipsos. Deus enim eis manifestum fecit.

20 Ipsius enim inuisibilia, iam inde à creatione mundi ex iis quæ fecit animaduersa peruidentur,

Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem in iniustitia detinent.

19 Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit.

20 Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta

a Impietatem omnium hominum probat ex eo quod quum omnes homines habeant illustre & perspicuum speculum naturæ Dei æternæ ac omnipotentis in rebus creatis, tamen ab illis perinde pis ad absurdissima sua commenta in constituendo Dei cultu defecerint.

¶ *Aduersus omnem, &c.* ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων. Id est aduersus omnes impietatis ac iniustitiæ species quæ in hominibus extant, sicut infrà, versu 29, dicuntur homines pleni omni iniustitia: nisi malimus explicare per hypallagen, pro, Aduersus omnium hominum impietatem & iniustitiam. Alijs Hebraismum esse placet, de quo diximus Matth. 24.15. pro *Aduersus omnes homines impios & iniustos*. Sed in primis notandum est hæc ita accipienda non esse quasi aliqui sint homines qui extra Christum non sint impij nec iniusti, quos Apostolus hîc non arguat: sed ita potius vt sciamus omnes atque adeo singulos homines ab Apostolo vtriusque sceleris coargui. Id enim ita esse intelligendum, apparet ex eo quòd instituta est disputatio non modò aduersus omnes in genere, sed sigillatim aduersus singulos homines, vt singuli in vno Christo salutem sibi quærendam esse [illegible] quod etiam docet ipsa Apostoli conclusio, quæ vniuersaliter exprimitur infrà, cap 3.20. Apostolus itaque de misera hominum sese conditione dicturus, vt Iustitiam illam ex fide stabiliat, omnia illorum scelera ad duo capita reuocat, Impietatem nimirum & Iniustitiã: vt qui Legem naturæ non aliter diuidat quàm Deus ipse Decalogum (id est legis naturæ instaurationẽ) in duas partes distinxit. Impietas enim ad Dei cultum peruersum, Iniustitia ad charitatem violatam pertinet: siue, vt scitè scribit Fulgentius, *blasphemat impietas Deum, lædit iniquitas proximũ*. Deinde sigillatim vtrumque caput explicatur. Hæc enim videtur mihi vberior, & ad Apostoli scopum accommodatior expositio, quàm si hæc duo pro vno & eodem accipiamus: & sic quoque Apostolus Tit. 2.12, coniungit ἀσέβειαν & κοσμικὰς ἐπιθυμίας. Cic. libr. de naturâ Deorum tertio, *Ita ad impietatem in Deos in homines adiunxit iniuriam*. Est enim omnino Latinis iniuria quod Græcis ἀδικία.

¶ *Vt qui detineant*, τῶν κατεχόντων. Vulgata & Erasmus, *Qui detinent*. Sed res ipsa postulat vt articulus non accipiatur [illegible], sed αἰτιολογικῶς: quem vsum alibi sæpe annotauimus. Reddit enim rationem Paulus quare omnes homines dixerit esse iudicio Dei obnoxios, tum vt impios, tum vt iniustos: quia videlicet veritatem Dei iniuste detinent, ac planè sunt rei sacrilegij, quum eum quem Deum esse norunt, non tamen ita vt par est colant. Hoc non vidisse Origenem ac Sophistas, minimè miror, quum Pauli scopum ac totam seriem disputationis non multò melius intellexerint quàm si Paulum nunquam inspexissent. Siquis tamen malit [illegible] articulum τῶν accipere, id est non generaliter de toto humano genere extra Christum considerato, dicerem hoc referri ad solos Græcos, & de solius legis naturalis violatione accipiendam hîc iniustitiam. Nam de Iudæis seorsim agere incipit cap. 2.17. vt qui habeant longè excellentius quoddam γνωστὸν τοῦ Θεοῦ. quod & ipsi violent. ¶ *Veritatem*, τὴν ἀλήθειαν. In multis Latinis codicibus additur Dei nomen, quæ lectio mihi maximè placet. Veritatem enim rectè vocat Paulus quicquid lucis ad Dei cognitionem in homine relictum est [illegible] vt hæc duæ in Dei gratiam redeant (hoc enim est verum Christi opus, qui solus verè Lux est, Via, ac Veritas) sed vt suo ipsorum iudicio sceleris conuincantur tum in Deum tum in homines, semen videlicet cognitionis Dei ad eum colendum, & discrimen aliquod iusti & iniusti: vnde lex illa naturæ orta, ad quam Paulus [illegible] hominum exigens, omnes ac singulos coarguit. ¶ *Iniustè*, ἐν ἀδικίᾳ, [iniustitia] [illegible] pro quo ad verbum Vulgata & Erasmus, *In iniustitia*.

Est autem Iniustitia suum cuique non reddere. Quum igitur veritas nos doceat vnum verum Deum vt omnipotentem & æternum colere, & nulli facere iniuriam, & hãc quodammodo gestiat ipsa veritas erumpere, iniustè faciunt homines quòd nec verum numen rite colant, nec cessent alij alios, atque adeo seipsos lædere: & Veritatem quasi intus luctantem opprimunt, quominus vim suam exerat. Accipitur ergo nomen ἀδικίας hoc loco latiore significatione quàm in superiore membro, ita videlicet vt omnia illa semel complectatur: nisi si totam sententiam malimus ad religionis neglectum referre, de quo etiam mox propriè disserit vsque ad versum 26.

19 *Intra ipsos*, ἐν αὐτοῖς. Hæc est igitur Veritas quæ iniustè detinetur. Sic autem malui conuertere quàm, *Inter eos*, vel *Apud eos*, sicut nonnulli fecerunt. Puto enim [illegible] propriam significationem præpositionis ἐν, vt ἐν αὐτοῖς idem valeat atque In ipsorum animis, quia hæc Dei notitia recondita est in intimis mentis penetralibus, vt, velint nolint Idololatræ, quoties sese adhibent in consilium, toties à seipsis redarguantur.

20 *Iam inde à creatione mundi*, ἀπὸ κτίσεως κόσμου. siue, vt alibi sæpe, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἀπὸ [illegible] mundi fundamento, vt habet etiam Syrus interpres. Barbarè igitur Vulg. *à creatura mundi*: & Erasmus etiam doctius, *ex creatione mundi*. Nec enim hoc in loco nomine κτίσεως de quo diximus Marci [illegible] vel res ipsæ creatæ intelliguntur, quæ non [illegible] dicuntur, vel ipsa mundi constructio significatur: sed tempus ipsum creationis & originis mundi hoc in loco declaratur, dicente Apostolo ex quo [illegible] est mundus, præbuisse Deum sese velut intuendum hominibus res conditas animo contemplantibus, vt [illegible] Psal. 19.1. & 145.4, & 5 & 6, & alibi sæpe, quod & [illegible] passim agnoscunt, & idem noster Paulus [illegible] Act. 14. Itaque non [illegible] sed [illegible] scripsit Apostolus, quod [illegible] planius esset, neque hîc vnquam [illegible] conuerti [illegible] ¶ *Ex iis quæ fecit* [illegible] Vulg. *per ea quæ facta sunt* [illegible] satis commodè [illegible] Paulus enim hoc loco [illegible] comprehensa & [illegible] exposita. ¶ *Animaduersa*, νοούμενα. Paulus pulcherrima serie ostendit quibus gradibus homo si [illegible] ad æternam vsque Dei potentiam ac Diuinitatem conscendat. Primum igitur (inquit) Homo res conditas contemplans [illegible] vt aliquem esse [illegible] à quo hæc omnia sint condita, & cuius virtute [illegible] æternã & verè diuinam eius potentiam [illegible] necesse est. Siquidem eum qui omnia condiderit, rebus omnibus conditis antiquiorẽ, ac proinde [illegible] esse oportet: & incredibilis ista vis qua tãtæ regendæ moli sufficiat, excellentior sit necesse est quauis alia [illegible] ipsũ autẽ est quod Deũ vocamus [illegible] si sit qui omnia solus [illegible] ac proinde neq. Æternus [illegible] Deus non fuerit [illegible] in Rufo [illegible]

¶ *Peruidentur* [illegible] quia [illegible] fuit [illegible] inter hoc verbum [illegible] voce non [illegible] exprimitur [illegible]

¶ *Aeterna*

ται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης· εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους.

21 Διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν ἢ ηὐχαρίστησαν· ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία.

22 Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν.

æterna videlicet, eius tum potẽtia tum diuinitas: ad hoc vt sint inexcusabiles.

21 Propterea quod quum Deum cognouerint, *tamen* vt Deum non glorificauerunt, neque gratias ei egerunt: sed vani facti sunt in ratiocinationibus suis, & obtenebratum est desipiens cor eorum.

22 Quum se dictitent sapientes, stulti facti sunt.

conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. vt sint inexcusabiles.

21 Quia quum cognouissent Deum, non sicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt. sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiẽs cor eorum.

22 Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

¶ *Aeterna* [*videlicet*] *eius tum potentia tum diuinitas*, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Vulgata, *Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas*. Erasm. *Ipsiusque æterna eius potentia ac diuinitas*. At ego existimo particulam τε non copulatiuè, sed per epexegesin explicandam: & his verbis Paulum declarare quodnã illud γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, & quæ illius ἀόρατα quæ Deus hominibus patefecit, dum sese illis contemplandum in rebus conditis, tanquam in speculo quodam exhibet. Ineptissimè igitur Origenes per inuisibilia Dei intellexit inuisibiles spiritus, & quicquid humanis oculis inaspectabile Deus condidit. Est igitur ἀΐδιος δύναμις Atticè dictum vt ζωὴ αἰώνιος. Libet autem hîc subijcere, quasi pro huius loci commẽtario, quæ scripsit Galenus, homo alioqui suspectæ in religione fidei, libr. De vsu partium tertio, Ἱερὸν λόγον ἐγὼ, τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν, συντίθημι, καὶ νομίζω τοῦτ' εἶναι τὴν ὄντως εὐσέβειαν, οὐχὶ εἰ ταύρων ἑκατόμβας αὐτῷ παμπόλλας καταθύσαιμι, καὶ τὰ ἄλλα μυρία μύρα θυμιάσαιμι, καὶ κασίας· ἀλλ' εἰ γνοίην μὲν αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην οἷος μέν ἐστι τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρηστότητα. τὸ γὰρ κοσμεῖν ἐθέλειν ἅπαν τὸ ἐνδεχόμενον κόσμον, καὶ μηδενὶ φθονεῖν τῶν ἀγαθῶν, τῆς τελεωτάτης χρηστότητος ἐγὼ δεῖγμα τίθεμαι· καὶ ταύτῃ μὲν ὡς ἀγαθὸς ἡμῖν ὑμνείσθω· τὸ δ' ὡς ἂν μάλιστα κοσμηθείη πᾶν ἐξευρεῖν, ἄκρας σοφίας· τὸ δὲ καὶ δρᾶσαι πάνθ' ὅσα προείλετο, δυνάμεως ἀηττήτου. Id est, *Sacrum hunc sermonem vt verum hymnum conditori nostro compono, & hunc verum esse ipsius cultum statuo, non si taurorum hecatombas multas ei sacrificauerim, aut vnguenta multa vel cassias adoleuerim: sed si tum ipse cognouerim, tum etiam alijs exposuerim quanta sit eius sapientia, quanta vis, quanta denique bonitas. Quod enim omnia vltro voluit quanto fieri potuit ornatu concinnare, & nulli horum bonorum inuidet, statuo esse perfectæ bonitatis demonstrationem. Et hactenus quidem à nobis vt bonus celebrator. Rationem autem inuenisse qua vniuersa quàm optimè exornarentur, summæ sapientiæ: & quæcunque prius decreuerat, ea quoque confecisse, eius demũ vis est ac potestatis quæ nullo modo superari possit.* Sed hic tamen Galenus, Deum non vt creatorem mundi ex nihilo, sed tantùm vt δημιουργὸν agnoscit. Paulus autem noster æternitati adiungit Potẽtiam, ac proinde longiùs progreditur. Nam si tantùm est δημιουργὸς & dispositor, ergo materia est illi coæterna, cuius ipse fuerit duntaxat dispositor. ¶ *Tum diuinitas*, καὶ θειότης. Sicut illud specialiter ad creationem, ita istud ad dispositionem & administrationem rerum creatarum refero: & Paulum puto maluisse θειότητος quàm θεότητος nomen hoc loco vsurpare, quòd ipsa θεότης, id est Deitas ex solo Dei verbo, Diuinitas autem ex ipsius operibus cognoscatur, quæ vocatur θεία φύσις & cuius κοινωνοὶ dicimur 2. Pet. 1.4. ¶ *Ad hoc vt sint*, εἰς τὸ εἶναι. Meo iudicio nõ tãtùm significat Apostolus quid illã cõtemplationẽ consequatur, sed multò magis cur Deus velit hanc lucem in tenebris lucere, nempe vt homines nihil possint prætexere. Itaque nec Veteri interpreti assentior qui conuertit *Ita vt sint*, ὥστε εἶναι, nec Chrysostomo, qui solam consequutionem putat ita significari. Et certè particula ITA in vetustis Latinis codicibus non additur.

21 [*Tamen*] *vt Deum non glorificarunt*, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν. Hæc est summa iniustitia. Addidi verò particulam TAMEN, quæ optimè conuenit huic loco, & interdum ex Hebræorum idiotismo desideratur, vt diximus Mat. 2.7, & Ioan. 10.30. Deinde aduerbium negans, quod & ipsum erat Hebræorum more trãspositum, (vt alibi est à nobis aliquoties obseruatum, veluti Ioan. 6.31. & 38.) suo loco reposuimus, quòd alioquin videretur membrum vnum deesse explendæ sententiæ. Nam quum audis, Non vt Deum glorificarunt, statim venit in mentẽ vt quæras si non vt Deum, quomodo igitur glorificarunt? Cæterùm *Deum vt Deum glorificare* is demum dicitur qui Deum colit eo cultu qui ipsius æternæ potentiæ ac diuinitati conueniat. qua in parte necesse est vt omnes homines se hallucinatos esse confiteantur: atque adeo Iudæi ipsi partim in ceremonijs ipsis hærentes & operi operato, quod vocant: partim suis traditionibus ritus à Deo traditos corrumpentes. Eant nunc nostri Pharisæi, & clamitent, bene fieri quicquid fit bonâ (quam dicunt) intentione.

¶ *In ratiocinationibus suis*, ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. Vel (vt vertit Erasmus) *Per cogitationes suas*. Sed Ratiocinationes malim interpretari. Huc enim homines cum ratione (quod aiunt) insanientes deuenerunt, vt magis ac magis sese vanos esse ostenderent. Qua de re si quis legerit Ciceronis De natura Deorum dialogos, & cum hoc Pauli loco contulerit, comperiet quàm meritò omnes à Spiritu Dei coarguamur impietatis. Et hic quidem est fructus ille mortifer illius Scientiæ boni & mali, cuius cupiditate deceptus Adamus, non tantùm illam affectuum aduersus ὀρθὸν Peripateticorum λόγον repugnantiam, sed etiam densissimas tenebras in illud ipsum λογικὸν inuexit, quod ab Apostolo φρόνημα τῆς σαρκὸς vocatur infrà 8.7. & Caro ac Sanguis. Matth. 16.17. vnde illud Pelagianum αὐτεξούσιον, & ψευδώνυμος illa γνῶσις Coloss. 2.8. Interpretor autem ἐματαιώθησαν, *Vani facti sunt*, potius quàm *Frustrati sunt*, cum Erasmo. aut, *Euanuerunt*, cum Vetere interprete: quia opinor Apostolum hoc vocabulo non tantùm declarare istos non effecisse quod sperabant. sed potius tam solicitè cogitando, nihil tandem nisi planè vanum & inane conflasse, idola videlicet, id est falsarum cogitationum falsa simulacra quæ idcirco dicuntur nihil esse, 1. Corinth. 8.4, & ab Hebræis vocantur הבלים [*habalim*.] Accipio autem verbum ἐματαιώθησαν, quasi in Hebræa coniugatione Hithpael, vt si dicas à seipsis fuisse in eam amentiam compulsos. quo modo etiam interpretor sequentia verba ἐσκοτίσθη & ἐμωράνθησαν. Homines enim sponte sua ruunt in idololatriam ad quam intelligendam & damnandam satis intus lucis haberent, nisi eam vltro extinguerent, partim negligentia, partim improbitate: pro quo dixit Apostolus eos iniustè detinere veritatem Dei.

22 *Quum se dictitent*, φάσκοντες. Apud Hebræos אמר [*amar*,] quod respondet τῷ λέγειν καὶ φάσκειν: accipitur autẽ etiã pro Intus & apud se aliquid constituere, vt Psalm. 14.1. quanquam illud malo, vt inanis illa hominum iactantia hoc verbo φάσκειν significetur. Quidam conuertunt, *Qui profitebantur se esse sapientes*, perinde ac si scriptum esset οἱ φάσκοντες, & specialiter hoc referunt ad varios omnium gentium philosophos, quales celebrantur Gallorum Druides, Tuscorum Aruspices, Græcorum Philosophi, Ægyptiorum Sacerdotes, Persarum Magi, Indorum Gymnosophistæ, Iudæorum Rabbini. Hi sunt enim præcipuè qui fœdis superstitionibus sese totúmque vulgus imbuerunt, vt ex ipsorum libris & historiis apparet. Huc pertinet quod ait Cicero libro De natura deorum primo, *Quis*, inquit, *tam cæcus in contemplandis rebus vnquam fuit, vt non videret species istas hominum collatas in Deos, aut consilio quodam sapientum, quo facilius animos imperitorum ad Deorum cultum à vitæ prauitate conuerterent: aut superstitione, vt essent qui, simulacra quæ venerantes, Deos ipsos se adire crederent?* Sed vtcunque sit, certum est omnes homines in genere hîc reprehendi, vt qui sibi sapientissimi videantur in eo ipso in quo se prorsus stultos & insanos produnt, nempe in Dei cultu, quoties hîc vel tantillum ex suo cerebro ausi sunt comminisci, vt perpetua omnium seculorum historia ostendit. Alludit autem Apostolus ad locum Ierem. 10.14.

23 Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν.

23 Mutarunt enim gloriam incorruptibilis Dei in simulachrum imaginis corruptibilis hominis, & volucrium, & quadrupedum, & reptilium.

23 Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.

1 Iniustitiam hominum inter se primùm ostēdit, ex eo quòd præter ipsius naturæ leges mutuis libidinibus sese contaminent, iusto Dei iudicio.

24 Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς.

24 1 Quamobrem etiam tradidit eos Deus cupiditatibus cordium ipsorum ad impuritatem, vt fœdarent corpora sua in semetipsis:

24 Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis:

25 Οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

25 Vt qui Dei veritatem transmutarint in falsitatem, & venerati sint & coluerint res conditas, præterito Creatore, qui est benedictus in secula. Amen.

25 Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacio, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm Creatori, qui est benedictus in secula. Amen.

26 Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν·

26 Propterea, *inquam*, tradidit eos Deus fœdis affectibus. nam & fœminæ illorum transmutarūt naturalem vsum in eum qui est præter naturam

26 Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. nam fœmina eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam:

27 Ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρσενες ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες.

27 Similitérque etiam masculi relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt sua libidine alius in alium, masculi in masculis fœda perpetrantes, & compensationem (quam oportuit) erroris sui in sese recipientes.

27 Similiter autem & masculi relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes.

28 Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα·

28 1 Et sicut non visum est eis Deū in agnitione retinere: *ita* tradidit eos Deus in mentem omnis iudicij expertem, vt facerēt quæ minime cōueniebat:

28 Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt:

1 Idem probat longa multorum scelerum enumeratione, à quibus, si non omnibus, saltem plerisque nemo est prorsus immunis.

29 Πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, κακίᾳ, πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ· μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας·

29 Oppleti omni iniustitia, malitia, scortatione, improbitate, auaritia: pleni inuidia, cæde, contentione, dolo, malignitate:

29 Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate:

30 Ψιθυριστάς, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστάς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς,

30 Susurrones, obloquutores, Dei osores, iniuriosi, superbi, gloriosi, inuentores malorum, parentibus non obedientes,

30 Susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes,

23 *Mutarunt enim*, καὶ ἤλλαξαν. Vulgata, *Et mutauerunt.* Erasm. *Mutaueruntque.* Mihi verò videtur καὶ pro γὰρ vsurpata. ¶ *Incorruptibilis*, ἀφθάρτου. Erasmus, *Immortalis*, qui tamen fatetur in Annotationibus, amplius aliquid significare ἄφθαρτον quàm ἀθάνατον. Nam in sacris præsertim literis φθορὰ non modò ad οὐσίαν, sed etiam ad ποιότητα pertinet, quemadmodum corrumpi dicitur animus vitiis, & perire etiam aliquis, qui tamen existere non desinit, sed est vitiosus ac miserrimus: vide 1. Cor. 15. 53, & ad Ephesios 4. 22. ¶ *In simulachrum imaginis*, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος. Vulg. *In similitudinem imaginis*: quod est perobscurum. Est autem Hebraismus qualem annotauimus Matth. 24. 15. Nam assimilatio imaginis hominis dicitur pro imagine ad formam hominis efficta, vt rectè conuertit Erasmus, recedens tamen paulò lōgius à Græcis. Mutare autem gloriam Dei, est pro glorioso Deo aliud amplecti. Et notanda est duplex atque adeò triplex antithesis. opponitur enim natura ἄφθαρτος, id est omnis corruptionis expers, naturæ hominis tam variæ & incōstanti: Deus omnium rerum opifex, rei ne conditæ quidem, sed effectæ duntaxat: Deus denique immensa gloria ac maiestate refulgens, rerum etiam abiectissimarum infimæ ac miserrimæ. Hoc est igitur idololatrarum & ἐθελοθρησκευόντων, id est omnium hominum, acumen, quibus verbi Dei fax non prælucet.

24 *Quamobrem etiam*, διὸ καί. Vulgata & Erasmus prætermiserunt particulam καὶ, quæ tamen non est otiosa: neque copulatiuè accipitur, sed (vt in conclusionibus solet) ostēdit quàm firmum sit & iustum quod in cōclusione ponitur vel negatur. Indicat igitur Paulus quàm iusta sit pœna qua Dominus impios homines affecit, id est, quæ sit peccati & supplicij analogia, vers. 25. & 28 Deus (inquit) ab hominibus summa cōtumelia fuit affectus: æquum fuit igitur vt & ipsi à seipsis contumelia afficerentur. Deum cognitum noluerunt agnoscere homines pro Deo, neque cultum quem illi debebāt exhibuerūt: æquum igitur fuit homines in iis tenebris versari, vt alij alios non agnoscerent, & mutuis iniuriis sese conficerent. Iam ergo incipit Apostolus ex secūdæ tabulæ præscripto, i. ex mutuis hominū inter se officiis, mundum redarguere. Et notandus est hic ordo summopere, vt intelligamus religionis contemptum, esse vitiorum & scelerum ac proinde omnium mundi calamitatum primariam originem, quam nequit perspicere Carnis prudentia. Atque vtinam hæc considerarent principes qui religionis curam nihil ad se pertinere putant, &, propositis solis politicis legibus, fieri posse sperant, vt Iustitia, ac proinde pax & tranquillitas inter ciues suos conseruetur: quasi prius exhauriri possint riui quàm fons ipse obstruatur. ¶ *Tradidit*, παρέδωκεν. Sic vsurpatur etiam à Latinis Tradendi verbum, vt à Cicerone libr. De finib. *Plerique* (inquis) *abiecta specie virtutis tradunt se libidinibus constringendos.* Tradit autem Deus vt iustus iudex. Cedo verò an qui facinorosum tradit carnifici, inuitus tradit, an volens? an carnificis arbitrio ita exponit, vt pœnæ genus certis finibus non circumscribat? cuius denique vi & auctoritate agit carnifex? an non iudicis? Quorsum igitur nonnulli, vt veluti laboranti iustitiæ Dei subueniant, otiosam in Deo permissionē imaginantur? scilicet ne Deus videatur malorum auctor. Id verò absit vt cuiquā bono vel in mentem veniat: sed cauendū est etiam atque etiam ne hæc præpostera modestia in summā arrogantiam desinat. Quum enim Scriptura non vereatur vbique Deo tribuere quòd impios excæcet, induret, seducat, tradat in reprobū sensum: præstat certè hæc fateri, & Deo gratias agere quòd nos respexerit, quàm vel pro reprobis litigare, vel nullam in Deo iustitiam agnoscere cuius causa nō possit à nobis intelligi: denique modestiæ cuiusdam prætextu, magis ac magis friuolas ac falsas distinctiones comminisci. Hæc igitur curiosis sinamus: nobis satis sit mysteria Dei adorare, & illum precari ne nos pro nostris meritis in tentationem inducat, vt loquitur ipse Dei filius. Vide infrà, 9. 11. ¶ *Cupiditatibus*, ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις. Vulg. *In desideria.* Erasmus, *Per cupiditates.* Ego verò puto præpositiones ἐν & εἰς in hoc dicendi genere respondere literæ ל, quam Hebræi tertio casui præponunt. Et desiderij nomen potius πόθον quàm ἐπιθυμίαν declarat. ¶ *Vt fœdarent*, τοῦ ἀτιμάζεσθαι. Ἀτιμάζεσθαι videtur passiuè accipiendum. Vulgata, *Vt contumeliis afficiāt.* Erasm. *Vt ignominia afficerent.* ¶ *In semetipsis*, ἐν ἑαυτοῖς. Vel, *in sese.* Theophylactus autem perinde interpretatur acsi scriptum sit ὑφ' ἑαυτῶν, id est *à semetipsis.* Vulgat. *In semetipsis.* Erasmus, *Inter se mutuò.*

25 *Vt qui Dei veritatē trāsmutarint*, οἵτινες μετήλλαξαν. Vulg. & Erasmus, *Qui.* Ego verò illo modo conuertere malui, vt ostenderem ista dici αἰτιολογικῶς, & cum proximo versiculo prorsus cohærere. ¶ *Præterito Creatore*, παρὰ τὸν κτίσαντα. Sic purè & eleganter conuertit Hilarius, libro de Trinitate 11. quod quum obseruarit Erasmus, miror eum maluisse interpretari, *Supra eum qui cōdidit.* Nam qui hoc modo loquitur, videtur confiteri homines Deo quoque cultum aliquē exhibuisse, sed ita vt secūdas demum partes tenuerit. Apostolus verò ne hoc quidem hominibus cōcedit, sed eos potius coarguit, quòd totū illū cultū qui vni Deo debebatur, ad res creatas trāstulerint. Vulg. *Potius quam creatori*: sententia quoq; non ineptè expressa, quanuis à verbis recesserit.

26 *Propterea* [*inquam*] διὰ τοῦτο. Vel, *Propterea* [*igitur.*] Nā perspicuitatis causa non ineptè potest aliud adiungi, vt epanalepsis intelligatur: quod quum animaduerteret Origenes, tātum abest vt obscura illustret, vt contrà quæ maximè sunt perspicua obscuret. ¶ *Fœdis affectibus*, εἰς πάθη ἀτιμίας. De præpositione εἰς diximus vers. 24. πάθη verò malui generali nomine Affectus, quàm angustiore vocabulo, Cupiditates, vel obscurè, Morbos, vel barbarè, Passiones interpretari. Et ἀτιμία videtur hoc loco Fœditatem potius quàm Ignominiam declarare.

27 *Compensationem*, ἀντιμισθίαν. Id est mercedem quæ meritis responderet. Plus enim est ἀντιμισθία quàm μισθός, vt rectè annotauit Erasmus. Errorem autem vocat πλάνην, id est aberrationem à recta via, quam natura ipsa commōstrabat: ne quis errorem putet vocari ἁμάρτημα, id est, peccatum per imprudentiam commissum, & hoc quod sit declarat 1. Cor. 6. 18.

28 *Non visum est eis*, οὐκ ἐδοκίμασαν, id est, οὐκ ἔδοξεν αὐτοῖς. Sic enim τὸ δοκιμάζειν accipitur hoc loco, vt si Gallicè dicas, *Ils n'ont trouué bon.* Id enim demum probamus quod sentimus. Vulgata & Erasm. ad verbum, *Non probarunt*, nimium obscurè. Est autem hoc dictum per μείωσιν, pro *Neglexerunt.* ¶ *Deum in agnitione retinere*, τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει. Vel, *Deum agnoscendo retinere.* Vtrunque enim verum est, & vanis illis speculationibus, quæ tum ab humani ingenij futilitate, tum etiam ab arrogantia & improbitate proficiscuntur, Deum quasi ex notitia nostra expelli: & econtrario, quo magis semel cognitus agnoscitur, reuerentia videlicet & puro cultu, eo magis fieri nobis veluti familiarem. Vulg. ἔχειν conuertit Habere, non satis expressē. Erasm. *Vt Deum agnoscerēt*, quasi ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει nihil ampliùs declaret quàm ἐπιγνῶναι, sicut Latinis Habere in honore idem significat atque Honorare. Sed fuit obseruandum discrimen inter γνῶναι & ἐπιγνῶναι, hoc saltem in loco. Omnes enim, velint nolint, aliquam habent Dei notitiam, vt paulo antè ostendit Apostolus: sed Deum nulli agnoscunt vt par est, ac proinde omnes sunt iræ Dei obnoxij, nisi qui in Christo iustificati & sanctificati seruantur. ¶ *In mentem*, εἰς νοῦν, Vulgata, *Sensum* id est αἴσθησιν, quæ interpretatio occasionem præbuit Sophistis hæc falso exponendi de inferioribus animi facultatibus. ¶ *Omnis iudicij expertem*, ἀδόκιμον. Id est insanam ac peruersam: vnde fit vt extincta primùm conscientia, deinde etiam maxima ex parte sublata synteresi, homines tandem præcipites in omne scelus ferantur: quos ἀπηλγηκότας vocat Apostolus, Ephes. 4. 19, & sæpenumero mortuos in peccatis: in quibus videlicet ne ratio quidem illa naturalis faciat officium. Omnino enim verissimum est Ciceronis illud, rectè intellectum, Hominem naturæ obedientem homini nocere non posse. Quod quum ita sit, quanuis nemo repentè pessimus euadat, tamen certissimum est, nullos prorsus homines extare, (si filios Dei excipias Spiritu ipsius sanctificatos) in quibus non cernas manifesta istius insaniæ testimonia. Itaque non satis rectè videtur Erasmus ἀδόκιμον νοῦν interpretari, Mentem quę propter scelera omnibus displiceat. Est enim hæc interpretatio nimium (vt ita dicam) diluta. Cōtrà verò qui Reprobam mentem interpretantur A Deo reiectam, sicut reprobos opponimus electis, videntur (meo quidem iudicio) multò seueriores quàm par sit. Ita enim vel omnes homines inter reprobatos numerare oporteret, vel eos duntaxat excipere quos Dominus maturè sanctificaret: id est antequam præcipites in hęc vitia ruerent. Nisi enim hæc Pauli doctrina ad omnes homines sigillatim pertinere statuatur, quatenus sunt filij Adami, manca fuerit ipsius disputatio hac in parte: quod statui nec debet: nec potest. Neque enim valet hæc consequutio, Nōnulli legem naturæ violant, ij videlicet qui traditi sunt in reprobum sensum, id est reprobati: ergo Lege naturę nemo iustificatur. Sed firmum erit argumentum hoc modo, Nemo legem naturæ implet, imò verò omnes (vt apparet ex flagitiosa ipsorum vita) ita insaniunt vt pręcipitēs in scelera ferantur: ergo necesse est homines aliunde quàm à lege naturæ, siue à seipsis Iustitiā exspectare. Nostrum verò non est, certos fines aut temporum momenta Dei misericordiæ præscribere: & ipsa non modò promissionum formula, sed etiam experientia conuincit, Dominum interdum ex intimis etiam vitiorum gurgitibus electos vocare. Quid igitur? nempe ἀδόκιμον νοῦν hoc loco non debemus accipere, pro mente à Deo extra vllam spem salutis reprobata: sed pro ea in qua sit vis illa communis iudicij & rationis sepulta: vt homo illa non vtatur, sed quasi sublato boni & mali discrimine, pronus ad peccandum ruat. qua significatione videtur idem vocabulum explicandum, Tit. 1. 16. Itaque vt planius loquens, conscientiarum paci consulerem, malui vti periphrasi quàm cum Vetere interprete & Erasmo *Reprobam mentem* interpretari.

29 *Oppleti*, πεπληρωμένους. Vulg. *Repletos.* Retulit enim hoc ad verbum παρέδωκεν. ¶ *Iniustitia*, ἀδικίᾳ. Genus est ea omnia quæ postea enumerantur complectens: cui subiicitur κακία, id est malitia, tum in illo vetust. codice, tum in vulg. Latina: & quidem rectius, opinor. Est enim hæc etiam vox generalis, ac proinde in Græcis etiam hanc lectionem reposuimus. ¶ *Scortatione*, πορνείᾳ. In multis codicibus subiicitur nomen πονηρίας, quod non legitur in illo Claromontano cod. & sanè videri possit pro πορνείᾳ malè annotatum, ex altero libro in ipsum contextum irrepsisse. Vulgat. tamen illud quoque legit & nequitiam interpretatur. Syrus verò pro πονηρίᾳ legit πικρίᾳ *amaritudine.* ¶ *Improbitate*, πονηρίᾳ, id est ad omne scelus promptitudine. Erit igitur κακία vitium illud cum quo nascimur, cuius vitiosæ διαθέσεως ἕξις, est πονηρία, longa in omni malo exercitatione comparata, omnem probitatis priuationem declarans, sicut in Gallico nostro sermone differunt, *Malice & Meschanceté.* ¶ *Malignitate.* κακοηθείας. Sic rectius (vt opinor) Vetus interpres quàm Erasm. qui conuertit, *Malis præditi moribus.* Definit enim κακοήθειαν Aristoteles τὸ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν πάντα, id est, vitium illud quibusdam innatum, quo fit vt omnia in deteriorem partem accipiant: quo nomine à Plutarcho Herodotus acerrimè reprehenditur, inscripto libello περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας.

30 *Obloquutores*, καταλάλους. Vulg. *Detractores*, barbarè. Quis sit autem obloquutor sic pulchrè declarat Basil. ἐάν τις λέγῃ τι κατά τινος ἵνα αὐτὸν διαβάλῃ ἢ διασύρῃ, καταλαλιά ἐστι, κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ λεγόμενον. Id est, *Qui quidpiam in aliquem dicit vt hoc ipsum calumnietur, aut aliorsum trahat, obloquutor est, etiamsi verum fuerit quod dicitur.* ¶ *Dei osores*, θεοστυγεῖς. Vulg. barbarè. *Deo odibiles*, pro *Deo exosos*: quod est θεοστυγουμένους, vt rectè obseruat doctissimus interpres, quòd hîc agatur de iis quæ ipsis hominibus insunt, vt fortasse sit in Græco contextu scribendum θεοστύγας, non θεοστυγεῖς. ¶ *Gloriosi*, ἀλαζόνας. Vel, vani ostentatores: vt ferè sunt errones & circulatores, quòd non possint ita facilè in mendacio deprehendi: vt is cui obiectum est, *En Rhodus, en saltus.* Differt igitur hoc vitium à superiore, quòd ἀλαζονεία versetur in fucato mendacio, ὑπερηφανία verò in ambitiosa αὐθαδείᾳ. Hinc Miles gloriosus, Plauti Comœdia: & Thraso ille apud Terentium.

31 Ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας.

32 Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες, (ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν) οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι.

31 Intelligentia carentes, foedifragi, charitatis expertes, implacabiles, immisericordes.

32 Qui Dei iure agnito (*nempe* eos qui talia faciunt, dignos esse morte) *tamen* non solùm ea faciunt, sed etiam cum iis qui ea faciunt, consentiunt.

31 *Insipientes, incompositos, sine affectione, absque foedere, sine misericordia.*

32 *Qui quum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.*

Κεφάλαιον β.

CAP. II.

CAP. II.

1 Διὸ ἀναπολόγητος εἶ ὦ ἄνθρωπε πᾶς ὁ κρίνων. ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν

1 Qua propter inexcusabilis es ô homo, quisquis alterū

1 *Propter quod inexcusabilis es ô homo omnis*

a Eandé accusationem torquet in eos qui ex cæterorum numero videntur eximendi, quoniam aliorum vitia redarguant. Istos igitur dicit minimè omniū esse excusabiles quoniam, si propius & intus considerentur (quod omnino facit Deus) reperiētur & ipsi iisdē esse obnoxij quæ in reliquis animaduertunt: vt planè in seipsos sentētiam ferant, quum alios damnant.

31 *Foedifragi*, ἀσυνθέτους, id est pactorum ac consentorū immemores. Nam τὸ συντίθεσθαι Græcis etiam significat pacisci. Vulg. *Incompositos*, id est, ἀμίκτους. Rectius doctissimus interpres insociabiles vocat. ¶ *Charitatis expertes*, ἀστόργους. Vulg. *Sine affectione*: quum non omnis affectio sit στοργή. Erasmus longiore circuitu, *Alienos à charitatis affectu*. Intelligit autem Paulus στοργὰς φυσικάς, vt parentum in liberos, mariti & vxoris, & alias eiusmodi quas Stoici stultè inter vitia numerarunt. Rem autem ita se habere vt ait Apostolus, horrendus ille mos demonstrat, quo fas fuit apud Græcos præsertim, infantes recens natos si nutrire nō placuisset, haud aliter quàm pecorum foetus exponere si libuisset, vt ex Tragoedijs & Comoedijs liquet: quam ἀστοργίαν Apostolus fortassis hoc loco propriè notauit.

¶ *Implacabiles*, ἀσπόνδους. Id est (vt rectè expressit Erasmus) foederis nescij: cuiusmodi vitium vocatur à Græcis ἀσπονδία, hodie inter aulicorum virtutes numeratum.

32 *Qui Dei iure*, οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες. Vul. & Eras. τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ vertunt *iustitiam Dei*, δικαιοσύνην Θεοῦ: quum Iustitia illud declaret quo iustus Deus est, δικαίωμα verò significet Ius à Deo ipsi naturæ hominum insitum, quod à philosophis Lex naturæ, à Iurisconsultis Ius gentium dicitur, & est generalis quædam inter τὸ δίκαιον, καὶ δικαιοπράγημα & τὸ ἄδικον καὶ ἀδίκημα regula. Sic enim ista rectè & pererudité ab ipso quoque Aristotele declarantur in Ethicis ad Eudemum lib. 4. cap. 5. & lib. 1. Rheto. cap. 1. Quāuis enim Lex Mosis sit illius plana ac perfecta explanatio: tamen quum Apostolus aduersus omnes homines adhuc disseruerit, non possunt ista satis commodè de Lege Mosis peculiariter intelligi, quod declarat ipse Apostolus infrà, 2. 15. ¶ *Agnito*, ἐπιγνόντες. Rectè. Has enim προλήψεις siue κοινὰς ἐννοίας tam altè inseuit Deus hominum animis, vt quamuis miserrimè deprauata sit hominis natura, nemo sit tamen nisi prorsus furiosus, qui non tantùm illas nequeat ignorare: sed etiam qui veras & ratas illas esse nesciat. Non satis igitur rectè vetus interpres vertit, *Quum cognouissent*: nec Erasmus, *Quum nouerint*. ¶ [*Nempe*] *eos* ὅτι. Sic legunt & Syrus interpres & omnia Græca exemplaria quæ nobis contigit inspicere, excepto illo Claromontano. Vetus tamen interpres (quem etiam sequuntur Latini omnes interpretes) legit, *Non intellexerunt quoniam qui talia faciunt*, &c. id est, οὐκ ἐνόησαν ὅτι, siue, vt ille vetustissimus codex habet, οὐκ ἔγνωσαν ὅτι, &c.

¶ *Non solùm ea faciunt*, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν. Isidorus in Græcis scholiis annotat nonnullos legere, οὐ μόνον οἱ ποιοῦντες αὐτά, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσι. Id est (vt etiam vertit Vetus interpres) *Non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*. Et Camerarius similem Græcam scripturam profert, nempe οὐ μόνον οἱ αὐτὰ ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσι. Atqui præterquàm quòd in omnibus vetustis codicibus reperitur ea lectio quam sequuti sumus, hiabit etiam contextus si ita legeris, nisi addas illud οὐ συνῆκαν, id est *non intellexerunt*, cum Vetere interprete. Deinde multò vberior est sententia quam sumus amplexi. Imponit enim Paulus quasi colophonem istorum portentorum enumerationi, addito eo scelere quo nullum est maius, quum videlicet non contenti peccare, aliorum etiam scelera pro virili adiuuant, & quidem aliqua cum voluptate. ¶ *Consentiunt*, συνευδοκοῦσι, vel *Patrocinantur*. Id est, συνηγοροῦσι, vt commodè (meo quidem iudicio) exponit Theophylactus. Alioqui τὸ συνευδοκεῖν alibi conuertimus comprobare seu assentiri. Hic verò quiddam amplius videtur significare, quum præsertim Chrysostomus duobus vtatur in illo declarando, nempe συμμετέχειν καὶ ἐπαινεῖν. id est, Consortium esse in malè agendo, atque etiam peccantem laudare: quibus etiam Græca scholia adiiciūt, εἰς τὸ κακὸν παρακαλεῖν, id est, Ad malum prouocare. Denique omnes consensionis species hoc vocabulo declarantur.

IN CAP. II.

1 *Quapropter*, Διὸ. Apostolus vniuersaliter omnes homines in sese, siue extra Christum consideratos, tum impietatis in Deum, tum iniustæ, quam inter se exercerent, vitæ arguerat, à prioris cap. vers. 18. ad hunc vltimum vsque, in quo speciatim eos redarguit qui toti, non tantùm quibusuis vitiis sese dedunt, verum etiā sopito omni inter honestū & turpe discrimine alijs itidē peccantibus fauent. Nunc verò speciatim aggreditur alios vsque adeò illis dissimiles: vt è contrariò peccātes alios reprehendant, qui alioqui meritò videri possent ex illa vniuersali condēnatione eximēdi. Et sanè fatendum est, laudabilem esse istam vitiorum & peccantiū reprehensionē. vt, exēpli gratia, fecerit magnam Platoni iniuriam, qui Epicuro illū adiūxerit, qui Phocionē cum Alcibiade, cū Catone Catilinā, turpia deniq. cum moralibus, quas vocāt, virtutibus cōtulerit. Cur igitur, inquies, istos reprehensores Paulus, non modò non excusat, verùm etiam omnē illis excusationē adimit? Nēpe non in eo quòd iustè & meritò damnēt quæ reprehensionē merentur, sed quòd ex aliorum reprehensionibus, pietatis apud Deum, & iustitiæ apud homines laudem captent. Ipsos enim quantumuis acres peccantium aliorum censores, suis vitiis non carere, immo etiam ab iis ipsis quæ in aliis reprehendunt, non esse prorsus alienos: vnde concludit Apostolus eos, quam in alios sententiam ferunt, in seipsos quoque meritò ferre videri. Hinc factum vt plerique interpretes putent ista in eos demum dici, qui meri sunt hypocritæ, &, vt ait ille, Curios simulantes Bacchanalia viuunt. At ego contra sentio. Cur enim peculiariter arguendos censeret Apostolus, quos nullus nisi prorsus desperatæ impudentiæ homo ausit excusare? Potiùs ergo Apostolus de illis ipsis agit quorum exemplum insigne habemus Marc. 10. 17 & 21. qui si cum apertè flagitiosis cōparentur, pij & iusti haberi meritò possint, at non apud Dei tribunal, ad quod propterea Paulus illos versiculo proximè sequente reuocat. Sicut enim, ipso Christo, vel potiùs communi sensu, id testante Luc. 12. 19. qui ex ipsa Dei Lege sunt in officij sui cognitione eruditi (quod mox Iudæis applicabit Apostolus) longè grauiùs in Legem peccant, quàm qui iuris diuini ignorantia, quantumuis inexcusabili, labuntur: ita fatendum est eos, in quorum mente magis viget illud τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, (quales se esse produnt isti aliorum reprehensores) præ iis, qui, veluti sopito mentis iudicio, cupiditatibus suis penitus extra viam abrepti feruntur, minùs habere quod suis vitijs prætexant, ac proinde grauius peccare quàndo peccant, nedum vt pietatis & Iustitiæ laudem apud Dei tribunal mereantur. Eant nunc igitur Sophistæ, & Morales, quas vocant, virtutes & præparatoria ad recipiendam regenerationis gratiam Congruitatis, quam appellat, merita iactitent. Istos autē à Paulo vt τοὺς αὐτοὺς κατακρίνοντας, & minimè ἀναπολογήτους, immo vt αὐτοκατακρίτους aliorum reprehēsores, etiam qui minimè id faciant simulatè, vel temerè, sed aliqua vitiorū odij & virtutis amoris specie meritò redargui, multipliciter potest humanis etiam rationib' euinci. Sed ex iis duas optimo iudicio hîc delegit Apostolus, nēpe, tū priuatam cuiusque conscientiam, tū summam illam Dei δικαιοκρισίαν, quæ duo sunt ipsi quoq. sceleratissimorū menti indelebiliter insita. Vnde enim istud communi omnium sine vlla exceptione, cōsensu approbatū, Nemo sine crimine viuit? vnde illud, Cōscientia mille testes, & similes eiusmodi γνῶμαι? vnde factū est vt quò quisq. habitus fuit probior, & inter cæteros innocentior, eò fuerit quoque in Deo pro sue gētis religione colēdo q. adeò placādo religiosior.

Et ne tam procul abeamus, vnde fit, vt nostri temporis Pelagiani, quantumuis opera quoque Supererogationis iactitent, tamen de redimendis & sibi applicandis Sanctorum, quos appellant, meritis tantopere laborent, immo eos ipsos, quos & aliorum, & suis ipsorum meritis seruari volunt, adhuc Purgatorij sui poenis luendis, & viuorum suffragiis redimendos tam pertinaciter contendant, nisi ex illo seuerissimi diuini iudicij sensu, cui ne ipsum quidem Christi meritum vnicum satisfaciat? Ipsæ denique eorum historiæ quantumuis adulatoriè scriptæ, qui sapientia & integritate vitæ inter omnes gentes excelluerunt, satis superque probant quòd hîc Paulus testatur, & quod ipsi quoque Philosophi ethica illa sua tractantes fatentur, in nomine videlicet suas illas, quas describunt, virtutes πανίας inueniri. Sed & ex ipsis probatissimæ integritatis patribus, quem inueniemus grauiter non peccasse? ne Abrahamo quidem, Mose, Aarone, immo ne eo quidem excepto, quem tamen testatur Dominus se secundùm cor suū, id est, qualem optabat inuenisse 1. Sam. 13. 14. Et idem ipse Dauid iustissimum iudicium ferens quum à Nathane sub alterius nomine redargueretur, hoc ipsum licèt inscius commisit, quod Paulus hîc clamat, id est, in seipsum sententiam tulit. 2. Sam. 12. 5 & 7. ¶ *Quisquis damnas*, πᾶς ὁ κρίνων. Vulgata & Erasmus, *Qui iudicas*. Ego Damnandi verbum vsurpare malui. Nam τὸ κρίνειν specialiter hoc loco de damnatoria sententia accipitur, quamuis hîc, neque de ciuili, neque de Ecclesiastica iurisdictione propriè, sed de mutuis in communi huius vitæ societate reprehensionibus agatur. Itaq; obseruare propterea studui elegantem παρονομασίαν inter κρίνειν & κατακρίνειν.

ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων.

2 Οἴδαμεν δὲ ὅτι τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ ἐστὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας.

3 Λογίζῃ δὲ τοῦτο, ὦ ἄνθρωπε ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτά, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ;

4 Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει,

damnas: nam hoc ipso quòd damnas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis *tu* qui *alium* damnas.

2 Scimus verò iudicium Dei esse secundum veritatem aduersus eos qui talia agunt.

3 Cogitas autem hoc, ô homo qui damnas eos qui talia faciūt, & facis ea, fore vt effugias iudicium Dei?

4 b An diuitias benignitatis eius & tolerantiæ ac tarditatis ad iram contemnis, ignorans te benignitate Dei ad resipiscentiam deduci?

qui iudicat. in quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis qui iudicas.

2 *Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.*

3 *Existimas autem hoc, ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?*

4 *An diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit?*

b Grauis exclamatio in eos qui sibi placēt, quòd sint aliis perspicaciores, quum nihilo sint meliores, quòd ad Dei iudicium, apud quem nullus est alij Iustitiæ locus, quàm ei quæ voluntati ipsius per Legem ab ipso scriptā ad amussim respondeat.

¶ *Nā hoc ipso* ἐν ᾧ γάρ. Vulg. *In quo enim*, quod est obscurius. Legimus autem in vno codice ἐν ᾧ γὰρ κρίματι, *Quo enim damnatione*, quod planius est & ita citatur hic locus ab Hieronymo libro secundo extremo in Ezechielem. ¶ *Eadem enim*, τὰ γὰρ αὐτά. Malè hîc nonnulli ταῦτα id est, *hæc*, legunt & interpretantur. Nam in illo τὰ αὐτὰ vis huius argumenti latet, licèt non ita præcisè interpretandum quasi qui alios reprehendunt, eodem semper crimine teneantur, quamuis id quoque sæpenumero eueniat, sed hoc potiùs sit generaliter accipiendum, quòd nemo alios vt peccantes reprehendat, qui non & ipse sit peccator, siue eidem, si uenō minori, vel fortassis etiam deteriori vitio, aut reipsa, aut ipsa naturæ corruptione obnoxius. ¶ [*Tu*] *qui* [*alios*] *damnas*, ὁ κρίνων. Malè nonnulli vulgatæ editionis codices habent *qui iudicas*, ὃ κρίνεις, ideò expressi pronomen *Tu* cuius etiam magna est ἔμφασις, Apostolo sic reprehensores singulos quoque arguente.

2 *Scimus verò* οἴδαμεν δέ. Prudenter admodum Paulus omnes ac singulos homines extra Christum consideratos impietatis & iniustitiæ redarguens, non ex verbo Dei scripto, quod prophanæ gentes non admisissent, illos arguit, sed ex illo τῷ τοῦ Θεοῦ γνωστῷ quod suprà descripsit cap. 1. ver. 19. & proximè sequentibus: id est, ex communi & naturaliter cuiuis homini de Dei natura προλήψει, vt qui penitissimè omnia & singula perspiciat, & cui, nisi seuerissimus esse statuatur omnis vel tantillæ impuritatis hostis simul & vindex, tantundem de ipsa Deitate, quantum de ipsius rigidissimo iudicio detrahatur, quò etiam spectat illud τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες. Et hæc illa est πρόληψις, qua Christianismus verus nititur, in quo vno, verè miro & ipsis Angelis imperscrutabili mysterio, horrendum illud Dei aduersus omnem impuritatem iudicium, cum eiusdem summa in electos suos benignitate, in illo vnico nostro Mediatore Iesu Christo, perfectissimè conciliatur. Aberrant igitur & in ipso limine impingunt reliquæ omnes religionum siue iam olim excogitatæ siue deinceps excogitanda species, inter quas vel illa est damnatissima, quam hodie Apostolica Romana Ecclesia tam obstinatè defendit, nostram redemptionem, ac proinde salutem, Christi quidem merito tribuens, sed cui nostrorum operum partim ex illo, partim ex nostro adiecto arbitrio profluentium, dignitas & meritum subordinetur, id est, hoc ipsum dogma statuēs, quod Paulus hac epistola ad Romanos illos veteres, non ad istos degeneres, scribens pro professo à fundamentis subuertit.

¶ *Secundùm veritatē* κατ' ἀλήθειαν, id est ex ipsius rei natura de qua apud Dei tribunal diiudicanda quæritur, non autē ex vlla recti specie, quantumuis illustri hominum oculis, vel etiam menti apparente. Hæc autem veritas purissima non tantùm meros illos simulatores parietibus dealbatis similes refellit, sed veris etiā ciuilis vitæ virtutibus, quas morales vocant, præditos omni illa imaginariæ suæ apud Deum iustitiæ opinione priuat: quod mox Apostolus in ipso quoque Abrahamo probat, ipsius apud Deum iustificatione ne operum quidem ipsius fidem subsequutorum vlli dignitati, sed soli ipsius fidei, qua Christi nasciturī promissionem sit amplexus, attributa: Paulo propterea à Iacobo minimè dissentiente, sicuti suo loco declarabitur.

3 *Cogitas verò* λογίζῃ δέ. Grauissimæ illi humani totius generis in Gentes & Iudæos distincti condemnationi Paulus hîc opponit nō minùs acerbam obiurgationē: primùm itidem ipsam vniuersalem ab hoc versiculo 1. vsque ad 11. vnde postea peculiariter aduersus Gentes agit, sicut postea aduersus Iudæos vsque ad tertij capitis 19. versic. disserit: disputationem hanc versiculo demum 20. concludens, & inde incipiens quod proposuerat primi cap. vers. 16. certissimis argumentis confirmare: Iustitiam videlicet veram, ac proinde salutem esse in Christo vnico sitam, qui sola fide ex Euangelico foedere apprehendendus proponatur.

4 *Diuitias*, τοῦ πλούτου. Sic vocare translatitiè solet Paulus alicuius rei copiam, & hoc addidisse videtur, quòd quū hæc scriberet, Romanum tunc imperium in maxima mūdi parte longa pace floreret proculdubio non defuturis, qui Apostolo idem obiicerent quod olim Ieremiæ Israelitæ Iereth. 44. 17. nempe ex ista tanta tranquillitate patere non ita infensum esse Deum hominibus quàm expressè à primi capitis versiculo 18. Paulus intonuerat. Nam sic etiam hodie Pseudocatholici nostri Romanorum suorum Antichristorum longam continuationem Euangelicis reprehensionibus & minis opponunt: quasi videlicet lōga illa iudicij sui dilatione, Dominus homines ad perseuerandum in peccatis accendat, & indignissimis etiam benefaciens illorum propterea falsissimæ doctrinæ & sceleratissimæ vitæ faueat: ac non sic potiùs illos magis ac magis reddat inexcusabiles, tantò grauiùs eorum peccata nisi tandem resipuerint, vlturus. ¶ *Tarditatis ad iram*, μακροθυμίας. Sic vtcunque studui vim huius vocabuli exprimere, θυμὸς enim in hac voce non simpliciter animum, sed excandescentiam, & subitò commotam iram grauissimā

designat, vt diximus Matth. 18. 28 Lenitatis autem nomen μακροθυμία respondet. Castellio verò pessimè vertit *Lentitudinem*, id est ἀοργησίαν, quæ certè virtus non est, sed vitium longè maximum, & soli Epicuræorum Deo conueniens, quum quispiam videlicet non commouetur, vbi, quando, & prout Dei gloria, & proximi charitas requirit.

¶ *Ignorans*, ἀγνοῶν. Consentiunt in hac lectione vetusti codices Latini, quamuis vulgò legatur, *ignoras*, ἀγνοεῖς, sicut etiam habet Syrus interpres, sed præposita copulatiua particula. ¶ *Deducit*, ἄγει. Vulgata, *adducit*, ambiguè. Sic enim videtur euentus ipse declarari, quum hîc significetur duntaxat quò spectet per se ista Dei clementia, nisi illa isti abuterentur. Non dixit autem Apostolus ἦγε, id est, *deducebat*, sed ἄγει, habens videlicet eius quo hæc scribebat temporis rationem, quò etiam respicit particula νῦν infrà 3. 21.

Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ·

Ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ·

Τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον·

5 Sed pro duritia tua & corde quod resipiscere nescit ‖ thesaurizas tibiipsi iram in diem iræ & patefactionis iusti iudicij Dei:

6 c‖ Qui reddet vnicuique secundum opera ipsius:

7 Iis quidem qui secundùm patientem expectationem quærunt boni operis gloriam & honorem & immortalitatem, vitam æternam:

5 *Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in diem iræ & reuelationis iusti iudicij Dei:*

6 *Qui reddet vnicuique secundum opera eius:*

7 *Iis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam:*

Iac. 5. 3

Psal. 71. 13. matt. 16. 27. apoc. 22. 12.

c Firmamentum superioris disputationis, opus esse omnino iusti tia tū Iudæis tum Græcis, si per Legem iusti haberi, ac proinde seruari, volunt.

5 *Thesaurizas*, θησαυρίζεις. Huc spectat etymon Græci huius vocabuli παρὰ τὸ εἰς αὔριον τιθέναι, id est *in crastinum recondere*, ita expresse significante Paulo istos, sicut peccata peccatis adiicere perseuerant, tandem parem pœnarum grauissimarum cumulum se sibi recondidisse reipsa comperturos. Sic autem etiam loquitur Nehem. 13. 18. & alludit fortasse Paulus ad locum Iobi 36, 13. ¶ *In diem*, ἐν ἡμέρᾳ. Sic malo cum Vetere quoque interprete quàm *in die*, quoniam de futuro die agitur, minimè tamen, opinor, præcisè ad vltimum illud iudicium restringendo, sed ad tempus illud referendo, quod Deus vlciscendis suo tempore quibusuis ipsius tolerantia abutentibus præstituit: qua de re vt ipso communi sensu cunctis nota, quid prohibet quin loquentem illum ipsum Homericum Agamemnonē audiamus, & elegantissimis versiculis istis de Troianorum periurio conquerentem?

Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,
Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν
Σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι, γυναιξί τε καὶ τεκέεσσιν.

¶ *Iusti iudicij*, δικαιοκρισίας. Vetera exemplaria legunt καὶ δικαιοκρισίας, vt & Græca scholia & Basilius in Ethicis, definitione prima. Mihi tamen magis placet omitti coniunctionem, quo modo hunc locum vulgata conuertit & citat Augustinus lib. contra Iulian. 5. cap. 3 & De ciuitat. Dei. 1. cap. 8. Cæterùm cui placent deliria legat quæ hoc loco impurissimus Origenes nugatur, dissercus cur Deus in vltimum diem reiecerit vniuersale iudicium, aditum patefaciens mortuorum inuocationi, & Platonico igni Purgatorio, nihil veritus Apostolicum dictum, 1. Tim. 5. 24. impudentissimè ad supremum illud Dei iudicium detorquere. Potiùs autem hoc loco obseruanda est illius diuinæ δικαιοκρισίας descriptio à versiculo 6, ad nonum vsque, vnde Paulus ad suam illam humani generis in Iudæos & Græcos distinctionem, & ad singulos illos impietatis ac iniustitiæ damnandos ingreditur. Est autem eius descriptionis hæc summa, Nullam prorsus apud Dei tribunal iustitiam recipi, quàm quæ penitus omni næuo carens respondeat ipsius Dei voluntati, in ipsius Lege, tum naturali (ex qua ipsæ quoque gentes coarguuntur) tum per Mosis ministerium renouata (quæ Iudæos magis etiam conuincit) patefactæ. Inde verò & illud alterum huius δικαιοκρισίας caput concluditur, nullum esse, neque cogitatum, neque dictum, neque factum ab illa Dei Lege aberrans, quod idem Deus, sic ferente ipsius naturâ, seuerissimè non vlciscatur. Vtroque autem isto posito omnis illa operum iustitia, quum de Dei tribunali quæritur, ab ipso fundamento subuertitur, ac proinde omnis spes æternæ illius salutis ex Lege consequendæ omnibus & singulis hominibus vsque adeo adimitur, vt omnes & singuli, extra Christum considerati, tum impietatis in Deum, tum mutuæ inter se iniustitiæ rei (quod antea Paulus à capitis primi versic. 18. ad huius secundi cap. versic. 2. euicit) æternis pœnis ex illa Dei iustitia adiudicentur.

6 *Reddet*, ἀποδώσει. Ergo, inquiunt Sophistæ, debitam operibus mercedem, quum addat Apostolus κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, *Secundùm opera ipsius*. Verùm quæ hæc tandem impudentia est, velle Iustificationē ex operibus debitā stabilire, ex ea ipsa δικαιοκρισία per quam Paulus, illā ex professo euertens, omnes & singulos iustæ Dei indignationi & damnationi, nemine prorsus excepto, subiicit? nempe ex eo quòd apud Dei tribunal Iustificatio ex Lege integerrimam & absolutissimam vtriusque tabulæ Legis præstationem requirat, quæ quum ne in iis quidem, qui tamen sunt Christo insiti, sed nonnisi aliqua ex parte renouati, inueniatur, vt ex ipsius Abrahami exemplo mox docebit Apostolus cap. 3. 2. quinam vllis extra Christum consideratis, quales hîc omnes & singulos homines Paulus considerat, tribuetur? Ad hæc autem accedit alterum quoque eiusdem δικαιοκρισίας caput, mox ab Apostolo expressum, nempe quo fiat, vt nullum prorsus peccatum apud Dei tribunal maneat impunitum. Verum est tamen eos etiam qui in Christo verè sunt regenerati, ea quæ in corpore bene vel malè gesserint, vltimo illo die reportaturos. Matth. 16. 41. & 2. Cor. 5. 10. at non pari ratione. Nam extra Christum quidem positis, ac proinde impietatis & iniustitiæ reis pœna quam merentur persoluitur, Christo autem insitis vita: vt gratis promissa, sic non minùs gratuitò in Christo per fidem apprehenso præbita, donatur: vtpote cuius ad mortem vsque crucis obedientia, & pœnas sibi debitas persoluerint, & plenissimè Legem præstiterint: vnde fit, vt in iis illa δικαιοκρισία, nō modò nihil inueniat quod condemnet, verùm è contrario quod æternæ vitæ promissio requirit, comperiat. Plurimùm enim inter se differunt hæc duo enuntiata, Quibus detur vita æterna, & Propter quid detur: & longè aliud est, Per opera, vt Iustificationis & salutis causas in ipsis hominibus hærentes, quàm Secundùm opera, vt Christi per fidem apprehensi, ac proinde vt nostræ in Christum insitionis, & ipsius nobis imputatæ, tum in patiendo Satisfactionis, tum in faciendo Obedientiæ imputationis, τεκμήρια, Iustificari, id est tum à peccatis & morte liberari, tum vt in Christo penitus iustos pronuntiari & seruari.

7 *Qui secundùm patientem expectationem*. Τοῖς καθ' ὑπομονήν. Vulg. *Secundùm patientiam*. Cur autem ita potiùs, vt hîc feci, Græcam illam vocem interpreter, dixi Luc 8. 15. ¶ *Quærunt*, ζητοῦσι. Hoc verbum ideirco aliter collocaui quàm in ipso Græco contextu inueniatur, vt ambiguitatē vitarem, in quam inciderunt qui istud ἔργου ἀγαθοῦ cum καθ' ὑπομονήν construxerunt, *patientiam*, vel *perseuerantiam boni operis*, durè admodum interpretati. Sic & alij, hiante prorsus constructione, & longiùs etiam aberrantes, illud ad ζωὴν αἰώνιον retulerunt, quod tamen manifestè connectendū est cū verbo ἀποδώσει, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetito. Cæterùm quæ à Sophistis hîc traduntur, quasi nonnulli, siue extra Christum, siue in Christo regenerati, tales apud Dei tribunal inueniantur, quales hîc isti describuntur, ab Apostoli scopo aberrant. Nam illud quidem absurdissimum est, & directè Apostoli sententiæ suprà cap. 1. 28. expressæ, & mox cap. 3. 10. repetitæ repugnat: istud autem idem Apostolus suo ipsius exemplo refellit, infrà 7. 18. & 1. Cor. 4. 4. In hac ergo δικαιοκρισίας descriptione dicitur istud ab Apostolo per Concessionem: vt & mox, quum dicit vers. 13. speciatim aduersus Iudæos, non Iustificari auditores sed factores Legis, nullos propterea Iudæos dicere voluit esse Legis factores,

sed quales illos esse oporteat describit, qui ex illa legalis fœderis formula, *Hoc fac, & viues*, Iustitiam & salutem meritò sibi possint polliceri. Ergo quòd hæc non pauci interpretes putant de regeneratis dici sanctæ & rectæ vitæ verè studentibus, neque penitus verum est, quum adhuc in ipsis supersint carnis reliquiæ, ac proinde illi de qua hîc agitur δικαιοκρισία, minimè respondeant, neq; Apostoli scopo conuenit, vt qui sexto demum cap. de hominum in Christo regeneratione disserat.

¶ *Boni operis gloriam*, ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν id est, quæ rectam vitam, & Dei δικαιοκρισία respondentem consequitur, qualem videlicet oportet iis in iis apud Dei tribunal inueniri, qui ex suorum operum meritis illa captant.

Τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς καὶ ὀργή.

Θλῖψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν, Ἰουδαίου τε πρῶτον καὶ Ἕλληνος·

Δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθόν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.

Οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ.

Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται.

(Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ· ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται.

Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔ-

8 Litigiosis verò & veritati quidem non obedientibus, obedientibus autem iniustitiæ, *erit* excandescentia, & ira.

9 Afflictio *inquam erit* & angustia aduersus omnem animam hominis perpetrantis malum, tum Iudæi in primis, tum etiam Græci:

10 Gloria verò & honor & pax *erit* cuiuis operanti bonum, tum Iudæo in primis, tum & Græco.

11 Non enim est personarum acceptio apud Deum.

12 d Quicunque enim absq; Lege peccauerunt, absque Lege quoque peribunt: & quicunque cum Lege peccauerunt per Legem damnabuntur.

13 e (Non enim qui audiunt Legem, iusti sunt apud Deum, sed qui Legem præstant, iustificabuntur.

14 f Nam quū Gentes quæ Legem non habent, natura quæ

8 *Iis autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio.*

9 *Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci.*

10 *Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco.*

11 *Non est enim acceptio personarum apud Deum.*

12 *Quicunque enim sine Lege peccauerunt sine Lege & peribunt: & quicunque in Legem peccauerunt, per Legem iudicabuntur.*

13 *(Non enim auditores Legis iusti sunt apud Deum: sed factores Legis iustificabuntur.*

14 *Quum enim Gentes quæ Legem non habent, naturaliter ea quæ Legis*

d Vniuersalem illam humani generis accusationem diserte tum Gentibus, tum Iudæis & vtrisq; communem esse asserit.

e Huius accusationis applicatio aduersus Iudæos, quos non excuset Lex illa, sed condemnet: quoniam non Legem audire, sed Legem custodire, est legalis Iustitiæ apud Dei tribunal regula.

f Eiusdem accusationis applicatio aduersus Gentes, quòd etiamsi Legem Mosis non habuerint, habeant tamen aliquid pro Lege cordibus inscriptum, vt qui quædam vt mala prohibeant & puniant, quædā vt bona præcipiant & laude meritò prosequantur.

8 *Litigiosis*, τοῖς ἐξ ἐριθείας, vel *Contentiosis*, siue dogmata, siue mores spectentur, quibus opponuntur, qui patienter & æquo animo nec vllis iniuriis fracti pergunt in sanctitate & innocentia. Deducitur autem hæc vox à nouo quodam & insolente etymo, vt rectè notat Nissenus, vtpote quam oportuerit ab ἔρις ἔριδος, quod litem declarat, non ab ἔριον ἐρίου, quæ Latinè Lana dicitur, oriri. ¶ *Excandescentia*, θυμός. Id est, ira subitò inflammata, Dei videlicet in peccatorem, non ipsius peccatoris in sese, vt putauit Origenes. Solent autem Græci interpretes quod in Scripturis dicitur חמה [chemah] θυμὸν interpretari, צרה [tsarah] θλῖψιν id est compressionem, צקן [tsakan] στενοχωρίαν, id est, anxietatem, siue animi angustiam: estque ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, per syllepsin subaudiendum ἀποδοθήσονται, quum alioquin dicendum fuerit θυμὸν καὶ ὀργήν quarto casu. Sed & illud annotandum est, Veritatis appellatione non iam illam mysteriorum nostræ salutis cognitionem, quæ est ex huius Verbi auditu, sed naturalem notitiam intelligi, vt suprà versu 18. quod Origenes & ex veteribus nonnulli quia non viderunt, totam Pauli disputationem perturbarunt.

9 *Afflictio*, θλῖψις. Plerique connectunt hæc duo cum præcedentibus, quod mihi non probatur. Nouam enim esse arbitror periodum, codicibus veteris editionis Latinæ omnibus consentientibus: in qua thesis superior ad hypothesin tum Iudæorum tum Græcorum applicatur, ratione quoque statim subiecta, cur nullus hîc sit locus antiquo illi inter Iudæos, & cæteras Gentes discrimine.

11 *Personarum acceptio*, προσωποληψία. Appellatione προσώπου notandum hîc est, & aliis locis, non ipsos homines intelligi, sed externas eorum qualitates, vt genus, sexum, dignitatem, opes, patriam, siue gentem, vt hoc loco, quas Deus in illa sua δικαιοκρισία apud suum Tribunal neque nunc mouetur, neque in illo vniuersali iudicio sit in seruando, vel in dānando cōsideraturus. De hoc enim iudicio hîc agitur, ac proinde sunt prorsus ἀπροσδιόνυσα quæ hoc loco à nonnullis de æterno & summo illo electionis, vel reprobationis decreto disseruntur, quamuis hîc quoque in primis nullus sit huic προσωποληψία locus.

12 *Absque lege*, ἀνόμως. Id est non audita illa per Mosem prolata Lege, quod mox probabit aduersus Gentes versiculo 14. & 15. Nam alioqui ἀνόμως idem valet atque παρανόμως, id est *Contra Legem*, vt ἁμαρτία definitur 1. Ioan. 3. 4. Hîc enim incipit Apostolus vniuersalem illam humani generis, tum impietatis, tum iniustitiæ accusationem distinctè Iudæis & Gentibus applicare. ¶ *Cum Lege*, ἐν νόμῳ. Id est, qui Legem illam Mosis habent. Vulg. *in Legem*, quòd verè quidem dicitur, sed non ex diametro opponitur illi ἀνόμως.

13 *Qui audiunt*, οἱ ἀκροαταί, subaudi μόνον *solùm*. quoniam isti alioqui τοῖς ποιηταῖς non opponerentur: & hanc particulam alibi quoque obseruauimus subaudiendam. Hæc autem est prima ratio qua Iudæi ex hac δικαιοκρισία conuincuntur, quod postea expressiùs declaratur à versic. 17. ad finem vsque capitis, & tandem etiā expressiùs à cap. 3. à versic. 9. incipiente, vsque ad versiculum 19. desinentem. ¶ *Qui Legem præstant*, οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου Vulgata, *factores Legis*. ambiguè. Posset enim istud ad ipsum Legislatorem, putà Deum, vel Mosem, referri, quod esset blasphemum. ¶ *Iustificabuntur*. δικαιωθήσονται id est, iusti erunt, vt ex opposito membro liquet. Itaque quum ex Lege iustus apud Deum is demum pronuntietur qui Legem plenissimè præstiterit, omnes autem homines extra Christum, non modò illam totam non præstent, immo totam transgrediantur: hinc necessariò efficitur, Iustificationem nostram in Christo, & apud Dei tribunal, vnica quidem Christi per fidem apprehensi obedientia, siue Iustitia gratis imputata, contineri, sed duplici modo consideratā, nēpe quatenus Christus, & patiendo nos à Legis maledictione absoluit, & tota vita sua illam pro nobis impleuit, vt digni quoque vita in ipso censeamur: ac proinde Iustificationem illam nonnisi ἀπολυτρώσει peccatorum Remissione, id est, Absolutione à peccatis definiri

14 *Quæ Legis sunt faciant*, τὰ τοῦ νόμου ποιῇ. Alteram nūc Paulus huius condemnationis partem aduersus Gentes torquet, non sanè, quasi Legem præstēt quæ à Iudæis violatur: nec etiam quòd illi τῷ τοῦ Θεοῦ γνωστῷ satisfaciant, sed quòd Gentes, ex ea ratione quam, & in condendis Legibus publicis, & in priuatæ vitæ ratione constituenda obseruant (honesta videlicet præcipientes, turpia verò prohibentes) testentur se & aliquem religionis sensum, & aliquod turpis & honesti discrimen habere ex cuius vtriusque violatione meritò & ipsi vt impij & iniusti condem-

nentur. Prorsus igitur à Pauli scopo in contrariam partē aberrant, qui istud *facere quæ Legis sunt* ad eorū quæ Lege, siue naturali, siue per Mosen renouata continentur, obseruationem referunt.

χοντες, ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος·

15 Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων)

16 Ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

17 Ἴδε, σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν Θεῷ.

18 Καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου.

19 Πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει,

20 Παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ.

21 Ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις;

22 Ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις; ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς;

23 Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις;

24 Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλα-

Legis sunt faciant, isti Legem non habentes, sibiipsis sunt lex:

15 Vt qui ostendant opus Legis scriptum in cordibus suis, vnà testimonium reddēte ipsorum conscientia, & cogitationibus sese mutuò accusantibus, aut etiam excusantibus)

16 g In die quo iudicabit Dominus de occultis hominum, ex Euāgelio meo, per Iesum Christum.

17 h Ecce, tu cognominaris Iudæus, & acquiescis in Lege, & gloriaris in Deo.

18 Et nosti *eius* voluntatem, & exploras quæ discrepant, institutus ex Lege.

19 Confidisque te ducē esse cæcorum, lucem eorum qui *sunt* in tenebris,

20 Eruditorem insipientiū, magistrum infantium, quòd habeas informationem cognitionis ac veritatis in Lege.

21 Qui igitur doces alium, teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris?

22 Qui dicis non mœchandum, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegium admittis?

23 Qui de Lege gloriaris, per Legis transgressionem Deum dedecoras?

24 Nam ‖ Dei nomen propter

sunt faciunt, eiusmodi Legem non habentes, ipsi sibi sunt Lex:

15 *Qui ostendunt opus Legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddēte illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantiū, aut etiam defendentium)*

16 *In die quum iudicabit Deus occulta hominum, secundum Euangelium meum, per Iesum Christū.*

17 *Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in Lege, & gloriaris in Deo,*

18 *Et nosti voluntatem, & probas vtiliora, instructus per Legem.*

19 *Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt,*

20 *Eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in Lege.*

21 *Qui ergo alium doces, teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris?*

22 *Qui dicis non mœchandum, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegiū facis?*

23 *Qui in Lege gloriaris, per præuaricationem Legis Deum inhonoras?*

24 *Nomen enim Dei per*

g Deus iudicia multa differt quæ tamē suo tempore exequetur per Iesum Christum seuerissimo cū examine, non tantùm dictorum & factorum: sed etiam cogitationum, maximè arcanarum.

h Specialis accusationis Iudæorum probatio ex Dauidis & aliorum Prophetarum testimonio, Iudæos summis quidem beneficiis à Deo fuisse affectos, tradita eis Lege, sed omnium hominum maximè ingratos sic conuinci.

Esa. 52. 5
ezech. 36. 23

15 *Cogitationibus*, κατηγορούντων. Vulg. ineptè prorsus conuertit, *Cogitationum*, quum certum sit hæc poni absolutè, & esse ipsius, quam commemorat Apostolus συνειδήσεως, quasi in duas species partitionem.

16 *In die*, ἐν ἡμέρᾳ. id est, quod demum plenissimè reipsa in cūctis hominibus tunc apparebit, quum extremo illo iudicio resurrexerint damnandi, vel iustificandi. Itaque hæc malui cum vndecimo superiore versic. præcedentibus quatuor per parenthesim inclusis, quàm cum proximè præcedente connectere, quoniam alioqui videretur istud in solas Gentes dici si cum proximè præcedentibus coniungeretur. ¶ *De occultis*, τὰ κρυπτὰ, vel *damnabit occulta hominum*. Et hæc quidem est altera diuinæ δικαιοκρισίας pars minimè negligenda, ad illam vniuersalem humani extra Christum considerati generis condemnationem, nempe ex eo quòd sicut exactissimam cognitionem est de hominum peccatis habiturus, nec vllum absque iusta punitione peccatum prætermissurus ita inter peccata numeret, non tantùm dicta, vel facta, verum etiam vel leuissimè aduersus Legem cogitata. ¶ *Secundùm Euangelium meum*, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου. nempe quòd apertè domum Christus adueniens hæc duo nobis patefecerit, diem videlicet futurum, in quo ipse ex cœlo sit ad semel iudicandos viuos & mortuos venturus, & omnia in æternum instauraturus.

17 *Ecce*, ἴδε. Nunc peculiariter disserit aduersus Iudæos Legi Mosis confidentes. Itaque optimè conuenit hæc particula illos Legi ἐπαναπαυομένους, id est quasi placidè indormientes, excitans, vt apertum ac proximum periculum cernant. Vulgata, *Si autem*, εἰ δὲ: quod etiam scriptum inuenimus in tribus codicibus. Sed & Origenes & Ambrosius & Theophylactus ita videntur legisse, sed hiante constructione. Legis autem appellatione intellige Decalogū priore loco, deinde ceremonias, quam distributionem sequutus Apostolus, seorsim disputat postea de Circuncisione, quæ erat initiatio in vniuersam Legem. ¶ *Gloriaris*, καυχᾶσαι. Annotant grammatici καυχᾶσαι dici pro καυχᾷ, sicut κοιμᾶσαι pro κοιμᾷ. per paragogen, vt Latinè *Dicier* pro *Dici*.

18 *Exploras quæ discrepant*, δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα. Gloriamini, inquit de Deo, id est quòd noueritis Dei voluntatem, & possitis discernere quę ab illa discrepant, vt qui sitis à pueris instituti in Lege. Est enim seruanda vis verbi κατηχεῖσθαι. Sic Philip. 1. 10, idem dicendi genus explico. Vulg. *Probas vtiliora*: quomodo etiam interpretatur Theophylactus. Nam τὸ διαφέρειν interdum accipitur pro συμφέρειν, id est vtilem esse, vt prolatis exemplis ostendit doctissimus Budæus. Erasmus de eo videtur dubitare, ideóque conuertere maluit, *Probas eximia*, quia τὸ διαφέρειν interdum declarat præstare & antecellere. Sed præstat propriam huius vocis interpretationem seruare.

20 *Infantium*, νηπίων. Erasmus, *imperitorum. Nam*, inquit, *nemo infantes docet*. Ego verò id fateor. Sed quis non videt Apostolum his epithetis repræsentare Iudæorum, ac præsertim Pharisæorum, fastum, qui cæteros homines nō tantùm pro imperitis, sed quasi pro infantibus haberent? Itaque nisi infimum illum imperitiæ gradum significaris, peribit huius dicti energia. ¶ *Informationem*, μόρφωσιν. Id est, rationem instituendi ac formandi alios in cognitione veritatis, in Lege quasi in speculo limpidissimo expressam, quod verum est, si Legem ipsam diuinā in sese spectes. Sed hæc μόρφωσις etsi est in intellectu eorum, quibus illam nosse datum est, tamen eos non informat, nisi voluntati quoque insculpatur, & reipsa talem homo sese præbeat spectandum qualis in Lege describitur, immo illius deformitatē spectādam præbet turpiorē quàm in eo qui vel ignorantia peccat, vel quòd non ita sit in illa eruditus, vt oportuit.

σφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καθὼς γέγραπται.

25 Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ ἐὰν νόμον πράσσῃς· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν.

26 Ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται;

27 Καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα, σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου;

28 Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ, Ἰουδαῖός ἐστιν·

vos blasphematur inter Gētes, sicut scriptum est.

25 i Nam circuncisio quidē prodest si Legem obserues: quòd si transgressor Legis fueris, circūcisio tua facta est præputium.

26 Itaque si præputium iura Legis obseruet, nonne præputium illius pro circuncisione reputabitur?

27 Et quod est ex natura præputium, si Legem seruet, damnabit te qui per literam & circūcisionem es transgressor Legis?

28 Non enim qui *est* in propa-

vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.

25 *Circuncisio quidem prodest si Legem obserues: si autem præuaricator Legis sis, circuncisio tua præputium facta est.*

26 *Si igitur præputium iustitias Legis custodiat, nonne præputiū illius in circuncisionem reputabitur?*

27 *Et iudicabit id quod ex natura est præputiū, Legem cōsummans, te qui per literam & circuncisionem præuaricator Legis est?*

28 *Non enim qui in ma-*

i Eiusdem accusationis probatio peculiaris aduersus eos qui in Circuncisione & aliorum rituum externo & legali cultu sanctimoniam constituebant. Nā docet Circuncisione externa, si ab interiore separetur, non modò non iustificari, sed etiam damnari circuncisos, à quibus nimirum illa flagitet, quod ipsa significat cordis videlicet ac totius vitæ puritatem ex Legis præscripto, adeò quidem vt siquis corpore incircuncisus detur, qui corde sit circuncisus longè sit quibusuis solo corpore circūcisis Iudæis anteponendus.

24 *Sicut scriptum est*, καθὼς γέγραπται. Appositè prorsus, ne Iudæi ad patres prouocarent, quasi sibi ab Apostolo fieret iniuria.

25 *Nam circuncisio*, περιτομὴ γάρ. Vulg. malè omittit particulam causalem, qua nititur grauissima ista Iudæorum reprehensio. Huius autem pondus vt intelligatur, sciendum est, ceremonialem Legem hoc loco ab Apostolo per Circuncisionem συνεκδοχικῶς intelligi, & quidem quatenus erat morali Legi adiuncta, Iudæos ad integram moralis Legis obseruationem obligans, proposita ipsis ob oculos in circuncisionis ritu excisionis pœna, vt & æternæ mortis, atque adeò ignis æterni, in victimarum immolatione & crematione: quo sensu ab eodem Paulo vocatur Damnationis χειρόγραφον, Col. 2. 14. tantùm abfuit, vt illis Legis moralis violatoribus iustitiam conferret. Hinc autem nunc quoque refellitur pudendus eorum error, qui Sacramentis atque etiam suis [illegible] illud operis operati delirium imaginantur. Alius autem longè diuersus ceremonialis Legis vsus fuit, quatenus videlicet erat Euangelicarum promissionum σφραγὶς, & futurarum rerum vmbra, quarum corpus erat Christus, quem cum suis beneficiis in credentium cordibus obsignauit, donec ipsius Christi exhibitione euanesceret. Istud autem hîc visum est annotare, vt & huius aduersus Iudæos argumenti vis melius perspiciatur, & nemo miretur eandem hanc circuncisionē, per quam hîc dicuntur Iudæi condemnari, mox cap. 4. ver. 11. vocari Iustitiæ fidei σφραγῖδα, de quo vtroque sed planè diuerso ceremonialis Legis vsu copiosissimè idem noster Paulus Col. 2. disserit. ¶ *Si Legem obserues*, [illegible]. Ad verbum, *feceris*, id est, quæ præcipit præstiteris, & ab iis quæ prohibet abstinueris, & quidem perfectè, vt apparet ex antithesi. ¶ *Circuncisio tua facta est præputium*. id est, Iudaismus iste tuus in Gentilismum subrit commutatus. Tripliciter enim hîc Circuncisionis & Præputij nomina vsurpantur, nempe tum proprie significatione, tum metonymia duplici. Videlicet modò pro circuncisis & præputiatis, modò pro Iudaismo & Gentilismo.

26 *Iura Legis*, [illegible]. Vulg. *Iustitias Legis*, Castellio, *instituta*, malè. Sic enim specialiter [illegible] ceremoniales ritus, quos Hebræi peculiari nomine vocant חקים [*Chukkim*]. Hîc verò liquet ex Apostoli scopo, Legem in primis moralem intelligendam, [illegible] ceremonialibus externa obseruatione separabant, quod illis passim à Prophetis, & Psalmo præsertim 50 exprobratur. Et [illegible] de perfecta Legis obseruatione [illegible] certè [illegible] [illegible] Christo [illegible] infra 3. [illegible] dici per Concessionem [illegible] vers. 9. si modò, quod omnino faciendum [illegible] mox dicitur, nempe huius præputiati Gentilismum [illegible] Iudaismum hac Legis obseruatione [illegible] Sin verò ista Legis obseruatio non pro ita præstita [illegible] accipiatur, sed pro [illegible] innocenti vita, [illegible] viri illi fuisse, quales inter profanas etiam Gentes non pauci extiterunt: [illegible] cum circuncisis [illegible] sceleratæ vitæ Iudæis comparatis, [illegible] præferendi [illegible] quod multò magis conuenit Centurioni illi Matt. 8. [illegible] & Cornelio Act. 10. quorum fides & pietas singularis commendatur, [illegible] qui passim in Actis Apostolicis [illegible] proselytis Iudæis [illegible].

27 *Quod est ex natura præputium*, ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία. Id est, qui genere etiam ipso est incircuncisus, cui opponitur, ὁ φύσει Ἰουδαῖος, Gal. 2. 15. ¶ *Si Legem seruet*, τὸν νόμον τελοῦσα. Vanum est quod in hunc locum annotat Origenes discrimen inter ποιεῖν, φυλάττειν & τελεῖν τὸν νόμον, quasi videlicet illa duo de qualicunque externo cultu, istud verò de perfecta Legis obseruatione dicatur. Res enim ipsa ostendit in hac oppositione nomine Legis totam Legem, & tribus illis verbis idem vtrobique notari, nempe perfectā, & ipsi Dei δικαιοκρισίᾳ ad amussim respondentem Legis præstationem notari, quoniam alioqui à suo scopo aberraret Apostolus, nec sibi constaret antithesis. ¶ *Damnabit*, κρινεῖ, non quidem vt iudex, sed suo exemplo circuncisum Legis transgressionem coarguens, vt Matth. 12. 41. dicuntur Niniuitæ & Regina Austri surrecturi in iudicio, & damnaturi Iudæos, quos ibi Christus reprehendit.

¶ *Qui per literam & circuncisionem es transgressor Legis*, διὰ γράμματος, καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου, id est, vsque adeò non iustificaris, ista circuncisione quidem externa circuncisus, sed internæ prorsus expers: vt è contrario ea ipsa circuncisio externa quam tu profanas, te reddat eo ipso deteriorem qui nec foris, nec intus esset circuncisus: veluti si hodie dicamus tantum abesse vt Baptismi interioris Gratia iis ex opere operato conferatur, qui sordes conscientiæ non abluerint, sed quotidie sese magis ac magis polluant: vt contrà hoc ipso quòd baptizati sunt, magis sint iræ Dei obnoxij, quàm si ne baptizati quidem essent: non tamen ipsius Baptismi, sed eorum vitio. Hunc igitur etiam locum minimè expressit sic conuertens Castellio, *Te, qui literas & circuncisionem habens contra Legem facis*. Cæterùm Paulus hoc loco de Lege ceremoniali tota sub nomine Circuncisionis συνεκδοχικῶς intellecta loquens ex Iudæorum sensu & hypothesi, qui externos quidem ritus vrgebant, interiorem autem puritatem per illos adumbratam aspernabantur: illā nomine γράμματος appellat, perinde ac si Magistratuum edicta, siue in chartis scripta, siue in æs egregiè incisa, si considerentur, non secundùm sui sensum, siue quod ad id attinet cui præcipiendo, vel vetando adhibentur, sed duntaxat quatenus literis sunt exarata illa meritò non edicta, sed Scriptum quiddam esse dixeris, nempe cuiusmodi verè sunt apud eos à quibus cernuntur quidem & leguntur, sed ita, vt ea quibus præcipiendis, vel prohibendis scripta sunt, negligantur: quod & ipsum, de ipsis quoque Legis moralis præceptis rectè dicitur, pulchrè quidem ipsius Dei manu in duobus illis tabulis exaratis, sed, vel palam neglectis, vel, non nisi simulatè obseruatis, sicuti passim decalogum explicant Prophetæ & Christus ex professo Matth. 5. declarat. Itaque γράμμα hoc loco & alibi nos eadem significatione positum, restius profectò *Scriptum*, verterimus quàm *literam*, quam tamen interpretationem malui retinere, quàm quidquam immutare.

28 *Qui [est] in propatulo*, ὁ ἐν τῷ φανερῷ. Non tamen externum signum damnat Apostolus, sed ex hypothesi Iudæorum Circuncisio externa hoc loco consideratur per se & separatim, [illegible] particula μόνον: quo sensu etiam accipiendum est quod ait Paulus 1. Cor. 1. 17. se non esse missum ad baptizandum, [illegible] [illegible] ministerij [illegible] Epist. ad Hebr. [illegible] Apostolus [illegible] & [illegible] & Circumcisionem [illegible] & quædam sint [illegible] omnia [illegible] possunt etiam hypocritæ [illegible] pietatem & iustitiam. [illegible] verò [illegible] sese palàm [illegible].

οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκί, περιτομή·

Ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι· οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ.

tulo *Iudaeus*, Iudæus eſt: nec ea quæ *eſt* in propatulo *circuncisio*, *id eſt* in carne, circuncisio *eſt*:

29 Sed qui in occulto Iudæus *eſt*, & circuncisio cordis, *id eſt* in spiritu, non litera: cuius *Iudæi* laus non *eſt* ex hominibus, sed ex Deo.

nifeſto, Iudæus eſt: neque quæ eſt in manifeſto, in carne, eſt circunciſio:

29 *Sed qui in abſcondito Iudæus eſt: & circunciſio cordis in ſpiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.*

Κεφάλαιον γ.

CAP. III.

1 Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς;

2 Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. Πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ.

3 Τί γάρ, εἰ ἠπίστησάν τινες; μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει;

4 Μὴ γένοιτο· γινέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθής, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης· καθὼς γέγραπται, Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.

5 Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; (κατὰ ἄνθρωπον λέγω)

6 Μὴ γένοιτο· ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον;

7 Εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δό-

1 Qua Væ eſt igitur præſtantia Iudæi? aut quæ vtilitas Circuncisionis?

2 Multa per omnem modum. Primarium enim *illud eſt* quòd eis credita ſunt eloquia Dei.

3 Quid tum enim, ſi infidi fuerunt quidam? num ipſorum infidelitas fidem Dei caſſam reddet?

4 Abſit: imò eſto Deus verax, omnis autem homo mendax: ſicut ſcriptum eſt, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas: quando tu iudicas.

5 ᵃ Quòd ſi iniuſtitia noſtra Dei iuſtitiam commēdat, quid dicemus? num iniuſtus Deus qui inferat pœnam? (humano more loquor)

6 Abſit: alioquin quomodo iudex erit Deus mundi?

7 ᵇ Etenim ſi veritas Dei per meum mendacium redundauit in gloriam ipſius, cur am-

CAP. III.

1 *QVid ergo amplius Iudæo eſt? aut quæ vtilitas circunciſionis?*

2 *Multum per omnem modum. Primùm quidem quia credita ſunt illis eloquia Dei.*

3 *Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit?*

4 *Abſit: eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax: ſicut ſcriptum eſt, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas quum iudicaris.*

5 *Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commēdat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus qui infert iram? (ſecundum hominem dico)*

6 *Abſit: alioquin quomodo iudicabit Deus mundum?*

7 *Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloria ipſius, quid*

a Ad primam Iudæorum obiectionem prior reſponſio. An igitur Iudæi nihil habent amplius quàm Gentes? Habēt, inquit Apoſtolus, Dei reſpectu, qui ſui fœderis tabulas eis commiſit, adeò vt nō poſſit, quorundam perfidia efficere vt tota illa gēs ſine exceptione à Deo veraci abiiciatur: vt qui eorum etiam indignitate ad commendandam ſuam bonitatem vtatur.

a Alterutrius Iudæorum obiectionis refutatio, ex priore reſponſo promanās. Sic commendari Dei iuſtitiam noſtra iniuſtitia, vt propterea Deus nō obliuiſcatur ſe eſſe mundi iudicem, ac proinde ſeuerum iniuſtitiæ vltorem.

b Tertia Iudæorum obiectio, aliquid addens ſuperiori, Si peccata cedāt in Dei gloriam, non modò non eſſe punienda, ſed etiam iis eſſe ineūbendum: quam blaſphemiam Paulus contentus execrari, iuſtam pœnam blaſphemis denuntiat.

29 *In ſpiritu, ἐν πνεύματι*. i. cuius vis eſt interior & in animo, ſiue qua circunciſi ſunt affectus. Eraſm. *Quæ ſpiritu conſtat*, iſtud referens ad Spiritum ſanctum, cuius vnius opus eſt iſta circunciſio ἀχειροποίητος. Mihi verò videtur ἐν πνεύματι additum partim propter antitheſin γράμματι, partim vt explicaret quid vocaret circunciſionem cordis, ſicut etiam iſta ſolent & Moſe & Prophetis vſurpari. ¶ *Non litera, οὐ γράμματι*. Id eſt, non externa ipſa obſeruatione in ſeſe & per ſe conſiderata quæ corpus duntaxat, non autem animum affecerit. Itaque inſignis eſt hic locus [illegible] errori, tum Operis operati, tum eorum qui ſignis ipſis attribuunt quod eſt vnius Spiritus ſancti, qui eſt [illegible], & ipſius fidei, & ipſius effectorum. Quum [illegible] quod ad efficacitatem attinet totius Euangelici [illegible], *Qui plantat, & Qui rigat, Nihil eſſe* dicantur, 1. Corinth. 3. 7. multò minus fuerint aliquid, vel ipſum verbum quod prædicatur, vel ſacramentale ſignum quod adminiſtratur, quamuis illorum interuentu Spiritus Sanctus vt inſtrumentis vtatur, ſed interim intus agens id quò nos externa illa vocant, & quorum nos per ſenſus admonent: vt non minus peccent qui hæc inſtrumenta, vt res inanes aſpernantur, quàm qui illis tribuunt quod eſt vnius S. Spiritus opus, Magi certè potiùs, vel Idololatræ appellandi, quàm Chriſtiani. ¶ *Cuius* [*Iudæi*] *laus, οὗ ὁ ἔπαινος*. Feſellit multos interpretes relatiuum *Cuius* apud Latinos ambiguum: quod ad Circunciſionem omnes ferè retulerunt, ſenſu non ita plano, quum in Græcis non legamus [illegible], vt omnino ſit ad perſonam veri illius Iudæi accommodandum.

IN CAPVT III.

1 *Quæ eſt præſtantia, τὸ περισσόν*. Hoc vocabulum interdum in vitio poni diximus, quoties videlicet declarat quod prorſus redundat, vt Matth. 5. 37. Hic verò declarat præſtantiam aliquam & eminentiam. Vulg. non malè, ſi ſenſum [illegible] *quid amplius eſt Iudæo?*

2 *Multa*, [illegible] Eraſmus cenſet legendum [illegible] reſponſio referatur ad propinquius [illegible] [illegible] Paulum [illegible] genus vſurpare, [illegible] non modò quia [illegible] gatio, vt liberum [illegible] [illegible] ſet nonnihil [illegible] genus vſurpaſſet. Nec [illegible] [illegible] quum plana ſit [illegible] modo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

dixiſſet: ſed quū ſcriptum ſit πρῶτον γὰρ ſequēte ὅτι, quod [illegible] omnino accipitur, neceſſe eſt (ni fallor) vt verbum [illegible] ſubaudiatur, ita vt nullum ſit anantapodoton, ſed plana ſit oratio, nempe ſi [illegible] accipias, vt nos ſumus interpretati. In hac opinione illud quoque me confirmat, quòd in vno vetuſto codice ſcriptum inuenimus [illegible], *primùm enim commiſſa ſunt*. Origenes verò iſtud perinde interpretatur ac ſi ſcriptum eſſet ὅτι [illegible]. Vetus autem interpres legit vt & Syrus interpres, [illegible]. Verùm enim, *Primùm quidem quia*, & ita habet ſcriptum vetuſtiſſimus Græcus codex. Seligat lector quod maximè placuerit. ¶ *Credita ſunt, ἐπιστεύθησαν*. Sub. [illegible] Eſt enim conſtructio Græca, quam non intelligēs Syrus interpres, putauit τὰ λόγια poſitum recto caſu, quum ſit quarti caſus, & à parte poſteriore conſtruatur. Intellige verò ſic illis commiſſa Dei eloquia, non vt alienæ rei depoſitum, ſed vt proprium ipſorum theſaurum quo vterentur & fruerentur: vnde factum vt reliquos populos ante Chriſti aduentum, idem Apoſtolus [illegible] vocarit Eph. 2. 12. Et huc reſpicit nomē [illegible], quo vtitur 1. Tim. 6. 19. ¶ [illegible] Legem [illegible] Paulus, de Euangelio [illegible] [illegible] declarat, vt & Act. 7. 38. [illegible] Dominus partim ore ſuo, partim per [illegible] tulit. Sic enim [illegible] reſponſa [illegible] verò quæ carminibus referebantur. [illegible] interpretatur, de quo vocabulo diximus [illegible]

3 *Infidi fuerunt quidam* [illegible] *quidam ipſorum non crediderunt*. [illegible], quod etiam per ſe facis intelligitur. [illegible] promiſſionum, neque [illegible] mentionem [illegible] [illegible] & [illegible] Legem [illegible] [illegible] Deum [illegible] [illegible] [illegible], tamen promiſſum [illegible] Dauid [illegible] Dei bonitatem [illegible] illud eſt [illegible] quam [illegible] quod [illegible] tribuitur. ¶ [illegible] fidem à Deo datam. Itaque [illegible] pro dictorum [illegible] ¶ *Caſſam reddet* [illegible]. Sic enim [illegible] codicibus, non autem [illegible] permutatio [illegible] codicibus frequens [illegible] Eraſmus [illegible] Vide [illegible]

4 *Imò eſto*, [illegible] vt ipſa [illegible] Vulgata [illegible] [illegible] ſententiam [illegible] quàm verba.

¶ *Vt iuſtificeris, ὅπως ἂν δικαιωθῇς*. Hebraicè למען תצדק [*lemahan titsdak*] non ſanè quòd tunc demum iuſtus eſſe incipiat, qui ab æterno & per ſe eſt ipſamet iuſtitia, ſed quòd ſeſe qualis eſt reipſa cognoſcendum præbeat. Hinc factum vt quum iuſtificari propriè de eo dicatur, qui ex iniuſto fit iuſtus, vt Rom. 5. 19. interdum etiam de eo dicatur, non qui tunc demum iuſtus eſſe incipiat, ſed qui iuſtus eſſe declaretur, vt Matth. 11. 19. Luc. 7. 29 & 35. Ierem. 10. 29. & 18. 18 Iam verò quia in iudiciis qui inſons declaratur, is etiam liberatur, & iudicio eximitur. hinc quoque factum vt Iuſtificare & Condemnare opponantur, id eſt vt Iuſtificari idem ſit atque Abſolui, ſicut apud Hebræos הרשיע & הצדיק [*hirſchiah & hitſdik*] ſunt oppoſita, vt Mat. 12. 37, Act. 13. 38, & 39, infrà, 5. 18, & 8. 34, & vbicunque dicuntur fideles non cōdemnari. Neque id verò duntaxat in re forenſi dicitur, ſed in genere, Iuſtificari à re aliqua, ſignificat ab ea re prorſus liberum & immunem fieri ac declarari, vt infrà, 6. 7. Denique quia Iuſtitiæ nomine interdum vniuerſalis quidam virtutum omnium concentus declaratur, interdū verò virtus illa qua ſuum cuique reddimus, denique nonnunquam Dei bonitas, in eo præcipuè apparens quòd nobis quantumuis indignis præſtet quicquid vltrò pollicitus eſt, pro varia Iuſtitiæ ſignificatione, variè quoque dicitur Iuſtus aliquis vel fieri vel declarari. Sic dicitur Chriſtus iuſtificatus Spiritu, 1. Timoth. 3. 16. id eſt diuinam illam naturam, quæ in ſeſe eſt integerrima ac perfectiſſima, ipſamque adeo integritatem ac perfectionem, hominibus eſſe patefactam per diuinam illam virtutem in Chriſto corporaliter habitantem, quæ toties ac præſertim in carnis ipſius reſurrectione ſeſe exeruit. Sic Iacobo dicimur ex operibus iuſtificari, id eſt iuſti declarari, quia is demum iuſtus eſt qui iuſtitiam facit: & contrà, operibus neminem iuſtificari teſtatur noſter Apoſtolus, id eſt, iuſtum cenſeri & abſolui, vt integrum & ἀνέγκλητον coram Deo, vt ipſe explicat Col. 1. 22. Item, Qui iuſtus eſt, debet laborare vt adhuc iuſtificetur, id eſt, cui datum eſt velle ac facere, is quotidie debet donum Dei in ſemetipſo excitare, vt magis ac magis in ſtudio pietatis ac innocentiæ proficiat. Totidem igitur inuenio horum verborum ſignificationes, ſuis ſingulis locis applicandas.

¶ *Quando tu iudicas, ἐν τῷ κρίνεσθαί σε*. Vulgata & Eraſmus paulo obſcurius, *Quum iudicaris*. Eſt autem בשפטך [*beſchephtecha*] actiuum, vt ſit ſententia, Deum inueniri iuſtum ac purum quum ſua iudicia exercet, quia nonniſi merentes caſtigat. Itaque quanuis Deus ab iis quaſi in iudicium vocetur qui in ipſius facta curioſius inquirunt, & ita ſoleant explicari paſſiuè hæc verba, QVANDO IVDICARIS: tamen quum κρίνεσθαι etiam media ſignificatione accipiatur ἀντὶ τοῦ κρίνειν, actiuè iſtud meo quidem iudicio neceſſariò explicandum, vt Græca Hebræis reſpondeant. quod etiam poſtulant quæ mox ſubiicit Apoſtolus, vbi dicitur Deus inferre pœnas, & mundum iudicare. Appoſitiſſimè igitur citatum hoc teſtimonium ab Apoſtolo, & למען [*lemahan*] rectè eſt explicatum per ὅπως, quum ſic finis etiam d[illegible] retur non ipſis quidem peccatoribus, ſed Deo propo[illegible] ſuos ad tempus tentationibus exponenti. Nam hoc ipſum eſt quod ait infrà, verſu 25, Deo idcirco placuiſſe nos fide potius in Chriſtum quàm noſtris operibus iuſtificatos ſeruare, vt iuſtitiam ſuam mundo patefaceret: quoniam (vt quidam rectè & pereleganter ſcripſit) *Dare non* dignis, res mage digna Deo eſt. Cæterùm qui Origenis in tractandis Scripturis dexteritatem volet agnoſcere, legat quæ in hunc locum ſcripſit: & comperiet quæ in torquendis omnibus fuerit eius audacia.

5 *Iniuſtitia, ἀδικία*. Id eſt, perfidia cum ſuis fructibus. Huic opponitur Iuſtitia Dei, id eſt, fides ac veritas. Cæterùm quòd hîc dicitur in iſtorum perſona, hominum videlicet ſceleribus commendari iuſtitiam Dei, quum ibi abundet gratia vbi abundauit delictum, verum quidem eſt, ſed, vt in ſcholis loquuntur, per accidens, vt ideo malè ad probandam ſuam obiectionē à Iudæis applicetur. ¶ *Pœnam? ὀργήν*; Vulgata & Eraſmus ad verbum, *Iram?* quod videtur obſcurius. Ponitur enim hoc loco (vt & alibi ſæpe) ex idiotiſmo Hebræorum, Ira Dei pro iis effectis ex quibus Iratus eſſe Deus intelligitur, vt ſolet de Deo Scriptura loqui ἀνθρωποπαθῶς. Alludit autem fortaſſe Paulus ad locum Iob, 32. 2. ¶ *Humano more loquor, κατὰ ἄνθρωπον λέγω*. id eſt, Hæc verò ego non in perſona mea loquor, quaſi ita ſentiam, ſed hunc ſermonem humanæ illi ſapientiæ tribuo quæ Dei voluntati non ſubiicitur. Cæterùm ex iis quæ ſcribit Origenes in hunc locum, apparet nonnullos codices pro κατὰ ἄνθρωπον λέγω, ſcriptū habuiſſe κατὰ ἀνθρώπων, *aduerſus homines*, expūcto verbo λέγω, qui quidē ſenſus planus eſt: ſed cōſtat apud Paulum frequenter phraſin illam inueniri, & quidem diuerſa ſignificatione. Interdum enim adhibetur vitandæ ſuſpicioni blaſphemiæ, vt hoc loco: interdum fugiendæ inuidiæ cauſa, veluti quum cogitur Apoſtolus de ſuis geſtis aliquid dicere, vt muneris ſui auctoritatem aſſerat, ſolet præfari ſe in ea re cogi ex hominum conſuetudine loqui, quanuis in diuerſum finem: vt 1. Corinth. 15. 32, & 2. Cor. 11. 16, & 17, & 21. Nonnunquam verò vtitur hac formula loquendi, quum docendi cauſa exemplum aliquod ex communi hominum vſu petit, infrà, 6. 19. & 1. Cor. 9. 8, Gal. 3. 15. Item aliquoties quum hominis doctrinam Dei auctoritati opponit, vt illa iſti cedat, vt Gal. 1. 11. Pōſtremò κατὰ ἄνθρωπον interdum idem declarat atque κατὰ σάρκα, id eſt ſecundum carnem: cui opponitur ſecundum Spiritum, vt 1. Corint. 3. 3, & 1. Pet. 4. 6.

[illegible] *Iudex erit, κρινεῖ*. Alluc[illegible] [illegible] 17.

[illegible] *Veritas Dei, ἀλήθεια τοῦ* [illegible] [Hebr. אמונת אלהים] [*emunath elohim*] id eſt fides ac conſtanti[illegible] que adeo veracitas, vt ita dicam. Neque enim hoc loco ſpectatur hæc veritas in ipſa Dei doctrina, aut declarantur hoc vocabulo veræ illæ προφῆται καὶ κοιναὶ ἔννοιαι, quas ita vocauit Apoſtolus ſuprà, 1. 18, ſed Deo ipſi hæc veritas tribuitur. quod quum non conſideraret Origenes, mirum quàm multa ineptè in hunc locum ſit commentatus. Eōdem igitur ſpectat Veritas atque Iuſtitia illa Dei cuius in ſuperiore verſiculo facta eſt mentio. Niſi quis malit ex hac Dei veritate, veluti fonte, exoriri illius iuſtitiam, aut veritatem ex iuſtitia: adeo arcto vinculo ſunt iſta inter ſe deuincta. Nam Deus & quia ſummè iuſtus eſt ac verax, idcirco fidem quam vltro dedit, vltro conſeruat: & quia exhibet quantumuis perfidis quicquid ſemel pollicitus eſt, idcirco ſummè iuſtum ſeſe ac veracem præſtat. Iſtis autem opponitur hominum iniuſtitia ac mendacium, id eſt perfidia, ſimili prorſus ratione æſtimanda, vt illis ex diametro opponantur. Sed ψεῦσμα, de eo quod quiſpiam contra fidem fecerit: ψεῦδος autem de dicto ſeu ſermone falſo videtur propriè intelligi.

ἐμὸν ψεύσματι, τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι;

8 Καὶ μὴ (καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν) ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακὰ ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά; ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι.

9 Τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ, πάντως· προῃτιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι.

10 Καθὼς γέγραπται, Ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος, οὐδὲ εἷς·

11 Οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεόν.

12 Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός.

13 Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν.

14 Ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει.

15 Ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα.

16 Σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν.

17 Καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν.

18 Οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

19 Οἴδαμεν δὲ ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ· ἵνα πᾶν στόμα

plius ego vt peccator condemnor?

8 Ac non (sicut de nobis malè loquuntur, & sicut quidam aiũt nos dicere) faciamus mala vt veniant bona? quorum damnatio iusta est.

9 [a] Quid igitur? præcellimus? Nullo modo: nam antè criminati sumus & Iudæos & Græcos omnes esse sub peccato.

10 Sicut scriptum est, ‖ Non est iustus, ne vnus quidem:

11 Non est qui intelligat, non est qui exquirat Deum.

12 Omnes deflexerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat quod bonum est, non est vsque ad vnum.

13 ‖ Sepulchrum apertum, guttur eorum; linguis suis ad dolum vsi sunt, ‖ venenum aspidũ sub labiis eorum.

14 ‖ Quorum os diris & amarulentia plenum est.

15 ‖ Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

16 Contritio & calamitas in viis eorum.

17 Et viam pacis non cognouerunt.

18 ‖ Non est timor Dei coram oculis eorum.

19 [b] Scimus autem, quæcunque Lex dicit, iis qui in Lege sunt dicere: [c] vt omne os obturetur,

adhuc & ego tanquam peccator iudicor?

8 *Et non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona: quorum damnatio iusta est.*

9 *Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam: præcausati enim sumus, Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse.*

10 *Sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam:*

11 *Non est intelligens, non est requirens Deum.*

12 *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: nõ est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.*

13 *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant. venenum aspidum sub labiis eorum.*

14 *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.*

15 *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.*

16 *Contritio & infelicitas in viis eorum.*

17 *Et viam pacis non cognouerunt.*

18 *Non est timor Dei ante oculos eorum.*

19 *Scimus autem quoniam quæcunque Lex loquitur, iis qui in Lege sunt loquitur: vt omne os ob-*

a Altera ad primam illam obiectionem responsio. Iudæos, si in sese considerentur, iampridem pronunciatum esse ore Prophetarum, esse omnium penè populorũ deterrimos.

Psal. 14. 3. & 53. 3

Psal. 5. 10

Psal. 140. 3.
Psal. 10. 7.
Esa. 59. 7
Psal. 36. 2

b Probat illã Dauidis & Esaiæ grauissimam accusationẽ, Iudæos propriè respicere.

c Conclusio totius superioris disputationis, à versu 18. primi capitis. Ergo, inquit Apostolus, nõ est quod quisquam ex illa Lege, seu illa vniuersali, seu Mosis particulari, speret se iustificandum ac proinde seruandum: quũ (sicut probauimus) ex Legis & vitæ collatione probetur, omnes esse peccatores, ac proinde cõdemnatione dignos in Dei cõspectu.

¶ *Ego*, κἀγώ. Vulgata & Erasmus, *Et ego*: quæ interpretatio est perobscura. Abundat autem coniunctio καὶ, sicut ostendimus Ioan. 8. 25. Loquitur autem in aliena persona Paulus, vt ad explendam sententiam adiiciendum fuerit post εἰ γὰρ, per parenthesin, *dicet aliquis*.

8 *Faciamus*, ὅτι ποιήσωμεν. Puto ὅτι redundare, vt alibi sæpe: neque hîc quicquam subaudio.

9 *Quid igitur? præcellimus?* τί οὖν; προεχόμεθα; Sic distinguunt veteres etiam codices: neque dubito quin hæc sit vera huius loci distinctio. Sicut enim Paulus, vt mederetur offensioni Iudæorum, [illegible] quatenus præposuerat eos Gentibus: sic veritus ne Iudæi hoc nomine superbirent, nunc declarat præstantiam istam non esse in ipsis Iudæis considerandam, sed in Dei benignitate duntaxat: quum nihilominus & Iudæi & Gentiles in eo pares sint, quòd vtrique sint, in sese, peccatis ac proinde iræ Dei obnoxii, vt [illegible] in Christo exæquentur. Neque dixit Apostolus [illegible] *præcellimus*, sed προεχόμεθα, *præcellimus*: tum quia veritas postulat vt ita Iudæus de Iudæis loquatur, tum vt omnem offensionis occasionẽ tollat, quum sese in eodem gradu collocet. Origenes autem legit coniunctim τί οὖν προεχόμεθα, Id est, *in quo igitur præcellimus?* quod nullo modo cohæret: quamuis Græca scholia quandam adferant huius lectionis interpretationem, sed planè detortam ac violentam.

¶ *Nullo modo*, οὐ πάντως. Vulg. *Nequaquam*, οὐ πάντως. Ad verbum, *omnino non*. Transposita enim est negans particula: ideòque legendum est πάντως οὐ. Nam qui dicit οὐ πάντως, nõ omnino, aliquid penitus nõ negat. ¶ *Antè criminati sumus*, προῃτιασάμεθα, i. in superiori argumento, vt Gr. schol. explicant: non enim institutam duntaxat, sed perfectam accusationem declarat. Vulg. *Præcausati*, barbarè. Erasmus, *Ante causis reddidis ostendimus*, quâ significatione vix crediderim verbum αἰτιᾶσθαι inueniri. Et certum est vsurpari à Paulo forensi verbum, quoniam omnes tum Iudæos tum Græcos velut apud Dei tribunal reos peregerat.

¶ *Sub peccato esse*, ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι. Id est reos peccatorũ, siue sontes esse, i. ὑποδίκους, vt mox dicitur vers. 19.

10 *Non est iustus*, οὐκ ἔστι δίκαιος. Hebr. habent אין עושה טוב [*en hosthe tob*,] non est faciens bonum: quod mox repetitur.

¶ *Ne vnus quidem*, οὐδὲ εἷς. Vulg. *Quisquam*, τις. Hoc autem non est in Hebræis hoc in loco.

11 *Non est qui intelligat*, οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν. Apostolus nonnulla hîc omittit, sed nulla sensus iniuria.

12 *Inutiles facti sunt*, ἠχρειώθησαν. Hebraicè נאלחו [*neelachu*,] id est spumæ instar putruerunt: putria verò etiam inutilia sunt.

¶ *Quod bonum est*, χρηστότητα. Heb. טוב [*tob*] Itaque noua est hæc significatio huius vocis, ἀντὶ τοῦ χρηστόν.

¶ *Vsque ad vnum*, ἕως ἑνός. Id est, *Ne vnus quidem*, vt habet Hebræa veritas. Itaque intempestiuè loquuntur qui appellatione Vnius intelligunt Christum designari: qua in re deceptus etiam est Augustinus. Tanti est momenti ex fontibus ipsis veritatem haurire.

13 *Ad dolum vsi sunt*, ἐδολιοῦσαν. Id est, ἐδολίουν, ex Chalcidica dialecto, vt annotant grammatici, sicut ἐλάβοσαν pro ἔλαβον, Psal. 77. 2.

16 *Contritio*, Σύντριμμα. Intellige actiuè, qua videlicet alios obseruat.

17 *Viam pacis*, ὁδὸν εἰρήνης. Heb. דרך שלום [*derech schalom*,] quibus verbis vita pacifica & innocens declaratur.

19 *Lex*, νόμος. Non tantùm additus articulus, sed ipsa contextus series indicat Legem κατ' ἐξοχὴν vocari tum Mosis tum aliorum Prophetarum scripta, totum denique vetus Testamentum, vt rectè explicant Græca scholia. Occurrit enim tacitæ obiectioni, ne excipiant Iudæi nihil ad se pertinere quæ citarat Apostolus partim ex Psalmis, partim ex Esaia. Fallitur ergo Origenes in eo quòd de Lege Naturæ, hæc accipit. Nam si ita esset, ecquis poterat inficiari hanc Legem ad se non spectare? At enim dices, conclusio vers. 19. est vniuersalis: & quod Legi tribuit in sequenti versiculo, ad Legem naturæ non minus perti-

pertinet quàm ad Legem Mosis. Respondeo, conclusionem vniuersalem esse, quia non ex hoc vno dicto, sed ex tota disputatione superiore nascitur: deinde quia ex hoc etiam dicto non ineptè potest colligi, argumento à comparatis sumpto. Nam si Lex Mosis non iustificat, quomodo & quo iure id tribuas Legi Naturæ?

φραγῇ, καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ Θεῷ.

20 Διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ. διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας.

21 Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη

& obnoxius fiat totus mundus condemnationi Dei.

20 Propterea ex operibus Legis nulla caro iustificabitur in cõspectu eius. per Legem enim agnitio peccati.

21 [a] Nunc verò absque Lege

struatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.

20 *Quia ex operibus Legis non iustificabitur omnis caro coram illo. per Legem enim cognitio peccati.*

21 *Nunc autem sine Le-*

a Itaq. inquit Apostolus, ne perirent homines Deus quod olim promisit nũc exhibet, modũ videlicet, quo coram ipso absque Lege iustificati seruemur.

¶ *Obnoxius fiat*, ὑπόδικος γένηται. Id est, reus esse comperiatur, sicut Iustificari interdum accipitur pro Iustum cõprobari: sicut ista testimonia non faciunt vt rei simus, sed reos nos esse declarãt. Cæterùm ὑπόδικον Vetus interpres *subditum* barbarè nec satis expressè conuertit. Subditus enim apud Latinos nihil aliud quàm suppositũ, id est summissum aut clam appositum declarat. Erasmus, *Obnoxium* interpretatur: rectè id quidem, sed tamẽ ambiguè, propter huius vocabuli homonymiam. Ideo conuerti, *Obnoxius fiat condemnationi*: quia δίκη in ὑπόδικος non tantùm declarat iudicium quo vel absolui vel damnari possit aliquis, (hac enim significatione ipsi etiam filii Dei sunt ὑπόδικοι, in quibus tamen nulla est condemnatio) sed κατάδικην (id est condemnationem) declarat, sicut αἰτία in ὑπαίτιος. Denique hoc ipsum est quod alibi testatur Apostolus, videlicet omnes nasci filios iræ, id est, Natura obnoxios esse Dei condemnationi.

20 *Propterea*, διότι. Vulgata & Erasmus, *Propterea quòd*: quasi ex hac cõclusione pendeat quod dixerat, totum mũdum videlicet, id est omnes homines, quacunque mundi regione sint collocati, iræ Dei esse obnoxios. Ego verò puto Apostolum, contrario potius ordine, id de quo hîc agitur, ex illo colligere. Quid enim erat Apostolo propositum? docere nullum hominem alia ratione quàm fide in Christum iustificari. Nos vna fide iustificari ex eo docuit, quòd necesse sit nos aut fide aut Lege iustificari. Lege verò nos non iustificari ostendit, ex eo quod nemo sit hominum cui Deus è cælo non testetur se infestissimum esse. Nam ex ira Dei colligitur iusta ipsius causa, id est hominũ iniustitia. Cedo verò vnde hæc iniustitia? Ex eo quòd neque Gentes Naturæ Legem obseruant, siue Dei cultum consideremus, siue mutua hominum inter se officia: neque Iudæi Mosis Legem cuius cognitione gloriantur. Hæc in summa Paulus adhuc demonstrauit, simúlque obiter aduersus ea disseruit, quæ vel hi vel illi obiicere poterant. Nunc verò tandem ex eo quòd totum mundum probauit iræ Dei esse obnoxium, concludit quod probandum susceperat, nullum videlicet hominem ex operibus vllius legis iustificari: ac ita demum, sublata vna parte disiunctiuæ propositionis, alteram ponit, nos videlicet, quum Lege non iustificemur, ergo vna fide in vnico Iesu Christo per Fidem apprehenso, sicut docet Euangelium: iustificari, ac proinde seruari. Euangelium igitur esse potentiam Dei ad salutem omni credenti: in qua quæstione posuimus huius epistolæ statum. Hæc autem diligenter considerata, manifestè indicant, in hoc vers. appellatione Legis sine articulo, intelligi omnem doctrinam, seu scriptam seu non scriptam, quæ aliquid aut iubeat aut interdicat, vt probat argumentorum series, & effectus ille quem Legi tribuit, nempe quòd per illam peccatum retegatur: vt planè, vel teste Augustino, hallucinentur fœdissimè qui ad Legis Mosaicæ ceremonias hæc restringunt.

¶ *Ex operibus Legis*, ἐξ ἔργων νόμου. Id est, ex eo quòd à nobis præstetur Lex. Neque enim hæc possunt aut debent de operibus Legis simpliciter & absolutè intelligi, quæ vel κοιναὶ ἔννοιαι, quas diximus Legem Naturæ vocari, vel Lex Mosis, quæ est illarum instauratio, præcipiant aut vetant: quum ea sint reuera eiusmodi, vt siquis ea præstaret, iustitiam ei fuerint meritò collatura: sed opera Legis vocari eorum præstationem quæ Lex præcipit: siue opera, quatenus à nobis aut præstantur, aut non præstantur, non autem simpliciter quatenus præcipiuntur à Lege. Denique Legis nomine non intelligi solas ceremonias, non tantùm ostẽdit superior disputatio, sed etiam ratio illa quæ subiicitur de agnitione peccati per Legem, sicut prudenter expendit Augustinus lib. De spiritu & litera.

¶ *Nulla caro*, οὐ πᾶσα σάρξ. *Non iustificabitur vlla caro*, vt Matt. 24. 22. Heb. לא יצדק כל בשר [*lo Iisdak chol basar*,] id est (vt Vetus interpres & Eras. conuerterunt) *Non iustificabitur omnis caro*: quæ enuntiatio quum apud Græcos & Latinos sit particularis, apud Hebræos est vniuersalis. Neque enim particula negans cohæret cum nota vniuersali, sed cum verbo, vt si Latinè dicas, *Omnis caro non iustificatur*: pro quo planius dixeris, *Nulla caro iustificatur*. Cæterùm quod ad vocabulum Carnis attinet, sæpe iam diximus ex Hebræorum idiotismo, accipi pro Homine. Sed particularis est huius nominis emphasis hoc loco, vt omnino seruari debuerit. Sic enim explicatur antithesis hominis (qui nihil est aliud quàm totus homo, vt est per lapsum protoplastorum per peccatum inquinatus) & Dei hostis in sese purissimi ac perfectissimi. Liceat ergo hominibus inter se comparatis speciem aliquam Iustitiæ obtinere, sed coram Deo quid aliud quàm se carnem impuram esse fateantur quicunque vsquam sunt homines? Impudentissimi sunt igitur qui istud ad eos restringunt, qui non secundum spiritum sed secundum carnem ambulant: quasi verò Paulus totum humanum genus hîc non consideret extra Christum: aut quasi qui secundum Spiritum viuunt, hoc ipso iustificentur coram Deo: ac non potius ideo secundum Spiritum viuant, quòd iam sint gratis per fidem in Christũ iustificati. Sed & ipse Paulus sese infrà 7. 14. vocat carnalem etiam post regenerationem, quanuis altera sui parte esset πνευματικός. Ergo carnis appellatione, omnis homo intelligitur, quatenus homo est, i. qualis nascitur.

¶ *Iustificabitur*, δικαιωθήσεται. Varias huius verbi significationes suprà exposuimus vers. 4. itémque quid Iustitiæ appellatione intelligatur, illa videlicet omnium humanarũ facultatum & actionum conformitas cum voluntate Dei, sicut in Lege declaratur, cuius Iustitiæ tres sunt partes, nempe, plena pro peccatis ad vitandam mortem æternam quam merentur, satisfactio: plena Legis ad obtinendam vitam æternam præstatio: plena denique imaginis Dei in nobis instauratio, ad personarum nostrarum apud Dei tribunal acceptationem necessaria: quæ tria distinctè in vno Christo per fidem apprehenso nobis conferuntur.

¶ *In conspectu eius*, ἐνώπιον αὐτοῦ. Hoc loco & aliis similibus *Coram Deo* non opponitur duntaxat ei quod fictitium est ac simulatum, vt Luc. 16. sed opponitur hominum etiam sanctissimorum iustitiæ, quæ omnia in vno continentur Christo per fidem apprehenso gratis imputatur, vt coram Deo plenum τὸ τοῦ νόμου δικαίωμα in nobis impletum sic comparantur, infrà 8. 2. & 3. ¶ *Per Legem enim*, διὰ γὰρ νόμου. Non est nouum argumentum, sed totius superioris disputationis summa. Nec enim adhuc aliud docuit, quàm omnes argui peccatores, quòd neque Græci leges in cordibus suis scriptas, neque Iudæi leges à Deo per Mosen traditas præstent: imò illam Dei veritatem in iniustitia detineant. Vtrobique igitur νόμος sine adiecto articulo generaliter accipitur: & de ea notitia hîc agitur, qua peccatum augetur in nobis, nedum vt tollatur, qua de re vide infrà ca. 7. 7. *Agnitio*, ἐπίγνωσις. Vulgata, Cognitio, γνῶσις, Malè. Nam ex Lege est quoque cognitio iusti & recti. Vtrunque enim monstrat Lex, nempe iustum quod iubet, & iniustum quod prohibet. Deinde non scripsit Paulus τοῦ δικαίου vel τοῦ ἀδίκου. Nec enim ex ipsius natura illam æstimat in hac disputatione, sed prout obseruatur aut violatur à nobis. Sensus igitur est ex præcedente disputatione nascens, Non posse quenquã censeri iustũ ex Lege, quoniã è cõtrario probauit tum Græcos tũ Iudæos cõuinci Legis trãsgressores.

21 *Nunc verò*, νυνὶ δὲ. Probato non esse iustitiam ex Lege, alteram disiunctiuæ propositionis partem ponit. Sed ita vt simul comparet Christi exhibitionem & apertam Euangelii prædicationem cum veteris doctrinæ figuris, & Prophetarum prædictionibus: vt mihi quoque videatur alludere Apostolus ad Psal. 97. 6. ¶ *Absque Lege*, χωρὶς νόμου. Iterum poscit argumenti series vt Legis appellationem, non addito articulo, vniuersaliter intelligamus, Mox verò, vbi Iustitia Dei dicitur comprobata testimonio,

nio ἀντίγραφον, Moses intelligitur: quod rectè annotauit Origenes. Itaque nodus ille facillimus est ad explicandum quem Augustino placuit nectere lib. De spiritu & litera, cap. 9. quum hunc locum exponeret. Sed illud obseruandum est, non dici ab Apostolo iustitiam quæ sit sine Lege patefactam esse in Euangelio, sed hanc iustitiam esse patefactam sine Lege: id est, in Euangelio (quod est potentia Dei ad salutem per fidem adipiscendam) patefieri nobis, quomodò iustificemur ac proinde seruemur, aliter quàm per Legis obseruationem à nobis præstitam. Nam alioqui non scripsisset Apostolus χωρὶς νόμου δικαιοσύνη, sed ἡ δικαιοσύνη χωρὶς νόμου, sicut dixit Iacobus, ἡ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστιν, id est, *Fides quæ est sine operibus, est mortua*, non autem χωρὶς ἔργων ἡ πίστις νεκρά ἐστιν, id est, *Fides est mortua sine operibus*, vt illum locum hodie deprauant nostri Sophistæ semipelagiani. Deinde illud quoque prætermittendum non est, sicut hoc priore loco Legis nomine sine adiecto articulo intelligitur Lex tum naturalis tum Mosaica (nam alioqui cõclusio nõ responderet præcedẽtibus à quibus dependet:) ita mox in posteriore huius versiculi membro quum additur articulus Legis vocabulo, non intelligi seu Moralem seu Ceremonialem legem, sed Mosis & reliquorum Prophetarum scripta quibus de Christo & eius munere ac officio testantur. Nam alioqui Lex Moralis etsi nostram conscientiam cogit, καὶ συμβιβάζει de remedio cogitare, propriè tamen de Christo non concionatur.

Θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν.

22 Δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας· οὐ γάρ ἐστι διαστολή.

23 Πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ·

24 Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

25 Ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ.

iustitia Dei patefacta est, cõprobata testimonio Legis ac Prophetarum.

22 [a] Iustitia, inquam, Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt: non enim est distinctio.

23 Omnes enim peccauerunt, ac deficiuntur gloria Dei.

24 [b] Vt qui iustificentur gratis, *id est*, eius gratia, per redẽptionem factam in Iesu Christo.

25 [c] Quem proposuit Deus placamẽtum per fidem in sanguine ipsius, ad demonstrationem

ge Iustitia Dei manifestata est, testificata à Lege & Prophetis.

22 *Iustitia autem Dei per fidẽ Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum: non enim est distinctio:*

23 *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.*

24 *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu.*

25 *Quem proposuit Deus, propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad*

a Huius iustitiæ veluti materia est Iesus Christus, fide apprehensus, & in hunc finem quibusuis populis oblatus, sicut extra eum omnes populi à regno Dei excluduntur.

b Hæc igitur iustitia, quod ad nos attinet, prorsus est gratuita, vt quę nitatur iis quæ non ipsi fecimus, sed Christus nostri à peccatis redimendi causa pertulit.

c Exacta descriptio causas nostræ per Christum redemptionis complectens, προηγουμένην, videlicet Dei εὐδοκίαν, siue πρόθεσιν: προκαταρκτικὴν verò Christum per suæ obedientiæ meritum efficientem: Instrumẽtalem autem Christo apprehendẽdo per Spiritũ S. donatam fidem: finalem denique quod ad Deum quidem attinet, plenissimam eius tum seuerissimi iudicij, tum summæ misericordiæ demonstrationem; nostri verò respectu, nostram iustificationem & salutem.

¶ *Iustitia Dei*, δικαιοσύνη Θεοῦ. Vide suprà, 1. 17. & suprà 20. Respondet autẽ hic versic. à quo inchoat Euangelicę Iustitiæ confirmationẽ, versic. 18. cap. 1. vnde incipit legalis. Iustitiæ subuersionẽ. & his verbis omnino alludit ad locũ Ps. 98. 2. ¶ *Patefacta est*, πεφανέρωται. i. reipsa palàm exhibita, ad quam suo tempore adfuturã, Lex moralis homines reuocabat vt ad medicũ, & Ceremonialis eã adumbrãs, & Prophetæ singula de Christo prędicẽtes prenũtiabãt. ¶ *Legis ac Prophetarum*, ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. Hũc probationis ordinẽ postea sequitur Apostolus, primum quidem testimonium petens ex Lege, nempe ex historia Abrahami. Gen. 15. alterum ex Psal. 1, proximè sequenti capite.

22 *Inquam*, δέ. Vulg. & Erasmus ad verbum, *Verò*. Mihi videtur illud melius conuenire epanelepsi, quæ quidem hoc loco adhibetur ab Apostolo, quia in superiore versiculo dixerat quidem nos absq. Lege iustificari, sed quodnã illud esset quo iustificamur, nondum expresserat. ¶ *Iesu Christi*, Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id est, quæ habetur Christo, vel quæ Christo nititur. Hoc enim addẽdum fuit nequis existimaret Fidem illud esse quod nos iustificat; quum sit duntaxat instrumentum quo Christum factum nobis Iustitiam nostram apprehendimus, 1. Cor. 1. 30. ¶ *Et super omnes*, καὶ ἐπὶ πάντας. In duobus exemplaribus manuscriptis comperimus hæc deesse. Mihi tamen videtur hæc repetitio maximam emphasin habere, & certum est veteres hanc quoque particulam legisse, quorum tamẽ interpretatio arguta potius quàm solida videtur, in eo quòd εἰς πάντας referunt ad Iudæos, ἐπὶ πάντας ad Gentes. Syrus interpr. vtrunque legit. ¶ *Qui credunt*, τοὺς πιστεύοντας. Vetus Interpres addit *in eum*, vt legit etiam Syrus.

23 *Deficiuntur gloria Dei*, ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Vulgata, *Egent gloria Dei*, id est, δέονται, vel χρείαν ἔχουσι. quæ interpretatio hoc quidem loco sententiam Apostoli eneruat. Erasmus, *Destituuntur gloria Dei*: quod & ipsum non est satis expressum. Hoc quidem certum est ὑστερεῖν propriè de iis dici qui in cursus certamine, deficiẽtibus viribus, relinquũtur à socijs, ita vt ad metam peruenire non possint. quod omnibus hominibus optimè conuenit, vt qui Dei veritatem, qui prior ipsos & per illud quod γνωστὸν & scripto suo ipsius vocare non desinit, ad iniustitiam abutuntur. Ex hoc autem facile est cognoscere per gloriã Dei nec cognitionẽ illam Dei quæ nobis patefit in Euangelio, neque gratiam remissionis, neque gratuitam iustificationem, sed metam ipsam ad quam contendimus, id est vitam æternam, quæ in gloriæ Dei participatione consistit, hoc loco intelligi.

24 *Vt qui iustificentur*, δικαιούμενοι. Vulg. *Iustificati*, per obscurè. pendet autem hoc participium à verbo ὑστεροῦνται. Græca scholia addunt, præpositionem διὰ, quam si legamus, δικαιούμενοι pro δικαιοῦνται positũ fuerit Hebræorum more, vt infrà, 5. 11. Erasmus igitur hunc locum rectè expressit, & frustra quæritur ratio supplendi anantapodoti, quod nusquam est. ¶ *Gratis*, δωρεὰν i. ex gratuito dono ac mera liberalitate: ita vt non modò antecedentia, sed etiam consequentia fidem opera excludantur, quũ de illa iustitia quęritur cuius vnius virtute subsistimus: quod vt planius etiam fieret, adiunxit Apostolus τῇ αὐτοῦ χάριτι, i. ipsius gratia. At enim dicat aliquis, dicimur 1. Cor. 7. 23. & 1. Pet. 19. pretio & quidẽ summo liberati. Fateor, sed quod nõ nos vlla ex parte, verùm vnicus ille Christus iustus pro iniustis passus, vt illorũ sponsor persoluit, factus pro nobis istius liberationis λύτρον: quamobrẽ etiam ἀπολύτρωσιν non simpliciter liberationẽ aut redẽptionem interpretamur. Quod autẽ Christus alibi legatur esse δωρεὰν mortuus, quomodo sit accipiendum diximus Gal. 2. 21.

25 *Placamentum*, ἱλαστήριον. Sic alibi ἱλασμὸς dicitur 1. Ioh. 2. 2. & 4. 10. i. *propitiatio*, & dici etiam potest ἱλαστής, i. *propitiator*: sed appellatiua illa nomina sunt expressiora, vt significetur Christus esse sacerdos simul & victima. Alludit autẽ Paulus ad Arcam fœderis, cuius operculũ sic appellãt Gręci, Hebræi verò כפרת [*capporet.*] ¶ *Per fidem*, διὰ τῆς πίστεως. Hoc non legit Chrysostomus. Ambrosius autem videtur legisse, ἱλαστήριον πίστεως, *placamentum fidei*. ¶ *In sanguine ipsius*, ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, vel *per sanguinẽ ipsius*, si hoc connectas cum τὸ ἱλαστήριον, quod sequutus Erasmus vertit, *Interuentu ipsius sanguinis*, vel, *in sanguinem*, si hoc cõstruas cũ τῆς πίστεως, vt significetur fidẽ nostram ad sacrificium ipsum Christi ferri. Sanguinis autẽ nomen ad veterũ sacrificiorũ figuram nos reuocat, cuius veritas in ipso Christo fuit. Sed hîc & aliis passim locis Sanguinis & Sacrificij Christi nomine obseruandum est totã Christi ab ipso in virginis vtero cõceptu exinanitionem συνεκδοχικῶς intelligi, quę tota fuit perpetua ipsius pro peccatorũ nostrorũ expiatione oblatio. ¶ *Ad demonstrationẽ iustitiæ suæ*, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Syrus interpres istud nõ habet hoc loco, sed in sequẽte demũ versu quod tamẽ in omnib. Gręcis cod. legitur: nec sanè omitti põt, vt ex eo liquet quod subiicitur, de quo illius iustitię demõstratio exponitur. Iustitię autẽ nomine intelligitur summa illa Dei, tũ in vindicãdis peccatis seueritas, iustissimę ipsius naturę cõueniẽs, tũ summa ipsius & in prõmissis promissis fides, & in Christi Iustitia credẽtib. imputata misericordia, sic videlicet in suos sese simul & iustissimum & clementem in suorpbẽdo.

¶ *Præ-*

26 Πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ· εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ.

27 Ποῦ οὖν ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη. Διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; οὐχί, ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως.

Iustitia sua, prætereundo peccata, quæ antecesserunt, in illa Dei tolerantia:

26 Ad demonstrationem Iustitiæ suæ præsenti tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu.

27 [a] Vbi igitur gloriatio? exclusa est. Per quam legem? operum? non: sed per legem fidei.

ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum.

26 *In sustentatione Dei; ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi.*

27 *Vbi est ergo gloriatio? exclusa est. Per quam legem? factorum? Non: sed per legem fidei.*

a Alterum est hoc argumentum Apostoli ab absurdissimo quod alioqui consequeretur tum: probandæ merè gratuitæ in Christo per fidem apprehẽso Iustificationi, quoniam videlicet, si causa siue προηγουμένη & impulsiua, siue προκαταρκτικὴ & propriè Effectrix, vel solis bonis operibus, siue vel partim Christo & fidei nostræ, partim nostris bonis operibus vlla ex parte assignaretur, Deo huius Iustitiæ & Iustificationis gloria in solidum non tribueretur.

¶ *Prætereundo peccata quæ antecesserunt in illa Dei tolerantia*, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ. Ambrosius pro πάρεσιν habet *Propositum*, id est, πρόθεσιν, quod nullo modo conuenit. Quoniam autem totum hunc locum aliter sum interpretatus, quàm & verbis, & in ipso sensu exponi soleat, sententiam meam iudicio lectorum expendendam sic explico. Apostolus condemnato toto humano genere extra Christum cõsiderato, Iustitiam in Christo per Fidem apprehenso imputatam, & Iustitiæ ex operibus nostris oppositam, probare à cap. . vers. 18. incipiens, vsus est his verbis vers. 21. huius cap. 3. *Nunc autem absque Lege Iustitia Dei per fidem Iesu Christi patefacta est &c.* Hinc oritur magni momenti duplex quæstio, Cur tamdiu sit dilata Christi exhibitio, & Quid sit factũ patribus qui Christi aduentum in carnem, & postea demum peractam ab ipso pro nobis ἀπολύτρωσιν antecesserunt. Nam & ipsi peccatores fuerunt, & ratio postulat vt peccata prius expientur, quàm quia expiata remittantur. Hoc illud est igitur quod per Occupationem hoc loco explicat Apostolus, istam ἀπολύτρωσιν in credentibus secũdum duo tempora distinctè considerans. Vnum videlicet quod illam ipsam redemptionem antecessit. Alterum verò quod est eam consequutum, quod tempus hîc vocat τὸν νῦν καιρόν, & alibi temporum plenitudinem Gal. 4. 4. & Ephes. 1. 10. Distinctè verò postea docens quomodo vtrobique suam illam Iustitiam Deus demonstrarit: nempe in prioris temporis peccatoribus summam suam clementiam exerens, id est, nequaquam cum illis agens vti merebantur, nec tamen peccatorum vltionis oblitus (quod ipsius natura pati non potest) sed pro sua illà singulari tolerantia *leuiter prateriens*. eorum peccata & *intermittens* eorum punitionem, donec illa, suo præstituto tẽpore, in Christo exhibito, cum cæterorum peractæ ab codẽ Christo redemptionis tempus consequutorum peccatis simul expiaret: ita demũ in vtrisque, in illis quidem in Christum venturũ, in his verò in Christum exhibitum credẽtibus, & ad vltimum vsque vltimi iudicij diem crediturıs, sese summè, tum seuerissimum Iudicẽ, tum summè misericordem Patrem demonstrans: ne videlicet illi absque nobis, id est, absque eo quod sequente demum ætate fuit reipsa præstitum, consecrarentur Heb. 11. 40. Tam enim priorum illorum fidei fuit pręsens Christus adhuc exhibendus, quàm iis ipsis, qui præsentem sunt amplexi, & nobis qui illum iam in cœlis collocatum eàdem fide, quasi adhuc in cruce pendentem & resurgentem intuemur: Fidem illam propterea definiente Apostolo ὑπόστασιν eorum quæ sperantur, & ἔλεγχον eorum quæ non videntur, Heb. 11. 1. Est autem πάρεσις nomen à verbo παρίημι deductum, quod propria sua significatione Latinis est *Præterire*: quod quum facere consueuerint qui quidpiam sibi obuium aspernati, aut leuiter inspicientes prætereunt: hinc factum vt τὸ παριέναι pro καταφρονεῖν id est, *negligere*, & παρειμένως, negligenter quidpiam factum declaret: vnde Gallicæ illæ voces *Paresse* & *Paresseux*. Sic iacentem Samaritanum illum sacerdos ille dicitur παρελθεῖν Luc. 10. 31. Sic Seneca in hoc dicto verbum *Transire* vsurpat, *Sic sæpe quæ pessimi cuiusque agellos transierat, optimorũ virorum segetem grando percussit*, & dicimur quidpiam *in transitu*, siue *obiter* tractare, id est, vt Gallicè loquimur, *Comme en passant*, aut ad aliud vsque tempus omittere. Sed *Præteritionis* vocabulum, vt hoc loco ambiguum, repudiaui, & per gerundi modum διὰ τὴν πάρεσιν exposui. Quoniam autem πάρεσις interdũ opponitur τῷ τόνῳ, ac si dicas *Relaxationem*, vel *Languefactionem* quandam, qualis est neruorum in morbo quem propterea παράλυσιν vocant: idcircò Vulgata *Remissionem* interpretatur, non sanè pro peccatorum ἀφέσει, vt nonnulli existimarunt, pro qua suo potiùs more interpres ille *Dimissionem* esset interpretatus, sed eo sensu, quo Græca quoque scholia hanc πάρεσιν siue *Remissionem* accipiunt, de eo videlicet statu in quo homines nascuntur & viuunt, donec Christum per Baptismum induant: viribus videlicet per natiuam corruptionem debilitatis, & ad bene agẽdum languefactis. Sed hæc interpretatio mihi quidem videtur prorsus aliena, & Pelagianismum etiam nonnihil resipere, vnde disputationes illæ Matæologorũ de remissionis peccatorum ante & post Baptismum discrimine, quasi videlicet illa quidem solo Christi merito per Baptismum ex opere operato, quod vocant, applicato remittantur: ista verò nouam præterea bonorum nostrorum operum & pro viuis, & pro ipsis etiam in igne Purgatorio vstulatis, satisfactionem requirant. Hanc autem non tantùm falsam, sed etiam vt blasphemam in ipsum Christi meritum opinionem satis supérque Christus ipse, vel istis solis verbis refellit, quibus Carnem esse dicit, quidquid ex Carne nascitur Ioh. 3. 5. & tam expressè clamante Apostolo Eph. 2. 1. nos esse quales nascimur, non sanè ad bene agendum debiles, sed in peccatis planè mortuos: & nostrum illud qualecunque *Bene velle* & *Benefacere* à solo Dei Spiritu per gratiam credentibus donari Phil. 2. 13. vt & ipsam fidem Eph. 2. 8. ac proinde ipsam ἀναγέννησιν, vtpote fidei effectum Ioan. 3. 5. Denique πάρεσις peccatorum hoc illud est, quod significatur ab eodem Apostolo hac ipsa de re participio ὑπεριδών, Act. 17. 30. & istud Micheæ 7. 18, nempe, *Tu Deus es*, עבר [*transiens*] *siue præteriens super iniquitatem*? qui locus optimè & expressè hunc locum explicat & meam interpretationem confirmat.

26 *Ad demonstrationem iustitiæ suæ*, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Nulla hîc est ἐπανάληψις, vt videri potest, & ego antea existimaui: sed cohæret istud nõ cum verbo προέθετο, sed cum fine præcedentis versus. Ostendit enim Apostolus, cur, siue quo fine, Deus tamdiu distulerit patrum, qui Christum antecesserũt, peccata, seuerissimo suo iudicio, in Christo tot postea seculis exhibito, vlcisci: nempe vt tantò magis hæc ipsius Iustitia elucerct, ne vel illi absque nobis, vel nos absque illis seruati videremur, Heb. 11. 40. quod ne accideret visum est Deo quasi in horum duorum temporum medio Christum exhibere mundo, in quo vno vna & eàdẽ ratione & illorum, & nostra peccata seuerissimè vindicaret, & vtrosque infinita misericordia absolutos ad æternam vitam introduceret.

¶ *Præsenti tempore*, ἐν τῷ νῦν καιρῷ. Series ipsa argumenti & antithesis præcedentium peccatorum manifestè ostendunt præsens tempus vocari ab Apostolo tempus exhibiti Christi: quod quidem vniuersum vocari solet tempus nouissimum & Dies Domini, cum seculis præcedentibus comparatum. Itaque ineptus est hîc quoque Origenes quòd præsens tempus opponat futuro seculo. *Quia*, inquit, *præsentis seculi tempore in sustentatione est iustitia Dei, futuri verò in retributione*. Quanuis vera sit alioqui hæc sententia.

¶ *Vt sit ipse iustus*, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον. Id est, Vt summè verax ac fidelis comperiatur. Nam quum Deus in sese semper sit fidelissimus, nobis tamen talis tum demum esse ac quodammodo fieri incipit, quum suam nobis in Christo misericordiam gratis patefacit. Explicat ergo Paulus quod iam his dixerat. εἰς τὴν ἔνδειξιν. Sic Ioan. 7. 39. dicitur nondũ tunc extitisse Spiritus Sanctus, id est, agnitus non fuisse ex donis illis quæ conferebantur credentibus.

¶ *Et iustificans*, καὶ δικαιοῦντα. Id est, Christi imputata iustitia iustum ac irreprehensibilem constituens, vt Col. 1. 22.

¶ *Qui est ex fide Iesu*, τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ. Id est, ex eorum numero qui Christum fide sunt amplexi: quibus opponuntur qui ex Circuncisione (id est ex Lege) salutem expectabant.

27 *Gloriatio?* ἡ καύχησις. Nonnulli Latini codices addunt *Tua*. ¶ *Per quam Legem?* διὰ ποίου νόμου; Id est, Qua doctrina? (sicut interdum Hebræis תורה [*torah*] in genere est doctrina quæ aliquid præscribit: qua ratione

Euangelium vocat legem Fidei, id est doctrinam quæ salutem proponit sub conditione, *Si credideris*, quam & ipsam Deus dat nobis vt præstare possimus, oppositam doctrinæ quæ Iustitiam & Salutem proponit cum conditione, *Si omnia feceris*, quam vnus Christus in sese pro nobis & implere potuit, & impleuit. Illa igitur demum, inquit Paulus, omnẽ gloriam vni Deo nobis adeptam, in solidum tribuit, vtpote quæ Iustitiam & Salutem non flagitet à nobis illis nostris meritis acquirendam & ex debito persoluendam, seu ab alio nobis in sese & per se acquisitam gratis donet, id vnum flagitãs, quod etiam nobis gratuitò tribuit, nẽpe vt eã nobis in Euangelio præbitam fide apprehendamus. Et tamen videtur etiam Apostolus de industria μιμητικῶς dixisse Legem Fidei pro Fide, quòd aduersarij gratiæ perpetuò solerẽt in ore habere Legis nomen: qua etiam ratione Fidem Dominus vocauit opus, Ioan.6.29, vt suo loco exposuimus. Maximè verò ad hunc locum pertinet quod Iudęis exprobrat Christus Ioan.5.44.

Λογιζόμεθα οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου.	28	Colligimus igitur, fide iustificari hominem absque operibus Legis.	28	*Arbitramur enim iustificari hominem per fidẽ sine operibus Legis.*
Ἢ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον; οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν.	29	a An est Deus Iudęorum solùm? ànnon & Gentium? certè & Gentium.	29	*An Iudæorum Deus tantùm? nónne & Gentium? imò & Gentium.*
Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως.	30	Quandoquidẽ Deus vnus est qui iustificabit circuncisionẽ ex fide, & præputium per fidẽ.	30	*Quoniam quidem vnus est Deus qui iustificabit circuncisionem ex fide, & præputium per fidem.*
Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν.	31	b Legem igitur cassam reddimus per fidem? Absit: immò Legem stabilimus.	31	*Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed Legem statuimus.*

a Aliud argumẽtum ab absurdo quoq. sumptum: Si à Lege Mosis pẽderet iustificatio, Deus solis Iudæis esset seruator. Item si alia ratione Iudæos, alia Gentes seruaret, non esset vnus & sui similis. Vtrosq. igitur vna & eâdem ratione iustificabit, nẽpe fide. Est autem consigendum hoc argumentum cum proximè consequente, vt planè firma sit eius conclusio.

b Occupatio. Non tamen propterea tollitur Lex, sed potius stabilitur, sicut suo loco declarabitur.

28 *Colligimus*, λογιζόμεθα, Id est, συλλογιζόμεθα, vt rectè explicat Theophylactus, vt etiã accipitur infrà, 6.11. Est enim in his verbis conclusio argumenti sumpti à causa finali, quam vocant: cuius pondus si nossent Sophistæ, nunquam huc deuenissent vt ad iustificationem vellent opera cum fide concurrere. Vulg. & Eras. *Arbitramur*: rectè id quidẽ, sed tamen ambiguè, quia hoc verbum plerunque accipitur pro Opinari, & de re etiam incerta dicitur, quæ significatio repugnat sententiæ Pauli ex diametro. ¶ *Hominem*, ἄνθρωπον, id est homines, quicunque iustificantur, quos in proximo vers. in duo genera distinguit.

29 *Deus est solùm Iudæorum*, Ἰουδαίων ὁ Θεός. Ex peculiari Scripturæ more, Deus dicitur eorum esse Deus quos saluifica beneuolentia sua complectitur, vt Psal.33.12. Etsi enim cæteri populi vno illo excepto erant in genere à fœdere Dei alieni, Ephes.2.12. & Act.14.16. semper tamen patuit aditus proselytis, & Deus, cũ Abrahamo suo paciscens expressè dixerat fore, vt in eo quod promittebat Semine omnes gẽtes benedicerentur, quod postea passim per Prophetas fuit testatus, & mox ipse Paulus declarat infrà cap.10. & 11. Hoc autem argumentum ab isto superiore pẽdet hoc modò. Eo demum modo iustificamur per quem omnis Iustificationis nostrę gloria vnius Dei merę gratiæ tribuitur. At Iustificatione ex fide, omnis in solidũ gloria vni Dei gratiæ tribuitur, sicut Iustificatione ex nostris operibus illi saltem ex parte adimitur. Ergo Iustificatione ex Fide, non autem ex Lege iustificamur. Deinde alterum istud argumentum tale sequitur à superiore descendens. Deus vult esse omnium populorum seruator, ac proinde à quibusuis populis glorificari. At non potest glorificari Iustificatione ex Lege sed Iustificatione ex Fide. Ergo vult quosuis populos nõ ex Lege, sed ex Fide iustificatos seruari. Huius autem argumẽti propositionẽ probat Paulus sequenti cap. vers.13. Et quẽadmodum bimembri illo suo enũtiato suprà cap.1. vers.16 dixerat priore loco Iustificationem esse ex fide, postea verò illam, tum ad Iudæos, tum ad Gentes pertinere, ita nũc demum illo priore probato, ad posterius probãdum accedit.

30 *Quandoquidem Deus vnus est*, Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεός. Articulus ὁ ostendit illud ὁ Θεὸς habere rationem subiecti & τὸ εἷς attributi, minimè profectò vt τῇ πολυθεΐᾳ, de qua hîc non agitur, hæc Deitatis vnitas opponatur, sed vt Apostolus postquam probauit solã per fidem Iustificatiõne Deo, tum summi iudicij, tum summæ misericordiæ, id est, verè vni Deitati debitam gloriam in solidum tribui, duo nunc maximi momenti concludat: vnum, nisi Deus hoc suæ glorificationis, ac proinde Deitatis testimonium populis quibusuis, non autem vni Iudæorũ genti patefieri velit, visum ipsũ iri suæ gloriæ maxima ex totius generis humani parte renuntiare, & esse tantum Iudæorum Deum. Alterum quum Iustificationem ex fide docuerit contradictoriè opponi Iustificationi ex operibus, Deum nisi quoscunque siue ex Gentibus, siue ex Iudæis iustificat, vna & eâdem illa per fidẽ Iustificatione, iustificet, non iam vnum, id est, semper eundem & sui similem, sed non modò varium, immo etiam sibi ipsi contrarium videri. Sed & hoc ipso argumento ab illa vna, id est, semper eâdem, & nunquam mutabili Deitatis vnitate sumpto, vtitur Apostolus Gal.3.6. inde quoque colligens Deum, nec voluisse, nec potuisse gratuitam illius per fidem Iustificationis promissionem cum Abrahamo pactam abolere, quum Legem quadringentis & triginta post annis ferret.

¶ *Iustificabit*, δικαιώσει, nempe apud suum tribunal vltimo illo die, vt suprà vers.6. Quidam Latini codices legunt *Iustificat*, & quidem rectiùs.

¶ *Circuncisionem*, περιτομὴν, id est circuncisos, vt *Præputij* nomine intelliguntur incircuncisi, nempe Gentes, vt suprà 2.26.

¶ *Per fidem*, διὰ τῆς πίστεως. Vana est differentia quam hoc loco obseruat Origenes inter διὰ & ἐκ, quanuis alicubi sit obseruanda, vt notat Basilius in libro de Spiritu Sancto. Sed hîc certè istud idem esse atque ἐκ πίστεως, id est, *ex Fide* indicat Apostoli scopus, tum Iudæos, tum Gentes in vna & eâdem Iustificationis regula, id est, *per fidem* inter se exæquantis.

31 *Legem*, νόμον, nempe tum naturalem illam omnibus mortalibus insitam, tum illã cum Abrahamo quod ad Circuncisionem attinet pactam, tum illã Mosis ministerio in deserto sancitam, quibus omnibus distinctè Paulus Iustificationis vim detraxerat.

¶ *Igitur*, οὖν. occupatio ex illa Iusticafitionis ex Lege sublatione nascens, quam tamen abiectionem contentus hoc loco Paulus in contrariam prorsus partem retorquere, non refellit, dilatam videlicet in caput huius epistolæ 6. & 7.

¶ *Superuacaneam reddimus?* καταργοῦμεν; id est, cassam & inutilem reddimus, quasi ἀεργὸν, cui opponitur ἐνεργὸς annotãte Nysseno hoc verbũ Gręco sermoni inusitatũ, Paulo tamẽ esse familiare, tũ actiuè tum passiuè acceptum. Vulg. *destruimus*, quod propriè opponitur sequenti verbo ἱστῶμεν, *stabilimus*, sed Græcæ voci non respondet.

¶ *Per fidem*, διὰ τῆς πίστεως, id est, per doctrinam Iustificationis ex Fide. Nam alioqui sibi non constaret hæc antithesis.

¶ *Absit*, μὴ γένοιτο. Hæc formula passim ab Apostolo vsurpata docet quantopere nos abhorrere, non tantùm ab impiis sententiis oporteat, sed etiam ab iis quæ posita blasphemiis fundamentum struant: tum quoque quum talia sunt de quibus quæritur, vt responsionem mereantur. Eam verò cur Paulus hoc loco non sit persequutus paulò ante exposui.

¶ *Immò Legem stabilimus*, ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν. Rectè omninò. Quĩnam enim Iustitja illa Christi per fidem apprehensi nobis imputatã Legem aboleret, aut eneruaret, ac non potiùs stabiliret, & efficacem in nobis redderet, quum sit in ipsius Legis præstatione posita, siue satisfactionem pro peccatis à Lege requisitam, siue perfectam obedientiam, cui vitam æternam Lex promittit, siue nostri Regenerationem consideremus, qua fit vt bene velle & facere tum demum pro dati Spiritus mensura incipiamus? & effectorum huius in nobis inchoatæ Regenerationis imperfectio, perfecta illa naturæ nostræ in ipso Christo Sanctitate nobis ipsi vnitis imputata tegatur? Hæc autem tria capita sigillatim Paulum inter-

pretantem audiemus; Ceremonialem denique Legem Christus minimè aboleuit, vt malam rem quampiam, aut vlla ex parte vitiosam, sed quatenus Solis exortu vmbræ illæ disparuerunt. Hinc autem & illud patet summopere obseruandum oppositionem inter Iustitiam Legis & Iustitiam Fidei, si propriè loqui volumus, non esse positam in ipso Iustitiæ nomine, quæ vna & eadem est, sed in adiunctis Fidei, & Legis vocabulis, Iustificationis autem ex Fide & Iustificationis ex Lege oppositio plena est in vtroque membro toto.

Κεφάλαιον δ.		CAP. IIII.		*CAP. IIII.*
Τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα;	1	Qa Vid igitur dicemus Abrahamum patrem illum nostrum nactum esse secũdùm carnem?	1	*Quid ergo dicemus inuenisse Abrahã patrem nostrum secundũ carnem?*
Εἰ γὰρ Ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν Θεόν.	2	b Nam si Abrahamus ex operibus iustificatus fuit, habet de quo glorietur, at non apud Deum.	2	*Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.*
Τί γὰρ ἡ γραφὴ λέγει; Ἐπίστευσε δὲ Ἀ-	3	c Quid enim Scriptura dicit?	3	*Quid enim dicit Scriptu*

a Nouum argumentum ab Abrahamo, vt credentium patre desumptum, hoc modo, Qua ratione Abrahamus pater omnium credentiũ est iustificatus, eâdem quoque oportet filios ipsius, id est, credentes omnes iustificari. A. Abrahamus nullis ipsius sed in Christum ipsi promissũ, neque præcedẽtibus, nec subsequẽtibus operibus fuit iustificatus & factus credentium pater, sed sola in Christum siue Christi meritum fide ipsi ad iustitiã imputata. Ergo omnes ipsius filij sunt ipsius filij & iustificantur, non operibus illis suis, fidem ipsorum vel antecedentibus, vel subsequentibus, sed sola in eũdẽ Christum, & iam olim vt venturum factum sunt Abrahami filij, & iustificati, & nunc quoque iustificantur, & ad finem vsque seculorũ iustificabuntur.

b Occupatio, Meritò quidẽ Abrahamum se posse extollere inter homines, at non apud Deum.

c Confirmatio propositionis Fidei imputatione Iustificatus est Abrahamus: ergo gratis, sine vllo, ipsius operum respectu.

IN CAPVT IIII.

1 *Quid igitur?* Τί οὖν; Superioribus argumentis ab ipsius Dei perpetua δικαιοκρισίᾳ petitis aduersus Iustificationem ex Lege, siue operibus, adiicit nunc Apostolus aliud quoque firmissimum, cuius seriem & membra vt lectoribus gratificer, sic expono. Ex hoc vnius Abrahami inter omnes patres meritò selecti exemplo constituit Apostolus conclusionem elicere, qua omnes & singuli credentes necessariò comprehendantur. Id verò vt sese iure facere ostendat primùm omnium admonet in ipso quæstionis limine, Abrahamum à se proponi non simpliciter tanquam vnum ex fidelium numero, sed vt Ecclesiæ patrem: vt meritò à Patre ad Filios argumentetur, cuius fundamentum postea iacit versic.11. Nunc igitur postquam probauit Patrem ex vna Fide iustificatum per imputationem gratuitam, item vult postea in filiis statuere: & hos quidem duorum generum esse in primis ostendit: vnos videlicet incircuncisos, alteros circuncisos, ne Iudæi obstreperent. Deinde vtrosque ait ex fide esse æstimandos: ita videlicet, vt nec incircuncisi desinant filij esse Abrahami, quia incircuncisi sunt, si modò fidem habuerint: nec circuncisi, etiamsi secundùm carnem nati fuerint Abrahamo, & circuncisi, idcirco tamen sint illius filij, nisi & ipsi crediderint. Ac prius quidem illud (id est, duplices esse Abrahami filios) sic probat vt quia de circuncisis non ambigebatur, hanc partem non attingat: de incircuncisis verò sic respondeat Abrahamus incircuncisus iustificatus est ante circuncisionem: ergo preputium non est alienum à fœdere Dei & Iustificatione. Posterius verò sic colligit, Abrahamo iustificatus est in prępυtio per fidem: ergo & incircuncisi per fidem iustificantur. Et postea, Abrahamus fuit quidem circuncisus, sed tum demum quum iam iustificatus esset per fidem: ergo iustificatio circuncisorum nõ pendet à Circũcisione, sed à fide. At enim, quæret Iudæus, si Abrahamus erat ante Circuncisionẽ iustificatus, cùr Circuncisionis Legem accepit? Vt (inquit Paulus) Circuncisio Iustitiam fidei obsignaret, tum in ipso Abrahamo, tum in ipsius posteritate circuncisa. Itaque filij Abrahæ eritis, si ipsius vestigia sequuti, non à Circuncisione & Lege salutem expectaueritis, sed si habueritis in vobis illud ipsum cui obsignando data est Circũcisio. Hîc verò duæ exoriuntur quęstiones: vna, An sicut Abrahamus Circũcisus est, sic etiã circuncidi fideles ex Gentibus oporteat: altera, si hoc verum est quod de Abrahamo dicitur, cur igitur Iudæi octauo die circuncidantur, quo tempore per ætatem non modò non intelligere, sed ne credere quidem possint? Sed quum hæc ad Apostoli scopum non pertineant meritò relinquit intacta. Hæc est (meo iudicio) legitima huius loci explicatio. Nec enim nunc in eo versatur Paulus, vt doceat Iudæos non iustificari per circuncisionem: (quũ hanc quæstionem suo loco pertractarit suprà cap 2) sed in eo potiùs, vt omnes, tum Iudæos, tum Græcos, ex fœdere cum Abrahamo communi patre inito doceat fide, non ex operibus iustificari. Diuersa autẽ sunt, Circuncisione non iustificari, & Fide iustificari. ¶ *Nactum esse*, εὑρηκέναι. Εὑρίσκειν, propriè de eo dicitur quod casu inuenitur, Græcis propterea εὕρημα insperatum lucrum appellantibus. Hîc verò de eo demum dicitur quod aliquis laboribus suis quærendo sit nactus. Itaque verbum *Inuenisset*, quo vsus est post veterem interpretem Erasmus, mihi non placet, & vereor ne satis firmum non sit à Grammaticis traditum inter *Inuenire* & *Reperire* discrimen.

¶ *Secundùm carnem*, κατὰ σάρκα, id est, ἐξ ἔργων, *ex operibus*, vt ipse mox Apostolus explicat: ac proinde ostendit hanc particulam esse cum verbo εὑρηκέναι coniungendam, non autem cum τὸν πατέρα ἡμῶν, quandoquidem ne ipsi quidem Iudæi, quod ad promissionem salutis attinet, censentur Abrahami semen & secundùm promissionem hæredes, quatenus sunt ex eo nati & circuncisi secundùm Carnem, sed quatenus, vt mox declaratur versic.12. incedunt eius in præputio fidei vestigiis. Et præterea si dictum voluisset Apostolus esse patrem secundùm Carnem, quemadmodum post Chrysostomum scripsit Theophylactus, & Iudæos de carnali cognatione gloriantes à spirituali excluderet, potius profectò ὑμῶν *vestrum*, quàm ἡμῶν, *nostrum* scripsisset.

2 *Nam si Abrahamus*, εἰ γὰρ Ἀβραάμ. Particula γὰρ per prolepsin adhibetur, vt tacitę obiectioni respondeatur. Apparet enim Apostolum superiore versiculo, in ipso huius de Abrahami iustitia tractationis aditu, non tam confidentiæ causa (vt putat Chrysostomus) quàm vt offensionem Iudæorum vitaret, vsum esse tropo quem Communicationem vocant, & quidem adhibita interrogatione, cui nulla responsio subiiciatur. quod nisi animaduertas, vix perspicias quomodo hæc cohæreant. Sit igitur hæc indefinita formula, quam sequutus fuisset Paulus nisi aduersarios maluisset paulatim Christo lucrifacere quàm paradoxis quibusdã deterrere. Abrahamus pater noster nihil adeptus est secundum Carnem. Hîc iam finge Iudæum percussum excipere: Quid igitur Paule? túne negas Abrahamum adeptum esse Iustitiam? Ego verò, respondet Paulus, hoc non inficior, sed quod attinet ad eam iustitiam quam tueris, id est ad iustitiam operum, eam dico, vt coram hominibus sit aliquid, tamen coram Deo nihil esse: idque ita esse ostendit Scriptura, quæ quum Abrahamum à iustitia laudaret, disertè dixit iustum fuisse habitum, non propter insignia opera, quę tamen plurima iam ediderat, sed quòd Deo crediderit. Iã verò si Abrahamus ipse non alia ratione quã fide potuit iustificari, ne quis ipsius posterorũ aliũde salutem expectet? ¶ *Ex operibus*, ἐξ ἔργων. Vulgata in nonnullis editionibus addit *Legis*: quæ vox præbuit sophistis occasionem totius disputationis Apostolicę deprauandæ. Suppositam autem esse hanc vocem, quamuis etiam si addatur rectè explicata nihil officiat sententiæ, apparet tum ex Græcorum omnium codicum & Syriacę interpretationis consensu: tum ex plurimis partim manuscr. partim veterum editionum impressis codicibus. ¶ *At non apud Deum*, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν Θεόν. *Ergo*, inquit, Origenes, *iustificatus est Abraham ex fide. Nam habet gloriam apud Deum.* Obsecro, lector, quid est veritatem Dei peruertere, si hoc non est? Totus enim in eo est Apostolus vt doceat, homines, quia gratis prorsus iustificantur, nihil omnino in se habere de quo possint tanquam de suo gloriari: iste verò Abrahamum habere dicit de quo glorietur apud Deum, quia videlicet credidit. Quasi verò & ipsa Fides non sit donum Dei prorsus gratuitum, quod & ipse Origenes alibi agnoscit: aut quasi Fides illud sit quod nos iustificat, ac nõ potius instrumentum duntaxat, & quidem gratis nobis datum, quo, tanquam manu quapiam, Christum, iustitiam nostram, apprehendimus. At iste ineptissimus scriptor Fidem putat habere gloriam apud Deum, non apud homines: quia (inquit) fides in occulto est opera autem palàm sunt. Neque interim nego fidelibus adesse de quo abundè glorientur sed in Domino, non in sese.

Gen.15.6 gal.3.6 iac.2.23

βραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

‖ Credidit autem Abrahamus Deo, & imputatum est ei ad iustitiam.

rat Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

4 Τῷ δὲ ἐργαζομένῳ, ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα·

4 a Atqui ei qui operatur, merces non imputatur ex gratia sed ex debito:

4 Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum:

5 Τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην.

5 Ei verò qui non operatur, sed credit in eum qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iustitiam.

Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.

6 Καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου ᾧ ὁ Θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων,

6 b Sicut etiam Dauid declarat beatum eum hominẽ cui Deus imputat iustitiam absque operibus: *dicens,*

6 Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis cui Deus accepto fert iustitiã sine operibus:

7 Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ

7 ‖ Beati quibus remissæ sunt

7 Beati quorum remissæ

a Probatio prima confirmationis, à contrariis sumpta: Ei qui suo labore quippiam promeritus est imputatur, vt persolutum quod debebatur. Ei verò qui nihil egit, sed gratis promittenti credit, fides id est, id quod per fidẽ in Christo apprehendit, ipsius videlicet Christi Iustitia, imputatur.

b Altera eiusdem confirmationis probatio, Dauid collocat beatitudinem in gratuita condonatione peccatorum: ergo & iustificationẽ.

Psal.32.2

3 *Imputatum est ei, ἐλογίσθη αὐτῷ.* Imputare hoc loco & similibus aliis, significat Acceptum ferre, pro quo dicimus *allouer pour receu en compte.* Cæterùm Hebræa veritas habet ויחשבה לו [*vaiachschebeha lo.*] id est, *& hoc imputauit ei.* ita vt manifestè sit repetendum Dei nomen ὑπὸ τοῦ κυρίου: quod vt planius fieret, Paulus actiuam loquutionem in passiuam conuertit. Tertullianus autem in libello De Patientia, conuertit durè admodum, *Et deputatus est (Abrahamus videlicet) ab illo (nempe à Deo) iustitia*, quum hîc non agatur de ipsa Abrahami persona, sed de eo quod ipsi à Deo imputatum est, nempe de ipsius fide. Cyprianus autem rectius libr. 2. epist. 3. interpretatur, *Et deputatum est ei ad iustitiam.* Cæterùm Paulus quidem actiuam loquutionem passiuè conuertens, prætermittit affixum Hebræum, quod vertere potuit αὐτὴν, ipsam videlicet fidem Abrahami. Sed hoc ipsum postea disertè bis exprimit, nempe vers. 5. & 9, quod omnem calumniandi occasionem præcidit iis qui apud Mosen repetunt non Dei sed Abrahami nomen: vt sit hîc sensus, Abrahamum Deo credidisse, & hoc ei imputasse ad iustitiam, quòd videlicet tam magnifica promissa ab eo accepisset. Sed planè sunt intolerabiles qui extrinsecus supplent rectum, vt sit oratio perfecta, Credidit Abraham Deo, & *mundus* ob eam causam habuit Abrahamum pro viro probo. Sic frustra fuit ingeniosus Satan in hoc pulcherrimo & pretiosissimo testimonio peruertendo. Sed tamen hîc quoque laborauit Origenis ingenium, qui quum neque quid sit gratuita imputatio, neque quid sit fides, neque quid iustitia aut iustificatio, intelligeret, perfectam fidem in Abrahamo fuisse somniauit, quæ mereretur ad iustitiam reputari: *quoniam*, inquit, *non ei qui ex parte, sed ei qui perfectè credit fides ad iustitiam reputatur.* Ita conatus est Satan per hunc scriptorẽ fructum huius doctrinæ miseris peccatoribus, id est omnibus hominibus, eripere: quasi non expressè nos iubeat Christus incrementum fidei petere, & apertè non dixerit Paulus iustitiam Dei exhiberi in Euangelio ex fide in fidem. Sed quidni hoc dicat Origenes, quem etiam non puduit hoc loco idem cæteris virtutibus, vt Misericordiæ, Mansuetudini, Animi submissioni tribuere, vt & ipsæ dicantur ad iustitiam reputari. ¶ *Ad iustitiam, εἰς δικαιοσύνην.* Hic enim est finis & scopus fidei, vt imputatione iustitiæ Christi per eam apprehensi iustificemur. Sed est in his verbis hypallage. Nam propriè dicitur Deus imputare iustitiam per fidem, vt mox loquitur Apostolus versic. 6. & 11. Quid autem intelligatur Iustitiæ vocabulo, exposuimus aduersus Sophistas suprà, 1. 17, & 3. 20.

4 *Atqui ei qui operatur, τῷ δὲ ἐργαζομένῳ.* Id est, Ei qui ex opere sit aliquid promeritus. Cui opponitur ὁ μὴ ἐργαζόμενος, qui non operatur, id est qui opus nullum adfert cuius mercedem flagitet, sed gratuita Dei promissione nititur. Ac illud quidem dicitur per Concessionem, similitudine ab humanis commerciis ac contractibus sumpta. Nam alioquin quis prior dedit, & retribuetur ei? Hoc verò non considerans Origenes, quanuis meritum ex condigno quod alibi stabilit, hîc euertat: tamen perturbat omnia, dum appellatione Debiti intelligit pœnam peccatis debitam: obiter etiam corrumpens locum ex Ioan. 5. 34. Nec multo melius ista in Græcis scholiis explicantur. Quum enim hæc differat Apostolus vt superioris argumenti consequutionem probet à contrariis, quia *fidem gratis imputare pro iustitia, & Operum debitam mercedem persoluere*, pugnant ex diametro, (iustificatio enim illa Gratiæ, est in Christo, ista verò Meriti, in nobis) Græci tamen Scholiastæ putarunt fidei & operum mercedem inter se comparari, quòd illa multo amplius præmium habeat. Ita fit vt non modò aberrent à scopo, sed etiam fidei Merito arrogent quod vnius est gratis imputatæ Christi Iustitiæ. ¶ *Sed ex debito, ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα.* Duæ sunt ergo Imputationis species, qua creditor in suarum Rationum supputatione debitores suos liberat: vna, qua gratuitò fert illis acceptũ, quod ij tamen non persoluerunt: Altera, qua quod erat ipsi debitum sese à debitoribus recepisse profitetur, quarum Imputationis specierum docet Paulus priorem in Abrahamo inueniri, ac proinde in ipsius filiis, id est, credentibus omnibus requiri, posteriorẽ verò à Lege quidem requiri, sed nec in Abrahamo, nec in quoquam alio quàm Christo inueniri.

5 *Qui iustificat impium. τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ.* Id est, qui eum qui in sese est impius, censet iustum in Christo. Nam (vt alibi dixi) nullos pro iustis approbat Deus nisi quos prius verè ac summè, non in ipsis sed in Christo suo, seu imputata Christi iustitia, iustificarit: qua ratione optimè conciliatur hic locus cum eo quod scriptum est Prouer. 17. 15. Quum autem vtatur Paulus nomine ἀσεβοῦς, quod per se asperrimum est, propositis etiam Abrahami & Dauidis exemplis, satis declarat sese hîc respicere non hominũ, sed Dei tribunal, idque extra gratuitam in Christo iustitiam: quo respectu impius censeatur, quum de vera coram Deo iustitia quæritur, quisquis vel in minimo Legis apice cõperitur legis violatæ reus. ¶ *Ad iustitiam, εἰς δικαιοσύνην.* Constanter in Latinis ferè omnibus codicibus additur, *Secundum propositum gratiæ Dei*, κατὰ πρόθεσιν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, quod maximè conuenit, vt sit expressa antithesis: & respondet iis quæ dixit Apostolus suprà 3. 25.

7 *Quibus remissæ sunt legis transgressiones, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι.* Distinctio quam hoc loco tradit Origenes inter ἀνομιῶν & ἁμαρτιῶν, neque firma est, neque satis apposita, quum hæc doctrina ad quasuis transgressiones pertineat. Ideo 1. Ioan. 3. 4, ἁμαρτία dicitur esse ἀνομία, id est quicquid Legi Mosis, atq; adeo in genere Legi Dei aduersatur. Libuit autẽ hoc etiã loco subiicere Origenis verba, ex quibus intelligatur iuréne an iniuria toties eũ (vt Apostolicæ doctrinæ corruptorem) reprehendam. *Vide, inquit, si fortè potest iste ordo in anima vna eadémque intelligi: vt quia initium est conuersionis animæ, mala relinquere, pro hoc iniquitatum remissionem mereatur accipere: quum autem cœperit bona facere, veluti singula quæque quæ præcesserant mala, bonis recentibus obtegens & abundantiorem numerum bonorum introducens quàm prius fuerat malorum, tegere peccata dicatur: vbi verò iam ad perfectum venerit, ita vt omnis de eo malitiæ radix penitus amputetur, eousque vt nullum in ea vestigium possit inueniri nequitiæ, vbi iam perfecta beatitudinis summa promittatur, tum nullum possit Dominus imputare peccatum.* Hæc verò si vera sunt, cur non pronuntiauit Dauid beatum illum esse qui peccata sua obtegat: & quid iam superest quominus falsi damnetur Apostolus, qui in sententiam prorsus contrariam hunc locum citarit, nempe vt beatos nos esse ostẽderet, non ex meritorum mercede, sed ex gratuita peccatorum remissione: ex eo (inquam) quòd Deus peccata nostra obtegat, & peccatores gratis iustificet? Denique quid est ex professo peruertere Dauidis & Pauli sententiam, si hoc non est?

9 Ista

ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι·

legis transgressiones, & quorum tecta sunt peccata:

sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

8 Μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν.

8 Beatus vir cui non imputarit Dominus peccatum.

8 Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.

9 Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; λέγομεν γὰρ ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην.

9 a Ista igitur beatitatis declaratio, in circuncisionem *solum* an & in præputium *cadit*? Dicimus enim imputatam fuisse Abrahæ fidem ad iustitiam.

9 Beatitudo ergo hæc, in circuncisione tantùm, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam.

10 Πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ.

10 b Quomodo ergo imputata est? quum esset in circuncisione, an *quum esset* in præputio? non in circuncisione, sed in præputio.

10 Quomodo ergo reputata est? in circuncisione, an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio.

11 Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ· εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην.

11 c ‖ Et signum accepit circuncisionis, *quod esset* sigillum iustitiæ fidei receptæ in præputio, d vt esset pater omnium credẽtium in præputio, imputata etiam ipsis iustitia:

11 Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio: vt sit pater omnium credentium per præputiũ, vt reputetur & illis ad iustitiam:

12 Καὶ πατέρα περιτομῆς, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς

12 e Et pater circuncisionis, iis

Et sit pater circuncisio-

a Noua propositio, istam Iustificationis viam, tum ad incircuncisos, tum ad circũcisos credentes spectare, sicut in Abrahami persona demonstratur argumento ex temporis quo iustificatus fuisse dicitur Abrahamus, circunstantia sumpto.

Gen.17.10

b Ad incircuncisos id spectare (nam de Circuncisis non dubitabatur) sic colligit, Abrahamin præputio iustificatus est, ergo ad præputiatos etiam spectat hæc iustificatio. Imò ne ad circuncisos quidem pertinet ratione circuncisionis, tantum abest vt propter præputium excludantur incircuncisi. c Occupatio: Cur igitur Abraham fuit circuncisus, si iam erat iustificatus? vt (inquit) confirmaretur in eo donum iustitiæ. d Applicatio exempli Abrahæ ad incircuncisos credentes, quorum etiam patrem constituit Abrahamum. e Applicatio eiusdem exempli ad circuncisos credentes, quorum sit quidem pater Abraham, sed ex fide.

9 *Ista igitur beatitatis prædicatio, ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος.* Id est, Istud igitur Dauidis dictum quo beatos illos esse pronuntiat. Hoc enim declarat Græcis verbum μακαρίζειν. Vulgata, *Beatitudo*, id est μακαριότης. Erasmus, *Beatificatio*, paulò rectius. Hinc autem aggreditur Paulus probare alteram partem quæstionis propositæ, vltimo superioris capitis versiculo: hanc videlicet iustificationem ex fide, non tantum ad Iudæos, sed etiam ad Gentes pertinere exemplo eiusdem Abrahami ex eius quo iustificatus fuit temporis circunstantia sumpto, & vtrisque distinctè accommodato. ¶ *In circuncisionem [solùm,] ἐπὶ τὴν περιτομὴν.* Particula καὶ, quæ mox sequitur, omnino ostendit subaudiendum esse μόνον, id est, solùm vel tantùm: quod Vetus etiam interpres rectè suppleuit. de qua ellipsi diximus suprà, 2. 28. Itaque nescio quid in mentem venerit Castellioni quum totum hunc locum sic interpretaretur, *Hæc igitur beatitudo in circuncisionémne cadit, an potius in præputium?* Nam ἢ non potest significare μᾶλλον nisi admodum violenta interpretatione, & poscit argumenti series aliam interpretationem. Sed & verbum πίπτει, id est cadit, quod explendæ sententiæ deerat, ex Theophylacto suppleuimus: pro quo nonnulli Vulgatæ editionis Latini codices scriptum habent, *Manet* pro *Manat*, vt acutè coniicit Erasmus. Est autem hoc quoque notandum, iam tertiò circuncisionem accipi pro circuncisis, præputium verò pro incircuncisis.

11 *Signum circuncisionis, σημεῖον περιτομῆς.* Id est circuncisionem, quæ signum est: vt sacramentum Baptismi dicimus pro Baptismo, qui est sacramentum. Nam σημεῖον hoc loco, quum alioquin latius pateat, nihil aliud declarat quàm quod dicimus Sacramentum à re significata distinctum. Itaque ratio huius appellationis (meo quidem iudicio) vniuersalis est, vt non minus aliis Symbolicis ritibus vtentibus quàm Circuncisioni possit applicari: nisi quòd Circuncisio fuit initiationis tessera, & notam habuit in ipsa carne insculptam: hæc autem communis ratio Sacramentorũ est, quòd sint externa signa eius pacti quod Dominus nobiscum & cum posteritate nostra init. Sed peculiari tamen ratione hoc tribuitur soli Abrahamo, vt cui vni dictum est, *In te benedicentur omnes gentes.* Itaque sibi & posteris, id est omnibus omnium Gentium fidelibus, solus Abraham hoc signum Circuncisionis accepit, reliqui verò sibi duntaxat & suo peculiari semini. Quod nisi consideres, vix intelligas cur addiderit Paulus εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα, *vt esset pater*: & tamen hoc est totius applicationis exempli κεφάλαιον, cohærens potius (vt ego quidem existimo) cum verbo ἔλαβε propinquiore, quàm cum verbo ἐλογίσθη per traiectionem vel cum participio ὄντι, quod subauditur post τῆς articulum. Cæterùm in duobus codicibus scriptũ inuenimus, καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομὴν, & pro Signo accepit Circuncisionem: vt manifestum sit explicanda hæc esse per appositionem quam vocant. ¶ [*Quod esset*] *Sigillum, σφραγῖδα.* Quid magnificentius dici de vllo Sacramento possit? Itaque qui veteris fœderis Sacramenta à nostris re ipsa distinguunt, nunquam videntur Christi officiũ quàm latè pateat cognouisse. Vocarat Paulus Circuncisionem σημεῖον, quod ad externam ceremoniam attinet: nunc illius Signi substantiam & effectum explicat, id est, quorsum adhibeatur, nempe Iustitiæ fidei, qua in ipsius Christi possessionem circuncisi tunc mittebantur, mittimur, non simpliciter significandæ, sed vnà etiam obsignandæ, quatenus videlicet Spiritus sanctus reipsa id intus præstabat quod externa ceremonia, prædicationi Verbi coniuncta, oculis repræsentabat. Hanc interpretationem siquis cum iis contulerit quæ de noui nostri fœderis Sacramentis non Origenes modò, sed nonnulli etiam ex patribus, alioquin pietate & eruditione clarissimi, in hunc locum scripserũt, comperiet profectò quantam veritatis lucem Dominus in nos, omnium hominum maximè indignos, nostra memoria effuderit. Cæterùm *Signaculi* nomen, quod Vetus interpres & Erasmus vsurpant, libens refugi, partim quòd non sit admodum vsitatum, partim quòd non satis videatur illam vim obsignationis declarare. ¶ *Omnium credentium in præputio, πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, i. πάντων τῶν ὄντων ἐν ἀκροβυστίᾳ, καὶ πιστευόντων*, vt rectè explicant Græca scholia. Nam omnino hoc poscit sententia vt διὰ pro ἐν accipiatur, quomodo etiam explico 1 Tim. 2. 15. Hebr. 7. 9. Vulgata, *Omnium credentium per præputium*, quam interpretationem miror Erasmum intactam reliquisse, quum nullus inde sensus elici posset. Est autem huius argumenti ab eo tempore ducti quo iustificatus fuit Abrahamus adhuc incircuncisus, conclusio seu applicatio bimembris, respondens ei quod posuerat superiore cap. vers. 30. & resumpsit hoc cap. ver. 10. nempe primum ad Iudæos, deinde ad Gentes. ¶ *Imputata etiam ipsis iustitia, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην, εἰς τὸ* pro *ἐν τῷ*. Declaratur enim qua ratione dici possit Abrahamus Pater omnium cuiuscuis gentis credentium, nempe non generatione carnis, sed imputatione in semine Iustitiæ promissæ. quam promissionem mox probat esse ex Fide, ac proinde non ex Lege. vnde consequitur summam esse inter hæc duo *Ex fide & Ex operibus*, repugnantiam. Syrus autem & Vulg. pro δικαιοσύνην, legerunt εἰς δικαιοσύνην, *ad iustitiam*, quam lectionem si sequamur, repetendum erit Fidei nomen ἡ πίστις.

12 *Et pater circuncisionis, καὶ πατέρα περιτομῆς.* id est, Pater circuncisorum: vt etiam mox, *Esse ex circuncisione*, declarat *Esse ex circuncisis.* ¶ *Iis [videlicet] qui non solum sunt ex circuncisione, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον.* Sic legimus in omnibus codicibus. Ita etiam legit Chrysostomus, & Græca quoque scholia disertè interpretantur, vt & ipsa sententia flagitat. Nam quemadmodum de incircuncisis loquens, non simpliciter dixerat omnium illorum esse patrem Abrahamum, sed eorum demum qui crederent: eãdẽ distinctionem in Iudæis quoque meritò seruauit: quia

(vt antè dixi) non est simpliciter propositum Apostolo docere, Abrahamum patrem esse tum incircunciso-rum, tum circuncisorum, sed etiam in primis qua ratione sit vtrorumque pater: qui est ipsius scopus. Nam *filium esse Abrahami coram Deo*, & *fide iustificatum esse* cohærent. Non rectè igitur Vetus interpres conuertit, *Non iis tantùm qui sunt ex circuncisione*, id est, οὐ μόνον τοῖς ἐκ περιτομῆς, quanuis eiusmodi traiectiones interdum apud Hebræos inueniantur: & ne longius abeamus, sic vsurpetur infrà, ver. 16. & 23. Ab Erasmo autem in eo vno dissentio quòd τοῖς ἐκ περιτομῆς interpretatur, eos qui genus ducunt ex circuncisis, quum generaliter (vt opinor) Esse ex circuncisione dicatur ab Apostolo, pro Esse ex circuncisorum numero.

περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ.

videlicet qui non solùm sunt ex circuncisione, sed qui etiã incedunt vestigiis fidei patris nostri Abrahami, quæ fuit in præputio.

non iis tantùm qui sunt ex circuncisione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.

a Ratio cur æstimandum sit Abrahæ semen ex fide: quòd videlicet Abrahã ipse credendo sit factus eius promissionis particeps, qua factus est omnium gẽtium pater.

13 Οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως.

13 [a] Non enim per Legem promissio *cessit* Abrahamo, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei.

13 *Non enim per Legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei.*

14 Εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου, κληρονόμοι, κεκένωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία.

14 [b] Etenim si ij qui ex Lege *sunt*, hæredes sunt, inanis facta est fides, & cassa reddita est illa promissio.

14 *Si enim qui ex Lege, hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio.*

b Duplex confirmatio illius rationis, vna quòd promissio non possit apprehendi ex Lege, ac proinde esset irrita: altera, quòd conditio fidei frustra adiungeretur promissioni ex operibus apprehendendæ.

¶ *Sed qui etiam incedunt*, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι. Planior quidem erit oratio si vel articulũ τοῖς expungas, vel legas ἀλλὰ καὶ στοιχοῦσι. Et fortassis permutata est horum verb. collocatio ab iis qui in priore membro putarunt esse traiectionẽ. Sed vtut sit, plana est Apostoli sententia, distinguentis Iudæos infideles à fidelibus. Nam (vt obiter hoc quoque dicam) *Incedere vestigiis fidei Abrahæ*, non de fidei fructibus, (de his enim nondum disserit Apostolus) sed de Fide ipsa accipiendum est: nec aliud declarat quàm *Credere, sicut Abrahamus credidit*.

13 *Per Legem*, διὰ νόμου. Hoc est, Per præstita aliqua opera, aut addita implendæ Legis conditione. Legem autẽ sine articulo vocat aut legem ipsam naturæ, non Mosis, quæ tunc nondum erat lata, vel etiam Legem Mosis vt hoc idem argumentum tractatur Gal. 3. 18. Supplendum est autem necessariò verbum ad constructionem explendam. Quid si igitur suppleas ἐδόθη, *Data est*? nam hoc innuunt Græca scholia. Sed hac ratione non fuerat dicendum τὸ κληρονόμον εἶναι, *vt hæres esset*, sed τὸ κληρονόμον ἔσεσθαι, *hæredem fore*, vt exposuit Erasmus: idque perperam, ni fallor. Neque enim disputat Paulus an Deus præcedentibus Abrahæ operibus adductus fuerit ad dandam ipsi promissionem, sed qua ratione sit promissionis particeps factus Abraham, an quia fide eam apprehendit, an verò quia Legis Iustitiam præstitit. Itaque verbũ *Cessit* aut *Euenit* potius est supplendũ. Aut ἢ id est, καὶ, *&*, vt etiam habet Syrus interpres. Vide Mat. 12. 7. ¶ *Vt hæres esset mundi*, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι κόσμου. Id est, Dominus, & quidem paternitatis iure, omnium orbis populorũ: vt mox explicatur vers. 16. 17. quod certè non carnali sed spirituali demum ratione fieri potest. Nam & veteribus Latinis, teste Festo, Hæredis nomine dominus intelligebatur. Est autem in his verbis ἀνάπτυξις superioris conclusionis, alioquin non valitura exempli Abrahami applicatione neque ad circuncisos, neque ad incircuncisos, nisi ostendantur duo: nẽpe Deum fœdus istud non cum vnico Abrahamo, sed cum hæredibus quoque ipsius pepigisse, & posterorum nomine quoscunque illi fœderis ipsius Abrahami crediturus intelligi. Coniungit igitur Paulus promissiones à Deo factas Abrahamo velut in vnum corpus, & quum omnes credentes, siue incircuncisos siue circuncisos, docuisset esse filios Abrahæ, meritò sanè Abrahamum vocat mundi hæredẽ, mundi appellatione omnes nationes intelligẽs, & in eo ipso sequutus Domini vestigia. Nam quum dixisset Dominus Abrahamo se fore Deum ipsius & Seminis eius, postea exposuit quid Seminis appellatione intelligeret, nimirum omnes terræ nationes, quum fore diceret vt illas omnes in eo gratia sua dignaretur. Hæc est omnino germana ac maximè accommodata huius loci explicatio, quam & ipse Apostolus postea explicat versu 17. declarans ipsius nomini Abrahami etymon. Nam mihi quidem videtur non posse satis apposite ad institutum Apostoli, aut satis genuina interpretatione per Mundum intelligi regio Chanaan: quanuis terræ Chanaan possessionem non negem fuisse huius spiritualis Promissionis pignus & tesseram, & suum hîc quoque cuiuis iudicium (sicut par est) integrum & illibatum relinquam. Est autem (vt ad rem redeam) peculiaris quidam Hebraismus in his verbis annotandus, qui sententiam mirè illustrat. Neque enim Hæredis nomen propriè hîc accipitur: sed quia Hebræis נחלה [*nachala*] id est Hæreditas, dicitur quicquid alicui gratis cedit in possessionem, ac nominatim quidem filij dicuntur Hæreditas quæ patri à Deo datur, Psal. 127. 3, ideo Hæredem esse Mũdi, declarat totum mundum habere pro Filiis, & hac ratione quasi vniuerso mundo potiri. Sic dicitur Christus totius Mundi hæres constitutus, in quo videlicet & ipsemet pater Abraham cum toto mundo adoptatus benedicitur, Heb. 1. 2. Sic dicimur Dei hæredes correlatiuè, infrà, 8. 17, quia Dei sumus Hæreditas cum Christo: quum alioquin Græcis & Latinis, alicuius esse hæredem, declaret, in alicuius bona post mortem succedere. Postremò, notanda est ratio cur Paulus addiderit ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, *vel Semini*, id est, posteris *eius*. Quid enim? an Semini eius facta est promissio, fore vt possideat mundum? Nempe id non potest nisi perabsurdè dici, quum potius appellatione Mundi illud ipsum Semen significetur. Est igitur hoc intelligendum ex mutua huius Patris & horum Filiorum relatione. Quum enim diceret Deus Abrahamum fore Patrem Multitudinis Gentium, simul pollicetur Multitudini Gentium fore vt Abrahamum habeat pro patre: quod vtrinque est singulare beneficium, ex fœderis formula, *Ero Deus tuus & Seminis tui*. Itaque Paulus quum id agat vt doceat filios Abrahæ ex vna fide æstimandos, siue circuncisi sint, siue incircuncisi, meritò expressit hanc promissionem pertinere non ad Abrahamum solùm, sed etiam ad ipsius Semen: quanuis in ipsa Promissionis formula explicanda id tantùm expresserit quod ad Patrem spectat, alterum videlicet lectori cogitandum relinquens, ex natura eorum quæ inter se comparantur. Plena enim hæc fuisset oratio, οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου· ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κληρονομεῖσθαι τὸν κόσμον· *Non enim per Legem Promissio [cessit] Abrahamo, vt esset Hæres ipse mundi: vel eius Semini vt fieret Abrahami Hæreditas, &c.*

14 *Si ij qui ex Lege [sunt,]* εἰ οἱ ἐκ νόμου. id est, Si ij demum sunt isti Filij qui Legem impleuerint: siue, si ad hoc vt aliquis censeatur in Hæreditate Abrahã, requiratur Legis impletio, inanis est fides ac promissio, id est frustra illi promissioni creditur, & frustra fit ista promissio. Nũ tantum abest vt hanc conditionẽ aliquis præstare possit, vt contrà (sicut antè primis tribus capitibus penè integris est demonstratũ & ostendit plenissimè cap. 7.) Lex nihil aliud quàm peccata hominum coarguat, ipsorum quidẽ vitio non Legis. Itaque *Ex Lege esse* non solũ declarat atque *Circuncisum esse*, & *Legi Mosis initiatum*, quemadmodũ paulo pòst accipitur vers. 16. sed idem valet atque εἶναι ἐξ ἔργων, Galat. 3. 10, *Ex operibus esse*, id est, operibus suis, seu Legis impletione niti.

15 Ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται· οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις.

15 [a] Nam Lex iram efficit: vbi enim non est Lex, ibi nec trãsgressio *est*.

15 *Lex enim iram operatur: vbi enim non est Lex, nec præuaricatio.*

16 Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν,

16 [b] Propterea ex fide *est hæreditas*, vt *sit* per gratiam, vt firma sit promissio toti Semini[c] *id est* non solùm ei quod *est* ex Lege, verumetiam ei quod *est* ex fide Abrahami, qui est pater omniũ nostrûm,

16 *Ideo ex fide, vt secundum gratiam: vt firma sit promissio omni semini, non ei qui ex Lege est solùm, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrûm,*

17 (Καθὼς γέγραπται, Ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε) κατέναντι οὗ ἐπίστευσε, Θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.

17 (Sicut scriptum est, [d] Patrem multarũ gentium constitui te) coram eo cui credidit, Deo *videlicet*, viuificante mortuos, & vocante quæ non sunt, tanquam sint.

17 *(Sicut scriptum est, Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum, cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.*

18 Ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον, Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου.

18 [e] Qui *Abrahamus* contra spẽ sub spe credidit, fore vt ipse fieret pater multarũ gentium, secundum id quod *ei* dictũ fuerat, Ita erit Semen tuum.

18 *Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gẽtium, secundum quod dictũ est, Sic erit semen tuum.*

a Ratio prioris confirmationis, cur promissio nõ possit ex Lege apprehẽdi: quia videlicet Lex quum à nullo obseruetur, non conciliat nobis Deum, sed iram eius potiùs nobis denuntiat.

Gen. 17. 14

Gen. 15. 5

b Conclusio huius argumẽti. Ex fide apprehendente promissionem Abrahæ factam, & quam primus ipse Abraham fide apprehendit, totius posteritatis Abrahami (id est Ecclesiæ ex omnibus populis collectæ) iustificationem ac salutem proficisci. c Id est, non tantùm eorum qui credunt & simul ex Lege Circuncisi sunt: sed etiam eorũ qui absque circuncisione & solius fidei respectu, censentur in Abrahami filiis. d Spiritualis est ista paternitas, ex vnica Dei promittentis virtute pendens. e Descriptio veræ fidei in Dei potentia simul ac beneuolentia penitus acquiescentis, proposito Abrahami exemplo.

15 *Lex iram efficit*, ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. Vulg. & Eras. *Lex irã operatur*. Ego verò existimo Apostolũ potius vsurpasse compositum κατεργάζεται, quam simplex ἐργάζεσθαι: quia quum iam inde à nostro exortu simus iræ Dei obnoxij, superuenit postea Lex, quæ (etsi nostra culpa, non sua) damnationem cumulet, ac veluti cœptũ opus absoluat. Est autem operæpretiũ intelligere quid in hunc locum cõminiscatur Origenes, *Legis nomine*, inquit, *lex membrorũ intelligitur. Quòd si placet de Lege Mosis accipere, Iræ nomine pœnas accipe quas Lex Mosis proponit delinquentibus, vtpe vt crementur, lapidentur, suspendãtur trãsgressores*. Quid amplius? *Potest*, inquit, *esse Lex vbi præuaricatio non sit*. Et paulo post, *Etsi* inquit, *Legẽ Mosis ponamus, non cõtinuò omnes qui sub Lege Mosis vixerunt in præuaricatione facti sunt: alioqui simul & omnes Prophetas, & omnes iustos videmur inuoluere*. Hæc ille: ex quib. certè apparet hominem istum non multo melius intellexisse quid sit Lex, quod eius officiũ, quod Euãgelij & Legis discrimẽ, quàm si Paulũ nunquã inspexisset. ¶ *Vbi non est lex*, οὗ οὐκ ἔστι νόμος. Vel (vt quidã malunt) Cuius rei lex non est, nec transgressio est. Nam ambiguum est Græcum vocabulum οὗ. Sed omnino certè videbatur potiùs scribendum, Nam vbi Lex est, transgressio est; quod videbatur quidem fuisse probandum, quandoquidem non aliam ob causam Lege non iustificamur, nisi quòniam illam transgredimur: sed vt antea copiosissimè, tum aduersus Gentes, tum aduersus Iudæos probatum meritò præsupponit Paulus.

16 *Propterea*, διὰ τοῦτο. Id est, *Itaque*. Est enim conclusio non à sequentibus sed à præcedentibus nascens. ¶ *Ex fide*, ἐκ πίστεως. Vetustissimus ille codex. cuius alibi memini, addit Ἰησοῦ, *Iesu*, id est in Iesum, siue quæ Iesu habetur. ¶ *Toti Semini*, παντὶ τῷ σπέρματι. Id est omnibus credentibus. Nam qui non credunt, etiam si sint circuncisi & secũdum carnem orti ex Abrahamo, non sunt tamen eius Semen, quia mutua est Promissionis, fidei, & Seminis relatio. Est autem in his verbis conclusio præcedentium à vers. 13. ad hunc vsque locum. ¶ *[Id est] non solùm ei quod est ex Lege*, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον. Quum in genere dixisset, Hæreditatem hanc esse ex fide, nõ ex Lege vt firma esset Promissio toti Semini, id est omnibus credentibus, nunc Semẽ istud diuidit in eos qui sunt ex Lege, id est, in Iudæos fideles circuncisos, & in eos qui sunt ex fide, id est Gentiles, qui sola fide referunt Abrahamum, quum sint incircuncisi. Itaque (quod non intellexit Origenes) *ex Lege & ex fide esse*, non opponuntur simpliciter hoc loco, vt paulo antè ver. 14, sed κατά τι, id est, quatenus fidei adiuncta est aut non adiuncta circuncisio. vt idem declaret ἐκ τοῦ νόμου εἶναι, atque ἐν τῷ νόμῳ εἶναι, suprà capite 3, vers 19. Nam fides vtrinque ponitur, quia præcedit in prolepsi, παντὶ τῷ σπέρματι. Eadem quoque ratio ostendit particulã μόνον, vt 1. Cor. 15. 10, ita hîc etiã per traiectionem cohærere cum negatiue particula, non cum participio ὄντι subaudito: neque rectè hunc locũ à quibusdam sic conuerti, *Non ei quod est tantùm ex Lege, sed etiam ei quod est ex fide*. Cur enim Paulus adderet καὶ in posteriore membro? vel scribendum fuisset, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως, id est, *sed ei qui etiam est ex fide*. ¶ *Ex fide Abrahami* ἐκ πίστεως Ἀβραάμ. Argutatur hoc loco Erasmus, quasi Ἀβραὰμ pertineat ad articulum τῷ, tertio casu videlicet: vt duos Abrahamos faciat Paulus, sicut alibi duos Adamos, vnum iustificatum in præputio per fidem, qui pater est Gentium spiritualis: alterum iustificatum per fidem in circuncisione qui duplici nomine pater est Iudæorum credentium. Ego verò nusquam inuenio posteriorem istum Abrahamum. Deinde quorsum hæc dicantur, quum manifestè Paulus diuidat in duo membra quod in genere de toto Abrahami semine. i. credentibus, tũ circuncisis tum incircuncisis dixerat? Nimirum vt aditum sibi patefaciat nouo argumento ex ipsius promissionis formula petito: quæ quidẽ disertè facit non vnius, sed multarum gentium mẽtionem. Nam quod ait Erasmus additurum fuisse alioqui Paulum τοῦ Ἀβραάμ, nullius est momenti, quum soleat multis locis omittere articulum, vt infrà, 9. 7. & 11. 1. & Gal. 3. 7. & alibi sæpe.

17 *Coram Deo*, κατέναντι τοῦ Θεοῦ. i. Cognatione Spirituali, quæ Coram Deo locum habet, & Deo nos gratos reddit. Nam quum benedictio inclusa sit in Semine Abrahæ, filios eius fieri nos oportet, vt simus vitæ æternæ participes. Verùm apud homines alia est ratio, apud quos videlicet mortuis non videntur vlli posse illorum filij ex quibus non sunt secundum carnem & naturali Generatione orti. Quidam tamen Chrysostomum sequuti κατέναντι exponũt, *Ad exemplum* seu *similitudinem*, quod videatur quandam cum Deo similitudinis speciem habere Abrahamus in eo quòd totius mundi sit pater, & quidem Spirituali ratione. Sed mihi quidem hæc argutia videtur inanis: neque vsquã in nouo Testamento reperio κατέναντι positum pro ὁμοίως. ¶ *Credidit*, ἐπίστευσε. Ambrosius legit *Credidisti*, idque perperam. & veteres etiam manusc. cod. & Vulg. scriptum habẽt *Credidit*. ¶ *Viuificante*, ζωοποιοῦντος. id est, qui vitæ restituit, vt exposuit Eras. per periphrasin. Adduntur autem hæc ab Apostolo, vt aditum sibi patefaciat ad declarandam veritatem & excellentiam fidei Abrahami. ¶ *Et vocante*, καὶ καλοῦντος. i. Apud quem iam sunt quæ alioqui reipsa nõ sunt, vt qui vel vno verbo quiduis possit ex nihilo efficere. Sic enim accipitur apud Hebræos verbum קרא [*kara*] i. vocauit, vt alibi obseruauimus. Videtur autem Paulus, quum mentionem facit viuificationis, respicere circuncisos natos ex ipsius Abrahami, quasi iam emortui lumbis, non naturæ sed fidei virtute. Nam quòd de morte per peccatũ hîc disputat Origenes, οὐδὲν πρὸς ἔπος. Quum autem meminit vocationis eorum quæ non sunt, videtur spectare incircuncisos qui virtute promissionis facti sunt, quod prius non erant, quasi (quod etiam interminatur Ioannes Baptista, Mat. cap. 3. vers. 9) ex lapidibus filios Abrahæ suscitarit Dominus, quum ex non populo fecit populum. Oseæ 1.

18 *Contra spem sub spe*, παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι. contra Spem

videlicet quam ordo naturæ dictabat, sed sub Spe, quæ in Potentiam Dei respiciebat. ¶ *Fore vt ipse fieret*, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτόν. Noua prorsus est hæc constructio. Nec enim εἰς causam finalem hîc videtur notare, sed tantùm declarare quid crediderit Abraham, nempe futurum id quod ex Deo audierat. Itaque εἰς τὸ γενέσθαι, idem est atque τῷ, quòd Hebræi præposito *Beth* vel *Lamed* exprimerent, sicut construi apud illos solet verbum האמין [*Heheemin*,] etiam cum casu rei, vt 1.Reg.10.7. & Psal.119.66. Quamobrem etiam rectè Syrus interpres εἰς τὸ γενέσθαι vertit דנהוא [*dehehuch.*] ¶ *Semen tuum*, τὸ σπέρμα σου. In quibusdam codicibus additur, *Sicut stellæ cæli & arena maris*: idque non ineptè.

Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας.	19	Ac minimè infirmus fide, non considerauit suum ipsius corpus iam emortuum, quum centum circiter natus esset annos, nec emortuum vterum Saræ.	19	*Et non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum iam emortuum, quum ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ.*
Εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ·	20	Ad hanc promissionem autem Dei non addubitauit incredulitate: sed corroboratus fuit fide, tributa gloria Deo:	20	*In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriam Deo:*
Καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι.	21	Ac plenè certioratus est, eum quod promiserat, posse etiam efficere.	21	*Plenissimè sciens quia quæcunque promisit, potens est & facere.*
Διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.	22	Quapropter etiam *hoc* imputatum est ei ad iustitiam.	22	*Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.*
Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ·	23	[a] Non scriptū est autem propter eum solùm, quòd *hoc* imputatum fuerit ei:	23	*Non est autem scriptū tantùm propter ipsum, quia reputatum est illi.*
Ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι, τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν,	24	Sed etiam propter nos, quibus futurum est vt imputetur, iis *nimirum* qui credunt in eum qui suscitauit Iesum Dominum nostrum ex mortuis,	24	*Sed & propter nos, quibus reputabitur, credentibus in eum qui suscitauit Iesum Dominum nostrum à mortuis,*

a Vna est perpetua tum in Abrahamo, tū in omnibus fidelibus, iustificationis regula, fides videlicet in Deū qui in Christo Mediatore nostro expiatis nostris peccatis, eundē à mortuis excitauit, vt & nos iustificati in eo seruemur.

19 *Minimè infirmus*, μὴ ἀσθενήσας. Hic mos est apud Hebræos vt contrarium eius quod negant, fortissimè asseuerent: quæ figura à grammaticis dicitur μείωσις. Itaque *Minimè debilis* fortissimum ac cōstantissimum declarat, quod non satis videntur expressisse Vetus interpres & Erasmus, quum interpretarentur μὴ ἀσθενήσας, *Non infirmatus*. Sed in eo fœdè hallucinatur Origenes, quòd ex his verbis colligit, Fidem in Abrahamo perfectam fuisse: huc etiam detorquens quod de infirmis in fide sustinendis præcipitur infrà, 14.1, & Tit.1.13, de sanis in fide. quibus tamen locis Fidei nomen accipitur diuersa significatione, id est, pro ipsa Euangelij doctrina quæ credenda proponitur.

¶ *Emortuum*, νενεκρωμένον. Id est viribus effœtum, & ad gignendam sobolem ineptum. Itaque intempestiuè disserit Origenes de mortificatione spirituali. ¶ *Vterum*, τῆς μήτρας. Vulg. Vuluam. Sed illud verecundius est. Et Plinius quoque lib.11.cap.37. vterum mulieribus, vuluam cæteris animantibus, tribuit.

20 *Non addubitauit*, οὐ διεκρίθη. Vide Matth.21.21.

¶ *Incredulitate*, τῇ ἀπιστίᾳ. Vulg. *diffidentia*. Ego verò *fiduciam à fide*, vt consequens ab antecedēte distinguo, ac proinde Diffidentiam ab Incredulitate, quanuis sic ista inter se cohæreant, vt vtrunque interdum alterius illorum nomine comprehendatur. Significat autem hoc loco ἀπιστία omnē fidei, id est assensus absentiam, qualis est eorū quibus verbum Euangelij est vel ludibrio, vel offendiculo, ita vt reiiciant prorsus Dei promittentis potentiam, quasi impossibilia promittentis: aut voluntatem aspernantur, quasi aliud volentis, aliud loquentis. ¶ *Corroboratus fuit*, ἐνεδυναμώθη. Vulg. *Confortatus est*, barbarè. Cæterùm hoc verbum, & alia eiusmodi accipienda sunt in forma coniugationis Hebrææ Hitphael, vt sciam* nos in primæ gratiæ vsu moueri quidem ἐνεργητικῶς, sed ex gratia altera: quæ si abesset, statim prima gratia excideremus. Hoc autem illud robur est, vnde arripuit occasionem Deus Iacobo tribuendi Israelis nomen, quòd in illa typica lucta tam fortiter sese gessisset Iacobus, vt suū antagonistam dimitti petētem nō aliter quàm cum pactione dimitteret. Sic & in hoc facto Abrahamus, cunctis naturalibus principiis ad incredulitatem illam impellentibus vsque adeò non cessit, vt conträ valere iussis illis, certò statuerit futurum quod Deus ipsi promittebat. Nam ex naturalium principiorum ordine de rei promissæ euētu dubitare, est quasi aduersus ipsum Deum, quasi naturalibus caussis non dominantem, sed subiectum, certare. Est autem hæc lucta Carnis & Spiritus eò periculosior, quòd quum naturæ ordine nitimur, videri possimus Deo non repugnare, vt qui sit illius ordinis auctor. Nec sanè, fateor, in capiendis consiliis negligenda est, immo magnopere obseruanda causarum naturalis ordinis consideratio, nequid temerè concludatur: sed quoties voluntatem suam Dominus verbo suo patefecit, fortiter & intrepidè credendum est quod docet, & aggrediendum quod iubet. Docet autem nos ordinariò verbi sui ministerio, & vnumquemque pro vocationis suæ ratione de sua voluntate sic admonet in eodem illo verbo suo, vt nullæ sint hîc nobis peculiares & extraordinariæ reuelationes expectandæ, iis potiùs non satis sanæ mentis hominibus relinquendæ, qui etiam vigilando somniant. ¶ *Tributa gloria Deo*, δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ. Id est, Deo agnito ac collaudato, vt qui summè bonus ac verax esset; sicut scriptum est Ioan.3.33. Sic accipitur hoc dicendi genus Luc.17.18, sed paulò aliter Ioan.9.14. Est autem insignis hic locus, quo docemur esse quandam ἀθεότητος speciem, Deum etiam illum verum agnoscere, at non qualis agnosci vult in Christo per Euangelij verbum patefacto: sed qualem eum esse imaginantur, vt hodie Iudæi, Turcæ, Pontificij & hæretici, quicunque fundamentum illud tollentes, doctrinam de tribus in vnica Deitate personis, & de Christi persona, vel officio, quantum in se est, subuertunt.

21 *Plenè certioratus est*, πληροφορηθείς. Nempe à Spiritu sancto, cuius donum est fides, non à natura (teste eodem Apostolo infrà 8. & 16) sed à mera gratia. Vide Luc.1.1. Est autem notanda in hoc versiculo elegantissima fidei descriptio, qua primùm explicatur quid sit ei proprium, nempe plena persuasio: deinde quò respiciat, nempe in Dei voluntatem simul & potentiam, nobis in verbo patefactam.

¶ *Quod promiserat*, ὃ ἐπήγγελται. Erasm. *Is qui promiserat*, ὃ ἐπήγγελται, significatione actiua.

22 *Quapropter etiam*, διὸ καί. *Quomodo*, inquit Origenes, *non ad iustitiam reputaretur ei qui non solùm in fide, sed & in omnibus virtutibus perfectionem tenebat?* Hæc ille, nempe vt nihil esset quod non contaminaret, & velut ex professo peruerteret. Hac autem particula διό non quid mereatur fidei habitus declaratur, quum Fides & Meritum sint ἀντικείμενα: sed veram ac germanam hanc fidem fuisse declaratur.

23 *Propter eum solùm*, δι' αὐτὸν μόνον. Id est, Quum hæc scriberentur, non habuit Spiritus S. rationem vnius Abrahami, vt insignis alicuius facti memoria esset sempiterna, sed nostri etiam erudiendi causa hæc scripsit, qui sumus illius filij per fidem, in eo benedicendi. Neque enim proponitur Abrahamus simpliciter vt exemplar imitandum, sed vt pater credentium. Neque video cur necesse sit nos assentiri Origeni, qui δι' αὐτόν interpretatur περὶ αὐτοῦ, de eo, & δι' ἡμᾶς, de nobis.

25 Qui

Ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.	25	Qui traditus fuit *morti* propter offensas nostras, & suscitatus ad nostri iustificationem.	25	*Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.*
Κεφάλαιον ε.		CAP. V.		CAP. V.
Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.	1	[1] IVstificati igitur ex fide, pacē habemus apud Deū per Dominum nostrum Iesum Christum.	1	*IVstificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum:*
Δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν	2	[2] Per quem etiam fide addu-	2	*Per quem habemus ac-*

Eph.2.13.

1 Aliud argumentum ab effectis. Eò iustificamur quòd conscientiam verè coram Deo pacat. Pacat autem conscientiam non Lex, sed Fides per Christum, vt antea probauit. Fide ergo non Lege iustificamur.

2 Quòd Fidei tribuitur conscientiæ tranquillitas, ad Christum referendum est, ipsius Fidei datorem, & in quo ipsa Fides est efficax.

25 *Qui traditus fuit* [*morti*] ὃς παρεδόθη. Vulg. & Erasmus, *Qui traditus est*. Ego suppleui quod deesse videbatur, & vsus sum participio, vt amphiboliam vitarem. Traditum autem intellige à Patre, quum Filio pro nobis non pepercit infrà 8.8. Significantiùs autem sic loquutus est Apostolus, quàm si Christū propter lapsus nostros mortuum dixisset. Quod enim Christi mors est peccatorum nostrorum expiatrix, oritur ex gratuito Patris decreto, sic nobiscum paciscente.

¶ *Propter offensas nostras*, διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν. Sic interpretor nomen παραπτώματος, quo declaratur non leuis aliqua aberratio à Lege Dei, si qua leuis esse potest, sed ea trāsgressio mandatorum Dei, qua non tantùm impingimus, sed etiā labimur, & à gratia Dei excidimus, si suo iure nobiscum agat. Bis autem repetita propositio διά, priore loco declarat mortis Christi causam, vt ita loquar, materialem, nempe nostra peccata, ipsi vt vadi nostro imputata. Posteriore verò loco finalem causam nostri quidem respectu significat, nempe vt Christus sua morte nostra peccata expiaret: quod certè præstare nobis non posset, nisi victor resurgens mortem debellasset, quæ est peccatorum merces. Itaque Iustificatio ne hoc quidem loco ad Regenerationē trahenda est, alioqui resurrectioni specialiter attributam: quum hac de re nihil dum disseruerit Apostolus. Sed duo coniunctissima, & tamen distincta: sic declarantur, nempe absolutio à peccatis per Christi sanguinem; quod demonstrauit Apostolus: & Acceptatio ad vitam, de qua incipit disserere à versiculo proximo.

IN CAP. V.

1 *Iustificati*, δικαιωθέντες, id est, absoluti à peccatis nostris per Christi mortem, quod Apostolus tota superiore disputatione euicit: & per eiusdem resurrectionem in vitam æternam asserti, qua de re nondum disseruit Apostolus, sed quā hoc ipso capite explicat. Est enim hic versiculus cum proximè sequente partim superioris disputationis de Remissione peccatorum conclusio, partim ad sequentem de Christi obedientia, reatui nostro opposita, tractationem transitio: quod qui non animaduerterunt, res planè & natura sua, & obiectis, & fine differentes, & distinctè ab Apostolo explicatas, suisque propriis argumentis confirmatas confundunt, quod omnes æquos lectores mihi concessuros spero. Etsi enim hæc duo summa beneficia ab vno & eodem fonte promanant, id est, ab iis quæ nostri causa vnicus ille noster Mediator præstitit, tamen ipsa quæ pro nobis præstitit dupliciter considerantur, & ad duos, inseparabiles quidem, sed distinctos fines in hac Apostolica disputatione referuntur. Diuersum enim quiddam est, A mortis condemnatione absolui, quàm Æterna vita dignum censeri: quorum illud à Christi perpessionibus pendet, quatenus pœnæ rationem habent pro nobis persolutæ: istud verò nobis obtingit, quatenus Christus sic pro nobis satisfaciens, omnem simul Iustitiam pro nobis impleuit: vt idem in vno & eodem opere sic dupliciter considerato, & distinctè ad diuersos illos duos fines accommodato, sit credentibus, non tantùm à morte & inferis liberator, sed etiam ad beatissimam immortalitatem in cœlos assertor. ¶ *Ex fide*, ἐκ πίστεως, nempe vt Instrumento, sine, neque quatenus est qualitas nobis per Dei gratiam insita, neque ex ipsius qualitatis opere, quo credimus, (Aliud enim est ipsa vis & facultas credendi, & ipsum Credere illius ἐνεργείας ἐνέργημα) sed propterea quòd ex Dei sic nobiscum paciscentis, tum potentia, tum voluntate Christum cum omnibus quæ ipsi insunt, Fides apprehendit.

¶ *Pacem habemus*, εἰρήνην ἔχομεν. Pacis nomen hîc simpliciter oppono perpetuo illi dissidio inter Deum & Homines, per & propter peccata nostra, Esaiæ 59.2. quorum quum Deus non solùm capitalis sit hostis, infrà 6.23. verùm etiam verè plusquam terribilis vltor, nihil est horribilius terroribus conscientiæ suorum peccatorum morsibus sauciatæ. Hinc omnes falsarū Religionum species, dum aduersus hoc tantum malum quæritur remediū, idque frustra. Sola enim Christiana Religio quod illud sit docet, & simul per fidem percipiendum præbet, illa testificans plenissimè fuisse per sponsorem nostrum Iesum Christum vindicata, persoluta, expiata: ac proinde quum sublata causa tollatur effectus, pacato animo esse oportere omnes hoc beneficium fide amplexos: Et hinc etiam apparet quàm sint hallucinati Philosophi omnes, sine vlla exceptione, in sua illa εὐθυμίᾳ describenda, ac multò etiam magis in eius adipiscendæ ratione tradenda.

¶ *Apud Deum*, πρὸς τὸν Θεόν. Rectè. Hoc enim illud est quod propriè & maximè conscientiam vrget, tum quòd Dei manus ne morte quidem ipsa effugere quisquam potest, vt communis ipse sensus quantumuis repugnantes docet, tum propter pœnæ grauitatem. Apud homines autem huius seculi tantum abest, vt verè pij pacem habeant, vt è contrariò nullos crudeliùs persequatur Mundus, qua de re mox differet Apostolus.

¶ *Per Dominum nostrum Iesum Christū*, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Tres hîc enumerat causas nostræ pacis Apostolus, Fidē, Deum, & Iesum Christum, non coordinatas, nec eiusdem generis, sed subordinatas, incipiente Apostolo à causa nobis per Dei gratiā data, intrinseca & instrumētali, nempe Fide, cuius scopus & obiectum est Deus Pater, interueniente Iesu Christi propitiatione, Ideóque Deo Patri non secundum Deitatem, vt blasphemant Arriani, sed quatenus noster est Mediator, subordinati. Habent autem maximum pondus singula hæc epitheta. Verè enim Dominus est noster, quia nos suiipsius pretio à Satanæ, Mortis, & Peccatorum seruitute apud Patris tribunal asseruit, à quo etiam, quatenus frater noster est, omnem rerum omnium creatarum administrationem accepit. Quem igitur conscientia nostra hoc assertore freta reformidabit? Deinde, si *Iesus* est appellatione minimè inani, qui perire possent, ab isto vindice seruati? Et si Messias Christus ille est patribus additis Legalibus vmbris, promissus, & nobis tandem reipsa exhibitus, quem alium Seruatorem expectabimus?

2 *Per quem etiam*, δι' οὗ καί. Notanda est diligenter particula καί. Nec enim Apostolus illam partem describit superiore versiculo commemoratam, vt nonnulli interpretes existimant: sed conclusa superiore disputatione De Remissione peccatorum conscientias nostras apud Dei tribunal pacificante, nunc subiicit Apostolus nos per eundem Christum Fide apprehensum alteram ampliorem gratiam, id est, alterum sanctitatis beneficium consequi, vtpote per quod, non tantùm liberati sumus ab omni metu condemnationis nostris peccatis debitæ, verùm etiam erecti & sancta confidentia in ipso freti, audemus æternæ vitæ gloriam nobis ab ipso polliceri, nedum vt mortem æternam ampliùs reformidemus: quod postea demum probabit Apostolus ab huius capitis vers. 12. vsque ad sextum caput.

¶ *Adducti sumus*, τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν. Vulg. *habemus accessum*, quasi scriptum sit ἔχομεν: quum seruanda fuerit vis præteriti temporis, cuius videlicet, quoad Christum

efficaciter tracti sumus, siue credere cœpimus. Deinde προσαγωγὴ non de aditu seu accessu spontaneo dicitur, sed Adductionem significat, vt sciamus nobis quidem ad Deum sed à Patre tractis & Christum vocantem, & nos deducentem sequutis, aditum per Spiritum S. patere, Heb. 2. 10. Rectè igitur Erasmus, hunc locum vertit, *per quem contigit nobis vt fide perduceremur*, si sensum spectes, sed longiore paraphrasi.

3 Occupatio aduersus eos qui miseriis & calamitates Ecclesiæ penè assiduas ch spi cientes putant Christianos somniare, quū sua felicitatē iactant: quib. respondet Apostolus eorū felicitatē alibi esse sub spe repositā, quę qui dē spes adeò sit certa, vt de felicitate illa non minus exultent, quàm si eafruerētur. Iac. 1. 3.

τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ.		cti fuimus in hanc gratiam per quam stamus, & gloriamur in spe gloriæ Dei.	cessum fide in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloria filiorum Dei.
Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν· εἰδότες ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται·	3	4 Neque id solùm, sed etiam gloriamur de afflictionibus, 5 scientes quòd afflictio tolerantiam efficiat:	3 Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur:
Ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα·	4	Tolerantia verò experientiam, experientia autem spem:	4 Patientia autem probationem, probatio verò spem.
Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν.	5	Porro spes non pudefacit, eò 6 quòd charitas Dei effusa est in cordibus nostris per Spiritū sanctum qui datus est nobis.	5 Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctū qui datus est nobis.
Ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν	6	7 Christus enim, quum nullis	6 Vt quid enim Christus quum adhuc infirmi esse-

4 Ipsę oppressiones multis modis suppeditant exultationis materiē nedum vt nos reddāt miseros.

5 Quia afflictiones patientiæ nos assuefaciunt, patiētia verò bonitatē Dei nobis reddit exploratā: ista deniq, experientia spē nostram alit, quæ quidem nunquam nos frustratur.

6 Fulcimē spei est certū conscientiæ testimonium ex Spiritus Sancti dono, quòd à Deo diligamur: hoc autē nihil aliud est quàm quod fidē vocamus: vnde sequitur fide pacari cōscientias.

7 Certa in aduersis consolatio, ne pacem nostram interturbent: quia qui prorsus infirmos atque adeò impios adeò dilexit vt pro eis etiā mortem subiret, quî posset iam in ipso viuentes & sanctificatos negligere?

¶ *Per quam*, ἐν ᾗ. Vel, *in qua*: siue intelligamus Gratiæ nomine ipsam Dei εὐδοκίαν, id est gratuitam beneuolentiam, cui hæc laus tribuenda est, vt qui in solidum omnia in nobis & inchoet & perficiat: siue eam conditionem in quam gratuitò sumus adsciti. Nonnullis etiam placet istud ad fidem referre, quod tamen mihi non ita probatur.

¶ *Stamus*, ἑστήκαμεν, id est, firmi permanemus, aut erecti. Potest enim opponi, vel τῷ πίπτειν, vt 1. Cor. 10. 12. vel τῷ κλίνεσθαι. Alij conuertunt *Stetimus*. ¶ *Gloriamur*, καυχώμεθα. id est, ἀγαλλιώμεθα, vt 1. Cor. 12. 10. id est non solùm æquo animo sumus, & ab omni damnationis formidine liberi, immo de peccatorum remissione per Christi sanguinem certiorati, & inde magna lætitia perfusi, exultamus de hæreditate cœlesti quæ nos manet. Sic enim accipiendum est verbum καυχᾶσθαι quum alioqui suprà dixerit omnem gloriationem excludi fidei doctrina: eam videlicet qua homo sibi aliquid attribuit nec per solam gratiam datum. Ex hoc autem loco apparet quàm turpiter hallucinati sint Philosophi in definitione εὐθυμίας, quum sapientem illum suum, non solùm metu, sed etiam spe vacare vellent. Est igitur pax illa quæ terroribus conscientiæ opponitur ab altero isto beneficio, vnde hæc gloriatio nascitur, distinguenda, quanuis ex eiusdem Christi per fidem apprehensi obedientia nobis imputata promanet, sed diuerso respectu considerata. Sunt enim hæ Legi adiunctæ appendices: Vna, *Maledictus qui non præstiterit omnia scripta in libro isto*. Altera, *Hoc fac & viues*. Vt autem ab illa liberemur, ac proinde terrores conscientiæ facessant, præstat nobis persolutio pœnæ à nostro sponsore præstita pro nobis, & non pro se, & credentibus imputata. Vt autem alteram obtineamus, sicut aliud est, pro peccatis suis Deo satisfecisse, ac proinde à damnationis metu liberū, atque adeò de absolutione certum esse, quàm Legem impleuisse, ac propterea gloriantem vitæ æternæ spem certam habere: ita ad remissionem peccatorum, per quam à pœna absoluimur, requiritur absolutissima Legis præstatio, qua nobis ius ad vitam æternam obtinendam tribuitur. Hoc autem vtrunque in Christi obedientia credentibus donata adipiscimur: nempe illud quidem quatenus passiuè consideratur, siue quatenus est pœnarum quas merebamur plenissima persolutio, istud verò, quatenus est absolutissima Legis totius pro nobis præstatio Actiuè considerata, quam alteram Iustificationis nostræ partem additam ad primam illam in peccatorum remissione sitam, nunc pertractat Apostolus.

¶ *Gloria Dei*, τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Sic legimus vbique in Græcis codicibus. Vetus tamen interpres legit τῆς δόξης τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ gloriæ Filiorum Dei.

3 *Neque id solùm*, οὐ μόνον δέ. Præcisum est hoc dicendi genus, & Paulo familiare, quum superiora vult amplificare, vt infra 8. 23 & 9. 10. Sed & in Claromontano codice manuscripto Græcolatino, cuius alibi memini, exprimitur in Græcis τοῦτο in Latinis *Hoc*. His autem verbis continetur grauissima aduersus tacitam obiectionem responsio, tribus istis versiculis sese consequētibus comprehensa. Quum enim aduersus id quod dixerat Apostolus de Deo nobis reconciliato, & conscientia nostra per sensum remissionis peccatorum pacata obiici posset, contrarium manifestò inde apparere, quòd nulli tractētur duriùs, quàm qui Christum profitentur: quod certè Deo, neque ignorante, neque inuito, sed volente, ac proinde (vt sensui humano videtur) nobis irato eueniat, nedum vt sit nobis plenè reconciliatus, & omnem ipsius iræ metum nobis exemerit. Ad hoc autem Paulus sic respondet, vt non modò illationem hanc inficietur, verùm etiam ex sua responsione mutuetur eius, quod de pace apud Deum dixerat, confirmationem. Tantum enim abesse vt afflictiones illæ piorum Deum ipsis iratum esse testentur, (qua in re paralogismus in illa obiectione admittebatur à non causa ad causam, sicut in scholis loquuntur id est, ex falsæ causæ præsuppositione) vt contrà certa sint in suos ipsius beneuolētię pignora, vsque adeò vt hinc habeant pij non desperandi, sed exultandi, potius argumentū. Sic enim illos ad patientiam erudiri, & quum tandem mirificè liberantur, veritatem promissionum Dei & eiusdem in suis asserendis, & hostibus suis iustis tandem suppliciis afficiēdis, potentiam experiri. Apostolus autem ab hoc versiculo, vsque ad vers. 10. desinentem digreditur quidem à cœpto Iustificationis imputatæ argumento, ad consolationem in omnibus huius vitæ miseriis, quibus prę cæteris obnoxij sunt credēes: idq; artificiosissima methodo, & eò magis obseruanda, quòd sapientia humana naufragium ad hunc scopulum facit. Quum ergo nihil magis aduersari videatur isti gloriæ Filiorum Dei cœlesti & æternæ quàm misera ista sub cruce conditio, Paulus illius disputationis definitionē differens in vers. 11. vbi propositionem repetit, lectorem ad id audiendum pręparat, respondens illi tacitæ obiectioni, ista non modò non obesse credentium beatitati, sed etiam materiam huic glorificationi suppeditare. ¶ *Efficiat* κατεργάζεται, quatenus videlicet sic Deus illos nunquam deserens, facit Spiritus S. sui virtute, vt mox vers. 5. declarat Apostolus, vt vsu ipso patientes esse discant. Nam alioqui miseriæ & calamitates sui natura, desperandi potius materiam suggerunt.

4 *Experientiam*, δοκιμήν. Vulg. & Eras. *Probationem*, quod vocabulum est ambiguum, quia vel actiuè, vel passiuè accipi potest: δοκιμὴ verò nunquam nisi passiuè accipitur. Placuit autem hoc annotare, ne quis putet Paulum à Iacobo dissidere, qui cōtrariò ordine scribit, quòd probatio pariat patientiā. Nam ibi in Græcis est τὸ δοκίμιον, i. *exploratio*, quo nomine ipsa oppressio dicitur à suo effectu sic vocata.

5 *Charitas Dei*, ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, i. qua nos à Deo diligimur, vt nō tantum ostendit argumenti series, verùm etiam Paulus ipse explicat, infra, versu. 8.

6 *Christus enim*, Ἔτι γὰρ Χριστός. Admirabili prorsus artificiò Paulus hanc Dei erga nos charitatem inter responsionem ad superiorem obiectionem, & alterius, quæ mox sequitur, obiectionis refutationem collocauit, quod sit vtriusque firmamentum. Vnde enim ista patientia? vnde veritatis & potētiæ Dei experimentū? Vnde spes illa nunquam fallax: nisi ex illa certioratione diuinæ in nos beneuolētiæ, qua sic nos dilexit, vt sāguine Filij sui nos sibi recōciliarit.

Sequēs autem obiectio tacita, sicut ostendit eius refutatio talis est, vt Deus nos ita dilexerit, vt per Fidē ad ipsum accedentibus peccata omnia præcedentia remiserit, sanguine Filij sui expiata, an idem nobis polliceri audebimus de peccatis, quæ post illam nostram à præcedentibus peccatis absolutionem admisimus, & admittimus, quum grauius peccet, qui eum offendit, à quo beneficium & quidē summum accepit? Immò, respondet Apostolus, de horum peccatorum remissione multò minus quàm de prioribus illis dubitatum est. Nititur hoc beneficium vnica gratuita ipsius erga nos immensa charitate, quam si vsque adeò inhibere non potuit nostra impietas, & omnis generis indignitas, vt inde occasionem è contrario arripuerit tantò illustriore testimonio confirmandæ suæ in nos quantumuis indignos charitatis, quis meritò dubitet nos non certè quales initio eramus apud illum, sed iam sibi in Filio reconciliatos, quanuis adhuc nondum intra nos penitus à peccato immunes, remissis etiam istis peccatorum reliquiis eādem benignitate amplexus Pater ille Opt. Max. Deinde quod ad Christum ipsum attinet, si in ea quam pro nobis subiit exinanitione, & in cruce moriens nos Deo Patri reconciliauit, quantò magis nunc in summam illam gloriam euectus, suo nos interuentu ab ira Patris liberabit. Hæc enim est meo quidem iudicio, huius totius tractationis series, confirmandæ conclusioni, primo huius cap. vers. comprehensæ, de firma nostra apud Deum pace.

¶ *Quum adhuc nullis viribus essemus*, ἔτι ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν. Primùm omnium notāda est traiectio particulæ ἔτι, quam non animaduertens Vetus interpres perperam legit, εἰς τί, vt quid cum accentu interrogante: quam lectionem sequitur etiam Ambrosius. Syrus autem interpres habet אן דין [in din] id est, εἰ δὲ, *Quod si*. Deinde ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, vertit מטול בריוותן [*metul berihuthan*] *propter infirmitatem nostram*, id est vt nobis miseris & omni ope destitutis succurreret. quæ expositio refellitur versu 8. Cæterùm quos Paulus hîc vocat ἀσθενεῖς, mox impios peccatores & Dei hostes appellat. Ἀσθένεια igitur interdum morbum declarat, ab effectu, quod vires eneruet (qua ratione τὸν ἀσθενῆ rectè conuertere interdum possis ægrotum aut inualidum) interdū autem dicitur de animi defectu, vbi destituimur spiritualibus donis. Ea verò donorum facultas si vlla quantumuis per se languida in homine nondum regenerato cōstituatur, non rectè dixerit Paulus, *Quid habes quod non acceperis?* 1. Cor. 4. 7. Illic enim non agit de natura, sed de gratia: vt disertè ostendit aduersus Pelagianos Augustinus, qui sicut hodie nostri Sophistæ, ita etiam olim hoc cauillo vtebantur, vt probarent se nihil gratiæ Dei detrahere, naturę vires extollendo, quòd videlicet Dei gratiam facerent condendæ naturæ humanæ causam. vt manifestè appareat ἀσθενεῖς dici penitus viribus omnibus destitutos, & tum sibi tum aliis prorsus inutiles, sicut dicitur cadauer ἀσθενές 1. Cor. 15. 43. Et Ephes. 2. 1. non dicimur fuisse ægroti & imbecilles, sed planè mortui in peccatis. Nonnunquam tamen ἀσθένεια pro rectæ facultatis animi non omni priuatione, sed imbecillitate accipitur: idq. rursus duplici ratione. Quū enim quandiu hîc versamur, nonnisi ex parte cognoscamus, 1. Cor. 13. 9. ἀσθενεῖς (id est infirmi) omnes meritò vocamur, tantisper dum ad metam perueniamus, Philip. 3. 12. & tamen in hac imbecillitate certi sunt gradus, adeò vt alij præ aliis robusti, alij infirmi meritò appellentur: de quibus tolerādis Apostolus passim disserit, ac præsertim in extremis huius epistolæ capitibus, & epistola ad Corinthios priore. Sed & de aliis corporis & animi dotibus, atque adeo & de Ceremoniis, immò & de tota Lege, quatenus à Christi Spiritu est separata hoc vocabulum vsurpatur. quas significationes suis locis annotabimus.

κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε.		adhuc viribus essemus, præstituto tempore pro impiis mortuus est.	mus, secundum tempus pro impiis mortuus est.
Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν.	7	8 Enimuerò vix pro iusto quisquam moriatur: nam pro bono viro, forsitan aliquis etiam mori sustineat.	7 Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori.
Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι, ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε.	8	Commendat autem suam erga nos charitatem Deus, eo quòd quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus sit.	8 Commendat autē charitatem suam Deus in nobis: quoniam quum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.
Πολλῷ οὖν μᾶλλον, δικαιωθέντες	9	Iustificati igitur nunc eius	9 Multo igitur magis

8 Amplificatio charitatis Dei erga nos, vt de ea non possimus ambigere, qui pro iniustis, & à quibus nihil boni possit capere, atque adeò pro suis hostibus Christum dederit in mortem. Quomodo igitur quos Christus moriēs iustificat & reconciliat, non seruaret ab exitio, iam viuus?

¶ *Præstituto tempore*, κατὰ καιρόν. Id est tempore opportuno, quod Pater ab æterno constituerat. vnde toties mentionem facit Christus horæ suæ, siue temporis sui. Ambrosius interpretatur, *Ad tempus*: quia videlicet tertia die resurrexit, quasi πρὸς καιρὸν scripserit Paulus: vt interim taceam hoc parùm pertinere ad eius scopum. Erasmus vertit, *Iuxta temporis rationem*, retulitque ad præcedentia, id est ad participium ὄντων, *quum essemus*, quasi voluerit Apostolus mitigare quod de infirmitate dixerat. Ego verò puto nunquam hoc venisse in mentem Apostolo, vt caueret ne de hominis dignitate nimium videretur detrahere: quum quanto abiectior fuisse dicitur natura nostra ante vocationem, tātò maior in Deo benignitas eluceat: quod argumentum ex professo tractat hoc in loco. Imò verò si superiora voluisset emollire, cur quos ἀσθενεῖς duntaxat (id est omnibus viribus destitutos) ad intelligenda quæ Dei sunt, nedum consequenda vocarat, mox asperioribus epitheteis vtens, peccatores, impios, Dei hostes appellat? Itaque vetera exemplaria omnia quæ vidi, & Græca scholia sequutus, ista coniunxi cum verbo ἀπέθανε.

7 *Pro iusto*, ὑπὲρ δικαίου. Syrus interpres hîc quoque legit ὑπὲρ ἀσεβῶν, *pro impiis*, vt in superiore versiculo, vt qui vtrobique vertit, חלף רשיעא [*chalaph reschiahh*] quam lectionem ego ita probo vt nisi omnium Græcorum codicum & veteris etiam Latinæ editionis consensus obstaret, illam fuerim amplexurus: quoniam sic quam optimè omnia huius argumenti à comparatis sumpti membra inter se congruunt. Vix enim euenit vt quisquam vltro pro scelerato quopiam vitam exponat: immò etiam rarò vt probi hominis causa quisquam adire mortis discrimen velit. Sed quum repugnet omnium Græcorum codicum consensus, ego legamus ὑπὲρ δικαίου, & ita quidem, vt non neutro genere, sed masculo, id est pro iusto & probo quopiam accipiatur: cuiusmodi hominis verè profectò dixit Apostolus reperiri paucissimos vsque adeò acres defensores, vt vel leue discrimen, nedum mortis, adire velint eius causa: quod tamen fortassis etiam accidere possit, sed rarissimo exemplo. Itaque istud τοῦ ἀγαθοῦ accipietur masculino genere, quanuis adiuncto articulo, pro eo ipso quem δίκαιον antea sine articulo vocauit. Origenes autem planè extra viam aberrauit, τὸν ἀγαθὸν de Christo interpretatus, pro quo, inquit, martyres mori non recusent: quo nihil minus appositè dici potuit, quamuis alioqui sit istud verissimum.

8 *Commendat*, συνίστησι, id est, insignem & summè commendabilem esse ostendit: εἰς ἡμᾶς autem non cohæret cum verbo συνίστησι, sed cum articulo τήν. ¶ *Eo quòd*, ὅτι, Gallicè *en ce que*.

¶ *Quum adhuc essemus*, ἔτι ὄντων. Syrus interpres addit hoc etiam loco, vt aliis subsequentibus, particulam אן, εἰ, *Si*, non tam conditionalem quàm causalem, vt & plerique vetustiores Latini codices. ¶ *Peccatores*, ἁμαρτωλῶν. Sic vocantur in sacris literis plerunque non quicunque peccant, sed in quibus regnat peccatum, siue qui sunt mortui in peccatis, vt Iohann. 9. 31, cuiusmodi omnes nascimur, & quo sensu hic accipiendum est hoc nomen, vt & 1. Ioh. 5. 8, dicitur is non peccare qui ex Deo natus est, id est peccatis operam non dare, vt idem explicat 1. Ioh. 3. 9. Nam alioqui eodem teste 1. Ioh. 1. 8, si dixerimus nos peccatum non habere mendaces sumus. Sed ij in quibus peccatum tamen non regnat, & quibus reliquiæ peccati non imputantur, iusti à nobiliore sui parte nominari incipiunt, & *sancti*, & *Filij Dei*, & *Filij lucis*, à peccatoribus & Mundo segregati.

νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς.

10 Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ.

11 Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν.

12 Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς

sanguine, seruabimur " multo magis per eum ab " ira illa.

10 Nam " si quum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem Filij eius, multo magis reconciliati seruabimur " per vitam ipsius.

11 ⁹ Neque id solum, verumetiā " gloriamur " de Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem recepimus.

12 ¹⁰ " Propterea " sicut per vnum hominem " Peccatum in Mundū introiit, sic per Peccatū Mors:

sanguine, iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.

10 *Si enim quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortē Filij eius: multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius.*

11 *Non solùm autem: sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationē accepimus.*

12 *Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors:*

9 Transitio ad alterum caput Iustificationis quod positum est in gratuita obedientiæ Christi imputatione: vt ad remissionem peccatorum accedat, etiam donum Iustitiæ Christi per Fidem imputatæ, quæ iniustitiam ab Adamo in nos propagatam, omnésque eius fructus absorbeat: vt in Christo non modò desinamus esse iniusti, sed etiam iusti esse incipiamus.

10 Ab Adamo in quo omnes peccarūt, reatus & mors (quæ est reorum pœna) in omnes peruasit.

9 *Multo magis*, πολλῷ μᾶλλον, Origenes, omnia suo more peruertens, hæc retulit ad participium δικαιωθέντες, *iustificati*, quum manifestum sit argumētum à comparatis sumptum, ideóque ista necessariò pertineant ad verbum σωθησόμεθα. *Ostendit*, inquit, *quòd neque fides nostra sine sanguine Christi, neque sanguis Christi sine fide nostra nos iustificat. Ex vtroque tamen multò magis sanguis Christi quàm fides nostra iustificat. Et ideo quum in superioribus simpliciter dixerit Iustificati ex fide, hîc addidit, Multò magis nunc iustificati in sanguine eius: vt doceret, quia ab ira ventura etiamsi fides nostra nos saluet, etiamsi opera iustitiæ, super hæc tamen omnia multo magis sanguis Christi saluos nos faciat à ventura ira.* Hæc ille, non minus ineptè quàm falsò atq; adeò impiè, quū ipsum Fidei perpetuum obiectū sit Christi sanguis: nec Fide vt efficiente, sed tantum vt instrumentali causa iustificemur: nisi fortè impietas non est Gloriam Dei ipsi ereptam ad nos transferre. Nos igitur, quanuis id non sit ita necesse facere, tamen vt omnem ambigendi ansam præciderenus, naturalem constructionis ordinem sequuti sumus in Latina interpretatione. ¶ *Ira illa*, τῆς ὀργῆς, id est iudicijs illis quæ aduersus Mundum iratus exercet, & tandem à morte æterna. Nam alia est ira Dei paterna qua suos Dominus non perdit sed erudit.

10 *Si*, εἰ. Id est quum, vel quandoquidem: vt sæpe alibi obseruabimus. ¶ *Per vitam ipsius*, ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ, id est, vita ipsius, sexto casu, ita vt ἐν sit ב Hebræorum. Opponuntur enim διὰ τοῦ θανάτου & ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Malè igitur Vulgata vertit, *In vita ipsius*.

11 *Gloriamur*, καυχώμενοι. Erasmus, *Gloriantes*, non satis rectè, quoniam prorsus hiaret sententia. Positum est igitur ex Hebræorum consuetudine participium præsens pro verbo, vt suprà 1.24. & Act. 26.20. Sed & in vno codice scriptum inuenimus καυχώμεθα, vt etiam legit Vulg. & Syrus interpres. Verùm suspicor mutatam germanam lectionem ab iis qui hunc Hebraismum ignorabant. ¶ *De Deo*, ἐν Θεῷ. Quòd videlicet Deus sit nobis pater, quod est tertium triplicis huius gloriationis membrum. Signatè verò Paulus non dixit πρὸς τὸν Θεὸν, apud Deum, quod superbum esset (quid enim habemus quod nō receperimus?) sed ἐν τῷ Θεῷ. Vulg. & Erasm. *in Deo* ambiguè. Nam In Deo, siue In Domino gloriari 1. Cor. 1.31. & alibi passim, est, Deo omnia tribuere: de qua re hîc non agitur.

12 *Propterea*, διὰ τοῦτο. Vel, *Itaque*. Cohærent enim ista cum eo quod dixerat, nos etiam habere de quo gloriemur, de Deo ipso, qui noster sit Deus & pater. Nam à superiore versiculo (in quo repetit quod dixerat ver. 2.) redit ad intermissam tractationem alterius partis Iustificationis ab illa de peccatorum remissione distinctæ, vt in vers. 2. ostendi. Apparet autem hæc distinctio manifestè, partim quidem ex tota collatione Iniustitiæ Adami & Iustitiæ Christi, illius videlicet per propagationem, istius verò per Imputationem nobiscum (id est cum fidelibus) communicatæ: partim verò ex participio καυχώμενοι, à quo Apostolus auspicatur transitionem ad hoc explicandum argumentum. Nam tum demum possumus plenissimè de Deo gloriari, quum præter Absolutionem à pœna peccatis nostris debita, scimus nos insuper esse illa Iustitia perfectissima in Christo ornatos, cui demum ex pacto legalium promissionum vita æterna soluitur: quæ & ipsa iustitia merum est Dei donum nobis imputatum, & ab illa quoque intra nos inchoata distinguendum, nequis putet de nostra Regeneratione hîc agi. Hæc enim seorsum considerabitur ab Apostolo in sequentibus capitibus 6, 7, & 8. neque eiusmodi est vt de ea vel tantillum possimus gloriari, vt dixit Apostolus suprà, 4. 2. Cæterùm illud διὰ τοῦτο non legitur in Syra interpretatione, sed cohæret prorsus hic versiculus cum superiore: quam lectionem si sequaris plana erit sententia, nec vllum fuerit anantapodoton, de quo tamen statim dicam quid mihi videatur. ¶ *Sicut*, ὥσπερ. Nullius est momenti quod annotat Erasmus, vt anantapodoton excuset, posse accipi ὥσπερ pro *Quia*: Etenim omnino ὥσπερ aduerbium cōparandi quod vocant. Confertur autem Adamus cum Christo, tum in re simili, tum in contraria. Similes enim sunt in eo, quòd vterque quod suum est cum suis communicat: sed in eo planè dissimiles quòd ille peccatum in suos natura deriuat ad mortem, Christus verò suam Iustitiam cum suis per gratiam communicat ad vitā. Postea verò in illa quoque similitudine ostendit Paulus per partes quanta sit imparitas. Cæterùm quamuis ἀνανταπόδοτον quod hîc solet à veteribus quoque obseruari, possit aliquo modo excusari, tum quòd ea sit contrariorum natura vt vnum ex altero facilè colligatur, vt infrà 6.12. tum quòd propter interiectas prioris expressæ huius collationis partis probationes, videri possit alterius expressio in versic. 9. dilata, durum tamen mihi & valdè insolens videtur, & propterea euitari posse nulla prorsus, vel in contextus verbis, vel in ipsa Pauli sententia immutatione, vt mox ostendam. ¶ *Peccatum*, ἡ ἁμαρτία. Sic vocare solet Apostolus morbum illum hæreditarium, cuius fructus sunt triplices, vt dicemus infrà, cap. 6. 1. adeo quidem vt vix apud Paulum addito articulo aliud declaret, sine articulo verò idem quoque interdum significet: interdum autem, sed rarò formalem (vt ita dicam) peccati naturā declaret: veluti quum nomine τοῦ ἀνθρώπου tota Hominis species intelligitur. Solet enim Paulus in hac significatione (id est vbi de illius radicis fructibus agitur) plurali ferè numero dicere, τὰς ἁμαρτίας. quæ distinctio diligenter obseruata, magnam non huic modò disputationi, sed & plurimis aliis locis lucem affert. Certè si hoc annotasset Origenes cum veteribus aliquot aliis, (quos imitari maluit Erasmus quàm Augustinum, qui penè vnus, à Pelagianis videlicet excitatus, hunc locum rectè tractauit) rectius exposuissent hunc locum: ex cuius falsa explicatione, Pelagius quidem abolendi, recentiores autem Sophistæ ita extenuandi originalis peccati occasionem sumpserunt, vt neque quid sit, neque quanta eius vis, nec quàm pertinax sit Malum, cognouerint. Sed de his aliàs. Nunc superest vt hoc quoque lector intelligat, duo considerari in Originis peccato: Reatum videlicet & Corruptionem, quæ vt non possint separari, distingui tamen accuratè debent. Sicut enim Adamus admisso peccato primùm reus factus est iræ Dei: deinde quia reus erat, pœnam peccati, id est, Corruptionem illam tum animi tum corporis, subiit: sic quoque in posteros naturam transmisit, tum ream in primis, tum deinde corruptam. De Reatus igitur propagatione propriè agit hoc loco Apostolus, cui opponitur Imputatio Obedientiæ Christi, per quam Obedientiam Imputationem cum fidelibus communicatam, idem Christus sicut morte sua pœnā Reatus persoluit, ita nos etiam sola Iustitia induit. Quòd autem ad Corruptionem attinet, ea diuersum habet remedium, & quidem duplex: nimirum huius labis Extinctionem in nobis inchoatā, & perfectissimam illam Sanctificationem humanæ naturæ in Christo: de quibus itidem Apostolus capitibus sequentibus disseret. ¶ *Sic per peccatum mors*, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος. Existimat Erasmus ad vitandum ἀνανταπόδοτον posse istud sic quoque conuerti [*Ita*] *& per peccatum mors*, quod mihi accuratiùs quàm antea hunc locum expendenti perplacet. Nam sic quoque particula οὕτως manifestò subauditur in oratione Dominica Matth. cap. 6. 10. & Luc. 11. vers. 2. quam etiam reticuisse videri potest Apostolus,

ne bis illud οὕτως inculcaret. Et ita certè sibi constat optimè istius inter Adamum & Christum comparationis pars vtraque, quam posteriorem partem, nempe mortis in omnes homines peruasionem, Paulus in καὶ διὰ toti humano generi specialiter applicat, ex eo natam quòd Peccatum & Mortem insoparabiliter inter se cohærere primùm docuit. Et nequis Paulum, sic ταυτολογεῖν videri posse obiiciat, quasi præcedēs illud εἰς τὸν κόσμον, *in mundum*, idem sit prorsus atque illud εἰς πάντας ἀνθρώπους, in omnes homines, quod mox subiicitur, respondeo, etsi sæpe appellatione τοῦ κόσμου significatur humani generis vniuersitas, & Mortis appellatio propria & peculiari ratione hominibus conuenit, à qua propterea specialiter vocari Mortales consueuerunt, commodè tamen Mortis nomen, quum dicitur in Mundū introiuisse, multò latiùs accipi: nempe vt significetur ex illo Adami lapsu illam mundi totius, ne ipsa quidem cœlorum machina excepta, non quidem interituri, sed quasi altera creatione immutandi, quanuis non in omnibus ipsius partibus, & incolis, nec eandem nec parem, horribilem tamen deteriorationem profluxisse: quæ apud Mosem Gen. 3. 14. & 17. Maledictio vocatur, & cui opponitur eius mundi ἀποκατάστασις Act. 3. 21. & ματαιότητος nomine infrà 8. 20. ab Apostolo hac ipsa de re agēte appellatur: quam instaurationem omnis ista mundi vniuersitas cupidissimè expectat, ad tempus illud plenæ filiorum Dei liberationis dilatam. Itaque meritò Apostolus, quod de Mortis per peccatum hominis in vniuersum mundum introitu generaliter dixerat, postea specialiter, argumento à toto ad partem sumpto, humano generi applicat, cuius etiam vnius gratia erat in hanc tractationem ingressus. Sed & illud obseruandum est Paulum, sicut bimembris est ista comparatio: quarum vna ad εἰς τὸν κόσμον, altera ad εἰς πάντας ἀνθρώπους distinctè refertur: maluisse duobus, & quidem aliquatenus diuersis verbis, nempe εἰσῆλθε & διῆλθεν vti, quàm vno & eodem verbo vtrunque complecti. Fateor tamen planiorem futuram fuisse huius loci sententiam, si εἰσῆλθε post ὁ θάνατος collocatum esset, hoc modo videlicet, *Propterea sicut per vnum hominem peccatum, sic etiam & per peccatum Mors in mundum introijt: & ita in omnes homines Mors peruasit.*

πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον.

13 Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κό-

& ita in omnes homines Mors " peruasit, " in quo *homine* " omnes peccarunt.

13 ¹¹ Nam vsque ad Legem Pec-

& ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.

13 *Vsque ad Legem enim*

11 Hoc ita esse & reatum ad mortem non cepisse post Legem Mosis datam, & violatam, illud manifestè docet: quòd mortui sunt homines ante Legē illam positam. Nam quum mortui sint, peccarūt, quod est mortis causa, iam tum extabat, & ita quidem, vt imputaretur. Vnde etiam efficitur aliquam iam tum fuisse Legem, cuius transgressio esset mortis causa.

¶ *Peruasit*, διῆλθεν. Vel *penetrauit*. Origenes (cui potius quàm Augustino hunc errorem impingere debuerat Erasmus) ad actualia peccata, quę vocant, & imitationē hoc loco trāsfert, quod de peccati originis propagatione Paulus docet, quem errorem deinde ab eo arreptum pertinacissimè defenderunt Pelagiani. Deinde discrimen statuit inter Mundum in quem peccatum intrauit, & homines in quos pertransierit. Nam mundi appellatione terrenos intelligit, *in quos* (inquit) *peccatum intrasse scribit Apostolus*. Homines autem dici putat *qui iam incipiunt se agnoscere, & scire quòd ad imaginem Dei conditi sunt. in quos scribat Apostolus pertransisse peccatum, id est fuisse quidem, sed per pœnitentiam conuersionis depulsum, & pertransisse, nec vltrà in eis stetisse*. Hæc ille, quasi Apostolus hoc membro non tradat doctrinam ad omnes homines pertinentem, quatenus ex Adamo sunt exorti. Sed & is quoque cuius in hāc epistolam extant commētarij sub Hieronymi nomine, *Mors*, inquit, *non pertransiit in Abraham, Isaac, & Iacob, de quibus dicit Dominus, Omnes illi viuunt*. Sed hi commentarij sunt impudentissimè adscripti Hieronymo, quos vt ab ipso Pelagio scriptos refellit Augustinus, libro de peccat. remissione, 3. cap. 1. 2. 3. ¶ *In quo* [*homine*] ἐφ' ᾧ. i. ἐν ᾧ. videlicet, vno illo homine vt humani generis stirpe. Fuit enim omnino afferenda ratio cur ab vno homine peccatum & mors in omnes homines peruaserit: nec alia afferri potest, quod tamen perspicuitatis causa exprimere non dubitaui. Nouum autem non est, quamuis repugnante Erasmo, vt ἐπὶ pro ἐν accipiatur, vt Mar. 2. 4. Hebr. 9. 17: & passim apud idoneos etiam auctores. Et quum ἁμαρτία Græcis sit fœminei generis, non potest stare eorum sententia qui relatiuum ᾧ volunt referri ad peccatū. Eras. *Quatenus*, vel *Per hoc quòd*, vt mordicus teneat errorem quem semel ex Origene arripuit, hæc nimirum ad imitationis peccata pertinere: nempe vt simili quoque ratione (quod rectè prorsus damnauit Augustinus aduersus Pelagianos) in altera collationis parte statuatur, nos per Christum sola quoque imitatione, non autem per ipsius Spiritum ἀναγέννησιν incipere bene velle & bene facere. Sic enim statuendum esset vt sibi constaret antithesis. En quid sit à scopo aberrare, & errorem pertinacius tueri. Denique interpretationem illam *Eò quòd*, millies refutat Augustinus aduersus Pelagianos. Cæterùm (vt ad rem redeam) si quod est in his verbis hyperbaton, tamen minimè obscurat sententiam, ac facilè potest excusari. Nam post διῆλθεν, repetendum est ex præcedentibus δι' ἑνὸς ἀνθρώπου. Scitè enim admodum Augustinus de Ciuit. libr. 13. cap. 3. *Naturam*, inquit, *hominis mutauit damnatio in peius, vt quod pœnaliter præcessit in hominibus primis peccantibus, naturaliter sequeretur in cæteris nascentibus*. Et sermone 14. de verbis Domini, *quod*, inquit, *in Adam fuit culpa non natura* (intellige tunc quum peccauit) *nobis propagatis iam factum est natura*. ¶ *Omnes peccarunt*, πάντες ἥμαρτον. Quoniam hîc non agit de Corruptionis, sed de Reatus originalis propagatione, idcirco non dicit omnes in Adamo fuisse corruptos, (quod tamen verum est) sed in eo peccasse, in ipsius videlicet lumbis inclusos. Neque causa fuit, cur ex hoc dicendi genere curiosa illa quæstio de animæ Traduce agitaretur, quod dogma certè statui nullomodo potest, quin animæ humanæ ipsa essentia diuisibilis, ac proinde corruptibilis, ac tandem etiam mortalis esse ponatur. Sufficere enim nobis hoc debet, quòd sicuti Deus quod ad cōsilium suum attinet omnes & singulos suis temporibus nascituros, in illis duobus πρωτοπλάστοις cōdidit, sic etiam omnes ex iisdem suo spontaneo lapsu reis futuris reos nascituros inscrutabili, sed adorabili nobis consilio decreuit ab æterno, vt suæ tum seueritati, tum misericordiæ aditum pateface ret. Nec minùs reprehendenda est curiositas comprehendere se posse sperare, quomodo rei & corrupti liberi ex reis & corruptis parentibus nascantur (quod tamen verissimum esse constat) nedum doctrinam de Traduce inde elicere, quàm quum liqueat Deum ex nihilo omnia creata cōdidisse, velle quoque quînam id fieri possit scrutari. Denique quum planè ipse doceat Dauid nos in peccatis concipi & nasci, & Paulus natura nos iræ Dei obnoxios in lucē prodire Ps. 51. 7. & Eph. 2. 3. cur non potiùs qua ratione possit hæc labes expelli quærimus, quàm quomodo in nos ingrediatur?

13 *Nam vsque ad Legem*, ἄχρι γὰρ νόμου. Id est tempore quod ab Adamo ad Mosen intercessit, vt Apostolus ipse postea explicat. Quod autem Origenes exponit, *Vsque ad Legem*, id est, *vsque ad Christum*; siue *vsquequò Lex permansit*; ridiculum est. Sed & altera illius expositio prorsus inepta est, nec vllo modo ad rem pertinens, *Vsque ad Legem peccatum erat in mundo, subaudi mortuum. Nec dixit In hominibus, inquit, sed in mundo. nam homines sentit rationis capaces, & qui naturalibus legibus parent.* Rectè scilicet & perappositè, quum contrà constituerit Apostolus probare etiam ante Mosis Legem omnes homines peccati reos nasci consueuisse. Sed & illis non assentior qui adiecta parenthesi hunc versiculum à proximo diuellunt, quum (vt mihi quidem videtur) prorsus ista cohæreant. Nam quoniā qui in verbo Dei non sunt eruditi quid sit peccatum illud hæreditarium (id est omnium malorum fontem) ignorāt, neque per peccata intelligūt quicquam aliud quàm huius ipsis incognitæ radicis fructus, id est, quod contra honestatem & leges vel ab ipsa natura, vel ab aliis legislatoribus positas fiat, Apostolo fuit probandum quod dixerat nimirum quoddam esse Peccatum, quo infecti & contaminati omnes homines nascerentur. Perabsurdum igitur videri poterat, vt vbi Lex nō est, ibi sit, nedū imputetur peccatū. Itaque videbatur fieri non posse, vt quisquam nascatur peccati reus, quum homini vix dum nato, & rationis vsu carenti, stultum videatur legem ponere, nedum vt illam violasse videri quisquam possit, & idcirco reus censeri. Ad hæc verò contrà sic respondet Apostolus vt eo ipso quod illi obiiciunt vtatur ad ipsos refellendos. Non enim dixerat omnes homines reos fieri suis peccatis (quod antea euicerat, de adultis videlicet omnibus in disputatione superiore) sed dixerat Peccato Adami omnes esse reos factos Peccati & Mortis, quæ pœna est Peccati: quoniam omnes in Adamo peccante comprehensi, quodam-

modo in ipso iam tunc peccarunt. Hoc autem probat primùm in iis qui ab Adamo ad legem datam per Mosen extiterunt. Sontes enim illos fuisse neminem autem sontem esse posse, nisi lex aliqua extiterit, cuius trāsgressione reus censeatur: sontes verò fuisse deinceps ex eo euincit, quòd mortis imperio obnoxij fuerint. Mortem enim dixerat ver. 12, non ex natura sed ex peccato humanum genus inuasisse. Et nequis exciperet, Legem hanc fuisse naturæ Legem, ob cuius transgressionem Mors in homines etiam ante Mosen regnarit: ac proinde non esse quòd colligeret ex hoc argumento Apostolus, homines alicuius peccati reos nasci: non simpliciter dixit Paulus Mortem regnasse ab Adamo ad Mosen, sed regnasse etiam in eos qui ad similitudinem Adami non peccarunt, id est in quos nec cognitio Legis naturæ, nec vlla actualis (quam vocant) transgressio, nullus denique concupiscentiæ motus cadit, nempe tenerrimos, adhuc & vix dum natos, immo & in vtero matrum latentes infantes. Ex hoc enim efficitur omnes homines non tantùm malis affectibus & actualibus (quæ vocant) peccatis sontes fieri ac morti obnoxios, (ita enim soli puberes & adulti ex innocentibus & immortalibus rei & mortales fierent) sed planè reos nasci, contracta iam inde à primo parente culpa, qui Legem illam sibi ac suo generi violauit, cuius transgressionem Mors est primum consequuta. Hæc autem quorsum? nempe vt postquam longè aliter didicerint homines de misera illa conditione sua iudicare, eum per fidem amplectantur, cuius obedientiæ gratuita imputatione, iusti fiant ad æternam vitam, pro eo quòd ex suo parente peccatum per sontis naturæ propagationem hauserunt ad vtranque mortem: quum sit etiam longè fortior Christus iustus, ad seruandū per gratiam, quàm iniustus Adamus ad perdendum per naturam. At enim, dicet aliquis, Si rectè collegit Apostolus peccati imputationem, ex morte quæ sit peccati, & quidem imputati pœna: cur igitur moriuntur prima morte fideles, quibus tamen non imputantur peccata? Respondeo, omnes in genere homines ab Apostolo in se ipsis hoc loco considerari, ac proinde peccatum ac Mortem rectè quoque æstimari ex sui natura. De iis autem qui in fide moriuntur, longè aliter est constituendum. In his enim tum, in hac vita, alia omnia quæ suapte natura mala sunt, & à peccato profecta, cooperantur tamen in bonum: tum verò, Mors illa prima non tollitur quidem, sed talis quod ad effectum attinet, euadit, vt quæ ex sui origine & natura est peccati stipendium, & ad æternam alteram mortem transitus, sit è contrario credentibus, & corporis, licet in puluerem transeuntis, præparatio ad incorruptibilitatem, & Animæ primum ad æternam beatitatem vestibulum, nedum vt in iis quibus remissa sunt peccata, Mors illa prior, siue Mortalitas manens, habeat pœnæ rationem.

σμῳ· ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου.		catum erat in mundo: peccatum verò *esse* non putatur non existente Lege.		peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputatur, quum Lex non est.
Ἀλλ᾽ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁ-	14	[1] Regnauit autem mors ab Adamo vsque ad Mosen, [a] in eos etiam [b] qui non peccauerant	14	*Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non pec-*

1 Istam autem Legem, nō esse illam vniuersalem, nec ab actuali aliquo singulorū peccato mortem illā fuisse profectam, illud declarat, quòd ipsi infantes, qui Legem illam naturalem nec cognoscere vnquam potuerunt, nec transgredi instar Adami tamen mortui sint.

¶ *Peccatum verò, [esse] non putatur.* ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται. Id est, nisi sit lex, ne Peccatum quidem esse censeri potest, vtpote quod sit legis transgressio. At sontes sunt etiam infantes, vtpote morti, quæ Peccati pœna est, obnoxij. Ergo & Lex aliqua & Peccatum antè extiterunt. Quænam autem Lex illa fuerit nisi ea quam transgressus est Adamus? & quodnam illud Peccatum, nisi illud per quod reus & mortalis factus Adamus, reos & mortales omnes suos posteros reddidit? Malui autem *putatur* quàm *imputatur* interpretari, quoniam etsi Mors pœna est non tantùm existentis sed etiam imputati peccati: videtur tamen mihi Apostolus de ipsa existentia peccati intelligendus, vt sit validissimum argumentum. Quînam enim imputatum fierit, quod ne extare quidem potuerit? Cæterùm in nonnullis Latinis codicibus legitur *Imputabatur*, id est, ἐνελογεῖτο. & certè hæc scriptura melius conueniret, si locus iste non de existentia, sed de peccati prius quodammodo delitescentis agnitione per legem Mosis intelligendus esset, vt illum interpretantur nonnulli: quem sensum etiam sequutus est Syrus interpres. Ego verò hanc expositionem multis de causis repudio. Primùm enim aberrat ab Apostoli scopo, cui propositum non est de peccati cognitione per legem disserere, sed hoc probare quod dixerat: omnes videlicet homines nasci reos, quoniam in Adamo peccarint. Deinde ista peccati agnitio cur à Mosis demum lege inciperet? Lex enim naturæ etsi non tam expressè, tamen idem in genere præstabat in peccantium conscientiis, vt ipse Apostolus, suprà cap. 1. & 3. euicit: & nominatim quidem 2. 12. 13. 14. & 15. Tertiò in hac disputatione vsque ad cap. 6. ἁμαρτίας nomine, neque natiua Corruptio, (de qua demum disseret Apostolus cap. 6.) nec ipsius fructus intelliguntur, (hæc sunt autem quæ per legem demum detegi & agnosci dicuntur) sed Reatus ille demum ex Adami transgressione in omnes homines propagatus: cui obedientia alterius Adami opponitur, per gratiam credentibus imputata. Itaque, interprete ipso Paulo, Legis nomen in priore quidem parte huius versiculi, pro lege per Mosen promulgata accipitur: in extremo verò, quum dicitur peccatum non esse nisi sit lex, declarat in genere omne dictum, quo vel præcipitur quidpiam vel prohibetur.

14 *In eos etiam,* καὶ ἐπὶ τοὺς. Ita scriptum habent omnes codices tum Latini tum Græci, & sic legendum esse apparet ex tractatione argumenti. Atqui si hæc verba pro iis accipias qui Legis Mosis cognitionem non habuerint, id est qui sine Lege peccarint, (de quibus suprà Apostolus cap. 2. 12.) redundabit particula καὶ, quum hæc fuerit vniuersalis omnium hominum conditio ab Adamo ad Mosen, vt nulli excipi potuerint. Superest ergo vt de paruulis accipias, qui penè prius moriuntur, id est mortales sunt, quàm nascantur, sicut paulo antè exposuimus, & rectè omnino censuit Augustinus: alioquin in eo durior quòd infantium salutem Baptismi sacramento nimium præcisè includat. Origenes verò in huius versiculi explicatione multis modis aberrat ab Apostoli scopo, adeóque ab ipsa veritate. Primùm in eò quòd hęc verba, *ab Adamo ad Mosen*, interpretatur *Ab Adamo ad Christi aduentū*: quasi Mosis appellatione per metonymiā Lex Mosis intelligatur: & particula Vsque, tēpus inclusum declaret. Atqui Apostolus disertè Adamū vt terminū à quo, opponit Mosi vt termino ad quē: & eādē ratione per Adamū intelligenda esset Lex naturæ. quod vtrumq. facile est videre quàm sit absurdum, quum de Originis peccato disserat Apostolus quod neque legis naturæ neque Legis Mosis transgressio dici propriè potest. Deinde seorsim de iis qui sub Lege fuerunt incipit Apostolus disserere, infrà v. 20. Alter Origenis error in eo est, quòd diuersa prorsus expositione putat particulam Vsque, tēpus sub Lege excludere: in quo grauiter hallucinatur, quatenus diuersam putat hominum cōditionem fuisse sub Lege. *Nam*, inquit, *Per legem cœpit purificatio peccatorū aperiri, & ex parte aliqua tyrannidi peccati obsisti per hostias, per expiationes varias, per sacrificia, per præcepta.* Ita igitur apparet Origenem ex diametro repugnare Apostolo, apertè docenti vbique, & quidem in primis hoc ipso capite, Legem Mosis superuenisse, non vt extingueretur peccatū: (hoc enim est vnius Christi per Sp. sanctum officium) sed vt amplius abundaret, tantùm abest vt scopum Apostoli attigerit Origenes. ¶ *Qui non peccauerant,* τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας. *Non super omnes* (inquit Origenes, qui Ambrosium decepit) *sed in eos qui peccarunt in similitudinem præuaricationis Adam. Nam introiuit quidem mors in mundum, & in omnes pertransiit: non tamen in omnes regnauit. Aliud enim est pertransire, aliud regnare.* Hæc ille nō minus ineptè quàm falsò. Nam particula μὴ vix illā expositionē admittit, etiamsi expungas negātem particulā μὴ, quam tamen iam tum suo seculo testatur Augustinus lib. De peccat. mer. & remiss. 1. cap. 11, in codicibus aut omnibus aut penè omnibus scriptam fuisse, & nos quoque in omnibus exemplaribus, Chrysostomo, Theophylacto, Græcis denique scholiis inuenimus: & necessariam esse clamat ipsa argumenti series antè à nobis exposita. Hoc quum ipse videret, aliam interpretationē, sed minus etiam tolerabilem comminiscitur. *Nam fortassis,* inquit, *occulti sunt aliqui, & occultiore mysterio designati, qui ad similitudinem præuaricationis Adæ peccasse memorantur, in quos solet regnauerit mors.* Sed hoc quoque quàm absurdum? Taceo aliam expositionem, qua dicitur omnes comprehendere Apostolus qui parentum peccata imitantur. Nam hoc quoque alienissimum esse ab Apostoli scopo demonstrauimus. Atpenè incredibile mihi aliquando visum est, fieri potuisse vt Eras-

Erasmus ita ab Origene deciperetur hoc loco, vt eius tandæ sententiæ studio nonnulla effunderet à Pelagianismo non longissimè remota: veluti quum disertè scribit de naturali quadā ad peccandum pronitate, *Quæ*, inquit, *videtur omnibus insita: quanquam arbitror magis ab exemplo proficisci quam à natura.* Itē vbi Chrysostomi sententiam piam & orthodoxam prorsus deprauans, *His verbis*, inquit, *non tribuit Chrysostomus vllum peccatum infantibus, sed ait mortem corporis in vos dimanasse, perinde quasi ex Adam progenitore de vetito ligno edissent, hoc est pro alieno peccato dedisse pœnas.* Hæc ille ab Origene nimirum fascinatus: quæ quàm verè dicta sint, Ecclesia iampridem ex Dei verbo iudicauit. Neque enim hęc ego (ita me bene Deus amet) vllo obtrectandi studio annotaui: sed vt, tanti saltem viri exemplo, discant studiosi quanto cum iudicio in quorundam Patrum, ac præsertim istius Origenis scriptis, versari ipsos oporteat.

μαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος.		[a] ad similitudinē transgressionis Adam, [b] qui est typus illius qui erat futurus.		cauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.
Ἀλλ᾽ οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε.	15	[2] At non vt offensa, ita etiam *est* quod *Deus* gratificatur. nā si illius vnius offensa multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donatio per gratiam, quæ *est* vnius illius hominis Iesu Christi, in multos exundauit.	15	*Sed non sicut delictum, ita & donum. si enim vnius delicto multi mortui sunt: multò magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi, in plures abundauit.*

a Respondet autem Adamus ille prior alteri posteriori, nempe Christo, sicut mox explicatur.

b In eo quidem Adam & Christus inter se comparantur, quòd vterque quod suum est in suos propagent.

2 In eo verò primùm differunt, quòd ille quidem natura sua offensam in multorum exitium propagarit: istius verò obedientia in multos ex gratia redundarit.

¶ *Ad similitudinem,* ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι. Id est, καθ᾽ ὁμοιότητα, vt Græca scholia enarrant. Peccauit enim sciens ac prudens Adam: infantes autem ipsius posteri, ab ipso nascendi momento rei quidem sunt peccati, sed eius demum quo vt in Adamo inclusi peccarunt, vnde hoc habent vt rei & corrupti nascantur. Itaque ὁμοίωμα dicitur hoc loco forma peccandi, quam sequuntur adulti quoties cupiditatibus obsequuntur. Græca scholia ex Chrysostomo aliam proferunt distinctionem huius loci, adscripta diastole post ἁμαρτήσαντας, *peccauerant*, vt hæc connectantur cum verbo ἐβασίλευσεν, *regnauit*; sed præterquam quòd ista distinctio obscuram planè sententiam gignit, nullius etiam exemplaris vetusti auctoritate adiuuatur, quod ego quidē inspexerim.

¶ *Illius qui erat futurus,* τοῦ μέλλοντος. Vulg. *Futuri.* Eras. *Illius futuri*, rectè expresso articulo. Est autem repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ nomē Adami. Duos enim Adamos facit Paulus, quorū prior fuerit posterioris typus & exemplū, in iis quæ postea persequetur, & copiosè etiam explicat 1. Cor. 1. 21, & 22. 45. 47. & deinceps. Neque enim typus dicitur Adamus Christi, quasi ad imitandum propositus sit vterque. sed propter insitam vim similem aliquatenus in vtroque: in illo quidē perniciem propagandi in suos posteros: in hoc verò (id est in Christo) suos iustificandi. Est igitur in huius loci explicatione apertè Pelagianus ille cuius extant commentarij in hanc epistolā sub Hieronymi nomine, ita hęc exponens, *Sicut*, inquit, *Adam primus mandatum Dei præuaricatus, exemplum est Legem Dei præuaricari volentibus: sic & Christus voluntatem patris complexus, exemplum est imitari eum cupientibus.* Hæc ille: aduersus quæ Augustinus libro De peccatorum mer. ac remiss. scripsit. Sed & hoc in loco æstimandum relinquo Ecclesiæ quàm verum sit quod hîc disertè annotauit Erasmus, *Siquis*, inquit, *nobis hic proferat infantes, de his hic non videtur Paulus agere: nec ea quæstio tum mouebatur, quum nondum esset receptum infantes baptizari.* Cæterùm (vt ad rem redeam) pro eo quòd Erasmus conuertit τοῦ μέλλοντος, *Illius futuri*, ego malui interpretari, *Illius qui erat futurus.* Loquitur enim Paulus de Christo Adami peccantis respectu, nō eius temporis quo hæc scripsit. Nam quòd annotat Erasmus, τοῦ μέλλοντος posse absolutè capi neutro genere, vt referatur non ad posteriorem Adamum, sed ad peccatum quorumlibet Adamum parentem imitantium, rursus pro Pelagianis facit, & hunc locum manifestè torquet. Potius autem hoc additum est vice alterius membri omissi per anantapodoton, de quo antè diximus, vt apparet etiā ex iis quæ subiiciuntur, quib. ratio huius typi seu analogię explicatur.

15 *Vt offensa,* ὡς τὸ παράπτωμα. Vulgata, *Sicut delictum* Sic enim solet παράπτωμα interpretari vocabulo nimium (vt ita loquar) diluto, & diuersa etiam translationis ratione. Erasmus, *Vt peccatum.* Ego verò puto τὴν ἁμαρτίαν in hac quidem disputatione ita distinguendam ab eo quod Paulus παράπτωμα vocat, vt effectū à causa distinguimus. Nam παράπτωμα dicitur ipsa Adami ruina vnde manat ἡ ἁμαρτία, id est tum Reatus ille, tum Corruptio in omnis hominum naturam [illegible]. Itaque [illegible] conuertere malui Peccatum [illegible] verò offensam, cui medetur ἡ χάρισμα, sed δώρημα, id est Christi obedientia quam Pater cælestis nobis imputat. Inter quę duo tamē hoc etiam est discrimē, quòd τὸ χάρισμα dicitur illud ipsum quod Deus gratificatur: δώρημα verò conditionem declarat in qua sunt ij qui liberalitatis illius sunt facti participes, nempe quòd non modò sunt à reatu absoluti sed etiam Christi iustitia exornati. Denique δώρημα est ipsius χαρίσματος cōsequens, vt vicissim τὸ κρίμα ipsius παραπτώματος. Veluti (exempli causa) si quis princeps cuipiam sibi obstricto, & nihil minus quàm vllū beneficium commerito, adde etiam inopi, & à quo nullum vnquam commodum possit percipere, non modò æs alienum omne remittat, sed etiam ingentem aliquem thesaurum largiatur: hanc principis liberalitatem ex Pauli idiomate vocaris χάριν seu δωρεὰν id est gratiam ac liberalitatem: ipsum verò thesaurum, χάρισμα, id est quod gratificatus sit princeps: beneficium verò, statum & conditionem in qua sit aliquis ex principis beneficio, siue idipsum quod quis ex principis liberalitate fuerit assequutus, nempe quòd ex paupere diues sit factus, δώρημα appellat. Hoc autem discrimen etsi fortassis subtilius videri possit, tamen obseruandum videtur, vt ratio collationum intelligatur: adeo vt ob eam causam χάρισμα putarim per periphrasin conuertendum, & δωρεὰν quidem donationem, δώρημα verò beneficium, id est εὐεργέτημα sim interpretatus: quanquam non repugno quin vtrinque possit pro vno & eodem accipi. Cur autem Christi obedientiam χάρισμα bis vocarit, semel verò δικαίωμα nempe versiculo 18. causa est manifesta, quia videlicet Christi iustitiam non considerat absolutè, sed κατὰ τί χρῶν, eámque duplicem. Nam respectu Dei nobis illam imputantis, dicitur χάρισμα, à gratificando: nostri verò ratione, qui per eam imputatam iusti fimus, meritò dicitur δικαίωμα, quòd nos iustos efficiat, seu quòd ea iusti fiamus: vt explicat ipse Apostolus vers. 19. quo nititur totum huius collationis robur. Ea verò vt intelligatur, non pigebit hoc etiam auctarij vice adiicere, in hoc versiculo conferri Adamum cum Christo, & illius offensam cum istius obedientia, vt quæ sit vis vtriusque sese in suos deriuandi intelligatur. In versiculo verò 16. vim vtriusque id est lapsus Adami propagati per naturam, & Christi obedientiæ per gratiam imputatæ comparari. Tertio demum loco, id est versiculo 17. fines istorum inter se conferri. Denique vers. 18. tres istas collationes vnà connecti, quarum basis ac communis ratio versiculo 19. explicatur.

¶ *Illius vnius,* τοῦ ἑνός. Exprimendus fuit articulus, vt vis collationis personarum intelligatur. Neque enim vnus quiuis, sed certus quidam (id est Adamus) cum Christo, & ipso quidem vt homine comparatur. ¶ *Multi,* οἱ πολλοί. Id est plures vno. Multos enim opponit Vni, non Paucis vel Omnibus. Non enim disserit Paulus quàm multi, vel quàm pauci ab Adamo sint cōtaminati: vt qui omnes homines, vno excepto Christo, paulo antè dixerit Peccati labe fuisse conspersos: aut quàm multos Christus repurget. sed propositum est Apostolo docere, neque in vno Adamo Lapsum illum, neque in vno Christo Obedientiam illam constitisse, sed vtrunque communicasse cum aliis quod suum erat. Itaque qui accipiunt Multi pro *Omnes*, ambiguè loquuntur, neque explicant causam cur Apostolus *Multos* quàm *Omnes* dicere maluerit. Redundat autem articulus οἱ, Vt 1. Corinth. 9. 19. & 2. Corinth. 2. 6. & 9. 2.

ante nomen ἀνθρώπου, phrasi quadam Apostolo propria. ¶ *Vnius illius hominis*, τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου. Sicut Adamus à cæteris singularibus hominibus distinguitur, quoniam hoc illi proprium est, vt sit humani generis stirps per naturalem propagationem: ita etiam Christus, primùm dicitur esse homo, vt ostendatur ipsius nobiscum per eandem naturam vniuersalis conuenientia: deinde addito articulo ab reliquis discernitur, quatenus nempe hoc illi proprium est, vt sit is ex quo, velut altera hominum, videlicet electorum, stirpe, Iustitia per Gratiam propagatur. Itaque fuit vtrobique vis articuli διαχριτικὴ seruanda.

15 Altera disparitas in eo posita est, quòd illius quidem vna offensa homines reos effecit: Christi autem Iustitia gratis imputata, non ab illo tantùm reatu, sed etiam ab aliis omnibus nos absoluat.

Καὶ οὐχ ὡς δι᾽ ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα. τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. 16

15 Neque vt *illud quod introiit* per vnum qui peccauit, *ita est* quod donatur: nam reatus quidem *est* ex vna *offensa* ad condemnationem: quod autem gratificatur *Deus*, *est* ex multis *offensis* ad iustificationem.

16 *Et non sicut per vnum peccantem, ita & donum. nam iudicium quidem ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem.*

Εἰ γὰρ τῷ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσεν διὰ τοῦ ἑνός, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. 17

16 Et enim si per vnum illam offensam mors regnauit per illum vnum, multo magis ij qui exundantiam illam gratiæ & doni Iustitiæ recipiunt, in vita regnabunt per vnum illum Iesum Christum.

17 *Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.*

16 Tertium discrimen est, quòd potentior etiam sit iustitia Christi gratis imputata ad vitam afferendam, quàm Adami offensa ad suos posteros morti addicendos.

16 *Vt* [*illud quod introiit*] *per vnum qui peccauit.* ὡς δι᾽ ἑνὸς ἁμαρτήσαντος. In veteris editionis codicibus nonnullis legitur, *Vt per vnum peccatum*, ὡς δι᾽ ἑνὸς ἁμαρτήματος. Sed quocunque modo legas, supplendum est aliquid quod opponatur τῷ δωρήματι. Ideo conuertit Erasmus, *Sicut per vnum qui peccauerat, venerat mors.* In quo primùm nõ probo quòd præteritis plusquamperfectis sit vsus: deinde quòd Mortis nomen suppleuerit. Neque enim hæc antithesis ad hunc versiculum pertinet, sed ad proximum potius. Puto igitur articulum τὸ subaudiri, quam ellipsin annotauimus Ioan. 5.36. & alibi sæpe: & significari ab Apostolo miserabilem hominum conditionem, quos omni integritate ac iniustitia spoliatos, horribilis illa peccati ignominia cooperuit: cui conditioni opponitur τὸ δώρημα, id est præstans illa sors filiorum Dei, quam imputatæ Christi iustitiæ beneficio consequuntur. Est autem diligenter in primis annotandũ hoc discrimen. Nam quamuis ista priuatio iustitiæ, de qua recipienda hîc agit Apostolus, ab illo Adami scelere in nos propagato sit exorta: accesserunt tamen ad eam caussam aliæ etiam innumerabiles, continua videlicet illa peccatorum series, tum quę maiores nostri admiserunt (à quibus naturam hac ratione infinitis modis ream & corruptã accepim⁹) quę nos etiã quotidie nõ pudet admittere. Ac de illorum quidem omnium abolito reatu, ac pœna per Christum persoluta, in priore tractatione disseruit Apostolus: nunc verò, quia non modò nos sine peccato apparere oportet coram iusto Dei tribunali, sed etiam perfecta, pro creationis nostræ gradu, iustitia exornatos, disputat Apostolus vbi hanc iustitiam nanciscí possimus. Nisi enim sese latiùs propagaret Christi virtus nobis imputata, quàm Adami propagatus reatus, non modò non essemus per Christum prorsus iustificati, sed infinitis adhuc pœnis obstricti teneremur, eorum nimirum peccatorum quæ ad Adami lapsum adiecimus. Itaque sicut Christi sanguis aspersus purificat nos, non modò à peccati originis sed etiam ab aliorũ omnium peccatorum reatu, sic Christi Iustitia nobis imputata succedit in omnium illorum reatum locum, vt hac demum ratione possimus vni Deo non modò gratias agere de sublata omni nostra iniustitia, sed etiam, de donata Iustitia plena ac perfecta, in ipso gloriari. ¶ *Reatus*, κρίμα. Heb. משפט [*mischpat*] vt Ierem. 26.11. Nam ex reatu, oritur condemnatio. Vulgata, *Iudicium*. Erasmus, *Condemnatio*. admodum obscurè. ¶ *Ex vna offensa*, ἐξ ἑνός. Theodoritus in Diuinorum decretorum epitome, subaudit ἀνθρώπου, nempe Adamum intelligens: sed ratio oppositionis, & quod subiicitur, ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων, ex multis offensis, ostendunt subaudiendum esse potius παραπτώματος, vt disertè plurimis aduersus Pelagianos locis annotatum est ab Augustino. ¶ *Ex multis offensis*, ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων. Hoc illud est quod scitè scribit Augustinus lib. 1. contra Iulianum: *Gratia non tantummodo illud peccatum interfecit, sed etiam post illud intromissa peccata.* Nam si illa posterioris Adami obedientia tolleret duntaxat reatum ex priore Adamo propagatum, quid fieret nobis totiès præterea reis, quoties iam non iam in Adamo, sed per nos ipsos peccauimus? ¶ *Ad iustificationem*, εἰς δικαίωμα. Ferè vertunt Græci interpr. quæ Hebræi חקים [*chukim*] vocant sacros videlicet Legis ritus, vt diximus Luc. 1.6. Interdum tamen latius patet hoc vocabulum, & omnia Domini mandata, ipsum denique ius diuinum complectitur, vt suprà, cap. 3. vers. 31. & 26. Sed & eleganti significatione accipitur ἀντὶ τῶν δικαιολογημάτων, id est pro iis quæ quispiam iuris sui tuendi caussa proferat. quæ significatio posset videri non inepta hoc in loco, nisi oppositum nomen κατάκριμα, id est *Condemnatio*, ostenderet commodius pro *absolutoria sententia* positum, eaque non simpliciter absolutoria, qua nimirum remittantur peccata, sed qua etiam iusti pronuntiemur & digni vita, ex impleta in Christo à nobis omni iustitia. Paulo pòst verò vsurpabitur δικαίωμα pro eo ipso quod Apostolus χάρισμα vocat, vt suo loco dicemus. Vetustiss. autem ille codex addit ζωῆς, *vitæ*.

17 *Per vnam illam offensam*, τῷ ἑνὶ παραπτώματι. Sic hunc locum restitui, tum ex illius pulcherrimi & augustæ planè vetustatis codicis Græcolatini Claromontani auctoritate, tum multo magis ipsa ratione adactus. Primùm enim si legas τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι, id est *per vnius offensam*, vt legi solet, prorsus redundabit διὰ τοῦ ἑνὸς quod mox sequitur. Deinde quis non videt vni illi offensæ opponi redundantem illam Christi iustitiam? ac si dicat Apostolus, Si vnica offensa potuit omnes homines per vnum illum peccantem morti addicere, an non multo magis illa non in vnico quopiam facto præstita, sed modis omnibus redundans vnius illius, nempe Iesu Christi, obedientia asseruerit nos in vitam? ¶ *Iustitia*, τῆς δικαιοσύνης. Iustitia in Christo triplex est. Vna essentialis, quatenus Deus est, quæ quum sit ipsamet Deitas, distinguenda est omnino, etiam in Christi persona, ab ea iustitia quæ est creata qualitas, assumptæ humanitati vt subiecto inhærens. Altera est perfectissimæ sanctimoniæ & integritatis habitus, quo plenissimè perfudit illam à se personaliter assumptam humanitatem, ab ipso conceptionis ex sancto Spiritu momento. Tertia est huius habitus effectum, quo factum est vt legem perfectissimè pro nobis, pro quibus etiam & natus est, & Legi sese subiecit, præstaret: obediens factus Patri pro nobis vsque ad mortem, & quidem mortem crucis. Ex his autem illa prima quum sit essentialis, vt antè dixi per se propria Deitati maneat oportet. De alterius imputatione, quæ corruptioni nostræ opponitur, agetur capitis octaui initio. De tertia verò, partim quatenus in ea versatur nostrorum peccatorum expiatio, dictum est suprà, vsque ad vers. 11. Inde verò nunc de hac ipsa quæritur, cuius imputatione per Gratiam, aboleri reatum naturali propagatione contractum, nunc docet Apostolus, quod discrimen non animaduertens Osiander omnia perturbauit, vt & Sophistæ Semipelagiani, Iustitiam ipsam vni Christo inhærentem pro nostræ regenerationis effecto accipientes. Hoc tamen falsum esse ipsos docuisset vocabulum δωρεᾶς, nisi Supererogationis etiam Merita inuehere maluissent. Theodoritus autem legit καὶ τῆς δικαιοσύνης: quam lectionem sequutus est Vetus interpres, & Ambrosius quoque, sed perperam. Dixit enim Apostolus ex Hebræorum idiotismo (quem alibi sæpe annotauimus) δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης pro

pro τῆς δικαιοσύνης χάρισμα. Deinde quod subiicitur καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης in epexegesi positum est, quia Gratiæ nomen, quum ad omnia Dei beneficia pertineat, fuit explicandum: vt intelligeret lector, non de omnibus Dei beneficiis quæ per Christum percipimus, sed propriè de Obedientiæ Christi imputatione hîc agi: quanuis hæc omnia inter se ita cohæreant, vt vnum ab altero separari nec possit nec debeat. ¶ *Recipiunt*, λαμβάνοντες, id est oblatam Apprehendunt, Fidei videlicet manu. ¶ *In vita*, ἐν ζωῇ. Id est veræ & perennis vitæ participes facti.

17 Itaque in summa, sicut ex Adami offensa contractus reatus omnes addixit morti: ita ex aduerso, Iustitia Christi, quę Dei beneficio imputatur, omnibus credentibus, eos iustificat, vt vitæ æternæ fiant participes.

Ἄρα οὖν ὡς δι᾽ ἑνὸς παραπτώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα· οὕτω καὶ δι᾽ ἑνὸς δικαιώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. 18

17 Nempe igitur sicut per vnam offensam *reatus venit* in omnes homines ad condemnationem, ita per vnam iustificationem, *beneficium redundauit* in omnes homines, ad iustificationem vitæ.

18 *Igitur sicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem: sic & per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ.*

Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. 19

18 Sicut enim per illam inobedientiam vnius illius hominis, peccatores constituti sunt illi multi, ita per vnius obedientiam, iusti constituentur illi multi.

19 *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obeditionem, iusti constituentur multi.*

Νόμος δὲ παρεισῆλθεν ἵνα πλεονάσῃ 20

19 Lex verò præterea introiit

20 *Lex autem subintrauit:*

18 Totius istius comparationis hoc est fundamentum, quòd duo isti homines sint constituti veluti duæ stirpes, vt ex illo quidem peccatum per naturam, ex isto autem Iustitia per Gratiam, ad posteros promanet. 19 Occupatio: Cur igitur Lex Mosis superuenit? Vt tantò magis rei constituerentur homines, & tanto illustrius esset Dei beneficium in Christo Iesu.

18 *Per vnam offensam*, δι᾽ ἑνὸς παραπτώματος. Vulgata & Erasmus, *Per vnius delictum*, quod non probo, ob eas caussas quas dixi superiore versiculo. Est enim conclusio ex eo nata, neque Græcis respondet hæc interpretatio: & si offensam spectes non quatenus vna est, sed quatenus vnius, sic etiam oppositum illius nempe δικαίωμα spectabitur, vt vnius nempe Christi: quum tamen obedientia Christi vocetur δικαίωμα, non ipsius Christi sed nostro respectu, id est quatenus eius imputatione iusti censemur. Denique esset ταυτολογία manifesta in vers. 19. Plana autem est hæc antithesis. Sicut vnus lapsus nos omnes iustitia spoliatos condemnationi addixit: ita vna est Iustificatio qua in vitam asseramur. ¶ [*Reatus venit*] *in omnes homines*, εἰς πάντας ἀνθρώπους. Necessariò subaudiendum est aliquid vnde promanet Condemnatio. Illud autem quid sit, apertè exposuit Apostolus versu decimosexto. Itaque inde supplere malui quàm cum Erasmo addere, *Propagatum est malum*: quum sic nusquam loquatur Apostolus, neque etiam ita conueniat antithesis. Sed planissima est lectio quam sequutus est Syrus interpres, nempe εἰς πάντας ἀνθρώπους κατάκριμα, id est *venit in omnes homines condemnatio*: & in opposito membro, εἰς πάντας ἀνθρώπους δικαίωσις τῆς ζωῆς, *in omnes homines iustificatio vitæ*. ¶ [*Beneficium redundauit*] *in omnes homines*, εἰς πάντας ἀνθρώπους. Quia præcisa est oratio, suppleuimus ex versu 15. & 16. id quod deerat. Nam quod Erasmus adiecit, *Propagatum est bonum*, multis de caussis mihi displicuit. Primùm, quia quanuis de plenitudine Christi accipere nos omnia oporteat, tamen inter naturæ propagationem & gratuitam Imputationem discrimen constitui par est: deinde, quia nusquam (quod sciam) ita loquitur Apostolus. Præterea vetustus ille Sophistarum error, qui pro imputata Iustitia inhærentem qualitatem Iustitiæ creatæ substituunt, tantus est tàmque execrandus omnibus, vt nihil æquè fugiendum putem. ¶ *Ad iustificationem vitæ*, εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Sanctus quidam habet ita peculiaria vt mutari nec facilè possint, nec certè debeant, quum multo sit æquius vt illius idiomati assuescamus; quo nemo vnquam non modò verius, sed ne grauius quidem aut expressius mysteria diuina tractauit: & libens hîc conquestus fuerim nobis non licere tam disertis esse quàm Græcis, nisi sicuti Theologica vox est Iustificationis, sic etiam quispiam mihi concesserit Iustificamen seu Iustificamentum vsurpare. Quod igitur quidam existimant δικαίωμα hoc in loco & δικαίωσιν idem declarare, non admitto, non modò ne inanis quædam argutia tribuatur Apostolo, id est Spiritui sancto: sed multo magis quia δικαίωμα ipsam iustificationis nostræ (vt ita dicam) materiam hîc declarat ab effectu, nempe illam Christi obedientiam, cuius imputatio nos iustos in ipso facit; quam paulo antè vocauit χάρισμα, quòd Deus gratis eam nobis largiatur. δικαίωσις verò τῷ κατακρίματι (id est damnatoriæ sententiæ) opponitur. Quemadmodum igitur reatum consequitur condemnatio, ita etiam per fidem imputata nobis Christi Iustitia, in reatus vicem succedens, quem ipsius sanguis eluit, efficit vt à Deo iusti declaremur, atque inde vitam æternam consequamur. Id autem ego disertè annotandum putaui, non modò vt inter δικαίωσιν & δικαίωμα quod sit hoc loco discrimen ostenderem, sed etiam vt intelligeret lector, in hoc capite δικαίωσιν aliquid amplius declarare quàm in superiore. Nam peccatorum remissione (id est imputata Christi satisfactione) dicimur iustificari, id est persoluta per illum pœna vt insontes absolui: obedientia verò Christi imputata, etiam iusti declaramur, vt ex ipsa quoque Legis formula vitam æternam petere possimus, quum Christus, quem fide possidemus, omnem iustitiam nobis impleuerit. Additum autem nomen Vitæ, vitalem siue viuificam declarat.

19 *Per illam inobedientiam*, διὰ τῆς παρακοῆς. Hoc vocabulum non repudiaui hoc loco, vt paronomasiam exprimerem quæ est in Græco sermone inter παρακοὴν & ὑπακοήν. Apparet autem vel ex hoc versiculo insigniter eos hallucinari qui superiora exposuerunt de imitationis peccato. ¶ *Constituti sunt*, κατεστάθησαν. Erasmus, *Constituti fuimus*, id est, κατεστάθημεν, vt Frobenius etiã excudit. ¶ *Illi multi*, οἱ πολλοί. Multos illos iterum opponit Vni, non paucis vel omnibus, sicut exposuimus suprà, versu 15: neque (vt ego quidem existimo) quicquam hoc pertinet ad explicationem signi vniuersalis quod vsurpauit in superiori versiculo. qua de re dicemus 1 Corinth. 1. & 2. Vide suprà, 15.

¶ *Constituentur*, κατασταθήσονται. Sic legi in omnibus codicibus scriptum hoc verbum tempore futuro, quo tamen non futurum aliquid vt sub vetere fœdere significatur: sed continua Christi vis in suis iustificandis declaratur. *Constitui verò iustum*, ac proinde *Dignum vita pronuntiari*, imputata Christi obedientia quæ reatum tollit, cum Sanctificationis in nobis inchoatæ corruptioni nostræ oppositæ, & suo tempore perficiendæ testimonio (quorum illud hoc ipso capite declarauit, istud autem capite demum octauo docebit) aliud est, quàm Absolui à peccatis & morte, per Christi mortem nobis imputatam, quam Iustificationis nostræ partem in remissione peccatorum statim in capite 4. Paulus absoluit.

20 *Lex verò*, νόμος δὲ. Legem Mosis proculdubio intelligit. Nam à versu 14. disseruerat de iis qui ab Adamo ad Mosen intercesserunt: (id est de iis qui Mosis Legem præcesserunt) nunc autem agit de tempore Mosen consequuto. Itaque Origenes extra oleas prorsus vagatur, in eo quòd de Lege membrorum hîc agi putat. ¶ *Præterea introiit*, παρεισῆλθεν. Id est accessit ad morbum illum quo laborabãt omnes homines illo vnius Peccato contaminati. Vulgata, *Subintrauit*. Erasmus, *Obiter subiit*. quam interpretationem non possum admittere. Nec enim propositio παρὰ in omnibus verbis hanc vnam vim habet, vt idem declaret atque Clanculum & Obiter, neque commodè id dici potest de lege publicè tantis cum ceremoniis rogata & accepta. Quomodo verò per Legem multiplicatæ sint peccati vires, explicat Apostolus infrà, cap. 7. quod vnus penè ex veteribus Augustinus cognouit. ¶ *Vt amplificaretur*, ἵνα πλεονάσῃ. siue, Vt auctior fieret quàm prius. Vulg. & Erasm. *Vt abundaret*: quod mihi non videtur satis expressum. ¶ *Superabundauit*, ὑπερεπερίσσευσεν. Erasmus, *Magis exuberauit*. id est (vt explicat in Annotationibus) vehementer ac supra modum redundauit. Ego verò puto Apostolum non modò declarare quanta sit gratiæ vis, sed etiam addidisse ὑπέρ, vt collationem peccati ac gratiæ de

claret: quasi diceret, Legis quidem interuentu factum esse vt immensa quædam vis esset peccati, sed gratiam tamen è cælo tanta copia fuisse effusam vt peccatum non æquarit modò, sed etiam infinitis partibus superarit, sicut paulò antè ostendit. Gratiam autem vocat gratuitum Euangelij fœdus.

τὸ παράπτωμα· οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις.

ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Κεφάλαιον ϛ.

Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ;

Μὴ γένοιτο. οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ;

Ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν;

"vt redundaret: sed vbi redundauit peccatum, *ibi* superabundauit Gratia illa.

21 Vt quemadmodum regnauerat illud peccatum "ad Mortem, ita etiam Gratia illa regnaret "per Iustitiam ad vitam æternã, per Iesum Christum "Dominum nostrum.

CAP. VI.

1 QVid igitur dicemus? permanebimus "in peccato vt gratia auctior fiat?

2 Absit. " qui " mortui sumus Peccato, quomodo adhuc viuemus in eo?

3 An ignoratis, ‖nos quotquot baptizati sumus " in Christum Iesum, " in mortem eius esse baptizatos?

vt abundaret delictum vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia.

21 *Vt sicut regnauit peccatum in morte, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum.*

CAP. VI.

1 *QVid ergo dicemus? permanebimus in peccato vt gratia abundet?*

2 *Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?*

3 *An ignoratis quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?*

1 Transitio ad aliud Christi beneficium, quod sanctificatio dicitur, & est qualitas quam Spiritus in Christi capitis membris creat.
Gal. 7.17
2 Beneficium Iustificationis & Sanctificationis perpetuo vinculo cohærent, & vtrunque manat à Christo ex Dei gratia. Est autem Sanctificatio abolitio peccati, id est corruptionis nostræ natiuæ, in cuius locum succedit instauratæ naturæ puritas. 3 Huius Sanctificationis tres sunt partes, nempe veteris hominis, siue peccati Mors, & sepultura, & noui hominis Resurrectio, à Christi mortis, sepulturæ, & resurrectionis virtute in nos promanans, cuius beneficij pignus & sigillum est baptismus noster.

21 *Ad mortem*, ἐν τῷ θανάτῳ. Vulgata & Erasmus, *In morte*, id est (vt Erasmus interpretatur) *per mortem*. Ego verò puto ἐν pro εἰς vsurpari: quod apparet ex antithesi: & ita quidem vt finalem (quam vocant) causam declaret. ¶ *Dominum nostrum*, τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Hæc (inquit Erasmus) nõ adiiciunt [illegible] apud Græcos nisi in nonnullis exemplaribus. Ego verò in vetustis omnibus inueni, & Complutẽsi quoque editione. ¶ *Per Iustitiam*, διὰ δικαιοσύνης. istam videlicet per quam δίκαιοι καθιστάμεθα æterna vita digni censemur, ad alterum illud Remissionis peccatorum beneficium adiectam, per quod à morte absoluimur: quæ sanè etsi mutuò sese consequuntur, duo tamen sunt numero, ac diuersa, & ab Apostolo distinctè, sicut suis locis obseruauimus explicata.

IN CAPVT VI.

1 [*In*] *peccato*, τῇ ἁμαρτίᾳ. Peccatum in hac disputatione idem prorsus declarat atque in superiore, sed diuerso tamen respectu. Nam illic diximus c[illegible]erari peccati originalis Reatum, in cuius locum succedat Christi Obedientia per fidem nobis imputata: hîc verò in eodem illo malo Corruptionem (id est, morbum ipsum inhærentem) spectat Apostolus, docétque qua ratione vis illa peccati in nobis sensim extinguatur, & in eius locum cælestis virtus succedat, quam Regenerationem, siue Sanctificationem vocamus: Sophistę verò Iustitiam inhærentem, cuius tamẽ neque ortum, neque progressum, neque fructum norunt. Et aptissimè sequitur hæc disputatio priorem, ne quis posita iustificatione per fidem sine operibus nostris, putet bona opera aboleri, quum è contrario, quisquis per fidem iustificatur, necessariò quoque ad bona opera sanctificetur, siue regeneretur. Ex hac autem illatione ex præcedentibus necessariò nascente, manifestè refellitur eorum expositio, qui per opera Legis, quibus negat Apostolus nos iustificari, intelligunt duntaxat opera fidem antecedentia, vt postea iustitiam ex operibus fidem subsequentibus stabiliant: proinde Iustificari ex Fide sine operibus nihil aliud declaret quàm regenerari ad bona opera, quibus vitam æternam promereamur. Nam & argumentis ipsis Apostoli, ac præsertim Abrahami exemplo istud Pharisaicũ dogma Luc. 18. 11. perspicuè arguitur, & si verum illud esset: quid esset ineptius quàm ex eo quòd operibus fidem fidem præcedentibus non iustificamur, concludere nobis fidem adeptis perseuerandum esse in Peccato? Sed & illud quoque annotandum est, de quo nonnihil diximus Act. 8. 23. amplius aliquid significari his verbis, *Permanebimus in peccato*: & paulo pòst, *Viuemus in peccato*, quàm si dixisset, *Peccatum in nobis permanebit, aut viuet.*

2 *Qui*, οἵτινες. Vetus interpres addit particulam ἐνίm, vt & Syrus interpres, idque non incommodè. ¶ *Mortui sumus Peccato*, ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ. Profectò non scribunt satis appositè, qui hoc loco Peccati nomine Diabolum intelligunt: item qui Mortificationis vocabulo terrores conscientiæ putant significari. Nam hoc loco & aliis similibus, ἀποθνῄσκειν τῇ ἁμαρτίᾳ, i. *Mori peccato*, aliud prorsus declarare quàm νεκρὸν εἶναι τοῖς παραπτώμασιν, i. *Mortuum esse Peccatis*. Ephes. 2. 1. & 5. Coloss. 2. 13. Nam *Mori Peccato* is dicitur tertio casu, in quo vis illa peccantis Peccati extincta est per Christi virtutem, quicum per fidem coaluit: adeò vt mutuò inter se respondeant *Mori Peccato*, & *Viuere Deo* seu Iustitiæ, seu *Christo*. Contraria verò significatione Mortuus Peccatis dicitur sexto casu, is qui Peccatis quasi immortuus tenetur. Qui & mortuus absolutè dicitur, infrà, ver. 13. & cap. 7. 10. Ephes. 5. 14. 1. Tim. 5. 6. Qui etiam dicitur, *In vmbra mortis habitare*, Esa. 9. 2.

3 *In Christum Iesum*, εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. Id est, Vt cum Christo Iesu coalescentes, vim ipsius perciperemus, extinguendo peccato, & creando nouo homine, vt exposuimus Act. 19. 2. Nam qui Christum accipiunt duntaxat pro exemplari nobis ad imitandum proposito, vt Origenes & aliquot ex veteribus ab ipso decepti, non videntur intellexisse qua de re Paulus hæc disserat. [illegible] scopum Baptismi præcipuum, [illegible] de quo hîc agitur, intellexit Erasmus, [illegible] dici ab Apostolo in Christum [illegible] per Baptismum inserimur in corpus Christi [illegible] enim de ipso Christi corpore agitur non [illegible] qui Christi membrum est [illegible] Ecclesiæ pars. Sed hoc tamen non facit vt [illegible] oporteat. Alioqui Veterem interpretem [illegible] reprehendit in eo quòd couerterit, in Christo Iesu, pro, In Christum Iesum. Et multa ineptissimè [illegible] locum Origenes: velut, Nostrum Baptismum [illegible] Christo: ipsum autem Christum à Ioanne fuisse baptizatum non eo Baptismate quod est in Christo, sed eo quod in Lege. Item illud, Cur solius Christi [illegible] hîc mentio, [illegible] baptizemur etiam in nomine Patris & Spiritus sancti. [illegible] quæstio omnino est [illegible]. Neque enim [illegible] Apostolus de forma Baptismi, sed de ipsius [illegible] & Effectis. ¶ *In mortem eius*, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ. Quod dixerat in genere, nunc explicat per partes, nempe [illegible], Sepulturam eiusdem, & Noui hominis Suscitationem. Manant autem hæc tria effecta ab vno Christo, [illegible] per fidem coaluimus, sed peculiariter Mors [illegible] Christi Morte, Sepultura ab eodem sepulto, Noui hominis [illegible] ab eiusdem Resurrectione [illegible], quasi ex [illegible] profluere. Nam Christi [illegible] quam pro nobis [illegible] infirmi-

mitas carnis (excepta peccati labe) & præterea tum nostri reatus, tum nostrorum peccatorum imputatio in ipso, cũ ipsius morte cessauit, vt qui iam tum cælestem illam & ἀθάνατον vitam sit ingressus, per suam mortem. Sepultura verò est Mortis progressus, in qua rursus potissimùm eluxit eiusdem Christi virtus, quum mortis ipsius vincula quibus tenebatur, dirupit. Victoria demum & ipsius sanctificationis consummatio in resurrectione apparuit. Sic igitur & nos istius virtutis participatione morimur Peccato: &, quia non statim extinguitur in nobis hic vetus homo, sed sensim corrumpitur, donec in nihilum redigatur, sepelimur etiam Peccato, vt demum in nouam vitam emergere paulatim incipiamus, donec tandem hoc incorruptibile, corruptibilitatem in futuro seculo induerit. Harum autem partium symbola manifesta ac efficacia habemus in Baptismo, quatenus est nostræ regenerationis tessera. Hinc ortæ sunt illæ formulæ Paulo familiares, *Crucifigi, consepeliri, resurgere cum Christo, Baptizari in ipsius mortem, Crucifigere corpus peccati, Resurgere in nouam vitam, Veterem hominem corrumpere, Mortificari, Viuificari*, & similia, suis locis explicantur.

Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον· ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρός, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.

Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα·

4 ‖ Consepulti sumus igitur ei per baptismum in mortem: vt sicuti suscitatus est Christus ex mortuis. in gloriam Patris: ita & nos ‖ noua vita ambulemus.

5 4 " Nam si cum eo plantati coaluimus " assimilatione mortis eius, " nimirum etiam " resurrectionis *assimilatione cum eo* coalescemus:

4 *Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

5 *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus:*

Col. 2. 12

1. Cor. 6. 14.
eph. 4. 23
col. 3. 8
2. tim. 2. 12
heb. 12. 1
1. pet. 2. 1
4 Mors Peccati, & Vita Iustitiæ, siue coalitio cum Christo & in morte & in vita, nunquam possunt diuelli: ex quo consequitur, neminem esse sanctificatum qui adhuc viuat Peccato, ac proinde neminem qui non resipuerit, factum esse Christi per fidem participem: & verum esse quod suprà dixit 3. 31. nempe per Iustificationẽ ex Fide, non euerti Legem, sed stabiliri.

4 *In gloriam Patris*, διὰ δόξης πατρός. διὰ pro εἰς vsurpari probauimus manifesto exemplo suprà, cap. 4. 11: hîc autem existimo positã esse pro εἰς, & quidem vt ita finalem (quam vocant) causam declaret. Cur enim resurrexit Christus? id est, in quem finem? Nempe, si ipsum caput consideres, in gloriam Patris, id est vt deposita carnis assumptæ infirmitate, intrans in gloriam Patris gloriosus Deo viuat in æternum: sicut Apostolus ipse explicat apertè infrà, vers. 10. Sin autem nos spectes, qui sumus Christi membra, idcirco illum resurrexisse dicit Apostolus vt & ipsi participes illius virtutis facti incipiamus viuere vitam nouam, quasi nimirum iam in cælis ipsis versemur, quærentes quæ cælestia sunt. Nisi verò ita interpreteris, non video quî constare possit altera pars collationis: neque etiam quorsum hîc commemoret Paulus cuius virtute resurrexerit Christi caro. Vulg. & Eras. ad verbum. *Per gloriam Patris*, id est gloriosi Patris virtute ac potestate, ex Hebræorũ idiotismo: sicut *Nouitas vitæ* pro *Noua vita* dicitur.

5 *Nam si cum eo plantati coaluimus*, εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν. Eleganti translatione Christum, qui mortuus ac sepultus resurrexit, comparat Apostolus cum planta, quæ humi defossa suo tempore germinarit. Deinde verò quia nos quoque vnà dixerat cum Christo mortuos Peccato ac sepultos, resurrexisse ad Iustitiam, vt indicet hæc omnia in nobis per eum quasi succum fieri quem ex Christo sugamus, dicit nos cum ipso in vnam plantam coaluisse, sicut τὰ σύμφυτα cum arbore ipsa ita coalescunt, vt cõmuni succo viuant. Sic igitur Apostolus aptissima translatione arctissimam illam nostri cum ipsomet Christo coniunctionem, & simul viuificam illam virtutem inde in nos manantem expressit: qua etiam ratione Christus sese viti, nos verò palmitibus comparat: & in ipso crescere, ipséque in nobis vicissim dicitur adolescere. Sic cõparatur Christus virgulto apud Esaiam: sic comparatur Verbum cum Semine: sic dicimur arbores fructiferæ: sic plantare & rigare dicuntur ministri: & fideles in Christo radicari: adeo fecunda est ista trãslatio. Vulg. *Complantati*: & Eras. *Si insititij facti sumus*. Mihi verò si verbum nouum Complantandi placuisset, ausus etiam essem *Complantatitios* dicere. Itaque necessariò vsus sum longiore verborum circuitu, quoniam σύμφυτοι γεγόναμεν non simpliciter declarat *Complantari*, sed potius *Complantatione coalescere*. Et quod attinet ad Erasmi interpretationem, quanuis libens agnoscam nos velut insitione quadam cum Christo coalescere, & Apostolum non dissimili ratione dicere nos in veram oleam insitos, infrà, 11. 24: tamen putaui propriam Græci vocabuli significationem seruandam, quoniam eò videtur respicere Apostolus hoc nomine vtens, quòd Sepelitio videatur quædam Plantationis species. ¶ *Assimilatione mortis eius*, τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Id est, quatenus, non dico imitatione, (hoc est enim Origenis commentum) sed virtute ipsius intra nos efficacitate, perinde morimur Peccato vt & ipse mortuus est, non quidem Peccato, quod in ipso vnquam vixerit, sed quòd quum nostrũ sit, fuit illi, vt & eius fructus, imputatum, vt omnem illius labem in suis etiam deleret, & peccata inde nata per sui oblationem expiaret. Sed illud quidem superiore tractatione Paulus explicauit: istud verò nũc aggreditur. Hoc enim est quod dixerat, nos baptizatos esse in ipsius mortẽ: & statim subiiciet nos vnà cũ ipso cruci affixos, vt sicut ipse mortuus est Peccato, id est, immunis prorsus à peccato, ita & nos Peccato moriamur, declarans quod sit istud ὁμοίωμα. Vulg. *Similitudini mortis eius*, tertio casu: quod planè repudio, quanuis aliquoties ita citetur hic locus ab Augustino. Nec dubito etiam quin sit prorsus reiiciendum quod putat Erasmus præpositionem σὺν posse referri ad Iudæos & Gentiles, simul in vnum Christum collectos. Sunt enim ista hoc loco extra scopum, & præpositio σὺν in σύμφυτοι, sicut in συνθάπτεσθαι, συσταυροῦσθαι, συζῆν, συμπάσχειν, συμμορφοῦσθαι, συμβασιλεύειν, συνδοξάζεσθαι, id est (vt ista ad verbum explicemus) *consepeliri, concrucifigi, conuiuere, compati, conformari, conregnare, conglorificari*, & similia, omnino ad ipsam Christi personam referenda sunt: ita vt subaudiẽdum sit αὐτῷ, quod vt exprimeret Erasmus, conuertit, *Nam si insititij facti sumus [illi] per similitudinem mortis eius*. Sed & aliam ob causam abstinui à nomine *Similitudinis*, quod vsurpauit Vetus interpres, & *Simulacri*, quo alicubi Tertullianus vtitur, hũc ipsum locum citans. Videtur enim fauere nonnihil Pelagianis, qui hanc nostri cum Christo Conformationem putant ab imitatione proficisci. Contrà verò ista imitatio omnis ex ista Conformatione nascitur, id est, ex eo quòd Christi participes simus, cum eo & per eum Peccato mortui, vt Deo viuamus. Ipse enim est qui in nobis efficit vt velimus ac faciamus quæ Dei sunt. Et notandum est Apostolum non dixisse ὁμοιότητι sed ὁμοιώματι, quod nomen verbale & passiuum includit verbi actionem & effectum, vt intelligamus istam nostri cum Christo conuenientiam aliunde in nobis effici, nempe à Christi mortis potentia & virtute. Cæterùm Basilius libro περὶ βαπτίσματος, ad causam instrumentalem (id est ad Baptismum) hoc refert. Sic enim interpretatur ἐν τῷ τοῦ ὕδατος βαπτίσματι, ὅ ἐστιν ὁμοίωμα τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου. id est, *in Aqua Baptismo, qui est crucis ac mortis assimilatio, siue figura*. Quominus autem hanc interpretationem sequar, ea ratione impedior quòd Baptismus omnes partes renouationis repræsentet: hîc verò Paulus manifestè assimilationem mortis ab assimilatione resurrectionis distinguat, quanuis hæc ab illa separari non possit. Illa verò Cyrilli interpretatio non modò violenta, sed etiam nonnihil est periculosa, Christi mortem non tam mortem fuisse quàm mortis quandam imaginem, quum tam citò resurrexerit. Quorsum enim hoc, si spectes nostri cum Christo collationem, id est Apostoli scopum? ¶ *Nimirum etiam*, ἀλλὰ καί. Sic rectè Erasmus, quum ἀλλὰ hoc loco non adhibeatur assumptioni, sed conclusioni. Vulg. *Simul etiam* [illegible] lectio mihi non displicet. Et fortassis ἅμα irrepsit in contextum pro ἀλλὰ, ex eo quòd descriptores nonnulli codicem olim

consuetudine duplex μ ita pingere in mediis vocibus, vt à litera μ parum admodum differat. ¶ *Resurrectionis [assimilatione cum eo] coalescemus*, τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. Qui vel mediocriter est Græcæ linguæ peritus, facilè animaduertit deesse articulum τῷ: quod ipsa collationis ratio ostendit, ita vt repetantur duo vocabula ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Nam plena esset oratio, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆς ἀναστάσεως videlicet, ὁμοιώματι σύμφυτοι ἐσόμεθα: in qua ellipsi nihil prorsus est violentum aut inusitatum: nisi quòd articulus, à disertis scriptoribus, vix soleat in hoc dicendi genere prætermitti. Annotauimus autem similem prorsus ellipsin Ioan. 5.36. Erasmus, *Resurrectionis participes erimus*: quasi istud significet, Ex eorum numero esse ad quos resurrectionis quoque beneficium pertineat, quum hîc expressè præterea vrgeat Apostolus, vtrinque ὁμοίωμα primariæ plantæ cum nobis σύμφυτος, tum in morte videlicet, tũ in resurrectione: quod & ipse Apostolus postea copiosè explicat. Maluit autem vti Apostolus futuro tempore quàm præsenti, quoniam nondũ prorsus mortui sumus peccato, quamuis eius quoque reliquiæ nobis non imputantur: ex quo consequitur nos nondum totos resurrexisse, sed quotidie emergere, dum perficiatur quod Deus in nobis inchoauit. Mutua enim est inter Mortem Peccati & Vitam Spiritus, non tantùm Relatio, sed etiam Proportio.

Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ.	6 Illud scientes, veterem illum nostrum hominem cum eo crucifixum esse, vt cassum reddatur corpus illud Peccati, ne nos amplius seruiamus Peccato.	6 *Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato.*
Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας.	7 [5] Etenim qui mortuus est, liberatus est à Peccato.	7 *Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.*
Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ·	8 Quòd si mortui sumus cum Christo, credimus fore vt etiam ei conuiuamus.	8 *Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum Christo:*
Εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει.	9 Vt qui sciamus Christum suscitatum ex mortuis, non amplius mori: Mortem *inquam* ei non amplius dominari.	9 *Scientes quòd Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur.*
Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ.	10 Nam quod mortuus est, Peccato mortuus est semel: quòd autem viuit, viuit Deo.	10 *Quòd enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quòd autem viuit, viuit Deo.*

5 Idem probat à mortis effectis, adhibita Christi capitis cum suis membris collatione.

6 *Veterem illum nostrum hominem*, ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος. Veterem hominem vocat vniuersam hominis naturam, ita vt cum iniquitate conceptus est & in hanc lucẽ editus. Ephes. 2.3. Additur autem Veteris epitheton, partim primi illius Adami collatione facta cum altero posteriore, vt 1. Corinth. 15. 45. partim naturæ nostræ deformationis respectu, quam altera recentiore permutamus, ea nimirum quæ indies instauratur ad agnitionem quæ respondeat imagini eius qui ipsum condidit Coloss. 3.10. ¶ *Cum eo crucifixum esse*, συνεσταυρώθη. Hoc quoque vocabulum Paulo est familiare, idem declarans atque si Peccatum dixisset mortuum, aut nos Peccato mortuos cum Christo. Hoc tantùm interest quòd quum crucifixum dicit, mortis genus explicat per quam Christus nobis Spiritum sanctum impetrauit. Itaque nihil dicunt qui Paulum existimant veterem hominem crucifixum potius quàm mortuum dixisse, eo quòd viuat adhuc & vigeat aliqua ex parte, quod doctissimus interpres meritò improbauit. Sed duo hîc notanda sunt: vnum, quum dicitur Vetus homo cum Christo crucifixus, non ita hoc esse accipiendum quasi corrupta hæc natura Christo alia ratione quàm per imputationem tribuatur. Nam iam inde ab ipso conceptus momento carnem nostram in sese nobis ita sanctificauit vt omnis peccati expers fuerit: & propterea non simpliciter dicit Apostolus veterem hominem circuncisum sed addit pronomen *Nostrum*, nec dicit *In eo*, sed *Cum eo*, vtpote ipsi Christo imputatum, & eius mortis virtute in nobis abolitum. Itaque nobis veterem hominem crucifixit: sicut mortuus dicitur peccato, non vt peccare desineret, sed vt peccatum destrueret. Alterum, quòd passim dicitur Christus peccata nostra per crucem expiasse, prudenter esse ab hoc distinguendum de quo hîc differitur. Illud enim pertinet ad gratuitam pro peccatis nostris satisfactionem, quę nobis imputatur: hîc autem agitur de regeneratione intra nos per Spiritũ Christi reipsa inchoata. ¶ *Cassum reddatur*, καταργηθῇ. Vel, vt Vulg. *destruatur*. De huius verbi propria notatione diximus supr. 3.31. & Luc. 13.7. In summa dicitur καταργεῖσθαι cuius vis & efficacitas tollitur: & καταργεῖν is cuius virtute id efficitur. Non autem Homo ipse cui Peccatũ inest, sed vitiositas quæ ipsi inest, aboleri dicitur, vt ei non seruiamus amplius. Et notandum est proponi metam Sanctificationis, non quasi ad eã vsque iã in hac vita peruenerimus, sed quoniam ad eam contendimus, ac tandem [illegible], quum videlicet Deus erit omnia in omnibus. ¶ *Corpus peccati*, τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. id est homo qualis [illegible], in quo peccatũ ipsum hæret, sicut pulchrè explicatur 1. Pet. 4.1. & 2. Alibi verò solet Apostolus simili significatione nomen Mẽbrorum vsurpare, nẽpe non hoc tantùm corpus aspectabile designans, sed Hominem totum qualis nascitur, siue animã spectes, cuius ipsum φρόνημα Deo resistit, siue corpus ipsius instrumentum vitiosum, vt exposuimus Ioan. 3. 6. Mihi tamen videtur Paulus propria quadam ratione hoc in loco mentionem fecisse Corporis, nempe quia crucifixi & sepulti Christi meminerat, cui nos factos esse συσσώμους, id est (vt ita loquar) Concorpores, scribit Eph. 3. 6. ¶ *Ne serui simus*, τοῦ μὴ δουλεύειν. Rectè. Sic enim adhuc hærent reliquiæ illius corruptionis in regeneratis, vt tamen in ipsis non regnent.

7 *Liberatus est*, δεδικαίωται. id est ἀπήλλακται, ἠλευθέρωται, κεκαθάρισται. vt pulchrè explicat Basilius lib. περὶ βαπτίσματος de quo diximus suprà 3.20. Vulg. & Eras. *Iustificatus est*. Quidam etiam conuertit, *Absolutus est*. Ego verò has interpretationes hoc quidem loco vt ambiguas reieci, nequis de Peccati vel peccatorum remissione seu absolutione à peccatis, hoc dictum acciperet. Neque enim de his disserit Apostolus, sed generaliter de eo quod Mortem naturalem consequitur: nempe quòd Mortui necessariò ab actionibus huius vitæ supersedeant, dicente propterea Anacreonte (si tam profana licet cum tam sacris comparare) ὁ θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ. Hoc autem à vera morte naturali sumptum Apostolus ad sibi propositum argumentum, nempe ad natiuæ Corruptionis abolitionem applicat: cuius respectu qui regeneratus est, dicitur à vitio liber. Iustificari verò accipitur hoc loco pro *Liberari*, ex Hebræorum idiotismo, qui cum antecedente consequens comprehendunt. Nam qui Iustificatus est siue absolutus, is quoque à pœna quam alioqui subiturus erat, liberatus est.

8 *Ei, dum*] Vulg. repetit Christi nomen, vt & Syrus interpres, & Claromontanus codex: quod etiam est expressius. Verba Verò *Conuiuere*, & *Commori*, quum benè Latina sint, causam non video cur repudiemus.

9 *Dominari*, κυριεύει. Sic vbique scriptum inuenimus, & sanè videtur præsens tempus meliùs conuenire. Vetus interpres tamen legit κυριεύσει, *dominabitur*, & Origenes quoque, quem aliquot etiam Latini patres sequuntur.

10 *Quòd mortuus est*, ὃ ἀπέθανε. Declarant Græci Grammatici ὃ pro ὅτι coniunctione vsurpari: sed malim hoc quidem in loco supplere κατὰ, vt plena sit oratio. Nam in eo quòd mortuus fuit, id est quantum ad ipsius mortem attinet, vt Gal. 2. 20. Neque enim Valla assentior qui potius putat conuertendum esse ad verbum neutro genere, *Quod enim mortuus est*: quamuis sic etiam legat Hilarius ex antiquis

quis codicibus lib. de Trinitate 9. vt Erasmus obseruauit. quasi *Mortuus* referatur ad corpus humanum, *Viuit*, ad naturam diuinam. Ego verò non video quomodo conueniat hæc interpretatio cum eo de quo agitur: deinde etiam periculosam puto hanc interpretationem, quòd videatur quodammodo pro Nestorianis facere, atque adeo nostræ satisfactionis fundamẽtum euertere. Quamuis enim Christus, secundùm Deitatem, nec mori nec resurgere dici possit, tamen idem homo ille qui mortuus est ac resurrexit, etiam Deus erat, & totus nunc Deo viuit: alioquin nec Morte ipsius mortificari Peccato, nec eius resurrectione possemus Deo viuificari. ¶ *Semel*, ἐφάπαξ. Id est, vt vulgò loquuntur *vnâ vice pro omnibus*. Quod enim semel tantùm fit, id non habet regressum vt iterum fiat. Sic in epist. ad Hebræos accipitur hoc aduerbium aliquoties, vt Christi oblationis perennis illa vis declaretur, opposita Leuiticis sacrificiis, quæ quotidie repeti oportuit. Ostendit autem ex hac capitis & membrorum collatione Apostolus hoc loco, in iis qui per Christum verè sanctificati sunt, Peccatum semel mori, id est ita vt pristinas illas vires nunquã recipiat, sed quotidie, tanquam corpus in sepulchro, corrumpatur, donec funditus intereat. Quòd si continuus est Mortis Peccati progressus, continuum est quoque Viuificationis incrementum, quum sit mutua inter Mortificationem veteris hominis & Instaurationem noui non modò relatio, sed etiam proportio. Quomodo igitur (quam obiectionem Paulus ab initio huius capitis per Occupationes cœpit refellere) qui mortuus est Peccato, in eo permanebit, vt Gratia abundet? Diximus autẽ paulò ante qua ratione sit explicãdũ quod dicitur Christus Peccato mortuus, in quo tamen Peccatum nõ fuit supr. v. 6. Nam in hac quoque loquutione, Christus Peccato mortuus est, hoc vocabulum accipio nõ in sexto casu, (vt declaretur causa quæ Christum adegit ad mortem [illegible] quia nostrorũ Peccatorum imputatione reus erat) sed tertio casu potius, vt finẽ declaret, nẽpe Christũ idcirco mortuum, vt semel in nihilũ redigat Peccatũ in nobis. Hoc enim est de quo agitur, non autem de Peccatorum expiatione: & ratio antitheseωs hoc poscit. ¶ *Viuit Deo*, ζῇ τῷ Θεῷ. Id est, Viuit apud Deum, & quidẽ vita planè diuina ac cælesti, quæ huic vitę adhuc Peccato & Morti obnoxiæ opponitur. Sicut enim mortuus Peccato dicitur is in quo peccatum vim suã nõ magis exerit quàm si mortuus esset, ita etiam viuere Deõ, & formula Paulo familiari, dicitur is qui Spiritu Dei agitur, vt explicat Apostolus infr. 8.14. & Eph 3. 20. Sed sicut Mortem Peccati diximus aliter in capite quàm in mẽbris considerari, sic quoque de eo statuendum quòd Christus dicitur Deo viuere. Is enim iã inde à primo conceptu totus quidem Deo vixit, sed tamen à Conceptu ad Resurrectionem, ac præsertim in Morte ac Sepulchro, luctandum illi fuit cum Satana & Morte, atque adeò cũ nostris omnibus Peccatis quæ Pater illi imputarat, vt nos in eo consummaret. Itaque hoc respectu post resurrectionem demum dicitur Deo viuere, quum iam deposita omni carnis infirmitate, & superatis omnibus hostibus, ad dexteram Patris consedit. Nostra verò Sanctificatio ex illius virtute promanans: nunquam hîc in nobis perficitur, quũ ab ipsa morte pendeat nostræ sanctificationis consummatio: & tamen dicitur mori Peccato is in quo Peccatum mori cœpit: & Deo viuere, qui Spiritu Dei donatus, cœpit facta Carnis mortificare, vt scribitur infrà, 8.12.

Οὕτω καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε, ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.	11 Ita etiam vos colligite, vos tum mortuos esse Peccato, tum verò viuere Deo per Christum Iesum Dominum nostrum.	11 *Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu Domino nostro.*
Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ·	12 [6] Ne regnato igitur Peccatum in mortali vestro corpore, vt auscultetis in cupiditatibus corporis:	12 *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius:*
Μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ· ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ.	13 Neque sistite membra vestra arma iniustitiæ Peccato: sed sistite vos Deo, vt ex mortuis viuos, & membra vestra arma Iustitiæ Deo.	*Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes: & membra vestra arma iustitiæ Deo.*

6 Adhortatio ad certandum aduersus Corruptionẽ & omnes eius effectus.

11 *Colligite*, λογίζεσθε. Vulgata, *Existimate*. Erasm. *Reputate*. Neutrum mihi satisfacit. hoc enim refero ad fidei syllogismum, vt inde colligamus ac verè sentiamus nos tum Peccato esse mortuos per Christi mortis communicationem: tum verò Deo viuere, id est iustitiæ, per eundem viuificatos. Sic enim vrget Paulus vt Christi mortem, sepulturam ac resurrectionem ad nos transferamus. Sic accipitur idem verbum suprà, 3.28.

12 *Ne regnato*. μὴ βασιλευέτω. τὸ βασιλεύειν, apud Paulum (id est regnare) ponitur pro summũ imperiũ obtinere, ita vt nullus se opponat, vel siquis obsistat, frustra hoc faciat. Cõmodum igitur hęc adhortatio subiicitur pręcedẽtibus, vt intelligamus quatenus simus mortui Peccato, quandiu hîc versamur, hactenus nimirũ vt reluctetur quidẽ Caro Spiritui, sed tamen victoria non potiatur. ¶ *Peccatum*, ἡ ἁμαρτία, vis illa peccans, quam Tertull. nouo vocabulo, *Delinquentiam* interpretatur, lib. De resurrectione carnis. Peccati verò appellatione Vitiositas illa tùm ipsi rationi, tũ affectibus hominũ etiam renouatorum insita significatur, quæ quoniã & à Peccato Adami orta est, & vitiosas omnes tum cogitationes, tum actiones gignit, idcircò, vt rectè monet multis locis Augustinus, Peccatũ vocatur ὁμωνύμως, & elegantissimè à nostro Paulo Peccatũ peccans. qui tamẽ Augustinus cautè in eo legendus est, quòd illã Vitiositatẽ non videtur Peccatum vocare, nisi quum Spiritum re ipsa in aliquo motu superat. Nam contrà siue vincat accedẽte consensu, siue Spiritus illã superet, quicquid vitiosum est (quum sit operis Dei deprauatio) malũ est, ac proinde Peccati rationem habet. ¶ *Corpore*, σώματι. Vide sup. v. 6. Videtur hoc loco & aliis similibus Apostolus corporis ac membrorum facere mentionẽ, propterea quòd hęc sunt instrumenta per quæ istud Peccatum peccans exequitur quod cogitauit. Loquitur enim Apostolus de Peccato tanquam violento quopiã tyranno. Sit igitur Mens illa tantopere à philosophis celebrata, primus Peccati (id est natiuæ illius corruptionis) administer ad suggerendos primos motus: qui vbi cõmouerint voluntatem, alteram illius Peccati administrã, pariũt ἐπιθυμίας. Tum verò corpus ab animo impulsum, huc & illuc trãsuersum rapitur, vt tyranni arbitrio sese ac sessorẽ præcipitet. Monet igitur Apostolus vt quãdiu versatur noster animus in hoc corpore mortali, id est in præsente vita, demus operam ne vitiositas ista dominetur. Itaque alibi disertè monet vt & spiritu (seu mente,) & anima & corpore integri coram Domino appareamus, 1. Thess. 5.23. Cæterùm pro relatiuis αὐτῇ & αὐτοῦ coacti sumus antecedentia ipsa substituere, vt amphiboliam vitaremus: quia Peccatũ & Corpus apud Latinos eiusdẽ sunt generis. Vetus interpres conuertit, *Vt obediatis concupiscentiis eius*, id est εἰς τὸ ὑπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. quã lectionem sequutus est etiam Augustinus lib. 1. De nuptiis, cap. 23. & 27. Et ita quoque scriptum inuenimus in vno Græco codice.

13 *Sistite*, παριστάνετε. Vulg. *Exhibeatis*, παρέχετε. Erasmus, *Accommodetis*. Mihi verò videtur Sistendi verbum multò accommodatius, quòd paulo antè fecerit Regni mentionem, & paulò post etiam Domini. Dicuntur enim ministri & serui παριστάνειν ἑαυτοὺς, id est sistere sese in Domini conspectũ; & præstò esse ad accipienda mandata: vt percleganter sit vsurpatum hoc verbum Apostoli, vt indicaret quàm proni ac volentes ad peccandum ferantur quicunque Spiritu Dei nõ aguntur. ¶ *Membra vestra*, τὰ μέλη ὑμῶν. Hoc quàm latè pateat, exposuimus superiore vers. 6. & 11. ¶ *Arma iniustitiæ*, ὅπλα ἀδικίας. id est. Pro instrumentis quibus ad patranda scelera vtatur. Græcis enim ὅπλα, & Latinis Arma, ac Heb. כלי [kele.] de quibusuis instrumentis dicuntur. Sed melius conuenit Armorum nomen translationi à tyrannorum satellitibus & apparitoribus sumptæ. Sic Genes. 49. 5. Simeon & Leui dicuntur כלי חמס [chele hhamas.]

7 Fatetur ſic adhuc non eſſe mortuũ in nobis peccatũ vt penitus ſit extinctum, ſed victoriam fortiter certantibus promittit quia Gratia Dei donati ſumus, quæ efficit, vt Lex iam non ſiat Peccati virtus & inſtrumentum in nobis. Ioh.8.34 2.pet.2.19

8 Sub Lege & ſub Peccato eſſe, idem declarāt, eorum reſpectu qui ſunt ſanctificati: ſicut è contrario ſub Gratia & ſub Iuſtitia eſſe regeneratis conueniunt. Sunt autem iſta cōtraria, vt vnum cum altero cōſiſtere nō poſſit. Expellat igitur Peccatũ Iuſtitia.

9 Natura ſerui Peccati, & liberi iuſtitiæ, ſimus per Gratiã Dei Iuſtitiæ ſerui, ac proinde à Peccato liberi.

14 Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει· οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν.

15 Τί οὖν; ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; Μὴ γένοιτο.

16 Οὐκ οἴδατε ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην;

Χάρις δὲ τῷ Θεῷ ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς.

Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ.

19 Ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν.

20 Ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ.

21 Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων, θάνατος.

22 Νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν· τὸ δὲ τέλος, ζωὴν αἰώνιον.

23 Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος· τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ ζωὴ αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

Κεφάλαιον ζ.

1 Ἢ ἀγνοεῖτε ἀδελφοὶ (γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ) ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ;

2 Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός.

14 7 Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim eſtis ſub Lege, ſed ſub Gratia.

15 8 Quid igitur? peccabimus, quòd non ſimus ſub Lege, ſed ſub Gratia? Abſit.

16 ‖An neſcitis quòd cui ſiſtitis vos ſeruos ad auſcultãdum, eius ſerui eſtis cui auſcultatis, ſiue Peccati ad mortem, ſiue Obedientiæ ad Iuſtitiam?

17 9 Gratia autem *ſit* Deo quòd fuiſtis *quidem* ſerui peccati, ſed ex corde auſcultaſtis ei formæ doctrinæ in quam eſtis traditi.

18 Et liberati à peccato, mancipati eſtis iuſtitiæ.

19 Hominũ more loquor, propter infirmitatē carnis veſtræ. Nēpe ſicut ſtitiſtis membra veſtra ſerua impuritati & legis trãſgreſſioni, ad *patrãdã* legis trãſgreſſionem: ita nunc ſiſtite mēbra veſtra ſerua iuſtitiæ ad ſanctimoniam.

20 Quum enim ſerui eratis peccati, liberi eratis iuſtitiæ.

21 11 Quem igitur fructum habebatis tunc *ex iis* de quibus nũc erubeſcitis? Nam finis illorum Mors *eſt*.

22 Nũc verò liberati à Peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructũ veſtrum in ſanctimoniã: finem autem, vitam æternam.

23 11 Nam ſtipendia Peccati *ſunt* Mors: Donum autem Dei *eſt* Vita æterna, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

CAP. VII.

1 1 AN ignoratis fratres, (peritos enim Legis alloquor) legem *tantiſper* dominari cuipiam quanto tempore ipſe viuit.

2 ‖Nam viro addicta mulier, viuenti viro deuincta eſt per legem: quòd ſi mortuus fuerit vir, liberata eſt à lege viri.

14 *Peccatũ enim vobis nõ dominabitur: nõ enim ſub Lege eſtis, ſed ſub gratia.*

15 *Quid ergo? peccabimus quoniã non ſumus ſub Lege, ſed ſub gratia? Abſit.*

16 *Neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam?*

17 *Gratias autem Deo quòd fuiſtis ſerui peccati obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi eſtis.*

18 *Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.*

19 *Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. ſicut enim exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nũc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.*

20 *Quum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ,*

21 *Quem ergo fructum habuiſtis tunc in quibus nũc erubeſcitis? nam finis illorum, mors eſt.*

22 *Nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationē: finē verò, vitam æternam.*

23 *Stipendia enim peccati, mors: gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

CAP. VII.

1 *AN ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit?*

2 *Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir, liberata eſt à lege viri.*

10 Adhortatio ad Iuſtitiæ ſtudium & Peccati odium, propoſito vtriuſq; contrario exitu.

11 Mors eſt pœna Peccato debita: ſanctificamur autem gratis ad vitã æternam.

1 Propoſita coniugij ſimilitudine, ſtatum hominis ante & poſt regenerationē inter ſe comparat. Lex (inquit) matrimonij hæc eſt, vt ſuperſtite marito conſtet matrimonium, & illo mortuo liceat mulieri alteras nuptias contrahere. 1.Cor.7.39

14 *Non enim eſtis ſub Lege* οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον. Sic maluit Paulus ſcribere quàm ὑπὸ νόμου, vt vitaret omnē amphiboliam, non hoc tantùm loco, ſed alibi ſæpe, vt Gal. 4.21. & ſic quoque dicimur ὑπὸ ἁμαρτίας εἶναι, infrà 7.14. Nam alioqui nemo magis & efficacius ſeſe ſubiicit Legi quàm qui eſt regeneratus. Non eſt igitur hoc dicēdi genus vno modo explicandum: quia præterquã quòd Legis nomen eſt πολύσημον, & variæ ſunt Legis ſpecies, variè quoq; ſolet Apoſtolus de ea diſſerere. Itaq; Origenes de Lege membrorũ (id eſt peccati) hæc accipit: cui non aſſentior, quia nuſquam inuenio Legis nomen ita vſurpatũ, niſi quippiam adiiciatur ex quo id poſſit intelligi. Sed & de Ceremoniis hoc accipi cōmodè non poteſt. Reſtat igitur vt ad Legem moralem, quam vocant, applicetur. Nam politicæ legis quorſum meminiſſet? Putant igitur plerique, *Sub Lege non eſſe*, idem declarare atque *Legis maledictioni non ampliùs eſſe obnoxium*, quũ Chriſtus factus ſit maledictio pro nobis. Sed hoc certè pertinet ad peccatorũ remiſſionē: hîc verò agitur de mortificatione Peccati, & Iuſtitia in nobis per Chriſti Spiritũ inchoata: neq; hîc ſpectatur Dominatio Peccatorũ, quatenus imputãtur vel non imputãtur, ſed quatenus corruptio viget aut nō viget in nobis. Itaq; alij explicare malunt, *Sub Lege non eſtis, ſed ſub gratia*, i. Non iã eſtis ea cōditione qua olim, quũ vos Lex reos faceret, iubendo, non adiuuando, vt explicat Auguſtinus. Hanc verò ſententiã vt ſimpliciſſimã & maximè accōmodatam amplector ſed ita vt paulo aliter applicē quàm aliqui ſoleãt. Propoſitum eſt igitur Apoſtolo nos hortari, vt fortiter reluctemur Peccato. Nam, inquit, omnino futurum eſt vt eo ſuperato victoriã reportetis. Id verò vnde tam certò coniicit futurũ? Quia nimirum ſub Lege non ſumus, ſed ſub Gratia. Lex enim (vt ſequēti capite explicabit) inſtrumētũ illud eſt per quod ille noſter maritus, id eſt Peccatum, irritatis in nobis vitioſas illas cupiditates & actiones, tanquam liberos gignebat: illud eſt, inquam, vnde accepta occaſione Peccatũ alioquin veluti mortuum reuiuiſcit, & nos interimit. Lex deniq; eſt peccati virtus, vt ſcribitur 1.Cor.15.56. Valet igitur cōſequutio, nos aduerſus Peccatũ potituros victoria, quũ nō ſimus ſub Lege, quatenus eſt virtus Peccati, ſed ſub Gratia, id eſt Spiritu Chriſti donati, cuius freti virtute, reliquias etiã peccati, iã inermis profligemus: idque ita eſſe explicandum liquet ex Galat.5.23 & 24. Quomodo verò alibi accipiatur *Sine Lege eſſe*, vel *Sub Lege non eſſe*, item, *Legem non eſſe iuſto poſitam*, ſuis locis explicabimus.

15 *Quòd nõ ſimus*, &c. ὅτι οὐκ ἐσμὲν &c. Naſcitur hæc obiectio ex eo quòd ambiguum erat dicendi genus ab Apoſtolo vſurpatũ. Ideo ſequēte cap. copioſè ab ipſo explicabitur. Nã apud impios (cuiuſmodi ſunt hodie Libertini, Dauidiſtæ, & cæteri Carpocratianorum ſucceſſores) ſub Lege non eſſe, ſignificat pro arbitrio ſuo quiduis audere: ſub Gratia autem eſſe non poſſe damnari.

16 *Obedientiæ*, ὑπακοῆς, i. nouitati vitæ, quæ nos ad obedientiam Dei diſponit: ſicut peccatum, id eſt, prauitas illa vetus nos ad peccandum impellit. Hoc enim poſcit antitheſis. ¶ *Ad Iuſtitiam*, εἰς δικαιοσύνην. At cur non potius ſcripſit Apoſtolus εἰς ζωὴν, ad vitam, vt plena ſit oppoſitio? nempe quia non ſicut peccatũ mortem, ſic obedientia vitã æternam efficit, ſed iuſtitiam, quę eſt quidem iter ad beatam vitam, at non illius cauſa, quod apertè poſtea docet Apoſtolus verſ.23.

17 *In quam eſtis traditi*, εἰς ὃν παρεδόθητε. Hoc dicēdi genus magnã quandã emphaſin videtur habere. Ita enim ſignificatur Euangelicã doctrinam quaſi inſtar typi cuiuſdã eſſe, cui veluti immittamur vt eius figuræ cōformemur, & totã iſtam trãsformationē aliunde prouenire: vt quemadmodũ cera (inquit Baſilius in tractatu de Baptiſmo) ſculpturæ typo tradita figurã quæ ſculpturæ ineſt accuratè exprimit: ita & nos Euangelicę doctrinę typo nos tradentes, ſecundũ interiorē hominem figuremur. Itaque non ſatis expreſſè conuertit Eraſ. παρεδόθητε, *Traducti eſtis*. Sed peruersè Caſtellio interpretatur, *Quæ vobis eſt tradita*, ὃς ὑμῖν παρεδόθη, quaſi videlicet εἰς reſpondeat literæ ל vt εἰς τύπον idē declaret atque τύπῳ: deinde, ὃν παρεδόθητε dictum ſit vt ἐπιστεύθημεν, pro ὃ ἐπιστεύθημεν. Nam aliã huius interpretationis rationem inuenire non potui. Eſt autem hæc phraſis ſimilis illi Terentianæ, *Reſtitue in quem me accepiſti locum*.

19 *Hominum more loquor* ἀνθρώπινον λέγω. Id eſt κατ' ἄνθρωπον, vt ſuprà, 3.5. Puto verò Apoſtolum nihil aliud hoc loco ſignificare hac dicendi formula quàm ſeſe quum de rebus cæleſtibus ac diuinis diſſerat, libenter tamen vt ſeſe eorum captui accommodet ad quos ſcribebat, ſimilitudines iſtas ſeruitutis & libertatis ex mutuis hominum cōmerciis ſumere, quò melius iſta percipiant. Iij Humanum accipiunt pro eo quod pręſtare poſſint homines: quaſi dicat Apoſtolus ſe non ſummã aliquam perfectionē requirere, ſed dũtaxat vt nō minus ſtrenuè colant Iuſtitiam quàm olim paruerũt Peccato. Ego verò priorem interpretationē vt ſimplicem amplector, vel ob eã cauſam quòd iſta Apoſtoli petitio quę ſequitur, eiuſmodi eſt vt vel perfectiſſimi quique inter homines vix illam poſſint præſtare. Alioquin aliis etiã locis Humanum dicitur quod eſt eiuſmodi vt hominũ vires nō ſuperet, vt 1 Sam.cap.7.v.14. & 1. Cor.cap.10.verſ.13. Vulg. *Humanum dico*, imperitè. Eraſ. *Humanum quiddam dico*. Hieronymus ad Algaſiam, quæſt.1. dicit hoc dicendi genus vſurpatum fuiſſe ab Apoſtolo, ex Cilicum idiomate. Ego verò ne in hoc quidem aſſentior Hieronymo. ¶ *Carnis veſtræ*, τῆς σαρκὸς ὑμῶν. Id eſt à carnis veſtræ reliquiis ſpiritui repugnantibus proficiſcentem. ¶ *Nempe ſicut*, ὥσπερ γάρ. Vulgata, *Sicut enim*. Eraſmus, *Quemadmodum enim*. Ego verò non video quomodo cauſalis particula ſatis commodè poſſit cum ſuperioribus connecti. Vide infrà, 15.2.

¶ *Ad [patrandam] iniquitatem*, εἰς τὴν ἀνομίαν. Eraſmus, *Ad aliam atque aliam iniquitatem*. Græca ſcholia ſequutus. Ego verò potius exiſtimo Paulum priore loco per impuritatem & iniquitatem intellexiſſe cupiditates illas, tum quibus ſeipſos contaminant homines, vt quibus ſollicitãtur ad ebrietatem, laſciuiam, luxuriam, & alias eiuſmodi peſtes: tum quibus prouocantur ad alios offendendos, furtis, homicidiis, iniuriis, & cæteris id genus ſceleribus: deinde poſteriore loco ἀνομίαν generalius vſurpaſſe pro ipſis cupiditatum effectis. Ideo ſuppleui participium Patrandam, ex quo id intelligatur.

20 *Liberi eratis iuſtitiæ*, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. Id eſt, Quod ad Iuſtitiam attinet, nullum erat eius in vos imperium. Eratis enim Peccati iugo prorſus mancipati. Hoc verò quum ita ſe habeat, miror quã tandem fronte audeant Sophiſtæ ſuum αὐτεξούσιον tueri liberũ ſanè iuſtitiæ, ſeruum autē peccati, vt illis toties exprobrat Auguſtinus.

21 *Tunc [ex iis] de quibus*, τότε ἐφ' οἷς &c. Eraſmus rectè suppleuit antecedens τούτων, *ex iis*, cuius ellipſis in Latino ſermone paulo eſt obſcurior. Clemens lib. στρωμ.δ. poſt τότε adſcribit accētum interrogantem, & rurſus poſt ἐπαισχύνεσθε: vt ſit hæc ſententia, Quem igitur fructum tunc habebatis? nónne ea de quibus nunc erubeſcitis? Sed hoc mihi videtur coactè dici. ¶ *Nam finis illorum*, τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων. Vel, Merces ſeu vectigal, vt reſpondeat illi quod paulo pòſt vocat ὀψώνιον. Nam τέλος vtrunque poteſt ſignificare: & apud Hebræos quoque אחרית [acharit] tum finem, tum etiam id declarat quod alicuius opus conſequitur, vt Thren.1.9.

22 *Serui facti*, δουλωθέντες. Seruire autē Deo, Regnare eſt.

23 *Stipendia*, ὀψώνια. Nazianzenus εἰς Ἰουλιανόν, ὀψώνιον interpretatur τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον καὶ τὰς ὑπαρχούσας ἐκ νόμου τοῖς ἀξιώμασι δωρεάς. id eſt regium commeatum & dona quæ ex Lege dignitatibus tribuebantur. Benè igitur conuenit hæc tranſlatio, quum Peccatum tyranno comparaſſet. Nec poſſum coniicere ſatis iuſtam cauſam cur Eraſm. maluerit auctoramenta dicere quàm ſtipendia. ¶ *Donum autem Dei*, τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ. Id eſt, Noſtra tum Iuſtificatio tunc Sanctificatio gratis nobis donata, ad vitam æternam nos perducit, ſicut peccatum nos reddit morti æternæ obnoxios. Ita vt ex doctiſſimi interpretis ſententia in hac enuntiatione, *Donum Dei*, ſit ſubiectum, *vita æterna*, attributum. Sed etiam ſi in priore quidem enuntiato, *Mors* ſit ſubiectũ, *ſtipendium peccati*, attributũ: & ex aduerſo, in poſteriore enũtiato *vita æterna*, ſubiectũ, *Donũ*, attributũ, conſtabit ſibi Antitheſis, qua ſignificabitur diuerſitas horũ principiorũ, aduerſus eos qui à contrariis argumentãtes, ſi mors, inquiunt, eſt meritum peccatorum, vita æterna eſt meritum bonorum operum. Ita verò concluſionem inficiatus Apoſtolus, verum quidem eſt, inquit, Mortem ſubſequi peccata, & vitam æternam ſubſequi Sanctificationem & Obedientiam. Sed illud eſt perſolutio ſtipendij quod merentur peccatores, at vita æterna non ſoluitur vt debita ſanctimoniæ & obedientiæ noſtræ ſed donatur indebita, vt & ipſa Sanctificatio eſt ex mera gratia.

IN CAPVT VII.

1 *An ignoratis*, ἢ ἀγνοεῖτε. Explicat quid illud ſit quòd dixerat Peccatum nobis non dominari, quod non ſimus amplius ſub Lege, ſed ſub Gratia. ſumitque ex coniugij Lege plurimum & appoſitiſſimũ exemplum. Ideóque à Prophetis etiam ipſis ſępiſſimè vſurpatum, & tum hoc loco, tum 2. Cor.11.20. & Eph.5.30. Vnde inter alia iſtud maximè diſcimus natiuam illam deprauationem, quæ in hac ſimilitudine ſuſtinet mariti perſonã, non eſſe ex creatione, ſed creationi ſuperueniſſe ex pacto quod prior Adamus cũ ſerpente pepigit, vt ſimpliciter & apertè dictum fuit ſup.5.30. ſicut pactũ iſtud rurſum non per ſe naturali quapiam vi diſſoluitur, ſed per Adamum poſteriorem nouo Euangelij pacto opera ſerpentis deſtruentem. Deinde quoque ſignificatur quàm arctè & maritus ille prior nobis inhæreat, & poſterior ſeſe quàm intimè inſinuet: hoc ferente ipſa huius cōiugalis pacti natura vt duo fiant vnum. Etſi verò iuris Gentium theſi nititur quod tradit Apoſtolus morte mariti videlicet dirimi coniugij vinculũ, tamen iis libēter aſſentior qui iſtud ad Legis Moſis pręſcriptũ reuocãt: quoniã propriè de Decalogo eſt accipiendũ quod dixit, Nos ſub Lege non eſſe, ideóq; melius cōuenit collatio, ſi hanc ſimilitudinem dicamus ex eodem fonte petitã. ¶ *Legem dominari cuipiã*, ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου, i. quempiã habere ius & imperium ex Lege in ipſam alterius perſonã. Loquitur enim Apoſtolus de ea demũ obligationis ſpecie, qua quiſpiã fiat dominus eius, qui viciſſim illi ſubiiciatur, ſicut in cōiugio fit, 1.Cor.7.4. ¶ *Quanto tempore [ipſe viuit]* ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ. Ipſe nimirum qui dominatur. Moriens enim maritus deſinit vxori dominari, inde ſequitur vxoris quoq; ſubiectionē ceſſare. Eſt enim illa tũ Obligatio, tũ Obligationis diſſolutio reciproca, ita vt ceſſante dominantis vita, incipiat alterius libertas. Ex mox ſequēte verò huius ſimilitudinis accōmodatione, liquet de dominãtis perſonæ vita iſtud intelligendũ, qua deſinēte oriatur eius perſonæ quæ ſubiiciebatur libertas. 1.Cor.7.39. Ideo perſpicuitatis cauſa malui pronomen *Ipſe* quàm *Is* ſupplere. Perperam autē Eraſ. ad Legem ipſam iſtud referens vertit, *Quoad ea vixerit*, i. quoad Lex viguerit, quãuis Origenē & Ambroſium ſecutus. Hoc enim nō patitur ſequens ſimilitudinis accōmodatio, & verbũ ζῇ lōgè magis propriè homini quàm Legi tribuitur. Et licet verũ ſit obligationis Legem deſinere cum alterutrius perſonæ ſiue dominantis, ſiue ſubiectæ, vita: tamen tam ineptum fuerit dicere, *Legem valere quandiu viget*, quàm, *Quempiam viuere quandiu viuit*.

2 *Liberata eſt*, κατήργηται, i. ἐλευθέρα ἐστὶν vt verſic. ſequēte Apoſtolus ipſe explicat. Ad verbum ſuperuacua facta eſt, videlicet reſpectu mariti, à cuius mortui dominatione libera eſt. Alioqui hoc verbo Paulo valde familiari ſignificatur quiddam eneruari, ſeu viribus ſuis priuari, & haſtenus nulli ac aboleri, vt ſup.6.6. & 1.Cor.15.26. à nomine ἀργὸς pro ἄεργος cui opponitur ἐνεργὴς. ¶ *A Lege viri* ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός id eſt à viri imperio, ſiue ab eo vinculo quod illam viro aſtringebat.

3 Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ.

3 Proinde viuente viro mœcha vocabitur, si fiat alterius viri: sin autem mortuus fuerit vir eius, libera est à lege illa, vt non sit mœcha, si fiat alterius viri.

3 *Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro.*

a Accommodatio similitudinis: Ita, inquit, nobis cōtingit. Nunc enim sumus Spiritui quasi secundo marito copulati, ex quo nouam sobolem procreemus: mortui quidem respectu prioris mariti, posterioris autē respectu, veluti à mortuis excitati.

4 Ὥστε, ἀδελφοί μου, καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ, τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ.

4 [a] Itaque fratres mei, vos quoque mortificati estis legi in corpore Christi: vt essetis alterius, eius *videlicet* qui ex mortuis suscitatus est, vt fructum feramus Deo.

4 *Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi: vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo.*

5 Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ.

5 [3] Quum enim essemus in carne, affectus peccatorum per Legem *existentes* agebant in membris nostris, ad fructum ferendum morti.

5 *Quum enim essemus in carne, passiones peccatorum quæ per Legem erãt, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti.*

3 Explicatio prioris dicti. Nam, inquit, concupiscentiæ quæ in nobis ciebat Lex, erant in nobis instar mariti cuiusdam ex quo pariebamus verè mortiferam sobolem. Nunc autem, mortuo illo marito, ac proinde illa vi Legis occidentis soluti, transiuimus sub Spiritus imperium, vt iam non illos putres & mortuos, sed vitales fœtus, edamus.

3 *Vocabitur*, χρηματίσει. Id est erit, & quidem omnium voce ac consensu. Vide Act. 11. 26.

4 *Mortificati estis Legi*, ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ, i. mortuum est in vobis id quod ex Legis interdicto fiebat magis ac magis peccās: siue iā in vobis maritus ille prior (qui postea describitur) vires illas amisit, quas ex Lege arripiebat, vt vos sicut vir vxorē arbitrio suo regeret. *Mortificari* enim *Peccato* & *Mortificari Legi* (libenter enim Mortificandi verbū retineo) mutuò inter se respondent, non simpliciter tamē, sed κατά τι: quatenus nimirum Lex est peccati virtus. Nam hactenus etiam hîc dicimur, sub Lege nō esse, vt exposuimus suprà 6. 14. quo demū sensu qui sunt sub Lege, dicuntur esse sub Peccato, & qui non sunt sub Lege non esse ampliùs sub Peccato, quòd nimiru ipsis, vtpote regeneratis, nō ampliùs dominetur Peccatum, sed posterior maritus priori mortuo superinductus. Nam Lex ipsa propriè non potest in nobis dici mortua: imò ne in sese quidē mortua, aut irrita facta, quoties de Lege Decalogi agitur, vt hoc loco. Præterquàm enim quod Lex quiddam est extra nos positum, Peccatum autem intra nos est, infrà v. 20. tātum etiam abest vt in sese simpliciter cōsiderata Lex sit mortua in illis in quibus mortuum est Peccatum, vt contrà in iis solis sit verè sua natura efficax quos inuenit idoneos per Sp. sanctum ad volēdum & faciendum quod Deus per ipsam præcipit. Ideò dixit Apostolus supr. 3. 31. Legem non fieri irritam per fidem, sed potiùs stabiliri. Sed & illud quæritur necessariò, quū vxori comparemur secundo marito copulatæ, cur nos mortuos Paulus esse dicat. Omnino enim videtur potius fuisse dicendum nos esse marito illo mortuo superstites. Video igitur plerisque placere, Apostolum vitandæ inuidiæ causa dixisse potius ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ, quàm ἐθανατώθη ὑμῖν ὁ νόμος, i. *Mortificati estis Legi*, non autem, *Mortificata est vobis Lex*: à quibus veniam peto quòd dissentiam. Videtur enim assumere quod existimo non posse vllo modo conuenire, nempe in prioribus nuptiis Legem sustinere mariti personam: quod fortassis locum haberet si de Ceremoniarum abolitione ageretur, vel de Lege Peccati: sed de Lege Decalogi disserere Apostolum constat ex sequente obiectione. Sciendum est igitur, hoc in loco tum maritum, tum vxorem in vno & eodem homine considerari in vtroque matrimonio, vt meritò ac propriè Apostolus regenerandos, quod ad priorem maritum mortuum attinet, mortuos illi esse dixerit, quia nimirum ille non est aliquid extra non regeneratos, sed intra illos viuit & regnat, adeò vt toti sint carnales: quod vt intelligatur, hoc esto prioris matrimonij diagramma.

PRIORIS MATRIMONII DIAGRAMMA.

Maritus Dominans.	Vxor ὕπανδρος.	Liberi ex hoc matrimonio.
Corruptio natiua, siue Peccatum peccans, id est ciens in non regeneratis affectus ad peccandū, occasione per Legē arrepta, à qua videlicet irritabatur, alioqui veluti mortuum, vt infrà dicitur, vers. 11. 13. & 14. vt Legis respectu consectaria sint, *Sub Lege esse*, & *Sub peccati dominio*.	Homo carnalis & qualis nascitur, in quo agit: illud Peccatum, tanquam maritus in vxore.	Omnia cogitata, dicta & facta vxoris ὑπάνδρου, id est Peccato, vt marito deuinctæ, id est Opera quæ nos, ex Peccato tanquam marito quodam concepta, pariebamus in mortem.

POSTERIORVM VERO NVPTIARVM HAEC ESTO DESCRIPTIO.

Maritus.	Vxor à priore marito libera, & alteri nupta.	Liberi.
Spiritus id est vis illa Christi nobiscum comunicati: siue Spiritus qui priori illi marito perempto successit, & sanctos motus in nobis ciet. Vnde fit vt consectaria sint, *Mortuum esse Legi*, & *Mortuum esse peccato*. Item *Sub Lege non esse*, & *Esse sub gratia*.	Spiritualis homo, qualis in Christo renatus est, in quo Spiritus agit, tanquam maritus in vxore.	Fructus Spiritus, quos ex posteriore marito, nempe Spiritu, concipimus & parimus, vt recensentur ab Apostolo Gal. 5. 22.

¶ *In corpore Christi*, διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. Vulg. & Eras. *Per corpus Christi*: quæ interpretatio non est satis expressa. Neq; enim per Christi corpus dūtaxat, sed etiam in Christi corpore dicimur mortui, multò ἐμφαντικώτερον, vt summa illa & arctissima cōmunicatio spiritualis illius coniugij notetur, per quam credentes fiunt vnus Spiritus cum ipso Christo. 1. Cor. 6. 17. Itaq; διὰ pro ἐν positum esse putó, sicut supr. 4. 11. quò pertinet etiam illud quod scribitur 2. Cor. 5. 15. ¶ *Eius* [*videlicet*,] &c. τῷ ἐκ νεκρῶν &c. Id est, eius qui peccato mortuus repentè in Christo factus est redeuiuus, noui nimirū illius mariti, qui Spiritus dicitur, quod sit nouum opus Spiritus sancti: quo tanquam vinculo cōnectimur cum Christo, sicut membra cū capite. Ideo sępissimè nouus hic maritus dicitur ipse Christus, à quo creatur in nobis vis illa sanctos in nobis motus excitans, vnde bona opera prodeunt. Quod igitur ait ἐκ νεκρῶν, *ex mortuis*, intelligendum est de morte spirituali, quam intelligebat peccatum, vt suprà 6. 13. & Ephes. 2. 1. & 5. & Col. 2. 13. & 11. ¶ *Vt fructum feramus*, ἵνα καρποφορήσωμεν. *Karpon* vocat liberos quos [illegible] tollit ex marito, vt Luc. 1. v. 42. ex Hebræorum idiotismo, apud quos filii vocantur פרי בטן [*peri beten*] i. fructus ventris, vt Psa. 127. v. 3. & 132. 11: cuius translationis ratio repetitur Psal. 128. v. 3. Cęterùm quòd è secūda persōna ἐθανατώθητε, *mortificati estis*, transeat ad primā, tribuendum est Hebræorum idiotismo, quem alibi sæpe obseruauimus. ¶ *Deo*, τῷ Θεῷ, id est, Qui sint Deo grati, vel ex Dei prescripto, ac proinde quos Deus coronet, sed gratis. Vide suprà, 6. 10.

5 *Quum essemus in carne*, ὅτε ἦμεν ἐν τῇ σαρκί. *Esse in carne* significat prioris coniugij conditionem, quę etiam in proximo versiculo vocatur vetustas literæ. Carnem igitur appellat hominem ψυχικόν, i. qualis ex Adamo procreatur, natura peccato omni ex parte penitus obnoxia. Huic opponitur *Esse in Spiritu*: de quo dicetur proximo capite. ¶ *Affectus peccatorum*, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν. Pro eo quod videbatur Paulus scribere debuisse ἡ ἁμαρτία, substituit τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν. Affectus peccatorum, id est motus ad peccandum sollicitantes, quicunque tandem illi sint. Id autē fecit (ni fallor) duabus de causis. Vna est, quia quū ἁμαρτία

sit fœminini generis, non satis accommodatè illi tribui posse videbatur mariti persona: altera, quòd explicandum etiam fuit qua ratione peccatum cum marito conferatur. Itaque affectus peccatorum sunt motus quibus Peccatum illud sit reipsa peccans, in nobis gignēs carnis opera veluti fœtus, quorum catalogus contexitur Gal. 5. 19. Cæterùm duo quoque hîc notanda sunt: Vnum, παθημάτων nomen apud Paulum multò latius patere quàm apud philosophos, vt qui illam etiam ipsam Rationem peccato obnoxiam faciat, quam philosophi pro virtutis regula sibi proponunt: Alterum, παθήματα dici quatenus mens ab illis afficitur, súntque ab ipso Peccato ingenerati motus, quibus Intellectus patiens, quem vocant, agitatur, totúmque secū hominem rapit. Quod quidem annotādum fuit, nequis miretur iis tribui ἐνέργειαν, i. agēdi vim, quę tamē παθήματα (id est ad verbum perpessiones) dicuntur. Sed & hoc eodem nomine sæpe apud Paulum intelliguntur quæcūque pietatis causa fideles perpetiuntur, vt infr. 8. 18. Alibi quoque nempe Gal. 5. 24. coniunguntur παθήματα & ἐπιθυμίαι. ¶ *Per Legem* [*existentes*,] τὰ διὰ τοῦ νόμου. Erasmus, *Qui* [*sunt*] *per Legem*: quæ interpretatio non conuenit, quum de præterita conditione loquatur, vt apparet ex eo quod dixerat ἦμεν. Rectius ergo Vetus interpres, *Quæ per Legem* [*erant*.] Est autem hoc diligenter considerandum, Apostolum non dixisse τὰ ὑπὸ τοῦ νόμου, id est hos motus extitisse seu produisse è Lege, sed per Legem extitisse, natos nimirum ex Peccato intus habitante, & occasionem istorum mortuum arripiente ex Legis prohibitione: nullo quidem Legis, sed nostro potius vitio: vt explicatur infrà, vers. 11. & 13. Hoc verò non animaduerterunt Manichæi quum Legem Dei auderent damnare: neque item Castellio, qui nuper hunc locum conuertit, *Peccatorum perturbationes à Lege orientes*: falsa certè interpretatione, & quæ pro Manichæis faciat.

6 Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα· ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος.

6 Nunc autem liberati sumus à Lege, mortuo *eo* in quo detinebamur, vt seruiamus in nouitate spiritus, ac non *in* vetustate literæ.

6 *Nunc autem soluti sumus à Lege mortis in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.*

6 *Liberati sumus*, κατηργήθημεν. Opponitur hoc verbum τῷ ἐνηργεῖτο, quod vsurpauit superiore versiculo. Vulg. *Soluti sumus*, ἀπελύθημεν, vel ἀπηλλάγημεν. Quidam prorsus barbarè *Euacuati sumus*. Ego in hac interpretatione sequutus sum Apostolum, qui κατήργηται exposuit ἐλεύθερα ἐστίν, suprà, v. 3. Est autem hoc dictum non simpliciter accipiēdum, sed κατά τι, sicut & illud exposuimus, *Sub Lege non esse*, suprà 6. 14, quò etiam pertinent quæ subiiciuntur. Neque tamen hoc eò spectat quòd à maledictione Legis soluti simus per gratuitā peccatorum remissionē, de qua superiore cap. quarto pertractata hîc nō agitur, sed de inchoata & quotidie augescēte nostra Sanctificatione [illegible] Regeneratione. ¶ *Mortuo* [*eo*] *in quo detinebamur*, ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα. Vetus interpres, quem sequuntur veteres etiam Latini (inter quos Origenis quoque interpretem, id est Rufinum, recenseo) legit, *A lege mortis in qua detinebamur*, quasi pro ἀποθανόντος scriptum sit θανάτου: ac fateor quidē Peccatum, priorē illum nostrum maritum, dici posse Legem mortis, vt infrà, 8. 2. Verùm nullius Græci codicis auctoritate confirmatur hæc lectio excepto illo Claromontano, quem alioqui plurimi facio. Sed Legis vocabulum pro Lege morali, quam vocāt, in tota hac collatione accipiendum esse ostendit sequens obiectio. Græci igitur summo consensu (si Chrysostomum excipias) legunt ἀποθανόντος, sed diuersè explicant. Nam alij referunt ad κατηργήθημεν, hoc modo, *Nos verò qui mortui sumus, sumus Liberi à Lege in qua detinebamur*. Sed ista traiectio sanè est violenta, & præterea non solent mortui vocari in quibus mortuum est peccatum, de quibus tamen hîc agit Apostolus: imò quoties nihil adiicitur, cōuenit hæc appellatio vel iis qui hac vita sunt defuncti: vel, trāslatitia significatione, iis qui in peccatis suis, quasi mortifera quadam morte sepulti tenētur. Alij igitur (vt Origenes) connectūt cum sequentibus, alia traiectione, in hanc sententiam, *Nos verò liberi sumus à Lege, in qua mortui detinebamur*. Sed, vt de hac traiectione nihil dicam, (inueniuntur enim aliæ nihilo minus asperæ) nusquam hoc dicendi genus apud Paulum inuenio, vt quis dicatur mortuus in Lege, nulla addita peccati mentione. Alij denique (vt Eras. post Theophylactum) subaudito pronomine ἐκείνου, ita hoc explicant, *Nunc verò liberati sumus à Lege, mortui* [*ei*] *in quo detinebamur*: quem sensum etiam Syrus interpres sequutus est. Sed dura est hęc ellipsis in constructione transitiua, nec video quis locus esse possit epexegesi, multo obscuriori quàm essent superiora. Superest Chrysostomi lectio, qui legit ἀποθανόντος, nulla diuersæ lectionis facta mentione: vt omnino apparet eam lectionē fuisse tum sine controuersia receptam: quanuis in Chrysostomi exēplaribus excusis, & apud Basilium semel atque iterum inueniam scriptū ἀποθανόντες, eorum fortassis vitio qui ad Græca exēplaria Euangelici contextus emendarunt antiquorum interpretum libros. Legit igitur Chrysostomus ἀποθανόντος, Erasmo teste, & interpretatione ipsa id comprobāte, quam lectionem ita probo vt eā reponere nō dubitarim. Sed eam rursus vel Eras. vel aliquis alius deprauauit. Coniungit enim ἀποθανόντος cū τοῦ νόμου, vt sit sententia. Nūc autem liberati sumus à Lege mortua in qua detinebamur. Atqui Paulus nunquā (opinor) dicturus fuit Legē Dei mortuam; neque Chrysostomo id vnquā in mentē venit: vt qui sic ista explicet vt planè constare possit eū post ἀποθανόντος subaudisse ἐκείνου, hæcque vt absolutè posita exposuisse. Sic enim explicat, *Quasi*, inquit, *diceret*, *Vinculū quo detinebamur, emortuum est ac diffluxit, ita vt quod nos detinebat, Peccatū videlicet, iā non habeat quo nos retineat*. Hæc ille, quæ quidem maximè amplector. Nam Legē pro marito accipi nō debere toties ex Paulo liquet quoties nos esse Peccato mortuos dicit, quatenus nimirum mariti personā sustinemus. Fuit itaque explicandū quo modo & quatenus dixerit nos Legi mortuos seu à Lege liberos esse factos: quod vno verbo facit, quū dicit nos idcirco à Lege esse liberos factos quòd is interierit qui nos, occasione à Lege accepta, seu per Legē detinebat. Vnde rursus oritur quæstio, Sitne Lex peccatum: quandoquidem à Lege dixerat nos esse, Peccato mortuo, liberatos. Deinde nec violenta nec inusitata est hæc ellipsis in cōstructione ἀμεταβάτῳ. Nā sic Demost. συναίτιον οἷς ἦν δημαγωγὸς κακῶς ἐμὲ ποιεῖν Et Plut. τῷ διαφεύγοντι πάντα μὴ ποιοῦντος. Sicui tamē potius placuerit legere ἀποθανόντες propter exemplariū consensum, & subaudire ἐκείνῳ, is ita interpretetur, *Nunc verò liberi sumus à Lege, mortui* [*ei*] *in quo detinebamur*: Peccato videlicet priori nostro marito. i. quatenus eramus ille maritus. Neque obstat quòd ἁμαρτία sit fœminei generis, quum de ea tāquam marito loquatur. ¶ *In quo*, ἐν ᾧ. Sic dicere maluit Paulus quàm ὑφ' οὗ, vt doceret hūc maritū intra nos esse. Sic enim explicare malo propriè quàm vt accipiatur pro מן [*min*,] vel vt instrumenti sit nota, Ab. Hoc vel nō vidit, vel neglexit Castellio, interpretatus, *Qua tenebamur*. ¶ *Detinebamur*, κατειχόμεθα: τὸ κατέχειν violentum quiddam significat. Neque tamen in hoc argumento vim vllam nobis fieri à peccato demonstrat, quasi coacti peccemus (sponte enim Peccamus, quum Peccatum sit intra nos) sed declarat tyrannidē illam Satanæ qui fraude nos addixit peccato & sibi: vel saltē corruptio tanquam malæ fidei possessor, à natura distinguitur. ¶ *Vt*, ὥστε. Vulg. *ita vt*, pessimè. Ponitur enim τελικῶς & construitur cū verbo κατηργήθημεν, liberati sumus, quod propterea proximè collocaui, vt duriore traiectione vitata, planior appareat sententia. ¶ *In nouitate spiritus*, ἐν καινότητι πνεύματος. id est, vt eos decet qui vetere mortuo marito, Spiritui sunt adiuncti, quos videlicet Spiritus Dei renouauit. Itaque malui hoc quoque Paulinum dicendi genus integrum seruare quàm cum Erasmo conuertere *Per nouitatem spiritus*. Quòd si à Pauli verbis discedere libuisset, dixissem potius *Ex nouatore Spiritu*, quàm *Nouo Spiritu*, cum alio quodam disertiore interprete. ¶ [*In*] *vetustate literæ*, ἐν παλαιότητι γράμματος. Vetustatem vocat pristini coniugij conditionem cum altera recentiore comparatam. Literæ autem nomine Legem vocat illius veteris conditionis respectu: quia videlicet apud homines ψυχικούς, id est priusquam voluntas nostra per Spiritum sanctum formata sit, Lex surdis canit, ac proinde nobis est muta ac veluti mortua, quod ad eius præstationem attinet: quanuis peccatum ab ea arripiat occasionem nos interimendi, nisi Dei Spiritus occurrat, à quo mortificetur. Qui verò Literæ nomine vel ceremonias intelligunt vel sensum literæ, (quem vocant) nihil dicunt.

4 Obiectio. An igitur Lex & peccatum idē ſunt, ac mutuò conſentiunt? Immò, inquit, peccatum à Lege coargui-tur ac damnatur. Peccatum autem quod redargui non ſuſtinet, quaſi non ſentiebatur, donec irritaretur à Lege: occaſionē inde arripiens magis ferociendi, nullo tamen Legis vitio.
Exod. 20.17
deut. 5.21

7 Τί οὖν ἐροῦμεν; ὁ νόμος ἁμαρτία; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων εἰ μὴ διὰ νόμου· τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, Οὐκ ἐπιθυμήσεις.

8 Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς, κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν.

9 Χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρά· ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ· ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον.

7 4 Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per Legē. nam ipſam quoque cupiditatem non noſſem eſſe peccatum niſi Lex dixiſſet, ‖ Non concupiſces.

8 Sed Peccatum occaſione per illud præceptum ſumpta, effecit in me totam cupiditatem.

9 Nam abſque Lege, Peccatum quidem erat mortuum: ego verò viuus erā abſque Lege quōdam: 5 præcepti autem illius aduentu Peccatum quidem reuixit, ego verò mortuus ſum.

7 *Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui, niſi per Legem. nam concupiſcentiam neſciebā niſi Lex diceret, Non concupiſces.*

8 *Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.*

9 *Sine Lege enim peccatum mortuum erat, ego autem viuebam ſine Lege aliquando: ſed quum veniſſet mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus ſum.*

5 Proponit ſeſe pro exemplo, in quo omnes homines intueantur, primo quidem quales ſint natura, antequam de Lege Dei ſeriò cogitent, ſtupidi videlicet, & ſine vero ſenſu peccati ad malum procliues: deinde cuiuſmodi euadant, quum conſcientia redarguitur Legis teſtimonio, petulcés nimirum, & peccandi libidine multò magis ardentes quàm vnquam antea.

7 *Lex peccatum eſt? ὁ νόμος ἁμαρτία;* Id eſt, Lex eſtne cauſa peccati? ſiue iſtud ad ipſam vitioſitatem, ſiue ad inde naſcentes omnes cupiditates referatur: naſcente hac obiectione ex eo quod dixerat, affectus peccatorum per Legē vim ſuam exerere. Loqui verò Apoſtolum de Lege per Moſen lata, liquet, tum ex adiuncto articulo, tum ex eo præcepto quod ex illa mox depromit, quamuis verū ſit generaliter quæ mox Legi nullo addito articulo tribuitur Peccati cognitio. Eſt enim ἁμαρτία ἀνομία, 1 Ioann. 3. 4. & hoc ipſum ſignificauit Apoſtolus ſuprà 2.15. de Lege naturæ. Quod igitur ſubiicit Apoſtolus, ſeſe ex illo demum Legis illius diuinitus latæ præcepto didiciſſe Cupiditatem eſſe peccatum, non eſt ſimpliciter & abſolutè accipiēdum, ſed duplici reſpectu videlicet: tum quatenus in illa diuinitus data Lege expreſſiùs omnis cupiditas damnatur, quàm illa naturali Lege, tum quòd vitioſitas illa noſtra, niſi accedat regenerationis gratia, Cupiditatem noſtram quò apertiùs reprehendit, eò vehementiùs incendit, vt mox explicatur: quaſi videlicet Lex quidem illa naturæ aliquam duntaxat, Lex autem illa diuina omnem cupiditatem efficiat. Sed præterea obſeruandum hîc eſt aliquid maximi momenti. Nam damnat quidem Lex naturæ non tantùm malas per ſe actiones, quæ vocantur actualia peccata, ſed etiam malas cogitationes, quibus animus ſit aſſenſus: etiā ſi quod malè cogitatum & deliberatum fuit, aliquis reipſa non aggrediatur. At decimū iſtud præceptum leuiſſimos quoſque animi motus iuſtitiæ Legis aduerſantes damnat, quibus etiam aliquis non ſit aſſenſus: Deo, quoties ipſi libet, ſceleratiſſimorum alioquin inclinationes naturales ante aſſenſum cohibente, & præterea ſuos regeneratos afflante, quominus malis illis motibus aſſentiantur. Iſtos autem motus ex illa natiua noſtra vitioſitate naſcentes, & quibus vt occurramus, Deum precamur ne nos in tentationem inducat, inter peccata quoque & ἀνομίας eſſe numerandos, quantumuis illis animus non aſſentiatur, ſed repugnet, ex hoc demum Legis diuinæ præcepto intelligitur: non autem ex illa naturali Lege, quæ natiuam iſtam vitioſitatem ignorans, eiuſmodi motus, quibus animus nō ſit aſſenſus, non pro peccatis habet, ſed vel pro nihilo, vel pro fomite quo virtus acuatur. Decimum autem hoc præceptum de hac demum cupiditatum ſpecie accipi oportere liquet, tum ex ipſo Apoſtolo, mox Mali appellatione id quoque intelligente, quod ipſe non probet, immo etiam quod oderit, infrà verſ. 15. & 19. Deinde noſter ipſe Legiſlator Matth. 5. docet aduerſus Phariſæos, cæteris Legis diuinæ præceptis malum prohibentibus, damnari non tantùm actuales ipſas & externas illorum tranſgreſſiones, ſed etiam omnē violādi quoquomodo præcepti voluntatem: quoniam videlicet totius hominis plenam & integram obedientiam ſpontaneam Lex requirat, nullo vnquam malo motu in mentem ipſius Adami ante lapſum ſubituro, niſi Satan de ſerpentis ſuggeſtione immiſſurus intromiſiſſet. Hinc enim conſequitur hoc decimum præceptum vel non fuiſſe neceſſarium, vtpote quod in cæteris per ſe intelligeretur, vel de alia cupiditatum ſpecie intelligendum, de ea videlicet, quam ipſe conſenſus non conſequatur. Denique nomē ἐπιθυμίας, quam ipſi quoque Philoſophi inter τοῦ ἀλόγου partes numerant, Paulus in hac tota diſputatione meritò non niſi in vitio accipit.

8 *Per illud præceptum, διὰ τῆς ἐντολῆς.* Cur articulum expreſſerim, dicam infrà, verſu 12. ¶ *Sumpta, λαβοῦσα.* Vulgata & Eraſmus, *Accepta*: quod non placet propter ambiguitatem. Nam accipere declarat ab alio traditum capere, id eſt παραλαμβάνειν, vt docet Demoſthenes in oratione περὶ τῆς Ἀλοννήσου. Occaſionem autem cupiditates in nobis excitandi non præbet Lex, ſed eam arripit Cupiditas noſtra Legis interdicto irritata. ¶ *Effecit, κατειργάσατο.* Vulg. *Operatum eſt.* Eraſ. videtur Gignendi verbum vſurpaſſe, vt ſeruetur tranſlatio à coniugio ſumpta, ſed certè diſcrimen inter turpe & honeſtum, iuſtum & iniuſtum, ac proinde illius vitioſitatis notitia nobiſcum naſcitur: ſed per Legem Dei demum qualis & quanta ſit dignoſcitur, vt paulo antè diximus. Vide ſuprà 4.15. ¶ *Totam, πᾶσαν.* Vulg. *Omnem,* ambiguitate valde periculoſa, ne videri poſſit nulla prorſus cupiditas ineſſe nobis ante Legis illius diuinæ notionē, quod deteſtandū Carpocratianorū dogma. Libertini renouarūt: quibus is demū peccat, qui ſciēs peccat, ac proinde *Non peccare*, idē ſit atque *Nullo peccati ſenſu tangi*, ſiue ἀδιάθετον eſſe. At Paul⁹ ait ſuperueniēte Legis vera notitia, fieri in nobis, totū, quod ante tam exiguū erat, vt penè nullū eſſe videretur. Non enim poſtea dicit, peccatum abſque Lege non extitiſſe, ſed eſſe mortuum, id eſt eſſe quidem, at non ſummè peccans, &, ſi iſta duplex conditio inter ſe comparetur, penè latens & vires ſuas non exerens verſ. 14. Mortuum ergo dicitur, non quòd nullum ſit, ſed quòd vim ſuam non exerat, adeò quidem vt qui hac conditione ſunt, tamſe putent bene valere, vt nulla re magis quàm medicis offendantur. Mat. 9.12. & Ioan. 9.41.

9 [*Quidem erat*] *mortuum, νεκρά.* Rectè Vulg. & Eraſ. ſubaudiunt ἦν, erat. Cæterum quid Paulo ſignificet Mortuum Peccatum, apparet, tum ex antitheſi ſuperioris verſiculi, tum ex iis quæ ſequuntur. Itaque Paulus *Omnem concupiſcentiam* dixit, non quòd ante Legis perceptionem nulla eſſet, verùm quòd velut nulla eſſet, aut certè non tanta ſentiretur: vt annotauit multis in locis Auguſtinus. Itaque fallitur Origenes qui hæc accepit de Lege naturali, qui & in eo rurſus grauiſſimè peccat quòd mortuum peccatum dici putat quia non imputetur. Imò verò hæ tenebræ ſunt ab hæreditaria Corruptione, & in omnibus meritò puniuntur qui non operiuntur Chriſti iuſtitia. Probat autē Paulus illā propoſitionem ſuo exemplo, partitione quidem quadrimembri, oppoſitione verò duplici, hoc modo, Sine lege peccatum quidem erat mortuum, ego verò viuus eram. Veniente autem lege, peccatum quidem reuixit, ego mortuus ſum. Itaque deeſt ἦν vtrunque poſt ἁμαρτία, vt apparet ex δὲ repetita, & ita diſtinguendi ſunt hi tres verſ. antea diſiecti: quod à me in ſuperiore editione non fuerat animaduerſum. ¶ *Viuus eram ſine Lege, ἔζων χωρὶς νόμου.* Dextrè explicandum eſt hoc Paulinum dicendi genus quatenus videlicet Legem ignoramus. Nam alioquin nobis etiam ignorantibus poſita eſt Lex, neque nos Iuris ignorantia coram Deo excuſat, quum à Corruptione oriatur, nō à natura. Verti autem ἔζων, *Viuus eram*, potius quàm *Viuebam*, vt ſibi conſtet antitheſis ſequens. Neque enim tantùm dicere voluit Paulus ſe olim vixiſſe aliquandiu ſine Lege, id eſt Legis cognitionem (in Phariſaiſmo videlicet

delicet) non habuiſſe, ſed potius ſe eo tempore viuum fuiſſe quo Legem non pernoſcebat: id eſt ſibi viſum eſſe viuere, nēpe quòd non ita turbaretur eius conſcientia, quum morbum ſuum ignoraret maxima ex parte. ¶ *Aduentu præcepti, ἐλθούσης τῆς ἐντολῆς.* Intellige, Legem dici ipſi aduenisse, quum ab eo cœpit rectè intelligi. Erat enim ei antea quaſi abſens, quum eius vim adhuc Phariſæus non intelligeret. ¶ *Reuixit, ἀνέζησεν.* Si reuixit, (inquit aliquis) ergo Mors illa, cuius antea meminerat, potiùs ſopor fuit quàm mors. Quòd ſi ita eſt, quomodo ſeſe antea dixit viuum fuiſſe? Nempe quum omnes in peccatis, ac proinde mortui naſcamur, hæ formulæ accipiuntur non ſimpliciter ſed quadantenus: puta ſi priſtinæ vitæ conditio ſub Legis ignoratione, conferatur cum eo tempore quo viuimus in cognitione Literæ, non Spiritus. Malo igitur legere ἀνέζησεν quàm ἔζησεν, vt legitur in Complutenſi editione, deprauata (vt ſuſpicor) lectione ab aliquo qui timuerit ne hæc faucerent μετεμψυχώσει Pythagoreorum. ¶ *Mortuus ſum, ἀπέθανον.* Hîc diſtingue Mortem in peccato ſeu per Peccatum (de qua hîc agit & Eph. 2.1.) à Mortificatione peccati, quæ pars eſt noſtræ viuificationis.

10 Καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωήν, αὕτη εἰς θάνατον.

11 Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι᾽ αὐτῆς ἀπέκτεινεν.

12 Ὥστε ὁ μὲν νόμος, ἅγιος· καὶ ἡ ἐντολή, ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.

13 Τὸ οὖν ἀγαθὸν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία, ἵνα φανῇ ἁμαρτία, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον, ἵνα γένηται καθ᾽ ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς.

14 Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν· ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.

15 Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω. οὐ

10 Et inuentum eſt illud præceptum quod erat ad vitā, mihi cedere ad mortem.

11 Nam Peccatū occaſione per illud præceptum ſumpta ſeduxit me, & per illud occidit.

12 6 Itaque Lex ipſa quidē, ſancta: & præceptum illud, ſanctū, ac iuſtum & bonum eſt.

13 7 Ergo quod bonū eſt, mihi factum eſt mors? Abſit: ſed Peccatū mihi factum eſt mors, vt appareret eſſe Peccatū mihi per id quod bonum eſt efficiēs mortē: id eſt vt Peccatū fieret admodum peccās per illud præceptū.

14 8 Scimus enim Legē eſſe ſpiritualem: at ego carnalis ſum, vēditus vt ſubiicerer Peccato.

15 9 Quod enim perpetro, 10 nō

10 *Et inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortē.*

11 *Nam peccatum occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me, & per illud occidit.*

12 *Itaque Lex quidē ſancta: & mandatum ſanctū & iuſtum & bonum.*

13 *Quod ergo bonum eſt, mihi factū eſt mors? Abſit: ſed vt appareat peccatum per bonum operatum eſt mihi mortem: vt fiat ſupra modum peccās peccatum per mandatum.*

14 *Scimus enim quòd Lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.*

15 *Quod enim operor, non*

6 Concluſio, Legem quidē per ſe ſanctā eſſe, totam autem culpam in nobis eſſe, qui Lege abutamur.

7 Propoſitio, Legem non eſſe mortis cauſā, ſed corruptam naturam ab ea nō tantùm detectam, verùm etiam irritatam, inde occaſionem rebellionis accipere, vt quo

eò ardentiùs res vetitas appetat, vnde Mortis reatus. 8 Cauſa huius rei hæc eſt, quòd Lex cæleſtem puritatem flagitet, homines autem, quales naſcuntur, vt corruptionis mancipia, cui ſponte ſeruiunt. 9 Proponit ſeipſum vt regeneratum pro exemplo, in quo diſſidium illud ſpiritus & carnis, ac proinde Lege Dei ac prauitati noſtræ, perſpicuè appareat. Nam quia Lex in homine non regenerato tantùm mortem ponit, faciliùs in eò inſimulari poteſt. In homine aūt regenerato, quū ſalutares fructus edat, meliùs apparet vitiatas actiones nō à lege ſed à Peccato (id eſt corruptio noſtra oriri, ac proinde ſimul docet Apoſtolus quis ſit Legis vſus redarguendo peccato in regeneratis ad finem vſque capitis, ſicut paulò antè, nempe à verſ. 7. vſque ad hunc 15. eiuſdem vſum docuit in non regeneratis. 10 Non reſpondent (inquit) meæ vitæ actiones, imò repugnant voluntati meæ. Itaque ex voluntatis meæ conſenſu cum Lege, & repugnantia cum vitæ actionibus, ſatis apparet aliud ſuadere Legem, & noſtrā voluntatem, aliud verò vitioſitatem homini inſidentem etiam regenerato.

10 *Quod* [*erat*] *ad vitam, ἡ εἰς ζωήν.* nempe ſuapte natura, ſi fuiſſet obſeruatum.

11 *Per illud præceptum, διὰ τῆς ἐντολῆς.* Hæc iterum connecto cum verbo ἐξηπάτησε, *ſeduxit*, Id eſt extra mandati illius viam abduxit, ſuis videlicet blanditiis. Nec enim aliter quàm volentes peccant non regenerati.

12 *Et præceptum illud, καὶ ἡ ἐντολή.* Niſi hoc referas ad exemplum illius præcepti. *Non concupiſces*, (quod vnū, vt antè dixi, aptiſſimum erat Pauli inſtituto) odioſa erit ταυτολογία, & minimè conueniens Paulo. Ideo vbique putaui exprimendum articulum.

13 *Ergo quod* [*eſt*] *bonum, τὸ οὖν ἀγαθόν.* tranſitio ad tranſlatū vſum Legis ante regenerationē ad vſum Legis in regeneratis. ¶ *Mors, θάνατος*, i. mihi in mortē ceſſit. Quid n. aliud cederet ex Peccato per Legē non modò nō abolito, immo etiam magis poſt illius notitiam ſæuiente? Huic autem manifeſto & alioqui ineuitabili malo occurrit beneficium Regenerationis, ſiue ſecundarum nuptiarum. ¶ *Imò Peccatum* [*mihi factum eſt mors,*] ἀλλ᾽ ἡ ἁμαρτία. Vulg. *Sed peccatum.* Eraſ. rectius, *Imò peccatum*, ſupple, *mihi factum eſt mors*. quod quamuis per ſe facilè ſubaudiatur, tamen perſpicuitatis gratia expreſſi. ¶ *Vt appareret* [*eſſe*] *peccatum*; ἵνα φανῇ ἁμαρτία. Subauditur οὖσα, priùs videlicet non ita ſeſe prodēs, & quod proinde veluti mortuum quiddam videri poſſet, vt dictum fuit ſuprà verſ. 9. ¶ *Efficiens, κατεργαζομένη.* Vulg. *operata eſt* quaſi κατειργάζετο. Malè. Subauditur enim participiū οὖσα pro ἦν, & additur κατεργαζομένη explanatiuè & ἐπεξηγητικῶς, ac ſi dicas, vtpote quod mihi efficiat mortem, quod mox rurſum declaratur. Transfert enim Apoſtolus culpam omnem mortis à Lege in Peccatum, ſubaudiens id quod eſt in quæſtione attributum, vt in reſponſionibus ferè fieri ſolet. ¶ [*Id eſt*] *vt Peccatum fieret, ἵνα γένηται ἁμαρτία.* Exponit quid illud ſit quod modò dixerat. Ideo addidi particulam explanatiuam ſicut plurimis locis neceſſariò faciendum fuit, ac præſertim in Ioanne. ¶ *Admodum, καθ᾽ ὑπερβολήν*, Id eſt, Quàm maximè explicatis omnibus ſuis viribus. Vulg. & Eraſmi. *Supra modum*, obſcurè. ¶ *Peccans, ἁμαρτωλός.* Ad verbum *Peccator*. Loquitur enim de Peccato tanquam de violento quopiam tyrano, per proſopopœiam. Alibi autē annotauimus ἁμαρτωλὸν dici, qui peccandi velut artem factitet, ita vt ſibi velut habitum quendam compararit. Ad ipſum igitur peccādi morbum ſi hoc transferas, perinde erit ac ſi ſceleſtum ſcelus dicas. Eſt autem ἁμαρτωλὸς pro ἁμαρτωλή poſitum, vt ἀΐδιος pro ἀΐδια, ſuprà, 1. 20.

14 *Spiritualem, πνευματικός.* id eſt mentem & interiorem hominem reſpicere, & ab eo quod Deo & proximo debetur requirere: non adeò quidem vt externus cultus nullus ſit, ſed vt interior ſit exterioris norma & regula. Spiritū Paulus ſuo more Carni opponit, i. cæleſtem & integram naturam terrenæ, ſiue Peccati iugo mancipatæ. Inde fieri dicit vt Peccatum per Legem irritetur. Eam autem eſſe conditionem, quamuis non omni ex parte, tamen aliquatenus in regeneratis, probat ſuo ipſius exemplo: nedum vt melior ſit non regeneratorum ſtatus: ſimulque hac occaſione oſtendit quis ſit Legis vſus ſub Gratia, & quatenus diremptū ſit priſtinū illud cōiugium. Caſtellio σαρκικὸν conuertit *Humanū*: quàm rectè, ipſe viderit. Mihi quidē videtur Carnis nomē multo melius declarare quis hic ſit hominis ſtatus, nec is eſſe velim cui Paulinæ iſtæ formulę diſpliceāt, quibus nihil vſquā grauius aut expreſſius inueniri poſſe puto. Origenis ineptias omitto, qui Spiritus nomine ſuas allegorias intelligit. ¶ *Venditus vt ſubiicerer Peccato*, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. Siue, *Mancipatus ad ſeruiendū peccato*. Vulg. *Venundatus ſub peccato*. Eraſ. *Venditus ſub peccatum*. Vterq. nimiū obſcurè. Deeſt. n. aliquid explendæ ſententiæ antè præpoſitionē ὑπό, vt Act. 7.9 dicitur Ioſeph vēditus in Ægyptū, i. vt abduceretur in Ægyptū. Eſt autē ortum hoc dicēdi genus ex eo quòd mancipiū ſit prorſus alieni iuris, ex quo intelligitur Corruptionē nō eſſe à prima creatione humanæ naturæ ſed ab vltroneo protoplaſtorū lapſu: ſicut natura cuncti naſcuntur liberi, ſerui fiunt autē aut ex ſeruis nati, aut quòd ſpōte ſe dedāt in ſeruitutē: quæ prior ſpecies locum habet in Adamo & Eua, licet ſerpētis fraude pellectis: ſicut poſteriori ſpeciei in nobis illorum poſteris locus eſt, quum omnes natura ſerui peccati ex illorum voluntario lapſu naſcamur Pſal. 51.7. & Ioan. 3.3.

15 *Quod enim, ὃ γάρ.* Notandum cauſalem particulam ad

vtrunque superioris versiculi membrum pertinere. Carnalis enim natura ex eo probatur, quòd voluntati bonum volenti non obtemperat: & Legem esse spiritualem probat voluntas carni vicissim resistens. Et sic in regeneratis demum apparet, quàm inter se differant Lex & nostra natura. ¶ *Non agnosco*, οὐ γινώσκω. Id est non approbo. Erasm. *Non probo*, οὐ δοκιμάζω, ambiguè. Tam enim significat explorare quàm comprobare. Vulg. *Non intelligo*. Nam etiam Chrysostomus ad intelligentiam ista refert, quasi vertigine quadam peccati obrutam. Neque negari potest ipsum ἐγρηγορικὸν oculum in nostræ salutis mysteriis esse eò vsque excæcatum, vt donec à Spiritu Sancto illustratus, rectam videndi facultatem recipiat, Veritas illa nullum habeat maiorem & pertinaciorem aduersarium, infrà 8.7. Sed hoc res ipsa clamat nomine τοῦ νοός, id est Mentis, intelligi vniuersum τὸ λογικόν, id est & διανοητικὸν & θελητικόν, quatenus est regenitum, infirmius tamen adhuc quàm vt τῷ ἀλόγῳ siue Carni queat prorsus dominari. Atqui de mente potius, id quod rectum esse indicauerat approbante, & ipsi Voluntati dictante, hæc esse accipienda liquet ex eo quod sequitur.

---

11 Obseruandū est vnum & eundem hominem dici velle & nolle, diuersis respectibus: velle videlicet, quatenus est gratia regeneratus, nolle, quatenus non est regeneratus, siue quatenus talis est qualis est natus. Sed quoniam pars regenerata tandem victrix euadit, ideo Paulus regeneratorū partē sustinēs, perinde loquitur ac si vitiositas, quæ & ipsa volēs peccat, esset aliquid extra ipsū; quatenus tamē postea fateatur hoc malum esse in carne suâ, siue membris suis.

γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ.

16 Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός.

17 Νυνὶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτό, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία.

18 Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοί (τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ σαρκί μου) ἀγαθόν· τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλόν, οὐχ εὑρίσκω.

19 Οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ ἀγαθόν· ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακόν, τοῦτο πράσσω.

20 Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω ἐγὼ τοῦτο ποιῶ, οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτό, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία.

21 Εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλόν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται.

agnosco. 11 non enim quod volo, hoc ago, sed quod odi, hoc facio.

16 Quod si id facio quod nolo, consentio Legi quòd bona *sit*.

17 Nunc itaque nō amplius ego id perpetro, sed Peccatum quod in me habitat, *id perpetrat*.

18 12 Noui enim non habitare in me (id est in carne mea) bonū. nam velle adest mihi, sed vt quod bonum est perficiam, nō assequor.

19 Non enim facio bonum quod volo: sed malum quod nolo, hoc ago.

20 Quòd si id facio ego quod ego nolo, non amplius ego id perpetro, sed Peccatum quod in me habitat, *id perpetrat*.

21 13 Inuenio igitur volenti mihi facere bonum hanc legem *impositam esse*, quòd mihi Malum adiaceat.

Intelligo. non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi, illud facio.

16 *Si autem quod nolo, illud facio, consentio Legi quoniam bona est.*

17 *Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.*

18 *Scio enim quia nō habitat in me (hoc est in carne mea) bonum. nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio.*

19 *Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago.*

20 *Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.*

21 *Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet.*

12 Vitiū istud siue Peccatū, siue Lex Peccati, homines non regeneratos prorsus occupat, regeneratos autem temptatur, hortatur, ita regeneratus, sunt à Lege, sed à Peccato, quod quidem regnat in non regeneratis, vt qui nec velint, nec faciant bonum, velint autem & faciant malum: in regeneratis autē certat aduersus Spiritum siue Legem mentis, adeo vt nec tam bene viuere, nec tam à Malo alienum esse possint quàm volunt. 13 Conclusio, sicut Lex Dei ad Bonum, Legem Peccati, (id est Corruptionē in qua toti nati sumus) nos ad mala impellere: Spiritū autem, id est animū nostrum, quatenus est cum Lege Dei consentire: Carnem verò, i. totum hominem, Legi Peccati esse mancipatam. In summa igitur, Malum & Mors non insecertat...

¶ *Quod volo*, ὃ θέλω. Vulg. addit, *Bonum*, quod in Græcis nullis codicibus inueni. Satis autē illud per se intelligitur, sicut in opposito membro, τὸ κακόν, *Malum*.

17 *Nunc itaque*, νυνὶ δέ. Vulgat. & Eras. *Nunc autem*. Ego puto illationem esse ex superioribus nascentem. ¶ *Peccatum*, ἁμαρτία. Quidam vitiositatem conuertit, i. κακίαν, nec id prorsus malè: quanquam mallem Pauli verbum retinere, quo fons huius vitiositatis simul aperitur. Quoniam autem Peccatum in Latino sermone eandem habet recti & quarti casus terminationem, idcirco totam constructionem suppleui, vt ambiguitatem vitarem. Sed ex hoc loco necesse est ipsos prostitutæ impudentiæ Sophistas fateri, quum de baptizatis & verè renatis loquatur, suo exemplo proposito, Paulus, concupiscentiam in sanctissimis etiam habere rationem Peccati, quatenus adhuc sunt Caro. Prӕterea cauenda hîc est execranda illa Carpocratianorum hæresis à Libertinis nostro tempore renouata, qui peccata sic in Carnem reiiciunt, & adeo à se reiiciunt vt nec sint vllorum à Carne admissorum peccatorum rei, & ij demum peccēt, qui peccantes putant se peccare.

18 *In carne mea*, ἐν τῇ σαρκί μου. Id est, quatenus adhuc caro in me residet. ¶ *Adest*, παράκειται. Alludit fortassis ad illud Gen. *ad peccatum tuum cubat ad fores*: quo tamen loco speciatim de Caïni scelerata cogitatione, non de ipsa peccatorum radice agitur.

¶ *Vt perficiam*, τὸ κατεργάζεσθαι. Eras. *Vt faciam*. Sed res ipsa ostendit aliquid amplius significari verbo opposito quàm simplex ἐργάζεσθαι & τὸ ποιεῖν quàm τὸ πράσσειν. Regeneratus ergo nec bonū quod facit, nec malū quod agit κατεργάζεται. Itaque κατεργάζεσθαι in laude positū cōuerto Perficere: in vitio, Perpetrare. ¶ *Nō assequor*, οὐχ εὑρίσκω. Vulg. *Nō inuenio*. Vide suprà, 4.1. Citat hos locos Sophistæ pro libero arbitrio: quos ego ad Augustinum ablego, apertè tandem profitentem (nam hoc non intellexerat initio) ista in eum demum conuenire quem gratia Dei innouauit. Et sanè ita est. nam vbi non est Spiritus, quæ tandem erit Carnis lucta? Itaque vel sanctissimi homines neque perficiunt bonum, quoniam non absunt praua Carnis desideria: nec perficiunt mala vt non regenerati, quia non absunt bona Spiritus desideria.

21 *Hanc legem* [*esse*,] τὸν νόμον. Nulla est ellipsis magis vsitata quàm verbi substantiui: quod si subaudias, (vt nos fecimus) plana ac perspicua erit conclusio ex præcedente sermone nata. Nam hæc verba ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται, *quòd mihi malum adiaceat*, ponuntur εἰδικῶς, & explicāt quænam sit illa lex cui se obnoxium esse reipsa comperit, quoties voluit facere quod bonum est. Hoc enim explicandum fuit omnino, quoniam non solet Legis vocabulum in ea significatione poni sine adiectione aliqua, vt lex carnis, peccati, membrorum, mortis. Additúsque est articulus vt certa quædam lex significaretur, ea nimirum quam mox explicat. Itaque maioris perspicuitatis causa τὸν νόμον reieci in posteriorem locum. Mirum est autem ac penè incredibile quomodo sese Græci præsertim interpretes hîc torserint, inter quos etiam non puduit Origenem dicere cōiunctiones redundare, vel non ita adhibitas vt oportet. Eius deinde vestigia sequutus Eras. scripsit Paulū hoc sermone balbutisse, quum ipse (dicam enim quod res est) potius ineptiat. Descripsit igitur varias illas interpretationes ordine, neque refutationes putaui adiiciendas, partim ne cui fiat præiudicium, partim quòd mihi quidem videantur refutatione non indigere. Quid enim hoc modo peruertere non liceat? Hæc ergo est Origenis omnia perturbantis, *Igitur, quia malum adiacet, volens facere bonum, inuenio Legem Dei, & condelector*, &c. id est, ὅτι ἄρα τὸ κακὸν παράκειται, θέλων ποιεῖν τὸ καλόν, καὶ συνήδομαι αὐτῷ, &c. Hæc est Theophylacti ex Chrysostomo, *Inuenio ergo Legem* [*fauentem*] *mihi volenti quod bonum est facere*, [*sed non facienti*,] *quòd mihi malum adiacet*. Item altera, *Inuenio igitur Legem* [*nec mihi aliter esse nisi*] *mihi volenti*, &c. vt in superiore. Hæ sunt verò Photij in Græcis scholiis citati, *Inuenio Legem* [*esse in bonum*] *mihi volenti facere quod bonum est*, [*sed similiter inuenio*] *malum mihi adiacere*. Item alia, *Inuenio Legem* (id est,) *Didici quæ sit Legis vis & natura, & quàm mihi nihil possit prodesse, quia mihi volenti facere quod bonum est, adiacet malum*. Item alia, *Inuenio igitur mihi volenti secundum Legem facere quod bonum est, quòd mihi malum adiaceat*. Item alia, *Inuenio igitur Legem* (*quia malum mihi adiacet*) *mihi quod bonum est facere volenti*, [*opitulari*:] ita videlicet vt causam reddat cur societate Legis indigeat. Hæ verò sunt Erasmi, *Inuenio igitur Legem, quum facere conor quod bonum est*, [*facere vt intelligam*] *quòd malum* (id est *peccandi fons & origo*) *adiacet mihi*, id est *in meipso est, non in Lege*. Item hæc quoque, *Reperio igitur* [*per*] *Legem volenti mihi facere bonum, quòd mihi malum adiunctum sit*. Syrus denique interpres addit nonnulla quæ ne cohærent quidem nisi aliunde multa accersantur, quum tamen satis planus sit per se hic locus, si disputationis filum sequamur. Verbum autem παράκειται fortassis illud Domini dictum respicit, Peccatum cubat ad fores, Gen. 4.7. vel respicit coniugij superioris similitudinem, quasi priore illo marito hactenus mortuo vt dominari prorsus desierit, voluntate regenerata non ampliùs illud pro marito agnoscēte, sed illo adhuc ipsius lateri insidiāte.

---

22 Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον.

23 Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου.

24 Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος· τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;

25 Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ τῷ

22 Delector enim Lege Dei quod ad interiorem Hominē:

23 Sed video aliam Legem in Membris meis belligerantem aduersus Legem Mentis meæ, & captiuū reddētē me Legi Peccati, quæ est in Membris meis.

24 14 Ærūnosus ego homo: quis me eripiet ex isto corpore Mortis?

25 Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrum. Nēpe igitur ipse ego Mente

22 *Condelector enim Legi Dei secundum interiorem hominem:*

23 *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.*

24 *Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?*

25 *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum no-*

14 Miserum quidem est, adhuc ex parte obnoxium esse Peccato, quod sua natura nos reddit reos Mortis. Sed clamandum est ad Dominū, qui nos per ipsā Mortem aliquando victores reddet, vt qui iam simus in Christo victores.

---

22 *Interiorem hominem*, τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Interior & nouus homo (qui & Spiritus dicitur) non dubium est quin idem declarent hoc in loco: quod fatebitur quisquis ista & Eph. 3.16. compararit cum Col. 2.9. & 10. Huic autem opponitur exterior seu vetus homo, qui & Carnis & Mēbrorum appellatione intelligitur. Sed hoc diligenter notandum est, quod veteres plerique, ac præsertim Græci à Pelagianis non vexati, non satis attentè considerarūt, nempe hoc discrimē hominis interioris & exterioris, siue Spiritus & Carnis non esse positum in distributione facultatum hominis, quasi videlicet Spiritus & interior homo mentem ac rationem, Caro verò & exterior homo (qui etiam Membrorum nomine intelligitur) illas duntaxat inferiores partes complectatur, quas Philosophi ἀλόγους vocant. Nam hîc Verbum Dei Carnem seu Membra, itidémque veterem & ψυχικόν, hominem appellat quicquid est homo qualis nascitur, cui opponitur Nouus, id est quatenus est gratia Dei regeneratus: idque vel ex eo liquet, quòd disertè Apostolus inter corruptissimas animæ partes mentem numerat, suprà, 1.28. & 1. Tim. 6.5. & 2. Timot. 3.8. & Tit. 2.15. item Ephe. 4.23. vult renouationem ad Spiritum vsque mentis peruenire. Denique rēs ipsa ostendit nihil magis Veritati diuinitus nobis patefactæ repugnare, quàm humani ipsius intellectus cæcitatem, vnde tot hæreses aduersus Christianæ religionis præcipua capita, superbia quoque sæpe ignorantiam superante.

23 *Aliam legem in membris meis*, ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου. Paulus, allusione quadam, Legis vocabulum tribuit imperio & quasi edicto tum Peccati, tum Membrorum, id est tum corruptæ illius naturæ, tum cupiditatum ex illa nascentium, quas vocant affectiones peccatorum: quibus opponit Legem Dei, quæ propriè sic dicitur, & Legem Mentis quatenus cum ea consentit.

¶ *Belligerantem*, ἀντιστρατευόμενον. Id est, aperta vi & instructis copiis non modò resistentem, sed etiam aduersus Legem mentis sese inferentem. In hac enim naturæ corruptione, omnes nostri affectus totidem sunt Satanæ milites, qui Dei iustitiam oppugnant.

¶ *Legem mentis meæ*, τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου. Imposuit fortassis hic locus iis qui per interiorem hominem putarunt superiores tantum animi partes significari. Sed ij cogitare debuerant, Mentem ab Apostolo non considerari simpliciter, vt ipsi faciunt, sed quatenus opposita est membris, & Legi Dei consentit: quod in solis regeneratis accidit. Idque ita esse vel ex eo liquet quòd idem noster Paulus alibi quandam disertè nominat Mentem Carnis, Col. 2.18. quam etiam vocat φρόνημα σαρκός, Infrà, 8.7.

24 *Ærumnosus*, ταλαίπωρος. Id est, perpetuis in ista lucta angoribus diuexatus. Nam alioquin miser pro innocente accipitur. Vulgata, *Infelix*, pessimè.

¶ *Quis*, τίς. Nū verò ignorabat à quo esset hæc liberatio expectanda? Minimè profectò. Mox enim eum vsque adeò agnoscit vt illi gratias etiam agat. Sèd ita loquitur, vt in extremo angore, cogitans qualem & quantum esse eum oporteret qui hoc possit præstare.

¶ *Eripiet*, ῥύσεται. Non dixit Paulus *Eripuit*, sed *Eripiet*, certamine nimirum durante donec morte finiatur: ex quo cōsequitur neque in hac vita gratiam regenerationis perfici, neque regeneratorum operibus salutem nostram vlla ex parte, vt causa vel efficiente, vel materiali niti, quod etiam suprà de Abrahamo dictum est, 4.2. ¶ *Ex isto corpore mortis*, ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Eras. *Ex hoc corpore morti obnoxio?* cui ego assentior, quòd τούτου maluerit ad corpus quàm ad mortem referre, cum vet. interpr. *De corpore mortis huius*. Sed corpus mortis dicere malui ad verbum, quàm corpus morti obnoxium, quod hic Hebraismus mihi quidem videatur multo ἐμφαντικώτερος. Sic enim Paulus per Corpus designat carneam istam corporis molē, vt simul significet nos in nobis ipsis nihil aliud esse quàm Massam quandam Peccati ac Mortis, vnde exoptat liberari.

25 *Gratias ago*, εὐχαριστῶ. Vulgata, *Gratia Dei*, χάρις τοῦ Θεοῦ, repugnante Syro interprete, & Græcis omnibus codicibus: nisi quòd in vno legimus χάρις δὲ τῷ Θεῷ, *Sit autem Deo gratia*. Apparet autem deprauatam esse lectionem ab iis qui hæc ita exposuerunt, quasi complectantur responsionem ad superiora. Atqui in superioribus non interrogat Paulus, sed suspirat potius: deinde se colligit, & se acquiescere significat in ea spe quam habeat in Christo Iesu fundatam. Quòd autem quædam exemplaria habent χάρις τῷ Θεῷ, id est *gratia* [*sit*] *Deo*, nihil prorsus mutat in sententia. ¶ *Nempe igitur ipse ego*, ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγώ. Sic rectè Vulg. excepto quòd particulam ἄρα pondus sermoni addentem prætermisit. Cæterùm Apostolus hac phrasi minimè voluit alios excludere, ac si diceret *ego ipse & nō alius*, vt illé apud Virgil. *Me me adsum qui feci*, & ille apud Terēt. *Egomet rapui*, sed è contrario ita significat adeò se nolle ex eorum quorum statum deplorat, numero eximi, vt sese non dubitet cæteris pro exemplo eius, quam in aliis desiderat, conditionis proponere: Ei[...]us, *Idem ego*, perinde ac si scriptum esset ὁ αὐτὸς ἐγώ, quod nusquam legi. Mirè tamen istud conuenit sequenti distributioni, qua videri alicui posset vnus homo in duos veluti secari, etsi non secundum substantiam, tamen secundum contrarias in vnius animæ facultatibus qualitates. Sed ne hoc quidē ex ista cōtrariarum in vna & eadem anima qualitatum distributione sequitur. Nec enim sic statuitur Intelligentiæ vel Volūtatis, vel Affectuum seorsim vna quidem pars tota regenerata, altera verò prorsus adhuc ψυχική, sed vnā & eādem indiuiduā Intelligentiā præditam esse, per Regenerationis beneficium, luce cui sint permixtæ Cæcitatis natiuæ reliquiæ, vt ex illius cæci nati historia liquet, certis demum gradibus sanati. Sic quoque nulla est in Voluntate regeneratorum rectitudo, cui non admixta sit aliqua vitiositas,

impediens quominus bene volendo quod bene vult, satis rectè velit quod rectè vult: & rectè nolendo quod rectè nō vult, satis rectè nolit quod rectè non vult, vt mox de se testatur Apostolus. Est autem multo magis tum in Affectibus, tum in Actionibus quæ ex iis principiis oriuntur, hæc eadem labes consideranda, vt sit vanissimum quod sophistæ Meritum ex Congruo vel ex Condigno imaginantur. Quum tam expressè testetur Apostolus sese de seipso loqui, in quo omnes etiam optimi serui Dei tanquam in speculo seipsos intueantur, ne sibi nimium placeant, tamen Origenem potuisse in hunc locum scribere, ista non conuenire Apostolo, quasi nimirum indigna sint tanto Christi seruo: ac non potius ipse non intellexerit quod verissimè & elegantissimè dixit Augustinus, Si qua hîc esse potest fidelium perfectio, in eo positam esse vt se imperfectos esse agnoscant. At contrà Origenes putat hæc dici in aliena persona, eius nimirum qui gratiæ diuinæ nondum particeps, luctetur adhuc cum carnis affectibus, illis impar: & (nequid salui superesset quod iste non corrumperet) ad aliam personam refert exclamationem, *Miser ego homo, &c.* ad aliam, sermonem gratias agentis Deo. quam expositionem quis non impuram, detortam, violentam esse videat? Et tamen sunt qui putent Apostolum non suspirare in sua persona, tanquam liberandum, sed tanquam penitus iam liberatum gratias agere: quod ego quum legerem, sanè fateor me exhorruisse. Quanto verò rectius Augustinus ista exponit de Paulo, & fidelibus omnibus in ipsius persona representatis? Nam certè ita est, & qui hoc non nouit, nondum seipsum nouit. Est autem planè miserabilis in hunc locum Erasmi oratio, qui ab Origene suo fascinatus, putat hæc potius ab Augustino torqueri *quum magis*, inquit, *conueniat Paulum humani generis personam in se recipere, in qua est Ethnicus exlex, Iudæus carnalis sub Lege, & spiritualis per gratiam liberatus.* At ego prorsus nescio quid sit Scripturas penitus peruertere, si hoc non est.

μὲν νοῒ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ, νόμῳ ἁμαρτίας.

quidem seruio Legi Dei, Carne verò Legi Peccati.

Ipse ergo ego mente seruio Legi Dei, carne autem legi peccati.

Κεφάλαιον η.

CAP. VIII.

CAP. VIII.

1 Cōclusio totius superioris disputationis à vers.16. primi capitis ad hunc vsque locum. Quum in Christo Fide iustificati consequamur Peccatorum Remissionem & Iustitiæ imputationem, atque adeò etiam sanctificemur, ex his efficitur, esse extra Condemnationis metum qui per Fidem sunt Christo insiti.

1 ΟΥ'δὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.

2 Ὁ γὰρ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς

1 NVlla igitur nūc *est* cōdemnatio iis qui *sunt in* Christo Iesu, 2 *qui* non secundum Carnem ambulant, sed secundum Spiritum.

3 Nam Lex Spiritus vitæ *qui*

1 *NIhil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum Carnem ambulant.*

2 *Lex enim spiritus vi-*

2 Fructus Spiritus, siue sanctificationis in nobis inchoatæ effecta, nos quidem non inserunt Christo, sed nos ei insitos esse declarant. 3 Occupatio. Quum adeò imbecilla sit vis Spiritus in nobis, quomodo inde possumus colligere nullam esse condemnationem in iis qui hac vi sunt præditi? Quoniam, inquit, vis ista Spiritus viuificantis quæ tam imbecilla est in nobis, perfectissima & potentissima est in Christo, & nobis credentibus imputata, facit vt perinde censeamur, ac si nullæ prorsus reliquiæ Corruptionis & Mortis in nobis hærerent. Antea igitur disputauit Paulus de Remissione peccatorum, & Præstationis Legis imputatione, atque adeò de inchoata in nobis Sanctificatione: nunc autem de perfecta Sanctitatis humanæ naturæ Christi imputatione disserit, quæ pars ad plenè pacandam conscientiam requirebatur. Delentur enim nostra peccata Christi sanguine, & tegitur nostræ corruptionis Reatus per obedientiæ Christi imputationem: ipsa autem corruptio (quam Apostolus Peccatum peccans appellat) Sanctificationis quidem dono paulatim sanatur in nobis, sed alio præterea remedio eget, nempe ipsius Christi Carnis perfectissima Sanctificatione, quæ & ipsa nobis credentibus imputatur.

IN CAPVT VIII.

1 *Nulla igitur nunc [est] condemnatio*, οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα. Primùm obseruandum est vnde nascatur hæc conclusio. Etsi verò videri meritò potest à tota superiore disputatione nasci, nempe à gratuita tum Peccatorum Remissione, tum reatus originalis per obedientiæ Christi imputationem abolitione, tamen omnino, meo iudicio, Apostolus hac generali conclusione dilata in vers.13 nunc incipit ostendere fructum sanctificationis in nobis inchoatæ, ducto inde argumēto, quòd ea sit τεκμήριον nostræ in Christum insitionis. Nam sicut sensus & motus animalis est nō causa, sed ἔλεγχος vitæ animalis, ita Spiritualis vita per spiritualem sensum & motum, Christum in nobis, & nos in ipso viuere demonstrat, vt non à posteriore, sed à priore superioris versiculi parte hæc conclusio ducatur. Nam contrà potius concludendum esset, condemnationem nūc adhuc aliquam superesse in iis qui adhuc quatenus non sunt regenerati tenentur Lege peccati. Deinde, magnum est pondus particulæ vniuersaliter negantis, & aduerbij præsentis temporis à Syro interprete malè prætermissi. Denique attendendum est in primis, non dicere Apostolū, sublatum in nobis esse Peccatum, vtpote regeneratis, sed nullam condemnationem, quia nimirum summa & perfectissima naturæ nostræ in Filio Dei integritas, nostra facta per nostram cum ipsa per Fidem Spiritualiter apprehenso vnitionem, nos iam nūc licet, vix ab illa natiua corruptione liberari incœptos sistit in sese apud Patris tribunal prorsus integros & securos. Nam alioqui quod intra nos & inhærenter abolere Corruptionem nostram cœpit, tum demum in corpore ipso, siue intra nos perficietur, quū Deus erit omnia in omnibus, 1. Corinth.15.28.&54. anima interim eorum qui in Domino moriuntur, suæ gloriæ gradus cum ipso Christo fruente, Luc.23.43. Act.7.59. & Philip.1.23. ¶ *Qui sunt in Christo Iesu*, τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eras. *Iis qui [sunt insiti] in Christo I[esu].* Ego non putaui quidquam supplendum, quum per se [satis] plana sit sententia. Sensus autem est, exemptos iam esse nos omni condemnationi, non per regenerationem in nos inchoatam, sed quia sumus per Fidem facti vnum cum Christo, in quo perfectissima est naturæ nostræ Sanctificatio; quæ est illius cū ipso insitionis τεκμήριον, & in nobis dūtaxat inchoata, quòd tribus versiculis sequentibus declaratur. Itaque perperam Syrus interpr. constructionis ordinem mutauit.

¶ *[Qui] non secundum Carnem*, μὴ κατὰ σάρκα. In plerisque codicibus post Ἰησοῦ additur distinctio, & quidem rectè: perinde acsi scriptum sit τοῖς μὴ κατὰ σάρκα, quum id poscat ipsa sententia. Quis enim possit in Christo secundum Carnem incedere? quod non animaduertens Syrus interpres, mutato constructionis ordine, sententiam totam deprauauit. Hoc enim posterius est eorum definitio qui in Christo sunt, à consequentibus & necessariis signis sumpta, vt declaratur, 1. Ioh.1.6.&7.2.5.&6. Sunt autem cohærentes quidem, sed diuersæ quæstiones, Qua re eximamur omni condemnationi, quam corruptio natiua etiam regeneratorum meretur, nempe gratuita sanctificationis naturæ nostræ in Christo per fidem à nobis apprehenso communicatione: &, Quinam in Christo eximantur condemnationi, ij videlicet qui se in Christo esse ex regenerationis fructibus ostendunt. Cohærent enim necessario vinculo, vt à vers.5. ad vers.12. incipientem demonstrabit Apostolus, Sanctificationis in Christo naturæ nostræ Communicatio, & Regenerationis in nobis inchoatæ gratia: Itaque nihil absurdius neque magis falsum dici potest Origenis in hunc locum expositione, qui hæc de iis dici vult *qui sunt*, inquit, *ita emendati, vt in ipsis nihil vitiosi operis inueniatur*: id est de iis qui (vno excepto Christo ad quem hîc remittimur) nusquam vnquam fuerunt neque sunt futuri. ¶ *Secundum Carnem*, κατὰ σάρκα. id est Carnem tanquam ducem sequuti, vt dixit Cicero, Secundum naturam viuere. Nam qui Spiritum sequitur ducem, quanuis interdum à Carne quasi pertractus, extra viam vestigium ponat, secundum Carnem viuere non dicitur. Vocat autem Carnem vniuersam hominis naturam, vt corrupta excidit à pristina dignitate, sicut alibi diximus aliquoties: cui opponitur Spiritus, eadem videlicet instaurata per Spiritum Dei. Et quod attinet ad verbum περιπατεῖν, sæpe [iam] annotauimus illud respondere verbo הלך [halach] q[uo] significatur tota vitæ ratio, ac veluti hominis incessus, tantisper du huius vitæ curriculū conficit. ¶ *Sed secundum Spiritum*, ἀλλὰ κατὰ Πνεῦμα. Hoc totū deest hoc loco in quibusdam exemplaribus Græcis, & apud Syrū interp. sed nisi exprimatur, est tamē necessariò subaudiendū.

2 *Lex Spiritus vitæ*, ὁ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς. Legis vocabu-

labulum latè patere apud Paulum, multis iam locis ostendimus, ac præsertim suprà, cap.3. vers.27. Hîc quidem per Legem nihil aliud significatur quàm iustæ Gubernationis Ius & Auctoritas, cui opponitur Tyrannis Peccati ac Mortis ex Peccato promanantis. Sed & Spiritus appellatio quid comprehendat, & cur epithetum vitæ (id est vitalis seu viuifici) adiiciatur, ex contraria antithesi apparet. Itaque Legem Spiritus vitæ, nec pro Lege fidei cum Ambrosio, nec propriè pro ipso Spiritu sancto, cum Chrysostomo, sed pro eius potius efficacia (vt in superiore versiculo) per quam peccatū id est Corruptio, ipsaque adeo Mors sensim aboletur, vt docet infrà vers.10. & 11. denique pro Regenerationis gratia accipio, cui opponitur Carnis, id est, nostræ naturæ Corruptio. ¶ *[Qui est] in Christo Iesu*, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Distinguit igitur Legem Spiritus vitæ quæ est in ipso Christo Iesu, ab ea quæ in nobis est ab eo effecta: id est, perfectam naturæ nostræ in Christo Sanctificationem, ab ea quæ in nobis est duntaxat inchoata. Nam illa quidem nobis imputata quum perfecta sit, nos liberauit: in ista verò adhuc clamamus cum Apostolo, *Quis me liberabit?* Erasmus, *Per Christum Iesum*: quam versionem cur omnino repudiarem, caussas necessarias habui. Nam hac ratione oporteret ista potius connecti cum verbo ἠλευθέρωσε, contra omnium codicum fidem. Deinde, si hoc ita exposueris, videbitur Apostolus differere de Regenerationis Gratia, quæ in nobis est per Christum inchoata: cui tamen (vt antè dixi aliquoties) tribui hoc non potest, quòd nulla sit in nobis Condemnatio. Explicandum est igitur istud de tertia & reliqua Iustificationis nostræ gratuitæ parte, quæ consistit in sanctificatione ipsa Iesu Christi nobis communicata: & præpositio ἐν seruanda, supplendúsque articulus perinde acsi scriptum sit, τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Cæterùm in ipsa quidem Carne, quam ὁ Λόγος sibi hypostaticè vniuit, nunquam fuit Peccatum seu vitiositas vlla quæ per Gratiam Regenerationis aboleretur: vt quæ fuerit à Spiritu sancto creata purissima ex ipsius Mariæ materia, non quam inuenerit puram ab omni labe, vt somniant Sophistæ, (nec enim si ita esset, Mediatore indiguisset Maria) sed quòd eam materiam Spiritus Sanctus plenissimè sanctificarit, antequàm Seminis rationem haberet. Itaque non dicit Paulus *liberauit eum*, Christum videlicet, sed *liberauit me*.

ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου.

3 Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθέ-

est in Christo Iesu, liberauit me à Lege peccati & mortis.

4 Nam quæ Legis *erat* impotentia quum viribus esset de-

tæ in Christo Iesu, liberauit me à Lege peccati & mortis.

3 *Nam quod impossibile erat Legi in qua infirma-*

4 Non argumentum sed sanctificationis imputatæ mysterium explicat. Quoniam enim, inquit, Legis non erat ea virtus (idque propter naturæ nostræ corruptionem) vt hominem posset purum & integrum præstare, vtque morbum peccati potiùs accenderet quàm extingueret Deus Filium suum induit carne huic nostræ peccatori simili in qua penitùs aboleuit nostram vitiositatem, vt in eo per fidem apprehenso penitus integri & inculpati habiti plenè comperiamur illam summam perfectionem habere quàm Lex flagitat, ac proinde nulla sit in nobis condemnatio.

¶ *Me*, με. Syrus interpres legit, σε, *te*, eodem sensu manente, & quidem non sine emphasi, quasi admonente Paulo vt singuli credentes hoc sibi beneficium applicent. Sed recepta Græcorum codicum lectio mihi magis vel idcirco probatur, quòd sit superioribus magis consentanea, vt sese Apostolus, sicut in lucta Carnis & Spiritus, sic etiam in victoria per Imputationis Gratiam pro exemplo proponat. ¶ *A Lege*, ἀπὸ τοῦ νόμου. Erasmus, *A iure*, quum in superiore membro vti maluerit Legis vocabulo: quod & ego amplecti malui, quia Paulus tacitè videtur ad Legem Dei allusisse, vt apparet ex consequentibus. Non dicit autem Paulus, *liberauit me à corpore* sed *à Lege peccati & mortis*, id est, Vis illa Spiritus viuifici, cuius fons est in Christi carne, facit vt Peccatum, seu vitiositas illa, cuius reliquiæ adhuc in me supersunt, & quæ me alioqui condemnationi adiudicaret, efficere nequeat vt condemner, quoniam quod est in me duntaxat inchoatum, in Christo perfectissimū est, cui sum insitus, vt ex eo ipso quod in me inchoatum est apparet. Quod enim ex Spiritu genitum est, Spiritus est, Ioan.3.6.

3 *Nam quæ legis [erat] impotentia*, τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου. Firmamentum est in hoc versu superioris conclusionis. Nam vt frustrà remitti nobis in Christo peccata conclusisset Paulus, nisi docuisset Christum, nobis in hunc finem promissum & exhibitum fuisse, sup.3.23. & Reatū nostrum tegi ipsius obedientia, nisi Christum copiosa ipsius cum Adamo collatione demonstrasset, ideo factum hominem, vt in eo tanquam altero Adamo multo plura & potiora reciperemus quàm in priore amiserimus: sic frustra collegisset, nostram corruptionem tegi coram Deo perfectissima illa nostræ in Christo naturæ sanctificatione nobis gratuitò cōmunicata, nisi hoc adiiceret, Patrem idcirco voluisse naturam nostram à Filio suo assumi, vt illam in integrum sic restitueret, qua vnà cum ipso Christo per fidem potiti tales prorsus coram Deo, etsi non in nobis, tamen in Christo inueniremur, quales esse nos necesse est ex legalis δικαιώματι præscripto. Caussam autem addit cur ita facto fuerit opus, quoniam videlicet Lex, cuius alioqui munus & officium erat nos ad illam perfectam iustitiæ metam dirigere, nullo modo id præstare poterat: minimè id quidem suo vitio (vt superiorib. duob. capitibus docuit) sed nostræ carnis, i. corruptæ & ipsi Deo repugnantis naturæ culpa, quam propterea emendari in Christo necesse fuit, nisi nos semel perditos Deus vellet. Et hæc est huius loci explicatio vera, quantum iudicare possum, ideóque à me plenius exposita, quòd ab interpretibus recentioribus non paucis, etiam doctissimis, non satis animaduersa fuisse videatur. Hinc factum fuit, vt tres illæ distinctæ gratuitæ per Imputationem Iustificationis partes non sint expressè obseruatæ: & peccatorum expiatio cum remedio aduersus Originis peccatū sit permixta, ac ne Reatus quidem à corruptione, satis commodè suo vtrique opposito proprio remedio, distinctus videri possit. Et de re quidem ipsa hactenus. Quod ad verborum autem interpretationem ipsam attinet, Vulg. vertit, *Nam quod impossibile erat legi*, rectè omnino & αὐτολεξεί, quanuis barbarè, si pro *Legi* legamus *Legis*, vt ab initio scriptum fuisse mihi persuadet Græcus contextus, ita videlicet, vt *Quod erat impossibile Legis*, accipiatur pro, *Quæ erat Legis impotentia*. Sic enim & Latini loquuntur. & τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, Attica costructione vsitata, cuius exempla vide apud Budæum in commentariis, accipi commodè potest, pro ὅτε ἦν ἀδυναμία τοῦ νόμου, siue, ὅτε ἦν ἀδύνατον τῷ νόμῳ, vt recepta quoque scriptura Vulg. Latinæ interpretationis admitti possit. Eras. verò existimans τὸ ἀδύνατον esse quarto casu positum, dupliciter hunc locum deprauauit: primùm in eo quòd verbum *Præstitit* inseruit, contextui ne hiaret costructio, ellipsi certè inaudita: deinde quòd καὶ περὶ ἁμαρτίας malè coniunxit cum verbo κατέκρινε, vt mox ostendam. Doctis. Camerarius maluit ellipsin esse præpositionis διὰ, vt plena sit constructio, διὰ γὰρ τὸ ἀδύνατον ὄν, i. διὰ γὰρ τὴν ἀδυναμίαν τοῦ νόμου, *propterea quòd inefficax erat Lex*: quā interpretationē manifestè amplexus est Syrus interpres, & ego nō improbo, quū inter Atticismos quoq. numeretur illius præpositionis ellipsis. Aliter deniq. construi locus iste potest, ita videlicet vt sit particularū ἐν ᾧ traiectio, quasi scriptum sit, ἐν ᾧ γὰρ τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἠσθένει, id est *Quum n. Legis impotentia (.i. Lex impotens) esset viribus destituta*: quā interpretationē in editionib. prioribus sum sequutus. Nam & eiusmodi traiectiones, imò etiā duriores, aliàs obseruare licet, vt Ioh.8 15.& 25.10: & Act.1.2.& inf.11.31.& 12.3.& 1.Ioh.2.24.& simili idiotismo Hebræorū hoc eodē capite scribitur ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως expectatio rerū creatarum pro ἡ κτίσις ἀποκαραδοκοῦσα, res creatæ expectātes, cuiusmodi alia exempla vide Mat.24.15.& Heb.7.19. Omnes autem hæ interpretationes, Erasmica excepta, quā admittere nullo modo possum, eòdē recidūt, & Apostoli sententiā rectè exprimūt. ¶ *Quū*, ἐν ᾧ. Sic particulas istas à Græcis scriptorib. vsurpari pro certi tēporis & certæ cōditionis alicuius designatione, extra controuersiā est apud omnes Græcæ linguæ vel mediocriter peritos, & probari potest exēplis ex his etiā libris, vt Mar.2.19. Luc.5.34. Sed & cōmodè possumus interpretari ἐν ᾧ, *Quoniā*, pro διὰ, vt accipitur Heb.7.18.1. משול [*m-tul*] vt vertit Syrus interpr. vel *Quatenus*, pro quo barbarè Vulg. *In quo*, vt Gallicè dicimus, *en ce que*, vel *en tant que*. Eras. ab Orig. deceptus dicere maluit *ex parte qua*. Distinguunt n. hoc loco impurissimus ille scriptor Legē in Carnē & Spiritū, i. carnalē & spiritualē Legis intelligentiā quod esset admittendū si Legis vmbras cum Veritate, vel Cæremoniarū abusum cū vsu recto cōpararet. Sed neq. hæc

disputatio huic loco conuenit, neque de his ille hæc scribens cogitauit, vt qui hanc Legis impotentiam in eo totam collocet, quod impossibile fuerit Legis Ceremonias secundum carnem, id est secundum literam, siue externum ritum, obseruare, prolatis pro exemplo Ceremoniis Sabbatismi & Lepræ. Quid verò dici potuit ineptius? Nam certè longè aliò quàm ad externum cultum respiciunt Prophetæ & Apostoli, quum Legem dicunt à nobis præstari non posse: nec de Legis præstatione hîc agitur, sed de ipsius vi in nostris immutandis animis, & ad illud Legis præscriptũ efformandis. Vtpote quæ corruptionem illam in qua nascimur non modò non sanet, sed augeat potius, vt capite superiore fuit declaratum.

¶ *Viribus esset destituta*, ἀδύνατον, i. nullis prorsus viribus, si hominem spectes, ante Regenerationis Gratiam: vel, *infirmis viribus esset*, si Hominis iam regenerati ratio habeatur, cui docendo & gubernando plurimùm Lex prodest, vt Apostolus superiore capite docuit: at non eò vsque tamen vt δικαίωμα Legis in nobis compleatur: quò respiciens Vulg. vertit, *Quum infirmabatur*: & Eras. *imbecilla erat*, sed illud malo. Dixisset enim Apostolus potiùs tempore præsenti ἀσθενεῖ, id est, sit infirma: nec missus est Filius, siue Homo factus, vt suppleat quod efficere Lex in nobis non omni ex parte possit: sed vt de quo ne cogitare quidem poteramus, in illa natura nostra pro nobis assumpta, & nobis postea communicanda perficeret. Ἀδύνατον igitur ex qua τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου nascitur, virium non imbecillitatem, sed omnem destitutionem declarat.

νει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σα[illegible]

stituta in carne, Deus suo ipsius Filio misso in forma consimili carni peccato obnoxiæ, idque pro peccato, condemnauit peccatum in carne.

batur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.

4 Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ Πνεῦμα.

4 Vt Ius illud Legis compleaturs in nobis, qui non secũdum Carnem ambulamus, sed secundum Spiritum.

4 *Vt iustificatio Legis impleretur in nobis qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum.*

3 Redit ad id quod dixerat, Sanctificationem in nobis inchoatam, esse nostræ in Christum insitionis certũ testem: qui quidem est vberrimus sanctæ & honestæ vitæ fructus.

¶ *In carnem*, διὰ τῆς σαρκὸς, i. quia Caro vim Legis, optimæ alioquin virtutis omnis magistræ, inhibet, vtpote cui tantopere aduersatur vt ei subiici nec velit nec possit, infrà vers. 7. vel, *In carne*, ἐν σαρκί, vt suprà 4.11. δι' ἀκροβυστίας, pro ἐν ἀκροβυστίᾳ. ¶ *In forma consimili*, ἐν ὁμοιώματι. Id est ἐν μορφῇ ὁμοίᾳ. Μορφὴν enim δούλου appellat veram humanam naturam Apostolus, vt & nomine μορφῆς τοῦ Θεοῦ, veram & essentialem Deitatem, Philip. 2.7. Vulg. *in similitudine*, vocabulo nimium diluto. Erasm. *in specie*, ambiguè. Nam & Marcion speciem carnis Christi fatebatur. Aliud est autem ὁμοίωμα, id est res ipsa ad similitudinem alterius effecta, quàm ὁμοίωσις, quæ est ipsa operantis actio & quàm ὁμοιότης, id est, qualitas operis ad alterius similitudinem effecti. Sed, vt ipsa essentia humanæ naturæ fuit eadem in Christo per omnia atque nostra: sic quod ad eius naturæ vitiosam qualitatem attinet, siue non quatenus simpliciter fuit caro, sed caro peccati, maxima fuit inter hanc & illam dissimilitudo, quæ tamen ex specie ipsa exteriore non appareret: quamobrem vsus fuisse putatur Apostolus nomine ὁμοιώματος.

¶ *Carnis peccati*, σαρκὸς ἁμαρτίας. Id est Carni per Peccatum contaminatæ: quod vt aboleret Christus assumens illam carnem plenè ipsam in sese ex Spiritu Sancto conceptam sanctificauit, vt inde postea in nos sibi insitos illius sanctificationis vis sensim deriuetur: quod haud satis scio an aliter quàm seruato Hebraismo dici commodè possit. Quidam vertit, *Corpore suntu similis*, prorsus ineptè, quum in hac disputatione vocabulum Carnis alteram hominis partem, id est Animam præcipuè respiciat. Alius maluit, *Carnem peccatricem*, non rectè. Caro enim dicitur peccatrix ob vitiosos motus, & inde nascentes malas actiones: hîc verò non de illis malis agitur, sed de ipsa vitiositate inde pullulante. Quod autem Erasmus suppleuit verbum *præstitit*, nulla ratione fecit, ab iis deceptus qui sequens membrum coniunxerunt cum verbo κατέκρινε.

¶ *Idque pro peccato*, καὶ περὶ ἁμαρτίας. Id est, vt ipsum Peccatum aboleret in natura nostra ab ipso assumpta. Itaque fuit hoc adiiciendum vt finis istius Assumptionis carnis explicaretur. Vulgata & Erasm. *Et de peccato*: quam particulam omnes ferè interpretes connectunt cum κατέκρινε, ideòque in eius explicatione magnopere laborant. Alij enim exponunt, Deum de peccato (id est peccati) condemnasse peccatum in carne, quòd iniquè vim attulerit Christo: & fateor similem constructionem inueniri. Ioannis 16.9. Sed hæc expositio nihil aliud est sanè quàm subtilis argutia. Alij Peccati nomine intelligunt Hostiam pro peccato, quam Hebræi simili ratione אשם [*ascham*] vocant, id est Christum ipsum, & hunc locum comparant cum 2. Cor. 5.21. Sed ista propositio περὶ nulla ratione potest hanc interpretationem admittere: neque nunc Apostolus agit de Christi morte & nostrorum peccatorũ expiatione, sed de Christi incarnatione, & naturæ nostræ Corruptione per eam sublata. Sunt n. illa iampridem ab Apostolo explicata, adeo vt à versu 11. ca. 5. aliud argumentũ sit exorsus: quamobrem etiam non dixit Apostolus ὑπὲρ ἁμαρτίας, *pro peccatis*, sed περὶ ἁμαρτίας, hoc nomine natiuam illam labem significans quæ in carne nostra hærebat, priusquam Christus illam carnem assumendo plenè in sese sanctificaret. Itaque περὶ ἁμαρτίας prorsus pertinet ad participium πέμψας, additáque distinctione à cæteris separatur. Nam præterquã quod (si hanc lectionem sequamur) neque confundetur partium Iustificationis explicatio, neque vllius vocabuli significationem detorseris: nititur etiam hæc distinctio auctoritate Græcorum scholiorum, à quibus disertè annotatur: & Epiphanij vetusti & orthodoxi scriptoris, qui sic ista distinguit καὶ περὶ ἁμαρτίας denique Syri interpretis consensu confirmatur. Περὶ autem pro ὑπὲρ ponitur non modo apud sacros scriptores frequentissimè, vt Matth. 9.36. & 26.28. & 1. Petr 3.18. sed etiam apud alios disertiores, vt norunt omnes in Græca lingua vel mediocriter versati. ¶ *Condemnauit*, κατέκρινε. Id est, aboleuit, vt etiam accipitur verbum κρίνεσθαι 1. Pet. 4.6. Nam imputata nobis Christi Sanctificatione, Peccatum pro nihilo habetur, quamuis supersint eius reliquiæ in nobis. *In carne*, ἐν σαρκί. Erasm. *Per carnem*, Origenem suum sequutus, qui de Christi morte hoc intelligit: quum significet Hominis naturam in Christo quidẽ capite reipsa & perfectè, in nobis verò nunc ex parte tantùm sanctificari cœptam, sic tamen vt iam nunc nihilominus, propter illam perfectam nobis qui in Christo sumus, communicatam, ab omni cõdemnatione immunes simus. Ideò no[illegible]le Syrus interpres addito affixo vertit בבסרה [*bebesre h*] In carne eius.

4 *Vt ius illud Legis*, ἵνα τὸ δικαίωμα. Vulg. & Erasm. *Vt iustificatio Legis*, malè. Aliud enim est δικαίωσις, id est absolutio nostra quàm τὸ δικαίωμα, de quo diximus suprà, 1. 32. illud ipsum nimirũ quod requirit Lex, quasi IVSTIFICAMEN dicas, nempe tum n. plenam pœnæ reatibus nostris debitæ luitionem vt à Condemnatione liberemur: tum plenam Legis præstationẽ vt ad æternam vitam iusti inueniamur ex illa promissione, HOC FAC ET VIVES. Quum autem ad hæc accessit etiam hoc tertium, id est perfecta naturæ nostræ Integritas, (quæ omnia gratis cõsequimur in Christo per fidẽ apprehẽso) vt in omnes facies se cõuertat Satã, iusti sumus corã Deo ex illa etiã absolutissima Legis formula, quamobrem etiam dixit Apostolus suprà, 3.31. se Legẽ non euertere, sed stabilire. ¶ *In nobis*, ἐν ἡμῖν. Nõ dicit Apostolus ὑφ' ἡμῶν, à nobis. Neque n. idcirco nulla in nobis est condemnatio quòd iustitia sit in nobis inchoata: sed quia cum Christo vnum sumus, in quo plenè sumus sanctificati. Nam quod de nobis cõmunicata, i. nostra facta Christi per fidẽ apprehẽsi sanctificatione dicimus, ita accipiẽdũ est vt sciamus nõ idcirco simpliciter nos sanctos corã Deo haberi, quòd Christi hominis integritas sarciat quod nostræ deest, sed quòd ille nos in solidũ sanctificauit in sese in æternum. Quorsum igitur, dices, illa Iustitia in nobis per eundẽ Christum inchoata? Nempe vt sit testis nos in Christo esse, in quo omnia sumus adepti. Ideo Apostolus admodũ appositè subiicit quæ ad nostræ illius in Christo cœptæ Sanctificationis vsum pertinent, vt intelligamus quod verissimum est frustra de fide ac Christo apprehenso gloriari, qui reipsâ non ostendunt se Christi Spiritus esse participes.

5 Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν. οἱ δὲ κατὰ Πνεῦμα, τὰ τοῦ Πνεύματος.

6 Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ Πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη·

7 Διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται.

8 Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται.

9 Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν Πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.

10 Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν· τὸ δὲ Πνεῦμα, ζωὴ διὰ δικαιοσύνην.

5 6 Nam qui secundum Carnẽ sunt, quæ Carnis sunt sapiunt: qui verò *sunt* secundum Spiritum, quæ Spiritus sunt.

6 7 Nam quod sapit Caro, Mors est: quod autem sapit Spiritus, Vita & Pax:

7 8 Quoniam quod sapit Caro, inimicitia *est* aduersus Deum, 9 Legi enim Dei nõ subiicitur: nam ne pőtest quidem.

8 10 Ergo qui in Carne sunt, Deo placere non possunt.

9 11 Vos autẽ non estis in Carne, sed in Spiritu: si quidem Spiritus Dei habitat in vobis, quòd siquis Spiritum Christi non habet, is non est eius.

10 12 Porro si Christus in vobis *est*, corpus quidem mortuum *est* propter Peccatum: Spiritus autem vita *est* propter Iustitiam.

5 *Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt Spiritus sentiunt.*

6 *Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem Spiritus, vita & pax.*

7 *Quoniam sapientia carnis inimicitia est in Deũ, Legi enim Dei non subiicitur: nec enim potest.*

8 *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.*

9 *Vos autem in carne nõ estis, sed in Spiritu: si tamẽ Spiritus Dei habitat in vobis, siquis autẽ Spiritum Christi non habet, hic non est eius.*

10 *Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: Spiritus verò vita propter iustitiam.*

6 Probatio cur Ambulare secundũ Carnem nõ cõueniat in Christum insitis, Ambulare autem secundũ Spiritum sic conueniat: Quia, inquit, carnales carnalia, spirituales spiritualia cogitant.

7 Probat consequutionẽ ex eo quòd quicquid sapit Caro, mortiferũ est: quicquid Spiritus vitam ac felicitatem spirat.

8 Probatio, cur intelligentia carnis sit mors, quia, inquit, Dei est hostis.

9 Ratio cur caro sit Dei hostis, Quoniam illi neq; vult, nec potest se subiicere. Carnẽ autem vocat Hominem non regeneratum. 10 Conclusio, Ergo ambulantes secundum carnem, Deo non possunt placere: ex quo efficitur non esse Christo insitos. 11 Ad alteros accedit, eos videlicet qui secundum Spiritum ambulant, de quibus contraria omnino superioribus intelligenda sunt: ac primùm definit quid sit in Spiritu esse, siue sanctificatum, nempe habere Spiritum Dei pro dominatore: deinde affirmat sanctificationem inseparabili nexu cum nostra in Christum insitione cohærere. 12 Confirmat fideles aduersus carnis & Peccati reliquias, concedens adhuc quidem illos (sicut ex ea quæ superest in eis vitiositate intelligitur) alterâ sui parte (quam Corpus vocat, i. Massam) à terrenis sordibus nondum purificatã, in morte esse: sed simul iubens de felici certaminis exitu securos esse, quoniam vel exigua Spiritus (id est, Gratiæ Regenerationis scintilla, quam iis inesse ex iustitiæ fructibus constet) sit vitæ Semen.

---

5 *Qui secundum carnem sunt*, οἱ κατὰ σάρκα ὄντες. Erasmus, *Qui carnales sunt*: rectè quidem si sensum spectes, quum hos eosdem Apostolus nonnunquam σαρκικοὺς appellet, eos videlicet qui quum non sint regenerati ex Spiritu, mera sunt Caro. Omnia autem ista ab hoc versiculo connexa inter se probationibus à natura Carnis & Spiritus sumptis, ad 9. vers. finientem, eo spectant, vt priorem partem eius quod proposuerat à vers. secũdo, nempe Spiritum vitæ qui est in Christo Iesu, nos à Lege peccati eximere ad Regenerationis in nobis inchoatæ Gratiam applicet, sicut illam priore loco ad illam perfectam Sanctificationem nobis imputatam applicarat.

¶ *Sapiunt*, φρονοῦσιν Erasmus, *Curant*. Alij *Cogitant* quas interpretationes non repudio. Transfertur enim hoc verbũ ad omnes animi partes. Mihi tamen videtur Apostolus hoc verbum expressè vsurpasse, quod de excellentissima illa animi parte propriè dicitur, vt hærere hoc malum in ipso etiam ἡγεμονικῷ intelligamus. Nam si sapientia carnis excluditur, quis tandem locus reliquis partibus inferioribus relinquetur? Sed & Paulus meminit τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς, id est, *mentis carnis*, Coloss. 2.18. Idcirco malui mox τὸ φρόνημα, per periphrasin interpretari quàm vel *prudentiam*, id est, φρόνησιν cum vetere interprete, vel *affectum* cum Erasmo, vel cum aliis, *Cogitationem*, vel etiam *sensum*, quum alioqui τὸ φρόνημα declaret mentis superbæ elationem.

7 *Inimicitia* [*est*.] ἔχθρα. Sic legitur in omnibus codicibus quos vidimus: estque multo expressius hoc dictum quàm si dixisset, inimicam esse Carnem Deo: quanuis nonnulli ita legant in Latinis exemplaribus, manifesto errore, quum nusquam legatur ἐχθρά, nomine oxytono, imò verò ne legi quidem possit. Dicendum enim fuisset, ἐχθρόν, vt rectè obseruauit Erasmus.

8 *Ergo qui in carne sunt*, οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες. Particulam δὲ haud scio an alibi pro οὖν positam inuenias: sed omnino videtur poscere sententia vt ita explicetur. Deinde notandum est Paulinum dicendi genus, *In carne esse*, quod exposuimus Act. 8.23. vt planè sit diabolica vox illa Siricij Papæ, qui de matrimonij coniunctione hoc dictum interpretatur.

9 *Siquidem*, εἴπερ. Id est, ἐπείπερ, quandoquidem, vt 2. Thessal. 1.6. vt etiam explicat Chrysostomus. Itaque non rectè Vetus interpres conuertit, *Si tamen*, quanuis istud Veteres ferè omnes pro conditionali particula accipiant.

¶ *Spiritum Christi*, Πνεῦμα Χριστοῦ. Nomine Spiritus Christi, vel Spiritus sanctus intelligendus est, quem Spiritum Dei vocarat: vel Christi, nobiscum per Spiritum Sanctum communicati, efficacia in nobis: de qua dictum est suprà, cap. 6.

10 *Porrò si Christus in vobis est*, εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. Quum Apostolus versu 2. dixisset Spiritum vitæ qui est in Christo Iesu, id est, nostræ naturæ in Christi persona sanctificationem, nos liberare à Lege Peccati & Mortis, probauit hoc in primis de illius perfectæ Sanctificationis imputatione versu 3. & 4. ac deinceps de Sanctificatione per quam cœpit Peccatum, id est vitiositas illa naturæ in nobis Christo insitis aboleri. Supererat ergo vt probaret à Lege quoque Mortis per eandem illam Gratiam Sanctificationis nos liberari: quod quominus ex iis quæ de Assertione à Lege Peccati dixerat, posset colligi, argumento ab effectis ad causam efficientem sumpto, illud obstabat quòd credentes quantumlibet Christo insitos, constet nihilominus mori: & eorum Corpora corruptione, quæ est peccati pœna, dissolui. Paulus igitur hac arrepta occasione, hanc obiectionem diluens, quomodo & quatenus à Mortis etiam Lege in Christo liberemur ostendit. Fatetur enim credentes, quantumuis Christo insitos, esse mortales, idque quoniam vitiositatis reliquiæ in nobis supersunt, cuius effectum est Mors, illa quæ est Corporis & Animæ Disiunctio, & Corporis in puluerem Resolutio. Sed duo respondet, ex quibus intelligatur nihilominus à Mortis imperio nos esse liberatos. Vnum, quoniam altera hominis pars, nempe Spiritus, (id est anima à corpore per mortem separata, antea quoque facta Christi particeps, ac proinde in eo per imputationis gratiam totum δικαίωμα Legis adepta) iam viuat, altera nimirum longè meliore vita. Alterum, quod sic Mortis vinculis, propter Peccati reliquias constrictum teneatur Corpus, vt tandem illa ipsa vis diuina quæ Christi Corpus à Mortuis excitauit, & cuius simus in Christo per fidem participes, ipsam quoque Mortem sit in nobis abolitura: cuius spiritualis virtutis pignus sit Sanctificatio in nobis inchoata.

¶ *Abolitum est propter peccatum*, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν, id est, Morti primæ & dissolutioni in puluerem obnoxium est, propter huius mortalitatis & illam consequentis dissolutionis pœnam, per primi hominis lapsum, corporibus omnium nascentium hominum impositam: quæ vltimo demum illo die abolebitur. 1. Cor. 15. 26. & 54. & hanc demum esse veram huius loci, alioqui perobscuri, interpretationem arbitror, ita vt neque per Corpus, alteram non regeneratam animæ partem, quæ carnis spiritui oppositæ nomine ab Apostolo vocari solet, intelligamus: sed istud ipsum Corpus, quod versiculo sequente mortale vocatur: & ita quod Mors non de veteris Hominis Mortificatione, sed de ipsius Corporis per primam Mortem Dissolutione, accipitur, cui ex diametro eiusdem ad æternam vitam, vltimo demum die, obtinenda resurrectio, sequenti versiculo opponatur. Per peccatum denique, non ipse originalis reatus, non etiam peccata inde nascentia, de quorum duorum gratuita per imputatam nobis Christi iustitiam remissione Paulus disputationem 5. huius epist. cap. absoluit, sed ipse primi hominis lapsus, & hinc nata prima mors, id est, mortalitas cui addictum est corpus notatur. Hæc autem mortalitas quum sit qualitas ipsi corpori inhærens, non potest simplici Remissione, siue non imputatione aboleri, sicut peccata, actiones videlicet transeuntes, & Reatus, siue ex primo lapsu, siue ex illis vitiosis actionibus nascentes, sed mutatione istius qualitatis, id est corruptibilitatis in contrarium nempe incorruptibilitatem deleri: quod nonnisi per Resurrectionem illum vltimo die continget. Hinc autem fit, quod mirificum est, & planè diuinum opus, nempe, vt ipsa primæ Mortis pœna, quæ corporis propria est, per seipsam in iis qui in Christo sunt destruatur, nedum vt conqueri possint, quòd quantumuis sint in Christo, tum gratuita ipsius Iustitia iam nunc iustificati, tum per eiusdem Spiritum in anima sua sanctificati, maneant nihilominus suis corporibus mortalitati & dissolutioni obnoxij. Quamobrem etiam hæc Mors Sanctorum, si quò tandem res euadet spectemus, κοιμήσεως & somnij appellationem in sacris literis sortitur.

¶ *Spiritus autem*, τὸ δὲ πνεῦμα, id est anima, cuius in suis facultatibus corruptio aboleri in hac vita cœpit, in ipsius ex corpore discessu, ad Christum verè & actu, ipso demigrans, fruitionis beneficium percipit suo modo, socium quem hîc viuens habuit in peccando, habitura quoque in gloria, quum per resurrectionem vtrunque ad spiritualitatem æternam coaluerit.

¶ *Vita est*, ζωή. Id est viuit, vt in quibusdam exemplaribus legitur, & apud Syrum interpretem. Illud tamé est expressius, & Apostoli sententiæ melius conuenit. Nam si in hac priore animali, & merè naturali vita, non tantùm viuit in sese anima, sed etiam sensum & motum vitalem corpori suo largitur, multò magis sanctorum anima, iure dicitur supernaturali vita sic in sese viuere, vt vita quoque sit illius sui corporis appellanda, cui videlicet vltimo illo die sempiternam illam & supernaturalem vitam impertiet, vtpote quam tum sibi, tum corpori suo, fuerit in Christo totius Hominis Seruatore per Fidé apprehenso prior consecuta.

11 Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν.

12 Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, ὀφειλέται ἐσμὲν οὐ τῇ σαρκί, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν.

13 Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν· εἰ δὲ Πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε.

14 Ὅσοι γὰρ Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ.

11 13 Sed si Spiritus eius qui suscitauit Iesum ex mortuis habitat in vobis: is qui excitauit Christum ex mortuis, viuificabit etiam mortalia corpora vestra, per inhabitantem ipsius Spiritum in vobis.

12 14 Nempe igitur, fratres, debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus, *sed Spiritui.*

13 15 Nam si secundum Carnem vixeritis, futurum est vt moriamini: sed si Spiritu actiones Corporis mortificetis, viuetis.

14 16 Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.

11 *Quòd si Spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.*

12 *Ergo, fratres, debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus.*

13 *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.*

14 *Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.*

13 Confirmatio superioris sententiæ: Eodem Spiritu præditi estis quo & Christus. Idé ergo in vobis atque in Christo tándem efficiet, quando videlicet & vos deposita prorsus omni infirmitate, & superata morte, gloria cœlesti induet. 14 Adhortatio ad eternem vi Spiritus regenerationis in dies magis ac magis opprimédam. Quia, inquit, debitores estis Deo, tot acceptis ab eo beneficiis.

15 Alia ratio ab vtili, Quia fortiter pugnantes æterna vita manet. 16 Confirmatio huius rationis, Quia filij sunt Dei qui ipsius Spiritu reguntur, ergo vita æterna eos manet.

11 *Sed si*, εἰ δὲ. Vulgata & Erasmus, *Quòd si*. Ego verò expressius hunc locum malui interpretari. Nam quia dixerat, Hominem in quo Spiritus Christi esset, altera adhuc sui parte hærere in morte, non videbatur nisi dimidiæ salutis spem nobis fecisse. Est autem aduersus Pneumatomachos diligenter notandus hic locus, in quo disertè Spiritus sanctus dicitur & Patris & Filij: ergo verus vnica illa deitate Deus, tum à Patre tum à Filio promanans, & persona à Patre & Filio distincta. ¶ *Per inhabitantem ipsius Spiritum in vobis*, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. Sic lego ex Complutensi codice, & alio etiam ex nostris manuscripto, & Athanasio, Dialogo 1. de Spiritu Sácto & Basilio aduersus Eunomium, libro tertio, sic hunc locum citátibus, & explicantibus, potius quàm quarto casu, διὰ τὸ ἐνοικοῦν, i. *Propter Spiritum*, &c. vt vertit Vetus interpres. Ita enim est vberior sententia, & grauissimum erit argumentum, à diuina videlicet virtute petitú, quæ sicut sese primùm in capite nostro Iesu Christo exeruit, ita etiam in nobis, qui membra ipsius sumus, quotidie exeritur, nec prius pugnare desinet quàm vetus homo prorsus sit confectus, quum integri coram Deo, absorpta nostra immortalitate, consistemus.

12 *Debitores*, ὀφειλέται, id est ex officio obstricti. Quod enim adhuc aliquatenus seruimus Carni, non fit quasi iure quopiam simus Peccato obstricti, sed quod tyrannidem in nos vsurpauit, ex qua sumus aliquatenus asserti, sed suo tandem tempore in plenam libertatem asserendi.

¶ *Non carni*, οὐ τῇ σαρκί. Aut transponenda est negans particula, sicut Ioan. 6. 32. & 38. aut potius supplenda est altera pars opposita, vt Gal. 4. 8. Expressimus igitur, perspicuitatis causa, alterum membrum quod deesse videbatur. Finita verò tota disputatione de gratuita in Christo per fidem tum Iustificatione imputata, tum de inchoata per eius Spiritum intra nos renouatione, subiicit exhortationé, partim ab Honesto sumptam, quòd turpe sit non sese totum ei subiicere, qui tanto nos beneficio affecerit: partim ab vtili, quod hæc renouatio sit non quidem nostræ salutis causa, sed nostræ adoptionis τεκμήριον. Et hinc manifestè refellitur falsissima de operum ex Fide & Spiritu regenerationis perfectorum meritis.

13 *Actiones corporis*, τὰς πράξεις τοῦ σώματος. Corporis appellatione συνεκδοχικῶς totum hominem quatenus non est regeneratus intelligit, & actiones omnes huius vitæ, ei tribuit, non tamen propriè, vt earum principio, sed vt animæ organo. ¶ *Mortificetis*, θανατοῦτε. Vulg. *Mortificaueritis*. Ego malui præsens tépus seruare, quo significatur, hoc Spiritus & Carnis certamen perdurare. Hoc autem vocabulum, vt & alia non pauca Christiana ciuitate Latina iampridem donatum, mihi religio fuit immutare.

14 *Spiritu Dei*, πνεύματι Θεοῦ. i. Sp. Sancto sic mêtes regeneratas sua vi afflâte, vt externa etiá vita sit eius nos gubernátis idoneus testis. Tria verò declarat his verbis Apost. mira breuitate. Primû vnde hæc emédatio emanet, népe ἄγονται. Deindeq; quis sit istius diuini afflatus effectû, népe nostri ad obediendû Deo dispositio. Tertiò nô esse acceptâ ferendam salutê nostrâ, quæ huius innouationis donû côsequitur, vlli vel resipiscentiæ, vel bonorû operum dignitati, vt causæ μερικῇ τινι, sed hanc acceptationem penitus & in solidû esse gratuitæ in Christo adoptioni tribuendum.

15 Οὐ γὰρ ἐλάβετε Πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε Πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ, ὁ πατήρ.

16 Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ.

17 Εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ, εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν.

15 17 Non enim accepistis Spiritum Seruitutis rursum ad metum, sed accepistis Spiritû Adoptionis, per quem clamamus Abba, *id est* Pater.

16 Et ille ipse Spiritus testatur vnà cum spiritu nostro, nos esse filios Dei.

17 18 Quòd si filij, etiam hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: 19 si modò *cum eo* patimur, vt *cum eo* etiam glorificemur.

15 *Non enim accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, Pater.*

16 *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei.*

17 *Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & conglorificemur.*

17 Obiter explicat duobus illis versiculis quo iure Filio rû Dei appellatio credétibus tribuatur: quoniam, inquit, Euangelij Gratiam accipitis, in qua Deus sese non rursus formidabilem, sicut in Legis promulgatione, sed benignû Patré in Christo præbet, adeo vt eum magna cum fiducia Patrem inuocemus, Spiritu Sancto videlicet hanc adoptionem in animis nostris per fidem obsignante. 18 Probatio huius confirmationis, quia qui filius Dei est, cum Christo fruitur Deo. 19 Iam docet Paulus, qua via Filij Dei ad illam felicitatem perueniant: per Crucem videlicet, sicut & ipse Christus. Simul autem aperit consolationis fontes, ac primùm quidem, quòd Christum ipsum habeamus afflictionum socium: secundò quòd illi quoque simus in æterna illa gloria socij futuri.

15 *Non enim*, οὐ γὰρ. Nulla hîc est propriè (vt ego quidem opinor) causæ redditio, sed occurrit potiùs Apostolus obiectioni ex trium præcedentium versiculorum sententia nascenti, & quidem præsertim ex eo quod dixerat nos accepto regenerationis Spiritu, factos esse Spiritui, ac proinde eius mandatis præstandis debitores. Hinc enim effici videbatur nos, post acceptam, vnà cum peccatorum antecedentium remissione gratiam renouationis, per quam ad obediendum Deo idonei reddimur, multò magis quàm eo tempore quo nihil aliud eramus quàm caro, reddi perfectè præstandæ Legi diuinæ obnoxios. Sic enim hodie quoque docent Sophistæ quasi Iustificari in Christo per Fidem apprehenso, idem sit atque Gratia regenerationis eò prouehi, vt bonis operibus, id est, ab illa renouatione profectis, vitam æternam, ex condigno (sicuti loquuntur) promereamur. Hunc autem grauissimum errorem, etsi satis videri poterat Apostolus à fundamentis ipsis subuertisse, quum diceret nos aliquatenus tantùm esse renouatos, nunc tamen alia ratione, maximæ consolationis plena, refutat, ab absurdo sumpta. Sic enim futurum ostendit, vt hoc regenerationis donum, non modò nos ab ea conditione non librarit, in qua ante hanc innouationem receptam, perpetuò sub Legis violatæ maledictione, & peccati nos totos possidentis captiuitate trepidantes, nec aliud quàm æternam damnationem expectantes, versabamur: verùm etiam nobis fieret repetita multò quàm priùs arctior ad perfectè implendam Legis obedientiam, obligatio. Tantum igitur abesse vt illud verum sit, vt è contrario, inchoatæ istius innouationis donum obsignet in nobis nostræ iam nunc in Christo præstitæ & exhibitæ adoptionis certiorationem. Nec enim eam aliis tribui à benignissimo illo Patre, quàm iis quos, sicut in Christo, fratre nostro facto, ab æterno eligere proposuerat, verè & reipsa iam selectos adoptarit, id est paterno illo amore, non secus quàm illum ipsum Filium suum, non iam vt vnicum ὁμοούσιον, sed etiam vt factum inter multos sibi coünitos mysticè fratres primogenitum, amplectatur. Ab hac autem vt vera & propriè causa, spem illam nostram vitæ æternæ nobis tandem in illo cui donati sumus plenè tribuendæ in solidum pendêre: ac proinde illius adoptionis ac salutis non causam, sed certum τεκμήριον esse istum Spiritum innouationis, nobis tanquam sequuturæ tandem hæreditatis arrhabonem, collatum. Et hæc quidem esse mihi videtur (quod absque vllo aliorum interpretum præiudicio dictum sit) genuina huius loci explicatio: vt verissima quidem sint sed huic loco non satis propriè consentanea, quæ de Iustificatione imputata, de Ceremonialis Legis abrogatione, de promulgatione Legis cum exhibitione Euágelij comparata, denique de patrum ante Christum exhibitum, præ hac nostra, qui Christi aduentum sequuti sumus, impari conditione in hunc locum dicuntur. ¶ *Accepistis*, ἐλάβετε. Applicat Apostolus Romanis quod generaliter superiore vers. dixerat, & ita singulis credentibus faciendum est in promissionum generalium applicatione peculiari: vnde apparet eos qui singulorum πληροφορίαν negant ad salutem requiri, in ipso penè fundamento Christianæ religionis impingere: & ex hoc quoque verbo constat excludi à Fidei dono merè gratuito, omnia præparatoria merita quantulacunque, aduersus Pelagianos.

¶ *Spiritum*, Πνεῦμα. Vide infrà 11. 8. ¶ *Adoptionis*, υἱοθεσίας, donum videlicet longè pretiosius quàm si simpliciter diceremur illi reconciliati, & eius amici ac domestici facti, quæ tamen cum ista adoptione cohærent. Vide Ioan. 1. 12.

¶ *Clamamus*, κράζομεν. Ita duo in vera inuocatione coniungenda significantur, nempe externum internæ inuocationis testimonium, siue oris Confessio cum cordis Fide coniuncta, & sancta fiducia, de qua Iacob. 1. 6.

¶ *Abba [id est] Pater*, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. Duobus prætérea locis, inuenio Abba Syriacum vocabulum in N. T. nempe Marc. 14. 36. & Galat. 4. 6. & vtrobique adiunctum ὁ πατήρ Pater. Id cur factum sit, non immeritò quæritur ab interpretibus. Plerisque igitur placet hanc geminationem non carere sua emphasi. Hoc si verum est, supererit adhuc alia quæstio, Cur Sacri scriptores non potiùs eodem idiomate vsi sint, vt hæc duplicatio meliùs appareret. Ad hoc respondetur ex Augustini sententia, sic declarari Christum non minùs ad Græcos quàm ad Iudæos pertinere. Sed quid fiet Marco, apud quem Christo etiam tribuitur Ἀββᾶ ὁ πατήρ, qui tamen non sanè Græco sed Syriaco sermone est loquutus? Mihi itaque visa est hæc ratio magis arguta quàm solida: ac potiùs in eam venio sententiam vt ὁ πατήρ additum sit ab Euangelista Syriacæ voci explicanda. Nam alibi etiam annotauimus Rectum pro vocandi casu vsurpatum.

16 *Et ille ipse Spiritus*, αὐτὸ τὸ Πνεῦμα. Vulgata, *Ipse Spiritus*, neglecto articulo. Erasmus, *Idem spiritus*, τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. Ego copulam vt necessariam addidi ex Syriaca interpretatione. ¶ *Testatur vnà cum Spiritu nostro*, συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν. Hac ratione duo erunt testes, nempe Spiritus Dei & spiritus noster ab eo certior factus. Vulg. *Testimonium reddit spiritui nostro.* Nam συμμαρτυρεῖν dicitur etiam de vnico teste, qui suo testimonio confirmat quod alius dicit. Chrysostomus verò præpositionem σὺν refert ad vocis testimonium & clamoré illum cuius antè facta est mentio: vt commodè etiam interpretari possis. *Simul testatur spiritui nostro.*

17 *Etiam hæredes*; καὶ κληρονόμοι. Id est æternæ vitæ & gloriæ Patris participes, quod nisi expressisset Apostolus, non esset firma conclusio in fine vers. 13. expressa. Sed quum neque viuo Patre Filius hæres reipsa dici queat: neque verò Pater iste sit mortalis, cuius hîc dicimur cum illo vnico Filio ὁμοθύμως hæredes: referendum certè hoc est ad gratuitam illam nostri in regnum æternum cum Patre & Filio cooptationem, quæ explicatur Matth. 25. 34. quamuis allusione quadam istud æternæ vitæ fœdus meritò dicatur Testamentum, non quidem ipsius Patris, sed Filij morte sancitum. Galat. 3. 15. & Heb. 9. 17. ¶ *Si modò*, εἴπερ. Vulgata, *Si tamen*, eodem sensu. Erasmus *Si quidem*: quasi hoc etiam loco, vt paulò antè, causam potius quàm conditionem declarat. Ego verò Ambrosio malui assentiri qui conditionem crucis putat requiri, sic loquente Apostolo nostro apertissimè 2. Timot. 3. 12. Iter igitur nunc describit Apostolus per quod credentes & iustificatos Christus ad metam perducit, cuius asperitate ne fracti animum despondeamus, aperiuntur hîc nobis limpidissimi fontes quibus non modò recreemur, sed etiam nouas inde vires acquiramus.

¶ Cum [eo] patimur, συμπάσχομεν. Τὸ πάσχειν passim in his libris absolute positum de iis dicitur quæ pro nobis redimendis perpessus est Christus, ac præsertim de ipso Cruci affixo: cui συμπάσχειν hîc dicuntur qui pro asserenda ipsius gloria quibusuis iniuriis, & cruciatibus afficiuntur, quasi vnà cum ipso Crucifixi, vt loquitur idem Apostolus Rom. 6. 6. & Galat. 2. 20. quum alioqui aliis συμπάσχειν vt 1. Corinth. 12. 26. & συμπαθεῖν Hebr. 4. 15. & 10. 34. vsitata significatione declaret aliorum incommodis, perinde ac suis affici.

18 Λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.

19 Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται.

20 Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα·

21 Ἐπ' ἐλπίδι ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ.

20 Reor enim minimè pares esse præsentis temporis perpessiones, gloriæ in nobis reuelandæ.

21 Etenim mundus hic conditus, exerto capite, obseruans expectat dum reuelentur filij Dei.

Nam vanitati mundus hic conditus subiectus est, non sua sponte, sed propter eum qui subiecit *eum isti vanitati*:

Sub spe quòd & ipse conditus mundus liberabitur ex seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

18 *Existimo enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.*

19 *Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat.*

20 *Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam:*

21 *In spe quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.*

20 Tertiò, quòd hæc gloria quam expectamus infinitis partibus superet afflictionum miseriam.
21 Quartò, nos certò esse liberandos docet ex ea confusione & horrenda totius mundi deformatione, quæ perpetua esse non possit, sicut ab initio non exstitit. Cæterùm sicut ea initiũ habet ex Hominis peccato propter quem erat conditus, Deo sic ordinante, ita cum electis tandem instaurabitur.

18 *Reor enim*, λογίζομαι γὰρ. Vulgata, *Existimo*, quod verbum vt nimis dilutum rectè reprehendit Erasmus, ideóque Reputandi verbo vti maluit, pro Secum perpendere: quod & ipsum non satis videtur expressum Puto autẽ hoc ipsum esse quod verbo REOR Latini significãt, vnde RATVM dicitur quod certum ac firmum censeri debet: vnde & ipsa Rationis appellatio deducitur: sicut à λόγος λογίζομαι; quod tamen verbum suprà non vno modo vertimus, nempe pro *Cogitare* 2. 3. *Reputare* 2. 26. *Colligere*, id est ex præcedentibus statuere, 3. 28. & *Imputare*, non vno loco pro vt sententia visa est postulare. Vtitur autem Paulus particula causali, quia non tantùm dixerat fore, vt nostras calamitates hæc gloria exciplat, sed disertè meminerat eius gloriæ quæ cum Christo nobis est communis, id est, cælestis & æterna. ¶ *Minimè [esse] paria*, ὅτι οὐκ ἄξια. Vulg. *Quòd non sunt condigna*. Sophistæ multa de merito Congrui & Condigni nugantur: quorũ tamen doctrina vel ex hoc loco optimè refellitur. Sed ostendit argumenti series Paulum hoc loco non disserere de pretio afflictionum quas pro Christo perferimus, imò potius ex earum Qualitatis ac Quantitatis (vt ita dicam) collatione cum vita æterna, colligere nos infinitis partibus cum Christo feliciores fore quàm nunc miseri simus. Itaque ἄξια rectè & propriè vsurpauit, quod nomen testantur grammatici de iis dici quæ appensa eiusdem ponderis inueniuntur. παρὰ τὸ ἄγειν, quòd quæ præponderant, lancem attrahant. Est autem in οὐκ ἄξια figura quam μείωσιν vocant, quum minus dicitur quàm intelligatur. Ideo malui conuertere, Minimè paria quàm, *Non paria*.

19 *Etenim mundus hic conditus exerto capite obseruans*, ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως. Vulgata, *Nam expectatio creaturæ*, barbarè, nec satis expressé. Erasmus, *Etenim solicita creaturæ expectatio*. Ego verò studui Græcum vocabulum exprimere, quo significatur gestus illius qui cupidissimè aliquid expectat, nimirum qui exerat caput & oculos intendat, quasi eminus venturum prospiciens. quod respondet Hebræo verbo קוה [kauah.] Deinde Hebraismum volui emollire, de quo diximus suprà ver. 3. quum explicaremus quid esset τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου. Nomine verò τῆς κτίσεως, intelligitur ista mundi machina, cælesti & elementari regione constans, quæ initio quidem fuit condita in pulcherrimo statu, idque vt Hominis ad Dei gloriam creati, præclaris & sanctis vsibus inseruiret: nunc autem eò redacta est propter hominis peccatum, vt si inferiorem (id est elementarem regionem) spectes, omnia sint infinitis & fœdissimis mutationibus ac tandem etiam interitui obnoxia. Sin verò cælestia corpora consideres, quantus adhuc sit incredibilis eorum ornatus, tamen & ipsa non possint expertia dici istius vanitatis, quum impiis etiam & Dei hostibus inseruiant, & tandem quoque sint vltimo illo die dissoluenda, sicut Dauid & Petrus disertis verbis declarant. Ista igitur nihil ad animantia, neque etiam ad beatos illos Angelos spectant, quorum sedes extra mundum collocantur, quanuis & ipsi in suo ministerio quodammodo laborent in tanta hominum prauitate cuius sunt spectatores. Imò ne ad ipsos quidem homines hæc attenta expectatio pertinet. Nam reprobi quidem vel irrident quæcunque de hac mundi innouatione dicuntur, vel cum dæmonibus ad eius considerationem cohorrescunt. De filiis Dei verò distinctè & seorsim agitur proximo versiculo. Itaque frustrà hîc sese variis quæstionibus & proponendis & explicandis torserunt veteres & recentiores etiam doctissimi interpretes: quibus sufficere debet quod inquit Moses Genes. 3. 18. Deum maledixisse Terræ, ac proinde toti mundo, à quo statu pendet prior benedictio Oseæ 2. 21. & de Cœlorum cõflagratione quod dicitur 2. Pet 3. 10. & 12. vnde petenda est huius tractationis declaratio

¶ *Dum reuelentur Filij Dei*, τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ Id est, dum gloria illa, filiis Dei præparata, reipsa patefiat. Erasmus, *Vt palam fiant filij Dei*, non satis rectè. Nondum enim apparuit quod sumus 1. Ioann 3. 2.

20 *Vanitati*, ματαιότητι. id est illi per ignem dissolutioni quæ annihilationis erit species, sicut apertè & copiosè describitur 2. Pet. 3. 7. 10. 11. & 12. Promittuntur enim noui Cœli ac noua terra, non priorum restitutio siue in eundem siue in meliorem statum: nec iis possum assentiri qui hanc dissolutionem ad solas qualitates referendam censent. Quòd autem Erasmus putat hoc vocabulo significari frustrationem, quoniam rerum natura, aliud ex alio indiuiduum propagans, meditetur immortalitatem quandam, sed frustra: id, inquam, potiùs est argutè quàm appositè dictum.

¶ *Non sua sponte*, οὐχ ἑκοῦσα. Totus hic sermo sed prosopopœiam accipiendus est. Itaque sua sponte illa facere vel subire dicuntur res inanimatæ, ad quæ naturali propensione feruntur. Scimus autem omnia naturali inclinatione tendere ad sui conseruationem. Deinde nulla vnquam fuit istis indita φθορὰ: ac proinde neque ἑκοῦσα, neque ἄκουσα ei repugnans, sed ex peccato ἑκουσίῳ hominis, cuius causa fuerant ista condita, orta est hæc ipsorum ματαιότης. ¶ *Propter eum qui subiecit [eum isti vanitati,]* διὰ τὸν ὑποτάξαντα Id est, vt conditoris imperio obsequantur, qui visum est istius rerum machinæ vanitate testari quantopere sit homini infensus, cuius etiam causa illas longè præstantiore conditione condiderat.

21 *Sub spe*, ἐπ' ἐλπίδι. Noluit, inquit, Deus perpetua maledictione mundum inuoluere propter hominis peccatum, sed spem illi fecit instaurationis quam expectat: quod etiam debet magnopere confirmare filios Dei, vt illum diem constanter expectent. Fit autem huius instaurationis gloriosissimæ mentio Act. 3. 21. & 2. Petr. 3. 10. & alibi passim. Sed hîc quoque nobis nonnisi ex Dei verbo sapiendum est.

¶ Quòd

¶ Quòd & ipse [conditus mundus] liberabitur ex seruitute Corruptionis, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις, &c. Vulg. *Quia & ipsa creatura*. Eras. *Quoniam & ipsa creatura*. Ego verò existimo ὅτι accipiendum esse διότι, vt quænam sit spes illa declaret. Repetitur autem Hebræorum more antecedens relatiui loco. Itaque hæc coniunxi cum ἐπ' ἐλπίδι, & post participium ὑποτάξαντα suppleui quod explendæ constructioni deerat.

¶ *Ex seruitute corruptionis*, ἀπὸ δουλείας τῆς φθορᾶς. Id est ab ἀναλύσει ac dissolutione tandem illa per conflagrationem futura, cui iam nunc mancipatus est, asseretur in felicem illum statum incorruptionis, qui patefiet quum filij Dei in gloriam euehentur. Erit enim cælum nouum & terra noua, ac proinde φθορὰ non intelligit Abolitionem ipsius essentiæ, sed quod opponitur τῇ δόξῃ. Sed meminerimus de his rebus cogitantibus non esse extra Verbi diuini fines euagandum.

22 Οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν.

23 Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν.

24 Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν. ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπίς. ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει;

25 Εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα.

26 Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις.

Scimus enim totum mundum creatum vnà suspirare & vnà parturire ad hoc vsque tempus.

22 Neque verò *ille* solùm: sed & ipsi qui primitias Spiritus habemus, nosipsi, inquam, apud nos suspiramus, adoptionem expectantes, *id est* || redemptionem corporis nostri.

23 Nã spe seruati sumus. Spes autem si videatur, non est spes. Quod enim quis videt, cur speret?

Si verò quod non videmus, speramus, *nempe* per tolerantiam expectamus.

24 Itidem autem & Spiritus vnà subleuat infirmitates nostras, quid enim oremus vt oportet, non nouimus: sed ipse Spiritus intercedit pro nobis suspiriis ineffabilibus.

22 *Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit: & parturit vsque adhuc.*

23 *Non solùm autem illa, sed & nos ipsi primitias Spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum expectãtes, redemptionem corporis nostri.*

24 *Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. nam quod videt quis, quid sperat?*

25 *Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus.*

26 *Similiter autẽ & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. nam quid oremus sicut oportet nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.*

22 Quintò, si expectat reliquus mundus instauratione, velut suspirãs, idque non frustra: nos quoque non pigeat ingemiscere, & longè etiam certiores simus redemptionis nostræ futuræ, quum habeamus Spiritus primitias. Luc. 21. 22
23 Sextò, Cum Fide spes necessariò cohæret, quum credamus, quæ nondum obtinuimus, & spes in rem præsentẽ non feratur. Sperandũ est igitur & patiẽter expectandum quod futurum credimus. 24 Septimò, Non est quòd fatiscamus sub afflictionum pondere, quum firmissimum præsidium suppeditent preces: quæ irritæ esse non possunt, quum à Spiritu Dei in nobis habitante proficiscantur.

22 *Vnà suspirare*, συστενάζει. Vulgata, *Ingemiscit*. Erasmus, *Congemiscit*, referens videlicet ad nos, quasi illæ vicem nostram dolcant. Nam paulò pòst συνωδίνει vertit, *Nobiscum parturit*. quæ interpretatio si recipiatur, redundabit οὐ μόνον δὲ, quod subiicitur in proximo versiculo. Neque tamen cũ Vetere interprete puto præpositionem σὺν redundare, sed ad ipsas mundi partes hoc refero: quarum in eo summus est consensus, quòd omnes vnà veluti maximo cum dolore finem istorum malorum expectant. Loquitur enim de illis per prosopopœiam. ¶ *Vnà parturire*, συνωδίνει. Ita significatur vt summus dolor, sic etiam lætus exitus qui eum cõsequetur. Alludit autem manifestè Paulus ad locum Ierem. 12. 4. & hæc phrasis respicit resurrectionem filiorũ Dei, quos terra tamdiu velut in vtero gestatos quasi parturire dicitur ad beatam illam immortalitatem quæ Libertatis nomine hîc significatur, vt Captiuitati mortis opposita.

23 *Neque verò [ille solùm.]* οὐ μόνον δὲ. Vulgata addit *illa*, αὐτὴ videlicet κτίσις, & Syrus etiam interpres, quod tamen sæpe prætermittitur apud Paulum, vt suprà 5. 3. & infrà 9. 10. ¶ *Ipsi*, αὐτοὶ. Claromontanus codex habet καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, & Vulgata, *& nos ipsi*. ¶ *Primitias*, ἀπαρχὴν, id est, particulam quæ spem certam nobis facit fore vt quod in nobis cœpit Deus perficiat, sicut olim primitiarum oblatio vsum totius acerui sanctificabat. Claromontanus autem codex habet in Latina versione *Receptaculum*, id est ἀποδοχὴν. quod non placet, quanuis videri possit per αἰτιατικὴν respõdere verbo ἀπεκδεχόμενοι, quod mox subiicitur. ¶ *Nosipsi [inquam,]* καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ. Totum hoc deest in Syra interpretatione, neque Vetus interpres repetit ἡμεῖς: & sanè necesse non fuit hoc addere. ¶ *Apud nosipsos*, ἐν ἑαυτοῖς: id est ex imo corde. Neque enim tacita hæc esse suspiria sic declarat Apostolus, sed potius ex intimis penetralibus animi proficisci. Nisi malimus conuertere, Inter nosipsos, vt hos gemitus significet Ecclesiæ esse communes. Nam per eos qui primitias spiritus habent, omnes credentes arrhabone Spiritus sancti obsignatos intelligit. ¶ *Suspiramus*, στενάζομεν. Complutensis editio & Claromontanus codex habent [illegible] id est, *Vnà suspiramus*. ¶ *Adoptionem*, υἱοθεσίαν. id est, adoptionis fruitionem. Deest autem istud in Claromontano codice tum Græcè tum Latinè. ¶ *[Id est] redemptionem corporis nostri*, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν. Similis appositionis exemplum est Matth. 15. 9. Redemptio autem corporis hoc loco non significat dissolutionem corporis ab anima. qua fit vt Spiritus à corpore liberatus à Christo recipiatur, vt suprà 7. 14. & Philipp. 1. 23. Sed illam ipsius corporis instaurationem, quæ futura est nostræ adoptionis consummatio, tum in anima, tum in corpore.

24 *Spes si videatur*, ἐλπὶς βλεπομένη. Metonymicè spem vocat idipsum quod speratur, in hoc membro. ¶ *Cur speret* τί καὶ ἐλπίζει; Abundat particula καὶ, de quo pleonasmo diximus Ioan. 8. 25.

26 *Vnà subleuat*, συναντιλαμβάνεται. Particula σὺν ad nos laborantes refertur, quorum tamen vis omnis ab eo Spiritu proficiscitur qui sicut nos penitus collapsos erexit, ita etiam erectos regit, ideóque dicitur συναντιλαμβάνεσθαι. id est ipse vicissim onus attollere ex altera parte, ne sub eo fatiscamus. Vulgata, *Adiuuat*. Erasmus, *Auxiliatur*.

¶ *Infirmitates*, ταῖς ἀσθενείαις. Vulgata, vt & Claromontanus codex, singulari numero τῇ ἀσθενείᾳ, *Infirmitatem*. Ambrosius autem legit & interpretatur, *Infirmitatem nostrarum precum*. ¶ *Quid enim oremus*, τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα. Sic interdum addi solet articulus particulæ τί interroganti, etiam quum nullum est αἰτιώματι, vt prolatis exemplis docet Budæus aduersus Gazam. Erasmus, *Siquidem hoc ipsum, quid oraturi simus*. Putauit enim particulam τὸ non referri ad τί, sed ad totum orationis complexum: quæ expositio est prorsus violenta. ¶ *Vt oportet*, καθὸ δεῖ Hoc coniungunt quædam exemplaria cum προσευξώμεθα, quæ sum sequutus: quædam cum οἴδαμεν.

¶ *Interpellat*, ὑπερεντυγχάνει. id est προσελθεῖν, inquit Nazianz. concione de Filio secunda: vbi etiam indicat de eo dici solere qui alium accuset: vt omnino id sit quod Latini Postulare dicunt. Nam (vt inquit Vlpian. lib. 1. Tit. de postulando) *Postulare est desiderium suum vel amici sui in Iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere: vel alicuius desiderio contradicere*. Erasmus, *Intercedit*, quod vix inuenias in ea significatione apud idoneos authores. Quod autem attinet ad præpositionẽ ὑπὲρ, existimat Erasmus per eam significari Spiritum sanctum veluti præfectum esse sanctorum votis, vt ea videlicet moderetur: in qua opinione etiam est Ambrosius: quæ tamen huius voculæ interpretatio mihi non placuerit, nisi quopiam exemplo confirmetur. Putarim autem ego potius idem declarare atque ἕνεκα, sicut in ὑπερμαχεῖν, ὑπεραπολογεῖσθαι, & similibus: ita tamen vt prætermitti

potuerit: quia sequitur ὑπὲρ ἡμῶν. Dicitur autem Spiritus sanctus pro nobis interpellare, non quòd apud Patrem vel Filium (vt peruersè dicebant Ariani) ipse sit Mediator: sed quia nos ad preces instigat, atque adeo veluti verba & suspiria nobis intus dictat. Sic dicitur clamare, Gal.4.6. quoniam facit vt clamemus: vt suprà vers.15. ipsemet Apostolus exposuit. Vide Ioan.14.16. & 1.Ioan.2.1. ¶ *Ineffabilibus*, ἀλαλήτοις. Tertul. alicubi, suo quodam dicendi genere, *Ineloquacei* interpretatur. Claramontanus codex habet Latinè, *Quæ eloqui non possumus*.

Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος, ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων. 27

Qui verò scrutatur corda, nouit quid sapiat Spiritus: quia secundum Deum intercedit pro sanctis.

27 *Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis.*

24 Nec temerè nec in nostram perniciem affligimur, sed ex Dei prouidentia, summo nostro bono: qui sicut nos ab æterno elegit, ita etiam prædestinauit Filij sui conformationi, ac proinde suo tempore vocatos & iustificatos per Crucem ad Gloriam adducet.

Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεόν, πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. 28

24 Nouimus autem, iis qui diligunt Deum, omnia simul adiumento esse ad bonum: iis *videlicet* qui ex præstituto *ipsius* vocati sunt.

28 *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti.*

27 *Quid sapiat Spiritus*, τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος. Id est, quæ preces queve suspiria à Spiritus sui afflatu proficiscantur. Nam etiam Claromontanus codex, Latinè pro φρόνημα, habet *Sensui*. Hoc ipsum est quod Paulus vocat sensum Spiritus, id est quem Spiritus in nobis ciet. Itaque τὸ φρόνημα specialiter ad preces accommodatum, & velut in ipso sanctorum precum auctore consideratum, differt aliquatenus ab eo quod opponitur suprà Spiritui carnis vers.6. & id notat quod intra nos efficitur. Idem per periphrasin istud interpretari malui quàm *Sensum*, quo vocabulo etiam αἴσθησις, & ipsum τὸ διάνοια appellatur. Vulgata, *Scit quid desideret Spiritus*: sententia (vt arbitror) non bene expressa.

¶ *Quia secundum Deum*, &c. ὅτι κατὰ Θεὸν &c. Id est quia sanctos docet precari ex ipsius Dei voluntate, vt κατὰ Θεὸν (id est, *secundum Deum*, siue, *ita vt Deo placet*) explicet quod antè dixerat καθὸ δεῖ, *sicut oportet*: Sitque hæc nota ex qua Deus supiria à Spiritu manantia discernat à profanorum precibus. Nam (vt modò dixi) Spiritum postulare pro sanctis, nihil aliud declarat quàm sanctorum animos ad precandum incitari, qui nisi nobis instilletur, neque quis rogandus, neque quomodo rogandus, neque quid aut quomodo precandum sit, possit cuiquam in mentem venire. Alij κατὰ Θεὸν interpretantur, Diuino motu & instinctu, siue diuinitus: quòd ita soleat hæc particula ab idoneis scriptoribus vsurpari. Alij denique κατὰ Θεὸν interpretantur Apud Deum. Ex his autem interpretationibus eam sum amplexus quæ mihi visa est omnium simplicissima.

28 *Omnia simul adiumento esse*, πάντα συνεργεῖ. Verbum Cooperandi, vt obscurius, nec satis Latinum, reieci. Cæterùm præpositionem σὺν eò refero quòd quum de rebus aduersis hîc agat Apostolus, eæ certè non solæ sunt nobis commodæ & vtiles, sed aliæ etiam multæ, quibus & istæ non immeritò accedunt. Durum autem est ac planè violentum quod existimat Erasmus verbum συνεργεῖν posse referri ad Spiritum: nisi subaudias κατὰ, vt κατὰ πάντα idem declaret atque ἐπὶ πᾶσι. Nam τὸ συνεργεῖν semper est ἀμετάβατον, particula verò vniuersalis ad id de quo agitur est restringenda: nempe ad prospera & aduersa: quanuis sine exceptione verum sit Deum ipsis etiam electorum peccatis ad suam gloriam & ipsorum salutem vti.

¶ *Ex præstituto*, κατὰ πρόθεσιν. Vulg. *Secundùm propositum*, qua voce significatur id quod sibi quispiam faciendum, quasi ob oculos posuit in ipsa mente effectiuum, quod Hebræis declarat Dicere in corde suo Es.14. vt etiam accipitur hæc vox Act.27.13. Sed constat quum de causarum salutis nostræ serie quæritur, particulam πρὸ, vt etiam in προγινώσκειν & προορίζειν (vnde πρόγνωσις & προορισμὸς) non respondere Latinæ præpositioni PRO, sed PRAE, sed ita significari ista in Deo considerari (vt ante omne tempus constituta, & quæ causarum ordine omnes medias & subordinatas antecedant, quanuis alioqui non sit propriè in ipso Deo PRIVS nec POSTERIVS. Itaque idem vulgatus interpres Ephes.3.11. videri posset hanc eandem vocem multò commodiùs vertisse *præfinitionem*, nisi sic πρόθεσις cum προορισμῷ confunderetur, quum hæc duo etsi non re (vt modò dicemus) tamen λόγῳ distinguantur, vt ex hoc ipso loco apparet, collato cum versiculo 30. Propterea malui *præstitutum* hanc vocem interpretari. Et vt de his vocibus tribus in hoc argumento sæpe occurrentibus semel dicam, aio vnum & idem tribus istis significari, sed diuersis respectibus: decretum videlicet illud apud Deum ab æterno & ante omne tempus, tum de eligendis, tum de reprobandis, sancitum ex mera ipsius non scrutanda sed adoranda voluntate. Hoc igitur vt non temerè, neque fortuitò, sed summa, &, quanuis nobis inscrutabili, tamen perfecta, semper iusta Sapientia præeunte, conceptum fuisse intelligamus, propterea πρόγνωσις vocatur. Sed & vt illud semel fixum, &, quod ad euentum attinet, prorsus immotum esse nouerimus, propterea πρόθεσις quoque appellatur. προορισμὸς denique, id est, ὡρισμένη βουλὴ Act.2.23. appellatio demonstrat idem illud decretum non temerè, sed per medias causas diuinitus semel præstitutas, & in verbo Dei scripto nobis descriptas, ad certos fines, tum in eligendis, tum in reprobandis, dirigi. Rom.8.29. & 30. & 9.22. & 23. Fateor tamen has voces ferè solere Apostolum ad electionem suo tempore exequendam accommodare, & meritò. Suos enim illos, id est, saluti destinatos, propriè dicitur Deus apud se nosse vt Psal.1.6. & 2. Timoth.2.19. Sicut è cõtrario idem dicitur sceleratos & iusto, per medias causas, sequuturo exitio destinatos, non nosse, id est, paterna sua cura non dignari Matth.7.23. Deinde electorum salus est propriè Dei in ipsis agentis opus 2.Corinth.3.9. sicut alios propter sua ipsorum opera iusto iudicio addicit. Quum autem hæc Dei Prouidentia in hoc Dei decreto (quod certè non subordinatur medijs causis, sed illas ad decreti sui exequutionem ordinat) sit necessariò (quod ipsa contrariorum ratio postulet) vtrinque, id est, in Deo non tantùm vt electuro & misertur o, sed etiam vt reiecturo & iudicaturo consideranda: valde falluntur qui præpostero metu ne Deus comperiatur peccati & damnationis reproborum causa (quod sanè vel cogitare horrenda blasphemia fuerit) idcirco otiosam quandam πρόγνωσιν in reprobandis imaginatur, & ad solos eligendos πρόθεσιν & προορισμὸν restringunt. Hunc autem errorem repetunt quum eligendorum quidem decretum non simpliciter Dei voluntati, sed Pelagium secuti, fidei & bonorum operum præscientiæ, siue præuisioni diuinæ, vt impulsiuæ causæ tribuunt: & vicissim quum de reprobationis decreto agitur, contendunt præuisam incredulitatem, siue impœnitentiam, & mala preuisa opera ipsi Dei voluntatis decreto præiuisse: duplici maximo errore. Sic enim aliquid ipsa summa rerum omnium causa, id est, Dei omnia & singula ordinantis voluntate adoranda, potiùs quàm scrutanda superius quærunt: & præterea decretum à quo omnes exequutionis illius causæ mediæ ordinantur, cum ipsius exequutionis causis confundunt. Refelluntur autem manifestis Scripturæ verbis. Nam πρόγνωσις quoque, & ὡρισμένη βουλὴ tribuitur Herodis, Pilati, & Iudæorum sceleribus, Act.2.23. & προορισμὸς Act.4.28. Sed & Dei εὐδοκία, in excæcatis quoque non minùs quàm in illuminatis Patri ab ipso Christo tribuitur, Matth.11.25, & Dei θέλημα in sceleratis iustos persequentibus Petrus agnoscit 1.Pet.3.17. Hæc autem in re sita est piorum afflictorum vera consolatio: quòd videlicet nihil ipsis, nisi ex Dei ad suam ipsius gloriam, & ipsorum salutem æterno & immoto decreto eueniat. Et quod ad πρόθεσιν nomen attinet, reiectitij quoque ad hanc ipsam contumaciam à Deo positi, 1.Pet.2.8. dicuntur, & Iudæ 4. προγεγραμμένοι ad iudicium, quòd non aliter quàm de æterno illo decreto intelligi potest. Denique Christus ipse ab Esaia 28.16. & ab Apostolo Rom.9.33. & à Petro 1.Pet.2.6. & 7. positus à Patre disertè dicitur non tantùm quatenus est lapis pretiosus, sed etiam vt lapis offendiculi: nullo certè propterea vitio in Deo hærente, vt qui sapientissimè semper & iustissimè operetur opus suum, quibuscunque tandem instrumentis ad æternæ illius voluntatis suæ destinatã ab æterno exequutionem, siue misericorditer, siue ex seuerissimo suo iudicio vtatur. ¶ *Vocati sunt*, κλητοῖς οὖσιν. Vulg. *Vocati sunt sancti*, contra fidem Græcorum exemplarium. quanquam sententia ipsa vera est & pia. Vocationis autem nomine intelligitur illius arcani & ab æterno in mente Dei alioqui latentis declaratio, tum externa per Verbi prædicationẽ, tũ interna per Sp. S. Fidẽ ex illius verbi auditu Fidem creante, infrà 10.17. & Act.16.14.

Ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. 29

Nam quos præsciuit, etiam prædestinauit cõformandos imagini Filij sui: vt is sit primogenitus inter multos fratres.

29 *Nam quos præsciuit & prædestinauit cõformes fieri imaginis Filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.*

Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. 30

Quos verò prædestinauit, eos etiam vocauit: & quos vocauit, eos etiam iustificauit: quos autem iustificauit, eos etiam glorificauit.

30 *Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit.*

25 Nono, non est quod metuamus, ne quicquid nobis vtile est, non largiatur Dominus, quũ ne Filio quidẽ suo pepercerit, vt nos seruaret.

Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; 31

25 Quid igitur dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contrà nos?

31 *Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos?*

Ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; 32

Is quidem qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum eo illa nobis omnia gratificabitur?

32 *Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?*

26 Magnificentissima conclusio totius secundæ partis huius epistolæ, id est tractationis de Iustificatione, Nonis nullos coram Deo metuendos accusatores, quũ Deus ipse nos vt iustos absoluat: damnationem verò igitur in hac nobis multò minus esse formidandam, quum Christi morte & resurrectione, omnipotentia denique ac patrocinio nitamur. Quid vita tanti erit momenti vt nos perterrefaciat, quasi à charitate qua Deus nos in Filio diligit exciderimus? Nihil profectò, quum illa sit firmissima, tum in sese, tum in nobis certa fide confirmatis.

Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; Θεὸς ὁ δικαιῶν. 33

26 Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus *is est* qui iustificat.

33 *Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat.*

Τίς ὁ κατακρίνων; Χριστὸς ὁ ἀποθανών, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθείς· ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ· ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. 34

Quis est qui condemnet? Christus *is est* qui mortuus est, imò verò qui etiam suscitatus est: qui etiam est ad dexteram Dei: qui etiam interpellat pro nobis.

34 *Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est imò qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.*

29 *Prædestinauit*, προώρισε. Syrus interpres vtitur verbo [rascham] quod est Notare, siue Signare, eo fortasse respiciens quòd suos dicitur Deus velut in libro vitæ Præscriptos habere, vnde προγεγραμμένοι dicuntur Philip.4.3. ¶ *Conformandos*, συμμόρφους. Vide Iacob.2.5. ¶ *Primogenitus*, πρωτότοκον. Id est caput familiæ, in ipso vt germano filio electæ & adoptatæ.

30 *Glorificauit*, ἐδόξασε. Vtitur præteritis Paulus pro præsentibus, non tantùm ex Hebræorum idiotismo, sed etiam vt continuũ actum declaret. quasi dicatur Dominus, iam tum, quum suos sub crucis ferula erudit eos ad se vocare, iustificare, & quodammodo glorificare: quòd in cruce quoque Filio Dei cõformentur: vnde factum, vt in ipsa etiam cruce fideles habeant de quo glorientur, quibus datum est pro Christo pati.

31 *Quid igitur*, τί οὖν. Magnificentissima conclusio totius superioris de Iustificatione gratuita disputationis. ¶ *Si*, εἰ. Id est quum Deus sit pro nobis, vel reticetur Assumptio, qua repetatur antecedens: ac si dicas, *Si Deus est pro nobis, vt est, quis contra nos?* ¶ *Quis*, τίς. Satan, inquam, Mundus & nos ipsi propter Carnis reliquias, suprà 7.23. Sed isti omnes pro nihilo sunt, siquidem Dei Dilectionem, Vocationem & Iustificationem, testatam & patratam nobis purificationem, irritam facere nequeunt.

32 *Is quidem*, ὅς γε. Vulgata, *Qui etiam*, ὃς καὶ. Claromontanus codex ὃς οὐδὲ, Qui ne proprio quidem Filio &c. Syrus interpres vertit εἰ καὶ, *Si etiam*, quod mihi præ cæteris placet. ¶ *Non pepercit*, οὐκ ἐφείσατο. In Græco verbo nulla est ambiguitas: Latinis verò PARCERE modò accipitur pro cupiam condonare (quod nullo modo Christo conueniat, nulla vllius Peccati venia indigenti) modò pro studiosè conseruare, vel leuiter tractare. Sic Gallicè differunt, *Pardonner & espargner*, quo posteriore sensu hic ponitur, & quidem per μείωσιν. Tantum enim abfuit vt Deus Mediatori nostro pepercerit, aut vllo modo indulserit, vt è contrario omnem iræ suæ calicem ei exhauriendum propinarit & ille totum ebiberit. ¶ *Omnia illa*, τὰ πάντα. nempe tum præsentis, tum futuræ vitæ promissiones, 1.Tim.4.8 & 2.Pet.1.3. ¶ *Cum eo*, σὺν αὐτῷ. Ergo Christum non satis est pro nobis datum fuisse in mortem, nisi etiam nobis iam crucifixus detur, id est per fidem applicetur: sicut non satis est alimoniam apparari cibum, nisi eo vescamur. Idem autem ille qui pro nobis dedit illum gratis, nobis etiam illum gratificatur, fidem videlicet nobis donando qua illum ad vitam æternam apprehendamus. Deinde duo, & quidem distinctè hîc nobis gratis donanda commemorantur, nempe ipse Christus, & quæ in ipso nanciscimur: ex quo consequitur, neque Christum absque ipsius donis, neque ipsius dona, quæ quidem in ipso adipiscimur spiritualia electorum dona, absque ipso nobis tribui. Falsissimum est igitur & absurdissimum eorum dogma qui Christum ipsum dicunt, à quibusuis ad cœnam Domini accedentibus, reipsa sumi, aliquibus ad salutẽ, aliquibus ad iudicium: quum Christus iudicet indignè accedentes, non quia sumptus sit ipsemet indignè (quod fieri non potest) sed quia in sacramento indignè accepto, vt in verbo indignè audito, fuit neglectus. ¶ *Gratificabitur*, χαρίσεται. Id est, gratis donabit: ex quo efficitur gratuitum esse, non debitum, quod iustificatorum operibus tribuitur. In nonnullis Latinis codicibus legitur *Donauit*, ἐχαρίσατο, eadem manente sententia, sicut superiore annotatione diximus.

33 *Deus [is est] qui iustificat*, Θεὸς ὁ δικαιῶν. Id est, qui nos non modò insontes, sed etiam prorsus iustos in Filio pronuntiat. Subauditur autem verbum ἐστι: quod quum non expressisset Vetus interpres, occasionem præbuit Augustino, vt omnia hæc per interrogationem legeret. Iam verò quòd quidam, vt sibi constet antithesis, hoc membrum connectunt cum sequente, in hunc modum, Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? id certè mihi non probatur: quanuis sic videantur Græca scholia distinguere. Nam si ita legas, prior ista interrogatio τίς ἐγκαλέσει, nullam habebit subiectam responsionem, & Χριστὸς ὁ ἀποθανών, quasi ex abundanti adijcietur. Deinde mihi quidem videtur Paulus non sine magna emphasi permutasse antitheseωs membra, vt annotauit doctissimus interpres. Nam alioqui Christi Patrocinium opponendum fuerat Accusationi, & Condemnationi Absolutio. Quum verò contrà opponit Accusationi Absolutionem, significat ne locum quidem patere iis accusandis quos Deus habet pro iustis, nedum vt rei peragantur. Item quum Condemnationi opponit Christi Patrocinium, ostendit Christi Expiationem præuenisse Iudicium, vt ne in disquisitionẽ quidem veniant nostra peccata. Hoc verò non animaduerterunt qui aliter distinxerunt hunc locum, contra omnium nostrorum exemplarium fidem.

35 Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα;

35 Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? num afflictio, num anguſtia, num perſequutio, num fames, num nuditas, num periculum, num gladius?

35 Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an perſequutio, an gladius?

Pſal. 44. 14

36 (Καθὼς γέγραπται, Ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς)

36 (‖Sicut ſcriptum eſt, Tui cauſa occidimur totum diem: reputati ſumus velut oues deſtinatæ mactationi)

36 (Sicut ſcriptum eſt, Quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis)

37 Ἀλλ᾽ ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς.

37 Imò in his omnibus amplius quàm victores ſumus per eum qui dilexit nos.

37 Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos.

38 Πέπεισμαι γὰρ ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα,

38 Nam mihi perſuaſum eſt neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque principatus, neque poteſtates, neque præſentia, neque futura,

38 Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura,

39 Οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

39 Neque ſublimitatem, neque profunditatem, neque vllã rem aliam creatam poſſe nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

39 Neque fortitudo, neque altitudo, neque profundũ, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Κεφάλαιον θ.

CAP. IX.

CAP. IX.

1 Tertia pars huius epiſtolæ, vſque ad duodecimum caput: in qua Paulus ad fidei cauſas ſuperiores aſcendit: ac primum quidem, quoniam de Iudæorum reiectione multa dicturus erat, inſinuatione vtitur, incredibilem beneuolentiam duplici aut etiam triplici iureiurando, & inſigni deſiderij ſui teſtificatione declarans, & omnes eorum prærogatiuas illis concedens.

1 Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ,

1 VEritatem dico per Chriſtum, non mentior, atteſtante mihi ſimul conſcientia mea per Spiritum ſanctum,

1 VEritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimonium mihi perhibẽte conſcientia mea in Spiritu ſancto,

35 *Quis*, τίς, pro, τί, Quid. Tribuit enim Apoſtolus figuratè perſonam iis quæ ſubiicit. ¶ *Nos*, ἡμᾶς, Syrus interpres legit ἐμὲ, *me*: vt etiam poſtea verſu 39. Neque hoc nullius eſt ponderis. Primùm enim ſic docuerit Paulus fidem qua iuſtificamur, eſſe in eo poſitam, vt ſibi ſigillatim applicet vnuſquiſque promiſſionem ſalutis cõmuniter in Eccleſia propoſitam. Deinde quum non poſſit vnus quiſpiam, quicunque tandem ille ſit, de alterius fide & conſcientia eſſe ſecurus, quînam hoc loco Apoſtolus omnes veram fidẽ profitentes ſic compellarit? Contrà verò, ſi vt ſuperiore capite Apoſtolus ſeſe in luctę Carnis & Spiritus deſcriptione pro ſpeculo propoſuit, in quo omnes verè Chriſtiani ſeſe contemplarentur, ſic etiam hoc loco de piorum in Chriſto victoria certiſſima diſſeruiſſe dicatur, & ſuam πληροφορίαν pro eo exemplo cæteris propoſuiſſe, quoniã ſalutis eadem ſit in genere ratio: longè magis conſentanea fuerit concluſio. ¶ *A charitate Christi*, ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. Id eſt, qua nos Chriſtus dilexit, ſiue, Deus in Chriſto, vt mox explicatur verſu 39. Itaque perperam nonnulli actiuè interpretantur de amore quo Chriſtum redamamus. Fefellit autem eos quòd de noſtra non de ipſius Chriſti firmitate diſſerat Apoſtolus. Sed notare debuerant, huic noſtræ firmitati pro baſi ſubſterni eum amorem quo nos Deus in Chriſto proſequitur: à quo ſepararemur, ſi quomodo ab eius gratuita beneuolẽtia excidere poſſemus. Atqui, inquit Apoſtolus, nititur hic amor Dei propoſito, quod eſt immotum: & beneuolentiæ Dei pignus eſt Chriſtus. Quæ igitur tanta erit calamitas vt nobis perſuadeat Deum eſſe à nobis abalienatum? Incipit autem ab eo quod minus eſt nempe ab afflictione, tranſiens ad Anguſtiam, & inde ad Perſequutionem, quam ſequũtur quæ poſtea cõmemorat.

36 *Occidimur totum diem*, θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Vulgata, *Mortificamur*, quod verbum huic loco non conuenit. Eraſmus, *Morti tradimur*. Eſt autem hoc dicendi genus petitum è medio, quum nemo niſi ſemel poſſit occidi. Vel igitur quia tota Eccleſia illic inducitur loquens, ſignificat aduerſarios totum diem modò in his, modò in illis occidendis conſumere: vel declarat miſerabilem Eccleſiæ conditionem, quę veluti ſingulis momentis occidatur propter perpetuos terrores.

37 *Imò*, ἀλλά. Vulgata, *Sed*. Eraſmus, *Verùm*: quaſi videlicet ad præcedentem verſiculum pertineat. Ego verò malo ad totam percontationem referre: quaſi nos diceret nõ modò tot malis non frangi, ſed etiam amplius quàm victores eſſe omnium illorum. Neque enim ſimpliciter dixit νικῶμεν, ſed ὑπερνικῶμεν, id eſt, vt vertit Cyprianus epiſt. 26. *ſuperuincimus* quoniam in cruce etiam gloriamur, nedum vt animum deſpondeamus. ¶ *Per eum qui dilexit*, διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος. Vulg. *Propter eum qui dilexit*, διὰ τὸν ἀγαπήσαντα, vt habet Claromontanus Codex, & vt legit etiam Ambroſius. Sed recepta lectio accommodatior eſt Pauli ſententiæ niſi enallagen eſſe dicamus cuiuſmodi annotauimus ſuprà 3.25. Sed & Cyp. Epiſt. 26. legit Pro eo qui dilexit ὑπὲρ τοῦ ἀγαπήσαντος, in nonnullis codicibus.

38 *Nam mihi perſuaſum eſt*, πέπεισμαι γάρ, &c. Indicat tacitè Paulus hoc verbo vnde manet iſta fiducia: nempe ex Verbi prædicatione efficaci, vt declarat 1. Cor. 2. 12. Itaque non ſatis expreſſè conuertit Vetus interpres, *Certus ſum*. ¶ *Neque principatus, neque poteſtates*, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις. His vocabulis vti ſolet Paulus & aliis etiam nonnullis ad Spirituum excellentem naturam declarandam, tum bonorum, vt Eph. 1. 21. & Col. 1. 19. tum etiam malorum, quatenus illorum οὐσία, nõn autem corruptio conſideratur, vt Eph. 6. 12. & Col. 2. 15. Eſt autem omnino ſobriè de Angelis ſentiendum ex Dei verbo: & quanuis ex Archangeli appellatione, & ex eo quòd Satanę conſociantur, vt milites cum duce, angeli ipſius Matth. 25. 4. tamen ordo iſte Angelorum mihi non videtur hîc ſpectare, ſed ἀρχὰς dici Angelos quorum miniſterio in regnorum adminiſtratione vtitur, cuius exemplum certiſſimum habemus Danielis 11. poteſtates verò, qui Politiis inferioribus adhibentur. Sed quid ſi Angelos interpretemur ſimpliciter beatos illos ſpiritus: Principatus autem & poteſtates, imperia & Magiſtratus, humanam denique omnem politiam? Hoc mihi quidem ſimpliciſſimum & appoſitiſſimum, & hoc loco & aliis videtur. Nota autem eſt omnibus, opinor, enallage illa Hebræis familiaris, Appellatiui pro Adiectiuo, vt Principatus pro Principibus, Poteſtates pro iis qui poteſtate fungũtur. Sic etiam Sublimitas pro rebus Sublimibus, & Profunditas pro rebus profundis.

39 *Neque ſublimitatem*, οὔτε ὕψωμα. Vulgata & Eraſmus, maluerunt *Altitudinem* interpretari. Sed præterea Vetus interpres habet ante iſta, *Neque fortitudo*, μήτε ἰσχύς quod in nullis Græcis codicibus inueni.

IN CAPVT IX.

1 *Per Chriſtum*, ἐν Χριστῷ. Id eſt, ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. Nam ב reſpondens Græcorum propoſitioni ἐν, interdum etiam in iureiurando adhibetur, vt Gen. 22. 16. & Ioſ. 2. Vel, in Chriſto, id eſt ſecundum Chriſtum: ita videlicet vt eum facere par eſt qui Chriſtum reueretur. Vel per Chriſtum, id eſt, Spiritu

Spiritu Chriſti linguam meam moderante, vt minimè ſit dubitandum quin verum loquar: vt paulò pòſt *In Spiritu ſancto* accipitur pro, Spiritu ſancto duce ac moderatore. Admirabili verò methodo tranſit, Apoſtolus à Iuſtificationis & Sanctificationis tractatu ad Prædeſtinationem, occaſione arrepta ex eo quòd dixerat ἀμετάθετον eſſe Dei in nos per Chriſtum dilectionem, cui doctrinæ aduerſari ex diametro Iſraelitarum reiectio videatur.

2 Ὅτι λύπη μοί ἐστι μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου.

2 Magnam mihi triſtitiam eſſe, & cruciatum ſine intermiſſione cordi meo.

2 Quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo.

3 Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα·

3 Optarim enim ego ipſe anathema eſſe *ſeparatum* à Chriſto, pro fratribus meis, cognatis *inquam* meis ſecundum carnem.

3 Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem:

4 Οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθῆκαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία καὶ αἱ ἐπαγγελίαι.

4 Qui ſunt Iſraelitæ: quorum *eſt*, adoptio, ‖ & gloria, ‖ & pacta, & Legis cõſtitutio, & cultus, & promiſſiones.

4 Qui ſunt Iſraelitæ: quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentũ, & Legiſlatio, & obſequiũ, & promiſſa.

Supr. 2. 17
Eph. 2. 12

5 Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

5 Quorum *ſunt* Patres illi, & ex quibus *eſt* Chriſtus quod ad carnem attinet, 2 qui eſt ſupra omnes Deus benedictus in ſecula. Amen.

5 Quorum patres, & ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Amen.

2 Teſtimonium Deitatis Chriſti manifeſtiſſimum.

3 *Optarim* ηὐχόμην. i. ηὐχόμην ἄν, vt rectè omnino explicant Græca ſcholia. Frequenter enim occurrit hæc ellipſis, vt Act. 25. 22. ἐβουλόμην pro ἐβουλοίμην ἄν, & 1. Cor. 2. 8. & apud Ariſtoph. citante I. Camerario ἐδόκουν ἐπιθυμεῖν, pro ἐπιθυμοίμην. id eſt, *crederem*. Vulg. *Optabam*, quaſi de eo tempore diſſerat Apoſtolus quo Eccleſiam perſequabatur ſeſe à Chriſto ſeiungens. Sed id quàm parum appoſitè dicatur, res ipſa oſtendit. Quînam enim Paulus adhuc Chriſti hoſtis hoc votum concepiſſet, quum eos demum putaret ſaluos qui à Chriſto eſſent alieni? Sed & illud valde obſeruandum eſt, non dicere Paulum ſeſe aliquando eiuſmodi votum concepiſſe, ſed ita eſſe affectum vt libenter fuerit ſuo ipſius exitio redempturus ſuæ gentis exciſionem, nempe ſi fieri ſic potuiſſet. Itaq. fruſtra hîc videtur à pleriſque de iſtiuſmodi voto diſceptari, licitum fuerit an illicitum. Vtitur autem Paulus iſta inſinuatione affectuum pleniſſima, quoniam de Iudæorum reiectione, & vocatione Gentium erat diſputaturus ¶ *Anathema* ἀνάθεμα. Duo nobis hîc obſeruanda puto, nempe huius vocabuli ſignificationem, deinde etiam vſum. Illud igitur conſtat, ἀνάθεμα & ἀνάθημα à verbo ἀνατίθεσθαι deduci. cuius quum multiplex ſit ſignificatio, non ſatis conuenit inter doctos homines quænam hîc debeat obtinere. Putat enim Chryſoſtomus ἀναθήματα ſiue ἀναθέματα dici à ſeponendo. Quemadmodum enim, inquit, τὰ ἀναθήματα intacta ſunt & Deo conſecrata, & ab hominum commercio ac vſu ſeiuncta, ſic ab Eccleſia eiecti & extorres à communione ac conuictu fidelium ſunt remoti. Simili ratione Photius apud Oecumenium ἀνάθεμα εἶναι exponit χωρισθῆναι καὶ ἀλλοτριωθῆναι, id eſt *ſeparari & alienum prorſus reddi*. At Budæus ἀναθέματα dicta tradit homines ſacros, i. quorum capita inferis dicata eſſent & deuota: ἀναθήματα verò donaria diis conſecrata: & vtrumque deriuat παρὰ τὸ ἀνατίθεναι, id eſt, ἀνάπτειν. quòd & illorum hominum deteſtatio ſoleret in cippis expoſita proſcribi, & iſta in parietibus ac columnis templorum ſuſpendi. Hæc illi, de quibus ſi mihi fas ſit dicere quid ſentiam, diſtinctionem ἀναθήματος & ἀναθέματος non agnoſco, quanuis ἀνάθημα peculiariter donarium declaret, vt Luc. 21. 5. quum paſſim Græci interpretes conuerterint ἀνάθεμα, vt Leuit. 27. 28. & 29. pro quo vbique Paulus ſcribit ἀνάθεμα. Deinde etiam in nominis vtriuſque etymologia Chryſoſtomi ſententiam potius velim amplecti, quòd præpoſitio ἀπό quam ſubiicit Apoſtolus, id omnino oſtendat: & præterea etiam Græci interpretes interdum vtantur uerbo ἀφορίζεσθαι in ea ipſa ſignificatione, vt Leuit. 27. 21. pro eo quod legimus in Hebræis חרם שדה [*ſede cherem*] verterunt ἡ γῆ ἡ ἀφωρισμένη, *terra ſeparata*. Quod autem attinet ad vſum huius vocabuli, petendus eſt ex Moſis Lege, apud quem dicitur חרם [*cherem*] res quæuis Deo conſecrata, ipſique adeo homines, idque non vulgari quadam conſecratione, ſed ſacrato deuotóque eius capite qui eam rem in peculiarem ſuũ vſum conuertiſſet: vocabulo deducto à verbo חרם [*charam*] quòd declarat delere ac penitus excindere, vnde votum חרם [*cherem*,] quum quis rem aliquam penitus à ſe abdicabat, quã nec redimere, nec ſoluta æſtimatione recipere poſſet. Græci igitur Theologi diuerſa quidem etymologia, ſed tamen quæ in idem recidat ἀνάθεμα vel ἀνάθημα vocarunt à ſeparando, quod Hebræi חרם [*cherem*] à delendo & excidendo. Ex eo autem quod Apoſtolus addit ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, *à Chriſto*, ſatis intelligi poteſt de ſempiterno exitio hæc eſſe accipienda: quo etiam optaſſet Paulus, ſi fieri potuiſſet, Iſraeliticæ gentis abdicationem redimere. Tanti erat apud illum Dei gloria, & charitas in ſuos. Hallucinatur ergo Hieronymus ad Algaſiam quæſtione nona, quum veritus ne hoc deſiderium parum conuenire videretur Apoſtolo, de occiſione corporali accipi poſſe dixit, non pro exitio mentis. Itémque Photius apud Oecumenium, quum iſta perinde accipit ac ſi Apoſtolus dixiſſet, Optarim vos ad fidem aſcitos eſſe, & me adhuc à Chriſto alienatum. ¶ *Secundùm carnem*, κατὰ σάρκα. Carnem hoc loco appellat ſanguinis coniunctionem, vt Gen. 20. 14. non autem humanam naturam in genere, vt ſuprà c. 1. 3. & inf. verſu 5. & hoc addidit Apoſtolus, vt quæ vis ſit huius coniunctionis ſiue στοργῆς φυσικῆς declararet.

4 *Gloria*, ἡ δόξα. Hoc ego peculiariter refero ad arcam fœderis quæ erat præſentiæ Dei teſſera, ideóque per metonymiam dicitur Gloria Domini. 1. Sam. 4. 21. & 21. & 22. & Templum propterea etiam dicebatur habitatio gloriæ Dei, vt Pſalm. 26. 8. ¶ *Pacta*, διαθῆκαι. id eſt tabulæ pacti, per metonymiam: quum propriè dicantur לחות הברית [*luchoth haberith*,] id eſt *Tabulæ pacti*, vt Deut. 9. 11. & 15. Heb. 9. 4. Vtitur ergo plurali numero quòd duæ eſſent Tabulæ & mihi multò commodior videtur hæc interpretatio quàm ſi ad fœdus cum Abrahamo & eius poſteris initum referas. Primùm, quia nonniſi vnum fuit hoc fœdus, quanuis ſæpius renouatum. Deinde, quia paulo pòſt meminit ἐπαγγελιῶν quæ ab illo fœdere vix poſſunt commodè ſecerni. Poſtremò, quia ſic videtur diſtinxiſſe Legem Paulus commodiſſimè in ſuas partes, nempe in διαθήκας νομοθεσίαν & λατρείαν, id eſt legem quam vocant moralem, iudicialem, & ceremonialem: vt meliùs appareat Dei in hunc populum beneuolentia. ¶ *Cultus*, ἡ λατρεία. Vulgata, *Obſequium*, vt etiam Auguſtinus aliquoties hũc locum citat. Cyprianus autem lib. 2. aduerſus Iudæos, *Famulatum*, interpretatur, Galli vulgò vocant *le ſeruice*.

5 *Quod ad carnem attinet*, τὸ κατὰ σάρκα, id eſt, τὸ ὂν κατὰ σάρκα. Articulus additus vim habet excipiendi alteram naturam, diuinam videlicet quam poſtea deſcribit. ¶ *Qui eſt* ὁ ὤν. Hanc eſſe germanam huius loci diſtinctionem & interpretationem partim ſummus omnium noſtrorum codicum conſenſus, partim etiam ipſa orationis ſeries oſtendit. Æquum enim fuit Deitatem quoque in Chriſto intueri, vt appareret quæ ſit in eo Iſraeliticæ gentis præſtantia, quòd ex ea ſit ortus Chriſtus: nempe quoniam idem & homo & Deus eſt: neque ob id tantùm quòd fuerit omniũ hominum præſtantiſſimus. Cur enim alioqui adderetur iſtud τὸ κατὰ σάρκα, ſi nihil aliud erat quàm homo? Certè nihil hîc eſt violentum aut longiùs petitum: & mirari ſatis non poſſum quid Eraſmo in mentem ve-

rit vt diceret significandæ huic sententiæ scribendum fuisse ὃς ὢν potius quàm ὁ ὤν. Nam contrà si ὃς ὢν legeris, hiabit constructio verborum, nisi post εὐλογητὸς subaudias ἐστιν, & nemo qui vel à limine Græcam linguam salutarit ignorat articulum præpositiuum cum participio sæpe construi loco prouocabuli cum verbo finito: vt ὁ ὢν nihil aliud declaret, quàm ὃς ἐστι. Commentus est tamen ille duas alias distinctiones, sed certè planè repudiandas. Vna est vt post πάντων adscripto puncto, ea quæ sequuntur nouum membrum constituant hoc modo, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων. Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, *qui est super omnia. Deus, benedicatur in secula.* Altera est, vt post σάρκα finiatur sententia, deinde sequentia connectas in hunc modum, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. *Deus, qui est super omnia, benedicatur in secula.* ¶ *Supra omnes*, ἐπὶ πάντων. Vel, vt Vulgata, *Super omnia*. Mihi tamen placuit potius hoc accipere masculino genere, vt sit collatio Christi cum cæteris illis patribus ex eodem genere prognatis. Annotat etiam Erasmus hoc posse connecti cum εὐλογητὸς, vt accipiamus Christum super omnia vel super omnes laudandum in secula: quæ distinctio mihi videtur longius petita. Sed & in eo non possum illi assentiri quòd ἐπὶ πάντων conuerterit *In omnibus*, id est ἐν vel ἐν πᾶσι. ¶ *Deus*, Θεός. Hoc omittit Cyprianus libr. aduersus Iudæos 2. cap. 5. & Hilarius quoque Psalmum enarrans 12. 2. sicut Erasmus obseruauit: sed librariorum vitio, vt ostendit res ipsa, quum vtrobique citetur ob hoc ipsum hic locus, vt probetur Dei nomē Christo verè & propriè competere: quanquam etiamsi omittatur satis sit expressa Dei naturæ explicatio, quum dicitur ὁ ὢν ἐπὶ πάντων, *qui est supra omnes*. Athanasius autem in disputatione aduersus Arium, illud vsque adeo nō omittit, vt etiam vrgeat.

Suprà.2.28
Gen.21.12
hebr.11.18

3 Ingreditur tractationem Prædestinationis, per occupationis speciem. Quî fieri possit vt reiectus sit Israel, quin simul constituendum videatur, irritum esse pactum Dei cum Abrahamo, & eius semine sancitum. Respondet ergo veritatem constare Dei verbo etiam si reiectus sit Israel quoniam sit generalis est ac communis Israelitico populo Electio, vt tamen Deus arcano suo consilio deligat quos visum est. Propositio ergo & status huius tractationis hic est, Gratiam salutis sic in communi offerri, vt tamen ad solos electos perueniat eius efficacia.

6 Οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραήλ, οὗτοι Ἰσραήλ·

7 Οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα· ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα.

Τουτέστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκός, ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα.

9 Ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος, Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός.

10 Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν.

11 Μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ Θεοῦ πρόθεσις μένῃ οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος,

6 3‖ Non quasi verò propterea exciderit sermo Dei. non enim omnes qui *sunt* ex patre Israele, *sunt* Israel:

7 4 Neque quia *sunt* semen Abrahami, *ideò* omnes *sunt* filij: 4 sed ‖ in Isaaco vocabitur tibi semen.

5 Hoc est, non qui filij Carnis, ij filij Dei: sed qui *sunt* ‖ filij Promissionis reputantur in Semine.

9 6 Promissionis enim sermo hic est, ‖ Hoc ipso præstituto tempore veniam, & erit Saræ filius.

10 7 Neque *hic* solùm, ‖ sed & Rebecca, quum ex vno concepisset, *nempe* ex Isaaco patre nostro, *hoc experta est.*

11 Nondum enim natis *pueris*, quum nihil fecissent boni vel mali, vt præstitutum illud Dei quod *est* secundū *ipsius* electionē, *id est* nō ex operibus sed ex vocante, *firmum* [8] maneret,

6 *Non autem quòd exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ.*

7 *Neque quia semen sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen.*

Id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine.

9 *Promissionis enim verbum hoc est, Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.*

10 *Non solùm autem, sed & Rebecca, ex vno concubitu habens Isaac patre nostro.*

11 *Quum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante,*

Gen.21.12
Gen.18.10
Gen.25.21

4 Probatio prima ab exemplo familiæ ipsius Abrahami, in qua solus Isaac est filius habitus, idque ex Dei ordinatione, quamuis & ipse Ismael esset ex Abrahamo ortus, & circuncisus ante ipsum Isaacum. 5 Generalis applicatio probationis siue exempli superioris.

6 Ratio applicationis superioris. Quoniā videlicet vt promissionis gratuitæ natus est Isaacus, ac proinde ne extitit quidem nedum vt fuerit aliunde electioni & saluti destinatus, quàm ex mera Dei benignissima voluntate, cuius causam impulsiuam quærere est aliquid supra rerum omnium summam causam constituere. Ex hoc autem consequitur quum omnes, etsi quatenus homines ex hominibus nascuntur, non nascantur ex peculiari quapiam promissione, præter consuetum naturalem ordinem, sicut Isaacus natus est, tamen quatenus sunt electioni & saluti in Christo adipiscendæ destinati, non aliter quàm ea ipsa eius promissionis vi nasci, qua natus est Isaacus. 7 Altera hæc est ratio eius quod controuersiæ propofuerat & ea quidem sumpta ab Esaui & Iacobi exemplo, grauioris multo momenti, quam alterum illud ab Esauo & Iacobo desumptum. Fuerunt enim illi non tantùm ex eodem patre Isaaco, & eâdem matre Rebecca, vtroque parente in fœdere Dei comprehenso, sed etiam eodem partu natisunt, quorum tamen vnum Deus amori & saluti, alterum odio & exitio destinarit, & ita quidem vt hoc Dei decretum non ipsas modò personas, sed populos quoque inde productos comprehenderit. 8 Non dicit Paulus, vt *fieret* sed vt *factum permaneret*. Falluntur ergo, qui Præscientiam fidei vel operum impulsiuam esse electionis decreti causam volunt, vt è contrario Decretum de reprobando subordinant infidelitatis & malorum operum Præscientiæ.

6 *Non quasi verò propterea exciderit*, Οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν. Vulgata, *Non autem quòd exciderit*. Erasmus, *Non autem [hæc loquor] quòd exciderit*, prætermissa particula οἷον. Græcus autem Scholiastes suppleto quoque τοῦτο δὲ οὐ λέγω, videtur etiam legisse ὅτι οἷον, *Hoc autem non dico quòd velut exciderit*. Ego verò in superioribus editionibus quasi οὐχ οἷον accipiatur pro οὐ δυνατόν ἐστι, & ὅτι ἐκπέπτωκεν pro ἐκπεπτωκέναι, verti *Fieri verò non potest vt exciderit*, quòd οἷον pro δυνατὸν, interdum etiam absque addita particula, τε poni constet. Sed mihi duriuscula nunc videtur hæc phrasis, licèt elliptica, & ex communi vulgi vsu petita. Est autem plana huius loci sententia & eadem prorsus quancunque illarum interpretationum sequamur: negante per occupationem Apostolo, ex eo quòd dixerat separatos esse à Christo suos fratres, colligi posse Sermonem Domini excidisse. Sed pessima fide Castellio quod hîc dicitur de diuini Sermonis firmitate inuariabili, ad ipsum Apostolum detorsit, qui sibi excidisse Dei sermonem negct, id est, se minimè fuisse sermonis Dei oblitum quum dicatur veros esse Israelitas, non eos qui secundum carnem, sed qui ex promissione nati sint. Ineptissimè id quidem. Immò hîc inter se opponuntur, *Excidere* & *Stare*, sicut apud Hebræos נפל & קם *Naphal & Kam*. ¶ *Ex [patre] Israele* ἐξ Ἰσραήλ. Adieci Patris nomen quòd mihi quidem videantur simplicissime ista interpretari, qui Israelem priore loco accipiunt pro ipso Iacobo, à quo orti sunt duodecim Patriarchæ: posteriore autem, pro ipsa Gente, quæ à suæ Gentis capite proximo sic vocatur. Est autem in his verbis generalis propositio totius istius de æterna prædestinatione tractationis (quæ tertia pars est huius epistolæ vsque ad vndecimi capitis finem) nempe, Aliquam esse particularem Dei electionem quæ sit primaria nostræ fidei & salutis causa. Ex pluribus enim vnum, siue plures accipere, quid aliud est, quàm istius vel istos, reliquis sepositis & receptis sumere? Nihil est ergo ineptius quàm vniuersalem electionem statuere. Illud autem probat duobus exemplis ex ipsa Abrahami familia petitis Paulus, partim quia nulla certiora vel magis idonea testimonia deligi potuerunt, partim etiam quoniam non constituit Apostolus hoc argumentum tractare καθόλου, sed per hypothesin potius, ita vt in aliis personis, electionis: in aliis verò, reiectionis exemplum spectandum proponat, donec tandē ad Iudæos & Gentes descendat. Negat igitur Apostolus omnes qui ex Israele trahunt originem, censeri inter Israelitas, id est in Gente illa, vt Deo reipsa cōfœderatos. Ait denique veros Israelitas, id est in fœdere comprehensos non ex genere, sed ex electione æstimandos, ascendens nimirum sursum ad primariam causam, id est electionem æternam, quum alibi aliquoties in eodem argumento (sed diuerso scopo) hæreat in causis proximis, putà vel in fide, vt Galat. 3. 7, vel in fidei fructibus, vt sup. c. 2. 28. & 29.

7 *In Isaaco vocabitur tibi semen*, ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. Id est, Isaacus (non Ismael videlicet) tibi erit verus ac germanus filius, ac proinde tuæ benedictionis hæres. Nam quia Patres in Filiis quodammodo resurgunt, & Filij ex Patrum nomine dicuntur, ideo, ex Hebræorum idiotismo, dicitur Semen patris vocari in eo quem gignit, quia Filius à Patre nomen sumit. Itaque qui ἐν Ἰσαὰκ conuertere maluerunt *Per Isaac*, vel *ex Isaac*, haud scio an hunc Hebraismum intellexerint, quem necesse fuit integrum seruari, vel longiore ambitu verborum describi. Videntur autem (quod eorum pace dixerim) eo decepti quòd sequenti versiculo videtur hæc ita explanare Paulus, quasi non tam de ipso Isaaco, quàm de eius posteritate sint intelligenda, quam videlicet Dominus, præterito Ismaelis semine, sit amplexus. Atqui historiæ series ostendit de ipso Isaaco, & Ismaele illic agi, vbi hæc dicit Dominus: & liberæ Dei electioni probandæ multò magis idoneum est argumentum ab Isaaco & Ismaele, tanquam singularibus personis, sumptum, quàm si vtrunque illorum dicamus cum suis posteris comprehendi. Itaque necesse est (opinor) vt constituamus Paulum in proximo versiculo non propriè explicare hoc Mosis testimonium, sed potius doctrinæ summam proponere quam ex ipsius Domini verbis collegit. Nam si Dominus ex duobus Abrahami filiis vno præterito, alterum demum pro filio vult haberi, efficitur, non omnes qui ex Abrahamo generantur, censeri in filiis. Deinde (quod Paulus in versiculo 9 probabit ex alio testimonio) si Isaacus non ideo electus est quia natus erat ex Abrahamo sed contrà ideò natus est ex Abrahamo, quia Dominus illum ipsi dedit: consequitur, Titulum illum seu ius Filij nulla re alia niti quàm gratuita Dei voluntate, quæ vt tempus ipsum ita etiam ordine causarum omnia antegreditur.

8 *Filij carnis*, τὰ τέκνα τῆς σαρκός. Quum alibi soleam τέκνα liberos interpretari ego aliquoties in hoc argumento

maluī Filios conuertere, vt amphiboliam vitarem. Vocat autem Apostolus Filios carnis ex Hebræorum idiotismo, eos quorum Abraham non alia ratione pater est quàm ea ipsa qua solent consueto naturæ ordine homines ex hominibus gigni. Iis autem opponuntur filij promissionis, id est, quos Deus dat Abrahamo, spirituali generatione, siue sola, Vt nobis gentibus datum est: siue adiuncta illi generatione carnali, vt accidit Isaaco, & Iudæis omnibus credentibus, quæ nempe nota, quum sit & electis & reprobis communis, non respicitur ab Apostolo, pro nota per quam Isaac ab Ismaële discernitur, ac proinde electi à reprobis. quia sic illi visum est, vt eos in illo Abrahami semine adoptet, per quod & ipse Abraham, & eius genuina posteritas cælestis hæreditatis sit particeps. Qui verò Promissionis alios interpretantur eos qui per fidē amplectuntur Promissionē, dicunt quidē quod res est, sed non satis appositè loquūtur. Neque enim Paulus hoc loco filios Abrahami à cæteris distinguit ex fidei nota, vt supra, cap. 4. & ad Gal. cap. 3. sed de primaria causa, id est de ipsius fidei fonte, gratuitæ videlicet electionis æterno proposito disserit.

¶ *Reputantur* λογίζεται. Vulgata, *Æstimantur*. Erasmus, *Recensentur*. Vide Mar. 15. 28. & suprà, 4. 4.

10 *Neque [hic] solùm*, οὐ μόνον δέ. Alterum argumentum petitum ex Esau & Iacobi exemplo, quorum hic dilectus fuit, hic vero odio habitus, nullo personarum aut operum respectu, sed quia sic Deo visum est. Vulgata, *Non solùm autem*, perobscurè. Itaque in quibusdam exemplaribus legitur, *Neque solùm [illa.]* Erasmus, *Non solùm autem [hoc.]* Ego vero malui supplere pronomen masculinum, quod posterius illud exemplum delecti alterius ex duobus filiis, multo commodius videatur ad Abrahamum vtriusque patrem quàm ad Saram alterius tantùm matrem referri. Quod autem attinet ad hoc dicendi genus Paulo familiare, vide suprà 5. 3. ¶ *Quum ex vno concepisset*, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα. Ad verbum, *Quum ex vno semen haberet*: in vtero videlicet retentum. Nam κοίτην hoc loco honestè vocat non thorum, neque concubitum, sed semen ipsum, ex Hebræorum idiotismo: quia à consequenti שכבה [schichbah] semen vocant à verbo שכב [schachab.] quod cubare significat. Itaque dicitur vir נתן שכבתו [theth schechobto] id est (vt Græci interpretes conuertunt, Leuit. 18. 28, item 20. 15. & Num. 5. 20.) κοίτην vel κοίτην σπέρματος δοῦναι, ac proinde hîc à Paulo dicitur mulier simili ratione κοίτην ἔχειν, quando semen retinuit. quod vno concipiendi vocabulo optimè ac penè ad verbum exprimitur. Vulgata, *Ex vno concubitu habens*, deprauata lectione, pro concubitum habens, vt rectè annotatum est ab Erasmo. Nam alioquin nemo non videt dicendum fuisse ἀπὸ μιᾶς κοίτης ἔχουσα, ita vt ἔχειν accipiatur pro concipere & grauidam fieri. Est itaque manifestò deprauatus hic locus à quopiam Græcæ linguæ prorsus ignaro: & siue Concubitu, siue Concubitum legas, minimè appositam esse interpretationem liquet ex iis quæ diximus. Erasmus igitur maluit interpretari, *Ex vno conceperat*, rectè quidem vsus Concipiendi verbo, quamuis rationem non tradat, cur κοίτην ἔχειν accipiatur pro concepisse: sed ita vt satis appareat (quod tanti viri pace dictum velim) ipsum non intellexisse quæ sit istorum verborum structura, & nonnihil etiam obscurasse Pauli sententiam. Nam certè si ita conuertas, necesse fuerit particulam causalem in proximo versiculo explicare, quasi rationem reddat cur Rebecca ex vno conceperit. quod quàm sit absurdum, nemo non videt. Deinde quod ἔχουσα positum putat pro ἐχούσης absoluta constructione, quamuis à grammaticis obseruetur in Attica dialecto, tamen hoc loco planè est violentum. quia sequens particula causalis prorsus ostendit supplendum esse aliquid consentaneum, sicut nos fecimus, vt plena sit ac perfecta sententia, cuius ratio subtexatur.

¶ *[Nempe] ex Isaaco*, Ἰσαάκ. Addidi particulam Nempe hoc etiam in loco, vt planius fieret ista cum ἑνὸς cohærere. Nam quòd nonnulli referunt ad Iacobum filium, non autem ad Isaacum patrē, eiusmodi est, vt ne refutatione quidem indigeat. Et quod apud Ambrosium legitur Isaac patrē nostrum, manifestè deprauatum esse apparet, vt obseruauit Erasmus. Nec enim Rebecca genuit Isaacum: sed ex eo sustulit gemellos Esauum & Iacobum.

11 *Nondum enim natis [pueris]* μήπω γὰρ γεννηθέντων, id est, τεχθέντων, vt Matth. 1. 18. & Luc. 1. 57. Suppleui autem *pueris*, τῶν παίδων in præcedente quidem versiculo non expressum, sed quod facilè immò necessariò intelligeretur. Cæterùm qui istud μήπω, *nondum* sic explicant, quasi Paulus significare quidem voluerit hoc Dei decretum tempore antecessisse horum duorum existentiam ac mores, non autem ista propterea excludere, voluisse ab hoc Dei decreto, vtpote quæ ab æterno præcognouerit: vnde & illud colligunt Deum in iis quos ab æterno Reprobationi & Exitio destinauit fuisse ad hoc statuendum ex præuisa eorum incredulitate & malis operibus impulsum, magnopere profectò falluntur. Sic enim Deus consiliorum suorum capiendorum rationem à rebus ipsis creatis & secundis causis præscitis peteret, quod non modò falsissimum, verùm etiam impium fuerit cogitare, quum è contrario & res creatas, & causas omnes secundas fatendum sit idcirco suo tempore existere, quòd Deus illarum existentiam ab æterno decreuerit, suis demum temporibus itidem ab ipso ordinatis sequuturam. Quod igitur isti de secundis causis à Deo ab æterno consideratis dicunt, non certè in hoc Dei decreto non tempore tantum (si modò dicendum est Deū aliquid successiuè in aliquo tēporis spatio decernere) sed etiam ipso causarum ordine res omnes futuras antecedēte, sed in huius demum decreti exequutione, locū habet: quæ duo sunt accuratè distinguēda. Præterea si Deum præuisa aliquorū incredulitate & profanitate impulsum fuisse

ad illos Reprobationi & exitio destinandos dicamus, posuit contrariorum ratio, vt itidem Deum aliquos Electioni & Saluti destinandi causam non ex mera gratia sua, sed ex præuisa eorum Fide & præscitis bonis operibus sumpsisse, ac proinde illam Dei secundùm suam electionem πρόθεσιν non ἐκ τοῦ καλοῦντος, id est ex ipsius Dei gratuita, qui prior suos dilexit, voluntate, sed ἐξ ἔργων, id est, ex præuisis Electioni & Saluti destinandorum operibus, vt præcipuis vel potiùs summis, & ipsum Dei decretum in eius mente antecedentibus causis dependere: quod ex professo Paulus hîc oppugnat hac etiam ratione, quòd ita firmum alioqui esse non posset electionis decretum. Denique si verum esset illud dogma, vnde tandem sequentes obiectiones nascerentur? Nam certè neutri haberent quod in illo Dei decreto carperent, vtpote quod ex ipsorum præuisa, siue eligendorum dignitate, siue reprobandorum indignitate oriretur: qua de re audiant salutem isti Augustinum vnicum penè illum Pelagianismi certum oppugnatorem, sic in Enchiridio ad Laurentium cap. 98. scribentem, *Sentiens Paulus quemadmodum posset hoc quod dictum est permouere eos qui penetrare intelligendo non possunt hanc altitudinem gratiæ, Quid ergo dicemus? ait, nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Iniquum enim videtur, vt sine vllis bonorum malorúmue operum meritis, vnum Deus diligat oderítque alterum. Quæ invre si futura opera, vel bona huius, vel mala illius, quæ vtique Deus præsciebat, vellet intelligi, nequaquam diceret.* EX OPERIBVS *sed* EX FVTVRIS OPERIBVS: *eóque modo istam solueret quæstionem, immo nullam quam solui opus esset, faceret quæstionem.* Sed & idem Augustinus, quum aliquando scripsisset præuisam fidem esse electionis causam, postea lib. Retract. 1. cap. 23. *Illa*, inquit, *non scripsissem, si fidem, non minus, quàm bona opera esse Dei dona intellexissem.* ¶ *Vel mali*, ἢ κακόν. Ergo non minus in æterno Reprobationis decreto remouetur omnis personarum, vel operum ad illud constituendum decretū consideratio, quàm in iis quos Deus electioni & Saluti destinat, quum hæc duo opposita sint, & eidem voluntati Dei ἀμέσως subiiciantur vers. sequente 18. ¶ *Præstitutum illud Dei*, ἡ τοῦ Θεοῦ πρόθεσις, id est, Dei decretum, quod immutabiliter apud se constituit, ac proinde, tum ipsum tempus, tum omnes ad illius decreti exequutionem subordinatas secundas causas ordine antegreditur. Cur verò πρόθεσιν *Præstitutum* verterim dixi, supra 8.28. ¶ [*Id est*] *non ex operibus, sed ex vocante*, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος. Quidam hæc connectunt cum verbo ἐῤῥήθη proximè sequente: sed perperam, vt scopus ipse disputationis ostendit, probare volente Apostolo ipsius προθέσεως & ἐκλογῆς fundamentum esse prorsus immotum, vtpote quod non à præsente vel præuisa quapiam in Isaaco hærente dignitate, vel in Ismaele sita indignitate, sed à mera Dei εὐδοκίᾳ, vt loquitur ipse Christus Luc. 10.21. proficiscatur. ¶ *Firmum maneret*, μένῃ. Vulg. & Eras. *Maneret.* rectè. Sed exprimere volui emphasim Hebraici verbi קם [*kam.*] Et Es. 46.10. quòd significat persistare, & firmum permanere. Sed illud reieci in finem versiculi, vt meliùs constet, id cum ἐξ ἔργων ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος, *non ex operibus, sed ex vocante*, nō autē cum sequente verbo ἐῤῥήθη, *dictum est*, esse cōstruendū.

Gen. 25.23 Mala. 1.2 Exo. 33.19	Ἐῤῥήθη αὐτῇ, Ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι.	12	9 Dictum est ei ‖ Maior seruiet minori.	12	*Dictum est ei. Quia maior seruiet minori.*
9 Reiectionē Esaui probat ex eo, quòd addictus sit fratri in subiectionem: electionem autē Iacobi, ex eo quòd sit fratri, & quidem primogenito, præpositus. Et ne quis ad res externas hoc	Καθὼς γέγραπται, Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα.	13	Sicut scriptum est, ‖ Iacobum dilexi, Esauum autē odio habui.	13	*Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*
	Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ γένοιτο.	14	10 Quid igitur dicemus? Num iniustitia *est* apud Deum? Absit.	14	*Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Absit.*
	Τῷ γὰρ Μωσῇ λέγει, Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω.	15	11 Nam Mosi dicit, ‖ Miserebor cuius misertus fuero, & commiserabor quem commiseratus fuero.	15	*Moysi enim dicit, Miserebor cui misereor: & misericordiam præstabo cui miserebor.*

Dei dictum traheret, declarat Apostolus ex Malachia optimo Mosis interprete, seruitutem Esaui, cum Dei odio, dominationem Iacobi, cum Dei amore fuisse coniunctam. 10 Prima obiectio, Si Deus nulla dignitatis vel indignitatis habita ratione diligit vel odit, ergo iniustus est, vt qui indignos possit amare, & dignos odisse. Atqui Apostolus hanc blasphemiam, & posteà sigillatim respondet. 11 Respondet priore loco de ad salutem absque vllo ipsorum personæ vel dignitatis respectu destinatis, in quo tamen decreto Deus iniustus videri nullomodo debeat, vt qui hoc decretum non aliter quàm per summam interpositam misericordiam illos præstituto tempore reipsa electos seruet. Præsupponit enim misericordiā miseriam, & hæc cursus peccatum, siue voluntariam corruptionem humani generis: corruptio autem creationem cum puritate & integritate.

12 *Maior seruiet*, μείζων δουλεύσει. Maior videlicet natu, vt hîc notetur mutatum ius primogenituræ, quod fuisse primogenitis in suos minores fratres penè par paternæ in suos liberos potestati, apparet ex Isaaci verbis Gen. 27.37. Occurrit hîc autem non parua difficultas. Hæc enim verba Domini Rebeccæ de suis illis geminis inter se intrà ipsius vterum tumultuantibus ipsum percontāti respondēs Gen. 25.23. manifestè ad duas inde exorituras gentes hoc responsum applicat, & verè quidem, vt ex sacra historia constat, Idumæis, quamuis dum Israelitæ miserrimam seruitutem in Ægypto seruirent, domi triumphantibus, non semel tamen sub Israelitarum iugum redactos. Et Paulus istud exemplum manifestè ad ipsas Esaui & Iacobi personas refert, quum tamen nusquam Esauus Iacobo subiectus fuerit, immo Iacobo ipso miseram vitam inter Cananæos trahente, vt ipse testatur Gen. 47.8. Esauus apud suum socerum regnaret, Gen. 36. Est igitur ista Iacobi supra Esauum præstantia, si in ipsis duabus illis personis consideretur, aliunde æstimanda, quàm ex communi huius vitæ statu, nempe ex ipso Dei fœdere, quod Deus cum Abrahamo & eius posteris pacificens, quiddam respiciebat omnibus vniuersi mundi imperiis excellentius, nempe ad cælestis ciuitatis hæreditatem obtinendam ius Abrahami familiæ, præteritis cæteris ad tempus populis, assignatum, & cuius typum esse terrā Chanaan idem Deus iusserat. Itaque licèt Esauus non fuerit à domo patris exclusus, vt Ismaelem Abrahamus ex Dei mandato expulit Gen. 21.14. immo apud Isaacum diu ipsi pergratus exulante quoque apud Labanum non paucos annos Iacobo, vixerit: nihilominus tamen, habita fœderis illius & habitationis in terra Chanaan ratione, vix videri potest Iacobo fratri in ipso quoque terreno patrimonio magis habendus cohæres quàm Ismael Isaaco in Abrahami hæreditate cohæres, vt qui tū viuente adhuc patre Isaaco affinitatē, inuitissima etiam matre Gen. 27.46. nec sanè approbante patre, Gen. 28.1. cum alienigenis incircumcisis contraxerit, & post patrem sepultum patrimonio terræ Chanaan vltrò renuntians, ad illos semel demigrarit.

13 *Iacobum dilexi*, τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα. Meritò Paulus istud ex Malachia præcedenti testimonio adiunxit, ineptè alioqui ex Dominio Iacobi Electionē ad æternam vitam, & ex Subiectione Esaui Reiectionē ab æterna vita colligēs, quū plerumque nulli sint in hoc mundo calamitosiores, quàm qui verum Deum colunt, nulli autem honoratiores, quàm qui Principem huius mundi agnoscunt. Deinde & istud est obseruandum hoc loco quod paulò ante attigi, Paulum videlicet, vt & Malachiā non in ipsa terra Chanaan, id est, terrena benedictione subsistere, sed ad fœderis illius cuius compos fuerit cum suis Israelitis Iacobus, & à quo exclusus fuerit cum suis Idumæis Esauus, altiorem illum & proprium scopum, nēpe ad cælestis hæreditatis æternam benedictionem respexisse. minimè alioqui ex terræ Chanaā fertilitate cum Idumææ asperrimis rupibus comparata, collecturo Paulo illum peculiarem & summum Dei in Israelitas amorē, tam multis populis alia longè præstantiora latifundia possidenda largiti.

14 *Num iniustitia*, μὴ ἀδικία. Qui putant Deo obiici iniustitiam in eo quòd cum paribus impariter agat, non satis apposité loquuntur. Obsecro enim si rex quispiam ex duobus similiter facinorosis vni gratiam faciat, alterum agat in crucem, an erit propterea προσωποληπτης, & vlla erit iniquitatis species in eo quòd in istum animaduertat? Immò si qua hîc esset iniquitas, non in eo esset, quòd istum puniat, sed in eo potius quòd non etiam illum puniat. Itaque non esset Apostolo asserenda Dei iustitia in reproborum exitio, sed potius in electorum salute. Et tamen videmus eum vtrinque asserere Dei iustitiam: ex quo consequitur hanc obiectionem ita intelligendam esse vt Deus vtrinque statuatur iniustus. Dixerat enim Apostolus Deum in

illo suo decreto quod à mera ipsius voluntate pendet, nulla neque ipsarum personarum, neque vllarum in ipsis qualitatum habita, quæ impelleretur ratione, prout ipsi visum esset alios electioni & saluti, alios reprobationi & exitio destinare. Hinc verò effici videbatur Deum planè iniustum statui, quasi ex mero pariter arbitrio suo quos libuisset, seruaret, quos libuisset damnaret. Respondet autem ad hoc Apostolus, perperam istud colligi, quoniam inter summum Dei decretum & eiusdem exequutionem eadem illa Dei voluntas causas medias iustissimas ordinauit, quarum interuentu tum in iis quos seruat summè benignus, tum in damnandis aliis iustissimus comperitur, vt qui suos quidem illos nonnisi per misericordiam seruet, alios verò nonnisi iustissimè iudicio addicat. Perperam igitur illa obiectione, tum electionis decretum cum electorum salute, tum Reprobationis decretum cum reproborū dānatione confunditur præteritis secundis, & illorū saluti & istorū exitii causis, ex quibus liqueat, illorū quidem salutem à summa Dei misericordia illos per filij sui per fidem apprehensi meritum æterna vita dignos efficientis, proficisci: reproborum autem damnationis causam esse ipsorum tum reatum, tum corruptionem, tum eius corruptionis fructus, id est, peccata, propter quæ meritò damnentur: cuius responsionis antecedentia copiosissimè in superioribus huius epistolæ capitibus idem Paulus pertractauit. ¶ *Absit*, μὴ γένοιτο. Satis indicat hæc particula subiici ab ipso Paulo quæ sequuntur, sic Dei Iustitiam aduersus illam iniustitiæ obiectionem refellente. Itaque nullo modo audiendi sunt Origenes & Hieronymus, nec quicunque eos sequuntur, qui putant omnia ista vsque ad hæc verba, *Imò verò, ô homo*, dici in aduersarij persona.

15 *Cuius misertus fuero*, ὃν ἂν ἐλεῶ. Vulgata, *Cui misereor.* Erasmus, *Cuiuscunque misereor.* Sed præterquam quòd in Hebræis vtroque loco seruatur idem tempus futurum, particula ἂν docet hoc explicandum esse per futurum exactum, quod vocant. Sicut autem vsus est Græcus interpres duplici verbo ἐλεῶ & οἰκτείρω, sic etiam Moses vsurpat חנן [*chanan*] & רחם [*racham*,] quorum prius significat gratia & fauore prosequi: alterum verò veluti materna (id est summa) misericordia complecti, pro quo sæpe dicunt Euangelistæ σπλαγχνίζεσθαι.

Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ.	16	12 Nempe igitur *electio* non est eius qui velit, neque eius qui currat, seu eius qui miseretur, *nempe* Dei.	16	*Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.*	12 Conclusio responsionis, Ergo Deus, nō est iniustus, gratuita bonitate eligens & seruans quos ipsi videtur, sicut etiam respondit Mosi pro toto populo deprecanti.
Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραώ, Ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ.	17	13 Dicit enim Scriptura Pharaoni, ‖ Ad hoc ipsum excitaui te 14 vt ostendam in te potentiam meam, & vt annuntietur nomen meum in tota terra.	17	*Dicit enim Scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitaui te vt ostendam in te virtutem meā: & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra.*	Exo. 9.16
Ἄρα οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ. ὃν δὲ θέλει σκληρύνει.	18	15 Itaque cuius vult miseretur, quem autem vult, indurat.	18	*Ergo cui vult miseretur; & quem vult indurat.*	13 Respondet de reprobis, siue quos Deus odio habet nōdum natos & nullo indignitatis

præeunte respectu exitio destinauit. Ac primùm verum hoc esse docet prolato testimonio ipsius Dei de Pharaone, quem in hunc finem excitarit, vt eo indurato, & iustè punito glorificaretur. 14 Secundò profert finem consilij diuini, vt doceat nullam in eo inesse iniustitiam. Est autem summus hic finis, non propriè & simpliciter ipsorum reproborum exitium, sed Dei gloria in eorum iusto supplicio elucens. 15 Conclusio responsionis integræ ad primam obiectionem. Ergo quum Deus gratis electos quos videlicet voluit, non tamen seruet, nisi gratia iustificatos & sanctificatos, non potest consilium de ipsis seruandis iniustum videri. Nec rursus vlla est iniustitia in consilio Dei æterno de iis quos libuit perdendis, quoniam priùs indurat quàm perdat. Tertia igitur responsio ad asserēdam Dei Iustitiam in æterno reprobandi decreto, posita est in verbo *Indurandi* quod tamen subiecit in præcedente versiculo, quod satis nota sit Pharaonis historia. Est autem maximum eius pondus: siquidem Induratio quæ misericordiæ opponitur, eadem atque illa præsupponit, nempe voluntariam corruptionem in qua per seipsos indurātur reprobi: & rursus corruptio, integrum creationis statum. Est autem ista quoque induratio spontanea, quia sic indurat Dominus corruptione offensus, vt ipsa eorum voluntate quos indurat ad id iudicium exercendum vtatur. Sequuntur deinde indurationis fructus, nempe incredulitas & peccata, quæ verè sunt germanæ reproborum damnationis causæ. Cur igitur exitio destinat? Quia vult. Cur indurat? Quia corrupti. Cur damnat? Quia peccatores. Vbi ergo iniustitia? Imo, si omnes hoc modo perderet, cui faceret iniuriam?

16 *Nempe igitur [electio] non est eius qui velit*, ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος. Vulg. & Erasm. *Itaque non est volentis*: sed vt planior esset oratio, præstitit supplere quod deerat explendæ constructioni. Cæterùm hæc dici in aduersarij persona, non rectè censuit Chrysostomus, quum sint verba Pauli, hanc cōclusionem elicientis ex Mosis testimonio, Deum ad misericordiam à seipso solo impelli, siue (vt ait Ioannes) nos priorem diligere, ac proinde summè bonum sese declarare in electorum salute, nedum vt sit iniustus. Voluntatem autem hominum appellat cogitationē & conatum animi, cursum verò bona opera. Excludit igitur Apostolus hæc omnia quatenus videri possent causæ Deum ad nos electioni destinandos impellentes: ac meritò, quidem, quum ordine causarum Deus prius gratis electioni destinet, deinde reipsa eligat, & in electis operetur Velle & Perficere. Malui autem τοῦ θέλοντος vertere *Eius qui velit*, quàm *Volentis*, nequis putet nomen Dei esse ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum: perinde acsi diceret Paulus non esse Dei volentis, nec Dei currentis, sed Dei miserentis quę sententia est prorsus ridicula. Quàm autem hallucinētur qui supplent particulam Solùm quasi non excludatur nostra voluntas & operū bonorum merita, sed illa negentur ad salutem sufficere absq; Dei gratia & Christi merito, quod etiam aliquando Augustinus existimauit, ipsemet Augustinus seipsum corrigens egregiè demonstrat lib. 1. Retract. cap. 23.

17 *Dicit enim Scriptura Pharaoni*, λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραώ. id est, Deus in Scriptura sic alloquitur Pharaonem, vel Scriptura sic Deum inducit alloquentem Pharaonem, vt Gal. cap. 3.22. dicitur Scriptura conclusisse omnia sub peccatum: quod magis propriè tribuitur ipsi Deo infrà capitis vndecimi vers. 32. Iam autem alterum membrum aggreditur Apostolus, id est, Reprobationis decretum in quo etiam ostendit nullam esse Iniustitiam, quamuis sola Dei voluntate nitatur. Et tria simul ostendit, nempe rem ita se habere, id est Deum quos libuit exitio destinare, prolato ipsius Dei de Pharaone testimonio, ex Mose: deinde ab optimo fine consilij diuini, eiusmodi consilium non posse non videri optimum, nedum vt sit iniustum: ac tertio demum loco quum inter Reprobationis decretum & eius exequutionem, (id est Reproborum exitium) intercedat Induratio quæ peruersitatem illorum præsupponit, Deum non posse iniustum in damnandis reprobis videri, quos non aliter quàm vt exitio dignos condemnet. ¶ *Excitaui*, ἐξήγειρα. Id est feci vt existeres, העמדתיך [*hehemadticha.*] Est enim hoc omnino ad primam Pharaonis creationem referendum, vt apparet etiam ex verbo ποιῆσαι, quo mox vtitur Apostolus vers. 21. Itaque nihil est impurius Origene in tota istius argumenti tractatione. Alij conuertunt *Euexi te*, in regnum videlicet, sed quum nihil simile hîc addatur, & simpliciter dicatur Deus Pharaonem ἐξεγεῖραι, requiro simile exemplum in quo idem verbum accipiatur pro Euehere. Deinde (vt tale exemplum inueniri possit) quis non videat ex sequente conclusione, Paulum vsque ad summum caput ipsum, id est ad Dei πρόθεσιν progredi. Alij malunt interpretari, *Obfirmaui te*, quia in conclusione fit mentio indurationis. Sed necesse est, vt altius, id est, ad Dei voluntatem, ordine causarum secundas ipsas causas exequutioni ordinatas antecedentem, conscendamus. neque hanc interpretationem admittit verbum ἐξεγείρειν. Græcus autem interpres apud Mosen conuertit διετηρήθης, *seruatus es.* Cui interpretationi fauet Chaldaica paraphrasis, & Hebræorum interpretum sententia. Sed non video cur meliorem interpretem quæramus quàm Paulum, id est, ipsum eundem Spiritum sanctum, per os tum Mosis tum Apostoli loquentem. Est autem notandum in verbo *Excitaui*, comprehendi Indurationem. Respicit enim Apostolus ad totam Pharaonis historiam, in qua sæpissimè

inculcatur verbum ipsum Indurandi. Sed non fuit necesse hanc integram historiam omnibus notam repetere, ideóque satis fuit Apostolo vnicum testimonium commemorare, quod erat maximi momenti. Nisi verò hoc obserues, videbitur Paulus in proximo versiculo vitiosa collectione vti, id est plus colligere quàm ferat antecedens.

18 *Itaque, ἄρα οὖν.* In his verbis est conclusio praecedentis responsionis, quae & ipsa [illegible], sed imperfectè enuntiata. Addendū enim [illegible] τῷ Θεῷ ἀδικία, nulla est in eo iniustitia. [illegible] facilè intelligitur ex proposita quaestione [illegible] non fuerit exprimere. Res autem ipsa [illegible] hallucinari qui ne videantur indurationem [illegible] voluntati Dei, volunt haec dici non à Paulo [illegible] aduersario qui superius Pauli responsum oppugn[illegible] absurdo. Primùm enim quum sit eadem contrariorum disciplina, si absurdum & falsum esset posterius membrum, quo dicitur Deus quos vult indurare, absurdum esset etiam prius, quo dicitur quorum vult misereri. Deinde in proximo versiculo manifestè notatur personae loquentis discrimen, sicut etiam suprà, versu 14. vt sanè mirer inueniri potuisse qui hoc loco quererentur de Pauli obscuritate, quum adeo planè ac perspicuè loquatur, vt nihil suprà. Denique si haec conclusio esset impia & absurda, vt nonnulli volunt, Apostolus certè illam refutasset. Atqui tantum abest vt eam refellat, vt contrà tanquam verissimam defendat versu 21. & deinceps. ¶ *Cuius vult, ὃν θέλει.* Id est, quem ei libuit amori suo destinare, idque adeo tantùm quia illi libuit. Itaque (vt antea etiam dixi) prorsus peruertunt Apostoli sententiam qui praeuisam fidem vel opera faciunt aeternae electionis causam. Nec aliter explicandum est idem verbum θέλει in opposito consequente membro. Claromontanus codex addit ὁ Θεός, *Deus.*

¶ *Indurat, σκληρύνει.* Id est, inquit impurissimus Origenes, *vtitur eorum malitia ad emendationem caeterorum, & dicitur eos indurare quia non vult subitò eos vlcisci, sed potius vti poenis paulatim ingrauescentibus.* *Perinde*, inquit, Sophista Pighius, *atsi lenis dominus quispiam videns seruos sua lenitate fieri deteriores, dicat, Ego vos perdidi, ego vos corrupi: nihil aliud significans quàm se illos non castigasse, & illos propterea factos fuisse deteriores.* Atqui si res ita se haberet, & huius discriminis inter electos & reprobos constituendi causa in ipsis esset posita, id est si Deus suae προθέσεως causam προγνωσθεῖσαν sumeret ex praeuisis vniuscuiusque meritis: causa nulla esset cur diceret Apostolus, *Tu quis es qui Deo responsas?* nec vllus esset locus iis obiectionibus quas hoc loco refellit Apostolus: sed alia apertè absurdissima, immanis etiā blasphemia necessariò sequeretur, vt in nostro aduersus Castellionem libello pluribus ostendimus. Sunt ergo qui Indurat interpretantur, *Permittit vt seipsos indurent*: quasi videlicet opposita sint Permissio & Voluntas. Atqui nusquam ita loquitur Dominus: & cuiusmodi iudex erit Deus si indurationem, quae inter iustas peccati poenas optimo iure numeratur, non decernit, nec peragit, sed otiosè permittit? & quis tandem permissionem opponet voluntati, nisi qui Deum arbitrabitur vel otiosum vel inuitum aliqua permittere? Atqui otiosus Deus, Deus non est: nec item Deus omnipotens qui inuitus aliquid sinat. Restat ergo vt quod permittit, volens permittat, ac proinde ista distinctio tam sit falsa & inanis, vt à nonnullis deprauatur rectus ipsius vsus, quàm vera est, vt à sanioribus patribus vsurpatur. Primum autem grauissimè in eo à nonnullis peccatur, quòd praepostero metu, ne Deus, quod sanè fuerit summè blasphemum, auctor mali censeatur, Permissionem Voluntati opponunt, quum non minor sit blasphemia dicere Deum, vel nescientem, vel non curantem, vel inuitum permittere quod malis permittit. Restat ergo vt volens permittat: quem nodum sic verè simul & breuiter explicat Augustinus, sic illi Pelagianorum obiectioni respondens in Enchiridio ad Laurentium cap. 100. *Non fieret quicquam*, inquit, *praeter eius voluntatem, quod etiam fit contra eius voluntatem, quia non fieret si non sineret, nec vtique nolens sinit, sed volens.* & paulò post, *Quamuis ergo quae mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona, tamen vt non solùm bona, sed etiam sint & mala, bonum est. Nam nisi esset hoc bonum, vt essent & mala, nullomodo sinerentur esse ab omnipotente Deo, cui, quàm facile est quod vult facere, tam facile est quod esse non vult, non sinere.* Deinde, vt in Instrumentis, quae quum aliunde mouentur, sese & ipsa mouent, duplex est actio, vna videlicet eius qui Instrumentum illud mouet, altera ipsius Instrumenti sese mouentis, cuiusmodi Instrumenta sunt spiritus, tum boni, tum mali, & homines itidem tum boni, tum mali: ita quoque duplex constituendum hîc est opus, vel huius & eiusdem effecti duplex est effectus. hinc fit, vt si (quod in bonis, id est bene se mouentibus Instrumentis accidit) quia voluntas talis Instrumenti cum Dei voluntate consentit, quae bona voluntas Instrumenti est à Dei illud mouentis gratia, recta sit vtriusque actio, & iustum quoque opus, Deo videlicet non tantùm per eiusmodi Instrumenta, sed etiam in ipsis Instrumentis agente, & rectos etiam motus in ipsis ciente: sin verò hae duae voluntates inter se opponantur, tum etiam opponentur inter se cum duae istae actiones, tum etiam illarum actionum effecta: Deus autem cuius semper & recta est voluntas, & recta actio, & rectum opus, per quodcunque agat Instrumentum, tunc quoque dicetur per malum etiam Instrumentum agere suum opus, at non in illo Instrumento, in quo videlicet malos motus non indit, nec ciet, sicut in bonis instrumentis illum facere diximus, sed per mala etiam Instrumenta, sponte suū malum opus ex illius permissione agentia, rectè semper ipse agere dicetur, vitio videlicet operis ab ipsius mali Instrumenti mala voluntate & actione procedente, & ideo opere Dei semper bono permanēte, & propterea nomen aliud quàm mali Instrumenti opus merente: Sic Satana suos ad malum impellente ipsius quidem opus vocabimus solicitationem ad malum, Dei verò opus erit, vel bonorum exploratio, aut paterna castigatio, vel & iustū aduersus malos iudicium. Sic mutuò se interficientes scelerati homicidae sunt, Deus verò illos inter se committens iustus illorum iudex. Sic Christi mors, est quod ad Deum attinet, illud longè praestantissimum opus, nempe nostri Redemptio summa illius, tum misericordiae erga nos, tum seuerissimae in sponsore nostro iustitiae τεκμήριον, respectu verò instrumētorum sicut illa iustissimè ab aeterno Deus ordinauerat sic etiam praestituto tempore illis ad suum illud praestantissimum opus vsus est, sic tamen vt Iudae non redemptoris nostri, sed sceleratissimi proditoris nomen conueniat: Iudaeorum autem opus sit desperatissima rabies, quos iustissimè Deus εἰς ἀδόκιμον νοῦν sua permissione tradidit, & Pilatus suo ipsius ore sese in suā consciētiam peccasse fateatur. Sic denique innumerabilibus, & iam olim, & etiamnum hodie exemplis fatendum est probari illud praeclarum Augustini dictum, quanuis mala semper mala sint, tamen bonum semper fuisse, & nunc esse vt sint & mala, quae alioqui Deus non faciat quidem, quod absit, sed fieri sinat, idque bene: quoniam semper bonus est, & volens, quòd alioqui si quid inuitus permitteret Deus omnipotens non esset, hoccine verò est Deum autorem vllius mali facere, ac non potius iustum vltorem? Pudeat autem tandem istos blasphemiam illam nobis non minus obstinatè quàm impudēter, obiicere, haud secus quàm si ex illis fundamētis positis nasceretur quae tamen certè ipsam Dei omnipotentiam necessariò consequuntur & millies repetitis verbi diuini testimoniis confirmantur istorum errore profectò non minus pudendo, quàm si quispiam equitem bene peritum claudicantem equū quò & sicut oportuit agitantem conspiciens, illum faceret vitij in gradiendo, id est, claudicationis autorem. Reipsa igitur Deus quos vult indurat: non quidem nouam aliquam malitiam eis ingenerando, sicut in electis nouas vires efficit, quum eos immutat: nec etiam cogendo, quum nemo nisi volens peccet: sed primùm quidem iam corruptos magis ac magis deserendo, deinde eos cupiditatibus cordium suorū, & Satanae quoque, tanquam iustissimus iudex, efficaciter tradendo. vt copiosè aduersus Iulianū demōstrat Augustinus, lib. 5. c. 3. Sed (inquies) si haec est eius voluntas, ita vt pereant quos indurauit, (fit enim omnino quicquid vult) cur induratis succenset? Haec est verò obiectio altera pro reprobis, cui statim respondebit Apostolus.

16 Altera obiectio, sed pro reprobis tantùm, ex priore responsione

Ἐρεῖς οὖν μοι, Τί ἔτι μέμφεται; τῷ 19 | 16 Dices ergo mihi, Quid adhuc succenset? nam eius volun- | 19 *Dices itaque mihi, Quid adhuc queritur? volun-*

nascens, Si Deus quos vult destinat exitio, & quod semel decreuit impediri non potest, quo iure damnat qui voluntate ipsius pereunt?

19 *Succenset? μέμφεται*: Vulgata, *Queritur.* quae interpretatio imposuit Aquinati, quasi scriptū sit, Queritur à verbo quaero, vt Erasmus annotat, qui vertit Conqueritur. Ego malui imperiosius verbum vsurpare.

¶Obstitit

γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;

20 Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως;

21 Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν;

22 Εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ,

tati illius quis obstitit?

17 Imo verò, ô homo, tu qui es qui ex aduerso responsas Deo? 18 num dicet figmentum fictori, Cur me tale fecisti?

|| 19 Annon habet ius figulus in lutum, ex eadem massa faciendi 20 aliud quidem vas ad decus, aliud vero 21 ad dedecus?

22 *Quid* si verò volens ostendere iram, & notam facere po-

tati enim eius quis resistit?

20 *O homo, tu qui es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxerit, Quid me fecisti sic?*

21 *Annon habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?*

22 *Quòd si Deus volens ostendere irā, & notam*

Sapien. 15. 7
Ieren. 18. 6
Esa. 45. 9
17 Non concedit Apostolus, non esse hanc Dei voluntatem, siue Deū pro suo arbitrio non eligere nec reprobare, quod importuni nonnulli vocant blasphemiam: sed nō concedit aduersario antecedentis vtriū-

que, hanc nimirum esse Dei voluntatem, & quidem cuius euentus sit necessarius, sed Deum propterea negat iniustum esse malorum vltorem. Quum enim Deum ita velle & facere constet ex manifestis testimoniis, quae haec audacia est, hominem, (id est cinerem) Deo responsare, atque adeò in ius vocare? Quod si quis neget ita expeditum esse nodum, respondeo nullam esse vllis in rebus firmiorem demonstrationem, vt quae nitatur certissimo isto principio, Dei voluntatem esse iustitiae regulam. 18 Amplificatio superioris responsionis, à comparatis sumpta, ex qua etiam apparet decretū Dei statui à Paulo omnibus causis superius, ita vt non pendeat à secundarum causarum respectu, sed illas potiùs ordinet. 19 Alludens ad Adami creationem humanum genus nondum conditum nisi in opificis mente, comparat massae luti, ex qua Deus postea, prout ab aeterno decreuerat, condiderit, & quotidie condat, tum eligēdos tum reprobandos, quod etiam declarat verbum faciendi. 20 Quum in obiectione facta tantùm sit mentio vasorum ad dedecus, tamen aliorum etiam in hac responsione meminit, quoniam vtrinque eiusdem opificis eandem iustitiam esse contendit, sicut etiam poscit contrariorum ratio. 21 Quum igitur dedecoris nomine, aeternae mortis ignominia notetur, cum Paulo loquuntur, qui quosdā dicunt ad iustum exitium à Deo esse conditos, & qui hac formula offenduntur, inscitiam suam produnt. 22 Secunda responsio est, Deum praeterquàm quod iustè decreuit quod pro suo iure decernit, in exequendis suis decretis ea vti moderatione, quae summam ipsius lenitatem in ipsis etiam reprobis declaret, quum eos diutissimè toleret, & multis insignibus beneficiis frui sinat, donec tandem iustis poenis addicat: atque optimo fine, nempe vt se iniquitatis hostem & vltorem declaret, vt quae sit ipsius potentia seueris istis iudiciis patefaciat, vt denique ex contrariorum comparatione, quanta sit misericordiae suae in electos amplitudo, reipsa demonstret.

¶ *Obstitit, ἀνθέστηκε.* Vel, vt Vulgata & Erasmus, *Resistit.* multa enim verba sunt apud Graecos quae in praeteritis habent praesentis significationem. Dicitur autem voluntati Dei nemo restitisse, id est nemo impedire vnquam potuisse quominus fieret quod semel Deus decreuit. Nam alioqui si voluntatem Dei accipias pro iis quae facienda praecepit in Lege, totidem resistunt huic eius voluntati quot sunt ipsius Verbo rebelles. Et Satan quoque cum suis quotidie conatur Dei consilia impedire, sed frustra. Vide Luc. 21. 15. & Act. 6. 16. & 13. 8.

20 *Imò verò, μενοῦνγε.* Vulgata hanc particulam praetermisit. Erasmus, *Atqui* interpretatur non satis expressè. Est enim aduersatiua hoc in loco, vt rectè tradidit doctissimus Budaeus, sicut Luc. cap. 11. 28. Est autem in primis obseruandum, Apostolum in his responsionibus concedere vtrunque aduersarij antecedens, Dei voluntate videlicet quos illi libuit indurari, & isti voluntati resisti non posse, sed negare consequens, Deum immeritò propterea hostibus suis succensere. Primùm igitur aperit Apostolus omnium istarum responsionum veram ac propriam causam, quoniam nimirum homines nullam in Deo sapientiam agnoscunt, nisi quam vident cum humano iudicio consentire: & (vt superbi sunt) putant Deum non posse effugere tyrannicae crudelitatis crimen, si ex mera voluntate quosdam saluti, quosdam exitio destinet. Reuocatos igitur homines ad diuinae maiestatis & humanae imbecillitatis considerationem, praeparat ad sequentes responsiones. ¶ *Qui ex aduerso responsas, ὁ ἀνταποκρινόμενος.* Vulgata, *Qui respondeas*, non expressa verbi Graeci significatione. Erasmus, *Qui ex aduerso respondes.* Mihi magis arrisit verbum responsandi, quod in vitio ponitur, & crebris illis obiectionibus optimè conuenit.

21 *Annon habet, &c. ἢ οὐκ ἔχει.* Prima ratio à comparatis sumpta. Quis enim eum ferat qui Deo, iustissimo & sapientissimo opifici, minus in opificio suo tribuendum putet quàm figulo impurum lutum pro suo arbitrio tractanti? ¶ *Ius, ἐξουσίαν*, & quidem cui nemo contradicat. Vide Matth. 28. 18.

¶ *In lutum, τοῦ πηλοῦ.* Vel, *luti.* Mirè autem quadrat haec similitudo primae illi humani generis creationi.

¶ *Ex eadem massa, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος.* Qui Massae nomine humanum genus corruptum intelligunt, mihi non satisfaciunt in huius loci explicatione. Primum enim mihi videtur nomen illud informis materiae, ne condito quidem humano generi, nedum iam corrupto, satis conuenire. Deinde genus humanum vt corruptum considerasset Apostolus, non dixisset quaedam vasa ad decus, quaedam ad dedecus facta sed potius quum omnia vasa ad dedecus essent comparata, alia in isto dedecore relicta, alia verò ab hoc dedecore ad decus translata. Postremò, nisi Paulus ad summum vsque voluntatis diuinae omnes secundas ad eius executionem ordinatas causas ordine antegredientis gradum conscendat, non satisfecerit obiectae quaestioni. Semper enim quaeretur, ista corruptio temeréne euenerit, an verò secundum Dei propositum, ac proinde difficultas eadem recurret. Dico igitur Paulum elegantissima ista similitudine adhibita, ad ipsius Adami creationem alludere, & ad aeternum vsque propositum Dei conscendere: qui nulli neque vt creato, neque vt creando debitor, antequam humanum genus conderet, iam tum & in quibusdam, per misericordiam seruandis, & in quibusdam, iusto iudicio perdendis, gloriam suam illustrare, pro suo iure & mera voluntate decreuerit. Et certè nisi ita esse statuamus, maxima iniuria, Deus afficietur, quia nec satis sapiens fuerit, qui prius homines condiderit, & corruptos sit intuitus, quàm quorsum eos conderet constituerit: nec satis potens si quum aliud de iis creandis consilium cepisset, ab alio impediatur quominus quod ab aeterno decreuit, assequatur: nec satis constans, si volens & vltro, post corruptum opificium suum, nouum consilium cepit. ¶ *Ad decus, εἰς τιμήν.* Id est vsus honestos. Nam saepe iam annotauimus appellatiua pro adiectiuis poni apud Hebraeos. Sic autem malui interpretari quàm ad honorem, vt seruarem paronomasiam τιμῆς & ἀτιμίας. Caeterùm quoniam aduersarius acquiescens de iis quae de misericordia dicta fuerant, de altero tantùm membro, id est de reprobis litigabat, nequis miretur Paulum in hac responsione non minus meminisse vasorum ad decus quàm vasorum ad dedecus, respondeo, id quoque factum fuisse sapientissimè, vt ostenderet eandem esse vtriusque membri rationem, ac proinde non audiendos esse qui Dei iustitiam in vno membro fateantur, in altero non agnoscāt.

¶ *Dedecus, εἰς ἀτιμίαν.* Annotat Hieronymus in Oseae 10. 8. sic vocari matulam apud Hebraeos.

22 [*Quid*] *si verò, εἰ δὲ.* Ita vsurpari solere interdum has particulas ostendit Budaeus. Vulgata & Erasmus, *Quòd si.* Quidam alius, *Quid Deus? si volens.* Quae interpretationes ita suspendunt sententiam vt hient omnia. Itaque nonnullis etiam placuit versum 23. connectere cum 30, reliquis à 24 ad 29 per parenthesin inclusis. quae distinctio prorsus est violenta. Vitatis autem omnia incommoda si ita connectas vt nos fecimus, doctissimum interpretem sequuti. Erit enim simplex reticentiae species, in qua subaudiendum erit, *Quis Deum propterea possit iniustitiae insimulare, aut diem illi dicere?* Est autem in his verbis altera responsio quae à fine sumitur, & maximi est momenti, quum satis constet actiones ex fine in primis esse aestimandas. Dicit ergo neque exitium reproborum, neque salutem electorum esse vltimum finem aeterni illius propositi, sed quiddam longè praestantius, ipsius Dei gloriam videlicet, qui suam tum potentiam tum misericordiam ita patefaciat.

…ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν·

23 Καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν;

24 Οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν.

25 Ὡς καὶ ἐν τῷ Ὡσηὲ λέγει, Καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου· καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην.

26 Καὶ ἔσται, ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἐρρήθη αὐτοῖς, Οὐ λαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ κληθήσονται υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος.

27 Ἠσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ, Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται.

28 Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς.

sententiam suam, pertulit longa ad iram dilatione vasa iræ 23 cōpacta ad interitum:

23 Et vt notas faceret diuitias gloriæ suæ erga vasa misericordiæ, quæ præparauit ad gloriam?

24 24 Quos etiam vocauit, nimirum nos, non solùm ex Iudæis, verumetiam ex Gentibus.

25 25 Vt etiam apud Oseen dicit, ‖ Vocabo populum qui meus non erat, populum meum: & eam quæ dilecta non erat, dilectam.

26 Et erit, in loco vbi dictum fuerat eis, ‖ Non populus meus vos, illic vocabuntur filij viuentis Dei.

27 26 Esaias autem clamat super Israel, ‖ Etiam si fuerit numerus filiorum Israel vt arena maris, reliquiæ seruabuntur.

28 Rem enim conficiet & concidet cum iustitia: quoniam rem concisam peraget Dominus in terra.

facere potentiam suā: sustinuit in multa patientia vasa iræ, aptata in interitum:

23 *Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam?*

24 *Quos & vocauit, non solùm ex Iudæis, sed etiā ex Gentibus.*

25 *Sicut in Osee dicit, Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam.*

26 *Et erit, in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui.*

27 *Esaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient.*

28 *Verbum enim consummans & abbreuiās in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram.*

23 Iterum ergo licebit cū Paulo dicere, Quosdam homines à Deo opifice conditos esse ad interitum.

24 Stabilita in vtranque partem doctrina de æterna Dei prædestinatione, iam adversum eius descendit, docens testimonium non esse petendum ex arcano Dei, sed ex vocatione quę patefit in Ecclesia, proposito Iudæorum & Gentium exemplo, vt clarior sit doctrina.

Oseæ 2.25. 1.pet.2.10. Oseæ 1.10. Esa.10.22.

25 Vocatio est gratuita, sicut & prædestinatio, ac proinde non est quòd indignitas nostra vel maiorum nostrorum impediat quominus statuamus nos esse electos, si ab eo vocemur, ac proinde oblatam salutem fide amplectamur.

26 E contrario verò, neque externa vlla generalis vocatio, neque maiorum dignitas, idoneum est electionis testimonium, nisi Deo vocanti fide respondeamus: quod in Iudæis accidit, sicut prædixerat Dominus.

¶ *Pertulit*, ἤνεγκεν. Vel, vt vetus interpres, *sustinuit*. Nam τὸ φέρειν idem hoc loco declarare atque τὸ ἀνέχεσθαι καὶ ὑπομένειν, prorsus liquet ex nomine μακροθυμίας adiuncto. Augustinus tamen vti maluit verbo Adferendi: quasi dicatur Deus vasa iræ producere, vel in lucē edere, vel ad pœnam suis gradibus ac paulatim adducere. Sed hæc planè sunt longius petita, nec satis appositè dicuntur. Nam quod adfert Erasmus, non esse scriptum ἔφερεν sed ἤνεγκεν, ne refutatione quidem indiget. Est autem hoc quoque mirabile ac planè diuinum Pauli artificium. Nequis enim obiiceret laudabilem quidem esse finem illum, sed non idcirco probari posse tantum rigorem quo ad illum finem perueniatur: occurrit Apostolus, & dicit admirandam esse Dei lenitatem in illis etiam ipsis sustinendis quos exitio destinauit, adeo vt illos multorum etiam beneficiorum faciat participes, & plerunque iram suam in eos non effundat, nisi illorum iniuriis infinitis prouocatus. ¶ *Longa ad iram dilatione*, μακροθυμίᾳ. Vide Matth. 18.26. ¶ *Vasa iræ*, σκεύη ὀργῆς. Græci σκεύη appellant, vt & Latini vasa, quęcunque instrumenta ad vsum domesticum pertinent. Sed Hebræi præterea suum כלי [chel.] ad homines ipsos transferunt, vt Gen. 49.5. quem Hebraismum à Paulo vsurpatum libenter seruauimus, propter accommodationem similitudinis à figulo sumptæ. Vocat igitur Apostolus vasa iræ eos homines quibus tanquam instrumentis vtitur Deus, demonstrandis suæ seueritatis iudiciis. quibus opponuntur misericordiæ vasa. ¶ *Compacta* κατηρτισμένα. Vulg. *Aptata*. ἡρμοσμένα. Eras. *Apparata*, id est, κατεσκευασμένα. satis rectè, quū sequatur τὸ προητοίμασεν, & illud verbum sic prorsus vsurpetur, Heb. 2.3. & 4. Sed tamen videtur Paulus verbo καταρτίζειν vti maluisse, vt in similitudine figuli perseueraret. Dicitur enim de iis qui κατὰ σύνθεσιν aliquid operis faciunt, vt ex partibus totum quippiam compingatur. Ac mihi quidem non aliter loqui videntur qui vasa iræ dicunt καταρτίζεσθαι à seipsis, quàm si quis vas aliquod diceret non à figulo, sed à seipso fingi. Est enim hoc verbum ad creationē ipsam referendū: quod ni facias, nulla causa erat cur ad Deum ipsum Paulus assurgeret. quanuis exitij veras causas minimè negē in ipsis vasis hærere: iuxta illud, *Perditio tua ex te est*.

23 *Et vt*, καὶ ἵνα. Vetus interpres non legit particulam καὶ, quam etiam comperimus deesse in vno vetusto exemplari. Mihi tamen non videtur otiosa, sed complecti alteram causam cur vasa iræ coagmentata seu compacta sint à Domino: nempe vt ex eorum iusta damnatione Dominus ex aduerso declaret quanta sit sua in iis quos seruat benignitas. ¶ *Diuitias*, πλοῦτον. Id est magnitudinem immensam. Vide suprà, cap. 2.4.

24 *Quos etiam vocauit*, οὓς καὶ ἐκάλεσεν. Dicendum fuerat potius ἃ, neutro genere: sed quia vocandi nomen parum conuenit vasis, habuit Apostolus sententiæ rationem potius quàm verborum: & quia vasorum nomine (vt paulò antè dixi) homines intelliguntur, vsus est masculino relatiuo, quasi pro σκεύη dixisset ἀνθρώπους, accommodata videlicet constructione πρὸς τὸ σημαινόμενον. Sed & fortassis habita est ratio sequentis pronominis ἡμᾶς, vt in illo Ciceronis, *Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus*. Cæterùm quod est summoperè obseruandum, absoluta disputatione, qua asseruit æternam prædestinationem tum in eligendo tum in reprobando, nunc demum incipit ostendere verum ipsius vsum, cuius docet quærendum esse testimonium non in arcano Dei, nec in vlla nostra dignitate, sed in voluntate Dei nobis patefacta, id est in efficaci vocatione. Seruat autem eandem methodum quam suprà, ita videlicet vt non θετικῶς, sed proposito Iudæorum & Gentium exemplo, doctrinæ vsum velut oculis subiicat. Distinguendæ sunt igitur hæ duæ quæstiones: Vna, de ipsa per se doctrina Prædestinationis: altera, de ipsius vsu & applicatione, quas qui confundunt vel ordine non tractant, magnas huic argumento tenebras offundunt. ¶ [*Nimirum*] *nos*, ἡμᾶς. Rectè omnino suppleuit Erasmus particulam exegeticam, quòd alioquin sit obscurius hoc dictum. ¶ *Non solùm ex Iudæis*, οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων. Non dicit vocatos fuisse tum Iudæos tum Gentes, sed aliquos ex Iudæis & aliquos ex Gentibus. Itaque non quælibet vocatio potest pro electionis testimonio accipi, sed ea demum quæ est efficax, id est quæ fide apprehenditur, vt mox explicabit versu 30.

25 *Apud Oseen*, ἐν Ὡσηέ. Vide Hebr. 4.7. ¶ *Et eam quæ dilecta non* [*erat*,] *dilectam*, καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην. Vulgata addit, *Et non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam*. id est, καὶ τὴν οὐκ ἠλεημένην, ἠλεημένην, quod quidem propius accedit ad Hebraicam veritatem quæ habet ורחמתי את לא רחמה [*verichamti eth lo-ruchamah*] id est, *miserebor Lo-ruchama*, id est, *eius quæ fuit misericordia destituta*. Sed si hoc posterius legas, alterum redundabit: neque dubito quin duorum alterum irrepserit ex margine in contextum.

27 *Seruabuntur*, σωθήσεται. Hebraica veritas habet ישוב בו [*iasclub bo*] id est Reuertentur ex eo, ad Deum videlicet, vt ex eis apparet quæ illic præcedunt. Itaque sententia rectè est expressa.

28 *Rem enim conficiet*, λόγον γὰρ συντελῶν. Hebræa veritas sic habet כליון חרוץ שוטף צדקה [*chillaion charuts schoteph tsedakah*] id est, *consumptio decreta inundabit* [*in*] *iustitia*. Ex collatione igitur reipsa nemo inficiari potest Græcos interpretes negligenter admodum, quod ad voces ipsas attinet, hunc locum conuertisse. Quòd si quis roget cur nihilominus Apostolus ea interpretatione & vsus? respondeo meritò id illum fecisse quum ad eos scriberet qui versioni illi assueuerant: & quod ad sententiam ipsam attinet, cui confirmandæ Paulus hoc testimonium adhibuit, Græci interpretes eam satis integram seruarunt. Neque enim aliud significatur, tum in Hebræis tum in Græcis, quàm Deum omnino constituisse ad extremam paucitatem populum ingratum redigere. Pro consumptione verò & ea quidem decisa λόγον συντελοῦντα & λόγον συντετμημένον dixerunt Græci, sicut apud eundem Prophetam 28.22, eadem vocabula, nempe כלה ונחרצה [*chalah ven cheratsah*] interpretati sunt πράγματα συντετελεσμένα καὶ συντετμημένα. id est res peractas & concisas, adeo vt dubium non sit quin λόγον accipiant pro πρᾶγμα: sicut etiam דבר [*dabar*] sæpe apud Hebræos pro re & negotio quocunque accipitur: vt si rem consumptionis pro consumptione ipsa dicas. Vulgata, *Verbum consummans & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram*: nimium obscurè, nec satis etiam rectè. Erasmus non multo melius, *Sermonem enim perficiens & abbreuians cum iustitia: quoniam sermonem abbreuiatum faciet Dominus in terra*. Saltem enim oportuit participia illa vt verba, ex Hebræorum idiotismo, interpretari. Sermonem autem seu verbum Origenes & alij eum sequuti, ineptissimè exposuerunt de Euangelij doctrina, quæ ceremonias sustulerit, & postea sit in breuissimum symbolum contracta. Quorsum enim hoc? Syrus autem interpres pro καὶ συντέμνων vertit prorsus aliter, & illud δικαιοσύνῃ non legit, nec etiam extat in Claromontano codice. Nam illud vt ad scopum suum non pertinens, omisit Apostolus. Pro quo nescio cur Vetus interpres verterit, *In æquitate*.

29 Καὶ καθὼς προείρηκεν Ἠσαΐας, Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν.

30 Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην, δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως·

31 Ἰσραὴλ δὲ διώκων νόμον δικαιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασε.

29 Et sicut prius dixit Esaias, ‖ Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semē, facti fuissemus vt Sodoma, & Gomorrhæ similes facti fuissemus.

30 27 Quid igitur dicemus? nēpe Gentes quæ non sectabātur iustitiā, apprehendisse iustitiā, iustitiam autē eam quæ *est* ex fide:

31 28 Israelem verò consectando Legem iustitiæ, ad Legem iustitiæ non peruenisse.

29 *Et sicut prædixit Esaias, Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.*

30 *Quid ergo dicemus? Quòd Gentes quæ non sectabātur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiā autem quæ ex fide est.*

31 *Israel verò, sectando Legem iustitiæ, in Legem iustitiæ non peruenit.*

Esa. 1.9.

27 Electionis declaratio est vocatio fide apprehensa, sicut in Gentibus factum est.

28 Vocationis contemptus causa est hominum superbia, vt damnationis culpa non aliunde quàm in ipsis hominibus quærenda sit.

29 *Prius dixit*, προείρηκεν. Vulgata, *Prædixit*: quod rectè mutatum est ab Erasmo. Significatur enim duntaxat, hoc dictum posteriore loco citatum extare prius apud Esaiam. Est enim hoc idem petitum ex capite primo, illud verò ex decimo. ¶ *Sabaoth*, Σαβαώθ. Id est exercituum, τῶν στρατευμάτων, vt conuertere solet Aquila, quo epitheto summa potentia Deo attribuitur. Quum verò Græci interpretes (quorum vestigia sequutus est Paulus) Hebræam vocem seruarint, noluit quicquam immutare. Cur autem hæ potissimùm voces in vsu manserint apud exteras etiam gentes, nulla religione factum est, vt existimauit Hieronymus, negans propterea hanc vocem esse altero idiomate interpretandam: sed quòd frequentissimæ essent in Iudæorum ore, à quibus certum est religionem ad Græcos in primis, deinde à Græcis ad Romanos deuenisse: vnde etiam factum videmus vt ex Græcorum Ecclesia quædam peregrinæ voces in Latinam sint inuectæ, vt *Kyrie eleison. Hagios ho theos, &c.* Erant igitur ista initio satis nota omnibus ex communi loquendi vsu: sed quum tam seriò monuisset Corinthios Apostolus ne peregrinæ linguæ sine interprete in Ecclesia vsurparentur, crassa fuit & supina Episcoporum negligentia, quibus ista res curæ non fuit: vnde illud tandem sequutum est vt in ipsis vocabulis potissimùm peregrinis religio fuerit posita, & in magiam mutatus sit Christianismus. ¶ *Semen* σπέρμα, Hebr. שריד כמעט [*sarid chimhat*] id est reliquias vel tantillas, pro quo Græcus interpres vno verbo dixit σπέρμα, *semen*, quoniam videlicet in cuiusque rei semine res alioqui mortuæ & extinctæ reuiuiscunt: vel Seminis vocabulo pauci superstites intelliguntur ex hominum more, qui quum longè maiorem partem collectorum granorum molant & absumant, aliquantulum tamen seruant sationi. Itaque ineptissimum sese ostendit Origenes quum de illo semine, id est de Christo, hæc interpretaretur.

30 *Quid igitur*, τί οὖν, &c. Primùm docuerat potuisse reiici plerosque Iudæos, salua & integra manente Promissione. Deinde & illud probauerat prædictam fuisse à Prophetis hanc Iudæorum ruinam. Iam verò tandem apertè dicit impletum esse quod prædixerant Prophetæ. Est autem ex hac hypothesi eruenda triplex thesis vniuersalis, quæ ad huius doctrinæ vsum spectat. Vna, ex vocatione efficaci petendum esse nobis testimonium electionis: altera, vocationis efficacitatem ex Fide colligi: tertia, veram & propriam exitij causam in ipsis reprobis hærere, quoniam videlicet Vocantem non sequantur. Sed quartum axioma adiungendum est, quod & ipsum ex prioribus illis colligitur, quamuis exitij causa ipsis reprobis hærens sit incredulitas, Fidei tamen non posse ex contrariorum oppositionis regulis, propriè tribui salutis gloriam. Nam Incredulitas quidem ex nobis est, Fides autem non item, quanuis vtraque sit in nobis: illa videlicet ex natura sponte deprauata, ista verò ex Gratia gratis data. Sic quoque nec propriè seruat Fides, sicut propriè damnat Incredulitas: sed in eum respicit qui fit nobis iustitia, fide, gratis data, gratis etiam apprehensus. ¶ *Quæ non sectabantur*, τὰ μὴ διώκοντα. Vbi igitur opera præparationis? Sed hoc planè est παράδοξον. Israelitas non assequutos esse quod sectabantur, Gentes autem eò peruenisse quò non contendebant. Imò notanda etiam est μείωσις in verbis Apostoli. Gentes enim non modò non sectabantur Legem iustitiæ, sed etiam eam fugiebant atque adeo illi bellum indixerat. Respondeo, mirum non fuisse Iudæos non esse assequutos quod malè quærebant, quanuis reuera doctrinam Iustitiæ, Legem Dei videlicet sibi seruandam proponerent, sed quasi suis operibus iustificandi. Quòd autem Gentes quæ in suis superstitionibus errabant, ad iustitiam peruenerint, gratuitæ Dei misericordiæ tribuendum est. Cæterùm qui miras Origenis præstigias volet videre, legat quæ in hunc locum scripsit de discrimine inter Sectari & Insectari.

31 *Consectando*, διώκων, vel *studiosè persequendo*, sed extra viam currēdo, ac proinde magis ac magis ab ea quam malè quærebat Iustitia aberrante. ¶ *Legem iustitiæ*, νόμον δικαιοσύνης, id est, Iustitiam ex operibus Legis siue moralis, siue etiam iudicialis à se ex Legis præscripto implētis. Nam alioqui Lex est in se veræ iustitiæ norma, sed nostri respectu & culpa nostra condemnatio, propter conditionem iustificationi Legis adiectam, & à nobis nullo modo præstitam, immò mille modis violatam. ¶ *Ad Legem Iustitiæ*, εἰς νόμον δικαιοσύνης, id est ad iustitiam Legis per hypallagen Hebræis familiarem de qua vide Eph. 1.14. Intelligitur ergo ea Iustitia, quę ex hac Legis formula requiritur HOC FAC ET VIVES, & ideò in solo Christo per fidem apprehenso quærenda est, sicut ab illo solo pro nobis præstita est, vt ius ad hanc vitam obtineamus, sicut eiusdē satisfactione sumus à mortis condemnatione liberati orta ex altera illa Legali formula, MALEDICTVS QVI HAEC OMNIA NON IMPLEVERIT. ¶ *Non peruenisse*, οὐκ ἔφθασε. τὸ φθάνειν diximus Matth. 12.28. propriè id esse quod Latinis anteuertere, siue præuenire. Quoniam autem in certaminibus is demum palmam accipit qui cæteris præcucurrit, ideircò φθάνειν dicitur qui cæteris quasi à tergo relictis id assequitur quò contendebat.

Διατί; Ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου. προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος.

33 Καθὼς γέγραπται, Ἰδοὺ, τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται.

Psal.118.22 esa.8.14.& 28.16 1.pet.2.6

Κεφάλαιον ι.

1 Ἀδελφοὶ, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ ἐστιν εἰς σωτηρίαν.

2 Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.

3 Ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν.

4 Τέλος γὰρ νόμου, Χριστὸς, εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι.

32 Quare? Quia non ex fide, sed velut ex operibus Legis. nempe offenderunt ad lapidem ad quem impingitur.

33 Quemadmodum scriptum est, ‖ Ecce, statuo in Sion lapidem ad quem impingetur, & petram offendiculi: & quisquis credit in eum, non pudefiet.

CAP. X.

1 Fratres, propensa quidem illa voluntas cordis mei & deprecatio ad Deum super Israel est ad salutem.

2 Testor enim de ipsis, eos zelum Dei habere, sed non ex notitia.

3 2 Nam ignorantes Dei iustitiam, & propriam iustitiã studentes cõstituere, iustitiæ Dei non fuerunt subiecti.

4 3 Nam finis Legis *est* Christus, ad iustitiam cuiuis credenti.

32 *Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus, offenderunt enim in lapidem offensionis.*

33 *Sicut Scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petrã scandali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.*

CAP. X.

1 *Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem.*

2 *Testimonium enim perhibeo illis quòd æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiã.*

3 *Ignorantes enim iustitiã Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.*

4 *Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti.*

1 Propositurus in Iudæis miræ pernicaciæ exemplũ, insinuatione vtitur.

2 Primus ad vocationem ingressus est, suæ Iustitiæ renunciare: alter iustitiam à Deo in Euangelio gratis oblatam fide amplecti.

3 Probatio est vana, Christus quia Lex ipsa in Christum respicit, vt in eum credentes seruentur. Itaque vocatio ad salutem ex Legis operibus, est fictitia & autem ad salutem cuiuis credenti efficitur.

32 *Ex operibus Legis*, ἐξ ἔργων νόμου. Subaudi, iustitiam apprehensuri, sectati sunt Legem iustitiæ. Vetus interpres omisit νόμου. quod (inquit Erasmus) *additum est, vt intelligas de operibus fide ac veritate vacuis.* Quasi verò ex operibus quæ fidem consequuntur, coram Deo iustificemur, ac non potius quia iustificati, idcirco bene operemur. Sed multo etiam minus est apposita interpretatio Græcorum, qui tradunt particulam ὡς additam vt significetur Iudæorum opera non fuisse verè opera Legis. Iudæis quoque facit iniuriam Erasmus, quòd eos existimet salutem acceptam tulisse suis operibus, exclusa Dei gratia. Nam contrà ex Pharisæi illius oratione apparet, Iudæos de meritis & gratia non aliter sensisse quàm nunc faciunt Sophistæ qui liberi arbitrij cum Gratia & fidei cum operibus concursum statuunt. ¶ *Ad quem impingitur*, τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος. Vide infrà 14.13.

33 *Ecce, pono*, ἰδοὺ, τίθημι. Iusta igitur Dei prouidentia hoc decernit & exequitur, etiamsi homines propria malitia impingant. Est autem hoc testimonium ex duobus Esaiæ locis compositum. ¶ *Non pudefiet*, οὐ καταισχυνθήσεται. Vide infrà, 10.11.

IN CAPVT X.

1 *Propensa voluntas*, εὐδοκία. Vide Luc. 2.14. ¶ *Super Israel*, ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ. Vulgata, *pro illis*, ὑπὲρ αὐτῶν, vt legitur etiã in Claromontano codice, vt etiã legit Syrus interpres.

2 *Zelum*, ζῆλον. Vulgata, *Aemulationem*. Erasm. *Studium*. Vide Ioan. 2.17. Ergo, dices, aliquis est zelus Dei, non tamé ex notitia: quod si verum est, consequitur bonas (quas vocant) intentiones, simpliciter & ex se, Deo esse gratas. Respondeo, Paulum (sicut res ipsa ostendit) non excusare factum Iudæorum, vt qui dixerit eos non esse iustitiam assequutos. Dico igitur Paulum hoc loco loqui non simpliciter, sed κατὰ σύγκρισιν, & in genere de totius huius gentis, non autem de singulorum Iudæorum affectu sic loqui, ac proinde zelum Dei Iudæis tribuere, id est, qui ad veri Dei gloriam feratur, sed non rectâ via, vt non tã in fine ipso quàm in mediis insit vitium, quæ laus nulli alij genti tribui potuit. Sed hanc laudem sciamus eò tantùm valere, vt isti quanuis præ iis qui vel Deum verum ignorant, vel cognitum non sequuntur, iusti quodammodo videri possint, digni sint tamen qui pereant nisi ex gratia seruentur. Vnde enim hic error nisi vel ex natiuo vitio, quod etiam si solùm fuerit, iustè vlciscitur Dominus: vel etiam ex voluntaria pertinacia?

3 *Nam ignorantes*, ἀγνοοῦντες γάρ. Ergo ignorantia iuris coram Deo non excusat, præsertim domesticos eius. ¶ *Iustitiam Dei*, τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην. de qua Vide Phil. 3.8. & inde vtriusque Iustitiæ discrimen pete. ¶ *Studentes*, ζητοῦντες. Vel, *Quærentes*. Ostendit autem hoc verbum, ad ignorantiam illam accessisse superbiam, quam meritò vltus sit Dominus. Et certè verum illud semper fuit, nihil esse superstitiosis arrogantius, quanuis omnium abiectissimi videri velint. Ideo addit non fuisse subiectos iustitiæ Dei. Nihil enim est quod superbi homines iniquius ferãt quàm si videantur cuipiam obstricti. Et quæso qua de re hodie laboramus, nisi vt domitus Mundus, falsa illa propriæ iustitiæ opinione reiecta, gratuitam Dei in Christo iustitiam amplectatur? Sed huc adduci recusat Pharisaica Mundi superbia. Est autem notandum ὑπετάγησαν poni passiua terminatione pro subiecerunt sese, forma coniugationis Hebrææ, quam *Hithpahel* appellant, vt ex Syro etiam interprete liquet.

4 *Finis*, τέλος. id est, τὸ οὗ ἕνεκα, quod Latini tum Finem, tum Extremum, tum etiam Scopum translatitiè vocant. Finis autem Legis est, illos iustificare qui eam obseruant: quem finem quominus assequamur, impedit non ipsius Legis vlla qualitas, sed carnis nostræ vitiositas: cui demum ita medetur Christus, vt in eo vno gratis per fidem nobis imputato finem Legis consequamur, per illum iustificati qui pro nobis Legem impleuit, pro nobis maledictiones omnes in se recepit, & in quem pro nobis omnes benedictiones sunt effusæ, vt fieret nobis Iustitia, Sanctificatio, Redemptio, 1. Cor. 1.30. Quamobrem etiam Apostolus dixit suprà, 3.31. se per fidem non tollere Legem, sed stabilire. Erasmus Perfectionem maluit interpretari, id est τελείωσιν vel πλήρωσιν: cuius sententia mihi non placet omni ex parte. Nam τέλος non memini legere in ea significatione, & Paulum opinor non modò Legem à Christo impletam dicere, sed de huius impletionis efficacia differere, nostri videlicet per imputationem iustificatione. Eorum itaque opinionem non sequor qui Perfectionis significatione ambigua decepti, putant Christum idcirco dici Legis Perfectioné, quòd Spiritu Christi regenerati incipiamus velle ac facere quæ Dei sunt: quum apertè opponatur hoc loco Iustitia Fidei Iustitiæ Operum: ideóque non possint ista commodè accipi de Iustitia inchoata in nobis, sed de vera & perfecta Iustitia, quam in Christo per fidem cum suis illis beneficiis nobis communicato, id est nostro facto, consequimur. Non desunt etiam qui τέλος pro fine (id est interitu) accipiant, quòd Christus ceremoniis Legis finem attulerit: quæ interpretatio videtur non indigere refutatione. Neque etiam quod ad Christum venimus, Legis terroribus perculsi, tribui potest Legi, nisi κατὰ συμβεβηκός. Causalis autem particula refertur ad participium στῆσαι. ¶ *Cuiuis*, παντί. Vulgata & Erasmus, *Omni*. Rectè quidem, sed tamen non prorsus appositè. Sic enim tolli Gentium discrimen apparet ex huius eiusdem capitis versu 12. Sunt autem notanda hæc verba, quæ duplex enuntiatum complectun-

plectuntur. Vnũ est, Christũ esse Iustitiam credentibus, qui finis erat Legi, totiq; adeo ministerio Mosaico propositus: quod probat septem proximis versiculis. Alterum est, hanc iustitiam non dari solis Iudæis, sed electis, ex quauis gente

5 Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, Ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς.

6 Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτω λέγει, Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν.

7 Ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν.

8 Ἀλλὰ τί λέγει; Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου. τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν.

9 Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ.

10 Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

11 Λέγει γὰρ ἡ γραφή, Πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται.

5 4 Moses enim describit iustitiam quæ est ex Lege, *dicens*, ‖ Qui præstiterit ea, viuet per illa.

6 At quæ ex fide est iustitia, ita dicit, ‖ Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? hoc est Christum ex alto deducere.

7 Aut, Quis descẽdet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere.

8 5 Sed quid dicit? ‖ Prope te verbũ est in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum illud fidei quod prædicamus.

9 6 Nempe si professus fueris ore tuo Dominum Iesum, & credideris in corde tuo quòd Deus eum suscitauit ex mortuis, seruaberis.

10 Nam corde creditur ad iustitiam, fit autem ore professio ad salutem.

11 7 Dicit enim Scriptura, ‖ Quisquis credit in eum, non pudefiet.

5 *Moyses enim scripsit, Quoniam iustitiam quæ ex Lege est qui fecerit homo, viuet in ea.*

6 *Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? id est Christum deducere.*

7 *Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare.*

8 *Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo. hoc est verbum fidei quod prædicamus.*

9 *Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quòd Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris.*

10 *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

11 *Dicit enim Scriptura, Omnis qui credit in illũ, non confundetur.*

Leu. 18.5 ezech. 20.11. gal. 3.12 Deut. 30.12

4 Legem in Christum respicere, illud manifestè probat, quòd cõditioné proponit quæ à solo Christo præstita est, vt ea per fidé nõ nobis imputata, pacificetur conscientia: nec iam quærat, quis poterit in cælum ascendére, vel nos ex inferis educere, quũ vtrunq; à Christo præstitum doceat Euangelium, idque in eorum gratiam qui vera fide eum vocantem amplectentur. Deut. 30.14

5 Vocatio fit per verbum prædicatum. Esa. 28.16

6 Ea demum est vera fides, quæ non tantùm in cerebro, sed etiam in corde residet, quam externa etiam vita testamur, quæque in Christum fertur vt vnicum Seruatorem, qualem se in verbo patefecit.

7 Alterã partem nunc probat, quam proposuerat v. 4, Christum videlicet quoscunque voluit, nullo discrimine vocare: quod duplici testimonio confirmat.

5 *Describit*, γράφει. Simplex positum est pro composito, ex Hebræorum more. ¶ *Iustitiam*, τὴν δικαιοσύνην. Erasm. *De iustitia*, περὶ δικαιοσύνης, vt cohæreret oratio. At ego potius puto post νόμου suppleri לאמור [*lemor*,] id est dicens, ellipsi Hebræis familiari, quam aliquoties iam obseruauimus. Vetus autem interpres Pauli verba cum Mosis testimonio permiscuit. Perinde enim conuertit hunc locum acsi scriptum esset, ὅτι τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου ὁ ποιήσας ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτῇ. id est, *quòd qui homo fecerit iustitiam ex Lege, viuet per eam.* ¶ *Ea*, αὐτά. Ea videlicet præcepta ac iudicia. Citatur enim locus ex Leu. 18.5. vbi præcessit את-משפטי [*eth mischpatai*,] deinde sequitur אשר יעשה אותם האדם [*ascher iahase otham haadam*.] quod annotandum fuit, nequis miretur relatiuum positum absque antecedente: quod tamen interdum facere consueuerunt Hebræi, vt alibi annotauimus.

6 *Ne dixeris*, &c. μὴ εἴπῃς. &c. id est, ne apud te cogitaris. Hebr. אמר [*amar*,] id est dicere in corde, vt facere solent videlicet qui perplexo animo & in varias partes alternante sententia secum ratiocinantur. Diuinissimè itaque Paulus pacem illam quam adfert iustitia ex fide, vt dixit suprà, 5.1, opponit perplexis eorum cogitationibus qui Legis iustitiam quærunt. Sunt autem eæ omnino duplices. Nam quia Lex cælum nonnisi sub conditione ἀδυνάτῳ proponit, abyssum autem, id est, exitium minatur ob eam culpam cui omnes sunt obnoxij, necesse est vt quisquis in Legis iustitia hæret, cogatur exclamare, Quis in cælum ascendet, & quis descendet in abyssum? vt me nimirum illuc deducat, & hinc eruat? At contrà fides suggerit, Christum eum esse qui in cælum ascendit vt nos secum eò eueheret, impleta omni iustitia: & in abyssum mortis descendit, vt persoluta pœna pro nobis, eum aboleret qui mortis habet imperiũ. Apparet ergo Apostolum sic interpretari Mosis verba vt Christum finé Legis id est eum esse doceat, in quo vno per fidem apprehẽso impleatur quod de Lege dixit Moses, fore videlicet vt, si præstaretur, pacaret conscientias.

8 *Sed quid dicit*, ἀλλὰ τί λέγει; nempe iustitia fidei. Nam in præcedente versiculo explicatum fuerat non quid ipsa dicat, sed quid nos dicere prohibeat. Malè igitur in vetere Latina interpretatione post *Dicit* additur *Scriptura*. quod neque in Græcis codicibus legitur, neque apud Syrum interpretem. Inducitur enim eleganter ab Apostolo non Scriptura, sed ipsa fidei iustitia loquens apud Mosen, ea videlicet quæ nostris pacificatis cordibus suggerit.

¶ *Verbum*, τὸ ῥῆμα. Hebræi הדבר [*habdaba*,] quo vocabulo Moses intelligit Legé quam Dominus voce sua promulgauit, audiente vniuerso populo suo, ita vt nullam ignorantiam posset prætexere, quum eius tabulas haberet descriptas, eámque adeo singuli ex ore recitare possent, & intus haberent quasi in cognitione & animo insculptam. Sed quod Moses dixit de Lege, hoc totum Paulus ad Euangelium accommodat per allusionem: vt per Euangelium demum doceat nos reipsa potiri eo quod Lex pollicetur, & ab eo liberari quod interminatur.

9 *Si professus fueris*, ἐὰν ὁμολογήσῃς. Respicit Apostolus ista Mosis verba, *In ore tuo*, & *In corde tuo*. Confessionem autem vocat sinceram, eámque apertam professionem, quæ quum non possit aliunde quàm ex fide proficisci, quæsierit meritò quispiam cur Paulus contrarium ordinem sit sequutus. Ratio autem est, quoniam quanuis fides confessionem gignat, tamen ex confessione fides à nobis dignoscitur.

¶ *Dominum Iesum*, Κύριον Ἰησοῦν. Id est, Te illum vnum ducere tuum Dominum & seruatorem. Nam alioqui non tantùm impij, sed etiam dæmones ipsi possunt credere & profiteri illum esse dominum & Iesum. ¶ *Deus*, ὁ Θεός. Id est pater, qui dicitur Christum excitasse à mortuis, non vt excludatur Filij diuinitas, sed vt Patris consilium de nobis redimendis, in Filij resurrectione spectetur. ¶ *Suscitauit à mortuis*, ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Obserua totũ illud quod pro nobis Christus impleuit ad tria reuocari, nempe ad ipsius vitam, (quam mors præsupponit, priuatio videlicet habitum) mortem, & resurrectionem.

10 *Ad salutem*, εἰς σωτηρίαν. Tribuitur ergo fidei & Iustitia & Salus, quum Oris quidé confessio sit & fidei effectũ, & simul Via qua peruenitur à Iustificatione ad Salutem. Scitè verò admodum Syrus interpres hũc versiculum sic expressit. *Cor enim credens in eum iustificatur, & os quod eum confitetur, viuit.*

11 *Quisquis credit in eum*, πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ. Hebræa veritas Esa. 28.16. particulam vniuersalem non habet, neque illud ἐπ' αὐτῷ, in eum, sed simpliciter legit המאמין [*hammaamin*,] qui credit. Itaque videtur potius citari Psal. 25.2, & 34.21. Credere autem in Deum, seu Credere Deo, nihil aliud est quàm ita assentiri Dei promissioni de salute per

Christum parta, vt non modò in genere verum id esse credas quod annuntiatur, sed etiam id ad te pertinere sciàs, nihilque adeo de Deo tibi per Christum reconciliato dubites vnde nascitur Confidentia quam Paulus πεποίθησιν vocat. Itaque videtur Erasmus non satis propriè conuertisse πεποίθησιν ἐπ' αὐτῷ, qui confidit illi, quùm à fide Confidentiam, vt ab Efficiente causa Effectum, distinguere oporteat.

¶ *Non pudefiet*, οὐ καταισχυνθήσεται. Hebræa veritas habet לא יחיש [*lo iachisch*,] *non festinabit*, sensu vel eodem, vel non multum diuerso. Qui enim festinat, idem quoque fluctuat ex eo videlicet quòd sibi periculum imminere prospiciat. Contrà verò qui credit, in illa certa persuasione acquiescit, placidè omnia expectans, nec spes ista vnquam eum fallit. Suspicor tamen Græcum interpretem legisse יבוש [*iabusch*.]

12 Οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος· ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν.

13 Πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται.

14 Πῶς οὖν ἐπικαλέσονται εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν; πῶς δὲ πιστεύσουσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν; πῶς δὲ ἀκούσουσι χωρὶς κηρύσσοντος;

15 Πῶς δὲ κηρύξουσιν ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; καθὼς γέγραπται, Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά.

16 Ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ. Ἠσαΐας γὰρ λέγει, Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν;

17 Ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς· ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ.

18 Ἀλλὰ λέγω, μὴ οὐκ ἤκουσαν; μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.

19 Ἀλλὰ λέγω, Μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; πρῶτος Μωσῆς λέγει, Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς.

20 Ἠσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ, καὶ λέγει, Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι.

21 Πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ λέγει, Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

Κεφάλαιον ια.

1 Λέγω οὖν, μὴ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ; Μὴ γένοιτο. καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμί, ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ, φυλῆς Βενιαμίν.

2 Οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ ὃν προέγνω. Ἢ οὐκ οἴδατε ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; ὡς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ, κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ λέγων,

12 Non enim est distinctio vel Iudæi vel Græci. nam idem est Dominus omnium, diues in quosuis à quibus inuocatur.

13 8‖ Quisquis enim inuocauerit nomen Domini, seruabitur.

14 Quomodo igitur inuocabunt eum in quem non crediderint? 9 quomodo autem credent *ei* de quo non audierint? quomodo autem audient absque prædicante?

15 Quomodo autem prædicabunt nisi missi fuerint? sicut scriptum est, ‖ Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

16 10 Sed non omnes auscultarunt Euãgelio. Esaias enim dicit, ‖ Domine, quis credidit sermoni nostro?

17 11 Ergo fides ex auditu est, auditus autem per verbum Dei.

18 12 Sed (inquam *ego*) annon audierunt? ‖ Imò verò in omnem terram exiuit sonus eorum, & ad vltima orbis terrarum, verba eorum.

19 13 Sed (inquam *ego*) num Israel non cognouit *Deum*? Primus Moses dicit, ‖ Ego ad æmulationem prouocabo vos per gentem quæ non est gens: per gentem intelligẽtię expertem, ad iram vos prouocabo.

20 Esaias autem vtitur audacia, dicitque, ‖ Inuentus sum ab iis qui me non quęrebant: manifestus factus sum iis qui de me non interrogabant.

21 Aduersus Israelem autem dicit, ‖ Toto die expandi manus meas ad populum nõ obedientem & contradicentem.

CAP. XI.

1 NVm igitur (inquam *ego*) abiecit Deus populum suum? Absit. 2 nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahę, tribus Beniamin.

2 3 Non abiecit Deus populum illum suum quem præagnouit. 4 An nescitis de Elia quid dicat Scriptura? quomodo interpellet Deum, aduersus Israelem, dicens

12 *Non enim est distinctio Iudæi & Græci, nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum.*

13 *Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.*

14 *Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante?*

15 *Quomodo verò prædicabunt nisi mittãtur? sicut scriptum est, Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizãtium bona.*

16 *Sed non omnes obediunt Euangelio. Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro?*

17 *Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbũ Christi.*

18 *Sed dico, Nunquid nõ audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

19 *Sed dico, Nunquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit, Ego ad æmulationem vos adducã in non gentem, In gentem insipientem, in iram vos mittam.*

20 *Esaias autem audet, & dicit, Inuentus sum à non quærentibus me: palàm apparui iis qui me non interrogabant.*

21 *Ad Israel autem dicit, Tota die pandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.*

CAP. XI.

1 *DIco ergo, Nunquid Deus repulit populum suum? Absit. nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Beniamin.*

2 *Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura? quemadmodum interpellat Deum aduersus Israel.*

Ioel. 2. 28.
8 Vera inuocatio est veræ fidei testimonium: vera autẽ fides veræ vocationis: vera autẽ vocatio, veræ electionis.
9 Fides ea vera est, quę Deũ quærit in verbo, & quidem prædicato, probè in Ecclesia constituit Dominus.
Esa. 52. 7
nahum. 1. 15
Esa. 53. 1
ioan. 12. 38
10 Vbi fides est, ibi est & verbum: at nõ contrà, vbi Verbum ibi & fides: quòd multi repudient sermonem.
11 Conclusio superioris gradationis, ex fide oportere ad vocationem ascendere, sicut ex vocatione ad electionis testimonium peruenitur. 12 Obiectio, Si vocatio electionis est, annon vocati sunt Iudæi? Quidni (inquit Apostolus) hoc fatear, quum nulla sit gens vocationis expers? nedum vt Iudæos vocatos fuisse negem.

Deut. 32. 21.
13 Pergit quærere Iudæorũ defensor, Annon etiã Deũ vocantem cognouerũt Iudæi? Esaias, (inquit Apostolus) hoc negat: & simul quod neglexerunt Iudæi, ad Gẽtes trãslatum fuisse testatur. Sic autem docet Apostolus externam illam vocationem vniuersalem, cuius præco est ipsum mundi opificium, non sufficere ad Dei notitiam particularem autem ex Dei verbo per se inefficacẽ esse: sed Fide quidem apprehẽdi ex Dei dono: incredulitate autem inutilem reddi, idque sola hominũ culpa, qui non possint ignorantiam prætexere.
1 Iam ostẽdit Apostolus, quomodo sit aliis applicãda hæc doctrina, permanens in proposita hypothesi. Itaque docet Iudæorum singulos non esse reiectos, ac proinde non temerè de singularibus personis pronuntiandum esse, sint nec-ne ex electorum numero. 2 Prima probatio. Sum Iudæus, & tamen electus. De nostra ipsorum igitur electione statuere certò possumus, ac debemus, vt prius dictum est: de aliena verò, non ita certò: sed nostra efficere debet vt de aliis bene speremus. 3 Secunda probatio, Quia Deus sibi constat in suo fœdere, etiam si sint homines perfidi. Sic ergo quum dixerit Dominus se fore Deum suorum in mille generationes, cauendum ne ob aliquorum perfidiam, totam sobolem reiectam putemus, sed potiùs ob Dei fœdus de singulis Ecclesiæ membris bene speremus.

12 *Non enim*, οὐ γάρ. Causalis particula non spectat ad totum superius enuntiatum, sed duntaxat ad indefinitum illud QVISQVIS, repetitum superiore versiculo, vt transitus fieret ad posterioris enuntiati probationem, de quo diximus vers. 4. Quòd si quis obiiciat, Apostolum niti ea particula quæ tamen apud Esaiam non extat, vt diximus superiore annotatione: respondeo illum in superiore versiculo non vti Esaiæ testimonio ad probandam illam vniuersalitatem, sed duntaxat, vt confirmet præcedentia, expendere illud ὁ πιστεύων οὐ καταισχυνθήσεται, *qui credit non pudefiet*. Inde enim consequitur certam & stabilem esse credentium salutem. Quòd autem addidit particulam QVISQVIS, idcirco tantùm fecit vt sibi pararet transitum ad sequentem suæ probationem, quæ incipit ab hoc vers. 12.

15 *Nisi missi fuerint*, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι. Loquitur de sacro legitimo ministerio, & apud Deum rato, siue ordinario modo siue extraordinario suos mittat. Nam qui non missi sunt, auctore carent, & aut falsa docent, aut sub aliqua veri specie fucantes veritatem. Sacri autem ministerij vox testis est beneuolentiæ diuinæ de seruandis qui hoc beneficio afficiuntur etiamsi non singulis.

16 *Sed non omnes*, ἀλλ' οὐ πάντες. Hoc dicit propter Iudæos quorum plerique gratiam repudiabant. Nam ex Fide quidem colligitur Vocatio, at non semper ex Vocatione Fides. ¶ *Sermoni nostro*, τῇ ἀκοῇ ἡμῶν. Vulgata, *Auditui nostro*, nimis obscurè, vt rectè annotauit Erasm. Nam ἀκοὴ passiuè hîc accipitur pro שמועה [*schemuhah*,] id est pro sermone qui ab auditore excipitur ex loquentis ore. Alibi verò vel pro ipsa audiendi actione accipitur, vt in proximo versiculo vel pro rumore & fama, quam etiam Latini Auditionem vocant, vt diximus Matth. 4. 24.

17 *Ex auditu*, ἐξ ἀκοῆς. Hoc est quod dicitur Esaiæ 57. 19, Fidem esse fructum labiorum. ¶ *Per verbum Dei*, διὰ ῥήματος Θεοῦ. Id est ex Dei mandato, à quo mittuntur qui Euangelium prædicent. Alij verbum Dei accipiunt pro ipsa prædicationis materia ac substantia. Sed hac significatione potius vsurpatur ὁ λόγος quàm τὸ ῥῆμα: nec temere est quod Apostolus dixit potius διὰ ῥήματος quàm ἐν ῥήματι vel ὁ ῥήματι Θεοῦ, omissa præpositione: & quum in istis verbis sit compendium superioris gradationis, commodius videtur hoc accipere de mittendis ex Dei vocatione. Quod autem Vetus interpres legit διὰ ῥήματος τοῦ Χριστοῦ, *per verbum Christi*, inuenimus quidem in tribus Græcis exemplaribus, sed tamen vix possim probare.

18 *Sed (inquam) [ego,]* ἀλλὰ λέγω. Vulgata & Erasmus, *Sed dico*. Ego verò studui apertius declarare hæc esse accipienda pro obiectione, quòd videam plerosque interpretes id non animaduertisse, quia nimirum soleant obiectiones tertia potius persona concipi: vt clarior etiam futura fuerit interpretatio si conuertissem, Sed (dicet aliquis) annon audierunt? Puto autem hæc dici in Iudæi alicuius persona, qui cæterorum patrocinium suscipiat. Sicut enim ex effectorum consequutione Paulus electas Gentes probarat, ita plerosque ex Iudæis esse ad tempus reiectos, opposita argumentatione probare constituit: vtque sibi aditum ad eam rem patefaciat, exordium sumit ab obiectione, in cuiuspiam persona qui velit in Paulum ipsum non sine sarcasmo, retorquere superiora: quasi dicat, Tu, ex eo quòd Gentes efficaciter vocatæ sunt ad Dei cognitionem, collegisti eas esse electas: quod si verum est, cur non idem dixeris de Iudæis? Nam & illi nónne de Deo aliquid audierunt? Ad hoc autem sic respondet Paulus vt plus etiam concedat quàm petit aduersarius. Egóne verò inquit, Iudæos dixerim à Deo non esse vocatos, qui Deum didicerim sese omnibus quantumuis remotis patefecisse, nedum vt populum suum nunquam sit affatus? Postea verò aduersarius non contentus hoc responso, quo videlicet videbat non effici quod volebat, At ego, inquit, de vocatione illa efficaci loquor quàm consequitur cognitio. Quid igitur? an Israel non cognouit Deum? Hîc verò Paulus (vt inuidiam vitet) Mosen & Esaiam inducit ita respondentes, vt satis appareat Iudæos vocantem Deum contempsisse, quem amplexæ sint Gentes, ex quo demum non tam Pauli quàm ipsius Mosis & Esaiæ responso, colligitur tum illorum reiectio, (quam tamen proximo capite neque vniuersalem neque perpetuam fore dicit) tum etiam Gentium electio, vt proposuerat suprà, 9. 30. Itaque ante verbum ἤκουσαν, *Audierunt*, non subaudio Gentes, sed Iudæos. Loquitur autem Apostolus, citans Dauidis verba, de vniuersali vocatione, de qua suprà, 1. 19. & Act. 14. 17. neque possum quidem ego iis assentiri qui de Apostolico ministerio istud Dauidis testimonium allegoricè interpretantur.

¶ *Imò verò*, μενοῦνγε. Vulgata, *Equidem*. Erasmus, *Atqui*. Vide suprà, 9. 20. ¶ *Sonus*, φθόγγος. In Hebræo legimus קום [*kauam*] id est regula seu amussis eorum: quo vocabulo significatur, compositam illam & ad amussim fabrefactam cœlorum molem, velut prædicare infinitam artificis præstantiam. Græci verò vel קולם [*kolam*] legerunt pro קום [*kauam*,] vel loquutionem studuerunt emollire, sequuti videlicet proximi membri sententiam: quia Dauidis præsertim hic mos est, vt vna versiculi parte alteram explicet.

¶ *Eorum*, αὐτῶν. nempe Cælorum. Nec enim hoc refertur ad ipsum Pauli contextum, sed ad locum ex Psal. 19 citatũ.

19 *Num Israel non cognouit (Deum?)* μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ. Israël collocaui priore loco, Veterem etiam interpretem in eo sequutus, & casum constructionis subieci verbo Cognouit: nequis putaret Israël quarto casu accipiendum. quę amphibolia in Græco sermone nulla est: scripsisset enim Paulus τὸν Ἰσραήλ, addito articulo. ¶ *Aemulationem prouocabo*, παραζηλώσω. Vide infrà 11. 14. ¶ *Per gentem quæ non est gens*, ἐπ' οὐκ ἔθνει. Hebraicè בלא עם [*belo nam*] Vulg. ad verbum, *In non gentem*. i. aduersus gentem quæ non est gẽs: sicut etiam explicat Hilarius lib. De Trinitate quinto. Sed omnino particula ἐπὶ accipitur pro instrumentali causa. Vocat autem Moses gentem non gentem omnes profanos populos: sicut viuere non dicitur, sed mori qui æternis suppliciis sunt addicti.

20 *Vtitur audacia*, ἀποτολμᾷ. Id est, intrepidè ac liberè loquitur. Vulg. *Audet*, quod nõ memini legere absolutè positum. Eras. *Post hunc audet*. Putat in præpositione ἀπὸ indicare, Esaiam ex illis Mosis verbis sumpsisse fiduciã: quam obseruationẽ inanẽ esse puto. ¶ *Inuentus sum*, εὑρέθην. Permutata sunt in nostris quidẽ codicibus, & apud Syrum etiam interpretẽ, duo huius testimonij mẽbra. Hoc enim oportuit posteriore loco collocari, vt ex Hebræis apparet. Significat autem, נמצאתי [*nimtsethi*,] pro quo Græci habent εὑρέθην, *Inueniri me feci*, vt si dicas, *ie me suis faict trouuer*. Et נדרשתי [*nidrasithi*,] pro quo vertunt Græci ἐμφανὴς ἐγενόμην, declarat ad verbum, *ie me suis faict cercher*. Sed in Claromontano codice nulla est membrorum trãspositio, in quo sic ista leguntur, *palàm apparui non quærentibus me: inuentus sum inter eos qui me non interrogabant*.

21 *Aduersus Israelem*, πρὸς τὸν Ἰσραήλ. Vulgata, *Ad Israel*, quum Deus illic non introducatur Israëlem ipsum compellans. ¶ *Non parentem & contradicentem*, ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα. Tot verbis vnum Hebræum vocabulũ סורר [*sorer*] expresserunt Græci interpretes.

IN CAPVT XI.

1 *(Inquam [ego])* λέγω. Iam tertio inducitur idẽ Iudæus Apostolo respondens. Alludit autem ad locum Psal. 94. 14. Cęterùm huius obiectionis hoc est fundamentum. Docuerat Apostolus, prolatis duobus exemplis Israëlis & Esaui, non statim censeri in fœdere quicunque nascuntur ex sanctis in fœdere comprehensis. Nec enim ius istud cuiquam tribui natiuitate carnali, sed vi promissionis gratuitæ, & ad eos solos spectantis, quos Deo visum ab æterno fuerit saluti destinare, siue ex sanctis, siue ex prophanis maioribus nascituros, & in Christo per fidem apprehenso seruandos: cæteris sicuti sunt ab ęterno destinati exitio per sua peccata perituris. Hanc autem doctrinam prout huius disputationis occasio ferebat, partim Gentibus, partim Iudæis, illis videlicet, vt ad fœdus ascitis, istis vt à fœdere exclusis applicarat. Hinc autem consequi duo falsissima videbantur, Deum videlicet, in his constitui mutabilem, nempe & in Iudaicæ Gentis reiectione, quam antea asciuisset, & aliorum populorum ascitione, quos antea excluserat. Hanc igitur obiectionem diluit Apostolus, ostendens aliud esse de Iudaica gente generari, vt ὅλως ἔθνει, quàm in singulis

Iudæis considerata, & populum modò κατὰ τὸ πλεῖον, modò κατὰ τὸ ἧττον, id est prout maior vel minor est credentium vel incredulorum numerus electum vel reiectitium censeri, stante semper firmo de electo populo consilio, prædicens fore vt tandem rursus κατὰ τὸ πλεῖον adsciscantur Iudæi, & Gentes in locum Iudæorum nunc ascitæ, εἰς τὸ ἧττον desinant, seruandis siue ex Gentibus, siue ex Iudæis singulis quos Deus per gratiam saluti destinarit, & sua ipsorum culpa perituris quos idem, nulli debitor, exitio deuouerit, neutris iniuriam facturus, si omnes & singulos perderet.

2 *Quem præagnouit*, ὃν προέγνω. id est, quem ante omne tempus, cæteris ad tempus quasi spuriis neglectis pro sua sobole habere, fouere, ac tandem etiam æterno ante iacta mundi fundamenta præstituto regno donare decreuit, idque gratis in illo vero & vnico Filio, in quo omnes electos υἱοθεσίᾳ dignatus est, sicut è contrario cæteros in ira in qua concepti & nati sunt desertos dicitur non nosse, Matth. 7. 23. idque æterno itidem decreto, vt declaratur Act. 14. cuius causa summa est ipsius Dei voluntas, qua sicut finem, sic etiam causas medias itidem ab æterno ordinauit, nedum vt ex illis præuisis consilium huius sui decreti ordinandi ceperit. Vulg. *Præsciuit*, quam interpretationem cur pro generali illo decreto Dei quod tum eligendos tum reprobandos comprehendit non admittam, pluribus exposui Act. 2, 23. προέγνω propterea præcognitionem, non autem præscientiam, nec prænotionem interpretatus: sed hoc loco τὸ γινώσκειν idem valet atque ἀγαπᾷν, & Latinè *agnoscere*, solos videlicet in Filio ab æterno dilectos respiciens, vt & 1. Pet. 1. 2. & suprà 8. 29.

¶ *De Elia*, ἐν Ἠλίᾳ. Vulgata, ad verbum, *In Elia*, quod nonnulli explicant, In Eliæ historia: sed ego iis assentior qui Paulum loquutum putant ex Hebræorum idiotismo apud quod ב interdum ponitur pro על [*hal*] id est *super*, vel *de*. ¶ *Dicens aduersus Israelem*, κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ λέγων. Vulgata & Erasmus, κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ connectunt cum verbo ἐντυγχάνει: ego verò cum participio λέγων: quia mihi videtur Elias eo in loco non tam incitare Deum aduersus Israelem quàm id simpliciter dicere quod contra Israëlem facit, cuius videlicet perfidiam deplorat. Ideo etiam ἐντυγχάνει non conuerti cum Vetere interprete & Erasmo *Interpellat*, sed *Colloquitur*. Illam tamen alteram interpretationem nolim simpliciter repudiare.

1. Reg. 19. 10.

3 Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν· κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου.

3 ‖ Domine, Prophetas tuos occiderunt: & altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus, & petunt animam meam.

3 *Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus. & quærunt animam meam.*

1. Reg. 19. 18

4 Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ.

4 Sed quid dicit ei diuinũ responsum? ‖ Feci vt remanserint mihi septem millia virorum qui non flexerunt genu *Imagini* Baal.

4 *Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum qui non curuauerunt genua ante Baal.*

5 Οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν.

5 *Ita* igitur & hoc tempore reseruatio secundum electionem gratuitam facta est.

5 *Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt.*

5 Etiamsi non omnes electi sint, tamẽ qui electi sunt, gratis se electos esse meminerint: qui verò gratiam pertinaciter repudiant, sibi ipsis hoc imputent.

6 Εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων· ἐπεὶ ἡ χάρις, οὐκ ἔτι γίνεται χάρις. εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον, οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον.

6 5 Quòd si per gratiam, non iã ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Sin ex operibus, iam non est gratia: alioquin opus iam non est opus.

6 *Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia.*

3 *Prophetas tuos*, τοὺς προφήτας σου. In Hebræa veritate priore loco fit mentio altarium, deinde Prophetarum: sed permutatus ordo nihil mutat in sententia.

4 *Diuinum responsum*, ὁ χρηματισμός. Vide Matth. 2. 12.

¶ *Feci vt remanserint*, κατέλιπον. Sic & Hebræa veritas habet והשארתי [*vehisharti*] vt intelligamus Deum loqui de reliquis quasi iam reipsa ab æterno electis, non autem in futuro eligendis: nequis videlicet arbitretur istos fuisse eligendos, quòd mundi essent ab idololatria, quum potius mundi fuerint ab idololatria quòd per gratiam electionis essent seruati diuinitus, ne Baalis cultu contaminarentur, sicut VVolfgangus Musculus (beatæ memoriæ vir) in hunc locum scitè annotauit. Multo itaque rectius scripsit Paulus κατέλιπον, reliqua feci, quàm Græci interpretes καταλείψω relinquam. Vulgata & Erasmus, *Reliqui*, quod est ambiguum.

¶ [*Imagini*] *Baal*, τῇ Βάαλ. Sic rectè Erasmus. Nam fœmineus articulus indicat subaudiendum esse εἰκόνι. Cæterùm apud Hebræos בעל [*bahal*] declarat eum in cuius potestate sumus, vt est mancipium in domini, vxor in mariti potestate. Inde factum est vt pro idolo accipiatur cui sese totos mancipant idololatræ. Id verò etiamnum hodie factitant qui Mariam virginem non alio quàm Dominæ nostræ nomine compellant, cæterósque ad quos cultum transtulerũt Deo debitum, nonnisi addita Dominorum & Patronorum præfatione, solent inuocare.

5 *Reseruatio facta est*, λεῖμμα γέγονεν. Vulgata, *Reliquiæ factæ sunt*, nimirum obscurè: quamobrem etiam nonnulli scribunt, *Reliquiæ saluæ factæ sunt*, contra omnium Græcorum codicum fidem. Erasmus, *Reliquiæ fuerunt, vel sunt*, nihilo planius, & minus etiam accommodatè. Malui igitur crassius loqui, vt Græca apertius declararem. Nam etiamsi conuerteris *Reliquiæ supersunt*, tamen illud γέγονεν non satis expresseris. ¶ *Secundum electionem gratuitam*, κατ' ἐκλογὴν χάριτος. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Secundum electionem gratiæ*: cuius Hebraismi ignoratio magnum errorem iis obiecit, qui putarunt ita significari eos qui Gratiam elegissent, quum prorsus à contrario significentur quos Gratia eligit, id est qui Gratis à Deo eliguntur. Mirè autem hoc loco planè ineptus Origenes, existimans eos qui per fidem seruantur differre à perfectioribus quibusdam qui per electionem gratiæ seruantur, *quoniam* inquit, *est Gratia & sine electione & cum electione*.

6 *Alioquin*, ἐπεί. Sic rectè Vulgata, quomodo probat Budæus accipi hanc particulam in argumẽtatione ab absurdo sumpta, vt sup. 3. 6. & infrà 22. & 1. Cor. 5. 10. & 7. 14. & 15. 29. & Hebr. 9. 26. Erasmus, *Quandoquidem*, non obscurè modò, sed etiam deprauata sententia, nisi multa subaudias. Vtinam verò hanc operum & fidei antithesin considerarent qui iustitiam partim gratiæ, partim operibus tribuũt. Sed hîc scio quid respondeant, ista videlicet de gratia præueniente duntaxat intelligi: quasi verò hîc disputetur sola gratia, an verò etiam operibus, vel prorsus vel aliqua ex parte, electionem ac proinde salutem adipiscamur: quod posterius affirmant Sophistæ, qui præuisam fidem vel opera faciunt electionis causam. Id autem si verum est, conclusio falsa erit, Israëlem non esse assequutum quod quærebat: nisi quis ita sit rerum imperitus vt existimet Iudæos nihil Dei gratiæ tribuisse: quod ne Pharisæus quidem ille dixerit cuius fit mentio Lucæ cap. 8. Deinde vbi nostra illa esset gloriatio quam descripsit Apostolus suprà cap. 8? Sed & ineptè admodũ diceremur fide iustificari, nisi Christus in solidum factus esset nobis Iustitia, Sanctificatio & Redemptio 1 Cor. 1. 30. Denique neque gratia esset gratia, si ex operibus præuisis eligeremur, vel minima ex parte: neque opus esset opus, si gratiæ subsidium vllo modo requireret. ¶ *Sin ex operibus*, &c. εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον, οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον. Hanc partem totam non legunt Vetus interpres, nec Origenes, nec Chrysostomus, nec Ambrosius, quam tamen summo consensu in Græcis codicibus inueni (Claromontano excepto) vt & in Syra interpretatione: & mihi quidem planè videtur necessaria explendæ Operum & Fidei antithesi: adeo quidem, vt vix vllum inueniatur apertius testimonium quo omnis opinio Meriti ad Salutem intra nos subiectiuè siti semel tollatur, quum disertè neget Apostolus Opus esse Opus quod non sit ex gratia, sed ex debito.

7 Electi

7 Τί οὖν; ὃ ἐπιζητεῖ Ἰσραήλ, τούτου οὐκ ἐπέτυχεν· ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν.

7 Quid igitur? Quod requirit Israel, hoc non est adeptus: sed electi adepti sunt, reliqui verò occalluerunt.

7 *Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consequutus: electio autem consequuta est, cæteri verò excæcati sunt.*

Esa. 29. 10. & 6. 9 matt. 13. 14. ioan. 12. 40 act. 28. 26 psal. 69. 23

8 (Καθὼς γέγραπται, Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν) ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.

8 6 (Sicut scriptum est, ‖ Dedit eis Deus Spiritum soporis: oculos vt non videant, & aures vt non audiant) vsque ad hodiernum diem.

8 *(Sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant) vsque in hodiernum diem.*

6 Non tamen accidit hæc induratio, nisi interueniente iusto Dei decreto ac iudicio, sed absque culpa, quum ingratos sic puniat, omni sensu eis adẽpto, & duplicatis eorum tenebris, vt oblata Dei beneficia cedãt iusto eorum exitio.

9 Καὶ Δαβὶδ λέγει, Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς θήραν, καὶ εἰς σκάνδαλον, καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς.

9 Et Dauid dicit, ‖ Fiat mensa eorum in laqueum, & tendiculam, & offendiculum, & retributionem ipsis.

9 *Et Dauid dicit, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem & in scandalum, & in retributionem illis.*

Psal. 69. 23

10 Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον.

10 Obtenebrentur oculi eorum vt non videant: & tergum eorum semper incurua.

10 *Obscurentur oculi eorum, ne videant: & dorsum eorum semper incurua.*

11 Λέγω οὖν, μὴ ἔπταισαν ἵνα πέσωσι; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς.

11 7 *Num* igitur (inquã *ego*) impegerunt vt exciderent? Absit. sed per eorum offensam salus *obtigit* Gentibus, vt eos ad æmulationem prouocaret.

11 *Dico ergo, Nunquid sic offenderunt vt caderent? Absit. sed illorum delicto salus est Gentibus, vt illos æmulentur.*

7 Istam gentis Iudæorum reiectionẽ Dominus subordinauit, vt occasionem vocationi Gentium præberet: & hanc rursus vocationem Gentium conuertet in occasionẽ restitutionis Iudæorum, vt videlicet accensi Gentium æmulatione, tandem & ipsi Euangelium amplectantur. Hinc autem discendum est, non minus subseruire Dei gloriæ seueritatem ipsius quàm misericordiam, atque adeo per ipsam seueritatem Deum sibi ad misericordiam aditum inuenire: vt temere non debeamus de quoquam desperare, nec aliis insultare, sed eos potiùs ad sanctam æmulationem prouocare, vt Deus in illis quoque glorificetur.

7 *Electi assequuti sunt*, ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Electio consequuta est*: seruata metonymia, de qua diximus suprà, 2. 26. Idcirco verò nos non seruauimus vt altera pars antitheseos melius posset intelligi.

¶ *Occalluerunt*, ἐπωρώθησαν. Vulgata & Erasmus, *Excæcati sunt*. Vide Marcum cap. 3. vers. 5.

8 *Dedit eis Deus spiritum soporis*, ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως. Quæritur vnde petitũ sit hoc testimonium, & plerosque interpretes video Origeni assentiri, qui fatetur se nusquam hoc legisse in Scripturis, putátque hæc non esse Prophetæ, sed Apostoli verba. Mihi verò id planè videtur violentum, quum præcesserit καθὼς γέγραπται, *sicut scriptũ est*: neque dubito quin Paulus, vt alibi aliquoties, sic etiam hoc in loco duo Esaiæ testimonia in vnum veluti corpus coniunxerit. Est enim prior hæc pars petita ex Esaiæ 29. 10. vbi Hebræa veritas habet ad verbum, כי נסך עליכם יהוה רוח תרדמה [*chinasach halechem iehouah ruach tardemah*,] pro quo Græca interpretatio habet πεπότικεν ὑμᾶς Κύριος πνεύματι κατανύξεως. id est, *præbuit vobis Dominus potandum spiritum soporis*. Paulus igitur pro πεπότικεν scripsit ἔδωκεν, vt sequens testimonium petitum ex eiusdem Prophetæ 6 9. cum isto posset connecti. Vocatur autem τὸ πνεῦμα, Hebræorum more, afflatus Dei, interdum quidem per Spiritum sanctum suum agentis, (vnde Spiritus Intelligentiæ, Sapientiæ, Pietatis, Consilij, & alia eiusmodi in Scripturis commemorata) interdum verò per Spiritus malos sua iudicia exercentis, vnde Spiritus fornicationum, erroris, stuporis, & alij similes afflatus. Quod autem ad κατάνυξιν attinet, quam cæteri Compunctionem sunt interpretati, & Cyprianus Transpunctionem, quanuis hæc significatio vera sit & vsitata, quoniam τὸ νύσσειν vellicare & fodicare declarat, vt Act. 2. 37. respondens Hebræo verbo דחר [*Dachar*] vnde factum vt κατάνυξις molestiam ac velut acrem morsum significet, quo corpus vel animus vulneretur: tamen quum ex Hebrææ veritatis collatione appareat κατάνυξιν respondere vocabulo Hebræo תרדמה [*tardemah*,] nemo mirabitur quòd maluerim *Soporem* aut etiam *Stuporem* conuertere. Ita enim Hebræi vocãt altissimum veternum, quòd omnem sensum adimat: idque optimè conuenit ei quod præcessit de callo siue obduratione, & quod subijcitur de oculis ad videndum, & auribus ad audiendum ineptis. Sed & disertè Hesychius κατάνυξιν interpretatur ἡσυχίαν. sicut Es. 6. 5. Græci נדמיתי [*nidemethi*] vertunt κατανένυγμαι. Et nomen ipsum νὺξ videtur παρὰ τὸ νύσσειν deduci, à quo postea ortum est τὸ νυστάζειν: quanuis illud non meminerim ea significatione legere. Syrus interpres vertit רוחא מדעדרניתא [*rucha madaharanitha*,] id est *spiritum commotionis*, id est, in vernaculo nostro sermone, *vn esprit transporté*, quo fit vt quispiam dicatur Apud se, siue, compos mentis, non esse.

¶ *Vsque in hodiernum diem*, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Malè sollet hæc particula connecti cum proximè præcedentibus. Neque hæc sunt Esaiæ verba, sed Apostoli, & cum verbo ἐπωρώθησαν cohærent, sicut res ipsa ostendit, & Apostolus ipse explicat 2. Corinth. 3. vers. 15. Itaque vt huic errori mederemur, in quem etiam impegit Origenes, Esaiæ verba inclusimus parenthesis signo.

¶ *Qui non videant*, τοῦ μὴ βλέπειν. Vel, *Vt non videant*, vt subaudiatur ἕνεκα. Sed illud est planius, vt si dicas, Oculos ad non videndum, & aures ad non audiendum. id est oculos ineptos ad videndum, & aures ad audiendum ineptas, vt scitè vertit Syrus interpres. Hoc autẽ nihil aliud est quàm excæcare, & surdum reddere: minimè id quidem quasi Deus nouum vitium infundat, sed quia Deus, vt iustus iudex, illos sua gratia destitutos tradit Satanæ & suis cupiditatibus magis ac magis excæcandos.

6 *Fiat mensa*, &c. γενηθήτω ἡ τράπεζα, &c. Hæc quoque interpretatio nõ modò cum Hebræa veritate prorsus non consentit, si verba annumeres, sed ne cum Græca quidem editione. Nam pro eo quod scribitur εἰς παγίδα καὶ εἰς θήραν, legimus duntaxat in Hebræo לפח [*lephach*,] vt alterum ex illis duobus videatur redundare: & fortassis ex quapiam versione, puta vel Symmachi, vel Aquilæ, vel Theodotionis, annotatum, ex margine irrepsit in contextum, quod iam aliquoties annotauimus; quanuis existimet Origenes Paulum hoc posterius addidisse de suo, sicut è contrario dicit eum omisisse לפניהם [*liphnehem*,] id est coram ipsis. Quasi verò pronomen αὐτοῖς, *ipsis*, idem non valeat, aut quasi Apostolus nouam aliquam versionem edat. Deinde pro εἰς ἀνταπόδομα Hebræa veritas habet ולשלומים [*velischlomim*] id est, pacifica, illa videlicet in quibus acquiescunt, pro quo tamen Græca editio (quanuis alia serie) habet εἰς ἀνταπόδοσιν, quasi scriptum sit ולשלומים [*vleschillumim*,] vt Esa. 34. 8. Sed hæc varietas nihil in sententia immutat. Nam in summa prædicit Propheta, seu potius Christus ipse apud Prophetam, quod Iudæis accidit, nempe vt quemadmodum infelices aues, eo ipso illiciuntur ad mortem vnde vitam petunt, sic Iudæis ad exitium quidem ipsorum culpa, cederet illud ex quo vno vitam captabant: nimirum Lex Dei, cuius præpostero zelo Euangelium repudiarunt.

10 *Incurua*, σύγκαμψον. Heb. veritas habet המעד [*hamhad*] id est, *fac nutare* seu *vacillare*: neque ab Hebræis discrepant Græca, quum dorsi incuruatio virium imbecillitatem arguat.

11 [*Num*] *igitur, inquam* [*ego*,] λέγω οὖν. Iam quartùm inducitur Iudæus Paulo responsans: quod vt melius intelligi posset, nonnulla suppleui.

¶ *Vt, ἵνα*. Vulgata, *Sic vt*, id est, ὥστε, quod rectè emendauit Erasmus. *Neque enim*, inquit, *de magnitudine lapsus hic agitur, sed de euentu*. At ego, quum ἵνα sit coniunctio τελική (id est finem ac scopum declarans) puto hîc significari non tam

euentum quàm finem ac destinationem, id est, quo consilio Deus Israëlitas excæcarit. Nempe, non vt hæc gens semel excideret à Dei fœdere, quod irritum fieri non potest: sed quòd ipsi hac occasione placuerit vti, vt Gentes quoque in regnum Dei introducerentur: quarum tandem æmulatione prouocati Israëlitæ, & ipsi eò restituerentur vnde essent delapsi, & ita ex toto Mundo (id est ex quibusuis populis) collecta Ecclesia per misericordiam seruaretur. Alioquin si euentum à destinatione Dei separes, quid supererit nisi vt (quod summæ fuerit impietatis) Deo vel conniuente vel inuito id factum dicas? Nam etiamsi ad permissionis malè explicatæ asylum perfugias, huc quoque relabaris necesse est, vt vel omnipotentem Deum esse neges, si inuitus permisit, vel volentem permisisse fatearis.

¶ *Vt eos ad æmulationem prouocaret*, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. Vulg. *Vt illos æmulentur*, id est, vt Iudæi postea Gentium exemplum imitentur: quo modo etiam explicat Photius. Sed illam tamen interpretationem magis probo. Respondet enim παραζηλοῦν verbo Hebræo הקניא [*hikni*,] vt apparet ex testimonio Mosis citato suprà 10.19. quod quidem accipi non potest pro μιμεῖσθαι, id est, imitari vel æmulari, quum sit coniugationis Hiphil.

Εἰ δὲ τὸ παράπτωμα αὐτῶν πλοῦτος κόσμου, καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν πλοῦτος ἐθνῶν, πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν;	12	Quòd si eorum offensa est Opulentia Mundi, & Diminutio eorum Opulentia Gentium: quanto magis Plenitudo ipsorum?	12	*Quòd si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium: quanto magis plenitudo eorum?*
Ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν, ἐφ' ὅσον μέν εἰμι ἐγὼ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω.	13	8 Nam (quod vobis dico Gentibus) quatenus ego quidem sum Apostolus Gentium) ministerium meum illustro.	13	*Vobis enim dico Gentibus, quandiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo.*
Εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν.	14	*Vt experiar* si quomodo ad æmulationem prouocem consanguineos meos, & seruem aliquos ex ipsis.	14	*Si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam: & saluos faciam aliquos ex illis.*
Εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν, καταλλαγὴ κόσμου, τίς ἡ πρόσληψις, εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν;	15	Nam si abiectio eorum, est recōciliatio mundi, quæ *erit* assumptio, nisi vita ex mortuis?	15	*Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?*
Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι.	16	9 Quòd si primitiæ sanctæ, *sancta* etiam massa: & si radix sancta *est*, etiam rami.	16	*Quod si delibatio sancta est, & massa, & si radix sancta, & rami.*

8 Testatur se suo exemplo cæteris hac in re præire.
9 Iudæorum gens in genere ipso & eius radice, id est Abrahamo cōsiderata, sancta est, etiam si plerique eius rami sunt excisi. Itaq. in iudicandis fratribus, nō hærendū in eorū indignitate, vt semel eos omnes abdicatos esse cēseamus, sed consideranda fœderis radix, & retro potiùs ad eorum maiores fideles progrediēdū, vt in illorum posteris aliquibus (quod & ipsi in nobis experimur) benedictionē fœderis sciamus residere.

12 *Opulentia mundi*, πλοῦτος κόσμου. Diuitias vocat Euangelij cognitionem in vitam æternam: per mundum autem intelligit Gentes per vniuersum mundum dispersas, vt ipse proximo membro explicat. ¶ *Diminutio*, ἥττημα. Explicat quid intelligat nomine illius lapsus Iudæorum, nempe huius gentis imminutionem, quòd videlicet plerisque ad hūc veluti lapidem impingentibus, tam pauci sint Euangelium amplexi. Nam populus, qui Deum nō colit in Christo, habetur pro non populo: vt meritò dicātur Iudæi contumacia sua ad paucitatem redacti. Huic verò opponitur Plenitudo ventura, quum videlicet futurum est vt tota gens in commune ad Christum accedat. Idem de Plenitudine Gētium statuendum est, quam commemorabit infrà, vers. 25. Sed diligenter quoque obseruādum est in hac disputatione, Apostolum de Iudæorum ac Gentium natione in genere disserere, non autem de singulis hominibus loqui: & earum nationum conditionem ex illa Diminutione & Plenitudine æstimare: ita vt quandiu durat Diminutio, hi vel illi excisi, sub Plenitudine verò insiti dicantur: quum, si singulos homines spectes, qui semel ad Christum venit, & didicit, nunquam eiciatur foras.

13 *Quatenus quidem*, ἐφ' ὅσον μέν. Vulgata, *Quandiu*: quem errorem etiam bis idem interpres admisit Matth. 25.37. & 45. vt ibi annotauimus. Et certè ἐφ' ὅσον sic etiam accipitur à Græcis. Sed spectandum quid ferat sententia. Origenes autem planè ridiculus est qui hoc distinguere non potuit. In vno codice scribitur ἐφ' ὅσον εἰμι (expuncta particula μέν) & ὑμῖν δὲ, pro ὑμῖν γάρ. Cæterùm Apostolus hoc ita scripsit, vt, quamuis singularem suam modestiam declaret, ne sibi priuatim aliquid iuris tribuere videatur, interim tamen facilè sit cernere totam vim huius rationis, qua vult Gentes suo exemplo ad Iudæos pro viribus lucrifaciendos excitare, in eo esse positam quòd loquitur tanquam Gentium Apostolus, cuius nimirum auctoritas & exemplum meritò aut etiam impunè non possit contemni. Itaque ἐφ' ὅσον sic puto positum in exceptione vt tamen vim habeat causali particulæ proximam: neque hoc membrum connecto cum verbo δοξάζω, sed cum λέγω.

¶ *Illustro*, δοξάζω, id est, insigne & illustre reddo, siue exorno: sicut iubet prouerbium, vt Spartam quam quisque nactus est, hanc exornet. Significat enim Apostolus se ipsorum Iudæorum causa nihil omittere quod ad officium suum illustrandum ac nobilitandum pertineret: vt aliquo zelotypiæ studio accensi Iudæi ad Christum accederent. Nam hac demum ratione ornatur alicuius ministerium si quamplurimos Domino lucrifecerit. Vulgata, *Honorificabo*. Legit enim δοξάσω. quomodo etiam nonnulli impresserunt, sed perperam.

14 [*Vt experiar*] *si quomodo*, εἴπως. Ita solent Græci has particulas in ellipsi vsurpare, quam supplendam putauimus perspicuitatis causa, vt Act 27.12, & Phil. 3.11. *Ad æmulationem prouocem*, παραζηλώσω. Aemulationem laudis intellige, vnde ardens studium nascitur eo bono potiundi, quo alius fruatur, tu verò careas, idque nullo cum illius detrimento. Et hæc est verè ἀγαθὴ ἔρις, qua alij alios veris virtutibus studemus superare. Huic autem opponitur vitiosissima illa & verè Satanica æmulatio quæ inuidiam parit. Alludit verò Apostolus ad locum Mosis superiore capite citatum vers. 19. sed contraria prorsus ἀνταπόδοσει. Agit enim Dominus apud Mosen de ea æmulatione quæ describitur Luc. 15.28. & hunc populum tandem ex fœdere expunxit. Contrà verò Paulus totum se in eo esse testatur, vt suos ad Gentium in amplectendo Euangelio imitandum exemplum adducat suæ tandem cæcitatis pertæsos. ¶ *Consanguineos meos*, μου τὴν σάρκα. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Carnem meam*: qui Hebraismus fortassis fuisset nonnullis obscurior, hoc in loco. ¶ *Et seruem*, καὶ σώσω. Vide 1. Tim. 4.16.

15 *Abiectio*, ἀποβολή. Vulgata, *Amissio*, non satis rectè, vt apparet ex opposito nomine πρόσληψις, Assumptio.

¶ *Vita ex mortuis*, ζωὴ ἐκ νεκρῶν. Cohæret quidem resurrectio à mortuis cum reconciliatione: sed de illa propriè non agit Apostolus hoc in loco: verùm prouerbiali quadam dicendi figura, fore dicit vt quum ad Euangelium accesserint etiam Iudæi, mundus quasi reuiuiscat, argumento à comparatis sumpto. Nam, inquit, si ex ista Iudæorum calamitate hoc lucrum retulit mundus, vt fieret reconciliationis particeps: quid aliud mundo sperandum ex ipsorum felicitate quàm vt veluti reuiuiscat? Tum enim plenum ac cumulatum erit mundi gaudium quum & ipsi Iudæi vnà cum Gentibus Christum complexi, communi illa felicitate perfruentur. Nam quamuis reconciliatio per mundum iam sit dispersa, tamen quum Iudæorum gens maneat adhuc in morte, nondum planè mundus reuixit. Itaque Ironia quam nonnulli putant hoc loco vsurpatam à Paulo, non modò nullum hîc locum habet, sed etiam Pauli sententiæ repugnat ex diametro.

19 *Quòd si primitiæ*, εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία. Vulg. *Delibatio*, nō satis commodè. Theophylactus τὴν ἀπαρχὴν interpretatur ζύμην, id est fermentum, expositione prorsus coacta. Nihilo rectior est Erasmi opinio, qui ἀπαρχὴν dici putat frumentum ex quo sumitur massa. Neque enim ἀπαρχὴ dici potest vnde sumitur aliquid, sed id ipsum potius quod ex

alio

alio delibatur. Sed & istud miror quod φύραμα nō putat referri ad farinam humore tēperatā, sed magis ad molas siue collyridas, id ad farinā oleo cōspersā, quę olim ex Legis Mosaicæ ritu immolabatur. Nā præterquā quòd φύραμα pro libo interpretari planè durū est, quænā obsecro fuerit similitudinis analogia, quū res ipsa ostēdat Abrahamū, Isaacum & Iacobū cum primitiis, ipsorū autē posteros in vno corpore comprehensos, cum massa cōparari? Sed & mihi videtur nō posse conuenire expositio, si ad primitias ipsarum frugum referas. Neque enim massam, sed fruges aut messem scripsisset Paulus, vt in metaphora pergeret. Itaque non dubito quin hoc potius pertineat ad illorum panum primitias quorū oblatione tota massa Israelitis sanctificabatur, quòd videlicet tum demum possent in reliquum annū suas fruges bona conscientia pinsere ac coquere, persolutis primæ illius massæ primitiis, vt scribitur Leuit. cap. 23. v. 14. & 17.

Εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας ἐγένου,	17	10 Quòd si nonnulli rami defracti sunt, tu verò quum esses oleaster, insitus es pro ipsis, & particeps radicis ac pinguedinis oleæ factus es,	17	*Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem quum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es,*
Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων· εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ.	18	Ne gloriare aduersus ramos: quòd si gloriaris, nō tu radicem portas, sed radix te.	18	*Noli gloriari aduersus ramos: quòd si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.*
Ἐρεῖς οὖν, Ἐξεκλάσθησαν οἱ κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ.	19	Dices igitur, Defracti sunt rami vt ego insererer.	19	*Dices ergo, fracti sunt rami vt ego inserar.*
Καλῶς· τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας· μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ.	20	Benè: per incredulitatem defracti sunt, tu verò per fidē stas: ne effertor animo, sed metue.	20	*Benè: propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas. noli altum sapere, sed time.*
Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσηται.	21	Nam si Deus naturalibus ramis non pepercit, *vide* ne tibi quoque non parcat.	21	*Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat.*
Ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας, ἀποτομίαν, ἐπὶ δὲ σὲ, χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ.	22	11 Vide igitur benignitatē ac præcisam seueritatē Dei: in eos quidē qui ceciderūt, præcisam seueritatē, in te verò benignitatem, si permāseris in benignitate: alioquin & tu excideris.	22	*Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te autem, bonitatem Dei, si permanseris in bonitate: alioquin & tu excideris.*

Iere. 11.16

10 Nulla causa est cur Gētes misericordiā consecutæ, Iudæis gratiæ cō temptoribus insultent, quū ipsis Iudæorū maioribus sint insitæ. Videāt potiùs ne quod in Iudæis meritò condemnauit Dominus, in ipsis quoque inueniatur. Est autē hinc quoque generalis doctrina elicienda, nobis esse studēdum Dei gloriæ etiam proximorum respectu, nedum vt de eo, quod aliis singulari quadam gratia prælati simus, gloriemur.

11 Quū res ipsa ostendat hæreditariam non esse electionem (quamuis quominus perpetua sit Dei benedictio, culpa sit in hominibus non in Deo) videndum etiam atque etiam ne quod in aliis culpamus, in nobis inueniatur. Nam firma quidem est electio, sed verè electi & insiti, non superbiunt in sese vel cum aliorum contemptu, sed cum Dei reuerentia & amore proximi ad metam sibi propositam currunt.

17 *Oleaster*, ἀγριέλαιος, i. oleastri surculus. Nam integræ arbores nō inseruntur. Compellat autē Apostolus non singularē aliquem hominē ex Gentib., sed prophanas Gentes in vnū corpus collectas, & Iudæis oppositas. ¶ *Pro ipsis*, ἐν αὐτοῖς i. in ramorū defractorum locū. Puto.n. ἐν αὐτοῖς (.i. vt Vetus interpr ad verbū expressit, *In illis*) perinde accipiendū acsi Hebraicè scripsisset Apost. בהם [*bahē*] pro במקומם [*bimkomam*.] Videtur tamē Erasmo hęc interpretatio ridicula, sed vereor ne sit potius ridiculū quod in hunc locum est cōmentus. Putat.n. relatiuum αὐτοῖς non significare ramos excisos sed populū ipsum Iudæorum fidelium, qui per oleā intelligatur: ac proinde nihil esse quòd nos offendat numeri vel generis mutatio, in collectiuis videlicet nominibus vsitata. Atqui nulla adhuc mētio facta est oleæ, sed dūtaxat radicis & ramorum, quorū nōnullos defractos fuisse dicit, vt insererētur alij ex oleastro decerpti. neq. dubiū est quin radicis nomine intelligatur Abraham⁹ credentiū pater: oleæ verò appellatione Ecclesia Israelitica quæ ex Abrahamo tāquā radice exorta, benedictionis ipsi⁹ quasi succo viuit. Duplices igitur sunt natiui rami; vni quos sanctos esse dixit, in olea hærētes: alteri verò, defracti. Istis accedūt insititij, qui ex oleastro decerpti, postea insiti sunt ἐν αὐτοῖς, i. vel cum illis qui semper hæserunt in olea, (si hoc referre placeat ad superioris versiculi extremā partē, vt ἐν positum sit pro σύν, sicut alibi sæpe) vel pro illis qui videlicet sunt excisi, quorum proximè facta est mentio: quæ posterior interpretatio mihi simplicior videtur, & Syri interpretis auctoritate cōfirmatur, qui pro ἐν αὐτοῖς habet בדוכתהון [*bedauchtehon*] i. in loca earum. Quòd autē putat Eras. prępositionē ἐν redundare, sicut in Confiteri in aliquo, Percutere in gladio, & similibus formulis, mihi nō videtur probabile hoc in loco. Cæterùm manifestè Apost. hæc desumpsit ex Ier. 11.16. ¶ *Et particeps*, καὶ συγκοινωνός. Vulg. *Socius*. Eras. *Consors*, eadē significatione interpretatur. Est autē hîc obseruādū ex Ambr. cōtra cōmunem agriculturę rationē accidere vt stolonis sterilis succus mutetur arboris generosę succo: qđ nisi expressisset Apost. nullus esset ipsi⁹ argumēto loc⁹.

18 *Ne gloriare aduersus ramos*, μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. Gloriari quidē in Domino (id est de beneficiis Dei exhilarari) nos oportet, at nō ita vt despiciamus Iudæos, quos potius oportet ad præclarā illam æmulationē excitare. quod si factum esset à nobis, iampridē vni Deo seruiremus & huius officij neglecti dant & dabunt pœnas proculdubio qui sese hodie Christianos vocant, & sanctum illum populum (quod ad eius partes attinet) sola improbitate & mentis peruersitate impulsi, omnibus modis vexant, atque adeo, turpissimæ idolomaniæ propositis exemplis, magis ac magis indurant. At ego quotidie sic libens precor pro Iudæis, Domine Iesu, tu quidem iustè vlcisceris tui contemptum, & dignus est ingratus iste populus in quem seuerissimè animaduertas: sed Domine memineris fœderis tui, & miseros respice propter nomen tuum. Nobis verò omnium hominum indignissimis, quos tamen dignatus es tua misericordia, hoc tribue vt in gratia tua proficientes, non simus iræ tuæ aduersus illos instrumenta, sed potius & verbi tui cognitione & sanctæ vitæ exemplis eos possimus per Spiritus tui virtutem in rectam viam reuocare, vt ab omnibus [illegible] populis semel glorificeris in æternum. Amen.

20 *Ne effertor animo*, μὴ ὑψηλοφρόνει. Vulgata, *Noli altum sapere*, nec Latinè, nec satis perspicuè. ¶ *Sed metue*, ἀλλὰ φοβοῦ. Timorem alibi diximus, ex Hebræorum consuetudine, religiosum Dei cultum significare: quæ declaratio nō penitus discrepat ab ista Pauli admonitione. Neque enim timorem vocat trepidationem conscientiæ de reconciliatione dubitantis, sed piam illam ac modestam solicitudinem animi cum magna religione ac Dei reuerentia seipsum accusantis, & tamen quoties in promissa Dei respicit, ita in illis acquiescentis, vt in mediis etiam fluctibus portum tranquillissimum inueniat. Sicut enim arrogantiam à fiducia, sic religiosum timorem à dubitationis ac diffidentiæ metu distinguere oportet, & ita nos de nostra salute securos esse vult Dominus, vt tamen de retinenda fide dies ac noctes laboremus, vt monet idem Apostolus Philip. 2.12.

21 *Naturalibus ramis*, τῶν κατὰ φύσιν κλάδων. Naturales vocat non quibus à natura inesset vlla sanctitas, sed qui ex iis erant nati, quos Dominus gratuito fœdere à reliquis gentibus sibi segregarat. ¶ [*Vide*] *ne*, μήπως. Hæc quoque particula in ellipsi ponitur, vt μήποτε, Matth. 25.9. & εἴπως suprà, v. 14. Syrus interpres legit ἴσως οὐδὲ σοῦ φείσεται, *fortassis neque tibi parcet*: vel ellipsin Græcam ignorauit. deprauata Apostoli sententia. Nec enim loquitur Apostolus vt ambigens, sed à comparatis argumentatur affirmans. Complutensis autem editio & duo alij codices manuscripti retinent μήπως, & legunt φείσηται. cui quidem lectioni si assen-

tiri libuerit, adscribenda fuerit interrogationis nota, & ita vertendus hic locus, Num quomodo tibi parcet? Sed & in vno manuscripto deest particula μήπως, ab iis fortassis expuncta qui hanc ellipsin ignorabant.

22 *Benignitatem*, χρηστότητα. Id est facilem ac lenem animum, cui opponitur ἀποτομία, id est præcisa seueritas, quum scilicet omnia summo iure ad viuum resecantur. Vulgata repetit nomen Dei, vt & Claromontanus codex: & χρηστότητα interpretatur *Bonitatem*, quod vocabulum videtur latius patere. ¶ *In benignitate*, ἐν χρηστότητι. i. in ea conditione ad quam Dei benignitas te euexit. Sic infrà 31 *per vestram misericordiam*, i. per fidem nobis à Deo misericorde donatam.

Est autem hoc loco diligenter considerādum quod initio huius tractationis monuimus, non de singulis hominibus, sed de Gentibus ac Iudæis in genere differere Apostolum: nequis fortè putet incertum esse Dei decretum vel in eligendo vel in reprobando. quod si nonnulli attentè considerassent, non tam fœdè ad hunc veluti scopulum naufragium fecissent. Deinde etiam insitio ab electione illa immutabili, quæ certo & æterno Dei proposito nititur, itémque & excisio à reprobationis decreto est distinguenda, vt doctissimus interpres pluribus ostendit.

¶ *Alioquin*, ἐπεί. Vide suprà, vers. 6.

¶ *Et tu*, καὶ σύ. Vide infrà 28.

12 Multi ad tempus excisi sunt id est extra radicem, qui suo tempore inseruntur: multi quoque aliquatenus & in speciē duntaxat insiti, qui tamen sua culpa postea exciduntur, & penitus abiiciuntur: quod præsertim in nationibus ac populis considerādum est, vt in Gētibus & Iudæis.

Esa. 59. 20
Esa. 27. 9

13 Iudæorum excæcatio nec ita est vniuersalis vt nullos in ea gente electos habeat Dominus, nec perpetua est futura, siquidē tēpus erit, quo & ipsi (sicut prædixerunt Prophetæ) efficaciter amplectantur, quod nunc adeò pertinaciter, paucissimis exceptis, repudiant.

Καὶ ἐκεῖνοι δὲ, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσονται· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς πάλιν ἐγκεντρίσαι αὐτούς.

23 12 Sed & illi, si non permāserint in incredulitate, inserentur: potens enim est Deus rursum eos inserere.

23 *Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur: potens est enim Deus iterum inserere illos.*

Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, πόσῳ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν, ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ;

24 Etenim si tu ex naturali excīsus es oleastro, & præter naturam insitus es in verā oleam: quanto magis ij qui naturales sunt, inserentur propriæ oleæ?

24 *Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis ij qui secūdum naturā, inserentur suæ oliuæ?*

Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, τὸ μυστήριον τοῦτο, (ἵνα μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι) ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ.

25 13 Nolim enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, (vt ne sitis apud vosmetipsos sapientes) obdurationem ex parte Israeli euenisse, quousque plenitudo Gentium introierit.

25 *Nolo enim vos ignorare fratres, mysterium hoc, (vt non sitis vobisipsis sapientes) quia cæcitas ex parte cōtigit in Israel donec plenitudo Gentium intraret.*

Καὶ οὕτω πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, καθὼς γέγραπται, Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ.

26 Et ita totus Israel seruabitur: sicut scriptum est, Veniet ex Sion ille vindex & auertet impietates à Iacob.

26 *Et sic omnis Israel saluus fieret: sicut scriptum est, Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob.*

Καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

27 Et Hoc *est* illis à me pactum, Quum abstulero peccata ipsorum.

27 *Et hoc illis à me testamentum, Quum abstulero peccata eorum.*

23 *Potens enim est*, Δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεός. Longè maius videtur pondus habere hæc oratio, quam si δυνατός ἐστιν accipias pro δύναται potest. Sic Tacitus, *Neque iubendi neque vetandi potens*.

24 *Ex naturali oleastro*, ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἀγριελαίου. Naturam intellige no[...]lis est ab initio creata, sicut docent Manichæi, sed vt est in Adamo corrupta, & ab eo in posteros deriuata. ¶ *Præter naturam*, παρὰ φύσιν. Rectè. Nam secundum naturam debuit in naturali Abrahæ semine manere benedictio: manauit autem ad Gentes ex Dei dono peculiari. *In veram oleam*, εἰς καλλιέλαιον. Sic vocat Abrahamum & Iudæorum gentem, quam Deus sua gratuita promissione sanctificarat. Loquitur enim de tota gente, non de singularibus personis, nec illos vt Adam, sed vt Abrahami filios, à Deo selectos, considerat.

25 *Apud vosmetipsos sapientes*, παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι. id est ne intus insolescatis. φρόνιμοι enim hoc loco non ad prudentiam, sed ad affectum refertur, & τὸν φρονιμωτέρων declarat, vsitata in sacris libris loquendi formula, qua dicuntur superbi sapere in oculis suis. vt Prou. 3. 7. ¶ *Obduratio*, &c. πώρωσις, &c. Cur πώρωσιν cum Vetere interprete & Erasmo nolim Excæcationem conuertere, dixi suprà, v. 7. & Mar. 3. 5, vbi πώρωσιν conuerti Callum obducere, quum hic coactus sim synonymo vti. ἀπὸ μέρους autem aliud certè declarare non potest quàm ἐκ μέρους. Nam quòd ἀπὸ μέρους Ambrosius refert ad tempus, non facilè admiserim. Puto potius duo significari: vnum, istam obdurationem non cōprehendere totum Israelem, sed eius duntaxat partē, quum supersint reliquiæ, vt ab initio capitis exposuit: alterum, ne hanc quidem obdurationem partis Israelis, quam suprà vocauit ἥττημα versu 12, perpetuam fore, sed venturum tempus quo non iam Israelis reliquiæ, id est pauci quipiam ex Israelitis, sed totus Israel (id est gens ipsa) communi consensu ad Ecclesiam Christi aggregetur. & hoc quidem est illud propheticum arcanum sæpissimè apud Prophetas inculcatum, quod non vult Paulus à Gentibus ignorari, ne Iudæos tanquā in perpetuum reiectos despiciant. ¶ *Tantisper dum*, ἄχρις οὗ, i. donec. tēporis n. spatium definit quod quidem videtur maxima iā ex parte cōfectum. Nam (obsecro) quā pauci supersūt hodie populi in orbe terrarū qui Christum vel nomine tenus profiteantur? At interim Iudæorū gens, quāuis toto terrarū orbe dispersa, & miserrimè iactata, dici tamē nō potest (vt vno ore confirmant omnes qui ex Asia & Africa ad nos venerūt) quàm sit frequēs ac numerosa, vt etiamnū hodie se exerat benedictio illa Abrahamo facta Genes. 22. 17. Id verò quis nō videat temere à Deo nō fieri, & eam hodie exerceri in Euangelij professores crudelitatē ac rabiē, quæ planè minitatur vt quemadmodū nos olim Iudæis professione eiectis, sic illi nobis vicissim nunc succedant? absit tamē à me vt fanaticorū more tēpus illud quod implēdo isti prædicationi superest, definire ausim. Cęterū quid vocet plenitudinē Gentiū Apostolus, exposui suprà, v. 12. Vtitur autē verbo Introeūdi, ex Scripturę cōsuetudine, quę de Ecclesię cętu, tāquā certo quodā loco, differit.

26 *Totus Israel*, πᾶς Ἰσραήλ. Alludit ad locū Ezech. 37. 22. Horum autē verborū explicatio (ni fallor) pēdet ex oppositione eius quod dixerat ἀπὸ μέρους, vt totus Israel nihil aliud declaret quàm Israelis plenitudinem: cui opponitur τὸ ἥττημα καὶ ὑπόλειμμα, id est Diminutio & reliquię. Alioquin nō video quod sit arcanum illud quod superiore versiculo cōmemorauit. Sed rursus notandū est de tota gente in genere, non de singulis hic differi. ¶ *Ex Sion*, ἐκ Σιών. Heb. לציון [*letsijon*] i. Sioni, siue in Sionis gratiam: pro quo Græca editio rectè habet ἕνεκα Σιών: ac fortassis librariorū culpa ex ἕνεκα factū est ἐκ. ¶ *Vindex*, ὁ ῥυόμενος. Vulg. *Qui eripiat*. Erasm. *Ille qui liberat*. Ego verò puto participiū positū pro verbali, ex Hebræorū more, de quo etiam diximus Mat. 2. 6, & alibi aliquoties. Et præterea signatè vtens Esaias voce גואל [*gohel*] qua significatur proximus propinquitatis iure vindex & assertor, sic videtur expressè declarari Messiam fore Iudæis sanguine iunctum, & suæ gentis vindicem in hæreditate cœlesti asserenda. ¶ *Et auertet*, &c. καὶ ἀποστρέψει, &c. Heb. veritas habet ולשבי פשע ביעקב [*vleschabe pesihah beiahakob.*] i. *& ad eos qui resipuerint à peccato in Iacob*. vbi Græci legerunt ולשוב [*velaschub.*] sed eadem manente sententia. Neque enim conuerti potest ad Deum quem Deus prius non conuerterit, vt scriptum est Ier. 31. 18.

27 *Pactum*, διαθήκη. Vulg. & Eras. *Testamentum*. Atqui in Hebræis legitur ברית [*berith.*] quo non potest significari Testamentum. Itaque hæc interpretatio non conuenit

quoties citantur Hebræa: & in Epist. ad Hebræos potius Apostolus alludit ad alteram Græci nominis significationē quàm propriam ipsius interpretationē tradat. Vide Mat. 26. 28. ¶ *Quū abstulero*, &c. ὅταν ἀφέλωμαι. Existimāt plerique Apostolum hæc addidisse allusione facta ad locum Ier. 31. 34. vbi summa Noui fœderis exponitur, quēadmodum etiam Ezech. 11. 18: verùm (vt dicam quod sentio) existimo potius hanc partem ex eodem Esaia petitam, ex quo etiam superior est descripta, sicut suprà v. 8, duo eiusdem Prophetæ testimonia Apostolus vnà coniunxit. Esaias igitur cap. 27. versu 9, de hac ipsa Israelitarum accessione vaticinans quæ hic explicatur ab Apostolo, inter cætera sic scribit, וזה כל פרי הסיר חטאתו [*vezeh chol peri hasir chattatho*,] id est, *Et hoc [erit] omnis fructus, ablatio peccati eius*. pro quo Græca editio habet, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ εὐλογία αὐτοῦ, ὅταν ἀφέλωμαι ἁμαρτίαν αὐτοῦ, *& hoc erit beneficium* (siue *hæc demum est benedictio ipsius*) *quum sustulero iniquitatem eius*. Vnde mihi quidem videtur Apostolus ista ad verbum descripsisse.

Κατὰ μὲν οὖν τὸ εὐαγγέλιον, ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς· κατὰ δὲ τὴν ἐκλογήν, ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς πατέρας.

28 14 Itaque quod ad Euangeliū attinet, *sunt* inimici propter vos: quod ad electionem autem, dilecti propter Patres.

28 *Secundum Euangelium quidem, inimici propter vos: secūdum electionem autem, charissimi propter patres.*

14 Iterū Paulus, vt Iudæos, & Gētes in vnum veluti corpus in Christo cōiungat, ac præsertim doceat, quod sit Gētium in Iudæos officiū inculcat non penitus & sine certa spe abiectam esse Iudæorum gentem.

Ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ.

29 15 Nam dona illa & illa vocatio Dei eiusmodi sunt vt eorū ipsum pœnitere non possit.

29 *Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei.*

15 Probatio, quia fœdus de vita æterna cū illa gēte sancitum, irritum esse non potest.

Ὥσπερ γὰρ καὶ ὑμεῖς ποτὲ ἠπειθήσατε τῷ Θεῷ, νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ·

30 16 Sicut enim & vos quondā non obediuistis Deo, nunc autem estis misericordia donati per istorum contumaciam:

30 *Sicut enim aliquando & vos nō credidistis Deo, nunc autem misericordiā cōsequuti estis propter incredulitatem illorum:*

Οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν, τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι.

31 Sic & isti nunc non obedierunt, vt per vestri misericordiam & ipsi misericordia donentur.

31 *Ita & isti nunc nō crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur.*

16 Altera probatio, Quia quanuis indurati meritò puniantur, tamen non propriè eius gentis odio accidit ista Iudæorum peruicacia, sed vt veluti locus introducendis in Ecclesiam Gentibus pateret, & Iudæi postea misericordiæ Gentibus factæ æmulatione accensi, fierent & ipsi eiusdem beneficij participes: ac ita constaret & Gentes & Iudæos sola Dei gratia seruari, quod non ita esset manifestum, si vel omnes simul initio in Ecclesiam introduxisset Deus, vel Iudæorum gentem absque ista velut interruptione seruasset.

28 *Itaque quod ad Euangelium*, κατὰ μὲν οὖν τὸ εὐαγγέλιον. Vulgata & Erasmus, *Secundum Euangelium quidem*, κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον. Ego particulam οὖν nō dubitaui adiicere ex vno codice manuscripto: quam quum Erasmus vel esse adiiciēdam vel certè subaudiendam non animaduerteret, putauit solœcismum esse in Paulo, quasi potius dicendum fuerit ἐχθρῶν & ἀγαπητῶν, *Inimicorum & dilectorum*, vt cum αὐτῶν ista cohæreant. Atqui vt de veteris illius codicis auctoritate nihil dicam, quam suspicari non potuit Erasmus, distinguendum tamen est Prophetæ testimonium ab ipsius Pauli verbis, vt minimè quærenda fuerit ista connexio. Cæterùm manifestè ostendit hic locus verum esse quod ante monuimus vers. 17. Paulū videlicet non de singulis Iudæis, sed de Iudæorū gente in genere differere. qui quoad Euangelium, i. quatenus Euangeliū non admittunt, nempe in præsenti conditione, sunt Deo exosi: quod ad electionē autem attinet, (id est, quatenus Deus considerat non quid mereātur, sed quid ipse Abrahamo & semini eius promiserit) diliguntur à Deo, ideóque suo tempore dignabitur eos sua gratia: quia, vt omnis homo sit mendax, Deus tamen consilium non mutabit. Est autem firmissimum hoc argumentum, vtpote quod ab ipsa Dei natura sumatur. Sed notandum est rursus, agi de gente Iudaica in vniuersum, & de perpetuo fœdere. Deus enim habet sua de particularibus decreta quæ illi vniuersalitati non derogant, etiamsi sint contraria, veluti quòd Iudæos elegit, & nonnullos eorum iusto exitio destinauit. Item multa decernit ad tempus, quæ postea mutat. Nec propterea mutabilis censendus est, sed potius sibi semper similis, quoniam quæ fore perpetua decreuit, (vt hoc fœdus cum Abrahamo & ipsius semine) perpetuò manent: quæ verò decreuit suis temporibus mutanda, vt singulis momentis cernimus rerū vicissitudinem: vel abroganda, (vt ceremonijs legalibus factum est.) ea quoque certis suis momentis mutantur & abrogantur. Quòd autem nonnulli hoc odium & hunc amorē ad Apostoli personam referunt, absurdissimè dicitur.

29 *Eiusmodi sunt, vt*, &c. ἀμεταμέλητα. Vulg. *Sine pœnitentia*, obscura & periculosa quoque interpretatione, vtpote quæ Ambrosiū etiā videatur fefellisse. Augustinus alicubi legit *Impœnitenda*, vt Eras. obseruauit: sed ambigua est hæc translatio. Nam Latinis non pœnitendum nummus dicitur cuius aliquem non possis pudere, seu quod minimè debeat contemni. Castellio *Irreuocabilia* conuertit. Ego periphrasin Erasmi potius probo, quòd à Græcis non discedat.

30 *Per istorum contumaciam*, τῇ τούτων ἀπειθείᾳ. Vulgata, *Propter incredulitatem illorum*, διὰ τὴν ἀπείθειαν αὐτῶν. Erasmus autem rectè mutauit *Propter* in *Per*: quanuis Apostolus non de eo per quod propriè Gentes sunt misericordiam adeptæ, sed de dispēsatione Dei loquatur, cui nimirū placuit occasionē transeundi ad Gentes ex incredulitate Iudæorū sumere, vt suprà dictum est, v. 11: quam ob causam video Latinos maluisse Propter quàm Per interpretari. Differt autē ἀπείθεια ab ἀπιστία vt consequens ab antecedente, sed quū de Euangelij doctrina, siue de dogmatibus ipsis hic agatur, quæ vel Fides amplectitur, vel è contrariò incredulitas repudiat, meritò iidem sunt ἀπειθοῦντες & ἄπιστοι, quib. opponuntur πιστοί & πειθόμενοι.

31 *Vt per vestram misericordiam & ipsi misericordiam consequātur*, τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. *Vestram*, τῷ ὑμετέρῳ pro ὑμῶν, i. *vestri*, vobis videlicet donatam. Peruersa huius loci distinctio multas peperit incommodas interpretationes, quarū satis fuerit nōnullas cōmemorasse. Vulg. interpretatur *In vestrā misericordiā*, quasi scriptū sit ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, & quidē pro εἰς τὸ ὑμέτερον ἔλεος, i. in gratiā Christi, quia gratiæ oblatæ restiterūt Iudæi: quā constructionē nō admittit verbū ἀπειθεῖν. Vel, *In vestrā misericordiā*, i. vt inde ad vos deueniret misericordia: sed si ita exponas, nullum erit membrū quod opponatur τῇ τούτων ἀπειθείᾳ: & bis idē dixerit Apostolus, quod nō admittūt hæ voces, QVEMADMODVM & ITA, vt Erasm. rectè obseruauit. Quod n. dictū fuerat ὑμεῖς δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, hoc ipsum in diuersa parte repeteret, ἠπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, perinde ac si dicat aliquis, Vt principes ditescunt paupertate populi, ita populi paupertas diuitias addit principibus. qđ fuerit ineptissimū. Ambrosius legit, *In vestra miseratione*, ἐν ὑμετέρῳ ἐλέει, quā lectionē nusquā inuenio, i. quū essetis ad misericordiā vocati, contumaces fuerunt Iudæi: quæ interpretatio tollit etiā antithesin, de qua modò dixi. Erasmus autē interpretatur, *Sic & isti nunc increduli facti sunt, ex eo quòd vos misericordiam estis adepti, vt & ipsi misericordiam consequantur*. Putat. n. Apostolum significare misericordiam Gentibus factam, i. Gentium fidem offendiculo fuisse Iudæis, vt alienarentur ab Euangelio. Atqui hæc expositio (ni fallor) repugnat sententiæ Pauli ex diametro. Nam contrà v. 11. 13. 14. 17, & eo qui proximè præcessit, disertè dixit Apostolus per Iudæorum contumaciam partam esse salutem Gentibus, & antè excisos fuisse ramos naturales quàm ascititij insererētur, ex quo consequitur (quod ipsa historia confirmat) non prius vocatas fuisse Gētes quàm Iudæi Euangeliū respuissent. Deinde (quod maioris etiam est momenti) tantùm abest vt Gętium vocationem Apostolus censeat obstaculo futurā Iudæis, vt contrà scribat eam esse à Deo acceptam occasionem, vt & ipsi Iudæi [...] æmulatione Euangeliū amplectantur. Quid igitur? Nempe vnus (ni fallor) Theophylactus hic vidit qđ res est. Omnino. n. τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει oppositū est superiori illi membro τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, & ἵνα explicādum per traiectionē, sublata distinctione quæ post ἐλέει adscribi solet: quum hoc totum τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει non pertineat ad

[illegible], sed ad [illegible] sicut in superiore versiculo [illegible] connectitur cum ἠλεήθητε. Ita fiet vt plana sit sententia, & cum præcedentibus ac subsequentibus ita cõsentiens, vt de eius veritate nõ possim dubitare. Nam quod antè proposuerat, Iudæorum offensam saluti fuisse Gentibus, non vt perirent Iudæi, sed contrà vt hac salutis Gentiũ æmulatione accensi, fierent & ipsi eiusdem salutis participes: idipsum nunc repetit in conclusione, vt par erat, nempe sicut per Iudæorum contumaciam Gentes sunt consequutæ misericordiam: ita Iudæos esse contumaces, non vt pereant, sed vt misericordiæ Gentibus factæ exemplo prouocati, misericordiam & ipsi consequantur. Ita enim placuisse Deo, mirifica illa & incomprehẽsibili sapientia, tum Gentes tum Iudæos ad misericordiam vocare. Similis verò traiectionis exempla permulta annotauimus in hac ipsa particula, vt 1.Corinth.9.15, & 2.Cor.2.4, Gal.2.10, Ephes.3.17, & Ioan.14.29. Claromontanus codex pro καὶ αὐτοί, *& ipsi*, habet καὶ οὗτοι νῦν, *etiam isti nunc*.

Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ.	32	Conclusit enim Deus omnes illos in cõtumacia, vt omnium illorum misereretur.	32	*Conclusit enim Deus omnia in incredulitatem, vt omnium misereatur.*
Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!	33	17 O profundas diuitias tum sapientiæ tũ cognitionis Dei! quã imperscrutabilia sũt eius iudicia, & eius viæ imperuestigabiles!	33	*O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!*
Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο;	34	18 ‖Quis enim cognouit mẽtem Domini? aut quis ei fuit à consilio?	34	*Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis cõsiliarius eius fuit?*
Ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ;	35	Aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei?	35	*Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?*
Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.	36	Nam ex eo, & per eum, & in ipsum *sunt* omnia. Ipsi *sit* gloria in secula. Amen.	36	*Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula. Amen.*
Κεφάλαιον ιβ.		CAP. XII.		CAP. XII.
Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν.	1	Adhortor igitur vos, fratres per miserationes illas Dei, vt sistatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, placentem Deo, rationalem illum cultum vestrum:		*Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum:*

17 Exclamat Apostolus, ista verè admirabili Dei sapiẽtia perculsus, quam etiam docet esse religiosè adorandam, non autem curiosè & profanè scrutandam vltra reuelationis metas.
Esa.40.13. iob.41.2. 1.Cor.2.16.
18 Sacrilegam hominum audaciam triplici fræno coercet: primùm quòd Deus sit sapientissimus, ac proinde absurdissimũ sit ac planè impium ex nostra stultitia eum metiri. Deinde quòd nulli sit debitor, ac proinde nemo de iniuria sibi facta queri potest. Tertiò, quod eius gloriæ causa omnia sint condita, ideòque omnia sint ad gloriam eius à nobis referenda, nedum vt cum eo fas sit nobis contendere. 1 Quarta pars epistolæ, quæ absolutis Christianæ doctrinæ capitibus, versatur in vitæ Christianæ præceptis explicandis. Primo autem loco generalia & fundamentalia præcepta tradit: quorum hoc est præcipuum, vt vnusquisque sese totum Spirituali Dei cultui consecret, ac veluti sacrificet, gratia Dei fretus.

32 *Omnes illos*, τοὺς πάντας. i. tum Iudæos tum Græcos illos, electos videlicet, de quibus disseruit: quod etiã ostẽdit adiunctus articulus. Sensus est igitur, non quod singulos homines velit misereri Dominus, vel quòd nulla sit particularis electio in æterno Dei proposito (quod etiam ridiculũ est cogitare, quum nulla esse possit omnium sine exceptione hominum electio) sed vt sciamus quicunq. vel ex Iudæis vel ex Gentibus seruantur, nõ aliter quàm misericordia seruari, quum omnes in sese sint rei mortis æternæ. Est enim [illegible] particula restringẽda ad eos de quib. hîc agitur, nẽpe ad tollendũ populorũ discrimen. Itaq. qui hoc testimonio abutũtur ad euertendã æternã Dei prædestinationem, qua ex mera sua voluntate nõnullos misericordiæ, nonnullos seueritati sui iudicij destinauit, prorsus aberrant à scopo. Vulgata legit τὰ πάντα. id est *Omnia*, vt & Claromontanus codex, eadem manente sentẽtia, pro τοὺς πάντας, vt Ioan.[illegible] & Gal.3.22.

33 *O profundas diuitias*, ὦ βάθος πλούτου. Vulg. *O altitudo diuitiarum*. [illegible] quasi [illegible] adiectiue, & dixerit Paulus, O profunditatem diuitiarum, profunditatem sapientiæ, profunditatem cognitionis. Sed frustra se torquent nõnulli interpretes, dum quærũt quæ sint istæ Dei diuitiæ. Nã ex Hebręorũ idiotismo dictum est βάθος πλούτου, pro ὦ βαθὺ πλοῦτος. & quod etiã animaduertit Chrysostomus, genitiui sequẽtes non pendent à βάθος, sed à duarum illarum vocum cõplexu. πλοῦτος verò Hebræorum more, (vt alibi annotauimus) copiam ac abundantiam vocat: & quia sunt istæ opes penitus defossæ, & quo maior est opum cumulus, eo etiam altior est ac profundior, ideo profunditatis meminit. Solet autem Paulus [illegible] & [illegible] coniungere, illam, vt reconditiorem & [illegible], hanc, vt inferiori & [illegible], tanquam magistram vitæ facere: haud multo aliter, quàm vt impariter, quàm philosophi sapientiam à prudentia discernunt. Considerantur autem ista hoc loco vt Dei attributa, non vt ipsius in nobis per Spiritum suum effecta, vt 1.Cor.12.8 & alibi sæpe. ¶ *Eius iudicia*, τὰ κρίματα αὐτοῦ. Hebr. משפטים [*mishpatim.*] i. rectiones quas tenet in rebus vniuersis ac singularib. administrandis. Nã iudicare apud Hebręos [illegible] regere & summę rerum præesse accipitur, vt sæpe annotauimus apud Ioannem præsertim. ¶ *Viæ*, αἱ ὁδοί. Hebr. דרכים [*derachim.*] i. consiliorum ac factorum ipsius rationes. & hoc demum sensu negat Paulus homines posse in illam abditam Dei sapientiam penetrare. Nam alioqui ab effectis & ex reuelationibus intelliguntur Dei consilia, & æternum quoque ipsius de nostra salute decretum ex Spiritus testimonio, credentium cordibus insculpitur, vt scribitur suprà 8.16 & 38, & 1.Corinth.2.10 & 12, & 1.Ioan. aliquoties.

35 *Prior dedit*, προέδωκεν. Noua est ista significatio verbi προδιδόναι pro antè dare, sicut suprà 9.29, προειρημένα accipitur pro antè dicere. Reperio tamen in illa significatione etiam apud Aristot. lib. Oecon.2. Est autem etiam hic locus diligenter obseruandus, aduersus eos qui fidei vel operum præuisionem faciunt electionis causam. In quem errorem sanè turpissimum Origenes veteres plerosque tum Græcos tum Latinos adegit, donec tandem Dominus Augustinum per Pelagianos ad hunc agnoscendum & corrigendum errorem excitaret. ¶ *Retribuetur*, ἀνταποδοθήσεται. Vtitur tamen Sp. Sanctus hoc verbo, loquens de premio, quo Deus veram fidem bonis operibus coronat, non tamẽ vt scitè loquitur Augustinus, quòd merear, sed quia Deus miseretur: Itaque tunc sciendum est quod docet Basilius in Psalmum septimum, tunc, ἀνταπόδοσιν poni pro δόσιν, id est, Retributionem pro Dono.

36 *In ipsum*, εἰς αὐτόν. Vulgata, *In ipso*, ἐν αὐτῷ: quod ego quidem non probo. Nam finem omnium Dei factorum, hîc puto significari, Deum ipsum videlicet, ad cuius gloriam omnia referuntur quæcunque sunt in cælo vel in terra, quemadmodũ etiam ab eo cõdita sunt omnia, & per eum administrantur. Neq. verò duntaxat in genere de rerũ creatione & administratione hoc accipiatur, sed in primis de nouis ipsius operibus, quæ in electis suis edit.

IN CAPVT XII.

1 *Adhortor*, παρακαλῶ. Vulgata, *Obsecro*, non satis aptè, Vix enim hoc verbum nisi apud eos vsurpatur, qui sponte non videntur obsecuturi. Itaque ne precandi quidem verbum mihi nunc placuit. Hortamur autem etiam sponte facientes quod decet. Absoluta verò tractatione dogmatum Christianæ religionis, iam tandem ad Christianæ vitæ officia descendit. Vtitur autem diuinissima præfatione, & quidem

quidem istam hanc nouam tractationem cum superiore connectens miro prorsus artificio argumento à causa ducto ad effectum, quod ostendit particula οὖν *Igitur*, alludẽs ad veterem sacrificiorum ritum, vt significet Dei gloriam esse vltimum & vniuersalem finem omnium humanarum actionum, siue illæ sint ἠθικαὶ (de quibus agit hoc cap.) siue πολιτικαὶ (de quibus proximo cap. disserit) siue ἱερατικαὶ, de quibus constituit 14. capite, ac parte etiam decimiquinti, adeo vt tota vita nostra sit verè instar cuiusdam sacrificij Deo gratissimi. ¶ *Per miserationes illas*, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν. Vtitur numero multitudinis, amplificationis causa. Sic etiam Dauid Psal 51.2. commemorat Domini רחמים [*rachamim.*] Nihil autem grauius dici potest ista obtestatione. Quid enim æquius est quàm vt ei nos totos consecremus, cui tanta & tam multa, imò cuius misericordiis nos ipsos debemus? ¶ *Vt sistatis*, παραστῆσαι. Vulgata, *Exhibeatis*. Erasm. *Præbeatis*. Sic oportebat olim victimam ad altare sisti. Nunc autem vbique est altare, & vbique nosipsos oportet alacriter & promptè Deo sistere. ¶ *Corpora vestra*, τὰ σώματα ὑμῶν. Olim aliena, nunc nostra ipsorum corpora offerenda sunt. Totum autem hominem sic vocat συνεκδοχικῶς, vt si Gallicè dicas, *vos personnes*, ad veterem ritum alludens, vt apparet ex epithetis sequentibus & Thes.5.23. ¶ *Hostiam viuam*, θυσίαν ζῶσαν. Olim quoque morticina erant polluta: sed nunc requirit Dominus hostias vero Spiritu vitæ præditas. Nullus igitur nunc expiatoriis sacrificiis locus, vbi necessariò interueniebat cædes victimæ: & alius erat sacerdos, alia victima. Hinc præclarum illud August. Psal. 50. Noli extrinsecus pecus quod mactes inquirere, habes in te quod occidas, Sacrificium Deo Spiritus contribulatus cor contritum. ¶ *Sanctam*, ἁγίαν. Sic sub Lege, neque licebat impuris sese sistere in Dei cõspectum, nec offerre immunda. Sed de vera purificatione hîc agitur, quæ quum sit omnibus filiis Dei cõmunis, sequitur nullum expiatorium sacrificium superesse. Vbi igitur Missatica illa Christi oblatio pro viuis & mortuis?

¶ *Rationalem illum*, &c. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. i. Spiritualem, vt explicatur 1.Pet.2.5. Est enim tacita antithesis cultus in quo seipsum homo spiritualiter Deo consecrat, & veteris cultus, in quo bruta, quæ ἄλογα Græci vocant, cæteráque non modò rationis sed etiam sensus expertia, carnalibus adhibitis ceremoniis Deo offerebantur. Vulgata, *Rationabile obsequium*, barbarè: quòd deinde nonnulli admodum imperitè acceperunt pro eo quod est ratione temperatum, quasi immodico ac superstitioso opponatur. Basilius autem in asceticis, definit. 230. rationalem hunc cultum opponit idololatriæ & ἐθελοθρησκείας, parum, vt mihi videtur, appositè.

Καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον.	2	2 Et ne vos cõfigurate seculo isti, sed transformate vos per renouationem mentis vestræ, ad hoc ‖ vt probetis quæ sit voluntas Dei, bona illa, placens ac perfecta.	2	*Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta.*
Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν· ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως.	3	3 Enimuero per gratiam quæ mihi data est, edico cuiuis versanti inter vos ne sapiat supra quàm oportet sapere: sed sapiat ad sobrietatem, prout cuique Deus ‖ partitus est ‖ mensuram	3	*Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem, vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.*
Καθάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν·	4	4 Quemadmodum enim in vno corpore membra multa habemus, mẽbra verò omnia eandem non habent actionem:	4	*Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent:*

2 Secundum præceptũ est, ne pro vitæ regula, reliquorum hominum opiniones aut mores sumamus, sed huic seculo penitus renũtiates, Dei nostri voluntatẽ, sicut est nobis in verbo ipsius patefacta, nobis pro scopo proponamus.
Eph.5.17. 1.thes.4.1. 1.Cor.12.11. ephes.4.7.
3 Tertio loco monet etiam atque etiam vt quisque & intra suæ vocationis limites permaneat, & pro gratiæ suæ modulo sapiat. 4 Ratio huius præceptionis est duplex: vna, quoniam Deus non commisit quæuis quibusuis agenda, ac proinde præposterè agit, & non modò inutiliter, sed etiam cum aliorum incommodo se & alios fatigat qui vocationis suæ fines præterit: altera quod ista vocationum & donorum diuersitas & imparitas in nostrum commodum cedit, quum idcirco instituta sit vt alij aliis obstringantur: vnde consequitur neminem hoc ægre ferre debere, quum priuatorum cuiusque donorum communis sit vsus.

2 *Ne vos cõfiguretis*, μὴ συσχηματίζεσθε. Configurandi verbo vtitur in hac significatione Columella. Seruandã autem in hoc dicẽdi genere Hebr. coniugationẽ Niphal reciprocã, vel Hithpahel, sæpe iã admonuimus. Vulg. *Nolite cõformari*, μὴ συμμορφοῦσθε. Eras. *Ne accommodetis vos ad figuram*, quæsita periphrasi nõ necessaria. Porro sicut Philosophi in tradẽdis ethicis, vbi de fine disseruerunt, ad virtutis definitionẽ accedũt, sic quoq. Apostolus progreditur. Sed vt lõgè aliũ finẽ quàm philosophicũ descripsit, ita etiam verã virtutẽ lõgè aliter definit, reuocãs nos ad ipsius τοῦ ὀρθοῦ λόγου normã, Dei videlicet legẽ, non illã Ceremonialẽ, sed quã Decalogum vocãt, quam rursum definit esse explicationẽ diuinæ voluntatis, quod ad res attinet verè bonas, ipsiq. Deo acceptas, & quib. quidquã adiicere & detrahere sit nefas, quũ sit numeris omnibus absolutissima. Deinde etiam docet Virtutis habitũ non à natura omnibus hominib. cõmuni qualis nũc est, sed à gratia illã renouante, proficisci: quæ siquis cũ Aristotelicis cõparet, animaduertet, quod & quantũ sit inter merè humanas & Christianas virtutes discrimen.

¶ *Seculo isti*, τῷ αἰῶνι τούτῳ. Sic vocat hominũ non renatorum statũ, nulla prorsus addita exceptione. ¶ *Mentis*, τοῦ νοός. Nullus igitur locus τῷ ἡγεμονικῷ illi philosophico, nec libero arbitrio Sophistico, quũ ipsam in primis rationẽ oporteat renouari. Vide Ephes cap.1.18, & cap.4.23, & Coloss.1.21.

¶ *Bona illa*, τὸ ἀγαθόν. Hoc accipio pro voluntatis Dei epithetis. Nã id demũ verè bonũ est, acceptũ Deo, & omnibus suis numeris cõstans, quod cum Dei volũtate cõsentit. Simul quoque tacita est allusio ad eas cõditiones quę sub Lege requirebãtur in victimis immolãdis: de quib. præcipitur Leu. 22.22. Articulũ autẽ accipere possumus vel tanquã energię causa positũ, vt huius volũtatis diuinæ præstantiã declaret, vel διακριτικῶς, vt Lex ceremonialis à Morali discernatur: vel deniq. vt per appositionẽ (quã vocãt) referat quod præcessit: idq. rursus dupliciter, nẽpe vel illud dũtaxat proximum, *Vt probetis quæ sit volũtas Dei, quod bonũ acceptũmq. & perfectũ*: quod modo interpretatus est Eras. vel totũ illud quod superiore quoq. versu dictũ est: sicut exposuit Augustinus libro De ciuitate Dei 10, & epist.76. itemq. Ambrosius. Sed & ante τὸ ἀγαθὸν suppleri potest particula καὶ in epexegesi, vt sit hæc sentẽtia, *Ad hoc vt probetis quæ sit Dei voluntas, & quid bonum & acceptum & perfectum*: quæ interpretatio Domino Bucero (beatæ memoriæ viro) placuit præ cæteris.

3 *Enimuerò* γάρ. vel Igitur, sicut etiam accipi videtur supra, 6.19, & infrà, 15.2. Absoluta autem præfatione descẽdit Apostolus ad ἠθικὰ præcepta, & primo loco monet vt quisq. sit munere suo cõtentus: deinde vt quam Spartã quisque à Deo nactus est, eam exornet: quæ duo nõ rectè obseruata, omnẽ ἀταξίαν gignũt in Ecclesia. ¶ *Edico*, λέγω. i. præcipio. Sic n. accipitur interdũ verbũ אמר [*amar*] apud Hebręos, & quod subiicit διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, i. tanquã Dei Apostolus, & Spiritũ Dei habens additũ esse apparet tum vt maioris ponderis esset hoc præceptum, tum verò vt omnẽ dicti inuidiam à se auerteret. ¶ *Cuiuis*, παντί. Hanc particulam sæpe iam annotauimus interdum esse indefinitam potius quàm vniuersalẽ. Vulg. *Omnibus*, quæ interpretatio non satis exprimit hanc doctrinam ad quoluis & quidẽ sigillatim sine exceptione pertinere. ¶ *Ad sobrietatẽ*, εἰς τὸ σωφρονεῖν. mentis videlicet, i. qua Mens ipsa sanior euadat, vitatis iis ad quæ cognoscenda nos curiositas vel stultitia impellat: quibus nec doctiores, nec meliores euadamus. Nam ὑπέρ declarat quicquid à fine recto in vllam partem aberrat. Quid ergo? An est aliqua moderata arrogantia? Minimè verò: sed tamen quemuis oportet sibi aliquatenus sapere, id est eorum donorum esse conscium

quæ à Domino accepit, vt bona conscientia possit vocatione sua defungi. Verùm duo sunt limites quibus definitur ea sobrietas ac moderatio quam requirit Apostolus. Vnus est, ne nobis arrogemus quod nō habemus: alter, ne de eo quod accepimus gloriemur, sed vt acceptis donis vtamur cum tremore in Domini gloriam. Origenes mauult de temperātia hoc accipere, quod etiam sequitur Augustinus epistola 47. Hieronymus verò in pugna aduersus Iouinianum plus æquo incalescens, & in eo ipso peccans quod hoc loco reprehenditur ab Apostolo, hunc locum ad virginitatis studium detorquet, Latinos etiam codices emendans in quibus scribitur *Ad sobrietatem*: quum ipse potius (magnus vir alioquin & cui plurimum debet Ecclesia) magnam reprehensionem mereatur, quòd hunc locum & alios plurimos in eo libro alienissimis interpretationibus deprauarit.

¶ *Prout cuique*, ἑκάστῳ ὡς. Manifesta est traiectio particulæ ὡς, vt 1. Cor. 3. 5, cuiusmodi plurimas annotauimus suprà, ca. 11. 11. Nam manifestus est error in eo quòd in nonnullis veteris editionis codicibus legitur, *Et vnicuique*, repugnantibus summo consensu omnibus exemplaribus Græcis: vt planè intempestiuè scripserit Erasmus, Paulum hoc in loco spectasse sensum magis quàm sermonis integritatem: sitque planè ineptus Origenes, subindicans aliquid esse subaudiendum. Vide 1. Cor. 12. 11.

¶ *Fidei*, πίστεως. Fidem appellat συνεκδοχικῶς cognitionem Dei in Christo, cum donis quæ ex eo manant in credentes per Spiritum sanctum. Idem ergo valet hoc dictum atque id quod alibi scripsit *pro mensura donationis Christi* Ephes. 4. 7, *& manifestatio Spiritus*, 1. Corint. 12. 7. Sed & pro πίστεως in vno codice scriptum inuenimus χάριτος, *gratiæ*.

5 Οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθ' εἷς, ἀλλήλων μέλη.

6 Ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα· εἴτε προφητείαν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως·

7 Εἴτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ· Εἴτε ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ·

5 Ita multi illi vnū corpus sumus in Christo, singulatim autem, alij aliorum membra.

6 5 ‖ Habentes autem diuersa dona pro gratia quæ nobis data est, siue prophetiam, *prophetemus* pro proportione fidei:

7 Siue ministerium, *versemur* in ministrando: Tum is qui docet, in docendo:

5 *Ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.*

6 *Habentes autem donationes secundū gratiam quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam, secundum rationem fidei:*

7 *Siue ministeriū, in ministrando: siue qui docet, in doctrina:*

1 Pet. 4. 10

5 Quod in genere dixerat, peculiariter sacris muneribus applicat, in quibus periculosiùs peccatur. Ea verò distribuit in duo genera, Prophetarum videlicet & Diaconorum: & rursus Prophetas in Doctores & in Pastores diuidit. Diaconos autem triplices facit, nempe ærarij Ecclesiastici, veluti Quæstores, quos propriè vocant Diaconos: disciplinæ moderatores, qui & Seniores siue Presbyteri vocantur: & propiùs curandis ipsis pauperibus seruientes, cuiusmodi erat viduarum collegium.

6 *Habentes autem*, ἔχοντες δέ. Malè in quibusdam Latinis codicibus expungitur particula Autem, quę prorsùs est retinenda: nec id tamen (meo iudicio) quasi hac coniunctione ista connectantur cum præcedenti verbo ἐσμέν, vt existimauit Erasmus: ex cuius etiam sententia Frobenius post μέλη, id est, membra, distinctionem simplicem adscripsit. Nam contrà in nostris vetustis codicibus plenum pūctum scribitur, vt nouam periodum inchoet participium ἔχοντες, & vtraque ratio huius distinctionis quam adfert Erasmus, facilè refelli potest. Illud enim planè nihil est quod tradit, Apostolum videlicet, quum dixisset, Singuli sumus alius alius membra: ne cōfusionem imaginaremur, adiecisse, Sumus quidem eiusdem corporis membra, sed habentes dona, &c. Huius enim confusionis suspicionem omnem sustulerat Apostolus, quum membra omnia diceret eandem functionem non habere. Deinde altera ratio quæ subijcitur, nihilo est probabilior, nempe absque ista distinctione fore imperfectam orationem. Supplendum enim est necessariò verbum ex communi loquendi vsu, ita vt nos fecimus, cum quo cohæreant ista quæ sequuntur, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως. ἐν τῇ διακονίᾳ. ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, &c. quæ omnia alioquin hiare necesse est, etiamsi istam Erasmi distinctionem sequaris. Nam hîc rursus corrupta sunt exemplaria, quæ post προφητείαν, διακονίαν, διδάσκων, παρακαλῶν, &c. non habent adscriptam distinctionem, quasi perpetuo tenore legendum sit, εἴτε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, &c. repugnantibus omnibus vetustis codicibus Græcis, & ipsa quoque sententia, vt in Græcis scholiis explicatur. Itaque (vt paucis absoluam) particula Autem non fuit rectè expuncta, quia hæc periodus à sententia superiore pendet. Erasmus verò, neque particulam δέ rectè conuertit *Sed tamen*, neque totum hunc locum videtur percepisse. ¶ [*Prophetemus*] *pro proportione fidei*, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως. Distinctio illa post προφητείαν addita in omnibus Græcis codicibus, & sententia quoque ipsa satis (ni fallor) vel hoc verbum vel aliud eiusmodi supplendum esse confirmant, veluti μενέτω, *maneat*, vel στοιχείτω, *incedat*, quæ Græcus scholiastes subaudit. Neque est cur hæc ellipsis displiceat, quum multæ eiusmodi aut etiam multo duriores soleant in communem loquendi vsum incidere. Potest autem τῆς ἀναλογίας vocabulum dupliciter exponi, nempe vel pro conuenientia siue congruentia quadam, vel pro eo quod antea μέτρον vocârat. Harum igitur interpretationū si priorem sequaris, significarit Apostolus verum canonē prophetię, id est interpretationis scripturarum veræ à falsa discernendæ, nempe si ad Christianæ fidei axiomata αὐτόπιστα exigantur, Symbolo comprehensa quod Apostolicum vocant, & quod iam inde ab initio Euangelicæ prædicationis veluti Euangelij Epitome scriptum fuit, ideóque norma & regula fidei meritò à Tertulliano vocatur. Sin verò alteram huius vocis notationem amplectamur, dicamus Paulum, postquam admonuit in genere vt quisque sese Deo consecret, &, vt quisque sese intra suæ sortis metas contineat, nunc istud per partes explicare. Primùm igitur Ecclesiasticarum functionum meminit, quas diuidit in duas species, siue duo genera, nēpe in Prophetiam & Diaconiam: Prophetiæ nomine comprehendens quæ ad docendi munus pertinent: Diaconiæ verò alia Ecclesiastica munera, quibus se abdicarunt Apostoli, Act. 6. 2. 3. & 4. Iam verò quia in docendi munere non vna est functio, sed varij sunt gradus, neque in vna & eadem functione par est Spiritus mensura, ideo Apostolus Prophetas monuit, vt prophetent pro fidei proportione, id est, vt quisque reuelationis suæ modum teneat, ne vnus sibi omnia scire videatur. quod si seruatum fuisset in Ecclesia, nunquam in ea pericula incidisset: vnde quum vix nunc cœperit emergere, certè metuendum est ne eòdem relabatur, ni fiat quod monuit Apostolus 1. Corinth. 14. 30. 32. & 33. Alioquin Prophetiæ nomen angustiore significatione sæpe accipitur, vt Ephes. 4. 11. & 1. Corinth. 12. 28: & Diaconia contrà multo ampliore, ita vt omnia munera ecclesiastica comprehendat, ipsámque adeo Apostolicam functionem: quia nimirum publicè ac priuatim nos oportet Deo ministrare, vt suprà, capite 11. versu 13, Act. 6. 4, & 12. 25. Similem in hæc duo genera ecclesiasticarum functionum distributionem adhibet noster Apostolus Philipp. 1. 1, & 1. Timoth. 3, nominans Episcopos quos hîc vocat prophetas, quibus nimirum sermonis ministerium commissum est: cæteros autem nomine Diaconorum intelligens. Sic etiam loquitur Petrus, 1. Petri 4. 11.

7 *In ministrando*, ἐν τῇ διακονίᾳ. Erasmus, *In administratione*. quam interpretationem etsi non repudio, tamen illi postpono. Nam priore loco διακονία munus ipsum declarat, posteriore verò ipsam muneris functionem: quam distinctionem mihi videtur melius expressisse Vetus interpres gerundi modo. ¶ *Tum is qui docet*, εἴτε ὁ διδάσκων. Vel (vt Vulgata & Erasmus) *Siue qui docet*. Cæterùm quòd Paulus genus dicendi mutat, video torsisse nonnullos: qui tamen non videntur eius rei causam cognouisse. Solent enim à plerisque interpretibus hæc ita explicari quasi quinque Ecclesiasticas functiones diuersas commemoret Apostolus: quod non puto. nec dubito mihi assensuros quicunque attentius hunc locum considerabunt. Puto igitur Paulum in primis (vt antè dixi) Ecclesiasticas functiones perpetuas (alias enim temporarias meritò omittit) ad duo genera reuocare, Apostolorum exemplo, Act. 6. 2. 3. 4, vt paulo antè diximus: deinde singula illa duo genera in suas species diuidere, nempe Prophetas in doctores & pastores: Diaconos verò in eos qui eleemosynas distribuunt, in gubernatores, & eos qui curandis ipsis pauperibus Ecclesiæ seruiebant: quales erant ferè viduæ, de quibus seorsim agitur 1. Timot. 5. 9. Vtque hæc distinctio melius intelligeretur, mutauit (opinor) Apostolus dicendi genus. ¶ *In docendo*, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ. Vulg. & Erasmus, *In doctrina*, quam interpretationem vt ambiguam repudio. Doctrina enim ferè Latinis declarat idipsum quod docetur, quum διδασκαλία hoc loco significet ipsam docendi functionem. Vocat autem Apostolus Doctorem, eum qui Scripturæ duntaxat simplici interpretationi vacat in Ecclesia, vt pura ac sincera doctrina retineatur: sicut doctissimus interpres in Christianæ religionis Institutione verissimè docuit: & repetendum est ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum Versetur, tum in hoc membro, tum in aliis sequentibus.

8 Εἴτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει· ὁ μεταδιδούς, ἐν ἁπλότητι· ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ· ὁ ἐλεῶν, ἐν ἱλαρότητι.

9 Ἡ ἀγάπη, ἀνυπόκριτος. Ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ.

10 Τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. Τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι.

11 Τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί. Τῷ Πνεύματι ζέοντες. Τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες.

12 Τῇ ἐλπίδι χαίροντες. Τῇ θλίψει ὑπομένοντες. Τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες.

13 Ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες. Τὴν φιλοξενίαν διώκοντες.

8 Tum qui exhortatur, in exhortatione, ‖ tū qui distribuit, cum simplicitate: tū qui præest, cum diligentia: tum qui miseretur, cum hilaritate.

9 6 Charitas *esto* minimè simulata. *Estote* ‖ abhorrentes à malo, agglutinati bono.

10 ‖ Fraterna charitate alij ad alios amandos propensi. Honore alij aliis præeuntes.

11 ‖ Studio minimè ignaui. Spiritu feruentes. Domino seruientes.

12 7 Spe gaudentes. In afflictione tolerantes ‖ In oratione perdurantes.

13 ‖ Vsibus sanctorum communicantes. Hospitalitatem sectantes.

8 *Qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in simplicitate: qui præest, in solicitudine: qui miseretur, in hilaritate.*

9 *Dilectio, sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono.*

10 *Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Honore inuicem præuenientes.*

11 *Solicitudine non pigri. Spiritu feruentes. Domino seruientes.*

12 *Spe gaudentes. In tribulatione patientes. Orationi instantes.*

13 *Necessitatibus sanctorum communicantes. Hospitalitatem sectantes.*

Matt. 6. 3
2. cor. 9. 7
Amos 5. 15
Eph. 4. 2
1 pet. 1. 17
1. Pet. 5. 8
Luc. 18. 1
1. cor. 6. 1
Heb. 13. 2
1 pet 4. 13

6 Paulus accedens ad secundæ Tabulæ officia, ex charitate velut omnium eorū fonte illa deriuat. Charitatem autē Christianam definit sinceritate, malarum rerum odio, bonarum autem studio, eóque propenso, & colendi proximi auido, cuius denique vltimus finis sit Dei gloria. 7 Commemorat alias virtutes varias cum suis effectis coniunctas, nempe spem, æquanimitatem, patientiam, iugem inuocationem, liberalitatem in sanctos, hospitalitatem, moderationem animi in iuuandis etiam inimicis, sympathiam tum in prosperis, tum in aduersis rebus, modestiam, honestatis & concordiæ, quoad eius fieri potest, cum quibusuis colendæ ardentissimum studium, quod nullis etiam cuiusquam iniuriis extingui possit.

8 *Tum qui exhortatur*, εἴτε ὁ παρακαλῶν. Vetus interpres non legit εἴτε. quam tamen coniunctionem vbique inuenimus, & addere necesse est, vt sibi constet distributio. Exhortatorem autem vocat eum qui alibi dicitur pastor, vt 1. Cor. 12. 28. & Ephes. 4. 11 & propheta quoque interdum, vt 1. Corint. 14. 31. is videlicet qui doctrinam cum admonitionibus & exhortationibus, atque adeo eum Sacramentorum administratione coniungit. ¶ *Tum qui distribuit*, ὁ μεταδιδούς. Vetus interpres, *Qui tribuit*. Erasmus, *Qui impertit*. Vterque nimium lata interpretatione, quum hîc significentur qui propriè Diaconi dicuntur, ij nimirum qui eleemosynas distribuebant. Iubetur autem is versari in suo munere cum simplicitate, id est bona fide & sine personarum respectu. Opponitur enim ἁπλότης τῇ κακίᾳ, & in his tribus posterioribus ἐν pro σύν commodissimè accipitur.

¶ *Tum qui præest*, ὁ προϊστάμενος. Hæc est altera species presbyterorum, eorum videlicet qui politiam Ecclesiasticam administrabant: ab iis diuersi qui in sermone & doctrina laborant, licet eâdem voce appellati, vt apparet ex 1. Tim. 5. 17. quorum munus vocatur κυβέρνησις, 1. Corinth. 12. 28. ¶ *Tum qui miseretur*, ὁ ἐλεῶν. Videtur quidem hoc latius patere: sed quum Paulus agat de functionibus Ecclesiasticis, non potest satis commodè hoc accipi de misericordia cui præstandæ tenentur quicunque Christo nomen dederunt. Deinde quum istum distinguat ab eo qui distribuit, iis assentior qui Paulum existimant proprio quodam dicendi genere, per eos qui miserentur, intelligere qui curandis ipsis pauperibus erant designati, vt ferè erant viduæ, quarum fit mentio Act. 6. 1, & 1. Timoth. 5. 9. Et meritò sanè in istis requiritur hilaritas, non modò vt fungantur suo munere alacriter, sed etiam ne mœrorem addant mœrori, si tetricos & morosos in solandis miseris sese præbuerint.

9 *Charitas*, ἡ ἀγάπη. Iam ad fructum Ecclesiasticarum functionum rectè administratarum accedit Paulus, nempe ad eas virtutes quas verè Christiani inter se exercent, quas ex vno fonte, nempe Charitate, deducit: & ea quidem suis notis insignita, nempe synceritate, vitij odio, boni amore propenso, iuuandi proximi auiditate, & cuius finis sit Dei gloria. Deinde alias Christianas virtutes præcipuas, ex charitatis limpidissimo fonte deductas enumerat. ¶ [*Estote*] *abhorrentes à malo*, ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν. Vulg. *Odientes*, barbarè. Eras. *Odio prosequentes*, non satis expressè. Plus enim est ἀποστυγεῖν quàm μισεῖν. Deinde verbum *Estote*, quod necessariò subintelligitur, expressi ex Clemente, στρωματέων λόγῳ β, quo loco nonnulla præterea inserit, sed contra omnium codicum fidem, nec satis aptè. ¶ *Agglutinati*, κολλώμενοι. Vulg. & Eras. *Adhærentes*, non satis expressè, hoc quidem in loco quo non quæuis adhæsio notatur, sed quæ veluti glutine adhibito compingitur, vt etiam 1. Cor. 6. 16. 17.

10 *Fraterna charitate*, τῇ φιλαδελφίᾳ. Clemens lib. Pædagogi 3. cap. vltimo videtur hoc connectere cum superiore membro. ¶ *Alij ad alios amandos propensi*, εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. Vulg. *Inuicem diligentes*, nimium dilutè. Nam φιλοστοργία non tantùm amorem, sed etiam ipsam ad amādum propensionem declarat. Erasmus, *Ad mutuò nos diligendos propensi*. Ego *Amandos* dicere malui, quia sicut (auctore Chrysostomo) plus est στέργειν quàm φιλεῖν, sic Latinis plus est Amare quàm Diligere. Sic enim Cicero, *Sed tamen vt scires eum à me non diligi solum sed etiam amari*. ¶ *Præeuntes*, προηγούμενοι Vulg. & Eras. *Præuenientes*, προφθάνοντες. Et hæc illa est σεμνότης, de qua vide 1. Tim. 2. 2.

11 *Domino seruientes*, τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες. Rectè hoc subiūxit Apostolus, quo Christianæ charitatis præcepta à philosophorū monitis distinguūtur & ita in probatissimis quibusque codic. vetust. & Græcis scholiis legitur. Sic quoque vertit & Syrus & vetus Latinus interpres, & ita legūt Chrysostomus & Theophilactus, & Basilius in Ethicis, definitione 68. & Clemens, & ita legendū esse rectè contendit Hieronymus ad Marcellā, sub finem secundi tomi. Eras. tamen interpretatus est, *Tempori seruientes*. i. καιρῷ δουλεύοντες. quæ lectio annotatur etiam ab Origenis interprete, & Glossa ordinaria, quā vocant. Explicatur autē tribus modis. Sunt enim qui existiment hoc dicto moneri pios, vt si quid incommodi acciderit, boni cōsulant, vt hoc cohæreat cū eo quod sequitur. Alij verò putant præscribi fidelibus, vt pro tēporis ratione sese accōmodent fratribus, sicut dicit Apostolus se factū esse omnibus omnia. Alij demū καιρόν accipiunt pro occasione: quòd velit Paulus nos studiosè omnē iuuandi occasionem captare quæ interpretatio mihi maximè probatur præ cæteris. Sed vtcunq; accipias, non exprèsseris significationē verbi δουλεύειν, quod plus est quàm sese accōmodare tempori, aut occasionem captare: neque puto vllum esse locū Scripturæ in quo simile dictū occurrat. Itaque omninò legendū puto τῷ Κυρίῳ. & ab iis corruptū esse locū, qui cōpendium illud scribendi κῷ putarunt καιρῷ declarare: idq; eo verisimilius est quòd etiamnū hodie apud Basiliū eo loco quē antè citaui, eo cōpēdio literarum istud scriptū inueni. Ita etiā nominatim legendū tuetur Hieron. epist. tomi secundi vltima, ad Marcellā, quā epistolam vide, quæso, (lector) vt qualis fuerit olim iam tum Ecclesia illa Romana cognoscas. 12 *Perdurantes*, προσκαρτεροῦντες. Vulg. & Eras. *Instantes*, non satis rectè.

13 *Vsibus*, ταῖς χρείαις. Ambrosius vt ex Latinis non pau-

ci locum hunc citantes, legerunt ταῖς μνείαις, *Memoriis*, quod recentiores valde impudenter ad preces pro mortuis detorserunt. Origenes vtramque lectionem obseruat. Ego in multis Græcis codicibus istud inueni, neque dubitare possum quin hæc sit vera lectio. Vulg. & Erasm. *Necessitates* conuertunt, quod mihi non placet, ne quis existimet prius non succurrendum proximo quàm ad necessitatem sit redactus. scripsisset enim Apostolus ταῖς ἀνάγκαις. Quanquam hoc concedo τῶν χρειῶν nomine delicias & superuacanea officia non significari. ¶ *Communicantes*, κοινωνοῦντες. Ita significatur quæ hîc sit vera charitas, nempe quum aliorum incommodis non minus quàm nostris afficimur, & ita affecti proximum pro viribus iuuamus. ¶ *Sectantes*, διώκοντες. Hoc verbum dictũ de re, significat studiũ eius obtinendæ, & ferè semper in laude ponitur, de persona verò, designat nocendi cupiditatem, etiam in iuris persecutione: cuius significationis exemplum suppeditat proximus versiculus.

Matt.5.44 — Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς· εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε.

14 ‖ Benedicite iis qui vos infectantur, benedicite *inquam*, & ne imprecamini.

14 *Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere.*

Χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων.

15 Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus.

15 *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.*

Prou.3.7, esa.5.21 — Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς.

16 Itidem alij in alios affecti: ‖ Non alta sapientes, sed humilibus obsequentibus obsecundantes. Ne estote prudentes apud vosmetipsos.

16 *Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.*

Prou.20.22, matt.5.39, 2.cor.8.21, 1.pet.3.9 — Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες. Προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων.

17 ‖ Nemini malum pro malo vicissim reddentes. Procurantes honesta in omnium hominum conspectu.

17 *Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.*

Heb.12.14 — Εἰ δυνατόν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες.

18 ‖ Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace viuentes.

18 *Si fieri potest, quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes.*

Ecclef.28, matt.5.39, Deut.32.35, heb.10.30 — Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοί, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ· γέγραπται γάρ, ἐμοὶ ἐκδίκησις· ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος.

19 ‖ Non ipsi vosmet vlciscentes, dilecti: sed date locum iræ. scriptum enim est, ‖ Meũ est vlcisci: ego rependam, dicit Dominus.

19 *Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ. scriptum est enim, Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus.*

Prou.25.22 — Ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν· τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

20 ‖ Itaque si esurit inimicus tuus, ciba eum: si sitit, da ei potum. hoc enim si feceris, carbones ignis coaceruabis in caput eius.

20 *Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.*

Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

21 Ne vincitor à malo, sed vince bono malum.

21 *Noli vinci à malo: sed vince in bono malum.*

---

14 *Benedicite*, εὐλογεῖτε. Id est, *bene precamini*, vt opponatur τῷ καταρᾶσθαι. Eras. *Bene loquamini*. Ego verò vocabulum theologis vsitatum retinere malui: neque existimo de loquutione duntaxat hîc agi, ne hostibus detrahamus, sed de eo potius, vt hosti bene precemur. quod quum Eras. viderit, miror cur vel Benedicatis vel Beneprecamini potius non conuerterit quàm Beneloquamini. Vide Matthæi 5.44. ¶ *Et ne imprecamini*, καὶ μὴ καταρᾶσθε. Sic solent interdum Hebræi ταυτολογεῖν, sed ita tamen vt hæc minimè sit inepta aut inutilis ταυτολογία, de qua diximus Ioh.1.20.

15 *Gaudete*, χαίρειν. Vrget sympathiam Christianã Paulus: sed in gaudio & dolore honesto. Est autem omnibus nota enallage infiniti pro imperandi modo, Atticis etiam ipsis familiaris.

16 *Itidem alij in alios affecti*, τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, id est, *inter vos concordes, atque adeo vnanimes.* quod Græci vno verbo dicunt ὁμοφρονεῖν. Vulg. *Idipsum inuicem sentientes*: duplici errore. Neque enim τὸ αὐτὸ declarat Idipsum, sed Idem: quod tamen nusquam animaduertit Vetus interpres in hac exprimenda sententia, nisi bis, nempe 2.Cor.13.11. & Phil.4.16. Et φρονεῖν non accipitur hoc loco de ipsis doctrinæ Christianæ placitis, sed de animi erga quempiam affectu. sed pro affectum esse animo, quem φρένας Græci interdum vocant. Sed & Erasmus sibi in eo non constat. nam τὸ αὐτὸ φρονεῖν alibi vertit Idem sentire, infrà 15.5. & Philip. 2.2, non satis rectè, opinor & Concordes esse, Phil.3.16. & 4.2: item Vnanimes esse, 2.Cor.13.11. Quòd autem εἰς ἀλλήλους conuertit, *aliquis alius*, mihi non probatur. Neque enim Græcè dicitur φρονεῖν εἰς τινα, sed φρονεῖν τινα. Itaque non dubito quin εἰς ἀλλήλους positum sit pro ἐν ἀλλήλοις, vt explicat idem noster Apostolus infrà, 15.5. ¶ *Humilibus* τοῖς ταπεινοῖς. Quum paulo antè τὰ ὑψηλὰ dixerit, poscit antithesis vt ταπεινοῖς accipiamus etiam neutro genere. Sed verbum cui adiungitur ostendit hoc referri potius ad eos qui præ aliis videri possunt viles & contemptibiles. Dicuntur autem συναπάγεσθαι qui in aliorum gratiam ab instituto itinere deflectunt, vt illos assectentur, quod obsecundandi verbo commodius videtur quàm obediendi vel consentiendi declarari: & interdum in laude ponitur, vt hoc loco, quum videlicet in rebus mediis infirmitati fratrum concedimus, quod vera charitas iubet, qua ratione dicit Apostolus se factum esse omnibus omnia. Interdum verò contrà hoc ipsum verbum de vitio, & quidem maximo dicitur vt Gal 2,13. & 2.Pet.3.17. Nihil autem æquè scindit concordiam atque ambitio, quum quispiam humilia fastidit, sublimia ambitiosè sectatur.

¶ *Prudentes*, φρόνιμοι. Erasm. *Arrogantes*, quo sensu idem dictum exposuimus suprà, 11.25. Sed hoc in loco, ne videatur inanis esse ταυτολογία φρονεῖν παρ' ἑαυτῷ accipio pro prudentiæ opinione turgere, & suo iudicio sapere: ita vt fontem arrogantiæ aperiat Apostolus, idque sit planè quod prohibetur Prouerb.3.7, *Ne sis* חכם [*chacham*] (i. sapiens) *in oculis tuis*. quod repetitur Esa.5.21.

17 *Procurantes*, προνοούμενοι. Sic vertit Eras. 2.Cor.8.21. qui tamen hîc conuertere maluit, *Prouidè curantes*. Vulg. *Prouidentes*, obscurè & ambiguè. Nam prouidere potius est speculationis quàm actionis, nisi quum pro cauere accipitur. Hîc verò Paulus monet vt in primis attenti & soliciti simus de vita bene & honestè instituenda, vt nemo quicquam habeat quod in nobis meritò possit culpare. Quod autem in Vulgata editione subiicitur, *Non tantùm coram Deo*, οὐ μόνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, in multis codicibus non inuenio, & insertum fuisse opinor ex 2.Cor.8.21. vt in eo frustra se torserit Erasmus.

18 *Si fieri potest*, εἰ δυνατόν. Hæc putat Erasmus connecti posse rectius cum superiore sententia, contra omnium exemplarium fidem, & fortassis non optima ratione. Neque enim cum conditione præcipitur vt vitam honestè instituamus coram omnibus hominibus, sed simpliciter omnino tenetur hoc facere quisquis Christum profitetur: pacem verò colere cum omnibus sine exceptione, nemo nec potest, nec etiam debet.

19 *Vlciscentes*, ἐκδικοῦντες. Vulg. *Defendentes*, idque malè. Neque enim honesta & legitima sui non ad referendam, sed ad inhibendam iniuriam defensio prohibetur. ¶ *Iræ*, τῇ ὀργῇ. Dei videlicet, quam alioqui præuenire videatur, qui iniuriam vlciscitur.

20 *Carbones ignis*, ἄνθρακας πυρός. id est ignitos seu candentes ex Hebræorum idiotismo. Sic etiam Solomon ænigmaticè declarat iram Dei alicuius capiti imminentem, & eo quidem ardentiorem quo maior est alicuius peruersitas: veluti eius qui ne benignitate quidem prouocari potest ad eum diligendum qui pro accepta iniuria beneficiũ referat. Scio tamen Hieronymum contrario sensu hanc phrasin explicare lib.1. contra Pelagianos, sed cui assentiri nequeo.

Κεφάλαιον ιγ.

Sapien.6.4, tit.3.1, 1.pet.2.13 — Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ. αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν.

CAP. XIII.

1 Omnis anima [2] potestatibus supereminentibus subiecta esto. [3] non enim est potestas nisi à Deo: & quæ sunt potestates, sunt à Deo ordinatæ.

1 *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt.*

Ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν· οἱ δὲ ἀνθεστηκότες, ἑαυτοῖς κρῖμα λήψονται.

2 Itaque quisquis obsistit potestati, Dei ordinationi obsistit: qui autem obsistunt, ipsi sibi condemnationem auferent.

2 *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.*

Οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν. Θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς.

3 [4] Nam magistratus non sunt metui bonis operib', sed malis. Vis autem non metuere potestatẽ? quod bonum est facito, & laudem ab ipsa obtinebis.

3 *Nã principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatẽ? Bonum fac, & habebis laudem ex illa.*

1 Paulus seorsim ostendit, quid subiecti debeant suis magistratibus, obedientiam videlicet: à qua declarat neminem esse liberum, & ita quidem, vt nõ tantùm ipsi summo Magistratui, sed etiam infimis quibusuis magistratus potestate fungentibus debeatur. 2 Argumentũ ab ipsa rei natura. Quorsum enim in superiore gradu sunt collocati, nisi vt inferiores eis subiiciantur. 3 Aliud maximi ponderis argumentum, Quoniam huius ordinis autor est Deus, vt qui sunt rebelles, sciant sese cum Deo ipso bellum gerere: vnde fieri non potest quin maximas calamitates accersant. 4 Tertium argumentum ab vtilissimo fine. Quòd hac ratione Deus bonos conseruet, malos coerceat: qua sententia ipsi quoque Magistratus admonentur quid subiectis debeant. 5 Optima ratio ferendi iugi istius non modò sine molestia, sed etiam maximo cum fructu.

IN CAPVT XIII.

1 *Omnis anima*, πᾶσα ψυχή. Iam transit Apostolus ad πολιτικὰ præcepta, quomodo videlicet vnumquemque, se erga magistratum & in publicis actionibus gerere oporteat. Cæterùm Anima per Hebraicam Synecdochen pro homine ponitur, vt alibi quoq; annotauimus: hîc verò videtur hoc dicendi genus non carere emphasi, vt intelligamus, omnes mortales, nullo prorsus excepto, subiici suo magistratui oportere. Videant igitur quo iure priuilegia immunitatis hodie iactent qui se Ecclesiasticos vocant. Hi verò si verbo Dei credere nolunt, nisi addita Patrum interpretatione, saltem audiant quid in hunc locum scripserit Chrysostomus. Sic enim habet ad verbum, [illegible Greek] Id est, *Omnibus hæc præcipi, sacerdotibus quoque ac monachis, non autem iis solis qui huius vitæ negotiis occupantur, statim in ipso proœmio declarat Apostolus, quum sic dicit, Omnis anima potestatibus supereminentibus subiecta esto: etiamsi Apostolus, etiamsi Euangelista, etiamsi Propheta, vel alius quispiam fueris. Subiectio enim ista pietatem non euertit.* Hæc ille. qui Deus bone, si hodie viueret, quàm acerbè in illum inueheretur qui non modò regibus non subiicitur, sed ipsa etiam regna & imperia transfert, & tamen Christi vicarius vult videri. Cæterùm qui Origenis ingenium nosse volet, legat quàm fœdè hunc locum deprauarit. ¶ *Potestatibus*, ἐξουσίαις. Nomine isto tropicè intelliguntur, qui sunt in illis dignitatibus constituti: sed non est temerè vsus hoc tropo Apostolus, vt sciamus hanc subiectionem ipsis dignitatibus habendam, etiam si indigni sint qui eo sunt euecti: quod Christus ipse in Caiapha & Pilato, & Paulus ad Neronem prouocans obseruauit. Sed hoc tum saluo ipsius Dei iure accipiendo [illegible] potestatibus vel diuino vel humano iure constitutis, non autem contra Dei verbum impiè, aut contra politicas leges seditiosè vel tyrannicè introductis. ¶ *Supereminentibus*, ὑπερεχούσαις. Hoc positum est αἰτιολογικῶς. Causa enim adfertur cur subiici nos oporteat magistratibus: quia nimirum in superiore gradu sunt collocati. Vulgata, *Sublimioribus*, non obscura modò sed periculosa interpretatione, vt quæ sic possit accipi quasi summis duntaxat magistratibus non inferioribus sit parendum. ¶ *Sunt à Deo ordinata*, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Hæc verba, *A Deo*, postposui Verbo substantiuo, vt falsæ distinctioni ansam præciderẽ, quæ nonnullos fefellit. Quidã enim legunt, *Quæ verò sunt, à Deo ordinata sunt*, quasi Græcè scriptũ sit ἀπὸ non ὑπό. Prçterea quia Vetus interpres ἐξουσίαι non legit (quod tamen vocabulum in omnibus Græcis vetustis codicibus (excepto vnico Claromontano) inuenimus, & nisi addatur, nemo non videt ἀπὸ τοῦ κακοῦ subaudiendum) nonnulli Latini pro *ordinatæ* legerunt *ordinata*, quasi Græcè scriptum sit, τὰ δὲ ὄντα, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένα ἐστίν. Cæterùm quia ordinare interdum idem declarat atque instituere, & ex mandato faciendum aliquid decernere, censuerunt nonnulli Paulum his verbis ostendere, Deum esse magistratuum dignitatis auctorem. Id verò ego ita esse fateor: sed quum in superiore membro sit hoc disertè dictum ab Apostolo, causam non video cur hoc ipsum iterum inculcet, & quidem addita particula δέ, quæ non eadem, sed diuersa plerunque solet copulare. Existimo igitur Apostolum primùm quidem testari in genere ius ipsum & potestatem magistratus à Deo esse: deinde verò, quia varij sunt magistratuum gradus, & dixerat oportere omnes non vni alicui potestati, sed potestatibus subiici, huius etiam potestatis distributionem & [illegible] eidem Deo vindicare, vt infimis etiam ordinibus parendum esse sciamus. Sunt autem hæc duo connexa, id est, magistratus dignitas, & eius dignitatis distributio: vt vtrunque Apostolus meritò vocet διαταγὴν τοῦ Θεοῦ, i. Dei ordinationem, in proximo vers. Sed duorum hîc oportet meminisse, nempe de legitimis potestatibus, quibus hominum genus auctore Deo hunc ordinem suggerente regitur: non de iis quæ sint à Tyrannide, ac etiam ab impietate profectæ: deinde de rebus ipsis, non de quibusuis personis ista potestate fungentibus, hoc Pauli dictum accipiendum: quanuis non absque Dei iudicio & ordinatione mali quoque Magistratus imperent, sed hoc nihil spectat ad Pauli scopum.

2 *Quisquis obsistit*, ὁ ἀντιτασσόμενος. Verbum militare quo summa vis declaratur militum ex aduerso depugnantium. Vulg. *Qui resistit*, non satis expressè. ¶ *Ipsi sibi*, ἑαυτοῖς. Sic rectè Vetus interpres, pro quo Eras. non rectè *Sibiipsis* substituit vt sensus ipse ostendit. Rectius quoque Vetus interpres κρῖμα vertit *Damnationem*, quàm Erasm. *Iudicium*. ¶ *Auferent*, λήψονται. Sic Latini dicunt non impunè vel inultum ferre, & pretium ferre ob stultitiam. Vulg. *Acquirunt*, neglecta temporis ratione. Erasmus, *Accipient*, obscurè, vt diximus Matth. cap.23. vers.14.

3 *Bonis operibus*, τῶν ἀγαθῶν ἔργων. Vulgata, *Boni operis*, nimium obscurè. Eras. *Bene agentibus*, rectè expressa sententia. Ego studui propius abesse à Græcis.

4 Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστί σοι εἰς τὸ ἀγαθόν. Ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ. Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι.

5 Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργήν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν.

6 Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε· λειτουργοὶ γὰρ Θεοῦ εἰσιν εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες.

7 Ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς· τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὴν τιμήν, τὴν τιμήν.

8 Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε.

4 Dei enim minister est tuo bono. 6 Quòd si feceris quod malũ est, metue: non enim frustra gladium gerit. nam Dei minister est, vindex ad iram ei qui quod malum est fecerit.

5 7 Quapropter necesse est subiici, nõ solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam.

6 8 Propter hoc enim etiam tributa soluitis: siquidem ministri Dei sunt in hoc ipso laborantes.

7 ‖Reddite igitur omnibus quod debetis: cui tributum *debetur*, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timor, timorem: cui honor, honorem.

8 9 Nemini quicquam debete, nisi *hoc* vt alij alios diligatis. 10 nam qui diligit alterum, Legem impleuit.

4 *Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit.*

5 *Ideo necessitate subditi estote: non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam.*

6 *Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes.*

7 *Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.*

8 *Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. qui enim diligit proximum, Legem impleuit.*

6 Deus gladio etiam vltore Magistratum armauit.

7 Conclusio, parendum esse Magistratui, non modò pœnæ metu, sed multò magis quia etiã si Magistratus in conscientiam ius non habet, tamen quum Dei sit Minister, bona conscientia ei resisti non potest.

Matt. 22. 21

8 Enumerat præcipua in quibus posita est subiectorũ obedientia.

9 Ostendit quomodo futurum sit vt quàm paucissima iudicia exerceantur, nempe si vitam ita instituamus, vt nemo quicquam meritò possit à nobis flagitare, præter id vnum quod ex charitatis Lege alij aliis perpetua quadam obligatione debemus. 10 Commendat Charitatem vt Legis epitomen.

4 *Vindex*, ἔκδικος. Iram autem Hebræorum more pœnam vocat à iusto Deo inflictam.

5 *Necesse est subiici*, ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι. Vulgata, *Necessitati*, vel (vt alij codices habent) *necessitate subditi estote*, id est ἀνάγκῃ ὑποτάσσεσθε, contra omnium nostrorum codicum fidem, si duos tantùm excipias, sed quibus ipsa etiam sententia repugnat. Neque enim præcipit Apostolus vt pareamus magistratibus, quòd vrgeat necessitas, quasi liceat alioquin iugum excutere: sed potius quia æquissimum est vt Dei ministro subiiciamur, neque res est media seu ἀδιάφορος, sed eiusmodi vt hominis etiam conscientiam obliget. minimè id quidem quasi magistratui, aut cuipiam homini liceat leges condere conscientiis, quæ vnicum habent legislatorem: sed quia nemo potest bona conscientia ei resistere cuius potestati Deus ipsum subiecerit, adeo vt hanc ob causam non sit seditiosis & rebellibus negotiũ duntaxat cum magistratu, cui sese opponunt, sed etiam cum Deo ipso. Sciamus tamen [illegible] exceptione, VSQVE AD ARAS. Nam [illegible] Apostolicum illud, Præstat obedire Deo quàm hominibus. Vbi tamen hoc quoque notandum est, aliud esse, magistratui impia præcipienti, vel iniqua etiam per subiectos exequi volenti, non obsequi, [illegible] intentare. Nam illud quidem [illegible], illud verò nefas est: vim autem Magistratui [illegible], qui Tyrannidi manifestæ, opposita & publica autoritate cuiusque ciuilis status [illegible] remedia, sanctè & necessariò vsurpet. Cæterùm qui Origenem legerit in hunc locum, comperiet hunc quoque Anabaptistas sui furoris principia hausisse, aut illum certè [illegible] olim fuisse agitatum quibus hodie Anabaptistæ.

6 *Ministri*, λειτουργοί. Vide Act. 13. 2. & infra, 15. 27. ¶ *Laborantes*, προσκαρτεροῦντες. Vulgata, *seruientes*, non expressa Pauli sententia [illegible] verbum vsurpat, ostendens à magistratu pondus minimè leue sustineri, oppugnandis malis, & bonis tuendis vt planè [illegible] quadam ac diuina animi fortitudine instructum esse oporteat qui publico hoc munere ita defungatur, vt Deo fidem suam approbet: itaque meritò illis & vectigalia solui, & honorem, tanquam reipublicæ causa infinitos labores perferentibus, tribui. Nos verò alibi προσκαρτεροῦντες vertimus Perdurantes, sed diuersa constructione.

7 *Cui tributum*, τῷ τὸν φόρον. Subaudi [illegible], vt in Epigrammate dicitur [illegible], *cui debentur imagines*. Ideo expressi verbum, nequis putet τῷ pro ἐ positum, quod Ionibus est peculiare. Cæterùm (meo iudicio) φόρος dicitur Capitatio, id est tributum quod in capita [illegible] viritim aut pro censu ratione imponitur: (quod [illegible], id est Collationem vocari puto, & videlicet quod *taleam* vernaculo sermone Galli vocant). τέλος verò quicquid alio nomine persoluitur reipublicæ, vt Decimæ, Portoria, Scriptura, & quæ pro inuectis aut exportatis mercibus persoluuntur. ¶ *Cui timor*, τῷ τὸν φόβον. Timorem, Hebræorum more, vocat Obedientiam, eámque ex animo proficiscentem, Honoris autem nomine intelligit reuerentiam quam magistratui habere par est, eámque sinceram & voluntariam: cuiusmodi fuit illa Q. Fabij Maximi, filium Consulem reuerentis, vt refert Liuius Decadis tertiæ libro quarto: quanquam multo altius assurgere nos iubeat Paulus.

8 *Debete*, ὀφείλετε. *Incertum est* (inquit Erasmus) *an sit Debetis, indicandi modo, an Debete*. Atqui res ipsa nullũ huic amphiboliæ locum relinquit. Sed & ex duabus interpretationibus quas adfert, altera quam Ambrosio affingit, nihil tale cogitanti, est eiusmodi vt mirer cuiquam in mentem venire potuisse: quasi videlicet superiora ad magistratus ethnicos referantur, ista verò ad Christianos. Id verò quum sit absurdissimum, vnde tandem colligitur Ambrosio placuisse? *Scribit enim*, inquit, *in hunc locum, Pacem vult nos habere, si fieri potest, cum omnibus, dilectionem verò cum fratribus*. Quasi verò Ambrosius, quum hæc scriberet, compararit cum hoc dicto superioris cap. versiculũ decimum octauum, quòd affines inter se sententias cõtineant. Itaque (quod etiam in præfatione monui, & cum tanti viri pace dictum velim,) sicut Erasmi diligentiam laudo, ita maiorem in eo attentionem interdum requiro. Sed ad rem. Scitè profectò Paulus, quum de nostro in magistratum officio aut pietate [illegible] disseruisset, nunc omnium forensium litium ac controuersiarum fontem aperit, nempe quòd suum cuique nonnisi inuiti & magistratus imperio coacti reddamus: vnde fit vt postea nobis sit inuidiosum & exosum magistratus nomen. Videte ergo, inquit, ne cuiquam quicquam debeatis, nisi hoc vnum vt vos mutuò diligatis. Nam hoc quidem debiti genus, eiusmodi est vt bonus vir semper inueniat quod proximo debeat, ac proinde sese hoc veluti ære alieno libens obstrictum esse fateatur. ¶ *Alterum*, τὸν ἕτερον. Vulg. *proximum*. Certum autem est hîc τὸν ἕτερον significatione dici eum qui in Legis contextu & proximo versiculo vocatur ὁ πλησίον, quauis, quiuis alius homo significatur, quicum aliquid est nobis negotij, ne inimicis quidem exceptis. Sic Hebræis רעה [*Reheh*] & רע [*Reheh*] accipitur tum pro socio, tum pro altero quopiam simpliciter, sicut apud Græcos perexiguum est discrimen inter ἕτερον & ἄλλον. ¶ *Legem impleuit*, νόμον πεπλήρωκε, id est non vnicum aliquod præceptum obiit, sed in genere præstitit quod Lex iubet. Itaque non agit hîc Apostolus de perfecta vel imperfecta obseruatione Legis, vt nugantur Sophistæ, sed charitatem vt legis summam commendat, sicut apparet ex ratione quæ subiicitur, & conclusione quæ annexitur, nec est hoc aliter intelligendum.

9 Summatim

9 Τὸ γάρ, Οὐ μοιχεύσεις, Οὐ φονεύσεις, Οὐ κλέψεις, Οὐ ψευδομαρτυρήσεις, Οὐκ ἐπιθυμήσεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολή, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.

10 Ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη.

11 Καὶ τοῦτο, εἰδότες τὸν καιρόν, ὅτι ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι· νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν.

12 Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός.

13 Ὡς ἐν ἡμέρᾳ, εὐσχημόνως περιπατήσωμεν· μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ.

14 Ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας.

9 Siquidem illud, ‖Non mœchaberis, Non occides, Nõ furaberis, Non falsum testimoniũ dices, Non concupisces: & si quod aliud *est* præceptũ, in hoc sermone summatim comprehenditur: nempe, ‖Diliges proximum tuum sicut teipsum.

10 Charitas proximum non afficit malo. Itaque ‖ charitas est completio Legis.

11 11 Idque, perspecta opportunitate, quòd *videlicet* tempus iam *sit* nostri à somno expergefiendi. Nunc enim propius nos est salus, quàm quum credidimus.

12 Nox processit, dies autẽ propinquat. Abiiciamus igitur opera tenebrarum, & induamur habitu qui luci conueniat.

13 Vt interdiu, decenter ambulemus: ‖ non *in* commessationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac lasciuiis, non lite & inuidia.

14 ‖Sed induimini Domino Iesu Christo, & carnis curã ne habete ad *explendas* cupiditates.

9 *Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.*

10 *Dilectio proximo malum non operatur. Plenitudo ergo Legis, est dilectio.*

11 *Et hoc, scientes tempus quia hora est iam nos de somno surgere: nunc enim propior est nostra salus, quàm quum credidimus.*

12 *Nox præcessit, dies autem appropinquauit. abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.*

13 *Sicut in die, honestè ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione.*

14 *Sed induite Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.*

Exo. 20. 14
deut. 5. 18

Leuit. 19. 18
matt. 22. 39
mar. 12. 31
gal. 5. 14
iac. 2. 8
1. Tim. 1. 5

11 Amplificatio à circunstãtia tẽporis, quod & ipsum nos per se admoneat, quum tenebris ignorantiæ & prauarum cupiditatum, diuinæ veritatis cognitione depulsis, superest vt vitam ad certam illam omnis iustitiæ & honestatis normam, virtute Spiritus Christi fretĩ exigamus.

Luc. 21. 34
Gal. 5. 16
1 pet. 2. 11

9 *Summatim comprehenditur*, ἀνακεφαλαιοῦται. Id est, in summam ac compendium redigitur. Nam tota Lex nihil aliud quàm amorem Dei & proximi præcipit. Sed tamen quum Apostolus hoc loco de mutuis hominum officiis disserat, Legis vocabulum ad secundam tabulam restringendum puto. Vulg. *Instauratur*, vt planè videatur legisse ἀνακαινοῦται, vel καινοῦται.

10 *Completio*, πλήρωμα. Hebr. מלו [*melo*,] pro quo Gallicè diceremus *le contenu*, vt Psal 24. 1. nisi malimus simpliciter ipsam præstitionem legis ita significari, non quemadmodum perfectam, sed veram, & quæ in summa respondeat ei quod Lex iubet. Vulg. & Erasm. *Consummatio*. Vide suprà versu 8.

11 *Idque*, καὶ τοῦτο. Vulg. *Et hoc*, admodum obscurè. Neque enim hoc cohæret cum participio εἰδότες, sed cum eo quod dixerat versu 8, *Nemini quicquam debete*. Cui dicto quum Apostolus subiecisset rationem, quæ paulo longiore confirmatione indigebat, nunc tandem ad institutum redit. Adduntur autem hæ particulæ, orationis amplificandæ causa, vt initio officiorum Cic. *Quanquam te iam annum audientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet*, &c. Syrus interpres videtur legisse καὶ τοῦτο εἰδότες (sub. ἐστε) ὅτι καιρὸς καὶ ὥρα ἐστίν, Et hoc scitote, quòd tempus & hora est, &c. ¶ *Perspecta opportunitate*, εἰδότες τὸν καιρόν. Vulg. & Erasmus, *Scientes*, vel, *Quòd sciamus tempus*, admodum obscurè. Nos Græcum hoc dicendi genus ad verbum sic exprimimus in vernaculo sermone, *Veu le temps*, vel, *Veu la saison*. Quæ sit autem hæc opportunitas, statim subiecit per epexegesin. ¶ *Propius nos est salus*, ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία. Vulg. *Propior est nostra salus*. Potest enim ἡμῶν, etiam connecti cum σωτηρία per traiectionem: cuius aliud exemplum annotauimus Ioan. 15. 10, vt Vet. interpr. Erasm. hoc loco non optimo iure flagellarit. ¶ *Quàm quum credidimus*, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν. Erasmus, *Quàm quum credebamus*. *Nam*, inquit, *sub Mose opinio fuit potius salutis quàm salus, & vmbra potius quàm res*. Atqui præterquam quòd qui sic loquitur, planè non intelligit quæ fuerit veteris fœderis ratio, Apostolus Romanis scribit, non Iudæis: & quanuis in Romana Ecclesia nonnulli etiam essent qui ex circuncisione crediderant, tamen quum minimus fuerit hic numerus, sit autem hæc vniuersalis doctrina, non fit mihi verisimile hoc ita explicandum, vt ad solos Iudæos pertineat. Paulum igitur ex stadio hoc ipsum dicere de quo monent etiam scriptores alioqui prophani: nempe quo propius metam cursor accedit, eò magis intendendas esse vires, si præmium ipsa meta propositum assequi velit. Sic enim Apostolus docet quo propius à salutis luce absumus, tanto longius à tenebris abesse nos oportere.

12 *Processit*, προέκοψεν. Hieronym. in Matth. 26. *præteriit*. Cyprianus in tractatu de zelo, *transiuit*, vt & Syrus interpres עבר [*habar*.] id est ignorantiæ tempus, quo nondum ita perspecta fuit nobis hæc veritas. Itaque non dubium est, quin mendosè legatur Latinè *præcessit*, quod Ambrosiũ & alios veteres interpretes fefellit. ¶ *Propinquat*, ἤγγικεν. Alibi iam dicimur in luce versari, sed ita vt nondum apparuerit quod sumus. Adhuc enim videmus vt in crepusculo. ¶ *Opera tenebrarum*, ἔργα τοῦ σκότους. id est, Eam vitam quam agere solent qui lucis conspectum fugiunt. qua de re poëta verè & eleganter dixit, *Nox & amor vinúmque nihil moderabile suadent: Illa pudore caret, Liber amórque metu*. In quam sententiam disseritur quoque Ephes. 5. 12. & 1. Thessal. 5. 7. quanquam Tenebrarum nomen latius hîc patet, totam videlicet superiorem vitam comprehendens in Christi ignoratione transactam. ¶ *Habitu qui luci conueniat*, τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Vulgata & Erasmus, *Arma lucis*, quæ interpretatio mihi videtur perobscura. Etsi enim in re non dissimili Apostolus armorum meminerit, 1. Thessal. 5. 8. tamen quod statim subiicitur, ostendit metaphoram ab habitu & cultu corporis sumptam esse, de quo nimirum soliciti sunt omnes modesti homines, non noctu, quum à nemine conspiciuntur, sed interdiu, vt nihil indecorum appareat. Itaque εὐσχημόνως etiam licebit cum Vetere interprete exponere *Honestè*, vel etiam *Decorè*. qua de re vide 1. Cor. 14. 40. Latè autem patet appellatio τῶν ὅπλων, adeo vt apud Homerum τὸ ὁπλίζεσθαι accipiatur pro ἐυτρεπίζεσθαι, id est Instrui & ornari.

14 *Induimini Domino Iesu Christo*, ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Vulgata, *Induite*, ἐνδύσασθε. Persistit Paulus in metaphora: sed & alioquin apud Hebræos verbum לבש [*labasch*] ita vsurpari solet in re quauis, cuius accessione vel ornamur, (vt quum dicitur aliquis indui decore, salute, magnificentia, iustitia) vel contrà dedecoramur, vt Indui confusione, maledictione, desolatione. Videtur tamen peculiaris esse energia istius formulæ, quòd in possessionem Christi mittamur, ita vt ille sit in nobis & nos in illo, vt Galat. cap. 3. vers. 27. sicut dicitur Spiritus Domini induisse Gedeonem, Iudic cap. 6. vers. 34. Hoc autem loco fructus sanctificationis significat Apostolus à Christi Spiritu exorientes, quibus vult nos esse ornatos, vt copiosius explicat Col. cap. 3. vers. 10. & 12, & deinceps. ¶ Ad

Concupiscentias] cupiditates, εἰς ἐπιθυμίας. Vulg. *Carnis curam ne feceritis in desideriis*, barbarè prorsus & obscurè. Erasmus, *Carnis curam ne agatis ad cupiditates*, non multo melius. Rectè verò istud adiectum est, quum alioquin Apostolus pronuntiet eum esse quouis prophano deteriorem, qui suis non prouidet, 1. Tim. 5. 8.

Κεφάλαιον ιδ´.

1 Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει, προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν.

2 Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει.

3 Ὁ ἐσθίων, τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω· ὁ Θεὸς γὰρ αὐτὸν προσελάβετο.

4 Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει· σταθήσεται δέ· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς στῆσαι αὐτόν.

5 Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω.

6 Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ· καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυ-

CAP. XIIII.

1 EVm verò qui fide est infirmus, assumite, nō *tamen* ad altercationes disputationum.

2 Alius quidē credit edere licere quiduis: alius autem *fide* infirmus edit olera.

3 Qui edit, non edentē ne pro nihilo habeto: & qui non edit, edentē ne condemnato 4 Deus enim eum assumpsit.

5 Tu qui es qui condemnas alienum famulum? proprio domino perstat aut cadit. stabilietur autem: potest enim Deus eum stabilire.

6 Alius quidem æstimat diem præ die, alius autem *peræquè* æstimat quemuis diem. 7 Vnusquisque in animo suo plenè certioratus esto.

8 Qui curat diem, Domino curat: & qui non curat diem,

CAP. XIIII.

1 INfirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.

2 Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus mandueat.

3 Is qui manducat, non manducantem nō spernat: & qui non mādueat, mādueantē non iudicet. Deus enim illum assumpsit.

4 Tu qui es qui iudicas alienum seruum? domino suo stat aut cadit, stabit autem: potens est enim Deus statuere illum.

5 Nam alius iudicat diē inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet.

6 Qui sapit diem, Domino sapit: & qui manducat,

1 Paulus tractat quomodo in rebus mediis nos gerere deceat cum fratribus, non malitia, nec damnanda superstitione, sed beneficij Christi ignorantia in earū rerum vsu peccantibus. Docet autem eos leniter & patienter erudiēdos, & ita quidem vt eorum ignorantiæ in eiusmodi quidem rebus accommodare nos oporteat ex charitatis Lege. 2 Proponit pro exemplo discrimen ciborum, quòd nonnulli vt in Lege præscriptum (quam abrogatam esse nesciebāt) penitus obseruandum putabant, quum è contrario, qui in Euangelij cognitione profecerant, abolitam esse istam Legis pædagogiam rectè censerent. 3 In huiusmodi facto, inquit Apostolus, neque qui libertatem suam norunt, fratrem ignorantem arroganter despiciant, neque indocti morosè condemnent quod non intelligunt. 4 Prima ratio, quia quum & qui edit, & qui non edit, sit nihilominus Christi membrum, nec contemni qui non edit, nec condemnari qui edit, meritò potest. Explicatur autem antecedens vers. 6. 5 Alia ratio à superiore dependens, cur rudes à peritioribus non debeant, vt extra spem salutis positi, damnari. Quia, inquit Apostolus, qui hodie rudis est, cras potest pleniore cognitione donari, vt & ipse firmus consistat. Itaque Dei est non hominis sententiam illam damnatoriam ferre.

6 Aliud exemplum legalis discriminis dierum. 7 Opponit isti contemptui & præcipitibus iudiciis assiduum proficiendi studiū, vt firmis de sua libertate bene constet, quænam sit videlicet, & cuiusmodi eius vsus: & vicissim infirmi quotidie proficiant: ne vel illi abutantur Dei dono, vel isti in sua infirmitate sibi placeant. 8 Ratio petita ab ipsa rerum mediarum natura, quas bona conscientia & obseruare possit aliquis, & aliquis rursus negligere. Quum enim & dierum & ciborum discrimen à Deo statutum esset, qui Legis abrogationem nondum intelligebant, & tamen alioqui Christum vt Seruatorem agnoscebant, quomodo potuissent bona conscientia negligere quod à Deo præceptum sciebant? Contrà verò qui Christi beneficium hac etiam in parte norant, bona conscientia nec dies nec cibos curabant. Itaque (dicet Apostolus v. 10) docti ignaros ob res istas ne damnante, quum indocti fratres nihilominus sint fratres. Iam verò si quis hanc doctrinam ad nostra hæc tēpora trahere velit, sciat de rebus mediis hîc agi, & quidē eiusmodi, vt qui eas non arbitrabantur medias, fundamentum haberent in Lege, & simplici ignorantia, non autem malitiosa (illis enim ne ad tempus quidem cessit Apostolus) nec superstitione, sed religiosè per se Dei metu ducerentur.

IN CAP. XIIII.

1 *Eum qui fide est infirmus*, τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει. Fides hoc loco declarat Christianam ipsam doctrinam in qua sit adhuc aliquis rudis, ac proinde discrimen ciborum & dierū nondum intelligat Christi beneficio fuisse sublatum. Vide suprà, 4. 10. Cæterùm Apostolus nunc descendit ad ἠθικὴν, id est ad tradendum rectum vsum legalium quorundam à Iudæis quibusdam adhuc rudibus obseruatorum: cuiusmodi erant ciborum delectus, & dierum discrimen. ¶ *Fide*, πίστει. Id est cognitione beneficij Christi. ¶ *Assumite*, προσλαμβάνεσθε. Id est, adiungite vobis, & quidem vltro adsciscite, nedum vt mediæ & indifferentis rei causa defugiatis eius consortium. Plus enim est προσλαμβάνεσθαι quàm venientem excipere. Castellio vertit, *Opitulemini*: neque verbo ipso, neque sensu satis feliciter expresso. Differunt enim significatione & constructione τὸ προσλαμβάνεσθαι & ἀντιλαμβάνεσθαι, quo vtitur Act. 20. 35. Vide Luc. 1. 54. ¶ *Non [tamen] ad altercationes disputationum*, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. Vel, ad disputationum ambiguitates. id est, vt variis & perplexis disputationibus discedat incertior quàm venerit, aut perturbata conscientia resiliat. Nam ex multiplicibus significationibus verbi διακρίνειν, hæ duæ mihi videntur ad hunc locum appositissimæ. Vulgata, *Non in disceptationibus cogitationum*, quasi εἰς pro ἐν accipiatur, & διάκρισις idem valeat atque διάκρισθαι. quasi denique διαλογισμὸς hîc declaret cogitationem, quum multo commodius pro dissertatione possit intelligi. Erasmus, *Ad diiudicationes disputationum*: ac fateor quidem διάκρισιν id interdum declarare, sed non tamen hoc loco, vt mihi videtur. Nam reuera assumi debet infirmus, vt diiudicentur disputationes, id est vt tandem agnita veritate firmior euadat: sed pedetentim hoc fieri iubet Apostolus, vt nulla sit contentio, neque disputatio inanis, aut non suo loco adhibita. Castellio hunc locum ita conuertit, *Siquis autem imbecilla fide est, huic nulla cum animi dubitatione opitulemini*: sententia profectò non modò non expressa, sed etiam valde deprauata. Cæterùm quòd *Tamen* suppleuimus, ideo fecimus vt hiatus constructionis expleretur, quòd alioquin videatur integrum membrum deesse.

2 *Credit*, πιστεύει. Id est, nouit ex fide, siue persuasus est per Dominum Iesum. vt explicatur infrà, versu 14. Nam πιστεύειν aliud significat quàm νομίζειν, id est putare. quod non videtur Erasmus satis attentè considerasse, quum interpretatur *Credit*, id est, *putat*. Vulg. *Credit se manducare*, prorsus ineptè. Nec etiam rectè legit μὲν γὰρ, *enim*, pro μὲν *quidem*. Sunt autem hæc tria in primis obseruanda hoc in loco: Vnum, hîc agi non de rebus vel per se vel propter adiunctam cultus opinionem impiis, neque de [illegible] & manifestis superstitionibus, sed de rebus mediis & indifferentibus. Alterum, non eos qui malitiosè & præfractè resistunt Euangelicæ libertati, sed qui sola ignorantia peccant, hîc infirmos vocari. Tertium, de hac demum ignorantia hîc agi, quæ tamen possit verbum Dei prætexere. Erat enim hîc delectus ciborum & dierum, de quo hîc agitur, ex verbo Dei institutus, adeò vt iis qui Christianam libertatem ignorabant, non esset res indifferens, sed obseruatu necessaria ex Dei mandato. Denique quartum etiam illud obseruandum est, Apostolum non præcipere vt eiusmodi ignorantia foueatur, sed duntaxat vt toleretur, tantisper dum rudes isti possint erudiri. Hæc qui considerabit, facilè intelliget ista nihil iis fauere qui charitatis & lucrifaciendi proximi prætextu, non dubitant sese impiissimis superstitionibus polluere. ¶ *Alius autem [fide] infirmus*, ὃς δὲ ἀσθενῶν. Sic potius lego quàm ὁ δὲ ἀσθενῶν. quia non præcessit ὁ μὲν, sed ὃς μὲν, quum alioquin, vtrouis modo legas, eadem prorsus maneat sententia. Solent enim Græci in distributionibus, non tantùm præpositiuis, sed etiam postpositiuis articulis vti, vt Luc. 23. 33, & infrà versu 5. Cæterùm nolui simpliciter infirmum dicere, sed FIDEM adiunxi ex superiore versiculo, nequis ineptus (quales sunt nimium multi) quia fit olerum mentio putet infirmos à Paulo vocari minus rectè valentes. Nam ita existimarunt qui in Vulg. editione pro *Olus manducat* scripserunt *Olus manducet*, vt apparet ex Origene, qui totum hunc locum fœdissimè corrupit, dum explicat quod suprà dictum est capite 4. 19. Abrahamum non fuisse infirmatum fide. ¶ *Edit olera*, λάχανα ἐσθίει. In plerisque Vulgatæ Latinæ versionis codicibus legitur *Olus manducet*, manifesto errore. Nam præterquàm quòd omnia Græca exemplaria scriptum habent ἐσθίει non ἐσθιέτω, sententia ipsa prorsus flagitat vt vtrunque membrum exprimatur non imperandi sed indicandi modo: vt iis non possim assentiri qui conuertunt φαγεῖν, vescatur. Certum enim est Apostolum proposita generali doctrina, nunc illam suis speciebus, seu casibus (quos vocant) applicare. Ac prior quidem iste ad ciborum discrimen: alter verò quem complectitur versiculus quintus, ad discrimen dierum pertinet. Nihil ergo præcipitur in his versiculis duobus, secundo videlicet & quinto, sed species ponitur, deinde subiicitur doctrina. Dicitur autem edere olera, qui in capiendo cibo mauult solis oleribus vesci, quàm carnes lege prohibitas attingere: vt olim Daniel, sed alio spiritu, cum sociis apud Babylonios, Daniel. 1. 12.

3 *Ne condemnato*, μὴ κρινέτω. Vulg. & Erasm. *Ne iudicet*: nimium obscurè, vt alibi sæpe in hoc eodem verbo peccatum est, quum ex Hebræorum more simplex κρίνειν pro κατακρίνειν sit positum, tum hoc in loco, tum in sequentibus versiculis aliquoties. Sed & in superiore membro ἐξουθενείτω non satis expressè conuertit Vetus interpres *Spernat*, neque Eras. *Despiciat*: quum significet aliquid amplius, nempe pro nihilo habere. Voluit enim Paulus hoc verbo repræsentare immodicum eorum fastum, qui Christianæ libertatis cognitione tumidi, cæteros vix dignos putabant quos vel pili facerent.

4 *Stabilietur autem*, σταθήσεται δέ. Vulg. *Stabit autem*. σταθήσεται δέ. Erasmus, *Imò fulcietur vt stet*. Ego verò (vt dicam periphrasi nihil dicam) puto hoc prorsus cohærere cum eo quod Apostolus dixerat ἢ πίπτει, *aut cadit*, hoc videlicet accommodans ad Christianum quidem, sed adhuc rudem qui, dum mauult carnibus prorsus abstinere & oleribus vesci, quàm cibum, quem putat immundum attingere, sanè in eo ostendit se nondum stare, id est nondum firmo gradu consistere, atque adeo veluti ruinam minatur: sed tamen (inquit Apostolus) non est quòd eum idcirco vt desperata salute condemnes. Quem enim adsciuit Dominus, cum suo tempore stabiliet.

5 *Æstimat diem præ die*, κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν. Secunda [illegible] ista species, eorum qui discrimina dierum ex Legis præscripto obseruabant: vt planè sint hallucinati veteres Græci (à quibus deceptus etiam est Ambrosius) quum hîc nescio quid comminiscerentur de iis qui vel alternis diebus, vel quotidie ieiunabant. Quanuis enim ἡμέραν παρ' ἡμέραν significet alternos dies, tamen non perpetua est ista significatio, vt quæ locum nullum habeat in constructione actiua (quam vocant) cuiusmodi hæc est. Deinde nulla est hîc ieiunij mētio: & res ipsa ostēdit de Legis ceremoniis indifferentibus hîc disseri, quarum causa non vult Apostolus Ecclesiam scindi, sed infirmitati fratrum aliquid ad tempus concedi. Itaque assentior Erasmo qui tradidit, παρὰ hoc in loco relationem declarare, vt in prouerbio [illegible] παρὰ [illegible]. quanquam nolim conuertere *Diem [illegible] ad diem*, ac multo etiam minus, *Diem supra diem*, cum [illegible], quanuis sic accipiatur παρὰ Hebr. [illegible] 3. [illegible] enim est quid cuique loco conueniat. [illegible] quidem videtur παρὰ prorsus hîc respondere [illegible] positioni *Præ*, vt in illo Terentij, *Quum te [illegible] præ [illegible] præ parente intelligo*. Sed & in verbo κρίνειν [illegible] ado, quod nonnulli [illegible] magnopere, doctissimum interpretem libenter sum sequutus. Nam inter cætera κρίνειν significat iudicium ferre de re quapiam, quod [illegible] sine æstimatione fieri non potest: quum iudicare [illegible] aliud sit quàm quanti rem aliquam facias vel tecum [illegible], vel apud alios dicere: quæ expositio & simplicissima est & sententiæ Apostoli accommodatissima. Nam quominus accipias pro διακρίνειν, id est discernere seu distinguere, obstat proximum membrum, quod istam expositionem nullo modo admittit: & tamen vt sibi constet antithesis, simili ratione debet explicari. Quod autem quidam τὸ κρίνειν accipiunt pro *sanctificare*, (id est *Pro præstantiore & sanctiore habere*) quanuis sententiæ conueniat, tamen mihi videtur coactum: nisi quis exemplum [illegible] proferat. Postremò si κρίνειν conuertas *Iudicare*, obscura fuerit expositio: quum nemo facilè intelligat quid sit Iudicare diem præ die, ac multo minus, Iudicare quemuis diem, aut de quouis die. Libuit tamen more meo adscribere varias interpretationes, vt cuique suum iudicium integrum seruetur. Sic igitur Vulgata, *Nam alius iudicat diem inter diem*: sic Augustinus in quæstionibus huius epistolæ, (quem sequitur Budæus) *Alius quidem iudicat alternos dies*: sic Hieronymus libro aduersus Iouinianum secundo, *Alius iudicat diem plus quàm diem*: sic denique Eras. *Hic quidem iudicat diem ad diem conferens*. ¶ [*Peræquè*] *æstimat quemuis diem*, κρίνει πᾶσαν ἡμέραν. Vulg. *Iudicat omnem diem*. quod nemo intelligat. Eras. *Idem iudicat de quouis die*, sententia rectè expressa. Malui tamen hîc quoque doctissimi interpretis vestigiis hærere, quòd minus recedat à Græcis. Nequis autem quærat cur aduerbium *Peræquè* addiderimus, quum κρίνειν simpliciter duntaxat significet æstimare, sciendum est hoc aduerbium inclusum esse in πᾶσαν syncategoremate non vniuersali hoc in loco vt etiam suprà vers. 2. sed particulari indefinito. ¶ *Vnusquisque in animo suo plenè certioratus esto*, ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. Vel, In eo quod ipse sentit, siue in sententia sua, certus esto si libeat τὸν νοῦν pro sententia seu consilio accipere. Sed malim quidem ego pro conscientia interpretari, vt videlicet vnusquisque apud se possit meritò dicere quod commemorat Apostolus infrà, versu 14, se nosse ac sibi esse persuasum per Dominum Iesum, nihil esse per se impurum. Itaque τὸ εἰδέναι καὶ πεπεῖσθαι ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ (nam hoc quoque addendum est) optima est expositio verbi πληροφορεῖσθαι de quo abundè etiam diximus Luc. 1. 1. Vulg. *Vnusquisque in sensu suo abundet*, i. *vnusquisque mentem suam sequatur* (vt Ambrosius explicat) *consilio suo remittatur*. Atqui [illegible] quam quòd Abundare in suo sensu propriè dicitur de homine præfracto & obstinato, neque πληροφορεῖσθαι significat abundare, neque hæc sententia Christiana esse potest. Dominus enim, Deut. 12. 8 etiam de rebus mediis & indifferentibus disserens, disertè prohibet nequis faciat quod sibi [illegible] fuerit: & innumerabilib. locis dānat tales bonas (quas [illegible] vocant) intentiones. Sed & Apostolus noster paulo pòst [illegible] certè reiicit hoc commentum, quum dicit neminem sibi [illegible] viuere aut mori. & ἐθελοθρησκείας damnat, Col. 2. 18, & 23. [illegible] Tim. 4. 1. & 3. Itaque hāc interpretationem prorsus repudio, vt & illam Erasmi quę in idem recidit, *Vnicuique sua mens satisfaciat*. Neque rursus iis assentior qui hoc vnum putant præcipi ab Apostolo, vt nemo dubia aut hæsitante conscientia quicquam hîc aggrediatur. Neque enim satis est vt conscientiæ testimonium cum eo quod facimus cōsentiat, sed hoc in primis est curandum, vt conscientia nostra ex verbo Dei certioretur. Quid si enim ea fallatur? vt certè falli necesse est nisi verbo Dei nitatur, in quo nobis ille suā volūtatē plenissimè patefecit. Hoc est igitur quod hîc vrget Apostolus, nempe vt pro eo quòd tam prompti sumus in nobis vicissim condemnandis, vnusquisque potius de seipso sit solicitus: vt & doctis de sua libertate bene constet, & rudes quotidie proficiant.

6 *Qui curat*, ὁ φρονῶν. Vulgata, *Qui sapit*, quod Erasmus rectè mutauit. Nam φρονεῖν etiam declarat animum ad aliquid adiicere, & de re quapiam seriò cogitare. Vide infrà Philip. 4. 10. Hinc factum est vt Paulus eos dicat φρονεῖν ἡμέραν qui hunc vel illum diem peculiari quadam ratione obseruant: agens nimirum non de quouis dierum discrimine, (qua in re proculdubio hallucinati sunt veteres plerique interpretes) sed de eo demum quod in Lege Mosis præcipitur, vt apparet ex eo quòd scriptum est Coloss. 2. 16, sic tamen vt Pharisaicam illam arrogantiam in istorum rituum obseruatione hoc verbo perstringat.

¶ *Domino curat*, Κυρίῳ φρονεῖ. Id est, Domini est iudicium rectène faciat quum diem curat, an secus. Itaque cur non potius laboratis de eo vt quisque se Deo ap-

probet, quàm vt aliena curetis? Hæc enim est conclusio harum rationum quæ subiiciuntur infrà, vers. 12. & 13. Et paulo antè quoque id attigerat Apostolus quum diceret, Suo Domino stat aut cadit. Id est, Siue stet, siue cadat, res Domini agitur, non tua. Neque verò ignoro aliter hunc locum & alios sequentes solere à recentioribus etiam explicari, quorum sententiæ nihil præiudico: tantùm dico hanc expositionem mihi videri cum iis quæ subiiciuntur optimè consentire, vt omnes rationes minimo negotio possint connecti. Sed quocunque modo accipias, notanda hîc sunt tria, nequis vniuersalem hanc doctrinam esse putet: quum charitas præcipiat vt alij de aliorum salute soliciti simus, & quæ contra Dei voluntatem fiunt, vt iniustè facta reprehendamus. Primum (vt antè dixi) de solis rebus suapte natura mediis & indifferentibus hîc agi, & quidem iis demum quæ sub Lege indifferentes non erant. Deinde non facti ipsius iudicium, modò moderatio adhibeatur ex charitatis regula, sed id demum quo personæ ipsæ damnantur, à Paulo reprehendi. Tertiò, non de præfractis & pertinacibus (quos alibi canes & concisionem vocat, Philipp. 3. 2. & quibus ne tantillum quidem cedere voluit, Galat. 2. 4. & 5.) sed de infirmis hîc disseri, quibus Dominus nondum integram libertatem Christianam patefecerat. Itaque non est quòd quidam istiusmodi testimoniis abutantur vt ἐθελοθρησκείας suas stabiliant: nec fas est Academicis suam ἀκαταληψίαν hic argumentis tueri. ¶ *Et qui non curat*, &c. καὶ ὁ μὴ φρονῶν, &c. Totum hoc membrum deest in Vulgata editione, & Latinis aliquot interpretibus: sed in Græcis omnibus exemplaribus, & apud Syrum interpretem, & apud Photium quoque in Græcis scholiis reperitur: & sanè omnino addendum est, vt aliquid opponatur superiori membro de iis qui diem curant. quod nonnisi coacta interpretatione possis de firmis accipere: quanuis in contrariam sententiam Erasmus nonnihil videatur inclinare.

---

1. Cor. 1. 10
9 Ita significat Apostolus sese de fidelibus cum infirmis cum firmis agere. Quid si verò eum infidelibus nobis sit negotium? nempe hîc nobis cauenda sunt duo, sicut in epistola ad Corinth. explicatur: vnû, ne superstitiones eorû inter res medias numeremus, vt qui in idoleo accumbebant: alterû ne tum quoque quum res est media (vt idolothytû in macello emere, & domi aut in priuato cõuiuio edere) fratrum infirmorum conscientiam vulneremus.

ρίῳ οὐ φρονεῖ. ὁ ἐσθίων, Κυρίῳ ἐσθίει· εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ Θεῷ· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, Κυρίῳ οὐκ ἐσθίει, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ Θεῷ.

7 Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει.

8 Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ Κυρίῳ ζῶμεν· ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ Κυρίῳ ἀποθνήσκομεν. ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ Κυρίου ἐσμέν.

9 Εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἀνέζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ.

10 Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου; πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ.

Domino non curat. Qui edit, Domino edit: 9 gratias enim agit Deo: & qui nõ edit, Domino non edit, & gratias agit Deo.

7 10 Nullus enim nostrûm sibiipsi viuit, & nullus sibiipsi moritur.

8 Nam siue viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue igitur viuamus, siue moriamur, Domini sumus.

9 Ad hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, vt & mortuis & viuentibus dominetur.

10 11 Tu verò cur condẽnas fratrem tuum? aut etiam tu cur pro nihilo habes fratrem tuum? Omnes enim sistemur apud tribunal Christi.

Domino manducat: gratias enim agit Deo: & qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo.

7 *Nemo enim nostrûm sibi viuit, & nemo sibi moritur.*

8 *Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur Domini sumus.*

9 *In hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit, vt & mortuorum & viuorum dominetur.*

10 *Tu autem quid iudicas fratrẽ tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.*

10 Non hærendum, inquit, in ipso cibo, sed in vsu cibi, vt demum verè possit reprehendi, qui sic viuit, vt in Deum non respiciat. Illi enim & vita & mors nostra consecrata est, & idcirco mortuus est propriè Christus, non autem simpliciter vt vescamur aut non vescamur hoc vel illo cibo. 11 Conclusio, relinquendum esse ius suum Domino, ac proinde in rebus quæ, prout conscientia affecta est, vel bonæ vel malæ sint, non esse infirmos fratres à firmis despiciendos, nedum damnandos. Non valeret autem æquè hæc consequutio in altero membro, nempe ne infirmi firmos iudicent: quoniam infirmis non est perspectum, eos qui diem non curant, & edunt, Domino non curare, & Domino edere, sicut firmis notum esse potest, infirmos eos qui diem curant, & non vescantur, Domino diem curare & Domino non vesci.

¶ *Qui edit*, ὁ ἐσθίων. Id est, qui nullum facit ciborum discrimen. Huic opponitur, *Qui non edit*, id est qui cibos non attingit quos immundos putat ex Lege. Neque enim simpliciter agit de edendo aut non edendo, vt rectè annotauit Augustinus, sed ex versu secundo explicandum est hoc dictum. quod quum Græci non viderent, & ex Latinis Ambrosius putarunt hîc Apostolum de ieiuniis disserere. Cæterùm quum Erasmus pro *Qui edit*, maluerit dicere *Qui vescitur*: ego contrà, propter amphiboliam malui Veterem interpretationem retinere. Sequitur enim, Domino vescitur, quod etiam sexto casu posset accipi ab imperitis.

7 *Sibiipsi viuit*, ἑαυτῷ ζῇ. Sibi viuere Latinis dicitur qui se vnum respicit, vt ex suo vnius arbitrio ac voluntate viuat. pro quo Hebræi dicunt חֵיטִיב לְנַפְשׁוֹ [*heitib lenaphsho*] id est benefacere animæ suæ, vt Psalm. 49. 19. Hîc ergo Paulus negat fideles sibi viuere, nempe quòd non suam, sed Domini voluntatem fateantur ex gratiarum actione se habere pro vitæ regula: denique ita viuant vt Domino sibi reddendam vitæ rationem cogitent, cuius iuri & potestati subsint. Agitur enim vtrinque de fidelibus, quorum tamen alij sint peritiores, alij rudiores. Quorsum igitur, inquit Paulus, hoc iudicium in conseruum tuum vsurpas? Facit autem mortis quoque mentionem, non modò vt plenissimum hoc ius Domini esse ostendat, quod ne morte quidem terminetur, sed etiam in primis quia hæc iudicia quæ reprehendit, ad futuram vitam præcipuè pertinent: quasi videlicet homines isti eam habeant in sua potestate, vt cui dicat esse ademptam, ei adimatur à Deo.

9 *Et mortuus est, & resurrexit, & reuixit*, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνέζησεν. Hîc plurimùm variant codices. Nam in vetustis codicibus legitur ἔζησεν, sed eodem sensu: quum ex Hebræorum more simplicia soleant pro compositis vsurpari. nisi malimus, ex Erasmi sententia, præteritum *Vixit* interpretari pro præsenti *Viuit*, ne videatur Paulus ταυτολογεῖν. quanquam alia etiam ratione occurri potest battologiæ, si Resurrexit & reuixit, perinde accipiamus acsi scriptum esset, Resurgens reuixit, id est per resurrectionem nouum vitæ statum est consequutus. Syrus interpres legit quidem hæc tria, sed ita vt ἀνέζησεν secundo loco ponatur. Ambrosius verò legit, καὶ ἔζησεν, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, *& vixit, & mortuus est, & resurrexit*. Codex autem quo vsus est Erasmus, scriptum habebat, *Et mortuus est, & reuixit*, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέζησεν. quam lectionem Chrysostomum sequutum esse apparet ex commentario, eo tantùm excepto quòd pro ἀνέζησεν legit ἔζησεν. Sic enim scribit in extremo, καὶ πάλιν ἀνέζησεν. At ex contrario, Vulgatæ editionis exemplaria pleraque scriptum habent, Et mortuus est & resurrexit, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, ita vt ἔζησεν expungatur. Sed vtcunque legas, eadem manet sententia.

10 *Fratrem tuum?* τὸν ἀδελφόν σου; Claromontanus codex addit, ἐν τῷ μὴ ἐσθίειν; *in eo quòd non comedat?* Sed hoc potius spectare ad Iudæum vocatum, & adhuc ista legalia obseruantem, sicut quod subiecit ad eum refertur qui Christiana vtens libertate despiciat infirmum Iudæum, apparet ex collatione, vers. 3.

11 Γέγραπται γάρ, Ζῶ ἐγώ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ.

12 Ἄρα οὖν ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ.

13 Μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν· ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, ἢ σκάνδαλον.

14 Οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ· εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν.

15 Εἰ δὲ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται, οὐκέτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς. μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε.

16 Μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθόν.

11 Scriptum est enim, ‖ Viuo ego, dicit Dominus, Certè mihi *sese* flectet omne genu, & omnis lingua palàm agnoscet Deum.

12 Nempe ergo vnusquisque nostrûm de seipso rationem reddet Deo.

13 12 Ne amplius igitur alij alios iudicemus: sed hîc potius adhibete iudiciũ, vt ne fratri proponatis quidpiam ad quod impingat, vel offendat.

14 13 Noui, & persuasum habeo per Dominum Iesum, nihil esse impurum per se: sed ei qui reputat aliquid esse impurum, *id* ei impurum *esse*.

15 Verùm si propter escam frater tuus tristitia afficitur, non iam secundum charitatem ambulas. 14 ‖ Ne esca tua illum perdito 15 pro quo Christus mortuus est.

16 16 Ne vestrum igitur bonum blasphemator.

11 *Scriptum est enim, Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectet omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.*

12 *Itaque vnusquisque nostrûm pro se rationem reddet Deo.*

13 *Non ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.*

14 *Scio & confido in Domino Iesu quia nihil commune per ipsum: nisi ei qui existimat, quid commune esse, illi commune est.*

15 *Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iã non secundum charitatem ambulas. noli cibo tuo illũ perdere pro quo Christus mortuus est.*

16 *Non ergo blasphemetur bonum nostrum.*

Esa. 45. 23
phil. 2. 10

12 Vbi quid non faciendum sit conclusit, quid faciendũ sit ostendit, nempe cauendum ne fratrem nondum firmum præpostero vsu libertatis nostræ prorsus euertamus.

1. Cor. 8. 11

13 Occupatio, verum quidẽ esse, abrogatã esse illam pædagogiam Legis, beneficio Christi, iis qui hoc norunt, sed nihilominus oportere in huius libertatis vsu considerare quid expediat, vt fratri infirmo consulatur, quum idcirco non amittatur libertas. 14 A comparatis crudelis est animi pluris facere escam quàm fratris salutem, quod ij faciunt qui cum cuiusquam fratris offendiculo sustinent vesci, & ita ei præbent resiliendi ab Euangelio occasionem. 15 Aliud argumentum, Christi exemplum sequi nos oportet: ille verò, nedum vt propter escam infirmos perderet, pro iis vitam ipsam profudit. 16 Aliud Argumentum, Quia sic detrahitur de Euangelica libertate, quasi ad quiduis audendum, aditum aperiat.

---

11 *Viuo ego*, ζῶ ἐγώ. Hebraicè, חַי אָנִי [*chai ani*,] quæ formula est iurisiurandi, & quidem Deo peculiaris, vt qui vnus verè sua vnius vi ac potestate existat. Perinde est acsi diceret Dominus, tam certò futurum aliquid, ac certum est ipsum viuere, i. Deum esse. Itaque quanuis Esaiæ 45. 23, (quem locum hîc citat Paulus) non sit חַי אָנִי [*chai ani*,] sed בִּי נִשְׁבַּעְתִּי [*bi nischbahti*] id est *Per meipsum iuraui*, tamen quod ad sententiam ipsam attinet, Apostolus nihil mutauit.

¶ *Certè*, ὅτι. Vulgata barbarè, *Quoniam*. Sed & videri potest hæc particula prorsus redundare, idcirco etiam à Syro interprete expuncta. ¶ *Mihi* [*sese*] *flectet omne genu*, ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ. Omisit hîc nonnulla Apostolus, vt qui nõ cõstituerit syllabas numerare, sed ita tamen vt integra maneat sententia. Quod autem in Complutẽsi editione additur ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, *cælestium, terrestrium, & infernorum*, puto irrepsisse ex Phil. 2. 10.

¶ *Palàm agnoscet Deum*, ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. Id est me venerabitur & agnoscet pro Deo. Cæterùm quod in Hebræo legitur תִּשָּׁבַע כָּל לָשׁוֹן [*tischschabah chol laschon*] sub. לִי [*li*,] id est, iurabit omnis lingua mihi, eòdem prorsus recidit. Est enim iusiurandum vera ac aperta eius Dei professio, quem vt testem & periurij vindicem appellamus, adeo quidem vt interdum συνεκδοχικῶς iusiurandum declaret vniuersum Dei cultum, vt Esa. 19. 18.

13 *Sed hîc potius adhibete iudicium*, ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον. Vulgata, *Sed hoc iudicate magis*. Erasmus, *Verùm illud iudicate magis*, nimium certè obscurè, vt multo præstiterit vsurpare periphrasin. Est autem elegans antanaclasis in verbo κρίνειν, quod quum in priore membro significet τὸ κατακρίνειν, (id est damnare) in hoc posteriore loco declarat iudicio & consideratione vti in aliqua re constituenda. Obliquè enim (vt argutè & verè obseruauit doctissimus interpres) malignos istos censores perstringit, qui huc conferunt totum suum acumen vt aliquid carpendum inueniant in fratrum vita, quum potius omne rationis iudiciũ huc conferre oportuerit, ne suo neglectu fratres suos vel præcipitent, vel in aliquod offendiculum impellant. Itaque vt istam antanaclasin vtcunque seruaremus, priore loco maluimus κρίνωμεν conuertere Iudicemus quàm Damnemus. ¶ *Quidpiam ad quod impingat*, πρόσκομμα. Hinc λίθος προσκόμματος, id est, impactionis, quo vocabulo vtitur Seneca. πρόσκομμα verò à προσκόπτειν, & σκάνδαλον à σκάζειν deductum inter se differre manifestè tum ex hoc loco, tum infrà vers. 21. quanuis hoc discrimen non vbique obseruetur. Ita nimirum vt πρόσκομμα siue πταῖσμα leuiorem offensam, qua tamen aliquis non corruat, vt suprà 11. 11. σκάνδαλον verò grauiorem declarat, ex qua videlicet quispiam prolapsus claudicet. Sic apud Hebræos אֶבֶן [*eben*,] & צוּר [*Tsur*,] Græcis λίθος & πέτρα, *Latinis Lapis & Saxum* mole & duritie differunt itidémq; Hebræis כָּשַׁל [*Caschal*,] & נָפַל [*Naphal*] Græcis πταίειν & προσκόπτειν; quod est in his libris σκανδαλίζεσθαι: Latinis *Impingere* & *Offendere*: nobis verò Gallis *S'aheurter*, ou *Chopper*, & *broncher*, ou *trebuscher*, inter se gradu quodam distant.

14 *Persuasum habeo*, πέπεισμαι. Id est, πεπληροφόρημαι, nimirum à Domino Iesu, cuius Spiritu erat edoctus, vel, per Dominum Iesum, quem videlicet didici suo aduentu maceriam diruisse, & omnes istas vmbras depulisse. Vulgata, *Confido*, id est πέποιθα.

¶ *Impurum*, κοινόν. Vulgata & Erasmus, ad verbum *Commune*. de quo diximus Matth. 15. 11. Nos quidem nostræ interpretationis auctorem habemus Petrum Act. 10. 14, qui τὸ κοινὸν interpretatur ἀκάθαρτον.

¶ *Per se*, δι' ἑαυτοῦ: id est φύσει, *natura*, vt rectè exponit Erasmus ex Chrysostomo & Theophylacto. Vulgata, *Per ipsum*, δι' αὐτοῦ, quæ lectio planè est deprauata, quanuis in nonnullis etiam codicibus vetustis & in Græcis scholiis inueniatur. nisi existimemus αὐτοῦ pro αὑτοῦ positum esse: quod non infrequenter apud idoneos auctores inueniri constat. Nam *Per ipsum* interpretari cum Theodorito, *Per Christi beneficium*: vel cum Seueriano, *Per Deum*, mihi nimis coactum videtur.

¶ *Sed*, εἰ μή. Vulgata & Erasmus, *Nisi*. Vide 1. Corinth. 7. 16.

16 *Vestrum*, ὑμῶν. Vulgata, *Nostrum*, ἡμῶν, vt & Syrus interpres legit, contra Græcorum codicum fidem, nulla tamen sensus iniuria. Significat enim Paulus beneficium illud Christianæ libertatis, cuius & ipse particeps erat. Id verò conqueritur maledicentiæ hominum exponi, quum nonnullorum abusu fit, vt infirmi clamitent Euangelio rescindi Dei voluntatem, ac proinde hanc doctrinam à Deo non esse. ¶ *Blasphemator*, βλασφημείσθω. Siue, malè audiat Erasmus, *Hominum maledicentiæ sit obnoxium*. quæ pa-

riphrasis mihi non videtur satis expressa, ideo vocē Theologis peculiarem retinui hoc loco & alibi, qua distinguitur à conuitiis quibus mutuò sese homines afficiunt, ab horrenda illa maledicentia quæ in Deum ipsum fertur, vt intelligamus hanc maledicentiam in Deum ipsum ferro. Vide Matth.9.3.

17 Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη, καὶ εἰρήνη, καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

18 Ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων τῷ Χριστῷ, εὐάρεστος τῷ Θεῷ καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις.

19 Ἄρα οὖν τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους.

20 Μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ. πάντα μὲν καθαρά· ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι.

21 Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ.

22 Σὺ πίστιν ἔχεις; κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει.

23 Ὁ δὲ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως· πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν.

Κεφάλαιον ιε.

1 Ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν.

17 17 Non enim est regnum esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium per Spiritum sanctum.

18 Nā qui per hæc seruit Christo, placet Deo, & probatur hominibus.

19 18 Nempe igitur quæ ad pacē faciunt, sectemur, & quæ ad mutuam ædificationem.

20 Ne cibi causa destrue opus Dei. ‖omnia quidem munda: sed malum *est* homini qui edens offendit.

21 ‖Bonum *est* non edere carnes neque bibere vinum, neque *quicquam facere* in quo frater tuus impingit, vel offenditur, vel infirmus est.

22 19 Tu fidem habes: apud temetipsum habe in conspectu Dei. Beatus qui non condemnat seipsum in *eo* quod approbat.

23 Qui verò dubitat, si ederit, condemnatus est, quoniam non *edit* ex fide: quicquid verò ex fide non est, peccatum est.

Cap. XV.

1 1 Debemus autem nos qui firmi *sumus*; infirmitates imbecillorum portare, ac non indulgere nobisipsis.

17 Non est enim regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiū in Spiritu sancto.

18 Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.

19 Itaque quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicem.

20 Noli propter escam destruere opus Dei. omnia quidem sunt munda: sed malum est homini qui per offendiculum manducat.

21 Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.

22 Tu fidem habes: penes temetipsum habe coram Deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.

23 Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide, omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

Cap. XV.

1 Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.

17 Ratio generalis, & cæterorum argumentorum fundamentum, Regnum Dei non esse in his rebus externis positū, sed in iustitiæ & pacis studio & Spiritus consolatione.
Tit.1.15
1.Cor.8.13
18 Conclusio vniuersalis vsum illius libertatis, atque adeò totam vitam nostrā, ad mutuam ædificationem referri oportere: adeò quidem vt quod per se purum est & licitum, tamen propter offendiculum fratrum illicitū censeatur.
19 Duplicem in his rebus cautionem adhibet: vnam ad firmos spectantem, vt qui certam notitiam huius libertatis adeptus est, thesaurum illum obseruet, quo videlicet prudenter & vtiliter, ita vti dictum est, sine peccato vtatur: alteram, quæ infirmos respicit, ne temerè solo aliorum exemplo incitati, titubante conscientia quicquam agat, quoniam fieri non potest, quod ex Dei verbo non persuasimus ipsi probari. 1 Iam disserit generaliter Apostolus de imbecillis omnimodo tolerandis, quatenus tamen eorum bono id fieri potest.

18 *Per hæc*, ἐν τούτοις. Id est, Qui pacem ac iustitiam tranquillè colit per Spiritum sanctum. Vulgata, *In hoc*, id est ἐν τούτῳ, ita videlicet vt ad Spiritum sanctum referatur: quam lectionem inuenimus in vno vet. codice, Ambrosio, Origene, Augustino denique De moribus Manichæorum lib.2.cap.14.

19 *Et quæ ad ædificationem*, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς. Familiare est Paulo Ædificandi verbum, quo significantur omnia officia quæ proximo debemus, vel vt Christo adiungatur, vel vt ei iam adiunctus, quotidie magis ac magis coalescat. Dicuntur enim fideles esse templum Dei, in quo videlicet per Spiritum sanctum resideat: & totus fidelium cœtus ingenti alicui ciuitati, id est nouæ Hierusalem, comparatur, ex ipsis fidelibus quasi lapidibus constructæ, vt perelegan-ter ac planè diuinitus scribitur Esa.cap.54. & Apoc. cap.21. In Claromontano codice additur φυλάξωμεν, *Seruemus*, siue, vt Augustinus, *Custodiamus*.

20 *Qui edens offendit*, τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι. Vulg. & Erasm. *Per offendiculum*. Ego verò existimo διὰ hoc in loco respondere ב Hebræorum, pro μετὰ vel σὺν vsurpatæ. Nam διὰ pro ἐν interdum poni annotauimus suprà, 4.11. ἐν verò pro σὺν toties iam obseruauimus vt pigeat exemplum adscribere. Sic Latini per vim, per fraudem, per iniuriam & alia similia multa.

22 *Tu fidem habes*, σὺ πίστιν ἔχεις. Quid sit fides hoc in loco, & quid fidem habere docuit ipse Apostolus suo exemplo suprà, versu 14: nempe perspectam habere libertatem Christianam in rebus mediis & indifferentibus: vt ipse quoque Chrysostomus interpretatur. Id verò notandum est diligenter aduersus eos qui suo torpori hunc Apostoli locum obtendunt, quasi fidei professio non requiratur. Cæterùm quum post ἔχεις ferè adscribi soleat nota interrogationis, ego veteres omnes nostros codices & Græca quoque scholia sequutus, sustuli. Videtur enim hæc potius per concessionem quàm per interrogationem dici. ¶ *Approbat*, δοκιμάζει. Id est quod amplectitur, vt rectum & tutum. Multi enim sunt qui dubia conscientia aliquid audeant, aliorum videlicet exemplo facti audaciores, de quibus agitur proximo versiculo. Aliis potius placet Examinandi verbum: quia multi sunt quos conscientia non redarguit, qui tamen grauissimè peccant. Id verò fit quòd aliis cogitationibus occupati in facta sua non inquirant. Censent ergo nonnulli Paulum hoc adiecisse, vt stuporem conscientiæ à iudicio distingueret. Sic prior expositio est accommodatior.

23 *Qui verò dubitat*, ὁ δὲ διακρινόμενος. Vel hæsitat, aut secum disceptat. Vulgata, *Qui autem discernit*. Erasmus, *Qui autem diiudicat*. Vide Matthæum cap.21.21. ¶ *Peccatum est*, ἁμαρτία ἐστίν. Hic in plurimis vetustis codicibus & Græcis etiam scholiis attexuntur tres versiculi, qui in impressis solent hanc epistolam claudere, nempe decimisexti capitis versic. 25, incipiens à τῷ δὲ δυναμένῳ, 26. & 27. desinens in ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, quod tamen non probo, quoniam hanc tractationem nondum terminauit Apostolus; vt si extremæ epistolæ videantur non conuenire, non tamen huic loco, sed sequentis capitis versic. 13. attexi potius oportuerit. Sed hæc fortasse varietas fraude Marcionis euenit, qui cæteris quæ ad finem vsque epistolæ sequuntur, expunctis, voluerit epistolam hîc finiri, vt Hieronymus testatur.

IN CAPVT XV.

1 *Indulgere*, ἀρέσκειν. Vulgata & Erasmus, *Placere*. Atqui apud Latinos Placere sibi dicitur qui effertur & gloriatur: de quo non agit hîc propriè Apostolus, sed de eo potius qui cæteris contemptis sui vnius rationem habet, idque vnum spectat, vt animo suo morem gerat: quod vitium, etsi cum illo coniunctum est, tamen nonnihil est diuersum. Mox autem idem verbum ἀρέσκειν in laude ponitur.

2 Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν.

3 Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται, Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ.

4 Ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη· ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν, τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.

5 Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δῴη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις, κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν.

6 Ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

7 Διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ἡμᾶς εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ.

8 Λέγω δὲ Ἰησοῦν Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων.

2 *Itaque* vnusquisque nostrûm proximo placeat *ipsius* bono, *id est* ad *eius* ædificationem.

3 2 Et enim Christus nō placuit sibiipsi, sed, sicut scriptum est, ‖Conuitia eorū qui conuitiantur tibi, inciderunt in me.

4 3 Nam quæ ante scripta sunt, ad nos docendos ante scripta sunt: vt per tolerantiam & consolationem Scripturarum, spem retineamus.

5 4 Deus autem *auctor* tolerantiæ & consolationis ‖ det vobis vt itidem alij in alios affecti sitis, secundum Christum Iesum.

6 Vt concorditer vno ore glorificetis Deum ac Patrem Domini nostri Iesu Christi.

7 Propterea assumite alij alios, sicut & Christus assumpsit nos in gloriam Dei.

8 5 *Illud* autem dico, Iesum Christū ministrum fuisse circuncisionis, pro Dei veritate, vt confirmaret promissiones patrum.

2 Vnusquisque vestrûm proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.

3 Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, improperia improperantium tibi, ceciderunt super me.

4 Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem Scripturarum, spem habeamus.

5 Deus autem patientiæ & solatij det vobis id ipsum sapere in alterutrum, secundum Iesum Christum.

6 Vt vnanimes vno ore honorificetis Deū & Patrem Domini nostri Iesu Christi.

7 Propter quod suscipite inuicem: sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.

8 Dico enim Christū Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatē Dei, ad confirmandas promissiones Patrū.

Psal.69.10
2 Confirmatio ab exemplo Christi, qui nihil non pertulit, vt non infirmos modò, sed etiam crudelissimos hostes patientia victos ad Patrem adduceret.
1.Cor.1.10
3 Occupatio, qua citantur ex veterum exemplis, nobis ad imitandum proponi, vt patrum exemplo patientia & spe mutuò nos toleremus.
4 Petendum à Deo patientiæ donum, vt mutuò consensu tum firmi, tum infirmi Deo seruientes alij alios ad Dei gloriam adsciscamus, sicut & Christus nos omnes quamuis indignos adsciuit. 5 Christi exempli applicatio ad Iudæos, quos, quantumuis indignos, tamen propter promissiones cum Patribus eorū iis sancitas, eo honore dignatus est, vt etiam ministri officio sit apud eos incredibili cum patientia defunctus. Multò minus igitur æquū esse vt à Gentibus propter varia vitia spernantur quos tanti fecit Dei Filius.

2 [*Itaque*] *vnusquisque*, ἕκαστος γάρ. Hanc particulam pro illatiua bis iam annotauimus in hac epistola, 6.19, & 13.3. ¶ *Nostrum*, ἡμῶν. Vulgata, *Vestrûm*, ὑμῶν: quod non æquè probo, quia præcessit ὀφείλομεν, *debemus*, & sequitur ἡμετέραν, *nostram*, versu 4. Vtitur tamen Apostolus interdum huiusmodi transitionibus, vt suprà 13.13, quum dixisset περιπατήσωμεν, *ambulemus*, subiecit ἐνδύσασθε, *induite*. Sic enim frequenter loqui solent Hebræi. ¶ *Placeat*, ἀρεσκέτω. Id est, gratum sese reddat. Gallicè, *complaise*. ¶ [*Ipsius*] *bono*, εἰς τὸ ἀγαθόν. Id est cum ipsius bono ac commodo, quod postea explicat. Sic enim hanc formulam vsurpat Apostolus, vt suprà, 8.28, & 13.4, quam & nos libenter retinuimus. Non desunt tamen qui hoc loco εἰς ἀγαθὸν explicent pro ἐν ἀγαθῷ, id est in re bona & honesta, quòd non sit in re quauis indulgendum proximo. Sed hoc mihi non satis aptum videtur. Est enim id omnibus magis notum quàm vt dici necesse fuerit: & optimus est sui interpres Apostolus, quum subiicit, πρὸς οἰκοδομήν, illud nimirum explicans quod videri potuisset obscurius. Quid sit autem οἰκοδομὴ diximus suprà, 14.19.

3 *Non placuit sibiipsi*, οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν. Id est, sui ipsius non habuit rationem, sed sui oblitus tuendæ Patris gloriæ se totum deuouit. ¶ *In me*, ἐπ' ἐμέ. Vt sermo sit absolutus, dicendum potius ἐπ' αὐτόν, *in eum*: sed huiusmodi multa incidunt in quotidianum sermonem, quæ sententiam nihil immutant: quanuis (si quis propius inspiciat) parum videantur cohærere. Sed & alia ratione possumus huic loco mederi, nempe si post ἀλλὰ aliquid eiusmodi suppleas. Sed aliis, vel, Sed nobis, vel, Sed Deo: quod tamen mihi coactius videtur.

4 *Antè scripta sunt*, προεγράφη. Id est à Mose & reliquis scriptoribus sacris descripta. Vulgata, *Scripta*, non expressa præpositione πρό, quam etiam omittit codex Claromontanus. Erasm. *Præscripta*. ¶ *Et consolationem*, καὶ τῆς παρακλήσεως. Vel, *Exhortationem*, vt legit Ambrosius. Vtrunque enim Græco vocabulo conuenit. Sed illud tamen videtur melius cohærere cum patientia. Vtraque verò Scripturis tribuitur, quoniam Deus hoc instrumento in nobis agit.

¶ *Retineamus*, ἔχωμεν. Vulg. *habeamus*, non satis expressè, vt & alibi aliquoties.

5 *Vt itidem alij in alios*, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Vulg. *Id ipsum sapere*. de quo diximus suprà, cap.12.vers.16.

7 *Assumite*, προσλαμβάνεσθε. Vulgata, *Suscipite*, quod non videtur satis expressum, ob eam causam quam diximus suprà, 14.1. ¶ *Assumpsit nos in gloriam Dei*, προσελάβετο ἡμᾶς εἰς δόξαν Θεοῦ. Id est, Nos minimè dedignatus, vltro adsciuit, quos gloriæ Dei faceret participes. Castellio verò conuertit, *Vt & Christus nobis opitulatus est ad gloriam Dei*, sententia deprauata: quanuis hoc quoque verissimum sit, quicquid beneficij in Christo percipimus, ad Dei Patris gloriam redundare, vt scriptum est Ephes.1.5. Sed quod Chrysostomus & Theophylactus εἰς δόξαν Θεοῦ connectūt cum προσλαμβάνεσθε, mihi planè violentum videtur. Deinde pro eo quod Vetus interpres δόξαν conuertit *Honorem*, id est τιμήν, Erasmus rectius interpretatus est *Gloriam*. Nam Gloria magnificentius quiddam declarat, vt ipse rectè annotauit. ¶ *Nos*, ἡμᾶς. Vulgata, *Vos*, ὑμᾶς. vt & Syrus interpres. Sed certè Iudæos intelligit, quod apertius declarat sequenti versiculo, qui parenthesis speciem habet.

8 [*Illud*] *autem dico*, λέγω δέ. Quum autem nos dico à Christo in gloriam Dei assumptos, hoc est quod significare volo, Christum videlicet, &c. Vulgata, *Dico enim*, λέγω γάρ. id est Hoc enim affirmo: quam lectionem in duobus vetustis exemplaribus inuenimus, & ego maximè probo. Vult enim Apostolus confirmare vtrosque tum Iudæos tū Gentiles ab vno Christo esse assumptos, vt eos Christi exemplo ad mutuam in eodem Christo concordiam inuitet. Itaque optimè videtur conuenire particula causalis. ¶ *Circuncisionis*, τῆς περιτομῆς. Id est circuncisorum Iudæorum, intra quorum fines se continuit quandiu inter homines versatus est, vt de se testatur Matth.15.ver.24. Alioquin dici non potest circuncisionis minister (id est Legis) quam suo aduentu abrogauit, aut potius compleuit. ¶ *Pro Dei veritate*, ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ. Id est, vt Deum veracem esse constaret. Veritas enim hoc quoque loco sic accipitur, vt diximus suprà, 3.7. ¶ *Patrum*, τῶν πατέρων. Id est patribus factas.

6 Eiusdem applicatio ad Gẽtes, quas & ipsas incomprehensibili quadam bonitate Dominus respexerit, vt à Iudæis, quasi extraneas, despici non debeant.

Psal. 18. 50
Deut. 32. 43
Psal. 117. a
Esa. 11. 10

7 Totam superiorem tractationem precibus velut obsignat, petens eis tribui à Domino quicquid eis præceperat.

8 Peroratio epistolæ, in qua primùm se excusat quòd pluribus ad eos scripserit, vt eos commonefaceret potiùs quàm doceret: idque ex muneris sui necessitate, quod eum peculiariter Gẽtibus obliget.]

Τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεόν· καθὼς γέγραπται, Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ.

Καὶ πάλιν λέγει, Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

Καὶ πάλιν, Αἰνεῖτε τὸν Κύριον πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοί.

Καὶ πάλιν Ἠσαΐας λέγει, Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.

Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης ἐν τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου.

Πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν.

Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοὶ ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη Πνεύματι ἁγίῳ.

Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς Θεόν.

Οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ.

Ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ· ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ, μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.

Οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστὸς, ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ·

Ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται· καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι.

Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

9 6 Et vt Gentes pro misericordia glorificent Deum: sicut scriptum est, ‖ Propterea celebrabo te inter Gentes, & nomini tuo psallam.

10 Et rursum dicit, ‖ Hilares estote Gentes cum populo ipsius.

11 Et rursum, ‖ Laudate Dominum omnes Gentes, & collaudate ipsum omnes populi.

12 Et rursum Esaias dicit, ‖ Erit radix Iesse, & qui exurgat ad imperandum Gentibus, in ipso Gentes sperabunt.

13 7 Vtinam verò Deus spei impleat vos omni gaudio & pace credẽdo, vt spe abundetis per virtutem Spiritus sancti.

14 8 Persuasum autem habeo & ipse ego de vobis, fratres mei, quòd ipsi per vos pleni sitis bonitate, impleti omni cognitione, & qui possitis etiam vos mutuò admonere.

15 Audaculè verò scripsi vobis, fratres, aliquatenus, veluti cõmonefaciens vos, propter gratiam quæ data est mihi à Deo.

16 Ad hoc vt sim minister Iesu Christi apud Gentes: operans Euangelio Dei, vt oblatio Gẽtium fiat accepta, sanctificata per Spiritum sanctum.

17 9 Habeo igitur quod glorier per Christum Iesum, in iis quæ ad Deum *pertinent*.

18 Nõ enim sustinuerim quicquam loqui quod non effecerit Christus per me, *adducendis* ad obedientiam Gentibus, verbis & factis.

19 Virtute signorum ac prodigiorum, virtute Spiritus Dei: adeo vt ab Hierosolymis, & circumiacentibus *regionibus*, vsque ad Illyricum, impleuerim prædicandi Euangelij Christi munus.

20 Ita porro contendens Euangelisare, non vbi nominatus esset Christus, vt ne super alienum fundamentum ædificarem:

21 Sed, sicut scriptum est, ‖ Quibus nõ est annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.

22 10 ‖ Quapropter etiã sæpe inhibitus sum venire ad vos.

9 *Gentes autem super misericordia honorare Deũ: sicut scriptũ est, Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo.*

10 *Et iterum dicit, Lætamini Gentes cum plebe eius.*

11 *Et iterum, Laudate omnes Gentes Dominum: & magnificate eũ omnes populi.*

12 *Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eo Gentes sperabunt.*

13 *Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in spe, in virtute Spiritus sancti.*

14 *Certus sum autem, fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere.*

15 *Audacius autẽ scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriã vos reducens, propter gratiam quæ data est mihi à Deo,*

16 *Vt sim minister Christi Iesu in Gẽtibus, sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta, sanctificata in Spiritu sancto.*

17 *Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum.*

18 *Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam Gentium, verbo & factis.*

19 *In virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti: ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi.*

20 *Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem:*

21 *Sed, sicut scriptum est, Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.*

22 *Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos.*

9 Magnificè quidem Apostolatum suũ ab effectis asserit, sed ita vt præterquã quòd verè omnia loquitur, totam gloriam Deo, vt vnico autori tribuat: neo sese propriè spectet, sed huc potiùs respiciat, vt eò minus de doctrinæ à se propositæ veritate dubitetur.

Esa. 52. 15
Suprà, 10. 11

10 Suam in eos egregiam voluntatem, & suarum etiam rerũ statum familiariter Romanis perscribit, ita tamen vt ab Apostolicæ doctrinæ scopo ne tantillum quidẽ aberret. Nihil enim narrat nisi sanctũ & ad suum munus pertinẽs: & veluti digressiuncula quadã Macedonicarũ Ec[illegible]siarũ beneficentiam cõmendans, eos ad sanctam æmulationem honeste [illegible] uocat.

9 *Et vt Gentes*, τὰ δὲ ἔθνη. id est καὶ τὰ ἔθνη. Est autem cõiunctio δὲ συμπλεκτικὴ τῆς διανοίας, vt loquitur Gaza. Repetendum est ergo εἰς τὸ, & vtrunque membrum cum verbo γεγενῆσθαι cohæret. Sic enim fuit Iudæorum minister Christus, vt Euangelium quoque voluerit Gentibus annuntiari, quemadmodum ipsé disertè testatur Ioan. 10. 16. Certè λέγω pro iubeo & δοξάσαι pro δοξάσασθαι accipi non potest, nisi admodum violenta interpretatione; quamuis videatur interpretari Græcus scholiastes. Quinetiam repetito ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbo προσλαμβάνειν, ex vers. 7, ita videlicet vt parẽthesi includatur, & sic possit hic locus exponi, *Itidémque Gentes vt glorificent*, &c. ¶ *Celebrabo te*, ἐξομολογήσομαί σοι. Id est, Apertè profitebor & celebrabo nomẽ tuum ex Hebræorum idiotismo, quem explanauimus Matth. 10. 32.

10 *Hilares estote*, εὐφράνθητε. Totus hic locus Deu 32. 43, ita est corruptus in Græca editione, quæ sub nomine Septuaginta legitur, vt vix vllũ appareat Hebraicæ veritatis vestigium. sic autem habent Hebræa הרנינו גוים עמו [*harninu goiim hammo*.] id est (vt Hebræi interpretes explicant) Celebrate, ô Gentes, populum eius. Paulus autem vel suppleuit עם [*him*] vt sit עם עמו [*him hammo*] quod etiam expressit Syrus interpres, vel sententiam spectauit, non verba. Certè non potuerunt Gentes populum Dei vt felicem ac beatum ex animo laudare, quin eius fœlicitate affectæ, eundem etiam Deum agnoscerent.

12 *Et qui exurgat ad imperandum Gentibus*, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν. Hebræa habent עומד לנס עמים [*homed lenes hammim*,] id est, qui stat in vexillum populorum. Rursus igitur Græci sententiam potius quàm verba sunt sequuti, quòd sub principis vexillo agat populus. Sic autem accipi etiam potest hoc membrum, vt sequentibus adiungatur, hoc modo videlicet, *& in eum qui exurget vt imperet Gentibus, sperabunt Gentes*, quam interpunctionem sequutus est Syrus interpres. ¶ *In ipso sperabunt*, ἐπ' αὐτῷ ἐλπιοῦσιν. Hebraicè ידרשו [*jidroshu*.] id est ipsum requirent. Idem verò sensus est. Nam vulgatissimo Scripturæ vsu, *Quærere Deum*, nihil est aliud quàm in ipsum sperare, vnde nascitur inuocatio.

13 *Vtinam verò Deus*, ὁ δὲ Θεός. Vulg. & Erasmus, *Deus autem*. Ego optandi modum ita volui exprimere vt mollior esset iunctura. Deinde Deum spei dicere malui hoc loco simpliciter, Hebræorum more, quàm Deum spei auctorem: quanuis ita hunc Hebraismum emollierimus suprà, v. 5. Assentior enim potius doctissimo interpreti qui hoc putat cum extremo superiore versiculo cohærere: quasi diceret Apostolus, Faxit verò Deus ille in quo omnes speramus vt omni gaudio abundetis. ¶ *Omni*, πάσης. Id est perfecto & cumulato. Non enim omnis generis gaudium & pacem Apostolus suis exoptat. Sic accipitur hæc vniuersalis particula Ephes. 1. vers. 3. & 1. Corinth. 13. 2. Quid autem Pacem vocet diximus abundè suprà, 5. vers. 1. Quanquam etiam siquis pro mutua concordia accipiat, fortassis non ineptè senserit. ¶ *Credendo*, ἐν τῷ πιστεύειν. Gaudio & Paci Fidem, vt effectis causam, adiunxit. Sunt tamen qui ἐν τῷ πιστεύειν accipiant pro εἰς τὸ πιστεύειν. id est ad hoc vt credatis, siue ad credendum. Sed ego illud malo. Claromontanus autem codex hoc omittit.

14 *Quòd ipsi per vos*, ὅτι καὶ αὐτοί. Id est vltro & sponte vestra. Sic enim à Græcis scriptoribus vsurpatur hæc loquendi formula, vt apud Homerum, --- τί μιν αὐτὸν ἄνωγας αὐτὸν ὀτρύνεις, quemadmodum eruditè in hunc locum Erasmus annotauit: quanuis maluerit cum Vetere interprete conuertere *Quòd & ipsi*. ¶ *Bonitate*, ἀγαθωσύνης. Vulgata, *Dilectione*, id est ἀγαπωσύνης, vt quidem existimat Erasmus. Nam quod ad me attinet, nusquam memini legere hoc nomen, ac putarim potius Veterem interpretem nomine ἀγαθωσύνης intellexisse quandam naturæ comitatem, & ad mutuam concordiam propensionem. Græci tamen interpretes, tradunt ἀγαθωσύνην opponi τῇ πονηρίᾳ, id est improbitati, & vniuersam quandam virtutem significare. Mihi verò non displicet Veteris interpretis opinio, propter illa quæ de cognitione subiicit, & mutuæ admonitionis facultate. Videtur enim Apostolus hæc prætexere non tam epistolæ vniuersæ quàm extremæ parti, in qua tam copiosè támque vehementer eos monuerat vt firmi haberent infirmorum rationem. ¶ *Vos mutuò*, ἀλλήλους. Vel, Alij alios, vt ferè solemus ad verbum interpretari. Sed in quatuor codicibus scriptum inuenimus ἄλλους, alios, quod est fortassis ἁμάρτημα γραφικόν.

15 *Aliquatenus*, ἀπὸ μέρους. Hoc verò connecto cum τολμηρότερον, audacius, non cum ἔγραψα, scripsi. vt & 2. Corinth. cap. 2. vers. 5.

16 *Apud Gentes*, εἰς τὰ ἔθνη. Vulg. & Erasmus, *In Gentes*. In vno codice adiectum inuenimus πάντα, omnes, quod minimè videtur otiosum. ¶ *Operans Euangelio*, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον.

Vulgata, *Sanctificans*. Erasmus, *Sacrificans*. Augustinus, *Consecrans*: quæ omnes interpretationes nimium certè sunt obscuræ. Constat autem τὸ ἱερουργεῖν prorsus respondere Latino verbo *Operari*, id est, *Publicum munus obire*, quod & ipsum de rebus sacris propriè dicitur, si Nonio credimus. Vide Act. 17. 2.

¶ *Vt oblatio Gentium fiat accepta*, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος. Oblationem Gentium passiuè vocat Gentes ipsas, quibus se tanquam sacrificio dicit Deo ceu victimis litare, vt impleatur quod prædixit Esaias 66. 20. vide Mar. 9. 49 & 50.

18 *Non enim sustinuerim*, οὐ γὰρ τολμήσω. Vulgata & Erasmus hoc loco accipiunt τολμᾶν pro Audere: perinde acsi diceret Apostolus, se non esse aliena facta, sed sua vnius commemoraturum. Atqui quisquis hoc modo præfatur, se non audere aliquid eloqui, quid aliud significat quàm voluntatem sibi non deesse, sed facultatem? Itaque hanc interpretationem non possum amplecti. Illud verò constat, τολμᾶν apud Græcos interdum respondere Latino verbo Sustinere, pro Posse & parem esse alicui graui & difficili rei præstandæ. Sic Plato libro secundo De republica, ὃς ἂν τολμήσειεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων, *qui sustineat ab alieno abstinere*. Sic Quintilianus lib. 2. cap. 4, *Nec enim huius rei iudicium differre sustineo*. Sic quoque accipitur suprà, 5. 7. quæ demum significatio est huic loco accommodata. ¶ *Quicquam loqui quod non effecerit Christus per me*, λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ. Id est, ita mihi omnibus in rebus omnibúsque modis adfuit Christus, vt etiamsi maxime velim, tamen dicere non possim quid per me non effecerit, vt Gentes Euangelio obedirent. Quanuis igitur Græca habeant ad verbum, *Quicquam eorum quæ per me non effecit Christus*, vt etiam Vetus interpres & Erasmus conuerterunt, tamen hoc perinde accipiendum est acsi scriptum esset λαλεῖν τι ὃ οὐ κατειργάσατο. quod quidem commodè fieri potest, ita vt nulla vis vllo verbo adferatur. Is enim per quem Christus omnia effecit, quomodo possit quicquam dicere eorum quæ Christus per ipsum non effecerit? Hæc est igitur (vt opinor) germana huius loci expositio, quam videntur etiam Græca scholia significare, & Ambrosius apertè amplectitur. Quominus autem cum Erasmo sequar Origenis sententiam, non tantùm obstat verbum τολμᾶν, de quo in superiore annotatione dixi, sed hoc etiam in primis, quòd, si eam sequaris, necesse prorsus fuerit (quantum quidem possum iudicare) ista omnia οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, per parenthesin distinguere ab iis quæ sequuntur, vtpote quæ Paulus non de aliis, sed de se vno commemoret. Id verò si facias, non video qui possint satis aptè ista cum versiculo 17 connecti: quod tamen necessariò faciendum erit. Quid si verò (vt solent sæpe Hebræi) transpositam negantem particulam dicamus, vt οὐ λαλεῖν idem valeat atque σιωπᾶν? Erit igitur hæc sententia, Non enim sustinuerim non dicere (id est tacendo dissimulare) quicquam ex iis quæ per me Christus effecit. Nam sic solet Paulus nonnihil præfari quoties de se dicere cogitur, vt muneris sui dignitatem conseruet. Absit tamen vt vel apicem mutem ex coniectura, in tanto præsertim codicum consensu.

¶ [*Adducendis*] *ad obedientiam Gentibus*, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν. Vulgata & Erasmus ad verbum, *In obedientiam Gentium*, quod nemo facilè intelligat.

19 *Virtute Spiritus Dei*, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ. Vel, Promanante à virtute Spiritus Dei. Nam priore loco δύναμις declarat vim & efficaciam prodigiorum in animis hominum percellendis: posteriore verò loco significat diuinam potestatem illius effectricem, vel Fidei in electorum animis creatricem. Illud autem leuiculum est quòd Vetus interpres pro Πνεύματος Θεοῦ, legit Πνεύματος ἁγίου, *Spiritus sancti*. sicut etiam legitur in Claromontano codice, & ab Athanasio citatur in dialogo contra Macedonianos. ¶ *Et circumiacentibus* [*regionibus*,] καὶ κύκλῳ. Vulgata, *Per circuitum*, ἐν κύκλῳ. ¶ *Prædicandi Euangelij Christi munus*, τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, id est τὴν τοῦ εὐαγγελίου διακονίαν. Vulg. & Erasm. ad verbum, *Euangelium Christi*, nimium profectò obscurè. Vide suprà, 1. 6.

20 *Contendens*, &c. φιλοτιμούμενον, &c. Vetus interpres, *Sic autem prædicaui Euangelium hoc*, prorsus diuersam lectionem sequutus. Erasmus, *Annitens*, quod mihi videtur nimis dilutum. Vide 2. Cor. 5. 9. ¶ *Alienum*, ἀλλότριον. Id est ab alio quopiam iactum. Nam alioquin alienum dicitur quòd est extraneum, id est quod Christum non habeat auctorem, vt Ioan. 10. 5.

22 *Sæpe*, τὰ πολλά. i. πολλάκις. Vulg. *Plurimùm*, manifesto errore. Nec minus lapsus est Stapulensis (vir alioquin beatæ memoriæ) quum scriberet vertendum esse *Multis*, vel, *Circa multa*. ¶ *Inhibitus sum*, ἐνεκοπτόμην. id est, ἐγκοπτόμενος ἐκωλυόμην, id est dum huc & illuc auocor, interpellatus & ita prohibitus ad vos venire. Intelligitur enim ex antecedente consequens, Hebræorum idiotismo.

23 Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν·

23 Nunc verò quum non amplius habeam locum in his regionibus,‖ summum autem desiderium habeam veniendi ad vos à multis annis:

23 *Nunc verò vlterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis:*

Suprà 1.11 1.Thess.1.17

24 Ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ.

24 "Quando proficiscar in Hispaniam, "veniam ad vos. Spero enim fore vt *istac* præteriens conspiciam vos, & à vobis deducar illuc: si tamen "vestra consuetudine prius ex parte "expletus fuero.

24 *Quum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc: si vobis primùm ex parte fruitus fuero.*

25 Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, διακονῶν τοῖς ἁγίοις.

25 Nunc autem "proficiscor Hierosolymam, "ministrans sanctis.

25 *Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis.*

26 Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ.

26 "Libuit enim Macedoniæ & Achaiæ "conferre aliquid in pauperes sanctos qui sunt Hierosolymis.

26 *Probauerũt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Ierusalem.*

1 Cor.6.11

11 Voluntariæ quidem sunt eleemosinæ, sed quas tamẽ ex charitatis Lege debeamus.

12 Pollicetur sese ad eos nõ venturum vacuum, benedictione Dei fretus: sed pre quum officium ab eis postulans, ostendit qua re in quibusuis dissimultatibus nihil nos maximè oporteat.

27 Εὐδόκησαν γὰρ, καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσίν. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς.

27 11‖ Libuit enim *eis inquam*, & debitores eorum sunt. nam si spiritualia ipsorum *bona* Gentibus communicata sunt, debẽt etiam *ipsa* in carnalibus eis "ministerio suo adesse.

27 *Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debent & in carnalibus ministrare illis.*

28 Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν Σπανίαν.

28 Hoc igitur vbi perfecero, & "eis cõsignauero "hunc fructũ, abibo "istac in Hispaniam.

28 *Hoc igitur quum consummauero, & assignauero eis fructum hunc per vos, proficiscar in Hispaniam.*

29 Οἶδα δὲ ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσομαι.

29 12 Scio verò me, quũ veniam ad vos, "cũ plena benedictione Euangelij Christi venturum.

29 *Scio autem quoniã veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam.*

24 *Quando*, ὡς ἐὰν. Erasmus in hunc locum, *Si*, inquit, ὡς ἐὰν legatur disiunctim, sonat, *Vt si*: si coniunctim, verti poterat *Simulatque*. Ego verò docui ex idoneis auctoribus ὡς & ὥσπερ esse interdum aduerbia quę tẽporis vocant, Act. 3.19, vt ὡς ἂν vel ὡς ἐὰν (vtrunque enim legitur) idem declaret atque ὅταν: quod vidit quoque Stapulensis: nam ita etiam accipitur 1. Corinth.11.34. Sed idem non rectè legit πορεύομαι in præsenti. ¶ *Veniam ad vos*, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. Hoc non legit vulgata neque Claromõtanus codex, ideóque particulam γὰρ proximè sequentem expungunt. Syrus autem interpres legit, ἐλπίζω ὅτι ἐλεύσομαι καὶ θεάσομαι ὑμᾶς, *Spero quòd veniam, & videbo vos*: quæ lectio est maximè perspicua, sed nullius Græci codicis, quem ego quidem viderim, auctoritate confirmatur. ¶ *Illuc*, ἐκεῖ. Id est, ἐκεῖσε. vt προπεμφθῆναι pro προπεμφθῆναι ἐκεῖσε. ¶ *Vestra consuetudine*, ὑμῶν. Vulgata ad verbum, *Vobis*, obscurè. ¶ *Expletus fuero*, ἐμπλησθῶ. Vulgata, *Fruitus fuero*, ἀπολαύσω. quod neque satis est expressum declarando summo desiderio, neque admodum (opinor) vsitatum. Neque enim alibi memini legere quàm semel apud Vlpianum, non optimum Latinitatis auctorem.

25 *Proficiscor*, πορεύομαι. Vulgata, *Proficiscar*, πορεύσομαι, non satis aptè mutato tempore. Significat enim Paulus se iam esse in procinctu vt profectionem differre non possit. ¶ *Ministrans*, διακονῶν. Id est, Sanctis hoc officij impendens, perferendæ videlicet ad eos pecuniæ in ipsorum vsus collectæ. Nam verbum διακονεῖν, quum alioquin ad omnes functiones Ecclesiasticas pertineat, hîc peculiariter accipitur pro eo munere quod administrabant qui diacóni propriè dicebantur. id est qui ærario Ecclesiastico præerant, vt diximus alibi. Ministrandi autem vocabulum absolutè posuimus, ex theologorum more, quem attigimus Act.13.2.

26 *Placuit*, εὐδόκησαν. Vulg. ad verbum, *Probarunt*: sed aliquid amplius videtur hoc verbo significari, nempe quum vltro & ex bonitate quadam alacri bene volumus cuipiam, aut rem aliquam probamus. Hoc autem loco alacritatem illam dũtaxat declarat, quam maximè requirit Deus in charitatis officiis, vt scriptum est 2.Cor.9.7. Nam alioquin (vt mox subiicit Apostolus, verbum εὐδόκησαν emolliẽs.) nihil hîc fecerint Achæi vel Macedones quod facere non tenerentur. sed de hoc verbo plura diximus Matth.3.17. & Luc.2.14. ¶ *Conferre aliquid*, κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι. Vel, vt Vetus interpres, *Collationem aliquam facere*. Stapulensis mauult *Communionem*: vt non ineptè quoque possis conuertere. *Conferre aliquid in communionem pauperum sanctorum.* &c. Erasm. *Communicationem aliquam facere*: quam periphrasin nusquam memini legere.

27 *Libuit enim*, εὐδόκησαν γάρ. Claromontanus codex hoc non repetit. ¶ *Ministerio suo adesse*, λειτουργῆσαι. Vulg. *Ministrare*. de quo vide Act.13.2. Vsus est autem expressè hoc verbo Apostolus, vt duo significaret maximi in hac re momenti, nempe ista fratribus vt debita præstari, & esse apud Deum tanquam suauissimi odoris sacrificia, quorum ipsi offerendorum ministerio nos dignetur, quod nonnisi pluribus verbis potui interpretari. Deinde σαρκικὰ interpretor Carnalia, potius quàm Humana, vt Castellio nouè cõuertere maluit, quàm rationi & vsui aliquid tribuere. Quasi verò Paulo etiam nõ licuerit pro πνευματικὰ dicere τὰ θεῖα, & pro σαρκικὰ ἀνθρώπινα vel ἀνθρώπεια. Sed multo certè expressiùs loquitur Apostolus, non iam simpliciter diuina cum humanis conferens, sed etiam ostendens quantum inter hæc sit discrimen, quum iis vtatur vocabulis quibus harum rerum natura ipsa explicatur: illa quidem spiritualia, hæc verò carnalia vocans.

28 *Eis consignauero*, σφραγισάμενος αὐτοῖς. Id est, apud ipsos fideliter & quasi annulo obsignatum deposuero. Commendat enim, opinor, tum suam in illa perferenda, tum etiam aliorum in custodienda illa pecunia diligentiam ac fidem: translatione sumpta à veterum more, qui annulis obsignabant quæ in tuto volebant reposita. Neque verò video qua ratione relatiuum αὐτοῖς, eis, commodius ad Macedones dantes, quàm ad Hierosolymitanos è manu Pauli accipientes referatur: quanuis in ea opinione sit Erasmus. ¶ *Hunc fructum*, τὸν καρπὸν τοῦτον. i. hanc pecuniam in vsus pauperum collectam. Elegans certè loquendi formula, ex qua intelligimus eleemosynas verum esse fidei & charitatis fructum, siue dantem siue accipientem, siue vtrunque spectes. ¶ *Istac*, δι' ὑμῶν, ad verbum, *Per vos*. Est itaque hoc quoque dicendi genus, vt alia multa, petitum è medio, ex sententia ipsa non ex verbis æstimandum.

29 *Cum plena benedictione Euangelij*, ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου. Duplicem Hebraismum ἐν pro σὺν, & duo appellatiua pro constructione appellatiui cum adiectiuo, (ita enim grammatici loquuntur) sæpe iam annotauimus. Vulgata, *In abundantia benedictionis Christi*, expungens τοῦ εὐαγγελίου, (quod etiam nõ legit Ambrosius) & vtroque seruato Hebraismo: quorum tamen prior nonnihil est obscurus. Eras. *In plenitudine Euangelij Christi*, admodũ obscurè. Est autem hæc sentẽtia, (opinor) certò scire Apostolum, suum aduentum Romanis futurum maximè frugiferum. tum enim fore vt Deus ipsis cumulatissimè impertiat Euangelicorum mysteriorum cognitionem cum illis cõmunicandam. Itaque non assentior Erasmo qui putat Benedictionis nomine significari eleemosynã, quasi Romanos quoque exhortetur Apostolus ad conferẽdum aliquid. Sunt quoque qui hanc abundantiam benedictionis ad Romanos referãt: quasi dicat Apostolus se non dubitare quin apud eos copiosissimum Euangelij fructum inueniat. quã sententiam si sequaris, accipiendum erit ἐν πληρώματι pro εἰς πλήρωμα, in plenitudinem benedictionis Euãgelij. i. in eum locum vbi plenè abundat Euangelij gratia.

30 Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν.

30 Precor autem vos, fratres, per Dominum nostrũ Iesum Christum, & "per charitatem Spiritus, vt concertetis mihi *vestris* pro me apud Deum orationibus.

30 *Obsecro ergo vos, fratres, per Dominum nostrũ Iesum Christum, & per charitatem Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum.*

31 Ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἵνα ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἱερουσαλὴμ, εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις.

31 Vt liberer ab iis qui non obediunt *sermoni* in Iudæa, vtque ministerium hoc meum "erga Hierosolymam, acceptum sit sanctis.

31 *Vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis.*

32 Ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν.

32 Vt cum gaudio veniã ad vos per voluntatem Dei, "vnàque vobiscum refociller.

32 *Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, vt refrigerer vobiscum.*

33 Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

33 Deus autem pacis *sit* cum omnibus vobis. Amen.

33 *Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.*

Κεφάλαιον ιϛ.

CAP. XVI.

CAP. XVI.

1 Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ὑμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς·

1 C1 "Ommendo autem vobis Phœbẽ sororem nostram, quæ est ministra Ecclesiæ Cenchreensis:

1 *Commendo autem vobis Phœbem sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ quæ est in Cenchris:*

1 Absoluta tota disputatione iam ad familiares commẽdationes & salutationes descẽdit: idque in præcipuũ scopum respiciẽs, nempe vt norint Romani qui sint inter ipsos honore & pretio digni, atq. adeò quos sibi imitandos debeãt proponere, quamobrem etiã singulos egregiis aliquibus testimoniis exornat.

2 Ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν Κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρῄζῃ πράγματι. καὶ γὰρ αὕτη προστάτις πολλῶν ἐγενήθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ.

2 Vt eam excipiatis "in Domino "conuenienter sanctis, & adsitis ei quacunque in re *ipsi* vsus fuerit vobis. nam hæc tum multis hospitium prębuit, tum mihi etiam ipsi.

2 *Vt eam suscipiatis in Domino dignè sanctis, & assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit. etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi.*

3 Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·

3 Salutate‖ "Priscillam & Aquilam, adiutores meos in Christo Iesu:

3 *Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu:*

4 Οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυ-

4 Qui pro anima mea "suam i-

4 *Qui pro anima mea suas*

30 *Per charitatem Spiritus*, διὰ τῆς ἀγάπης Πνεύματος. Id est, per mutuam illam coniunctionem, qua Spiritus sanctus animos nostros deuinxit; quam vocat communionem Spiritus, Philip. cap. 2. versu 1. vnde Christiana illa συμπάθεια, charitatis Christianæ effectrix, quum ab eo spiritu membra omnia reguntur. Hæc igitur vna est ex illis Pauli Phrasibus, quibus nihil grauius, excellentius, diuinius cogitari potest. ¶ *Vt mecum certetis*, συναγωνίσασθαί μοι. Vulgata, *Vt adiuuetis me*, βοηθῆσαί μοι, non satis expressè. Indicat enim Paulus magnum sibi certamen instare, metaphora à re militari sumpta: præsagiens nimirum quod euenit, vt extremum periculum adiret. Erasmus, *Vt me laborantem adiuuetis*, id est, συμπονῆσαι, vel συναντιλαμβάνεσθαι, quod & ipsum est nimis dilutum.

31 *Erga Hierosolymam*, ἡ εἰς Ἱερουσαλήμ. Id est (vt conuertit Erasmus) Quod exhibeo Hierosolymis. Vetus interpres legit ἐν Ἱερουσαλὴμ, sublato articulo, & cum verbo γένηται coniunxit. Idem quoque pro ἡ διακονία μου, vertit Ministerij mei oblatio, id est, ἡ τῆς διακονίας μου προσφορά. Claromontanus autem codex pro διακονία habet δωροφορία, pro quo in commentariis ab Ambrosio inscriptis legitur, *Munerum meorum oblatio*.

32 *Vnà vobiscum refociller*, συναναπαύσωμαι ὑμῖν. Vulgata *refrigerer vobiscum*, i. vt legitur in Claromontano codice, ἀναψύξω μεθ' ὑμῶν.

33 *Deus autem pacis [princeps,]* ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης. Hunc Hebraismum suppleuimus ex Esa.9.7.

IN CAPVT XVI.

1 *Commendo*, συνίστημι. Quinta hæc pars est huius epistolæ, salutationes & alia peculiaria quædam complectens. Obsecro verò si tum Petrus Romæ fuisset, & quidem Episcopus œcumenicus, an illum ita non modò insalutatum, sed etiam innominatum præteriisset Paulus?

2 *In Domino*, ἐν Κυρίῳ. i. in Christi nomine, seu in Christi gratiam. Est autem hoc quoque notandum quo exprimitur τὸ ἴδιον, Christianæ charitatis, quum alioquin etiam apud profanos homines extent istarum virtutum simulacra. ¶ *Conuenienter*, ἀξίως. id est, vt sanctos conuenit mutua inter se officia præstare. Vulg. *Dignè*. Hoc illud est autem dicendi genus quo passim à Cicerone dicitur Conuenienter rationi dicere & Conuenienter naturæ viuere. ¶ *Hospitium præbuit*, προστάτις ἐγενήθη. προστάτις, in genero præfectum declarat. item patronum ac defensorem: qua significatione putarunt hîc plerique Phœben dici προστάτιν, quòd multis & ipsi quoque Paulo adfuisset. Mihi verò videtur hoc nomen grauius, si in ea significatione accipias, quàm vt mulieri conueniat. Sciendum est igitur προστάτας peculiari nomine dictos qui & πρόξενοι dicebantur, id est, qui à ciuitate aliqua deligebantur vt hospites ac peregrinos domum suam atque adeo in fidem suam reciperent: quod significat Eustathio ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους. Significat ergo Apostolus, huius Phœbes ministræ Ecclesiæ Cenchreensis domum, veluti publicæ sanctorum hospitiis, fratribus peregrinis patuisse: quas virtutes in vidua requirit, 1.Tim.5.10. Syrus generaliore voce vsus est, quæ significat Alicui officium præstare.

3 *Priscillam*, Πρίσκιλλαν. Sic vocatur huius Aquilæ vxor, Act.18. 2, & 26. Consentiunt hîc quoque pleraque exemplaria. In nonnullis tamen legitur Πρίσκαν, *Priscam*, vt etiam legit Vetus interpres.

4 *Suam ipsorum ceruicem supposuerunt*, τὸν τράχηλον ὑπέθηκαν. cultro scilicet, siue gladio, prouerbiali quadam dicẽdi figura, pro, quibusuis etiam periculis obiecerunt. Erant enim Aquila & Priscilla Iudæi, qui Gentis suę odium nihil veriti Paulum apud se receperant, & quum is esset apud Gallionem accusatus, Corintho cum eo excesserunt. Act, 18.2.12.

τὴν τράχηλον ὑπέθηκαν· οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν.

5 Καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. Ἀσπάσασθε Ἐπαίνετον τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν.

6 Ἀσπάσασθε Μαριάμ, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς.

7 Ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου καὶ συναιχμαλώτους μου, οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις, οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ.

8 Ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυρίῳ.

9 Ἀσπάσασθε Οὐρβανὸν τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν Χριστῷ, καὶ Στάχυν τὸν ἀγαπητόν μου.

10 Ἀσπάσασθε Ἀπελλῆν, τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου.

11 Ἀσπάσασθε Ἡρῳδίωνα τὸν συγγενῆ μου. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν Κυρίῳ.

12 Ἀσπάσασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν τὰς κοπιώσας ἐν Κυρίῳ. Ἀσπάσασθε Περσίδα τὴν ἀγαπητήν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν Κυρίῳ.

13 Ἀσπάσασθε Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ.

14 Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφούς.

15 Ἀσπάσασθε Φιλόλογον καὶ Ἰουλίαν, Νηρέα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ Ὀλυμπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους.

2.Cor.16.20. & 13.12 1.pet.5.14

16 Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ.

psorum ceruicem supposuerũt: quibus non ego solus gratias ago, sed etiam omnes Ecclesiæ Gentium.

5 Item ¨ Ecclesiam quæ in domo eorum est. Salutate Epænetum mihi dilectum, ¨ primitias Achaiæ in Christo.

6 Salutate Mariam quæ multum laborauit ¨ erga nos.

7 Salutate Andronicum & Iuniam, cognatos meos, & concaptiuos meos qui sunt insignes ¨ inter Apostolos, qui etiam ante me fuerunt in Christo.

8 Salutate ¨ Ampliam dilectum mihi in Domino.

9 Salutate Vrbanum, adiutorem nostrum in Christo, & Stachyn mihi dilectum.

10 Salutate Apellem, probatum in Christo. Salutate eos qui sũt ex Aristobuli *familiaribus*.

11 Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui *sunt* ex Narcissi *familiaribus*, eos *inquam* qui *sunt* in Domino.

12 Salutate Tryphænã & Thryphosam quæ laborant in Domino. Salutate Persidã *mihi* dilectam, quæ multum laborauit in Domino.

13 Salutate Rufum selectum in Domino, & matrem eius ac meam.

14 Salutate Asyncritum, Phlegontem, ¨ Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum iis sunt fratres.

15 Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius, & ¨ Olympam, & qui cum iis sunt, omnes sanctos.

16 ‖ Salutate alij alios ¨ osculo sancto. ¨ Salutant vos Ecclesiæ Christi.

eorũ ceruicem supposuerũt: quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ Ecclesiæ Gentium.

5 *Et domesticam Ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiuus Asiæ in Christo.*

6 *Salutate Mariam, quæ multum laborauit in nobis.*

7 *Salutate Andronicum & Iuniam cognatos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo.*

8 *Salutate Ampliatum dilectissimũ mihi in Domino.*

9 *Salutate Vrbanũ adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum.*

10 *Salutate Apellem, probatum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli.*

11 *Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.*

12 *Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in Domino.*

13 *Salutate Rufum electũ in Domino, & matrem eius & meam.*

14 *Salutate Asyncritũ, Phlegontẽ, Herman, Patroban, Hermen, & qui cum eis sunt fratres.*

15 *Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympiadem, & omnes qui cum eis sunt sanctos.*

16 *Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi.*

5 *Ecclesiam*, ἐκκλησίαν, i. fidelium cœtum. Erant.n. isti tum pietate tũ eruditione insignes, vt testatur Lucas & Paulus ipse, qui pro collegis suis illos numerat. neq. mirum est in tam ampla ciuitate distinctos fuisse fidelium cœtus. Erasm. maluit Congregationem interpretari. Fortassis ne quis suspicaretur de quopiam sacro ædificio hic agi, vt nunc solet illud vocabulum vsurpari, & qualia multa ineptus & ridiculus ille Abdias in Apostolorũ vitis garrire ausus est. Cæterùm ista in Claromontano codice attexuntur versiculo tertio, idq. fortasse rectiùs. ¶ *Primitias Achaiæ*, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας. Allusio est ad Legales ceremonias, q. hic primus ex Achaia sese Christo consecrasset, Euangelium amplexus. Sic enim malo accipere quàm cum Ambrosio referre ad hominis dignitatem. Cæterùm pro Ἀχαΐας Vetus interpres legit Ἀσίας, *Asiæ*. quam lectionem in Claromontano & alio vetusto Græco codice inuenimus, & multi ex veteribus sequuntur. Syrus tamen Achaiæ nomen retinuit. Quod autem idem Vetus interpres ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ cõuertit, *Qui est primitiuus*, meritò mutatum est ab Erasmo in, *Qui est primitiæ*. Sed hoc quoque mihi visum est duriusculum.

6 *Erga nos*, εἰς ἡμᾶς. vel, *Inter nos*, ἐν ὑμῖν. vt habet Claromontanus codex, pro quo Vulg. *in nobis*.

7 *Inter Apostolos*, ἐν τοῖς ἀποστόλοις. i. Quorũ nomen apud ipsos etiã Apostolos viget. vel, Qui & ipsi sunt insignes Apostoli. Sic.n. accipitur interdũ hoc nomen in genere pro iis qui Christi nomine funguntur legatione, vt 2.Cor 8.23. Sed Iuniã (si, quod verisimilius est, pro fœmina accipias) Apostolis nõ numerasset Paulus. ¶ *Fuerunt in Christo*, γεγόνασιν ἐν Χριστῷ. i. Christo sunt per fidem insiti. Estq. diligenter notanda hæc formula, cuius emphasin nõ expresseris, si dixeris, Qui Christo accesserũt, vel Christo nomen dederũt.

8 *Ampliam*, Ἀμπλίαν. Vulgata legit Ἀμπλιᾶτον, *Ampliatum*, quod & in vno codice inuenimus.

14 *Herman*, Ἑρμᾶν. Hunc multi ex veteribus volunt fuisse auctorem Apocryphi libri Pastoris: nec satis bonæ fidei postea fuisse in recensendis quæ ab Apostolis audierat. Erasm. Mercurium.

15 *Olympam*, Ὀλυμπᾶν, Viri nomen, non mulieris. Vulgata, *Olympiadem*, contra omnium nostrorum codicum fidem. Syrus Lympam legit.

16 *Osculo*, φιλήματι. Referendum hoc ad eorũ temporum morem: cuius exẽpla passim nõ modò in Sacris literis, sed etiam apud profanos scriptores extant. Sanctũ autẽ vocat, quod ab animo proficiscitur sanctæ illius charitatis pleno.

¶ *Salutant vos*, ἀσπάζονται ὑμᾶς. Hæc particula in Claromontano codice attexitur vers. 21. idque fortasse rectius.

17 Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας· καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν.

18 Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ· καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων.

19 Ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. Χαίρω οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν· θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθόν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν.

20 Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν.

21 Ἀσπάζονται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μου καὶ Λούκιος, καὶ Ἰάσων, καὶ Σωσίπατρος, οἱ συγγενεῖς μου.

22 Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος ὁ γράψας τὴν ἐπιστολήν, ἐν Κυρίῳ.

23 Ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξένος μου

17 ² Precor autem vos, fratres, ¨ vt obseruetis dissidiorum & offendiculorum auctores contra doctrinam quam vos didicistis: ‖ & declinetis ab eis.

18 Nam qui eiusmodi *sunt* Domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri: & ¨ per blandiloquentiam ¨ & assentationem corda ¨ *hominum* minimè malorum seducunt.

19 ³ ¨ Vestra enim obedientia ad omnes peruenit. Gaudeo igitur quòd ad vos *attinet*: sed volo vos ¨ sapientes quidem esse ad id quod bonum est; simplices verò ad malum.

20 ⁴ Porro Deus ¨ pacis ¨ conteret Satanam sub pedes vestros citò. ¨ Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* vobiscum. Amẽ.

21 ⁵ Salutant vos ‖ Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, ¨ cognati mei.

22 ¨ Saluto vos ¨ in Domino ego Tertius, ¨ qui descripsi epistolam.

23 Salutat vos ¨ Gaius hospes

17 *Rogo autem vos, fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quã vos didicistis, faciunt: & declinate ab illis.*

18 *Huiuscemodi enim Christo Domino nostro nõ seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducũt corda innocentium.*

19 *Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis: sed volo vos sapiẽtes esse in bono, & simplices in malo.*

20 *Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum.*

21 *Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei.*

22 *Saluto vos ego Tertius qui scripsi epistolam, in Domino.*

23 *Salutat vos Gaius ho-*

2 Sicuti nominatim describens eos qui commẽdatione digni erãt, satis expressit quos audire ac sequi deberent: ita nunc fallos fratres eis depingit à quibus sibi caueant, non tamen nominatim, quoniam necessarium id non erat.
1.Ioan 10
3 Simplicitas cõdienda est prudentia.
4 Pugnandum est certa spe victoriæ.
Act.16.1
phil.2.19
5 Adscribit salutationes partim ad mutuã fouendã coniunctionem, partim vt totidem veluti subscriptorib. cõfirmata hæc epistola, plus apud Romanos ponderis habeat.

17 *Vt obseruetis*, σκοπεῖν. i. attentè & diligenter quasi hostes è specula obseruetis. Erasmus, *Consideretis*, quod minus quadrat. Claromontanus codex addit ἀσφαλῶς, id est, *Ita vt non fallamini*. ¶ *Contra doctrinam*, παρὰ τὴν διδαχὴν. Sic malui vertere quàm *Præter*, vt amphiboliam vitarem. Significat enim Apostolus quinam pro dissidiorum auctoribus habendi sint, qui nimirum diuersum quidpiam docent ab Apostolica doctrina, quos alibi vocat ἑτεροδιδασκαλοῦντας, vt apparet ex proximè sequente versiculo.

18 *Per blandiloquentiam*, διὰ τῆς χρηστολογίας. Hoc vocabulum sicut ex duobus compositum est, ita duplicem vim habet, quam vix possis nisi longo circuitu verborum Latinè exprimere. Primùm enim is est χρηστολόγος qui verbis multum pollicetur, re nihil præstat: deinde quem si audias, dicas de te & commodis tuis magis quàm de seipso solicitũ. Huius sceleris exemplar sit Satanæ tentatio qua Euam fefellit: quanquam non ita procul abeundum, vt plurima & certissima spectemus eius exempla. Sic Capitolinus ait Pertinacem Imp. vulgò dictum fuisse χρηστολόγον, quòd bene loqueretur, sed malè faceret, vel potius, (vt eleganter expressit Aurelius Victor) quòd blandus esset magis quàm benignus. ¶ *Et assentationem*, καὶ εὐλογίας. τὸ εὐλογεῖν Græcis declarat τὸ ἐπαινεῖν, Laudare: vnde εὐλογία dicitur oratio ad prædicandas alicuius laudes accõmodata: cuiusmodi esse præcipuè solet assentatorum, vt pulchrè describit Plutarchus libello in adulatores edito. Sed & εὐλογία pro fucata illa & inani facundiæ specie accipi potest, qua tecti pseudoprophetæ, solent simplicium animos fallere. Item quum apud theologos εὐλογία accipiatur etiam pro fausta precatione, potest hæc quoque significatio huic loco conuenire: quòd his præcipuè artibus soleant vti pseudoprophetæ, vt simplices præsertim mulierculas sub pietatis & longarum precum prætextu deuorent. Hi sunt videlicet quos peculiari nomine religiosos vocamus, & nostro idiomate *chatemites, bigots, pates pelues*. i. (vt vno verbo omnia complectar) monachos: adeo à vetustis illis patribus degenerauerunt.

¶ [*Hominum*] *minimè malorum*, τῶν ἀκάκων. Sic mihi videtur Terentius Græcum hoc nomen ad verbum expressisse. Vulgata, *Innocentium*. Erasmus. *Simplicium*. Heb. autem 7.26. perfectissimè ab omni malo alienum declarat.

19 *Vestra obedientia*, ἡ ὑμῶν ὑπακοὴ. i. fama de vestra obedientia, vt suprà, 1.8. Et hæc illa est fides Romana, quod ad Romam, Catholica, quod ad fidei consensum omnibus Ecclesiis communem, à qua excidit Antichristus Romanus: Gradus alioqui & ὑπεροχῆς illius supra vel minimam vllam particularem Ecclesiam, nulla hîc ne tenuissima quidem mentio. ¶ *Sapientes*, σοφούς. i. cognitione veritatis & prudentia quoque instructos, vt bona amplecti, mala vitare, fraudes & laqueos pseudoprophetarũ effugere, illis etiam apertè obsistere possitis: quæ sæpe inculcat Apostolus. Vbi igitur fides illa implicita quam vocant? ¶ *Simplices*, ἀκεραίους. i. qui nullam prorsus nocendi artem teneatis, nedum vt reipsa noceatis cuiquam. Erasmus, *Sinceros*. Vide Matthæum cap.10. versu 16.

20 *Pacis*, εἰρήνης. Vide suprà, cap.15. vers.33. ¶ *Conteret*, συντρίψει. Sic habent omnnes codices Græci quos inspeximus. Vetus tamen interpres vt & Syrus legit συντρίψῃ, *conterat*, vt non sit promissio seu diuinatio qua confirmentur Romani ad perseuerandum: sed precatio potius, vt Dominus ipsorum conatibus prosperum det successum. ¶ *Gratia*, ἡ χάρις. In Latinis & Græcis penè omnibus codicibus, bis ista particula legitur, nempe hoc loco, & mox versu 24. Chrysostomus autem, Origenes, & Ambrosius, & Claromontanus codex posteriore tantùm loco, nempe vers. 24. istud legunt. Sed rectè meo iudicio, Syrus interpres neutro loco istud habet, sed his verbis hanc epistolam, vt & alias omnes, concludit. neque dubito quin qui 24. vers. legerũt, ibi hanc epistolam finierint: versiculis 25, 26 & 27, in cap. 14.23, reiectis. vt eo loco diximus. Itaque perperam omnino huic vers. 20. attexitur.

21 *Cognati mei*, οἱ συγγενεῖς μου. Hîc demum in Claromõtano codice hæc subiiciũtur, καὶ αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι τοῦ Χριστοῦ, *& omnes Ecclesiæ Christi*.

22 *Saluto*, ἀσπάζομαι. Etsi mihi fuit religio vel tantillum ex coniectura sola in his libris tam sacrosanctis immutare, non dissimulo tamẽ quod res ipsa mihi videtur postulare, aut hunc versiculum fuisse vltimo huius epistolæ versiculo, nempe 26. qui nunc est 27. subiiciendum vel potius scribendum esse ἀσπάζεται ὑμᾶς Τέρτιος, *Salutat vos Tertius*. cuius etiam loco nonnulli vetusti codices habẽt Τερέντιος, *Terentius*, sed perperam, vt opinor. ¶ *In Domino*, ἐν Κυρίῳ. Hoc quidem ita collocatum est in Græco contextu, vt etiam ad verbum ἔγραψα referri possit, quasi dicat Tertius se hanc epistolam descripsisse in Domino, id est hanc operam Apostolo propter Dominum commodasse: sed omnino istud cum salutandi verbo connectendum, ita vt nos fecimus. ¶ *Qui descripsi*, ὁ γράψας: id est qui dictante Paulo excepi, vel potius ex eius aduersariis descripsi. Vulg. & Eras. *Qui scripsi*, vocabulo ambiguo.

23 *Gaius*, Γάϊος. Trium Gaiorum fit mentio in historia Apostolica: vnius Derbæ, qui Paulum assectabatur, Act.20.4. alterius, Macedonis, qui & ipse ex Pauli comitibus erat, Act. cap.19. versu 29. tertij, Corinthij, quem Paulus ipse baptizauit, 1.14. cuius hîc fieri mentionem probabile est. Itaque iis assentior qui hanc epistolam dicunt Corinthi scriptam, quum Apostolus illuc venisset, vt ipse signifi-

cat 2. Corinth. 12. 14, nempe vltima illa in Græciam profectione, quæ describitur initio capitis Actorum vicesimi: vnde profectus quum Hierosolymam venisset, ibi captus, & Romam tandem inde de[illegible]ductus est.

καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης. ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, καὶ Κούαρτος ὁ ἀδελφός.

24 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

25 Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου·

26 Φανερωθέντος δὲ νῦν, διά τε γραφῶν προφητικῶν, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος.

27 Μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου, διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας.

meus & Ecclesiæ totius. Salutat vos Erastus procurator vrbis, & Quartus frater.

24 Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* cum omnibus vobis. Amen.

25 Ei vero qui potest vos [illegible] stabilire, secundum [illegible] meum & præconium [illegible] Christi, ex patefa[illegible] quod à temporibus [illegible] tacitum fu[illegible]

26 Nunc vero [illegible] [illegible] [illegible] Dei [illegible] ad obedientiam [illegible] omnibus Gentibus [illegible]

27 Soli, inquam, sapienti Deo gloria per Iesum Christum in [illegible] Amen.

28 Ad Romanos [illegible] fuit Corintho per Phœben [illegible] in Cenchreensi [illegible] Ecclesia.

[illegible] meum & [illegible] corpus. Salutat vos Erastus arcarius vrbis, & Quartus frater.

24 *Gratia Domini nostri Iesu Christi [illegible] cum omnibus vobis. Amen.*

25 *Ei autem qui potens est vos con[illegible]are iuxta Euangelium meum [illegible] prædicationem de Iesu Christo, secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti:*

26 *Quod nunc patefactum est per Scripturas Propheticas secundum [illegible] præceptum æterni Dei, ad obedientiam fidei in cunctis Gentibus cognito,*

27 *[illegible] soli Deo, per Iesum Christum, cui gloria in secula seculorum. Amen.*

28 *Scripta est a Corintho, per Phœben ministram Cenchreensis Ecclesiæ.*

a Iam tertio eis valedicens, id eis precatur à quo per dec totius superioris doctrinæ efficacia. Ephe. 3. 20 ephe. 4. 9 col. 1. 26 2. tim. 1. 7 tit. 1. 1

7 Magnifica gratiarum actione prædicat Dei potentiam & sapientiam, quæ potissimum in Euangelio elucens: facta etiam mentione vocationis Gentium, vt Romanos in spe huius salutis confirmet.

¶ *Pro [illegible] arcarius* [illegible] quo[illegible] in veteribus [illegible] vocabul[illegible] malunt [illegible] Veras[illegible] pres. Theodo[illegible] torem eorum quæ in arcam præfecti prætorio ferebantur. Erat enim principis Fiscus: prætidum [illegible] Cellæ præfectorum prætorio Arca: fitque A[illegible]orum mentio in Rubrica Codicis, De suscept. præpos. & arcarus, & l[illegible] de Canon. larg. Sed haud scio an ista huic loco conueniant. Cæterùm vrbis nomen non exprimit Apostolus, sed Corinthum significari existimo, iis coniecturis adductus quas paulo antè exposui.

24 *Gratia Domini, ἡ χάρις.* Quia hæc eadem paulo antè posita sunt, nempe versu 20, apud Ambrosi[illegible] Origenem hic non repetuntur, nec in vetustissi[illegible] codice [illegible] [illegible] [illegible] epist[illegible]

25 [illegible] *potest, τῷ δὲ δυναμένῳ.* A[illegible]nonuit supr[illegible] [illegible] codicibus desinere hanc epistolam [illegible] versiculum, quo modo etiam [illegible] [illegible] ab hoc versiculo ad finem [illegible] quarto [illegible]

¶ *[illegible]* [illegible] Vocat autem [illegible] (opinion [illegible] eam doctrinam quam [illegible] explicat Ephes. cap. 4.

¶ *A temporibus* [illegible] Id est (vt alibi loquitur) [illegible] ab omnibus ætatibus, ac iam inde à [illegible] nequis hic nobis æternum mundum fabricet. [illegible] enim αἰών, pro quo Hebræi עולם [*holam*] dicunt tempus declarat tempus quod vel nunquam cœperit, vel nunquam desinat: sed spectandum est quibus rebus accommodetur. Vide Matth. 4. 3.

2[illegible] *[illegible], διά τε γραφῶν.* Vetus interpres ex[illegible] [illegible] quæ [illegible] est prorsus necessaria, vt connectantur duo participia φανερωθέντος & γνωρισθέντος: neque verò causam video cur hic laborarit Erasmus, quasi τε semper debeat cum præcedentibus cohærere, aut ei subiungi. ¶ *Ad obedientiam fidei, εἰς ὑπακοὴν πίστεως.* Vide suprà, 1. 5. ¶ *Innotuit, γνωρισθέντος.* id est oblatum, & quatenus Gentium cognitioni expositum. Ad verbum, *Notificatum.* Sed duo hic nec vnda sunt, nempe neque ita vniuersaliter hoc dici, quasi quum hæc Paulus scriberet, nulla prorsus gens esset sub cœlo cui non esset annuntiatum Euangelium, neque de singulis hominibus hoc esse accipiendum, quum non sit omnibus datum vt Dei mysteria nouerint, Matth. 13. 11. Vulgata, *Cogniti,* sensu multum diuerso, ac prorsus etiam falso. Nam longè aliud est [illegible], id est, cognoscere, quàm γνωρίζειν, id est, [illegible]

2[illegible] *Soli [inquam]* [illegible]. Hoc hyperbaton (quod multos ex veteribus [illegible] & ipsum etiam Erasmum, adeo vt ingenuè dicat se non reperire quod hic communiscatur) studui illustrare, [illegible]um addito verbo Inquam, quod in epanalepsi fere solet [illegible]; deinde particula ᾧ, vnde nata est tota difficultas, hinc difficultate expuncta, non tam quia in Complutensi editione deest, quàm quòd manifestus sit Hebraismus, quum videlicet expresso antecedente relatiuum abundat: vti redundat αὐτῷ, Ephes. 3. 21, & 1. Pet. 2. 24. ¶ *In secula, εἰς αἰῶνας.* Vide Matthæum 6. 13. Nonnulli codices addunt τῶν αἰώνων *seculorum.* Sic enim Hebræi לעולם עולמים [*leholam holamim,*] quod exposuimus Lucæ cap. 1. vers. 50.

¶ *Ad Romanos,* &c. πρὸς Ῥωμαίους, &c. Hæc inscriptio tota deest in Claromontano codice, vt & aliæ omnes: quarum etiam aliquæ falsæ deprehenduntur, vt suis locis obseruabimus: vt suppositias esse res ipsa demonstret.

ΠΑΥΛΟΥ



ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ἡ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ πρώτη.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIOR.

NOVA INTERPR. — VETVS.

Κεφάλαιον α. — CAP. I. — CAPVT I.

ΠΑΥΛΟΣ κλητὸς ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφὸς,

Τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν.

1 PAVLVS [1]vocatione Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, [3]& Sosthenes frater,

2 [4]Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, [5]sanctificatis in Christo Iesu, *id est* vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomẽ Domini nostri Iesu Christi, quouis loco, *Domini, inquam*, tum ipsorum, tum nostri.

1 PAVLVS *vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater.*

2 *Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro.*

[1] In principio epistolæ, quæ præcipuè carpit Corinthiorum gratiam, ita testatur se Dei seruum esse, non hominum: vbique meminerit.

Act. 1. 9
Ebr. 11. 4. 7
Rom. 1. 7
eph. 1. 1
col. 1. 1
1. tim. 1. 9
tit. 1. 1
2. Tim. 1. 1

[2] Si Apostolus, ergo audiendus, etiamsi acriùs interdum eos obiurgarit, quum suam causam non agat, sed Christi mandata perferat. [3] Sosthenem adiungit, vt duobus testibus sanciatur hæc doctrina. [4] Ecclesia Dei est etiam quæ magnis vitiis laborat, modò admonentibus pareat. [5] Vera definitio Ecclesiæ Catholicæ, quæ vna est.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 *Vocatione*, κλητός. Vide Rom. 1. 1, vbi non hoc tantùm, sed alia etiam multa exposuimus quæ tum in huius epistolæ, tum etiam aliarum inscriptione occurrunt.

2 *Sanctificatis*, ἡγιασμένοις. Ratio cõstructionis poscebat vt potius scriberetur ἡγιασμένῃ, *sanctificatæ*. Sed in collectiuis omnibus solet interdum sententiæ potius quàm verborum ratio haberi in omnibus linguis. Quod autem attinet ad verbum Sanctificandi, de eo diximus multis locis, ac præsertim Ioan. 17. 17, & Rom. 6. 19. ¶ *In Christo Iesu*, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eras. *Per Christum Iesum*, vt etiam Græca scholia explicant. Ego verò malui seruare præpositionem in, quòd melius declaret quomodo nos Pater per Christum sanctificet, id est, à reliqua hominum colluuie separatos ac purgatos sibi pro filiis consecret, nempe donando nos Filio suo, vt ipse sit in nobis & nos in eo. Eadem causa fecit, vt infrà, v. 4. iterum eadem verba simili modo conuerterim, & v. 5. ἐν αὐτῷ sim interpretatus IN EO potiùs quàm PER EVM. ¶ *Vocatis sanctis*, κλητοῖς ἁγίοις. id est, quos Deus pro gratuita sua bonitate sibi segregauit, vel, Quos Deus ad sanctitatem vocauit. Illa expositio fontem sanctificationis, ista finem aperit. Illud autem sæpe iam est à nobis annotatum verbum קרא [*kara*,] id est vocare, apud Hebræos interdum declarare ipsius ὑπάρξεως initium, quod Deo tribuatur, vt qui videlicet solo verbo res omnes condat: interdum verò publicam eámque minimè nudá nuncupationem significare, sed quæ cum re ipsa consentiat: quo modo etiam Eustathius, nobilis Homeri interpres, explicat verbum καλεῖσθαι, libro Iliad. δ. scribens in verba illa, αἱ τόσσαι σὺ πρῶτον ἐμὲ κεκλημένος. ¶ *Cum omnibus*, σὺν πᾶσι. in nonnullis codicibus etiam manuscriptis legitur ὑμῶν πᾶσι: perperam, vt opinor. Nam mihi quidem videtur hæc inscriptio bimembris esse, cuius prior pars ad ipsos Corinthios, altera ad reliquos Achaiæ incolas, cuius metropolis erat Corinthus, refertur. ¶ *Qui inuocant*, τοῖς ἐπικαλουμένοις. Inuocandi verbum propriè de eo dicitur qui Dei subsidium cum clamore petit, vt qui in periculo est constitutus, vt dicit Apostolus nos clamare Abba, pater. Inde factum vt τὸ ἐπικαλεῖσθαι pro toto Dei cultu accipiatur, vt Inuocare nomen Christi, idem valeat atque Christum pro Deo reipsa agnoscere.

¶ *Quouis loco*, ἐν παντὶ τόπῳ. Id est in quauis Achaiæ Ecclesia. Hactenus enim est generalis hæc inscriptio, propterea quidem & specialiter Corinthiis, deinceps verò reliquis totius Achaiæ ecclesiis scripta, vt apparet ex alterius epistolæ initio: sicut & epistola ad Galatas omnibus illius gentis Ecclesiis propria fuit. Nam absolutè Catholicam, id est omnibus per orbem terrarum dispersis Ecclesiis dicatam hanc epistolam non esse, tum ex inscriptione, tum ex ipsius epistolæ tractatione liquet.

¶ [*Domini, inquam,*] *tum ipsorum, tum nostri*, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. Vulgata, *Ipsorum & nostro*. Erasmus, *Vel suo, vel nostro*. Retulerunt enim hæc ad τόπῳ, quod & plerique magni nominis interpretes faciunt. Sed ego tamen iis assentior qui coniungunt cum Κυρίου, vt sit correctionis species, quia duntaxat dixerat, Κυρίου ἡμῶν, *Domini nostri*: in qua opinione est Photius, primi inter Græcos scholiastas nominis, itemque Chrysostomus & Theophylactus. Primùm enim nulla satis idonea causa possit adferri cur hoc addatur, si de loco accipiat: quum satis fuerit dixisse, omnibus & in omni loco. Deinde ne hoc quidem videre possum cur Paulus Nostrum locum vocet Iudæam, vt interpretatur Ambrosius: ipsorum verò locum, cunctas Gentium Ecclesias. Nam neque hæc consuetudo est Pauli vt Gentes compellans, sese cum Iudæis coniungat, præsertim in procemiis: neque etiam Paulus ex Iudæa erat. Hic autem de loco non de religione agitur. Denique si Iudæos constituerat Apostolus Gentibus opponere, cur Iudææ vnius meminisset, quum per orbem terrarum essent dispersi qui ex Iudæis crediderant? Postremò id quoque obseruandum puto, Apostolum non ita scripsisse vt vertit Erasmus, *Vel suo vel nostro*, ἢ αὐτῶν ἢ ἡμῶν, per disiunctionem, sed copulata enunciatione dixisse αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, *& ipsorum & nostro*: vt prorsus necesse videatur hæc accipere de eo quod Apostolus significet vtrorumque esse commune. At enim cur ista Paulus commemorat? Optima certè ra-

tione. Nempe vt iam inde ab initio iaciat futuræ disputationis fundamentum. Nam si Corinthij [illegible] ab vno Deo vocati sunt, & in vno Christo sanctificati, [illegible] omnes vnum eundémque Dominum habent ac profitentur, vnde factiones istæ quæ inter eos vigebant, quasi Christus esset diuisus?

6 Fundamentum & vita ipsius Ecclesiæ Christus à Patre datus.
7 Dãnaturus multa vitia incipit à vera virtutum prędicatione, ne odio aut maleuolẽtia impulsus, postea videatur ad obiurgationes descẽdere: Ita tamen vt omnia ad Deum auctorem referat, sed ipsum in Christo, quò magis pudeat Corinthios sacra Dei profanare.
Tit.1.12
Phil.1.10.
2.Thess.3.18 & 5.23.
1.Thess.5.24

3 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

4 [illegible] τῷ Θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

5 Ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει.

6 Καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν.

7 Ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

8 Ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

9 Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

10 Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι, ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ.

11 Ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν Χλόης, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσι.

12 Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει, Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ.

3 ⁶Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

4 7 Gratias ago Deo meo semper de vobis, ob gratiam Dei quæ data est vobis in Christo Iesu:

5 Quòd in omnibus ditati sitis in ipso, 8 omni loquendi facultate, omníque cognitione.

6 9 Prout testimonium Christi confirmatum fuit in vobis.

7 Adeo vt nullo dono deficiamini, ‖ 10 exspectãtes donec patefiat Dominus noster Iesus Christus.

8 11 ‖ Qui *Deus* etiam confirmabit vos vsque ad finem inculpatos, in diem Domini nostri Iesu Christi.

9 ‖ Fidelis *est* Deus, per quem vocati estis ad communionem Filij ipsius Iesu Christi Domini nostri.

10 12 Precor autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, 13 vt idem loquamini omnes, & nõ sint inter vos dissidia, sed sitis compacti, eâdem mente & eadem sententia.

11 14 Declaratum est enim mihi de vobis, fratres mei, à domesticis Chloes, quòd lites sint inter vos.

12 Hoc autẽ dico, singulos vestrûm dicere, ‖ Ego quidem sum Pauli, ego autẽ Apollo, ego verò Cephæ, ego verò Christi.

3 *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.*

4 *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu:*

5 *Quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia.*

6 *Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis.*

7 *Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi.*

8 *Qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.*

9 *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filij eius Iesu Christi Domini nostri.*

10 *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & nõ sint in vobis schismata, sitis autem perfecti, eadem mente & eadem sententia.*

11 *Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos.*

12 *Hoc autem dico, quòd vnusquisque vestrûm dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi.*

12 Absoluta præfatione ad rem ipsam accedit, ab obiectatione grauissima incipiens, quasi Christũ ipsum non Paulum loquentẽ sint audituri.
Act.18.24
13 Prima pars huius epistolę cuius scopus est ad mutuã concordiam Corinthios, sublatis omnibus discordiarum causis, reuocare. Prima igitur hæc pars est de tollendis schismatibus. Est autem schisma quum qui in doctrina alioqui consentiunt, tamen sese ab aliis seiungunt.

8 Attingit illud nominatim quo præcipuè abutebantur. 9 Verum istorum donorum vsum in eo positum ostendit, vt ita illustretur Christi in ipsis potentia, vt postea magis liqueat quam turpiter ad gloriam & ambitionem illis abutantur. 10 Obiter inquit causam non esse cur sibi tantopere de receptis donis placeant, quum hæc nihil sint præ iis quæ sunt expectanda. 11 Testatur se bene etiam in posterum de ipsis sperare, vt eò patientiùs ferant se postea reprehendi: simul tamen ostendit Dei vnius opus esse tum initium, tum etiam complementum nostræ salutis.

14 Incipit obiurgationem ab occupatione, quoniam ex testibus idoneis intellexerit inter eos esse multas factiones. Simul autem aperit dissidiorum causam, quod alij ab aliis doctoribus penderent, nonnulli verò etiam sibi ita essent addicti, vt omnes doctores negligerent, solius Christi sese discipulos, exclusis doctoribus, vocantes.

3 *Gratia*, χάρις. Vide Rom.1.7, vbi totum hunc versiculum exposuimus.

5 *In omnibus*, ἐν παντί. siue, vt vertit Erasmus, *Omnibus*, id est omni genere beneficiorum quæ solet Ecclesia ex Deo percipere, quæ postea reuocat ad duas præcipuas species sub quibus reliqua comprehendantur, nempe λόγον & γνῶσιν, quorum illud ad ipsam commodè quod noueris explicandi facultatem, alterum ad ipsam cognoscendarum in Ecclesia rerum notitiam pertineat: ad cuius vtriusque doni abusum referri possunt, ac fortassis etiam debẽt quæcunque in hac epistola tractantur: cuius hæc sit veluti vniuersalis distributio. Sed & appositè potest hac ipsa seruata distributione, ἐν παντί accipi pro In omni re siue negotio, quod sequutus est Syrus interpres. ¶ *Ditati sitis*, ἐπλουτίσθητε. Annotauimus Rom.2.4, Diuitiarum nomine omnem copiam ac abundãtiam significari apud Paulum: quo modo etiã apud idoneos scriptores τὸ πλουτεῖν pro εὐπορεῖν accipitur. ¶ *In ipso*, ἐν αὐτῷ. Erasmus, *Per ipsum*. Vide suprà, ver.2. ¶ *Omni loquendi facultate*, ἐν παντὶ λόγῳ. Hîc demum Apostolus significat quę sint opes quibus Corinthij abundent in omni negotio. itaque redundat præpositio ἐν ex Hebræorum idiotismo, vt Ephes.2.4. 1.Tim.6.18. Solent enim Græci τὸ πλουτεῖν potius connectere cum secundo casu aut tertio sine præpositione. Particula autem πᾶς hoc loco, vt Rom.15.14. 1.Cor.13.3 & alibi sæpe, non est vniuersalis, sed perfectam rei de qua agitur formam declarat: quod tamen rursus ita est hoc loco accipiendum vt meminerimus eius quod scribitur infrà, 13.9, nos omnes videlicet, quandiu hîc versamur, nõnisi ex parte cognoscere ac prophetare. Itaque quum omnem sermonem, omnémque cognitionem tribuit Corinthiis Apostolus, quædam est species hyperboles, ad præsentem fidelium conditionem restringendæ. λόγον autem vocat, non inanem loquẽtiam, sed sanctæ & spiritualius illius διακονίας donum quo abutebãtur Corinthij. & hic est primus huius epistolæ locus, in quo de ratione annuntiandi verbi Dei disseritur, ita vt neque accersitis humanæ rhetoricę fucis, neque prophanæ sapiẽtiæ adhibitis commentationibus, inficiatur Christianæ vel docendi rationis vel ipsius doctrinæ syncera puritas.

6 *Prout*, καθὼς. Erasmus, *Quibus rebus*, i. δι' ὧν, vt etiam Græca scholia interpretantur. Sed propositum non fuit Apostolo, simpliciter significare donis illis ostendi quibus non frustra fuerit annuntiatum Euangelium: sed potius confirmare quod dixerat de maxima illa donorum copia in Corinthios effusa: vt καθὼς id significet pro quo Gallicè dixeris *selon que*, quod proximo versiculo explicat: minimè id quidem vt Corinthios laudet, imò vt inde arripiat tanto iustiorem occasionem eos reprehendendi quòd iis donis ad ambitionem & ostentationem abuterentur, quanto copiosius & excellentius in ipsos exuberabant.

7 *Adeo vt*, ὥστε. VT hoc loco non notat finem, sed effectum: sicut rectè annotauit Erasmus.

¶ *Deficiamini*, ὑστερεῖσθαι. Vulgata, *Desit*. Erasm. *Destituamini*. Vide Rom.3.23. ¶ *Exspectantes*, ἀπεκδεχομένους. id est interim dum expectatis: quasi scriptum sit ἐν τῷ ἀπεκδέχεσθαι. ¶ *Donec patefiat*, τὴν ἀποκάλυψιν. Vulgata & Erasmus, *Reuelationem*, ambiguè, quum etiam actiuè possit accipi. Loquitur autem Paulus de altero Christi aduentu, vt & Petrus 1.Epist.7.& 13.

8 *Qui [Deus*,] ὅς. Repetendum est Dei nomen à ver.4. vbi dixerat εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, *Gratias ago Deo*, & paulo pòst, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, pro ἐπὶ τῇ χάριτι αὐτοῦ. id est ob gratiam Dei, pro ob gratiam ipsius, repetito antecedente ex Hebræorum more, loco relatiui. Neque est quod quisquam hac ellipsi offendatur quum superiores versiculi, nempe 5.6.& 7, cum extremo quarto prorsus cohæreant.

¶ *Inculpatos*, ἀνεγκλήτους. id est vt sitis inculpati. Inculpatos autem vocat non quos nunquam quisquam culparit, sed quos coram Deo nemo possit meritò culpare, id est, eos qui sunt in Christo Iesu, in quibus nulla est condemnatio, vt exposuit Rom.8.1, & 33. Vide Luc.1.6, vbi expendimus quod iterum hoc loco inculcat Erasmus, esse videlicet perfectius, atque etiam difficilius ἀνέγκλητον esse, quàm innocentem. ¶ *In diem*, ἐν τῇ ἡμέρᾳ. Id est εἰς τὴν ἡμέραν, vt Rom.2.5. vel, vt Vulgata, *in die*, ita vt hoc cohæreat cum ἀνεγκλήτους. Dies autem Domini quid significet, declarauit ipse Apostolus Rom.2.16. ¶ *Domini nostri*, τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Vulg. *Aduentus Domini nostri*, τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Iubet autem illos bene sperare, ne sequuturis admonitionibus asperis animum despondeant.

9 *Fidelis*, πιστὸς. Id est verax & constans, vt illum prædicat Dauid Psal.138. Itaque vera & propria significatione accipitur Fidei nomen in hoc loco, nempe pro dictorum ac conuentorum constantia & veritate, vt à Cicerone definitur: quanuis peculiariter hîc videatur constantia Dei significari. Nam quòd nos vocat ad Filij sui communionem, id omne ipsius veritati tribuendum est, qui verax esse non desinat etiamsi mendaces simus: quòd autem quoscunque semel donauit Filio, nunquam postea illi eripiat, sed perseuerantiæ Spiritu donet, in eo se verè constantem declarat. Alioquin πιστοὺς diuersa significatione solet vocare Apostolus eos qui fide sunt Christum amplexi. πιστὸς autem λόγος

λόγος vocatur 1.Tim.4.9.& 2.Tim.2.11, sermo firmus & qui fallere nũquam possit, eadem ratione qua fidelis ipse Deus dicitur. ¶ *Per quem*, δι' οὗ. Id est, ὑφ' οὗ, *à quo*, vt habet etiam Claromontanus codex. Est enim promiscuus harum præpositionum vsus: vt planè inepti sint qui istis syllabarum aucupiis conantur homines imperitos irretire, vt Dei οὐσίαν discerpãt aut personarũ inæqualitatẽ inuehant: aduersus quos egregiè disputat Basil. in libro De Sp. sancto.

¶ *Communionem*, κοινωνίαν. Vulgata, *Societatem*. Erasmus, *Consortium*. Sed Communionis vocabulum (vt rectè indicauit doctissimus interpres) & Græcam vocem & nostram illam cum ipso Christo coniunctionem, quæ est Euangelicæ prædicationis finis, melius declarat.

10 *Idem*, τὸ αὐτό. Vulgata, *Idipsum*, de quo diximus Ro. 12.16. ¶ *Dissidia*, σχίσματα. Vulgata, *Schismata*, id est, διχοστασίαι, quas Apostolus ab hæresibus distinguit Galat.5. 20. Est enim (vt opinor) propriè σχίσμα seu διχοστασία, animorum simpliciter seu voluntatum dissensio, quum alij aliis hominibus vel externis ritibus ita sunt addicti, vt quanuis alioquin in ipsis religionis capitibus consentiant, tamen animis sint abalienati, & factiones quasdam ineant: vt Corinthij, quorum alij Apollo, alij Cepham, alij Paulum iactabant. Hæresis verò propriè declarat certam quandam factionem doctrinæ causa exortam, vt exposuimus Act.5.17. Hîc tamen Paulus Schisma in genere vocat omnem dissidij speciem, vt apparet ex eo quod illi opponitur, id est, ex consensione quam requirit tum in eodem in religionis capitibus sensu, (id enim propriè declarat γνώμη) tum in animorum seu voluntatum coniunctione: (id enim est quod Mentis appellatione intelligit; vnde ὁμόνοιαν Græci vocant quam Latini concordiam) denique in ipso etiam sermone, qui & iudicij & voluntatis est index. Vt autem hunc locum sic interpreter, non eo tãtùm adducor, quòd hac ratione seruetur simplex ac genuina verborum significatio, sed etiam quòd ita maximè appareat naturalis & concinna omnium partium collocatio. Ascendit enim Paulus ordine retrogrado ab imis ad summa, nempe à loquutione ad voluntatem, à voluntate ad fontem ipsius tum voluntatis tum loquutionis, id est, ad animi iudicium. ¶ *Compacti*, κατηρτισμένοι. Siue coadunati, ac computati, vt totum quippiam quod suis omnibus partibus aptè inter se cohærentibus componitur. Nam (sicut alibi exposuimus) hoc verbum de quantitate discreta, (quam vocant) propriè dicitur. Vt autem res omnes eiusmodi ex multis partibus compositæ, suis omnibus numeris cõstent, duo requiruntur, nempe vt pars nulla desit nec supersit: deinde vt omnia aptè inter se cohæreant. Inde factum vt ἄρτιος integrum & perfectum declaret, quum videlicet de numero pari propriè dicatur, & ἀρτίζειν cum suis compositis non modò pro Componere seu Compingere ac Coagmẽtare, vt Rom.9.22, sed etiam pro Perficere accipiatur. Deinde etiam apud medicos vsurpatur pro luxata membra in suum locum restituere: qua significatione videtur translatitiè poni Gal.6.1. Denique etiam pro sarcire quod ruptum est & dissolutum, vt Matth.4.21. Sed spectandum quid cuique loco conueniat. Mihi quidem non placet veteris interpretis sententia, qui κατηρτισμένους exponit perfectos, quum hoc nomine ferè intelligantur perfectæ virtutis homines, quales propriè nulli sunt in hac vita, & hoc nihil ad hunc locum pertineat. Erasmus verò longius à Græcis recessit quum interpretaretur, *Sed sitis integrum corpus*: nec satis etiam perspicuè videtur loquutus.

11 *Declaratum est*, ἐδηλώθη. Vulgata & Erasmus, *Significatum est*, ἐσημάνθη. Declarat autẽ τὸ δηλοῦν aliquid amplius quàm τὸ σημαίνειν, vt apud Latinos differunt Declarare & Significare. Sic enim Cicero, ad Lucceium scribens, *Itaque*, inquit, *hoc sepius dicendum, tibique non significandum solùm, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius*. Pertinet autẽ huius vocabuli explicatio ad sententiæ pondus, ne videlicet Apostolus cuiuis delationi temere videatur credidisse. ¶ *A domesticis Chloes*, ὑπὸ τῶν Χλόης. Similis dicendi formula occurrit Rom 16.10.& 11. vt mihi dubium esse non possit quin Chloe sit religiosæ alicuius matronæ nomen. Nam neque vllus in eo tractu locus commemoratur hoc nomine, neque, si locus significaretur, prætermissa fuisset prępositio, vt rectè obseruauit Erasmus. Deinde passim apud Græcos hoc nomen mulieribus tribuitur.

12 *Hoc autem dico*, &c. λέγω δὲ τοῦτο. Id est. Quod autem vobis dictũ volo, siue, quod mihi dico à domesticis Chloes declaratum, illud est, vos nimirũ hoc solere dictitare, Ego quidẽ sum Pauli, &c. Similis formula occurrit Rom.15.8. Aliis placuit ὅ,τι excudere, quasi sit pronomen: nos tamen nusquam inuenimus ita scriptum. Ab aliis denique ὅτι accipitur pro διότι, id est quia, vel propterea quòd. Suum cuique liberum iudicium esto: nam quocunque modo accipias, eadem manebit sententia. Illud verò notandum est, singulis non tribui hæc omnia, sed alia aliis, vt ipsemet Paulus infrà exponit, 3,4. Neque enim singuli dicebant, Ego sum Pauli, ego sum Cephæ. sed alius quidem Paulum, alius verò Cepham iactabat. Itaque hoc quoque dicendi genus (vt alia multa) petitum est è medio, quod Syrus interpres scitè admodum exposuit. Simile verò huius vocis ἕκαστος exemplum occurrit infrà 14.26. ¶ *Cephæ*, Κηφᾶ. Hunc nonnulli ex veteribus volunt quempiam fuisse diuersum ab Apostolo Petro. Alij, vt ille ineptissimus rhapsodus Nicephorus, citans Dionysij Corinthij testimonium, hinc colligunt Petrum Corinthi quoque docuisse. Atqui præterquam quòd idem est Cephas syriacè, atque Petrus græcè, hæc nomina de industria fuisse ab Apostolo subdita in verorum locum, ex ipsomet constat infrà 4.6. nempe vt veris nominibus parceret, quòd id expedire iudicaret. Petrum autem Corinthi docuisse non magis quàm Christum ipsum, ex hoc loco colligi potest. ¶ *Ego verò Christi*, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. Chrysostomus, quantum licet ex eius interpretatione colligere, sic ita distinxit, quasi non sint Corinthiorum, sed ipsius Apostoli verba, Corinthios suo exemplo docentis quidnam sentire ac docere deberẽt, i. non huius vel illius, sed vnius Christi discipulos sese profiteri. Et in hanc sententiã Augustinus hæc scribit, Sermone de Verbis Domini 21, *Volentes homines ædificare super homi-*

nes, dicebant, Ego quidem sum Pauli, &c. sed alij qui nolebant ædificare super Petrum, sed super petram, dicebant, Ego autem sum Christi. Eam verò expositionem si sequamur, adscribendũ erit punctum post Κηφᾶ, & pro Ego verò Christi, dicendum erit, At ego sum Christi, & versiculus 13. ab his verbis inchoandus. Fuit autem in hanc sententiam adductus Chrysostomus, eò quòd non videantur reprehendi posse qui se Christi esse dicunt. Sed quum hæc ratio non adeo sit firma quin conuelli possit, & omnes codices vno consensu ista connectant cum præcedentibus, assentiente quoque Syro interprete, (quasi vna etiam istorum factio fuerit qui se Christi esse dicerent) nolim à recepta lectione temerè discedere. Puto igitur superiores factiones eorum fuisse qui plus æquo huic vel illi ministro erant addicti, adeò vt cæteros aspernarêtur, ac proinde homines potius quàm Christum ipsum colerent: hanc autẽ postremam particulam ad eos pertinere qui in contrariam partẽ peccabant, i. qui se se vni⁹ Christi ita esse dicebãt, vt interim iis per quos Deus loquitur, nihil tribuerent, quo pestilentissimo morbo vtinã nulli hodie laborarent. Itaque Apostolus, vt etiam ex Syra & Arabica interpretatione liquet, non reprehẽdit eos simpliciter qui vnius Christi se esse dicerent, sed qui Christum ita profitebantur, vt nec Paulũ, nec Apollo, nec Cepham, id est nullos ministros, quantumuis excellentes pro ministris agnoscerent. Nec enim minus peccat qui Dei ministros omnes spernit, quàm qui certis hominibus nimium tribuit.

15 Prima ratio our vitãda sint schismata, quoniam sic videtur diuidi ac planè lacerari Christus, vt qui, quũ vnus sit, non possit esse duorum separatorũ ac dissidẽtium corporum caput.

13 Μεμέρισται ὁ Χριστός; μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου ἐβαπτίσθητε;

14 Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ ὅτι οὐδένα ὑμῶν ἐβάπτισα, εἰ μὴ Κρίσπον καὶ Γάϊον·

15 Ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβάπτισα.

16 Ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον· λοιπὸν οὐκ οἶδα εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα.

17 Οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ᾽ εὐαγγελίζεσθαι· οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ.

13 15 Num dispertitus est Christus? 16 num Paulus crucifixus est pro vobis, 17 aut in nomẽ Pauli baptizati fuistis?

14 18 Gratias ago Deo meo quòd neminem vestrûm baptizauerim, nisi ‖ Crispum & Gaium:

15 Vt nequis dicat me in meum nomen baptizasse.

16 Baptizaui autem etiam Stephanæ familiam: cæterùm haud scio num quem alium baptizauerim.

17 19 Non enim misit me Christus vt baptizarem, sed vt euangelizarem: ‖ 20 non tamen cum dicẽdi peritia, 21 ne inanis reddatur crux Christi.

13 *Diuisus est Christus, nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?*

14 *Gratias ago Deo quòd neminem vestrum baptizaui, nisi Crispum & Gaium.*

15 *Nequis dicat quòd in nomine meo baptizati estis.*

16 *Baptizaui autẽ & Stephanæ domum: cæterùm nescio si quem alium baptizauerim.*

17 *Nõ enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: non in sapiẽtia verbi, vt non euacuetur crux Christi.*

Act. 18. 8
Infr. 16. 14
gal. 5. 2
2. pet. 1. 16

16 Altera ratio est, quòd nõ sine sacrilegij scelere sic pendeant ab hominibus vt à Christo: quod quidem faciunt, qui quicquid aliquis dixerit, propter personam probant: sicut isti qui idem Euangelium ex vnius ore acceptum probabant, ex alterius autẽ ore fastidiebant: adeò quidem vt factiones istæ ex doctorum nominibus appellarentur. Substituit autem suum ipsius nomen Paulus, non tantùm ne quenquam grauaret, sed etiam vt ostendat se causam suam non agere. 17 Tertia ratio à Baptismi formula, & fine desumpta, qua nomen damus Christo inuocato cum Patre & Spiritu sancto. Itaque etiam siquis à Doctrina Christi non deficiat, tamen à certis doctoribus pendeat cum aliorum contemptu, fit Christi desertor: quoniam si Christum vnum magistrum haberet, eum per quosuis docentem audiret. 18 Profitetur se eò liberiùs de his rebus agere, quòd Dei prouidentia factum sit vt extra omnem suspicionem quasi discipulos aliis ereptos velit sibi vendicare. Ex quo intelligere licet, non tantùm discipulos, sed etiam multò magis doctores ipsos hîc reprehendi, qui suos greges sibi separatim cogebant. 19 Occupatio, se non fuisse apud illos baptizandis multis intentum: minimè id tamen Baptismi contemptu, sed quoniam in doctrina tradenda præcipue occupatus, auditores assentientes committebat aliis, quorum illi copia erat, baptizandos. Ita verò satis ostendebat, quàm esset ab omni ambitione alienus, quum è contrario ij quos reprehendit, quasi sibi non Christo discipulos congregarent, de quàm plurimis à se baptizandis, ambitiosè laborarent. 20 Iam se conuertit ad doctores ipsos, sibi in splendida & ambitiosa facundia placentes, quò plures discipulos allicerent. Illis igitur non dissimulat se fuisse dissimilem, suum exemplum Apostolica grauitate opponens peruersis illorum iudiciis. Est ergo alter hic locus huius epistolæ de pia simplicitate in docendo Euangelio, tum in sententiis tum in verbis obseruanda. 21 Ratio cur illa verborum pompa & orationis pigmentis non sit vsus, nempe quòd Deus ea demum ratione voluerit mundum sibi subiicere, ex qua intelligerent homines quantumuis stupidi opus hoc peragi à Deo ipso absque hominum artificio. Itaque sicut proponitur in Euangelio salus per crucem Christi, qua nihil est, neque contemptibilius, neque à vita remotius, ita etiam ipsam Crucis prædicandæ rationem voluit Deus prorsus quàm diuersissimam esse ab iis quibus solent homines ab hominibus ad aliquid audiendum & credendum allici: deóque quadam sapientissimæ stultitiæ specie voluit de mundana illa stultissima sapientia triumphare, sicut se facturum per Esaiam prædixerat. Hinc autem colligendum est, tum doctores illos ambitiosa eloquentia turgidos, tum etiam illorum admiratores, quàm longissimè à scopo suæ vocationis aberrasse.

13 [Num] dispertitus est Christus? μεμέρισται ὁ Χριστός; Sic malo legere quàm tollere interrogationem, cùm Theodorito. Itaque subaudienda est particula μὴ, quam Erasmus rectè expressit, ne posthac corrumpi facilè possit hic locus: & in vno exemplari comperimus. Quòd autem Chrysostomus actiuè interpretatur μεμέρισται, diuisit, nimis est violentum, quum plana sit sententia, non posse vel aliquos ministros nullo loco haberi, vel Christum ministris opponi, quin veluti discerpatur Christus. ¶ In nomen Pauli, εἰς ὄνομα Παύλου. Id est, Paulo initiati & consecrati. Ortum est hoc dicendi genus ex Baptismi formula quæ describitur Matt. 28. 19. Quid autem ibi valeat nomen Patris & Filij & Spiritus sancti, diximus Act. 3. 16, & 19. 5.

15 Baptizasse, ἐβάπτισα. Quidam vetusti codices habent ἐβαπτίσθητε, baptizati sitis, vt legit Vetus interpres. Quidam ἐβαπτίσθη, baptizatus sit, quod optimè cohæret cum ἵνα μή τις, vt nequis.

17 Non misit, οὐκ ἀπέ[illegible] Atqui iussi sunt etiam baptizare Apostoli, & ipse Apostolus aliquot baptizauit. Est igitur quædam species hyperboles, petita & ipsa è medio, (vt opinor) quando absolutè negatur quod tamen κατά τι negari debuit. Intelligit enim Paulus se non peculiariter & præcipuè baptizandi, sed euangelizandi munus à Deo accepisse. Similis est loquendi forma Ierem. 7. 21.

¶ Non tamen,] ἐν. Addidi particulam TAMEN, vt oppositi membri ellipsis minus sentiatur. Nam ad explendam sententiam adiiciendum fuerat, Sed per sapientiam Dei. Similis ellipsis occurrit Rom. 14. 1. Alij non desunt qui malint tres sequentes versiculos, nempe 18, 19, 20, parenthesi includere, & ibi demum anantapodoton supplere.

¶ Cum dicendi peritia, ἐν σοφίᾳ λόγου. Vulgata barbarè & obscurè, In sapientia verbi. Erasmus, Erudito sermone. Porro σοφία & φρόνησις sic distinguũtur, vt illa in contemplatione, ista in actione versetur. Sed σοφίας vocabulum constat interdum latius patere: adeò vt omnis generis artifices periti soleant à Græcis σοφοὶ appellari, vt infrà, 3. 10. Sed & nominatim Sophistæ dicti sunt qui illam in rebus ciuilibus administrandis solertiam cum forensi facundia coniunxerant, & ab agendo sese ad dicendum contulerant, vt ait in Themistocle Plutarchus. Itaque non dubito quin oratoriam facultatem Apostolus appellet λόγου σοφίαν, quam à se non modò vt non necessariam remouet, sed etiam vt Apostolicæ facultati prorsus contrariam. Quid igitur? annon adfuit Paulo sua δεινότης? certè adfuit quanta nulli vnquam obtigit, sed cælestis, non humana, & à fucatis illis coloribus prorsus pura.

¶ Inanis reddatur, κενωθῇ. Vulgata, Euacuetur, admodum incõmodè. vide Rom 3. 21. ¶ Crux Christi, ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. Sic vocat Euangelicæ prædicationis argumentum. Visus autem fuisset Christi crucifixi Spiritus nihil agere, si humanæ facundiæ vi homines ad Christianismum essent adducti.

18 Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί· τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστι.

19 Γέγραπται γὰρ, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.

20 Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου;

21 Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεὸν, εὐδόκησεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας.

22 Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν·

23 Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν·

24 Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς, Ἰουδαίοις τε

18 Nam sermo ille de cruce, iis quidem qui pereunt, stultitia est: iis autem qui seruãtur, id est nobis, ‖ potentia Dei est.

19 22 Scriptum est enim, Abolebo sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium tollam è medio.

20 Vbi sapiens? vbi Scriba? vbi disquisitor seculi istius? nõne infatuauit Deus sapientiã mundi huius?

21 23 Nam postquam in Dei sapientia mundus non cognouit Deum per eam sapientiam, 24 libuit Deo per stultitiã prædicationis seruare credentes.

22 25 ‖ Quandoquidem & Iudæi signum petunt, & Græci sapiẽtiam quærunt:

23 Nos autẽ prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidẽ offendiculum, Græcis verò stultitiam:

24 Ipsis autẽ vocatis, tũ Iudæis

18 *Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est: iis autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est.*

19 *Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium & prudentiam prudentium reprobabo.*

20 *Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? nõnne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?*

21 *Nam quia in Dei sapientia non cognouit mũdus per sapientiã Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.*

22 *Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt:*

23 *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiã.*

24 *Ipsis autem vocatis, Iu-*

22 Non modò probat Apollo[illegible] nouũ hoc nõ debere videri, quũ sit tanto ante tempore prædictum, sed etiam declarat Deum sic solere arrogantiam mundi punire, qui sibi placeat in sua sapientia: ac proinde inane esse, atque adeò etiam nidum, & à Deo tanquam inutile reiici, quod vnum isti tantopere curabant.

Matt. 12. 38

23 Ostẽdit dignã fuisse hominum arrogãtiam, quam Dominus ita traduceret, vt qui in sapientia mundi clarissimo speculo (id est mundi opificio) noluerint Deum contemplari sicut par erat. 24 Mira Dei bonitas, sic mundi arrogantiam punientis, vt eius saluti nihilominus consulat, docens videlicet homines stulescere vt Deo sapiant. 25 Explicatio eius quod dixerat, prædicationem Euangelij stultam esse. Stulta est, inquit, hominibus quos Deus noua luce non donauit, id est, omnibus in sese confidẽtibus. Iudæi enim requirunt miracula, & Græci argumenta quæ ratione sua possint comprehendere: ideóq; e Euangelio non modò non credunt, sed etiam illud irrident. Nihilominus tamen in ista stulta prædicatione inest summa Dei virtus ac sapientia, sed quam soli vocati percipiunt: Deo manifestè demonstrante, sese tum quoque quum illum planè stultum esse insani homines iudicant, ipsis esse longè sapientiorem: & quum infirmissima quædam adhibet, omne eorum robur superare, sicut in Euangelicæ prædicationis fructu apparuit.

18 Sermo ille de cruce, ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ. Vulgata ad verbum, Verbum crucis. i. prædicatio de Christo crucifixo. vel, genus illud orationis quo vtimur in annuntianda vobis salute per Christi crucifixi mortem. ¶ Potentia Dei, δύναμις Θεοῦ. Illud in quo Deus mirificã & infinitam vim suam seruandis electis declarat, Rom. 1. 18. quæ quidem non ita emineret, si ab humanarum artium, aut humanæ sapientiæ, denique vllius rei subsidio penderet quæ ab ipsis hominib. possit proficisci. Ita enim sibi tribuerent homines quod vnius crucis proprium est. Arabs interpres πραγματικῶς hunc locum conuertit.

19 Prudentiam, τὴν σύνεσιν. Sic rectè Vulg. Vbi enim hæc duo coniunguntur σοφία ad facultatem θεωρητικὴν, σύνεσις ad πρακτικὴν refertur, nisi malimus illud ad recõditiorem, istud verò ad vulgarẽ rerum cognitionem, qua ratione in regeneratis consueuit Apostolus σοφίαν ad extraordinariam ἀποκάλυψιν, γνῶσιν ad eam rerum diuinarum notitiam, quæ in Scholis ex Doctoribus requiritur, referri, quò etiam videtur mox respexisse σοφὸν à Scriba, id est Legis Doctore discernens. ¶ Tollam è medio, ἀθετήσω. Editio Esaiæ Græca habet κρύψω, abscondam. Hebræa autẽ veritas totũ hũc locũ sic legit. c. 29. 14, ואבדה חכמת חכמיו ובינת נבניו תסתתר, [veabedah chochmath chachamau vbinath nebonau tistatar.] Id est, & peribit sapientia sapientum eius, & prudentia prudentum eius abscondet sese. Itaque etsi Græca totidem vocabula non respondeant Hebræis, tamen eadem manet sententia. Tantùm enim in illo discrimen est, quòd Propheta verbis neutris vsus est quæ Græci in actiua conuerterunt, Nam perit sapientia, sed Domino destruente: & sapientia euanescit, sed à Domino sublata & obliterata. Verbum autem ἀθετεῖν, quod propriè declarat loco suo amouere, vt exposuimus Mar. 6. 26, conuertimus tollere è medio, potius quàm reprobare, cum Vetere interprete, & reiicere, cum Erasmo, non tantùm ex doctissimi interpretis auctoritate, sed etiam Veritatem ipsam Hebræam sequuti. Neque enim quicquid reiicitur euanescit, sed quòd è medio tollitur ita vt nusquam appareat.

20 Vbi Scriba, ποῦ γραμματεύς. i. Legis interpres, vt exposuimus Mat. 2. 4. Siue, quia de Iudæis propriè non loquitur, Vbi es ô literate, & terendis libris exercitate? Magnam autem emphasin habet singularis numerus, quòd ita videatur Apostolus singulos compellare, quasi diceret ne vnum quidem nominari posse ex istorum numero qui hoc arcanum Dei vel suspicari potuerit, vel humanæ rationis vi cõsequi. ¶ Disquisitor, συζητητής. i. ô tu qui in huius mundi arcanis perscrutandis & acutissimis quibusq; quæstionib. exquirendis omnẽ ætatẽ cõsumis. Assentior aũt doctissimo interpreti, qui hæc putat esse ipsi⁹ Pauli verba, humanæ sapiẽtiæ insultãtis, nõ autẽ Esaiæ. Quamuis.n. simile quiddã in specie videatur scriptũ Esaiæ 33. 18, tamẽ nec eadẽ sunt verba, nec idẽ scopus, sed prorsus diuersus. Sed & in Claromõtano codice, in quo testimonia ex vetere Testamẽto citata, rubrica scribuntur, hic vers. vt ipsius Pauli reliquus cõtextus scribitur. συζητεῖν aũt dicũtur qui vnà rationes cõferũt ad alicuius rei indagationẽ, & in laude poni cõsueuit, sicut etiã præcedentes voces. Sed sapiẽtia ac docendi ratio cælestis ab humana & mere mũdana, vt penit⁹ diuersa, discernitur. ¶ Conquisitorẽ, obscurius interpretatur Ioan. Drusius, quẽ honoris causa nomino, vir pereruditus & diligẽtissimus rerũ in his libris non vulgariũ obseruator, putat hîc significari vocatos ab Hebræis Sapientes MECAR siue MEHECAR, à curiosa inquisitione sic vocatos, quorũ meminit R. David Kimhi, in Ps. 104. 30. ¶ Seculi istius? τοῦ αἰῶνος τούτου; Videntur ista non ineptè posse cum aliis etiam duobus præcedẽtibus conecti, vt vno interrogationis tenore legatur.

In Dei sapiẽtia, ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ. i. Qua Deus sese hominib. intelligẽtia & ratione quãtũuis p peccatũ obscuratis, in illo huius mũdi limpidissimo speculo cognoscẽdũ & agnoscẽdũ ipsis etiã sensib. pbeat, Act. 14. 17. & 17. 27. ac homines tantũ istud beneficiũ neglexerũt. Deus nolẽs tamẽ suos perire cõtrariã iniit rationẽ illos ad sui cognitionẽ adducẽdi, nẽpe Euãgelij prædicationẽ, quæ nõ modò à sẽsib. illis humanis nõ pẽdet, sed iis etiã apertè repugnat, ideóq. stultitia illi sapiẽtiæ humanæ videlicet. Itaq. nulla hîc est ταυτολογίας species, & διὰ τῆς σοφίας est repetitio ipsius antecedẽtis, pro relatino αὐτῆς. Verũ est tamẽ nõ carnis sapiẽtiã, i. e. quã homines ἐματαιώθησαν, Rom. 1. 21. causam huic malo præbuisse. Sed si hoc dictũ nũc vellet Paulus, diceret istos per falsam istã sapiẽtiã non agnouisse Deũ. (qui .n. miraretur istud factũ?) sed ista falsa sapiẽtia factũ fuisset vt Deus nõ agnosceretur. Quatenus aũt dicatur homines Deũ in hac Dei sapiẽtia non cognouisse, docet idem Apostolus Rom. 1. 19. ¶ Libuit, εὐδόκησεν. Eras. Visum est. Declaratur aũt hoc verbo, nõ modò ita visum esse Deo, sed etiã quare impulsus id voluerit, nimirũ gratuita illa sua bonitate. ¶ Per stultitiã prædi. &c. διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος. Sic vocat Euãgelij prædicationẽ, per cõcessionem, ex hominũ hypothesi. vt etiã in sequenti versu stultitiam & infirmitatem Dei vocat, idque grauissima cum hominũ reprehensione qui ista malint, repugnãte etiam conscientia, Deo affingere, quàm suam ipsorum stultitiam & imbecillitatem agnoscere ac deprecari.

22 Signũ, σημεῖον. i. signa, vt Mat. 12. 38. Tales sunt etiã hodie qui scripturarũ testimoniis conuicti miracula à nobis flagitãt.

24 Ipsis autem vocatis, αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς, id est, iis autem qui vocati sunt. Erasmus, Sed iisdem, τοῖς αὐτοῖς δέ. quod mihi non placet. Neque enim idem declarat vtraque lo-

quutio, ἡ αὐτοὶ οἱ κλητοὶ & οἱ αὐτοὶ κλητοὶ, neque Paulum existimo eosdem illos vocatos dicere quibus Christus offendiculum erat aut stultitia: sed quum in genere de Iudæis & Græcis videretur loquutus, eos postea excipere qui tum ex his tum ex illis crediderant. Quinam verò κλητοὶ dicantur ab Apostolo, exposuimus Rom. 1.6.

καὶ Ἕλλησι, Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν.

25 Ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί.

26 Βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοί, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς.

27 Ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός, ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ· καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά.

28 Καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεός, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ.

29 Ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ.

30 Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις·

tum Græcis, Christum Dei potentiam ac Dei sapientiam.

25 Nam stultitia Dei sapientior est quàm homines: & infirmitas Dei validior est quàm homines.

26 26 Videtis enim vocationem vestrã, fratres: vos *videlicet* non esse multos sapientes secundũ carnem, non multos potentes, non multos nobiles.

27 Verùm quæ stulta *sunt* in mũdo, elegit Deus, vt pudefaciat sapientes: & quæ *sunt* infirma mundi, elegit Deus, vt pudefaciat valida.

28 Et quæ ignobilia sunt in mũdo, & pro nihilo habita, elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt eneruaret:

29 Vt ne glorietur vlla caro in eius conspectu.

30 Sed ex ipso vos estis in Christo Iesu, 27 qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitiáque, & sanctificatio, & redemptio:

deis atque Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.

25 *Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.*

26 *Videte enim vocationem vestrã, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.*

27 *Sed quæ stulta sunt mũdi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia:*

28 *Et ignobilia mundi & contẽptibilia elegit Deus & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret:*

29 *Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.*

30 *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio:*

26 Confirmatio ex iis ipsis petita quæ Corinthi euenerant, vbi Ecclesia ex ignobilibus & plebeiis magna ex parte constabat: vt Græciæ Philosophos ad pudorem adigi necesse esset, quum viderét se sua sapientia & eloquẽtia nihil prorsus agere præ Apostolis, quos, tamen idiotas & indoctos vocabãt. Simul autem Apostolus hoc modo [illegible] deiicit [illegible] enim [illegible] us prætulerat nobilibus & sapientibus illis vt superbirent, sed vt in Domino gloriari vel inuiti cogerentur, ex cuius misericordia & sapientiam istam, & omnia ad salutem necessaria, ipsi omnium etiam abiectissimi essent in Christo adepti. 27 Euangelium minimè omnium esse contemnendum docet, quum res omnium maximas contineat, veram nimirum sapientiam, veram iustitiæ consequendæ rationem, veram sanctæ & honestæ vitæ viam, veram denique ab omnibus miseriis & calamitatibus liberationem.

¶ *Dei potentiam*, Θεοῦ δύναμιν. Quomodo sit hoc loco abusus Asterius Arij socius, propter nõ additum articulum τὴν, vide apud Athanasium, aduersus Arianos oratione tertia. Syrus interpres magis etiam perspicuè legit χριστὸς ἐστιν δύναμις τοῦ Θεοῦ καὶ σοφία τοῦ Θεοῦ, id est, Christus [*est*] potentia Dei & sapientia Dei. Arabs denique expressit verbum κηρύσσομεν repetitum, & subaudit ὄντα, Qui est. Sed obseruandum est hîc non agi de Christo quatenus est Deus, siue personæ ipsius respectu, sed officij mediatoris & eius virtutis ac sapientiæ habita ratione, quæ in Euangelici ministerij effectis apparet, cui iam cederet tum omnis humana sapientia, tum etiam omnis aduersantium conatus, vt proximo vers. docet, testibus ipsis etiam Corinthiis.

25 *Sapientior est quàm homines*, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Vulgata, *Sapientius est hominibus*. quod meritò reprehendit Augustinus lib. De doctrina Christiana 2. cap. 13. propter amphiboliam: quòd incertum sit an hominibus sit dandi casus aut auferendi. quasi dicas, Stultum est tibi, sed stultius huic. Quid si verò oppositum aliquid subaudias? vt sit plena hæc constructio, ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῆς σοφίας τῶν ἀνθρώπων, *Nam stultitia Dei sapientior est sapientia hominum*. Et postea, τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυροῦ τῶν ἀνθρώπων, *Infirmitas Dei robustior hominum robore*. Ita enim clarior est antithesis: quæ sanè videtur hanc ellipsin minus duram efficere, propter mutuam contrariorum rationem: vt etiamsi non addantur ista, facilè possint intelligi. Nam quum eadem dictio repetenda est, videtur multo durior ellipsis, cuius tamen extat exemplum in eodem dicendi genere, Ioh. 5.36. Rom. 6.5. & 1. Pet. 1.7. Sed & Arabs interprete nostro Iunio, hæc eadem expressit. Nolui tamen quicquam adiicere, quòd mihi maxima videatur esse emphasis, si stultitiæ Dei, id est ei quod insani homines, non sine impietate, stultitiã vocant, opponantur ipsi homines, id est & stulta ipsorum insania, & quicquid sunt ipsi.

26 *Videtis enim*, βλέπετε γάρ. Vulgata, *Videte enim*, imperandi modo: quæ interpretatio consistere non potest nisi particulam γὰρ accipiamus pro Enimuero, ita vt sit expletiua potius quàm causalis. Sed & aliam causam adfert Erasmus cur potius sit locus indicandi modo: nempe quia Apostolus videtur non tam admonere Corinthios vt videant quod sciebant, quàm ipsos facere eius argumenti testes quo vti constituit, tum vt superiora confirmet, tum vt eorum fastum deiiciat. ¶ *Vocationem vestram*, τὴν κλῆσιν ὑμῶν. Id est, quam rationem secutus sit Dominus in vobis vocandis. vel, quínam ex vobis sint vocati. vt vocatio pro vocatis metonymicè ponatur, sicut passim circuncisio pro circuncisis, & præputium pro incircuncisis. ¶ *Secundum carnem*, κατὰ σάρκα. id est, Eo sapientiæ genere quod vulgò hominibus probatur: qui quum carnales sint, spiritualem sapientiam non norunt.

28 *Et ea quæ non sunt*, καὶ τὰ μὴ ὄντα. i. quæ penè nulla sunt, hominum videlicet iudicio, non Dei. nam ex Hebræorum idiotismo dicuntur non esse quæcunque ita sunt abiecta vt nullo loco habeantur: quibus opponuntur ea quæ sunt, id est quæ in pretio habentur. ¶ *Eneruaret*, καταργήσῃ, Id est vana & nullius ponderis esse doceret: nempe quod ad ipsius Ecclesiæ suæ fundamenta prima, siue superstructionem attinet.

29 *Vlla caro*, πᾶσα σάρξ. Quod attinet ad vniuersalem particulam coniunctam cum aduerbio negante, diximus de toto hoc genere enuntiationum, Matth. 24.22, & Luc. 1.37. Sed & alibi annotauimus Carnem pro toto hominum genere sæpe accipi apud Hebræos: quorum morem eo libentius seruauimus hoc in loco, quòd de industria videatur Paulus id vocabulum vsurpasse, vt infirmam & miserabilem hominis conditionem Dei maiestati opponeret, sicut Esa. 31. accipitur. Itaque mihi non displicet, vt magis sit hæc oppositio perspicua, quòd in Claromontano codice pro relatiuo αὐτοῦ, repetitur ipsum nomen τοῦ Θεοῦ.

30 *Sed ex ipso vos estis*, ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε. Quos antea deiecerat, nunc supra omnes mortales euehit, sed ita vt omnem ipsorum dignitatem doceat non ab ipsis (sed à Christo) emanare, idque à Deo, id est, Dei vnius via ac beneficio. Erasmus, *Ex eodem autem vos estis*, quasi scriptum sit ἐκ τοῦ αὐτοῦ. quod nusquam inuenio. ¶ *Factus est nobis sapientia à Deo*, ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ. Id est, Qui datus est nobis à Deo, vt in ipso omnem sapientiam consequeremur, quæ quidem hoc nomine verè digna sit: quum in eo vno possimus Deum & eius arcana contemplari, quæ ne suspicari quidem vnquam acutissimi homines potuerunt. Idem de iustitia & sanctificatione statuendum est. Quod enim frustra pollicita est omnis philosophia, & quæcunque in mundo religiones viguerunt, id verum genuin

tè in Christo vno per fidem adipiscimur, vt omnibus modis iusti & sancti simus in ipso. Postremò dicitur nobis factus redemptio, quòd ita per eum iustificati & sanctificati certam redemptionem tandẽ assequemur. Et valde obseruandus est hic locus, in quo ad quatuor præcipua capita reuocantur omnia quæ in Christo adipiscimur beneficia.

31 Ἵνα, καθὼς γέγραπται, Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.

Κεφάλαιον β.

1 ΚΑγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ.

2 Οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον.

3 Καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς.

4 Καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει Πνεύματος καὶ δυνάμεως.

5 Ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ.

6 Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις·

31 Vt *fiat* sicut scriptum est, Qui gloriatur, in Domino gloriator.

CAP. II.

1 EGo igitur quum venirẽ ad vos, fratres, veni non cum eminentia sermonis aut sapiẽtiæ, annuntians vobis testimonium Dei.

2 Non enim statui quicquam scire inter vos nisi Iesum Christum, eúmque crucifixum.

3 Sed fui ego cum infirmitate & timore ac tremore multo apud vos.

4 Neque sermo meus & præconiũ meum *versatum est* in persuasoriis humanæ sapiẽtiæ verbis, 2 sed in demonstratione spirituali & potente.

5 3 Ne fides vestra consistat in sapientia hominum, sed in potentia Dei.

6 4 Sapientiã verò loquimur in-

31 *Vt, quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Ie. c. 9.23

CAP. II.

1 *ET ego, quum venissem ad vos, fratres, veni non per sublimitatẽ sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis testimoniũ Christi.*

2 *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.*

3 *Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos.*

4 *Et sermo meus & prædicatio mea nõ in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus & virtutis.*

5 *Vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.*

6 *Sapientiã autem loqui-*

Sapien. 1.17
1 Redit ad versiculum 17. sup. cap. 1. ad sui ipsius exemplum. Concedens se neque grandiloquentia, neque humanæ sapientiæ argumentis apud eos vsum esse, imò verò maxima cum simplicitate sermonis abiectum & humilem secundum carnem, vnum Christum crucifixum apud eos nosse & prædicasse.
Act. 18.1
Supr. 1.17
2. pet. 1.10
2 Quod aduersariis concesserat, iam in sui ministerij commendationem retorquet, cuius virtus optimè ipsis perspecta, tanto videlicet illustrior erat, quantò magis constabat nullum mundi adminiculum interuenisse. 3 Admonet Corinthios id ita factum esse magno ipsorum bono, vt qui hoc modo cæleste esse Euangelium manifestè perspicere potuerint. Itaque tacitè eos obiurgat quòd ostentationem quærentes, maximo fidei adminiculo sese vltro priuarent. 4 Aliud argumentum sumptum à natura rei Euangelij, quod sit vera sapientia, sed solis perfectionis studiosis: iis verò nihil sapiat qui in mundo alioqui excellunt, sed vana & caduca excellentia.

31 *In Domino gloriatur*, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. Id est Deo omnia tribuat cum gratiarum actione. Non est igitur quòd vlla pars libero (quod vocant) arbitrio decidatur, quum omnia in solidum sibi vendicet Dei gratia. Quid si autem in Domino gloriari, docetur Ierem. 9.23. vnde hæc petiit Paulus. Cæterùm quum καυχάσθω non possit construi cum ἵνα, idcirco suppleui verbum *Fiat*: & gloriator scripsi pro glorietur: ne quem falleret Latina cõstructio. quanuis quod ad sententiam attinet, nihil intersit.

IN CAPVT II.

1 *Sermonis*, λόγου. Vide infrà, 4 19. ¶ *Testimonium Dei*, τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ. Id est, Euangelium, quo videlicet Deus seipsum patefacit hominibus, vel cuius Deus est author ac testis, vt suprà 1.6. Vulg. pro τοῦ Θεοῦ legit τοῦ Χριστοῦ, eodem sensu, nisi quòd si Christi legas, passiuè accipiendum erit, *Testimonium Christi*, pro *de Christo*. Ambrosius verò pro μαρτύριον legit μυστήριον, quod etiam in duobus vetustis Græcis codicibus inuenimus, & videtur optimè conuenire, quum præsertim hoc etiam legerit Syrus interpres.

2 *Statui quicquam scire*, ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι. sic vertit Tertull. lib. de Carne Christi. Id est, non decreueram profiteri apud vos vllius rei quàm Christi & quidem crucifixi cognitionem. Est autem, fateor, in Græco sermone insolens ista constructio verbi κρίνειν, de qua vide quod annotauimus Act. 3.12. & Gallicè quoque sic dixeris, *Ie n'ai deliberé de rien sçauoir*. Vulg. & Erasm. *Non enim iudicaui me quicquam scire*, sententia vtcunque expressa. Claromontanus autem codex habet ἔκρινα ἐν ὑμῖν τι εἰδέναι, *decreui quicquam inter vos scire*. Et alius manuscri. legit ἔκρινα τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν, quod legit Vetus interpr.

3 *Cum infirmitate*, ἐν ἀσθενείᾳ. Id est, infirmus. Erasm. *Per infirmitatem*. quæ interpretatio non video qui conueniat. Infirmitatem autem opponit Apostolus τῇ καθ' ὑπεροχὴν λόγου καὶ σοφίας, eminentiæ sermonis & sapientiæ. Itaque nõ dubium est quin hoc declaret summam illam Apostoli, tum in dicendo, tum in omnibus actionibus, ταπεινοφροσύνην. qua quidem nihil est apud eos contemptibilius qui hominum more, inanem illum splendorem consectantur. Ideo coniungit timorem ac tremorem, tanquam veræ modestiæ comites, non illos quibus perterrefiat conscientia, sed qui vanitati & arrogantiæ opponuntur. Interim tamen Apostolo non deerat vis illa incredibilis, cui ne diaboli quidẽ possent obsistere, sed ea prorsus erat cælestis, vt paulo pòst explicabit. qua de re pulchrè disserit Chrysostomus, Dialogo περὶ ἱερωσύνης IIII.

4 *In persuasoriis*, ἐν πειθοῖς. Id est πιθανοῖς, quod prorsus est in Græca lingua insolens. Itaque puto restituendum hunc locum ex Eusebio, initio Euangelicæ præparationis, vbi sic legitur, καὶ πειθοῖ ἀνθρωπίνης σοφίας λόγων, suadela sermonum humanæ sapientiæ. Notum enim est πειθὼ Græcis vim persuadendi vocari. Sed & eo nos adducit Syri interpretis auctoritas, cuius hæc verba sunt, Græcis illis ex aduerso respondentia, si epitheton ἀνθρωπίνης expungas, quod etiam in Claromontano codice non scribitur, quasi ex nomine πειθοῖ satis intelligatur agi non de diuina, sed de humana sapientia. Sic igitur habet Syrus interpr. בפיסנותא דמלא דחכמתא [*bamphisanutha demelle dechechmetha*.] Arabs autem itidem legisse videtur πειθοῖ, & expungit λόγοις. ¶ *In demonstratione*, ἐν ἀποδείξει. Vulgata & Erasmus, *Ostensione*. quem errorem annotauimus Act. 2. 22. Nam certè multo expressius vtitur Apostolus hoc vocabulo, declarans sibi nihil defuisse quod ad plenam fidem Euangelio faciendam, & cogendos ad Dei reuerentiam homines pertineat. Notum enim est ἀπόδειξιν, probationem dici quæ ex certis & necessariis rationibus aliquid demonstrat. Quod autem in hunc locum disserit Erasmus de altera ἀποδείξεως significatione, quasi etiam declaret ostentationem, non conuenit huic loco, & potius ἐπίδειξις dicitur. ¶ *Spirituali & potente*, πνεύματος καὶ δυνάμεως. vel, *Spirituali & potentia*, vt sit figura ἓν διὰ δυοῖν, sicut in illo Virgilij, *pateris libamus & auro*, id est pateris aureis. Vulgata, *Spiritus & virtutis*: Erasmus, *Spiritus & potentia*. Spiritualem autem vim, id est diuinam (sicut ipse sequenti versiculo explicat, & nos exposuimus Rom. 1.4.) humanæ, vt cælestem alibi terrenæ, opponit.

6 *Inter adultos*, ἐν τοῖς τελείοις, &c. σοφίαν, &c. id est, Adultis demum sapit quod annuntiamus: quod ij soli possint hoc sapientiæ genus agnoscere, quod habent cæteri pro stultitia. Adultos autem vocat translatitiè qui, quod ad interiorem hominem attinet, eousque profecerunt, vt mysteriũ fidei probè teneant, & (vt scribitur Hebr. 5.14) sensus habent ad discernendum bonum à malo exercitatos, qui

τοῖς νηπίοις infrà opponuntur 3.1, & 13.11, & 14.20. Itaque cõparatè isti dicuntur τέλειοι, non ipsius rei cognitæ respectu, quum adhuc cognoscamus omnes aliquatenus infra 13.12. Vtitur autem hoc verbo de industria, ac si diceret, Vos quidem Corinthij simplicitatem Euangelicæ prædicationis vt puerile quiddam despicitis, & quo quispiam ornatius loquitur, eo excellentiorem illum arbitramini: ego verò profiteor me nihil minus quàm illum ornatum quæsiuisse. Sed hoc etiam addo, quo magis cuipiam placet ista simplicitas, cum tanto longius ab imperitia abesse. Erasmus aliter interpretatur, quasi videlicet Paulus significet se non inter quoslibet loqui, sed inter perfectos, ne porcis obijciat rosas. Atqui hæc interpretatio (dicam enim quod res est) non pertinet ad scopum, & falsa etiam est: quum testetur Apostolus se & sapientibus & insipientibus esse debitorem, Rom. 1.14. & constet eum factum esse omnibus omnia, vt declarat infrà, 9.22. Illud vero Domini dictum, Ne porcis obijciantur margaritæ, aliò spectat. Et quod Castellio in hunc locum scribit de quadam reconditiore doctrina, quam Apostolus docuerit selectos quosdam discipulos, à Tertull. in libro de Præscriptionibus sic est refutatum, vt mirum sit inueniri tot post seculis potuisse qui rancidum illud commentum, quo ... quis somnia patefit aditus, auderet Ecclesiis reponere. ¶ *Principum*, &c. τῶν ἀρχόντων, &c. i. Eorum qui inter homines vel sapientia vel opibus ac potentia cęteris præstant. Omnino enim videtur Apostolus hoc in loco & infrà, vers. 8. ἄρχοντας dicere quos Hebræi רברבין [*rabrebin*] vocant. ¶ *Quæ euanescunt*, τῶν καταργουμένων. Hoc ego refero ad vtrunque præcedens. Vulg. qui destruũtur. De verbo καταργεῖσθαι alibi nõ semel diximus.

σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων·

7 Ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν.

8 Ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.

9 Ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

ter adultos: sapientia autem nõ seculi huius, neque principum seculi huius quæ euanescunt.

5 Sed loquimur sapientiam Dei *latentem* in mysterio, *id est* occultam illam, quam præfiniuit Deus ante secula ad gloriam nostram.

7 Quam nemo principum seculi huius cognouit. nam si cognouissent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent.

8 Sed *prædicamus*, sicut scriptũ est, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec subierunt cor hominis quæ parauit Deus iis à quibus ipse diligitur.

mur inter perfectos: sapientiam verò nõ huius seculi, neque principum huius seculi qui destruuntur:

7 *Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram.*

8 *Quam nemo principum huius seculi cognouit. si enim cognouissent, nũquam Dominum gloriæ crucifixissent.*

9 *Sed sicut scriptum est, Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum.*

5 Causam reddit cur hæc sapientia ab excellentibus illis mundanis ingeniis non perspiciatur, quoniam videlicet reuera tam sublimis est, vt eò vsque penetrare non possint. Esa. 64.4. 6 Occurrit obiectioni, si tam abstrusa, quando & quomodo tandẽ cognita? Deus, inquit, eam apud se ab æterno definiit, quam hoc tempore ex suis arcanis ad hominum salutem depromeret. 7 Alia occupatio, Quomodo igitur hæc sapientia à primariæ auctoritatis hominibus, ita repudiata est vt etiã Christum ipsum crucifixerint? Respondet Paulus, Quia Christum qualis erat nõ cognouerunt. 8 Rursus obiicitur, sed qui fieri potuit, vt acuti illi homines istam sapientiam non perspicerent? Respondet Paulus, Quia prædicamus quæ omnem humanum captum superant.

7 *Sed loquimur*, ἀλλὰ λαλοῦμεν. Adiecit verbum λαλεῖν per epanalepsin, quum alioqui videri possit abundare. ¶ [*Latentem*] *in mysterio*, ἐν μυστηρίῳ. Suppleui participium, vt Hebraismum explicarem. Idem enim declarat sapientia in mysterio atque sapientia arcana, & quam ne suspicari quidem homines vnquam potuissent, vt explicatur Eph. 1.26. & 3.4.5. Neque enim Paulus illam adhuc arcanam esse dicit, nisi fortassis iis qui eam respuunt, sed eam opponit naturali notitiæ, vtpote ex arcanis Dei cælitus demissam, quanuis eam homines aspernentur. Sciendum est tamen ista non dici in Corinthios, quasi philosophorum placita præferrent Apostolicæ doctrinæ, (fuisset enim hoc apertæ impietatis crimen) sed idcirco tantùm vt eos doceat Euangelicæ prædicationis excellentiam non ex verborum phaleris, sed ex reipsa metiri. Itaque non satis appositè videtur Erasmus hoc retulisse ad verbum λαλοῦμεν, quasi videlicet Apostolus non propalam nec passim, ne esset offendiculo, sed secretò docuerit. quæ interpretatio non est in Ecclesia recipienda, nisi magno adhibito iudicio. ¶ [*Id est*] *occultam illam*, τὴν ἀποκεκρυμμένην. Hic rursus addidi particulam ex qua intelligatur epexegesis. Omnino enim explicat Apostolus cur Euangelium vocarit arcanum. Sed & articulum exprimendum putaui, quo significatur huius mysterij præstantia. ¶ *Ad gloriam nostram*, εἰς δόξαν ἡμῶν. Sic loquitur Simeon in illo suo Cantico: & Dominus ipse Matth. 15.17.

8 *Principum*, ἀρχόντων. Vide supra, versu 6. ¶ *Dominum gloriæ*, τὸν Κύριον τῆς δόξης. id est, Potentem illum Deum, veræ gloriæ ac maiestatis plenum, quem idcirco etiam Dauid Psal. 24.7, מלך הכבוד [*melech hachchabod*.] id est, *Regem gloriæ* dicit, & Stephanus *Deum gloriæ*, Act. 7.2. vnde factum est vt apud Hebræos כבוד יהוה [*chebod iehouah*] id est, *gloria Dei*, Deum ipsum ... declarat, sicut pro Cæsare Cæsaream maiestatem dicimus. Continet igitur hic locus duo insignia testimonia. vnum Deitatis Christi, quæ opponitur crucis ignominiæ: alterum coniunctionis naturarum in vnam personam: adeò vt quod solius est humanitatis (si naturas seorsim consideres) cum Deitate communicetur. quem tropum theologi κοινωνίαν ἰδιωμάτων vocant: de quo copiosius diximus Ioan. 3.13.

9 *Sed* [*prædicamus*] *sicut scriptum est*, &c. ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, &c. Suppleui verbum κηρύσσομεν ex auctoritate Clementis, qui ita citat hunc locum lib. στρωματέων 5. quanquam fortassis præstiterit repetere verbum λαλοῦμεν ex v. 7. Vet. autẽ interpres legit ὃ ὀφθαλμὸς, *quod oculus*, quam interpretationem si sequaris, oportebit ἃ quod mox sequitur per epexegesin siue synthesin interpretari, *quæ* [*videlicet*.] Arabs denique non repetit verbum κηρύσσομεν *prædicamus*, sed subaudito verbo ὑπάρχει vertit, *Sed* [*est*] (sapientia Dei nimirum) *sicut scriptum est, quod oculus non vidit* &c. pro quo Gallicè dixeris, *Mais c'est comme il est escrit, ce qu'œil n'a point veu.* siquis autem hîc est coniecturæ locus, putarim germanam esse Græcam hanc lectionem, si modò non ἃ, sed ἅ legas, detracto videlicet tono, vt non sit prouocabulum, sed articulus, cuius vis sit indefinita. veluti quum ὁ ἄνθρωπος dicimus de tota hominis specie. Nam præterquam quòd non est contemnenda vetus lectio, in qua certum est non adhibitos fuisse apices. lubricus etiam fuit lapsus à in ἅ. Præterea si ita legeris, facilis & plana erit trium versiculorum, octaui, noni & decimi connexio, nec quicquam prorsus erit subaudiendum. Ita enim totum hunc locum conuertes ac distingues, *Quam nemo principum huius mundi cognouit, nam si cognouissent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est, Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ Deus præparauit iis qui ipsum diligunt, Deus verò nobis reuelauit per Spiritum suum.* Nolui tamen quicquam mutare ex coniectura. ¶ *Quæ oculus non vidit*, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε. Hebr. sic habent Esa. cap. 64. vers. 4. ומעולם לא שמעו לא האזינו עין לא ראתה אלהים זולתך יעשה למחכה לו [*vmehôlam lo schamehu lo heeZinu hayn lo raathah elohim Zulathecha iahaseh limchac he lo.*] id est, *A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, non vidit, ô Deus, præter te quæ facies expectantibus te.* Sic enim malo accipere אלהים [*elohim*] cum doctissimo interprete, vocandi non accusandi casu, quum minimè repugnet accentus: & personam tertiam positam puto pro secunda, adstipulante etiam nobis Chaldæo paraphraste. Apparet autem Paulum singulis Prophetæ verbis non institisse, & tamen

men fideliter sententiam expressisse: quum illic Propheta, vt veteres ipsi Rabini docent, teste R. Solomone, non de caducis & fluxis, sed de perpetuis & æternis bonis ista commemoret. ¶ *Nec subierunt cor hominis*, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Id est, ne cogitare quidem potest homo de iis quæ Deus suis parauit: tantùm abest vt ea possit sensibus complecti. Sunt autem hæc addita à Paulo vt Prophetæ sententiam vberius explicaret. ¶ *Iis qui*, &c. τοῖς, &c. Hebræa habent למחכה לו [*limchachebeh lo*,] pro quo Erasmus putat Paulum, vel eum interpretem quem ipse sequutus sit legisse למחבב [*limchabbebh*] à geminato חבב [*chabab*,] quod summa sit harum literarum ב & כ affinitas. Sed ratio grammatices hoc non patitur. Neque etiam possumus deducere à חבה [*chabah*] vt alibi inuenio, quia hoc thema in significatione diligendi non extat. Sequutus est igitur interpres sensum non verba Prophetæ, quum spes & expectatio à dilectione promanet.

10 Ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ.

11 Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.

12 Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν.

13 Ἃ καὶ λαλοῦμεν, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ᾽ ἐν διδακτοῖς Πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες.

9 Nobis autem Deus *ea* reuelauit per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiã profunditates Dei.

10 Quis enim hominum nouit ea quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui est in eo? ita etiam ea quæ sunt Dei nemo nouit nisi Spiritus Dei.

Nos verò non spiritum mũdi accepimus, sed Spiritum qui *est* ex Deo: 11 vt sciamus quę Deus est nobis gratificatus:

12 Quæ etiam loquimur, non sermonibus quos docet humana sapientia, sed quos docet Spiritus sanctus, spiritualia cum iis quæ spiritualia sunt conferentes.

10 *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.*

11 *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt nemo cognouit nisi Spiritus Dei.*

12 *Nos autem non spiritũ mũdi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est: vt sciamus quæ a Deo donata sunt nobis:*

13 *Quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus sancti, spiritualibus spiritualia comparantes.*

9 Quæstio, si captum humanum superat, quomodo à quoquam homine intelligi, nedum à vobis declarari potest? Ex peculiari, inquit, per Spiritum Dei, illuminatione: à quo quisquis afflatus est, penetrat vsque ad illa Dei arcana. Suprà. 1.17. 2. Pet. 1.16. 10 Similitudine illustrat quod de afflatu Spiritus dixerat. Sicut vis humani ingenij res humanas peruestigat, sic mens nostra vi illa Spiritus diuini freta res diuinas intelligit. 11 Quod in genere dixerat, iam ad ea restringit quæ nobis Deus de salute nostra in Christo patefecit, nequis Spiritum Dei à prædicatione Verbi & Christi disiungat: vel fanaticos illos putet Spiritu Dei regi, qui extra verbũ vagantes, suas speculationes pro Dei arcanis obtrudunt. 12 Iam ad institutum redit, & concludit argumentum quod cœperat vers. 6. Est autem eiusmodi. Verba sunt rebus accommodanda, & res verbis conuenientibus explicandæ: est autem ista sapientia spiritualis, non humana: spirituali igitur quodam docendi genere tradenda est, non humanæ illius eloquentiæ sermonibus, vt simplex quidem illa, sed incredibilis Spiritus maiestas ibi eluceat.

10 *Nobis autem*, ἡμῖν δέ. Sic scriptum legimus in omnibus vetustis codicibus. Stapulensis tamen legit ἡμῖν δὴ, *nobis sanè*. putauit enim hoc connectendum cum ἃ ἡτοίμασεν, hoc modo, *Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ videlicet præparauit Deus diligentibus se, nobis sanè reuelauit.* At ego (vt paulo antè dixi) putarim illa potius coniungenda cum εἶδεν, ita vt sint non quarti casus sed recti. Clemens verò lib. στρωμ. 5, legit ἡμῖν γὰρ, *nobis enim*, quia nimirum suppleuit verbum κηρύσσομεν in superiore versiculo, vt suo loco diximus. Erasmus denique ista refert ad id quod præcessit, *Nemo principum huius seculi nouit, sed Deus nobis reuelauit*. Ita fiet vt quæ interposita sunt, includantur parenthesi. quod mihi planè coactum videtur. ¶ *Scrutatur*, ἐρευνᾷ. id est, Nihil in Deo tam profundè ac penitus abditum quò non penetret Spiritus, nempe quoniam per illum docemur etiam abditissima, sicut Rom. 8.26, dicitur postulare, quòd nos ad postulandum impellat. Quòd si Spiritum hoc loco malimus non pro ipso sancto Spiritu, sed pro ipsius vi & afflatu accipere, simpliciter hoc erit accipiendum. Sed τὸ πάντα ad ea demum restringendum est quæ Christus nobis in Euangelio patefecit. Neque enim curiosis & vanis speculatoribus fauere voluit Paulus quum hæc scriberet, sed potius doctrinæ Euangelicæ excellentiam ita demonstrauit. Et videtur omnino alludere ad illa Christi verba, Caro & sanguis non patefecit tibi, Matth. 16.17.

11 *Spiritus hominis*, τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου. id est, Mens ipsa hominis, intelligendi & iudicandi facultate prædita.

12 *Spiritum mundi*, τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου. Accipere Spiritum declarat Spiritu afflari. Itaque significat Paulus fideles non afflari eo Spiritu qui ea doceat quæ mundus cupit, & quorum capaces sunt homines quadam naturæ sponte: sed eum qui nos ad Deum vsque subuehat, cuius vi scrutemur & intelligamus salutis nostræ mysterium, alioquin inperuestigabile. Est autem hic locus diligenter etiam atque etiam omnibus piis obseruandus, vt quid sit fides, vnde promanet, quæ illius vis, aduersus sophistas intelligatur. ¶ *Vt sciamus*, ἵνα εἰδῶμεν. Hic demum valere debet scientiæ definitio quæ à philosophis traditur, cuius ... vt diximus supra vers. 4. & 10. ¶ *Quæ Deus*, &c. τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, &c. *Quæ à Deo donata sunt nobis*. Ego verò malo χαρισθέντα exprimere verbo gratificãdi, vt dixi Luc. 7.21, ideóque passiuam constructionem mutaui in actiuam. Erasmus, *Quæ à Christo donata sunt nobis*, cuius errorem miror à plerisque non fuisse animaduersum, quum in nullis Græcis cod. legatur ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, sed ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. & Apostolus per Dei dona ipsum Christum in primis, imò ferè vnum intelligat, quum nihil nobis nisi in Christo sit largitus.

13 *Non sermonibus quos docet*, &c. οὐκ ἐν διδακτοῖς, &c. Vulg. *Non in doctis humanæ sapientiæ verbis*. quod quum vix quisquam intelligat, rectè mutatum est ab Erasmo, qui etiam annotat se in quibusdam exemplaribus legisse διδακτικοῖς λόγοις, id est, *sermonibus qui humanam sapientiam doceant*, verùm hæc lectio mihi nullo modo probatur. Nam res ipsa ostendit, argumentum quod sumpserat Apostolus ab ipsa natura eius doctrinæ quam profitebatur, vt suum illud simplex docendi genus humanæ sapientiæ opponeret quæ Corinthios fascinarat, nunc accommodari ad id de quo agitur quasi dicat Apostolus, Ea demum ratio tradendæ alicui disciplinæ maximè est apposita, quæ propriis & ad id de quo agitur accommodatis vocabulis ac formulis vtitur. Atqui Euangelium sicut à Deo non ab hominibus manat, ita etiam res docet ab humano sensu prorsus remotas. Meritò igitur in eo tradendo non humanam sed diuinam eloquentiam vsurpauimus. quam quidem mirum non est ab hominibus irrideri, qui eam percipere non possint. ¶ *Sed quos docet*, &c. ἀλλ᾽ ἐν διδακτοῖς, &c. Vulgata, *Sed in doctrina Spiritus sancti*, id est, ἀλλ᾽ ἐν διδαχῇ τοῦ Πνεύματος ἁγίου. quam lectionem inuenimus in vno codice, sed ab aliquo (vt opinor) deprauatam, qui non animaduertit λόγοις repetendum esse ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. ¶ *Spiritualia*, &c. πνευματικοῖς, &c. id est verba rei accommodãtes, vt sicut spiritualia sunt, quæ docemus, neque syncæritas doctrinæ cælestis vllis humanis commentis est deprauata, ita spirituale sit nostrum illius docendæ genus. Spirituale autem vocat quod dictatur à Spiritu sancto, qui simplicis sermonis diuina grauitate gaudet, ab omni verborum lenocinio remota. Itaque quod Chrysostomus existimauit hæc à Paulo dici, quasi significet se ad probanda Euangelij mysteria principiis eiusdem naturæ (id est spiritualibus) vti, & ex verbo Dei petitis, mihi prorsus videtur ἀπροσδιόνυσον: neque etiam esse

perpetuum, quum Christus ipse & Apostoli sæpè soleant rationes etiam petere è medio, vt ea confirment quæ vel maximè sunt παράδοξα, vt paulo antè vers. 11, & infrà, 15. 36, & deinceps vbi de resurrectione disserit. Denique hoc non spectat ad id de quo agitur. Sed illi minus etiam appositè loquuntur qui πνευματικοῖς referunt ad homines. Quorsum enim hoc? Itaque malui πνευματικοῖς per periphrasin interpretari, *Iis quæ spiritualia sunt*, quàm *Spiritualibus*, cum Vetere interprete & Erasmo, vt amphiboliam vitarem. Nec obstat quod paulò pòst animalis hominis fiat mentio, qui spirituali opponitur. Id enim additum est à Paulo vt obiectioni respondeat, qui fiat vt cælestem sapientiam tam pauci agnoscant.

¶ *Conferentes*, συγκρίνοντες, vel, *adaptantes*, Id est, adhibito iudicio ita connectentes, vt verba rebus prorsus respondeant, & in vnum veluti corpus coalescant. Nam hoc quoque declaratur verbo συγκρίνειν, cui opponitur τὸ διακρίνειν. vnde τὸ σύγκριμα quod & σύστημα dicitur, vt prolatis exemplis docet Bud. Vulgata & Erasmus, *Comparantes*, non satis expressè.

Prou. 27.19 Esa. 40.13 sap. 9.13 rom. 11.34

13 Rursus occurrit offendiculo, qui fiat vt ista tam pauci approbent. Hoc verò mirum videri non debere respondet Apostolus, quòd homines in suis, vt vocant, naturalibus, non sint prædicti ea facultate qua res spirituales dignoscuntur, (quæ facultas est aduentitia) ideoque sapientiam spiritualem habeant pro stultitia. Hoc autem perinde est ac si diceret, mirum non esse cæcos non iudicare de coloribus, quum oculorum luce careant, ac proinde lux sit illis pro tenebris. 14 Amplificatio à contrariis. 15 Carnis sapientia, inquit Paulus, nihil certi ne in suis quidē rebus videt, nedū vt aliena. 1. spiritualia discernat: Spiritus autem Dei quo prædicti sunt spirituales, falli nullo modo potest, ac proinde à nullo redargui. 16 Ratio superioris dicti, Quia Spiritualis dicitur qui ex vi Spiritus didicit quod Christus nos docuit. Iam verò si, quod ex illo magistro didicimus, posset ab alio redargui, eum oporteret esse ipso Deo sapientiorem. Ex hoc autem consequitur, non tantùm ineptos esse, sed etiam impietatis reos, qui putant se vel perfectius quippiam posse comminisci, vel meliore aliqua ratione docere posse sapientiam Dei quàm ij scriuerint aut docuerint, quos certum est illo Spiritu Dei fuisse præditos.

14 Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ. μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται.

15 Ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται.

16 Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν.

14 13 Animalis autem homo non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei. sunt enim ei stultitia, nec potest *ea* cognoscere, quia spiritualiter diiudicantur.

15 14 At Spiritualis diiudicat quidem omnia, 15 ipse verò à nemine diiudicatur.

16 16 Quis enim nouit mentem Domini, qui instructurus sit eum? nos autem mentem Christi habemus.

14 *Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinantur.*

15 *Spiritualis autem iudicat: & ipse à nemine iudicatur.*

16 *Quis enim cognouit sensum Domini, qui instruat eum? nos autem sensum Christi habemus.*

---

14 *Animalis homo*, ψυχικὸς ἄνθρωπος. Id est homo non alia quàm naturali animi luce præditus, vt definitur Iudæ 19, & ita quidem vt omnes tam superiores quàm inferiores facultates comprehendantur, aduersus sophistas qui inferiores duntaxat putant hîc significari, quemadmodum etiam Erasmus perperam hîc definiit Animalem hominē, eum qui affectus humanos sequatur: quum manifestum sit Apostolum de intelligendi & iudicandi facultatibus disserere, neque duntaxat contumaciam affectuum, quam & Sophistæ agnoscunt, sed etiam mentis cæcitatem arguere, eámque eiusmodi vt, quod ad ea intelligenda attinet, in quibus posita est salus, omnia prorsus adimat homini naturalibus tantùm facultatibus prædito. Et hoc ex Chrysostomo saltem, quanuis in illo suo ἀντιθέσεων euehendo sæpe modum non tenente, discere Erasmum oportuit. Sic enim ab eo definitur homo iste ψυχικὸς ὁ διὰ σάρκα ζῶν, καὶ μήπω φωτισθεὶς τὸν νοῦν διὰ πνεύματος, ἀλλὰ μόνην τὴν ἐμφυτον ἀνθρωπίνην σοφίαν ἔχων, ἣν ταῖς ἁπάσαις ψυχαῖς ἐνέβαλεν ὁ δημιουργός. Id est, *is qui propter Carnem viuit: nec adhuc est mente per Spiritum illustratus, sed ea vnà insita humana sapientia præditus est, quam opifex omnium animabus inseruit*. Fateor tamen quod alibi docuit Paulus, & res ipsa testatur, inuisibilia Dei ex rerum aspectabilium contemplatione ab hominibus etiam non regeneratis intelligi, sed aliud est Deum vt omnipotentem & æternum nosse, (hoc enim est τὸ τοῦ Θεοῦ γνωστὸν quod vocat Apostolus Rom. 1.19) aliud verò vt Patrem in Filio reconciliatum. Itaque (vt ad rem redeam) ψυχικὸς ἄνθρωπος idem declarat atque Rom. 8, & alibi sæpe *Caro*, & *In Carne esse*: cui opponitur *Spiritualis*, *Spiritus*, & *In Spiritu esse*. ¶ *Non est capax*, οὐ δέχεται. Sic malui interpretari quàm *Non capit*, propter amphiboliam. Vulgata, *Non percipit*, quòd significat perfectè capere, ideóque non conuenit. Neque enim significat Apostolus infirmas, sed nullas prorsus esse hominis non renati facultates ad spiritualia illa cognoscenda. Erasmus, *Non accepit*, rectè id quidem, sed nimium ambiguè in re tanti momenti, quum accipere etiam dicatur aliquis quod approbat & gratum habet. At Paulus (vt mox subiicitur & apertè dixit Rom. 8. 7) in primis ipsam rationem damnat insaniæ, metaphora à minoribus vasis sumpta, quæ maius quippiam ipsorum proportione capere nulla ratione possint. ¶ *Sunt*, ἐστι. Vulg. *Est*. quod rectè mutauit Erasmus, quum præcedat neutrum plurale. ¶ *Quia*, ὅτι. Sic Vetus interpres, à quo quum nollemus discedere, suppleuimus relatiuum *ea* in priore membro. Verùm si legamus ὅ,τι, ita vt sit pronomen, nihil fuerit supplendum, & eadem manebit sententia, id videlicet quod nonnisi spiritualiter, id est Spiritus vi & afflatu cognosci potest, ab eo cognosci non posse qui eo Spiritu non sit præditus. Sed & possumus cum Erasmo vertere ὅτι, *quòd*, ita vt εἰδικῶς accipiatur: quasi significet Apostolus, animalem hominem ne cognoscere quidem posse ista, de quibus agitur, solius Spiritus vi intelligi, id est ne id quidem nosse in quantis tenebris versetur. Nam alioquin ea non haberet ludibrio, sed miseram suam conditionem potius deploraret. Mihi tamen hoc argutum potius quàm solidum videtur. ¶ *Spiritualiter*, πνευματικῶς. Id est *vi & afflatu solius sancti Spiritus*, non autem τῆς ψυχῆς, id est *animi, quo prædicti sunt omnes homines*. Neque enim *Spiritualiter* hoc loco, vel modum, vel qualitatem, sed rem ipsam in filiis Dei agentem declarat, à qua Spirituales denominantur. ¶ *Diiudicantur*, ἀνακρίνεται. Id est *intelliguntur ac perspiciuntur*, vt ab aliis internosci & certò sciri possint. Gignit enim in nobis & Spiritus fidem, & fides πληροφορίαν illam ac πεποίθησιν toties ab Apostolo commemoratam. Sed hoc sciamus, Spiritum à verbo non separari, & eo quidem verbo quod prædicarunt & scripserunt Apostoli, vt explicatur Rom. 10. 8, & 17. ne vel furiosi Anabaptistæ & Academici suas reuelationes, vel Papistæ sua commenta, aut mortuorum responsa nobis pro Dei spiritu obtrudant. Vulgata, *Examinantur*. quæ interpretatio nimium est diluta, quum alioquin τῷ ἀνακρίνεσθαι conueniat.

15 *Diiudicat*, ἀνακρίνει. Id est intelligit ac perspicit, videlicet pro Spiritus mensura. Chrysostomus tamen mauult pro ἐλέγχειν accipere, id est pro redarguere. ¶ *Omnia*, πάντα. Iterum τὸ καθόλου ad ea de quibus agitur restringendum est. ¶ *A nemine*, ὑπ' οὐδενός. A nemine videlicet homine. Nam ne tum quidem quum Prophetæ de Prophetis iudicant, hominis est, sed Spiritus iudicium: tanta est Euangelicæ doctrinæ præstantia. Vel à nullo, id est à nulla re, vt οὐδενὸς neutro genere accipiatur, quia præcessit πάντα. Ita enim planior erit antithesis ac multo vehementior, non homines ipsi modò, sed quicquid etiam ab ipsis proficiscitur, quicquid denique vsquam est, Spiritui subiiciatur, ac proinde verbo Spiritus: quo maiore reprehensione digni erant Corinthij quum alios ei anteponerent, vana quorundam garrulitate capti. Quorsum hoc autem ad Antichristum Romanum & eius asseclas, qui à nemine volunt iudicari, imò ne in sua quidem vllo modo inquiri?

16 *Nouit*, ἔγνω. Hebræa habent Esa. 40. 13, מִי־תִכֵּן [*mi thiccen*], id est *quis direxit?* Quod igitur figuratè dixit Propheta, Græci simpliciter exposuerunt, nisi malimus exponere *dimensus est & penitus explorauit*. Hoc enim significat תכן [*thachan*] in pihel. Videntur tamen Hebræa amplius quiddam significare: sed in hoc Apostolus est mentionem

rum quod attinet ad scopum Apostoli. ¶ *Mentem*, νοῦν. Hebr. רוּחַ [*ruach*] id est *Spiritum*. Itaque Vetus interpres SENSVM interpretatur ambiguè tum hoc loco, tum in sequenti versiculo. Nam de corporis sensibus propriè dicitur. Quia tamen nulla hic est in ipsa re hoc loco ambiguitas, licebit etiam cum illo interpretari, *sensum Christi tenemus*. ¶ *Qui*, ὅς. Refertur prouocabulum ad τίς, vt ego quidem existimo. Placuit tamen Stapulensi potius referre ad νοῦν, id est *mentem*: sed sententia parum apposita, vt ex Hebræorum collatione liquet. ¶ *Instructurus sit eum*, συμβιβάσει αὐτόν. id est collatis consiliis edocturus quid ei sit agendum. Hoc enim etiam declarat τὸ συμβιβάζειν, vt diximus Act. 16. 10. pro quo Hebræa habent יוֹדִיעֶנּוּ [*vaibinehu*,] id est, *& fecit eum intelligere*. Itaque non satis appositè Photius συμβιβάζειν, hoc loco, interpretatur per καταλλάττειν, id est *Conciliare*: Chrysostomus autem non malè per κατορθοῦν, id est *dirigere*: vti facere solent qui alios docent: vnde & καθηγηταὶ dicuntur. Quidam vertit, conferet rationes cum eo, malè. Scribendum enim fuisset αὐτῷ.

Κεφάλαιον γ.

1 Καὶ ἐγώ, ἀδελφοί, οὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ.

2 Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἠδύνασθε· ἀλλ' οὔτε ἔτι νῦν δύνασθε.

3 Ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε. ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις καὶ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε;

4 Ὅταν γὰρ λέγῃ τις, Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου· ἕτερος δέ, Ἐγὼ Ἀπολλώ, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε;

5 Τίς οὖν ἐστι Παῦλος, τίς δὲ Ἀπολλώς, ἀλλ' ἢ διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε, καὶ ἑκάστῳ ὁ Κύριος ἔδωκεν;

CAP. III.

1 1 EGo porro, fratres, nō potui loqui vobis vt spiritualibus, sed *loquutus sum* vt carnalibus, *id est* vt infantibus in Christo.

2 Lactis potu vos alui, & non esca: nondum enim poteratis *id ferre*: imò ne nunc quidem adhuc potestis:

3 Nam adhuc carnales estis. quum enim inter vos *sint* inuidia & contētio, & dissidia, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

4 Etenim quū dicit aliquis, Ego quidē sum Pauli: alter verò, Ego *sum* Apollo: nōne carnales estis?

5 2 Quis igitur est Paulus, quis autem Apollos, nisi ministri per quos credidistis, & vt cuique Dominus dedit?

CAP. III.

1 *ET ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tāquam paruulis in Christo.*

2 *Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed ne nunc quidem potestis.*

3 *Adhuc enim carnales estis. quum enim sit inter vos Zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?*

4 *Quum enim quis dicat, Ego quidē sum Pauli: alius autem, Ego Apollo, nónne carnales estis?*

5 *Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit.*

1 Explicata sapientiæ diuinæ (i. Euangelicæ) dignitate, & damnata vniuersaliter humanæ mentis cæcitate, tādem hoc Corinthiis specialiter applicat, Carnales eos appellans, i. in quibus adhuc Caro Spiritui præualeret. Affert autem duplex eius rei testimonium: Vnum, quòd tales eos esset expertus, adeò vt cum eis non aliter quàm cum rudibus & penè in pietatis doctrina infantibus egisset: alterùm, quòd reipsa ostenderent ex istis factionibus, ignorantia virtutis Spiritus & diuinæ sapientiæ excitatis, sese parum admodum profecisse. 2 Vbi satis multis rationibus tum ambitiosos doctores, tum stultos eorum admiratores reprehendit, iam quo loco habendi sint veri Ministri Verbi ostendit, vt neque plus, neque minus eis tribuatur quàm par sit. Docet igitur eos quidem esse per quos ad fidem & salutem adducamur, sed vt Dei ministros, & ita quidem vt per se nihil efficiant, sed Deo in ipsis, pro vt visum est eos donis instruere, sic etiam operante. Non est igitur quis minister loquatur, sed quid dicatur attendendum: & ab vno pendere nos oportet qui per suos seruos loquitur.

¶ *Mentem Christi habemus*, νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. Id est Christi Spiritu præditi sumus, qui nobis arcana illa alioquin inscrutabilia omnémque adeò veritatem patefecit, vt Ioan. 16.13, & Rom. 8.9. nisi malimus pro ipsius Spiritus vi & afflatu accipere, eadem manente sententia. Erasmus, *Mentem Christi tenemus*. Putauit enim νοῦν hoc loco declarare consilium ac voluntatem, cum Vetere interprete, qui *sensum* conuertit. Sed & Theophyl. pro notitia seu intelligentia exponit: quæ Christi esse dicatur, quoniam à Patre in nos per Christum promanat. Quidam denique mentem Christi interpretantur Deum Patrem: quæ interpretationes mihi videntur longius petitæ. Itaque malo in hoc quoque membro, vt in Esaiæ testimonio, νοῦν accipere pro רוּחַ [*ruach*.] id est *Spiritu*, vt Rom. 8.9. in qua etiam opinione est Photius.

IN CAPVT III.

1 *Vt carnalibus*, ὡς σαρκικοῖς. Carnales vocare solet Paulus qui in carne sunt, ac proinde placere Deo non possunt. vt Rom. 8.5, & 8. Hîc verò pro iis accipit qui sunt quidem in Spiritu, sed tamen adhuc νεόφυτοι, & quasi teneri adhuc infantes. quod explicat ipse Apostolus nam illud ὡς νηπίοις positum est in epexegesi. ¶ [*id est*] *vt infantibus in Christo*, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ. Fide inserimur Christo, cuius Spiritu vegetamur. Itaque pro mensura fidei ac profectus dicimur etiam adolescere, vt Eph. 4.15. & in Arabica interpretatione additur ἐν πίστει, *in fide*. Est autē pastoris munus sese ad eorum captum accommodare quos alendos suscepit: ita tamen vt pro lacte nunquam porrigat venenum. Lac enim & solidus cibus re quidem eadem sunt, sed tradendi modo, & forma differunt.

2 *Lactis potu vos alui*, γάλα ὑμᾶς ἐπότισα. Vulg. ad verbū, *Lac vobis potum dedi*. quod feliciter mutauit Erasmus, quia quod de cibo subiicitur, non satis propriè referri potest ad ἐπότισα. Sciendum est igitur subaudiri cognatæ significationis verbum, vt in illo Homeri --- σῖτον καὶ οἶνον ἔδοντες & alibi, --- ἔδουσί τε πίονα μῆλα Οἶνόν τ' ἔξαιτον μελιηδέα.

¶ *Esca*, βρῶμα. Id est στερεᾷ τροφῇ, solido alimento, vt explicatur Hebr. 5.12. eo videlicet cibi genere quod commolitione & firmiore ventriculo indigeat: παρὰ τὸ βιβρώσκειν. Ideo malui *escam* interpretari, quàm *cibum*. ¶ *Nondum poteratis* [*id ferre*,] οὔπω ἠδύνασθε. Nimirum vt vos solido cibo pascerem. Suppleui igitur quod deerat explendæ constructioni: quanuis etiam possimus δύνασθαι absolutè interpretari, viribus seu robore esse præditum. Sed illa ellipsis est ex Hebr. idiotismo, vt Esa. 1.16.

3 *Inuidia*, ζῆλος. Vulgata, *Zelus*. Erasmus, *Æmulatio*. Vide Ioan. 2.17. ¶ *Et dissidia*, καὶ διχοστασίαι. Hoc non legit Vetus interpres, neque etiam Clemens, libro στρωματέων quinto hunc locum citans. ¶ *Et secundum hominem inceditis?* καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; Exponit quid sit carnalem esse, id est humani iudicij imbecillitati esse obnoxiū: quod quidem aliquatenus in eos etiam cadit qui alioqui sunt spirituales, quum omnes ex parte cognoscamus: sed tamen quia errabant Corinthij in hoc veluti Christianæ religionis tyrocinio, ideo grauius à Paulo reprehenduntur, vt eorum fastum compescat: quum alioquin variis & excellentibus donis plurimi inter eos excellerent, vt dictum est suprà, 1.5. Vide Rom. 3.5. vbi exposuimus quid declaret κατ' ἄνθρωπον.

5 *Quis est*, τίς ἐστι. Vulgata, *Quid est*, τί ἐστι. quod etiam melius videtur conuenire cum conclusione versus 7.

¶ *Nisi*, ἀλλ' ἤ. Hoc non legit Vet. interpr. & in vno exemplari deesse comperimus: ac mihi quidem videtur melius cohærere oratio si post Ἀπολλὼς adscripta nota interrogationis, subiiciatur pro responso, διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε, *ministri* [*sunt*] *per quos credidistis*. ¶ *Per quos*, δι' ὧν. Id est *per quorum prædicationem*. Vulgata, *Eius cui*, vt videatur legisse ᾧ ἐπιστεύσατε.

¶ *Et vt cuique*, καὶ ἑκάστῳ ὡς. Videtur Paulus delectatus hac traiectione, cuius aliud extat exemplum Rom. 12.3.

Vide infrà, 12. 11. Syrus autem legit καὶ ἕκαστος, *& vnusquisque*. Arabs verò ἕκαστος ἡμῶν sine copula, *vnusquisque nostrûm*. Et mox, cum Syrus tum Arabs, ὡς αὐτῷ ἔδωκεν, *sicut ei dedit*, &c.

Psal. 62. 15. galat. 6. 5.

3 Duplici similitudine illam sententiam illustrat: primùm comparans cœtum fidelium aruo, quod Deus seruorum opera satum & rigatum fœcundet: deinde ædificio, quod extruat quidem Dominus, sed suorum operariorum manibus, quorũ aliis in iaciendo fundamento, aliis in cõponendo ædificio vtatur: Vtraque autẽ similitudo huc spectat, vt doceat vnius Dei auctoritate & vi in solidum omnia perfici, vt sic in eum vnum propriè respiciendum. Deinde quamuis Deus quibusdam in præstantiore aliqua operis parte vtatur, non tamen propterea alios esse præ aliis negligendos, ac multò minus esse disiungendos, (sicut à factiosis istis fiebat) quum omnes vni Domino operam nauent, & ita quidem vt vni & eidem operi perficiendo, quamuis dispari operandi ratione, inseruiant, adeò vt alter alterius ope & subsidio egeat. 4 Iam ipsos doctores alloquitur, suos in Ecclesia Corinthiaca successores, & in eorum persona omnes quicunque postea fuerunt, sunt, vel erunt Ecclesiarum pastores, quum in laborem plantatorum & architectorum successerint. Monet igitur primùm ne putent sibi licere suo aliquo modo ædificare. i. aliquid vel re ipsa, vel docendi genere diuersum ab Architectis Apostolis, in Ecclesia proponere.

6 Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν. ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς ηὔξανεν.

6 3 Ego plantaui, Apollos rigauit: sed Deus dedit crescendi vim.

6 *Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit.*

7 Ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ᾽ ὁ αὐξάνων Θεός.

7 Itaque neque is qui plantat, est aliquid, neque qui rigat: sed Deus, qui dat crescendi vim.

7 *Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat, Deus.*

8 Ὁ φυτεύων δὲ καὶ ὁ ποτίζων ἕν εἰσιν· ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ [illegible] κόπον.

8 Is verò qui plantat, & is qui rigat, vnum sunt: vnusquisque verò suam mercedem accipiet secundum suum laborem.

8 *Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt: vnusquisque autem propriã mercedem accipiet secundum suum laborem.*

9 Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί· Θεοῦ γεώργιον, Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε.

9 Etenim Dei sumus administri: Dei aruum, Dei ædificium estis.

9 *Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.*

10 Κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι, ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα· ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ. ἕκαστος δὲ βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ.

10 Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt peritus architectus fundamentum statui: alius autem superædificat. 4 Porro quisque videat quomodo superædificet.

10 *Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet.*

6 *Crescendi vim*, ηὔξανεν. Vulg. & alij *Incrementum*. malè. Id enim accipit incrementum quod ex aliquantulo fit maius: hic autem αὐξάνειν vim illam declarat, qua plantæ diligenter excultæ germinant, adolescunt & tandem fructificant: quæ vis in hac sacra agricultura, neque in ipsis plantis inest natura, neque cultorum diligentia inditur, sed tota à Spiritus sancti gratia & efficacitate exoritur: sicut *Crescere* Latinè de ipso quoque plantarum exortu dicitur, immò & pro Nasci accipitur.

7 *Est aliquid*, ἐστί τι. Non quòd vana sit illorum opera, aut frustraneum sit hominum ministerium, quum fides sit ex auditu: sed primùm quoniam illorum opera Deus, non quòd illis indigeat, vel carere ipsis nequeat, sed ex mera sua voluntate, vtatur: deinde quoniam ne agere quidem possent quod agunt, nisi Deus ex mera misericordia illos constitueret operarios, sed potissimùm quoniam totum illorum opus est externum, vno Deo sibi quicquid intus ad salutem agitur, in solidum vendicante, vt vnus & idem sit hominis ad æternam vitam instaurator, qui fuit eius ad hanc vitam creator. Vide Mar. 16. 20. Rom. 2. 19. infrà 12, 6. & Gal. 3. 5.

8 *Is verò qui plantat*, ὁ φυτεύων δὲ. Duplex igitur fuit error: vnus quòd in ipsis ministris hærerent: alter, quòd ministros ministris opponerent, quum vnum sint, id est vno munere omnes fungantur, ad eundem finem, etiam siquis ampliore mensura fuerit donatus.

9 *Administri*, συνεργοί. Augustinus & Erasmus, *Cooperarij*. Ambrosius, *Operis participes*. Vulg. *Adiutores*, vocabulo, fateor, Latino, sed quod rectè (vt opinor) reprehendit Stapulensis. Dicimur enim eum adiuuare cui vires non sufficiunt, & propterea συνεργοὺς, id est adiutores solet Apostolus in sui ministerij opera laudare. Quis autem hoc de Deo dicat? Ei autem subseruire nihil prohibet, cui opera nostra vti placeat in eo quod ipse solus, si velit, possit efficere. Sed in hoc opere de quo hîc disseritur, id est in quo Deus opera nostra vtitur, amplius aliqua cõsideranda sunt. Primùm videlicet, istos qui Dei sunt administri, viribus vti non à natura insitis, sed à gratia collatis, vt apta & idonea fierent instrumenta: sicut significat Apostolus infrà. 15. 10. & 2. Cor. 3. 6. vt nihil habeant συνεργοὶ de quo in sese glorientur. Deinde quod præcipuum est in hoc opere, id est vitam & augmentum, id omne ita manare à Deo vt nullum habeat συνεργόν. Obseruandum est enim diligenter discrimen inter causas, vel alias aliis subordinatas, vel primæ causæ naturaliter coordinatas, cuiusmodi nulla causa in ipsius nostræ salutis apud Deum præstandæ, vel nobis interius exhibendæ mysterio potest primæ causæ, sine idololatriæ scelere, coordinari. ¶ *Aruum*, γεώργιον. Vel *seges* significat enim γεώργιον id ipsum in quo excolendo laborauit agricola. Vulg. *Agricultura*. Erasmus, *Agricolatio*, id est γεωργία. Quod autem Vetus interpres hoc loco addit *estis*, ἐστέ, reperimus in vno exemplari, & est alicuius momenti, propter repetitionis emphasin. Cæterùm hæc est argumentorum series, Si Pauli estis, ergo & Apollo estis, quum Paulus & Apollos vnum sint. Sed neque Pauli neque Apollo estis, nisi quatenus sunt vnius Dei ministri. nam re vera vnius Dei estis, quum is propriè vos excoluerit & ædificarit in Filio suo. Vnde igitur istæ factiones?

10 *Secundum gratiam*, κατὰ τὴν χάριν. Hoc Arabs interpres & alij nonnulli adiungunt præcedentibus: ego rationem ipsam & pleraque exemplaria sequutus, coniunxi cum verbo τέθεικα, *posui*. Est enim hoc additum ab Apostolo ne de se videretur nimium magnificè loqui, quasi suis ipsius viribus fundamenta huius Ecclesiæ iecisset, ac non potius vt Dei administer: deinde vt doctrinæ suæ auctoritatem cõciliaret. Sed & ab his verbis videtur à populo conuertere orationem ad ipsos pastores: obliquè tamen initio, & de ipsis potius quàm ad ipsos loquens, idque in genere & indefinitè, vt sit grauis potius quàm acerba reprehensio. ¶ *Vt peritus architectus*, ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων. Vulg. & Erasmus, *Vt sapiens architectus*. Sed haud scio an Sapiens apud Latinos tam latè pateat atque σοφὸς apud Græcos: de quo diximus aliquid suprà, cap 1. vers. 17. Sic apud Hebræos accipitur nomen חושב [*hoscheb*] pro industrio & ingenioso. ¶ *Alius autem*, ἄλλος δὲ. Hoc omnino indicat Apostolum nũc de iis agere qui in Corinthiorum Ecclesia docebant. Ij verò nusquam reprehenduntur à Paulo quòd falsam doctrinam annuntiarent: sed eo nomine duntaxat quòd curiosis argutiis & humanæ potius quàm diuinæ sapientiæ dediti essent: vnde postea illæ in populo factiones erant exortæ. Vana igitur illa confert Apostolus cum ligno, fœno, stipulis, ex qua materia non struitur firmum ædificium: solidam autem & verè pretiosam doctrinam, auro, argento & gemmis comparat, alludens proculdubio ad locum Esa. 54. 11. sed scopo diuerso. Paulus enim per gemmas istas doctrinam ipsam purissimam, & syncerè administratam intelligit: Esaias autem sic allegoricè describit pretiosa Spiritus sancti dona quibus ij ornandi erant à quibus erat extruenda Ecclesia. Aberrant igitur à scopo qui ad doctrinas verbo Dei vlla ex parte contrarias hanc Pauli similitudinem accommodant: in quibus etiam numero ciborum delectum, dierum & vestium discrimina, reliquiarum venerationem, & cætera id genus. Sed ij multo longius excurrunt qui ad priuatorũ vitam & actiones hoc referunt: nec scopum etiam attingunt qui hoc referunt ad discipulos siue auditores, vt putauit Hieronymus in hunc locũ, itemque

que Theodoritus & Oecumenius: quum manifestè hîc agatur de doctrina & doctoribus. Longissimè denique, atque adeo in contrariam partem, feruntur qui hoc loco purgatorium suum ignem extruunt. Sed bene habet quòd is ex stipula ligno. & fœno sit extructus, vt nihil mirum sit illum nostra memoria, Dei flamma rursus accensa, magna iam ex parte conflagrasse. Certè præclaros istos architectos oportuerat suo saltem Gregorio assentiri. si quidem (vt ipsi volunt) Papam nefas est à quopiam iudicari, & eum quidem qui in diuorum album sit relatus. Is verò Dialog. lib. 4. cap. 39, quum aliquot scripturæ testimonia citasset, *Et quibus sententiis*, inquit, *constat quia qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur: sed tamen de quibusdam* LEVIBVS CVLPIS *ante iudicium purgatorius ignis credendus est*. Deinde quænam illa sint leuia peccata exponens, *Sicut est*, inquit, *assiduus otiosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur qui à culpa qualiter declinare debeant sciunt, aut non in grauibus error ignorantiæ: quæ cuncta etiam post mortem grauant, si adhuc in vita positis minimè fuerint relaxata. Nam quum Paulus dicat Christum esse fundamentum atque subiungat, Siquis superædificauerit, &c. quamuis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, pensandum solicitè est quia illum per ignem dixit posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id est peccata* MAIORA, *& idcirco duriora, atque tunc iam insolubilia: sed lignum, fœnum, stipulam, id est peccata* MINVTA ET LEVISSIMA *quæ ignis facilè consumat*. Hæc Gregorius, & papa, & diuus & doctor (vt volunt) irrefragabilis: ineptè quidem, quum Paulus de doctrina & docendi modo disserat, & quidem ex hypothesi ad Corinthiorum doctores accommodata: sed ita tamen vt blasphemum hunc errorem res ipsa clamet ab eius successoribus plurimum auctum, qui leuia illa peccata reliquerunt aquæ aspergine eluenda: maiora verò atque adeo maxima quæque sibi reseruarunt, vt horum nimirum obtentu non animos repurgent, (id enim vnius Dei est efficere per fidem in Christum, vt Act. 15. 8, clamat ipse Petrus, cuius auctoritatem istos non pudet ementiri) sed crumenas fœdissima illa sua nundinatione emungant.

11 Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

11 Nam fundamentum aliud nemo potest statuere præter id quod positum est, quod est Iesus Christus.

11 *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positũ est, qui est Christus Iesus.*

12 Εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην·

12 Quòd siquis superædificet super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam:

12 *Siquis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam:*

13 Ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει· ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται· καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει.

13 Cuiusque opus manifestum fiet: dies enim *id* declarabit: nam per ignem retegitur: & cuiusque opus quale sit, ignis probabit.

13 *Vniuscuiusque opus manifestũ erit. dies enim declarabit: quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.*

14 Εἴ τινος τὸ ἔργον μένει ὃ ἐπῳκοδόμησε, μισθὸν λήψεται·

14 Sicuius opus manserit quod superædificauerit, mercedem accipiet:

14 *Sicuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet:*

15 Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός.

15 Sicuius opus exustum fuerit, damnum faciet: ipse verò seruabitur, ita tamen vt per ignem.

15 *Sicuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.*

13 *Dies enim*, ἡ γὰρ ἡμέρα. Id est tempus, vel lux veritatis, suo tempore, diei instar exoriens, vt ignorantiæ tenebras pellat. acsi dicat Apostolus, Quæ pro auro & argento nunc admiramini (id est curiosa ista humanæ sapientiæ ostentatio) suo tempore apparebunt nihil aliud esse quàm res inanis ac prorsus vana: quam quum cœperit illucescens animis nostris Dominus tanquam igne explorare, necesse erit euanescere, ac tanquam lignum aut fumum ac stipulam consumi. ignis enim proprium est vt illustret & probet. Estque tota hæc oratio allegorica: vt ij planè sint inepti qui quum in cæteris allegoriam cogantur agnoscere, tamen in vocabulo ignis hærent, nec interim considerant quod rectè obseruauit Augustinus, ita hunc ipsorum igni subiici tam bonos quàm malos ædificatores. vt, si istorum doctrina valeat, necesse sit bona opera non minus quàm mala in isto purgatorio excoqui. Veram autem & genuinam huius loci expositionem quam sequor, nemo ex patribus clarius & meliùs docuit quàm Cyprianus lib. 2. epist. 3. Cæterùm quòd in quibusdam Latinis codicibus adijcitur DOMINI, non inuenio in Græcis exemplaribus, nec puto conuenire: quòd ferè soleat supremus ille dies hoc addito epitheto significari: in quem certè non reijcit hoc examen Apostolus. Est tamen addito articulo scriptum ἡ ἡμέρα, nimirum vt significetur certum esse à Domino tempus constitutum quo cuiusque ministri opus exploret.

¶ *Nam per ignem retegetur*, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται. cuiusque videlicet opus. Hac enim ratione probatur siue explicatur illud ἡ ἡμέρα δηλώσει. dies declarabit, quoniã videlicet ignis fulgore suo solet quæ alioquin in tenebris nõ apparẽt, oculis omnium ostendere. Itaque post δηλώσει non adscribo διαστολὴν, sed ὑποστιγμήν. neque dubito quin ὅτι sit coniunctio, non pronomen.

14 *Manserit*, μένει. fortasse legendum μενεῖ, vel μείνῃ.

15 *Damnum faciet*, ζημιωθήσεται. Id est, iacturam hanc faciet, operis nimirum istius ac laboris: vt siquis architectus non rectè struxerit parietem, non modò non persoluitur ei merces operis, sed etiam opus diruitur. Vulgata, *Detrimentum patietur*. Erasm. *Damnum patietur* vterque ambiguè. ¶ *Ipse verò*, αὐτὸς δὲ. Nonnulli conuertunt *Ipsum verò*, quasi hoc ad θεμέλιον, id est fundamentum, referatur: quam opinionem non probo. Primùm enim, quorsum hoc Paulus, quod erat extra omnem controuersiam? Deinde coacta est interpretatio verbi σωζέσθαι, pro perdurare & integrum manere, quum fundamentum ipsum in nullo perendi periculo versetur, ex Pauli hypothesi, suprà, ver. 11. Præterea θεμέλιος ab ipso duodecimo versiculo esset repetendum. quod & ipsum est vi quadam detortum, vt sine necessaria causa non debeat admitti. Deinde cur addita esset cõditio quæ subijcitur? Denique, apparet ex antithesi, ea quę superstruuntur, non cõparari cũ fundamento quod Paulus iecerat, sed inter se conferri, ipsósq; opifices non cũ fundamẽti architecto, sed inter sę alios cũ aliis committi, eos videlicet qui rectè & solidè superstruunt, cũ iis qui fœnũ & stipulam (id est inutilem materiã) congerunt. ¶ *Seruabitur*, σωθήσεται. Id est opere quidẽ ac mercede sperata, non tamen vita mulctabitur. Neque enim eos vt pseudoapostolos reprehẽdit Paulus, quique à fundamento desciscant, sed vt curiosa quædã ac humana potius quàm diuina cõsectantes, vt fecit ille Dionysius, Corinthioru, opinor, ipsorum episcopus, qui in cælesti Hierarchia describenda sese plerunque frustra fatigat. Sic etiam hodie faciunt qui Scripturæ simplicitatem fastidientes, philosophicas ac ne philosophicas quidem speculationes permiscent: qui denique ascititio quodã cultu natiuam illam verbi quasi formam inficiunt. ¶ *Vt per ignem*, ὡς διὰ πυρός. Id est, ita tamen vt examinis illius rigorem non effugiat, & nõnisi probatus & exploratus abstersis demum sordibus placeat. Hæc enim est conditio quæ in recipiẽdis omnium doctorum scriptis valere debet, quum solum Dei verbum sit αὐτόπιστον.

Infrà.6.19
2.cor.6.19

Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν;

16 ‖An nefcitis vos effe tēplum Dei, & Spiritum Dei habitare in vobis?

16 *Nefcitis quia templum Dei eftis,& Spiritus Dei habitat in vobis?*

Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστι, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς.

17 Siquis templum Dei violat, hunc perdet Deus: nam templum Dei fanctum eft, quod eftis vos.

17 *Siquis autem templum Dei violauerit, difperdet illum Deus. Templum enim Dei fanctum eft, quod eftis vos.*

10 A contrariis colligit eos demum purā fapientiam in Dei domo profiteri, qui humana illa omnia repudiant: quòd fi à mundo rideantur, fatis illis effe debere, quòd ex Dei fententia fapiant.

Μηδεὶς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω· εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός.

18 10 Nullus feipfum feducat: fiquis *fibi* videtur effe fapiens inter vos in hoc feculo, ftultus fiat vt fiat fapiens.

18 *Nemo fe feducat: fiquis videtur inter vos fapiens effe in hoc feculo, ftultus fiat vt fit fapiens.*

Job 5.13.
Pfal.94.11

Ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι. γέγραπται γάρ, Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

19 Sapientia enim mundi huius, ftultitia *eft* apud Deum. fcriptū eft enim,‖ Carpit fapientes in verfutia ipforum.

19 *Sapientia enim huius mundi, ftultitia eft apud Deum. Scriptum eft enim, Comprehendam fapientes in aftutia eorum.*

Καὶ πάλιν, Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

20 Et rurfum, ‖ Dominus nouit difceptationes fapientum effe vanas.

20 *Et iterum, Dominus nouit cogitationes fapientum quoniam vanæ funt.*

11 Redit ad propofitionem verf. 2. priore loco auditores monens ne deinceps eos quos Deus cōftituit falutis ipforum non dominos, fed miniftros, pro dominis habeant, quòd fic faciunt qui ab hominibus pendent, non à Domino per eos loquente. 12 A perfona ad res ipfas tranfit, vt maius fit pondus argumenti. Imo etiam à Chrifto ad Patrem vfque afcendit, vt doceat in ipfo etiam Chrifto, quatenus homo eft, nos idcirco acquiefcere, quia nos ad Patrem vfque fubuehit, ficut ipfemet Chriftus vbique teftatur fe miffum à Patre, vt hoc vinculo cum ipfo Deo vnà omnes deuinciamur. 1 Conclufio officij auditorum erga Miniftros, vt pro Dominis eos non habeant: interea verò vt à Chrifto miffos audiant, miffos, inquam, vt ex eorum veluti manu thefaurum illum falutis ex arcanis Dei depromtum accipiant.

Ὥστε μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις· πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστιν·

21 11 Itaque nullus glorietur in hominibus: omnia nanque veftra funt.

21 *Nemo itaque glorietur in hominibus: omnia enim veftra funt:*

Εἴτε Παῦλος, εἴτε Ἀπολλῶς, εἴτε Κηφᾶς, εἴτε κόσμος, εἴτε ζωή, εἴτε θάνατος, εἴτε ἐνεστῶτα, εἴτε μέλλοντα, πάντα ὑμῶν ἐστιν.

22 Et Paulus, & Apollos, & Cephas, 12 & mundus, & vita & mors, & præfentia, & futura: omnia *inquam* veftra funt:

22 *Siue Paulus fiue Apollo, fiue Cephas, fiue mundus, fiue vita, fiue mors, fiue præfentia, fiue futura: omnia enim veftra funt.*

Ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ, Χριστὸς δὲ Θεοῦ.

23 Vos autem Chrifti, Chriftus verò Dei *eft*.

23 *Vos autē Chrifti, Chriftus autem Dei.*

Κεφάλαιον δ.

CAP. IIII.

CAP. IIII.

1 Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ.

1 1 SIC de nobis reputet homo vt de miniftris Chrifti, & difpenfatoribus myfteriorum Dei.

1 *SIc nos æftimet homo vt miniftros Chrifti, & difpēfatores myfteriorum Dei.*

17 *Violat*, φθείρει. Id eft, vt rem facram polluit ac contaminat. Erafmus, *Profanat*, βεβηλοῖ. Polluere autē Dei templum dicuntur Apoftolo qui carnali facundia puritatem Euangelij inquinabant, quique factionibus fcindebant Ecclefiam, quod neque fint impunè laturi. ¶ *Perdet*, φθερεῖ. In Græcis idem verbum repetitur. quamobrem etiam Hilarius Pfal.64. vtrobique Corrumpendi vocabulo vfus eft, fed nimium impropriè. Meminit & ipfe Auguftinus contra epiftolam Manichæi cap.39, vt Eraf. annotauit. Quòd fiquis velit paronomafian feruare, vertat licebit, *Siquis templū Dei deftruit, hunc deftruet Deus*, vt Erafmo placuit in annotationibus. ¶ *Quod eftis*, οἵτινές ἐστε. Ad verbum, *Qui eftis*. Sed hoc nullius eft momenti. Sic enim folēt Græci interdum rationem eius quod fequitur potiùs quàm antecedentis habere. & Latini quoque, vt in illo Saluftij, *Eft locus in carcere quod Tullianum appellatur.*

18 *In hoc feculo*, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ. Hoc nonnulli præcedentibus, nonnulli fequentibus attexunt: ego præcedentibus malo. fuit enim definiendum Apoftolo quod fapientiæ genus excludat ab Ecclefiaftico minifterio, id videlicet quod à Carne manat, non à Spiritu, ac proinde polluit Ecclefiā, nedum vt illam exornet. Nam alioquin non errat quifquis eft fibi veræ fapientię confcius, fi in Domino glorietur, nec alios defpiciat, vt infrà, 7.40. 11.1.

19 *Carpit*, ὁ δρασσόμενος. Hebræa habent Iob. 5.13, לוכד [*lochéd*] id eft *Prendit*. Eft autem τὸ δράσσεσθαι id quod dicimus vulgato noftro fermone *Il empoigne*, vnde δράξ, manipulus, *Vne poignée*. éftque pofitum participium, Hebræorū more, pro verbo. Vulg. *Comprehendam*, nō fatis rectè, quum ibi non loquatur Dominus, fed Eliphaz. Eraf. *Quum comprehendit*, ὁ καταλαμβάνει, vel ὁ καταλαμβάνων, vt habet ea editio Græca qua nunc vtimur. ¶ *In verfutia*, ἐν τῇ πανουργίᾳ. Vel *vafritia ac calliditate*, id eft, Vtcunque fint vafri, eos tamen Dominus capiet, quum eorum artes re ipfa declarabit illud ipfum effe quo fefe inuoluerint. Itaque præpofitio ἐν vel pro σὺν, id eft, *cum* vel pro διὰ accipitur. Vulgata & Erafm. *In aftutia*, obfcurè: nifi fic accipias q.d. in media ipfa verfutia illos à Deo occupari.

20 *Sapientum*, τῶν σοφῶν. Hebræa veritas habet Pfal 94.11, אדם [*adam*,] hominum: fed rectè omnino Apoftolus Prophetæ fenfum expofuit. Cuius enim virtutis effet, ftultorum aut vulgarium hominum vanitatem noffe? Loquitur ergo Dauid de iis qui inter homines præcipuè excellunt, quorum tamen omnem fapientiam iudicio Dei teftatur nihil aliud quàm meram effe vanitatem, idéóque contemptim generali nomine eos vocat אדם [*adam*,] fuæ conditionis eos admonens.

21 *Itaque*, ὥστε. Sequitur iam vniuerfalis conclufio, qua primo loco admonet auditores ne in ipfis miniftris fubfiftentes, & ab eis dependentes, tanquam Dominis, fibi & aliis peffimè confulant: fed vt ad eum afcendant qui per illos agit, tribus videlicet verfibus proximis: fic tamen vt eos nihilominus habeant pro miniftris, & arcanorum Dei difpenfatoribus, verf. fequentis cap 1. Secundo autem loco miniftros monet, vt fe non dominos fed œconomos effe meminerint: ac proinde nihil alienum vel in doctrina, vel in ipfa docendi ratione admifceant, fed. vt fideles œconomi, ea demum quæ acceperunt, bona fide diftribuant. Idque complectitur verficulus 2, fequentis capitis. Deinde ad arrogantiam vtrorumque compefcendam tranfit. Itaque debuit fequentis capitis lectio incipere ab ἐμοὶ δέ, *mihi vero*: præcedentes autem verficuli primus & fecundus huic capiti attexi. ¶ *Glorietur*, καυχάσθω. Id eft, fibi ita placeat in hominibus, quicunque tandem illi fint, vt illis fit addictus, & quod Dei eft, ad eos transferat vt ij faciebant qui huius aut illius fe effe dicebant, & etiamnum hodie Francifcanos, Dominicanos, Benedictinos fefe profitentur: & qui magna cum Ecclefiæ & ipfius Lutheri infamia Lutheranos fefe, editis etiam libris, appellitant. Omnino autem impudentiffimi funt qui annis abhinc quadraginta Chriftianorum nomen omnibus piis commune faftidientes, fefe Iefuitas aufi funt cognominare: quod vel vnum facinus à quo fpiritu ifti prodierint apertè demonftrat.

22 *Veftra funt*, ὑμῶν ἐστι. Id eft, adminicula vobis deftinata, vt ad Chriftum & à Chrifto ad Deū fubuehamini, non autem vt in illis adminiculis hæreatis. Ita enim fieret vt non veftra effent illa, fed illorum potius effetis.

IN CAPVT IIII.

1 *Sic de nobis reputet*, οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω. Vulgata & Erafmus: *Sic nos æftimet*, οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω, quod vocabulum mihi videtur paulo fuperbius. Eft autem cum hoc loco conferendum quod fcripfit Apoftolus fuprà, 1.12, quum eos etiam increparet qui dicebant, Ego fum Chrifti, ita videlicet vt miniftros non agnofcerent: quum non minus peccet qui quofuis miniftros fpernit (quos quidem veros Dei miniftros effe cognouerit) quàm qui plus illis defert quàm par fit. ¶ *Homo*, ἄνθρωπος. id eft, ἕκαστος, *quifque*: enallage non modò Hebræis familiari, fed quæ etiam vfurpatur apud difertiores Græcos. Demofthenes, καὶ γὰρ ἄνδρα ἰδίᾳ καὶ πόλιν κοινῇ πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν κατορθούντων ἀεὶ δεῖ τὰ λοιπὰ πειρᾶσθαι μεγάλα. Videtur tamē Hominis nomen fua emphafi non carere hoc in loco, nempe vt quifque ex fuæ imbecillitatis cōfideratione meliùs intelligat quanta fit Minifterij ecclefiaftici dignitas, quæ tamen non in ipfis hominibus, fed in eorum munere fit pofita.

2 Ὃ δὲ λοιπόν, ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ.

2 2 Quod reliquum eft autē, *illud* requiritur in difpēfatoribus vt quifque fidus inueniatur.

2 *Hic iam quæritur inter difpenfatores vt fidelis quis inueniatur.*

2 Pofteriore loco miniftros monet, vt viciffim ipfi fefe non vt Dominos, fed vt feruos, & quidem fidos, gerant, quum fit eis coram Domino reddenda fuæ difpenfationis ratio.

3 Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας· ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω.

3 3 Mihi verò pro minimo eft quòd à vobis diiudicer, 4 aut ab humano iudicio: 5 imò nec ipfe me diiudico.

3 *Mihi autem pro minimo eft vt à vobis iudicer, aut ab humano die: fed neque meipfum iudico.*

Matt.7.1
rom.2.1

4 Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα· ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι· ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός ἐστιν.

4 In nullo enim mihi fum confcius: fed non per hoc iuftificatus fum: Dominus autem is eft qui me diiudicat.

4 *Nihil enim mihi confcius fum: fed non in hoc iuftificatus fum: qui autem iudicat me, Dominus eft.*

3 Quoniam fefe propofuerat pro exemplo, cæteros reprehendens, vtitur occupatione: & grauitate Apoftolica fretus, teftatur fe nihil morari contraria de fe illorum iudicia, à quibus vt homo abiectus habebatur, quòd nihil externi illius fplendoris haberet. Adfert tamen rationes optimas, cur nihil moueatur illorum de fe iudiciis. 4 Primùm quia quod homines in his rebus iudicant ex fuo fenfu, non maioris eft momenti quàm quum indocti de fapientia iudicant. 5 Secundò, inquit, quomodo vos quanti fim, vel non fim iudicare poteftis, quum ne ego quidem qui mihi probabiliter meliùs fum notus quàm vobis, atque adeò qui bona confcientia in meo munere me verfatum effe aufim profiteri, tamen non aufim mihi propterea quicquam tribuere? Scio enim me nihilominus non effe irreprehenfibilem, nedum vt mihi inftar veftri placeam. 6 Tertia ratio, vt conclufio ex præcedentibus rationibus nafcens, Dei eft æftimare vnumquemque fuo pretio, vt qui norit cordis latebras, quæ fæpiffimè homines fallant. Veftrum itaque hoc iudicium non eft. 7 Reiecto illorum iudicio, rurfus fe proponit pro fingulari modeftiæ exemplo, vt qui in hac ipfa epiftola reticens illorum factioforum doctorum nomina, non dubitarit fuum & Apollo nomen fubftituere ipforum loco, & eorum dedecus hoc modo velut in fe recipere, nedum vt fe cuiquam anteponeret.

5 Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν· καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

5 6 ‖Proinde ne ante præftitum tēpus iudicis partes affumite, *id eft*, vfquedū venerit Dominus, qui & illuftraturus eft res tenebris occultatas, & manifefta faciet confilia cordium: ac tunc laus erit vnicuique à Deo.

5 *Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadufque veniat Dominus, qui & illuminabit abfcōdita tenebrarum, & manifeftabit confilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.*

6 Ταῦτα δέ, ἀδελφοί, μετεσχημάτισα

6 7 Hęc autē, fratres, figura qua-

6 *Hæc autem, fratres,*

2 *Quod reliquum eft autem*, ὃ δὲ λοιπόν. Vulg. *Hic iam quæritur*: vt rectè fufpicetur Erafmus legiffe, ὧδε λοιπὸν ζητεῖται. fed refragantibus fummo confenfu Græcis codicibus. Deinde Quæritur pro Requiritur, obfcurè dictum eft. ¶ *Quifque*, τις. id eft, ἕκαστος, vt infrà 6.11. ¶ *Fidus*, πιστός. Hebr. נאמן [*Nehemen*,] quod de Samuele dicitur 1. Sam.3.20. & de Mofe Hebr.3.5. Deus autem ipfe fidus alia duplici ratione dicitur: nempe tum quia promiffa femper præftat: tum quoniam digniffimus cui fides fine exceptione habeatur.

3 *Ab humano iudicio*, ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. Vulgata, *Ab humano die*, quæ interpretatio perobfcura eft. Ponitur autem dies pro iudicio ex Cilicum idiotifmo, vt Hieronymo placet: qui tamen non video quo iure omnem elegantiam Paulo detrahat, vt diximus alibi. Putarim autem potius Paulus diem maluiffe dicere quàm iudicium, vt alluderet ad diem illum fupremum in quo Dominus ipfe iudex fedebit. & ita tandem patefiet quis quomodo fe gefferit, vt verum iudicium feratur. ¶ *Diiudico*, ἀνακρίνω. Id eft, De meipfo fententiam fero, cuius videlicet fim pretij. Nam ficut nullius fum mihi confcius, vnde fortaffis poffem alicuius inter vos gloriationis occafionem arripere, ita etiam probè noui mihi longè alia iuftitia opus effe, vt nulla fit caufa cur mihi ipfi placere debeam. Itaque totum hoc iudicium Domino relinquo, huic rei potius intentus vt fidelis feruus inueniar, quàm vt laborem fcire quanti fim vel non fim. Eft igitur hoc Pauli dictum ad certam hypothefin reftringēdum. Nam & Spiritus probandi funt, & nos ipfos explorare debemus an fimus in fide. Nec priuata etiam charitatis iudicia, ac multo minus vel ciuilem vel Ecclefiafticam politiam damnat Apoftolus. Non agit enim propriè vel de doctrinæ vel de morū examine, fed de eo potius quanti fit quifpiā faciēdus vel non faciendus inter homines: qua de re, inquit, Dominus demum iudicabit. Deinde, quòd nullius fe confcium dicit, ad id vnum referendum eft de quo agitur, nempe ad minifterij functionem, quam teftatur fe tam bona cōfcientia apud Corinthios adminiftraffe, vt ne à feipfo quidem vllius fraudis aut negligentiæ redarguatur. Sed, inquit, abfit vt propterea me alicuius pretij effe putem, quum longè aliud fit Sibi non effe confcium quàm Iuftum effe. Mirè autem hoc conuenit tum in iftos doctores, qui fibi tam excellentes videbantur præ Paulo: tum etiam in auditores, qui, velut agonothetæ federent in theatro, tam audacter quos libuiffet attollerent, vel deprimerent. At ego, inquit Paulus, ne de meipfo quidem ita pronuntiare poffim, vt vos de me & aliis. ¶ *In nullo enim*, οὐδὲν γάρ, in quo videlicet in vos fciens prudens peccarim, meo apud vos munere defungens. Sunt enim ifta nō generaliter accipienda, fed ad ipfius functionem, & quidem Corinthi reftringenda, nec ifta rectè, vt & illud quod fcribit 2. Tim. 4.7. ad Anabaptifticæ profectionis infaniam confirmandum trahuntur. ¶ *Iuftificatus fum*, δεδικαίωμαι, apud Deū videlicet. ftat enim illud immotum, fine vllius, vnico excepto Chrifto, exceptione, quod ait Propheta Pfal.143.2. & dilectus ille difcipulus, 1.Ioh.1.8.

5 *Iudicis partes affumite*, κρίνετε. Vulg. ad verbum *Iudicate*, quod quum varia fignificatione in his libris accipiatur, periphrafin adhibui, perfpicuitatis caufa, Syrum quoque interpretem fequutus. ¶ *Vfquedum*, ἕως. Hoc quoque dicendi genus petitum eft è medio. Nam plena loquutio effet, Sed expectate vfquedum, &c. ¶ *Res tenebris occultatas*, τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους. Vulg. *Occulta tenebrarum*. Arguit eos vt iniquos & temerarios iudices. Nec enim poterant nifi ex rebus externis iudicare. Quid fi igitur fallebantur? Nam ex animo potiffimùm vnufquifque æftimandus eft. ¶ *Laus*, ἔπαινος. Laudari quidem non poterat vnus quifpiam præ cæteris à Corinthiis, quin cæteri culparētur, vt etiam apparet ex verficulo fequente: fed laudis mentionem potius quàm vituperij facit Apoftolus, quia iftius mali hæc erat origo, quòd certis hominibus plus tribuerent quàm par effet.

6 *Fratres*, ἀδελφοί. Generalis quidem eft hæc appellatio plerunque, fed hoc loco, meo quidem iudicio, ad atta-

cat 2.Corinth.12.14, nempe vltima illa in Græciam profectione, quæ describitur initio capitis Actorum vicesimi: vnde profectus, quum Hierosolymam venisset, ibi captus, & Romam tandem inde deductus est.

καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης. ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, καὶ Κούαρτος ὁ ἀδελφός.

24 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

25 Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου·

26 Φανερωθέντος δὲ νῦν, διά τε γραφῶν προφητικῶν, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος.

27 Μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

28 Πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου, διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας.

meus & Ecclesiæ totius. Salutat vos Erastus procurator vrbis, & Quartus frater.

24 Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* cum omnibus vobis. Amen.

25 Ei verò qui potest vos [illegible] bilire, secundum [illegible] meum & præcon[illegible] Christi, ex patefa[illegible] quod à temp[illegible] æternis tacitum fuit:

26 Nunc verò [illegible] [illegible] ... & per [illegible] propheticas ex [illegible] æterni Dei ad obedientiam [illegible], omnibus Gentibus innotuit.

27 [illegible] sapienti Deo gloria [illegible] per Iesum Christum in [illegible]. Amen.

28 Ad R[illegible] fuit Corintho, per Ph[illegible] Cenchreensis Ecclesiæ.

[illegible] meus & [illegible] Ecclesiæ. Salutat vos Erastus arcarius [illegible], & Quartus frater.

24 Gratia Domini nostri Iesu Christi [illegible] omnibus vobis. Amen.

25 Ei autem qui potens est vos confirmare in [illegible] Euangelium meum & prædication[illegible] Iesu Christi, secundum revelationem mysterij temporibus æternis taciti:

26 Quod nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum secundum præceptum æterni Dei, ad obedi[illegible] in cunctis Gentibus cogniti.

27 [illegible] sapienti Deo, per Iesum Christum, cui gloria in secula seculorum. Amen.

28 Scripta fuit à Corintho, per Phœben ministram Cenchreensis Ecclesiæ.

6 Iam tertio eis valedicens, id eis precatur à quo pendet totius superioris doctrinæ efficacia.
Ephe.3.20
ephe1.3.9
col.1.26
2.tim.1.7
tit.1.1
7 Magnifica gratiarum actione prædicat Dei potentiam & sapientiam, quæ potissimum in Euangelio elucent: facta etiam mentione vocationis Gentium, vt Romanos in spe huius salutis confirmet.

¶ Pro[illegible]itor, ὁ οἰκονόμος. seu curator, quos nomen in veteribus inscriptionibus sæpe inuenitur. Græcum autem vocabul[illegible] declarat rei domesticæ [illegible] malui[illegible] Er[illegible] quæstio[illegible] arcarium [illegible] Vetus interpres. Theodosius [illegible] [illegible]atorem eorum quæ in arcam præfecti prætorio inferebantur. Erat enim principis Fiscus: præsidum prouinciarum Cella: præfectorum prætorio Arca: fitque A[illegible]iorum mentio in Rubrica Codicis, De suscept. præpos. & arcariis, & l.3. de Canon.larg. Sed haud scio an ista huic loco conueniant. Cæterùm vrbis nomen non exprimit Apostolus, sed Corinthum significari existimo, iis coniecturis adductus quas paulo antè exposui.

24 *Gratia Domini, ἡ χάρις.* Quia hæc eadem paulo antè posita sunt, nempe versu 20, apud Ambrosium [illegible] Origenem hîc non repetuntur, nec in vetustissimo codice Complutensi. [illegible] [illegible] epistol[illegible] [illegible]ant. Hæc [illegible].

25 [illegible] *potest, τῷ δὲ δυναμένῳ.* Admonui suprà, 14.23. in nonnullis nostris vetustis codicibus desinere hanc epistolam [illegible] versiculum, quo modo etiam [illegible] [illegible] reliqua [illegible] ab hoc versiculo ad finem vsque [illegible] quarto [illegible] capiti.

¶ *Mysterij, μυστηρίου.* id est arcani. Vocat autem arcanum (opinor) non tam [illegible] [illegible] Euangelicam doctrinam quàm Gentium vocationem, [illegible] explicat Ephes.cap.3.

¶ *A temporibus* [illegible]. Id est (vt alibi loquitur) [illegible], aliis omnibus ætatibus, ac iam inde à mundi initio: ne quis hîc nobis æternum mundum fabricet. Neque enim αἰὼν, pro quo Hebræi עולם [*holam*] dicunt, semper declarat tempus quod vel nunquam cœperit, vel nunquam desinat: sed spectandum est quibus rebus accommodetur. Vide Matth.4.3.

26 [illegible] *διά τε γραφῶν.* Vetus interpres ex[illegible] etiam τε, quæ non est prorsus necessaria, vt connectantur duo participia φανερωθέντος & γνωρισθέντος: neque verò causam video cur hîc laborarit Erasmus, quasi τε semper debeat cum præcedentibus cohærere, aut καὶ subiungi. ¶ *Ad obedientiam fidei, εἰς ὑπακοὴν πίστεως.* Vide suprà, 1.5. ¶ *Innotuit, γνωρισθέντος.* id est oblatum, & quarumuis Gentium cognitioni expositum. Ad verbum, *Notificatum.* Sed duo hîc notanda sunt, nempe neque ita vniuersaliter hoc dici, quasi quum hæc Paulus scriberet, nulla prorsus gens esset sub cœlo cui non esset annuntiatum Euangelium: neque de singulis hominibus hoc esse accipiendum, quum non sit omnibus datum vt Dei mysteria nouerit, Matth.13.11. Vulgata, *Cogniti,* sensu multum diuerso ac prorsus etiam falso. Nam longè aliud est [illegible], id est cognoscere, quàm γνωρίζειν, id est, [illegible].

27 *Soli [inquam], μόνῳ.* Hoc hyperbaton (quod multos ex veteribus torsit & ipsum etiam Erasmum, adeo vt ingenuè dicat se non reperire quod hîc comminiscatur) studui illustrare [illegible] tùm addito verbo Inquam, quod in epanalepsi ferè solet vsurpari: deinde particula ᾧ, vnde nata est tota difficultas, sine difficultate expuncta, non tam quia in Complutensi editione deest, quàm quòd manifestus sit Hebraismus, quum videlicet expresso antecedente relatiuum πλεονάζει: vti redundat αὐτοῦ, Ephes.3.2.1, & 1.Petr. 2.24. ¶ *In secula, εἰς αἰῶνας.* Vide Matthæum 6.13. Nonnulli codices addunt τῶν αἰώνων, *seculorum.* Sic enim Hebræi לעולם עולמים [*leholam holamim,*] quod exposuimus Lucæ cap.1.vers.50.

¶ *Ad Romanos, &c. πρὸς Ῥωμαίους, &c.* Hæc inscriptio tota deest in Claromontano codice, vt & aliæ omnes: quarum etiam aliquæ falsa deprehenduntur, vt suis locis obseruabimus: vt supposititias esse res ipsa demonstret.



ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ἐπιστολὴ πρώτη.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIOR.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α. CAP. I. CAPVT I.

1 ΠΑΥΛΟΣ κλητὸς ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφός,

2 Τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν.

1 PAVLVS [1]vocatione [2]Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, [3]& Sosthenes frater,

2 [4]Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, [5]sanctificatis in Christo Iesu, id est vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, quouis loco, *Domini, inquam,* tum ipsorum, tum nostri.

1 PAVLVS vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater,

2 Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro.

1 Inscriptio epistolæ, in qua præcipuè captat Corinthiorum gratiam, ita tamen vt se Dei seruum esse, non hominum vbique meminerit.
Act.1.9
1.thess.4.7
Rom.2.7
eph.1.1
col.1.12
2.tim.1.9
tit.2.3
2.Tim.1.12

2 Si Apostolus, ergo audiendus, etiamsi acriùs interdum eos obiurgarit, quum suam causam non agat, sed Christi mandata perferat. 3 Sosthenem adiungit, vt duobus testibus sanciatur hæc doctrina. 4 Ecclesia Dei est etiam quæ magnis vitiis laborat, modò admonentibus pareat. 5 Vera definitio Ecclesiæ Catholicæ, quæ vna est.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 *Vocatione, κλητός.* Vide Rom.1.1, vbi non hoc tantùm, sed alia etiam multa exposuimus quæ tum in huius epistolæ, tum etiam aliarum inscriptione occurrunt.

2 *Sanctificatis, ἡγιασμένοις.* Ratio constructionis poscebat vt potius scriberetur ἡγιασμένῃ, *sanctificatæ.* Sed in collectiuis omnibus solet interdum sententiæ potius quàm verborum ratio haberi in omnibus linguis. Quod autem attinet ad verbum Sanctificandi, de eo diximus multis locis, ac præsertim Ioan.17.17, & Rom.6.19. ¶ *In Christo Iesu, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Eras. *Per Christum Iesum,* vt etiam Græca scholia explicant. Ego verò malui seruare præpositionem ἐν, quòd melius declaret quomodo nos Pater per Christum sanctificet, i. à reliqua hominum colluuie separatos ac purgatos sibi pro filiis consecret, nempe donando nos Filio suo, vt ipse sit in nobis & nos in eo. Eadem causa fecit vt infrà, v.4. iterum eadem verba simili modo conuerterim, & v.5. ἐν αὐτῷ sim interpretatus IN EO potiùs quàm PER EVM. ¶ *Vocatis sanctis, κλητοῖς ἁγίοις.* id est, quos Deus pro gratuita sua bonitate sibi segregauit, vel, Quos Deus ad sanctitatem vocauit. Illa expositio fontem sanctificationis, ista finem aperit. Illud autem sæpe iam est à nobis annotatum verbum קרא [*kara,*] id est vocare, apud Hebræos interdum declarare ipsius ὑπάρξεως initium, quod Deo tribuatur, vt qui videlicet solo verbo res omnes condat: interdum verò publicam, eámque minimè nudam nuncupationem significare, sed quæ cum re ipsa consentiat: quo modo etiam Eustathius, nobilis Homeri interpres, explicat verbum καλεῖσθαι, libro Iliad.Δ. scribens in verba illa, καί σὴ ἄκοιτις κέκλημαι. ¶ *Cum omnibus, σὺν πᾶσι.* in nonnullis codicibus etiam manuscriptis legitur ὑμῶν: perperam, vt opinor. Nam mihi quidem videtur hæc inscriptio bimembris esse, cuius prior pars ad ipsos Corinthios, altera ad reliquos Achaiæ incolas, cuius metropolis erat Corinthus, refertur. ¶ *Qui inuocant, τοῖς ἐπικαλουμένοις.* Inuocandi verbum propriè de eo dicitur qui Dei subsidium cum clamore petit, vt qui in periculo est constitutus, vt dicit Apostolus nos clamare Abba, pater. Inde factum vt τὸ ἐπικαλεῖσθαι pro toto Dei cultu accipiatur, vt Inuocare nomen Christi, idem valeat atque Christum pro Deo reipsa agnoscere.

¶ *Quouis loco, ἐν παντὶ τόπῳ.* Id est in quauis Achaiæ Ecclesia. Hactenus enim est generalis hæc inscriptio, propriè quidem & specialiter Corinthus, deinceps verò reliquis totius Achaiæ ecclesiis scripta, vt apparet ex alterius epistolæ initio: sicut & epistola ad Galatas omnibus illius gentis Ecclesiis propria fuit. Nam absolutè Catholicam, id est omnibus per orbem terrarum dispersis Ecclesiis dicatam hanc epistolam non esse, tum ex inscriptione, tum ex ipsius epistolæ tractatione liquet.

¶ [*Domini, inquam,*] *tum ipsorum, tum nostri, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν.* Vulgata, *Ipsorum & nostro.* Erasmus, *Vel suo, vel nostro.* Retulerunt enim hæc ad τόπῳ, quod & plerique magni nominis interpretes faciunt. Sed ego tamen iis assentior qui coniungunt cum Κυρίου, vt sit [illegible]tionis species, quia duntaxat dixerat, Κυρίου ἡμῶν; *Domini nostri:* in qua opinione est Photius, primi inter Græcos scholiastas nominis, itemque Chrysostomus & Theophylactus. Primùm enim nulla satis idonea causa possit adferri cur hoc addatur, si de loco accipias: quum satis fuerit dixisse, omnibus & in omni loco. Deinde ne hoc quidem videre possum cur Paulus Nostrum locum vocet Iudæam, vt interpretatur Ambrosius: ipsorum verò locum, cunctas Gentium Ecclesias. Nam neque hæc consuetudo est Pauli vt Gentes compellans, sese cum Iudæis coniungat, præsertim in prooemiis: neque etiam Paulus ex Iudæa erat. Hic autem de loco non de religione agitur. Denique si Iudæos constituerat Apostolus Gentibus opponere, cur Iudææ vnius meminisset, quum per orbem terrarum essent dispersi qui ex Iudæis crediderant? Postremò id quoque obseruandum puto, Apostolum non ita scripsisse vt vertit Erasmus, *Vel suo vel nostro,* ἢ αὐτῶν ἢ ἡμῶν, per disiunctionem, sed copulata enuntiatione dixisse αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, *& ipsorum & nostro:* vt prorsus necesse videatur hæc accipere de eo quod Apostolus significet vtrorumque esse commune. At enim cur ista Paulus commemorat? Optima certè ra-

gantes illos doctores est peculiariter applicanda, ideóque adhibita, tum vt hæc mutatio intelligeretur, tum vt sequentis grauissimæ reprehensionis asperitas mitigaretur. ¶ *Figura quadam transtuli*, μετεσχημάτισα. Nominum & personarum mutationem intelligit, & figuram vocat quod vulgò dicimus *Vne maniere de parler*. Vulgata, *Transfiguraui*, admodum obscurè.

εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλὼ δι' ὑμᾶς· ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε, τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου.

7 Τίς γάρ σε διακρίνει; τί δὲ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών;

8 Ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ, ἤδη ἐπλουτήσατε, χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε· καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν.

9 Δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους, ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις.

10 Ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστὸν, ὑμεῖς δὲ

dā transtuli ad meipsū & Apollo, propter vos: vt in nobis discatis, supra id quod scriptū est, nō sapere: vt ne alius pro alio infflemini aduersus alium.

7 8 Quis enim te *ab aliis* discernit? quid autē habes quod non receperis? quòd si etiam recepisti, quid gloriaris quasi non receperis?

8 9 Iam saturati estis, iam ditati estis, absque nobis regnum adepti estis: atque vtinam sanè regnum adepti sitis, vt & nos vobis conregnemus.

9 Deus enim, puto, nos vltimos Apostolos, spectādos proposuit, vt morti addictos. Nam spectaculū facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

10 Nos stulti propter Chri-

transfiguraui in me & Apollo propter vos: vt in nobis discatis, ne supra quàm scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio.

7 *Quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*

8 *Iam saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis: & vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.*

9 *Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tanquā morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis & hominibus.*

10 *Nos stulti propter Chri-*

8 Optimum remediū coercendæ arrogātiæ ostendit: primùm si cogites quo iure te eximas ex aliorum numero, quum & ipse homo sis: deinde si consideres, etiam si quid præter alios habeas, tamen hoc te non habere nisi ex Dei liberalitate. Quis autem sanus de alieno glorietur, & quidem aduersus Dominū?

9 Descendit ad grauissimā ironiam, vt eam bitiosos illos ad suborē vel inuitos cogat.

¶ *In nobis*, ἐν ἡμῖν. id est, Nostro hoc exemplo, qui aliorum nomina in nostras personas transferre maluimus, quàm nominatim quenquam capere. Vnus codex scriptum habet ἐν ὑμῖν, Apud vos, siue Intus, & in animis vestris: vel, inter vos, Sed illud mihi magis arridet. ¶ *Non sapere*, μὴ φρονεῖν. Vlcus aperit. vnde enim hæc mala nisi quòd intra modum à verbo Dei præscriptum sese non continebant? Erasm. *Vt nequis supra id quod scriptum est, de se sentiat*. malè. Quanuis enim superbia sit cum eo quod hîc redarguitur semper coniuncta, tamen non in personam, sed in rē ipsam istud dicitur. Vulg. verbum φρονεῖν non legit, quod etiam in vno codice non inuenimus, in quo scribitur τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται ἵνα ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθαι κατὰ τοῦ ἑτέρου. Sed omnino vitiosè sic legitur. Quis enim modus in ista inflatione fuerit? ¶ *Vt ne inflemini*, μὴ οὐ φυσιοῦσθε. Sic Libanius in primam Demosthenis Olynthiacam, ἵνα μὴ δοκεῖσθαι. alioquin rectè annotauit Erasmus nouam esse hanc constructionem: vt fortassis hoc loco legendum sit φυσιοῖσθε, & apud Libanium δοκοῖσθαι.

7 [*Ab aliis*] *discernit?* διακρίνει, id est *segregat*, aut *eximit è collegarum grege*, quasi sis tu quidpiam aliud in Ecclesia, quàm tui in eadem functione collegæ? Expungebat enim quodammodo cæteros pastores qui sese aduersus eos efferebat, vt solus emineret. vnde factū vt διαφέρειν accipiatur pro Excellere, vt Matth. 6. 26. Quo igitur, inquit Apostolus, auctore istud facis? Nullo certè idoneo. Itaque insignis est hic locus aduersus totam illam Satanicam hierarchiam, quam vocant, quæ Ecclesiasticum ministerium in imaginem Bestiæ transformauit. Aliud enim est ordo necessariò, in Ecclesia præsertim, prout à Deo constitutus est per Apostolos, retinendus, quàm gradus, & ὑπεροχαὶ & ἀρχιερωσύναι, quas inter pares & æquales humana quidem sapientia inuexit, ambitio autem Diabolica auxit, fouit, & fouet. Alij, *Quis discrimen inter te & alios constituit*. Deus videlicet qui te pluribus donis exornauit, non tu ipse, Quid enim habes de tuo? Eras. *Diiudicat*, quæ interpretatio non conuenit, vt nec illud quod coniicit legi posse, τί σε διακρίνει; *Cur te segregas?* Theophylactus interpretatur ψηφίζει, i. Cuius suffragio ista præstantia tibi tribuitur quòd cæteris anteponaris? Nempe hominis, non Dei. Atqui falluntur humana iudicia: cur igitur inflaris? Quòd si etiam non fallantur homines in iudicando, quid tamen habes quod precariò non possideas? Mihi prima vel secunda expositio videtur appositissima. ¶ *Quid autem habes*, τί δὲ ἔχεις. Si munus ipsum docēdi in Ecclesia spectatur, (vt dixerat Apostolus) quo auctore fretus super alios vis eminere tibi æquales? Sin verò non muneris ratione, sed quod tibi videaris aliquid præstantius habere quàm collegæ aliis te præponis, ne hoc quidem prætexere potes huic tuæ arrogantiæ, quum à te ipso nihil istorum habeas: ideóque cedant ista non tuæ gloriæ, sed eius laudi à cuius liberalitate habes quicquid habes. Huic autem certè tantum detrahis, quantum tibi ipsi tribuis. Huc refertur similitudo qua vtitur Christus Matth. 24. 49, & quod scribitur 3. Ioan. 9.

¶ *Quod non receperis?* ὃ μὴ ἔλαβες; In natura igitur non regenerata nihil verè laudabile, sed omnia sunt à gratia, contra Pelagianos & Semipelagianos. Λαμβάνειν autem vt alibi passim pro δέχεσθαι accipitur, quod exprimendum hoc loco putaui, quanuis Latinè quoque *Accipere* pro *Recipere ab alio* vsitatissimè ponatur. ¶ *Gloriaris*, καυχᾶσαι, id est teipsum effers, supra alios, quasi etiam si qua sit donorū Dei imparitas, idcirco quòd ad te ipsum attinet, sis natus aut per te ipsū factus aliis prę̨stantior? Malè igitur Pharisæus ille publicanum despiciens, gratiam Dei cum merito conciliare studebat, etiamsi talis fuisset qualem se esse præ alio iactabat. Nam alioquin agnoscenda sunt quidem Dei dona, tum in aliis tum in nobis, sed cum omni ταπεινοφροσύνῃ, nedum vt inde nobis placeamus, vel vllos despiciamus.

8 *Regnum adepti estis*, ἐβασιλεύσατε. Vulg. *Regnatis*, βασιλεύετε eodem tamen sensu.

9 *Vltimos*, τοὺς ἐσχάτους. Hoc dicit Paulus quòd proculdubio id etiam ipsi & aliis eius collegis obiiceretur, ad eleuādam eorum auctoritatem, quòd non essent cū Christo versati, vt alij Apostoli, sed quasi absente Christo designati: vt apparet ex procœmio epistolæ ad Galatas: quamobrē etiam Arabs, Additamentum, siue Addititios interpretatur.

¶ *Spectandos proposuit*, ἀπέδειξεν. In hac significatione Græci potiùs dicunt ἐπιδεικνύειν, θριαμβεύειν, παραδειγματίζειν, θεατρίζειν, & interdū quoq, φανερὸν καθιστάναι, vt apud Plutarchū in Probl. Græcorum. Sed tamen ea quæ sequuntur ostendunt sic explicandū esse hunc locum, vt sit grauissima ironia. Vulg. & Eras. *Ostendit*, quod verbum nimis est dilutum. ¶ *Vt morti addictos*, ὡς ἐπιθανατίους. Metaphora est in hoc toto versiculo, non à gladiatoribus certè ducta mutuò sese in arena theatrali iugulantibus, quod Christianis nullo modo conueniret: sed à laniena damnatorum hominū, qui bestiis lacerandi in theatro ex immani Romanorum more obiiciebātur: quod mortis genus olim inter cęteros subiit magnus ille Ignatius: vnde vox illa in Christianos iactata AD BESTIAS. ¶ *Mundo*, τῷ κόσμῳ. Id est, ipsi cælo & terræ, vt Rom 8. 19. nisi malimus Mundum postea in Angelos & homines distribui: quod tamen durius fuerit.

10 *Nos stulti*, ἡμεῖς μωροί. Nos videlicet Apostoli. Nec mihi videtur Paulus de se solo loqui plurali numero, sed sese potius reliquis Apostolis adiungere vsque ad vers. 14. à vers. 8. vnde nouo argumento superbiam istorum acerrimè perstringit, & ita quidem vt singulari prorsus artificio

ficio αὐτολογίαν effugiat, acsi diceret, Vt vobis concedam tantos vos esse, & tam excellentes quàm vobis videmini, an non cogitatis nos Apostolos vobis ne sic quidem esse impares? & tamen num vestro more in nostro munere, teste vniuerso mundo, versamur? ac non potius contrariam prorsus viam insistimus?

φρόνιμοι ἐν Χριστῷ· ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί· ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι.

11 Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν·

12 Καὶ κοπιῶμεν, ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί· λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα.

13 Βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν· ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι.

14 Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ.

15 Ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.

16 Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μιμηταί μου γίνεσθε.

17 Διὰ τοῦτο ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὅς ἐστι τέκνον μου ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν

stum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem validi: vos gloriosi, nos ignominiosi.

11 Ad hoc vsque tempus & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cędimur, & incertis sedibus erramus:

12 Et laboramus, operantes propriis manibus: conuitiis affecti, bene precamur: si qui nos persequantur sufferimus.

13 Maledictis affecti precamur: tanquam purgamenta mundi iacti sumus, & tanquam omniū [illegible]ramentum vsque adhuc.

14 Non vt vos pudore suffundam, hæc scribo, sed vt filios meos dilectos admoneo.

15 Nam etsi decem millia pædagogorum habeatis in Christo, at non multos patres *habetis*. in Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui.

16 Precor vos igitur, imitatores mei estote.

17 Propterea misi vobis Timotheum, qui est filius meus dilectus & fidus in Domino, qui

stum, vos autem prudētes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

11 *Vsque in hanc horam & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & instabiles sumus:*

12 *Et laboramus, operantes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus, persequutionem patimur, & sustinemus.*

13 *Blasphemamur, & obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.*

14 *Non vt confundā vos, hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo.*

15 *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. nam in Christo per Euangelium ego vos genui.*

16 *Rogo ergo vos, imitatores mei estote.*

17 *Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in Domino, qui vos commo-*

Act. 20. 34
1. thess. 2. 9
2. the. 3. 8

Matt. 5. 44
luc 23. 34
act. 7. 60

10 Ironiæ acrimoniam temperans, monet vt meminerint à quo sint in Christo genití, & eum pro exemplo sequi non dubitent, quantumuis in speciem præ aliis abiectū, at Spiritus Dei efficacia potētem, vt ipsi eriant in sese expertí.

11 *Ad hoc vsque tempus*, ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας. Hoc attexitur præcedentibus apud Græcum scholiasten.

¶ *Incertis sedibus erramus*, ἀστατοῦμεν. Vulgata, *Instabiles sumus*, quod Latinis significat leuem & inconstantem esse. Cæterùm qui egregiam volet Pauli & Antichristi, qui se illius successorē mentitur, antithesin habere, Romanæ culinæ delicias illas Sodomiticas cū Pauli cōditione cōponat.

13 *Purgamenta*, ὡς περικαθάρματα: id est recrementum, fæx, scoria, vel sordes quæ ex lurida re quapiam repurgantur: quicquid denique prorsus inutile superest ex rei cuiuspiam repurgatione: quamobrem etiam Erasmus, *Excrementum* conuertit. Ego verò Græci vocabuli etymologiam libens seruaui. Addit autem pondus præpositio περὶ, quasi dicas sordes vndique euerrendo collectas: id est, ἀποσυρμάτα, vt Græcus scholiastes exponit. nisi pro ὡς περικαθάρματα, legendum sit ὥσπερ καθάρματα. Cæterùm probat quidem Budæus ex vtriusque linguæ variis auctoribus, καθάρματα dictos fuisse quos Latini sacros homines dicebant: quorum capite omnia ciuitatis aut gentis alicuius scelera luebantur, quique auertendæ deorum iræ mactabantur. Sed præterquam quòd non est verisimile, vel immanem illam consuetudinem fuisse tum passim Græcis notam, vel Paulum ad eam respexisse: Paulus certè hæc desumpsit ex Ierem. Lament. 3. 45, vbi sic loquitur [illegible] [*Sechi vmaos tesimenu*] ¶ *Reiectamentum*, περίψημα. Vulgata, *Peripsema*. Erasmus, *Reiectamentum*. Ad verbum, [illegible] παρὰ τὸ περιψᾶν, quod *detergere* significat. Alij malunt (vt Græcus scholiastes) pro eo ipso accipere quo sordes abstergunt, quòd Latinè potius *Peniculum*, Gallicè *vn torchon*, vocare. In summa, contestatur sese Apostolus eius [illegible] quæ non modò nullius penitus sunt pretij, [illegible] quæ [illegible]nes à se quàm longissimè abesse velint. Videtur autem omnino Apostolus alludere ad locum Thren. 3. 45. ita vt περικάθαρμα respondeat Hebrææ voci סחי [*Sechi*,] περίψημα verò sit מאוס [*Meos*.]

14 *Vt vos pudore suffundam*, ἐντρέπων ὑμᾶς. Accipitur igitur ἐντρέπειν forma coniugationis Hiphil. Vulg. *Confundam*, vt solet interpretari τὸ καταισχύνειν. Summa autem horum est, istos qui in captanda laude essent occupati, plurimùm differre ab Apostolis, ac proinde omnium hominum ineptissimos esse perinde acsi diceret Apostolus, Non vos pudet, inepti homines, de his rebus contendere, & vobis placere? Simus sanè postremi Apostoli: sumus tamen Apostoli, nec videtis ex ea conditione in qua versamur, prorsus contraria vestris æmulationibus certamina veris Euangelij ministris proponi? Hoc verò non iam ad ipsos Corinthiorum doctores, sed ad cœtum ipsum Ecclesię pertinere, ex eo constare videtur, quòd istos iam non fratres sed filios appellet. Omissis autem cæteris Apostolis, de se ipso speciatim loquitur, addita ratione cuius ipsos Corinthios iudices facit, nempe quoniam erant, vt ipse alibi loquitur, peculiare ipsius opus in Domino.

15 *Pædagogorum*, παιδαγωγούς. Vox admodum aspera, sed obliquitate quadam temperata: qua tum Pastores isti arrogantes commonefiunt, ne sibi tantopere placeant neglecto ipso patre eorum, quibus regēdis fuerant ab ipso quodammodo præfecti, vt apparet Act. 14. 23, & Tit. 1. 5. tum auditores obiurgantur, qui se adhuc pueros esse & sui parentis obliti, ita se paterentur in diuersas factiones scindi, suorum pædagogorum arbitrio.

16 *Precor*, παρακαλῶ. Erasmus, *Adhortor*, quod non videtur satis expressum. Quòd autem post γίνεσθε in quibusdam Latinis codicibus additur, *Sicut & ego Christi*, καθὼς ἐγὼ Χριστοῦ, puto irrepsisse ex huius epistolæ 11. 1: quanuis in vno Græco exemplari adscriptum inuenerim.

17 *Propterea*, διὰ τοῦτο. Transitio est ad alterum locum huius epistolæ, vsque ad septimi capitis vers. 11. finientem. Est autem duplex caput huius loci, quorum vno de ecclesiasticis, altero de ciuilibus iudiciis agit. Ecclesiastica igitur iudicia à Deo instituta esse docet, quibus legitima præeunte cognitione, idque in eorum cœtu quos vocant Iudæi συνέδριον, Christiani πρεσβυτέριον, Christus ipse Ecclesiam apud Matthæum vocat, ij à quorum contagione periculum est, nisi resipiscant, Satanæ tradantur, id est velut extra Christi regnum extrudantur: non vt pereant, sed vt hac castigatione domiti qui alioquin erant perituri, resipiscendo seruentur. Sic ergo paucissimis verbis Ecclesiasticam iurisdictionem plenissimè explicat Paulus, nempe quis sit huius ordinis auctor & vindex, quibus sit hæc auctoritas commissa, qui sint illi obnoxij, de quibus caussis ibi sit agendum, quomodo exercendum hoc iudiciū, quanta vis illius, & duplex eius finis: nempe Ecclesiæ sordium purgatio, & ipsius peccantis salus. quæ omnia quum in abominandam tyrannidem tum Episcopalem, tum papisticam sint commutata, vtinam tandem, sicuti par est, in Ecclesiis verè Christianis instaurentur.

Κυρίῳ, ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ, καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ διδάσκω.

18 Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες.

19 Ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν.

20 Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει.

21 Τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πραότητος;

Κεφάλαιον ε.

1 Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν.

2 Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας;

3 Ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, πα-

vobis in memoriam reuocabit quæ sint viæ meæ in Christo, sicut vbique in omnibus Ecclesiis doceo.

18 11 Cæterùm perinde quasi ego non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam.

19 Sed veniam citò ad vos, || si Dominus voluerit, & cognoscam non verba istorum inflatorum, sed vires.

20 Non enim in verbis *situm est* regnum Dei, sed in *Spiritus* potentia.

21 2 Quid vultis? cum virga veniam ad vos, an cum charitate & spiritu lenitatis?

CAP. V.

1 Omnino auditur *esse* inter vos scortatio, & eiusmodi scortatio quæ ne inter Gentes quidem nominatur, adeò vt quis vxorem patris habeat.

2 2 Et vos inflati estis, ac nō potiùs luxistis, vt tolleretur è medio vestri qui facinus hoc patrauit?

3 3 Enimuero ego vt absens cor-

...nefaciet vias meas quæ sunt in Christo Iesu, sicut vbique in omni Ecclesia doceo.

18 *Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.*

19 *Veniam autem ad vos citò, si Dominus voluerit, & cognoscam non sermonem eorū qui inflati sunt, sed virtutem.*

20 *Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.*

21 *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?*

CAP. V.

1 *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter Gentes, ita vt vxorem patris aliquis habeat.*

2 *Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.*

3 *Ego quidem absens cor-*

11 Postremò ad Apostolicas etiam minas descendit, sed vt pater filios obiurgans, ne ad castigationem vsque venire cogatur eorum intemperie. Act. 19. 21. Iac. 4. 15.

12 Transitio ad alteram partē huius epistolæ, in qua grauissimum scelus seuerissime reprehendit, ostendens Ecclesiasticæ correctionis vsum.

1 Grauiter reprehendendi, qui tolerandis sceleribus Ecclesiam Dei exponunt ipsorum infidelium ludibriis.

2 Nulli magis superbiunt quàm qui sese minus norūt.

3 Excommunicatio non est vnius potestati committenda, sed ex cœtus auctoritate, præeunte legitima cognitione administranda.

¶ *In memoriam reducet, ἀναμνήσει.* Vulgata, *Commonefaciet*. Sed rectiùs illo modo Erasmus. Est enim tacita quędam exprobratio obliuionis in verbo ἀναμιμνήσκειν, quę Cōmonefaciēdi verbo non satis exprimitur. ¶ *Quæ sint viæ meæ*, &c. τὰς ὁδούς μου, &c. Id est, quam viam & regulam sequar in docendis passim Ecclesiis. Vulg. & Eras. obscurè, *Vias meas quæ [sunt] in Christo.*

19 *Verba, τὸν λόγον.* Sic vocat istorum phaleras & inanem verborum splendorem. Latini (vt opinor) Verba vocant, simili prorsus ratione. Istis autem opponit δύναμιν, quam vocat, id est arma illa cælestia omnipotentia, zelum Dei, fidem, Spiritus denique charismata. Vulg. & Erasm. *Sermonem*, rectè id quidem, sed non satis expressè, atque etiam ambiguè, quum sermonis appellatione Paulus ferè soleat intelligere id ipsum de quo habetur sermo. Castellio, *Orationem*, Latina quidem, sed magis etiam ambigua interpretatione. Omnino autem hoc illud est quod Gallicè sic optimè expresseris, *le verray non pas ce qu'ils sauent dire, mais ce qu'ils sauent faire.*

20 *Regnum Dei, ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.* Id est administratio Ecclesiæ, per quam Deus suo Spiritu regnat in suis.

21 *Spiritu lenitatis, πνεύματι πραότητος.* Id est leniter in vos affectus. Est autem ex Hebræorum idiotismo spiritus lenitatis idem atque spiritus lenis: sed hunc Hebraismum libens retineo, ex quo intelligitur, veras virtutes non ab humanis viribus, sed ab afflatu diuini Spiritus exoriri. Debuit autem quisquis capitum sectionem instituit, vel à superiore versu 10, vel ab hoc versu inchoare quintum caput. Sed rectius adhuc Græci ab hoc versiculo exorsi sunt secundum κεφάλαιον huius epistolæ, quoniam superiora omnia ad vnum scopum (nempe ad reprehendēda propter ambitiosam & semipaganam docendi rationem exorta schismata) spectant. Nunc vero occasione ab illo incestuoso arrepta de coercendis atque adeò si sit opus, excludendis ab Ecclesia offendiculis, & de censurarum Ecclesiasticarum vsu disserit.

IN CAP. V.

1 *Omnino, ὅλως.* Id est, in summa, vt accipit Syrus interpres, nolente nimirum Apostolo tanti sceleris longiorem narrationem instituere: vel *Omnino*, id est passim & in tota Achaia, vt intellexit Arabs. Sed malo esse asseuerationis particulam, qua significat Apostolus se non potuisse minus dura præfatione vti, nec ista dissimulare. quia prorsus ita se res haberet, vt aliunde acceperat. ¶ *Scortatio, πορνεία.* Vulg. *Fornicatio*, barbarè. Eras. *Stuprum*. Ego malui etymologiam seruare. Sed latè patet Scortationis nomen, quod postea ad incestum applicatur speciatim. Addidi autē verbum εἶναι, *esse*, non tam vt constructionem explerem quàm vt ostenderem illud ἐν ὑμῖν, *inter vos*, nō pertinere ad ἀκούεται, *auditur*. Neque enim significat Apostolus eam scortationem esse auditam inter Corinthios, sed omnino peruulgatum & verum esse hunc rumorem de Corinthiis, quòd eiusmodi facinus apud eos patratum esset, & quidem ipsos ad illud conniuere. ¶ *Nominatur, ὀνομάζεται.* Hoc comperimus in vno Græco exemplari deesse, neque etiam legit Vetus interpres. Videtur tamen magnam habere emphasin: quasi diceret Apostolus, Quis hoc sperasset vt apud vos id scelus re ipsa impunè patraretur, quod inter gentes extraneas ne fando quidem audiatur? Nam certè eiusmodi scelerum exempla rara fuerunt, inter gentes etiam prorsus immanes. Huc pertinet ille Ciceronis in Cluentiana locus, vbi postquam Sassiæ cuiusdam scelus narrasset, quæ Melinum generum ad filiam suam repudiandam, vt seipsam loco filiæ duceret perpulerat: *O mulieris*, inquit, *scelus incredibile, & præter hanc vnam in hac vita inauditum! O libidinem effrenatam & indomitam! O audaciam singularem! perfregit ac prostrauit omnia cupiditate ac furore: vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.* Quantulum autem ab hoc tam nefario scelere absunt nuptiæ ab impuro illo Antichristo passim nunc inter auunculos & sororum filias, contra iura omnia diuina & humana concessæ? Hoc scilicet audere, palam etiam concedere, est Pauli successorem esse: & ad ista conniuere, imò illis nuptiis benedicere, est Episcopum agere, ex hac Pauli doctrina?

2 *E medio vestri, ἐκ μέσου ὑμῶν.* Additum pronomen ostendit eos hallucinari, qui de hoc incestuoso simpliciter tollendo è medio, id est capitali pœna afficiendo, istud perabsurdè profectò, intelligunt. Quis enim existimarit Paulum voluisse Ecclesiastico presbyterio tribuere ius Magistratibus proprium? Idem ergo est *E medio vestri*, atque è vestro cœtu quod mox declarat, mandans istum Satanæ tradi, id est ex eo cœtu pelli in quo regnat Deus. ¶ *Qui facinus hoc patrauit, ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας.* Vulgata, *Qui hoc opus fecit*, nimium dilutè: vt etiam quum paulò pòst τὸ κατεργασάμενον interpretatur, *Eum qui operatus est*. Sic dixeris Gallico sermone, *celui qui fait ce cas.*

ρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον,

4 Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,

5 Παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

6 Οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν, οὐκ οἴ-

pore, præsens autē spiritu, iam vt præsens iudicaui vt is qui hoc ita perpetrauit,

4 Vobis & meo spiritu in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis, 4 cum potestate Domini nostri Iesu Christi,

5 5 Eiusmodi *inquam homo* tradatur Satanæ: 6 ad exitium carnis, vt spiritus saluus sit die illo Domini Iesu.

6 7 Non *est* bona gloriatio ve-

pore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens eum qui sic, hoc operatus est,

4 *In nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu,*

5 *Tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu.*

6 *Non est bona gloriatio*

4 Non dubium est quin ratū sit in cælis eiusmodi iudicium, in quo videlicet Christus ipse iudex sedeat.

5 Excommunicatus traditur Satanæ potestati, quum ex domo Dei eiciatur.

6 Finis tamen excommunicationi propositus non est excommunicati exitium, sed salus, vt videlicet hoc remedio dometur ipsius caro, vt discat Spiritus viuere.

7 Alius finis excommunicationis, ne contagio ad reliquos peruadat, quo fit vt necessario sit in Ecclesia retinenda, ne alij aliorum contagione inficiantur.

3 *Spiritu, πνεύματι.* Id est, Animo, cogitatione, voluntate: Spiritus denique sancti vinculo, qui res etiam longissimè dissitas coniungit. Sed illud simplicius est, propter corporis antithesin. Quod autem Hieronymus ex hoc loco imperitiam Græci sermonis in Paulo reprehendit, quòd μὲν non addiderit in priore membro cui δὲ responderet, sanè ridiculum est. Quis enim Xenophonte purior? & is tamen ita scribit, ἐπειδὴ γὰρ κομιδῆ ... πρὸ ... Sequitur enim, ἐν δὲ ... & eiusmodi ellipsis etsi non ita frequenter, tamen satis multa occurrunt exempla quamuis non ita frequenter. ¶ *Ita, οὕτω.* Suspicari videtur Erasmus hoc aduerbium in hunc locum irrepsisse ex superiore versu: qua in re non possum ei assentiri. Puto enim circumstantiam temporis ac loci ita significari: quasi diceret Apostolus, eum quem non puduit post auditum & acceptum Euangelium, palàm in media Ecclesia tantum scelus admittere, tradendum esse Satanæ.

4 *In nomine, ἐν τῷ ὀνόματι.* Id est inuocato Dei nomine, & vt facere eos oportet qui non suum, sed vnius Domini negotium ex ipsius verbo curant. Hoc autem coniunxi cum συναχθέντων, quod ita videatur sententia postulare.

Congregatis, συναχθέντων. Non fuit igitur excommunicationis ius penes vnum quempiam, siue Episcopum, siue ab Episcopo delegatum; Episcopum, inquam, ordinis: (tunc enim adhuc ignotus erat Ecclesiæ episcopalis gradus, teste ipso Augustino lib. quæstionum ex nouo testamento cap. 49, nedum vt Papam œcumenicum & totam illam hierarchiam quam vocant, & ex humana Satanicam factam, Ecclesia agnosceret) sed penes pastorum & eorum cœtū quos peculiari appellatione κυβερνήσεις vocat, Paulus infrà, 12. 28. & πρεσβυτέριον, 1. Tim. 4. 14. quibus Ecclesiasticæ disciplinæ cura committebatur: conscia, fateor, tota Ecclesiā, quum de rebus ad totam Ecclesiam pertinentibus agebatur, vt in excommunicationis cēsura, cuius nisi notitiam habuisset Ecclesia, quomodo consuetudinem familiarem excōmunicatorum vitasset? Quòd autem nonnulli ex hac vocula Congregatis colligunt totius Ecclesiæ cœtum in iudiciis omnibus ecclesiasticis conuenisse, & suffragium tulisse, neque ratione, neque vllo exemplo nititur.

¶ *Cum potestat.*, &c. σὺν τῇ δυνάμει. Eras. *Vnà cum potestate Domini*. id est, non ex vestra auctoritate, neque vt priuati homines, sed imperio eius communiti cuius nomine conuenistis. Putauit autem hoc referendum ad participium συναχθέντων, ideóque σὺν conuertit *Vnà cum*, ita vt repetitum sit antecedens pro relatiuo ex Hebræorum more. At ego potius puto hæc connecti cum παραδοῦναι, & præpositionem σὺν non tam comitem (quamuis ab hoc cœtu minimè excludatur, sed potius ei præsideat Christus) quàm auctoritatem declarare ab ipso Christo datam. Ioan. 20. 21. vt fortasse rectius conuerti possit, *Ex potestate*, qua de re diximus aliquid Act. 13. 15.

5 *Eiusmodi [inquam homo] tradatur*, &c. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ. Abundat quidem τοιοῦτον ex Hebr. linguæ phrasi, ideóque ab Erasmo prætermissum est: ego verò exprimendum putaui, quasi sit epanalepsis. Omnino enim videtur magnam emphasin habere, vt intelligant Corinthij magnitudinem sceleris respondere pœnæ acerbitati. Quid sit autem Satanæ tradere, non est cur ex Chrysostomo vel alio quoquam potius quàm ex Domino ipso discamus. Hoc n. certè nihil aliud est quàm fieri sicut ethnicum & publicanum, Matt. 18. 17. id est ius Christianæ ciuitatis vsque ad resipiscentiam amittere, siue excommunicari, Satanæ denique mancipari, qui extra Ecclesiam regnat.

¶ *Ad exitium carnis*, &c. εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, &c. Hoc nō rectè intellectum fecit vt Tradere Satanæ nonnulli pro corporis afflictione acceperint, quæ infligeretur à Satana iis qui tum essent Satanæ traditi excruciandi, quum ministri dono miraculorum pollerent. Atqui non satis idonea fuit hæc vna ratio cur hoc excogitaretur: & coactum id esse, potest multis rationibus ostendi. Primùm quia ὄλεθρος nunquam (quod sciam) de temporario exitio dicitur: absit autem vt in mentem venisse dicamus Apostolo vt iste incestuosus semel periret. Deinde vt demus Apostolum illius vocabuli propriam significationem non obseruasse (quod tamen non facilè concesserim) cur metonymiam faceret carnis (id est corporis) vt ipsi interpretantur, quum certum sit huiusmodi Ecclesiastica iudicia non corpus, vt ciuilia, sed animū propriè spectare? Postremò quinam potest perdito semel corpore seruari spiritus? Alij igitur hoc explicant de afflictionibus quæ excommunicationem sequuntur, nempe pudore ac tristitia & similibus. Sed hæc certè ad animum potius quàm ad corpus pertinent: neque ὄλεθρος potest afflictionem declarare nisi admodum coacta interpretatione. Alij igitur exitium seu interitum carnis exponūt exitium temporarium: quoniam excommunicatione durante alligatus est extra Ecclesiam qui Satanæ est traditus, cuius postea vincula per resipiscentiam soluūtur. quæ & ipsa explicatio quamuis veram & consentaneam sententiam gignat, tamen mihi vix videtur ex istis verbis elici satis commodè posse. Nullum enim exemplum simile inuenio, & (vt modò dixi) neque ὄλεθρος de temporario exitio dici commodè potest, neque plena esset oppositi membri antithesis. Dicendum enim fuisset, Vt salutem Spiritus (id est æternam) consequatur, (quæ itidem expositio planè est violenta) non autem, Vt Spiritus seruetur: quū aliud sit quod seruatur, alia verò ipsa salutis qualitas, ac (vt ita dicam) duratio. Itaque (vt paucis absoluam) Carnis & Spiritus vocabula non aliter accipio, quàm aliis innumeris locis apud Paulum: neque aliud his verbis significari puto quàm pœnam istam infligi, non vt miser iste pereat, sed contrà, vt seruetur, id est, vt quum ipse pudore ac tristitia sapere didicerit, caro quę in hoc præcipitiū ipsum arripuit, funditus aboleatur: spiritus autem qui videbatur in certamine prorsus succubuisse, iterum sese erigat, nec pereat, sed, carne abolita, fiat spiritualis homo saluus. Hic enim est finis Ecclesiæ propositus non modò in externo isto remedio, sed etiam in omnibus tum admonitionibus, tum reprehensionibus, vt caro dometur, spiritus confirmetur: & ita qui resipuit, fit saluus, sicut exponitur 2. Tim. 2. 25 & 26. quemadmodum passim explicatur, ac disertè quidem Galat. 5. 24. & 1 Pet. 4. 6. & hunc locum sic etiam eleganter exponit August. cōtra Parmen. lib. 3. cap. 1. Neque mirum est, à Paulo vsurpari nomen ὀλέθρου, quum alibi potius vtatur vocibus ταπεινοῦν & θανατοῦν. Nam hæc sunt vitæ præsentis beneficia quibus paulatim caro interit, Spiritus autē augetur. Hic verò respicit diem illum vltimum, in quo demum planè destructa caro & abolita comperietur, Spiritus verò consummabitur, vt re ipsa appareat quod nondum nisi spe sumus. ¶ *Die illo Domini, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου.* Diem Domini alibi diximus peculiariter vocari alteri aduentui Domini destinatum, iudicandis nempe viuis & mortuis.

6 *Non est bona, οὐ καλόν.* Immeritò & non bona ratione

gloriamini,quasi excellatis, quum inter vos tantum scelus inueniatur:quo modo Bonam caulam & Bonam rationem Latinè dicimus.Ideò subiicit,*an nescit.* quasi diceret. Vos qui de sapientia tantopere gloriamini,an hoc ignoratis cuius vos ipsæ pistrices mulierculæ admonere possint? Quidam codex post ὑμῶν habebat adscriptam interrogationem, vt sit, *Num bona est*, &c. Augustinus quoque contra Parmenianum aliam indicat lectionem,sublata negante particula,vt sit hic quoque ironia,sicut suprà, 4.10. Castellio vertit,*Non est honesta*,parum certè accommodatè.

Gal 5.9 οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ;

8 Allusione ad Pascha ceremoniam facta hortatur vt impurum illū è suo cœtu eiiciant. Olim, inquit,Pascha celebraturis nō licebat fermētatis panibus vesci, adeò vt impurus haberetur & indignus qui Pascha vesceretur, qui fermentum vel degustasset. Porro totam nostram vitā esse oportet instar festi illius azymorū, in quo partici pes facti, mactati illius agni immaculati, omnem impuritatem tum ex nobis ipsis, tum ex domibus cœtibúsque nostris procul abesse iubeamus.

Ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι· καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός.

Ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ᾽ ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας.

Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις.

Καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν.

Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος,

vestra.] An nescitis paululo fermenti totam massam fermentari?
7 8 Expurgate igitur vetus fermentum, vt sitis noua massa, sicut estis fermenti expertes.
Etenim Pascha nostrum, pro nobis sacrificatum est, *nempe* Christus.
8 Itaque festum agitemus,non cum fermento veteri, nec cum fermento malitiæ & improbitatis: sed cum non fermentatis *panibus* sinceritatis & veritatis.
9 9 Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini cum scortatoribus.
10 At non omnino cum scortatoribus mundi huius, aut auaris, aut rapacibus, aut idololatris: alioqui debetis scilicet è mundo exire.
11 Nunc autem scripsi vobis ne cōmisceamini, *id est* siquis quū frater nominetur, sit scortator,

vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?
7 *Expurgate igitur vetus fermentum,vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.*
8 *Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis.*
9 *Scripsi vobis in epistola ne commisceamini fornicariis.*
10 *Non vtique fornicariis huius mūdi, aut auaris,aut rapacibus,aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse.*
11 *Nunc autem scripsi vobis non cōmisceri, si is qui frater nominatur inter*

9 Generalius iam loquitur,& quod de illo incestuoso dixerat,ad alios etiam palàm flagitiosos,& suis offendiculis Ecclesiam turbantes,ostendit pertinere,qui & ipsi ex Ecclesiæ communione sint ordine legitimo eiiciendi. Mentionem autem capiendi cibi faciens,vel agapas respicit,in quibus Cœna Domini celebrabatur,vel communem vitæ vsum & consuetudinem notat:quod & ipsum dextrè accipiendum est,nequis potet excommunicatione vel matrimonia dirimi, vel officia quæ alij aliis, vt parentibus filij, magistratibus subiecti, dominis serui,proximi denique proximis lucrifaciendis debent,impediri.

¶ *Massam, φύραμα.* Vulg. *Conspersionem*,barbarè.quanuis à Latinis scriptoribus sæpe vsurpetur. Mutauit ergo Erasmus hoc in loco,sed in proximo retinuit. ¶ *Fermentari, ζυμοῖ.* Vulgat.*Corrumpit,φθείρει.*quod reprehendit ipse Hieron.in Epist.ad Galat.5,vt Erasmus obseruauit.

7 *Sicut estis ferm. καθὼς ἐστὲ ἄζυμοι.* &c. Φύραμα,i.*massam* appellat vniuersum collectæ Ecclesiæ corpus: singulos autem dicit azymos,i.spiritu innouatos, detracta vetere corruptione. Vult ergo eiici è cœtu sceleratum illum, vt sicut sigillatim sunt puri,ita etiam in vniuersum tota Ecclesia sit pura,quæ contagione illius prius erat contaminata.

¶ *Fermenti expertes, ἄζυμοι.* Vulgata Græcum verbum retinuit,vt & nos alibi;quum de diebus festis Paschæ ageretur. Erasmus, *Infermentati*,ambiguè. Itaque sequenti versiculo panes dixit fermento carentes. ¶ *Etenim, καὶ γάρ.* Erasmus, *Nam &*,deprauatè, (vt opinor)aut certè periculosa amphibolia, quasi alius etiam aliquis sit pro nobis sacrificatus,aut nostra integritas aliunde etiam quàm à Christi sacrificio pendeat: qua tamen suspicione nolim Erasmum grauare. Cæterùm alibi annotauimus Pascha metonymicè pro agno Paschę vsurpari,qui hîc dicitur esse Christus, eadem prorsus ratione qua panis ille dicitur esse corpus Christi pro nobis traditum:& vinum,sanguis eiusdem pro nobis effusus. ¶ *Pro nobis, ὑπὲρ ἡμῶν.* Hoc deest in Vet.interpretatione, & tamen summo consensu legitur in Græcis, & minimè est otiosum.

8 *Festum agitemus, ἑορτάζωμεν.* Vulgata, *Epulemur*, εὐωχώμεθα.nempe quòd Pascha soleret solenni epulo celebrari. Sed præstat ad totos illos septem dies azymorum hoc referre. Vult ergo Apostolus verè à nobis præstari quod in Paschæ ceremoniis adumbrabatur, vt sicut illis mactato agno nefas erat vllum fermentum domi habere, à quo etiam, nouo quodam vitæ genere, totos septem dies abstinebant, qui numerus perfectionem notat: ita nos hodie Christi sacrificij semel peracti participes facti, totam vitam in iustitia & integritate consumamus. Id autem fieri non potest si fermentum apud nos inueniatur, id est nisi iubeamus impuros indomitos, legitimo iudicio à nobis facessere,& ipsi quoque puritati studeamus.

9 *Scripsi, ἔγραψα.* Scio hæc posse de hac ipsa epistola accipi: quoniam paulo antè monuerat de expurgando fermento.sed siquis hoc conferat cum νυνὶ δὲ, *nunc autem*, versu 11,mox sequente, comperiet hoc omnino intelligendū esse de quapiam alia epistola quæ interciderit. Nec enim etiam probabile est Paulum plures epistolas tot annis non scripsisse,quàm quot hodie extant. ¶ *Ne commisceamini, μὴ συναναμίγνυσθαι.* Id est,commercium haberetis, aut familiariter vteremini.

10 *At non, καὶ οὐ.* Καὶ pro ἀλλὰ,vt alibi sæpe.

¶ *Alioquin debetis scilicet è mundo exire, ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν.* Id est, (vt meo quidem Iudicio rectè exposuit Aquinas,immeritò ab Erasmo hoc in loco flagellatus) Alioquin si prorsus vobis abstinendum sit ab eiusmodi hominum consortio, vobis ex ipso mundo emigrandū est. De iis igitur loquor qui in sinu Ecclesiæ versantur, quos debetis disciplina Ecclesiastica ad frugem reuocare, non autem de exteris,quos debetis omnibus modis Christo lucrifacere. Hæc igitur apostolus. Sed hoc tamen ex aliis locis ita est intelligendum, vt cum sceleribus eorum nihil sit piis commune,& Deus ritè interim animo & corpore colatur: quemadmodum nimirum Christus cum publicanis ac peccatoribus cibum capiebat. Aliis placet potius interpretari, *Nam debetis ex mundo exisse*: acsi diceret Apostolus, De illis nihil attinet ad vos scribere, quum vos iampridem par sit à mundo (id est ab istis) esse remotos. Sed quominus hanc expositionem amplectar, impedit quod subiicitur. Quid enim mea interest extraneos iudicare? Nam videtur his verbis Apostolus rationem reddere cur de extraneis nihil statuerit. Statuitur autem si non minus fugiendi sint,quàm alij. Erasmus denique interpretatur, *Alioquin vtinam videlicet e mundo exissetis.* quam interpretationem non possum probare. Nam præterquam quod non satis conuenit ipsa sententia, nusquam puto legi ὀφείλετε pro Vtinam. Vulgata conuertit, *Debueratis,* ὠφείλετε, eadem atque ego sententia, quanuis in nullis Græcis ita scriptum inueniam,nisi illud sit fortassis quod corruptè in quibusdam legitur ὠφείλετε.

11 *Si quis quum frater nom. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος.* Vel (vt

(vt Vulg.) *Si is qui frater nominatur.* Sed illa tamen interpretatio melius conuenit, quòd sit indefinita. Photius aliter etiam exponi posse docet,puta siquis hæc coniungat, εἴ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ πόρνος, id est *siquis inter vos scortator nominetur*,vt de iis tantùm hîc agatur de quorū flagitiis apud omnes constet.Ita etiam explicatur hîc locus ab Aug.lib.3. cōtra Parmeniani epistolam.& libro de fide & oper. cap.2.& certum est temere non esse quicquam in fratres statuendum.Sed tamen hæc distinctio qua participium ὀνομαζόμενος coniungitur cum illis sequentibus, mihi prorsus videtur violenta. Vulg.addit, *Inter vos*,quod non est in Græcis,& per se satis intelligitur. ¶ *Sit scortator, ᾖ πόρνος.* Sic lego,non tantùm ex Vet.interpretis auctoritate, qui conuertit *Est fornicator* : sed ex Græcorum scholiorum & duorum manuscriptorum codicum fide : quum vulgò legatur ἢ πόρνος, ita vt supplendum sit verbum substantiuum : quæ tamen ellipsis non ita dura est aut insolens,vt Erasmum oportuerit Paulo imperitiam Græci sermonis idcirco obiicere. Sed & in eo cogor ab illo dissentire quòd FVERIT quàm SIT supplere maluerit, quum falsa sententia inde possit elici. Neque enim vetat nos Apostolus cum eo cibū capere qui fuerit & esse desierit,sed qui sit scortator.

ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ· τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν.

Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε;

Τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρίνει. Καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

Κεφάλαιον ϛ.

Τολμᾷ τις ὑμῶν, πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων;

aut auarus, aut idololatra, aut conuitiator, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi *inquam* ne edatis quidem.
12 10 Quid enim mea *interest* etiā de extraneis iudicare? nónne de iis qui intus sunt vos iudicatis?
13 De extraneis verò Deus iudicat. tollite igitur istum improbum ex vobisipsis.

CAP. VI.

1 S 1 Vstinet aliquis vestrū, negotium habens aduersus alterum, iudicio experiri sub iniustis, 2 ac non sub sanctis?

vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere.
12 *Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nónne de iis qui intus sunt vos iudicatis?*
13 *Nam eos qui foris sunt Deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis.*

CAP. VI.

1 *Audet aliquis vestrū, habens negotiū aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos?*

10 Ei[illegible] falsi fratres ex cœtu.extranei iudicio Dei relinquendi.

1 Tertia quæstio de forensibus iudiciis. An liceat fideli fidelem ad infidelium tribunalia trahere. Respondet, non licere,propter offendiculum,videlicet.Neque enim per se malum est. 2 Addit se non prohibere quominus,si ita opus est, iure agere liceat cum proximo,sed sanctis disceptatoribus.

¶ *Aut idololatra, ἢ εἰδωλολάτρης.* Vulgata, *idolis seruiens*, magis propriè certè exprimens Græcum vocabulum quàm Erasm. qui *cultorem* pro *seruo* conuertit, quanuis eadem maneat sententia.Ego verò vocabulum Græcum satis iam superque tritum malui retinere. Nam Deastricolæ nomen istis relinquo qui nouitatis gratiam quærunt.Sed sanè miror quid Erasmum coegerit hoc in loco Delium natatorē quærere.Nam aut ego non video quod ille vidit,aut plana hîc sunt omnia, quocunque modo accipias. Quod enim miratur mentionem fieri idololatriæ, quam non sit verisimile tum inter Christianos fuisse, facilè potest explicari vel ex iis quæ postea in eos dicet, quibus nulla erat religio sacrificiis idolorum interesse. Denique mirum ni Corinthiis acciderit,quod hodie nimiùm passim in restitutis & reformatis Ecclesiis, quas vocant, dum multi vtrique parti placere student.

¶ *Cum eiusmodi [inquam] τῷ τοιούτῳ.* Vsurpauit epanalepsin propter longius hyperbaton, simúlque clarius explicat quæ sit vis verbi συναναμίγνυσθαι.

13 *Tollite igitur, καὶ ἐξαρεῖτε.* id est ἐξάρατε οὖν. Positum enim est futurum indicatiui, Hebræorum more,pro imperandi modo: quem tamen in duobus exemplaribus scriptum inueni; deinde καὶ illatiuum sæpe iam annotauimus. Sed non ineptè conuertas, *Sed tollite*, si modò in priore membro legas κρινεῖ, *iudicabit*, vt scriptum inuenimus in quatuor probatæ fidei codicibus, & legit Vetus interpres. καὶ verò pro ἀλλὰ,ex Hebræorum phrasi sæpe iam obseruauimus,vt Act.cap.10.versu 28,& hoc ipso capite, versu 10. deest autem in Vulgata interpretatione. ¶ *Istum improbum, τὸν πονηρόν.* Erasm. *Istum qui malus est*.neuter (vt opinor)satis expressè. Vulg. *Malum*, quod imposuit Augustino duobus locis,nempe lib.de fide & oper.cap.2.& contra Parmen.lib.3.cap.1,vbi non aduertens additum articulum τὸν & ἐξ ὑμῶν αὐτῶν nihil aliud declarare, quàm ἐκ μέσου ὑμῶν, *è medio vestro*, vt suprà vers.2. putauit hîc præcipi vt vnusquisque auferat malum, id est id quod vitiosum est tollat ex seipso. quod ipsemet tamen annotauit postea Quæst.in Deuteron.cap.39.

IN CAPVT VI.

1 *Sustinet, τολμᾷ.* Vulg. *Audet*, non prorsus malè: quasi diceret Apostolus, Eóne audaciæ vos processistis vt vos non pudeat palam Euangelium exponere profanorum ludibrio? Est autem hoc alterum caput huius secundi loci,in quo à merè & propriè Ecclesiasticis iudiciis transit ad ciuilia,in quibus nimirum disceptatur περὶ τῶν βιωτικῶν,i.de rebus ad hanc vitam pertinentibus. Quæstio verò proponitur non simplex,An liceat coram Magistratu iure experiri,sed,An fidelibus bona conscientia liceat fratres ad Magistratuum prophanorum, quales tunc erant Corinthij, id est Christianam fidem non profitentium tribunal ob istas de huius vitæ bonis controuersias in ius vocare. Ad hanc verò quæstionem sic respondet Apostolus, vt in hæc capita conferri possit ipsius responsio.

I Si tales essent Corinthij quales esse oportuit, superuacaneā hanc quęstionem futuram fuisse:quoniam nemo litigandi occasionem fratri præberet.

II Malum tamen per se non esse coram Magistratu agere,sed indignum esse Christianis,constituere infideles suarum controuersiarum iudices, quum ipsi sint de illis ipsis etiam Angelis, & quidem in re longè maioris momenti, iudicaturi.

III In hoc malo, si litibus ipsi carere non possint, rectè facturos pios,potius quàm vt fratres ad infidelium tribunal vocent, si malint de iure suo decedere, quàm Ecclesiam exponere prophanorum iudicum ludibrio.

IIII Nequis autem hoc nimium seuerè statui regerat, & ne Magistratus occasionem inde arripiat Ecclesiam calūniandi, ait priuatim & domesticis arbitriis controuersias de rebus istis esse potius definiendas.

V Istiusmodi audiendis disceptationibus minimè adhibendos esse Pastores,Doctores, aliósve Ecclesiæ Gubernatores aut Diaconos in suis sacris functionibus plus satis occupatos: sed alios potius quosuis ex iis quos postea Laicos vocarunt, commodius istis huius vitæ negotiis vacaturos, in sacris propriè negotiis propriè occupatos. Hæc illa est igitur Apostolica doctrina, ipsius Christi & mandato & exemplo plurimis locis confirmata, nedum vt vtrunque gladium seu Petro seu aliis à Petro vllis pastoribus concesserit:quod si attentè,vt oportuit,à veteribus illis Episcopis,ab ambitione, fateor, quæ mox illos sequuta est,procul remotis,sed tamen ab Apostolica regula deficientibus,fuisset consideratum:neque seipsos tot laboribus fatigassent,de quibus alicubi conqueritur Augustinus: neque suis posteris inuadendæ Magistratuum potestati aditum, certo cum humani generis exitio tandem sequuturo,patefecissent. Id verò vtinam saltem veteres illi Episcopi tam probè cognouissent, & tam prudenter cauissent, quàm Syluanus ille Troados tunc Episcopus, quū iam in immensum Tyrannis episcopalis sub Arcadio & Theodosio iuniore excreuisset, de quo libet exscribere

quæ Nicephorus recitat lib. 14. cap. 39, *Quoniam, inquit, is optimus vir erat, quum y qui sub eo erant Clerici, in causis vt nugis vndecunque inter eos qui iudicio contenderent, prouenientibus, veluti mundinationem instituerent, ne quis in clero posthac causam iudicaret, constituit: sed supplicantium libellos acceptos* (en gradus Episcopalis fructum) *vni ex fidelibus laicis, quem præcipuè iusti & æqui studiosum esse sciebat, accito dedit, eique iudicio causarum commisso, de iure contendentium nugamenta ad eum reiecit.* Et hæc quidem ille. ¶ *Iudicio experiri*, κρίνεσθαι. Vulgata & Erasmus, *Iudicari*, idque non rectè. Neque enim agit Apostolus de iis qui in ius vocati non poterãt Magistratus auctoritatem declinare, sed de iis qui fratres ad infidelium tribunalia pertrahebant, vt accipiatur hoc verbum media, quam Grammatici vocant, ἐνεργητικῶς. ¶ *Sub iniustis*, ἐπὶ ἀδίκων. Sic Horatius, *Et adhuc sub iudice lis est*. Vulg. non satis expressè *apud iniquos*. Est enim vis particulæ ἐπὶ subiectionem litigantis apud iudicis tribunal notans seruandã: vnde Apostolus sequens argumentum eruit. Ἀδίκους autem appellat quos mox ἀπίστους vocat, id est, Christianismum nõ professos, quibus opponuntur *Sancti*, id est, οἱ πιστοί.

3 A comparatione colligit nõ sine sanctorũ iniuria iudices infideles à fidelibus quæri, quum sanctos Deus ipse iudicando mundo & Diabolis sit Christo Filio velut assessores daturus, nedum vt leues istas controuersias quæ æquitate ac bona conscientia definiuntur, nõ possint diiudicare.
4 Conclusio qua remediũ huic malo præscribit, nempe si de priuatis negotiis co

Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι; καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων;

Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτιγε βιωτικά;

Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τούτους καθίζετε.

Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. οὕτως οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς, ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ;

2 An ignoratis sanctos mundi iudices futuros? quòd si inter vos de mundo iudicium fertur, indigni estis minimis iudiciis?

3 An ignoratis fore vt Angelorum iudices simus, nedum vt de iis quæ ad huius vitæ vsum pertinent *iudices non simus?*

4 Itaque si iudicia habeatis de iis quæ ad huius vitæ vsum pertinẽt, eos qui vilissimi sunt in Ecclesia, eos *inquam* in subselliis colloeate.

5 Vobis ad verecundiam adducẽdis *hoc* dico, Itáne non est inter vos sapiens, ne vnus quidem, qui possit iudicium ferre inter fratres suos?

2 *An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? & si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis?*

3 *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quãto magis secularia?*

4 *Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum.*

5 *Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum?*

rã delectis ex Ecclesia arbitris inter se transigant: cui muneri, inquit, vel infimus quisque vestrũm satisfecerit. Non damnat igitur Iudicum subsellia, sed quid propter circunstantiam temporis expediat ostendit, idque sine vlla iuris Magistratus imminutione. Nec enim agit de iudiciis quæ inter infideles & fideles exercentur, neque de publicis iudiciis, sed de controuersiis quas nihil prohibet domesticis etiam arbitris componi. 5 Thesin accõmodat ad hypothesin, huc semper eos reuocans, vt falsam de sua ipsorum præstantia opinionem eis adimat, vnde omnia hæc mala oriebantur.

2 *Mundi iudices futuros*, ὅτι τὸν κόσμον κρινοῦσι; vel vt Vulg. *de hoc mundo iudicaturos?* nempe vt Christi, verè & propriè Iudicis assessores. Est enim hic locus explicandus ex Matt. 19. 28. & Lucæ 22. 39. & ad vltimum illum diem referendus, quanquam hîc erit aliqua Apostolorum supra reliquos Sãctos eminentia, quos propterea dicit Christus sessuros etiam esse in suis thronis, incredulorum Israelitarum condemnatores. Nam si de præsente Sanctorum vita hoc dictum esset, quorum videlicet exemplo redarguuntur scelerator um flagitia, vt accipitur verbum κατακρίνειν Matth. 12. 41. & 42. & Heb. 11. 7. scriptum esset κρίνουσι *iudicant*, non autem κρινοῦσι *iudicabunt*. ¶ *Inter vos*, ἐν ὑμῖν, id est, vobis præsentibus, & quasi ipsius Christi Iudicis ore mundum condemnantibus. Nec enim temerè scripsit potius Apostolus ἐν ὑμῖν, quàm ὑφ' ὑμῶν, & εἰ κρίνεται ὁ κόσμος *si mundi iudicium fertur*, quàm εἰ ὑμεῖς κρινεῖτε τὸν κόσμον, *si vos iudicabitis mundum*, sic videlicet priorem illam phrasim, per istam emolliens. *Iudicare* verò *quempiam*, pro, *de quopiam*, vsurpauit etiam Terentius. Verbum autem κρίνεται, vt ex præcedente & ex sequente versiculo liquet, futuro tẽpore accipiendum est, sicut φθείρει pro φθερεῖ suprà 3. 7. & κάθηται pro κατακαήσεται 3, 14. ¶ *Minimis iudiciis*, ἐλαχίστων κριτηρίων. Vulg. *qui de minimis iudicetis*, sententia rectè exposita. Κριτήριον enim propriè significat tũ vim illam per quã intelligẽtia de rebus sibi obiectis & apprehensis statuit: tum id vnde sumitur de re quapiam statuendi argumentum: tum etiam locum, puta forum cognitioni controuersiarum destinatum, vt mox versiculo 4, vbi etiam Paulus numero plurali per αὔξησιν vtitur, quasi litigiosis istis ne vnum quidem forum sufficeret. Sed hoc loco illud ipsum declarare mihi videtur, quod in disceptationem apud iudicũ Tribunal vocatur. Cæterùm quòd Chrysostomus & Theophylact. hoc legũt indefinite, quasi sit asseueratio, repugnat ipsi Apostoli argumento, & omnibus quos inspexi Græcis codicibus.

3 *Angelos*, Ἀγγέλους, Diabolum videlicet cum suis Angelis, Matth. 25. 41. Tertullianus tamen in libro De fuga, de ipsis beatis Angelis hoc interpretatur. sed profectò perperam. ¶ *Nedum*, μήτιγε. Vulg. *quantò magis*. Erasmus. *Non tantùm*, neuter rectè. ¶ *De iis quæ ad huius vitæ vsum pertinent*, Τὰ βιωτικά. Vulg. *Secularia*, barbarè. Propriè sunt autem Seculares qui huic seculo sint addicti, vt Demas 2. Tim 4. 10. & alij non pauci hoc nostro seculo exemplum illius sequuti apostatæ. Vsitata enim illa inter Ecclesiasticos & Seculares, (quos vocãt) distinctio, non tantùm barbara, sed etiam falsissima est.

4 *Itaque*, μὲν οὖν. Sicut duo distinctè Paulus in Corinthiis reprehenderat, vnum quòd alij alios in ius vocarent, quo demum agit versiculo 9: alterum quòd hoc ipsum facerent apud profanorum Tribunal: ita distinctè de vtroq; disserit, ac de infidelibus quidem priore loco, versiculis 2. & 3. duas causas illius reprehensionis proferens: primùm quòd ita sese vltrò exponerent profanorum ludibrio, idque in minimi momenti rebus, obliti Sanctos aliquando futuros illorum ipsorum, & quidem in longè maxime momẽti negotio, iudices: Deinde quòd ita palàm fateri viderentur sanctos non esse satis ad humanas diiudicandas controuersias idoneos, qui tamen sint aliquando in ipsos Angelos (nimirum illos apostatas) sententiam æternæ pœnæ dicturi. Hinc autem quum obiecturi viderentur Corinthij, sibi igitur fas esse iudicia ciuilia decidendis huius vitæ negotiis se habere & exercere, quasi videlicet non in eo quòd alij alios in ius vocarent, sed in eo quòd apud profanos Magistratus litigarent, ab ipsis peccaretur, Paulus hoc quoque ipsis denegat, sed ita prudenter & circumspectè, vt hoc ipsum illis concedere videatur, adiectis nimirum duobus, quæ nõ possint sine summo dedecore ab ipsis admitti. Primùm enim si huiusmodi ordinaria inter Sanctos ipsos iudicia constituantur, ita visum iri Sanctos tam esse rixosos, vt suis etiam peculiaribus foris carere nequeant, quod argumentum Apostolus postea pleniùs persequitur, versiculis 7. & 8. Deinde in eiusmodi foris non alios esse meritò constituendos iudices, quàm qui inter ipsos Sanctos infimæ sint sortis, quum ibi de aliis rebus non agendum sit, quàm περὶ τῶν βιωτικῶν, quæ inter Sanctos minimi sint pretij ac momenti. Hinc autem ista dedecora necessariò sequebantur, nempe vt vel in rebus istis leuissimis decidendis occuparẽtur, qui inter Sanctos eminebant, vel si (quod potius factũ oportuit) vilissimi quique constituerentur iudices, perturbato prorsus ordine infimis illis subijcerentur, quum potius ipsos præferri oportuit. ¶ *Eos qui vilissimi sunt*, τοὺς ἐξουθενημένους, id est qui præ aliis, siue dona spiritus, siue publicam vocationem spectes infimæ sunt sortis, quos ἐλαχίστους Christus passim vocat. Vulgata, *Contemptibiles*, quod rursus dextrè intelligendum est, quum nemo, ne ex infimis quidem fratribus sit aspernandus. Pessimè igitur Castellio *eos qui in Ecclesia despicatui sunt* interpretatus est, istud detorquens ad ipsos Infideles, quos potius Apostolus ad ἀδίκους vt mox, vel μὴ ἁγίους vocasset. ¶ *In subselliis collocate*, καθίζετε. Vulg.

Vulg. *constituite ad iudicandum*, rectè quidem expressa sententia, sed non seruato verbo, quo propriè & eleganter vsus est Paulus, quasi dicat *Sedere facite*, quòd soleant iudices sedentes de adstantibus iudicare. Bis autem rursus Castellio hic peccauit, hunc versiculum accipiens indicandi modo cum accentu per indignationem interrogante, quod non probo. Repugnant enim omnes quos vidi codices, & dicendum fuisset ἔχοντες, vel ἐπειδὴ ἔχετε, id est, *habentes*, vel, *quandoquidem habetis*, non autem ἐὰν ἔχητε *Si habeatis*.

5 Vobis ad verecundiam [*adducendis hoc dico*,] Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω, id est, quod autem vobis concedo de arbitris, qui infimæ sint in Ecclesia sortis, deligendis (si quidem constituistis eiusmodi fora inter vos habere) non dico, quasi hæc vestra fora sim approbaturus, nedum vt ea præcipiam, sed vt vereamini de istis cogitare, quum id fieri à vobis sine magna vestra infamia nequeat, vt infimorum videlicet iudicia subeatis. ¶ *Itáne*, οὕτως. Vulg. *Sic*, non satis expressè. Ostendit autem nunc primùm Apostolus quid sit ipsis potiùs faciendum, nempe vt potiùs quàm vel fora inter se habeant peculiaria, vel alij alios ad profani Magistratus tribunal in ius vocent, si quæ fortè de his rebus controuersia inter ipsos oriatur, vnum quempiam istarum rerum peritum aduocent, cuius arbitrio domestico decidatur. Et hæc quidem est vera huius loci explicatio, nihil faciens, neque ad Episcopalem illam ordinariam sensim inuectam, (quam vocant) Audientiam, multo minùs vel ad Anabaptisticos furores, vel ad illam intolerabilem vtriusque (vt loquuntur) gladij potestatem ab Episcopis paulatim arreptam, & suis (quos vocant) Officialibus demandatam, de qua paulo ante diximus.

¶ *Inter fratres suos*, ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Planior tamen esset oratio si ἀδελφῶν scriptũ esset. Syrus & Arabs videntur legisse ἀνὰ μέσον ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφοῦ, *inter fratrem & fratrem*. Sed & Arabs quædam in proximè sequentibus versiculis partim adiecit, partim interpunxit, contra omnium Græcorum & Latinorum, quæ adhuc visa sint, exemplarium fidem, nec vllius sanè momenti, ideóque à me non apposita.

Ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται, καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων.

Ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε, διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε;

Ἀλλὰ ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς.

Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι; μὴ πλανᾶσθε. οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται.

Οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι.

6 Sed frater cum fratre iudicio experitur, idque sub infidelibus.

7 6 Iã igitur omnino defectus in vobis est quòd iudicia habeatis inter vosmetipsos. 7 quare nõ potius iniuriã patimini? cur nõ potius damnum accipitis?

8 At vos iniuria afficitis, & fraudatis, idque fratres.

9 An ignoratis iniustos nõ esse Dei hereditatem possessuros. 8 Ne errate. neque scortatores, neque idololatræ, neque mœchi, neque molles, neque qui concumbunt cum masculis,

10 Neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque conuitiatores, neque rapaces, regni Dei hæreditatem possidebunt.

6 *Sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles.*

7 *Iam quidem omnino delictũ est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. quare non magis iniuriã accipitis? quare non magis fraudem patimini?*

8 *Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus.*

9 *An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare. neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores,*

10 *Neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.*

Mat. 5. 39. luc. 6. 29. rom. 12. 19. 1. Thes. 4. 6.

6 Nunc etiam lõgiùs progreditur, & quanuis arbitros ex fidelium cœtu eis concedens, simpliciter nõ dãnet, sed stabiliat potiùs priuata iudicia, modò sine offendiculo exerceantur: tamen testatur, si tales essent quales esse optandum erat, futurum fuisse vt ne hoc quidem remedio egerent. 7 Hoc maxima ex parte spectat, ad alterã reprehẽsionis partẽ, nempe quòd etiam apud infideliũ iudicum subsellia litigarent: quod offendiculum debuerant potiùs quavis iactura redimere. Sed & illud in genere verum est, cedendum esse nobis de iure nostro, potius quàm temerè, aut aliquo vindicandæ iniuriæ studio extremum iuris rigorem experiamur. Corinthiis autem neutrum erat curæ, quos ait oportere resipiscere, nisi malint Dei hæreditate priuari. 8 Transitum sibi parat ad quartum huius epistolæ tractatum de rebus mediis, differẽs in primis, quomodo viti mulieribus ritè vel non vti possint. cuius quæstionis tres sunt loci, Scortatio, Matrimonium & Cœlibatus. Ac scortationem quidem penitus damnat: Matrimonium verò quibusdam præcipit vt remedium bonum ac necessarium, quibusdam liberum relinquit: quibusdam non vt illicitum, sed vt incommodum, non tamen sine exceptione, dissuadet. Cœlibatum autem (sub quo etiam virginitatem comprehendo) nemini præcipit, suadet tamen, at nec propter se, sed propter aliud: nec omnibus, nec sine exceptione. Dicturus autem in scortationem, incipit à generali reprehensione eorum vitiorum quibus opulenta & luxui dedita ciuitas præcipue scatebat: seriò monens, resipiscentiam cum peccatorum remissione & sanctificationem cum iustificatione indiuiduo nexu cohærere.

6 *Sed*, ἀλλά. In quibusdam codicibus legitur ἀλλὰ καὶ, *imò etiam*. ¶ *Iudicio experitur*, κρίνεται. Vel, vt Vulgata, *Iudicio contendit*. Erasmus, *Litigat*, δικάζει. Vnum exemplar habebat κρίνεσθε, *iudicio experimini*. Sed media terminatio magis est in ea significatione vsitata, *Infidelibus*, ἀπίστων. Id est hominibus à Christiana religione prorsus alienis. Et fateor quidem Latinè vocari hoc nomine qui perfidia peccant, ab iis etiam distinguendos, quos incredulos dicere consueuimus. Sed mutandam non censui vocem in Ecclesia consuetam.

7 *Defectus*, ἥττημα. Id est imbecillitas fortitudinis animi quæ facit vt à malo superemini, ferendis videlicet iniuriis & aliis immoderatis affectibus impares, vnde lites & controuersiæ oriuntur. Sic enim à Græcis ἧττον & κρεῖττον eleganter vsurpantur. Hoc autem commodè Gallicè dixeris, *il y a du defaut en vous*, pro quo Vulgata vertit *Delictum*, nisi malimus legisse ἁμάρτημα. Nam & Syrus vtitur voce quæ *Peccare*, & Arabs quæ *Errare* significat. ¶ *Iudicia*, κρίματα. Id est controuersias in foro disceptandas: quam etiam ob causam Erasmus maluit *Lites* conuertere. Nam alioquin κρίσεως seu κρίματος nomen latè patet, adeo etiam vt arbitria comprehendat: quæ tamen minimè damnari ab Apostolo constat ex vers. 6 vt nec ipsa etiam iudicia forensia, nisi ex hypothesi, nempe quòd Corinthij contendere coram infidelibus non possent sine alterutrius aut, vtriusque partis publica damnatione, ac proinde non sine infamia in totam Ecclesiam redundante: deinde quòd litigiosi essent, vt facile appareret eos rem priuatam publicæ paci anteponere. Nam alioquin pij magistratus præsidio ius suum tueri bona conscientia licet, modò omnis vindicandæ iniuriæ cupiditas absit, quod ipsum tamen facere non solent boni viri, nisi quoad id fieri sine præbito offendiculo potest, & nisi quodam modo coacti istis extremis vti remediis. ¶ *Inter vosmetipsos*, μεθ' ἑαυτῶν. Vulgata, *Inter vos*, ἐν ὑμῖν. Erasmus, *Inter vos inuicem*, μετ' ἀλλήλων. Ego puto aliquam vim esse pronominis reciproci, quod proinde volui exprimere. Ostendit enim tantam esse omnium fideliũ coniunctionem, vt secum videatur dissidere qui cum fratre contendit: sitq. inter has lites & alia iudicia non minus discrimen quàm inter bellum ciuile seu domesticum, & ea bella quæ cum publicis hostibus gerũtur, vt non prorsus malè Augustinus hunc locum citans lib. aduersus Faustum 5. cap. 9. verterit *Vobiscum*. ¶ *Iniuriam patimini*, ἀδικεῖσθε. Vel, vt Vulgata, *Iniuriam accipitis*. Erasmus tamen sententiã Apostoli rectius expressit. Nã ἀδικεῖσθαι hoc loco non simpliciter significat iniuria affici, sed iniuriam quam acceperis, ita ferre vt damnum pati non recuses, potius quàm cum Ecclesiæ offendiculo ius tuum iudicio persequaris. Idẽ statuendũ est περὶ τοῦ ἀποστερεῖσθαι de quo etiã diximus Mat. 10. 19. Sic apud Menãdrum accipi obseruat Henricus Steph. noster verbũ ἀδικεῖσθαι in his elegantissimis versibus: quos vtinam legãt & in sese probent plerique ex iis etiã qui se veros Christianos profitentur. Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνὴρ ὦ Γοργία, Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν. id est eodem Stephano interprete, *Est, Gorgia, vir ille præstantissimus, Qui iniurias scit perpeti quamplurimas*.

9 *Ne errate*, μὴ πλανᾶσθε. Vel, *Ne seducimini*, alij videlicet aliorum malis exemplis, vel quòd à Magistratibus in ista non animaduertatur. Corinthus enim inter omnes Græciæ ciuitates communi quoque prouerbio corruptissima censebatur. Parat autem sibi transitum ad aliud caput epistolæ, de rebus indifferentibus.

Tit. 3.

11 Καὶ ταῦτά τινες ἦτε· ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

12 Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος.

13 Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν· ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ, καὶ ὁ Κύριος τῷ σώματι.

14 Ὁ δὲ Θεὸς καὶ τὸν Κύριον ἤγειρε καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.

15 Οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν, μέλη Χριστοῦ ἐστιν; ἄρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ γένοιτο.

16 Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν; Ἔσονται γάρ, φησίν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

17 Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν.

18 Φεύγετε τὴν πορνείαν. πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.

19 Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν, ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν;

20 Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς· δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ.

Κεφάλαιον ζ.

1 Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι.

11 ‖Et hæc eratis quilibet: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini Iesu, & per Spiritum Dei nostri.

12 9‖ Omnia mihi licent, ‖at nō omnia conducunt: omnia mihi licent, at nequaquam ego redigar sub vllius rei potestatem.

13 10 Escæ ventri *destinatæ sunt*, & venter escis: Deus autem & hunc & has abolebit. corpus verò non scortationi, sed Domino, & Dominus corpori.

14 Deus autem & Dominū suscitauit, &‖ nos suscitabit potentia sua.

15 11 An ignoratis corpora vestra esse membra Christi? Num igitur sublata membra Christi faciā scorti membra? Absit.

16 12 An ignoratis eum qui agglutinatur scorto, vnum esse corpus *cum scorto*? Erunt enim, inquit, qui‖ duo *erant*, caro vna.

17 Qui verò agglutinatur Domino, vnus cum eo spiritus est.

18 13 Fugite scortationem. omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est: sed qui scortatur, in proprium corpus peccat.

19 14 An ignoratis ‖ corpus vestrum esse tēplum Spiritus sancti, *qui est* in vobis, quem habetis à Deo, neque vos esse vestri iuris?

20 ‖Nam empti estis pretio: glorificate igitur Deum in corpore vestro, & in spiritu vestro, quæ sunt Dei.

CAP. VII.

1 CÆterùm de quibus mihi scripsistis: bonum *fuerit* viro, mulierem non attingere.

11 *Et hæc quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.*

12 *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.*

13 *Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & has destruet, corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.*

14 *Deus verò & Dominū suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam.*

15 *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo mēbra Christi faciam membra meretricis? Absit.*

16 *An nescitis quoniam qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne vna.*

17 *Qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est.*

18 *Fugite fornicationem. omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.*

19 *An nescitis quoniam membra vestra, templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri?*

20 *Empti enim estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro.*

CAP. VII.

1 *DE quibus autē scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere.*

Infrà. 10. 23. Eccl. 37. 31.

9 Secūdo loco Corinthiorū refutatur in rebus mediis grauiter peccare primùm quòd eis abuterentur, cum in eo quòd res medias siue discrimine vsurpabant, quum earum vsus ad charitatis regulam sit exigendus: tum quòd eis non rectè vtatur qui intemperāter iis abutens, se illis tanquā Dominis subiicit.

Rom. 6. 5.

10 Secundò, quòd multa in rebus mediis recenserent, quæ per se essent illicita, veluti scortationem, quam perinde ac esum & potū inter me. è naturales, ac licitas appetitiones numerabant. Subiicit autem Apostolus hæc planè esse dissimilia. Nam, inquit, ad necessarium huius vitæ vsum conditi sunt cibi, quæ non est perpetua. Nam & cibi & ista alimenti ratio breui spatio abolentur. At non idem sentiendum est de scortationis impuritate, cui conditum non esse corpus, sed è contrario puritati esse destinatum, vel illud ostendit quòd Christo sit consecratum, sicut & Christus nostris etiam corporibus, ei ipsa virtute qua resurrexit, viuificandis, datus nobis est à Patre. 11 Expositio superioris argumenti à contrariis, & eius applicatio. 12 Probatio eiusdem argumenti. Contraria sunt ex diametro, scortum & Christus, caro & spiritus: ergo qui vnum est cum scorto, (quod quidem fit naturali illa corporum commixtione) vnum esse non potest cum Christo, quæ vnio est pura, & spiritualis.

Gen. 2. 24.

13 Aliud argumentum, cur fugienda sit scortatio, quoniam peculiari quadam turpitudine corpus commaculat.

Suprà. 3. 17. 2. Cor. 6. 16. Infrà. 7. 23. 1. Pet. 1. 19.

14 Tertium argumentum, Quòd scortator sit sacrilegus, quum corpora nostra sint Deo consecrata.

15 Quartum argumentum, Quòd non simus nostri iuris, vt alteri cuiplam aliis, nedum Satanæ & carni nos possimus addicere: quum nos Deus ipse, & quidem maximo precio acquisierit, vt & corpore & animo suæ gloriæ inseruiremus. 1 De coniugio docet, quanuis cælibatus sua etiam habeat commoda, quæ postea explicabit, tamen vitandæ fornicationis causa, necessarium esse matrimonium: sed ita vt neque vnus maritus plures vxores, nec vna vxor plures habeat maritos.

11 *Quilibet*, τινές. Id est, ἕκαστός τι, siue πᾶς τις. minimè id quidem quasi singuli totidem illis vitiis laborarent, sed quòd nemo sit qui aliquo vitiorum istorum non laboret, & in quo ante Regenerationis gratiam non insit omnium scelerum semen. Vulgata, *quidam*. Perperam enim in quibusdam codicibus legitur *Quidem*, quod quibusdam etiam veteribus imposuit ita hunc locum citantibus. Scholiastes etiam Græcus τινὲς pro signo particulari interpretatur. Sed generalem esse hanc admonitionem necesse est, vt valeat Apostoli reprehensio, ita tamen vt τὸ καθόλου non simpliciter significetur, sed proportione certa singulis distributū, veluti si Gallicè dicas, *chacun en son esgard*, vt etiam particula τις interdum pro ἕκαστός τις apud Thucydidem ipsum ἀττικώτατον accipitur, sicut ex dictionariis intelligi potest, numero tamen, fateor, singulari, vt suprà 4. 2. ¶ *In nomine Domini*, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, id est in Domino Iesu: quam formulam exposuimus suprà, 1. 4. Nomen enim Domini Iesu ex Hebræorum phrasi nihil aliud quàm ipsum Dominum Iesum declarat hoc loco. Alludit tamen simul Apostolus ad Baptismi formulam & effectum. Erasmus, *Per nomen*, id est, per virtutem ac potentiam Domini Iesu.

12 *Omnia*, πάντα. Id est quæuis. Est enim hoc indefinitè restringendum ad id de quo agitur, id est ad res quæ in sese siue suapte natura nec bonæ nec malæ sunt, sed ex vsus ipsarum circumstantiis vel bonæ vel malæ censentur, quas propterea medias siue indifferentes vocant. Dicitur autem istud in alicuius persona, qui libertatem per Christum partam iis quæ dixerat Apostolus opponat, quasi per Euangelium legibus omnibus soluamur: id est, quasi inter libertatem qua à peccati seruitute ad bene volendum & agendum liberamur & effrenem malè agendi licentiam, nihil intersit, vt olim Carpocratiani, & nostra memoria Libertini & Antinomi docuerunt. Cohæret autem hic tertius huius epistolæ locus cum superiore, in quo de forensibus controuersiis agens Apostolus, ad damnandum omnem luxum progressus fuerat. ¶ *At non omnia*, ἀλλ' οὐ πάντα. Primum est hoc Apostoli responsum super rerum mediarum vsu: nempe quòd ex charitatis regula metienda sit nostra libertas, adeo vt quod per se licet, interdum καινὸν & certo respectu sit illicitum puta si proximi detrimento cedat, sicut iis accidebat qui fratres ad prophanorum magistratuum tribunal, non sine Ecclesiæ offendiculo & Christianæ religionis dedecore, vocabant. ¶ *At nequaquam ego*, ἀλλ' ἐγὼ. Alterum est hoc Apostoli responsum, quo nihil dici possit eruditius, ne si quidem philosophicè de his rebus disceptetur: nullos videlicet minus esse liberos, quàm qui, in rebus etiam alioqui mediis vsurpandis, (de his enim hîc propriè quæritur) affectibus suis seruiant, ideóque nec sui nec aliorum rationem habeant. Sic enim fieri vt sese quispiam iis rebus mancipet, quibus ipse potius secundum rectam rationem imperare debuit. Hoc est autem illud ἥττημα, cuius suprà meminit v. 7. qua de re multa etiam præclarè scriptores prophani tradiderunt, ac præsertim Cic. paradoxo penultimo. Vulg. *Sed ego*, ἐγὼ δέ. Sed illud est expressius, non temerè sic collocata negante particula, ac si diceret Apostolus; Tu quidem quantum voles istam licentiam iactato. At ego minimè istud fecero, quoniam istud non fuerit liberum esse, sed voluntariam seruitutem subire. ¶ *Vllius rei*, ὑπό τινος. Sic conuertit, vt τινὸς neutro genere positum esse appareat, quod ipsa sententia flagitat.

13 *Escæ*, τὰ βρώματα. Illustrat Apostolus quod dixerat, proposita vna specie rerum mediarum, eáque longè appositissima, ex qua intelligatur res istas, vt hanc ipsam vitam, momento præterfluere: vnde consequitur minimè conuenire Christianis, ad perennia illa bona vocatis, vt de tantillis rebus vel retinendis vel augendis tam sollicitè laborent, vt propterea nec Ecclesiæ dignitatis, nec fratrum, nec sui denique rationem habeant. ¶ *Et hunc*, καὶ ταύτην. Ventris igitur appellatione, quem vnà cum esca abolendum dicit, non ipsum ventrem, sed ventris ipsius ad hanc transigendam vitam vsum intelligit. Nam alioqui totus homo resurget, sed aliam prorsus vitam victurus. *Abolebit*, καταργήσει. Alibi hoc verbum vertimus Cassum reddere, sic verò aliquid amplius declarat. ¶ *Corpus verò*, τὸ δὲ σῶμα. Tertio iam loco Apostolus per antithesin declarat eorum errorem longè grauissimum, qui res nefandas inter res medias recensebant, veluti scortationem, vsque adeo tunc in Græcia ac Corinthi præsertim, imò apud omnes ferè gentes vsurpatam, vt, quemadmodum ait Comicus, Scortari flagitium non esset: quod propterea Paulus copiosius sibi refutandum meritò putauit. Scortationis verò nomine non modò vagas libidines, sed concubinatum quoque intelligi liquet ex lege iusti & honesti coniugii, quam tradit infrà, 7. 2. ¶ *Et Dominus corpori*, καὶ ὁ Κύριος τῷ σώματι. Rectè certè Arabs interpres (meo iudicio) perspicuitati sententiæ consulens, perinde hunc locum vertit ac si scriptum esset, καὶ Κύριος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ Θεός, *& Dominus corporis est Deus*. & in priore membro subaudiuit verbum ἐτέθη, vertens, *Corpus autem non est positum scortationi, sed Domino*, vt istius analogicæ comparationis discrimen intelligatur.

15 *Corpora vestra*, τὰ σώματα ὑμῶν. Imò nos toti, vt infrà loquitur 12. 27. Sed peculiariter facit corporum mentionē, agens de scortatione, cuius instrumentum est corpus.

16 *Erunt enim*, ἔσονται γάρ. Apud Mosen dicuntur ista nō de scortatione, sed de matrimonio. Sed quum illa sit istius ἀναλογία, & vtriusque sit communis coniunctio carnis, Apostolus minimè est hoc testimonio abusus. ¶ *Qui duo [erant,]* οἱ δύο. Apud Mosen non additur hæc particula: sed rectè expressa est tum hoc loco, tum etiam Mat. 19. 5. & Mar. 10. 8. quia fit tantùm mentio viri & vxoris vnius, non autem vxorum: nec verum est polygamum esse vnum cum singulis suis vxoribus, quum potius in tot partes dissipetur quot habet vxores.

17 *Vnus spiritus est*, ἓν Πνεῦμά ἐστι. nempe *cum eo*: quod expressi, vt & Syrus interpres. Baptizamur tamen etiam in vnum cum ipso corpus, & per fidem simus caro ex carne eius, vt alibi loquitur Apostolus. Denique & corpore & animo simus vnū cū illo, sed quia connexionis istius modus spiritualis est ac mysticus, & spiritualis etiā finis, idcirco vt constet oppositio exterioris corporū copulæ, & nostræ cū Christo interioris, Spiritus nomen vsurpauit Apostolus.

18 *Omne peccatum*, πᾶν ἁμάρτημα. Nempe externum, vt apparet ex antithesi. ¶ *In propriū corpus*, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα. Primùm quoniam in aliis peccatis adhibetur quidem etiam corpus vt organum, sed ita vt tantùm sit peccati causa instrumentalis, longinquior, illud autem quo quis abutitur, sit extra ipsum, vt omnino abutitur ebriosus vino, fur bonis alienis, homicida aliquo ad occidendum instrumento. Sed scortatoris corpus est & scortationis organum, & illud ipsum quo aduersus sese abutitur. Deinde in scortatione corpus propria quadam conspurcatione sese contaminat, quum in aliis peccatis interior sit potius quam exterior macula peccati. Rom. 1. 27. Solutio verò huius quæstionis ab Augustino allata libr. quæst. ex nouo testamento, cap. 50. est prorsus violenta.

19 *Corpus vestrum*, τὸ σῶμα ὑμῶν. In tribus codicibus legimus τὰ σώματα ὑμῶν, *corpora vestra*, vt suprà ver. 15. quæ lectio fortassis mutata est à quopiam, propterea quòd sequitur ναὸς, *templum*, singulari numero non plurali. Vulg. legit τὰ μέλη ὑμῶν, *membra vestra*. ¶ *Vestri iuris*, ἑαυτῶν. Vulgata ad verbum, *Vestri*, paulo obscurius.

20 *Pretio*, τιμῆς. Nihil quidem emitur, nisi interueniente pretio, sed hoc tamen additum magnam emphasin habet: veluti quum dicimus, Ore loqui, oculis videre, auribus audire. Vulgata addit epithetum *magno*, μεγάλης, & Arabs, *pretioso*, nempe quòd alioquin illud videretur redundare vel ex eo quod scriptum est 1. Pet. 1. 18. ¶ *Glorificate igitur Deum*, δοξάσατε δὴ τὸν Θεόν. Id est, ita ab omni scortatione abhorrete prorsus, ita, inquam, vos tum corpore, tum animo ad omnem puritatem comparate, vt vestræ omnes & cogitationes & actiones ad gloriam Dei referantur, à quo tum corpus, tum animum idcirco accepistis, vt vtroque in ipsius gloriam vteremini. Vulgata addit, *Et portate*, καὶ ἄρατε, Græcis codicibus repugnantibus: quam tamen scripturam fuisse iam olim receptam apparet ex veteribus patribus hunc locum ita citantibus, nempe Tertulliano in libro de resurrectione carnis, Cyprian. in tractatu De discipl. virginum, August. epistola 66. ¶ *Et in spiritu vestro*, καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν. Hæc quum in omnibus Græcis exemplaribus, & tum Syra tum Arabica interpretatione, idque in numero plurali inueniantur, mirum est in omnibus Latinis codicibus deesse. Vocat autem Paulus Spiritum alteram hominis partem, vt πνεῦμα idem sit atque ψυχή. Habet autem Arabs plurali numero, Spiritibus vestris. ¶ *Quæ sunt Dei*, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ. Hoc quoque deest in Latinis codicibus. Ponitur autem relatiuum αἰτιολογικῶς, id est quoniam vtraque, & corpus nimirum & anima, vestra non sunt, sed Dei.

IN CAPVT VII.

1 *De quibus*, περὶ ὧν. Id est, quod attinet ad ea de quibus ad me scripsistis. Sic enim etiam apud Latinos vsurpatur præpositio DE. Nunc autem Apostolus sermonem conuertit ad ipsos Ecclesiæ Corinthiacæ gubernatores, à quibus literas acceperat, quibus petebant de istis quæstionibus instrui: idque duplici respectu: nempe tum vt haberent ipsi quod in istiusmodi controuersiis in ipso presbyterio statuerent: ac priuatim etiam prout res tulisset singulos in istiusmodi quæstionibus docerent: tū etiam vt ipsi priuatim hanc doctrinam vsui suo applicarent, & huc spectant præcipuè & peculiariter ad ipsos πρεσβυτέρους, quæ scribit v. 29. 30. 31. 32. De tribus ergo nūc aliis reb⁹ mediis agit (qui est quartus huius epist. locus & deinde iis subiicit quæ de scortatione dixerat) primùm quidem de Coniugio vsque ad vers. 8, deinde de Cælibatu, tum eorum qui matrimoniū aliquādo contraxerunt vsque ad ver. 11, tum etiam virginū à ver. 25, ad ver. 35. Obiter enim inserit quæstionem de impari coniugio à vers. 12 ad 17, & hac arrepta occasione, de seruitute quoque & libertate, de circuncisione & præputio disserit à ver. 18 ad 25. Postremò etiam de parentum in suis virginibus elocandis officio disserit, & quæ de viduis dixerat, iterum inculcat. ¶ *Bonum fuerit*, καλὸν: id est συμφέρον. vt infrà, vers. 35. commodum videlicet & expediens, (vt loquuntur) quū alioqui coniugium multas secum molestias adferat, ex diuinæ institutionis corruptela. Neq; enim Bonum ita hîc accipitur, vt opponatur vitio, quū adiungatur, tertius casus, nempe ἀνθρώπῳ, *homini*, & satis constet honora-

[illegible] esse coniugium inter omnes, Hebr. 13.4. Itaque Hi[illegible] manifestè hunc locum torsit, vt matrimonij cō[illegible]nem, à Spiritu sancto toties comprobatam, in iis numeraret quæ per se mala sunt ac vitiosa. Longè sanctius & melius Clemens, Epiphanius & [illegible], Augusti nus denique aduersus ipsum Hieronymum, qui omnes ita laudarunt virginitatem, vt suas quoque nuptiis dignitatem afferrent: vt qui intelligerent nec in virginitate, nec in coniugio propriè aut per se positum esse Dei cultum, sed prout hoc vel illo ad Dei gloriam [illegible] concessum sit. ¶ Viro, [illegible]. Id est, [illegible]onatur no[illegible] γυναικός. Vulg. & Eras. [illegible] non attingere, γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. Eras. [illegible]gere, id est, (vt ipse interpretatur) ab vxore [illegible]nere. Ego verò existimo Paulum verbo [illegible] significasse in genere viri cum muliere congressum, [illegible] tamen per se non damnat, quum eo velit homines [illegible] remedio vti, idque in matrimonio, si continere se non possint, minimè id facturus si malum esset coniugium. Nam principio quidem humana prudentia, vt ex duobus malis quod minus est eligamus: Christiana verò religio contrà, vt quicquid malum est, sine vlla exceptione vitemus. Falsa est igitur Hieronymi doctrina, qui aduersus Iouinianum differens, verbum ἅπτεσθαι ita vrget, quasi in ipso etiam mulieris contactu sit periculum: quum constet virum non minus bona conscientia vti posse ac debere vxore sua, quam esca & potu, vt rectè defendit Augustinus. Neque est verò cur Hieronymum quisquam hîc [illegible], quasi verba Domini torquere liceat, quoties hortamur, aut consolamur, aut deterremus, aut ludimus: imò verò cauendum sit etiam atque etiam ne diuinis literis vllo modo abutamur. Ἅπτεσθαι verò de ipso [illegible], dici consuetudine constat ex communi Græcæ linguæ vsu. Arist. Pol. 7. [illegible] Epict. in Enchir. [illegible]: quo etiam sensu Latini attingendi verbo vtuntur.

Διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω.	2	[a]Sed propter scortationes suam quisque vxorem habeto, & proprium quæque virum habeto.	2 Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat.
Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί.	3	[2]‖Vxori vir debitam beneuolentiam reddito: similiter autem & vxor viro.	3 Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro.
Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή.	4	[3]Vxor proprium corpus non habet in potestate, sed vir: similiter autem & vir proprium corpus non habet in potestate, sed vxor.	Mulier sui corporis potestatē non habet, sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatē non habet, sed mulier.
Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.	5	Ne fraudate alter alterum, nisi siquid ex consensu ad tempus, quoddā vt vacetis ieiunio, & orationibus: & rursum simul conuenite, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.	Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis ieiunio & orationi: & iterū reuertimini in idipsū, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.
Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν.	6	Hoc autem dico ex concessione, non ex imperio.	6 Hoc autem dico secundum indulgētiam, non secundum imperium.

1.Pet.3.7
2 Secundò declarat summa partium beneuolentia colendum esse coniugium.
3 Tertiò monet alterum in alterius esse potestate, quod ad corpus attinet, vt mutuò se fraudare nō possint.

---

2 *Propter scortationes, διὰ τὰς πορνείας.* Vtitur plurali numero, quem Syrus interpres non obseruauit, significans omnes pollutionis hoc in negotio species. Deinde & illud obseruandum est, Paulum propter incontinentiam coniugium præcipientem, alias causas non excludere propter quas matrimonium contrahere nonnullis etiamsi non ita sit opus, attamen expediat. ¶ *Habeto, ἐχέτω.* [illegible] contentiosi sunt qui ex hoc verbo colligunt Apostolum de iis tantùm agere qui iam sunt in matrimonio: quum tota disputationis series contrarium probet, neque [illegible] vlla vel vsus huius verbi hoc postulet.

3 ‖ *Debitam beneuolentiam, τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν.* Vulgata, *Debitum, τὴν ὀφειλήν*, quam lectionem in vno etiam Græco exemplari inueni, & apud Clementem, libro στρωματέων 3. Sed & alicubi legitur τὴν ὀφειλομένην τιμὴν, *debitum honorem*: quæ lectio consentit cum eo quod scriptum est 1. Pet. 3.7. [illegible] Debiti appellatione non id tantùm intelligo quod vulgò solent, sed omnia mutua conuictus officia: quamuis Apostolus vnam eorum speciem, habita scopi sui ratione, peculiariter designet.

4 *Vxor, ἡ γυνή.* Vulg. *Mulier*, impropriè, quum de coniugio agatur. ¶ *Similiter, ὁμοίως.* Videtur autē Paulus expressè illud adiecisse, quòd mariti plus sibi licere q̄ vxoribus putarent; vnde illa pellicatus & cōcubinatus consuetudo.

5 *Ad tempus, πρὸς καιρόν.* Eras. *Pro tempore, κατὰ καιρόν*, deprauata etiam sententia. ¶ *Vacetis, σχολάζητε*, i. toti hoc vnum agatis. Loquitur enim de solenni aliquo pœnitentiæ testimonio, vel publico vel priuato, pro rei necessitate. Nā alioqui assiduæ debent esse preces, & sobrietas perpetua. ¶ *Ieiunio & orationi, τῇ νηστείᾳ καὶ προσευχῇ.* Ita legimus in omnibus nostris Græcis codicibus, vno duntaxat excepto, & solent ista ferè coniungi, vt Matth. 17.21. quòd ieiunium sit ad preces optima præparatio. Quædam tamen Latina exemplaria nullam faciunt ieiunij mētionem, vt nec Chrysostomus nec Theophylactus. Quod autem addit ieiunium precibus, manifestè probat non de quotidianis, sed de extraordinariis precibus hîc agi, siue priuatis, siue publicis, cuiusmodi fuit præparatio ad audiendam Legis promulgationem, Exod. 9, 15. quò spectat etiam quod scribitur, Ioel 2.16. ¶ *Simul, ἐπὶ τὸ αὐτό.* Sic honestissimè Paulus loquitur, quamobrem etiam maritus vxorem domum ducere & παραλαμβάνειν dicitur Mat. 1.20. Nempe quoniam vnus est viri & vxoris thorus. Vulgata barbarè, *In idipsum*. ¶ *Conuenite, συνέρχεσθε.* Id est συνέρχεσθε, vt alibi etiam scriptum inuenimus Vulgata *Reuertimini, ἐπανέρχεσθε*. Erasmus, *Conueniatis*, vt ἵνα repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. quod certè parum verecundè Hieronymus explicat in Apologia pro suis aduersus Iouinianum libris. ¶ *Propter incontinentiam, διὰ τὴν ἀκρασίαν.* Siue propter impotentiam, (vt alij malunt interpretari) i. quia hæc est naturæ vestræ imbecillitas, vt inde facilè possit Satan occasionem arripere vos impellendi in scortationē, nisi coniugio, vt remedio vtamini. Eras. autem interpretatus est, *Intemperantiam*, id est ἀκολασίαν, impropriè hoc in loco. Repugnat enim coniugij sanctitati intemperantia, incontinentia non item: quanquam fateor nonnunquam ista duo nomina confundi.

6 *Ex concessione, κατὰ συγγνώμην.* id est συγχώρησιν. vt scitè exponitur in Arabica interpretatione, *Dico hoc vobis verò sicut infirmis non vt in mandato decisiuo*, id est decreto decisiuo. Nam veniæ nomen, quod perperam torquetur ab Augustino libro de bono coniug. cap. 10. Indulgentiæ non conuenit, vbi nullum simpliciter vitium inest: & videtur hoc pertinere ad id quod scriptum est suprà, vers. 2. Visus enim erat coniugium ab omnibus, & quidem vt præceptum, exigere. Hoc igitur nunc explicat, docétque se coniugium non flagitare præcisè vt præceptum, quod quisquis negligat, Deum offendat: aut in quo per se positus sit Dei cultus, (de iis enim rebus præcepta fiunt) sed quòd Deus hoc remedium iis concedat quibus nō dedit vt se possint continere: quum alioquin etsi ipsum coniu-

gium per se purum sit ac honestum, tamen ipsius vsus vix aut ne vix quidē careat aliqua ἀταξίᾳ, sed quæ matrimonij velo obtegatur. Itaque συγγνώμην vocat cōmodam dicti interpretationem, habita boni & æqui ratione: vt definitur etiam ab Arist. Ethic. 6. Quòd autem in quibusdam codicibus legitur κατὰ γνώμην, secundum opinionem, siue sententiam, quasi testetur Apostolus se tantùm dicere quid optimum factu putet, non autem quicquam præciperet: certè non conuenit grauitati Apostolicæ, quum nihil adiiciatur quo ista modestia temperetur, vt infrà, v. 25. & 40. Sed & commodissimè illud licebit ad proximè præcedētia referre, ac si dicat Apostolus, illud Ad tempus commodè non præcisè esse intelligendum, sed prout videlicet ferre possint coniugum vires & vocatio.

Θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν· ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ Θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως.	7	Nam velim omnes homines esse vt & ipse *sum*: sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ita, alius autem ita.	7 Volo autem omnes homines esse sicut meipsum: sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic.
Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ.	8	[6]Dico autem cælibibus & viduis, bonū eis est si *sic* manserint vt & ego *maneo*.	8 Dico autem innuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserint sicut & ego.
Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι.	9	Quod si se non continent, matrimonium contrahant: nā melius est matrimonium contrahere quàm vri.	9 Quòd si non se continent nubant. melius est enim nubere quàm vri.
Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι.	10	[7]Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, denuntio, non ego, sed Dominus, ‖ Vxor à viro ne sese ipsa separato.	10 Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere.

Mat. 5.32. & 19.9. mar. 10.11. luc. 16.18.

6 Sexto, de repetendo matrimonio idem monet, nempe cælibatū quidem probandum esse, sed iis demum quibus datum est vt se possint continere: sin minus, repetendas esse nuptias, vt conscientiæ paci consulatur. 7 Septimò, prohibet dissidia & repudiorum nuntiatione (de adulterij enim crimine non agit, quod tunc erat Romanis etiam legibus capitale) quibus dissolui coniugij vinculum negat, Christo ipso autore.

---

7 *Nam velim, θέλω γάρ.* Id est optarim, vt diximus Mar. 15. Vulgata, *Volo autem*, impropriè. Itaque Tertullianus (quod eius pace dixerim) non satis firma ratione vtitur, quum ex hoc verbo vrget hanc fuisse puram & absolutam Apostoli voluntatem. ¶ *Vt & ipse [sum,] ὡς καὶ ἐμαυτόν.* Syrus interpres addit ברכיותא [*Bedachiuta*] id est ἐν τῇ ἁγνείᾳ, *in castitate*: quæ vox interdum virginibus propriè attribuitur: interdum etiā cælibibus: deniq. ἀγάμοις generaliter applicatur quum de corpore agitur. Imò alioqui sua quoque est coniugum ἁγνότης omni turpitudini opposita, veræ Christianæ vitæ scopus. Hoc autem nonnulli de cælibatu accipiunt, quasi Paulus cælebs fuerit, vt sit hîc sensus: quod dixerat Apostolus mox esse coniugibus ad commune thorum reuertendum vitādæ tentationis causa, non simpliciter, & vt rem prorsus necessariam præcipi, sed ex æquo & bono esse accipiendum. Nam, inquit, optarim omnes non modò ad aliquod tempus posse carere vxoris consuetudine, sed etiam, exemplo meo penitus cælibes posse viuere. sed hoc non est omnibus datum. Alij verò qui Paulum quoque volunt fuisse maritum, (in quorum numero sunt Clemens & Ignatius, teste quoque Eusebio.) istud referunt ad vxoris circunductionem, de qua infrà, 9.5. vt sit hic sensus: Quod dixi nonnisi ad breue aliquod tempus & extraordinariarū precum causa marito ab vxore abstinendum, ne accipite vt simpliciter mandatum. Nam contrà optarim si fieri posset, omnibus datum esse, vt etiam perinde vt mihi seponere ipsis suas vxores liceret, vt eo liberius & expeditius ministerium suum obirent. Vtranuis autem harum interpretationem sequamur, particula καὶ suum pondus habet, ideóque prætermitti à Syro & Arabe interpretibus minimè debuit. Mihi verò videtur omnino Apostolus ad neutrum istorum respexisse, sed ad id quod præcisè & ex suo imperio dixerat vers. 2. quasi ad incontinentiam præcauendam necessarium esset omnibus coniugium. Hoc igitur nunc mitigat, & non vt præceptum quod omnes obliget esse accipiendum docet, sed vt remedium aduersus incontinentiam iis qui vtuntur concessum. Aberrant igitur à scopo qui somniant Apostolum hîc agere de longiore vel perpetua inter coniugatos à mutua coniunctione abstinentia: de qua quid tandem dicere meritò potuit Apostolus, nisi hoc vnum quod dixit ver. 5. quū eos qui coniugium contraxerunt nemo possit vel leuissima coniectura præsumere aliter quàm sancti coniuges soleant vitam hanc transigere constituisse? Quomodo verò intelligendum sit hoc Apostoli desiderium dicemus infrà, versu 26.

8 *Cælibibus & viduis, τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις.* Theophylactus legit τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις. ita vt superior versiculus ad viros pertineat, sequentes autē duo ad fœminas: quæ quidem vel sunt innuptæ seu virgines, vel viduæ, vt ita sit plana distributio. Sed quum postea seorsim agat de virginibus, malo ἀγάμοις intelligere *viduos*, χήραις, *viduas*: vt etiam exponit Syrus & Arabs interpr. itaque τοῖς ἀγάμοις non conuerti *Innuptis*, ἄγαμοι autem etiam dici qui vxore mortua sit factus cælebs, apparet ex vers. 11. Itaque totus hic locus institutus est aduersus eos qui secundas nuptias damnant prioribus morte dissolutis. Nam aliud est digamorum genus, qui veteribus canonibus arcentur à ministerio, & quorum etiam nuptiis nolunt benedici, eorum videlicet qui vel cōstante priore matrimonio, vel eiecta priore vxore alteram superinducunt: quam distinctionem mirum est Tertullianum etiam ipsum vel ignorasse vel dissimulasse.

9 *Se non continent, οὐκ ἐγκρατεύονται.* Id est continere se non possunt, aut alia ratione sibi non expedire iudicant vt coniugij expertes maneant. Possunt enim etiam aliæ causæ extra incontinentiam incidere, cur vxorem ducere, vel nubere expediat. Est autem quorundam incontinentissimorū hominum, licet de cælibatus lege asserenda pertinacissimè contendentium, cauillum planè impudens, qui causantur Paulum non dixisse, *se non possint continere*, sed *sese non continent*. ¶ *Matrimonium contrahant γαμησάτωσαν.* Vulg. *Nubāt*, non satis rectè. Vsus est enim Apostolus de industria verbo quod tum viris tum mulieribus conuenit. sicut apparet ex vers. 28, hoc eodem capite. ¶ *Nam melius est, κρεῖσσον γάρ ἐστι.* Vel, Potius aut satius, vt rectè interpretatur Eras. Neque verò propria est ista comparatio, quasi videlicet coniugium cum vstione ita comparetur, acsi vstio quoque esset res bona, aut coniugium dicatur melius, id est minus malum: sicut Hieronymus cauillatur, sed petitum est è medio istud dicendi genus: veluti dicitur 1. Pet. 3. 17, melius esse bene agendo malis affici, quàm malè agendo. Eiusmodi multa passim occurrunt in Solomonis prouerbiis. ¶ *Vri, πυροῦσθαι.* Id est, libidine ita æstuare vt aut voluntas succumbat tentationi, aut certè Deum pacata conscientia non possis inuocare. Nam alioquin ecquis est qui carnis stimulis nullo modo pungatur? ¶ *Denuntio, παραγγέλλω.* Vulg. *Præcipio.* At ego illud malo, vt significet Apostolus sibi vt Dei nuntio fidem omnino habendam.

10 *Non ego, sed Dominus, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος.* Nempe quia expressum hac de re Domini mandatum extat Mat. 19.6. quo etiam respicit præpositio παρὰ in παραγγέλλω. ¶ *Ne sese separato, μὴ χωρισθῆναι.* Erasmus, *Ne separetur.* Atqui omnino τὸ χωρίζεσθαι pro verbo passiuo in sese actionem reciprocante, vt interdum coniugatio Niphal apud Hebræos, necessariò accipiendum esse, apparet ex verbo ἀφιέναι Dimittere, siue Amandare, quod viro tribuitur, vltro suóque arbitrio vxorem ableganti, vt vicissim prohibeatur vxor ipsa sese à marito, non autem alterius, puta iudicis auctoritate, à viro separare. Idque etiam apertissimè liquet ex versu 15. vbi de spontanea infidelis discessione agens, hoc ipso verbo χωρίζεσθαι vtitur. Pertinent igitur ista ad diuortia tum à profanis gentibus vsurpata, tum etiam inter ipsos Iudæos ob duritiem cordis ciuiliter tolerata, quæ Christus Matth. 5. 32. &

ad solũ adulterij causam restrinxit, & quidem legitima præeunte cognitione, vt colligere licet ex Matt. 18. 15. Itaque inepti sunt qui hinc colligunt simpliciter indissolubile esse ipsum matrimonij vinculum, contra manifestã expressam à Christo adulterij exceptionem: qua de re plenissimè egimus in tractatione de Repudiis & Diuortiis.

11 Ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω· καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι.

11 Quòd si sese separârit, maneto cælebs, aut viro reconciliator: & vir vxorem ne dimittito.

11 Quòd si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari, & vir vxorem ne dimittat.

8 Matrimonia inter infidelẽ alterã partẽ, alteram verò fidelem, iam contracta, rata esse cõfirmat, vt fidelis infidelem deserere non possit.

12 Τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ λέγω, οὐχ ὁ Κύριος, Εἴ τις ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν.

12 8 Reliquis autem ego dico, non Dominus, Siquis frater vxorem habet infidelem, quæ libens consentiat ad habitandum cum eo, ne eam dimittito.

12 Nam cæteris ego dico, non Dominus, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam.

13 Καὶ γυνὴ ἥτις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον, καὶ αὐτὸς συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς, μὴ ἀφιέτω αὐτόν.

13 Et vxor quæ habet virum infidelem, qui libens consentiat ad habitandum cum ea, ne eum dimittito.

13 Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum.

9 Respondet obiectioni. At fidelis polluitur societate infidelis. Hoc verò negat Apostolus, & fidelẽ posse bona conscientia dicitur. Ero

14 Ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί, καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί· ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι, νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν.

14 9 Maritus enim infidelis sanctificatus est in vxore, & vxor infidelis sanctificata est in viro: alioqui certè liberi vestri impuri essent: nunc autem sancti sunt.

14 Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

vti infidelis coniugis vase ex eo probat, quòd liberi inde nati, sancti (id est in promissione) censeantur: singulis enim fidelibus Deus tuus, & seminis tui.

11 *Reconciliator*, καταλλαγήτω. Hoc quoque satis ostendit de quibus diuortiis hîc disserat Apostolus: de iis videlicet quæ non scortationis causa, (hæc enim matrimonium dirimebat) sed propter aliquam animorum offensionem interueniebant, vt solebant olim facilè mariti vxoribus nuncium remittere, & vxores à viris secedere. His igitur negat Apostolus matrimonij vinculum dissolui. Neque mirandũ est non esse additam scortationis exceptionem ab Apostolo. Primùm enim capitale supplicium erat in adulteras constitutum nõ paucis locis, vt nihil opus esset diuortium petere. Et quamuis per magistratuum negligentiam non punirentur adulteria, quid constituendum esset Christus apertè dixerat, vt minimè oportuerit Corinthios de hac re Paulum consulere. Facilè denique fuit Corinthiis applicare Apostoli responsum quæstioni de qua ad eum scripserant: sicut nostrum est ex responso elicere quæ fuerit quæstio, nempe non de legitimo diuortio, sed eo quod ex dissensione aliqua exoritur. ¶ *Ne dimittito*, μὴ ἀφιέναι. Id est ne repudiato, siue nuntium ei remittito, vt Romæ quoque fas erat.

12 *Reliquis autem*, τοῖς δὲ λοιποῖς. Reliquorum appellatione eos intelligit qui impari matrimonio constricti degebant, ac veluti sese pollui infidelis consortio putabant: quod negat Apostolus. ¶ *Non Dominus*, οὐχ ὁ Κύριος. Suum id esse dicit Apostolus de quo nihil disertè expresserit Dominus, non quòd ipse ex sese temere aut suo arbitrio esset commentus. Id enim se fecisse negat infrà, v. 25. & 40. Fundamentum enim eius doctrinæ quam tradit, auctoritate verbi Dei nititur, cuius erat interpres Apostolus: quum Dominus arctissimum esse coniugij vinculum multis locis docuerit, & cum charitatis regula prorsus consentiat hæc Apostoli doctrina. ¶ *Habet*, ἔχει. Ergo de iam contractis imparibus coniugiis disserit, quas propter alterius infidelitatem dirimi posse negat, quod tamen sub Lege fiebat, vt apparet ex Esdræ 9. & 10: nondum videlicet dirupto per Euangelicum fœdus pariete. Contrahendas verò non vt prorsus irritas futuras vetat, sed vt cum scandalo coniunctas & periculosas dissuadet 2. Cor. 6. 14.

¶ *Infidelem*, ἄπιστον. Vide suprà, 6, 6. ¶ *Libens consentiat*, συνευδοκεῖ. Vide Act. 18. 1. Nec temerè requiritur merè spontaneus consensus, quem declarat σὺν particula.

14 *Sanctificatus est*, ἡγίασται. Sanctum opponit impuro ac profano, id est illi quod vitio est contaminatum, nec cum voluntate Dei consentiens. Dicitur ergo vir infidelis in vxore fideli sanctificari, id est pietatem vxoris plus valere ad hoc vt coniunctio ista pro sancta & pura habeatur, quàm mariti infidelitas, ad hoc vt coniugium istud profanetur, vel vt vxor bona conscientia vti marito non possit. Neque enim longius porrigitur ista mariti aut vxoris sanctificatio. Quidam hoc referunt ad ciuilem politiam, quæ rata habet illa matrimonia, quum liberi sint legitimi. Sed profectò Paulus non de politia ciuili disserit, sed de conscientia: & quæso, quod tandem esset argumentum pacandæ conscientiæ, à ciuilibus vllarum gentium legibus sumptũ? in his enim notum est quàm multa ferantur, quæ Christiani hominis conscientia non ferat: nam ne diuortium quidem à Mose propter duritiem cordis Iudaicæ gentis toleratum, conscientiam excusabat, extra adulterij crimen. ¶ *In vxore*, ἐν τῇ γυναικί. Vulg. *Per mulierem fidelem*, ἐν τῇ γυναικὶ πιστῇ: quã lectionem in Claromontano & alio preterea manuscripto Græco codice inuenimus: & rursum paulo pòst ἐν τῷ ἀνδρὶ πιστῷ. *per virum fidelem*. Sed γυναῖκα oportuit hoc in loco interpretari *Vxorem*, non *Mulierem*: & *In vxore*, non *Per vxorem*. Non enim infidelis maritus per vxorem sanctificari dicitur, vt qui sit & maneat infidelis: sed quoniam fidelis vxor potest cum infideli marito bona conscientia consuescere, (cur enim aliena conscientia eam pollueret?) idcirco dicitur infidelis ille, non in sese, sed in vxore, (id est vxoris respectu) sanctus esse. Idem quoq; de altero membro iudicandum est. ¶ *In viro*, ἐν τῷ ἀνδρί. Augustinus lib. 1. quo exponit sermonẽ in monte habitum, legit, *In fratre fideli*, ἐν ἀδελφῷ τῷ πιστῷ. Vetus autem interpres habet, *Per mulierem fidelem* &, *Per virum fidelem*, & nos in vno vetusto codice reperimus ad marginem annotatum πιστῇ priore loco, & πιστῷ posteriore. Claromontanus autem codex habet, ἐν ἀνδρὶ ἀδελφῷ, *In viro fratre*, id est, qui sit frater siue fidelis. Et certè etiamsi hæc epitheta non addas, tamen necessariò subaudienda sunt. Considerandũ enim est qua de re agatur: népe an matrimonium, inter infidelẽ vnam personã, alteram verò fidelem, contractum, sit sanctum, ac proinde fidelis illo teneatur. Et nisi ita esset, cur Paulus in altero mẽbro adderet epithetum infidelis? Nã alioqui sanctas esse inter fidelẽ vtrunque nuptias, & sanctos eorum liberos, nemo vnquam verè dixerit, quũ ipsę etiam dapes sint illis impuræ, vtpote quas Verbo & gratiarũ actione oporteat sanctificari. Concedo tamẽ ratum esse ciuiliter infidelium matrimonium, nec etiam coram Deo pro scortatione cẽseri: sed quorsum hoc ad Pauli scopum qui de conscientia disserit? ¶ *Nunc autem sancti sunt*, νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν. Vel, *Sancti sunt autem*. Nam particula νῦν hoc in loco non est temporis aduerbium, sed est coniunctio, quæ adhiberi solet in argumentorũ assumptionibus, vt alibi ostendimus. Cæterùm sancti vocátur liberi, quãuis ex impari matrimonio sucepti, id est hactenus puri, ac segregati Domino, ex fœderis formula, ERO DEVS TVVS ET SEMINIS TVI. Quòd enim nonnulli ad liberos ex vtroque infideli susceptos extendunt, qui non sunt spurij sed legitimi, falsò dici apparet ex hypothesi Pauli. Quorsum enim vel de spuriis, vel de infidelis vtriusq; nuptiis dissereret? Colligit igitur Paulus sanctã etiam esse fidelis & infidelis cõiunctionem in matrimonio, ex eo quòd liberi inde procreati cẽseantur in Dei fœdere, ducto argumento ab effectis ad causam. Sed quid siquis hoc negasset? Imò verò nemo id potuit negare, quũ constaret de promissione in qua semen quoq; comprehenditur. Nec alia causa est cur

sanctorum liberos ad Baptismũ admittamus quàm quia sancti sunt (id est in fœdere cõprehensi) ab ipso vtero, quantum quidẽ coniicere & existimare possumus, suis Deo arcanis relictis iudiciis. Hinc verò non tantùm confutãdi sunt Catabaptistę, qui infantes vt impuros à Baptismo reiiciunt: sed ij quoque qui Baptismum faciunt primũ salutis limen, ac proinde à salute excludunt omnes Baptismi expertes, etiam vbi nullus Baptismi contemptus interuenit, & nescio quos absolutæ necessitatis casus (quos vocant) excogitarunt, id est, totidem Baptismi abusus. Item qui quosuis infantes ad Baptismum admittunt, quod factum fuisse in tota vetere Ecclesia inauditum, vel illud saltem ostendit, quòd omnes adultos ex extraneis natos prius oportuit catechumenos esse quàm baptizari.

15 Εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω· οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις· ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεός.

15 10 At si infidelis sese separet, separatus esto: nõ est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi *casibus*: 11 sed ad pacem vocauit nos Deus.

15 Quòd si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi: in pace autem vocauit nos Deus.

10 Respondet quæstioni, Quid si infidelis fidelem deserat? tum verò, inquit, liber est fidelis, quoniam ab infideli est desertus.

16 Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; ἢ τί οἶδας, ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις;

16 Ecquid enim nosti vxor, an sis virum seruatura? aut ecquid nosti vir, an sis vxorem seruaturus?

16 Vnde enim scis mulier si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies?

11 Nequis prætextu istius libertatis, infideli præbeat discedendi occasionem: significat pacificè colendum esse matrimonium, etiam cum infideli, vt, si fieri possit, lucrifiat.

17 Εἰ μὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεός, ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος, οὕτω περιπατείτω. καὶ οὕτως ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πάσαις διατάσσομαι.

17 12 Sed vt vnicuique *donum* partitus est Deus, vt vnumquemque vocauit Dominus, ita ambulet: & ita in Ecclesiis omnibus dispono.

17 Nisi vnicuique sicut diuisit Dominus, vnumquemque sicut vocauit Deus ita ambulet. & sicut in omnibus Ecclesiis doceo.

18 Περιτετμημένος τις ἐκλήθη; μὴ ἐπι-

18 13 Circuncisus aliquis vocatus

18 Circuncisus aliquis vo-

11 Occasione ex eo arrepta quod de seruitute & libertate coniugij dixerat, digreditur ad generalem doctrinam de vitæ statu & conditione externa, vt Circuncisione & Præputio, Seruitute & Libertate, generaliter monens vt quisque sua sorte contentus viuat in Domino, quoniam externa illa vt Circuncisum esse, vel Incircuncisum, Seruum vel Liberum, non sunt ex regni Dei (vt loquũtur) essentia. 13 Significat tamen in his exemplis non omnia esse paria, quoniam Circuncisio per se non sit appetenda, libertatem verò seruos appetere nihil prohibeat. In eo igitur duntaxat paritas est, quod in istis non sit positum regnum Dei, ac proinde ista non impediant quominus Deo pareamus.

15 *Sese separet*, χωρίζεται. Vulg. *Discedit*, nimium dilutè. Intelligitur enim hoc loco discessus, cum animo non reuertendi, quem Desertionis nomine significamus. Verbum autem χωρίζεσθαι diximus suprà v. 10, accipi passiua significatione reciproca, vt apud Hebræos coniugatio Niphal interdum accipi consueuit. Vide Ioan. 12. 36. ¶ *Separatus esto*, χωριζέσθω, videlicet infidelis. Tunc enim diuortium nõ facit fidelis, sed infidelis eum dimittens, cuius culpam lueret fidelis innocens si cogeretur ἄγαμος viuere. Nihil igitur hic additur verbo Christi, diuortium in solo adulterij crimine concedentis. Tantum enim abest in hac facti specie, vt fidelis diuortium faciat, vt contrà fuerit libenter retenturus discedentem infidelem. Vulg. *Discedat*, quod Augustinus perperam ad fidelem derelictum retulit, & aliquot grauiter cum illo hac in re hallucinati interpretes. Repetitur enim ἄπιστος ex proximo antecedẽte membro, & tam de marito fideli, quem vxor infidelis deserat intelligitur, quàm de vxore fideli quam maritus infidelis expulerit.

¶ *Non est seruituti subiectus*, οὐ δεδούλωται. Ergo in hoc casu liber est fidelis, postquam omnia expertus fuerit vt infidelem discedentem reuocet ad officium. Seruitus autem ista quæ fuerit docuit suprà v. 4. Neque verò Paulus, (vt quidã existimarunt) dum sic loquitur, quicquam addit Christi sententiæ, qui vnicam facit diuortij causam, nempe adulterium. Neque enim in hac de qua hîc agitur specie conceditur diuortium cuiquam, sed deserens persona condemnatur, & desertæ consulitur, quæ non modò non petit diuortium, sed etiam diuertentem repetit quantum in se est. Seruitutis autem nomine appositissimè significat, vinculi coniugalis obligationem, qua fieri dixerat vt neuter coniugum sit corporis sui Dominus. ¶ *In huiusmodi [rebus,]* ἐν τοῖς τοιούτοις. Id est, quum eiusmodi quippiam inciderit, nempe vt fidelis cum infideli fuerit iunctus matrimonio, (neque enim de contrahendis, sed de retinendis istis matrimoniis disserit Apostolus) & infidelis sua sponte fidelem deserat. Vulg. & Eras. admodum obscurè, vt *In eiusmodi*.

¶ *Ad pacem*, ἐν εἰρήνῃ, i. εἰς εἰρήνην, vt pacata conscientia ac concorditer viuamus: ex quo consequitur retinendum esse nobis infidelem, ac omnibus officiis, quoad eius fieri potest ac debet, demerendum: nedum vt vel eum ipsi deseramus, vel ad nos deserendos prouocemus. Hoc igitur pertinet ad ea quæ sequuntur potius quàm ad superiora, quod etiam indicat coniunctio causalis.

16 *Ecquid enim nosti*, τί γὰρ οἶδας. Confirmatio est (opinor) superioris sententiæ, non cur discedente infideli, liberetur fidelis: sed contrà, cur ita sit vtendum hac libertate, vt infidelem, si fieri potest, retineat fidelis, ac Christo lucrifaciat. itaque Vetus Interpres sententiam corrupit quum conuerteret, *Vnde enim scis*, πόθεν γὰρ οἶδας: & Erasmus quoque quum interpretaretur, *Qui nanque scis*, πῶς γὰρ οἶδας. Sed multo ineptius Castellio, qui in superiore versiculo, ἐν δὲ εἰρήνῃ conuertit, *Quin ad pacem*, & ita quidem vt prorsus annectat proximè præcedentibus: deinde τί γὰρ οἶδας, *quid scis autem* quasi γὰρ pro δὲ accipiatur.

17 *Sed*, εἰ μή. Testatur Erasmus quosdam Græcos codices habere ἢ μή, *an non*, idque cum superioribus connectere. Sic etiam legunt & distinguunt Græcorum scholia, ex Seueriani cuiusdam auctoritate. Nostri tamen codices habent εἰ μή, & sequentibus connectunt: sed ex interpretibus alij conuertunt Nisi, & multa coguntur supplere: quasi dicat Apostolus, Quid ergo superest, nisi vt quisque ita incedat vt eum vocauit Dominus? vel, Nihil tentetur aut nouetur propter alterum infidelẽ tantùm, vt cuique sors obtigit, ita maneat. Alij conuertunt *Vtcunque fuerit*, vel *In summa*, vt Erasmus, *qua loquendi forma*, inquit, *vti solemus quoties amissis quæ incerta sunt, ad id redimus quod certum est*. Hæc ille, citans etiam Terentij quendam locum sed meo quidẽ iudicio, non prorsus appositè. Omnis autem ista varietas inde fortassis orta est, quòd ignorarint interpretes εἰ μή respondere Hebreis particulis לא אם [*im lo*] pro ἀλλά, qua de re vide Gal. 1. 7. & 2. 16. nisi malimus idem valere atque אפס [*ephes*] Deut. 15. 4. Denique nõ desunt qui adiecta voce quã, interpretentur εἰ μή, Sin minus: id est, Si nulla sit spes de seruando infideli, retineatur tamen istud generale præceptum, perstandum esse vnicuique in eo statu in quo fuerit à Deo collocatus. ¶ *Vt vnicuique*, ἑκάστῳ ὡς. Hanc traiectionem, vt Paulo familiarem, annotauimus Rom. 1. 23, & suprà, 1. 5. Vide infrà, 12. 11. ¶ [*Donum*] *partitus est*, ἐμέρισεν. Vulg. *Diuisit*. Vsitatum est Hebræis nomen verbale supplere, quam ellipsin expleuimus ex versic. 7. ¶ *Deus*, ὁ Θεός. Vulg. *Dominus*, ὁ Κύριος, & in membro sequenti vbi legitur ὁ Κύριος *Dominus*, legit ὁ Θεός, *Deus*, eodem sensu. ¶ *Vocauit*, κέκληκεν. id est certo vitę generi addixit, & donis ad id pertinentibus pro sua liberalitate instruxit: qualem deniq; esse vnumquemque voluit. Id enim significari Vocandi verbo, ex Hebræorum idiotismo, sæpe iam annotauimus, & cur hunc Hebraismum retinuerimus. ¶ *Et ita*, καὶ οὕτως. Vulg. *Et sicut*, nõn rectè. Dicendum enim fuisset καὶ ὥσπερ. Arabs autẽ interpres hoc membrum annectit iis quæ sequuntur. ¶ *Dispono*, διατάσσομαι. Vulg. *doceo*, διδάσκω, vt etiam legitur in codice Claromontano. Non desunt tamen & Latini & Græci codices in quibus neutrum legitur. Mandandi verò & pręcipiendi verbum mihi visum hic est nimis imperiosum.

18 *Vocatus est*, ἐκλήθη, videlicet ad Euangelij gratiam, ideo Arabs interpres adiicit *Ad fidem*, εἰς τὴν πίστιν.

ἀνασπάσθω· ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ἐκλήθη; μὴ περιτεμνέσθω.

19 Ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ.

Ephes. 4. 1

20 Ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω.

21 Δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω· ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι.

22 Ὁ γὰρ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος, ἀπελεύθερος Κυρίου ἐστίν· ὁμοίως καὶ ὁ ἐλεύθερος κληθεὶς, δοῦλός ἐστι Χριστοῦ.

Supr. 6. 20
1. pet. 1. 20

23 Τιμῆς ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων.

24 Ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοὶ, ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ τῷ Θεῷ.

25 Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω· γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι.

est? ne attrahat *præputium*: in præputio aliquis vocatus est? ne circuncidatur.

19 Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio præceptorum Dei.

20 || Vnusquisque in qua vocatione vocatus fuit, in ea maneat.

21 Seruus vocatus es? ne sit tibi curæ: sed si potes etiam liber fieri, potius *eo* vtere.

22 Etenim qui in Domino vocatus est seruus, libertus Domini est: similiter & qui liber vocatus est, seruus est Christi.

23 14 || Pretio empti estis, ne fiatis serui hominum.

24 15 Vnusquisque in quo vocatus fuit, fratres, in hoc maneat apud Deum.

25 16 De virginibus autem imperium Domini non habeo: sententiam verò meam *hac in re* dico, vt cui Dominus per misericordiam dederit fidum esse.

catus est? non adducat præputium: in præputio aliquis vocatus est? non circuncidatur.

19 *Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei.*

20 *Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.*

21 *Seruus vocatus es? non sit tibi curæ, sed & si potes fieri liber, magis vtere.*

22 *Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi.*

23 *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.*

24 *Vnusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat apud Deum.*

25 *De virginibus autem præceptū Domini nō habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus à Domino, vt sim fidelis.*

14 Rationem dissimilitudinis ostendit, quoniam qui Circuncisionē affectasset, sese iam non Deo, sed humanæ traditioni sub[illegible]iat. Est au[illegible] hoc mul[illegible] magis, de superstitionibus intelligendum, quas nonnulli inter res medias stultè numerant. 15 Repetitio generalis doctrinæ. 16 Virginitatem nulli præcipit, suadet tamen & laudat propter aliud, nempe tum propter præsentis temporis necessitatem, quum fidelibus vix liceret vno loco consistere, & præsentis vitæ commodis frui, ac proinde expeditiores essent qui familia non grauabantur: tum etiam propter huius vitæ curas, quas secum necessariò matrimonium trahit, vt illis animum distrahi sit necesse: quod in mulieribus præsertim locum habet.

¶ *Ne attrahat*, μὴ ἐπισπάσθω. Τὸ ἐπισπᾶσθαι, quod in genere significat attrahere, accipio passiua significatione, vt de eo dicatur qui chirurgi opera (vt ita dicam) præputiatur: [illegible] quidem fit cute ferro adducta, vt glandem rursus o[illegible]at, quemadmodum docet Celsus lib. 7. cap. 25. & testa[tur] Epiphanius in lib. De ponderibus & mensuris. pro quo etiam facit quod scriptum est Maccab. 1. [illegible]. & Iosephus lib. Antiq. 12, cap. 6. Certè ita accipiendum esse apparet ex verbo περιτέμνεσθαι, quod ei opponitur. Cæterùm vel Apostolus extra propositam tractationem ad quam postea redit vers. 25, velut excurrens, de circuncisione & seruitute, vel rebus etiam mediis & in quibus non esset positum regnum Dei, disserit: vel potius (quod ex nuda tantùm coniectura dictum sit) librariorum culpa factum est vt isti [ver]siculi 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, transpositi sint, qui potius versiculo 40, tractationem de coniugio finienti subiici debuerint. Sic enim omnia optimè cohærebunt, quum hæc quoque prorsus consentiant cum iis quæ de idolothytis postea disserit.

19 *Circuncisio nihil est*, περιτομὴ οὐδέν ἐστι. Hoc intellige ratione habita temporis quo Circuncisio desierat esse fidei sacramentum, tum etiam personarum respectu, id est eorū qui beneficium Christi intelligebant, id est neque Circuncisione neque Præputio nos fieri sanctiores.

21 *Ne sit tibi curæ*, μή σοι μελέτω, i. Ne de eo sis anxiè solicitus, quasi sit conditio Christianis indigna: sed eo potius te consolare quòd à misera seruitute peccati ac mortis sis per Christū manumissus, quanuis in hac vita seruias, quandiu Deo visum fuerit. Vide infrà, v. 32. sic tamen vt oblatum libertatis beneficium minimè repudiet.

22 *Qui in Domino vocatus est seruus*, ὁ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος, i. Qui quum seruus sit conditione, vocatus est ad Christi communionem. Est enim illud In Domino, Hebræorū more dictum, quem exposuimus suprà, cap. 1. vers. 2. Castellio verò nuper, vt elegantius loqui videretur pro *In Domino*, dicere maluit, *In re Dominica*. ¶ *Libertus*, ἀπελεύθερος, nempe à seruitute peccati liberatus.

23 *Pretio empti estis*, τιμῆς ἠγοράσθητε. Vide suprà, 6. 20. ¶ *Ne estote*, μὴ γίνεσθε. Vel, vt Vulgata & Erasmus, *Nolite fieri*. Transit ad thesin & generalem de his rebus mediis doctrinam, in quibus solent superstitiosi summam diuini cultus ponere, conscientias hominum istiusmodi commentis durissima seruitute oppressuri, vt sub papatu videmus euenisse. De his autem copiosè noster Apostolus, Coloss. 2. 20: cuius loci sententiam ego ad superstitiones refero, plerunque in eo positas, vt homines, repudiata libertate, miserrimæ seruituti sese subiiciant, & in ea sibi placeant, quasi omnium hominum felicissimi. At vnus est Dominus, inquit Apostolus, à quo conscientia nostra tenetur leges accipere.

24 *Apud Deum*, παρὰ τῷ Θεῷ. Puto hanc formulam idem declarare atque ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, *Coram Deo*. id est, ita sincerè & ex animo vt vos Deo approbetis. vel, perinde ac miles coram duce solet stationem seruare: sic vos apud Deum estote constantes in eo vitæ genere cui vos destinauit, perpetuò videlicet memores vos in eius conspectu versari.

25 *Imperium Domini*, ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω. Quid igitur? nū Paulus Verbi Dei limites trāsgreditur vt ij trahunt qui sibi licere volunt pro arbitrio leges conscientiis imponere? Minimè verò. Imò eos disertè damnat qui præcipere de his rebus quicquam audent quas Deus liberas esse voluit: sed tamen ex temporis, loci, ac personarum circunstantiis tradit quid expediat, id est quid sit Dei voluntati consentaneum. Hæc enim est Dei voluntas vt sancti simus, & ipsius cultui quam maximè addicti. ad quam regulam Apostolus propositam de virginitate quæstionem exigens, nouas certè leges nullas præscribit, sed à Domino præscriptas ad præsens negotium accommodat, idq; tanta cum modestia vt eos facilè redarguat qui se illius successores esse mentiti iugum conscientiis imponunt: id est, vt quod vnius Dei est ad se transferant. ¶ *Sententiam verò [hac in re] meam do*, γνώμην δὲ δίδωμι. id est dico quòd hîc censeo. Sic ipse Paulus 2. Cor. 8. 10. Et hoc est quod Gallicè dicimus, *I'en donne mon aduis*. Vulgata, *Consilium autem do*. Erasmus, *Consilium tamen do*. obscurè vterque & nonnihil impropriè. Differunt enim γνώμη & βουλή: quanuis certum sit Apostolum non aliud consulere quàm quod sentiat. Deinde discrimen illud sophisticum & falsum inter Præceptum & Consilium libens refugio, quanquam eò pridem deuentum est vt homines non iam Consilia, sed Præcepta sua iactent, & quidem tanto cum supercilio, vt ea ipsis Dei præceptis apertè anteponant. ¶ *Vt cui Dominus per misericordiam*, &c. ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. Vulgata & Erasmus, *Tanquam misericordiam consequutus à Domino*. Ego verò paulo aliter sum interpretatus, vt planior esset sententia. Asserit autem his verbis Apostolus ministerij sui auctoritatem, ne spernatur à Corinthiis ipsius sententia, quasi ab homine nō à Deo profecta. Quod dicturus sum, inquit, dico ego qui homo quidem sum, sed dignus cui fides habeatur, quia vt talis essem, à Domino sum consequutus. πιστὸν enim hîc vocat, non eū qui fideliter officium facit, quomodo ferè interpretantur: (nā fuisset aliquid adiungēdum, putà Minister, vel Apostolus) sed eum [illegible] des meritò sit habenda, vt sæpe solet πιστὸν λόγον dicere, [illegible] ἀνθρώποις, 2. Tim. 2. 1. Sic ipse Christus πιστὸς κτίστης [illegible]tur, 1. Pet. 4. 19, & μάρτυς πιστὸς sæpe in Apocalypsi. Cæterùm quòd πιστὸν εἶναι Castellio conuertit *Fidentem esse*, i. ex credentium numero esse, (sic enim solet vocare quos fideles dicimus) id (vt mihi quidem videtur) Apostoli sententiæ non conuenit, quanuis Augustinus sic aliquoties interpretetur.

26 Νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, ὅτι καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ οὕτως εἶναι.

27 Δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν. λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα.

28 Ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς, οὐχ ἥμαρτες· καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· θλίψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι· ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι.

29 Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν· ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι·

30 Καὶ οἱ κλαίοντες, ὡς μὴ κλαίοντες· καὶ οἱ χαίροντες, ὡς μὴ χαίροντες· καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες·

31 Καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι· παράγει γὰρ τὸ

26 Existimo igitur hoc bonum esse propter instantem necessitatem, bonum *inquam esse* homini ita esse:

27 Alligatus es vxori? ne quære dissolutionem. solutus es ab vxore? ne quære vxorem.

28 Quòd si etiam duxeris vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit: sed afflictionem in carne habituri sunt *qui sunt* huiusmodi. ego verò vobis parco.

29 Hoc autem aio, fratres, quoniam opportunum tēpus est angustum in posterum: vt & qui habent vxores, sint vt non habentes:

30 Et qui flent, vt non flentes: & qui gaudent, vt non gaudentes: & qui emunt, vt non obtinentes.

31 Et qui vtuntur hoc mundo, vt non abutentes, præterit e-

26 *Existimo ergo hoc bonū esse propter instantem necessitatem, quoniā bonum est homini sic esse.*

27 *Alligatus es vxori? noli quærere solutionē. solutus es ab vxore? noli quærere vxorem.*

28 *Si autem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. ego autem vobis parco.*

29 *Hoc itaque dico, fratres: tempus breue est: reliquū est vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint:*

30 *Et qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquā non gaudentes: & qui emunt, tanquā non possidentes.*

31 *Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. præterit enim fi-*

26 *Hoc*, τοῦτο. Id est virginem manere: pro quo dicit postea, Ita esse, virgines videlicet alloquens. ¶ *Bonum*, καλόν. Vide suprà, v. 1. ¶ *Propter instantem necessitatem*, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην. Id est, propter necessitatem quæ sanctos solet assiduè vrgere, quorum videlicet perpetua est iactatio: vt eorum conditio minimè videatur ad coniugiū accommodata, nisi ex altera parte carnis infirmitas ad illud adigat. Vetus interpres & Eras. ἐνεστῶσαν conuertunt *Præsentem*, & Arabs *Temporis præsentis* ex eorum sententia qui hoc referunt non ad Ecclesiæ conditionem illam perpetuam, de qua modò dixi, sed ad eius duntaxat temporis circunstātiam quo hæc scripsit Apostolus, quum vix liceret fidelibus vllo loco consistere. Solent enim Græci grammatici tempus præsens ex Stoicorum dogmate vocare χρόνον ἐνεστῶτα: quam expositionem huius loci sequuntur Arabs & Syrus interpretes, vt ex eo fortassis etiam sit intelligendum quod dixit suprà Ver. 7. quum minimè sit verisimile optasse Apostolum sine exceptione vt omnes continentiæ dono essent præditi & cælibes perstarent, ita mox humano genere desituro. ¶ *Bonum [inquam]* ὅτι καλόν. Vulg. *Quoniam bonum est*. Eras. *Nam bonum est*. Ego verò existimo potius esse epanalepsin, cuius infinita penè exempla annotauimus. Nam alioquin videbitur Apostolus idem, quod aiunt, per idem probare, veluti si dicas, Bonum est cœlibem esse, quia bonum est homini si sit cœlebs.

28 *Afflictionem*, &c. θλίψιν τῇ σαρκί. Carnem hîc vocat Apostolus externum hominem, & quæcunque ad præsentē vitam spectant. Coniugium enim multas eiusmodi molestias secum trahit ex hæreditario illo peccato extortas, veluti curam liberorum, & rei domesticæ solicitudinem, vt alia omittam mille incōmoda, quæ ex horum deprauatione nascuntur. Itaque Apostolus ad cælibatum inclinat, non quòd in eo collocet Dei cultum magis quàm in matrimonio, sed propter ea incommoda quibus, si fieri posset, cuperet omnes eximi, vt vni Deo vacarent. Huc etiam aliquatenus respiciebat Philosophus ille cuius hoc dictum fertur, μέγα ἐμπόδιον τῷ φιλοσοφεῖν ἡ γυνή. ¶ *Vobis parco*, ὑμῶν φείδομαι. id est Cupio infirmitati vestræ consultum, vt vos cōfugio non indigere exoptem, quò sitis omnibus istis molestiis vacui. Longè aliter hoc exponebant Manichæi, (à quorum opinione non multum abest Hieronymus in dānando matrimonio) sed quos egregiè refellit Augustinus in lib. De sancta virginitate. Et hunc saltem locum ab iis expendi velim qui fucata virginitatis merita tantopere extollunt, perinde ac si viuere cœlibem sit asperius aliquod vitæ genus, quàm coniugem esse.

29 *Quoniam opportunum tempus*, ὅτι ὁ καιρός. Sic lego & distinguo hūc locū ex sedecim vet. cod. itémque ex Græcorum scholiorum, Basilij denique fide, qui duobus locis ita citat, nisi quod ὅτι omittit. Cæterùm συνεσταλμένον, quod Hieron. vertit *In collecto*, Vulg. *Breue*, vocat Apostolus tempus in angustias contractum, translatione à velis & cæteris id genus sumpta, quam copiosius persequitur Ezechias Esa. 38. 12. Neque tamen (vt opinor) Apostolus ad vitæ humanæ breuitatem simpliciter respexit, sed huc potius quòd in fines seculorum sit deuentum & finis omnium immineat, vt 1. Petr. 4. 7, instante nimirum die Domini, vt de aliis rebus magis seriis sit cogitandum. Sic enim solent Apostoli de die illo loqui quasi iam proximo, vt 2. Pet. 3. 8. & 9. Ideo addidit Apostolus τὸ λοιπόν, id est, Deinceps, & in posterum. Vulgata, *Tempus breue est: reliquum est vt*, &c. ὁ καιρὸς συνεσταλμένος· τὸ λοιπόν ἐστιν ἵνα &c. quam lectionem (vt modò dixi) in nullis vetustis exemplaribus inueni. ¶ *Vt*, ἵνα. Si nostram lectionem sequaris, ἵνα coniungendum erit cum φημί, *aio*: sin minus, cum τὸ λοιπόν ἐστιν, *superest*. possis autem hunc locum sic etiam interpretari, *Hoc autem dico, fratres, tempus contractum esse. Superest.*

30 *Qui flent*, οἱ κλαίοντες. Fletus appellatione, Hebræorum more, res aduersæ: gaudij, res secundæ intelliguntur. id est, causæ ex effectis.

31 *Hoc mundo*, τῷ κόσμῳ τούτῳ. Hoc deest in Arabica interpretatione. Mundi autem appellatio quum varia sit ac multiplex in sacris literis, hîc (vt opinor) significat omnia quæ nobis hîc viuentibus vtenda conceduntur ad breue spatium. Neque verò iubet Apostolus vt bona abiiciamus quæ à Domino accepimus: sed primùm omnium, vt quod quisque est, id esse velit: deinde ne fluxis istis rebus vel nimium simus addicti, quasi (vt dicebat ille) non illas possideamus, sed ab ipsis possideamur: vel eis perperam ac in alium vsum vtamur quàm sunt conditæ, vti faciunt non modò qui earum vsum immutant, sed etiam qui temere illas profundunt. Has enim omnes significationes admittit participium καταχρώμενοι, & apud Latinos *Abutendi* verbum. Mihi tamen maximè videtur apposita prima expositio, vt immoderatum vsum damnet, aduersus eos qui toti sunt in præsentis vitæ negotiis immersi. Basilius in libello quem inscripsit περὶ τῶν πλάτους ὅρων, legit & interpretatur παραχρώμενοι quasi notet Apostolus profusionem & nimium sumptum id est τὴν πολλὴν τὴν χρείαν δαπάνην. quam sententiam amplexus est Syrus interpres. Vulgata, *Tan-*

quam non vtantur, repetito eodem participio χρώμενοι, vt in præcedentibus membris idẽ participium repetitur. Sic etiã legit Arabs interpres, vt sit sensus, non aliter vtendum esse huius mundi rebus, quàm si non vteremur, i. quàm si nullã inde vtilitatem consequeremur. Hoc enim illud est quod facit vt mundũ hunc ipsi Deo anteponamus, vsqueadeo cõmodis ex illarum rerum vsu ad nos redeuntibus illecti, vt Dei & æternę vitę facilè obliuiscamur. ¶ *Præterit*, παράγει. Id est παρέρχεται, vt interpretatur Græca scholia siue παράγεται, vt scribitur 1. Ioh. 2. 17. vbi hæc sententia repetitur. quæ expositio mihi videtur maximè consentanea illi quod suprà dictum erat de exiguo temporis spatio, siue ad diem illum vltimum totius mũdi in cuius vltimo curriculo versamur, siue ad huius caducæ vitæ breuitatem respiciat Apostolus. Mauult tamen Stapulensis (quem sequitur Alciatus libro παρέργων 2, cap. 30) interpretari παράγει, *Fallit* seu *decipit*, blãda nimirum specie homines alliciens. Budæus verò, neutram interpretationem sequutus, παράγει exponit, παρατρέπει, *transuersos nos agit*. siue, *nos à recta via abducit*. Nam hoc quoque significat τὸ παράγειν.

σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. | nim species huius mundi. | gura huius mundi.

32 Θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ·

32 Velim autem vos absque solicitudine esse. Qui cælebs est, solicitus est de iis quæ *sunt* Domini, quomodo placiturus sit Domino:

32 *Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo:*

33 Ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί.

33 At qui duxit vxorem, solicitus est de iis quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit vxori.

33 *Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est.*

34 Μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί.

34 Discretæ sunt, ea quæ *est* vxor, & ea quæ *est* virgo. quæ *est* cælebs, solicita est de iis quæ sunt Domini, vt sit sancta cùm corpore tum spiritu: quæ verò nupta est, solicita est de iis quæ sunt mundi, quomodo placitura sit viro.

34 *Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.*

35 Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμ-

35 Hoc autem dico vestro cõ-

35 *Porro hoc ad vtilitatẽ*

¶ *Species*, τὸ σχῆμα. Seu *habitus ille in oculos incurrens figura* vel *forma*. Nam in genere significat nihil esse in mundo solidum, ne in his quidem quæ stulti homines tantopere admirantur. Cic. De amicitia, *Quæ est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed reipsa multis locis repudianda est.*

32 *Velim*, θέλω. Vulgata, *Volo*. vide suprà, ver. 7.

¶ *Absque solicitudine*, ἀμερίμνους. Solicitudinem vocat Apostolus hoc in loco non in genere curam omnem, (neque enim hoc conueniret cũ eo quod scripsit 2. Cor. 11. 28) sed id genus curarum duntaxat quod cohæret cum coniugio. quod & ipsum tamen simpliciter non damnat, quum alibi præcipiat, vt 1. Tim. 5. 8: sed quòd omnes cupiat, si fieri posset, quàm maximè expeditos currere in Euangelij stadio. Quòd autem alibi præcipitur de modo in his rebus tenendo, ita vt diligentia ac sedulitas ab anxietate discernatur, ad hunc locum non pertinet. ¶ *Solicitus est*, μεριμνᾷ. Diximus Mat. 6. 27, hoc verbo significari curam cum anxietate animi, ac proinde cum diffidentia coniunctam: quomodo etiam accipiendum est verbum μεριμνᾶν suprà, ver. 21. Sed hoc loco μεριμνᾶν in genere pro φροντίζειν accipitur. Itaque rectius Eras. conuertit *Curat*, quàm Vulg. *Solicitus est*. Cyprianus in 2. tractatu De habit. virg. vertit, *Cogitat*, vt etiam Vetus interpres.

¶ *Quæ sunt mundi*, τὰ τοῦ κόσμου. Mundi appellatione rursus intellige quæ ad præsentem vitam in coniugio transigendam necessariò requiruntur. Neque enim de iis agit quæ per se sunt vitiosa: sicuti rursus non ita addicit mundo coniuges, vt à rerum diuinarum cogitatione prorsus excludat, nam (vt rectè scribit Clemens lib. στρωμ. 3.) licet etiam ei quę nupsit, Deo gratias agere, & ei qui vxorem duxit, in coniugio curare quæ sunt Domini. quod Ambrosius quoque annotauit & August. De bono coniug. sed distrahi significat cogitationes eorum qui sunt coniugio deuincti, ideóque commodiorem esse cælibatum, sicui datum sit vt se possit continere. ¶ *Placiturus sit*, ἀρέσει, curans videlicet rem familiarem & ita se gerẽs vt pacem cum vxore colat. Nec enim hoc pertinet ad eos qui vxorij dicuntur. Sic etiam exponendum quod in proximè sequente vers. de vxore dicitur, marito placere studente.

34 *Discretæ sunt ea quæ*, &c. μεμέρισται ἡ γυνὴ, &c. Sic accipitur vocabulum διαίρεσις pro discrimine seu differentia infrà, 12. 4. 5. & 6. & quum alioqui γυνὴ Græcis vt & Hebręis אשה tam fœminam quàm vxorẽ significet, γυναῖκα hîc vocat Apostolus non à sexu, sed quæ maritum habeat, vt disertè quoque interpretantur Syrus & Arabs interpretes: cui opponitur ἡ παρθένος, siue ἡ ἄγαμος, id est quæ nunquam nupsit. Agit enim de his propriè Apostolus, vt de viduis seorsim. Quod igitur Apostolus de viris dixerat, hoc quoque sigillatim dicit de vxoribus: (quod in hac disputatione sæpe fecit) neque dubitare possum quin hæc sit vera lectio, quam & in Syra & Arabica editione, & in omnibus vetustis nostris codicibus Græcis inueni, si duos tantùm excipias, quanuis aptius scribi potuit μεμερισμέναι εἰσί. Consentiunt etiam Græca scholia, Theophylactus, Hieronymus in Heluidium, item ad Eustoch. de seruanda virginitate. quãuis alibi à seipso dissentiat. Facit etiam pro me Basil. in lib. περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀληθοῦς ἀφθορίας, ter ita citans hunc locum, eo tantùm excepto quòd coniũctionem καὶ inserit duobus locis, sic nimirum καὶ μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος, ἡ ἄγαμος, &c. sed nihil variãt sententia, quum τὴν γυναῖκα disertè interpretetur τὴν γαμήσασαν, id est *eam quæ nupsit*, siue eam quæ est vxor. Inuenio tamen duas diuersas lectiones, quarum vna hæc est, καὶ μεμέρισται, *& diuisus est*, id est in varias partes ac diuersas curas distractus, is videlicet qui vxorem duxit, quum partim curare illum oporteat quæ sunt coniugij, partim quæ sunt Domini. Deinde sequitur noua sententia, ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος μεριμνᾷ, &c. *Mulier quæ est innupta & virgo curat*, &c. Hanc lectionem sequitur Vulg. editio qua nunc vtimur, nimirum ex libro priore Hieronymi aduersus Iouinianum, vbi ita legendum esse cõtendit Hier. à seipso dissentiens. Ita etiã legit Ambrosius lib. De viduis. Et August. lib. De bono vidui. c. 2, in eo tamen dissentiens ab Hiero. quòd τὴν ἄγαμον *viduam* interpretatur, quum Hiero. velit τὴν ἄγαμον & τὴν παρθένον idem declarare. Sed profectò si hanc scripturam sequaris, prorsus redundabit ἡ γυνὴ ἄγαμος vel ἡ παρθένος, quum satis fuerit scripsisse ἡ ἄγαμος, vel ἡ παρθένος. Alteram (id est tertiam) demum lectionem apud vnum Ambrosium inuenio, nisi deprauatus est codex. Sic enim legit, hunc locum interpretans, *Et diuisus est: diuisa est mulier & virgo*, καὶ μεμέρισται· μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος.

¶ *Tum spiritu*, καὶ πνεύματι. Id est, animo, vt suprà, 2, 11. Neque verò hanc corporis & animi sanctitatem coniugibus adimit, sed facilius contingere dicit extra coniugium, propter varia auocamenta, vt disertè defendit Clemens lib. στρωμ. 3. & Augustinus De bono coniugali, contra quàm tradit Hieronymus aduersus Heluidium.

35 *Vestro commodo*, πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον. Vulgata, *Ad vtilitatem vestram*. Erasmus, *Ad id quod vobis conducibile*. Obscurè vterque, præsertim Erasmus. In summa significat Apostolus, se nemini imponere necessitatem vel ducendæ vxoris, vel non ducendæ: sed simpliciter ostendere vtrum vitæ genus per se sit commodius, vt quisque suas hîc vires expendat.

¶ Decen-

φέρον λέγω· οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ, ἀπερισπάστως.

modo: non vt laqueum vobis iniiciam, sed vt decenter & aptè adhærescatis Domino absque vlla distractione.

vestram dico, non vt laqueum vobis iniyciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimẽto Dominum obsecrandi.

36 Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι, ὃ θέλει ποιείτω, οὐχ ἁμαρτάνει· γαμείτωσαν.

36 17 Cæterùm siquis *sese* existimat aliquid indecorum in virginem suam cõmittere, si florẽ ætatis excedat, & ita debet fieri: quod vult faciat, non peccat: iungantur matrimonio.

36 *Siquis autem turpẽ se videri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat, nõ peccat: nubat:*

37 Ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ, μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, τοῦ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, καλῶς ποιεῖ.

37 Qui verò perstat stabilis in corde, nec adigitur necessitate, sed in potestate habet propriã voluntatem, & hoc decreuit in corde suo, vt conseruet suã virginem, bene facit.

37 *Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginẽ suam, bene facit.*

17 Iam ad parentes se conuertit, in quorum potestate sint liberi, monens vt superiorem doctrinam sequuti despiciant quid suis liberis conueniat, ne vel necessario aduersus incontinentiã remedio ipsos priuẽt, vel ad matrimoniũ adigant, vbi neque voluntas eò inclinant, nec vlla vrget necessitas: & rursus virginitatem laudat, sed simpliciter, neque in omnibus.

¶ *Decenter & aptè*, &c. πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον, &c. Quædam exemplaria legunt εὐπάρεδρον, eodem sensu: quædam εὐπρόσδεκτον, sed corruptè, opinor, vt liquet tum ex aduerbio ἀπερισπάστως, tum ex eo quòd Paulum apparet de industria vsurpasse ea vocabula quibus arctissimum illud cõiugij vinculum maximè propriè exprimatur: quasi diceret, se tradere qua ratione homines spirituali quodam coniugio cum Deo aptissimè possint connecti: minimè id quidem quasi vel per se hoc præstet cælibatus, vel impediat matrimonium, sed quod cælebs diuersis curis minus impediatur. Cęterùm quum (vt rectè annotauit Erasmus) ista ad verbum transferre sit difficillimum, discessi & ego à Græcis nonnihil, vt planior esset sententia. Sic autem Vulgata, (vt nunc quidem legimus, quum, vt testatur Hieronymus aduersus Iouinianum, hæc olim in Latinis codicibus essent omissa propter interpretationis difficultatem) *Ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi*, in qua interpretatione id primùm mihi non placet quòd τὸ εὔσχημον interpretatur *honestum*: quasi videlicet indecorum sit matrimonium, quod τίμιον vocat Petrus: quum τὸ εὔσχημον, vt opinor, significet potius hoc loco τὸ πρέπον καὶ πρόσφορον, id est, quod est conueniens & accommodatum, vt etiam Rom. 13. 13. & infrà, 14. 40, εὐσχημόνως significat decenter & conuenienter. Nam quia Deus purissima quædam res est, & ab omni commixtione aliena, ad eã naturam propiùs videtur accedere cui datum est vt se ab omni mulieris consuetudine possit continere: quanuis ea alioquin & bona & honesta sit, si Dei ordinatio & finis eius consideretur, non autem quatenus peccatum immoderatę illius libidinis ἀταξίαν inuexit. Deinde quòd ἀπερισπάστως vertit *Sine impedimento*, id est ἀνεμποδίστως, impropriè & non seruata translatione, quam Apostolus à matrimonij coniunctione sumpsit. Nam opinor, Dominum obsecrandi, perperam scriptum esse à librariis pro, Dominum obseruandi, vel, vt conicit Erasmus, pro, Domino obseruiendi. pro quo mallem dicere Domino obsequendi, vt totum illud, *Quod facultatem præbeat obseruandi*, exprimat Græcum vocabulum τὸ εὐπρόσεδρον: impropriè id quidem, & neglecta rursus translatione, inde sumpta quòd vxor à viri latere quodammodo non discedat. Hieronymus autem conuertit, *Vt ad id quod honestum est, & intentè faciat seruire Domino absque vlla distractione, vos adhorter*; nihilo felicius si aduerbium ἀπερισπάστως excipias. Erasmus, *Vt quod honestum ac decorum est sequamini, & adhæreatis Domino absque vlla distractione.* Syrus autem interpres hunc locum sic expressit, πρὸς τὸ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ, *vt sitis fideles erga Dominum*, more videlicet fidorum seruorum qui à latere Domini sui non discedunt. καὶ τὸ εὔσχημον, *tum honestate decora*. ἀπερισπάστως, *non cogitãtes de mundo*, id est ita vt mundus vestram cogitationem ab eo non auellat. sententia certè egregiè expressa. Arabs autem particulam πρὸς, siue πρὸς in εὐπρόσεδρον, siue εὐπάρεδρον paulò aliter accipiens, vertit, *vt conformemini quam proximè secundum Dominum*, non ita appositè, & in aliis quoque videtur paulo longius à verbis Pauli discessisse, quàm fuerit necesse.

36 *Aliquid indecorum committere*, ἀσχημονεῖν. Vulg. *turpem se videri*, malè. Nec enim per se turpe est patri filiam, quamuis iampridem nubilem nuptum nemini tradere: sed hoc tamen, vel ipsi notam negligentiæ, vel filiæ malã alicuius vitij suspicionem inurit, quasi inueniri non possit cui obtrudatur, & huic opponitur τὸ εὔσχημον. id est, quod decens est, & cuipiam honestum. *In virginem suam*, ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ, nempe filiam, vel alteram quamuis, quæ sit in ipsius potestate. Hoc enim & diuinum, & humanum ius vetat, ne quis matrimonium absque eius auctoritate contrahat, in cuius est potestate, quod ex hoc etiam loco manifestè liquet, vt & quomodo sic temperanda hæc sit auctoritas, vt neutri fiat iniuria. Itaque nec audiendus est Hieronymus, *virginem suam* interpretans *virginitatem*, meritò hac in re ab Augustino refutatus, in quæstionibus super Numeros: quamuis in eundem postea scopulum impegerit Fulgentius, epist. 1. quæ est de coniugali debito. De personis enim quæ iuris sui non sunt hîc agi, ex iis quæ sequuntur manifestissimè liquet: atque adeo, sicuti mox dicam, ex Syra & Arabica interpretatione. ¶ *Si florem ætatis excedat*, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος. Vulg. *quod sit super adulta*, vt pro ἐὰν legisse videatur ὅτι. Eras. *si præterierit nubendi tempus*. Constat autem ἀκμὴν, hîc dici ætatis ad nuptias contrahendas maturitatẽ, de virgine, quæ sit, vt eleganter loquitur Virgilius, iam matura viro, iam plenis nubilis annis. His verò subiicit Syrus interpres, *& non tradiderit eam viro*, quę verba tam huic loco conueniunt, vt penè videri possint in Græcis nostris codicibus deesse. Præterquam enim quòd hoc flagitat verbum γαμείτωσαν, quod mox sequitur: nisi locus iste sic accipiatur vt per ὑπέρακμον tacitè quoque intelligatur ἄγαμος, postea scribendum non fuisse videtur καὶ οὕτως & ita, sed potiùs, καὶ ἄλλως, *& aliter* ὀφείλει γίνεσθαι *debet fieri*: pro quo idem Syrus interpres habet, *& conueniens est vt eam tradat viro*, i. vt καὶ ὀφείλει αὐτὴν ἐκγαμίζειν. Qui verò multò etiam longius aberrantes, ista interpretãtur de viro, qui virginem sibi nuptam cogitet intactam seruare, & ad hoc commentum abutuntur impudentissimè Iosephi & Mariæ exemplo, ne refutationem quidem merentur. ¶ *Non peccat*, οὐχ ἁμαρτάνει. i. rectè facit, sicut explicat Apostolus vers. 38. vt necesse sit cõcidere eiusdem Hieronymi cauillum aduersus Iouinianum, quasi Paulus hoc factum non laudet, sed tantùm excuset à peccato. ¶ *Iungantur matrimonio*, γαμείτωσαν. Vulg. rectius, vt & meus Claromontanus codex, γαμείτω, *nubat*. Et ita etiam legit Syrus interpres. Videri tamen potest vsus plurali numero Paulus, quòd in coniugio necesse sit duos interuenire, vel vt ostendat in filio non minus quàm in filia eandem regulam valere. Nam τὸ γαμεῖν testantur grammatici de viro propriè dici, vt τὸ γαμεῖσθαι de vxore, quod tamen non obseruauit Paulus suprà ver. 34. vt scripsit γαμήσασα pro ἡ γαμηθεῖσα. Theophylactus habet γαμισκέσθωσαν.

37 *In corde*, ἐν τῇ καρδίᾳ. Hebraismus, pro, *Apud se*: vel (vt loquitur Cic. 5, Ver.) *Qui statutum ac deliberatum aliquid tam animo habet*. Opponitur autem hoc τῷ νομίζειν.

¶ *Nec adigitur necessitate*, μὴ ἔχων ἀνάγκην. Vulgata & Eras. obscurè & nouè ad verbum, *Non habens necessitatem*. id est, cui non obstat filiæ infirmitas, aut alia aliqua ratio quominus possit liberè eam seruare virginem. Id enim ita accipiendum esse liquet partim ex antithesi, (huic enim opponitur τὸ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι) partim ex eo quod subiicitur. Nã is dicitur voluntatem suam habere in potestate, cuius voluntas ab altero nõ pendet. Pendet autem in hoc negotio patris voluntas à liberorum voluntate, hactenus vt te-

neatur illorum voluntatis rationem tantùm habere, vt nec ab illis exigere cælibatum qui hoc donum à Deo non acceperint, nec inuitis debeat iis, quas ipsi libuerit personis adiungere.

Rom. 7. 1.
18 Quod de cælibe matro, de vxore quoque vidua pronunciat, licere ipsi videlicet alias nuptias contrahere, modò id religiosissimè faciat, nec tamen dissimulat eam fore à multis curis liberâ quæ cælebs permanserit.
1. Thess. 4. 8.
1 Aggreditur aliam rerum mediarum nempe idolothytorum, siue carnium immolatitiarum vsû. Remouet autê in primis quæ Corinthij promiscuè idolothytis vtentes prætexebant. Primùm igitur afferebant istud ciborû discrimê imperitorû

Ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων, καλῶς ποιεῖ. ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων, κρεῖσσον ποιεῖ.

Γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι· μόνον ἐν Κυρίῳ.

Μακαριωτέρα δέ ἐστιν ἐὰν οὕτω μείνῃ κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην· δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν.

Κεφάλαιον η.

ΠΕρὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν. ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ.

Εἰ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε καθὼς δεῖ γνῶναι.

Εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ.

Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλο-

38 Itaque qui dat nuptum, benè facit: qui verò non dat nuptum, melius facit.
39 18‖ Vxor alligata est lege quàmdiu viuit vir ipsius: quòd si obdormierit vir ipsius, libera est ad cui velit nubendum: tantùm in Domino.
40 Sed beatior est si ita mancat, secundum meam sententiam: ‖videor autem mihi & ego Spiritum Dei habere.

CAP. VIII.

1 CÆterùm de iis quæ idolis immolãtur, scim⁹ nos omnes notitia esse preditos. Notitia inflat, charitas verò ædificat.
2 Quòd si quis *sibi* videtur aliquid scire nondum quicquam nouit sicut oportet nosse.
3 Sed siquis diligit Deum, hic cognitus fuit ab eo.
4 2 De esu igitur eorû quæ ido-

38 *Igitur, & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit melius facit.*
39 *Mulier alligata est legi quãto tempore vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat: tantùm in Domino.*
40 *Beatior autem erit si sic permanserit, secundum meum consilium: puto autem quòd & ego Spiritũ Dei habeam.*

CAP. VIII.

1 *DE ijs autem quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas verò ædificat.*
2 *Si quis autẽ se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oportet eum scire.*
3 *Siquis autẽ diligit Deũ, hic cognitus est ab eo.*
4 *De esca autẽ quæ idolis*

hominû esse, sibi verò perspectû esse Christi beneficiû, qui factû sit vt omnia ista essent munda mũdis. Esto, inquit Paulus, simus omnes abũde instructi Christi notitia: dico tamẽ non esse in illa notitia simpliciter acquiescendû. Ratio est, quia nisi charitate notitia tẽperetur nõ modò nõ iuuat, sed etiã plurimùm nocet, quum sit fastus magistra: imò ne nomen quidem diuinæ notitiæ meretur à Dei dilectione, ac proinde charitate proximi seiuncta.
2 Applicatio eius responsi ad idolothyta. Concedo (inquit) idolum esse re vera inanem quandam imaginationem, & vnum esse Deum ac Dominum, ac proinde cibos non posse ab idolo vel sanctos vel impuros reddi: at non inde conficitur promiscuè illis vti vt quibusuis cibis licere.

38 *Qui dat nuptum*, ὁ ἐκγαμίζων. Vulg. & Syrus interpretes repetunt τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, *virginẽ suam*. quod etiã in Claromont. codice exprimitur.
¶ *Melius facit*, κρεῖσσον ποιεῖ. id est. Commodius liberis consulit, vt diximus suprà, ver. 1, idque non simpliciter, sed sub conditionibus antè expressis [illegible] Apostolo. Sic quoque accipiendum est quod subiicitur, beatiorem esse eam quæ à repetitis nuptiis abstineat. Nec leue est quòd totum hoc membrum deest in Syra interpret.
39 *Lege*, νόμῳ, id est, Per legem matrimonij. vel LEGI tertio casu. Spectat autem Paulus id quod ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidit. Itaque nihil hoc obstat neque iis quæ de adulterio sanciuit Christus, neque iis quæ in desertores scripsit Apostolus hoc ipso capite.
¶ *Obdormierit*, κοιμηθῇ. id est, Mortuus fuerit, ex Scripturæ phrasi, quam alibi exposuimus. Tertul. in libello, meritò damnato, de Monogamia, videtur legisse κεκοίμηται: & hinc argutatur, quasi hîc agatur de ea quæ iam vidua ad Christianismum accesserit, non autem de ea quæ iam Christiana virum amiserit. ¶ *In Domino*, ἐν Κυρίῳ id est, Religiosè & cum Dei timore. Arabs interpres nimium angustè restringit ad accipiendum maritum ex fidelium numero.
40 *Beatior*, μακαριωτέρα. id est paucioribus molestiis & distractionibus obnoxia. ¶ *Puto*, δοκῶ. Vtitur verbo diluto emphatica μειώσει.

IN CAPVT VIII.

1 *Omnes*, πάντες. Eos vnos alloquitur Apostolus qui eo prætextu defendebant se posse quibusuis vesci, quòd scirẽt idolum nihil esse, vt apparet ex ver. 9. Itaque restringenda est vniuersalis particula. quanquam ne hoc quidem illis tribuit nisi per concessionem, aut μίμησιν ironicam, vt apparet ex eo quod subiicitur versu proximo. Iam autem aggreditur Apostolus aliam quæstionem, quæ & ipsa pertinet ad quartum caput huius epistolæ. De rebus mediis. Quærit igitur de idolothytis, quis sit legitimus eorum vsus, toto hoc capite, & præterea à 14 versu capitis 10, ad secundum vsque versum capitis vndecimi. Nam quæ interiecta sunt, etsi ad illam de idolothytis quæstionem sunt accommodanda, tamen in peculiares alias disputationes distribui possunt, ac etiam debent. Summa verò responsionis Pauli in his capitibus posita est: 1, vt in rebus mediis scientiores habeant rudiorum rationem, in huius Christianæ libertatis vsu. 2, quasdam esse res medias, sua natura, quæ propter circunstantias sint maximè noxiæ & vitandæ. Ex his autem duobus capitibus vnum est generale, & perpetuum: alterius autem in idolothytis exemplum præbent epulæ quæ in idolorum templo instruebantur, & erant idololatriæ partes, ideóque inter res medias minimè habendæ, & erant Christianis prorsus interdictæ. Hæc autem doctrina quàm sit nostris quoque temporibus necessaria, ostendunt controuersiæ à Pseudonicodemitis excitatæ.
¶ *Inflat*, φυσιοῖ. Id est vanitati & arrogantiæ veluti materiam subministrat, quatenus videlicet charitate destituitur. quanquam ne tum quidem damnanda est veri notitia, sed homines potius qui ea abutuntur.
Ædificat, οἰκοδομεῖ. Id est instruit proximum, eúmque promouet in pietatis ac religionis studio. Est autem Scripturis familiaris ista translatio: sicut etiam Ecclesia dicitur domus Dei, ex fidelibus quasi lapidibus constructa: ipsique adeo fideles Templum Dei vocantur. Accipitur tamen interdum in vitio, vt infrà versu 10.
2 [*Sibi*] *videtur*, δοκεῖ. Vulgata, *Se existimat*, non satis expressè. Nam verbo δοκεῖν significatur non simplex aliqua persuasio, sed quæ cum superbia & insolentia coniuncta sit: quum alioquin nihil æquè repugnet fidei atque Academicorum dubitatio. Vide Matth. 3. 9. ¶ *Nondum quicquam nouit*, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε. Geminatio negantis particulæ vehementius negat, vt rectè notat Erasmus. Quod autem Vetus interpres οὐδὲν prætermisit, hoc fecit ex sui (opinor) exemplaris fide: siquidem & nos in vno ex nostris deesse comperimus, & alibi quoque γνώσκειν, pro peritum esse aut notitia præditum, ponitur absolutè, vt infrà, 13. 9.
3 *Hic cognitus fuit ab eo*, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ. Hebraicè הודיע אותו [*hodiah otho*,] id est ad verbum, *Scire fecit eum quod æquipollet*, τῷ ἐδιδάχθη. Ex quo consequitur eiusmodi demum hominem vera scientia esse præditum, quam à Deo ipso didicerit. sed Hebræum transitiuum Paulus Græco passiuo verbo expressit, ac si dicas, scire facti estis ab eo. Nam alioqui Hophal Hebræum passiuum non admittit casum personæ gentis. Alij accipiunt cognitum à Deo, id est

id est approbatum ab eo, ac proinde cuius vera sit scientia; non autẽ adulterina illa qua præditi sunt qui non Deũ sed seipsos amant. Sed si priore modo istud accipiamus, planior erit superioris membri antithesis: & eiusdem Hebraismi simile prorsus exemplum extat Gal. 4. 9, & infrà quoque 13. 12. & cur sic malim [illegible] exponere, facit etiam Augustini auctoritas tractatu in Ioh. 98, *Quum, inquit, hoc fit in hominis mente vt quod credit, sciat* (id est, vt paulo antè scripsit, *amplius intelligat*) *ipse dicitur cognosci à Deo, quia Deus illum cognoscentem facit.*

θύτων οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος εἰ μὴ εἷς.

5 Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοί, εἴτε ἐν οὐρανῷ εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς· (ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοί)

6 Ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.

7 Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις. τινὲς δὲ τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι, ὡς εἰδωλόθυτον ἐσθίουσι. καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται.

8 Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ. οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· οὔτε

lis immolantur, scimus idolũ nihil *esse* in mundo, & nullum *esse* Deum alium nisi vnum.
5 Nam etiamsi sint qui dicantur dij, & in cælo & in terra: (sicut sunt dij multi, & domini multi)
6 Nobis tamen vnus *est* Deus, Pater ille à quo omnia, & nos in ipso: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.
7 3 Sed non in omnibus *est* ea cognitio: 4 nonnulli enim *cum* conscientia idoli vsque ad hoc tempus, vt idolis immolatum edunt: & conscientia eorũ, infirma quum sit, inquinatur.
8 5 Cæterùm esca nos nõ commendat Deo: neque enim si edamus amplius habemus: ne-

immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo; & quòd nullus est Deus nisi vnus.
5 *Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cælo, siue in terra: (siquidem sunt dij multi, & domini multi)*
6 *Nobis tamẽ vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.*
7 *Sed non in omnibus est scientia: quidam autem cum conscientia vsque nũc idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum, quum sit infirma polluitur.*
8 *Esca autem nos non commendat Deo: neque enim si manducauerimus, abũ-*

Ioh. 13. 14.
infrà 12. 5.
3 Ratio cur id non [illegible] hæc est, quia quod vos scitis, non [illegible] sunt qui [illegible] [illegible] [illegible] num iudicia, non tantum à vestra, sed etiam à spectũ eorũ conscientia dependẽt, ac proinde vestræ actiones nõ tantùm ad

vestram scientiam, sed etiam ad fratrum ignorantiam accommodari debent. 4 Applicatio rationis. Multi sunt qui non possunt, nisi titubante conscientia, vesci idolothytis, quòd ea impura esse existiment: itaque si tuo exemplo aggrediantur quod intus arbitrantur Deo displicere, polluitur eorum conscientia hoc esu: tu ei malo occasionem præbuisti. 5 Occupatio, an verò propterea æquum fuerit nos iure nostro cedere? Imò, inquit Apostolus, nihil quod ad Christianismum attinet vobis decedet si abstinueritis in fratrum gratiã, sicut etiam, sumptis cibis nihilo vos reddet [illegible]. Neque enim nostri commẽdatio coram Deo, posita est in cibis: sed cum fratris offendiculo vti libertate, id verò est libertate abuti, cuius è contrario legitimus vsus est, siquis ea sic vtatur vt fratris infirmi rationem habeat.

4 *Idolum*, εἴδωλον. Græcam vocem theologis Latinis satis tritam, libenter retinui. Significat autem Græcis hoc vocabulum id quod Latinis simulacrum, effigiem videlicet, qua nobis repræsentetur forma alicuius rei vel fictæ vel etiam veræ. Translatitiè verò postea accommodari cœpit ad formas ac species rerum in animo conceptas: denique etiam ad mortuorum spectra, quæ Latini vmbras & manes vocant, & Virgilius quoque simulacra. Sed hoc in loco & aliis plerisque peculiariter idola vocantur simulacra ad numen aliquod repræsentandum, cui cultus exhibeatur qui dicitur idololatria. ¶ *Nihil* [*esse*,] οὐδέν. Id est, esse inane & vanum somnium, sicut poeta ipse picturam vocat inanem. Neque enim idola ex materia æstimantur, sed tum ex forma, quæ res veras mentitur, tum ex eorum inani imaginatione, qui de idolo sibi aliquid non modò reale, sed etiam diuinum propter effictam formam animo concipiunt. Hinc autem efficitur nullam esse vim idolorum vel ad sanctificandum, vel ad polluendum res oblatas, quod concedit Paulus: sed quòd illi inde colligebant, propterea sine vllo discrimine se vesci posse idolothytis, id verò non concedit.
In mundo, ἐν τῷ κόσμῳ. Opponit res fictas rebus veris à Deo conditis. Sic vocantur idola אלילים [*elilim*,] quasi Nihilitates dicas, & הבלי שוא [*chable schaue*,] id est vanitates mendacij. Psalmo 31. versu 7. Quòd autem Erasmus pro *Nihil est*, substituit *Nullum est*, & ἐν κόσμῳ, id est *in mundo*, cum verbo ΕΣΤ subaudito coniungit, quasi dicat Apostolus, nullum simulacrum esse vsquam: id verò non video quomodo satis commodè possit intelligi. Nam vt simulacrum sit res inanis, tamen non desinit esse simulacrum rei etiam fictitiæ & imaginariæ. neque fit mihi verisimile Apostolum tam subtiliter philosophatum in verbo ἐστί.
5 *Sicut sunt*, &c. ὥσπερ εἰσί, &c. Vulgata, *Siquidem sunt*. Apud Ambrosium verò hoc totum deest. Notandum est autem Paulum opponere multos Baalim, id est Dominos, & Elilim, id est fictitios deos, qui non sint, sed dicantur domini & dij, vni Deo Patri & Domino Christo, qui non hominum opinione ficti sint, sed reuera sint quod dicuntur, & quidem vnicus Deus.
6 *A quo*, ἐξ οὗ. Hic principium declarat in personarum distinctione. Nam alioquin Christo etiam competit, essentiæ absolutè consideratæ respectu, id est quatenus Deus vnus est cum Patre. Hîc verò manifestè Patrem à Filio distinguit. Particula autem Vnus non excludit Filium vel Spiritum sanctum, qui sunt vnus Deus cum Patre, sed primùm quidem commentitios deos spoliat deitate quæ illis affingitur: deinde in genere & semel ostendit nulla ratione posse plures esse natura deos. Sic etiam quum dicitur Christus vnus Dominus, non excluditur Pater, nisi fortè Deum Patrem absque dominio intelligas. ¶ *In ipso*, εἰς αὐτόν. i. ἐν αὐτῷ, videlicet substitimus: vbi rursus notandum est Patri propriè tribui præpositionem ἐν, vbi de vi agitur qua conseruatur rerum οὐσία: quãuis hoc non sit perpetuum, quum de Filio etiam dicatur, Ioh. c. 1. ver. 4. Vulgata & Erasmus, *In illum*, vt notetur causa finalis quòd nos & nostra omnia debeamus in illum, vt extremum finem, dirigere: quo modo idem dicendi genus accipitur Rom. 11. 36. Sed quum statim subiiciatur de Christo, nos per ipsum esse, & Paulum appareat cõmune Patri ac Filio opus tribuere, distinctione tamen adhibita quæ personis conueniat, ideo malui interpretari *In ipso*, quàm *Per ipsum*. ¶ *Per quem*, δι' οὗ. Διὰ Filio tribuitur relatè cõsiderato, i. quatenus Filius est. ita tamẽ vt sciamus Filiũ nõ instrumentalẽ, sed efficiẽtem causam esse cum Patre, tum in creando, tum in conseruando: quod & ipsum rursus ita est accipiendum, vt nec duas causas id est Deitates construamus, quum Filius sit ὁμοούσιος vnus cum Patre: nec rursus in personarum distinctione inæqualitatem aut separationem imaginemur.
7 *Ea notitia*, ἡ γνῶσις. Articulum expressi ab aliis neglectum, quum vis eius sit ἀναφορική. ¶ *Nonnulli enim*, τινὲς δέ. Δὲ pro γὰρ sæpe iam obseruauimus: quæ enallage mihi visa est huic loco optimè conuenire. ¶ [*Cum*,] *conscientia idoli*, τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου. Conscientiam idoli Apostolus suo quodam dicendi genere vocat tacitum eorum iudiciũ qui immunda esse putabant quæ idolis fuerant oblata, ideóque bona conscientia sese illis vesci non posse existimabant, ex eo quod traditur Rom. 14. 23. Hæc enim vis est conscientiæ, vt opus natura sua medium, si bona fuerit, bonum reddat: sin mala malum.
8 *Amplius habemus*, περισσεύομεν: id est, quicquam nobis accedit. Vulgata, *Abundabimus*. Erasmus, *Aliquid nobis superest*. Vide Matth. 13. 12.

ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα.

9 Βλέπετε δὲ μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν.

10 Ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν;

11 Καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανεν;

12 Οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε.

13 Διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω.

Κεφάλαιον Θ.

1 Οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; οὐχὶ Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα; οὐ τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ;

2 Εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι. ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ.

3 Ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, αὕτη ἐστί,

4 Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν;

5 Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ Κηφᾶς;

6 Ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι;

7 Τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει; ἢ τίς ποιμαίνει

---

que si non edamus, minus habemus.

9 Sed videte ne quo modo istud quod vobis licitum est, impingendi causa fiat infirmis.

10 6 Etenim siquis viderit te, illa cognitione præditū, in idoleio accūbere, nónne conscientia ipsius qui infirmus est instruetur ad edendum ea quæ sunt idolis mactata?

11 7 Et tua ista cognitione frater ille infirmus, propter quem Christus est mortuus, peribit?

12 8 Ita autem peccantes in fratres, & vulnerantes ipsorum conscientiam infirmā, in Christum peccatis.

13 9 Quapropter si esca offendiculo est fratri meo, non edam carnes in æternum, ne sim offendiculo fratri meo.

CAP. IX.

1 Nonne sum Apostolus? nónne sum liber? 2 Nónne Iesum Christum Dominum illum nostrum vidi? nónne opus meum vos estis in Domino?

2 Si aliis non sum Apostolus, at certè vobis sum. nam sigillum apostolatus mei vos estis in Domino.

3 Mea defensio apud eos qui in me inquirunt, hæc est.

4 Annon licet nobis edere & bibere?

5 Annon licet nobis sororem vxorem circunducere, vt & reliquis Apostolis, & fratribus Domini, & Cephæ?

6 An soli mihi & Barnabæ non licet non operari?

7 5 Quis militat propriis stipendiis vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non e-

---

dabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus.

9 Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis.

10 Si enim quis viderit eū qui habet scientiā, in idoleo recumbentem, nónne conscientia eius, quum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?

11 Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est.

12 Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorū infirmam, in Christum peccatis.

13 Quapropter si esca scandalizat fratrem meū, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

CAP. IX.

1 Non sum liber? non sum Apostolus, nónne Christum Iesum Dominum nostrum vidi? nónne opus meum vos estis in Domino?

2 Si aliis non sum Apostolus, sed tamē vobis sum. nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino.

3 Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est,

4 Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi?

5 Nunquid non habemus potestatē mulierem sororē circunducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?

6 Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?

7 Quis militat suis stipendiis vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis pascit gre-

---

Rom. 14. 15.
6 Altera ratio eiusdem rationis applicatio, proposito exēplo accubitus in idolorum templo: quod factum Corinthij malè inter res medias numerabant, quūd simpliciter sit prohibitum ob loci circunstantiā, etiam cessan e offendiculo, vt suo loco dicetur.
Rom. 14. 15.
7 Amplificatio argumenti à comparatis simul & contrariis sumpta, tu (inquit) homū ab de tua scientia tibi placens, quæ planè nulla est, neque enim si vera scientia præditus esses, in idolorum templo accumbe es fratrémne perdumdabis, tuo exemplo infirmam eius conscientiam ad male agendum confirmans, pro quo seruando Christus ipse etiam mortem subiit?
8 Alia amplificatio eiusmodi infirmi fratris offensionem, in Christū ipsum redundare, ne putent isti sibi cum infirmis tantum fratribus esse negotium.
9 Conclusio, quam Paulus in sua ipsius persona suscipit, ne videatur ab aliis exigere cui sese prior ipse non subiiciat: malim quidem ego, inquit, in perpetuum vsque omni carnis genere abstinere, quàm peccandi occasionem vlli fratri meo præbere, nedum vt certo loco vel tempore recutem in fratris gratiam immolatitiis carnibus non vesci.
1 Antequam longius progrediatur in proposita hypothesi idolothytorum, voluit omnium istorum malorum causam ostendere simul & tollere, nempe quòd de suo iure non putarent Corinthij se teneri decedere in cuiusquam gratiam. proponit igitur sese pro exemplo, & quidem in re penè prorsus necessaria. Agit tamen de vtroque seorsum, ac primum de persona. Si, inquit, causamini vos esse liberos, ac proinde velle vestra libertate vti, an non sum & ego liber, cùm sim etiam Apostolus?

3 Obiter hoc addit, acsi diceret: tantum abest, vt possitis de meo Apostolatu dubitare, vt etiam eos qui hoc reuocant in controuersiam, soleam opponere iis, quæ apud eos per me egit Dominus, refellere.
4 Iam de se dicit. Quum & liber sim & verè Apostolus, cur mihi non liceat, nō dico vesci idolothytis, sed meis laboribus sustentari, atque adeò vxorem etiam alere, quod & reliqui Apostoli, ac nominatim Ioannes & Iacobus cognati Domini, & ipse Petrus iure faciunt?
5 Ne videretur Apostolos grauare, æquum esse quod facerent ostendit à comparatis, quum & milites stipendiis acceptis & agricolæ suorum laborum fructibus, & pastores sui gregis prouentu viuant.

¶ Minus habemus, ὑστερούμεθα. Ita explicandum esse hoc verbum hoc in loco, apparet ex antithesi. Vulg. Deficiemus. Eras. Quicquam nobis deest. Est autē istud plus vel minus habere ad res spirituales referendū, quę explicantur Rō. 14. 17.

9 Istud quod vobis licitum est, ἡ ἐξουσία ὑμῶν. Alibi ἐξουσίαν vertere consueui auctoritatem, aliquatenus à δυνάμει distinctam. Hic verò placuit vti periphrasi perspicuitatis causa, vt infrà 9. 12.

10 Te, illa cogniti ne præditum, σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν. Vulgata omittit pronomen σε: sed perperam, vt ostendit proximè sequens versiculus, vbi pronomen σῇ exprimitur. Sed prætereunda non fuit vis articuli τὸν, quam fortassis ignorauit. Intellige verò notitia præditum quòd idolum nihil sit, nō autem qui satis norit quid faciat in idoleo accumbens: quod grauissimè postea vt idololatriæ partem damnabit Apostolus. Huic autem opponitur qui dicitur infirmus, siue adhuc habens conscientiam idoli, id est qui in genere adhuc putat idolothytis vesci nullo modo licere: quod tamen quum faciat exemplo illius inductus quem esse in Christianismo eruditiorem nouit, ita fit vt vtrinque peccetur: id est tum ab illo qui eo prætextu, quòd idolum nihil esse nouerit, abutens, audeat in ipso idoleo accumbere: tum ab infirmo qui ambigente conscientia idem audeat.

¶ In idoleo, ἐν εἰδωλείῳ. Id est idolorum templo. Puto enim Apostolum ex fidelium consuetudine maluisse εἰδωλεῖον dicere quàm ναὸν aut ἱερὸν, vt εἴδωλα potius quàm ἀγάλματα vel ξόανα, & εἰδωλόθυτα potius quàm ἱερόθυτα, quæ vocabula ipsis profanis erant familiaria. Quidam tamen malunt εἰδωλεῖον accipere pro ipsa mensa in qua epulę celebrabantur. quæ declaratio mihi non ita videtur probabilis. Erasmus verò neutram opinionem sequutus, ἐν εἰδωλείῳ interpretatur In epulo simulacrorum. Illud quidem constat vel ex ea historia quam refert Herodotus in Clio de Cleobi & Bitone, veteres intra ipsum quoque templum solitos fuisse solennia sacrificiorum conuiuia agitare, quod apparet ex Aristophane in Pluto. Imò solennes epulas solebant à sacrificiis auspicari. ¶ Instruetur, οἰκοδομηθήσεται. Vulg. & Erasmus ad verbum, Ædificabitur, vt & nos alibi. Habuimus tamen hoc loco perspicuitatis rationem, quòd Instruendi vocabulum, eadem translationis ratione, tum in laude tum in vitio ponatur: Ædificandi verò, vt apud Hebræos verbum בנה [Banah,] non temerè (hoc vno excepto loco) de vitio dicatur.

11 Tua ista notitia ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει. Pertinent ista ad verbum ἀπολεῖται, non autem ad participium ἀσθενῶν. Abundat itaque præpositio ἐπὶ ex Hebræorum idiotismo, quem exposuimus Matt. 3. 11, & expungi debuit ab Erasmo. Deinde etiam exprimendus erat articulus.

12 Vulnerantes, τύπτοντες. Vulg. Percutientes, non satis expressè. Intelligendum enim est ex antecedente consequens. Est autem translatio inde sumpta quòd offendiculis animus, perinde ac telis corpus, afficiatur, sitque duplex malum siquis affectam partem cædat. Sic Virgilius, grauiter nuntius aures Vulneret.

¶ In Christum, εἰς Χριστόν. Ambrosius, εἰς Χριστὸν positum putat pro ἐν Χριστῷ, in Christo. quasi dicantur in Christo peccare, qui peccant dum Christum profitentur: sicut peccare dicuntur in Lege, qui quum Legem habeant, nihilominus peccant. Sed aptior est altera expositio; ex qua intelligitur huius offendiculi grauitas. quamobrem etiam Syrus interpres addidit in [hu] Ipsum.

13 Offendiculo est fratri meo, σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου. Vide Matth. cap. 5. versu 29. Est autem incredibilis eorum stupor aut impudentia quos hac doctrina, non pudet abuti, vt suæ defectioni prætexant proximi lucrifaciendi studium, & vitandi offendiculi metum: quum tamen constet non tam hîc quæri, quibus rebus vti debeamus, quàm quibus sit nobis abstinendum, ne alios offendamus.

IN CAPVT IX.

1 Apostolus, ἀπόστολος. In Syra & Arabica itidémq; Vulg. interpretatione prius est ἐλεύθερος, posterius ἀπόστολος. idque rectius. Sic enim melius procedit gradatio, quum maius sit Apostolum esse quàm liberum, & ita melius conuenit per ὑστερον responsio incipiens ab Apostolatu, vt propius nominato. Prius enim agit de Apostolatu iure, nempe vsque ad versic. 18 finientem: ac demum postea de libertate ad 19 incipientem. Libertatis autem nomine hoc in loco intelligit liberationem à Legis ceremoniis.

¶ Vidi, ἑώρακα, nempe in ecstasi cuius fit mentio Act. 22. 17, & infrà, 15. 8. vt & vidit illum Stephanus sed in cælis, Actor. 7. 56. ne quis sic insaniat vt Christi carnem adhuc vt in terris sitam quærat. ¶ In Domino? ἐν Κυρίῳ? Id est, per Dominum? vt hac ratione emolliat quod eos dixerat suum opus esse Vel opus suum in Domino vocat quod ipse veluti in Domino ædificarat, quod eius opera ac ministerio in Christo coaluissent. Cæterum hæc quoque quæstio, quomodo ministris vtendum sit suo iure, ad res medias spectat, sed propriè cohæret cum proximè præcedentibus. Proponit enim sese Apostolus Corinthiis pro exemplo eius moderationis quam in eis requirebat in re multo minoris momenti, quum nihil decederet iis qui ab idolothytis in gratiam infirmorum abstinebant, ipse verò quodammodo vitam in discrimen adducere meritò videri posset, nisi Ecclesiarum sumptu viueret.

2 Signum, σφραγίς. Id est, sigilli instar, quo confirmetur meum Apostolatum verè esse à Domino.

3 Qui in me inquirunt, τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσι. i. Qui de me, quasi iudices de reo, quæstionem habent. Est enim τὸ ἀνακρίνειν forense vocabulum, vt diximus Act. 4. 9. quod de industria vsurpauit Apostolus, vt obiter arrogantiam eorum notaret qui ipsius vocationem in dubium vocabant, quasi iudices sederent de hac causa cognituri. Vulgata & Erasm. Qui me interrogant, non satis expressè. Alij, Qui me diiudicant, quo modo etiam conuertimus suprà, 4. 3. Castellio, Qui me explorant. qui quidem nescio cur diuersa translatione magis sit delectatus. ¶ Hæc est, αὕτη ἐστί. Præcedente videlicet versiculo expressa. Itaque male à nonnullis sequenti adiungitur.

4 Edere & bibere? φαγεῖν καὶ πιεῖν; Ecclesiæ videlicet sumptu.

5 Sororem vxorem, ἀδελφὴν γυναῖκα. Vulgata, Mulierem sororem, peruerso etiam ordine, contra omnium nostrorum exemplarium & Syri interpretis fidem. Erasmus, Sororem mulierem. Atqui oportere γυναῖκα potius interpretari vxorem, res ipsa clamat. Apostolos enim testantur veteres in coniugio vixisse, & alioqui γυναικὸς nomen additum non esset. Additum est igitur quoniam alioqui mulierem quæ vxor non esset, circunducere Apostoli honestè non potuissent. Cur autem ἀδελφὴν, id est sororem, addiderit, non ea est causa quam inepti homines diuinant, quòd ab vxorum congressu abstinerent Apostoli, quod negat Clemens in libr. στρωμ. & Paphnutius in Nicena Synodo, & Athanasius ad Dracontium. sed idem declarat hoc epitheton atque πιστὴν, id est fidelem seu Christianam. deinde etiam sic commendatur Christiani coniugij honestas. Ambrosius pro Sororem mulierem legit mulieres, contra omnium nostrorum codicum fidem: in eo etiam deceptus quòd hæc explicat, cum Græcis scholiis, de mulieribus quibusdam piis & diuitibus, quæ Apostolos assectabantur, & ex suis facultatibus illis subministrabant, vt prædicationi facilius vacarent. Id verò refellitur etiam (vt doctissimus P. Martyr obseruauit) ex eo quòd eiusmodi matronæ non satis propriè dicerentur ab Apostolis circunduci, quum hoc potius significet ius mariti in vxorem aut heræ in ancillam. Deinde eiusmodi mulieribus locupletibus Ecclesia non fuisset grauata, sed subleuata potius. Itaque ineptè faceret Paulus, qui hoc adferret vt se ostenderet de suo iure decessisse vt taceam quod antè dixi, in Græcis codicibus scriptum esse γυναῖκα singulari numero, non γυναῖκας. Hieronymus aduersus [illegible], mulieres etiam legit: suo more fortassis [illegible] Domini detorquens, vt suæ causæ seruiat. Qui denique nomen ἀδελφὴν ad nescio quam Teclam Pauli sororem, in calendarium etiam postea relatam, referunt, ipsius Pauli comitem, non tantùm ex historia Lucæ nunquam hoc prætermissuri, sed ex hoc ipso loco refelluntur, in quo negat Paulus mulierem à se fuisse circunductam.

6 Non operari, τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι; Id est non viuendi ex manuum labore: Inde enim sese victum tolerasse testatur Act. cap. 20. v. 34. neque μὴ ἐργάζεσθαι significat in otio degere, vt nōnulli interpretantur sed ad manuarias artes duntaxat refertur. Vulg. Hoc operandi, id est hoc agendi, vt ad circunductionem vxoris hoc referatur. quasi Græcè scriptum sit τοῦτο ποιεῖν. Sed vix conueniat huic interpretationi verbum ἐργάζεσθαι vt planè mirer putasse Erasmum hanc expositionem defendi posse.

7 Militat, στρατεύεται id est, Militare solet. Simile exemplum Matth. 26. 23, & infrà, 15. 29.

¶ Stipendiis, ὀψωνίοις. Nazianzen. in Iulianum, sic scribit, τί λέγων ὀψώνιον; τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον δηλονότι, καὶ τὰς ὑπάρχοντας ἐκ νόμου τοῖς ἀξιώμασι δωρεάς. Id est, Quid vocat ὀψώνιον; Nempe tesseram frumentariam quam à rege percipiunt, & dona quæ dignitatibus ex Lege tribuuntur. vide Luc. 3. 14. cui loco illud etiam addo. Augusti tempore ac deinceps, denarium fuisse gregarij militis stipendium diurnum, vt ex lib. 1. Cor. Taciti apparet.

ποίμνην, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει;

6 Secundo loco profert etiam ordinationis diuinæ auctoritatem à comparatis.

8 Μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦτα λέγει;

Deut.15.4 1.tim.5.18

9 Ἐν γὰρ τῷ Μωσέως νόμῳ γέγραπται, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ;

10 Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν· καὶ ὁ ἀλοῶν, τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν, ἐπ' ἐλπίδι.

Rom.15.27

7 Assumptio argumētorum cum amplificatione, quoniam ne sic quidē petitur ab illis merces quæ meritis respondeat.

11 Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν; μέγα εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν;

12 Εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσιν, οὐ μᾶλλον ἡμεῖς; ἀλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ, ἀλλὰ πάντα στέγομεν, ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.

Deut.18.1

8 Aliud argumentum maximi momenti: alij apud vosmet ipsos aluntur. ergo & mihi licuit, idque etiam potiùs quàm cuiquam alij: & tamen recusaui, & quiduis adhuc potiùs malo perpeti, nequid sit quod retardet Euangelium Christi.

13 Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν; οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται;

14 Οὕτω καὶ ὁ Κύριος διέταξε τοῖς τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν, ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν.

9 Vltimo tandem loco expressam de Leuitarum alimentis Legem profert, quo tamen iure vti noluerit.

dit? aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit?

8 6 Num secundum hominem hæc dico? nónne etiam Lex hæc dicit?

9 Nam in Mosis Lege scriptum est, Non obligabis os boui trituranti. Num boues curæ sunt Deo?

10 An hoc propter nos omnino dicit? propter nos enim hoc scriptum est. Nam sub spe debet is qui arat, arare: & qui triturat sub spe, spei suæ particeps esse.

11 7 Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos vestra carnalia messuerimus?

12 8 Si alij *sui* in vos iuris sunt compotes, *an* non potius nos? atqui non vsi fuimus iure isto quod nobis licebat, sed omnia tegimus, ne intercumpamus Euangelium Christi.

13 9 An nescitis eos qui sacris operantur, *ea quæ* ex sacrario *sunt* edere? *&* qui altari assident, cum altari participare?

14 Ita Dominus constituit iis qui Euangelium annuntiant, vt ex Euangelio viuant.

gem, & de lacte gregis non manducat?

8 *Nunquid secundum hominem hæc dico? an & Lex hæc non dicit?*

9 *Scriptū est enim in Lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo?*

10 *An propter nos vtique dicit? nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi.*

11 *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?*

12 *Si alij potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos? sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi.*

13 *Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edūt, qui altari deseruiunt, cum altari participant?*

14 *Ita & Dominus ordinauit iis qui Euangeliū annuntiant, de Euāgelio viuere.*

8 *Secundum hominem*, κατὰ ἄνθρωπον. id est, Num iis tantùm nitor quæ ex hoc hominum consuetudine valent? Vide Rom.3.5. ¶ *Hæc*, ταῦτα. Erasm. *Eadem*, ταὐτὰ, vt etiam videtur legisse Ambrosius.

9 *Num boues*, μὴ τῶν βοῶν, id est, Num ad boues ipsos propriè respexit Dominus quum hanc legem conderet? nam alioquin minima etiam quæque complectitur Dei prouidentia vt [illegible]6.6, Matt.10.25, & 1.Timoth.4.13. Est itaque κατὰ τι accipiendum quod Apostolus simpliciter enuntiauit. quod quidem diligenter annotandum est multis locis, vt in hac eadem epistola 8.1, & hoc eodem cap. ver. 4. & 25, & cap 10.33.

10 [*Hoc*] *scriptum est*, ἐγράφη. Rectè omnino additum est pronomen ab Erasmo, nequis putet sequentia citari ab Apostolo, quum sint potius superioris dicti explicatio, & ὅτι non accipiatur αἰτιολογικῶς, sed ἀπολογητικῶς. ¶ *Et qui triturat, sub spe*, &c. καὶ ὁ ἀλοῶν, τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν, ἐπ' ἐλπίδι. Aut redundat ἐπ' ἐλπίδι, quod etiam non legitur in Claromontano codice, & facilè ἀπὸ τοῦ κοινοῦ suppleri potest, aut amplectenda est alia scriptura quam sequuti sumus, ex auctoritate vnius vetusti manuscripti codicis, & receptæ Latinæ interpretationis, nempe καὶ ὁ ἀλοῶν (sub. δεῖ ἀλοᾶν. debet triturare) ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ, spei suæ, id est rei speratæ, nimirum prouentus. vt etiam Syrus & Arabs interpretantur. Sed hoc addo, istud τοῦ μετέχειν, esse tum ad aratoris tum ad trituratoris operam referendum, quoniam alioqui imperfecta esset prioris membri sententia.

12 [*Sui*] *in vos iuris*, τῆς ἐξουσίας ὑμῶν. Sic appellat facultatem viuendi Ecclesiæ sumptu. nam ὑμῶν passiuè accipiendum est: vt Matth.10.1, & Marc.6.7, dicitur ἐξουσία τῶν πνευμάτων, *potestas in Spiritus*. & coactum est quòd ἐξουσίαν Græci interpretes putant immodicam quorundam quasi tyrannidem declarare hoc in loco, quum de se loquens Apostolus, eodem vocabulo ter vsus sit paulo antè, & hoc etiam eodem versiculo. Vulgata admodum obscurè, *Potestatis vestræ*. Erasmus, non satis etiam perspicuè, *Potestatis erga vos*. Castellio verò imperitè τὰς ἐξουσίας interpretatur facultates. ¶ *Tegimus*, στέγομεν, vel continemus, id est apud nos silentio premimus, vt sincera charitas iubet, & docet Apostolus infrà 13.7. & Salom. Prouerb.10.12. Vulgata, *Sustinemus*, id est, ὑπομένομεν, quod est illius consequens. ¶ *Ne intercumpamus*, ἵνα μὴ, &c. ad verbum, nequam interruptionem demus. id est ne cursum Euangelicæ prædicationis retardemus, dum videlicet de victus suppeditatione laboratur, vel quòd futurum prospiceret vt vel sordidi & ingrati nonnulli hac occasione resilirent, aut serius accederent, vel inde aduersarij occasionem arriperent ipsum calumniandi, ac proinde fructum ipsius laborum impediendi, quasi Euangelium cauponaretur. Vulgata, *Ne quod offendiculum demus*, quasi idem sit ἐγκοπὴ & προσκόμμα, cuius effectum est ἐγκοπή, vt ex Theophylacto annotauit Erasmus.

13 [*Ea quæ*] *ex sacrario* [*sunt*,] ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Ad verbum, *Ex sacrario*, siue *ex templo*, μετωνυμικῶς, pro ex iis quæ in templo offeruntur. Erasmus, *Ex sacrificio*: id est ἐκ θυσίας, vel ἐξ ἱερείου, impropriè & nimium angusta significatione: quum potius intelligantur decimæ, oblationes & primitiæ. Nam ad sacrificia ipsa pertinet alterum membrum. ¶ *Qui altari assident*, οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες. Vulgata, *Qui altari deseruiunt*. Erasmus, *Qui sacrario assistunt*. Neuter videtur satis expressisse verbum προσεδρεύειν, quo significatur hoc munus perpetuam assiduámque curam requisiuisse, vt sacerdotes quærendo alia ratione victui vacare non potuerint. Deinde Erasmus impropriè conuertit θυσιαστήριον *Sacrarium*, quum illo vocabulo nihil aliud quàm βωμὸς declaretur. ¶ *Cum altari participare?* τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται. Id est, altaris esse socios in diuidenda victima? Nam συμμερίζεσθαι ita accipitur & de altari loquitur per prosopopœiam, quòd vna pars velut ab altari ipso vorabatur, ea nimirum quæ adolebatur, altera verò sacerdotibus cedebat ex Lege. Etsi verò id quoque in profanarum gentium sacrificiis obseruabatur, tamen mihi fit probabilius, Apostolum ad Legalia sacrificia in vtroque membro respexisse. Erasmus, *Vnà cum sacrario partem accipiunt*, discedens certè ab Apostoli sententia, si vocabula ipsa spectes: quum rectè omnino vertent Vetus interpres.

15 Ἐγὼ δὲ οὐδενὶ ἐχρησάμην τούτων. Οὐκ ἔγραψα δὲ ταῦτα ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἐμοί. καλὸν γάρ μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ.

16 Ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα. ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται. οὐαὶ δέ μοι ἐστὶν ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι.

17 Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι.

18 Τίς οὖν μοι ἐστὶν ὁ μισθός; ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

19 Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω.

20 Καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω. τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω·

21 Τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος (μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ) ἵνα κερδήσω ἀνόμους.

15 Ego tamen nullo istorum sum vsus. 10 Neque verò hæc scripsi vt ita fiat in me. nam bonum est mihi mori potius quàm vt gloriationem meam aliquis inanem reddat.

16 Etenim si euangelizem, non est quòd glorier: necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi est nisi euangelizem.

17 Nam si volens hoc faciam, mercedem habeo: sin inuitus, dispensatio crèdita est mihi.

18 Quæ igitur mihi est merces? vt euangelizando, gratuitum constituam Euangelium Christi, vt ne abutar iure meo in Euangelio.

19 Nam quamuis liber sim ab omnibus, omnibus meipsum seruum feci, vt plures lucrifacerem.

20 Et factus sum Iudæis vt Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem: iis qui sub Lege sunt, vt si *essem* sub Lege, vt eos qui sub Lege sunt, lucrifacerem:

21 Exlegibus vt exlex, (*non tamen* exlex Deo, sed sublex Christo) vt lucrifacerem exleges.

nuntiant, de Euāgelio viuere.

15 *Ego autem nullo horum vsus sum. Nō autem scripsi hæc vt ita fiant in me. bonum est enim mihi magis mori quàm vt gloriam meam quis euacuet.*

16 *Nam etsi euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incūbit. Væ enim mihi est si non euangelizauero.*

17 *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est.*

18 *Quæ est ergo merces mea? Vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponā Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio.*

19 *Nam quum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem.*

20 *Et factus sum Iudæis tanquā Iudæus, vt Iudæos lucrarer: iis qui sub Lege sunt, quasi sub Lege essem, (quum ipse non essem sub Lege) vt eos qui sub Lege erant, lucrifacerem:*

21 *Iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, quum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi, vt lucrifacerē eos qui sine lege erant.*

10 Obiter auertit suspicionem, ne hæc scripsisse, quasi mercedem nō persolutam repetens. Imò, inquit, mori malim quàm in hoc instituto gratis euangelizandi non perseuerare. Nam teneor quidem omnino Euangelizare, quū hoc munus sit mihi à Domino cōmissum: sed nisi vltro & ipsius Dei amore hoc fecero, nihil sanè fecerim quod probetur. Quòd si mallem Euangelium malè audire, quàm non eo demum nō acciperem, tum sanè constaret me non Euangelii, sed mercedis caussa labores istos subire. Hoc autem ego appello iure suo, non vti, sed abuti. Itaque non hac in re, sed (in cæteris etiam quantū fieri potuit) omnibus omnia sum factus, vt eos lucrifacerem Christo, & vnà cum ipsis Christo lucrifie.

14 *Ex Euangelio*, ἐκ τοῦ εὐαγγελίου Id est, ex eo quòd Euangelium prædicant. Matt.10.10. & Luc.10.7. Vide Rom.1.9. Sic etiam paulo pòst versu 18. Cæterum siquod etiam nobis altare & sacrificium nunc superesset, quale esse volunt otiosi illi sacrifici qui Missæ oblationem hodie defendunt, quî fit vt solius annuntiationis Euangelij meminerit Apostolus in ista similitudine accommodanda? Et quis est istorum pudor, qui quum nihil minus quàm Euangelium doceant, de quo etiam plerique eorum ne somniarunt quidem, audent tamen istam Pauli sententiam suis manifestissimis sacrilegiis prætexere?

15 *Ita fiat in me*, ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἐμοί. Id est, quasi quæ iam mihi quoque stipendia persolui. ¶ *Gloriationem meam*, τὸ καύχημά μου. propter Pseudoapostolos videlicet cursum ministerij ipsius his calumniis impedientes, quos refellit 2. Cor.11. vers.16.17.18. Non enim suam hac in re, sed Dei gloriam & Ecclesiæ ædificationem quærebat.

16 *Væ autem*, οὐαὶ δέ. Vulg. *Væ enim*, οὐαὶ γάρ, quod etiam scriptum inueni in tribus codicibus.

17 *Mercedem*, μισθόν. Non sanè vt per se debitam, sed vt legitimè certanti gratis promissam, Deo sua dona in suis ex liberalitate mera coronante. *Fit enim ille*, vt præclarè scribit Augustinus, *nobis debitor, non à nobis accipiendo, sed quæ libuit promittendo*. Addo & illud, & quæ gratis promisit gratis itidem præstando. Quis enim ex diligentissimis etiam ipsius seruis, quam debuit operam præstitit?

18 *Gratuitum*, ἀδάπανον. Id est, vt nullos operæ meæ sumptus accipiens, ostendam Euangelium non esse quidpiam venale, & quod aliquo pretio ematur. Vulgata obscurè, *Sine sumptu*. Nam ἀδάπανον passiuè accipitur, nec refertur ad verbum θήσω, sed cohæret cum εὐαγγέλιον. Deinde τιθέναι commodius videtur hoc in loco exprimi verbo Constituendi, quàm Ponendi & Efficiendi. ¶ *Vt ne abutar*, εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι. Non est igitur res indifferens, sed abusus, ac proinde peccatum, siquis quippiam agat, etiam per se licitum, tamen vel cum detrimento gloriæ Dei, vel proximi offensione coniunctum, nedum vt Paulo tribuendum sit aliquod opus supererogationis. Absoluta verò tractatione de Apostolici iuris vsu ex eorum qui docentur circunstantia moderando, nunc propositam initio huius capitis distributionem sequutus, idem docet de vsu legalium Ceremoniarum, à quibus sumus per Christum liberati: nempe hic etiam infirmorum adhuc Iudæorum saluti consulendum, sicut cautum etiam fuit illa Apostolica synodo, Act.15.29. & copiosè docet noster Apostolus Rom.14. Nihil igitur ista nunc ad nostri temporis Iudæos pertinent, non amplius infirmos, sed tot iam sęculis obduratos & excæcatos ac multo minus ad cultus ab hominibus excogitatos, vel per se vel ob adiectas circunstantias manifestè impios, siue superstitiosos.

19 *Nam quamuis liber sim*, ἐλεύθερος γὰρ ὤν. particula caussalis tractationem initio capitis propositam quæ est de libertate, cum posteriore parte prioris versiculi membro artificiosissimè connectit. ¶ *Plures*, τοὺς πλείονας. Vide Rom.5.15. & 2.Corint.2.6 Redundat articulus peculiari quadam Paulo phrasi, vt obseruauimus Rom.5.15. quem tamen pleonasmum non esse perpetuum ostendam 2.Cor.2.6.

20 *Vt* [*si essem*] *sub Lege*, ὡς ὑπὸ νόμον. Vulg. addit, *Quum ipse non essem sub Lege*, μὴ ὢν αὐτὸς ὑπὸ νόμον. quæ etiam reperimus in Claromontano, & alio præterea manuscripto exemplari. Est autem Legis vocabulum ad eius partem, id est ad ceremonias, restringendum: vt etiam quum dicit se factum omnibus omnia de rebus medijs tantùm loquitur.

21 *Sublex Christo* ἔννομος Χριστῷ Vulgata, *Quum sub Lege essem Christi*, & in altero membro, *Quum sine Lege Dei non essem*. Quædam enim exemplaria scribunt Θεοῦ & Χριστοῦ. Erasmus, *Quum non sim sine Lege Deo, sed obnoxius Legi Christi*. Sententia verò plana est. Voluit emollire vocabulum illud ἄνομοι Apostolus: itaque addit se ita esse ἄνομον vt tamen Dei mandata habeat pro vitæ regula, sed quatenus illis cum Euangelio conuenit, quòd videlicet ceremonias abolet. Itaque *Deo & Christo* malui interpretari, sicut & omnes fere Græci codices habent. Ambrosius ἔννομον non ineleganter *Sublegem* vertit, vt paranomasiam seruaret, quem etiam sum sequutus.

Ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω. τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω.

Τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τὸ εὐαγγέλιον, ἵνα συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι.

Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον; οὕτω τρέχετε ἵνα καταλάβητε.

Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσι, ἡμεῖς δὲ, ἄφθαρτον.

Ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως· οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων.

Ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ· μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.

22 Factus sum infirmis vt infirmus, vt infirmos lucrifacerem. omnibus factus sum omnia, vt omnino aliquos seruarem.
23 Hoc autem facio propter Euangelium, vt vnà particeps eius fiam.
24 An ignoratis, eos qui in stadio currunt, omnes quidem currere, sed vnū accipere præmium? sic currite vt comprehendatis.
25 ‖Porro quisquis certat, in omnibus est continens. Illi quidē itaque vt corruptibilem coronā accipiant, *sunt continentes*: nos autem, *vt* incorruptam.
26 Ego igitur ita curro, vt non in incertum: ita pugilem ago, vt non aerem cædens.
27 Sed contundo corpus meū, & in seruitutem redigo: ne quo modo, quum aliis prædicarim, ipse reiectaneus fiam.

22 *Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. omnibus omnia factus sum vt omnes facerem saluos.*
23 *Omnia autē facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar.*
24 *Nescitis quòd ij qui in stadio currūt, omnes quidem currūt, sed vnus accipit brauium? sic currite vt comprehendatis.*
25 *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.*
26 *Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans.*
27 *Sed castigo corpus meū, & in seruitutem redigo: ne fortè quum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.*

‖ Aliam huius mali caussam affert, nempe quòd gulæ essent dediti. Erant enim solennes sacrificiorum epulæ & plus satis celebratus semper fuit sacerdotum luxus. Itaque durum istis aut luxui assuetis, cùm præsertim libertatem Euangelicam prætexerent, ab iis conuiuiis arceri. Eos verò ex aduerso Apostolus, tum iucunda similitudine, tum etiam suo exemplo ad sobrietatem, imò etiam ad carnis mortificationem vocat, negans aptos esse ad cursum vel pugilationem (cuiusmodi certamina Isthmica erant) qui corpori indulgerent: ac proinde affirmans, nullum eos præmium manere, si hanc vitæ ratione insisterent.

22 *Omnino aliquos*, πάντως τινάς. id est, in omnes velut formas me mutaui, vt omni ratione aliquos seruarem. Vulgata, *Vt omnes*, ἵνα πάντας. i. vt quosuis, seu ex omni hominum genere aliquos. quod sequuti sunt Syrus & Arabs interpretes.

23 *Hoc autem*, τοῦτο δέ. Vulgata, *Omnia autem*, πάντα δέ, vt etiam habet Chrysostomus Græcus. ¶ *Vt vnà particeps eius fiam*, ἵνα συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι. Id est, vt & ipse ex Euangelio cum iis quibus illud annuntio, fructum percipiam, quod futurum non erat si ab alijs exigerem quod ipse non præstarem. Itaque Vulg. & Erasmus, *Participem* interpretati, non satis expressa particula συν, mentem Apostoli non satis sunt assequuti.

24 *An ignoratis*, οὐκ οἴδατε. Ab hoc versiculo paulatim rediens ad quæstionem propositam de esu idolothytorum, a qua sic excurrerat vt tamen à scopo nō aberraret, (quod enim de alimonia ministrorum dixerat vt inde argumentum duceret à comparatis, & quod postea subiecerat de lege Ceremoniali, puta dierum & ciborum discrimine, prorsus erat proposito consentaneum) vtitur veluti noua propositione, ostendens indignum esse de cibis moueri inter eos controuersiam, quos potius oportuit de sobrietate etiam prophanis vsitata, & tamen Christianis (præsertim pastoribus) quotidiana, laborare. Nec enim dubium est quin hæc potissimum & peculiariter in pastores dirigantur, qui ab idololatris ad pontificales illas epulas inuitati, illas, vel propter luxum saltem, vitare oportuit, & ne alios in ea re audenda (non modò propter luxum, sed etiam per se damnanda) exemplo suo non confirmaret. ¶*Vt*, ἵνα. Vt non ὥστε, sed pro ὥστε καὶ ὑμεῖς.

25 *Quisquis certat*, ὁ ἀγωνιζόμενος. Id est certare solet, siue gymnasticen exercet. Vide suprà, versu 7. Vulgata, *Qui in agone contendit.* ¶ *In omnibus est continens*, πάντα ἐγκρατεύεται. Exquisitissima quædam erat gymnastarum diæta, quam designat Apostolus, admodum apposita similitudine vtens, quum tota Græcia istis certaminibus vacaret: inter quæ erant Isthmia quæ Corinthi celebrabantur. In eo verò sum sequutus Cyprianum quòd ἐγκρατεύεται conuerti *Continens est*, pro quo Vetus interpres habet, *Ab omnibus se abstinet*, πάντων ἀπέχεται, & Erasmus, *Per omnia temperans est*, πάντα σωφρονεῖ. Ideo autem Apostolus Temperantiæ meminit in accommodanda ista similitudine: quòd qui idolothytis sine exceptione vesci volebant, planè intemperantiam suam proderent, quum cibum præferrent proximi saluti: quo etiam spectant sequentia. Optimus est autem & elegantissimus huius loci interpres Tertullianus in exhortatione ad martyres, his verbis, *Athletæ segregantur ad strictiorem disciplinam, vt robori ædificando vacent: continentur à luxuria, cibis lautioribus, à potu iucundiore: coguntur, cruciantur, fatigantur: quanto plus in exercitationibus laborauerint, tanto plus de victoria sperant. Et illi, inquit Apostolus, vt corruptibilem coronam consequantur. Nos æternam consequuturi, carcerem nobis pro palæstra interpretamur.* ¶*Corruptibilem*, φθαρτόν. Huc pertinet illud Archiæ epigramma,

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί.
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων·
Ζηνός, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Id est, interprete Alciato,

Sacra per Argiuas certamina quattuor vrbes
Sunt, duo facta viris, & duo cælitibus:
Vt Iouis, & Phœbi, Melicertaque, Archemorique.
Præmia, oliuaster, poma, apium, picea.

¶ [*Vt*] *incorruptam*, ἄφθαρτον. Commodius legit Clemens, ἵνα ἄφθαρτον, repetita coniunctione ἵνα: quem sum sequutus.

27 *Contundo*, ὑπωπιάζω. Sic legitur in codicibus impressis, & Græcis scholiis. Nos de hoc verbo diximus Luc. 18. 5 Vetusta tamen exemplaria legunt ὑποπιάζω: id est, subactum seu deiectum premo, & nonnulli rursus ex veteribus (vt Clemens libro στρωμ. 3, & Nazianzenus κατὰ Εὐνομιανῶν) legunt ὑπωπιέζω, id est *deiectum opprimo*, eadem translationis ratione. Certè τὸ ὑπωπιάζειν conuenit pugili, quod sequutus Claromontanus meus codex habet in Latina interpretatione *liuidum reddo*: vt τὸ ὑπωπιέζειν luctatori: & quum Apostolus vtráque similitudine sit vsus, inde ortam diuersam scripturam arbitror. ¶ *Corpus meum*, τὸ σῶμά μου. Id est veterem hominem Spiritui repugnantem. Vtitur autem corporis nomine, quoniam quæstio erat de cibis proposita. Vide Matth. 5. 19.

¶ *Reiectaneus*, ἀδόκιμος. Vulgata & Erasmus, *reprobus*, qua voce Theologi intelligunt Electis oppositos. Hic autem ἀδόκιμος simpliciter opponitur probo & syncero Dei seruo, sicut pecuniam probam vocamus minimè adulterinam vt Ierem 6. 30. Inepti sunt igitur qui ex hoc loco effici volunt non esse firmam electionem. quibus hoc oppono quod scribit noster Apostolus Rom. 8. 38. Non pugnat ergo Apostoli solicitudo cum electionis firmitate; sed ab ea potius dependet. Nam sicut firma est & certa perseuerantia electorum, ita constituit Dominus vt hac pia solicitudine foueatur. Deinde quod est istud argumenti genus? Laborauit Paulus ne reprobus fieret: ergo reprobus fieri potuit. Sic enim etiam liceat colligere Christum potuisse non mori, quia rogauit vt calix iste

iste à se transiret, & similia infinita quibus nihil absurdius fingi potest. Vitium autem illius conclusionis in eo situm est, quòd quidam somniant quicquid necessariò euenit, quatenus Dei determinatio nunquam fallitur, caussam etiam mediam habere in sese necessariam, ac proinde posita prouidentiæ diuinæ infallibilitate contingentiam tolli.

Κεφάλαιον ι.

Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον.

Καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ·

Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον·

Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον. ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀ-

CAP. X.

1 ‖Nolim autem vos ignorare fratres, ‖ Patres nostros omnes sub illa nube fuisse, ‖ & omnes per mare transiuisse:
2 ²Et omnes per Mosen baptizatos esse nube & mari:
3 ‖ Et omnes eandem escam spiritualem edisse:
4 Et omnes eundem potum spiritualem bibisse. ‖ Bibe-

CAP. X.

1 *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt.*
2 *Et omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari.*
3 *Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt:*
4 *Et omnes eundem potum spiritualem biberūt,*

Exod. 13. 21. num. 9. 18. exod. 14. 22. Exod. 16. 18. Exod. 17. 6. num. 20. 10. & 21. 16.

1 Illustrat quod dixerat, proposito horrendi iudicij Dei exemplo in eos qui & si eisdem re ipsa, id est eiusdem adoptionis & salutis tesseras atque nos habebant, & nihilominus, cùm idolorum epulis sese dedissent, horrendis & multiplicibus pœnis affecti, in deserto perierunt. Hæc autem præterquam quod appositissimè dicuntur in eos qui idololatrarū conuiuiis intererant, eò etiam videntur referri, quòd nonnulli, dūmodo cætus Ecclesiasticos frequentarent, & baptizati sacro conuiuio interessent, Christum contemnerent, externa illa putabant tanti non esse, vt Deus propterea ipsis succenseret.
2 Re paria fuerunt veterum Sacramenta cum nostris, vt quæ ipsa in vnum Christum respicerent, qui variis typis sese illis ingerebat.

IN CAP. X.

1 *Nolim autem*, οὐ θέλω δέ. Vulg. *Nolo enim*, οὐ θέλω γάρ. vt legit etiam Ambrosius, consentientibus vetustis nonnullis codicibus. Ego tamen malo legere δέ. Est autem ὑπόκρισις Hebraica in hoc dicendi genere, pro, Velim autem vos hoc in primis expendere. Sed quorsum hæc, dices, ab Apostolo scribuntur hoc loco? Nempe quæstio erat de esu idolothytorum. Responderat Apostolus, etiamsi per se in genere licita essent, tamen propter circunstantias non simpliciter esse iis vescendum; propter offendiculum proximi, cuius salutis causa nobis non modò graue esse non debeat libertati nostræ renuntiare, sed etiam prorsus nefas sit non renuntiare. quod suo in primis exemplo probauit, idque in re quæ non modò licita, sed etiam penè necessaria videri poterat. Addiderat deinde exhortationem ad temperandas omnes cupiditates, ac in primis quidem ad frænandam gulam. Videbat enim Corinthios, etiamsi alia prætexerent, hoc tamen vitio in primis ad illam libertatem promiscuè retinendam impelli. Nunc igitur in hoc argumentum ingressus, horrenda exempla iis proponit in eos edita, qui quum & ipsi essent ex Dei populo & easdem atque nos salutis tesseras haberent, tamen dum ventri obsequuntur, exclusi sunt à fœdere. Addit etiam, vt argumentum istud amplificet, hoc gulæ vitium multa alia grauissima secum trahere. Denique propius tandem ad rem accedit, & ostendit aliquod esse conuiuiorum genus quibus nullomodo liceat ipsis interesse: ea videlicet quæ in idolorum honorem celebrabantur, & appendices erant ipsorum sacrificiorum: quòd fieri sanè non poterat quin idololatria publico testimonio comprobaretur. Vtinam verò hanc doctrinam hodie expenderent, tum ij qui omnia habent pro indifferentibus, tum etiam qui præposteri zeli specie, sed reuera sola gula & luxu impulsi, de sua libertate nihil, vt proximos Domino lucrifaciant, remittunt. ¶ *Patres nostros*, οἱ πατέρες ἡμῶν. Sic loquitur Paulus, fœdus ipsum non autem personas, nisi in genere, considerans. ¶*Sub illa nube*, ὑπὸ τὴν νεφέλην. Historia satis erat celebris & omnibus nota. Ideo addidit articulum cuius vis est δεικτική.

2 *Per Mosen*, εἰς Μωσῆν. vel *In Mosen*, id est Mose illis præeunte, vel (vt alij volunt) in Legē Mosaicam. Sic dicuntur credidisse Iehouæ & Mosi seruo eius, id est credidisse Iehouæ per os Mosis loquenti, Exod. 14. 31, & 19. 9. Sed rectius, meo iudicio, Augustinus Psalm. 77, perinde legit acsi εἰς Μωσῆν scriptum esset pro ἐν Μωσῇ, id est per Mosen, quam enallagen sæpe annotauimus, vt Act. 19. 3. & hunc locum ita verterunt Syrus & Arabs interpretes, nempe ביד מושה [*beiad Mosche*] *per manum Mosis.* ¶ *Baptizatos esse*, ἐβαπτίσαντο. Media terminatio pro passiua ἐβαπτίσθησαν. Intellige verò baptizatos omnes fuisse, sed ita vt sola symbola, nempe nubes & mare, fuerint omnibus promiscuè communia, non autem res ipsa: sed tamen ipsorum, non Dei culpa. Pertinet enim illud ad Apostoli argumentum, qui totus est in eo vt doceat externam professionem nihil esse, nisi vetus homo exuatur ac proinde nisi reuera gloriæ Dei & saluti proximorum studeatur. ¶*Nube*, ἐν τῇ νεφέλῃ. Abundat præpositio, vt diximus Mat. 3. 11.

3 *Eandem*, τὸ αὐτό. Eandem videlicet atque nos: quia eadem fuit veterum sacramentorum & nostrorum substantia, sicut vel ex eo apparet quòd Paulus illis nostrorum, & nostris vicissim illorum nomina accommodat, vt hoc loco, & suprà, cap. 5. 7, & Philipp. 3. 3, & Coloss. 2. 11. ¶ *Escam spiritualem*, βρῶμα πνευματικόν. Id est, inquit Augustinus in Psalm. 77, spirituale aliquid significantem: quæ differentia est inter sacramentum & rem communem. Mannam ergo vocat escam spiritualem, eam videlicet considerans vt sacramentum: quanuis qui fidei os non adferebant, nihil spirituale comedebant, sed externum signum duntaxat: quibus tamen nihilominus manna præbebatur à Deo vt esca spiritualis, quum hominis infidelitas non possit irritam facere Dei ordinationem. Spiritualis igitur esca dicitur manna, quòd mannæ symbolo offerretur aliquid minimè terrenum, sed planè cæleste, & quod solius Spiritus vi (id est fide) conspici & edi poterat, nimirum Christus, suo quidem tempore exhibendus, sed iam tum piis præsens & efficax, qui eum venturum fide amplectebantur. Eadem ratio est spiritualis potus. Quòd autem nonnulli particulam EANDEM ad patres referunt, qui dicantur omnes eadem sacramenta habuisse, prorsus repudiandum est. Etsi enim ita se res habet, quorsum tamen Apostolus Baptismi nomen ad eos transferret, & cur ad Christum vsque assurgeret, nisi vt & illos & nos doceat, eadem sacramenta non signis quidem, sed reipsa habere, ac proinde nobis non magis quàm illis profutura si ingrati fuerimus, quum reipsa vnus populus simus? Et certè nisi ita hunc locum explices, non erit firma Pauli consequutio. At enim, dices, quomodo idem hic potus dicitur? nam si signa ipsa spectes, diuersa fuerunt eorum signa à nostris: ad rem autem ipsam hoc referri non potest, quum dici non possint omnes fuisse Christi verè participes: fuissent enim seruati. Respondeo, eundem tamen potum spiritualem dici, quoniam & ipse, vt hodie noster, sacramenti rationem habebat, & idem Christus fruendus proponebatur, quamuis signa sint diuersa. Quod si veterum patrum testimonium requiritur, Ambrosius vocat mare & nubem formam futuri sacramenti nostri. Et August. in Ioan. tractatu 45. *Fide*, inquit, *manente, signa sunt vocata. Ibi petra Christus, nobis Christus quod in altari ponitur.* Et in Psalm 77. *Idem in mysterio cibus illorum qui noster, sed significatione idem non specie.* Et apertius etiam in libro de pœnitentiæ vtilitate, *Quicunque in manna Christum intellexerunt, eundem quem nos cibum spiritualem manducauerunt.*

4 *Bibebant enim*, ἔπινον γάρ. Vulg. *Bibebant autem*, ἔπινον δέ, contra omnium nostrorum codicum fidem: fortassis autem allusit Paulus ad Esaiæ locum 43. 20.

κολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.

5 Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός· κατεστρώθησαν γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ.

6 Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν.

7 Μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, ὡς γέγραπται, Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν.

8 Μηδὲ πορνεύωμεν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν, καὶ ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἰκοσιτρεῖς χιλιάδες.

9 Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστόν, καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐπείρασαν, καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο.

10 Μηδὲ γογγύζετε, καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ.

bant enim ex sequente spirituali petra: Petra verò illa erat Christus.

5 Sed plerosque illorum non habuit gratos Deus. ‖ prostrati sunt enim in deserto.

6 3 Hæc autem typi nostri fuerunt, vt ne concupiscamus res malas, ‖ sicut illi concupiuerunt.

7 Ne igitur idololatræ fiatis, sicut quidam eorum, vt scriptũ est, ‖ Sedit populus ad edẽdum ac bibendum, & surrexerunt ad ludendum.

8 Neque scortemur, ‖ sicut quidam eorum scortati sunt, & ceciderunt vno die viginti tria millia.

9 Neque tentemus Christum, ‖ sicut etiam quidam eorum tentarunt, & à serpentibus perierunt.

10 ‖ Neque murmurate, sicut quidam eorũ murmurarunt, & perierunt à disperditore.

bibebant autem de spirituali consequente eos petra: Petra autem erat Christus.

5 *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. nam prostrati sunt in deserto.*

6 *Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt.*

7 *Neque idolorum cultores efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.*

8 *Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.*

9 *Neque tentemus Christum: sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.*

10 *Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.*

Num 26 65
Num. 11 4 & 26 64
psal. 106. 14
Exo. 32 6
Num. 25. 9
Num 21 6
psal. 106. 14
Num. 14. 37
iud 8. 24

3 Applicatio exempli, aduersus eos qui cupiditatibus suis abripiuntur, extra metas à Deo propositas. Hæc enim est malorum origo, cuiusmodi sũt idololatria (cuius comes est gula) scortatio, insurrectio aduersus Christum, murmur & similia, quæ grauissimis pœnis in populo veteri Dominus vindicauit: vt nos qui illis successimus, & multo pleniorem habemus diuinæ voluntatis declarationem ita simus cautiores.

¶ *Ex sequente*, ἀκολουθούσης. Vel *obsequente*, Israelitarum videlicet voluntati ac desiderio, vt Photius exponit. Simplicior tamen videtur expositio si hoc referas ad riuum ex rupe profluentem, qui populum sit comitatus, acsi rupes ipsa eos esset sequuta. vt non malè possimus etiam interpretari Aquam comitem, cum Tertulliano in libro de Baptismo. Nam si fuisset hoc vnius diei beneficium, postridie fuisset iterum percutienda rupes in illo arido deserto. Sed & ipsi Hebræi sic tradunt, nec aliter explicat Chaldeus paraphrastes Num. 21. 16. ¶ *Spirituali Petra*, ἐκ πνευματικῆς πέτρας. Non possum iis assentiri qui hoc referunt non ad symbolum, sed ad rem ipsam, id est ad Christum ipsum, assiduum Israelitarum comitem, qui dicatur Petra spiritualis, quoniam per petram spiritualiter adumbrabatur. Primùm enim hæc expositio coacta est: deinde, nisi Christum separes, à sua virtute viuifica, necesse est falsò dici omnes ex spirituali Petra (id est ex Christo) bibisse, quum Christus nonnisi fide ac proinde à solis fidelibus potuerit percipi: quamuis interim etiam infidelibus hæc Petra, si Dei ordinationem spectes, sacramentum (id est spiritualis Petra) esse non desineret. ¶ *Erat*, ἦν. Id est sacramentaliter significabat, μετωνυμικῶς, vt explicat Augustinus contra aduersarium Legis lib. 2. c. 6, & epist. 102 id est ita vt verè adiuncta esset rei veritas, quatenus videlicet Deus non nudum signum, sed etiam rem ipsam significatam offert fide spiritualiter percipiendam, siue accipiatur, siue repudietur. Vide Mat. 26. 26.

5 *Non habuit gratos*, οὐκ εὐδόκησεν. Vide Matt. 3. 17. Est autem in hac phrasi μείωσις pro exosos habuit, & detestatus est.

6 *Hæc autem*, ταῦτα δὲ, Nempe sumptæ de illis pœnæ. Hanc enim huius loci sententiam esse docet sequens applicatio. ¶ *Typi nostri*, τύποι ἡμῶν. Vulgata, *Hæc autem in figura facta sunt nostri*. Erasmus, *Hæc autem figura nostri fuerunt*. quæ expositiones aditum patefaciunt imperitis quibusdam, ex hoc loco colligentibus in veteri populo sacramenta fuisse duntaxat figuratiua, (vt loquuntur) non autem exhibitiua, quasi videlicet Israel non fuerit vera Ecclesia, sed veræ duntaxat Ecclesiæ vmbra & figura: vnde infiniti postea errores sunt exorti. Atqui etiamsi ταῦτα nõ ad pœnas de illis in deserto sumptas: sed ad maris transitum & aquam ex rupe referamus, Paulus tamen hæc dixerit typos fuisse, non tam Israelitarum respectu, quàm nostri, vnde etiam ἀντίτυπα dicuntur: id est typi typis nostris ex aduerso respondentes, quorum sacramenta sunt illis veteribus adumbrata. Sic manna fuit ipsis Israelitis sacramentum veri illius panis cælestis: nobis autem typus panis quem frangimus. Sic fuit Circuncisio iisdem illis sigillum iustitiæ fidei, nostri autem respectu typus nostri Baptismi. Idem de Paschate & aliis ceremoniis statuendum est, quibus omnibus successerunt duo nostra sacramenta. Quamobrem & Apostolos illos dixit fuisse in nube & mari baptizatos, quoniam illum Baptismum nostrum adumbrarunt. Sed alij typi fuerunt ordinarij, vt illi de quibus diximus: alij velut accidentales, vt nubes & transitus maris, quo semel tantùm vsus est Deus. Mirè autem conuenit hic typus nostro sacramento. Aqua enim aquæ respondet, vtrinque etiam interuenit mersio & emersio. Nubes denique vim cælestem Spiritus adumbrat.

7 *Sedit*, ἐκάθισεν, Nempe vt vos in Idolæo sedetis illos imitati.

8 *Viginti tria millia*, εἰκοσιτρεῖς χιλιάδες. Apud Mosen legimus vingintiquatuor millia, Num. 25. 9. exemplarium fortassis vitio. sed in reipsa nihil variant. Cæterùm quòd post τὸ γίνεσθε adiunxit, deinde πορνεύωμεν, postea γογγύζετε, factum est ex Hebræorum idiotismo, qui modos & tempora, & personas frequentissimè permutant.

9 *Christum*, τὸν Χριστόν. Ergo Christus est hodie, & heri fuit. Tentare autem Christum est eum velut ad certamen prouocare, vt infrà Apostolus ipse explicat versu 22. quod ij sanè faciunt in primis qui eius cognitione abutentes, eam suis cupiditatibus prætexunt. Locus insignis, & hoc nostro miserrimo tempore iis in primis necessarius qui Euangelij lucem conuertunt in tenebras, iusto Christi furore ipsos persequente.

¶ *Quidam eorum*, καί τινες αὐτῶν. abundat καὶ vt in κἀκεῖνοι suprà, vers. 6, & in proximo quoque: adeo vt in quibusdam etiam codicibus desit: vt Ioan. 8. 25, & infrà, 13. 12. Sed & in nonnullis exemplaribus legitur αὐτὸν, *eum*. Quocunque autem modo hæc legas, ad Christum referuntur. Nam planè durum fuerit post ἐπείρασαν subaudire τὸν Θεὸν, *Deum*. ¶ *A serpentibus perierunt*, ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. Sic rectè Vulgata, vt non fuerit necesse mutare in *Extincti sunt*. Plinius, *M. Marcello circa mortem, quum perijt ab Annibale, iecur in extu defuit*. & Demosthen. olynthiaca 3. μὴ σκοπεῖτε τί εἰ ἂν τὰ βέλτιστα ὑπὲρ ὑμῶν, ὑφ' ὑμῶν ἀπολέσθαι βουλεύσαιτε.

10 *A disperditore*, ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Heb. המשחית [*hammaschchith*] Exod. 12. 23. siue de bono siue de malo Angelo accipias, cuius ministerio Dominus iudicium suum exequutus est cum vltimo impiorum exitio. Græci verò ἀλάστορα vocant quem poetæ Latini Furiarum nomine designant. Scribitur autem vbique ὀλοθρευτὴς & ὀλοθρεύειν, in secunda syllaba, quamuis ab ὄλεθρος deriuetur.

11 Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν.

12 Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ.

13 Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν εἰ μὴ ἀνθρώπινος· πιστὸς δὲ ὁ Θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν.

14 Διόπερ, ἀγαπητοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας.

15 Ὡς φρονίμοις λέγω· κρίνατε ὑμεῖς ὅ φημι.

16 Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ

11 Hæc autem omnia typicè euenerunt eis: scripta verò sunt ad nostri admonitionem, in quos fines seculorum deuenerunt.

12 4 Itaque qui *sibi* videtur stare, videat ne cadat.

13 Tentatio vos non cepit, nisi humana: fidelis autẽ *est* Deus, qui non sinet vos tentari supra *id* quod potestis; sed vnà cum tentatione præstabit etiam exitum vt possitis sufferre.

14 Quapropter, dilecti mihi, fugite ab idololatria.

15 5 Vt intelligentibus *hæc* dico: iudicate vos quod aio.

16 Poculum benedictionis cui benedicimus, nónne commu-

11 *Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionẽ nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.*

12 *Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.*

13 *Tentatio vos non apprehendit, nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.*

14 *Propter quod, charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura.*

15 *Vt prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quod dico.*

16 *Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio sanguinis Chri*

4 Tandem ad Corinthios ipsos delabitur, monens ne sibi placeant, sed vt potius astutiis Satanæ occurrant. Vtitur tamen insinuatione, & eos etiam erigit, ne videri possit eos perditis illis idololatris, & Christi contemptoribus, qui in deserto perierunt, penitus similes facit.

5 Iam rediens ad illas idolorum epulas, ne quid tergiuersari possint, præfatur se nõ aliis rationibus vsurum, quàm quas ipsimet optimè norunt. Est autem inductio à simili: Sacra conuiuia Christianorum sunt pignora communionis ipsorum cum Christo in primis, deinde etiam inter se: Israelitæ quoque suis sacrificiis mutuam in vna eademque religione copulationem sanciunt: ita igitur etiam idololatræ cum suis Idolis aut potius dæmoniis (idola enim nihil sunt) solennibus epulis copulantur. Ex quo efficitur, mensam illam esse dæmoniorum mensam: fugienda est igitur vobis. neque enim fieri potest vt cum Domino simul & cum dæmoniis quicquam habeatis commune, nedum vt huiusmodi epulas in rebus mediis rectè numeretis. An igitur vultis cum Deo confligere? & si id facitis, an vos putatis fore superiores?

11 *Typi*, ἐ τύποι. Id est τυπικῶς, vt in duobus codicibus vetustis scriptum inuenimus. Vulgata, *Hæc autem omnia in figura contingebant eis*. Erasmus, *Hæc autem omnia figuræ contigerunt eis*. Vide suprà, 6. *Admonitionem*, νουθεσίαν, Pretiosum vocabulum, quo significatur rectis monitis mẽs quasi priùs emota, suo loco restitui: vel antea fluctuans componi.

¶ *Fines*, τέλη. Idcirco hi dies vocantur nouissimi: & ætas Christi aduentum consequuta, verè dici potest seculorum perfectio ac complementum.

12 *Qui [sibi] videtur*, ὁ δοκῶν. Iterum τὸ δοκεῖν vanam illam & arrogantem securitatem declarat, eam videlicet quæ non Dei promissione, sed stulta opinione nititur. Nam alioquin is demum fidelis est qui in Dei promissiones securus incumbit, Apostoli exemplo, Rom. 8. 38. Neque verò hæc securitas torporem, sed piam solicitudinem: pium, inquam, illum timorem ac tremorem gignit, quibus alitur perseuerantia in fide, & magis ac magis fidelium animi de sua vocatione & electione certiores fiunt, 2 Pet. 1. 5, vsque ad ver. 11. Cæterùm Apostolus his verbis paulatim ad quæstionem propositam redit, & istud vitium ex eo ipso fonte manare docet, ex quo etiam superiora, nempe quòd Corinthij sibi viderentur omnium sapientissimi: quod ipso statim initio propositæ quæstionis expresserat, suprà, 8. 1. Sed tamen obiurgationem mitigat, quum eos stare confitetur, sed monet vt hoc Dei beneficium pia solicitudine retineant.

13 *Tentatio*, πειρασμός. Humanam dicit tentationem quæ ab imbecillitate proficiscitur. Sed mihi videtur Apostolus istud adiicere, alteram istius facti cuius Corinthios accusat, causam ostendens: nempe quòd veriti idololatrarũ offensionem, non dubitarent cum iis in idoleo epulari, scientiam idoli prætexentes, quum re vera istud præpostero prophanorum metu facerent: quod erat species idololatriæ, vt postea ipsos docet. Iubet igitur illos Paulus bono animo esse: & humanum quiddam nonnihil esse passos dicit, sed constantiores deinceps illos esse oportere, expertos in eo Dei benignitatem, qui sicut adhuc non erat passus eos grauius peccare, id est in manifestam ipsam idololatriam incidere, ita deinceps sit illis affuturus, cõstãtia maiore vtentibus, quæcunque illis certamina propterea immineant. Doctrina, hodie confirmandis multis in pura Christianismi professione, non minus quàm Pauli temporibus necessaria. ¶ *Cepit*, εἴληφεν. Quædam exemplaria Veteris editionis & Ambrosius quoque scriptum habent *Apprehendit*, sed corruptè. ¶ *Præstabit exitum*, ποιήσει τὴν ἔκβασιν. Idem, inquit, ille qui vos tentari voluit vestri boni causa, aditum aperiet ad euadendum. Vulgata, *Faciet prouentum*, id est *successum*. Nam proculdubio significat Apostolus fore vt tentatio ipsis in bonum cedat, vt Rom 8. v. 28. Erasmus, *Faciet euentum*. Ego mallem *Exitum* interpretari, cum Hieronymo in Ionam, & Augustino in Psal. 61, & epist. 89, vt annotauit Erasmus. Sed tamen sequutus sum, quod maximè vsum est accommodatum.

14 *Dilecti mei*, ἀγαπητοί μου. Complutensis editio addit ἀδελφοί, *fratres*.

16 *Benedictionis*, τῆς εὐλογίας. Id est, gratiarum actionis, siue quod adhibetur in solenni illo epulo quo Domino gratias agimus, vnde etiam Eucharistia dicitur. Ambrosius in hanc epistolam, Homil. 27. calicem benedictionis Apostolus appellauit, quoniam quum præ manibus eum habemus, cum admiratione doni inenarrabilis illum laudamus benedicentes, quòd sanguinem pro nobis effudit, neque tantùm effudit, sed nos omnes eius participes effecit.

¶ *Cui benedicimus*, ὃ εὐλογοῦμεν. Id est, quod cum gratiarum actione sumimus, vt interpretatur Chrysostomus. de quo verbo pluribus diximus Matth. 5. 44. Item 26. 26. Item Luc. 9. 16. vbi eadem constructione ac significatione accipitur atque hoc in loco, quanuis in diuersum finem. Puto enim εὐλογεῖν idem hîc declarare atque infinitis locis Veteris testamenti קדש [*kadasch*] id est ἁγιάζειν καὶ καθιεροῦν, *sanctificare* seu *consecrare*, quia nimirum recitata & exposita Dei ordinatione, panis & vinũ huic vsui sacro destinatur, vt sint veri & naturalis corporis & sanguinis Christi sacramenta, i. symbola ac tesseræ, & ita quidẽ vt id quod significatur, verè nobis spiritualiter per fidem participandum offeratur. Quia verò cum Dei laude & solenni gratiarum actione coniuncta est tota hæc actio, idcirco Paulum existimo verbo εὐλογεῖν rem totam significasse: vt meo quidem iudicio OEcumenius planè & breuiter exposuerit ὃ εὐλογοῦμεν, id est, ὃ εὐλογοῦντες καταποιοῦμεν. id est, quod cum laude & gratiarum actione adornamus. quod moneo, ne quis nos putet Consecrationis vocabulo magicam aliquam incantationem intelligere. ¶ *Communio*, κοινωνία. Id est, efficax tessera (fideles enim alloquitur Paulus) nostræ cum Christo coniunctionis atque adeo incorporationis, μετωνυμικῶς: sicut Euangelium dicitur potẽtia Dei, id est efficax Dei instrumentum, Rom. 1. 16. suprà, 1. 18. Vulgata priore loco, *Cõmunio*, posteriore verò *Participatio*, repugnante Chrysostomo, qui communionem plus esse dicit quàm participationem: quòd ad hanc, inquit, satis sit partem habere, ad illam autem requiratur vt prorsus vniamur, atque totum id percipiamus quod nostræ fidei præbuit. Et certè τὸ μετέχειν in hac tota oratione non vsurpatur à Paulo, quum agitur de Christo ipso, sed de pane & de mensa, siue cibis in mensa appositis, quorum partem duntaxat singuli capiunt. At

proinde κοινωνία & μετοχὴ differũt vt effectum à causa. Nam per panis μετοχὴν hæc societas coit. Est igitur μετοχὴ Symbolorum, κοινωνία verò rerum: illa significatarum, videlicet per partes, vtpote corporeorum, hæc verò totius Christi in singulis. In Christo quidem. Nec enim in opposita dæmoniorum societate idem ad viuum est resecandum. Ambrosius in hunc locũ, Quare non dixit Apostolus, Participatio? Quia amplius quiddam significare voluit. Non enim participatione tantum & Acceptione, sed Vnitate communicamus. Quemadmodum enim corpus illud Vnitum est Christo, ita & nos per hunc panem Vnione coniungimur.

ἐστι; τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν;

17 Ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν.

18 Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα· οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί;

19 Τί οὖν φημι; ὅτι εἴδωλόν τί ἐστιν, ἢ ὅτι εἰδωλόθυτον τί ἐστι;

20 Ἀλλ' ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ Θεῷ· οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι.

21 Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων· οὐ δύνασθε τρα-

nio sanguinis Christi est? panis quem frangimus, nónne communio corporis Christi est?

17 Quoniam vnus *est* panis, vnum corpus *nos* illi multi sumus: *nos* enim omnes ex vno illo pane participamus.

18 Videtis Israelem *qui est* secundum carnem: nónne qui edunt victimas, consortes sunt altaris?

19 Quid ergo dico? idolum aliquid esse, aut quod idolis immolatum est, aliquid esse?

20 Imò *illud dico*, quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo: nolim autem vos dæmoniis consociari.

21 Non potestis poculum Domini bibere, & poculum dæ-

sti est? & panis quẽ frangimus, nónne participatio corporis Domini est?

17 *Quoniam vnus panis, vnũ corpus multi sumus: nam omnes de vno pane participamus.*

18 *Videte Israelẽ secundũ carnem: nónne qui edunt hostias, participes sunt altaris?*

19 *Quid ergo dico? quod idolis immolatum sit aliquid? aut quòd idolum sit aliquid?*

20 *Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo: nolo autem vos socios fieri dæmoniorum.*

21 *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non po-*

¶ *Panis quem*, τὸν ἄρτον ὅν, pro ὁ ἄρτος ὅν. Similem loquutionem annotauimus Matth. 21.42. Act. 10.36.

17 *Quoniam vnus [est] panis*, ὅτι εἷς ἄρτος. Mihi quidem supplendum omnino videtur verbum ἐστὶ, quod etiam faciunt Syrus & Arabs interpretes, vt vis argumenti ab eiusdem & vnius sacramenti perceptione sumptum intelligatur. Nec enim, vt arbitror, dicuntur pij esse vnus panis & vnum corpus, sed vnum esse corpus, Christi videlicet mysticum, quòd fiant membra illius mysticè inter se coniuncta; quoniam ex eodem illo sacro pane comederint, qui est illorum inter se cum Christo coalitionis pignus. Ambrosius in hunc locum? Quidnam significat Panis? Corpus Christi. Quid autem fiunt qui accipiunt? Corpus Christi, non multa, sed vnum corpus. Nam quemadmodum panis ex multis granis vnitur, vt minimè grana appareant, sed tamen grana sint, verùm incerta discretione coniuncta: sic & inuicem Christo coniungimur. Non enim ex altero corpore tu, ex altero ille educatur, sed ex eodem omnes. Ex quo etiam intelligitur quam absurda sit & ab his mysteriis prorsus aliena eorum sententia, qui sicut substantiam illius sacri panis, sic etiam ipsius Christi, substantiam volunt ore ab accedentibus, & quidem quibusuis sumi. Nam sic oporteret vt causa effecto, & effectum causæ responderet: & sicut in nostram substantiam conuertitur panis, sic vel nos in ipsummet Christi corpus reale, vel reale Christi corpus in nos re ipsa transmutari: nec mysticam & merè spiritualem, sed corporalem esse & naturalẽ nostri cum Christo coalitionem quidi nostri, id est Ecclesiæ? imò quorumuis etiam indignissimorum, modò illo pane vescantur, si illo modo istud Pauli argumentum intelligatur.

¶ [*Nos*] *illi multi*, οἱ πολλοί. Sic exprimi oportere articulum arbitror, cuius vis est ἀναφορικὴ. Agit enim non de quorumuis, sed de solo credentium cœtu: quibus propterea sese aggregat. ¶ *Ex vno illo pane*, ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου. Claromontanus codex addit, καὶ τοῦ ποτηρίου & *illo poculo*. ¶ *Participamus*, μετέχομεν. Etsi enim vnius panis frustũ quisque accipit, tamen toti Christo in solidum spiritualiter incorporatur, quia Vnus est panis ille, in vnum eundemque finem acceptus: vnus, inquam, communi notione sacramenti, non autem necessariò vnus numero.

18 [*Qui est*] *secundum carnem*, κατὰ σάρκα. Addidi *Qui est*, ne Secundum carnem connecti possit cum verbo βλέπετε Vocat autem Israelitas secundum carnem, eos qui externis sacrificiis & ceremoniis adhuc vacabant, quæ seorsim à Christo & per se æstimata, dicuntur sanctificationes & iustificationes carnis, quod ad animum vsque non pertingãt, Heb 9.10. & 13. De illis autem Israelitis ac non de sanctis illis patribus agi qui ex fide olim sacrificarent, apparet vel ex eo quòd Apostolus dicit κοινωνοί εἰσι, nõ κοινωνοὶ ἦσαν *Participes erant*, vel *fuerunt*: itidémque ex eo quòd antea de veris typis Patrum agens Apostolus, dixit eos eandem escam edere, & eundem potum bibere: quod multo magis dixisset de sacramentis ordinarus, si tum fuissent sacramenta, ac non potius externi duntaxat ritus, quum hæc scriberet.

¶ *Consortes sunt altaris?* κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί; Id est eiusdem cultus ac sacrificij sunt conscij, siue in eodem sacrificio consortes ac socij, ac eius quasi vinculo in eadem religione copulati. Nam Altaris appellatione carnes intelligit in altari oblatas: quomodo etiam versu 21 accipitur Mensæ nomen pro idolothytorum conuiuio, cui opponitur Mensa Domini, id est sacra Domini cœna.

19 *Idolum*, εἴδωλον. In Syra interpretatione vt & vetere Latina, prius fit mentio idolothyti, deinde idoli. Idolum autem aliquid esse, est vim numinis habere: & quod est idolis immolatum aliquid esse, est religione aliqua idoli affectum esse.

20 *Dæmoniis consociari*, κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. Id est, cum dæmoniis quicquam habere commune, aut in eam societatem coire quæ dæmoniorum auspiciis coit. Alludit enim Apostolus ad corporis Domini communicationem, quum alioquin Gentes minimè dicerent se fieri deorum suorum participes, vt nos Christiani verè dicimus nos in cœna Domini cum Christo in vnum corpus coalescere. Dæmoniorum autem appellatione impuros illos Spiritus intelligo, ex Scripturæ consuetudine, ad quam probabile sit Paulum potius respexisse, quàm ad Græcorum morem, qui δαίμονος nomen etiam in laude vsurpabant: vnde poculum quod ipsi ἀγαθοῦ δαίμονος vocabant. Huc denique spectat locus, Num. 25.1. & Psalm. 106.28. vbi dicitur Israel agglutinatus fuisse ipsi Bahalpehor, quod declaratur Hebr. verbo צמד [*tsamad*.]

21 *Poculum dæmoniorum*, ποτήριον δαιμονίων. Hinc sumpsit hanc dicendi formulam Apostolus quòd solerent profanæ quoque Gentes festa sua conuiuia libationibus & eius diui laudibus claudere cui sacrificatum fuerat, vt pulchrè describit Virg. lib. Æneid. 8. vbi inquit,

Postquam exempta fames, & amor compressus edendi,
Rex Euander ait, Non hæc solennia nobis.

Has

Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana superstitio veterúmve ignara deorum
Imposuit seu, hospes Troiane, periclis
Seruati, facimus, meritósque nouamus honores.

Et tandem,

Quare agite ô iuuenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris,
Communémque vocate deum, & date vina volentes.

Huc pertinet quod ait ex Aristotele Athenæus, μεθύειν dici quasi μετὰ τὸ θύειν. Eiusmodi igitur ceremonias Paulus confert cum Cœna Domini, vt Corinthios pudeat eiusmodi conuiuia in rebus mediis numerare, quibus interesse non possent, quin cum manifestè blasphemis societatem coirent, & adhibitis aliis symbolis, Cœnæ, id est communicationi Christi renuntiarent.

πέζης Κυρίου μετέχειν καὶ τραπέζης δαιμονίων.

22 Ἢ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν;

23 Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ.

24 Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος.

25 Πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν.

26 Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

27 Εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων, καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμε-

moniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.

22 An prouocamus ad æmulationem Dominum? num validiores eo sumus?

23 ‖ 6 Omnia mihi licent, at nõ omnia conferunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.

24 Nemo quod suum est quærat, sed quisque quod alterius *est*.

25 7 Quicquid in macello vẽditur, edite, nihil propter conscientiam discriminantes.

26 ‖ Domini enim est terra & plenitudo eius.

27 Quòd si quis infidelium vos vocat, & vultis ire, quicquid

testis mensæ Domini participes esse & mensæ dæmoniorum.

22 *An æmulamur Dominum? Nunquid fortiores illo sumus?*

23 *Omnia mihi licent, sed nõ omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.*

24 *Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.*

25 *Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter cõscientiam.*

26 *Domini enim est terra, & plenitudo eius.*

27 *Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire, omne quod vobis appone-*

Suprà 6.12. eccl. 3.31

6 Accedit ad aliam idolothytorum speciem, repetit generalẽ illã regulam, in rerum mediarum vsu, non nostri separatim, sed etiam proximorum habendã esse rationem, ac proinde multa per se licita esse, quæ propter proximi offensionem facere sit nefas.

Psal. 24.1.

7 Applicatio regulæ ad propositã hypothesin, quicquid in macello venit, tanquam ex Domini manu promiscuè emere, & domi cum fidelibus, siue etiam domum ab infidelibus vocati, in priuato videlicet conuiuio edere potestis, sed addita exceptione, nisi quia infirmus adsit, cuius cõscientia offẽdatur appositis immolatitiis carnibus. Tum enim omnino habenda est illius infirmitatis ratio.

¶ *Mensæ Domini*, τραπέζης Κυρίου. Id est cibi qui in mensa Domini apponitur. Et hinc apparet veteribus illis Ecclesiis ignota fuisse altaria: qualia quidam struxerunt postea, & quibus inuectis, inuexit paulatim Satan incruenti sacrificij phrasin, quod tandem in horrendam illam Christi oblationem euasit, & sacramentum in sacrificium expiatorium commutauit.

22 *An*, ἤ. Sic rectius vertitur hæc particula quàm Nónne. Sic enim istud affirmat Paulus fieri à Corinthiis, vt tamen auersetur, quasi de ipsis minimè verisimile. quod dicendi genus petitum est è medio, ac si diceret, Siccine verò nos insanire posse putẽ, vt Dominũ ad æmulationẽ prouocare audeamus, ¶ *Prouocamus ad æmulationem*, παραζηλοῦμεν. Alludit ad verba Legis vbi dicit Deus se riualem, ferre non posse, vnde illa ἀγανάκτησις ardentissima, id est, vt ait Cic. Tusc. 4, *ægritudo ex eo quod quis concupiuerit, alius potiatur, ipse careat*. Vulg. *æmulamur*, barbarè & ineptè in hac quidem notione, Erasmus, *prouocamus*, nimium generaliter. Vide Ioh. 2.7. Vt autem temperetur istius reprehensionis asperitas, vtitur Apostolus tropo quem Rhetores communicationem vocant, sese iis annumerans quos arguit.

23 *Omnia mihi licent*, πάντα μοι ἔξεστιν Restringendum est τὸ πάντα ad id de quo agitur, vt suprà diximus: Huc autem pertinet illud Tertulliani de cultu fœminarum, Quanto facilius illicita timebit, qui licita verebitur: consentiens cum hoc altero dicto Clementis, ταχὺ ... τὰ ἀθέμιτα ..., οἱ πάντα δρῶντες ἃ ἔξεστι. *Qui faciunt quicquid licet, hi citò delabuntur vt faciant quod non licet.* Idem legit in proximo versu, μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ ἑτέρου. *Nemo quod suum est duntaxat quærat sed etiam quod est alterius*. Redit autem Apostolus ad generalem illam thesin à cuius explicatione inchoarat tractationem istam de rebus mediis, suprà, 6.12. & præsertim idolothytis suprà, 8.1, quorum vna specie exposita, eáque inter res medias minimè recensenda, duas alias explicat, quarum vnam simpliciter, alteram non sine exceptione concedit. ¶ *Ædificant*, οἰκοδομεῖ. Vide suprà, cap. 8. vers. 1.

25 *Macello*, μακέλλῳ. Id est, κρεοπωλεῖον, vt Plutarchus alicubi interpretatur. Est autem vocabulum Latinum atque adeo Romanum, (si Varroni & Festo ipsique adeo Plutarcho credimus) sed Græca forma vsurpatum, vt alia aliquot passim à sacris scriptoribus, quæ semel annotauimus Mat. 5.26. Cæterùm quum satis constet Apostolum hoc loco nõ disserere aduersus eos qui erant ex Circuncisione, & ciborum delectum retinebant, sed aduersus idolothyta, assentior Augustino, qui in Epistolam ad Rom. testatur antiquitus consueuisse etiam prostare vænales carnes sacrificatas, eas nimirum quæ supererant, quarum pecunia ad sacerdotes redibat. Nam testatur quoque Herodotus solitos fuisse Ægyptios pecudum immolatarum capita in forum ... Græcis diuendere. Sed & Aristophanis Pluti interpres exponens hunc versiculũ, ... solitos fuisse dicit à sacrificiis redeuntes, ex ipsa victima portiunculam domesticis adferre, atque etiam siquid superfuisset asportare. In eiusmodi igitur idolothytis neque domi, neque in priuato cum extraneis conuictu docet Apostolus quicquam esse quo non possint fideles bona vti conscientia, sic tamen vt infirmorum habeant rationem. ¶ *Nihil discriminantes*, μηδὲν ἀνακρίνοντες. Id est, citra vllum in istis discrimen: quod ne quis vt sine exceptione dictum accipiat (quum multa possint incidere cur quibusuis oblatis non statim sit vescendum) idcirco addit Apostolus, διὰ τὴν συνείδησιν, id est, hæsitante conscientia, sit ne cibus ille mundus an immundus. Vulg. & Erasm. *nihil interrogantes*, quasi vel de emptione in macello, vel de assidentibus non interrogandis hîc agatur, ac non potiùs de cibo citra iustum vllum conscientiæ scrupulum sumendo.

26 *Plenitudo eius*, τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Id est, infinita illa rerum copia quibus plena est. Id enim Dauid significat מלואה [*melo-h*.] Significat autem his verbis Apostolus, posse bona conscientia eum quicquid in macello prostat, quoniam promulgato iam Euangelio, sublatóque omni illo discrimine quo vigente Dominus cæteris abdicatis populis quodammodo non dominabatur, nunc dominum vniuersum terrarum orbem, sicut in illo Psalmo canitur, Deus sibi consecrarit: & hominibus quouis cibi genere alendis prospexerit, vt 1. Tim. 4.4.

27 *Quòd si quis*, εἰ δέ τις. Duas species proponit Apostolus in quibus vesci liceat idolothytis, vnum siquis emerit in macello quibus in priuato vescatur, alteram si quis ad priua-

tas epulas fuerit inuitatus: qua de re tamen non sine distinctione respondet.

¶ Et vultis ire, καὶ θέλετε πορεύεσθαι. Innuit tacitè non esse temerè ad conuiuia cum infidelibus, id est Christianam fidem non profitentibus accedendum. Hi sunt enim quos ἀπίστους vocat, vt diximus suprà 6.6.

νον ὑμῖν ἐσθίετε μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν.

28 Ἐὰν δέ τις ὑμῖν εἴπῃ, Τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι, μὴ ἐσθίετε, δι' ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα, καὶ τὴν συνείδησιν. τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

29 Συνείδησιν δὲ λέγω οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου. ἱνατί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως;

30 Εἰ δὲ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ;

31 Εἴτε οὖν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε.

32 Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.

33 Καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι.

Κεφάλαιον ια.

1 Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.

apponitur vobis, edite, nihil discriminātes propter conscientiam.

28 At si quis vobis dixerit, Hoc idolis mactatum est, ne edite, propter illum qui indicauit, & propter conscientiā, Domini enim est terra & plenitudo eius.

29 [8] Conscientiam autem dico, non tuā, sed illius alterius. cur enim libertas mea dānatur ab alia conscientia?

30 Quod si ego per gratiam cibū participo, cur in eo vt blasphemus accusor, pro quo ego gratias ago?

31 [9] ‖ Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite.

32 Estote sine offendiculo & Iudæis & Græcis, & Ecclesiæ Dei.

33 Sicut & ego per omnia omnibus placeo, nō quærens meam ipsius vtilitatē, sed multorum, vt seruentur.

CAP. XI.

1 ‖ Imitatores mei fiatis, sicut ego Christi.

tur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

28 Si quis autem dixerit, Hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam.

29 Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia?

30 Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago?

31 Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriā Dei facite.

32 Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei.

33 Sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.

CAP. XI.

1 Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

8 Ratio, quia nobis non est committendū vt libertas nostra malè audiat, & beneficium Dei, quo vti debemus, cum gratiarum actione, in crimen impietatis vertatur, idque nostra culpa si infirmorum conscientiam malimus offendere, quàm de nostro iure in re nihili decedere, atque ita occasionem infirmis præbere, ita de nobis & libertate Christiana iudicandi. Transfert autem Apostolus ista in suā personam, vt tanto minus habeant Corinthij quod illi opponant. Coloss.1.17. 1.Thess.3.8.

9 Conclusio ita eam nobis instituendam vitam, vt nosipsos non quæramus, sed Dei gloriam, ac proinde plurimorum salutem: qua in re non dubitat seipsum Apostolus Corinthijs (suo videlicet gregi) sese pro exemplo proponere, sed ita vt eos ad ipsum archetypum (i. Christum) reuocet, quo & ipse respiciat.

28 Domini enim &c. τοῦ γὰρ Κυρίου. Hoc testimonium repetitum etsi legit Græcus scholiastes, non videtur tamen huic loco quadrare, & neque in Claromontano, eximiæ vetustatis & emendatissimo codice, neque in Syra, neque in Arabica interpretatione, imò ne Latina quidem vulgata legitur: & iis assentior qui librariorum incuria putant irrepsisse, quia hîc præcedunt eadem verba quibus clauditur versiculus 25, cui deinde ista attexuntur. Nam certè istud ὁμοιοτέλευτον multos errores inuexit, vt facilè confitebuntur qui vetera exemplaria aliquando contulerunt: & in vno vetusto codice comperi ista hoc loco deesse.

29 Damnatur, κρίνεται, id est κατακρίνεται, vt alibi sæpe. Puto autem hunc esse sensum, cum doctissimo interprete, Si libertate temerè vtaris, fiet vt infirmus frater malè de tuo facto iudicet, atque hoc modo libertatis beneficium ipsi cedat in ruinam, cuius tu sis conscius, vt qui nullam habueris infirmitatis eius rationem. Itaque, ne lædatur eius conscientia, abstinere debes ab idolothyto. Sed personæ mutatio ex Hebræorum idiotismo, sententiam reddidit obscuriorem. Videbatur enim potius dicendum ἐλευθερία σου, libertas tua, & sequenti etiam versiculo, εἰ μετέχεις, & εὐχαριστεῖς: sed ipse Paulus eorum personam induit quos vult adducere ad moderatum libertatis vsum. Ita autem accipiendum esse verbum κρίνεσθαι liquet etiam ex verbo βλασφημοῦμαι quod sequitur. Est enim sequens versiculus explicatio istius.

30 Per gratiam, χάριτι. Id est, si ex beneficio Dei hoc vel illo cibo vti mihi licet cur committam vt mea culpa hoc Dei beneficium mihi vitio vertatur? Sic enim (meo iudicio) rectè omnino explicat doctissimus interpres. Nam si hæc est obiectio in persona Corinthiorum, vbi responsio? aut cur illam prorsus omitteret Apostolus? quomodo etiam sequens conclusio cohærebit? Vulg. & Erasmus, Cum gratia, id est cum gratiarum actione, quod nimis est coactum. Ambrosius, Si gratiæ particeps sum. Verùm (vt rectè annotauit Erasmus) μετέχω cum tertio casu iungi non solet, nisi ad socium communionis referatur, non ad rem cuius sis particeps, vt si dicas μετέχω σοι τούτου, vel τινι.

¶ Vt blasphemus accusor, βλασφημοῦμαι, siue maledictis impetor, aut de mea existimatione detrahitur. Sed illo modo explicare malui, quòd hîc agatur de religione.

32 Et Ecclesiæ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. Partibus subiicit totum, nisi malimus istud Iudæis & Græcis de extraneis intelligere, quorum etiam nobis sit habenda ratio, ne, dum eis obsequimur, ipsos in superstitione confirmemus.

33 [Per] omnia omnibus placeo, πάντα πᾶσιν ἀρέσκω. Quod sine exceptione dictum est, ad id de quo agitur, id est ad res medias & ad infirmos, restringere oportet, de quo diximus suprà, 9.

IN CAPVT XI.

1 Imitatores mei, μιμηταί μου. Hunc quoque versiculum perperam Latini à superiore capite absecuerunt, cum quo prorsus cohæret: ita tamen vt singulari quodam Pauli artificio sit simul & superioris disputationis conclusio, & transitio ad ea quæ sequuntur. Alius ergo nunc sequitur huius epistolæ locus, in quo de recta publicorum cœtuum dispositione agitur, cuius tractationis tria sunt capita. Primum enim agit de virorum & fœminarum decente habitu: vsque ad versum 36. finientem. Deinde de recta Cœnæ Domini administratione à vers.17. ad finem vsque huius capitis. Tertiò verò de recto Ecclesiasticarum vocationum & spiritualium donorum vsu vsque ad 15. cap. initium. Ad ipsam autem Christi imitationem quod attinet, dignissima sunt lectu quæ tradit Basilius in tractatu, de solitaria vita, cap.15.

¶ Ego,

¶ Γίνεσθε. Iterum abundat ex Græcorum idiotismo, vt diximus suprà, 10.9. De ratione verò imitandi Christi vide pulchra apud Basilium, De vita solitaria, cap.5. & 1. Pet.2.21.

2 Ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις κατέχετε.

3 Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ Θεός.

4 Πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος ἢ προφητεύων κατὰ κεφαλῆς ἔχων, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

5 Πᾶσα δὲ γυνὴ προσευχομένη ἢ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς. ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ.

6 Εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνή, καὶ κειράσθω· εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω.

2 [1] Laudo verò vos, fratres, quòd omnia mea meministis, & sicut tradidi vobis, traditiones retinetis.

3 [2] Velim autē vos nosse ‖ Christum esse omnis viri caput: caput autem mulieris, virum: caput verò Christi, Deum.

4 [3] Omnis vir orans aut prophetans velato capite, dedecorat caput suum.

5 [4] Omnis verò mulier orans aut prophetans non velato capite, dedecorat caput suum: nā id vnum ac idem est acsi rasa esset.

6 [5] Nam si non velatur mulier, etiam tondeatur: quòd si turpe mulieri tonderi aut radi, veletur.

2 Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.

3 Volo autem vos scire quòd omnis viri caput, Christus est: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus.

4 Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.

5 Omnis autem mulier orans aut prophetās non velato capite, deturpat caput suum: vnum enim est acsi decaluaretur.

6 Nam si non velatur mulier, & tondeatur: si verò turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suum.

Ephes.5.27.

1 Quintus huius epistolæ tractatus de publicorum cœtuum recta dispositione, tria capita complectens, nempe de virorum & fœminarum decenti habitu: De Cœnæ Domini ritu, & de recto donorum spiritualium vsu. Reprehensurus autē nonnulla, incipit tamen ab eorum laude vniuersali, traditiones appellans particulares de decore & honestate leges, ad Ecclesiasticam politiam spectantes, quas postea Canonas vocarunt.

2 Deum in Christo mediatore proponit non modò pro doctrina, sed etiam pro Ecclesiastici decori, fine ac scopo. Deinde ad quæstionē propositam de virorum & fœminarum habitu in publicis cœtibus decenti, illud accōmodans, declarās fœminam vno gradu inferiorem esse viro ex Dei ordinatione: virum autem sic subiectum esse Christo, vt in eo oporteat gloriam Dei propter præeminentiam sexus elucere. 3 Hinc colligit viros operto capite (quod tum habebatur subiectionis signum) publicis cœtibus ad audiendum Verbum, & preces concipiendas, coactis intersint, su[illegible] dignitate seipsos priuare contra Dei ordinationem. 4 Vicissim etiam colligit, fœminas quæ subiectionis signo, id est velo, sublato, in Ecclesiasticis cœtibus appareant, seipsas decorare. 5 Argumentum primum à sensu communi, quasi dictante fœminis natura, turpe esse illis non velato capite prodire in publicum, cum tam densis & prolixis comis eas donarit, quas etiam adeò studiosè alant, vt nullo modo radi sustineant.

2 Omnia mea meministis, πάντα μου μέμνησθε. Vel, Quòd in omnibus mei memores estis, vt subaudiatur κατὰ sicut suppleuit Vetus interpres. Sic enim vsurpatum est hoc dicendi genus suprà, 9.15 & 10.33. neque valet altera Erasmi coniectura, qui eum suspicatur legisse πάντα. Verùm quod generaliter hîc enuntiatum est, postea Apostolus suis exceptionibus definit. Vt autem ita loqueretur, eo adductus est (opinor) quòd traditiones plerasque retinuissent, & quidem eam in primis de qua dicturus est, quamuis nonnulli refragarentur. ¶ Sicut tradidi vobis, καθὼς παρέδωκα ὑμῖν. Ambrosius legit, Et quomodo vbique trado, καὶ καθὼς πανταχοῦ παραδίδωμι. ¶ Traditiones, παραδόσεις. Vulgata, Præcepta, ἐντολάς, à quo vocabulo de industria abstinuit Apostolus. Erasmus, Instituta. Vide Matth.15.3. Ambrosius addit μου, meas. Qui verò ex hoc nituntur quæuis portenta in Ecclesia retinere, vix digni sunt quibus respondeatur. Cui enim persuaserint vel istas traditiones fuisse doctrinæ partem, vel (etiam si ita est) in traditionum Apostolicarum numero istas partim pueriles, partim Apostolorum scriptis ex diametro repugnantes, partim prorsus tyrannicas leges censeri oportere? Denique si Apostolicæ traditiones sine exceptione seruandæ erant, cur tam multas isti aboleuerunt? Traditionum autem nomine hîc intelligi non quæ ad dogmata, sed quæ ad εὐταξίαν attinent, ipsi doctrinæ & professioni Christianæ consentaneam, & in domo Dei omni cautione obseruandam, hæc ipsa de quibus ait Apostolus manifestè ostendunt. ¶ Retinetis, κατέχετε. Id est, summo studio obseruatis. Id enim declarat præpositio κατά. Quædam Vulgatæ editionis exemplaria legunt Tenete, imperandi modo.

3 Caput verò Christi, Deum, κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ Θεός. Intellige quatenus Christus est Deus manifestatus in carne, ac proinde mediator. Caput autem vocat eum ad cuius gloriam referenda sunt quæ illi subiecta sunt.

4 Orans aut prophetans, προσευχόμενος ἢ προφητεύων. Quia de decoro in communi cœtu seruando agit Apostolus, idcirco de publica oratione & prophetia (id est, Scripturæ tractatione) hæc accipio. neque verò ad eum duntaxat refero qui orationem concipit, aut Scripturæ locum interpretatur, sed etiam ad auditorum cōsessum: quia etiamsi vnus loquatur, communis tamen est actio, vt totus cœtus hac ratione dici possit orare & prophetare. sicut 1.Reg.8.62, dicuntur Rex & populus sacrificasse. Nam primùm omnium rationes quas adfert Apostolus, omnibus viris communes sunt in Ecclesiæ cœtu versantibus, & quædam etiam extra Ecclesiæ cœtum. Sed tamen quæstio proposita & conclusio de non operiendo capite ostendunt eas rationes ad eius loci & temporis circumstantiam referendas quo conuenit Ecclesia. Deinde si ad vnam orantis aut prophetantis personam hoc referas, non conueniet oppositum membrum mulieris: quū mulieri non permittat Apostolus vt in Ecclesia (id est cōmuni cœtu) loquatur infrà, 14.34, & rationes quoque quas adfert cur velari debeant, satis liquet ad omnes & singulas mulieres pertinere, quæ in publico Ecclesiæ cœtu versantur. ¶ Velato capite, κατὰ κεφαλῆς ἔχων. Eras. ad verbum, Quicquam habens in capite, Græcos interpretes sequutus. Sed quod isti de ipsa etiam coma, hoc intelligunt, quæ & ipsa caput tegit ineptum est, quasi videlicet nullis nisi tōsis licuerit orare aut prophetare nam quod postea de tondendo loquitur, aliò pertinet. Poscit autem omnino antithesis vt externum velamen hîc prohiberi intelligas, sicut mulieribus præcipitur. Velata autem dici non potest mulier, etiamsi comis obuolutum caput habeat: atque ne viri quidem caput opertum dicetur quod solis capillis obtegitur: sed velamen dicitur, quo ipsa quoque facies obtegatur. Cæterùm hanc Pauli legem, ad εὐταξίαν pertinere, ac proinde non sine distinctione locorum & temporum accipiendam, vel ex eo intelligi potest, quòd hodie contraria prorsus ratione, capite operto in cœtu loqui, signum est auctoritatis: aperto verò, subiectionis testimonium. Nisi malimus κατὰ κεφαλῆς ἔχων non significare simpliciter Aliquid in capite gestare, sed capiti imponere, quo ipsa facies aliquatenus saltem obtegatur, quale fuisse nuptarum velamen constat ex quorundam adhuc populorum, ac præsertim totius Orientis vsu. Itaque pertinent ad hunc locum quæ scribit Plutarchus ἐν κεφαλαίοις ῥωμαϊκοῖς [illegible], Τοὺς Θεοὺς [illegible] τῆς κεφαλῆς. Hebr. certè חפשי [chapschi,] i. liber, cognationem habet cum verbo חשף [chaschaph] quòd est, detegere, siue nudare.

¶ Caput suum, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, i. seipsum, dignitatem suam non seruans.

5 Acsi rasa esset, τῇ ἐξυρημένῃ. Vulg. Acsi decaluaretur, vocabulo non modò non Latino, sed etiam improprio. Neque enim quisquis raditur, idē fit caluus: neque decaluari aliud possit si-

gnificare quàm esse caluo fieri non caluum. Deinde spectauit Paulus hominum habitum, quorum alij tondebant comam, alij etiam radebant, pro diuersa gentium consuetudine. Tonsam autem comæ voce, non est tantum quæ penitus cutim præciditur, sed eam in genere quæ resecatur: vt sit inter muliebrem & virilem comam discrimen.

Compare.19.& 5.1.&9.6. ... col.3.10.
6 Occupatio. Nonne etiam comæ viris datæ sunt? Concedo, inquit Apostolus, sed aliud obstat. Nam conditus est vir vt in eius dominio eluceat Dei gloria: fœmina verò vt sue subiectionis professione virum reddat augustiorem. Gen.2.21.
7 Inæqualitatem mulieris probat ex eo quòd vir sit materiale fœminæ principium.

7 Ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων· γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστι.

6 Vir enim non debet velare caput, ‖ quum *is* imago sit & gloria Dei: at mulier, gloria viri est.

7 *Vir quidem non debet velare caput, quoniam imago & gloria Dei est: mulier autem gloria viri est.*

8 Οὐ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς, ἀλλὰ γυνὴ ἐξ ἀνδρός.

7 Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro.

8 *Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.*

9 Καὶ γὰρ οὐκ ἐκτίσθη ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα.

8‖ Neque enim conditus est vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

9 *Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.*

10 Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, διὰ τοὺς ἀγγέλους.

9 Propter hoc debet mulier potestatem habere in capite, propter Angelos.

10 *Ideo debet mulier potestatem habere supra caput suum, propter Angelos.*

11 Πλὴν οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, ἐν Κυρίῳ.

10 Attamen neque vir absque muliere, neque mulier absque viro, in Domino.

11 *Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Domino.*

8 Secundò ex eo quòd fœmina sit viri causa condita, non autem vir in fœminæ gratiam. 9 Conclusio oportere velatas esse fœminas, vt subiectionem externo signo testentur. 10 Diggressio quam adhibet Apostolus, ne quod de virorum eminentia, & fœminarum gradu inferiore dictum erat politiæ Ecclesiasticæ respectu, perinde accipiatur ac si nullus sit istius imparitatis modus. Viros ergo docet sic eminere, vt interea solos viros non condiderit Dominus, sed etiam fœminam, & ita conditam esse fœminam ex viro, vt viri vicissim, interuentu fœminæ, gignantur: quare admoneat ita vtrinque secundum esse illum sexus gradum, vt mutua coniunctio foueatur.

7 *Imago & gloria Dei*, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ. Id est imago gloriæ Dei, in quo nimirum elucet Dei maiestas & imperium. Est enim vir in supremo gradu collocatus in hoc mundo, & tanquam secundarius aliquis Deus (vt ita dicam) ipsius etiam mulieris respectu. Hæc igitur non est imago illa ad quam condita etiam est mulier, sed alia viro peculiaris, quæ ex ipso creationis tum ordine tum fine elicitur ab Apostolo. Mulier enim ex viro creata est, & viri ipsius caussa, non contrà. Inde verò efficitur, in communi virorum & mulierum cœtu, τὸ πρέπον postulare, vt in viro aliquod eius præstantiæ testimonium appareat.

¶ *Gloria viri*, δόξα ἀνδρός. Si non operit caput vir quia gloria Dei est, cur velabit caput mulier, quia gloria est viri? Quia nimirum vir sic est gloria Dei vt sit eiusdem imago. neque enim propriè loquendo, Deus potest à viro exornari. Dicitur tamen vir esse Dei gloria, quatenus vult Deus in ipso velut imagine quadam splendere suæ maiestatis & dominationis gloriam. Itaque vir operiens caput, non seipsum modò sed etiam Deum dedecoraret. vt siquis in dignitate positus appareret coram rege, priuato habitu, tantumdem de regis ipsius cultu detraheret. De muliere verò aliter constituendum est viri respectu, cuius dicitur decus, quatenus est viro subiecta, sicut rex quispiam ex eo intelligitur rex esse quod subiectos habet quibus imperet. Itaque si viro sese æquaret mulier, caput cui subiici debet dedecore afficeret. Quod autem garrit Castellio in hunc locum ex Itali cuiusdam (vt ipse scribit) relatione, ita ineptum & ridiculum est vt vix putẽ sine stomacho posse à quoquam legi.

8 *Non enim est*, οὐ γάρ ἐστιν. Hæc ratio generalis est, respiciens virilis sexus præstantiam supra muliebrem: altera verò mox sequens videtur ad ius maritorum in vxores pertinere: quò etiam velaminis vsus refertur.

10 *Potestatem*, ἐξουσίαν, passiuè accipe vt subiectionis testimonium, μετωνυμικῶς. adeo vt in nonnullis etiam Veteris interpretis codicibus, *velamen* legatur, non *potestatem*. Velamen accipe quo significatur vxorem esse in viri potestate, & vt loquũtur Iurisconsulti in perpetua mariti tutela, cuius velaminis vt vetustissimi moris fit mentio Genes.16.16. & 24.65. Inde etiam factum vt Latinis dicantur nubere mulieres quę in viri potestatem transeunt. Pileus quoque Libertinæ conditionis erat insigne, vt testatur Liuius in extremo libro 45. Sed Paulus tamen hac doctrina ipsas quoque virgines comprehendit, quum generales adferat rationes. Nam & ipsæ parentibus suis sunt obnoxiæ. Sed & Plutarchus in genere de mulieribus loquens in Problem. Romanis, ait. συνηθέστερον ταῖς μὲν γυναιξὶν, ἐγκεκαλυμμέναις, τοῖς δὲ ἀνδράσιν, ἀκαλύπτοις εἰς τὸ δημόσιον προϊέναι.

¶ *Propter Angelos*, διὰ τοὺς ἀγγέλους. Id est, propter prophetas in cœtu loquentes, vt Dei nuntios. Redit enim ad propositæ quæstionis circunstantiam, Quo habitu mulieres oporteret in communi Ecclesiæ cœtu comparere: & quum argumentum sumpsisset ab ipso muliebri sexu, cui locus est etiam extra sacros conuentus, corroborat illud argumentum, ac si diceret mulieribus conuenire, non tantum propter viros, vt capita in sacro cœtu operiant, sed multo magis propter reuerentiam quæ Deo per suos nuntios & legatos loquenti debetur. Angelorum autem nomen prophetantibus (vt hîc loquitur Paulus.) id est Verbi Dei ministris passim tribuitur, non tantum adiuncto Domini nomine vt Agg.1.13. Malach.2.7, & 13,1. Verùm etiam absolutè, Eccles.5.5. לפני המלאך [*liphne hammaleach*] coram Angelo illo: vbi cum ה notificatiuo significatur summus sacerdos apud quem erat reddenda votorum ratio, Leuit. 27. qui locus istum mirè illustrat. perperam enim omnino de Angelis siue bonis siue malis illic agunt interpretes, vt & hoc in loco, meo quidem iudicio. Sed & in Apocalypsi, Angeli dicuntur qui sacro ministerio præerant: neque hic addi necesse fuit Domini vel Ecclesiæ vocabulum, quum ex præcedentibus & subsequentibus prorsus liqueat de sacris cœtibus hic agi. Vtitur autem plurali numero, quòd in maxima donorum Dei abundantia, non tantùm apud Corinthios, vt apparet infrà, 14.30. sed etiam olim in aliis Ecclesiis non vnus solus sed bini & terni in cætibus sacris sermonem haberent, vt de præclaris aliis plurimis donis taceam, de quibus noster Apostolus infrà, 14.26. quod etiam liquet ex Tertulliani apologetico, & quibusdam in Antiochena Ecclesia Chrysostomi homiliis.

11 *In Domino*, ἐν Κυρίῳ, Id est per Dominum, siue Domino auctore & conseruatore mutuæ istius coniunctionis. Sic enim eminet vir vt consistere non possit sine muliere: sic quoque mulier subiecta est viro, vt vir aliquid ab ea accipiat: quum sicut ipsa ex viro primùm sumpta est, (quo nomine vir est caput) ita etiam vir nonnisi per ipsam possit propagari, quòd sit in adiutorium data viro. Itaque neque ille sua potestate abutatur vt tyrannus, neque mulier de sua conditione vt nimium abiecta conqueratur, sed vterque, tum vir, tum mulier in vno Deo coalescant, qui vtrùque hac conditione creauit. Dicuntur autem hæc obiter & extra causam ab Apostolo, vt tum virorum imperium, tum mulierum subiectionem doceat ad vnum scopum, id est ad Dei gloriam, referri oportere.

12 Ex

12 Ὥσπερ γὰρ ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὕτω καὶ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικός· τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ.

Sicut enim mulier ex viro *est*, ita & vir per mulierem: omnia verò ex Deo.

12 *Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.*

13 Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε. πρέπον ἐστὶ γυναῖκα ἀκατακάλυπτον τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι;

12 Apud vosipsos iudicate. *num* decorum est mulierem non velatam Deum orare?

13 *Vosipsi iudicate, decet mulierem non velatam orare Deum?*

11 Inculcat argumentum à communi naturæ sensu sumptum.

14 Ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι·

An ne natura quidem ipsa hoc vos docet, quòd viro quidem comatum esse dedecori sit:

14 *Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi:*

15 Γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν· ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ.

Contrà mulieri, comatam esse decori sit? Nam coma pro velamine data est ei.

15 *Mulier verò si comam nutriat, gloria est illi? quoniam capilli pro velamine ei dati sunt.*

16 Εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ.

13 Quòd siquis videtur contentiosus esse, nos eiusmodi consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei.

16 *Siquis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.*

13 Præfractè contentiosis ad vltimum opponendum est, Ecclesias Dei alienas esse à contentionibus.

17 Τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ, ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε.

14 Hoc verò *ita* denuntio vt vos non laudem, quòd *videlicet* non cum emolumento, sed cum detrimento conuenitis.

17 *Hoc autem præcipio, non laudans quòd non in melius sed in deterius conuenitis.*

14 Transitio ad sequentem tractatum de recta Cœnæ Domini administratione. Vtitur autem hac asperiore præfatione Apostolus, vt intelligant Corinthij se quod in genere obseruarunt, (id est Apostoli monita) in re tamen vel præcipua non sine magna culpa neglexisse. 18 In Cœna Domini ritè celebranda requiritur vnio tum in doctrinæ veritate, tum in affectibus, ne profanetur.

18 Πρῶτον μὲν γὰρ, συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν· καὶ μέρος τι πιστεύω.

15 Primùm enim, quum conuenitis in Ecclesia, audio dissidia inter vos esse: & aliquatenus credo.

18 *Primùm quidem conuenientibus vobis in Ecclesia, audio scissuras esse inter vos: & ex parte credo.*

12 *Ex viro*, ἐκ τοῦ ἀνδρός. Ἐκ principium materiale declarat, διὰ verò in διὰ γυναικὸς instrumentalem causam. Ἐκ denique in ἐκ Θεοῦ primum principium & verum αἴτιον significat.

13 *Apud vosipsos*, ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, Vulg. *Vosipsi*, ὑμεῖς αὐτοὶ, vt habet Claromontanus codex. ¶ [*Num*] *decorum est*, πρέπον ἐστι. Plut. Παρ' Ἕλλησιν ὅταν δυστυχία τις γένηται, κείρονται μὲν αἱ γυναῖκες, κομῶσι δὲ οἱ ἄνδρες· ὅτι τοῖς μὲν κείρεσθαι, ταῖς δὲ κομᾶν σύνηθές ἐστι. Κομᾶν autem hoc loco non simpliciter significat comam gerere, (qua ratione Homerus καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς vocat) sed comam prolixam mulierum instar nutrire, quã videlicet ferrum non attingat. Itémque τὸ κείρεσθαι non accipitur præcisè pro radi, aut ad cutim tonderi, sed in genere de quauis capillorum præsectione dicitur, pro varia gentium consuetudine. Est autem in Græco etiam contextu omissa interrogationis particula, vt & apud Hebræos interdum, vt Ioan.40.21.

14 *Viro quidem*, ὅτι ἀνὴρ μέν. Loquitur Paulus rationem habens sui temporis. Nam vt Gallos intonsos prætereum, testatur Plinius Romam tardè venisse tonsores, anno videlicet A. V. C. 454. postea verò etiam radere tum comam tum barbam illos consueuisse, ex Scipionis, Ciceronis & Cæsaris numis constat. Comam autem Hebræos alere non consueuisse liquet ex Nazareatus lege, ac proinde extraordinarium fuisse quod de Absalomo traditur 2. Sam.14.26.

15 *Decori*, δόξα, id est, τιμὴ, quod opponitur τῇ ἀτιμίᾳ.

¶ *Pro velamine*, ἀντὶ περιβολαίου Id est, Vt esset velamen, & quidem eiusmodi quod aliud accerseret. Neque enim coma propriè velamen est, sed indicat mulieris caput velamine indigere. Natura enim viro breuiores capillos, etiam siquis sinat excrescere: mulieri prolixiores & capiti obuelando idoneos tribuit. Itaque hoc in loco ἀντὶ non significat loco seu vice, neque rei originem, sed finem declarat, vt etiam accipi potest Heb.12.2. Vide Ioan 1.16.

16 *Eiusmodi consuetudinem*, τοιαύτην συνήθειαν, contentiosè videlicet agendi.

17 *Hoc verò* [*ita*] *denuntio vt* [*vos*] *non laudem*, τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ. Eadem erit sententia, sed paulo dilucidior, si pro παραγγέλλων legeris παραγγέλλω, & pro ἐπαινῶ scripseris ἐπαινῶν, vt ego conuerti, audacius quòd Vetus interpres ita legerit, & duo ex nostris vetustis codicibus ita scriptum habeant. Alioquin nec veterem interpretem, nec Erasmum in eo sequi velim, quòd τὸ παραγγέλλειν exposuerint præcipiendi verbo: quum hoc loco Apostolus nihil aliud declaret (opinor) quàm se aliquid esse illis nuntiaturum, fama videlicet ab aliis acceptum, de quo non possit eos non reprehendere: quum in superiore sermone eos idcirco laudarit quòd in plerisque eum ordinem retinerẽt quem in eorum Ecclesia constituisset, quanuis contentiosi nonnulli repugnarẽt. Erasmus ex Græcis scholiis aliam expositionem adfert quasi Paulus dicat, Hoc verò me vobis præcipere non laudo. Id est, Id verò non laudo quòd vobis ista præcipere me oporteat.

¶ *Quod* [*videlicet*] *non cum emolumento, sed cum detrimento conuenitis*, ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλὰ εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε. Vulgata, *Quod non in melius, sed in deterius conuenitis*. Ego verò primùm omnium addidi particulam VIDELICET, ex qua intelligatur ὅτι non oportere intelligi αἰτιολογικῶς, sed εἰδικῶς, vt infrà, versu 23. (quanuis aliter censeat Photius) deinde quia illud, *In melius, & in deterius*, videbatur obscurè dictum, studendum putaui perspicuitati. Transit autem Apostolus ad alterum huius tractationis caput, nempe Cœnæ Domini administrationem: cui adiunctæ tunc erant Agapæ, nomine quidem at non re, quum in varias factiones essent diuisi, adeò vt alij alios non expectarent ad communem tum mysteriorum tum epularum vsum, sed sub suis veluti ducibus, quorum se esse dicebant, accedentes, proculdubio sacram actionem in totidem quasi partes discerperent: & præterea ditiores splendidè ac ne intra modum quidem, tenuiores verò illis ipsos aspernantibus, parcè admodum epularentur. quod vtrumque ex diametro repugnare Cœnæ Domini institutioni docet eos Paulus, prolata ipsius institutionis formula, ad cuius præscriptum eos reuocat: cui nimirum neque detrahere, neque adiicere quicquam, aut in ea mutare quidpiam liceat. Id verò si in Ecclesia Christiana accuratè & religiosè obseruatum esset, sicut factum oportuit, non ita turpiter esset Domini domus in teterrimam latronum speluncam transformata.

18 *Primùm enim*, πρῶτον μὲν γάρ. Vulgata, *Primùm quidem*. Eras. *Nam primùm quidem*. Ego verò puto πρῶτον simpliciter declarare sermonis initium, vt Rom.1.8. quanuis quæ tribus proximis capitibus continentur, ad eundem etiam finem (id est ad conuentus Ecclesiasticos) pertineant.

¶ *In Ecclesia*, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. quid est ad sacrum conuentum, audiendi verbi diuini & agaparum causa.

¶ *Et aliquatenus credo*, καὶ μέρος τι πιστεύω. partem videlicet eorum quæ de vobis audio, vos nimirum inter vos animis dissidere. Vulg. & Eras. *Et ex parte credo*. quod sic po-

[illegible] accipi, quasi dicat Apostolus se non prorsus credere famæ, nec prorsus etiam non credere. Atqui apparet Paulum non scripsisse de re incerta, vt qui manifestè in Corinthiis maiorum animorum coniunctionem & charitatem requirat: neque verò Apostolicæ grauitati conuenit vt aliter credamus.

---

16 Schismata & hæreses, etsi ex Diabolo oriuntur & mala sint, tamen temerè non eueniunt, & electorum etiā commodo cedunt.

17 Agapas quā uis diu & quidem laudabiliter, auctoribus ipsis Apostolis, in Ecclesiis vsurpatas, tamen propter abusum tollendas censet Apostolus.

Mat.26.26 mar.14.22 luc.22.17

18 Vera celebrandæ Cœnæ Domini forma, ex ipsius institutione petenda est, cuius hæ partes sunt, quod ad pastores attinet, Annuntiare mortem Domini prædicando ipsius verbum: benedicere panem & vinum, inuocatio Dei nomine, & eius institutione cum precibus explicata: ac demum fractum panem, comedendum & acceptum poculum bibendum tradere, vnà cum gratiarum actione. Ex parte verò gregis, probare seipsum, id est, explorare tum notitiam, tum fidem, tum resipiscentiam suam: annuntiare mortem Domini, i. vera fide ipsius verbo & institutioni assentiri: ac demum acceptum ex ministri manu panem edere, & vinum bibere, & gratias Domino agere. Hæc fuit Pauli & Apostolorum Liturgia.

19 Δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν.

16 Oportet enim etiam hæreses inter vos esse, vt qui probi sunt, manifesti fiant inter vos.

19 *Nam oportet & hæreses esse: vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.*

20 Συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτό, οὐκ ἔστι Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν.

20 Quum igitur conuenitis eódem loci, *hoc* non est Dominicam cœnam edere.

20 *Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam mā ducare.*

21 Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν· καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει.

21 Nam vnusquisque propriam cœnam præoccupat in edendo: & hic quidem esurit, ille verò ebrius est.

21 *Vnusquisque enim suā cœnā præsumit ad manducandum: & alius quidem esurit, alius autem ebrius est.*

22 Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; Τί ὑμῖν εἴπω; ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ.

17 Enimuero num domos nō habetis ad edendum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & pudefacitis eos qui non habent? Quid vobis dicam? laudabo vos? in hoc non laudo.

22 *Nunquid domos non habetis ad mānducandum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? laudo vos in hoc? non laudo.*

23 Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον·

18 Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, Dominū Iesum *videlicet* ea nocte qua proditus est, accepisse panem:

23 *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniā Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem:*

24 Καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

‖Et gratiis actis fregisse, ac dixisse, Accipite, edite: hoc meum est corpus quod pro vobis frangitur: hoc facite ad mei commemorationem.

24 *Et gratias agens fregit: & dixit, Accipite & manducate: hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: hoc facite in meam commemorationē.*

19 *Etiam hæreses*, καὶ αἱρέσεις. siue *sectas*. Facilè credo, inquit, Apostolus, quandam inter vos esse animorum dissensionem, quum vos sciam, vt & fideles omnes, maioribus etiam malis esse obnoxios, id est hæresibus & sectis, in quibus non de ordine quopiam extrinseco, aut de voluntatibus, sed de doctrina ipsa excitantur factiones: idque quòd ad Deum attinet, non vt perdamini, sed vt verè pij ab hypocritis hac probatione distinguantur. Sic igitur ostendit Apostolus se non temerè huic famæ credidisse: & & interim tamen bonos consolatur, & infirmos erigit: neque tamen sic loquens, Corinthios arguit quasi hæreses iam tum apud illos essent vulgo receptæ, vt erant schismata. Concidunt igitur Chrysostomi rationes, quibus adductus est vt existimaret hæreses & schismata hoc loco pro eodem accipi: neque quærendam puto nouam aliquam horum interpretationem, quum potius simplici & propria significatione accipiantur, vt pulchrè explicat etiam Tertullianus in [illegible] præscriptionibus. ¶ *Probi*, δόκιμοι. Id est, quos esse [illegible] pietatis & fidei sinceræ ipsa experientia docuerit: quibus opponuntur ἀδόκιμοι. 2. Corint. 13.7. Est enim nomen, non participium, quum alioquin explorentur etiam hypocritæ: qui tamen probati dici non possunt. Quod autem annotat Chrysostomus ἵνα non significare causam sed euentum, eatenus admitto vt sciamus hoc propriè non manare ab hæresi, sed κατὰ συμβεβηκός, & tamen Dei consilium ac scopum hunc esse. Tertullianus aliquoties hunc locum citans in libr. De præscriptionibus, *probabiles* interpretatur. & lib. De Anima cap. 3. vbi etiam φανεροὶ γένωνται vertit *emicent*.

20 *Igitur*, οὖν. Notanda est illatio. Inter vos sunt dissidia, ergo vestræ συνάξεις non sunt Cœna Domini Sed hoc dextrè intelligendum est. Neq; enim quorundam abusus efficiebat, vt nulla Ecclesia esset Corinthi: sed vsitata hyperbole Apostolus præcisè negat fieri quod à plerisque ritè non fiebat. Malo enim οὐκ ἔστι cum Vetere interprete cōuertere, *Non est*, quàm *Non licet*, cum Erasmo & aliis quibusdam. ¶ [*Hoc*] *non est*, οὐκ ἔστι. Id est, Hoc vestrum conuenire, non est Cœnam Dominicam edere. Vnde igitur priuatæ Missæ prodierunt, etiam si in iis Cœnam Domini celebrari sacrificulis istis concederemus? Cæterùm Syrus & Arabs interpretes sic non ἀναλέξει, sed παρεχομένως hunc locum verterunt: ille quidem, *Non sicut iustum est in die Domini nostri comeditis & bibitis*: hic verò, *Non comeditis & bibitis sicut diebus Domini nostri decet*. Nam κυριακὴν retulerunt non tam ad ipsum Dominum, quàm ad diem quem Dominicum Latini, vt Græci κυριακὴν vocant, quo die solennes cœtus haberi iam tum Corinthi solitum fuisse liquet ex 16.2, in hac eadem epistola, & idem Romæ factitatum fuisse docet Iustinus Apologetico secundo.

21 *Præoccupat*, προλαμβάνει. Id est, aliis non expectatis sumit. Vulg. *Præsumit*, id est, præcipit, Latinè quidem, sed ambiguè. In vno codice legimus προσλαμβάνει, sed deprauatè, vt apparet ex vers. 33.

22 *In hoc?* ἐν τούτῳ; Quidam hoc connectunt cum ἐπαινέσω, quidam cum sequente ἐπαινῶ, vt nos fecimus. Cæterùm Arabs interpres totum hunc locum sic vertit, *an laudabo vos hac in re? non faciam*, non certè in vita mea (id est dum viuam) non faciam, paraphrasi vsus minimè tamen necessaria.

23 *A Domino*, ἀπὸ τοῦ Κυρίου. Quærit Chrysostomus quomodo potuerit istud ex ipso Christo Paulus audire, neque nodum expedit. Plerique verò, vt & Græcus scholiastes, hoc referunt ad extraordinariam illam reuelationem: quam commemorat ipse Apostolus Gal. 1.12. Ego verò si huc respexisset, puto scripturum fuisse non ἀπὸ sed παρὰ vt poscit vsus Græcæ linguæ, & in his libris passim occurrit, vt Ioan. 5.41, & 10.18. Act. 3.5. & ipsemet Paulus Act. 20.24, & Galat. 1.12, & 1. Thess. 2.13. & 4.1. & 2. Thess. 3.6. & Iacob. 1.7. & 2. Pet. 1.17. & 1. Ioan. 3.22. & Ioan. 3.4. & Apocal. 2.27. Itaque ἀπὸ τοῦ Κυρίου non interpretor *du Seigneur*, sed *de la part du Seigneur*. Id est, vt à Domino profectum. Quod enim verè dicit Apost. se non fuisse humanitus, sed ἀμέσως ab ipso Christo vocatum & electum, non impedit quominus peculiaria plurima Christi dicta, & facta, tum ex Anania, tum ex aliis Christi discipulis αὐτόπταις cognouerit, ac fortassis etiam ex Lucæ scripto ista excerpserit.

24 Quod

25 Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων, Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

Itidem & poculum, postquam cœnasset, dicendo, Hoc poculum est Nouum illud pactū, per meum sanguinem: hoc facite quotiescunque biberitis ad mei commemorationem.

25 *Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens Hic calix, Nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescunque biberitis, in meam commemorationem.*

26 Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ.

Quotiescunque enim ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis, vsquequò venerit.

26 *Quotiescunque enim manducabitis panē hunc, & calicem bibetis, mortē Domini annuntiabitis, donec veniat.*

Ioh. 5.55

19 Qui sacra symbola contemnit (id est minus rectè iis vtitur) non panis & vini, sed ipsius (id est Christi) cōtemptor habetur, & eius sceleris graues pœnas luet.

1. Cor. 13.5

20 Probatio sui ipsius necessariò in Cœna requiritur, ac proinde admitti ad illam non debent qui seipsos probare non possunt, veluti infantes, furiosi ac mente capti, itémque homines Christianæ religionis vel nulla, vel non satis plena cognitione imbuti, & si qui alij sunt eiusmodi.

27 Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου.

19 ‖ Itaque quisquis ederit panem hunc, vel biberit poculum *hoc* Domini indigne reus tenetur corporis & sanguinis Domini.

27 *‖Itaque quicunque manducauerit panem hunc vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.*

28 Δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτόν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω.

20 ‖ Exploret autem quisque sese, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat.

28 *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.*

29 Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου.

Nam qui edit & bibit indignè, ipse sibi iudicium edit & bibit, non discernens corpus Domini.

29 *Qui enim manducat & bibit indignè, iudiciū sibi manducat & bibit, non diiudicās corpus Domini.*

24 *Quod pro vobis frangitur*, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. Sic constanter legunt omnes Græci, & Ambrosius quoque. Vulgata, *Quod pro vobis traditur*, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, nisi quòd tempus mutauit, quum Dominus de re iamiam futura loquens, de industria maluerit tempus præsens vsurpare. Sed quod ad sensum attinet, eòdem recidit vtraque lectio, quamuis illa sit multo conuenientior, quam etiam sequuti sunt Syrus & Arabs interpretes. Neque enim iis seu Græcis seu Latinis interpretibus assentior qui putarunt *Frangi* idem hîc valere quod *Distribui*: quum necesse sit hoc verbum *frangitur* non de signo, quod iam fregerat Dominus quum hæc diceret, sed de re sacramenti (id est de ipso Christi corpore) accipere: neque dixerit Dominus, Quod vobis frangitur, id est distribuitur: sed, Quod pro vobis frangitur. Itaque fractionis vocabulo designatur mortis genus, quoniam præterquam quòd Domini corpus grauissimis cruciatibus laceratum, contusum, confractum denique fuit, etiamsi non perinde fracta fuerint eius crura vt latronum, Christus animum violentissima morte exhalans, velut in duas partes fuit secundum humanam naturam dilaniatus. Habet denique hoc vocabulum admodum expressam significationem, vt figura rei prorsus respondeat, id est, vt fractio illa panis (quam & ipsam ceremoniam vt sacramentalem & à Domino institutam oportuit in Ecclesia retineri) mortem ipsam Christi nostræ menti repræsentet. Neque verò dubium est quin Paulus de Cœna Domini hîc agat, cuius appendices erant Agapæ, de quibus diximus Act. 2. 42. & 46. Quorsum enim Paulus Corinthios ad Domini institutionem reuocaret? Deinde quæ in hunc locum disputat Erasmus de consecratione, satis ostendunt hominem alioquin doctissimū nunquam cognouisse quid veteres illi patres Cōsecrandi vocabulo intellexerint. Quid autem illud sit, paucis diximus sup. 10.16.

26 *Annuntiatis*, καταγγέλλετε. Id est cum gratiarum actione vos credere & amplecti palàm profitemini. Sunt autem hæc non Christi, sed Pauli verba, explicantis quid illud sit, *Ad mei commemorationem*. Vulgata propterea, quòd non dixit Apostolus ἐσθίετε & πίνετε, sed ἐσθίητε & πίνητε, vertit, *Annuntiabitis*, futuro tempore. Quod si accipere libeat pro Imperandi modo, tunc γὰρ non erit causale, sed illatiuum, pro οὖν, quod alibi quoque obseruauimus, & vt solet particula כי [*ki*] apud Hebræos interdum accipi.

27 *Indignè*, ἀναξίως. Id est, aliter quàm dignum est tanta mysteria tractari. In tribus codicibus additum erat τοῦ Κυρίου (vt etiam legerunt Chrysostomus & Ambrosius) id est aliter quàm Domini dignitati conueniat. Quid sit autem dignè ad mensam Domini accedere, pulchrè docet Basilius in asceticis regulis κατ' ἐπιτομὴν quæst. 172. neque sanè Apostolus de apertè prophanis, vel de meris hypocritis agit, sed de irreuerenter, ac non aliter quàm ad communem capiendum cibum Ad agapas accedentibus.

¶ *Reus tenetur corporis*, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος. Vulgata & Erasmus, *Reus erit corporis*. Vide Matth. 5.21. Dicitur autem teneri reus corporis Domini, qui illud est aspernatus, vt Apostolus ipse explicat versu 29: & non possum satis mirari qui fiat vt quidam nōn animaduertant quàm friuolum sit argumentum, reos esse istos corporis Domini, ergo corpus domini accipere: quum idcirco potius rei sint quod oblatum contempserint: Christus enim perceptus, necessariò viuificat, quum sit vita: & repudiatus iudicat, quoniam vitæ contemptum mors sequatur necesse est. Hæc enim est mundi condemnatio, quòd tenebras diligat potius quàm lucem.

28 *Quisque*, ἄνθρωπος. Hebr. איש [*isch*] id est homo, pro ἕκαστος, id est *quisque*. Est autem hoc dictum cum emphasi, vt singuli sciant hoc sibi faciendum, nequis fidem quam vocant implicitam requiri somniet, aut ab aliena fide pendeat. Et ex hoc consequitur sacramenti istius institutionem ad infantes, furiosos, & in verbo Dei minimè institutos non pertinere, quod & ipsa institutionis ratio docet, quum ad hoc mysterium requiratur sui probatio, & mortis Domini annuntiatio. Qui verò ex hoc pronomine ἑαυτὸν colligunt vnumquenque suo priuato iudicio relinquendum, nec cuiquam ad mensam Domini accedenti recusanda sacramenta, præsupponunt quod falsissimum est, omnes videlicet in sui probatione satis esse sedulos, & eos tum de quibus Pastori non constet, sint ne, an non sint ex Ecclesia, tum qui legitimè iudicati fuerint impœnitentes & abstenti, satis idoneos & verè resipuisse censendos, si sese ad mensam Domini quoquo modo stiterint: qua conclusione quid infirmius? Nec enim ab aliorum, sed à cuiusque propria conscientia pendet mandati illius diuini obseruatio, *Hoc facite*.

29 *Iudicium*, κρίμα. id est pœnam apud ipsum Dei tribunal. Hoc autem intellige κατὰ συμβεβηκός, quia videlicet, non ipse sacer panis, sed indigna eius sumptio causa est huius iudicij. Multò minus autem istud de ipso Christo accipi potest, vt qui receptus seruet vt vera & propria salutis causa: reiectus autem, non item sit damnationis causa vt de se testatur Io. 3.17. & 12.47. Aliter igitur accipitur κρίμα nomen, nempe pro res omnes gubernandi iure. Ioan. 5.22.

¶ *Ipse sibi*, ἑαυτῷ. Id est non alius, nec aliud quàm ipse

met sibi, vt non pani, non Christo indignè recepto, sed ipse illum quidem indignè sumens Christum reiiciens, sibi condemnationem suam imputet. Vulg. *Sibipsi*, id est non alius, sed sibi, quod ineptè diceretur. Non enim quis in damnationem incurrat, sed quis sit huius exitij auctor hîc indicatur. ¶ *Edit*, ἐσθίει. Ipsa certè damnatio non editur nec bibitur. Ergo necesse est edendi verbum figuratè accipere, vt & quum de ipso Christo dicitur: cuius non receptioni, sed exclusioni tribuendum est istud exitium. ¶ *Non discernens*, μὴ διακρίνων. Verbum diiudicandi mihi visum est paulò obscurius hoc in loco. Discernere autem corpus Domini dicitur, qui dignitatis illius habet rationem, vt à cæteris rebus distinguat, ac proinde summa cum reuerentia ad hunc panem & hoc poculum, non tanquam ad ordinarios & corporibus alendis destinatos cibos, sed tanquam ad mysteria rei omnium pretiosissimæ accedat. Cæterùm quod de corpore dicitur, de sanguine quoque intelligitur συνεκδοχικῶς, vt suprà, 10.17, aduersus sacrilegos illos qui quum alteram sacramenti partem Laicis, quos vocant, ademerint, sacrilegium suum aliquot similibus locis perperam explicatis obtegere conantur.

---

30 Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί.

31 Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα.

32 Κρινόμενοι δὲ, ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.

33 Ὥστε, ἀδελφοί μου, συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε.

34 Εἰ δέ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω, ἵνα μὴ εἰς κρῖμα συνέρχησθε. Τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, διατάξομαι.

Κεφάλαιον ιβ.

1 Περὶ δὲ τῶν Πνευματικῶν, ἀδελφοί, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν.

2 Οἴδατε ὅτι ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι.

30 21 Propterea inter vos multi *sunt* ægroti & valetudinarij, & dormiunt multi.

31 Etenim si ipsi nos diiudicaremus, non iudicaremur.

32 Sed dum iudicamur, à Domino erudimur, ne cum mundo condemnemur.

33 22 Itaque fratres mei, quũ conuenitis ad edendum, alius alium expectate.

34 23 Quòd siquis esurit, domi edat: ne ad condemnationẽ conueniatis. 24 Reliqua verò, quũ venero, disponam.

CAP. XII.

1 Porro de spiritualibus *donis*, fratres, nolim vos in *eorum* ignoratione versari.

2 Scitis *vos* Gentes fuisse, ad idola illa muta, prout ducebamini abreptos.

30 *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.*

31 *Quòd si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.*

32 *Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum mundo damnemur.*

33 *Itaque fratres mei, quũ conuenitis ad manducandum, inuicem expectate.*

34 *Siquis esurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem, quum venero, disponam.*

CAP. XII.

1 *De spiritualibus autem, nolo vos ignorare, fratres.*

2 *Scitis quoniam quum Gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes.*

21 Profanatio corporis & sanguinis Domini in ipsius mysteriis seuerè ab ipso vindicantur, ac proinde tanto malo tempestiuè occurrendum, sese condemnando & corrigendo.
22 Cœna Domini est communis actio Ecclesiæ, ac proinde priuatis cœnis nullus locus relinquitur.
23 Non ad pascendum ventrem, sed ad animum communione Christi reficiendum instituta est Cœna Domini, ac proinde à communibus epulis separanda est.

24 Quæ ad ordinem spectant, vt locus tempus, precum formulæ, & cætera eiusmodi, pro ratione temporum, locorum & personarũ disposuit Apostolus in Ecclesiis. 1 Iam aggrediens tertium locum huius tractatus, id est, de recto spiritualium donorum vsu, non obscurè significat Corinthios illis fuisse abusos. Nam qui excellebant, ambitiosè illa iactantes Deum horum donorum authorem sua laude fraudabant: & nulla fratrum habita ratione, illis ad inanem ostentationem abutebantur, ac proinde Ecclesiam illorum donorum vsu priuabant. Abiectiores autem vicissim excellentioribus inuidẽtes secessionem meditabantur, vt totum illud corpus veluti disiectum ac dissipatum esset. Istis ergo abusibus, remedium allaturus, primùm eos iubet diligenter considerare, se omnia hæc dona aliunde habere, nempe ex Dei gratia ac mera liberalitate ad cuius gloriam sint referenda.
2 Hoc probat ex prioris eorum status collatione, cum eo in quo tum erant excellentibus illis donis ornati.

---

30 *Dormiunt*, κοιμῶνται. Id est mortui sunt, vt sæpe iam exposuimus. Viderint ergo qui ad Cœnæ ceremoniam quicquam addunt aut detrahunt.

31 *Diiudicaremus*, διεκρίνομεν. Id est probaremus & exploraremus. quod fieri non potest quin in nos ipsos inquiramus, nostra scelera damnemus, fide denique & resipiscientia nosipsos à profanis seceramus. quæ omnes significationes conueniunt verbo διακρίνειν. In eo verò non assentior Erasmo, quòd præterito plusquam perfecto vertere maluerit, *Diiudicassemus*. ¶ *Non iudicaremur*, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. Id est, iudicium in nos non ferretur. Sic enim ex Hebræorum idiotismo iudicij nomen accipitur pro sententia in aliquem lata, etiam quum non inest capitalis ad mortem æternam, vt hoc loco pro corporali pœna, etiamsi lethales essent hi morbi in nonnullis, de quibus suprà, v. 30 Et ita quoque accipi potest verbum κρίνεσθαι pro puniri, 1. Pet. 4.6. & 17.

32 *Erudimur*, παιδευόμεθα. vel, [*castigamur*.] Sic autem vocantur castigationes à fine & scopo quem sibi Dominus proponit suos castigans, non vt perdat, sed vt in eis obtineat illud τὸ καθαίρειν καθάρισμα.

34 *Reliqua*, τὰ δὲ λοιπά. Ergo, inquiunt nonnulli alia præterea disponenda erant. Concedo. Sed quorsum hæc ad illã ipsam tum doctrinæ tum essentialis formulæ administrationis Cœnæ Domini horrendam subuersionem? ¶ *Disponam*, διατάξομαι. Pertinent hæc igitur ad ordinem Ecclesiasticum, non ad doctrinæ dogmata. Hæc enim est huius verbi notatio propria, vt infrà, 16.1, de Eleemosynis colligendis.

IN CAP. XII.

1 *Porro de spiritualibus* [*donis*,] περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν. sub. χαρισμάτων, vt Rom. 1.11. Iam autem aggreditur Apostolus tertium huius tractationis caput, spiritualium videlicet tum functionum, tum donorum abusum, ex eodem fonte, id est ex arrogantia & ambitione promanentem, quæ efficiebant vt in publicis cœtibus magna esset ἀταξία, & iis quidem qui aliis præerant, vel donis præstantioribus instructi erant, alios inferiores superbè aspernantibus: inferioribus verò malignè aliis inuidentibus: vtrisque denique suum quærentibus, & dona ipsa Dei pollueréntur, & communis vtilitas Ecclesiæ negligeretur. ¶ *In* [*eorum*] *ignoratione versari*, ἀγνοεῖν. Ἀγνοεῖν, absolutè hîc accipitur pro rudem & ignarum esse, vt infrà, 14.38. & Heb. 5.2. Videbantur enim Corinthij, alioquin egregiis donis instructi, non satis intelligere, aut certè obliti, à quo & in quem finem ea dona accepissent.

2 *Vos Gentes fuisse*, ὅτι ἔθνη ἦτε. Id est à veri Dei cultu ac fœdere prorsus alienos, vt explicatur Ephes. 2.11, & 12. Sic enim cæteros populos Hebræi vocant גוים [*goijm*] Vulgata, *Quoniam quum Gentes essetis*, ὅτι ὅτε ἔθνη ἦτε, quomodo scriptum legimus in Complutensi editione, & duobus præterea vetustis codicibus. Sed ea lectio stare non potest nisi ἀνακόλουθον dicamus Hebræorum more positum pro ἀπήγεσθε, cuiusmodi Hebraismum annotauimus Actorum 24.6, & 20. Non desunt etiam qui legant οἴδατε ὅτε ἔθνη ἦτε, sed plana est recepta lectio. Apostolus autem primùm omnium Corinthiis reuocat in memoriam à quo proficiscantur hæc dona, vt pudeat illos rebus tam sacris ad ostentationem abuti, quum ideo sint collata vt ipsorum auctoris, Christi videlicet, gloria amplificetur. Id autem docet Apostolus κατὰ σύγκρισιν, vt norint videlicet Corinthij ex prioris conditionis comparatione, & quanto beneficio sint affecti, & quantum sit inter hæc Dei dona & dæmoniorum præstigias discrimen, ac proinde quantopere oporteat differre sacros ipsorum cœtus ab impuris illis idololatrarum conuentibus. Et videtur mihi Paulus alludere ad locum Mosis, Deuter. 12.30. vbi nonnulli verbum נקש [*nakasch*] interpretantur, Rapi, in Niphal. ¶ *Abreptos fuisse*, τὸ ἀπάγεσθαι, conuerti potiùs *Rapi* quàm *Duci*, vt impetum illum significarem, de quo modò dixi, & fortasse Paulus allusit ad verba Mosis Deut. 12.30. Vbi verbum נקש [*Nakasch*] interpretantur *Rapi*.

---

3 Διὸ γνωρίζω ὑμῖν ὅτι οὐδεὶς ἐν Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν, καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

4 Διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα·

5 Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος·

6 Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτός ἐστι Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.

3 3 Quapropter notum vobis facio, nullum per Spiritum Dei loquentem, dicere Iesum anathema, & neminem posse dicere Iesum Dominum, nisi per Spiritum sanctum.

4 4 Distinctiones autem donorum sunt, sed idem Spiritus.

5 Et distinctiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus:

6 Et distinctiones actionum sunt, sed idem est Deus agens omnia in omnibus.

3 *Ideo notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesum: & nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.*

4 *Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem Spiritus:*

5 *Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus:*

6 *Et diuisiones operationum sunt, idẽ verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.*

3 Conclusio. Scitote igitur vos de Christo ne hiscere quidem in ipsius gloriam posse, nisi ex spiritus sancti gratia.
Mat. 9.39
Suprà 8.6
Ioh. 13.13
Phil. 2.10
4 Secundo loco iacit aliud fundamẽtum, nempe diuersa quidem esse hæc dona, sicut diuersæ sunt functiones & diuersa earundem munera, sed vnum eundẽmque Spiritum Dominum, ac Deum, esse omnium istorum datorem, & quidem in eundem finem, nempe ad communem vtilitatem.

---

3 *Dicere anathema*, λέγει ἀνάθεμα. Id est, execrari, vel quocunque modo de ipsius gloria detrahere. Plinius ad Traianum scribens, *Quum* (inquit) *præeunte me Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum adferri, thure ac vino supplicarent, præterea maledicerent Christo, (quorum nihil cogi posse dicuntur qui sunt reuera Christiani) dimittendos putaui*. Hæc ille. Huic autem opponitur Dicere Iesum Dominum. Id est, vt Dominum ac Deum seriò agnoscere. De anathemate diximus, Rom 9.3.

4 *Distinctiones*, διαιρέσεις. Sic loquuntur Græci quoque Theologi de tribus Personis in vnica Deitatis Essentia citra vllam separationem per suas ἰδιότητας distinctis: quod est hîc quoque diligenter obseruandum ex Apostoli scopo, qui in eo totus est, vt hæc spiritualia dona doceat distincta quidem esse siue diuersa, nunquam tamen separanda: quatenus quidem sicut ab vno & eodem fonte promanãt, sic ad vnum & eundem finem sint referenda, vnius videlicet & eiusdem corporis, id est Ecclesiæ ædificationem. Malè igitur Vulg & Eras. *Diuisiones* interpretantur, perobscura & periculosa huius vocis ambiguitate. Sed & commodè possimus *Distributiones* vocare, quæ ab Hebræis מחלקות [*machlekoth*,] ab Apostolo Heb. 2.4. μερισμοὶ vocantur: cuiusmodi fuerunt sub Leuitico Sacerdotio distincti ordines Sacerdotum, Leuitarum, Cantorum & Ianitorum. Cæterùm quum Apostolus manifestè χαρίσματα, διακονίας, & ἐνεργήματα distinctè recenseat, ego quidem existimo χαρίσματα generis loco poni, i. illa πνευματικὰ omnino comprehendere, quorum duas postea species generales constituit habita illorum donorum vsus & finis ratione, nempe διακονίας & ἐνεργήματα.

5 *Ministeriorum*, διακονιῶν. Vel, vt Vulgata, *Ministrationum*. Sic autem signatè vocat Apostolus functiones Ecclesiasticas toti cœtui Ecclesiæ formando, & nutriendo destinatas. Et obseruanda est antithesis ministrorum, & Domini: qua damnantur superbæ & arrogantes illæ pseudocleri Antichristiani appellationes: quæ superbia vtinam intra nudas ipsas voces constitisset. ¶ *Dominus*, ὁ Κύριος, nempe Christus Ecclesiæ suæ Dominus à Patre constitutus.

6 *Actionum*, ἐνεργημάτων. Erasm. *Efficacitates* maluit interpretari. Hilarius ἐνεργείας vertit *inoperationem*, nouo quidem, sed non infeliciter, vt mox dicam, nouato vocabulo: cuius ἀποτέλεσμα & effectum opus est ἐνέργημα Damasceno libro orthodoxæ fidei tertio, cap. 15. Paulus verò sic vocat hoc loco vsum donorum quæ postea commemorat ver. 9. & 10. positum videlicet in edendis illis mirificis operibus, quæ ipsam rerum naturalem vim omnem superant, & ab illis functionibus, quas διακονίας vocauit dupliciter distinguntur. Primùm enim ij qui in Ecclesia διακονοῦσι, id est *qui in sermone & doctrina laborant*, vt loquitur Paulus 1. Timot. 5.17 Deo συνεργοῦσι, in plantando & rigando, quanuis solus Deus det incrementum. Itaque sunt Dei instrumenta non tantùm passiua, vt in scholis loquuntur, sed etiam actiua, vt qui tum donum habeant cognitionis earum rerũ quas docent, tum etiam χάρισμα res illas exterius auditorum mentibus insinuandi, quod per Plantationem metaphoricè intelligitur, quanuis quòd auditis illis vocibus mens auditoris, vt veris assentiatur, ac multò magis, vt illas sibi peculiariter applicet, sit Dei vnius opus intrinsecum mentem & voluntatem auditoris, sua vnius vi diuina, immutantis: quod Dei beneficium postea ministerio docentis itidem simili modo fouetur, & Rigationis nomine significatur. At in edendis miraculis si opus ipsum spectes, sola illa Dei virtus agit prorsus ἀσυνεργήτως, quam ne in Angelos quidem ipsos transfundit: ideóque dicitur in hominibus ἐνεργεῖν. Quamobrem etiam dixi Hilarium nouè quidem, sed non ineptè, vti *Inoperationis* vocabulo. Quid igitur? (dixerit aliquis) num in edendis miraculis sancti Dei homines fuerunt quasi stipites & trunci? Nequaquam. Nam aut suis precibus impetrarunt à Deo miracula, aut Dei voluntatem intrinseco charismate, vel peculiari reuelatione intelligentes, eam declararunt. Sed ita vt nulla vis ipsorum vlla ex parte ad miraculorum effectionem vt causa efficiens concurrerit. Neque his obstat quod scribitur Marci 16.20. quasi Deus sit homini συνεργὸς, vt suo loco exposuimus: quod vt melius etiam perspiciatur, & ne quis hîc aberret in alterutram partem, ministerio videlicet sacro vel minus, cum Schvvenkfeldio & Enthusiastis, vel plus quàm par sit cum Romanæ meretricis assentatoribus tribuens, audiamus quid de ipsius Christi humanitatis per se, licet τῷ λόγῳ vnitæ, actione in edendis miraculis, erudita in Nestorianorum & Arianorum certaminibus vetustas senserit. Sic igitur Nissenus aduersus Eunomium, *Neque humana natura*, inquit, *Lazarum viuificat, nec desteʃcentem in latibulo Potentia, sed lacryma quidem est hominis propria, vita verò ea quæ vera vita sunt. Non nutrit multa hominum millia humana mendicitas, non accurrit ad ficum omnipotens Potestas.* Et Apollinaris *Est hominis surgere à mortuis, Dei autem excitare.* Et Cyril. lib. de Trinitate 5. *Quæ diuino modo facta sunt à Christo non sunt humanæ vtilem attribuenda, sed naturæ ineffabili & omnem mentem transcendenti.* Et Cyrillus Hierosolymitanus oratione catechetica 4. *Duplex est Christus, mortuus quidem verè vt homo quatriduanum autem cadauer suscitans, vt Deus.* Et Damascenus verè in hoc argumento explicando diligens, & Orthodoxus libro de orthodoxa fide 3. cap. 15. *In Domino nostro Iesu Christo*, Inquit, *miraculorum quidem erat ipsius Deitatis actio: manuum autem in miraculis edendis adhibitio, & velle & dicere, Volo, Purgator, erat Humanitatis ipsius actio. ipsius autem actionis effectum humanæ quidem naturæ fuit panum fractio, & quod leprosus audiuit Volo: Diuinæ verò panum multiplicatio, & leprosi purgatio.* Item, *In Christo Deitatis quidem ipsius actio est diuina & omnipotens, Humanitatis verò ea quæ nostræ naturæ conuenit. Et effectum quidem humanæ naturæ est quod puella manus prehensa fuerit & attracta, diuinæ autem quòd puella fuerit in vitam reuocata. Nam & istud est aliud, & illud quoque ab ipso diuersum, quanuis vnum ab alio solungè nequeat in actione eius qui Deus & homo est.* Item. *Nec humana natura Lazarum à mortuis excitauit, nec rursus diuina Potentia lacrymatur. Nam lacryma quidem sunt quiddam humanitatis proprium, vita verò eius est qui est ipsa in sese subsistens vita.* Et de hoc quidem hactenus. Alterum autẽ διακονιῶν & ἐνεργημάτων discrimẽ in eo

ſtrum eſt quòd διακονία vniuerſum aliquem Chriſti gregẽ in genere,& præterea ſigillatim ſingula eius membra reſpicit,& eſt ordinarium ac perpetuum in Eccleſia (quanuis non pariter ſemper ſeſe exerens) χαρίσματα, quum fides ſit ex auditu: ἐνεργήματα autem iſta πνευματικὰ, quanuis ad Eccleſiæ totius ædificationem ſpectarint, tamen vel in ſingularibus duntaxat perſonis ſeſe exeruerint,vel alia ratione fuerint ſingularia, certis videlicet temporibus & perſonis propriè deſtinata:denique non in hunc vſum collata vt perpetuò vigerent: quoniam alioqui non tantùm,vt Auguſtinus ait,euiluiſſent, verùm etiam pro extraordinariis ordinaria facta,Miracula eſſe quodammodo deſiiſſent.

¶ *Deus*, ὁ Θεός. Pater videlicet vt origo,& αἴτιον tum Filij tum Sp. ſancti. quorum diſtinctè meminit, at non tamen ſeparatim, ſuperioribus verſiculis 4.& 5. ¶ *Omnia*, τὰ πάντα. Vel eas omnes, videlicet effectiones, ſiue operationes. Poteſt enim iſtud vel generaliter intelligi,vel ad ἐνεργήματα reſtringi:& vtrouis modo accipias vis articuli videtur,eſſe διαφορικὴ,quanuis hæc phraſis vniuerſaliter, & ſine vllius rei exceptione aliquando vſurpetur,vt Act.17.28.& in hoc ipſo dicendi genere interdum redundet articulus, vt ſuprà 8.6,& 11.12.

7 Ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον.
8 Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως, κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα·
9 Ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι· ἄλλῳ δὲ χάρισμα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι· ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων.
10 Ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν.
11 Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.

7 Vnicuique verò datur declaratio Spiritus ad vtilitatem.
8 ⁵Nam huic quidem per Spiritum datur Sermo ſapientiæ,alij verò Sermo cognitionis per eundem Spiritum:
9 Alteri verò Fides per eundem Spiritum:alij verò donum Sanationum per eundem Spiritum:alij verò operatio Virtutũ, alij verò Prophetia, alij verò Diſcretio ſpirituum.
10 Alteri verò genera Linguarum,alij verò Interpretatio linguarum.
11 ‖Sed omnia hæc agit vnus ille & idem Spiritus, diſtribuens priuatim *illa* ſingulis ⁶ſicut vult.

7 *Vnicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem.*
8 *Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autẽ ſermo ſcientiæ ſecũdum eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu:*
9 *Alij gratia ſanitatum, in vno Spiritu:*
10 *Alij operatio virtutum alij prophetia,alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum.*
11 *Hæc autem omnia operatur vnus atque idẽ Spiritus, diuidẽs ſingulis prout vult.*

5 Explicat illã multiplicem diuerſitatem, commemoratis præcipuis donis, inculcans quòd antea dixerat,ab vno & eodem ſpiritu omnia hæc proficiſci.

Rom. 12.3 eph. 4.8

17 *Declaratio Spiritus*, ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος. i. prout vim illam ſuam diuinam Spiritui ſancto placet hoc vel illo dono patefacere,& quidem gratis.

8 *Sermo ſapientiæ*, λόγος σοφίας. Hîc incipit Apoſtolus ſubdiuiſionem donorum,quæ ad διακονίαν,i. verbi miniſterium requiruntur,eáque duplicia facit,nempe σοφίαν & γνῶσιν, quibus reſpondent tres ab ipſo poſteà enumeratæ functiones,infrà verſ.29.nempe Apoſtolorum,Prophetarum, Doctorum. Apoſtolis igitur & Prophetis (hoc etiam nomine poſteriore comprehendens quos alibi exactiore diſtributione vocat Euangeliſtas,Eph.4.11.qualis fuit Timotheus Euangeliſta ſimul & propheta 1.Tim.4.6.& 14.) tribuit Sapientiam,nempe excellentiorem illam & omni exceptione maiorem myſteriorum Dei notitiam cum ſumma auctoritate coniunctam,& peculiari ſancti Spiritus afflatu, δι' ἀποκαλύψεως videlicet, collatam, vt loquitur Apoſtolus infrà 14.6,& 2.Cor.12.9. & Eph.3.3. quanuis generalius interdum, & σοφία & ἀποκάλυψις ad ipſos etiam auditores applicetur,vt Eph.1.17. Γνῶσιν autem,id eſt notitiam Euangelij ex auditu & ſacrarum literarum lectione comparatam, ad Doctores ordinarios Eccleſiis certis addictos refert,hac etiam appellatione Paſtores intelligens,quos alibi diſtinctione exactiore à Doctoribus diſcernit, nempe Epheſ.4.11. Paſtores enim oportet enarrationi ſcripturarum priuatim & publicè adiungere doctrinæ applicationem:quam rurſus in ſua membra partitur, 2.Timoth 3.16. Doctorum autem munus fuit in Eccleſia θεωρητικῶς explicare fidei Chriſtianæ dogmata , ſicut expoſuimus plenius Rom.12.7.

9 *Alteri verò*, ἑτέρῳ δὲ. At cur non potius ἄλλῳ δὲ,vt antea,& mox rurſus aliquoties? nempe vt ſubdiuiſionem ἐνεργημάτων,quæ mox ſequitur à διακονίαις diſtinguat,quamobrem etiam verſ.9.& 10.aliter quam in ſuperioribus editionibus diſtinxi. ¶ *Fides*, πίστις. Non illa certè omnibus Chriſti veris membris communis, quum hîc agat Apoſtolus de ſpecialibus Spiritu ſancti donis : ſed illa ſpecialis reſpiciens ad illam Dei poteſtatem miraculorum effectricem , prout certi homines hoc dono præditi regebantur arcano Spiritus ſancti motu. Eſt igitur hęc fides, quam propterea miraculorum fidem in ſcholis vocant , & cuius ſit mentio expreſſa Matth.17.20 Mar.16.17.Luc.7.9. diſtincta,imò etiam interdum ſeparata(vt Matth. 7 22, & infrà 13.2)ab ea fide cuius obiectum eſt εὐδοκία Dei patris de ſolis electis in Chriſto per eam fidem apprehenſo iuſtificandis & glorificandis. Et huic miraculorum fidei ſua quoque opponitur dubitatio , grauiter vindicata in ipſo Moſe & Aarone,Num.20.12. in diſcipulis Matth. 17, 20. in Petro Mat.14.31.reprehenſa. ¶ *Donum*, χάρισμα. Vulg.ſic legit, vt & Syrus & Arabs,quos ſum ſequutus,ſic poſcente ſententia,quum de vnico dono agatur, niſi quis hoc malit ad varias morborum ſpecies referre , quod tamen ſatis expreſſum videtur nomine plurali ἰαμάτων,*ſanationum*.

¶ *Per eundem ſpiritum* , ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι. Vulgata, *in vno Spiritu*, ἐν τῷ ἑνὶ πνεύματι. vt in vno codice manuſcript.legi. Sed illud rectius eſt. ¶ *Operatio virtutum* , ἐνεργήματα δυνάμεων. Vulgata ſic quoque vertit. Legit enim ἐνέργημα, vt paulo antè χάρισμα , ſingulari numero , quam lectionem maximè conuenientem puto , ideóque ſum amplexus , Claromontani quoque codicis auctoritate fretus, in quo pro ἐνεργήματα legitur ἐνέργεια. Syrus autem interpres legit ἄλλῳ δὲ δυνάμεις , Alij quidem virtutes , quod totum deeſt in Arabica interpretatione. Eraſmus, *Efficacia potentiarum*.Etſi verò nomen δυνάμεις generaliter intellectum alia etiam dona,vt ſanationis prophetiæ , & linguarum , complectatur . Apoſtolus tamen hîc videtur anguſtiore ſignificatione vocare δυνάμεις , ſumma illa diuinæ potentiæ effecta quæ inter omnia miracula excellunt, vt quum Moſes tot ſigna ederet in cælis,in aquis & in terris: quum Ioſue ſolem ſiſteret , quum Helias quaſi Deus quiſpiam tam multa efficeret , quum Petrus Ananiam & Sapphiram verbo occideret, & cætera eiuſmodi quibus initio confirmata eſt cæleſtis Euangelij virtus.

¶ *Prophetia*, προφητεία, id eſt futurorum prædictio , ex reuelatione extraordinaria. quod donum propterea hoc loco inter ἐνεργήματα recenſetur , quum alioqui ad διακονίας referatur , vt mox verſ. 29. Idque interdum latiore, interdum anguſtiore ſignificatione , vt diximus Rom 12. 6.Hoc autem dono præditus in Actis Apoſtolicis ſcribitur Agabus & Euangeliſtæ Philippi filiæ quatuor.

¶ *Spirituum*, πνευμάτων , id eſt,Motuum interiorum alicuius quantumuis mentem ſuam diſſimulantis : vel ipſarum etiam rerum quæ à Prophetis falſis proponuntur: qua in re nonnulli præ aliis ſingulari iudicio valent , vt pſeudoprophetas eorúmque fraudes maturè agnoſcant, ſicut Petrus Ananiæ & Sapphiræ hypocriſin agnouit, Actor.5.3. Eſt autem hæc Spirituum, id eſt animorum diſcretio , in primis in muneribus διακονίας & πρεσβυτερίου rectè adminiſtrandis neceſſaria , id eſt Diaconis & Presbyteris Eccleſiaſticæ exercendæ diſciplinæ præfectis, quò etiam illam videtur expreſſè referre Apoſtolus infrà,28.

10 *Alteri verò*, ἑτέρῳ δὲ. Rurſus ἑτέρῳ ſcribit Apoſtolus non ἄλλῳ,vt γλώσσας ,(cuius doni duas facit ſpecies , nempe γένη γλωσσῶν & earum ἑρμηνείαν,)ab aliis πίστεως ſpeciebus & ἐνεργημάτων diſcernat. ¶ *Interpretatio*, ἑρμηνεία. Vide infrà 14.19.

12 Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἕν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ ἑνὸς, πολλὰ ὄντα, ἕν ἐστι σῶμα· οὕτω καὶ ὁ Χριστός.
13 Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι· καὶ πάντες εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν.
14 Καὶ γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά.
15 Ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς, Ὅτι οὐκ εἰμὶ χείρ, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος· οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος;
16 Καὶ ἐὰν εἴπῃ τὸ οὖς, Ὅτι οὐκ εἰμὶ ὀφθαλμός, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος· οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος;
17 Εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμός, ποῦ ἡ ἀκοή; εἰ ὅλον ἀκοή, ποῦ ἡ ὄσφρησις;

12 ⁷Sicut enim corpus vnũ eſt, & membra habet multa,omnia verò illa mẽbra corporis quod vnicum eſt,multa ſunt, *ſed* vnũ ſunt corpus:⁸ita & Chriſtus.
13 Etenim per vnum Spiritum nos omnes in vnum corpus baptizati ſumus, & Iudæi,& Græci, & ſerui, & liberi : & omnes poti ſumus in vnum Spiritum.
14 ⁹Etenim corpus non eſt vnũ membrum,ſed multa.
15 ¹⁰Si dicat pes, Quia non ſum manus,non ſum ex corpore: nõ propterea non eſt ex corpore?
16 Et ſi dicat auris, Quia non ſum oculus,non ſum ex corpore: non propterea non eſt ex corpore?
17 ¹¹Si totum corpus *eſt* oculus, vbi auditus? ſi totum *eſt* auditus, vbi odoratus?

12 *Sicut enim corpus vnũ eſt, & mẽbra habet multa, omnia autem membra corporis,quum ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus.*
13 *Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum baptizati ſumus,ſiue Iudæi,ſiue Gentiles,ſiue ſerui,ſiue liberi: & omnes vnũ Spiritum potauimus.*
14 *Nam & corpus nõ eſt vnum membrum,ſed multa.*
15 *Si dixerit pes, Quoniã non ſum manus, non ſum de corpore : non ideo non eſt de corpore?*
16 *Et ſi dixerit auris, Quoniam non ſum oculus,non ſum de corpore : non ideo non eſt de corpore?*
17 *Si totum corpus oculus, vbi auditus? ſi totum auditus,vbi odoratus?*

6 Adijcit etiã aliquid amplius , nempe dona iſta quãuis imparia,ſapientiſſimè tamẽ diſtribui, quoniam ſpiritus Dei voluntas ſit huius diſtributionis regula.

7 Illuſtratio ſuperioris dicti,adhibita ſimilitudine. Hoc (inquit) apertè conſpicitur in Corpore, cuius diuerſa quidem membra ſunt, ſed ita coniũcta, vt vnum corpus conſtituant.

8 Applicatio ſimilitudinis, ita etiam, inquit, de Chriſto myſtico conſtituendũ eſt, Nos enim omnes qui cr̃edimus,ſiue Iudæi, ſiue Græci,ſumus eodem baptiſmo ſimul deuinctum noſtro capite,vt ita vnum corpus ex pluribus membris compactum conſtruatur:& ex eodem poculo eundem Spiritum hauſimus,communem videlicet ſenſum ac motum ſpiritualem. 9 Amplificat quod ex illa ſimilitudine concludebatur,ac ſi dicat adeò non impediri corporis vnitatem hac diuerſitate membrorum,vt non poſſit etiam eſſe corpus, niſi pluribus & quidem diuerſis membris conſtet. 10 Superſtruit doctrinam , iactis illis fundamentis , primùm quidem compellans priore loco eos qui non ita excellentibus donis præditi , idcirco ſeſe ab aliis ſegregabant quibus nimirum inuidebant. Hoc autem,inquit,perinde eſt ac ſi negaret pes ſe eſſe ex corpore,quoniam non eſt manus,vel auris, quia non eſt oculus:oportet ergo potiùs omnia ſimul mutuis vſibus colligata,vnitatem corporis tueri. 11 Rurſus eoſdem compellans, docet fore vt ſi obtinerent quod petunt,nempe vt omnes inter ſe eſſent æquales,corporis totius ac proinde ipſorum etiam deſtructio conſequeretur:quoniam Corpus non eſſet niſi ex pluribus & quidem diuerſis inter ſe cohærentibus membris compoſitum.at ne quis nimis rectè diſtributam eſſe iſtam imparitatem cauſetur,addit,Deum ipſum omnia illa ſimul compegiſſe.Oportet igitur omnia ſimul manere connexa, vt ſaluum corpus perduret.

11 *Priuatim*, ἰδίᾳ. Sic legimus in omnibus noſtris Græcis codicib. Vetus tamen interpres hoc non legit, vt nec Syrus nec Arabs interpres , vt mihi planè videatur horũ duorum ἰδίᾳ & ἑκάστῳ vnum eſſe alterius gloſſema. Auguſtinus libro de Trinitate & vnitate Dei cap.8, vt obſeruauit Eraſmus, legit ἴδια,vt qui conuerterit Propria, id eſt ſua. quod non ſatis videtur ex Græcæ linguæ vſu dictum.

¶ *Singulis*, ἑκάστῳ. Poteſt hoc conſtrui cum διαιροῦν,vel cum βούλεται,per traiectionem , *Prout vult ſingulis*, vel *vnicuique*. Nam in hoc ipſo dicendi genere obſeruaui Paulum iſta traiectione mirum in modum delectari, ex Hebræorũ videlicet idiotiſmo, qui ſic dicerent לכל אחר כאשר [*lechol ehad chaaſcher*] vt Rom.12 3.Item ſuprà 3 5, & bis 7.17.& ita fiet vt ἰδίᾳ non redundet. Cæterùm ἑκάστῳ non temere malui cum vetere interprete interpretari *Singulis*, quàm *Vnicuique*,nempe nequis Origenis exemplo poſſit hunc locum detorquere.Is enim enarrans epiſtolam ad Romanos, (quod Eraſmus annotauit quidem,ſed non reprehendit,vt par erat) ita hunc locum torſit quaſi βούλεται ad eum referatur cui Spiritus dona ſua largitur: ac ſi dicas,in vnoquoque ſitum eſſe vt quamplurimum gratiæ nobis impertiat Deus. quæ interpretatio repugnat ex diametro veritati & Pauli ſententiæ.

12 *Quod vnicum eſt*, τοῦ ἑνός. Hoc non legit Vulg. vt neque Syrus interpres,neque Arabs, & comperimus in vno etiam ex noſtris Græcis codicibus deeſſe. Sed omnino videtur explicanda fuiſſe antitheſis τῶν πολλῶν μελῶν, & σώματος τοῦ ἑνός id quod etiam manifeſtè patet ex eo quòd non ſcribitur τοῦ σώματος,ſed σώματος τοῦ ἑνός. ¶ *Vnum ſunt corpus*, ἕν ἐστι σῶμα. Vulgata inſerit particulam TAMEN,vt & Arabs interpres,quæ non malè conuenit. Reperimus autem in vno exemplari ſcriptum,ἕν ἐστι τὸ σῶμα, ita videlicet vt πολλὰ ὄντα ponatur abſolutè, ex Atticorum more,vt ita conuertas, *Omnia verò membra corporis vnius multa quum ſint, vnum eſt* [*tamen*] *corpus illud*.] ¶ *Chriſtus* ὁ Χριστός. Chriſtum intellige cum Eccleſia ſua coniunctum,& quatenus eſt corporis myſtici caput.

13 *In vnum corpus*, εἰς ἓν σῶμα. Id eſt,vt cum Chriſto vnum corpus fieremus, atque adeo vt in vnum Chriſti corpus coaleſceremus , adeo vt Eccleſia tota nihil aliud ſit quàm vnus Chriſtus,quoniam videlicet totum corpus myſticum a capite denominatur. Vulgata legit εἰς ἕν,*in vnum*, id eſt vt vnum quiddam eſſemus. ¶ *Poti ſumus in vnum Spiritum*, ἐποτίσθημεν εἰς ἓν πνεῦμα. Græca ſcholia legunt ἓν πόμα ἐποτίσθημεν εἰς ἓν πνεῦμα , *vna potione poti ſumus in vnum Spiritum*, nulla diuerſæ lectionis facta mentione. Sic quoque vetuſtus vnus codex,niſi quòd addit præpoſitionem εἰς.Legit enim εἰς ἓν πόμα.Clemens quoque libro Pædagogi primo legit ἑνὶ πόματι ἐποτίσθημεν,*vno poculo poti ſumus*,eadem manente ſententia, quancunque harum lectionum ſequamur. Ego receptam lectionem retineo, quum in præcedente membro non addatur ἑνὶ βαπτίσματι,vno baptiſmo.Syrus præterea & Arabs interpres illud non habent. Reſpondet autem εἰς ἓν πνεῦμα ſuperiori membro εἰς ἓν σῶμα,*in vnum corpus*,iucunda admodum permutatione:vt vtriuſque ſacramenti vnus ſcopus,& idem etiam eſſe intelligatur:quanuis peculiariter in cœna dicamur Domino incorporari : in Baptiſmo verò,Spiritu ipſius regenerari. Itaque in vnum Spiritũ potari,idem declarat atq; vino viuifico ſanguinis Domini potũ,participes fieri vnius Spiritus ipſius,qui per omnia membra permeans,ſingula viuificet, reddátque ſuis functionib⁹ idonea.Vulgata & Eraſmus, *Vnum Spiritum potauimus*,eadẽ quidẽ manente ſententia, ſed minus ſic expreſſa inter Baptiſmum & Cœnam Domini ea mutua collatione, non temerè paſſiuis vtrinque vocibus declarata.

15 *Quia*, ὅτι. Hanc particulam vt redundantem expunxit Eraſmus. Ego puto cauſalem eſſe, & ita ſignificari eorum inuidiam qui quoniam non poſſunt primum locum in Eccleſia obtinere, idcircò illam ſcindunt, vel ab ea deficiunt.quibus reſpõdet Paulus duplici ratione:vna,non poſſe omnes eſſe inſtar manuum & oculorum, quoniam corporis ratio id non ferat. Altera etiamſi quis non adeo excellat præ aliis, quoniam ita Deus ſingula diſpoſuit, tamen aliòs quantumuis excellentes non poſſe ipſorum vſu carere: imò quo infirmius eſt aliquod membrum, eo magis de eo ſolicita eſſe reliqua membra oportere.

17 *Odoratus*, ἡ ὄσφρησις. Eraſmus, *Olfactus*. quorum illud eſt Ciceronianum,hoc Plinianum.

Νυνὶ δὲ ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη, ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι, καθὼς ἠθέλησεν.

18 Nunc autem Deus constituit membra, singula sigillatim in corpore, sicut voluit.

18 *Nunc autē posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore, sicut voluit.*

Εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα;

19 Quòd si essent omnia vnum membrum, vbi *fuerit* corpus?

19 *Quòd si essent omnia vnum membrū, vbi corpus?*

Νῦν δὲ πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα.

20 Nunc verò multa quidē membra sunt, vnum verò corpus.

20 *Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.*

Οὐ δύναται δὲ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρί, Χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω.

21 [12] Non potest autē oculus dicere manui, Te mihi non est opus: aut rursum caput pedibus, Non est mihi vobis opus.

21 *Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo: aut iterū caput pedibus, Non estis mihi necessarij.*

Ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά ἐστιν·

22 Imò multo potius, quæ videntur membra corporis infirmissima esse, necessaria sunt:

22 *Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt:*

Καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος, τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν· καὶ τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν εὐσχημοσύνην περισσοτέραν ἔχει.

23 Et quæ putamus *mēbra* corporis minimè esse honesta, iis honorem ampliorem circumponimus: & quæ sunt in nobis indecora, ampliorem decorem habent.

23 *Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus: & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.*

Τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν, οὐ χρείαν ἔχει· ἀλλ' ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμήν.

24 Nam quæ sunt in nobis decora, *iis decore* non est opus: sed Deus contemperauit corpus, ei cui deerat ampliore tributo honore:

24 *Honesta autem nostra, nullius egent: sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorē tribuendo honorem,*

Ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη.

25 Vt ne sit dissidium in corpore, sed membra itidē solicita sint alia pro aliis.

25 *Vt non sit schisma in corpore, sed idipsum pro inuicem solicita sint membra.*

Καὶ εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη.

26 [13] Itaque siue *aliquod* patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue honore afficitur vnum membrum, congratulātur omnia membra.

26 *Et si quid patitur vnū membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.*

Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους.

27 Vos autem estis corpus Christi, & membra particulatim.

27 *Vos autem estis corpus Christi & membra de membro.*

12 Iam ex aduerso cōpellat excellētioribus donis ornatos, monēs ne inferiores tāquam inutiles spernant, aut nullius vsus, aut contemnantur. Deus enim, inquit, sic istā in æqualitate temperauit, vt excellentiora & speciosiora membra aliis abiectioribus, & pudendis carere nullo modo possint, ac de illis tegendis & curandis magis etiam laborēt, vt hoc modo mutua necessitas totū corpus velut in pace & cōcordia cōtineat, vt quamuis impar sit singulorum seorsum cōsideratorum gradus ac conditio, tamen quia simul sint copulata, communia habeant tum commoda, tum incōmoda.

13 Eādem doctrinam iam absque allegoria Corinthiis applicat, monens cùm reipsa perspiciunt diuersas esse functiones, & diuersa dona superesse, vt neque inuidia, neque ambitione peccent alij in alios, sed potius mutua charitate coniuncti singuli, quod acceperunt pro ministerij sui ratione in communem vsum conferant.

18 *Nunc autem*, νυνὶ δέ. Alibi diximus, aliquoties hanc particulam interdum non esse temporis aduerbium, sed argumentorum seriem cōnectere, vt hoc loco & versu 20.

¶ *Singula sigillatim*, ἓν ἕκαστον αὐτῶν. Vulg. ad verbum, *Vnumquodque eorum*, quod durius est propter præcedentia. Erasm. *Vnumquodque sigillatim.*

21 *Non potest autem*, &c. οὐ δύναται δέ, &c. Nunc autem vicissim compellat Apostolus præstantioribus donis præditos, à quibus ideo inferiores despicatui habentur.

22 *Multo potius*, πολλῷ μᾶλλον. Sic Erasmus vt μᾶλλον declaret correctionem potius quàm comparationem. Vulgata, *Multo magis.*

¶ *Infirmissima*, ἀσθενέστερα. Id est abiectissimarum facultatum, ac proinde præ cæteris aspernabilia. Nam ex antecedente intelligitur consequens. Sic 2. Corint. 12. 10, infirmitates vocat ea propter quæ abiectus & vilis habebatur.

23 *Honorem ampliorem circumponimus*, τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν. Id est, maiore studio tegimus. Est enim ascititium ornamentum quicquid membris iniicimus tegendæ nuditatis causa: & latè patet apud Hebræos vocabulum Honoris, vt vel ex illo præcepto apparet quo iubemur patrem & matrem honorare.

24 *Nam*, δέ. Id est γάρ, vt alibi sæpe. Videtur enim ita hoc loco commodius explicari quàm per Verò vel Autem.

¶ *Contemperauit*, συνεκέρασε. Vulgata præpositionem σύν neglexit: cuius hæc vis est vt multas partes certo temperamento in vnum corpus iunctas declaret.

25 *Vt membra solicita sint*, τὸ αὐτὸ μεριμνῶσι. Id est, ad totius corporis commodum & conseruationem suas functiones conferant. Nam aliequi sigillatim non omnia idem curāt, quum aliud sit manus, aliud oculi, aliud pedis officium. Vulgata barbarè, *Idipsum solicita sint.* Erasm. *Eandem solicitudinem gerant.*

26 *Itaque*, καί. Vulgata & Erasm. *Et*, vt duo hæc verba, nempe συνεκέρασε & συμπάσχει copulentur, non autem μεριμνῶσι & συμπάσχει, quia ἵνα repetere oportet ante εἴτε καί, ac proinde legere συμπάσχῃ & συγχαίρῃ. Ego verò malo καί pro οὖν accipere, ex Hebræorum idiotismo, qui sic quoque suum illud ו vsurpant. ¶ *Compatiuntur*, συμπάσχει. Condolendi verbum, Latinis nihil amplius quàm simplex dolere significat. Vulgata, barbarè, *Compatiuntur*, & etiam συγχαίρει *congaudent.* Erasmus, *Simul patiuntur*, non multo melius, si Latinitatem spectes. Rarò enim legas pati absolutè positum pro dolere siue cruciari. ¶ *Honore afficitur*, δοξάζεται. Siue exornatur, id est κοσμεῖται. Erasmus ad verbum, *Glorificatur.* Vulgata, *Gloriatur*, nisi mendum hoc est librariorum. Cypr. epist. 52, citans hūc locum legit *lætatur* χαίρει, & mox *collætatur*, συγχαίρει: sicut paulo antè scribitur πάσχει, συμπάσχει.

27 *Particulatim*, ἐκ μέρους. Nam omnes Ecclesiæ per orbem dispersæ diuersa sunt vnius corporis membra. nisi ἐκ μέρους accipere libeat pro κατὰ μέρος, ac si dicas, Pro se quisque, nimirum quisque pro suæ functionis munere. quæ significatio præcedentibus & sequentibus accommodatior, & Syro ac Arabi interpretibus placuit. Sed tamen ἐκ μέρους in ea significatione alibi nusquam memini legere. Vulg. *Membra ex membro*, καὶ μέλη ἐκ μέλους, vt etiam legit Ambrosius, quasi dicas, membra alia ab aliis pendentia. mutuæ connexionis vinculo.

48 ¶ Et

Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους· ἔπειτα δυνάμεις, εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν.

28 ‖ Et alios quidem constituit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos, deinde Prophetas, tertiò doctores: deinde *constituit* Virtutes, deinde dona sanationum, Opitulationes, Gubernationes, genera Linguarum.

28 *Et quosdam quidē posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secūdò Prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.* Ephes. 4. 11.

Μὴ πάντες ἀπόστολοι; μὴ πάντες προφῆται; μὴ πάντες διδάσκαλοι;

29 Num omnes Apostoli? num omnes, Prophetæ? num omnes, Doctores?

29 *Nunquid omnes, Apostoli? nunquid omnes, Prophetæ? nunquid omnes, doctores? nunquid virtutes?*

Μὴ πάντες δυνάμεις; μὴ πάντες χαρίσματα ἔχουσιν ἰαμάτων; μὴ πάντες γλώσσαις λαλοῦσι; μὴ πάντες διερμηνεύουσι;

30 Num omnes edunt virtutes? num omnes donum habent sanationum? num omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur?

30 *Nunquid omnes gratiā habent curationum? nunquid omnes linguis loquūtur? nunquid omnes interpretantur?*

Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. Καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι.

31 [14] Sed affectate dona potiora. Et porrò iter ad excellentiam vobis demonstro.

31 *Aemulamini autē charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.*

14 Ambitiosos & inuidos sanctam quandā ambitionem & inuidentiā docet, puta si præstātissimis, id est Ecclesiæ vtilissimis quibusque donis studeāt, ac proinde charitate, quæ cæteris longè præstat, alij alios conīēdant superare.

Κεφάλαιον ιγ.

Cap. XIII.

Cap. XIII.

Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον.

1 [1] SI linguis hominum loquar & Angelorum, charitatē autem non habeam, factus sum æs resonans, aut cymbalum tinniens.

1 *SI linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem nō habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalū tinniens.*

Καὶ ἐὰν ἔχω προφητείαν, καὶ εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν. καὶ ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν, ὥστε ὄρη

2 Et si habeam prophetiam, & nouerim mysteria omnia, omnémque cognitionem & si ha-

2 *Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero om-*

1 De charitate primo loco disserit, cuius præstantiam primùm ex eo demonstrat, quòd nisi ipsa interuenerit, reliqua omnia dona sint pro nihilo coram Deo, quod partim inductione probat, partim etiam argumento à causa finali, quorsum enim illa dona nisi ad Dei gloriam & Ecclesiæ vtilitatem, vt antè probauit? Dona autem ista nisi adsit charitas, nullum rectum vsum habent.

28 *Et alios quidem*, καὶ οὓς μέν. Hîc necesse est anantapodoton esse fateamur, cuiusmodi tamen apud idoneos etiam scriptores inuenias. Nam pro δεύτερον vel ἔπειτα, dicendum fuerat, οὓς δέ, Alios verò, vt cohæreret constructio.

¶ *Virtutes*, δυνάμεις. Id est, qui fungantur facultate edendarum illarum virtutum, de quibus diximus suprà, versu 9. Neque enim hîc de dono ipso agitur, sed de eo qui hac administratione fungatur: veluti quum Magistratum dicimus eum qui est in Magistratu. Notandum est autem, hanc administrationem à dono Sanationum rursus distinguitémque à Gubernatione, cui quidem ego ordinariam disciplinam Ecclesiasticam tribuo. ¶ *Opitulationes*, ἀντιλήψεις. Ita vocat (opinor) Diaconorum & viduarum ministeria, pauperibus & ægrotis subleuandis destinatorum: nec probare possum Nazianzeni sententiam qui in oratione περὶ εὐταξίας, ἀντιλήψεις interpretatur προστασίας, & κυβερνήσεις, παιδαγωγίας. ¶ *Gubernationes*, κυβερνήσεις. Presbyterorum ordinem declarat, qui disciplinæ & politiæ Ecclesiasticæ custodes erant, vt alibi diximus.

¶ *Genera linguarum*, γένη γλωσσῶν. In quibusdam codicibus veteris editionis additur *Interpretationes sermonum*, id est ἑρμηνείας γλωσσῶν. Sic quoque legit & interpretatur Ambrosius: & sanè quanuis neque in Græcis nostris codicibus, neque in Syra nec Arabica interpretatione istud extet, tamen adiiciendum puto, non modò quia suprà, versu 10, & capite 14, disertè distinguuntur hæc duo, sed etiam quia in repetitione, quæ sequitur, vtriusque sigillatim fit mentio.

30 *Edunt virtutes*, δυνάμεις. Melior erit constructio si hoc membrum (vt annotat Stephanus noster) vnà cum proximè consequente referas ad verbum ἔχουσι, & interpreteris, Num omnes potestatibus, num omnes donis sanationum sunt præditi? Syrus autem interpres quem hîc sequor commodissimè potestates per periphrasin interpretatur, *Qui exercent potestates.*

31 *Sed affectate*, ζηλοῦτε δέ. Vel ardenti studio sectamini. Id est, (vt capite sequenti explicat) iis potissimum donis ardenter studete, ex quibus maior vtilitas Ecclesiæ accedit. vel, Ea demum in maximo pretio & in admiratione habete, quæ cæteris præstant. Potest autem istud vel ad eos priuatim referri, qui extraordinariis donis erant ornati, & in iis potissimum sibi placebant, quæ in speciem erant admirabiliora, nec tamen maximi vsus, vt linguarum donum: vel ad reliquam multitudinem, in hoc ipso quoque peccantem, & dum alius alium sine iudicio admiratur, sese in varias factiones vltro scindentem. Vulgata, *Aemulamini.* Erasmus, *Sectamini.* Photius autem & Theodoritus ζηλοῦτε accipiunt indicandi modo, & ita explicant per interrogationem: acsi dicat Apostolus, Cupitis excellere? en quomodo vobis liceat maxima cum laude esse ambitiosis: est enim hęc ἀγαθὴ δ' ἔρις, vt loquitur Hesiodus, vt hoc sit instar procemij ad futuram de charitate tractationem. Neque verò mihi hæc sententia displiceret, nisi omnes nostri codices repugnarent: quamuis illam sequutus Syrus interpres verterit, Et ambitis, καὶ ζηλοῦτε. ¶ *Et porrò*, καὶ ἔτι. Vel quinetiam. Vulgata & Erasmus, *Et adhuc.* nimium obscurè. ¶ *Iter ad excellentiam*, καθ' ὑπερβολὴν ὁδόν. Sic explicandus mihi videtur hic locus, vt καθ' relationem declaret, nec referatur ad verbum δείκνυμι, sed ad nomen ὁδόν. Vulgata & Erasmus, *Excellentiorem viam*, ita nimirum vt plena sit locutio τὴν καθ' ὑπερβολὴν ὁδόν. neque Basilio assentior, qui hæc referens ad verbum δείκνυμι, καθ' ὑπερβολὴν exponit, τῷ καθ' ὑπερβολὴν τρόπῳ, quasi videlicet quæ postea enumerat reipsa nunquam possint à charitate separari: quod certè verum non est.

IN CAPVT XIII.

1 *Et Angelorum*, καὶ ἀγγέλων. Sic interdum per hyperbolen loquitur Paulus ex hypothesi, maximæ emphaseos causa: ac si diceret, Si linguæ essent aliquæ Angelorum, & ego eas tenerem, neque illis vterer ad commodum proximi, id verò nihil aliud esset quàm inanis & obstrepera loquacitas. Similis est hyperbole Rom. 8. 39, vbi quum res omnes creatas, summas, medias & infimas nominasset, addit. Neque alia vlla res creata. Item Galat. 1. 8, vbi si de malis Angelis loquitur, friget atque adeo absurdus est sermo: sin de bonis, in eos non cadit falsa prædicatio. Relinquitur

ergo id quoque dictum esse ἀντιβολικῶς ex hypothesi: vt planè inepti sint qui hoc loco disputant de Angelorum linguis. ¶ *Aes*, χαλκὸς. Vulgata, *Velut æs*, ὡς χαλκὸς, contra fidem Græcorum exemplarium. & certè videtur hæc comparatio magis efficax, si particula similitudinis omittatur. ¶ *Tinniens*, ἀλαλάζον. Id est, inconditum & confusum sonum edens: fictitio verbo deducto ab incondita voce ἀλαλά. Vide Mar.5.38.

] Matt.17.20

μεθιστάνειν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι.

3 Καὶ ἐὰν ψωμίζω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι.

4 Ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται· ἡ ἀγάπη οὐ ζηλοῖ· ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται,

5 Οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν,

6 Οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ·

7 Πάντα στέγει, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, πάντα ὑπομένει.

beam totam fidem, adeo vt montes transponam, charitatem autem non habeam, nihil sum.

3 Et si frustulatim distribuero omnia quæ mihi suppetunt, & si tradam corpus meum vt comburar, charitatem autē non habeam, *hoc* nihil *mihi* prodest.

4 2 Charitas patienti est animo, benigna est charitas, non inuidet charitas, non agit perperam, non inflatur.

5 Non agit indecorè, nō quærit quæ sua sunt, non exacerbatur, non cogitat malum,

6 Non gaudet iniustitia, gratulatur autem veritati:

7 Omnia tegit, omnia credit, omnia sperat, omnia tolerat.

nē fidē, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

3 *Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

4 *Charitas patiens est, benigna est charitas, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur.*

5 *Non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,*

6 *Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati:*

7 *Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.*

2 Charitatis vim & naturam, partim ex contrariorū comparatione, partim ex suis effectis pulcherrimè describit, ex quibus etiam intelligant Corinthij tum quàm sit in Ecclesia non tantùm vtilis, sed etiam necessaria: tum etiam quātopere ab ea sint alieni: ac proinde quàm de nihilo superbiant.

---

2 *Totam illam fidem*, πᾶσαν τὴν πίστιν. De qua fidei specie agatur vide suprà 12.9. Nam altera illa fides electorum propria qua vna Christum seruatorem apprehendimus, & qua propterea iustificari dicimur, cogitatione quidem à charitate secerni potest, reipsa verò nunquam. quia qui credit, filius Dei fit, Ioan.1.12: qui autem filius Dei est, agitur Christi Spiritu, Rom.8.9. vnde efficitur fidem illam à charitate non posse magis diuelli quàm lucem ab igne. vt Ioa. 2.4. Itaque de hac fide non agitur hoc loco. Quod autem attinet ad πᾶσαν (quam particulam vrget Pighius cum Sophistis) non significat hoc in loco vniuersalem complexum specierum, sed istius speciei quandam perfectionem declarat, id est totam potius quàm omnem significat: vt Rom.7.8. & alibi sæpe. Sic di[...] aliquis omnibus viribus, omni contentione, omni an[...]o aliquid aggredi. Itaque ne cui imperito imponeret hæc enallage, *Totam* dicere malui quàm *Omnem*.

3 *Insumam alendis egenis*, ψωμίσω. Propriè τὸ ψωμίζειν declarat cibum concisum & intinctum, veluti in eos indere, vt puerulis & ægrotis solemus: pro quo dicimus in vernaculo sermone *Appasteler*. Hîc verò significat in eum vsum bona auidissimè impendere. Vulg. *Et si distribuero in cibos pauperum*. Erasm. *Et si insumam in alimoniam*. ¶ *Vt comburar*. ἵνα καυθήσωμαι. Quidam codices legunt ἵνα καυχήσωμαι, *vt glorier*, vt Hieronym. in Gal.5. quam lectionem non ineptam puto, vt significetur quomodo possint ista Deo non placere: puta si quis hæc fecerit gloriæ cupiditate, non autem Dei aut proximi charitate impulsus. Habet enim etiam diabolus suos martyres: vt Calanus ille gymnosophista in Alexandri vita, & apud impium Lucianum Peregrinus, & apud Indos Reginæ in Regis funere.

4 *Benigna est charitas*, χρηστεύεται ἡ ἀγάπη. Ita hoc membrum, vt & proximè sequens interpunximus ex Claromontani codicis fide. Quid sit autē χρηστεύεσθαι, vide Luc.6. 35. Totum verò hunc locum sic vertit Tertull. de patientia *Dilectio magnanimis est*, (pro quo Cyprian. magnanima est, neuter rectè) *benefica est, non æmulatur, non proteruum sapit, non proteruit*, (pro quo malè scribitur *non proterit*) *non inflatur, omnia sustinet, omnia tolerat*. ¶ *Non agit perperam*, οὐ περπερεύεται: id est nequiter siue insolenter. Puto Græcos vocem hanc à Latinis mutuatos, & tum quidem fuisse familiarem: vnde factum vt ex Græcis interpretibus, quibus peregrinum illud vocabulum ignotum erat, alij interpretentur, *Non adulatur*, οὐ κολακεύει. alij, *Non est præceps*, οὐ προπετεύεται: alij, *Non garrit*: alij, *Non est leuis & inconstans*. Clemens libr. Pædagogi 3. *Non est fucata*. Nam, inquit, περπερεία, ὁ καλλωπισμός, vt etiam interpretatur Basilius in contractioribus definitionibus, definit. 49. Erasmus, *Non est procax* vt & Nissenus exponit, annotans nouam esse vocem. Syrus vtitur verbo quo petulantia significatur, siue, vt vertit Tertullianus, proteruia, vitium charitati placidissimæ & patientissimæ prorsus repugnans. Sed & Chrysostomus interpretatur προπετεύεται: Arabs vtitur voce quæ respondet τῷ βαρβαρίζεσθαι, id est barbarorum more agere, prorsus videlicet petulanter. Et certè mira est inter literas π & β affinitas. In epistolis autem ad Atticum lib.1. legitur ἐνεπερπερευσάμην, ignotæ significationis, vt obseruauit doctissimus Camerarius. Non desunt tamen ex Græcis Grammaticis qui hanc vocem deducant à verbo περιείρεσθαι, quod sequutus videtur Arrianus in Epictetum libr.3. πέρπερον appellans, πάντα μεμφόμενον, πᾶσιν ἐγκαλοῦντα, μηδέποτε ἡσυχίαν ἄγοντα. Moscopulus, μωροὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, οὓς νῦν ἡμεῖς πέρπερους. Κόμψους autem in vitio iidem Grammatici, non vno modo interpretantur.

5 *Non agit indecore*, οὐκ ἀσχημονεῖ. Siue, Non est contumeliosa. Potest enim etiam accipi transitiuè, vt subaudiatur casus personæ, vt quum dicimus, Non amat, id est ab amoribus est alienus. Eodem autem recidit vtraque interpretatio. Indecorum enim vocat quicquid fit proximo præter officium, vel aliter quàm deceat. Erasmus, *Non est fastidiosa*. Vulgata, *Non est ambitiosa*. Aliis placet ita significari, charitatem nihil sibi indecorum putare dum seruiat proximi commodis. ¶ *Non quærit quæ sua sunt*, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς. Clemens libr. Pædagogi tertio legit, οὐ ζητεῖ τὰ μὴ ἑαυτῆς, *non quærit quod suum non est*.

6 *Gratulatur autem veritati*, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ. Id est, Iustis autem iustitiam gratulatur. Nam præpositio σὺν facit vt Iustitia pro hominibus factisque iustis commodius accipiatur. Vulg & Erasm. ad verbum, *Congaudet autem veritati*. Sed apparet ex opposito membro, Veritatis nomine hoc loco Iustitiam in genere declarari, ex Hebræorum idiotismo, qui אמת [*emeth*] in genere accipiunt pro Iustitia, quòd nulla sit vera iustitia quæ non sit fraudis expers. Nulla est igitur inter malos charitas sed coniuratio potius: & magnum est quoque inter Adulationē & Charitatem, atque adeo inter Philosophicam & Christianam charitatem discrimen.

7 *Tegit*, στέγει. Cyprianus in libello de simplicitate prælatorum tractatu 5. citans hunc locum habet, omnia diligit, id est πάντα στέργει, pro quo malim vertere, *Omnia boni consulit*. Sed retinenda est vetus lectio, petita videlicet ex Prouer.10.12. vtente Solomone verbo כסה [*Kasah*,] quod Græci vertunt καλύπτειν, vt & Petrus, 1.Pet.4.8. & Iacob.5. 20. vt dubium non sit quin propria verbi στέγειν notatio hîc sit retinenda. Significat autem idem hoc verbum à consequenti *Continere apud se quidpiam*, veluti clausum & opertum, quod etiam huic loco non malè conuenit. Vnde μὴ στέγειν absolutè dicitur infrà 1.Thessal.3.1. & 5. qui continere, quod apud se premebat ampliùs non potest. Vulgata, *Suffert*, malè. est enim istud omnino diuersum à πάντα ὑπομένει, quod mox sequitur.

---

8 Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει· εἴτε δὲ προφητεῖαι, καταργηθήσονται· εἴτε γλῶσσαι, παύσονται· εἴτε γνῶσις, καταργηθήσεται.

9 Ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν.

10 Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται.

11 Ὅτε ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην· ὅτε δὲ γέγονα ἀνήρ, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου.

12 Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.

8 3 Charitas nunquam excidit: sed & prophetiæ euanescent & linguæ cessabūt, & cognitio abolebitur.

9 4 Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.

10 Postquam autem aduenerit quod perfectum est, tunc quod est aliquatenus abolebitur.

11 5 Quum essem infans, vt infans loquebar, vt infans sapiebā, vt infans ratiocinabar: postquam autem factus sum vir, vt euanida sustuli quæ infantis erant.

12 6 Videmus enim nūc per speculum & per ænigma, tunc autem coram *cernemus*: nunc non aliquatenus, tunc verò ampliùs cognoscam prout ampliùs edoctus fuero.

8 *Charitas nunquā excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.*

9 *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.*

10 *Quum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.*

11 *Quum essem paruulus, loquebar vt paruulus, cogitabā vt paruulus, quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.*

12 *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciē: nunc cognosco ex parte, tūc autem cognoscam sicut & cognitus sum.*

3 Secūdò charitatis præstantiam commēdat, ex eo quòd nunquā in sanctis abolebitur, reliquis autē illis donis ad ædificationem Ecclesię tātisper dum hîc viuimus, necessariis, nullus erit in altero illo seculo locus. 4 Ratio, quia eo nunc statu sumus, vt quotidie discere nos oporteat, ac proinde illis adminiculis, puta linguarum & rerū perceptione, ac proinde earum doctorib. egeamus: tūc verò cùm omnem Dei cognitionem adepti fuerimus, quorsum illa quę nonnullis imperfectis ac proinde gradatim ad perfectionem contendentibus adhibentur? 5 Illustrat quod dixerat, egregia similitudine, comparans hanc vitam infantiæ, in qua balbutimus potiùs quàm loquimur, & nihil nisi puerile cogitamus ac sentimus, ideóque iis indigemus quę & linguam & mentem forment. Vbi autem adoleuimus, quorsum illam balbutiem, pueriles nęnias, illa denique quibus sensim formata est nostra infantia, requireremus? 6 Accommodatio similitudinis: infantiæ quidem, ad præsentem vitam, in qua obscurè res diuinas pro collatę nobis lucis modulo perceptis linguis, & auditis Ecclesiasticis doctoribus intuemur: virilis autem & constantis ætatis, ad illam cælestem & æternam vitam, in qua Deum ipsum præsentem cernentes, & plena eius luce irradiati, quorsum hominum vocem, & mundana illa imperfectissima requirerent? Tunc tamen longè feruentissimo amore sancti omnes cum Deo, & inter se deuincientur, ac proinde non abolebitur charitas, sed perficietur, quamuis non iis officiis cæletur quæ ad huius vitæ infirmitatem peculiariter spectant.

---

8 *Sed & prophetiæ*, εἴτε δὲ προφητεῖαι. Vulgata & Erasm. *Siue prophetiæ*, admodum obscurè, nisi post προφητεῖαι adscribas diastolen, vt subaudias ὦσι, *sint*, itémque post γλῶσσαι & post γνῶσις, quam interpunctionē reperi in codicibus tribus. Sed lōgè planior erit oratio si εἴτε accipias pro καὶ, vt Col.1.20, & infrà, 15.11. Prophetiam autem vocat ipsum prophetandi, vt γνῶσιν, ordinarium docendi munus, Ecclesiæ per verbi prædicationem colligendæ, & in hac vita fouendę causæ à Deo institutum. ¶ *Vt inanes reddentur*, καταργηθήσονται. Id est nullius erunt vsus. Deo nimirum per se intrinseca vi efficiente in altero seculo, in natura nostra ad glorificationem euecta, id cuius duntaxat speciem aliquam nunc externo adhibito seruorum suorum ministerio in nobis inchoauerit. Deinde quis fidei vsus fuerit, præstitis & re ipsa plenissime exhibitis, quæ nobis donanda credimus in hac vita, & speramus. Tertullianus tamen prophetias pro rebus ipsis prædictis accipit, quas tunc ait euacuatum iri, quoniam consummabuntur & exhaurientur. Sed prior explicatio, vt apparet ex sequentibus & Apostoli scopo, amplectenda est. Cæterùm de verbo καταργεῖσθαι, vide Rom.3.3, & 31. Vulgata, *Euacuabuntur*. ¶ *Et cognitio*, καὶ γνῶσις. Id est, ratio adipiscendæ scientiæ ex prophetarum seu doctorum institutione. Neque enim ipse scientiæ & notitiæ habitus abolebitur, sed alius fiet prorsus tum qualitate, tum quantitate: quum Deum videbimus sicuti est.

9 *Ex parte*, ἐκ μέρους, i. quadamtenus, imperfecto modo & ratione discimus, quum doctores etiam ex parte prophetent. cui opponitur τὸ τέλειον. Ex parte verò pro aliquatenus idonei quoque scriptores Latinè dixerunt. Cæterùm mutua est inter docendi & discēdi modū relatio. Itaq; quū in ipso Deo omnia contēplabimur, quorsum scholæ, quorsū omnia adminicula quib. homo vel doceatur vel instruatur? Scientia igitur ipsa non abolebitur imò perficietur: sed ratio cognoscendi & docendi cēdet Dei ipsius contemplationi. Inepti sunt igitur Academici hoc loco abutentes vt incertam esse doceant doctrinam, quam ex verbo Dei scripto consequimur: item fanatici Anabaptistæ & Libertini, qui hæc semper habent in ore, vt sua somnia imperitis obtrudant. Nam (vt alias multas rationes omittam) cogitare saltem debuerant, plenioris reuelationis tempus ab Apostolo in futurum seculum differri, nec scientiam cum scientia, vt res natura & reipsa diuersas, sed vnius & eiusdem scientiæ adipiscendæ modos prorsus & diuersos & impares, inter se ab Apostolo comparari.

11 *Sapiebam*, ἐφρόνουν. Hoc videtur referri ad affectus sicut ἐλογιζόμην ad mentem hoc in loco. ¶ *Vir*, ἀνήρ. Hinc apparet in sacris etiam literis verum esse quod tradunt grammatici, ἄνδρα, virum, interdum esse sexus nomē, vt quum γυναικὶ, mulieri, opponitur: interdum maritum significare, vt quando cum vxore confertur: interdum ætatem constantem & integram declarare, vt hoc in loco, & Ephes.4.13. vbi tamen additur τέλειος explanationis causa. Quartam autem significationem, quum Vir nomen est ἀρετῆς, id est, fortem & magnanimum declarat, non memini legere in Noui fœderis libris, nisi infrà, 16.13. vbi ἀνδρίζεσθαι accipitur pro virum se præstare. ¶ *Vt euanida sustuli quæ erant infantis*, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου. In quibusdam Græcis codicibus excusis, perperam legitur κατήργηκα τὸ τοῦ νηπίου, fortassis pro κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου. Est autem hoc additum à Paulo vt ex similitudine facultatum & habituum animi, quæ cum corpore ipso adolescant, illustret quod dixerat de spiritualibus illis donis.

12 *Videmus enim nunc per speculum*, βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου. Διὰ hoc in loco idem declarat atque Trans, vel Intra. Sumpta autem est translatio à speculis, quæ non rem ipsam sed eius imaginem intuentibus obiiciunt: ac fortassis ad ea respexit Paulus quæ physici de phantasia & intelligētia docent. Cæterùm, quia Apostolus sese proposuit pro exemplo, & in hoc eodem versiculo sequitur γινώσκω non γινώσκομεν, malim cum Theodorito περὶ προνοίας λόγῳ ε. legere, ἄρτι γὰρ ὡς ἐν ἐσόπτρῳ, id est, Nunc enim cerno quasi in speculo. ¶ [*Et*] *per ænigma*, ἐν αἰνίγματι. Vulgata & Erasmus, *In ænigmate*. Ego malo ἐν pro διὰ positum esse, ex Hebræorum idiotismo. Theodoritus autem eo loco quem modo citaui, legit καὶ δι' αἰνίγματος, & per ænigma. quam lectionem maximè sinceram esse puto. Videtur autem non vna sed duplex esse translatio: vna videlicet sumpta ab iis quæ externis oculorum sensibus, altera ab iis quæ ipsa intelligentiæ facultate vsurpantur. Ænigma enim dicitur oratio obscura, & quasi inuolucris quibusdam obtecta. Oratio por-

ro in oculos non incurrit, sed mēti obiicitur: vt Paulus fortassis mysteria speculis, Verbi prędicationem ænigmati cōpararit. Neque id tamen simpliciter accipiendum est quod hîc dicit Apostolus, sed quatenus ista, qua nunc fruimur, Dei cognitio, confertur cum re præsenti. id est, cum ipsius naturæ Dei futura contemplatione, prout quidem à nobis Deus ipse cerni poterit. Castellio nuper conuertit, *Per ambages*, quàm accommodatè nemo non videt. Alludit autem Apostolus manifestè ad locum Num. 12.8.

¶ *Coram*, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Facie ad faciem*. id est, vt in vernaculo sermone exprimimus, *Vis à vis*. ¶ *Amplius cognoscam*, ἐπιγνώσομαι. Vulgata *cognoscam*, malè, vt & illi qui, cognoscam interpretantur. Nam ἐπὶ pro loco superueniens incrementum cognitionis declarat. Castellio, *recognoscam*, non modò non expressa, sed etiam prorsus deprauata Apostoli sententia. ¶ *Prout amplius edoctus fuero*, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. Particula καθὼς multiplicem comparationē declarat. Nam quò excellentior erit doctor noster, ipse nimirum Deus ἀμέσως: & præstantior docendi ratio, ipsa vtique præsentis Dei contemplatio: addo etiam, quo melior erit nostra conditio, postquam induerimus immortalitatem, eo etiam perfectior erit cognitio. ¶ *Amplius fuero edoctus*, ἐπεγνώσθην. Vulgata, *Sicut & cognitus sum*. Erasmus, *Quemadmodum & cognitus sum*. id est, ita vt ipse me notum habet ac perspe[illegible] fit mutua quædam cognitio, & similitudo tamen [illegible] quàm æqualitas notetur. Aliis potius placet, *Cognitum esse*, accipi pro approbatum esse: sicut interdum accipi Cognoscendi verbum annotauimus suis locis. Sed res ipsa clamat priorem vt imperfectam cognitionem, cum posteriore, longè pleniore, & rursus vtramque cognoscendi facultatem inter se conferri. ac proinde vt significetur hanc facultatem non à natura, sed itidem à gratia proficisci superiori adiectam, Apostolum vsum fuisse passiuo verbo ἐπεγνώσθην, amplius cognoscere factus, i. ampliore cognoscendi facultate donatus, ex Hebræorum idiotismo, à nobis itidem obseruato: suprà 8.3. & quidem significatione futuri, quod exactum à Grammaticis dicitur: quam periphrasin vt vitarem, verti eas edoctus, ac si scriptum esset ἐδιδάχθην.

7 Conclusio ac si dicat Apostolus, ea igitur tum erit nostra conditio: nunc autem tria nobis adsunt & firma permanēt, si modò Christi sumus, vtpote sine quib. vera religio constare non potest, nempe Fides, Spes & Charitas. Inter ista verò maxima est charitas, vtpote quæ in futura vita non abolebitur, vt aliæ sed perficietur. Quum enim Fides & Spes in res futuras & promissas ferantur, illas præsentes adepti, quorsum fidē & spem habebimus. Et nos illic demum & Deum & nos mutuò verè & perfectè amabimus.

13 Νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη.

13 7 Nūc verò manet fides, spes, charitas, tria hæc: maxima autem harum charitas.

Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem his est charitas.

Κεφάλαιον ιδ΄.

CAP. XIIII.

CAP. XIIII.

1 Διώκετε τὴν ἀγάπην, ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικά, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε.

2 Ὁ γὰρ λαλῶν γλώσσῃ, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. οὐδεὶς γὰρ ἀκούει· πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστήρια.

3 Ὁ δὲ προφητεύων, ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν, καὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν.

1 1 SEctamini charitatē, affectate spiritualia: maximè verò vt prophetetis.

2 2 Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. nullus enim audit, spiritu verò loquitur mysteria.

3 Qui autem prophetat, hominibus loquitur ædificationē, & exhortationem, & consolationem.

1 SEctamini charitatem, æmulamini spiritualia, magis autē vt prophetetis.

2 Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. nemo enim audit, spiritus autem loquitur mysteria.

3 Nam qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

1 Illatio ex præcedentibus. Quum igitur sit præstantissima charitas, illam vobis in primis ducē proponite: ac proinde ea duce excellentissima, quæ quamplurimis prosunt (vt est prophetia, id est docendæ & applicandæ doctrinæ donum: quod quum sit excellentissimum, & plurimo in Ecclesia vsui, tamen contemnebatur præ aliis) non autem quæ in speciem magis possunt videri mirifica, vt est linguarum donum, quum videlicet quispiam repentè multarum linguarum cognitione donabatur: quod homines in primis obstupefaciebat, nec tamen per se vllius erat vsus nisi adesset interpres. 2 Taxat peruersum de dono linguarum iudicium. Cur enim conferebatur? nempe, vt eo pluribus populis patefierent Dei arcana: itaque constat prophetiam cui seruire oportuit linguarum donum esse isto præstantiorem: ac proinde non rectè iudicare Corinthios, qui linguas pluris quàm prophetiam faciebant, quoniam videlicet in linguarum dono plus inerat ostentationis. Hinc autem alter abusus illius doni linguarum cōsequebatur, cū Corinthij in publico cœtu linguis vterentur absque interprete: quod etsi fieri poterat cum aliquo fructu eius qui loquebatur, tamen verum vsum illius doni corrumpebat, cùm nulla inde vtilitas ad auditores rediret, & publici cœtus non ad priuatam alicuius, sed ad communem omnium vtilitatem sint instituti.

13 *Nunc*, νυνὶ [illegible] opponi, i. præsentis vitæ cōditionem cum futura. Redit enim ad institutum, aut potius disputationem concludit: ac si dicat, Ea igitur tū erit nostra conditio. Vt verò nunc sumus, tria nobis adsunt & necessariò manent, si modò Christi sumus: inter quæ rursus excellit charitas. Vtitur autem (ni fallor) Manendi vocabulo, vt hæc dona ab aliis distinguat, quæ videlicet cum religione necessariò nō cohærent, nec sunt (vt ita dicam) substātialia, ¶ *Maximam*, [illegible], vt in illo versiculo Catulli poetæ. alioquin indignum cuius nomen hic adscriberem, *Hespere qui lucet cœlo iucundior ignis*. Sic Matt. 13.11, & Mar. 4.32, & infrà, 15.19. Quo autem respectu dicatur maxima charitas ab eruditis interpretibus copiosè explicatum est. nempe quatenus progreditur fructus ipsius longius quàm Fidei Spe, nempe ad proximum: quum illæ non egrediantur credentis & sperantis personam. Deinde, quòd nobis promissionum quib. credidimus & quas speramus plenam adeptis possessionem, certè neque Fide iam, neque Spe opus erit. Charitas verò & in Deum quo tunc fruemur, & in nostræ salutis socios, quibus arctissimè coniuncti fuerimus, tunc maximè vigebit. Quocunque autem modo charitatem intelligas maximam dici, non consequitur nos per eam iustificari coram Deo, sicut nec fide ipsa iustificamur, nisi quatenus Christum, iustitiam nostram, apprehendit. Hæc autē apprehensio Christi, soli fidei tribuitur, quoniam sub hac conditione Si crediderimus, offertur Christus. Charitas verò quomodo efficeret iustificationem in nobis, quum sit ipsius iustificationis consequens? ¶ *Maior*, μείζων. In quibusdam codicibus legimus [illegible].

IN CAPVT XIIII.

1 *Affectate*, ζηλοῦτε, i. φιλοτιμεῖσθε. Est enim hoc amplius quiddā quàm διώκειν. quod est Latinis *Affectare*, nobis verò Gallis, *s'affectionner à quelque chose*. Sed & non ineptè hūc locum verterimus, In pretio habete, & laudate vt eximia Dei dona, vel in vobis quib. illa cōtulit, vel in aliis quib. ad cōmunē vestram vtilitatē collata sunt. Nam sæpe apud idoneos scriptores Græcos coniungūtur ζηλοῦν & μακαρίζειν. Vulg. & Eras. *Aemulamini*, ambiguè. ¶ *Prophetetis*, προφητεύητε. Quid sit prophetia, apparet ex ver. 3, & diximus Rom. 12.6. Castellio conuertit, *Vaticinemini*, quod vocabulum non modò vt prophanum, sed vt Apostoli menti minimè consentaneum repudio, quū hîc non agatur de prophetia quam inter χαρίσματα recensuit c. 12.9.

2 *Qui loquitur lingua*, ὁ λαλῶν γλώσσῃ, vel γλώσσαις, i. linguis, vt in quibusdā codicib. legitur. Lingua autē hoc loco & similib. non declarat loquutionis instrumētū, sed idioma peregrinū, quod nemo intelligat nisi interpretatio adiūgatur. Vide Act. 10.46. ¶ *Non hominib. &c.* οὐκ ἀνθρώποις, &c. i. quum à solo Deo non autem ab hominib. intelligatur, non cū hominib. sed cum solo Deo agit, quū tamen ideo conueniatur in Ecclesia vt dona illa in communem Ecclesiæ vsum conferantur. ¶ *Audit*, ἀκούει, i. percipit & intelligit quid loquatur. Nam alioqui propriè auditione sonus vocis, intellectione verò sententia sermonis percipitur. ¶ *Spiritu verò*, πνεύματι δὲ. i. afflatu quem à Spiritu accepit quo tamen abutitur, quum loquitur mysteria, id est quæ non intelligantur ab ipso cœtu apud quem loquitur.

3 *Qui autem prophetat*, ὁ δὲ προφητεύων. Vetus interpres pro

pro δὲ legit γάρ, sed perperam, quum hæc sit pars altera collationis. ¶ *Aedificationem*, οἰκοδομὴν. Id est, quæ homines promoueant in pietatis cognitione & studio. Vide suprà, 8.1.

4 Ὁ λαλῶν γλώσσῃ, ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ· ὁ δὲ προφητεύων, ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ.

5 Θέλω δὲ πάντας ὑμᾶς λαλεῖν γλώσσαις, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε. μείζων γὰρ ὁ προφητεύων ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις, ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, ἵνα ἡ ἐκκλησία οἰκοδομὴν λάβῃ.

6 Νυνὶ δὲ, ἀδελφοὶ, ἐὰν ἔλθω πρὸς ὑμᾶς γλώσσαις λαλῶν, τί ὑμᾶς ὠφελήσω, ἐὰν μὴ ὑμῖν λαλήσω ἢ ἐν ἀποκαλύψει, ἢ ἐν γνώσει, ἢ ἐν προφητείᾳ, ἢ ἐν διδαχῇ;

7 Ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα, εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ, πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον;

8 Καὶ γὰρ ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ, τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον;

9 Οὕτω καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς γλώσσης ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε, πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλούμενον; ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες.

10 Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον.

4 Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: qui verò prophetat, Ecclesiam ædificat.

5 Velim autem omnes vos loqui linguis, magis tamen vt prophetetis. maior enim *est* qui prophetat quàm qui loquitur linguis, excepto nisi interpretetur, vt Ecclesia ædificationem accipiat.

6 3 Quòd si nunc, fratres, veniam ad vos linguis loquens, quid vos iuuabo, nisi vobis loquar aut ex reuelatione, aut ex cognitione, vel prophetando, vel docendo?

7 Atqui animæ expertia quæ sonum edunt, siue tibia *sit* siue cithara, nisi distinctionem tonis dederint, quomodo cognoscetur quod tibia canitur aut cithara?

8 Etenim si incertum sonum tuba dederit, quis apparabitur ad bellum?

9 Ita & vos nisi per linguam edideritis bene significantem sermonem, quomodo cognoscetur quod dicitur? eritis enim in aerem loquentes.

10 4 Tot, si casus tulerit, genera vocum sunt in mundo, & nihil *est* mutum.

4 Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat.

5 Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. nam maior est qui prophetat quàm qui loquitur linguis, nisi interpretetur, vt Ecclesia ædificationem accipiat.

6 Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?

7 Tamen quæ sine anima sunt, vocem dantia, siue tibia siue cithara, nisi distinctionem sonituū dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur?

8 Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum?

9 Ita & vos per linguā nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? eritis enim in aera loquentes.

10 Tam multa, vt puta, genera linguarum sunt in mūdo, & nihil sine voce est

3 Illustrat quod dixerat, sūpta à musicis instrumentis similitudine, quæ & ipsa quamuis articulatè non loquantur, tamē sonis suis distinguuntur, vt aliquis sit illorum vsus.

4 Necessitatē interpretationis cū linguarum dono cōiungendæ ostēdit ex idiomatum multiplici varietate, adeo vt sine interprete alius alij loquens perinde faciat, ac si nō loquatur.

4 *Ecclesiam*, ἐκκλησίαν. Id est, cœtum & congregationem, vt vertit Erasmus. Ego malui vocabulum adeo vsitatum retinere. Nam nimium est crassa eorum ignorantia qui hoc vocabulo nihil nisi templi parietes intelligunt, de quorum ædificio hîc non agitur. Vulgata addit, *Dei*, quod non additur in nostris Græcis codicibus, & per se satis intelligitur.

5 *Maior*, μείζων. Id est Ecclesiæ vtilior, ideóque pluris faciendus. Sic Matt. 11.10, Christus ob præstantiam ministerij Ioannem cæteris omnibus præfert qui ipsum antecesserant.

6 *Aut ex reuelatione*, ἢ ἐν ἀποκαλύψει. Hæc illa est Reuelationum species quam vocauit σοφίαν, sapientiam, suprà, 12.8, & Hebræi appellant חכמה [*chochmah*] adiuncta Prophetiæ cuius munus duplex fuit: Vnum planè extraordinarium futura prædicens, quo sensu malui Reuelationis quàm patefactionis vocabulum vsurpare. Vide Lucam 17.10. Alterum autem, id est, Notitia, דעת [*dahah*] Doctoribus tribuitur, quorū officium est ex Scripturarū collatione, scientia ex ordinario discendi vsu percepta, verbum Domini simpliciter explicare, pro modulo quem per Dei gratiam, sed tamen sua diligentia, fuerint assequuti, vt in Ecclesia Domini sana doctrina retineatur: quod & ipsum, donum Dei est eximium, sed illo inferius. Itaque hæc nō sunt quatuor, sed duo: siquidem Prophetia est effectum Reuelationis: Doctrina verò, Notitiæ.

7 *Atqui*, ὅμως. Stapulensis legit ὁμοῦ pro ὁμοίως, similiter quod nusquam memini legere nisi apud poetas. Erasmus, *Quin & ἀψυχα*. Vulgata, *tamen*, quod non malè quidem, sed tamen non penitus mihi visum est conuenire. Syrus videtur legisse καὶ γάρ. Arabs autem particulam hanc vel non legit, vel neglexit.

¶ *Siue tibia sit siue cithara*, εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα. Eruditè Paulus vsus est hac distributione instrumētorum musicorum, quæ sunt ἐμπνευστά, vel κρουστά.

¶ *Distinctionem*, διαστολὴν. Nempe vel hilarem, vel lamentabilem, prout Musici suos quos vocāt Modos discernunt: & Moses quoque distinguit tubarum sacrarum sonitus. Num. 10.

8 *Incertum*, ἄδηλον. Id est qui dignosci nequeat. Aliter enim Classicum canitur, aliter Receptus.

9 *Bene significantem*, εὔσημον. Huc pertinet illud Aristotelis, Περὶ ἑρμηνείας, Ἔστι τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα. Itaque εὔσημον, Bene siue commodè significantem sermonem declarat, siue Qui audientibus bene explicet quid quisque loquatur. Peregrinus igitur sermo, absque interprete, non potest dici εὔσημος, quia etsi in sese aliquid significat, tamen non bene nec commodè significat, ita videlicet vt ab auditoribus intelligatur. Vulgata, *Manifestum*. Erasmus, *Significantem*. Et notanda est traiectio particularum ἐὰν μὴ, nisi.

10 *Si casus tulerit*, εἰ τύχοι, id est ὅπως ἂν τύχοι siue καθὼς ἔτυχεν, vt Græca scholia exponunt. Nam modò hæc modò illa vox auditur, vt si gallicè dicas, *selon qu'il eschet*. Vulg. *Vt puta*. Eras. *V. sibi causa*. Syrus autem interpres istud non legit, vel omisit, tum hoc loco, tum infrà 15.37. ¶ *Et nihil [est] mutum*, καὶ οὐδὲν ἄφωνον. Vel vocis expers, videlicet in mūdo. Loquitur autem de hominibus quorum sunt tā varia idiomata, & maluit φωνὰς, id est voces, quàm linguas dicere, quoniam in hoc argumento Linguam vocat linguarum donum. Est igitur (meo iudicio) sic explicandus hic locus: Tot támque variæ & multiplices sunt in mundo voces, quum nulla sit gens quæ non habeat suum idioma. Itaque nisi adhibeatur interpretatio, erimus alij aliis Barbari. Necessitas igitur ipsa cogit interpretationem cum peregrina lingua coniungere, vel sermone loqui iis omnibus noto, quibuscum est nobis negotium. Duplex igitur erat doni illius abusus apud Corinthios: vnus, quòd affectarent peregrinis linguis loqui in cœtu, etiam quum minimè esset necessarium, vt non desunt aliquando qui ex pulpito voculas Hebræas & Græcas apud imperitum vulgus effundant, vt eruditi habeantur: alter, quòd ne tum quidem in-

terpretarentur quod peregrina lingua dixerant: sicut hodie in Papatu solent sacras literas Latina semper lingua citare in suis concionibus, etiam vernacula interpretatione non addita, nec solent aliter Ecclesiasticas omnes cantiones & preces concipere. Rectè quidem, quoniam expedit tam horrendas blasphemias à quàm paucissimis intelligi. Scio tamen plerosque codices legere καὶ οὐδὲν ἄφωνον. id est (vt vertit Erasmus) *& nihil eorum mutum.* pro quo malim dicere, *Et nullum eorum mutum.* quia γένος repetendum erit ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Hanc verò lectionem si admittamus, necesse fuerat ἄφωνον accipere ἀντὶ τοῦ ἀσήμου καὶ ἀδιαγνώστου. id est, pro confuso & quod discerni non possit. sicut quasdam literas Græci vocat ἄφωνα γράμματα, quòd stridorē potius quàm sonum edant, nisi vocales habuerint adiunctas. Sed expressè mihi videretur Apostolus dixisse nullum esse φωνῆς γένος ἄφωνον. Deinde etiam potius fuisset dicturus, si ea esset huius dicti sententia, καὶ οὐδεμία αὐτῶν ἄφωνος, id est, & vt nulla earum muta. vt potius φωνὴ repeteretur quàm γένος. Postremò, non est hoc verum sine exceptione, quum omnia sonorum & linguarum genera possint hac ratione dici ἄφωνα, iis quidem qui non norunt ea distinguere. Denique hoc mihi multo coactius videtur quàm illud quod sequutus sum, partim ex Veteris interpretis partim ex trium etiam vetustorum exemplarium fide, in quibus non legitur αὐτῶν, nec etiam apud Clementem lib. στρωματέων α.

---

11 Ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος· καὶ ὁ λαλῶν, ἐν ἐμοὶ βάρβαρος.

11 Nisi igitur sciero vim vocis, ero ei qui loquitur, barbarus: & qui loquitur, apud me barbarus *fuerit.*

11 *Si ergo nesciero virtutē vocis, ero ei cui loquor barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.*

12 Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ἐπεὶ ζηλωταί ἐστε πνευμάτων, πρὸς τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ζητεῖτε ἵνα περισσεύητε.

12 5 Ita & vos, quandoquidem Spiritus affectatis, ad ædificationem Ecclesiæ quærite vt exundetis.

12 *Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem Ecclesiæ quærite vt abundetis:*

5 Conclusio, si volunt spiritualibus illis donis ita vt par est excellere, quærendam ipsis esse Ecclesiæ vtilitaté, ac proinde donum linguarum non aliter vsurpãdum, quàm si accesserit peregrinç linguæ interpretatio, siue ex eodem loquētis ore, siue ab alio interprete.

13 Διόπερ ὁ λαλῶν γλώσσῃ, προσευχέσθω ἵνα διερμηνεύῃ.

13 Quapropter qui loquitur lingua, oret vt interpretetur.

13 *Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur.*

14 Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ, τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται· ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι.

14 6 Nam si orem lingua, spiritus meus orat: sed intelligentia mea est infructuosa.

14 *Nam si orem lingua, spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est.*

15 Τί οὖν ἐστι; προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ.

15 Quid est igitur? orabo spiritu, sed orabo etiam intelligentia: psallam spiritu, sed psallam etiam intelligentia.

15 *Quid ergo est? orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente.*

6 Ratio, quia non satis est nos sic loqui in Ecclesia, vt ipsi Deum colamus spiritu, id est pro ratione doni quod accepimus, sed etiam oportet nos à cœtu intelligi, ne quod dicimus sit reliquis infructuosum.

---

11 *Apud me barbarus,* ἐν ἐμοὶ βάρβαρος. In vno codice non erat præpositio, & rectè quidem, opinor. Barbarum autem vocat eum cuius sit peregrinum & ignotum idioma: & obliquè perstringit Corinthios qui ex eo habendi essent pro barbaris vnde captabant facundiæ gloriam. Huc pertinet Ciceronis illud Quæst. Tusc. 5. *In his,* inquit, *linguis quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectò sumus.* Item Ouidij versiculus, *Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli.* Istis autem quorum hîc meminit Apostolus operæpretium fuerit addere inauditum antea omnibus seculis barbarismum, in Cacolyca Romana pseudoecclesia regnantem, quo fit vt sibi ipsis quoque sint barbari qui ne sibi quidem ipsis cognita lingua vtuntur: & intolerandum esse iudicant, vt quisquam vel ipsis loquentibus, vel aliis eos audientibus explicet eorum sermones.

12 *Ita & vos,* οὕτω καὶ ὑμεῖς. Quidam (vt refert Theophylactus) hæc connectunt cum præcedentibus, vt hic versiculus incipiat ab ὑμεῖς, sitque hæc sententia, & vos videlicet barbari eritis inter vos si incognita lingua inter vos vtamini. ¶ *Affectatis spiritus,* ζηλωταί ἐστε πνευμάτων. Spiritum alibi docuimus pro ipsis spiritualibus donis accipi, vt hoc etiam in loco: nisi fortassis perperam πνευμάτων scriptum est pro πνευματικῶν. ¶ *Exundetis,* περισσεύητε, id est vt sit quod à vobis in alios redundet, Vulg. *abundetis* non satis expressè. Totus enim in eo est Apostolus, vt hæc dona doceat, non in sese, sed ex eorum vsu in fratres vberiore æstimanda: & propterea prophetandi, id est, publicè Ecclesiam in doctrinæ mysterio erudiendi donum & functionem cæteris anteponit.

13 *Orat vt interpretetur,* προσευχέσθω ἵνα διερμηνεύῃ. Id est, petat etiam interpretationis donum. Neque enim is qui linguarum dono præditus erat, omnibus linguis loquebatur, vt apparet ex ver. 18. Sed & suprà Apostolus linguas & donum interpretationis distinxit. 12. 10. vel, ita precetur, vt mox etiam subiiciat eorum quæ ignota lingua dixerit, sententiam, qui tamen geminus est labor. Sic Euangelistæ ipsi Græcè scribentes, admixtas Hebræas voces sunt passim interpretati, vt Matth. 1, 23. Mar. 5, 41. & 15. 22. & 34. & Ioh. 1, 39, 42. & 9. 7, & Act. 4. 36. & 9. 36 & 13, 8. Heb. 7. aut certè taceat potius quàm illo suo dono inutiliter vtatur, vt iubet Apostolus infrà versu 28.

14 *Nam si orem lingua,* ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ. Id est, si incognito idiomate in Ecclesiastico cœtu preces concipiā, neque adhibeatur interpretatio: vt suprà, Loqui lingua, v. 2, cuius species est, Precari lingua. Nam si de priuatis precibus nunc ageret Apostolus, videri posset à suo proposito aberrare: & de publicis precibus agi apparet ex versiculis 16. & 19. totáque adeo orationis serie, & ipso Apostoli scopo. ¶ *Spiritus meus precatur,* τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται. Id est, donum quidem & afflatus Spiritus suas partes agit, sed mihi soli. vt suprà versu 2. & 4. Alij, vt Erasmus, Spiritum pro voce accipiunt, coacta interpretatione: quum satis liqueat quo sensu toto hoc capite Spiritus vocabulum sit accipiendum. Alij pro intentione quam vocant: vt qui hodie quas vocant Horas canonicas non intellectas, animo tamē precandi recitant, dici possunt intentione quidem precari, mente verò & intelligentia non item. Sed nimis foret absurdum credere Spiritum sanctum hoc vnquam cuiquam dictasse vt faceret: nec possunt ista dici preces, sed mera Dei & Ecclesiæ ludibria. ¶ *Sed intelligentia mea est infructuosa,* ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Id est, quod ad mei precātis conceptū, siue quod ad ipsius precationis sententiam attinet, nullus inde fructus ad Ecclesiam redit. ad quem tamen, scopum illa omnia πνευματικὰ sunt referenda, vt docuit Apostolus suprà, 12. 7. Assentior enim iis qui putant infructuosam dici, non ipsius precantis respectu, qui seipsum ædificat, vt suprà versu 4, sed Ecclesiæ quæ ex ea nihil iuuetur, quod etiā apparet ex scopo Apostoli, ac præsertim ex ver. 4. 6. 12. 16. 17. & 19, vt hæc etiam rectè à Basilio siue Euagrio explicantur, in regulis contractioribus definit. 278. Intelligentiam autem malui interpretari quàm mentem, aut (vt Castellio etiam ineptius fecit) Animum: quia νοῦς hoc loco non simpliciter declarat mentem, sed quod aliquis in animo suo conceptū, ita proponit vt ab omnibus possit intelligi quos instituat, vt inf. v. 19. Nam alioqui si pro mente simpliciter ac propriè accipias, quisquis spiritu orat, idem etiam orat mente, quum seipsum ædificet, vt sup. v, 4, & rectè gratias agat, infrà. 17.

15 *Orabo Spiritu,* προσεύξομαι τῷ πνεύματι. id est lingua peregrina quam mihi dictat spiritus. Nec enim donum linguarum aboleo. ¶ *Etiam intelligentia,* καὶ τῷ νοΐ. Id est, ita vt etiam ab aliis intelligar, & alios instituam. vt vers. sequenti, & 19.

¶ Psallam,

¶ *Psallam,* ψαλῶ. Psallere non est simpliciter canere, sed ad musicum instrumētum, vt vult Augustinus in Psalmos. Sed tamen apud Hebræos זמר [*zamar.*] quod Græci ψάλλειν vertunt, vnde מזמור [*mizmor*] Psalmus, non aliud declarat quàm שיר [*sihur,*] id est ore canere, estque diuersum à נגן [*nagan,*] quod de instrumentis dicitur. Hîc quidem accipitur pro Canendo gratias agere, vt ex proximo versiculo apparet. Nam etiam Plinius ad Traianum scribens, Christianos refert solitos ante lucem conuenire, & carmē Christo quasi Deo dicere secum inuicem: instrumentorum verò nullam facit mentionem. qua de re vide si libet pulchra de vetere psalmodiæ more apud Basilium, epist. 63.

---

16 Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπειδὴ τί λέγεις οὐκ οἶδε.

16 7 Quandoquidem si benedixeris spiritu, is qui implet locum idiotæ, quomodo dicturus est Amen ad tuam gratiarum actionem? nam quid dicas nescit.

16 *Cæterùm si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen super tuam benedictionem? quoniam quid dicas nescit.*

7 Alia ratio, cùm oporteat Ecclesiam loquenti assentiri atque ... hùc assensum testari quemodo assentiētur qui non intellexerunt quid dictum sit?

17 Σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ᾽ ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται.

17 Nam tu quidem bene gratias agis, sed alius non ædificatur.

17 *Nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur.*

18 Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν.

18 8 Gratias ago Deo meo quòd magis quàm vos omnes linguis loquar.

18 *Gratias ago Deo meo quòd omnium vestrûm lingua loquor.*

8 Seipsum proponit, primùm vt pudeat illos stultç ambitionis, tum vt omnem inuidiç suspicionem effugiat.

19 Ἀλλ᾽ ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ.

19 Sed in Ecclesia malim quinque verba ex intelligentia mea loqui, vt & alios voce instituā, quàm decem millia verborum lingua.

19 *Sed in Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruā, quàm decem millia verborum in lingua.*

20 Ἀδελφοί, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν· ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε.

20 9 Fratres, ne estote pueri prudentia: sed malitia infantes, prudentia verò adulti estote.

20 *Fratres, nolite pueri effici sensibus: sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote.*

9 Liberè iam arguit eos puerilis inscitiæ, qui dono linguarum ad ædificationem Ecclesiarum collatum non videant in maledictionis instrumentum hac sua ambitione conuerti, cùm inter pœnas, quibus populi sui denique vltus est Dominus, hæc etiam exprimatur, quòd eos inter peregrinos disperserit, quorum linguam non intelligebant.

---

16 *Si benedixeris Spiritu,* ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι. Deo videlicet, id est preces gratiarum actionis conceperis lingua peregrina, nulla interim habita audientium ratione. Est enim hoc intelligendum non simpliciter, quasi qui Spiritu benedicit, nunquam possit intelligi: sed ex hypothesi, qua spiritum ab intelligentia separauit. Itaque non rectè fecerunt qui quum hanc hypothesin non considerarent, hoc vocabulum expunxerunt: vnde factum vt in quibusdam codicibus non legatur. Cæterùm benedicere accipi pro gratias agere, liquet ex eo quod subiicitur. Suspicor autem Apostolum attingere celebrandæ Domini cœnæ ritum: & solennem illam gratiarum actionem. de qua libuit subiicere quæ scripsit Iustinus secundo Apologetico, quòd ad hunc locum intelligendum, & eos conuincēdos qui peregrinam linguam in Ecclesiæ sacris retinendam putant, magnum momentum habere videatur. Sic ergo ille, Τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν. καὶ παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ. καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας ὅση δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ, λέγων Ἀμήν. καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται. Id est, *Die qui Solis dicitur, omnes tum qui in oppidis, tum qui in agris morantur, in vnum conuenimus, & ex commentariis Apostolorum vel Prophetarum scriptis recitatur quantum licet. Deinde vbi destitit qui recitat, antistes orationem habet qua admonet hortatúrque ad pulchrarum illarum rerum imitationem. Postea omnes vnà surgimus ac precamur. Postquam autem à precibus destitimus, profertur panis, & vinum, & aqua. Tum antistes similiter precatur & gratias agit quanta potest contentione, populúsque acclamat, dicens Amen: & insuper quibus actæ sunt gratiæ, vnusquisque participat.* Hæc ille. vtinam verò hæc simplicitas in Christiana liturgia fuisset incorruptè seruata.

¶ *Qui implet locum idiotæ,* ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου. Id est qui sedet inter idiotas. Oportuit enim ordinē aliquem seruari, ne qui ministerio fungebantur, pro doni sui ratione, permixti sederent cum iis quorum partes erant in cœtu duntaxat audire, & assensum significare. Hos igitur vocat idiotas, quasi priuatos, vt iis opponantur qui ministrabant. Laicos postea illos vocarunt, quibus oppositi sunt Ecclesiastici, vnde exortus maximus abusus, tyrannide Ecclesiam inuadente. Vide Act. 4. 13.

¶ *Amen,* ἀμήν. Vnus igitur preces nuncupabat, cuius verba totus cœtus animo sequebatur, dum ad finem ventum esset, tum verò omnes Amen succinebant: quæ vox est Hebræa, ab eodem verbo deducta à quo Fides siue Veritas. Est autem duplex illius vsus, nempe tum in affirmando, tum in optando. Itaque alij ex Græcis interpretibus conuertunt πεπιστωμένως, id est, *certò & confirmatò,* vt ita loquar: alij γένοιτο, i. *fiat.* Eiusmodi verò voces, vt Amen, Alleluja, Hosanna Sabaoth, fuerunt initio receptæ, quòd Ecclesiæ ex Hebræis magna ex parte essent conflatæ. Ita factum vt illa & similia in omnes Ecclesias dimanarent, quòd ab omnibus intelligerentur. ¶ Nam, ἐπειδή. Responderet Catholicus Romanus, sufficere intentionem ex fide implicita. Neque enim apud eos publicç vel priuatæ etiam preces aliis quàm Latinis & ipsis etiam sacrificulis plerisque penitus ignotis verbis concipiuntur. Sed Apostolus suam theologiam in Sophistarum scholis non didicerat.

18 *Magis quàm vos omnes,* πάντων ὑμῶν μᾶλλον. Vulg. legit πάντων ὑμῶν γλώσσαις λαλ. &c. quòd omnium vestrûm linguis loquor. Sed illud in omnibus nostris codicibus Græcis inuenio.

19 *Malim,* θέλω. Subaudiendum est μᾶλλον, potius, de qua ellipsi diximus alibi. ¶ *Quinque verba,* πέντε λόγους: i. paucissima. vt sint omniū hominum ineptissimi, qui de his quinque verbis cōtendunt. Cur non verò etiā de decem millib. verborū quæ subiicit, & decē millibus pædagogorū, sup. 4. 15? ¶ *Instituam,* κατηχήσω. Vide Luc. 1. 4. Maluit autē Paulus dicere κατηχήσω quàm οἰκοδομήσω, vt Corinthiorum fastū deprimeret. Primùm enim ita ostendit se comparatum esse ad infimum etiam quiduis, nimirum ad rudes & imperitos primis religionis elementis imbuendos: deinde etiam linguarū miraculū ad rudes potius quàm ad eruditos pertinere: quod postea copiosius explicat. Pendet igitur sequentium connexio & iunctura ab istius verbi propria explicatione. ¶ *Lingua,* ἐν γλώσσῃ. Sic vocat donum illud linguarum variarū, & quidem separatum atque seorsim cōsideratum, & absque interprete, vt eo abuti consueuerant Corinthij.

20 *Prudentia,* ταῖς φρεσίν. Vulg. *Sensibus,* ambiguè. August. *mentibus.* φρένας autē propriè vocant Græci *præcordia.* vnde factū vt quum veteres animū in corde collocarēt, hoc nomine mens ipsa cū suis facultatib. ac præsertim intelligendi, ratiocinandi & iudicandi, significaretur: vnde Homericū illud, οὐ δ᾽ ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι & τὸ φρενεῖν, φρένησις, φρόνιμος, & similia. ¶ *Adulti,* τέλειοι. Vulg. & Eras. *Perfecti,* malè. Persistit enim Paulus, vt apparet ex antithesi τῶν νηπίων in metaphora ab ætate sumpta, quæ cum etiam cognitionis & prudētiæ vsus accrescit: & peculiari ista significatione τέλειοι à Græcis scriptoribus passim accipitur, tū de hominibus, tum etiam de brutis, Vide suprà, 2. 6.

Esa.28.11.

21 Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, Ὅτι ἐν ἑτερο-
γλώσσαις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλή-
σω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσα-
κούσονταί μου, λέγει Κύριος.

22 Ὥστε αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖόν εἰσιν, οὐ
τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις· ἡ δὲ
προφητεία οὐ τοῖς ἀπίστοις, ἀλλὰ τοῖς
πιστεύουσιν.

23 Ἐὰν οὖν συνέλθῃ ἡ ἐκκλησία ὅλη
ἐπὶ τὸ αὐτό, καὶ πάντες γλώσσαις λαλῶ-
σιν, εἰσέλθωσι δὲ ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι, οὐκ ἐ-
ροῦσιν ὅτι μαίνεσθε;

24 Ἐὰν δὲ πάντες προφητεύωσιν, εἰσέλ-
θῃ δέ τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται
ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων.

25 Καὶ οὕτω τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐ-
τοῦ φανερὰ γίνεται, καὶ οὕτω πεσὼν ἐπὶ
πρόσωπον προσκυνήσει τῷ Θεῷ, ἀπαγ-
γέλλων ὅτι ὁ Θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστι.

26 Τί οὖν ἐστιν, ἀδελφοί; ὅταν συνέρχη-
σθε, ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν
ἔχει, γλῶσσαν ἔχει, ἀποκάλυψιν ἔχει,
ἑρμηνείαν ἔχει· πάντα πρὸς οἰκοδομὴν
γινέσθω.

27 Εἴτε γλώσσῃ τις λαλεῖ, κατὰ δύο, ἢ τὸ

---

21 "In Lege scriptum est, ‖ Propterea per diuersæ linguæ *homines* & per alia labra loquar huic populo: " & ne sic quidem me audient, dicit Dominus.

22 10 Linguæ igitur " sunt signũ, non iis qui credunt, sed infidelibus: prophetia verò non infidelibus, sed credentibus.

23 11 Itaque si eôdem conuenerit tota Ecclesia & omnes linguis loquantur, ingrediantur autem "idiotæ vel infideles, nónne dicent vos furere?

24 Sed si omnes prophetent, ingrediatur autem infidelis quispiam aut idiota, arguitur ab omnib. diiudicatur ab omnibus:

25 Et ita quæ occulta sunt in eius corde manifesta fiũt: atq. ita procidens in faciẽ adorabit Deum, "renuntians Deum verè in vobis esse.

26 12 Quid igitur est, fratres? quoties conuenitis, "quisque vestrũ cãticum habet, doctrinam habet, linguam habet, "reuelationem habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.

27 13 Et lingua quis loquitur,

---

21 *In Lege scriptum est, Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic: & ne sic exaudient me, dicit Dominus.*

22 *Itaque linguæ in signũ sunt non fidelibus sed infidelibus: prophetia autem non infidelibus, sed fidelibus.*

23 *Si ergo conueniat vniuersa Ecclesia in vnũ, & omnes linguis loquantur: intrent autem idiotæ aut infideles, nónne dicẽt quòd insanitis?*

24 *Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota: conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus:*

25 *Occulta cordis eius manifesta fiunt: & ita cadẽs in faciem, adorabit Deũ, pronuntians quòd verè Deus in vobis sit.*

26 *Quid ergo est, fratres? quum conuenitis, vnusquisque vestrùm psalmũ habet, doctrinam habet, apocalypsin habet, linguã habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.*

27 *Siue lingua quis loquitur,*

---

10 Conclusio, linguarum igitur donum puniendæ incredulitati seruit nisi ad prophetiam (id est interpretationẽ scripturæ) referatur, ac proinde ab audientibus percipiatur quod dicitur.

11 Aliud argumentum: non modò inutile esse fidelibus linguarum donum absq. prophetia, sed etiã tum piis, tum infidelibus, quos oportuit in cœtu fidelium lucrifieri, plurimum nocere. Ita enim fieri vt videantur aliis furere fideles, nedum vt infideles ita erudiantur.

12 Conclusio, ædificationem Ecclesiæ esse regulam ac normam recti spiritualium donorũ vsus.

13 Forma vsus doni linguarum. Vni & alteri aut ad summum tribus vicissim in conuentu, si modò adsit interpres aliquis, dono linguarum vtitor. Sin abfuerit interpres, qui eo dono præditus est, sibi soli loquitor.

---

21 *In Lege*, ἐν τῷ νόμῳ. Legis vocabulum generaliter hîc declarat sacræ doctrinæ libros vt apud Hebr. תורה [*torah.*] vt Psal. 19.9, & alibi passim. Interdum verò multo angustius accipitur. ¶ *Propterea per diuersæ linguæ [homines] & per alia labra loquar populo huic*, ὅτι ἐν ἑτερογλώσσαις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ. Hebr. sic habent Esa. capite 28. 11. כי בלעגי שפה ובלשון אחרת ידבר אל העם הזה [*chi belahage saphah vbelashon achereth iedabber el haham hazeh*] id est, *Propterea blæsis labris, & lingua aliena loquetur ad populum hunc.* Itaque si personæ mutationem demas, (in qua nihil est positum, quum Deus ipse per Prophetas loquatur) duo intersunt duntaxat inter Hebraicam veritatem & Græcam interpretationem, non eam qua nunc corruptissima vtimur, sed qua vsus est Paulus. Primùm quod לשון אחרת [*lashon bachereth*] id est *lingua aliena*, priore loco collocauit. nam lingua aliena & diuersæ linguæ homines idem declarant. Verùm hæc transpositio nihil addit sententiæ, neque detrahit. Alterum quod pro בלעגי שפה [*belahage saphah.*] id est, *blæsis labris*, posuit ἐν χείλεσιν ἑτέροις. id est, *aliis labris*. Et fateor Paulum ab Hebræis plerisque interpretibus in eo dissentire. Isti enim hæc putant eò referri quòd qui pueros fari docent, soleant cum illis balbutire: vel ita exprobrari Iudæis eorum infantiam, quòd Prophetas non magis intelligant, quàm blæsum & balbum solemus. At mihi Pauli auctoritas pluris est quàm omnium Rabbinorum: quum præsertim nihil adferre possint cur blæsa labra & alienam seu peregrinam & ignotam linguam commodè non possis pro eodem accipere, vt interpretatus est Paulus: quia nimirũ strepere aut balbutire potius quàm loqui nobis videntur qui apud nos vtũtur ignoto sermone. vnde & barbari generali nomine fictitio dicuntur. Continent ergo ista non tam exprobrationem infantiæ Iudæorum, quàm cõminationem grauissimam: qua significat Dominus se vlturum verbi sui contemptum, & affectatã illorum ignorantiam, sicut prædix[illegible] illis Deut. 28. 49, & vaticinatus est etiam Ieremias, 5. 15, & Ezech. 3. 5, sicut denique re ipsa vltus est eos Dominus, quum captiui Babylona traherentur. Hinc verò Paulus rectè colligit, linguarum peregrinarum vsum, ita vt eo vtebãtur Corinthij, signum esse destinatum non iis qui credunt, sed infidelibus. i. maledictionis signum qua profanos Dominus vlcisceretur, nõ benedictionis qua suos erudiret. ac proinde Corinthios posthac hoc vsu nihil aliud quam suorum infantiam prodere, quam Dominus sic vlcisceretur. Vtinam verò istius horrendæ maledictionis Dei domestica exempla nobis nõ suppeditarent eæ gentes quæ solæ hodie Christi nomine gloriantur. ¶ *Et ne sic quidem me audient*, &c. καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου, λέγει Κύριος. i. & hac quoque ratione futurum est vt eorum ignorantia augeatur. Est enim (vt dixi) in iis verbis grauissima Domini cõminatio. ac si dicat, Ne sic quidẽ castigati (vtpote captiui inter eas Gentes abducti: quarum ne linguam quidẽ percipient) attẽtiores fient ad me deinceps audiendum, quum ignota lingua loqui, non sit beneficiũ quo Deus homines erudiat, sed maledictio potius qua ingratos vlciscatur. Neq; mihi videtur commodè hîc dici posse linguarum donum fuisse signum quo Deus voluerit rudes adhuc & imperitos percellere, vt rei nouitate attoniti, Euangelium audirent. Id enim vt verum sit tamen ex illo Esaiæ loco certè elici non potest, & à Paulo satis liquet hoc linguarum donũ considerari non simpliciter, sed quatenus eo abutebantur Corinthij. Itaq; totũ hoc, *Et ita quoq; me non exaudient*, additum est à Paulo ad illustrandum Prophetæ locum, i. vt consilium Dei exponat. Non solent autẽ anxiè Apostoli syllabas numerare in citandis Scripturę testimoniis: vt qui sint eodem spiritu prędití quo & ipsi Prophetæ. Illud verò, λέγει Κύριος, *dicit Dominus*, satis notum est omnibus ferè solere prophetiis attexi.

22 *Sunt signum*, σημεῖόν εἰσιν. Σημεῖον, i. אות [*oth*,] vocat Scriptura insigne aliquod Domini factum, siue quo consoletur, siue etiam quo puniat. vt hoc loco, sicut Deut. 28. 37. Vulgata, *In signum*. Erasmus, *Sine vice*.

23 *Idiotæ*, ἰδιῶται, vel vt Erasmus, *Indocti*. Vide Act. 4. 13. Aliter enim hîc quàm paulo antè accipitur.

25 *Renuntians*, ἀπαγγέλλων. Suis videlicet ad quos fuerit ex vestro cœtu reuersus: vt ita istud linguarum donum cũ interpretatione coniunctũ, exteris etiam ad Deũ adducẽdis seruiat. ¶ *In vobis*, ἐν ὑμῖν, vel, *Inter vos*, vel, *apud vos*.

26 *Quisq.* ἕκαστος, i. si alius quidẽ Psalmũ habet, alius doctrinã, &c. Sic enim resoluẽdũ est τὸ ἕκαστος, ne quis singulos putet omnib. istis donis fuisse præditos, cuiusmodi generis dicendi exemplum aliud occurrit sup. 1. 12. ¶ *Reuelationem*, ἀποκάλυψιν. Hoc refert ad Prophetiæ, siue προφητείαν extraordinarium prorsus donum: ἑρμηνείαν ad γνῶσιν, siue ad doctores.

27 *Ad*

πλεῖστον τρεῖς, καὶ ἀνὰ μέρος· καὶ εἷς διερ-
μηνευέτω.

28 Ἐὰν δὲ μὴ ᾖ διερμηνευτής, σιγάτω
ἐν ἐκκλησίᾳ· ἑαυτῷ δὲ λαλείτω καὶ τῷ
Θεῷ.

29 Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτω-
σαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν.

30 Ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθη-
μένῳ, ὁ πρῶτος σιγάτω.

31 Δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφη-
τεύειν, ἵνα πάντες μανθάνωσι, καὶ πάντες
παρακαλῶνται.

32 Καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις
ὑποτάσσεται.

33 Οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεός,
ἀλλ' εἰρήνης, ὡς ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλη-
σίαις τῶν ἁγίων.

34 Αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις
σιγάτωσαν· οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς
λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι, καθὼς καὶ
ὁ νόμος λέγει.

---

fiat per binos, aut " *ad* plurimum ternos, & vicissim: vnus autem interpretetur.

28 Quòd si non sit interpres, taceat in Ecclesia *qui loquitur lingua*, sibiipsi verò loquatur & Deo.

29 14 Prophetæ autem " duo aut tres loquantur, & " alij diiudicent.

30 Quòd *siquid* " alij reuelatum fuerit assidenti, prior taceat.

31 Potestis enim omnes sigillatim prophetare, vt omnes discant, & omnes " consolationem accipiant.

32 Et spiritus Prophetarũ " Prophetis subiiciuntur.

33 Non enim est incompositi status *auctor* Deus, sed pacis, vt in omnibus Ecclesiis " sanctorũ.

34 ‖ Mulieres vestrę " in conuentibus sileant: nec enim permissum est eis vt loquantur, " sed *oportet* vt subditæ sint, ‖ sicut & Lex dicit.

---

tur, secundum duos, aut vt multum tres, per partes: & vnus interpretetur.

28 *Si autem non fuerit interpres, taceat in Ecclesia: sibi autem loquatur & Deo.*

29 *Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent.*

30 *Quòd si alij reuelatum fuerit sedẽti, prior taceat.*

31 *Potestis enim omnes per singulos prophetare, vt omnes discant & omnes exhortentur.*

32 *Et spiritus prophetarũ prophetis subiecti sunt.*

33 *Non enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut & in omnibus Ecclesiis sanctorum.*

34 *Mulieres in Ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & Lex dicit.*

---

14 Forma prophetiæ. Duo aut tres proponunto, reliqui diiudicanto quod propositum fuerit. Nũ sit videlicet verbo Dei cõsentaneum. Si in isto examine aliquid suppeditarit Dominus cuipiã loquendi partes ei concedũtor. Quiuis, sed suo ordine & sigillatim ad prophetandũ, quoad Ecclesiç ædificatio feret, admittitor. Alij aliorũ iudiciis se subiiciunto.

15 Mulieribus silentium in publico cœtu imperatur, præcipitur verò vt domi ex viris suis percontẽtur.

1. Tim. 2. 12. Gen. 3. 16.

---

27 [*Ad*] *plurimum*, τὸ πλεῖστον. Erasmus, *Ad summum*. Vulgata, *Vt multum*, barbarè: vt illud quoque quod κατὰ δύο vertit *secundum duos*, pro *binis*: & ἀνὰ μέρος *per partes*, pro *vicissim*.

29 *Duo aut tres*, δύο ἢ τρεῖς. Nempe vbi totidem saltem fuerint. Itaque ex hypothesi Ecclesiæ Corinthiacæ istud intelligendum est, in qua tantus fuit Prophetarum numerus vt alij aliis obstarent. Deinde non de quibusuis ex cœtu, sed de Prophetis, ad erudiendam nimirum Ecclesiam legitimè vocatis, agit Apostolus. Itaque non sunt audiendi qui hinc colligunt, quibusuis ex cœtu licere in Ecclesia loqui, & morem habendæ ab vno duntaxat concionis reprehendunt: quum nostris temporibus tam pretiosa sit prophetia vt vel vnicum pastorem multos pascere greges oporteat, tantum abest vt labor nunc sit in distribuendis multorum vicibus. ¶ *Alij*, οἱ ἄλλοι. Nimirum prophetæ, vt ostendit articulus οἱ & ipsemet mox explicat, vers. 32. Non omnes autem sunt prophetæ. vt dictum est suprà 12. 29. Itaque non potest ex hoc loco colligi omnibus ex cœtu factam potestatem publicè loquendi, vel de iis quæ ex duobus aut tribus ordine loquutis Prophetis audiuissent, iudicandi. Quid enim esset iniquius atque tumultuosius, Apostolo mox non quibusuis sed Prophetis subiiciente de Prophetica doctrina iudicium? Totum autem hunc ordinem apparet ex Iudaicarum synagogarum more desumptum, in quibus post lectionem ex Mosis & Prophetarum receptorum scriptis recitatam, subiiciebantur exhortationes: hac consuetudine, quod ad Prophetarum quidem libros attinet, proculdubio ab Ezra post reditum ex captiuitate, cœpta: cuius exemplum habemus Luc. 2, 46. & Act. 13. 15. ex quibus etiam locis liquet, priuatis quoque assidentibus licuisse, non quidem docere, sed tamen doctores percontari, modò id ritè & citra tumultum fieret. Et hũc refero quod de Stephano scribitur Act. 6. 9. Imò si quando res ita tulisset, & iis qui in Synagogis præerant libuisset, nonnullis concedebatur vt extra ordinem docerent, & exhortarentur, vt factum videmus Paulo & Barnabæ Act. 13. 15. Quod autem de Christo scribitur Luc. 4. 16. prorsus extraordinarium fuit, & eo iure factum quo in templo & vbique docuit: quamobrem etiam ab eo quæsiuerunt ordinarij doctores, qua auctoritate istud faceret. Matt. 21. 23. Nec propterea tamen auditores prohibentur Spiritus probare, & à pseudoprophetis cauere, sed constituitur ordo tum in docendo, tum in probanda doctrina: qui Corinthiis quidem eo tempore conueniret nisi fortassis arbitramur omnes Ecclesias tanto spiritualium donorum numero abundasse.

30 *Alij*, ἄλλῳ, nempe Prophetæ. Nam alioqui non conueniet ratio quæ subsequitur, quum prophetare ij demum possint qui prophetandi dono præditi sunt, & quidem legitimè vocati: vt nullus temere locus detur repentino cuipiam & extraordinario afflatui, quo vix quicquam est in Ecclesia periculosius. Neque etiam iis assentior qui hoc accipiunt de aliis præter istos ternos. sed quod de binis vel ternis dixerat Apostolus, iam ab eo explicatur, sed ea nimirum conditione intelligendum si priore loquuto, alius habeat quod dicat, & quo prius dicta vel illustrentur, vel amplificentur, vel etiam, si sit opus, citra contentionem, refellantur, vt ex subiecta ratione liquet.

31 *Omnes*, πάντες. nimirum Prophetæ. Ergo non quiuis ex cœtu: imò nonnisi ad prophetandi munus legitimè ordinati. Non enim, vt idem ait alibi, omnes sunt prophetæ. Prophetare autem velle absque prophetandi dono & vocatione, quæ fuerit audacia? ¶ *Sigillatim*, καθ' ἕνα. Non eodem sanè die, sed, vt ante dixit, ternis in singulis cõuentibus ordine in orbem loquendi vices habituris. ¶ *Consolationem accipiant*, παρακαλῶνται. Vel exhortationem accipiant. Nã τὸ παρακαλεῖν tũ hortari, tũ consolari declarat.

32 *Spiritus Prophetarum*, πνεύματα προφητῶν. Id est, doctrina quam adferunt Prophetæ, afflati Spiritu Dei. Sunt enim multi pseudoprophetæ, sunt falsi afflatus, qui ipsis veris alioquin Prophetis imponant. Ideo iubet etiam Iohannes probari Spiritus, an ex Deo sint videlicet. Nam quod ex Deo esse constiterit, hominum probatione nõ eget, 1. Ioh. 4. 1. ¶ *Prophetis*, προφήταις. Non igitur omnibus, quum non sint omnes prophetæ.

33 *Vt in omnibus*, ὡς ἐν πάσαις. Vel hæc sunt cum versiculo præcedente construenda, præcedente membro per parenthesin incluso: vel subaudiendum aliquid, ac si scriptum esset, *vt apparet in omnibus Ecclesiis*. ¶ *Sanctorum*, τῶν ἁγίων. In vno cod. & apud Ambrosium additur διδάσκω, *doceo*: fortassis ex cap. 4. 17. Arabs autem interpres supplet verbum γίνεται *fit*. Cæterùm in Claromontano codice huic versiculo subiiciuntur versiculi 36. 37. 38. 39. 40. quibus postea attexuntur 34. & 35: & ita fortasse melius ista videri possint cohærere.

34 *In conuentibus*, ἐν ἐκκλησίαις. Vulg. *In Ecclesiis*. non satis aptè hoc in loco, & sequenti etiam versiculo, quòd mulier etiam in Ecclesia sit (i. ex fidelium numero) quũ domi est, nec tamen silere iubeatur nisi in publico Ecclesiæ cœtu. ¶ *Sed [oportet] vt subditæ sint*, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι. Subaudiendum est cognatæ significationis verbum, vt alibi diximus. Sic 1. Tim. 4. 3. quum præcessisset κωλυόντων γαμεῖν, *prohibentium matrimonium contrahere*, subiicitur ἀπέχεσθαι βρωμάτων, pro καὶ κελευόντων ἀπέχεσθαι, *& iubentium abstinere*. In duobus codicibus scriptum habetur, ὑποτασσέσθωσαν, *subijciantur*.

Huius autem interdicti rationem non tantùm suggerit ipsum Dei verbum, quo mulier subiicitur viro, sed ipsum ius Gentium, communi huius vitæ vsu, nedum vt Euangelij vsum fas sit ipsis attrectare. Vnde illud quod extat l.1.C. Theod.de sept.Virg. Mulierem à postulationibus & testimoniis, omnibúsque rebus iudiciariis antiqui penitus remouerunt. Nec permittit Leo Imper.Nouel.48.mulieres adhiberi testes in contractibus. Et insigne huius rei exemplum extat apud Plinium lib.de Viris Illustr. de Sempronia Gracchorum sorore. Dei tamen Spiritus agit quoties libuit extra ordinem, vt & de Debora, Holda & Philippi Filiabus legimus. Neque etiam propterea censendæ sunt abolendæ eorum populorum leges, quæ fœminis etiam ius regnandi tribuunt, vt nostra memoria bis Angliæ regno patriis legib. contrario tamen prorsus exitu euenit, quum Maria quidem nihil fuerit immanius: inclyta verò illa Elizabetha pietate, prudentia, moderatione, iustitia omnium qui vnquam extiterunt regum laudem æquauerit, immo etiam plurimos ex illis omni virtutum genere, ipsáque adeò felicitate superauerit.

---

35 Εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν. αἰσχρὸν γάρ ἐστι γυναιξὶν ἐν ἐκκλησίᾳ λαλεῖν.

36 Ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν; ἢ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησεν;

37 Εἴ τις δοκεῖ προφήτης εἶναι ἢ πνευματικός, ἐπιγινωσκέτω ἃ γράφω ὑμῖν, ὅτι τοῦ Κυρίου εἰσὶν ἐντολαί.

38 Εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω.

39 Ὥστε, ἀδελφοί, ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν, καὶ τὸ λαλεῖν γλώσσαις μὴ κωλύετε.

40 Πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω.

35 Quòd siquid discere volunt, domi suos viros interrogent. nam turpe est mulieribus in Ecclesia loqui.

36 16 An à vobis sermo Dei profectus est? an ad vos solos deuenit?

37 Siquis sibi videtur Propheta esse, aut spiritualis, agnoscat, quæ scribo vobis, esse Domini præcepta.

38 17 Qui verò ignarus est, ignarus esto.

39 18 Itaque fratres, affectate prophetiam, & loqui linguis ne prohibete.

40 Omnia verò decenter & ordine fiant.

35 *Siquid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.*

36 *An à vobis verbũ Dei processit? aut in vos solos peruenit?*

37 *Siquis videtur Propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mãdata.*

38 *Siquis autem ignorat, ignorabitur.*

39 *Itaque, fratres, æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere.*

40 *Omnia autem honestè & secundum ordinẽ fiant in vobis.*

16 Vniuersalis conclusio tractatus de donorum spiritualium in cœtibus legitimo vsu cum aspera obiurgatione, ne soli sapere Corinthij sibi videantur.

17 Pertinaciter ignaros, nec se doceri sustinentes, nihil debet curare Ecclesia, & nihilominus pergere in iis quæ recta sunt. Galat.1.11.

18 Prophetia in Ecclesiis omninò retinẽda, linguarum donum non prohibẽdum, sed ordine facienda sunt omnia.

Κεφάλαιον ιε.

CAP. XV.

1 Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ εὐαγγέλιον ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρελάβετε, ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε.

2 Δι' οὗ καὶ σῴζεσθε, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, εἰ κατέχετε· ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῆ ἐπιστεύσατε.

3 Παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις ὃ καὶ παρέλαβον, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφάς·

4 Καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, κατὰ τὰς γραφάς·

5 Καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα.

6 Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ. ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν.

7 Ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ· εἶτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν.

8 Ἔσχατον δὲ πάντων, ὡσπερεὶ τῷ ἐκ-

1 1 Cæterùm vobis notum facio, fratres, Euangeliũ quod euangelizaui vobis, quod & accepistis, in quo etiam statis:

2 Per quod etiam, si retinetis quo sermone vobis euangelizauerim, seruamini: excepto nisi si frustra credidistis.

3 Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, Christum videlicet mortuum esse pro peccatis nostris, secundum Scripturas:

4 Et sepultum fuisse, & excitatum tertio die, secundum Scripturas:

5 Et visum fuisse Cephæ, deinde duodecim illis.

6 Postea visus est amplius quàm quingentis fratribus semel: ex quibus plerique manent vsque adhuc, quidam autem obdormierunt.

7 Postea visus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus.

8 2 Vltimo verò omnium ve-

1 *Notum autem vobis facio, fratres, Euãgelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis.*

2 *Per quod & saluamini, qua ratione prædicauerim vobis, si tenetis: nisi frustra credidistis.*

3 *Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas:*

4 *Et quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundum Scripturas:*

5 *Et quia visus est Cephæ & post hoc vndecim.*

6 *Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt.*

7 *Deinde visus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus.*

8 *Nouissimè autem o-*

Esa.53.5

Ioan.2.1
1.pet.2.24

Ioan.20.19

Act.9.4
rom.9.3
ephes.3.8

1 Sextus huius epistolæ tractatus de Resurrectione. Vtitur autem transitione: primùm ostendens, se nihil noui adferre, vt Corinthij intelligerent se à recto cursu cœpisse deflectere: deinde non agi de re leuicula, sed de altero Euangelij capite, quo amisso, fidem eorum oporteat euanescere. Et ita demum ab ipsius Christi resurrectione hanc tractationem inchoat, nostræ videlicet fundamento, eámque primùm scripturarum, deinde Apostolorum, & amplius quàm quingentorum fratrum, suo denique testimonio, confirmat.

2 Obiter authoritatem sui Apostolatus asserit, quam maximè intererat summam esse apud Corinthios, vt hæc epistola suum apud eos pondus obtineret. Interim autem, diuino quodam artificio sese cum quibuslibet ita comparat, vt se infra omnes deiiciat.

---

37 *Spiritualis*, πνευματικός, i. In rebus spiritualibus cognoscendis ac diiudicandis eruditus: cui opponitur tũ carnalis, tum qui adhuc infans est in Christo, vt suprà, 3.1.

38 *Ignarus esto*, ἀγνοείτω. Vulgata, *Ignorabitur*. quam lectionem sequuntur commentaria Hieronymo inscripta. & Ambrosius quoque referens ad id quod scriptum est Matt. 7.23. Sed & in vno Græco codice scriptum inuenimus ἀγνοεῖται, *ignoratur*. Mihi verò magis arridet recepta lectio, quæ fortassis ita commodissimè potest explicari, ac si diceret Apostolus, Qui inter vos præditus est intelligentia, is agnoscat ea quæ dico, à Spiritu Dei proficisci, itaque hæc nostra sedulò obseruet: qui verò ignarus est, ignarus esto: id est, hanc suam ignorantiam agnoscat, neque turbet Ecclesiam, sed peritiorum iudicio acquiescat. vel potius contemnitor, vt sibi in sua ignorantia placens. Vnde enim turbæ magna ex parte, nisi quòd imperiti nolunt imperiti esse, sed peritiorum locum occupant? Cæterùm τὸ ἀγνοεῖν non verti *Ignorare* cum Vetere interprete & Erasmo, quia absolutè ponitur, vt apparet ex antithesi: qua de re diximus suprà, 12.1.

40 *Decenter*, εὐσχημόνως. Id est κατὰ τὸ πρέπον, vt etiam accipi diximus τὸ εὔσχημον suprà, 7. versu 35 & 36.

¶ *Fiant*, γινέσθω. Vetus interpr. addit *In vobis*, ἐν ὑμῖν, id est, *inter vos*.

IN CAPVT XV.

1 *Cæterum vobis notum facio*, γνωρίζω δὲ ὑμῖν. Huiusmodi transitionib. vti solet Apostolus quæ sint præfationis instar vt suprà, 12.1. Pertinet igitur hoc procemium ad aliũ locum huius epistolæ, qui penè vnus sit in hac epistola δογματικός, nempe de mortuorum resurrectione: de qua mirum nõ est fuisse magnopere Corinthi & inter Græcos philosophos, vt de re quæ ipsis planè videretur delirio similis, disputatũ: vt apparet nominatim ex Act.17.32. quum in ipso Dei populo floreret Sadducæorum secta, istud dogma ex professo deridentium. Deinde verbum γνωρίζω, nõ verti *notum facio*, cũ Erasmo & Vetere interprete, vt & nos sæpe sumus interpretati. nec enim ad illos Apostolus de re noua aut inaudita scribit, vt ipse disertè significat. sed quod illos de resurrectione in genere docuerat, nũc ista exorta cõtrouersia, vult explicatiùs ab ipsis intelligi; frangat enim, inquit ille, nucleũ oportet, qui nucẽ esse vult. ¶ *In quo etiam statis*, ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε. i. quod adhuc etiam profitemini, vel, per quod etiã datũ est vobis, vt erecti stetis: sicut eadẽ formula accipitur Rom.5.2. & standi verbum suprà, 10.12. Sed & præterito tẽpore possumus interpretari ad verbũ, ἑστήκατε, *stetistis*. Ac si dicat Apostolus se proponere quod non simpliciter sint amplexi, sed ita vt ad hoc tempus in eo constanter perseuerarint: quo turpior esset inconstantia si nunc deficerent.

2 *Si retinetis quo sermone vobis euangelizauerim*, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν εἰ κατέχετε. Manifesta est traiectio, quæ in Latino sermone minùs est vsitata, ac proinde obscurior quàm in Græco. Similes autẽ alias annotauimus Ioh.8.25. Act.1.2. Rom.8.3. itẽ sup.14.37. & inf.v.11. & sparsim aliis multis locis. Syrus tamen interpres expuncta εἰ legit κατέχετε, videlicet *memoria*. Claromontanus autem codex habet, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν ὀφείλετε κατέχειν. *Quo illo sermone vobis euangelizauerim debetis retinere*. i. par est vos esse memores. Cæterùm λόγος quem Vulgata vertit *Rationem*, declarat hoc in loco non tam ipsas Pauli voces, quàm doctrinam, quanuis alibi moneat vitandas phraseon & ipsorum verborum nouationes.

¶ *Nisi si frustra credidistis*, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῆ ἐπιστεύσατε. Hoc pertinet ad verbum σῴζεσθε, *seruamini*, non ad κατέχετε, *retinetis*. Nam argumentatur ab absurdo: vel ipsos videlicet frustrà credidisse Euangelio (quod pro absurdo & ἀδυνάτῳ assumit, ad fideles scribens) vel eorum salutẽ in eo Euangelio esse positam, cuius, inquit, Euangelij vel præcipuum caput est resurrectio mortuorum. Quibusdam placet subaudire copulam, ex Hebræorum idiotismo, quasi scriptum sit καὶ ἐκτὸς εἰ μή, *& nisi*. Sed hac ratione videretur τὸ ἐκτὸς redundare.

3 *Accepi*, παρέλαβον, à Christo videlicet. Gal.1.12.

5 *Cephæ*, Κηφᾷ. Hæc apparitio ab Euangelistis non commemoratur, vt nec illa Iacobi: testantibus etiam ipsis omnes illius apparitiones totis illis 40 diebus exhibitas, non fuisse sigillatim à se præscriptas, Ioan.20.30. Cæterùm si quod mox de quingentis fratribus dicitur ad ascensionem referatur, transpositos fuisse dixerim vers.6. & 7 quum huc illis præponi oportuerit. ¶ *Illis duodecim*, τοῖς δώδεκα. Sic legi in omnibus quos vidi codicibus Græcis, excepto Claromontano, qui habet τοῖς ἕνδεκα, *illis vndecim*. Ita etiam legit Vulgata, licet articulo non rectè prætermisso. Ambrosius etiam habet, *vndecim*, neque diuersam lectionem citat. Variasse autem Græcos codices hoc in loco apparet ex Græcis scholiis, & Chrysostomo, & Augustino quoque, lib. de consensu Euangelist.3, ca.25. Hinc orta quæstio quo modo dicatur duodecim qui tamẽ vndecim tantùm erant, Matthia nondum tunc allecto: cui expediendo nodo multa incommodè profectò afferuntur. *Fuerunt*, inquiunt, *isti duodecim ex turba discipulorum, non autem ex illorum selectorum*. Atqui istud non patitur additus articulus τοῖς. Matthiam igitur alij volunt, quanuis nondum allectum, casu tamen fuisse tunc cum Apostolis vndecim, & sic illos duodecim, προλήψει quadam sequuturæ allectionis, vocatos. Sed hoc qua tandem vel leuissima coniectura nititur? Denique (inquit Chrysostomus) verisimile est post assumptionem etiam visum. Imò (quod tanti viri pace dictum esto) nec verum istud est, nec verisimile, testante Petro Act.3 fore vt ad vltimum illum diem cælis secundum carnem contineatur. Fuerit tamen sanè post assumptionem visus, sed in cælo, vt Stephano, & Paulo in via, & in ecstasi in tertium vsque cælum abrepto, aut in somnis, non corporali, sed spirituali visione, vt eodem Paulo Act.27.23. Paulus autem hoc loco quīnam duplex visionis tam diuersum genus in vnum conflaret? Et vbi illa Matthiæ in hoc contextu mentio? Seruaui tamen receptam in codicibus Græcis scripturam, quæ hac vna ratione (vt mihi quidem videtur) commodè explicari potest, quòd communi & vsitato inter omnes Christi verè pios asseclas, cœtus ille selectorum domesticorum ipsius nomine τῶν δώδεκα intelligeretur: quæ appellatio etiam postquam proditor ille excidisset, tamen adhuc permanebat. Sed longè maior difficultas hîc occurrit, quam miror non fuisse potius animaduersam & explicatam. Nam si dicere voluit Paulus Christum siue coram vndecim, siue duodecim illis, apparitione vera fecisse resurrectionis suæ fidem: cur ταυτολογίᾳ manifesta vtens, mox diceret illum apparuisse τοῖς πᾶσιν ἀποστόλοις? Nam articulus τοῖς omnino istos à cæteris discipulis distinguit, & Paulus addidisset particulam πάλιν, id est rursus, si quum sæpius toti illorum cœtui sese stiterit, hanc apparitionem vt postremam ab illa priore distinguere voluisset. Denique particula ista πᾶσιν manifestè declarat Paulum ab aliis particularibus quas commemorat apparitionibus istam discernere voluisse. Quid ergo? Si quis est in hac codicum varietate, & vbi de fide & doctrina ipsa non agitur, coniecturæ locus, probabile mihi potius videtur neque τοῖς ἕνδεκα, neque τοῖς δώδεκα: Sed τοῖς δέκα, id est, *decem illis*, scriptum fuisse, & insignem illam inter cæteras apparitionem designari quæ narratur Ioan.20.19, & 24. quum à collegis suis Thomas abesset. qua apparitione tum illam alteram octo post diebus sequutam, tum illam vltimam quæ Mar.16.14. explicatur Apostolus distinguat particula πᾶσιν. Sed hæc nullius præiudicio dicta sunto.

6 *Amplius quàm quingentis*, ἐπάνω πεντακοσίοις. Ad verbum, *Supra quàm quingentis*, si verum est quod admonet Erasmus subaudiri ἢ, id est *quàm*, vt quum dicimus, plus mille: quum alioquin ἐπάνω secundo casu iungatur, vt Marc.14. versu 5. hîc verò non potuit scribi ἀδελφῶν propter verbum ὤφθη. Quid si verò scriptum erat ἐπάνω τῶν ἀδελφῶν, id est πεντήκοντα, *quinquaginta*? Nam certè mirum est quingentos hîc fratres commemorari, quum postea coacto vniuerso cœtu in ipsa vrbe Hierosolymorum, (in qua vna tum videtur fuisse species Ecclesiæ) numerentur duntaxat centum & viginti, Act.1. versu 15. Sed tamen in tanto codicum & veterum interpretum consensu, nihil censeo mutandum cõiectura. Chrysostomus verò ἐπάνω interpretatur ἄνωθεν, id est, *cælitus*, siue *è sublimi*, quasi ista sint ad ascensionem referenda. Verùm si hæc interpretatio admittatur, necesse fuerit dicere, vel Apostolum neglexisse historiæ ordinem, vel duplicem illam apparitionem, cuius sit mentio versu 7. post ascensionem contigisse, vt & illam Pauli in ecstasi factam, vt ipsemet explicat 2.Corint.12. 2. quorum neutrum concessero, nisi quis idoneas rationes adferat. Imò idem Chrysostomus homilia in Symbolum 2. refert istud aliquatenus ad eos qui cum Christo resurrexerant: quam sententiam si sequeris, ἐκοιμήθησαν vertendum fuerit *Obdormierant*, per præteritum plusquam perfectum. ¶ *Semel*, ἐφάπαξ. Id est, non diuisim, sed vnà, eodémque tempore. pro quo dicimus in vernaculo nostro sermone *à vne fois*. Vulgata & Erasmus, *Simul, duo*. ¶ *Manent*, μένουσι. In vita videlicet, vt Ioan.21.22.

τρώματι, ὤφθη κἀμοί.

Eph. 3.7

9 Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, διότι ἐδίωξα τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.

10 Χάριτι δὲ Θεοῦ εἰμι ὅ εἰμι· καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ, οὐ κενὴ ἐγενήθη, ἀλλὰ περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί.

11 Εἴτε οὖν ἐγὼ, εἴτε ἐκεῖνοι, οὕτω κηρύσσομεν, καὶ οὕτως ἐπιστεύσατε.

12 Εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγουσί τινες ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν;

13 Εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται.

14 Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ὑμῶν.

15 Εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ· ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστόν· ὃν οὐκ ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται.

16 Εἰ γὰρ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται.

17 Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία ἡ πίστις ὑμῶν· ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν.

18 Ἄρα καὶ οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ, [illegible]ώλοντο.

19 Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν

lut abortiuo, visus est etiam mihi.

9 ‖ Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, propterea quod persequutus sum Ecclesiam Dei.

10 Sed gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius, quæ in me *collata est*, non fuit inanis, sed amplius quàm illi omnes laboraui: non ego tamen, sed gratia Dei quæ mecum *est*.

11 Et ego igitur & illi ita prædicamus, & ita credidistis.

12 3 Quòd si Christus prædicatur ex mortuis excitatus esse, quomodo dicunt quidam inter vos, non esse resurrectionem mortuorum?

13 4 Nam si resurrectio mortuorum non est, Christus quoque non est suscitatus.

14 5 Quòd si Christus non est suscitatus, vanum videlicet *est* præconium nostrum, vana autem *est* etiam fides vestra.

15 Inuenimur autem etiam falsi testes Dei: quoniam de Deo testificati sumus, eum suscitasse Christum: quem non suscitauit, si videlicet mortui non excitantur.

16 6 Nam si mortui non suscitantur, Christus quoque non est suscitatus.

17 Quòd si Christus non est suscitatus, inanis est fides vestra: 7 adhuc estis in peccatis vestris.

18 8 Nempe & qui dormiunt in Christo, perierunt.

19 9 Si in hac solùm vita spe-

minimum, tanquam abortiuo, visus est & mihi.

9 *Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persequutus sum Ecclesiam Dei.*

10 *Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.*

11 *Siue enim ego, siue illi, sic prædicamus, & sic credidistis.*

12 *Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est?*

13 *Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit.*

14 *Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & fides vestra.*

15 *Inuenimur autem & falsi testes Dei: quoniam testimonium diximus aduersus Deum quòd suscitauerit Christum: quem non suscitauit si mortui non resurgunt.*

16 *Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.*

17 *Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra: adhuc enim estis in peccatis vestris.*

18 *Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt.*

19 *Si in hac vita tantùm*

3 Primum argumentum, ei de resurrectione à mortuis. Christus resurrexit, ergo resurgunt mortui.
4 Secundùm ab absurdo. Si non est resurrectio mortuorum, Christus non resurrexit.
5 Probatio illius absurdi ab aliis absurdis. Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio Euangelij, & vana est fides quam ei habuistis, & nos mendaces sumus.
6 Repetit idem argumentum ab absurdo explicatius, quomodo inanis sit fides sublata Christi resurrectione.
7 Primò, cum Mors sit peccatorum pœna, frustra crederemus remissa esse nobis peccata quæ maneant: manent autem peccata, si Christi mortem non excepit eiusdem resurrectio. 8 Secundò, quia nisi Christi resurrectio statatur, perierunt omnes in Christo mortui. Quis ergo fuerit fidei fructus? 9 Tertium argumentum, quod & ipsum ab absurdo petitum est, quia nisi altera vita statuatur, in qua beati sint qui in Christum sperant, nihil esset illis miserius, vt qui in hac vita sint calamitosissimi.

9 *Dignus*, ἱκανός. Vide Matth. 3.11.

10 *Gratia Dei quæ mecum* [*est*,] ἡ χάρις Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. Vulg. *Gratia Dei mecum*, neglecto articulo: cuius vim tamen obseruauit etiam Hieronymus aduersus Pelagianos. Certè inepti sunt sophistæ, qui ex hoc insigni loco, ineptè conuerso, volunt liberi arbitrij meritum stabilire. nam etiam si non esset adscriptus articulus, debuerant tamen animaduertere, Paulum ita seipsum facere gratiæ administrum, vt illi omnia tribuat. Sic enim laboraui, inquit, vt tamen non ego, sed gratia Dei quæ mihi adfuit, & per quam sum quicquid sum, per me omnia effecerit. Deinde, si libertas ipsa arbitrij ex seruitute peccati, accepta ferenda est prorsus non naturæ, quæ sese peccato totam mancipauit, sed gratiæ regeneranti, cui tribuenda fuerint ipsius libertatis effecta?

11 *Et ego igitur*, εἴτε μὲν οὖν ἐγώ. Iterum εἴτε pro καί, vt suprà, 13. versu 8. & hîc desinit Propositio tractationis, incipiente deinceps Confirmatione vsque ad versiculum 32. finientem.

13 *Nam si resurrectio*, εἰ δὲ ἀνάστασις. Vulgata, *Si autem.* Erasmus, *Porro si*, &c. Sed præstat hîc quoque accipere δὲ pro δή.

14 *Vanum est*, κενόν. Hinc disce quinam hæretici tollant fundamentum fidei, ideóque sint prorsus intolerabiles, nempe, Qui scriptis Propheticis & Apostolicis non acquiescentes, cudunt nouos fidei articulos, vel semel positos tollunt vel directè, vel necessaria consecutione.

15 *De Deo*, κατὰ τοῦ Θεοῦ. Sic vsurpant Dialectici hanc præpositionem, vt significent attributum dici de subiecto. Vulgata, *Aduersus Deum*, nam hoc certè in Dei iniuriam redundat quod ei falsò tribuitur. Alij, *A Deo.* Nam κατά interdum idem declarat quod ἀπό vel ἐκ, vt Matth. cap. 8. versu 32. Marc. 5, 13 & Luc. 8.31. κατὰ τοῦ κρημνοῦ, sed addito verbo ὥρμησε: ex quo facilè deprehendi possit ea significatio.

17 *Adhuc, in.* Vulgata, *Adhuc enim, in* ἔτι γάρ, quæ lectio mihi non displicet. Esse autem in peccatis, declarat nec sanctificatum esse, nec peccatorum remissionem consequutum. Pendet enim nostra Viuificatio à Christi resurrectione, Mortificatio verò veteris hominis & peccatorum Remissio ab eiusdem morte, Rom. 6.4. Mors autem Christi inefficax est, si Christus in morte mansit.

19 *Solùm*, μόνον. Notanda est in primis traiectio huius particulæ, qualis est Ro. 4.16. vt cohæreat cum ταύτῃ, sicut nos coniunximus. Nam alioquin reprehenderetur qui in solo Christo spem suam in hac vita collocauit. Cæterùm, *In hac vita*, declarat, *Huius vitæ gratia*, siue, Ita vt hæc fides aliud quàm hanc vitam non respiciat, nam ex Hebr. idiotismo ἐν id est Beth, hoc loco idem valet atque בעבור [*bahabur*,] id est propter. ¶ *Miserrimi*, ἐλεεινότεροι. i. *miseriores.* vt suprà, 13.13.

ἐν Χριστῷ μόνον, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν.

20 Νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν· ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο.

21 Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν.

22 Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται.

23 Ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι· ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ Χριστοῦ, ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ.

24 Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ πατρί· ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν.

ramus in Christum, miserrimi omnium hominum sumus.

20 10 Nunc autem Christus suscitatus est ex mortuis: ‖ 11 primitiæ dormientium factus est.

21 12 Quia enim per hominem mors, per hominem quoque resurrectio mortuorum.

22 Sicut enim in Adamo omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

23 13 ‖ Vnusquisque autem suo ordine: primitiæ Christus, postea qui sunt Christi, in aduentu ipsius:

24 14 Deinde *erit* finis, quum tradiderit regnum Deo ac Patri: quum euanescere fecerit omne imperium, & omnem potentiam & virtutem.

in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

20 *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium.*

21 *Quoniam enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.*

22 *Et sicut in Adamo omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.*

23 *Vnusquisque autem in suo ordine: primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi, in aduentum eius:*

24 *Deinde finis, quum tradiderit regnum Deo & Patri: quum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem.*

Coloss. 1.18
Apoc. 1.5

10 Conclusio superiorum argumentorum, Christus ergo resurrexit.
11 Eandem conclusionem statuit pro enthymematis sequentis antecedente: Christus resurrexit, ergo & nos fideles (de iis enim hîc agit) resurgemus. Additur prima huius consequutionis ratio, quia Christus nobis non vt priuatus aliquis sigillatim & per se considerandus proponitur, sed vt primitiæ. Assumit autem quod omnibus notum erat, totum videlicet cumulum in primitiis sanctificari. 12 Altera eiusdem consequutionis probatio, quia Christus considerandus est velut Adamo oppositus, vt sicut ex vno homine Adamo propagata mors est, sic etiam ex vno homine Christo propagetur vita: id est, vt omnes fideles, sicut, quia natura ex Adamo orti sunt, moriuntur, sic, quia in Christo Filij Dei facti sunt ex gratia, ab eo viuificentur.
13 Duo simul agit. Declarat enim sic communem esse Christo cum suis omnibus resurrectionem, vt tamen ipse & tempore (primus enim iam resurrexit) & dignitate emineat, quoniam ab eo & in eo est nostrum omnium vita ac gloria. Deinde hac occasione ad proximum argumentum transit.
14 Quartum argumentum quo etiam confirmantur reliqua. Nititur etiam validissimo fundamento, quòd videlicet oporteat Deum regnare. hæc autem sit huius regni ratio, vt velit Pater in Filio suo homine facto, rex demonstrari, cui omnia preter ipsum promittentem subiiciantur, vt ipse pater postea in Filio victore triumphet. Huius autem dominationis filij in qua posita est Patris gloria, duas partes facit, nempe hostium debellationem (quorum alios oporteat omni potestate priuari, & Satanam & impios omnes, quantumuis potentes & superbos: alios verò prorsus aboleri, vt mortem) & piorum plenam ac integram ab omnibus hostibus assertionem: vt hoc modo Deus plenè in Ecclesiæ corpore vnà cum Christo capite suo cohærente regnum ac gloriam suam, veluti rex in subditis suis, patefaciat. Huius porrò regni primum gradum in Filij capitis resurrectione ponit: complementum verò in integra membrorum cum capite coniunctione, vltimo illo die futura: omnia porrò ista huc pertinent vt doceat, nisi resurgant mortui, nec Patrem, summum regem, nec Christum omnium dominum haberi posse. Nec enim domita esset Satanæ & mortis potestas, nec plena Dei in Filio suo & filij ipsius in suis membris gloria.

20 *Primitiæ*, ἀπαρχή. Christus enim primus (cæteris qui diuinitus à mortuis, ante & post ipsum suscitati leguntur, rursum mortuis) simul resurrexit, & æternam vitam recepit Act. 13.34. & omnibus suis causa est resurrectionis futuræ ad vitam æternam: sicut primitiæ oblatæ reliquorum fructuum cumulum sanctificabant. Credentes autem intellige. Nam aliis cum Christo nihil commune est, neque Christi mortis beneficio resurgunt qui extra Christum sunt, licet diuina vi, sed ex maledictionis formula, quæ mortem quoque æternam (& quidem potissimum) comprehendit. Non esset enim æterna hæc pœna quæ Mors secunda appellatur, nisi in illam æternam simul & maledictam vitam rursum animarentur illorum corpora: quæ propterea non Vita, sed Mors æterna vocatur. ¶ *Dormientium*, κεκοιμημένων. Id est, *mortuorum*, quod nonnulli perperam ad paucos illos referunt cum Christo ipso excitatos à mortuis, Matth. 27.55. Quorsum enim istud Paulus? Credentes tamen hîc solos intelligi constat ex ipso huius resurrectionis ἀιτίᾳ, nempe ex credentium cum Christo vnione. Sed & in eo falli nonnullos arbitror, qui sanctos illos quorum sepulchra simul cum illo Christi aperta simul testata sunt illos cum suo capite resurrexisse, rursus mortem obiisse, & in sua sepulchra reuersos opinantur. Nam cur non potiùs cum suo capite vt resurrexisse, sic etiam singulos iam tum æterna cum illo vita fuisse donatos credamus? vt huc referatur quod de Christi supra cælos ascendentis triumpho ex psalmis recitatur, Eph. 4.6. & hæc proculdubio illa est captiuitas ad quam refertur illa patrum liberatio ex Limbi quem vocant carcere.

22 *Omnes viuificabuntur*, πάντες ζωοποιηθήσονται. Castellio, *Omnes reuiuiscent.* Sed notandum est verbum passiuum, quod declarat eos non suapte vi sed aliena resurgere: quæ emphasis verbo reuiuiscendi non exprimitur. Tanti est momenti vestigiis Apostoli potius insistere quàm verba quædam vt parum Latina refugere. Cæterùm, quod dicit omnes per Christum viuificatum iri, dexterè intelligendum est. Liquet enim tum ex superioribus, veluti ex illis absurdis ex quibus Apostolus duxit argumenta, tum etiam ex proximo versu in quo istud ad eos restringit qui sunt Christi, & denique ex iis, quæ subiicit de corporibus cum gloria resurrecturis: ex iis, inquam liquet Apostolum solis fidelibus ista scribere, & de illorum duntaxat resurrectione disserere. Nam alioqui si negotium illi fuisset cum Epicureis, longè alia adhibuisset argumenta. Risissent enim illi hæc omnia, & Christum non resurrexisse, vanam esse hanc prædicationem ac fidem, stultos esse Apostolos dixissent, ac proinde elusissent omnia Pauli argumenta. Itaque τὸ πάντες hîc quoque, vt aliquoties in hac eadem epistola, veluti 8.1. & 9.25. & 10.33. restringendum est ad id de quo agitur: idque non in hoc tantùm membro, sed etiam in altero superiore isti opposito faciendum censeo. Quamuis enim vniuersaliter & sine exceptione verum sit totum humanum genus factum morti obnoxium in Adamo, tamen idem vniuersale signum, in hoc vtroque comparationis eiusdem membro debet simili sensu explicari, ac proinde ad solos in gloriam resurrecturos restringi.

23 *Primitiæ*, ἀπαρχή. Hoc vocabulo parat sibi aditum ad sequentia. Necesse est enim vt primitiarum & totius cumuli eadem sit ratio. At Christus iam mortis est victor, quod assumit Paulus tanquam extra controuersiam positum. Ergo & nos oportebit post illum itidem, id est vltimo illo die superata morte in æternam vitam resurgere.

24 *Finis*, τέλος. Id est finis mundi & regni Christi complementum, siue perfectio: quoniam quod inchoatum est, tum demum perficietur. Mentionem enim fecit futuræ viuificationis, quæ à Christo cœpit, & aduentu Christi non finietur, sed conficietur potius. Alios video hoc referre ad abolitionem de qua statim disserit: quod mihi non latis arridet. Puto enim potius Apostolum duo proponere, nempe perfectionem regni Christi, deinde qua in re sit posita ista consummatio, nempe in omnium hostium abolitione, & membrorum ipsius plena viuificatione, ac demum sic intelligendam esse hanc perfectionem, vt tamen Deus semper emineat, quæ omnia probat sequentibus versiculis, vt inde confirmet resurrectionem fidelium futuram.

¶ *Deo ac patri*, τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Articulus vtrique coniuncto nomini communis ostendit vnum & eundem notari qui sit Deus & pater Christi, siue vt [illegible], personaliter, siue distinctè quatenus est Deus patri. Quid ergo iam nondum regnat Pater? Regnat certè: sed ita vt, quoniam adhuc magna mundi pars & potestates tenebrarum ei resistunt,

hoc respectu videatur rex non esse, quoniam pro rege à plerisque non habetur: ideóque quotidie petimus vt regnum ipsius adueniat. Dicitur ergo Christus regnum Deo Patri traditurus, id est, debellatis omnibus hostibus, Patrem velut in regnum plenè constituturus, videlicet respectu eorum qui ab ipso desciuerant, quorum alios perdomuerit, alios Patri reconciliarit vltimo demum illo die quo profligatis omnibus ad vnum hostibus, omnes quos à Patre gubernandos accepit, illi veluti in manus tradet æterna gloria coronandos. An verò tunc non regnabit Filius? Maximè verò, quum regni eius non sit finis, de quo mox dicemus, versu 28. ¶ *Quum euanescere fecerit*, ὅταν καταργήσῃ. Assentior iis qui hoc referunt ad regni Christi hostes, in quorum medio nunc dominatur. Nam enim vera est sententia eorum qui omnem etiam iustam gubernationem tum Ecclesiasticam tum politicam, tunc desituram aiunt quum cessabit istius mundi cursus: tamen spectandū puto qua de re agatur, nempe an Christi potentia ad carnis vsque resurrectionem protēdatur: quod affirmat Apostolus quum dicit fore vt omnes semel hostes aboleat, ac proinde etiam mortem, quoniam alioqui non subiiterentur omnia sub eius pedibus. Sed & illud obseruandum est, non dici abolendos illos qui imperio, potentia aut vi aliqua præditi sunt, sed eorum potentiam esse abolendam. Neque enim dæmones vel impij abolebuntur, sed omni sua potentia spoliabuntur, ac proinde etiam mors abolebitur, vt sit plena sanctorum felicitas. Augustinus lib. de Trinit. cap. 10. per Dei regnum intelligit ipsos fideles Christi morte redemptos: & verbo regnandi vult significari Christi pro nobis interpellationem tunc cessaturam, completa nostra cum Deo coniunctione. Dixi quod mihi maximè probatur.

Psal. 110. 1 act. 2. 34 heb. 1. 13. & 10. 13	Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.	25	Nam oportet eum regnare vsquequo omnes inimicos supposuerit pedibus eius.	25	*Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius.*
	Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.	26	Vltimus autem hostis euanescet Mors.	26	*Nouissima autem inimica destruetur mors.*
Psal. 8. 7 heb. 2. 8	Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ὅταν δὲ εἴπῃ ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα.	27	Nam omnia subiecit sub pedes eius. Quum autem dicit omnia esse *ei* subiecta, palàm est *hoc dici* excepto eo qui subiecit ei omnia.	27	*Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Quum autem dicit, Omnia subiecta sunt ei: sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia.*
	Ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι.	28	Postquam verò subiecta fuerint ei omnia, tunc & ipse Filius subiicietur ei qui subiecerit ipsi omnia, vt Deus sit omnia in omnibus.	28	*Quum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.*

25 *Vsquequò supposuerit*, ἄχρις οὗ ἂν θῇ. Subaudiendum est nomen ὁ Θεὸς, *Deus*, ex præcedente versiculo. Itaque legendum est, αὐτοῦ, *eius*, non αὑτοῦ, *suis*, vt conuertit Erasmus, sicut liquet tum ex vers. 27. tum ex Psal. 110. 1. Ergo, inquies, videtur Apostolus significare Christum aliena vi hostes debellasse. Respondeo, Apostolum (sicut ex vers. 21. apparet) Christum hîc considerare non vt Filium Dei æternū simpliciter, sed vt in forma serui manifestatum: quo respectu dominatur quidem vt Ecclesiæ caput, sed quia data est ei hæc potestas à Patre, qui etiam dicitur eum excitasse à mortuis. Neque verò propterea vel dicendus est Pater assumpsisse carnem, vel diuinitas aliqua secundaria Christo tribuitur: sed quia consideratur vt homo, assurgit Propheta ad Patrem vsque, cum quo tamen Filius, vnus est Deus, ac proinde vna & eadem vi agit. ¶ *Omnes*, πάντας. Hæc particula non est apud Dauidem, in qua tamen posita est tota vis argumenti. Nam si omnes hostes oportet Christo subiici, ergo mors quoque abolebitur, ac proinde resurgent sancti. Ideo Apostolus locum alium adiunxit ex Psalmo octauo, vbi de Christo & æterno ipsius regno disserit (cuius etiam fit tota Ecclesia particeps) ostendit particula vniuersalis πάντα, *omnia*: sicut etiam traditur in Epistola ad Hebræos. vbi plura de huius loci applicatione disseremus.

26 *Vltimus autem*, ἔσχατος δὲ. Conclusio est argumenti à toto ad partem. Retinui autem particulā δὲ ex Vetere interprete, vt prorsus necessariam, quamuis in Græcis codicibus non inueniatur. ¶ *Hostis*, ἐχθρὸς. Vulgata, *Inimica*, non satis expressè, vt rectè annotauit Valla: neque necesse fuit genus mutare.

27 *Palàm est*, δῆλον. Vel, *Hoc dicit*, videlicet excepto eo &c. si legas δηλονότι. Suppleuimus autem quod deest explendæ sententiæ: & videtur mihi duo simul colligere Apostolus, illius videlicet particulæ vniuersalis, Omnia hanc vim esse, vt nihil excipiatur quod non sit subiiciendum Christo, præter ipsum Deum Patrem, qui dicat sese omnia Filio subiecturum. Ex his autem efficitur vtrunque quod volebat, nempe resurrecturos mortuos abolita morte: non tamen vt dij fiamus, sed vt cum capite nostro perfectè subiiciamur Deo, id est vt perfectè suis omnibus dominetur Deus.

28 *Et ipse*, καὶ αὐτὸς. Particula καὶ indicat omnino hoc esse accipiendum de ipsa Filij persona. Cæterùm dices, Si tunc subiicietur, ergo antea subiectus non erat, atque adeo sic quoque detrahetur de ipsius gloria, quum nunc dicatur ad dextram exaltatus, & omnem potestatem accepisse in cælo & in terra: quę quidem necessariò intelliguntur de Filio vt in carne manifestato. Respondeo, esse ἀντανάκλασιν in verbo ὑποτάσσεσθαι, quod in superioribus dicitur de Deo, domitos hostes ad Filij pedes conculcante: hîc verò (sicut apparet ex hac particula, Vt sit Deus omnia in omnibus) subiici Deo dicuntur quibus propriè imperat ac benedicit: adeo vt hæc subiectio summam felicitatem declaret, quum infelicissimi sint quos Deus non pro subiectis sed pro hostibus habet: sicut pulchrè describit regis imperium Poëta hoc versiculo, *Parc[ere] subiectis, & debellare superbos*. Dicitur autem Filius etiam ipse tunc subiiciendus Deo & Patri: minimè id quidem quasi Pater in Filio antè id tempus non acquieuerit, vel ipsius personæ ratione extra suam Ecclesiam & in sese simpliciter consideratæ. Sed (vt hic locus explicatur à Nysseno & Chrysostomo in tractatu in hunc locum proprio, & à Cyrillo lib. Thesauri 10. cap. 8) ista subiectio gloriosissima ei tribuitur relatè, id est quatenus est Ecclesiæ siue omnium Patris subiectorum caput, horum gloria quum tunc demum sit perficienda, videtur quodammodo pars adhuc aliqua Christi. (Ecclesia nimirum, quæ est Eph. 1. 12. πλήρωμα, ipsius adhuc languente) in infirmitate & ignominia versari. Adhuc enim ipse quodammodo despicitur, adhuc affligitur, adhuc crucifigitur in membris suis: sicut ipse Sauli dicebat, Cur me persequeris? & Paulus ipse conuersus, scribit se implere restantes Christi afflictiones Coloss. 1. 24. Deinde, quum nondum sit ipsius membrorum numerus completus, & altera sanctorum pars (nempe ipsorum corpora) ad eum vsque diem in puluere & corruptione dormiant: hoc etiam respectu, illa Christi subiectio (id est plena huius gloria) nondum est patefacta. Ac nequis de ipsius maiestate quicquam vocabulo Subiectionis detractum putet, sciendum est Sessionem ad dextram Patris, & exaltationem supra omne nomen, sic de Christi carne dici, vt vnitas quidem personæ retineatur, ac proinde vni Christo vnica summa gloria tribuatur, sed ita tamen vt naturarum discrimine obseruato, Christi humanitas Deitati nunquam æquiparetur, quod familiari etiam exemplo declarari potest. Viuit corpus nostrum hypostaticè vnitum animæ nostræ, & quidem vna eadémque (nempe ipsius animæ) vita. Sed quis propterea corpus,

corpus, quod vitam aliunde recipit, animæ corpus viuificanti exæquarit, ac non potius sic illud esse vitæ particeps dixerit, vt tamen infrà dignitatem subsidat? Christo igitur toti vna sanè maiestas, vna gloria ab omnibus superis mediis & infimis tribuatur: sed ita vt eius caro non ex sese sed à Deo exaltata, sicut est suo corpori caput, sic quoque Deum habeat pro capite. Caput enim Christi etiam glorificati est Deus suprà, 11. 3. & rectè scripsit August. lib. de Trinitate 1. cap. 8. hunc locum enarrans, *Christus, in quantum Deus est, cum illo nos subiectos habet: in quantum sacerdos, nobiscum illi subiectus est.* Hæc ille, & quidem prorsus rectè, quum Christus vnus sit cum Patre Deus, & nobiscum homo. Qui verò de ipsa Christi persona in sese hunc locum explicant, mihi non videntur quæstionem propositam satis attendere. Nec enim certè quæritur hoc in loco propriè de ipsius Christi resurrectione, & gloria quam est plenissimam consequutus Philipp. 3. 9. sed de nostra cum Christo consociatione in resurrectionis gloria, vt apparet ex versu 23. quo spectant Christi verba Ioan. 17. versu 10. 20. & 21 Sed & particula *Tunc* expressè indicat hîc agi de subiectione tunc demum futura quum Pater omnia Filio subiecerit. ¶ *Vt Deus sit omnia in omnibus*, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι. Herodotus in Thalia, πάντα ἦν Ζώπυρος ἐν Βαβυλῶνι. Significatur ergo magnificentissimis istis verbis incomprehensibilis quædam gloria, quæ à Deo promanans, nos totos capiti nostro adiunctos implebit: ita tamen vt capiti quod & Deus & ipse & homo est, sua seruetur eminentia, & in ista (vt ita loquar) gloriæ infinitate, suus cuique membro modulus tribuatur. Neque enim particula vniuersalis Omnia sic accipienda est vt capiti ipsi, nedum Deo, exæquemur, quanuis & ipsi simus eius hæredes. Præterea fratri quoque primogenito sua dignitas supra nos cohæredes tribuenda est, nedum vt (quemadmodum commenti sunt Eutychiani) natura humana in diuinam transeat. Non enim sic perficeretur hominis natura, sed potius absorpta finiretur. Sed (inquies) nónne semper est Deus omnia in omnibus, quum omnes omnia debeant illi ferre accepta? Respondeo, de solis sanctis hîc disseri, quorum integer cœtus Ecclesia vocatur: quod tota etiam disputatio declarat, ac præsertim versu 17. vbi simili modo explicanda est particula vniuersalis. Non videtur autem Deus ante illam plenam instaurationem vltimo die futuram, omnia esse in omnibus, quum adhuc potentes sint eius aduersarij quibuscum patienter agit: nec sit completus electorum numerus, & eorum etiam qui hanc vitam viuunt longè maxima pars adhuc sit in tenebris & peccato: eorum autem qui dormiunt corpora, non tantùm gloriæ sed etiam vitæ omnis expertia, in sepulchri ignominia versentur, dum vltimus ille dies adueniat. Et hæc illa est Dei plenitudo in nobis quam commemorat idem Apostolus Eph. 3. 19.

Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;	29	15 Alioqui quid facient qui ablutione vtuntur super mortuis? Si omnino mortui nō suscitantur, cur ablutione vtuntur super mortuis?	29	*Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? vt quid & baptizantur pro illis?*	15 Quintum argumentum à fine baptismi, quod nimirum qui baptisantur, pro mortuis baptisentur. i. vt aduersus mortem remedium habeant, cum baptismus sit regenerationis symbolum.
Τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν;	30	16 Cur etiam nos periclitamur omni momento?	30	*Vt quid & nos periclitamur omni hora?*	16 Sextum argumentum, nisi sit resurrectio mortuorum, quorsum Apostoli tot mortibus sese quotidie obiicerent?

29 *Quid facient*, τί ποιήσουσιν. Vel, *Quid fecerint*, id est, Quid tandem se fecisse deprehendent, rem videlicet inutilem, qualis est cadaueris ablutio in sepulchro, sic penitus absumendi, vt nulla spes resurrectionis illi supersit. ¶ *Qui ablutione vtuntur*, οἱ βαπτιζόμενοι. Media videlicet significatione, pro οἱ βαπτίζοντες, vt manifestè indicat Syra vox עמדין [*hamedin*.] quod maximè probo. Quod si magis placeat passiua significatione accipere, fuerit verbale nomen in verbo ipso, vt apud Hebræos sæpe fit, inclusum, & fuerit hic locus vertendus, *Quid facient*, (id est quid iis fiet, vt vulgo dicimus, *que deuiendront*) *qui abluuntur* [*ablutione*] *super mortuos*? i. mortuali, vt loquitur Plautus: & eadem manebit sententia. Argumentatur enim Paulus ab illa sepulchrali siue mortuali ablutione & vnctione accuratè iam inde à Patribus vsurpata, inter Iudæos & in Talmudis tabulas demū relata, immo & à Christianis initio retenta, vt apparet ex Act. 9. 37. sed paulatim, vt verisimile est, vnà cum legalibus eiusmodi ritibus abolita, quam fortassis etiam profani à veteribus Patriarchis acceperūnt, vnde illud, *Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit*. Sed inter profanos populos quicquid circa mortuorum funera gerebatur, partim ab ambitione, partim à superstitione, partim à perstitum erga defunctos vano studio sunt profecta. At inter Iudæos dubium non est quin hic ritus fuerit spei de corporum resurrectione quædam tessera & fidei professio. *Nam quia Mors* (inquit præclarè in illum Act. locum Caluinus) *speciem habet interitus, ne resurrectionis fidem extingueret, species contrarias opponi vtile fuit, quæ vitam in morte repræsentarent.* Verbùm autem βαπτίζεσθαι de huiusmodi quoque ablutionibus vsurpatur etiam Mar. 7. 4. & Heb. 9. 10. Sic igitur hic locus alioqui perobscurus & qui me quoque diu exercuit, mihi quidem videtur explicandus. Neque huic interpretationi illud obstat quod Syrus pro ὑπὲρ vertit חלף [*chalaph*.] quod propriè *vice* significat. Nam ἀντὶ pro ὑπὲρ in his libris non semel ponitur, vt obseruauimus Matt. 17. 27. Marc. 10. 45. Eorum autem interpretationes qui verbum βαπτίζεσθαι passiua significatione acceperunt, & ad sacram baptismi nostri actionem retulerunt, non video quînam conuenire possint. Etenim si pro moribundis baptisatis accipiat cum Epiphanio contra Cherinthianos, parata fuerit exceptio, non inde consequi inutiliter illos, fuisse baptisatos, etiam si nulla esset carnis resurrectio, quòd animæ saluti profuturus esset nihilominus baptismus. Sin verò ὑπὲρ accipias pro *vice*, & ad Clinicorum baptismū istud placeat referre, perabsurdum illud est. Quis enim tam crassam baptismi pollutionem tam leuiter prætermissurum fuisse Apostolum, imò etiam argumento tam infirmo vsurū fuisse existimet? Sed quid si ad Baptismi finem istud referas, nempe ad Resurrectionem spiritualem, *vt Baptizari pro mortuis*, idem valeat, atque baptizari vt mors ipsa extinguatur, siue in resurrectionem à mortuis, cuius symbolum sit baptismus (in qua sententia sunt Græca scholia, Photius & Theophylactus, & quā in prioribus editionibus sum amplexus:) ne id quidem conueniret: quoniam sic assumeret Paulus illud ipsum de quo hîc quæritur. Et magis etiam mihi quidem absurdum videtur, quod Isidorus Pelusiotes tradit ad illum etiam baptismi finem respiciens lib. epist. 1. epist. 221. mortuorum nomine intelligens corpora baptizatorū quæ per baptismum credimus ad immortalitatem renouari. Nā ita Paulus perabsurdè idem per idē probaret. Denique mihi non videtur, probabilis eorū sententia qui ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *super mortuos*, ad κοιμητήρια referūt, in quibus solerent baptizare. Istud enim nulla idonea authoritate probatur, nec vllū nisi infirmissimum suppeditarit argumentū. Prodiit denique noua Turriani cuiusdam ex Pseudoiesuitarum cloaca in hunc locū interpretatio malè confirmata, detruncato Ephremi, Syri celebris & vetusti scriptoris testimonio. Ait enim hūc fuisse Iudæorum morem (Pharisæorū certè, si qui tales fuerunt) vt si quis in immūditia legali moreretur, vel alius quispiam viuus defuncti nomine, vel ipsemet mortuus aqua lustrali ablueretur, vnde hic quoque mos mortuos aqua benedicta aspergendi inter Christianos inoleuerit, ex traditione ἀγράφῳ. Bellum profectò, & Antichristianæ superstitioni conueniens fundamentū quasi Paulus ab istis Iudaicis nugis argumentū sumpserit. ¶ *Si omnino*, εἰ ὅλως. Hoc membrum cū superioribus coniunxi, Syrum interpretem & Claromontanum codicē sequutus. ¶ *Cur*, τί καί. i. huiusmodi ablutionibus vtentes, nec quicquā sibi laudabile, nec ipsis mortuis vtile fecerint. Redundat autem particula καὶ in huiusmodi phrasi vt diximus Ioan. 8, 25. ¶ *Super mortuis*, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. Vulg. *Pro illis*, ὑπὲρ αὐτῶν, quam scripturam in tribus codicibus Græcis inuenimus.

30 *Omnibus momento*, πᾶσαν ὥραν. Vulg. *Omni hora*. Erasm. *Omni tempore*. Vide Matth. 9. 22.

17 Occupatio. At tu Paule, ambitiosè fecisti, vt homines solēt, quū Ephesi cum bestiis certares. scilicet, inquit Paulus. Quod enim commodum inde ad me redire potuit, præter gloriam vitæ æternæ quam spero? Esa.22.13 sapien.2.6

31 Καθ᾽ ἡμέραν ἀποθνήσκω νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

31 Diebus singulis morior per gloriationem vestram, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.

31 *Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.*

32 Εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ὄφελος; εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν.

32 17 Si secundum hominem aduersus bestias pugnaui Ephesi, quæ mihi vtilitas? Si mortui non suscitantur, 18 edamus & bibamus: cras enim morimur.

32 *Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus: cras enim moriemur.*

33 Μὴ πλανᾶσθε· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.

33 19 Ne errate. Mores bonos cōmercia corrumpunt mala.

33 *Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala.*

18 Septimum argum[illegible] proximo dependens, Si nulla est mortuorum resurrectio, cur alij culpiam rei quàm ventri & luxui fuerit studendum? 19 Conclusi[illegible] exhortatione vt sibi à praua quorundam consuetudine caueant, vnde hoc malum ortum fuisse non dissimulat, monens vt sobriè sa[illegible].

31 *Per gloriationem vestram, &c.* νὴ τὴν καύχησιν ὑμετέραν, &c. In quibusdam vulgatæ editionis Latinæ codicibus legitur *Propter.* Sic quoque legitur apud Ambrosium, & in commentariis Hieronymo inscriptis. Alicubi etiam legitur *Pro gloria vestra.* Dubitant quoque Græca scholia num legendum sit διὰ, & in eam sententiam videtur inclinare Theophylactus. Si νὴ legamus, erit obtestationis species, quam agnoscit & Basilius εἰς ψαλμὸν 14, & Augustinus Epi. 29. & Sermone de verbis Apostoli, 28. & Syrus interpres sequitur, expresso etiam verbo [illegible] [iame] id est *Iuro* siue *Affirmo*, vt habetur in Arabica editione. Neque est cur nobis insolens videatur hoc factum. Est enim inter obtestationem & iusiurandum magna differentia, quum liceat, Prophetarum exemplo, testes etiam cœlum & terram appellare, nedum Angelos, vt 1.Timoth.5.21: earum quidem rerum quas palàm & in luce gesserimus. Quidni enim hoc æquè liceat ac hominum testimonio vti? At in vero iureiurando Deus vnus, tum in rebus arcanis, & quæ ab ipso solo possunt intelligi, veluti in iis quæ intus latent: tum verò etiam in aliis, quoties ita requirit necessitas, non modò vt testis, sed etiam vt iudex ac vindex periurij, aduocatur: adeo vt sine summo sacrilegio non possit aliud nomen in iureiurando vsurpari. ¶ *Vestram*, ὑμετέραν. Nonnulli legunt ἡμετέραν, *nostram*, vt hoc perinde sit acsi Apostolus testes quotidianæ illius suæ mortis appellaret molestias illas innumerabiles de quibus verè poterat in Domino gloriari. Sin verò legamus *Per vestram gloriationem*, eadem quidem erit sententia, sed peculiariter accommodata Corinthiis: acsi diceret Apostolus, Quotidie morior, eiúsque rei testes appello omnes ærumnas, quas verè gloriari possum me apud vos sustinuisse. Vel, Testis sit mihi gloriatio vestra, (id est vester profectus in Euangelio quod ego apud vos promulgaui summis cum periculis) vt ea quoque nonnihil ad me pertineat in Christo Iesu. Cur autem malim ὑμετέραν, *vestram*, legere quàm *nostram*, non eo tantùm adducor quòd magis accommodata sit sententia si ita legas, sed etiam quia post ἡμετέραν id est *nostram*, videtur potius subiiciendum fuisse numero plurali ἔχομεν, *habemus*, quàm ἔχω, *habeo*. Deinde quia ita legi in Complutensi editione, in omnibus vetustis codicibus, in Græcis scholiis, Chrysostomo, Theophylacto, Ambrosio, Augustino, ipso denique Hieronymo in ea Epistola cuius initium est, Sæpe & multum, vt Erasmus quoque obseruauit: vbi tamē pro *Gloriationem* legit *Salutem*.

32 *Secundum hominem*, κατὰ ἄνθρωπον. Id est, quemadmodum fit inter homines, vt rectè vertit Arabs, qua præfatione vti solet Apostolus in re simili, vt 2.Cor.11.17. Rom.3.5. i. humano aliquo impulsu, neque in Deum respiciens, sed vel gloria vel temeritate actus, cæterisve eiusmodi causis adductus quarum studio homines in ista pericula præcipites ruunt. Aliis verò placet ista includere parenthesi, quorum sententiam si sequamur, præcisa fuerit oratio: quasi dixisset Apostolus, Vt humano more loquar. id est, vt aliquid de meipso dicam, sicut homines solent. Moris enim est Apostolo istis præfationibus vti in re simili, vt 2. Cor. 11.16.17. 21.22. & Rom.3.5. Arabs autem interpres istud præcedenti versiculo extremo attexit. ¶ *Aduersus bestias pugnaui*. ἐθηριομάχησα. Meritò reprehenditur Erasmus à doctissimo interprete, quòd eos qui aduersus bestias pugnabant putarit eosdem esse atque eos qui bestiis obiiciebantur. Nam illi armati in arenam prodibant vt virtute & robore suo freti euaderent si possent: & nonnulli etiam bestiarij vocati, ad eam rem perinde ac gladiatores instituebantur: isti verò bestiis nudi obiiciebantur, non vt pugnarent, sed vt laniarentur. Sed de neutris hîc loqui Apostolum satis constare posse puto, tum quod Lucas diligentissimè Act. 19. commorationem Pauli in Ecclesia Ephesina narrans nusquam videtur historiam, qua nulla insignior esse potuit, prætermissurus, tum quòd, vt bestiis obiici potuisse demus, at certè nunquam eo adduci potuisset, vt cum bestiis in theatrū pugnaturus produceretur. Etenim si quid tale vel coactus admisisset, quæ fuisset eius deinceps apud Ecclesias auctoritas? Itaque non dubito quin θηρία hîc vocet Paulus Ephesinos à Demetrio ad horrendam illam seditionem excitatos, quibus tamen sese fuit, quasi à bestiis laniandum obiicere paratus, Act.19.30. quos Ferarum appellatione intelligit metaphora familiari, qua etiam vsus est Neronem appellans Leonem 2.Tim.4.17. Quòd si quis comparet quæ scribuntur infrà 16.5. cum Act. 19. 21. & 2. Cor.1.14. agnoscet opinor, scriptam hanc epistolam Epheso, alterum iam annum agente Paulo Ephesi & multo cum fructu Euangelium annuntiante: aliquanto verò post fuisse subsequutam illam horribilem seditionem à Demetrio excitatam, quæ Paulum in Macedoniam rectà extrusit: quò referenda sunt quæ commemorantur copiosè 2. Cor. 1. Nugacissimas autem nugas apud Nicephorum extantes lib. 2.cap.25, ne refutatione quidem puto indigere.

¶ *Edamus*, φάγωμεν. In duobus vetustis codicibus annotatur, quod etiam scribit Valla, prouerbium hoc fuisse Laconicum, nempe ex Leonidæ illius historia: quod mihi non fit verisimile, quum nulla gens frugalius vixerit. Apparet [illegible]m omnino fuisse parœmiam Epicureis familiarem, vt Sardanapali illud, *Lude, bibas, comedas, post mortem nulla voluptas*: & Martialis illud, *Vita nimis sera est crastina: viue hodie.* Ita etiam scribitur apud Esaiam 22.13: vnde hoc videtur petiisse Paulus, quanquam in diuersum finem. Significat enim Paulus quo tandē isti essent euenturi paulatim, si curiosis vel blasphemis potius istis speculationibus vacarent.

¶ *Morimur*, ἀποθνήσκομεν. Præsens pro futuro, vt infrà, ver. 35. & alibi sæpe. Nam etiam apud Esaiam legimus נמות. sed quoniam in præsenti tempore videtur quiddam subesse emphasis, illud idcirco retinuimus. Mori verò hîc non declarat simpliciter separationem animæ à corpore, sed totius hominis extinctionem.

33 *Commercia*, ὁμιλίαι. Vel, *Congressus*, vt vertit Tertull. De hac autem locutione vide suprà, 6.9. Vulgata & Erasmus, *Colloquia*, nimium angusta significatione. Significat enim ὁμιλία communem totius vitæ vsum, vt si Latinè dicere liceat Conuersationes. Idque mox declarat Apostolus, quum ostendit Corinthiorum nonnullos in hunc errorem abductos, quòd aures nonnullis præbuissent rerum diuinarum planè imperitis: quod mox etiam probat petitis ab iis rebus exemplis, de quibus ipsi etiam rustici possunt iudicare, & videtur Philetum & Hymenæum notare, vt coniici potest ex 2.Timoth. 2.18. Veteres Latini hunc locum citantes vtuntur *Confabulationis* voce, quæ durior posset videri. Incipit autem ab hoc loco Paulus explicare Resurrectionis futuræ mysterium, quantum nunc quidem à nobis capi potest.

¶ *Corrumpunt*, φθείρουσιν. Iambicus est senarius ex Menandri comœdia, nomine Thadia, vt annotatum inueni in vno vetusto codice. vbi tamen pro Θαδία legendum puto Θαΐδι, cuius nominis comœdiam Menandri citat Athenæus. Citatur autem etiam ex eodem poëta alius eiusdem prorsus sententiæ versiculus, Κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.

34 Ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ἀγνωσίαν γὰρ Θεοῦ τινες ἔχουσι· πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω.

34 Euigilate iustè, & ne peccate: quidam enim Deum non norunt. vobis ad verecundiam adducendis *hoc* dico.

34 *Euigilate iustè, & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent, ad reuerentiam vobis loquor.*

35 Ἀλλ᾽ ἐρεῖ τις, Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται;

35 20 At dicet aliquis, Quomodo suscitantur mortui? quali autem corpore prodeunt?

35 *Sed dicet aliquis, Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore venient?*

20 Probata resurrectione, iam patefacit eorum stuporem, qui non sine subsannatione quærebant quomodo fieri posset vt mortui resurgerent: &, si fortè resurgerent, qualia essent eorū corpora futura. Istos igitur qui sibi sapientissimi videbantur, Paulus ad rudes Agricolas amandat, à quibus erudiantur.

21 Potuisti, inquit Apostolus ex quotidiano vsu discere vtrumque: siquidē semina seruntur & putrescunt, & tamen tantum abest vt propterea pereant, vt contrà longè ornatiora prodeant: atque adeò quū nuda & arida ferantur, incipiunt demū à morte viuere, Dei videlicet virtute: & tibi incredibile videbitur corpora nostra ex putredine resurgere, & quidem multo excellentiore qualitate prædita? 22 Diuersitatem cernimus, tum in vna & eadem re, quæ modò hac modò illa forma donatur, sua tamen retenta specie: vt in grano apparet, quod nudum seritur, & longè aliud exurgit: tum in diuersis eiusdem generis speciebus, vt inter animalia: tum inter res alterius generis, vt corpora cælestia & terrestria: quæ singula rursus magno discrimine inter se variantur. Non est igitur quod vt rem impossibilem, & inusitatam repudiemus corporum non tantùm resurrectionem sed etiam mutationem in melius. 23 Piorum excitatorum ex mortuis, triplicem qualitatem ponit: Incorruptionem, quia nimirum erunt firmissima & prorsus incorrupta natura: Gloriam, quoniam splendore & decore inenarrabili exornabuntur. Potentiam, quoniam videlicet absque cibo, potu, & aliis adminiculis, quibus caduca hæc vita ne conseruare quidem sese ab interitu potest, perennia permanebunt.

36 Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ.

36 21 Insipiens, quod tu seris, non viuiscit, nisi mortuum fuerit.

36 *Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur.*

37 Καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου, ἤ τινος τῶν λοιπῶν.

37 Et quod seris, non corpus oriturum seris, sed nudum granum, si casus tulerit, tritici, aut alicuius ex reliquis *seminibus*.

37 *Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius cæterorum.*

38 Ὁ δὲ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα καθὼς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα.

38 22 Sed Deus ei dat corpus vt voluit, & singulis seminibus suum corpus.

38 *Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuique seminum proprium corpus.*

39 Οὐ πᾶσα σὰρξ, ἡ αὐτὴ σάρξ, ἀλλὰ ἄλλη μὲν σὰρξ ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων, ἄλλη δὲ πτηνῶν.

39 Non omnis caro, eadem caro, sed alia quidem caro hominum, alia autem caro pecorum, alia verò piscium, alia autem volucrium.

39 *Non omnis caro, eadem caro, sed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia piscium.*

40 Καὶ σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια· ἀλλ᾽ ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων.

40 Et *sunt* corpora cælestia, & *sunt* corpora terrestria: sed alius quidem cælestium decor, alius verò terrestrium.

40 *Et corpora cælestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium.*

41 Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ.

41 Alius decor solis, & alius decor lunæ: & alius decor stellarum. stella enim stellæ præstat decore.

41 *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt claritate.*

42 Οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ.

42 23 Ita *erit* & resurrectio mortuorum. seritur *corpus* cum corruptione, suscitatur cum incorruptione.

42 *Sic & resurrectio mortuorum, seminatur in corruptione, surgit in incorruptione.*

34 *Euigilate*, ἐκνήψατε. τὸ ἐκνήφειν, propriè de ebriis dicitur qui à somno demum sunt sobrij. Ideo conuertit Erasmus, *Expergiscimini*: quod tamen non probo. Loquitur autem de mentis sobrietate, ad quam vult illos redire qui multis vanis speculationibus erant quodámmodo inebriati.

¶ *Iustè*, δικαίως. Id est, vt iustitiæ vacetis, quod mox explicatur per antithesin, Hebræorum more. Opponit autem studium iustitiæ, vanitati & curiositati, qua factum fuerat vt isti cum prophanis nonnulli versantes & diuinarum rerum imperitis, quanuis sibi præ cæteris sapere viderentur, de eo capite Christianæ religionis ambigere cœpissent, de quo tamen ne dubitandum quidem fuit. ¶ *Non norunt*, ἀγνωσίαν ἔχουσι. Vulg & Eras. ad verbum, *Ignorantiam Dei habent*, quod videtur durum in Latino sermone. Dicit autem eos Deum non nosse qui in peccatis perseuerantes, Deum sic norunt vt eius penitus obliti videantur. ¶ *Vobis ad verecundiam adducendis* [hoc] *dico*, πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. Id est, vt vos pudeat istos sectari. Vulg. *Ad reuerentiam vobis loquor*: quasi videlicet Apostolus in hac reprehensione ipsis quadam verecundia pepercisset. Suprà, 6.5. eandem loquutionem interpretatus est, *Ad verecundiam vestram dico.*

35 *Quomodo*, πῶς. Hîc inducitur aduersarius tanquam rogans se doceri, quínam tandem dici possit corpus suscitari quod computruerit. Superiora enim argumenta ab absurdo ducta, vt Christiana fide imbutis necesse fuit firmissima videri, sic erant irrisuri Philosophi, vt antea Athenis 17.32. Ideo naturali etiam argumento vtitur Apostolus, huic quæstioni respondens, non tam vt probet resurgere hominum corpora, quàm vt ab exemplo quotidiano doceat vanam esse istam illorum argumenti consequutionē: Computrescunt & resoluuntur nostra cadauera. Ergo in æternum interierunt.

36 *Quod tu seris*, σὺ ὃ σπείρεις. Vulgata & Erasmus, *Tu quod seminas*, neglecta traiectione: quam nisi obserues, videtur oratio non cohærere. ¶ *Viuiscit*, ζωοποιεῖται. Plin. lib.17. capite 18. Pleraque ex his natura ipsa docuit, & in primis semen serere, quum decidens exceptúmque terra viuisceret. Vulgata & Erasmus, *Viuificatur* à quo verbo alibi non abhorruimus, sed in re dissimili. ¶ *Mortuum fuerit*, ἀποθάνῃ. Translatitiè dictum, pro corruptum fuerit. Vulg. addit, *Prius*, πρῶτον.

37 *Si casus tulerit*, εἰ τύχοι. Vulgata, *Vt puta*, id est οἷον. Erasmus, *Exempli causa*. Vide suprà, 14.10. Syrus interpres hoc præteriit, vt etiam Arabs qui pro εἰ τύχοι legit ἢ κριθῆς, *vel hordei*.

40 *Decor*, δόξα. Vulgata, *gloria*, Et mox *claritas*, non ineptè. Lucebunt enim vt Sol. Matth. 13. 43. Ego tamen malui generaliore & communiore nomine vtrobique interpretari.

41 *Decor*, δόξα. Sic malui vertere quàm *gloriam*, aptiore ni fallor vocabulo.

42 *Seritur*, σπείρεται. Id est sepelitur, & instar seminis humo conditur. Pergit enim in translatione à seminibus sumpta, qua nihil aptius dici potuit. Accipio autem σπεί-

non ut impersonale, sed ita ut ubique subaudiatur τὸ σῶμα, id est corpus, quod idcirco expressi primo loco. ¶ Cum corruptione, ἐν φθορᾷ. Eras. ad verbum, In corruptione: quam orationem etiam tenuerunt in iis quæ sequuntur. Ego verò puto ἐν φθορᾷ positum esse pro φθαρτόν, ex Hebræorum idiotismo. ¶ Cum incorruptione, ἐν ἀφθαρσίᾳ. Sic malui licet parum Latinè loqui quàm immortalitatem cum ἀφθαρσίᾳ confundere, quum hæc dæmonibus quoque & sceleratis conueniat: illa verò non item. Vide Rom. 1. 23.

43 Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει· σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν.

43 Seritur foedum, suscitatur cum gloria: seritur viribus cassum, suscitatur potens: seritur corpus animale, suscitatur corpus spirituale.

43 Seminatur in ignobilitate, surgit in gloria: seminatur in infirmitate, surgit in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.

44 Ἔστι σῶμα ψυχικόν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν.

44 24 Est corpus animale, & est corpus spirituale.

44 Si est corpus animale, est & corpus spirituale.

45 Οὕτω καὶ γέγραπται, Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν· ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν.

45 25 Ita etiam scriptum est, Factus est prior homo Adamus animal viuens: posterior autem Adamus factus est spiritus viuificus.

45 Sicut scriptum est, Factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in Spiritum viuificantem.

Gen. 2. 7

24 Vno verbo absoluit istam qualitatis corporis mutationem ex resurrectione, quã dicit fore vt ex animali fiat spirituale: quas duas qualitates planè diuersas mox diligenter explicat. 25 Animale corpus dicitur, quod sola anima vegetatur, cuiusmodi fuit Adam, ex quo & nos orimur Animales. Spirituale verò vocatur, quod vnà cum anima, longè excellentiore virtute viuificatum est, Dei videlicet spiritu, quæ ex altero Adamo, nempe Christo, in nos deriuatur.

43 Foedum, ἐν ἀτιμίᾳ. Id est turpitudinis & sordium plenum. Est enim μείωσις, nam quid foedius est cadauere? Itaque Cyrus moriens, apud Xenophontem, non vult se mortuum spectari. Deinde si spectemus quæ sit corporis putrescentis in ipso sepulchro foeditas, quid turpius cogitari potest? ¶ Viribus cassum, ἐν ἀσθενείᾳ. Nempe mortuum, non autem imbecille. Itaque non conuenit huic loco Infirmitatis vocabulum: & alibi sic etiam accipi τὸ ἀσθενὲς, quum de animæ facultatibus non regenitis agitur, obseruauimus Rom. 5. 6. ¶ Potens, ἐν δυνάμει. Id est, à priore imbecillitate liberum, quod videlicet vicissitudini tam variæ sit obnoxium, nec sese tueri nisi cibo, potu, & cæteris eiusmodi præsidiis possit. Neque enim sic potens erit vt sit omnipotens, aut ἀπερίγραπτον, aut vllam denique induat eiusmodi qualitatem. Ita enim esset non qualitatem, sed naturam ipsam mutare, & ex homine Deum planè fieri. ¶ Corpus animale, τὸ σῶμα ψυχικόν. Vt quid hoc sit dextrè intelligatur, notandum est non agi de animorum immortalitate, sed de corporum resurrectione. Deinde, non comparari inter se duo corpora, sed vnius eiusdémque corporis, humani videlicet, diuersas atque adeo contrarias qualitates, ipsásque demum harum qualitatum causas: & eas quidem tum qualitates tum causas, non per se, sed in ipsis subiectis hærentes. Eæ igitur causæ sunt Anima & Spiritus: illa in priore Adamo, ista in posteriore. Qualitates verò sunt, Animalem esse, Spiritualem esse: eæque primùm in iisdem illis subiectis, nempe illa in Adamo, ista in Christo, deinde vtræque in vno & eodem subiecto, nempe in cuiusuis fidelis corpore, diuerso tamen respectu, consideratæ, illa nimirum ante resurrectionem, ista post resurrectionem. Animam igitur alterã hominis partem vocat, quæ corpori caducam hanc vitam præstat, à qua parte dicitur corpus ψυχικὸν, id est animale. Spiritum autem appellat diuinam virtutem quam etiam vocat Naturam Petrus, 2. Petr. 1. 4. cuius particeps corpus cognominatur πνευματικὸν, id est spirituale. Animale ergo corpus dicitur cui anima vitales facultates præbet, imbecillas tamen illas & temporarias: vnde fit vt sit corruptioni obnoxium, sordidum præsertim quum ab anima destitutum seritur, id est conditur humo, quod ψυχικὸν fuerat. Spirituale verò dicitur quod diuinæ illius virtutis particeps, tanto excellentiorem vitam viuit, quanto Deus anima præstat: vnde fit vt eiusmodi corpus sit æternum, gloria & splendore insigne, ab omni denique imbecillitate liberum. Illud ergo, id est animale corpus, tribuit Paulus priori Adamo, ac proinde nobis omnibus ante resurrectionem, vt in illo conditis & collapsis. Illud verò, id est spirituale posteriori Adamo, homini videlicet cœlesti, id est vero Deo & vero homini, tribuit, ac proinde sanctis omnibus, post resurrectionem, (de his enim vnis agit, vt diximus suprà, ver. 22.) in illo nimirum rursum genitis per eundem Spiritum, & in vitam æternam euectis. Sed tria hîc notanda sunt: Vnum, qualitatem animalem sic in nos esse ab Adamo propagatam, vt corpus duntaxat ex eius substantia acceperimus, animam verò non item: ideóque Apostolum non dicere Adamum factum esse in animam viuificantem, sed in animam viuentem, aduersus eos qui animam volunt à traduce deriuari. Alterum est, Christum ad tempus quoque fuisse (quatenus hominem) in animam viuentem, excepto peccato, Spiritu videlicet in eo vim integram non exerente, donec, omni infirmitate superata, gloriosus resurgeret, & in cœlo ad dextram Patris sederet: eóque respectu à Paulo hîc considerari, & nos quoque in illo. Tertium, sic esse spirituale Christi corpus, non substantia, (vt antè dixi) sed qualitate, id est æternum, gloriosum, potens, vt hæc à Spiritu (id est diuina natura) resurgens acceperit hypostaticè ipsius corpori & animæ iam tum cõiuncta quum verbum fieret caro: nostra verò corpora fore post resurrectionem spiritualia, non nouæ alicuius partis adiunctione, quæ Spiritus dicatur, sed ipsius Spiritus virtute, idque non per hypostaticam vnionẽ, sed efficacitatis participatione, vt Rom. 8. 11. & 2. Pet. 1. 4. cuius erit vinculum idem ille Spiritus, qui iam efficit vt illũ, quanuis in cælis sedentem, fide tamen amplexi, spe possideamus in terris: tunc verò efficiet vt illo præsente præsentes perfruamur. Hæc ita tractando, fanaticorum speculationibus facilè occurretur.

45 Ita etiam, οὕτω καί. Vulg. Sicut scriptum est, ὥσπερ γέγραπται: quam lectionem quanuis in nullis codicibus Græcis inuenerim, tamen sincerã esse puto: ita tamen vt per traiectionem explicetur, hoc modo, Primus homo Adam, sicut scriptum est, factus est, &c. Nam certè istud non pertinet nisi ad prius membrum quod citatur ex Gen. 2. 7. & parum cohæret si receptam Græcam lectionem sequaris, quam tamen non ausus sum mutare, sine idonei testis auctoritate. Castellio conuertit, Quinque ita scriptum sit, ea qua solet audacia vsus. ¶ Prior homo Adamus, ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδάμ. Hic quoque nihil mutauimus: sed tamen annotatum est à Stapulensi ἄνθρωπος redundare, quum ex collatione appareat אדם [Adam] esse speciei nomen hoc in loco, vt ἄνθρωπος vers. 47. & alioqui videatur dicendum fuisse in opposito membro ἄνθρωπος Χριστός. Syrus tamen & Arabs interpretes, retinent ἄνθρωπος. Cæterùm Christus etiam vocatur posterior Adamus, vt qualitas indicetur quam Christus cum Adamo habet communem: quia videlicet & ipse censendus est, non tanquam singularis quispiam homo, sed vt radix ac principium, in quo Spirituales omnes, tanquam principio, comprehendantur: sicut Animales in illo priore, cui nomen fuit Adamo. Erit ergo Christus hac ratione alter Adamus: sed durum planè & obscurum fuisset eum appellare secundum hominem Adamum. Itaque receptam lectionem reliqui intactam. Marcion verò non temere tantùm, sed etiam sceleratè fecit quum Adami nomen hoc posteriore loco expungeret, vt præclarè ostendit Tertull. lib. aduersus Marcionem quinto. ¶ Animal viuens, εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Hebr. לנפש חיה [lenephesth chaiah] ad verbum, In animam viuentem, vt Vetus interpres & Erasmus conuerterunt. Dicitur autem homo animatus συνεκδοχικῶς Anima viuens: quod videtur optimè exprimi Animalis epitheto. Nam hoc quoque ab anima, vt præstantiore hominis parte, deducitur. ¶ Posterior, ὁ ἔσχατος. Vulgata, Nouissimus. Erasmus, Postremus. Ego putaui studendum perspicuitati, quum præsertim pro ἔσχατος ponat δεύτερος versu 47: nisi quis vltimum putet dici quòd non sit alius instaurator expectandus. ¶ Spiritus viuificus, εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. Christum vocat Spiritum, ab excellentissima natura, i. Deitate, vtpote corporaliter habitante in ipso vt Adamum ψυχὴν, ab altera itidem sui præstantiore parte nuncupauit. Non minus ergo sunt inepti qui ex hoc loco colligunt corpus Christi fuisse ex Materia cælesti & Spirituali factum, quàm si negarent Adamo fuisse terrestre corpus, quia ψυχὴ dicitur: vt interim taceam ἐγένετο repetendum esse ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, vt hîc quoque factus dicatur, quatenus homo Spiritu præditus. Deinde consideranda antithesis Viui & Viuifici, quam exposuimus suprà, versu 44. Vulgata & Erasmus ad verbum, In Spiritum viuificantem.

46 Ἀλλ' οὐ πρῶτον τὸ πνευματικόν, ἀλλὰ τὸ ψυχικόν, ἔπειτα τὸ πνευματικόν.

46 26 At spirituale non est prius, sed animale, deinde spirituale.

46 Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale.

47 Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ.

47 Primus homo è terra, puluereus: secundus homo, ipse Dominus è cælo.

47 Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, cælestis.

48 Οἷος ὁ χοϊκός, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι.

48 27 Qualis puluereus ille, tales & puluerei sunt: & qualis ille cælestis, tales & qui cælestes erunt.

48 Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes.

49 Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.

49 Et sicut gessimus imaginem terreni, geremus etiam imaginem cælestis.

49 Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.

50 Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ.

50 28 Hoc autẽ dico, fratres, quia caro & sanguis non possunt regni Dei hæreditatem consequi: neque corruptio hæreditatem incorruptibilitatis consequetur.

50 Hoc autem dico, fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.

51 Ἰδού, μυστήριον ὑμῖν λέγω, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλ-

51 29 Ecce, mysterium vobis dico, Non omnes quidem obdormiemus, sed omnes muta-

51 Ecce, mysterium vobis dico, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes

26 Iubet secundo loco considerari ordinem illius duplicis status siue qualitatis, quod animale præcesserit, cõdito Adamo, idque ex terræ limo: spirituale verò superuenerit, quum Dominus videlicet è cælo missus, carnem nostram sibi adaptatam, plenitudine Deitatis informaret. 27 Applicat tum Adami (vt ita loquar) terrenam Animalitatem, corporibus nostris quandiu in terris animaliter versantur, in hac vita videlicet, & in sepulchro: tum Christi spiritualitatem iisdem nostris corporibus, postquam & ipsa resurrexerint: & illam quidem ait præcedere hanc verò secuturam. 28 Conclusio, non posse nos Dei gloriæ fieri participes, quin totam illam corporum crassam, fœculentam & corruptioni obnoxiam naturam deponamus, vt idem corpus gloria incorruptibili ornetur. 29 Pergit vlterius, declarans fore, vt qui superstites vltimo illo die deprehendentur in hac vita, non descendant in illam sepulcri putrefactionem, sed subitanea immutatione renouentur, quæ immutatio sit prorsus necessaria, & in vltimum illud tempus differatur certa beneficij & victoriæ Christi fruitio.

47 Puluereus, χοϊκός. Tertullianus hunc totum locum citans & copiosè exponens in lib. de resurrectione carnis, Græcam vocem retinet: & limaceum interpretatur. Nam ad creationem & nomen Adami Paulus proculdubio respicit: & hoc epitheton ita est τοπικὸν, vt simul materiæ ac loci ἀσθένειαν declaret: vnde illæ corporis qualitates, quarum comparationem instituit. Materiæ autem nomen istud simpliciter non esse hîc accipiendum liquet apertissimè ex antithesi, in sequentibus versiculis. Nam ἐπουράνιος non declarat eum qui sit ex cælesti quadam materia compactus, sed qui sit particeps cælestium qualitatum, id est immortalitatis, gloriæ ac potentiæ. Non tantùm igitur improbi & scelerati, sed etiam inepti & imperiti sunt qui ex hoc loco arguunt Christum è cælo corpus in Virginis vterum intulisse, id est, qui nobis omnem spem salutis eripiunt. ¶ Secundus homo, ipse Dominus è cælo. δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. Vulgata, Secundus homo de cælo cælestis, vt ὁ Κύριος expungatur, quod etiam testatur Tertull. fuisse à Marcione insertum: & post ἐξ οὐρανοῦ addatur ἐπουράνιος, sicut post ἐκ γῆς, additur χοϊκός: quam lectionem sequuti sunt Ambrosius & Hieronymus. Mihi verò placet recepta lectio quam summo consensu Græci omnes quos vidi, tum Syrus, tum Arabs interpretes, Damascenus denique libr. de orthodoxa fide 3. cap. 12. sequuntur. Multo enim vehementior est antithesis Terreni & Domini, quàm Terreni & Cælestis, quum multæ sint res cælestes creatæ, Dominus autem dicatur qui summum in omnia imperium obtinet. Et si Paulus statim opposuisset Terrenum Cælesti, non emineret illa tanta qualitatum diuersitas, sed vnius tantùm loci situs videretur significari. Hoc verò semel explicato, tum demum licuit Cælestem Terreno planè ac perspicuè opponere, vt factum est duobus sequentibus versiculis. Sed duo hîc annotanda sunt: vnum, considerari corpus Christi in gloria, non in humilitate: siquidem antea, si ex sua natura seorsim à diuinitate æstimetur, ψυχικὸν & χοϊκὸν erat, sicut & cæterorum hominum, excepto peccato. qua de re vide August. libr. de Ciuit. Dei 11. cap. 23. Alterum, quòd dicitur è cælo, id per communicationem ἰδιωμάτων esse intelligendum, vt diximus Ioan. 3. 13. Idcirco verò sic loquitur Apostolus, vt ipsam Christi carnem sciamus Dei talis inhabitantis virtute hanc gloriã esse assequutam, quam cum suis membris tandem aliquando communicabit.

49 Imaginem, εἰκόνα. Imaginem intellige non vanam & inanem, sed quam res ipsa consequatur. Verè enim & reipsa χοϊκοὶ sumus, huius vitæ respectu: verè item ἐπουράνιοι erimus post resurrectionem, vt membra capiti conformia euadant. Sic enim accipitur sæpe imaginis nomen, vt Genes. 5. 3. & μορφὴ sic vsurpatur, itémque σχῆμα & ὁμοίωμα, Philipp. 2. 8. ¶ Geremus, φορέσομεν. Sic legerunt Syrus & Arabs interpretes Induendi verbo vtentes. In Complutensi tamen editione & tribus codicibus legimus φορέσωμεν, gestemus, vt videtur etiam legisse Tertul. de resurrect. carnis. Nam & Chrysost. putat Paulum à ver. 47. auspicari exhortationem ad vitæ nouitatem. Sed hoc planè est detortum, quum res ipsa clamet, Paulum in proposito argumento pergere.

50 Hoc autem dico, τοῦτο δέ φημι. Nempe nos illius cælestis imaginem gestaturos, quoniam in hanc qualem gestamus corporis naturam hæc incorruptibilis qualitas cadere citra alterius illius abolitionem non potest. Itaque ὅτι non αἰτιολογικῶς sed ἀποδεικτικῶς accipitur. ¶ Quia caro & sanguis, σὰρξ καὶ αἷμα. Id est corpus hoc animale, ita vt nunc est. Neque enim perimetur substantia, sed immutabitur qualitas, ita vt ex Animali Spirituale, ex Terreno Cæleste fiat corpus. Caro igitur & Sanguis nomina sunt quibus solum corpus, idque non nudum, sed cum infirmitate, adiuncta significatur hoc in loco, vt apparet ex eo quod subijcitur de corruptione. Alibi verò Carnis & Sanguinis appellatione totus Homo intelligitur, quatenus est corruptus peccato, & aliis etiam modis eadem verba accipiuntur, sicut exposuimus Matth. 16. 17 & Gal. 1. 16.

51 Mysterium, μυστήριον. Id est rem arcanam & adhuc occultam, ideóque dignissimam quam attentè audiatis. ¶ Non omnes quidem obdormiemus, &c. πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Sic legunt etiam Syrus & Arabs interpretes. Qui verò non animaduerterunt de solis sanctorum corporibus hîc agi, (quod annotauimus suprà versu 22.) nec considerarunt particulam vniuersalem ad

cos de quibus agebatur esse restringendam, duas alias lectiones in hunc locum inuexerunt, de quibus copiosè Hieronymus in Epistola ad Minerium & Alexandrum, & Augustinus in quæstionibus ad Dulcitium, quæstione 3. vt & citatur ab Augustino, orat. contra Iudæos cap. 20, & contra Adimantum cap. 10. Earum vna est, quam etiam reperi in Claromontano codice, πάντες μὲν ἀναστησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, *omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*, vt etiam legitur in Vulgata Latina editione. Altera, quam Hieronymus dicit Græcos codices habuisse, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα. Omnes igitur obdormiemus, sed non omnes mutabimur. Vtraque (meo iudicio) reiicienda. Nam præterquam quod non aliter dicit omnes immutatum iri, quàm suprà dixit, Omnes in Christo viuificandos, liquet vel ex eo quod confitemur, Dominum venturum ad iudicandum viuos & mortuos, & ex eo quod scriptum est 1.Thessal.4.15.16.17, fore vt quos Dominus adueniens viuos ex sanctis inuenerit, repentè, non interueniente morte, nec corruptione illa ordinaria, immutet, vt cum sanctis qui resurrexerint rapti in nubibus Domino occurrant.

λαγησόμεθα, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. | bimur, momento, & iactu oculi, ‖ ad vltimam tubam. | immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba.

52 Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. | 52 Canet enim tuba, & mortui suscitabuntur incorruptibiles & nos mutabimur. | 52 *Canet enim, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.*

53 Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. | 53 Oportet enim corruptibile istud induere incorruptibilitatē, & mortale istud induere immortalitatem. | 53 *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.*

54 Ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος, Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. | 54 Postquam autem hoc corruptibile induerit incorruptibilitatem, & mortale istud induerit immortalitatem, tunc fiet illud quod scriptum est, ‖ Absorpta est mors ad victoriam. | 54 *Quum autem corruptum hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria.*

Esa.25.8 heb.2.14

55 Ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ κέντρον; | 55 ‖ Vbi tua, ô mors, victoria? vbi tuus, ô sepulchrum, aculeus? | 55 *Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?*

Os.13.14

56 Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου, ἡ ἁμαρτία· ἡ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας, ὁ νόμος. | 56 Aculeus verò mortis *est* peccatum: vis autem peccati, Lex. | 56 *Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, Lex.*

57 Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. | 57 ‖ Deo autem habetor gratia, qui dat nobis victoriam per Dominum nostrū Iesum Christum. | 57 *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.*

1.Ioan.5.5

¶ [*Et*] *iactu oculi*, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Vulg. *in ictu oculi*, mendosè fortassis, pro *in nictu*, pro quo Gallicè dixeris, *en vn clin d'œil*. Quidam codices legunt ῥοπῇ id est, *inclinatione*. Vtroque vocabulo breuissimum temporis spatium significatur quum nihil sit celerius oculi motu. Sed ῥιπὴ translatum est à subito radiorum oculi iactu (nam & Latini Adiicere oculos dicunt) ῥοπὴ à motu lancis seu libræ. Quum autem nonnulli vetusti codices ista vsque ad σάλπιγγι, prioribus, nonnulli sequentibus attexant, sequutus sum eam quæ mihi visa est melius cohærere, fretus etiam Arabici interpretis auctoritate.

52 *Et nos*, καὶ ἡμεῖς. Vide 1.Thess.4.14.

54 *Illud*, ὁ λόγος. Heb. דבר [*dabar*,] de quo sæpe iam diximus. ¶ *Absorpta est mors ad victoriam*, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Miror qui videri potuerit hic locus ex Osea sumptus, quum sit penè cōuersus ad verbum ex Esa.25.8. vt duo testimonia hîc coniunxerit Apostolus. Sic enim habent Heb. בלע המות לנצח [*billah hamaueth lanetsach*] id est *absorpsit mortem in æternum*. Sed pro *In æternum*, scriptum est εἰς νῖκος, *ad victoriā*, quòd נצח [*netsach*] deducatur à נצח [*natsach*] quod vincere declarat. Idem autem significat Ad victoriā, atque vsque ad victoriam: id est, ita vt sit prorsus debellata. Ambrosius verò & ante eum Tertull. lib. de resurrect. carnis, & alij multi legentes *In contentione*, decepti fuerunt à librario qui Græcè scripserat νεῖκος pro νῖκος.

55 *Vbi tua, ô mors, victoria*, ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος. Primùm hîc notandum in Hebræo cōtextu ante voces Mors & Sepulchrum desiderari literam ה prouocandi aduerbio, quod Latinè expressimus necessario. Cæterùm contrario ordine legunt hūc locū non modò Græci omnes codices, quos inspeximus, sed etiam Syrus & Arabs interp. Et tamen liquet ex Hebræi contextus collatione, morti tribuendū τὸ νῖκος, sepulchro verò τὸ κέντρον: sicut in vetere interpr. legitur: sic etiam melius cohærente proximo Latina vers. in quo τὸ κέντρον ex proximo melius repetitur. Apud Oseam autem sic legitur hic locus, vnde petitum est posterius membrum אהי דבריך מות [*ehi debarecha maueth*] i. *Propestis tua, mors*. Itaque Græca editio quam sequutus est Paulus, legit איה [*aye*,] *vbi*, pro אהי [*ehi*,] *ero*, per metathesin: quam notant eo loco quidam etiam ex Hebræis interpretibus. Deinde דבריך [*debarecha*] Græci interpretes deduxerūt non à דבר [*deber*,] quod pestem declarat, sed à דבר [*dabar*,] quod significat verbum, idque translatitiè acceperunt: pro quo vernaculo sermone dicimus *vn plaid*, inuidioso etiam vocabulo pro garrula loquacitate. Ideo in Græca editione qua nunc vtimur, scriptum est δίκη, pro quo Paulus fortassis scripsit non νῖκος, vt nunc legimus, sed νεῖκος, id est *contentio*. Sic etiam hunc locum citante Augustino, in Ioan. tract. 12. & in Psalm. 148. quanuis in Græca editione qualem nunc habemus, legatur ἡ νίκη. Nihil tamen volui temerè mutare: quanquam ad illam coniecturam altera etiam accedit, quia in præcedente versiculo, itémque in 57, scriptum est νῖκος, facilè fuisse hominibus imperitis existimare ita etiam hoc loco scribendum esse. ¶ *Vbi tuus, ô sepulchrum, aculeus?* ποῦ σου, ᾅδη, τὸ κέντρον; Hebr. eodem illo Oseæ loco habent אהי קטבך שאול [*ehi katacbcha scheol*,] id est, ero tuum excidium, sepulchrū. Itaque hîc rursum Græca editio, quam sequutus est Paulus, legit (sine vlla tamen sensus iniuria, & non repugnantibus quibusdam Hebr. interpret.) איה [*aye*,] *vbi*, pro אהי [*ehi*] *ero*, vt in præcedente membro. Quod verò verterunt κέντρον & ego *aculeum* malui quàm *stimulum* interpretari, id propriè significat ὄλεθρον, id est excidium & internecionem præsentissimam. Hieronymus solet morsum interpretari, quod ad hanc interpretationem Pauli proximè accedit. Symmachus ἀπάντημα, quòd repentè & ex inopinato occurrat. ᾅδης verò id est שאול [*scheol*] hîc quoque conuerti *Sepulchrum* potius quàm *Infernum*, cum Erasmo: quia hîc agitur de corporis excitatione: & ea etiam est propria vocabuli Hebraici significatio, vt diximus Act.2.27. Vulg. pro ᾅδη repetit θάνατε, & ita hunc locum repeti scriptum in vetustissimo meo codice Claromontano.

56 *Vis autem*, ἡ δὲ δύναμις. Quorsum istud verò quod videri possit extra scopum. Nempe quoniam de resurrectione corporum ad æternam felicitatem disseruerat, quæ resurrectionem spiritualem præsupponit, veritus ne huic tanquam causæ tribueretur felicitas illa, hoc adiecit quasi obiter, vt doceat à sola tantùm fide Christum apprehendente ipsam resurrectionem, & spiritualem & corporalem & vitam æternam in solidum, non ab operibus vllis pendere.

58 Emi-

58 Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε, εἰδότες ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ. | 58 50 Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote, immoti, eminentes in opere Domini semper, quum sciatis laborem vestrum non esse inanem in Domino. | 58 *Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino.*

50 Exhortatio ab vtili sumpta, vt cùm intelligant æternæ vitæ gloriā repositam esse fidis operarijs, persistent in doctrinæ de mortuorum resurrectione veritate.

Κεφάλαιον ις. | CAP. XVI. | CAP. XVI.

1 Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὥσπερ διέταξα ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. | 1 PORRO de collecta in sanctos, quemadmodum ordinaui Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. | 1 *DE collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.*

1 Collectæ olim ex Apostoli instituto fiebant, primo quoque die hebdomadis, quo nimirum iam tum mos erat conuenire.

2 Κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅ, τι ἂν εὐοδῶται· ἵνα μὴ ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται. | 2 [illegible] Primo quoque *die* hebdomadis vnusquisque vestrûm apud se seponat, recondens vt thesaurum quodcunque ipsi datum fuerit vt possit commodè: ne, quum venero, tunc collectæ fiant. | 2 *Per vnum Sabbati vnusquisque vestrûm apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit: vt non quum venero, tunc collectæ fiant.*

3 Ὅταν δὲ παραγένωμαι, οὓς ἐὰν δοκιμάσητε δι' ἐπιστολῶν, τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἱερουσαλήμ. | 3 Postquam autem adfuero, quoscunque probaueritis per epistolas, eos mittam vt perferant Hierosolymam beneficentiam vestram. | 3 *Quum autem præsens fuero, quum probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem.*

4 Ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται. | 4 2 Quòd si, res digna fuerit vt & ipse proficiscar, mecum proficiscentur. | 4 *Quòd si dignum fuerit vt & ego eam, mecum ibunt.*

2 Reliqua pars epistolæ scribendis rebus familiaribus consumitur, ita tamen vt omnia semper ad scopum propositum (i. Dei gloriā & Corinthiorum ædificationem) referantur.

5 Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω. (Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι. | 5 Veniam autem ad vos quum Macedoniam pertransiero. (Macedoniam enim pertranseo) | 5 *Veniam autem ad vos, quum Macedoniam pertransiero. (nam Macedoniam pertransibo)*

58 *Eminentes*, περισσεύοντες, id est, tales vt cæteros exuperetis. Vulgata, vt abundetis, id est magis ac magis vos ipsos & alios sancta & honesta vita superetis. Sed illud malo. ¶ *Stabiles*, ἑδραῖοι. Arabs addit, ἐν πίστει ὑμῶν, *in fide vestra*. Alludit autem hoc etiam loco ad confirmationem in athletis speciatim requisitam, quo etiam spectat κόπου nomen, quo grauiores labores notantur qui Gallicè *trauail*, dicitur. ¶ *In Domino*, ἐν Κυρίῳ. Hebr. ביהוה [*baihoua*,] id est Dei ope ac bonitate id efficiente. Sin autem accipias in Domino pro In negotio Domini, vel secundum Dominum, erit traiectio, quasi scriptum sit, Labor vester in Domino non erit inanis.

IN CAP. XVI.

1 *De collecta*, περὶ τῆς λογίας. Hoc vocabulo vtitur in ea significatione ipse etiam Cicero 2. De orat. & ego libenter illud retinui, vel ob eam causam vt quiuis cognoscat quid istud sit quod postea sacrificuli ad quasdam cantiunculas transtulerunt. Fuisse verò in Ecclesia vsurpatam hāc consuetudinem conferendi eleemosynas (idque die primo hebdomadis, qui Solis dies à profanis, Dominicus à sanctis dicebatur) docet Iustinus Apologetico secundo, vbi quum descripsisset concionis, & Cœnæ Dominicæ apparatum illi diei peculiarem, tandem subiicit, quenque pro facultatum ratione, vt sibi libuisset, aliquid conferre solitum, quod postea Antistes quem ὁ προεστὼς vocat, orphanis, viduis, ægrotis, egenis, captiuis & peregrinis distribueret. ¶ *Ordinaui*, διέταξα, id est, ordinis causa constitui. Itaque quod hic dies est loco Sabbati Iudaici ad publicos sacros cœtus Apostolica auctoritate, & communi Ecclesiarum consensu constitutus, nihil facit [illegible] verbum ἄγραφον δογματικὸν in Ecclesiam [illegible]. Et quotidianarum operarum interdictum multis [illegible] annis non ab Ecclesia, sed ab Imperatoribus [illegible] religiosis, non Iudaismi [illegible] studio est constitutum. ¶ *Facite*, ποιήσατε. Basilius quodam loco, citans hæc verba, sic ea distinguit vt κατὰ μίαν σαββάτων cum hoc verbo cohæreat & deinde sequatur, ἕκαστος, *vnusquisque*, &c.

2 *Primo quo*que [*die*] *hebdomadis*, κατὰ μίαν σαββάτων. Vulgata, *Per vnam Sabbati*. Erasmus, *In vna Sabbatorum*. Hoc quidem constat κατὰ vim habere distributiuam, quam vocant, neque dubium est μίαν σαββάτων declarare primam diem hebdomadis, vt ostendimus Matth.28.1. & explicat disertè Marcus ipse 16.9. Sed & in vno vetusto codice additum legi τὴν κυριακὴν, ad hoc videlicet explicandum: & eo die iam tum solitos fuisse sanctos conuenire, liquet ex Act.20.7. Hieronymus aduersus Vigilantium, *per vnam Sabbati*, hoc est *in die Dominico omnes conferre quæ Hierosolymam in solatium dirigerentur, Paulus præcepit*. ¶ *Recondens vt thesaurū*, θησαυρίζων. Hæ sunt enim veræ opes in cœlo rēconditæ, & Deo creditæ & amplissimo fœnore, licet nō ex sui æstimatione, sed ex mera liberalitate, tū in hac vita, tum in futura compensandæ Luc.16.9. & huc spectat ipsum Græcæ huius vocis etymon παρὰ τὸ εἰς τὸ αὔριον τιθέναι, id est in diem crastinum seponere. ¶ *Quodcunque*, ὅ, τι ἄν, id est, siue parum id sit, siue multum. Censetur enim hæc benignitas apud Deum non ex summa quantitate, sed ex dantis alacritate, neque ex Arithmetica, sed ex Geometrica proportione, vt Luc.21.3. ¶ *Ipsi datum fuerit vt commode possit*, εὐοδῶται, vel vt in quibusdam codicibus legitur εὐοδωθῇ. Εὐοδοῦσθαι autem passiuè dicitur, qui prosperum iter à Deo obtinet, vt Rom.1.10. sed præterea ad rerum omnium prosperos successus transfertur, vt 3. Ioan.2. Itaque sensus est, vt quisque conferat pro ratione facultatum quas à Domino obtinuerit. Neque prorsus malè conuertit Erasmus, *Quicquid commodum fuerit*, nisi quòd passiuum verbum non expressit, cuius ea est vis, vt declaret eam commoditatem abundè nobis concedi, nimirum à Deo. Latet ergo in hoc verbo argumentum [illegible] Erasmus non expressit, quod nonnisi longo ambitu exprimere Latinè potui. Vulg. *Quod ei bene placuerit*, ὅ, τι ἂν εὐδοκῇ pro εὐοδωθῇ. Nam εὐδοκεῖν, quod illi tribuit Erasm. nunquam memini legere.

3 *Per epistolas*, δι' ἐπιστολῶν. id est additis vestris epistolis, quibus eos esse à vobis delectos testabimini. Hic enim fuit tum mos Ecclesiarum, additis magnis cautionibus, quæ postea sunt etiam perscriptæ, vt nequis vel missionis suæ fide nōn facta, admitteretur: vel falsas literas facilè supponeret: nec sibi Paulus, licet Apostolus, voluit hoc ius vsurpare. Syrus autem istud cum verbo πέμψω coniunxit, vt & ego in superioribus editionibus, idque malè, quasi scriptum sit μετ' ἐπιστολῶν, *cum epistolis*. ¶ *Beneficentiam vestram*, τὴν χάριν ὑμῶν. Vulg. ad verbum, *Gratiam*: quę etiam apud Latinos pro beneficio, hîc verò pro eo ipso accipitur quod aliquis gratuitò confert.

5 *Pertransio*, διέρχομαι. Hoc verbum aliquoties iam annotauimus habere inclusam significationem futuri temporis, vt Matth.11.3. Apocal.1.4. Sicut Syrus & Arabs rectè

hoc modo interpretantur. Ego verò puto hanc epistolam eo ipso tempore scriptam Philippis, mediante inde Paulo Apostolo iter illud vltimum Hierosolymam, quod mox describitur.

Πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ, ἢ καὶ παραχειμάσω, ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε οὗ ἐὰν πορεύωμαι.

6 Apud vos autem "forsitan permanebo, aut etiam hybernabo: vt vos me prosequamini quocunque proficiscar.

6 *Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo: vt vos me deducatis quoquo iero.*

Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν· ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος ἐπιτρέπῃ.

7 Nolo enim vos nunc in transcursu videre; sed spero temporis aliquantum mansurum *me* apud vos, si Dominus permiserit.

7 *Nolo enim vos modò in transitu videre: spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit.*

Ἐπιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ ἕως τῆς πεντηκοστῆς.

8 Permanebo autem "Ephesi "vsque ad Pentecosten.

8 *Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecosten.*

Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργής, καὶ ἀντικείμενοι πολλοί.

9 Nam ostium mihi apertum est magnum & "operosum, "& aduersarij multi.

9 *Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi.*

Ἐὰν δὲ ἔλθῃ Τιμόθεος, βλέπετε ἵνα ἀφόβως γένηται πρὸς ὑμᾶς· τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται ὡς καὶ ἐγώ.

10 Quòd si venerit Timotheus, videte vt "sine metu sit apud vos: opus enim Domini operatur vt & ego.

10 *Si autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos: opus enim Domini operatur, sicut & ego.*

Μή τις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ. προπέμψατε δὲ αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ, ἵνα ἔλθῃ πρός με· ἐκδέχομαι γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν.

11 Nequis igitur illum pro nihilo habeat: sed prosequimini eum "cum pace, vt veniat ad me: expecto enim eum cum fratribus.

11 *Nequis ergo illum spernat: deducite autem illum in pace, vt veniat ad me: expecto enim illum cum fratribus.*

Περὶ δὲ Ἀπολλὼ τοῦ ἀδελφοῦ, πολλὰ παρεκάλεσα αὐτὸν ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἀδελφῶν· καὶ πάντως οὐκ ἦν θέλημα ἵνα νῦν ἔλθῃ· ἐλεύσεται δὲ ὅταν εὐκαιρήσῃ.

12 Porro de Apollo fratre, multum precatus sum eum vt iret ad vos "cum fratribus. "sed omnino non fuit ei voluntas nunc eundi: venturus est autem "quum tempus opportunum habuerit.

12 *De Apollo autem fratre, multum rogaui eum vt veniret ad vos cum fratribus: & vtique non fuit voluntas eius vt nunc veniret: veniet autem quum ei vacuum fuerit.*

Γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε.

13 Vigilate, perstate in fide, viriliter agite, estote fortes.

13 *Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini.*

Πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω.

14 Omnia vestra cum charitate fiant.

14 *Omnia vestra in charitate fiant.*

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς·

15 Precor autem vos, fratres, nostis familiam "Stephanæ esse primitias Achaiæ [illegible] sese in ministerium sanctorum addixisse:

15 *Obsecro autem vos, fratres, nostis domũ Stephanæ & Fortunati, quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos:*

6 *Apud vos*, πρὸς ὑμᾶς. Vide Marc. 6. 3. ¶ *Forsitan*, τυχόν. Id est, si res ita tulerit. Opponuntur enim τυχὸν & ἐκ προθέσεως siue προμελέτης. Syrus & Arabs iam tertia vice in hac epistola hoc verbum neglexerunt, nempe 14. 10. & 15. 37. siue quòd eius vim ignorarint, seu quòd hæc loquendi formula sit illis linguis prorsus insueta. 8 *Ephesi*, ἐν Ἐφέσῳ. quo scilicet transire iam constituerat Act. 20. 3. nec tamen eò ipse venire potuit, nedum diutius ibi hærere. Act. 20. 16. ¶ *Vsque ad Pentecosten*, ἕως τῆς πεντηκοστῆς. Erasmus putat ita subaudiendum ἡμέρας, vt simpliciter significentur quinquaginta dies, non autem festum Pentecostes. quod, inquit, haud satis scio an id temporis Gentium auribus notum fuerit: quum in epistola ad Romanos, Apostolus tollat dierum discrimen. At ego superuacaneum esse puto quærere an huiusmodi festa initio fuerint obseruata, vt hoc daretur Iudæorum infirmitati. Sed vt obseruata non fuerint, non tamen consequitur hoc non fuisse vsitatum in Ecclesiis, vt præsertim ij qui ex circuncisione crediderant, ab his festis interualla temporum numerarent. Sic Act. 20. 6. dicitur Apostolus soluisse Philippis post dies Azymorum: quos tamen quis idcirco dixerit fuisse ab Ecclesiis obseruatos? Sic etiam Act. 27. 9. significatur inclinatio Autumni per diem ieiunij, siue Propitiationis festum. Itaque illa interpretatio nulla ratione diluitur. Sed est explicandus hic locus ex iis quæ postea contigerunt, ac narrantur Act. 20. vbi totum hoc iter describitur.

9 *Operosum*, ἐνεργής. Id est, ad magnas res conficiendas opportunum, vt doctè exponunt Arabs & Syrus. Vulgata, *Euidens*. id est, ἐναργής, pro quo malim *patens* dicere, vt persistat in metaphora. Et sanè hæc lectio mihi magis arridet, quòd & eadem sit sententia, & multo mollior sit translatio. ¶ *Et aduersarij*, καὶ ἀντικείμενοι. Hieronymus in Ioelem, legit, *Sed aduersarij*, vt καὶ pro ἀλλὰ sæpe ponitur, Act. 10. 28. & infrà, vers. 12. Sed malim tamen receptam interpretationem sequi. nam quo plures aduersarij, eò magis requiritur pastoris præsentia.

10 *Sine metu*, ἀφόβως. Id est ἀσφαλῶς, & sine iusti metus occasione. Vulgata, *Sine timore*. Erasmus, *Sine metu*. Vtrunque nimis obscurè.

11 *Cum pace*, ἐν εἰρήνῃ. Id est saluum & incolumem, atque adeo bona cum gratia, ex Hebræorum idiotismo, sæpe iam à nobis explicato.

12 *Cum fratribus*, μετὰ τῶν ἀδελφῶν. Timotheo videlicet & Erasto, Act. 19. 22. ¶ *Sed omnino non fuit*, καὶ πάντως οὐκ ἦν. Hic omnino καὶ ponitur pro ἀλλὰ, & ἦν explicandum est per aoristum secundum. Non satis aptè igitur Vulgata conuertit, *Et vtique non fuit*. neque etiam Erasmus satis appositè, *Et omnino non erat*. ¶ *Quum tempus opportunum habuerit*, ὅταν εὐκαιρήσῃ. Vulgata, *Quum ei vacuum fuerit*. Vide Marc. c. 6. v. 31.

15 *Stephanæ*, Στεφανᾶ. Vulgata, addit, *Et Fortunati*, καὶ Φουρτουνάτου, vt & Claromontanus codex. Quædam exemplaria addiderunt, *& Achaici*, καὶ Ἀχαϊκοῦ, fortassis ex vers. 17. Stephanæ verò nomen non fœminam, sed virum declarat: quod annotaui in gratiam imperitorum Græcæ linguæ, vt & alia multa. ¶ *Esse primitias*, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχή. Vulgata ad verbum, *Quoniam sunt primitiæ*. Est autem Hellenismus, vt in illo Terentij, *Scis meam quibus sim gaudiis*. Estque allusio ad Leuiticum sacerdotium: qua ratione etiam fideles dicuntur Oblatio Domini. ¶ *Sese addixisse*, ἔταξαν ἑαυτούς. Pronomina composita sæpe iam admonuimus pro simplicibus interdum vsurpari apud idoneos etiam Græcos scriptores. Ita igitur puto hoc loco accipi ἑαυτούς, vt omnino alienum sit ab Apostoli scopo quod nonnulli putant, istos nimirum commendari eo nomine, quod vltro, & nonnisi à seipsis vocati, cœperint ministerio ecclesiastico vacare. Imò verò contrà nihil aliud tradit Apostolus quàm istos sese totos libentissimo animi sanctorum ministerio deuouisse, legitimè tamen vocatos: siue de prædicationis ministerio istud accipias, siue (quod potius amplector) de ea functione quæ pauperum subsidiis & gubernationi ecclesiasticæ dicata erat. Itaque ἔταξαν ἑαυτοὺς verti *Sese addixere*, ita vt gradus & statio constanter seruetur in qua fuerit aliquis collocatus. Hoc enim declarat verbum τάττειν. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Ordinauerunt seipsos*. quæ interpretatio præbuit occasionem illi quæstioni de qua diximus, quia nimirum vocationes ecclesiasticæ cœperunt peculiariter Ordines vocari: nunc quidem in cacolyca præsertim Ecclesia κατ' ἀντίφρασιν, quum nihil vsquam sit æquè confusum ac perturbatum.

Ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις, καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι.

16 Vt & vos "subiiciamini talibus, & "omnibus operam suam conferentibus & laborantibus.

16 *Vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti.*

Χαίρω δὲ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Στεφανᾶ καὶ Φουρτουνάτου καὶ Ἀχαϊκοῦ, ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν.

17 Gaudeo verò de aduentu Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam isti "defectum vestri suppleuerunt.

17 *Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt.*

Ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ τὸ ὑμῶν· ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς τοιούτους.

18 Refocillarũt enim "spiritum meum ac vestrum. "Agnoscite igitur eos qui tales sunt.

18 *Refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. cognoscite ergo qui eiusmodi sunt.*

Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας. ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ πολλὰ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίᾳ.

19 Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multùm Aquila & Priscilla cum "Ecclesia quæ est domi ipsorum.

19 *Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multùm Aquila & Priscilla, cum domestica sua Ecclesia.*

Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ.

20 Salutant vos fratres omnes. Salutate alij alios "osculo sancto.

20 *Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto.* Rom. 16. 16. 2 Cor. 13. 12. 1 Pet. 5. 14.

Ὁ ἀσπασμὸς, τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου.

21 Salutatio, manu mea Pauli.

21 *Salutatio, mea manu Pauli.*

Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα, μαρὰν ἀθά.

22 Siquis "non amat Dominum Iesum Christum, esto anathema, "maran-atha.

22 *Siquis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, Maranatha.*

16 *Subijciamini*, ὑποτάσσησθε. Id est, honore & reuerentia prosequamini, illis credatis, & ab iis sinatis vos regi vt par est, quum sese & suas facultates vobis iuuandis consecrarint. ¶ *Omnibus operam suam conferentibus*, παντὶ τῷ συνεργοῦντι. Redundat articulus, loquitur autem de functionibus ecclesiasticis. Vulgata, *Omni cooperanti*. Erasmus, *Omni adiuuanti*.

17 *Defectum vestri*, τὸ ὑστέρημα ὑμῶν. Id est, quod mihi deerat à vobis, vt qui vestro conspectu nunc frui non possim. Vulgata, *Quod vobis deerat*, sensu deprauato. Erasmus obscurè, *Id quod mihi deerat vestri*. Quidam legunt τὸ ὑστέρημά μου, id est *quod mihi deerat*, nempe vt vos conspicerem, & rerum vestrarum statum intelligerem. Nam ineptum fuerit ad collationem aliquam pecuniariam hoc referre quam ab aliis ipse acceperit: quũm tam expressè testetur se gratuitò illis prædicasse, nec vnquam passurum vt hæc gloria sibi extorqueatur.

18 *Spiritum*, τὸ πνεῦμα. Id est *animum*, vt suprà, 2. 11. ¶ *Agnoscite*, ἐπιγινώσκετε. Id est, tales ducite quales sunt reuera. Vulgata, *Cognoscite*.

19 *Ecclesia*, ἐκκλησίᾳ. Erasmus in annotationibus vertendum potius dicit *Congregatione*: qua in re ab eo dissentio. Apparet enim Apostolum commendare Aquilæ & Priscillæ familiam, quasi sit Ecclesia quædam. alioquin dixisset σὺν τῷ οἴκῳ αὐτῶν, *cum domo ipsorum*. Quòd autem repetitur apud Ambrosium, & in exemplaribus nonnullis veteris editionis Latinæ *Apud quos & hospitor*, in nonnullis Græcis codicibus inueni.

20 *Osculo sancto*, ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Id est, Sanctè amate inter vos. Petita est autem hæc loquutio vel à consuetudine illa mutuò sese osculandi in salutando, Iudæis magis quàm Græcis familiari, vel mutuæ osculationis ritu in Cœna Domini, ad summam illam animorum consensionem declarandam: quem ritum disertè declarat Iustinus Apologetico secundo. Vide 2. Cor. 13. 12.

22 *Non amat*, οὐ φιλεῖ. Id est, odit & execratur, nempe sciens prudens, quod est peccatum in Spiritum sanctum. Sunt enim apud Hebræos hæc dicendi genera non ἐλλειπτικὰ sed αὐξητικά. Sin verò istud de iis malumus accipere, qui per ignorantiam Christi istud admittant, quod ipsi Paulo antè conuersionem accidit, sese propterea blasphemum appellanti: intelligetur conditio, Nisi resipuerit in horribili illo anathemate quod subiicitur.

¶ *Maran atha*, μαρὰν ἀθά. Alij codices scribunt vno verbo μαραναθά. quod video eruditis nonnullis placere, quasi vna sit dictio Syriaca, idem declarans atque apud Hebræos חרם [*cherem*,] perperam tamen scripta à librariis, vt alia pleraque peregrina, quum scribendum fuerit *Maharanatha*. Aliis placet duas esse dictiones, nempe מרן [*maran*,] *Dominus*, & אתה [*atha*,] *venit*, sicut legitur in Arabica interpretatione, pro huius vocis expositione, *proscriptus, excisus, anathematisatus à spe Domini*. quam expositionem vt genuinam amplector. Alij etiam tres, nempe מר [*mare*,] *Dominus*, ן finale noster, אתה [*atha*,] venit. Sed quoquo modo legas, non satis aptè consideratur significatio huius vocabuli in hoc loco interpretando, quum potius sit παγγενικῶς accipiendum. Sic enim signatur species extremi anathematis, quia nimirum ea erat eius formula quæ videtur etiam describi Enochi, septimi ab Adamo, verbis, Iudæ 14. quòd qui in eo damnatus esset, Domino quasi in manus citra vllam veniæ spem dederetur. Nam etiam Augustinus epist. 78. interpretatur. *Quousque Dominus veniat*. Hæc est igitur illa tertia species anathematis apud Iudæos vsurpati, quam שמתא [*schematha*] quasi à שם [*schem*] & אתא [*atha*] Talmudistæ, ab ipsa eius denuntiandæ formula, eodem atque Maranatha significatu appellant. Cur enim alioqui Paulus Corinthios lingua peregrina compellaret, nisi vocabulum istud ex Synagoga petiuisset, Græcis etiam Eccle-

clesiasticis Gallice, vt Amen, Alleluia, & alia nonnulla, à Graecis Ecclesia ad Latinas quoque tandem translata. Chrysostomus tamen vertit hanc speciem videtur anathematis nomine intellexisse, edito tractatu in quo contendit non esse anathemate viendum in Ecclesia Christiana. Et certè videtur colligi ex historia Achan Iosue 6. & 7. nihil aliud esse quàm חרם [cherem] quod ipsum etiam etymon indicat. Sed ad hoc respondetur duas fuisse species anathematis חרם [cherem,] vt ex eo appareat quod ita vocabantur res Deo deuotae, quae vsui redire non poterant, tamen non peribant, sed sacerdotibus cedebant. Num. 18. 14. Itaque commodius quoque videtur distribui excommunicatio in duas species, nempe נדוי [Niddui] & חרם [cherem.] Anathema cursus anathema, in simplex, & maranatha siue schamatha, quamobrem etiam Paulus non contentus dixisse anathema, subiecit postea speciei nomen.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν.	24	Gratia Domini Iesu Christi sit vobiscum.	23	Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum.
Ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.	24	Charitas mea cum omnibu vobis in Christo Iesu. Amen.[5]	24	Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. Amen.
Πρὸς Κορινθίους πρώτη, ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων διὰ Στεφανᾶ καὶ Φουρτουνάτου καὶ Ἀχαϊκοῦ καὶ Τιμοθέου.		Ad Corinthios prior, missa fuit Philippis per Stephanam & Fortunatum, & Achaicum & Timotheum.		Ad Corinthios prior missa fuit à Philippis per Stephanam & Fortunatum & Achaicum & Timotheum.

24 *Amen, Ἀμήν.* Id est, ita est. Est enim confirmantis potius quàm optantis: nisi libeat interpretari ἡ ἀγάπη μου μεθ' ὑμῶν, &c. *mea [sit] cum vobis omnibus in Christo Iesu.* sicut subijci solet extremis epistolis, *Vale, & nos ama.*

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ
Ἡ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ἐπιστολὴ δευτέρα.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD Corinthios posterior.

Κεφάλαιον α.		NOVA INTERPR. CAP. I.		VETVS. CAPVT I.	
ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ.	1	PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei & Timotheus frater, Ecclesiae Dei quae est Corinthi, vnà cũ sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia.	1	PAVLVS Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesiae Dei quae est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia.	Vide huiusmodi salutationum explicationem in superioribus epistolis.
Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.	2	Gratia sit vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.	2	Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.	Ephes. 1. 3. 1. pet. 1. 3.
Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως·	3	2 Benedictus esto Deus ac Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater inquã ille miserationum & Deus omnis consolationis:	3	Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis.	2 Incipit suo more à gratiarum actione, quam tamen praeter morem sibi applicat, epistolã inchoans à sui Apostolatus dignitate asserenda, coactus (vt apparet) eorum importunitate qui ipsius despiciendi argumentum ex eius miseriis captabant. Ipse verò respõdet, ita se affligi, vt supersint tamẽ consolationes, quarum etiam fontes ostẽdit, nempe Dei patris misericordiam in Christo.
Ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει, διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.	4	Consolans nos in omni afflictione nostra: vt & ipsi possimus in quauis afflictione positos consolari, ea consolatione qua nos ipsos consolatur Deus.	4	Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi à Deo.	
Ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς, οὕτω διὰ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν.	5	Nam sicut redundant in nos perpessiones Christi, ita per Christum redũdat etiam in vos consolatio nostra.	5	Quoniã sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christũ abundat consolatio nostra.	
Εἴτε δὲ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως, καὶ σωτηρίας· εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως, τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν· καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν.	6	4 Siue igitur affligimur, pro vestra cõsolatione ac salute premimur: siue consolationem percipimus, consolationem percipimus pro vestra consolatione, quę efficitur in vobis per tolerationem earundem perpessionũ quas & nos perpetimur: & spes nostra firma est de vobis.	6	Siue autẽ tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute, quae operatur tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur: vt spes nostra firma est pro vobis.	3 Ideo nos cõsolatur Dominus, vt tanto certius possimus alios solari.

4 Negat despici meritò posse eum aerumnas quibus premi solebat, tum consolationes quas à Domino percipiebat, quum maximum ex vtrisque confirmationis argumentum capere possint, ac debeant Corinthij.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAPVT I.

3 *Benedictus, εὐλογητός.* Id est, Laus & gloria tribuatur. Sic enim homines benedicunt Deo, vt alibi exposuimus. ¶ *Deus ac Pater, ὁ Θεὸς καὶ πατήρ.* Vide 1. Cor. 15. 24. ¶ *Miserationum, τῶν οἰκτιρμῶν.* Heb. רחמים [rachamim,] id est summè misericors. Haec enim est emphasis pluralis numeri.

4 *Vt & ipsi.* Legisse videtur Vetus Interpres, καὶ αὐτοί. Sed & ita sit vertendus hic locus, vt intelligatur αὐτοί non à posteriore, sed ab anteriore cum verbo δύνασθαι construi. *Ea consolatione, διὰ τῆς παρακλήσεως.* Vulg. *Per exhortationem,* & id quidem malè, quanuis consolatio sit exhortationis species. Sic etiam mox versu 6, malè vertit παρακαλούμεθα, *exhortamur,* pro *consolationem percipimus.*

5 *Perpessiones Christi, τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ.* Id est, Ærumnae quas ob Christum perpetimur, siue quas in nobis perpetitur Christus, vt Rom. 8. 17. & Col. 1. 24. Quod autem attinet ad παθήματα, de eo diximus Rom. 7. 5. ¶ *Redundat, περισσεύει.* Videlicet in alios oppressos, quos consolor, & qui exemplo, quod in me Christus edit, confirmantur: vt loquitur propheta Psalm. 40. 4.

6 *Siue igitur, εἴτε δέ.* Vulgata, *Siue autem.* Sed quum in hoc versiculo sit applicatio cum praecedentibus, necesse est δέ pro οὖν accipere. Multiplex autem & varia est huius loci Scriptura in verborum collocatione, ex quibus variis lectionibus eam delegimus vt simplicissimam quam Syrus &

Arabs interpretes sunt sequuti. ¶ *Quod affligimur* θλιβόμεθα. Reperiimus hoc verbum, vt & mox verbum παρακαλούμεθα, *consolationem percipimus*, sic postulante sententia, sequuti etiam in eo Syram & Arabicam interpretationem, ellipsi Paulo familiari, vt Rom. 11.6. & infrà, 2.10: & 5.13. Quòd si tamẽ initio huius versiculi expungatur particula εἴτε, (quam scripturam in vno manuscripto codice inueni) nihil erit supplendum: sed hæc omnia vsque ad καὶ ἡ ἐλπὶς, &c. *Et spes*, &c. pendebunt à verbo περισσεύει *abundat*.

¶ *Efficitur in vobis*, τῆς ἐνεργουμένης. Vulgata & Erasmus, *quæ operatur*. Nam actiuè passim vsurpatur in his libris τὸ ἐνεργεῖσθαι, vt Rom. 7.5. & infrà, 4.12. & Galat. 5.6. & Iac. 5.16. Quòd si tamen repetatur etiam in hoc membro nomen σωτηρίας, vt habet vulgata editio Latina, tum vertendum erit τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ, *quæ efficitur in vobis per tolerationem*, id est interueniente toleratione. Nec enim tolerationem præcedit Salus, sed consequitur. Et hæc sententia prorsus est alij similis, Rom. 6.3. ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται.

¶ *De vobis*, ὑπὲρ ὑμῶν. Id est περὶ ὑμῶν. Nam has præpositiones sæpe permutari satis constat apud idoneos etiam auctores. Vulgata & Erasmus, *Pro vobis*.

Græce	Latine	Vulgata
7 Εἰδότες ὅτι ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως.	7 Vtqui sciamus vos, sicut cõsortes estis perpessionum, ita etiam *consortes fore* consolationum.	7 *Scientes quòd sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis.*
8 Οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς θλίψεως ἡμῶν τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν.	8 5 Non enim volumus vos esse nescios, fratres, afflictionis nostræ quæ nobis euenit in Asia, nos *nempe* supra modũ grauatos fuisse supra vires, adeovt prorsus animi penderemus, etiam quod ad vitam.	8 *Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere.*
9 Ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς.	9 Sed ipsi apud nos decretũ mortis habuimus, ne confideremus in nobisipsis, sed in Deo suscitante mortuos,	9 *Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos.*
10 Ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐρρύσατο ἡμᾶς καὶ ῥύεται· εἰς ὃν ἠλπίκαμεν ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται.	10 Qui ex tanta morte nos eripuit & eripit: in quo speramus nos adhuc etiam ereptum iri:	10 *Qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem speramus quoniam & adhuc eripiet.*
11 Συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει, ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν.	11 6 Vna conferentib. subsidiariã operam etiam vobis per deprecationẽ pro nobis, 7 vt donũ ex multis personis in nos *collatum*, per multos celebretur gratiarum actione pro nobis.	11 *Adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis per multos gratiæ agantur pro nobis.*

5 Testatur adeò se non pudere illarũ afflictionum, vt etiam cupiat earum magnitudinem ab omnibus intelligi, ac suã vi[...] quamuis nondũ plenam liberationem.

Rom. 15.30. 6 Ne seipsum videatur efferre, omnia tribuit Deo, & simul plurimũ precibus plurimũ tribuere se profitetur.

7 Gloria Dei, finis est actionũ sanctorum quas proinde preciosas habere oporteat.

---

7 *Vt qui sciamus*, εἰδότες. Videtur scribendum fuisse εἰδότων potius quàm εἰδότες, sed illud totum, *Et spes nostra*, &c. interiectum est. Eiusmodi participia, Hebræorum verundus respondentia sæpe in his libris occurrunt.

8 *Afflictione nostra*, ὑπὲρ τῆς θλίψεως. Iterum ὑπὲρ pro περὶ, vt suprà versu 6. sicut in illo Virgilij, *Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.*

¶ *Adeo vt prorsus animi penderemus*, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς. Id est, vt prorsus perplexi & inopes consilij essemus quomodo periculum vitæ euaderemus, quod ad humana videlicet præsidia. Dicitur enim ἀπορεῖσθαι qui non nouit quomodo sese ex aliqua difficultate expediat cuius verbi vim auget præpositio ἐξ, vt infrà, 4.8. Vulgata, *ita vt tæderet nos*, sententia non modò non expressa, sed etiam deprauata. Erasmus, *Vt desperaremus*: à quo verbo libens abstinui.

9 *Sed*, ἀλλά. Erasmus, *Quinetiam*, ἀλλὰ καὶ, quasi amplius aliquid significetur quàm superiore versiculo. Ego verò existimo declarari ab Apostolo quo consilio Deus ipsum voluerit eousque premi. ¶ *Apud nos*, ἐν ἑαυτοῖς. Id est, intus & in animo. Vulgata & Erasmus, *In nobisipsis.*

¶ *Decretum mortis habuimus*, τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου. Id est, Nobis constitutum & decretum erat mori. Est autem metaphora ab iis sumpta in quos pronuntiatum est capitis iudicium, vt τὸ ἀπόκριμα præcisum mortis decretum declaret, quum alioqui secretionem significet. vt est mors animæ & corporis separationis effectum in Homine. Quibusdam verò placet pro responso seu denuntiatione accipere: quasi præsentia pericula presentem mortem veluti denuntiarẽt: sicut etiam conuertit Vetus interpres. Mihi tamen videtur simplicissima prior interpretatio.

10 *Ex tanta morte*, ἐκ τηλικούτου θανάτου. Summa illa pericula κατ' αὔξησιν vocat Mortem. Vulgata, *Ex tantis periculis*, non expressa illa amplificatione. Ambrosius videtur legisse ἐκ τηλικούτων θανάτων, *ex tantis mortibus*. quod legit etiam Syrus interpres: Arabs verò ἐκ τοῦ θανάτου, *ex morte*, quod etiam videtur simplicius.

Et eripit, καὶ ῥύεται. Syrus hoc non legit, neque Claromontanus codex, & fortassis hoc redundat.

11 *Vna conferentibus*, &c. συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν, &c. Vulgata, *Adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis*. Erasmus, *Simul adiuuantibus & vobis per deprecationem pro nobis*: at si scriptum sit, τῇ ὑπὲρ ἡμῶν δεήσει. Sententia verò sic etiam eadem manet. ¶ *Vt donum ex multis*, &c. ἵνα ἐκ πολλῶν, &c. Primùm omnium rectè (meo iudicio) annotauit Valla traiectionem articuli: quasi scriptũ sit ἵνα τὸ ἐκ πολλῶν προσώπων εἰς ἡμᾶς χάρισμα. neque causa erat cur hac traiectione offenderetur Erasmus, cuius simile exemplum occurrit hoc ipso capite, versu 24 vbi scriptum est ὑμῶν τῆς πίστεως, pro τῆς ὑμῶν πίστεως. Quod autem attinet ad ἐκ πολλῶν προσώπων, præpositionem ἐκ simpliciter ita accipio vt causam instrumentalem declaret. Hoc enim dicit Apostolus, fore vt quum per multorum deprecationem fuerit è periculis liberatus, (quam liberationem χάρισμα vocat) per multos vicissim agantur gratiæ pro eo beneficio: vnde rectè colligas sese communi Ecclesiæ totius bono affligi solere, vt explicat infrà, 4.15. Ergo προσώπων hoc loco nihil aliud declarat quàm ἀνθρώπων. Vulgata, *Ex multarum personis facierum*, manifestè corrupta lectione: quum semel duntaxat scriptum sit προσώπων, vt mihi quidem omnino videatur interpres ad verbum conuertisse *Ex multorum facie*, vel (vt Erasmus quoque perobscurè vertit) *Ex multorum personis*. In quibusdam codicibus legitur ἐν πολλῷ προσώπῳ. quod & ipsum est admodum obscurum, ac fortassis perperam scriptum est pro ἐν πολλοῖς προσώποις. id est publicè & coram multis, nimirum in publico cœtu. Legit enim Ambrosius *In multorum facie*. Syrus autem interpres pro ἐκ legit ἵνα, & mox καὶ εὐχαριστηθῇ impersonaliter, vt ad verbum liceat interpretari, *vt donum in nos [collatum] sit multorum* (id est beneficium multis commune) *& per multos agantur gratiæ pro nobis.*

¶ *Per multos*, διὰ πολλῶν. Castellio vertit *Ingentes gratias*, quasi διὰ πολλῶν neutro genere acceptum significet Multis verbis. Græca verò scholia, quia ἐκ πολλῶν προσώπων interpretantur de iis ipsis, à quibus agendæ sint gratiæ, ne hoc posterius videatur redundare, perinde explicant acci-

subaudiretur τρόπων, id est multis modis. quæ interpretatio prorsus est violenta.

¶ *Celebretur gratiarum actione*, εὐχαριστηθῇ. Passiuum est hoc verbum, ideóque non potuit nisi verborum ambitu à nobis explicari. Vulgata & Erasmus, *Gratiæ agantur pro dono.* ¶ *Pro nobis*, ὑπὲρ ἡμῶν. Complutensis editio, & quatuor vetusti codices scriptum habent, ὑπὲρ ὑμῶν, pro vobis, id est vestro nomine, vel quòd vestris precibus fuerim liberatus. Sed altera lectio mihi videtur huic loco melius conuenire.

Græce	Latine	Vulgata
12 Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστί, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ, περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς.	12 8 Nam gloriatio nostra hæc est, testimonium *videlicet* conscientiæ nostræ, quòd cum simplicitate & sinceritate Dei, non cum sapientia carnali, sed cum gratia Dei versati sumus in mundo, plurimum autem apud vos.	12 *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, conuersati sumus in mundo, abundantius autem ad vos.*
13 Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε· ἐλπίζω δὲ ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε.	13 Nõ enim alia scribimus vobis quàm quæ legitis aut etiã agnoscitis. Spero autem vos etiam ad extremum agnituros,	13 *Non enim alia scribimus vobis quàm quæ legistis & cognoscitis. Spero autem quòd vsque in finem cognoscetis.*
14 Καθὼς καὶ ἐπέγνωτε ἡμᾶς ἀπὸ μέρους, ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.	14 Sicut & aliquatenus agnouistis, nos gloriationem vestram esse, quemadmodum & vos nostra *estis*, in diem Domini Iesu.	14 *Sicut & cognouistis nos ex parte, quod gloria vestra sumus: sicut & vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi.*
15 Καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον, ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε.	15 Itaque hac fiducia prius volui ad vos venire, vt secundam gratiam haberetis:	15 *Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis:*
16 Καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, καὶ πάλιν ἀπὸ Μακεδονίας ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν.	16 Et per vos transire in Macedoniam, & rursum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.	16 *Et per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.*

8 Secundo loco aliam calũniam diluit, videlicet quòd homo leuis esset, & cum tempore nõ essent redeundum, quum promisisset se ad eos venturũ, nec tamen venisset. Præfatur autem de animi sui simplicitate & sinceritate, quam & ex ipsius præsentis voce cognouerint, & in absentis literis debeant recognoscere: & se porro alium nunquam futurum testatur.

---

12 *Et sinceritate Dei*, καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ. Id est candore, & animi quasi perspicuitate sancta & vera, vt testis est Deus ipse. Cæterùm Syrus & Arabs paulo aliter hunc locum distinguunt, idque (vt mihi quidem videtur) rectiùs, nempe hoc modo: ὅτι ἐν ἁπλότητι (Arabs addit πλείᾳ, id est *integra* siue minimè fucata, vt ab Hebræis accipitur תם [*tam*]) καὶ εἰλικρινείᾳ καὶ χάριτι τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ ἀνεστράφημεν: *quod cum simplicitate & sinceritate, & gratia Dei, ac non cum sapientia carnis versati sumus*, &c. ¶ *Cum gratia Dei*, ἐν χάριτι Θεοῦ. Id est, fretus ea sapientia quam Deus mihi cælitùs est gratificatus. Gratiam enim μετωνυμικῶς accipit pro ipso dono: & pro specie posuit genus ipsum, vt apparet ex antithesi quanuis nihil prohibeat cum sapientia adiungere reliqua Spiritus dona. ¶ *Apud vos*, πρὸς ὑμᾶς, i. παρ' ὑμῖν, vt apud Dem. πρὸς ὑμᾶς ζῶσι, apud vos degentibus. Vulgata, *Ad vos*. Erasm. *Erga vos*. Sic accipitur infrà, 3.4.

3 *Quàm*. ἀλλ' ἢ Id est, ἤ. Sic Plato in Apologia, τίνα ἄλλον λόγον ἔχουσι συνδοκοῦντες ἐμοὶ, ἀλλ' ἢ τὸν ὀρθόν καὶ δίκαιον; Syrus legit ἀλλ' ἃ, *sed quæ*. Arabs autem videtur legisse aliud quiddã valde obscurum. ¶ *Quæ legitis*, ἃ ἀναγινώσκετε. Non dissimilis locus occurrit infrà, 3.3. Venustè autem dicit Paulus se non aliud scribere quàm quod legeretur, id est candidè, sincerè & absque vllo fuco scribere: vt eam sinceram simplicitatem probaret quam sibi tribuerat superiore versu. Nam qui tecta aut fucata oratione vtitur, meritò sanè dicitur alia scribere quam quæ leguntur: veluti siqua honesta mulier dicat se non aliam faciem adferre quàm quæ spectatur: quod nõ possit ei tribui quæ sese fuco illinat, & quicum (vt inquit ille) facies sua non dormiat. Videtur tamen hæc expositio nimium frigida doctissimo interpreti. Itaque pro ἀναγινώσκετε exponit *recognoscitis*, id est tacito animi consensu vera esse intelligitis: ἐπιγινώσκετε verò, *agnoscitis*, id est vestro consensu approbatis. sicut agnoscere liberos accipitur apud iurisconsultos ἀντὶ τοῦ προσποιεῖσθαι. ¶ *Aut etiam agnoscitis*, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε. Id est, aut etiam ipsi iam satis nostis & persuasa habetis, vt Syrus interpres vertit. vt non iam epistolam, sed ipsos eorum animos faciat Apostolus sui illius perpetui candoris testes, quo erga ipsos vsus fuerat quæ expositio videtur optimè cohærere cum iis quæ subiiciuntur. Nam alioqui quanuis oratio sit animi interpres, tamen non ita difficile est candorem scribendo simulare. Aut, *Agnoscitis*, nempe vt iam antè vobis nota vel saltem iis prorsus respõdentia quæ olim ex me præsente audistis. sicut Basil. 1 epist. testatur se ἐπιγνῶναι, i. agnouisse epistolam à Gregorio profectam, sicut, inquit, quosdam agnoscimus esse quorũdam filios, ex eo quòd parentũ vultum referant. Cæterùm in Græcorum scholiorum contextu non legitur hoc mẽbrũ, sed librariorum incuria prætermissum est, vt ex interpretatione apparet. Exponunt autem τὸ ἀναγινώσκειν, nõ vti nos fecimus, *Legendi* verbo, sed *Recognoscendi*. Recognoscimus verò quæ reminiscendo cognoscimus: vnde ἀνάγνωσιν Macrobius repetitam cognitionem interpretatur. ἐπιγινώσκειν autẽ accipiunt de simplici cognitione: quasi diceret Apostolus se non alia scribere quàm quorum poterant ipsi Corinthij recordari, aut etiam quæ sponte ipsi scirent & intelligerent, etiamsi nõ ea suggereret. Verùm ea interpretatio mihi videtur violenta, nec satis cum præcedentibus & sequẽtibus cohærere. Vetus interpres legit καὶ ἐπιγινώσκετε, *& cognoscitis*, sublata disiunctiua particula. ¶ *Etiam ad extremum*, ἕως τέλους i. perfectè. Huic enim opponitur τὸ ἀπὸ μέρους, i. ex parte. Vos, inquit Paulus, quis sim cognouistis aliqua ex parte, vt qui apud vos fuerim tandiu versatus, & ad vos etiam antea scripserim. Spero autẽ fore vt eundem esse me porro cognoscatis, vt finis respondeat principio.

14 *Gloriationem vestram esse*, ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμέν. Nam ὅτι accipiendum esse εἰδικῶς, non αἰτιολογικῶς, pro Siquidem aut Quoniam, vel ex eo apparet quòd in nullis codicibus adscriptum inuenimus punctũ post μέρους, sed simplicẽ tantum distinctionẽ. Gloriatio autem Pauli hæc erat in Domino quòd Corinthios lucrifecisset: Corinthiorũ verò, quòd à tali Apostolo tã purè ac sincerè fuerant instituti. ¶ *In diem*, ἐν τῇ ἡμέρᾳ. Sic malo conuertere quàm In die, quia non præcessit ἐσόμεθα, *erimus*, sed ἐσμέν, *sumus*. Diem autem vocat Domini Iesu: siue, vt in aliis codicibus legitur, Domini nostri Iesu Christi, diem illum quò supremus ille iudex sedebit, vt declarat ipse Apostolus Rom. 2.16.

15 *Prius*, πρότερον. Hoc refero ad verbum ἐβουλόμην, vt sit sensus, antea fuisse decretũ Apostolo ipsos inuisere Macedonas. Paulò post verò ostendet sese non leuitate aliqua, sed iustis de causis consilium mutasse. Sic enim etiam scribitur hic locus in vetustis codicibus, ἐβουλόμην τὸ πρότερον πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν. ¶ *Secundam gratiam*, δευτέραν χάριν. Id est, alterum hoc beneficium. Græci χάριν interpretantur χαράν, i. *gaudium*, sicut in vernaculo nostro sermone vocamus *vn plaisir* tum beneficium ipsum, tum etiam voluptatem quæ ex eo percipitur. Erasmus, *Geminam gratiam*.

16 *A vobis*, ὑφ' ὑμῶν. In vno codice scribitur ἀφ' ὑμῶν, *à vobis*, id est, à vestra regione.

9 Inficiatione repellit calumniam, & illud quidem in primis quod nonnulli studebant Corinthiis persuadere, Paulum sibi in docendo Euangelio nõ constare.
10 Deum ipsũ citat testem ac iudicẽ suæ in docendo vno & eodem Euãgelio constantiæ.
11 Adiungit suos collegas testes quibuscum summò consensu semper idẽ, id est vnum Christũ, docuit.
12 Deniq. summam suæ doctrinæ explicat, omnes videlicet salutis promissiones in Christo esse firmas ac ratas.
13 Huius constantiæ laudem vni gratiæ Dei per Spiritũ sanctum tribuit, simúlque concludit non posse de sua & collegarum fide dubitari, quin ipsi Dei Spiritui fiat iniuria, quum sint ipsi sibi optimè conscij.

17 Τοῦτο οὖν βουλευόμενος, μή τι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; ἢ ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι, ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ;

17 9 Hoc igitur quum deliberarem, numquam leuitate sum vsus? aut quæ delibero, secundũ carnem delibero, vt sit apud me Etiam & Non?

17 *Quum ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me Est, & Non?*

18 Πιστὸς δὲ ὁ Θεός, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ.

18 10 Imò fidelis Deus *nouit* sermónem nostrum apud vos, non fuisse Etiam & Non.

18 *Fidelis autem Deus quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo Est & Non.*

19 Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθείς, δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν.

19 11 Nam Dei Filius Iesus Christus qui inter vos per nos prædicatus est, *id est* per me & Syluanum ac Timotheum, non fuit Etiam & Non, sed Etiam fuit in ipso,

19 *Dei enim Filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit Est & Non, sed Est in illo fuit.*

20 Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναί, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν, τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν.

20 12 Quotquot enim *sunt* promissiones Dei, in ipso *sunt* Etiam, & in ipso *sunt* Amen, ad Dei gloriam per nos.

20 *Quotquot enim promissiones Dei, sunt in illo Est, ideo & per ipsum Amen, Deo ad gloriam nostram:*

21 Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστόν, καὶ χρίσας ἡμᾶς, Θεός.

21 13 Porro qui nos confirmat vobiscum in Christum, & qui vnxit nos, Deus *est*.

21 *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christũ, & qui vnxit nos, Deus.*

17 *Quum deliberarem.* βουλευόμενος. Vulg. *Quum voluissem,* βουλόμενος. Eras. *Quum id animo versarem,* διανοούμενος, vel ἐνθυμούμενος. Idem tamen mox vertit βουλεύομαι *cogito*, cum Vetere interprete, quem alioquin frequenter solet reprehendere, quòd copiam affectet minimè necessariam. ¶ *Secundum carnem*, κατὰ σάρκα, i. hominum more, qui temere vel commodi sui causa solent polliceri quiduis, & leuiter cõsilium mutare: quod antè significauit vocabulo ἐλαφρίας, à ceruorum leuitate ducto. Aliis placet contraria prorsus sententia exponere, *Secundum carnem*, i. vt homines solent, qui videlicet sine exceptione constituunt quicquid libuit, ideóque sæpe sua spe falluntur: quum sancti nihil soleant decernere nisi addita conditione cuius fit mentio Iac. 4. 15. Sed alteram interpretationem potius amplector. ¶ *Vt sit apud me Etiam & Non?* ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ καὶ τὸ οὔ; Id est, Vt aliquid modò affirmem, modò negem? Nam τὸ ναί quod conuertimus Etiam, declarat affirmantem sermonem, τὸ οὔ negantem, vt diximus Matt. 5. 37. quam scripturam vt simplicissimam sum sequutus, non modò Veteris Latini interpretis, sed etiam vnius ex vetustis manuscr codicibus bonę fidei auctoritate confirmatam. Suspicor autem hunc locũ fuisse ex similium locorum collatione deprauatum, nempe Matt. 5. 37. & Iac. 5. 12. Eras. igitur repertam in plerisque codicib. scripturam amplexus, nempe ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ, vertit *vt sit apud me [quod est] Etiam, Etiã: & [quod est] Non, Non*: quum tamen vt sententia respondeat Apostoli scopo, potius dicendum fuerit, *vt apud me [quod est] Etiam, sit Non, & [quod est] Non, sit Etiam.* Vult enim Paulus eos refutare qui ipsum tanquam inconstantem aut etiam mendacem arguere posse videbantur. Syrus verò eandem illam lectionem sequutus quæ duplicat ναί, & οὔ aliter tamen est interpretatus, quasi videlicet ante ἵνα ᾖ, supplendum fuerit ὅτι δεῖ, *quod oportuerit* (de qua ellipsi diximus sæpe antea, & quidem in primis Ioh. 13. 18) & παρ' ἐμοὶ idem declaret atque *in his quæ deliberaui*, vt sit fundamentum obiectionis quam postea refutat Apostolus, quòd videlicet oportuerit eum in suis dictis & deliberatis constantem inueniri. Arabs etiã similem ellipsin excogitauit, sed supplet ὅτι δεῖ, *quod oporteat*, & pro παρ' ἐμοὶ legit ἐν αὐτῷ *in eo*, nempe Christo, vt sit hæc sententia, Apostolum in eo peccasse videri, quòd id non præstitisset quod se facturum affirmasset, quoniam veros Christi seruos oporteat reipsa præstare, quod sese facturos vel affirment vel negent. Sed planior multo & accommodatior est scriptura quam sum amplexus.

18 *Imò*, δέ. Id est μᾶλλον δέ, vt rectè exposuit Erasmus, quum subiiciatur interrogationi. Sed nihil tamen subaudio inter præcedentem interrogationem & hanc responsionem. ¶ *Fidelis, Deus*, πιστὸς ὁ Θεός. Id est verax, & de cuius fide sit nefas dubitare. Est autem in his verbis species iurisiurandi ἐλλειπτικοῦ, quasi Paulus calumniæ depulsionẽ à persona transferens ad doctrinam, de cuius retinenda auctoritate potissimum laborabat, sic planè scripserit, Testis est mihi Deus ipse fidelis & omni exceptione maior. Vel, (qua in re etiam auctorem habeo Arabem interpretem) *Nouit* Deus fidelis *testis*, me vobis eandem veritatem constãter prædicasse. Vocat enim τὸν λόγον Paulus *prædicationem Euangelij*, non autem quod antea decreuerat, vt putauit Erasmus.

16 *Non fuit Etiam & Non*, οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, Id est, non fuit varius & inconstans, sed prorsus idem. Iesum autem Christum appellat ipsam Euangelij siue de Christo prædicationẽ. Vulg. *Non fuit in illo Est & Non*, deprauatè: Nam *in illo*, irrepsit ex sequẽte versiculo. In duobus autem codicib. pro ἐγένετο legimus ἐστί, quam lectionem sequutus est Vetus interpres, eadem manente sententia. ¶ *Sed etiam fuit in ipso*, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. Id est, idem semper & vnus fuit in Deo. Nam ἐν αὐτῷ ad Deum necessario pertinet, cuius Filius est ipse Christus, constantissima Patris veritas.

20 [*Sunt*] *Etiam in ipso*, ἐν αὐτῷ τὸ ναί. In ipso videlicet vnico Christo proponuntur exhibendæ ac præstandæ cõstante ac inuariata ratione. Nec enim possumus Deo aliter quàm in hoc vno Filio placere, ac proinde promissionũ participes fieri. ¶ *Et in ipso* [*sunt*] *Amẽ*, καὶ ἐν αὐτῷ ἀμήν. i. Et in ipso sunt exhibitæ ac completę, quum ille videlicet munere suo defunctus, & sibi & nobis hæreditatem illam cælestem creuerit. Itaq τὸ ναί ad promittentem refero, qui Christum vt vnum certúmque promissionum scopum proposuerit: τὸ ἀμήν verò ad Christum ipsum qui illas impleuerit, vt nobis quoque ratæ fuerint. Nam τὸ ναί spondentis est, τὸ ἀμήν verò ratum habentis quòd dictum est aut factum. de quo diximus 1 Cor. 4. 16. Sicui tamen nimium arguta videbitur hęc distinctio, non incommodè dixerit Apostolũ Hebræorum more, & emphaseos causa bis idem dixisse, diuersis tamen linguis, vt in Abba Pater. Sed Vetus interpres totum hunc locum ita legit, διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ ἀμήν, *ideo & per ipsum* [*sit*] *Amen*, quod etiam in vno Græco exemplari scriptum inuenimus. & eam quoque sequutus Arabs supplent verbum *Præstatur*. ¶ *Ad Dei gloriã*, τῷ Θεῷ εἰς δόξαν. i. vt Deo cedat gloria, vt Græca scholia rectè exponunt. Sed hæc traiectio videtur paulò obscurior in Latino sermone, si cum Vetere interprete & Erasmo conuertamus ad verbum, *Deo ad gloriam*. Reperio autem in omnibus codicibus Græcis distinctionẽ additam post ἀμήν, vt τῷ Θεῷ commodè non possit cum præcedentibus connecti. quòd tamẽ faciendum est, si Veterem interpretem sequamur. ¶ *Per nos*, δι' ἡμῶν. Id est, Vt per nos, Euangelij videlicet ministros, Dei gloria in Christo patefiat. nisi malimus, eâdem tamen manente sententia, hoc cõnectere cum præcedentibus sic enim omnes promissiones sunt Etiã & Amen in Christo, vt ad hoc ipsum beneficium nobis applicandum Deus ministrorum operâ vtitur. Vulgata. *Nostram*, id est ἡμῶν, sublata præpositione, quod non placet.

21 *Qui nos confirmat vobiscũ*, ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν. Hæc distinctio ostendit de quibus dictũ sit δι' ἡμῶν, i. *per nos*, superiore

riore versiculo, nimirũ de ministris Verbi. Vult enim Paulus ostendere quomodo valeat ductum argumentũ à Christi persona ad ministros Verbi, quia nimirũ quod Christus præstitit, hoc ipsum annuntiatur à ministris, & idẽ Christi Spiritus per ministros Ecclesiã regit. Nõ desunt qui legant *Vt nobiscum.* ¶ *Et qui vnxit*, καὶ χρίσας. De ministris loquens quos Spiritus Dei dicitur vngere, alludit ad Sacerdotum & Prophetarũ atq; adeo regum vnctionẽ in Lege vsurpatam. quãuis fateor, hoc etiã posse in genere de omnibus fidelib. dici, vt 1. Pet. 2. 9. Sed spectandũ de quo hîc laboret Paulus, nẽpe de asserenda ministerij sui & suorũ collegarum dignitate, aduersus eorum calumnias qui ipsos accusabant leuitatis, quasi Spiritu Dei non regerentur, vt qui ad eos nõ venissent sicut polliciti fuerãt. Quòd siquis hoc velit ad charismatis vsum referre, ineptissimè fecerit, quum in Apostolicis scriptis nulla sit ne tenuissima quidem istiusmodi vnctionis mentio. Arabs autem post εἰς Χριστόν addit Θεός, & istud καὶ χρίσας ἡμᾶς, sequenti versiculo attexit.

22 Ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν.

22 Qui etiam obsignauit nos, indiditque arrhabonem Spiritus cordibus nostris.

22 *Qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.*

23 Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν, ὅτι φειδόμενος ὑμῶν οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον.

23 14 Ego verò testem Deũ inuoco in meam animam, me *idcirco* nondum venisse Corinthum, quòd vobis parcam.

23 *Ego autẽ testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni vltra Corinthum.*

14 Iam ad rem accedẽs, iurat tantum abesse vt leuiter cõsilium de suo ad eos profectione mutarit, vt contrà idcirco nõ venerit ne præsens cogeretur durius quàm vellet cum ipsis agere.

24 Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν. τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε.

24 15 Non quòd dominemur vestræ fidei, sed *quòd* administri simus gaudij vestri. nam fide statis.

24 *Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. nam fide statis.*

15 Remouet omnem arrogãtiæ suspicionẽ, testans sese nõ vt dominum, sed vt seruum loqui ipsis in Domino consolandis destinatum.

Κεφάλαιον β.

CAP. II.

1 Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐλθεῖν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς.

1 Hoc autem apud me statui, rursus cum tristitia non venire ad vos.

1 *Statui autẽ hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos.*

2 Εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ;

2 Nam si ego tristitia vos afficiam, quis est igitur qui exhilaret me, nisi is ipse qui contristatus fuerit ex me?

2 *Si enim ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me?*

3 Καὶ ἔγραψα ὑμῖν τοῦτο αὐτό, ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην ἔχω ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν· πεποιθὼς ἐπὶ πάντας ὑμᾶς ὅτι ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστιν.

3 Et hoc ipsũm vobis scripsi, ne, quũ venero, tristitiam capiã ex iis de quibus oportebat me gaudere: cõfisus de vobis omnibus, meum gaudium, omnium vestrum *gaudium* esse.

3 *Et hoc ipsum scripsi vobis, vt non, quum venero, tristitiam super tristitiam habeam de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrum est.*

4 Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρύων, οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα γνῶτε ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς.

4 Nam ex multa afflictione & anxietate cordis scripsi vobis, per multas lacrymas: nõ vt tristitia afficeremini, sed vt cognosceretis charitatẽ quam habeo summam erga vos.

4 *Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas: non vt contristemini, sed vt sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis.*

22 *Arrhabonem*, ἀρραβῶνα, Hebræi, à quibus Græci hoc vocabulum sumpserunt. ערבון [*hirabon*] vocant id omne quo dato confirmatur promissio. ideo Vetus interpres *pignus* conuertit. Sed arrha siue arrhabo peculiariter dicitur pars aliqua persoluta pretij in venditióne interuenientis, vt fides fiat reliquæ persoluendæ summæ. Translatitiè igitur Paulus dicit fideles accipere à Deo Spiritus dona, ac præsertim fidem, quæ ipsos reddat venturæ salutis securos.

23 *Ego verò*. ἐγὼ δέ. Hinc oportuit auspicari secundũ caput. ¶ *In meam animam*, ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν. in meum caput, siue, vitæ meæ periculo. Nam in vero iureiurando Deus non tantùm vt testis, sed etiam vt vindex aduocatur, sicut diximus 1. Cor. 15, 31. Sic apud Hebræos additur לנפשי [*lenaphschi*.] Castellio interpretatur *Testem animi mei*, id est sententiæ siue voluntatis: quam rectè, ipse viderit.

24 *Dominemur*, &c. κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, i. τῆς ὑμῶν πίστεως, vt suprà, 1. 11. Eras. *Dominemur vobis* [*nomine*] *fidei* quasi subaudiatur ἕνεκα, vt vitetur traiectio articuli. Sed hoc planè est violentum. Cæterùm hoc addit Paulus quòd alioquin videri posset nimium imperiosè loquutus: quasi dicat, Quod autẽ dixi me idcirco nõ venisse vt vobis parcerem, sic accipite, non quasi pro meo iure possim apud vos quiduis in religione & conscientiis vestris obstringẽdis vel relaxandis, sed quia sum Dei administer ad vos consolandos & erigendos. Castellio, *Non quòd vobis fiduciam derogemus, sed coniuuemus vestro gaudio.* Obsecro verò quid est sum mã impudentia quiduis audere in interpretando, si hoc non est? ¶ *Gaudij*, τῆς χαρᾶς. Gaudium ac pacem conscientiæ, cuius Deum fecit auctorem, se verò administrum cum collegis, tacitè opponit tyrannico terrori: simúlque proprium Euangelici Ministerij finem designat.

IN CAPVT II.

1 *Apud me*, ἐμαυτῷ. Sub. παρ', vt infrà, 17. 4. ¶ *Cum tristitia*, ἐν λύπῃ. Id est, tristitiæ causam vobis adferens, quod futurum erat si prius ad eos venisset quàm resipuissent, sicut ab eo ipso fuerant admoniti, priore epistola, cuius etiã respectu addidit particulam πάλιν. Priorem enim epistolam mittens quodammodo ad eos venerat.

2 *Quis est igitur*, καὶ τίς ἐστιν. Vulg. & Erasm. *Et quis est*. Ego verò existimo καὶ prorsus παρέλκειν. Hic enim est sensus, Cõstitui omnino ita ad vos venire vt nullam vobis rursus adferam tristitię occasionem. Nam si vos affecerim molestia, quis supersit qui me exhilaret? Vos enim ij vni estis ex quibus nunc possim voluptatem capere: quibus iterũ molestia affectis, non est quòd aliunde gaudium sperem. Sed singulari numero dicit ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ, tacitè (vt ex sequentibus apparet) eum designans quem iusserat tradi Satanæ: nunc autem in primis sibi conciliatum cupit, quòd eum resipuisse intellexisset. Quòd siquis velit seruare particulam καί, ita explicanda est vt ET in illo Vergilij versiculo, *Et quisquam numen Iunonis adoret Præterea?*

3 *Hoc ipsum* τοῦτο αὐτό. Illud ipsum, nempe quod illi ac vobis molestiam attulit. Hoc enim ad priorem epistolam referendum est, qua illum iusserat tradi Satanæ. Itaque ἔγραψα non cõuerti *scripseram*, sed *scripsi*: nec ἐλθών, *quum venissem*, sed *quum venero*, cum Vet. inter. nec λύπην ἔχω, *tristitiam afferem*, sed *tristitiam capiam*.

¶ *Tristitiam capiam*, λύπην ἔχω. Vulgata, *Tristitiam super tristitiam habeam*. λύπην ἐπὶ λύπῃ ἔχω, quod existimo (perinde vt Erasmus) translatum esse ex Philip. 2. 27. quamuis ita legerim in Compl. editione, & alio quodam cod. vetusto. ¶ *Confisus*, πεποιθώς. Quia, inquit, omnino speraui fore vt quod mihi displicere intelligeretis, statim tolleretis: quia mea gaudia existimatis vobis esse communia.

1 Transit ad alterum locum huius epistolæ, qui tamen velut infertur superioribus, ad quæ postea reuertitur. Agit autem de incestuosi illius absolutione, quoniam sua resipiscentiam satis testatus videbatur, verum excommunicationis vsum declarans, nempe vt non ab odio, sed à charitate incipiat, & in eandem desinat, nedum modum nullum tenemus Satanæ fauciamus.

Εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ, πάντας ὑμᾶς.	5	1 Quòd siquis tristitia affecit non me tristitia affecit, sed quadantenus, ne illum aggrauē, vos omnes.	5	Siquis autem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, vt non onerem omnes vos.
Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων·	6	Sufficit istiusmodi homini ista increpatio à pluribus illis profecta:	6	Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus.
Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι, καὶ παρακαλέσαι, μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος.	7	Vt e contrario potius vos aliquid ei condonetis, eúmque consolemini, nequo modo redundante tristitia absorbeatur vir huiusmodi.	7	Ita vt e contrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est.
Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην.	8	Quapropter precor vos vt ratam faciatis in illum charitatem.	8	Propter quod obsecro vos vt confirmetis in illum charitatem.
Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε.	9	Nam in hunc finem etiam scripsi, vt cognoscerem probationē vestri, id est an ad omnia obedientes sitis.	9	Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis.
Ὧ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ. καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.	10	Cui verò quidpiā condonatis, & ego condono. nam & ego siquid condonaui, cui condonaui, propter vos id feci, in cōspectu Christi, vt ne superemur à Satana.	10	Cui autem aliquid donastis, & ego. nam & ego quod donaui, siquid donaui, propter vos, in persona Christi, vt non circumueniamur à Satana.

5 *Tristitia affecit*, λελύπηκεν. Vulgata, *Contristauit*. Erasmus, *Dolore affecit*. Ego illo modo malui interpretari, quia casum non habet adiunctum. ¶ *Non mihi tristitiam attulit*, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν. Quidam subaudiunt μόνον, *tantùm*, interpretatione non modò violenta, (vt ego existimo) sed etiam minimè omnium apposita, quanuis eam sit amplexus Arabs interpres. Non enim in eo versatur Paulus vt illius incestuosi scelus exaggeret, (quod sanè faceret si non se duntaxat, sed totam Ecclesiam diceret ab eo tristitia affectam) sed contrà quantum potest illum subleuat ac consolatur post resipiscentiam. Primùm igitur quod simpliciter verum erat, quasi dubitans & sub conditione exprimit, Si quis, inquiens, tristitiam attulit. Deinde se ab eo negat vllo dolore affectum: quasi dicat perinde abstersam esse illam omnem molestiam, acsi nunquam illam sensisset, quia nimirum ille resipuerat: sicut dicit Dominus fore vt iniquitatum nostrarum amplius non recordetur. ¶ *Sed quadantenus*, ἀπὸ μέρους. Mecum, inquit Paulus, nullum est amplius ipsi negotium: superestis vos, quos omnes sanè offēdit. Sed hoc quoque Apostolus emollit, addens ἀπὸ μέρους. id est *quadantenus*. Ne, inquit, aggrauem: id est ne iam per se grauato onus adiiciam quod potius detractū cupio. Sic igitur Chrysost. hunc locum simpliciter ac dilucidè (meo quidem iudicio) exponit, quo modo etiam & Syrus & Arabs hunc locum conuerterunt, apertè coniungentes πάντας ὑμᾶς, *omnes vos*, non cum verbo ἐπιβαρῶ, sed cum verbo λελύπηκεν. Quidam tamen accipiunt ἀλλὰ pro *nisi*, & ita vertunt, *Non me contristauit, nisi aliquatenus, ne vos omnes onerem*. vt rationem reddiderit Paulus, cur scripserit, Si quis tristitiam attulit, quasi de vno loquens, quum alioqui, vt liquet ex epistola priore, non multo minus molestiæ ipsi attulisset Corinthiorum in illo incestuoso corrigendo oscitantia, quàm ipsius incestuosi scelus. Sed durum est accipere ἀλλὰ pro ἀλλ' ἢ vel εἰ μή. Nam alioqui quod attinet ad verbum ἐπιβαρῶ, exhiberi potest eius constructio cum quarto casu, aliis exemplis: nempe 1. Thess. 2.9. & 2. Thess. 3.8 quum alioqui ex vsu Græcæ linguæ tertio potius casui iungatur.

6 *Increpatio*, ἐπιτιμία. Id est ἐπιτίμησις, quo vocabulo declaratur non simplex reprehensio, sed cum exprobratione coniuncta, quæ τιμῇ, id est honori & existimationi opponitur & generali nomine Censura vocatur. Ἐπιτιμία verò irrogatam mulctam declarat, quæ vox ad canonicas pœnas, quas vocant, postea translata est. Non fuisse verò hunc incestuosum Satanæ traditum, sed quum insignis resipiscentiæ exemplum in presbyterio edidisset (sic enim quos τοὺς πλείονας appellat hoc loco Paulus) Corinthios donec illud Paulo significassent suspensum illum tenuisse, apparet ex eo quod dicit Apostolus istam ἐπιτιμίαν sufficere. Nam si Satanæ traditus fuisset, vlterius progredi non potuissent, ne si voluissent quidem. Deinde id etiam liquet ex verbo κεχάρισμαι, quo significatur remissio quædam de summo iure, quam Indulgentiam postea vocarunt, eo tādem quod de satisfactione apud Ecclesiam & resipiscentię testimonio veteribus canonibus fuit cautum, ad satisfactionem pro peccatis apud Deum non sine impietate translato.

¶ *A pluribus illis [profecta]* ὑπὸ τῶν πλειόνων. Exprimendus omnino fuit ab aliis interpretibus neglectus articulus τῶν, quo certus cætus significatur à cōmuni totius Ecclesiæ congregatione diuersus, Ecclesiasticus videlicet consessus siue Presbyterium, 1. Tim. 4.13. quod successit Iudaico, Luc. 22.66. Act. 22.5. sicut videre licet Act. 15. vbi Apostoli (quorum functio cum ipsis desijt) à presbyteris, & hi rursus à tota Ecclesia distinguuntur versi. 6. 12. & 22. & 23. acsi Gallicè hoc loco dicas, *de la compagnie*. Et sic quoque accipitur Ecclesiæ nomen Matthæi 17. sicut apud Hebræos עדה [*heda*] & קהל [*kahal*,] id est συνέδριον differt à generalibus comitiis populi, quæ tam sæpe in hac historia sacra commemorantur, & quorum exemplum, licet non legitimè coactorum, habemus in passionis Domini & iudicij aduersus Stephanum narratione. Est igitur ista in Presbyterio facta incestuosi increpatio siue censura, tum à priuata commonefactione, tum à Satanæ traditione, siue excommunicatione distinguenda.

7 *Vt econtrario*, ὥστε τοὐναντίον. i. Vt pro eo quòd antea illū seuerè vlti estis, nūc de seueritate aliqua remittatis: pro eo quòd in summā tristitiam coniecistis, nunc illū contrà consolemini. Sunt enim hæc prorsus contraria. Itaq; malui cū Vetere interprete cōuertere *E contrario*, quàm cum Eras. *E diuerso*. Hoc enim vrget Paulus, vt Corinthij in illo recipiēdo non minus sint clementes quàm in eiiciendo fuerāt seueri. Et hoc illud est quod Indulgētiā vocarunt, Ecclesię videlicet & Canonicarum quas vocabant pœnarū respectu, quod est postea ab Antichristo ad remissionē peccatorū apud Dei Tribunal horrenda impietate detortum. ¶ *Redūdāte*, περισσοτέρᾳ. Vul. *Abūdātiori*. Eras. *Immodico*. Vide Mat. 5.37.

8 *Ratam faciatis*, κυρῶσαι. i. vt me deprecatore, publico Ecclesiæ consensu declaretis vos illū denuò pro fratre cōplecti, sicut publico Ecclesiæ iudicio fuit eiectus. Nā τὸ κυροῦν ratā & authenticam confirmationē declarat. vnde factū vt is à cuius auctoritate pēdet aliquid, à Græcis dicatur eius rei κύριος. Hinc κύριαι ἀρχαὶ [ἐκκλησίαι], ad quas proculdubio respexit Paulus sup. 1.24. Eras. longa periphrasi, nec satis expressa, *Efficit vt valeat in illū charitas*. Allusit enim Paulus ad iudiciorū morē: quo modo etiam accipiendū est verbū παρακαλῶ. Vocant enim Græci παρακλήτους quos Latini *aduocatos*, eos nimirum qui præsentiā suam amico reo commodabāt.

9 *In hunc finē*, εἰς τοῦτο. Vulg. *Ideo*. Eras. *In hoc*. ¶ *Vt cognoscerē probationem vestram*, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, i. vt reipsa vestri periculum facerem.

10 *Siquid condonaui*, εἴ τι κεχάρισμαι. Vulgata rectius legit, ὃ κεχάρισμαι, εἴ τι κεχάρισμαι, *quod condonaui, si quid condonaui*. Sed rectissimè, vt opinor, Syrus expuncto εἴ τι, ᾧ, vertit *quod condonaui, propter vos condonaui*. Illi magis placeat Arabs, qui legit ὃ κεχάρισμαι, κεχάρισμαι δι' ὑμᾶς, *cui condonaui*,

ui, condonaui propter vos. ¶ *In conspectu Christi*, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. Id est, verè & ex animo, quasi inspectore Christo, vt diximus Luc. 16. vel propter Christum. sic enim etiam accipitur לפני [*mippene*] apud Hebræos, vt exposuimus suprà, 1.11. Vel fortassis rationem habuit supremi illius iudicij, in quo futurum sit vt Christus hanc condonationem ratam habeat. Vulgata, *In persona Christi*, id est Christi nomine ac vice, vt explicat Ambrosius. Vigilius li. 2. aduersus Eutychen, *personam* accipit pro *hypostasi*. Mihi prima expositio videtur simplicissima. ¶ *Ne superemur*, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν. Πλεονεκτεῖν absolutè dicitur qui potiore est conditione supra alium, pro quo Gallicè diceris, *qui a quelque auantage par dessus vn autre*. Idque propriè de iis dicitur qui fraude sunt istud assequuti. Hinc factum vt πλεονεκτεῖν dicatur quispiam alterum πλεονεκτεῖν qui auaritia vel aliis malis artibus ex alterius damno sua comparauit commoda, vt infrà, 7.2. & 12.13. etiam cum casu rei, 12.18. cui respōdet passiua locutio πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τινος, vt optimè videatur Gallicè vertendus hic locus, *afin qu'il ne soit point gaigné sur nous par Satan*, vel *afin que Satā ne gaigne sur nous*, vel, *n'ait auantage sur nous*: quod neque Fraudandi neque Circumueniendi vocabulo satis commodè exponitur.

Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν.	11	Non enim illius machinationes ignoramus.	11	Non enim ignoramus cogitationes eius.
Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρῳάδα εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν κυρίῳ, οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου.	12	2 Porrò quum venissem Troadem ad *prædicandum* Euangelium Christi, etiamsi ostium mihi apertum erat per Dominum, nō fuit remissio spiritui meo, eo quòd non inuenissem Titum fratrem meum.	12	Quum venissem autem Troadem propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino, non habui requiem spiritui meo, eo quòd non inuenerim Titum fratrem meum.
Ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἐξῆλθον εἰς Μακεδονίαν.	13	Sed quum illis valedixissem, abij in Macedoniam.	13	Sed valefaciens eis profectus sum in Macedoniam.
Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ· καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ.	14	Deo *habetor* autē gratia, qui facit vt semper triumphemus in Christo: & odorem cognitionis sui manifestū facit per nos quouis in loco.	14	Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.
Ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ, ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις·	15	3 Nam Christi bona fragrantia sumus Deo, in iis qui seruātur, & in iis qui pereunt:	15	Quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salui fiūt, & in iis qui pereunt:
Οἷς μὲν, ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον· οἷς δὲ, ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός;	16	His quidem, odor mortis ad mortem: illis verò, odor vitæ ad vitam. 4 Sed ad hæc quis idoneus?	16	Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. & ad hæc quisnam idoneus.
Οὐ γάρ ἐσμεν, ὡς οἱ πολλοὶ, καπη-	17	‖ Non enim, vt plerique,	17	Non enim sumus si-

2 Redit ad Apostolatus sui confirmationē prolatis tum suorum laborum, tum etiā Dei benedictionis testimoniis.

Infrà 4.2.

3 Quoniam cōstabat eum nō pari successu vbique recipi, imò verò longè plurimos eum despicere atq. adeò execrari, negat propterea de sui Apostolatus auctoritate quicquam detrahendum, quum Christum doceat non tantum vt credentium Seruatorem, sed etiam vt contemptorum Iudicem. 4 Rursus remouet arrogantiæ crimen, omnia à se gesta tribuens Dei virtuti, cui sincerè & absque turpi vlla cupiditate inseruiat: cuius rei ipsos in et facit testes, vsque ad versum 6. proximi capitis.

11 *Machinationes*, τὰ νοήματα. Id est nefanda consilia & sceleratam voluntatem, vt Hebræi vtuntur vocabulo מזמות [*mezimmoth*:] ideo malui *machinationes* interpretari quam *cogitationes*, cum Vetere interprete & Erasmo.

12 *Ad [prædicandum] Euangelium*, εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Id est, ad annuntiandum Christum. Erasmus perobscurè, *In Euangelium Christi*. Elicitur autem etiam ex hoc loco, priorem epistolam non esse datam Philippis, sed Ephesi. Nam alioqui recessisset à Corinthiis, veniens Philippis Troada: nec dixisset, veni, sed redij in Macedoniam. ¶ *Etiam si*, καὶ pro καίπερ, vt postulat ipsa sententia, & ostendit quoque mutatio constructionis. ¶ *Remissio*, ἄνεσιν. Vox opposita τῷ θλίψει & στενοχωρίᾳ. ¶ *Spiritui meo*, τῷ πνεύματί μου. Id est, animo meo, siue apud me. vt exposuimus 1. Cor. 2.11. & alibi sæpe.

13 *Quum illis valedixissem*, ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Eras. *Dimissis illis*, impropriè. Dimittimus enim eos quibus abeundi facultatem facimus: hic verò Paulus ipse discedit. Vide Marc. 6.46. Deinde videtur ex hoc verbo elici posse, Paulum nōnisi constituta Ecclesia, aut certè additis mandatis, Troade discessisse. Vulgata, barbarè, *Valefaciens eis*.

14 *Qui facit vt semper triumphemus*, πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς. Vulgata, *Qui semper triumphat nos*, impropriè & perobscurè. Nam triumphari poetis, præsertim Latinis, dicuntur qui ignominiæ causa in triumpho ducuntur: & captiuos dicitur Græcis dux victor θριαμβεύειν, id est de illis triumphare, & ipsi captiui triumphari. Hic verò τὸ θριαμβεύειν à Paulo accipitur forma coniugationis Hiphil. Erasmus, *Qui semper triumphat per nos*: nec sic quidē propriè expressa Pauli sententia, Deo potius gratias agentis quòd ipse in eo triumphet: vti solent legati & milites participes esse ducis triumphi: sicut Erasmus ipse in annotationibus rectè exposuit. Sed eam expositionem hausit ex Hieronymo ad Hedibiam, quæst. vndecima, vbi alia affertur multo ineptior, nempe, *Qui triumphat de nobis*. Quæ verò de odore subiiciuntur, respiciunt ad veterum Sacerdotum vnctionem, & sacrificiorum suffitus: & huic Pauli dicto opponitur quod extremo cap. Gen. 34 dicit Iacob de Leui & Simeone, nempe *fætere me fecistis*.

15 *Et in iis qui pereunt*, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. Nec enim Deus ex euentu, quem solus ipse habet in potestate, sed ex fide & diligentiā æstimat seruorum suorum operam.

16 *Odor mortis*, ὀσμὴ θανάτου. Odorem mortiferum essem interpretatus, vt etiam paulò post ὀσμὴν ζωῆς, *odorem vitalem*, ex Hebræorum idiotismo, nisi duæ rationes obstitissent, quas lectori relinquo æstimandas. Vna, quòd si ità verteris, videbitur redundare εἰς θάνατον, *ad mortem*, & εἰς ζωήν, *ad vitam*: aut certè non magnum pondus addere sententię, quum odor mortifer & vitalis ab effectu dicatur. Altera, quòd in vno codice & apud Clementem lib. Pæd. 2. scriptum inuenerim ὀσμὴ ἐκ θανάτου, *odor ex morte*, & ὀσμὴ ἐκ ζωῆς, *odor ex vita*. Fortassis igitur prædicatio crucis dicitur odor ex morte, in eorum exitium qui mortem Christi tantùm, vt mortem considerabant, quibus erat vel stultitia vel offendiculum: aliis verò odor vitæ ad vitam, qui vitam in hac morte propositam amplectebantur. Et egregia est Nysseni de hac re sententia, [illegible]. Sciendum est tamen, Euangelium non perimere quenquam, sed Euangelij contemptum. ¶ *Idoneus?* ἱκανός; Vide Matth. 3.11. In veteris editionis nonnullis codicibus corruptè legitur, *Qui tam idoneus?* pro *Quisnam idoneus*, vt rectè (meo quidem iudicio) coniecit Erasmus.

17 *Non enim*, οὐ γάρ. Connectenda est causalis particula non cum proximo epiphonemate, quod veluti interiectum fuerat, sed cum iis quæ de se dixerat versu 14. & 15. quod Græcus scholiastes non animaduertens, multum hic laborat.

καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ, κατενώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν.

Κεφάλαιον γ.

1 Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; ἢ μὴ χρῄζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν;

2 Ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων.

3 Φανερούμενοι ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος· οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις.

cauponamur sermonem Dei, sed vt ex sinceritate, sed vt ex Deo, in conspectu Dei, de Christo loquimur.

CAP. III.

1 INcipimus rursus nosipsos commẽdare? aut num egemus, vt nonnulli, commendatitiis epistolis apud vos, aut commendatiis à vobis?

2 Epistola nostra vos estis, inscripta in cordibus nostris, quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus.

3 Dum manifestũ fit vos esse epistolam Christi subministratam à nobis, inscriptam non atramento, sed Spiritu Dei viui: 1 non in tabulis lapideis, sed in carneis tabulis cordis.

cum plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

CAP. III.

1 *INcipimus iterum nosmetipsos commendare? aut nunquid egemus, sicut quidam, commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis?*

2 *Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus.*

3 *Manifestati quòd epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.*

1 Obiter alludit ad externi Leuitici ministerij cũ Euangelico siue Apostolico collatione, quam postea copiosè persequetur.

¶ *Cauponamur*, ἐσμὲν καπηλεύοντες. i. callidè & auarè, minus denique sincerè tractamus. vt explicat ipse infrà, 4. 2. & olim Dominus Hierosolymitanis Esaiæ 1. 22. Caupones enim, quos in vernaculo sermone *regratatores* vocamus, infames semper & sordidi sunt habiti, sicut & mangones: quòd merces adulterent, & quibusuis artibus lucrum captent. Ideo vocat Horatius *perfidos & malignos*. Sed & Græci καπήλους appellant à corrumpẽdo vino. quò fortassis allusit Martialis in illo versiculo, *Non potes, vt cupias, vendere caupo merum.* Hinc καπηλεύειν pro decipere, & ad quæstum abuti. quanuis mihi quidem videatur Apostolus in metaphora illa ab vnguentis pretiosis sumpta persistere. nam quia pretiosa erãt, & aduehebantur ex longinquis regionibus, in his adulterandis magnæ erant & lucrosæ mercatorum imposturæ. Ideo Vetus interpres καπηλεύοντες vertit, *Adulterantes*, rectè quidem, sed non seruata metaphora: à qua non abhorruit Ennius iis versiculis, quos citat Cicero li. Offic. 1. *Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis: Nec cauponantes bellum, sed belligerantes.* Eiusmodi autẽ sunt boni illi viri quos Naziãz. vocat χριστοκαπήλους καὶ χριστεμπόρους. Audite hoc præ cæteris vos PSEVDOIESVITAE, testibus immẽsis illis opibus, quas dũ gratis omnia facitis, tã paucis annis in vestra non claustra sed palatia congessistis. ¶ *Vt ex sinceritate*, ὡς ἐξ εἰλικρινείας. Vulg. *Ex sinceritate*, sublata particula ὡς, quam tamen minimè puto otiosam, sed eam esse potius quam Hebræi vocãt כף אמיתות [*chap amittath*] id est caph veritatis: nimirum quę non similitudinem, sed veram congruentiam declaret, veluti infrà, 3. 18. καθάπερ; & quum dicit Ioãnes, *Vidimus gloriam eius vt vnigeniti à Patre*, c. 1. v. 14. Neq; est imperfecta oratio, vt putauit Erasmus, sed cohærent ista cum verbo λαλοῦμεν. & ἐσμὲν καπηλεύοντες accipio pro καπηλεύομεν. Cæterùm quid sit τὸ εἰλικρινές, pulchrè declarat Basilius ἐν ὅροις κατ' ἐπιτομήν, quæstione 264. & nos exposuimus sup 1. 12. ¶ *Vt ex Deo*, ὡς ἐκ Θεοῦ. id est sicut processit ex Deo, vt & eleganter vertit Arabs interpres. ¶ *De Christo loquimur*, ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν, Vulg. *In Christo*. Eras. *Per Christum*. Ego puto Euangelicæ prædicationis materiam significari, eámque tam pretiosam vt adulterare sit prorsus nefas. Sic apud Hebræos, בעלילותיך אשיחה [*bahaliloth eca asicha*,] i. in facinorib. tuis disseram, vt Psal. 77. 13. in qua phrasi ב ponitur pro על [*hal*.]

IN CAPVT III.

1 *Incipimus* ἀρχόμεθα. Scripta est epistola nomine Pauli & Timothei, quibus etiam tertius Siluanus adiunctus est supra, 1. 19. ideò (vt opinor) pluralem numerum vsurpauit, sicut, quum de se vno propriè disserit, singularem solet adhibere. ¶ *Commendare?* συνιστάνειν; Sic legi scriptum in omnibus nostris codicibus, quum sit vitatius τὸ συνιστάνειν. Est autem omnino legendum istud cum interrogandi signo. Sed Syrus & Arabs hoc verbum accipiunt pro *Certiorem facere* siue *Certiorare*, vt sit sensus, Num rursum incipimus vobis indicare qui simus, seu vos certiores de nobis reddere? quo significatu apud Græcos etiam idoneos scriptores hoc verbum inuenitur, & ab ipso Paulo vsurpatur infrà, 6. 4. & 7. 11. ¶ *Aut num*, ἢ μή. Sic lego, Vulgatam Latinam, itemque Syram & Arabicam interpretationem sequutus, veteris manuscripti codicis vnius testimonio confirmatam.

2 *Epistola nostra*, ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν. Tota hæc translatio lepida est ac venusta. ac mihi quidem videtur Apostolus in vtraque ad Corinthios epistola floridum etiam quoddam dicendi genus sectatus, vt cornicum (quod aiunt) oculos configeret. Est autem hæc sententia, Quòd nos videmur tam magnificè efferre extra omnem suspicionem est adulationis, aut ambitiosæ vanitatis. Nam neque necesse est vt aliorum, nedum nostris literis vobis commendemur, neque à vobis vllam apud alios commendationem venemur. Vos ipsi quales nunc estis per Christum nostro ministerio effecti nobis estis instar epistolæ ab omnibus lectæ & intellectę, qua & ipsi vobis & aliis rursum per vos commendamur. Hæc est huius loci sententia. sed meminerimus Apostolum cum suis collegis sensim à personarum commẽdatione ad ipsius rei, id est, ad ministerij Euãgelici præstantiam commendandam delabi.

2 *Dum palam fit*, φανερούμενοι. Hoc connectendum est cum verbo ἐστέ, id est cum superioris versiculi initio. Erasmus, *Dum declaratis*. Vetus autem interpres, *Manifestati*, obscurius quidem, sed fidelius. Est enim passiuè accipiendum hoc participium, non actiuè. Et iam antea admonuimus huiusmodi participia Hebræis infinitis, quæ gerundia vocamus, respondere: ita tamen vt sæpe nulla casus habita ratione apud Paulum vsurpentur. ¶ *Subministratam à nobis*, διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν. Id est, cui veluti scribendæ operam nostrã impendimus, quasi fuerimus Domini stilus quo fuistis inscripti.

¶ *Dei viui*, Θεοῦ ζῶντος. Addi solet hoc epitheton Deo tanquam vitæ auctori. Hîc verò tacita subest antithesis virtutis Dei viuificæ ad regenerandos animos, cum atramento quo scribuntur quidem epistolę, sed ita vt vim intelligendi quæ scripta sunt, lectori non conferat. ¶ *In tabulis lapideis*, ἐν πλαξὶ λιθίναις. Alludit ad Legem cuius in lapideis tabulis perscriptæ minister fuit Moses. Adumbrabant autem lapideæ tabulæ humani ingenij summam duritiem, à qua cor hominis non regenerati lapideum denominatur, Ezech. 11. 19. & 36. 26. cui opponitur cor carneum, non quod in carne versetur (vt accipi solet hoc epitheton, quando Caro Spiritui opponitur) sed è cõtrario, quod vi Spiritus Dei factum est mollius, vt in eo, tanquam nouis tabulis, possit Euangelij gratia insculpi, sicut prædictum est Ierem. 31. 31. Et hæc causa est cur Euangelium sit potentia Dei ad salutem, Lex verò non item. Nam alioquin non minus est nobis impossibile Credere quàm Legem præstare. Sed illud datur per Spiritus efficaciam cum prædicatione coniunctam, quia fides est ex auditu eorum quibus datum est vt credant: istud verò nunquam datur, quia vult patefieri iustitiam Deus in tribuenda indignis misericordia: sicut scriptum est, *Credidit, & imputatum est ei ad iustitiam*, vt mox dicemus.

4 Πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεόν.

5 Οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ·

6 Ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ Πνεύματος. τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ Πνεῦμα ζωοποιεῖ.

7 Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν, ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις, ἐγενήθη ἐν δόξῃ, ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωσέως, διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, τὴν καταργουμένην.

8 Πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ Πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ;

4 Fiduciam autem huiusmodi habemus per Christum apud Deum.

5 Nõ quòd idonei simus per nos ipsos ad cogitãdũ quicquã, velut ex nobisipsis: sed quòd idonei sumus, id ex Deo est.

6 2 Qui etiam fecit vt idonei essemus ministri noui pacti nõ Literæ, sed Spiritus. nam Litera occîdit, Spiritus autem viuificat.

7 Quòd si mortis ministerium in literis *positum*, & informatum in lapidibus, fuit gloriosum, adeo vt non possent intentis oculis intueri filij Israel in faciem Mosis, propter gloriam illam faciei eius.

8 Quî non potius ministeriũ Spiritus erit gloriosum?

4 *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum.*

5 *Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est:*

6 *Qui & idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, non Literæ, sed Spiritus. Litera enim occidit, Spiritus autem viuificat.*

7 *Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur.*

8 *Quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria?*

2 Amplificat suum & suorũ collegarũ ministeriũ, id est Euangelicum, eius collatione cum ministerio legali, quod considerat in Mosis persona, per quẽ videlicet lex tradita est: cui opponitur Christus Euangelij auctor. Est autẽ collatio eiusmodi ab ipsa substantia ministerij sũpta. Lex est veluti scriptum quoddam per se mortuum & inefficax: Euangelium autem siue nouum fœdus, est velut ipsa Dei virtus in innouandis, iustificandis, & seruandis hominibus. Lex proponit mortem, omnes iniustitiæ reos peragens: Euangelium offert & confert iustitiam & vitam. Legis œconomia fuit ad tempus subseruiens promissioni. Euangelium manet ad finem seculorum. Itaque quis est illius splendor præ istius gloria?

4 *Fiduciam habemus*, πεποίθησιν ἔχομεν. Id est, hanc confidentiam exerimus. & ita magnificè nobis gloriari licet de nostri ministerij dignitate ac fructu. ¶ *Apud Deum*, πρὸς τὸν Θεόν. Vulg. *Ad Deum*. Eras. *Erga Deum*. Vide sup. 1. 12.

5 *Per nos ipsos*, ἀφ' ἑαυτῶν. vbi ergo illud αὐτεξούσιον naturale ad bonum vel malum: siue mentem ipsam, siue voluntatẽ, siue affectus spectemus? *Sed quòd idonei sumus*, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν. Id est, quòd apti & accommodati simus ad tantam gratiam aliis etiam impertiendam. Ad verbum, *Idoneitas nostra*. siue *aptitudo*, si sic loqui liceat. Vulgata, *Sed sufficientia nostra*. quam interpretationem arripuerunt Sophistę. vt fingerent aliquam esse in homine non regenerato facultatem ad bonum, sed ita infirmam vt, nisi a Deo adiuuetur, non sufficiat. Mira verò non tantùm ignorantia, sed etiam impudentia, hoc ipsum audere vsurpare ad eripiendam Deo gloriæ suæ partem: quod idcirco scripsit Apostolus, ne non omnia Dei gratiæ tribuere videretur. Illis verò vno verbo respondemus cum Apostolo, Quid habes quod non receperis? Quod dictum si audeant ad naturæ dotes transferre, illos ego (vt apertẽ Pelagianos) ad Augustinum relego. ¶ *Quidquam*, τι, videlicet Boni, vt in illo Ioan. 15. 5 *sine me nihil potestis facere*.

6 *Non Literæ, sed Spiritus*, οὐ γράμματος, ἀλλὰ Πνεύματος. De Litera & Spiritu abundè diximus Rom. 2. 27. & 7. 6. Hîc quidem res ipsa ostendit literam vocari Legem cuius minister fuit Moses, Euangelium autem vocari Spiritum quem attulit Christus, deditque Apostolis, ac ministris Verbi, per quos Ecclesiam ædificat. Neq; enim melius potuit Paulus Euangelij dignitatem apud Corinthios asserere quàm si indicaret excellentioris doctrinæ se ministrũ esse quàm fuisset ipse Moses. quatenus quidem Mosis ministerium per se nudè consideratur ab Euangelio distinctum. Sed cur Legẽ vocat Literã? nẽpe quia lapideis tabulis insculpta fuit, vt explicat ipsę Apostolus sequenti versiculo: deinde quòd Moses nihil aliud quàm illam lapidibus insculptam tradere potuit legendam & cognoscendam: cor autem ne suum quidem, nedum aliorum potuit hac ratione ad illam præstandam immutare. Euãgelij verò substantia est is ipse qui attulit illud in mundum, nempe Christus, qui deinde illud tradidit Apostolis ipsorum cordibus inscriptum: vt ipsi vicissim tum voce tum scriptis illam eandem gratiam cum aliis communicarent, Spiritu Dei intus efficiente, quod illi voce denuntiant auribus. Dicã apertius: Lex audientiũ respectu, nõ maiorem vim habet quàm scriptum aliquod per se omnis virtutis expers, nisi apud eos à quibus præstari possit. Eiusmodi verò facultatẽ quũ Lex in nobis nõ inueniat, sed contrarias potius tenebras & animũ prorsus repugnantem, ideo nihil aliud quàm externa prædicatione docet quid flagitet, quid prohibeat Deus: nostrum autem illud vitiũ non modò non emendat, sed etiam auget, quoniã natura deprauata nititur in Vetitum. vnde præceps est ad mortẽ saltus, nisi aliunde remedium petatur. At Euangeliũ, seu nouũ fœdus, quatenus Legi opponitur per se & in se considerata, dicitur Spiritus, multas ob causas: primùm propter veteres ceremonias temporarias, & in rebus crassis & corporeis positas, deinde (quæ causa potissimùm æstimanda nobis est in hoc loco) quia materia, argumẽtum, minister denique Euangelij est Iesus Christus, non iam docens quid facere, quid fugere oporteat, (quod Legis perpetuum officium est) sed seipsum in æternam vitam gratis offerẽs credentibus: nec offerens modò, sed etiam reipsa insinuãs. Neque enim sicut Lex benedictionem, addita operũ conditione, ita etiã Euangelium iustitiã sub fidei conditione offert: (ita enim & Lex & Euangelium non vitã sed mortem offerrent, quum nec facere nec credere per nos possimus) sed diuerso prorsus modo. Lex quippe opera & quidẽ perfecta exigit, nec facultatem operandi præbere potest, idcóque in morte iacentes damnat. Euangelium verò per Spiritum Christi, quem secum habet adiunctum, fidem quam à nobis exigit, etiam donat electis: vt in Christo per eam apprehenso iustificati ac sanctificati, vitam æternam adipiscãtur. Itaq; Euangelium viuificum, iustitiæ, vitæ, salutis, pacis, æternũ deniq; dicitur. Hæc ego dicenda putaui, vt semel explicarem totam hanc vtriusque fœderis collationem, ab iis præsertim fœdissimè obscuratam, qui Literæ appellatione, expositionem (quam vocant) literalem, Spiritus autem nomine allegorias intelligunt.

7 *Informatum*, ἐντετυπωμένη. i. impressum & insculptũ. Vulg. *Deformata*, ambiguè. nec satis etiam expressè: vt mirum non sit veterũ nonnullos Græcæ linguæ imperitia fuisse deceptos hoc in loco. Apparet autẽ vel ex hoc loco de solis ceremoniis hîc nõ agi, sed de Lege præsertim decalogi: siquidẽ hæc vna fuit in tabulis illis lapideis insculpta, quæ esset cæterarũ partium Legis fundamentum. ¶ *Gloriosum*, ἐν δόξῃ. Vulg. & Eras. ad verbum, *In gloria*. Est autem Hebraismus quem exposuimus prima Corint. 15. 42. & In gloria, hoc in loco, splendorem ac maiestatem declarat: in Mose quidẽ & Leuitico ministerio typico corporalem, in Christo verò & Euangelico ministerio spiritualem. ¶ *Euanidam* τὴν καταργουμένην. Noui nimirum fœderis superuentu. Hier. 31. 31, & Heb. 8. 8. Vtitur autem Apostolus tempore præsenti, vt & mox ver. 15. quoniam adhuc de huius Veteris fœderis abrogatione non omnibus constabat.

8 *Ministerium Spiritus*, ἡ διακονία τοῦ Πνεύματος. Id est ministerium per quod Deus offert atque adeo insinuat Spiritum, non modò non mortuum, sed etiam viuificantem. Quum enim in superiore versiculo tria Legi tribuerit, nempe quòd esset mortifera, quòd in saxeis tabellis scripta, quòd temporarium eius ministerium: antithesin Euangelij nunc instituit, sed ita vt maioris ener-

giæ causa, singulis partibus sigillatim applicet argumentum à comparatis sumptum. Id verò nisi animaduertas, videbitur Apostolus primùm institutam antithesin non absoluere: deinde etiam ταυτολογεῖν, quum tamen omnes partes inter se optimè cohæreant. Nam etsi in antithesi collocat primo loco quod in altero comparationis membro medium locum tenebat, tamen id non potest facere vt vitiosa sit collatio.

9 Εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως δόξα, πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ.

10 Καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης.

11 Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον, διὰ δόξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον, ἐν δόξῃ.

12 Ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα.

13 Καὶ οὐ καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ, πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου.

14 Ἀλλ᾽ ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν. ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης

9 Nam si ministerium condemnationis *fuit* gloriosum multo magis ministerium iustitiæ abundat gloriâ.

10 Etenim quod glorificatum fuit, ne glorificatum quidem fuit hac in parte, *id est*, supereminentis illius gloriæ respectu.

11 Nam si quod euanidum erat, *fuit* gloriosum, multo magis est gloriosum id quod manet.

12 3 Itaque quum eiusmodi spem habeamus, multa in loquendo euidentia vtimur.

13 4 || Nec *sumus* sicut Moses, *qui* imponebat velamen faciei suę, ne defigerent oculos filij Israelis ad finem eius quod euanidum erat.

14 Itaque occalluerunt mentes illorum. Nam vsque ad diem hodiernum, in lectione

9 *Nam si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.*

10 *Nam nec glorificatum est quod claruit, in hac parte, propter excellentem gloriam.*

11 *Si enim quod euacuatur, per gloriam est, multo magis quod manet, in gloria est.*

12 *Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur.*

13 *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in faciem eius quod euacuatur.*

14 *Sed obtusi sunt sensus eorum. vsque in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectione Ve-*

Exod. 34. 34

3 Ostendit qua in re sit posita hæc Euangelicæ prædicationis gloria, nempe in eo quòd perspicuè patefaciat id quod Lex obscurè ostendebat, vt quæ ad Christum venturum sanandos auditores amandaret, quos ipsa vulnerauerat.

4 Obiter aperit allegoriá velaminis Mosis, quod fuit symbolum obscuritatis & imbecillitatis hominum, qui Legis fulgore sciutarentur potius quàm illustrarentur: quod velamen Christi spiritus aduentu Christi corda illustrantis & ad Dominum conuertentis, sublatum sit, vt ab ista cæcitatis seruitute in lucis libertatem per virtutem asseramur.

9 *Gloriosum*, δόξα. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Gloria*. Est autem Hebraica enallage appellatiui pro adiectiuo, vt infrà, 7. 14. cuius enallages etiam aliqua est emphasis. ¶ *Iustitia*, τῆς δικαιοσύνης. Iustitiam Christi intelligit, cuius imputatione non modò non condemnamur, sed etiam [illegible] coronamur. Itaque vberior est antithesis quàm si dixisset δικαιώσεως, *absolutionis*: quanuis à remissione peccatorum nostra iustitia in primis pendeat.

10 *Hac in parte*, ἐν τούτῳ τῷ μέρει. Hoc est quod dicimus in vernaculo sermone, *En cest esgard*, vel *en cest endroit*. Id est respectu superuenientis fœderis melioris, non quasi Mosis ministerium fuerit in sese vanum & inutile, quod dici absque blasphemia non potest. ¶ [*Id est*] *supereminentis illius gloriæ respectu*, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. Hoc additum est vt explicaret quid illud esset ἐν τούτῳ τῷ μέρει, *hac in parte*, ideo suppleuimus particulam exegeticam: quod multis aliis locis facere non dubitauimus, vt omnem ambiguitatem vitaremus. Vulgata & Erasmus, *Propter excellentem gloriam*, ne verbis quidem fideliter expressis. Neque enim ἕνεκεν idem declarat hoc in loco atque χάριν, id est, *gratia* seu *causa*. vel διὰ id est, *propter*; sed *Quod* vel *Quantum attinet*. quem Hellenismum sanè elegantem miror ab Erasmo non fuisse animaduersum. Sic Herodotus in Clio, παρὰ σοὶ, τὸν φυλακῆς συνάστην ἀπήγαγον, τοῦ συνήσαντος εἵνεκεν προσδέχεσθαι τοῦ ζητουμένου. Id est, *quod ad custodem attinet*, siue quantum in custode situm est. Syrus omisso ἐν τῷ μέρει rectè vertit, si sensum spectes, בפוחמא [*bephuchama*] *in comparatione*. Arabs autem liberius & obscurius totum hunc versiculum est interpretatus.

11 *Quod euanescit*, τὸ καταργούμενον. Quid igitur? num Lex abolita? sanè, quod ad ceremonias attinet, cessauit. Vtitur autem præsenti tempore quoniam adhuc sepeliebatur synagoga quum hæc scriberet Apostolus. Verùm suprà ostendimus, de tota Lege, ac præsertim de decalogo, id esse accipiendum. Sciendum est ergo Legem considerari non simpliciter, sed cum ipso Mose eius ministro coniunctam, & quidem seorsim & ab Euangelio distinctam: quo respectu sanè dici potest, abolito Mosis ministerio, esse abolita. At enim dices, Num hac in parte abolitum est Mosis ministerium? Minimè verò. Semper enim sunt homines ad Euangelium prædicatione Legis præparandi. Sed hoc dico, toties aboleri ministerium Mosis, quoties figuratæ prædicationi Legis succedit manifesta Euangelij gratia. ¶ *Gloriosum*, διὰ δόξης. Vulgata, *Per gloriam*. Atqui διὰ δόξης idem hîc valet atque ἐνδόξως. Vide Rom. 4. 11.

12 *Multa in loquendo euidentia*, πολλῇ παῤῥησίᾳ. Vulgata, *Multa fiducia*. Erasmus, *Multa libertate*. Neutra interpretatio (vt opinor) sensum Apostoli expressit. Neque enim παῤῥησία hoc in loco loquendi libertatem, sed ipsius prædicationis perspicuitatem & ἐνάργειαν, declarat: quam Cicero *Euidentiam* interpretatur. Quod enim Moses vmbris obtectum indicauit, adeo vt in imas vsque partes intueri Iudæi non potuerint, (quum eos quantuscunque ille Mosis fulgor non illustraret, sed excæcaret;) Euangelium ita perspicuè & euidenter declarat, vt nostros oculos non perstringat, sed contrà, tenebras nostras radiis suis discutiat. Sic etiam accipitur παῤῥησία Marc. 8. 38. & Ioan. 10. 24. ¶ *Vtimur*, χρώμεθα. Vulgata & Erasmus, *Vtamur*, vt & Arabs interpres hunc locum intellexit, sed perperam. Nec enim exhortatur, sed ministerium suum describit Apostolus.

13 *Nec* [*sumus*] *sicut Moses* [*qui*] *imponebat*, καὶ οὐ καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει. Duplex est hoc in loco ellipsis, ex Hebr. idiotismo: vna verbi substantiui, altera relatiui, אשר [*ascher*.] Postremò, *Sumus sicut Moses*, significat tales esse qualis erat Moses, vt Psal. 32. 9. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Et non sicut Moses ponebat*. ¶ *Velamen*, κάλυμμα. Hoc scribit Moses Exod. 34. 33. his verbis, ויכל משה מדבר אתם ויתן על פניו מסוה [*vaiechal Mosche middaber ittam vayitten hal panau masueh*.] id est, *finem fecit Moses loquendi cum illis. Posuerat autem super faciem suam velum*. quem locum integrum ideo citaui, quòd in omnibus quæ vidi exemplaribus tam perperam sit conuersus, vt videatur non posse cum hoc Pauli loco conciliari. ¶ *Ne intuerentur*, πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι. De eo quod per hoc velamen ἀλληγορικῶς intelligitur perinde loquitur Apostolus, ac si consiliū hoc Mosis ipsius fuisset: quū satis constet eū non alia ratione illud adhibuisse quàm quòd faciei ipsius fulgorem non possent Israelitę sustinere. Sed Deus interim aliud adumbrabat, nimirum aliam esse clariorem expectandam notitiam: deinde plerosque ne in huius quidem obscura mysteria penetraturos. ¶ *Ad finem eius*, &c. εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου. i. In imas vsque partes ministerij Mosis: pro quo dicimus in vernaculo sermone, *Iusques au fond*. Siue, In finem, id est in scopum quo respiciebat. Finis enim Legis est Christus, Iudæi verò in ipsa Lege subsistebant. Rom. 10. 3. 4. & Gal. 3. 24: malè verò librariorum culpa legitur in editione vulgata *faciem*, pro *finem*.

14 *Itaque occalluerunt*, ἀλλ᾽ ἐπωρώθη. Vulgata, *Sed obtusi sunt*,

sunt, ἀλλ᾽ ἐπηλιώθη, non seruata metaphora. Erasmus, *Sed obcæcati sunt*, ἀλλ᾽ ἐπωρώθη, vt Syrus etiam vertit. qua de re alibi diximus. Deinde poscit sententia vt ἀλλὰ pro ἀλλ᾽ οὖν vel γοῦν accipiamus, enallage à Græcis etiam disertioribus interdum vsurpata. ¶ *Mentes*, νοήματα. Vulgata, *Sensus*, αἰσθήσεις. Erasmus, *Cogitationes*, impropriè. Neque enim νοήματα vocat hoc in loco Apostolus *cogitationes*, sed *mentes* ipsas, de pluribus videlicet loquens, vt rectè conuertit Vetus interpres infrà, 4. 4.

μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται.

15 Ἀλλ᾽ ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται.

16 Ἡνίκα δ᾽ ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα.

17 Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν· οὗ δὲ τὸ πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία.

18 Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτρι-

Veteris pacti manet non detectum velamen illud, quod in Christo euanescit.

15 Sed ad hunc vsque diem quum legitur Moses, velamen cordi eorum impositum est.

16 Quando verò sese conuerterit ad Dominum, tolletur velamen illud.

17 || Dominus verò, Spiritus ille est: vbi autem Spiritus ille Domini, illic libertas.

18 5 Nos autem omnes detecta facie gloriam Domini quasi in

teris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur.

15 *Sed vsque in hodiernum diem, quum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.*

16 *Quum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen.*

17 *Dominus autem Spiritus est: vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.*

18 *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domi-*

Ioan. 4. 14

5 Pergens in allegoria velaminis, comparat Euangelium speculo, quod etsi sit limpidissimum, tamen intuentium aciem non modò non perstringat vt Lex, sed suis etiam radiis transformet, vt & ipsi sint eius gloriæ ac splendoris participes, aliis videlicet illustrandis: sicut dicebat Christus suis, Vos estis lux mundi, quum ipse solus esset vera Lux. Quinetiā alibi iubemur, vt mundi faces cæteris prælucere, vt qui simus Spiritus Domini facti participes. Sed propriè hîc agit Paulus de Euāgelij ministris, vt ex præcedentibus & sequentibus liquet, idque proposito sui suorúmque collegarum exemplo.

¶ *Quòd*, ὅτι. Vulgata, *Quoniam*. Nam hoc quoque ferre potest sententia, vt ὅτι pro causali particula accipiatur. vt etiam verterunt Syrus & Arabs. Ingreditur autem Paulus collationem Mosis cum Christo. Moses (inquit) velamen habuit quod Israëlitas arceret, ab ipsius ministerij fine percipiendo: Christus velamen illud sustulit, vt retecta facie gloriam Dei spectando, in eam transformati, alios illustraremus. Itaque istos non mirum est cæcutire, quum nolint in eum intueri, à quo vno tollitur hoc velamen, vt exponit Esaias cap. 25. 7.

16 *Sese conuerterit*, ἐπιστρέψῃ, Vulgata, *Conuersi fuerint*, ἐπιστρέψωσι, ipsi videlicet Israëlitæ. Erasmus, *Conuersus fuerit*, (vt habet etiam Claromontanus codex) nimirum Israël. Nec enim noua est hæc numeri mutatio propter collectiuum nomen, vt Matthæi cap. 1. vers. 22. & suprà, cap. 2. vers. 13. quum præcessisset εἰς τὴν Τρωάδα, subiungit versu 13. ἀλλ᾽ ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Augustinus bis aduersus Faustum, & in Ioan. tractatu 9. citans hunc locum, interpretatus est ἐπιστρέψῃ secunda persona media, *Transieris*: sed perperam, quāuis pia sit sententia. Sunt qui Mosen repetant ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, id est, Legem. Mihi videtur nouum hoc dicendi genus, vt dicatur Lex ad Dominum conuersa. Neque verò necesse est vt diutius hîc laboremus, quūm (meo iudicio) nihil possit accommodatius repeti quàm quod est in proximo versiculo, nimirum καρδία αὐτῶν, id est *cor eorum*. Vbique enim occurrit hæc formula loquendi: ellipsis etiam mollissima est, & appositissimam sententiam gignit: quum velamen non fuerit ipsi Legi, sed Israelitis positum, ideóque his ipsis non illi detrahendum. Syrus autem interpres perinde hūc locum interpretatur, ac si scriptū sit Ἡνίκα δ᾽ ἂν τις ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα ἀπ᾽ αὐτοῦ. *Quum autem aliquis sese ad Dominum conuertit, adimitur ei velamen*, quæ scriptura certè planissima est. ¶ *Tolletur*, περιαιρεῖται. Vulgata, *tolletur*, περιαιρεθήσεται quod nusquam scriptum inueni, & mihi videtur Apostolus ad hoc ipsum alludens quod ipsi accidisse narratur Act. 19. 18 non de illa vniuersali Iudaicæ gentis conuersione, quam prædicit Rom. 11. v. 25. sed de singulis hominibus prout Euangelium amplectuntur, disserere.

17 *Dominus verò, Spiritus ille est*, ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστι. Additus articulus vim habet ἀναφορικὴν, vt intelligamus de eo Spiritu disseri cuius antè meminerat, Literæ oppositi, vt Christus dicatur esse Spiritus ille, id est is qui tollit velamen, in cordibus nostris agens. sicut etiam Lex externa eò nos vocabat, sed frustra, quum mortuis loquatur, donec isto Spiritu simus viuificati. ¶ *Illic libertas*, ἐκεῖ ἐλευθερία. Hîc quoque dicam in lectoris gratiam quid mihi in mentem venerit, propius in hūc locum intuenti. Alludit, opinor, Apostolus ad velaminis vsum, quatenus subiectionis symbolum erat, de quo diximus, 1. Cor. 11. 10, idque ita esse apparet ex eo quod meminit detecti capitis in proximo versiculo. Sed & 7. ad Rom. cap. conditionem hominis non regenerati comparat coniugio, cuius vinculum sit Lex: vt copiosè illic exposuimus: ac præsertim Rom. 6. 14. quò etiam pertinet illud Christi dictum Ioan. 8. 36. Si vos Filius vindicarit, verè liberi eritis. Sed quum multiplici ratione dici possimus à Legis imperio liberati, spectandum qua de re hîc agat Apostolus, nēpe de viuificatione per Spiritum ex Euangelij prædicatione. Libertas igitur hoc loco dicitur primus ille gradus ad viuificationem, id est, conditio illa filiorum Dei, quibus exemptum est velamen cordis, seruitus nimirum illa misera cæcitatis, & iugum illud tenebrarum: quod vnius hominis peccato nobis impositum Lex non modò non alleuabat, sed etiam altero iugo aggrauabat. Denique hoc ipsum est quod ait Propheta, Cor lapideum tollere, & carneum dare: cor illuminare, cor conuertere, lucem videre, & similia omnia quibus prima illa gratiæ Dei per Christum vis significatur, illa inquam nos reddens ad tantam aspiciendam lucem Euangelij idoneos.

18 *Detectâ facie*, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ. Non potuit Paulus aut breuius aut diuinius omnes in nobis gratiæ Dei progressus explicare: adeò vt hîc planè (quod aiunt) crucem fixerit Sophistis. Primùm omnium igitur gratia Dei in Christo nobis velamen adimit, id est tenebras illas densissimas quibus vndique obsepti eramus: deinde receptis iam oculis ad tantam lucem minimè caligantibus, sed vltro etiam eam appetentibus, offertur nobis Christus: in quo, non sicut olim in Mose, sed tanquam in limpidissimo speculo & vera Patris imagine, Deum ad salutem intueamur. Neque verò splendore istius speculi offendimur, sed contrà allicimur, magis ac magis in illud intuentes, donec in eam ipsam imaginem transformemur, id est fiamus & ipsi eius splendoris participes, ac tanquam secundariæ quædam imagines, ex illorum radiorum veluti reflexione. quod significat Apostolus quum inquit ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, id est, *à gloria in gloriam*: nimirum gloriæ illius participatione facti & ipsi gloriosi. Declarat enim Apostolus Transformationis mysterium, neque hîc agit de nostra viuificatione suis gradibus perficienda. Manant autem hæc ab vno Dei Spiritu, intus hæc agentis: nequis sibi quicquam hîc tribuat, aut fieri hæc non posse putet. Quid enim tanto opifici ἀδύνατον? Sed hoc (vt dixi) ministris & vnctis Domini peculiariter competit: in quibus tanquam alteris speculis (illa tamen vera luce illustratis, non sua ipsorum vi collucentibus) Christi splendorem illum concipiamus, qui nos magis ac magis per ipsorū ministeriū allectos illustrat. Vnde etiam lux mūdi appellantur. Mat. 5. 14. quod explicatur Io. 1. 9. ¶ *Quasi in speculo intuentes*, κατοπτριζόμενοι. Vulg. *Speculantes*, impropriè, quū hoc verbum à Specula non à Speculo deducatur, rectius tamen quàm Eras. qui passiua significatione conuertit *In speculo repræsentantes*. Cæterùm

vocat speculum Apostolus, Filium Dei in carne manifestatum qui nobis in ipsius Euangelio spectandus proponitur, & Mosi velato opponitur. Alibi vtitur hac similitudine nempe 1. Corinth. 13. 12. sed diuerso prorsus fine. Illic enim notitiam Dei quam nunc habemus comparans cum futura longè perfectiore, dicit nos non plenè Deum ipsum, qualis est, sed quasi in speculo imaginem eius quandam conspicere. Hîc verò notitiam nostram per Euangelium, non per partes, sed semel totam considerans, conferensque cum cognitione ex Lege, opponit velatæ Mosis faciei limpidissimum Christi speculum: quod rursus meminerimus peculiari quadam ratione applicandum esse Euangelij ministris, de quorum muneris præstantia in primis hîc agit Paulus.

ζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος.

speculo intuentes, *secundum* eandem imaginem transformamur *id est* ex gloria in gloriam, sicut à Domino Spiritu.

ni speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.

Κεφάλαιον δ.

CAP. IIII.

CAP. IIII.

1 Iam manifestè testatur se cum collegis (sed per Dei misericordiam) integrè & sincerè vocatione sua, neglectis omnibus periculis, defungi.

1 Διὰ τοῦτο ἔχοντες τὴν διακονίαν ταύτην, καθὼς ἠλεήθημεν, οὐκ ἐκκακοῦμεν·

2 Ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ, μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

3 Εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον.

4 Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ.

1 PRopterea[1] quum ministerium hoc habeamus, prout misericordia donati sumus segnes non sumus.

2 Sed abrenuntiauimus pudendis latebris, non cum calliditate ambulantes, neque falsantes sermonem Dei, sed declaratione veritatis commendantes nosipsos apud omnem conscientiã hominum, in conspectu Dei.

3 2 Quòd si opertum est Euangelium nostrum, iis qui pereunt opertum est.

4 In quibus Deus huius seculi excæcauit mentes, *nempe in* infidelibus, ne irradiet eos illustratio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.

1 *IDeo habentes hanc ministrationẽ, iuxta quod misericordiam consequuti sumus, non deficimus:*

2 *Sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei sed in manifestatione veritatis, commendãtes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.*

3 *Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrum, in ys qui pereunt est opertum.*

4 *In quibus Deus huius seculi excæcauit mẽtes infidelium, vt non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.*

2 Obiectio, multos audire Euangelium, qui nihilo magis quàm prædicatione Legis illustrentur. Respõdet, culpam esse in ipsis hominib. quibus Satan in mundo dominans oculos eruit. Interea verò nihilominus clarissimam Euangelij lucem à se & suis collegis spectandam proponi, quum Christus, quem vnum prædicat, is sit in quo vno Deus cognosci ac velut perspici possit.

¶ [*Secundum*] *eandem imaginem*, τὴν αὐτὴν εἰκόνα. Vulgata, *ad eandem imaginem*. Ego malui κατὰ quàm εἰς supplere. Est autem hæc συμμόρφωσις hoc loco ad id quod mox sequitur restringenda, de cuius in cœlis demum consummatione, vide Philipp. 3. 21. ¶ *Sicut à domino Spiritu*, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος. Iterũ καθάπερ hoc in loco nõ declarat cõparationem, sed congruentiam, ipsámque adeo rei veritatem, quod diximus ab Hebræis vocari כף אמת [*chap amituth*] suprà, capite 2. 17. Cur autem hoc addiderit Paulus diximus paulo antè. Vulg. *à Domini Spiritu*, ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ Κυρίου. Sic enim Græcè omnino videtur scribendum fuisse; vt hæc interpretatio conueniret. Dixerat autem paulò ante Dominum esse illum Spiritum, quod dictum isti ex aduerso respondet: quam expositionem sequuntur etiam & Basil. de Spiritu sancto, ad Amphilochiũ cap. 21 & Chrysostom. in hunc locũ, & veteres pleriq; aduersus Arrianos. Sed & Syrus interpres vertit similiter, דמן מריא רוחא [*demen maria rucha*] *tanquam à dominatore Spiritu*. Eras. duas alias interpretationes affert, nempe *A Domino Spiritus*, & *Ad Domini Spiritum*, ex Augustino. Ego eam sequutus sum quam omnium simplicissimam putaui.

IN CAP. IIII.

1 *Prout misericordiam consequuti sumus*, καθὼς ἠλεήθημεν. Vetus interpres legit *Iuxta quod*, καθ' ὅ. Vtcunque autem legas, omnia hîc accepta refert Paulus gratiæ ac misericordiæ Dei, ne se videatur efferre, quum Deum potiùs prædicet. Neque id verò duntaxat tribuo Pauli modestiæ, cum Erasmo, sed omnino ita faciendum fuisse dico.

¶ *Segnes non sumus*, οὐκ ἐκκακοῦμεν. Id est, malis & afflictionibus fracti non cedimus. Pertinet enim hoc ad ærumnas, vt apparet ex versu 16. Vide Luc. 18. 1. Vulgata, *Deficimus*, sensu rectè expresso. Erasmus, *Degeneramus*, hoc referens ad Mosis ceremonias, quibus neglectis liberè prædicaret Euangelium: quæ certè sunt ἀπροσδιόνυσα. Ambrosius legit, *Non deficiamus*, hortandi modo, μὴ ἐκκακῶμεν, non satis etiã appositè. Describit enim ministerij sui virtutem Paulus, quã ex eo ipso asserit vnde ipsius oppugnãdi occasionẽ capiebant aduersarij, nimirum ex ærumnis quibus erat obnoxius.

2 *Pudendis latebris*, τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης. Id est, quascunque latebras captant homines quibus sua probra operiant, vt versutias & fraudum omne genus, à quo procul absumus: vel, indecoras latebras, id est, minimè conuenientes iis qui tantæ dignitatis ministerium tractant, sed probrosis potius hominibus. Vulgata, *Occulta dedecoris*. ¶ *Cum calliditate*, ἐν πανουργίᾳ. Vulgata, *In astutia*. Eras. *Per astutiam*. Vide Luc. 20. 23. ¶ *Falsantes*, δολοῦντες. Vulg. non ineptè, quod ad sensum quidem attinet, *Adulterantes*. Hîc enim dolum vocat omne illud fraudis genus quo vtuntur qui merces adulterant, vt idem declaret δολοῦντες atque καπηλεύοντες suprà, 2. 17. Eras. *Dolo tractantes*.

3 *Est*, καὶ ἔστι. Vulg. *Etiam est*. Erasmus, *Adhuc est*. Atqui abundat καὶ, vt diximus 1. Cor. 15. 29. & videtur Erasm. pro ἔστι legisse ἔτι.

4 *In quibus*, ἐν οἷς. vel, *inter quos*. Nec enim illi soli pereunt qui oblatum Euangelium reiiciunt, sed etiam innumerabiles quibus non offertur, veruntamen tum ex natiua corruptione, vel sola, vel cum suis fructibus coniuncta: tum ex Legis naturæ violatione damnandi, vt Apostolus docet Act. 17. & Rom. 1. & ita mollius cohæret illud ἀπίστων quod sequitur. Malo tamen illam interpretationem sequi, vt ἐν οἷς idem valeat atque ἐν ἐκείνοις ὧν, *in iis quorum*, siue ὧν, *quorum*. Sed maluit dicere Apostolus *In quibus*, quàm *Quorum*. quasi Satan in ipsis quodammodo mentis illorum penetralibus insideat, vt loquitur Ephe. 2. 2. quo etiam sensu dicitur Satan in cor Iudæ penetrasse. ¶ *Deum huius seculi*, ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. Id est, Is cui se veluti Deo mancipárunt huius seculi homines, Christum vltro ignorantes. Nam Iudæos præsertim (vt opinor) perstringit, qui oblatum Euangelium inuicta peruicacia respuebant. Is autem est Satan qui à Domino dicitur princeps huius mundi, Ioan. 12. 31, & 14. 30. & Eph 6. 12. vt planè mirer veteres nonnullos in explicando hoc loco aduersus Manichæos & Arrianos laborasse. Neque enim ex his effici magis potest hunc esse reuera aliquem alterum aut secundarium Deum, quàm ex eo quod de ventre dicitur Phil. 3. 19. Non est igitur quòd αἰῶνος τούτου referamus vel ad τὰ νοήματα, cum

cum Hilario, vel ad τῶν ἀπίστων, cum Irenæo, libri aduersus hæreses tertij cap. 7. cui assentiuntur Græca scholia, vt si scriptum esset, Mentes infidelium huius seculi. Citatur tamen in iisdem scholiis vera Cyrilli expositio, ad Satanam hoc referentis. ¶ *Mentes*, τὰ νοήματα. Eras. *Sensus*. quam etiam interpretationem reprehendit suprà, 3. versu 14.

¶ [*Nempe in*] *infidelibus* τῶν ἀπίστων. Si, vt antè diximus, ἐν οἷς, *Inter quos* interpretemur, cohærebunt omnia: sin minus erit Solœcophanes, duplici ratione excusandum: vna, quòd Paulus propinquioris vocis νοήματα quam illius ἐν οἷς remotioris rationem habuerit, cuiusmodi multa in communi sermone incidunt altera, quòd hebraissans, loco relatiui αὐτῶν nempe ἀπολλυμένων, quod apud Hebræos sæpe redundat, ipsum antecedens substituerit, simul explicans quosnam ἀπολλυμένους vocarit. ¶ *Ne irradiet eos*, μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς. Sic legendum puto potius quam αὐτοῖς tertio casu, quòd sic construi soleat hoc verbum. Ambrosium quoque apparet sic legisse, vt annotat Erasmus, sed nonnihil diuersa constructione: ita videlicet vt αὐτοὺς à parte anteriore construatur, & αὐγάσαι, aut potius διαυγάσαι, (vt in quibusdam etiam Græcis codicibus legitur) pro διαβλέψαι accipiatur. Vertit enim, *Vt non peruideant lumen Euangelij*. quæ declaratio mihi quoque non displicet, & eòdem recidit. Vulgata, *Vt non fulgeat eis*. Erasmus, *Ne illucesceret illis*. ¶ *Illustratio Euangelij*, &c. τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. Id est, splendor perspicuus ac illustris prædicationis qua annuntiatur gloria Christi, seu gloriosus Christus, seu, quæ prædicatio est gloriæ: quæ omnes interpretationes eòdem recidunt, & optimè cohærent cum eo quod sequitur de Christi dominio. vel, *Lumen gloriosi Euangelij Christi*: quæ interpretatio ab aliis non procul recedit. Vulgata, *Illuminatio Euangelij*.

¶ *Qui est imago Dei*, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ. Id est, in quo seipsum perspicuè conspiciendum præbet Deus, vt 1. Timoth. 3. 16. Neque enim Dei imaginem nunc vocat Paulus Christum, alio quàm officij ipsius respectu: vt licet vera, tamen sint ἀπροσδιόνυσα quæ nonnulli ex veteribus hoc loco περὶ τοῦ ὁμοουσίου disseruerunt. Cæterùm in Complutensi codice & aliis præterea duobus additur epitheton ἀοράτου, id est, *inuisibilis*, fortassis ex Coloss. 1. 15. quanquam id videri possit hoc etiam loco minimè otiosum, vt indicetur, Deum alioquin suapte natura incomprehensibilem in Christi tamen Euangelio velut oculis ipsis conspici.

---

5 Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον· ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν.

6 Ὅτι ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

7 Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν·

8 Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι.

5 3 Non enim nosipsos prædicamus, sed Christum Iesum *esse* Dominum: nos autem, seruos vestros propter Iesum.

6 Quoniam Deus ‖ qui dixit vt è tenebris lux splendesceret, *is est* qui splenduit in cordibus nostris, ad *præbendam* lucem notitiæ gloriæ Dei in facie Iesu Christi.

7 4 Habemus autem thesaurum hunc in testaceis vasculis: 5 vt hæc huius potentiæ supereminẽtia sit Dei, & non ex nobis:

8 Dum in omnibus affligimur, at non coarctamur: hæsitamus, at non prorsus hærenus:

5 *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum: nos autem seruos vestros per Iesum.*

6 *Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucẽ splendescere, qui illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu.*

7 *Habemus autem thesaurum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei & non ex nobis.*

8 *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur:*

3 Remouet suo more omnem ambitionis suspicionem, se quidem fideliter docere confirmãs, sed vt seruum, & totam hanc lucem ab ipso homine testãs promanare. Gen. 1, 3

4 Occurrit offendiculo quod apud plerosque offundebat tenebras Euangelici ministerij splendori: quoniam videlicet Apostoli erant omnium calamitosissimi. Respõdet Paulus, se quidem & collegas suos esse veluti testacea vasa, sed in quibus situs sit preciosissimus thesaurus. 5 Causas mirificas affert cur Dominus excellentissimos seruos suos ita velit affligi, vt, inquit, omnibus constet eos non humana sed diuina, eáque præstantissima virtute fretos consistere, quum millies moriantur, & nunquam pereant.

---

5 *Propter Iesum*; διὰ Ἰησοῦν. i. Vt hunc ipsum Iesum vobis prædicemus. Nam si lucri causa prædicassent, seipsos prædicassent: sin Corinthiis seruiuissent ipsorum causa fuissent ἀνθρωπάρεσκοι, vt Eph. 6. 6. Verè igitur vnum Christum prædicabant Dominum, cuius causa non recusarent omnibus seruire. Vulgata, *Per Iesum*. διὰ Ἰησοῦ, i. à Iesu delecti ad hanc functionem. In vno vetusto codice scriptum inuenimus διὰ Χριστοῦ, *per Christum*. Arabs autem vtrunque legit.

6 *Qui dixit*, ὁ εἰπών. id est qui solo verbo fecit. Alludit enim proculdubio ad lucis creationem ἀναγωγικῶς. Dicere autem pro iubere, accipitur quidem Hebræorum more, sed videtur magnam quandam emphasin habere hoc in loco & similibus.

¶ *Splenduit in cordibus nostris*, ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Illuxit, inquit Paulus, cordibus nostris, (id est eorum qui propter Christum vestri serui sumus) vt eam postea vobis impertiremus. Ideo Dominus suos vocat lucem mundi, Matt. 5. 14. De ministris autem disseri iam inde à cap. 2. 14. vsque ad 6. 11. mecum (vt spero) fatebitur quisquis propius singula considerarit: quanuis nonnulla aspergat quæ ad totam Ecclesiam pertinere possint, vt 3. 17. & 18. sed non ita multa, & quæ etiam ministris propriè sint applicanda, ne Paulus à scopo videatur aberrare. ¶ *Ad* [*præbendam*] *lucem notitia*, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως, &c. id est vt à Deo illustrati, vicissim aliis eam lucem præbeamus. Lucem autem vocat cognitionem gloriæ Dei, id est Dei gloriam nobis ad contemplandum exhibitam in Christo per ministerium. Vulg. & Eras. *Ad illuminationem scientia* seu *cognitionis gloria Dei*. quod est nimis ambiguè dictum: Posset enim sic accipi quasi ipsa scientia gloriæ Dei esset illuminanda. Sed & illis non assentior qui φωτισμὸν accipiunt passiuè quasi dicas, *Vt illuminemur cognitione gloria Dei*. Sermo enim hic est institutus (vt dixi paulo antè) ad declarandum ministrorũ Noui testamenti munus ac splendorem: & res ipsa ostendit, (siquis præcedentia ac sequentia consideret) Paulum his verbis explicare partem superioris versiculi postremam, itémque illud quod posuerat in ipso capitis initio: quà probatione absoluta, transit ad afflictiones cum ministerio coniunctas, iísque ostendit ministerij dignitatem non modò non imminui, sed etiam vehementer amplificari. ¶ *In facie*, ἐν προσώπῳ. Valla & Stapulensis malunt interpretari *In persona*: quod meritò displicuit Erasmo. Alludit enim perpetuò in toto hoc sermone Apostolus ad Mosis faciem illam non apertam, (vt clara esset Dei imago) sed opertam.

7 *Vt eius virtutis præstantia sit Dei*, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ. Id est, Vt eius doni tam eximij præstantiam omnes intelligant à Deo non à nobis manare. Vulgata, *Vt sublimitas sit virtutis Dei*, quasi ᾖ collocatũ sit ante τῆς δυνάμεως, contra Græcorum omnium codicum fidem. Alioquin res eòdem recidit, si modò ὑπερβολὴν accipias pro ὑπεροχῆς, vt subaudias pronomen ἡμῶν, nostræ.

8 *In omnibus*, ἐν παντί. Heb. בכל [*bechol*,] de quo alibi diximus. Possumus etiam subaudire, τρόπῳ, & *Passim* interpretari. ¶ *Non coarctamur*, οὐ στενοχωρούμενοι. Numeratur tamen & θλίψις & στενοχωρία, inter sanctorum ærumnas, Rom. 8. 35, & infrà 6. 4. Itaque hoc in loco existimandum est non quanuis angustiam significari, sed eam ex qua elabi non possis. Vulgata, *Angustiamur*, barbarè Erasmus, *Anxij reddimur*. Syrus & Arabs pro suffocatione accipiunt. ¶ *Hæsitamus, at non prorsus hæremus*, ἀπορούμενοι.

ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. De his duobus verbis diximus suprà capite 1.8.vbi etiam dicit Apostolus se ἐξαπορηθῆναι. Sed hoc verbum ibi dexterè intelligendum est, vt doctè explicat Basilius ἐν τοῖς ὅροις κατ' ἐπιτομήν, quæst.170. nempe quod attinet ad humana præsidia,& quantum ipse Paulus eo tépore poterat iudicare. Neque enim vnquam ei præsidium Dei defuit,& eo ipso tempore Dominus illum iis rationibus liberauit, quas ipse conijcere non potuisset. Itaque hæc inter se non pugnant. Vulg. prorsus nouè, *Aporiamur,sed non prorsus destituimur*. Eras. *Laboramus, at non destituimur*. Bud. *Egentes, at non egestati succumbentes*. Ego malui de omni difficultate hæc accipere, simúlque studui paronomasiam Græcam repræsentare. Syrus & Arabs non vno modo ista duo interpretantur, nec videntur Græcas voces satis intellexisse.

---

9 Διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι·

9 Persequutionem patimur, sed in ea non deserimur: deiicimur, at non perimus:

9 *Persequutionem patimur, sed non derelinquimur: deijcimur, sed non perimus:*

10 Πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ.

10 6 Vbiuis mortificationem Domini Iesu in corpore circunferentes, vt etiam vita illa Iesu in corpore nostro manifesta fiat.

10 *Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.*

11 Ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ Ἰησοῦν, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν.

11 Semper enim nos qui viuimus, morti tradimur propter Iesum, vt etiã vita Iesu manifesta fiat in carne nostra mortali.

11 *Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.*

12 Ὥστε ὁ μὲν θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται, ἡ δὲ ζωὴ ἐν ὑμῖν.

12 7 Itaque mors quidem in nobis agit, vita verò in vobis.

12 *Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.*

6 Amplificatio superioris sententiæ, qua suas afflictiones morti quotidianæ, virtutem autem Spiritus Dei in Christo, comparat vitæ quæ mortem ipsam opprimat.

7 Conclusio admodum artificiosa: ac si diceret, In summa igitur nos morimur, vt omnes fideles morte nostra viuatis, quum videlicet Ecclesiarum ædificandarum causâ omnia illa pericula subierimus, & patientiæ nostræ exemplis confirmauerimus.

---

9 *In[ea]non deserimur*, οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. Vulg. *Derelinquimur*. Erasmus rectè expressit præpositionem ἐν. Ceterùm quòd hîc adijcitur in aliquibus veteris editionis codicibus, *Humiliamur, sed non confundimur*, ταπεινούμενοι, ἀλλ' οὐκ αἰσχυνόμενοι, in nullis Græcis exemplaribus inueni. ¶ *Deijcimur*, vel *prosternimur*, καταβαλλόμενοι. In quibusdam Latinis codicibus præcedit, *Humiliamur, sed non confundimur*. quod non est in Græcis, nec in vetustis etiam Latinis exemplaribus.

10 *Vbiuis*, πάντοτε. Id est ἑκάστοτε. Ita enim optimè conueniet participium περιφέροντες, *circunferentes*, id est, quocunque venimus paratam nobis crucem inuenientes, quasi eam circunferamus nobiscum. Vulgata & Erasmus, *Semper*, quod tamen tolerari potest, quum sequatur ἀεί.

¶ *Mortificationem*, τὴν νέκρωσιν. Sic vocat Paulus miseram illam conditionem fidelium, ac præsertim ministrorum (de his enim propriè agitur) qui quotidie (vt ait Dauid) occiduntur, quasi Destinationem ad cædem dicas: additúrque *Domini Iesu* vel, (vt legit Vetus interpres) *Iesu Christi*, tum vt declaretur causa propter quam mundus illos ita persequitur, tum etiam quia hac quoque in parte Christo capiti sunt conformes, Christúsque adeo ipse quodammodo in iis morte afficitur. Ambrosius maluit *mortem* interpretari, nempe quia in altero membro fit mentio vitæ Christi. At ego, si libuisset à Pauli verbis discedere, cædem potius exposuissem: quia non temere Paulus νέκρωσιν maluit scribere quàm θάνατον, quoniam etiam Christus hîc considerandus nobis est non vt simpliciter mortuus, sed vt interemptus. Verùm vt modò dixi, νέκρωσις nec mortem nec cædem hîc significat, sed conditionem illam quotidianis mortibus obnoxiam, qualis etiam fuit Christi ad tempus: denique summam imbecillitatem declarat, sicut Paulus idem vocabulum vsurpat Rom.4.19, de Saræ vtero loquens ad concipiendum prorsus effœto, & viribus omnibus destituto. Huic autem opponitur vita eiusdem Christi, de qua dicemus proxima annotatione. Fortassis hoc discrimen non ineptè aliquis obseruarit inter מות & תמותה [maueth & temuthah,] vt Psal.79.11. ¶ *In corpore*, ἐν τῷ σώματι. Claromontanus codex hîc etiam habet ἡμῶν, *nostro*, vt Vetus Latinus interpres, itémque Syrus & Arabs.

¶ *Vt etiam vita*, ἵνα καὶ ἡ ζωή. Videbatur poscere ratio collationis vt potius scriberetur ἡ ζωοποίησις, id est *viuificatio*. sed Paulus hoc modo expressius loquitur, causam videlicet nominans ipsius effecti loco. Vnde enim felix illa & planè diuina ministrorum fidelium virtus mortificationi ex diametro opposita? qui fit, inquam, vt per mille mortes inuicti & intrepidi, victores denique ad metam, sua functione perfuncti, euadant? Nempe ex vita, id est Spiritu seu vigore illo Iesu Christi qui morti ipsi dominatus est qui vigor in illorum etiam mortalibus & infirmis vasculis inest, vt 2.Tim.1.14. & tum demum sese exerit quum à contraria mortificatione lacessitur: alioquin ita latens vt cognoscendus non fuerit: imò verò infirmitatibus acuitur & magis ac magis perficitur, vt alibi tradit Apostolus. Hinc illa resurrectio de qua dicemus infrà, versu 14. id est liberatio ex tot mortibus, vt suprà, 1.10. Quanuis enim hæc viuificatio in suprema demum resurrectione sit perficienda: tamen de illa resurrectione non agi in hoc loco, liquere potest ex ipso Apostoli scopo. Nec enim aliud ei propositum est quàm docere, perpetuis illis ærumnis non reddi vilius Euangelij ministerium, sed contra dignitatem illius ac robur verè diuinum in Christo palàm toti mundo spectandum proponi. Pertinet igitur ad hanc vitam ista spiritualis resurrectio, siue huius spiritualis innouatæ in nobis vitæ declaratio, cuius tamen vitæ complementum adhuc in Christo latens in vltimum illum diem differtur, quo ipsa etiam corpora in gloriam, absorpta morte, resurgent. Coloss.3.3.

11 *Nos qui viuimus*, ἡμεῖς οἱ ζῶντες. Id est, nos qui vita illa præditi sumus. Quid si verò exponas, *Dum viuimus*? Vereor vt repugnet articulus. Deinde (vt mihi videtur) inanis esset, atque adeo propter additam particulam causalem γὰρ, non satis apta repetitio superioris sententiæ. Itaque rursum constituo, hîc non agi de illa corporali resurrectione à mortuis, sed de perduratione in tot præsentibus pro Christo periculis, vt dignitatem ministerij crux ipsa hîc quoque commendet. ¶ *In carne nostra mortali*, ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν. Id est, in carne nostra quantumlibet mortali, non autem quæ mortalis esse desierit. Vocat autem mortalem, non ob conditionem illam omnibus communem, de qua Hebr.9.27: sed illam mortificationem respiciens quam descripsit ver.8.9.& 10, quam etiam ob causam vasculis testaceis corpora ministrorum peculiari ratione comparauit, quanuis alioqui doctrina ista sit toti Ecclesiæ communis.

12 *Itaque mors quidem*, ὥστε ὁ μὲν θάνατος, id est, Itaque nos ministri non aliter morte illa quotidiana viuimus quàm vos vita viuitis, qui videlicet in vestris rebus prosperis vitam vestram collocatis. Verùm hoc fortassis subtilius est, quanuis non malè conueniat superiori antithesi. Et præterea haud satis scio an tam acerba támque mordax reprehensio huic Epistolæ conueniat, quum in hac studuerit superioris amarulentiam temperare. quod enim infrà, 12.22,& 21,& vlt.cap. nonnihil videtur asperè loqui, existimo ab eo de industria in extremam partem esse reiectum, postquam sui ministerij dignitatem satis asseruisset. Itaque ob eam etiam causam non facilè admiserim illam Ironiam, aut σαρκασμὸν potius, hoc in loco. Mihi magis placet eorum sententia qui perinde hoc accipiunt acsi dixisset Apostolus, Nostra igitur est afflictio, vestrũ autem est commodum: vt vos quasi ex nostra morte viuatis, ad quos redit nostrarum ærumnarum fructus. quod postea explicabit

plicabit versu 15, & iam attigit superiore versiculo, quum diceret ἵνα φανερωθῇ, *vt declaretur*. Sed notandum est quod dixi ὁ θάνατος ἐνεργεῖται, *mors agit*. Ita enim hanc mortem quotidianam ostendit & ipsis ministris & toti Ecclesiæ esse (vt ita dicam) vitalem, vt quæ latentem illum Christi vigorem non extinguat, vt alioqui mors solet, huic vitæ finem imponere, sed excitet potius ac foueat.

---

13 Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα τῆς πίστεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν.

13 8 Et quoniam habemus eundem Spiritum fidei, secundum illud quod scriptum est, ‖ Credidi, & ideo loquutus sum: nos quoque credimus, quamobrem etiam loquimur.

13 *Habentes autem eundem Spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi, propter quod loquutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur.*

14 Εἰδότες ὅτι ὁ ἐγείρας τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ, καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν.

14 Scientes fore vt qui suscitauit Dominum Iesum, nos quoque per Iesum suscitet, & sistat vobiscum.

14 *Scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum.*

15 Τὰ γὰρ πάντα δι' ὑμᾶς, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα, διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν περισσεύσῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

15 9 Nã hæc omnia propter vos *fiunt*, vt gratia illa amplificata, pluribus gratias agentibus exundet in gloriam Dei.

15 *Omnia enim propter vos, vt gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei.*

16 Διὸ οὐκ ἐκκακοῦμεν, ἀλλ', εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ.

16 Propterea non segnescimus: 10 sed etiamsi externus homo noster corrumpitur, internus tamen renouatur in dies.

16 *Propter quod non deficimus: sed licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem.*

17 Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν·

17 Nam illico præteriens leuitas afflictionis nostræ, excellenter excellentis gloriæ pondus æternum conficit nobis:

17 *Id enim quod in præsenti est, momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur nobis:*

Psal.116.10

8 Declarat præcedentẽ sententiam, ostendẽs sese cum suis collegis mori quidem quodammodo, vt aliis vitam cõparent, sed se nihilominus esse eiusdem vitæ cum illis participes: quoniam quod aliis credẽdum proponant, ipsis quoque in primis credãt, fore videlicet vt & ipsi cum eis in Christo seruentur.

9 Quomodo hæc constantia in ipsis foueatur ostendit, quoniam videlicet ad Dei gloriam & Ecclesiarum sibi commissarum salutem respiciant.

10 Adiicit veluti triumphale epinicium, sese quidem affligi exterius, sed interius proficere quotidie: & nihili esse omnibus modis quæcunque sunt in hac vita sustinendæ ærumnæ, præ constantissima illa & æterna gloria.

---

13 *Et quoniam habemus*, ἔχοντες δέ. Particula δὲ hoc in loco non est aduersatiua, sed potius sententiam nectit. Ideo conuertimus potius per *Et*, quàm per *Autem*, vel *Verò*. Deinde participium ἔχοντες continet αἰτιολογίαν. Vulgata, *Habentes autem*. Erasm. *Cæterùm quum habeamus*. ¶ *Eundem Spiritum fidei*, τὸ αὐτὸ Πνεῦμα τῆς πίστεως. Id est, eandem fidem ex eiusdem Spiritus afflatu & dono. Sic enim alibi diximus nomen Spiritus ex Hebræorum consuetudine vsurpari, vt Esa.11.2. ¶ *Secundum illud quod scriptum est*, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Perinde hoc accipiendum est acsi dixisset, Quia habemus eundem Spiritum fidei, atque is de quo scriptum est.

14 *Per Iesum*, διὰ Ἰησοῦ. Vulgata, *Cum Iesu*, σὺν Ἰησοῦ, vt apud Ambrosium & in vno Græco exemplari legitur, sed repugnantibus reliquis summo consensu: nec sanè possum eam lectionem admittere. ¶ *Et sistat vobiscum*, καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν. Erasmus hoc refert ad Iudæorum & Gentium in Christo coniunctionem, quod non eget refutatione. Ego verò aliquando putaui Paulum hîc agere de suo ad Corinthios aduentu, sed sententiam nunc muto.

15 *Gratia illa copiosissima*, ἡ χάρις πλεονάσασα. Id est, Vt quum fuero liberatus & vobis restitutus, ingens illud beneficium quod in me effusum erit, vicissim in Dei gloriam redundet: propterea quòd non ego vnus gratias agam, sed vos omnes mecum, & afflictionis participes & consolationis. Itaque διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν non cohæret cũ πλεονάσασα, sed cum περισσεύσῃ. Vetus tamen interpres videtur non ineptè legisse, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα διὰ τῶν πλειόνων, τῇ εὐχαριστίᾳ περισσεύσῃ, &c. Vertit enim, *Vt gratia abundans per multos, & in gratiarum actione abundet in gloriam Dei.* Rursus autem redundat articulus τῶν πλειόνων, vt suprà annotauimus, 2.6. Sed mihi magis arriserit quod legerunt Syrus & Arabs, si codicis alicuius Græci testimonio confirmaretur, nempe, ἵνα τῆς χάριτος πλεοναζούσης, διὰ τῶν πλειόνων ἡ εὐχαριστία περισσεύσῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, *vt abundante gratia, redundet per multos gratiarum actio ad Dei gloriam.*

16 *Non segnescimus*, οὐκ ἐκκακοῦμεν, vel *segniter non cedimus*. Est enim Græcis κακὸς à verbo χάζω qui per ignauiam turpiter pedem refert: vt τὸ ἐκκακεῖν sit illud quod Gallicè dicimus, *anonchaloir*. ¶ *Externus*, ὁ ἔξω. Vtrunque hunc hominem oportet in vno & eodem subiecto considerare, nempe animas, sed duplicis vitæ respectu diuerso: vno, quod ad huius terrenæ vitę vsum, qui in sibi cõuenientibus commodis situs est, vt valetudine, opibus & cæteris rebus quibus continentur & floret. Altero, quod ad vitam illã attinet ad quam hîc inchoatã, & in cęlis perficiendã cõtendimus: & cui tantum accrescit, quantum alteri illi detrahitur, in qua nimium occupatur. Aliud est igitur hoc in loco externus homo quàm vetus, quanuis hoc quoq; satis regeneratis conueniat. Sed & à scopo aberrant qui quod hîc dicitur de Homine externo, non ad præsentem vitam, sed ad corpus ipsum referunt. ¶ *Renouatur*, ἀνακαινοῦται, id est, nouas vires acquirit, prout experimur reipsa quæ sit huius vitæ præsentis vanitas: vnde illud à profanis, etsi non satis appositè, tamen rectè dictum, Aduersis rebus tãquam cote acui virtutem. quam ob causam dixit suprà, versu 12. mortem in nobis agere. ¶ *In dies*, ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. Heb. יום יום [iom iom.] Vulg. *De die in diem*. Eras. *In singulos dies*, id est מיום ליום [mijom laiom.]

17 *Nam illico præteriens leuitas*, τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρόν. Sic apud Demosth. ἡ παραυτίκα ἡδονὴ, *momentanea voluptas*: & apud Thucydidem, τὸ αὐτίκα δεινὸν, *subitum malum*. Vulgata, *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ*. quasi παραυτίκα idem declaret atque ἐν τῷ παρόντι, vt etiam Arabs & Syrus sunt interpretati. Leuitas autem oppressionum ad ipsam qualitatem non refertur, quasi ærumnæ sint admodum exiguæ & ad ferendum leues: sed eas illico præterire ostendit, quum ne tota quidem vita nostra sit diuturna. Nam nunc primùm transit Apostolus ad resurrectionem illam veram, cuius spe dicit se sustentari.

¶ *Excellenter excellentis gloriæ pondus æternum*, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης. Hac repetitione Græcæ vocis ὑπερβολῆς significatur æternitas, ipsa (vt ita dicam) æternitate magis æterna, vt dicunt Hebræi עד מאד מאד [had meod meod.] Potest tamen alterum καθ' ὑπερβολὴν referri ad τὸ παραυτίκα, quibusdã Græcis cod. ita hũc locũ distinguentibus, vt sic quoq; possis interpretari, *Leuitas enim afflictionis nostræ supra modum momentanea, supra modũ æternũ pondus, &c.* Vulg. *Supra modum in sublimitate*. Erasm. *Mirè supra modum*.

¶ *Pondus gloriæ*, βάρος δόξης. Poscit ratio collationis vt grauis gloria dicatur non quæ sit molesta, sed è contrario quæ suo veluti pondere in æternum maneat mota. Sed & hoc possimus abundantiam interpretari, *excellenter excellentis gloriæ abundantiam*, sicut βάρος πλούτου dicunt Græci de magnis & accumulatis opibus: & Virgilius hominem pietate & meritis grauem describit, & βαρεῖαι, id est graues epistolæ

dicuntur infrà 10. 10. Notandæ sunt autem elegantissimæ antitheses, & quouis etiam Demosthene non indignæ. nam τῷ παραυτίκα opponit τὸ καθ᾽ ὑπερβολὴν αἰώνιον, τῷ ἐλαφρῷ opponit τὸ βάρος, τῇ θλίψει opponit τὴν δόξαν. Sic etiam mox τοῖς βλεπομένοις confert τὰ μὴ βλεπόμενα, & cum τοῖς προσκαίροις comparat τὰ αἰώνια.

¶ *Conficit*, κατεργάζεται. Erasmus, *Parit*. Vulgata, *Operatur*. quod verbum arripiunt Sophistæ vt merita Sanctorum stabiliant: quum duntaxat significetur quo itinere ad gloriam perueniatur. Nam si de eo agatur propter quod datur gloria, longè aliter loquitur idem Paulus Rom. 4.4, & 8.18.

18 Μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια.

18 Non spectātibus nobis ea quæ visibilia sunt, sed ea quæ sunt inuisibilia. nam quæ visibilia sunt, tēporaria sunt: at quæ sunt inuisibilia æterna.

18 *Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.*

Κεφάλαιον ε.

1 Οἴδαμεν γὰρ ὅτι, ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

2 Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες.

3 Εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα.

4 Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει τούτῳ στενάζομεν βαρούμενοι· ἐφ᾽ ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ᾽ ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς.

5 Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, Θεός, ὁ καὶ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος.

6 Θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες, ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου·

7 (Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους.)

8 Θαῤῥοῦμεν δὲ, καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον.

9 Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴτε ἐνδημοῦντες εἴτε ἐκδημοῦντες, εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι.

10 Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ὃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν.

CAP. V.

1 [1] SCimus enim nos, si terrestris huius domus nostræ tabernaculum dissolutum fuerit, ædificium ex Deo habituros, domicilium *videlicet* non manu factum, æternum in cælis.

2 In hoc etenim suspiramus, expetentes domicilio nostro, quod è cælo est, superindui.

3 [2] Siquidem etiam induti, nō nudi reperiemur.

4 Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, suspiramus grauati: in quo *constituti* non cupimus *eo* exui, sed superindui, vt absorbeatur mortalitas à vita.

5 Porro Deus *is est* qui nos ad hoc ipsum condidit, qui etiam dedit nobis arrhabonem Spiritus.

6 [3] Confidente igitur animo sumus semper, & scimus nos dum adsumus corpore, peregre abesse à Domino:

7 (Per fidem enim ambulamus non per aspectum:)

8 Confidente autem, *inquam*, animo sumus, & gratius est nobis abesse potiùs ex corpore, & abesse apud Dominum.

9 Quapropter etiam contendimus, vt & hîc præsentes & hinc absentes ipsi placeamus.

10 [4] Omnes enim nos comparere oportet coram tribunali Christi, vt vnusquisque reportet quæ in corpore *fecerit*, congruenter ad id quod fecerit, siue bonum, siue malum.

CAP. V.

1 *SCimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis.*

2 *Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est superindui cupientes.*

3 *Si tamen vestiti, non nudi inueniamur.*

4 *Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita.*

5 *Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus.*

6 *Audentes igitur semper, & scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino:*

7 *(Per fidem enim ambulamus, & non per speciem)*

8 *Audemus autem, & bonam volūtatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum.*

9 *Et ideo contendimus, siue absentes siue præsentes, placere illi.*

10 *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum.*

Apoc. 15. 16

1 Attepta occasione ex cōparatione proximè præcedente, corpus istud, vt est in hac vita calamitosum, comparat cum caduco & fragili tabernaculo: tum opponit cœleste domicilium, sic vocans firmam & perennem eiusdem corporis in cœlo glorificati conditionem: adeoquidem, inquit, vt nos nō modò non simus isti tabernaculo addicti, sed potius domicilium illud cum suspiriis & gemitibus expectamus. Est autem etiam hic locus de futura gloria, isti tractationi de ministerij dignitate insertus, vt & ille alter de quo diximus initio capitis secundi. 2 Declaratio superioris dicti, non temerè, inquit, desideramus illo domicilio cælesti (.i. illa gloria & æterna immortalitate) quasi veste operiri. Neque enim hinc migrantes manebimus nudi, semel amisso corporis tegumēto, sed alia veluti veste insuper inducetur receptum corpus, ac proinde non huius vitæ tædio, sed præstantioris desiderio suspiramus. Neque hoc desiderium irritum est, quum ad eam vitam conditi simus: cuius rei pignus Spiritum adoptionis habemus.

Rom. 14. 10

3 Illatio ex proximè præcedente sententia nascens. Itaque quum ex Spiritu sciamus nos esse aduenas quandiu hic versamur, constanter hanc morā ferimus. Sic enim cū Domino nūc sumus, vt illum non conspiciamus nisi fide: ac proinde ab ipso quidem nunc absimus: ita tamen vt semper ad illū aspiremus: quamobrem etiam ita nos gerimus, vt & hîc viuentes, & quum ad eū hinc discedemus, possimus ei esse accepti. 4 Nequis vniuersale esse putet quod de illo domicilio cælesti dixerat, addit vnicuique prius reddendam rationem suæ peregrinationis, postquam hinc migrauit.

IN CAPVT V.

1 *Terrestris nostræ domus tabernaculum*, ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους. Vulg. *Si terrestris domus nostra huius habitationis*: nō seruato vocabulo tabernaculi, quod aptissimum erat ad huius corporis structuræ & mortalis vitæ imbecillitatem, & caducam conditionem significandam cui opponitur οἰκοδομὴ, id est firmum ac stabile ædificium. Erasm. *Si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi*. Ego puto hoc explicandū per hypallagen, cuiusmodi annotauimus Act. 5. 20, & alibi quoque. Quod autem Terrenum hic dicitur, Gorgias ille Leontinus referente Stobæo λόγῳ 117 eleganter vocauit σαπρὸν καὶ ῥέον οἰκίδιον. id est putrem & diffluentem domunculam, quantumuis nec causam nec remedium huius morbi, immò ne malum quidem ipsum intelligens.

2 *In hoc etenim*, καὶ γὰρ ἐν τούτῳ, nempe σκήνει, *tabernaculo*. Vel *Nam interea*, vt Act. 24. 16. ¶ *Quod è cælo est*, τὸ ἐξ οὐρανοῦ. Id est cæleste, gloria nimirum & ἀφθαρσία, non autem substantia, vt exposuimus copiosè 1. Cor. 15. ¶ *Superindui*, ἐπενδύσασθαι. Vestem vocat immortalitatis gloriam, qua tanquam veste obtegetur etiam nostrum corpus. Sic enim vsurpare solent Hebr. verbum לבש [*labasch*,] vt diximus Luc. 24. 49, & 1. Cor. 15. 53. In hoc autem verbo præpositio ἐπὶ non significat vestem vesti additam, sed vestem corpori iniectam, ad illud videlicet operiendum. Mortalitatē enim exuemus vt succedat immortalitas. Aliis placet primam vestem dici Christi iustitiam, alteram verò, illius iustitiæ præmium, quorum sententiæ nolim præiudicium afferre. Quod autem nonnulli putant ita designari subitam illam transmutationem eorū qui viui vltimo die deprehendētur declaratam epistola priore cap. 15. 51. & 52. & 1. Thess. 4. 17. mihi non probatur.

3 *Siquidem etiam induti*, εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι. Vulg. *Si tamen*, quasi εἴγε conditionem declaret: quamobrem etiam εὑρεθησόμεθα conuertit *Reperiamur*, subiunctiuo modo. At ego puto potius hoc positum αἰτιολογικῶς, aut certè διασαφητικῶς. explicat enim cur vsus fuerit verbo ἐπενδύσασθαι. Nam, inquit, non manebimus corpore exuti: sed etiam hoc nostrū corpus in cælo inducetur, immortalitatis videlicet gloria. & alludere mihi videtur Paulus ad Adami pudēdā nuditatē: cui operitur gloriæ Christi amictu. Qui pro cōditione hoc accipiunt, putant esse additum vt sancti iustitia Christi induti, & gloria ipsius superinduendi, distinguantur ab infidelibus vtraque veste destitutis. Nam quòd hoc refert Castellio ad eos qui viui in iudicio deprehendentur, (de quibus 1. Thess. 4. 16.) ne refutatione quidem mihi videtur indigere. Ambrosius indicat aliam lectionem, nempe εἴγε καὶ ἐκδυσάμενοι, id est *siquidem exuti, corpore* videlicet, quod etiam scriptum inueni in Claromontano codice. vt hæc sit sententia, destruendum esse tabernaculum morte, sed ita tamen vt non pereat: imò vt corruptibilitate deposita, restituatur nobis immortalitate induendum.

4 *Etenim*, καὶ γάρ. Vulgata, *Nam &*, deprauata etiam sententia. ¶ *Qui sumus*, οἱ ὄντες. Id est, quia sumus. Ponitur enim articulus αἰτιολογικῶς. ¶ *In quo non cupimus exui*, ἐφ᾽ ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι. Erasmus, *Propterea quòd nolumus exui*, sensu certè absurdo. Nam etiamsi legas vt excudit Frobenius, ἐπειδὴ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, erit tamen transponenda negans particula, vt pertineat ad ἐκδύσασθαι, vt ex ipsa sententia puto satis liquere. Sed profectò legendum est ἐφ᾽ ᾧ, vt scriptum inuenimus summo consensu in omnibus vetustis codicibus, & Græcis etiam scholiis: quibus tamen in eo non assentior: quòd ἐφ᾽ ᾧ interpretantur pro ἐπειδή. quo fit vt in eandem traiectionem incidamus, vt sit interpretandum, *Quoniam nolumus*, quum potius ἐφ᾽ ᾧ vertendum sit, *In quo*, & subaudiendum σκήνει, *tabernaculo*, vt sit sententia, In quo tabernaculo quandiu sumus non cupimus eo exui, sed superindui, id est, non tædet nos vitæ ipsius, sed futuræ desiderio ardemus, &c. Vulgata, *Eo quòd*. Videtur enim etiam legisse ἐφ᾽ ᾧ, sed pro ἐπειδή.

5 *Deus* [*is est*] Θεός. Sub. ἐστὶν, quam ellipsin duram esse fateor: sed quā tamen Paulo sit familiaris, vt suprà 1. 21, & 4. 6. Eam neglexit Vetus interpres, ideóque obscurè admodum hæc conuertit, quòd videatur hiare sententia. Alibi tamen expressit, vbi obscurior etiam erat ellipsis, vt infrà, 10. 1. Cæterùm quod in vno codice additum comperimus καὶ χρίσας ἡμᾶς, & *qui nos vnxit*, omnino irrepsit ex margine, vt alia etiam multa, quum aliquis, ad explicandū quod sequitur de arrhabone Spiritus, annotasset quod scriptum est suprà, 1. 21.

¶ *Arrhabonem*, ἀρραβῶνα. Vulgata, *Pignus*. Vide suprà, 1. 22.

7 *Per fidem enim incedimus, non per aspectum*, διὰ πίστεως περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. Hoc omnino includendum est parenthesi. Docet enim obiter quomodo & quatenus absimus à Domino. Quia, inquit, nunc ita incedimus (id est viuimus, ex Hebræorum idiotismo) vt fidē expectantes eas res quas speramus, non autem in ipso præsente conspectu Dei, vt Rom. 8. 24. Heb. 11. 1. Idem igitur declarat διὰ εἴδους atque αὐτοψεί, vt declaratur 1. Corinth. 13. 12. pro quo Vulgata & Eras. nimium obscurè verterunt, *Per speciem*.

8 *Confidenti autem* [*inquam*] *animo sumus, & gratius est nobis*, θαῤῥοῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν. Id est, Sic tamen confidimus, sic forti & tranquillo animo peregrinationem illam nostram conficimus, vt tamen multo malimus ad Dominum discedere. Sic explicat quod dixerat versu 4, nos in hoc tabernaculo gemere, non quòd exui desideremus, sed quòd optemus superindui. Vulgata nimium obscurè, *Audemus autem, & bonam voluntatem habemus*.

¶ *Potius*, μᾶλλον. Potius, videlicet quàm diutius à Domino abesse.

¶ *Abesse è corpore, & ad Dominum ire habitatum*, ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. Hîc verò liquet non modò ex sententia ipsa, sed etiam ex diuersa constructione, τὸ ἐκδημεῖν nihil aliud hic declarare quàm absentem esse, & ἐνδημεῖν propter adiunctam præpositionem πρὸς idem prorsus significare atque præsentem esse. Vulg. *Peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum*.

9 *Contendimus*, φιλοτιμούμεθα. Significanter Apostolus vsurpat hoc vocabulum, quo ciuilis quidam honorum & dignitatum ambitus propriè significatur, ac si diceret, Quod quum ita sit, id est, quum fortiter quidem pergamus in hac nostra ab ipso absentia, quandiu videlicet in hoc corpore versamur, & tamen desiderio obtinendæ tandem apud ipsum præsentiæ ardeamus, ita sancta quadam inter nos ambitione viuere annitimur, vt & dum hîc præsentes ab illo absumus, & quando tandem hinc discedentes apud illum erimus, illi grati & accepti simus.

¶ *Et dum hîc sumus, & hinc absentes*, εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες. Vulgata, *Siue præsentes siue absentes*. Erasmus, *Siue domi præsentes, siue foris peregrè agentes*. Atqui particula εἴτε hoc in loco non est disiunctiua, sed copulatiua, vt 1. Cor. 13. 8, & Coloss. 1. 20. Vtrunque verò non ad φιλοτιμούμεθα, sed ad εὐάρεστοι εἶναι referendum est: quod plerosque interpretes fefellit. Nec enim agit Apostolus de aliquo desiderio quo futurum sit vt ardeat, quum domum redierit, & mortalitatem cum vita commutarit. Vtitur enim præsenti tempore, non futuro, hoc postulante Apostoli scopo: quod vt melius etiam perspiciatur, libuit hoc diagramma apponere, quo res ista tota planior fiat.

Opposita.				Opposita.
	Ἐνδημεῖν ἐν τῷ σώματι. Versari in corpore.	Connexa.	Ἐκδημεῖν ἀπὸ Κυρίου, Peregrè abesse à Domino.	
	Ἐκδημεῖν ἐκ τοῦ σώματος Abesse ex corpore.	Connexa.	Ἐνδημεῖν πρὸς Κύριον, Esse apud Dominum.	

10 *Comparere*, φανερωθῆναι. Id est, non modò sisti præsentes, sed etiam illic in nos inquiri, vt palàm fiat qui fuerimus. & Erasmus, *Manifestari*.

¶ *Quæ in corpore* [*fecerit*,] τὰ διὰ τοῦ σώματος. Vulgata, *Propria corporis*. Legit enim τὰ ἴδια τοῦ σώματος, quo modo etiam Ambrosius. Sed suspicor locum fuisse, propter nonnullam obscuritatem deprauatum. Tertullianus legit διὰ sublato articulo τὰ, vt sit sensus, nos in ipso corpore reportaturos vel gloriam vel ignominiam. Eras. *Ea* [*quæ fiunt*] *per corpus*. Augustinus concione quadam ad Cathecumenos aduersus Iudæos, legit, *secundum ea quæ per corpus gessit*. Ego malui vti futuro quod exactum vocant grammatici. Cæterùm, ex Hebræorum idiotismo Opus pro operis mercede accipitur, vt Leuit. 19. 13, Esa. 61. 8. & ita etiam loquitur Apostolus Ephes. 6. 8. Hoc enim in loco disseritur de corpore ipso, quod in se recipiet vel gloriam vel ignominiam perpetuam, pro transactæ vitæ ratione. Nec immeritò citatur est hic locus in Synodo œcumenica quinta aduersus Origenistas, qui somniarunt animas in corpora immitti, vt pœnas luant peccatorum prius admissorum. ¶ *Congruenter ad id quod fecerit*, πρὸς ἃ ἔπραξεν. Hæc est vis præpositionis πρὸς hoc in loco, vt in illo Plutarchi in Fabio, πρὸς ἀρετὴν τὰς τιμὰς νέμειν. Vulgata, *Prout gessit*. Erasmus, *Iuxta id quod fecit*. Neutra interpretatio mihi visa est satis expressa: alioquin Frobenij editionem in eo sequor quòd scripserit πρὸς ὃ, non πρὸς ἅ.

11 Εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, ἀνθρώπους πείθομεν, Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα· ἐλπίζω δὲ καὶ ἐν ταῖς συνειδήσεσιν ὑμῶν πεφανερῶσθαι.

11 5 Scientes igitur terrorem illum Domini, homines ad fidem adducimus, Deo autem conspicui facti sumus: & spero *nos* etiam conscientiis vestris manifestos esse.

11 *Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus: spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse.*

12 Οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν· ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, καὶ οὐ καρδίᾳ.

12 6 Non enim iterum nosipsos commendamus vobis, sed vobis occasionem præbemus gloriandi de nobis: vt habeatis *quod dicatis* aduersus eos qui in facie gloriam captant, at nō in corde.

12 *Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.*

13 Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν.

13 7 Nam siue insanimus, Deo *insanimus*: siue sana mente sumus, vobis *sana mente sumus*.

13 *Siue enim mente excidimus, Deo: siue sobrij sumus, vobis.*

14 Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς.

14 8 Charitas enim illa Christi constringit nos.

14 *Charitas enim Christi vrget nos.*

15 Κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον· καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι.

15 Vt qui hoc statuerimus, si vnus pro omnibus mortuus fuit, nempe istos omnes fuisse mortuos: & *illum* pro omnibus mortuum esse, vt qui viuunt, posthac non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & suscitatus est.

15 *Aestimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.*

5 Iam per transitionem occasione ex proximè præcedente sententia arrepta, redit ad vers. 16. superioris capitis, suam & suorum collegarum sinceritatem confirmans.
6 Noua ratione remouet omnem superbiæ suspicionem quòd nō sua, sed illorū intersit sincerum haberi ipsius Apostolatum, contra vanam quorundam ostentationem.
7 Sensus est, Etiam quum (vt nonnulli censent) insanio, dum videor meipsum stultorum more venditare, vestro commodo id facio, non minus quàm quum simpliciter vobis euangelizo.

11 *Terrorem illum Domini*, τὸν φόβον τοῦ Κυρίου. Id est formidabile illud iudicium. Itaque τὸν φόβον hoc quidem loco multo rectius conuertit Erasmus, *Terrorem*, quàm Vetus interpres, *Timorem*.
¶ *Homines ad fidem adducimus*, ἀνθρώπους πείθομεν. Vulgata, *Hominibus suademus*. quam etiam Erasmus sequutus est. Itaque non expresserunt (opinor) Apostoli sententiam. Neque enim se dūtaxat hominibus suadere dicit vt Christum amplectantur, sed etiam persuadere, proposito illis Dei iudicio: nempe vt probet ministerij sui dignitatem ab eius fructu & efficacia. ¶ *Spero*, ἐλπίζω. In vno codice scriptum inuenimus ἐλπίζομεν, *speramus*. Idq; rectius (vt opinor) quum in hac tota disputatione sese cum Timotheo & Syluano coniunxerit.
12 *Præbemus*, διδόντες. Sub. ἐσμέν. pro præsenti δίδομεν, Hebræorum more. ¶ *Vt habeatis [quod dicatis,]* ἵνα ἔχητε. Sub. τὶ ἀπολογεῖσθαι, vt rectè explicant Græca scholia. Erasmus, *Vt aliquid habeatis*, ἵνα τι ἔχητε. quæ formula quiddam aliud declarat, vt diximus Marc. 6. 19. Est autem hæc phrasis prorsus Hebraica. ¶ *In facie*, ἐν προσώπῳ. Id est externis laruis, & fucata illa pompa sapientiæ & eloquentiæ humanæ, non autem vera pietate, quæ non in vultu, id est externa ista specie, sed in corde sedem habet. Alibi πρόσωπον, personam, faciem, speciem pro diuersa locorum sententia, sumus interpretati: hîc omnino seruandum putauimus faciei vocabulum, propter oppositum Cordis nomen.
13 *Insanimus*, ἐξέστημεν. Id est, μαινόμεθα, vt Marc. 3. 21. Solet autem Apostolus sibi tribuere ἀφροσύνην ex aduersariorum iudicio, quoties de se cogitur aliquid prædicare, vt infrà aliquoties hoc inculcat, cap. 11. & 12. Siue igitur insanio, inquit, (hanc enim factorum meorum prædicationem putatis insani hominis orationem esse) diuinus est iste furor, & totus ad vnam gloriam Dei spectans, vt reprehendi à vobis eo nomine non possim: siue simpliciter facio meum officium & vobis euangelizo, (hoc enim demum est sapere apud vos) omnia commodo vestro facio, non meo, vt hîc quoque non possim videri meipsum commendare. Vulgata, *Siue mente excidimus*. De hoc autem ἐλλειπτικῷ dicendi genere, in quo idem verbum repetitur, iam antea aliquoties diximus.
¶ *Siue sana mente sumus*, εἴτε σωφρονοῦμεν. Vide Marci cap. versu 15. Est autem repetendum idem verbum ὑμῖν τοῦ καινοῦ, vt suprà, capite 1. 6. & 2. 10. Vulgata, *Siue sobrij sumus*. Ambrosius, *Siue sanum sapimus*, expressa notatione verbi σωφρονεῖν. Augustinus aduersus Faustum lib. 12. cap. 26, *Siue temperantes sumus*. Quas interpretationes visum est adferre, propter eos qui nefas esse putant à Vulgata interpretatione discedere, & quos non pudet hoc etiam nomine crimen hæreseos bonis ac doctis hominibus impingere.
14 *Charitas enim illa Christi*, ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ. Id est, Amor enim ille quo Christus nos persequutus est, vel nos illum vicissim redamamus. Illam interpretationem confirmat argumentum infiniti illius amoris quo nos est prosequutus, quum seipsum morti exponeret pro inimicis, de quo Rom. 6. 8. pro hac verò videtur facere series argumentorum. Instituit enim Apostolus ostendere, non esse quòd existimaretur, quæ de sui ministerij dignitate dixerat, ideo dixisse vt seipsum commendaret. nam, inquit, eiusmodi affectus carnis in nobis iam non regnant: vnum Deum quærimus, siue insaniamus nostro more, siue sana mente simus. Nos enim totos regit amor quo Christum prosequimur, quoniam nostris animis insedit summum illud à Christo in nos profectum beneficium. Vtraque sententia optimè conuenit.
¶ *Constringit*, συνέχει. Id est, totos possidet ac regit, vt eius afflatu quasi correpti agamus omnia. Alludit enim ad vatum furorem, vt diximus Act. 18. 5. Vulgata, *Vrget*, ἐπείγει.
15 *Vt qui hoc statuerimus*, κρίναντας τοῦτο. Id est, vt qui hoc pro certo apud nos constituerimus. Vulgata, *Aestimantes hoc*. Erasmus, *Iudicantes illud*.
Pro omnibus mortuus est, ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. Quum autem hîc agatur de Ecclesia, siue de solis electis vniuersaliter consideratis, necesse est τὸ καθόλου ad id de quo agitur restringere: quum alioqui sine exceptione verum sit omnes extra Christum nasci mortuos in peccato. Itaque articulus in οἱ πάντες videtur omnino exprimendus, & ἀναφορᾶς vim habere.
¶ *Fuisse mortuos*, ἀπέθανον. Mortuis opponitur οἱ ζῶντες proximo versiculo. Itaque quanuis mortificatio veteris hominis sit prima nostræ sanctificationis pars, malo tamen hoc referre ad eam conditionem in qua nos à Christo deprehendimur, vt scribitur Ephes. 2. 1. peccato & morti addictos. Nam etiam hoc maximè pertinet ad scopum Apostoli, habentis illos pro mortuis qui affectibus ambitionis aut gloriæ ducuntur. &, quum vniuersaliter dicantur Omnes mortui, non potest ista mors alio referri quàm ad conditionem in qua omnes nascimur. Nam soli credentes dici possunt cum Christo mori & resurgere, vt Coloss. 3. 3. Vulgata, *Mortui sunt*, male. Nec enim amplius est mortuus qui est in Christo viuificatus. Conueniet tamen hæc interpretatio, si dicamus perinde hoc esse ac si omnes essent mortui: & morientes pro suis peccatis satis fecissent.
¶ *Vt qui viuunt*, ἵνα οἱ ζῶντες. Articulus restringit τὸ καθόλου ad solos eos qui in Christo viuunt. Nam sufficit quidem seruandis omnibus Christi beneficium, sed illud plerique repudiant.
¶ *Sibi viuant*, ἑαυτοῖς ζῶσι. Vide capite epistolæ ad Rom. 6. & 7.

16 Ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν.

16 9 Itaque nos posthac neminē nouimus secundum carnem: 10 quòd si etiam nouimus Christum secundum carnem, nunc tamen non amplius nouimus.

16 *Itaque nos ex hoc neminem nouimus secūdum carnem: & si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus.*

17 Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα.

17 11 Siquis igitur *est* in Christo, noua *est* creatio: vetera præterierunt, ecce noua facta sunt omnia.

17 *Siqua ergo in Christo noua creatura: vetera transierūt, ecce facta sunt omnia noua.*

18 Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς·

18 12 Hæc autem omnia *sunt* ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Iesum Christum, deditque nobis ministerium reconciliationis:

18 *Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis:*

19 Ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν· καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς.

19 Nempe quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputando eis offensas eorum: posuitque in nobis sermonem illum reconciliationis.

19 *Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum: & posuit in nobis verbum reconciliationis.*

8 Pergit in depellenda omnis ambitionis & ostentationis suspicione. Nos enim, inquit, huc adigit amor Christi, vt quum ipse pro nobis omnibus qui mortui eramus quum nobis viueremus (id est, quum terrenis adhuc affectibus dediti essemus) mortuus sit, nos vicissim vitam quam ab eo accepimus (donati videlicet Spiritu sancto, vt nihil nisi cæleste meditemur) totam ipsi consecremus.
Esa 43. 19
apoc. 21. 5

9 Declarat quid sit non sibi sed Christo viuere, nempe neminem secundum carnem nosse, i. sic inter homines versari, vt humana illa & carnalia non curet, vt qui genus, patriam, formam, gloriam, opes, cætera denique eiusmodi spectant, in quibus sese homines fatigant.
10 Amplificatio. Hoc, inquit, adeò verum est, vt ne de Christo quidem ipso carnaliter nunc cogitemus, vt qui iam mundum reliquerit, ac proinde sit nobis spiritualiter considerandus. 11 Exhortatio, vt vnusquisque iam Christi Spiritu innouatus, cœlestia non terrestria meditetur.
12 Commendat ministerij Euangelici præstantiam, tum ab ipsius Dei authoritate, vt qui sit ministerij istius autor: tum ab ipsa doctrinæ præstantia, vt quæ annunciet reconciliationem cum Deo, gratuita in Christo nostrorum peccatorum remissione & iustificatione oblata, idque tam benignè & liberaliter, vt Deus ipse quodammodo ministrorum ore homines obsecret vt sui ipsorum habeant rationem, nec tantum beneficium aspernentur. Hæc autem dicens, non obscurè carpit illos qui pastorum nomen mentiebantur.

16 *Neminem nouimus secundum carnem*, οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα. Hæc omnia referenda sunt ad versum 12, in quo testatus est Apostolus cū suis collegis, se nihil minus quærere quàm seipsos commendare: imò verò totos esse in eo vt ex suæ modestiæ exemplo petere possent Corinthij quod superbis quibusdam obijcerent, qui specie quidem aliquid, reipsa verò nihil essent: se verò omnia sua studia ad Deum referre. Nam, inquit, eò nos vel inuitos compellit amor ille infinitus quo Christus omnes suos est complexus. Quid enim attinebat illum mori pro nobis, nisi nos omnes mortis reos inuenisset? Quid est igitur de quo nobis placeamus? Mortuus est autem vt nos viueremus, non quidem nobis, vt antea, sed ipsi Christo: id est, vt vitæ isti mundanæ, qua quisquis viuit, mortuus est renuntiantes, & quasi iam extra mundum degentes, nihil nos ipsos & cætera omnia humana faciamus, sed toti amplificandæ Dei gloriæ Christo nos dedamus. Postquam autem hæc omnia proposuit Apostolus, tandem hanc conclusionem subiungit. Itaque ne me & collegas meos putetis vel gloriolam aliquam vel vlla commoda captare in hoc mundo iam non versamur vt cùm hominibus homines solent, neque verò tantillum laboramus de istis rebus in quibus sese homines fatigant. Carnis ista sunt & mundi, eorum denique hominum qui sibi in rebus inanibus placent: nos verò tantùm absumus ab ista carnis vanitate, vt ne de ipso quidem Christo (quanuis alioqui perfectissimo etiam in carne omnis præstantiæ exemplari) nunc cogitemus vt homine, qualis tunc erat quum inter nos versaretur, sed eum nunc vt penitus cælestem & gloriosum consideremus, ac proinde potius cælesti quàm terrestri vitâ viuamus. Idque nobis omnino faciendum est: quia qui Christo insitus est, factus est prorsus alius homo: & veteri illa conditione abolita, necesse est vt prorsus alia mente, alia voluntate præditus, non terrestria sed cælestia prorsus meditetur.
17 *Siquis in Christo*, εἴ τις ἐν Χριστῷ. Sic legendum est, addita videlicet distinctione post Χριστῷ, & verbo substantiuo subaudito. Itaque Vetus interpres perperam conuertit, *Siqua in Christo noua creatura*, quasi τις pertineat ad κτίσις. Sunt tamen qui malint hortandi modo interpretari, *Siquis [est] in Christo, noua [sit] creatura.* ¶ *Noua [est] creatio*, καινὴ κτίσις. Id est, veluti res quædam recens à Deo condita: adeo sunt contraria inter se spiritus & carnis iudicia. Vbi igitur doctrina Semipelagiana, quæ nos tradit à prima gratia ad surgendum duntaxat adiuuari, quasi non ipsa bene volēdi facultas, sed ipsa tantùm recta volitio sit noua hæc κτίσις. Vide Gal. 6. 15. quæ nos tradit duntaxat à gratia adiuuari? Est tamen (fateor) αὔξησις in creaturæ nomine: quod libenter vsurpauimus quanuis parum Latinum, quum nulla substantia noua condatur, sed qualitas duntaxat immutetur. Verùm sic loqui placuit Spiritui sancto, vt intelligeremus omnia esse in solidum gratiæ Dei tribuenda in regenerationis opere: non quòd trunci aut stipites simus, sed quia Deus creat in nobis vt bene velimus ac possimus, & ita nos ad vitam prorsus aliam traducit, quam significant Prophetæ appellationibus noui cæli, & nouæ terræ.
18 *Hæc autem omnia*, τὰ δὲ πάντα. Vulg. & Eras. *Omnia autem*. Ego verò articulū exprimendū puto, cuius vis est ἀναφορική.
19 *Nempe quia*, ὡς ὅτι. Vel, *Nam certè*. Vulg. & Eras. *Quandoquidem*. In vno exemplari deerat ὡς quod etiam Syrus videtur non legisse, vel ὅτι vt redundantem particulam expunxisse. Alterum enim horum duorum περισσὸν & mihi quidem videtur ὡς hîc positum ἀποκοπῇ, pro ἐπεί, id est quandoquidem: &, quòd hæc istius particulæ notatio non sit admodum vsitata, τὸ ὅτι esse illius glossema, quod postea ex albo in contextum irrepsit. ¶ *Mundum*, τὸν κόσμον. id est electos homines ex vniuerso mundo, vnde factum vt Catholica dicta sit Christiana Ecclesia. ¶ *Posuitque in nobis sermonem illum*, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον. Hebræis ponere verba in ore dicitur qui alicuius opera vtitur in re quapiā significanda: sed quum de Deo agitur, peculiaris est huius formulæ emphasis, qua significatur & cor loquentis à Domino impelli, & linguam regi, & auctoritate docendi præditos esse qui diuinitus sunt ad hoc munus delecti.

20 Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ.

21 Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ.

20 Itaque nomine Chriſti legatione fungimur, & velut Deo *vos* precante per nos, rogamus Chriſti nomine, reconciliamini Deo.

21 Fecit enim *vt* qui non nouerat Peccatum, pro nobis peccatum *eſſet*, vt nos efficeremur Iuſtitia Dei in eo.

20 *Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos: obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.*

21 *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur Iuſtitia Dei in ipſo.*

Κεφάλαιον ϛ.

CAP. VI.

1 Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς.

2 (Λέγει γάρ, Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι· ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας.)

3 Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία·

4 Ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς Θεοῦ διάκονοι, ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις,

1 [1] Sed & operam noſtram ei accommodantes, hortamur ne fruſtra gratiam Dei receperitis.

2 [2] (Dicit enim *Deus*, ‖ Præſtituto tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis ſuccurri tibi: ecce nunc *eſt* præſtitutũ tempus acceptũ, ecce nũc dies ſalutis.)

3 [3] Nullam vlla in re præbẽtes offenſationẽ, ne vituperetur miniſterium:

4 Sed in omnibus nos approbantes ‖ vt Dei miniſtri, [4] tolerantia multa in afflictionibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis,

1 *Adiuuantes autẽ & exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.*

2 *Ait enim, Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te: ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.*

3 *Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum:*

4 *Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis,*

1 Miniſterio Euangelij non tantùm indigent homines ante gratiam acceptam, vt fiant eius participes, ſed etiam accepta gratia, vt in ea perſeuerent. Eſa. 49. 8.

2 Quòd offertur gratia, ex gratia Dei eſt, qui ſua conſtituit rebus omnibus momẽta, vt oblatam occaſionem arripiamus. 1. Cor. 4. 2.

3 Præbet Corinthiis veri paſtoris exẽplar in ſuo & Timothei ac Syluani exemplo, nempe vt (ſicut ab initio propoſuerat) ſibi & ſuis ſimilibus autoritatem conciliet.

4 Recenſet priore loco quæ nec perpetuò, nec ſine exceptione miniſtros ſequuntur, niſi quod ad animi affectum attinet: patientia tamen excepta, quæ & ipſa vna eſt ex perpetuis boni miniſtri virtutibus.

20 *Precante*, παρακαλοῦντος. Vulgata, *Exhortante*. Sed illa interpretatio mihi magis arridet, quòd videatur Apoſtolus ad hanc emolliendam formulam addidiſſe particulã ὡς, quia re ipſa Deus ipſe nõ precatur nos, ſed veluti precatur in miniſtrorũ perſona. cuius formulæ exemplum pulcherrimum vide Ierem. 35. 15. Neque verò quicquam dici potuit ἐμφατικώτερον.

21 *Qui non nouerat peccatum*, τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν. Id eſt qui fuit ab omni vitij labe prorſus alienus. ¶ *Pro nobis [eſſet] Peccatum*, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν. Ita eſt magis perſpicua oratio quàm ſi dicamus ad verbum, *Peccatum fecit*. Etſi verò peccatum interdum vocatur victima ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos ſic accipitur nomẽ אשם [*haſcham*,] vt Leuit. 7. 2. tamen ratio antitheſis poſcit vt potius Chriſtus dicatur factus eſſe Peccatum pro nobis .i. peccator, non in ſeſe, ſed ex omnium noſtrorum peccatorum reatu ipſi imputato: cuius rei figura fuit hircus ille geminus cuius fit mentio Leuit. cap. 16. & ita rectiſſimè intelligendum eſſe hunc locum ferè diſertè docet his verbis Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium, cap 41. *Ipſe Peccatum, & nos Iuſtitia, nec noſtra ſed Dei, nec in nobis, ſed in ipſo: ſicut ipſe Peccatum, non ſuum, ſed noſtrum: nec in ſe, ſed in nobis factus eſt.* ¶ *Iuſtitia Dei*, δικαιοσύνη Θεοῦ. Id eſt, iuſti apud Deum, & quidem iuſtitia non nobis inhærente, ſed quæ quum in Chriſto ſit, nobis per fidem à Deo imputatur. Ideo enim additum eſt ἐν αὐτῷ. Sic ergo ſumus Iuſtitia Dei in ipſo, vt ille eſt Peccatum in nobis, nempe ex imputatione. Libet autem hîc ex Auguſtino locum inſignem exſcribere, velut iſtius commentarium pleniſſimum. Sic igitur ille Serm. 5. de verbis Apoſtoli, *Deus Pater eum qui non nouerat peccatum* (nempe Ieſum Chriſtum) *peccatum effecit, vt nos ſimus Iuſtitia Dei* (non noſtra) *in ipſo* (non in nobis.) His adde Philip. 3. 8.

IN CAP. VI.

1 *Sed & operam noſtram [ei] accommodantes*, συνεργοῦντες. Deo videlicet ex præcedentibus repetito. Vulg. *Adiuuantes autem*. Eraſmus, *Quin & adiuuantes*. Et fateor συνεργεῖν Latinè dici cauſam adiuuantem: ſed durum eſt iſtud de nobis dici, quaſi Deum adiuuantibus. Ideò συνεργὸν vertere conſueuimus *adminiſtrum*: qua de re vide 1. Corinth. 3. 9. Καὶ verò particula hoc in loco non eſt copula, ſed accipitur pro *Etiam*. Et eſt hic locus explicandus ex altero 2. Timoth. 3. 16 vt Paſtores, quorum etiam eſt ἡ παράκλησις, à Doctoribus, quorum propria eſt διδασκαλία, diſtinguantur. Rom. 12. 7. 8. ¶ *Fruſtra*. Εἰς κενόν. Id eſt, nullo cum veſtro fructu, imò etiam cum veſtro damno vt Galat. 3. 4. Nam quod ad Deum ipſum attinet, nunquam vacuum ad ipſum redit ipſius verbum, Eſaiæ 55. 11. quum vel miſericordiam vel iudicium pariat. Vulg. *In vacuum*, barbarè.

2 *Dicit enim [Deus.]* Λέγει γάρ. Subaudi rurſus ὁ Θεὸς ex proximè præcedentibus, niſi malimus αὐτὸς, *ipſe*. ¶ *Tempore præſtituto*, Καιρῷ. Vulg. & Eraſmus, *tempore*, non ſatis expreſſè. Fuit enim hîc ſeruanda propria τοῦ καιροῦ notatio, de qua diximus Act. 1. 7. ¶ *Accepto*, Heb. רצון, quaſi Placentiam dicas, .i. gratuitæ receptionis, quæ εὐδοκία in his libris dicitur. Cæterùm hic verſiculus (vt mox oſtendemus) aut per parentheſin, & eam quidem planè nouam, & mihi ſuſpectam accipiendus eſt, aut hinc potiùs eximendus, aut decimo tertio verſiculo ſubiiciendus. Sic enim omnia aptiſſimè cohæ~~rebunt~~. Nolui tamen quidquam ex nuda mea coniectura immutare.

3 *Nullam vlla in re*, Μηδεμίαν ἐν μηδενί. Vulgata, *Nemini vllam*, Μηδενὶ μηδεμίαν, eadem manente ſententia. ¶ *Præbentes*, Διδόντες. Eraſmus, *Demus*, vt mox etiam vulgata συνιστῶντες vertit *exhibeamus* ex Hebræorum idiotiſmo non ſemel iam à nobis obſeruato. Quidam etiam *Date* perperam. Etenim ſi hęc eſſent accipienda pro exhortatione ad Corinthios ipſos directa, omnino hæc quæ ſequuntur cohærerẽt cũ δέξασθαι ὑμᾶς, ac proinde quarto caſu ſcribendum fuiſſet διδόντας, συνιστῶντας: item mox verſiculo nono, ἀγνοουμένους & ſic deinceps reliqua vſque ad 10. verſic. finem. Sed res ipſa demõſtrat Apoſtolũ de ſe & Timotheo non de ipſis Corinthiis loqui, quibus nimirum ſeſe & illũ pro germano fidorum paſtorum exemplo proponat, vt diſcipulos pudeat à ſuis doctoribus diſſidere: ac proinde cum verbo παρακαλοῦμεν eſſe conſtruenda omnia vſque ad decimi verſiculi finem: ſecundo ſuperiore verſiculo, ſicut paulò ante dixi, vel parentheſi incluſo, vel potius ad decimi tertij verſiculi finem tranſlato. ¶ *Offenſationem*, προσκοπήν id eſt, quidpiam ad quod poſſint impingere. Vulg. *Offenſionẽ*, πρόσκομμα. Poteſt enim aliquis ad id etiã impingere, quo tantùm abeſt vt offendatur, vt etiam eo delectetur. ¶ *Vituperetur*, Μωμηθῇ. Eraſ. *Reprehendatur*, non ſatis expreſſé.

4 *In omnibus*, ἐν παντί. Heb. בכל [*bechal*] pro omnibus in rebus, ſiue omnibus modis vt ſupra 4. 8. & mox aliquoties. ¶ *Approbantes*, συνιστῶντες .i. μαρτυροῦντες ἢ γνωρίζοντες, .i. declarantes & re ipſa preſtãtes, vt infrà, 7. 11. Vulg. *Exhibeamus*, eodem admiſſo errore quem modò reprehendimus, in quem etiam lapſus eſt Syrus interpres. Eraſ. *Commendantes*. quæ ſignificatio nõ tam videtur commoda huic loco, atque altera illa. ¶ *Miniſtri*, διάκονοι. Sub *ſeſe approbant*, per ſyllepſin: alioqui eſſet ſolœcophanes.

5 Ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις,

6 Ἐν ἁγνότητι, ἐν γνώσει, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ,

7 Ἐν λόγῳ ἀληθείας, ἐν δυνάμει Θεοῦ, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν,

8 Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας· ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς·

9 Ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι· ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν· ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι·

10 Ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες· ὡς πτωχοί, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες· ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες.

11 Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται.

12 Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν· στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν.

5 In verberibus, in carceribus, in exagitationibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis.

6 [5] Cum puritate, cum cognitione, cum animo patiẽte, cum benignitate, cum Spiritu ſancto, cum charitate minime ſimulata.

7 Per ſermonem veritatis, per virtutem Dei, per arma iuſtitiæ dextra ac ſiniſtra.

8 Per gloriam & dedecus, per conuitia & laudes: vt impoſtores, & *tamen* veraces:

9 Vt ignoti, & *tamen* agniti: vt morientes, & ecce viuimus: vt qui caſtigamur, nec *tamen* morte afficimur.

10 Vt triſtes, ſemper tamen gaudentes: vt pauperes, ſed multos ditantes: vt nihil habentes, ſed omnia obtinentes.

11 [6] Os noſtrum apertum eſt erga vos, Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt.

12 Non habitatis anguſtè in nobis: ſed anguſti eſtis in viſceribus veſtris.

5 *In plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis,*

6 *In caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta,*

7 *In verbo veritatis, in virtute Dei per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris.*

8 *Per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt ſeductores & veraces:*

9 *Sicut qui ignoti, & cogniti: quaſi morientes, & ecce viuimus: vt caſtigati, & non mortificati:*

10 *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.*

11 *Os noſtrum patet ad vos ò Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt.*

12 *Non anguſtiamini in nobis: anguſtiamini autem in viſceribus veſtris.*

5 Secundo loco perpetuas & ne ellarias virtutes recenſet, & quibus armis omnia impedimenta ſuperentur.

6 Obiurgaturus eos, præfatur ſe ingenuè & animo aperto cum ipſis agere, & ſimul conqueritur illos in redamando patre paria nõ facere.

5 *In exagitationibus*, ἐν ἀκαταστασίαις. Ita ſignificantur perſequutiones quibus ſubinde huc illuc pellebantur. Sic enim rectè explicatur hæc vox in ſcholio quod in manuſcripto codice reperi, τὸ μὴ ἐν ἑνὶ τόπῳ ἵστασθαι, ἀλλ' ἐλαύνεσθαι καὶ διώκεσθαι. Itaque Vulgata & Eraſmus, *Seditiones* malè ſunt interpretati.

6 *Cum puritate*, ἁγνότητι. Antea vnica commemorata tolerantia, commemorauit quibus in malis ipſe cum ſuis comitibus verſaretur quotidie: nunc autem explicat qualem ſeſe in hac ſui exploratione geſſerit. Itaque præpoſitio ἐν alio modo mihi quidem videtur fuiſſe in his quàm in illis explicanda. ¶ *Cum cognitione*, ἐν γνώσει vel notitia, qua fit, ſi abſit, vt aut animus vagetur, aut falſo zelo tranſuerſus feratur. ¶ *Cum animo patiente*, μακροθυμίᾳ. Vide Rom. 2. 4. ¶ *Cum benignitate*, ἐν χρηστότητι. Vulg. *In ſuauitate*, impropriè. ¶ *Cum Spiritu ſancto*, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Commemoratis aliquot ſpeciebus, ſubiicit duo ad quæ tanquam genera poſſint illa reuocari, nempe Spiritum ſanctum, vt cauſam efficientem: & charitatem, vt finem vniuerſalem.

7 *Per ſermonem veritatis*, ἐν λόγῳ ἀληθείας. Hîc demum explicat Apoſtolus quibus armis fretus vicerit, ac proinde ἐν pro *per* accipienda vel omittenda. Sermonem autem veritatis vocat Euangelium prædicatum: cui adiungit virtutem Dei, id eſt, inſignem illam poteſtatem non tantùm edendi ſigna, ſed etiam malos domandi. ideo etiam facit armorum mentionem, & quidem ἀμφιδέξιον, id eſt quibus ipſe cum ſuis comitibus ſeſe ac munus ſuum omni ex parte tuebatur. Nam externa nunc commemorat quibus Satanam & mundum expugnarant, ea nimirum quæ ipſis erant velut organa, & telorum loco: ſicut militis gladium ab animi fortitudine diſtinguimus. Hæc igitur arma fuerunt, ſermo Veritatis, & poteſtas illa Dei cuius meminit infrà, 10. 4. arma denique iuſtitiæ, id eſt recta integritas conſcientiæ.

8 *Per gloriam*, διὰ δόξης. Διὰ hoc in loco non ſignificat inſtrumentalem cauſam, ſed ita accipitur vt quum dicimus Per campos, & Per vrbem incedere. Deſcribit enim veluti iter difficillimum quo ad victoriam peruenit. ¶ *Per conuitia & laudes*, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. Vulgata, *Per infamiam, & bonam famam*. Ad verbum, *Per maledicentiam & benedicentiam*. ¶ *Impoſtores*, πλάνοι. Vide Matth. 27. 63.

11 *Os noſtrum*, &c. τὸ στόμα, &c. Id eſt, apertè, & nihil diſſimulans, vobis ſum loquutus, ſingulari cum teſtimonio mei in vos vehementiſſimi amoris, quaſi videlicet cor meum geſtiam in ſinum veſtrum effundere. Oris enim ac cordis dilatatio vehementiſſimum declarant affectum eius qui loquitur: vt fieri ſolet in ſumma aliqua lætitia cuius tamen diuerſi ſunt fines, atque adeo interdum etiam contrarij. Inde factum vt dilatatio cordis & oris de maledico dicatur, vt Pſalm. 37. 34. vnde ἐπιχαιρεκακία, & de eo qui ſe immodicè efferat, vnde μεγαληγορίαν Græci iactationem illam, ſuperbam vocant. Sed ſpectandum eſt qua de re agatur. Hîc verò Apoſtolum de ſua in Corinthios beneuolentia diſſerere, apparet ex duobus ſequentibus verſiculis, vt mox dicam. Item ex 7. 2 & 3. vbi eandem tranſlationem vſurpat. Sed, dicet aliquis, quomodo hæc cohærent? Optimè profectò. Nam quòd tam familiariter omnia ſua illis expoſuerat, maximum erat amicitiæ teſtimonium, & hoc veluti procemio ad audiendas illas admonitiones præparat eorum animos, vt ſi pater filios cõpellaret.

12 *Non habitatis anguſte*, οὐ στενοχωρεῖσθε. Arabs interpres hæc exponit Imperandi modo, & στενοχωρεῖσθε accipit paſſiua ſignificatione, pro Redigi in anguſtiam animi, atque adeo priore loco legit ἐν, vel paraphraſeos cauſà adiecit μὴ στενοχωρεῖσθαι ἐν ὑμῖν, καθὼς &c. vt qui totum hunc locum verterit ſuo idiomate, Non anguſtia ſuper vos à nobis, neque ſuper vos à vobis. Sed tamen anguſtia premimini, ac mutuã vos ipſos premitis anguſtia, ob miſericordiam veſtram, Dico ſicut diceretur filius, Decernite mihi id quod debetis mihi, & dilatate mihi charitatem veſtram. Deinde nomine τῶν σπλάγχνων *miſericordiam* intelligit, id eſt gratiam Dei per miniſterium Pauli in ipſos collatam, quam ipſi quodammodo anguſtiorem efficiant: Sed tota hæc expoſitio, præterquam quòd nouam lectionem inuehit, nullius codicis auctoritate confirmatam, videtur etiam mihi à Pauli mente prorſus aliena. Perſtat enim Apoſtolus in eadem metaphora, & de animo quaſi de domicilio quodam loquitur. στενοχωρεῖσθαι verò dicitur tam qui ab alio coarctatur, vt qui in anguſta domo degit, quàm qui eſt in ſeſe anguſtus. ac priore quidem declaratione hîc accipitur priore loco. eſt enim hæc ſententia; Vos in animo meo quaſi domicilio quodam eſtis, eóque minimè anguſto. Totum enim vobis cor meum patefeci, atque adeo, veſtri accipiendi cauſa, veluti dilataui. At vos intus mihi eſtis anguſti, (hîc enim τὸ στενοχωρεῖσθαι ſignificat *anguſtum eſſe*) cui locus non ſit apud vos: quorum tamen viſcera oportuerat mihi quoque patere, ac viciſſim me capere (vt infra, 7. 2.) vt par pari referretis. Sed & tacita antitheſis ſubeſt in eo quòd vnus multos vltro recipit, multi verò ne vnum quidem viciſſim capiunt. Vulgata, *Non anguſtiamini*, prorſus

barbarè. Erasmus, *Non estis angusti*, quam interpretationem non miror obscuram esse, quum ipse planè non intellexerit de quo hîc ageretur. Putauit enim angustiæ nomine significari ceremoniarum Mosaicarum obseruationem: absurdè profectò, quum hoc nomine nusquam reprehendantur Corinthij: imò verò potius quòd libertate Christiana nonnunquam abuterentur. Castellio totum hunc locum pessimè conuertit, *Si vos estis angusti, non erga nos estis angusti, sed erga hominem cui estis intimi.* ¶ *In visceribus vestris*, ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. Viscera vocat, Hebræorum more, teneriores illos affectus intimo cordi insidentes. Vide infrà, 7.15.

13 Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς.

14 Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;

15 Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου;

16 Τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων; ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε ζῶντος· καθὼς εἶπεν ὁ Θεός, Ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω· καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.

17 Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει Κύριος· καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς.

18 Καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.

13 Loquor autem vt filiis de pari compensatione. Dilatamini & vos.

14 7 Ne impari iugo copulamini cum infidelibus. ‖ quod enim consortium iustitiæ cum legis transgressione? & quæ communio luci cum tenebris?

15 Et quæ concordia Christo cum Belial? aut quæ portio fideli cum infideli?

16 Et quæ consensio templo Dei cum simulacris? ‖ nam vos templum estis Dei [a] Viuentis: sicut dixit Deus, ‖ Habitabo in eis &, inambulabo: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

17 ‖ Quapropter exite è medio eorum, & separamini, dicit Dominus: & impurum ne attingite: tum ego excipiam vos:

18 ‖ Et ero vobis pro Patre, & vos eritis mihi pro filiis ac filiabus dicit Dominus omnipotens.

13 *Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatamini & vos.*

14 *Nolite iugum ducere cum infidelibus. quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?*

15 *Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?*

16 *Quis autem consensus templo Dei cum idolis? vos enim estis templum Dei Viui: sicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.*

17 *Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos.*

18 *Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.*

7 Iam liberè eos obiurgat, quòd se infidelibus adiungerent socios in externa idololatria, quasi remedia & indifferente, qui quartus est huius Epistolæ locus, cuius conclusio est, oportere quos Dominus filiorum nomine dignatus est, puros sese, non tantùm animo, sed etiam corpore præstare, vt toti sint Deo sacri.

2. Cor. 3. 17. & 6. 9

Leu. 26. 12

Esa. 52. 11

Ier. 31. 9

Κεφάλαιον ζ.

1 ΤΑύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοί, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς

CAP. VII.

1 HAs igitur promissiones quum habeamus, dilecti, purificemus nos ab omni inqui-

CAP. VII.

1 *HAs ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab o-*

1 Rursum ab illa admonitione ad personam suam redit, opponens cum fidelitatis suæ, tum perpetuæ in eos beneuolentiæ suæ testimonia.

13 *Loquor autem vt filiis de pari compensatione*, τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω. Hæc mihi videtur simplicissima huius loci expositio, qui non vno modo in Græcis legitur. Nonnulli enim codices punctum scribunt post ἀντιμισθίαν, vt aliquid subaudiri sit necesse. Itaque Vetus interpres addit participium ἔχοντες, quod non probo. τὴν αὐτὴν autem, id est eandem, interpretor parem, id est mutuò respondentem, quod significat Apostolus verbo πλατύνθητε. Sunt etiam qui illud ὡς τέκνοις λέγω, parenthesi includant. quod si placeat, præpositio κατὰ subaudienda fuerit, & ita conuertendus hic locus, *Eadem autem compensatione (vt filios alloquor) dilatamini & vos.* quam sententiam sequuti sunt Syrus & Arabs interpretes, hunc versic. propterea incipientes ab his verbis, ὡς τέκνοις λέγω.

14 *Ne impari iugo copulamini*, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες. Ab amicitia quam ab iis meritò requirebat, & cuius testificatione præparatis eorum animis ad audiendam reprehensionem, commodè nunc transit ad eam coniunctionem quam habebant cum infidelibus. Vulgata, *Nolite iugum ducere.* Budæus, *Ne copulemini.* Nam τὸ ἑτεροζυγεῖν accipit pro ὁμοζυγεῖν, id est in eodem iugo trahendo alteram partem oneris sustinere. At ego Erasmo assentior, qui quanuis Veterem translationem non emendârit, rectè tamen tradidit ἑτεροζυγοῦντας vocari qui quum sint diuersæ conditionis, tamen in eodem opere mutuam operam præstant: vt si fidelis cum infideli matrimonium contrahat, aut mensæ dæmoniorum fiat particeps, aut cum infideli, in aliquo opere, vel per se, vel κατά τι illicito, commercium habeat. Perinde enim est acsi quis sub idem iugum bouem & asinum compulerit: quod disertè prohibuerat Dominus. ac mihi etiam videtur alludere Apostolus ad Legem eadere perscriptam Deut. 22. 10, quanuis quod ad matrimonium impar attinet, aliis multis locis de eo sit cautū. idque ita esse apparet ex sequentibus oppositionibus.

15 *Belial*, Βελίαλ. Hebr. אשר בליעל [*Ascher belihal*] quo nomine tradit Kimhi significari בלי יעל [*beli iahal*] id est qui non promouebit, vel בלי מועיל [*beli mohil*,] id est nequam, siue qui nulli sit commodus. Meritò igitur hoc nomine (quod, vt nonnulla alia, satis erat in Græcis etiam Ecclesiis peruulgatum) significatur Satanas, Christo Optimo Maximo oppositus ex diametro. Hieronymus deducit à בלי [*beli*] & עול [*hol*,] quasi dicas absque iugo: vnde factum, vt Aquila ἀποστάτην conuerterit, quem etiam Græca scholia sequuntur. Ego priorem notationem potius amplector, quanuis altera quoque Satanæ optimè conueniat. ¶ *Quæ portio*, τίς μερίς. Hebr. loquendi formula, acsi dicat, Quid commune habet fidelis cum infideli, quod inter eos diui oporteat? vt in vernaculo nostro sermone dicimus, *Qu'a le fidele à partir auec l'infidele?*

16 *Viuentis*, ζῶντος. Deum verè existentem & vitæ auctorem, id est חי (vt Chaldæi verfunt) opponit idolis, rebus videlicet prorsus inanibus ac vanis. Sunt etiam qui legant ἡμεῖς ἐσμέν, *nos sumus*, pro ὑμεῖς ἐστε, *vos estis.* ¶ *Habitabo in eis*, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς. Hebraicè והיה משכני עליהם [*vehaiah mischchani halehem*,] Ezech. 37. 27. ita vt Apostolus nihil prorsus detorserit, quū illic disertè agatur de Christi fœdere, & עליהם [*halehem*] potius *In ipsis* declaret quàm *Inter ipsos*, id est בתוכם [*bethocham*,] vt est apud Mosen Leu. 26. 12. quem locum siquis cum isto comparet, facilè iudicabit Paulum hoc potius petiisse ex Ezechiele quàm ex Mose: eo tantùm excepto quod καὶ ἐμπεριπατήσω, omnino ex Mose petitum est, qui addit והתהלכתי בתוככם [*vehithhalachti bethochechem*,] sed in eo nulla est difficultas. Adumbrauit enim Arcæ Domini præsentia in medio Israelis, veram in cordibus nostris præsentiam Immanuelis, per Spiritum sanctum Vide Ioan. 1. 6.

18 *Omnipotens*, παντοκράτωρ. Id est in res omnes imperiū obtinens, siue *omnium rector*, vt Arabs interpretatur.

IN CA-

καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ.

2 Χωρήσατε ἡμᾶς· οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν.

3 Οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω· προείρηκα γὰρ ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστε εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν.

4 Πολλή μοι παρρησία πρὸς ὑμᾶς, πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν· πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει· ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν.

5 Καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδονίαν, οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι· ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι.

6 Ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς παρεκάλεσεν ἡμᾶς, ὁ Θεός, ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου.

7 Οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν, ἀναγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμόν, τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ· ὥστε με μᾶλλον χαρῆναι.

8 Ὅτι εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ ἐπιστολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην. βλέπω γὰρ ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη,

namēto carnis ac spiritus, ad finem perducentes sanctimoniam in timore Dei.

2 Recipite nos: neminē iniuria affecimus, neminem corrupimus, neminem quæstui habuimus.

3 Ad condemnationem *vestri hoc* nō dico: nam antè dixi vos in cordibus nostris esse, ad commoriendum & conuiuendum.

4 Multa *est* mihi loquendi libertas apud vos: multa mihi gloriatio de vobis: impletus sum consolatione: vehemēter superabundo gaudio in omni afflictione nostra.

5 Etenim quum venissemus in Macedoniam, nullā habuit relaxationē caro nostra, sed in omnibus fuimus afflicti: foris *fuerunt* pugnæ, intus metus.

6 Sed qui cōsolatur depressos, cōsolatus est nos, *nempe* Deus, aduentu Titi.

7 Non solùm autem aduentu illius, sed etiam consolatione quam ille accepit ex vobis, quū renuntiaret nobis vestrum vehemens desiderium, vestrum eiulatū, vestrum super me ardorem: adeo vt magis gauisus fuerim.

8 [2] Nam etiamsi vos tristitia affeci per epistolam, non me pœnitet, etiamsi pœnituerit. video enim epistolam illam

mni inquinamento carnis & spiritus perficientes sanctificationē in timore Dei.

2 *Capite nos, neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus.*

3 *Non ad condemnationē dico. prædixi enim quòd in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum.*

4 *Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: impletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.*

5 *Nam & quum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnæ, intus timores.*

6 *Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus, in aduentu Titi.*

7 *Non solùm autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me: ita vt magis gauderem.*

8 *Quoniam etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœniteret, videns quòd epistola illa, etsi*

2 Obiectio, At tu nos, asperrimè tractasti. Respondet Apostolus se nō sine dolore vsum hac asperitate. Addit deinde se iam etiam gaudere quòd illos ad eam tristitiam, quanuis minimè volens, impulerit, quæ tā illis fuerit fructuosa. Quandā enim esse non solùm laudabilem, sed etiam necessariam tristitiam, ex qua videlicet suis gradibus oriatur resipiscentia, de qua magnificè ipsos laudat. Estque huius epistolæ quintus iste locus.

IN CAPVT VII.

1 *Carnis ac spiritus*, σαρκὸς καὶ πνεύματος. Id est & corporis & animi, vt sit hoc modo perfecta sanctificatio, vtraque sui parte constans Nam alioqui quorsum corporis puritatem, si impurus est animus? aut quomodo purus erit animus si corpus inquinauerimus? Hoc considerent qui imaginantur se puram conscientiam coram Deo habere etiamsi corpus coram idolis prostituant. Cæterùm hîc quoque inepta est capitis sectio, quum hunc versiculum prorsus oportuerit superioribus adiungere. ¶ *Ad finem perducentes*, ἐπιτελοῦντες. Vulgata, *Perficientes*, ambigua & periculosa interpretatione. Neque emphasin verbi ἐπιτελεῖν hoc loco considerauit Castellio, qui conuertit, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην, *fungentes sanctimonia.* ¶ *In timore Dei*, ἐν φόβῳ Θεοῦ. Id est Deum reuerendo.

2 *Recipite nos*, χωρήσατε ἡμᾶς. id est, Sinite vt locum apud vos inueniam; vobis videlicet docendis Neque enim capere hîc accipitur pro intelligere, sed sicut vas aut locus aliquid capit. Redit enim ad id quod dixerat sup. 5. 13, *Dilatamini etiam vos.* Vulg. *Capite nos.* Erasm *Capaces estote nostri*, ex Ambrosio. ¶ *Neminem quæstui habuimus*, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. id est, *nemini quicquam per auaritiā eripuimus.* Vulgata, *Neminem circumuenimus.* Erasmus, *Neminem fraudauimus.* Vtraque interpretatio nimium latè patet. Vide suprà 2. 10. & infra. 12, 17.

3 *Ad condemnationem* [*vestri*,] πρὸς κατάκρισιν. Id est, vt vos ingrati animi vel perfidiæ condemnem. ¶ *Ad commoriendum*, εἰς τὸ συναποθανεῖν. Hoc est quod in vernaculo sermone dicimus *A la vie & à la mort*, vt significemus cōstantissimam amicitiam. Erasmus putat Paulum ad illud amicitiæ genus allusisse quo fiebat vt amico mortuo, qui superstes manebat, sibi mortem consciceret. Eiusmodi erant quos Galli vocabant *Soldurios*: Cæsar *deuotos* interpretatur libro tertio de bello Gallico. Talis etiam erat apud Thebanos ἱερὸς λόχος, Sed absit vt huc Paulus respexerit.

5 *In omnibus*, ἐν παντί. Heb. בכל [*bechol*] vide suprà, 4. 8. & 6. 4. ¶ *Fuimus afflicti*, θλιβόμενοι, subaudi γεγόναμεν, vt suprà, 4. 8. & 17. ex Hebræorum idiotismo in suo Benoni. Disertè autem facit mentionem carnis, id est corporis, vt consolationes Spirituales istis exercitiis opponat ac præsertim gaudium illud quod ex Titi nuntio perceperat: quum alioquin animo quoque vt corpore premeretur. ¶ *Intus*, &c. ἔσωθεν, &c. Videtur alludere ad locum illum Deut. 32. 25. Est enim crux, quod ad externam speciem attinet, sanctis iuxta & impiis communis, quanuis ad contrarios fines.

6 *Depressos*, ταπεινούς. Hebr. ענוים [*hanijm*] quasi deiectos & prostratos dicas. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Humiles.* ¶ *Aduentu Titi*, ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου. Id est, iis quæ mihi adueniens Titus renunciauit de vobis, quo fructu videlicet literas meas perlegeritis, præterquam quòd ipsius etiam Titi præsentia magnopere sum recreatus. Quòd autem suprà dixit, 2. 12. se, non reperto Tito, statim Troade soluisse, ad ipsos Corinthios referendum est: quorum desiderium quum ferre non posset Apostolus, nec ante acceptum ab eis nuntium vellet ad eos proficisci, vt eis videlicet parceret, statim in Macedoniam contendit, vt Tito ab eis redeunti (eum enim Epheso miserat) posset occurrere.

7 *Sed etiam*, &c. ἀλλὰ καί. Alteram causam adfert suæ cōsolationis, nempe benignam apud eos Titi exceptionem, magno cum ipsorum fructu. ¶ *Vehemens desiderium*, ἐπιπόθησιν. Præpositio ἐπὶ videtur aliquid ponderis addere significationi Ideo addidi epithetō. ¶ *Ardorem*, ζῆλον, Vide Ioh. 2. 17.

8 *Etiamsi pœnituerit*, εἰ καὶ μετεμελόμην. Erasmus, *Etiamsi pœnituerit*, ne videatur Apostolum pœnituisse facti, sed vt perinde hoc sit acsi diceret, Etiam siqua pœnitudo fa-

TT

me tenuisset, eam tamen illo Titi nuntio abiecissem. Ego malui conuertere, *Etiamsi pœnituerit*, quia non additur *ei*. Ita autem accipio Pœnitendi verbum, cum doctissimo interprete, vt significet Apostolus se ex epistola illa acerbius scripta nonnullum dolorem cepisse. non quasi quod fecerat, optaret esse infectum, sed quòd, clementis patris exemplo, se ad hanc seueritatem coactum esse secum gemens, euentum rei expectaret. Vulgata, *Et si pœniteret, videns quòd epistola*, &c. ita vt hoc ad sequentia referatur, & sublata particula γὰρ legatur βλέπων. contra omnium Græcorum codicum fidem, & ipsa quoque sententia repugnante.

εἰκαὶ πρὸς ὥραν, ἐλύπησεν ὑμᾶς.

ad tẽpus, tristitia vos affecisse.

ad horam, vos contristauit.

9 Νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν. ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ Θεόν, ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν.

9 Nunc gaudeo, non quòd cõtristati fueritis, sed quòd contristati fueritis ad resipiscentiam. nam tristitia affecti fuistis secundum Deum, vt nulla in re damno affecti fueritis ex nobis.

9 *Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. contristati enim estis secundum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis.*

10 Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται.

10 Nam quæ secundum Deum est tristitia, ea resipiscentiam efficit ad salutem, cuius nunquam pœniteat: mundi verò tristitia mortem efficit.

10 *Quæ enim secundũ Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia mortem operatur.*

11 Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ὑμῖν σπουδήν; ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλ' ἐκδίκησιν; ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι.

11 Ecce enim istud ipsum, quòd secundum Deum tristitia affecti fuistis, quãtum in vobis effecit studium? imò excusationem, imò indignationem, imò timorem, imò vehemens desiderium, imò zelum, imò vindictam? per omnia testatum fecistis vos esse puros in hoc negotio.

11 *Ecce enim hoc ipsum, secundũ Deum cõtristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem? sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictã: in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio.*

12 Ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλ' εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

12 Itaque etsi scripsi vobis, non *scripsi vobis* eius respectu qui iniuria affecerat, nec eius respectu qui iniuria affectus fuerat: sed vt apud vos manifestũ fieret studium illud nostrum pro vobis, in conspectu Dei.

12 *Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam solicitudinẽ nostram quam habemus pro vobis coram Deo.*

¶ *Ad tempus*, πρὸς ὥραν. Sic rectè Eras. Vulg. *Ad horam*.

9 *Ad resipiscentiam*, εἰς μετάνοιαν. Id est, ita vt ea tristitia vobis ad emendanda vestra vitia profuerit. Vulgata, & Erasmus, *Ad pœnitentiam*. Vide Matt. 3. 2. ¶ *Secundum Deum*, κατὰ Θεόν. Tristitia secundum Deum & Tristitia mundi opponuntur. Nam qui secundum Deum tristis est, id est eo dolore qui à Dei Spiritu manat & Deo est acceptus, de peccatis suis dolet, idque non pœnæ formidine territus, sed hoc ipsum ægerrimè ferens quòd Deum clementissimum Patrem offenderit, cuius offensam optet etiam sua damnatione, si ita fieri posset, redemptam. At qui secundum mundum dolet, vel terrenis amissis commodis vel alieno bono angitur, vel alicuius pœnæ impendentis metu est solicitus. Itaque illa tristitia quæ & pœnitentia secundum Deum dici propriè potest, illos pulcherrimos fructus gignit, de quibus disseritur sequenti versiculo: hæc verò contrà certa est ad desperationem via, nisi Dominus medeatur, vt ex Caini, Saulis, Achitophelis, Iudæ horrendis exemplis apparet. Alterius verò tristitiæ luculentissimum exemplar præbuerunt Dauidis scriptæ lacrymæ. ¶ *Vt*, ἵνα. Id est, ὥστε. nisi malimus interpretari, *Vt nulla in re detrimentum acciperetis*. Sed illud malo, & illam harum particularum Enallagen aliquoties iam annotauimus.

10 *Resipiscentiam cuius nunquam pœniteat*, μετάνοιαν ἀμεταμέλητον. Potest etiam hoc epithetõ referri ad σωτηρίαν. quo sensu dicetur salus ἀμεταμέλητος, cuius nunquam vel nos pœnitere possit, vel Deum qui nobis illam dederit vt firmam ac immotam esse intelligamus: sicut dona Dei dicũtur ἀμεταμέλητα Rom. 11. 29. Ideo Vetus interpres *stabilem* conuertit, vt videri possit ἀμετακίνητον legisse. Mihi verò videtur hoc epitheton potius ad μετάνοιαν referendum. Neq. tamen μετάνοιαν ἀμεταμέλητον velim cum Erasmo *pœnitentiam non pœnitendam* interpretari. Primùm enim μετάνοιαν & μεταμέλειαν, id est resipiscentiam à pœnitentia distinguendam puto, vt diximus Matthæi capite tertio vers. 2. Deinde non est quòd istam paronomasiam tam curiosè affectemus. Denique *Non pœnitendum* apud Latinos quiddam declarat multo minus quàm cuius nunquam possit aliquem pœnitere. ¶ *Mortem efficit*, θάνατον κατεργάζεται. Nẽpe vt ex ea verè consequens, seu verum eius effectũ. At in opposito membro, id est, tristitia secundum Deum, salus non nascitur ex tristitia secundum Deum, sed ex gratia vnde etiã ipsa μετάνοια, vtpote merum Dei donum 2. Tim. 2. 25.

11 *Excusationem*, ἀπολογίαν. Sic rectè Ambrosius, meo iudicio cõuertit hoc loco verbum istud. Vulg. Defensionem. Ceterùm particulam ἀλλὰ Erasmus rectè conuertit per *imò*, quum auxesin declaret: quanuis Græcus scholiastes putet pro καὶ accipiendam. ¶ *Zelum*, ζῆλον. Vulg. & Eras. *Aemulationem*. Ego illud malui, vt sanctius, retinere, quòd hoc existimem ad Deum referri. ¶ *Per omnia testatum fecistis*, ἐν παντὶ συνεστήσατε. Id est πάντως ἐμαρτυρήσατε, *omnino seu omnibus modis testatum fecistis*. quomodo vsurpatur hoc verbum etiam apud Demosthenem περὶ Καλλίππου, vt doctissimus Budæus obseruauit. Sic etiam accipi diximus sup. 6. 4, vt non ineptè conuerterit Vetus interpres *Exhibuistis*. id est παρέχετε. Erasmus, *Commendastis*, non ita appositè nisi dicamus hanc esse huius verbi emphasin vt significet Corinthios ita abolevisse priorem suspicionem, vt etiam eo nomine magnopere sint commendãdi: sed hæc interpretatio non satis cohæret cum verbo εἶναι. Nam idcirco etiam Erasmus coactus est interpretari, *Quòd puri sitis*. ¶ *In hoc negotio*, ἐν τῷ πράγματι. Rectè expressit Erasmus articulum à Vetere interprete omissum, quum eius vis sit ἀναφορική.

12 *Apud vos*, πρὸς ὑμᾶς. Hæc non dubitaui priore loco ponere, quanuis in Græcis in posteriore collocentur. Neq. enim dubito quin cohæreant cum verbo φανερωθῆναι quod tamen

tamen Vulg. non legit, nec Syrus, nec Arabs interpretes. ¶ *Studium illud nostrum pro vobis*, τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν. Vulgata, *Solicitudinem nostram quam habemus pro vobis*. ex quo etiam apparet eum sequutum esse hanc eandem lectionem quam suam amplexus. primùm vt planam ac perspicuam, deinde ex Complutensis codicis, itémque Ambrosii & Theophylacti auctoritate. Erasmus, *Studium vestrum pro nobis*, τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν. cui lectioni repugnat istud πρὸς ὑμᾶς quod sequitur. ¶ *In conspectu Dei*, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. id est apud Deum siue minimè fucatum, sed eiusmodi vt Deo possim illud approbare, sicut diximus Luc. 1. 6.

13 Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν· περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν.

13 Propterea consolationem accepimus ex cõsolatione vestri: sed quàm plurimũ gauisi fuimus ob gaudium Titi, quòd refocillatus sit spiritus eius ab omnibus vobis.

13 *Ideo consolati sumus: in consolatione autẽ nostra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis:*

14 Ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι, οὐ κατῃσχύνθην· ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, οὕτω καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου, ἀλήθεια ἐγενήθη.

14 Et quòd siquid apud eum de vobis gloriatus sum, nõ fui pudefactus, sed vt omnia verè loquuti sumus vobis, ita & gloriatio nostra qua vsus erã apud Titum, vera comperta est:

14 *Et siquid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate loquuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titũ, veritas facta est.*

15 Καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν, ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοήν, ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν.

15 Et viscera eius eo amplius erga vos *affecta sint* memoria repetentis omniũ vestrũm obedientiam *&* vt cum timore ac tremore ipsum exceperitis.

15 *Et viscera eius abundãtius in vobis sunt, reminiscentis omnium vestrũm obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum.*

16 Χαίρω οὖν ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν.

16 Gaudeo igitur quòd penitus confidam de vobis.

16 *Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.*

Κεφάλαιον η.

CAP. VIII.

CAP. VIII.

1 Γνωρίζομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δεδομένην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας.

2 Ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν.

1 Porro notam facimus vobis, fratres, gratiam Dei præstitã Ecclesiis Macedoniæ:

2 *Nempe* in multa exploratione afflictionis, exundans gaudium ipsorum, & profundam eorum paupertatẽ exundasse in copiosam benignitatem ipsorum.

1 *Notam autẽ facimus vobis fratres, gratiã Dei quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ:*

2 *Quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorũ fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.*

1 Sextus locus huius epistolæ, continens varias exhortationes Corinthius ad beneficentiam inflammandis, qua Hierosolymitanæ ecclesiæ inopia necessario tempore subleuaretur. Proponit autẽ eis priore loco Macedoniarũ Ecclesiarum, alioqui multis et omnis ad extremam penuriam redactarũ, exemplum quod æmulentur.

13 *Ex consolatione vestri*, ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν. Vulg. aliter distinguit hunc locum: Legit enim ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει ὑμῶν, *In consolatione autem vestra*: quæ connectit cum sequentibus, sublata δὲ coniunctione post περισσοτέρως. quod non improbo, quum ita etiam scriptum inuenerim in tribus Græcis codicibus, & hanc scripturam sequantur Ambrosius & Chrysost. ¶ *Sed quàm plurimùm*, περισσοτέρως δὲ μᾶλλον. Id est ὡς περισσότατα. Nam sic redundat μᾶλλον, vt augeat comparatiui emphasin. Vetus interpres, *abundantius gauisi sumus*. Erasmus, *Quin vberius insuper*. ¶ *Spiritus*, τὸ πνεῦμα. Id est animus, vt suprà, versu 1.

14 *Et*, ὅτι. Copulam subauditam expressi, vt mox ver. 15. *Apud eum*, αὐτῷ sub. παρ' αὐτῷ vt ἐμαυτῷ pro παρ' ἐμαυτῷ, suprà 2, 1. ¶ *Vera comperta*, ἀλήθεια ἐγενήθη. Hebraica enallage appellatiui pro adiectiuo, vt suprà, 3. 9. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Veritas facta est*. Est autem ἐγενήθη, *facta fuit* Hebræorum more scriptum pro ἐφάνη, vt Græci potius loquuntur: ideóque maluimus conuertere, *Comperta est*.

15 *Viscera eius*, τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Heb. רחמים [*rachamim*] id est intimus ipsius amor. Hoc enim nomine Hebræi teneriores omnes affectus declarant, vt diximus suprà, 6. 12. ¶ [*Affecta*] *sint*, ἐστι Hebræi sic loqui solent (vt Psal. 145. 9.) contenti solo verbo substantiuo, quod & ipsum subaudiũt. Interdum addunt verbum כמר [*chamar*,] id est *accendit*, vt Gen. 43. 30. Fuit autem omnino supplẽdum aliquid, vt perspicua esset Latina oratio.

16 *Penitus*, ἐν παντί siue, omni ex parte. Vide suprà, 6. 4. Addidimus autem particulam οὖν, *igitur*, ex vetusto codice. ¶ *Confidam de vobis*, θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν. Id est, qui vos eiusmodi esse cognouerim vt de vobis securè possim omnia mihi polliceri. Annotat Erasmus, in quibusdam Græcis codicibus legi θαῤῥοῦσιν ὑμῖν, quam lectionem puto esse deprauatam, pro θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν.

IN CAPVT VIII.

1 *Gratiam Dei*, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. Id est, diuinum beneficium, quod duabus in rebus apparuerat: nempe quòd in tantis ærumnis tanta fuerat Macedonum alacritas, deinde quòd ex tanta paupertate adeo liberaliter contulissent vnde aliorum tenuitas aleretur, vt viderentur sui ipsorum obliti.

2 *In multa exploratione*, &c. ἐν πολλῇ δοκιμῇ. id est multis illis ærumnis quibus Dominus ipsorum fidẽ & charitatem explorauit non modò non fuisse diminutam sed etiam auctam mirum in modum ipsorum alacritatem. Gaudium enim vocat τὴν προθυμίαν καὶ ἱλαρότητα. ¶ *Exundãs gaudium ipsorum*, ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν. Vulgata, *Abundantia gaudij ipsorum fuit*, vt etiam vertisse video Syrum & Arabem interpretes, quasi videlicet subaudiatur verbum ἐγένετο quæ ellipsis valde fuerit violenta, & in Græco sermone inusitata in hoc dicendi genere, repugnante etiam articulo ἡ. Ideo malui vtrumque verbum referre ad verbum ἐπερίσσευσεν. Quod siquid supplendum videbitur, mallẽ subaudire verbum ἐφάνη, *apparuisse*. ¶ *Profundam*, ἡ κατὰ βάθους. Id est quæ ad imum vsque ipsos exinanierat. Sic autem restitui ex Claromontano codice, quum legi soleat κατὰ βάθος. ¶ *Exundasse in copiosam benignitatem ipsorum*, ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. Vulgata & Erasmus. *Abundauit in diuitias benignitatis ipsorum*. Diximus autem Rom. 2. 4. πλοῦτον Hebræorum more vocari à Paulo omnem copiam ac abundantiam: & Hebraismum hunc, Diuitiæ benignitatis, pro copiosa benignitate, alibi sæpe exposuimus. ἁπλότης verò quum in genere candorem & simplicitatem morum declaret, accommodandũ est ad id de quo agitur, adeo ut ἀφειδίαν exponant Græca scholia, id est minimè parcam liberalitatem, tum hoc in loco, tum etiam infrà 9. 11, & 13. Nos *benignitatem* maluimus conuertere: quo vocabulo nõ quæuis liberalitas significatur, sed ea demum quæ à facilitate quadam & humanitate naturæ proficiscitur, id denique quod ab Hebræis נדבה [*nedabah*] vocatur. cui opponitur tenacitas eorum qui varias excusationes prætexunt quas partim auaritia partim diffidentia suggerit. Est igitur hæc

sententia, paupertatem illam quæ Macedonas videbatur prorsus exhausisse, ita compertam fuisse diuitē, vt inde copiosissimæ benignitatis veluti riuus emanarit. Nā quo tenuiores sunt facultates eius qui aliquid largitur, eo maior est eius liberalitas si sponte & libéter largiatur, vt vidua illa Marc. 12, omnium diuitum liberalitatem dicitur superasse.

3 Ὅτι κατὰ δύναμιν (μαρτυρῶ) καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι·

3 Nam pro viribus (testor) atque supra vires voluntarij *fuerunt*:

3 *Quia secundum virtutē (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt.*

4 Μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν, τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, δέξασθαι ἡμᾶς.

4 Multa cū exhortatione nos rogantes vt hanc beneficentiā & societatem huius ministerij sanctorum causa *subeundi*, in nos reciperemus.

4 *Cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerij quod fit in sanctos.*

2 Amplificat Macedonum alacritatem in eo quòd Paulum etiam rogarūt, vt Corinthios Tito ad eos remisso, ad absoluendam eleemosynarum collationē incitaret.

5 Καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν, ἀλλ᾽ ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ Κυρίῳ καὶ ἡμῖν διὰ θελήματος Θεοῦ·

5 2 Ac non prout sperabamus *ita fecerunt*, sed semetipsos dediderunt primùm Domino, *deinde* & nobis per Dei voluntatem:

5 *Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt, primùm Domino, deinde nobis per voluntatem Dei:*

6 Εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον ἵνα καθὼς προενήρξατο, οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην.

6 Vt adhortaremur Titum vt sicut antè cœpit, ita etiam absoluat apud vos hanc quoque beneficentiam.

6 *Ita vt rogaremus Titū vt quemadmodum cœpit ita & perficiat in vos etiā gratiam istam.*

7 Ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε πίστει, καὶ λόγῳ, καὶ γνώσει, καὶ πάσῃ σπουδῇ, καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι περισσεύητε.

7 Itaque sicut omnib. exundatis *nempe* fide, & sermone, & cognitione, & omni studio, & vestra in nos charitate, *videte* vt hac quoq. gratia exundetis.

7 *Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis.*

3 Tertiò, monet vt concitatam de se expectationem non fallant.

8 Οὐ κατ᾽ ἐπιταγὴν λέγω, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων.

8 3 Non ex imperio dico, sed aliorum studio, vestræ quoq. dilectionis sinceritatem reddens exploratam.

8 *Non quasi imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans.*

3 *Voluntarij* [*fuerunt*] αὐθαίρετοι. Id est, vltro liberales & prompti, sub. ἐγένοντο. quæ tamen ellipsis rursus est valde noua & in Græco sermone prorsus insolens, ideóque apud Syrum & Arabem interpretes, istud cum participio δεόμενοι connectitur, quasi ἐδέοντο scriptum sit (vt solent Hebræi suum Benoni vsurpare, quæ structura sanè mollior est: nēpe si totum hunc locū sic conuertas, *Quod* [*inquam*] *pro viribus* (*testor*) *atque supra vires voluntarij fuerunt*, &c. Vt tamen liberè dicam quod sentio, nullo cum receptæ lectionis præiudicio, (absit enim à me prophana hæc audacia) Paulum sic scripsisse coniicio, εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν, κατὰ δύναμιν (μαρτυρῶ) καὶ ὑπὲρ δύναμιν, αὐθαίρετοι μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν, &c. id est, *in copiosam benignitatem ipsorum, pro viribus* (*testor*) *atque supra vires, vltro cum multa cohortatione rogando nos*, &c. Sic enim omnia prorsus cohęrent, nihil sententiæ adiicitur aut decedit, & ellipsis illa prorsus inusitata vitatur. Suspicor autem particulam ὅτι interiectam, & interpunctionem huius loci perturbatam ab aliquo fuisse qui vitare solœcophanes istud studuerit, quum potius αὐθαιρέτων & δεομένων dicendum fuerit. Sed tamen non desunt huiusmodi exempla, apud optimos etiam Latinitatis auctores. Sic enim multa in communi sermone dicuntur, vnde illud Terentij, *Cur ego in his te conspicor regionibus? vobis fretus*. Et illud, *Nos omnes quibus est alicunde obiectus labor, omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum est, lucro est*. Et tale prorsus anacoluthon occurrit infrà, 9.11.13.

4 *Vt hanc beneficentiam*, τὴν χάριν. Hoc idem vocabulū paulo antè verti Gratiam, Dei videlicet respectu, cuius magnum in nos beneficium extat, quum nos facit suæ in nostros fratres benignitatis instrumenta. Hîc verò Apostolus vocat illud ipsum quod à Macedonicis vel iam collatum vel statim conferendum erat in sanctorum vsum. Itaque beneficentiam sum interpretatus, seruata quoque vi articuli ἀναφορικοῦ, quasi scriptum sit ταύτην. ¶ *Et societatem huius ministerij, sanctorum causa subeundi*, καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους. Id est, vt cum aliis onus (quod διακονίαν vocat) istarum eleemosynarum ad sanctos illos, Hierosolymis videlicet egentes, subire ipsi non recusaremus: tantùm abest vt sese difficiles ad illas conferendas præbuerint. Itaque διακονίαν, quod & ipsa huius vocis notatio declarat, nec ipsas eleemosynas, nec earum collectionē, sed earum Hierosolymam vsque perferendarum curam declarat: quod multos interpretes tum hoc loco, tum mox cap. 9.1 fefellisse arbitror: & quidem in primis Arabem & Syrum interpretes, perinde acsi significaret Apostolus, se à Macedonibus quos non auderet vt aliorum potius subsidio egentes hac de re compellare, rogatum fuisse vt ad istarum eleemosynarum collationem ipsi quoque admitterentur. Hîc autem agi de eo quod dixi ministerio certis hominibus ab Ecclesiis demandando, apparet etiam ex vers. 19. & quam sanctè & integrè sit ista cura defunctus Apostolus, cuius executioni suam ipsius vitam postposuit, apparet ex Act. 20. 22. 21, 14, & 24, 17.

¶ *Nos reciperemus*, δέξασθαι ἡμᾶς. Hoc non legitur neque in Vulgata Latina editione, neque in vetustis codicibus Græcis multis, neque apud Syrum & Arabem interpretes: quod tamen & in scholiis Græcis, & in Complutensi editione, & duobus manuscriptis inuentum seruaui. Licebit tamen, etiam illis expunctis, eandem sententiam retinerę, si δεόμενοι interpretemur adhibitis precibus à Paulo postulare.

5 *Prout*, καθώς. Id est, ea quam arbitrabar & sperare audebam mensura, sed multo copiosius. Vulg. *sicut*, non satis expressè.

7 *Itaque*, ἀλλά. Id est οὖν. quo modo testatur Corinthus ille qui de dialectis scripsit, hanc particulam sępe apud Atticos etiam scriptores vsurpari. Vulgata & Erasmus, *Imò*. quæ interpretatio tum demum locum habet quum superiora corriguntur, vt suprà, 7.11. Hîc verò videtur Conclusio subiici adhortationis specie. Nam τὸ περισσεύειν non possum comparandi significatione accipere, quasi moneat Apostolus Corinthios vt Macedonas hîc quoque superent, quum hoc idem verbum Macedonibus paulo antè tribuerit. Puto igitur copiosam liberalitatem simpliciter ita significari. ¶ [*Videte*] vt. ἵνα. Sub. σκοπεῖτε, vel ὁρᾶτε. de qua ellipsi Atticis familiari alibi diximus.

8 *Aliorum studio*, διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς. nempe vestrorū in fide sociorum, sicut Arabs & Syrus rectè explicant, vt fortassis legisse videantur ἑταίρων. Macedonas enim intelligit, quorum sedulitatis exemplo proposito tum in conferenda pecunia, tum in rogando Apostolo vt de ea re Corinthios quoque appellaret, dicit se non imperiosè ad eos scribere, sed, quum de eorum alacritate minimè dubitet, idcirco ab aliis rogatum scribere, vt hoc modo testatum fiat quàm germana sit ac sincera ipsorum charitas. Erasmus, *Per sollicitudinem erga alios*. quasi studium aliorum passiuè

passiuè accipiendum sit. Eam verò interpretationem si sequamur, redundabit καὶ particula, idcirco tantum addita vt comparetur Corinthiorum charitas cum aliorum studio.

¶ *Sinceritatem*, τὸ γνήσιον. Γνήσιον & νόθον, id est Germanum & Adulterinum, apud Græcos opponuntur. Tum demum igitur apparet germanam esse charitatem, quum reipsa, idque promptè ac liberaliter, fratribus succurrimus propter Christum. Germanitatis vocabulum vsurpant quidem Latini, sed alia significatione. Vulg. *Ingenium bonum*, vt videatur legisse γνήσιον ἀγαθόν. ¶ *Reddens exploratam*, δοκιμάζων. Vulgata *Comprobans*. Erasmus, *Approbans*: rectè quidam, sed ambiguè, nisi addas Aliis, vel Omnibus, aut aliquid eiusmodi. Nam τὸ δοκιμάζειν pro explorare, ipsius Apostoli respectu accipi nō potest, quū Apostolus nullam experiētiam requirere se testetur, inf. 9.2. Comprobandi autem verbū nullo modo videtur conuenire. Sic autem idem verbum accipitur etiam Gal. 6.4.

9 Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι᾽ ὑμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὤν· ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε.

9 4 Nostis enim beneficentiā Domini nostri Iesu Christi, cū *videlicet* propter vos pauperē factum esse, quum esset diues: vt vos illius paupertate ditesceretis.

9 *Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, quum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis.*

4 Quartum argumentum, ab exemplo Christi.

10 Καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι. τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει, οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι.

10 5 Et sententiam in ea re *meam* dico, nam hoc vobis conducit, qui non solùm facere, sed etiam velle ante cœpistis anno superiore.

10 *Et consilium in hoc do. hoc enim vobis vtile est, qui nō solùm facere, sed & velle cœpistis ab anno priore.*

5 Diligenter cauet ne vi extorquere velle videatur, quod nisi sit voluntarium, Deo gratum esse non possit.

11 Νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε, ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ τοῦ ἔχειν.

11 At nunc etiam illud ipsum facere absoluite: vt sicut *adfuit* promptus ille animus ad volēdum, ita etiam *adsit* ipsum perficere quod habetis.

11 *Nunc verò & facto perficite: vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.*

12 Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει.

12 6 Etenim si prius adsit promptus animus, aliquis acceptus *est* pro eo quod habet, non pro eo quod non habet.

12 *Si enim voluntas prōpta est, secundum id quod habet, accepta est non secundum id quod non habet.*

6 In eos qui tenuitatem solēt excusare, quasi solis diuitibus proprium sit inopes iuuare.

13 Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλίψις· ἀλλ᾽ ἐξ ἰσότητος, ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα.

13 7 Nō enim *dico* vt aliis sit relaxatio, vobis autem afflictio: sed *vt* pari conditione quod vobis superest *suppleat* hoc tēpore quod illis deest.

13 *Non enim vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio. sed ex æqualitate in præsenti tempore, vestra abundantia illorum inopiam suppleat.*

7 Christiana beneficētia est mutua, vt ius analogum seruetur.

9 *Pauperem factum esse*, ὅτι ἐπτώχευσε. Πτωχὸν & πένητα, id est mendicum à paupere sic distinxit Aristophanes in Pluto,

Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστι μηδὲν ἔχοντα·
Τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον, καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα.
Περιγίγνεσθαι δ᾽ αὐτῷ μηδέν, μὴ μέντοι μηδ᾽ ἐπιλείπειν.

Absit tamen vt mendicasse Christum dicamus, quod fecit nunquam, vsus etiam quadam sibi conueniente authoritate, quum ad quempiam dignaretur diuertere, vt Luc. 19. 5. & Matth. 6.18. sed ita significatur Christum nostri causa eam vitæ sortem subiisse, quæ aliena etiam benignitate egeret, Luc. 9 58. & 27.55. Nihil tamen ipsum habuisse proprium, & vel sese vel duodecim illos discipulos mendicos fuisse, & tamen habuisse dispensatorem qui ex alieno emendicato elargiretur eo astu qui describitur hac ipsa epistola 12, 16, rectè ab ipsis Romanis pontificibus alioqui omnium maximè sacrilegis, credere prohibitum est aduersus mendicabula Monachorum, qui sanctimoniæ pretextu ex mendicitate à Deo ipso prohibita Deut. 15. 4. & in omnibus bene constitutis ciuitatibus coercita [illegible] mas ipsas cauponantur.

10 *Sententiam*, γνώμην. Vulgata & Erasmus, *Consilium*. Vide 1. Corinth. 7.25. ¶ *Sed etiam velle*, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν. Id est, non solùm facere sed etiam vltro facere, vt Græcus scholiastes rectè interpretatur. Syrus tamen & Arabs maluerunt legere, οὐ μόνον τὸ θέλειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ποιῆσαι. *non solùm velle, sed etiam facere*. Nolui tamen in recepta lectione quicquam immutare. & potius iis assentior qui Apostolum existimāt merè spontaneam liberalitatem significare. Denique τὸ θέλειν id declarat hoc loco quod apud Hebræos verbum רצה [ratsah] quo significatur voluntas eiusmodi vt ea etiam delectetur aliquis veluti si quis ex eo ipso capiat voluptatem quòd alteri benefaciat. Hoc autem Velle sanè superius est multis partibus eo facto quod nudum est id est quod ab hac voluntate non promanat. Ita enim facere cuiusuis fuerit qui facultatem habuerit: velle autem, eorum demum qui vera charitate impelluntur.

11 *Illud ipsum Facere absoluite*, τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε. id est (vt rectè Erasmus sententiam exposuit) *Illud quod facere cœpistis perficite*. Apparet autem Apostolum istis infinitis τοῦ ποιῆσαι, τοῦ θέλειν, τοῦ ἔχειν, fuisse hoc loco delectatum, & alibi quoque, vt Philip. 2.13. qua loquendi formula scripsit Persius, Scire tuum nihil est. Itaque studui hoc ipsum quoque exprimere, quoad eius fieri potuit. Nam ἐκ τοῦ ἔχειν noluimus conuertere *Ex Habere* quod nemo intellexisset: sed ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, conuertimus *Promptus ille animus ad volendum*, potius quam *Promptus animus voluntatis*, cum Vetere interprete: aut *Voluntas prompta*, cum Erasmo: qui tamen alioqui sententiam rectè expressit, sed Pauli phrasi non seruata. ¶ *Ipsum perficere*, τὸ ἐπιτελέσαι. Vulgata, *Perficiendi*. Legit enim τοῦ ἐπιτελέσαι, ita vt προθυμία repetatur ἀπὸ κοινοῦ. ¶ *Ex eo quod habetis*, ἐκ τοῦ ἔχειν. Delectatus est Apostolus (vt dixi his infinitis. Eras. *Ex eo quod potestis*. Ac sanè fateor ἔχειν poni interdum pro δύνασθαι, id est *Habere* pro *Posse*: sed non video causam esse cur hanc enallagen quæramus.

12 *Aliquis acceptus est pro eo quod habet*, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος. Id est, placet Deo ista alacritas pro facultatum præsentium ratione, vt non opus sit tenuitatem prætexi à quoquam, quasi non sit Deo futurum gratum ipsius munus, nisi par fuerit locupletum collationi. Nam spectat Deus in probando munere, non id quod aliquis non habet, sed id demum quod habet: alioquin charitas esset diuitum propria.

13 *Non enim* [*dico*] *vt alijs*, οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις. Erasm. supplet, *Non sic dandum est, vt alijs*, &c. Sed & Castellio hîc constituit inauditam enallagen, ἵνα pro δεῖ, de qua diximus Marci 4. 22. Ego verò suppleui verbum λέγω, quod etiam in vno manuscr. codice expressum reperi, & cuius ellipsis simile exemplum occurrit infrà 9.6.

¶ *Sed* [*vt*] *pari conditione*, ἀλλ᾽ ἐξ ἰσότητος. Id est, vt sicut nunc aliis inopibus vos abundantes largimini è vestro, sic alij vicissim de suo vobis egentibus largiantur. Debet enim vltro citróque ius istud ἀνάλογον inter Christianos valere: & ἐξ ἰσότητος idem hîc declarare atque ἐξ ἴσου vel ἐξ ὁμοίου, liquet ex ipsa Pauli interpretatione. Non debet tamen hoc

spectari in largiendo: qua in re plurimum peccant homines quum illis demum benè faciunt à quo paria vel maiora exspectant, quod certè non est Deum vel proximum, sed seipsum amare. Deinde in eo quoque grauiter peccatur quòd plerique nec inopiam nec abundantiam rectè metiuntur. vnde nascitur tanta inter Christianos ἀνισότης quanta ne inter Turcas quidem apparet, dum alius redundat, alius fame perit, alius voluntaria mendicitate sperat in cælum irrumpere. Vulgata & Erasmus, *Sed ex æqualitate*: quod vix quisquam intelligat. Idemtamen particulam ἵνα repetit ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, quem in eo sum sequutus.

Exod.16,18.

8 Commendat Titum & duos eius collegas multis nominibus, tum vt minimè sit suspecta eorum fides, quasi eos summiserit ad expoliandas Ecclesias: tũ vt eo sint ad hanc collationem promptiores.

	Græce		Latine		Vulgata
	Ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, ὅπως γένηται ἰσότης.	14	Vt & illorum abundantia quod vobis deest suppleat, vt fiat æquabilitas.	14	*Vt & illorum abundãtia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas.*
	Καθὼς γέγραπται, Ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε· καὶ ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησε.	15	Sicut scriptũ est, Qui multum *collegit*, plus non habuit: & qui paululũ minus nõ habuit.	15	*Sicut scriptum est, Qui multum habuit, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.*
	Χάρις δὲ τῷ Θεῷ τῷ διδόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου,	16	8 Gratia verò habetor Deo qui cordi Titi indidit idẽ studium pro vobis,	16	*Gratias autem Deo qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi,*
	Ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο· σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων, αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς.	17	Quòd tum exhortationem illam gratam habuit, tũ verò quòd maiore studio vltrò ad vos iter suscepit.	17	*Quoniam exhortationẽ quidem suscepit: sed quum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos.*
	Συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.	18	Misimus autem vnà cum eo fratrẽ illũ cuius laus est in Euãgelio per omnes Ecclesias.	18	*Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias.*
	(Οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν συνέκδημος ἡμῶν, σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ὑμῶν.	19	(Nec *id* solum, sed etiã suffragiis delectus est ab Ecclesiis socius peregrinationis nostræ, cũ hac beneficẽtia quæ administratur à nobis ad ipsius Domini gloriam, & *comprobandum* promptum animum vestrum)	19	*(Non solùm autem, sed & ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiamque ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram)*

14 *Aequabilitas*, ἰσότης. Videtur omnino hæc ἰσότης, à superiore distingui, quum hæc ex illa nascatur, quod etiam ostendit sequens versiculus. Prior igitur illa in eo posita est vt par pari referatur. id est, vt qui quum non egerent, aliorum egestatem subleuarant, vicissim quum ita res ferret, si fortè egent, ab aliis qui non egerent, subleuantur. Inde verò futurum erat vt altera nasceretur ἰσότης, minimè in eo posita vt tantundem haberent singuli, siue in κτήσει siue in χρήσει (quum pluribus egeant qui pauperiores, & quorum amplior est familia) neque etiam in eo consistens quòd par pari refertur (hæc enim prior est ἰσότης) sed in eo quòd hac mutua communicatione fiat, vt, iis qui abundant vicissim supplentibus quod egentibus deest, & hi & illi sint in eo pares, quòd habeant quantum ipsis satis est quod edant: quod olim euenit, mannam præscripta singulis à Domino mensura ex communi cumulo pro capitum familiæ suæ numero accipientibus. Huic autem æqualitati opponitur illa ἀνισότης Christianæ charitati penitus repugnans, qua fit vt alij immensis opibus redundent, alij verò extrema inopia laborent.

15 *Plus non habuit*, οὐκ ἐπλεόνασε. Id est vltra præscriptum & singulis sufficientem mensuram. Nam alioqui si spectes illud ipsum quod colligebatur, aut collectores inter se cõpares, plus habebant qui plus mannæ collegerant, quòd videlicet numerosiorem haberent familiam sed in eo par erat omnium familiarum conditio, quòd nulla neque minus neque amplius habuit, quàm quod satis esset.

16 *Idem studium*, τὴν αὐτὴν σπουδὴν. In quibusdam codicibus legitur τοιαύτην, id est *tale*.

17 *Exhortationem*, παράκλησιν. Ambrosius, *Consolationem*. quod non conuenit. Loquitur enim Paulus de exhortatione quam cõmemorauit sup. vers. 6. eámque significat Tito gratam fuisse, quamuis vltro & sua sponte, potius quàm hac exhortatione impulsus, hanc prouinciam in se receperit. ¶ *Tum verò*, δέ. Ita conuerti propter μὲν præcedens. Vulgata, *Sed*, prorsus incommodè. Erasmus, *Quin potius*; quomodo... Sed & ἐδέξατο malui interpretari, *Gratam habuerit*, quàm *susceperit*, vel *acceperit*, vt planior esset oratio. ¶ *Maiore studio vsus*, σπουδαιότερος ὑπάρχων. Vulgata, *Quum solicitior esset*. Nam vbique σπουδὴν conuertit *solicitudinem*. Erasmus, *Quum esset diligentior*. Neutra interpr. mihi satisfecit.

18 *In Euangelio*, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Id est in prædicatione Euangelij. Non pauci (inter quos est Hieronymus) non satiscõmodè iam pridem hunc locum interpretati sunt de Euangelica historia à Luca perscripta, quod potius de Euangelico ipso ministerio accipiendum est, cuius tamen pars fuit non minima studium illud quod Lucas scribendis illis duobus longè diuinissimis libris impendit, si de Luca dictũ istud intelligatur. Sed necesse profectò non est vt hac de re magnopere laboremus: quũ hinc potius discere oporteat, quàm solicitè simul & prudenter gerere se debeant, quib. sacræ præsertim pecuniæ administratio est commissa. Neque etiam necesse est nos torqueamus in quærendo quis iste fuerit, itémque tertius ille qui vnà cum Tito & hoc altero missus est.

19 *Nec [id] solùm*, οὐ μόνον δέ. Vide Rom. 5.3. ¶ *Suffragiis delectus est*, χειροτονηθείς. Subaudi ἐστὶν, cuius loco Claromõtanus codex habet expressum ἐχειροτονήθη pro χειροτονηθεὶς, Hebræorum more, de quo sæpe iam diximus. Vulg. *Ordinatus est*. Eras. *Delectus est*. Vide Act. 14.23. ¶ *Cum hac beneficentia*, σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ. Nonnulli codices legunt ἐν pro σὺν, id est *In* pro *Cum*. Vetus autem interpres videtur existimasse ἐν pro εἰς positum, vt qui verterit, *In hanc gratiam*, nec fortassis malè. Vocat enim Apostolus χάριν collata munera ad Ecclesiæ Hierosolymitanæ subsidium, quibus colligẽdis & Hierosolymam perferendis delectus erat addito hoc collega. ¶ *Promptum animum vestrum*, καὶ προθυμίαν ὑμῶν. Vulg. *Destinatam voluntatem nostram*, vt legisse videatur προθεσμίαν, qua voce tamen non voluntas destinata, sed dies præstituta, aut ipsa ad aliquid agendum destinatio declaratur. Legit etiam ἡμῶν, vt & Syrus interpres, & nonnulli Græci codices. Sed receptam lectionem magis probo. Nam de Corinthiis agitur, quorum etiam laudis in Christo mirificè studiosus erat Apostolus. quamobrem etiam suppleui participium *comprobandum*, vt magis perspicua esset oratio, idque ex versu 8. Cæterùm quòd Vulgata προθυμίαν vertit *destinatam voluntatem*, Aquinatem impulit, propter Græcæ linguæ ignorationem, vt hoc loco multa ἀπροσδιονύσως dissereret de prædestinatione, sicut Erasmus obseruauit. Sed Promptitudinis vocabulum, quod idem Erasmus substituit, non memini legere apud idoneos auctores.

	Græce		Latine		Vulgata	
	Στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν.	20	Euitantes hoc, nequis nos vituperet in hac vbertate quæ administratur à nobis.	20	*Deuitantes hoc, nequis nos vituperet in hac plenitudine quæ ministratur à nobis.*	
	Προνοούμενοι καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων.	21	Vt qui procuremus honesta non solùm in conspectu Domini, sed etiam in conspectu hominum.	21	*Prouidemus enim bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus.*	Rom.12.17.
	Συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα, νυνὶ δὲ πολὺ σπουδαιότερον πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς.	22	Misimus autem cum eis fratrem nostrum, quem sæpe in multis probauimus propensũ esse, nunc autẽ multo propensiorem, ob multam *meam* fiduciam in vobis.	22	*Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe solicitum esse: nunc autẽ multo solicitiorem, confidentia multa in vos.*	
	Εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός· εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, δόξα Χριστοῦ.	23	Siue de Tito *quæritur*, socius meus *est*, & apud vos adiutor: siue de fratribus nostris, legati *sunt* Ecclesiarum, *&* gloria Christi.	23	*Siue pro Tito qui est socius meus & in vos adiutor: siue fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi.*	
	Τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν, καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν, εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε, εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν.	24	Itaque demonstrationẽ charitatis vestræ, & nostræ de vobis gloriationis edite in eos, in conspectu Ecclesiarum.	24	*Ostensionem ergo quæ est charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite, in facie Ecclesiarum.*	

20 *Euitantes hoc*, στελλόμενοι. Cohæret hoc participium cum verbo συνεπέμψαμεν, versu 18, interiecto versu 19, quem idcircò putauimus includendum parenthesi. Est autem, vt rectè annotauit Erasmus, sumpta translatio à nautis qui velũ contrahunt ne ad scopulum impingnat. Ideo maluit interpretari *Declinãtes*, ἐκκλίνοντες. Vnde illud Horatianum, *Metaque feruidis Euitata rotis*. Erat autem paratissima calumnia aduersus Paulum, quasi sacræ pecuniæ per sacrilegium auertendæ causa, perferendæ illius curam appetiuisset, nisi omnibus modis sibi cauisset. At quísnam à mille & amplius seculis, istud verè Apostolicum est sequutus: vel hodie in illa pseudoecclesia Romana & verè Cacolyca sequitur? in qua, exordio ab ipso illius capite ad infimum illius hierarchiæ gradum facto, singuli reperiuntur Diaconi, nec vlli legitima, qualis hîc describitur, vocatione facti, nec cuipiam ὑπεύθυνοι. ¶ *In hac vbertate*, ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ. Id est, in copiosa ista Ecclesiarum munificentia, quæ nostræ fidei commissa est. Vulg. *Plenitudine*, impropriè.

21 *Vt qui procuremus honesta*, προνοούμενοι καλά. Non dubium est quin hoc ponatur αἰτιολογικῶς. Ideo Vetus interpres conuertit, *Prouidemus enim*, id est, προνοοῦμεν γὰρ, quam lectionem in duobus codicibus inueni.

22 *Propensum*, σπουδαῖον. id est, sedulum ac diligentem, Vulgato Gallico sermone, *fort bien affectionné*. Vulg. *sollicitum*, impropriè & ambiguè. ¶ *In vobis*, τῇ εἰς ὑμᾶς. Nonnulli malunt vertere *Quam habent de vobis* sed præstat ad Paulum ipsum referre, quem quum is de quo mittendo hîc agitur, videret de Corinthiis sibi tanta polliceri, verisimile est hoc Pauli iudicio ad hanc profectionem factum multo alacriorem.

23 *Siue de Tito [quæritur,]* εἴτε ὑπὲρ Τίτου. Hoc video referri ab interpretibus ad nomen πεποιθήσει præcedens, repugnantibus Græcis scholiis, & certo (vt opinor) errore. Primùm enim manifestis solœcismis scateret oratio. quod vt vitaret Stapulensis, hæc putauit non de Tito, sed de illo tertio Titi collega dici: sed prorsus incommodè. Deinde videretur à seipso dissentire Apostolus, si fiduciam suã in horum legatorum dignitate & auctoritate collocaret, ac non potius in illa tam prompta & alacri Corinthiorum voluntate quam antè prædicauit, & mox rursum significat. Eras. igitur non rectè conuertit *Siue Titi nomine*: neque Vetus interpres rectè, *Siue pro Tito*. Syrus & Arabs sicut mox legitur, εἴτε ἀδελφοὶ, ita etiam legerunt εἴτε οὖν Τίτος, quod non improbo, sed ita vt εἴτε accipiam pro copula, vt ab Apostolo passim vsurpatur, & sic vertatur hic locus, *Et Titus itaq; socius meus est*, &c. *& fratres nostri sunt legati*, &c. Ergo noua hîc instituitur periodus, qua tres isti ab Ecclesiis missi Corinthiis commendantur: quorum vult summam haberi rationem. Itaque ὑπὲρ ponitur pro περὶ, vt in proximo versiculo, & alibi sæpe: & supplendum est aliquid accommodatum sententiæ, puta δεῖ λέγειν, *oportet dicere*, vt supplent Græca scholia, vel potius ἐξετάζεται, id est, *quæritur & inquisitio habetur*. Nam hoc melius conuenit sequenti membro. ¶ *Siue de fratribus nostris*, εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν Sub. ἐξετάζονται. Græcè enim is dicitur ἐξετάζεσθαι, περὶ οὗ ἐξετάζομεν, vel ὃν ἐξετάζομεν. Intelligit autem fratrum nomine duos Titi collegas quorum vtrumque vocarat ἀδελφὸν, generali nomine. Vulgata, *Siue fratres nostri*: ita obscurè vt nemo intelligat. Erasmus, *Siue [aliorũ] fratres nostri sunt* quod Græcis nõ respõdet. Syrum tamen & Arabem apparet legisse καὶ ἄλλοι ἀδελφοὶ ἡμῶν, quod ego maximè probo, & ego verterim, *Et alij sunt fratres nostri, legati Ecclesiarum*, &c. ¶ *Legati [sunt] Ecclesiarum*, ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν. Sub. εἰσὶν, vt infrà, 10.1. i. missi ab Ecclesiis. Ideo legatos diximus, non Apostolos, quòd videatur hanc vnam legationem Paulus hoc nomine significare. quanquam etiamsi Apostolos, id est, ministros Verbi interpretemur, vt Rom. 16.7. non ineptè hoc fecerimus, propter encomia quæ illis antè tribuit v. 18. & 22. deinde quia dicuntur Christi gloria. ¶ *[Et] gloria Christi*, δόξα Χριστοῦ. Similem copulæ ellipsin in bimembri oratione habemus Ioann. 2.16 & 1. Tim. cap. 4. vers. 3. & suprà 7.14.15. Gloriam autem Christi eos vocat, breui compendio omnia penè illis tribuens, quum eos tales esse testatur vt Christi gloria per ipsos illustretur. Ambrosius & alij nõnulli legunt *Gloria*, i. (vt ego quidem existimo) δόξαι in recto plurali, quia de pluribus agitur, & præcessit ἀδελφοὶ & ἀπόστολοι.

24 *In eos*, εἰς αὐτούς. Posset etiam accipi εἰς αὐτοὺς pro להם [*lahem*] id est, *coram eis*: sed hanc interpretationem non facilè admiserim. primùm quia non est ad eiusmodi Hebraismos veniẽdum nisi res ipsa vrgeat: deinde quia videtur repugnare proximi capitis initium, vt suo loco exponam. Puto igitur Paulum ipsos legatos commendare. quia quo maior est futura ipsorum auctoritas, eo vberior erat futura Corinthiorum collatio. Hic enim est Apostoli scopus, qui horum ingenium pulchrè norat: ac sanè operæpretium fecerit qui omnia Christianæ charitatis artificia in hac Pauli commendatione considerarit. Sed & εἰς αὐτοὺς conuertere possumus *Apud eos*, vt cohæreat cum καυχήσεως, nisi repugnaret distinctio in omnibus codicibus addita post ὑπὲρ ὑμῶν. ¶ *In conspectu Ecclesiarum*, εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν. Id est, testes huius vestræ pietatis habituri omnes Ecclesias in quarum veluti conspectu versamini, quum legatos cernitis earum suffragiis delectos. Erasmus, *Etiam in conspectu Ecclesiarum*. Nos verò expunximus coniunctionem καὶ, ex Veteris interpretis, ex Græcorum scholiorum, ex omnium denique nostrorum manuscriptorum codicum, & tum Syri tum Arabis interpretum summo cõsensu. Adfert Erasmus aliam interpretationem ex Theophylacto, nempe, *Et in personam Ecclesiarum*, quod nimirum legati eas Ecclesias repræsentarent à quibus missi fuerant. Sed hoc mihi quidem argutum potius quàm solidum videtur.

Κεφάλαιον θ.

1 Περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους περισσόν μοι ἐστὶ τὸ γράφειν ὑμῖν.

2 Οἶδα γὰρ τὴν προθυμίαν ὑμῶν, ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν, ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι· καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας.

3 Ἔπεμψα δὲ τοὺς ἀδελφούς, ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κενωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ· ἵνα (καθὼς ἔλεγον) παρεσκευασμένοι ἦτε·

4 Μήπως ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες, καὶ εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους, καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς (ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμεῖς) ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως.

5 Ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμην παρακαλέσαι τοὺς ἀδελφούς, ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς, καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν, ταύτην ἑτοίμην εἶναι οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὥσπερ πλεονεξίαν.

CAP. IX.

1 NAm de ministerio quod sanctis exhibetis superuacaneum est mihi scribere vobis.

2 Noui enim promptũ animum vestrum, quem de vobis iacto apud Macedones, Achaiam videlicet paratam esse ab anno superiore: & ex vobis *ortus* ardor prouocauit complures.

3 Misi autem hos fratres, ne gloriatio nostra de vobis inanis fiat hac in parte: vt (sicut dicebam) parati sitis.

4 Ne quo modo, si mecum venerint Macedones, & inuenerint vos imparatos, nos pudefiamus (vt ne vos dicã) in hoc fundamento gloriationis *in præsidente ista gloriatione*.

5 Itaque necessarium duxi adhortari hos fratres, vt priores venirent ad vos, & prius absoluerent antea denũtiatam beneficentiam vestram, vt ea sit parata ita vt beneficentia, & nõ vt extortum aliquid.

CAP. IX.

1 *Nam de ministerio quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis.*

2 *Scio enim promptum animum vestrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones: quoniam & Achaia parata est ab anno præterito: & vestra æmulatio prouocauit plurimos.*

3 *Misi autem fratres, vt ne, quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodũ dixi) parati sitis:*

4 *Ne quum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos (vt non dicamus vos) in hac substantia.*

5 *Necessarium ergo existimaui rogare fratres vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, quasi benedictionem, non tanquam auaritiam.*

1 Prudenter occurrit suspicioni quã concipere poterãt poterant Corinthij, quasi Apostolus adeò anxiè illos vrgens, de eorum voluntate dubitaret. Testatur ergo se non ideo id facere vt eos doceat subueniẽdũ esse sanctis quum sese pro iis etiam sponsorẽ apud Macedonas interposuerit, sed tantùm vt spõte currentes incitet, quò sint omnia tum paratiora tum etiã copiosiora.

IN CAPVT IX.

1 *Nam*, ἐπεὶ γάρ. Διακονίαν vt suprà dixi 8. 4. neque vocat eleemosynas ipsas, neque ipsarum collectionem, de quibus multa iam dixit, & mox rursus dicet Apostolus: sed earum Hierosolymam deferendarum curam: cuius ministerij demandandi ius integrum penes Ecclesiam esse vult Apostolus, vt etiam significauerat illis priore epistola 16. 3. & quidem meritò, vt sibi & comitibus suis aduersus calumnias caueat, vt declarauit suprà 8. 2. & 19. 20. Sensus est igitur, quod ad illorum delectum quibus suarum eleemosynarum onus imponerent, necessarium non esse ad illos scribere, quos satis sciret vsuros ea in re tum optima fide, tum summa diligentia, neque eos quos ad ipsos mitteret tantopere ipsis commendari, vel idcirco illuc mitti, quasi hanc procurationem ambirent. ¶ *Superuacaneum*, περισσόν. Vulgata, *Ex abundanti*, id est, ἐκ περιουσίας, vt loquitur Demosthenes, & conuertit Salustius. Vide Matth. cap. 5. vers. 37.

2 *Promptum animum vestrum*, τὴν προθυμίαν ὑμῶν. Sic rectè & eleganter Vetus interpres, quem Erasmus in annotationibus reprehendens, substituit, *Animi vestri promptitudinem*.

¶ *Achaiam*, Ἀχαΐα. Id est, Græciam. Vide Act. cap. 18. vers. 12. Vulgata addit καὶ, *etiam*. Nam Macedones quidem ipsi iam erant parati.

¶ *Ex vobis [ortus] ardor*, ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος. Vide Iohannem cap. 1. vers. 17. Vulgata, *Vestra æmulatio*, ὁ ὑμῶν ζῆλος: quod scriptum inueni in vno codice. Erasmus, *Vestrum exemplum*, τὸ ὑμέτερον παράδειγμα.

3 *Hos fratres*, τοὺς ἀδελφούς. Erasmus rectè expressit articuli ἔμφασιν.

4 *In hoc fundamento gloriationis*, ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως. Id est, in eo quo nititur hæc mea de vobis gloriatio, nempe illa insigni in conferendis eleemosynis alacritate & animi promptitudine, quam vt mirificam Apostolus apud alias Ecclesias prædicarat, & quam, nisi Corinthij reipsa comprobarent, futurum erat vt ipsi quidem mẽdaces deprehenderentur, ipse verò Apostolus nimium fuisse credulus argueretur. Vulgata, *In hac substantia*, prætermisso quoque gloriationis nomine, vt vix vllus hinc possit sensus elici. Erasmus, *in hoc argumento gloriationis*, non multo melius. Doctissimus autem interpres ὑπόστασιν maluit fiduciam interpretari, quod interdum hac voce significetur animi præsentia in periculis minimè deiecti, sed subsistentis. Hoc olim sequutus verti hunc locum & alterum infrà 11. 17. *In præsidente ista gloriatione*, sed nunc attentius hunc locum consideranti, etsi istud non displicet quod ad sententiam attinet, tamen longius petitum videtur. Syrus autem interpres legit ἐν ταύτῃ καυχήσει ᾗ κεκαυχήμεθα. In ista gloriatione qua gloriati sumus: In altero autem loco, nempe infrà 11. 17. ὑπόστασιν alteram illam notationem sequutus, בטח [betach] id est fiduciam interpretatur.

5 *Priores venirent*, προέλθωσιν. Vel *præirent*, mihi videlicet. Nam τὸ ἔρχεσθαι accipitur etiam pro ἰέναι, vt alibi diximus. ¶ *Et prius absoluerent*, καὶ προκαταρτίσωσι. Κατηρτισμένον dicitur quod omnibus suis partibus constat, vt alibi exposuimus. Vult enim Paulus omnia prorsus esse confecta intra aduentum suum, quod suprà significauit verbo ἐπιτελεῖν, 8. 6. Vulgata & Erasmus, *Et præparent*, non satis expressè.

¶ *Antea denuntiatam*, προκατηγγελμένην. Superioris videlicet epistolæ cap. 16. ab Apostolo, cui obsequutos reipsa fuisse Corinthios, Tito id negotium procurante, testatus est capite superiore, & hoc ipso capite vers. 2. Vulgata, *Repromissam*, suo more. Erasmus, *Iam antè promissam*. vterque perperam. scriptum enim oportuisset προεπηγγελμένην. ¶ *Beneficentiam*, τὴν εὐλογίαν. Id est, Gratuitò ac liberaliter collata munera. Vulgata ad verbum, *Benedictionem*, quam vocant Hebræi ברכה [beracha.] Accipitur verò pro gratiarum actione, item pro laude, tum pro fausta precatione, tùm etiam pro eo quod benignè ac vltrò datur, vt hoc in loco, & quoties præsertim de Dei beneficiis agitur. Sed de his alibi dictum est à nobis. Erasm. *Bonam collectionem* vertit, non rectè profectò hanc vocem deriuans ab λέγω, id est *colligo*, quòd eiusmodi collationes Apostolus vocarit λογίας, 1. Cor. cap. 16. vers. 1. & 2. ¶ *Vt extortum aliquid*, ὡς πλεονεξίαν. Sic propriè vocatur auiditas illa inexhausta facultates suas augendi, nedũ vt de tuo cuipiam alteri largiaris. Sed hoc loco per metalepsin Apostolus, ita vocauit quod sordidè fit & tanquam ab auaro extortum est. vt etiam Arabs interpres explicat. Vulgata nimium obscurè, *Tanquam auaritiam*. Erasmus, *Tanquam fraudatio*, vel *spoliatio*. quod mihi non placet. Castellio cõuertit *Profusio*, cuius nondum sanè conijcere potui quod fuerit iudicium. Certè hoc perinde est acsi τὸ καλὸν *bonum*, & τὸ κακὸν *malum* interpretaretur. sed fortassis huc respexit quòd πλεονεκτεῖν significat etiam excellere & primas tenere: vt

πλεονεξίαν putarit certamen quoddam in largiendo significare, quum alius alio liberalior videri vult. Quasi verò idem sit πλεονεξία atque πλεονέκτημα, aut existimaret Paulus admonendos Corinthios ne supra vires essent liberales, ac non potius istud ad eos pertineat, quos mox dicit, φειδομένως σπείρειν, id est, *parcè serere*.

6 Τοῦτο δέ, ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει.

7 Ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης. ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός.

8 Δυνατὸς δὲ ὁ Θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς· ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν.

9 Καθὼς γέγραπται, Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

10 Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν, χορηγήσαι καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν,

11 Ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα, ἥτις κατεργάζεται δι' ἡμῶν εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ.

12 Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύου-

6 2 Hoc autem *dico*, Qui serit parcè, parcè etiam metet: & qui serit benignè, benignè etiam metet.

7 Quisque sicut præoptat corde, *ita agat*: ‖ nõ ex tristitia aut ex necessitate. ‖ nam hilarem datorem diligit Deus.

8 Potens *est* autem Deus efficere vt omnis gratia in vos exundet: vt in omnibus omni tempore omne quod sufficiat habentes, exundetis ad omne opus bonum:

9 Sicut scriptum est, ‖ Dispersit, dedit pauperibus: Iustitia eius manet in seculum.

10 Qui autem suppeditat semen serenti, & panem ad escam suppeditet, & multiplicet sementem vestram, & augeat fructus iustitiæ vestræ,

11 *Vobis* omni modo ditatis ad omnem benignitatẽ, quę per nos efficit vt gratiæ agantur Deo.

12 3 Nam ministerũ functionis istius non solùm supplet quæ sanctis desunt, sed etiam

6 *Hoc autem dico, Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.*

7 *Vnusquisque prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. hilarem enim datorem diligit Deus.*

8 *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnib. semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.*

9 *(Sicut scriptum est, Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in æternum.*

10 *Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugũ iustitiæ vestræ)*

11 *Vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionẽ Deo.*

12 *Quoniam ministerium huius officij non solùm supplet ea quæ desunt sanctis,*

2 Eleemosyna nec tenaciter nec malignè præstari debet. Voluntaria autem & liberalis comparatur sationi, quam vberrima messis amplissimæ benedictione consequitur. Rom. 12. 8. Ecc. 35. 11.

Psal. 119. 6.

3 Alius duplex fructus beneficentiæ in sanctos vel præstatissimus hic est, quòd occasionem præbeat Dei laudi, & ita etiam parefit nostra fides.

6 *Hoc autem [dico.]* τοῦτο δέ. Necessariò supplendum est verbum, quanuis hæc ellipsis Græco sermoni sit inusitata, quam refugiens Arabs interpres perinde hoc vertit, acsi scriptum esset ὁ γὰρ σπείρων, *qui enim serit*, &c.

¶ *Benignè*, ἐπ' εὐλογίαις. Id est, μετ' ἀφθονίας, vt ex antithesi rectè explicat scholiastes Græcus. Vulgata. *In benedictionibus*, quod nemo intelligat. Erasmus, *Libenter ac benignè largiendo*, nimium longo circuitu. Est autem triplex in hac formula Hebraismus: primùm quòd ἐπὶ posita est cum nomine, aduerbij loco, vt In iustitia pro Iustè. Deinde quòd εὐλογίαν vocauit quæ à Græcis ἀφθονία potius dicitur, ab Hebræis autem נרבה [nedabah.] Postremò, quòd pluralis numerus sit vsurpatus emphaseos causa.

7 *Præoptat*, προαιρεῖται. id est, vltrò seligit ac constituit apud se. Liuius autem sic Græcum hoc vocabulum expressit libro Punici belli 8. Vulgatã, *Destinauit*, ὥρισεν. Erasmus, *Secundum propositum*, κατὰ πρόθεσιν. Excluduntur autem duo ab Apostolo quum sic loquitur, nempe λύπη & ἀνάγκη, tristitia & necessitas, quũ videlicet quispiam largitur quidem, sed maligno & illiberali animo, vel etiam inuitus, quia non vult apud alios malè audire, alioqui nihil collaturus.

8 *Efficere vt redundet*, περισσεῦσαι. Notandum est hoc loco περισσεύειν, vsurpatũ forma coniugationis Hiphil, quum alioqui neutrum sit absolutum.

¶ *Omnis gratia*, πᾶσαν χάριν. Gratiam hîc vocat Dei in homines munificentiam. Additur autem τὸ πᾶσαν, vt summa quædam munificentia significetur. Quid enim amplius requirat qui apud se habet quod sibi sufficiat, & cui etiam nunquam desit quod alijs largiatur: Sed mirum non est homines istam abundantiam non metere, qui tam parcè tamque tenaciter serant. Notanda etiam est illa ingeminatio particulæ vniuersalis, quę non modò est venustissima, sed etiam maximum pondus addit sententiæ.

¶ *Omne quod sufficiat habentes*, πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες. Sufficientiæ vocabulum, quo vsi sunt Vetus interpres & Erasmus, nusquam legi. Deinde αὐτάρκειαν refero non tantùm ad animum sua sorte contentum, sed etiam ad id ipsum quod possidetur. Postremò considerandum est pronomen αὐτὸ in compositione, quod videlicet designat fore vt idipsum quod satis erit, ita vnusquisque penes se habeat, vt ab aliis nihil cogatur emendicare, sed aliis potius de suo largiatur. Alioquin αὐτάρκης propriè dici potest vnus Deus, vt qui nullo prorsus egeat, sed totus in seipso acquiescat.

¶ *Ad omne opus bonum*, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. vt alios omnibus modis iuuare possitis benefaciendo. Quidam malunt interpretari, *In omni opere bono*, vt εἰς pro ἐν accipiatur.

9 *Iustitia* ἡ δικαιοσύνη. Nempe in exercenda liberalitate. Vide Matt. 6. 1. ¶ *Manet in seculum*, μένει εἰς αἰῶνα. Id est, perennis ac perpetua est. Loquitur autẽ Dauid de viro Deum timente ac proximi amante: cui dicit nunquam defuturum quod alijs etiam largiatur. itaque לעולם [leholam] debet ad vitam hominis restringi, sicut Exodi 21. 6. vt idem videlicet declaret atque בכל־ימין [bechol jamau] id est *omnibus diebus suis*. sicut etiam Herodoto τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, est *Vitam finire*. Alij ad æternam vitam hoc referunt, quòd Deo sit in æternum grata futura eiusmodi hominis beneficentia.

10 *Et panem ad escam*, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν. Malè interpunctus est hic locus plerisque, quasi hoc annectendum sit cum verbo χορηγήσαι, quum cohæreat cum participio ἐπιχορηγῶν, vt ex Syro quoque & Arabe interpretibus liquet.

¶ *Fructus iustitiæ vestræ*, τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. Vulg. *Incrementa frugum iustitiæ vestræ*. Alludit autem Apostolus ad diuitum possessiones, quasi pijs hominibus beneficentia sit pro omnibus latifundiis. Huc enim spectat γεννήματος nomen, de quo diximus Mat. 26. 29.

11 *[Vobis] omni modo ditatis*, πλουτιζόμενοι. Putaui aliquando cum Valla, istud pendere à vers. 8. & interiectos duos versiculos esse parenthesi includendos. Sed proculdubio Hebraicum est hoc dicendi genus, cuiusmodi etiam aliud infrà occurrit vers. 13 quod vt emolliret Vetus Latinus interpres, perinde vertit hunc locum acsi sensus esset ἵνα πλουτισθῆτε.

¶ *Quæ*, ἥτις. Ambrosius legit εἴ τις, *si qua*: sed corrupte.

12 *Ministerium functionis istius*, ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης. Id est ministerium istud quo illi & ego fungimur in curando vestrarum oblationum sacrificio, non eo tantum spectat vt ita subueniatur sanctorum inopiæ, sed præterea & quidem in primis vt, quod apparebit ex eo quòd hoc nostrum ministerium a vobis effecerit, luculentam ad gratias Deo agendas occasionem nobis præbebit.

σα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ, διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης.

13 Δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας εἰς αὐτοὺς καὶ εἰς πάντας.

14 Καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπιποθούντων ὑμᾶς διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ὑμῖν.

15 Χάρις δὲ τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ.

Κεφάλαιον ι.

1 Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ, ὃς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς.

2 Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ

exundat multis gratiarum actionibus apud Deum, per illius ministerij experimentum.

13 Deum glorificando de vestra testata summissione in Euangelium Christi, déque benigna in se & in omnes communicatione.

14 Et per ipsorũ deprecationem pro vobis, maximo vos amore complectentium, propter gratiam Dei in vobis supereminentem.

15 Gratia autem *habetor* Deo super inenarrabili suo dono.

CAP. X.

1 CÆterũ rogo vos per lenitatem illam & æquitatem Christi, ego ipse Paulus qui corã quidem summissus sum inter vos, absens vero, sum erga vos confidens.

2 *Hoc* autẽ rogo, ne præsens

sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino.

13 *(Per probationem ministerij huius glorificãtes Deum in obedientia confessionis vestræ in Euangelium Christi, & simplicitate communicationis in illos, & in omnes)*

14 *Et in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.*

15 *Gratias Deo super inenarrabili dono eius.*

CAP. X.

1 *IPse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiã Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confidens in vobis.*

2 *Rogo autem ne præsens*

1 Redit ad illã Apostolatus sui deffensionem, sed ita vt tamen authoritate sua re ipsa vtatur. Secũdò enim & grauiter monet, additis etiã planè terribilib. minis, vt se dociles præbeant. Refellit autem superbos quosdam, qui quoniam in Paulo nihil hominum more splendidum viderant, & eum lenissimum experti fuerant, qui tamen absens seuerissimè ad eos scripsisset, de eo non aliter quàm de Thrasone quopiam iudicabant, qui sol[illegible] aduersus absentes ferociret. Primùm igitur sese clementem & moderatum fuisse profitetur, sed Christi exemplo, cuius lenitatem si pergãt aspernari, testatur se re ipsa declaraturum quantopere illi hallucinentur qui de Apostolico munere vt de humanis functionibus iudicant, nimirum ex apparentia, quam externam vocat.

¶ *Exundat multis gratiarum actionibus apud Deum,* περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ Vulgata, *Abundat per multas gratiarum actiones in Domino:* vt videatur legisse ἐν Κυρίῳ. Erasmus, *Exuberat in hoc quod per multos agantur gratiæ Deo,* rectè expressa sententia. Idem annotat aliam lectionem, nẽpe si εὐχαριστεῖν legamus pro εὐχαριστιῶν, sicut impressit Frobenius: vt conuertamus, *Facit vt copiosè agantur per multos gratiæ Deo.* Nam περισσεύειν accipiendum erit quasi in coniugatione Hiphil, vt suprà ver.8. Sed hoc planè durum est, & nos in omnibus nostris exemplaribus & Græcis etiam scholiis legimus εὐχαριστιῶν. Idem autem declarat διὰ hoc in loco atque εἰς, vt vbique solet construi verbum περισσεύειν cuius enallages aliud exemplum annotauimus Rom. 6.4. ¶ *Per experimentum,* διὰ τῆς δοκιμῆς. id est, τῇ δοκιμῇ. quòd Gall. dixeris, *par l'espreuue de ceste administration.* Cohæret autem istud nõ cum participio δοξάζοντες, sed cum præcedentibus, quod non animaduersum magnopere perturbauit huius loci constructionem. Hoc autem ita esse construendum vel illud ostendit quod participium δοξάζοντες non potuit sine copula construi cum διὰ & ἐπὶ.

13 *Deum glorificando,* δοξάζοντες. Omnino dicendum erat δοξαζόντων τὸν Θεὸν, vel potius δοξαζόντων αὐτῶν. Sed similes Hebraismos annotauimus alibi, imò etiam paulo antè, nempe vers.1. [illegible]uin etiam sic interdum loqui solere Atticos annotauit Corinthus, prolato Thucydidis exemplo ex libro historiarum tertio. ¶ *De vestra testata subiectione,* ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν. Vulgata & Erasmus, *Super obedientia consensus vestri in Euangelium Christi.* sanè nimium obscurè, seruato Hebraismo quem alibi sæpe annotauimus, quisque hoc eodem versiculo iterum occurrit. Omnino enim ὑποταγὴ ὁμολογίας est ὁμολογουμένη ὑποταγή, id est, summissio istis charitatis officiis palam declarata. Est enim charitas Fidei index, & ὁμολογία in his libris publicam professionem declarat. Itaque Syrus interpres hunc locum paraphrasi explicans, mihi quidem à verbis & à Pauli scopo videtur aberrasse. Sed & ὑποταγὴν videntur non satis propriè conuertisse *obedientiam* quum amplius aliquid declaret.

¶ *Déque benigna communicatione,* καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας. id est immolesta liberalitate. Alter Hebraismus similis superiori. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Et in simplicitate communicationis.* Diximus autem quid sit ἁπλότης, suprà 8.2.

14 *Et per ipsorum preces,* καὶ αὐτῶν δεήσει, id est διὰ τῆς δεήσεως. Copulandum enim hoc est cum extremo vers. 12. nisi malis vertere Suísque pro vobis precibus, maximo vos amore complectentes, &c. ita vt cohæreat illud cum participio δοξάζοντες. Sed illud quidem malo. Hic est autem alter fructus coram Deo ex hac Corinthiorum beneficentia ad ipsos peruenturus, quòd nimirum præter gratiarum actionem, cuius ante meminit, Deo etiam commendandi erant, eorum precibus quos tam liberaliter iuuerant.

¶ *Summa vos expetentium,* ἐπιποθούντων ὑμᾶς. Vulgata, *Desiderantium vos.* Et fateor hanc esse vsitatam significationem huius verbi. Sed sicut πόθος Græcis interdum specialiter Amorem significat, ita ἐπιποθεῖν hoc loco respondet Hebræo verbo חשק [*haschak*.] pro eo quod Græci dicunt ὑπεραγαπᾶν. Adauget enim præpositio ἐπὶ significationem verbi simplicis: vt testatur etiam Syra & Arabica interpretatio. & notum hoc est, esse in vera amicitia perpetuum, vt amicus semper ardeat amici videndi & adiuuandi desiderio.

15 *Gratia autem,* χάρις δὲ. Hoc demum epiphonemate claudit Paulus hanc exhortationem, ne gloriosa ista prædicatione efferrentur Corinthij.

IN CAPVT X.

1 *Et æquitatem,* καὶ ἐπιεικείας. Id est, pronitatem ad clementiam potius ac misericordiam, quàm ad summum illud ius suum persequendum propensiam. Opponit enim Aristot. τὸ ἐπιεικὲς τῷ ἀκριβοδικαίῳ, Hermogenes autem τῷ βιαίῳ. Vulgata, *Modestiam,* ταπεινοφροσύνην, prorsus impropriè.

¶ *Coram,* κατὰ πρόσωπον. Heb. לפנים [*lephanim.*] Itaque miror Erasmum in annotationibus interpretari *In specie:* quum vel ipsa antithesis liquidò ostendat idem hoc valere atque παρών, *præsens,* vt ipse Apostolus explicat infrà, vers.11. quod propriè dixerimus Gallicè *en personne.* Neque dubium est quin hæc dicantur per Mimesin, vt liquet ex vers.10. Vulgata, *In facie.* Erasmus, *Iuxta faciem.*

2 [*Hoc*] *autem rogo,* δέομαι δέ. Rectè hoc exponit Ambrosius per Epanalepsin. Nam quia Paulus interiecerat nonnulla post παρακαλῶ in super. vers. nunc explicaturus quid illud sit quod rogat, verbum synonymum repetit. Itaque absurda est altera Eras. expositio, quasi superior versiculus ad superiora pertineat, vt sit sensus, Rogo vt meo quoque nomine libenter hanc pecuniam conferatis. Nam (obsecro) quis non videt nouum esse proœmium, quòd adhibuerit Paulus vt sequuturæ reprehensionis acerbitatem leniret? Quamobrem etiam non dixit ἐπιτάσσω, *impero,* sed δέομαι, *rogo:* neque etiam ἐτόλμησα, *audax fui,* sed λογίζομαι τολμῆσαι, *existimor audax fuisse.* Denique non iaculatur fulmen, sed obtestatur per Christum ne cogatur iaculari quod habebat in manibus sibi à Christo traditum.

¶ Confi-

πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας.

3 Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα.

4 Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικά, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων.

5 Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.

6 Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν, ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή.

7 Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε; εἴ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς Χριστοῦ.

8 Ἐάν τε γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυχήσωμαι περὶ τῆς ἐξουσίας ἡμῶν, ἧς ἔδωκεν ὁ Κύριος ἡμῖν εἰς οἰκοδομήν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν, οὐκ αἰσχυνθήσομαι.

9 Ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ τῶν ἐπιστολῶν.

confidenter agam fiducia qua existimor audax fuisse in quosdam qui de nobis existimant quasi secundum carnem ambulemus.

3 2 Nam in carne non *tamen* secundum carnem ambulãtes militamus:

4 Arma enim militiæ nostræ non carnalia sunt, sed diuinitus valida ad destructionẽ munitionum.

5 Ratiocinationes euertẽdo, omnémque sublimitatem quæ sese extollit aduersus cognitionẽ Dei: & 3 in captiuitatem redigendo omnẽ cogitationem ad obediendum Christo:

6 Et paratum habendo quo vlciscamur omnem inobedientiam postquam impleta fuerit vestra obedientia.

7 4 Quæ ob oculos sunt aspicitis? siquis apud se confidit se Christi esse, hoc vicissim reputet ex sese, quemadmodũ ipse Christi *est*, ita & nos Christi *esse*.

8 Nam si amplius etiam quippiam glorier de iure nostro, quod dedit Dominus nobis ad ædificationẽ, ac non ad destructionem vestri, non pudefiam.

9 Ne videar ceu perterrefacere vos per epistolas.

audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus.

3 *In carne enim ambulantes, non secundũ carnem militamus:*

4 *(Nam arma militiæ nostra non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum)*

5 *Consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentẽ se aduersus scientiam Dei: & in captiuitatem redigẽtes omnem intellectum in obsequium Christi.*

6 *Et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, quum impleta fuerit vestra obedientia.*

7 *Quæ secundum faciem sunt videte. siquis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos.*

8 *Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam.*

9 *Vt autem nõ existimer tanquam terrere vos per epistolas.*

2 Secundò, testatur se quantumuis alioqui cæterorum hominum similẽ, tamen iis viribus instructum prodire, quib. nullæ hominũ munitiones siue fraude & astu, siue robore & potentia restiterint, pares esse possint, quoniam diuinis armis certet.

3 Amplificatio spiritualis istius virtutis, quæ hostes quantũuis callidos & potentes sic domet, vt alios quidẽ resipiscentia ad Christum adducat, alios præfractè rebelles ab iis qui regi se patiuntur separatos, pro meritis vlciscatur.

4 Inculcat eadẽ sed maximo cũ sententiarũ & verborum põdere.

¶ *Confidenter agam,* θαρρῆσαι Id est, vt ita vos geratis ne dicar præsens egisse ea confidentia, quam nõnulli audaciam appellant aduersus quosdam, &c. θαρρεῖν enim hoc loco, vt scitè explicat Arabica interpretatio, actionem ipsam declarat, siue quod confidens quispiam reipsa exequatur. ¶ *Existimor audax fuisse,* λογίζομαι τολμῆσαι. Plerique malunt τὸ λογίζομαι accipere neutra significatione pro *Cogito.* vt accipitur quoque à Syro interprete. Sed sententia mihi videtur omnino postulare vt passiuè accipiatur, vt etiam vetus Latinus interpres intellexit, adiecta distinctione post τολμῆσαι, & seruata aoristi significatione, ita vt ἐπί τινας referatur ad θαρρῆσαι, non ad τολμῆσαι. ¶ *Secundum carnem,* κατὰ σάρκα. i. Non alio præsidio fretis quàm quod præ nobis ferimus, qui videlicet homines sumus viles, si nihil aliud quàm hominem spectes. Itaque nomen σαρκὸς hoc in loco declarat naturæ hominum, atque adeo ipsius Pauli & collegarum eius imbecillitatem, cui opponitur spiritualis & Apostolica auctoritas. Nec satis rectè (vt opinor) Chrysostomus κατὰ σάρκα perinde exposuit, acsi accusaretur Apostolus eo nomine quòd Spiritu Dei non duceretur, sed prauis carnis affectibus.

3 *In carne ambulantes,* ἐν σαρκὶ περιπατοῦντες i. quanuis cæterorum hominum similes simus, & carneam hanc molem, vt reliqui, circumferamus. Opponit autem Secundum carnem & In carne ambulare. ¶ *Militamus,* στρατευόμεθα, Vide 1.Tim.1.18.

4 *Carnalia,* σαρκικά. i. ea quibus homines auctoritatem sibi apud alios parant, & res illas magnas gerunt. ¶ *Diuinitus valida,* δυνατὰ τῷ Θεῷ. i. infinita illa Dei potentia nitũtur. Nam τῷ Θεῷ casus est instrumenti, & Deum carni opponit. Vulg. & Eras. *Potentia Deo,* nimium obscurè. Qui verò hunc locum obiiciunt fidelibus Dei seruis, vt magistratus gladio Ecclesiam exarment, digni quidem essent commiseratione potius quàm responsione, si duntaxat ignorantia peccarent: sed quum causam suam agant per summam improbitatem, nec aliud iampridem quærant quàm vt crudelissimæ suæ clementiæ obtentu impunè possint nocentissimo suo veneno Ecclesiam perdere, digni sunt quorum iusto supplicio magistratus Christiani auctoritatem suam sanciant: nisi fortè dederit illis Dominus vt seriò resipiscant. Quomodo verò ad eorum ineptissima argumenta sit respondendum, pluribus non exponã hoc in loco, quum hic non sit noster scopus, & de toto hoc negotio libellum iam olim scripserimus, in quo de ciuilis magistratus in hæreticos iure ac potestate copiosius disseruimus. ¶ *Ad destructionem,* πρὸς καθαίρεσιν. stare igitur ista simul nõ possunt. Itaque nihil est illis stultius, qui conciliare se posse somniant controuersias religionis admixta vel leuissima fermẽti humani portione: & Ecclesiæ administrationi admiscent mundanæ sapientiæ siue prudentiæ mixturam.

¶ *Munimentorum* ὀχυρωμάτων. Sic appellat quæcunque Satan & mundus seu vi aperta seu astu seu sapientiæ obtentu opponunt, vt Euangelij progressum impediant.

5 *Ratiocinationes euertendo,* λογισμοὺς καθαιροῦντες. De istiusmodi participiis diximus sup. 9.14. & alibi aliquoties. Vulg. *Consilia destruentes.* Eras. *Quibus consilia demolimur:* ita vt ad ὅπλα referatur, subaudito relatiuo אשר [*ascher*] Hebræorum more, & participio posito loco verbi. Sed λογισμοὶ certè non sic rectè exponitur.

6 *Quo sic vlciscamur,* ἐκδικῆσαι. Vulg. *vlcisci,* quod sit via facti, vt loquuntur, quum τὸ ἐκδικεῖν sit via iuris, quorũ istud est à Deo concessum, illud autem priuatis interdictum.

7 *Quæ ob oculos sunt aspicitis?* τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε; Id est, Itáne verò in æstimandis hominibus externam illam speciem ac laruam intuemini? Opponit enim πρόσωπον, i. *apparentiam* (vt ita dicam) veritati, vt Mar.12.14. Ioh.7.24. & 8.15. Nam βλέπετε omnino præstat accipere indicandi quàm imperandi modo, & *aspicitis* potius declarat quàm *videtis.* estque vehementior obiurgatio si per interrogationem enũtietur. Vulg. *Quæ secundũ faciem sunt videte.* Eras. *Quæ in conspectu sunt, videtis?* ¶ *Vicissim,* πάλιν. Vulg. *Iterum.* Eras. *Rursum.* neutra certè interpretatio conuenit. ¶ *Ex sese,* ἀφ' ἑαυτοῦ. i. etiam à me non admonitus. Nã si Christi est, vltro agnoscet me quoque Christi esse. Vulgata, *Apud se.*

9 *Ne videar,* ἵνα μὴ δόξω. Vulg. addit particulam δὲ, quam etiam in Cõplutensi editione & duobus aliis codicib. additã inueni, ita videlicet vt sequẽtes duo versus parẽthesi includantur. Sed δὲ particula mihi videtur expungenda. Est enim præcisa oratio, quasi dicat, Quod ego idcirco dico, ne hæc quæ iacto putetis inania quædam esse verborum terriculamenta.

10 Ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαί, φασί, βαρεῖαι καὶ ἰσχυραί· ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενής, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος.

10 Nam epistolæ quidem (inquiunt) graues sunt & validæ: sed præsentia corporis infirma *est*, & sermo *est* nihili.

10 *Quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis.*

11 Τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἷοί ἐσμεν τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ.

11 Hoc cogitet *qui* istiusmodi *est*, *Certè* quales sum⁹ sermone per epistolas quum absumus, tales etiam erimus reipsa quum aderimus.

11 *Hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto.*

12 Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων· ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν.

12 Nō enim audemus nos adiungere vel cōiungere cū quibusdam qui seipsos commendāt: sed nō animaduertūt quòd ipsi sese metiuntur seipsis, & cum sibiipsis sese comparant.

12 *Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.*

Coactus refellere stultas quorundam ambitiosorum iactationes, testatur nos nihil proferre posse, nisi quod ipsi de se ipsis falsò persuaserint: se verò etiamsi de maximis rebus glorietur, non tamen vltra metas eius mensuræ progressum quàm sit ei admensus Dominus, quum ad eos vsque perueniret euangelizando, immò longius etiam se perrecturū confidat, vbi & ipsi ita profecerint, vt in iis erudiendis non sit necesse ipsum amplius occupari. Additur autem amplificatio ex eo quòd in alienos labores nusquam successerit.

10 *Inquiunt*, φασί. Sic rectè Vulgata & Syrus interpres, meo iudicio: quamuis veteres nostri codices scriptum habeant φησί, *inquit*: nempe quia mox sequitur ὁ τοιοῦτος. ¶ *Et sermo [est] nihili*, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος. Vulgata, *Et sermo contemptibilis*. Erasmus, *Et sermo contemptus*, καταφρονητός. non satis expressè. Articulus autem certum sermonem notat, nempe Pauli.

12 *Audemus*, τολμῶμεν, Erasmus, *Sustinemus*. de qua significatione diximus Rom. 15. 18. Mihi placet quod & Græco scholiastæ, ironicè videlicet istos insolētes homines carpi ab Apostolo. ¶ *Adiungere vel coniungere*, ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι. Sic studui elegantem horum duorum verborum paronomasiam aliquatenus assequi, quod sic Cicero lib. ep. ad fam. 5. hæc duo Latina commiserit ad Pompeium his verbis scribens, *Illud nō dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerint, resp. nos inter nos conciliatura coniuncturaque sit.* Itaque Adiungi vt de similibus quidem sed imparibus: Coniungi verò vt de paribus dictum hoc loco accipere oportet quod verbo κρίνειν significatur, nec à me exprimi potuit. Vulgata, *Inserere aut comparare*, sensu rectè expresso. Sic enim Horatius, *Quòd si me Lyricis vatibus inseris*. Erasmus, *Inserere aut conferre*, quem in superioribus editionibus eram sequutus. Arabs, *annumerare nos ipsos aut æquales facere*. ¶ *Non animaduertunt*, οὐ συνιοῦσιν. Id est, non sentiunt nec percipiunt. Scriptum [enim] est συνιοῦσι à συνίω pro συνιᾶσι à συνίημι, vt Matth. 13. 13. quod tamen in vno manuscr. codice inuenimus. Photius apud Græcum scholiasten pro participio interpretatur, quasi οὐ συνιοῦσιν vocet Apostolus τοὺς ἀκροατάς. id est, *auditores*. Refert enim hæc omnia, vt Vulgata, ad Paulum ipsum: vt sic interpretari liceat ex ipsius sententia, Sed ipsi in nobisipsis (id est in nostra conscientia) nos metimur, & vosipsos nobiscum (id est dicta nostra cum factis, vel priora nostra cum factis cum posterioribus) comparamus: non autem cum auditoribus, quibus videlicet non constituimus, vt isti inseruire. Sed ἡμεῖς δὲ quod sequitur, satis ostendit relatiuum αὐτοὶ ad Pauli aduersarios pertinere. Deinde tota hæc expositio valde est violenta. Erasmus igitur participia μετροῦντες & συγκρίνοντες annotauit posita esse pro infinitis, sicut & ego exposui. Is enim sensus planus est, & hæc constructio verbi συνιέναι apud Græcos non modò tolerabilis sed elegans etiam habetur. Possunt tamen participia sine enallage explicari, ita vt συνιοῦσιν vel interpretemur vt absolutè positum, *Non sapiunt*, vel, *dagegen deficiunt*, vt Syrus & Arabs interpretantur, qui tamen multa hîc expunxerunt. Nam Syrus tantùm legit ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς συγκρίνοντες, οὐ συνιοῦσι. Arabs verò οὐ γὰρ ἑαυτοὺς συνιστανόντων, οὐ συνιοῦσι quæ vtraque scriptura plana est, sed nullius codicis Græci, quē quidem viderim, auctoritate confirmatur. Durius est aliquid post συνιοῦσιν ad explendam sententiam supplere, nempe, *non intelligunt* [*quàm sint ridiculi*,] vt explicat Theophylactus, & Augustinus in Psal 34. & aliis locis: *Non intelligunt neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant*. Quid si verò coniunctim legamus ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσιν, id est sibi non sapiunt? Repugnant Græca exemplaria, in quibus nusquam additur distinctio post συγκρίνοντες ἑαυτοῖς. Deinde nulli sibi magis sapiunt quàm qui istorum similes sunt quos Paulus reprehendit. Vetus interpres hæc non legit, aut potius prætermisit, quum in Græcis codicibus, & tum Syra tum Arabica interpretatione inueniantur: excepto Claromontano, qui cum Vulgata consentiens totum hunc locum vt & Ambrosius sic Latinè vertit, prætermittens in Græcis οὐ συνιοῦσιν, ἡμεῖς δὲ, *Sed ipsi nosipsos intrà mensurantes, & comparantes nosmetipsos*, &c. Ambrosium etiam apparet à corrupto aliquo exempl. fuisse deceptum. Sic enim hunc locum interpretatur, *Sed ipsi in nobis nosmetipsos mensurantes, & comparantes nosmetipsos nobis, non in immensum gloriabimur.* Itaque finem huius versiculi, nempe οὐ συνιοῦσιν, & initium proximi, nempe ἡμεῖς δὲ, non legit, contra omnium nostrorum codicum & Græcorum interpretum fidem.

¶ *Quòd ipsi sese ipsis metiuntur*, αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες. Plerosque video ἐν ἑαυτοῖς exponere μετὰ ξὺ ἀλλήλων, id est, *inter se*, seu mutuò ac vicissim: vt istos intelligamus sese non cum aliis præstantioribus esse metitos, sed cum sui similibus: vnde sit factum vt non intelligerent quàm procul abessent ab eo gradu in quo ipsi sese collocabant: veluti si luscus sese cum cæcis comparet. Sed ego paulo aliter hoc dictum expono. Eleuabant isti ministerium Apostoli. Quid autem adferebant? nempe nihil in eo graue ac robustum esse præter epistolas, quæ grande nescio quid spirarent: cæterùm quum ad rem ventum esset, ac præsens conspiceretur, sermone ac toto vultu nihil esse illo abiectius. Id verò quum dicerent, nempe sibi contrarias omnes virtutes tribuebant. Ergo, inquit Paulus, istorum fastum deridens, non ausim ego homuncio inter istos gigantes comparere, ac multo minus cum illis me conferre. Sed mirum est sapientes istos ita desipere, vt non intelligant quàm absurdè faciant. Nam certè siquis sese velit metiri, is aliqua mensura indiget: vel sese cum aliis comparet necesse est. Mensura autem ista quænam fuerit? Nempe res aliquæ gestæ. Quid autem isti proferent præter falsam de se persuasionem? Perinde igitur faciunt ac siquis sese non aliqua mensura, puta cubito, vlna, decempeda, sed seipso vellet metiri: vt siquis pumilio iactet se gigantem esse, nec aliam iactantiæ suæ rationem adferat quàm quòd ita sibi persuaserit. Itaque vtrunque istud, ἐν ἑαυτοῖς existimo rationem habere quasi instrumenti, cui significando sæpe iam diximus Hebræos adhibere literam quæ respondet præpositioni ἐν, vt si dicas metiri in vlna, pro metiri vlna: & si Gallicè dicas, *Se mesurans eux-mesmes par eux-mesmes ils ne sont pas sages.* Nam minimè otiosum est illud ἑαυτοῖς quo significatur istos non modò in eo per sese stultitiam suam prodere, quòd nihil possent afferre quàm falsam de se persuasionem, sed in eo quoque quòd ipsimet illa de seipsis vendicarent. Cæterùm nec Syrus nec Arabs istud membrum legerunt, eo contenti quod sequitur, Arabs quoque συγκρίνοντες interpretatus *Commendandi* verbo: quorum tamen alterum si tollendum esset, mallem prius retinere, propter proximè sequentia. potest autem hoc posterius accipi vel pro prio-[...] tis si-

ris figuratè dicti explicatione, vel vt altera istorum vanitas notetur, qui præferri cæteris volebant & tamen non modò nullum istius præstantiæ testimonium quasi magnitudinis suæ mensuram proferentes, sibi placebant, volentes ex illo æstimari: suo ipsorum de se iudicio contenti: quum tamen vt ex duobus vter sit maior intelligatur, vel communi quadam mensura sit opus, vel alterum cum altero conferri sit necesse.

13 Ἡμεῖς δὲ οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν.

13 At nos non gloriabimur de iis quæ mēsuræ *nostræ* non sunt, sed secundum modū nobis ad regulam admensum, *id est* eius quam distribuit nobis Deus mensuræ, *gloriabimur* nos peruenisse ad vos etiam vsque.

13 *Nos autem non in immensum gloriabimur: sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensurā pertingendi vsque ad vos.*

14 Οὐ γὰρ ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς· ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.

14 Non enim quasi non peruenerimus vsque ad vos, extēdimus nosipsos vltra quàm deceat: nam vsque ad vos etiā peruenimus in Euangelio Christi.

14 *Non enim quasi non pertingentes ad vos superextendimus nos: vsque ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi.*

15 Οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι ἐν ἀλλοτρίοις κόποις, ἐλπίδα δὲ ἔχοντες, αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν, ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισσείαν.

15 Nequaquam de iis quæ mensuræ *nostræ* non sunt gloriantes, *id est* de alienis laboribus: sed sperantes *fore vt*, augescente fide vestra in vobis, amplificemur in attributa nobis nostra mensura ad redūdantiam vsque.

15 *Non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ in vobis magnificari secundū regulam nostram in abundantiam:*

16 Εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι· οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι, εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι.

16 *Id est* vt in iis *regionibus* quæ vltra vos *sunt*, euangelizem: non vt in alteri attributa mensura de præparatis gloriemur.

16 *Etiam in illa quæ vltra vos sunt euangelizare: nō in aliena regula, in iis quæ præparata sunt gloriari.*

13 *De iis quæ mensuræ [nostræ] non sunt*, εἰς τὰ ἄμετρα. Sic dicunt Græci eleganter ἐπαινεῖν εἰς ὑπερβολήν, λοιδορεῖν εἰς κακίαν & similia multa. Ἄμετρα autem vocat non quæ per se nimia sint, & quæ nemo possit metiri, sed quæ Deus non esset ipsi admensus: aduersariorum videlicet respectu, qui sibi tribuebant aliena, vt apparet ex versibus 15 & 16 quum alioqui simpliciter non essent immodica quæ vel Paulus meritò ferebat Deo accepta, vel eius aduersarij sibi vltrò vendicabant. Ideo nolui conuertere, *In immensum*, cum Vetere interprete & Erasmo. ¶ *Secundum modum nobis ad regulam admensum*, κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος. Quum μέτρον & κανὼν sæpe pro eodem accipiantur, nempe pro ipso mensorio instrumento, hîc vnum ab altero distinguitur necessariò. μέτρον igitur hoc priore loco dicitur modus siue quātitas rei admensæ, κανὼν autem illud ipsum quod alicui admensum est: quo sensu meminit sui, id est velut ad regulam sibi admensi territorij, cui alienum, id est aliis attributum, opponit. Vulgata & Erasmus, *secundum mensuram regulæ*, quod nemo facilè intelligat. ¶ *[Id est] eius quam Deus nobis distribuit mensuræ*, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου. Sic apud Terentium, *Restitue me in quem accepisti locum*. Sequutus sum enim repertam in Græcis ferè nostris codicibus omnibus & manuscript. & excusis lectionem, vt sit in his verbis explicatio eius quòd μέτρον κανόνος vocarat, nempe μέτρον τοῦ μερισθέντος μέτρου, id est mensuræ admensæ modū, sic tamen vt non habeatur donorum quibus hi non illi instructi erant, sed locorum ratio in quibus primas procul dubio acceperant Apostoli, nulli priuatim genti nedum Ecclesiæ adstricti, & inter Apostolos cæteros Paulus, vt dicere de se cogitur. Sic igitur hunc locum interpretor. Vulgata pro οὗ legit ᾧ (videlicet κανόνι) ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρον, qua (nimirum regula) *Deus nobis mensus est mensuram*. Erasmus Græca scholia sequutus, videtur existimasse supplendam præpositionem διά, id est διὰ τοῦ μέτρου ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεός, *qua mensura partitus est nobis Deus pertingendi*, &c. quasi scriptum sit τοῦ ἐφικέσθαι, quod vtrunque durum est. Syrus denique & Arabs legerunt ὃ vel ὅν, quem modum aut quā admensionem vobis partitus est Deus, neque μέτρον neque μέτρου repetentes, quæ scriptura planissima est. ¶ [*Gloriabimur*] *nos peruenisse*. ἐφικέσθαι. Repeto verbum καυχησόμεθα. Id enim omnino faciendum est, quocunque modo locum interpreteris. Sed in eo non possum assentiri Veteri interpreti & Erasmo, quòd ἐφικέσθαι verterunt per gerundi modum, quasi scriptum sit τοῦ ἐφικέσθαι, & enhæreat hoc verbum cum nomine μέτρου, quod mihi durius culum videtur. Mallem enim supplere ὥστε, & conuertere, *Vt perueniremus*, cum Syro interprete. ¶ *Ad vos vsque*, ἄχρι καὶ ὑμῶν. Vetus interpres omisit particulam καί, quam meritò restituit Erasmus, quum maxima sit eius emphasis.

14 *Quasi non peruenerimus ad vos*, ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς. i. ad vos vsque nō porrigeretur spatiū quod est mihi admēsus Dominus. ¶ *Extendimus nosipsos vltra quàm deceat*, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς. Metaphora ab athletis cursoribus sumpta, Apostolo perfamiliaris copiosè exposita Phili. 3. 14. & de qua diximus Rom. 9. 31. ¶ *In Euangelio*, ἐν εὐαγγελίῳ. Id est, dum Christum prædico, siue Christum euangelizando.

15 *De iis quæ mensura [nostra] non sunt*, εἰς τὰ ἄμετρα. Vide suprà, versu 13. ¶ *Sed sperantes*, ἐλπίδα δὲ ἔχοντες. Id est, μᾶλλον δέ. ¶ *Augescente*, αὐξανομένης. Vulgata perperam conuertit *Crescentis*, ponitur enim hic casus absolute. Erasmus, *Subolescente*. quod participium nescio vnde tandem desumpserit. ¶ *In vobis*, ἐν ὑμῖν. Malè in plerisque codicibus istud coniungitur cum verbo μεγαλυνθῆναι, quum pertineat ad αὐξανομένης. quod apparet ex opposito membro. Mutua enim est conuenientia inter Corinthios in fide crescentes in sese, & Paulum sua veluti iurisdictione auctum. Ponitur autem μεγαλυνθῆναι pro μεγαλυνθήσεσθαι. ¶ *In attributa nobis nostra mensura*, κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν. Vulgata & Erasmus, *Secundum regulam nostram*. Atqui κατὰ idem hîc declarat quod ipsius atque ἐν, quasi dixerit Apostolus ἐν τῷ κανόνι ἡμῶν, vt contrà paulo pòst, ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι. Deinde κανὼν hoc in loco non significat regulam, sed illud ipsum spatium quod ad regulam admensum est: quasi Deus terrarum orbem inter Apostolos diuiserit excolendum. Itaque sequente versiculo appellat ἀλλότριον κανόνα mensuram alteri attributam, id est ad quam excolendam Deus alium vocasset. Sic apud Hebræos eodem tropo, quamuis diuersa translatione, hæreditas dicitur גורל [*goral*,] i. *sors*, vt etiam Latini loquūtur: & cum sex punctis חבל [*chebel*,] i. *funis*, quòd funibus agros metirentur. Sic denique apud Pollucem κανὼν dicitur ipsum saltus spatium: neque quicquam est hac metalepsi magis vsitatum.

16 *Vt euangelizem*, εὐαγγελίσασθαι. Subaudi, ὥστε, quam ellipsin quia Vetus interpres neglexit, conuertit Euangelizare, ita obscurè vt nemo intelligeret. Similis est ellipsis infrà 11. 2. ¶ *In alteri attributa mensura*, ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι. Vetus interpres, *In aliena regula*. Erasmus, *Per alienam regulam*. Neuter profectò quid hoc rei esset percepit, quod paulo antè exposuimus, & ipse Paulus perspicuè exponit. Vocat enim mensuram alteri assignatam τὸ ἕτοιμα, id est regiones ab aliis antea præparatas, & excultas Euangelij prædicatione, ad ferendum fructum, quæ vocat, diuersa translatione, fundamenta ab aliis posita, Rom. 15. 20.

Iere.9.24
1.Cor.1.31

6 Emollit quod de se dixerat, simúlque Corinthios ad alia audienda præparat, testatus se nihil aliud quærere, quàm vt Deo sese approbet, cuius vnius gloriæ studeat.

Gen.3.4

2 Agnoscit se quodammodo stultos imitari in rerum istarum prædicatione, sed addit se inuitum hoc facere & ipsorum bono, quod eos à vanis quibusdã & astutis hominibus non sine Satanæ fraude deceptos videat.

17 Ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.

18 Οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν.

17 6 Cæterùm qui gloriatur, in Domino glorietur.

18 Non enim qui seipsum commendat, is probandus est, sed is quem Dominus commendat.

17 *Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.*

18 *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Dominus commendat.*

Κεφάλαιον ια.

1 Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης· ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου.

2 Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ· ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ (παρθένον ἁγνὴν) παραστῆσαι τῷ Χριστῷ.

3 Φοβοῦμαι δὲ μή πως ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν.

CAP. XI.

1 Vtinam sufferretis me paulisper in insipientia *mea*: Imò etiam sufferte me.

2 Affecto enim vos Dei ardore. Aptaui enim vos, *quos* vni viro, *vt* virginem puram sistam, *nempe* Christo:

3 Sed metuo nequo modo, sicut ‖ serpens ille Euã seduxit calliditate sua, ita corruptæ cogitationes vestræ *degenerent* à simplicitate quæ est in Christo.

CAP. XI.

1 *Vtinam sustineretis modicum quid insipientia meæ: sed supportate me.*

2 *Aemulor enim vos Dei æmulatione. despondi enim vni viro, virginem castã exhibere Christo.*

3 *Timeo autem ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo.*

17 *In Domino*, ἐν Κυρίῳ. Id est, Deo totam gloriam vendicet in solidum, ne in sese superbiat: deinde ad Dei gloriam non ad sua commoda referat quicquid gratiæ à Deo accepit.

IN CAPVT XI.

1 *Vtinam*, ὄφελον. Procœmium est, deductum ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. quale esse Demosthenis illud περὶ στεφάνου annotarunt rhetores. ἀφροσύνην autem, id est desipientiam, aut delirium potius, vocat laudum suarum prædicationem: ad quas descendere cogitur, non quòd seipsum quæreret amplificare, sed quòd pseudoapostolos videret arrogantia sua Ecclesiam corrumpere: vt omnino oporteret illam ruere nisi salua maneret apud eos ministerij Pauli auctoritas.

¶ *Sufferretis paulisper desipientiam meam*, ἀνείχεσθέ μου μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης. Sic lego, ex Veteris interpretis & duorum codicum auctoritate. Quanquam in eo deceptus est Vetus interpres quòd τῆς ἀφροσύνης coniunxit cũ μικρόν τι, quũ cohæreat potius cum verbo ἀνείχεσθε. Vertit enim, *Vtinam sustineretis. modicum quid insipientiæ meæ*. Erasmus, cuius interpretationem vt certissimam sum amplexus, maluit subaudiri particulam ἕνεκα, quam ellipsin etiam emolliit. Illi tamen in eo non assentior quòd ἀνείχεσθε vertit *tolerassetis*.

2 *Affecto*, ζηλῶ. Id est, vt rectè explicat Græcus Scholiastes σφοδρῶς φιλῶ. ardenter amo, vt etiam Gal.4.17. quod in sermone Gallico dicimus, *estre affectionné*. Vulgata, *Aemulor*. Erasmus, *Zelotypus sum*. Loquitur autem vt procus, sed qui tamen non sibi, sed domino suo Corinthios quasi virginem ambiat, & tantùm ab eo absit, vt procorum in coniugiis humanis, nedum in turpi amore exemplo, alium quàm à se amari non patiatur, vt è contrario cupiat quàm plurimos illi quem amat, exẽplo suo pios allicere, vt Moses Num.11.29. & Paulus Rom.9.3. Deus verò è contrario sicuti solus propriè amari & coli dignus est, riualem ferre optimo iure nequit: nec qui ipsum diligunt ferre possunt, vt cultus illi debitus ad alium transferatur. Itaque Dei æmulatio hîc vocatur passiuè, qua Deus diligi & coli debet. Sunt enim sinceri ministri, quasi Ecclesiæ & Christi pronubi. Vide Ioan.3.17. ¶ *Aptaui*, ἡρμοσάμην. Respondet hoc verbum, in hac significatione quæ ad coniugium spectat, verbo Hebræo יחד [*iahad*.] quum alioqui de omni aptatione & commoda applicatione dicatur, & huc spectat toties celebratum in sacris literis, spirituale Christi, veluti mariti, cum Ecclesia, tanquam vxore, connubium, vt Ps.45. toto, Iere.3. Ezech.16. Rom.7. 1. Ephes.5.23. Huius autem coniugij pronubi sunt ministri primùm omnium futuram sponsam proco conciliantes, deinde illam despondentes & desponsam exornantes ad ipsum sponsum deducendam. quæ tria in hoc seculo peraguntur, ipso coniugio pleno in illum vltimum diem reiecto. Vulgata, *despondi*, quod non improbo. Sic enim quoque vsurpatur apud Herodotum in Terpsich. pro μνηστεύειν. vbi de quodam Philippo loquens, ἔς, inquit, ἁρμοσάμενος Τελύος τοῦ Συβαρίτεω θυγατέρα, ἔφυγε ἐκ Κρότωνος. Sequitur enim ψευσθεὶς δὲ τοῦ γάμου, οἴχετο πλέων ἐς Κυρήνην. Erasmus, *Adiunxi*. Et fateor tunc maximè propriè dici sponsam prorsus ἡρμόσθαι, quum domum ducta est à marito. Sed verbum παραστῆσαι hanc interpretationem refellit. Ideo malui *Aptandi* voce vti, qua & Conciliatio & Desponsatio intelligatur, sequuturis suo tempore nuptiis. Itaque ἑνὶ ἀνδρὶ, rectius coniungitur cum παραστῆσαι quàm cum ἡρμοσάμην, & Christi nomen in epexegesi ponitur, cuius simile prorsus exemplum extat, Matth.cap.19.versu 17. ¶ [*Quos*] *sistam*, παραστῆσαι, vel vt vos coniugam. Subauditur enim ὥστε, vt suprà, 10.16. & ὑμᾶς repetendum est ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Vulgata, *Exhibere*, ad verbum, si non explicata, at certè non corrupta sententia. Erasmus, *Vt exhiberetis*. quod mihi non placet. Persistit enim Paulus in translatione, & finem sui consilij explicat: nempe vt quum Corinthios prædicatione Euangelij purificasset, quasi virginem puram & integram eos Christo tandem sisteret. ¶ [*Vt*] *virginem puram*, παρθένον ἁγνὴν. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Virginem castam*. Ego malui ἁγνὴν puram interpretari: quòd castitas etiam iã vxori tribuatur, hîc verò summa quædã integritas significetur. Est autem hoc accipiendum per speciem appositionis, quam exposuimus Luc.11.41.

¶ [*Nempe*] *Christo*, τῷ Χριστῷ. Cur addiderimus particulam exegeticam, dictum est à nobis paulo antè. Alludit autem manifestè Paulus ad legalem typum pontificis Maximi, qui nullam nisi virginem, ducere vxorem poterat, Leuit.21.14.

3 *Corruptæ mentes vestræ* [*degenerent*] φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν. De virginibus disserens, meritò vsurpauit Corruptionis vocabulum, & Fraudis, & simplicitatis. Conueniunt enim illa stupratis, istud verò puræ & integræ virgini. Sed hîc Vitium Menti offertur. Itaque τὰ νοήματα (de pluribus enim loquitur) *Mentes* interpretari malim quàm *Sensus*. Notandus autem est hic locus aduersus eos quibus natiua illa & incorrupta sacrarum literarum simplicitas præ humanæ facundiæ fucis ac pigmentis sordet.

¶ [*Degenerent*] *ab ea simplicitate*, ἀπὸ τῆς ἁπλότητος. Addidi verbum *Degenerent*, vt vitarem ambiguitatem quæ nusquam est in Græco sermone: nempe quasi videatur Apostolus metuere ne simplicitas mentes eorum corrumpat. Sic tamen apud Virgilium Æneas de Hectore disserens, *Quantum*, inquit, *mutatus ab illo*. non quòd ille mutasset, sed quòd illi factus esset dissimilis, vt Erasmus rectè annotauit. Ambrosius habet *A Castitate*, vt satis appareat eum legisse ἁγνότητος pro ἁπλότητος. Ita etiam legit Augustinus aliquoties citans hunc locum, vt idem Erasmus obseruauit: & in Claromontano codice vtrunque legitur, nempe ἀπὸ τῆς ἁγνότητος καὶ τῆς ἁπλότητος, *à puritate & simplicitate*, quam scripturam sequutus est etiam Arabs interpres. Quod autem est in Latina versione, *& excidant*, fortassis ab illo suppletum est, vt perspicuitati studeret, sicut rectè coniicit Erasmus. ¶ *Quæ est in Christo*, τῆς εἰς τὸν Χριστόν. Id est, quæ iis conueniat qui in Christo sunt. Erasmus, *Quæ erat erga Christum*, nempe qua pure ac simpliciter illi obtemperabatis.

4 Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε ὃ οὐκ ἐλάβετε, ἢ εὐαγγέλιον ἕτερον ὃ οὐκ ἐδέξασθε, καλῶς ἠνείχεσθε.

5 Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων.

6 Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει· ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς.

7 Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυτὸν ταπεινῶν ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε; ὅτι δωρεὰν τὸ τοῦ Θεοῦ εὐαγγέλιον εὐηγγελισάμην ὑμῖν;

8 Ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν

4 2 Enimuero si veniens quispiam alium Iesum prædicet quẽ nõ prædicauimus, aut *si* Spiritũ alium accipiatis quem non acceperitis, aut Euangelium aliud quod nõ receperatis, rectè *illum* toleraueritis.

5 Puto enim me nihilo inferiorem fuisse summis Apostolis.

6 3 Quòd si rudis *sum* sermone, non tamen *sum rudis* cognitione: sed omnino manifesti facti sumus in omnibus apud vos.

7 4 Num peccaui, quum ipse me submitterem vt vos attolleremini? quòd gratuitò Euangelium Dei euangelizaui vobis?

8 Alias Ecclesias spoliaui, ac-

4 *Nam si is qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicauimus, aut alium Spiritum accipitis quem non accepistis, aut Euãgelium quod non recepistis, rectè pateremini.*

5 *Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis.*

6 *Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia: in omnibus autem manifestati sumus vobis.*

7 *Aut nunquid peccatum feci meipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniã gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis?*

8 *Alias Ecclesias expoli-*

2 Testatur eos falsi si vel excellentius aliquod Euangelium vel præstantiora Spiritus dona se à quoquam accepturos somnient.

3 Refutat illorum Thrasonum calumnias. Sum, inquit, fateor, nõ ita facũdus orator: sed illã certè mihi Euangelij notitiam non possunt adimere, sicut vos ipsi estis modis omnibus experti.

4 Alia calumnia, quòd videlicet homo esset vili, & manuum suarum labore victitans. Hîc verò, inquit Apostolus, quid mihi possitis obiicere, nisi quòd quiduis subire vestri causa sustinui, & cùm egerem, partim manibus meis victum quærere, partim etiam cùm vestra inopia, aliunde viaticum petere malui, quàm vobis vlli esse oneri, etiamsi vobis euangelizabam?

4 *Si veniens quispiam alium Iesum prædicet*, &c. ὁ ἐρχόμενος. Ita videlicet vt articulus ὁ accipiatur ἀορίστως. & ita Paulus longiùs extendat hanc reprehensionem, nempe ad quoscunque Pseudoapostolos, sic vt deinceps alij prioribus superuenirent Corinthios perturbaturi. Vulg. *Si is qui venit*: vt certum quempiam designet, vt suprà 10.10. vel vnum aliquem ex multis, exempli causa, proponit. ¶ *Alium Iesum*, ἄλλον Ἰησοῦν. Id est, Si alter quispiam sit Iesus (siue Christus, vt Vulgata legit) præter eum quem vobis annunciaui primus: & aliud aliquod euangelium perfectius alius quispiam vobis afferat, eiusmodi certè Apostolum non immeritò tuleritis. Itaque alterum Iesum verum, & alterum germanum Euangelium hoc loco Paulus intelligit, ex hypothesi, & ita conciliandus est hic locus, cum altero Galat.1.8, vbi aliud Euangelium vocat adulterinum, quòd reuera non sint plures Christi, neque plura Euangelia. Hîc autem loquitur ἀπαγωγῇ ad absurdum, vt Corinthios cogat errorem suum agnoscere. ¶ *Aut* [*si*] *Spiritum alium accipiatis*, ἢ ἕτερον Πνεῦμα λαμβάνετε. Spiritus nomine intelligo Spiritus dona quibus prædicati Christi vis ac potentia in animis credentium, testibus etiam infidelibus, obsignabatur, vt Marc.cap.16.vers.20. Act.8.1, & 18.2. & Gal 3.2. Alium igitur Spiritum appellat excellentiora Spiritus dona iis quæ per ipsius Pauli prædicationem, fuerant in ipsos collata. ¶ *Toleraueritis*, ἠνείχεσθε. Subauditur ἄν. Nisi malimus interpretari *Tolerare*, vt nulla sit ellipsis. Erasmus, *Tolerassetis*. quod non conuenit quum non præcesserit ἐκήρυξεν, aut ἐκήρυξεν, sed κηρύσσει, & λαμβάνετε.

5 *Puto enim*, λογίζομαι γάρ. Ponitur quidem γὰρ causaliter, sed ita vt hoc non referatur ad superius dictum, sed ad responsionem, ad quam confitendam Corinthios adegerat, non expressam tamen vt eorum pudori parceret. Perinde est igitur hæc causæ redditio accipienda, ac si respondissent vel inuiti Corinthij, nec euenisse nec euenire posse quod Paulus sub conditione dixerat: cui responso nunc subiicit Apostolus, rẽ ita se habere. Nec enim se vel summis Apostolis esse inferiorem, ne quod ad ipsam quidem Apostolici muneris administrationem attinet.

¶ *Summis Apostolis*, τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων. Ad verbum, Iis qui suprà quàm valde sunt Apostoli. Positum enim est λίαν Hebræorum more pro σφόδρα καὶ ἐξαιρέτως. Vtitur autem præterito ὑστερηκέναι potius quàm præsenti ὑστερεῖν, quia non tam in genere suum adhuc vigentem Apostolatum respicit, quàm ea quæ in ipsius muneris functione gesserat, eosdem hac in re iudices simul ac testes adhibẽs. Vulgata, *Nihil me minus fecisse à magnis Apostolis*. Erasmus multo rectiùs, *Nihilo inferiorem fuisse eximiis Apostolis*. Malui tamen summos interpretari, vt propius abessem à Græcis, sicut etiam Erasmus infrà conuertit, 12.11. Cæterùm ad euertendum illum Petri primatum, quem lupus ille Romanus commentus est, hoc quoque pertinet, quòd plurali numero summos Apostolos dixit. Imò verò quod ipse Antichristus sese nõ solius Petri, sed etiam Pauli successorem iactat: scilicet vt antequam ipse hanc tyrannidem vsurparet, biceps ad minimum fuerit Ecclesia. Ergo (vt ad rem veniamus) hoc quidem constat, Apostolos sic propriè vocatos, nimirum duodecim illos, & Paulum decimum tertium peculiariter Gentibus destinatum, pari & æquali dignitate fuisse, sed tamen dona Dei alia in aliis excelluisse, quod Paulus hîc respicit: nisi malimus eum obliquè carpere aduersarios, quos etiã ironicè vocet amplius quàm Apostolos.

6 *Rudis* [*sum*] *sermone*, ἰδιώτης τῷ λόγῳ. Ἰδιώτας alibi diximus propriè dici priuatos, id est plebeios & ex medio vulgo homines, qui, quod non ita liberaliter sunt educati, ferè sunt excellentium rerum, ac præsertim oratoriæ illius facultatis valde plerunque imperiti. Quid igitur? an imperitus loquendi Paulus & elinguis, vt Hieronymus existimat? Imò verò Chrysostomum potius, & doctissimos quosque ex Græcis, ipsam denique rationem sequutus, quanuis natiua illa & germana masculæ facundiæ ornamenta ipsi videri possint non defuisse, fateor tamen illum fucatæ illius rhetorices pigmentis vti noluisse: nempe vt vi Spiritus hominum animos ad Christum raperet, non autem sermonis blanditiis, adulatorum more, alliceret. Sed quum orationis ipsius totam indolem & χαρακτῆρα propius considero, nullam ego in ipso Platone similem grandiloquentiam, quoties illi libuit Dei mysteria detonare: nullam in Demosthene parem δεινότητα comperisse me fateor, quoties animos vel metu diuini iudicii perterrefacere, vel commonefacere, vel ad contemplandam Dei bonitatem attrahere, vel ad pietatis ac misericordiæ officia constituit adhortari: nullam denique vel in ipso Aristotele & Galeno, præstantissimis alioquin artificibus, magis exactam docendi methodum inuenio. Sed (vt ad rem redeam) λόγον interdum vocat Paulus in genere, quod ab aliquo loquente enuntiatur, vt 1. Corinthior.14.9: interdum verò κατ' ἐξοχὴν Euangelij prædicationem, vt Philipp.1.14. interdum dicendi facultatem illam, vt 1. Corinth.2.1. & 4.20. & hîc quoque, & multis aliis locis, cum quo dono cohæret γνῶσις, id est ipsa doctrinæ substantia. ¶ *Sed omnino*, ἀλλ' ἐν παντί. Id est ἀλλὰ πάντως, vt בכל [*bechol*] apud Hebræos: quasi dicat Apostolus, Sed quid attinet hæc à me pluribus referri? Vos ipsi in omnibus me penitus apertum & fuci expertem cognouistis.

7 *Peccaui*, ἁμαρτίαν ἐποίησα. Vulgata ad verbum, *Peccatum feci*. Alibi verò istud dicendi genus de eo demum dicitur in quo peccatum regnat. Vide 1.Ioan.3.4. Sic autem vt hoc loco accipitur 1.Pet.2.22.

¶ *Quum demitterem*, ταπεινῶν. Renuntians videlicet meo iuri, vt mox explicat: quod commemoratur à Luca, Act.18.3.

ὀψώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν· καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑστερηθεὶς, οὐ κατενάρκησα οὐδενός.

9 Τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοὶ ἐλθόντες ἀπὸ Μακεδονίας· καὶ ἐν παντὶ ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, καὶ τηρήσω.

10 Ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοὶ, ὅτι ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεται εἰς ἐμὲ ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας.

11 Διατί; ὅτι οὐκ ἀγαπῶ ὑμᾶς; ὁ Θεὸς οἶδεν.

12 Ὃ δὲ ποιῶ, καὶ ποιήσω, ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμὴν, ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται, εὑρεθῶσι καθὼς καὶ ἡμεῖς.

13 Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ.

14 Καὶ οὐ θαυμαστόν· αὐτὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός.

15 Οὐ μέγα οὖν εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης· ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

8 cepto *ab eis* stipendio, vt vobis essem minister: & quum apud vos essem & egerem, ‖ non obtorpui cum cuiusquam incommodo.

9 Quod enim mihi deerat suppleuerunt fratres quum venissent è Macedonia: & in omnibus me conseruaui vobis minimè onerosum, & conseruabo.

10 Est veritas Christi in me: quòd hæc gloriatio non obstruetur in me in regionibus Achaiæ.

11 Quapropter? *an* quòd non diligam vos? Deus nouit.

12 Sed quod facio, etiam faciam: vt amputē occasionem iis qui exoptant occasionem, vt in *eo de* quo gloriantur, inueniantur quales & nos.

13 [6] Nam istiusmodi pseudapostoli, operarij dolosi sunt, trāsfigurātes se in Apostolos Christi.

14 Neque id mirum. ipse enim Satanas se transfigurat in Angelum lucis.

15 Non magnum est igitur si etiam eius ministri transfigurāt se tanquā *sint* ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum.

8 *liani, accipiens stipendium ad ministerium vestrum: & quum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui.*

9 *Nā quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia: & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo.*

10 *Est veritas Christi in me, quoniā hæc gloriatio nō infringetur in regionibus Achaiæ.*

11 *Quare? quia non diligo vos? Deus scit.*

12 *Quod autē facio, & faciam: vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos.*

13 *Nam eiusmodi pseudapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi.*

14 *Et non mirum. ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis.*

15 *Non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum.*

Infrà, 12.13

5 Amplificatio, adeò se illius facti non pudere, vt etiam deinceps non aliter agere apud ipsos decreuerit, quo verè semper possit affirmare se gratis in Achaïa docuisse: minimè id quidem quod Corinthios de dignetur, sed vt Thrasones isti occasionē iampridem captatam nusquā inueniāt: ipse verò interea illis proponat quod æmulentur, vt verè tandem possint dicere se esse Pauli similes.

6 Apertè tandem istos suis coloribus depingit, prædicens fore vt quantumcunque zelum gloriæ Dei simulent, tandem seipsos prodant.

8 *Stipendio*, ὀψώνιον. Vide 1. Cor. 9.7. ¶ *Non obtorpui cum cuiusquam incommodo*, οὐ κατενάρκησα οὐδενός. Significat se non modò strenuè apud eos, suis manibus laborando, vitam tolerasse, sed etiam, premente inopia, non remisisse quicquam de suis laboribus [illegible] quenquam grauaret: nec ita labori seriò incubuisse, vt [illegible] propterea in singulis docendis officium non ita diligēter vt antea, fecerit: denique se propterea nemini fuisse magis remissum factum. Est enim elegāter scriptum, κατενάρκησα οὐδενός, pro ἐνάρκησα κατ' οὐδενός. Quod autem annotat Hieronymus hanc vocem Cilicibus esse peculiarem, quàm verum sit nescio, quum à Theocrito, Synæsio, & Platone vsurpetur. Vulgata & Erasmus, *Non fui onerosus cuiquam*. quòd, inquit Erasmus, qui otio torpent, premunt & imminent aliis, vnde petunt assiduè. Sed quorsum attinet translationem istam quærere tam procul, quum propria significatio plana sit ac perspicua? Castellio vertit, *Neminem exsuxi*: quam rectè, ipse viderit.

9 *Quod enim me deficiebat*, τὸ γὰρ ὑστέρημά μου. Particula γὰρ non ad proximè præcedens membrum, sed ad superius, id est ad verbum Spoliaui, refertur.

10 *Est veritas, &c.* ἔστιν ἀλήθεια &c. Id est, Ne censeatur esse in me Christi veritas. vel, Vobis ego per Christum verè affirmo, vt Rom. 9.1. Est enim hæc quædam iurisiurandi formula. ¶ *Non obstruetur in me*, οὐ φραγήσεται εἰς ἐμέ. Id est, Os non obstruetur in me quominus glorier hac de re. Vulgata, *Non infringetur*. Erasmus, *Non interrumpetur*. Neutrum rectè.

12 *Qui exoptant*, τῶν θελόντων. Id est quibus nihil est optatius. Vulgata, *qui volunt*, non expressa vi verbi θέλειν hoc in loco, de qua alibi diximus. Syrus à consequenti accepit pro ζητούντων. ¶ *Vt in [eo de] quo gloriantur*, ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται. Hoc quidam sic exponunt quasi & isti stipendium ab Ecclesia non acceperint, æmulatione quadam Pauli, quo inferiores videri nollent, imò aliis in rebus superiores. Itaque in his verbis esset quidam σαρκασμός, quasi prædicente Paulo diuturnam hanc æmulationem in ipsis non fore, se nihilominus perseueraturo. Sed illud verisimile mihi non videtur, & mox refellitur vers. 12. Puto igitur Paulum diuersa prorsus ratione occurrere istorum improbitati, ac si dicat, Isti quidem omnem mei calumniandi occasionem captant, expectantes dum pœniteat me iuri meo renuntiantem, in prædicando Euangelio ex manuum mearum labore victitare. At ego nunquam patiar hanc laudem (qua ipsos refello) mihi in Achaiæ Ecclesiis præripi. Imò in hoc instituto pergam, vt & ipsos ad exemplum meum imitandum prouocem, nedum vt quam captant occasionem inueniant.

¶ *Quales*, καθώς. Vulg ad verbum, *Sicut*. Erasmus, *Quemadmodum*. Castellio hunc locum ita conuertit, *Quò sibi in quo glorientur suppetat, quemadmodum & nobis*. quasi videlicet εὑρεθῶσι actiuè possit explicari.

13 *Pseudapostoli*, ψευδαπόστολοι. Pseudapostolos istos vocat, non simpliciter quòd sanam doctrinam corrumperent, sed quòd præterea sibi vt diuinitus quoque missis, & à Spiritu sancto afflatis credendum esse instarent, quod illos tum ausos esse mirum non est, quum etiam ex iis nonnulli potuerint verè dicere se fuisse ipsius Christi discipulos, quod de Hebione & Cerintho tradit Epiphanius: quum post tot secula renati subinde Enthusiastæ nihil magis vrgeant. Immo quid aliud crepat iste qui sibi Petri & Pauli non modò Apostolicam auctoritatem vendicat, sed supra etiam illum ipsum sese re extollit, cuius se vicarium esse verbo testatur? ¶ *Transfigurantes se*, μετασχηματιζόμενοι. Sic rectè Vulgata. Est enim positum τὸ μετασχηματίζεσθαι forma Hebrææ coniugationis vel Hitpahel, vel Niphal reciprocæ, cuiusmodi plurima in his libris obseruauimus. Erasmus, *Sumpta persona Apostolorum Christi*, expresso quidem sensu, sed nulla necessitate discedens ab ipsis Apostoli verbis.

14 *Lucis*, φωτός. Id est lucidum. Lucis autem nomine intelligitur cælestis gloria & spiritualis ac purissima illa intelligentia cuius participes sunt Angeli beati.

15 *Transfigurant se tanquam [sint] ministri iustitiæ*, μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι τῆς δικαιοσύνης. Rectè mihi videtur suppleri participium ὄντες. Erasmus autem rursum, nulla vt mihi quidem videtur necessitate à verbis Apostoli discedens vertit, *personam illius in se transferant, quasi sint ministri iustitiæ*, sententia etiam nonnihil deprauata. Nec enim illi dicuntur sese transfigurare in Satanam, sed in ministros probos

probos & integros, quibus opponuntur δόλιοι. Hoc enim declarat epitheton iustitiæ ex Hebræorum idiotismo.

¶ *Finis*, τὸ τέλος. id est merces, sic ab Hebræis dicta quòd sit finis operis.

16 Πάλιν λέγω, μή τίς με δόξῃ ἄφρονα εἶναι· εἰ δὲ μήγε, κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με, ἵνα μικρόν τι κἀγὼ καυχήσωμαι.

17 Ὃ λαλῶ, οὐ λαλῶ κατὰ Κύριον, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ, ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως.

18 Ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ τὴν σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι.

19 Ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι ὄντες.

20 Ἀνέχεσθε γὰρ εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει, εἴ τις ἐπαίρεται, εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει.

21 Κατὰ ἀτιμίαν λέγω· ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν· ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, (ἐν ἀφροσύνῃ λέγω) τολμῶ κἀγώ.

22 Ἑβραῖοί εἰσι; κἀγώ· Ἰσραηλῖταί εἰσι; κἀγώ· σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι; κἀγώ·

23 Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; (παραφρονῶν λαλῶ) ὑπὲρ ἐγώ· ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις.

16 [7] Rursum dico, nequis me putet insipientem esse: sin minus vel vt insipientem recipite me, vt paululum quiddam & ego glorier.

17 Quod dico, non dico secundū Dominum, sed vt insipiens, in fundamento istius gloriationis.

18 Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.

19 Libenter enim suffertis insipientes, quòd sitis sapientes.

20 [8] Suffertis enim siquis vos in seruitutem adigit, siquis exedit, siquis *stipendium* accipit, siquis attollit sese, siquis vos in faciem cædit.

21 Contumeliæ respectu, dico: veluti quod nos infirmi fuimus: Imò in quocunque audacia vti velit aliquis, (vt desipiēs loquor) audacia vti velim & ego:

22 ‖ Hebræi sunt? *sum* & ego: Israelitæ sunt? *sum* & ego: semē Abrahami sunt? *sum* & ego:

23 Ministri Christi sunt? (insipiens loquor) superior sum & ego: in laboribus, amplius: in plagis supra illos: in carceribus, amplius: in mortibus sæpe.

16 *Iterum dico, nequis me putet insipientem esse: alioquin velut insipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier.*

17 *Quod loquor, non loquor secundum Dominum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ.*

18 *Quoniam multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor.*

19 *Libenter enim suffertis insipientes, quum sitis ipsi sapientes.*

20 *Sustinetis enim siquis vos in seruitutem redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollitur, siquis in faciem vos cædit.*

21 *Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte: in quo quis audet, (in insipientia dico) audeo & ego:*

22 *Hebræi sunt? & ego: Israelitæ sunt? & ego: semen Abrahæ sunt? & ego.*

23 *Ministri Christi sunt? (vt minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.*

7 Pergit aperta cum fiducia, & grauissima quadam ironia vtens, petit sibi veniam tribui, si velut ad tempus apud sapientes Corinthios desipiens cum summis illis hominibus de externis etiā illis rebus cōtendat, puta de genere, de maioribus, déque rebus fortiter gestis.

8 Antequam ad rem accedat, perstringit Corinthios, qui cùm sibi sapientissimi viderētur interea non animaduertebant pseudapostolos, ad quæstū abuti ipsorū simplicitate.

Philip 3.5

16 *Sin minus*, εἰ δὲ μήγε. id est, sin verò aliter sentitis, me videlicet non sapere, at certè recipite me vt desipientem.

17 *In fundamento istius gloriationis*, ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως. Id est habita eorum ratione, quibus tanquam fundamento nititur hæc mea gloriatio, vt quæ commemorare nequeam quin ipse mihi Suffenus esse, & quiduis mihi tribuere videar. Nō prorsus igitur malè, sed obscurè. Vulgata, *In hac substantia gloriæ*. Eras. *In hoc argumento gloriationis*. Castellio, *In hac gloriationis materia*. Vide sup. 9.4. Quod autem dixit Apostolus se nō secundum Dominum loqui per concessionem dixit, & formam ipsam orationis, non autem rem ipsam considerans, quum alioqui vera sit ipsius oratio, & sanctissimus ipsius scopus.

18 *Secundum carnem*, κατὰ σάρκα. Id est, de rebus externis, veluti de generis nobilitate.

20 [*Stipendium*] *accipit*, εἴ τις λαμβάνει. Casum suppleui ex versu 8. Syrus autem & Arabs addunt etiam ἀφ' ὑμῶν, à vobis. cui opponitur δωρεὰν εὐαγγελίζεσθαι, gratuitò euangelizare.

21 *Contumeliæ respectu dico*, κατὰ ἀτιμίαν λέγω. Sic exprimere studui vim præpositionis κατὰ, ac si dixisset Apostolus. Quod dixi de vobis in faciem cæsis sic accipite, non quasi dictum velim colaphos vobis ab istis impactos, sed vt ad cōtumeliā referantur non tam mihi quàm vobis factam, nec minorem quàm si vobis colaphum isti impegissent, dū mihi infirmitates quas vocant, obiiciunt. Suum enim dictum mitigat hac interpretatione Apostolus, quod alioqui malè intelligere, vel etiam calumniari poterant Corinthij. Vulg. *Secundum ignobilitatem dico*, ineptè. Erasm. *Secundum contumeliam loquor*, perobscurè. ¶ *Veluti quòd nos infirmi fuerimus*, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν. Exemplum istius contumeliæ profert Apostolus, sibi quidem propriè illatæ, sed quæ ad Corinthios ipsos redundaret, vt qui ab homine penderent, omnibus iis destituto, quæ hominibus soleant auctoritatem conciliare: atque adeò multis notis infami) quas isti tamen blandiore nomine ἀσθενείας vocabant. Vulgata, *Quasi infirmi fuerimus*. Erasmus, *Perinde quasi infirmi fuerimus*, ne vocibus quidem expressis.

¶ *Imo in quocunque*, ἐν ᾧ δ' ἄν. Commodè prorsus, istos infirmitatem obiicientes Apostolus refutans, vtitur verbo τολμᾶν, quod τῷ ἀσθενεῖν directè opponitur: demonstrans nihil potiùs sibi defuisse, imo superfuisse de quo isti gloriari solerent: & ea quæ isti ἀσθενείας vocabant, esse Apostolici muneris peculiaria τεκμήρια & ornamenta.

22 *Hebræi sunt?* Ἑβραῖοί εἰσι; Per interrogationem hæc lego, vt Græcus etiam scholiastes legenda esse annotauit. Neque enim facilè crediderim istos Pauli æmulos fuisse ex circuncisione, sed puto potius, quum illi sua nobilitate aliqua superbirent aduersus Apostoli paupertatem, Paulum in hac controuersia hunc modum tenuisse, tum quia per se id omne non magni faciebat, tum ne quenquam offenderet, vt & obliquè se ostēderit multo illis nobiliorem omnibus modis, & omnem illorum fastum sine ambitione paucis verbis retuderit: acsi diceret, Opponunt illi suum genus mihi tenui abiecto συλωνησίῳ: sed, quæso, num ita sunt isti nobiles vt audeant se Hebræos, Israelitas, Abrahæ illius sobolē profiteri? Si hoc dixerint, certè hoc ipsum & ego proferam: vt si idcirco superbiendum est, & ego parem superbiæ causam habeam. Relinquitur ergo, si hoc isti possent adferre, parem tamen illis hac in re esse Apostolum: vt idcirco ab illis despici non possit quin seipsos despiciant: & quum nullam similem ἀξίωσιν possint edere, Paulum iam illis non modò parem, sed infinitis etiam partibus esse nobiliorem. quod tamen cogitandum maluit relinquere quàm apertè exprimere. ¶ *Semen* σπέρμα. Id est soboles, Hebræorum more.

23 *Superior sum ego*, ὑπὲρ ἐγώ. Vulgata, *Plus ego*. Hic verò Paulus veram gloriam nactus, apertè ministerium suum asserit, non sui causa, sed quòd doctrinam suam alioqui videbat periclitari apud Corinthios plerosque ab æmulis fascinatos. Et tamen addit præfationem, nequis offendatur, sed ex concessione tamen.

¶ *Amplius*, περισσοτέρως. Vulgata, *Abundantius*. Erasmus *copiosius*. Puto autem omnia ista comparatiuè dici, ac proinde conuerti περισσοτέρως, Amplius, videlicet quàm illi: & ὑπερβαλλόντως, supra eos: aptius, vt opinor, quàm si dixissem copiosius, abundantius, & supra mo-

dum, cum Vetere interprete & Erasmo: quamuis Vetus interpres primo loco legerit ἀσωτίαις, in laboribus plurimis. Est autem supplendum participium Versatus, aut aliud eiusmodi. ¶ In mortibus, ἐν θανάτοις. Mortes vocat præsentia mortis pericula, vt 1. Corinth. 15. 31, & suprà, 1. 10.

24 Ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον.

25 Τρὶς ἐρραβδίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, τρὶς ἐναυάγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα·

26 Ὁδοιπορίαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις·

27 Ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν νηστείαις πολλάκις, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι.

28 Χωρὶς τῶν παρεκτὸς, ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν, ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

29 Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι;

30 Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι.

31 Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἶδεν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὅτι οὐ ψεύδομαι.

Ἐν Δαμασκῷ ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ

24 A Iudæis ˙ quinquies accepi quadragenas plagas, vna minus.

25 ‖Ter virgis cæsus fui, ‖semel fui lapidatus, ‖ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo ˙ egi:

26 In itineribus sæpe fui, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ˙ à meis gentilibus, periculis à Gentibus, periculis ˙ in ciuitatibus, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis inter falsos fratres.

27 ˙ In labore ˙ & ærumna, in vigiliis sæpe, in fame & siti, in ieiuniis sæpe, in frigore & nuditate.

28 9 ˙ Absque iis quæ extrinsecus eueniunt, ˙ vrget agmen illud in me quotidie consurgēs, id est solicitudo de omnibus Ecclesiis.

29 ˙ Quis infirmus est quin egô sim infirmus? ˙ quis offendiculo afficitur quin ego vrar?

30 10 ˙ Si gloriari oporteat, ˙ de iis quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.

31 Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, benedictus in secula, nouit me non mentiri.

‖Damasci, ˙ Ethnarchus Are-

24 A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus accepi.

25 Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui.

26 In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus:

27 In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate.

28 Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana solicitudo omnium Ecclesiarum.

29 Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?

30 Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.

31 Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quòd non mentior.

Damasci, præpositus gē-

Act. 16. 25
Act. 14. 19
Act. 27. 1

9 Hoc tandem addit velut appendicem vt Corinthios pudeat eum aspernari à cuius sollicitudine omnes penè Ecclesias pendere res ipsa testabatur.

10 Retorquet in aduersarios quod ab eis obiiciebatur: vt si dicat, proferunt illi meas ærumnas vt mihi authoritatem detrahant, at ego si gloriari velim non aliundè sumpserim argumentum: nec quicquam hîc à me confingi Deus ipse est testis.

24 Quinquies, πεντάκις. Cōiungendum est hoc cum verbo ἔλαβον, non autem cum τεσσαράκοντα. Quod autem addit παρὰ μίαν, id est præter vnam, respicit quod scriptum est Deut. 25. 3: qua de re differunt Rabbini in פרק לקוים [perech lekuyim,] id est in tractatu de verberandis. Et manifestè probat hic etiam locus, multa quæ pertulit Paulus fuisse à Luca prætermissa.

25 Virgis cæsus sum, ἐρραβδίσθην. Vocabulum ῥαβδίζειν indicat Paulum agere de verberibus non à Iudæis, (quorum meminit separatim superiore versiculo) sed à præfectis Romanis inflictis. Vide Act. 16. 22. ¶ Egi, πεποίηκα. Sic accipitur idem verbum ποιεῖν Iac. 4. 13. Vulg. Fui, ἐγενόμην, quod etiam legit Syrus interpres. Vide Act. 18. 23.

26 A [meis] gentilibus, ἐκ γένους, i. ἐκ τῶν συγγενῶν, nempe Iudæis, quibus opponit τὰ ἔθνη. Vulg. & Eras. Ex genere, nimium obscurè. ¶ In ciuitatibus, ἐν πόλει. Sic conuerti plurali numero, quòd liqueat de certa ciuitate hîc non agi, vt nec de certa quapiam solitudine. Est autem hæc enallage numeri Hebræis perfamiliaris, & ἐρημίαν videtur opponere vrbi, vt si Gallicè dicas es villes & aux champs.

27 In labore, ἐν κόπῳ. Vide Matth. 11. 28. ¶ Et ærumna, καὶ μόχθῳ. Sic rectè & expressè Vetus interpres. Est enim ærumna, inquit Cicero, ægritudo laboriosa, veluti quum defatigatus aliquis pro quiete cogitur nouos labores capessere. Erasmus post Ambrosium, Molestia, λύπη.

28 Absque iis &c. χωρὶς τῶν παρεκτὸς. τὰ παρεκτὸς vocat (opinor) quæ extrinsecus eum adoriebantur, ab intimis illis curis ac molestiis innumerabilibus distincta. Chrysostomus autem χωρὶς τῶν παρεκτὸς interpretatur, Præter ea quæ prætermitto, quòd non omnia recensuerit. ¶ [Vrget] agmen illud in me quotidie consurgens, ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν. Tot verbis studui verum huius loci sententiam explicare. Certum est enim ἐπισύστασιν dici multitudinem quæ aduersus aliquem coierit, idque non semel, sed repetitis vicibus. Quia igitur multiplicaverant curæ, quarum tanquam agmine quotidie magis ac magis veluti obruebatur, Apostolus vsus est eleganti hoc vocabulo, admodum significanter. Vulgata, Instantia mea quotidiana. Erasmus, Incumbens mihi quotidiana cura. Neuter satis expressit Græci vocabuli emphasin. Græca scholia non explicant translatitiè, sed propriè, quasi significetur omnium populorum coitio quotidiana aduersus illum. Sed hoc certè inter τὰ παρεκτὸς numerandum esset, & apparet ἡ μέριμνα subiici per appositionem, quam vocant.

29 Quis infirmus est? τίς ἀσθενεῖ, vel Quis affligitur, quasi Apostolus per concessionem ἀσθενείας vocet ex aduersariorum sententia, perpessiones Christi nomine, quam interpretationem in prioribus editionibus sequutus, nunc corrigo. Potiùs enim profectò loquitur Apostolus de rudibus adhuc, nec satis intelligentibus Christianam libertatē quorū ruditatem adeò non despexit, istorum more se supra Apostolum efferentium, vt contrà lucrifaciendis & erudiendis illis sese modis omnib' summiserit, quod ab omnibus requirit Rom. 12. 15. & 15. 1. & de se expressè commemorat 1. Cor. 2. ¶ Quis offendiculo afficitur? τίς σκανδαλίζεται: Aptè prorsus istud cum præcedentibus cohæret. Hæc enim de quibus hîc agitur offendicula, sicut copiosè ostenditur 1. Cor. 8. ex eo oriebantur quòd nonnulli nondum satis intelligerent quæ tum passim inculcat Apostolus, tum Col. 2. 16. paucis quidem sed expressissimè declarat. Vulgata Scandalizatur barbarè. Erasmus, Offenditur, quod deprauata Apostoli sententia, accipi posset pro βλάπτεται, id est, aliquo modo læditur.

30 Si gloriari oportet, εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, meritò sic præfatur Apostolus tum vt omnem ambitionis suspicionem euitet, tum quòd ipsæ pro Christo perpessiones eximia sint ipsius Dei dona, de quibus agendæ sunt illi gratiæ, nedum vt de illis efferre sese cuiquam liceat. Vide 1. Corinth 4. 2. Philipp. 1. 29. & Act. 5. 41. ¶ De iis quæ infirmitatis meæ sunt, τὰ τῆς ἀσθενείας μου. Infirmitates rursus appellat ex aduersariorum sensu ea quæ potiùs ipsum commendabant.

32 Ethnarchus, ὁ ἐθνάρχης, id est, illi genti præfectus. Hoc ipso verbo Cicero vt & nomine τετράρχης vtitur Philippica sexta.

¶ Pre-

βασιλέως ἐφρούρει τὴν Δαμασκηνῶν πόλιν, πιάσαι με θέλων·

33 Καὶ διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τοῦ τείχους, καὶ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτοῦ.

Κεφάλαιον ιβ.

1 Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι. ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις Κυρίου.

2 Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων (εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν) ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ.

3 Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, (εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν)

4 Ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.

tæ regis, præsidio tenebat Damascenorum vrbem, cupiens me ˙ prehendere:

33 Sed per fenestram in corbe fui fune demissus per mœnia, & eius manus effugi.

CAP. XII.

1 G1 ˙ Loriari sanè non conuenit mihi. veniam enim ad ˙ visiones & ˙ reuelationes Domini.

2 Noui ˙ hominem ˙ in Christo ante annos quatuordecim, (an in corpore, nescio: an extra corpus, nescio: Deus nouit) ˙ raptū ˙ in tertium vsque cælum.

3 Et noui huiusmodi hominem (an in corpore, an extra corpus, nescio: Deus nouit)

4 Raptum fuisse in paradisum, & audisse ˙ ineffabilia verba, quæ non liceat homini loqui.

tis Aretæ regis, custodiebat ciuitatē Damascenorum, vt me comprehenderet.

33 Et per fenestrā in sporta demissus sum per murum, & effugi manus eius.

CAP. XII.

1 Si gloriari oportet, non expedit quidem: veniam autem ad visiones & reuelationes Domini.

2 Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, (siue in corpore, nescio, siue extra corpus, nescio: Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum.

3 Et scio huiusmodi hominem, (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: Deus scit)

4 Quoniam raptus est in Paradisum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

1 Pergit in proposito, & quoniam gloriosuli illi reuelationes iactabant, commemorat quæ ipsum supra cōmunem hominum captum attollant: at non absque præfatione, & accurata etiam excusatione.

˙ ¶ Prehendere, πιάσαι. Vide Ioan. 7. 30. Vulg. non legit θέλων, sed subaudiuit particulam ὥστε.

IN CAP. XII.

1 Gloriari, καυχᾶσθαι. Hunc locum ita legit Vetus interpres, εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, οὐ συμφέρει μὲν, ἐλεύσομαι δὲ &c. Id est, vt ipse conuertit, Si gloriari oportet non conducit quidem, veniam autem. Syrus & Arabs sublata particula εἰ legerunt καυχᾶσθαι δεῖ, ἀλλ' οὐ συμφέρει. Gloriari oportet, sed non conuenit. Vtcunque verò legas, τὸ μὴ συμφέρειν non potest accipi pro non expedire vel inutile esse, quia ex sequente ratione nihil tale concluderetur: quum è contrario quo excellentius est quod cuipiam donatur, eò quispiam reddatur ornatior & laude dignior. Apostolus igitur nihil tale dictū voluit, sed contrà accedens ad id quo longè magis quàm iis quæ antea commemorârat videri poterat supra communem hominum sortem efferri, vtitur noua præfatione ad hanc excusandam περιαυτολογίαν: testatus has partes sibi quidem minimè cōuenire, siue quadrare, vtpote qui pro ratione sui muneris & ingenio quoque suo minimè ambitioso, cæteros soleret ταπεινοφροσύνην docere: sed necessariò sese huc adigi ad apostolici sui muneris auctoritatem asserendam, vt cogeretur eius testimonia edere quàm certissima & eminentissima. Itaque testatur se coactum id facere, & omnia interim tum sibiipsi tum aliis adhibet remedia quominus vel ipse efferatur, vel alij offendantur. Omnino tamen consideranda sunt Dei erga nos beneficia, sed ista consideratio non modò nos non adducit ad inanem iactationem, sed etiam prorsus ab ea nos abducit, vt potius in contemplanda Dei nostri bonitate toti simus. ¶ Visiones, ὀπτασίας, id est ὁράματα, vt Act. 10. 10. & 9. cum ecstasi, id est quasi mentis extra se raptu coniunctas. ¶ Reuelationes, ἀποκαλύψεις. Vide 1. Cor. 4. 6.

2 Hominem, ἄνθρωπον. Id est quendam. Cæterum admirabile hîc apparet Apostoli artificium. Nec enim dubium est quin de seipso loquatur. Cur ergo alteram personam inducit, atque adeò mox versu 5, hunc Hominem à seipso discernit? certè non simpliciter vt arrogantiæ notam vitaret, quasi de alio quopiam loqui se simularet, (fuisset enim hoc effugium ineptissimum) sed vt reipsa ostenderet nihil minus se captare quàm vt sibi aliquid tribueret: ea videlicet quæ prorsus erant extrinseca (tametsi Deus illis ipsum suprà mortalium communem sortem extulerat) vsque adeo diuersa faciens ab iis quæ ipsi erant intrinseca, vt velut extra illa sese considerari velit, quasi ille & ipse non essent vnus & idem homo. Sed & longius postea in sui ipsius demissione progreditur, illa sua intrinseca demum commemorans, quas vocat ἀσθενείας, eiusmodi videlicet, si humano iudicio æstimentur, quæ dedecus illi concilient, nedum vt hinc videri posset ambitiosè gloriam aliquam apud homines venari. ¶ In Christo, ἐν Χριστῷ. Id est, Christianum, si ad ἄνθρωπον referas: quòd si ad verbum οἶδα potius pertineat (vt etiam existimo) additum hoc erit confirmationis, vel exprimendi affectus, causa: quasi Per parenthesin dicas, Noui hominem, (quod in Christo dico) ante annos quatuordecim, &c. id est, quod sine ambitione dictum velim, quum nihil aliud quàm vnum Christum hîc respiciam. In hoc enim totus est Apostolus vt omnia quæ dicturus est, in vnius Christi gloriam redundent, cuius erat minister. ¶ Raptum, ἁρπαγέντα. Additur in Græcis τὸν τοιοῦτον, eiusmodi, pleonasmo Hebr. vsitato, & interdum Græcis, ac præsertim Herodoto, vt alibi diximus. Itaque non additur apud Clementem lib. στρωμ. quinto, vbi hunc locum citat.

¶ In tertium vsque cælum, ἕως τρίτου οὐρανοῦ. Id est, in sublimissimum vsque cælum. Nec enim in ipso numero philosophandum arbitror. Est tamen hic locus aduersus eos obseruandus qui cælum ponunt vbique. Sed hoc quidem verum est trium cælorum fieri in sacris literis mentionem, nempe aëris, cælestium orbium, & beatarum sedium in quas Christus ascendit, inde etiam venturus vt cum ipso ibi simus in æternum. Neque hoc est de cælo nescio quo Empyreo nugari, sed vestigiis sacrarum literarum insistere.

4 In Paradisum, παράδεισον. Sic communi vsu vocant Græci quæ Latini viuaria, si Gellio credimus lib. 2. cap. 20. septa videlicet quædam in quibus voluptatis causa tum plantæ excoluntur, tum etiam viuæ feræ pascuntur. Nos vulg. des parcs, vel voluptuarios hortos vocamus. Sed κατ' ἐξοχὴν sic vocarunt Græci interpretes hortū illum in Eden plantatum, de cuius situ etiamnum disputant hodie nonnulli, perineptè, quum vniuersam terram constet diluuio fuisse vastatam. Hinc factum vt beata illa gloriæ Dei sedes hoc nomine etiam diceretur vt Luc. 23. 43 Apoc. 2. 7, & in Ecclesiastico aliquoties. ¶ Ineffabilia, ἄῤῥητα, id est, quæ fando explicari à quoquam homine non possint: vti vocat ἀῤῥήτους ἰδιότητας Aphrodiseus, proprietates quas vocant occultas, & quarum ratio non perspici ac multo minus explicari possit. Quòd si in hæc naturæ, nobis alioqui familiaris ac domesticæ, arcana penetrare non potest humani ingenij acies, quanto minus in cælestem illam lucem? cuius scintillam aliquam quum vidisset Apostolus, ita est ab ea veluti absorptus, vt ne nosset quidem an cum ipso corpore an seorsim animo correpto hæc audisset, nedum vt ea posset declarare quæ audierat. Vulg & Erasm. Arcana, i. ἀπόῤῥητα, velut ista explicare quidem potuerit, sed prohibitus fuerit ea enuntiare. quasi verò in religione Christiana sint Eleusynia quædam sacra, ac non potius omnia euulgari iusserit Dominus, & quidem iis præcipuè quos mundus pro indoctis & imperitis habet atque adeo populari sermone, qui ab omnibus tum summis tum infimis, viris, pueris, mulierculis intelligi possit: ita tamen vt ad discentium captum omnia accommodentur. Deinde certum est

ἄῤῥητα propriè dici non quæ passim dici non debeant, sed quæ non possint dici: à qua significatione propria non est temere nobis discedendum. Itaque interpretationem illam non possum probare nisi hoc addas, ista non fuisse eiusmodi vt ad fidelium salutem essent explicatu necessaria. Castellionem autem & fanaticos illos, qui (vt nos à verbo Dei scripto ad vanas speculationes abripiant) ex hoc loco nituntur imperitis persuadere Paulum in suis Epistolis rudimenta quædam duntaxat scripsisse, (inter quæ etiā non pudet eos Christum crucifixum reponere) cæterùm perfectiorā quædam habuisse quæ perfectos doceret: eos inquam, ego ne responso quidem dignos esse puto: quanuis alibi hanc ipsorum blasphemiam pluribus refutarim, vt tandem cogniti impij isti homines ab omnibus Christianis vitentur. Istorum similes erant Caiani, quos testatur Epiphanius librum ostentasse quem vocabant Pauli ascensum, quo itidem Gnostici vtebantur. ¶ *Quæ non liceat*, &c. ἃ οὐκ ἐξὸν. i. ἀδύνατον, vel οὐχ ἃ δεῖ, quoniam videlicet ne animo quidem illa satis complecti poterat Apostolus, nedum vt ea posset verbis explicare. Iste locus igitur nihil pro iis facit qui arcanam quandam Theologiam somniāt, & Christianam religionem in Eleusynia mysteria transformant quæ impossibile sit homini loqui. Nam ea minimè omnium licent quæ naturæ nostræ captum superant, vnde ἐξουσία dicitur non tantùm συγχώρησις, i. concessio ac permissio, sed ipsa potestas & vis ad aliquid efficiendum. Hoc pulchrè sanè ac eleganter exposuit Clemens libro στρωμ. quinto, vbi cum hoc loco nonnullos quorundam poetarū versiculos comparās, sic scribit, Μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένοις ὁ ἀπόστολος, Οἶδα, λέγων, ἄῤῥητα, &c. Et quum hunc locum citasset, addit, τὸ ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ οὕτως αἰνιττόμενος, οὐ νόμῳ καὶ φόβῳ ἐντολῆς πρὸς τὸ μὴ ἐξὸν περιστέλλων, δυνάμει δὲ ἀνθρωπίνῃ ἄφθεγκτον τὸ θεῖον μηνύων. id est, *Apostolus testimonio suo comprobat quæ à nobis sunt explicata, quum dicit, Hominem noui, &c. ita significans Dei ineffabilem naturam, neque illud τὸ μὴ ἐξὸν adijciens, quasi ex Legis aut mandati alicuius metu, sed vt indicet potius, diuinum numen eiusmodi esse, vt nulla vi, ne sanctorum quidem, possit explicari.*

5 Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι· ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι· εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου.

6 Ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων· ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ· φείδομαι δὲ μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ.

7 Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι.

8 Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρε-

5 [2] Super eiusmodi homine gloriabor: de meipso verò non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.

6 Nam si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam. sed parcè loquor, nequis de me reputet supra *id* quod videt *esse* me, aut *quod* audit ex me.

7 [3] Et ne excellentia reuelationum supra modum efferrer, datus est mihi surculus infixus carni, *nempe* angelus Satan, vt me colaphis cædat, ne supra modum efferar.

8 Super hoc ter Dominum ro-

5 *Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.*

6 *Nam si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam. parco autem, nequis in me existimet supra id quod videt me, aut aliquid audit ex me.*

7 *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, vt me colaphizet.*

8 *Propter quod ter Do-*

[2] Vt omnem ambitionis suspicionem remoueat, testatur se illa vt extrinseca nō vt sua iactare, quamuis hîc nihil affingat ne hac occasio nè plus ei tribuatur ab aliis quàm per se sit: ac proinde se velle potiùs in suis miseriis gloriari.

[3] Excellens doctrina cui Dominus præstantissimos etiam seruos suos à Satana vexari & omni tentationum genere affligi velit: nempe ne nimium efferantur, atque adeò vt iugi illa exercitatione perficiantur.

5 *Super eiusmodi [homine]* ὑπὲρ τοῦ τοιούτου. sub. ἀνθρώπου, vt ostendit adiunctus articulus, & oppositum mēbrum, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ. qua de re diximus vers. 2. ὑπὲρ autem pro περὶ sæpe iam obseruauimus. Virg. *Rogitans super Hectore multa.* ¶ *Infirmitatibus*, ἀσθενείαις. Vide suprà, 11. 30.

6 *Parcè loquor*, φείδομαι. Subauditur τοῦ λόγου. Vel mihi tempero. Vulg. *Parco autem.* Eras. *Parco vobis*, quod non ita videtur conuenire. ¶ *De me*, εἰς ἐμέ. Heb. לי [li,] Gen. 20. 13: vel, in laudem meam: vt in illis dicendi generibus, εἰς βασιλέα, εἰς Ἀθηναίους λέγειν.

7 *Et ne excellentia*, &c. καὶ τῇ ὑπερβολῇ, &c. Vetus interpres ita legit hunc locum, καὶ ἡ ὑπερβολὴ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρῃ με. id est, Et ne excellentia reuelationum suprà modum efferat me. Augustinus hunc locum citans lib. 7. quæstionum in vetus Testamentum, legit ἐν τῇ ὑπερβολῇ, & in magnitudine, ita vt hoc referatur ad verbum ἐδόθη, *datus est*, non autem ad verbum ὑπεραίρωμαι, *supra modum efferar*, & vitetur traiectio, cuius tamen exempla multa obseruauimus suprà, Rom. 12. 31. ¶ *Datus est*, ἐδόθη. Ergo inter Dei quoque dona numeranda sunt ista, nedum vt inde arripienda sit obmurmurandi occasio, quod tādem apparet ex felici exitu, Dei videlicet gloria & Sanctorum corona. Hinc Apostolus hac ipsa de re differens vtitur verbo etiam significantiore nempe ἐχαρίσθη, Philip. 1. 29. & Lucas verbo κατηξιώθησαν, Act. 5. 41. ¶ *Surculus infixus carni*, σκόλοψ τῇ σαρκί. Vulgata, *Stimulus carnis meæ.* Erasmus, *Stimulus per carnem.* In vtroque hoc non probo quòd σκόλοπα verterunt *Stimulum*, id est κέντρον. In Erasmo verò illud quoque quòd ἐν τῇ σαρκὶ vertit *per carnem*, quum subaudienda potius fuerit præpositio ἐν, quam tamen addi necesse non fuit. Nam σκόλοψ palum quidem significat, id est ligna præacuta, quæ claudendis hortis vel sustinendis vitibus solo infiguntur, vt annotauit Erasmus. Tertull. lib. de Fuga *Sudē* interpretatur. sed cōstat tamen accipi pro surculis acutioribus, & quidē inhærentibus, vt qui, siquando per cæduas syluas iter est faciendum, ambulantium pedibus non multo minus molesti sunt quàm murices. Inde illud sæpe apud Dioscoridem repetitum, σκόλοπας ἕλκει, σκόλοπας ἀνάγει, ποιεῖ πρὸς σκόλοπας, σκόλοπας ἐπισπᾶται. Hermol. interpretatur Assulas, & tela corporibus inhærentia. Ruellius, Spicula & aculeos. Marcell. Surculos & aculeos. Gell. lib. 5. cap. 14, Androdi historiam interpretans ex Appione, Stirpem conuertit, vestigio pedis hærentem. Nos Galli vocamus *vne escharde*. Quid autem per istos aculeos intelligat non puto longius quærendum esse, sed ita metaphoricè intelligi grauissimas & animi & corporis pūctiones, in illis quas mox vocat ἀσθενείας, cōtumeliarum nimirum & iniuriarum omni genere, quę grauissimè ipsum fodicabant, quantumuis fortiter omnia perferentem, adeo vt alleuationem aliquam petere cogeretur. Similis est locus Num. 33. 55. vbi [צנינ [*Tsinnah*] vocat, quod hoc loco Paulus σκόλοπα nuncupat, vitam piorum comparans sentibus seu vepretis. ¶ *[Nempe] Angelus Satan*, ἄγγελος σατᾶν. Id est ἀντικείμενος. Vulgata, *Satana*, id est à Satana missus. Ego malo de ipso Satana accipere recto casu. Est autem hoc positum in epexegesi, Apostolo puncturas illas tribuente Satanæ, cuius instinctu tot vndique incitabantur ad omne contumeliæ genus ipsi inferendum, quas colaphos appellat, quod præcipuè iniuriæ genus maximè censetur probrosum. Non dissimilis phrasis occurrit 2. Sam. 24. 1. & 1. Chron. 21. 1. ¶ *Colaphis cædat*, κολαφίζῃ. Erasmus, *Colaphis cæderet*, vt etiam paulo antè conuertit ἐδόθη, *datus fuit*, quasi de re præterita agatur. Sed rectè annotant Græca scholia Paulum non temerè scripsisse potius κολαφίζῃ quàm κολαφίσῃ. ¶ *Ne supra modum efferar*, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Vetus interpres hæc non repetit, nec sanè addi necesse fuit. Repetuntur tamen etiam in Syra & Arabica interpretatione.

8 *Ter*, τρίς. Id est sæpe, vt rectè exponit Chrysostomus: neque hîc velim ego subtilius philosophari, sed retulerim potius ad communem loquendi consuetudinem, cuius exempla multa vel vnus Amos suppeditare potest. Sed & apud Latinos ter & quater dicitur fieri quod sæpe repetitur. Idem sæpe apud Hebræos in septenario numero occurrit: in quibus mysteriis scrutandis mihi interdum videtur paulo curiosior Augustinus.

9 *Poten-*

κάλεσα, ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ.

9 Καὶ εἴρηκέ μοι, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ.

10 Διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ. ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι.

11 Γέγονα ἄφρων καυχώμενος· ὑμεῖς με ἠναγκάσατε· ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι. οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων, εἰ καὶ οὐδέν εἰμι.

12 Τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, ἐν σημείοις καὶ τέρασι καὶ δυνάμεσι.

13 Τί γάρ ἐστιν ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας, εἰ μὴ ὅτι αὐτὸς ἐγὼ οὐ κατενάρκησα ὑμῶν; χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην.

14 Ἰδοὺ, τρίτον ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ καταναρκήσω ὑμῶν. οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν, ἀλλ' ὑμᾶς. οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις.

gaui, vt abscederet à me.

9 Sed dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam potentia mea per infirmitatem consummatur. [4] Libentissimè igitur gloriabor potius de infirmitatibus meis, vt tanquā in tabernaculo inhabitet in me potētia Christi.

10 Propterea acquiesco in infirmitatibus, in iniuriis, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustiis pro Christo: quum enim infirmus sum, tunc potens sum.

11 Fui insipiens in gloriando: vos me coegistis. [5] nam ego debuerā à vobis commēdari: nulla enim in re inferior fui summis Apostolis, etiāsi nihil sum.

12 Indicia quidem Apostoli edita sunt apud vos cum omni tolerantia, per signa, & prodigia & virtutes.

13 Nam quid est in quo fueritis deteriore conditione præ reliquis Ecclesiis, nisi quòd ego ipse non obtorpui cum vestro incommodo? condonate mihi hoc iniustè factum.

14 Ecce, tertiò paratus sum venire ad vos, nec cum vestro incommodo obtorpescam. nō enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. non enim debent filij parentibus thesauros congerere, sed parentes filiis.

minum rogaui, vt discederet à me.

9 *Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.*

10 *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustijs pro Christo. quum enim infirmor, tunc potens sum.*

11 *Factus sum insipiēs, vos me coegistis. ego enim à vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab ijs qui sunt supra modum Apostoli, tametsi nihil sum.*

12 *Signa tamen Apostoli facta sunt per vos in omni patientia, in signis, & prodigijs, & virtutibus.*

13 *Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris Ecclesijs, nisi quòd ego ipse non grauaui vos? donate mihi hanc iniuriā.*

14 *Ecce tertiò hoc paratus sum venire ad vos, & non ero grauis vobis. Nō enim quæro quæ vestra sunt sed vos. nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs.*

[4] Concludit se plenda apostolorum iactatio. ne suas ... velle opponere: simulque se. ... quòd ipsorum importunitate de iis rebus tam multa dicere sit coactus, nē que quòd euer ... ipsius Apostolatu ne esset ... erat ipsum doctrinam ...

[5] Testes rursū Corinthios facit eorum quibus ... apud eos Apostolatum obsignarat Dominus, & denuò quàm sit cum ab omni auaritia alienus, tum in eos propensus, certis argumentis declarat. Suprà, 11. 9.

9 *Potentia mea*, ἡ δύναμίς μου. Vetus interpres omisit pronomen, quod tamen in omnibus Græcis codicibus additur, & tantam habet emphasin vt omitti non potuerit, integra manente sententia. Pertinet autem etiam hic locus ad probandam Christi Deitatem, quum paulò pòst eadem potentia Christi esse dicatur. δύναμιν verò conuerti potentiam potius quàm virtutem, quòd Augustinum videam tum ambiguitate vocis, tum etiam propter non additum pronomen, intempestiuè in hunc locum disserere de virtute hominis in futuro seculo perficienda, libr. ad Bonifacium tertij cap. 7. vt Erasmus annotauit. ¶ *Consummatur*, τελειοῦται. Intelligit potentiæ Dei nomine non ipsam illius vim, sed eius potius effectum in nobis sensim progrediens, & efficax. Tunc verò potissimum elucet Dei potentia illa omnem captum humanum superans, quum vel agit ipse quidpiam ἀμέσως, vel infirmissimis instrumentis ad res maximas perficiendas vtitur: quod in Euangelij potissimum prædicatione Apostolica patefecit, vt declarat idem noster Apostolus 1. Corinth. 1. 27. ¶ *Vt tanquam in tabernaculo inhabitet*, ἵνα ἐπισκηνώσῃ. Id est, vt magis ac magis sentiam virtutem Christi. Nam quo sunt nostra tabernacula infirmiora, eo magis elucet in illis Christi virtus, qui nullis periculis, aut laboribus franguntur, vt scriptum est suprà, 4. 7. Estque in verbo ἐπισκηνοῦν metaphora à tabernaculis sumpta: non vt temporaria inhabitatio significetur, sed ipsius hospitij infirmitas, quæ perpetua tamen non erit, vt disserui suprà, 6. 1. quamobrem etiam Tabernaculi nomen exprimendum putaui.

10 *Acquiesco*, εὐδοκῶ. Hebr. אתפננ [*ethphanone*.] Id est, non tantùm æquo vel forti animo illas fero, sed etiam voluptatem maximam ex iis percipio.

11 *In gloriando*, καυχώμενος. Vetus interp. hoc non addit. ¶ *Summis Apostolis*, τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων. Vulg. *Ab his qui sunt supra modum Apostoli.* Vide suprà, 11. 5.

12 *Indicia quidem Apostoli*, σημεῖα τοῦ ἀποστόλου. Id est argumenta ex quibus liqueat me verè Apostolum esse Domini. Vulgata, *Signa tamen Apostoli*. Legit enim δὲ ante. Sed præterea Signi nomen visum est mihi hoc loco nescio quid minus significare quàm σημεῖον Græcè. Hinc illud σημεῖον δὲ, in disputationibus vsitatissimum apud Græcos. ¶ *Edita sunt*, κατειργάσθη. Vulg. *Facta*. Eras. *Peracta*, vtrunque non satis Latinè. ¶ *Apud vos*, ἐν ὑμῖν. Vulg. *Per vos*, deprauata sententia. Erasmus, *Inter vos*. ¶ *Cum omni tolerantia*, ἐν πάσῃ ὑπομονῇ. Quid valeat hoc loco τὸ καθόλου, diximus 1. Corin. cap. 1. vers. 5. ¶ *Virtutes*, δυνάμεσι. Id est singularis cuiusdam potentiæ Dei testimonia. Vide Matt. 7. 22. & 1. Cor. 12.

13 *In quo*, ὅ. Id est καθ' ὃ pro ἐν ᾧ. Vulg. *quid*. Ideo mutata verbi sequentis passiua significatione in actiuam. ¶ *Deteriore conditione*, ἡττήθητε. Id est superati sitis à reliquis Ecclesiis. Vulg. *minus habuistis*. ¶ *Præ*, ὑπέρ. Respondet ergo hoc loco ista præpositio Hebrææ particulæ מן [*Min.*] ¶ *Non obtorpui cum vestro incommodo*, οὐ κατενάρκησα ὑμῶν. id est non fui remissus in victu meis manibus mihi quærendo, ne vobis essem oneri. Vulgata, *Non grauaui vos*. Erasmus, *Non fuerim vobis onerosus*. Vide suprà, 11. 9.

14 *Tertiò paratus sum*, τρίτον ἑτοίμως ἔχω. Hoc nonnulli ita explicant quasi τρίτον pertineat ad verbum ἐλθεῖν, quod mihi non placet. Puto enim Apostolum bis duntaxat ... Corinthum ad summum, vt dicam infrà, 13. 1. Deinde ita collocatum est τρίτον, vt satis liqueat referri ad ἑτοίμως ἔχω: & facile est hoc explicare. Nam primùm omnium paratus fuerat Epheso in Macedoniam ire & inde Corinthum. Act. 19. 21. & 1. Cor. 16. 5. & 8. deinde quum Dominus hoc consilium impediuisset, constituerat Epheso rectà ire Corinthum, vt ostendit suprà, 1. 15. quo consilio rursus mutato in Macedoniam venerat: vnde nunc tandem tertiò decreuerat eos inuisere. ¶ *Parentes*, οἱ γονεῖς. sub. θησαυρίζουσι. Nam alioqui scribendum fuit τοὺς γονεῖς.

15 Ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, ἧττον ἀγαπῶμαι.

16 Ἔστω δὲ, ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς· ἀλλ᾽ ὑπάρχων πανοῦργος, δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον.

17 Μή τινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, δι᾽ αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς;

18 Παρεκάλεσα Τίτον, καὶ συναπέστειλα τὸν ἀδελφόν· μή τι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος; οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; οὐ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι;

19 Πάλιν δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν· τὰ δὲ πάντα, ἀγαπητοί, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς.

20 Φοβοῦμαι γὰρ μήπως ἐλθὼν οὐχ οἵους θέλω εὕρω ὑμᾶς, κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε· μήπως ἔρεις, ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι, καταλαλιαί, ψιθυρισμοί, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι·

21 Μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ ᾗ ἔπραξαν.

Κεφάλαιον ιγ.

1 ΤΡίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

2 Προείρηκα καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω τοῖς προημαρτηκόσι καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν, ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι.

3 Ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν.

4 Καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ ζησόμεθα σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ εἰς ὑμᾶς.

15 Ego verò libentissimè sumptum impendam, & expendar pro animabus vestris: etiamsi plurimum vos diligens, minus diligar.

16 6 Sed esto, ego vos non grauaui: sed quòd sim callidus, dolo vos cepi.

17 Num per quenquam eorum quos misi ad vos, quæstui vos habui?

18 Precatus sum Titum, & cum eo misi fratrem: num aliqua in re vos quæstui habuit Titus? nónne eodem spiritu ambulauimus? nónne iisdem vestigiis?

19 7 Rursum putatis quòd nos vobis excusemus? in conspectu Dei, in Christo loquimur: omnia autem hęc dilecti, pro vestri ædificatione.

20 8 Nam metuo nequo modo, quum venero, nō quales velim inueniam vos, & ego inueniar vobis qualem nolitis: nequo modo *sint* lites, æmulationes, excandescentiæ, rixæ, obtrectationes, susurri, rumores, tumultuationes.

21 Ne me postquam iterum venero, deprimat Deus meus apud vos, & lugeam multos eorum qui antè peccarunt, nec resipuerunt super impuritate & scortatione & lasciuia quam patrarunt.

CAP. XIII.

1 TErtia iam vice venio ad vos. ‖ Ex ore duorum testium aut trium firmum erit omne verbum.

2 Prædixi & secundò prædico vt præsens, & absens nūc scribo iis qui antè peccarunt, & reliquis omnibus, fore vt, si denuò venero, non parcam.

3 1 Quandoquidem probationem quæritis in me loquentis Christi, qui erga vos non infirmus, sed potens est in vobis.

4 Nam etsi crucifixus fuit ex infirmitate, viuit tamen ex potentia Dei: nam & nos infirmi sumus in eo, sed viui erimus cum eo, ex potentia Dei apud vos.

15 *Ego autem libentissimè impendā, & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet, plus vos diligēs, minus diligar.*

16 *Sed esto, ego vos non grauaui, sed quum essem astutus, dolo vos cepi.*

17 *Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumueni vos?*

18 *Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem: nunquid Titus vos circumuenit? nónne eodem spiritu ambulauimus? nónne iisdem vestigiis?*

19 *Olim putatis quòd excusemus nos apud vos? coram Deo, in Christo loquimur: omnia autem, charissimi, propter ædificationem vestram.*

20 *Timeo enim ne fortè, quum venero, non quales volo inueniam vos, & ego inueniar à vobis qualem non vultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, seditiones sint inter vos.*

21 *Ne iterum quum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis qui antè peccauerunt, & non egerūt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia quam gesserunt.*

CAP. XIII.

1 *TErtiò hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.*

2 *Prædixi & prædico vt præsens & nunc absens iis qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus quoniam si venero iterum, non parcam.*

3 *An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Christus? qui in vos nō infirmatur, sed potens est in vobis.*

4 *Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei: nam & nos infirmi sumus in illo, sed viuemus cū eo ex virtute Dei in vobis.*

6 Aliam calumniam longè grauissimam à se depellit, nimirum quòd astu & per alios quæstum faceret.

7 Concludit se hæc ad eos non scribere quasi defensione egeat, cùm nullius sibi sit cōscius: sed quòd eorū maximè intersit de eius fide minimè dubitare à quo instituti fuerant.

8 Confirmata sua apud eos authoritate acriter eos obiurgat, ac minas etiam addit planè Apostolicas, fore videlicet vt nisi resipuerint, ipsis de nceps nō parcat, quū tertiò iam eos admonuerit.

Deut. 19. 15. matt. 18. 16. ioan. 8. 17. heb. 10. 28.

1 Grauissima increpatio, quòd dum Apostolicas admonitiones despiciunt, Christi ipsius patientiam tentent: atque adeò dum ipsum vt salariosum aspernantur, nihil obiiciant quod non sit ipsi cum Christo commune.

15 *Pro animabus vestris*, ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Id est, vestri causa ex Hebræorum idiotismo, quem sæpe annotauimus. Id enim est quod in vernaculo sermone diceremus, *Pour vos personnes*: nisi malimus expressè mentionem fieri animarum, vt de vera illorum salute hîc agi Corinthij intelligerent.

16 *Dolo vos capi*, δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον. Certum est hæc dici quasi in Corinthiorum persona, vt apparet etiam ex subiecta responsione. Itaque nihil certè ad rem facit quod hîc de dolo à veteribus & recentioribus etiam nonnullis disseritur.

17 *Num per quenquam*, μή τινα, &c. Hebræa prorsus est hæc formula loquendi, quam exposuimus Matth. 7. 9.

¶ *Quæstui vos habui*, ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς. id est, vobis ad rem faciendam sum abusus? Sic Cicero turpe esse dixit Remp. quæstui habere, *faire son profit aux despends du public*. Nec mihi videtur Latinè melius exprimi posse Græcam hanc vocem cum accusatiuo personæ constructam: de qua diximus suprà 2. 10. & 7. 2.

18 *Precatus sum Titum*, παρεκάλεσα Τίτον. Vel, Hortatus sum vt ad vos iret videlicet. ¶ *Fratrem*, τὸν ἀδελφόν. Certum quendam intelligit, vt apparet ex addito articulo, quanuis nomen eius non exprimat. ¶ *Num aliqua in re*, μή τι. Id est κατά τι, vel ἔν τινι. Sic enim malo accipere quàm vt supplendum. ¶ *Eodem spiritu incessimus?* τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν. Id est, Nónne res ipsa ostendit nos vno & eodem spiritu Dei regi? Est igitur valde prægnans hic Hebraismus, quem idcirco lubenter seruauimus integrum. Nam si Latinè cum Castellione dixeris, *Nónne eodem animo ingressi sumus*, dimidium energiæ amiseris.

19 *Rursum putatis*, πάλιν δοκεῖτε. Vel, Num è contrario putatis. Vulg. *Olim putatis*. Legit enim πάλαι, quod non video qui possit conuenire, quanuis in vno codice ita scriptum inuenerimus. ¶ *In Christo*, ἐν Χριστῷ. Id est, vt eum loqui verè ac sincerè conuenit qui se in Christo esse profiteatur. ¶ *Omnia autem hæc*, τὰ δὲ πάντα. Vulg. & Erasmus neglexerunt articulum, vt alibi sæpe.

20 *Æmulationes*, ζῆλοι. Ex inuidia videlicet orientes, qua ratione hanc vocem soleo hoc significatu *Inuidiam*, sed singulari numero interpretari. Vide Ioan. 2. 17.

¶ *Tumultuationes*, ἀκαταστασίαι. quibus videlicet alij aliorum quietem interturbant, & quasi alij alios tradunt. Vulgata & Erasmus, *Seditiones*. & Vetus interpres addit, *Sint inter vos*, ad explicandam constructionem. suprà, 6. 5. eandem vocem verti *exagitationes*. Sed illic suas ærumnas, hic verò Corinthiorum vitia commemorat Apostolus.

21 *Deprimat*, ταπεινώσῃ. Nihil erat quo magis exultaret Apostolus quàm prospero suæ prædicationis successu: contrà nihil erat vnde tristiore & demissiore animo redderetur quàm quum cerneret se frustra laborasse. Hoc igitur est quod verbo ταπεινώσῃ voluit significare. Thessalonicenses contrà vocat gloriam & gaudium suum, 1. epist. 2. 20.

IN CAPVT XIII.

1 *Tertia iam vice venio ad vos*, τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Vulgata, *Tertiò hoc venio ad vos*. Erasmus, *Hic tertius erit aduentus meus ad vos*. quasi de sequuturo ipsius ad eos aduentu loquatur Apostolus. Neque verò nego ἔρχομαι sæpe in his libris significare ἐλεύσομαι. Sed non patitur historica narratio, vt Pauli post hanc epistolam scriptam aduentus fuerit tertius, non modò quia secundi alicuius aduentus non facit mentionem Lucas, (neque enim is singula

perscripsit) sed quia constat eum fuisse primum eius in hanc vrbem aduentum quum Athenis illuc venit, vt narrat Lucas Act. cap. 18. quo tempore prima iecit Corinthiacæ Ecclesiæ fundamenta. Inde traiecit Ephesum, & statim rectà contendit Hierosolymam. Inde Cæsaream, & postea Antiochiam venit. Antiochiæ aliquantulum commoratus, ordine peragrauit Galatiam & Phrygiam: donec Ephesum, peragrata superiore Asia, deueniret. vnde priorem ad Corinthios epistolam scripsit. vbi consumptis 27. mensibus, à Demetrij factione expulsus, in Macedoniam venit, vnde hanc alteram scripsit epistolam, paulo antequam ipse ex Macedonia in Græciam transiret, vbi tres menses consumpsit. Quid ergo? nempe verbum ἔρχομαι præsenti tempore explicandum est, & binas suas epistolas pro totidem ad illos profectionibus recenset. Nam paulo antè de vero suo ad illos aduentu hanc epistolam sequuturo loquens, non dicit τρίτον sed πάλιν: & in his epistolis aliquoties. & quidem mox testatur sese scribendo haud aliter cum ipsis agere, quàm si corpore præsens apud illos esset.

¶ *Firmum erit*, σταθήσεται. Hebr. יקום [iakum] Vulgata, *Stabit*. Eras. *Constituetur*. ¶ *Omne verbum*, πᾶν ῥῆμα. id est, omne negotium, Hebraica phrasi.

2 *Et secundò prædico vt præsens*, καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον. Plerique interpretes τὸ δεύτερον (quod tamen Vulgata non legit) exponunt de secundo quodam aduentu, quasi sit tertius quem in hac epistola pollicetur: qua de re diximus superiore annotatione. Itaque Erasmus sic interpretatur, *Prædixi & prædico, vt præsens quum essem iterum*, [*ita*] *& absens nunc scribo*. quæ interpretatio admitti non potest: quum enim subaudiat particulam Ita, satis liquet eum cōiungere ὡς παρὼν non cum προλέγω, sed cum γράφω: vnde consequuntur duo absurda. Primùm enim supplenda esset copula quæ coniungeret προλέγω & γράφω. qualem ellipsin aliquoties quidem annotauimus, sed tum demum tamen quum id fuit necessarium. Deinde bis videretur Paulus præsens scripsisse, aut certè scripsisse quum secundò præsens esset. Nam qui sic loquitur, Vt præsens quum essem iterum, ita & absens nunc scribo, certè alterum significat ex iis duobus quæ dixi. Ex iis autem puto liquere, τὸ δεύτερον pertinere potius ad προλέγω, & προείρηκα quidē ad priorem epistolam, προλέγω verò ad hanc ipsam referri. Nam hoc ipsum scripsit superioris Epistolæ cap. 4. 19. 20. 21: neque inane est quod addidit ὡς παρὼν, vt præsens. Ita enim significat sui absentis non minorem esse debere auctoritatem quàm si ex præsentis ore has minas intelligerēt. Nulla igitur causa est cur ex hoc loco statuatur secundus aliquis ipsius Pauli aduentus, quum ad absentem referatur vtraque ista prædictio. Nam certè si præsens fuisset, nunquā inde discessisset, nisi vel re transacta, vel eo ipso confecto quod hîc se facturum interminatur. ¶ *Et absens*, &c. καὶ ἀπὼν νῦν γράφω. Hoc verò per se satis intelligi poterat, etiamsi non esset additum, quum τὸ προλέγω dixerimus ad hanc epistolam referri. sed tamen sua emphasi non caret ista eiusdem sententiæ non eadem prorsus, sed aliquantulum diuersa repetitio, quasi dicat Apostolus, Olim id vobis denuntiaui, & secundò denuntio vt præsens, hac videlicet epistola quam absens scribo. Vulgata verbum γράφω non legit, nec illud inueni in codice Claromontano: & certè planior sic est sententia.

3 *Quandoquidem*, ἐπεί. Vulgata, *An*, legit enim ἢ vel ἦ, accentu interrogante. ¶ *Sed potens est*, ἀλλὰ δυνατεῖ. Hic mos est Hebræis familiaris, vt maioris emphaseos causa bis idem videantur dicere, vt exposuimus, Ioan. 1. 20. Sed fortassis tamen quia εἰς ὑμᾶς & ἐν ὑμῖν non frustra videntur repeti, aliter possit hic locus explicari, ita nimirum vt illud ἐν ἀσθενεῖ referatur ad ea Spiritus dona ex quibus Corinthij per se poterant intelligere quàm efficax in ipsis fuisset Pauli prædicatio: alterum autem membrū ad eam potestatem quam testetur se aduersus præfractos & contumaces vsurpaturum: acsi dicat, Hoc vobis testor, me summa seueritate vsurum erga omnes istos adeo pertinaces, quandoquidem videmini alioquin mihi non credere nisi Christi in me loquentis specimen vobis exhibeam: quem sentitis quidem non esse erga vos (tot eximiis donis in vos collatis) infirmum & imbecillem, sed ego vobis confirmo, ad vos, quum opus fuerit castigandos potentissimum esse. Vt autem hanc expositionem sequar, eo etiam adducor quod subiicitur. Certum enim est hoc dici vt reuerentia auctoris ministerij sui ad officium faciendum reuocentur.

4 *Ex infirmitate*, ἐξ ἀσθενείας. i. quod attinet ad infimam illam formam serui quam accepit, semetipsum exinaniens. Idem enim hoc declarat atque κατὰ σάρκα, Rom. 1. 3. nisi quod σὰρξ declarat οὐσίαν, ἀσθένεια verò eius οὐσίας qualitatem, cui opponitur potentia Dei, i. Deitas illa potentissima quæ sese in resurrectione carnis potissimum exeruit. ¶ *Nam & nos*, καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς. Particula causalis ostendit argumenti superioris consequutionem: quòd alioquin videatur inepte Apostolus à Christi exemplo sumpsisse argumentum, quo non Christi sed suam potestatem videatur confirmare: nisi ostenderit quatenus sint Christo conformes ministri. Fuit, inquit, Christus, quòd ad carnem attinet, vilis & abiectus hominum iudicio, adeo vt sit adactus in crucem. Huius imbecillitatis imaginem nos quoque circumferimus, quibus in speciem nihil fingi potest contemptius. At idem ille crucifixus, re ipsa tandem ostendit se Deum esse: ita scitote etiam nobis, quos velut pro mortuis habetis, vigorem inuictum non deesse, quem aduersus vos, si opus fuerit, vsurpemus, vt Christum in nobis verè viuere sentiatis. quamobrem etiam ζησόμεθα vertere malui, *Viui erimus*, quàm *Viuemus*.

¶ *In eo*, ἐν αὐτῷ. Immo verò in nobis, i. nostri respectu, non quatenus in illo censemur toti, sed quatenus nondum perfectè ipsi adhæremus. Itaque illud ἐν αὐτῷ sic accipiendum est, ac si scripsisset Apostolus, quanuis in illo iam simus. Ideo in proximo mēbro non dixit, Viui sumus sed Viui erimus cum illo, tunc videlicet quū toti in illo ac cum illo æternam vitam possidebimus, abolita omni prorsus carnis adhuc in nobis, licet in ipso iam aliquatenus sitis, hærente infirmitate. Est autem illud quoque obseruandum, hac præpositione non tantùm significari Christi

& ministrorum ipsius similem cõditionem, sed hoc in primis, quòd à Christo in ministros (de his enim propriè hic agitur) vis illa promanet, per quam diuina in ipsis virtus illa inhabitans, in media illorum infirmitate emineat.

1. Cor. 11. 20

2 Confirmat quod de virtute Dei dixerat in suo ministerio elucente, colligitque ex mutua inter fidem populi & ministri prædicationem relatione, oportere vt vel Apostolatum eius reuereantur, in cuius doctrina fundata sit ipsorũ fides, vel seipsos damnent infidelitatis, & se non esse ex Christi corpore fateantur.

5 Ἑαυτοὺς πειράζετε εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε. ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτούς; ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν; εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε.

5 2 ‖ Vos ipsos tentate an sitis in fide, vosipsos explorate. annon agnoscitis vosmetipsos, *videlicet* Iesum Christum in vobis esse? nisi reiectanei estis.

5 *Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. annon cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi estis.*

6 Ἐλπίζω δὲ ὅτι γνώσεσθε ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι.

6 3 At spero fore vt cognoscatis nos non esse reiectaneos.

6 *Spero autem quòd cognoscetis quia nos non sumus reprobi.*

7 Εὔχομαι δὲ πρὸς τὸν Θεὸν μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδέν· οὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν.

7 Opto autem à Deo, nequid mali faciatis: non vt nos probi appareamus, sed vt quod bonum est faciatis, nos verò velut reiectanei simus.

7 *Oramus autem Deum vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autẽ vt reprobi simus.*

8 Οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας.

8 Non enim possumus quicquam aduersus veritatem, sed pro veritate.

8 *Non enim possumus aliquid aduersus veritatẽ, sed pro veritate.*

3 Mitigat illam asperitatẽ, sperans fore vt se dociles fideli Apostolo præbeant: illud etiam addens, se famam & existimationem suam nihil morari, dũ modò seruiat eorum saluti, qui sit vnicus eius scopus.

9 Χαίρομεν γὰρ ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν, ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε. τοῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα, τὴν ὑμῶν κατάρτισιν.

9 Gaudemus enim quum nos infirmi sumus, vos autem validi estis: hoc autem etiam optamus, vestram *videlicet* integram concinnationem.

9 *Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis: hoc & oramus, vestram consummationem.*

10 Διὰ τοῦτο ταῦτα ἀπὼν γράφω, ἵνα παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἣν ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομήν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν.

10 Propterea hæc absens scribo, ne præsens præcisè me geram ex eo iure quod dedit mihi Dominus ad ædificationem, ac non ad destructionem.

10 *Ideo hæc absens scribo, vt non præsens durius agam secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.*

4 Breuis exhortatio, sed quæ omnes Christianæ vitæ partes complectatur.

11 Λοιπόν, ἀδελφοί, χαίρετε, καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε· καὶ ὁ Θεὸς τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.

11 4 Quod superest, fratres, valete, instauramini, consolationem habete, idem sentite, pacem colite: & Deus charitatis ac pacis erit vobiscum.

11 *De cætero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacẽ habete: & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.*

5 Familiariter eos salutat, ac tandem eis bene precatur.

12 Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν ἁγίῳ φιλήματι, ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες.

12 5 Salutate alij alios osculo sancto. Salutant vos sancti omnes.

12 *Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.*

13 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

13 Gratia Domini Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. Amen.

13 *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & cõmunicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.*

5 *An sitis in fide*, εἰ ἐστὲ ἐν πίστει. At cur non potiùs, An fides sit in vobis? Nempe id in quo esse dicimur, id est quo continemur, latiùs & plenius patet quàm quod eo comprehenditur. Et huc referendæ sunt istæ phrases, Esse in carne, Esse in peccato, & aliæ similes. ¶ *Reiectanei*, ἀδόκιμοι. Sic eos vocat Apostolus hoc loco, non qui sint diuinitus ad vitam æternam electis oppositi, (nec enim statim censenda sunt iræ vasa quicunque vel in suis peccatis adhuc manent, nondum efficaciter vocati, vel quicunque etiam post vocationem in graues lapsus incidunt) sed quos Gallicè licet appellare, *Ceux qui ne sont pas de mise, ni receuables*, quibus opponuntur δόκιμοι, vt 1. Corinth. 11. 19. Vulgata & Erasmus, *reprobos*, quod mutaui vt periculosam homonymiam vitarem. Probat autem ex ministerij sui apud Corinthios fructu, sese verum esse Domini Apostolum.

7 *Velut reiectanei*, ὡς ἀδόκιμοι. hominum videlicet iudicio, vt suprà, 6. 8.

9 *Infirmi*, ἀσθενεῖς. Infirmos rursum vocat quorum vilis & abiecta est conditio, quibus opponit δυνατούς, in quibus floreat virtus illa & gratia Dei. ¶ *Integram concinnationem*, κατάρτισιν, siue cõpactionem. Alij vertunt *perfectionem*, siue consummationem, alij *integritatem*. Varia enim est & multiplex verbi καταρτίζειν significatio. Mihi verò proximum versiculum cum isto comparanti videtur Apostolus nihil aliud hoc nomine significare, quàm suum hoc esse consilium vt Corinthiacæ Ecclesiæ membris quæ luxata fuerant, rursus in locum suum veluti repositis, tõtum illud corpus, mutuò connexis membris instauretur, vt Gal. 6. 1. Itaque licebat etiam *reconcinnationem* interpretari.

¶ *Præcisè me geram*, ἀποτόμως χρήσωμαι. subaudi ὑμῖν. Hellenismus elegans, id est præcisa seueritate vtar apud vos, quod Gallicè dicitur, *vie à vie*.

12 *Osculo sancto*, ἁγίῳ φιλήματι. Alibi diximus hanc fuisse non tantùm Iudæorum, sed etiam aliarum gentium Orientis consuetudinem, vt mutuis osculis sese salutarent summa amicitia ac necessitudine coniuncti: qua de re sic Xenophon, loquens de Persis, libro Cyri Pædiæ I, λέγεται ὅτι Κῦρος ἀπιών, ὡς ἀπηλλάττοντο ἀπ' ἀλλήλων, τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας τῷ στόματι [illegible] Πέρσαι. Et Herodotus in Clio, [illegible] Ad hanc consuetudinem Persarum proximè accessisse Iudæorum mores facile est ex sacra historia cognoscere, adeo vt osculum esset non modò amicitiæ alicuius, sed cuiusdam etiam ὁμονοίας symbolum. Eam autem consuetudinem olim etiam publicè fuisse in Ecclesiastico cœtu obseruatam, licet ex veterũ scriptis cognoscere: quũ Iustinus id disertè testetur Apolog. 2. quam tamen qui nunc velit in his regionibus vrgere, non modò sit ineptus, sed turpis etiam criminis suspicione laboret.

¶ Scripta

Πρὸς Κορινθίους δευτέρα ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας, διὰ Τίτου καὶ Λουκᾶ.

Ad Corinthios secunda scripta fuit Philippis *vrbe* Macedoniæ, per Titum & Lucam.

Ad Corinthios secunda missa fuit à Philippis Macedoniæ, per Titum & Lucam.

¶ *Scripta fuit*, ἐγράφη. Vulg. *missa fuit*, ἐπέμφθη. Et verum quidem est Philippis aut ex alia Macedoniæ vrbe scriptam hanc epistolam fuisse. Subscriptiones tamen istas suppositicias esse, adeo vt quædam etiã sint falsæ, sicut suis locis est à nobis annotatum, ex eo etiã liquet quòd in quodã vetustissimo codice pro διὰ Τίτου καὶ Λουκᾶ legitur, ὑπὸ Παύλου καὶ Τιμοθέου: & in codice Claromõtano, ἡ πρὸς Κορινθίους β' ἐπληρώθη. ἄρχεται ἡ πρὸς Γαλάτας. quæ verba sunt descriptoris.

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Ἡ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ ἐπιστολή.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α. — CAP. I. — CAPVT I.

1 ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος (οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν)

1 1 PAVLVS Apostolus (non ab hominibus, neque per hominẽ, ‖ sed per Iesum Christũ, ac Deum Patrem qui suscitauit eũ ex mortuis)

1 PAVLVS *Apostolus (non ab homnib. neque per hominẽ, sed per Iesum Christum, & Deũ Patrem qui suscitauit eum à mortuis)*

1 Salutatio plurimis complectẽs Apostolicæ doctrinæ summã, ac præterea etiam statim ab initio præferẽs Apostolicæ authoritatis gratuitatem, aduersus pseudoapostolos memorandæ. Tit. 1. 8.

2 Καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοί, ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας.

2 Quique mecũ sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ.

2 *Et qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ.*

3 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρός, καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3 Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo:

3 *Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo:*

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAPVT I.

1 *Non ab hominibus*, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων. Id est, non auctorib. hominibus vllis. qua nota suum Apostolatum non tam distinguit à ciuilibus & humanis legationibus, quàm à reliquis sacris functionibus in quibus delegandis interueniãt homines, Dei quoque nomine congregati. ¶ *Per hominem*, δι' ἀνθρώπου. Rursum expressiùs notat se vnum esse ex illis ἀμέσως, à Christo designatis: cui vocationi adiuncta erat Spiritus sancti mensura extraordinaria, quam infusam vocant, sicut mox declarat vers. 12. vt vel hoc solo argumento deprehendi debuerit istorum falsitas, qui doctrinæ Pauli aduersabãtur quum sibi ipsi Deus non repugnet. Et fortassis etiam Paulus ita sese ex eorum etiam numero eximit, qui interdum ab Apostolis, absque Ecclesiarum adhibitis suffragiis vt quæ nondum erant cõstitutæ, sed tum demum plantabantur, huc & illuc mittebantur, Euangelistæ peculiariter vocati, cuiusmodi fuerunt illi Pauli asseclæ, Timotheus, Titus, Lucas, & alij in ipsius epistolis & Actorum historia celebrati. Etsi verò inter particulas ἀπὸ & διὰ videtur hoc non esse inane discrimen, quòd ἀπὸ auctoritatis esse videtur, διὰ verò ministerij à superiore quopiam demandati: tamen hoc loco non puto istud nimis vrgendum, quum mox non tantum Christo vt mediatori, qui de hoc ipso munere loquens, Sicut (inquit) misit me Pater, ita & ego mitto vos, sed etiam ipsi Deo Patri particula διὰ attribuatur. Iesum autem Hominibus & homini opponens, non negat Hominem esse: sed cæterorum hominum numero eximit, quod ad vocationis auctoritatem. ¶ *Qui suscitauit*, τοῦ ἐγείραντος. Vel, *qui suscitauerat*. Certum enim est Apostolum vt os istis occluderet, qui ipsi obijciebant quòd vel oculis suis Dominum non vidisset vt alij Apostoli, vel cum ipso familiariter non fuisset versatus, hanc circunstantiam temporis expressisse, qua illustrior etiam ipsius vocatio quàm cæterorum Apostolorum reddebatur, quòd à Christo iam glorioso & ex ipsis cælis loquente fuerat vocatus ad Apostolatum.

2 *Omnes fratres*, πάντες ἀδελφοί. Hoc quoque ad rem vel maximè facit, vt norint Apostolum suam quampiam doctrinam, vt ἰδιογνώμονες solent, proponere. puto verò sic totum Antiochenæ Ecclesiæ presbyterium significari, & inde scriptam hanc epistolam eo tempore quod inter Pauli & Barnabæ, ex prima illa peregrinatione, in Asiam reuersionem, & istorum turbatorum ad ipsos Antiochenos aduentum, multum intercessisse testatur Lucas Act. 14. 28. Cæterùm si immediatè à Christo vocari, est veræ & germanæ Apostolicæ potestatis nota, desiit illa certè morientibus illis Apostolis, quum iam suo munere, constitutis orbis Ecclesiis, essent defuncti. Nulli verò priuatæ Ecclesiæ fuit ab illis vnquam in alias quasdam, nedum in totum orbem terrarum attributa dominatio: sed fuit ordo quidam inter Ecclesias, prout illarum numerus crescens, & prouinciarum commoditas ferebat ad conuentus habendos, & communicanda consilia, tacito potius consensu ante Nicænam Synodum constitutus, multis quidem regulis postea sensim positis, quos Canonas vocarunt, quibus tanquam frænis omni ambitioni occurreretur, quæ nihilo minus mox in horrendam tyrannidem euasit, vt tota Ecclesiastica historia testatur.

[a] Luc.17.
Veri Euangelij summa est, Christum sua vnius oblatione nos ex mundo selectos seruare, ex Dei patris gratuita ordinatione.

4 Τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν.

5 Ὧι ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

6 Θαυμάζω ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ, εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον.

7 Ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο· εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μεταστρέψαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.

8 Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

9 Ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.

3\. Prima pars epistolæ, qua se Apostolũ esse testatur nihilo selectis illis Christi discipulis inferiorem, & prorsus cum eis consentientem, quorum nominib. pseudoapostoli abutebantur. Inchoat autẽ abiurgatione, arguens eos leuitatis, quòd tam citò aures iis præbuerint qui ipsos ad nouũ Euangeliũ ita ducebant.
4\. Tempestiuè monet vt meminerint non esse multiplex Euangelium, ac proinde quicquid prætexant isti pseudoapostoli, qui legem, Mosen, Patres in ore habebant, totidem hæc esse veri Euangelij corruptelas, & seipsum, atque adeò Angelos etiam ipsos, (nedum pseudapostolos, execrabiles esse oporteret, si vel tantillum, velint in Euangelio quod ipsis antea tradiderat, innouare.

4 [a] Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ‖ vt eximeret nos ex præsenti seculo malo, secundũ voluntatem Dei & Patris nostri,

5 Cui *sit* gloria in secula seculorum. Amen.

6 [3] Miror vos ita citò, deserto eo qui vocauit vos in gratiam Christi, ‖ transferri in aliud Euangelium:

7 [4] Quod non est aliud sed nonnulli vos turbant, & volũt inuertere Euangeliũ Christi.

8 Sed etiam si nos, aut Angelus è cælo euangelizet *quidem* vobis præter *id* quod vobis euangelizauimus, anathema esto.

9 Vt antè diximus, etiam nũc iterum dico, Siquis vobis euãgelizauerit prȩter *id* quod accepistis, anathema esto.

4 *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundũ voluntatem Dei & Patris nostri.*

5 *Cui est gloria in secula seculorum. Amen.*

6 *Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium:*

7 *Quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi.*

8 *Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.*

9 *Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Siquis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.*

4 *Qui dedit semetipsum, τοῦ δόντος ἑαυτόν.* Alterum hoc est caput secuturæ pseudapostolorum redargutionis, qui ceremonias adhuc vrgebant iàm in Christo Iesu impletas, & operum iustitiam gratuitæ redemptioni ex diametro oppositam. ¶ *Seculo malo, αἰῶνος πονηροῦ.* Sic vocat deprauatissimam illam hominum vitam & miserrimam conditionem extra Christum, qua significatione sæpe solet Mundi & Tenebrarum nomen vsurpare.

¶ *Voluntatem, τὸ θέλημα*, id est Gratuitam beneuolentiam, quam alibi vocat εὐδοκίαν & πρόθεσιν. Hebræi רצון [*ratson*] appellant, de qua diximus Luc. 2.14. quanuis interdum θέλημα & εὐδοκίαν iungat, vt infrà Ephes. 1.5.

5 *In secula seculorum, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Hebraicè לעולם עולמים [*l-holam holamim*] pro infinito spatio, vt Rom. 16.27. Sic verò declarantur impleta omnia quæ patribus fuerant figuris, suo tempore aduentu veritatis abolendis, adumbrata.

6 *Ita citò, οὕτω ταχέως.* Addit hæc etiam circunstantia magnum pondus huic reprehensioni.

¶ *Deserto eo qui vocauit vos in gratiam Christi, ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ.* Sic Vetus interpres conuertit Græcis etiam assentientibus, & Augustino quoque, apud quos nulla fit mentio Χριστοῦ coniungendi cum καλέσαντος. Ab hoc tamen in eo dissentio quòd ἀπὸ τοῦ καλέσαντος conuertit ad verbum, *Ab eo qui vocauit*, nimium ambiguè. Sic enim accipi posset quasi sit scriptum ὑπὸ τοῦ καλέσαντος, acsi idem ille diceretur Galatas à vero Euangelio auertisse, qui eos antea ad illud vocarat. Itaq; vt omnem amphiboliam vitarem, conuerti, *Deserto eo qui vocarat vos*, &c. Erasmus, *A Christo qui vocauit vos per gratiam.* Mauult enim cum Hieronymo, Χριστοῦ per hyperbaton construi cum τοῦ καλέσαντος, vt etiam vertit Syrus interpres. Altera tamen interpretatio nihil prorsus torquet, & planam habet sententiam. Et plerunquè in Apostolicis scriptis vocatio solet tribui Deo potius ad Christum vel per Christum vocanti, vt 2. Thess. 2.13. 14. & 16. Item 1. Pet. 5.10, quibus testimoniis possit hic locus veluti commentariis illustrari. Sed & in nonnullis codicibus, vt in Græcis scholiis, pro Χριστοῦ legitur Θεοῦ. quam lectionem etiamsi sequamur, nolim tamen hyperbaton statuere, sed dixerim potius Apostolum de seipso loqui, à quo Galatæ deficiant, quum ipse eos ad Dei gratiam vocarit, non ad Legem. Res enim ipsa ostendit, Christi gratiam vocari à Paulo salutem gratis in Christo oblatam: id est summam Euangelij, quod opponit Legi & falso pseudapostolorum Euangelio. Augustinus pro In gratiam, legit In gloriam; contra Græcorum codicum fidem. ¶ *Transferri, μετατίθεσθε.* Vtitur præsenti tempore, quasi nondum desciuerint, sed adhuc sint in actu, quòd aiunt. Deinde verbum passiuum vsurpauit, vt culpam in pseudapostolos deriuet. ¶ *In aliud Euangelium, εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον.* Ambrosius connectit cũ participio καλέσαντος, sed perperam. Euangelium autem vocat non libros de Christo scriptos, sed doctrinam ipsam de Christo.

7 *Quod non est aliud, ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο.* Ambrosius hoc non legit. Hieron. verò duntaxat legit ὃ οὐκ ἔστιν, *quod non existit*, siue *quod nusquã est.* vt habet etiam Syrus interpres. Nã quum vnum sit Euangelium, non plura, altera illa doctrina quam amplexi erant Galatæ, non erat Euangelium nisi nomine tenus. Dicitur autem falsum Euangelium non esse Euangelium, quoniam videlicet non potest esse multiplex verum Euangelium, sicut Ephes. 2.12. dicuntur ἄθεοι, non qui nullũ numen agnoscerẽt, sed qui pro vero illo & vnico plurimos falsos colerent. Nonnullis tamen placet hoc connectere cũ eo quod sequitur, quasi prouocabulum ὃ non referat dũtaxat εὐαγγέλιον, sed totum complexum superioris orationis acsi Aliud ponatur pro Alia re, veluti quum dicimus, Hoc nihil est aliud quàm Velle fallere. Eius sententiæ fuit etiam Erasm. vt qui propterea pro εἰ μή τινές εἰσιν, conuerterit *Nisi quòd quidam sunt.* Sed hæc interpretatio mihi nõ probatur, quia non est scriptum εἰ μὴ ὅτι τινές εἰσιν, sed εἰ μή τινες, vt satis appareat ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο cum superioribus cohærere. Sequutus sum igitur Græcos interpretes, summo consensu hoc ita explicantes, vt ὃ non referat aliud quàm εὐαγγέλιον, perinde acsi scriptum esset, μὴ ὄντος ἄλλου. ¶ *Sed, εἰ μή*, i. ἀλλά, vt Matt. 12.4, & inf. 2.16, vbi pluribus de hoc dicemus: & Apoc. 9.4, & 21.27. Vulgata & Erasmus *Nisi.* quod in causa fuit cur Erasmus interliceret particulam *Quòd.* Et nonnulli alij plura subauuirent. Syrus autẽ interpres habet, vt vertit noster Tremellius *sed secundum homines illos est qui conturbant vos.* Verùm admonuit me Cornelius Bertramus meus collega, in aliquibus codicibus deesse particulam אלא [*elch*] id est, secũdum, hoc sensu *sed quidam sunt, qui*, &c. & ita Syra cũ nostris Græcis consentiunt. ¶ *Inuertere, μεταστρέψαι.* Vel *Euertere.* Quid enim magis contrarium est fidei siue gratuitæ iustificationi, quàm Iustificatio ex Lege, siue meritis, nõ Christi sed nostris, etiamsi per Christum illa in nobis gigni dicamus? quasi scilicet Christus dicatur nos iustificare, quia tribuit nobis rationem qua nos ipsos iustificemus. Itaque qui volũt ista duo cõciliare, magis etiã sunt inepti quàm siquis conetur lucem cum tenebris, mortem cum vita cõiungere.

8 *Præter id, παρ' ὅ.* Adiicientes vi scilicet circuncisionis obseruationem ac Iustitiam Legis Euangelio, quum dicerent. Nisi

circuncidamini Christus vobis nihil prodest. Ceterùm quum agitur de Christianæ doctrinæ dogmatibus, quoniã ea omnia plenissimè in Apostolicis scriptis continẽtur: necessariò quicquid scripturis illis additur nõ tantùm præter, sed etiam contra illas dicetur. Malui tamen παρά hoc loco præter quàm contrà interpretari, Chrysostomi sententiam vt conuenientiorem sequutus, cuius hæc sunt verba in hũc locum, Non dixit Apostolus, si contraria annũtiauerint, aut totum Euangelium subuerterint, verùm si vel Paulum hoc est si ministerium, vel exiguum vel minutissimum aliquid euangelisauerint præter illud Euangelium quod accepistis, etiam si quiduis labefactauerint, anathema sint.

¶ *Anathema, ἀνάθεμα.* Vide Rom. 9.3. & 1. Corinth. 12. 3. & 16.22.

10 Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν Θεόν; ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην.

11 Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον.

12 Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτό, οὔτε ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

13 Ἠκούσατε γὰρ τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτήν.

14 Καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει

10 [5] Nunc enim *vtrum* homines *audiendos* an Deũ suadeo, aut quæro hominibus placere? Enimuerò si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

11 [6] ‖ Notum autẽ vobis facio, fratres, Euãgelium illud quod est à me Euangelizatum nõ esse secundum hominem.

12 Neque enim ego ab homine id accepi, neque edoctus sũ sed per reuelationem Iesu Christi.

13 [7] ‖ Audistis enim quomodo versatus sim olim in Iudaismo me *videlicet* supra modũ persequutum esse Ecclesiã Dei, & eam vastasse:

14 Et profecisse in Iudaismo supra multos coæuos meos in

10 *Modò enim hominibus suadeo, an Deo? an quæro hominibus placere? si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.*

11 *Notum enim vobis facio, fratres, Euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem:*

12 *Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.*

13 *Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam.*

14 *Et proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator e*

5 Confirmatio sumpta à natura ipsius doctrinæ sumpta, tũ ab ea ratione quã erat in docendo secutus: Neq; enim, inquit, vel ea docui quæ hominibus arriderent, vt isti qui in rebus externis & operibus Legis salutis partem constituunt: neque cuiusquam gratiam captaui, ac proinde cœlestem esse doctrinam quam vobis tradidi, res ipsa clamat. 1. Cor 15.1 Act. 9.1.
6 Secundum argumentũ, prorsus diuinam esse suam doctrinam, vtpote quã è cælis, ex ipso Iesu Christo, absque hominis adminiculo, hauserit: qua in re vel illis ipsis sit quodammodo superior, quos Christus hominum more in terris erudijt.
7 Probat se à Christo ipso extra ordinem fuisse edoctum, vt anteactæ suæ vitæ historia, satis vel ipsis Galatis perspecta. Nam, inquit, in qua schola à puero institutus notum est, nempe apud capitales Euangelij hostes Et, nequis calumnietur nomine non me discipulum Pharisæorum fuisse, nemo nescit me in Pharisaismo etiam excelluisse & repentè Apostolum Gentium ex Pharisæo factum, adeò vt nullum spatium intercesserit, quo potuerim ab hominibus institui.

10 *Nunc enim, ἄρτι γάρ.* Tempus anteactum in Pharisaismo opponit præsenti conditioni, quum iam ex Pharisæo factus Apostolus, Deum non homines annuntiaret. ¶ [*Vtrum*] *homines* [*audiẽdos*] *an Deũ suadeo* ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν Θεόν. Sic etiam construitur, sed adiuncto casu rei, idem verbum, Act. 28. 23. quum alioqui res non personæ dicantur suaderi. Dei igitur appellatione τὰ τοῦ Θεοῦ intelligit. & πείθω declarat prædicationis Euangelicæ scopum: sed non sine emphasi sic scribere visum fuit Apostolo, vt Pseudapostolos doceat, non tam quid doceret, quàm quibus gratificarentur spectasse, abutentes quorundam Apostolorum nominibus. Suppleui autem participium *Audiendos*, perspicuitatis causa, propter insolentem verbi πείθω constructionem cum casu personæ. Pauli igitur Apostoli Antagonistæ, vt Galatas ab eo abducerent, nihil aliud quàm principes illos Apostolos in ore habebant, quos cum Paulo cõmittebant, quasi contrarium Euangelium doceret. Itaque quanuis falsum esset quod illi prætexebant, & Apostolis nihil detractum vellet Paulus, coactus tamen fuit ostendere primùm se nihilo esse quoquam illorum inferiorem, vt qui ab ipso quoque Christo esset edoctus, & Apostolus declaratus, Act. 9.15. & 13.2. adeo quidem vt nihil hîc cuiquam mortali prorsus acceptum ferret: deinde se ita semper fuisse comparatum, vt nunquam hominibus placere studuerit, sed ipsum etiam Petrum (quando ita faciendum fuit) liberè reprehenderit. Illa verò quum possent superbius dicta videri, argumenta nunc adhibet quibus asserit eius doctrinæ dignitatem, cui Angelos etiam ipsos subiecerat. Itaque quum non sit Apostolo propositum ostendere quibus, sed quid annunciare consueuisset, neque de auditoribus, sed de doctrina ipsa disputare: quum denique sese cum istis aduersariis suis compararet quibuscum habebat quidem communes auditores, doctrinam verò diuersam: quòd illi homines viderentur prædicare, ipse Deum annuntiaret: illi hominibus, quorum nomine abutebantur, ipse Deo sese approbaret. Vetus interpres non rectè videtur conuertisse, *Hominibus suadeo, an Deo?* ¶ *Adhuc, ἔτι*, in Pharisaismo videlicet adhuc perseuerans. Fuit autem duplex Pharisæorum genus: vnum, idque frequentius, eorum qui meri erant hypocritæ, in quos plerunque inuehi consueuit Christus: alterum superstitiosorum, & suæ simul iustitiæ confidentium, ex quorum numero se fuisse testatur noster Apostolus, ignorãtia videlicet, quamuis ἀδιαφορήτως, non autem contra conscientiam peccantium. Videtur autem mihi istud, Quærere hominibus placere, de ipso doctrinæ genere ab hominibus falsa sui opinione deceptis excogitatæ, potius quàm de iis accipiendum qui adulatoriè captarent aliorum bonam gratiam, vel potius aduersus Christianos odium ista Legis & Euangelij permixtione mitigare studebant, quales sunt hodie qui Papismum & veri Euangelij professionem media quadam ratione conciliare se posse somniant.

11 *Secundum hominem, κατὰ ἄνθρωπον.* Id est, doctrinam quandam humanitus excogitatam. vel denique, quam ego ab hominibus acceptam, ex eorum auctoritate annũtiem. Vtraque enim ista expositio cohæret necessariò, & illa quidem à præcedente versu. ista verò à proximè sequente pendet. Vide Rom. 3.5.

12 *Per reuelationem Iesu Christi, δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Intellige de reuelatione extraordinaria vt 2. Corin. 12.1. Nam alioqui solus Filius Euangelium reuelat per Spiritum suum, sed hominum ministerio, quod hîc excluditur à Paulo, vt Apostolatus sui ac proinde doctrinæ suæ auctoritatem asserat. Itaque παρέλαβον & ἐδιδάχθην non sunt synonyma hoc in loco, sed illud, ad Apostolatus onus Paulo impositum, istud ad doctrinæ quam prædicaturus erat, perceptionem refertur. Vulg. & Erasmus ad verbum, *Per reuelationem Iesu Christi*, ambiguè: quanuis Græcis ad verbum respondeat. Potest enim istud accipi passiuè de reuelato Christo, vt in his libris sæpe: quum hîc Christus significetur ipsemet Euangelium, id est semetipsum, ἀμέσως patefecisse.

¶ *Vastasse, ἐπόρθουν.* Vulgata, *Expugnabam*. quam interpretationem reprehendens Valla, *Contumelia fit Deo*, inquit, *cuius Ecclesia dicitur expugnari.* Hoc verò dupliciter excusat Erasmus: primùm, quasi Ecclesiæ nomine significetur exigua illa multitudo fidelium. deinde, quasi non ad euentum rei, sed ad Sauli conatus hoc sit referendum. Atqui Paulus

toti Ecclesiæ bellum indixerat, vt qui in Arabiam vsque excurreret, & Christum ipsum, non autem certos homines, persequeretur: sed ne eum quidem cœtum potuit expugnare qui Hierosolymis erat. Deinde non potest expugnandi vocabulum pro Expugnare conari, hoc in loco accipi, nisi admodum violenta declaratione. Itaque illam interpretationem, ex Valla, prorsus repudio, quũ Ecclesia Dei non magis quàm Deus ipse, possit expugnari: quam ipsæ inferorum copiæ nunquam opprimere poterunt, vt exposuimus Mat.16.18. Erasmum autem valdè profectò demiror ad hanc interpretationem tuendam, quam tamen ipse mutauit, ea ratione impulsum, quod τὸ πορθεῖν nihil aliud significare putarit quàm expugnare aut capere. Nam hoc certè non puto vllius idonei testis auctoritate posse confirmari. Immò verò dici potest aliquis eam vrbem πορθῆσαι quam nunquam oppugnarit, vt Romæ accidit à Gallis: & vicissim expugnantur multæ vrbes quas tamen militi non liceat diripere. hoc enim est πορθεῖν quod Latinis diripere, populari & vastare, i. incensis domibus ad vastitatem redigere, παρὰ τὸ πέρθειν, i. ab incendendo, quod & ipse Erasmus annotauit. At enim, dices, hoc plus est quàm expugnare. Id verò pernego, nisi expugnatio præcesserit. Possunt enim agri & vrbes salua republica vastari, vt Hannibali accidit tandem à Romanis superato. Diripi igitur ad tempus ac vastari potest vinea Domini, interfici agricolæ, omnia denique ita dispardi vt nulla appareat hominibus vineæ facies: sed expugnari tamen non potest, ita videlicet vt in hostium ius ac potestatem omnem concedat: quum ijs ipsis interdum vtatur Dominus, vt eius ipsius custodibus, qui sunt illam populati.

μου, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων.

Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ,

Ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι.

gente mea summè affectans traditiones à patribus meis profectas.

15 Quando verò libuit Deo, qui separauerat me, inde ab vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam,

16 Reuelare Filium suum in me, ‖ vt euangelizarem ipsum inter Gentes, [8]nõ statim præterea contuli cum carne & sanguine.

xistens paternarum mearum traditionum.

15 *Quum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam,*

16 *Vt reuelaret Filiũ suum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuò non acquieui carni & sanguini.*

Ephes.3.8.

8 Quoniam ob illa potestas fuisse quidã ipsum in via vocatum à Christo, sed postea ab Apostolis & ab iis eruditum, quorum (vt antè dixi) nominibus ad destruendum ipsius Apostolatum, pseudapostoli abutebantur, quasi aliud traderet quàm veri Apostoli, nec esset ipse ex eorum numero quibus sine exceptione credendũ esset: idcirco respondet Paulus se statim à vocatione cœpisse Damasci & in Arabia Euangelizare, nec ab eo tempore Hierosolymis nisi quindecim diebus fuisse, vbi duntaxat Petrum & Iacobũ viderit: inde verò cœpisse in Syria & Cilicia docere, approbantibus Iudææ Ecclesiis, quibus ex fama tantum notus esset, nedum vt ibi fuerit ab hominibus institutus.

---

14 *Traditiones à patribus meis, &c.* τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων Vulgata, *Paternarum mearum traditionum.* Erasmus, *A maioribus meis traditorum institutorum.* Quid sit παράδοσις diximus Matt.15.3. Paternas autem traditiones vocat, quòd non modò Pharisæus esset ipse, sed etiam Pharisæo patre natus, vt testatur Act.23.6. & ita declarat quid Iudaismi appellatione intellexerit.

15 *Qui separauerat,* ὁ ἀφορίσας. Vulg. & Eras. *Segregarat.* Vide Matt.13.49. Loquitur autem Paulus de æterna Dei prædestinatione ad Apostolatum: cuius quum tres sint gradus, nempè æternum Dei consilium, (quod commemoratur in re prorsus simili, Ierem.1.5) deinde designatio ab vtero, postea vocatio: omnes istos gradus pulchrè cõmemorat Paulus suo ordine. Nam εὐδοκία (id est רצון [ratson,] de qua diximus Luc.2.14) primum illum gradum designat, quem deinde reliqui duo consequuntur. Quis igitur docuit ab operibus præuisis prædestinationem auspicari? Is nimirum qui Spiritui sancto aduersatur.

16 *Reuelare,* ἀποκαλύψαι. Eras. [*In hoc*] *vt reuelaret.* Coniunxit enim cum participio καλέσας, quia sequitur ἐν ἐμοί, de quo mox dicemus. At mihi commodius videtur hoc referre ad verbum εὐδόκησεν. quanuis Syro etiam interpreti prius illud magis placuerit. ¶ *In me,* ἐν ἐμοί id est mihi. Sed tamen illud videtur quiddam etiam amplius significare, quod apparet ex Hebræorum idiotismo. Nam ἐν ἐμοί omnino id declarat quod בי על [hal mi.] vt construitur verbũ respondens Græco verbo ἀποκαλύπτεσθαι, Esa.53.1. & videretur eo dicendi genere significari Dei gratiam cælitus in animum ipsum illabi, vt Græca etiam scholia annotarunt. Erasmus, *Per me,* vt ἐν ἐμοί positũ sit pro δι' ἐμοῦ: quamobrem etiam hoc coniunxit cum participio καλέσας, vt modò dixi. ¶ *Statim,* εὐθέως. Hieronymus, vt Porphyrij calumniam vitet, ex hoc loco Paulum summæ tum arrogantiæ tum inconstantiæ accusantis, hanc particulam connectit cũ εὐαγγελίζωμαι, quasi aliud consilium capturus fuerit Paulus, nisi Dominus iussisset eum statim sese accingere ad prædicationis munus. Sed non fuit necesse ad hanc distinctionẽ confugere. Ostendat Porphyrius Paulum sibi aliquid arrogare, & solidum erit eius argumentum. Quum verò res ipsa ostendat Paulum repentè & vno momento ita fuisse zelo & sapientia impletum, vt ex prædicationis ipsius successu apparuerit, eum nihil indigere cuiusquam subsidio, agnoscat ille suam calumniam esse: verò Paulum verè fuisse Apostolum fateamur, qui & ipse cælitus doctrinam suam hauserit extra ordinem, vt nihil hîc habeat quisquam quod obganniat. Quòd autem postea cum Apostolis contulit, id nõ sua ipsius sed Ecclesiarum causa fecit, nempe vt omnib. magis ac magis de summo inter Apostolos cæteros & ipsum Paulum cõsensu cõstaret, vt nullus iam locus arrogãtiæ relinquatur.

¶ *Præterea contuli,* προσανεθέμην. Ἀνατίθεσθαι significat arcanum suum familiariter quasi in sinum amici deponere, vt explicat doctissimus Budæus. & puto sumptam esse hanc significationem ab eo quòd curas nostras ac difficultates, in quib. versamur, quasi onus aliquod in amicos exoneremus. Præpositio verò πρός addita est, vt testetur Apostolus se, quasi non contentũ iis quæ ex Domino acceperat præterea nõ contulisse cum aliquibus vt noui quippiam disceret. Vulg. *Acquieui,* non satis commodè. Oecumenius inter cæteras declarationes, expõnit προτιμησάμην, vt videatur legisse προεθέμην, i. pro *prætuli & primo loco habui.* nam carnem & sanguinem interpretatur patriam & cognatos. quæ declaratio excurrit extra metam Apostolo propositã. Syrus vertit גליתי [guelith] id est *aperui* siue *patefeci,* istud videlicet negotium, vt si Gallicè dicas, *ie ne m'en suis descouuert, ou, rapporté.* Non desunt etiam qui legant προσανεθέμην, idque fortasse rectius, i. *statim primus id contuli,* cõsilium videlicet super re tanta & tam periculosa capturus: aut alicuius auctoritatẽ expectans, sed statim sum opus ipsum aggressus. ¶ *Cum carne & sanguine,* σαρκὶ καὶ αἵματι. i. cum quoquam mortalium, vt Ephes.6.12. Totus enim in eo est Apostolus, vt doceat se ab vno Christo hausisse quod prædicabat, ne summis Apostolis, quorum auctoritate isti falsi doctores abutebantur, videatur vlla in re inferior. Homines igitur omnes semel comprehendẽs, & Christo iam glorioso vnicóque suo præceptori opponens, ab infirma & imbecilla natura ipsos denominat. Quorsùm autẽ hoc? Nempe quòd his argumentis pseudapostoli Galatas fascinassent: quasi Paulus vnus esset ex Apostolorum discipulis, & quidem postremus, vt nõ statim ei credendum esset: summos autem Apostolos non ita abhorrere à circuncisione & Lege, quæ adhuc seruaretur Hierosolymis. Illud ergo primùm refutat, séque à Christo ipso iam glorioso institutum, & Apostolũ Gentib. destinatum ostendit: deinde sibi cum reliquis Apostolis optimè conuenire, à quibus tamen nihil noui didicisset. Qui igitur per carnem & sanguinem intelligunt cognatos ipsius Pauli, vel carnis cupiditates, nihil dicunt.

Οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους· ἀλλ' ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν, καὶ πάλιν ὑπέστρεψα εἰς Δαμασκόν.

Ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον· καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε.

Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου.

Ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι.

Ἔπειτα ἦλθον εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας.

Ἤμην δὲ ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας ταῖς ἐν Χριστῷ.

Μόνον δὲ ἀκούοντες ἦσαν, Ὅτι ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν ἥν ποτε ἐπόρθει.

Καὶ ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν Θεόν.

17 Neque redij Hierosolymã ad eos qui ante me *fuerant* Apostoli: sed abij in Arabiam, ac denuo reuersus sum Damascum.

18 Deinde trib. pòst annis redij Hierosolymam, vt viserẽ Petrum: & permãsi apud eum dies quindecim.

19 Alium autem ex Apostolis non vidi quenquam nisi Iacobum fratrem Domini.

20 In iis porro quæ scribo vobis, ecce in conspectu Dei (*testor*) me non mentiri.

21 Deinde veni in regiones Syriæ & Ciliciæ.

22 Eram autem ignotus facie Ecclesijs Iudææ quæ *erant* in Christo.

23 Sed solùm audierant *qui dicerent,* Qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam olim vastabat.

24 Et glorificabant Deum de me.

17 *Neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abij in Arabiam, & iterũ reuersus sum Damascum.*

18 *Deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum: & mansi apud eũ diebus quindecim.*

19 *Alium autem Apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem Domini.*

20 *Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior.*

21 *Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ.*

Eram autem ignotus faciẽ Ecclesiis Iudææ quæ erãt in Christo:

22 *Tantùm autem auditum habebãt, Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euãgelizat fidẽ quam aliquando expugnabat.*

Et in me clarificabant Deum.

Κεφάλαιον β.

CAP. II.

CAP. II.

1 Ἔπειτα διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν πάλιν ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ Βαρνάβα, συμπαραλαβὼν καὶ Τίτον.

2 Ἀνέβην δὲ κατὰ ἀποκάλυψιν, καὶ ἀνε-

1 DEinde interiectis annis quatuordecim, rursum ascendi Hierosolymam vnà cum Barnaba, assumpto simul & Tito.

2 Ascendi autè ex reuelatio-

1 *DEinde post annos quatuordecim iterum ascendi Ierosolymam cũ Barnaba, assumpto & Tito.*

2 *Ascendi autem secundum reuelationem, & con-*

1 Iam ostendit quàm sibi cum Apostolis conueniat, quibuscum se fatetur de Euangelio quod inter Gentes docuerat, decimoquarto demùm à sua conuersione anno contulisse, quod quidem ita sit illis probatum, vt neque coegerint Titum suum comitem circuncidi, frustrà ringentibus qui ipsum insidiosè obseruabant: neque vel tantillum ad eam doctrinam quam prædicarat adiecerint: imò etiam datis dextris ipsum & Barnabam vt Apostolos à Domino Gentibus destinatos agnouerint.

---

17 *Redij,* ἀνῆλθον Vulgata, *Veni,* ἦλθον. Potest etiam accipi pro ἀνέβην, ascendi, vt Ioann.6.3. ¶ *In Arabiam,* εἰς Ἀραβίαν. Vide Act.9.26.

18 *Vt viserem,* ἱστορῆσαι Vulgata, *Videre.* Erasmus, *Vt viderem.* Neuter satis expressè. significat enim ἱστορεῖν cognoscendi & intelligendi causa inspicere, atque etiam visere & oculis subiicere. Sic distinxit ab ἰδεῖν Plut. his verbis in Cic. ἔφη τοὺς πατρίκιους τῶν παίδων ἐπιφοιτᾶν τοῖς διδασκαλείοις, ὄψει τε βουλομένους ἰδεῖν τὸν Κικέρωνα, καὶ τὴν ὑμνουμένην αὐτοῦ περὶ τὰς μαθήσεις ὀξύτητα καὶ σύνεσιν ἱστορῆσαι.

19 *Iacobum,* &c. Ἰάκωβον, &c. Vide Act.15.14.

20 *In conspectu Dei,* ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Verbum suppleui ex quo intelligatur esse iurisiurandi species, deinde vt cohæreat sequens particula. Nam quod adfert Hieronymus, nẽpe, Coram Deo sunt, id est digna Dei conspectu, prorsus est absurdum.

23 *Fidem,* τὴν πίστιν. i. doctrinam fidei, siue Euangelium, vt 1.Tim.4.1. & infrà, 3.2. Fidei enim voce & id quo creditur, & id quod creditur significamus, vt scitè docet Magister sententiarum. ¶ *Vastabat,* ἐπόρθει. Sic apud Sallustium dicitur conscientia mentem vastare. Vide suprà, vers.13.

24 *De me,* ἐν ἐμοί. Heb. בי [bi] pro עלי [hali.]

IN CAPVT II.

1 *Interiectis quatuordecim annis,* διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν. Vide Marc.2.1. Cæterùm Lucas narrat quinque Pauli ad Hierosolymitanos profectiones post ipsius ad Christum conuersionem. Vnam, quum ex Arabia rediret vbi triennium egerat, Act.9.26: Alteram Act.11.30. quum missus fuit Hierosolymam cum Barnaba ad perferendas Antiochenorum eleemosynas: Tertiam, quum vnà cum Barnaba missus esset vt ibi decideretur controuersia de circuncisione, Act.15: Quartam, ex voto susceptam, Act.18.18. & 22. Quintam denique à Luca copiosissimè descriptam, Act.19, & deinceps. Ex his autem profectionibus ista quæ hîc narratur, neque ad quartam, neque ad quintam referri vllo modo potest, nec etiam primam. Immò profectò ne ad tertiam item. Quinam enim illam nobilissimam Synodum Paulus præteriisset, cuius ipse pars magna fuerat, & cuius vel vnius auctoritas compescendis istis pseudapostolis sufficiebat? Et quis existimare possit Petrum in eo quod subiicit Paulus fuisse peccaturum, si post illius Synodi decisionem Antiochiam venisset? Superest secunda, ad quam non incommodè possent ista referri, nisi illud obstaret quòd Act.11. dicitur Paulus cum Barnaba missus ab Ecclesia: hîc verò dicere potius videtur se vltrò & peculiari afflatu profectionem hanc suscepisse. Itaque censuerim quidem ego istam fuisse à Luca vt alia non pauca, ac præsertim ipsius Pauli ad Galatas aduentum, cuius infrà fit mentio 4.14. præteritam: & inter secundam illam & tertiam incidisse: in id tempus videlicet quod paucissimis narratur à Luca Act.13.2. ante primã illam Pauli & Barnabæ peregrinationem: & prius quàm hæresis illa esset exorta. Quominus enim ad reditum ex illa peregrinatione istud accõmodari possit, illud obstat, quòd ex historia illius Synodi apparet tunc primùm Hierosolymitanos cognouisse illius peregrinationis gesta, Act.15.4. Sic igitur arbitror hoc supputandũ tempus, & epistolã hãc scriptã Antiochia mox post reditum ex illa prima peregrinatione Pauli & Barnabæ, quũ hæresis illa iã quidem cepisset, æmulis illis videlicet occasionem fortassis ex isto Pauli cum Petro & aliis priuato colloquio arripientibus, nec tamen penitus erupisset, nondũ ausis nimirum illis Antiochiã ipsam inuadere: & illud tẽpus videtur Lucas vltimo c.14. versiculo innuere: siue hos 14. annos seorsum numeres, siue cũ triennio illo Arabicæ prædicationis cõprehendas. ¶ *Ex reuelatione,* κατ' ἀποκάλυψιν. i. peculiari sancti Spi-

ritus afflatu & monitu. Vide 2.Corint.12.1 & ita ipse Apostolus loquitur Act.20.22. Sic enim sæpe in his epistolis distinguuntur ἀποκάλυψις & φανέρωσις: itidémque σοφία & γνῶσις, & propheticum donum ab ordinario pastorum & doctorum munere.

θέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσι· κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι, μή πως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον.

ne, & exposui eis Euangelium quod prædico inter Gentes: sed priuatim iis qui sunt in pretio, nequo modo frustra currerem aut cucurrissem.

tuli cum illis Euangelium quod prædico in Gentibus: seorsum autem iis qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.

3 Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ Ἕλλην ὤν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι.

3 Sed neque Titus qui mecũ erat, quamuis esset Græcus, coactus fuit circuncidi:

3 Sed neque Titus qui mecum erat, quum esset Gentilis, compulsus est circuncidi:

4 Διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωνται.

4 Nẽpe propter irreptitios falsos fratres, qui fuerãt clam ingressi ad explorandam libertatem nostrã quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem adigerent.

4 Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent.

5 Οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ· ἵνα ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς.

5 Quibus ne ad momentum quidem nos subiiciendo cessimus: vt veritas Euangelij permaneret apud vos.

5 Quibus neque ad horam cessimus subiectione, vt veritas Euangelij permaneat apud vos.

6 Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖοί ποτε ἦσαν, οὐδέν μοι διαφέρει. πρόσωπον Θεὸς ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει. ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες, οὐδὲν προσανέθεντο.

6 Ab iis autem qui existimãtur esse aliquid, quales olim fuerint, nihil mea refert: personam hominis Deus nõ accipit. Nam qui sunt in pretio, nihil mecum præterea contulerunt.

6 Ab iis autem qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest: Deus personam hominis non accipit. mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.

Deu.10.17. 2.Chro.19.7. iob.34.9. sap.6.8. eccl.35.16. act.10.34. rom.2.11. ephe.6.9. col.3.26. 1.pet.1.17.

¶ *Exposui*, ἀνεθέμην. Vide Act.25.14. *Prædico*, κηρύσσω. Vtitur verbo præsentis temporis quod est ἐμφαντικώτερον, ac si diceret sese ab initio semper in hac doctrina vt vnica vera perstitisse tot annos, & adhuc perstare & perstiturum.

¶ *Iis qui sunt in pretio*, τοῖς δοκοῦσι. id est τοῖς εὐδοκιμοῦσι. quibus opponuntur οἱ ἀδοξοῦντες. Vulg. *Qui videbantur aliquid esse*, τοῖς δοκοῦσιν εἶναί τι, vt mox etiam scribitur vers.6. sed hoc quidem loco, contra omnium nostrorum codicum fidem, & repugnante etiam Hieronymi interpretatione. Sic enim scribit, (quod rectè expedit Erasmus,) Solicitus, inquit, requirebam quidnam esset quod diceret, Qui videbantur: sed nunc me omni scrupulo liberauit, adiiciens, *Qui videbantur columnæ esse*. Hæc Hieronymus, satis declarans se non legisse hoc in loco εἶναί τι. sed ita tamen vt non Videatur cognouisse τοὺς δοκοῦντας à Græcis vocari absolutè τοὺς εὐδοκιμοῦντας, i quorum apud omnes præclara est existimatio. Sed est multo etiam durius quod apud Ambrosium legimus, *Qui sibi videbantur aliquid esse*. Vide infrà, ver.6. *Frustra*, εἰς κενόν. Id est nullo cum fructu. Nam quod ad doctrinam ipsam attinet, de ea nihil dubitabat Paulus: sed quod à multis spargebatur, ipsum videlicet diuersam ab Apostolis doctrinam profiteri, Euangelij ipsius cursum impediebat, cui rei mederi studuit.

4 *Nempe propter*, διὰ δέ. Δὲ pro δὴ vel δῆτα positum est: cuius enallages exempla vide in Budæi commentariis. Non erat igitur causa cur Erasmus hoc expungeret, ex Hieronymi opinione, qui putauit redundare, quòd non præcedat μὲν: sed imperitè, vt alibi diximus.

¶ *Irreptitios*, παρεισάκτους, i. παρεισδυέντας, qui per fraudem & pietatis simulationem, in album fidelium subrepserant. Nam in his verbis παρὰ plerunque ponitur in vitio. Vide 2. Pet.2.1. Vulgata, *Subintroductos*. Erasmus, *Obiter ingressos*. Tertullianus libro quintó aduersus Marcionem *Subintroductitios* vocat. ¶ *Fuerant clam ingressi*, παρεισῆλθον, i. παρεισέδυσαν Iudæ 4. Aliter enim hoc loco accipitur. hoc idem verbum ad Rom.5.20.

5 *Ne ad momentum quidem*, οὐδὲ πρὸς ὥραν Vulg. *Neque ad horam*. Eras. *Ne ad tempus quidem*. Vide Matt.9.12. Ambrosius non legit οὐδέ, quasi ad tempus cesserit Paulus falsis illis fratribus repugnante omnium Græcorum codicum fide & ipsa quoque sententia. quanuis non videatur etiam legisse negantem particulam Hieronym. in hunc locum, & tollendam illam censeat Tertull. lib. in Marc. quinto. Erasmum autem planè miror hîc laborare, quasi Pauli sermo sit imperfectus, quum omnes partes optimè constent, si δὲ pro δὴ accipiatur At enim, inquit, quomodo non cessit qui Timotheum coactus est circuncidere? Quasi verò circunstantia loci, temporis, personarum non sit varia. Nã circuncisus est Timotheus vt infirmi ac rudes Iudæi non offenderentur: in Tito verò cur idem fieret, non in gratiam infirmorum sed falsorum fratrum, quos canes & concisionem vocat Philipp.cap.3. ver. 2, & exscindi etiam optat infrà cap.5, ver.12, idque præsertim eo ipso tempore quo Paulus Hierosolymam venerat vt eam in libertatem assereret. ¶ *Nos subiiciendo*, τῇ ὑποταγῇ. Id est, vt nos illis, prodita libertate, subiiceremus. Hoc enim fuisset Christo renuntiare. Vulgata, *Subiectione*, nimium ambiguè. Non cedimus enim ea re quam amissam volumus. Itaque istis Apostolus, non sese summittens, sed libertatem seruans, non cedebat. ¶ *Veritas Euangelij*, ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου. Id est vera ac sincera Euangelij doctrina, nullis videlicet istorum falsis doctrinis corrupta. ¶ *Apud vos*, πρὸς ὑμᾶς. Siue, vobis. Galatas autem alloquitur, sed ita vt gentes omnes comprehendat quarum par erat causa, & quibus peculiariter destinatus erat Apostolus.

6 *Ab iis autem qui putantur*, ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων. Loquitur Apostolus ex aduersariorum sensu, qui quũ re vera reliquos Apostolos non minus quàm Paulum contemnerent, tamẽ illorum nomina iactabant, tanquam excellentium Christi discipulorũ, vt Pauli tanquam abortiui ministerio detraherent. Cæterùm hoc loco diligentius à me considerato, quãuis Græcus scholiastes conetur antapodoton vitare, ista cõstruens cum verbo διαφέρει, aliorsum etiam hoc trahẽs, quasi videlicet dicat Apostolus nolle se cum Petro contendere rectè an secus circuncisionem toleraret cum aliis Apostolis Hierosolymis, sentio esse ἀνανταπόδοτον, & eam quidem à Paulo sapienter vsurpatam, vitandæ inuidiæ causa: quam si explere libeat, neque cum Arabe suppleuero οὐδὲν ὠφελήθην nulla in re sum adiutus, neque cum ἐδιδάχθην non sum edoctus, quanuis sic loquatur Apostolus sup.1.13. sed οὐδὲν ἔλαβον nihil accepi, nec vlla parenthesi opus hîc esse arbitror. ¶ *Quales olim fuerint*, ὁποῖοί ποτε ἦσαν. Hoc videtur addidisse Paulus vt superiora emolliret, ac si diceret: Vtcunque illos fatear fuisse Christo familiares discipulos, tamen propterea non est quod

quod isti somnient aliquod esse inter illos & me in Apostolica functione discrimen. ¶ *Personam hominis* πρόσωπον ἀνθρώπου. Id est, Deus quos sibi libet vocat & suis beneficiis dignatur, nulla huiusmodi circunstantiarum ratione habita. Itaque etsi priores illi fuerunt adsciti ad Apostolatum quàm ego: & tum fuerunt ipsius Christi contubernales quum ego Pharisæus eram: etsi denique tunc Euangelium annuntiarunt quum ego illud persequerer: Deus tamen Apostolum me designauit: quod & ipsi agnouerunt. Nam quod ad doctrinam attinet, nihil ad ea quæ ab ipso Christo didici addiderunt, sed intellecta vocatione mea agnouerunt me diuinitus speciatim delectum esse Apostolum Gentium, sicut Petrum præcipuè Iudæis destinauit ipse Christus. ¶ *Nam qui sunt in pretio*, οἱ γὰρ δοκοῦντες. Arabs interpres quantũ possum ex Rutheri interpretatione Latina colligere totum hunc locum paraphrasticè, vt antapodoton, vel potius ἀνανταπόδοτον vitaret conuertens, particulam γὰρ priori membro apposuit, & istud cum illo per copulam καὶ coniunxit. Syrus autem & ipse paraphrasi vsus, quasi initio huius versus Paulus scripsisset οἱ δὲ δοκοῦντες εἶναί τι, cæteris quæ sequuntur per parenthesin inclusis, particulam γὰρ priori membro adiicit, vertens πρόσωπον γὰρ &c. *faciem enim* & postea pro γὰρ habet דין [*den*] id est δέ, quod exponitur per epanalepsin, *illi inquam ipsi*, &c. Sed durum est & prorsus insolens γὰρ vel δὲ sic explicare. Retineo igitur receptam lectionem, & citra vllam parenthesin puto Apostolum subiicere rationem cur dixerit nihil referre quales illi antea fuerint, & Deum nihil illa morari. Nempe, inquit, hoc non temerè nec arroganter dico, sed quoniam reuera nihil illi præsumpserunt iis adiicere quæ prius à Christo accepta docueram inter Gentes. Hæc enim est notatio verbi προσανέθεντο, quod perperam Budæus in commentariis interpretatur *nihil communicarunt*, sed contra a me abhorruerunt. Neglexit enim præpositionem πρὸς, & malè credidit Paulum hîc agere de eo quod narratur Act.9.26.

7 Ἀλλὰ τοὐναντίον, ἰδόντες ὅτι πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας, καθὼς Πέτρος τῆς περιτομῆς.

7 Imò econtrario, quum vidissent mihi concreditũ fuisse Euangelium præputij, sicut Petro circuncisionis:

7 Sed econtra quum vidissent quod creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis:

8 (Ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη)

8 (Nam qui efficax fuit per Petrum ad Apostolatum circuncisionis, efficax fuerat etiã per me apud Gentes)

8 (Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter Gentes)

9 Καὶ γνόντες τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι Ἰάκωβος καὶ Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν.

9 Quúmque cognouissent gratiam mihi datam Iacobus & Cephas & Ioannes, qui existimantur esse colũnæ, dextras societatis dederunt mihi ac Barnabæ societatis: vt nos apud Gentes, ipsi verò apud circuncisos, *Apostolatu fungeremur*.

9 Et quũ cognouissent gratiam quæ data est mihi Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis. vt nos in Gentes, ipsi autẽ in circuncisionem.

10 Μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν· ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι.

10 Solum *monuerunt* vt pauperum meminissemus: quod etiam studui facere.

10 Tantum vt pauperum memores essemus: quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere.

11 Ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν.

11 Quum autem venisset Petrus Antiochiam, in os ei obstiti, eo quòd condemnandus esset.

11 Quum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.

7 *Euangelium præputij*, εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας. id est, Euangelium gentibus annuntiandum: quam metonymiam aliquoties in epistola ad Romanos annotauimus. Neque enim duplex est Euangelium in sese, sed duo erant populorum genera quibus annuntiãdum erat, vnum circuncisorum, alterum incircuncisorum.

8 *In Petro*, Πέτρῳ. Sic malo explicare vt per ἐν significetur Petrus fuisse causa instrumentalis. Vulgata, *Petro*. Sic Latinè dicitur quispiam adesse alteri, sed aliquid longè maius hîc significatur, id nimirum quod explicatur 1.Cor.3.7.

9 *Qui existimantur*, &c. οἱ δοκοῦντες, &c. Id est, quos solos isti pro columnis habent, quasi ego sim nihili: in eo quidẽ ab illis ipsis dissidentes quorum auctoritate ad vos decipiendos abutuntur. Vid. supra, versu 6.

¶ *Dextras societatis*, δεξιὰς κοινωνίας. Id est porrexerunt manum, quòd symbolum esset nostræ in Euangelij doctrina summæ consensionis. Virgilius, *Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni*. Aliud est autem prorsus impositio manuum, quæ vocationis ordinariæ testimonium erat, quàm conuentio inter Petrum & Paulum de qua hîc agitur.

¶ *Apud circuncisos*, [*Apostolatu fungeremur*,] εἰς τὴν περιτομήν. Rectè supplenit Erasmus quod omnino deerat, omissum est autem à Paulo, vt qui in hac epistola miré studeat breuitati: siue genus ipsum dicendi, siue argumenta spectes. Sic etiam in proximo versiculo verbũ desideratur, sed ex communi loquendi vsu, vt illæ ellipses nihil obscuritatis adferant.

10 *Quod*, ὃ. Ergo αὐτὸ quod sequitur redundat ex Hebræo idiotismo & non videtur irrepsisse, vt illius glossema.

11 *In os*, κατὰ πρόσωπον. Id est ἔμπροσθεν πάντων, coram omnib. vt explicat ipse Paulus versu 14. Itaque absurdum est commentum Hieronymi interpretantis, *Secundum faciem*, id est non ex animo, quasi res tota non seriò, sed per sanctã quandam simulationem inter vtrunque sit acta, vt Iudæi nõ offenderentur, & vicissim Gentibus satisfieret. Hoc verò si ita est (vt nihil aliud dicam) quorsum hoc factum pertinuerit ad Apostoli scopum? Similia sunt ferè omnia, profana certè & apertissimè detorta, quæ in hunc locum Græci interpretes plerique, & Hieronymus aduersus Augustinum pro Petro disseruerunt. quæ sanè miror Erasmum digna censuisse quæ non modò commemoraret, sed etiam tueretur. ¶ *Quòd condemnandus esset*, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Participium pro nomine positum, quasi condemnatitium dicas, aut condemnabilem, sicut à Latinis participialia quæ vocãt nomina vsurpantur: quod ita familiare est Hebræis vt non aliter loquãtur. vt נראה [*nireh*,] id est dilectus pro amabili, & נחמד [*nechmad*,] expetitus pro expetibili, & alia infinita. Ita enim hoc accipiendum esse res ipsa ostendit: vt planè absurdum mihi videatur quod nonnulli adferunt, damnatum fuisse Petrum, ab iis videlicet qui non norant rem agi ex composito, & malè de illo iudicabant: quamuis sic acceperit hunc locum Syrus interpres, quòd videlicet gentes hoc ipsius facto offenderentur, tametsi reprehensibilis non erat: vel quòd antè reprehensus fuisset Hierosolymis, quòd cum Cornelio sumpsisset cibũ. Cicero in Pisone, *Quis te miserior? quis te damnatior? qui neque scribere ad Senatum rempublicã bene à te gestam, neque præsens dicere ausus es?* quẽ iustius quis iudex possit condemnare quàm te? Ita accipiunt κατεγνωσμένος hoc in loco pro ὑπαίτιος vel ἐπιλήψιμος.

2 Alia vehementissima sui Apostolatus, atque adeo eius quam tradiderat doctrinæ de gratuita per vnam fidē iustificatione, probatio, quod ob hoc ipsum palam Antiochiæ Petrū reprehenderit in eo peccantem, quòd in Iudæorum quorundā Hierosolymitanorum gratiam Iudaizans, Gentes quæ crediderāt, offendisset.

12 Πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου, μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν· ὅτε δὲ ἦλθον, ὑπέστελλε καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς.

12 2 Nam antequam venissent quidam à Iacobo, vnà cum Gentibus edebat: quum autem venissent, subterfugiebat ac separabat sese ab eis, metuens eos qui erant ex circuncisione.

12 *Prius enim quàm venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: quū autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timēs eos qui ex circuncisione erant.*

13 Καὶ συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι· ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει.

13 Ac simulabant vnà cum eo reliqui etiam Iudæi: adeo vt Barnabas quoque simul abriperetur eorum simulatione.

13 *Et simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationē.*

14 Ἀλλ' ὅτε εἶδον ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου, εἶπον τῷ Πέτρῳ ἔμπροσθεν πάντων, Εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς, τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις ἰουδαΐζειν;

14 Sed quum vidissem eos non recto pede incedere, vt veritati Euangelij congruebat, dixi Petro coram omnibus, Si tu, quum sis Iudęus, Gentiliter viuis, ac non Iudaicè, cur Gētes cogis iudaizare?

14 *Sed quum vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus, Si tu, quum Iudæus sis, Gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo Gentes cogis iudaizare?*

3 Secunda pars huius epistolæ, cuius status est, Nos fide in Iesū Christum absq. operibus Legis iustificari. Quod quidē sic proponit, vt primum occurrat obiectioni, Sum enim, inquit, & ego Iudæus, nequis possit obiicere me, esse Legis hostē.) Deinde vero id confirmet expresso Dauidis testimonio.

15 Ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί.

15 3 Nos *sumus* natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores:

15 *Nos natura Iudæi, & non ex Gentib. peccatores.*

12 *A Iacobo*, ἀπὸ Ἰακώβου. Id est Hierosolymis vbi pedem fixerat Iacobus. Missos enim istos non fuisse nec à Iacobo nec à presbyterio liquet ex Act. 15. 24. Apparet autem ab hac scintilla ortum tandem fuisse illud incendium cuius fit mentio initio Act. 15. cui restinguēdo ne Synodus quidem illa Hierosolymitana sufficere potuit, vt ex plurimis locis harum epistolarum apparet, Hebione & Cherintho sese duces istis sectarijs præbentibus. Hæc autem quæ hîc narrantur ante illam Synodum contigisse, & hanc epistolam aliquanto pòst ista scriptam fuisse, falsis illis doctoribus per Ecclesias discursantibus, ex eo quoque colligi mihi quidem posse videtur, quòd si res illa fuisset iam antea in illa Synodo, in qua Petrus ipse veritati fortissimè, vt par erat, patrocinatus est, plenè & apertè decisa, & Ecclesiis significata, nullo modo credibile est Petrum id admissurum de quo hîc reprehēditur: & (quum iam & Iudæi quid à gentibus postulare possent, & gentes quousque se in Iudæorū gratiam demittere tenerentur, ex Apostolicis illis didicissent.) tale Antiochiæ ab his vel ab illis exoriturum fuisse offendiculum. Quòd si vsque adeò impudentes illi fuissent qui Antiochiæ postea hoc virus spargere sunt ausi, quàm isti fuerant, in quos hac epistola inuehitur Paulus, certum est longè alia ratione cum illis acturum illum fuisse, immo ne ad momentum quidem illos fuisse toleraturum, qui ad hos ipsos scribens, vtinam, inquit, abscindātur qui vos conturbant.

13 *Adeo vt Barnabas quoque simul abriperetur eorum simulatione*, ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει. Ὥστε quoque cum indicandi modo, quanuis non ita frequenter construitur hac significatione. Verbum autem συναπήχθη indicat Barnabam impetu & exemplo potius abreptū quàm iudicio fuisse impulsum. Vulgata, *Vt duceretur ab eis in illam simulationem*. In Complutensi editione legitur ὥστε Βαρνάβας συναπήχθη expuncta particula καὶ, ab aliquo nimirū qui Barnabam etiam voluit culpæ eximere, quasi scriptum sit ἵνα Βαρνάβας συναπαχθῇ, vt Barnabas abduceretur. Dici enim nō potest quantopere hîc laborarint Græci, & ex Latinis præcipuè Hieronymus vt Petrum culpa liberarent: hoc est, vt Apostoli sententiam & Apostolatum (cuius auctoritatem hoc facto vindicat) euerterent. Existimarunt enim Apostolos post acceptum Spiritum sanctum fuisse ἀναμαρτήτους. Id verò sicut in doctrinæ capitibus certum est, tamen huc non pertinet, quum Petrus hoc loco non peccet in doctrina, sed in certo facto: quòd videlicet dum Iudæorum infirmitati cupit consultum, Euangelicam libertatem adduceret in discrimen. Peccatum est igitur non in doctrina, neque etiam in ipso facto simpliciter, sed in facti circunstantiis non satis prudenter ab eo consideratis vnde magnum consequutum est offendiculum, vt meritò prorsus à Paulo sit publicè reprehensus. Non enim tanti fuit infirmitas Iudæorum, vt propterea prodenda fuerit aliorum qui aderant libertas, & firmitas labefactanda. Itaque hîc opus fuit Petro deliberatione illa quæ à Cicerone in Officiis pertractatur, Ex duobus vtilibus vtrum vtilius: vel prius fuit admonenda Ecclesia, vt aliquid communi consensu daretur istorum infirmitati.

14 *Eos non recto pede incedere*, ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι. Rectum pedem opponit simulationi præposteræ. Videbantur enim Petrus & eius sectatores in vtranque partem claudicare, quum paulo antè cum Gentibus cibum caperent, & tam subitò se ab illorum consortio subducerent. Nam absurdum est certè quorundam commentum, qui hoc nolunt dici de Petro, sed de aliis qui cum Petro simulabant: quasi ille dissimularet potius quàm simularet, isti verò putarent aliquid admissum contrà bonos mores, quum sese coniungerent cum Gentibus. Id verò si ita esset, cur disertè non excipitur Petrus? cur disertè præteritis cæteris, in eum vnum fertur reprehensio? quorsum denique hæc historia commemoratur, si Petrus ipse, qui aliquid esse videbatur, non est à Paulo, & quidem iure, reprehēsus? Causa igitur profectò non est cur iterum nobis quisque rancidas istas nugas apponat. ¶ *Vt veritati Euangelij congruebat*, πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου. Veritatem Euangelij vocat tum sinceram Euangelij doctrinam, tum rectum eius vsum. Præpositio autem πρὸς congruentiam & conuenientiam declarat, vt 2. Cor. 5. 10, vt pro κατὰ posita videatur, sicut dixit Isocrates, πρὸς τὸ προσῆκον, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὸ προσῆκον. Vulgata & Erasmus, *Ad veritatem*. ¶ *Petro*, τῷ Πέτρῳ. In vno codice scriptum inueni τῷ Κηφᾷ & versu 11, ὁ Κηφᾶς. Vetus interpres priore loco habet, Quum autem venisset Petrus, &c. hîc autem, dixit Cephæ. Neque verò istius varietatis vllum esset momentum (quum idem sit Cephas qui & Petrus) nisi Clemens libro dispositionum 4, (quem sequitur Eusebius lib. Ecclesiast. historiæ 1.) occasionem hinc arripuisset falsò interpretandi huius loci, quasi Cephas iste non fuerit Petrus ille Apostolus, sed vnus ex 70. discipulis. quem errorem meritò refutat Hieronymus. Nam (vt alia omittam) quorsum alioqui cōmemoraretur hæc historia?

Si, εἰ. Id est ἐπειδὴ, id est quum tu Iudæus, cum gentib. vixeris ac si Iudæus non esses. Nec enim εἰ, conditionis aut dubitationis vllius significationem habet hoc loco.

¶ *Cur*, τί. Vulg. *quomodo*, πῶς, vt etiam legitur in Claromontano nostro codice.

¶ *Cogis*, ἀναγκάζεις. Cogi dicit istos apud quos erat tantum auctoritatis Petri pondus, vt quicquid ageret præscribere cæteris videretur.

15 *Nos natura sumus Iudæi*, ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι. Possunt quidem ista sic videri cum superioribus cohærere, quasi referat Paulus habitum à se sermonem cum Petro, quē meritò reprehendi omnes intelligerent: sed res ipsa requirit, vt hæc à Paulo dicātur, qui, absoluta eorum narratione quæ ad Apostolatū suum asserendum requirebantur, hunc tandem proprium huius epistolæ argumentum, conuerso ad ipsos Galatas sermone, aggrediatur. ¶ *Peccatores*, ἁμαρτωλοί. Hebr. חטאים [*Chattaim*] id est, ex profanis populis & veræ religionis hostibus nati, quos suspicari posset quispiam ipso Iudæorum odio vrgere circuncisionis & aliorum rituum abrogationem.

16 Scien-

16 Εἰδότες δὲ ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου· διότι οὐ δικαιωθήσεται ἐξ ἔργων νόμου πᾶσα σάρξ.

16 Scientes autem nō iustificari hominē ex operib. Legis, sed per fidē Iesu Christi: etiā nos in Christū Iesum credidimus, vt iustificaremur ex fide Christi, & non ex operib. Legis: propterea quòd non iustificabitur ex operibus Legis vlla caro.

16 *Scientes autem quòd nō iustificatur homo ex operib. Legis nisi per fidē Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus Legis: propter quòd ex operibus Legis non iustificabitur omnis caro.*

17 Εἰ δὲ ζητοῦντες δικαιωθῆναι ἐν Χριστῷ, εὑρέθημεν καὶ αὐτοὶ ἁμαρτωλοὶ,

17 4 Quòd si dū quærimus iustificari per Christū inuenti sumus & ipsi peccatores, num

17 *Quòd si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores,*

Rom. 3. 19

4 Antequam longius progrediatur, occurrit eorum obiectioni, qui ab hac gratuitæ per fidem iustificationis doctrina eo nomine abhorrent, quòd [illegible] bonorum operum studio abducat. Obiectio autē est huiusmodi, Si peccatores iustificantur fide per Christum absque Lege, Christus peccantes approbaret, atq. adeò suo ministerio velut ad peccandum hortaretur. Respondet Paulus hanc consequutionem falsissimam esse, quoniam Christus in credentibus [illegible] inquit, Legis terroribus homines ad Christum confugiunt, per quem à Legis maledictione solati & iustificati seruentur, vt simul Christus vim illam suam peccati peremptricem insinuet: vt vetere homine per crucifixi Christi efficaciam abolito, Christus in ipsis viuat, & ipsi sese Deo consecrent. Itaque si quis accepto Euangelio sese peccatis dedat, accuset non Christum non Euangelium, sed seipsum, vt qui opus Dei in sese destruat.

16 *Scientes autem*, Εἰδότες δέ. Sic hunc locum & ex Claromontano nostro codice Græco, & ex Vulgata Latina interpretatione restituimus, suppleto verbo ἐσμὲν in versiculo præcedente, quod ipsaquoque verborum constructio postulat: Εἰδότας autem vocat non temerè quidpiam opinantes, sed certò edoctos. Est enim istud εἰδότες accipiendum. *Non iustificari*, ὅτι οὐ δικαιοῦται, id est Non assequi eam iustitiam qua prorsus opus est omnibus hominibus, vt apud Dei tribunal & absoluti ab iis omnibus quæ ipsos æternæ mortis reos peragunt, & ea integritate ac præstatione sui omnis officij præditi comparere possint, quâ omnis homo est Deo & proximo obstrictus, vt æterna vita dignus ex promissionis legi adiunctæ formula, nempe *Hoc fac & viues*, apud Deum censeatur. ¶ *Hominem*, ἄνθρωπος, id est. Quenquam siue circuncisum siue incircuncisum: siue non regeneratum, siue regeneratum, ne ipso quidem excepto Abrahamo Rom. 4. 2. & Phil. 3. 9. ¶ *Ex operibus*, ἐξ ἔργων, siue antecedentibus siue consequentibus fidem. Nam alioqui nos non iustificaret Christus sua iustitia credentibus imputata, sed nostra iustitia intra nos creata: quod si verum esset, non fuissent excludenda opera Legis sed tempus duntaxat fuisset declarandum à quo inciperet iustificatio ex operibus, siue in totum siue ex parte, vt nunc nugantur sophistæ, Christo videlicet supplente quod meritis hominum deest, & vim meritoriam hominum operibus infundente, vt euadant etiam pro nostris peccatis satisfactoria. Tu verò, Domine, quandiu istas Spiritus erroris imposturas regnare patieris?

¶ *Legis*, νόμου. Etsi orta fuit hæc hæresis ex eo quòd Circuncisionem, & cæteras legales ceremonias vrgebant aduersarij, tamen de Morali quoque Lege quæsitum fuisse non tantùm ex argumentis à Paulo prolatis ad vtranque Legem manifestè spectantibus apparet, sed ex duplici præterea ratione prorsus id euincente. Primùm enim istos ne probabile quidem est, Euangelium amplexos, vrsisse ceremoniarum obseruationem duntaxat externam, à Dei & proximi dilectione, siue ab interiore morali Lege separatam. Hinc efficitur illos vtrique Legi iustificandi vim, & quidem in primis rectitudini conscientiæ tribuisse, siue Circuncisionem quoque vrsisse, & in præcipuè iustificationem quæsiisse. Non potuit ergo nec debuit Paulus nisi coniunctim, id est tam Morali quàm Ceremoniali Legi iustificandi vim adimere, quum Christo soli asserere. Deinde nihil opus fuisset vlla, nedum tam accurata disputatione, qua doceretur non petendam à Circuncisione iustificationem, sed satis fuisset illius abrogationem probasse.

¶ *Sed*, ἐὰν μή. Hebr. כי אם [*im lo*] & אם לא [illegible] interdum quam particulas Græci interpretes interdum per [illegible] conuerterunt, vt Genes. 15. 16, interdum per ἀλλὰ, vt Genes. 24 [illegible] 2. Reg. [illegible] vnde etiam [illegible] Paulus pro ἀλλὰ, sicut etiam accepit Matt. 12. 4. 1. Cor. 7. 17. & supra 1. 7. & Apocal. [illegible] Sed & Syrus interpres supra 1. 7. & hoc loco habet [illegible] quam vocem Syri cum Chaldæis communem habent, fortassis ex illa Hebræa [illegible] [im lo] ab his & illis deductam. Sed & Latini (nequis clamitet quosuis Hebraismos à nobis confingi) sic omnino vsurpant nonnunquam particulam Nisi, vt Terentius in Andria, *Nescio, nisi mihi deos satis scio irato, fuisse, qui auscultauerim.* & in Hecyra. *Nisi pol filium multis modis iam exspecto vt redeat domum.* Postremò quia Semipelagiani nostri hunc locum arripiunt vt Iustitiam operum cum Iustitia fidei concilient, (quum cum Vetere interprete dicendum sit nos non iustificari ex operibus nisi per fidem, id est non ex quibuslibet operibus, sed ex operibus fidem consequentibus: siue, non quæuis opera salutem mereri, sed ea demum quæ ex fide nascuntur) ne habeant isti quod obganniant, primùm hoc quæro ex ipsis, Quid per opera Legis intelligant quæ hîc volunt à Paulo coniungi cum fide? Si Ceremonias responderint, indicio certè produnt quàm parum attentè Pauli scripta legant. Nam si concedit Apostolus, opera Legis, id est Ceremonias cum fide Iesu Christi coniunctas iustificare, quid causæ erat cur istos vocaret pseudapostolos, aut qua de re cum illis contendit? Neque enim isti Christum separabant à Lege, sed cum Lege coniungebant, quasi solus non sufficeret. Sin autem per opera Legis intelligunt opera Moralia, (quæ vocant) eáque volunt à Paulo connecti cum fide, vt iustificandi vim habeant: petam ab eis quo pudore conciliare studeant, tanquam ad vnum finem concurrentia, quæ hoc ipso versiculo separat Apostolus, vt ex diametro dissidentia. Quid enim? annon statim subiicit, nos ex fide iustificari, & non ex operibus Legis? & Rom. 3. 28, sine operibus Legis? Et qualis erit ista consequutio, Si ex Lege iustificamur, Christus frustra mortuus est: si præter Christi mortem nostra etiam merita tanquam causæ ad salutem requirantur? Ex his igitur & aliis plurimis argumentis quæ volens prætermitto, satis liquere puto ἐὰν μὴ hoc in loco nihil aliud declarare quàm Sed, & ineptos etiam esse aduersarios Gratiæ, qui huius loci testimonio abutuntur vt imperitis imponant.

¶ *Per fidem Iesu Christi*, διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id est per fidem in Iesum Christum: vt etiam accipitur iterum in hoc ipso versiculo, & infrà, versu 20.

¶ *Vlla caro*, πᾶσα σάρξ. Id est, vllus homo. vt Rom. 3. 20. Sed in vocabulo Carnis magna est emphasis, quo significatur hominis natura prorsus corrupta, & ad immortalitatem sibi comparandam penitus inepta. Ad verbum, *Omnis caro non iustificabitur*. Sic enim loquuntur Hebræi.

17 *Quòd si*, Εἰ δέ. Non sunt ista (sicut aliquando credidi) Pauli verba Petrum redarguentis, sed per occupationem intelligenda, & ad ipsum huius epistolæ scopum referenda. Apostolus enim priusquam Iustificationem ex sola fide confirmet, hanc ipsam, quæ ab Antinomis est nostro tempore renouata, obiectionem refutat, qua contendunt, posita gratuita illa iustificatione, & sublatis hominum meritis, augeri peccandi licentiam, atque adeò Legem ipsam, vt inutilem aboleri. Hoc igitur quod leuiter attingit, idem noster Apostolus, Rom. 5. & 6. pertractanit eius epistolæ capitibus quinto & sexto. Hoc autem loco duobus solidissimis argumentis refutat, Primū enim nefarium esse ei doctrinæ per quā destruitur peccatū & iustitia

donatur, tribuat quod peccandi studium accendit. Deinde iustificatum esse per Christum fide apprehensum, & peccatis indulgere esse ἀσύστατον, quia nemo in Christo iustificatur, quin itidem per Christi, cui insitus est, spiritum incipiat peccato mori, & Deo viuere.

ἄρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος; Μὴ γένοιτο.

Christus peccati minister est? Absit.

nunquid Christus peccati minister est? Absit.

Εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ, παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι.

18 Nam si quę destruxi, ea rursus ędifico, trāsgressorem meipsum constituo.

18 *Si enim quae destruxi, iterum haec aedifico, praeuaricatorem me constituo.*

Ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, ἵνα Θεῷ ζήσω.

19 Ego enim per Legem Legi mortuus sum, vt Deo viuerem.

19 *Ego enim per Legē Legi mortuus sum, vt Deo viuam.*

Χριστῷ συνεσταύρωμαι. ζῶ δέ, οὐκ ἔτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκί, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.

20 Vnà cum Christo crucifixus sum. Viuo autem, nō amplius ego: sed viuit in me Christus: & vitam quam nunc viuo in carne, viuo per fidem illam Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

20 *Christo crucifixus sum cruci. viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Christus. quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

Οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. εἰ γὰρ διὰ νόμου δικαιοσύνη, ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανεν.

21 ſ Non irritam facio gratiam Dei. nam si per Legem est iustitia, igitur Christus sine causa mortuus est.

21 *Non abijcio gratiā Dei. si enim per Legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.*

ſ Secūdū argumentum ab absurdo, si lege iustificari possūt homines, ergo Christum necesse non fuit mori.

Κεφάλαιον γ.

Ὦ Ἀνόητοι Γαλάται, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη, ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος;

CAP. III.

1 O Amentes Galatæ, quis vos fascinauit ne pareretis veritati: quibus ob oculos Iesus Christus prius fuerat depictus, inter vos crucifixus?

CAP. III.

O Insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati: ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, inter vos crucifixus?

Τοῦτο μόνον θέλω μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν, ἐξ ἔργων νόμου τὸ Πνεῦμα ἐλάβετε, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως;

2 Hoc solum velim discere ex vob[illegible]operibus Legis Spiritum [illegible]epistis, an ex fide per auditum percepta?

2 *Hoc solum à vobis volo discere, Ex operibus Legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?*

Οὕτως ἀνόητοί ἐστε; ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε;

3 ² Adeo amentes estis? quum spiritu inceperitis, nūc carne perficimini?

3 *Sic stulti estis vt quum spiritu cœperitis, nūc carne consummemini.*

ſ Tertium argumentum ab iis spiritus Sancti donis sumptū quibus audito, & credito per Pauli ministerium Euangelio, cœlitus fuerāt donati, quæ quū essent omnium oculis sic exposita vt veluti viuæ essent imagines in quibus Euangelicæ doctrinæ veritatē non aliter intueri possent, quàm si oculis suis Christum ipsum crucifixū spectarent, in cuius vnius morte confiderent, miratur fieri potuisse, vt à pseudapostolis dementarentur.

² Quartum argumentum superiori infertū, & id quidē duplex. Si fidei adiicienda est Lex, hoc non erat progredi, sed regredi: quū excellentiora sint dona illa spiritualia in vos collata, quàm quæcunque possunt à vobis proficisci, denique consequeretur, Legem præstantiorem esse Christo, quia perficeret quod Christus duntaxat inchoaret.

19 *Legi mortuus sum, νόμῳ ἀπέθανον*. Vide superiorem annotationem, & Rom.6.14, & 7.4. Sed quomodo se dicit Legi mortuum esse per Legem, quum per vnum Christum Legi moriamur? vt Rom.7.4. Nempe κατὰ συμβεβηκός. Lex enim terrens conscientiam ad Christum adducit, qui vnus verè efficit vt moriamur Legi, quoniam nos iustificando tollit conscientiæ terrores, & nos sanctificando, facit vt cōcupiscentia in nobis mortificata, non ita possit accipere occasionem peccandi ex Legis prohibitione, sicuti solebat, vt ostendit Apostolus Rom.7.9, 10. & 11.

20 *Non amplius ego, οὐκ ἔτι ἐγώ*. Ego videlicet qui olim fui, vt Rom.7.17. Nam à regeneratione homo dicitur noua quædam res fieri. ¶ *In carne, ἐν σαρκί*. Id est, in hoc mortali corpore, quod tamen non impedit alteram Christi vitam, in me per Spiritum suum habitantis, & hanc vitam meam gubernantis. Quòd autem quidam carnem interpretantur vitiosam naturæ qualitatem, perabsurdum est hoc in loco. Nam & hoc ipsum viuere in carne, disertè iis tribuitur qui non ex concupiscentiis carnis, sed ex voluntate Dei viuunt, 1.Petri 4.2. Hoc est denique quod auctor epistolæ ad Hebræos vocat dies carnis, cap.5.7. ¶ *Per fidem illam filij Dei, ἐν πίστει τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ*. Id est, quæ tota fertur ad Christum filium Dei, (qui solus & remittit peccata & innouat hominem) non ad legem quæ nos condemnat & peccatum accendit, nedum vt illud extinguat. ¶ *Qui dilexit me, τοῦ ἀγαπήσαντός με*. prior videlicet, non quod me inueniret iustum; sed vt me gratis iustificaret & sanctificaret: à quo etiam est ipsa fides. Est autem valde obseruandus etiam hoc nomine hic locus, quòd doceat fidē qua iustificamur Christum apprehendentes esse donum, quo sibi quisque salutis in Christo promissionem priuatim applicat, nedum vt vel ipsa fidei qualitas nos iustificet, vel quę inde sequitur Sanctificatio nobis iustitiam ac salutem acquirat.

21 *Non irritum facio, οὐκ ἀθετῶ*. Vide Marcum 6.26. Vulg. *Non abijcio*. Erasmus, *Non aspernor*. quæ interpretationes mihi videntur non satis expressæ. Malim igitur Augustinum sequi qui conuertit, *Non irritam facio*. de quo vide Marc.6.26. Vt autem huius ab absurdo quoque sumpti argumenti vis intelligatur, obseruandum est hoc proferri non aduersus Iudæos incredulos, sed aduersus eos qui Euangelium cum Lege coniungebant. Nam illi facilè concessissent minimè oportuisse Christum mori, atque adeo hoc argumentū risissent. Itaque Rō.3.27, vsurpat Apostolus hoc idem argumentū, sed longè alia forma, quū per Iustificationem operū tolli dicit gloriā quæ vni Deo tribuenda est. Sed quid si isti respōdissent quod nūc quoq Sophistæ nobis obiiciūt, Non tolli videlicet Christi meritū, etiamsi dicamus nostris meritis nos seruari, quū suppleat quod nostris deest, & ab illo etiā ista proficiscantur? Respondeo, Apostolū præsupponere duo, nēpe gratiā, quum sit res indebita, nō posse cum meritis, re videlicet debita, consistere, vt docet Rō.4.4.& 5. quæcunque tandem subterfugia captent Sophistæ. Deinde hîc agi de gratia non hominū, sed Dei, quæ non est gratia nisi omni modo sit gratia, ac proinde sola hominē seruet. Ideo rectè cōcludit Apostolus, Christū esse frustrà mortuū, si vel minima pars iustitiæ Legis tribuatur, vt à nobis obseruatæ. ¶ *Sine causa, δωρεάν*. Heb. חנם [*chinnam*.] Cur enim pœnæ persolutione egeret qui legem seruasset? & cur iustitiam ab alio peteremus qua ipsi præditi essemus? quib. etiā rationibus omne meritū excluditur. Sed profectò si δωρεὰν iustificamur per redemptionē Iesu Christi, idē quoque δωρεὰν pro nobis mortuus est, Rō.3.24. Sciendū est igitur hanc particulā in sacris libris dupliciter accipi, nēpe & de beneficio ex mera liberalitate collato, & de iniuria per improbitatē, & vel ob nullam vel ob non iustā causam immerenti illatā, semper excluso illius merito cui vel benefit, vel malū infertur. Et priore quidem significatu vbique Græcè & in vetere & nouo testamēto legitur δωρεάν, vt Gen.29.15. Exod.21,2. Es.52,3. Rom.3.2.4. & 2.Cor.11.7. Apoc.20,6, & 22.17, vt exponitur Es.55.1. posteriore verò, nēpe quum de lęsione agitur, modò διὰ κενῆς [illegible], i. vanā vel nullam ob causam, vt Iob.2.3, & 9.23. & Prouer. 23.29: interdum ἀδίκως, vt Prouer.1.11 & 17: interdū ματήν, i. temere siue de nihilo, vt Prouer.3.30, & 26.2: interdum denique δωρεάν, vt 1 Sam.19.5. Psa.35.19. Ioh.15.25. & hoc ipso loco Paulus ex cōmuni vsu loquendi, quū alioqui iniuriæ non cōueniat doni appellatio: quanuis apud Plautū dicatur quidē per iocū peccare largiter. Nolui igitur cū Vetere interprete vti aduerbio *gratis* hoc loco: nec cū Eras. *frustra*, propter ambiguitatē, quanuis hæc duo *Frustrà* & *Sine causa* in hac pia sententia coniūxerit. Cic. lib. de diuin.2, *Frustra & sine causa quidpiam facere dignū Deo non est, quod abhorret ab hominis constantia*. Puto enim hîc significari Patrē nullam habiturum causam fuisse cur nobis Filiū mitteret in carne assumpta nos seruaturum: ac proinde inutiliter esse pro nobis crucifixum, si, (quod isti apud Galatas docebant) quærenda est vnicuique in suis meritis iustitia.

IN CAPVT III.

1 *O amentes, ὦ ἀνόητοι*. Vulgata, *Insensati*. Erasmus, *Stulti*, quasi rudes ac parum cordatos dicas. Putauit enim Galatis aliquod gentile vitium exprobrari: quum hoc potius ad id de quo agitur sit accommodandum, quasi præstigiis quibusdam Galatæ fuerint ab istis pseudapostolis dementes facti, vt qui tam apertas blasphemias nō intelligerent, & semel instituti à Paulo, tam temere desciuissent. Nunc demum verò Paulus Galatas ipsos compellans, oppugnare falsum illud dogma aggreditur, cuius summam antea exposuerat, in sua illa cum Petro, hac ipsa de re disceptatione.

¶ *Ne pareretis veritati, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι*. Erasmus, *Vt non crederetis veritati*. & sanè fateor πείθεσθαι potius declarare persuaderi quàm obsequi seu obedire. Sed ea significatio non satis quadrat istis qui amplexi quidem erant prædicationem Pauli, sed in itinere cœpto non perstiterant. Mihi verò potius probatur quod testatur Hieronymus, hoc non fuisse scriptum in Adamantij codicibus. Sed & Chrysostomus & Theophylactus nō legunt. In Græcis quoque scholiis adscribitur quidem in contextu, sed nihil est in commentariis vnde suspicari possis scholiasten istud legisse. nec etiam extat in Syra interpretatione, nec in codice Claromontano, & fortassis irrepsit ex alio loco, infrà, 5,7. ¶ *Ob oculos, οἷς κατ' ὀφθαλμούς*. id est, quibus ita perspicuè fuit propositus Christus, vt quasi vestris oculis repræsentata fuerit viua ipsius imago, acsi apud vos ipsos esset crucifixus. Sicut declarat idem Apostolus 2.Corint.4.6. Quæ est igitur eorum impudentia qui de Apostolicorum scriptorum obscuritate queruntur? Et quo pudore nonnulli Crucifixi imaginem reuocant? quos ego ad Epiphanij epistolam ab ipso Hieronymo Latinè versam ablego. Persistit enim in metaphora verbi βασκαίνειν, quod propriè de iis maleficis dicitur qui intuitu nocent: vt ille ait apud Virgilium, *Nescio quis teneros oculo mihi fascinat agnos*. Hinc apparet προεγράφη conuertendum esse, *Prius fuerat depictus*, non autem *Proscriptus*, cum Vetere interprete, nisi accipias pro publicè quasi in scriptis propositus, vt quorum nomina proscribebantur. Nam planè durum est ac violentum, vel condemnatum, vt Ambrosius, vel vt Augustinus, de possessione depulsum, interpretari. Nisi fortassis legit Præscriptum, vt Erasmus meritò suspicatur, quod & ipsum tamen non probo, quia (vt alia omittam) Præscribere in ea quidem significatione non dicitur à Græcis προγράφεσθαι, sed παραγράφεσθαι. Hieronymus ad scripturam, non ad picturam retulit: & Præscriptum exponit, i. antè scriptum quàm illud in Euangelio legeritis. quod videlicet Galatæ legissent Prophetarum oracula. quæ interpretatio mihi etiam absurdior videtur quàm superiores. ¶ *Inter vos, ἐν ὑμῖν*. In nonnullis impressis codicibus legitur ἐν ἡμῖν, *Inter nos*, vt sit hic sensus, Vobis Galatis proponitur Christus amplectēdus: quē in nos Iudæi crucifiximus, & sinitis vos à Iudæis ipsis fascinari? Sed alterum illud malo, vt crucifixus dicatur, quasi spectantib. ipsis Galatis Christus, illa tam clara & perspicua Euangelij prædicatione.

2 *Spiritum, τὸ Πνεῦμα*. Primum argumentum ab effectu sumptum. Vocat autem Spiritum, Spirituales illas gratias quibus obsignata erat in Galatis Euangelij prædicatio, vt Mar.16.17, Act.15.8, 1.Cor.1.5 & 7 quas verò vocat Virtutes. Neque verò temerè sic argumentatur Apostolus, quum eiusmodi donis, vt irrefragabilibus ipsius Dei vnius Omnipotentiæ testibus, initio sit vsus Deus vt omnes incredulos redderet ἀναπολογήτους. Marc.16.10. Neque tamen duntaxat spiritualia illa dona, veluti Linguarum & Prodigiorum, intelligo hoc nomine, sed omnes in genere Spiritus sancti effectus, inter quos etiam numero Patientiam in afflictionibus, quarum fit mentio in prox. versiculo. ¶ *Ex fide per auditum percepta? ἐξ ἀκοῆς πίστεως;* Eras. in hunc locum scribens, *Iam illud*, inquit, *Ex auditu fidei, tametsi à nobis intelligitur, tamen Latinis auribus est insolens. Neque enim vt Græci famam siue rumorem ἀκοὴν vocant, itidem ac Romani. Proinde dilucidius erat, Ex prædicatione fidei, hoc est, ex fide quam ex nobis audistis, nō ex Lege didicistis. Quis enim ferat sic loquētē? Auditus occisi regis consternauit populū. pro eo quod erat, Rumor de rege occiso.* Hæc ille: quæ sanè non intelligo. nam ἀκοὴν pro rumore perabsurdum fuerit accipere hoc in loco: & Auditionem Latini pro rumore & fama elegantius etiam dicunt quàm Græci ἀκοήν. Significat autem hoc in loco Fides μετωνυμικῶς (vt suprà, 1.23. & 1.Tim.4.1.) non id quo creditur, sed id ipsum quod creditur, id est doctrinam ipsam salutis per fidem in Christo obtinendæ: cui Paulus opponit opera Legis, id est doctrinam aduersariorum qui Legem cum Christo docebant, vt Iustificationis causam, cōcurrere. Ἀκοὴ verò mutuā quidem relationem habet ad prędicationem, sed nō omnis audit cui prędicatur, quum non omnes habeant aures ad audiendum. Itaque non satis ἐμφατικῶς conuertit Erasmus, *Ex prædicatione fidei*: quanuis interdum ἀκοὴ pro annuntiata doctrina, nec tamen per fidem apprehensa, vsurpetur, vt Ioann.c.12.vers.38, ex Esaiæ cap.53.versu 1, quia videlicet duplex est audiendi modus. Itaque Ioann.6.45, non dicitur simpliciter, Omnis qui audiuit venit ad me sed, Omnis qui audiuit & didicit.

3 *Carne, σαρκί*. Carnem vocat ceremonialia opera externa, à Christo abrogata. & ne tum quidem quum vigebant, aliter ad iustitiam quàm sacramentaliter, conducentia. Etsi enim Paulus Legis iustitiam opponens iustitiæ fidei, agit in primis de Lege ipsa morali, vt antea plurimis certis rationibus ostendimus: tamen certum est istos occasionem istius legalis iustitiæ stabiliendæ, ex ceremonialis Legis obseruatione, quam inuehere volebant, arripuisse. Isti agitur Carni Paulus opponit Spiritum, id est spiritualem Euangelij efficaciam, quæ interiorem hominem gignit per Spiritum sanctum, ac perficit, & sese tum etiam exerebat eximiis illis donis quorum fit mentio 1 Corint.12. ¶ *Perficimini? ἐπιτελεῖσθε;* Hæc erat pseudapostolorum doctrina: qui quum dicerent Christum nihil prodesse nisi accederet circuncisio. Legem sanè Christo non modò conferebant, sed etiam præferebant: quum Christo tantùm initia, Legi perfectionem iustitiæ tribuerent, vt qui salutem quærerent non in iustitia imputata, sed inhærente: vt hodie quoque nostri Sophistæ, & noui Academici. Et obseruandum etiam est, pugnantia hîc committi: veluti si iubeas, eum qui à luce cœperit illuminari, ad perficiendā lucem tenebras accersere. Annotat Chrysostomus præpositionem ἐπὶ significare Galatarum à vera doctrina defectionem, cùm superuenerint pseudapostoli: ego malo ad ipsam falsæ doctrinæ summam referre, quam paulo antè exposui. Obseruat quoque Græcus scholiastes, Paulum passiuè dixisse ἐπιτελεῖσθε, quasi Galatis exprobrantem quòd sinerent se pecudum instar abripi ab istis & circuncidi: quæ summa erat amentia.

3 Adhortatio per modum exprobrandi: nis, ne tot certamina frustra subierint.
4 Tertium illud argumentum ab effectis sumptum repetit, quoniam quaedam alia insinuat.
Gen. 15. 6
rom. 4. 3
iac. 2. 23
5 Quintum argumentum maximi ponderis cuius triplex est antecedens. Primum, Abrahamum iusti-

4 Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ; εἴγε καὶ εἰκῆ.

5 Ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ πνεῦμα, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν, ἐξ ἔργων νόμου ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως;

6 Καθὼς Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

7 Γινώσκετε ἄρα ὅτι οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ.

8 Προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ ὅτι ἐκ πίστεως δικαιοῖ τὰ ἔθνη ὁ Θεὸς, προευηγγελί-

4 3 Tam multa passi estis frustrà? si modò etiam frustra.

5 4 Qui igitur subministrat vobis spiritum, & efficit virtutes in vobis, illum ne ex operibus Legis, aut ex fide per auditum percepta *subministrat*?

6 5 Sicut | Abraham credidit Deo, & imputatum est ei ad iustitiam.

7 6 *Ita* nempe nostis, eos qui ex fide sunt, esse filios Abrahae.

8 7 Quum praeuidisset autem Scriptura Deum ex fide iustificaturum Gentes, *id* antè euan-

4 *Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa.*

5 *Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus Legis, an ex auditu fidei?*

6 *Sicut Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.*

7 *Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahae.*

8 *Prouidens autem Scriptura quia ex fide iustificat Gentes Deus, praenu-*

ficatum esse fide, iustitia videlicet secundum promissionem fide apprehensam gratis ei imputata: quod expressè testatur Moses.
6 Alterum, ex fide aestimandos esse filios Abrahae. 7 Tertium antecedens, omnes sine exceptione populos credentes comprehendi in benedictionis promissione.

4 *Si modò etiam frustra*, εἴγε καὶ εἰκῆ. Si hoc accipiamus tanquam additum sit ab Apostolo ad mitigandam obiurgationem, omnino redundabit particula καὶ. de quo pleonasmo diximus Ioa. 6. 15, in extrema annotatione. & 1. Cor. 15. 29. Sin autem intelligamus tanquam hoc etiam addat pondus increpationi, non carebit sua emphasi & rectè conuerterit Erasm. *Si tamen & frustra*. Nam frustra fieri dicitur ex quo nullus percipitur fructus. At Galatae à sana doctrina desciscentes, nō modò nullum fructum percepissent ex aerumnis quas antea eius doctrinae causâ pertulerant, sed etiam magnam iacturam fecissent. Plus est autē laedi quàm non iuuari. Syri autem interpretatio [וְאֶשְׁתּוֹף דֵּין] [*vaschtuph dein*] *Vtinam autem* nullo modo est admittenda, quum nihil minus optarit Apostolus.

5 *Et efficit*, καὶ ἐνεργῶν. Hinc factum vt Paulus, 1. Cor. 12. 6. huiusmodi χαρίσματα vocet ἐνεργήματα, ab iis distincta quae διακονίας ibidem appellat, quod discrimen in eo situm est quòd in διακονίαις Dominus agat per docentium ministerium, externam illorum operam intus sua vnius vi reddens in auditorum animis efficacem, cuius συνεργοὶ ratione dicuntur Deo cooperari. At in istis ἐνεργήμασι Deus non per homines, sed in hominibus aut aliis rebus edit miracula, vt qui solus ordinem naturae possit immutare, sicut est vnicus eius opifex & creator. Quòd si quando Dominus Angelorum vel hominum opera in edendis miraculis vsus est, nempe vel illos vt voluntatis suae testes adhibens, vel illorum preces & vota exaudiens, nunquam tamen illi miracula ediderunt. quoniam hoc est vnius Dei proprium, adeo quidem vt in ipsis quoque Christi miraculis, sicut ἀποτελέσματα (quod vni Christo proprium est vt vnico θεανθρώπῳ) constituēda sunt personalia, quae sunt toti personae ipsi communia, aduersus Nestorium, sic distinguendae sunt aduersus Eutychen naturarum ἐνέργειαι: humanitati quidem attributo quod humani est operis, Deitati verò quae propria sunt & permanent Deitatis, citra personae diuisionem. Vide Marc. 16. 20. Rom. 2. 19, 1. Cor. 3. 7. & 12. 6. ¶ *Aut ex fide per auditum percepta* [*subministrat*] ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως. Conclusio secundi argumenti ab effectis. vide vers. 2. Repetij verbum ἐπιχορηγῶν, vt 2. Cor. 1. 8. Nec loquitur Paulus de se in tertia (vt aiunt) persona, (quod putauit Augustinus) sed de Deo, à quo promanat omnis efficacia praedicati Euangelij.

6 *Sicut Abraham*. Non est imperfecta oratio, vt videri potest, sed cohaeret hic versiculus cum sequenti. Est enim antecedens noui enthymematis sumpti ab exemplo Abrahae, in quo tractantur totius disputationis fundamenta, nempe promissiones Abrahamo factae, & ab eo sibi & suis per fidem apprehensae, vt explicatur copiosè Rom. 4. 1. nisi malimus Apostolum reticuisse responsionem ad interrogationem praecedentem, cui responsioni confirmandae adhibeatur haec probatio ab exemplo Abrahami sumpta. Sed planior & accommodatior est prior interpretatio. Aliud enim est imputatā fuisse fidem ad iustitiam, quàm dona illa peculiaria sancti Spiritus accepisse, quod de Abrahamo non legimus. ¶ *Et imputatum est ei*, καὶ ἐλογίσθη. Vide Rom. 4. 3. Vt autem tota haec disputatio per suas partes distributa melius perspiciatur, eius seriem sic potius arbitror disponendam quàm vt priore harum annotationum editione scripseram. Ver. 6, *Sicut Abraham*, καθὼς Ἀβραάμ. Conclusio quae continetur versiculo nono, ex tribus antecedentibus mutuò connexis nascitur, quorum hoc est primum, Abraham ex fide iustificatus est, siue benedictionem consequutus. Non adhibet autem Apostolus aliam probationem, quoniam hoc enuntiat ipsis Scripturae verbis. Ver. 7. [*Ita nostis*] γινώσκετε. Alterum antecedens, Ex fide aestimandi sunt filij Abrahae. Ver. 8. Tertium antecedens, Sicut benedicitur Abraham, ita benedicuntur omnes filij, id est, omnes populi, & additur superioris (id est secundi) tum etiam istius (id est tertij) probatio, ex Gen. 12. 3. Ver. 9. *Itaque*, ὥστε. Conclusio ex tribus superioribus antecedentibus nata, Ergo fides illud est per quod & Abraham ipse & in eo omnes benedicuntur qui benedicuntur. Ver. 10. *Nam quotquot*, ὅσοι γάρ. Aliud antecedens, quod & ipsum refertur ad conclusionem superiore versiculo proximo comprehensam, & in medio duorum enthymematum positam. Est autem eiusmodi enthymema, Maledicuntur qui sunt ex operibus Legis: ergo benedicuntur qui sunt ex fide. *Scriptum est enim*, γέγραπται γάρ. Probatio antecedentis. Est autem talis integer syllogismus, Maledicti sunt qui totam Legem non implent: nullus implet totam Legem: ergo omnes sunt Lege maledicti. Ver. 11 & 12, *Nullum autē*, &c. ὅτι δὲ ἐν νόμῳ. Probatio assumptionis, Iustus ex fide viuet, ergo non ex Lege. Itaque non impletur Lex: nam si impleretur, vita esset ex Lege. Ver. 13, [*At*] *Christus*, Χριστὸς. Anthypophora, Quomodo fide iustificatur qui in Lege maledictus pronuntiatur? Quia Christus qui fide apprehenditur, sustinuit maledictionem nobis debitam. quod ex testimonio Scripturae probat. Ver 14. Summa superiorum argumentorum. Ergo in vno Christo quaerenda salutis benedictio, qua per fidem potitus est prior Abrahamus, deinde & nos potimur simili ratione. Sed loco illius pronominis generalis Nos, seorsim ponit Gentes, & seorsim Iudaeos quibus sese annumerat: quoniam sic concludit superiora vt iisdem verbis proponat quaestionē quam explicaturus est: num videlicet Gentes in praeputio manentes possint in Abrahamo fideli benedici, quum ipse Abrahamus, postea quàm quod fidelis fuit, etiam circuncisus fuerit.

7 [*Ita*] *nostis nempe*, γινώσκετε ἄρα. Loquitur vt de re minimè dubia, quam tamen postea confirmabit. Vulgata, *Cognoscitis ergo*. quod non probo: ne hinc superioris versiculi constructio, quam supplere non possis nisi admodum dura ellipsi. quamobrem etiam multo minus accipiendum putaui imperandi modo, vt habent nonnulli veteris editionis Latinae codices. Ideo addidi particulam ITA, quae saepissimè subauditur apud Hebraeos in collatione similitudinis, vt alibi saepe annotauimus.

8 *Praeuidens*, προϊδοῦσα. De Scriptura loquitur ἀνθρωποπαθῶς. ¶ [*Id*] *antè euangelizauit*, προευηγγελίσατο. Vulgata, *Praenuntiauit*. Erasmus, *Prius euangelium nuntiauit*. Ego libens retinui Euangelizandi verbum, quod saepe iam diximus peculiariter esse consecratum doctrinae de gratuita per Christum reconciliatione, & puto Apostolum de industria hoc vsurpasse, vt hanc doctrinam ostenderet minimè nouam esse, sed ipsi etiam Abrahamo patefactam cuius exemplo abutebantur pseudapostoli, vt circuncisionem cum gratuita

iustitia copularent: quum ante circuncisionem dicatur iustificatus Abraham per fidem. Addita autem praepositio πρὸ respicit tempus exhibiti Christi, cuius tamen diem vidit Abraham & gauisus est.

σατο τῷ Ἀβραὰμ, ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη.

9 Ὥστε οἱ ἐκ πίστεως, εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ.

10 Ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσί. γέγραπται γὰρ, Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά.

11 Ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ τῷ Θεῷ, δῆλον· ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

12 Ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως· ἀλλ' Ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς.

13 Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γὰρ, Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.

gelizauit Abrahamo, *dicens* ‖ Benedicentur, *inquiens*, in te omnes Gentes.

9 8 Itaque qui ex fide *sunt*, benedicentur cum illo fideli Abrahamo.

10 9 Nam quotquot ex operibus Legis sūt, sub execratione sunt. 10 Scriptum est enim ‖ Execrabilis *est* quisquis non manserit in omnibus quae scripta sunt in libro Legis, vt faciat ea.

11 11 Nullum autem per Legem iustificari apud Deum, manifestum *est*: quoniam ‖ iustus ex fide viuet.

12 12 Lex autem non est ex fide: sed ‖ Qui ea fecerit, viuet per ea.

13 13 *At* Christus nos redemit ab execratione Legis, dū pro nobis factus est execratio: 14 scriptum est enim, ‖ Execrabilis *est* quisquis pendet in ligno.

tiauit Abrahae, Quia benedicentur in te omnes Gentes.

9 *Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.*

10 *Quicunque enim ex operibus Legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim, Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quae scripta sunt in libro Legis, vt faciat ea.*

11 *Quoniam autem in Lege nemo iustificatur apud Deū, manifestum est: quia iustus ex fide viuit.*

12 *Lex autem non est ex fide: sed Qui fecerit ea, viuet in illis.*

13 *Christus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictū: quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno.*

Gen. 12. 3
eccl. 44. 20
act. 3. 25
8 Probatio secundi & tertij antecedentis ex verbis Mosis.
Deut. 27. 26
9 Conclusio quinti argumenti, ergo sicut Abraham fide est benedictus, ita & eius filij (i. omnes etiam ex gentibus credentes) benedicuntur. i. gratis iustificantur.
Abac. 2. 4
rom. 1. 17
heb. 10. 38
Leuit. 18. 5
Deut. 21. 23
10 Sextum argumentum, cuius etiam conclusio est in praecedente versiculo, à repugnātibus, Maledicuntur qui sunt ex operibus Legis i. qui ex prae-

statione Legis aestimant iustitiam. Ergo benedictio eorū est qui sunt ex fide i. qui ex fide iustitiam habent. 11 Probatio antecedentis: cuius syllogismi propositio est, maledictus est quisquis non implet totam Legem. 12 Assumptio cum conclusione, nemo autem Legem implet: nemo igitur Lege iustificatur, siue omnes maledicuntur qui ex operibus Legis iustitiam quaerunt. Additur autem simul ipsius assumptionis probatio eiusmodi, Iustitia & vita tribuitur fidei. Nemo igitur Legem implet. 13 Ratio superioris consequutionis ostenditur: quia Lex vitam nō promittit nisi omnibus qui ipsam praestant, ac proinde si praestaretur, iustificaret & viuificaret. Scriptura autem fidei iustitiam ac vitā tribuens Legi adimit, quum illa quidem ex imputatione iustificet, ista verò ex operis praestatione. 14 Occupatio, Quomodo igitur possunt benedici, quos Lex pronuntiat execrando? Quoniam Christus sustinuit maledictionem à Lege inflictam, vt nos eam effugeremus.

¶ *In te*, ἐν σοί, id est (vt mox explicatur) quia in filiis tuis recensebuntur omnes credentes, Christo nimirum, illius omnis Abrahamidarum seminis capiti, insiti, & vt fundamento superstructi, vt in eo fiant eiusdem benedictionis participes. Benedictionis autem nomen quum variè accipiatur, hîc declarat gratuitam ex foedere adoptionem, cui opponitur Maledictio. Et diuinè prorsus dixit σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ, cum fideli Abraham, non autem διὰ τοῦ πιστοῦ Ἀβραάμ, id est, per fidelem Abraham, vt intelligamus benedictionem non manare ab Abrahamo, sed ab eo per quem Abraham ipse cum posteris benedicitur, à Deo videlicet, gratis per Christum. ¶ *Omnes*, πάντα. ergo & ipsi Iudaei.

9 *Qui ex fide sunt*, οἱ ἐκ πίστεως. Generalis est conclusio, vt ij omnes qui Patrem habent Abrahamum non naturae, sed fidei origine (Nec enim gentes naturali propagatione sunt Abrahamidae, nec etiam qui secundum carnem sunt orti ab Abrahamo, sunt propterea haeredes promissionis, quae vnica est ratio qua omnes fiunt vnum semen Abrahae) ea ratione benedicantur qua ipse Abrahamus factus est omnium illarum gentium pater, nempe, fide promissionem apprehendente: caeteris exclusis, quum extra hoc foedus non sit benedictio. Ideo sicut dixi, Apostolus, non scripsit, ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ, à fideli Abrahamo, sed σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ, cum illo fideli Abrahamo.

10 *Quisquis non manserit in omnibus quae scripta sunt in libro Legis*, ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου. Hebraea habent Deut. 27. 26. אשר לא יקים את דברי התורה [*ascher lo jakim eth dibre hattorah hazoth*,] id est, qui non firmarit verba Legis huius. Itaque Graecus interpres non numerauit verba, sed sensum spectauit. Nā magna vis est verbi יקים [*jakim*] quamobrem non conuertit dixisse ἐμμένει (id est, quasi fixus manet) etiam addita particula vniuersali. Iam verò si quis obuiat, particulam illam additam de suo, in qua totum pondus argumenti versatur: respondeo, apud Mosen indefinitam enuntiationem aequipollere vniuersali, quum praecedat particularium enumeratio. Et suspicatur Hieronymus vniuersalē particulam à Iudaeis fuisse malitiosè expunctam.

11 *Quoniam*, ὅτι. Claromontanus codex scriptum habet γέγραπται γὰρ ὅτι, *Scriptum enim est, Iustum ex fide victurum*, quod sequutus etiam est Syrus interpres. ¶ *Ex fide*, ἐκ πίστεως. id est, διὰ τῆς πίστεως. Nam ἐκ non declarat hoc in loco materiam, sed instrumentum. Hîc etiam liquet, in priore membro, ἐν νόμῳ non conuertendum esse *in Lege*, sed *Per Legem*. Vide Rom. 1. 17.

12 *Non est ex fide*, οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως. Id est non pronuntiat iustum eum qui credit, sed qui fecerit quod ipsa praecipit.

13 [*At*] *Christus*, Χριστός. Omnino requiritur coniunctio δὲ, vel ἀλλὰ, quam expressimus, & quam etiam legit aut adiecit Syrus interpres. ¶ *Execratio*, κατάρα. id est, Execrabilis, vt δόξα pro glorioso, 2. Cor. 3. 9. Sed ista permutatio magnam habet emphasin: veluti si scelus pro scelerato dixeris. Vulgata, *Maledictum*. quo nomine apud Latinos conuicium significatur. de qua interpretatione mox dicam. ¶ *Execrabilis quisquis pendet in ligno*, ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. Hebraea veritas habet Deut. 21. 23, קללת אלהים תלוי [*kilelath Elohim talui*] id est maledictio Dei *est* qui est suspensus. Alij conuertunt Ob maledictionem Dei, id est quia maledixit Deo, suspensus est. Alij, quia קלל [*kilel*] in Piel accipitur pro conuiciari, קללת [*kilelath*] verterunt ὕβριν: quidam λοιδορίαν: sed omnes hae interpretationes eò recidunt vt dicatur peculiari quadam ratione hoc supplicij genus fuisse diuina lege speciali quadam infamia notatum. Sed & apud Latinos Abire in malam crucem iubentur quibus exitium precamur summo cū dedecore coniunctū. Et fatentur Iudaei hoc supplicium de blasphemis & idololatris propriè sumptū fuisse, vt qui omnium flagitiosorū essent maximè infames. Etsi enim damnatos non crucifigebant, sed lapidatos palo affigebant: (vt quidem tradunt ipsorū Rabini) tamen, quod ad rem ipsam attinet, idem est ignominiae genus, ex ligno suspendi. Itaque miror Hieronymum laborare ne Christus dicatur maledictus, & Erasmum hîc nescio quem tropum quaerere. Imò verò in eo posita est tota nostra spes, in eo apparet Dei charitas infinita, in eo sita est salus nostra, quòd Deus noster propriè & sine tropo effuderit omnem iram in Filium suum: propriè & sine tropo sit eis, quae-

tenus vas noster erat, in carne nostra execratus, vt nos reciperet in gratiam: verè denique & sine tropo Christus sit pro nobis factus execratio: adeo quidem vt nisi Christus etiam fuisset Deus, permansurus in ea execratione fuerit in æternum, vnde nobis euasit. Nam alioquin si ficta est Filij obedientia, ficta quoque est spes gloriæ quam expectamus. Sed considerandus hic est Christus cum iis qualitatibus quas habet non in sese, sed ex imputatione pro mediatoris officio: quam conditionem vltro subiit, vt nos vicissim eadem prorsus ratione, id est, per imputationem eorum quæ ipsius propria sunt, iustificati, fieremus ipsius fratres, ac eiusdem regni cohæredes. Tantùm abest igitur vt epitheto illo Iudæorum, quo Christum Dominum nostrum vocant תלוי [*talui*, *suspensum*], offendar, quod ad rem ipsam attinet, vt contrà, sicut Iudæorum os illud blasphemum & impium toto pectore detestor, ita nihil existimem pretiosius aut magis honorificum de ipso dici posse, qui nostri causa factus sit Patri obediens vsque ad mortem, mortem, inquam, crucis: vnde liberatus, consequutus est nomen supra omne nomen.

---

14 Probatio responsionis, ex Mosis testimonio.

16 Conclusio omnium superiorum, de quibus in quinti & sexti argumenti tractatione disseruit, nempe & Gentes fieri in Christo gratuitæ benedictionis Abrahami participes, & Iudæos etiam ipsos. quibus se accenset Apostolus, nonnisi per fidem consequi promissam illam Euangelij gratiam, quam Spiritum vocat. Distinctè verò Apostolus & his & illis conclusionem applicat, aditum sibi parans ad sequens argumentum, in quo explicat non aliter quàm fide in Christum posse coalescere semen illud vnicum Abrahæ ex omnibus populis conflatum. 17. Sequenti argumento, quod septimum est ordine, duo axiomata præponit: vnum, Ritè pacta & conuenta inter homines, rescindere non licere, nec quicquam eis adijcere: alterum, sic pactum esse Deum cum Abrahamo, vt eius sobolem quæ ex Iudæis & ex Gentibus composita est (sicut ex præcedentibus apparet) in vnum [illegible]orpus colligeret, vt qui non dicat se Deum fore Abrahamo & seminibus eius (quod tamen dicendum esset, si plura haberet diuersa semina, nempe [illegible]entes seorsim & seorsim Iudæos) sed se Deum fore Abrahamo & ipsius semini, quasi vni.

Ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως.	14 Vt ad Gentes benedictio illa Abrahami perueniret in Christo Iesu, & vt promissum illum Spiritum acciperemus per fidē.	14 *Vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.*
Ἀδελφοί, κατὰ ἄνθρωπον λέγω, ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται.	15 16 Fratres, humano more loquor, Pactionem licet hominis ratam habitam nullus irritam facit, aut *aliquid ei* superaddit.	15 *Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.*
Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. οὐ λέγει, Καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν· ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός, Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός.	16 Abrahamo verò dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Et seminibus, vt de multis: sed vt de vno, Et semini tuo, 17 qui est Christus.	16 *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus.*

---

14 [*Et*] *vt promissum*, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος. Vulgata, *Vt pollicitationem Spiritus*. Erasmus, *Vt promissionem Spiritus*. Ego verò primùm omnium addidi copulam ex qua intelligatur bimembrem esse hanc conclusionem, vt semper illa coadunatio omnium gentium attendatur. Itaque distinctè Gentium & Iudæorum meminit, commune vtrisque vniendis vinculum ponens, nempe Christum fide ab Abrahamo apprehensum, & à vera ipsius [illegible]ta sobole itidem apprehendendum. Notat tamen [illegible] inter gentes & Iudæos discrimen, quòd illæ vt extraneæ accensentur: Iudæis verò vt domesticis quod promissum fuerat exhibetur. Promissionem autem Spiritus accipio pro Spiritu promisso, quem Hebraismum [illegible] annotauimus Matt. 24.15, & Act. 2. 33. & Spiritus nomine benedictionem æternæ Spiritualis vitæ intelligo. Nisi Spiritum ipsum malimus significari, qui promissionem obsignat in cordibus nostris. Sed notandum est in primis nomen ἐπαγγελίας, quo non quæuis promissio, sed quæ merè gratuita est significatur. qua ratione opponitur Legi. Nam Lex promissiones quidem habet, sed addita conditione, vel præstandæ totius Legis, vel luendæ transgressionis. Itaque ἀπαγγελίαν pollicitationem potius quàm pactum declarat in hac tractatione, vt quidem ista distinguuntur ab Vlpiano, l. Pactum, D. De pollicitationibus. Vide Act. 2. 39. Promissionem autem de tempore aduentum Domini præcedente vbique in hac disputatione vsurpat, Christum licet vnicum, tamen promissum, & illius promissionis tempore ad solos Iudæos spectantem, ab eo qui omnibus vniendis gentibus fuit exhibitus, distinguens.

15 *Humano more loquor*, κατὰ ἄνθρωπον λέγω. Id est, Vtar exemplo quod petam ex medio & promiscuo hominum vsu: vt vos pudeat minus tribuere Dei quàm hominum pactis. Vulgata & Erasmus, *Secundum hominem dico*. Vide Rom. 3. 5. ¶ *Hominis*, ἀνθρώπου. Id est, inter homines & de humanis rebus initum: quanto magis illud quod Deus nobiscum in vnigenito suo ratificandum sanciuit, tam erit firmum vt nō modò irritum fieri nequeat (quod fieret si soli Iudæi essent illud semen) sed ne addere quidem ei quidquam liceat, quod fieret si circuncisio adiceretur baptismo: & proinde iustitiæ gratuitæ in Christo iustitia ex operibus adiceretur ad illius supplementum. Notum est autem Hebræis sæpissimè singularem pro plurali ponere, quum præsertim non singulare quidpiam sed species intelligitur. ¶ *Pactionem*, διαθήκην. Heb. ברית [*berith*] de quo vocabulo diximus Matth. 26. 28. ¶ *Ratam habitam*, κεκυρωμένην, id est, cui nihil desit quod ad fidem ipsi habendam requiratur: qua de re mox agit vers. 17. Vulgata, *Et confirmatum*, Erasmus, *Tametsi sit comprobatum*.

¶ *Irritam facit*, ἀθετεῖ. Nec enim ab iis quæ ritè pacta sunt ac conuenta licet recedere, ex ipso etiam Gentium iure: neque quicquàm addere aut detrahere fas est, præter contrahentium, & eorum quorum interest, voluntatem. Vulg. *Spernit*. Eras. *Reijcit*. Vide suprà, cap. 2. 21.

16 *De multis*, ἐπὶ πολλῶν. Sic vertit hunc locum Tertullianus lib. de Carne Christi. Vetus autem interpres pro *De* habet *In*. Syrus verò sublata præpos. ἐπὶ, legit ὡς πολλοῖς, *vt multis*, & ὡς ἑνὶ, *vt vni*. Non modò autem absurdum est, sed etiam blasphemiæ proximum quod annotat Hieronymus (vt Erasmus obseruauit) Paulum videlicet hoc argumento abusum apud crassos Galatas, quòd sciret alioqui non probatum iri prudentibus aut eruditis, atque ob id præmonuisse prudentem lectorem. Fratres, secundum hominem dico. Negat enim vsquam Seminis vocem poni in literis sacris nisi numero singulari: & tamen, inquit, hoc torquet Apostolus velut in argumentum, quò doceat promissum hoc in solum Christum competere. Hæc Erasmus ex Hieronymo: à quo sanè miror tam absurda támque profana proficisci potuisse. Nam (vt taceam quàm incommodè interpretetur, *Secundum hominem dico*, quod & Erasmus obseruauit) si hæc vera sunt, vbi veritas illa diuina quæ ineptis atque adeo falsis argumentis hominum imperitiam eludat? vbi grauitas illa Apostolica? vbi Paulina δεινότης in tanto præsertim argumento? Deinde quorsum hoc ad stupiditatem Galatarum eludendam, quum Paulus ad Galatas quidem scribat, sed totis interim lacertis aduersus Iudæos pseudapostolos certet? Absit igitur à nobis, absit vt ad istorum arcanorum tractationem animum istiusmodi adferamus. Certè quum putat Hieronymus Seminis vocabulum à Paulo torqueri vt doceat in solum Christum competere, satis indicat se nunquam satis considerasse quid sit Paulo propositum. quo minus miror, dum, quum in certum scopum non ferretur, à recta via aberrasse. Putauit enim de eo laborare Paulum vt ostendat, promissione illa quam sæpe repetit, ET IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES, vnum Christum significari: quia non dictum sit *In seminibus*, sed *In semine*. Et hic insurgunt Iudæi, clamitantes Paulum ineptè Seminis nomen vni accommodare, quum sit collectiuum nomen: qua de re etiam aliquid scribere constitui, vt obscurum hunc locum & ipse illustrem pro virili. Primùm igitur hoc dico, Seminis nomen ita esse collectiuum, vt tamen vni interdum tribuatur, vt Gen. 4. 25. Quid enim an audi-

ebant vel ipsi Iudæi dicere eum sine semine mortuum qui vel vnum duntaxat filium reliquerit? Minimè certè. Neque enim Hebraicè זרע [*zerah*] aliud significat quàm Prolis vox Latinis, vt in illo Virgilij versiculo, — *gemina fœtus ta prole parentem.* Ergo non satis est dixisse nomen Seminis esse collectiuum, nisi probetur ita esse accipiendum eo loco quē tractat Apostolus. In eo verò non modò assentior Hieronymo, sed etiam id arripio vt germanam huius loci sententiam exponam. Nec enim Apostolus (vt mihi quidem videtur) hîc tractat promissionem illam, ET IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES, sed illam in primis, ERO DEVS TIBI ET SEMINI TVO, deinde reliquas in quibus Abraham & semen ipsius coniunguntur. quamobrem etiam plurali numero dixit Paulus ἐπαγγελίαι, *promissiones*, non autem ἐπαγγελία, *promissio*. Idque ita esse, primùm ex verbis ipsis apparet; deinde ex Apostoli scopo. Nam quod dicit Apostolus καὶ τῷ σπέρματί σου, aliter accipi non potest quàm tertio casu, sicut etiam τῷ Ἀβραάμ: vt omnino præter Apostoli sententiam Erasmus conuerterit, *Et in semine tuo*: quum rectè (sic etiam hunc locum citante & explicante Augustino, tractatu in Ioan. 12) vertisset Vetus interpres, *Et semini tuo*: & ipse paulo antè, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, non sit interpretatus, *Et in semine eius*. sed rectè omnino, *Et semini eius*. Itaque sicut illo priore loco, quum omnes gentes expressè distinguuntur ab illo semine in quo benedicuntur, Seminis nomen rectè ipsi vni personæ Christi applicatur: ita quum hoc posteriore loco dicatur ipsi Semini factæ promissiones, commodè profectò videtur hoc nomen ipsi Christo vt soli & vni applicari non posse, sed illas ipsas Abrahamo promissas omnes gentes declarare, quæ tamen nonnisi in Christo, vt istius promissionis vnico fundamento & vinculo, in vnum illud corpus sobolis Abrahamo promissæ coalescant. Cedò verò quis est Apostoli scopus? nempe vt doceat exemplum Abrahami, per vnam fidem iustificati, rectè applicari tum Gentibus, tum Iudæis, vt nulla circuncisionis habita ratione, in solo Christo, Patris sui exemplo, omnes credentes benedicantur. Itaque quos sigillatim vers. 14. considerarat (vt antè exposuimus) eos iam in vnum corpus instituit coniungere, vt vnum communem patrem Abrahamum habeant, cum quo benedicantur vnius & eiusdem promissionis virtute. Vt autem hoc ita faciendum esse ostendat, primùm sibi viam præmuniit huius capitis versiculo 8. ne Iudæi queri possent Gentes ad promissionem non pertinere: quamuis hoc potuerit assumere ex hypothesi, quoniam non cum Iudæis prorsus incredulis disputabat, sed cum iis qui ex circuncisione crediderant; neque dubitabant quin Christus is esset in quo benedictionem omnes consequerentur: sed Legis fœdus cum gratuito pacto, id est mortem cum vita, coniungebant. Nunc verò fortius etiam pugnat, ex ipsa videlicet fœderis formula, Dixit Dominus, inquit, se fore Deum Abrahami & seminis eius. Quum igitur & Gentes & Iudæos docuerimus in Abrahamo per fidem benedici oportere, vt vtrique in vnum corpus coalescant, quod vno Seminis nomine collectiuo significatur: id est, vt communis aliqua sit ratio qua & Gentes & Iudæi communi nomine seminis in hac pactione significentur. Nam alioqui Abraham haberet plura semina, vnum videlicet Iudæorum, alterum Gentium, ideóque promissio facta esset numero plurali, Abrahamo videlicet & seminibus eius, non autem singulari numero, Abrahamo & semini eius. At enim, dices, Hebræis זרע [*zerah*] id est semen, pro hominis prole nunquam dicitur numero multitudinis. Respondeo, mirum id non esse, quum nunquam hoc vsuuenire potuerit, vt eodem patre nati filij diuersa ratione sint filij: quod ni ita foret, procul dubio זרעים [*zerahim*] etiam multitudinis numero non minus quam משפחות [*mishpechoth*] & תולדות [*toledoth*] dicere liceret. Eadem autem est ratio spiritualis cognationis de qua hîc agitur. Nam si alia ratione Iudæi essent semen illud Abrahæ spirituale quàm Gentes, dicendum fuisset, Ero Deus tibi & seminibus tuis, non autem & semini tuo. Ergo (vt tandem finiam) firmum & cum superiore distributione prorsus cohærens est hoc Pauli argumentum, contrà quàm putauit Hieronymus: nec quicquam hîc habent quod obiiciant pseudapostoli vel Iudæi: quum eo ipso nitatur Pauli argumentum quòd seminis nomen sit collectiuum, vt iam vna duntaxat quæstio sit, Christúsne, siue fides, siue promissio, an verò Moses, siue opera, siue Lex, sit istius coniunctionis & coagmentationis vinculum: an verò partim illa partim ista. [illegible] si ad hunc scopum sequentia duo argumenta referas, quæ in versiculo 18 desinunt, & præterea separes obiectionem quæ à versiculo 19. incipiens, in 25 terminatur: tum demum intelliges quomodo cohæreat conclusio quæ à versiculo 26 ad finem vsque capitis explicatur. ¶ *Qui est Christus*, ὅς ἐστι Χριστός. Referri quidem potest relatiuum ὅς ad σπέρμα, ex Græcorum idiotismo. sed commodius (meo iudicio) coniunxerimus cum ἑνός: vt sit hæc structura orationis, Non dicit, ET SEMINIBVS, vt multis: sed dicit, ET SEMINI TVO, vt vni, qui est Christus. quomodo Syrus interpres hunc locum commodissimè ordinauit. Obiecit autem hic locus errorem iis qui putarunt hîc Paulū de vna Christi persona disserere, quum potius de duobus populis, id est Gentibus & Iudæis agat, in vnam sobolis Abrahami veluti massam redactis, vt superiore annotatione diximus. Cur ergo, inquies, Christum nominat Paulus? Respondeo, Quia proprium hoc est totius collecti illius corporis nomen, cuius caput, & vita est Christus, membra autem sunt fideles, partim ex Iudæis, partim ex Gentibus in illo aggregati. Ergo si Iudæos & Gentes dixisset, præterquam quòd caput vitámque huius corporis præteriisset, non nominasset totum ipsum, sed duas duntaxat eius partes. Quid si verò Ecclesiam dixisset? Respondeo, ne hoc quidem nomine corpus ipsum totum nisi συνεκδοχικῶς significari, quum Christum cum viro, Ecclesiam cum sponsa comparet Apostolus. Deinde quum hoc loco probare constituerit Apostolus vnum Christum esse membrorum istius corporis vinculum, meritò Christum ipsum nominauit: eo nomine non solùm caput, sed membra cum suo capite coniuncta designans, vt disertè significat in huius tractationis conclusione versu 28, quum inquit, *Vos enim omnes vnus estis in Christo Iesu.* Hinc ductæ sunt illæ formulæ, Vnum cum Christo fieri, In Christo esse, & Christum in nobis esse, in Christo eligi, vocari, iustificari, viuere: Cum Christo mori, crucifigi, sepeliri, resurgere, & alia multa, vt quod dicitur Ephe. 3. 6. Gentibus patefactum Euangelium, vt fiant cohæredes, concorpores, & consortes promissionis in Christo. Sic etiam accipitur & explicatur Christi nomen, 1. Cor. 12. 12. & Ecclesia dicitur corpus Christi, & complementum eius qui omnia in omnibus adimplet, Eph. 1. 23. quibus testimoniis hic locus mirè illustratur. Itaque nemo putet me Christo quicquam hac mea explicatione detrahere, quem ego in solidum omnia in omnibus fidelibus facio.

---

18 Proponit septimi argumenti summam, nempe in vno Christo tum Gentes tum Iudæos, in vnum seminis Abrahæ corpus coalescere, vt omnes sint vnus Christus sicut infrà explicatur v. 28.

Τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστόν, ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν.	17 18 Hoc autem dico, pactionem à Deo prius sancitam respicientem in Christum, Lex quæ quadringentis & triginta post annis extitit, irritam non facit, vt euanidam reddat illam promissionem.	17 *Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est Lex, non irritum facit, ad euacuandam promissionem.*

17 *Priùs sancitam*, προκεκυρωμένην. Vulgata omisit præpositionem πρὸ, magno errore, quum in ea lateat vis argumenti sumpti à temporis serie, cuius prosyllogismus explicatus est suprà, vers. 15. ¶ *Respicientem in Christum*, εἰς Χριστόν. Sic legit Syrus etiam interpres. Erasmus, *Erga Christum*, admodum obscurè. Significat enim Apostolus (quod etiam antea probauit) pactum illud cum Abrahamo gratis initum, in vnum Christum ferri, in quo vno videlicet colligatur tum ex Iudæis tum ex Gentibus vnicum illud in Christo semen Abrahami, 1. Cor. 10. & ita etiam loquitur infrà, ver. 24. At Vetus interp. totum hoc prætermisit, in quo tamen controuersiæ cardo vertitur. Argumentatur enim Paulus ex hypothesi aduersus eos qui ex circuncisione crediderant, ac proinde & Legem vrgebant, vt tamen Christum pro Messia ac benedictionum scopo agnoscerent. Hoc igitur posito ac concesso, quæritur an is vnus omnes

credentes facti benedictionis Abrahami participes, an verò Lex Christo sit adiungenda, vt illi volebant qui Christum dicebant nihil prodesse nisi Lex Mosis seruaretur. Christum vnum id efficere probat Paulus, quòd pactum Legis sit pacto promissionis posterius, non possit autem dici prius illud pactum posteriore abrogatum, nedum, si ita esse non oportuerit Christum mitti, à quo penderet illius prioris præstatio. Quinam verò Christus missus fuerit vt abrogatum & inutile fœdus in ipso sanciretur? Et magnū habet pondus τὸ κακοφωνίαν pro κυροῦσθαι, id est sanctum potius quàm sanciendum: quoniam iam tum Deus illud pactū ratum fecerit in Christo, quatenus in Christum venturum respiceret, nedum vt Legale fœdus adiecerit quo prius abrogaretur.

Obiectio, fatemur promissionem nō abrogari Legis pacto, ideò quē Legem cum promissione coniungimus. Imò, inquit Apostolus, stare hæc duo simul non possunt, nempe vt hæreditas ex Lege simul & promissione detur quum promissio sit gratuita. Ex quo consequitur, Legem non esse datam iustificandi caussa, quoniam ita infringeretur promissio.

18 Εἰ γὰρ ἐκ νόμου ἡ κληρονομία, οὐκ ἔτι ἐξ ἐπαγγελίας· τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι᾽ ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεός.

18 21 Nam si ex Lege est hæreditas, nō iam est ex promissione: atqui Abrahamo per promissionem largitus est Deus *hæreditatem*.

18 *Nam si ex Lege hæreditas, iam non ex promissione: Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus.*

19 Τί οὖν ὁ νόμος; τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη, ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι᾽ ἀγγέλων, ἐν χειρὶ μεσίτου.

19 22 Quid igitur Lex? Transgressionum gratia adiecta est, vsquequò venisset semen illud cui facta est promissio: 23 *Lex inquam*, ordinata per Angelos, per manum internuntij.

19 *Quid igitur Lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui promiserat: ordinata per Angelos in manu mediatoris.*

22 Obiectio ex superiore responsione nascens, Si non est ex Lege hæreditas, saltem aliqua ex parte, quorsum igitur facta iampridem promissione, data est Lex? Idcirco, inquit Apostolus, vt homines argueret peccati ac proinde doceret in Christum respicere, in quo tandem promissio illa omnium populorum simul seruandorum impleretur: nedum vt sit lata Lex hominibus iustificandis.

23 Confirmatio superioris responsionis, ex ipsa ferendæ Legis ratione ac forma desumpta. Lata enim est, magnū omnibus terrorem incutientibus Angelis, & interueniente Mose internuntio: Internūtio porrò opus non est vni, sed duobus minimū, iisque dissidentibus. Lex ipsa igitur & Internūtius testimonia fuerunt iræ Dei, nedum vt hoc modo vellet Deus homines sibi reconciliare, abolita promissione, aut Lege ad promissionem adiecta.

---

18 *Nam si ex Lege*, εἰ γὰρ ἐκ νόμου. Esto, dixerit aliquis, Lex non abrogauerit promissionem. At cur simul nō consistent? Respondet Paulus, hæc duo, nempe benedictionem ex Lege debitam, & benedictionem gratis datam, ita esse inter se contraria vt consistere simul non possint. Nomine igitur hæreditatis significatur ius seminis, vt Deus sit Deus noster, id est, vt ex pacti formula, cum Abrahamo fidei fideles & ipsi benedicamur, vt Rom.4.13. Deinde notanda est propria significatio ἐπαγγελίας, de qua diximus suprà, vers.14, & Act.2.39. Attingit autem paucis Apostolus hoc argumentum, partim quòd studeat breuitati in hac epistola, partim quòd illud antè pertractarit hoc ipso capite.

19 *Quid igitur Lex* τί οὖν ὁ νόμος; Alia obiectio, Si promissio illa sufficiebat quorsum igitur lata Lex est? Hanc verò obiectionem ita diluit Apostolus, vt nouum etiam argumentum afferat à fine sumptum, quo probatur non posse dici additam Legē vt benedictio antea promissa, vel eò facilius nobis contingeret partim per fidem, partim per Legem, vel in solidum per Legem, irrita facta promissione priore, nobis daretur. Quî enim id fieret, inquit Apostolus, quum Lex potius posita sit hominibus redarguendis, vt ad promissionem tantò cupidius respiciant?

¶ *Transgressionum causa*, τῶν παραβάσεων χάριν. i. Vt homines intelligerent patefactis transgressionibus, se sola Dei gratia quam Abrahamo patefecerat & promiserat, seruari, ac proinde omnes in Christum respicerent. Irenæus libr.3. cap.7. sic legit hunc contextum, τί οὖν ὁ νόμος τῶν πράξεων; ἐτέθη ἄχρις οὗ, &c. id est, Quid igitur Lex factorum? posita fuit vsquequò, &c. quæ lectio planissima est. ¶ *Semen illud cui facta est promissio*, τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται. id est, Donec diruta maceriē surgeret plenum semen illud coagmentatum ex vtrisque, vt explicatur Ephes.2.14. Ergo appellatione Seminis non significatur vnicus Christus persona, sed cum suo corpore (id est cum Ecclesia) coniunctus, sine quo vicissim non potest Ecclesia considerari, vt 1.Corinth.12 versu 12. Ephes.1.23. & 3.6, & 4.12. Denique clarè id explicatur infrà, vbi dicuntur Iudæi fuisse quasi præsidio Legis custoditi antequam venisset fides. Est enim mutua inter fidem & semen (id est fideles) relatio, à quibus separari non potest Christus, illius obiectum, & illorum caput, cuius Spiritu membra omnia in vnum corpus coniuncta viuūt. Quid igitur (dicet aliquis) ante Christi aduentum nullum erat semen Abrahæ, & tandiu suspensa est promissionis efficacia? Imò verò semper aliqua fuit Ecclesia. Fide placuerunt Abel, Enoch, Noe, Abraham & alij sancti Patres. Christus enim fuit heri vt est hodie. Sed omnes tamen illi velut sub crepusculo matutino fuerunt, sole ipso nondum exorto, quum nos Christi aduentum sequuti in meridiem inciderimus. Comparatè igitur dicitur semen & fides nondum venisse illo tempore, & sancti illi non accepisse promissionem, Heb.11.39. Deinde antè palàm ac plenè communicatum cum Gentibus Euangelium, nondum aduenerat semen illud Abrahæ, quatenus omnes terræ Gentes complectitur. Constituit enim Dominus suis beneficiis sua momenta. ¶ [*Lex, inquam*] *ordinata*, διαταγείς. Id est, imperata, siue edicta, cuius videlicet tradendæ internuntio Mosi, Angeli, non auctores, sed ministri fuerunt. Nam præpositio διὰ merum instrumentum declarat in hoc loco, non autem efficientem causam, nec primariam subordinatam, ideò non scripsit Paulus ὑπ᾽ ἀγγέλων, *ab Angelis*, sed δι᾽ ἀγγέλων, *per Angelos*. Vide Act.7.53. Cæterum non placet mihi Hieronymi expositio, prò simplici traiectione triplicem aut etiam quadruplicem constituentis. Sic enim hæc ordinat, Lex posita est in manu mediatoris, propter transgressiones ordinata per Angelos, donec veniret semen cui promissum erat. At ego ipsam collocationem Apostoli sequor, vtpote planam ac perspicuam. Repetij tamen Legis nomē per epanalepsin, propter interiectum membrū inter προσετέθη & διαταγείς. ¶ *Per manum internuntij*, ἐν χειρὶ μεσίτου. Heb. ביד [*briad*,] id est per manum, idem delarat atque opera & ministerio vt Act.7.25. Pro mediatore Erasmus intercessorem conuertit: quod non satis conuenit, quum Latinis dicatur intercessor qui se medium velut iniiciens obstat iis quæ geruntur: hîc verò de eo agatur cuius interuentū vsus est Dominus, vt consilium suum exequeretur, nedum vt is Domini consilium impediret. Castellio maluit *sequestrem* interpretari: quo vocabulo vsus est interdum Tertullianus, sed quum de Christo agitur: quod & ipsum nolim sine commoda expositione imitari. Ego malui *Internuntium* dicere hoc in loco, non vt innouarem vocabulum theologorum auribus familiare, sed vt Mosen à Christo distinguerem. Nec enim Moses fuit Mediator qua ratione Christus, id est reconciliator inter Deum & Israelem, sed duntaxat internuntius Dei ad promulgandam Legem. Verùm in reipsa explicanda, maior est controuersia. Nam plerosque video tum veterum tum recentiorum, ad ipsum Christum istud referre. Sed me non pigebit exponere quibus rationibus existimem non posse ista de Christo intelligi, sed de Mose potius dici, vt etiam interpretatur Epiph. κατὰ Μαρκιωνα, & Gennadius apud Græcum scholiasten. Primùm igitur, hæc formula ἐν χειρί (qua diximus non summam aliquam & αὐτοκρατορικὴν potestatem declarari, sed operam potius ac ministerium) mihi videtur non posse Filio Dei tribui, nisi quatenus homo factus est. quæ consideratio nullum hîc locum habet, quum in Lege danda nihil magis quàm terrifica & summa illa Dei maiestas emineat, qualis etiam erit secundus Christi aduentus. Manū autem fateor interdū quidē pro summa virtute, ita pro ope & subsidio ipsius etiam Dei accipi: sed quominus hoc loco ita explicetur impedit internuntij (siue malis, Mediatoris) nomē, qualitatem ipsam ministerij, non autem prima-

primariam in hoc negotio causam declarans, si quis rem totam propius inspiciat. Præterea ita describitur hæc historia vt significetur istum, velut inferiorem, accepisse ab Angelis, vt superioribus, quod ad Israelitas adferret. Deinde, qua de re hîc agitur? nempe de Lege, & quidem non simpliciter, sed quatenus promissioni opposita, non modò non viuificat, sed etiam occidit. Eius igitur ferendæ non modò administrationem, (quæ alibi dicitur mortis administratio, 2.Cor.cap.3.ver.7) sed etiam primariam sanctionem, non video quâ ratione possimus satis commodè illi tribuere quem, vt pacti promissionis vnicum mediatorem, videtur potius Apostolus ex diametro pacti Legis internuntio opponere. Denique si de Christo hæc accipias quæ manifestè ad Legem pertinent, qua tandem ratione sequētia connectes? Hîc enim laborare necesse est duabus in rebus explicandis. Primùm quomodo à vetere pacto (loquitur enim de Lege) ad nouum tam subitò transeat Apostolus, si sequentem versiculū accipias de officio Christi, id est de Deo cum hominibus reconciliando: vel, si duos populos intelligas, id est Iudæos cum Gentibus, interueniente Christo, in vnum corpus coniungendos, (quod maximè videri possit ad scopū pertinere. Deinde explicādū erit cur tam concisè loquutus sit Apostolus, & quomodo ista cum præcedentibus & sequentibus cohæreant: quæ nisi hoc ad Mosen referas, vix possint explicari. Imò etiam quærendum videretur, qua ratione Paulus diceret Legem Christi ministerio datam, nec tamen vllam eius rei probationem attexeret. Denique, si rei gestæ historiam spectemus manifestior erit allusio quàm vt ista negare possimus Mosi competere. Nam disertè narrat Moses ipsum, ita postulantibus Iudæis, quòd Dei vocem ferre nequirent, fuisse medium inter Deum & ipsos internuntium, vt Deut.cap.5. versic.5 & bis è monte descendentem, duas illas tabulas lapideas manibus suis à Deo, nimirum per Angelorum ministerium, acceptas ad Israelitarum castra detulisse, vt Exodi cap.32.versic 15, & cap.34 vers.29. Ex his igitur concludo ἐν χειρί, id est, *per manum*, idem declarare atque διὰ τοῦ πιστοῦ θεράποντος τοῦ Θεοῦ Μωσέως, Id est, *per fidum Dei famulum Mosen*. Nam verbum עמד [*hamad*] id est stetit, quod vsurpat Moses Deuter.5.5, & 11. principum apparitoribus conuenit, quibus nimirum vt ministris & internuntiis vtitur.

---

20 Ὁ δὲ μεσίτης, ἑνὸς οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ Θεὸς, εἷς ἐστιν.

20 Internuntius autem, vnius non est. 24 Deus verò, vnus est.

20 *Mediator autem vnius non est: Deus autem, vnus est.*

21 Ὁ οὖν νόμος κατὰ τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ; Μὴ γένοιτο. εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι, ὄντως ἂν ἐκ νόμου ἦν ἡ δικαιοσύνη.

21 25 Num igitur Lex *addita est* aduersus promissiones Dei? Absit. nam si data fuisset Lex quæ posset viuificare, verè ex Lege esset iustitia.

21 *Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. si enim data esset Lex quæ posset viuificare, verè ex Lege esset iustitia.*

22 Ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ

22 Sed conclusit illa Scriptura

22 *Sed conclusit Scriptura*

Rom.3.9

24 Occupatio, nequis obiiciat, interdum ex contrahentium voluntate aliquid adiici pactis, aut priora etiam pacta rescindi. hoc, inquit Apostolus, in Deum non cadit, qui semper vnus est, id est idem ac sui similis.

25 Conclusio per interrogationem enunciata; eadem quidem atque illa quæ expressa est suprà vers.17. sed ex alio antecedente nascens, vt nouum sit argumentum eiusmodi, Deus est sui semper similis. Lex igitur non est lata vt promissiones aboleat. Aboleret autem si Lex viuificaret, quia fidē iustificaret, ac proinde aboleret iustificationem illam Abrahæ & semini eius promissam ex fide. Imò potius lata est, vt omnium reatu patefacto, confugientes ad Christum promissum, omnes credentes gratis in eo iustificarentur.

---

20 *Internuntius autem, vnius non est*, ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν. Paulus arrepta occasione ex ipso ferendæ Legis modo, eam ostendit non modò non esse vinculum illud nostræ cum Deo coniunctionis, sed etiam certissimum esse signū nostræ ab illo alienationis. Cedò enim, quæ causa fuit cur in ferenda Lege sit adhibitus internuntius? Quia Deum vt terribilem ac formidabilem legislatorem ferre non poterat Israel. Ergo Lex illud non est quo Israel adiungitur Deo, sed quo deterritus, internuntium requirit. Lex, inquam, non est appendix illius suauissimæ vocis, Sum Deus tuus, & seminis tui, qua nemo non alliciatur. Quamuis enim vtatur hoc procemio, AVDI ISRAEL, EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS, ea tamen est huius vocis maiestas quam ferre mortalis conditio non possit. Dicitur ergo internuntius non esse vnius, sed minimum duorum, & quidem verè duorum, id est, inter se dissidentium. Nam omnibus linguis vsitatum est, vt qui inter se amant, vnum esse dicantur. & præterea respexit Paulus Dei & hominis coniunctionem in Christo, cuius per fidem sumus participes, vt Ioan.cap.17.ver.21, & 1.Corinth.cap.6.17. & 2.Petri 1.4. Id verò quàm verum sit apparet ex Euangelicæ doctrinæ cum Legalibus mandatis comparatione. Nam pro eo quòd Lex nos perterrefacit, Spiritus docet nos clamare, Abba, Pater, & magna cum fiducia ad thronum maiestatis Dei perrumpere, vt filios decet de bona patris voluntate securos, vt infrà, vers.26.28. & 29. Euangelium igitur, illud vnum est quo fideles omnes in Christo coalescentes, benedictionem illam gratuitam percipiunt, *Ero Deus tuus & seminis tui*. Quo pudore ergo audent pseudapostoli Legem cum Promissione coniungere, vt Christum officio suo spolient? ¶ *Deus verò vnus est*, ὁ δὲ Θεὸς εἷς ἐστιν. Alibi Apostolus aliquoties concludit, ex eo quòd Deus vnus est non tantùm Iudæorum, sed aliarum etiam gentium, vnam etiam esse fidem, quâ Deus sit omnium Deus, quum Lex vnius tantùm sit Gentis. Sed mihi quidem non videtur satis hoc quadrare huic loco. Vnus igitur Deus hic esse dicitur per ἀντανάκλασιν, qui sit sui semper similis & semper idem: sicut de se testatur apud Malachiam cap.3.ver.6. eámque expositionem germanam esse apparet ex ea obiectione quæ cum hac appendice cohæret. Quæritur enim num Deus Legem ponendo, à seipso dissenserit, quandoquidem contraria est Promissioni. Sed ea tamē appendix dupliciter potest applicari, nempe vel superiori argumento, vel sequenti obiectioni. Nam dixerat Apostolus non opus esse internuntio iis qui inter se consentiunt. Itaque Legem, quum per internuntium ferretur, non fuisse consensus, sed discordiæ signum. Hîc verò excipere poterant Iudæi, hunc ipsum internuntium, accepta Lege, pacem sanxisse. Ideo, vt huic exceptioni occurratur, addit Apostolus, Deum sui semper similem esse. Itaque, quum ex pacto Promissionis vltro declarasset se Deum esse Abrahami & seminis ipsius, idque in præputio, non potuisse nouum pactum inire quo prius antiquaretur: vnde rursus nascitur obiectio sequente versiculo explicata. Sin autem hoc placeat sequentibus coniungere: ita cohærebunt Si ita est, Paule, vt tu dicis, Legem datam esse vt transgressiones ac proinde iram Dei nobis detegeret, non autem vt nos Deo conciliaret, itépe Deus iratus erat: si iratus, vbi pactū illud Promissionis præcedens? At Deus sui semper similis est: quod fieri nō potest si, vt tu dicis, Deus mutato animo, per Legem iis maledicit quibus per Promissionē benedixerat. Hinc ergo exoritur quæstio, sitne Lex abolendæ promissioni lata, quod tamen iam antea docuerat fieri non posse versic 17.

21 *Nam si data*, &c. εἰ γὰρ ἐδόθη. Retorquet Apostolus argumentum in aduersarios. Nam si per Legem esset iustitia, (vt ipsi volebant) tum demum consequeretur, Deum abolito priore pacto, alterum in eius locum sanxisse. quod fieri non potest, quum Deus sit vnus, suprà versu 20. & firmum fœdus gratuitum inierit cum Abrahamo & eius semine, suprà, vers.17. Sed cur viuificationis & iustitiæ meminit? Quia Deum habere pro Deo suo, & Viuificari, Semen fieri Abrahæ & Iustificari, mutuò sese consequuntur. quam interpretationem non debuit Apostolus præterire.

22 *Sed conclusit illa Scriptura* ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφή. Γραφὴν vocat Apostolus hoc ipsum quod alibi γράμμα vocauit, id est Legem, adiuncto quem expressimus articulo, vtpote digito Dei exaratam in duabus illis tabulis: cuius appendix Lex ceremonialis à Mose quoque perscripta, sic κατ᾽ ἐξοχὴν apud Israelitas vocabatur & quæ hoc loco considerata vt chirographum mortis, meritò dicitur non impleta sed deleta. Coloss.2.14. vt exposuimus Rom. cap.2.ver.27. Nunc demum autem Apostolus nodum sol-

tuit, quum inquit Legem quidem ostendisse maledictionem, non tamen vt homines in ea desererentur, sed vt intellecto periculo, ad vnicum remedium gratuitæ promissionis accelerent, Abrahami exemplo, qui per fidem est iustificatus. Sic ergo Lex propter adiunctam conditionem legali fœderi repugnat promissioni, vt tamen promissionem non aboleat, sed illi potius subseruiat.

πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ δοθῇ τοῖς πιστεύουσι.

23 Πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα, συγκεκλεισμένοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι.

24 Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν.

25 Ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκ ἔτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν.

26 Πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

27 Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.

28 Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην, οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος, οὐκ ἔνι ἄρ-

omnia sub peccatum ˝ vt promissio ˝ ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

23 26 ˝ Antequam autem venisset ˝ fides, sub Legis præsidio custodiebamur, conclusi ˝ in eam fidem quæ futurum erat vt reuelaretur.

24 Itaque Lex pædagogus noster fuit in Christum *respiciens*, vt ex fide iustificaremur.

25 At postquam venit fides, non amplius sub pædagogo sumus.

26 27 ˝ Omnes enim, filij Dei estis, per fidem in Christo Iesu.

27 28 ˝ Nam quicunque in Christum baptizati fuistis, Christo fuistis induti.

28 ˝ Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus neque liber,

omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

23 *Prius autem quàm veniret fides, sub Lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat.*

24 *Itaque Lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur.*

25 *At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo.*

26 *Omnes enim filij Dei estis per fidem in Christo Iesu.*

27 *Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.*

28 *Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus ne-*

26 Iam subsequitur secundæ partis huius epistolæ altera tractatio, cuius status est, Etiam si nō iustificet Lex (id est tota illa Legalis œconomia) an propterea sit abolenda, cùm Abraham ipse circuncisus fuerit, & eius posteri Legis Mosaicæ vsum retinuerint. Affirmat autē Paulus abolendam fuisse, quoniam ideirco fuit instituta, vt veluti custos ac pædagogus esset populi Dei tantisper dum reipsa appareret promissio, id est Christus, & Euangelium manifestè ac summa cum Spiritus efficacia promulgatum. 27 Quoniam ætas conditionem seruorum non mutat, addit nos conditione esse liberos, ac proinde ex pueritia egressis, iam non opus esse custodia vel pædagogo. 28 Particula vniuersali vsus ne viderentur saltem Iudæi obstringi Legis vinculo, pronuntiat baptismum esse omnibus credentibus communem, quòd sit nostræ in Christo liberationis pignus, tum Iudæis, tum Græcis, vt verè hoc modo omnes sint vnus in Christo, id est semen illud Abrahæ promissum, ac vitæ æternæ hæres.

¶ *Omnia*, τὰ πάντα. Id est, omnes homines, & quicquid ab hominibus proficisci potest. Itaque maior est emphasis quàm si πάντας, id est omnes, dixisset. ¶ *Vt promissio*, ἵνα ἐπαγγελία. Id est, id quod promissum est, μετωνυμικῶς. vt Hebr. 10. 36. ¶ *Ex fide Iesu Christi*, ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vide Rom 3. 22. Est autem infinita quædam Pauli δεινότης, tot enthymemata vibrantis quot vocabula enuntiat. Nam opponit operum meritis, Fidem, Iesum, Dari, Credentes.

23 *Antequàm autem venisset*, πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν. Antea docuerat Legem ceremonialem abrogatam esse, tum quatenus nos arguebat peccati ac mortis per transgressiones, tum quatenus fuerat ipsius damnationis externum chirographum. Nunc autem eandem ceremonialem legem considerans, vt promissionum Euangelicarum suo tempore exhibendarum vmbram & figuram, docet illam quoque hoc respectu cessasse, finito tempore exhibitioni mediatoris & rerum à quibus fides patrum pendebat præscripto, quam idcirco comparat cum pædagogo, & postea cum tutore, cui similitudini ex aduerso respondet Ecclesiæ, quæ semper vna fuit, ætas pupillaris sub Lege. ¶ *Fides*, ἡ πίστις. Id est Euangelij & iustitiæ per id annuntiatæ exhibitio realis. ¶ *In eam fidem*, εἰς πίστιν. εἰς causam finalem declarat. Fuit autem hoc adiiciendum necessariò, vt absolueretur tractatio. Dicturi enim erant, pseudapostoli, Etiamsi iustitiam concedamus non manare ex Lege, sed ex gratuita in Christo promissione, quum tamen Deus, quem semper vnum & similem sui esse certum est, œconomiam istam Mosaicam constituerit, quæ ad Christum adduceret, & Abrahamus ille ad cuius instar dixisti omnes gentes benedici & vnum fieri, circuncisus quoque fuerit: quo iure vis illam nunc aboleri? quid iniqui petimus quum illam cum Christo coniungimus? Respōdet Apostolus, temporariam fuisse illam œconomiam.

24 *In Christum [respiciens,]* εἰς Χριστόν. Vide suprà versiculo 17.

26 *Omnes enim. &c.* πάντες γὰρ, &c. Conclusio est superioris proximæ tractationis. Ergo Christus is est qui Iudæos & Gentes in vnum corpus seminis Abrahæ connectit. Itaque τὸ ἐν Χριστῷ tollit personarum discrimen, de quo mox versu 28. Sic autem concipitur hæc conclusio vt simul seruiat probando illi quod dixerat de Lege suo tempore abroganda, quod ad œconomiam attinet: ideóque causalem particulam adhibet.

27 *Nam quicunque*, ὅσοι γάρ. Vide quàm breuiter & tamen circunspectè argumentetur Apostolus. Repetebant enim circuncisionē pseudapostoli iam inde vsque ab Abrahamo. Respondet Apostolus Baptismū circuncisioni successisse. Additur autē particula ὅσοι *quicunque*, vel *quotquot*, vt tollatur Gentium status & sexus discrimē, sicut apparet ex sequente versu: Et hoc maximè ad rē pertinet: Christus enim hic opponitur Mosi, id est Euāgelij libertas Legis pædagogiæ: siue Baptismus noui populi ex vniuersis Gentibus collecti, Circuncisioni quæ veterem populum à cæteris discernebat. Itaq; nihil hoc pertinet ad falsam operis operati doctrinam, neque hinc colligi potest interius Spiritu baptizari necessariò, quotquot externū baptismum recipiant, quamuis semper totus baptismus præbeatur, vt rectè hunc locum explicat August. De baptismo cōtra Donatistas, lib. 5. cap. 4. ¶ *In Christum*, εἰς Χριστόν. i. in nomen Christi, vt eius beneficiorum fieretis participes. Vide Act. 19. 3. Eras. hoc nō legit. quod tamen in omnib. vet. nostris cod. inuenimus. ¶ *Christum induistis*, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Metaphora sumpta est à vestibus, ex Hebræorum idiotismo, (vt diximus Luc. 24. 49, & alibi sæpe) sed quæ mysterium nostræ cū Christo coniunctionis quasi oculis subiiciat. Oportet enim Ecclesiam Christo, tanquam veste quadam operiri, & sub eo delitescere, vt in eo iā nunc censeatur apud Dei tribunal sancta prorsus & irreprehensibilis, Eph. 5. 27. Ideoque Apostolus semen Abrahæ vno Christi nomine significauit, suprà, vers. 16. Videtur autē hæc phrasis ex vetere quoque adultos in baptismo mergendi more profecta, qui vel suis tanquam nouis, aut aliis verè nouis vestibus induebantur, qui ritus postea paulatim eò fuit redactus, vt catechumeni candidis vestibus apparerent. vnde illa *Dominica in albis* appellatio Paschati præiens: & album illud indusium additum Baptismi ritibus, quo infantes quoque induuntur in Baptismo, non tantùm inutiliter sed etiam superstitiosè, quum vnius fuerit Christi ius, tum Sacramenta, tum Sacramentales ritus instituere. Quum autem ἐνδύεσθαι vt & ἀπεκδύεσθαι tum actiua, tum passiua significatione vsurpentur, passiuam prætuli, tum hoc loco, tum Col. 3. 9. vt hoc vtrumq; sciamus nobis θύραθεν aduenire.

28 *Non est*, οὐκ ἔνι. Sic etiam legitur Coloss. 3. 11. [illegible] tamen

tamen vt ἔνι pro ἔστι scriptum sit librariorum vitio. Est enim verum admodum ἔνι pro ἔνεστι: pro ἔστι verò nunc non succurrit exemplum Græci vllius scriptoris. & in tertio membro scriptum inueni, in manuscripto codice, οὐκ ἔστιν ἄρσεν. Græcum autem Iudæo oppositum intellige qui [Hebr.] Hebræis, & ἐθνικὸς dicitur Græcè Matt. 18. 17.

σεν καὶ θῆλυ. πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

29 Εἰ δὲ ὑμεῖς Χριστοῦ, ἄρα τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα ἐστὲ, καὶ κατ' ἐπαγγελίαν κληρονόμοι.

Κεφάλαιον δ.

1 Λέγω δὲ ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὤν·

2 Ἀλλ' ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός.

3 Οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι·

4 Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον·

non est masculus ac fœmina. omnes enim vos ˝ vnus estis in Christo Iesu.

29 Quòd si vos ˝ *estis* Christi, nempe Abrahami semen estis & secundum promissionem hæredes.

CAP. IIII.

1 HOc autem dico, Quandiu hæres infans est, nihil differt à seruo, ˝ quamuis sit dominus omnium:

2 Sed sub tutoribus & curatoribus est vsque ad tempus quod pater præstituerit.

3 Ita & nos, quum essemus infantes, ˝ sub elementis Mundi eramus in seruitutem redacti:

4 2 At postquam venit plenum illud tempus, ˝ emisit Deus Filium suum factum ex muliere, factum Legi subiectum.

que liber, non est masculus neque fœmina. omnes enim vos, vnus estis in Christo Iesu.

29 *Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.*

CAP. IIII.

1 *Dico autem quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, quum sit dominus omnium:*

2 *Sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tempus à patre.*

3 *Ita & nos, quum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes.*

4 *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege.*

1 Declarat alia duplici similitudine quod de custode ac pædagogo paulo ante dixerat. Legem enim (i. totam illam Legalem œconomiam) dicit fuisse instar tutoris siue curatoris ad certum tēpus dati, tantisper dum finita illa temporaria tutela iuris nostri fieremus, ac tandem vt filij, non vt serui viueremus. Sed & obiter Legale illud regimen velut alphabeti & rudimentorum instar fuisse docet præ illa Euangelij doctrina. 2 Multa simul tradit, nempe suo tempore finitam fuisse tutelam, vt desinant curiosi homines quærere cur tam diuturna fuerit illa pædagogia: item nos non esse natura filios, sed ex adoptione, idque in illo Dei Filio, qui carnem nostram idcirco induerit, vt fratres ipsius fieremus.

¶ *Vnus*, εἷς. Id est vnius hominis instar, vt summa coniunctio significetur. Vulgata, *Vnum*, id est ἕν, eodem quidem sensu, sed tamen non ita expressè, & contrà omnium nostrorum codicum Græcorum fidem. Nam omnes homines, velint nolint, sunt vnum, id est vna res, specie tenus. At non possunt esse vnus, id est quasi vnum indiuiduum, vt in Christo seruentur, nisi per eum ipsum Christum. Neque tamen hoc in loco imaginanda est substantiarum commixtio, confusio, aut naturalis etiam aliquis coniunctionis modus: sed hoc demùm sciendum, nos per fidem Christo ipsi vniri, Spiritus sancti vinculo, vt bonorum ipsius fiamus participes: vt omnes fideles hac ratione sint vnus Christus mysticus, vt loquitur etiam Apostolus, 1. Corinth. 12. 12.

29 *[Estis] Christi*, Χριστοῦ. Claromontanus codex habet, idque vt opinor rectius, εἰ δὲ εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *Quod si vnus estis in Christo Iesu*, id est vnicum illud semen quod in Christo coaluit.

IN CAP. IIII.

1 *[Hoc] autem dico*, λέγω δέ. Nunc explicat quod attigerat versu 24, mutato tantùm nomine. Quem enim illic vocarat pædagogum, hic vocat tutorem vel curatorem. ¶ *Quamuis sit*, ὤν. Vulgata & Erasmus, *Quum sit*. quod poni solet αἰτιολογικῶς. hîc verò intelligendum est ἐναντιωματικῶς, nempe ne quis de vera conditione seruili putet loqui Apostolum. Agit enim de Ecclesia Israelitica, quæ & ipsa erat libera & vna est cum Ecclesia Christiana si ius ipsum libertatis & conditionē personarū (vt ita dicam) spectes. sin autem ætatem, & eius libertatis fruitionem, erat sub Lege tanquam pupillus sub tutore, donec adoleuit, i. ad Christi vsque aduentum, quo tutela illa finiebatur.

2 *Vsque ad tempus quod pater præstit.* ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός. Hoc ideo additum est quoniam qui est sub perpetua tutela & curatione, vix potest liber censeri. Deinde quum Legis tutela sit testamentaria, verisimile est id fieri filij commodo, vt nihil habeat quod de hac œconomia queratur. Postremò quum tutor hic datus sit ad certum tempus, dici non potest patris sententia mutata, quādo eo finito tempore, tutor ille ab administratione remouetur: immò tutela ad ipsius hæreditatis fruitionem viam sternit.

3 *Sub elementis mundi*, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. Id est sub Lege, quæ fuit instar rudimētorum Mundi. Etenim Dominus Mundum suo tempore ad plenam cognitionem veritatis vocaturus, illum voluit his veluti rudimentis erudire, tenui primùm schola in vno duntaxat mundi velut angulo aperta. Huc pertinet collatio illa vtriusque pacti, Ierem. 31. 34, & quod scribitur Ioelis 2. 28. & 29. Erant enim promissiones sub Lege perobscuræ, & ceremoniarum velamine obductæ tegebantur, eminus duntaxat Christū venturum indicantes. Tota denique Legis œconomia, veluti rudis quædam erat disciplina, rudibus conueniens, quum nondum pleno cornu effusus esset Spiritus sanctus, si corpus ipsum Ecclesiæ spectes, Ioan. 7. 39. Itaque nomen Mundi non refero ad ipsa elementa, sed ad discipulos: vt quum dicitur, Dominus sic Mundum dilexisse vt Filium suum dederit quo seruetur Mundus. Hæc est disciplina illa cuius elementa tradebat Lex: perfectam autem cognitionem præstitit Christus ipse adueniens & Apostoli eum sequuti.

4 *Plenum tempus*, τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου. Vulg. & Erasm. ad verbum, *Plenitudo temporis*. de quo Hebraismo diximus suprà, 3. 14 possis etiam interpretari, *Completo tempore*. Plenum autem tempus dicitur, cuius spatia omnia peracta sunt. Itaque nec serius nec tardius venire debuit Christus. ¶ *Emisit*, ἐξαπέστειλεν nempe ex sua illa cælesti gloria, non tamen loci mutatione, sed conditionis, ipsius per ἀνθρωποποιίαν. Christus igitur vt Deus non tunc cœpit existere: erat enim Deus apud Deum in principio, vt Ioan. 1. 1, & 17. 5. Vulgata, *Misit*. non satis expressè. ¶ *Filium suum*, τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Filius igitur erat etiam, imò propriè, Deitatis ratione, contra impium Seruetum: nec homo factus alium filium induit, sed hominis naturam assumpsit, vt vnus esset Filius Deus & homo. ¶ *Factum ex muliere*, γενόμενον ἐκ γυναικός. Ergo verum hominem, sed ἀπάτορα, quatenus homo est factus non ex patris semine, sed ex mulieris substantia. mulierem igitur intellige sexus ratione, non vt mulier virgini opponatur. Fuit enim Maria virgo incorrupta, vt prædictum fuerat Esa. 7. 14. Factum autem intellige, non quòd iam tum esset factus homo quum mitteretur, sed missum vt fieret homo. Quidam legerunt γεννώμενον, vt in quatuor etiam Græcis manuscriptis codicibus legimus: &, quasi per enallagen temporis accipiatur pro γεννηθέντα, interpretantur *Natum*, vt citatur etiam hic locus ab Augu-

stinò libro de Trinit. & vnit. cap. 1. & à Cypr. lib. 2. aduersus Iudæos. Sed [illegible] quam quod Syrus interpres vtrobique pro γενόμενον vertit [illegible] & factus est. Tertullianus & Ambrosius multis locis *Factum* interpretantur: quæ certè expositio vera est, & perelegànter à Tertulliano his verbis explicatur. *Vsus*, inquit, *Grammaticis illis [illegible] impingit*, [illegible], *Misit Deus Filium suum factum ex muliere, Nunquid per mulierem, vel in mulierem? Hoc quidem impressius, quòd factum potius dicit quàm Natum. Factum autem dicendo, & Verbum caro factum consignauit, & carnis veritatem ex virgine factam* [illegible] ...erea, cur id quod est omnibus hominibus commune commemoraret Apostolus? Veniens igitur Christus factus est, quòd ad corpus attinet, ex ipsius Mariæ substantia. Vide Rom. cap. 1. versu 3.

¶ *Legi subiectum*, ὑπὸ νόμον. Vulgata *sub lege*, ambiguè. Est autem istud additum cum proximè sequente, vt occurrat obiectioni. At Christus ipse fuit circuncisus & baptizatus. Cur non igitur nos quoque qui Christi membra sumus? Respondetur fuisse Legis seruituti subiectum vt implendo nos ab ea redimeret, & ab eius seruitute assereret, non vt in ea maneret aut nos in ea retineret.

Rom. 8. 15

5 Ἵνα τοὺς [illegible] ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν [illegible] λάβωμεν.

6 Ὅτι δέ ἐστε υἱοί, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν κρᾶζον, Ἀββᾶ ὁ πατήρ.

7 Ὥστε οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, ἀλλ᾽ υἱός· εἰ δὲ υἱός, καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ.

8 Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεόν, ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς.

9 Νῦν δὲ γνόντες Θεόν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε;

5 Vt eos qui Legi erant subiecti redimeret, vt adoptionem acciperemus.

6 5 Quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra, clamantem, Abba, *id est* Pater.

7 Itaque non amplius es seruus, sed filius: quòd si filius, etiã hæres Dei per Christum.

8 4 Imò tum quidem ignorantes Deum, seruiebatis iis qui natura non sunt dij.

9 At nunc quũ cognoscatis Deũ, imò potius cogniti sitis à Deo, quomodo cõuertitis *vos* retrorsum ad infirma & egena elementa, quibus ad superiora regressi seruire vultis?

5 *Vt eos qui sub Lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.*

6 *Quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra, clamãtem, Abba, Pater.*

7 *Itaque iam non es seruus, sed filius: quod si filius, & hæres per Deum.*

8 *Sed tunc quidem ignorantes Deum, ijs qui natura non sunt dij seruiebatis.*

9 *Nunc autem quũ cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire vultis?*

5 Ostendit sic non esse liberos nostri iuris factos, vt [illegible] nos Spiritu Christi gubernari oporteat, qui in cordibus nostris regnans, verum Patris cultum nos doceat. Sed hoc non est seruire, sed vera potius eius libertate frui, vt filios & hæredes decet.

4 Applicat superiorem doctrinam Galatis, peculiari cum reprehensione. Poterant enim Iudæi præ illis aliquam excusationem prætexere, vt qui in illo Legali cultu fuerant nati & educati: Galatæ verò quum ex idololatria ad Christianam libertatem asciti fuissent, quo prætextu poterant ad illa rudimenta regredi?

---

5 *Vt adoptionem acciperemus*, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολ. Atqui adoptio Ecclesiæ ab fuit initio. Fateor, sed sub Lege verò adumbratus, suo quidẽ tẽpore exhibitus fuit ille in quo est rata quemadmodum filius ab ipso conceptu hæres est iure: sed nonnisi post x x v annum re ipsa hæreditate fruitur. Vulgata, ἀπολάβωμεν conuertit *reciperemus*, quod Augustinum fefellit.

6 *Quoniam*, ὅτι. Immò, dicet quispiam, quum fide, quæ est opus Spiritus sancti, apprehendatur Christus in quo & per quem sumus filij, præeat Spiritus sancti missio necesse est. Filios igitur intellige adoptioni ab æterno destinatos, ideóque suo tempore, Spiritu adoptionis donatos.

¶ *Misit*, ἐξαπέστειλεν. Sic dicitur mitti & à Patre & à Filio Spiritus, vnde temerè Arriani inæqualitatem personarum diuinarum adstruebant. Emissio autem hæc tota est ἐνεργητική, non ipsius essentiæ, quæ quia infinita est, vtpote vera Deitas, locum non mutat, nec vsquam est vt in loco, sed vbique vt Deus. Et præterea nõ de quauis energia Spiritus sancti hîc agit, sed de illa quæ Ecclesiam, id est electorum cætum à mundo segregat illa πληροφορίᾳ καὶ πεποιθήσει qua testimonium reddit Sp. sanctus & intus & foris spiritui nostro, quòd filij Dei sumus. ¶ *In corda vestra*, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. Ita videlicet vt prædictum fuit Iere. 31. 32. & deinceps, & Ioelis 2. 28. At nónne datus fuit etiam hic spiritus patribus? Omnino & non ex Lege, sed ex promissione, idque πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, Hebr. 1. 1, & procul Hebr. 11. 13 & 39 quo spectant verba Christi, Matth. 13. 16. & Petri, 1. Pet. 11. ¶ *Abba*, [*id est*] *Pater*, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. Vide Rom. cap. 8. vers. 15.

7 *Non amplius es*, οὐκ ἔτι εἶ. A plurali numero ad singularem transit, quæ enallage familiaris quidem est Hebræis, sed tamen hoc in loco videtur suam emphasin habere. Indicat enim hanc doctrinam non ad totum corpus Ecclesiæ duntaxat, sed etiam ad fideles singulos pertinere.

¶ *Seruus*, δοῦλος. Seruum vocat non eum qui peccato seruiat, nec sit à peccato liberatus per fidem: sed eum qui sua libertate nondum fruatur, quatenus est adhuc sub tutore constitutus. Illa seruitus propria est infidelium: ista verò Ecclesiæ Israeliticæ conuenit. Similis est æstimatio libertatis. ¶ *Hæres* κληρονόμος id est particeps bonorum ac facultatum, & quidem gratis. Theophylactus ita legit hũc locum, εἰ δὲ υἱός, κληρονόμος· κληρονόμος μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμος δὲ Χριστοῦ. Id est, Quòd si filius, hæres: hæres quidem Dei, cohæres autem Christi: quæ verba sunt Apostoli Rom. cap. 8. versu 17.

8 *Imò tum quidem*, ἀλλὰ τότε μέν. Vulgata & Erasmus, *Sed tunc quidem*. At ego ἀλλά puto declarare superioris dicti correctionem, quod ad similitudinem attinet à tutore sumptam. Nunc enim applicanda erat hæc doctrina ipsis Galatis. Atqui Galatæ sub seruitute longè alia (id est sub εἰδωλοδουλείᾳ) viuebant, quum eos Deus in libertatem assereret. Erat igitur absurdius ipsorum factum quàm eorum qui ex circuncisione crediderant. Isti enim ex tutela emitti recusabant: illi verò à durissima seruitute asserti in plenam libertatem, contrario ordine, volebant tutelæ iugum subire. ac si quis breuissimo aliquo compendio solidam doctrinam consequutus, ea neglecta, vellet ad prima elementa regredi. Suspicor verò pro τότε, *tunc*, potius legendum ποτέ, id est *olim*, quum lubricus sit lapsus à π ad literam τ, & multo melius conueniat hæc lectio. Nolui tamen quicquam mutare in tanto codicum consensu.

¶ *Natura*, φύσει. id est re ipsa cui opponitur δόξα, id est opinatio. Vide Rom. 8. 12. Similis autem huius vocabuli traiectio occurrit Ephes. 2. 3.

9 *Cogniti sitis*, γνωσθέντες. Ad verbum, Scire facti sitis, in significatione Hophal, vt exposuimus 1. Corinth. 8. 3. Vulgata & Erasmus, *Cogniti estis*. August. tractatu in Ioan. 98. *Non tunc cognouerat eos Deus præcognitos & electos ante mundi constitutionem: sed tunc eos cognoscere seipsum fecerat.*

¶ *Conuertitis* [*vos*,] ἐπιστρέφετε. Vide Act. 3. 26.

¶ *Retrorsum*, πάλιν. id est, εἰς τοὔπισω, siue εἰς τοὔμπαλιν. Vulgata, *Iterum*. Erasmus, *Denuo*. Atqui Galatæ non ex Iudaismo, sed ex Paganismo vocati fuerant ad Euangelium, à quo veluti pedem referentes, ad Iudaismum regrediebantur: quum contrà oportuerit eos ad metam progredi: quamobrem etiam vsus est verbo ἐπιστρέφειν, quod significat retorqueri, vt quia à tergo respiciunt. Hoc non considerarunt Græca præsertim scholia, quæ putant nomine elementorum mundi significari elementa quibus hic mundus constat, itémque lunam & solem & sydera, ex quorum cursu metiti menses, tempora, & annos Galatæ, ad pristinam idololatriam essent reuersi. Id verò absurdius est quàm vt refutatione indigeat. ¶ *Elementa*, στοιχεῖα. Vide suprà, versu 3. Egena autem & infirma hæc elementa vocantur in sese & seorsum à Christo considerata: deinde quòd ea ratione Galatæ ipsi sese egenos esse in Christo testarentur: quum tamen à Christo ad ceremonias relabi, nihil aliud sit quàm neglectis summis opibus, inanissimam inanitatem sectari.

10 Ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς.

11 Φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς.

12 Γίνεσθε ὡς ἐγώ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς ἀδελφοί, δέομαι ὑμῶν. οὐδέν με ἠδικήσατε.

13 Οἴδατε δὲ ὅτι δι᾽ ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον·

14 Καὶ τὸν πειρασμόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε, ἀλλ᾽ ὡς ἄγγελον Θεοῦ ἐδέξασθέ με, ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν.

15 Τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν ὅτι, εἰ δυνατόν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι.

16 Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν;

17 Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ἡμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε.

10 Dies obseruatis, & menses, & præstituta tempora, & annos.

11 Metuo de vobis, ne frustra fatigatus sim apud vos.

12 5 Estote quasi ego: nam & ego *sum* quasi vos, fratres, deprecor vos. nulla in re me affecistis iniuriâ.

13 Nostis autem me per infirmitatem carnis vobis prius euangelizasse:

14 Et explorationem mei quæ *fiebat* in carne mea, non pro nihilo habuistis, neque respuistis: sed me vt Angelũ Dei, vt Christum Iesum, excepistis.

15 Quæ igitur erat beatitatis vestræ prędicatio? testimonium enim reddo vobis, vos, si fieri potuisset, oculos vestros effossos daturos mihi fuisse.

16 Itaque inimicus ne vobis sum factus vobis vera loquens?

17 Affectant enim vos non bene, imò excludere nos volunt, vt se affecteris.

10 *Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.*

11 *Timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis.*

12 *Estote sicut ego, quia & ego sicut vos fratres, obsecro vos: nihil me læsistis.*

13 *Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampridem.*

14 *Et tentationem meam in carne mea non spreuistis, neque respuistis: sed sicut Angelum Dei excepistis me sicut Christum Iesum.*

15 *Vbi est ergo beatitudo vestra? testimonium enim perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.*

16 *Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?*

17 *Æmulantur vos non bene, sed excludere vos volunt, vt illos æmulemini.*

5 Temperat quæcunque poterat videri acerbius dixisse, miro atque adeo planè diuino artificio, sic declarans suam in illos beneuolentiã, vt necesse fuerit Galatas hęc legentes, vel prorsus esse desperatos, vel cum lacrymis lenitatem eius agnoscere, ac deprecari.

¶ *Ad superiora regressi*, πάλιν ἄνωθεν. Τὸ πάλιν (vt diximus) idem hic valet atque εἰς τοὔπισω vel εἰς τοὔμπαλιν. Ἄνωθεν autem additum declaret ea quæ superioribus seculis vigebant. Vulgata, *Denuo*. altero nempe vel πάλιν vel ἄνωθεν omisso, sicut etiam Syrus interpres videtur tantùm πάλιν legisse. Sed ne hoc quidem significare potest τὸ πάλιν. Erasmus, *Iterum ab integro*. Certè Ioan. 3. 3. ἄνωθεν nihil aliud declarat quàm πάλιν: vt videri possit emphaseωs causa idem bis dici.

12 *Estote quasi ego* γίνεσθε ὡς ἐγώ. Sic à Latinis amicus dicitur alter ego, vel alter idem. Mira enim phrasi declarat Apostolus suam in Galatas beneuolentiam singularem: quasi diceret, Estote ego, quandoquidem ego sum vos, addita tamen particula ὡς, qua vti solemus vt molliatur dicendi genus. Sic Cic. ad Attic. scribens, Deinde te, inquit, quasi me alterum, & simul meæ culpæ socium quæro. Itaque scopum Apostoli non assequuntur qui exponunt, Estote mei similes, quoniam & ego sum vestri. vel vt Erasm. *Estote vt ego sum, quandoquidem & ego sum vt vos*, id est (vt ipse explicat) Abiicite superstitionem Iudaicam quam videtis abiecisse me, quod certè non cõuenit. nam hac in re noluit dicere Paulus se illorum similem esse, sed prorsus dissimilẽ. Vel, Proficite ad meam perfectionem, quandoquidem ego meipsum ad vestram infirmitatem inclinaui. Hęc, inquam, & similia omnia puto ad Apostoli scopum nihil pertinere.

¶ *Nulla in re me affecistis iniuria*, οὐδέν με ἠδικήσατε. Imò verò qua poterant maiore iniuria Paulum afficere, quum ipsius doctrinam repudiarent, & Christum cuius erat minister, adeo turpiter dedecorarent? Sed negat se ab iis affectum iniuria, quibus ex animo omnia condonabat si resipiscerent, vt 2. Cor. 2. 5. Nam vix mihi videtur causam Christi fuisse à sua separaturus.

13 *Per infirmitatem car.* δι᾽ ἀσθένειαν τῆς σαρκός. Id est, per varias afflictiones, quibus quotidie exercebatur Apostolus, adeo vt nihil esset illo abiectius, si externam speciem: atque adeo si hominem spectes, qui carnis nomine intelligitur, exprimendæ ipsius imbecillitatis causa.

14 *Experimentum mei*, τὸν πειρασμόν μου. Id est, has ipsas quotidianas vexationes quibus Dominus me explorauit inter vos. Nam hac etiam ratione Iacobus crucem vocat τὸ δοκίμιον, id est illud quo fides exploratur, Iac. 1. 3. quò etiam pertinet quod scriptum est 1. Pet. 4. 17.

¶ *Vt Angelum Dei*, ὡς ἄγγελον Θεοῦ. Id est, me, quantumuis præ cæteris hominibus contemptum, quantumuis ab ipso etiam Deo (vt in speciem videri poterat) vexatum, tamen non modò non estis auersati, sed vt Angelum, immò vt Iesum ipsum, excepistis, mei videlicet ministerij causa. Nam alioqui non minus hoc Galatarum factum Paulus esset execratus quàm Lystrẽsium, Act. 14. 1. Castellio ergo non satis rectè interpretatus est ἄγγελον Θεοῦ, Dei nuntium, vt ostendit carnis antithesis.

15 *Quæ igitur erat beatitatis vestræ præd.* τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; id est, Itaque quantus vbique rumor erat hominum vos beatos prædicantium? vel (si libeat ad ipsos Galatas hoc referre) Quænam igitur erat in vos vestræ beatitatis iactatio, quum vos beatos ac felices propter aduentum meum factos diceretis? Nam hæc interrogatio vim habet admirandi, & τὸ μακαρίζειν significat beatum prædicare ac profiteri, vnde μακαρισμός, qui distingui debet ab ipsa beatitate quæ μακαριότης dicitur, vt annotauit Erasmus, qui tamen vertit, *Vbi est ergo beatitudo vestra?* id est, quónam igitur abierunt illæ voces quibus vos beatos esse prædicabatis, quum me adeo alacriter exciperetis? Legit enim, ποῦ οὖν ὁ μακαρισμός; quam lectionem in duobus vet. cod. deprehendimus. ¶ *Oculos vestros*, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν. Hac tanquam prouerbiali hyperbole summus amor declaratur, ne tantam illam alacritatem simulatam fuisse quis arbitretur. ¶ *Inimicus ne*, ἐχθρός. Interrogatio vim habet id negandi, de quo quæritur hoc in loco, perspicuitatis tamen causa negantem particulam expressi.

17 *Affectant vos*, ζηλοῦσιν ὑμᾶς. Vulgata, *Æmulantur vos*, ambiguè, & sensu quoque deprauato. quum proci, ad quos alludit Apostolus, non eius quam depereunt, sed suorum potius riualium sint æmuli, quos propterea exclusos volunt, vt qui quod amant, ament non eius sed sui commodi caussa, ac proinde soli velint amari. Hoc autem illud est, quod *Ardere aliquem & aliquo* poetæ dicunt, quod Affectandi verbo commodè mihi videtur exprimi, vt est apud Ciceronem, *Ardenter cupere, & expetere*.

¶ *Non bene*, οὐ καλῶς. Id est, non recto Affectu, vt qui se ament non vos, immò etiam vestro cum summo damno, vt infrà explicat Apostolus 5. 2.

¶ *Excludere nos*, ἐκκλεῖσαι ἡμᾶς. Excludendi verbum mirè conuenit metaphoræ à zelotypis sumptæ, in illa quidem sinistra & minus honesta zelotypia. quamobrem etiam ζηλοῦσιν non conuerti Æmulantur cum Vetere interprete: quorsum enim hoc? neque cum Erasmo, *Ambiunt*, quòd non satis videatur expressum. Itaque quod annotat Erasmus se in quibusdam codic. legisse ἐκκλεῖσαι, id est in

cluderent vt ad Legem referatur, qua volebant illi Galatas implicare, id, inquam, nullo modo conuenit institutæ pulcherrimæ translationi: nec dubito quin non intellecta translatio causam præbuerit non modò huic errori, sed etiam alteri. Nam quum in omnibus Latinis codicibus scriptum sit ὑμᾶς, vos, poscit tamen sententia vt legamus ἡμᾶς, nos. Neque enim amicam à riuali, sed riualem ab amica dicitur procus excludere. quomodo isti Paulum à Galatis conabantur excludere. Addit enim Paulus, Vt omnem amorem à me in ipsos transferatis. Hæc enim est antithesis personarum: nec istud sic explicare licet, quasi fuerit istis propositum Galatas à Christo excludere, quin prorsus violenta sit ellipsis. quanuis sanè à Christo alienabantur quum ad Legem transire docebantur: nec excludi potuit Paulus quin excluderetur Christus.

18 Καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε, καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς.

19 Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.

20 Ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου· ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν.

21 Λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε;

22 Γέγραπται γὰρ ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν· ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας.

23 Ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, διὰ τῆς ἐπαγγελίας.

18 Præclarum est autem affectari, in re bona semper, & non solùm dum præsens sum apud vos.

19 Filioli mei, quos iterū parturio, vsquequo formetur Christus in vobis.

20 Velim autē nunc adesse apud vos, & mutare vocem meam: quoniam hæsito in vobis.

21 6 Dicite mihi qui sub Lege vultis esse, Legem non auditis?

22 Scriptum est enim Abrahamum duos filios habuisse: vnum ex ancilla, & vnum ex libera.

23 Sed is qui ex ancilla *natus est*, secundum carnem natus est: qui verò ex libera, per promissionem.

18 *Bonum autem æmulamini in bono semper, & non tantùm quum præsens sum apud vos.*

19 *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.*

20 *Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis.*

21 *Dicite mihi qui sub Lege vultis esse, Legem non legistis?*

22 *Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera.*

23 *Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem.*

Gen.16.15
6 Quoniam pseudapostoli perpetuò vrgebant, nisi Gentes circuncide rentur, Christum eis nihil profuturum, & istud dissidium eorum qui ex circuncisione crediderant aduersus incircuncisos credentes, plenum erat offendiculi, Apostolus post varia argumenta, quibus illorum errorem refutauit, profert allegoriam, in qua dicit Spiritum sanctum adumbrasse omnia hæc mysteria: fore videlicet, vt duo filiorum genera Abrahamum communem patrem haberent, sed planè diuerso exitu. Sicut enim Abraham ex Agar ancilla extranea genuit Ismaelem vi naturæ ordinaria: ex Sara verò ingenua sustulit Isaacum, vi promissionis, & ex sola gratia: quorum ille non modò non fuit hæres, sed etiam hæredem est persequutus: ita duas esse pactiones, & velut duplices ex duabus illis pactionibus tanquam matribus nasci Abrahamo filios. Vnam igitur latam fuisse in Sina extra terram promissam, secundùm quam pactionem gignuntur Abrahæ filij secundùm carnem, Iudæi videlicet, ex illa pactione (i. ex Lege) quærentes iustitiam: at non hæredes, imò tandem ex domo eijciendi, vt qui veros hæredes persequantur. Alteram verò in illa sublimi Hierusalem, siue in Sione (ipsius videlicet Christi sacrificio) sancitam, quæ filios promissionis gignat: virtute nimirum Spiritus sancti credentes, & in promissione gratuita instar Abrahæ acquiescentes, qui soli, expulsis illis seruis sint filiorum iure, patriæ hæreditatis futuri participes.

18 *Præclarum est autem affectari*, Καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι. Sic legit in omnibus quos respexi Græcis codicibus, assentiente Syro interprete & Chrysostomo, Vulg. *Bonum autem æmulamini*, Καλὸν δὲ ζηλοῦτε, quod etiam legunt & interpretantur Ambrosius & Hieronymus, atque adeò Theodoretus, vt est Latinè conuersus. Ego veterem Græcam lectionem retinendam censeo, nec temerè Apostolum à verbo actiuo ζηλοῦν ad passiuam, non autem mediæ significationis, verbū ζηλοῦσθαι transiuisse, vt sic hæc dirigantur recta ad ipsos Galatas sic admonitos, ne sibi placeant in eo quòd à pluribus veluti procis appetantur, ac si dicat, præclarum quidem est à pluribus diligi, & quidem ardenter: sed duo hîc obseruanda sunt, vnum, vt rectus istius amicitiæ sit tum affectus, tū finis: alterum vt amici isti non minus diligantur absentes quàm præsentes. In hoc autē vtroque grauiter in sese atq; in Apostolum peccarant Galatæ, vt qui Pseudapostolos illos, ad quos desciuerant, nō animaduertissent non recto in ipsos amore duci, sed partim inuidia aduersus Paulū, partim, gloriæ & laudis ambitione ad ipsos seducendos impelli: altero quòd tam citò & tam leuiter mutatis animis eius absentis obliti quem initio præsentem tam cupidè fuerant amplexi, ad istos transiuissent.

19 *Filioli mei*, τεκνία μου. Blanda appellatione maternum, & honestissimum amorem suum declarat, non ab auaritia aut ambitione, sed à Christi sancta reuerentia, & à singulari in Galatas ad animi propensione profectum. Est autem hoc vtrinque includendum distinctione, inter ὑμᾶς & οὕς, quod quū non animaduerterunt, constituerunt hoc in loco ἀνταπόδοσιν minimè necessarium. ¶ *Quos*, οὕς. Hoc puto cohærere cum ὑμᾶς, id est cum extremo versiculo superiore. Exponit enim illud ἐν καλῷ, id est causam illam præclarā sui in illos amoris. cuius etiam (inquit) testimonium extat, in eo quòd hac ipsa epistola tam solicitè laboro de vobis non ad mei, sed ad Christi amorem reuocandis. ¶ *Parturio*, ὠδίνω. Iterum loquitur vt mater. Nam & alibi ait se eos gignere in Christo, quos Christo lucrifecit, 1. Cor. 4.15. & ad Philem. 10. vbi tamen personam patris induit. ¶ *Formetur*, μορφωθῇ. Alludit ad formationem fœtus in vtero: & sicut gignit, sic formari ac tandem adolescere in nobis Christus dicitur; id est ipsius notitia, & quæ illam consequuntur. Mulier autem grauida ὠδίνειν dicitur toto gestationis fœtus tempore.

20 *Mutare*, ἀλλάξαι. Id est, aliis verbis apud vos vti. ¶ *In vobis*, ἐν ὑμῖν. Id est, quia voce, blanda aut aspera apud vos mihi sit vtendum.

21 *Qui vultis*, οἱ θέλοντες. Id est, qui vltrò & cupidè appetitis. ¶ *Legem*, τὸν νόμον. Hebr. תורה [*torah*,] quo nomine nunc intelligit quinque Mosis libros: ex quibus primo citatur sequens historia, per anagogen explicata. Cæterùm (vt hoc quoque dicam παρέργως) Apostolus iam non argumentatur, (esset enim argumentum istud ab allegoria sumptum valde infirmum. & totam disputationem firmissimis argumentis propositis absoluit) sed offendiculo medetur quod erat maximi momenti. Nec enim dubium est quin isti circuncisionis Apostoli perpetuò vrgerent, oportere Gentes circuncidi, vt coirent in vnum corpus cum Abrahami semine. Respondet Paulus, illos circuncisos non esse hæredes, nedum vt oporteat Gentes circuncidi ad participandam cum illis hæreditatem: &, ne cui mirum id videatur, ostēdit hoc iam olim fuisse adumbratum in domo Abrahæ, vnde eijcitur qui fuit natus secundum carnem & circuncisus, vt succedat qui secundum promissionem datus est filius Abrahamo, vt nemo miretur nunc excludi seruos primogenitos.

23 *Secundum carnem*, κατὰ σάρκα. Id est, consueto hominum more, & naturæ vi ordinaria. Cui ancillæ filio comparantur ij ex Iudæis qui non sunt Abrahami filij, nisi sanguinis ratione: & carne (id est externa ceremoniarum seruitute) nituntur: ideóque non sunt filij hæredes, sed vt serui abdicantur, nati ad seruitutem, ex Agar ancilla, id est ex pactione Legis latæ in Sina monte, non terræ Chanaan, sed Arabiæ. Notandum est igitur seruos hîc vocari, non vt antea, qui Legem habuerunt pro tutore vel pædagogo, quum re vera essent liberi, (quales fuerunt sancti ante Christi aduentum) sed Pharisæos cæterósq; omnes qui salutem ex Lege (cuius verum vsum aspernabantur) vel sola vel cū Christo coniuncta expectabant. quibuscum si quis nostri seculi Pharisæos comparet, magnā illis profectò iniuriam faciat: quum magnum sit discrimen Legis à Deo latæ, & traditionū quas Satan religionis obtentu in Ecclesiam inuexit, vt Euangelij lucem miseris mortalibus eriperet. Vtrosque tamen idem error implicuit.

¶ Per

24 Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο διαθῆκαι· μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ.

25 Τὸ γὰρ Ἄγαρ, Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ· συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς.

24 Per quæ aliud figuratur. Nam hæ sunt duæ illæ pactiones: vna quidem quæ est Agar ex monte Sina, generans *prolem* ad seruitutem.

25 Istud enim Agar, est Sina mons in Arabia: eadem autem serie respondet ei Hierosolymæ quæ nunc *est*, seruitque cum filiis suis.

Gen.21.1

24 *Quæ sunt per allegoriā dicta: hæc enim sunt duo testamenta, vnum quidem à monte Sina, in seruitutem generans, quæ est Agar.*

25 *Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei quæ nunc est Ierusalem, & seruit cum filiis suis.*

¶ *Per promissionem*, διὰ τῆς ἐπαγγελίας. Id est, vi promissionis quam Abrahamus sibi & vero suo semini per fidem apprehendit. Nam alioqui effœtus erat Abraham & Sara, vt naturæ vis nullum hîc locum habeat, sed sola gratia. Talis est vera filiorum Abrahami soboles, non è terra, sed è cælo genita, ex vi pactionis Euangelij, id est gratuitæ, & verè liberos à Legis maledictione & seruitute filios gignentis, qui sint Abrahami verum semen.

24 *Per quæ aliud figuratur*, ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. Vulgata, *Quæ sunt per allegoriam dicta*. Erasm. *Quæ per allegoriam dicuntur*. Ego studui perspicuitati. Nam (vt rectè annotat Erasm. ex Chrysostomo) allegoricus sermo totus est fictitius. Hîc verò Paulus veram historiam narrat, sed quæ tamen aliud adumbrarit magis reconditum mysterium. ¶ *Nam hæ*, αὗται γάρ. Vulg. *Hæc enim*. Eras. *Nam hæc*. Atqui αὗται non pertinet ad διαθήκας, sed duas illas matres indicat, vnam ancillam, Agar videlicet, quæ legis fœdus repræsentat, in Sina monte factum, vnde gignuntur serui: alteram liberam, id est Saram, quæ Euangelij fœdus refert Hierosolymæ sancitum, cuius filij sunt ingenui. ¶ *Sunt*, εἰσὶν. Id est, figurant & adumbrant. sicut dicitur Petra fuisse Christus, & Panis dicitur corpus Christi, vt Tertullianus & Augustinus explicant. Sed meminerit tamen lector sacramentalem (quam vocant) significationem à merè typica distinguere. Nam in sacramentis symbolum repræsentat quod verè Deus offert, & fides accipit: in typis autem res futuræ vel præteritæ duntaxat adumbrantur, & quasi in imagine depinguntur. ¶ *Duo illa pacta*, αἱ δύο διαθῆκαι. Vnum tamen fuit pactum, si rem ipsam & scopum spectes, sed temporum & œconomiæ ratione diuersa fuerunt, vt disertè etiam distinguit Ieremias. Quòd si ista ex pseudapostolorum opinione æstimentur, qui salutis partem Legi decidebant, vel Pharisæorum, qui Legem pro Christo amplectebantur, non iam duo duntaxat, sed etiam prorsus contraria fuerint, vnde conclusiones illas elicit Paulus quæ scribuntur infrà, 5.2. & 4. Vulgata & Erasmus, *Testamenta*, de qua interpretatione dixi supra, 3.15. ¶ *Vnum quidem, quæ est Agar*, μία μὲν, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. In Græcis aliquid interseritur: sed quum ἥτις ad μία necessariò pertineat, non autem ad ὄρος, studendum putaui perspicuitati. Iam verò μία, id est vna, Ambrosius & Augustinus referunt ad διαθήκην, quod nos fœdus ipsi testamentum conuertunt: ideóq; pro, Quæ est Agar, legunt Quod est Agar. Sed hoc mihi videtur violentum. Sic enim cogemur exponere Est, non pro, significat, sed pro significatur. Deinde commodius dicitur Agar gignere filios quàm ipsum fœdus, quod adumbratur per Agar: vt fœdus potius seminis quàm matris rationem in hac anagoge sustineat. Quod ad sententiam tamen attinet, nullum est in his discrimen. ¶ *Ex monte Sina*, ἀπὸ ὄρους Σινᾶ. Sinæ facit mentionem quòd in eo monte sit sancitum fœdus illud quod adumbrat Agar. Addidit autem Apostolus, Ex Sina, i. ex Arabia, non quòd Agar inde esset orta, (erat enim Ægyptia) sed quia cum Ismaele & suis nepotibus Arabiam incoluit. ¶ *Generans [prolem]* γεννῶσα. In verbo ipso includitur verbale Hebræorum more, de quo diximus 1. Corinth. cap. 15. vers. 29. & Hebr. 11.11.

25 *Illud enim Agar, est mons in Arabia*, τὸ γὰρ Ἄγαρ, Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. Id est, Agar, illa mulier non in sese sed allegoricè considerata, est Sina, id est vetus illa pactio legalis, in illo Arabiæ celebri monte sancita, ex aduerso respondens præsenti Hierosolymæ, & seruiens cum suis filiis. Sicut enim ancillæ filij sunt serui, ita vetus pactio Legalis per illam ancillam adumbrata non alios quàm seruos gignit. Quòd si quis roget cur situm montis Sinæ declaret Paulus, quum vix vllus etiam ex Galatis id ignoraret, neque id magnopere ad Apostoli scopum pertineat: respondeo cum doctissimo interprete, in ipso etiam Sinæ situ aliquid latuisse mysterij, nempe quòd esset extra terræ promissæ fines, quæ cælestem patriam, ad quam non vetere sed noua pactione deducimur, adumbraret. Vetus interpres, expuncto Agaris nomine, legit, Σινᾶ γὰρ ὄρος ἐστὶ, &c. *Sina enim mons est*, &c. vt citat etiam hunc locum Augustinus libro de vtilitate credendi, cap. 2. & Orig. in Canticum Cantic. hom. 2. & certè non videtur necessaria repetitio nominis Agaris, quæ etiam superiore vers. non dicitur esse Sina, sed vetus illa pactio quæ ex Sina monte, vbi sancita fuit, seruos liberos gignat. Nolui tamen receptam Græcam lectionem immutare: quod in priore editione à me factum, video quibusdam, etiam ex iis qui alioqui veterem Latinam editionem ipsi Græco contextui anteponunt, displicuisse. ¶ *Eadem autem serie respondet ei Hierosolymæ quæ nunc [est,]* συστοιχεῖ δὲ τῇ Ἱερουσαλήμ. Vulgata συστοιχεῖ conuertit *Coniunctus est*. Erasmus, *Confinis est*. in quo verbo explicando plurimùm variant interpretes. Nam Alij ad situm referunt: quorum opinio ex ipsa tabularum inspectione apertè refellitur. Alij (vt Aquinas) referunt ad itineris continuationem, quòd ex Sina venerint Hierosolymam, quæ interpretatio non indiget refutatione. Alij denique respiciunt ad allegoriæ seu potius anagoges similitudinem: quorum opinio proculdubio verissima est: quam etiam sequutus est Hieronymus vertens Origenis commentarium in canticum, Homilia 2. vbi in huius loci citatione συστοιχεῖ vertit *consertur*, rectè: si sententiam ipsam spectes, sed in ea similitudine explicanda non omnes idem sentiunt. Nam Erasmus in eo similes facit Sinam & Hierusalem, quòd in vtraque fuerit eadem Lex promulgata. *nam (inquit) scriptum est, De Sion exibit Lex, & verbum Domini de Hierusalem. Illud autem ait hoc loco Apostolus, vt ostendat Legem absque gratia terrorem incutere minis & præceptis: cogi verò metu seruile est. Iudæi itaque, qui vacui charitate Legem iuxta literam & ritus externos obseruant, quanquam à monte Sina migrauerant Hierosolymam, tamen à seruili conditione non degenerabant, tanquam filij Agar, non Saræ.* Hæc Erasmus, in quibus multa cogor desiderare. Nam quis vnquam dixit in Hierusalem promulgatam esse Legem illam, quæ data est in Sina? Locus autem Esaiæ prorsus in contrariam sententiam scriptus est à Propheta, vt qui de Euangelica doctrina disserat, quæ ab Hierusalem in reliquas partes orbis terrarum erat spargenda. quod etiam alij Prophetæ prædixerunt. Deinde non est propositum Apostolo Legem cum Christo coniungere sed contrà, Ceremonialem quidem vnde hæc controuersia erat exorta, abrogatam esse: Moralem verò non ad nos iustificandos sed condemnandos latam ostendere. Itaque τὸ συστοιχεῖν hoc loco nihil aliud declarat quàm eiusdem esse ordinis siue seriei, quam στοῖχον vocant Græci, Galli *vne file*. & præsens Hierusalem, illa videlicet terrestris, Christum quo tempore Apostolus hæc scribebat, non admittens, sed in vetere Legis seruitute pertinacissimè perseuerans, dicitur συστοιχεῖν Agari & Sinæ, id est veteri pactioni, vt mater & liberi sint σύστοιχοι, matris conditionem videlicet sequentibus liberis. Huic autem ἀντίστοιχος Sara, siue noua pactio, & cælestis Hierosolymæ, id est nouæ pactionis liberi, qui rursus inter se συστοιχοῦσιν, vt ex sequente diagrammate apparet. ¶ *Seruitque*, δουλεύει δὲ. vel, seruit autem: nec vllam hîc agnosco parenthesin, quum optimè cohæreant omnia, & res ostendat verbum δουλεύει ad Sinam referri, cuius filij dicuntur seruire: vt explicetur quod dixerat, Agarem vide-

licet à Sina monte ortam (pactionis Legis videlicet figurã sustinente) gignere seruos filios. Partus enim (vt loquuntur Iurisconsulti) sequitur ventrem. Quę collatio vt melius intelligatur, adscribam eius diagramma.

Abrahamus, duplicis sobolis ἀντιστοίχου pater, ex duabus itidem ἀντιστοίχοις vxoribus.

TYPVS.	Σύστοιχοι. VERITAS.	TYPVS.	Σύστοιχοι. VERITAS.
Agar ancilla, & extraneæ gentis, nempe ex Sina monte Arabiæ.	Pactio legis, in Sina monte latæ.	Sara ingenua, ex gente sancta.	Euangelij pactio.
μήτηρ	μήτηρ	μήτηρ	μήτηρ
Ismael seruus, ex matre ancilla, secundum carnẽ, id est naturali vi ordinaria genitus, ideóque cum suis posteris, vtpote seruis, ab hæreditate exclusis.	Hierosolyma terrestris, id est Iudæi quærentes iustitiam ex lege, ideóque non hæredes.	Isaac ingenuus & ex ingenua matre secundum promissionem, id est ex virtute Dei extraordinaria genitus, cum suis posteris, iustitiam, ex Euangelij pacto, per fidem quærentibus.	Hierosolyma cælestis, id est Iudæi secundum promissionem fide apprehensam geniti, & iustitiam quærẽtes, in Christo per fidẽ apprehenso, ideóque hæredes.

αὐτὶ ———— στοῖχοι.

αὐτὶ ———— στοῖχοι.

Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν.

26 Illa verò quæ sursum est Hierosolyma, libera est, quæ est mater omnium nostrûm.

26 *Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra.*

Esa. 54. 1.
7 Ostendit se in hac allegoria sequutum Esaiæ prophetæ vestigia, qui prænuntiarit Ecclesiam constituendam ex filiis Saræ sterilis, id est ex iis qui mirè spiritualiter per fidem fie[rent] Abrahæ [filii], potius quàm ex Agare fœcunda: istum prędicens Iudæorum reiectionem & [g]entium vocationem.
Rom. 9. 8
Gen. 21. 10

Γέγραπται γὰρ, Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.

27 7 Scriptum est enim, Lætare sterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quoniam plures sunt liberi desertæ quàm eius quæ habet virum.

27 *Scriptum est enim, Lætare sterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ nõ parturis. quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum.*

Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, κατὰ Ἰσαὰκ, ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν.

28 Nos igitur, fratres, secundũ Isaac, promissionis filij sumus.

28 *Nos autem, fratres, secundum Isaac, promissionis filij sumus.*

Ἀλλ᾽ ὥσπερ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ἐδίωκε τὸν κατὰ πνεῦμα· οὕτω καὶ νῦν.

29 Sed quemadmodum tunc is qui secundum carnem genitus fuerat, persequebatur eum qui natus erat secundum Spiritum: ita & nunc *fit*.

29 *Sed quomodo tũc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum Spiritum: ita & nunc.*

Ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας.

30 Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam & filium eius. Nequaquam enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

3[0] *Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam & filium eius. non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.*

26 *Illa verò quæ sursum est Hierosolyma*, ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ. Id est ἐπουράνιος, per orbem terrarum dispersa cuius ciues sumus nos Christum amplexi, illi terrestri opposita Esaiæ cap. 2. vers. 2. & 3. Hebr. 12. 18. & 22, & aliis plurimis locis. Hinc illud Philipp. 3. 20. Nostrum πολίτευμα, est in cælis.

27 *Sterilis*, στεῖρα. Alludit ad sterilitatem Saræ, simúlque ostendit veros filios Abrahami nasci spiritualiter per Euangelium: quibus opponuntur filij secundum carnem, qui non sunt hæredes, sed seruiunt. Nec dubito quin Apostolus ex hoc Esaiæ loco totam hanc allegoriam sit mutuatus. ¶ *Plures*, πολλὰ μᾶλλον Heb. pro πλείω. Vulg. & Eras. *Multi magis*. ¶ *Desertæ*, τῆς ἐρήμου. Hebr שוממה [*shomemah*.] id est destructæ & excisæ, nimirum propter Chaldæorum vastationem; sed anagogico sensu dicitur mulier deserta quæ virum non habet nec prolem: sicut deserta ciuitas dicitur in qua nemo habitat, & quæ suo principe quasi marito est destituta. Talis autem erat Euangelici fœderis conditio ante Christi aduentum, si cum statu illo comparetur in quo postea esse cœpit, Ecclesiis passim per orbem terrarum erectis.

28 *Igitur*, δὲ. Id est οὖν, vt ostendit orationis series. Redit enim ad versum 26, propter interiectum versum 27. ¶ *Secundum Isaac*, κατὰ Ἰσαάκ. Heb. כיצחק [*che-itshak*.] id est Isaaci exemplo, qui liberæ & hæredis Ecclesiæ est veluti primogenitus, sicut Ismael seruæ synagogæ. Ista porrò Ecclesiam quidem ad tempus persequitur, vt nunc in vobis experimini, sed tandem eiicitur. Manete igitur cum libera Ecclesia, nec cum synagoga serui sitis, ac proinde hæreditatis expertes. Nam in Isaac (inquit Scriptura) tibi erit semen: eiicitur autem Ismael vt semen adulterinum. Nunc demum ergo Apostolus filios comparat inter se, vt matres antea comparauit. ¶ *Promissionis filij*, ἐπαγγελίας τέκνα. id est semen illud ad quod pertinet promissio illa, *Ero Deus tibi & semini tuo*. quod dicendi genus alibi exposuimus: siue, filij non vi naturæ, sed Spiritus sancti virtute sati, secundũ promissionem Dei: sicut Isaac ex matre sterili natus est, vi extraordinaria promittentis Dei.

29 *Secundum carnem*, κατὰ σάρκα. Id est humanitus, siue naturæ vi ordinaria, vt diximus suprà, versu 23. ¶ *Genitus fuerat*, ὁ γεννηθείς. Verè & appositè fuit hoc expressum per plusquamperfectum. Erat enim Ismael primogenitus, nec tamen hæres: nedum vt primogenituræ ius obtinuerit. Sic Iudæi legales primogeniti: nec tamen cum vero illo semine hæredes: nedum vt potiorem partem hæreditatis auferant. Sed isti in eo fallebantur quòd dicebant se esse Isaaci semen, quia non distinguebant carnalem propaginẽ à spirituali. ¶ *Secundum Spiritum*, κατὰ Πνεῦμα. Id est Diuinitus, & spirituali ratione.

30 *Cum filio liberæ*, μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. Hoc quoque [i]ntis conuenit pseudapostolis, qui legem cum Christo, id est Ismaelem cum Isaaco volebant coniungere.

Ἄρα, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας.

31 8 Nempe, fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ.

31 *Itaque, fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ.*

8 Conclusio superioris allegoriæ, nullo modo accersendam esse Legalem seruitutẽ: quum ancillæ filij non sint hęredes.

Κεφάλαιον ε.

CAP. V.

CAP. V.

Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν ᾗ [illegible]ὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, στήκε[illegible] μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε.

1 IN libertate igitur qua Christus nos liberauit, perstate, & ne regredientes implicamini seruitutis iugo.

1 *QVa libertate Christus nos liberauit, state, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.*

Ἴδε, ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει.

2 1 Ecce, ego Paulus dico vobis, si circũcidamini, Christum nihil vobis profuturum.

2 *Ecce, ego Paulus dico vobis quoniam si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit.*

Act. 15. 1.
1 Altera obtestatio qua disertè testatur iustitiã operum & iustitiam ex fide nõ posse simul stare, quoniam nemo ex Lege iustificari potest, nisi qui plenè ac perfectè illam præstat. Arripit autem circuncisionis exemplũ, quoniam ea erat totius Legalis cultus basis, & præcipuè vrgebatur à pseudapostolis.

Μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι.

3 Testor enim rursum omni homini qui circunciditur, cũ esse debitorem totius Legis seruandæ.

3 *Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ Legis faciendæ.*

Κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε· τῆς χάριτος ἐξεπέσατε.

4 Euanuistis *separati* à Christo, quicũque per Legem iustificamini: *&* à gratia excidistis.

4 *Euacuati estis à Christo qui in Lege iustificamini: à gratia excidistis.*

Ἡμεῖς γὰρ πνεύματι ἐκ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα.

5 2 Nos enim Spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus,

5 *Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus.*

2 Tacitè comparat nouum populum cum vete[ri]. Certum enim est hunc quoque in fide, non in circuncisione spem omnem iustitiæ ac vitæ fundasse, sed ita vt eorum fides esset ceremoniali & externo cultu impleita: nostra autem fides nuda est ac spirituali cultu contenta.

IN CAPVT V.

1 *In libertate igitur*, τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν. Qui capitum (quas vocant) sectionem instituerunt, manifestè hallucinati sunt hoc in loco, quum conclusionem à superioribus diremerint. Vulgata, *Qua libertate Christus nos liberauit, state* ᾗ ἐλευθερίᾳ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, στήκετε: vt legitur in Claromontano codice Sed & quędam Latinæ editionis exemplaria, cõsentientibus tribus manuscriptis Græcis cod. hæc ita iungunt, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας, τῇ ἐλευθερίᾳ ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε. στήκετε οὖν, &c. Id est, *sed filij liberæ, ea libertate qua nos liberauit Christus, state igitur*, &c. Complutensis editio ita inchoat hoc caput vt etiam Ambrosius & Augustinus.

2 *Ego Paulus*, ἐγὼ Παῦλος. Mira in his verbis est δεινότης Apostoli, sese vnum quem illi tantopere insimulabant omnibus illis pseudapostolis intrepidè opponentis: & quidẽ non sine sarcasmo. Sunt enim quæ subiicit totidem illorum verbis ex aduerso respondentia istis videlicet, Nisi circuncidamini ritu Mosis, non potestis seruari. Act. 15. 1. ¶ *Regredientes*, πάλιν. Vide sup. 4. 9. Syrus hoc non legit.

3 *Testor enim*, μαρτύρομαι δὲ. Id est μαρτύρομαι γάρ. Omnino enim subiicitur præcedentis dicti ratio, sed tamen ex hypothesi quam exposuit suprà, 3. 1[0]. Deinde & hoc notandum est, considerari circuncisionem partim ex temporis circunstantia, (desiit enim esse sigillum iustitiæ fidei, quum per Baptismum sit abolita) partim ex aduersariorum opinione, qui eam volebant cum Christo connectere, quasi pars aliqua salutis in ea resideret. Similis ac magis etiam impia est eorum opinio, qui re vera idem sentiunt atque isti pseudapostoli: sed in eo multo sunt impudẽtiores quòd circuncisionis loco suas traditiones & ἐθελοθρησκείας proponunt. Sed illud vbique in hac epistola considerandum, vt etiam in historia Synodi Hierosolymitanæ in Actorum libro conscripta, etsi exorta fuerat controuersia de lege Ceremoniali, tamen quòd illius retinendæ auctores rationem afferrent Legi quoque morali communem, imò magis etiam huic quàm illi conuenientem. (quis enim iustitiã & salutem non potius Legi morali rectè præstitæ, quàm seruatis etiam accuratè externis ritibus tribuat?) oppugnari ab Apostolo istud dogma rationibus ad totam Legem pertinentibus. ¶ *Qui circunciditur*, περιτεμνομένῳ. Vulgata, *circuncidenti se*. id est qui curat se circuncidi, opinione videlicet iustitię ex circuncisione vt non abolita consequenda. Neque id malè conuersum est, passiuis Græcis verbis sæpe in his libris ea coniugatione vsurpatis quæ ab Hebræis dicitur Hitphael. Rursum autem hoc intellige ex aduersariorum sententia. Ideóque Apostolum de Patribus quirectè vsi sunt circuncisione, vt iustitiæ ex fide σφραγῖδι non loqui, sed de iis qui se circuncidebant quum hæc scriberet. ¶ *Totius Legis seruandæ*, ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι. Id est, non posse iustificari quenquam ex Lege, nisi qui perfectè totam legem impleuerit. Hoc autem illud est firmissimum argumentum quo sophistarum dogma euertitur, somniãtium sufficere ad salutem si quis pro viribus Legi obsequatur, & propterea meritoria statuentium opera quæ fidem consequuntur.

4 *Euanuistis [separati] à Christo*, κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. De verbo καταργεῖν diximus sæpe, ac præsertim Rom. 3. 31. & 6. 6, quod non vno modo exposuimus, sic poscente Latinæ linguæ vsu, & diuersa locorum circunstantia. Hîc verò καταργηθῆναι omnino declarat fieri cassum & inane quiddam, sic ab Apostolo elegantissimè significata istorum falsa opinione, qui somniabant sese suæ iustitiæ suorúmque meritorum plenos ad Deum accedere, Christo quasi siquid ipsis deesset supplente, vt & nostrorum temporum Pharisęi docent, eò tantùm excepto quòd loco Mosaicorum (quorũ tamen etiam partem retinuerunt) suas ἐθελοθρησκείας substituerunt Syrus expresso sensu non ipso verbo, si rectè hunc locum vertit Tremellius noster, interpretatur אתבטלתון [*ethbattaltun*] exclusi estis. Vulgata, *Euacuati estis à Christo*. quam interpretationem disertè reprehendit Hieronymus vertens, *A Christo opere cessastis*, infeliciter id quidem, sed ita vt vel ex hoc loco satis appareat hunc non esse Vulgatæ editionis interpretem. Erasmus, *Christus vobis factus est otiosus*, eâdem manente sententia per hypallagen explicata. Interposui verò participium *Separati*, vt præpositio ἀπὸ mollius construatur. ¶ *Iustificamini*, δικαιοῦσθε. Intelligendum hoc est κατὰ μίμησιν. Nam re vera non iustificabantur ex Lege, quæ potius occidit, (vt nunc quidem à Paulo consideratur) sed tamen ab illa se iustificari gloriabantur, vt Pharisæus ille cuius meminit Lucas. ¶ *[Et] à gratia*, τῆς χάριτος. Copulam Hebræorum more in bimembri etiam oratione suppleri, sæpe iam annotauimus, vt Ioan. 10. 16, & infrà, 1. Tim. 4. 3, & aliquoties in posteriore ad Corinthios epistola. ¶ *Excidistis*, ἐξεπέσατε. Atqui firma est electio. Concedo: sed dicuntur excidere qui illius adipiscendæ iter erant ingressi quod etiam reprobis contingit, quum aliqui sint etiam ad veram fidem gradus.

5 *Spiritu ex fide*, πνεύματι ἐκ πίστεως. Id est, Spiritu qui fidẽ gignit, seu qui fidelibus datur. Siue, Spiritu, id est ex fide, non autem ex carne, id est, iis quæ à nobis possunt profi

cisci, vt ceremoniis: sub quorum inuolucris latebat sanctorum fides ante Christi aduentum. Neque enim Deo damus iustitiam: sed ab eo gratis datam recipimus per fidem: quæ & ipsa gratuitò confertur. ¶ *Spem iustitiæ*, ἐλπίδα δικαιοσύνης. Idest, coronam gloriæ siue hæreditatem quæ per Christum gratis iustificatos & cohæredes factos manet. Accipitur enim spes μετωνυμικῶς pro eo ipso quod speratur, vt Rom. 8. 24.

---

6 Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία· ἀλλὰ πίστις δι᾽ ἀγάπης ἐνεργουμένη.

7 Ἐτρέχετε καλῶς, τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι;

8 Ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς.

9 Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ.

10 Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε· ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς βαστάσει τὸ κρίμα, ὅστις ἂν ᾖ.

11 Ἐγὼ δέ, ἀδελφοί, εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω, τί ἔτι διώκομαι; ἄρα κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ.

12 Ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς.

6 3 Nam in Christo Iesu neque circuncisio quicquam valet, 4 neque Præputium: 5 sed fides per charitatem operans.

7 6 Currebatis benè, quis vos interrupit vt non pareretis veritati?

8 7 Hæc persuasio non *est profecta* ex eo qui vocat vos.

9 8 Paulum fermenti totam massam fermentat.

10 9 Ego confido de vobis in Domino, vos nihil aliud esse sensuros: sed qui turbat vos, auferet condemnationem, quisquis fuerit.

11 10 Ego autem, fratres, si circuncisionem etiam prædico, quid adhuc persequutionem patior? nempe euanidum factum est offendiculum illud crucis.

12 11 Vtinam etiam abscindantur qui vos inquietant.

6 *Nam in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur.*

7 *Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire?*

8 *Persuasio non est ex eo qui vocat vos.*

9 *Modicum fermentū totam massam corrumpit.*

10 *Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque est ille.*

11 *Ego autem fratres, si circuncisionē adhuc prædico, quid persequutionem patior? ergo euacuatum est scandalum crucis.*

12 *Vtinam & abscindantur qui vos conturbant.*

3 Ratio additur, Quia nunc circuncisio est abolita, Christo nobis exhibito cū plena spiritualis circuncisionis veritate.
4 Facit etiam præputij mentionem, ne sibi Gentes in eo placeant, vt Iudæi in circuncisione.
1. Cor. 5. 6.
5 Occupatio, Si abolitus est totus ille Legalis cultus, qua in re igitur nos exercebimus? In charitate, inquit Paulus. Neque enim fides de qua agitur, otiosa esse potest, imò assiduos charitatis fructus edit.
6 Iterū obiurgat Galatas, sed cum admiratione & superioris etiā cursus laude, quo plus verecundiæ ipsis incutiat.

7 Agit ex Apostolica autoritate, negans posse ex Deo esse illam doctrinam suæ repugnantem.
8 Hoc addit, ne de re parui momenti videatur contendere, solicitè monens (similitudine à fermento sumpta, qua Christus etiam ipse vsus est) ne vel minimo vitio patiantur puritatem Apostolicę doctrinæ infici. 9 Mitigat superiorem increpationem, deriuans culpam in pseudapostolos, quibus horrendum iudicium Dei denuntiat. 10 Iubet eos considerare quàm hac in re suum commodum non quærat, quum ipsi liceat hominum odia vitare, si velit Iudaismum cum Christianismo coniungere. 11 Exemplum veri pastoris, zelo gloriæ Dei & gregis sui charitate inflammati.

---

6 *Neque præputium*, οὐδὲ ἀκροβυστία. Hoc omnino addendum fuit, ne videatur tribuere præputio quod circuncisioni detrahebat. Itaque vtrosque reuocat ad vnicum iustitiæ instrumentum.

¶ *Fides per charitatem agens*, πίστις δι᾽ ἀγάπης ἐνεργουμένη. Sic distinguitur viua & vera fides à mortua & adulterina: Non autem Charitas, tanquam iustificationis συναιτία, Fidei adiungitur: quum hoc repugnet ex diametro superioribus omnibus argumentis. Itaque admittenda non est Syri interpretis versio *perficitur*, neque verbo ἐνεργουμένη, neque sententiæ Pauli accommodata Vulg. *Quæ per charitatem operatur*, non malè. Sed aliquid esse videtur amplius ἐνεργεῖσθαι id est efficacem esse & actuosam, quàm singulariter ἐργάζεσθαι. Præputium vero appellat Paulus Circuncisum non esse: & Circuncisionem, Circuncisum esse

7 *Interrupit*, ἀνέκοψε. Id est fecit vt inhibito recto cursu, retro feramini. Plus est igitur, ἀνέκοψε quàm ἐνέκοψε i. interpellauit, quáuis sic in nonnullis codicibus inueni. ἐνέκοψε, Vulgata, *Impediuit*, ἐνέκοψε, eodem sensu: vt etiam legunt nonnulli Græci codices.

¶ *Veritati*, τῇ ἀληθείᾳ. Ergo doctrina pseudapostolorum, & quæcunque alia religionis præcepta vnquam tradita sunt aut tradentur, mera sunt mendacia. Sed Hieronymus testatur se non inuenisse hoc membrum in vetustis codicibus, quod etiam fortassis adiectum est ex cap. 3. 1. Extat tamen apud Syrum interpretem.

8 *Hæc persuasio non [est profecta,]* ἡ πεισμονὴ &c. Idē Hieronymus admonet in nonnullis codicibus addi *Nemini consenseritis*, quod tamen neque in Græcis vllis codicibus neque in iis qui in Apostolum commentati sunt, inuenerit. neque apud Syrum interpretem aut in nostris vllis Græcis exemplaribus legimus, & in nullis quoque manuscriptis editionis Latinæ vulgatæ non extat, ideóque omnino adulterinum est. Hunc autem versiculum accipio, quasi Paulo ipso subiiciente responsionem ad superiorem interrogationem: ac si diceret, Nihil certè quod ab eo qui vos vocat, nēpe à Christo per suos seruos, vobis persuasum fuerit.

¶ *Ex eo qui vocat vos*, ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. Id est, à Deo qui non desinit vos etiam nunc vocare, ad resipiscentiam videlicet.

9 *Fermentat*, ζυμοῖ. Sic legunt Græci omnes & Syrus etiam interpres, ipséque adeò Hieronymus. Vulgata, *Corrumpit*.

10 *Esse sensuros*, ὅτι φρονήσετε. Id est, non aliter esse de his rebus existimaturos quàm vos doceam. Vulgata maluit *Sapiendi* verbo vti incommodè.

11 *Etiam prædico*, ἔτι κηρύσσω. Vulg. & Eras. *Adhuc prædico*. Mihi verò nunquam videtur Paulus circuncisionem prædicasse. At enim fuit Pharisæus. Fateor: sed verbum κηρύσσειν ad Apostolicum munus respicit.

¶ *Offendiculum crucis*, τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ. Crucem vocat Euangelicam doctrinam quæ in solius crucifixi Christi iustitiam respicit, ideóque à Iudæis non admittebatur. Hinc illæ persequutiones aduersus Paulum excitatæ quasi Legis Dei hostem. Nam de exteris non agit hoc in loco, sed spectat eos quibuscum erat ipsi negotium in hac epistola. neque etiā legimus alios fuisse Apostolo molestos quàm Iudæos, & à Iudæis deprauatos.

12 *Etiam abscindantur*, καὶ ἀποκόψονται. Abscindi significat exterminari à Deo: sed videtur tamen Paulus ad pelliculæ sectionem alludere quam isti vrgebant. Augustinus exscindi interpretatur pro spadonem fieri, nempe propter regnum cælorum, quasi Paulus istis non imprecetur, sed bene precetur, offendit enim eum hæc imprecatio sed frustra, cuius tot exempla suppeditat Dauid, & noster idem Apostolus 1. Tim. 4. 14. Et possumus etiam istud de excommunicatione simpliciter intelligere, qualis fuit illa incestuosi Corinthij, vt idem hîc valeat ἐκκόπτεσθαι atque ἐξαρθῆναι ἐκ μέσου τῆς ἐκκλησίας. 1. Cor. 5. 2. Etsi enim videri potest Apostolo semel licuisse præcipere Galatis, vt istos Satanę traderet, sicut Corinthiis mandauit de incestuoso, ac proinde istam increpationem intelligendam de ipsorum exitio, tamē hoc

nō satis solida ratione nititur. Apparet enim Apostolum ea non fuisse apud Galatas auctoritate, ideóque prudenter illos prius studuisse ad veram doctrinam reuocare: nec dissimulasse tamen quomodo tandem cum illis esset agendū, nisi resipiscerent.

¶ *Qui inquietant*, οἱ ἀναστατοῦντες. Id est qui vos quasi sedibus vestris pellunt, dū non sinunt vos in Christo acquiescere, vt cœperatis. Nam quisquis prædicat Legē, cogit necessariò conscientiam perpetuò trepidare, & modò huc modò illuc transferri, quū nusquam tranquillum portum inueniat: contrà verò iustificati ex fide pacem habemus, Rom. 5. 1. Vulg. *Conturbant*. Erasmus, *Labefactant*.

---

13 Ὑμεῖς γὰρ ἐπ᾽ ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε, ἀδελφοί· μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις.

14 Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.

15 Εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε, βλέπετε μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε.

16 Λέγω δέ, πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε.

17 Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις· ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε, ταῦτα ποιῆτε.

18 Εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε, οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον.

19 Φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκός· ἅτινά ἐστι, μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια,

20 Εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις,

21 Φθόνοι, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.

22 Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ Πνεύματος, ἐστιν ἀ-

13 Vos enim ad libertatē vocati estis, fratres: 12 tantùm ne libertatem *vertite in datam* carni occasionem, sed ex charitate seruite alij aliis.

14 13 Nam tota Lex vno dicto cōpletur, isto *videlicet*, Diliges proximū tuum vt teipsum.

15 14 Quòd si alij alios mordetis & exeditis, videte ne vicissim alij ab aliis consumamini.

16 15 *Hoc* autem dico, Spiritu ambulate, & quod concupiscit caro, ne perficite.

17 Nam caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnē: hæc autem inter se opposita sunt, vt nō quęcunque volueritis, eadem faciatis.

18 Quòd si spiritu ducimini, non estis sub Lege.

19 16 Porro manifesta sūt opera carnis: quæ sunt, adulterium, scortatio, impuritas, lasciuia.

20 Idololatria, veneficium, inimicitiæ, lites, ęmulationes, excandescentiæ, rixæ, dissidia, hæreses,

21 Inuidiæ, cædes, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, prout prędixi: eos *videlicet* qui talia agūt, regni Dei non fore hæredes.

22 At fructus Spiritus, est cha-

13 *Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem seruite inuicem.*

14 *Omnis enim Lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.*

15 *Quòd si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini.*

16 *Dico autem, Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.*

17 *Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis.*

18 *Quòd si spiritu ducimini, non estis sub Lege.*

19 *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, luxuria.*

20 *Idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ,*

21 *Inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniā qui talia agunt, regnum Dei nō consequentur.*

22 *Fructus autem Spiritus*

12 Tertia pars epistolæ, docens rectum Christianæ libertatis vsum in eo positum esse, vt à peccati seu carnis seruitute manumissi, & Spiritui parentes, alij aliorum saluti seruiamus, ex charitate.
Leu. 19. 18
matt. 22. 39
marc 12. 31.
rom. 13. 9
iac. 2. 8.
Rom. 13. 14
1. pet. 2. 11.
13 Charitatem proximi proponit tāquā scopum ad quem Christiani omnes actiones suas referant, ei cato Legis testimonio.
14 Exhortatio ad charitatis officia, ab vtili: quoniam nulli sibi peius cōsulant, quàm qui mutuò se oderunt.
15 Agnoscit maximā ...

16 Quod in genere dixerat, particulatim explicat, præcipua aliquot carnis effecta recensens, eáque Spiritus fructibus opponens, vt ... ignorantiam prætexat.

---

13 *Vocati estis*, ἐκλήθητε. Id est, gratis asciti, vt alibi sępe diximus. Hoc autem obseruandum est, Apostolum absoluta iam disputatione quæ ad dogmata spectat, ad præcepta descendere.

14 *Tota Lex*, πᾶς νόμος. Alibi sæpe annotauimus, quod in genere apud Paulum dicitur interdum restringendum esse ad id de quo agitur: vt hoc loco Legis nomen ad secūdam tabulam. ¶ *Vno dicto*, ἐν ἑνὶ λόγῳ. Id est vno præcepto, Hebræorum more, qui decem præcepta, idcirco vocant עשרת הדברים [*hasereth haddebarim*] vt & Græci δεκάλογον. Est autem hoc quoque notandum, Paulum de moribus Christianorum dicturum, sumere Legem Dei pro vitæ regu

15 *Et exeditis*, καὶ κατεσθίετε. Amplius quiddam significatur cōposito, quàm simplici ἐσθίετε, *Comeditis*, vt vertit. Vulg. Cyprianus ad Rogatianum, vertit *Incusatis*, & commentarij Ambrosio inscripti, *Increpatis*. legerunt enim κατηγορεῖτε.

16 *Spiritu ambulate*, πνεύματι περιπατεῖτε. Spiritum, vocat suo more partem hominis à Spiritu Dei veluti recens animatam, id est peccato mortuam, & à Deo viuificatam. Vide Ioh. 3. 6. vbi etiam exposuimus quid sit caro, sicut & alibi sæpe in epist ad Romanos: nimirum quicquid est in homine non instauratum per gratiam in Christo fide apprehenso.

¶ *Ne perficite*, οὐ μὴ τελέσητε. Sic consueuit solet οὐ μὴ cum subiunctiuo, pro imperandi modo. Vide Mat. 19. 14. Quid sit autem carnis concupiscentiam perficere, diximus Rom. 6. 12.

17 *Nam caro*, ἡ γὰρ σὰρξ. Meritò hoc addit, quum in vno & eodem homine regenerato sit caro & spiritus: cuius certamen copiosissimè explicatur Rom. 7. Castellio verò nimium impudenter hunc locum & similes alios corrupit, quum carnis nomine carnales, id est eos qui sunt ex circuncisione: per spiritum verò spirituales, id est eos qui ex fide sunt, intelligeret. *Vt non*, &c. ἵνα μὴ. Vel aliquid subaudiendum est ad explendam sententiam, veluti quod ego dico, siue, cuius rei vos admoneo, ne quicquid vobis in mentem venerit committatis, sed vt diligenter consideretis à carne, an à spiritu proficiscatur quod appetitis. Vel, sensus hic erit, hoc certamen in causa esse cur non possint perficere bonum quod optant, vt explicat copiosè Apost. Rom. 7. Sed ita fuerit ἵνα pro ὥστε vsurpatum.

18 *Quòd si Spiritu ducimini*, εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε. Vide Ro. 6. 14. & 15. vbi de hac re tota abundè disseruimus.

20 *Æmulationes*, ζῆλοι. Vide 2. Cor. 12. 20. ¶ *Hæreses*, αἱρέσεις. Vide Act. 5. 17. & 1. Cor. 11. 19.

22 *Spiritus*, τοῦ Πνεύματος. Non sunt igitur fructus libe-

ri arbitrij, nisi quatenus à gratia liberatum est, quæcunque harum virtutum signa in iis extiterunt qui Christum non cognouerunt, non fuerunt virtutes, sed inania virtutum simulacra coram Deo. ¶ *Charitas, ἀγάπη*. Enumerantur hoc loco nouem duntaxat fructus Spiritus in omnibus nostris codicibus, & Syra quoque interpretatione. Latina verò editio duodecim recenset, sed errore, vt opinor, eorum qui libros describunt. Puto enim id accidisse quòd duplex interpretatio fuerit in quibusdā vel ad marginem vel inter lineas annotata: nempe pro longanimitate, patientia: pro mãsuetudine, modestia: pro castitate, continentia.

γάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πρᾳότης, ἐγκράτεια.

23 Κατὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος.

24 Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

25 Εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν.

26 Μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι, ἀλλήλοις φθονοῦντες.

Κεφάλαιον ς.

1 Ἀδελφοί, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πρᾳότητος· σκοπῶν σεαυτόν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς.

2 Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ

ritas, gaudium, pax, patiens animus, benignitas, bonitas, fides, lenitas, continentia.

23 17 Aduersus eiusmodi non est Lex.

24 Qui enim *sunt* Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus & cupiditatibus.

25 Si viuimus spiritu, spiritu etiam incedamus.

26 18 Ne simus inanis gloriæ cupidi, alij alios prouocantes, alii aliis inuidentes.

CAP. VI.

1 FRatres, etiamsi præoccupatus fuerit homo in aliqua offēsa, vos spirituales reconcinnate huiusmodi hominē cum spiritu lenitatis: 2 cōsiderans *vnusquisque* temetipsum, ne & tu tenteris.

2 3 Alii aliorum onera porta-

est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas.

23 *Mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas: aduersus huiusmodi non est lex.*

24 *Qui autem sunt Christi, carnem crucifixerunt cum vitiys & concupiscentiis.*

25 *Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus.*

26 *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.*

CAP. VI.

1 *FRatres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans teipsum, ne & tu tenteris.*

2 *Alter alterius onera*

17 Nequis obiiceret Paulum agere sophistā, vt qui Spiritum vrgendo, nihil aliud quàm quod Lex præcipit vrgeret, ostendit se nō literalem illā & externā, sed spiritualem obedientiam requirere, quæ nō ex Lege promanet, sed ex Christi Spiritu nos regenerante, quem oportet esse nostræ vitæ moderatorem.
18 Adiicit peculiares exhortationes, prout nouerat Galatas certis vitiis esse obnoxios, ac primùm quidem ambitionem cauendā esse docet, quæ duas habet comites, obtrectationem & inuidiam, vnde infinitas contentiones & iniurias necesse sit exoriri. 1 Importunum rigorem damnat quòd fratrum reprehensiones Spiritu mansuetudinis oporteat esse temperatas. 2 Attingit vlcus, quoniam ij ferè sunt rigidissimi censores qui suæ infirmitatis sunt immemores. 3 Finem hunc esse reprehensionum ostendit vt fratrem collapsum erigamus, nō autem superbè opprimamus. Vnumquemque igitur oportet non ex aliorum reprehensione, sed ex suiipsius approbatione laudabilem vitam sectari.

---

23 *Aduersus eiusmodi, κατὰ τῶν τοιούτων*, id est Aduersus ista, vel aduersus eos qui huiusmodi operibus Spiritus student. Potest enim Græca vox vel masculino, vel neutro genere accipi, eòdem sensu. Est autem, vt existimo, *μείωσις* in istis verbis, Hebræis non infrequens, ac si diceret Paulus, Hæc illa sunt quæ Lex non vetat, sed contra expressè præcipit, non autem illa interdicta externa à cibis & diebus, quę tamen isti tanquam Legis diuinæ summam & caput præcipuum vrgent, etiamsi Lex diceretur adhuc vigere. Sic dicebat Christus iis quæ intrant in os non contaminari homines, sed cordis impuritate, & alibi Paulus non esse positum Dei regnum in esca & potu.

24 *Qui enim [sunt] Christi, οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ*. δὲ pro γὰρ iterū positum esse liquet, vt suprà, versu 2. Causam enim adfert cur eiusmodi homines non sint sub Lege. quia (inquit) Christus, cuius Spiritu aguntur, carnem in iis extinxit. Ergo sub Lege non esse, hoc in loco, non ad remissionem peccatorum, sed ad sanctificationem pertinet in nobis inchoatam, vt diximus Rom. 6. 15. Origenes tollit particulam δὲ. Ambrosius legit *Χριστοῦ*, Christi, in recto plurali.

¶ *Carnem crucifixerunt, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν*. Vide Rom. 6. 6. ¶ *Cum affectibus, σὺν τοῖς παθήμασι*. Cicero perturbationes & morbos animi vocat. Vetus interpres *Vitia* conuertit. Vide Rom. 7. 5.

25 *Si viuimus Spiritu, εἰ ζῶμεν Πνεύματι*. Id est, Si verè donati sumus illo Spiritu viuifico, qui facit vt peccato mortui Deo viuamus, hoc re ipsa, id est sancta vita, testemur, atque verbi Dei regulę respondeat. Hoc enim est, *στοιχεῖν*. Vide infrà, 6. 16. Syrus vtrumque membrum hortandi modo legit, & pro [illegible] habet. Tremellio interprete, *Consentiamus*. Sed nulla causa est cur à Græcis recedamus. Nam & in sequente vers. *κενόδοξοι* malè conuertit *Vanæ gloriæ*: & perperam legit aut intellexit [illegible] *Ignominia afficientes*, pro *προκαλούμενοι*, *prouocantes*.

26 *Ne simus, μὴ γινώμεθα*. Vulgata & Erasmus, *Ne efficiamur*. Atqui natura ipsa tales nos genuit. Sed si ex Spiritu renati sumus, cauendum ne tales simus quales sunt non renati. ¶ *Inanis gloriæ cupidi, κενόδοξοι*. Hos definit Basilius siue Eustathius in Asceticis, definit. 52. eos qui leuis gloriæ à spectatoribus vel auditoribus obtinendæ gratia, qualis in mundo est, aliquid faciunt aut dicunt: & nonnihil ab iis differunt qui generaliore nomine *ἀνθρωπάρεσκοι* dicuntur Ephes. 6. 6.

IN CAPVT VI.

1 *Fratres, ἀδελφοί*. Latet in hoc etiam vno verbo argumentum. Minimè enim decet fratres inhumana seueritate morum in reprehensionibus, sed sancta potius solicitudo, vt qui aberrarunt reuocentur in viam. Sed hîc rursus peccatum videtur in capitis sectione: quod ego potius ab extremo superioris sectionis versiculo inchoarim. Videtur enim vers. 25. complecti superioris tractationis summam, à qua dependent sequentes admonitiones, tanquā species à genere. ¶ *Præoccupatus, προληφθῇ*, præoccupatus videlicet à carne & Satana, vt Matth. 26. 41. & 1. Pet. 5. 8. Quis autem fratrem incautum ex insidiis non eripuerit?

¶ *Homo, ἄνθρωπος*. Hoc etiam vidit senex ille Terentianus, quum diceret, *Homo sum, humani à me nihil alienum puto*. Sed & naturæ imbecillitas ita significatur.

¶ *Vos Spirituales, ὑμεῖς οἱ πνευματικοί*. Id est, Vos, qui Spiritus virtute sustinemini: quos vocauit *δυνατούς*, id est fortes ac robustos, Rom. 15. 1.

¶ *Reconcinnate, καταρτίζετε*. Id est, nitimini eum quasi luxatum membrū suo loco reponere, & adaptando rursum compingere. Vulg. *Instruite*. Quidam, *Instaurate*, quod de personis dici non consueuit. *Concinnare, in integrum restituere*, est apte compo-

nere. Sed &, *Compingite*, possimus commodè interpretari, quasi membrum hoc suo lapsu luxatum, & à compage corporis seiunctum. Vide Mat. 21. 16.

¶ *Cum spiritu lenitatis, ἐν πνεύματι πρᾳότητος*. Ita loquuntur Hebræi, vt omnes veras virtutes intelligamus à Dei gratia proficisci: ideo hunc Hebraismum libenter retinuimus.

¶ *Considerans vnusquisque temetipsum, σκοπῶν σεαυτόν*. Cyprianum citantem hunc locum Epist. 52. apparet legisse, *σκοποῦντες ἕκαστος ἵνα μὴ καὶ ὑμεῖς πειρασθῆτε*, vt qui verterit, *In contemplatione habentes vnusquisque ne etiam vos tentemini*: nisi fortasse studuit emollire duriusculam mutationem numeri, cuiusmodi tamen multa in Hebræo præsertim sermone occurrunt, vt minimè propterea debuerit Hier. maiorem maiorem in Paulo sermonis peritiam desiderare.

οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ.

3 Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τις, μηδὲν ὤν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ.

4 Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος· καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον.

5 Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει.

6 Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς.

7 Μὴ πλανᾶσθε· Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται.

te: & ita complete Legem Christi.

3 Nam siquis sibi videtur aliquid, quum nihil sit, hunc suus ipsius animus seducit.

4 Opus autem sum probatum reddat vnusquisque: & tunc in semetipso solo gloriationem habebit, & non in alio.

5 4 Nam vnusquisque suum onus portabit.

6 5 Communicet autem qui instituitur in sermone, cū eo qui se instituit, omnia bona.

7 6 Ne seducimini: Deus nō irridetur. quicquid enim semi

portate, & sic adimpletis Legem Christi.

3 *Nam siquis existimat se aliquid esse, quum nihil sit, ipse se seducit.*

4 *Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantùm gloriam habebit, & non in altero.*

5 *Vnusquisque enim onus suum portabit.*

6 *Communicet autem is qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis.*

7 *Nolite errare: Deus non irridetur. quæ enim*

1. Cor. 3. 8.
1. Cor. 9. 7.

4 Ratio, cur homines oporteat in sese potissimùm esse intentos: quoniam, videlicet vnusquisque non ex comparatione cum altero, sed ex suiipsius vita coram Deo censebitur. 5 Æquum est magistros pro facultatum ratione à discipulis ali. 6 Beneficentiam in egenos commendat, primùm omnium eos obiurgans, quos non pudet hoc vel illud prætexere quominus proximos iuuent, quasi Deum possint fallere. deinde eleemosynam comparans sationi spirituali, quam consequutura sit spiritualis messis, vt nihil sit ea lucrosius: auaram autem parsimoniam sationi carnali, vnde nihil nisi caducum & mox periturum colligatur.

---

2 *Legem Christi, τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ*. Mutua charitas toties à Christo inculcata, & quæ vno Christi Spiritu nos afflante intelligitur & præstatur, peculiariter dicitur Christi Lex, vt Ioann. 13. 15, & 35, & 34, & 15. 12. vbi Christus disertè hoc mandatum, suum vocat. Tacita autem subest antithesis inter Legem Mosis (id est externam laruam, vt eam quā pseudapostoli tantopere vrgebant) & Legem Christi, cui sanctificatus animus studet. Et Complendi verbum non significat hoc loco perfectè pręstare, sed re ipsa præstare: simulationi Pharisaicæ oppositum quo tamen designatur quod est primarium in Lege, & eius summa, nempe Charitas.

3 *Sibi videtur, δοκεῖ*. Τὸ δοκεῖν καὶ τὸ εἶναι opponuntur, vt apud Latinos Videri & Esse, apud nos in vernaculo sermone, *cuider & estre*.

4 *Probatum reddat, δοκιμαζέτω*. Vulg. *probet*, ambiguitate periculosa Latino præsertim sermone. Vide 1. Tim. 3. 8. ¶ *In semetipso, εἰς ἑαυτόν*. Id est, *ἐν ἑαυτῷ* id est, inueniet in sese materiam gloriandi, non ex aliorum infirmorum reprehensione, vt dicebat Pharisæus, se similem non esse publicano: & loripes, sese cum claudo comparans, se pro recto venditat. Quid igitur? dicet aliquis, An cuipiam licet de se gloriari? Minimè veró. Nam certè Apostolus sibi conscius erat donorum quæ à Domino acceperat, vt qui sese iam approbasset, quum diceret, Imitatores mei estote, vt & ego Christi: & tamen à Pharisaismo procul aberat. Aliud enim est falsò nomine & ambitiosè se efferre, aliud verè & piè sese hominibus pro insigni bonitatis Dei exemplari proponere: aliud coram hominibus gloriari ad Domini gloriam, aliud coram Deo, quasi non omnia illi debeas in solidum. Itaque hic locus cum eo comparandus quo scriptum est suprà, 1. Corinth. 1. 12. Sic autem vitam suam vnusquisque instituere tenetur, vt in seipsum potius quàm in alium respiciens, se verè sanctum esse comprobet. quod si fecerit, tum demum solidæ in Domino gloriationis argumentum non ex aliorum collatione, (quasi præ aliis sit aliquid) sed ex sua ipsius vita arripiet. Non enim extremo illo die censebimur ex nostri cum aliis comparatione, sed iis quæ vnusquisque gesserit. Item τὸ δοκιμαζέτω non accipiēdum est pro simplici exploratione. Materiam enim sanctæ & iustæ gloriæ non inuenit quisquis seipsum explorat, sed quisquis se ita gerit vt merito sese omnibus approbet. Sic vsurpatur idem verbum 1. Cor. 8. 8. Quod verò in nonnullis codicibus additur *μόνον*, non est in Græcis scholiis, nec sanè videtur satis conuenire. Nolui tamen illud expungere.

5 *Nam vnusquisque, ἕκαστος γάρ*. Causam propriè nō adfert proximi dicti, id est eius vtilitatis quam ex suiipsius approbatione dixit capturum vnumquemque, sed cur necesse sit omnes potius de seipsis approbandis quàm de aliis condemnandis esse solicitos.

6 *Qui instituitur, ὁ κατηχούμενος*. Vulgata & Erasmus, *Qui catechizatur*, & mox, *catechizat*. Verbum *κατηχεῖσθαι* propriè quidem dicitur de primis rudimentis, vt docuimus Luc. 1. 4. sed hîc accipitur generalius pro *διδάσκεσθαι*. Generalis enim est doctrina quę hîc traditur, vt discipuli magistrum alant: quod qui non faciat, impius quodammodo inter profanos etiam homines cēsetur. Et ex hoc saltem loco colligere licet, quæ tunc fuerit alendorum pastorum ratio, nullis adhuc publicè constitutis publicis Ecclesiasticis fundis: & quis nunc sit ordo in hac re seruandus, Ecclesiis in maiores quàm vnquam antea angustias redactis, partim lupis oues ipsas etiam deglubentibus, partim eorum sordibus qui cibum illum cœlestem ne teruntio quidem dignantur.

¶ *In sermone, τὸν λόγον*. Constructio hæc est, vt si dicas, doceri grammaticam. neque dubium est quin hoc pertineat ad participium *κατηχούμενος*, quãuis aliud putarit Marcion, vt tradit Hieronymus. Vocat autem Paulus *τὸν λόγον* doctrinam Euangelicam, Scripturæ more, *κατ' ἐξοχήν*, vt Act. 16. 6. & alibi sæpe. quanuis sæpissimè addi soleat *Κυρίου*, *Domini*, vel *τοῦ Θεοῦ*, *Dei*. Latet autem in hoc verbo argumentum, nequid iniqui petere videatur, quum pro spiritualibus monet vt dentur carnalia, 2. Cor. 9. 11. ¶ *Omnia bona, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς*. Id est, quæuis, pro facultatum & necessitatis ratione. Neque enim vult Paulus dari omnia, sed omnibus modis gratos esse discipulos. Est autem Hebræa constructio cum præpositione מן [*min*] quasi dicas, ex omnibus bonis suis: sicut in vernaculo sermone dicimus, *De tous ses biens*. quo modo interdum accipitur ב, vt Leuit. 8. 32. Itaque quod adfert Erasmus, *λόγον* accipi posse pro ratione (quasi velit Apostolus rationem dati & accepti constare inter magistrum & discipulum, sed ita demum si qui tradidit, sincerè tradidit) prorsus est, *ἀπροσδιόνυσον*.

6 *Ne seducimini, μὴ πλανᾶσθε*. 2. Paralip. 29. 11. אל תשלו [*al tisschschalu*] vel, ne Vos ipsē seducite, in forma coniugationis Hitphael. Agit enim Apostolus, non tam de iis qui seducuntur aliorum fraude, quàm de iis qui vltro falluntur aut seipsos fallunt, pro quo Gallicè dicimus, *Ne vous esgarez, ou, ne vous fourvoyez point*. Vide 1. Cor. 6. 9.

Seminauerit, σπείρῃ. Vsitatum est Apostolo, sumptus sementi comparare, quam sequatur, vel messis (id est vita æterna) vel dispendium, siquis steruli solo semina mandarit,

vt 1. Corinth. 9. 11. & 2. Corinth. 9. 6. quæ translatio verbi זרע [zarah,] passim ad omnes vitæ actiones transfertur, vt Prouerb. 22. 8. & 11. 18. Hic verò Paulus (meo iudicio) de ministrorum alimentis pergit differere: & quum dixisset Deum non irrideri, quòd valde hîc sint ingeniosi homines in quærendis subterfugiis, nunc ostendit quanto præstet spiritui serere (id est, comparandis iis quæ ad pietatem ac religionem pertinent, bonis suis non parcere) quàm carni serere, id est fluxis istis & caducis bonis accumulandis opes impendere. quorum desiderio sic feruent homines vt hîc minimè omnium sint parci, quum tamen hæc omnia perire & consumi oporteat, illinc verò perennis vitę thesaurus ad nos redeat. Siquis malit carnem pro iis accipere quæ per se vitiosa sunt, φθορᾶς nomine æternum interitum interpretari licebit. Sed assentior doctissimo interpreti, qui fluxam opum naturam putat hoc nomine significari. Vtrouis autem modo accipias, *Interitus* nomen melius conuenit quàm *Corruptionis*.

ται. ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει.

8 Ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον.

9 Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν· καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν, μὴ ἐκλυόμενοι.

10 Ἄρα οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως.

11 Ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί.

12 Ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, οὗτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται.

13 Οὐδὲ γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι, αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσιν· ἀλλὰ θέλουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται.

14 Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι᾽ οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.

uerit homo, hoc & metet.

8 Nam qui seminat carni suæ, ex carne metet interitum: qui verò seminat spiritui, ex spiritu metet vitam æternam.

9 7 Porro ne quod bonum est faciendo segnes simus. Præstituto enim tēpore metemus, si non frangamur animo.

10 8 Nempe igitur dum tempus opportunum habemus, simus benefici erga omnes, maximè verò erga domesticos fidei.

11 9 Videtis quàm longis literis vobis scripserim mea manu.

12 Quicunque volunt speciosi apparere in carne, ij cogunt vos circuncidi, tantùm ne ob crucem Christi persequutionem patiantur.

13 Nam ne ipsi quidem qui circunciduntur, Legem seruant: sed volunt vos circuncidi, vt de vestra carne glorientur.

14 10 A me verò absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mundus mihi crucifixus est, & ego mūdo.

seminauerit homo, hac & metet.

8 *Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.*

9 *Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes.*

10 *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.*

11 *Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu.*

12 *Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantùm vt crucis Christi persequutionem nō patiantur.*

13 *Neque enim qui circunciduntur, Legem custodiunt: sed volunt vos circuncidi vt in carne vestra glorientur.*

14 *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

7 In eo quidem initio quidem sunt benefici, sed non perseuerant, quòd diutius videatur messis differri, perinde ac si vnum & idem esset sationis ac messis momentum.

8 Domestici fidei (i. eadē religionis professione nobiscū coniuncti) cæteris quibuscūque sunt anteferendi, ita tamē vt in quosuis nihilominus beneficentia nostra redundet.

9 Quarta & vltima pars epistolæ, in qua redit ad præcipuum scopum, nempe ne Galatæ sese à pseudapostolis amplius sinant extra viam abripi. Depingit autē illos pseudapostolos suis coloribus, arguens illos ambitionis, vt qui ne Legis quidem studio faciant quod faciunt, sed idcirco duntaxat vt ex Galatarum circuncisione bonam gratiam suæ gentis aucupentur. 10 Comparationem sui cum illis non dubitat instituere, testificans se ex aduerso iis ærumnis gaudere, quas Christi causa sustineat, & sicut à mundo despicatur, se vicissim mundum pro nihilo habere: quæ sit vera veri Israelis circuncisio.

8 *Carni suæ*, εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ. Vulgata, *In carne sua*. Erasmus, *Per carnem suam*. Ego puto εἰς respondere ל Hebræorum, tertio casui præpositum, & finem seu scopum declarare, vt *Carni suæ*, idem declaret atque huius vitæ commodis, vel, carnis cupiditatibus, quas velut aruum colere & serere dicuntur, qui sunt iis quærendis intenti quibus illas expleant. His verò opponitur Spiritus sancti motus, id est, quos Spiritus sanctus in sanctis excitat.

9 *Benefaciendo autem*, καλὸν δὲ ποιοῦντες. Id est, ἀγαθοποιοῦντες καὶ εὐεργετοῦντες. Nam id accipiendum esse de beneficentia, declarat proximus versiculus. quanuis in quibusuis bonis operibus valeat eadem doctrina. Vulgata & Erasmus, *Bonum autem facientes*. ¶ *Si non frangamur animo*, μὴ ἐκλυόμενοι vel Si non defecerimus. quod tamen ambiguum videri poterat hoc in loco. Græci verò eleganter hoc exponunt participio ἀποκάμνοντες, id est, *obtorpescentes*. Vide Mar. 8. 3. Sic autem omnino resolui debet participium, quasi scriptum sit ἐὰν μὴ ἐκλυώμεθα. vt in illo Homeri versiculo, Iliad. Γ. Ἴσα μοῖραν ἀφύοντι, καὶ εἰ μάλα τις πονοπίζει. Vulgata, *Non deficientes*. Erasmus, *Non defatigati*. Syrus interpres non videtur sensum assequutus, ne in superiore quidem membro.

10 *Simus benefici*, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθόν. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Operemur bonum*, nimium obscurè. ¶ *Domesticos fidei*, τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Id est, eos qui per fidem sunt in eadem atque nos familia Domini. Vsitatum enim est appellatione domus Domini Ecclesiam significare. Filiorum autem Dei character est fides cum charitate

11 *Quam longis* πηλίκοις. Ad verbum, *Quantis*. Vulgata, *Qualibus*, in quo explicando miror cur se tantopere torqueant interpretes: dum alii ad sublimitatem sententiarum referunt, vt Hilarius: alij ad ipsa literarum elementa, quæ grandiuscula fuerint, vt Hieronymus: alij ad deformitatem characterum, quasi Paulus imperitus fuerit pingendarum literarum, vt exponit Theophylactus Chrysostomum sequutus. Syrus autem interpres hanc vocem aut non legit, aut non intellexit. Sunt autem sanè longiores epistolæ Romanis & Corinthiis inscriptæ, sed aliena manu exaratæ. Illa videlicet ad Romanos Tertij cuiusdam manu Rom. 16. 22. Epistolam verò priorem ad Cor Sosthenis quem sibi adiungit, posteriorem verò, Timothei manu scriptam fuisse probabile est.

12 *Speciosi apparere*, εὐπροσωπῆσαι. Πρόσωπον, id est speciem seu vultum, opponit veritati, vt alibi sæpe diximus. inde εὐπροσωπεῖν, pro quo dicimus vernaculo sermone, *Faire bonne mine*. Vulgata, *Placere* Erasmus, *Iuxta faciem placere*. ¶ *In Carne*, ἐν σαρκί. Ita vocat ceremonias externas, quarum fuco illiti pseudoapostoli conabantur aliorum etiam ora inficere. ¶ *Ob crucem Christi*, τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. Id est, ob Christi crucifixi prædicationem, cui isti Legem adiungebant, vt Iudæorum bonam gratiam inirent.

13 *De vestra carne*, ἐν ὑμετέρᾳ σαρκί. Id est, quòd vos Iudaismo implicuerint. Sed ad circuncisionem alludit: quasi istos diceret ex præcisa Galatarum cuticula captare Iudæorum fauorem.

14 *Gloriari*, καυχᾶσθαι. Hoc verbum apud Paulum, quum

in laude ponitur, non significat sibi aliquid tribuere (vt superbi solent) sed in aliqua re acquiescere, idque nō sine animi exultatione, cuius exemplum insigne suppeditat noster Apostolus Rom. 8. vers. 31. & deinceps. ¶ *Mundus mihi crucifixus est*, ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται. Mundum vocat omnem hominum cæterarúmque rerum splendorem, qui istis pseudapostolis perstringebat oculos. vt præ iis Christum contemnerent, quum ipse nihil istis commoueretur. Itaque crucifixus est Mundo quem Mundus despicit, & Mundus est crucifixus ei qui vicissim Mundum nihil facit: quod vtrunque sibi tribuit Apostolus gratia Dei fretus, quum sæpe Mundus nihil sit minus quàm crucifixus iis qui tamen Mundo sunt crucifixi. Itaque valde hallucinatus est Castellio, quum putaret his duobus rem vnam & eandem significari. Vsus est autem Crucifigendi verbo, vt ostenderet cur mundum odisset, & eum vicissim Mundus, & qua virtute fretus Mundum pro nihilo haberet. Nam alioqui neutrum esset laudabile.

15 Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις.

16 Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ᾽ αὐτοὺς καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ.

17 Τοῦ λοιποῦ, κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω· ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω.

18 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀδελφοί. Ἀμήν.

Πρὸς Γαλάτας ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης.

15 Nam in Christo Iesu neque circuncisio quicquam valet, neque præputium, sed noua creatio.

16 Et quicunque secundum hanc regulam incedent, pax esto super eos & misericordia & super Israelem Dei.

17 De cætero, nequis mihi molestias præbeto: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

18 11 Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum spiritu vestro, fratres. Amen.

Ad Galatas missa fuit Roma.

15 *In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura.*

16 *Et quicunque hanc regulam sequuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israel Dei.*

17 *De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.*

18 *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.*

Ad Galatas missa fuit è Roma.

11 Valedicens precatur eis gratiam & Spiritū aduersus pseudapostolorum fraudes, externa illa inculcantes.

15 *Noua creatio*, καινὴ κτίσις. De qua suprà 5. 6. & Rom. 6. 4. Sed notandum hîc significari nouam tum Intelligentię, tum volendi facultatis qualitatem, non autem nouam animæ substantiam, aut nouas eius facultates in sese & extra ipsarum qualitates. Creationis autem vox ostendit Deū, sicut in prima creatione solus fuit opifex hominis minimè συνεργοῦ (vt qui à Non Esse ad Esse adduceretur) sic etiam in prima illa instaurationis gratiā, Deum solùm nōn modò non concurrente, sed etiam repugnante toto homine, illos refingere qui propterea dicuntur Dei ποίημα Ephes. 2. Vide 2. Corinth. 5. 17.

16 *Quicunque*, ὅσοι. Indefinita particula tollit Gentium discrimen, ad quas hoc prius membrum propriè spectat. ¶ *Incedent*, στοιχήσουσιν. Vulgata, *Sequuti fuerint*. Mihi videtur στοιχεῖν aliquid amplius quàm περιπατεῖν significare, nempe ita incedere vt certum ordinē teneas, & quasi lineam non transilias: quod hîc fuit exprimendum: propter additum normæ seu regulæ nomen. ¶ *Et super Israelem Dei*, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. Id est, super Iudæos, quorum laus non est ex hominibus, sed ex Deo, vt Rom. 2. 29. Præpositio autem ἐπὶ hanc gratiam, declarat cælitus illabi, & duplex Israel sic constituitur.

17 *De cætero*, τοῦ λοιποῦ. Siue, posthac, vt apud Aristophanem χρόνου τοῦ λοιποῦ. sed sæpius non exprimitur χρόνου, vt in διὰ πολλοῦ, διὰ μακροῦ, & similibus. Claromontanus codex habet, τὸ λοιπὸν, quod est magis vsitatum. ¶ *Stigmata*, τὰ στίγματα. Id est, inustas notas, quales inuri seruis solebant, magni quidem cum ipsorum infamia, vnde & Stigmatiæ dicti sunt. sed hæc dedecora adeo pretiosa sunt coram Deo, vt ea non dubitet Apostolus omni pseudapostolorum glorię opponere. Vocat igitur stigmata, non illa Francisci illius stigmatici seu vera seu fictitia vulnera (nihil enim interest, quanquam fictitia esse satis constet) sed ea quæ commemorat 2. Cor. 11, additque Κυρίου Ἰησοῦ, id est, Domini Iesu: quoniam (vt inquit Cyprianus) Martyrem non facit pœna, sed causa: simúlque has notas opponit circuncisionis cicatrici. quasi diceret, Cuticulam isti abscissam proferūt, nō Iesu Christi nomine sed cum illius potius dedecore. At mihi in eo gloriari liceat quòd longè alia stigmata, & longè alias cicatrices possum proferre, nō Legis seruitutis, sed Christianæ libertatis testes. Nam ij demum liberi sunt qui Christo seruiunt.

18 [*Sit*] *cum spiritu vestro*, μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Id est, Animis vestris insideat, vt Dei spiritu magis ac magis confirmemini. Videtur autē rursus spiritū dixisse, vt eos à Carnis iustitia ad Euangelium reuocaret.

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ ἐπιστολή.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD Ephesios.

NOVA INTERPR. — VETVS.

Κεφάλαιον α. — CAP. I — CAPVT I.

1 Inscriptio & salutatio, de quibus in aliis epistolis dictū est. 1.Cor.1.

1 ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·

2 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3 Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ.

1 PAVLVS Apostolus Iesu Christi " per voluntatem Dei, ‖ sanctis qui sunt " Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu:

2 Gratia *sit* vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

3 2 ‖ " Benedictus " *esto* Deus 3 & Pater Domini nostri Iesu Christi 4 " qui benedixit nobis " omni benedictione spirituali, " in cælis " 5 in Christo:

1 *PAVLVS Apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu:*

2 *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.*

3 *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus in Christo.*

4 Cor.1.3 1.Pet.1.3

2 Prior pars epistolæ, in qua omnes salutis nostræ causas, proposito Ephesiorum exemplo, & variis exhortationibus adhibitis, pertractat, inchoans suo more à gratiarum actione. 3 Causa efficiens nostræ salutis est Deus, non vniuersaliter & confusè consideratus, sed vt Pater Domini nostri Iesu Christi. 4 Causa finalis proxima, & nostri respectu, est salus nostra, collatis omnibus ad salutem necessariis, quod benedictionis genus est cœleste & electorum proprium. 5 Materia nostræ salutis Christus: in quo vno, spirituali ac saluifica benedictione donamur.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAPVT I.

1 *Per voluntatem,* διὰ θελήματος. Vide Galat.1.4.

¶ *Sanctis qui sunt,* ἁγίοις τοῖς οὖσιν. Vel, sanctis qui estis. In nonnullis codicibus additur πᾶσιν, *omnibus.*

¶ *Ephesi,* ἐν Ἐφέσῳ. Nisi hoc addas, manca fuerit inscriptio, non expresso eorum nomine quibus scribitur. Itaque Basilium miror lib. aduersus Eunomium secundo, istud non legere, imò etiam occasionem inde arripere docendi fideles verè esse siue existere. quod certè mera est & manis argutia.

¶ *Et fidelibus,* καὶ πιστοῖς. Epexegesis. neque enim alia est sanctorum magis propria definitio.

3 *Benedictus,* εὐλογητός. Vide 2.Corinth.1.3.

¶ *Deus & Pater,* ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. Vide 1 Corinth.15.24.

¶ *Qui benedixit nobis,* ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς. Hebraismus tum in verbo ברך [*barach,*] quod εὐλογεῖν Græci, benedicere Latini conuertunt, tum etiam in eius constructione. Vide Matth.25.34.

¶ *Omni benedictione spirituali,* ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ. Id est, omni beneficentiæ genere, quæ verè cælestis est ac diuina. Nam quædam etiam sunt vitæ præsentis benedictiones, sed quæ nihil sint præ illis, partim videlicet illarum duntaxat quasi adumbrata simulacra in filiis Dei, partim etiam cum infidelibus communes, quibus tamen, suo ipsorum vitio fiunt condemnationis instrumenta. Vide 2.Corinth 1.5.

¶ *In cælis,* ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Hebr. בשמים [*bammasmim*] sub. מקומות [*mekomoth,*] id est locis, vt Philipp.1.25. quæ formula sæpe occurrit in hac epistola. Potest autem hic versiculus dupliciter explicari, sententia non-multùm diuersa. Nam si Deum benedicentem spectemus, dicitur nobis benedicere in cælis, in quibus, quasi in suo solio, sedens, suis beneficiis nos cumulet: qua ratione commendantur dona ab eius maiestate à quo proficiscuntur, tanquam verè diuina, æterna, & ex ipso Dei solio profecta. Sin autem homines ipsos spectemus in quos ea beneficia conferuntur, dicuntur benedici in terra quum iis donis cumulantur quæ ad hanc vitam spectant: cuiusmodi promissiones multo plures & magis expressę fuerunt sub Legis pædagogia, vt explicatur copiosè Deut.28: & contra benedici in cælis, quum iis muneribus donantur quæ propria sunt cuiusdam regni cælestis, & ad æternam vitam in cælis transigendam pertinent, vt cognitione Dei in Christo, fide, spe, charitate, cæterisque donis quæ ex his fontibus promanant. Qua ratione etiam dicimur iam in cælis versari, Philipp.cap.3 vers.20. ¶ *In Christo,* ἐν Χριστῷ. Sic rectè Vetus interpres, consentientibus omnibus nostris vetustis codicibus, & Græcis etiam scholiis, & Syro interprete. Ita etiam legit Theophylactus (nisi quòd addit Ἰησοῦ) *Iesu,* & Hieronymus: optiméque conueniunt sequentia, vbi assiduè repetitur præpositio ἐν. Itaque non admitto Castellionis interpretationem qui conuertit ἐν τοῖς ἐπουρανίοις Χριστοῦ, in rebus Christi cœlestibus, quasi τοῖς ἐπουρανίοις scriptum sit neutro genere, & Χριστοῦ positum pro Χριστοῦ. quanuis alioqui certum sit ex Christi abundantia nos omnes haurire quicquid bonorum, presertim spiritualium habemus. Sed & Χριστῷ nolim accipere tertio casu, pro ad Christi gloriam, quòd mihi videatur omnino Apostolus causam nostræ salutis materialem (quam vocant) indicare. Cur autem malim In Christo quàm In Christum interpretari, dixi 1.Corint.1.2.

4 Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ, ἐν ἀγάπῃ.

5 Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν θελήματος αὐτοῦ,

4 6 Sicut " elegit nos " in ipso ante iactum mundi fundamentum, 7 vt simus sancti & inculpati " in conspectu eius " cum charitate.

5 8 " Qui prædestinauit nos " quos adoptaret in filios per Iesum Christum " in sese, " pro beneuola voluntate sua.

4 *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.*

5 *Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ,*

6 Explicat causam efficientē, siue quomodo Deus Pater nos in Filio seruet: Quia, inquit, ab æterno elegit nos in Filio.

7 Explicat causam illam finalem proximā, quàm duplicē facit, sāctificationē videlicet & iustificationē, de qua mox disseret.

Ex his autem duo sunt etiam notanda, nempe non posse vitæ sanctitatem à gratia electionis separari: deinde, quicquid in nobis est puritatis, esse beneficium Dei gratuitò nos eligentis. 8 Alia etiam dilucidior explicatio causæ efficientis, ipsiúsque adeò æternæ electionis, qua nos dicitur Deus in Christo elegisse, quoniam videlicet ei visum est apud se nos nondum natos destinare quos per Iesum Christum adoptaret in filios: vt nulla hîc sit ratio electionis nisi in gratuita Dei beneuolentia quærenda, nec fides præuisa sit prædestinationis causa, sed effectum.

4 *Elegit,* ἐξελέξατο. Id est, Eligere proposuit. quod etiam explicatur versu proximo. Æterna enim electio est in Dei proposito, de qua hîc agitur: quum nostri respectu tum demum dicamur eligi quum Deus suum propositum in nobis exequitur. Deinde & illud notandum est, de electione ad vitam æternam hîc agi, quæ æterno proposito nititur, ideóque firma ac inuariabilis sit oportet, quum Deus sententiam non mutet. Sed in temporariis muneribus aliud censendum est, quorum spatio expleto, non mirum est repudiari qui ad certum tempus duntaxat electi fuerant, vt Sauli & Iudæ contigit. ¶ *In ipso,* ἐν αὐτῷ, in ipso videlicet adoptandos, vt postea explicat. Nā Christus proponitur nobis vt mediator: ergo corruptio ordine causarum præcedat necesse est in Dei proposito, corruptionem autem creatio in iustitia & sanctitate, vt infra, 4.24. vt sibi Deus tum ad eos per misericordiam seruandos quos in Christo eligeret, tum ad eos iustè puniendos qui in iniquitate concepti permanerent, aditum patefaceret. Sed vt hæ causæ suis gradibus distinguantur, omnes tamē in Deo sunt æternæ, ac omni tempore superiores: vt temporis ratione nec prius quicquam nec posterius hîc censeatur, sed causarum duntaxat ordine. siquidem necesse est vt remedij ordinatio sit morbi consideratione posterior. Quid ergo? dicet aliquis, Christum facis secundariam nostræ salutis causam? Hanc enim calumniam mihi conati sunt quidam inurere. Audiant igitur quid respondeam in proximo versiculo. ¶ *Vt simus,* εἶναι ἡμᾶς. Ergo neque quòd iam sancti essemus, neque quòd Deus tales nos futuros prospiceret. Quî enim tales essemus nisi nos Dominus elegisset & prior dilexisset? Ergo qui electionis doctrinam sibi applicant, vt sibi quanuis licentiam arrogent, possunt manifestè ex hoc loco conuinci falsitatis. Neque idcirco damnanda est hæc doctrina vt inutilis vel curiosa, sed vt vnicum ac firmum nostræ salutis, pacis, ac consolationis fulcrum, vtrisque (quod aiunt) manibus retinenda.

¶ *Sancti & inculpati,* ἁγίους καὶ ἀμώμους. Nempe Christo nos regenerante induti, cuius etiam virtute incipimus mori peccato, vt Deo viuamus. Nam qui huius iustitiæ perfectionem in sese quærit quandiu hîc viuit, mirum ni saltem suæ conscientiæ testimonio refellatur.

Coram eo, κατενώπιον αὐτοῦ. Id est verè ac sinceré. Vide Luc.1.6. quanuis non perfectè, ac proinde non meritoriè Rom.4.1. nisi malimus de imputata iustitia, qua vna apud Dei tribunal subsistimus, Rom.1.21. istud accipere: & istud ἐν ἀγάπῃ subiecti, ad inhærentem & inchoatā in nobis sanctitatem declarandam, vt quæ perpetuo nexu cum illa priore cohæreat. ¶ *Cum charitate,* ἐν ἀγάπῃ. Simplicissimum est hoc referre ad proximum dictum, quòd charitatis nomen vtriusque tabulæ officia complectatur. Quidam malunt connectere cum ἐξελέξατο, vt significet Apostolus Dominum sola charitate gratuita impulsum vt nos eligeret. Syrus interpres inserta copula hoc connectit cum sequente versiculo, hoc modo, ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς, id est nos per charitatem prædestinauit adoptioni per Iesum Christum.

5 *Qui prædestinauit nos,* προορίσας ἡμᾶς. Quod dixerat superiore versiculo, nos in Christo ab æterno electos, nunc explicat, aliquid etiam adiiciens. Eligere in Christo igitur quod ad ipsum æternum Dei decretum attinet definit, nihil aliud esse quàm gratis destinare adoptioni per Christum. Addit deinde causam finalem, non subalternam (quam vocant) cuius antè meminerat, sed vltimam, nempe gloriam Dei, cuius summa tum misericordia tum iustitia in adoptione ista gratuita elucet. Sed inter electionis tamē & prædestinationis decretū si subtilius omnia scrutemur, (quum alioquin electionis nomē latius pateat,) hoc intererit, quòd electio respicit partim ipsum Dei decretum præstitutum, partim oppositum reproborum membrum, quū mutuò se respiciant electi & reprobi: prædestinatio verò respicit partim ipsius propositi exequutionem, ac proinde totum mediarum causarum progressum quo Deus suos deducit (vt quum hîc dicimur prædestinati ad adoptionem, alibi verò ad opera bona, infrà, 2.10. alibi ad ferendam crucem, vt Rom.8.29, & ad cognoscendam Dei voluntatem, Act 22.14.) partim verò fines quos sibi Deus in eligendo proposuit, nempe vitam æternam electorum, vt Act. 13.48. Rom.9.23. & gloriam ipsius Dei, qui finis est vltimus, vt inf. v.6. & 12 Synonyma enim sunt προορίζειν, προετοιμάζειν, προχειρίζεσθαι, & similia, in quibus omnibus πρό declarat consiliū Dei quod quidē non modò euentus, sed etiam medias causas ipsas ex omni æternitate antegreditur, consiliū inquā, quo vniuersa & singula non modò præcognouit, sed etiam ordinauit. ¶ *Quos adoptaret in filios per Christū Iesum,* εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Explicat Apostolus quomodo accipiendum sit quod antè dixerat, nos in Christo electos ab æterno, ita nempe vt Christus subalternatur Dei æterno consilio, quatenus per eum vnum constituit omnes electos ad suum finē adducere. Nec enim Christum hîc cōsiderat nudè & seorsim vt Deū Patri ὁμοούσιον, & per omnia æqualē, (qua ratione nō in ipso, sed ab ipso, sicut & à Patre & a Spiritu sancto, electi sumus, quū Dei οὐσία diuidi nec possit nec debeat) sed vt mediatorem, i. vt Deum manifestatum in carne: in quo vno gratis adoptati & reconciliati seruantur omnes saluti destinati, quē propterea vocat Augustinus prædestinatorum caput. cuius verba vide (lector) lib. de prædest. sanctorum 1, cap.19 & 2. cap. 24. & tractatu in Iohan. 17. Iam verò (vt antè diximus) corruptio reconciliationem præcedat necesse est, & integritas corruptionem, causarum ordine: ex quo fit vt Deum meritò dicamus, antequam hominem conderet, primùm constituisse gloriam suam in seruandis per misericordiam nonnullis patefacere, quum primùm omnium soleant omnes artifices de fine constituere: deinde vt hunc finem consequeretur, decreuisse hominem condere marem & fœminam, integros quidem illos, sed qui sponte lapsi, sese posterósque suos redderent iudicio Dei obnoxios: ex quibus postea certos quos illi libuisset selectos per misericordiam seruaret: ac demum his constitutis, decreuisse opus illud edere omnium pulcherrimum & magnificentissimum, nempe vt Verbum illud æternum caro fieret. in quo adoptati quos ei rei prædestinasset, ac suo tempore sapientiam, iustitiam, sanctificationem, redemptionem gratis per fidem adepti seruarentur. In Christo ergo, vt mediatore, situm est

mediarum causarum executionis æterni de nobis seruādis decreti fundamentū, vtpote cui inseri omnes electos oporteat: vt ipsius imputata iustitia iusti beatam immortalitatem ab ipso tandem hauriant. vnde fit vt etiam electionis certioratio, non in arcano illo inscrutabili, sed in patefacto nobis & nostris cordibus Euangelij verbo quęrenda sit. Sed tamen tantùm abest vt, si causarum ordinem spectes, Pater in Christo mediatore causas quæsierit eligendi aliquos ad salutem, vt contrà, quia Deus aliquos decreuerat eligere & per misericordiam seruare, ideirco Christum ipsum, quatenus homo est, primum omnium prædestinarit, in quo cæteros seruaret, quod & explicatur infrà, & disertè exprimitur 1.Pet.1.20. Nisi quis ita insanit vt Deū prius existimet decreuisse quomodo consilium suum exequeretur quàm consilium vllum cepisset: prius de instauratione electorum quàm de hominis creatione & lapsu deliberasse: prius denique lapsum atque adeo creatum esse hominē, quàm Deus de hominum conditione futura certum consilium cepisset, quæ omnia quum sint absurdissima, ex eorum tamen placitis necesse est consequantur, qui in Christo mediatore quærunt propositi Dei causas.

¶ *In sese*, εἰς ἑαυτόν. Id est, ἐν ἑαυτῷ. quibus verbis excludit Apostolus quæcunque vsquam sunt extra ipsum Deum, vt significet Deum in suis eligendis nihil neque præsens, (solus enim est æternus) neque futurum in cælo aut in terra, sed seipsum vnum spectasse, in quo vno sapientissimi & iustissimi sui consilij causas inuenerit. qua ratione minimè excluditur à Patre, sed cum illo vnitur Filius & Spiritus, quum hi tres sint vnus Deus. Quod & ipsum in consilij exequutione & mediis causis diligenter est considerandum: ita vt neque discerpamus οὐσίαν, neque personarum distinctas operationes confundamus. Vulgata, *In ipsum*, εἰς αὐτόν. quod non conuenit. Sed multo etiam absurdius Castellio interpretatus est *In eundem*, εἰς τὸν αὐτόν. Syrus interpres quasi εἰς respondeat literæ Lamech, tertij casus notæ, apud Hebræos vertit *Sibi*, id est ἑαυτῷ.

¶ *Pro beneuola voluntate sua*, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Vtroque hoc nomine res eadem, id est amor gratuitus significatur, & de quo Dominus veluti sibiipsi placet, vt sæpe iam diximus. quo fit vt Paulus altero sæpe sit contentus. Sed tamen hoc in loco non est inanis hæc repetitio, tum propter emphasin ex Hebræorum idiotismo, vt quum טִיט הַיָּוֵן [*mittit hayauen*,] id est è luto luti dicunt, vt Psal. 40.3. quem pleonasmum iterum annotauimus infrà, vers. 19. & 4. 23, tum verò maximè vt intelligatur gratuitum Dei amorem hîc considerari à Paulo in primo gradu, id est in decreto ipso. Nam primùm omnium constituit Deus quos vellet honoris vasa fieri: cuius decreti causa omnis in ipso Deo est posita, cui ita libuit ad gloriam suam in illis declarandam: deinde quos præstituit Pater gratos habere, eos in Christo sibi gratos effecit, in eo ipsos contemplans, cui suo tempore eos donat. Neque enim apud Patrem Christus passurus minus valuit quàm passus, quum sint apud eum omnia præsentia. Tertius demum gradus est, quum reipsa eos efficaciter vocatos Christo per fidem inserit, non prius desinens eos quotidie magis ac magis instaurare quàm vero Filio suo conformes factos, vt filios & hæredes regni æterni, obsignet. Cæterùm τὴν εὐδοκίαν, nō possis meo iudicio altero vocabulo aptiore quàm LVBENTIAM exprimere, nisi prorsus esset obsoletum. Quamuis autem semper sit in sese bonum & rectum, immò nihil sit verè bonum nisi quod Deo visum est decernere & exequi: tamen in hac voce propriè particula εὖ respicit eos quorum bono cedit quod Deus decernit, quamobrem sum mox *gratuitam beneuolentiam* interpretatus, & hoc loco *beneuolam voluntatem*, quoniam τῷ θελήματι adiungitur, alias autem, vt nimium latè patentes, explicationes reieci.

---

6 Εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ.

9 Ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, 10 qua nos gratis sibi acceptos effecit in illo dilecto.

6 *In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto.*

7 Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ,

11 In quo habemus redemptionem, per sanguinē ipsius, remissionem *inquam* offensarū prout est diues ipsius gratia,

7 *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius,*

8 Ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει·

12 Qua exundauit in nos omni sapientia & prudentia.

8 *Quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia:*

9 Γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ,

Post quàm notum fecit nobis mysterium voluntatis suę, ex beneuolo suo libitu quod præstituerat in sese,

9 *Vt notum faceret nobis sacramentū voluntatis suæ secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo,*

9 Causa finalis vltima ac præcipua, gloria Dei Patris, vt qui nos gratis seruat in Filio. 10 Altera finalis causa proxima, nostra iustificatio, dum nos in Filio suo gratis habet pro iustis. 11 Explicatio causæ materialis, quomodo in Christo simus facti Deo grati, quoniam is vnus est cuius sacrificium ex Dei misericordia nobis imputatur ad peccatorum nostrorum remissionem. 12 Nunc demum ad causam formalem, id est, ad vocationem, siue prædicationem Euangelij, accedit, qua Deus consiliū illud æternum gratuitæ nostræ in Christo reconciliationis ac salutis exequitur. Euangelij autem loco substituit omnem sapientiam & intelligentiam, quanta sit eius præstantia declarat. 13 Non tantùm electio, sed etiam vocatio est à mera gratia.

---

6 *Ad laudem gloriosæ gratiæ suæ*, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ. Id est, vt beneficentia ipsius sicut summam laudem meretur, ita etiam prædicetur. Cuius enim animus tantam istam Dei bonitatem complecti possit? Alludit autem omnino ad locum Deut.26.19, & Esa.43.7. ¶ *Gratis nos sibi acceptos effecit*, ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς. Heb. הִרְצָה [*hirtsah*] ficto quidem verbo, in coniugatione Hiphil, sicut etiam finxit alibi verbum ἐχαρίτωσεν Apostolus.

7 *Redemptionem*, ἀπολύτρωσιν. Id est non quanuis liberationem, sicut euexit populum suum Dominus potente illa sua manu, sed eam quæ facta est pretiosissimo illo λύτρῳ exhibito. ¶ *Ex diuite ipsius gratia*, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ. Vulgata, *Secundum diuitias gratiæ eius*. Vide Rom. 2.4.

8 *Qua*, ἧς. Iungitur enim τῷ περισσεύειν etiam secundo casui, vt Luc.15.17. Vulg. *Quæ*, ἥ, Erasm. *De qua*, ἐξ ἧς.

¶ *Omni sapientia*, πάσῃ σοφίᾳ. Id est, omni genere sapientiæ, quę varia & multiplex est. 1.Corinth.13.2. Est ergo Christus crucifixus, verè caelestis, & omnium etiam Angelorum captum superans sapientia, quanuis mundus eam pro stultitia habeat. Est enim μυστήριον, & ab iis solis intelligitur qui perfecti vocantur, quòd Dei gratia duce perfectionis viam insistant, 1.Corinth.2,6.& 7. Itaque apage à nobis os illud impurum & blasphemum Castellionis, qui nuper in illum Pauli locum scribens, ausus est apertè scribere, Christum crucifixum esse duntaxat sapientiæ rudimentum: atque illud etiam (Deus bone, quàm impiè & quàm confidenter asserere,) Paulum in suis omnibus epistolis nihil quàm rudimenta scripsisse, habuisse verò abstrusiorem quandam sapientiam, quam scriptis non tradiderit, sed solos quosdam perfectos docuerit: nempe eam quam ipse commentus suis perfectis venditat.

¶ *Prudentia*, φρονήσει. Hæc est, quam alibi sæpe Apostolus σύνεσιν appellat, sed à σοφίᾳ distinctam, vt annotauimus 1.Corinth.1.9. Nonnulli porrò ista connectunt cum sequente participio γνωρίσας, vt post ἡμᾶς punctum scribatur. quam distinctionem sequitur Hieron. & Græcus etiam scholiastes. Castellio verò hęc nuper conuertit, *Qua erga nos tam largè vsus est, simul cum sapientia atque prudentia*. & certè ἐν pro σὺν non rarò accipitur, vt sæpe annotauimus. Sed non dubito quin hæc potius declarent Euangelici mysterij dignitatem, ad quam gratis nos Dominus vocarit.

9 *Myste-*

Ἐν αὐτῷ ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.

10 Εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς·

14 *Nempe* vt in plena temporum illorum præstitutorū dispensatione summatim recolligeret omnia illa in Christo, tum quæ in cælis sunt, tum quę in terra:

10 *In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo quæ in cælis & quæ in terra sunt:*

11 Ἐν αὐτῷ, ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.

15 In ipso *inquam*, in quo etiam in sortem adsciti sumus, quum essemus prędestinati secundum præstitutum eius qui omnia agit ex consilio voluntatis suæ.

11 *In ipso, in quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.*

14 Pater tum exhibuit mundo Christū omnium electorum caput, quū opportunum fuit, prout ab æterno omnia tempora sapientissimè disposuit: Christus autem is est in quo omnes à condito mundo electi, palàm alioqui & à Deo separati simul collecti sunt; quorum quidam erant in cœlis quum ipse in terras veniret (qui videlicet fide in eum venturum iam collecti fuerant) alij verò in terra reperti, ab eo collecti fuerunt, & quotidie colliguntur. 15 Vocationis beneficium seorsim applicat Iudæis credentibus ad finem vsque recurrens, vt & ipsi neque sibi, neque generi suo, neque vlli alij rei quàm vni Dei gratiæ ac misericordiæ salutem suam acceptam ferant, tum quia vocati, tum quia priores vocati.

---

9 *Mysterium*, μυστήριον. Id est, arcanum. Quis id enim vnquam per se vel suspicari possit? Accedit autem Paulus ad consilij Dei exequutionem, primùm in eo quòd Christum suo tempore exhibuit mundo, idque gratis, sicut etiam gratis id proposuerat in sese: deinde in eo quòd ad Christum gratis etiam vocauit quos gratis prædestinarat, primùm ex Iudæis, postea verò ex Gentibus. Cæterùm quòd Vetus interpres μυστήριον hoc loco conuertit sacramentum, effecit vt Latini patres latissimè vocem istam vsurparint, quod postea recentiores non animaduertentes, matrimonium inter ea sacramenta numerarunt quæ in Christiana Ecclesia speciali notatione vocantur. Erasm. verò *arcanum* rectè interpretatus est, sed tamen Græcam vocem ab ipso etiam Cicerone vsurpatam malui retinere: quòd mysterij nomen non quoduis arcanum temerè significet, sed rebus sacris ac diuinis propriè tribuatur: quod fortassis Veterem interpretem fefellit. ¶ *Præstituerat*, προέθετο. Vide Ro. 3.25. ¶ *In sese*, ἐν αὐτῷ. Vel in ipso, ἐν αὐτῷ videlicet Deus pater in Christo, vt habet Claromontanus codex, & Vulgata. Sed tamen illud malo. videtur enim propositi fontem rursus aperire, vt omnis opinio præsentis vel præuisi meriti tollatur. Quocunque autem modo accipias, hinc quoque apparet, in causarum ordine Christum quatenus est mediator, substerni τῇ εὐδοκίᾳ, vnde προορισμὸς καὶ ἐκλογή: ipsam verò εὐδοκίαν contineri in προθέσει, vbi necesse sit consistere, cuius causa nimirum in ipsius Dei quasi sinu sit posita. Cur autem πρόθεσιν in hoc argumento, non *propositum*, sed *præstitutum* interpreter, vide Rom.2.8.

10 [*Nempe*] *vt in pleni temporis dispensatione*, εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. Huiusmodi exegeticæ particulæ sæpissimè subaudiuntur. vt infrà, vers.13, & aliis innumerabilibus locis. Illud autem liquet, Apostolum in eo versari vt explicet quod mysterij nomine significare voluerit. & tempus illud quo exhibitus est Christus mundo, vocari solere plenitudinem temporum, id est, tempus illud quod reuolutis seculis tandiu expectatum, tandem aduenerit, vt exposuimus Galat.cap.4.vers 4. Itaque non possum εἰς οἰκονομίαν aliter declarare quàm ἐν οἰκονομίᾳ, ita vt ad verbum sequens, non autem ad verbum προέθετο referatur: additum autem sit nomen οἰκονομίας, id est dispositionis, vt intelligamus Christum non fuisse in mora, sed Dei prouidentiam singula temporum momenta gubernasse. Erasmus, *Vsque ad dispensationem*: quam interpretationem si sequamur, necesse fuerit exponere, *Quam proposuit in sese*, i. quā habuit inclusam siue cōtinuit penes se. quod mihi videtur violentū.

¶ *Recolligeret*, ἀνακεφαλαιώσασθαι. Vulgata, *Instaurare*, nullo modo expressa sententia Apostoli. Vt videri possit legisse ἀνακαινώσασθαι. Erasmus, *Vt summatim instauraret*: sed ne sic quidē satis expressé. Significat enim τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι partes dissectas & diuulsas in vnum corpus coniungere: vt quum oratores breuem enumerationem argumentorum texunt, aut qui calculis subductis singula in vnam summā reuocant. Sic dicuntur omnes fideles in vnum Christum recolligi, quia fide cum ipso coalescunt eodem spiritu, veluti vnius hominis instar, vt qui nonnisi in illo vno possint placere in quo solo Pater acquiescit: adeo quidem vt tota Ecclesia interdum ipso Christi nomine censeatur: vt pluribus exposuimus Galat.3.16. Quænam autem illæ partes sint, antea quidem disiectę, aduentu verò Christi per Euangelij prædicationem in vnum corpus sub eodem capite collectæ mox declarat Apostolus. Itaque in hoc verbo ἀνακεφαλαιώσασθαι significatione media duplex est etymon obseruandum: vnum allusione facta ad κεφαλήν, id est Christi capitis appellationem, quo sensu Tertull. lib.5. aduersus Marcionem vertit *Recapitulare*, id est caput vnde exciderant reuocare. Totum enim humanum genus initio ac etiam post lapsum & ante apostasiam, cum Deo patre conditore per τὸν λόγον in quo Pater omnia condiderat cohærebat. Alterum deducto verbo à κεφάλαιον, quo declaratur breuis multarum partium in vnum quoddam totum collectio, vt accipitur hæc vox passim apud Græcos scriptores, tum in simplici verbo κεφαλαιοῦν, tum in composito, ἀνὰ pro σὺν posito ac etiam apud Apostolum Rom.13.9. Tertullian. libro de monogamia, in quo malam causam agit, hunc locum citans vertit per periphrasin, *Ad initium reciprocare*.

Omnia illa, τὰ πάντα. Quibus videlicet antea disiectis, in vnum corpus colligendis, fuit à Patre missus. Est enim vis articuli seruanda, vt fortassis ad linguam Latinam accommodatius, vt & Hebræis כֹּל [*chol*] numero non variatur, verteris *Omne illud*: Gallicè *le tout*. Ad Angelos igitur beatos, qui nunquam exciderunt, & quibus conciliandis non est missus Dei filius, ac proinde multo minus ad Dæmonas ista pertinent: sed ad Ecclesiæ corpus Christi demum exhibitione coadunatum. Etsi enim patres sub vetere fœdere in fide mortui, quum veniret Christus in carnem, iam erant in cælis recepti, (hos enim esse arbitror qui hoc in loco dicuntur in cælis fuisse) tamen consummati non erant nec fuerunt nisi Christi exhibitione, à qua pependit eorum spes. Quisnam enim Christo venturo vniti & per eum seruati dicerentur, nisi Christus suo tempore aduenisset, & quod illi crediderant, & sperarant implendum, reipsa suo tempore impleuisset? Itaque isti qui iam in cælis erant quum Christus exhiberetur homo factus, non ipsorum collectionis sed eius per quod collecti fuerunt exhibitione, & impletione dicuntur Christi demum aduentu collecti. Iis autem aggregati sunt, tum quibus, etsi si viuis & adhuc in terra positis, datum est vt illum præsentem amplecterentur: tum qui Euangelij prædicationi per Apostolos crediderunt & quotidie ministerio fidorum pastorum fiunt vera huius corporis membra, siue ex Iudæis siue ex Gentibus: quum Pater ille Filio suo cœtum ex omnibus populis colligendum promiserit Psalm.2.8. Et huc pertinet tum similis prorsus locus Coloss.1.20. tum etiam alius Heb. 11.40. & τὰ πάντα sic vsurpat Apostolus Galat 3.22. τοὺς πάντας Rom.11.32. Syrus autem interpres videtur & legisse ἀνακαινώσασθαι vt qui verterit, *vt cuncta de integro siue à capite innouarentur*, allusione facta ad capitis nomen.

11 *In ipso* [*inquam*,] ἐν αὐτῷ. Claromontanus codex has particulas superiori versiculo adnectit, ita videlicet vt redundet relatiuum ipsi antecedenti subiectum ex Hebræorum idiotismo, sæpe iam à nobis obseruato. quod tamen ego, receptam dispunctionem sequutus, malui per epanalepsin interpretari. Syrus autem interpres legit, ἐν ᾧ καὶ αὐτῷ ἡμεῖς ἐκληρώθημεν, *Et in ipso nos in sortem adsciti sumus*,

quæ scripturã mihi maximè probatur. Erasmus, in eodem, ἐν ᾧ καὶ videlicet vt hæc suiãpt superiorem versiculum. Sed hanc scripturam nusquam inueni. ¶ *In sortem adsciti sumus*, ἐκληρώθημεν. Vulgata, *In quo etiam sorte vocati sumus*. Κληρωτοὶ dicuntur magistratus qui sortitò creantur. Translatione verò istud dicitur de vocatione ad Christum, allusione videlicet facta ad duodecim tribuum portiones sortitione distributas, & huc quoque, quod populus Israel peculiariter Domini funiculus & hæreditas dicatur. Nam Iudæorum vocationem commemorat Paulus priore loco, iterum recurrens ad Dei prædestinationem, ex æterno ipsius consilio: nequid hîc sibi tribuant Iudæi, quasi suo merito prærogatiuam habuerint: deinde, ne turbetur quis, cur priores vocati sint Iudæi. Nam in promissione non subsistit Paulus hoc in loco, sed vsque ad ipsum promissionis fontem ascendit, quo nihil est superius. ¶ *Eius qui omnia efficit*, τὰ πάντα ἐνεργοῦντος. Vide vt omnia sine exceptione tribuat Dei gratiæ. Sed num idcirco stipites sumus? Minimè. nã ea est quæ efficit in nobis & velle & perficere. Philippens. 2. 13.

12 Εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ.

13 Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ.

14 Ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον δόξης αὐτοῦ.

15 Διὰ τοῦτο κἀγὼ ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους,

16 Οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου·

17 Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης, δῴη ὑμῖν

12 Vt nos simus laudi gloriæ ipsius, qui priores spem posuimus in Christo.

13 16 In quo & vos spem posuistis audito illo sermone veritatis illius, *Nempe* felici nuntio salutis vestræ: in quo etiam fide *ipsi* habita, obsequuti estis, per Spiritum illum promissionis sanctum:

14 Qui est arrhabo hæreditatis nostræ, ad obtinendum redemptionem ad laudem gloriæ ipsius.

15 17 Propterea etiam ego, audita ea quæ in vobis est fide in Dominum Iesum, & charitate in omnes sanctos,

16 Non cesso gratias agere pro vobis, mentionem vestri faciens in orationibus meis:

17 18 Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, Pater ille gloriæ,

12 *Vt simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus in Christo:*

13 *In quo & vos, quum audissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestræ: in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto:*

14 *Qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius:*

15 *Propterea & ego, audiens fidem vestram, quæ est in Domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos,*

16 *Non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis:*

17 *Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, Pater*

16 Iam etiam exæquat Ephesios (aut potius Gētes omnes) Iudæis, quia etiamsi posteriores accesserũt, tamen eodē Euangelio vocati, fide sunt illud amplexi, & eodem Spiritu, quod est electionis pignus, tantisper dum ipsa cernatur hæreditas, fuerunt obsignati, vt & in ipsis emineat Dei gloria.

17 Redit ad superiorem gratulationē, duo simul concludens ex præcedentibus: primùm, omnia bona à Deo Patre in Christo & per Christum in nos proficisci, vt eorum nomine à nobis laudetur: secundum, illa omnia quæ ad duo veluti capita reuocat, fidem videlicet & charitatem, certis gradibus in nos augeri, vt ab eiusdem gratia petendum sit incrementum à quo est initium, & à quo finis speratur.

18 Causæ fidei sunt, Deus Pater sancto suo Spiritu mentes nostras illustrans, vt Christum in Euangelio sibi patefactum amplectantur ad vitam æternam obtinendam, & ipsius Dei gloriam prædicandam.

12 *Laudi gloriæ ipsius*, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ. Quidam vertunt Laudi & gloriæ ipsius. quæ interpretatio ex Græco contextu refellitur. Gloriam enim Dei hoc in loco, & infrà, vers. 14. pro Deo glorioso dixit, Hebræorum more, quem exposuimus 1. Cor. 2. 8. ¶ *Qui priores sperauimus*, τοὺς προηλπικότας. Manifestè loquitur de Iudæis quibus prioribus exhibitus fuit Christus, & apud quos cœpit Ecclesia. Itaque miror veteres in hoc explicando loco tam procul aberrasse à scopo. Nam Hieronymus ad præscientiam diuinam refert, in qua fideles sperarint ab æterno. quod dictum (vt Origenis dogmata redolens) non immeritò videtur à Rufino reprehendi. Theophylactus præpositionem πρὸ ad exitum spei refert. Ambrosius huc putat pertinere quòd Apostoli in Christum venturum sperarint. quæ omnia profectò sunt ἀπροσδιόνυσα: sunt tamen ab Erasmo diligenter annotata. Vulgata, *Qui ante sperauimus*, nimium obscurè.

13 *In quo & vos*, ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς. Nunc igitur Gentes Iudæis exæquat, vt vtrique in Christo coalescentes non habeant de quo conquerantur, sed de quo pariter gratias agant. ¶ *Sermonem illum veritatis*, τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Diuinissima Euãgelicæ doctrinæ descriptio à causis omnibus sumpta, facit vt vtriusque articuli vim hîc seruandam esse existimem. ¶ [*Nempe*] *illud felicem nuntium*, τὸ εὐαγγέλιον. Alibi Euangelij nomen seruaui, cuius notatio hoc in loco & infrà 6. 15. mihi propter additum epitheton videtur fuisse exprimenda, quum à Deo proficiscatur qui mentiri non potest. ¶ *Obsignati estis*, ἐσφραγίσθητε. Vide Ioh. 6, 27. 2. Corinth. 1. 6. Est autem sumpta translatio à sigillis, quorum impressione, authentica ab incertis, & à falsis vera distinguimus. ¶ *Per spiritum illum promissionis sanctum*, τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ, id est, Spiritu illo qui non adfert Legis & seruitutis terrorem, sed promissionem gratuitæ adoptionis suis donis obsignat in credentium animis. Nam idem Spiritus confirmat in fide, qui fidem gignit. Est autem hoc loco triplicatus articulus diligenter obseruandus, quem & Vetus interpres & Erasmus neglexerunt.

14 *Arrhabo*, ἀρραβών. Vulgata, *Pignus*. Vide 2. Corinth. 1. 22. Scriptum est autem ὅς ἐστι, pro ὅ ἐστι, quum præcedat τὸ Πνεῦμα. vel habita sensus ratione, quia τὸ Πνεῦμα Θεός ἐστι, vt Photio placet: vel propterea quòd sequitur ἀρραβών. vt in illo Ciceronis, *Cum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus*. & in illo Terentij, *Nunquam æquè pauperies bonis visum est mihi graue*. ¶ Ad obtinendam redemptionem, εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, id est, εἰς περιποίησιν τῆς ἀπολυτρώσεως, manifesta hypallage Hebræis familiari: cuius exempla vide hoc ipso capite vers. 19. Item infrà 4. 13. & 29. Item Coloss. 2. 2. Hebr. 7. 19. & 10. 22. Vulg. *In redemptionem acquisitionis*. Erasmus, In redemptionē acquisitæ possessionis: quasi videlicet, περιποίησιν ipsam Ecclesiam sanguine Christi acquisitã declaret, metonymicè, sicut præputium pro incircuncisis, & Circuncisio pro Circuncisis accipitur, quod sequitur Græcus Scholiastes & plerique, sed meo quidem iudicio durè, & nullâ necessaria ratione, quanuis 1. Pet. 2. 9. Iudæi dicantur λαὸς εἰς περιποίησιν, vt verterunt etiam Græci Hebræam vocem *Segulah*, Malachiæ 3. 17. & Exod. 19. 5.

15 *In Dominum Iesum*, ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ. Sic vertendum hunc locum apparet ex altero sequente membro.

17 *Pater ille gloriæ*, ὁ πατὴρ τῆς δόξης, i. ex Hebræo idiotismo, quē exposuimus 1. Corint. 2. 8. Pater ille gloriæ plenus, qui & Deus est Domini nostri Iesu Christi, quatenus hic homo factus est, vt eundē atq; nos Deū haberet, & nos eūdem patrē atque ipse haberemus. de qua re diximus Ioh. 20. 17. ¶ *Spiritū sapientiæ*, πνεῦμα σοφίας, i. donum sapientiæ per spiritũ sanctum, vt exposuimus alibi. Sapientiæ autē ac Reuelationis

nis nomine quid significet, diximus 1. Cor. 14. 6. quanquam hæc mihi videntur latiùs nunc patere, ita vt amplioram eorum cognitionem declarent quæ Christianis omnibus cognoscenda sunt. ¶ *Per agnitionem ipsius*, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ. Erasmus, *Per agnitionem sui*. Atqui αὐτοῦ potius ad Christum pertinet, ex quo agnito omnem sapientiam diuinam hausimus. Deinde quod scribit in hunc locum, philosophos cognouisse quidem Deum, at non agnouisse, certè ad rem non pertinet, quum hîc agatur non de τῷ γνωστῷ τοῦ Θεοῦ (vt loquitur Apostolus Rom. 1. 19.) id est de eo quod, præeunte, naturæ lumine homines possunt de Deo cognoscere, sed de Christi mysterio, quod caro & sanguis ne suspicari quidem, nedum reuelare possit. Sed & admittendum non est quod Hieronymum annotat Erasmus observare de Patre prius cognito, cuius denuo cœperimus per reuelationem Spiritus recordari, nempe vt Platonica reminiscentia statuitur. Sed tamen non temerè Paulus *Agnitionem* potius scripsit quàm *Cognitionem*: quanuis interdum ista confundantur. Neque enim satis est Christum cognouisse, sed etiam agnoscendus est nobis quotidie magis ac magis quem semel cognouimus. quo fit vt nunc iis ipsis sapientiam precetur Apostolus in quos antea versu 8. dixerat, omnem sapientiam esse à Domino effusam.

πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ·

18 Πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις·

19 Καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ,

20 Ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις,

21 Ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

det vobis Spiritum sapientiæ & reuelationis, per agnitionem ipsius:

18 Illuminatis oculis mentis vestræ: ad sciendum quæ sit spes illa vocationis ipsius, & quæ opes gloriæ hæreditatis ipsius in sanctis:

19 19 Et quæ sit supereminens illa magnitudo potentiæ ipsius in nobis qui credimus, pro efficacitate roboris virium ipsius.

20 20 Quod exeruit in Christo suscitato eo ex mortuis, & quē collocauit ad dextram suam in cælis,

21 Longè supra omne imperium ac auctoritatem, & potestatem & dominatũ, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, verumetiam in futuro.

gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitione eius:

18 *Illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis:*

19 *Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis eius,*

20 *Quam operatus est in Christo suscitans illum à mortuis, & constituens ad dextram suam in cælestibus,*

21 *Supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomē quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro.*

19 Fidei excellentia declaratur ab effectis, quoniam in illa, sese exerit potentissima Dei virtus. Col. 2. 19. infra, 3. 7.

20 Potentiam & gloriam illã Dei longè sublimissimã, cuius credētes omnes sunt participes, adhuc tamen in nobis, propter crucis ignominiam & carnis infirmitatem, perobscuram, iubet nos Apostolus in Christo gloriosissimo fidei oculis contemplari.

18 *Illuminatis oculis*, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμούς. Vulg. & Eras. *Illuminatos oculos*: quo fit vt oratio non cohæreat, nisi exegeticam particulam, Nempe, subaudias. Hieronymus, quum alibi Paulum vt Græci sermonis imperitum immeritò arguat, hîc contra conatur illum excusare, vbi nulla excusatione indiget, coniungitque ista cum participio ἀκούσας, i. cum initio ver. 15. nempe vt ex anantapodoto, quod nusquam est, synchysin faciat. Ambrosius verò longè meliorem rationem iniit, ita vt ista cum verbo δῴη coniungantur: sed non rectè inseruit verbum Habere, quum potius supplenda fuerit copula, ex Hebræorum more, vt Ioa. 10. 16. & 1. Timoth. 4. 4. & alibi sæpe, hoc modo, *Vt det vobis Deus Spiritum sapientiæ*, &c. *& illuminatos oculos*. &c. Erasmus verò miratur Chrysostomum & Theophylactum nullum hîc scrupulum sensisse, aut, si senserunt, dissimulasse. Sed, obsecro, qui scrupulum sentirent vbi nusquam est? Nemo enim est (opinor) cui non sit satis notum, quartos casus absolutè positos non modò excusari apud Græcos, sed etiam inter elegantes Atticismos numerari. quæ tamen phrasis si non placuerit, age quid si legamus, πεφωτισμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς, certè omnia quàm aptissimè cōgruent. ¶ *Mentis*, τῆς διανοίας. Vide infrà 2. 3. Vulgata, *Cordis*, τῆς καρδίας eodem sensu. Nam sæpe istæ animi facultates non distinguuntur, & vna expressa cæteræ συνεκδοχικῶς intelliguntur. Vide Heb. 10. 16. & Coloss. 1. 21.
¶ *Quæ sit spes illa vocationis eius*, τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ. Id est quæ bona vos ille sperare iubeat, vos ad Christum vocans. Spem enim posuit pro bonis ipsis quæ speramus, μετωνυμικῶς, vt Rom. 8. 24. & Galat. 5. 5. Erasmus, *Spes ad quam ille vos vocauit*.

19 *Roboris virium ipsius*, τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Tria hæc sunt distinctè consideranda, quorum ἰσχὺς est facultas ipsa: κράτος ipsius sese exserentis virtus: ἐνέργεια verò ipsius effectum, siue ἐνέργημα. Vulgata, *Potentiæ virtutis*. Erasm. *Roboris fortitudinis*.

20 *Quam exeruit*, ἣν ἐνήργησεν. Ad verbum, Qua operatus est. Nam καὶ repetendum est ante ἣν ex Hebræorum idiotismo. Vide infrà, 2. 4. ¶ *Et [quem] collocauit*, καὶ ἐκάθισεν. In duobus codicibus scriptum inuenimus καὶ καθίσας, vt etiam legit Vetus interpres, idque rectius. Ponitur autem τὸ καθίζειν hoc in loco quasi in coniugatione Hiphil, vt Matth. 21. 7. & 1. Corinth. 6. 4. Vulgata, *Constituens*, non seruata Aorist. significatione. Erasmus, *Sedere fecit*. ¶ *In cælis*, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Hebr. בַּמְּרוֹמִים [*bammeromim*,] vt suprà versiculo 3. sub. מְקוֹמוֹת [*makomoth*] id est, locis. Vulgata & Erasmus, *In cælestibus*, nimium obscurè. Significat autem *Sedere ad dextram Patris in cælis*, Consortem esse imperij illius summi: cuius etiam respectu, Dei maiestatem dicimus esse in cælis, non quod illic sit inclusa, sed quòd illic potissimum emineat: quanquã quod ad ipsam Humanitatē Christi attinet, certum sit eam in cælis esse, non in terra: quòd alioquin imaginaria sit ipsius Ascensio, & imaginarium corpus. qua de re pluribus Augustinus in epistola ad Dardanum.

21 *Longè supra omne imperium*, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς. Ineptè sunt curiosi qui ex hoc loco & similibus occasionem arripiunt garriendi de Angelorum ordinibus. Simpliciter enim Apostolus supra omnem omnium rerum creatarum præstantiam Christum euehit. Habet autem etiam præpositio ὑπὲρ suum pondus, quam nec Vetus interpres nec Erasmus expressit: vt intelligamus Christum non simpliciter, sed infinitis partibus excellere.
¶ *Et omne nomen*, &c. καὶ παντὸς ὀνόματος, &c. Id est, quicquid existit. Nisi malimus nomen pro re celebri, & nominari, accipere pro celebrem esse: vt apud Hebræos viri celebres dicuntur אנשי השם [*anasche hasshem*,] id est *viri nominati*, quos Græci vocant ὀνομαστούς, quo modo etiam in vernaculo nostro sermone loquimur.
¶ *Non solùm*, &c. οὐ μόνον, &c. Hoc refero ad totum complexum superioris orationis, non autem ad participium ὀνομαζομένου. Significat enim Paulus hanc Christi præstantiam non esse temporariam, sed æternam, ita vt futurum etiam seculum comprehendat. Alioquin cogemur per futurum seculum interpretari Regnum cæleste: quod tamen non potest simpliciter dici futurum, quum iam existat, sed nostri duntaxat habita ratione, quibus nondum est præsens: vt planè sit violenta interpretatio. Deinde dicendum fuisset, Non solùm quod nominatur in præsenti seculo, sed etiam quod nominabitur in futuro.

22 Καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ,

23 Ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου.

Κεφάλαιον β.

1 ΚΑΙ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις·

2 Ἐν αἷς ποτὲ περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας.

3 Ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν· καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί.

4 Ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς,

5 Καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ, χάριτί ἐστε σεσωσμένοι·

6 Καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

7 Ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐ-

22 21 Et omnia subiecit eius pedibus, eumque constituit caput super omnia *ipsi* Ecclesiæ.

23 Quæ est corpus ipsius, & complementum eius qui omnia implet in omnibus.

CAP. II.

1 1 ET vos *vnà viuificauit*, quum essetis mortui in 2 offensis & peccatis:

2 3 In quibus olim ambulastis 4 vt est vita mundi huius, secundum principem cui potestas est aëris, spiritu ipsius nunc agente 5 in hominibus contumacibus.

3 6 Inter quos & nos omnes cōuersati sumus olim in cupiditatibus carnis nostræ, facientes quæ carni ac cogitationibus libebant: 7 eramúsque natura filij iræ, vt etiam reliqui.

4 8 Sed Deus, vt qui diues sit misericordia, propter multam charitatem suam qua dilexit nos,

5 Etiam nos quum in offensis mortui essemus, vnà viuificauit cum Christo, *cuius* gratia estis seruati:

6 Vnáque suscitauit, vnáque collocauit in cælis in Christo Iesu:

7 Vt ostenderet in seculis super-

22 *Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput super omnia ipsi Ecclesiæ.*

23 *Quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.*

CAP. II.

1 *ET vos conuiuificauit, qui eratis mortui delictis & peccatis vestris:*

2 *In quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aëris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ.*

3 *In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntates carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri.*

4 *Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos,*

5 *Et quum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo cuius gratia estis saluati:*

6 *Et conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu:*

7 *Vt ostenderet in secu-*

Col. 1.18

21 Ne summam illā Christi gloriam putemus aliquid à nobis alienū esse, testatur illum esse à Deo Patre cōstitutum caput totius Ecclesiæ. oportere igitur corpus huic capiti cōiungi, quod alioqui absque membris mutilum quiddā esset: quod tamen necessitate non fit (quum Ecclesia potius vnius Christi virtute viuificetur & sustentetur, nedum vt eius supplemento indigeat) sed immensa Dei voluntate qui nos Filio dignatus adiungere.
1 Rursus magnitudinem diuinæ beneuolētiæ declarat collatione miserrimi illius status in quo nati sumus, cum ea dignitate in qua à Deo patre euecti sumus in Christo. Si igitur eam cōditionem describit, vt dicat nos, quod ad spirituales motus attinet, nō semi mortuos, sed planè ac prorsus mortuos natos. 2 Caussam mortis indicat nempe peccata. 3 Omnes fuisse spiritualiter mortuos probat ab effectis. 4 Vniuersale esse hoc malum testatur adeò vt omnes sint Satanæ mancipia. 5 Ideo homines mancipati sunt Satanæ quòd Deo sint sponte rebelles.

6 Gentibus seorsim damnatis, Iudæos ipsos quibus seipsum aggregabat, fatetur nihilo ille per se meliores. 7 Conclusio, omnes homines nasci iræ & maledictioni Dei obnoxios. 8 Iam sequitur alterum collationis membrum, nostram excellentiam declarans, quod videlicet Christi virtute simus à morte illa liberati, & æternæ vitæ participes facti, vt tandem & ipsi cum eo regnemus. Inculcat autem multis modis huius beneficij caussam efficientem esse gratuitam Dei misericordiam: materiam verò Christum ipsum instrumentum, fidem quæ & ipsa sit gratuitum Dei donum: finem denique Dei gloriam.

22 *Eúmque constituit*, καὶ αὐτὸν ἔδωκε. Vulg. & Eras. *Et ipsum dedit*. nimium obscurè. Est enim Hebræorum more dictum ἔδωκε pro κατέστησε, apud quos sic accipitur verbum נתן [*nathan*] vt Gen. 41. 43. ¶ *Caput*, κεφαλὴν. Id est, vt esset caput, siue pro capite: pro quo Hebræi dicūt לראש [*lerosch*] id est, in caput. Non est igitur Ecclesia Christiana biceps, aut potius ἀκέφαλος, vt eum meritò dixerit Gregorius Antichristum esse qui se vniuersalem episcopum vocaret, epistola 76. 78. 79. 83. 92. 188. 194. ¶ *Super omnia*, ὑπὲρ πάντα. id est, summum, adeo vt nihil non illi subsit.

23 *Complementum*, πλήρωμα. siue supplementum. Is enim est Christi in Ecclesiam amor, vt quum omnia omnibus ad plenum præstet, tamen sese veluti mancum & membris mutilum caput existimet nisi Ecclesiam habeat sibi instar corporis adiunctam. Hinc factum vt Christus interdum collectiuè pro tota Ecclesia capiti suo adiuncta accipiatur, vt 1. Cor. 12. 12. & 13, & Galat. 3. 16. Hinc etiam illud In Christo, toties repetitum: quod multo expressius aliquid significat quàm Cum Christo, vel Per Christum. Hinc factum vt diceret Apostolus se in Christo, & Christum in sese viuere, Galat. 2. 20. Hinc illa Christi vox, Saule, Saule, quid me persequeris? Quò etiam pertinet quod scriptum est Coloss. 1. 24. Hinc denique nostra spes omnis & consolatio proficiscitur. ¶ *Qui implet*, τοῦ πληρουμένου. Chrysostomus passiuè accipit, vt sit sensus, Christum prorsus impleri in omnibus, id est singulos fideles conferre ad Christi complementum, vti corpus suum ex singulis membris est compactum. Mihi verò videtur coacta ista interpretatio, qui potius actiuè istud accipio. Nam τὸ πληροῦσθαι pro πληροῦν Xenophon etiam vsurpauit libr. 6. Ἑλληνικῶν, & συμπληροῦσθαι pro συμπληροῦν Plato in Timæo. Omnino autem hoc addidit Apostolus, vt sciamus Christum per se non indigere hoc supplemento, vt qui efficiat omnia in omnibus re vera: nedum vt indigeat cuiuspiam supplemento: quanuis pro immensa sua bonitate Ecclesiam dignatur sibi corporis instar adiungere. Vbiquitarij verò, quos non pudet hoc loco abuti, vt & alio ex hac ipsa Epistola infra, 4. 10, istud referentes ad ipsam humanitatis Christi essentiam, quæ terram & cælum impleat vt ipsa Deitas Ierem. 23. 24: execratione digni sunt non refutatione.

IN CAPVT II

1 *Et vos* [*vnà viuificauit*,] καὶ ὑμᾶς. Vetus interpres rectè addidit verbum *Conuiuificauit*, id est, συνεζωοποίησε quod tamen non additur in Græcis, sed quinto demum versiculo adijcitur. Est enim propter multas insertas sententias longum hyperbaton: nihil verò prohibet obscuritatem ita fugere vt nihil immutes aut adijcias sententiæ. Incipit porro nunc Paulus vocationem Gentium in Ephesijs amplificare ex circunstantijs: id est, ex collatione conditionis præcedentis vocationem, cum ea quæ subsequuta est: idque duplici modo, nempe simpliciter primùm, deinde comparatè, ex Iudæorum antithesi, quos tamen exæquat Gentibus tum ante vocationem, quatenus extra promissionem & in sese considerantur: tum etiam post vocationem in Christo, cuius vnius communis capitis gratia in vnum illud corpus coaluerunt. ¶ *Quum essetis mortui in offensis & peccatis*, ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις. Mortem spiritualem intelligit: vnde & mors illa, quam primam vocant, sequuta est, (vt Rom. 5. 12.) & secunda quæ & æterna dicitur. Ideo dicuntur mortui quicunque non sunt renati, quia sicut immortalitas damnatorum non est vita, sed mors quædam perennis, nempe cum æterno exitio coniuncta: sic etiam hæc animi & corporis coniunctio, vita propriè non est, sed mors in ijs qui Christi Spiritu non aguntur, vt Esa. 9. 1. & Ioan. 5. 28, Rom. 6. 2. & 13. & 7. 10. & 1. Tim. 5. 6, & passim in Scripturis. Sed τὸ ἀποθνήσκειν τῇ ἁμαρτίᾳ, id est, *Mori peccato*, contraria prorsus sententia dicuntur ij in quibus peccatum est extinctum, tertio videlicet casu: cum qua mortificatione prorsus cohæret ζωοποίησις, id est viuificatio, quæ alteri illi morti opponitur, vt diximus Rom. 6. 10. Itaque vt hæc dicendi genera tam diuersa distingueremus, noluimus interpretari *Mortuus peccatis*, sed *In peccatis*: addita videlicet præpositione ἐν, quæ extat in Syra interpretatione & exprimitur Coloss. 2. 13. & Num. 27. 3. qua de re vide Act. 8. 23. Videtur tamen ipsum discrimen numeri satis hoc indicare: quia (vt alibi diximus) ἁμαρτίαν solet singulari numero Paulus ipsam veluti arborem (id est insitam corruptionem) vocare, cuius fructus sunt ἁμαρτίαι multitudinis numero. Superest vt annotemus Clementem Alexandrinum ἐν τῷ προτρεπτικῷ hunc locum citare paulo aliter. Sic enim habet, ἦμεν γάρ που καὶ ἡμεῖς τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί· ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς ὄντας ἤδη νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησεν, Id est, *Eramus etiam nos certè filij iræ, vt & reliqui: sed Deus qui diues est misericordia, ea charitate qua nos dilexit iam per peccata mortuos, vnà viuificauit* [*vos*] *per Christum*. Ex hoc autem loco apparet aliquod esse discrimen inter hæc duo, ita videlicet vt παράπτωμα sit leuius quiddam quàm ἁμαρτία: quod tamen discrimen non semper obseruatur.

2 *In quibus olim versati estis*, ἐν αἷς ποτὲ περιεπατήσατε. Vulgata & Erasmus ad verbum, *In quibus aliquando ambulastis*. Hebreis verò בחטאות הלך [*halach bechattaoth*] id est in peccatis ambulauit, dicitur de ijs quorum vita omnis ad scelera præceps fertur: quales sunt quicunque Spiritu Dei non sunt renati. Vide Act. 8. 23. & Coloss. 3. 7. ¶ *Vt est vita mundi huius*, κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου. Vulgata, *Secundum seculum mundi huius*. Hebr. כדור העולם [*dedor haholam*,] quod possis etiam interpretari de ipsis hominibus sicut apud Latinos accipitur ætatis nomen. ¶ *Secundum principem*, κατὰ τὸν ἄρχοντα, id est, ex arbitrio principis. Vide infra, 6. 12. ¶ *Spiritu ipsius nunc agente*, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος. Vulg. legit τοῦτο πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος. & τοῦτο coniunxit cum ἀέρος idque perperam, vt nunc quidem in Latinis codicibus impressis legitur, quum fortasse scripserit & legendum fuerit *huius spiritus*, quod per appositionem sit intelligendum, vt significetur is in cuius sit potestate, siue à quo proficiscatur *Spiritus ille qui nunc agit*, &c. vel fortasse legit τοῦ πνεύματος, & Latinè scribendum fuit, non *huius*, sed *eius Spiritus qui nunc agit*, &c. Apud Græcum autem Scholiastem exprimitur particula ἐν constitutione sic magis perspicua. Ego verò omnino existimo scripsisse Apostolum τὸ πνεῦμα τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος, quod sit non ad ἄρχοντα referendū, sed absolutè intelligēdū, sic eadem & quidem plana prorsus manente sententia.

¶ *In hominibus contumacibus*, ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Vulg. *in filijs diffidentiæ*. Est autem hoc dictum Hebræorum more, apud quos בן [*ben*] id est, filius, cum genitiuo appellatiuorum accipitur pro eo qui alicui rei sit prorsus addictus. Itaque filij contumaciæ, declarat homines contumaciæ deditos. Sed præterea distinguenda est ἀπιστία, id est diffidentia, siue potius infidelitas Fidei opposita, ab ἀπειθείᾳ quæ rebellionem, siue antiquo verbo Imparentiam declarat, quanuis ista sese mutuò consequantur. Filij enim ἀπιστίας siue de quibus Moses Deu. 32. 20. Filij non אמן [*hemun*] i. veritas seu fides non est in eis: i. in quibus nulla est fides. Idem vetus interpres Col. 3. 6. Filios incredulitatis interpretatur. vide infra 1. Pet. 2. 7.

3 *Inter quos*, ἐν οἷς, videlicet rebelles. Vulgata, *in quibus*. barbarè & ambiguè. Inde factum vt nonnulli ad παραπτώμασι ex primo versiculo perperam retulerint.

¶ *Quæ carni ac cogitationibus libebant*, τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν. Θελήματα Vetus interpres non satis expressè conuertit voluntates, vt diximus Ioan. 1. 13. Quod autem ad διανοίας attinet, subtilius quidem Plato lib. 6. de republica διάνοιαν mediam collocat inter νόησιν & πίστιν: quibus demum subiungit εἰκασίαν: sicut etiam alicubi Paulus animum à Spiritu & corpus ab vtroque distinguit: sed hoc in loco Paulus σάρκα, tanquam generale nomen quo totus homo non renatus significatur, in species duas diuidit, nempe σάρκα & διάνοιαν: σάρκα, eodem nomine atque genus ipsum, vocans partem animi quam ἄλογον nuncupant philosophi, διάνοιαν verò τὸ λογικὸν, aut potius vtriusque facultatis effecta. Quamobrem etiam διανοίας dixit numero multitudinis, vt etiam alibi διαλογισμοῖς, Rom. 1. 21. Itaque nihil prorsus relinquit homini Paulus, quod non sit per peccatum, non dico semimortuum, vt tradunt Sophistæ nostri Semipelagiani, sed prorsus mortuum, quod ad qualitatum vitium attinet. ¶ *Natura filij iræ*, φύσει. Hoc vno verbo, quasi fulmine, totus homo, quantus quantus est, prosternitur. Neque enim naturam dicit læsam, sed mortuam per peccatum, ideóque iræ obnoxiam. Itaque mira hic fuit Satanæ impudentia dum hunc locum corrumpere conatus est: & quidem non per eos solùm qui apertè fuerunt hæretici, sed etiam per nonnullos alioquin valde eruditos, & quibus Ecclesia multum debet, sed qui tamen homines fuerunt. Itaque Hieronymus quosdam indicat interpretari φύσει per πάντως, id est omninò, quod tamen prorsus violentum est nec satis etiam expressum, quia mali innatam originem non indicat. Græcus scholiastes verò interpretatur γνησίως vel γνησίως, verè ac germanè, vt etiam Cyrillus in Apologetico, ad anathematismū tertium. Chrysostom. addit, *sicut enim homines natura nihil aliud quàm homo, ita nos nihil aliud sumus quàm filij iræ*. Sed quorsum istos nodos in scirpo? Quid enim apertius dici potuit quàm nos non consuetudine & imitatione, sed ipsa natura peccatores nasci? quod & Dauid apertè clamat Psal. 51. 7. & Paulus demonstrauit Rom. 5. 12. 13. & 14. Nam vbicunque ira est, ibi & peccatum: quo sine exceptione inuolui totam humanam gentem idem testatur Rom. 1. 18. & 13. 9. Sed naturam tamen intellige non quatenus creata est, verùm quatenus per diaboli suggestionem corrupta est à seipsa. Neque obstat traiectio, vt potius dicendum fuisse videatur, ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς. nam plana est sententia, & eadem huius vocis traiectio extat Gal. 4. 8.

¶ *Filij iræ*, τέκνα ὀργῆς id est iræ Dei deuoti atque obnoxij quasi ad eam rem ab ipsa natura effecti. Neque enim filios iræ hîc accipit pro hominibus iratis, vt superiore versiculo filios contumaciæ pro contumacibus: sed passiuè homines irati Dei iudicio reos æternæ mortis: vt apud Hebr. בן המות [*ben hammaueth*.] filius mortis dicitur qui capitalis criminis reus est. & alia similia. Vide suprà v. 2. & Ioa. 17. 12.

¶ *Vt etiam reliqui*, ὡς καὶ οἱ λοιποί. id est vt reliqui etiam populi profani. Nam hoc versiculo Iudæos, quibus sese accēset, quod ad naturam attinet, Gentibus exæquat: vt probet, discrimen illud quod postea temporarium fuisse ostendet, non à natura, sed à gratia proficisci. Itaque secundo versiculo omnes Gentes, in Ephesiorum persona compellans, περιεπατήσατε inquit, i. *ambulastis*: in hoc autē vers. ἀνεστράφημεν, inquit. id est, *conuersati sumus*: & quidem addita particula καί, vt intelligas Iudæos quoque in eodem numero censeri.

4 *Vt qui diues sit*, πλούσιος. id est, qui abundat: vt non modò apud Hebræos, sed etiam in alijs linguis diues in genere dicitur aliquis eius rei cuius magnam habet copiam. Nunc autem redit Apostolus ad initium capitis, eo tantùm excepto, quòd ἡμᾶς dicit hoc in loco, Iudæos & Gentes vnà coniungens in gratiæ beneficio, quos in naturæ vitio exæquarat. illic verò ὑμᾶς dixerat, Gentes compellans in Ephesiorum persona. Neque verò causa erat cur Hieronymus vel expungeret particulam δέ, vel imperitiæ Græci sermonis Paulum argueret, quum (vt rectè obseruauit Erasmus) ista proximis opponantur, ita tamen vt nihilominus expleatur anantapodoton versu proximo.

¶ *Qua*, ἥν. Repetitur διὰ ex præcedentibus, ex Hebraismo, vt diximus suprà, 1. 20. vel sub. κατά.

5 *Quum in offensis mortui essemus*, νεκροὺς τοῖς παραπτώμασιν. Vsi sumus periphrasi, vt vitaremus periculosam ambiguitatem: sunt enim duo prorsus repugnantia dicendi genera. Mortuum esse peccato tertio casu, quod conuenit solis regeneratis, & Mortuum esse per peccata, siue in peccatis, quales omnes nascimur. ¶ [*Cuius*] *gratia estis seruati*, χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. Scio solere hæc includi per parenthesin, sed quæ ita sit dura & insolens vt eam facilè non admiserim. Ponitur autem חסד [*chesed*] pro חסדו [*chasdo*:] & similem relatiui ellipsin inuenies Iac. 5. 6. & 1. Pet. 4. 14, & 1. Ioan. 3. 16. vt אשר [*ascher*] sæpissimè apud Hebræos. Immò etiam meus ille Claromontanus codex expressum habet οὗ, *cuius*.

6 *Vnáque excitauit*, &c. καὶ συνήγειρε, &c. Quomodo hoc

intelligendum sit subiicitur in fine versiculi, quum inquit, In Christo Iesu. Neq; enim id adhuc in nobis prorsus præstitũ est, sed in capite duntaxat, cuius Spiritu cœpimus, peccato mortui, viuere Deo, donec in nobis opus suum perficiat idem qui inchoauit. quæ quidem spes nostra ita est certa vt non magis sit certum quod iam percipimus quàm quod adhuc expectamus, id est, quod fide iam possidemus. ¶ *In cælis, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις*. Vide suprà, 1.3.

περχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

8 Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως· καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον·

9 Οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται.

10 Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν.

11 Διὸ μνημονεύετε ὅτι ὑμεῖς ποτὲ τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου·

12 Ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν

uenientibus, superemminentes illas opes suæ gratiæ, sua erga nos benignitate in Christo Iesu.

8 Gratia enim illa estis seruati per fidem: (& hoc non *est* ex vobis: *sed* Dei donum *est*:)

9 Non ex operibus, vt nequis glorietur.

Nam ipsius sumus opus creati in Christo Iesu ad opera bona, quæ præparauit Deus vt in eis ambulemus.

10 Propterea memẽtote, vos quondã Gentes in carne, qui dicebamini Præputium ab ea quæ vocatur Circuncisio manibus in carne facta:

Vos *inquam* illo tempore fuisse, absque Christo, abalienatos à ciuili statu Israelis, & extraneos quod ad pactorũ

in superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu.

8 *Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc non ex vobis: Dei enim donum est:*

9 *Non ex operibus, vt nequis glorietur.*

10 *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.*

11 *Propter quod memores estote quòd aliquando vos qui eratis Gentes in carne, qui dicebamini Præputium ab ea quæ dicitur Circuncisio in carne, manu facta:*

12 *Quòd eratis in illo tempore sine Christo alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum pro-*

9 Expressè detrahit operibus nostris iustitiæ laudem, cum ipsa bona sint gratiã esse fcta in nobis.

10 Superiorem doctrinam Gentibus applicãs, ostendit eas non tantùm natura, vt & ipsos Iudæos, sed peculiari etiam ratione fuisse à Deo alienissimas: quo magis oporteat ipsas tanti Dei beneficij memoriã conseruare. Rom. 9.4

---

7 *Superemminentes illas opes, τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον*. Vulg. *Abundantes diuitias*. Eras. *Eminentem opulentiam*. Vide Rom. 9.23. *In Christo Iesu, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Eras. *Per Christum Iesum*. Vide 1. Cor. 1.2.

8 *Gratia enim, τῇ γὰρ χάριτι*. Cohærent ergo gratia (siue Dei donum) & fides. Istis autem opponuntur Seruari ex nobis, vel ex operibus. Quid ergo istis in mentem venit qui tam repugnantia volunt coniungere? Cæterùm mihi non displicet scriptura Claromontani codicis τῇ γὰρ χάριτι αὐτοῦ σεσωσμένοι ἐστέ, *Gratia enim ipsius seruati sumus*. Et paulo pòst, ὡς ἐξ ὑμῶν, *non ex nobis*. ¶ *Seruati estis, ἐστὲ σεσωσμένοι*. Non dicit Iustificati estis, quod tamen verissimum est, sed eluditur ab aduersariis: neque dicit, Seruare incipitis, aut Seruabimini, sed Seruati estis. vt duo nouerimus: Vnum, fide non ex operibus, gratia & Dei dono, non autem ex nobis, nos Christum amplecti: Alterum, qui Christum amplexi sunt, eos iam esse plenè in ipso iustos, ac proinde ius æternæ hæreditatis adeptos. ¶ *Et hoc, καὶ τοῦτο*. id est, & hæc fides, itidémque quòd fidei interuentu seruamini: ne quis fide nos vt qualitate iustificari arbitretur. Est autem totum hoc membrum parenthesi includendum.

9 *Vt nequis glorietur, ἵνα μή τις καυχήσηται*. Hunc nodum expediant qui saltem opera fidem subsequentia tanti faciunt, vt ex eorum meritis aliqua ex parte seruemur: item qui sola ceremonialia volunt excludi.

10 *Opus, ποίημα*. vel *factura*, Syrus *creatura*, κτίσις quibus omnibus vocibus significatur nostræ regenerationis effectum, &c. De gratia enim hic agi non de natura apparet, aduersus Pelagium, ex eo quod subiicitur, quamuis ad priorem hominis creationem alludat, vt etiam Dauid Psalm. 51.12. Sed pronomine αὐτοῦ cæteri omnes prorsus excluduntur, aduersus Semipelagianos, id est, aduersus eos qui naturam (vt aiunt) tantùm debilitatam fingunt à gratia adiuuari. At nos ex hoc loco didicimus ipsa etiam opera, quatenus bona sunt, gratiæ in solidum deberi: nec iustificandum præcedere (quod etiam ait Augustin.) sed iustificatum (addo autem ego, spe seruatum) sequi. Alludere verò mihi videtur Apostolus ad locum Esa. 57.16. Et ποίημα vocat quod Hebræis יצר [*iesar*.]

11 *Propterea, &c. διὸ, &c*. In ea æqualitate quàm antea commemorat Apostolus, nunc latentem inæqualitatem profert, vt Gentes quo longius à Deo abfuerunt, eo plura se gratiæ Dei debere fateantur. ¶ *Gentes in carne, ἔθνη ἐν σαρκί*. Considerandum est nomen גוים [*goyim*,] id est Gentium, quo significatur distinctio cæterorum populorum à populo Dei, id est, calamitosissima conditio. Additur autem ἐν σαρκί, id est, *in carne*, non vt eleuatur ista miserabilis conditio, sed contrà vt certo argumento confirmetur. Æstimatur enim circuncisio hoc in loco suo pondere, id est, quatenus tessera fidei fuit, tessera, inquam, in carne impressa, cuius contemptus certum exitium ipsis Iudæis adferebat, Genes. 17. 14. Quanto magis igitur alienæ erant à Deo Gentes, quæ ne de tessera quidem ista quicquam audierant, ac proinde quas nulla sui fœderis mentione dignatus erat Dominus? Nam neque rem ipsam à symbolo, neque symbolum à re ipsa separare oportet, vt Pauli sententiam perspiciamus: & incircuncisorum nomen non minus competit iis Gentibus quæ symbolum quidem nudum præpostera quadam imitatione vsurpabant, (vt de Ægyptiis, Æthiopibus, Syris & Colchis refert Herodotus) quàm quibus nec fœdus nec symbolum notum erat. ¶ *Qui dicebamini Præputium, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία*. Id est, qui non alio nomine quàm incircuncisorum vocabamini, vt vestra impuritas communi appellatione omnibus esset testata, vt 1. Sam. cap. 17. versu 26. & Ezech. cap. 44. versu 7. & 9. Huic opponitur Circuncisio: quo nomine poscit omnino antithesis & præpositio ὑπὸ non vt rem ipsam sed Iudæos circuncisos intelligamus, pari metonymia. Quod autem additur ἐν σαρκὶ χειροποιήτου, non huc pertinet vt duplices Iudæi constituantur, quum hoc planè sit extra oleas vagari, sed contrà, vt ipsa Gentium execratio oculis subiiciatur. Nam (vt modò dixi) symbolum coniungit Paulus cum re, vt facere par est quoties sacramentorum dignitas expenditur. Itaque externum ipsum signum vrget Paulus, vt ex eo quòd Gentes eo caruerunt, concludat Dei expertes fuisse. At enim (dices) num pertinebant ad pactũ promissionis quicunque ex Iudæis erant circuncisi? Minimè profectò: neque enim Dei gratia signo alligatur. Sed hoc est à scopo Apostoli aberrare, vt qui Iudæorũ gentem in genere, non autem singulos Iudæos consideret, & simili etiam ratione Gentes quasi in vnum corpus collectas cum iis committat. ¶ *In carne, ἐν σαρκί*. vel. *Cum carne*, id est, Incircuncisos, vt apparet ex eo quod subsequitur. Carnis appellatio ad præputium συνεκδοχικῶς refertur in generali propterea membro considerata. Apertiùs ergo Syrus pro ἐν σαρκὶ, habet σαρκικοί.

12 *Illo tempore, ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ* pro χρόνῳ cuius tamen momenta fuerunt ab æterno præstituta.

¶ *Absque Christo χωρὶς Χριστοῦ*. Meritò à Christo auspicatur, tanquam omnium promissionum scopo.

¶ *Abalienatos à ciuili statu Israelis, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ*. id est, qui nullum ius ciuitatis Israeliticæ haberetis. Ciuem autem esse Israelis, & Deum pro Deo suo habere, idem declarant. Vulg. *A conuersatione*. Alij, *à republica*, ego

regno illud vt apertius vsurpare malui. Secreuerat enim Deus populus suum à cæteris, non tantùm illo sacrè spirituali fœdere, sed etiam ciuili regimine, quod vtrunque videtur Apostolus distinctè significasse. ¶ *Et extraneos à fœderibus promissionis, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας*. Vna fuit promissio, si rem ipsam spectes, sed sæpius sancita. Ideo διαθήκας scripsit multitudinis numero. Possimus tamen etiam *Tabulas* metonymicè interpretari. Nomen autem τῆς ἐπαγγελίας, veteres codices secuti, cum præcedentibus coniunximus, quod nonnulli cum ἐλπίδα connectunt, eâdem tamen manente sententia, quum nihil sperandum sit nisi quod promissum est, & vicissim nulla sit extra fœdus promissio.

τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ·

13 Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ.

14 Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ·

15 Τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας· ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην,

16 Καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι, τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ σταυροῦ, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ.

17 Καὶ ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑ-

promissiones *attinet*, spem non habentes, & absque Deo in mundo:

11 At nunc in Christo Iesu, vos qui olim eratis longinqui, propinqui facti estis, per sanguinem Christi.

12 Ipse enim est pax nostra, qui vtraque fecit vnum, & intergerini parietis septum *id est* inimicitias dissoluit carne sua.

Lege illa præceptorum *quæ* in ritibus *posita est*, euanescere facta: vt ex duobus illis conderet in semetipso vnum nouum hominem, faciens pacem,

Et vtrosque in vno corpore reconciliaret Deo per crucem, peremptis inimicitiis per eam.

13 Et veniens euangelizauit

missionis spem non habentes, & sine Deo in mundo:

13 *Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi.*

14 *Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum & medium parietem maceriæ soluens:*

15 *Inimicitias in carne sua, Legem mandatorum decretis euacuãs, vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacem,*

16 *Et reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitiam in semetipso.*

17 *Et veniens euangeli-*

11 Christus vnicum est Iudæorum & Gentiũ vinculum quo cum Deo conciliantur.

12 Sicut ceremoniis & legali cultu dirimebantur Iudæi à Gentibus, ita nunc Christus diruto illo septo vtrosque in seipso & inter se & in Deo copulat: ex quo consequitur eos qui ceremonias illas stabilire volunt, Christi gratiam irritã facere. Col. 2.14

13 Huius gratiæ efficax est instrumentum Euangelij prædicatio, tum Iudæis, tum Gentibus communis

---

¶ *Spem non habentes, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες*. Spem meritò coniungit promissionibus de Christo. Nam absque his quicquid sperant homines, frustra sperant. ¶ *Absque Deo, ἄθεοι* Vel, *sine Deo*. Quomodo verò absq; Deo qui tot Deos colebant? Nempe quia nullus ex tot falsis diis est verus Deus. At enim Deum tamen agnouerunt opificem cæli & terræ. Respondet Hilarius lib. 3. de Trinitate: Non Dei nomen, sed planè Deus ignorabatur: quia Deũ nemo noscit nisi qui Patrem, & Filium confitetur. Itaq; Iudæos inquiet aliquis, sic quoque constitues ἀθέους, itidémque Turcas. Respondeo multiplex esse atheorum genus. Vnum, eorum qui nullum prorsus numen agnoscunt. Alterum, eorum qui Deos prorsus fictitios loco veri numinis colunt. Tertium eorum qui Deum illum quidem verum agnoscunt, at non cuiusmodi est, sed qualem illum esse imaginantur, vt hodie Iudæi & Turcæ, qui nec Patrem nec Filium confitentur, quales etiam Antitrinitarij omnes, & Filij Deitatem ὁμοούσιον negantes. Quãtulum verò ab his absunt qui sibi hodie Catholicæ Ecclesiæ nomen vendicant, nomine quidem vnicum Deum Patrem Filium & Spiritum sanctũ, & Christum θεάνθρωπον profitentes, sed mox reipsa statuentes ea quibus positis, Deus verus in idolum, quod nusquam fuit, nec est, nec erit, transformatur: & Filij humanitas in spectrum euanescit?

13 *Eratis longinqui, ὄντες μακράν*. Alludit ad Esa. 49.1. & proximè sequente versiculo ad eiusdem Prophetæ locum. 57.19.

14 *Intergerini parietis, τὸ μεσότοιχον*. Μεσότοιχον. Vetus interpres *medium parietem* non ineptè conuertit ad verbum, quem propriè Latini, auctore Festo, intergerinum vocant. Erasmus, *Interstitium* maluit interpretari. quo nomine non puto aliud quicquam significari quàm ipsum interuallum quo res duæ dirimantur. Iam verò φραγμὸν nescio cur maceriem converterint quo nomine certum est nihil aliud quàm septum significari. Itaque nomen ἔχθραν per appositionem cohæret cum superiore membro, & ita finiendus est hic versiculus vt emendaui. Sic autem appellat illud ipsum septum intergerini parietis, id est Circuncisionem & totum illum Ceremonialem cultum, quod perpetuum quoddam inter Iudæos & cæteras gentes discrimen in cõmuni quoque victu. Ideo Syrus interpres, sic quoque totum hunc locum interpungens, ἔχθραν interpretatur *dissensionis*, id quod erat quasi auctor huius dissidij, nempe illum ipsum intergerinum parietem, legem illam videlicet ceremonialem. ¶ *Carne sua, ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ*. nempe quoniam in ipso carne nostra induto exhibita sunt & impleta quæcunque venturum ipsum adumbrabant. Coloss. 2.11. Tertullianus autem 16.5. aduersus Marcionem admonet pro nomen αὐτοῦ expressè retinendum, quem ille expungebat.

14 [*Quæ*] *in ritibus* [*posita est*,] ἐν δόγμασι. id est τὸν ἐν δόγμασι. cuiusmodi ellipsin multis iam locis annotauimus. nisi malimus cum Syro interprete accipere ἐν pro σὺν, vt dicatur Lex ipsa rituum vna cum ipsis ritibus abrogata. Vulgata, *Decretis*, nimium obscurè, adeo vt nonnulli hac interpretatione decepti, perperam hoc coniunxerint cum proximo participio, quum sit construendum cum participio ὄντα subaudito. Rectius Erasmus, *In decretis sitam* conuertit, sed tamen requiro particulam exegeticam: & δόγματα malui *ritus* quàm decreta interpretari, nequis existimet hic agi de doctrina ipsa. intelligit enim quæ Hebræi חקים [*chukkim*] vocant, & ita accipitur idem nomen Act. 16.4. vbi placita sumus interpretati. ¶ *Conderet, κτίσῃ*. Hoc opponitur verbo λύειν, quo vsus erat quum diceret destructum parietem intergerinum, cuius loco Christus seipsum substituit, vt sicut paries alterum ab altero disiungebat, ita ipse vtrosque in sese ita coniungat vt in ipso & cum ipso in vnum nouum hominem coalescant, nouum inquam, semel abolitis cæremoniis.

16 *In vno corpore, ἐν ἑνὶ σώματι*. Alludit ad Legis sacrificia, quæ veram & vnicam istam victimam repræsentabant. Itaque Lex non propriè abolita fuit, sed impleta: nisi malimus *In vnum corpus* interpretari, id est, Vt in vnum corpus coalescerent. ¶ *Peremptis inimicitiis, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν*. Est igitur Christus mediator tum Iudæorum & Gentium, sublatis illis ritibus, vt dixit superiore versiculo, tum verò maximè vtrorumque & Dei, quod posterius nunc significat. Alludit autem ad Christi mortem, qui moriens discordiæ causam omnem sustulit, & veluti cruci affixit. ¶ *Per eam, ἐν αὐτῷ*. videlicet σταυρῷ, vt Hieronymus quoque exponit. Vulgata *in semetipso, ἐν ἑαυτῷ*. quod in nonnullis nostris codicibus Græcis inueni, eodem manente sensu. Crucem autem intellige, non illam machinã, sed Christum ipsum in cruce pendentem, ne Idololatria euadas.

17 *Et veniens, καὶ ἐλθών*. Hæc cohærent cum initio versus 14. Nunc enim exposita in genere vocatione, sunt explicandum ipsius instrumentum, nimirum huius beneficij publica declaratio, primum per ipsum Christum, deinde per eius ministros.

μῖν, τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς·

Ὅτι δι᾽ αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα.

Ἄρα οὖν οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων, καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ·

Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου λίθου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ·

Ἐν ᾧ πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ·

pacem vobis, *tum* qui procul eratis tum qui prope *eratis*.

18 Quoniam vtrique per ipsum habemus aditum per vnum Spiritum ad Patrem.

19 14 Nempe igitur non amplius estis peregrini & inquilini, sed conciues sanctorum, ac domestici Dei:

20 15 Superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum, existente imo angulari *eius* lapide ipso Iesu Christo:

21 In quo totum ædificium congruenter coagmentatum, crescit vt sit templum sanctum Domino.

tauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem iis qui propè.

18 *Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu ad Patrem.*

19 *Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum & domestici Dei:*

20 *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo:*

21 *In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino.*

14 Conclusio, Gentes in consortium salutis esse ascitas. Describit autem Ecclesiæ præstantiam, eam vocans ciuitatem & domum Dei.
15 Doctrinam salutis deposuit Dominus initio penes Prophetas, deinde penes Apostolos: cuius scopus, atque adeò veluti materia & substantia est Christus. Itaque ea demum Ecclesia est vera Catholica, quæ à Prophetis & Apostolis est Christo superstructa, tanquam templum spirituale Deo consecratum.

¶ *Tum qui prope*, καὶ τοῖς ἐγγύς. Vulgata, *& pacem iis qui prope.* Sic etiam Claromontanus codex bis legit εἰρήνην.

18 *Per ipsum*, δι᾽ αὐτοῦ. Christus est instar portæ per quam ad Patrem reconciliatum accedimus cum fiducia: Spiritus autem sanctus dux noster est, per quem coniuncti & vniti in Christo vtrique, ad ostium pedetentim progressi, ingredimur.

19 *Conciues*, συμπολῖται. Vulgata repetit verbum *Estis*, & Claromontanus codex, ἐστέ. Castellio vertit *sanctorum ciues* prorsus ineptè. Maluissem igitur dicere, eiusdem atque sanctæ ciuitatis ciues. Aiunt enim συμπολίτης non esse Græcis scriptoribus vsitatum nomen, nec satis Latinè Cóciues dici. Retinui tamen, quòd auctore Paulo non dubitarim vsurpare.

20 *Super fundamentum Apostolorum & Prophetarum*, ἐπὶ τῷ θεμελίῳ, &c. Id est super Iesum Christum, qui est Apostolicæ & Propheticæ structuræ fundamentum. Sic enim Apostolus ipse optimus sui interpres explicat 1. Corinth. 3. 11, & Esa. cap. 28. 16. Et de Lege ac Prophetis idem testatur Christus Ioan. 5. 39. Itaque Apostoli & Prophetæ fuerunt huius templi, id est Ecclesiæ Dei, (vt etiam hodie fideles ministri) architecti, non autem fundamentum ipsum: & planè est Antichristus qui sibi tribuit quod vnius Christi est: ac proinde non sunt lapides templi Dei quicunque alio fundamento nituntur, etiamsi nomen Christi retineant, quum rem ipsam tollant. Vbi autem Petri primatus? Nempe vel nusquam est nisi in Antichristiana Ecclesia: vel admodum negligenter, imò etiam hæreticè hæc scripserit Paulus, qui Apostolos numeret multitudinis numero, & sibi etiam in proximo capite, Gentium Apostolatum vendicet. At enim dices, iste est & Petri & Pauli successor, ergò primatus ipse à Petri & Pauli demum obitu cœperit, quandoquidem collegam habuit Petrus: à quo etiam fuerit meritò reprehensus, & cui dextram porrexerit societatis. Ita ex suo ipsius ore conuincitur seruus nequam. Omitto eorum nugas qui fundamentum interpretantur concilia œcumenica, ædificium videlicet ipsum pro fundamento substituentes, si modò germana sint concilia. Quid verò iis facias quos non pudet Romanam etiam Ecclesiam (quam vocant) pro fundamento substernere? Ita mutuò sese collidunt mendacia. ¶ *Existente imo angulari lapide*, ὄντος ἀκρογωνιαίου. Restitui in contextu nomen λίθου, ex Claromontano codice, & Vulgata Latina interpretatione. Participium in hoc dicendi genere non solet à Latinis exprimi. Ἀκρογωνιαῖον autem non conuerti *Summum angularem*, vt Vetus interpres, sed contrà, *imum angularem*, nequis ambiguitate deceptus falleretur. Nam τὸ ἄκρον Græcis vtrunque extremum declarat, nempe & summum & infimum. Hîc verò Christus consideratur tanquam is qui ædificium totum solus sustineat, vt sicut architecti à fundamento, sic à Christo vnico illo firmissimo lapide incipiat Ecclesiæ structura. Simili ratione Christus dicitur à Dauide ראש פנה [*rosch pinnah*,] id est caput anguli, non habita situs summi sed imi ratione, vt ראש [*rosch*] declaret translatitiè partem ædificij præcipuam, & à qua dependent reliquæ, sicut corpus à capite, quanuis diuerso situ. Caput enim in corpore summam partem tenet, in ædificio verò fundamentum in imo subsidet: sed ædificio id præstat quod Caput corpori, ideóque Caput dicitur. Vnde ראשית [*reschith*] Hebræis & caput Latinis, pro cuiusuis rei principio, & prima ac præcipua parte ponitur. Id autem ita esse explicandum, vel ex sequenti versiculo liquet, in quo dicitur totum ædificium à Christo exurgere. Sed & Anguli appellatio partem eam ædificij designat cuius vnius firmitate vniuersum ædificium fulcitur, ex Hebr. idiotismo: à quibus etiam idcirco פנות [*pinnoth*] id est Anguli vocantur ij qui auctoritate præstant, & Reipublicæ molem quasi fulciunt, vt 1. Sam. 14. 38, & Esa. 19. 13. quod volui annotatum, nequis hîc imaginetur plurium angulorum ædificium, aut denique subtilius in hac similitudine philosophetur, quum in angulo oporteat duos parietes concurrere, vix possit autem ex duobus parietibus ædificium perfici.

21 *Totum ædificium*, πᾶσα οἰκοδομή. id est, ὅλη. Erasmus, *Quæcunque structura.* Putauit enim πᾶσαν hoc in loco distinguere hoc ædificium ab aliis quæ hoc fundamento non nitantur: qua in re proculdubio fallitur. Nam de nullo alio ædificio disseruit Paulus, vt minimè hîc sit opus vlla distinctione. Deinde hac ratione non fuisset dicendum, πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη, sed πᾶσα οἰκοδομὴ ἡ συναρμολογουμένη, vel certè expungendus fuisset articulus, cuius vis est διαφορικὴ hoc in loco. πᾶσα igitur, id est totum ædificium, dixit, vt sciamus non partem duntaxat ædificij, sed totam structuram, quantacunque est, hoc vno lapide angulari fulciri.

¶ *Crescit*, αὔξει. Vtitur præsenti tempore vt ædificij structuram nondum absolutam, sed architectos adhuc in opere versari intelligamus.

¶ *Vt sit templum sanctum*, εἰς ναὸν ἅγιον. Hic finem declarat. Alludit autem ad templum Hierosolymitanum, quod fuit istius viui ædificij typus, perpetuum pontificem Christum habentis, vt in epistola ad Hebræos explicatur. Qua verò ratione singuli fideles alibi dicuntur Templum Domini, quòd Deus per Spiritum sanctum in Christo ipsos sanctificarit, & quasi apud eos sibi domicilium delegerit, eádem etiam Ecclesiæ tribuitur idem nomen, quòd fideles omnes in vnum quasi ædificium compingantur. ¶ *Domino*, ἐν Κυρίῳ. Vel repetitur antecedens Hebræorum more, quanuis expresso relatiuo, quum præcesserit ἐν ᾧ, in quo, si hoc libuerit coniungere cum verbo αὔξει: (quanquam ἐν ᾧ fortasse rectius exposueris ἐφ᾽ ᾧ *supra quod*, videlicet θεμέλιο, *fundamentum*, vt perpetua sit metaphora) vel ἐν respondet literæ ל Hebræorum, quæ tertio casui adiungitur: quam interpretationem sum sequutus. Non temere tamen dici possit crescere in Domino ædificium quod in eo fuit coagmentatum, nempe vt non principia tantùm, sed & media & extrema feramus Dei gratiæ in Christo accepta.

Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι.

Κεφάλαιον γ.

Τούτου χάριν ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν·

Εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς·

Ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνώρισέ μοι τὸ μυστήριον, (καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ.

Πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ)

Ὃ ἐν ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις ἐν πνεύματι·

Εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐν τῷ Χριστῷ, διὰ τοῦ εὐαγγελίου.

Οὗ ἐγενόμην διάκονος κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.

22 In quo & vos vnà ædificamini, vt sitis domicilium Dei per Spiritum.

CAP. III.

1 Hvius rei gratia ego Paulus *sum* vinctus ille Christi Iesu pro vobis Gentibus:

2 Si modò audiuistis dispensationem gratiæ Dei datæ mihi erga vos.

3 *Deum videlicet* per reuelationem notum mihi fecisse mysterium illud, (sicut antea scripsi paucis.

4 Ex quo perlecto potestis perpendere quæ sit mea intelligentia in mysterio Christi)

5 Quod aliis ætatibus patefactũ nonfuit filiis hominum, vt nunc est reuelatum sanctis eius Apostolis & Prophetis per Spiritum:

6 Gentes *videlicet* esse cohæredes & concorpores, consortésque promissionis eius in Christo per Euangelium.

7 Cuius factus sum minister ex dono gratiæ Dei, quod datũ est mihi secundùm efficacem illam vim potentiæ ipsius.

22 *In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu Sancto.*

CAP. III.

1 *Hvius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu pro vobis Gentibus.*

2 *Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vobis.*

3 *Quoniam secundùm reuelationem notum mihi factum est sacramentum, (sicut suprà scripsi in breui,*

4 *Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi)*

5 *Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in Spiritu:*

6 *Gentes esse cohæredes, & concorporales & comparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium.*

7 *Cuius factus sum, ego minister secundùm donum gratiæ Dei quæ data est mihi secundùm operationem virtutis eius.*

1 Asserit Apostolatum suum aduersus offendiculum Crucis, ex quo etiam sumit argumentum ad eum confirmandum, affirmans se non modò designatum Apostolum per Dei misericordiam, sed etiã peculiariter Gentibus vndiquaque an salutem vocandis destinatũ, quoniam ab initio Deus ita decreuerat, quanuis diu distulerit eius consilij patefactionem.

22 *Et vos vnà ædificamini*, καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε. Vide suprà versu 15. ¶ *Vt sitis domicilium*, εἰς κατοικητήριον. Iterum εἰς finem notat, & allusio est ad templum, quod dicitur מושב [*moschab*,] & משכן [*mischcan*,] & מעון [*mahon*,] Pertinet autem ad hunc locum differentia τοῦ κατοικεῖν, & τοῦ παροικεῖν, de qua diximus Matt. 2. 23. ¶ *Per Spiritum*, ἐν Πνεύματι. Vide suprà versu 18.

IN CAP. III.

1 *Ego Paulus [sum] vinctus ille*, ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος. Nunc tandem ad hypothesin (id est ad suum Apostolatum) descendit. Cæterùm necessariò explenda est constructio, sed hîc non conuenit inter interpretes. Nã alij subaudiunt πρεσβεύω, *legatione fungor*: quod reperi quidem in Claromontano codice, sed haud satis scio an conueniat præpositioni ὑπὲρ pro apud. Neque enim pro Gentibus, id est Gentium nomine, legatione fungebatur, sed ὑπὲρ Χριστοῦ, 2. Corinth. 5. 20. nisi ὑπὲρ accipiamus pro ἕνεκα. quod & ipsum duriusculum fuerit, quia præcessit τούτου χάριν. Alij verò subaudiunt καυχῶμαι *gloriatus sum*, quòd simile quippiam dixisse videatur Apostolus Philip 2. 16. Sed neutrum sanè in plerisque & iis quidem emendatissimis codicibus inuenitur, neque velim quidem ego istiusmodi ellipsibus aditum patefacere. Est autem maximè vsitata & minimè omnium coacta ellipsis verbi substantiui, quod multò rectiùs suppleuit Erasmus. Vertit enim *Ego Paulus [sum] vinctus Iesu Christi*, sed non rectè prætermisso articulo qui κατ᾽ ἐξοχὴν ponitur hoc in loco. Multa enim erat istius captiuitatis celebritas, quòd Paulus passim dictaretur is esse qui vellet Gentes cum Iudæis exæquare, quíque hoc nomine Iudæos reddidisset omnibus exosos, vt scribitur Act. 21. 28. & 24. 5. & 25. 24. Hoc verò tantùm abest vt inficietur, vt contrà ex eo captet commendandi apud Gentes ministerij sui occasionem: Captiuum autem Iesu Christi se dicit non actiuè, quem Iesus Christus captiuum teneat: sed passiuè, qui pro Iesu Christi asserta gloria captiuus teneatur. Sic enim sese pro iis vinctum esse dicit vt eorum mentes simul ad Christum attollat, ne videatur causam suam agere.

2 *Audistis*, ἠκούσατε. Loquitur de vocatione sua peculiariter Gentibus destinata, vt de re omnium sermonibus celebrata.

3 *Per reuelationem*, κατ᾽ ἀποκάλυψιν. Innuit se Apostolum esse ἀμέσως vocatum: quæ historia refertur Act. 9. 15. & 22. 21 & passim celebratur in ipsius epistolis. Vide Gal 1. 12. ¶ *Paucis*, ἐν ὀλίγῳ. Vel paulò antè, nempe hac ipsa epistola, superioribus capitibus. Nec enim video vnde colligere possimus aliam fuisse scriptam Ephesiis epistolam quæ exciderit. De mysterio diximus suprà, 1. 9.

4. *Ex quo*, πρὸς ὅ. Cohæret hoc cum verbo νοῆσαι, & accipitur πρὸς vt in illo Ouidij, *Mortua (crede mihi) tamen ad tua verba reuixi.* Participium autem ἀναγινώσκοντες ponitur sine casu, Græcorum more vt in illo Virgilij, -- *Et diuûm amplexa simulacra tenebant* Quem Hellenismum vt vitarem conuerti, *Ex quo perlecto.* Optimo verò iure de se ista prædicare Apostolum, re ipsa cognoscet quisquis perspexerit quàm sublimiter ac prorsus diuinè, totum illud argumentum ab initio epistolæ pertractarit.

5 *Patefactum fuit*, ἐγνωρίσθη, siue *notificatum*: quo verbo vtitur Gellius. Vulg. *Agnitum fuit*, perperam. Erasmus *innotuit*, nimium dilutè. Significat enim Apostolus verbo passiuo Deum ad illa vsque tempora mysterium illud penes se retentum celasse, quod caro & sanguis non docet, vt explicat copiosè idem Apostolus Act. 14. 16. *Filiis hominum* τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. לבני אדם [*libne adam*,] i. hominibus. Quid verò? annon hoc olim sanctis patribus fuit patefactum? Respondeo, non ita multis, præsertim quod ad vocationem Gentium attinet, idque diruto intergerino pariete. Deinde vt reuelatum fuerit Prophetis, qui etiam id fore prædixerunt, tamen diuersa ratione ac mensura fuit illis hoc mysterium quasi procul & cum inuolucris ostensum, quum Apostoli præsentem clarissimam lucem sint intuiti: quanuis initio de vocatione Gentium dubitarit etiam Petrus. Itaque addidit Paulus particulam νῦν. Adiunxit autem Apostolis Prophetas illos de quorum munere diximus. Rom. 12. 6. & 1. Corinth. 14. 2. & 9. Neque enim hoc potest ad veteres illos Prophetas referri, quibuscum istos vt tempore posteriores, sic huius mysterij cognitione potiores comparat.

¶ *Per Spiritum*, ἐν Πνεύματι. Claromontanus codex addit, ἁγίῳ, *Sancto.*

6 *Concorpores*, σύσσωμα. Vide Gal. 3. 16. & 28. & suprà 1. 10. Vulg. *Concorporales*, Erasm. *Eiusdem corporis.*

	Græce		Beza		Vulgata
8	Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων τῶν ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ,	8	Mihi, inquam, "longè minimo omnium ſanctorum, data eſt hęc gratia, euangelizandi inter Gentes inperueſtigabiles illas opes Christi,	8	*Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc in Gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti,*
9	Καὶ φωτίσαι πάντας τίς ἡ κοινωνία τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ, τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ·	9	Et "in lucē proferēdi omnibus quę *ſit* " cōmunio myſterij quod erat abſconditum à ſeculis in Deo, qui omnia hæc condidit "per Ieſum Chriſtum:	9	*Et illuminare omnes quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in Deo, qui omnia creauit:*
10	Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, διὰ τῆς ἐκκλησίας, ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ.	10	2 Vt nunc innoteſcat "per Eccleſiā imperiis ac poteſtatibus *quæ* in cælis *ſunt*, " multiformis illa ſapientia Dei:	10	*Vt innoteſcat nūc principatibus & poteſtatibus in cæleſtibus, per Eccleſiam, multiformis ſapiētia Dei:*
11	Κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, ἣν ἐποίησεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν·	11	Secundum "præſtitutum æternum " quod conſtituit in Chriſto Ieſu Domino noſtro:	11	*Secundū præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro:*
12	Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει, διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ.	12	In quo habemus loquendi libertatē & aditum cum fiducia, "per fidem ipſius.	12	*In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius.*
13	Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν.	13	Quapropter peto " ne ſegnes fiatis "ob afflictiones meas, pro vobis, "quæ eſt gloria veſtra.	13	*Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra.*
14	Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,	14	3 Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem " Domini noſtri Ieſu Chriſti,	14	*Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrē Domini noſtri Ieſu Chriſti,*

2 Vocatio Gentium inopinata, ipſis etiam Angelis cæleſtibus eſt ſpeculi inſtar: in quo magnificam Dei ſapiētiam intueantur.

3 Docet ſuo exemplo, efficaciam doctrinæ à Dei gratia pendere, ac proinde preces cum prædicatione & auditione verbi eſſe coniungendas, quibus indigeant non modò qui ſunt nouitij, ſed ipſi quoque veterani, vt magis, ac magis per fidem cum Chriſto coaleſcentes, omnibus ſpiritualibus donis confirmati, in cognitione eius immenſæ charitatis, qua nos Deus Pater in Filio complexus eſt, fundentur ac radices agant, quum tota familia, cuius pars iam in cælum recepta eſt, pars adhuc in terris hæret, ab illa adoptione Patris cæleſtis in vnico Filio ſuo pendeat.

8 *Longè minimo,* ἐλαχιστοτέρῳ. Comparatiuum à ſuperlatiuo deductum, ac ſi dicas minimorum minimo. Ideo addidi particulam Longè.

9 *In lucem proferendi,* φωτίσαι. Sic rectè Eraſm. Vulg. *Illuminare*, quum φωτίσαι hic declaret, planè ac perſpicuè aliquid docere: ac velut illata luce patefacere, ſicut etiā rectè expreſſit Syrus interpres. Sed mihi ſuſpectū eſt iſtud πάντας pro πᾶσιν quod etiam vno in manuſc. codice deeſſe cōperi. ¶ *Communio,* ἡ κοινωνία. Vulg. *Diſpenſatio,* οἰκονομία & ita etiam veteres noſtri libri ſcriptum habent, vt Syrus interp. legit. ¶ *Per Ieſum Chriſtum,* διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vetus interpres & Syrus hoc non legunt, nec Claromōtanus codex, nec Hieronymus habet, nec Ambroſius: reperi tamen in omnibus Græcis: & ſanè maximā habet emphaſin. Sic enim colligit Apoſtolus, Vnus Deus omnes populos condidit, ſic etiam nūc omnes ad ſe vocat: condidit autē per Chriſtum, ſic per Chriſtum inſtaurat. Eſt enim vniuerſalis particula ad id de quo agitur reſtringenda: vt oſtendit etiam articulus τά, quem propterea expreſſi.

10 *Per Eccleſiam,* διὰ τῆς ἐκκλησίας. Eccleſiam ex tam multis tamque diuerſis hominum generibus collectam, ſignificat quaſi exemplar aut ſpeculum eſſe in cuius contemplatione ipſi etiam Angeli proficiant: quatenus videlicet in tam multiplici [illegible], & tam conſentiēte (vt ita dicam) diſcordia, longè clarius apparet multiplex illa Dei ſapientia, quàm in vnius ſynagogæ gubernatione. Nec velim quidem ego ſubtilius de Angelis philoſophari, quaſi concionibus [illegible] Eccleſiæ miniſterium ad illos etiam pertineat: qua de re vide quæ tradit in hunc locum doctiſſimus interpres. De his autem nominibus quæ Angelis tribuuntur, diximus Rom. 8.38. & 39. ¶ *Multiformis,* πολυποίκιλος, i. [illegible]. Nam res ipſa nō variatur, quū vnus ſemper Chriſtus fuerit propoſitus, ad quem etiam Lex, tanquam pædagogus, Iudæos ducebat: ſed variata eſt œconomia, quæ rurſus infinitas habet formas, ſi applicatio multiplex æſtimetur ex locorum, perſonarum & temporum circumſtantiis, quas omnes Dominus ad eundem finem adducat.

11 *Præſtitutum æternum,* πρόθεσιν τῶν αἰώνων. Vulg. & Eraſm. *Præfinitionem (i. προορισμὸν) ſeculorum.* Ego πρόθεσιν, id eſt præſtitutum, vt fontem ipſius προορισμοῦ, id eſt præfinitionis & prædeſtinationis, conſidero: & עולמים [*holamim*.] i. ſeculorum, cum doctiſſimo interprete accipio αἰώνιον, [illegible], ex idiotiſmo Hebræis, perfamiliari. Æternum autem accipio quod omni principio ſit antiquius, interprete ipſo Petro, 1. Petr. 1.20. Vide Rom. 8.28. ¶ *Quod conſtituit,* ἣν ἐποίησεν. Ad verbum, *Quod fecit*, ſicut in vernaculo ſermone dicimus *Faire vne deliberation*: quanuis non deſint qui ἐποίησεν accipiant pro *Præſtitit.* Quòd autem relatiuum ἣν nonnulli ad ſapientiam, nonnulli ad Eccleſiam referunt, nihil eſt, quum per ſe plana ſit ſententia, ſi ad πρόθεσιν referas.

12 *Per fidem ipſius,* διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. Id eſt per fidem in illum. Vide Rom. 3.22. Ex hoc autem loco apparet manifeſtè πεποίθησιν, id eſt fiduciam à fide, nēpe vt effectum à cauſa differre: ac proinde à nonnullis perperam pro Fide ſubſtitui Fiduciæ nomen, quanuis iſta duo ſemper cohæreant, quum de vera illa fide agitur. Vide 2. Cor. 4.16.

13 *Ne ſegnes fiatis,* μὴ ἐκκακεῖν. Admodum propriè vtitur hoc verbo Apoſtolus. Dicitur enim κακὸς, vt volunt Græci grammatici, παρὰ τὸ χάζειν, id eſt à cedendo, quod eſt ſegnium & ignauorum militum. Sed malè Syrus interpres ad ipſum Paulum retulit, petentem à Deo ne ipſe ſegnem ſe præberet: quum ſit potius adhortatio, ipſos Epheſios cæteráſque Eccleſias reſpiciens, ne Apoſtoli captiuitate offenderentur, aut perterrefierent. ¶ *Ob,* ἐν. ב [*beth,*] Hebr. pro עבור [*habahur.*] ¶ *Pro vobis,* ὑπὲρ ὑμῶν. id eſt veſtra cauſa, vt meo videlicet exemplo confirmemini: ſi quidem martyrum ſanguine rigatur Eccleſia, ſed nō abluitur niſi eius vnius ſanguine qui tollit peccata mundi. ¶ *Quæ eſt,* &c. ἥτις ἐστὶ, &c. id eſt, Qua in re poſita eſt gloria veſtra. Hæc enim trita eſt regula apud Hebræos, relatiuum inter duo nomina poſitum cum alterutro promiſcuè congruere, vt Phil. 1.28.

14 *Domini noſtri Ieſu Chriſti,* τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Hanc partem dicit Hieronymus in Latinis codicibus additam, quum in Græcis non extet. Non enim, inquit, loquitur Paulus propriè de Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſed in genere flectit genua ad illum Patrē, quem omnes creaturæ rationabiles agnoſcunt conditorem & auctorē. Atqui in omnibus veteribus libris & ſcholiis quoque Græcis hæc particula additur, & addi certè debet. Neque enim poteſt Deus Pater niſi in Chriſto inuocari: qua ratione tamen non omnium, ſed fidelium tantùm eſt Pater. Denique ſi Deum extra Chriſtum conſideraris, quænam erit Patris inuocatio?

15 Ex

	Græce		Beza		Vulgata
15	Ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται,	15	"Ex quo tota familia in cælis & in terra "nominatur,	15	*Ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur.*
16	Ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον·	16	Vt det vobis, "ſecundū diuitias glorię ſuę, vt fortiter corroboremini per Spiritum ſuum "in interiore homine.	16	*Vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per Spiritū eius in interiorem hominem.*
17	Κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν·	17	"*Et* inhabitet Chriſtus per fidem "in cordibus veſtris:	17	*Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris:*
18	Ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι, ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος, καὶ βάθος καὶ ὕψος·	18	Vt "in charitate "radicati & fundati, valeatis aſſequi cum omnibus ſanctis, " quæ *ſit* illa latitudo & longitudo, & profunditas & ſublimitas:	18	*In charitate radicati & fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & longitudo, & ſublimitas & profundum:*
19	Γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ.	19	Et noſſe " charitatem illam Chriſti " *omni* notitia ſuperemin[illegible]tiorem: vt impleamini " ad omnem vſque plenitudinem illam Dei.	19	*Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.*

15 *Ex quo,* ἐξ οὗ. Ex quo videlicet Patre per Chriſtum. vel ex quo Chriſto. ¶ *Nominatur,* ὀνομάζεται. Id eſt appellationem Filiorum Dei ſortitur. Is enim vnus filios Dei fecit quicunque ab origine mundi in ipſum crediderunt, Ioan. 1.12. ¶ *Tota familia in cælis & in terra nominatur,* πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. De Eccleſia Chriſtiana ex Gentibus & Iudæis coagmentata Paulum diſſerere ſatis conſtat. Itaq; miror nō fuiſſe animaduerſam particulam πᾶσα poſitam pro ὅλη, vt ſuprà, 3. 2. πατριὰν autem quam Vetus interpr. *Paternitatem* conuertit Hieronymus *Parentelam*, Eraſm. *Cognationem à communi Patre*, ſatis liquet familiam declarare, id eſt gentem quæ communem vnum patremfamiliâs habeat, vt ſanè habet Eccleſia in Chriſto adoptata, quæ etiam idcirco Domus Dei dicitur, vt 2. Tim. 2.20: cuius ciues vocauit domeſticos Dei ſup. 2.19. Externi ſunt igitur quicunque non ſunt deſtinati adoptioni in Filio, & patrem habent diabolum, vt Ioan. 8.44. ſuper quos manet ira Dei, Ioan. 3:36. vt planè non poſſit eorum interpretatio admitti qui πᾶσα exponūt Omnis, niſi eâdem permutatione, Omnis pro Tota accipiatur. Iam verò quod additur *In cælis*, quum ad huius familiæ diſtributionem pertineat, de iis intelligatur oportet qui iam in cælos migrarunt, in eodem atque nos Filio adoptati, vt vnà nobiſcum eandem familiam conſtituant, ſicut expoſuimus ſupr. 1.10. Nā ne hîc quidē velim de Angelis ſubtiliùs philoſophari: quibus vix ſanè putem adoptionis nomē conuenire, adeo vt in hac πατριᾷ non poſſint ſatis commodè comprehendi, cuius vinculum noſtra in Filio adoptio exiſtat. Quod ſi coniunxerimus iſtud cum verbo ὀνομάζεται, *nominatur*, non tam erit prægnans (vt ita dicam) ſententia. Tantùm enim ſignificabitur, iſtius Domini familiæ celebritatem, huius mundi ſpatiis non terminari, ſed in ipſis etiam cælis commemorari, vt Luc. 2.14, & 15.7. Itaque priorem expoſitionē vt vberiorem amplector. Poſtremò ὀνομάζεσθαι ſignificat ex alicuius nomine celebrari, vti iam tum fideles omnes à Chriſto Chriſtiani dicebantur. Sed meminerimus rē ipſam [illegible] eſſe cum nomine copulandam.

16 *Secundùm diuitias gloriæ ſuæ,* κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ: i. pro magnitudine miſericordiæ ipſius. Id enim eſt quod δόξαν vocat, ob eam cauſam quam expoſui ſuprà, 1.5. & 6. & 12. Sed & opulentiam glorioſam poſſis interpretari, eadem aut certè non multum diuerſa ſententia. ¶ *In interiore homine,* εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Εἰς pro ἐν accipio. Vide Rom. 7.22.

17 [*Et*] *inhabitet,* κατοικῆσαι. Iterum notanda emphaſis verbi κατοικεῖν, quam expoſuimus Matth. 2.23. Huc etiam pertinet quod ſcriptum eſt Ioan. 6.57, & 14.23. ¶ *In cordibus,* ἐν καρδίαις. Non dicit in linguis, niſi cor linguam appellat, vt meritò dicat vnuſquiſque, *Credidi, ideo loquutus ſum.* & ſic declarat Apoſtolus quid interiorem hominem vocarit.

18 *In charitate,* ἐν ἀγάπῃ. Charitatem intellige qua diligimur à Deo. Hæc enim eſt radix, hoc fundamentum electionis noſtræ, ad quod vbique nos reuocat Apoſtolus, vt ſuprà, 1.4. & alibi paſſim. Radicis enim & fundamenti nomen quomodo fructibus tribuas? ¶ *Radicati & fundati,* ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι. Sic rectè Vetus interpres. Eraſmus tamen prætulit periphraſin, *Firmi radicibus & fundamento iacto.* Cæterùm cohærent hæc participia cum ſequente verbo ἐξισχύσητε: éſtque particula ἵνα explicandâ per traiectionem, quæ non modò non eſt inſolens, ſed etiam elegans habetur. Certè apparet Paulum ea delectatum non vno in loco, ſed ſatis multis, vt 1. Corinth. 9. 15, & 2. Corinth. 2.4, & Galat. 2. 10. Vide Rom. 11. 2. & 1. ¶ *Quæ* [*ſit*] *illa latitudo,* &c. τί τὸ πλάτος, &c. id eſt quàm ſit hoc opus noſtræ in Chriſto conciliationis omnibus ſuis numeris & partibus abſolutum. Alluſit autem fortaſſis Apoſtolus ad ritum oblationis Theruma & Thenuphah, de quibus in Lege agitur. quarum vna à dextra ad ſiniſtram, altera verò ſurſum & deorſum mota offerebatur, quod allegoricè patres ad crucis formam retulerunt: vel ſumpta eſt à Geometricis menſuris tranſlatio: vt mirum ſit veterum nonnullos tam procul à ſcopo aberraſſe dum iſtas dimentiones ſeorſim ſubtili quadam ratione conſiderant.

19 *Charitatem Chriſti,* ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. Id eſt, quam exhibuit nobis Deus in Chriſto, vt Ioan. 3.16. & Rom. 5.8. Vel, qua Chriſtus ipſe Filius Dei nos complexus eſt, vt Ioan. 15.13. ¶ [*Omni*] *cognitione ſuperiorem,* ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως. Id eſt, quæ ſuperat humani ingenij captum, vt quidem plenè animo concipi poſſit, quum alioqui quiſque Spiritu Dei fretus pro modulo ſuo tantùm percipiat quantùm ſatis eſt ad ſalutem. Γνῶσιν enim vocat facultatem ipſam cognoſcendi, non cognitionis habitum. Eſt autem hæc plana expoſitio, & cum ſuperiore metaphora prorſus conſentiēns, atque etiam cum eo quod ſcripſit ſuprà verſiculo octauo, nempe imperueſtigabiles eſſe Chriſti opes. Quod autem attinet ad conſtructionem verbi ὑπερβάλλειν, non erat quòd de ea ambigeret Eraſmus. Sic enim apud Ariſtotelem bis in eâdem pagina inuenitur libro de Republica 3, Μυθολογεῖται δὲ καὶ τοὺς Ἀργοναύτας τὸν Ἡρακλέα καταλιπεῖν, διὰ τοιαύτην αἰτίαν· οὐ γὰρ ἐθέλειν αὐτὸν ἄγειν τὴν Ἀργὼ μετὰ τῶν ἄλλων, ὡς ὑπερβάλλοντα πολὺ τῶν πλωτήρων. Idèm paulo pòſt, οὔτε γὰρ γραφεὺς ἐάσειεν ἂν τὸν ὑπερβάλλοντα πόδα τῆς συμμετρίας ἔχειν τὸ ζῷον. Quidam igitur in hoc explicando loco fruſtra ſe torſerunt, vt Hieronymus, qui interpretatur *Eminentem dilectionem cognitionis Chriſti*, obſcuro ſenſu, & traiectione ita violenta vt admitti certè non poſſit. Sed magis etiam hunc locum torquent, qui τῆς γνώσεως attexunt præcedenti verſiculo, cuius conſtructionis meminit etiam Photius. Apud Ambroſium verò perinde legitur cōtextus ac ſi ſcriptum eſſet τὴν γνῶσιν τῆς ἀγάπης, aut certè permutata conſtructio: cuiuſmodi hypallagen annotauimus Act. 5.20. Vertit enim *Supereminentem ſcientiam charitatis Chriſti*, quomodo etiam legitur apud Auguſtin epiſt. 120, vt Eraſm. obſeruauit. Vulg. *Supereminentem ſcientiæ.* Eraſ. *Supereminentem cognitioni.* Syrus autem interpres expuncta voce τῆς γνώσεως, legit ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην, i. τὸ μέγεθος τῆς ἀγάπης, *magnitudinem charitatis.* ¶ *Ad omnem,* &c. εἰς πᾶν, &c. Id eſt ita vt in vobis abundent quæcunque ad noſtram illam in Deo perfectionem requiruntur. Nam εἰς pro μέχρι accipitur, vt εἰς ποσόν pro eò vſque, & εἰς νῦν pro hactenus, & εἰς πάντας, infrà verſu 21, quo modo etiam apud Hebræos ponitur ל pro עד [*hal.*] Additus autem articulus refert eam plenitudinem de qua ſuperiore verſiculo

differuit, cognitionis Dei dicatur non qua Deus ipse plenus est, id est ipsa Deitas, (quis enim hanc capiat?) sed ingens illa Dei beneficentia in Christo essusa, cuius nos facit participes adhuc hic degentes. Deinde plenitudinem malui vertere quam perfectionem: propterea quod paulo antè dictum est Christum in cordibus nostris habitare vt Deus quodammodo in ipso nos impleat, & nos Deo valuti impleamur in ipso. Sed hoc demum implendum meminerimus vltimo illo die, quum Deus erit omnia in suis omnibus, 1. Cor. 15. 28.

4 Erumpit in gratiarum actionem, qua confirmentur etiam Ephesij vt quiduis ex Deo sperent.

20 Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν, κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν,

21 Αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Κεφάλαιον δ.

1 Altera pars epistolæ, præcepta vitæ Christianæ complectens: quorum summa est, vt vnusquisque se gerat sicut tanta Dei gratia dignum est.

2 Secundò animi mansuetudinem commendat, quæ in sese mutuò tolerandis, demonstretur.

3 Summam coniunctionem requirit, sed quę Spiritus sancti vinculo deuinciatur.

4 Argumentū maximi momenti ad mutuam charitatem maximo studio colendam, quòd ab vno Deo & Patre eodem Spiritu in vnum veluti corpus conflati, vnum Dominum vna fide colentes, & vno baptismate ipsi consecrati, vnam eandémque gloriam, ad quam vocati sumus, speremus. Omnia igitur ista discerpit qui charitatem violat.

1 Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε.

2 Μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πρᾳότητος, μετὰ μακροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ·

3 Σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης.

4 Ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν.

5 Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα.

6 Εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ὑμῖν.

20 4 Ei verò qui summa cum exuperantia potest omnia facere supra ea quæ petimus, aut cogitamus, pro illa potentia agente in nobis,

21 Ei inquam gloria in Ecclesia per Christum Iesum, in omnes ætates seculi seculorum. Amen.

CAP. IIII.

1 PRecor itaque vos ego vinctus ille in Domino, vt ambuletis sicuti conuenit vocationi qua vocati estis:

2 2 Cum omni animi submissione & lenitate, cum iræ cohibitione, sustinentes alij alios per charitatem.

3 3 Studentes conseruare vnitatē Spiritus per connexum pacis.

4 4 Vnum *est* corpus & vnus Spiritus, sicut & vocati estis in vnam spem vocationis vestræ.

5 Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma:

6 Vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnes, & in omnibus vobis.

20 *Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis,*

21 *Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum. Amen.*

CAP. IIII.

1 *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua estis vocati.*

2 *Cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate:*

3 *Solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.*

4 *Vnum corpus, & vnus Spiritus, sicut & vocati estis in vna spe vocationis vestræ.*

5 *Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma:*

6 *Vnus Deus & Pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.*

20 *Infinita cum redundantia*, ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ. Ad verbum, *suprà quàm redundanter*. Vulg. *Superabundanter*. Eras. *Cumulatè*. Neuter satis ἐμφατικῶς.

21 *Per Christum Iesum*, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Vulg. addit copulam καὶ, *Et*, quæ sensum obscurum gignit, neque in Syriaca paraphrasi, & veteribus codicibus nostris inuenitur. ¶ *In omnes ætates seculi seculorum*, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. Hebraicè לכל דורות עולם עולמים [lechol doroth holam holamim.]

IN CAPVT IIII.

1 *Precor*, παρακαλῶ. Erasmus, *Hortor*. Mihi verò videtur illud magis appositum. ¶ *In Domino*, ἐν Κυρίῳ. Hebr. באדוני [badonai,] id est Domini causa, siue ob Domini negotium. Ponitur enim ב pro בעבור [bahabur,] id est propter, vt Geneseos capite 29. vers. 18. ¶ *Vt conuenit*, ἀξίως. Vulg. *Dignè*. Vide Rom. 16. v. 2. ¶ *Vocatione*, τῆς κλήσεως. Vocationem vniuersalē fidelium intellige: nempe vt sancti sint sicut Deus sanctus est, ad quem vocati sunt in Christo: cuius generalis vocationis vsum oportet singulos ad sui peculiaris, siue publici, siue priuati status rationem accommodare. De ipso verò nomine vocationis sæpe iam à nobis dictum est. ¶ *Qua*, ἧς. Positum est relatiuum in casu antecedentis, Græcorum idiotismo.

2 *Animi submissione*, ταπεινοφροσύνης. Vide Act. 20. v. 19. ¶ *Cum iræ cohibitione*, μετὰ μακροθυμίας. Vulg. *Cum patientia*. Vide Matt. 18. 26. Ambrosius certè procul aberrauit quum Magnanimitatem conuerteret.

3 *Spiritus*, τοῦ Πνεύματος. Spiritum accipio pro Spirituali, siue cuius vinculū est Spiritus sanctus. Ita enim distinguit amicitiam illam (cuius præcepta tradiderunt Philosophi) à Christiana coniunctione simúlque sibi patefacit aditum ad proximum argumentum.

4 *Vnum [est] corpus*, ἓν σῶμα. Vide 1. Cor. 12. 12. ¶ *Vnus Spiritus*, ἓν Πνεῦμα. Vnus videlicet spiritus quo in vnum corpus coniungimini, vt iam alij ab aliis odio dissidere non possitis, quum Spiritus idem & vnus non possit à seipso dissidere. Quòd si Spiritum accipiamus pro animo, dicentur fideles esse quasi vnū corpus & vnus animus, propter summam coniunctionem, vt Act. 4. 32, quod & philosophi de amicitia dixerunt, sed non eodem iure, quū istius coniunctionis vinculum & scopum non nossent. Quoties autem vnum hîc legimus, toties nectatur conclusio, quod vnum est discerpi non posse.

6 *Qui est super omnes & per omnes, &c.* ὁ ἐπὶ πάντων, &c. Eras. *Super omnia, & per omnia, & in omnibus vobis.* Vulg. *Super omnes, & per omnia, & in omnibus vobis.* Est autem (fateor) ambiguum genus, sed in duobus duntaxat prioribus. Nā tertium omnino masculini generis est. Itaque miror, quum Eras. reprehenderit Vet. interpr. quòd in eodem genere non perseuerarit, & res personis miscuerit, quinam non animaduerterit se in eandē reprehensionem necessariò incurrere, vt qui priora duo rebus tribuat, postremum autē cogatur personis accommodare. Nam contra omniū Græcorum codicum fidem Hieronym. expungit pronomen ὑμῖν. cuius etiā dictum nolim temere & sine distinctione concedere, in omnibus videlicet esse Spiritū sanctum. Nam rectè Spiritus sanctus ab effectu sic vocatur, potius quàm à natura: quum per se satis intelligatur sanctus esse qui Deus est. Deinde (quod rectè omnino expēdit doctissimus interpres) considerari debet huius loci circumstantia. Non est autē institutus sermo de illa vniuersali gubernatione: sed de mutua fidelium in vno Patre coniunctione: quę sanè nihil cōmune habet cum brutis animalibus. qua etiam ratione nomen Patris apposuit. quod nonnisi Christi membris cōpetit, vt prorsus sine causa Hieronymus hîc sese fatiget. Quanuis igitur priora duo generaliter de omnibus rebus creatis accipi possint, vt Iere. 23. 23, & Act. 17. 28, tamen ad scopum Apostoli sunt restringenda quæ de imperio & præsentia Dei commemorat. Deinde, quanuis interdum Paulus in eo argumento πάντα vsurpet neutro genere, tamen quia sequitur ἐν πᾶσιν ὑμῖν masculino genere, multò melius congruit, illa tria ad rem eandem accommodare. Quod autem ad rem ipsam attinet, ἐπὶ πάντων designat vnius in totam Ecclesiam summum imperium, διὰ πάντων prouidentiam per omnia

omnia Ecclesiæ membra diffusam, ἐν πᾶσιν nostram illam cum Deo coniunctionem in Christo. quæ tria non videtur agnoscere quisquis fraternam concordiam violat: vt plané fuerint impudentes hæretici quum ex istis syllabarum aucupiis vellent trium hypostaseōn imparitatem statuere: vt pluribus docet Basilius in libello de Spiritu sancto ad Amphilochium. Postremò hac occasione descendit Apostolus ad sapientiam Dei infinitam in his tribus, tum in toto Ecclesiæ corpore, tum in singularum partium concinna dispositione, describendam.

5 Admonet omnes quidem vnum esse corpus & ab vno Christo, qui potenter domitis omnibus hostibus, in cælis regnat (vnde Ecclesiam donis omnibus cumulet) omnia bona proficisci: sed interea variè ac diuerse, dona ista pro eius arbitrio distribui, ac proinde vnūquemque debere, suo modulo contentum id quod accepit, ad communē totius corporis vtilitatem referre.

7 Ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ.

8 Διὸ λέγει, Ἀναβὰς εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις.

9 Τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐστιν εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη πρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς;

10 Ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.

7 5 Sed vnicuique nostrûm data est gratia pro mensura doni Christi.

8 Quapropter dicit, Quum ascendisset in sublime, captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus.

9 Cæterùm illud Ascēdit, quid est nisi quod etiam descenderat prius in infimas partes terræ?

10 Qui descenderat, ipse est qui etiam ascendit longè supra omnes cælos, vt impleret omnia.

7 *Vnicuique autem nostrûm data est gratia secundum mensuram donationis Christi.*

8 *Propter quod dicit, Ascendens in altum captiuā duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.*

9 *Quòd autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ?*

10 *Qui descēdit, ipse est & qui ascendit supra omnes cælos, vt impleret omnia.*

7 *Doni Christi*, τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. Id est doni quod Christus contulit, vel quod Pater nobis in Christo contulit. Significat autē Apostolus vnum quidem esse corpus, ac proinde summam omnium membrorum consensionem esse oportere, sed diuersas esse membrorum functiones, quæ in istius charitatis vsu sunt diligenter considerandæ, ne dum volumus præpostero zelo vel ambitione aliqua corpus iuuare præter functionis nostræ rationem, non modò nihil proficiamus, sed hoc ipso plurimum noceamus.

8 *Captiuitatem*, αἰχμαλωσίαν. Id est captiuorum multitudinem. Est enim μεταφορικῶς explicatus victoris ducis triumphus. Hostes autem isti sunt, diabolus, mors, peccatum, quicquid denique se opposuit humili Christo. Captiuitatem verò pro captiuis dixit, ex idiotismo, Hebræis familiari, cuius multa passim exempla occurrunt. Et quod ad huius loci applicationem attinet, adeo propria est ista explicatio quam adfert Paulus, vt aliæ omnes translatitiæ sint, vel ipsis in eo consentientibus æquioribus Iudæis. Nam ad Dauidem certè istam ascensionem referri non posse liquet ex præcedente & sequente versiculo: quanuis Aben Ezra aliter censeat. Deus verò qua ratione dici potest in sublime ascendisse, nisi prius è sublimi descenderit? Nam alibi quidem Deum esse exaltatum, id est sublimem, lego: rogat etiam Dauid aliquoties vt exaltetur supra cælos, id est, magnificentiæ suæ sublimitatem declaret, sed vbi dicatur ascendisse in altum, pro gloriam suam insigni aliquo facto quasi euexisse (vt nonnulli hîc exponunt) nusquam adhuc inueni. Itaque Kimhi, quanuis alioquin à vero sensu aberret, tamen vidit hæc esse ad Deum referenda, qui è terra in cælum migrarit. Sed quod translatitiè explicat, credamus potius cum Paulo propriè esse de Messiæ in cælos reditu explicandum. ¶ *Dedit dona hominibus*, ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Hebræa veritas habet לקחת מתנות באדם [lakachta mattanoth baadam,] id est, accepisti dona pro hominibus. id est, quæ dares hominibus. At enim, inquies, plurimum differunt accipere & dare. Quid igitur? nempe sensum genuinum spectauit Apostolus. Sequitur enim gratiarum actio, Benedictus Deus, qui videlicet quotidie nos ornat donis suis. Ergo in באדם [baadam] accipitur ב pro בעבור [bahabur,] vel ל, vt Genes. cap. 32. versu 13. ita videlicet vt subaudiatur verbum consequentis significationis, vt Act. 7. 9. Vendiderunt eum in Ægyptum, videlicet transferendum: & Num. 23. 27, Accipiam te in locum alium, nempè deducendum. Denique in hac explicatione consentit cum Paulo Chaldaica paraphrasis, quod ad dicendi genus attinet: quanuis ineptè ista de Mose interpretetur, vt etiam impius R. Salomon.

9 *In infimas partes terræ?* εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς: id est in terram, quæ pars est mundi infima, vt idonei interpretes explicant. Nam qui ad limbum vel ad inferos detorquent, vix digni sunt refutatione: inter quos etiam Origenes in sextum caput epistolæ ad Romanos (vt errorem erroribus cumularet) captiuitatis nomine non Satanam, Mortem & Peccatum, sed eos intelligit qui cum Christo resurrexerunt, de quibus Matt. 27. 53. qui, inquit, introierūt in sanctam ciuitatem, id est Hierusalem: quasi verò victores de aliis quàm de hostibus suis deuictis triumphare cōsueuerint, & captiuos alios præ se ducere, quàm quos ipsi deuicerunt: vnde sequitur istos qui cum Christo extra ordinem resurrexerunt fuisse ipsum Christum triumphātem haud aliter sequutos, quàm olim milites suum Imperatorem. Captiui igitur isti in triumpho ducti fuerunt Satan, peccatum & Mors, vt apparet etiam ex Osea 13. 14. 1. Cor. 15. 54. & Col. 2. 14. Sed age istas nugas sinamus. Hoc ego verò lectori expendēdum relinquo ex cuiusdam interpretatione, ecquid Paulus his verbis alludat ad Virginis vterū. Extat enim locus Psal. 139. 15, vbi Dauid vterum in quo fuerat formatus, translatitiè vocat תחתיות ארץ [tachthyoth aretz,] id est inferiora terræ, vt ita videatur Descensus vox metaphoricè ad verbi incarnationem referri. in qua non tantùm consideranda est naturæ humanæ assumptio personalis in vtero Virginis, sed illa in primis abiectissima conditio in quam sese Filius ille Dei ad mortē vsque ignominia plenam, atq; adeò ad ipsa inferiora terræ, id est, antrum sepulchri subeundū summisit. Nec enim (vt prudenter hîc monet Chrysost.) simpliciter per descēsum & ascensū intelligitur μετάβασις, i. locis inferioris in superiorē trāsitio: quarū illa neq; Deitati, quę loco nullo cōtinetur neq; Humanitati in terris creatæ cōuenire per se potest: sed vnius eiusdémq; Christi personæ significatur κένωσις (vt alibi loquitur Apostolus) & in ipsius Verbi Incarnatione & in ipsa naturæ depressione: tū huic opposita & eiusdē verbi quasi in gloriā restitutio, & carnis illius supra ipsos etiā Angelos euectio.

10 *Longè supra*, ὑπεράνω. Vulg. & Eras. *Supra*. Vide sup. 1. 21. Quod autē nonnulli curiosi homines hîc disceptant, supra cælos nullū esse locū, itaque corpus Christi esse ἀπερίγραπτον, Sophistis relinquamus. Christū scimus verū hominē fuisse, nec esse desiisse, ac proinde finitū corpus, finitā animā habere: scimus in cælos ascēdisse, gloriæ Patris sociū, nec inde prius venturū quàm iudicet viuos & mortuos: nos autem fide ad eū per Sp. sanctum subuectos, verè vnū cū ipso fieri, vt vitam ęternā in eo per imputationē gratis adipiscamur: cuius etiā Spiritu, mortui peccato, viuimus iustitiæ. Hæc fides, hæc spes est Christianorū, quæ fallere nō potest. nititur enim gratuita Dei promissione, quā prædicat Verbū, amplectitur per Sp. sanctum fides, obsignant in nobis per eūdem Spiritum instituta à Domino Sacramenta. Cætera curiosis Sophistis relinquamus. ¶ *Vt impleret*, ἵνα πληρώσῃ. i. donis & beneficiis suis cumularet. Sic enim accipitur verbū מלא [mille] in hac cōstructione, vt Es. 23. 2. & Ier. 31. 25. vbi etiā הרוה [hiruah] & מלא [mille] vsurpantur tanquā synonyma. Deinde constat hāc esse testimonij Dauidis explicationē. Quemadmodum igitur illud Ascēdit, &c. applicatur Christi ascēsioni, ita illud, Dedit dona hominibus respōdet isti particulæ, Vt impleret omnia: vt planè videatur etiā alludere Paulus ad sequentē vers. illius Psalmi, vbi dicitur Dominus suos onerare, metaphora à solēnibus epulis sumpta, quū principes post partā victoriā toti populo liberalitatem suā testabantur, solēnibus præsertim sacrificiis quibus erāt cōiuncta cōuiuia: vt passim ex sacris etiā historiis licet intelligere. Itaq; verbū Implere, hoc in loco nō accipietur pro Perficere, nisi ex cōsequēti, quatenus Christi donis perficimur. quò etiā manifestè refertur quod paulò antè dixit 3. 19. vt impleamini ad omnē vsq; Dei plenitudinē & Col 2. 10. estis in eo cōpleti: & Io. 1. accepim' omnes ex eius plenitudine, & Act. 2. 33. à Petro istud explicatur. Neq; etiā propriè pertinet ad hūc locū quęstio, Quomodo Christus sit Vbiq; sed potius

Quomodo donis suis cumulet, nempe per Spiritum suum, vt testatur Ioa.14.16.& 26.& 15.26. Nec tamen improbanda est eorum interpretatio, inter quos etiam est Bernardus primo sermone De aduentu Domini, vertens, *Vt adimpleret omnia*, nempe quòd in Christo consummata fuerint omnia prædicta à prophetis, & quæ ad salutem nostram requirebantur. Sed prorsus reiiciendi sunt ij qui conantur ex hoc loco corpus humanum ἀπεριγραπτον, id est corpus non corpus, Christo tribuere, ac spem nostram à fundamentis conuellere. Nam non modò nisi fuerit, sed etiam nisi sit Christus verus ac naturalis homo, frustra speramus quod speramus: & Spiritus sancti virtutem ignorat qui nos Christi corporis participes fieri non posse putat nisi vbique statuatur, vt naturalibus corporis qualitatibus spolietur. Nam alioqui Christi carnē inenarrabiliter omnibus ὑπερφυσικοῖς donis supra res omnes creatas ornatam esse in sese, dubiū non est: at ἀπηρνουσικοῖς (id est iis quibus sublatis humanitatem necesse fuerit non esse nobis ὁμοούσιον & ipsa materia, & iis qualitatibus quæ faciunt vt Humanitas sit Humanitas,) nequaquam. Nam & corpora nostra, post resurrectionem fiet ipsi corpori Christi glorioso etsi non ἴσα, at certè σύμμορφα. Philip.3.21. ¶ *Omnia*, τὰ πάντα. De Ecclesia Paulum loqui constat ex tota argumenti serie, & testimonij etiam applicatione, quam paulo antè exposuimus. Itaque vniuersalis particula ad id de quo agitur restringenda est, vt diximus suprà, versu 6. quam tamen videtur Apostolus vsurpasse de industria, non modò vt vniuersi subiicerentur Christo sine exceptione, sed etiam vt Iudæorum & Gentium discrimen sublatum esse [...]enderet. Prætereà verò notanda est distributio Aposto[...] qui priore loco commemoret quasi ædificij architectos, deinde ad summum & vltimum fastigium accedat.

Καὶ αὐτὸς ἔδωκε, τοὺς μὲν, ἀποστόλους, τοὺς δὲ, προφήτας, τοὺς δὲ, εὐαγγελιστάς, τοὺς δὲ, ποιμένας καὶ διδασκάλους.	11	[6] Is igitur dedit alios quidem, Apostolos, alios verò, Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem, [7] Pastores & Doctores.	11	*Et ipse dedit quosdam quidem, Apostolos, quosdam autem, Prophetas, alios verò, Euangelistas, alios autem, Pastores & Doctores.*
Πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ.	12	7 Ad concinnationem integram sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi.	12	*Ad consummationem sanctorum in opus ministerij in ædificationē corporis Christi:*
Μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ.	13	8 Donec deueniamus nos omnes in vnitatē fidei, & agnitionis Filij Dei, in virū adultum, ad mensuram plenæ staturæ Christi.	13	*Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi:*
Ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης·	14	9 Vt ne simus amplius pueri, 10 qui fluctuemus & circumferamur quouis vento doctrinæ, in aleatoria ludificatione hominum, per veteratoriam ad artificiosè seducendum.	14	*Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris:*
Ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλή, ὁ Χριστός·	15	11 Sed sincerè nos gerentes cum charitate, prorsus adolescamus in eum qui est caput, *nempe* Christus:	15	*Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia qui est caput, Christus:*
Ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται, εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ.	16	Ex quo totum corpus congruenter coagmentatum, & compactum per omnes suppeditatas commissuras, ex vi intus agente pro mensura vniuscuiusque membri, incremētum capit corpori conueniēs, ad suiipsius extinctionem per charitatem.	16	*Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitatē.*

6 Priore loco functiones Ecclesiasticas, partim extraordinarias & temporarias, vt Apostolos, Prophetas, Euangelistas, partim ordinarias & perpetuas, vt Pastores & Doctores commemorat.

7 Finem Ecclesiasticarū functionum ostēdit, nempe vt hominum ministerio omnes sancti sic coalescant vt vnum Christi corpus mysticum constituant.

8 Huius mysterij vsus perpetuus est dum in mundo versamur id est vsque ad tempus illud quo carne exuti, penitus inter eos consentientes, capiti nostro Christo adhærebimus. Hoc autem fit crescente in nobis Filij Dei cognitione, ipsóque adeo paulatim in nobis adolescente, donec viri perfecti euadamus, quod quidem in altero fiet seculo, quum Deus erit omnia in omnibus.

9 Inter pueritiam (id est statum admodū imbecillū, quā vide licet adhuc penitus vacillamus) & perfectam ætatem, quę nobis in altero demum seculo obtinget, aliquid est medium, nempe adolescentia, & firmus ad perfectionem progressus.

10 Eos qui in verbum Dei non recūbunt, comparat nauiculis, quæ doctrinis hominum tanquam ventis contrariis huc & illuc agitatæ fluctuent, & simul præmonet id accidere non tantùm humani ingenij leuitate, sed etiam quorundam versutiis qui hanc velut artem faciant.

11 Veritatis & charitatis studio in Christo crescimus. Is enim sui verbi ministerio efficax, instar vitalis spiritus sic totum corpus vegetans vt singulos artus pro eorum modulo nutriat, Ecclesiam suam diuersis functionibus quasi membris constante [...] vniuscuiusque proportione viuificat & fouet. Inde verò consequitur, neque extra Christum posse hoc corpus viuere, neque quenquam posse spiritualiter crescere, qui sese à cæteris membris seiungat.

---

11 *Apostolos*, ἀποστόλους. Istos hoc nomine propriè vocatos legimus duodecim fuisse (quibus accessit Paulus peculiariter Gentibus destinatus) à Christo ipso destinatos ἀμέσως. quanquam videtur etiam aliquatenus adiungendus Barnabas, ex eo quòd scriptum est Act.13.2. Horum autem officium fuit per vniuersum orbem terrarum Ecclesias suo quodam (vt ita dicam) iure constituere, vt ex Christi mandato, & tota eorum historia, apparet. Constitutis ergo Ecclesiis hoc quoque munus necessariò fuit sublatum. Itaque tyrannica hodie vox est in Ecclesia sese Apostolum ex successione profiteri: quanto magis sese Apostolorum principem dicere? Nam certè Paulus nullum eiusmodi primatum vni tribuit, nisi Christo capiti. At enim ministeriali capite vniuersali opus est. Litiga igitur cū Apostolo tu quisquis es. i. cum Spiritu sancto. Nam propius hic locus erat de catholica Romana, vel alia quapiam, Ecclesia disserendi. quanquam catholica quî esse potest quæ Romana dicitur? ¶ *Prophetas*, προφήτας. Hunc ordinem etiam supra Apostolico adiunxit, 3. 5. ex quo apparet fuisse Prophetarum munus vnum ex præcipuis, vt qui in primis illis initiis sapientia aliqua eximia pollerent, non modò in interpretando, sed etiam in administrandis Ecclesiis quas Apostoli constituerant prout diuersa incidebant negotia: adeo vt in hoc etiam ordine nonnulli dono prædicendi futura pollerent, vt ex sacra historia licet cognoscere. Vide Rom.12.6.& 1.Cor.14.2. Fuit ergo hoc munus etiam temporarium, quanuis non extincta sit ipsa gratia. ¶ *Euangelistas*, εὐαγγελιστάς. Hoc nomine ij intelliguntur quibus comitibus vtebantur Apostoli in suo fungendo munere, quòd omnibus non possent sufficere, nedū vt princeps aliquis Apostolorum in terris esset. Eiusmodi erant, Timotheus, Titus, Syluanus, Apollos: quos ita secum coniunxit Paulus, vt tamen in inscriptione epistolarum se vnum dicat Apostolum. Sed & nominatim Timotheus dicitur Euangelista, 2.Tim.4.5. Fuit ergo hoc etiam munus temporarium. ¶ *Pastores ac doctores*, ποιμένας καὶ διδασκάλους. Assentior Ambrosio qui hæc quoque munera distinguit. Nam ratio parum firma est quæ Hieronymum & Augustinum mouit vt confunderent: nempe quia copula absque articulo est interiecta. Fateor tamen Doctorū nomen latè patere, vt 1.Cor.12.28 Sed apparet istorum aliquod fuisse discrimen, quòd in isto compendio videatur vix locus esse synonymis. In eo tamen non sequor Ambrosium quòd διδασκάλους, id est (vt ipse interpretatur) Magistros, putet eos esse quos vocarint Exorcistas: quos ego potius inter dona sanationum recenseo, quorum fit mentio 1.Corint.12.30. Nam ipsum nominis etymon hanc opinionem refellit: & res ipsa ostendit, Apostolum hoc loco disserere de iis duntaxat muneribus quæ ad doctrinam pertinent: quamobrem etiam gubernationes & opitulationes præterit, & alia nonnulla in epistola illa priore ad Corinthios commemorata. Doctoris igitur munus fuit verbum Domini fideliter explicare, & veluti scholam Ecclesiasticam regere, vt sincera doctrina dogmatum & veræ interpretationes in Ecclesia retinerentur, sicut docuit Alexandriæ Pantænus & Origenes. cui deinde quum concessum esset concionari in cœtu, non defuerunt qui hoc præter maiorum consuetudinem factum esse dicerēt, vt explicatur apud Niceph. lib. Eccl. hist. quinti, capite 14. At Pastorum (qui & Episcopi dicebantur, vt 1.Pet.2.25) munus longè latius patebat, nimirum vt Verbo & orationi vacarent, & Ecclesiam sibi commissam modis omnibus tuerentur: ex quibus etiam satis perspicitur hęc duo munera perpetua esse oportere in Ecclesia Dei.

12 *Ad Concinnationem integram*, πρὸς τὸν καταρτισμόν. Vulg. *Ad consummationem*. Eras. *Ad instaurationem*. Vide 1.Cor.1.10.

¶ *Corporis Christi*, τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. Id est Ecclesiæ, vt 1.Cor.12.27.& sup.2.25. Syrus (nisi errauit descriptor) omissa voce Corporis, legit, *Aedificium Christi*.

13 *In vnitate fidei*, εἰς ἑνότητα τῆς πίστεως. i. Eadem summa cōiunctione cuius vinculū est fides, vt nullæ partes hient, nihil sit luxatum, nihil non suo loco aptè collocatū ac cohærēs. quod scitè exposuit Syrus interpres, quasi scriptum sit εἰς ἓν διὰ τῆς πίστεως, *donec fiamus vna res per fidem*. ¶ *In virum adultum*, εἰς ἄνδρα τέλειον. Ἀνὴρ hoc in loco ætatē designat translatitiè, vt diximus 1.Cor.13.11. Ecclesiam igitur corpori cōparat, cuius anima sit Christus. Itaque sicut anima paulatim cōfirmatis organis, facultates suas edit in corpore, ipsúmque adeò corpus sibi vegetat, donec ad iustam & consistentem ætatem peruentum sit: ita etiam quandiu in hac vita versamur, par est vt in vita illa æterna ac spirituali crescamus, donec in Christo adoleuerimus, & vicissim Christus in nobis. quod quando & quomodo futurū sit, copiosè explicatur 1.Cor.cap.13. Loquitur autē Paulus de Ecclesia tanquam de homine singulari & vnico: tum vt vnitatem illā declaret, tum vt singuli meminerint hanc doctrinā sigillatim etiam ad se pertinere. At Clemens in Pędagogo, viri perfecti nomine Christum ipsum intelligit. Vide 1.Cor.2.6.

¶ *Plenæ*

¶ *Plenæ Staturæ Christi*, ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. Quia fit mentio τοῦ μέτρου, id est mensuræ, ἡλικίαν malui *Staturam* interpretari quàm *ætatem*, cum vetere interprete, vt Matth. 6.27 & Luc.19.3. Hoc enim est (opinor) quod Hebræi קומה [*komah*] vocant: & nos simili ratione dicimus *haulteur* in vernaculo nostro sermone, sicut ἡλικία ab ἧλιξ deducitur. quanuis Augustinus lib. de Ciuitate Dei 22, cap.15. argumento suo seruiens maluerit *Aetatem* vertere. Cæterùm τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ interpretor ex Hebræorum idiotismo, τοῦ πληρωθέντος Χριστοῦ. Hebraica hypallage, de qua diximus, suprà 1.14.& Act.5.10. Spectatur enim hoc in loco Christus non in sese, sed quatenus in nobis adolescit, pro nostri in ipso & ipsius in nobis incremento, Coloss. cap.1. versu 19.

14 *In hominum alea*, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων. Id est, Incertis illis casibus quibus iactantur homines. Græcis enim certum est κυβείαν dici quam Latini aleam vocant: quod nomen translatitiè de quibusuis incerti euentus rebus dicitur: vt nulla magis fuerit apposita metaphora significandæ hominum desultoriæ (vt ita dicam) leuitati. Neque enim hic duntaxat verum est quod ait Comicus, Quot capita tot sensus: sed nullus etiam homo est qui non à se ipso sæpe in rebus maximi momenti dissentiat. Itaque hac quoque ratione vitam hominum meritò aleæ compararis, neque nimium procul etiam recedit à translatione rei nauticæ hac altera metaphora, quum nauigatione nihil sit incertius. Maluit tamen Vetus interpres *Nequitiam*. Erasmus verò rectius *Versutiam* interpretari, pro eo quod vernaculò sermone dicimus *piperie*. vt etiā intellexit Syrus interpres. Augustinus lib. de Ciuitate Dei 22. cap.18, *Illusionem* vertit. Hoc enim referunt ad aleatorum astutias ac fraudes, quia sequitur ἐν πανουργίᾳ. Sed exemplum requiro idonei auctoris in quo κυβεία aliud quàm aleam declaret. Libet autem hic adferre aliam expositionem de qua iudicet lector. Nā quia tota hæc oratio à re nautica desumpta est, apud Ciceronem autem 5. in Verrem lib. Cybæam dici inuenio maximæ nauis onerariæ quadratæ videlicet genus & prouerbiali quodam dicendi genere dicuntur eadem naui vehi qui eiusdem sunt socij: fortassis hunc locum non ineptè conuerteris, *In hominum Cybæa*. Quia tamen nusquam alibi Cybææ nomen legere memini nequid hîc peccarem per imprudentiam, malui certam ac vulgatam τῆς κυβείας significationem amplecti. Clem. lib. Stromat. ad ματαιοπονίαν, id est, inanem laborem, refert: Epiphanius in Manichæos, vanas & ineptas subtilitates κυβείαν καλεῖ διδασκαλίας vocat.

Per veteratoriam ἐν πανουργίᾳ, &c. Sicut plerosque hominū vocamus *ponises*, id est non minus leues & faciles ad quiduis amplectendum, ac mutandam subinde sententiam, quàm si pueri semper essent, ac nullo iudicio præditi: ita nunc dicit non deesse qui ad alios fallendos & in errorem impellendos mirè sint exercitati. Vulgata, *In astutia ad circūuentionem erroris*. Erasmus, longius à Græcis recedens, *Qua nos adoriuntur, vt imponant nobis*. Ego (ni fallor) planius & accommodatius πανουργίαν conuerti ἀφελαστικῶς, veteratoriam versutiā, & μεθοδείαν πλάνης ipsam veluti methodum & artem aliis extra veritatis viam abducendis. Vide infrà 6.11 pro quo Augustinus De Ciuitate Dei, lib.22. cap.18, vertit *Ad machinationem erroris*.

15 *Sincerè nos gerentes*, ἀληθεύοντες. vel, constanter perseuerantes, quam interpretationem sequutus est Syrus interpres. Nam τὸ ἀληθεύειν omnino respondet Hebræo verbo אמן [*Aman*,] quod in Niphal declarat firmum & constantem esse. Vulgata, *Veritatem facientes*, obscurè. Veritas autem ista opposita fraudi non tantùm in dictis, vt in[...] sed in factis quoque, atque adeò toto vitæ cursu spectatur.

¶ *Prorsus*, τὰ πάντα. Ad verbum *Per omnia*, subaudita præpositione κατὰ, vt Corinth, 9.15, & 10.3.

¶ *Adolescamus in eum*, αὐξήσωμεν εἰς αὐτόν. Vel, vt Vetus interpres, *Crescamus in illo*. Hieronymus, *Vt augeamus in ipso omnia*. Nam verbum αὔξειν interdum accipitur ἐνεργητικῶς, interdum οὐδετέρως. Sed hoc modo accipiendum esse apparet ex Coloss. 1.19. Syrus interpres videtur legisse ἵνα αὐξηθῶσι τὰ πάντα ἐν ἡμῖν εἰς Χριστὸν ὅς ἐστιν κεφαλή, *vt quicquid in nobis est adolescat in Christum qui est caput*: à quo nimirum omnis sensus & motus, ipsáque adeò vita spiritualis, promanat in subiecta ipsi membra. Ambrosius & Hieronymus, *vt augeamus ipso omnia*.

16 *Ex quo*, ἐξ οὗ. Quemadmodum antequam corpus in iustam mensuram excreuerit, vitalis facultas ex suo fonte in subiectos artus sese insinuās, & singulis (vt sunt variis cōmissuris iuncti) pro ipsorum ratione portionē nutrimenti distribuens, hac ratione totum corpus vegetat, vt pro modulo suo accrescentibus singulis membris, vniuersum corpus tādem in iustam corporis staturam euadat: ita Christus, Ecclesiæ caput, singulis membris vim suam instillās, & per multiplices iuncturas variarum & diuersarum functionū, tantum suppeditans alimenti quanto opus est tum ad vniuscuiusque membri vegetationem, tum etiam ad quotidianum incrementum, Ecclesiam suam fouere non desinit, dum singulis partibus iustam mensuram adeptis, corpus tandem perfectum euadat.

¶ *Per omnes suppeditatas commissuras*, διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας. Ἁφὰς vocat artuum mutuos inter se contractus, qua parte videlicet committuntur. Quod autem τῆς ἐπιχορηγίας dixit, passiuè accipiendum est ex Hebræorum more: nec aliter quàm passiuo participio explicari commodè potest.

raque Suppeditatas conuerti, pro eo quod vulgò dicunt *fulthies*, sicut ab ipso Cicerone hoc verbum passiuè vsurpatur, & à Græcis sic enim Diodorus, ἣν δὲ συνίσει καὶ πάμμη καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ἐπιφάνειαν συντείνουσι κεχορηγημένη. Vulgata, *Per omnem iuncturam subministrationis*. Erasmus, *Per omnem commissuram subministrationis* admodum obscurè. Neque melius Augustinus lib. de Ciuit. 22. cap. 18 vertit, *Tactum subministrationis*. At Syrus interpres expuncto verbo συνάπτεται, participia συναρμολογούμενον & συμβιβαζόμενον pro verbis accipit, ex idiotismo Hebræorum, & deinceps legit, κατ' ἐπιχορηγίας εἰς μέτρον ἕκαστου μέλους εἰς αὔξησιν αὐτοῦ σώματος id est, *Ex quo totum corpus congruenter coagmentatur & compingitur per omnes commissuras, secundum suppeditationem dotium in mensura vniuscuiusque membri ad incrementum ipsius corporis*, &c. quam scripturam nullius Græci codicis auctoritate confirmatam reperi.

¶ *Ex vi intus agente*, κατ' ἐνέργειαν. Vim Christi capitis intellige, qui, animæ instar, singula membra vegetat, sed pro ipsorum modulo. Vulgata, *Secundum operationem*. Erasmus, *Iuxta actum*.

¶ *Pro mensura*, ἐν μέτρῳ. Id est κατὰ μέτρον. ¶ *Membri*, μέλους. Sic legunt veteres Græci summo consensu, & ita etiam scholiastes Græcus, vt apparet ex interpretatione: quanuis in contextu scriptum sit μέρους, id est, partis: quam lectionē sequutus est Erasmus, fortassis post Augustinum, libro & cap. modò citatis. ¶ *Incrementum capit corpori conueniens*, αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται. Id est, ita crescit vt par est corpus crescere. Neque enim abundat repetitum nomē σώματος. ¶ *Ad suiipsius extructionem*, εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ. Incrementum singulorum quidem est membrorum, sed omnes partes in totius corporis incrementum consentiūt, adeò quidem vt membrum non possit huius nutrimenti ac proinde incrementi particeps esse, nisi cum reliquis cohæreat, diuersarum illarum functionum vinculo & nexu, vt ex omnibus coniunctis totum quiddam sit compactum. Ideo addidit Apostolus ἐν ἀγάπῃ, per charitatem. Hæc enim illa est artuum, id est diuersarum functionum, commissura.

Rom. 12. 11. Coloss. 3. 8.
11 Descendens ad doctrinæ Christianæ fructus, primùm disserit de morum & actionū principiis, grauissimam comparationē instituēs filiorū Dei, cū iis qui non sunt regenerati. In his enim omnes animi facultates esse corruptas, mente vanitati dedita, sensibus densissima caligine obscuratis, affectibus autē paulatī ad malū sic assuefactis, vt eos tandē omni amisso iudicio oporteat ad turpissima quæuis præcipites ferri.

17 Τοῦτο οὖν λέγω, καὶ μαρτύρομαι ἐν Κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ, ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν,

18 Ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν,

19 Οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ, εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ἐν πλεονεξίᾳ.

20 Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χριστόν·

21 Εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε, καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ,

17 12 Hoc itaque dico, & obtestor per Dominū, ne vos amplius ambuletis, sicut reliquæ Gentes ambulant, in vanitate mentis suæ,

18 Tenebris obscuratam mētem habentes, & abalienati à vita Dei propter ignorantiam quæ est in ipsis, per obdurationem cordis ipsorum.

19 Qui posteaquam dedoluerunt, sese dediderunt lasciuiæ ad certatim patrandam impuritatem omnem.

20 13 Vos autem non ita didicistis Christum:

21 Si modò ipsum audiuistis & de eo edocti estis, (sicut est veritas in Iesu,)

17 *Hoc igitur dico & testificor in Domino, vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant, in vanitate sensus sui,*

18 *Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum:*

19 *Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.*

20 *Vos autem non ita didicistis Christum:*

21 *Si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu.*

13 Sequitur antithesis hominum vera ac viua Christi cognitione regeneratorum, qui longè alia habeant actionū principia, desideria videlicet sancta & honesta, & mentē prorsus Spiritus virtute immutatam, vnde similes quoque effectus nascuntur, vita videlicet iusta & verè sancta.

---

17 *Reliqua*, τὰ λοιπά. Vulgata hoc non legit, quod tamē omnino addendum videtur. Nec enim Iudæos sed conuersos à paganismo Ephesios compellat Paulus.

¶ *Mentis suæ*, τοῦ νοὸς αὐτῶν. Hoc illud est ἡγεμονικὸν tantoperè celebratum à philosophis: cui subiicit τὴν διάνοιαν, ἐξαίρετον ἀνθρώπου γέρας, inquit Philo De mundo, quam etiam solent Latini Mentem & Animum generaliter vocare: i. sensitiuas interiores (quam vocant) facultates, in imaginando, cogitando & memorando positas. Tertio demum loco appetitiones nomine τῆς καρδίας, id est cordis, declarat. Ita Paulus philosophica etiam distinctione accurata totum hominem ostendit, extra Christum, in quo vno instauratur, nihil minus esse quàm verè hominem, mentem enim vanam esse, obscuratam esse cogitationem, appetitionem obduratam: vnde tandem consequatur ἀπάθεια, sponte sese in gurgitem omnium vitiorum præcipitans.

18 *Mentem*, τῇ διανοίᾳ. Vulgata, *Intellectum*. Vide Coloss. 1. 21. ¶ *A vita Dei*, τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ. Vitam Dei appellat vitam illam qua Deus viuit in suis, (vt suprà, 1. 1) quámque præcipit & approbat.

¶ *Obdurationem*, τὴν πώρωσιν. Vulgata, *Cæcitatem*. Erasmus, *Excæcationem*: miratus etiam cur Ambrosius Duritiam verterit. At ego miror πώρωσιν & πήρωσιν ab eo confundi: qua de re diximus Mar. 3. 5. Deinde potest etiam hoc sine copula explicari, ita videlicet vt cordis obduratio statuatur à Paulo tanquam illius ignorantiæ origo quia sponte sua homines per contumaciam respuunt lucem Dei in ipsorum corda incurrentem, & statim à communibus illis notitiis deficiunt, quos si postea velis reuocare: quo sibi videntur sapientiores, eo pertinacius obsistunt veritati. Ita fit vt Euangelium (id est vitam illam Dei) non modò non amplectantur, sed etiam securè derideant homines.

19 *Posteaquam dedoluerunt*, ἀπηλγηκότες. Labor (inquit Cicero Tuscul. 2.) callum quoddam obducit dolori. Idem ad Varronem scribens, Consuetudo diuturna, inquit, callū iam obduxit stomacho meo. Ab hoc autem callo promptum est huc delabi vt omnis doloris sensus, id est omne συντηρητικὸν iudicium amittatur, & mens reddatur ἀδόκιμος, vt Rom. 1. 28, & homines, veluti scirro cancrum gignente, aut quasi cauterio amputata conscientia, (1. Tim. 4. 2) in turpissima quæuis & aliena prorsus à natura hominis ratione aliqua prædita, præcipites ruant. Sic autem vsurpauit verbum Dedolere Ouidius, pro omnem doloris sensum abiicere, in his versiculis, *Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus Vincula qui rupit, dedoluitque semel*. Vulg. *Desperantes*. Legit enim ἀπηλπικότες vt & Syrus interpres. Erasmus, *Posteaquam peruenerint eò vt dolere desierint*.

¶ *Certatim*, ἐν πλεονεξίᾳ. Id est, quasi agatur de lucro, ita vt alius alium superare contendat. Nam πλεονεξία propriè de auaris & ambitiosis dicitur. Vulg. *In auaritiam*, absurdè. Erasmus, *Cum auiditate*, non satis expressé.

20 *Vos autem non ita*, ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως. Quid si post οὕτως distinctionem adscribas? Sic enim Hebræi ואתם לא כן תלומדים [*veattem lo chen hallomedim, &c.*] id est, vos autem non ita, sub. facere conuenit, qui didicistis, &c. Luc. 22. 25.

21 *Sicut est veritas in Iesu*, καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ. Id est, quæ demum vera est ac syncera institutio in Christo: vel, vt edocti sunt qui verè ac seriò Iesum cognoscunt. Et est hoc membrum parenthesi includendum, vt coh(æ)reat

reat verbum ἐδιδάχθητε cum verbo ἐδιδάχθητε. Commodior enim est hæc constructio illa quam probauit Syrus interpres, inserta particula ὑμεῖς, & subaudito verbo ἐμάθετε, à ver. 20, vt interiectus totus ver. 21. parenthesi includatur. Repetitum est autem nomen Iesu relatiui loco, Hebræorum more.

---

22 Ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης·

23 Ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν,

24 Καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας.

25 Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν, ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ· ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη.

26 Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν·

27 Μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ.

28 Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω· μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος τὸ ἀγα-

22 Nempe deponere quod ad pristinam conuersationē attinet, veterem illum hominem, qui seductricibus cupiditatibus sese corrumpit:

23 Renouari verò spiritu mētis vestræ,

24 Et induere nouum illū hominem, qui secundum Deum conditus est ad iustitiam & sanctimoniam veram.

25 14 Quapropter deposito mēdacio, loquimini veritatem quisque proximo suo: quoniā sumus alij aliorum membra.

26 15 Irascimini, & ne peccate: sol ne occidat super exacerbatione vestra:

27 Neque date locum diabolo.

28 16 Qui furabatur, nō amplius furetur: sed potius laboret, o-

22 *Deponere vos secundum pristinam conuersationem, veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris,*

23 *Renouamini autem spiritu mentis vestræ.*

24 *Et induite nouum hominem qui secundū Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.*

25 *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra.*

26 *Irascimini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram:*

27 *Nolite locum dare diabolo.*

28 *Qui furabatur, iam non furetur: magis autē laboret operando manibus suis*

14 Particulares aliquot Christianæ vitæ virtutes sigillatim commēdat: ac primùm quidē veritatem (i. sinceros mores) exigit, damnata omni fraude & simulatione, quoniam alij aliorum causā nati sumus.

15 Iram sic cohibendam docet, vt quantumuis ferueat, tamen foras non erumpat, & mox, atque adeò ante somnū, extinguatur: ne Satan mali suggerendi consilij occasionem ex pessimo illo consultore arripiens, nos pessundet. 16 A corde descendit ad manus, furta condemnans: & quoniam huic sceleri deditis solent inopiam prætexere, docet laborem optimum esse aduersus paupertatem remedium, cui sic benedicat Dominus, vt iis qui laborant, aliquid etiam supersit vnde alios iuuent, nedum vt aliena cogantur surripere.

---

22 *Nempe deponere*, ἀποθέσθαι. Familiaris est Hebræis, ac Paulo præsertim, translatio à vestibus sumpta, vt alibi expo-suimus. ¶ *Quod ad pristinam conuersationem attinet*, κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν. Κατὰ, id est על [*hal*,] nimium obscurè. Vetus interpres vertit hoc loco, *Secundum*. Erasmus suo more, *Iuxta*. Est enim illi peculiaris hæc particula, quam tamen non memini legere in ea significatione apud vllos idoneos auctores.

¶ *Veterem illum hominem*, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, id est vos ipsos. Hoc enim est quod significat Dominus quum iubet vt quisque abneget semetipsum. Neque enim quod ad qualitates attinet, quicquam sani relinquit homini Apostolus, vt sæpe iam ostensum est à nobis. Vide Rom. 6. 6.

¶ *Seductricibus cupiditatibus*, τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης. Vulgata, *Desideria erroris*. Vide infrà, 24.

23 *Spiritu mentis*, τῷ πνεύματι τοῦ νοός. Sic arbitror vocari quod in ipsa mente est intimum: ex quo docetur nullam esse partem hominis quam non peruaserit lethalis corruptio, ibi potissimum omnia vastans vbi oportuit rationis vim præcipuam esse.

24 *Nouum illum hominem*, τὸν καινὸν ἄνθρωπον. Quis sit nouus homo, ex veteris antithesi apparet, & sequenti descriptione. Vide Rom. 6. 6.

¶ *Qui secundum Deum conditus est*, τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα. id est ad Dei exemplar & imaginem creatus. Loquitur autē non de ipsius animæ essentia, (vt post Manichæos impurus ille Flacius Illyricus docuit) sed de qualitatum instauratione. Qualitates autem intellige animæ inhærentes, quæ corrigendæ sunt vt synceri sint earum effectus: vnde רוח חדשה [*ruach chadaschah*,] id est spiritum nouum, legimus, & לב חדש [*leb chadasch*,] i. cor nouum, Ezech. 36. quod tamen sibi facere iubemur apud eundem Prophetam cap. 18. ver. 31. nēpe postquam fuerimus per eum Spiritum noui homines facti, qui in sanctis efficit velle & perficere. vnde vtitur hoc loco Paulus verbo κτίζειν. & 2. Cor. cap. 5. 17. & Galat. 6. 15. & sup. 2. 10. κατὰ verò respōdet כדמותנו [*chedmuthenu*,] caph similitudinis ac congruentiæ particula. Itaque suppeditat hic nobis Paulus locupletissimam expositionē eius quod scriptum est in Genesi, creatum esse hominem ad Dei similitudinem & imaginem. ¶ *Ad iustitiam*, ἐν δικαιοσύνῃ. ἐν pro εἰς sumitur, vt effectus & finis nouæ creationis significetur. Vulgata & Erasmus, *In iustitia*, admodum obscurè. ¶ *Et sanctimoniam veram*, καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας, nempe nō fucatam, sed genuinam ac sinceram: ex idiotismo Hebræorum qui etiam occurrit sup. v. 22. vbi deceptrices cupiditates vocauit cupiditates deceptionis. Vulg. & Erasmus, *In sanctitate veritatis*. Quod si magis placebit interpretari in Iustitia & Sanctitate veritatis, & hoc accipere non pro fine huius renouationis, sed vt essentialē Imaginis Dei definitionem, significabitur ita creatum initio fuisse Hominem. & postea renouari, vt præditus fuerit cum Iustitia, i. cum facultate dignoscendi Iustū ab iniusto, veritateque sancta id est, facultate, qua verum à falso verè & sanctè discerneret.

26 *Irascimini*, &c. ὀργίζεσθε, &c. Hoc plerique de ira laudabili accipiunt, quam videlicet non excitat impatientia, sed verus zelus, aut etiam ὀρθὸς λόγος format, quasi illā præcipiat aut ad eam exhortetur Paulus. quæ explicatio mihi non videtur conuenire Apostoli instituto. Cur enim si hoc ita esset, moneret de ira antē solis occasum semel domanda, quū naturalis quidem ille motus fræno potiùs quàm exhortatione indigeat: zelum autem semper in nobis vigere oporteat? Agit autem Paulus de compescendis vitiosis affectibus: ac proinde nullā iram hîc puto præcipi, sed nos admoneri vt sic saltem irascamur, vt quod ira suaserit, pessimus sanè consultor, non exequamur, atque adeò illi non indormiamus. Nam alioqui in ipso etiam iræ motu vel iniusto, vel immoderato peccatur. Adiuuatur autē hoc dicendi genus pronūtiatione, hoc modo, Irascimini? id est, Cōtigit ne vobis irasci? at ne peccate, i. ne pergite longius: quod dicēdi genus manifestè occurrit Iacob. 5. 13. & 14. Itaque sic interpretandus esset in Græco contextu, ὀργίζεσθε; καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Falluntur autem qui hunc locum putant petitum ex Ps. 4. 4. ¶ *Sol ne occidat*, ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω. Prouerbialis dicendi figura, qua significatur iracundiam primo quoq; tēpore coercendam, vt Deut. 24. 13. ¶ *Super exacerbatione vestra*, ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. i. ne vos animus cōmotos nox deprehendat. *Exacerbationem* autem malui dicere quàm *iracundiam* cum Vet. interprete vel *iram* cū Erasmo, neutra voce Græcū vocabulum exprimente: quòd magis videatur iræ exuperantiam significare. Prior igitur gradus est, irā non exequi posterior, vt si contigerit irasci, caueamus ne hoc insideat animo, sed demus operam vt eam in lectum non inferamus.

27 *Diabolo*, τῷ διαβόλῳ. Erasmus, *Calumniatori*, apertè hoc referens ad Euangelij aduersarios, qui calumniandi

occasionem facilè arripiunt, solitis Hebræis sæpissimè vsurpare singularem numerum pro plurali. Ego potius ad Satanā refero, calumniatorum omnium caput: quia multo vberior est doctrina, quum nullum sit tam immane scelus quod ille non facilè persuadeat tenacis iræ hominibus.

θον ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι.

29 Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω· ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι.

30 Καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως.

31 Πᾶσα πικρία, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν, σὺν πάσῃ κακίᾳ.

32 Γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν.

Κεφάλαιον ε.

1 Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητά·

2 Καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν

perādo manib. comparās bona, vt habeat quod impertiat cui opus fuerit.

29 [17]Nullus sermo putris ex ore vestro egreditor: sed siquis est bonus adædificationis vsum, vt gratiam auditoribus adferat.

30 [18]Et ne tristitia afficite Spiritum illum sanctum Dei, per quem obsignati estis in diem redemptionis.

31 Omnis amaritudo, & excādescentia, & ira, & clamor, & maledicentia tollatur ex vobis, cum omni malitia.

32 Sed estote alij in alios benigni, misericordes, condonantes vobis mutuò *offensas*, [19]sicut & Deus in Christo condonauit vobis.

CAP. V.

1 ‖Estote igitur imitatores Dei, vt filij dilecti:

2 Et ambulate cum charitate, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis

quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

29 *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed siquis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.*

30 *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.*

31 *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia.*

32 *Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis.*

CAP. V.

1 *Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi:*

2 *Et ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semet-*

17 Injicit etiā frænū linguæ, sic docens tēperandum sermonem, vt nō modò non destruantur audientium animi, sed etiam instruantur. Ioan.13.34.& 15.12. 1.Ioan.3.23.

18 Generalis præceptio aduersus omnes exuperantias affectuum positorum in facultate, quam irascibilem vocāt, quibus contrarias mediocritates opponit. Adhibet autē præfationem longè vehementissimā, cauēdum esse ne Spiritū sanctum in nobis [...] lege habitātem, vt nostris omnibus affectibus moderetur, nostra intēperie, velut tristitia afficiamus.

19 Argumentum ab exemplo Christi sumptum, quo nullum esse potest grauius, etiamsi hominibus inimicissimis condonandæ sint iniuriæ, nedum si vel habenda sit miserorum ratio, vel de seruanda erga quosuis moderatione & morum suauitate agatur.

¶ *Comparans bona*, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν sic gallicè dicimus, *acquerir du* [...] & hæc vis est verbi ἐργάζεσθαι, vt Matth. 25.16.& Ioan.6.27.

29 *Putris*, σαπρός. Id est corruptus & aliis noxius. Ita enim explicandum esse hoc epitheton apparet ex antithesi, Nam ἀγαθὸν vocat eum ex quo fructus aliquis ad alios redire possit. Vide Matt.cap.7.vers.17.

¶ *Ad ædificationis vsum*, πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας Vulgata, *Ad ædificationem fidei*. Legit enim etiam Claromontanus codex τῆς πίστεως, *fidei*. cæteris nostris codicibus Græcis repugnantibus. Hieronymus, *Ad ædificationem opportunitatis* (id est opportunam) vt hoc dictum non de quauis, sed de præsenti necessitate intelligatur, vt etiam explicat Græcus scholiastes, monens hac sententia flagitare Apostolum à nobis, vt in familiari etiā sermone omnes occasiones proximi pro re nata ædificandi captemus: Maluit tamen Erasmus in annotationibus interpretari, *Ad ædificationem, quoties opus est*. Sed mihi magis placet, permutata constructione, πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας dictum esse pro πρὸς χρείαν τῆς οἰκοδομῆς, id est ad ædificationis vsum. quasi scriptum sit καὶ χρήσιμος πρὸς οἰκοδομὴν, *& vtilis ad ædificationem*, sicut vertit, meo iudicio, quàm optimè Syrus interpres. Huius autem hypallages exempla multa occurrunt à grammaticis Hebræis annotata, vt Esaiæ primo, *Cognouit præsepe Domini sui*, *pro dominum præsepis sui*, vt exigit loci circunstantia. Nam Iudæi præsepe quidem, at non dominum agnoscebant. qua de re diximus aliquid Act.cap.5 ver.20. & alibi, vbi etiam ostendimus Græcos & Latinos scriptores idoneos ab eiusmodi hypallage non abhorrere. vt in illo Ouidij versiculo, *In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora.*

¶ *Vt gratiam adferat*, ἵνα δῷ χάριν. Gratiam appellat quod ad progressum in pietate & charitate pertinet. Vulgata & Erasmus, ad verbum. *Vt det gratiam.* ¶ *Auditoribus*, τοῖς ἀκούουσι. Id est, τοῖς ἀκροαταῖς, ex Hebræorum more, participio posito pro verbali nomine.

30 *Spiritum illum sanctum Dei*, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ. Mutuatus est hoc dicendi genus Paulus ab Esa. cap.63.ver.10. Repetitio autem articulorum, & additum etiam nomen Dei non caret magna emphasi, adeo vt in singulis vocabulis grauissima argumenta quasi deliteant. Loquitur autem de spiritu Sancto ἀνθρωποπαθῶς. vt dextrè omnino annotauit doctissimus interpres, quasi diceret, Date operam vt Spiritus Sanctus libenter inter vos habitet, quasi in domicilio grato ac iucundo, nec vllam tristitiæ materiam illi præbete.

¶ *In diem redemptionis*, εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. Vide suprà, cap.1.vers.14.

31 *Excandescentia*, θυμός. Sic conuertit Cicero: & quum sequatur ὀργὴ, videtur hoc statuendum discrimen, vt θυμὸς primam illam sanguinis ebullitionem, ὀργὴ verò iam accensam iram declaret. Videtur enim Paulus quosdam gradus illius furoris facere, incipiens à πικρίᾳ, id est animi offensione, quum intus carpitur animus: vnde mox incipit pectus calescere, donec erumpat ira: vnde tandem clamores & rixæ, non sine conuiciis. Vulgata, *Ira*. Erasmus, *Tumor*, Alibi tamen vt Coloss.3.8. ὀργὴ sumitur pro genere quod postea diuiditur in species.

¶ *Maledicentia*, βλασφημία. Vulgata, *Blasphemia*. Vide Matthæum 9.3. & 15.19.

32 *Benigni*, χρηστοί. Vide Luc 6.35. ¶ *Condonantes vobis mutuò [offensas,]* χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, id est, συγγνώμονες, vt rectè explicat Græcus scholiastes. quæ virtus lenitatis opponitur offensioni ex diametro. Sic autē accipitur verbum χαρίζεσθαι pro συγγνώμην alijs etiam locis, vt 2. Cor.2.10. ἑαυτοῖς autē idem declarat atque ἀλλήλοις, quū de duob. minimùm agatur, vt non sit simplex reciprocatio, sed ἀλληλουχία quam vocant, vt inf.4.19.& Coloss.3.13. Vulg. *Donantes inuicem*. Erasmus, *Largientes vobis inuicem.*

In o-

ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.

3 Πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία ἢ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις·

4 Καὶ αἰσχρότης, καὶ μωρολογία, καὶ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα· ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία.

5 Τοῦτο γάρ ἐστε γινώσκοντες, ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ.

6 Μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις· διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας.

7 Μὴ οὖν γίνεσθε συμμέτοχοι αὐτῶν.

8 Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ· ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε·

9 (Ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ Πνεύματος ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ.

oblationē ac victimam Deo, in odorem bonæ fragrantiæ.

3 ‖Scortatio verò & omnis impuritas aut auaritia ne nominator quidem inter vos, sicut decet sanctos:

4 Et obscœnitas, & stultiloquium, & scurrilitas, quæ non cōueniunt: sed potius gratiarum actio.

5 [2]Nā hoc nostis, nullū scortatorem, aut impurum, aut auarū, qui est idololatra, habere hereditatē in regno Christi & Dei.

6 ‖Nemo vos seducat inanib. sermonibus. propter hæc enim venit ira Dei in homines contumaces.

7 [3]Ne igitur estote consortes eorum.

8 Eratis enim olim tenebræ, nunc autem *estis* lux in Domino: vt filij lucis ambulate.

9 (Nam fructus Spiritus *situs est* in omni bonitate & iustitia & veritate)

ipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

3 *Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos:*

4 *Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent: sed magis gratiarum actio.*

5 *Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, qui est idolorum seruus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.*

6 *Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.*

7 *Nolite ergo effici participes eorum.*

8 *Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate:*

9 *(Fructus enim lucis est in omne bonitate & iustitia & veritate)*

Suprà.4.19 coloss.3.5 2.thess.2.17

1 Iam accidit ad alteram affectuū speciē, positam in facultate quam cōcupiscibilē appellant: nominatim scortationem, auaritiam, & dicacitatem, & quā dēgrauissimè, reprehendēs.

Matt.14.4 mar.13.5 luc.11 8 2.thess.3.17

2 Quoniā hæc scelera sunt ex eorum numero quæ plerique ne inter vitia quidem numerant, exaggerat pergefacit plos, vt tanto magis sibi ab iis vt nocentissimis pestibus caueant.

3 Quia nihil procliuius est quàm mala exempla sequi, idcircomonet sanctos Apostolus, vt assiduè meminerint cæteros esse veluti tenebras, sese verò instar lucis. Illos igitur turpissima quæque (vt in tenebris fieri solet) patrare: ipsos verò oportere nō modò non sequi illorum exempla, sed etiam quod proprium lucis munus est) eorum tenebras coarguere, & præeunte Christo, vera illa luce, sic incedere vt prudentes decet.

IN CAPVT V.

2 *In odorem*, &c. εἰς ὀσμὴν. &c. Alludit ad legis thymiamata, quibus Christi obedientia adumbrabatur.

3 *Ne nominator quidem*, μηδὲ ὀνομαζέσθω. Quos non pudet Paulum ipsum vt seueriorem quàm par sit accusare, ij, vt profani sunt, profanum saltem scriptorem sed sanctum tamen, si cum ipsis comparetur, Isocratem inquam, audiant ita scribentem, τὸ λέγειν ἃ δεῖ, τὸ φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον ποιούμεθα· καὶ λόγος ἀληθὴς, καὶ νόμιμος, καὶ δίκαιος, ψυχῆς ἀγαθῆς καὶ πιστῆς εἴδωλόν ἐστιν. Allusisse verò Paulus etiam videri potest ad locum Dauidis ps.16.4.

4 *Scurrilitas*, εὐτραπελία. Erasmus, *Vrbanitas*, nimium amplè. Est enim particula ἢ posita per epexegesin, vt εὐτραπέλους hîc vocarit Apostolus eosdem atque μωρολόγους καὶ γελωτοποιούς, quum alioqui εὐτραπελία Græcis vt Vrbanitas Latinis minimè damnetur, cuius etiam exempla plurimis locis habemus in sacris libris, vt 1. Reg.cap.18.27. 2. Reg.cap.2.23. Esaiæ cap.14.11. & alibi sæpe: cui opponitur impia puerorum illorū scurrilitas 2 Reg.2.23 Huc autem accommodari etiā non ineptè possit hic Aristot. locus ex Polit.7, c.17. ὅλως μὲν οὖν αἰσχρολογίαν ἐκ τῆς πόλεως ὥσπερ ἄλλο τι δεῖ τὸν νομοθέτην ἐξορίζειν, ἐκ τοῦ γὰρ εὐχερῶς λέγειν ὁτιοῦν τῶν αἰσχρῶν, γίνεται καὶ τὸ ποιεῖν σύνεγγυς. Id est, *Legislatorem oportet quātum aliud quidpiam sermonis turpitudinem è ciuitate euellere. Nam facilè turpia loquendo, efficitur vt homines his proxima faciant.*

5 *Nostis*, ἐστε γινώσκοντες. Vulgata (vt etiam citatur hic locus à Cypriano epist.52.) legit ἴστε, *scitote intelligentes*. quod genus loquendi admodum insolens Græcis fuerit. Syrus tamen interpres sic etiam legit.

¶ *Aut auarum*, ἢ πλεονέκτης. Cypr. vertit *fraudatorem*: & de hoc vocabulo alibi diximus.

¶ *Qui est idololatra*, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης. Id est idolorum seruituti addictus Nam (vt Rom.1.9. & alibi diximus) inane est discrimen illud duliæ & latriæ, in quo sibi nonnulli stultè & imperitè placent. Apud Cypr. loco paulo antè citato, legitur *quod est idololatria*: sed perperam opinor, pro *idololatra*. Nam in quibusdam etiam codicibus Græcis legimus, ὅ ἐστιν εἰδωλολάτρης. Quæritur autem hoc in loco cur auarum vocet idololatram. Nam si hoc referas ad auari affectum, qui Deum præ thesauro negligat, & à suis opibus quasi à solo numine totus pendeat, idem videtur de scortatoribus dici posse, & iis ferè omnibus qui certæ alicui rei sunt prorsus addicti: vt ij quorum Deus venter est, vt Ro.16.18. & Phil.3.19. Sed magnum est in eo discrimen, quòd etsi omnes isti Deum præ eo negligant cui sunt addicti, tamen in eo non collocant spem vitæ, vno auaro excepto, qui in suis opibus vitam suam positam esse putat. Itaque apertè dicitur idololatriæ species esse auaritia, Coloss.3.5.

¶ *Et Dei*, καὶ Θεοῦ. Comperimus hoc non legi in vno manuscr. codice. quod tamen extat in aliis omnibus, & apud Syrum quoque interpretē. Et notandum est non scribi καὶ τοῦ Θεοῦ, sed vnico articulo τοῦ subiici nomina Χριστοῦ & Θεοῦ qui locus manifestè conuincit Arrianos.

6 *Venit*, ἔρχεται. Id est, venire solet, vt conuertit Erasmus. Vide Matt.26.23.

¶ *Ira Dei*, ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ. Id est animaduersio ab irato Deo profecta μετωνυμικῶς.

¶ *In homines contumaces*, ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. Præpositio ἐπὶ videtur indicare, iram Dei quasi præcipitem è cælo in istorum caput ruere. Quod autem attinet ad ipsum dicendi genus, vide suprà, 2.2. Vulgata, *Filios diffidentiæ*, Erasmus, *Filios inobedientiæ.*

8 *Tenebræ*, σκότος. Id est, tenebricosi. vt copiosè descripsit suprà, 4.28. Sed ista metonymia magnam habet emphasin, vt quum scelus pro scelesto dicimus. Ita si pro luce substituas lucidos, multum detraxeris de sententiæ pondere. Tribuitur autem Lucis nomen fidelibus, tum quia vera luce illustrantur in sese, tum verò quod aliis etiam præluceant: adeo vt sceleratorum vitam etiam coarguant: quæ ratio diligenter consideranda est hoc in loco.

¶ *Filij lucis*, τέκνα φωτός. In hac formula libenter etiam retinui filiorum nomen, peculiari quadam ratione, nempe vt intelligamus omne hoc beneficium ab adoptionis fonte proficisci, quum alioqui hæc dicendi formula latius pateat.

9 *Fructus Spiritus*, ὁ καρπὸς τοῦ Πνεύματος. Id est, regenerationis, vel Spiritus sancti, cuius vi sumus facti lux in Domino Vulg. *Fructus lucis*, ὁ καρπὸς τοῦ φωτός: quam lectionem in Claromontano & aliis duobus veteribus libris inuenimus vt & apud Syrum interpretem.

10 Δοκιμάζοντες τί ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ.

11 Καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε.

12 Τὰ γὰρ κρυφῆ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν.

13 Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς, φανεροῦται, πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι.

14 Διὸ λέγει, ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.

15 Βλέπετε οὖν πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε, μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοί.

16 Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι.

17 Διὰ τοῦτο μὴ γίνεσθε ἄφρονες, ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου.

18 Καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία, ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν Πνεύματι.

10 Explorantes quod placeat Domino.

11 Et ne participate opera illa infrugifera tenebrarum, sed potius etiam "arguite.

12 "Nam quæ occultè fiunt ab istis, turpe est vel dicere.

13 "Sed omnia illa, dum à luce arguuntur, ³conspicua fiunt "Quidquid enim res conspicuas facit, lux est.

14 ⁴Quapropter "dicit, Excitare qui dormis, & resurge "ex mortuis, & "illuscet tibi Christus.

15 ‖"Videte igitur quomodo "accuratè ambuletis, non vt insipientes, sed vt sapientes:

16 "Redimentes opportunitatem "quoniam dies mali sũt.

17 ‖Propterea ne estote insipientes, sed intelligentes quæ sit voluntas Domini.

18 ⁵Et ne inebriamini vino, "in quo "luxus est, sed implemini Spiritu:

10 *Probantes quid sit beneplacitum Deo.*

11 *Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. magis autem & redarguite.*

12 *Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.*

13 *Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Omne enim quod manifestat, lumen est.*

14 *Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.*

15 *Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes:*

16 *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

17 *Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei.*

18 *Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu:*

4 Quò corruptiores sunt huius seculi mores, eò magis in omnes occasiones intentos esse nos oportet, nec aliud nobis ipsis quàm Domini voluntatem proponere.
Coloss.4.5
Rom.12.2
1.thess.4.3

5 Dissolutis infidelium conuiuiis sobrios & sanctos fidelium cœtus opponit, in quib. personent vnius Domini laudes, siue aduersis siue prosperis rebus.

11 *Arguite, ἐλέγχετε.* Id est, palàm facite, sancta nimirum & honesta vita: qua significatione accipitur etiam perelleganter verbum κατηγορεῖν apud Græcos. Sed & apud Hebræos הוכיח [*hochiach*] tam significat arguere quàm cõuincendo patefacere. Denique arguendi verbum hoc propriè declarat, vt in illo Virgilij versiculo, *Degeneres animos timor arguit.* Et in illo Ouidij etiam in laude, *Qua latet, inque bonis cessat non cognita rebus, Apparet virtus, arguiturque malis.* Ambrosius vertit, *Obiurgate* : quod meritò reprehendit Erasmus, quanuis hoc quoque commodissimè possit de correptione fraterna intelligi.

12 *Nam quæ occultè fiunt, τὰ γὰρ κρυφῆ γινόμενα.* Huc pertinent elegantes illi versiculi, *Nox & Amor Vinúmque nihil moderabile suadent: Illa pudore vacat, Liber Amórque metu.*

13 *Quidquid enim res, πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι.* Vulgata, *Omne enim quod manifestat, lumen est.* Erasmus, *Quicquid manifestum redditur lumen est.* Quum participium φανερούμενον sit vocis mediæ, spectandum fuit quæ significatio conueniret. Quum igitur Paulus vsus esset Lucis nomine metaphoricè, sic appellans testimonia dilucida, quibus illorum impuritas arguebatur, huius metaphoræ originem aperit, sumpta occasione ab ipso Lucis, in rebus huius mundi oculis nostris patefaciendis, munere. Eadem erit sententia si τὸ φανερούμενον accipias pro subiecto, & conuertas, *Quicquid enim manifestum facit, lux est* id est, *Quicquid res obscuras patefacit, lux est.* Nam quòd de articulo laborat Erasmus, nihil est, quum τὸ φανερούμενον positum sit pro ὃ φανεροῦται, nec aliter ferè loquantur Græci, & ita etiam vertit Syrus interpres. Scholiastes verò τὸ φανερούμενον passiuè interpretatur, vt sit sensus. Quicquid manifestum fit, lucem esse, id est lucidum fieri: quod optimè conuenit ei quod dixerat versu 1 ab ipsis videlicet verè sanctificatis oportere aliorum tenebras redargui, quoniam non ipsamet Lux tantùm, sed ipsamet quoque per illam Lucem splendentia sunt altera Lux illis redarguendis: quò spectat illud Christi, *Luceant opera vestra bona.* Matth.5.16.& quod vult Paulus nos esse φωστῆρας Philipp. 2.15. semper tamen à vera illa αὐτοφωτὶ Luce distinguendos Ioann.1.9.

14 *Dicit, λέγει.* Dicit videlicet Scriptura, vel Deus per Prophetam loquens. vel etiam lux ipsa per prosopopœiam, sicut Hebr.12.5 ἥτις ὑμῖν διαλέγεται dicitur nobis vt Filiis διαλέγεσθαι. Videtur autem hoc petitum partim ex Esa.60.1. sed multò magis ex eiusdem Prophetæ 26.19. & 21. quod miror ab interpretibus non fuisse animaduersum. Sed altera superest quæstio, quorsum hæc adferat Apostolus. Quidam igitur cum proxima sententia coniungunt, alij cum eo quod iussit Apostolus tenebras à luce coargui. Ego malim ad ipsum fundamentum huius doctrinæ referre: quòd videlicet fideles olim quidem fuerint tenebræ, nunc verò sint lux in Domino. Ita enim (ni fallor) multò meliùs cohærebit. Nam somnus tenebris, non luci conuenit.

¶ *Ex mortuis, ἐκ νεκρῶν.* Sic apud Ciceronem lib.1. de oratore legimus. A mortuis dicendo aliquem excitare. Loquitur autem Paulus de morte Peccati.

Illucescet tibi, ἐπιφαύσει σοι, Quidam ex veteribus & quidem inter alios Augustinus legerunt *Continget te Christus,* id est ἐπιψαύσει, non autem ἐπιφαύσει, vt putauit Erasmus. Et alij contrà vt Ambrosius, *continget Christum,* ἐπιψαύσεις τοῦ Χριστοῦ, vt habet etiam Claromontanus codex. Sed plana est & maximè consentanea scriptura recepta. Vulgata, *illuminabit te.* Hieronymus, *orietur tibi Christus.*

15 *Videte, βλέπετε, Bene dixit, Videte* inquit Erasmus, *quoniam nihil in tenebris cernitur.* quod tamen mihi subtilius videtur.

¶ *Accuratè ἀκριβῶς.* id est, quàm proximè ad Legis Dei mandata. Vide Math. 2.8. Vulgata, *Caute.* Erasmus *Circunspectè.*

16 *Redimentes opportunitatem, ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν.* Sinere oppotunitatem elabi nobis aliud agendo, & redimere opportunitatem, contraria sunt. Nam illud hominis est negligentis & dissoluti, istud verò frugi & sapientis non modò non abuti occasione, sed etiam mille voluptatibus redimere. Metaphora igitur sumpta est à mercatoribus. qui curiosè merces considerant, & delicijs omnibus facilè vel lucellum aliquod anteponunt, ostenditque Paulus qua in re diligẽtes & auidos quasi emptores esse nos oporteat.

¶ *Quoniam dies mali sunt, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι* Dies malos vocant Hebræi (vt Gen.47.9) tempora difficultatum & asperitatis plena: cuiusmodi quum inciderint, veluti quum fames vel penuria ingruit, vel cum callidis & astutis hominibus est agendum, vel mercatura dubiæ & ancipitis fortunæ videtur: tum solent mercatores circũspectè agere omnia, in quamuis opportunitatem intenti. Hoc vero exẽplum nobis ad imitandum proponit Apostolus, in iis quæ ad pietatem & charitatem proximi spectant, ad præcidendas omnes occasiones aduersariis Euangelij.

18 *In quo, ἐν ᾧ.* qua in re id est, in inebriatione, vt ᾧ positum sit neutro genere. Nec enim ipsum vinum damnat Apostolus, sed eius immodicum & intempestiuũ vsum.

¶ *Luxus, ἀσωτία.* i. omnis profusio eaque summa cum turpitudine coniuncta. Cic. lib. De finibus. *Nolim (inquit) mihi fingere*

asotos, vt soleat, qui in mensam vomant, & qui de conuiuiis auferantur, crudíque postridie rursus sese ingurgitent. Vulgata, *Luxuria.* Vide [illegible] de re Prou.23.29, vbi diuinissima hypotyposi ista ἀσωτία ab effectis describitur.

19 Λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ.

20 Εὐχαριστοῦντες πάντοτε ὑπὲρ πάντων, ἐν ὀνόματι Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ Θεῷ καὶ πατρί.

21 Ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Θεοῦ.

22 Αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὑποτάσσεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ.

23 Ὅτι ὁ ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας· καὶ αὐτός ἐστι σωτὴρ τοῦ σώματος.

24 Ἀλλ' ὥσπερ ἡ ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ἐν παντί.

25 Οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς·

26 Ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ, καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι·

19 Loquentes inter vos mutuò, psalmis & hymnis & cantionibus spiritualibus, canentes ac psallentes in corde vestro, Domino.

20 Gratias agentes semper de omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, "Deo & Patri.

21 ⁶ Subiicientes vos alij aliis, "cum timore Dei.

22 ⁷‖Vxores propriis viris subiicite vos, ⁸vt Domino:

23 ⁹‖Quoniam vir est caput vxoris, vt & Christus est caput Ecclesiæ: "&¹⁰ is est qui salutẽ dat corpori.

24 ¹¹ "Itaque sicut Ecclesia sese subiicit Christo, ita & vxores suis viris *sese subijciunto* in omni re

25 ¹²‖Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea:

26 ¹³ Vt eam "sanctificaret, "ab eo purificatam lauacro aqua "per verbum.

19 *Loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino.*

20 *Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri.*

21 *Subiecti inuicem, in timore Christi.*

22 *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino:*

23 *Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ: ipse saluator corporis.*

24 *Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo: ita et mulieres viris suis in omnibus.*

25 *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea:*

26 *Vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo:*

6 Breuis repetitio scopi ad quem omnia referẽda sunt, vt propter Deum alij aliis seruiant.

7 Iam ad œconomiam descendit, singulas œconomices partes ordine distribuẽs. Vxorum autem officiũ in eo positum esse dicit, vt viris subiiciantur.
Coloss. 3.18
tit 2.5
1.pet.3.1
1.Cor.11.3
Col.3.19

8 Primum argumentũ, Quoniam maritis rebelles esse non possint, quin Deo ipsi huius subiectionis autori resistant. 9 Declaratio superioris dicti, Quia Deus in matrimonio præfecerit virum vxori, sicut Christus est Ecclesiæ suæ caput. 10 Aliud argumentum, Quia vxoris salus à viro dependet, vt non tantum iusta, sed etiam vxori vtilissima sit ista subiectio: sicut etiam Ecclesiæ salus est à Christo, quanuis longè dissimili ratione. 11 Conclusio officij vxorum erga maritos.

12 Maritorum officium est vxores vt seipsos deligere: cuius dilectionis viuum est exemplar Christi erga Ecclesiam charitas. 13 Quoniam multi solent vxorum infirmitates suæ duriciei & inhumanitati prætexere, iubet nos contẽplari Apostolus, qualem Ecclesiam nactus sit Christus, quum eam sibi adiungeret, & quomodo omnes eius sordes adeò non sit dedignatus, vt sua etiam puritate omnes illas eluere non desinat, tantisper dum illam penitus purificet.

19 *Inter vos mutuò, ἑαυτοῖς.* id est, ἀλλήλοις, vide suprà, 4.32. Cæterùm de psalmis, hymnis & canticis dicemus aliquid infrà, Coloss.cap.3.vers.16.

¶ *In corde vestro, ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν* siue ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. *In cordibus vestris,* vt multi codices habent, id est serio cordis affectu, non autem lingua duntaxat. Neque enim in corde idem hîc declarat atque Intus & apud se, quum mẽtio fiat canendi & psallendi, nempe in cœtu.

20 *Deo & Patri, Θεῷ καὶ πατρί.* Claromontanus codex, habet, καὶ Θεῷ πατρὶ, & *Deo patri.* Syrus autem absque copula, Θεῷ πατρὶ, Deo patri.

21 *Subijcientes vos, ὑποτασσόμενοι.* Vulg. *Subiecti,* Atqui Paulus hoc loco & deinceps non simpliciter de ordine quem Dominus constituit, sed de illo diligenter seruando dissérit. Itaque ex Hebr. idiotismo sæpe à nobis obseruato ὑποτάσσεσθαι ponitur passiuã reciprocatione coniugationis Niphal siue Hitpahel. ¶ *Cum timore Dei, ἐν φόβῳ Θεοῦ.* [illegible] hoc addidit. neque enim quæuis coniunctio & mutua [illegible] rentia probatur, sed ea demum cuius est vinculum ipse Deus: siue (vt legit Vetus interpres) Christi reuerentia. id est, nisi ad Dei siue Christi gloriam tanquam scopum referatur.

22 *Vt Domino, ὡς τῷ Κυρίῳ.* Quid ergo? an par est mariti ac Christi auctoritas? Minimè. sed cohærent tamen ista aliquatenus, quòd in matrimonij coniunctione, quę similitudinem quandam habet cum Christi & Ecclesiæ vnione, vir (vt superior) Christi, vxor (vt inferior) Ecclesiæ personam referat. Vxor igitur quæ marito subiectionem negat (exceptis iis duntaxat in quib. maritus à Christo ac proinde à persona sua deficit, quæque præstare ipsa non possit quin Christum abiiciat) Christo ipsi potius resistit quàm marito. Sic quoque de seruorum officio Paulus inf.6.

23 *Caput, κεφαλή.* Ita significatur viri præstantia, sicut caput inferioribus membris & situ & cæteris rebus excellit.

¶ *Et is est, αὐτός ἐστι.* id est, Nam is est. Nemo verò, non videt (opinor) hoc propriè dici de Christo, à quo, tanquam à capite, corpus ipsum (id est Ecclesia) salutem haurit. Sic etiam quadantenus mulier à marito pendet, cuius labore & diligentia nutritur ac fouetur. Viri enim est quærere quod mulier conseruet. itaque turpiter ingrata est etiam vxor quæ maritum non reuereretur. Maritus autem & ipse officij sui vicissim admonetur, vt copiosius explicat Apostolus à versu 25.

24 *Itaque, ἀλλά.* Id est, ὥστε. Nam ἀλλά (inquit Gaza) καὶ συμπερασματικὸς καὶ συλλογιστικὸς λέγεται & argumenti series prorsus ostendit ita esse accipiendum hoc in loco. Vulgata, *Sed.* impropriè: quod nonnullos fefellit in superioris versiculi fine explicando.

26 *Sanctificaret, ἁγιάσῃ.* Id est, sanctam efficeret. Sanctũ autem dicitur quod Deo separatum est ac consecratum: éstque huius consecrationis symbolum Baptismus, & quidem efficax, non sua virtute, sed eius qui vnus factus est nobis fidelibus omnia.

¶ *Ab eo purificatam, καθαρίσας.* Erasmus, *Mundatam,* rectè quidem obseruato tempore, sed ambiguè propter linguæ Latinæ inopiam, quæ participiis actiuis præteriti temporis caret. Itaque cauendum fuit nequis putaret ipsi externæ ablutioni aut aquę, aut ministro, operi denique operato (quod vocant) tribui quod est vnius Dei opus quanuis istis adminiculis vtatur ad id Fidei, per externa sensuũ media, repræsentandum quod ipse in solidum intus efficit, vt rectè omnino & suo loco obseruauit doctissimus interpres. ¶ *Per verbum, ἐν ῥήματι.* Verbum appellat κατ' ἐξοχήν, promissionem gratuitæ in Christo iustificationis & sanctificationis. & hîc multa præcipitia cauenda sunt. Primùm ne verbum hominum pro verbo Dei substituamus, aut verbo Dei coniugamus tanquam supplementum: deinde ne verbum pronuntiatum duntaxat, sed explicatum & fide perceptum intelligamus: ne illud in magicam aliquam incantationem vertamus.

27 Ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον, τὴν ἐκκλησίαν μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος.

27 Vt sisteret eam sibi gloriosam, *id est* Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed vt sit sancta & inculpata.

27 *Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.*

14 Aliud argumentum. Vnusquisque natura sponte seipsum amat: resistit ergo naturæ qui vxorem nõ amat. Consequutionem probat primũ ex mutua Christi & Ecclesiæ coniunctione mystica: deinde ex Dei ordinatione, qui viri & vxoris pronunciet esse illum singularis indiuidui. Gen. 2. 24. mat. 19. 5. mar. 10. 7. 1. cor. 6. 16.

15 Ne quis naturalem Christi & Ecclesiæ coniunctionẽ somniet, qualis est viri & vxoris, arcanam eam esse ostendit, spiritualem videlicet, & quæ à communi hominum sensu sit quàm remotissima: vtpote quæ spiritus non carnis virtute, fide non naturali aliquo connexu constet.

28 Οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾷν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἑαυτὸν ἀγαπᾷ.

28 14 Ita debent viri diligere suas vxores vt sua ipsorum corpora. Qui diligit suam vxorẽ, seipsum diligit.

28 *Ita & viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit.*

29 Οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν, καθὼς καὶ ὁ Κύριος τὴν ἐκκλησίαν.

29 Nullus enim vnquam suam ipsius carnẽ odio habuit: imò enutrit ac fouet eam, sicut & Dominus Ecclesiam.

29 *Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam:*

30 Ὅτι μέλη ἐσμὲν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ.

30 Quoniam membra sumus corporis ipsius, ex carne ipsius, & ex ossibus ipsius.

30 *Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius.*

31 Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

31 ‖Propterea derelinquet homo patrem ac matrem, & agglutinabitur vxori suæ: & qui duo *erant*, fient vna caro.

31 *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.*

32 Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστόν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

32 15 Mysterium hoc magnum est: *hoc* autem ego dico *respiciẽs* in Christum & Ecclesiam.

32 *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia.*

---

27 *Eam*, αὐτὴν. Sic habent nostri Græci codices & Syrus etiam interpres. Multi tamen ex Latinis legunt αὐτὸς, *ipse*, quæ scriptura suum etiam pondus habet. ¶[*Id est*] *Ecclesiam*, τὴν ἐκκλησίαν. Additus articulus mihi videtur postulare, vt post ἔνδοξον scribatur distinctio, & per epanalepsin ista intelligantur. ¶*Non habentem maculam*, μὴ ἔχουσαν σπίλον. Donatistæ ex hoc loco colligebant orthodoxorum Ecclesias nomine Ecclesiarum indignas esse, & perfectionem iustitiæ volebant in hac vita constituere. Nostri sophistæ impudentius etiam loquũtur. nam primùm omnium Ecclesiæ nomen solis quibusdam personis alligant, & dignitatibus quas vocant: quarum tamen præcipuam partem non modò non assentiente, sed etiam disertè refragante verbo Dei, stabiliuerunt. Deinde quum huius Ecclesiæ suæ singulas partes impurissimas fateri cogantur, contrariam tamen ex diametro qualitatem vniuersali Ecclesiæ suæ tribuunt.

29 *Suam ipsius carnem*, τὴν ἑαυτοῦ σάρκα. i. suum corpus.

30 *Ex carne eius*, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Alludit ad fœminæ creationem quę verè fuit ex carne & ossibus Adami, & κατ' οὐσίαν, & secundum qualitatem, id est quatenus vxor fuit Adami. Errant autem vehementer & periculosè qui hanc nostri cum ipsomet Christo coniunctionem, siue ipsiusmet Christi non autem ipsius duntaxat bonorum spiritualium κοινωνίαν ad ipsius οὐσίωσιν referunt: nam hac ratione cõmunicatur cum quibusuis infidelibus quod Apostolus solis fidelibus tribuit, & ita magis propriè sic generaliter dici possit Christus esse caro ex carne nostra, vtpote quam ex Adamo sumpsit Heb. 2. 14. At enim quod hîc dicitur ad sola Christi membra pertinet. Eius autem membra non sumus quatenus homines, sed quatenus Christiani: ac proinde Ecclesia non est Christi sponsa secundùm primam hominum generationem, neque secundum ipsam humanæ naturæ substantiam per se, sed quatenus in illo vt altero Adamo regeneratur, singulis eius membris noua illa qualitate sanctificatis, & mundatis, vt sint noui homines, iam nunc quidem inchoata animæ nouitate, corporis autem incorruptione tandem quoque sequutura, vt declaratur Rom. 8. 10. & 11. Hoc autem assequimur nostri, id est nostræ tum animæ, tum carnis cum ipso Christo, arctissima, & efficacissima copulatione, idque minimè vlla ipsius carnis cum nostra συνουσίᾳ (quod ridiculum est commentum) sed mystica & spirituali per fidei vinculum, vt mox Apostolus exponit. Huius autem communionis obsignatio & symbolũ est Cœna Domini (quam vocamus) vt verè simus caro ex Christi carne, & os ex ossibus eius, in vitam æternam. i. vt verè vnum facti cum eo, fruamur omnibus ipsius bonis.

31 *Et qui duo*[*erant*,] καὶ οἱ δύο. Vide Matt. 19. 5.

32 *Mysterium*, μυστήριον. Id est arcanum, quia fit per Spiritum sanctum arcana sua virtute in nobis sese exerentem. Quid autem à communi hominum sensu magis remotum quàm nos miseros in terris repentes, cum Christo Filio Dei, terræ & cæli Domino, ad dextram Patris sedente, ita spirituali connubio vnum fieri, vt ab eo iustitiam omnem ac proinde vitam æternam hauriamus? Mirum est autem, quum tam aperte dixerit Paulus arcanam esse istam coniunctionem, tandiu multos contendere vt arcanam non esse probent. Neque enim video quid aliud isti moliantur qui in sacræ cœnæ institutionis verbis tropum nolunt agnoscere, quàm vt realem substantiæ carnis Christi intra nos traiectionem orali, vt loquuntur, manducatione statuant. Quorsum hoc verò? nempe quòd alioqui ipsius Christi communicationem excludi, alioqui nuda relinqui signa, alioqui actum de verbi Dei auctoritate putant: nec interim vident se nostræ fidei fundamenta conuellere. At certè nullum est aliud coniunctionis nostræ cum Christo fratre nostro organum in hoc mundo, quàm fides: in altero verò seculo, ipse Dei conspectus. Neque illa monstra patitur carnis Christi veritas, neque nostra in terris procul ab ipsius corpore peregrinatio, neque spiritualis nostræ cum Christo consociationis scopus. vt alia plurima prætermittam absurdissima & falsissima, quę illam tum μετουσίαν tum συνουσίαν consequuntur. Quòd autẽ ad eos attinet qui ex hoc loco statuunt matrimonium esse sacramentum, ex eorum genere quæ ipsi septem commemorant, miserabilis est eorum ignorantia, & tamen singularis & perfricta impudentia. Quid enim habent quod proferant? Nec Hieronymus, nec Augustinus, nec Dionysius ille quem toties vt clypeum nobis opponunt, sic vsquam appellant. Hoc vnum habent quod prętexant. Veterem interpretem vocare sacramentum: quę vox deinde multis imposuit. Atqui idẽ interpres μυστήριον sacramẽtum bis aut ter conuertit, sup. cap. 3. & Col. 1. 27, vbi de Gentium vocatione disseritur. Sit ergo Gentium vocatio octauũ sacramentum. Eadem vox ab illo in Daniele aliquoties inculcatur, & alibi quoque: quis ergo erit sacramentorum finis? Ridiculum igitur est illud. Sed præterea, quàm in eo se ostendũt nullo iudicio præditos, quod non animaduerterunt Paulum disertè addere se non de coniugio, sed de Ecclesiæ ac Christi cõiunctione loqui? Quòd si etiã illis concessero ista viri & vxoris arctissima coniũctione adumbrari Christi & Ecclesiæ communionem, quo iure tamen inde collegerint matrimonium esse vnum ex Ecclesiæ sacramentis per quę nostra cum Deo reconciliatio sancitur? nam hîc sanè est præcipuus sacramẽtorũ finis. Postremò si vera est blasphema illa vox Cyricii Papæ (vnius videlicet ex illis cui homo dicere potest, Cur ita facis? & capitis Ecclesiæ quę ierrare nõ potest) si vera est, inquam, vox illius, quam ipsi tanquam gemmam in suum illũ canonicum retulerunt, Matrimonium esse carnis immunditiem, in qua nullus Deo placere potest: quo iure ipsi matrimonium sacramentum audent vocare? [illegible] à Deo alienationis sacramentum esse velint, à quo proinde multo malint quàm à scortatione abstinere. ¶[*Respiciens*] *in Christum*, εἰς Χριστόν. Vulgata, *In Christo*.

33 Πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγαπάτω ὡς ἑαυτόν· ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα.

33 16 Itaque & vos singuli, suã quisque vxorem ita diligito vt seipsum, vxor autẽ *videto* vt timeat virum.

33 *Verumtamen & vos singuli: vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat: vxor autem vt timeat virum suum.*

16 Conclusio officiorum viri in vxorẽ, & vxoris in virũ.

Κεφάλαιον ϛ.

CAP. VI.

CAP. VI.

1 Accedit ad aliã œconomices partem: & liberorum erga parentes officium in eo positũ esse docet, vt parentibus obtemperent.

1 Τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον.

1 Liberi, auscultate[2] in Domino parentibus vestris: [3] id enim est iustum.

1 *Filij, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum est,*

2 Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα (ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ).

2 4 ‖Honora patrem tuum & matrem: (quod est præceptum primum cum promissione.

2 *Honora patrem tuum & matrem tuam (quod est mandatum primum in promissione)*

Exo. 20. 12. deut. 5. 16. eccl. 3. 10. matt. 15. 4. mar. 7. 10. Col. 3. 20. tit. 2. 9. 1. pet. 2. 18.

3 Ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς.

3 Vt bene tibi sit, & sis longæuus, super terram.

3 *Vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.*

2 Primum argumentũ, Quia sic Deus sanciuit. Ex quo etiam consequitur, hactenus tolerari liberos hac obedientia, vt tamen à Dei cultu non discedant.

4 Καὶ οἱ πατέρες μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἀλλ' ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου.

4 [6] Et vos patres, ne prouocate ad iram liberos vestros, sed enutrite eos [4] disciplina & admonitione Domini.

4 *Et vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione Domini.*

3 Secũdum argumẽtũ, quod iustissima sit hęc obediẽtia.

5 Οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας ὑμῶν, ὡς τῷ Χριστῷ·

5 7 ‖Serui, auscultate iis qui vestri domini sunt [8] [5] secundum carnem, cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis vestri, vt Christo.

5 *Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo.*

4 Probatio primi argumenti.

6 Μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐκ ψυχῆς.

6 Non [9] ad oculum seruientes, vt qui hominibus placere student: sed vt serui Christi, facientes ex animo quæ vult Deus.

6 *Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt Christi, facientes voluntatem Dei ex animo.*

5 Tertium argumentum, ab vtili, Quod Dominus hoc præceptum inter cætera sit

7 Μετ' εὐνοίας δουλεύοντες, ὡς τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις.

7 Cum beneuolentia seruientes, vt Domino, & non hominibus:

7 *Cum bona voluntate seruientes, sicut Domino, & nõ hominibus.*

peculiari benedictione dignatus. 6 Patrum officium est, moderatè & ad Dei gloriam iure patriæ potestatis vti. 7 Iam ad tertiam œconomices partem descendit, nempe ad mutua dominorum & seruorum officia. Seruorum autem officium in eo positum esse docet vt ex animo dominos suos ament & reuereantur. 8 Mitigat seruitutis asperitatem quòd nihilominus eis maneat intacta spiritualis libertas, quæ corporalem seruitutem non aboleat: adeo quidem vt Christi esse non possint nisi dominis suis fideliter & sponte inseruiant, quatenus quidem salua conscientia id fieri potest. 9 Vt quibusuis prætextibus occasionem præcidat, docet non sine Dei voluntate seruos nasci aut fieri, ac proinde in Dei voluntatem esse ipsis respiciendum, quantumlibet dura sit seruitus.

---

33 *Itaque*, πλὴν καί. Vulg. *Veruntamen*. Eras. *Quanquam*. Sẽsus autem omnino poscit vt sit illatiua particula, redundante καί, sicut in διὸ καί, vt si Gallicè dicas, *Et pourtant*. ¶[*Videto*] *vt timeat*, ἵνα φοβῆται. Ellipsis Atticis etiam familiaris, de qua alibi diximus. Dicitur autem hoc in loco verbum φοβεῖσθαι de reuerentiæ cultu, quo is qui inferior est superiorem colit, ex Hebræorum more, apud quos sic vsurpatur verbum ירא [*iare*.] præsertim quum de cultu Dei disseritur. Initio autem versiculi non conuerti πλὴν, Veruntamen, sed Igitur, quod omnino videatur esse in his verbis conclusio superioris tractationis officiorum tum viri, tum vxoris.

IN CAPVT VI.

1. *In Domino*, ἐν Κυρίῳ. Hoc additum est ex Hebræorum idiotismo, vt significetur Deum esse istius mandati auctorem, vel vt modus aliquis isti obedientiæ statuatur. qua de re dictum est Luc. 14. 26.

2 *Cũ promissione*, ἐν ἐπαγγελίᾳ. i. cui adiuncta est promissio: sed cõditionalem promissionem intellige, cuiusmodi sunt omnes quæ à Legis præstatione pendent. Vulg & Erasm. *In promissione*, nimium obscurè. Posita est enim ἐν pro σύν Hebræorum more, vt sæpissimè iam diximus. Loquitur autem Paulus de promissione peculiari: alioqui secundum præceptum habet misericordiæ promissionem in mille progenies, sed generaliorem.

3 *Vt bene*, ἵνα εὖ. Verba sunt ipsius promissionis.

4 [*Vos*] *patres*, οἱ πατέρες. Vide Matt. 11. 26. ¶*Disciplina*, ἐν παιδείᾳ. Vel in castigatione, cuius finis & scopus subijcitur, nempe νουθεσία. ¶*Admonitione Domini*, νουθεσίᾳ Κυρίου. Id est, monitis ex verbo Dei petitis, siue sanctis & Deo acceptis. Durius autem est quòd νουθεσίαν Vetus interpres conuertit correptionem quod & ipse Erasmus in annotationibus improbauit. Vide 1. Cor. 10. 11.

5 *Secundum carnem*, κατὰ σάρκα. Id est, quod ad corpus & res externas attinet, quas illi habent in potestate. nam conscientia vnius Dei est. Ita igitur mitigatur seruitutis asperitas, & sui etiam limites tum dominis in imperando, tũ seruis in obsequendo definiuntur. Vel, secundum carnem, ad muniendum imperium œconomicum: vt norint serui dominos, quanuis communem cum dominis humanam naturam habeant, dominij tamen iure excellere, idque Deo sic statuente. [6] *Cum timore*, &c. μετὰ φόβου, &c. i. cum solita reuerẽtia. Nam ne seruilẽ quidem metum laudabilẽ putat in Christianis mãcipiis. *Vt Christo*, ὡς τῷ Χριστῷ. Vide sup. 5. 22.

6 *Ad oculum seruientes*, κατ' ὀφθαλμοδουλείαν. Id est, vt facere solent qui præsentibus tantùm dominis obsequuntur, absentes aspernantur, aut etiam ludibrio habent. ¶*Qui hominibus placere student*, ἀνθρωπάρεσκοι. Vulgata *hominibus placentes*, non expressa sententia. Qui sint autem hac appellatione digni, pulchrè declarat Basil. in definitionibus κατ' ἐπιτομὴν ὅρῳ 3.

7 *Vt Domino*, &c. ὡς τῷ Κυρίῳ, &c. i. Dei voluntate & reuerentia cõmoti, & quasi ipsi Deo, non autem in ipsorum per se hominum gratiam. Restitui enim particulam ὡς ex Claromont. & aliis quatuor codicibus manuscriptis, accedente quoque Veteris Latini, & Syri interpretis auctoritate, qui etiam ante μετ' εὐνοίας addit, ἐκ ψυχῆς, ex toto animo.

10 Etiamsi ingratis & crudelibus dominis seruiatur, tamen seruorum non minus quàm liberorum obedientia Deo est accepta.
Deut.10.17
2.par.19.7
iob.34.19
sap.6.8
eccl.35.16
act.10.34
rom.2.11
gal.2.6
col.3.25
1.pet.1.17
Supra.2.1
11 Dominorum officium est, moderatè & sanctè vti suo in seruos imperio, quum & ipsi alio respectu communem habeant Dominum qui in cælis est, & cum seruos, tum liberos iudicabit.
12 Concludit alteram huius epistolæ partem, graui exhortatione, vt omnes sint in procinctu, & spiritualibus armis freti constanter pugnent, donec hostes penitus profligentur. Monet autem primo loco vt arma ex Deo sumamus, quibus solis confici possit hostis. 13 Secundò præcipuè hostes inuisibiles ac potentissimos esse declarat, ne putemus nobis cum hominibus præcipuè certandum. 14 Sola Dei armatura profligari istos hostes declarat, nempe conscientiæ integritate, pia & sancta vita, Euangelij cognitione, fide, denique Dei verbo, adhibitis precibus assiduis & feruentibus pro Ecclesiæ salute, ac præsertim pro verè piorum ac fortium Verbi ministrorum constantia.

8 Εἰδότες ὅτι ὅ ἐάν τι ἕκαστος ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ Κυρίου, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος.

8 10 Scientes, singulos, quicquid fecerint boni, hoc reportaturos à Domino, siue seruus fuerit, siue liber.

8 Scientes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber.

9 Καὶ οἱ κύριοι τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτούς, ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν· εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ Κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσωποληψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ.

9 11 Et vos domini, eadem facite erga illos, remissis minis: scientes vestrum etiam ipsorum Dominum esse in cælis, nec faciei acceptionem esse apud eum.

9 Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia & illorum & vester Dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud eum.

10 Τὸ λοιπόν, ἀδελφοί μου, ἐνδυναμοῦσθε ἐν Κυρίῳ, καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.

10 12 Quod reliquum est, fratres mei, corroboramini in Domino & robore virium ipsius.

10 De cætero fratres, confortamini in Domino & in potentia virtutis eius.

11 Ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου.

11 Induite vniuersam illam armaturam Dei, vt possitis stare aduersus artes diaboli.

11 Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.

12 Ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

12 13 Quoniam non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus imperia, aduersus potestates, aduersus mundi potentes, id est, tenebrarum seculi huius principes, aduersus spiritales malignitates quæ sunt in sublimi.

12 Quoniã non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus.

13 Διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ

13 14 Propterea assumite vniuersam illam armaturam Dei, vt

13 Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis

8 *Quicquid fecerint boni*, ὅ ἐάν τι ποιήσῃ ἀγαθόν. Vide suprà, 2. Cor.5.10.

9 *Remissis minis*, ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν. Sic vocat asperitatem siue duritiam, quæ est Hebræis פרך [*perech*] cum sex punctis. Syrus, *remissis debitis*.

¶ *Vestrum ipsorum*, ὑμῶν αὐτῶν. Vulgata, *Et illorum & vester*, καὶ αὐτῶν καὶ ὑμῶν, vt etiam legitur in Claromontano codice, & apud Clementem Alexandrinum. Alludit autem Paulus ad verba Domini. Leuit.25.42. ¶ *Faciei acceptionem*, προσωποληψία. Id est externæ qualitatis ac status personæ, puta libertatis aut seruitutis rationem. Nam de his circunstantiis agitur hoc in loco. Vide Mar.12.14.

10 *Et robore virium ipsius*, καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Vulgata, *Et in potentia virtutis eius*. Erasmus. *Perque potentiam roboris illius*. Vide suprà, 1.19.

11 *Vniuersam illam armaturam*. πανοπλίαν. Vulgata, *Armaturam*, non rectè omissa nota vniuersali.

¶ *Aduersus artes*, πρὸς τὰς μεθοδείας. Vulgata *Insidias* non satis expressè: & neglecta huius vocis notatione. Vide suprà, 4.14.

12 *Nobis*, ἡμῖν. Syrus & Vulgata habent, ὑμῖν, *vobis*, eodem manente sensu. ¶ *Aduersus sanguinem & carnem*, πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. Id est, aduersus homines, quorum fragilis & caduca est natura: cui opponuntur versutiæ spirituales, id est spiritus, sceleratæ quidem naturæ, sed infinitis partibus potentioris. Non tamen negat Paulus quin nobis aduersus homines atque adeo aduersus nosipsos certandum sit, sed præcipuum & maximè formidabilem nobis hostem indicat. Itaque quod simpliciter dictum est, intelligendum est κατὰ τί: quod & alibi sæpe obseruauimus. Sic paulo antè quum præciperet seruis vt seruirent non hominum metu, sed tanquam ipsi Deo, homines tamen non excludit simpliciter, sed quatenus à Deo seiunguntur.

¶ *Imper*[illegible] ἀρχάς. Ista nomina tribuit Angelis malis, sumpta ab eorum effectibus, ex quibus intelligatur quæ sit illorum vis ac potestas: minimè id quidem quasi vel sit infinita illorum potentia vel id quod possunt, suapte vi possint, vt existimabant Manichæi: sed quòd ita illis laxet habenas Dominus, vt eorum audacia ad amplificandam suam gloriam vtatur. Interim verò nobis in hoc ipsorum quasi imperio versantibus proponuntur istæ hostium vires, non vt exanimati cedamus, sed contrà ne nos imparatos opprimant. Itaque Paulus, vt terribiles nobis aduersarios opposuit, ita paulo post iis armis nos induit quibus si armati fuerimus, illi ne formidabiles quidem esse debeant.

¶ *Mundi potentes*, κοσμοκράτορας. Tertullianus *Munditenentes*, Hilarius *Mundipotentes* vertit κοσμοκράτορας.

¶ *Tenebrarum seculi huius*, τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. Vulgata, *Harum tenebrarum*, τοῦ σκότους τούτου, vt etiam legitur in Claromontano codice, & apud Syrum. Sed fortassis etiam rectius τοῦ σκότους construxerimus cum κοσμοκράτορας, vt interpretemur tenebrosos principes huius seculi. In Claromontano codice non legitur τοῦ αἰῶνος τούτου. Et certè nomine τοῦ κόσμου satis videtur istud intelligi.

¶ *Spiritales malignitates*, τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. Id est πνεύματα πονηρά, sceleratos spiritus. Vulgata, sic etiam citantibus veteribus, *Spiritualia nequitiæ*, admodum obscurè. Additum est igitur τῆς πονηρίας pro epitheto, quo impuri spiritus à beatis illis discernantur. Sed quid si errore scriptum est τὰ πνευματικὰ pro τὰ πνεύματα; id est Spiritus, illos improbos. Nam certè sic legit Syrus interpres: & hoc est tam vsitatum, quàm illud prorsus nouum.

¶ [*Quæ sunt*] *in sublimi*, ἐν ἐπουρανίοις. Suppleuimus quæ deerant, vt magis perspicuè loqueremur. Deinde ἐπουρανίοις, id est בשמים [*bammetomim*,] non conuertimus In cælis, vt antea, sed ad verbum, In sublimi: quia hoc loco cælestium locorum nomine intelliguntur aereæ regiones, in quibus collocauit aduersarios spiritus etiam suprà, 2.2. Minimè id tamen vt eis locus ille quasi peculiariter tenendus attribuatur, sed vt nostris capitibus illos veluti imminere cogitantes, eò simus aduersus illorum impetum paratiores. Quod enim quidam per hyperbaton hoc retulerunt ad illa superiora, *Non est nobis lucta*, ac si dicat Apostolus nobis non esse certamen de carne & sanguine, id est rebus humanis & caducis, sed de rebus cælestibus, nempe vita æterna, etsi verè dicitur, tamen mihi videtur ne verbis quidem Apostoli conuenire. Verùm quid si ὑπουρανίοις legas, id est quæ sunt sub cælis: vt à beatis spiritibus illis cælestibus isti impuri in terras deiecti distinguantur? Nolui tamen ex coniectura quicquam immutare.

ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι.

possitis obsistere tempore aduerso, & omnibus confectis stare.

resistere in die malo, & omnibus perfectis stare.

14 Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης·

14 State igitur, lumbis circuncinctis veritate, & induti thorace iustitiæ:

14 State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ:

15 Καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης.

15 Calceatis pedibus preparatione felicis illius nuntij pacis.

15 Et calceati pedes in præparationem Euangelij pacis.

16 Ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι.

16 Supra omnia assumpto scuto fidei, quo possitis omnia iacula maligni illius ignita extinguere.

16 In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela Nequissimi ignea extinguere.

17 Καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ·

17 Galeam etiam salutis recipite, & gladiũ spiritus, hoc est verbum Dei:

17 Et galeam salutis assumite, & gladium Spiritus, quod est verbum Dei.

18 Διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως, προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει περὶ πάντων τῶν ἁγίων,

18 Omni oratione & deprecatione, orantes omni tempore per Spiritũ, & illi ipsi rei inuigilantes cum omni perseuerantia, & supplicatione pro omnibus sanctis,

18 Per omnem orationem & obsecrationem, orantes omni tempore in Spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis.

19 Καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα μοι δοθείη λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου ἐν παρρησίᾳ, γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου.

19 Et pro me, vt mihi detur sermo ad apertionẽ oris mei cũ loquendi libertate, vt notum faciam mysterium Euangelii.

19 Et pro me vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia, notum facere mysterium Euangelij.

20 Ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, ἵνα ἐν αὐτῷ παρρησιάσωμαι, ὡς δεῖ με λαλῆσαι.

20 Cuius causa legatione fungor catenatus, vt, *inquam*, de eo liberè loquar, vt oportet me loqui.

20 Pro quo legatione fungor in catena, vt in ipso audeam, prout oportet me loqui.

13 *Tempore aduerso*, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ. Hebr. ביום רע [*beiom rah*:] qua formula loquendi diximus aspera & difficultatum plena tempora significari; quum videlicet nobis quasi apertum bellum indixit Satan. Vulgata & Erasmus, *In die malo*. à quo Hebraismo non abstinuimus suprà, 5.16. quod satis illic videretur conuenire. Sic ad verbum dicimus, *En mauuais temps*.

¶ *Omnibus confectis*, πάντα κατεργασάμενοι. Id est, deuictis & prostratis omnibus istis hostibus, vt apud Xenophontem libro Cyropædiæ 4, κατεργάζεσθαι τὸν λέοντα, sicut doctissimus Camerarius annotauit, & vt Gallicè dixeris, *les ayans tous deffaicts*. Sed vide ne melius etiam verbum κατεργασάμενοι de ipsius armaturæ apparatu dicatur, sicut vertit Syrus interpres, *vt preparati*, id est postquam omnia comparaueritis ad hanc obeundam pugnam necessaria quæ arma postea sigillatim describuntur. Vulgata, *omnibus perfectis*. Hieronymus *omnia operati*. Mendosè verò in plerisque veteris Latinæ editionis codicibus legitur, *in omnibus perfecti*. quanuis Syrus pro κατεργασάμενοι videatur legisse καταρτισάμενοι: quod etiam significat Concinnare & aptè Componere. Vel fortasse potiùs legit κατηρτισμένοι, id est παρεσκευασμένοι.

14 *State igitur*, στῆτε οὖν. Claromontanus codex hoc non legit, neque sanè id necessarium videtur.

¶ *Circumcinctis*, περιζωσάμενοι. Militis πανοπλίαν eleganter describit Paulus, nempe ζωστῆρα, quem balteum vocabant Latini, qui thoracis & ζώματος commissuram tegebat: deinde thoracem, cuius vna pars à pectore infra vmbilicum, altera quam ζῶμα vocabant, ab vmbilico ad genua protendebatur. Sequuntur thoracem ocreæ, quas κνημῖδας vocabant, quibus etiam pes ipse obtegebatur, si libuisset. Additur galea, vt totum corpus iam sit obtectum. Dextra gladium tenet, sinistra scutum. Ita instruitur πανοπλία. ¶ *Induti thorace iustitiæ*, ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης. Alludit manifestè Paulus ad locum Es.59.17. vt sit conuenientia inter Ducis & strenui militis armaturam.

15 *Preparatione*, ἐν ἑτοιμασίᾳ. Vulgata, *In præparationem Euangelij pacis*. Erasmus, *Vt parati sitis ad Euangelium pacis*. Neuter (opinor) sensum Apostoli est assequutus. Non enim vult nos docere duntaxat oportere nos esse calceatos, sed calceos etiam (vt ita loquar) nobis præbet. Itaque sicut κνημῖδας milites Græci, caligas Latini milites gerebant, ita ad ineundum prælium, & vitæ istius cursum inter medios hostes tenendum, vult Apostolus vt Euangelij pacis cognitione simus præparati. Optimè autem cõuenit epitheton, quum nos ad Deum per infensissimos hostium cuneos pergentes, id vnum ad fortiter pergendum hortetur, quòd sciamus nos ad Deum nobis iam reconciliatum contendere. Hoc enim illud est quod Pacem hîc appellat. Vide Ephes.1.13.

16 *Supra omnia*, ἐπὶ πᾶσιν. Vel *In omnibus*. Eras. *Super omnia*.

17 *Galeam salutis*, τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, id est τῆς σωτηρίας à qua nostra salus & conseruatio dependet, vel, vt nonnulli existimant, Seruatorem illum (id est Iesum) vt nominatur à Simeone Luc.2.30. (id est Liberationem illam per Iesum Christum) assumite pro galea. Alludit autem proculdubio ad Esa.59.17.

¶ *Recipite*, δέξασθε, in caput videlicet, quasi Dei manu vobis porrectam. Ideo Syrus interpres vertit quasi scriptum sit ἐπιθέσθε Imponite. Claromontanus autem codex eodem omisso verbo δέξασθε, hunc versiculum totum annectit participio ἀναλαβόντες.

18 *Per Spiritum*, ἐν πνεύματι. Vult Paulus preces à Spiritu sancto proficisci, vt verè sanctæ sint & ratæ, Rom.8.26.& 27. Vel ἐν πνεύματι interpretare, ex intimis animi penetralibus: vt suprà, 5.19, accipitur ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, pro ex corde vestro. ¶ *Illi ipsi rei inuigilantes*, εἰς τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες. Verbo Dei videlicet dies ac noctes incumbendo, vt Psal.1.2.

19 *Sermo*, λόγος. Id est loquendi facultas. Vel, vt suggerat mihi Dominus quod loquar. Vides vt omnia gratiæ tribuat etiam renatus Apostolus?

¶ *Ad apertionem oris mei*, ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου. Hebr. לפתח פי [*liphthoach pi*,] id est, ad aperiendum, siue vt aperiam os meum. Aperire autem os, accipitur pro loqui, ex altero Hebræorum idiotismo, sicut per epanalepsin explicat, sequenti versiculo. & alludere videtur Apostolus ad Psal.51.17.

20 *Catenatus*, ἐν ἁλύσει. Non erat tamen ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ Paulus, sed sub militari custodia, cuius hic erat modus, vt captiuus longiuscula catena dextram haberet deuinctam, cuius alterum extremum sinistræ militis alligabatur, vt pariter incederent, vt doctissimus Lipsius ex Seneca & Athenæo obseruat in lib. Taciti 3. Vide Act.26.20.

21 Ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ᾽ ἐμέ, τί πράσσω, πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικός, ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διάκονος ἐν Κυρίῳ·

22 Ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν.

23 Εἰρήνη τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἀγάπη μετὰ πίστεως ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

24 Ἡ χάρις μετὰ πάντων τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. Ἀμήν.

Πρὸς Ἐφεσίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ.

21 15 Vt autē sciatis & vos res meas, & quid agā, omnia vobis nota faciet Tychicus, charus frater & fidus minister in Domino.

22 Quem misi ad vos ob id ipsum vt cognoscatis res nostras, & consoletur corda vestra.

23 Pax *sit vobis* fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre, & Domino Iesu Christo.

24 Gratia *sit* cum omnibus diligentibus Dominum nostrū Iesum Christum ad incorruptibilitatem. Amen.

Scripta fuit Roma ad Ephesios per Tychicum.

21 *Vt autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agā, omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater & fidelis minister in Domino.*

22 *Quem misi ad vos in hoc ipsum vt cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra.*

23 *Pax fratribus & charitas cum fide à Deo Patre, & Domino Iesu Christo.*

24 *Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.*

Scripta fuit ex vrbe Roma ad Ephesios per Tychicum.

15 Familiaris & beneuolentiæ plena sui status declaratio, vnà cum precatione solenni, qua consueuit Paulus epistolas suas claudere.

---

21 *Et quid agam*, τί πράσσω. Supplet etiam copulam Syrus interpres, quanuis non legerit πάντα. quod si tollas, (abest enim etiam in Complutano & alio præterea codice) nulla erit copulæ ellipsis, & cohærebunt omnia.

24 *Ad incorruptibilitatem*, ἐν ἀφθαρσίᾳ. vel, *Cum incorruptibilitate*, vita videlicet æterna, & meta eius gratiæ, quam fidelibus precatur. Est igitur ἐν pro εἰς vel pro σὺν posita, vt aliis locis penè infinitis. Vulgata, *In incorruptione*. Erasmus, *Cum sinceritate*, vt verus amor Dei designetur, φθαρτὸν illum ἄνθρωπον dies & noctes oppugnans. Sed in hac significatione nomen ἀφθαρσίας nusquam (quod sciam) vsurpatur. Græcus scholiastes perpetuum amorem intelligit, vt ἐν ἀφθαρσίᾳ positum sit pro aduerbio ἀφθάρτως, i. perenniter. *Scripta fuit*, ἐγράφη. Potest etiā aliunde scripta videri quum diuturna fuerit captiuitas, & hæc particula in Claromontano codice non extet, quę tamen mihi maximè videtur probabilis. Sed suspicor non tam ad Ephesios ipsos propriè missam epistolam, quàm Ephesum, vt ad cæteras Asiaticas Ecclesias transmitteretur: quod fortasse mouit nonnullos vt hæc verba ἐν Ἐφέσῳ tollerent suprà, initio huius epistolæ.

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ ἐπιστολή.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α. CAP. I. CAPVT I.

1 ΠΑΥΛΟΣ καὶ Τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις, σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις·

2 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3 Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν.

4 Πάντοτε ἐν πάσῃ δεήσει μου ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, μετὰ χαρᾶς τὴν δέησιν ποιούμενος,

1 PAVLVS & Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis, vnà cum episcopis ac diaconis:

2 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

3 1 Gratias ago Deo meo cum omni memoria vestri,

4 Semper in omni deprecatione mea pro omnibus vobis, cum gaudio deprecans,

1 *PAVLVS & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis, cum episcopis & diaconis:*

2 *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo.*

3 *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri,*

4 *(Semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens)*

1 Scopus epistolæ est, Philippenses modis omnibus confirmare, vt non modò non deficiant, sed etiam proficiant, & primò quidem præteritaplaudit, vt ad pergendum hortetur, quod se etiam omnino sperare dicit, idque ex viuæ charitatis ipsorum testimonio, sed interea ad vnius Dei gratiam omnia refert.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

Ad Philippenses, πρὸς Φιλιππησίους. In Claromontano codice Epistola ad Colossenses istam ordine præcedit.

IN CAPVT I.

1 *Vnà cum episcopis*, σὺν ἐπισκόποις. Qui vno vocabulo coniunctim legunt συνεπισκόποις, tollunt pulcherrimam Ecclesiæ partium distributionem quæ hîc statuitur à Paulo. Primùm enim nominat omnes sanctos, id est ipsum Ecclesiæ corpus, inter quos postea sigillatim quosdam nominat, eos nimirum qui Ecclesiam regebant, quorum duo genera commemorat, nempe episcopos ac diaconos. Episcopos igitur intelligit quicunque verbo & gubernationi præerant, putà pastores, doctores, & presbyteros, ἐπισκόπους nominans, quòd illos oporteat, quasi speculatores, in doctrinam & mores commissi gregis inquirere, vt Act. 20. 28. quos interdum generali nomine presbyteros vocat, vt ibidem versu 17, & 1. Timoth 5.17. Diaconos verò intelligit ærarij Ecclesiastici œconomos, & viduarum etiam collegium: quum alioqui hoc nomen interdum sit vniuersale, adeo vt ipsos etiam Apostolos comprehendat. Hæc igitur olim erat Episcoporum appellatio, donec qui politiæ causa reliquis fratribus in cœtu præerat, (quem Iustinus τὸν προεστῶτα vocat) peculiariter dici Episcopus cœpit. Hinc cœpit diabolus prima tyrannidis fundamenta iacere in Dei Ecclesia, quū tota Ecclesiæ administratione vnà cum nomine ad vnum translata. Ab Episcopali deinde tyrannide ad Metropolitanos peruentum, quos Archiepiscopos vocant. quæ distinctio tamen initio speciosum & vtilem vsum habuit, nempe vt synodi per singulas prouincias faciliùs cogerentur, & certus aliquis ordo rerum administrandarum seruaretur. A Metropolitanis ad quatuor illos primarios patriarchas postea ventum est, quasi republica Christiana in quatuor viros distributa, donec quintus fortuitò accederet propter nouæ Romæ dignitatem. Inde perpetuæ illæ de iurisdictione contentiones, quibus quasi mutuis vulneribus illi sese ita confecerunt, vt tandem duobus cesserint reliqui, Constantinopolitano & Romano: nunquam ad hunc diem definita controuersia, quum modò hic, modò ille se Oecumenicum vocaret, & suæ tyrannidis speciosas auctoritates ederet: Romano interim pontifice falsi damnato in concilio Carthaginiensi CCXVII Patrum, inter quos etiam Augustinus numeratur. Ea tamen fuit ambitio, vt nihilominus nunc quoque Constantinopolitanus omnibus illis per Orientem sparsis Ecclesiis, si modò Ecclesiæ vocandæ sint, præficiatur: Romanus verò non Ecclesias modò, sed regna etiam Occidentis inuaserit: iusto quidem iudicio, vt ij ipsi quorum ope tyrannidem Ecclesiarum inuaserat, suis quoque sceptris ab illo priuarentur. En quanti sit momenti à Dei verbo vel latum vnguem deflectere.

3 *Cum omni memoria vestri*, ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν. Id est, omnibus modis, ac præsertim assiduis apud Deum precibus vestri memor. Nam πάσῃ μνείᾳ pro perfecta (vt ita dicā) memoria posuit: & ἐπὶ pro ἐν, id est ב pro עם [*him*] enallage Hebræis familiari. Vulg. & Erasm. *In omni memoria vestri*, id est (vt ferè explicant) quoties vestri recordor, *sententia minimè expressa*.

Ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἄχρι τοῦ νῦν·

5 ¹ Super vestri in Euangelio communione, ² à primo die vsque ad hoc tempus:

5 *Super communicatione vestra in Euangelio Christi à prima die vsque nunc.*

Πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτελέσει ἄχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ·

6 Persuasum habens hoc ipsum, fore vt qui incœpit in vobis opus bonum, perficiat *illud* vsque ad diem Iesu Christi:

6 *Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu;*

Καθὼς ἐστι δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου, συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας.

7 Sicut iustum est vt ego id sentiam ¹ de omnibus vobis, propterea ² quòd animo teneam vos, & in vinculis meis, ³ & in defensione & confirmatione Euangelij, ⁴ vos, *inquam*, omnes vnà mecum fuisse ⁵ gratiæ participes.

7 *Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse.*

2 Addit suæ in eos beneuolentiæ declarationem, ostendens simul quare maximè possint confirmari, nempe precibus assiduis.

Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ.

8 2 Testis enim mihi est Deus ¹ quantopere expetam vos omnes ² in visceribus Iesu Christi.

8 *Testis enim mihi est Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.*

3 Quid præcipuè nobis sit petendum ostendit, primùm videlicet vt in vera notitia Dei (adeò vt discrepantia possimus dignoscere) deinde in charitate crescamus, vt ad extremum vsque ad gloriam Dei, per Iesum Christum, verè bonis operibus incumbamus.

Καὶ τοῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει.

9 3 Et hoc oro, vt charitas vestra adhuc magis ac magis exundet in cognitione & omni ¹ sensu:

9 *Et hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu:*

Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ.

10 4 ¹ Vt exploretis quæ discrepant, vt sitis sinceri, ² & inoffenso cursu pergatis ³ ad diem vsque Christi.

10 *Vt probetis potiora, vt sitis sinceres & sine offensa in diem Christi:*

4 Occurrit crucis offendiculo, vnde nonnulli occasionem accipiebant deprimendi ipsius Apostolatus. Quibus respondet Deum sic benedixisse suæ captiuitati, vt inde sit etiam factus illustrior, dignitate Euangelij, quamuis non simili omnium studio, tamen reipsa per istam occasionem magnopere amplificata.

5 ¹ *Super vestri communione, &c.* ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν, &c. Id est, quòd & vos facti sitis participes Euangelij. ¶ *A primo die*, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας. A primo videlicet die quo ad Euangelium accesserant. Coniungo enim ista cum verbo εὐχαριστῶ: quamuis nonnulli potius putent laudari Philippenses quòd primo statim die amplexi sint Euangelium. Id verò haud satis scio an verum sit, nec puto necessariam esse hanc quæstionem, quum potius significet Apostolus sese, ex quo primùm die ipsos Domino lucrifecerit, non destitisse de ipsorum perseuerantia gratias agere, vt quæ perpetua fuisset: quum constet ex Act. 16. 14, miram fuisse Lydiæ & ipsius familiæ, id est illius Ecclesiæ primitiarum, promptitudinem.

6 *Vsque ad diem Iesu Christi*, ἄχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id est, Ad extremum vsque finem non deseret vos Dei Spiritus, donec vestra etiam mortalia corpora viuificata sistantur Christi iudicio glorificanda.

7 *De omnibus vobis*, ὑπὲρ πάντων ὑμῶν. ὑπὲρ pro περὶ, vt contra περὶ pro ὑπὲρ, Ephes. 6. 18. Et obseruandum est τὸ φρονεῖν hoc in loco dici non de animi affectu, sed de mentis iudicio. ¶ *Quòd animo teneam vos*, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς. Vulgata & Erasmus, *Eo quòd habeam vos in corde*, duplici errore: primum quòd ὑμᾶς simpliciter coniunxerunt cum verbo ἔχειν, quum cohæreat cum participio ὄντας pro τὸ posito, ex Græcorum consuetudine, vt in illo Herodoti, ἱστορίαν δὲ ἐς ἐμὲ Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους προέχοντας, id est προέχειν. Deinde quòd ἔχειν ἐν καρδίᾳ nimium obscurè conuerterunt In corde habere: pro quo potius dicunt Latini, animo tenere, id est quasi insculptum habere memoriæ vt elabi non possit.

¶ *Et in vinculis meis*, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου. Veræ coniunctionis in Christo certum erat argumentum, quòd & absentem & captiuum non modò non deseruissent, sed etiam omnibus officiis essent prosequuti, perinde ac si cum eo vnà captiui fuissent. ¶ *Et in defensione*, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ. Apertè igitur ostenderant Philippenses sese in hac causa habere omnia cum Paulo coniuncta. Eheu quàm rarum hoc nostro seculo pietatis testimonium, in quo summa etiam pietas dicitur, Christum apertè non prodidisse!

¶ *Vos inquam omnes*, πάντας ὑμᾶς. Videtur quidem ὑμᾶς abundare, ex pleonasmo Hebræorum, qui sæpe antecedentibus coniungunt affixa, quæ vocant: sed propter illa interposita commodissimè illud explicari potest per epanalepsin. ¶ *Gratiæ*, τῆς χάριτος. Gratiam, id est peculiare & gratuitum beneficium, appellat, quòd captiuus teneretur pro Christi nomine, qua in re certatim etiam illi sese ipsi socios addiderant. Sic infrà, *Vobis*, inquit, *datum est pro Christo non solùm vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini*, versu 29. Vulg. *Gaudij mei*, legit enim τῆς χαρᾶς μου, quod ipsum non malè conuenit: sed pronomen μου videtur aptiùs cum συγκοινωνούς construendum.

8 *Quantopere expetam*, ὡς ἐπιποθῶ. Vulgata, *Quàm cupiam*, Erasmus, *Quàm desiderem*. Mihi videtur in genere vehementissimum in illos amorem suum Apostolus hoc verbo significare, ex Hebræorum idiotismo, apud quos id etiam valet verbum כמה [*chamah*,] & התאוה [*hithauah*.] Vide 2. Cor. 9. 14. ¶ *In visceribus Iesu Christi*, ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ. Alibi solet dicere, In Christo. Vt autem significet ex quo fonte promanet affectus iste, & quò etiam feratur, additum visceribus nomen, magnum pondus addit sententiæ, vt intimus amor significetur. Solent enim Hebræi רחמים [*rachamim*,] id est viscera, omnes teneros ac veluti maternos affectus vocare.

9 *Sensu*, αἰσθήσει. Quum ea, de quibus agit, non sint αἰσθητὰ, sed νοητὰ, apparet αἴσθησιν impropriè poni, vt etiam αἰσθητήρια, Hebr. 5. 14. Loquitur autem Paulus primùm de perceptione: deinde de rei perceptæ diiudicatione, vt vera sit notitia, non illa naturalis propriè, sed quam à gratia accepimus, ad cuius præscriptum integra vita dirigatur. Itaque αἴσθησιν magis propriè & significantius conuertit Vetus interpres *Sensum*, quàm Erasmus *Intelligentiam*. Syrus interpres addit דרוח [*deruach*] *Spiritus*.

10 *Vt exploretis quæ discrepant*, εἰς τὸ δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα. Verum hoc est iudicium, quo non modò agnoscimus quod boni specie nobis allubescit, sed etiam quod à bono discrepat possumus diiudicare. Itaque mihi videtur longè vberior ista explicatio, ac melius etiam cohærens cum iis quæ præcedunt ac sequuntur, quàm si cum Vet. interp. conuertamus, *Vt probetis potiora*: vel cum Erasmo, *Vt probetis quæ sunt præstantia*. Vide Rom. 2. 18. ¶ *Et inoffenso cursu pergatis*, ἀπρόσκοποι. Metaphoram sumptam apparet ab iis qui aliquo contendunt: vt non dubitarim periphrasin vsurpare. Vulg. *Sine offensa*, & Eras. *Tales vt nemini sitis offendiculo*: quomodo etiam accipitur idem hoc nomen Act. 24. 16, & 1. Cor. 10. 32. Mihi tamen hoc in loco arridet passiua significatio. ¶ *Ad diem vsque*, εἰς ἡμέραν, Vide 1. Cor. 1. 8.

Πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης, τῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ.

11 Repleti fructibus iustitiæ, qui *sunt* per Iesum Christum ad gloriam & laudem Dei.

11 *Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.*

Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοί, ὅτι τὰ κατ᾽ ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν·

12 Velim autem vos scire, fratres, quæ mihi *acciderunt*, ¹ magis ad profectum Euangelij euenisse.

12 *Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Euangelij:*

Ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι·

13 *Adeo* vt vincula mea ¹ in Christo ² conspicua facta sint in toto prætorio, ³ ac reliquis omnibus.

13 *Ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus,*

Καὶ τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ, πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως τολμᾶν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν.

14 Et plerique ex fratribus in Domino, freti vinculis meis, amplius audeant sine metu ¹ Sermonem loqui.

14 *Vt plures è fratribus in Domino, confidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui.*

Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ καὶ δι᾽ εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν·

15 Ac nonnulli quidem per inuidiam & contentionem, nonnulli verò etiam libente animo Christum prædicant.

15 *Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem, Christum prædicant:*

Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου·

16 ¹ Alij quidem *inquam* per contentionem Christum ² non purè annuntiant, quòd existiment sese afflictionem ³ adiicere vinculis meis:

16 *Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionem Euangelij positus sum.*

Οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι.

17 Alij verò ex charitate, quòd sciant me ad defensionem Euangelij ¹ constitutum esse.

17 *Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincerè, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.*

Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, Χριστὸς καταγγέλλεται· καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι.

18 5 Quid igitur? attamen quouis modo, siue in speciem, siue sincerè, Christus annuntiatur: & de hoc gaudeo, atque etiam gaudebo.

18 *Quid enim? dum omni modo, siue per occasionem siue per veritatem Christus annuntiatur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.*

5 Suo proposito exéplo docet verum gaudium esse nostrarum affectionum exitum, idque virtute Spiritus Christi, quem petentibus largiatur.

Οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ,

19 Noui enim fore vt hoc mihi cedat in salutem per vestram deprecationem, & suppeditationem spiritus Iesu Christi,

19 *Scio enim quia hoc mihi prouenies ad salutem, per vestram orationem, & subministrationem Spiritus Iesu Christi,*

Κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου, ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι, ἀλλ᾽ ἐν πάσῃ παρρησίᾳ, ὡς πάντοτε, καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου, εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου.

20 6 Secundum intentam expectationem & spem meam, quòd nulla in re pudefiam, sed cum omni dicendi libertate, vt semper, *ita* nunc quoque ¹ magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem.

20 *Secundum expectationem & spem meam, quia in nullo confundar sed in omni fiducia, sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem.*

6 Perseuerantia opus est ad extremum vsque, summa cum fiducia, proposita nobis vna Christi gloria, siue viuendum sit siue moriendum.

11 *Fructibus iustitiæ*, καρπῶν δικαιοσύνης. Si arbor est iustitia, opera verò bona fructus arboris, quomodo tradunt sophistæ ex fructibus nasci arborem? Sed & distinguenda est iustitia imputata, in quam vnam recumbimus, à iustitia inhærente, quæ est duntaxat illius testis ac veluti propago.

12 *Magis*, μᾶλλον. Syrus interpres pro μάλιστα intellexit, id est, Maximè siue Excellenter.

13 *In Christo*, ἐν Χριστῷ. I. Christi nomine, siue pro Christi negotio, vt Ephes. 4. 1. Pertinet enim hoc ad τοὺς δεσμοὺς, per traiectionem Hebræis familiarem, vt Psal. 138. 2. *Magnificasti super omne nomen tuum eloquium tuum*, pro Magnificasti eloquium tuum super omne nomen tuum. Sic Horatius, *Pinguis macros arsit dum turdos versat in igne.* ¶ *Conspicua*, φανερούς. Vulgata & Erasmus, *Manifesta*, non satis expressè. ¶ *Prætorio*, πραιτωρίῳ. Id est Cæsaris regia. Latè enim patet Prætorij appellatio, vnde & Milites Prætoriani. Vide infrà, 4. 22. ¶ *Ac reliquis omnibus*, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι. Id est, cæteris Romæ versantibus, quos ab aulicis distinguit.

14 *Sermonem loqui*, τὸν λόγον λαλεῖν. Sermo κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur Euangelica doctrina & quidem addito articulo. In Claromontano autem codice & aliis additur τοῦ Θεοῦ, quomodo vertit Vetus interpres, vt & Syrus.

16 *Alij quidem* [*inquam*,] οἱ μὲν. Syrus interpres & vetus Latinus hunc vers. subiiciunt proximè sequenti, quem constituunt decimumsextum, vt hunc decimumseptimum. Sed Syrus non habet illud οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, *Qui verò ex charitate.* Mihi commodissima videtur recepta lectio, quanuis Claromontanus codex dissentiat. ¶ *Non purè*, οὐχ ἁγνῶς. Non puro videlicet animo, etiamsi alioqui pura esset eorum doctrina. Nec enim subiiceret Paulus se ex istorum quoque prædicatione gaudium capere: idque etiam ex eo liquet, quòd τῇ ἀληθείᾳ versiculo decimooctauo non opponat τῷ ψεύδει, id est mendacio, sed τῇ προφάσει, id est obtentui. Ambrosius vertit, *Non simpliciter*, οὐχ ἁπλῶς. ¶ *Adiicere*, ἐπιφέρειν. Nempe vt vrat ipsorum gloria. Cæterùm Erasmus τὸ ἐπιφέρειν rectè omnino exposuit *Addere*. Nam ἐπὶ hoc in loco additionem declarat. Vulgata, *Suscitare*, vt videri possit legisse ἐπεγείρειν. ¶ *Constitutum esse*, ἀπολογίαν κεῖμαι, diuinitus videlicet delectum & in hac statione collocatum, vt 1. Thessal. 3. 3. Alij istud ad vincula referunt, in quibus [illegible] Paulus tuendi Euangelij causa.

18 *Quid igitur?* τί γάρ; Ad verbum, *Enimuero quid?* Nec enim causam significat. Vulgata & Erasmus, *Quid enim?* Syrus autem interpres hoc non legit, & hunc vers. incipit à χαίρω, *gaudeo*, &c. ¶ *In speciem*, προφάσει. Vel per obtentum. Nam speciosam quidem causam, id est Christum ipsum, isti prætexebant suæ ambitioni & inuidiæ qua intus æstuabant. Vulgata, *Per occasionem*, absurdè. Vide Matth. 23. 14. ¶ *Sincerè*, ἀληθείᾳ. Vulgata & Erasmus, *Per veritatem*, obscurè: quia quum multæ sint mendacij & veritatis species, non opponit Paulus hoc loco veram doctrinam falsæ, sed sincerum animum fucato: quomodo ab Hebræis accipitur אמת [*emeth*] pro animi integritate, quæ omni dissimulationi aduersatur.

20 *Intentam expectationem*, ἀποκαραδοκίαν. Vulg. & Eras. *Expectationem*. Vide Rom. 8. 19. ¶ *Magnificabitur*, μεγαλυνθήσεται. Heb. יגדל [*jigdal*,] id est magnificè extolletur, ac prædicabitur.

21 Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος.

22 Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω.

23 Συνέχομαι γὰρ ἐκ τῶν δύο, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον.

24 Τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς.

25 Καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα, ὅτι μενῶ καὶ συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν, εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν καὶ χαρὰν τῆς πίστεως·

26 Ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν περισσεύῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐν ἐμοὶ, διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν πρὸς ὑμᾶς.

27 Μόνον ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε, ἵνα εἴτε ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ὑμᾶς, εἴτε ἀπὼν, ἀκούσω τὰ περὶ

21 Mihi enim *est* Christus & *in* vita & *in* morte lucrum.

22 7 An vero viuere in carne mihi operæpretium *sit*, & quid eligam ignoro.

23 Constrictus enim vtrinque teneor desiderio tendens ad dimissionem, & vt cum Christo sim. Est enim *id* valde multo melius.

24 Sed permanere in carne, magis necessarium *est* propter vos.

25 Et hoc confisus noui me mansurum & permansurū cum vobis omnibus ad vestrum profectum & gaudium fidei:

26 Vt exundet gloriatio vestra in Christo Iesu de me, mea rursus apud vos præsentia.

27 8 Tantùm vt conuenit Euangelio Christi vos gerite, vt siue postquam venero & videro vos, siue absens, audiam de rebus

21 *Mihi enim viuere, Christus est, & mori lucrum.*

22 *Quòd si viuere in carne, hoc mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro.*

23 *Coarctor autem è duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius.*

24 *Permanere autem in carne, magis necessarium propter vos.*

25 *Et hoc confidens scio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum & gaudium fidei.*

26 *Vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos.*

27 *Tantùm dignè Euangelio Christi conuersamini: vt siue quum venero, & videro vos, siue absens au-*

7 Exemplū veri pastoris, suā quanuis felicitatem postponentis ouium suarum vtilitati.

8 Illis instar prooemiis præpositis, iam ad exhortationes descendit, primum omnium monens vt eū sensum & in doctrina & in voluntatibus, seu animis conseruent, deinde vt communibus illis vinculis coniuncti, perstent fidei robore freti omnia aduersa sic sustinere vt nihil euangelica professione indignum admittant.

21 *Mihi enim* &c. Ἐμοὶ γὰρ, &c. Vulgata, *Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum.* Erasmus, *Nam mihi vita Christus est: & mors lucrum.* Itaque in priore quidem membro Christum Paulus vitam suam vocarit: in posteriore verò nulla erit Christi mentio, nisi ex consequenti. Atqui applicanda est ratio propositioni cui adiungitur. Firma est igitur doctissimi interpretis sententia, qui existimat, sicut in propositione, sic etiam in ratione, Christum esse vtriusque membri subiectum, lucrum verò, (id est gloriam Christi, cum ipsius Apostoli commodo coniunctam) prædicatum, vt ante τὸ ζῆν & τὸ ἀποθανεῖν subaudiatur κατὰ, ellipsi non modò quæ tolerari possit, sed etiam quæ inter Atticismos numeretur.

22 *An verò*, εἰ δὲ. Vulgata & Erasmus, *Quòd si.* Atqui si ita conuerteris, hiabit tota sententia, propter particulam καὶ sequentem. Hanc verò Græcus scholiastes negligit, & εἰ δὲ interpretatur ἐπειδὴ δὲ, *quoniam verò.* Sed hoc quidem est nodum non expedire, sed secare. Castellio eam quoque transilit, sed multo impudentius. Alij verbum vnum subaudiunt, puta *Si* [*contingat*] *viuere in carne*, vt Erasmus in ipso contextu. Alij integram sententiam, vt idem Erasmus in annotationibus, omnia certè perturbans. Alij denique aliter. Ego verò miror nemini in mentem venisse vt εἰ per an vel vtrum exponeret: quæ significatio particulæ εἰ in subiectione ita est vsitata vt mirer vel Erasmo doctissimo viro, & hoc ipsum quærenti, non occurrisse. Syrus autem interpres ita hunc versiculum obscurè vertit, vt inde sensum eruere nullum possim. ¶ *Viuere in carne*, ζῆν ἐν σαρκὶ. Distingue Secundum carnem viuere, siue In carne esse, ab hac formula. Viuere enim secundum carnem, & In carne esse, de iis dicitur qui quum non sint Spiritu donati, sese cupiditatibus carnis immergunt, vt Rom. 8.4. & 8. Viuere autem in carne, vel ambulare, vt 2. Corinth. 10.3. nihil aliud declarat quàm in hoc caduco corpore vitam degere, tantisper dum cælesti & æterna vita potiamur, vt Galat. 2.20, & 1. Petr. 4.1. ¶ *Mihi operæpretium sit*, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου. Abundat τοῦτο ex Hebræorum idiotismo, qui singulis penè versiculis occurrit. Quòd autem Vetus interpres & Erasmus [illegible] *fructum operis* obscurè conuerterunt, satis constat à Latinis [illegible] operæpretium dici, nempe rem vtilem & fru[illegible]ctuosam, dignam denique in qua quispiam operam ponat. ¶ *Ignoro*, οὐ γνωρίζω. Nouè pro οὐκ οἶδα.

23 *Constrictus teneor*, συνέχομαι. Videtur Paulus alludere ad 2. Sam. 24.14. ¶ *Desiderio tendens*, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων. Sic volui interpretari, vt vim sequentis præpositionis retinerem. Plus enim est animo ferri, & contendere ad aliquid obtinendum quàm simpliciter aliquid cupere. ¶ *Ad dimissionem*, εἰς τὸ ἀναλῦσαι. Neutro passiuè, id est, vt mihi videtur missio quæ ab ipso Apostolo Rom. 7.24. definitur liberatione ab hoc corpore mortali, & à Petro 2. Pet. 1.14. depositione huius tabernaculi. Ideo plerisque magis placuit ἀναλύειν interpretari *Dissolui*, vel *Resolui*, eadem manente sententia. Tertullianus autem aliquoties hunc locum citans interpretatur *Recipi*, & Hieronymus in altera aduersus Ruffinum apologia vtitur Reuerti, habito nimirum animæ respectu ad Deum redeuntis à quo nascentibus datur, Ecclesiastæ 12.9. Mihi verò magis placet simpliciter huius verbi notatio, metaphora ab iis sumpta, qui curru vecti, quum ad locum destinatum peruenerunt, καταλύειν dicuntur, quod equorum loca & vincula soluere consueuerunt. Et ita quoque verbum ἀπολύειν actiuè accipitur hoc ipso sensu, Luc. 2.29. & pro *Dimittere*, siue abeundo copiam facere, Luc. 9.10. ¶ *Est enim* [*id*] *valde multo melius*, πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον. Vulgata, *multo magis melius*, omissa caussali coniunctione, quæ etiam in meo vetustissimo codice non extat: quanuis eam legat Ambrosius, vt sit ellipsis relatiui אשר [*asher*] Hebræis familiarissima, & pleonasmus particulæ מאד [*meod*] de quo diximus Matth. 6.26. & Mar. 7.36. Syrus legit καὶ τοῦτο *& hoc*: & quod sententiæ deerat suppleuit. Erasm. *& cum Christo esse multò longèque melius est*, noua instituta ab illis prioribus verbis, *& cū Christo esse*, periodo, vt relatiui ellipsis vitetur, contra omnium nostrorum codicum Græcorum fidem.

24 *In carne*, ἐν σαρκὶ. Iterum caro pro corpore & huius præsentis vitæ statu ponitur.

25 *Confisus noui*, πεποιθὼς οἶδα. Fecit hic locus vt multi veteres existimarint Paulum Romæ absolutum in Asiam reuertisse: imò etiam Hispaniam adiisse: quod alioqui temerè videri possit tam asseueranter ista scripsisse. Sed ex eo quod mox subiicit, & c. 2.17. apparet illū istud πεποιθὼς vsurpasse, non quasi istud nouisset ex peculiari reuelatione, sed quòd tum in eo statu suas res esse videret, quantumuis adhuc captiuus esset in militari custodia, vt sese à vinculis liberandum posset probabiliter sperare. Infirmum est igitur illius opinionis de Pauli in Asiam reditu fundamentum. Hac autem spe sua non penitus, sed aliquatenus tantùm excidit Apostolus, vt qui diu manserit superstes, captiuus quidem ipse, sed tamen ea fruens libertate tum voce, tum scriptis prædicandi Euangelij, vt alicubi meritò scripserit captiuum secum non fuisse Dei verbum: nec temerè sperasse comperiatur se omnibus Ecclesiis non tantum mansurum, sed etiam permansurum in vita: plures certè epistolas Ecclesiæ debent Pauli vinculis, quàm libertati, quibus nunc etiam erudiuntur. ¶ *Et gaudium fidei*, καὶ χαρὰν τῆς πίστεως. Gaudium Fidei appellat quod ex fide promanarit, aut quo fides magnopere confirmabitur, quum felicem videbunt istius captiuitatis exitum.

27 *Vos gerite*, πολιτεύεσθε. Vulg. Conuersamini. Vide Act. 23.1. & inf. 3.10. ¶ *De rebus vestris*, τὰ περὶ ὑμῶν. Syrus interp. & Vulg. legerunt περὶ ὑμῶν, *de vobis*, idque fortassis rectius.

¶ Per

ὑμῶν, ὅτι στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου.

28 Καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων· ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας, καὶ τοῦτο ἀπὸ Θεοῦ·

29 Ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν·

30 Τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες οἷον ἴδετε ἐν ἐμοὶ, καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί.

Κεφάλαιον β.

1 Εἴ τις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ, εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία πνεύματος, εἴ τινα σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί·

2 Πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν, ἵνα τὸ

vestris, vos *videlicet* perstare in vno Spiritu, vno animo concertantes per fidem Euangelij.

28 9 Nec vlla in re territos ab iis qui se opponunt: quod illis quidem est exitij indicium, vobis autem salutis, idque à Deo:

29 10 Quia gratis datum est vobis in Christi negotio, non solùm in eum credere, sed etiam pro eo pati:

30 11 Idem certamen sustinendo quale vidistis in me, & nunc auditis de me.

CAP. II.

1 Siqua igitur consolatio *est* in Christo, siquod solatium charitatis, siqua communio spiritus, siquæ viscera ac miserationes,

2 Explete meum gaudium, vt eodem sitis affectu, eandem

diam de vobis, quia statis in vno spiritu, vnanimes; collaborantes fidei Euangelij.

28 *Et in nullo terreamini ab aduersariis: quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo.*

29 *Quia vobis donatum est pro Christo, non solùm vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini:*

30 *Idem certamen habentes quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.*

CAP. II.

1 *Siqua ergo consolatio in Christo, siquod solatium charitatis, siqua societas spiritus, siqua viscera ac miserationes:*

2 *Implete gaudium meū, vt idem sapiatis, eandem*

6 Persequutiones ab Euangelij hostibus intentatæ, nos non deiicere sed erigere potius debent, cùm certa sint à Deo ipso testimonia tum nostræ salutis, tum impiorū exitij.

10 Confirmatio eius quod dixerat, esse nostræ salutis indiciū, quoniam pati pro Christo donū est Dei, quo suos, sicut & fide, dignatur.

11 Iam ostendit quo consilio suarum afflictionum meminerit.

1 Vehementissima obtestatio vt omnia ea repellant quibus illa summa consentio violari solet, nempe contentionem & superbiam, quibus fit vt alij ab aliis seiungantur.

¶ *Perstare in vno Spiritu*, στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι. Standi verbum athletis conuenit gradum seruantibus, à quibus sumpta est translatio, quam persequitur ad finem vsque capitis. Spiritus autem appellatione intelligo Spiritum sanctum, aut certè eius afflatum, cuius vinculo deuincti, & cuius vi armati, fortiter seruent gaudium. ¶ *Vno animo concertantes*, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες. Id est, ὁμοθυμαδὸν συναγωνιζόμενοι. Hanc autem distinctionem adferunt Græca scholia vt minimè controuersam, vt qui alterius non meminerint. & sanè multò planior & vberior est sententia si μιᾷ ψυχῇ cum participio coniūgas, vt nos fecimus. Hortatur ergo Paulus vt eodem Spiritu coniuncti & confirmati, coniunctis viribus luctentur: & quidem fide freti, id est doctrina Euangelij, seu verbo Dei, vt Galat. cap. 1. vers. 23, & 1. Timoth. 4.1, accipitur fidei nomen. Vel fide Euangelij, id est fide quæ Euangelio, ac proinde inuicto Christi robore nititur. Vulgata, *Vnanimes collaborantes fidei Euangelij.* Erasmus, *Adiuuantes decertantem fidem Euangelij*, quasi τῇ πίστει regatur à præpositione σὺν, vt quasi laborans Euangelij fides præsidio nostro sit victrix futura. Atqui perabsurda est hæc sententia: & quod de vno spiritu vnóque animo dixit, satis indicat præpositionem vel ad Philippenses coniunctos pertinere, vel ad Paulum ipsum qui illorum societatem requirat in promouenda Dei gloria: ita vt τῇ πίστει rationem habeat quasi instrumenti, sicut rectè omnino obseruauit doctissimus interpres.

28 *Quòd*, ἥτις. Dixit ἥτις, non ὅπερ vel ὅτι, quia sequitur ἔνδειξις, quanuis complexui orationis referendo neutrum genus soleat potius vsurpari. Vide suprà, Ephes. 3.13. ¶ *Indicium*, ἔνδειξις. Id est ἔμφασις, apertum & planum testimonium: nam quo impotentius furit aliquis aduersus Ecclesiam, eo manifestius patefacit se ad certum exitium ruere: nisi quidem Dominus illum dignetur sua misericordia, vt Paulum ipsum dignatus est. Sed rarum est hoc exemplum, neque cognitæ veritati reluctatus est Apostolus. Contrà verò sancta perseuerantia in quibusuis pro Christo perferendis, nobis indicium est nos efficaci illo Spiritu Dei donatos, ac proindè esse ex electorum numero quos certa salus manet, vt 2. Thessal. 1.5. vbi rursus vtitur ἐνδείγματος nomine. Vetus tamen interpres ἔνδειξιν maluit caussam interpretari, temerè quæsita aliena significatione, quum nusquam fidelium afflictio dicatur salutis illorum caussa, sed testimonium. ¶ *Idque*, καὶ τοῦτο. Hoc refero ad vtrumque membrum superius.

29 *In Christi negotio*, τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ. Ad verbum, *In eo quod pro Christo* [*suscipitur*:] alioqui redundaret articulus τὸ. Vulgata & Erasmus, *Pro Christo.* ¶ *In eum*, εἰς αὐτόν. Id est, ei. nam εἰς respondet literæ ל Hebræorum: vt non satis firmum sit discrimen illud quod statuitur inter Credere Deo, & Credere in Deum. Nec tamen iis assentior qui fidem, quā credimus vera esse Dei promissa, & ea nobis applicamus, cum πεποιθήσει, id est confidentia, confundunt, quum hæc ex illa nascatur. Vide Ephes. 3.12. ¶ *Pati*, πάσχειν. Id est aduersis affligi: istius verbi absoluta significatione in his libris vsitatissima, ac proinde retinenda, tum de Christo ipso capite, tum de ipsius membris. Nam sic quoque Virgilius, *Certum est in syluis inter spelæa ferarum Malle pati.* Et Cicero 7. in Verrem, Patimur & silemus.

30 *Sustinendo*, ἔχοντες. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Habentes.* Fuerat autem omnino dicendum ἔχουσι. Sed eiusmodi participia alibi iam aliquoties annotauimus respondere Hebræorum infinito modo, pro quo Latini gerundi modum vsurpant. ¶ *De me*, ἐν ἐμοί. Syrus & Vulg. legerunt vel περὶ ἐμοῦ, vel potius ἐπ' ἐμοῦ, quod etiam ipsa sententia postulat.

IN CAPVT II.

1 *In Christo*, ἐν Χριστῷ. Id est, Christiana, siue quæ ab iis possit proficisci qui sunt in Christo. ¶ *Siqua viscera*, εἴ τινα σπλάγχνα. Id est, siquis intimæ charitatis sensus. Nam (vt sæpe iam diximus) σπλάγχνα vocat quæ Hebræos רחמים [*rachamim*,] tenerrimos nimirum ac planè maternos affectus. Cæterùm in vetustis bonis codicibus scriptum inueni εἴ τις σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί, & paulo antè etiam εἴ τις παραμύθιον, & ita quoque citatur hic locus à Clemente libr. Strom. 4. & à Basilio in Ethicis, ὅρῳ 80. quam lectionem vt tueamur, necesse fuerit ista appellatiua pro adiectiuis accipere, Hebræorum more: ac si diceret Apostolus, Siquis est qui me consoletur in Christo, siquis est qui pro mutua charitate mihi solatium adferat, siquis mecum est eodem spiritu coniunctus, si in quoquam vlla est intima charitas ac commiseratio. Sed genuina est recepta lectio, vt ego quidem arbitror. quanuis similiter prorsus vsurpetur particula מי [*Mi*;] Quis, Mich. 1.6.

2 *Eodem sitis affectu*, τὸ αὐτὸ φρονῆτε. Vulgata, *Idem sapiatis.* Ego verò malo hanc sententiam pro genere accipere, cuius deinde species commemoret. Nam alioquin fuerit inanis battologia in illo τὸ ἓν φρονοῦντες. Vide Rom. 12.16. Verbum autem φρονεῖν modò ad voluntatis, modo ad intellectus actiones refertur. ¶ *Eandem charitatem*, τὴν αὐτὴν ἀγάπην. Id est, parem, vt non modò sit amoris aliqua, sed par etiam vicissitudo, quasi vna communi anima omnes viuatis. Nam σύμψυχοι coniungo cum hac sententia.

Græce		Beza		Vulgata
αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες.		charitatem habentes, vnanimes, & sententiis vnum.		charitatem habentes, vnanimes, idipsum sentientes.
Μηδὲν κατὰ ἐριθείαν, ἢ κενοδοξίαν, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν.	3	Nihil *gerentes* per contentionem aut per inanem gloriam, sed ex animi submissione alij alios sibi præcellere existimantes.	3	*Nihil per contentionem, neque per inanē gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes.*
Μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος.	4	Ne sua quisque spectate, sed vnusquisque etiam quæ sunt aliorum.	4	*Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum.*
Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.	5	2 Itaque is sit affectus in vobis qui fuit & in Christo Iesu;	5	*Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu:*
Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ·	6	Qui quum esset in forma Dei, non duxit *esse* rapinam, parem esse cum Deo:	6	*Qui quum in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est, esse se æqualē Deo:*

2 Proponit perfectissimū omnis modestiæ & morum suauitatis exemplum [illegible] sum Ch[illegible] quem [illegible] porteat pro viribus imitari.

Is autem quanuis nihil sit eo sublimius, tamen nostri causa eo vsque se abiecit, vt serui formam (nostram videlicet carnem) vltro induerit, & quidem omnibus infirmitatibus ad mortem vsque crucis obnoxium.

¶ *Et sententiis vni*, τὸ ἓν φρονοῦντες. Ab animorum (id est voluntatum) coniunctione, transit ad doctrinæ consensum, vt plena iustáque sit concordia.

4 *Spectate*, σκοπεῖτε. Id est, respicite. Neque tamen vult Apostolus hortari ad πολυπραγμοσύνην, sed ad communem solicitudinem, vt proximi quoque commodis studeat vnusquisque, nec in illorum munera irruat. ¶ *Sed etiam*, ἀλλὰ καί. Particulam καί neglexit Vetus interpres, quæ tamen sua emphasi non caret. Neque enim vult vt nos aut nostros negligamus, sed vt nullos à nobis putemus alienos, quos quidem possimus iuuare. Basilius tamen in Ethicis, ὅρῳ ν΄, non legit καί.

5 *Itaque is sit affectus*, τοῦτο γὰρ φρονείσθω. Vulgata, *Hoc enim sentite*. Sed vt alibi, ita hîc quoque γάρ ponitur pro illatiua coniunctione. Deinde non scriptum est φρονεῖτε, sed φρονείσθω, idque forma verbi impersonalis, quasi dicas, *Sentiatur*. Nam alioqui scribendum fuisset ὃ καὶ Χριστὸς Ἰησοῦς, *quod & Christus Iesus*, vt etiam vertit Syrus interpres. Quod ad sententiam tamen attinet, parum interest. Vult enim in genere Paulus vt inter nos eum affectum seruemus quo fuit præditus Christus, norma omnium virtutum, ac præsertim mansuetudinis ac charitatis exemplar absolutissimum.

6 *In forma Dei*, ἐν μορφῇ Θεοῦ. id est, talis qualis Deus est, ideóque verus Deus. Itaque non erat quòd Erasmus (dicam enim quod res est) apertæ veritati repugnaret, [illegible] hūc locum, quo vix alius est ad refellendas omnes [illegible] uersus Christi personam hæreses illustrior, pro virili obscuraret. Μορφή, inquit, *speciem sonat aut figuram*, Esto: sed quorsum hoc? *Totus*, inquit, *hic locus mihi videtur violentius torqueri ad Christi naturam, quum Paulus agat de specie nobis exhibita*. In summa, quid hoc est monstri? Nempe forma Dei nihil aliud significabit quàm speciem aut exemplum, quod in corpore humano obambulans, ederet tamen argumenta diuinitatis. Hic ergo sensus erit, Christum hîc non considerari à Paulo qualis erat antequam carnem assumeret, sed in carne assumpta, in qua habuerit formam Dei, id est *Dei scintillas obiter ostenderit, quas tamen ad Patrem semper retulerit, nihil sibi arrogans*. Hæc Erasmi est opinio, quantum ex ipsius verbis admodum perplexis colligere potui. Atqui vt concedam μορφὴν non semper significare essentialem (quam vocant) formam, neque de vocabulis contendam, quis non videt Paulum declarare quis fuerit Christus ante assumptam serui formam? Nam statim subiicitur quòd sese inanierit, assumpta, inquit, serui forma, id est hominis. Non potest igitur hæc descriptio ad id tempus pertinere quo iam carnem assumpserat alioquin hæc inanitio non pertineret ad assumptionem carnis, sed ad vitæ rationem quam sequutus sit Christus quum iam esset homo factus: vt sit hæc sententia, Nolite superbire, sed Christum vobis proponite. Is enim quanuis in Dei forma esset (id est, quanuis Deus esset in hominis figura apparens) tamen non vsurpauit sibi æqualitatem cum Deo, sed Deum celauit, hominem exhibuit. Atqui longè aliud est Pauli argumentum: nempe huiusmodi, Christus ipse, quum Deus esset, ac proinde in ea gloria & maiestate quæ Deo vni conuenit, nec in eo putaret se alienum quicquam vsurpare, tamen veluti deposita hac gloria, hucusque se demisit vt talis fieret quales sunt Dei serui, id est vt hominem assumeret, imò verò etiam vt Patri non tanquam æquali, sed tanquam Domino, ad ignominiosissimam vsque mortem subeundam sese vltro summitteret: & nos mortales & infimos seruos non pudebit arrogantiæ, quasi fratribus nostris præcellamus? Hoc est, inquam, Pauli argumentum, quo nemo non videt nihil grauius aut vehementius dici potuisse. Itaque (vt paucis absoluam) in hoc versiculo Paulus Christi diuinam naturam describit, quod etiam declaratur participio ὑπάρχων: & etiamsi μορφῆς nomine non ipsam Deitatem sed eius tantum gloriam declararet, tamen (vt verè & sanctè annotauit doctissimus interpres) quum gloria Dei non possit sine sacrilegio ab ipsa diuinitate separari, non potuit melius declarare Apostolus Christi deitatem, quàm quum diceret eum in forma Dei fuisse, id est verè Deum. Sed dices, Cur non Paulus potius apertè dixit Θεὸς ὑπάρχων, Deus quum esset? Respondeo, quoties id faciendum fuit, toties id eum apertè dixisse, vt Rom. 9. 5: quem etiam locum Erasmus pro virili detorsit, & 1. Tim. 3. 16, vbi rursus ad eundem scopulum impingit, & Act. 20. 28, & Col. 2. 9. Nunc verò idem quoque dicit Paulus. Sed quum duas illas Christi naturas nobis non nudas, sed qualitatibus suis vestitas, diuinam videlicet ex gloria illa diuina, (licet sanè, propriè loquendo, nulla sit deitatis ipsius qualitas) humanam verò ex sua illa infirmitate & imbecillitate æstimandam proponat, qualitates denique ipsarum naturarum potius quàm substantias consideret, vt hinc quidem Christū omni gloria ornatum, inde verò in extrema & tamen spōtanea ac temporaria miseria versantem, postremò in supremum gradum euectum contemplemur: meritò μορφὴν Θεοῦ potius quàm Θεόν, & μορφὴν δούλου, ὁμοίωμα & σχῆμα ἀνθρώπου potius quàm ἄνθρωπον dicere voluit. Denique veteres omnes tum Græci tum Latini summo perpetuóque consensu per formam Dei, Deitatem Filij; per formam serui, humanam naturam à Verbo assumptam intellexerunt.

¶ *Non duxit rapinam*, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο. Vel (vt vertit doctissimus interpres) *Non esse rapinam arbitratus*. Nam quæ sequuntur, retulit ad manifestationem factam in carne: vt sit hæc sententia, Christus ille Deus, æterna gloria ac maiestate præditus, sciebat quidem sibi ius fásque esse non in humili carne apparere, sed cum magnificentia Deo digna: verùm maluit sese demittere. Neque est quòd nos offendat aoristus indicatiui ἡγήσατο, quum hunc modum interdum soleat Paulus, etiam non expressa particula ἄν ita vsurpare, vt Rom. 9. 3, ηὐχόμην pro ηὐχόμην ἄν: & 1. Cor. 2. 8. εἰ ἔγνωσαν, pro, *si cognouissent*, vt idem rectissimè annotauit. Sed mihi tamen videtur propria huius temporis significatio seruari posse, vt hoc quoque ad pristinam Christi gloriam pertineat, cuius ipse meminit Ioan. 17. 5, sitque hæc sententia, Christus, quum esset in æterna illa deitatis gloria constitutus, non ignorauit se in ea re (id est quòd Deo Patri coæqualis esset) nullam iniuriam cuiquam facere, sed suo iure vti: nihilominus tamen quasi iure suo cessit, quum ipse se velut in nihilum redigeret, forma serui accepta, &c. Hîc verò quærit Erasmus quid magni tribuat Christo Paulus, si, quum Deus esset natura, intellexit id non esse rapinæ, id est seipsum nouit. Respondeo, multa & maxima mysteria contineri in his verbis, & quæ ad Pauli scopum maximè pertineant. Nam primùm omnium explicat qua ratione dixerit, Christum antequam carnem assumeret, fuisse in Dei forma: nequis hanc formam putaret non verè nec prorsus fuisse diuinam, sed vel communicatione, vel gradu tantùm aliquo, vel ex certo initio vt dixerunt impij Arriani, vel denique ambitione vsurpatam, ex qua fuerit Christus deturbatus. Ideo quum negat vllum in ea re fuisse ἁρπαγμόν quòd Deo par esset, omnem istis blasphemijs ansam præcidit. Nam par Deo esse sine rapina nullus possit, nisi qui sit ipse omnibus modis Deus. At cur Christum dicit hoc non ignorasse? Nempe vt intelligamus istam Christi summissionem à mera & spontanea ipsius bonitate profectam: vt sit omnibus modis perfectum obedientiæ, summissionis, charitatis exemplar.

¶ *Parem esse cum Deo*, τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Id est, ἰσόθεον, pro quo Tertullian. dixit *Pariari*. Quid verò iam dubitamus quin formæ Dei appellatio expressa veram deitatem ὁμοούσιον declaret? Sed & paucis istis verbis iugulatur Sabellius, qui personarum distinctionem tollit, quum in paritate necesse sit comparationem, ac proinde duas minimum hypostases interuenire, sed ταυτοουσίους. Iugulatur autem Arrius qui Deum secundarium imaginatur: quia par non est qui ὁμοούσιος non est. Quòd si quis non contentus hypostases distinxisse, etiam οὐσίας si paret, iam Deo parem esse, non erit infinitum & omnipotentem esse, quum plures infiniti & plures omnipotentes nullo modo possint existere. Itaque si hæc coniunxeris, plenam ac perfectam non ὁμοιουσίου, sed ὁμοουσίου descriptionem habebis.

Græce		Beza		Vulgata
Ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος.	7	Sed ipse sese inaniuit, forma serui accepta, similis hominibus factus:	7	*Sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus:*
Καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτόν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.	8	Et habitu inuentus vt homo, ipse se summisit, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.	8	*Et habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.*
Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα·	9	3 Quapropter etiam Deus ipsum in summam extulit sublimitatem, ac largitus est ei nomen quod est supra omne nomen:	9	*Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen.*

3 Summissionis Christi gloriosissimum exitū ostēdit, vt modestiā doceat verum iter esse ad solidam laudem & gloriam.

7 *Sed ipse sese*, ἀλλ᾽ ἑαυτόν. Notandum pronomen ἑαυτόν, quo spontanea fuisse ista summissio iterum significatur.

¶ *Inaniuit*, ἐκένωσε. Id est descendit ad abiectionem factus caro, & quasi ex OMNI seipsum ad NIHIL redegit. pro quo Tertullian. aduersus Marcionem libr. 5, habet Exhausit. Quæ enim est rei creatæ, imò verò animalis omnium miserrimi, ad ipsius opificis maiestatem proportio? Videtur autem mihi Paulus alludere ad verba Dan. 9. 26, vbi dicitur Messias sic exinaniendus vt ei nihil supersit, id est quasi in nihilum sit redigendus. Denique agit Paulus hôc loco interpretem Esa. 52. 13, & deinceps. ¶ *Forma serui accepta*, μορφὴν δούλου λαβών. Non dicit formam Dei missā fuisse in formam Serui mutatam, aut Deum in hominem conuersum, aut Deum cum homine confusum: neque item dicit ad vnum Christum Deum accessisse alterum Christum hominem: sed eum ipsum, qui Deus erat, formam serui assumpsisse. Quid autem Formæ Serui appellatione intelligatur quærit Erasmus: neque hoc referri putat ad ipsam naturam, sed ad vitiosam eius qualitatem, quam forma & specie tenus, non autem re vera assumpserit: vt qui fuerit omnis peccati expers. Hæc Erasmus, nempe vt formę Dei, id est Deo sub hominis specie quasi celato, (vt ipse interpretatus est) Formam serui, id est qualitatem carnis in speciem non autem reuera vitiosam opponat. Sed præterquam quòd hac ratione eneruatur Pauli argumentum, & patefit etiam hæreticis aditus ad eludendam humanæ Christi carnis veritatem: quis illi concesserit μορφὴν de ea duntaxat specie dici quæ id esse videatur quod reipsa non sit? Deinde quis non videt, Serui nomen imbecillam conditionem naturæ, non autem vitiosam qualitatem significare? Opponitur enim Serui Forma, Dei Formæ. Quando verò Spiritus significat Corruptionem, non cum Deo sed cum Libertate confertur. Denique proferatur vel vnus locus ex omnibus sacris, in quo Seruus absolutè dicatur de eo qui peccato seruiat. Sed de his satis à nobis dictum esto, nullo (ita me bene Deus amet) Erasmum de literis optimè meritum, & quidem mortuum, exagitandi studio, sed vt pro mea virili & ipse Dei veritatem asseram. Poscit autem omnino antithesis, vt sicut Forma Dei dicitur augusta illa Deitatis maiestas ac gloria, quæ est ipsamet Deitas sic formam serui interpretemur, abiectam illam & imbecillam ipsam hominis naturam ac conditionem, tum in sese, si cum Dei excellentia comparetur, tum verò propter peccatum: quod etsi nōn assumpsit Dominus, sed aboleuit, tamen imbecillitatem ex eo fonte promanantem, ipso excepto peccato, ipsámque adeo pœnam peccatorūm nostrorum horrendam assumpsit: quod & ipse Apostolus postea explicat. ¶ *Similis hominibus factus*, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. Vulg. & Erasm. ad verbum, *In similitudinem hominum factus, siue constitutus*. Cæterùm nequis cum hæreticis existimet ὁμοιώματος & σχήματος, id est, Similitudinis & Figuræ nomine inanem & imaginariam similitudinem significari, quasi Dominus non veram carnem, sed eius duntaxat simulacrum assumpserit: præterquam quòd ex aliis locis apertè conuincitur hic error, dico quum hæc nomina synonyma sint τῇ εἰκόνι, similem esse eorum vsum. Opponit autem Apostolus τὴν εἰκόνα τῇ σκιᾷ, id est *imaginem vmbræ*, Hebr. 10. 1. Sicut ergo non tantùm ficta cum veris, aut ficta cum fictis, sed etiam vera cum veris comparantur: ita dico his nominibus veram similitudinem & conformationem significari: nisi fortè putamus Adamum veros homines non genuisse, quum dicitur Gen. 5. 3, genuisse ברמותו כצלמו [*bidmutho chetsalm*,] id est κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, ad similitudinem & ad imaginem suam, vt Græci vertunt: quum tamen ἰδέας nomen nemo nesciat à philosophis ad formas animo duntaxat conceptas sæpe accommodari: Mose tamen sic illis nominibus idcirco vso vt summam & substantiæ & qualitatum quasi ταυτότητα designaret. Quid verò? quum Christus dicitur Dei imago Coloss. 1. 15 quis tamen hanc imaginem nisi prorsus impius ab ipsa separarit? Sic 1 Corinth. 15. 49 quum dicimur in hac vita gestare terreni hominis imaginem, rem ipsam significari nemo negarit, nisi qui seipsum non nouit. Postremò (vt solidissimum argumentum adferam) istis vocabulis Similitudinis & Habitus, tantum abest vt rem aliquam imaginariam significet Apostolus, vt contrà ad declarandam rei veritatem ea nomina vsurparit (vt paulo antè de Mose diximus) quod ad ipsam quidem serui hominis substantiam & naturam attinet, absque corruptione tamen. Denique his ipsis externa ipsa species significatur, significans visum & spectatum fuisse Christum illum Deum æternum ab hominibus: vt ipsis etiam iudicibus oculis constiterit miserrimam illam nostram naturam ab eo fuisse assumptam, 1. Ioan. 1. 1. Considerandum enim est, quos alloquatur Apostolus: eos videlicet qui de re ipsa minimè dubitabant. Itaque hoc mysterium sic tractat vt quum ex hypothesi assumat verum id esse de quo dicit, graphicam eius descriptionem ad suum scopum accommodet. Finge autem hæc fuisse imaginaria, & omnem nostram fidem euerteris. Vsque ad mortem, μέχρι θανάτου. Non dixit Apostolus ἐν θανάτῳ, in morte, quod tamen verissimum est, sed ita indicauit ab ipso incarnationis momento cœpisse obedientiam Christi, cuius periodus terminata est morte crucis.

9 *Extulit*, ὑπερύψωσε. Exaltari dicitur verbum, quatenus ad gloriam suam, rediit, in carne glorificata.

¶ *Nomen*, ὄνομα. Id est dignitatem, & celebritatem nominis, sed cum re ipsa coniunctam. Vide Ephes. 1. 21. Quòd enim Osiander hoc refert ad ipsum nomen Iesu, quod ipse confundit cum Iehoua, merum est insanientis hominis delirium.

10 Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων·

10 Vt ad nomen Iesu omne genu *se* flectat cælestium ac terrestrium & subterraneorum:

10 *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestiũ & terrestrium & infernorum:*

11 Καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός.

11 Omnísque lingua profiteatur Iesum Christum esse Dominum, ad gloriam Dei Patris.

11 *Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.*

4 Conclusio, oportere nos summissos & humiles per nostræ vocationis viam ad salutem progredi.

12 Ὥστε, ἀγαπητοί μου, καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε, μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου, μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε.

12 4 Proinde, dilecti mihi, prout semper auscultastis, non vt in præsentia mea solùm, sed nunc multo magis in absentia mea, cum tremore ac timore vestram ipsorum salutem conficite.

12 *Itaque, charissimi mei, sicut semper obedistis, non vt in præsentia mea tantùm, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini.*

1.Pet.4.9 matt.5.14

5 Solidissimum aduersus arrogantiam argumentum, nihil nos habere laudabile nisi ex dono Dei gratuito, & quidem aduentitio, quoniam ne ad bene volendum (nedum ad bene agendum) facultatem vllam aliunde quàm ex gratuita Dei misericordia habemus.

13 Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας.

13 5 Deus enim is est qui efficit in vobis & ipsum Velle & ipsum agere, pro beneuolo suo libitu.

13 *Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.*

14 Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν·

14 6 Omnia facite absque murmurationibus ac disceptationibus:

14 *Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus.*

15 Ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης, ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ,

15 7 Vt sitis irreprehensibiles & simplices, Dei *inquam* filij inculpabiles in medio gentis prauæ ac peruersæ: inter quos *homines* splendetis vt faces in mundo,

15 *Vt sitis sine querela, & simplices, Filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo:*

6 Modestiam à contrariis superbiæ effectis describit, alienam esse docens, tum ab omni maligna & occulta simultate, tum ab apertis contentionibus & rixis. 7 In summa requirit vitam inculpatam & integram, vt verbo Dei illustrati inter huius seculi tenebras splendeant.

10 *Et subterraneorum*, καὶ καταχθονίων. Nolim quidem hîc ego subtiliter philosophari an dæmones hoc nomine significentur, quos alibi facit aeris principes. Sunt ista nobis abscondita: quamuis aliquid liceat in vtranque partem disserere ex iis quæ de tartaro, abysso, & tenebris commemorantur, vt 2.Pet.2.4, & Iud.6. Existimarim quidem ego simpliciter ista enumeratione Paulum voluisse exprimere quæcunque & supra mundum sunt & in mundo, Christi imperio subesse. Itaque flectere genu pro adorare, id est Deo subiici, dictum erit ἀνθρωποπαθῶς de iis etiam quæ rationis & sensus, vel etiam vtriusque sunt expertia. & alludere mihi videtur Paulus ad Psalm. 97. 9. Purgatorium autem ignem qui ex hoc loco construunt, vt & qui nomẽ istud Iesu ex totidẽ literarũ sono metiãtur, ne refutatione quidẽ indigent.

11 *Ad gloriam*, εἰς δόξαν. Hæc sanè vni Deo conueniunt, quum de vno Deo dicantur ab Esaia 45.23. qui etiam iurat apud eundem 42.8, *Ego Dominus*, inquit, *& hoc nomen meum: gloriam meam alteri non dabo.* Ergo Christus, qui est homo ad dextram Dei sedens, verus est Deus: neque quum hoc dicimus, detrahimus de Patris gloria, quum non possit nisi in Filio gratus honor illi tribui. Possumus tamen interpretari, εἰς δόξαν, *in gloria*, pro ἐν δόξῃ. Omnis autem lingua pro omni idiomate, id est, pro quauis gente dictum est, Hebræorum more.

12 *Cum timore ac tremore*, μετὰ φόβου καὶ τρόμου. Vide 1. Corinth.2.3. ¶ *Conficite*, κατεργάζεσθε. Sic Latini dicunt *Conficere negotium*. At verò num à nostris operibus pendet salus nostra? Minimè id quidem, quum ne Abraham quidem in se habeat de quo glorietur apud Deum. Conficere tamen salutem dicitur qui in iustitiæ stadio currit. Quamuis enim gratis in vno Christo per fidem apprehenso seruemur, tamen per viam iustitiæ ad salutem contendere nos oportet: quum Filij Dei eius Spiritu ducantur, per quem sunt iustificati, vt in bonis operibus ambulent.

13 *Deus enim is est*, ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν. Bona igitur opera non præcedunt iustificandum, sed iustificatum sequuntur, nisi fortè non est iustificatus qui Christum possidet.

¶ *Et ipsum Velle*, καὶ τὸ θέλειν. Non sumus igitur stipites, sed bene volumus, non quòd voluntatis nostræ imbecillitatem Deus adiuuerit, sed quòd voluntatem ex mala fecerit bonam, idque prorsus gratis.

¶ *Et ipsum Agere*, καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Non dicit, Vt facultatem habeatis bene volendi & bene agendi si velitis: sed donum efficax & ad volendum & ad agendum, collatum esse dicit. Sciendum est igitur efficacem esse Dei gratiam illam quæ ad salutem requiritur. qua fit nimirum vt non modò possimus velle & facere, sed etiam reipsa velimus & faciamus pro gratiæ modulo. Itaque non potest consistere dogma illud primæ gratiæ vniuersalis, quasi Dominus omnibus aperiat oculos hactenus vt videre, aures hactenus vt audire possint, si velint. Nam præterea requiritur gratia vt possint velle: nisi liberum arbitrium velimus cum quibusdam statuere contra hunc Pauli locum. Hanc verò gratiam si omnibus concedi dixerint, vt videlicet omnes possint velle, quo tandem iure separant Velle & Facere, quæ Paulus coniunxit, vtraque ab eadem gratia dicens promanare? Nam (inquit Dominus Ioann. 6. 45) quicunque audiuit, & didicit à Patre, venit ad me. Sed vnde hic error? Nempe quòd putent alioqui stare non posse iustitiam Dei: quasi verò, etiamsi non accesserit altera rebellio, nobis condemnandis natiua illa corruptio non sufficiat.

¶ *Pro gratuita [sua] beneuolentia*, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Vulgata, *Pro bona voluntate.* Erasmus, *Pro bono animi proposito.* Hoc verò nonnulli ad ipsos Philippenses referunt, in quo etiam lapsus est Syrus interpres. Nam sententia ipsa ostendit hoc ad Deum pertinere qui pro gratuita sua beneuolentia hoc largiatur suis, vt & velint & agant quæ Dei sunt, quum hic sit Pauli scopus.

14 *Disceptationibus*, διαλογισμῶν. Vulgata, *hæsitationibus*, pro quo solet Paulus potius διακρίσεων dicere.

15 *Irreprehensibiles*, ἄμεμπτοι. Vide Luc. 1.6.

¶ *Simplices*, ἀκέραιοι. Vide Matth.10. 16.

¶ *Dei [inquam] Filij*, τέκνα Θεοῦ. Mutatio generis ostendit τέκνα non posse cum præcedentibus construi. Syrus interpres addit particulam ὡς, *tanquam*.

¶ *Peruersæ*, διεστραμμένης. Vide Matth.17.7.

¶ *Splendetis*, φαίνεσθε. Vel, vt Erasmus, *Lucete*, imperandi modo.

¶ *Faces*, φωστῆρες, id est λαμπτῆρες, siue φανοὶ & λυχνίαι, Ioan. 18.3. à lampadibus siue Lucernis distinctæ, sicut apud Hebræos מאור [*mahod*] & נר [*Ned*,] apud Latinos candelabrum à candela differt, quamuis interdum ista confundantur, & synecdochicè accipiantur. Vulgata, *Luminaria*, quod nomen non memini apud idoneos scriptores legere. Nam apud Ciceronem Philipp. 2 *Luminaribus* pro *Luminibus* perperam scriptum puto. Hîc tamen φωστήρων appellatione propriè neque Lucernæ, neque λυχνίαι id est, instrumenta quibus Lucernæ imponuntur, sed ipsi illorum gestatores metonymicè intelliguntur, quo etiam sensu ipsius lucis appellatio Apostolis ab ipso Christo tribuitur, Matth.5. vt declaratur Ioan.1.8 & 1.Corinth. 3.7.& 4. 1. & 2 Corinth.5.18.& 19. Quod autem φωστῆρες, id est, Genus, sum Faces speciei nomine interpretatus, feci habita eius ratione, quòd frequentius in huiusmodi rebus adhiberi solet, & quum laternas possem eâdem metonymicâ appellare, ideirco tamen nolui, quòd hîc minimè agatur de tecto, sed potiùs de longè latéque splendente Lucis fulgore. Cæterùm in hoc translatitio dicendi genere, à corporea ad spiritualem Lucem & illustrationem, diligentissimè obseruandum est quid cui tribuatur, ne ipsam Lucem quæ est vnus Iesus Christus, pro Lucerna quæ est verbum vitæ, id est Euangelij, accipiamus vel pro eo qui est huius verbi administer, aliis prælucens: quales etiam esse oportet omnes verè Christianos, id est, omnes sinceri diuini cultus & integræ vitæ fulgore tenebras huius mundi redarguentes: quò spectant sapientes illæ λαμπαδοφόροι Virgines, Matth.25.

16 Λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, εἰς καύχημα ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα.

16 Sermonem vitæ prætendentes: vt 8 gloriari possim in die Christi me non frustra cucurrisse, nec frustra laborasse.

16 *Verbum vitæ continentes, ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui.*

8 Rursus addit eis stimulos, proposita sua de ipsis verè Apostolica solicitudine: consolans etiam eos, ne magnitudine afflictionum ipsius contristentur, ne si ipsum quidem mori oporteat, vt suo sanguine, veluti libamento, oblationẽ eorum perficiat.

17 Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν.

17 Quinetiam si pro libamento offerar super sacrificio & ministerio fidei vestræ, gaudeo & gratulor omnibus vobis.

17 *Sed etsi immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis.*

18 Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συγχαίρετέ μοι.

18 Itidem autem & vos gaudete, & gratulamini mihi.

18 *Idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.*

19 Ἐλπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, Τιμόθεον

19 9 Spero autem in Domino Ie-

19 *Spero autem in Domi-*

9 Confirmat etiam eorum mentes, tum remisso Epaphrodito, cuius fidem erga eos & summum in se iuuando studium collaudat: tum etiam promittens fore vt breui Timotheum, ex cuius præsentia magnum fructum sint percepturi, ad eos mittat: atque adeo fore sperans vt (volente Deo) ipse citò ad eos veniat.

16 *Prætendentes*, ἐπέχοντες. Varia huius verbi significatio fecit, vt variè sit hoc participium conuersum. Vulg. enim versio habet *continentes*, quoniam videlicet Lucerna suo vase continetur, sed, vt modò dixi φωστήρων appellatione hoc in loco, neque Lucernæ propriè, neque instrumenta quibus ipsæ imponuntur, sed homines ipsi intelliguntur, à quibus illa gestantur, vt aliis præluceant. Erasmus, *sustinentes*, qui gestus est facem quam gestat sursum attollentis, vt longius refulgeat. Ego potiùs à consequente significari puto huius gestationis vsum, ideóque *prætendentes*, sum interpretatus. Syrus autem interpres aut diuersam prorsus lectionem sequutus, aut sententiam huius loci non assequutus, vertit, *vt sitis eis loco vitæ*, id est, pro vita & salute. Nam sicut dicitur ἐπέχειν τῷ tertio videlicet casu, qui oculos ad aliquid aduertit, & quasi in re aduersa defixos tenet: ita qui ex aduerso aliquid prætendit ac præbet, dicitur ἐπέχειν τι, quarto casu, vt nutrix τὸν μαστὸν ἐπέχειν, id est mammam prætendere & obuertere puero dicitur. cuius significationis exempla ex Budæo pete. Ita igitur hoc in loco Apostolus Philippenses dicit quasi faces mundo prælucere. Videtur enim à Pharo sumpta translatio, vbi accensæ faces nauigantibus in alto portum quasi prætendunt in quem appellant. nempe quòd honesta sanctáque fidelium vita, quasi lux aliqua cæteris hominibus prælucens, ad Euangelij portum eos dirigat. Nam sermonem vitæ (id est viuificum) appellat Euangelium ab effectu. Syrus autem interpres vertit, *vt sitis illis loco salutis*, noua prorsus sententia. ¶ *In die Christi*, εἰς ἡμέραν Χριστοῦ. Vide 2. Corinthiorum cap. 1. versu 14. Vulgata & Erasm. *In diem*. Ego verò malo εἰς ἡμέραν pro ἐν ἡμέρᾳ accipere.

17 *Pro libamento offerar*, σπένδομαι. Vulgata & Erasmus, *Immolor*. Cæterùm τὸ σπένδειν actiuâ voce significat libare, quæ pars tantùm erat sacrificij. Hinc σπένδεσθαι pro fœdus sancire, quòd in fœderibus solerent eiusmodi cæremoniæ interuenire. neque sanè vnquam memini σπένδεσθαι in passiua significatione legere. Hîc tamen poscit sententia vt passiuè accipiatur, & quidem pro libari, id est tanquam libamentum offerri. qua translatione Apostolus mortem suam prædicit, non qua reconcilientur Deo Philippenses, sed qua confirmentur in fide. Vsitatum enim est Paulo victimæ nomine significare ipsos fideles Deo deuotos: & quicquid est in fidelibus, vel à fidelibus proficiscitur, Deo gratum. & eorum fidem ac bona opera sacrificiorum & oblationum translatitio nomine intelligere, vt Romanorum 12. versu 1, & 15.16, & infrà, 4.18, & 1. Petri vers.2.5. Θυσίαν igitur appellat ipsas eleemosynas à Philippensibus missas, & ipsi Deo in persona Apostoli ipsius oblatas. λειτουργίας autem præterea meminit, quòd ad illas Romam vsque perferendas Epaphroditi ministerio, quasi in huius sacrificij curatione λειτουργῷ vsi essent, sic quoque fidem ac charitatem suam singularem Perinde est igitur ac si diceret, sibi nihil posse iucundius accidere quàm si ipse morte sua sacrificium hoc Philippensium sanciret, in quo illi sese Deo per fidem quasi victimam offerrent: cuius sacrificij ipse λειτουργὸς, id est, minister & veluti sacerdos fuerat, quum eos ad Dominum, vt gratas futuras victimas, per Euangelij prædicationem adduceret, vt testatur Rom.15. 16.

¶ *Super hostia sacrificióque fidei vestræ*, ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν. Bene dicit Super hostia. Nam prætерquam quòd adolebatur victima, sanguinis aspersio ac etiam vini addebatur. Perinde est igitur acsi diceret Paulus, Ego vos Philippenses ad Christum adduxi, cui postulo vt vos tanquam hostiam viuam sistatis: nec dubitem ego in hoc vestro spirituali sacrificio tanquam libaminis additamentum interuenire. Philippenses igitur per fidem sanctificatos translatitiè appellat θυσίαν id est, victimam: suum verò ministerium λειτουργίαν, id est, sacram operationem: mortem denique suam σπονδὴν, id est, libamentum. Vides Christi charitatis imaginem in Paulo elucentem? Hoc est verè Apostolum agere. ¶ *Et gratulor*, καὶ συγχαίρω. Ita significat Paulus id sibi iucundissimum fore, non tantùm sua sed etiam illorum causa, quorum fidei sanciendæ sanguinis sui effusionem speret vtilem fore, quandò ita Domino visum erit.

18 *Itidem autem*, τὸ δ' αὐτὸ. Subauditur κατὰ, vt idem declaret atque ὡσαύτως. Vulgata, *Id ipsum*. Erasmus, *Ob id ipsum*. ¶ *Gaudete*, χαίρετε. Erasmus, *Gaudetis*: quòd meritò existimat doctissimus interpres prorsus esse alienum. Contrarius error admissus est infrà, versiculo 22, à Vetere interprete, vbi γινώσκετε conuertit *Cognoscite*, pro *Cognoscitis*. Postulat enim Paulus parem συμπάθειαν à Philippensibus, eos veluti præparans, tum ad ferendam crucem, tum ad fortiter ferendam ipsius mortem: nempe vt sicut ratus erat hilari animo mortem subire, ita vicissim gauderent sancitam ipsius morte doctrinam quam illis annuntiarat.

Act.16.1 ταχέως πέμψαι ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν.

20 Οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει.

1.Cor.10.24 21 Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ.

22 Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον, σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ εὐαγγέλιον.

23 Τοῦτον μὲν οὖν ἐλπίζω πέμψαι, ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ ἐξαυτῆς.

24 Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ ὅτι καὶ αὐτὸς ταχέως ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς.

25 Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην, Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν καὶ συνεργὸν καὶ συστρατιώτην μου, ὑμῶν δὲ ἀπόστολον, καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου, πέμψαι πρὸς ὑμᾶς.

26 Ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς καὶ ἀδημονῶν, διότι ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησε.

27 Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ· ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμέ, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ.

28 Σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτόν,

su, me ‖ Timotheum citò missurum vobis, vt & ego bono sim animo, cognito statu vestro.

20 Neminem enim habeo pari animo præditum, qui sincerè de rebus vestris futurus sit solicitus.

21 Nam omnes quæ sua ipsorum sunt quærunt, non quæ Christi Iesu.

22 Experimentum autem eius nostis, quòd *videlicet* tanquam cum patre filius, mecum seruierit *Deo* in Euangelio.

23 Hunc igitur spero me missurum, simulatque videro rerum mearum statum.

24 Confido autem in Domino, me quoque citò venturum ad vos.

25 Sed necessarium duxi, Epaphroditum fratrem & adiutorem ac commilitonem meũ, vestrum autem legatum, & administrum eorum quibus mihi opus erat, ad vos mittere.

26 Quoniam expetebat omnes vos: & grauissimè angebatur propterea quòd audissetis eum ægrotasse.

27 Et certè ægrotauit proximè mortem: sed Deus misertus est eius: nec eius solùm, sed & mei, ne tristitiam haberem super tristitiam.

28 *Eo* studiosius itaq. ipsum mi-

no Iesu, Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt.

20 *Neminem enim habeo tam vnanimem qui sincera affectione pro vobis solicitus sit.*

21 *Omnes enim quæ sua sunt quærunt, nõ quæ sunt Iesu Christi.*

22 *Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecum seruiuit in Euangelium.*

23 *Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me sunt.*

24 *Confido autem in Domino quoniam & ipse veniam ad vos citò.*

25 *Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos.*

26 *Quoniam quidem omnes vos desiderabat: & mœstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum.*

27 *Nam & infirmatus est vsque ad mortẽ: sed Deus misertus est eius, non solũ autem eius, verùm etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.*

28 *Festinantius ergo misi*

19 *Bono sim animo*, εὐψυχῶ. Id est, in alacritate animi cõfirmer. Eras. *Læto sim animo*. Nam, inquit, bono esse animo dicitur Latinis pro eo quod Græcis est θαῤῥεῖν. Atqui Plato κακοψυχίαν, i. degenerem animum, opponit τῇ εὐψυχίᾳ: & τὸ εὔψυχον Græci vocant animi præsentiam & generositatem: ex quo liquet εὐψυχεῖν & θαῤῥεῖν, aut nihil aut certè non multum differre.

20 *Pari animo præditum*, ἰσόψυχον. Erasmus, *Pari mecum animo præditum*. Ego potius putarim alios cum Timotheo comparari. Vulgata, *Tam vnanimem*. Syrus interpres, *Qui sit vt anima mea*, id est, quem haud secus quàm meipsum diligam. quæ interpretatio non videtur conuenire Apostoli scopo.

21 *Omnes*, οἱ πάντες. Reliqui videlicet, nisi mallimus tribui omnibus quod passim erat vulgare: & redundare articulum.

22 *In Euangelio*, εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Euangelium vocat ipsam doctrinæ Euangelicæ prædicationem, vt alibi sæpe. Probationem autem passiuè vocat experimentum quo fides Timothei fuerat approbata.

23 *Simulatque*, ἐξαυτῆς. Coniungenda hæc sunt cum ὡς, vt significetur se nulla prorsus mora interposita, simulatque rebus suis prospectum fuerit, Timotheum esse missurum. Vulg. & Eras. *Mox*. Vide Marc. 6.25. vbi ἐξαυτῆς interpretatus sum, *Iam nunc*.

24 *Confido*, πέποιθα. Num verò vt de re penitus certa? nequaquam profectò, vt apparet ex vers. 17. Nec tamen temere id sibi persuadebat Paulus: (fateor enim verbum πέποιθα expressius aliquid significare quàm οἴομαι vel ἐλπίζω, atque adeo quum de promissionibus Dei agitur, certissimam persuasionem & spem quæ falli non potest significare) sed ex præsenti rerum suarum statu optimam spem suæ liberationis conceperat. Idcirco addit ἐν Κυρίῳ, *In Domino*, id est, si Deo sic videbitur. Huiusmodi enim omnia singularia, de quibus neque vniuersalem promissionem in Dei verbo, neque particularem reuelationem Apostolus habebat (nam id certè non reticuisset) sic demum sperauit Apostolus vt sperari possunt: nec fit mihi quidem verisimile Apostolum ex hac captiuitate liberatum in Asiam reuertisse, atque adeo in Hispania quoque Euangelium prædicasse, quod veterũ nonnulli absque idoneo testimonio affirmarũt: quod tamẽ in medio relinquo.

25 *Necessarium*, ἀναγκαῖον. Erasmus, *Operæpretium*: multo minus expressé.

¶ *Legatum*, ἀπόστολον. Vulgata & Erasmus, *Apostolum*, quod non damno. Cur tamen legatum malim quàm Apostolum dicere, id causæ est quòd id mox videatur explicare, quum hunc vocat λειτουργὸν τῆς χρείας μου, id est, Romam missum vt ad ipsum Paulum deferret quibus ipsi opus erat. Sic enim hoc malo interpretari quàm ministrum necessitatis meæ, cum Vetere interprete: aut, *Qui mihi subministrat in necessitate mea*, cum Erasmo. χρείαν enim vocat non ipsam necessitatem, sed quibus egebat in ea necessitate constitutus, vtitur autem expressè nomine sacris functionibus conueniente, de quo diximus Act. 13.2. ob eam causam quam pluribus exposuimus, Rom. 15.17. Castellio conuertit, *Apostolum & muneris mei vicarium*, quasi absente Paulo fuerit Epaphroditus Philippensium Apostolus. Id verò quàm rectè, ipse viderit.

26 *Omnes vos*, πάντας ὑμᾶς. Claromontanus codex vetus & alij tres manuscripti, assentiente quoque Syro interprete, addunt ἰδεῖν, *videre*.

¶ *Grauissimè angebatur*, ἀδημονῶν. Vulgata, *Mœstus erat*: non satis expressé. Nam, vt rectè annotat Erasmus, ἀδημονεῖν est penè exanimari & deficere præ dolore: Itaque ne ipse quidem satis expressè conuertit, *Erat anxio animi*. Ambrosius, *Et impatienter solicitus erat*. Vide Matth. 26.37.

ἵνα ἰδόντες αὐτὸν πάλιν, χαρῆτε, κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ.

29 Προσδέχεσθε οὖν αὐτὸν ἐν Κυρίῳ μετὰ πάσης χαρᾶς· καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε.

30 Ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε, παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας.

Κεφάλαιον γ.

1 Τὸ λοιπόν, ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν Κυρίῳ. τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρόν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές.

2 Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν.

3 Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή, οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες, καὶ καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες·

4 Καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν, καὶ ἐν σαρκί. εἴτις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν σαρκί, ἐγὼ μᾶλλον,

5 Περιτομὴ ὀκταήμερος, ἐκ γένους Ἰσ-

si, vt eo rursus viso, gaudeatis, & ego eo minus doleam.

29 Excipite igitur eum in Domino cum omni gaudio: & tales in honore habete.

30 Nam propter opus Christ. accessit ad mortem vsque, non habita vitæ ratione, vt suppleret defectum vestri quo erga me functi estis ministerij.

CAP. III.

1 Quod reliquum est, fratres mei, gaudete in Domino.
2 Eadem scribere vobis, me quidem haud piget, vobis autem tutum est.

2 Cauete canes, cauete malos operarios, cauete concisionem.

3 3 Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu colimus Deum, & gloriamur in Christo Iesu, nec confidimus in carne:

4 4 Quanquam ego habeo, etiã in carne, de quo confidam. Si quisquam alius videtur habere in carne de quo confidat, ego maximè *habeo*.

5 Circuncisus octauo die, ex

illum, vt viso eo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim.

29 *Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino: & eiusmodi cum honore habetote.*

30 *Quoniam propter opus Christi vsque ad mortem accessit: tradens animam suam, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meũ obsequium.*

CAP. III.

1 *De cætero, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.*

2 *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.*

3 *Nos enim sumus circũcisio, qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes.*

4 *Quanquam ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis,*

5 *Circuncisus octauo die,*

1 Conclusio superiorum, vt pergant hilares in Domino. 2 Præfatio ad sequentem admonitionem vt à pseudapostolis sibi sedulò caueãt circuncisionẽ cũ Christo (i. operum iustitiam cum gratuita per fidem iustificatione) coniungentes, & ceremonialia abolita pro veris pietatis, ac charitatis exercitiis inculcantes. Vocat autem eos canes, vt prophanos latratores: malos operarios, qui vera opera negligerent & verum eorum vsum non traderent. Denique vocat concisionem, quòd circuncisionem vrgentes, & sese & alios ab Ecclesia rescinderent. 3 Veram circuncisionem vsurpandam ostendit, eam nimirum quæ sit animi vt reiectis per Christi virtutem omnibus prauis affectibus, puritate vitæ Deo seruiamus. 4 Peruersis legis zelotis non dubitat seipsum etiam secundum carnem anteponere, vt omnes norint, se quòd illa omnia externa nihil moretur, certo animi iudicio facere: quòd videlicet qui Christum habeat, nullo supplemẽto indigeat imò non possit operum nostrorum fiducia cum gratuita per fidem in Christo iustificatione consistere.

28 *Rursus*, πάλιν. Hoc malim coniungere cum ἰδόντες quàm cum χαρῆτε: vt sit hic sensus, Vt quum primùm eum reuersum videritis, quem vos nunquam visuros putabatis, lætemini.

30 *Propter opus Christi*, διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ. Opus Christi vocat officium velut ipsi Christo in persona Pauli vincto & egenti præstitum, vt explicat infra, 4.18. ¶ *Non habita ratione vitæ*, παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ. Sic omnino eleganter conuertit Erasmus hunc locum. Nam παραβουλεύεσθαι significat perperàm consulere, vti faciunt qui se in apertum vitæ periculum coniiciunt: sed id tamen facere in loco pro Christo, non est stultitiæ aut imprudentiæ, sed verè cælestis sapientiæ, quam in Epaphrodito commendat Apostolus. Vulgata, *Tradens animam suam*. Syrus eleganter interpretatur, Spernere animam suam. ¶ *Defectum vestri quo ergà me functi estis ministerij*, τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας. Hoc dicit Paulus, vel quòd serius misissent eleemosynas, (quanuis nulla ipsorum culpa, vt testatur infrà, 4.10) vel quòd aliis procul absentibus Epaphroditus suppleuisset eorum præsentiam. Vulg. *Id quod ex vobis deerat erga meum obsequium*: ita obscurè vt nemo intelligat. Erasmus, *Vt suppleret id quod in vobis erga me officio fuit diminutum*: non multo magis perspicuè. Nam quod legit πληρώσῃ, impleretis, nescio vnde tandem attulerit. Mirum est autem quàm procul Ambrosius in hunc locum aberrarit à scopo, quem propterea quadam specie periphrasis illustrare studui.

IN CAP. III.

1 *Eadem*, τὰ αὐτά. Eadem illa videlicet quæ sæpe ex me audistis. ¶ *Tutum*, ἀσφαλές. Erasmus addit articulum, sed repugnantibus veteribus libris. Syrus interpres diuersam prorsus scripturam hoc loco sequutus est, quam conticere nequeo.

2 *Concisionem*, κατατομήν. Παρονομασία allusione ad circuncisionis nomen facta, de qua illi gloriabantur, quum nihil aliud quàm Ecclesiam conscinderent ac lacerarent. Vel sic allusit ad prophanas incisiones prohibitas Leuit. 19.28, & 21.6. Βλέπετε verò, id est videte, posuit pro φυλάττεσθε, id est cauete, vt diximus Matt. 12.38.

3 *Circuncisio*, ἡ περιτομή. Id est, verè circuncisi, corde videlicet: non isti, qui in externa iam abolita circuncisione adhuc hærent. ¶ *Qui Spiritu seruimus Deo*, οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες. Syrus interp. apertius etiam legit, hoc loco οἱ τῷ Θεῷ λατρεύοντες ἐν πνεύματι, *Qui Deo seruimus in spiritu*. August. verò lib. de Trinit. 1. cap. 6. aliam scripturam sequitur, à nobis etiam repertam in quinque manuscr. codic. nempe οἱ πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες, *Qui Spiritui Dei seruimus*, testatus tum in Græcis penè omnibus, tum in plerisque Latinis exemplaribus ita hæc legi. & Ambrosio quoq; placet hæc lectio. Mihi verò, alioqui de Spiritu sancto ὁμοουσίῳ minimè ambigenti, altera lectio & explicatio germana videtur. Nec enim hic disputat Paulus de Spiritu adorando, sed de ipso veri Dei spirituali cultu, de quo disserit ipse Christus Ioan. 4.23, quem opponit Carnali siue externo & Ceremoniali iam abrogato. ¶ *In carne*, ἐν σαρκί. Id est, in rebus externis, neque ad animum ipsum pertinentibus. Æstimat enim circuncisionem & per se & vt iam abolitam Carni verò opponit Spiritum, i. interiorem Dei notitiam & spiritualem veram θρησκείαν: nihilque istud mihi quidem videtur ad probandam Spiritus sancti Deitatem pertinere.

4 *Habeo*, ἔχων. Hebr. pro ἔχω. ¶ *Etiam in carne*, καὶ ἐν τῇ σαρκί id est, etiam quod attinet ad externa illa, quibus isti tantopere nituntur. Sunt autem ista cum ἔχων proximè non cum πεποίθησιν construenda: quod obseruaui, vt perspicuitati studerem. ¶ *De quo confidam* πεποίθησιν. Vulg. *Confidentiam*, id est, confidentiæ argumentum, vt est etiam mox accipiendum verbum πεποιθέναι. Nam reuera in his non confidebat Apostolus, sed in vno Christo. ¶ *Maximè*, μᾶλλον. Id est μᾶλλον. Vulg & Erasm. *Magis*.

5 *Circuncisus*, περιτομή. id est περιτετμημένος. Vt vertit etiam Syrus. Ad verbum, circuncisio, pro circũciso quam metonymiam rarò inuenias in aliquo singulari vsurpatam.

¶ *Ex gente Israelis*, ἐκ γένους Ἰσραήλ. Id est, genere Israelita, non autem proselytus.

2. Cor. 11. 22. act. 23. 6.

ραὴλ, φυλῆς Βενιαμὶν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος·

6 Κατὰ ζῆλον, διώκων τὴν ἐκκλησίαν· κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ, γενόμενος ἄμεμπτος·

7 Ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν.

8 Ἀλλὰ μενοῦνγε καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου μου· δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω·

9 Καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Χριστοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει·

10 Τοῦ γνῶναι αὐτὸν, καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ, συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ·

11 Εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν.

12 Οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι· διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ [Χριστοῦ] Ἰησοῦ.

gente Israelis, tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ‖ religione Pharisæus.

6 Quod ad æmulationem *attinet*, persequens Ecclesiam: quod ad iustitiam quæ est in Lege, irreprehensibilis.

7 Sed quæ [mi]hi erant lucra, ea duxi propter Christum damnum *esse*.

8 Quinetiam certè duco omnia damnum esse propter eminentiam notitiæ Christi Iesu Domini mei: propter quem omnibus istis meipsum multaui, *eáque* duco pro stercoribus, vt [C]hristum lucrifaciam:

9 Et comperiar in eo, non habens meam iustitiam, *nempe*, quæ est ex Lege, sed eam quæ est per fidem Christi, *id est* iustitiam *quæ est* ex Deo per fidem:

10 Vt cognoscam eum, & vim resurrectionis eius, & 6 communionem perpessionum eius, dũ conformis fio morti eius:

11 *Experiens* ecquo modo deueniam ad resurrectionẽ mortuorum.

12 Non quod iam *metam* apprehenderim, aut iam sim consummatus: sed persequor *experiens* an *ipse* quoque apprehendam, cuius etiam rei causa apprehensus fui à Christo Iesu.

ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum Legem Pharisæus:

6 *Secundum æmulationem persequens Ecclesiam Dei: secundum iustitiam quæ in Lege est, conuersans sine querela.*

7 *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.*

8 *Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam,*

9 *Vt & inueniar in illo, non habens meã iustitiam quæ ex Lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est iustitia in fide:*

10 *Ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius, configuratus morti eius:*

11 *Siquo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis.*

12 *Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si comprehendã, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu.*

6 Finis Iustitiæ ex fide hic est, quod ad nos attinet, vt virtute resurrectionis ipsius, ex morte euadamus. 6. Iter ad æternam illam salutem est, Christi vestigiis insistere, per crucis ærumnas, donec ad Christum ipsum, vt metam nobis propositam, euadentes, palmam ad quam nos Deus in ipso vocat assequamus. Hæc autem vera pietatis exercitia opponit Apostolus euanidis illis legalibus ritibus in quibus pseudapostoli summã pietatis collocabant.

¶ *Hebræus ex Hebræis*, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων Id est à prima & antiquissima vsque origine. Nam & ipse Abraham Hebræus dicitur. Itaque non ταυτολογεῖ Paulus. ¶ *Religione*, κατὰ νόμον. Vulgata, *Secundum Legem*. Erasmus, *Iuxta Legem*. νόμον autem, id est תורה [*thorah*] vocat præscriptum religionis institutum, vt si ordinem vel regulam Francisci dicam. Potest enim deduci תורה [*thorah*,] vel à תור [*thor*,] id est ordinauit, vel à ירה [*iarah*,] id est docuit. Erat autem in summo pretio secta Pharisæorum, vt Act. 26. 5.

6 *Quod ad zelum attinet*, κατὰ ζῆλον. Vulg. *Secundum æmulationem*. Erasm. *Iuxta studium*. barbarè & obscurè.

7 *Lucra*, κέρδη. Id est, quæ pro lucro habebam. Loquitur enim per concessionem, & lucrum vocat id quod sibi ad obtinẽdam salutem prodesse, quum adhuc Pharisæus esset, opinabatur, id videlicet quod hodie Semipelagiani nostri Meritum vocant. Contrà verò ζημίαν id sibi esse Christianus factus pronuntiat, id est à se pro eo haberi quod non modò non prosit, sed etiam plurimùm noceat. quoniam nihil magis officit gratuitæ obtinendæ in Christo iustitiæ, quàm suorum meritorum siue suæ ipsius iustitiæ opinio.

8 *Quinetiam*, ἀλλὰ μενοῦνγε. Vulgata, *Veruntamen*. non rectè. ¶ *Duco*, ἡγοῦμαι. Notandum præsens tempus. Sic enim crescit oratio, vt iam Apostolus, quod ad iustificationem coram Deo attinet, omnia opera excludat, tum præcedentia, tum etiam consequentia fidem. ¶ *Omnibus istis meipsum multaui*, τὰ πάντα ἐζημιώθην. Vulg. *Omnia detrimentum feci*. Erasmus, *Omnia pro damno duxi*. Respondet autem (opinor) verbum ζημιοῦσθαι verbo Rabinis vsitato פזק [*nazak*.] ¶ *Pro stercoribus*, σκύβαλα. Sic vocant Græci duriora stercora, & quæ difficilius egeruntur. Alij σκύβαλα interpretantur quæ canibus obijci solent. quod non malè conuenit cum eo quod suprà canes istos pseudapostolos vocarat. Denique vsurpauit Apostolus vocabulum quo nihil potuit contemptius significari, ac etiam dignius quod non modò omnes aspernentur, sed quod etiam longissimè à se reiiciant, & alludere mihi videtur Apostolus ad locum Malach. 2. 3. vbi voce פרש [*pheresh*] vtitur propheta, quæ excrementum significat.

¶ *Lucrifaciam*, κερδήσω. Id est, vt illorum loco Christum nactus, planè fiam ex paupere locuples, nedum vt quicquam amiserim.

9 *Et comperiar in eo*, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ. Inueniri in Christo tacitam habet relationem ad Dei iudicium. Is enim in amando vnum suum Christum contemplatur in quo acquiescat. Itaque quos comperit in Christo esse (id est, Christo per fidem insitos) in iis nullam inuenit condemnationem: quia iustitia qualem ipse requirit à nobis, id est perfecta ac cumulata, exornatos nos inuenit, nimirum Christi iustitia per fidem nobis imputata. At contrà non possunt non condemnari quicunque in Christo non inueniuntur, quum non possint aliam quàm suam iustitiam proferre. Ea verò nulla est, sed iustitiæ duntaxat adumbratio, vt ostendit Apostolus Galat. 3. 10. 11. & 12.

¶ *Non habens*, μὴ ἔχων. exponit quid sit inueniri in Christo, de quo modò diximus. Nam post αὐτῷ diastolen omnino reponendam puto, vt μὴ ἔχων non simpliciter ponatur pro μὴ ἔχειν, quasi ex iis qui in Christo inueniuntur, alij iustitiam suam habeant, alij verò non item: sed pro explanatione superioris dicti accipiatur. Verbum autem εὑρεθῶ nullo modo, ex Græcæ quidem linguæ vsu, potest actiuè intelligi.

10 *Vim resurrectionis ipsius*, τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. Vide Rom. 6. 5. Verbum autem γινώσκειν accipitur pro re ipsa sentire ac experiri.

11 [*Experiens*] *ecquo modo*, εἴπως. Vulgata & Erasmus, *Si quomodo*. Est autem præcisum hoc dicendi genus: de quo diximus Rom. 11. 14. Et præterea notandum particulam εἰ & hoc loco & paulo pòst non significare dubitationem, sed rei difficultatem quæ desiderium acuat. Sic apud Heb. vsurpatur particul. אולי [*vlai*.]

¶ *Ad resurrectionem mortuorum*, εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Id est ad vitam immortalem, quæ resurrectionem sanctorum consequetur. Nam alioqui etiam infideles resurgent, sed in perpetuas pœnas, quæ vocantur mors æterna.

¶ *Mortuorum*, τῶν νεκρῶν. Syrus & Vetus Latinus interpr. legerunt τὴν ἐκ νεκρῶν, *ex mortuis*. vt habet etiam Claromontanus codex,

12 *Non quòd iam* [*metam*] *apprehenderim*, οὐχ ὅτι ἤδη κατέλαβον. Species est correctionis, ac si scriptum esset, Hoc autem non idcirco dixi quòd existimem me iam ad metam peruenisse. Metam autem apprehendere (fuit enim aliquid

quid subaudiendum, quòd cũ verbo λαμβάνειν construatur) non declarat hoc in loco vitam æternam possidere, quoniã quin eò nondum peruenisset Apostolus, ne dubitari quidẽ potuit: sed cursus ipsius confectionem significat, vt superfit tantùm præmij receptio. ac si diceret Apostolus sese quantumuis diu multúmque in decurrendo suo stadio laborasset, minimè tamen existimare sibi, quasi decurso penitus [e]o studio, coronam duntaxat superesse: sed se potius quo propius ad metam accedit, in ipso adhuc cursu versantem, non quid egisset, sed quid agendum superesset considerare, & eo maiore nixu ad scopum contendere. Videbat enim ita res suas tunc esse Romæ dispositas, vt spem etiam liberationis conciperet. & videtur aliquod omnino non paruum temporis spatium inter huius epistolæ scriptionem & Pauli mortem intercessisse. Imminente autem ipsi morte contrario prorsus sermone vtitur 2. Tim. 3. 7.

13 Ἀδελφοὶ, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι.

14 Ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

15 Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν· καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει.

16 Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν·

13 Fratres, ego meipsum nõ reor *metam* apprehendisse.

14 Vnum autem *ago*: ea quidem quæ à tergo sunt obliuiscens, ad ea verò quæ à fronte sunt contendens, scopum versus feror, ad palmam supernæ vocationis Dei, in Christo Iesu.

15 7 Quotquot itaque adulti sumus, hoc sentiamus: quòd si quid aliter sentitis, hoc quoque vobis Deus reuelabit.

16 Attamen *in eo* ad quod vsque peruenimus, eadem incedamus regula, & itidem sentiamus:

13 *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse.*

14 *Vnum autem, quæ quidem retro sunt obliuiscẽs, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.*

15 *Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & siquid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit.*

16 *Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, in eadem permaneamus regula.*

7 Conclusio huius exhortationis tribus membris constans. Vnum, vt in huius doctrinæ veritate persistent quæcunque in ea profecerunt: alterum, vt si qui sunt adhuc rudes, adeò vt ista nondum intelligant, & de legis abolitione dubitent, turbas non moueant: & benignè tolerentur dum & ipsi erudiantur à Deo. Tertium, vt pseudapostolos ex fructibus æstiment: qua in rè non dubitat sese pro exemplari proponere.

¶ *Sim consummatus*, τετελείωμαι. Vulg. *sim perfectus*. Atqui perstandum fuit in metaphora à cursoribus sumpta, & seruanda passiui verbi significatio, vt apparet ex passiuo altero κατελήφθην, Apostolo ita significante se non suis sed diuinitus suppeditatis viribus fretum in hoc cursu pergere. τετελειῶσθαι verò dicuntur etiam qui ad virilem ætatem vsque adoleuerunt, vnde τέλειοι dicti, quos Apostolus τοῖς νηπίοις passim opponit, vt diximus 1. Corint. 2. 6, & 14. 20. Vide autem in primis de hoc verbo Luc. 13. 32. ¶ *Cuius rei causa*, ἐφ' ᾧ. Id est οὗ ἕνεκα, vt Matth. 26. 50. & infrà, 5. 9. Vetus interpres, *In quo*. Erasmus, *Quatenus*, id est καθ' ὅσον. Ac certum quidem est nos non currere nisi quatenus nos apprehendit Christus, vt extra viam currentes in viam deducat, & omnes ad currendum vires gratuitò largiatur.

¶ *Apprehensus fui*, κατελήφθην. Elegans est in hoc verbo ἀντανάκλασις, vt in γινώσκειν & γινώσκεσθαι 1. Cor. 13. 12.

13 *Non*, οὐ Claromontanus codex habet οὔπω, *nondum*, & quidem rectius.

14 *Vnum autem* [*ago*.] ἓν δέ. Sic vtcunque expressa est sententia: sed tamen in Græco sermone puto subaudiri ἐστι, vt plena sit oratio. Vnum autem est: sicut in vernaculo sermone dicimus *Il y a vn poinct*, sequentia autem participia cum sequente verbo διώκω coniungenda sunt. Syrus interpres subaudire maluit aut etiam adiectum legit verbũ οἶδα, noui, & postea καὶ κατὰ σκοπὸν διώκω. ¶ *Ad ea verò quæ à fronte sunt*, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν. Vulgata, *Ad ea verò quæ sunt priora*: ita obscurè vt nemo intelligat. ¶ *Contendens*, ἐπεκτεινόμενος. Vulgata ad verbum, *Extendens meipsum*. Erasmus, *Extentus*. Pergit autem in translatione à cursoribus sumpta, qui siquando summo & quasi iam vltimo impetu nitantur, prono & quasi præcipiti corpore feruntur ad scopum. ¶ *Feror*, διώκω. Vulgata, *Persequor*. Erasmus, *Insequor*. Ego puto absolutè positum non aliud declarare quàm curro. Et κατὰ σκοπὸν non satis Latinè Vetus interpres conuertit *Ad destinatum*. Erasmus verò multo peius, *Iuxta præfixum signum*. ¶ *Supernæ vocationis*, τῆς ἄνω κλήσεως. Tertull. libr. de Resurrectione carnis vertit *incriminationis*, vt omnino legisse videatur τῆς ἀνεγκλήσεως. quam vocem alibi vix crediderim reperiri. Sed illud tamen verum est, vitã æternam solis illis tribui qui facti sunt in Christo per fidem apprehenso ἀνέγκλητοι, siue, vt loquitur Apost. ἄμεμπτοι, καὶ ἄμωμοι.

15 *Adulti*, Vulgata & Erasmus, & omnes interpretes Latini, *perfectos* interpretantur; quod præbuit de perfectione disputandi occasionem, quum translatiuè hæc vox dicatur de interioris hominis ætate. & ita quidem vt τέλειοι τοῖς νηπίοις opponantur, vt suprà diximus 1. Corinth. 2. 6, & 4. 20. & πεπληρωμένοι infirmis & nouitiis.

¶ *Hoc sentiamus*, τοῦτο φρονῶμεν siue, ita simus affecti, id est, non quantum viæ iam confecerimus, sed quid nobis ad metam supersit cogitemus, ne quid nos totis viribus currentes remoretur. Et ita quidem in Græcis & Latinis codicibus legitur. Sed omnino existimo Paulum potius scripsisse τὸ αὐτὸ φρονῶμεν, Idem sentiamus, iisdem simus & sententiis & animis concordes. Sic enim poscere videtur huius loci sententia; & alioqui non stabit antithesis τῷ ἑτέρως φρονεῖν, quod ad assensionem in doctrina (quo malo præcipuè impeditur Ecclesiarum progressio) referendum esse liquet ex verbo ἀποκαλύψει, Reteget: hortante videlicet Apostolo, tum hoc loco tum alibi sæpe, vt alij alios, etiam pro humani iudicij imbecillitate in nonnullis dissentientes, tolerent Christiana charitate, tantisper dum imperitiores erudiantur.

¶ *Reuelabit*, ἀποκαλύψει. In Vulgata editione perperam legitur *Reuelauit* pro *Reuelabit*, errore multis codicibus manuscr. familiari, quique nonnullis præbuit disputandi occasionem hoc loco.

16 [*Et*] *idem sapiamus*, τὸ αὐτὸ φρονεῖν: Vetus interpres hoc membrum priori præposuit. Erasmus legit quidem eodem ordine, sed subaudiens ὥστε. vertit enim, *Vt simus concordes*. Id verò mihi necessarium non videtur quum in priore membro στοιχεῖν manifestè ponatur pro στοιχῶμεν, nec sit nouum in bimembri quoque oratione, ex Hebræorum idiotismo, quem sæpissimè obseruauimus, copulam supplere, quam etiam Syrus interpres expressit. Sed fortassis hæc ipsa verba τὸ αὐτὸ φρονεῖν, est illa ipsa regula ad cuius præscriptum vult nos incedere Apostolus: quam sententiam si sequamur, sic potius vertendus erit hic locus, *Iisdem esse affectum*, iuxta illud, Idem velle, idem nolle ea demum firma amicitia est, modò id quidem rectè intelligatur, vt ipsi prophani scriptores explicant, qui de amicitia scripserunt.

17 Συμμιμηταί μου γίνεσθε, ἀδελφοί, καὶ σκοπεῖτε τοὺς οὕτω περιπατοῦντας καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς.

18 Πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσιν, οὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν, νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ·

19 Ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες.

20 Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

21 Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα.

Κεφάλαιον δ΄.

1 Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ καὶ στέφανός μου, οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ, ἀγαπητοί.

2 Εὐοδίαν παρακαλῶ καὶ Συντύχην παρακαλῶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν Κυρίῳ.

3 Καὶ ἐρωτῶ καί σε σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.

17 Estote simul mei imitatores, fratres, & eos considerate qui sic ambulant sicut habetis nos pro exemplari.

18 [8]Multi enim ambulāt quos sæpe dixi vobis, nunc autem & flens dico, ‖hostes *esse* crucis Christi:

19 Quorum finis *est* exitium: quorum Deus *est* vēter, & gloria ad ignominiam ipsorum, qui terrestria curant.

20 [9]Nostra verò ciuitas in cœlis est, vnde etiam Seruatorem expectamus Dominum Iesum Christum.

21 ‖Qui transfigurabit corpus nostrum humile, vt conforme fiat eius corpori glorioso, pro illa vi efficace qua potest etiā subiicere sibi omnia.

CAP. IIII.

1 Itaque, fratres mei dilecti & expetiti, gaudium & corona mea, ita perstate in Domino, dilecti.

2 [2]Euodian precor & Syntychen precor vt idem sentiant in Domino.

3 Et rogo te quoque, socie germane, adiuua illas vt quæ in Euangelio concertarunt mihi, vnà cum Clemente quoque & reliquis adiutoribus meis, quorum nomina *sunt*‖ in libro vitæ.

17 *Imitatores mei estote, fratres, & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nos.*

18 *Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi.*

19 *Quorum finis interitus, quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorū, qui terrena sapiunt.*

20 *Nostra autem conuersatio in cælis est: vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christū.*

21 *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem qua etiam possit subiicere sibi omnia.*

CAP. IIII.

1 *Itaque, fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium & corona mea, sic state in Domino charissimi.*

2 *Euodiam rogo & Syntychen deprecor, idipsum sapere in Domino.*

3 *Etiam rogo & te, germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio, cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.*

Apoc. 3.5. & 10. 8. & 21. 27.

8 Pseudapostolos, non maleuolentia nec ambitione impulsus, sed dolens & non sine lachrymis suis coloribus depingit: quòd videlicet Euāgelij Christi hostes (vtpote quod cū cruce sit coniunctū) nihil aliud spectēt quàm huius vitæ commoda, id est vt pace, otio, & rebus omnib. abundantes cum magna apud homines existimatione viuant: quorū miserrimum exitum fore prædicit. Rom. 16. 17. 1. Cor. 1. 3. tit. 2. 12.

9 His opponit veros pastores qui neglectis terrestribus, in cœlum toti aspirēt, vbi sciūt fore vt etiā in corpore suo æterna illa gloria per Dei virtutem induantur.

1 Conclusionis repetitio, vt ad victoriæ vsque adeptionem fortiter, Domini roboro freti, perseuerent.

2 Quosdam etiam nominatim appellat, partim etiam quòd peculiari exhortatione egerent, partim vt reliquos eò alacrius incitent.

17 *Ita*, οὕτω. In Claromontano & alio codice legitur ὄντως, id est verè & sincerè.

18 *Ambulant*, περιπατοῦσι. Syrus interpres legit ἑτέρως περιπατοῦσι, *aliter incedunt*. quam scripturam maximè probarim. ¶ *Quos*, οὓς. Erasmus, *De quibus*. Ideo coactus est vertere τοὺς ἐχθρούς, inimici, quum optimè omnia conueniant si εἶναι subaudias. Nec obstat articulus, cuius ea vis est vt significet Apostolus istos præ cæteris esse Christi hostes.

19 *Finis*, τὸ τέλος. id est merces sicut apud Hebræos עקב [*hokeb*] accipitur pro mercede quæ opus sequitur.

¶ *Gloria*, ἡ δόξα. Gloria videlicet quam captant ab hominibus: quæ tamen in ipsorum maximam infamiam redundabit. Nisi malimus, seruata præpositione ἐν, dicere istos in sua ipsorum infamiā sibi mirè placuisse, nempe in circuncisione quę tamen expositio est longius petita.

¶ *Qui curant*, φρονοῦντες Rom. 14. 6 & infr. 4. 10.

20 *Nos autem vt cælorum ciues nos gerimus*, ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Ad verbum nostra autem viuendi ratio in cælis existit. Vulgata, *Nostra autem conuersatio in cælis est*. Mihi verò conuersationis nomen videtur nimium generale & ὁμιλίαν potiùs notare, ac proinde non satis exprimere allusionem ad ciuitatem illam cœlestem & permanentem, cuius iura prorsus cœlestia sunt, & de qua Apostolus Heb. 11. 10. & 16. & 12. 22. & 13. 14. Quamobrem etiam *Municipatus* nomen repudiaui, quo Hieronymus hūc locum interpretatur in Nepotiani epitaphio, quanuis in prioribus editionibus ab illo non abhorruerim: non cogitans sic detrahi de Christianorum dignitate, vt qui fiant cœlorum non municipes, sed planè ciues. Cæterùm etsi πολίτευμα à πολιτείᾳ propriè sic differt, vt ciuis actiones ad ciuilem vitam spectantes, ab ipsis ciuitatis legibus. interdum tamen ista inter se permutantur, vt expressè testatur Aristoteles Po[litic.] 3. cap. 4. Sed & Polybius, τῶν πολιτευμάτων, inquit, τὸ μὲν ἀριστοκρατικόν, τὸ δὲ βασιλικόν, quo sensu non malè etiam possemus hoc loco πολίτευμα ciuile regimē interpretari, nisi verbum ὑπάρχει (pro quo etiam *existit*, quàm *est* dicere malui) postulare videretur, vt hoc πολίτευμα nostrum id est, hæc nostra viuendi ratio, potiùs in cœlum tendere, quàm in cœlis existere diceretur. Castellio nouitatis suæ morē retinens Rempublicam interpretari maluit, vt & ipsum ἐκκλησίας nomen. Matt. 18. 7. Syrus denique interpres nimium generaliter vertit פולחנן [*pulchanan*] id est, *opus nostrum*, vt si Gallicè dicas *nostre besongne*, aut, *nostre affaire*. Vide Act. 22. 1.

¶ *Vnde*, ἐξ οὗ. Sub. τόπου, inquit Erasmus. Ego malo οὐρανοῦ supplere. Sic Homerus Iliad. 7, Ἀνθρώποις πινυτοί, ὅ, τε κ' ἐπίφρονες ὦμεν. Sed & causam huic formulæ dicendi præbuit idiotismus Hebræorum qui שמים [*schamaym*] nunquam nisi duali numero dicunt, quem Græci singulari potius οὐρανὸν vocant.

21 *Corpus nostrum humile*, τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν. Vulgata ad verbum, *Corpus humilitatis nostræ*, ex Hebraismo, quem sæpissimè iam annotauimus. Sic *Corpus claritatis suæ* conuertit ad verbum, pro *Corpus suum gloriosum*.

IN CAPVT IIII.

1 *Expetiti*, ἐπιπόθητοι. Hebræi נחמדים [*nethmadim*] Virg. *Nec dulces natos, exoptatúmque parentem*.

¶ *Corona*, στέφανος. Id est meum decus. Subauditur autem aliquid post οὕτω, vt plena sit oratio, State in Domino, ita vt dixi.

2 *In Domino*, ἐν Κυρίῳ. id est ea concordia cuius vinculum sit Dominus. vel, παρακαλῶ ἐν Κυρίῳ, *obtestor per Dominum*.

3 *Socie germane*, σύζυγε γνήσιε. Aliquem proculdubio compellat, quem sibi in opere Domini coniunctissimum erat expertus, quem Hebraicè dicas חבר [*chaber*.] neque nos par est quis fuerit, curiosius inuestigare, nullo cum fructu. Sed quòd nonnulli colligunt ex hoc loco Paulum hoc tēpore vxorem habuisse, ad quam hoc spectet, nimium est infirmum, quum 1. Corinth. 7. 8, iis sese manifestè adiungat qui vxorem non haberent: nec (vt rectè obseruauit doctissimus interpres) vlla vel leuissima sit coniectura, Paulum ab eo tempore de vxore ducenda cogitasse, quam Philippis reliquerit. σύζυγον quidem apertè vsurpat Aristophanes in Pluto pro eiusdem consilij socio ac participe, in his versiculis, [Greek quotation] Sed & apud Nonnum Christus sese vocat Patris σύζυγον. Quòd si magis placuerit propria huius vocis significatione seruata, *Coniugem* interpretari, poterit hoc commodè intelligi de quopiam vel Euodiæ vel Syntychis marito, vt Græcus scholiastes notauit. σύζυγον autem vt proprium nomen accipere, durum est, propter adiunctum γνήσιε epitheton. Sed ridiculi sunt qui ex Latinis Germanum vt proprium nomen interpretantur. Syrus autem interpres vtens masculinis vbique vocibus, nullum dubitationi locum relinquit.

¶ *Adiuua illas*, συλλαμβάνου αὐταῖς. Id est, adiunge te illis sociam in eodem opere vt istas fuisse ex viduarum collegio verisimile fit, & hoc commodè possimus vernaculo Gallico sermone interpretari, *Employez vous*, vel *Mettez vous en besongne auec eles*. Luc. 10. 40.

¶ *In libro vitæ*, ἐν βίβλῳ ζωῆς. Hebr. בספר חיים [*besepher chaym*,] vt Psal. 69. 29. Dicitur enim Deus ἀνθρωποπαθῶς librum habere in quo electorum suorum nomina descripserit, quibus vitam æternam daturus est. Eum vocat Ezechiel 13. 9. Scripturam domus Israel, & arcanum Domini.

4 Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε· πάλιν ἐρῶ, χαίρετε.

5 Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις, ὁ Κύριος ἐγγύς.

6 Μηδὲν μεριμνᾶτε, ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει μετὰ εὐχαριστίας τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν.

7 Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

8 Τὸ λοιπόν, ἀδελφοί, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνά, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνά, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετή, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε.

9 Ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καὶ ἠκούσατε, καὶ εἴδετε ἐν ἐμοί, ταῦτα πράσσετε, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.

10 Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ

4 [3]Gaudete in Domino semper: rursum inquam, gaudete.

5 [4]Aequitas vestra innotescat omnibus hominibus. [5]Dominus propè est.

6 [6]De nulla re soliti estote: sed omni in re orationibus & deprecatione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum.

7 Et pax illa Dei quæ exsuperat omnem mentem, præsidio custodiet corda vestra, & cogitationes vestras in Christo Iesu.

8 [7]Quod reliquum est, fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque veneranda, quæcunque iusta, quæcunque munda, quæcunque amabilia, quæcunque boni nominis, siqua virtus, & siqua laus est, hæc reputate.

9 Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc, *inquam*, facite, & Deus pacis erit vobiscum.

10 [8]Gauisus sum autem in Domino magnopere quòd iā tandem reuiruistis in vestra pro

4 *Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete.*

5 *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus propè est.*

6 *Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum.*

7 *Et pax Dei quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligētias vestras in Christo Iesu.*

8 *De cætero, fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, siqua virtus, siqua laus, hæc cogitate.*

9 *Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.*

10 *Gauisus sum autem in Domino vehementer quoniam tandem aliquando*

3 Adiicit particulares exhortationes, quarū prima est, vt Philippensium gaudium nullæ ab impiis illatæ afflictiones imp[e]diant.

4 Altera, vt omnia æqui boniq. consulentes moderatè se gerant cū omnibus.

5 Occupatio, non oportere vt impatientia tumultuemur, cum Deus sit nobis proximus, vt omnibus nostris malis suo tempore medeatur.

6 Tertia, ne anxiè simus vlla de re soliciti, sed certa cū fiducia Deo gratias agētes, ab eo petamus quibuscunque nobis est opus, vt pacata conscientia nos ei totos ex animo summittamus.

7 Conclusio vniuersalis, vt sicut tum verbis tum exemplis f[u]erunt edocti, vitam suam ad omnis sanctimoniæ & iustitiæ regulam exigant.

8 Gratam sibi esse testatur eorum beneficentiam, qua in summa rerum inopia fuerat ab eis subleuatus: ita tamen orationem temperans, vt ab omni sordium suspicione se purum esse, atque adeò se animum habere tum secundarum tum etiam aduersarum rerum capacem, se denique in so[la Dei] voluntate acquiescere, testetur.

4 *Gaudete in Domino*, χαίρετε ἐν Κυρίῳ. Gaudij nomine intelligit fructū τῆς εὐθυμίας. sed addidit *In Domino*, vt à gaudio mūdi distinguatur. Sed vbi timor ille & tremor, & crux illa perpetua? Respondeo, his omnib. non modò non extingui, sed etiā foueri gaudium filiorū Dei, vt ex martyrū historiis liquet, non quòd sint ἀναίσθητοι, sed quòd ista experiētiā gignant, experientia verò spem quæ fallere non potest. Rom. 5. 4.

5 *Aequitas*, τὸ ἐπιεικές. i. Animus in conuictu moderatus, & minimè rigidus sui etiam iuris exactor sic tamen vt de ipsius Dei iure nihil detrahatur. Sed & Candorē possis interpretari. Vulgata & Eras. *Modestia* ταπεινοφροσύνη. Vide 1. Tim. 3. 3.

6 *Omni in re*, ἐν παντί Heb. בכל [*bechol*.] de quo alibi sæpe diximus. Syrus interp. supplens זמן [*zeman*] tempore. Vulg. verò legit ἐν πάσῃ προσευχῇ in omni precatione, contra Græcoru omniū codicum fidem, nec satis apposita sententia. ¶ *Cum gratiarum actione*, μετ' εὐχαριστίας. Hinc fit vt Dauid sæpissimè à clamoribus & lacrymis ordiens, in gratiarum actionem desinat.

7 *Pax Dei*, ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ. i. summa illa tranquillitas animi, atq. adeo felicitas quā vnus Deus in vno Christo largitur. Vide Rō. [5. 1.] ¶ *Præsidio custodiet*, φρουρήσει. nēpe vt certus adoptionis Spiritus testis Bene vsurpauit verbum militare, quum nihil æquè nobis conetur Satan atque pacem istam, quæ à solo Christo per fidē in nos deriuatur, extorquere: eóque nomine non desinat perpetuò nos oppugnare. Vulgata & Erasmus, *Custodiet*: nō satis expressè. ¶ *Corda vestra & mentes vestras*, τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν, i. tum affectibus, tum cogitationibus. Animum enim diuidit in cor, i. voluntatis & affectuum sedem & νόημα, i. superiorem partem, qua intelligimus & ratiocinamur.

8 *Vera*, ἀληθῆ. Veritatem in primis (i. bonæ conscientiæ integritatem) commendat. ¶ *Veneranda*, σεμνά. i. eiusmodi vt vos sancta quadam grauitate exornent. Hoc enim declarat ἡ σεμνότης, de qua hic agitur, & cuius exemplū extat Act. 5. 12. & 13. Vulg. σεμνά conuertit *Pudica*, nimium angusta significatione. Eras. *Honesta*, i. ἁγνά. ¶ *Munda*, ἁγνά. Vel *casta*. Vulg. *Sancta*, vt videatur legisse ἅγια, eodē, aut certè nō multo diuerso sensu. ¶ *Amabilia*, προσφιλῆ. Huc pertinent quæ scripta sunt Ro. 12. 17. & 18. & huius virtutis verū exemplar habemus Christum toti populo amabilem, & Apostolos quoq. Act. 2. 47. Eras. *Accommoda*, i. πρόσφορα. nisi malimus sic vocari, quæ meritò sint expetibilia: sicut εὔφημα dicuntur, de quibus meritò quis laudetur. ¶ *Siqua virtus*, εἴ τις ἀρετή. Nusquam alibi vtitur Paulus hoc verbo, vt nimiū humili, si cum donis Sancti Spiritus comparetur. ¶ *Reputate*, λογίζεσθε. i. diligenter curate, & attendite Vulgata, *Cogi-*

tale verbo nimium diluto.

9 *Erit vobiscum*, ἔσται μεθ' ὑμῶν. Hebraismus, pro, vobis aderit.

10 *Reuiruistis in vestra pro me cura*, ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν. Vel, *Reuirescere fecistis vestram pro me curam*, ita vt ἀνεθάλετε sit vt in coniugatione Hiphil. Vulg. *Refloruistis pro me sentire*. Eras. *Reuiguit vestra pro me solicitudo*. φρονεῖν pro φροντίζειν alibi etiam annotauimus, & ita accipitur Col.3.2.

φρονεῖν· ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε, ἠκαιρεῖσθε δέ.

11 Οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω· ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι.

12 Οἶδα δὲ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν· ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι, καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾶν, καὶ περισσεύειν καὶ ὑστερεῖσθαι·

13 Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ.

14 Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε, συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει.

15 Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι·

16 Ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε.

17 Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς

me cura: qua de re tamen soliciti eratis, sed destituebamini opportunitate.

11 Non quòd penuria laborẽ *hoc* dico: nam ego didici, in quibus sum, iis ipsis contentus esse.

12 Noui autem deprimi, noui etiam abundare: vbique & in omnibus initiatus sum, & ad saturitatem & ad esuritionem, *id est* tum ad exundantiam, tũ ad penuriam:

13 Omnia valeo per cũ qui me corroborat, *nempe* Christum.

14 Attamen bene fecistis quòd vnà participastis meam afflictionem,

15 9 Nostis autem & vos, Philippenses, quum initio Euangelij proficiscerer è Macedonia, nullam mihi Ecclesiã communicasse in ratione dati & accepti, nisi vos solos:

16 Nam etiam Thessalonicæ *quum essem* semel & iterum quod mihi opus erat misistis.

17 10 Non quòd requiram donum: sed requiro fructum illũ exuberantem, *qui* in rationes

refloruistis pro me sentire: sicut et sentiebatis, occupati autem eratis.

11 *Non quasi propter penuriam dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse.*

12 *Scio & humiliari, scio & abundare: vbique & in omnibus institutus sum & satiari & esurire, & abundare & penuriam pati.*

13 *Omnia possum in eo qui me confortat.*

14 *Veruntamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ.*

15 *Scitis autem & vos, Philippenses, quòd in principio Euangelij, quãdo profectus sum à Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicauerit in ratione dati & accepti, nisi vos soli:*

1 *Quia & Thessalonicam semel & bis in vsum mihi misistis.*

17 *Non quia quæro datum sed requiro fructum abun-*

9 Testatur se superiorũ quoque officiorũ memoriã conseruare, & rursus sinistram immodicæ cupiditatis suspicionem repellit, quòd à nullis aliis quicquam acceperit.

10 Rursus testatur, quòd eorũ officiũ approbet, non tã id sua quàm illorum causa facere, vt qui nõ tam ipsi quàm Deo hoc veluti sacrificium obtulerint, cuius non sit Dominus ipse futurus immemor.

¶*Qua de re tamen*, ἐφ' ᾧ καί. Καί accipi pro καίτοι, vt apud Hebræos ponitur ו pro aduersatiua, vt Eccles.9.16 & ἐφ' ᾧ, pro οὗ ἕνεκα, vt suprà, 3.12. Vulgata, *Sicut & sentiebatis*, duplici errore. Erasmus, *In quo & soliciti eratis*. Hoc autem addit Paulus vt mitiget quod dixerat, ipsorum studium reuiruisse, quasi prius prorsus exaruisset.

¶*Destituebamini opportunitate*, ἠκαιρεῖσθε. Vulgata, *Occupati eratis*, prorsus absurdè.

11 *Non quòd penuria laborem*, οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν. id est, non penuriæ vllius habẽs rationẽ, quum hîc spectẽ potius quid sit è re vestra. Vulgata, *Non quasi propter penuriam*. Legit enim οὐχ ὡς, quæ certè scriptura planior est. Stephanus autem noster conijcit Paulum fortassis scripsisse οὐχ ὅτι καθυστερηθεὶς λέγω, id est, *Non dico quòd mihi quidpiam defuerit*, vel *quod fuerim penuriam passus*. Et hanc coniecturam adiuuat Syrus interpres. ὑστερεῖν verò sic accipitur tum de persona, vt Luc.23.35. Matt.19,20. 1 Cor.12, 24. tum de eo quod deest, vt Marc 10,21. Sed de καθυστερεῖν hoc significatu dubito: nec quidpiam facilè ex coniectura in his libris audendum, etiamsi violari sententia non videatur.

12 *Deprimi*, ταπεινοῦσθαι. Vulgata, *Humiliari*. Vtitur generali nomine quum de vna crucis specie (id est de inopia) differat nempe quòd hæc ferè soleat omnia ista secum trahere, ac illud præsertim, quòd qui pauper est, à plerisque contemnitur, quantumuis excellentibus Dei donis ornatus. ¶*Abundare*, περισσεύειν. Erasmus, *Excellere*. Putat enim alioqui non constare antithesin. Sed (vt modò dixi) τὸ ταπεινοῦσθαι, quanuis generalem significationem habeat, tamen ad id de quo agitur restringendum est.

¶*Vbique*, ἐν παντί. Id est quouis loco seu tempore. Nã latè patet בכל [bechol,] & quum addatur ἐν πᾶσι, in omnibus, præstat hoc referre ad res ipsas (multorum enim indiget præsens hæc vita) illud verò ad ipsas rerum circunstantias.

¶*Initiatus sum*, μεμύημαι. Metaphora sumpta est à rebus sacris, quam libens seruaui. Sic enim significat Apostolus, sanctificatam esse nostram tum abundantiam, tum inopiam: denique totam hanc nostram vitam quasi perpetui sacrificij instar esse. Vulgata & Eras. *Institutus sum*, ἐπαιδεύθην. ¶*Et ad saturitatem*, καὶ χορτάζεσθαι. Vulgata & Eras. ad verbum, *Saturari*. Ego studui perspicuitati.

¶[*Id est*] *tum ad abundantiam*, καὶ περισσεύειν. Explicat quid saturitatis & famis nomine significarit. Nequis igitur hanc saturitatem æstimet ex illorum moribus, apud quos ieiunare idem declarat atque ita saturum fieri vt biduo non esurias. Sed & Hebræorum more, saturari & inebriari, non significat ingurgitari, sed tantum sumere quantum satis est. At enim dicet aliquis, Quæ hæc est virtus, nosse abũdare? Respondeo, longè maximam esse hanc virtutem: quum multo plures perdiderit copia quàm inopia: vt minimè mirum sit, Paulum hæc vnius Christi virtuti accepta referre. Nam longè alia hæc sunt quàm quæ de istis virtutibus tradiderũt philosophi.

15 *Initio Euangelij*, ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου. i. initio prædicati à me Euangelij apud vos. Id enim vocat Euangelium, vt suprà, cap.2 versu 22. Non potuit autem amplius laudare Philippensium charitatem, quàm quòd eam iam inde ab initiore ipsa ostendissent, & tunc quoque ad extremum seruarent.

¶*In ratione dati & accepti*, εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως. Hoc est quod aiunt Rabbini מתן ומשא [mattan vmassa.] Alludit autem ad pecuniarias rationes, in quibus habetur, dati & accepti ratio. Aliæ autem Ecclesiæ tum acceperant quidem, sed nihil dederant: quod in vtraque ad Corinthios epistola pluribus persequitur Apostolus, non vt μεμψιμοιρῶν, sed vt os occluderet pseudapostolis.

16 *Thessalonicæ* [*quum essem*] ἐν Θεσσαλονίκῃ, subauditur, ὄντι, vt ostendit pronomen μοι. Durius enim fuerit ἐν pro εἰς hoc loco interpretari. Vulgata, *Thessalonicam*.

¶*Semel & iterum*, ἅπαξ καὶ δίς. Vulgata ad verbum *Semel & bis*, id est ter.

17 [*Qui*] *in vestram rationem* [*inducatur*,] εἰς λόγον ὑμῶν. Hoc est quod vernaculo sermone dicimus, *Qui vous viene en compte*.

en compte. Pergit enim in translatione illa à pecuniariis rationibus desumpta: & significat se non suo, sed illorum commodo consulere. Nam & paulo pòst illorũ munus vocat sacrificiũ Deo gratum. Vulg & Eras. *In rationẽ vestram*, admodum obscurè. Syrus perinde vertit ac si scriptum esset, ἐν ὑμῖν, *in vobis*. Locum autem istum sic pulchrè exponit Augustinus lib.2. de sermone Domini in monte. *Hoc enim*, inquit, *indicio poterat apparere, quantum profecissent in Deum, quum id libenter offerrent, quod non propter gaudium de muneribus sed propter communionem charitatis ab ipsis quærebatur.*

λόγον ὑμῶν.

18 Ἀπέχω δὲ πάντα, καὶ περισσεύω· πεπλήρωμαι δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτήν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ.

19 Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, ἐν δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

20 Τῷ δὲ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡμῶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

21 Ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί.

22 Ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι, μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας.

23 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

Πρὸς Φιλιππησίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης δι' Ἐπαφροδίτου.

vestras inducatur.

18 Accepi autem omnia, & abundo: expletus sum, *inquam*, acceptis ab Epaphrodito quæ à vobis *missa sunt*, odore bonæ fragrantiæ hostia Deo accepta *ac* placente.

19 Deus autem meus supplebit quicquid opus fuerit vobis, secundum diuitias suas, gloriosè, in Christo Iesu.

20 Deo autem & Patri nostro *sit* gloria in secula seculorum. Amen.

21 Salutate omnes sanctos in Christo Iesu. salutant vos qui mecum sunt fratres.

22 Salutant vos omnes sancti, maximè verò qui sunt ex Cæsaris domo.

23 Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* cum omnibus vobis. Amen.

Scripta est Roma per Epaphroditum.

dantem in rationem vestram

18 *Habeo autem omnia, abundo repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo.*

19 *Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuitias suas, in gloria, in Christo Iesu.*

20 *Deo autem & Patri nostro gloria in secula seculorum. Amen.*

21 *Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres.*

22 *Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsaris domo sunt.*

23 *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.*

Scripta est ab vrbe Roma per Epaphroditum.

---

18 *Accepi*, ἀπέχω. Vulgata, *Habeo*. Erasmus, *Recepi*. Vide Matth.6.2. ¶*Odore bonæ fragrantiæ*, ὀσμὴν εὐωδίας. Alludit ad Legis thymiamata, vt Act.10.4, & suprà, 2.17.

19 *Supplebit*, πληρώσει. Vulgata, *Impleat*, πληρώσαι.

¶*Opus fuerit*, χρείαν. Vulgata, *Desiderium*, πόθον.

¶*Gloriosè*, ἐν δόξῃ. Vulgata & Erasmus ad verbum, *In gloria*. Syrus, *cum gloria Iesu Christi*.

20 *In secula seculorum*, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Hebraismus sæpe à nobis explicatus, pro *In æternum*.

22 *Ex Cæsaris domo*, ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. Neronis domesticos intellige. Hoc verò quid aliud orat quàm Deum in mediis inferis regnare? Vide suprà, 1.13. Quæ verò de Seneca vt Pauli amico feruntur, sanè nimium impudenter sunt conficta ab iis qui stoica quædam grauiter dicta non possunt à Christianis & verè diuinis placitis discernere, quæ nunquam Stoicis in mentem venerunt, omnium philosophorum superbissimis: & qui Epicureis (quanuis ab iis diuersissimi) annumerantur inter eos, qui Paulum habuerunt ludibrio, Act.17.18.

¶*Scripta est*, ἐγράφη. Claromontanus codex habet, ἐπληρώθη, *absoluta est*, neque aliud addit. Res tamen ita se habet, vt ex ipsa epistola necessariò colligitur.



ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ ἐπιστολή.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς,

Τοῖς ἐν Κολοσσαῖς ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πάντοτε περὶ ὑμῶν προσευχόμενοι·

Ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους·

Διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου,

Τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ· καὶ ἔστι καρποφορούμενον, καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ.

CAP. I.

1 PAVLVS Apostolus Iesu Christi per Dei voluntatē, & Timotheus frater,

2 Iis qui sunt Colossis, sanctis ac fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia *sit* vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo.

3 1Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes:

4 Audita fide vestra in Christo Iesu, & charitate in omnes sanctos:

5 Propter spem sepositam vobis in cælis: quam prius audistis per sermonem veritatis, *id est*, Euangelij,

6 Quod peruenit ad vos sicut & in totum mundum, & fructum profert, sicut apud vos quoque: ex quo die verè audiuistis & cognouistis Dei gratiam.

CAPVT I.

1 *PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater,*

2 *Iis qui sunt Colossis, sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.*

3 *Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes:*

4 *Audientes fidem vestrā in Christo Iesu & dilectionem quam habetis in sanctos omnes:*

5 *Propter spem quæ reposita est vobis in cælis, quam audistis in verbo veritatis Euangelij,*

6 *Quod peruenit ad vos sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit, sicut in vobis, ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate.*

1 Commendat doctrinam ab Epaphra ipsis traditā, & eorum in ipsa excipienda alacritatem.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAP. I.

1 *Per voluntatem*, διὰ θελήματος. id est gratuita Dei liberalitate, vt sæpe iam exposuimus.

2 *Iis qui sunt Colossis*, τοῖς ἐν Κολοσσαῖς. Colossæ sitæ sunt in Phrygia, non procul Hierapoli & Laodicea, qua parte imminet Lyciæ & Pamphyliæ. Refellit autem hic locus Cyri cuiusdam Prodromi & aliorum opinionem, qui hanc epist. ad Rhodios scriptam putant, quasi à Colosso illo celebri dicti sint Colossenses. ¶*Et Domino*, &c. Καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. vel, *Et Domini Iesu Christi*. Constat autem ex Theophylacto vet. cod. Græcos hanc appendicem hoc loco non habuisse.

3 *Deo & Patri*, τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Vide Corinth. 15.24. Neque verò aliter à nobis considerari potest Deus in salutem, nisi quatenus est Pater Christi in quo sumus adoptati.

4 *In Christo*, ἐν Χριστῷ. Bene in Christo. Nam extra Christum non est fides, sed opinio, quod ad salutem quidē attinet. ¶*In omnes*, τὴν εἰς πάντας. Vulg. *quam habetis in omnes*, & Claromontanus codex ἣν ἔχετε εἰς πάντας.

5 *Spem*, τὴν ἐλπίδα. id est speratam gloriam, μετωνυμικῶς, vt Rom. 8.24, & Ephes. 5.18. ¶*Per sermonem veritatis*, [*id est*] *Euangelij*, ἐν λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου. Erasmus, *Per sermonem veracem Euangelij*. Ego malo τοῦ εὐαγγελίου per epexegesin interpretari. Vide Ephes. 1.13. Meritò autem subtexit Fidei verbum, & quidem Euangelicum, vt ista sciamus diuelli non posse.

6 *Fructum profert*, καὶ ἐστι καρποφορούμενον. Vulgata addit καὶ αὐξανόμενον, *& crescit*. quod etiam inuenimus in Complutensi editione, & Claromontano, & aliis duobus vetustis cod. Syrus quoque interpr. illud exprimit, sed priore loco, id est, antè καρποφορούμενον, idque rectius. ¶*Verè*, ἐν ἀληθείᾳ באמת [*beemeth*] vt Philipp. 4.19, ἐν δόξῃ, *in gloria*, pro gloriosè. Vulg. & Eras. ad verbum, *In veritate*, quem Hebraismum in Gallico etiam idiomate vsurpamus.

7 Καθὼς καὶ ἐμάθετε ἀπὸ Ἐπαφρᾶ τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν, ὅς ἐστι πιστὸς ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ Χριστοῦ·

8 Ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν πνεύματι.

9 Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσαμεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι, καὶ αἰτούμενοι ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ.

10 Περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου, εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες, καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ.

11 Ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς.

12 Εὐχαριστοῦντες τῷ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί.

13 Ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ.

14 Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.

15 Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως·

7 Sicut & didicistis ex Epaphra dilecto conseruo nostro, qui est fidus pro vobis minister Christi:

8 2Qui & declarauit nobis vestram per spiritum charitatem:

9 Propterea & nos, ex quo die id audiuimus, non desinimus pro vobis orare, & petere vt impleamini agnitione voluntatis eius cum omni sapientia & intelligentia spirituali.

10 Vt ambuletis sicut Domino conuenit, cui per omnia placeatis, omnis operis boni fructū proferentes, & crescentes in agnitione Dei.

11 3Omni potentia potentes facti secundum gloriosum robur ipsius, ad omnem tolerantiam & patientem animū cum gaudio.

12 4Gratias agentes 5 Patri, qui idoneos nos fecit ad participandam sortem sanctorum in luce:

13 Qui, *inquam*, eruit nos ex potestate tenebrarum, ac trāstulit in regnum Filij illius sui dilecti.

14 6In quo habemus redemptionem per sanguinē ipsius, *id est*, remissionem peccatorū.

15 7Qui est imago Dei inuisibilis, & primogenitus omnis rei creatæ:

7 *Sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu.*

8 *Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in Spiritu:*

9 *Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali.*

10 *Vt ambuletis dignè Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei.*

11 *In omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia & longanimitate cum gaudio.*

12 *Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partē sortis sanctorum in lumine:*

13 *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filij dilectionis suæ.*

14 *In quo habemus redemptionem, remissionem peccatorū.*

15 *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ.*

2 Suam in eos beneuolentiā declarat, admonens minimè oportere ipsos in eodē gradu consistere, sed vlterius etiam progredi, tum in ipsa cognitione Euangelij, tū in vero ipsius vsu.

3 Perseuerātiæ donum à nobis nō est, sed à Dei virtute, gratis nobis communicata. Mat. 5.19. & 17

5 2. pet. 7 Hebr. 2.3

4 Absoluto proœmio, rem ipsam aggreditur, id est totius Christianismi, breuē quidē, sed excellentissimam descriptionem, quæ in tres tractatus commodè distribuitur. Primum enim veram doctrinem secundū ordinem causarum explicat ab hoc versiculo ad 21. Inde verò incipit variis exhortationibus illam applicare Colossensibus vsque ad capitis 2. ver. 6. Ac tertio demum loco vsque ad caput tertium corruptelas veræ doctrinæ indicatas refutat. 5 Causa efficiens nostræ salutis est vna Dei Patris misericordia, qui nos aptos reddit ad participandam vitam æternam à tenebris in quibus nati sumus in lucem cognitionis gloriæ Filij sui assertos. 6 Materia ipsa nostræ salutis est Filius Dei Christus, qui sui oblatione nobis peccatorum remissionem obtinuit. 7 Christi personæ graphica descriptio, ex qua intelligimus eum ipsum esse in quo vno sese Deus conspicuū præbet: qui antequam quicquam conderetur (id est ab æterno) genitus est à Patre: per quem etiam omnia quæ facta sunt, facta sunt, sine vlla prorsus exceptione, per quem etiam consistunt, & cuius gloriæ subseruiunt.

8 *Per Spiritum*, ἐν πνεύματι. id est, Spiritualem, siue à Spiritu sancto manantem, & ex intimis animi penetralibus profectam. Vide Ephes. 6.18.

9 *Eius*, αὐτοῦ. Dei videlicet, ex ver. 6 extremo. Nam vers. 7. & 8. quasi sunt interiecti. *Et intelligentia*, καὶ συνέσει. Id est γνώσει vt infrà 2.3 Vide 1. Cor. 1.5. Erasmus. *Et prudentia*, Vide Ephes. 1.8.

10 *Vt ambuletis*, περιπατῆσαι. Id est, ὥστε. *Cui per omnia placeatis*, εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν. Ad verbum, Cum omni complacentia. Vulg. *per omnia placentes*. Alioquin ἀρέσκεια Aristoteles docet in vitio poni, pro assentatoria quadam affabilitate. Syrus interpres legit καὶ εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν Κυρίου, & placeatis Domino in omnibus. ¶*Fructum proferentes*, καρποφοροῦντες. Coniungendum est hoc participium cum περιπατῆσαι, vt & cætera quæ sequuntur.

11 *Secundum gloriosum robur ipsius*, κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ. Vulg. *Secundum potentiam claritatis eius*. Eras. *Iuxta potentiā gloriæ illius*. Dixit autem (Hebræorum more) potentiā gloriæ pro potentia gloriosa. ¶*Cum gaudio*, μετὰ χαρᾶς. i. quæ minimè extorqueatur ab inuitis, aut ab ipsa necessitate, (cuiusmodi est patientia quam in vernaculo nostro sermone *Lombardicam* vocamus) sed quæ ab animo læto & alacri proficiscatur. Nonnulli tamen Latini cod. hoc adiungunt sequentib. ¶*Patientem animū*, μακροθυμίαν. Vide Gal. 5.22.

12 *Patri*, τῷ πατρί. Nonnulli Græci codices habent τῷ Θεῷ καὶ πατρί, *Deo & Patri*: & ita etiam legitur in nōnullis exemplaribus Vulgatæ editionis.

¶*Idoneos fecit*, ἱκανώσαντι. Verbum hoc, vt etiam ἐχαρίτωσε, fictum est à Paulo quasi forma coniugationis Hiphil. Vsurpauit autē duob. omnino in locis videlicet & 2. Cor. 3, 6. Claromontanus autem codex legit, καλέσαντι, *qui vocauit*.

¶*In luce*, ἐν τῷ φωτί. id est in illo regno cælesti & glorioso, quod Lux dici solet in sacris literis: sicut contrà Tenebrarum appellatione horrendum illud exitium intelligitur.

13 *Filij sui dilecti*, τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. Hebr. vt ps. 15.1. בהר קדשך [*bechar Kodschecha*,] *in monte sanctitatis tuo*, id est monte sancto tuo.

14 *Per sanguinem ipsius*, διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Hoc non legit Syrus interpres neque Vulg. & comperimus deesse in Claromontano & sex aliis vetustis exemplaribus. Fortassis irrepsit ex Ephes. 1.7. quanquam id nunquam potest frequentius repeti quàm par sit.

15 *Imago*, εἰκών. id est, is in quo verè nobis sese conspiciendum præbet Deus. Est enim Deus in carne Christi conspicuus factus, vt 1. Tim. 3.16. idque quia corporaliter siue essentialiter in eo habitat Deitas. Veteres subtilius hoc referunt ad mutuam Patris ac Filij relationem: neutram certè sensibus magis perceptibilem quàm est ipsa vtriusque vnica essentia. Itaque ad eam cognitionem illud refertur, per quam ipsa Carnis Filij visibilitas personam Filij sensibus ipsis discernit à Patris persona, quasi sit illa istius speculum & quidem ἀπαύγασμα, qua de re vide Hebr. 1.3.

¶*Primogenitus omnis rei creatæ*, πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Vulgata & Erasmus, *Primogenitus omnis creaturæ*. id est ante res vllas conditas genitus. Sic enim arbitror explicandū hunc locum, vt cohæreant proximè sequentia: Tertulliani quoque auctoritate fretus cuius hæc verba sunt in libro de

Trinitate. *Quomodo primogenitus esse potuit, nisi quoniam sit vnicus diuinitati, ante omnem creaturam ex Deo patre Sermo processit?* Quod autem nonnulli primogenitum interpretantur Dominum & principem, vt vocabulum illud accipitur Iobi 18. 13. quoniam videlicet primogeniti in familiis referebant patris personam, vt loquitur Isaacus Gen. 27. 29. mihi non videtur satis expressum, & illud ipsum consequitur, de quo statim Apostolus v. 18. Nec his obstat quod *vlterior* propriè de matribus dicitur. Nam & apud Hebræos ילד [i. ad] procreationem tam de gignente patre quàm de pariente matre dicitur, vt Gen. 4. 18. & Esa. 49. 21. & vnde appellatio Græcis communis patri & matri, Latinis parentum. Diuinissimè verò Paulus ad scripsit *πρωτότοκος πάσης κτίσεως*, vel *πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς*, siue in multis fratribus, vt loquitur Rom. 8. 29. sed *πάσης κτίσεως*, nempe vt æternus Dei Filius à rebus ex nihilo factis distingueretur. Futilis est itaque responsio ad Arrianos, qui ex hoc loco asserebant Christum esse creaturam. Nam hac ratione dicendus fuisset *πρωτόκτιστος*. At quū dicitur *πρωτότοκος*, manifestè distinguitur genitū ab eo quod est conditū, vt rectè omnino & apposite annotauit Ambrosius. Deinde si per ipsum factum est quicquid factum est, Ioan. 1. 3, genitum ipsum esse oportet, non factum. Postremò qui non est omnibus modis æternus & *αὐτόθεος*, ne Deus quidem est. Sed est notandus quoque hic locus aduersus impium illum Seruetum, qui Christum cō tendebat humanæ duntaxat naturæ respectu Filium Dei dici, ideóque æternum Filium esse negabat: adeò quidem vt quum iam esset ob illa blasphemia ad extremum defensus pœna afficiendus, æternum inuocare recusaret: quum Paulus eum clamet antè vllam creationem, id est ab æterno (cœpit enim tempus cum creatione) non modò extitisse, sed etiam genitum fuisse. Hoc autem si verum est, quomodo Filius quem adhuc non genuerat Pater, mundum condiderit? Sed hæc *παρέργως*. Adfert Erasmus aliam lectionem ex coniectura, puta si legamus *πρωτοτόκος* accentu in penultimam translato, vt sit sensus, Christum primum omnia produxisse, seu ab eo orta esse omnia: quā lectionem amplectitur Isidorus Pelusiotes lib. epist. 3. ep. 31. Sed præterquam quod repugnat perpetuus omnium codicum & interpretum cōsensus, tollit etiam hæc interpretatio discrimen inter Gignere & Condere, diligenter in hoc argumento retinendum. Itaque hanc coniecturam non modò nullius neq codicis neque scriptoris ne Arriani quidem auctoritate confirmatam, sed etiam vt propha-nam & eludendo huic loco excogitatam, prorsus repudio. Nec enim aliorum quàm fidelium Pater propriè dicitur Deus in sacris literis idque per adoptionē in vno Christo, cuius proinde Pater aliquis naturalis sit oportet. *Nā aliqui* (vt scitè loquitur Athanasius oratione aduersus Arrianos secunda) *ipsa adoptio qua filij efficimur sine vero filio efficeretur.*

Ioan. 1. 3

Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται.	16	‖Nam per eum condita sunt omnia quæ in cælis sūt & quæ in terra, visibilia & inuisibilia, & throni, & dominatus & imperia, & potestates, omnia, *inquam*, per eum & eius respectu condita sunt.	16	*Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt.*
Καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε.	17	Estque ipse ante omnia, & omnia per eum consistunt.	17	*Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.*
Καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων.	18	8 Estq. caput corporis *id est* Ecclesiæ, estq. *etiam* principiū ‖& primogenitus ex mortuis, vt inter omnes primas teneat.	18	*Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens.*
Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι.	19	‖Quoniam libuit *Patri* vt omnis plenitudo in eo inhabitaret:	19	*Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare:*

1. Cor. 15. 21
apoc. 1. 5
Ioan. 1. 14
Infrà. 1. 9

8 Magnificentissimè declarata Christi personæ suprema dignitate, eius munus & officium describit, nempe vt sit ipsi Ecclesiæ quod caput est corpori, id est princeps eius & gubernator, ipsúmque adeò verè vitæ principium, vt qui primus resurgens, vitæ æternæ sit auctor, vt inter omnes emineat, in quo vno nimirum plenissima sita sit omnium bonorum abundantia quæ in Ecclesiam exundet.

---

16 *Per eum, ἐν αὐτῷ.* Vulg. *In ipso.* quod præbuit ineptiendi occasionē iis qui de ideis intellectualibus multa in hunc locum sunt commenti. ¶ *Et throni, εἴτε θρόνοι.* Subdiuidit inuisibilia: quæ etiam exornat iis nominibus quibus summa quæque inter homines significantur: minimè id quidē vt (Dionysij illius more) de rebus quas nec nouimus, nec scire expedit, curiosè garriamus, sed vt ex spirituū præstantissimorum collatione intelligamus quàm infinita sit Christi præstantia, in quo solo nos, præteritis etiā Angelis, quantumuis eminente potestatē à Deo acceperint, acquiescere oporteat. De istis autem epithetis diximus Rom. 8. 38. ¶ *Eius respectu, εἰς αὐτόν.* Christus enim is est in quo Pater acquiescit. Itaque omnia, ipsique adeo Angeli, subseruiunt Filij gloriæ, vt Hebr. 1. 2. & 2. 8. Alij explicant *εἰς αὐτόν*, i. vt sicut per hanc suam coessentialem Sapientiam Pater condidit omnia, ita cuncta creata ab illa, quæ Filius ipsius est ac dicitur ad eam respiciant: quod imperium accepit tandem hic Filius à Patre, quatenus homo est, suo ad dextram Patris consessu. Ioan. 5. 27. & Matt. 28. 18. Coloss. 2. 10.

18 *Caput corporis Ecclesiæ, κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας.* Vide 1. Cor. 12. 12, & 27, & Eph. 1. v. 22. & 4. 15. & 16. Nunc accedit Paulus ad peculiarem Christi dignitatem, qua videlicet caput est Ecclesiæ. Nam quæ dixit ad res omnes conditas referuntur, sine vlla prorsus exceptione: ista verò quæ dicturus est, solos electos cōplectuntur, in quibus solis verè eminet Dei bonitas & verum Christi regnum. ¶ *Principium, ἀρχή*, vel primitiæ. i. *ἀπαρχή*, vt sit allusio ad primitias quarum oblatio totam massam sanctificabat. vt 1. Cor. 15. 20. Vtcunque autem accipias principij nomen, explicatur eo quod statim subiicitur: quia de Christo, vt Ecclesiæ capite (i. Deo & homine) agitur: adeo quidē vt nonnulli coniūctim legerint *ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν*, principiū primogenitū ex mortuis. Malim tamen ego subaudire copulam in epexegesin cum Syro interprete, vel ob eam causam quòd post *ἀρχή* in omnibus codicibus addatur distinctio.

¶ *Primogenitus ex mortuis, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν.* Id est, is qui primus à mortuis ad vitæ æternæ possessionem resurrexit, quod est noui seculi, in quo Filij Dei sumus, reale (vt vulgo loquuntur) initium. Nam tum demum Christi caro (cuius vnius respectu dici potest resurrexisse, quāuis qui resurrexerit Deus & Homo sit) plenè est glorificata, quum antea Deitas Filij quanuis illi carni ab ipso momento conceptionis hypostatica vnione coniuncta, tamen nonnisi per gradus ad dispēsandam nostram salutem, vim in illa suā exereret. Dicitur ergo primogenitus ex mortuis, tum quia primus (vti dixi) resurrexit, vt nunquam moriturus: deinde quòd verè sit Filius, nos autem per adoptionem fratres: postremò, quòd resurrexit vt nos eum sequeremur. ¶ *Inter omnes, ἐν πᾶσι*, videlicet fratres, vt Rom. 8. 29. Nam potest quidem hoc accipi neutro genere, quum in proximo versiculo scribas *τὰ πάντα*: sed meminerimus, quanuis vera etiam hæc sit vniuersalis sententiā, Christum inter omnia sine vlla exceptione eminere, tamen de Christo in Ecclesia regno Apostolum cœpisse ab hoc versiculo disserere: quod nemo negabit qui verba ipsa vel leuissimè considerarit: ac proinde vniuersali particula non aliud comprehendi quàm omnes omnium temporum fideles, in vnum corpus in Christo capite partim aggregatos, partim etiam ad vltimum vsque diem aggregandos.

19 *Omnis plenitudo, πᾶν τὸ πλήρωμα.* Hoc nomine nonnulli Ecclesiam ipsam intelligunt, quæ sic vocatur Ephesiorum 1. 23, & quodammodo inhabitat in Christo, vt & Christus in ea, propter summam capitis & corporis coniunctionem. Alij verò ad Deitatem hoc referunt: (sic enim infrà loquitur 2. 9) adeò quidem vt nonnulli etiam addant *τῆς θεότητος* (id est deitatis) nomen, hoc etiam in loco, inter quos est Cyrillus, tractatu de fide ad Reginas. Mihi verò longè simplicissima & appositissima videtur eorum expositio, qui hunc locum comparant cum Ioann. 1. 16, & 3. 34. & 35. vt plenitudinis nomine significetur cumulatissima omnium diuinarum rerum copia, quam scholastici Gratiam habitualem, à gratia vnionis distinctam, appellant, ex qua in Christo, tanquam inexhausto fonte, omnes gratiæ in nos pro cuiusque membri modulo deriuentur. Itaque additus est articulus vt de certa quadam plenitudine agi intelligamus, ea nimirum quæ ex capite in corpus diffunditur. Plenitudinem autem dicere malui quàm perfectionem, quanuis in hac significatione non videatur illa vox à Latinis vsurpari, partim nequid innouarem in tam variis sententiis interpretum, partim quòd perfectionis nomen sit ambiguum. Quod autem Castellio hunc locum conuertit, *Quoniam per eum visum est Patri omnem rerum vniuersitatem habitare*, prorsus est absurdum. Quorsum enim hæc Dei inhabitatio? quorsum mentio vniuersitatis rerum? Nam res ipsa clamat Apostolum de sola Ecclesia hic agere, vt etiam 1. Corinth. 15. 18. Ephes. 1. 10, & 4. 6. & 10. Deinde vniuersitas rerum nomine *τὸ πλήρωμα* non significatur, nisi addito aliquo nomine, ex quo id possit intelligi. Certè tale quiddam garriunt Libertini, tale quiddam etiam post Manichæos impius Seruetus & Postellus, de Dei substantiæ per omnia diffusione, somniarunt.

Καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.	20	9 Et vt pace per sanguinem crucis eius facta, per eum recōciliaret omnia sibi, per eum, *inquam*, tum quæ in terra, tum quæ in cælis.	20	*Et per eum reconciliare omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terrenis siue quæ in cælis sunt.*
Καὶ ὑμᾶς ποτε ὄντας ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς, τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν.	21	10 Itaque vos quum eratis quondam abalienati, & hostes, mente operibus malis *intenta*, nunc sanè reconciliauit:	21	*Et vos quum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliauit.*
Ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ.	22	In corpore illo carnis suæ, per mortem: vt sistat vos sanctos & inculpabiles & irreprehensibiles in conspectu suo.	22	*In corpore carnis eius per mortem: exhibere vos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso:*

9 Iam docet quomodo sit Christus illo munere sibi à patre imposito defunctus, morte n crucis videlicet, (id est cum maledictione Dei coniuncta) ex ipsius decreto subiēs, vt hoc sacrificio omnes tum qui in venturū ipsum credente, iam sub hac spe in cælis erāt collecti, tū qui in eum exhibitū deinceps crederent, Patri reconciliaret. Sic autem describitur ab Apostolo iustificatio, vna eáque præcipua beneficij Christi pars.

10 Alterum opus Dei in nobis per Christum est sanctificatio, quum nos videlicet qui Deum pessime oderamus, & toti vltrò in vitia ferebamur, sic in bonam Patris gratiam restituit, vt simul sancto suo Spiritu nos purificet, ac Iustitiæ consecret.

---

20 *Vt pace facta, εἰρηνοποιήσας.* Vulgata & Erasmus, *εἰρηνοποιεῖν* transitiuè interpretantur Pacificare, & cōiungunt cum *εἴτε τὰ*, &c. Ego verbum istud transitiuè positum pro *εἰρηνοποιοῦντες* nusquam legi, ac proinde *εἴτε τὰ* construxi cum verbo *ἀποκαταλλάξαι*, mutata collocatione verborum, vt perspicuitati studerem, vt quum *τὰ πάντα* dixerit Apostolus, nunc addat illius vniuersitatis distributionem, in ea quæ sunt in cælis, & ea quæ sunt in terris. ¶ *Per sanguinem crucis eius, διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ.* In Claromontano & alio manuscripto codice legitur *τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ*, Per crucem eius. ¶ *Omnia, τὰ πάντα.* Id est, Vniuersam Ecclesiam, quam & alibi Mundum simili dicendi genere appellat, vt 2. Cor. 5. 19. De hac enim agitur, vt diximus Eph. 1. 10. ¶ *Sibi, εἰς αὐτόν.* i. *ἑαυτῷ*, vt 2. Cor. 5. 19 Respondet enim præpositio *εἰς* literæ Hebræorum ל, vt aliquoties iam annotauimus. Vulg. *In ipso*, idque perperam: quum præcesserit *δι' αὐτοῦ*, Per eū, & in omnibus emendatis libris veteribus scriptum sit *εἰς αὐτόν*. Eras. *Ergà se*: rectè quidem, sed inusitatè. ¶ *Per eum, [inquam] δι' αὐτοῦ.* Hoc explico per epanalepsin, quod alioquin est expungendum, quum præsertim in Claromontano codice, & aliis duobus peruetustis non legatur. Græca autem scholia *εἰρηνοποιήσας* connectunt cū versiculo 18, & *δι' αὐτοῦ* legunt pro *δι' ἑαυτοῦ*, i. Per se. ¶ *Tum quæ in terra, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.* Vide Ephes. 1. 10.

21 *Itaque, καί.* Καί pro οὖν vel ὥστε, vt alibi sæpe annotauimus, ex Hebræorum idiotismo. Nunc enim Paulus à thesi ad hypothesin descendit, i. generalem doctrinam peculiariter applicat Colossensibus, nonnulla interim permiscens quæ pertinent ad auctoritatem doctrinæ suæ conciliandam. ¶ *Abalienati ἀπηλλοτριωμένους.* Vide Ephes. 2. 12. ¶ *Mente operibus malis [intenta,] τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς.* Hanc veram esse sententiam huius loci puto, siue hostes accipiamus passiuè, quòd Deo essent exosi, siue actiuè, quòd Deum odissent. *Διάνοιαν* igitur vocant præstantissimam animi facultatem, eam videlicet qua cogitamus & ratiocinamur: & ibi veluti sitam fuisse docet harum inimicitiarum arcem, vnde postea omnis generis scelera eruperint, tantum abest, vt aliquid in homine rectum fuerit. Ambrosius & Hieronymus *διανοίᾳ* ad Deum referunt. Sic enim vertit Ambrosius, *Et inimicos consiliorum eius in operibus malis*, Hieronymus autem in epistola ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, *Et inimici sensus eius.* Legerunt enim *τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ*, vt scriptum reperi in Claromontano codice: & Tertullianus disertè exprimit nomen *τοῦ Κυρίου*, sic locum istum interpretans in libro de resurrectione carnis, *Alienatos, & inimicos sensibus Domini, quum in operibus pessimis agebamus.* Aliam interpretationem proponit Erasmus in annotationibus, nempe vt, *τῇ διανοίᾳ*, conuertamus tertio casu, Menti, hoc modo, Inimici, sed cui? nempe Menti. Etenim qui carni seruit, repugnat rationi. Hæc ille, sententia Apostoli non modò non expressa, sed etiam, prorsus deprauata. Statuit enim mentem siue rationem carni resistere, etiam in non regeneratis, sicut philosophi in Ethicis disputant *περὶ τοῦ τῆς ψυχῆς λογικοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου*. At contrà Paulus, totáque adeò Scriptura, vix quicquam maiore contentione clamat, quàm in ratione ipsa corruptionem illam natiuam potissimum regnare, quę etiam propterea Carnis appellatione in primis comprehenditur, vt exposuimus Rom. 6. 12. & apertè dicitur Rom. 8. 7. Ephes. 4. 17. & 18 & infrà 2. 18. Ephes. 2. 3. & aliis innumerabilibus locis. Quod enim Mens siue Spiritus Deo seruit & Carni reluctatur, donum est Gratiæ in solidum, non naturæ. Ephes. 1. 18. & 4. 23. 1. Ioann. 5. 20. Itaque hanc interpretationem apertè vt falsam repudio. Vulgata, *Inimici sensu, in operibus malis.* Erasmus, *Inimici mente, in operibus malis.* Ego verò studui perspicuitati. Videtur tamen Terentius hoc ipsum dicendi genus vsurpasse, quum apud eum diceret seruulus, *Iamdudum est animus in patinis.* Sed & sic verti locus iste potest non incōmodè, *& hostes mente, per opera mala*, quàm sententiam sequutus est Syrus interpres.

¶ *Nunc sanè, νυνὶ δέ*, pro δή, vt sæpe apud Platonem. Alioquin hærebit sentētia, nisi malimus *ἀνακόλουθον*, qua de re pluribus doctissimus Budæus in Comment. ¶ *Reconciliauit, ἀποκατήλλαξεν.* De Patre prius loquutus, nunc de Filio loquitur, vt apparet ex eo quod de corpore & morte subiicitur. Legitur enim *αὐτοῦ* in codicibus emendatis.

22 *In corpore illo carnis, ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ.* Id est, carneo. Additur autem corpori epitheton, non quòd aliud aliquod corpus olim habuerit Christus, aut nunc habeat, sed vt hoc corpus sciamus minimè aut fuisse aut esse ima-

ginarium, sed verè humanum, & nostrorum corporum, quod ad οὐσίαν attinet, prorsus simile. Quod autem attinet ad infirmitatem, (quæ & ipsa significatur Carnis appellatione) fuit quidem illi potius etiam obnoxiū Christi corpus, excepto duntaxat peccato, sed ipsius resurrectione fuit terminata: quemadmodum etiam in nobis, qui illius sumus participes, nostra resurrectione finietur, vt copiosè exposuit Apostolus 1.Cor.15.

¶ Per mortem, διὰ τοῦ θανάτου. Mortis meminit quæ est eius obedientiæ colophon, qua voluntatem Patris, id est omnem iustitiam impleuit: & simul pœnas nostris tum vitiis tum peccatis debitas perfectissimè persoluit: vt hic locus planè perspicuam nobis exhibeat gratuitæ imputatæ Iustitiæ distributionem.

¶ Vt sistat vos, παραστῆσαι ὑμᾶς. Hîc habemus veram Iustitiæ Dei siue Christi descriptionem: cuius imputatione non modò absoluimur, sed etiam ius adepti vitæ æternæ, in ipso nunc gloriamur, & suo tempore glorificabimur. Possumus tamen hoc ad inchoatam etiam in nobis Sanctificationem referre. Sed mihi videtur illa expositio magis genuina. Alioquin sciamus his epithetis ornari nostram iustitiam, non vt esse perfecta significetur coram Deo, (fuit enim illud quod scriptum est Psal.143.2, & Rom.3.2.) sed vt à fucata & adulterina distinguatur.

11 Secunda huius epistolæ tractatio, qua exhortatur Colossenses vt ab hac doctrina nullo modo se dimoueri patiantur, declarans nullū aliud vsquam esse verum Euangelium. Rom.16.25 ephs.3.9 2.tim.1.10 tit.1.2 1.pet.1.20

12 Auctoritatē huic doctrinæ conciliat etiā ex suo apostolatu cuius certam approbationem ex suis afflictionibus sumit, quas pro Christi nomine sustinent, vt Ecclesias istis quoq. patientiæ exēplis erudiat.

23 Εἴγε ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, καὶ μὴ μετακινούμενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ εὐαγγελίου οὗ ἠκούσατε, τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν, οὗ ἐγενόμην ἐγὼ Παῦλος διάκονος·

11 Siquidem permanetis in fide fundati & stabiles, nec dimouèmini à spe Euangelij quod audistis, Euangelij inquā prædicati toti creato mundo qui sub cælo est, 12 cuius factus sum ego Paulus minister:

23 Si tamen permanetis fide fundati & stabiles, & immobiles à spe Euāgelij quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister:

24 Ὃς νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία·

Qui nunc gaudeo de iis quæ patior pro vobis, & reliquias afflictionum Christi vicissim expleo in carne mea, pro corpore ipsius, quod est Ecclesia:

24 Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia:

25 Ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ·

13 Cuius Ecclesiæ factus sum minister ex dispēsatione Dei, quæ data est mihi erga vos, ad implendum Dei sermonē:

25 Cuius factus sum ego minister, secundum dispensationem Dei quæ data est mihi in vos, vt impleam verbum Dei:

26 Τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, νυνὶ δὲ ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ,

Nempe mysterium illud quod absconditum fuit à seculis & ætatibus, nunc autem factum est conspicuum sanctis eius,

26 Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus: nunc autem manifestum est sanctis eius,

12 Aliam sui Apostolatus approbationem profert, nempe quòd Deum habeat eius auctorem à quo etiam peculiariter sit designatus Gentium Apostolus, vt hoc modo per ipsum impleatur quod Prophetæ de Gentium vocatione prædixerant.

23 *Toti creato mundo,* ἐν πάσῃ τῇ κτίσει. Id est, vniuersis hominibus, siue in toto orbe, quacunque patet, vt Mar.16.15. Simpliciter autem Apostolus hac formula significat Euangelium non terminari vnius Iudææ angustiis, sed fulguris instar, ab Oriente ad Occidentem, denique per totum orbē inter quasuis Gentes micare. Agit enim de Gentium vocatione, cuius ipse fuerit mirificum quoddam præ cæteris organum. Itaque inepti sunt qui percontātur ecquid eo tempore ad antipodas aut nouum orbem peruenisset Apostolorum prædicatio. Procul certè iam peruenerat odor Euangelij, quum hæc Paulus ex vinculis scriberet: sed ad huc durat dies ille hodiernus de quo loquitur David Psal.95.7. ¶ *Quæ sub cælo est,* τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Pleonasmus quidem est, vt diximus Act.4.12. sed cuius maxima sit emphasis. Similem formulam loquendi apud Homerum inuenias, quum inquit,

Ἀλλ' ὑπ' ἠελίῳ τε καὶ οὐρανῷ ἀστερόεντι
Ναιετάουσι πόληες ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, &c.

24 *Qui nunc gaudeo,* ὃς νῦν χαίρω. Sic restituo hunc locum ex Claromontano codice & Vetere Latino interprete, ne hiet sententia, & animaduerti Paulum tum in hac epistola, tum in ea quam scripsit ad Ephesios, perpetua quadam oratione periodos inter se connectere, quem orationis characterem Græci ἀνειμένον vocant. ¶ *Pro vobis,* ὑπὲρ ὑμῶν. Id est, vestro commodo ac fructu. Potest autem hoc coniungi vel cum verbo χαίρω, gaudeo vel cum παθήμασι, quasi scriptum sit τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν, in quam sententiam potius inclino, propter illa quæ in hoc extremo versiculo subiiciuntur. Sed Theodoritus περὶ προνοίας lib.10. legit ὑπὲρ Χριστοῦ, pro Christo. ¶ *Reliquias afflictionum Christi,* τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ. Id est, quòd superest afflictionum Christi. Christo enim semel passo in sese, (cuius vnius liuore sanati sumus) superest vt in suis etiam membris affligatur: non vt Ecclesiam redimat, quam sanguine suo iam sibi acquisiuit, & semel vna oblatione in æternum sanctificauit: sed vt virtutem suam in quotidiana suorum infirmitate exerat: denique pro totius corporis consolatione ac salute, vt mox dicemus. Hoc est igitur quod toties ait Apostolus: nos videlicet Christo συμπάσχειν, id est, eum habere ærumnarum nostrarum socium, ac proinde vindicem. Ideo etiam clamabat è cælo, *Saule, Saule, quid me persequeris?* Quā vocem proculdubio probè retinuerat Apostolus. Vulgata, *Ea quæ desunt afflictionum Christi.* Eras. *Quod deerat afflictionū Christi.* Eas verò interpretationes idcirco reieci quòd ex his videam blasphemos nonnullos occasionem arripuisse, sanctorum (quæ vocant) merita, atque adeo nostras etiam quas appellant satisfactiones cum sanguine Christi cōiungendi, quasi ad Christi satisfactionem aliquid præterea de nostro requiratur. ¶ *Pro corpore ipsius,* ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Quo modo hoc sit accipiēdum traditur copiosè 2.Cor.1.5. & 6. Item 4.6. & 15. Quòd si impuri illi canes, qui Christo alios adiungunt collegas, ipsi Paulo optimo suiipsius interpreti non credunt, credant saltem Leoni primo, quem ipsi inter Papas suos numerant. *Accepêre,* inquit, *iusti non dederunt coronas: & de fortitudine fidelium nata sunt exempla patientia, non dona iustitiæ.*

25 *Ad implendum sermonem,* πληρῶσαι τὸν λόγον, &c. Sermonem Dei vocat promissiones, partim de Christo in genere, partim de vocatione Gentium. Eas igitur Dominus præstitit misso ad Gentes Apostolo, qui Christum eis patefaceret.

26 *Factum est conspicuum,* ἐφανερώθη. Si hanc scripturā sequamur erit anacoluthon, perinde ac si pro ἀποκεκρυμμένον scriptum fuerit ὃ ἀπεκέκρυπτο. Itaque malim ex Claromontano codice legere φανερωθὲν. ¶ *Sanctis eius,* τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. i. quos ipse in Christo consecrandos sibi selegit. Mysterium autem, i. arcanum redemptionis nostræ, dicit absconditum fuisse à seculis, vel ætatibus, i. iampridem & ab omni æuo, paucis admodum exceptis, qui & ipsi extraordinem hoc didicerunt per gratiam: vel, absconditum omnium seculorum & ætatum hominibus, vt solet construi apud Hebræos verbum נכחד [nichchad.]

27 Voluit

27 Οἷς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν, ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης·

Quibus voluit Deus notum facere quæ sint illæ diuitiæ gloriosi huius mysterij inter Gentes, qui est Christus inter vos, spes illa gloriæ.

27 Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ.

28 Ὃν ἡμεῖς καταγγέλλομεν, νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον, καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον ἐν πάσῃ σοφίᾳ, ἵνα παραστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·

14 Quem nos annuntiamus, admonendo quosuis, & quosuis docendo cum omni sapiētia, vt quosuis sistamus perfectos in Christo Iesu.

28 Quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominē, & docentes omnem hominē in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominē perfectum in Christo Iesu.

29 Εἰς ὃ καὶ κοπιῶ, ἀγωνιζόμενος κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἐμοὶ ἐν δυνάμει.

Ad quod etiam laboro, decertans secundum vim illā efficacem ipsius agentem in me potenter.

29 In quo & laboro, certando secundum operationem eius, quam operatur in me in virtute.

14 Testatur se fideliter suo Apostolico munere passim defungi, vt quid ad vnū Christum homines adducat, Domino ipsius laborib. copiosissimè benedicente.

Κεφάλαιον β.

Cap. II.

1 Θέλω γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ὅσοι οὐχ ἑωράκασι τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκί·

1 Velim enim vos scire quantum certamen sustineam pro vobis & iis qui *sunt* Laodiceæ, & quotquot non viderūt faciem meam in carne:

1 Volo enim vos scire qualem solicitudinem habeam pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne:

2 Ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ, καὶ εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ τοῦ Χριστοῦ.

2 Vt consolationem accipiāt eorum corda, ipsis charitate compactis; & omni opulentia plenè certioratæ intelligētiæ, ad agnitionem mysterij Dei ac Patris, & Christi:

2 Vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei & Patris, & Christi Iesu:

3 Ἐν ᾧ εἰσὶ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι.

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac notitiæ absconditi.

3 In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.

4 Τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ.

3 Hoc autem ideò dico vt nequis vos falsò ratiocinando fallat, sermonis probabilitate

4 Hoc autem dico vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.

1 Occupatio, quòd nec Colossenses, nec Laodicenses inuiserit, non factū vlla negligentia, & se tantò magis de illis esse solicitum.

2 Breui concludit summam superioris doctrinæ, quòd videlicet certæ sapientiæ & cognitionis Dei vel reconditissimæ summa omnis sit in vno Christo, cuius hic sit vsus, quòd ad homines attinet, vt mutuā charitate compacti, in tanti boni cognitione fœlices cō-quiescant, tantisper dum eo plenè perfruantur. 3 Transitio ad sequentem tractatum aduersus Christianismi corruptelas.

27 *Voluit,* ἠθέλησεν. Ita inicit Paulus frænum curiositati hominum, qui in Dei beneplacito non acquiescentes Deo respōnsant. ¶ *Quæ sint diuitiæ,* τίς ὁ πλοῦτος. i. quæ sit amplitudo, ex idiotismo Hebræorum. Et hîc rursum miror quosdam non fabricare octauum aliquod sacramentum, quum sacramenti voce vtatur hoc etiam loco Vetus interpres, vt Eph.5.32. potest autem etiam τῆς δόξης, proximè adiungi cū πλοῦτος, hoc modo, *quæ sint gloriosæ illæ diuitiæ huius mysterij.* ¶ *Qui est Christus inter vos,* ὅς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν. Vulg. *Quod est Christus in vobis.* Legit enim ὅ ἐστι, quod videlicet mysteriū est Christus, vtpote Euangelicæ doctrinæ subiectum, vt in scholis loquuntur, adæquatum. Eras. *Qui est Christus in vobis:* quū ἐν ἔθνεσι conuerterit *Inter Gentes,* & generalem doctrinam accommodet Paulus Colossensibus, ideóque ἐν ὑμῖν simili prorsus ratione sit explicandum. Diximus autem de hac constructione relatiui, Ephes.3.13. Annotat Eras. quosdā cod. habere εἰς ὑμᾶς, *apud vos,* vt legit etiā Syrus interpres.

28 *Quosuis,* πάντα ἄνθρωπον. Non temerè est quod Paulus ter hoc ingeminat, vt omne gentium discrimen sublatum ostendat. ¶ *Omni,* ἐν πάσῃ. i. integra & absoluta, quæ nimirum & absoluta sit in sese, & suos sectatores tandem perficiat in altero Christi aduentu.

29 *Potenter,* ἐν δυνάμει. Ad verbum, *Cum potentia,* ex Hebræorum idiotismo Vulg. *In virtute.* Eras. *Per virtutem.*

IN CAPVT II.

1 *Quantum certamen sustineam,* ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω. Vul. & Eras. ἀγῶνα vertūt *solicitudinem,* non satis expressè. vt etiam 1.Thess.2.2. Neque enim dubiū est quin Satan pias istas Apostoli cogitationes totis viribus impedierit: quamobrem etiam à re militari sumpta est translatio. ¶ *Laodiceæ,* ἐν Λαοδικείᾳ. Multæ sunt hoc nomine ciuitates: hîc verò puto eam significari quæ Hierapoli & Colossis fuit vicina, & Lyco flumini imposita. Nam etiā in vno vetusto cod. additum est καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει, & eorum qui sunt Hierapoli. ¶ *Faciē meā in carne,* τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκί. i. me corpore præsentē.

2 *Eorum,* αὐτῶν. Eorum videlicet quos non viderat, ac de quibus proinde magis laborabat: inter quos erant etiam ipsi Colossenses, vt potius dicendum fuisse videatur ὑμῶν, vestrūm sed Hebræis non sunt duræ istæ mutationes personarū.

¶ *Plenè certioratæ intelligentia,* τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, eius intelligentiæ quæ à SpirituSancto profecta, Rom.8.6. & 1. plenam & certam persuasionem in nostris animis gignit. Opponit enim τὴν πληροφορίαν, i. plenam (vt ita dicam) certiorationem, cæteris omnibus hominū iudiciis, qui rationibus humanis edocti, hoc vel illud de Dei natura, voluntate & cultu tantùm opinantur. Deinde quæ sit illa intelligentia explicat: nimirum mysterij Euangelici cognitio, in quo nobis Deus vt Pater in Christo cognoscendus proponitur. Sed de nomine πληροφορίας plura diximus Luc.1. Vulg. *Plenitudinis intellectus,* quasi πλήρωμα & πληροφορία sint synonyma. Eras. *Certè persuasionis intelligentiæ:* obscurissimè. Est autem in his verbis Hebraica Hypallage, pro τῆς συνέσεως πληροφορηθείσης, de qua vide Ephes.1.14 & Act.5.20.

¶ *Dei & Patris Christi,* τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ Χριστοῦ. Sic legunt nostri Græci codices. Quidam maluerunt legere Θεοῦ πατρὸς *Dei Patris,* fortassè veriti ne duæ personæ viderentur significari, si καὶ interponeretur. frustra id quidem, vt ostendit articulus τοῦ. Ambrosius autem legit τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ, *Dei in Christo.*

3 *Sapientiæ & cognitionis,* τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως. Articuli additur præstantiam significant certę cuiusdam sapiētię ac cognitionis. Sit ergo hæc aduersus omnes cauillatores firmissima ratio extra Christum nullam esse veram sapientiam. Vide suprà, 1.9.

4 *Sermonis probabilitate,* πιθανολογίᾳ. i. oratione ad persuadendū comparata: quò etiā propriè spectat verbū παραλογίζεσθαι. Cic.4. Acad. *Certè tā multa non collegisset quæ nos fallerēt probabilitate magna, nisi videret his resisti non facilè posse.* Talis illa est falsa logice & rhetorice κολακευτική, ad quiduis persuadendū cōparata, cuiusmodi sermonū artifices bonas disciplinas omnes corruperunt, & resp. perdiderunt. Nam alioqui verę tum Logices tum Rhetorices rectū vsum quis, nisi peruersissimi ingenij homo, damnarit? Rectum autē vtriusque illius præstantissimæ disciplinæ vsum in rebus diuinis non est cur ab alio, quàm ab ipso Apostolo, petamus, quo nemo neque certiore methodo, neque solidioribus adhibitis argumentis, neque diuiniore δεινότητι, cælestem illam doctrinam asseruit, Vide Iac.1.22.

Cor. 5. 3

5 Εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι, χαίρων καὶ βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν, καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν.

5 ‖Etsi enim corpore absum, spiritu tamen sum vobiscum, gaudens & videns vestrũ ordinem, & soliditatem vestrę in Christum fidei.

5 *Nam si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens, & videns ordinem vestrum & firmamentum eius quæ in Christo est fidei vestræ.*

6 Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε·

6 Sicut igitur accepistis Christum Iesum Dominum, *ita* in eo ambulate.

6 *Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum, in ipso ambulate:*

7 Ἐρριζωμένοι καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει, καθὼς ἐδιδάχθητε, περισσεύοντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ.

7 Radicati & superstructi in eo, ac confirmati fide, sicut edocti estis, exundantes ea cum gratiarum actione.

7 *Radicati & superædificati in ipso, & confirmati fide, sicut & didicistis, abundantes in ea in gratiarum actione.*

8 Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν.

8 4 Videte nequis sit qui vos deprędetur per philosophiam & inanem seductionem 5 secundùm traditionem hominum, 6 secundùm rudimenta mundi, 7 & non secundùm Christum.

8 *Videte nequis vos decipiat per philosophiã & inanem fallaciam secundũ traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum.*

9 Ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς·

9 8 Nam in eo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.

9 *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter.*

4 Corruptelas omnes ad tres species reuocat. Prima est quæ ex speculationibus curiosis, & tamen subtilis cuiusdam sapientiæ speciem referentibus, exoritur. 5 Secunda, quæ est manifestè superstitiosa & inanis, & sola consuetudine fictisque enthusiasmis nititur. 6 Tertia species, eorum erat qui mundi rudimenta (id est Legalem cultum) cum Euangelio coniungebant. 7 Vniuersalis confutatio omnium corruptelarum hæc est, quòd falsam religionem esse necessariò oporteat quæ Christo quicquam adiicit. 8 Ratio, quia vnus Christus Deus & homo perfectissimus est, & supra omnia excellentissimus, vt qui illum habet, nihil ampliùs possit requirere.

5 *Corpore*, σαρκί. Vulg. & Eras. *Carne*, quod videtur obscurius hoc in loco. ¶ *Ordinem*, τάξιν. Intellige disciplinam Ecclesiasticam, sicut πίστιν vocat doctrinam ipsam ex quib. veluti generalibus partibus constat Ecclesia, sed ita vt doctrina sit totius ædificij στερέωμα, id est, fulcimentum.

6 *Sicut*, ὡς. Non est igitur sine distinctione standum iis quæ à maioribus accepimus, sed in eo Christo quem Apostoli tum prędicarũt voce, tum suis scriptis depinxerunt. vt solo γνησίῳ nobis perstandum. Deinde non aliter est ille in Ecclesia annuntiandus, quàm sicut fuit per Apostolos promulgatus, à quibus, & ipsæ res quæ docentur, & docendi quoque forma petenda.

7 *Radicati*, ἐρριζωμένοι. Erasmus. *Sic vt radices habeatis in illo fixas*. Vtuntur tamẽ illo verbo idonei auctores, Plinius & Columella. ¶ *Superstructi* ἐποικοδομούμενοι. Participium Græcum præsentis est temporis, vt significetur hanc hominum exstructionem successiuè fieri quod aiunt. De hoc autem ædificio vide Ephes. 2. 21.

8 *Qui deprædetur*, ὁ συλαγωγῶν. Verbum militare: quod significat [illegible] prædam abigere. Vulgata, *Decipiat*: non expressa sententia, [illegible] quanuis ita citet hunc locum aliquoties Augustinus: & Tertull. de præscript. vtatur verbo *circumueniendi*. Videtur autem mihi Apostolus alludere ad pseudapostolorum fraudes. ¶ *Per philosophiam*, διὰ τῆς φιλοσοφίας. Quod de Lege sæpe iam diximus, & iterum hoc in loco obseruandum est, idipsum est de Philosophia existimandum. Neque enim simpliciter damnatur ab Apostolo (qui princ pius cũ vera philosophia communibus sæpe vtitur, & methodum quàm accuratissimè obseruat,) sed κατά τι, quatenus nimirũ illa sese intra fines suos non continet, nec ad gloriam Dei fertur, sese denique verbo Dei regi non sinit. Est autem hic locus diligentissimè obseruandus, in quo omnium falsarum religionum formæ ad tres species reuocantur. Prima est, quę ex speculationibus curiosis, & tamen reconditæ cuiusdam sapientiæ speciem habentibus, oritur: cuiusmodi est ἀγγελολατρεία, ex Trismegisti, Platonis, Plotini, Porphyrij, Iamblici, & similium commentis: ad quod etiam genus referenda est maxima Scholasticæ ματαιολογίας pars, quæ Euangelium cum plurimis Aristotelis & Auerrois, & similium placitis permiscet. Alteram vocat Apostolus Traditionem hominum, quæ tota est humanæ vanitatis partus, tota videlicet inanis ac manifestè superstitiosa, sita in rebus externis, & plerunque etiam apertè stultis & ineptis, sola nitẽs consuetudine, & fictis enthusiasmis, accedente postea dæmonum efficacia: cuiusmodi est ferè totus Papisticus cultus, ac præsertim Monastica illa perfectio, quam vocãt. Tertia species tum erat illorum qui Iudaismum (quẽ vocat Apost. elementa mundi, rudimenta, Mosaicos ritus) cũ Christianismo permiscebãt: à quibus etiam orta est magna Papisticarum ceremoniarum pars, veteribus Episcopis ista Pauli verba non satis attentè considerantibus.

¶ *Secundùm rudimenta mundi*, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. Paulus metaphora, tum à Grammaticis, tum à Physicis sumpta, στοιχεῖα vocat cultum illum omnem externum & ceremonialem, per quem Deus post hominis lapsum agnosci & coli, quasi à rudi quadam inchoatione exorsus voluit, adiunctis etiam postea Legalis Mosaici cultus vmbris, donec ad plenum Euangelicæ lucis fulgorem, & exhibitis reipsa, quæ per vmbras illas significata promittebantur, illa quoque externa euanescerent. Ineptè igitur à nonnullis de quatuor illis mundi elementis hoc loco disseritur: & propterea στοιχεῖα malui, *Rudimenta*, quàm *Elementa* interpretari.

9 *Omnis plenitudo Deitatis*, πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος. Apostolus ab hypothesi ad thesin quęstionem reuocat. Quũ falsos aliorum cultus quærant homines, quòd Christum vnum sufficere nõ arbitrentur, opponendus est illis Christus qualis est reipsa, nempe ita verus homo vt sit verus Deus, & ita iunctis naturis vt vnus sit Christus, in quo vno perficimur. Illustris est igitur hic locus, si quisquam alius, & paucissimis verbis complectens, quicquid de Christi persona nobis sentiendum est. Quum enim inquit ἐν αὐτῷ, in eo, manifestè in vnica hypostasi duas naturas statuit & quidem distinctas: & quum ait κατοικεῖ, vnionem declarat minimè temporariam, sed perpetuam, vt diximus Matth. 2. 23. Quamobrem etiam non scripsit κατῴκησεν, inhabitauit: sed κατοικεῖ, inhabitat, tempore videlicet præsenti. Præterea non dicit τὴν θειότητα, id est, Diuinitatem, sed τὴν θεότητα, id est, Deitatem, vt magis etiam expressè loquatur. Quanuis enim τὸ θεῖον & ὁ Θεὸς sæpe synonyma sint, & Diuinitatis nomine consueuerit naturæ ipsi diuinæ significandæ adhiberi, tamen nouorum Eutychianorum prauitas huc nos adigit, vt hęc duo discernamus, quòd ἡ θειότης, id est, diuinitas, attributa, & quidem in iis, qui propterea diuini vocãtur creata potiùs quàm diuinã naturam essentialiter declaret: quamobrem etiam vsurpare malui parum alioqui Latinum nomen Deitatis quàm de sententia Apostoli quicquam detrahere. Sed & quanuis Deus non possit aliter quàm integer & in sese perfectus concipi, tamẽ prospiciens Paulus Arianorũ & aliorũ hæreses qui secundarium Deũ erant annũtiaturi, nõ scripsit simpliciter τὴν θεότητα sed πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος (id est, omnem plenitudinem Deitatis) in Christo habitare: vt iam nulla sit causa cur filius Patre minor censeatur, vel hypostases cum οὐσίᾳ confundantur. Postremò plenè explicat istius Habitationis mysterium, addens aduerbiũ σωματικῶς, Corporaliter: vt significet, non ex virtutis nudè communicatæ efficacitate, (sicut in Prophetis & sanctis omnib. dicitur Deus habitare) nec sacramentali & σχετικῇ coniunctione, (qua ratione petra dicitur fuisse Christus, & Deus in tẽplo & in medio populi sui habitasse) sed sub

so substantiali siue ipsarum naturarum hypostatica vnione (quam vocant) sancitam esse hanc coniunctionem, vt ipsa verbi persona & Humanitas in illa subsistens, vnicum sint ὑφιστάμενον, sicut homo ex anima & corpore constat hypostaticè coniunctis, quanuis per omnia nõ respondeat tanto mysterio hæc similitudo. Itaque non satis est expressa eorum sententia, qui aduerbium σωματικῶς opponunt duntaxat ceremoniarum vmbris: nisi dicamus corpus, id est [illegible] am signatam cum signis conferri, vt mox versu 17 non a[illegible] te[illegible] [illegible]ecta cum signis veteris fœderis. Nec enim assentior Chrysostomo, qui in homilia de Spiritu sancto, illud non de ipsarum naturarum reali vnione, sed de donis & effectis Spiritus sancti interpretatur. Malui autem ego ad verbum explicare totum hunc locum, quàm magis Latinas voces consectando, non omnia exprimere.

10 Καὶ ἐστὲ ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας·

10 Et estis in eo completi qui est caput illud omnis Imperij ac Po[illegible]atis:

10 *Et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis:*

11 Ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ·

11 [illegible] quo etiam circuncisi e[illegible] ‖circuncisione quæ fit sine manibus, exuendo corpus peccatorum carnis, per circuncisionem Christi:

11 *In quo & circuncisi estis circuncisione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, in circuncisione Christi:*

12 Συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν.

12 10‖ Ei consepulti per Baptismum, 1 per quem etiam cum eo suscitati estis per fidem efficacis illius virtutis Dei, qui excitauit eum ex mortuis.

12 *Consepulti ei in Baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis.*

13 Καὶ ὑμᾶς νεκροὺς ὄντας ἐν τοῖς παραπτώμασι καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, συνεζωοποίησε σὺν αὐτῷ, χαρισάμενος ὑμῖν πάντα τὰ παραπτώματα·

13 12 ‖Vósque mortuos in offensis 13 & præputio carnis vestræ, cum eo viuificauit, vobis condonatis omnibus offensis:

13 *Et vos quum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta:*

14 Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγρα-

14 14‖ *Ac* deleto quod aduersum

14 *Delens quod aduersus*

9 Iam peculiariter aduersus tertiam speciẽ agit, i. aduersus eos qui Iudaismum vrgebant: ac primùm quidem Circuncisione carnis nobis opus esse negat, quũ absque ea simus Christi virtute intus circuncisi.

Rom. 2. 29
Rom. 6. 4
ephes. 1. 19
Ephes. 2. 1
Ephes. 2. 15

10 Occupatio, Ne signo quidem externo nobis opus esse vt Patribus, quum iam Baptismum habeamus interioris illius renouationis tesseram ac sigillum efficacissimum. 11 Finis Baptismi vnus est, mors ac sepultura veteris hominis, idque ex potentia vnius Dei, cuius virtutem in Christo mortuo & suscitato per fidem apprehendimus. 12 Alter finis Baptismi est, vt qui in peccatis eramus mortui, in Christo pro nobis mortuo, & fide apprehenso, remissionem peccatorum gratuitam & vitam æternam adipiscamur. 13 Nouum argumentum eiusmodi latens in his paucis verbis. Non impediit præputium quominus in Christo iustificati vitam consequeremini. ergo circuncisione præputij non est vobis opus ad salutem. 14 Generaliùs iam loquitur aduersus totum Legalem cultum, quem abolitũ esse docet duplici ratione: primùm, quia qui in Christo remissionẽ omnium peccatorũ est adeptus, quorsum illa Legis adminicula requireret? Secundò, quoniam siquis illos ritus propius consideret, comperiet totidem fuisse nostri reatus testimonia, quibus veluti chirographis nos damnationem mereri palàm testabamur. Itaque Christus aduentu suo chirographum illud deleuit, eóque cruci affixo, de omnibus nostris hostibus, quantumlibet potentibus, triumphauit. Quorsum igitur illos ritus nunc vsurparemus, quasi adhuc peccatorum rei, & hostium tyrannidi obnoxij?

10 *Completi*, πεπληρωμένοι. Addendum fuit istud, vt non tantùm sibi & in sese, sed in nostrum etiam vsum statuatur Christus esse talis & tãtus, vt nihil in ipso desideretur, & in eo vno omnia nãciscamur ad verã & salvificã Dei notitiam requisita. Complemẽtum igitur in Christo adeptis, quorsũ vel humana sapientia, vel vanis hominum commentis, vel ceremoniis, vllo denique extra Christum adscito sit opus?

11 *In quo*, ἐν ᾧ. Eras. *Per quem*. Mihi verò videtur illud omnino retinendum, ex quo meliùs intelligatur vinculum membrorum & capitis. Hæc autem pertinent ad confutationem tertiæ speciei falsæ religionis, (de qua paulò antè dixi) vsque ad ver. 18 à quo demum Apostolus aduersus primam speciem incipit agere. ¶ *Exuendo corpus peccatorum carnis*, ἐν ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός. Syrus interpres expũcta voce τοῦ σώματος, vertit *per expoliationẽ peccatorum carnis* quæ scriptura plana est, sed nullius Græci codicis auctoritate cõfirmatur: & ideo videtur facta corporis mentio, quòd in eo fieret externa circuncisio. Vulg contrà, non legit τῶν ἁμαρτιῶν, & interpretatur, *in expoliatione corporis carnis*. quam lectionem non probo, quanuis in vno vetere codice inuentam. Eras. *Dum exuistis corpus peccatorum carnis*: quod sic interpretatur, vt Corporis vocabulo significetur veluti massa & congeries peccatorum quibus toti circum uoluimur. Sed mihi quidem non arridet hæc corporis metaphorica explicatio Cur enim adiiceretur Carnis nomen? Circuncisionem enim cordis, de qua hîc agitur, certum est ad Sanctificationem potius quàm ad Peccatorum remissionem pertinere. Omnino igitur his verbis declaratur alterum Christi beneficium, nempe nostra sanctificatio: & nomine corporis peccatorum carnis significatur vetus homo, quo vigente dominatur illa natiua corruptio, peccatorum omnium origo: addito *Carnis* epitheto, vt notetur eius ortus ex carnali generatione, Ioan. 3. 6. Exprimitur autem corporis nomen, & fit expoliationis mentio, vt designetur huius sanctificationis sacramentum nempe Baptismus, Rom. 6. 6. allusione facta ad Baptismi administrationis ritum illum veterem, quo corpora non simpliciter aqua aspergebantur, sed in aquam immergebantur, ideó que vestium expoliatio requirebatur. Hinc natæ illæ phrases, quibus dicimur Veterem hominem exuere, & nouum induere, de quibus vide Gal. 3. 27. ¶ *Per circuncisionem Christi*, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ. Id est, qua Christus ipse nos intus suo spiritu circuncidit. Quid igitur, inquies, an inanis fuit in Patribus externa circũcisio? minimè profectò, siquidem fuit in credentibus sigillum iustitiæ ex fide, Rom. 4. 11. ac proinde Sãctificationis quoq; in iustificatorum cordibus. Sed de circũcisione exteriore vt iam abrogata loquitur Paulus, nomen tamẽ ipsum Circuncisionis retinens, interiori beneficio applicatum: ac si diceret nos iam intus in Christo consequi, per Baptismi interuentum, quod olim fuit per Circũcisionem externam significatum, vt externo Circuncisionis signo minimè indigeamus: quo tamen Patres ex Dei ordinatione indiguerunt, ante alterius signi, nempe Baptismi, institutionem.

12 *Per Baptismum*, ἐν τῷ βαπτίσματι, i. διὰ τοῦ βαπτίσματος. Vt loquitur Rom. 6. 4. vbi etiam totum hoc argumentũ planè tractatur. Sed in primis obseruandum est, hoc non tribui operi operato, quod vocant, verùm integram actionem (id est rem ipsam cum signo) causas denique omnes ad baptismi effectum requisitas cum exteriore ablutione cõiungi. Ideò disertè addit Apostolus αὐτῷ, Christum designans, & quidem qui resurrexerit, expresso etiam fidei nomine, & efficacitatis Dei, cuius gratię nimirum fidem ipsam, totum denique Baptismi fructum, in solidum oportet acceptum ferre. ¶ *Per fidem*, &c. διὰ τῆς πίστεως, &c. Id est, illam fide à vobis apprehensam virtutem Dei, efficientem vt Christo mortuo, & à mortuis excitato, sitis conformes. Vulg & Eras. *Per fidem operationis Dei*. id est, vt nonnulli interpretantur, fide amplexi estis opus quod effecit Deus in Christo, illum excitans à mortuis: quam etsi orthodoxam expositionem, tamen minimè aptam esse arbitror.

13 *Mortuos*, &c. νεκρούς, &c. Vide Act. 8. 23. & Eph. 2. 1. ¶ *Et præputio*, καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ. Id est, Carne, quæ est Præputium, hoc est res abominanda apud Deum. Carnem enim vocat naturæ nostræ totius vitiositatem. Vide Eph. 2. 11. ¶ *Offensis*, τὰ παραπτώματα. Claromontanus codex addit ὑμῶν, *vestra* aptius, opinor, quàm Syrus, qui legit ὑμῖν, *nobis*, priore loco, & deinceps ἡμῶν, *nostrum*. Alludit autem Paulus ad locum Psal 103 3.

14 [*Ac*] *deleto*, ἐξαλείψας. Omnino subaudienda est copula, quæ duo participia χαρισάμενος & ἐξαλείψας cum verbo συνεζωοποίησε connectat.

φον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ.

15 Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παρρησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ.

16 Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας, ἢ σαββάτων·

17 Ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα, τοῦ Χριστοῦ.

nos *erat* rituum chirographo: quod, *inquam*, erat nobis subcontrarium, *ipse* verò cruci affixum sustulit è medio.

15 *Et* expoliata imperia ac potestates traduxit palàm, triumphatis illis per eam.

16 Nequis igitur vos damnet ob cibum vel potum, aut respectu festi, aut nouilunij, aut Sabbatorum:

17 Quæ sunt vmbra rerum futurarum, at corpus, *est* Christi.

nos erat chirographum decretis, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.

15 *Et expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palàm, triumphans illos in semetipso.*

16 *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei, aut neomenia, aut Sabbatorum:*

17 *Quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem, Christi.*

5 Conclusio, nominatis etiam certis speciebus, putà ciborum & dierum discrimine, quibus nos nō adstringi nouo argumento probat, quoniam videlicet res illæ Christum venturum adumbrabant, nos verò iam cum ipsum nobis exhibitum, possidemus.

¶ *Rituum chirographo*, τὸ χειρόγραφον τοῖς δόγμασι. Id est, Abolitis ritibus, quibus, tanquam aliquo chirographo, ipsi nostra manu reatum nostrum aduersum nos obsignabamus. Ritus enim ceremoniales, quatenus erant non Euangelij suo tempore exhibendi sacramenta, sed Legis nos arguentis appendices, quid aliud erant quàm miseræ hominum cōditionis publica professio? Nam Circuncisio ita vsurpata, natiuam pollutionem: Ablutiones, peccatorum sordes: Victimæ denique capitalem reatum publicè testabantur: quò spectat scitum illud Augustini dictū, *In Ceremoniis illis fuisse potius delictorū confessionem quàm expulsionem.* Christus igitur quum nos ab iis omnibus sanguine suo repurgarit, dicitur etiam chirographum deleuisse. Cur enim, persoluto ad vltimum vsque quadrantem ære nostro alieno, maneat chirographum? aut manente integro chirographo apud bonæ fidei creditorem, qualis Deus est, idque ex debitoris consensu, imò verò ipso debitore ita postulante, quis persolutum æs alienum dixerit? Itaque subaudienda est præpositio ἐν, quæ adscribitur Eph.2.15. & τοῖς δόγμασι connectendum est cum τὸ χειρόγραφον, (vt significetur chirographum in ipsis ritibus situm fuisse) non autem cum ὃ ἦν ὑπεναντίον, vt per traiectionem conuertit Eras. quem in eo meritò reprehendit doctissimus interpres. Τὰ δόγματα verò ea demū vocat quæ Hebræi חקים [chukim] appellant, & *ritus* malui quàm *decreta* interpretari, ob eas causas quas exposuimus Eph 2.15. Itaque Græci interpretes (quamuis Syrus idem sentiat) magnopere à scopo aberrarunt, quum chirographi nomiē vel ad Israelitarum verba referunt, quæ scripta sunt Exod.19.8. vel ad interdictum illud Adamo præscriptum Gen. 2.17. δόγματα verò intelligunt vel fidem in Christum, vel pietatis præcepta: quasi dicatur Christus chirographum quod contra nos scriptum erat deleuisse τοῖς δόγμασι, id est suis decretis, quæ expositio mihi quidem videtur totam Apostoli sententiam deprauare. Vulg. ad verbum, *Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis.* Erasm. *Deleto quod aduersus nos erat chirographo, quod nobis contrarium erat per decreta.* ¶ *Subcontrarium*, ὑπεναντίον. Nempe quoniam è contrario in speciem videbātur ipsius quod obsignabant chirographi deletionem promittere. Et ita se habebant profectò, quatenus quidē etiam erant Euāgelici fœderis suo tempore exhibendi sacramenta, vt in ep. ad Heb. copiosè declaratur. Sed hoc loco, vt sæpe Prophetæ, Paulus hæc torquet aduersus eos demum qui Euangelio Mosen adiungebant: id est, Ceremonias, non vt Euāgelicæ gratiæ adhuc exhibēdæ στοιχεῖα (quo etiam respectu erat finis illis impositus, ipsius Christi, id est veritatis quā antea adumbrarant, exhibitione) sed vt Legalis iustitiæ partem. Vulg. *contrarium*, vt accepit quoque Syrus interpres, quasi redundante præpositione ὑπὸ, vt sæpe apud idoneos etiam scriptores in hoc vocabulo nullam vim habet. Mihi tamē hoc loco videtur minimè otiosa. ¶ [*Ipse*] *verò*, καὶ αὐτό. Vulg. *Et ipsum.* Eras. *Et illud.* Ego studendum putaui perspicuitati, ac proinde relatiuum expunxi.

15 *Et expoliata imperia*, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχάς. Iterum supplenda est copula, quæ connectat duo verba ἦρκεν & ἐδειγμάτισεν, id est, sustulit & traduxit. Cæterùm aliter lectum iam olim fuisse hunc locum apparet ex veteribus. Nam & Syrus interpres vertit, *& per expoliationem corporis.* & Tertul. de Trinit. & Augustinus sic hunc locum citant, *Exuens se carne, principatus & potestates exemplauit.* Hilarius verò, *Exutus carnem & potestates ostentui fecit.* Hæc obseruauit Erasm. & putat eos legisse ἀπεκδυσάμενος actiuè, pro, Quum sese expoliasset, carne nimirum. Atqui Christus Carnē nunquam abiecit, nisi carnem pro huius caducæ vitæ infirmitate accipias, quo sensu dixit Apostolus se ampliùs non nouisse Christum secundum carnem, 2. Corinth 5.16. & dies carnis Christi opponuntur æternæ ipsius post ascensionem gloriæ, Hebr. 5. 7. Fuerit autem translatio à luctatoribus siue cursoribus sumpta, qui certaturi vestes deponere consueuerunt. Sed prestat metaphoram à bellatoribus victoribus desumptam dicere, qui hostium spoliatorum armis pro trophæo fixis, captiuos solent præ se iunctos traducere, cuius moris meminit etiam noster Apostolus Ephes.5.8. & durum est ἀπεκδυσάμενος passiuè interpretari, quum potius appareat, facili librarij lapsu, veteres illos pro τὰς ἀρχάς, legisse τὴν σάρκα, qua voce Græci interpretes in sacris libris pro τὴν σάρκα sæpissimè cōtra Hebræorum morē vtuntur. Cæterùm appellatione imperiorum & potestatum significari Satanam cum angelis suis res ipsa ostendit: qua de re diximus Ephes.6 12. ¶ *Traduxit*, ἐδειγμάτισεν. Id est, Tanquam victor captiuos ignominiæ causa transuexit, vt exposuimus pluribus Matth.1.19. Eras. *Ostentauit.* At Thomas, *Traduxit*, inquit, *sanctos in cælum. Aut traduxit, hoc est, expulit dæmonas ab homine.* Tanti est momenti ex ipsis fontibus haurire. ¶ *Palàm*, ἐν παρρησίᾳ. Vbi est igitur crucis ignominia? Nam sibiipsi diabolus crucem fixit, & tum demum plena victoria potitus est Christus, quum planè victus videretur. Vulgata, *Confidenter palàm*, altero proculdubio adscripto ex margine. Ambrosius, *In auctoritate.* Sic accipitur παρρησία Ioan. cap.7. vers.13 & 26. ¶ *Per eam*, ἐν αὐτῷ. Vel In ea, videlicet cruce, quæ fuit instar triumphalis currus, aut circumuecti trophæi. Sic legit & interpretatur Græcus scholiastes. Sic etiam Origenes in Exodum, Homil 4. qui tamen videtur legisse ἐν ξύλῳ, in ligno, quòd eam lectionem annotet Homil. 9. In Iesum Naue, vt Erasmus obseruauit. Plerique Græci codices legunt ἐν αὐτῷ, id est, *in semetipso*, vt vertit Vetus interpres & Erasmus: sed si hoc retineamus, malim interpretari, Per sese, id est sua vnius vi.

16 *Ob cibum*, ἐν βρώσει. Hebrais. posito ב pro *Propter.* ¶ *Aut respectu diei festi*, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς. Ἐν μέρει dixit pro eo quod Rabbini dicunt מצד [*mistsad*,] vt si dicas in vernaculo sermone, *De la part, ou, à l'esgard d'vne feste*: vt etiam accipitur 1. Petr. cap. 4.16. Syrus tamen non ineptè vertit בפרולגא [*bephaualghe*] in distinctionibus, vt μέρος idem valeat atque μερισμός. Ἑορτὴν autem vocat solennes illos dies festos, quos Hebræi מועדים [*mohadim*] appellant: distinguitque à Neomeniis & Sabbatis. Vulgata & Erasmus, *In parte.* quod Chrysostomus perinde accipit, ac si iam aliquatenus sublata esset festorum dierum obseruatio, quod ne verisimile quidem mihi videtur.

17 *Sunt*, ἐστι. Vtitur tempore præsenti, vt & auctor epistolæ ad Heb.5.1. quoniam adhuc stabat templum Hierosolymis, & aliquos adhuc Iudæos mera ignorantia, non autem pertinaci contumacia peccantes, Dominus tolerabat. Nam alioqui scripsisset Paulus ἦν, *erant.* ¶ *Vmbra*, σκιά. Vmbras intellige dici Legales ceremonias, non vt res vanas & inanes, qualis est corporum vmbra (erant enim vera & pro ratione ac modo sacramentorum efficacia σημεῖα, ac etiam σφραγῖδες, in recto ipsorum vsu spirituali per fidem in Christum venturum) sed cum ipso Christo iam exhibito comparatas, qui dicitur earum vmbrarum corpus, quoniā illum, velut vmbra corpus à quo efformatur, sacramentaliter adumbrabant. Latet autem tota vis argumenti in illo vocabulo τῶν μελλόντων quasi diceret Apostolus, quum illi ritus instituti fuerint, vt Christū venturum, id est

id est nondum exhibitum adumbrarent, illos nunc obseruare, quid aliud fuerit, quàm inficiari Christum aduenisse, quem, vt qui nondum in carnem venisset, adumbrabant? Non potest autem hæc conclusio valere aduersus Ecclesiæ Christianæ sacramenta, quæ & ipsa dici possunt figuræ & vmbræ, at non vt nondum, sed vt exhibiti Christi, quem tanquam præsentem menti & fidei, exhibent. Non est tamen hîc instituta collatio veterum & nouorum Sacramentorum, sed veterum vmbrarum rebus futuris subseruientum, cum ipsis rebus exhibitis & præstitis, Christo videlicet & eius beneficiis. Græca scholia & Augustinus quoque in epistola ad Paulinum (vt Erasmus annotauit) aliam lectionem adferunt, putà vt ista connectantur cum iis quæ sequuntur, hoc modo, Corpus Christi, id est vos, qui corpus Christi estis, vel (vt Photio placet,) qui corpus Christi accepistis, nemo fraudet eo præmio quod accepistis credendo in illum. Sed hoc mihi quidem videtur tam violentum, vt nulla ratione admitti possit, repugnante quoque omnium Græcorum codicum fide: quamuis rectius mihi videatur legere cum Syro interprete ὁ Χριστός, cuius corpus, id est Veritas est Christus: quàm τοῦ Χριστοῦ.

18 Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῆ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ·

18 Nemo aduersum vos rectoris partes sibi vltrò sumat, in submissione animi & religioso cultu Angelorum: gradum inferens in ea quæ non vidit, & temerè turgens carnis suæ intelligentia:

18 *Nemo vos seducat volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustrà inflatus sensu carnis suæ.*

16 Aduersus primam speciem corruptelæ disputat, cuius exemplum proponit Angelorum cultum: quod falsæ religionis genus primum hac ratione refutat, quòd qui huiusmodi cultum inuehunt, sibi tribuunt quod vnius Dei est, nempe ius conscientiarum religione obligandarum, quantumuis ista videantur homines ad humiliter de se sentiendum adducere. 17 Secundò, quòd nec visa nec audita, sed à se excogitata, pro oraculis temerè obtrudant. 18 Tertiò, quòd ista non alio fundamento quàm opinione hominum sibi immodicè in suis commentis placentium nitantur.

18 *Nemo aduersum vos rectoris partes sibi vltrò sumat*, μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων. Iam incipit aduersus primum illud falsæ religionis genus agere, quod diximus ex vanis speculationibus oriri, cuius etiam vnam speciem, nempe Angelorum cultum adfert. Cæterùm in hoc loco interpretando vsus sum iudicio meo. Nam τὸ βραβεύειν quod ad me attinet, non legi nisi pro regere ac moderari, atq; adeo pro δικάζειν, id est, ius dicere, ac cognoscere: qua significatione apud Plutarchum accipitur, sicut apud Aristotelem lib. Rhetoricōn 1. vt Erasmus citat, ὁ δικαστὴς id est iudex, dicitur ὁ τοῦ δικαίου βραβευτής, id est, iuris moderator, vt videlicet inter litigantes decernat: translatione tamen sumpta ab iis qui certaminibus præerant, quos Græci Agonothetas & Athlothetas, & Brabeutas denique vocant, παρὰ τὴν ῥάβδον vt putant grammatici. Virgam enim solitos fuisse gestare gymnasiarchas, vt & iudices ac reges sceptrum. vel ex his Plutarchi in Antonio verbis apparet, ἐγυμνασιάρχει δὲ [illegible] ῥάβδον [illegible]. Inuenitur tamen apud Demosth. κατὰ Μειδίου καταβραβεύειν etiam de actore dictum qui reum peragat, id est, condemnandum curet: sicut τὸ δικάζειν καὶ τὸ κρίνειν atque adeo ipsum [illegible] nomen ad ipsos litigantes transfertur. Itaque καταβραβεύειν non possum aliter accipere quàm pro κατακρίνειν, sed vt tanquam de iudice dicatur, sicut etiam τὸ κρίνειν, quo vsus est superiore versiculo, eandem hîc sententiam altero tantùm verbo, sed grauiore, vsurpato significans. Nam omnino videtur imperiosam quandam potestatem Apostolus hoc vocabulo significare, ab istis pseudapostolis non aliter vsurpatam quàm si de suo illis licuisset, tanquam agonothetis, ac veluti certaminis moderatoribus, præmia vel tribuere vel eripere. Exempli causa, Qui leges audent hodie conscientiis præscribere, & modum etiam admetiri quo Deus pœnas (vt ipsi loquuntur) indulgeat, nónne isti planè agonothetarum & βραβευτῶν officium vsurpant, quasi pleno iure possint de salute vel exitio prout ipsis libuit decernere? quum tamen vnicum habeamus βραβευτὴν ac iudicem Iesum Christū cui Pater omnem in cælis & terris potestatem tribuit: & ex cuius voluntate patefacta sese omnes optima fide gerant oportet: quos in hoc mundo familiæ suæ sceptro verbi sui regendæ præfecit 1. Cor. cap. 4. vers. 1. & 2. Itaque Paulus addidit θέλων, quod interpretor ἐθελοντὴς καὶ αὐθαίρετος, id est, voluntarius, & hoc munus sibi à nullo tributum exercens. Nam, (inquit idem Paulus de hac ipsa re disserens, id est, de iis qui conscientias volebant suis traditionibus alligare Rom. 14.4.) Tu quis es qui de alieno seruo iudicas? Domino suo stat, aut cadit. Solent autem Hebræi participia pro verbalibus, quæ vocant, nominibus vsurpare, vt sæpe iam annotauimus. Meam interpretationē probat Syrus interpres, qui vt ostenderet participium θέλων construendum cum verbo καταβραβευέτω, vertit [illegible] [*tsebe lamchaiabutecun*] id est, [illegible] [illegible]. Itidemque Photius qui καταβραβευέτω, vertit [illegible], vt Ambrosius, *Deuincat*, & Augustinus, *Conuincat*, qui duo tamen videntur ad actorem transtulisse, quod ego (vt antè dixi) tanquam de iudice ac moderatore potiùs dictum acceperim. Est autem vis præpositionis κατὰ seruanda quod in prioribus editionibus non satis expresseram. Superest vt aliorum interpretationes percurramus. Vulgata, *Nemo vos seducat.* Erasmus, *Nequis vobis palmam interuertat.* Hieronymus ad Algasiam quæstione decima, *Nemo aduersum vos brauium accipiat.* Putat enim καταβραβεύεσθαι, dici eū qui iniquitate agonothetæ præmium amittat, & Græca scholia eorū etiam sententiā adferunt qui καταβραβεύεσθαι eum vsurpari dicunt quum penes alium est victoria, penes alium verò præmium. Sed hac significatione (vt antè dixi) non memini hoc verbum vsquā legere: quam tamen amplectetur qui volet. Aliis placet non ad ipsos agonothetas sed ad antagonistas istud referre, vt apud Virgilium, Nisus in stadio currens Salio præmium intercipit, quod Eurialus obtineat: quo modo dicuntur Pharisæi nec in cælum ingredi, nec alios ingredi sinere. Adfert etiam aliam declarationem Valla, nempe, καταβραβεύειν τινὰ significet aliquem proposito præmio ad certamen euocare: cuius etiam dicti exemplum requiro. Sed nimium fortasse cōfidenter scripsit Hieronymus, hoc verbum fuisse Cilicibus peculiare, quum sit à Demosthene, Isocrate, Aristotele, Plutarcho vsurpatum. Quod autem attinet ad participium θέλων, Vetus interpres conuertit *Volens*, hiante sententia: nisi pro libentè ac voluntario accipias, vti nos fecimus: vel pro ἐμβατεύων, legas ἐμβατεύειν, cōtra omnium codicum fidem. Eras. *Dedita opera.* Græca verò scholia supplent τοῦτο ποιεῖν, vt sit plena sententia, *Volens* [*hoc facere.*] quas ellipses nusquā velim admittere, nisi quū prorsus sunt necessariæ. Castellio verò θέλων, accipit pro רוצה [*rotseh.*] id est [illegible], vt qui conuerterit, *In modestia & Angelorum cultu sibi placens.* qui sensus minimè est ineptus. Sed malo tamen (vt antè dixi) istud cū καταβραβευέτω construere. ¶ *In animi submissione*, ἐν ταπεινοφροσύνῃ. Id est prætextu stultæ demissionis animi, quum alioqui inter summas etiam virtutes numeretur ταπεινοφροσύνη. Neque enim isti Angelorum cultores aliud magis vrgebant, quàm nimium esse arrogantes qui auderent ad Deum statim perrumpere: ac proinde beatorum spirituum dicebant implorandas intercessiones, quod ipsi quoque philosophi, præsertim Platonici docent. Denique idipsum docebant quod hodie boni illi & modesti homines iactant, qui non tantùm Angelorum, vt illi, sed etiam sanctorum defunctorum, quorum ossa etiam adorant, (proh nefandam impietatem!) intercessionem vrgent. Denique hoc illud est [illegible] Obedientiæ monasticorum. ¶ *Religioso cultu*, θρησκείᾳ. Hoc quoque nomen ponitur in vitio in hoc loco, deductum (vt Græci grammatici volūt) à Thracibus, apud quos Orpheus deorum cultum inuenerit, quo postea vsi sunt Græcorum plerique. Sic enim Nazianzenus, [illegible]. Ad veram tamen religionem accommodatum est Iacob. 1.26. & Act. 26.5. Vulg. *Religione Angelorum.* Eras. *Superstitione Angelorum.* ¶ *Gradum inferens in ea quæ non vidit*, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων. Augustinus, *In ea quæ non vidit [illegible].* Ambrosius, *Quæ non vidit [illegible].* Vulgata, *Quæ non vidit ambulans*, quasi videlicet illud [illegible] non cum ἃ μὴ ἑώρακεν, sed cum [illegible] construendum. Perperam hi omnes neque expressa huius loci sententia. Verbo enim ἐμβατεύειν, fastuosus, & cum impudente superstitiosorum audacia coniunctus incessus notatur, hac phrasi à tragicis cothurnis desumpta, qui propterea ἐμβάδες à Græcis dicuntur.

cuntur. Rectius ergo Erasmus post Hieronymum ἐμβατεύων interpretatur *frustra ingrediens*. Ego verò id ipsum esse arbitror quod Latinis est, *Gradum aliquò inferre*. Huius autem fastuosissimæ audaciæ exemplum singulare, si cui peruestigare libet, Pseudodionysium illum de Angelorum gradibus, vel ordinibus differentem, si tantum est ipsi otij, perlegat, & patrum contemplantium, & eremitarum vitas, quas vocant, inspicere dignetur, matæologorum denique Enthusiastarum commentis sese oblectet, quibus Purgatorij, Limbi, ipsorum denique inferorum contignationes, non modò sunt apud se commenti, sed etiam in chartis depinxerunt, atque adeò ipsis ter miserorum hominum animis insculpserunt.

¶ *Temerè*, εἰκῆ. Id est sine ratione, quæ enim tantæ vanitatis ratio constare potest? perinde nimirum acsi cum ratione velis insanire. Vulgata & Erasmus, *Frustra*, id est sine fructu, pro quo Græcè potius dicitur μάτην.

¶ *Tumens*, φυσιούμενος. Inanis ergo flatus est quicquid ab istis mentibus proficiscitur. Hoc enim est quod Sensum siue Mentem carnis vocat, nempe præclarum illud ἡγεμονικὸν, cuius tenebras, vel potiùs in nostræ salutis, siue in Christi mysterio cæcitatem, vni Spiritui sancto sanabilem ignorantes Philosophi, dum illud vnum sequuntur, non mirum si longissimè à scopo aberrarunt; summum bonum in actione suarum virtutum, aut ipsis virtutibus collocantes.

---

19 Quartum argumentum maximi momenti, quoniá Christum sua dignitate spoliant, vt qui vnus toti suo corpori, tum fouendo, tum etiam augendo sufficiat.

20 Iam vltimo pugnat aduersus secundæ speciei corruptelas, quæ videlicet merè sunt superstitiosæ, & ab hominibus partim vafritie sua simplicitatem quorundam fallentibus, partim etiam planè ridiculis, excogitatæ: veluti cùm in certo ciborum genere, & cæteris similibus rebus, pietas, remissio peccatorum, vis denique aliqua collocatur, quam ne ipsi quidem eiusmodi rituum authores intelligunt, quum nusquam sit. Vtitur autem argumento à comparatis sumpto. Si morte Christi nouum fœdus suo sanguine sancientis, ab iis ritibus externis estis liberati, quibus visum fuerat Domino mundum, veluti rudimentis quibusdam, ad plenam illam veræ religionis cognitionem præparare, qua tandem ratione nescio quibus decretis oneraremini, quasi sitis huius mundi ciues, id est quasi ab hac vita & rebus terrenis pendeatis? Caussa verò hæc est cur supra vers. 8. alium ordinem sequutus sit quàm in refutatione, quòd illic ostendat quibus gradibus falsæ religiones mundum inuaserint, initio videlicet facto à curiosis sapientum speculationibus, quas tandem crassa illa superstitio sequuta est, quibus malis deinde Dominus Legalem illum cultum opposuit, quo nonnulli rursus abusi sunt: in refutatione verò incepit à Legalis cultus abolitione, vt à comparatis doceret multo magis illos falsos cultus esse tollendos. 21 Mimesis, in personâ istorum superstitiosorum.

Καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον, καὶ συμβιβαζόμενον αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ.	19	19 Neque retinens caput, ex quo totum corpus per commissuras & connexus suppeditatum & cōpactum, augescit Dei augmento.	19 *Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei.*
Εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε, ΜΗ ἌΨΗ, ΜΗΔῈ ΓΕΎΣῌ, ΜΗΔῈ ΘΊΓῌΣ;	20	20 Itaque si mortui cum Christo, *liberi* estis ab elementis mundi: quid vt viuentes in mundo, placitis adstringimini, 21 NE ESITARIS, NEQVE GVSTARIS, NEQVE TETIGERIS?	20 *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo, decernitis, Ne tetigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris?*

---

19 *Retinens*, κρατῶν: vel, vt Vulgata, *Tenens*. Vide Marc. 7.3. Opponit autem humanæ illi carnis sapientiæ, quam etiam alibi vocat φρόνημα σαρκὸς, ea quæ Spiritus sanctus in Ecclesia ex diuinis scriptis docet. ¶ *Ex quo*, ἐξ οὗ. Ex quo videlicet Christo. Videtur tamen dicendum fuisse ἐξ ἧς, quum præcesserit κεφαλή: sed sententiæ non dictionis habita est ratio, vt in illo Euripidis, [illegible] item,

[illegible]

[illegible]

quod annotare placuit, ne quis propter vnum & alterum solœcophanes, cum Hieronymo Paulum faciat prorsus barbarum & elinguem. Vide autem in hunc locum ea quæ scripsimus Ephes. 4.16. ¶ *Suppeditatum*, ἐπιχορηγούμενον. Id est, vt eleganter paraphrastes Tertull. in lib. de cibis Iudaicis hunc locum explicat, *Ex quo omne corpus per nexus concatenatum & fibula charitatis mutuis membris innixum atque* [illegible] *in Deum*. Vulgata & Erasm. *Subministratum*. Hoc est autè quod vulgò dicimus *fournir*. & hoc ipso participio vtitur Plutarchus in Cæsare, sic scribens, [illegible] Idem Diodorus [illegible] Vide Ephes. 4.16. [illegible] est augmentum quod à Deo proficiscitur [illegible] à Christo capite Spiritum [illegible] quo non crescunt sed [illegible] hominem. [illegible]

20 [illegible] [liberi] estis ab elementis mundi [illegible] ad legales ritus, de quibus [illegible] vers. 8 [illegible] tam plenè [illegible] Apostolus [illegible] vt etiam [illegible] significat ad ritus [illegible] Apostolus contra superstitiones, [illegible] sola [illegible] nulli magis [illegible] videantur [illegible] que [illegible] hoc in loco [illegible] pro liberum & immunem fieri, quem [illegible] Rom. 7. Idque duplici ratione [illegible], quòd morte tollatur [illegible] personalis (quam vocant) obligatio, vt etiam explicat Paulus in eo loco: deinde quòd [illegible] & Mortis Christi partici-

pratione pendeat, qui nouum fœdus, abolito priore, sanxit suo sanguine, vt in epistola ad Hebræos copiosè exponitur. Ideo addidit Apostolus σὺν τῷ Χριστῷ, cum Christo. Adieci tamen aliquid vt planior esset loqutio. Elementa verò mundi quæ sint exposuimus suprà versu octauo.

¶ *Quid*, τί. Vulg. *quid adhuc*, ἔτι τί Claromontanus autem codex habet διὰ τί πάλιν, *cur rursus*. ¶ *Vt viuentes in mundo*, ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ. Id est quasi vestra felicitas sit in rebus istis terrenis posita; ac non potiùs spirituale sit Dei regnum. ¶ *Placitis adstringimini*, δογματίζεσθε. Vulg. *decernitis*, & Tertullianus, *sententiam fertis*. Legerunt enim δογματίζετε, idque perperam. Hoc enim loco δογματίζεσθαι passiuè de iis dicitur, quibus istiusmodi rituum leges imponebantur, Pharisaicâ & humana prorsus auctoritate, vt illis toties Christus exprobrauit: quam etiam ob caussam ista malui *Placita*, quàm *Ritus*, hoc loco interpretari, vt ab ipsis diuinitus per Mosis ministerium præscriptis ritibus distinguantur. De his autem tantum abest, vt Paulus hîc agat, vt ex illorum per exhibitum Christum abolitione validissimum hoc argumentum torquens, contendat intolerabile hoc esse, quod isti audebant, legalem illum cultum, non modò adhuc retinendum docentes Act. 15.1. & 10. & 24. sed etiam nouis præceptis legaliū rituum vinculum adstringentes. Quòd si hoc istorum facinus, qui tamen quòd ad Legales Mosaicos ritus attinet, ipsius Dei expresso mandato niti videbantur, vsque adeò non à Paulo tantùm variis locis tam acerbè fuit reprehensum, sed etiam à tota Apostolica Synodo damnatum, Act. 15.11. & Galat. 2. quid est de iis existimandum, qui purum illum & simplicem Christianum cultum tot rituum & ceremoniarum myriadibus, partim à Iudaismo, partim à Paganismo manifestè repetitarum, sensim vsque adeò conspurcarunt, vt Externum quidem omnem cultum, in Verbi prædicatione, & Sacramentorum diuinitus tradita administratione, & religiosis publicis precibus situm, in histrionicas saltationes, internum autem in plusquàm abominandas Idolomanias transformarint?

¶ ΜΗ ἍΨῌ, *Ne esitaris*, μὴ ἅψῃ. Vulg. *ne tetigeris*, malè. Quorsum enim illud mox verbo θίγῃς repeteretur? Ἅπτεσθαι igitur, quod propriè de manus prehensione dicitur, ad ipsum cibi manu prehensi esum à consequenti refertur hoc loco, notatione huius verbi Græcis scripto-

ribus, etiam disertissimis, vsitata, sicut doctissimus interpres hîc obseruauit. Profert autem Paulus ipsa Pharisaicorum illorum placitorum præscripta verba, quæ propterea maiusculis literis scribi debent, & quibus graphicè prorsus superstitiosorum illorum ingenium describitur, suas & aliorum conscientias suis illis interdictis magis ac magis adstringentium. Sic igitur isti, primùm quidem ad Mosaicum, vel potiùs diuinum illud sub Legis pædagogia, de interdicto ciborum nonnullorum esu mandatum adiicere præterea quædam ausi, eò vsque fuerant progressi, vt non modò non gustari, sed ne leuissimè quidem attingi vllomodo posse docerent, quia immunditiés ab imprudentibus etiam contraheretur. Inde Pharisaicæ illæ ablutiones, tam accuratè obseruatæ, & innumerabiles illæ Thalmudicæ, quas vocant, δευτερώσεις, accumulatæ, tam stultæ & ridiculæ, vt à Paulo sint meritò γραώδεις μῦθοι, id est, aniles fabulæ, appellatæ 1. Timoth. 4.7. & Iudæis speciatim Tit. 1. 14. attributæ, vtpote quas etiamnum hodie & quidem subinde auctas, dementata gens illa quàm accuratissimè custodiat. Sed quorsum hîc Iudæorum ineptias quisquam accuset, qui innumerabiles illas monachorum regulas cum illis Iudaïcis contulerit?

Ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων.	22	22 Quę omnia sunt *cōparata* ipso vsu ad corruptionem 23 *præscripta* ex præceptis & doctrinis hominum.	22 *Quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum.*
Ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ καὶ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινι, πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός.	23	24 Quæ rationem quidem habent sapientiæ in cultu voluntario, & submissione animi, & in eo quòd corpori non parcant nec *tamen* vllius sunt pretij, *quum* ad ea *spectent* quibus farcitur caro.	23 *Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo, ad saturitatem carnis.*

22 Aliud argumentum, non posse spirituale & internum regnum Dei consistere in rebus istis externis, & quæ vsu consumuntur.

23 Tertium argumentum, Quia Deus nō est istarum traditionum auctor, ac proinde conscientias non ligant. 24 Occupatio, Speciosa quidem hæc esse, quòd ita videantur homines optimo animo Deum colere, sese summittere, & corpus, cui curando tam multi incumbunt, negligere: sed nihilominus res esse nullius dignitatis, quum minimè spectent ad spiritualia & æterna, sed ad carnis alimentum.

---

22 *Quæ omnia sunt [comparata] ad interitum ipso vsu*, Ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. Vulgata, *Quæ sunt omnia in interitum ipso vsu*. Erasmus verò, τῇ ἀποχρήσει conuertit *Abusu* rectè quidem, & ex Iurisconsultorum distinctione, qui Abusum propriè in iis constituunt, quorum vsus in ipsa consumptione positus est. *Vsum* tamen dicere malui, vt omnem ἀμφιβολίαν vitarem. Græca scholia mentionem hîc faciunt παραφθορᾶς, vt fortasse legerint τῇ ἀποχρήσει. Vtitur autem manifestè Paulus duobus irrefragabilibus argumentis: quorum prius est sumptum ex ipsa rerum illarum natura, qua & Christus ipse vtitur Matt. 15.17. & Ioan. 6.63. de sua ipsius carne ore manducata loquens: & Apostolus Rom. 14.17 & 1 Corinth. 6.13. & 8. 4. Quæ est enim insania ἀνθρώπων siue directè, siue indirectè ex iis vllo modo sperare, quorum vsus, & hanc vitam totus respicit, & in ipsa eorum φθορᾷ positus est? ¶ *Et præscripta sunt ex præceptis*, &c. Κατὰ τὰ ἐντάλματα. Vulgata, *Secundum præcepta*, rectè quidem, sed perspicuitatis causa suppleui, quæ prorsus sententia ipsa requirit. Est autem alterum hoc argumentum petitum, & ex Dei verbo expresso Esa. 1.12. & 29.13. & ex ipso communi sensu. Præsupponit enim Obedientia Præceptum, & solus Deus est conscientiarum Legislator Iac. 4. 12. expressissimè prohibens quidquam scriptæ suæ Legi adiicere aut detrahere. Frustra igitur nostrorum temporum Pharisæi veteribus etiam infinitis modis impudentiores, vt prius illud argumentum eludant, excipiunt, se in piscium esu & cæteris eiusmodi infinitis nugis salutem non ponere, sed in obedientia quæ posita sit ab Ecclesia (quam vocant) Leges obseruet: quasi vero idcircò nos Petrus Act. 15. 10. testetur à iugo illo Legis, & quidem nominatim Iudaicorum rituum liberatos, vt latrones illi de quibus Christus Ioann. 10. 1. sese plusquàm Satanica impudentia iactantes Petri & Pauli in eo esse successores, quod illi tā expressè vetuerunt, 1. Pet. 5.1.2. Corinth. 11.22. & Gal. 1. 8. vsurpata Legislatoris illius vnici auctoritate, verbum (quod vocant) ἄγραφον arbitrio suo dictarent, & Legum diuinarum aduentu Christi abrogatarum, vice substitutis illis innumerabilibus, partim suapte natura, summè ridiculis & ineptis, ac non paucis etiam per se impiis, partim mox in apertissimam superstitionem, atque adeò idololatriam prolapsis, miseras conscientias onerarent.

23 *Rationem*, λόγον. Id est, Videntur quidem exquisitæ quædam res esse; vt quum dicitur aliquis esse præclara existimatione, vel contrà nullo numero esse. Nam hæc omnia etiam significat λόγος. Erasmus, *Verbo tenus speciem* interpretatur. putat enim λόγον hoc loco sonare sermonem aut verba, vt opponatur rei.

¶ *Sapientiæ*, σοφίας. Id est excellentis cuiusdam doctrinæ, & è cælo potius allatæ quàm consilio humano excogitatæ. Sic enim solet Sapientiæ nomen Paulus vsurpare: & quàm hoc verum sit quod hîc dicitur, mox ab Apostoli obitu res ipsa ostendit, mundo intra aliquot annorum spatium, ità monasticarum (id est diabolicarum) quarundam præscriptionum præstigiis fascinato, vt incredibilia videri possint quæ de istis nugis sunt præscripta, nisi succedens Franciscus & Dominicus, & nuper etiam Iesuitæ illa omnia confirmassent, adeo quidem vt Franciscum Iesum typicum (proh insanam blasphemiam) etiamnum hodie publicè decantent.

¶ *In cultu voluntario*, ἐν ἐθελοθρησκείᾳ. Vulgata, *In superstitione*. Erasmus, *Per superstitionem*. Ac verum quidem est nihil aliud hæc fuisse quàm inanem atque adeò impiam superstitionem: sed tamen non describit his verbis Paulus qualia hæc re vera fuerint: sed qualia esse visa sint, & quos pietatis colores habuerint: nempe insignis cultus, summæ summissionis, denique neglectus corporis. Itaque hic primus est color humanæ superstitionis, quasi homines vltro etiam plus præstent quàm teneantur, & perfectiorem quandam viam insistant, non contenti Legem Dei impleuisse. Hinc nata sunt opera Supererogationis, & redempta quibusuis opibus merita monachorum. Alludit autem Paulus ad voluntarias oblationes, quas Hebræi נדבות [nedaboth] appellant: quarum tamen longè alia ratio fuit, quum nec in doctrina nec in ritibus quicquam vel mutare, vel addere, vel detrahere licuerit, absque verbi Dei violatione: quod Pharisæis Christus exprobrauit. ¶ *Et summissione*, καὶ ταπεινοφροσύνῃ. Alter color, quòd ista videantur homines ad incredibilem quandam deiectionem & summissionem assuefacere: quum nullum inueniri possit nomen quo tam superba ista Supererogatio, vel potius Superarrogantia possit explicari. Vulgata, *Et humilitate*. Erasmus, *Et humilitatem animi*. ¶ *Et in eo quòd corpori non parcant*, καὶ ἀφειδίᾳ σώματος. Sic necessariò conuerti, vt Pauli sententiam planius exprimerem. Vulgata, *Et non ad parcendum corpori*, pro, *Et ad non parcendum corpori*. Erasmus, *Et læsionem corporis*. Quis porro tam est hebes vt non videat hoc in loco monachorum regulas & pseudapostolicas traditiones graphicè ab Apostolo describi?

¶ *Nec [tamen sunt] vllius pretij*, οὐκ ἐν τιμῇ τινι. Vsitatum est Hebræis subaudire aduersatiuam particulam, vt Psalm. 119. versu 141. & 171. & Ioan. 9. 30. Liquet autem ex præcedente μὲν, omnino subaudiendam esse aduersatiuam in hoc quidem dicendi genere, vbi contraria comparantur. Contraria autem voce οὐκ ἐν τιμῇ τινι siue πρὸς οὐδὲν [illegible], id est nullius pretij nec dignitatis esse, & λόγον ἔχειν σοφίας, id est, pro sapientia æstimari, siue sapientiæ

numero & loco haberi. Antea igitur dixit Paulus quid iudicet mundus de istiusmodi præceptis hominum, proposita vna specie, nempe ciborum delectu: nunc verò quod sit rectum de iis iudicium ostendit; nempe ista nullius esse pretij, quorum tamen splendor maximus esse videatur. Scio tamen hunc locum aliter solere explicari: sed hanc sententiam mihi videtur postulare tum argumenti series, tum ipsa constructionis ratio, & verborum quoque proprietas: quanquam nemini præiudicium adfero. ¶ [*Quum*] *ad ea* [*spectent*] *quibus farcitur caro*, πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. Id est, quum in cibo & potu sita sint, in quibus non est positum regnum Dei, sed in illis potius quæ ad Spiritus alimentum & ad vitam æternam referuntur, Rom. 14. 17. & 1. Corinth. 6. 13. & 8. 8. Sunt igitur istæ potius sumptuariæ leges, non autem de pietate ac religione, 1. Timoth. 4. 7. & 8. Ergo (vt ad verba ipsius contextus veniam) quum hoc subiiciatur pro ratione cur ista nullius sint dignitatis, supplendum est participium ὄντα, vel συντείνοντα: quæ ellipsis non magis est violenta quàm si Latinè dicas; Nihil ad rem, sub. pertinet. Appellatione autem τῆς πλησμονῆς non intelligitur actio, id est expletio seu fartura, sed passiua significatione idipsum quo farcitur venter. Denique in nomine Carnis tacita est antithesis Spiritus, & præstantioris illius (nempe spiritualis) vitæ, quam illi iactabant. Ideo malui *carnem* quàm *corpus* interpretari. Hæc igitur est plana & apposita explicatio huius loci, alioquin perobscuri. Sic autem interpretatus est Vetus interpres, *Non in honore aliquo ad saturitatem carnis*. Erasmus verò, *Non per honorem aliquem ad expletionem carnis*. Castellio denique, immodica sua licentia vsus, hæc infarcit superiori versiculo, quasi scriptum sit ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, οὐκ ἐν τιμῇ τινι, πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός, id est, vt ipse interpretetatur, *Quorum omnium is vsus est vt vsu pereant, & ad corporis expletionem pertineant, non vt in aliquo sint honore*. Mirabile sanè hyperbaton, & quod nulli nisi peruersissimi iudicij homini venire in mentem potuit. Quomodo verò cohærebunt sequentia? optimè nimirum, si suppleueris quiduis ex arbitrio. Ista verò, inquit, placita sunt (vbi verò ista in Græco contextu?) ex hominum præceptis atque doctrinis, quæ quidem sunt eiusmodi vt rationem habeant sapientiæ ob religionis speciem, (ἐθελοθρησκείᾳ) atque modestiam, & corporis vexationem seueram. Hoc verò vtrum est ex Græco conuertere, an peruertere?

Κεφάλαιον γ΄. | CAP. III. | CAP. III.

1 Altera pars epistolæ: in qua, arrepta occasione ex vanis illis exercitiis, suo more post doctrinam ipsam explicatam, ad Christianæ vitæ descriptionem descendit. Ephes. 5. 3.

2 Renouatio siue regeneratio ex participatione resurrectionis Christi, fons est omnis sanctimoniæ, vnde postea deducuntur rivi.

3 Finis & scopus omnium Christianæ vitæ officiorum est cælorum iter ingredi, & iis quæ nos eò deducunt incumbere, id est solidæ pietati, non autem externis illis & corporalibus.

1 Εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος.

1 Itaque 2 si resurrexistis cum Christo, 3 superna quærite, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens.

1 *Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite: vbi Christus est in dextra Dei sedens.*

2 Τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

2 Superna satagite, non terrestria.

2 *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.*

3 Ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ.

3 4 Nam mortui estis, 5 & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

3 *Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.*

4 Ὅταν δὲ ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ.

4 Quando verè Christus vita *illa* nostra, conspicietur, tūc & vos cum eo conspiciemini in gloria.

4 *Quum Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.*

5 Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος,

5 6 Mortificate igitur membra vestra terrestria, scortationem,

5 *Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationē, im-*

4 Argumentum à connexis simúlque à caussis efficientibus, mortui estis, quod ad carnem attinet, id est, ad veterem naturam caduca omnia quærentem, & è contrario, cœpistis Spiritu viuere: ergo spiritualia & cœlestia, non autem carnalia & terrena curate.

5 Occupatio. Nos adhuc quidem in hoc mundo versari plurimis huius vitæ ærumnis obnoxios, adeò vt quodammodo lateat vita quæ in nobis est: sed, nihilominus vitæ & gloriæ initia nos habere, cuius nunc penes Christum ipsiúsque Dei manum depositæ complementum certò patefiet in glorioso illo Domini aduentu. 6 Mortua natura ne sit amplius in vobis efficax. Vigor autem naturæ ex motibus intelligitur. Moriantur in vobis ergo carnis affectus, & viuant spirituales motus illis contrarij. Recenset autem longum vitiorum & contrariarum virtutum catalogum.

IN CAPVT III.

1 *Resurrexistis cum Christo*, συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ. De nouo fœdere & noua vita loquitur, quòd Spiritus Christi participes, quasi translati iam simus in alteram illam vitam, vbi nec cibo nec potu egebimus, sed similes erimus Angelis Dei. Laborandum igitur vt quæ supersunt vetustis hominis reliquiæ, vi Spiritus profligentur quem hominibus largiri non potest esca vel potus: non autem quærenda in istis externis rebus pietas. Cohærent verò inter se Mori & Resurgere cum Christo, id est, Christi mortis participatione mortificari peccato, mundo, Legis denique elementis, atque adeo toti Legi, & resurrectionis Christi participatione viuificari Deo; vt expositum est pluribus, cap. 6. epist. ad Rom. ¶ *Superna*, τὰ ἄνω, nempe ad quorum notitiam & fruitionem vocamur, & ad quæ peruenitur veri Dei cultu, & charitate in proximum. Nam alioquin absorbetur à Maiestate, qui cœlestia nobis non patefacta scrutatur: & in physica cognitione superiorum rerum non est sita salus, quanuis magnus sit illius etiam vsus.

¶ *Quærite*, ζητεῖτε. Ita videlicet vt hoc vestrum propriè sit opus. Nam alioquin necessaria ad hanc vitam, & petimus à Deo, & honestis artibus quærimus.

2 *Terrestria*, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Sic vocat, opinor, externa illa in quibus illi summam pietatis ponebant, quum ea potius sita sit in rebus prorsus aliis, nempe in sanctæ puræ vitæ meditatione, quandiu hic viuimus, & in adoptione spiritualis illius vitæ æternæ, qua non tantùm finitur carnis & spiritus lucta, sed etiam animalis vita, & quicquid illi subseruit in aliam prorsus diuinam commutatur, & cuius pignus est Spiritus Sanctus sursum in hac etiam vita nos trahens, nedum vt in rebus illis tam vanis salutem quæramus.

3 *Mortui estis*, ἀπεθάνετε. Repete *Cum Christo*, σὺν τῷ Χριστῷ.

4 *Vita illa*, ἡ ζωή. Atqui 2. Cor. 4. 9. dicit illam patefieri quotidie in nobis: quatenus videlicet habemus eius primitias. Completa enim illa in vltimum diem differtur, & tantum abest vt nunc appareat carnis oculis, vt contra nihil sit Christianè viuentibus calamitosius. ¶ *Conspicietur*, φανερωθῇ, nempe altero illo gloriosissimo aduentu, nunc adhuc in illa Euangelicæ prædicationis secundum carnem infirmitate delitescens. ¶ *Gloriosi*, ἐν δόξῃ. Vulg. & Erasm. *In gloria*, obscurè. Est autem Hebraismus, quem exposuimus 1. Cor. 15. 42.

5 *Mortificate*, νεκρώσατε. Id est, omnem vim ac vigorem extinguite naturæ illius deprauatæ, quæ vos deorsum trahit, & prauos illos motus Spiritui repugnantes in vobis ciet. Hos autem motus & cupiditates eleganter vocat membra, quibus vetus homo (id est ratio ac voluntas hominis deprauata) perinde vtitur ac corpus membris: vtpote quæ ipsius etiam corporis membra secum rapiant. Vide Rom. 6. 13.

¶ Mollitiem

ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία.

nem, impuritatem, mollitiem, cupiditatem malam, & auaritiam, quæ est idololatria.

munditiam, libidinem concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus.

6 Δι᾽ ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας.

6 Ob quæ venit ira Dei super homines contumaces.

6 *Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis.*

7 Ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς περιεπατήσατέ ποτε, ὅτε ἐζῆτε ἐν αὐτοῖς.

7 Quibus in *vitiis* & vos ambulastis quondam, quum in iis viueretis.

7 *In quibus & vos ambulastis aliquando, quum viueretis in illis.*

8 Νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν, βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν.

8 At nunc deponite etiam vos hæc omnia, iram, excandescentiam, malitiam, maledicentiam, verborum obscænitatem ab ore vestro.

8 *Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.*

9 Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ.

9 Nec mentimini alius aduersus alium, 7 quum exuti sitis illo vetere homine cum factis ipsius:

9 *Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis:*

10 Καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν.

10 Et induti sitis nouo illo, qui renouatur 8 in agnitionem cōgruentem imagini eius qui ipsum condidit.

10 *Et induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit illum.*

11 Ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, βάρβαρος καὶ Σκύθης, δοῦλος καὶ ἐλεύθερος· ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός.

11 9 Vbi non est Græcus & Iudæus, Circūcisio & Præputium, barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia & in omnibus *est* Christus.

11 *Vbi non est Gētilis & Iudæus, Circumcisio & Præputium, barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia & in omnibus Christus.*

12 Ἐνδύσασθε οὖν, ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ ἅγιοι καὶ ἠγαπημένοι, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πρᾳότητα, μακροθυμίαν·

12 Induimini igitur, vt electi Dei, sancti & dilecti, visceribus miserationum, benignitate, animi submissione, mansuetudine, animo patiente.

12 *Induite vos ergo, sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam:*

13 Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφήν· καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν, οὕτω καὶ ὑμεῖς.

13 Sufferentes alij alios, & condonantes vobis mutuò, siquis aduersus aliquem habuerit querelam: sicut & Christus condonauit vobis, ita & vos.

13 *Supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, siquis aduersus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos.*

14 Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος.

14 Super hæc autem omnia *induimini* charitate, quæ est connexus perfectionis.

14 *Super omnia autē hæc charitatem, quod est vinculum perfectionis.*

7 Definitio regenerationis à partibus sumpta, quæ sunt veteris hominis, (i. prauitatis nobis ingenitæ) depositio, & noui hominis (i. puritatis nobis per gratiam collatæ) instauratio: vtraque verò in nobis nunc inchoata suis gradibus absoluitur, illo quidem sensim moriente, isto verò sensim ad perfectionem alterius vitæ perueniente.

8 Nouitas vitæ in agnitione, hominem ad Dei cōditoris imaginem (i. ad totius animæ rectitudinem) transformante posita est.

9 Iterum inculcat, Euangeliū illa externa non spectare, sed veram iustificationem & sanctificationem in vno Christo, quarū fructus multiplices recenset. Duo verò cōmendat in primis, sanctā videlicet concordiam, & verbi diuini studium assiduum.

¶ *Mollitiem*, πάθος. Sic vocat motus illos quibus accenditur & fouetur libido, quos poetæ Amoris nomine significant, & turpibus illis Veneris & Cupidinis fictitiis nominibus designant. Alij speciatim sic volunt cynædos notari, qui pathici dicti sunt, vt explicat etiam Syrus interpres. Horat. *Cum grege turpium Morbo virorum*. Quem locum perappositè citauit Erasmus. Vulgata, *Libidinem*. Cyp. epist. 52. citans hunc locum, hanc vocem prætermittit, & πλεονεξίαν vertit *Cupiditatem*. Item pro ἥτις ἐστὶν, *quæ est*, legit ἅ ἐστι, *quæ sunt*. Cæterùm pulcherrima methodo Apostolus ab iis quæ appetimus incipiens, postea vers. 8. ad ea progreditur quæ auersari oportet. ¶ *Idololatria*, εἰδωλολατρεία. Vide Ephes. 1. 31.

6 *Venit*, ἔρχεται. Id est, venire solet. Vide Ephes. 5. 6.

¶ *Super homines contumaces* ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. Vulg. *Super filios incredulitatis* Vide Eph. 2. 2.

7 *Quibus in* [*vitiis*,] ἐν οἷς. Quid sit ambulare seu versari, in peccatis, diximus Eph. 2. 1. Distinguuntur autem hoc in loco Ambulare & Viuere, ita vt hoc posterius indicet naturæ habitum, illud verò ἐνέργειαν ipsam. Vide Act. 8. 23. Erasmus verò manifestè deprauauit sententiam quum ἐν οἷς ad homines referret. Vertit enim *Inter quos*, quum sententia ipsa minimè sit ambigua.

8 *Hæc omnia*, τὰ πάντα. Articulus vim habet ἀναφορικὴν, idcóque non fuit prætermittendus.

¶ *Excandescentiam*, θυμόν. Vulgata & Erasmus, *Indignationem*. Quomodò verò distinguantur ὀργὴ & θυμὸς diximus Ephes. 5. 31.

9 *Quum exuti sitis*, ἀπεκδυσάμενοι. Vulgata, *Expoliantes*, duplici errore. Fuit enim seruanda præteriti temporis significatio: & ponuntur hæc participia αἰτιολογικῶς. Est autem in hac loquendi formula allusio ad baptismi ritum in Ecclesia vetere obseruatum, non Aspersionis sed Immersionis nudorum corporum, quæ postea nouis candidis vestibus mos fuit operire. Inde illud eiusdem Apostoli Galat. 3. 27. *Quotquot baptisati estis, Christum induistis*.

¶ *Veterem illum hominem*, &c. τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Vide Rom. 6. 6.

10 *In agnitionem*, εἰς ἐπίγνωσιν. Finis, aut (si malimus) materia ipsius regenerationis ita significatur. Loquitur enim de agnitione efficaci, vt definitur 1. Ioan. 2. 3. & 4.

¶ *Congruentem imagini*, κατ᾽ εἰκόνα. Vide Ephes. 4. 24. Est autem subaudiendus articulus, vt sit τὴν κατ᾽ εἰκόνα. quam ob caussam sic malui inte[illegible], quàm [illegible] verbum, *Secundum imaginem*. Erasmus co[illegible] omnium nostrorum codicum fidem legit καὶ εἰκόνα, *& imagin*[illegible]. ¶ *Qui ipsum condidit*. τοῦ κτίσαντος. Nempe secundum qualitates, non secundum ipsam vel animæ vel corporis οὐσίαν, vt phanatici somniant.

11 *Non est*, οὐκ ἔνι. Vide Galat. 3. 28.

12 *Induimini*, ἐνδύσασθε. Id est, ornati estote, ita vt nunquam exuatis. Vide Rom 13. 14. Vulg. *Induite* Vide Ephes. 4. 31. ¶ *Vt*, ὡς. Vide 2. Corint. 2. 17. ¶ *Visceribus*, σπλάγχνα. Id est, tenerrimis illis affectibus. Vide Luc. 1. 78. ¶ *Miserationum*, οἰκτιρμῶν. Id est summæ misericordiæ. Vide 2 Cor. 1. 2.

13 *Vobis mutuò*, ἑαυτοῖς. Vide Ephes. 4. 32. Sic etiam manifestè accipitur infrà versu 16.

14 *Connexus perfectionis*, σύνδεσμος τῆς τελειότητος. Id est, vinculum quo omnia hominum inter se officia continentur ac cohærent. Ergo, inquit sophista, Charitate iustificamur. Sed quis sani cerebri esse putet eum qui sic argumentetur? Claromontanus codex legit ἑνότητος, *vnitatis*, quod nusquam alibi inueni, sed mihi accommodatissimum videtur.

15 Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθητε ἐν ἑνὶ σώματι· καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε.

15 Et pax Dei sit gubernatrix in cordibus vestris, ad quam etiam vocati estis in vnum corpus: & benefici estote.

15 *Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote.*

16 Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως ἐν πάσῃ σοφίᾳ· διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ἐν χάριτι ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ.

16 Sermo Christi inhabitet in vobis, copiosè cum omni sapiẽtia, docendo & commonefaciẽdo vos mutuò psalmis, & hymnis & cantionibus spiritualibus, cum gratia canendo in vestro corde Domino.

16 *Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes & commonentes vosmetipsos psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantãtes in cordibus vestris Deo.*

1.Cor.10.31

17 Καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ πατρὶ δι᾽ αὐτοῦ.

17 ‖ Et quicquid feceritis sermone, aut facto, in nomine Domini Iesu Christi istud agite, gratias agentes Deo & Patri per eum.

17 *Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agẽtes Deo & Patri per ipsum.*

Eph.5.22
10 Ad œconomica præcepta ab ethicis descendens, ab vxoribus exigit subiectionem, secundum Deũ. 1.Pet.3.1 Ephes.6.1
11 A viris, vt vxores diligant, & leniter eas habeant.
12 A liberis, vt sint ex Dei mandato parentibus obsequentes.
13 A patribus, vt benigni sint in liberos.

18 Αἱ γυναῖκες, ὑποτάσσεσθε τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ὡς ἀνῆκεν ἐν Κυρίῳ.

18 10 ‖ Vxores, subiicite vos propriis viris, vt conuenit in Domino.

18 *Mulieres, subditæ estote viris, sicut oportet in Domino.*

19 Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας, μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς.

19 11 ‖ Viri, diligite vxores, & ne estote aduersus eas amarulenti.

19 *Viri diligite vxores, & nolite amari esse ad illas.*

20 Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσι κατὰ πάντα· τοῦτο γάρ ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ.

20 12 ‖ Filij, auscultate parentibus in omnibus: hoc enim placet Domino.

20 *Filij, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est Domino.*

21 Οἱ πατέρες, μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν.

21 13 Patres, ne irritate liberos vestros: ne concidant animo.

21 *Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant.*

Ephes.6.5
Tit.2.9
1.Pet.2.18
14 A seruis, vt Deum ipsum reueriti, cui grata est eorũ obedientia, reuerenter, fideliter, & ex animo dominis obtemperent.

22 Οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις, μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείαις, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ᾽ ἐν ἁπλότητι καρδίας, φοβούμενοι τὸν Θεόν.

22 14 ‖ Serui, auscultate per omnia dominis secundum carnem, non obsequiis ad oculum exhibitis, vt qui hominibus placere student, sed cum simplicitate cordis, timentes Deum.

22 *Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum.*

23 Καὶ πᾶν ὅ, τι ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ καὶ οὐκ ἀνθρώποις·

23 Et quicquid feceritis, ex animo agite, tanquam Domino & non hominibus:

23 *Quodcunque facitis, ex animo operamini sicut Domino & non hominibus.*

24 Εἰδότες ὅτι ἀπὸ Κυρίου ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας· τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε.

24 Scientes vos à Domino recepturos mercedem illam hæreditatis: nam Domino Christo seruitis.

24 *Scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis: Domino Christo seruite.*

15 A Dominis, vt memores se quoque redituros rationem coram Domino illo cœlesti, qui in iustè facta nullo habito seruorum & dominorum discrimine vindicabit, iustos & æquos sese seruis suis præbeant.

25 Ὁ δὲ ἀδικῶν κομιεῖται ὃ ἠδίκησε· καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία.

25 15 Qui verò iniuriam intulerit, referet iniuriam quam intulerit: nec est faciei acceptio.

25 *Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit: & nõn est personarum acceptio.*

Κεφάλαιον δ.

CAP. IIII.

CAP. IIII.

1 Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε· εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε Κύριον ἐν οὐρανοῖς.

1 Domini, ius & æquum seruis exhibete: vt qui sciatis vos quoque habere Dominum in cælis.

1 *Domini, quod iustũ est & æquum seruis præstate: scientes quòd & vos Dominum habetis in cælo.*

1 Generales aliquot exhortationes adiicit, & tandem additis familiaribus multis salutationib. ac piis commendationibus, epistolam claudit.
Luc.18.1
1.thes.5.17
Eph.6.18
2.thes.3.1
Ephes.5.15
2 Preces assiduas & ardentes esse oportet.
3 Precibus Ecclesiarum speciatim commẽdandi qui verbum ministrant.
4 Habenda est magna etiam externorum ratio in tota vitæ nostræ ratione.
5 Sermonem ad audientium vtilitatem accommodatum esse oportet.

2 Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ.

2 1 ‖ In orationibus 2 perdurate, inuigilantes iis cum gratiarum actione.

2 *Orationi instate, vigilantes in ea, in gratiarum actione.*

3 Προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ Θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου, λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, δι᾽ ὃ καὶ δέδεμαι.

3 3 ‖ Orantes simul etiam pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis, vt loquamur mysteriũ Christi, propter quod etiam sum vinctus.

3 *Orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi: propter quod etiam vinctus sum:*

4 Ἵνα φανερώσω αὐτὸ ὡς δεῖ με λαλῆσαι.

4 Vt, *inquam*, illud manifestum faciam, sicut oportet me loqui.

4 *Vt manifestem illud ita vt oportet me loqui.*

5 Ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι.

5 4 ‖ Sapienter ambulate erga extraneos, opportunitatem redimentes.

5 *In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes.*

6 Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι.

6 5 Sermo vester semper cum gratia *sit* sale conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.

6 *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.*

7 Τὰ κατ᾽ ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφός, καὶ πιστὸς διάκονος, καὶ σύνδουλος ἐν Κυρίῳ·

7 Res meas omnes vobis notas faciet Tychicus, dilectus frater & fidus minister, ac conseruus in Domino:

7 *Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, & conseruus in Domino.*

8 Ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦ-

8 Quem misi ad vos ob hoc

8 *Quem misi ad vos ad*

---

15 *Sit gubernatrix*, βραβευέτω. Id est, omnia regat ac moderetur. vt ille apud Virgil. βραβευτὴς, *producere longius iras, Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis: Sed finem imposuit pugnæ*. Liceat enim hîc nobis sacra cum profanis comparare, quandoquidem Paulum non puduit ab his rebus translationem sumere. Quum igitur in perpetuo quodam certamine versemur, vult in animis nostris sedentem pacem Dei tanquam agonotheten seu brabeuten, omnes affectus in officio continere: vt verè pacem Dei, id est concordiam auspiciis Dei cum proximis initam colamus, vt vnanimes tandem ex superata carne palmam referamus. Vulgata, *Exultet*, vt mihi videatur existimasse τὸ βραβεύειν id esse quod in vernaculo nostro sermone dicimus verbum è verbo *brauer*. Erasmus, *Palmam ferat*. Ego verò (vt dixi suprà, 2. 18) τὸ βραβεύειν nusquam legi propriè nisi de ipsis agonothetis dictum: ad quorum munus mihi quidem proximè accedere videntur ij quos vulgò vocant in singularibus certaminibus, *mareschaux de camp*.

¶ *In vnum corpus*, ἐν ἑνὶ σώματι. Id est, in vnum corpus Dei beneficio coniuncti, vt alij aliis membrorum instar adsetis. Vide 1. Corinth. 12. 12. & 13. ¶ *Benefici estote*, εὐχάριστοι γίνεσθε. Id est ὄντες quamuis verbo γίνεσθε fortasse hæc beneficentia, quæ à Spiritu sancto emanat, ab ea discernatur, quæ à merè humano affectu proficiscitur, ideoque nec firma est, nec verum charitatis Christianæ scopum spectat. Vulg. *Grati estote*: quod alij de mutua vel habenda vel referenda pro receptis beneficiis gratia intelligunt: alij ad agendas Deo gratias referunt. Ego neutrum probo. Nam de eo quod ipsa Humanitas & Honestas flagitat, fuit penè superuacaneum Christianos commonefacere: illud verò seorsim mox docetur vers. 17. Docet autem expressè Iulius Pollux, diligens proprij vocum vsus obseruator, Græcè dici εὐχάριστον eum qui sit εὐεργέτης, & qui χαίρει, id est beneficium tribuat alteri potiùs quàm qui de accepto beneficio gratiam habeat: quæ notatio optimè cũ præcedentibus & cum sequentibus cohæret. Vulgata, *grati estote*, id est beneficij accepti memores. quod tamen sic intellige vt gratia non referatur, sed habeatur. Hoc enim esse ad ipsam rem referendum apparet ex duobus versic. proximè sequentibus, eadem sententia terminatis.

16 *Sermo Christi*, ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ. id est, Euangelij doctrina. ¶ *Copiosè*, πλουσίως. Vulgata, *Abundanter*. Erasmus, *Opulentè*. Alibi autem diximus omnem copiam & affluentiam ita significari. ¶ *Docendo*, διδάσκοντες. Vulgata, *Docentes*. Erasmus, *Docetéque*. Potest autem hoc etiam connecti cum ἐν πάσῃ σοφίᾳ, suntque hæc participia posita perinde vt מקור [*makor*] apud Hebræos, & apud Latinos gerundi modus: ideóque nulla est habita casus ratio, vt 2. Corinth. 9. 11. & 13. Marc. 12. 40: & alibi, vbi de hac formula diximus, apud Homerum etiam vsitata, & apud alios scriptores, vt annotat Eustathius libro Iliad. β & ω. ¶ *Vos mutuò*, ἑαυτούς. Vulgata, *Vosmetipsos*. Vide Ephes. 4. 32.

¶ *Psalmis, hymnis, & cantionibus*, ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς. Psalmos puto dici quos vocant Hebræi מזמורים [*mizmorim*,] & hymnos, quos תהלים [*tehillim*,] & cantica, quæ שירים [*schirim*.] Psalmos igitur vocat quascunque cantiones variis argumentis scriptas. Nam & querelæ, & narrationes, & postulationes in psalmis referuntur: at hymni solas laudes continent. Cantica verò dicuntur peculiares quædam & magis artificiosæ cantiones, quæ & ipsæ laudes complectebantur, sed augustiore quadam forma quàm psalmi aut hymni, vt licet ex exemplis cognoscere. ¶ *Cum gratia*, ἐν χάριτι. Vulg. *In gratia*, id est, quòd se vtilitate commendet, vt eo nomine gratiam mereatur ab auditoribus, vt Eph. 4. 29. nisi ad gratiarum actionem malimus hoc referre. ¶ *In vestro corde*, ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. Vide Ephes. 5. 19.

17 *In nomine*, ἐν ὀνόματι. Id est, Inuocato Christi nomine, vel ad Christi laudem ac gloriam. Quod autem addit δι᾽ αὐτοῦ, *per eum*, diligenter notandum est, vt sciamus Deum frustra coli, nisi Christus Mediator interueniat.

18 *Vxores*, γυναῖκες. Vulgata, *Mulieres*, quasi ad sexum hoc referatur, sicut etiam mox perperam omisit vocem ἰδίοις, id est, propriis, addente quoque Claromontano codice ὑμῶν, vestris, quod Syrus quoque interpres non neglexit. ¶ *Subiicite vos*, ὑποτάσσεσθε. Vide Ephes. 5. 21.

¶ *In Domino*, ἐν Κυρίῳ. Id est, perinde, vel quatenus iubet Dominus, qui hanc δουλείαν & οἰκονομίαν distribuit. Itaque aberrant omnes mariti & vxores à scopo, quicúnque Deum sibi in Christo non proponunt in amando: quod non agnouit philosophia.

19 *Vxores*, τὰς γυναῖκας. Syrus interpres rursum hîc legit ὑμῶν, vestras.

20 *In omnibus*, κατὰ πάντα. Repete τοῦτο γάρ ἐστι, *In Domino*, vt Ephes. 6. 1. quod etiam statuendum est in proximo versiculo.

21 *Irritate*, ἐρεθίζετε. Id est παροργίζετε. Eph. 6. 4.

22 *Secundum carnem*, κατὰ σάρκα. Hæc exposuimus Ephes. 6. 5. & 6.

24 *Mercedem*, &c. τὴν ἀνταπόδοσιν. Id est, Pro eo quòd dominis rectè parueritis, tempus erit quo vos ex seruis filios esse factos re ipsa cognoscetis, quum videlicet cælestis illius hæreditatis eritis participes. Nomen autem τῆς κληρονομίας omnem meriti rationem tollit, quum ex gratuita adoptione pendeat: nec quo iure quæratur hæreditas, sed ad quos spectet, differat hoc in loco Apostolus: & quod ad *mercedis* vocabulum attinet, & quo Semipelagiani, vel potius, Sesquipelagiani nostri tam impudenter abutuntur. Vide Rom. 11. 35.

25 *Qui verò*, &c. ὁ δὲ, &c. Hoc ego accipio, cum doctissimo interprete, vt in dominos iniquos dictum, quorum iniurias libentius serant serui, si intellexerint se Dominum habere iniuriarum suarum vindicem, non minus quàm reges & imperatores. Neque enim est in Christo dominus aut seruus: quod tamen quomodo sit accipiendum, vel ex hoc loco satis apparet, aduersus furiosos illos Anabaptistas qui omnem & ordinem perturbant. Vetus interp. ὁ γὰρ qui enim. ¶ *Iniuriam quam intulerit*, ὃ ἠδίκησε. Id est, iniuriæ suæ mercedem. Ephes. 6. 8. ¶ *Faciei acceptio*, προσωποληψία, apud Deum videlicet, quod alibi exprimitur.

IN CAP. IIII.

1 *Domini*, οἱ Κύριοι. Fuit hic versus superiori adiungendus. Qui mox enim sequuntur, ad totam Ecclesiam spectant: vt & superiora à primo huius capitis vers. vsque ad 18.

3 *Ostium sermonis*, τὴν θύραν τοῦ λόγου. Id est, os apertum & liberum ad prædicandum Euangelium: vt Eph. 6. 19.

4 *Sicut oportet*, ὡς δεῖ. Quæ sit vis hoc in loco verbi Oportet, ostendit ipse Apostolus 1. Cor. 9. 16.

5 *Sapienter*, ἐν σοφίᾳ. Id est, consideratè ac circunspectè. Multæ enim caussæ sunt cur cum illis potissimum prudenter & sapienter agere oporteat qui nondum Euangelio fidem habuerunt. ¶ *Opportunitatem redimentes*, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Id est, occasione illos lucrifaciendi, etiam cum vestrarum rerum iactura quærentes. Vide Eph. 5. 16.

6 *Cum gratia*, ἐν χάριτι. Id est, ad commodum proximi comparatus, vt diximus suprà, 3. 16. ¶ *Sale conditus*, ἅλατι ἠρτυμένος. Huic opponitur sermo putris & corruptus, cuius meminimus suprà, Eph. 4. 29.

τὸ ἵνα γνῷ τὰ περὶ ὑμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν.

9 Σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν, πάντα ὑμῖν γνωριοῦσι τὰ ὧδε.

10 Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου, καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα, περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς. ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν.

11 Καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος, οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς· οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία.

12 Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς ὁ ἐξ ὑμῶν δοῦλος Χριστοῦ, πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα στῆτε τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ Θεοῦ.

13 Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει.

14 Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητὸς καὶ Δημᾶς.

2.Tim.4.11

15 Ἀσπάσασθε τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφούς, καὶ Νυμφᾶν, καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ ἐκκλησίαν.

16 Καὶ ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολή, ποιήσατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ· καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε.

17 Καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ, Βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ ἵνα αὐτὴν πληροῖς.

18 Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. Μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν. ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

19 Πρὸς Κολοσσαεῖς ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ καὶ Ὀνησίμου.

ipsum, vt cognoscat res vestras, & corda vestra consoletur.

9 Cum Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex vobis. Omnia *igitur* vobis nota faciet quæ hîc aguntur.

10 Salutat vos Aristarchus meus in captiuitate socius, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis præcepta. Si venerit ad vos, excipite eum.

11 Et Iesus qui vocatur Iustus: qui sunt ex circuncisione: hi soli *sunt* mihi adiutores qui in regno Dei fuêre mihi solatio.

12 Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, seruus Christi, semper certans orationibus pro vobis, vt stetis perfecti & completi in omni voluntate Dei.

13 Hoc enim de eo testor, eum multo vestri studio ardere, & eorum qui sunt Laodiceæ, & eorum qui Hierapoli.

14 Salutat vos Lucas medicus ille dilectus, & Demas.

15 ‖ Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & Ecclesiam quæ in domo eius est.

16 Et quum perlecta fuerit apud vos epistola, facite vt etiam in Laodicensium Ecclesia recitetur: & scriptam Laodicea, vos quoque legatis.

17 Et dicite Archippo, Vide vt ministerium quod recepisti in Domino, impleas.

18 Salutatio, mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia *sit* vobiscum. Amen.

19 Scripta est ad Colossenses Roma per Tychicum & Onesimum.

hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra.

9 *Cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex vobis est, omnia quæ hîc aguntur, nota facient vobis.*

10 *Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. si venerit ad vos excipite illum.*

11 *Et Iesus qui dicitur Iustus, qui sunt ex circuncisione: hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio.*

12 *Salutat vos Epaphras qui ex vobis est, seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei.*

13 *Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis & pro iis qui sunt Laodiceæ & qui Hierapoli.*

14 *Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas.*

15 *Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo eius est Ecclesiam.*

16 *Et quum lecta fuerit apud vos epistola, facite vt & in Laodicensium Ecclesia legatur, & eam quæ Laodicensium est, vos quoque legatis.*

17 *Et dicite Archippo, Vide, ministerium quod accepisti in Domino, vt illud impleas.*

18 *Salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorū. Gratia Domini nostri vobiscum. Amen.*

19 *Scripta ab vrbe Roma, per Tychicū & Onesimū.*

10 *De quo*, περὶ οὗ. videlicet excipiendo: Ambiguum est, autem ad Barnabam an ad Marcum hæc oratio referatur: sed de Marco agi verisimilius est. ¶ *Excipite*, δέξασθε. Vel *suscipite*. Vt excipiatis, si coniungas cum ἐλάβετε, vt habet Syrus interpres, vt exprimatur quod fuerit illud mandatum.

11 *Hi soli*, οὗτοι μόνοι. Certè vel magna hîc fit Petro iniuria, vel Romæ tum non erat. Vbi ergo illi XXV. anni quibus Romæ sedit? ¶ *In regno Dei*, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Id est, in Euangelio, vt 1.Cor.4.20. & Philip.2.22. Verè enim regnat Deus per Euangelium.

12 *Certans*, ἀγωνιζόμενος. Ita significatur translatitia voce ardor summus charitatis & precum Vulg. *sollicitus*, non seruata metaphora. ¶ *Completi in omni voluntate Dei*, πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Id est, instructi plenissimè cognitione voluntatis Dei, vel iis donis quæ requiruntur ad perficiendum quicquid Deus mandarit. Itaque τέλειοι ac πεπληρωμένοι quantum quidem in hac vita istud diuinitus datur, opponit infirmis & adultis. metaphora ab ætatum gradibus sumpta, sicut [illegible] Philip.3.12. id est in summa adultis. Vide 1.Cor.2.6. & 14.20.

13 *Laodiceæ*, ἐν Λαοδικείᾳ. Vide suprà, 2.1.

15 *Ecclesiam*, ἐκκλησίαν. Eras. *Congregationem*. Vide Rom. 16.5. & 1.Cor.16.19.

16 *Laodicea*, ἐκ Λαοδικείας. Qui putant significari epistolam ad Timotheum priorem, vel ea ratione refelluntur quòd satis appareat ex iis quæ scripta sunt suprà, capite 2. vers. 1. Paulum hanc Laodiceam non inuisisse. Sed multo fœdius errarunt qui ex hoc loco suspicati sunt quandā fuisse epistolam Pauli ad Laodicenses scriptam: quia nimirum Vetus interpres conuertit τὴν ἐκ Λαοδικείας, Eam quæ est Laodicensium: quum potius significet Paulus epistolam aliquam ad se missam Laodicea, aut potius qua responsuri essent Laodicenses Colossensibus. Vetus tamen est hic error, & epistola illa ad Laodicenses iampridem fuit emētita, vtpote quam citet Epiphanius aduersus Marcionitas.

18 *Gratia*, ἡ χάρις. Vetus interpres addit, *Domini nostri*, τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

19 *Scripta est*, ἐγράφη. In Claromontano codice scribitur simpliciter [illegible], *completa est epistola ad Colossenses*, & mox [illegible], *incipit epistola ad Philippenses*. Illa enim isti in eo codice anteponitur.

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Ἡ ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ἐπιστολὴ πρώτη.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES prior.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

1 ΠΑΥΛΟΣ καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος, τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων, ἐν Θεῷ πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

2 Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν·

3 Ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν.

4 Εἰδότες, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Θεοῦ, τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν.

CAP. I.

1 PAVLVS & Siluanus & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, *quæ est* in Deo Patre, & Domino Iesu Christo. Gratia *sit* vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

2 1 Gratias agimus Deo semper de omnibus vobis, mentionem vestri facientes in orationibus nostris:

3 2 Indesinenter commemorantes efficacem vestram fidem, & laboriosam charitatem, & patientem illam expectationē spei *illius* in Domino nostro Iesu Christo coram Deo & Patre nostro.

4 Scientes, fratres à Deo dilecti, electionem vestram.

CAPVT I.

1 *PAVLVS & Siluanus & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicēsium, in Deo Patre, & Domino Iesu Christo. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.*

2 *Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri faciētes in orationibus nostris:*

3 *Sine intermissione memores operis fidei vestræ, & laboris & charitatis, & sustinentiæ spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & Patrē nostrum.*

4 *Scientes, fratres dilecti à Deo, electionē vestram.*

1 Gratulationis verè Christianę exemplum: vnde etiam discimus duplici iniecto frano cohiberi, qui magnatum virtutū sibi sunt conscij, nēpe si cogitent se à Deo omnia accepisse, & ab eo petendam perseuerantiā, ad quam etiā tota epistola Thessalonicēses hortatur.

2 A tribus præcipuis donis eos commendat, fide efficaci, charitate indefatigabili, & spe patientissima: nempe vt eos pudeat, tot excellentibus donis ornatos nō perseuerare in Dei electione.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAP. I.

1 *In Deo Patre*, &c. ἐν Θεῷ πατρὶ, &c. Totum hoc membrum deest apud Syrum interpretem. itidémque Ambros. & Chrysostomum. Leuiculum est autem quod Hieron. lib. aduersus Pelag. 1. non vult legi Syluanus, sed Silas.

3 *Indesinenter memoria repetentes*, ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες. Nonnulli coniungunt illud aduerbium cum præcedentibus, sed contra veterum codicum fidem. ¶ *Commemorantes*, μνημονεύοντες. Vulg. memores, nimis angusta significatione. Plus enim est μνημονεύειν, cum quarto casu rei, siue μνείαν ποιεῖσθαι, vt hîc scribitur, & Ephe. 1.16. id est apud alios commemorare, quàm μεμνῆσθαι & μνείαν ἔχειν 2.Tim 3. & 4. quãuis hæc inter se cohæreant. ¶ *Efficacem vestram fidem*, ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως. Ἔργον vocat τὴν ἐνέργειαν, & ἔργου τῆς πίστεως pro τῆς ἐνεργητικῆς πίστεως dixit Hebræorum more, sicut & τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης pro τῆς κοπιώσης ἀγάπης. Vulgata, *Memores operis fidei vestræ*. Nam rectè (meo quidem iudicio) animaduertit in pronomine ὑμῶν non modò non duram & insolentem, sed etiam elegantem esse traiectionem. Maluit tamen Erasmus ὑμῶν connectere cum μνημονεύοντες & subaudire ἕνεκα. Vertit enim *Memores vestri propter opus fidei*: quod mihi videtur multo durius quàm sit illa traiectio. ¶ *Patientem illam expectationem*, τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος. Non frustra geminatus est articulus. Ὑπομονὴ verò de qua voce diximus Luc. 8.15. hoc loco non significat simpliciter tolerantiam, sed quod illam consequitur, nempe robustam speratæ expectationem, oppositam diffidentiæ, & impatientiæ. Vulgata, *sustinentiæ spei*. Erasmus paulò longiùs à verbis recedens, *Quod permansistis in spe*. ¶ *Spei in Domino nostro Iesu Christo*, τῆς ἐλπίδος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Spem Christi passiuè hîc accipitur Hebræorum more, vt fides Dei, pro fide quæ Deo habetur Mar. 11.22, quæ phrasis mihi visa est paulò obscurior & idcirco mutanda. ¶ *Coram Deo*, ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ. Hoc connecto cum participio μνημονεύοντες, vt sit sensus huius loci, Quoties ad Deum mentem attollimus, & quasi in eius conspectu versamur, id est, quoties precamur. (precamur autem sine intermissione) toties nobis in mentem venit vestra fides, cæteræque sanctæ virtutes. Possimus tamen etiam connectere cum proximis, vt illas virtutes hoc quoque argumento veras ac viuas fuisse significetur. Hæc enim est huius loquutionis vis apud Hebræos, vt quod sincerè ac eleganter fit, dicatur coram Domino fieri. Vide Luc. 1.6. & hunc sensum amplexus est Syrus interpres.

4 *Scientes*, εἰδότες. Miror quid in mentem venerit Erasmo, vt in participio εἰδότες putaret non esse seruatam rationem grammatices, quum contra omnia rectè cohæreant, nempe cum superioribus participiis ποιούμενοι & μνημονεύοντες, vt omnia ad εὐχαριστοῦμεν referantur. Sed hîc causam declarat huius tum gratiarum actionis, tum perpetuæ ipsorum recordationis: quia videlicet manifesta vi-

debant electionis ipsorum testimonia, quod tam efficax fuisset apud eos Euangelij prædicatio. Erasmum autem vt arbitror illud fefellit, quod non cogitans hanc epistolam non vnius Pauli sed etiam Syluani & Timothei nomine scriptam, participium ad ipsos Thessalonicenses retulit. ¶ *A Deo dilecti*, ἠγαπημένοι ὑπὸ Θεοῦ. Sic rectè Vulg. assentiente quoque Syro interprete, ipsóque adeò Apostolo 2. Thess. 2.13. Erasmus, *à Deo electionem vestram*, quasi videlicet ὑπὸ Θεοῦ cohæreat non cum ἠγαπημένοι, sed cum τὴν ἐκλογὴν, quæ falsa interpunctio, qualis in Græcos codices irrepsit, mihi quoque in prioribus mearum annotationum editionibus imposuit. Hoc verò significare si voluisset Apostolus quod alioqui verè quoque dicitur, tum sanè scripsisset τὴν ὑπὸ vel potius παρὰ Θεοῦ ἐκλογὴν ὑμῶν sub. οὖσαν. Est autem insignis hic locus ad intelligendum vnde petenda sit electionis æternæ aduersus periculosissimam tentationem certioratio: nempe non ab æterno Dei consilio per se, neque ab infinita vocatione externa electis & reprobis communi, sed à spiritu adoptionis suis effectis in nobis, fide videlicet, & sanctificatione in nobis inchoata, quæ dona sunt ἀμεταμέλητα: quò spectat illud quod scribitur 2. Cor. 13.5, & 1. Pet. 1.10. & 1. Ioan. 2.5.

3 Alia ratio cur omnino sit eis perseuerandũ, quoniam dubitare non possint de ipsius doctrina tot modis cœlitùs comprobatã, sicut ipsi optimè norant.
4 Alia ratio, quoniam ad eũ vsque diem sũma alacritate fuerant Euãgelium amplexi, adeò vt reliquis vicinis, essent exemplo, quo turpius illis fuerit in medio cursu deficere.

5 Ὅτι τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς ἐν λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ· καθὼς οἴδατε οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς.

5 3 Quoniam Euangelium nostrum constitit apud vos non sermone solùm, sed etiam potentia, & Spiritu sancto & plena certioratione multa: sicut nostis quales fuerimus inter vos vestri causa.

5 *Quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos.*

6 Καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθητε, καὶ τοῦ Κυρίου, δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου·

6 4 Et vos, imitatores nostri facti fuistis & Domini, excepto sermone cum afflictione multa, cum gaudio Spiritus sancti:

6 *Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini: excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti:*

7 Ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τῇ Ἀχαΐᾳ.

7 Adeo vt fueritis exemplaria omnia credentibus in Macedonia & in Achaia.

7 *Ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.*

8 Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξελήλυθεν, ὥστε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι.

8 A vobis enim non solùm personuit sermo Domini in Macedonia & Achaia, verùmetiam in omnem locum fides vestra quæ est in Deum, dimanauit, vt necesse non habeamus quicquam loqui.

8 *A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omni loco, fides vestra quæ est ad Deum, profecta est: ita vt non sit nobis necesse quicquam loqui.*

5 Vera conuersio nõ est idola deserere, nisi quis simul Deum verum & viuum in Christo vnico redemptore colat.

9 Αὐτοὶ γὰρ περὶ ὑμῶν ἀπαγγέλλουσιν ὁποίαν εἴσοδον ἔχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ.

9 Siquidem ipsi de nobis renuntiant qualem ingressum habuerimus ad vos, & 5 quomodo conuerteritis vos ad Deum relictis idolis, vt seruiretis Deo viuo & vero:

9 *Ipsi enim de nobis denuntiant qualem introitum habuerimus ad vos, & quomodo conuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuo & vero:*

10 Καὶ ἀναμένειν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, Ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης.

10 Et expectaretis Filium eius è cælis, quem suscitauit ex mortuis, *nempe* Iesum nos eruentem ab ira illa ventura.

10 *Et expectare Filium eius de cælis, quem suscitauit ex mortuis, Iesum qui eripuit nos ab ira ventura.*

5 *Quoniam*, ὅτι. Vt vis huius argumenti intelligatur, confer quod scriptum est Act. 13.48. Simile est argumentum 1. Cor. 1.6. ¶ *Euangelium*, εὐαγγέλιον. Id est, prædicatio Euangelij, vt sæpe iam annotauimus. ¶ *Constitit apud vos*, ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς. Vulgata, *Fuit ad vos*. Erasmus *Fuit erga vos*. Vtrunque (vt mihi videtur) nimium obscurè. Argumentatur autem Paulus à consequentibus. Est enim in solis electis Euangelium efficax ad salutem. Itaque primùm omnium dicit non fuisse nudam & inanem prædicationem Euangelij apud Thessalonicenses, nec inania duntaxat verba effusa, sed fructum maximum esse consequutum, vt 1. Cor. [illegible]. 20. Hoc autem duabus rebus definit, nempe donis illis Spiritus sancti, & certa persuasione quam in illorum animis insedisse res ipsa ostendit, quum alacribus animis crucem Domini pertulerint. ¶ *Tum in plena certioratione. &c.* καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ. Vulgata, *Et in plenitudine multa*, prorsus ineptè, quod tamen Aquinatem fefellit. Erasmus, *Per que certitudinem multam*. Ego malui plenam certiorationem dicere, qua de re vide Luc. 1.1. & Coloss. 2.2. Sed & in eo planè dissentio à plerisque quòd πληροφορίαν referunt ad ipsam Pauli & aliorum prædicationem, quæ certa adhibuerit argumenta. Nam ἐν πληροφορίᾳ dicendum fuisset.

6 *Cum gaudio, &c.* μετὰ χαρᾶς, &c. Id est, cum gaudio quod à Spiritu sancto promanat.

Exemplaria, τύπους. Id est, vt in vernaculo sermone dicimus, *patrons*. quo sensu dixit Horatius Vlyssem Homericum proponi, vt virtutis & sapientiæ exemplar, & ὑποτύπωσιν nomine vtitur Apostolus 1. Timot. 1.16. Vtitur autem plurali numero fortassis, vt significet tot fuisse veluti constantiæ typos quot erant Thessalonicensium capita. Vulgata tamen (vt Syrus etiam interpres, & codex Claromontanus) legit τύπον, numero singulari & *formam* interpretatur.

8 *Non solùm*, οὐ μόνον. Traiectionis Hebrææ hoc quoque sit exemplum, cuiusmodi alia multa obseruauimus. Nam alioqui in Græcis hoc sic collocatur vt prorsus ἀνακόλουθον esse videatur, quod tamen nusquam est. ¶ *In omnem locum*, ἐν παντὶ τόπῳ. ἐν pro εἰς. Id est, passim & vbique, etiam multò longius hyperbole è medio petita. Neque minus est ponderis istius phrasis quàm illius de Romanis ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.

9 *Ipsi*, αὐτοί. Id est, omnes credentes, ex versu 7. Vel quicunque vsquam sunt. Accipiuntur enim metonymicè regionum nomina pro ipsis regionum incolis. ¶ *Conuerteritis vos*, ἐπεστρέψατε. Vide Act. [illegible]. Deo videlicet vos ministerio meo per Sanctum suum Spiritum ad se conuertente, vt Ierem. 31.18. & 1. Pet. 2.9. ¶ *Relictis idolis*, ἀπὸ τῶν εἰδώλων. Vulgata & Erasmus, *A simulacris*. Ego studui amphiboliam quantumuis absurdam vitare. Deum autem viuum idolis mortuis, & verum, idolis quæ nihil sunt nisi phantasmata inania opponit.

10 *Nos eruentem*, ῥυόμενον ἡμᾶς. Participium pro verbali positum est: quod annotare volui de currerupulum illi, cui

ciat tempus præsens huius participij. ¶ *Ab ira illa ventura*, ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης. Ne hic quidem frustra repetitus est articulus. Iram autem accepit pro vltione seu vindicatione qua Dominus, terribiliter iratus, mundum tandem vlciscetur. Etiam, Domine, serua nos ab hac ira.

Κεφάλαιον β.

1 Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοί, τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονεν·

CAP. II.

1 Nam ipsi nostis, fratres, ingressum nostrum ad vos non fuisse vanum:

CAP. II.

1 *Nam ipsi scitis fratres, [illegible] itum nostrum ad vos, [illegible] non inanis fuit:*

1 Quod de suo Apostolatu paucis attigerat, copiosè explicat, in eum quem dixi finem. Act. 16.22.

2 Ἀλλὰ καὶ προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι.

2 2 ‖ Immo etiam *multa* prius passi & contumeliis affecti Philippis, sicut nostis, libertate loquendi vsi sumus in Deo nostro, ad prædicandum apud vos Euangelium Dei cum multo certamine.

2 *Sed antè passi & contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, fiduciam habuerimus in Deo nostro loqui ad vos Euangelium Dei in multa sollicitudine.*

2 Veri Pastoris virtutes, ingenuè & intrepidè mediis in periculis Euangelizare.

3 Ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης, οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας, οὔτε ἐν δόλῳ.

3 3 Exhortatio enim nostra non fuit ex impostura, neque ex impuritate, neque cum dolo:

3 *Exhortatio enim nostra nõ de errore, neque de immunditia, neque in dolo.*

3 Puram doctrinam, puro animi affectu, fideliter docere.

4 Ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, οὕτω λαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν.

4 4 Sed sicut approbati fuimus à Deo quorum fidei committeretur Euangelium, ita loquimur, non vt hominibus placentes, sed Deo exploranti corda nostra.

4 *Sed sicut probati sumus à Deo vt crederetur nobis Euãgelium, ita loquimur non quasi hominibus placentes sed Deo, qui probat corda nostra.*

4 Alienum ab omni assentatione & auaritiá, Deo suam conscientiam approbare.

5 Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας· Θεὸς μάρτυς.

5 Nec enim vnquam sermone assentatorio vsi sumus, sicut nostis, nec auaritiæ causa quicquam prætexuimus: Deus testis est.

5 *Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ: Deus testis est.*

6 Οὔτε ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων, δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι.

6 5 Neque ex hominibus quærẽtes gloriam, nec à vobis, nec ab aliis, quum possemus *vobis* oneri esse, vt Apostoli Christi.

6 *Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis, quũ possemus vobis oneri esse, vt Christi Apostoli.*

5 Omni vitata elatione, seipsum infimis quibusuis, eos lucrifaciendi causa summittere.

7 Ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν.

7 Sed fuimus mansueti inter vos.

7 *Sed facti sumus lenes in medio vestrùm.*

IN CAPVT II.

2 [*Multa*] *prius passi*, προπαθόντες. Sic in his libris accipi solet absolutè verbum πάσχειν, quod obscurius fuisset hoc in loco. ¶ *In Deo*, ἐν τῷ Θεῷ. Id est, Dei ope ac gratia freti. ¶ *Certamine*, ἀγῶνι. Vulgata, *sollicitudine*. Vide Coloss. 2.1.

3 *Ex impostura*, ἐκ πλάνης. Vulgata, *De errore*, sed perperam. De se enim loquuntur, non de Thessalonicensibus, nisi ex mutua relatione. Negant enim se fuisse impostores, aut illos deceptos. ¶ *Ex impuritate*, ἐξ ἀκαθαρσίας id est vllo scelere aut maleficio. sicut apud Latinos Impurus, apud Græcos μιαρὸς accipitur pro scelerato. Alioquin ἀκαθαρσίαν ad libidinum spurcitiem solet Apostolus accommodare.

4 *Sicut probati fuimus Deo*, καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Quod in eligendo placuit, hoc dicitur à nobis approbari: itaque δοκιμάζεσθαι nihil aliud declarat hoc in loco quàm vt idoneum & aptum assumi. Sed inter Dei & hominum iudicia hoc interest, quòd homines in eligendo spectant earum rerum qualitates quæ proponuntur: Deus verò in seipso inuenit consilij sui rationem: vnde fit vt quum ne ad cogitanda quidem quæ Dei sunt idonei simus, quos ipse primum ad sanctas illas vocationes eligit, eos non inueniat, sed faciat idoneos. Itaque hæc approbatio prorsus à Dei misericordia pendet, sicut ipse Apost. explicat 1 Cor. 7. 25: & δοκιμάζεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ nihil aliud declarat quàm Deo placere, idéoque gratis eligi. quod vt melius intelligeretur, actiuam loquutionem vsurpaui, quasi scripserit Paulus, καθὼς ἐδοκίμασεν ὁ Θεὸς πιστεῦσαι ἡμῖν τὸ εὐαγγέλιον, vt Rom. 1. 27. Nam τὸ δοκιμάζεσθαι respondet hoc in loco verbo Hebræo נחר [*nachar*] aut נרצה [*nirtsah*]. ¶ *Qui approbat*, τῷ δοκιμάζοντι. Id est, qui grata habet & accepta vel, *qui explorat*, id est, quem vt animi mei scrutatorem non dubito testem ac iudicem appellare. Significat enim se vocationi suæ sincerè respondere.

5 *Vsi sumus*, ἐγενήθημεν. Vulg. & Eras. ad verbum, *Fuimus*. Atqui dandum aliquid fuit Latinæ linguæ consuetudini, in dicendi formula tam inusitata. Annotauimus autem peculiarem vsum, eúmque diuersum, verbi γίνεσθαι in hac epistola, vt suprà 1.5. & 6, & infrà vers. 7. 8. & 10. ¶ *Nec auaritiæ causa quicquam prætexuimus*, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Nec in occasionem auaritiæ*, ita obscurè vt vix intelligas.

6 [*Vobis*] *oneri esse*, ἐν βάρει εἶναι. id est, inquit Erasmus, *In dignitate esse, siue grauitatem aliquam Apostolica præstantia seruare, vt nunc faciunt qui hoc obtentu ipsis Cæsaribus & regibus imperant*. vt etiam intellexit Syrus interpres. quod Gallicè dixeris, *tenir nostre grauité*. Sed meritò quæri posse videtur an possit hæc interpretatio admitti. Nam si de moderata grauitate accipias, non est verisimile insignes istos Apostolos vnquam fuisse sui muneris oblitos. quòd si aliquando sese ad infima quæque, ipsius Christi exemplo, summiserunt, aliter sanè facere ipsis non licuit pro muneris sui ratione, quæ postulabat vt cuncta ad ædificationem Ecclesiæ referrent. Sin verò de immoderata grauitate (id est arrogantia Pharisaica) accipias, absit vt illam existimemus Apostolis Christi vsurpare vnquam licuisse. Causa verò quæ adfertur, cur ἐν βάρει sumatur pro grauitate & auctoritate, non ita magni est momenti: quia videlicet in superiore versiculo dixerunt se non ambiuisse hominum gloriam: & sequitur, *Fuimus mansueti*. Nam priore loco mentionem fecerunt non tantùm ambitionis, sed etiam auaritiæ: id autem quod sequitur, ad vtrunque referri commodè potest. Itaque ἐν βάρει huc refero quòd quum suo iure potuissent (sicut in epistola vtraque ad Corinthios Paulus testatur) Ecclesiarum sumptu viuere, tamen suis manibus victum quæsiuissent, manifesto sanè argumento se ab omni tum auaritia tum ambitione maximè esse alienos. Idque magis etiam liquet ex eo quòd proximo versiculo vtuntur verbo ἐπιβαρῆσαι.

7 *Mansueti*, ἤπιοι. Id est, minimè [illegible] & queruli, quales solent esse ambitiosi & auari, sed faciles, hoc, vt

habet Vulgata, *Lenes*. qua virtute nihil magis est repugnās tum auaritiæ tum ambitiosæ arrogantiæ. Sed & optimè quadrat similitudo. Nam neque tam vile neque tam sordidum quicquam est quod nutrix mater, infantis causa, non subeat: neque ad istas deuorandas molestias ac sordes vlla spe lucri, sed materno tantum affectu ducitur. Quidam ex veteribus legunt paruuli, i. νήπιοι, lubrico librariorū lapsu, aut potius alicuius argutia, quia nutricis & liberorū fit mētio, tenerorū videlicet quos illa foueat. Sed quisquis ille fuit qui hoc commentus est primus, considerare debuit Paulū cum suis non infantium quibus comparentur Thessalonicēses, sed nutricis personam in hac similitudine sustinere.

---

6 Gregem sibi cōmissum propria vita chariorem habere. Act.20.34. 1.cor.4.12. 2.thess.3.6

7 Ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα· οὕτως, ἱμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν οὐ μόνον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγένησθε.

7 6 *Et*, vt si nutrix foueat liberos suos, ita *nobis* cupidi vestri libebat impartiri vobis nō solùm Euangelium Dei; sed etiam nostras ipsorū animas, quòd chari nobis essetis.

7 *Tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes vos cupidè volebamus tradere vobis, non solùm Euangelium Dei, sed animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.*

7 Suo potius iure cedere quàm omnes grauare.

8 Μνημονεύετε γάρ, ἀδελφοί, τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ.

8 7 Meministis enim, fratres, laboris nostri ac ærumnæ: nocte enim ac die operando, ne cui oneri essemus, prædicauimus apud vos Euangelium Dei.

8 *Memores enim estis, fratres, laboris nostri & fatigationis: nocte & die operantes, nequem vestrûm grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei.*

8 Sanctæ & inculpatæ vitæ exemplo cæteris præire. Ephes.4.1. philipp.1.27. coloss.1.10

9 Ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ Θεός, ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν.

9 8 Vos testes *estis* & Deus, quomodo sanctè & iustè & inculpatè erga vos qui creditis, nos gesserimus.

9 *Vos testes estis & Deus, quàm sanctè & iustè & sine querela, vobis qui credidistis fuimus.*

9 Paternū affectū ad exhortationes & cōsolationes afferre.

10 Καθάπερ οἴδατε ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι,

10 9 Sicut nostis quomodo vnumquemque vestrûm, tanquā pater liberos suos, hortabamur & consolabamur.

10 *Sicut scitis qualiter vnumquemque vestrûm (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes,*

10 Omnes ad vitā sicut Deo dignum est instituendā sedulò & ardenter vrgere.

11 Καὶ μαρτυρούμενοι, εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν.

11 10 Et obtestabamur vt ambulantes sicut conuenit Deo vocanti vos ad suum regnum ac gloriam.

11 *Testificati sumus vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam.*

11 Approbato suo ministerio, rursum, in eū quem dixi finem, Thessalonicensium alacritatem suæ in docendo diligentiæ respondentem & eorundem infractam patientiam commendat.

12 Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες

12 11 Propterea etiā nos gratias agimus Deo sine intermissione quòd acceptū de Deo ser-

12 *Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam quum acce-*

8]*Et*] *vt si nutrix*, ὡς ἂν τροφός. particula οὕτως sequens omnino ostendit hoc membrum cum sequentibus cohærere, & deesse copulam, quam etiam Syrus interpres expressit; & cuius ellipsin hebraicam in bimembri oratione, sæpissimè iam annotauimus.

Nobis cupidis vestri, ἱμειρόμενοι ὑμῶν. videlicet vos ad Christum tanquam sponsam ad sponsum adducendi: quò spectant phrases illæ apud Paulum crebræ, vbi de sancto illo Christi & Ecclesiæ coniugio agitur, cuius sunt quasi conciliatores & pronubi veri Pastores vt 2. Corinth.11.2. & Gal.4.17. Nam est quoque verbum ἱμείρεσθαι ἐρωτικὸν & rarū alioqui verbum apud Græcos, vt annotauit quoque Nissenus sic & Cicero lib. de Oratore primo, *Homo cupidissimus nostri*. ¶*Libebat*, εὐδοκοῦμεν. Vulgata, *Volebamus* non satis expressa notatione verbi εὐδοκεῖν.

¶*Nostras ipsorum animas*, τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, id est nostram ipsorum vitam. Sic enim Hebræi *Vitam* numero etiam plurali vocant. Mirè autem hoc quoque conuenit nutrici matri, vtpote quæ suo ipsius sanguine liberos suos alat. Sed obseruanda est hæc hyperbole, alioqui vitiosa quantumuis amantibus familiaris, nisi ad Deum ipsum referantur hæc omnia, cui soli propriè animæ sint consecrandæ, quum ipsius coniugij vinculo fiant quidem coniuges vna caro, at non vnica anima: in spirituali verò connubio fiat Ecclesia, tum caro ex carne Christi, & os ex ossibus eius Eph.5.30. tum vnus cum ipso Spiritus. 1 Cor.6.17, quatenus quidem per eum ad spiritualem vitam animatur. Rom.8.9.

9 *Ac ærumnæ*, καὶ τὸν μόχθον. Μόχθος aliquid etiam grauius significat quàm κόπος, & sicut vernaculo nostro sermone hæc tria, *Labeur, Peine, Trauail*, gradus quosdam laboris significant, sic & apud Græcos, πόνος, κόπος, μόχθος. Ideo Vetus interpres Fatigationem conuertit.

10 *Vobis qui*. Erasmus, *Vobiscum*. Potest etiam hoc referri ad ἀμέμπτως, vt sit sensus, quomodo sanctos & iustos, quomodo denique nos vobis qui creditis, inculpatos præstiterimus, vt vertit Syrus interpres, qui totum hunc locum sic legit, ὡς ὁσίως καὶ δικαίως ἐκηρύξαμεν ὑμῖν τὸ τοῦ Θεοῦ εὐαγγέλιον, καὶ ἄμεμπτοι πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν, id est, *quomodo sanctè & iustè prædicauimus vobis Euangelium Dei, & inculpati apud omnes credentes fuimus*. ¶*Nos gesserimus*, ἐγενήθημεν. Vide suprà, vers.5.

11 *Quomodo*, &c. ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν. Erasmus, *Vt erga vnumquenque vestrum [fuerimus affecti.]* Duo enim hîc eum offenderunt: primùm repetita particula ὡς: deinde quòd quū præcesserit ἕνα ἕκαστον, postea subiiciat pronomen ὑμᾶς. quamobrem putauit imperfectam esse orationem. Mihi verò nulla hîc apparet ellipsis nisi verbi substantiui, vt mox dicemus.

¶*Hortabamur*, παρακαλοῦντες ὑμᾶς. Vulgata, *Deprecantes vos*, quod non conuenit Est autem post participium παρακαλοῦντες subaudiendum substantiuum verbum ex Hebræorum more quo circunscribere solent præteritum imperfectum vel præsens, vt sæpe iam annotauimus, vt 2.Cor. 5.6.& 12. Item 7.5, & 11.13, & pronomen ὑμᾶς redundat ex Hebræorum idiotismo: qui, quanuis expresso antecedente, solent tamen affixa, quæ vocant, verbis ac nominibus subiicere, vt obseruauimus multis iam locis, veluti Rom.16.27, & 2.Cor.4.4, & Ephes.3.21. quod non animaduertens Vetus interpres copulam ante μαρτυρούμενοι sustulit contra Græcorum codicum fidem, coactus tamen illud accipere pro ἐμαρτυρούμεθα.

13 *Quòd acceptum*, &c. ὅτι παραλαβόντες, &c. Vulgata, *Quum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis*, &c. ita obscurè vt vix quisquam possit percipere. Itaque Erasmus explicauit hoc modo, *Quod quum acciperetis sermonem à nobis quo Deum discebatis, accepistis*, &c. *Nam*, inquit, *si παραλαβόντες connectas, Quum accepissetis, quomodo accipiebant quod iam acceperant?* Deinde Verbum auditus Dei à nobis, putauit significare Verbum quod vobis Deus per nos loquebatur, vel Verbum per quod Deum ex nobis discebatis. At ego aliter

aliter explico. Dico enim sermonē auditionis Hebraico more significare sermonē auditum, siue sermonē aurib. perceptū, ac proinde à Paulo & collegis prædicatū: eúmq; Dei, (id est de Deo) vel quem Deus per os ipsorum annuntiabat. Est autem magnum discrimen inter παραλαμβάνειν & δέχεσθαι. Illud enim, est interioris sensus ea accipientis quæ externis sensibus obiiciuntur, & ad iudicij cognitionem transferentis, vt recepta vel probet & amplectatur, (quod significatur verbo δέχεσθαι) vel repudiet ac reiiciat. Ista denique non minus differunt quàm pecuniam oblatam accipere, & eam acceptam recondere. Possumus autem παρ' ἡμῶν, id est à nobis, connectere vel cum participio παραλαβόντες, vel cum ἀκοῆς, vt nos fecimus, eadem prorsus manente sententia.

λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ Θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ (καθώς ἐστιν ἀληθῶς) λόγον Θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν.

monem quem audistis ex nobis, exceperitis non vt sermonem hominum, sed (sicut est verè) vt Dei sermonem, qui etiam agit in vobis qui creditis.

pissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis non vt verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis.

14 Ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε, ἀδελφοί, τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι ταῦτα ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων·

14 12 Vos enim, fratres, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu, quippe quum eadem passi sitis & vos à propriis tribulibus, sicut & illi à Iudæis:

14 *Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis:*

12 Confirmat eos in domesticis afflictionibus quoniā à suis vexabātur: quod dicit eis esse cū Iudæicis Ecclesiis commune, ac proinde iucundum etiā illis esse debere.

15 Τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων, καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων,

15 13 Qui etiam Dominū Iesum & proprios Prophetas occiderunt, & nos expulerunt: 14 neq; Deo placent, & omnib. hominibus aduersantur.

15 *Qui & Dominum occiderunt Iesum & Prophetas, & nos persequuti sunt: & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur:*

13 Occurrit offendiculo, quòd Iudæi præ cæteris Euangelium persequerentur. Id verò, inquit, nouum non est, quum ipsum Christum & suos Prophetas occiderint, méque adeò expulerint.

16 Κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε, ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος.

16 Prohibentes nos Gentibus loqui vt seruentur, vt semper compleant peccata sua. occupauit enim eos ira ad extremum vsque.

16 *Prohibentes nos Gentibus loqui, vt salui fiant, vt impleant peccata sua semper: peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem.*

16 Extremum exitium Iudæorum prænuntiat, ne quis eorum rebellione moueatur.

¶*Non vt sermonem hominum*, &c. οὐ λόγον ἀνθρώπων, &c. Id est, οὐχ ὡς λόγον ἀνθρώπων, ἀλλ' ὡς λόγον Θεοῦ, vt Syrus & Vulgata ac Græci scholiastæ legunt. Neque verò causa erat cur Erasmus eam lectionem idcirco reiiceret, quòd particula ὡς de iis dicatur, quæ vera sunt: imò potius vel ob eam causam debuerat eam amplecti. quanquam hoc quidem ad rem non pertinet: nam ὡς non propriè cohæret cum λόγῳ, sed cum ἐδέξασθε, vt significetur, Thessalonicenses Apostolicam doctrinam ita excepisse, vt par erat excipere eam doctrinam quam sibi persuasissent non esse hominum, (id est ab hominibus quasi auctoribus profectam) sed Dei ipsius, qui per os Apostolorum loqueretur, vti sanè Dei erat: quod res ipsa ostendit. Verùm etiamsi ὡς non addas, ita erit explicanda hæc species appositionis, de qua diximus Luc.1.41.

14 *In Christo Iesu*, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. id est, Christi Iesu nomine collectæ, vt suprà 1.1, vbi subauditur participium verbi substantiui hoc in loco expressum. Ineptè igitur Castellio conuertit, *Quod ad Christum Iesum attinet*. Imitatores autem vocat quibus simile quiddam accidisset.

¶*A proprijs tribulibus*, ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν. id est, ab iis ipsis quibuscum gentem ac ciuitatem communem habetis. Intelligit autem tum Iudæos tum alios ciues Thessalonicenses qui grauissimam seditionem excitarant aduersus Ecclesiam vixdum nascentem vt refert Act.17.

¶*Illi*, αὐτοί. Id est, *ipsi*. Iudæi videlicet Christiani à Iudæis contumacibus & incredulis: præcessit autem ἐκκλησιῶν, sed vt nomen collectiuum.

15 *Proprios*, ἰδίους. Id est peculiariter illis destinatos. Sed tamen hanc vocem non legit Vulg. & Tertul. lib.5. aduersus Marcionem, additam fuisse à Marcione testatur.

¶*Omnibus*, &c. πᾶσιν &c. Meritò sanè hoc dicit, quum Iudæi plerique nec in regnum Dei introire ipsi vellent, nec alios sinerent ingredi. Nec enim quisquam est magis capitalis humani generis hostis quàm qui Euangelij cursum impedit. Alij interpretantur toti mundo exosos, quod mihi non placet.

16 *Vt semper*, &c. εἰς τὸ, &c. Est hoc tritum apud Hebr. dicendi genus, complere iniquitates suas, & Patrum mensuram implere, vt Genes.15.16, & Matth.23.32: quo significatur hæreditaria improbitas. quia nimirum Dominus non statim ad iram prorumpit, sed expleto demum iniquitatis cumulo, vt reprobi suo ipsorum iudicio millies conuicti teneantur. Particula verò πάντοτε perpetuum illum in sceleribus progressum declarat.

¶*Occupauit enim*, ἔφθασε δέ. Vulgata & Erasmus, *Peruenit autem*. Mihi verò videtur τὸ φθάνειν subitum aliquid & inexpectatum declarare. Deinde δὲ pro γὰρ positum puto quam enallagen sæpe iam annotauimus.

¶*Ira*, ἡ ὀργή. Ira videlicet Dei (vt legitur expressum in Claromontano codice & Vulgata) id est irati Dei iudicium aduersum illos, vt Rom.4.15.

¶*Ad extremum vsque*, εἰς τέλος. Vulgata & Erasmus, *In finem*, nimium obscurè. Hebr. לנצח [lanetsach] id est in perpetuum. Neque tamen ista pugnant cum iis quæ prædixerunt Prophetæ de Israelis instauratione, & quæ explicat noster Apostolus Rom.11.25. Nam siquis ista propius consideret, mecum (vt spero) fatebitur Apostolum hoc loco de certis ex ea Gente hominibus agere, iis nimirum qui tum in Iudæa, ac præsertim Hierosolymis erant, ac Christum ipsum non contenti interfecisse, suos etiam Prophetas & ministros Verbi peculiariter ipsis destinatos, ipsúmque adeo Paulum crudelissimè persequebantur. Hi sunt nimirum qui vltro citróque missis nuntiis sanctos Apostoli conatus frangere conabantur, & quorum rabiem Philippis, Thessalonicæ, Berrhœæ, paulo antè expertus erat quàm hæc scriberet. Meritò igitur illis odium Dei inexpiabile & sempiternum exitium imminere dicit: idque quàm verè scripserit, non ita multo pòst apparuit, ipsis ad internecionem deletis, & ita quidem, vt quum plurimi etiam ex prouincialibus Iudæis essent eiusdem sceleris consolij, eos omnes Deus in vrbe quasi in sagena includeret, quos simul etiam vlcisceretur. Siquidem non sine mirabili Dei prouidentia factum est vt eo tempore vrbs obsideretur, quo Iudæi ex vniuerso orbe semarum ob conuenerant, vt refert Iosephus. Denique si quis contendat istud indefinitè de tota Iudæorum gente dici, vel per hyperbolen hoc erit explicandum, vel nō de temporali spatio perpetuo, sed de ipsius pœnæ æternitate accipiendum, quum nihil sit horribilius ea excæcatione qua tot iam secula iustus Deus huncillorum clamorem vindicat, Sanguis eius sit super nos, & super filios nostros.

1 Occurrit obiectioni, quod eos in summis miseriis versantes non satis [illegible] reliquerit. [illegible], inquit, [illegible] nec per me stetit, [illegible] impedimentis, ideoque Timotheum fidum meum collegam, ad vos misi, quoniam nihil est mihi vobis charius.

17 [illegible] ἀδελφοί, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ.

18 Διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (ἐγὼ μὲν Παῦλος) καὶ ἅπαξ καὶ δίς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς.

19 Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπίς, ἢ χαρά, ἢ στέφανος καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ;

20 Ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά.

17 1 Nos verò, fratres, "orbati vobis ad temporis momentū, conspectu, non animo, eo ampliùs studuimus videre faciem vestram, cum multo desiderio.

18 Ideo voluimus venire ad vos (ego quidē Paulus) semel "atque iterum," sed impediuit nos Satanas.

19 Nam quę est nostra spes, aut gaudiū, aut corona de qua glorier? annon "& vos in cōspectu Domini nostri Iesu Christi in eius aduentu?

20 "Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

17 *Nos autem, fratres, desolati à vobis ad tempus horæ aspectu, non corde, abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio.*

18 *Quoniam voluimus venire ad vos (ego quidem Paulus) & semel & iterum, sed impediuit nos Satanas.*

19 *Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum nostrū Iesum Christum estis, in aduentu eius?*

20 *Vos enim estis gloria nostra, & gaudium.*

Κεφάλαιον γ.

1 Διὸ μηκέτι στέγοντες, εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι.

Act.16.1.

2 Καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς καὶ παρακαλέσαι ὑμᾶς περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν.

3 Τὸ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. αὐτοὶ γὰρ οἴδατε ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα.

4 Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προελέγομεν ὑμῖν ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγένετο, καὶ οἴδατε.

1 Voluntas Dei, hac lege suos vocantis, vt eos per crucē ad gloriam adducat, certū est aduersus afflictiones remedium.

5 Διὰ τοῦτο κἀγὼ μηκέτι στέγων ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μή πως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν.

Cap. III.

1 Qvamobrē quū nos non amplius contineremus, libuit nobis Athenis derelinqui solos,

2 ‖Misimúsque Timotheum fratrem nostrum, ac ministrū Dei "& adiutorem nostrum" in Euangelio Christi, ad vos stabiliendos & exhortādos "super fide vestra:

3 "Vt nemo commoueatur afflictionib. istis. 1 Ipsi enim nostis" ad id nos esse constitutos,

4 Etenim quum apud vos essemus, prędicebamus vobis fore vt affligeremur: sicut & factū est, & nostis.

5 Quamobrem & ego nō amplius "*me* continens, misi *eum* vt cognoscerem fidem vestrā: "*veritus* nequo modo tentasset vos "tentator ille, & inanis redditus esset labor noster.

Cap. III.

1 *Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis.*

2 *Et misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Euangelio Christi, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide vestra:*

3 *Vt nemo moueatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus.*

4 *Nam & quum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes: sicut & factum est, & scitis.*

5 *Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noster.*

17 *Orbati vobis*, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν, i. Disiuncti à vobis, ac proinde veluti orphani. Vsus enim est vocabulo quo testaretur quàm inuitus eos reliquisset. Vulg. *Desolati à vobis*. ¶ *Ad temporis momentum*, πρὸς καιρὸν ὥρας. Vel, *ad momentum horæ*, vt in illo Horatij, *Horæ momento cita mors venit aut victoria læta*, i. intra breuissimum tempus. Nam vtroque hoc nomine significatur certum temporis punctum. Vide Matth. 9.22. Vulg. *Ad tempus horæ*. Eras. *Ad spatium temporis*. Testis est autem huius desiderij etiam Lucas Act.17.

18 *Atque iterum*, καὶ δίς, i. [illegible], vel δὶς accipitur pro *secundo*, quod Gallicè diceris, *Vne fois voire deux*. Alioqui pro ἅπαξ καὶ δίς dixisset Apostolus δὶς, ter. Sic etiam supra Philipp. 4.16. ¶ *Sed impediuit*, &c. καὶ ἐνέκοψεν. Καὶ pro ἀλλά, vt Act. cap. 20. versu 28.

19 *Et vos*, καὶ ὑμεῖς. Syrus interpres & Vulgata non habent copulam [illegible], quæ tamen minimè est otiosa, & in omnibus nostris codicibus Græcis extat.

20 *Vos enim*, ὑμεῖς γάρ. Particula causalis hic non adhibetur probandæ superioris dicti sententiæ (hoc enim esset idem, vt vulgo loquuntur, per idem probare) sed rationē [illegible] dixerit Apostolum, nempe quoniam ita [illegible] habebat. Itaque γὰρ potest etiam accipi pro Certè, ex vsu Hebraicæ particulæ [illegible].]

IN CAPVT IIII.

1 *Ediuit nobis*, εὐδοκήσαμεν. Ambrosius vertit optimum duximus [illegible], opinor, Græcam vocem exprimere. Sed mihi videtur hoc loco id esse quod Gallicè dicimus, *Nous auons [illegible]*. Vulg. *Placuit*. Erasmus, *Visum est*.

2 *Et adiutorem nostrum*, καὶ συνεργὸν ἡμῶν. Hoc non legit Vetus interpres. Claromontanus codex verò non habet καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ, & *ministrum Dei*. ¶ *In Euangelio*, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, i. in prædicatione Euangelij, vt alibi sæpe. ¶ *Super fide vestra*, περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν. Sic inuenimus scriptum in omnib. vetustis libris, vno duntaxat excepto. Quidam tamen malunt legere ἡμῶν, id est nostra, vt significetur missum Timotheum, qui commemorata Pauli fide Thessalonicenses cōfirmaret. Sed περὶ τῆς πίστεως pro τῷ πίστει mihi non facilè possit probari nisi quis simile aliquod exemplum proferat. Retineo igitur veterum codicum & Græcorum scholiorum lectionem, quam etiam sequutus est Vetus interpres, vt περὶ pro ὑπὲρ hoc quoque loco ponatur, sitque hoc additum vt significetur qua in re potissimùm versaretur Timothei exhortatio. Hoc enim est quod in vernaculo sermone dicimus *Touchant vostre foy*. Eras. *De fide vestra*.

3 *Vt nemo commoueatur*, τὸ μηδένα σαίνεσθαι, i. ταράττεσθαι, vt Græcus scholiastes interpretatur. Quid si verò potius σαίνεσθαι media significatione accipiamus pro adblandiri, aduersariis videlicet Euangelij? Nam τὸ σαίνειν constat de canibus propriè dici qui mota cauda blandiuntur, & vocem istam nusquam memini legere alia significatione: vt fortasse legendum sit potius σείεσθαι, vel σαλεύεσθαι, quo verbo vtitur in altera ep. 2.2. sed obstat omnium codicum consensus. Cæterùm articulus τὸ indicat qua ratione confirmaturus esset Thessalonicensium animos Timotheus. ¶ *Ad id nos esse constitutos*, εἰς τοῦτο κείμεθα. Vulg. *In hoc positi sumus*. Eras. *In hunc vsum positos esse*. Vide Luc 2.34.

5 [*Me*] *continens*, στέγων. Sic vulgo dicimus *ne me pouuant plus tenir*, Vulg. *Sustinens*. Eras. *ferens*. Ego istud puto positum forma con-

ma coniugationis Hebr. Hitpahel siue Niphal reciprocæ. Vide 1.Cor.13.7.

¶ [*Veritus*] *ne quo modo*, μή πως. Ellipticum dicendi genus, vt etiam ante εἴπως. Rom. cap. 11.14, & 21. & Philipp. cap.3. vers.11. Sed non semper eodem verbo supplenda est hæc ellipsis. ¶ *Tentator ille*, ὁ πειράζων: id est, ὁ πειραστής. Hebræorum more, qui participium pro verbali nomine vsurpant.

6 Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ὑμᾶς ἀφ' ὑμῶν, καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς·

7 Διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν, ἀδελφοί, ἐφ' ὑμῖν, ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν, διὰ τῆς ὑμῶν πίστεως·

8 Ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ.

9 Τίνα γὰρ εὐχαριστίαν δυνάμεθα τῷ Θεῷ ἀνταποδοῦναι περὶ ὑμῶν, ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ ᾗ χαίρομεν δι' ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν,

10 Νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ δεόμενοι εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον, καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν;

11 Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς.

12 Ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς·

13 Εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ, ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

Κεφάλαιον δ.

1 Τὸ λοιπὸν οὖν, ἀδελφοί, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρακαλοῦμεν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν τὸ

6 2 Nuper autem quum venisset Timotheus ad nos à vobis, & lætum nuntium nobis attulisset de fide & charitate vestra, & quòd bonam nostri memoriam retineatis, semper expetentes nos videre, sicut nos quoque vos *expetimus*.

7 Propterea consolationē accepimus, fratres, ex vobis, in omni afflictione & necessitate nostra, per vestram fidem:

8 "Nunc enim viuimus, si vos "perstatis in Domino.

9 Quā enim gratiarum actionē possimus Deo "retribuere de vobis, super omni gaudio quo gaudemus propter vos coram Deo nostro.

10 "Nocte ac die "magis ac magis rogantes vt videamus vestram faciem, & quæ desunt fidei vestræ "sarciamus?

11 Ipse verò Deus & Pater noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos.

12 3 "Faxit autem Dominus vt auctiores sitis & exundetis mutua inter vos charitate, & in omnes, quemadmodum & nos in vos:

13 Vt corda vestra inculpata stabiliat ‖ in sanctimonia corā Deo & Patre nostro, in aduentum Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis "suis.

2 Rursus ex eo quòd [illegible] feliciter adhuc perrexerint, ad reliquum iter perficiendum eos hortatur: in eo etiam gratissimum ipsi eorum Apostolo facturos.

6 *Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem vestram, & quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut nos quoque vos:*

7 *Ideo consolati sumus, fratres, in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram:*

8 *Quoniam nunc viuimus, si vos statis in Domino.*

9 *Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum.*

10 *Nocte ac die abundantius orantes vt videamus faciem vestram, & compleamus ea quæ desunt fidei vestræ?*

Rom.1.10.& 1.23

11 *Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos.*

12 *Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatē in inuicem, & in omnes, quemadmodum & nos in vobis:*

13 *Ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum & Patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.*

1.Cor.1.8. infrà 5.23

3 Altera pars epistolæ, in qua de Christianæ vitæ officiis disserit. Docet autem duabus in rebus positam esse Christianæ vitæ perfectionem, nēpe in charitate erga omnes, & interiore cordis puritate, quarum tamē complemētū in alterū aduentum Christi differtur, tunc demum qua gratia hoc opus in nobis cœpit, eādem illud perfecturi.

Cap. IIII.

1 Qvod reliquum est igitur, fratres, rogamus vos & precamur per Dominū Iesum, vt sicut accepistis à nobis quo-

Cap. IIII.

1 *De cætero ergo, fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis quomodo opor-*

1 Variæ exhortationes, quarum fundamentum est, vt eorum quæ ex Apostolo audierunt sint memores.

6 *Lætum nuntiū nobis attulisset*, καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν. Sic in genere accipiendū hoc verbum resipsa ostendit. Nos enim alioquin verbum Euangelisandi abs re vt repudiemus.

8 *Nunc enim viuimus*, ὅτι νῦν ζῶμεν. i. Nam nunc non aliter nobis videmur salui & incolumes, non aliter, inquam, viuere, quàm si pergitis in fide. Particula autem ἐὰν non est dubitantis, sed simplicem ponentis conditionem, vt ab eorum constantia tum pependisse vitæ suæ incolumitatem significent. ¶ *Perstatis in Domino*, στήκετε ἐν Κυρίῳ. Perstare in Domino, significat in fide perseuerare, quia fides inserit nos Domino.

9 *Retribuere*, ἀνταποδοῦναι. Vide Rom.11.35. *Coram Deo nostro*, ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Quæ sit vis istius loquutionis diximus Luc 1.6. Potest autem vel cum præcedētibus vel cū sequentibus construi, vt apud Syrum interpretem legitur: & repetitum est antecedens pro relatiuo, ex Hebræorum more.

10 *Quam vehementissimè*, ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ Vulgata, *Abundantius*. Erasmus, *Supra modum*. Vide Ephes. 3.20

¶ *Sarciamus*, καταρτίσαι: id est, vt omnibus numeris fidem vestram adhuc imperfectam absoluamus? Nam præterquam quòd quotidie nobis perficiendum est (quod tamen mihi non videtur propriè ad hunc locum pertinere) coactus fuerat Apostolus aduersariorum importunitate vix inchoatum ædificium relinquere. quam etiam ob caussam Silam & Timotheum in Macedonia reliquerat, Act. cap.17. vers.14. & quum Timotheus è Macedonia ad ipsum Athenas venisset, statim eum remisit, qui tamen posteacū Sila rediens, ipsum inuenit Corinthi, Act cap.18. versu 5. Itaque hos eosdem sibi comites idcirco adiungit, 2. Corint. cap.1. versu 19 vt mihi quidem omnino videatur hic Siluanus is esse quem Lucas Silam vocat, perpetuus in ea peregrinatione collega Pauli cum Timotheo. Quod autem attinet ad verbum καταρτίζειν, diximus de eo pluribus Mat 21.16. Rom.9.22, & 1.Cor.1.10.

12 *Faxit vt auctiores sitis*, πλεονάσαι. Verba hæc propriè neutra fiunt transitiua, forma coniugationis Hebrææ Hiphil

13 *Suis*, αὐτοῦ. Vel eius. Vulgata addit Ἀμήν, *Amen*, vt scribitur etiam in Claromontano codice

πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν Θεῷ, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον.

Οἴδατε γὰρ τίνας παραγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

Τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν, ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας·

εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ·

Μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν.

Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· διότι ἔκδικος ὁ Κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ προείπαμεν ὑμῖν, καὶ διεμαρτυράμεθα.

Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ.

Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν τὸν καὶ δόντα τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς.

Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχομεν γράφειν ὑμῖν· αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους.

Καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ. παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, περισσεύειν μᾶλλον.

modo oporteat vos ambulare, & placere Deo, ¹magis excellatis.

2 Nostis enim quæ ¨mandata dederimus vobis per Dominũ Iesum.

3 ²Nam hæc est voluntas Dei, *nempe* ¨sanctimonia vestri, *id est* ‖vt abstineatis à scortatione:

4 ³Vt sciat vestrûm vnusquisque ¨suum vas possidere cum sanctimonia & honestate.

5 ⁴Non ¨in morbo cupiditatis, sicut Gentes quæ non nouerũt Deum.

6 ⁵‖ *Et* vt ne *quis* opprimat, & habeat questui in negotio fratrem suum. nã vindex est Dominus omnium istorum, sicut & antea diximus vobis, & asseueranter testati sumus.

7 ‖Non enim vocauit nos Deus ad impuritatem, sed ad sanctimoniam.

8 Proinde ¨qui *hæc* dedignatur, non dedignatur hominem, sed Deum, qui etiam dedit ¨nobis Spiritum suum sanctum.

9 ⁶‖Cæterùm de fraterno amore non necesse ¨habemus scribere vobis: ipsi nãq; diuinitus docti estis vt diligatis alij alios

10 Nã & facitis hoc erga cunctos fratres qui sunt in tota Macedonia. Hortamur autẽ vos, fratres, ¨vt magis excellatis:

teat vos ambulare & placere Deo, sicut & ambulatis, vt abundetis magis.

2 *Scitis enim quæ præcepta dederimus vobis per Dominum Iesum.*

3 *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione:*

4 *Vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore:*

5 *Non in passione desiderij, sicut & Gentes quæ ignorant Deum.*

6 *Et ne quis supergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem suum. quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut & testificati sumus,*

7 *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.*

8 *Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed Deũ, qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.*

9 *De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos à Deo didicistis vt diligatis inuicem.*

10 *Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. rogamus autem vos, fratres, vt abundetis magis:*

Rom.12.1 eph.5.27
2 Summa eorũ quæ ipsis tradiderat, hæc est, vt se totos Deo consecrent. Damnat autẽ disertè omnẽ libidinosam fœditatem, vtpote quæ Dei voluntati prorsus repugnet.
3 Altera ratio, quòd corpus ipsum polluat.
4 Tertia, quòd honestate & puritate discernantur sancti ab iis qui Deũ non norunt.
1.Cor.6 8 2.Cor.1 2
5 Secundò omnem violentam oppressionem & immodicam cupiditatem reprehẽdit: quorum scelerum vindicem fore Deum seuerissimè demonstrat, vt Dei Propheta.
Ioan.13.34, & 15 12 1.ioh.1.8. & 4. 21.
6 Tertiò animum ad omne beneficentiæ genus promptum requirit: in qua etiam virtute hortatur vt magis ac magis proficiant.

IN CAPVT IIII.

1 *Deo,* Θεῷ Vulg (vt & Ambrosius) legit præterea καθὼς καὶ περιπατεῖτε, *sicut etiam ambulatis*, quòd itidem in Claromontano & alio manusc. codice legitur. Quod autem quidã ex Scholasticis legunt, sic & ambuletis, οὕτω καὶ περιπατῆτε, constructum cum verbo ἐρωτῶμεν, nullius Græci codicis auctoritate confirmatum inueni. ¶ *Magis excellatis*, περισσεύητε μᾶλλον. Id est, ita conemini magis ac magis excellere, ac vosipsos quotidie superare. Nam τὸ περισσεύειν hoc in loco non significat abundare, sed ὑπερβάλλειν καὶ ὑπερέχειν. Vulg. & Erasmus, *Vt abundetis magis.*

2 *Mandata*, παραγγελίας. Τὸ παραγγέλλειν interdum quidẽ fateor generaliter accipi pro edicere & interdicere: sed, vt ostendit ipsa verbi notatio, propriè de eo mandatorum genere dicitur quod per manus traditur & accipitur, vt auctor quidem ipse mandati dicatur διαγγέλλειν, i. per alium significare: qui verò nomine alterius aliquid denuntiat quasi per manum acceptum, παραγγέλλειν. quam significationem hoc in loco putaui in primis obseruandam, quum ita videatur Apostolus ipse explicare 1. Cor. 11.23. Sed & quæ fuerint ista mandata, mox ita explicat vt sine summa impudentia non possint Ecclesiastici prædones hoc testimonio ad stabiliendam suam tyrannidem abuti.

3 *Sanctificatio*, ὁ ἁγιασμός. Vide Ioan 17.17.

4 *Suum vas*, τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος. Id est, suum corpus, vt apparet ex iis quæ scripta sunt 1. Cor. 6.18.

5 *In morbo cupiditatis*, ἐν πάθει ἐπιθυμίας. Πάθος conuertimus morbum, Ciceronem sequuti. Ita enim propriè accipitur hoc in loco. Vulg. *Cum passione desiderij* Erasmus, *Cum affectu concupiscentiæ.*

6 [*Et*] *vt ne* [*quis*] *opprimat*, Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν Hæc infinita ἀπέχεσθαι, εἰδέναι, ὑπερβαίνειν & πλεονεκτεῖν pendent à θέλημα, ver. 3 & sunt descriptio nostræ sanctificationis. Ideo addidi copulam in hoc tertio membro. Cæterùm τὸ ὑπερβαίνειν cum casu personæ quasi ob oculos repræsentat eos qui vi oppressum quempiam conculcant, quum propriè significet *Supergredi*: quo verbo vsus est Vetus interpres: siue *Superscandere*, vt superbi & ambitiosi consueuerunt, quanuis Dominus sic quoque interdum hostes suos vindicarit, vt Ios. 10.24. Hinc illa comminatio Domini Deut 28.43. *Peregrinus*, ait Deus, *qui erit apud te, ascendet super te*: quibus verbis istud ὑπερβαίνειν aptissimè describitur, vt Ps. 66. vbi gemitus suos in Domini sinum effundens Ecclesia, *Inequitare*, inquit, *fecisti homines capiti nostro*: quod Græci eleganter verterunt verbo ἐπιβιβάσαι. Vsus sum autem opprimendi verbo, quoniam hoc ipsum à consequenti significatur verbo ὑπερβαίνειν, cuius metaphora durior esset in Latino sermone.

¶ *Habeat quæstui*, πλεονεκτεῖν. Sicut illud ad vim manifestam, ita istud ad fraudem refertur. Vide 2. Corinth. 2.10 & 12.7.

8 *Qui* [*hæc*] *dedignatur*, ὁ ἀθετῶν. Repete τὰς παραγγελίας, &c. id est illa mandata quæ dedi vobis ex vers. 2. Diximus autẽ de verbo ἀθετεῖν. Marc 6.26. ¶ *Nobis*, εἰς ἡμᾶς, id est ἡμῖν. Respondet enim præpositio εἰς literæ ל, quæ tertio casui præponitur apud Hebræos. Quanquam etiam hæc loquutio non caret sua emphasi, vt Spiritus sanctus significetur in sanctis quasi radices agere, & in intimam vsque mentem penetrare. Cæterùm addita coniunctio καὶ fecit vt legerem εἰς ἡμᾶς, *nobis*, potius quam εἰς ὑμᾶς, *vobis*, quoniam ita videtur Paulus confirmare quod dixerat, dum asserit se quoque ex Spiritu Dei loqui.

9 *Habemus*, ἔχομεν. Sic rectiùs legit Vulg. quàm ἔχετε, *Habetis*, vt habent plerique codices. Addendum enim fuisset ὑμᾶς post γράφειν, vel hic quoque scribendum γράφεσθαι, vt mox cap 5.1.

10 *Vt magis excellatis*, περισσεύειν μᾶλλον. Vide suprà, versu 1.

Καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν, καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν, καθὼς ὑμῖν παρηγγείλαμεν·

Ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε.

Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα.

Εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, ἄξει σὺν αὐτῷ.

Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας.

Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ, καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ· καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ, ἀναστήσονται πρῶτον.

Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα· καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα·

11 ⁷Et ¨contendatis quieti esse, & ¨res vestras priuatas agere, ⁸ ac operari propriis manibus vestris, sicut vobis mandauimus.

12 Vt ambuletis ¨decenter erga extraneos, & ¨nullius indigeatis.

13 ⁹Nolim autem vos ¨in ignorantia versari, fratres, ¹⁰ quod ad eos attinet¹¹ qui obdormierũt, vt ne tristitia afficiamini, sicut & cæteri qui spẽ non habent.

14 ¹²Nam si credimus Iesum mortuum esse & resurrexisse, ita etiam Deus eos qui obdormierint ¨in Iesu, ¨adducet cum eo.

15 ¹³ Hoc enim vobis dicimus ¨verbis Domini, fore vt nos viui qui reliqui erimus in aduentu Domini, non præueniamus eos qui obdormierint:

16 ‖Nam ipse Dominus ¨cum hortationis clamore, *id est* cum voce Archangeli, & cum Dei tuba, descendet è cælo: & qui mortui fuerint ¨in Christo, resurgent primùm.

17 Deinde nos viui, qui reliqui erimus, ¨rapiemur simul cum eis in nubes, in occursum Domini in aera: & ita semper cum Domino erimus.

11 *Et operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis:*

12 *Et vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis.*

13 *Nolumus autem vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent.*

14 *Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.*

15 *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt.*

16 *Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli & in tuba Dei, descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi.*

17 *Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera: & sic semper cum Domino erimus.*

7 Ingenia inquieta, & terrã ad se nihil pertinentium curiosa damnat.
8 Otium & inertiã arguit: quo vitio qui laborant ad turpia tandem coguntur, magno cũ Ecclesiæ offendiculo.
9 Tertia pars epistolæ, superiorib. exhortationibus ad quas etiam postea reuertitur, interiecta, in quã de luctu mortuorum & modo resurrectionis, & futuro illo supremo die differit.
10 Cauendum ne mortuos vltra modũ lugeamus, id est vt solent qui eos arbitrãtur perijsse.
1.Cor.15.51
11 Cõfirmatio: quia Mors est tantùm corporis somnus (de fidelib. enim agit) tantisper dum aduenĩat Dominus.
12 Ratio confirmationis, quia quum resurrexerit caput, resurgent & membra, idque eãdẽ Dei virtute.
13 Resurrectionis futuræ hic erit modus. Mortuorum corpora velut è somno expergefient ad Dei tubæ clangorem. Descendet ipse Christus è cœlis. Sancti (de his impropriè agit) qui tunc viui deprehendentur, vnà cum mortuis qui resurrexerint rapientur in nubes in occursum Domini, perpetuáque gloria cum eo fruentur.

11 *Et contendatis*, καὶ φιλοτιμεῖσθαι. Sancta videlicet quadam æmulatione quam ἀγαθὴν ἔριδα vocat eleganter Hesiodus. Vsurpatur enim φιλοτιμία & in laude, & in vitio. ¶ *Res vestras agere*, πράσσειν τὰ ἴδια. Cur hæc sint scripta plenius explicatur 2. Thess. 3.11.

12 *Decenter*, εὐσχημόνως. Vide Rom. 13.13. & 1. Cor. 14.40. ¶ *Nullius*, μηδενός. Vel neutro, vel masculino genere, vt subaudiatur αὐτῶν, sicut placet doctissimo Camerario. i. vt vos non sit opus ad illorum quenquam refugere, minimè id quidem quasi sic possint esse res cuiusquam comparatæ, vt nullius ope vnquam indigeat: sed ne tanta sit cuiusquam per negligentiam inopia, vt ab alienis ab Ecclesia cogatur subsidium petere.

13 *In ignorantia versari*, ἀγνοεῖν. Vulg. & Eras. *Ignorare*. Vide 1. Cor. 12.1. ¶ *Quod ad eos attinet qui obdormierunt*, περὶ τῶν κεκοιμημένων. Τὸ κοιμᾶσθαι, i. obdormiscere, pro reponi in sepulchro, quasi in lecto. ex quo tandem expergiscentes suscitemur, Græci dixerunt, Hebræorum more, apud quos sic accipitur verbum שכב [*scachab*] sed fere cum adiuncta aliqua appendice, veluti, Cum patribus suis: interdum tamen etiam absolutè, vt Esa. 14.8, & 18. Dormientes autem pro mortuis vocant ישנים [*ieschenim*,] vt Dan. cap. 12. versu 2. Sed in primis obseruandum est Apostolum, non in genere de mortuorum, sed de sanctorum duntaxat, id est eorum qui perseuerantes in fide mortui fuerunt resurrectione agere: quorum alij ante alterum Christi aduentum obdormierint, alij in illo ipso aduentu viui deprehensi subitò ad beatam immortalitatem transibunt

14 *In Iesu*, διὰ τοῦ Ἰησοῦ Id est αὐτῷ. Sic 1. Cor. 15.18. & inf. ver. 16, vt διὰ pro ἐν ponatur, sicut diximus Rom. 4.11. & vt vertit hoc loco Syrus interpres. Dicuntur autem in Domino mori qui ad extremum vsque perseuerant in fide qua sunt Christo insiti. Et argumentatur Paulus ex duplici hypothesi: vna quòd Christus resurrexerit: altera quod à Christo tanquam capite hæc omnis virtus in subiecta membra deriuetur. Fideles enim alloquitur, vt qui de istis principiis minimè dubitarent. Vulg. & Eras. *Per Iesum*, sicut etiam vertit Tertull. sed ita vt hoc connectat cum verbo ἄξει, adducet per Iesum. ¶ *Adducet*, ἄξει. Adducet nimirum è sepulchris euocatos. quod attinet ad corpora, quibus animæ rursus erunt adiunctæ, εἰς ἀφθαρσίαν vt copiosè dictum est 1. Cor. 15. Appariturum autem Dominum in iudicio cum sanctis suis dixerat etiam suprà, 3.13.

15 *Verbis Domini*, ἐν λόγῳ Κυρίου. i. Domini nomine, & quasi eo ipso loquente: quæ formula Latinis quoque est peruulgata. Vtitur autem hac præfatione, quòd arcani quiddam sit dicturus, vt suæ doctrinæ auctoritatem conciliet: sicut apud Prophetas vbique illud ingeminatur, HAEC DICIT DOMINVS. ¶ *Nos viui*, ἡμεῖς οἱ ζῶντες. Sic quoque Paulus 1. Cor. 15.51. & 52, de his rebus loquitur, quasi vnus sit futurus ex eorum numero quos Dominus adueniens sit viuos deprehensurus: quia nimirum incertum est illud tempus: singulos autem nostrûm perinde comparatos esse oportet ac si singulis momentis Dominus venturus esset. Itaque prorsus detorsit hunc locum Methodius qui participium ζῶντες animabus, κοιμηθέντας corporibus accommodat.

16 *Cum hortationis clamore*, ἐν κελεύσματι. Vulg. *In iussu*, vt citatur etiam à Tertull. de resurrectione carnis. Sed Græcis κέλευσμα, i. hortamen, appellant quod præcipuè apud nautas est quasi solenne, vt vno veluti concentu remos adducant. Apostolus ergo magnificentiam & celebritatem Domini repræsentat, facta celeusmatis, vocis Archangeli & tubæ mentione, vt mortui etiam ipsi aduentus Dei sonitum audiant, vt Mat. 24.31. & 25.6, & Ioan. 5.28. Subtilius autem de his rebus nolim quidem ego philosophari ¶ *In Christo*, ἐν Χριστῷ. Vide suprà, versu 14. Vulgata *qui in Christo sunt*, vt etiam videtur legisse οἱ ἐν Χριστῷ, sed rectiùs scripsisset, *Qui sunt mortui in Christo.*

18 Ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις.

Κεφάλαιον ε.

1 Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοί, οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι.

2 Αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτί, οὕτως ἔρχεται.

3 Ὅταν γὰρ λέγωσιν, Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια· τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ· καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν.

4 Ὑμεῖς δὲ ἀδελφοί, οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ.

5 Πάντες ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέρας· οὐκ ἐσμὲν νυκτός, οὐδὲ σκότους.

6 Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν ὡς καὶ οἱ λοιποί, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν.

7 Οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσιν.

8 Ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν, ἐνδυσάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης· καὶ περικεφαλαίαν, ἐλπίδα σωτηρίας.

9 Ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ὀργήν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

10 Τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν· ἵνα εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν.

11 Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε.

12 Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς·

---

18 Itaque consolamini alij alios istis sermonibus.

CAP. V.

1 [1]Porro de temporibus & opportunitatib. fratres, non est opus vt vobis scribatur.

2 Ipsi enim penitus scitis diem illum Domini, vt fur nocte *venit*, ita venturum esse.

3 Quum enim dicent, Pax & securitas: tunc repentinum eis imminet exitium, sicuti dolor partus mulieri grauidæ: & nequaquam effugient.

4 [2]At vos, fratres, non estis in tenebris, vt dies ille vos, tanquam fur, deprehendat.

5 Omnes vos filij lucis estis, ac filij diei: non sumus *filij* noctis, neque tenebrarum.

6 Nempe igitur ne dormiamus vt reliqui, sed vigilemus & sobrij simus.

7 Nam qui dormiunt, noctu dormiunt: & qui inebriantur, noctu sunt ebrij.

8 [3]At nos qui sumus diei, sobrij simus, induti thorace fidei & charitatis: & pro galea, spe salutis.

9 [4]Nam non constituit nos Deus ad iram, sed ad salutem obtinendam per Dominũ nostrum Iesum Christum:

10 [5]Qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum eo viuamus.

11 [6]Quapropter adhortamini alij alios, & ædificate singuli singulos, sicut & facitis.

12 [7]Rogamus autem vos, fratres, vt agnoscatis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & admonent vos.

---

18 *Itaque consolamini inuicem in verbis istis.*

CAP. V.

1 *De temporibus autem & momentis, fratres, non indigetis vt scribamus vobis.*

2 *Ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.*

3 *Quũ enim dixerint, Pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti: & non effugient.*

4 *Vos autem fratres, non estis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehendat.*

5 *Omnes enim vos, filij lucis estis, & filij diei: non sumus noctis neque tenebrarum.*

6 *Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed & vigilemus & sobrij simus.*

7 *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt.*

8 *Nos autem qui diei sumus, sobrij simus, induti loricam fidei & charitatis: & galeam spem salutis.*

9 *Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominũ nostrum Iesum Christum:*

10 *Qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus.*

11 *Propter quod consolamini inuicem: & ædificate alterutrum, sicut & facitis.*

12 *Rogamus autem vos, fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos:*

---

1 Dies quẽ illi iudicio Deus destinauit, nobis est incompertus. Certũ est autem hominibus nihil minus expectãtibus superuẽturum.
2 Rediens ad exhortationes monet nostrũ officium esse, qui Dei cognitione illustrati sumus, non deliciari secure, vt voluptatibus sopiti deprehendamur ex improuiso: sed è cõtrario esse in Dominum intentos, nec pati vt ab huius mundi curis degrauemur. Illud enim conuenit noctis tenebris, istud verò luci.

Esa. 59.17 ephes. 6.17
3 Fide & spe pugnandum est, nedum vt securè sit stertendum.
4 Addit nobis stimulos, certa victoriæ fiducia proposita.
5 Mors Christi nostræ vitæ pignus. Ideò enim mortuus est, vt ipsius vitæ seu virtutis simus participes, etiã quandiu hic viuitur.
6 Non tantùm vigilandũ nobis est, sed etiã alij alios tenemur expergefacere & cõfirmare.
7 Habẽda magna ratio eorũ qui verbi ministerio & Ecclesiæ gubernationi præfecti sunt à Deo, & officio suo funguntur.

---

17 *Rapiemur*, ἁρπαγησόμεθα. Repentè videlicet & oculi momentò immutata corporum nostrorum qualitate, idq; absque morte, cuius in locum illa immutatio succedet, vt 1. Corint. 15.51 & 52.

IN CAPVT V.

1 *Opportunitatibus*, τῶν καιρῶν. Vulgata, *Momentis*. Erasm. *Articulis temporũ*. vt & Syrus interpr. Vide Act. 1.7. Mirũ est autem quum tam expressè hæc scripta sint, & antè etiam à Christo ipso pronũtiata, repertos semper aliquos fuisse qui in hoc inquirendo arcano sese & alios fatigarent. & quidẽ prolato nescio cuius Rabbini somnio, quod miror non pudere quosdã Eliæ prophetæ tribuere. Apage verò istam nõ ridiculam, sed etiam impiam ac profanam curiositatem.

2 *Vt fur nocte [venit]* ὡς κλέπτης ἐν νυκτί. Sic exponere placuit hunc locum propter illos qui ἐν νυκτί non cum κλέπτης, sed cum ἔρχεται construunt. Hinc illa vetus, superstitiosa, & nulla ratione nitens opinio, Christum nocte venturum: quum nihil aliud declaretur quam ex improuiso adfuturum, siue interdiu siue noctu.

3 *Dicent*, λέγωσιν. vel impersonaliter, *dicetur*, videlicet à prophanis & impijs, filijs huius seculi, quales sunt plerique.

5 *Filij lucis*, υἱοὶ φωτός. Vide Ephes. 5.6.

8 *Induti*, ἐνδυσάμενοι. Vide Ephes. 6.14.

12 *Vt agnoscatis*, εἰδέναι. Id est, agnoscatis tales esse quales sunt, dignos videlicet quos in maximo pretio habeatis. Ita enim agnoscendi vocabulum alibi etiam vsurpatur, vt Matt. 7.23, & 1. Cor. 5.16. Verùm qui hunc honorem à suis flagitant, prius circunspiciant an sibi conueniant eæ notæ quas subiicit Apostolus. Neque enim hîc vlla bullarum, datarum, dispensationum, totius denique Pontificiæ nundinationis mentio. ¶ *Et præsunt vobis*, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν. Apparet ex hoc loco & alijs, à presbyterio fuisse in communi gubernatam Ecclesiam, nondum Episcopatus ordine in superiorem gradum commutato. Idem igitur valet τὸ προϊστάμενος quod ἡγεῖσθαι, quòd nimirum pastores gregi præsit. Syrus autem interpres compositione huius verbi dissoluta quasi scriptum sit ἱστάμενοι πρὸ ὑμῶν, ante vos stantes, hoc retulit ad ministrorum morem, qui adstant dominis, iussum eorum expectantes: quæ phrasis sæpe quidem occurrit in sacris literis, sed huic loco non est accommodata. Habent enim, fateor, fidi pastores gregem suum assiduè ob oculos, & ei operam nauant, sed ita vt grex à pastore, non pastor

pastor à grege pendeat. ¶ *In Domino*, ἐν Κυρίῳ. Id est, in iis quæ ad cultum Dei spectant. Sic Ecclesiasticum munus à ciuili administratione, & veros pastores à lupis distinguit.

---

13 Καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ, διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς.

14 Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας.

15 Ὁρᾶτε μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδῷ, ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, καὶ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας.

16 Πάντοτε χαίρετε.

17 Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε.

18 Ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε· τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς.

19 Τὸ Πνεῦμα μὴ σβέννυτε.

20 Προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε.

21 Πάντα δοκιμάζετε· τὸ καλὸν κατέχετε.

22 Ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε.

---

13 Et eos supra modũ charos ducatis, propter opus ipsorum. [8]pacem colite inter vos mutuò.

14 [9]Precamur autem vos, fratres, monete inordinatos, consolamini eos qui pusillo animo sunt: subleuate infirmos, patiente animo estote erga omnes.

15 [10]Videte nequis malũ pro malo cuipiam reddat: sed beneficentiam semper sectamini, tum inter vos mutuò, tum erga omnes.

16 [11]Semper gaudete:

17 Sine interdictione orate.

18 In omnibus gratias agite: hæc enim est voluntas Dei per Christum Iesum erga vos.

19 [12]Spiritum ne extinguite:

20 Prophetias ne pro nihilo habete:

21 Omnia explorate: quod bonum fuerit retinete.

22 [13]Ab omni specie mali abstinete.

---

13 *Vt habeatis illos abundantius in charitate, propter opus illorum pacem habete cum eis.*

14 *Rogamus autem vos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.*

15 *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini inuicem, & in omnes.*

16 *Semper gaudete.*

17 *Sine intermissione orate.*

18 *In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.*

19 *Spiritum nolite extinguere:*

20 *Prophetias nolite spernere.*

21 *Omnia autem probate: quod bonum est tenete.*

22 *Ab omni specie mala abstinete vos.*

---

8 Mutua concordia in primis colẽda.
9 Habenda vniuscuiusque ratio, vt secundũ morbi speciem remediũ adhibeatur.
Prou. 17.13 & 20.22 mat. 5.44 rom. 12.17 1. pet. 3.9 Eccl. 18.22 luc. 18.1
10 Charitas nullis iniuriis vinci debet.
11 Animus sedatus ac tranquillus, assiduis precibus fouetur, dũ in voluntatẽ Dei respicimus.
12 Spiritus Dei scintillæ in nobis accẽsæ, iugi auditione verbi Dei fouentur, sed vera doctrina à falsa accuratè est distinguenda.
13 Generalis conclusio, vt in Christi aduentum intenti, & Dei Spiritu freti, mente, & voluntate, & corpore, puritati studeamus.

---

13 *Et eos supra modum charos ducatis*, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ. Vulgata, *Vt habeatis illos abundantius in charitate*. quo modo dicimus in vernaculo sermone, *Auoir en amour*. At ego non memini legere ἡγεῖσθαι simpliciter positũ pro in pretio habere: idque potius crediderim agnoscendi verbo significatum in superiore versiculo. ¶ *Propter opus ipsorum*, διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. Vbi ergo cessat hæc causa, cesset etiam honor, & expellantur lupi ab ouili.

¶ *Pacem colite inter vos mutuò*, εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς. Vetus interpres & Erasmus legunt ἐν αὐτοῖς, *cum eis*, sed omnibus nostris veteribus libris, & Græcis quoque scholiis repugnantibus. Mihi verò propterea magis placet legere ἐν ἑαυτοῖς quòd ita etiam comprehendantur ipsi pastores, quibuscum præcipuè debet gregi conuenire. Deinde dicendũ potius fuisset εἰρηνεύειν τε, vt omnia cohærerent: neq; hæc annecto proximè præcedentibus, sed puto præceptum esse seorsim & distinctè positum. Nec enim duntaxat pacem colere gregem oportet cum suis fidis pastoribus, sed illos etiam vt Dei legatos audire & reuereri.

14 *Monete inordinatos*, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους. Ita solet Liuius hoc nomen vsurpare de militibus qui stationem non seruant. eleganter autem id transtulit Paulus ad eos non qui sunt intractabiles, vt putauit Erasmus, sed qui tamen aliter quàm per infirmitatem peccant. Neque νουθετεῖν significat corripere, vt Græcus etiam scholiastes rectè monet: sed officij admonere, & quasi amissam mentem reponere vt ipsa verbi notatio declarat. Indomitis alia sunt adhibenda seueriora remedia, de quibus non instituit agere Apostolus hoc in loco: sed de iis duntaxat officiis quæ priuata quidem sunt, ad quosuis tamen fideles spectant. Itaq. Vetus interpres non rectè conuertit, *Corripite inquietos*: & multo etiam minus appositè Castellio interpretatus est, *Castigate incompositos*. ¶ *Subleuate*, ἀντέχεσθε. Alioqui videlicet ruituros porrecta ex altera parte manu retinete. Respondet enim hoc verbum τῷ ἀντιλαμβάνεσθαι, de quo diximus Luc. 1.54. & Act. 20.35. Tertull. libro de Fuga, vertit *Sustinete*. Ambrosius, *infirmis opitulamini*.

15 *Beneficentiam*, τὸ ἀγαθόν. Vulgata & Eras. *Quod bonum est*, nimium largè, vt apparet ex opposito membro: quanuis hæc quoque sententia vera sit.

16 *Gaudete*, χαίρετε. Gaudium vocat, suo more, tranquillitatem illam animi in Christo acquiescentis & sibi bene conscij, quæ facit vt in medijs etiam doloribus exultemus, Rom. 5.3. & 2. Cor. 6.10.

18 *Voluntas*, θέλημα. Id est, res Deo accepta, & qua in primis delectatur. Vel ista per anthypophoram dicta sunt. Poterat enim excipi, Qui fieri potest vt semper gaudeamus, semper gratias agamus, quum perpetuæ nos tempestates premant? Imò, inquit Apostolus, hoc ipsum est quo oportet solicitari ad gratiarum actionem. Sic enim Deus suam in vos beneuolentiam testatur, Rom. 8.29. Matt. 5.11. & 12. Possumus autem ἐν παντί vel ad res ipsas, vel ad quasuis circunstantias referre.

19 *Spiritum*, τὸ Πνεῦμα. Id est, Dei afflatum, ac lumen in mentibus nostris refulgens. At enim (dicet aliquis) si in electis nunquam extinguitur, frustra hoc præcipitur. Hoc verò pernego. Imò verò ideo non extinguitur in electis, quoniam eum fouent: vt autem foueant, istis exhortationibus adducuntur. Nam qui constituit Spiritum in electis suis nunquam prorsus extinguere, simul patefecit quibus rationibus illum velit fouere, suo videlicet in pietate progressu.

20 *Prophetias*, προφητείας. Id est, verbi Dei siue Euangelicæ doctrinæ interpretationes, vt 1. Corinth. cap. 14. vers. 3. Quòd si ore ex[illegible]e, certè etiam scriptis interpretari verbum Domini non modò licet, verumetiam vtile ac necessarium est.

¶ *Ne pro nihilo habete*, μὴ ἐξουθενεῖτε. Id est, in summo pretio habete. Est enim μείωσις, aduersus eos qui publicos cœtus Ecclesiæ non frequentant, quasi satis iam sapiant. de quibus Heb. 10.25.

22 *Ab omni specie mali*. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ. Quicquid vel vllam mali speciem præ se fert, ab eo abstinete. vel, ab omni genere mali, vt intellexit Syrus interpres. Fideles autem alloquitur vt qui certam illam regulam teneant distinguendi bona à malis. Fãt nunc Pseudonicodemitæ, & quidnis inter ἀδιάφορα numerent. Possumus autem etiam interpretari, *Ab omni specie mala*. Idque vsitatius. Nam alioqui videtur scribendum fuisse τοῦ πονηροῦ, adiuncto articulo.

23 Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς· καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθείη.

24 Πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιήσει.

25 Ἀδελφοί, προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν.

26 Ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν φιλήματι ἁγίῳ.

27 Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Κύριον, ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀδελφοῖς.

28 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

23 Ipse autem Deus pacis sanctificet vos totos: & integer vester spiritus, & anima & corpus inculpatè in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruentur.

24 14 ¶ Fidelis *est* qui vocauit vos, qui etiam *id* efficiet.

25 15 Fratres, orate pro nobis.

26 Salutate fratres omnes cum osculo sancto.

27 Adiuro vos per Dominum, vt recitetur hæc epistola omnibus sanctis fratribus.

28 Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* vobiscum. Amen.

Ad Thessalonicenses prima, scripta fuit Athenis.

23 *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, & anima, & corpus, sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.*

24 *Fidelis est qui vocauit vos, qui etiam faciet.*

25 *Fratres, orate pro nobis.*

26 *Salutate fratres omnes in osculo sancto.*

27 *Adiuro vos per Dominum, vt legatur epistola omnibus sanctis fratribus.*

28 *Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.*

Ad Thessalonicenses prima scripta fuit ex Athenis.

1. Cor. 1. 9
24 Certa aduersus omnes difficultates confirmatio est, Dei tum beneuolentia, tum potentia, quorum testimonium firmum in nostri vocatione extat.
25 Reliqua pars epistolæ, qua sese & hance epistolam grauissima cum obtestatione illis commendat.

23 *Sanctificet*, ἁγιάσαι. Id est, à mundo separatos sibi consecret suo spiritu, in Christo, in quo vno veram illam pacē consequimini. Vide Rom. 5. 1. Quod autem sequitur, ita explico cum doctissimo interprete, vt quod in genere dictum erat, per partes explicetur. Mentem igitur Paulus Spiritus appellatione significat, illud nempe ἡγεμονικόν, in quo natiua præcipua labes inest: animam verò, reliquas inferiore facultates: non quasi duæ sint animæ, sed quòd suo more Paulus functiones vnius eiusdémque animæ distribuat: cuius etiam alicubi tres facultates commemorat, vt diximus Ephes. cap. 4. versu 17. Corporis denique nomine sati constat animæ domicilium significari. Tum demum igitur homo integer sanctificatus fuerit quum nihil cogitabit spiritus, nihil appetet anima, nihil exequetur corpus quod cum Dei voluntate non consentiat. Id verò quando plenè fiet? In aduentu Domini nostri, vt subiicit Paulus, & etiam significauit Rom. 7. 15. & 24. & Philipp. 3. 13. & 14.

24 *Fidelis*, πιστός. Hebr. נאמן [*neeman*.] Id est, semper idem & sibi constans, quíque verè præstet quod promisit. Est autem vocatio efficax, nihil aliud quàm certa voluntatis Dei declaratio. Itaque firma est electorum salus.

¶ *Qui etiam [id] efficiet*, ὃς καὶ ποιήσει. id est, Vos totos perficiet. Cohæret enim hoc cum superiore sententia. Complutensis tamen editio legit, ὃς καὶ ποιήσει τὴν ἐλπίδα ὑμῶν βεβαίαν. id est, qui etiam spem vestram firmam efficiet.

26 *Cum osculo sancto*, ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Vide Rom. cap. 16. versu 16.

27 *Vos*, ὑμᾶς. Hinc apparet mitti solitas fuisse Apostolicas epistolas presbyterio ad quod hæc adiuratio & præcedentes duo versiculi propriè pertineant: quoniam alioqui absurda esset hæc petitio, si ad totum Ecclesiæ cœtum referretur. Neque verò hæc obseruatio parui est momenti. Nec enim si tunc fuisset Episcopalis ille gradus in Ecclesiam inuectus, qui supra presbyterorum cœtum emineret, illum præteriisset Apostolus. Deinde sic liquet non pertinere ad ipsum Ecclesiæ corpus quicquid in epistolis Apostolicis scribitur. quod non animaduersum multis falsis interpretationibus occasionem præbuit. Talis est eorum error periculosus qui abutentes vno & altero Pauli loco ex priore ad Cor. merè democraticam esse volunt Ecclesiasticam disciplinam.

29 *Athenis*, ἀπὸ Ἀθηνῶν. Neque apud Syrum interpretem, neque in Claromontano codice fit Athenarum mentio, vel alterius loci, sed scribitur simpliciter ἐπληρώθη πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη. Hæc autem epigrammata passim addita esse ex Græcorum aliquorum interpretum sententia, non autem ab ipso Paulo, vel ex eo liquet, quòd magna sit in plerisque diuersitas, vt de istis minimè sit nefas ambigere. Hanc igitur epistolam cur Corintho, non autem Athenis missam esse putem, hoc habeo argumentum, quòd in secundo capite meminerit Timothei, à quo sustinuerit solus relinqui Athenis, quum eum ad Thessalonicenses mitteret. Itaque Silas tum non redierat ad Paulum. Subiicit deinde, Timotheum ad se iterum rediisse, ex quo intellexisset quæ Thessalonicensium esset constantia. Liquet autem ex Actis Apostolorum, quum Paulus digressus Athenis, vbi substiterat Silam & Timotheū expectans, Corinthum venisset, & aliquandiu illic esset versatus, tum demum illos ad eum rediisse: quorum etiam aduentu sit magnopere confirmatus, Act. 17. 14. & 16. Itaque Siluanus ille ipse est quem Lucas Silam vocat: quúmque illi Corinthum venissent, & Timotheus Paulo, à quo Athenis rursum (quod Lucas præterit) Thessalonicam missus fuerat, Ecclesiæ Thessalonicensium statum renuntiasset, hæc epistola ad illos communi ipsorū trium nomine Corintho missa fuit, Silam autem, qui & Siluanus, apparet ex Apostolorum Actis, Berrhœæ relictum cum Timotheo, tantisper illic mansisse dū Timotheus Athenas, & rursus Athenis Thessalonicam regressus, ipsum tandem in reditu assumeret, vt vnà Corinthum venirent,



ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Ἡ ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ἐπιστολὴ δευτέρα.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES posterior.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

1 ΠΑΥΛΟΣ καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν Θεῷ πατρὶ ἡμῶν, καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ.

2 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3 Εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν, καὶ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους·

4 Ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν, καὶ ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε·

5 Ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ ἧς καὶ πάσχετε·

6 Εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ, ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλίψιν·

CAP. I.

1 PAVLVS & Siluanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicēsium *quæ est* in Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo:

2 1 Gratia *sit* vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

3 1 ¶ Gratias agere debemus Deo semper de vobis, fratres; vt par est, quòd vehemēter augescat fides vestra, & abundet mutua vniuscuiusque omniū vestrûm charitas:

4 Adeo vt nos ipsi de vobis gloriemur apud Ecclesias Dei, s. de tolerantia vestra & fide in omnibus persequutionibus vestris & afflictionibus quas suffertis:

5 2 *Quæ res* indicium est iusti ¶ iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo etiā *ista* patimini:

6 3 Si quidem iustum est apud Deum, vicissim reddere iis qui affligunt vos, afflictionem:

CAPVT I.

1 *PAVLVS & Siluanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo:*

2 *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.*

3 *Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita vt dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusque omnium vestrûm in inuicem:*

4 *Ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientia vestra & fide in omnibus persequutionib. vestris & tribulationibus quas sustinetis:*

5 *In exemplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini:*

6 *Si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem iis qui vos tribulant:*

1. Thess. 1. 2
1 Prima pars epistolæ gratulatoria, quod Dei gratia fieri, fortiter omnes hostium insultus sustinuerint, in quo præterea ipsos confirmat ostendens quibus præcipuè donis sit pugnandum, fide videlicet & charitate quotidie augescentibus.

Iudæ. 6
1. Thess. 4. 16
2 Fontem omnis veræ consolationis aperit, nempe quòd in afflictionib. quæ propter iustitiā nobis ab impiis inferuntur, quasi in speculo intueri nobis liceat iusti illius futuri iudicij testimonium, ipsúmq. adeò nobis iucūdissimum, hostib. autem acerbissimum eius exitum.
3 Probatio, Deus iustus est, Ergo inimicos meritis pœnis afficiet, & suorum miserias abolebit.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAP. I.

1 [*Quæ est*] *in Deo*, ἐν Θεῷ. Subauditur articulus τῇ. Diximus autem quæ vis sit huius formulæ, super. epist. cap. 2. 14.

3 *Vehementer augescat*, ὑπεραυξάνει. Id est, quòd quum antea excreuerit, quotidie etiam ad illud incrementum aliquid accedat. Vulg. *Supercrescit*. ¶ *Vniuscuiusque omnium vestrûm*, ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν. Si duntaxat dixissent, *Omnium vestrûm*, videri hoc poterat ad Ecclesiam in genere duntaxat pertinere: nunc verò quum hoc addunt, sigillatim etiā vnumquemque Thessalonicensium pulcherrimo testimonio exornant.

5 [*Quæ res*] *est indicium*, Ἔνδειγμα. Subaudio אשר [*ascher*] cum verbo substantiuo. nam alioquin durior esset appositio, quum præcedat ὑπομονῆς & πίστεως secundo casu. Cæterùm ἔνδειγμα (quod Vulg. *exemplum* interpretatur) conuerti *indicium*, vt nominis ipsius vim explicarem. Est enim ἐνδείκνυειν quasi digito indicare. Aperit autem Apostolus omnis nostræ consolationis fontem in aduersis. quum nos in iis ærumnis quas pro Christo patimur, iubet, tanquam in claro aliquo speculo, futuri illius iusti iudicij exitum contemplari, quo nobis quidem regnum Dei & æterna quies adiudicabitur, impij verò iustas scelerum pœnas luent. Alioquin quomodo Deus esset iustus iudex?

¶ *Vt digni habeamini*, εἰς τὸ καταξιωθῆναι. Huc pertinet quod scriptum est Matt. 5. 11 & 12. Vide etiam quod scripsimus Philip. 1. 28. Nec enim istis stabilitur meritum ex congruo, ex dignitate patientiæ nostræ: sed sic commendatur Dei in præstandis quæ nobis promisit gratuita bonitas.

7 Καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ,

8 Ἐν πυρὶ φλογός, διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεόν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

9 Οἵτινες δίκην τίσουσιν, ὄλεθρον αἰώνιον, ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ·

10 Ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν, (ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς) ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

11 Εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει.

12 Ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ, κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Κεφάλαιον β.

1 Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν,

7 Vobis verò qui affligimini, relaxationem 4 nobiscum, reuelatione Domini Iesu de cælo, cum Angelis suis potentibus,

8 Cum igne flammante infligens vltionem iis 6 qui Deum nesciunt, neque auscultant Euangelio Domini nostri Iesu Christi:

9 Qui pœnam pendent æterni exitij, expulsi à facie Domini & à gloria roboris ipsius.

10 5 Quum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in credentibus omnibus, 7 (quòd fides habita fuerit testimonio nostro apud vos) in die illo.

11 8 Cuius etiam rei gratia oramus semper pro vobis, vt vos dignetur ista vocatione Deus noster, & compleat totũ *sua* bonitatis libitum & opus fidei potenter.

12 Vt glorificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in eo, ex gratia Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

CAP. II.

1 Rogamus autem vos, fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostri ad eum aggregationem,

7 *Et vobis qui tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione Domini Iesu de cælo cum Angelis virtutis eius,*

8 *In flamma ignis, dantis vindictam iis qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi:*

9 *Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini & à gloria virtutis eius:*

10 *Quum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, (quia creditum est testimonium nostrum super vos) in die illo.*

11 *In quo etiam oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute.*

12 *Vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi.*

CAP. II.

13 *Rogamus autem vos, fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum,*

1. Thess. 4.16
4 Obiter eos confirmat, hac etiam ratione, quod communem cum eis cõditionẽ & præsentis & futuri status habeat.
5 Magnificentissima secundi aduentus Christi descriptio, omnibus & piorum miseriis & impiorum triũphis opponenda.
6 Nulla & saluifica Dei notitia extra Christi Euangeliũ.
7 Ex fide in prædicatũ ab Apostolis Euãgelium censebuntur filij Dei.
8 Proposita meta superest vt eò perueniatur. Peruenitur autem certis causarũ gradibus. Primũm gratuita Dei beneuolẽtia, cuius vi cęteræ causæ inferiores agũt. Inde manat gratuita vocatio ad Christũ, & ex vocatione fides, quam tandem consequitur & Christi in nobis, & nostra in Christo glorificatio.
1 Secunda pars epistolæ excellentem prophetiam continens futuri Ecclesiæ status, ab ipsis Apostoli temporibus ad vltimum diem iudicij.

7 *Angelis suis potentibus*, ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ. Sic mox, ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ de quo Hebraismo vide Col. 1.13.
8 *Cum igne flammante*, ἐν πυρὶ φλογός. Vide Act. 7.30.
¶ *Domini*, τοῦ Κυρίου. Repetitio Hebraica antecedentis pro relatiuo.
9 *Expulsi à facie Domini*, ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου. nempe hac ipsius terribili voce, *Abite à me execrandi in ignem æternum*, Matt. 25, 41. Nec enim scriptum est ὑπὸ sed ἀπὸ, de quo discrimine vide 1. Ioan. 2, 28. Idcirco suppleui quod cõstructioni deerat.
10 *Quòd fides habita fuerit*, ὅτι ἐπιστεύθη. Id est, quoniam fueritis Euangelium vobis à me prædicatum amplexi. Syrus autem interpres legisse videtur ὅτι πιστεύθησαν, *quia fides adhibebitur testimonio nostro de vobis in die illo*. Nam hæc inter se connectit, quasi Paulo in illo die idoneo futuro teste Thessalonicensium fidei. Sed nullius codicis auctoritate nititur hæc scriptura. ¶ *Apud vos*, ἐφ' ὑμᾶς. Id est, εἰς ὑμᾶς, vt loquitur etiam Demosthenes, Vulgata, *Super vos*. Erasmus, *Erga vos*.
11 *Cuius etiam rei causa*, εἰς ὃ καί. Vulgata, *In quo*. Erasm. *Ad quod*. ¶ *Ista vocatione*, τῆς κλήσεως. Articulus vim habet δεικτικήν. Vocationem autem appellat non ipsam vocandi actionem, (iam enim Dominus Thessalonicenses, & quidẽ efficaciter, vocarat) sed illud ipsum ad quod vocati erant, nempe cælestis illius regni gloriam. Similis est metonymię species, quum diuersas vitæ functiones vocationum nomine significamus, ad quas Dominus nos vocarit. ¶ *Omnem [sua] bonitatis gratuitam beneuolentiam*, πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης. Id est quod iam olim ipse ex gratuita & in vos propensa bonitate decreuit. Quid sit autem illud, declaratur Matt. 25.34. & sufficiebat quidem vnicum εὐδοκίας nomen (de quo sæpe iam multa diximus) vt omnia in solidũ à gratia proficisci intelligeremus: sed quum sibi nunquam satisfaciat Apostolus in prædicanda Dei bonitate, adiunxit nomen ἀγαθωσύνης, quo singularis & omnibus numeris absoluta Dei bonitas declaretur. Castellio igitur nuper Apostoli sententiam manifestè deprauauit, quum hunc locum ita converteret, *Perficiátque vt bonitatem ac fidei opus & libentissimè & fortiter persequamini & absoluatis*: translato ad Thessalonicenses quod ad Deum potius refertur, in quem etiam errorem lapsus est Syrus interpres, perinde hæc vertens acsi scriptum esset, καὶ ὑμᾶς πληρώσῃ πάσῃ εὐδοκίᾳ καὶ ἔργοις πίστεως, *& impleat vos omni bona voluntate & operibus fidei*: repugnãte omnium quæ vidimus Græcorum & Latinorum codicũ fide, nec satis conueniente huic sententiæ nomine τῆς ἀγαθωσύνης. Vulgata, *Omnem voluntatem bonitatis*. Erasmus, *Omne bonum propositum voluntatis*. ¶ *Opus fidei*, ἔργον πίστεως. Est igitur fides insigne Dei opus in nobis, neque hîc quicquam Apostolus concurrenti libero arbitrio relinquit, quale quidem imaginantur sophistæ.
¶ *Potenter*, ἐν δυνάμει. Vide Col. 1.11. Vulgata & Erasmus, *Cum potentia*.
12 *Vt glorificetur*, ὅπως ἐνδοξασθῇ. Ἐν ὑμῖν malui interpretari, *In vobis*, & ἐν αὐτῷ, *In eo*, quàm *Per vos* & *Per illum*, cum Erasmo; vt summa illa coniunctio & participatio capitis & mẽbrorum expressius declaretur. Pulchrè verò exprimit hic locus omnes illos salutis electorum gradus qui commemorantur Ro. 8.30. Nam εὐδοκία ἀγαθωσύνης, propositum, prædestinationem, vocationem deniq; complectitur: opus fidei, iustificationem: quam demum sequitur glorificatio, eáque omnia, non partim ex gratia, partim ex libero arbitrio & inhærente iustitia, sed ex mera Dei gratia in Christo, in solidum.

IN CAPVT II.

1 *Per aduentum*, ὑπὲρ τῆς παρουσίας. Species quædam est iurisiurandi, ac si dicat Apostolus, Quàm verè expectatis Domini

aduentum. Et præpositio ὑπὲρ respondet Hebrææ particulæ על [*hal*] pro בעבור [*Bahabur*,] id est, propter.
¶ *Aggregationem*, ἐπισυναγωγῆς. Vulgata, *Congregationis*, duplici errore, quum non sit otiosa præpositio ἐπὶ, & ὑπὲρ repetenda sit ἀπὸ κοινοῦ. Non potuit autem certius aduersus omnem diffidentiam & leuitatem remedium nobis ostendere quàm cogitationem immensæ illius gloriæ, cuius cum ipso Christo participes erimus in altero illo ipsius aduentu: nempe ne vel huius mundi splendor nos alliciat, vel crucis horridus aspectus terreat. Non loquitur autem Apostolus de illa priore nostri cum Christo spirituali aggregatione per fidem, sed de coniunctione illa quæ alterum ipsius aduentum sequetur, de qua egit in priore epistola, 4.17.

2 Εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοός, μήτε θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι' ἐπιστολῆς, ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Χριστοῦ.

3 Μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον· ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας,

4 Ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ὡς Θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός.

2 Ne citò à mente dimoueamini, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos *scriptam*, quasi instet dies ille Christi.

3 Nequis vos seducat vllo modo. 3 Non enim *adueniet dies Christi* quin venerit defectio prius, & reuelatus fuerit homo ille peccati, filius, *inquam*, ille perditionis,

4 Sese opponens ille & efferens supra quicquid dicitur Deus, aut numen: 4 adeo vt in templo Dei tanquam Deus sedeat, præ se ferens se esse Deum.

2 *Vt non citò moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonẽ, neque per epistolam tanquam per nos, quasi instet dies Domini.*

3 *Nequis vos seducat vllo modo: quoniam nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,*

4 *Qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.*

2 Cauendum à pseudoprophetis, in hoc præsertim argumento, quorum triplex ferè est dolus. Aut enim fictas reuelationes propheticas iactant: aut suas quasdam coniecturas & rationes afferunt: aut suppositiciis scriptis vtuntur.
3 Ante aduentum Domini prædicit Apostolus erigendum thronum aliquem gloriæ Christi ex diametro oppositũ, in quo perditus ille sedens, omnia quæ Dei sunt ad se transfert, plerisque à Deo ad ipsum deficientibus.
4 Antichristum id est (quisquis sedem illam Apostaticam occupabit) prædicit non regnaturum extra Ecclesiam, sed in ipsius Ecclesiæ sinu.

2 *A mente*, ἀπὸ τοῦ νοός. Mentis nomen simpliciter accipere malo quàm pro sententia interpretari. Ita enim significat Apostolus homines istorum impostorum fraudibus ad furorem & insaniam rapi. Neque verò, vt hoc comprobetur, necesse est vt Carpocratianorum, Valentinianorum, Manichæorum, Circuncellionum incredibilia penè monstra, veterum deniq; exemplorum memoriam repetamus. Oriens crassissimis Mahumetis imposturis deceptus, artolatria à Pontifice in Occidentem inuecta, Anabaptistarum, Libertinorum, Dauidistarum furiæ satis supérque ostendunt, communi etiam sensu priuatos esse, qui à verò Christianismo deficiunt. ¶ *Neque per Spiritum*, μήτε διὰ πνεύματος. Id est, per somnia & commenta quibus prætexitur Spiritualis reuelationis nomen. ¶ *Neque per sermonem*, μήτε διὰ λόγου. Id est, vel viua voce, vel conscriptis libris. Dicitur enim etiam loqui qui scribit. ¶ *Per epistolam*, δι' ἐπιστολῆς. Id est, scriptis vel ementitis, vel falsò expositis: sicut verisimile est istos ex superiore epistola vbi de die Domini disseritur, occasionem aliquam confirmandi istius erroris sumpsisse. Cæterùm suggerit nobilissimus hic locus luculentissimam methodum tractandi de hæreticis, quorum historiam quisquis nouit, fatebitur nec verius nec breuius nec planius quicquam de iis dici potuisse: quum in ea tempora inciderimus quibus non iam sit diuinandum in quem potissimùm ista competant, sed aperiendi duntaxat oculi, vt quæ futura prædixit Apostolus, præsentia cernamus.
¶ *Quasi instet*, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν. Atqui dicitur dies Domini, ἐγγίζειν, Iac. 5.8, & 1 Pet. 4.7. Fateor, sed qui dicit instare, multo certius aliquid definit, & quasi tempus præfigit. Deinde quomodo hoc sit accipiendum docetur 1. Pet. 3.8. & 9. Error autem istorum quorsum tendebat? nempe vt quum fideles viderent diem Domini vltra præscriptum tempus differri, vel impatientia deficerent, vel omnia ducerent pro fabulis. Interim verò fictitiis istis reuelationibus mirum ni pseudoprophetæ magnam sibi compararant sapientię opinionem ad alios spargendos errores.
3 [*Non*] *enim*: [*adueniet dies Christi*,] ὅτι. Illa supplenda esse ostendit ipsa constructionis series. ¶ *Homo ille peccati*, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας. Id est, homo ille merum scelus. Hæc enim est vis huius idiotismi Hebraici. Tertullianus Hominem delinquentiæ interpretatur. Loquitur autem Paulus de Antichristo, tanquam de vno quopiam homine, quum tamen totum Ecclesiasticæ tyrannidis corpus intelligat: quam quisquis occupat, is est ille sceleratus de quo hîc agitur: sed ita tamen vt peculiarem aliquam tyrannidẽ declaret, cui paulatim subseruierunt hæretici: atque etiam per imprudentiam nonnulli ex sanctis ipsis & orthodoxis patribus, vt nunc res ipsa patefecit. Veram autem esse hanc interpretationem perspicuũ est ex iis quæ scribuntur vers. 7, & ex rei euentu. Itaque manifestè sunt hallucinati quicunque de vno quopiam homine putarunt hoc intelligi: nisi dent mihi quempiam qui à Pauli seculo ad diem vsque iudicij superstes maneat. Neque verò aliter Daniel (quicũ hoc in loco mirè consentit Paulus) singularibus Vrsi, Leonis, Pardi nominibus, multos reges intelligit in vnum monarchiæ corpus iunctos. ¶ *Filius [inquam] ille perditionis*, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Eras. *Filius perditus*. Vide Ioan. cap. 17. ver. 12. Basil. homil. in Psalmum, hoc perperã refert ad diabolum ipsum, & pro ὁ ἄνθρωπος legit ὁ ἄνομος: quod mox quidem sequitur, sed ita vt de Antichristo dicatur.
4 *Sese opponens*, ὁ ἀντικείμενος. Vulgata, *Qui aduersatur*. Erasmus, *Qui est aduersarius*: eodem quidem sensu, sed paulo durius. & seruanda hîc est vis coniugationis Niphal reciprocæ, de qua diximus Eph. 5 & alibi sæpe. Alludit autem ad Satanæ nomen, vt patrem referat filius. ¶ *Aduersus quicquid dicitur Deus*, ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον Θεόν. Eras. *Aduersus omnem qui dicitur Deus* Legit enim ἐπὶ πάντα, vt habere etiam fateor Græca exemplaria: sed mihi tamen vberius videtur quod sequutus est Vetus interpres, & Hieronymus quoque in quæstionibus: quanuis sententia ipsa eòdem recidat, vtrouis modo legas. Dicit enim Antichristum ad se translaturum non hominum modò honores omnes, sed etiam quicquid gloriæ cuicunque numini vsquam fuit exhibitũ. Ecquis enim vnquã prçter hunc vnum, sese pro suo arbitrio cælũ reserare vel aperire: quiduis figere, vel refigere deniq; (vt ipse affirmat C. Si Papa, Distin. 42) pleno iure currus animarum plenos secum ad tartara detrudere, regna & imperia transferre posse: nec cuiquam fas esse illi dicere, Cur sic facis? ¶ *Aut numen*, ἢ σέβασμα. Vulg. *Aut quod colitur*. Hieronymus, *religio*. Vis, lector, veram istius prophetiæ imaginem contemplari? Finge tibi quod non ita pridem anno illo Iubilei, quem vocant, maximo omnium concursu gestum est, nempe terrestrem illum deum (quem vocant) circunstantibus suis creaturis, præeunte suo illo furfuraceo numine, crucibus ac reliquiis, quasi Deo ipso sub his simulacris triumphantem, augusto illo suo habitu & triplici tiara in aurea sella sublimem transuectum: dein aureo malleo Paradisi valuas (sic enim loquuntur) in Iubilæo aperientem, & mox potentissimorum regum ac principum legatos, quosdam etiam præsentes, sublimem illum re ipsa vt alterum Deum adorantes, circunstantem turbam ab eo vitam æternam expectantem ac petentem, illum ad pedum suorũ osculum (quibus ipsam etiam crucem atterit, quam simulat se in tanto pretio habere) miseros & cæcos homines vix admittentem. O cælum, non sudas quum hæc aspicis? ô terra, non fatiscis sub hoc onere? Ah, Domine: appareas tandem tuis, & sicut promisisti, ita etiam Spiritu oris tui impurum istum confice, vt tibi vni omnis laus, honor,

& gloria tribuatur. ¶ *In templo Dei*, εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ. Sic rectè Vulgata quum εἰς pro ἐν passim in his scriptis vsurpetur: & hoc postulet Sedendi verbum. Quòd autem August. lib. de Ciuit. Dei 20. cap. 19. posse legi putat in templum Dei, id est, tanquam ipse sit templum Dei, quod sit Ecclesia, certè nullius est momenti. Veruntamen appellatione templi Dei significari ipsam Dei Ecclesiam, in qua homo ille perditus etiamnum sedet imperium sibi vsurpans. Quorsum enim Paulus de Hierosolymitano templo hîc ageret? ¶ *Tanquam Deus*, ὡς Θεόν. Hoc etiam inueni in Græcis, excepto Claromontano codice quemadmodum etiam nec Syrus nec vetus Latinus interpres illud legerunt. quod etiam videri potest superuacaneum, nisi quod sequitur accipiamus pro istius dicti interpretatione. ¶ *Præ se ferens*, ἀποδεικνύοντα. Hebr. מראה [moreh] id est, ad verbum, *Faciens se apparere*. Vulg. *Ostendens se tanquam sit Deus*, quod Græcis non respondet, si verba ipsa spectes. Eras. *Ostentans selpsum esse Deum*.

5 Οὐ μνημονεύετε ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν;

6 Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ.

7 Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας· μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται.

8 Καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ·

9 Οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους·

10 Καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς.

11 Καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει·

5 5 Annon meministis me, quum adhuc essem apud vos, hoc dixisse vobis?

6 Nunc verò quid *eum* retineat nostis, vt is suo præstituto tempore reueletur.

7 6 Iam enim agit mysterium istius legis abolitionis: 7 tātùm qui nunc retinet *retinebit* vsquedum è medio tollatur.

8 8 Et tunc reuelabitur exlex ille, quem Dominus ‖ absumet Spiritu oris sui, & euanescere faciet illo suo illustri aduentu.

9 9 *Illum, inquam*, cuius aduentus est ex efficacia Satanæ, cum omni potentia, & signis, ac prodigiis mendacibus:

10 Et cum omni seductione iniustitiæ in iis qui pereūt: propterea quòd amorem veritatis non receperunt vt salui fierent.

11 Ideo igitur mittet eis Deus efficaciam erroris, vt ipsi credant mendacio:

5 *Num retinetis quòd quum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis?*

6 *Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore.*

7 *Nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantum vt qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat:*

8 *Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet Spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum:*

9 *Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni virtute & signis, & prodigijs mendacibus:*

10 *Et in omni seductione iniquitatis ijs qui pereūt: eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent.*

11 *Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio:*

5 Hęc prophetia assiduè fuit Ecclesiæ vetere inculcata, [...] à posteris neglecta.

6 Iam ipsius Apostoli temporibus prima Apostaticæ sedis fundamenta iaciebantur, sed ita vt homines fallerent.

7 Romano imperio sublato Apostaticam sedem successuram prædicit, illius videlicet arcem occupaturam, vt ipsi veteres Tertullianus, Chrysostomus & Hieronymus interpretantur.

Esa. 11. 4

8 Verbo Domini tandem illa impietas detegetur, & aduentu Christi penitus abolebitur. 9 Prædicit Satanam omnes suas vires, etiam addito omni falsorum miraculorum genere, in illa sede stabilienda, explicaturum, idque maximo cum successu, sic merente mundi perfidia, ita tamen vt soli increduli sint illius fraude perituri.

6 *Quid [eum] retineat*, τὸ κατέχον. id est, τί τὸ κατέχον, quid eum remoretur ac retineat, vt suo demum tempore patefiat. Nam τὸ κατέχειν etiam ἀντὶ τοῦ κωλύειν καὶ ἐμποδίζειν accipitur: & nisi additum fuisset ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ id est, suo tempore, non dicendum fuisset εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι, vt patefiat, sed μὴ οὐχὶ ἀποκαλυφθῆναι. id est, quominus patefiat. Sed & τὸ κατέχον commodè exposueris τὸ κρατοῦν. id est, quod rerum potitur, & similiter paulo pòst ὁ κατέχων. Sed vtrouis modo interpreteris, mihi placet Chrysostomi sententia, qui ad Romanum imperium hoc refert, quo stante, quomodo Pontifex Romanus eò deuenisset vt Romæ dominus fieret? Neque enim Romanus imperator meritò dici potest qui Romam ipsam imperij metropolin non obtinet: Et quàm verè id censuerint Tertullianus de resur. carnis, Chrysostomus, & post eum etiam Hieronymus ad Gerontiam & ad Algasiam, rei ipsius exitus ostendit, vt hoc quidem vni Romano Pontifici conuenire septem illis montibus insidenti, quorum fit mentio Apoc. 17. 9, ne ipso quidem possit nisi impudentissimè inficiari.

7 *Agit*, ἐνεργεῖται. Iam enim erant multi Antichristi, vt 1. Ioan. 2. 18. Vulg. *Operatur*. ¶ *Illius legis abolitionis*, τῆς ἀνομίας. Retinenda fuit vis articuli indicantis hîc agi non tam de simplici quapiam transgressione Legis, vt solet vocem istam interpretari, sed de ipsa quasi totius cultus Dei abolitione, quasi Illegalitatem dicas. ¶ *Tantùm qui nunc retinet, &c.* μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται. Vel, *tantùm qui nunc obtinet* (id est rerum potitur) [*obtinebit*] *vsquedum è medio tollatur: quo demum sublato retegetur impius ille*, &c. Ita non modò plana & cohærens erit sententia, sed etiam cum ipso rerū exitu prorsus cōsentiēs. neq; vlla vis verbis adfertur. Nā eiusmodi ellipsis repetiti eiusdē verbi, sępissimè occurrit, vt 2. Cor. 1. 6, & 2. 10, & 5. 13. Vulg. *Tantùm, vt qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat*: quę interpr. nō modò est absurda, sed Græcis etiam nullo modo respōdet. Eras. *Tantùm qui tenet in præsentia, teneat, donec è medio tollatur*: non multo felicius expressa Apostoli sententia.

8 *Exlex ille*, ὁ ἄνομος. Ad verbum, *Exlex*, id est, qui Legem Dei prorsus & ex professo conculcabit. Vulg. & Eras. *Iniquus ille*, non satis expressé. Ideò paulo ante ἀνομίαν, verti legis abolitionem. Agitur enim hîc præcipuè de priore legis diuinæ tabula, id est, vero veri Dei cultu abrogato. Exemplum requiris? Missæ papisticæ βδέλυγμα considerato. Vide Marc. 13. 8. ¶ *Absumet*, ἀναλώσει. Absumet siue Ad nihilum rediget, quod Hebræi significant verbo הלך [halah] & ספה [saphah.] Vulg. *interficiet*, quod respondet τῷ ἀνελεῖν. ¶ *Spiritu oris sui*, τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ id est, verbo suo. Est autem huius periphrasis magnum pondus, quo significatur veros Ecclesiæ ministros esse instar oris per quod efflet Dominus potens illud & æternum Verbū, quo, tanquam ferrea & solidissima virga, omnes aduersarios nostros conteret. Itaque Es. 11. 4. hoc ipsum Verbum, שבט פה ורוח שפתים [schebet peh veruach sephathaym] id est, sceptrum oris, & spiritus labiorum, vocatur. ¶ *Illo suo illustri aduētu*, τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Vulg. & Eras. *illustratione*. i. splēdore aduentus sui posterioris, quum inenarrabilis illius suę gloriæ plen⁹ adueniet: qui è cōtrario sese velut exinanierat formā serui assumens in illo priore suo aduētu. Hinc fit vt vix ἐπιφανείας vox de priore aduētu in his libris dicatur, ac ne φανερώσεως quide, nisi addatur ἐν σαρκί, in carne, vt 1. Tim. 3. 16.

9 [*Illum, inquam*] *cuius aduentus*, οὗ ἡ παρουσία. Relatiuum, Hebræorum more, non ad proximum, sed ad superius refertur. Itaque nonnihil suppleuimus, perspicuitatis causa. ¶ *Cum omni potentia*, ἐν πάσῃ δυνάμει. Δύναμιν, suo more, vocat potestatem edendi res prodigiosas: quam & ipsam habent interdum impij à Deo, sed partim fallacē, ac prodigiosam, partim etiam qua abutantur ad fallacem stabiliendam doctrinam, ita postulante mundi perfidia, vt mox indicat Apostolus. Sed quorsum hæc omnia? minimè certè excurrit Apostolus sed quum pseudapostoli hoc mendacio illicerēt Thessalonicenses instare diem Domini, ac proinde Ecclesię redemptionem, Paulus cōtrà monet, ex Spiritu Dei afflatu, longè grauiora expectanda: quod mox euenit, Nerone acerbissimam persecutionem exorso: nempe vt illi sese potius ad patientiam quàm ad quietem pararent. Et ne si forte illi mendacio fidem habuissent, non respondente exitu, occasionem inde arriperent de tota Apostolorū doctrina

dubitandi. ¶ *Mendacibus*, ψεύδους. Id est, partim falsis, cuiusmodi ferè sunt omnia, vt res ipsa hodie ipsis etiā cæcis declarat: partim verò mendacij stabiliendi causa æditis, vt Antichristi tyrannis ex opposito comparetur cum Christi regno.

10 *Non receperunt*, οὐκ ἐδέξαντο. Id est, pertinaciter oblatum repudiarunt. Est enim μείωσις.

11 *Efficaciam deceptionis*, ἐνέργειαν πλάνης. id est, vim quandā in illis decipiendis efficacissimam, Matt. 24. 24. Eant nunc sophistæ, & Ecclesiæ suæ præscriptionem nobis obiiciant.

12 Ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ.

13 Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου, ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος, καὶ πίστει ἀληθείας·

14 Εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἡμῶν, εἰς περιποίησιν δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

15 Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, στήκετε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν.

16 Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, καὶ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς, καὶ δοὺς παράκλησιν αἰωνίαν καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι,

17 Παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.

Κεφάλαιον γ.

1 Τὸ λοιπὸν προσεύχεσθε, ἀδελφοί, περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τρέχῃ, καὶ δοξάζηται καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς·

2 Καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων. οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις.

3 Πιστὸς δέ ἐστιν ὁ Κύριος, ὃς στηρίξει ὑμᾶς καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

4 Πεποίθαμεν δὲ ἐν Κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς,

12 Vt damnentur omnes qui nō crediderint veritati, sed sibi placuerint in iniustitia.

13 10 Nos autem debemus gratias agere Deo semper de vobis, fratres dilecti à Domino, quòd elegerit vos Deus ab initio ad salutē per sanctificationem Spiritus, & fidem habitam veritati:

14 Quò vocauit vos per Euangelium nostrum, ad acquirendam gloriam Domini nostri Iesu Christi.

15 11 Nēpe igitur, fratres, perstate, & retinete traditiones quam edocti estis, tū per sermonem, tum per epistolam nostram.

16 Ipse verò Dominus noster Iesus Christus, & Deus ac Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam & spē bonam per gratiam,

17 Consoletur vestra corda, & stabiliat vos in omni sermone & opere bono.

CAP. III.

1 QVod reliquum est, orate, fratres, pro nobis, vt sermo Domini currat, & glorificetur sicut & apud vos:

2 Et vt eripiamur à proteruis ac sceleratis hominibus. 2 non enim omnium est fides.

3 Sed fidelis est Dominus, qui stabiliet vos & custodiet ab illo maligno.

4 3 Confidimus autem in Do-

12 *Vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.*

13 *Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo, quòd elegerit vos Deus primitias in salutē in sanctificatione Spiritus, & fide veritatis.*

14 *Ad quod & vocauit vos per Euangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi.*

15 *Itaque, fratres, state, & tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram.*

16 *Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus & Pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternā & spem bonam in gratia,*

17 *Exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.*

CAP. III.

1 *DE cætero, fratres, orate pro nobis, vt sermo Dei currat, & clarificetur, sicut & apud vos:*

2 *Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus. non enim omnium est fides:*

3 *Fidelis autē Dominus est qui confirmabit vos & custodiet à malo.*

4 *Confidimus autē de vo*

10 Electi à mallis istis omnibus tuti perstabunt. Electio autem ex his testimoniis intelligitur: ex Sanctificatione colligitur fides: fides ex eo quòd assentimur Veritati: Veritas ex vocatione per Euangelij prædicationem, vnde demum ad certam spē Glorificationis ascenditur.

11 Conclusio, superest igitur vt in doctrina, & voce & scriptis Apostolorum tradita, gratuita Dei beneuolentia nos per spem inuictam consolante & vita nostra omni sāctè instituta, perseueremus.

Ephe. 6. 19

coloss. 4. 3

1 Iam pro suo more varias admonitiones subiicit, quarū prima est, vt pro Euangelij propagatione, & fidorū eius ministrorū salute, preces ab Ecclesiis cōcipiantur.

2 Mirum non est tam multis exosum esse Euāgeliū, quū fides sit rarum Dei donum, Ecclesia tamē multitudine malorum nunquam pessundabitur, quoniam nititur Dei fidelitate.

3 Secunda admonitio vt Apostolicam doctrinam pro vitæ regula perpetuò sequantur.

12 *Damnentur* κριθῶσι. Id est, κατακριθῶσι, vt alibi sæpe. ¶ *Sibi placuerint in iniustitia*, εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. Sentētia est, ita approbarunt Iniustitiam, id est Mendaciū, falsam videlicet doctrinam, (vt און [auen] pro שוא [schaue] accipiat) vt ei toto libenti animo indulserint, qui summus est vesaniæ gradus. vt non malè Cyp. hunc locum verterit epist. 55. Sibi placent in iniustitia: quibus opponuntur qui ex infirmitate peccāt, & quasi nolētes malū quod volūt. Vulg. *Consenserunt iniquitati*. Eras. *Approbarunt iniustitiam*, nō satis expressé.

13 *Dilecti à Domino*, ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου. Non temerè hoc addit Paulus. Aperit enim electionis fontem, vt Deut. 7. 8. Itaque Sanctificatio & Fides non sunt causę, sed testimonia electionis æternæ, quum hi sint gradus per quos Dominus electos suos ad gloriam æternā euehit, vt Rom. 8. 30. ¶ *Ab initio*, ἀπ' ἀρχῆς. i. ante iacta mundi fundamenta, Eph. 1. 4. Vetus interp. legit ἀπαρχήν, *primitias*, i. vt primitiæ essetis. quo genere dicendi vtitur etiam Apost. Rom. 16. 5. Hinc etiam vsus obtinuit vt illorū temporum Ecclesiam appellemus primitiuam. ¶ *Per sanctificationem Spiritus*, ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος. Id est, vos à mundo segregatos sibi consecrando, vt iā non secundum Carnem, sed secundum Spiritum incedatis, Rom 8. 1 Est autem hęc sanctificatio, non causa electionis, sed effectū Spiritus Dei, & illius πληροφορία. Vide 2. Pet. 1. 10. & Rom. 8. 16. ¶ *Et fidem habitam veritati*, καὶ πίστει ἀληθείας. Id est, fide quæ nō mendacium, sed veritatē Dei (i. Euangeliū) amplectatur. Itaque qui Veram fidem conuerterit, nō expresserit Pauli sententiam. Vulg. & Eras. ad verbum, *Fide veritatis*, quod mihi visum est obscurius. Est autem Fides, nō ipsa causa efficiens Sanctificationis, sed instrumētum Christum apprehendens cuius spiritu sanctificamur.

14 *Quo* εἰς ὅ. Sic legit etiam Vulg. Hoc enim refertur ad totam superiorem sententiā. Multi tamen codices habent εἰς ἥν, ad quam, videlicet veritatē, vt habent non pauci Latini codices. ¶ *Per Euangelium*, διὰ τοῦ εὐαγγελίου. i. prædicatione Euangelij, & ministerio nostro. Habemus autē hoc in loco vtranque vocationis partem disertè expressam, & quidem coniunctim, nempe vocantem Dominū, & ministrum, vocantis Domini organon. ¶ *Ad acquirendam gloriam*, εἰς περιποίησιν δόξης. Syrus interpres istud non ad fideles, sed ad ipsum Christum refert: vt qui verterit, interprete Tremellio, *Vt sitis gloria Domino Iesu Christo*.

15 *Retinete* κρατεῖτε. totis nimirum viribus. Hæc enim est propria declaratio τοῦ κρατεῖν, quod eruditè obseruauit Syrus interpres. ¶ *Traditiones*, παραδόσεις. id est, παραγγελίας, [...]s disertè commemorauit in superiore epist. cap. 2. ver. 2. quamobrēm etiam addidit δι' ἐπιστολῆς, *per epistolam*. Itaque falluntur qui παραδόσεις putant vocari duntaxat externos ritus ad politiam Ecclesiasticam pertinentes: quum hîc agatur de ipsa doctrina in qua stare oporteat quicunque salutem expectant à Domino: quomodo etiam idem nomē singulari numero accipitur infrà, cap. 3. 6. vbi rursus quænā fuerint hęc mandata, explicat. Sed omnium hominum impudentissimi sunt qui hunc locum citant vt suarum superstitionum colluuiem imperitis hominibus venditent. Nam (vt taceam quod modò dixi) etiamsi verum esset quod pro vero assumunt, cui tandem persuaserint cuiuis licuisse quod Paulo licuit, aut istas fœtidas superstitiones ab eo spiritu profectas, qui contraria prorsus statuit 1. Cor. 11. 13, & 7. 33, Col. 2. 16, & 1. Tim. 4. 3.

IN CAP. III.

2 *A proteruis*, ἀπὸ τῶν ἀτόπων. i. qui sui officij nullam curam habent: vel insolētibus, & qui facilè alios lædant. Vide Act. 28. 6. Eras. *Ab absurdis* quod mihi quidē absurdum videtur.

3 *Ab illo maligno*, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Id est, à Satanæ insidiis, vt respondeat suprà versic. quanquam etiam neutro genere accipi potest, pro omni eo quod malum est.

ὅτι ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε.

5 Ὁ δὲ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ.

6 Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν ἣν παρέλαβε παρ' ἡμῶν.

7 Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς· ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν·

8 Οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος· ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν.

9 Οὐχ ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς.

10 Καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω.

11 Ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους.

12 Τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζό-

mino de vobis, vosque denuntiamus vobis, & facere & facturos esse.

5 4 Dominus verò dirigat vestra corda ad Dei charitatem, & Christi patientem expectationem.

6 5 Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subducatis vos ab omni fratre qui inordinatè ambulat, & non ex traditа doctrina quam accepit à nobis.

7 6 Nam ipsi scitis ‖ quomodo oporteat nos imitari: ‖ quoniam non inordinatè nos gessimus inter vos:

8 Neque gratis panem edimus *acceptum* à quoquam: sed cum labore & ærumna nocte dieque operantes, ne cui vestrum oneri essemus.

9 Non quòd hoc ius non habeamus: sed vt nosmetipsos pro exemplari exhibeamus vobis ad nos imitandos.

10 Etenim quum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis: quòd siquis nolit operari, etiam non edito.

11 Audimus enim quosdam ambulare inter vos 7 inordinatè, nihil agentes, sed inaniter satagentes.

12 9 Iis autem qui sunt istiusmodi, denuntiamus, & hortamur *eos* per Dominum nostrum Iesum Christum, vt cum quie-

bis in Domino, quoniam quæ præcipimus, & facitis & facietis:

5 *Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi.*

6 *Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & nō secundū traditionem quam acceperunt à nobis.*

7 *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniā non inquieti fuimus inter vos:*

8 *Neque gratis panem manducauimus ab aliquo: sed in labore & in fatigatione noctē & die operantes: ne quem vestrûm grauaremus:*

9 *Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.*

10 *Nam & quum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniam siquis non vult operari, nec manducet.*

11 *Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes.*

12 *Iis autem qui eiusmodi sunt denuntiamus & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio o-*

4 Tertio loco duo inculcat, quæ ex sola Dei gratia nobis donantur, charitatem videlicet, & animum in aduentum Christi intentum. 5 Quarto loco, otiosos & ignauos negat in Ecclesia esse metuendos, imò ne ferendos quidem. 1.Cor.11.1 1.thess.4.11 Act.20.34 1.thess.2.9

6 Ne durius cum eis agere videatur, seipsum pro exemplo proponit, qui præterquam quòd Euangelizabat, suis etiam manibus operabatur, cui tamē labori se simpliciter obstrictum fuisse negat.

7 Quantum sit vitium otij declarat ex eo quod nemo sit quem Dominus frustra condiderit, atque adeò quem in certa veluti statione non collocarit: ex quo consequitur ab otiosis perturbari ordinem à Deo positum, quod quidem est maximum scelus. 8 Taxat vitium cum superiore coniunctum, vnde infinita mala consequuntur: nempe quod nulli curiosius inuestigant aliena quàm qui sua nihil curant.

9 Præcipit Dominus, & precantur Apostoli per Christi nomen, primùm, vt nemo sit otiosus, deinde vt quisque tranquillè curet munus sibi à Domino impositum.

4 *Denuntiamus*, παραγγέλλομεν. id est à Domino accepta significamus. Vide 1.Thessal.4.11. Vulgata & Erasmus *Præcipimus*.

5 *Patientem expectationem*, ὑπομονήν. Vulgata, *Patientiam*. Vide Luc.8.16.

6 *Inordinatè*, ἀτάκτως. Sic rectius hodie legitur in vetere quoque Latina versione, quàm inquietè, vt citatur hic locus ab Augustino, lib. de opere Monachorum cap 3. Vbi aduersus Monachos, non sanè vt quietis hostes, sed contrà hoc loco iam tum, vt ait ipse, non solùm pigritiam, sed etiam arrogantiam suam fouentes declamat, quasi videlicet Apostolus de operibus manuum istud non intellexerit. ¶ *Ex tradita doctrina*, τὴν παράδοσιν. Vide supra, 2.15. Possumus autem ἐν ὀνόματι interpretari vel Per nomen, cum Erasmo, vt sit grauissima obtestatio: vel simpliciter, Nomine, redundante ἐν, id est ב Hebræorum: vt significet Paulus se non vt αὐτοκράτορα, sed vt Christi legatum, tradere istas παραδόσεις. Leuiculum est autem quod Vetus interpres pro παρέλαβε, *accepit*, legit παρέλαβον, *acceperunt*, consentientibus etiam Græcis codicibus nonnullis.

7 *Non inordinatè nos gessimus*, οὐκ ἠτακτήσαμεν. Vulg. non inquieti fuimus, quasi videlicet istud referatur ad περιεργάζεσθαι, quo verbo vtitur mox vers.11. Constat enim nullos esse magis de alienis rebus inquirendis & arguendis sollicitos, quàm qui soli otio indulgent, vnde ille apud Comicum. *Tantum ne ab re tua otij tibi Aliena vt cures, eáque quæ nihil ad te attinent?* Sed præstat veterem lectionem Græcam seruare, pro qua veterem interpretem apparet legisse ἡσυχάσαμεν.

8 *Edimus [acceptum] à quoquam*, ἐφάγομεν παρά τινος. Quidam legunt, ἐλάβομεν παρά τινος, *accepimus à quoquam*, idque fortassis rectius.

10 *Nolit operari*, οὐ θέλει ἐργάζεσθαι. Malè igitur hæc Pauli sententia citari solet, his verbis, *Qui non laborat, non manducet*, quum nulli sint digniores quibus aliunde subueniatur, quàm qui operari iusto & necessariò impedimento nequeunt, etiamsi maximè velint. ¶ *Etiam non edito*, μηδὲ ἐσθιέτω. Vbi igitur monachorum & sacrificiorum otiosi ventres? *Monachus* (inquit Socrates Tripartitæ historiæ lib. 8.) *qui manibus non laborat, similis est prædoni*. Hoc autem esse Hebræum prouerbium obseruauit homo diligentissimus I.Drusius.

11 *Audimus enim*, ἀκούομεν γάρ. Refertur istud non ad proximè præcedentia, sed ad illam denuntiationem idque per occupationem, acsi diceret Apostolus, Vtimur ista denuntiatione apud vos, non temerè, sed quoniam audimus &c. ex quo etiam intelligitur quod in priore epistola scribitur 1. Thessal.4.11.

¶ *Inaniter satagentes*, περιεργαζομένους. Sed mihi videtur feliciter & eruditè Henricus Stephanus hanc vocem seruata quoque paronomasia expressisse. Addidi verò aduerbium Inaniter: quoniam Satagere apud Latinos non semper in vitio ponitur, περιεργάζεσθαι verò apud Græcos nunquam aliter

aliter accipiatur: vnde περίεργον μάταιον, ἄτοπον, πολυπράγμονα, idonei auctores Græci sæpe coniungunt. Vulgata, *nihil operantes, sed curiosè agentes*. Erasmus, *nihil operis agentes, sed curiosè agentes*.

μενοι, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν.

13 Ὑμεῖς δέ, ἀδελφοί, μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες.

14 Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε· καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ.

15 Καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν.

16 Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τῆς εἰρήνης δῴη ὑμῖν τὴν εἰρήνην διὰ παντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ. ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν.

17 Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ἐστι σημεῖον ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ· οὕτω γράφω,

18 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρα ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

te operantes, suo pane vescantur.

13 10 Vos autem, fratres, ne segnes sitis in benefaciendo.

14 11 Quòd siquis non auscultat nostro per epistolam sermoni, hunc notate: & 12 ne commercium habete cum eo 13 vt erubescat.

15 14 Neque vt inimicum ducite, sed admonete vt fratrem.

16 15 Ipse autem Dominus pacis semper det vobis pacem omni modo. Dominus *sit* cum omnibus vobis.

17 16 Salutatio, mea manu Pauli quod est signum in omni epistola: ita scribo,

18 Gratia Domini nostri Iesu Christi, *sit* cum omnibus vobis. Amen.

Ad Thessalonicenses secunda missa fuit Athenis.

perantes, suum panem manducent.

13 *Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes.*

14 *Quòd siquis non obedit verbo nostro per epistolā, hunc notate: & ne commisceamini cum illo, vt confundatur.*

15 *Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite vt fratrem.*

16 *Ipse autē Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis.*

17 *Salutatio, mea manu Pauli quod est signum in omni epistola: ita scribo,*

18 *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.*

Missa fuit ex Athenis.

10 Cauendum ne quorūdam indignitas nos reddat ad beneficentiam frigidiores.
11 Excommunicatio peruicaciæ pœna.
12 Familiaritas cum excommunicatis vitanda.
13 Finis excommunicationis est, non exitium, sed salus peccatoris, vt pudore saltem victus resipiscat.
14 Sic vitanda fratrum excommunicatorum familiaritas, vt eorum in viam reuocandorū occasiones omnes sedulo quærantur.
15 Preces sunt omnium exhortationum sigilla. 16 Subscripsit suis literis manu Apostolus ne falsæ pro veris supponerentur.

14 *Per epistolam*, διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Hoc quidam coniungunt cum verbo σημειοῦσθε, & sic distinguunt veteres codices: quos tamen hac in re non sequor, sed Græcis interpretibus assentior qui iungunt cum λόγῳ, vt sit sententia, Siquis sermoni nostro per epistolam (id est, nostræ epistolæ) non auscultet, eum notate. vel, (si ὑμῶν legamus cum Chrysostomo) Siquis sermoni vestro per epistolam, id est, iis quæ ex nostra epistola ipsi proponetis, non paruerit. ¶ *Notate*, σημειοῦσθε. De excommunicationis nota hoc accipio. Neque enim dicit σημειώσατε: & cur illos nisi iam ecclesiastico iudicio notatos iuberet caueri? Erasmus autem perperam sanè conuertit, *Indicate*. ¶ *Vt erubescat*, ἵνα ἐντραπῇ, Id est, vt pudore victus, deflectat à malo. Vide Matt. 21.37. Hic enim est excommunicationis scopus. Vide 1.Cor. 5.5, & 2.Cor.2.7.

16 *Omni modo*, ἐν παντὶ τρόπῳ. Vulg. *In omni loco*, ἐν παντὶ τόπῳ, quod certè melius conuenire puto, & ita legit Chrysostomi interpres.

17 *Quod est signum*, &c. ὅ ἐστι σημεῖον, &c. Hoc signo vult suppositițias epistolas à veris dignosci. Vide 2.Timoth.4. ver.22. ¶ *Ita scribo*, οὕτω γράφω. Nempe vt sequitur. Ita enim solebat subscribere literis suis manu sua 2 Timoth. 22. alterius interdum manu vsus in longioribus scribendis Rom.16.22. ¶ *Athenis*, ἀπὸ Ἀθηνῶν. Imò hæc quoque epistola, vt superior Corinthi scripta fuit, vbi Paulus sesquiannum docuit, Act 18.11. Vide 1.Thes.5.20. Argumentum Græcis exemplaribus præfixum docet Romæ scriptā esse: quod etiam est multo absurdius. Claromontanus autem codex habet, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρα ἐπληρώθη, nec quicquam amplius.

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ἐπιστολὴ πρώτη.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD TImotheum prior.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

1 ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν,

2 Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει· χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

3 Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν·

4 Μηδὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκοδομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει.

5 Τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας, ἐστὶν ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς, καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου.

6 Ὧν τινὲς ἀστοχήσαντες, ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν·

7 Θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.

8 Οἴδαμεν δὲ ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται.

9 Εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, πατραλῴαις καὶ μητραλῴαις, ἀνδροφόνοις,

CAP. I.

1 PAVLVS Apostolus Iesu Christi ex mandato Dei seruatoris nostri, & Domini Iesu Christi, spei nostræ,

2 Timotheo germano filio in fide: Gratia *sit tibi*, misericordia, & pax à Deo Patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro.

3 2 Sicut te sum precatus vt permaneres Ephesi, quum proficiscerer in Macedoniam, *vide*, vt denunties quibusdam ne diuersam doctrinam doceant:

4 3 Nec attendant ‖ fabulis & genealogiis nũquam finiendis, quæ potius quæstiones præbent quàm ædificationem Dei quæ est per fidem.

5 4 Porro finis mandati, est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide minimè simulata.

6 5 A quibus nonnulli vt à scopo aberrantes, diuerterunt ad vaniloquentiam.

7 6 Volentes esse Legis doctores, quum *tamen* non intelligant quæ loquuntur, nec *ea* de quibus asseuerant.

8 7 Scimus autem bonam esse Legem, si quis ea legitimè vtatur.

9 8 Hoc sciens nempe Legem iusto positam non esse, sed exlegibus, & iis qui subiici nolũt, impiis & peccatoribus, nefariis & profanis, parricidis & matricidis, homicidis.

CAPVT I.

1 *PAVLVS Apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei salutaris nostri, & Christi Iesu, spei nostræ,*

2 *Timotheo dilecto filio in fide: Gratia, misericordia, pax à Deo patre & Christo Iesu Domino nostro.*

3 *Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi, quum irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdã ne aliter docerent:*

4 *Neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide.*

5 *Finis autem præcepti, est charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta.*

6 *A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium:*

7 *Volentes esse Legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.*

8 *Scimus autem quia bona est Lex, si quis ea legitime vtatur.*

9 *Sciens hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis,*

1 Initio statim suam summi Timothei gradus [illegible] vocationem asserit, vt hæc ex illis [illegible] constituatur, simulque doctrina Apostolicæ summam explicat, misericordia Dei videlicet in Christo Iesu per fidem apprehenso, cuius exitus adhuc speratur.

2 Tota hæc epistola in admonitionibus cōsistit, quibus omnia fidi pastoris officia graphicè prorsus describuntur. Prima autem admonitio est, nequid vel in Apostolica ipsa doctrina, vel in eius docendi ratione nouetur.

Infrà 4.7. & 6.4. tit. 1.14

3 Corrumpitur doctrina non tantum falsis dogmatibus, sed etiam inanibus & curiosis speculationibus, quarum videlicet explicatio fidem nostram nihil iuuet.

4 Secunda admonitio, cum ipsa doctrina coniungendũ esse legitimũ ipsius vsum. Is autem est in Charitate pura & conscientia bona, & germana fide positus.

5 Quod in genere de vanis & curiosis controuersiis dixerat, applicat iis qui legis zelum prætexentes in externis immorabãtur, nullũ de nugis quibusdam postea garriendi finem facientes.

6 Nulli indoctiores & impudentiores in sanctitatis nomine vsurpando quam sophistæ Matæologi. 7 Occupatio, se non damnare Legem, sed legitimum eius vsum requirere. 8 Is demum effugit legis maledictionem, ac proinde illam non horret, qui fugiens quæ lex damnat, eius obseruationi ex animo studet: non autem qui de externis & curiosis quibusdam garrit.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAP. I.

1 *Dei seruatoris nostri*, Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν. In Complutensi editione legitur Θεοῦ Πατρὸς, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Dei Patris, & seruatoris nostri Iesu Christi.* Rursus in quodam alio codice legitur, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Patris nostri Dei, & Domini Iesu*. Orta est autem proculdubio varietas ista ab iis qui Seruatoris nomẽ putarunt vnius Christi personæ tribuendum: absurdè id quidem, quum Pater sibi nos in Filio, & Filius nos Patri reconciliatos in carne sua, seruarit. Vide Tit. 1.3.

2 *In fide*, ἐν πίστει. Hic erat character ex quo Paulus quasi pater filios legitimos à spuriis discernebat. Vel filio per fidem, id est quem Domino genui per Euangelicam doctrinam, vt 1. Cor. 4.14. & 15. Cæterùm in collatione huius epistolæ comperimus tres vetustos codices à reliquis dissentire, in eo quòd posteriori ad Thessalonicenses subiiciunt epistolam ad Hebræos. Neque verò dubito quin id ab iis factum sit, qui quum nihil ambigerent an epistola illa ad Hebræos sit à Paulo scripta, putarunt eam commodius reliquis epistolis coniungi quæ Ecclesiis inscribũtur: quibus demum subiiciuntur quæ ad singulares homines perscriptæ sunt. sed reliqua exemplaria dissentiunt, & ex eo etiam argumento fit mihi verisimile, veteres primos qui epistolas Pauli in ordinem digesserunt, epistolam ad Hebræos Paulo nõ tribuisse. ¶ *Misericordia*, ἔλεος. Hoc non solet Paulus adiungere nisi ad Timotheum & Titum scribens. Misericordiã autem à gratia distinguo, vt effectũ à causa. Gratiæ enim nomine intelligo gratuitam illam & æternam Dei beneuolentiam, qui nos in Christo reconciliandos elegit. Eam igitur Misericordia, id est, gratuita iustificatio, consequitur: & hanc rursum pax illa felicissima quam mundus dare non potest. vt pulchrè hos gradus describit Apostolus Rom. 5.5. & 8. ¶ *Et Christo Iesu Domino nostro*, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Erasm. legit, καὶ Κυρίου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, *& Domino Christo Iesu Domino nostro*: assentiente, inquit, Theophylacto. Nos in vetustis nostris libris non inuenimus Κυρίου repetitum.

3 *Sicut*, καθώς. Syrum interpretem miror hanc particulã non expressisse, quũ hiet prorsus cõstructio nisi adiiciatur. ¶ *Sum precatus*, παρεκάλεσα. vel hortatus. Blando vocabulo vtitur, singulare modestiæ exẽplum relinquens quibusuis in maxima etiam auctoritate constitutis. Iam verò si (quod tamen falsissimum esse puto) Timotheus Ephesi talẽ egit Episcopũ quales postea Ecclesiam inuaserunt, quodnã hoc erat Pauli priuilegium, Episcopum non consulto domino Papa constituere? Sed has nugas iam ridẽt etiam pueri, sed tolerant à quibus oportuit ab hac labe Ecclesias repurgari. ¶ *Vt permaneres*, προσμεῖναι. Antea igitur Timotheus cũ Paulo Ecclesias peragrabat: tunc, ita ferente necessitate, voluit eum Paulus Ephesi subsistere, nõ vt illi Ecclesiæ, tanquam Episcopus, addictus esset: sed vt Ecclesia constituta, pseudapostolis auctoritate Euangelistæ occurreret: vnde etiã postea reuocatus est Romã ab ipso Apostolo. Nã Ephesi quoque per biennium docuerat Apostolus, qui tamen Ephesinus Episcopus propterea non dicitur: neque constat an Timotheus postea fit Ephesum Roma reuersus, vt qui fuerit Euangelista, de quo munere alibi diximus, ac etiam de Episcopis, nimirũ epistolæ ad Philip. 1.1. Vulg. & Eras. *Vt remaneres*, quod non probo, quanuis legatur in Claromõtano codice ἀναμεῖναι: quã scripturã si retinere velimus, verterim potius *Expectandi* verbo. Nam Remanere dicitur qui, alio discedente, retro manet. Atqui neuter Ephesi erat quum hoc peteret Paulus à Timotheo, vt statim dicemus.

¶ Quum

¶ *Quũ proficiscerer in Macedoniam*, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν. Ter omnino vidit Macedoniam Paulus, vt ex historiæ filo apparet. Quanuis enim non omnia perscripserit Lucas, ita tamen contextam historiam esse apparet vt non plures profectiones in Macedoniam possint constitui. Primam igitur profectionem esse constat eam quæ refertur Act. 16. cuius comes fuit Timotheus, quem Lystræ tum primùm cognitum assumpsit. Altera commemoratur Act. 19, & in epistola ad Corinthios posteriore: cuius profectionis etiam comitẽ fuisse Timotheum constat ex Act. 19.22, & posterioris ad Corinthios epistolæ inscriptione, quam in Macedonia scriptam fuisse liquet ex capite 9.2, & 7.5. Tertia verò demum ab eo suscepta est non ex Asia, sed ex Græca, vt insidias Iudæorũm vitaret. Tum verò ab eo plerosque ex comitibus fuisse in Asiam dimissos, ac nominatim quidem Timotheum, disertè refertur Act. 20.4. Itaque Apostolus eum à se ac plerosque alios dimittens, proculdubio cum eis est de iis colloquutus quæ ad Ecclesiarum Asiaticarum præsentem necessitatem spectabant, quanuis eos iterum Troade viderit. Cur autem de Ephesina Ecclesia potissimùm laboraret, eámque idcirco nominatim charissimo suo Timotheo commendaret, multas causas habebat. Nã & illa primæ dignitatis erat, vt ab eius firma constitutione salus multorum penderet, & in turbulentissimo statu coactus fuerat eam veluti deserere: quamobrem etiam eius potissimùm presbyteros Miletum ad se, toti iam Asiæ valedicens, accersiuit, vt copiosè refertur Act. 20. ¶ *Vide vt denunties*, ἵνα παραγγείλῃς. De hac ellipsi Atticis quoque familiari, aliquoties iam anteà diximus, ac præsertim Ephes. 5.33. ¶ *Ne diuersam doctrinam doceant*, &c. μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν. Vulgata, *Ne aliter docerent*. Ego malim ipsam doctrinæ substantiam significari. Erasmus, *Ne diuersam sequantur doctrinam*. Id verò potiùs discipulis quadrat quàm doctoribus. Est autem vsitatum ἕτερον pro diuerso ac peregrino accipere, vt Act. 2.4, & 1. Corinth. 14.21. Sed hoc notandum est, diuersam doctrinam dici, non eam modò quæ penitus alia est, sed etiam quæ veram doctrinam adulterat, id est, cum verbo Dei vel tantillum humanarum speculationum admiscet: adeo vt ipsam quoque docendi formam complectatur hoc Pauli interdictum.

4 *Fabulis*, μύθοις. Id est, curiosis ac vanis speculationibus. Notum est enim prouerbium ἱερὰ γράμματα, & hoc nonnulli explicandum putant ex Act. 19.18, vt hoc nomine τῶν γενεαλογιῶν intelligantur Genethliacorum & aliorum eiusmodi Magorum potius quàm Astrologorum meritò damnata deliria. Sed ex sequentibus videtur hoc potius accipiendum de inutilibus quæstionibus quibus Iudæi præsertim, neglecto vero Legis studio, iam tum incumbebant: & quales ex nimium curiosa sacrarum genealogiarum perscrutatione etiamnum hodie oriuntur. ¶ *Aedificationem Dei*, οἰκοδομίαν Θεοῦ. qua nimirum in Deo crescimus. In multis codicibus vetustis legitur οἰκονομίαν, vt & in scholiis Græcis, quod *dispositionem* malim quàm *dispensationem* interpretari, sed receptam lectionem magis probo, tum Syri, tum veteris interpretis Latini auctoritate confirmatam. ¶ *Quæ est per fidem*, τὴν ἐν πίστει. Id est, solidam ac firmam, ex verbo Dei, nostræ in Christo salutis & rerum ad eam pertinentium cognitionem ac πληροφορίαν, quam inanibus illis commentis opponit.

5 *Finis mandati*, τὸ τέλος τῆς παραγγελίας. Id est, Legis scopus, & cuius causa Lex data est piis. Sed quorsum hoc? Vult nimirum Paulus homines ab illis vanissimis studiis abductos ad verum pietatis studium reuocare. ¶ *Charitas*, ἀγάπη. Nec igitur extra conscientiam bonam charitas, nec extra fidem conscientia bona, nec fides extra Dei verbum. Hæc qui dissoluit, à scopo aberrat, & pro veritate vanitatem amplectitur. Et notandum est verbum ἀστοχεῖν multo grauius quàm ἁμαρτάνειν, de quo dicemus infrà 2. Tim. 2.17.

7 *Quum* [illegible] *intelligant*, μὴ νοοῦντες. Ponuntur hæc ἀνακολούθως, quod sum conatus exprimere. Cæterùm τὸ νοεῖν rectè accepit Vulgata pro συνιέναι. Nec enim istis obiicitur duntaxat imprudentia, sed quod de rebus sibi prorsus incompertis, quorum tamen perfectam cognitionem iactabant, tam temerè simul & superciliosè statuerent.

9 *Legem iusto*, ὅτι δικαίῳ νόμος. Id est, Legem latam non esse aduersus eum qui ad ipsius normam mores suos sponte componat: quales sunt ij soli quos Dominus vera doctrina & Spiritu sancto imbuit. quod isti minimè omnium curant, qui tamen Legis doctores videri volunt. Est enim generalis quidem hæc sententia, sed ad eos de quibus a-

gitur accommodanda. Nam alioqui Lex posita est regendæ sanctorum vitæ, imò in iis solis est efficax, quos tamen ipsa nec iustificat nec sanctificat, sed iustificatos inuenit, in quibus iudicium pronuntiare non potest. itidémque sanctificatos Christi Spiritu repertos non tractat vt hostes, sed vt sibi assentientes docet ac delectat. Est igitur dānanda Antinomorū & Libertinorū detestanda hæresis. Nec vsquequaque vera est Platon. illa sententia lib. πολιτ. 3. ἐν δὲ ἄριστον ἀνδράσι καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς ἐπιτάττειν. τὰ πολλὰ γὰρ αὐτῶν ὅσα δεῖ νομοθετήσασθαι ῥαδίως που εὑρήσουσιν. ¶ *Ex legibus*, ἀνόμοις. Id est *exlegibus*. Vulg. & Erasm. *Iniustis*, non satis expressé. ¶ *Peccatoribus*, ἁμαρτωλοῖς. Id est, veluti aliquam peccandi artem exercentibus, quos Hesiodus vocat κακοτεχνεῖς. Vide Marc. 15. 25.

---

10 Πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται.

10 Scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris, & siquid aliud est quod sanæ doctrinæ sit oppositum.

10 *Fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris, & siquid aliud sana doctrina aduersatur.*

11 Κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ.

11 9 *Quæ est* secundum gloriosum Euangelium beati Dei, 10 quod concreditum est mihi.

11 *Quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.*

12 Καὶ χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με, Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν·

12 11 Gratiam igitur illi habeo qui me robustum effecit, *id est* Christo Iesu Domino nostro: quòd me fidum duxerit, vtpote quē in ministerio constituerit:

12 *Gratias ago ei qui me confortauit, Christo Iesu Domino nostro: quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio:*

13 Τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν· ἀλλ' ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ.

13 Qui prius eram blasphemus & persequutor & iniuriis alios afficiens: sed misericordia sum donatus. Nam ignorans *id* faciebam: *nempe* fidei expers.

13 *Qui prius blasphemus fui & persequutor & contumeliosus: sed misericordiam Dei consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.*

14 Ὑπερεπλεόνασε δὲ ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

14 Superabundauit autem gratia illa Domini nostri 12 cum fide & dilectione *quæ est* in Christo Iesu.

14 *Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione quæ est in Christo Iesu.*

15 Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς

15 13 Certus *est hic* sermo, & omni

15 *Fidelis sermo & omni*

9 Matheologiæ opponit non tantùm Legem, sed etiam Euangelium, vtpote quod minimè damnet, imò maximè commendet sanam doctrinam præceptis Dei comprehensam: ac proinde gloriosum & beati Dei Euangelium vocat, cuius virtutem isti garruli ignorabant.
10 Ratio cur nec aliter nec aliud doceri dum sit in Ecclesia, quàm ipse docuerit, quoniam nullum sit aliud Euangelium quàm quod Deus ipsi commisit. 11 Asseruit necessariò suum Apostolatum aduersus quosdam superiorem ipsius vitam calumniantes, seipsum ad inferos vsque deiiciens, vt Christi misericordiam attollat, qua omnia illa superiora aboleuerit. 12 Hanc mutationem probat ab effectis: quòd qui prophanus erat, factus sit fidelis, qui Christum furiosissimè persequebatur, iam ipsius amore arderet. 13 Retorquet calumniam aduersariorum in ipsorum caput, docens hoc singulare bonitatis Dei exemplum, cedere totius Ecclesiæ commodo.

---

11 *Secundum gloriosum Euangelium*, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης. Id est, sicut traditur in glorioso Euangelio: quod opponit inanibus argutiis. Ergo suppletur articulus τῇ, vt sæpe annotauimus. Omnino enim hoc explicat, quam sanam doctrinam vocarit.

12 *Igitur*, καί. Id est οὖν, vt alibi annotauimus aliquoties. Non temere autem Apostolus ad hanc narrationem descendit. Quum enim Timotheum adhortatus esset veluti ad certamen cum omnibus hominibus suscipiendum, adferendum fuit aliquod insigne exemplum, ex quo intelligeret quæ sit vis Spiritus Dei in iis quos ad perferendi Euangelij munus delegit, quantumuis alioqui ab eo prorsus alienis. Non poterat autem magis insigne, vel ipsi Timotheo magis notum exemplum adferre. ¶ *Qui me robustum effecit*, τῷ ἐνδυναμώσαντί με. Vulgata, *Qui me confortauit*, barbaré. Erasmus, *Qui me potentem reddidit*, non malè expressa sententia. Nam quia hoc in loco disseritur de prima illa vocatione, sicut apparet ex proximo versiculó, τὸ ἐνδυναμοῦν non significat imbecillas vires augere, vel quasi collapsas sustinere, sed vires ei indere cui ne voluntas quidem inerat, imò verò qui in contrariam partem totus ferebatur: nisi malimus interpretari, *Qui me hac potestate ornauit*: siue, *Qui hanc auctoritatem mihi tribuit*, nempe vt gloriosi ipsius Euangelij sim minister: quo nihil maius aut magis arduum cuiquam potest contingere. ¶ [*Id est*] *Christo*, Χριστῷ. Exponit proculdubio quis ille sit cui gratias agit, & à quo hanc facultatem acceperit, quod & ipsa vocationis Pauli historia manifestè probat. Itaque redundat particula In quam tamen in Claromontano codice & aliis quibusdam inueni.

13 *Qui prius eram*, τὸν πρότερον ὄντα. Elegantius dicitur τὸν πρότερον vt scribitur in Claromontano & alio præterea manuscripto codice. ¶ *Iniuriis alios afficiens*, ὑβριστήν. En merita præparationis quæ profert Apostolus. Vulgata, *Contumeliosus*. Erasmus, *Violentus*. ¶ *Misericordia sum donatus*, ἠλεήθην. Hoc non video quî possis Latinè, seruato ordine, passiuo verbo explicare: nam miseratus nonnisi actiuè dicitur. Vulgata, *Misericordiam Dei consequutus sum*, vt videatur etiam legisse ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Erasmus, *Misericordiam adeptus sum*. Neutra interpretatio mihi satis placuit. Dicimur enim ea consequi & adipisci quæ captamus. At Paulus Christum non modò non quærebat, sed etiam crudelissimè persequebatur.

¶ [*Nempe*] *fidei expers*, ἐν ἀπιστίᾳ. Id est ἄπιστος ὤν. quoniam Christum ignorabam. Ergo, dicet aliquis, ignorantia ista excusat peccantem. Id verò si ita esset, quorsum vocaret sese Paulus peccatorem, & misericordiam Dei prædicaret? Hoc tamen verum est, minus grauiter peccare qui Christum ignorantes offendunt. Sed hos quoque, nisi Deus singulari gratia eos fide dignetur, damnandos esse liquet ex Thessal. 1. 8. Vulgata, *In incredulitate*. Erasmus, *Per incredulitatem*: neutrum satis rectè. Videtur enim vacuitas fidei (vt ita loquar) diuersum quiddam esse ab incredulitate. Paulus autem hîc loquitur de Pharisaïsmo suo, siue de eo tempore quo non peruicacia, sed mera Euangelici mysterij, quod Fidem appellat, ignoratione peccabat. quamobrem etiam testatur sese bona, id est per meram ignorationem peccante conscientia, incessisse Act. 23. 1. Syrus autem interpres hoc connectens cum verbo ἐποίησα, vertit, Tremellio interprete, *Feci quod erat infidelitatis*.

14 *Gratia illa*, ἡ χάρις. Videtur mihi articulus hoc loco minimè otiosus: & libenter legerim cum Syro interprete, *Superabundauit in me gratia illa*, &c. ¶ *Cum fide*, μετὰ πίστεως. Effecta gratiæ duo commemorat: fidem, à qua sit absorpta ignorātia: charitatem, quæ indomitæ illi crudelitati successit, idque ex gratia in Christo Iesu. Itaque in præpositione ὑπέρ latere puto comparationem incredulitatis ipsius & gratiæ Dei.

15 *Certus*, πιστός. Id est, dignus cui fides habeatur, (vt mox explicat) vt qui fallere non possit. Quod autem addit dignum esse hunc sermonem quem omnes auditum recipiant, videtur pertinere ad etymon Hebrææ vocis לקח [*lakah*] à verbo לקח quod Accipere declarat, & sermonem non quemuis, sed selectum & eximium declarat: à qua voces Græcæ λέγειν & λόγος simili prorsus notatione deducuntur.

ἄξιος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ.

acceptatione dignus qui modis omnibus recipiatur: Christum Iesum venisse in mundum vt peccatores seruaret, quorum primus sum ego.

acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in mūdum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Matt. 9. 3. marc. 2. 17.

16 Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον.

16 Verùm propterea misericordia sum donatus, vt in me primo ostenderet Iesus Christus omnem illum patientem animum, vt essem exemplar credituris in eum ad vitam æternam.

16 *Sed ideo misericordiam consequutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.*

17 Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

17 14 Regi autem seculorum, incorruptibili, immortali, inuisibili, soli sapienti Deo honor *sit* & gloria in secula seculorum. Amen.

17 *Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum. Amen.*

18 Ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι, τέκνον Τιμόθεε, κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας, ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν στρατείαν.

18 15 Hoc mandatum commendo tibi, fili Timothee, *nempe* vt secundum prægressas de te prophetias, milites per eas bonam illam militiam.

18 *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam.*

19 Ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν· ἥν τινες ἀπωσάμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν.

19 Retinens fidem & bonam cōsciētiam: 16 qua expulsa, nonnulli naufragium fidei fecerunt.

19 *Habens fidem & bonam conscientiam: quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.*

20 Ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Ἀλέξανδρος, οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν.

20 Ex quibus est Hymenæus & Alexander: 17 quos tradidi Satanæ, vt castigati discant non blasphemare.

20 *Ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare.*

Κεφάλαιον β.

1 Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων·

CAP. II.

1 Adhortor igitur primùm omnium vt fiant deprecationes, orationes, interpellationes gratiarum actiones pro quibusuis hominibus:

CAP. II.

1 *Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus:*

14 Erumpit in exclamationē præ animi ardore, quod nō possit in amplificanda Dei gratia sibiipsi satisfacere.
15 Conclusio vtriusque paternę superioris admonitionis, nempe vt fortiter aduersus omnia impedimenta decertans Timotheus, præeuntibus multorum propheths ad ministerium vocatus, doctrinam acceptam & bonam conscientiam tueatur.
16 Rectam conscientiam, qui non seruant paulatim amittunt etiam intelligentiæ donum: quod duplici eóque tristissimó exemplo probat.
17 Non ferendi Apostatæ in Ecclesia: imo etiam excommunicandi. 1 Vbi absoluit quæ ad doctrinam spectant, iam secundo loco de altera ministerij verbi parte (id est de publicis precibus) disserit. Ac primò quidem quæstionem explicans pro quibus precandum sit, docet pro quibusuis precandum ac præsertim pro quibusuis magistratibus, quod alioqui extra controuersiam non erat, quum reges, imò etiam plerique magistratus eo tempore hostes essent Ecclesiæ.

---

16 *Primo*, πρώτῳ. Id est ex præcipuis peccatoribus, quod ipse pleniùs declarat 1. Tim. 1. 13 Sed & idem sese, licèt iam conuersum & Apostolum designatum considerans, minimum Apostolorum appellat. Hinc discamus quæ sit vera ταπεινοφροσύνη, & ante, & post acceptum gratiæ Dei donum.

17 *Incorruptibili*, ἀφθάρτῳ. Vulgata, *Immortali*. Vide Rom. 1. 23. ¶ *Sapienti*, σοφῷ. Hoc non legit Syrus, nec Vetus interpres, & alij Veteres Latini. Reperi tamen in omnibus vetustis libris, & Græcis scholiis, itémque apud Nazianzenum περὶ υἱοῦ, λόγῳ β. Quomodo verò sit respondendum Arrianis hoc testimonio abutentibus, pulchrè docet Basilius epist. 161. & diximus etiam Ioan 17. 3.

18 [*Nempe*] *vt* &c. κατὰ τὰς προαγούσας, &c. Apparet ex hoc loco vocationem Timothei multis insignibus prophetarum oraculis fuisse comprobatam, qui tum in Ecclesiis vigebant, vt innuit etiam Lucas Act. 16. 3. sicut Paulus & Barnabas, iubente pro prophetas Spiritu sancto, sunt profecti ad Gentes, Act 13 2. & Prophetarum testificationes cōmemorat Paulus Act. 10. 23. ¶ *Milites bonam illam militiam*, στρατεύῃ τὴν καλὴν στρατείαν Id est, strenuè te geras in illa militia, ad quam oportet esse comparatos quicunque hoc bellum administrant. Delectantur autem Hebræi atque etiam Attici scriptores isto genere constructionis: nec prætermittendus fuit articulus. Sic autem Moses aliquoties Num. 4, loquens de Leuitis, in suas stationes instar exercitus distributis, vtitur nomine צבא [*tsabah*.] ¶ *Per eas* ἐν αὐταῖς. Id est, illis fretus. Hinc etiam apparet quorsum illi suum exemplum proposuerit.

19 *Fidem*, πίστιν. Id est sanam doctrinam, μετωνυμικῶς, vt infrà, 3. 8. & 4. 1. cuius dicuntur naufragium facere quibus eripitur iusto Dei iudicio: quia nimirum in bona conscientia talentum acceptum non administrarunt. Nam (vt verè & perelegantèr scripsit doctissimus interpres) vt in portum perueniamus, regendus est bona conscientia nauigationis nostræ cursus. Vide infrà, 4. 1.

19 *Retinens*, ἔχων. i. κατέχων, vt Luc. 8. 15. & Heb 10. 23. vel ἀντεχόμενος, Tit. 1. 9. Vulg. *habens*, non satis expressa sentētia.

20 *Quos tradidi Satanæ*, οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ. Id est, ex Ecclesia eiectos, Satanæ mancipaui: Vide 1. Cor. 5. 5. ¶ *Vt castigati discerent*, παιδευθῶσι, &c. Id est, ne impunè ferant suas blasphemias: siue, vt suo malo discant quid sit blasphemare. Nam ita etiā in vernaculo nostro sermone diceremus, *afin qu'ils apprennent à leurs despens à ne blasphemer plus*. Respexit enim ad excommunicationis finem illum cuius mētio facta est 1. Cor. 5. 5 & 2. Thes. 3. 14: nempe vt pudore ac tristitia reuocetur in viam qui aberrarat: quò pertinet vetustum illud Græcorum prouerbium, ἃ παθεῖν, μαθεῖν.

IN CAP. II.

1 *Adhortor*, παρακαλῶ. Vulg *Obsecro*. quod non videtur satis conuenire. Claromontanus autem codex habet παρακάλει, *hortare*, vt & Ambrosius, quod si sequamur, erit illud ad priuatorum preces referendum ad quas oporteat plebē à pastoribus vrgeri. ¶ *Deprecationes*, δεήσεις. Cōmodè trāsit Apostolus à verbi administratione ad solénes preces alterā sacri ministerij partem, testibus Apostolis Act. 6. 4. Hunc autē morem etiam fuisse iā olim in templo diligenter obseruatū constat, sic ordinante Solomone, 1. Reg. 8. 1, & hoc ipsis regibus Persarum postulantibus Ezræ. 7. 2. cuius moris violatio maximam Hierosolymis tumultuandi occasionem præbuit, vt narrat copiosè Iosephus de bello Iud. lib. 2. cap. 17. Syrus autem interpres quod hîc dicitur publicis precibus Ecclesiasticis, perperam ad priuatas ipsius Timothei videri potest retulisse. Non temerè verò videtur Paulus ista congessisse. itaque mihi non displicet inter istas voces distinctio, quamuis nō vbique obseruata.

δειάσεις ergo, nomine à δέος, quod est timor, deducto, supplicatio est, qua petitur liberatio ab aduersis: προσευχὴ verò oratio est, qua petimus, quod nobis opus esse existimamus: ἔντευξις verò dicitur interpellatio pro alio: εὐχαριστία denique est gratiarum pro acceptis beneficiis actio. Vide Augustinum Epist. 59. ¶ *Pro quibusuis hominibus*, ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων. Vulg. *pro omnibus hominibus*. Et fatendum est de nemine esse desperandum, nisi si quem Deus sigillatim patefecerit esse, extra veniæ spem, quemadmodum vetuit Deus Samueli, ne pro Saule pergeret ipsum deprecari. 1. Sam. 16. 1. & vanum esset quod scribitur 1. Ioan. 5. 16. de peccato ad mortem, pro quo Deus non sit interpellandus, si de eo nunquam constare posset, cuius etiam exemplum illustre habemus in illo Iuliano Apostata, aduersus quem manifestè iuratum ipsius Christi contra suam conscientiam hostem Ecclesia expressè fuit precata, ipsius videlicet Apostoli exemplum sequuta Galat. 4. 12. & 1. Thessal. 2. 16. & 2. Timoth. 4. 14. Apostolum verò hoc loco de singulis hominibus non agere, sed discrimen inter priuatos & in aliqua dignitate positos, item inter fidei domesticos & cæteros, manifestè ex iis quæ mox sequuntur, apparet.

Ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων· ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι.	2	Pro regibus & quibusuis in eminentia constitutis: 2 vt trãquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate & veneratione.	2	*Pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.*
Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ,	3	3 Nam hoc bonum est & acceptum coram seruatore nostro Deo,	3	*Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo,*
Ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.	4	Qui quosuis homines vult seruari, & ad agnitionem veritatis venire.	4	*Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.*

2 Argumentũ à fine sumptum quoniã nimirum ideò constituti sint magistratus, vt & pietas & honestas cum pace inter homines vigeãt, ac proinde illos in primis oporteat Deo commendare, vt possint tam necessario munere fideliter defungi. 3 Aliud argumentum, Cur pro quibusuis, sublato gentis, sexus, ætatis, ordinis discrimine, sit in Ecclesia precandum: quoniam videlicet Dominus quosuis, interdum etiam ab Euangelio alienissimos vocando, sic Ecclesiam suam velit colligi, ac proinde preces pro quibusuis haberi.

2 *Pro Regibus & quibusuis*, &c. ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων. Quot enim erant eo tempore Magistratus, tot erant Ecclesiæ hostes, & penes Romanos idololatras erat rerum summa, vt ambigere nonnulli possent, num potiùs aduersus illos, quàm pro illis concipi preces oporteret. Respondet igitur Paulus indefinitè pro illis quoque, & quidem seriò precandum, adhibens idem argumentum, quo Rom. 13. 2. vsus est, vt doceret Magistratibus esse obtemperandum, quòd videlicet eos Deus constituerit, vt essent publicæ, tum in vero Dei cultu, sicut est ab illo vnico Legislatore positus, tum in hac ciuili vita quietis ac tranquillitatis vindices ad tutandos bonos, & meritis pœnis castigandos alterutrius illius perturbatores: quod munus quum sit vt maximi momenti, ita cum infinitis difficultatibus, laboribus, ac periculis coniunctum, vix pro vllis potiùs quàm pro illis necessarias esse preces, adeò quidẽ, vt ipsa quoque tyrannis sit tolerabilis præ anarchia. Et est sanè hic locus insignis, non modò aduersus Anabaptistarum & eiusmodi monstrorum furores, sed aduersus eos etiam, qui in veri cultus Dei & publicæ in Ecclesia sanctæ tranquillitatis, aduersus hæreticos & alios ἀτάκτους, defensione, nullas Christiani Magistratus partes esse contendunt, quos ipse quoque diuinæ Leges non illæ ceremoniales, sed perpetuæ, & piorũ ac sanctorum regum & Imperatorum edicta, sanctissimis exemplis sancita, abundè refellunt. ¶ *Et honestate*, καὶ σεμνότητι. Complectitur hęc Honestas omne officij genus, quod vigere in mutua hominum consuetudinẽ debet, prohibens quidquam turpiter aut indecenter, ac multò magis flagitiosè fieri: quò spectat illud eiusdem Apostoli iubentis omnibus reddi quod ipsis debetur, & vt alij alios honore præueniamus, Rom. 12. 10. & 13. 8. Quòd si sicut εὐσέβεια ad ipsius Dei cultum refertur, ita placeat σεμνότητα ad Reges, & Principes restringere, tum licebit *venerationem* interpretari, quo distinguetur ab illo communi & quibusuis debito alicuius obseruantiæ testimonio, honoris species vel potiùs reuerentiæ Magistratibus debitæ. Grauitatis enim nomen omnino non est huic loco satis accommodatum.

4 *Qui quosuis homines*, &c. ὃς πάντας ἀνθρώπους. Vulg. *qui omnes homines*, non malè, si modò *omnes* pro *quosuis*, id est, non vniuersaliter sed collectiuè & indefinitè accipiamus, quod omninò faciendum esse liquet, vt ratio cum eo cohæreat cui probando adhibetur, vt paulò ante ostendi, & hanc particulam ita non minùs frequenter in communi illo loquendi vsu, ac etiam in his libris vsurpari solere quàm vniuersaliter, nemo nisi pertinacissimè contentiosus inficiari potest, *Non omnem frugem neque omnem arborem in omni agro reperire possis*, inquit Cicero, & Virgilius. *Non omnis fert omnia tellus*. Sic Matt. 4. 23. *Dominus sanat omnem morbum*, id est, quoduis morbi genus, & ibidem, dicuntur Christo oblati omnes κακῶς ἔχοντες, id est, quouis morbi genere laborantes, & Rom. 1. 16. illud *Omni credenti* quanuis vniuersaliter quoque verum sit, tamen indefinitè pro sublato Iudæorum & Gentium discrimine Apostolus expressè declarat, subiungens Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Quòd autem nonnulli qui non agnito æterno, & causas omnes exequutorias antegrediente Dei decreto de certis, sicut ad æternam vitam per misericordiã eligendis, sic etiam ad æternam mortem iusto iudicio reprobandis, ex hoc loco concludunt vniuersaliter Deo placere, vt omnes & singuli seruentur, & occasionem hinc arripiunt sugillandæ veræ & ad pacandam nostram conscientiam prorsus necessariæ, & toti verbo Dei consentaneæ doctrinæ: quis non miretur illos non animaduertere in quàm putido errore versentur? De iis loquor magnis alioqui viris, sed hîc planè, ausim dicere bona cum ipsorum venia, cæcutientibus. (Alios enim illos planè furentes, & non in hac re vna εἰς νοῦν ἀδόκιμον traditos nihil moror Rom. 1. 28) Etenim vt cætera certissima prætermittam, quibus refelluntur, quidnam istud rei est? *Certè non omnium est fides*, inquit Apostolus. Ergo nec omnium salus. Fatemur, inquiunt, sed ipsorum vitio, vt qui nolint credere. Concedo. Sed hîc pedem figamus. Quæro igitur ex te, quisquis es illius falsissimæ vniuersalitatis defensor, an isti omnes nõ credentes potuerint quidem credere, etsi noluerint. Si hoc censes, certè hæc credendi potestas, aut à natura est, aut à mera gratia. Si à natura non regenerata esse vis, in totum apertè Pelagianus es: sin ex parte tantùm, trãsi agedum in Papistarum semi Pelagianorum castra. Ego contrà agnosco cum Apostolo fidem esse Dei donum merè & prorsus gratuitum & electis proprium Philipp. 1. 29. Eph. 2. 8. Non datur igitur ne cũctis quidẽ quibus prædicatur Euangelium, vt habeant aures ad audiendum: neque igitur vt possint credere, immò ne iis quidem omnibus, quibus aures dantur ad audiendum, datur etiam cor ad credendi possibilitatem, vt ex nimiùm multis omnium seculorum exemplis apparet, in iis videlicet qui veritati, quantumuis rectè cognitæ & intellectæ Satanicã improbitate repugnant. Quid amplius? Si ne prædicatio quidem externę eius doctrinę quam nec Caro, nec sanguis patefacit, est aut fuit vnquam singulis hominibus communis, immo longè maxima hominum pars ab omni æuo eius doctrinæ, quæ vna est Christianæ fidei obiectum, fuit ad mortem vsque penitus expers, & per se, id est absque regenerationis gratia, ne cogitare quisquam potest quæ Dei sunt, id est, Christi siue Euangelij 2. Cor. 3. 5. quisnam, vbinam, & quónam modo statuetur ista Dei de seruandis omnibus & singulis voluntas vniuersalis? Ergo, inquiunt illi, Deus aut Ludificator fuerit, offerens exterius salutem, absque habilitatis ad illam adipiscendam gratia: aut Iniustus, vt qui fidem ab iis exigat, quibus nouit ἀδύνατον esse

velle credere, nec vt istud velle possint iis tribuat. Falsissimum vtrumque. Hæc enim credendi impossibilitas natiua non à creatore est, sed ab originali vitio. Deus autem cui tandem debitor est? Et num propterea iniustè aget creditor aduersus suum debitorem, quòd is siue natus, siue factus sit non soluendo? ac non potiùs iure postulabit, vt quod non habet in ære, luat in corpore? Non autem certè quenquam ludificatur Deus, siue credentes siue incredulos respiciamus. Illos enim vt exterius, sic etiam intus vocat: istos autem etsi intus non vocat, quod ad credẽdi gratiam, tamen eò vsque intra illos agit velint nolint, vt accedente ad illud τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, aliqua suæ veritatis intra ipsorum intellectum & conscientiam coargutione, magis ac magis ἀναπολόγητοι euadant. Est ergo semper aut verè misericors Deus, aut iustus iudex, nullo prorsus per illum ad peccandum, propriè vel inducto, vel adacto. Et tantum abest, vt fas sit quærere, vel queri cur Deus homines conditurus non omnes & singulos salutis per misericordiam adipiscẽdæ causa, sed etiam aliquos ad iustum exitium adducere per ipsosmet decreuerit, vt ne vasa quidẽ illa iusto sequuturo exitio destinata, maneant ipsius beneficentiæ suæ cœlestia. Sed contra quis tantam esse Dei φιλανθρωπίαν satis vnquam mirabitur, vt vel vnum nasci decreuerit, pro quo filium illum suum vnicum mitteret in mundum per quem seruaretur? Denique, quod iidem illi ad pacandam conscientiam quum quispiam de sui electione dubitat remedium suggerunt, cuiusmodi tandem est? Iubent enim vt vnusquisque sese in illa vniuersali promissione includat. Atqui, sicuti modò dixi, & res ipsa euincit, ne externa quidem dari potest ista vniuersalis siue promissio, siue vocatio, siue prædicatio. Et non video quidem ego, quum Eligere quenque dici non possit, quicunque vniuersaliter omnes ad se vocet, & saluos fieri velit: quisnam eligendorum decretum, in sacris literis toties repetitum, cum illa posita vniuersalitate stare possit: & contra, quisnam posito eligendorum & seruandorum decreto, oppositum illi reprobandorum & damnandorum decretum necessaria cõsequutione non ponatur? Sed si pro eo quod falsò vniuersalis hæc vocatio appellatur, illã cõmunẽ appellarent, tum certè diceretur quod maximè ad rem faceret. In externa enim illa vocatione Euãgelica (quæ certè non magis est vniuersalis ad salutem dicenda, quàm Legis prædicatio vniuersalis dici potest ad exitium: sed quæ tum electis, tum reprobis multis communis est) non huic aut illi aut cuiquam specialiter, sed indefinitè doctrina salutis audiẽtibus quibusuis prædicatur. Rectè igitur monendi sunt singuli vt serio resipiscentiæ sensu tacti, sibi studeant, propriè & definitè applicare, quod auribus ipsorum indefinitè exteriùs insonuit. Vt enim pacata sit conscientia, fides per se, & qualis in nobis est, inchoata duntaxat, & subinde vacillans, pacem illam certam quam non dat mundus, tribuere mentibus credentium nequit, quin alio penitus immota fundamento nitatur, ἀμεταμελήτου videlicet electionis πληροφορίᾳ. Hanc autem neque in illa commentitia vniuersalitate, neque in arcano illo Dei verbo quærendam nobis esse agnosco, sed ex Spiritus sancti effectis petendam esse affirmo, iuxta illud, *Explorate num in fide sitis*, 2. Corinth. 13. 5. & illud Rom. 8. 14. *Quotquot Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei*, & 1. Ioan. 2. 3. *Per hoc scimus quòd ipsum nouimus, si præcepta ipsius seruamus*. & 3. 24. *Per hoc nouimus eum habitare in nobis, nempe ex Spiritu quem nobis dedit*. nos præterea tam seriò admonente Petro 2. Pet. 1. 10. *vt hac demum ratione vocationem & electionem nostram firmam* (videlicet in nobis) *efficiamus*.

Εἷς γὰρ Θεός, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς·	5	4 Vnus enim *est* Deus, vnus etiam mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus:	5	*Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus:*
Ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις.	6	Qui sese ipse dedit conueniens liberationis pretium pro quibusuis: 5 *Christus inquam*, testimonium illud suis temporibus *destinatum*.	6	*Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, cuius testimonium temporibus suis cõfirmatum est.*
Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κῆρυξ καὶ ἀπόστολος, (ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύ-	7	Cui constitutus sum ego præco & Apostolus, (veritatem	7	*In quo positus sum ego prædicator & Apostolus*

4 Non videretur vnus quorumuis hominum Deus, nisi in quibusuis seruandis bonitatẽ suam ostenderet: neo vnus videretur Dei & quorumuis hominum mediator Christus, humana cum quibusuis hominibus communi natura assempta, nisi pro quibusuis satisfecisset & pro quibusuis intercederet. 5 Confirmatio. Quoniam ipsis etiam gentibus nunc patefactum est salutis arcanum, ipso Apostolo ad hoc munus propriè designato, quo quidem fideliter & sincerè fungitur.

5 *Mediator*, μεσίτης. Absit vt hoc nomen tam preciosum, & quod Lactantius ipse facundissimus Theologus vsurpare non dubitauit, & summo consensu Patres omnes Latini, vt Christò proprium retinuerunt, ausim innouare, quod non Sequestris, non Conciliatoris, non Intercessoris, non Interuentoris, nullo denique alio nomine Latino, quod sciam, potest conuenienter declarari. Dicitur enim vnus Christus μεσίτης, peculiari, & ipsi vni propria ratione, cùm quod ad ipsummet, tum quod ad nostri per ipsum cũ Deo reconciliationem attinet. Est enim ille vnus inter patrem & nos μέσος, vtpote θεάνθρωπος, ideóque vtrique extremo, Patri videlicet Deitate, nobis verò humanitate, ὁμοούσιος adhærens, & ita nos sibi per fidem secundum naturam illã nobis communẽ spiritualiter vnitos ad Deũ vsque subuehens. Deinde in nostri reconciliatione, tũ ipsius Humanitas tũ ipsius Deitas distinctè suas quæq; partes obiuit: illa quidẽ pœnas omnes nobis debitas luens, & iustitiam omnẽ pro nobis implens, ista verò infinitam & verè saluificam virtutem perpessionibus ipsius insinuans, vt sit nobis verè & in solidum solus mediator, factus nobis à Deo patre Sapientia, Iustitia Sanctificatio, & Redemptio, cui laus & gloria sit in æternum. ¶ *Homo*, ἄνθρωπος, id est, is homo qui vocatur Christus Iesus, Verbum Dei videlicet factum caro, siue Homo factum. Nam alioquin nullus ad Deum aditus nobis pateret. Assumpsit autem naturam toti hominum generi, siue tum Iudæis tum Græcis communẽ. Nullam ergo gentem debemus à Christo alienam putare. Minimè tamẽ potest de singulis hominibus hoc dici: Christo disertè testante se non rogare pro Mundo, id est, pro iis quos Deus ipsi dare non destinauit, ac proinde quorum causa non venit. alioquin, vt sacerdotis officio planè fungeretur, pro singulis orasset. Hoc tamen interim tenendum est, ideò demum damnari qui damnatur, quòd in ipso iusta damnationis causa inueniatur. Est enim Reprobationis propositum ab ipsius exequutione (id est, Damnatione) diligẽter distinguendum: quum pro occulta, sed tamen iusta, sua volutate Deus reprobarit, id est, damnationi ab æterno destinarit qui tamen damnationi deuotos nonnisi propter causas in ipsis hærentes suo tempore damnat.

6 *Qui sese ipse dedit*, ὁ δοὺς ἑαυτόν. Vel etiam, *Qui se ipsum*, vel *qui se ipse dedit*. Nam inter hæc dicendi genera nonnihil interest. Quum enim dicimus, quod Christus dederit seipsum, intelligimus Christum non aliam victimam quàm sese obtulisse: at quum dicimus quod Christus ipse sese dederit, significamus non modò nullam aliam oblatam victimam, sed etiam à nullo alio quàm ab ipso fuisse oblatam, vt idem fuerit pontifex, qui & victima. Itaque duplici sacrilegio tenentur qui vel alia victima Deum placari, vt ab alio sacerdote quàm ab eo offerri eam potuisse putant, nedum vt hodie possit. Aiunt suam oblationem esse ἀναίμακτον. Esto. Ergo expiatoria non est, quum absque sanguinis effusione non fiat remissio, Heb. 9. 22. ¶ [*Christus inquam*,] *testimonium illud suis temporibus* [*destinatum*,] τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις. Vulgata, *Cuius testimonium suis temporibus confirmatum est*. Sed multi veteres codices non habẽt, *Cuius confirmatum est*. Erasmus, *Vt esset testimonium suis temporibus*. quæ interpretationes nec Græcis respondent, nec commodam habent explicationem. Sed magis etiam hunc locum detorsit Castellio, qui hæc coniunxit cum sequentibus in hunc modum, *Quam ad rem suis temporibus testandam ego præco sum & Apostolus constitutus*. Inde porro nata est difficultas, quòd alij, vt ista connecterent cum præcedentibus, subaudiendum putarunt prouocabulum οὗ, & præterea verbum ἐβεβαιώθη vel ἀπεδείχθη. quomodo vertit Ve-

tus interpres quo etiam sensu Syrus suppleuit *Euenit*. Alij subaudiendam putarunt præpositionem εἰς, vt vertit Eras. qui tamen in annotationibus vidit appositionem esse, sed quam non satis aptè applicuit. Alij denique ἰδίοις καιροῖς conectunt cum verbo sequente, nempe ἐτέθην, quæ omnes interpretationes mihi quidem non probantur. Est autem plana constructio, adeo vt ne ellipsi quidem indigeat. Cohæret enim τὸ μαρτύριον vel cum Χριστὸς Ἰησοῦς, (quod vt planius esset, repetij Christi nomen per epanalepsin) vel cum proxima sententia, vt vertas, [*Quod est*] *testimonium illud suis temporibus destinatum*. Nam & Christus dicitur μαρτύριον, de quo videlicet testati sint omnes Prophetæ: & quod Christus sese pro quorumuis hominum redemptione obtulerit, illud ipsum est testimonium quod suis temporibus erat destinatum. Est autem καιροῖς ἰδίοις tertio casu positum, vt si Consules extremo hoc anno magistratum ineuntes, sequenti anno lectos dixeris. Illud igitur Hebræi exprimerent addito ל, & nos vernaculò sermone diceremus *pour sa saison*, vel, *pour certaine saison*. quod vt planius esset, addidi participium. Mihi tamen (vt dicam quod sentio) magis placeret legere τὸ μυστήριον, id est, mysterium illud, siue arcanum: quanuis id in vno tantùm vetere codice deprehenderim. Video enim crebrò hanc sententiam totidem penè verbis repeti, vt Rom. 16.25, Ephes. 3.2. Coloss. 1.26. Tit 1.2. & 3. 1. Pet. 1.20. vbi vel mysterij, vel reuelationis, vel vtriusque fit mentio. Sed & infrà, 3.16, hoc ipsum dicitur μυστήριον. Denique hoc ipsum μυστήριον dici potest μαρτύριον, tum quatenus plenam diuinæ erga nos beneuolentiæ fidem facit, tum etiam quatenus id testificati sunt Prophetæ.

ψεύδομαι) διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ.

8 Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ.

9 Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ·

10 Ἀλλ' (ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν) δι' ἔργων ἀγαθῶν.

11 Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ.

12 Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ.

dico, per Christum, non mentior) doctor *inquam* Gentium cum fide ac veritate.

8 6 Volo igitur viros precari in quouis loco, puras manus attollentes absque ira & disceptatione.

9 7 ‖ Itidem & mulieres amictu honesto, cum verecundia & modratione ornare sese, non cincinnis, vel auro, vel margaritis, vel pretioso vestitu:

10 Sed (quod decet mulieres pietatem in Deum spondentes) operibus bonis.

11 Mulier cum silentio discito cum omni summissione.

12 ‖ Mulieri verò docere non permitto, 8 neque auctoritatem vsurpare in virum, sed vt sit in silentio.

(*veritatem dico, nō mentior*) *doctor Gētium in fide & veritate.*

8 *Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira & disceptatione.*

9 *Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa:*

10 *Sed (quod decet mulieres promittētes pietatem) per opera bona.*

11 *Mulier in silentio discat cum omni subiectione.*

12 *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.*

6 De personis disseruit, pro quibus concipiendæ sint preces: nunc verò etiam locorum discrimen sublatum docet. Olim enim vna gens vno tantùm certo loco ad publicum cultum conueniebat: nunc verò vbiuis (rite tamen & ordine) Ecclesiæ coguntur, & ad Deum publicè communibus precibus colendum conueniunt, nec de gente, aut corporis purificatione, aut loco, sed de animo ab omni offensione puro, & certa fiducia pleno, laborandum est. 7 Tertio loco statuit vt mulieres honesto & ab omni luxu alieno habitu, modestè & in silentio in publicis cœtibus discant. 8 Primum argumentum, cur mulieribus in Ecclesia non liceat docere, quoniam hoc modo supra viros collocarentur, quorum videlicet essent magistræ, quod repugnat Dei ordinationi.

---

7 *Per Christum*, ἐν Χριστῷ. Vetus interpres hoc non legit, & in tribus vetustis libris Græcis deesse comperimus. Videtur autem additum ex Rom. 9.1, vbi etiam hanc formulam exposuimus. ¶ *Non mentior*, οὐ ψεύδομαι. Hebraicus pleonasmus, de quo diximus Ioan. 1.20. Magna tamen est eius emphasis, vt tum ex hoc loco, tum ex aliis multis omnino appareat hanc epistolam, quanuis Timotheo sit inscripta, tamen Ephesiis, atque adeo Asiaticis omnibus Ecclesiis potius quàm ipsi Timotheo scriptam: in qua nimirum tum ministri omnes, tum verò greges ipsi absolutam haberent officiorum suorum descriptionem.

¶ *Cum fide & veritate*, ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Id est, fidelis ac sincerus. Fidem autem ad sanam eámque persuasam doctrinam refero: veritatem ad ipsius sinceram integrámque functionem. Vulgata, *In fide & veritate*, quod etiam non displicet: vt significetur sacri ministerij summa & scopus.

8 *In quouis loco*, ἐν παντὶ τόπῳ. His verbis tollitur Hierosolymitani templi circunstantia legalis, & ista respōdent verbis Malach. 1. 11, & Ioan. 4. 21. Omnem tamen locum intellige sacris cœtibus destinatum. Agit enim Paulus de publicis precibus in communi conuentu, vt in toto orbe terrarum pura hæc sacrificia Deo offerantur, de quibus apud Malachiam agitur. Itaque mihi videtur Paulus Legalibus cæremoniis veram purificationem opponere.

¶ *Puras*, ὁσίους. Vel *sanctas*, ad verbum, puros attollētes manus. Malo tamen ὁσίους Atticè fœmineo genere accipi pro ὁσίας, vt versu 9, κοσμίῳ pro κοσμίᾳ: sed eadem tamen manet sententia, vtrouis modo legas. Cæterùm manuum sublationem posuit pro inuocatione, id est, signum pro re ipsa: quæ formula sæpe occurrit in Prophetis. vt Esa 1.15.

¶ *Absque ira & disceptatione*, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Iram refero ad omnes offensiones animi quæ prohibeant quominus bona conscientia possimus Deum inuocare, vt Matth. 5. 23. sub qua specie etiam comprehendo reliquas iniurias quibus affici potest proximus, de quibus Esa. 1. 15. & 16. Διαλογισμὸν autem puto declarare τὴν διψυχίαν, dubitationem illam quæ fidei repugnat ex diametro: qua de re Iac. 1. 6. Ita enim suis omnibus numeris constabit ea puritas ac sanctimonia quæ ad ritè precandum requiritur.

9 *Honesto*, κοσμίῳ. Id est, decente ac conueniente. Neque enim sordidatas esse vult, neque rursus meretricio cultu: sed eo habitu qui animum optimè compositum testetur. Huc pertinent illi Antiphanis versiculi, Μὴ ὅμματα τὸ σῶμα λαμπρυνόμενον θέλε. Ἐργοις δὲ καθαροῖς καὶ τρόποις τὴν καρδίαν. ¶ *Et modestia*, καὶ σωφροσύνης. Vulg. *Sobrietate*. Eras. *Castitate*. Neutrum mihi satis placet: puto enim hîc commendari habitum, qui frugi, prudentem, grauem, moderatam matremfamilias deceat.

10 *Quod decet*, ὃ πρέπει. Hoc omnino (vt mihi videtur) parenthesi includendum est, vt δι' ἔργων ἀγαθῶν cohæreat cum κοσμεῖν. Opponit enim bonorum operum ornatum auro & margaritis. Dicemus autem de verbo ἐπαγγέλλεσθαι infrà, 6. 21, quod verto *Spondentes*. Vulg. *Promittentes*. Erasm. *Profitentes*.

12 *Neque auctoritatem vsurpare*, &c. οὐδ' αὐθεντεῖν, &c. Huc pertinent elegantes hi Philemonis versiculi,

Ἀγαθῆς γυναικός ἐστιν, ὦ Νικοστράτη,
Μὴ κρείττον' εἶναι τἀνδρός, ἀλλ' ὑπήκοον.
Γυνὴ δ' ὑπάρχουσ' ἀνδρὶ τὸ κακὸν μέγα.

Est autem τὸ αὐθεντεῖν idem atque κυριεύειν Rom. 7. 1. quod ei tribuitur, cuius nutu & voluntate ratum est quod geritur; quod Hebræis declaratur verbo משל [*Massal.*]

13 Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη· εἶτα Εὔα.

14 Καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη· ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα, ἐν παραβάσει γέγονε.

15 Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

Κεφάλαιον γ.

1 Πιστὸς ὁ λόγος, Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ.

2 Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλαιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικόν·

13 9 Adamus enim prior formatus est: deinde Eua.

14 10 Et Adamus non fuit seductus: ‖ sed mulier seducta, causa transgressionis fuit.

15 11 Seruabitur tamen liberos gignēdo, si manserint *ipsæ* in fide ac charitate, & sanctimonia cum moderatione.

CAP. III.

1 Certus *est hic* sermo, 2 Siquis episcopatum desiderat, præclarum opus desiderat.

2 ‖ Oportet igitur episcopū irreprehēsibilem esse, vnius vxoris virum, vigilantem, temperantem, compositum, hospitalem, aptum ad docendum:

13 *Adam enim primus formatus est: deinde Heua.*

14 *Et Adam non est seductus: mulier autem seducta, in præuaricatione fuit.*

15 *Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectione, & sanctificatione cū sobrietate.*

CAP. III.

1 *Fidelis sermo, Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.*

2 *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem:*

Gen. 1. 27
Gen. 3. 6
9 Hanc Dei ordinationem qua viro subest mulier, primùm probat ex eo quòd Deus mulierem posteriorem creauit viri causa. 10 Deinde quia post peccatum hæc pœna inflicta est mulieri, per quam vir deceptus est.
Tit. 1. 6
11 Obiter infert consolationē, non impedire hanc subiectionē, quominus & ipsæ mulieres perinde vt viri seruētur, si sese in coniugalibus illis oneribus cum fide & charitate sanctas & modestas præbuerint. 1 Absoluta tractatione tum de doctrina, & docendi ratione, tum de publicis precibus, tertio nunc loco ad personas ipsas accedit, agens primùm de pastoribus, deinde de Diaconis: vtrúrque præfatione, vt certos esse hos Canonas norit Ecclesia. 2 Episcopatus, siue ministerium Verbi, non est otiosa dignitas, sed opus, & quidem præclarum, ac proinde multis virtutibus & domi & foris Episcopum ornatum esse oportet. Itaque & doctrinæ & facultatum siue donorum & vitæ examen, præeat futuræ electioni necesse est.

---

14 *Non fuit seductus*, οὐκ ἠπατήθη. Seductus certè fuit, sed ipsius mulieris opera, quæ hac in parte fuit Satanæ organon, ideóque meritò hac quoque ratione viro debet esse obnoxia, qua pœna Deus etiam ipse illam multauit.

¶ *Causa transgressionis fuit*, ἐν παραβάσει γέγονε. Vulgata, *In præuaricatione fuit*, nimium obscurè. Erasmus, *Obnoxia facta est transgressioni*: non expressa Pauli sententia, etiamsi exponas vt vulgò solent, Euam videlicet factam esse transgressionis ream. Atqui hæc expositio mihi videtur iners & frigida. Malui igitur ἐν παραβάσει accipere pro εἰς παράβασιν, vt Eua seducta fuisse dicatur vt Adamo esset peccandi causa. Ita enim vberior est sententia, & melius cohærens.

15 *Liberos gignendo*, διὰ τῆς τεκνογονίας. Id est, ἐν τῇ τεκνογονίᾳ. Nam διὰ non aliud declarat hoc in loco quàm circunstantiam videlicet ipsum in quo sit mulier: vt δι' ἀκροβυστίας pro ἐν ἀκροβυστίᾳ, Rom. 4. 11. Neque quicquam est magis vsitatum hac significatione vt δι' ἡμέρας, interdiu, διὰ βίου, δι' αἰῶνος, per totam vitam. qua significatione Homerus cū quarto casu dixit. Ἀμβροσίην διὰ νύκτα. Hoc certè miror plerosq. veteres non considerasse: qui quum existimarent hæc ponι αἰτιολογικῶς, quasi nimirum causa aperiretur per quam seruari possit mulier, mirum quàm hîc se torserint: quum illis potius explicanda fuerit causa cur potissimum Apostolus fecerit huius conditionis mentionem; non per quam, sed in qua seruari possit mulier. Causa verò manifesta est, vt rectè annotauit doctissimus interpres. Fecerat enim eius pœnæ mentionem qua multata est mulier propter deceptum hominem. Iam verò hæc pœna præcipuè matrimonij coniunctionem, ac præsertim ferendi, gignendi, educandi fœtus molestias continet. Itaque quum nunc vellet illi pœnæ consolationem aliquam subiicere, ne in matrimonij molestiis solam pœnam contemplentur mulieres, non potuit aliunde quàm ex ea ipsa pœna commodius consolationis argumentum sumere, quasi dicat, iniri posse rationem qua mulier in eo ipso onere quod peccati pœna est, aliquod mali remedium inueniat, puta si molestias illas ita sustinuerit vt fides, charitas, sanctimonia, modestia denique omnis in ipsa eluceat. Vulg. & Eras. *Per liberorum generationem*. Siquis autem manifestè cognoscere voluerit, quo spiritu actus fuerit Origenes, legat quæ in hunc locum scripsit tractatu in Matt. 29. ¶ *Manserint ipsæ*, ἐὰν μείνωσι. Vulgata & Erasmus, *Si manserint*. Nam certè verbum numero multitudinis positum est, summo codicum omnium consensu. Quum autem hîc cogatur de matrum officio per se, non autem de educatione liberorum, neque etiam τέκνων nomen possit commodè repeti ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, puto eos hallucinatos qui hoc referunt ad liberorum ipsorum fidem & cæteras virtutes. Nam quid si non manserint illi in his virtutibus, quanuis sedulò educati, num id matri nocuerit? Deinde quis hanc curam non potius existimet maxima ex parte ad patres pertinere? Postremò nomen σωφροσύνης, & consolatio ipsa matribus propriè destinata, satis ostendunt hoc esse potius de ipsis vxoribus accipiendum. Cur autem ad pluralem numerum repentè transiret Apostolus, hæc causa fuit, quòd in genere disserat de omnium vxorum Christianarum officio, collectiuè posito γυναικὸς nomine, propterea relatiuum [*Ipsæ*] perspicuitatis causa exprimendum putaui.

IN CAPVT III.

1 *Certus*, πιστός. Hac præfatione solet aliquoties in his duabus epistolis Paulus sibi audientiam facere. Contrà verò censet Chrysostomus his verbis claudi superiorem sermonem quod non probo, quum aliquoties Paulus sic multos locos inchoet. ¶ *Episcopatum*, τῆς ἐπισκοπῆς. Sic vocat tum docendi tum gubernandi munus in Ecclesia, vt diximus Philipp. 1. 1. ¶ *Appetit*, ὀρέγεται. De ambitu non loquitur, quo vix quicquam magis horrendum est in Ecclesia: sed in genere, de animo & studio ad Dei Ecclesiam iuuandam comparato, quando & vbicunque Domino visum fuerit. Itaque vel hoc vnum indicat, quàm Apostolica sit ea Ecclesia, in qua non aliter liceat quàm per ambitum & manifestam non dico petitionem, sed emptionem, gradum vllum adipisci: adeo quidem vt nullum sit hodie lucrosius forensium contentionum genus, dum hoc penè vnum quæritur, quis cæteros anteuerterit. Et istos, quæso, nō pudet, Ecclesiæ nomen sibi vindicare? ¶ *Præclarum*, καλοῦ. Id est, præclarum, ac proinde arduum, siquod aliud vsquam est. Nam hîc valet in primis Græcorum illud prouerbium δύσκολα τὰ καλά: vt perappositè annotauit doctissimus interpres. Vulgata, *Bonum*. Erasmus, *Honestum*, non expressa Pauli sententia: neque enim conueniret sequens illatio. Omitto ridiculam profanorum hominum distinctionem, qui nō Græcę linguæ rudes, sed omnis & honestatis & religionis hostes, monstra denique potius quàm homines, hunc locum in suis illis impuris compotationibus cauillantur: quasi scripserit Apostolus, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Ita scilicet nonnullis ludus est ac iocus sacrosanctum verbum Domini profanare.

¶ *Opus*, ἔργου. Quo pudore igitur episcoporum nomen vsurparint otiosi ventres? Manifestè verò Castellio corrupit hunc locum, qui conuertit καλοῦ ἔργου, *rem bonam*, & δεῖ οὖν, *debet autem*.

2 *Oportet igitur*, δεῖ οὖν. Qui fuerit Pauli successor qui nihil minus curat quàm hoc Oportet? Conferantur ad hoc exemplar Pontificum Romanorum vitæ, ita vt ab ipsissimet perscriptæ sunt, & comperies quis eos in illam Apo-

stolicam sedem inuexerit. ¶*Vnius vxoris virum* μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. Ergo qui coniugatos excludit ab episcopatu, quia coniugati sint Antichristũ se prodit. Neque dicit Apostolus, *Qui fuerit*, sed *Qui sit*: quum verbum ᾖ repetendum sit ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, & ita disertè loquatur Tit.1.6. Itaque sicut ridiculi sunt qui de vna Ecclesia hoc dictum accipiunt, ita etiam non fuerunt satis attenti qui ex hoc loco putarunt excludi ab episcopatu eos qui secundam vxorem post alteram mortuam duxissent, vt interim taceam de ipsis episcoporum vxoribus postea tradi præcepta. Non excluduntur ergo qui continentiæ donum habent: sed quòd rari essent illi, coniugatorum duntaxat fit mentio, & quidem damnata expressè polygamia, vt rectè hũc locum exposuit Chrysost. Fuit enim illa semper in Oriente totáque Græcia adeo vsitata, vt etiam aliquandò Athenis sancita sit, vt refert Laertius in Socrate. Sed inter bigamos & polygamos censendi sunt non modò qui plures vxores simul haberẽt, verumetiam qui repudiata temerè vxore aliam ducebant: eæque sunt Bigamiæ antiquis canonibus seuerè inhibitæ, adeo vt clericis vel istiusmodi conuiuiis interesse non liceret. qua de re infrà dicemus, cap.5.9. Meritò igitur requirit Apostolus vt quisquis ad functionem hanc Ecclesiasticam deligitur, ab istis omnibus maculis sit purus, nempe vnius duntaxat vxoris vir: quum alioqui primis illis initiis non facilè statim ista licentia cohiberi potuerit, nec satis etiam commodè multa iam inita conuiuia dirimi.

¶*Vigilantem*, νηφάλιον. Sic malo quàm *Sobrium* interpretari. Quorsum enim mox inculcaret Apostolus, μὴ πάροινον, *non vino deditum*? ¶*Temperantem*, σώφρονα. Id est, suis affectibus moderantem. Alij, Sanæ mentis interpretantur: cui opponitur ὁ μεμηνὼς, vt diximus Mar.11 15. Sed hoc non videtur conuenire, quum satis per se intelligatur furiosos ad obeundum aliquod munus, nedum sacrum & tanti momenti, non esse deligendos. Alij *Prudentem* vertunt, id est φρόνιμον, & certè talis esse non potest, qui non sit temperans. In Vulgata verò editione duplex vnius vocis interpretatio in contextu legitur, nempe *Sobrium* & *pudicum*, quod posterius maximè probat Hieronymus in epistolam ad Titum. Ego neutrum probo. ¶*Aptum ad docendum*, διδακτικόν. Vulg. *Doctorem*, διδάσκαλον. Sed multi sunt doctores qui aptiores essent ad stiuã. neque hoc declarat Græca vox: satis enim per se intelligebatur episcopum vocari ad docendum. Annotat Hieronymus aduersus Pelagianos libro primo. Vulgatam editionem tum habuisse, *Docilẽ*: pro quo substituit, *Qui docere possit*, vt Erasmus obseruauit.

Μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ· ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον·	3	Non vinosum, non percussorem, non turpem quæstum facientem: sed æquum, alienũ à pugnis, alienum à pecuniæ amore.	3	*Non vinolentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum:*
Τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος·	4	*Qui* suæ domui bene præsit, qui liberos habeat subditos, cum omni honestate:	4	*Sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate.*
(Εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται;)	5	(Nam siquis propriæ domui præesse nescit, quomodo Ecclesiam Dei curabit?)	5	*(Siquis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?)*
Μὴ νεόφυτον· ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου.	6	Non nouitium, ne inflatus in criminationẽ incidat diaboli.	6	*Non neophytum: ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.*
Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν· ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου.	7	Oportet autem eum etiam bonum habere testimoniũ ab extraneis: ne in probrum incidat & laqueum diaboli.	7	*Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt: vt non in opprobrium incidat & laqueum diaboli.*
Διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς·	8	3 Diaconos itidem venerabiles, non bilingues, nõ multo vino addictos, non turpẽ quæstum facientes:	8	*Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes:*
Ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει·	9	Tenentes mysterium fidei in pura conscientia.	9	*Habentes mysterium fidei in conscientia pura.*

Suprà, 1 19

3 Diaconos quoque prius probari oportet, vt de eorũ honestate, veritate, sobrietate, animo ab omni auaritia alieno, eruditione in fidei doctrina, bona denique conscientia & integritate constet.

3 *Vinosum*, πάροινον. Id est vino quasi assidentem, siue, vt explicat Syrus interpres, *Vini sectatorem*. Vulgata & Erasmus, *Vinolentum*: non satis rectè. Cæterùm Chrysostomus, hoc vocabulo putat potius significari ferocis ac temulenti ingenij homines quàm qui sint ebriosi: cui non assentior: quia mox Apostolus ipse vers.8, interpretatur τὸν οἴνῳ πολλῷ προσέχοντα, *multo vino deditum*. Sed illud quidem vitium & alia multa oriri ex temulentia facilè concedo.

¶*Percussorem*, πλήκτην. Hoc quoque Chrysostomus in iurgatores & eos qui lingua feriunt, dictum esse vult. Ego simpliciter malui interpretari. ¶*Non turpem quæstum facientem*, μὴ αἰσχροκερδῆ. Hieron. ad Heliodorum satis infeliciter *Turpilucrum* vertit. Vel, non turpiter lucri cupidum, quod latius etiam patet. Vtcunque autem accipias, τὸ αἰσχρὸν & τὸ βάναυσον plurimum differunt. Illud enim nullum Christianum decet, nedum vt in pastore sit tolerabile: istud verò non dedignatus est etiam ipse Christus ad tempus, Mar.6.3. neque noster Apostolus σκηνοποιός, Act.18.3, idem penè qui βυρσοδέψης, siquidẽ tentoria ex pellibus cõsuebãtur. Sed hoc neque apud Syrum interpretem, neque in Vulgata editione Latina, & quinque manuscr. codicibus Græcis, & in Hieron. ad Oceanum epistola legitur: & videtur comprehendi in φιλαργύρῳ. ¶*Æquum*, ἐπιεικῆ. Id est συγγνωμονικόν, cui opponitur ἀκριβοδίκαιος, qui ius suum pertinaciter tuetur: cuiusmodi homines sese contentiosos præbere consueuerunt. Hoc autem accipe de eo iure de quo remittere aliquid possumus. Vulgata, *modestum*. impropriè.

4 *Bene præsit*, καλῶς προϊστάμενον. Vulgata, *bene præpositum*. ineptè. Sed quid Pseudambrosio facias qui *Domum suam* Corpus interpretatur, & Hieronymo qui per filios λογισμούς, per fillas, τὰς πράξεις, intelligit, vt hæc ad suum illum cælibatum detorqueant? ¶*Honestate*, σεμνότητος. Vulgata, *Castitate*. Erasmus, *Reuerentia*. Vide suprà, 2.2.

6 *Nouitium*, νεόφυτον. Rectè notat Chrysost. Apostolum non dixisse νέον, *iuuenem*, sed νεόφυτον, id est recens Ecclesiæ insitum. Et obseruandum est Paulum ad Timotheum scribere in Asia versantem, vbi ex Gentibus necesse fuit plerosque Ecclesiis præfuturos accersere. Nec tamen propterea habenda etiam non est ætatis ratio. ¶*In criminationem diaboli*, εἰς κρίμα τοῦ διαβόλου. Vel, *In condemnationem diaboli*. id est, ne ex eo ipso quòd in eũ gradum euectus est, occasionem arripiat superbiæ, quæ ipsum euertat: atque ita in eandem condemnationem ruat atque ipse diabolus. vel, nequid confidentius agat, vnde ipsius criminandi occasio Satanæ præbeatur. Eras. ad calumniatores mauult referre, sed coactâ interpretatione, vt annotauimus etiam Ephe.4.27. Vulg. *In iudicium diaboli*. Iudicium autem sæpe pro ipso gubernandi iure accipitur, vt possit etiam explicari, In iudicium, id est in ius & potestatem.

8 *Diaconos*, διακόνους. Hi sunt qui pauperũ curam habebãt, de quib. diximus Philip.1. & alibi sæpe. ¶*Venerabiles*, σεμνούς, i. qui suo muneri dignitatẽ conciliant. Vide Philip.4.8.

Myst-

9 *Mysterium fidei*, μυστήριον πίστεως. Id est, Euangelicam doctrinam, quæ verè sanè dicitur μυστήριον quod caro & sanguis non reuelet. Diaconorum enim erant nonnullæ etiam in docendo partes, non quidem in Ecclesiæ cœtu, sed priuatim, quum erat illis cum pauperibus versandum. Deinde quum lectorum etiam in sacris cætibus munere fungerentur, quàm turpe fuisset illos legere quæ non intelligerent? Quòd autem Stephanus docuisse mox dicitur in Synagogis, nihil ad hunc diaconatum pertinet: Philippus autem post dispersionem Hierosolymis discedens factus est Euangelista. Ridiculum est autem quod adfertur à nonnullis, hoc posse ad taciturnitatem referri.

Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν ἀνέγκλητοι ὄντες.	10	Atque hi etiam explorẽtur prius, deinde ministrẽt, si sint inculpati.	10	*Et hi autem probentur primùm, & sic ministrent, nullum crimen habentes.*
Γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, μὴ διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσι.	11	4 Vxores itidem *eorum oportet esse* venerabiles, nõ calumniatrices, sobrias, fidas in omnibus.	11	*Mulieres similiter pudicas, nõ detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.*
Διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊστάμενοι καὶ τῶν ἰδίων οἴκων.	12	5 Diaconi sint vnius vxoris mariti, qui liberis rectè præsint, & propriis domibus.	12	*Diaconi sint vnius vxoris viri, qui filiis suis bene præsint, & suis domibus.*
Οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.	13	Nam qui bene ministrauerint, gradum sibi bonum acquirunt, & multam loquendi libertatem per fidem quæ *est* in Christo Iesu.	13	*Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu.*
Ταῦτά σοι γράφω, ἐλπίζων ἐλθεῖν πρός σε τάχιον·	14	6 Hæc tibi scribo, sperans fore vt citius ad te veniam:	14	*Hæc tibi scribo, sperans me ad te venire citò.*
Ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας.	15	Sin autem tardauero, vt noris quomodo oporteat in domo Dei versari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & stabilimentum veritatis.	15	*Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.*
Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐφανερώθη ἐν	16	8 Et vt in confesso est, magnum est pietatis mysterium: Deus conspicuus factus est in	16	*Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in*

4 Inquirẽdum etiam in Pastorum & Diaconorum vxores.

5 Polygami (id est, plures simul vxores habentes) sicut ad episcopatũ, ita ne ad diaconiã quidem vocãdi.

6 Peculiaria multa subiecturus ad quotidianum Pastoris munus spectantia, præfatur de suo ad eum aduentu, vt eo magis solicitus sit Timotheus, ne quũ aduenerit negligentiæ coargui possit.

7 Pastori assiduò cogitandũ est se in domo Dei viui versari, in qua conseruatur veritatis thesaurus. 8 Has veritate cuius custos & conseruatrix est inter homines Ecclesia, ministerio Verbi propterea ibi constituto, nihil augustius esse potest. Docet enim res omnium maximas, nempe Deum in Christi persona, assumpta nostra natura, factum esse visibilem, cuius tamen in tanta infirmitate maiestas infinitis modis eluxit, adeò vt ipsos Angelos rei tantæ conspectus perculerit: qui denique Gentibus prædicatus, ab eis receptus est, & nunc sursum in summum gloriæ gradum euectus.

11 *Vxores*, γυναῖκας. Vxores videlicet episcoporum & diaconorum. Quorsum enim præcepta de aliis repeteret? De viduis autem paulo pòst aget suo loco. Non rectè igitur Vetus interpres conuertit *Mulieres*: & liquidò hinc quoque apparet, de episcopis aut diaconis qui vxores habere desiissent, accipiendos non esse versiculos 2 & 11.

13 *Gradum*, βαθμόν. Id est, decus ac dignitatem, vt accipitur nomen מעלה [*mahaleh*] ab Hebræis. vel ita significat Apostolus in minoribus Ecclesiæ functionibus fideliter versatos ad maiores postea meritò vocari, vt antiquissimis Canonibus cauetur: quem ordinem Nazianzenus eleganter, Oratione de patre suo, νόμον ἀκολουθίας πνευματικῆς appellat. ¶*Multam libertatem*, πολλὴν παῤῥησίαν. Rectè omnino fiduciam intrepidam cum bona conscientia coniungit: bonæ verò conscientiæ fidem in Christo substernit. Quid enim reformidet homo eiusmodi? Opponuntur autem ista iis quæ dixerat de criminatione, probro & laqueo diaboli: quòd ista quoque diaconis perinde ac episcopis cauenda sint.

14 *Citius*, τάχιον. Comparatum absoluti loco positũ est, cuius tamen enallages hæc vis est vt nonnihil adiicere videatur simplici absoluti significationi. Vide Ioan.13.27. & Act.25.10. & 2.Tim.1.17. & 18.

15 *Columna & stabilimentum*, στῦλος καὶ ἑδραίωμα. Hoc intellige hominum respectu, nõ autem simpliciter. nã alioquin ipsum hoc firmamentum lapide illo angulari nititur, vt dictũ est Eph.2.20. Cur igitur, dices, hæc epitheta tribuit Ecclesiæ? Quia videlicet non alibi habitat Dei veritas in mũdo. Ecclesia enim est quæ filios Dei gignit & educat per verbi Dei prædicationem, & verè bonorum operum exempla. Alibi tenebræ, mendacia, errores, imposturæ, superstitiones, vertiginis & stuporis spiritus, omnes denique corruptelæ omnia latè possident: ex quorum collatione intelligi demum potest quid veritatis nomine significetur. Sunt autẽ multis modis inepti & impudentes qui ex hoc loco ita amplificant Ecclesiæ auctoritatem quasi veritatẽ ipsa gignat, ac instar primi fundamenti sustineat: quum, vt antè dixi, Ecclesia ipsa alio fundamento, id est, Christo nitatur: nec procreatrix, sed testis sit duntaxat altrix & cõseruatrix veritatis inter homines: vt ipsa à verbo, non contrà verbum ab ipsa pendeat. Deinde quum isti veritatem à verbo Dei separent, quis non videt eos quasi in aere ædificare, & veritatis nomen vanitati ac mendacio imponere? Præterea quàm absurdum illud est, Ecclesiam Dei certo loco certisq. personis more Iudæorum affigere? quasi sediùe et captiuum Spiritum sanctum teneant, ac non disertè Dominus vbique istum externum splendorem indicarit Ecclesiæ suæ ex diametro repugnare. Nisi fortè volunt vel Ecclesiæ priuilegia nunc esse amplificata, vel concilium illud Hierosolymitanum in quo damnatus est Christus, columnam fuisse veritatis: quasi denique Paulus ipse paulo antè non est testatus, filium illum in perditionis in medio ipso Dei templo sessurum. In eo verò sese quibusuis deridendos acuti isti sophistæ propinant, quòd in asserendis suis mendaciis τὸ αἰτούμενον assumant pro confesso. Parendum est, inquiunt, his & illis decretis. nam Ecclesia ita constituit. Deinde Ecclesiam non veris modò, sed etiã ementitis titulis exornant. Demũ proferunt ius suum canonicum, conciliabula, consuetudinem. Denique bona etiam (quod aiunt) intentione quiduis quum libuit comminiscuntur, vt olim in concilio Carthaginiensi Romanus Pontifex factitauit. Ita sibi acutè videntur omnia conclusisse. Atqui, boni Patres, hunc laborem vobis effugere licuit. neque enim Ecclesiæ Dei auctoritatẽ detrahimus, in qua vna regnare Dei veritatem dicimus: sed hoc quæritur, in quo vobis laborandum erat, Sitne Ecclesia quæ vno capite non est contenta: quæ non verbo Dei, sed traditionibus hominum & cõsuetudinibus, sæpe etiam falsissimis nititur: quæ verbi Dei lectione plerisque interdicit: quæ inauditam omnibus seculis idololatriã omni crudelitatis genere defendit: quæ Ecclesiastica omnia munera publicè quibusuis emptoribus prostituit: quæ Christo alios mediatores subordinat: quæ Christo corpus inuisibile &

immensum affingit: quæ Christi oblationem vnicam & æternam iterat; quæ liberum arbitrium gratiæ adiungit; quę veteres canonas, vetera concilia, Patres quos se venerari simulat, palàm tamen imperitis illudens, conculcat; quæ Spiritum sanctum publicis omnium confessione cinædis affligit. Hæc quærimus, boni Patres, an sit Ecclesia. Nam mores nondum attingimus. Hæc & alia eius generis infinita primùm expedite: deinde tempus fuerit de Ecclesiasticæ auctoritatis regundis finibus (id est de iis quæ ad vos nihil prorsus pertinent) disputare. Quanquam (vt opinor) nihil seriò agitis. Quis enim meretricem crediderit de pudicitia seriò differere?

16 *Mysterium, μυστήριον.* Id est arcanum, nempe in sese, sed diuinitus Ecclesiæ, quatenus expedit, patefactum. Vulgata, *Sacramentum.* Hîc igitur mirum est Romanenses nouum aliquod sacramentum non statuere, sicut fecerunt in matrimonio. Quàm meritò verò arcani nomen sit à Paulo vsurpatum, ex his apparet quæ subiiciuntur. nam ea certè non hominum modò sed etiam Angelorum captum infinitè superant. ¶ *Deus conspicuus factus est in carne, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί.* Vix alius locus est in quo omnia redemptionis nostræ mysteria vel magnificentius vel planius explicentur: non mirum sit foedè fuisse à Diabolo deprauatum: cui sanè hac in parte (dicam enim liberè quod res est) suam operam imprudens quidem (sic enim arbitror) sed suam operam tamen Erasmus commodauit: ita videlicet profitens Christi diuinitatem, vt tamen pro viribus passim conetur luculentissima & certissima quæque eius testimonia nobis extorquere. Exemplo sit hic locus. Vetus interpres pro Θεὸς legit ὃ, vt qui converterit, *Quod manifestum est in carne.* quod & ipsum tamen ad Christum commodissimè aptari potest, qui μετωνυμικῶς Mysterij nomine sit significatus. Verùm repugnant perpetuo consensu omnes Græci codices & (vt mox dicemus) res ipsa postulat vt de ipsa Christi persona hoc accipiamus. Erasmo tamen magis placet veteris interpretis lectio, & quidem nō ad ipsum Christum, sed ad Euangelij prædicationem accommodata. Audiamus ergo quid dicat. *Mihi,* inquit, *subolet Deum additum fuisse aduersus hæreticos Arrianos.* At mihi Bezæ non dubiū est, Dei nomen sublatum fuisse ab iis qui vel Deitatem Christi, vel vtriusque naturæ vnionem iam inde ab ipso conceptionis momento negabant. quæ tamen ipsorum impudentia manifestè coargui potest ex iis quę sequuntur. *Id,* inquit Erasmus, *agit aduersus Iudæos, qui pro gratia Christi conabantur Legem obtrudere.* Vnde verò istud colligitur? Nam certè nusquam hoc exprimitur, nisi quòd in genere mentis fabularum & genealogiarum. *Mysterium,* inquit, *vocat prædicationem Euangelij, prius occultam & ignotam mundo, nunc verò manifestatam in vniuerso mundo.* Atqui non dicit Paulus, μυστήριον ἦν, vel ἐγένετο, id est mysterium erat, vel fuit, sed μυστήριόν ἐστι, mysterium est. Deinde quid hoc rei est, In carne, id est in vniuerso mundo? quis hanc interpretationem ferat? Itaque mox ad se redit, & *In carne* interpretatur *Per carnem,* id est *per Christi humanitatem.* Atqui nusquam additur Christi nomen. Ergo similis locus aliquis, ratio denique aliqua huius dicendi formulæ proferatur. Sed tamen hic posterior error multo est tolerabilior superiore. Subiicit deinde, *mysterium fuisse iustificatum in Spiritu,* id est *hanc prædicationem habuisse vim iustificandi in Christo, per fidem, sine Lege Mosaica.* Obsecro, quid hoc est, iustificatum id dicere quod iustitiam in Christo proponat? Nam non attingo quòd cum Sophistis putat Legis duntaxat ceremonias à iustificatione excludi. Alia quæ subiicit omitto: sunt enim per se tolerabilia, nisi ea obstarent de quibus iam diximus. Venio ad extremum. *Quod,* inquit, *post resurrectionem receptum est in cælum, vnde fuerat profectum.* Hîc verò ita tenetur vt elabi non possit, ideóque securè hoc præterit, nulla addita explicatione. Quid enim adferre posset? Mysterium dici voluit Euangelij prædicationē. Cedo verò quomodo in cælum Euangelium receptum est? Nam si pro ἀνελήφθη dixisset ἀνέβη, *ascendisset,* nempe paratum erat cauillum, dici ascendisse in cælum prouerbiali dicendi genere, quod valde gloriosum sit redditum, Gentibus videlicet illud amplexis. Quid ergo? nempe manifestissima sunt hæc cauilla, & vtrisque manibus pretiosum hoc nostræ salutis testimonium nobis est retinendum. Dicitur ergo Deus, videlicet Filius (hoc enim prò confesso assumitur) ex inuisibili factus est aspectabilis, assumpta carne, id est hominis vera, eáque omni infirmitati (solo excepto peccato) obnoxia natura: siue Verbum factum esse caro. Ita duæ ponuntur, distinguuntur, vniuntur naturæ, inter quas tamen quantū sit discrimen, nulla mens possit comprehendere: præsertim si Christi humanitas in conditione infirmitatis cōsideretur. Huius verò mysterij altitudinem quis tandem, nisi Deus ipse, ita vt est comprehendet? Superest vt admoneam, hunc locum fœdè etiam nuper à Castellione esse deprauatū, qui pro ἐφανερώθη, id est conspicuus & aspectabilis factus est conuertit, *Deus extitit in carne.*

σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.	carne "iustificatus est in Spiritu, "conspectus est ab Angelis, prædicatus est Gentibus, fides illi habita est in mundo, "sursum receptus est in gloriam.	*carne iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.*

Κεφάλαιον δ. — CAP. IIII. — CAP. IIII.

1 ΤΟ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς	1 SPiritus autē disertè dicit fore vt "posteriorib. pręstitutis temporibus "desciscant	1 *SPiritus autem manifestè dicit quia in nouissimis temporibus discedent qui-*

1 Opponit verę illi doctrinæ falsa dogmata, quæ omnino futurum prædicit vt à quibusdam apostatis suggestione diaboli introducantur, & ita quidem vt minimè desint qui illis assentiantur.

¶ *Iustificatus est in Spiritu, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι.* Iustificari non semper declarat iustum fieri, (quod non considerarūt qui hæserunt in huius loci explicatione) sed ex Hebræorū idiotismo significat debita iustitiæ laude affici, quum iustus comprobatus fuerit, (vt Luc. 7. 29. dicuntur publicani Deum iustificasse) atque adeo iustum, id est perfectum, & omnibus numeris absolutum declarari & agnosci: quo modo dicuntur mandata Dei iustificata Psalm. 19. 10. id est ad vnguem & exquisitè perfecta adeo quidem vt palàm ita esse appareat. Sic Psal. 51. 6, dicitur Deus iustificari in sermonibus suis, id est laus iustitię ipsius conspicua reddi Et Mat. cap. 11. ver. 19, iustificata dicitur sapientia à filiis suis, id est agnita, & debito honore affecta. Ita igitur hoc in loco opponitur manifestationi carnis, gloria Deitatis, sese in illa infirma carne ita exerens, vt Christum quáuis hominem infirmum, tamen palàm etiam factum sit verum esse Deū: quod ex vniuersa historia Euangelica satis liquet. Spiritum igitur vocat quicquid in Christo diuinum & supra carnem (id est supra hominem) fuit, vt diximus Rom. 1. 3. sicut ista omnia prorsus aptè & eruditè obseruauit doctissimus interpres. Nec ab hac interpretatione dissentit Athanasius De resurrectione carnis, exponens, *Iustificatus est in Spiritu,* id est, *Iustitiam habuit non humano more, sed diuina puritate.*

¶ *Conspectus est ab Angelis, ὤφθη ἀγγέλοις.* Non potuit magnificentius prædicari augusta huius mysterij Maiestas, nā proculdubio in ipsum Christum (id est visibilem Deum) intueri, quàm incredibilem voluptatem attulerit Angelis, ipsi luculenter declararunt illo nobili cantico quod recitatur Luc. c. 2. v. 14. Deinde vocatio Gentium, & quidem efficax, nónne opus fuit ipsa mundi creatione maius? Postremò visibilis illa ascensio in cælum carnis nostræ cum Deo substātialiter iunctæ, & illa ad dextram Patris sessio supra omnē cælorum altitudinem, cuius tandem est sublimitatis mysterium? ¶ *Sursum receptus est, ἀνελήφθη.* Vulg. *Assumptum est.* Erasmus, *Receptus est.* Vide Act. cap 1 ver. 2.

IN CAPVT IIII.

1 *Spiritus, τὸ πνεῦμα,* nempe Sanctus, istud per os eorum loquens, qui Prophetiæ dono tunc quoque in Ecclesiis erāt præditi. ¶ *Posterioribus, ὑστέροις* i. sequuturis. Vulg. *nouissimis* i. ἐσχάτοις. ¶ *Desciscant à fide, ἀποστήσονται τῆς πίστεως* i. à vera Dei doctrina, vt apparet ex antithesi. quo modo etiam accipi Fidei nomen, multis iam locis annotauimus, vt Galat. 1. 23, & suprà, 1. 19, & 3. 8. & alibi sæpe. Itaque non est quod ex hoc loco nonnulli conentur fidei electorum, id est veræ fidei, firmitatem euertere. ac proinde nostram consolationem à fundamentis conuellere. Nam si propositum electionis incertum est, aut si à nobis pendet, quæ tandem sunt Dei concilia, aut vbi spes illa nostra est? vbi denique fides, quum ea nihil aliud sit quàm firma nostræ in Christo electionis persuasio? Sin autem certa est electio, fidem etiam perseuerantiæ donum semper comitetur necesse est, quum electos certa salus maneat: extra Christum autem fide apprehensum non sit salus. Sed horrendi sunt interdum lapsus etiam eorum qui crediderant. Fateor. sed quis sani iudicij homo dixerit, vel vnius diei infantē anima rationis participe carere. quòd ea facultates suas non exerat? aut quis ebrium vel furiosum hominem idcirco ratione & intelligentia priuarit. quòd illis facultatibus ad tempus nō vtatur? Sed hæc doctrina (inquiunt) homines ad licentiam exacuit. Itáne verò? imò nihil æquè nos vel seriò arcere à sceleribus, vel in tentationibus ad inuocationem excitare potest. Fidē enim à Spiritus Christi effectis, (i. à mortificatione peccati, & viuificatione iustitiæ) qui diuellit, is eo ipso testatur se infidelem esse. Itaque hæc doctrina nihil pertinet ad eos qui falso fidei simulacro seipsos deludunt. Contrà verò, qui filij Dei sunt, Spiritu Dei aguntur: ideóq. quoties labuntur, toties, suo tempore, eiusdem Spiritus vi fulti, resurgunt: neque Dei misericordia abutuntur ad peccandū, sed ad resipiscentiam magis ac magis ipsis etiam peccatis erudiuntur. At quædam etiam fides temporaria commemoratur. Fateor: sed quæ longè aliter sit definienda. Aliud enim est, credere verum esse Christi mysterium, aliud verò per Spiritum Dei persuasum esse id ad te pertinere. Aliud est, repentino aliquo motu Euangelicam doctrinam non tantùm veram esse credere, sed etiam aliquo modo suauitatem eius gustare, vt si cibū aliquem suauem non tantùm contempleris alienæ mensæ impositum, sed etiam prehendas & mandas, nec tamen deglutias, aut si deglutiueris, nō concoquas: aliud verò, videre, prehendere, mandere, deglutire, concoquere: quod postremum in iis solis accidit in quibus calor ille vitalis Spiritus Dei viget. Aliud est denique reuera Christum amplecti, & sibi applicare, (quod quia soli filij Dei faciunt, mori nunquam possunt) aliud verò, Christum ore tenus, cum Simone Mago, cum Iuda, cum omnibus falsis fratribus profiteri Et hi tamen dicuntur etiā credere, nimirum ex communi loquendi vsu, quòd credere videantur. Sic enim disertè explicatur à Lucā similis loquendi formula cap. 8. 18. Itaque etiamsi fidei nomen hîc non accipias μετωνυμικῶς, non tamen est quòd ex hoc loco aut similibus aliis illud vnum conentur quidam nobis extorquere, quo sublato, funditus etiam tolli Christianam religionem oporteat.

πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων,	quidam à fide, "attenti spiritibus deceptoribus ac doctrinis "dæmoniorum.	*tendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum,*
2 ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν,	2 "Per hypocrisin "falsiloquorum, "quorum consciētia cauterio resecta est,	2 *In hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam,*

2 Hæretici quātumcunque simulent sanctimoniam, nulla conscientia præditi sunt.

Spiritibus deceptoribus, πνεύμασι πλάνοις. Seductores meritò etiam possis dicere, vt vis Græci vocabuli prorsus exprimatur, quo videlicet ipsa deceptionis ratio significatur. quia nimirum extra verbum Dei (quod vnum rectum iter est) homines abducunt. Spirituum autem nomine vel dæmonia ipsa, vel pseudoprophetas, qui illorum afflatu impelluntur, aut ipsam denique illorum doctrinam, accipere possumus: vt quod subiicitur sit istius dicti expositio. Vet. interpres legit πλάνης, id est, *erroris,* eodem sensu: nisi quòd error illius est qui decipitur, quum hîc agatur de ipsorum impostorum fraudibus. Epiphanius hunc locum citans, aliquoties legit μύθοις, *fabulis.*

¶ *Attenti, προσέχοντες.* Non modò igitur insurgent pseudoprophetæ, sed illis etiam dabitur summa erroris efficacia. quod disertè notandum est Hîc verò mihi occurrit quod apud idoneum scriptorem id est apud Epiphanium inueni, in eos acerrimè inuehentem, non qui Marię templa consecrabant, non qui reginam cæli & misericordiæ, spē, vitam, aduocatam, portam paradisi, adorantes inuocarent: non qui peterent ab ea vt ipsi nato imperaret (quam blasphemiam scribens, totus cohorresco) non qui proprium illi cultum hyperduliæ nomine constituerent: sed qui stulta & crassa quadam superstitione placentam illi quandam solenni pompa consecrarent. Is igitur iam tum prospiciens quonam ista miseros homines abducerent, hunc locum ita citat vt hæc etiam addat, ἔσονται γὰρ νεκροῖς λατρεύοντες, ὡς καὶ ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐσεβάσθησαν. Id est, *Mortuos enim colent, vt in Israele culti sunt* quæ verba repono post ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, *desciscent quidam à fide,* vt illis interpositis postea demum sequatur προσέχοντες πνεύμασι *attendentes spiritibus,* &c Deinde cultus illius exempla profert, quæ in Israele sua etiam memoria extarent: atque ad id de quo erat instituta quæstio hanc Pauli prophetiam accommodat: neque id temerè, vt rei exitus ostendit. Oportuit enim impleri quæ Paulus prædixerat. Expende igitur & considera (lector, quisquis es) quàm planè & apertè ista conueniant cum iis quæ oculis nostris cernimus, vt iam de extremis temporibus & reuelato Antichristo dubitare non possis. Nam (quicquid garriant illius meretricia prostibula, & quanuis ista portenta primus quidam Saturnitas dicatur protulisse, apud Epiphanium & Theodoretum) quid est mortuos colere, prohibere nuptias, interdicere certorum ciborum vsum, & in his quidem rebus satisfactionē pro peccatis, i. summam pietatis collocare: quū tamen adulteria, periuria, publicam sacrorum nundinationem, blasphemias, lupanaria, omne fraudum genus non modò tacentes spectent, sed etiam approbent? hæc, inquam, facere, quid aliud est quàm hoc ipsum facere quod hîc apertè prædicit Dei Spiritus? Sed vnum hoc videlicet ad eorum impudentiam reliquum erat, vt in manifesto scelere deprehensi, tamen constantissimè id negarent quod ipsis oculis cernitur. ¶ *Dæmoniorum, δαιμονίων.* Notū est quid hoc nomine, Platonici præsertim, intellexerint: sacri verò scriptores noxios illos & impuros spiritus sic vocant.

2 *Per hypocrisin, ἐν ὑποκρίσει.* Vel, cum hypocrisi. Erasm. *Per simulationem.* Ego Græcum vocabulum potius retinere volui, quo nimirum significatur istos quasi histrionicam quandam artem factitaturos: ne quis existimet fore vt in aliquo velut angulo delitescant, aut pudoris speciem aliquā retineant. Hoc verò an ad vnguem nostris temporibus cōueniat, nemo magis possit dubitare quàm de sole, an meridie luceat: siquis multiplices illas, & media quidem luce peruolitantes Monachorū laruas, si templorū & sacrificorū versicolores illos & androgynis prorsus cōuenientes habitus, si personas idolorum, si denique totam illorum theatricam saltationem cum veterum histrionum ritibus comparet. quod argumentum nuper non minus eruditè quàm copiosè ac luculenter tractauit vir beatæ memoriæ P. ille Viretus, quem honoris causa nomino. ¶ *Falsiloquorum, ψευδολόγων.* Videtur potius dicendum fuisse ψευδολόγοις, vt cohæreat cum πνεύμασι, & paulo pòst etiam κεκαυτηριασμένοις: sed maior est habita sententiæ quàm constructionis ratio, vt Ma[illegible] .40, & alibi aliquoties annotauimus. Nisi malimus δαιμόνια emphaseos causa dici homines ipsos à diabolo impulsos, vt Petrus dicitur Satanas, Matt. 16. 23, & Iudas diabolus vocatur Ioa. 6. 70. ¶ *Quorum conscientia cauterio resecta est, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν.* Vel, qui sua ipsorum conscientia sunt cauterio amputati. Sed illam interpretationem præfero. est enim hæc constructio ita Græcis vsitata, vt non aliter loqui soleant: veluti apud Demosthenem, ὁ κατεαγὼς τὴν κλεῖν, cui claues iuguli sunt confractæ: apud Xenophontem, ὁ ἀποτμηθεὶς τὴν κεφαλήν, cui caput est amputatum. Significat autem τὸ καυτηριάζειν cauterio partem aliquam (putrem videlicet) amputare. Itaque hæc sententia est eiusmodi, Istorum conscientiam ita obduruisse vt callum obduxerit, deinde cancrum illam inua-

fisse, postremò iam esse cauterio amputatam, sicut diximus Eph. 4. 19. Vulg. *Cauteriatam habentium suam conscientiam*. Eras. *Cauterio notatam habentium conscientiam*: quas interpretationes non minus absurdas iudico, quàm siquis dicat eū caput habere cui caput sit ense amputatū. Et videtur mihi ad Circuncisionem cordis antithesi quadam alludere Apostolus

3 Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν.

4 Ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ, καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον.

5 Ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως.

6 Ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς, καλὸς ἔσῃ διάκονος [illegible] Χριστοῦ, ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως, καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, ᾗ παρηκολούθηκας.

7 Τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ· γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν.

8 Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίας ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης.

3 Prohibentium contrahere matrimonium, *iubentium* abstinere à cibis 4 quos Deus condidit 5 ad participandum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui norunt veritatem.

4 7 Nam quicquid condidit Deus, bonum *est*: nec quicquam reiiciendum *est*, si cum gratiarum actione sumatur.

5 8 Sanctificatur enim per verbum Dei, & preces.

6 9 Hoc si subieceris fratribus, bonus eris minister Iesu Christi, innutritus in sermonibus fidei, & præclaræ illius doctrinæ, quam assectatus es.

7 10 Cæterùm profanas & aniles fabulas deuita: 11 sed exerce teipsum ad pietatem.

8 12 Nā corporalis exercitatio ad pauca vtilis est: at pietas ad omnia vtilis est, vt quæ promissionem habeat vitæ præsentis ac futuræ.

3 *Prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad participandum cum gratiarum actione, fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem.*

4 *Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.*

5 *Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.*

6 *Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ, quam assequutus es.*

7 *Ineptas autem & aniles fabulas deuita: exerce autem teipsum ad pietatem.*

8 *Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem, ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ.*

3 Duas falsæ istius doctrinæ species exprimit, nempe cœlibatus legē, & delectū ciborum. 4 Eiusmodi doctrinas probat semel ito vocas sedemoniacas: primùm quòd earum doctores de rebus alienis decernāt, an enim ipsi cibos crearunt? 5 Secūdò, quòd finē cuius causa creati sunt à Deo omnes cibi, nempe vt iis frueremur, suis placitis euertant. 6 Tertiò quòd Deum hoc modo suo honore spolient, qui in illorum vsu vellit celebrari. simul autem declarat Apostolus sobriè & cū bona conscientia vtendum illa Dei liberalitate. 7 Canonem Apostolicum de tollendo ciborum delectu falsæ illi doctrinæ opponit. 8 Is demum bonis legitimè vtitur, qui illorum largitorem ex ipsius verbo agnoscit & inuocat. 9 Conclusio cum exhortatione, vt Timotheus ista sedulò, velut ab Apostolo penè cum lacte hausta, Ecclesiis proponat. 10 Iterum sanam doctrinam opponit, non modò falsæ illi & apostaticæ doctrinæ, sed etiam vanis omnibus & curiosis argutiis. 11 Non tantùm sana doctrina, sed etiam pia & religiosa vita ministro verbi opus est. 12 Pietas in spirituali cultu posita est, non in externæ vitæ austeritate, quæ etsi rectè vsurpata aliquem vsum habet, tamen nullo modo cum pietate est conferenda: prodest enim illa per accidens, ista verò promissionem habet præsentis & futuræ vitæ.

3 [*Iubentium*] *abstinere*, ἀπέχεσθαι. In Græco sermone primùm omnium supplenda est copula in bimembri oratione, vt annotauimus Ioann. 10. 16, & alibi sæpe: deinde cognatæ significationis verbum adiiciendum est, quod etiam expressit Epiphanius hunc locum citans aduersus Cataphrygas, nempe κελευόντων, vt in illo Homeri σῖτον καὶ οἶνον ἔδοντες. Item in illo versu, ἄλλοι μὲν κεχόλως, ἄλλοι γε σφαῖς ὀνίνασι Νείσαν. Similem ellipsin annotauimus 1. Corint. 14. 34. & sup. 2. 12. Sed & aliter excusari potest hæc ellipsis, ex Hebræorum idiotismo, apud quos verbum צוה [*tsiuah*] quod propriè significat præcipere quid sit faciendum, significat etiam vetare à quo si abstinendum, vt Deuter. 2. 37. Syrus autem interpres videtur legisse ἀπεχομένων. idque velut in coniugatione Hiphil, quasi dicat, facientium abstinere.

5 *Sanctificatur*, ἁγιάζεται. Id est, purum & sanctum fit, nostri videlicet respectu, vt illo vti possimus bona conscientia, tanquam de manu Domini Dei nostri ritè accepto. Nam reliqui homines non aliter quàm vt fures & sacrilegi bonis vsurpatis fruuntur, Deo quidem sic volente, sed ipsis tamen partim non ritè, sed per malas artes id vsurpantibus partim verò eorum auctorem vel contemnentibus, vel etiam insectantibus, cuius beneficentiam in sui perniciem conuertunt. Sanctificari igitur cibi dicuntur quibus legitimè & cum bona Dei gratia vtimur. Itaque sancta etiam sunt fidelium conuiuia, & quoties ad capiendum cibum nos accingimus, toties ad viuam beneficentiæ Dei nostri concionem accedimus: vt illic multo etiam minus quàm alibi liceat modestiæ fines transilire. Alludit autem ad legales purificationes, & discrimen cibi mundi & immundi.

¶ *Per verbum Dei*, διὰ λόγου Θεοῦ. Ex verbo Dei fide apprehenso duo intelligimus, ac etiam credere nos profitemur: Vnum, creata esse omnia hominum causa à Domino, pro immensa & infinita sua sapientia: Alterum, nos ex eorum esse numero qui ius illud iustæ in reliqua animantia dominationis in Adamo deperditum, per gratiam Dei in Christo receperimus, vt hanc vitam tueamur quam ipsius amplificandæ gloriæ impendamus. Hanc professionem sequuntur preces, vt nobis det Dominus bona conscientia dapibus ab ipsius manu acceptis cum omni timore ac reuerentia frui. Postremò, gratiarum actione & repetitis etiam precibus conuiuia nostra claudimus. ita nobis sanctificantur cibi.

¶ *Et pre*[illegible] ἐντεύξεως. Id est προσευχῆς. vel etiam εὐχαριστίας. Nam in genere hîc ponitur nomen ἐντεύξεως, quod alioqui non tam latè patet, vt diximus suprà, cap. 2. 1.

6 *Innutritus*, ἐντρεφόμενος. Præpositio ἐν aliquid ponderis addit huic participio, quasi dicas in sinu pietatis educatum. Vulgata & Erasmus, *Enutritus*, non explicata hac Emphasi. Durum est autem quod idem Erasmus notat, hoc participium actiuè quoque conuerti posse, *Enutriens* illos.

¶ *Fidei*, τῆς πίστεως. Iterum Fides pro sana doctrina, vt suprà, versu 1. sicut explicat etiam sequens epexegesis.

¶ *Quam assectatus es*, ᾗ παρηκολούθηκας. Id est, à cuius latere quasi nunquam discessisti. Alioquin interdum aliquid amplius declarat, vt diximus Luc. cap. 1. vers. 3. Demosthenes, περὶ στεφ. Ἐκεῖνος ὁ καιρὸς καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη οὐ μόνον εὔνουν καὶ πλούσιον ἄνδρα ἐκάλει, ἀλλὰ παρηκολουθηκότα τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀρχῆς. Pietatem verò vocat legitimum & spiritualem cultum, cum quo comparat corporis macerationes.

8 *Ad pauca vtilis est*, πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος. Nam mox illi opponitur πρὸς πάντα, ad omnia ita vt ὀλίγον videatur pro ὀλίγα positum. Syrus interpres ad temporis spatium refert, & in illo dicendi genere fateor subaudiri solere χρόνον vt Iacob. 4. 14. vt verti etiam possit, *Ad exiguum tempus vtilis est*. cui ex aduerso respondeat vitæ quoque futuræ promissio. Corporalem autem exercitationem vocat non illam immodicam ac multo etiam minus illam superstitiosam vel potius impiam, sed rigidam tamen, & domandæ carni vtilem victus rationem.

9 Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος.

10 Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ κοπιῶμεν καὶ ὀνειδιζόμεθα, ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν.

11 Παράγγελλε ταῦτα καὶ δίδασκε.

12 Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω, ἀλλὰ τύπος γίνου τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ.

13 Ἕως ἔρχομαι πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ.

14 Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου.

15 Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι· ἵνα σοῦ ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν.

16 Ἔπεχε σεαυτῷ, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ· ἐπίμενε αὐτοῖς. τοῦτο γὰρ ποιῶν καὶ σεαυτὸν σώσεις καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου.

9 13 Certus *est* hic sermo, & omnibus modis dignus qui recipiatur.

10 Nam idcirco etiam fatigamur, & conuitiis afficimur, quòd speremus in Deo viuo, qui est conseruator omnium hominum, maximè *verò* fidelium.

11 Hæc denuntia & doce.

12 14 Nemo tuam iuuentutem contemnito, sed esto exemplar fidelium in sermone, in conuersatione, in charitate, in spiritu, in fide, in puritate.

13 15 Interim dum venio, intentus esto lectioni, exhortationi, doctrinæ.

14 Ne negligito donum quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam, cum impositione manuum ordinis Seniorum.

15 Hæc meditare, in his esto: vt tuus profectus manifestus sit inter omnes:

16 Intentus esto tibiipsi & doctrinæ: & permane in istis. id enim si feceris, & teipsum seruabis & eos qui te audierint.

9 *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.*

10 *In hoc enim laboramus & maledicimur quòd speramus in Deum viuum, qui est Saluator omnium hominum, maximè fidelium.*

11 *Præcipe hæc, & doce.*

12 *Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.*

13 *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.*

14 *Noli negligere gratiam quæ in te est: quæ data est tibi per Prophetiam, cum impositione manuum presbyterij.*

15 *Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus.*

16 *Attende tibi & doctrinæ: insta in illis: hoc enim faciens, & teipsum saluum facies & eos qui te audiunt.*

13 Digressio in qua ostendit eos qui pietati studēt, etiamsi ærumnis & probris vexentur, idcirco tamen non esse miseros vt cæteros homines, quum ob eandem causam minimè affligantur propter quam cæteri, & longè dispar sit, ipsorum exitus: quomodo enim suos Dominus desereret, qui suos etiam hostes sua beneficentia dignatur? quam doctrinam monet sedulò esse inculcandam. 14 Iam ad exhortationem illam redit, ostendens quæ sint veræ pastoris virtutes, quibus etiamsi desit ætas, reuerentiam sibi conciliet, nempe & oratio, & vita charitatis, zeli, fidei & puritatis testes: litui verò, infularum, annuli, pallij, & puerilium huiusmodi ineptiarum nulla vsquam mentio. 15 Pastoris priuatum exercitium est, assidua Scripturæ lectio, ex qua hauriat exhortationis & doctrinæ materiam, & sibi & aliis saluificæ.

¶ *Promissionem*, ἐπαγγελίαν. Erasmus legit numero plurali ἐπαγγελίας, promissiones, vt postea genus in duas species distribuatur.

10 *Qui est conseruator*. ὅς ἐστι σωτήρ. Vulgata, *Qui est saluator*. Erasmus, *Qui est seruator*: quod nonnullos torsit, propterea quod seruatoris nomen ferè respicit vitam æternam in Christo partam. Itaque vt homonymiam vitarem, malui *conseruatorem* dicere. Alludere autem videtur ad Psalmi versu 36. 6.

12 *In Spiritu*, ἐν πνεύματι. Spiritum vocat zelum pietatis, aut certè eximia illa Spiritus dona, quibus sic vti vult Timotheum vt omnibus sit exemplo, quod pro se quisque pro doni sui ratione imitetur. Sed hoc tamen neque apud Syrum interpretem, neque in Latina versione, neque apud veteres plerosque patres hunc locum citantes, legitur. Et certè generaliter omnia ista complectitur.

13 *Interim dum venio*, ἕως ἔρχομαι. Erasmus, *Vsquedum venero*, ἕως ἔρχωμαι. Apparet autem cum ex hoc versiculo, tum ex eo quod dixit suprà, 3. 14. Apostolum, quum hæc scriberet è Macedonia constituisse statim traiicere: sed præter spem, vt alias sæpe, tum quoque fuisse diutius illic retentum, adeò vt nonnisi post Pascha soluerit Philippis: quam etiam ob causam quum omnino constituisset ad Pentecosten Hierosolymis esse, præter expectationem coactus est, mutato consilio Ephesum prætereuehi: cuius tamen ministros, ac proinde Timotheum in primis Miletum accersiuit, nempe vel idcirco vt fidem suam liberaret, postremum Asiam visurus.

14 *Per prophetiam*, διὰ προφητείας. Id est ita iubente per os Prophetarum Spiritu sancto, vt suprà, 1. 18, & 2. Tim 6. qua ratione quoque dimissi sunt Paulus & Barnabas Antiochiam Act. 13. 2, quò etiam refertur quod scriptum est Act. 16. 2. quòd disertè videtur hîc commemorare Apostolus, ne temerè iuuenis ad Euangelistæ munus ascitus videretur. Potest tamen hoc etiam sic accipi, vt idem valeat εἰς προφητείαν, id est, ad Prophetandum: vel ἐν προφητείᾳ: ita vt quod sit hoc donum exprimat Apostolus Prophetarum autem, quod eorum fuerit munus, sæpe iam dictum est à nobis. ¶ *Ordinis Seniorum*. Vulg. *presbyterij*, seruato Græco nomine. τοῦ πρεσβυτερίου. Id est, ordinis presbyterorum, quo cœtus omnis ille significatur qui in verbo laborabant in ea ecclesia, vbi hoc est factum, cuius nomen hîc non editur, sed Lystris ascitum fuisse constat ex Act. 16. 2. Sunt enim interdum generalia hæc nomina, episcoporū, presbyterorum, atque adeo etiam diaconorum. vide Philipp. 1. Castellio conuertit Senatum, qua audacia pro Ecclesia rempublicam dixit, Matt. 18. 17. Est autem illud obseruandum, Apostolos de ministerio Ecclesiastico scribentes, ab illis etiam vocibus abstinuisse, quæ huius seculi potestatibus tribuuntur, ne sacra cum Prophanis miscerent: nedum vt Apostoli vtrumque gladium arripuerint.

15 *Inter omnes*, ἐν πᾶσιν. Vulgata & Erasmus, *In omnibus*. quod etiam possumus accipere neutro genere, pro Omnibus in rebus, vel omnibus modis.

16 *Attende*, ἔπεχε. Id est, πρόσεχε. vt etiam apud Latinos Intendere & Attendere permutantur. Vide Luc. 14. 7. &

Act.3.5. *Permane*, μένε. Vulgata, *insta*, impropriè.

¶ *Seruabis*, σώσεις. Fides est ex auditu, auditus verò ex prædicatione. Hactenus igitur & sese & alios seruare dicuntur ministri Verbi, in quibus Dominus posuit reconciliationis sermonem, quum videlicet vnà cum illis coniungitur is qui per eos agit. At contra quoties ministri cum Domino conferuntur, valet illud Pauli, *Qui plantat & qui rigat, nihil est*. Eadem locutio occurrit Rom.11.14.

Κεφάλαιον ε.

1 Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, ἀλλὰ παρακάλει ὡς πατέρα· νεωτέρους, ὡς ἀδελφούς.

2 Πρεσβυτέρας, ὡς μητέρας· νεωτέρας, ὡς ἀδελφὰς, ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ.

3 Χήρας τίμα τὰς ὄντως χήρας.

4 Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις· τοῦτο γάρ ἐστι καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

5 Ἡ δὲ ὄντως χήρα, καὶ μεμονωμένη, ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας.

6 Ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε.

7 Καὶ ταῦτα παράγγελλε, ἵνα ἀνεπίληπτοι ὦσιν.

8 Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν

CAP. V.

1 SEniorem ne increpato, sed hortare vt patrem: iuniores, vt fratres:

2 Mulieres natu grandiores, vt matres: iuniores, vt sorores, cum omni castitate.

3 [2] Viduas honora quę verè viduæ sunt.

4 [3] Quòd siqua vidua liberos aut nepotes habet, discāt prius [4] *in* propriam domum pietatem exercere, & [5] vicem rependere parentibus. [6] hoc enim est honestum & acceptū in conspectu Dei.

5 [7] Porrò quæ verè vidua est ac sola, relicta spem posuit in Deo, & permanet in deprecationibus & orationibus noctę ac die.

6 [8] At quæ lasciuit, *ea* viuēs mortua est:

7 Hæc igitur denuntiato, vt sint irreprehensibiles.

8 Quòd siquis suis & maximè

CAP. V.

1 SEniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrē: iuuenes, vt fratres:

2 Anus, vt matres: iuuenculas, vt sorores, in omni castitate.

3 Viduas honora quæ verè viduæ sunt.

4 Siqua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primùm domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. hoc enim acceptum est coram Deo.

5 Quæ autem verè vidua est & desolata, speret in Deo, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die.

6 Nam quæ in deliciis est, viuens mortua est.

7 Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint.

8 Siquis autem suorum &

1 De mediocritate in priuatis reprehensionibus secundum ætatis & sexus gradus seruanda.

2 De viduarū cura cōstituit hos Canonas Apostolus.

3 Liberi & nepotes viduarū parentū pro viribus curam gerunto.

4 Prima ratio. Quoniam sibi ipsis quod suis impendunt.

5 Altera, Quoniam natura ipsa docet maioribus vicem rependere.

6 Tertia. Quoniam Deo gratum est hoc officium.

7 Secundus Canon, verè viduarum (id est quæ inopes & suorum præsidio destitutæ sunt, & piè ac religiosè viuunt,) curam Ecclesia suscipito.

8 Tertius Canon, viduæ in luxu degentes, & suæ familiæ curam negligentes, inter apostatas & ipsis infidelibus deteriores censentor.

IN CAPVT V.

3 *Viduas honora*, χήρας τίμα. Id est. Viduarum curam habe. Videmus enim illas nominatim à Domino commendari, quòd variis iniuriis sint obnoxię, ideóque maiore pręsidio egeant. Sic autem accipitur Honorandi verbum hoc in loco, vt apud Hebræos כבד *chabad*, Neque hoc ego de illis viduis accipio, quarum ministerio vtebatur Ecclèsia. Nam de illis agit postea sigillatim. quanuis aliter sentiat Hieronymus ad Gerontiam.

Quæ vere viduæ sunt, τὰς ὄντως χήρας. Quænam illæ sint definiet versu 5. Itaque non simpliciter explico, Quæ sint orbæ liberis, (quia potius videntur præsidio indigere quæ liberorum multitudine grauantur) sed quæ verè sunt pręsidio humano destitutæ, & dignas etiam se prębent Ecclesiæ solicitudine. Alioqui causa non est cur Ecclesia vel illis grauetur, quibus aliunde subsidium non deest, vel istarum improbitatem foueat.

4 *Quòd siqua*, εἰ δέ τις. Rationem optimam adfert Paulus qua viduis subueniri possit sine graui Ecclesiæ dispendio: nempe vt si liberos & nepotes, grandiores videlicet habuerint, ij admoneantur vt, si pij sunt & Dei timentes, eam pietatem in suos parentes in primis exerceant. Domi enim ipsos abundè habere in quibus se pios esse ostendant. Deinde illis proponatur, nihil hîc ab ipsis peti quod naturæ iure non debeant, quum sine summo scelere non possit officium ἀντιπελαργίας prætermitti. Postremò doceantur quàm grata & accepta sit Deo ista liberorum ac nepotum pietas officiosa. Sed quid si subsidiis illis vidua caruerit? De his verò postea disseret. Ita igitur optimè conueniet distributio, nec quicquam detortum apparebit. Quòd si μανθανέτωσαν, id est, *discant*, ad ipsas viduas referas, certè coactum erit quod de vice parentibus rependenda commemoratur: vt interim taceam hîc agi de subsidiis quæ viduis præstari debeant, non autem de illarum officio in suos. id enim postea dicetur.

¶ *Prius*, πρῶτον. priusquàm videlicet Ecclesiæ alendarum ex eleemosynis istiusmodi viduarum onus imponatur. Neque nouum est πρῶτον sic vsurpari vt 1. Timoth. 2.6.

¶ [*In*] *propriam domum pietatem exercere*, τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Subaud. κατὰ vel εἰς, opponitúrque hæc doctrina Pauli Pharisaicis traditionibus, de quibus Matt.15.5 Vulg. *Domum suam regere*, τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Nam τὸ εὐσεβεῖν constructione ἀκυρολογίᾳ, nusquam legi.

5 *Porrò quæ verè*, ἡ δὲ ὄντως. Eas viduas honorandas (id est, pastorum peculiari studio dignas) esse dixerat, quæ verè essent viduæ: nunc quænam illæ sint explicat, nempe quæ sunt suorum præsidio destitutæ, & sic fideles ac pias se præstant.

¶ *Ac sola relicta*, καὶ μεμονωμένη. Terentius, *Sola sum, habeo hîc neminem neque amicum, neque cognatum*. Sic Dauid sese solum siue vnicum vocat Psal.25.16. & 22.21. Vulgata & Erasmus, *Desolata*. sicut aliquoties apud Tacitum illud accipitur.

¶ *Spem posuit*, ἤλπικεν. Id est ostendit se esse ex numero earum quæ verum & vnum Deum sunt amplexæ. Agitur enim hîc de ipso spei habitu qui ex effectis elucet, & propterea vsus est Paulus pręterito tempore ἤλπικεν, vt & Eph. 1.12. Vulgata, *Speret*, ἐλπίζει, non satis expressè.

6 *Quæ lasciuit*, ἡ σπαταλῶσα. siue, *in luxu viuit*. Luxum enim malim quàm delicias dicere.

¶ *Viuens*, ζῶσα. Viuens vitam naturalem, mortua est vita spirituali.

8 *Siquis*, εἴ τις. vel *Siqua*. Sed illud malo. Vult enim allegi viduas ab Ecclesia alendas, quæ suorum cognatorum præsidio sint prorsus destitutæ: & ideo cognatos viduarum admonendos officij, vt illas ad Ecclesiam non amandent.

9 Alle-

οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

9 Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή.

10 Ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη· εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε.

11 Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν·

12 Ἔχουσαι κρῖμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν.

domesticis non prouidet, fidem abnegauit, & est infideli deterior.

9 [9] Vidua allegatur non minor annis sexaginta, quę fuerit vnius viri vxor:

10 In operibus bonis bono testimonio ornata: si liberos educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subuenit, si omne bonum opus est assiduè sectata.

11 [10] Porro iuniores viduas recusa: postquam enim lasciuierunt aduersus Christum nubere volunt:

12 Damnandæ, quòd primam illam fidem irritam fecerint.

maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.

9 Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor:

10 In operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonū subsequuta est.

11 Adolescentiores autem viduas deuita, quum enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere volunt:

12 Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

9 Quartus Canon. In viduarum Ecclesiam ministrātium album nulla sexaginta annis minor admittitor, ab omni impudicitiæ probro immunis, de cuius diligentia, charitate & integritate idoneis testibus constet.

10 Ratio prima cur iuniores viduæ ad ministerium non admittantur, Quoniam videlicet propter ætatis leuitatem, excusso tandem onere sibi à Christo imposito, de repetendo potius matrimonio cogitant: quo fit vt ministeriū deserant cui se obstrinxerant.

9 *Allegatur*, καταλεγέσθω. Vulgata, *Eligatur*: Sed rectius Erasmus. Agit enim hoc in loco Apostolus de iis viduis quarum opera ad pauperum, præsertim ægrotorum, curam vtebantur, quæ in Ecclesiastica historia Diaconissæ vocantur, vt Rom.16.1. Itaque καταλέγεσθαι significat in album & numerum referri.

¶ *Quæ fuerit*, &c. γεγονυῖα ἑνὸς, &c. Duo requirit quod ad præteritam conditionem attinet: vnum, vt non pellex, non concubina, non meretrix, sed vxor fuerit, alterum, vt δίγαμος non fuerit. Sed hac in re sanè non facilè velim assentiri veteribus, præsertim Latinis, quòd δίγαμον in hoc argumento dici putarint eum qui prima vxore mortua alteram duxerit, aut contrà. At ego διγάμους propriè dici viros censuerim qui viuente vxore, eáque vel adhuc legitimè coniuncta, vel iniusto diuortio separata, alteram superinducunt: mulieres verò διγάμους, quæ à viris immeritò repudiatæ, aliis postea nuberent. Vt autem ita sentiam, primùm eo adducor, quòd alioqui periniquum certè fuerit secundas nuptias damnare: nec causam vllam videam cur secundæ potius quàm primæ vllam incontinentiæ labem secum trahant. Imò verò quàm multæ proferri species possunt, in quibus qui iterum vxorem duxerit, plura ac certiora continentiæ signa ediderit quàm qui vnam tantùm vxorem habuerit? An verò vllo modo probabile est Apostolum, qui iuniores viduas vult nubere, hoc illis consilium dare, vnde postea consequatur vt ad Ecclesiasticum munus ineptæ censeantur? Quanuis enim longè aliud sit ab Ecclesia reiici quàm ad Ecclesiasticam functionem non censeri idoneam: tamen non est leuis macula, ideo non admitti quod sanctè & in Domino nupseris, ex ipsius Apostoli consilio. Postremò legatur canon concilij Neocæsariensis tertius, & septimus, itémque Laodiceni primus, Ibi comperiemus digamos fuisse publicæ pœnitentiæ addictos, & presbytero interdictum ne nuptiali conuiuio eorum interesset: nempe ne videretur eiusmodi nuptias approbare vel concedere. Quis verò sanctis illis Patribus hoc vnquam in mentem venisse putarit, vt publica etiam pœna dignos censerent qui Spiritus sancti mandato paruissent? Sed & pro me disertè facit Chrysostomus, qui explicans quod de episcopo vnius vxoris marito dictum est, hoc manifestè intelligit de polygamis, id est, de iis qui plures simul vxores haberent. In epistolam verò ad Titum scribens, disertè hoc scriptum esse dicit εἰς τοὺς ἀσελγεῖς, quisquis suam beneuolentiam erga vxorem ἀποχωρήσασαν (id est, quæ discesserit, nimirum inhumaniter tractata, aut immeritò repudiata) altera superinducta, non conseruarit. Itaque (vt tandem finem faciam) viduas Paulus non vult adscribi diaconissis, nisi quæ sine vllo probro vixerint, vno marito contentæ. Vnum autem maritum habuisse dicitur, & sine vllo probro vixisse, etiam illa quæ priore viro defuncto, pudicè & castè, ex Spiritus sancti mādato cum secundo marito vixerit. Quòd siquis Patrum quorundam auctoritatem mihi opposuerit, ad verbum Dei prouoco, & superiores rationes quas adduxi, refelli postulo. Certè Iustinus aduersus Tryphonē agens, polygamiam non aliter explicat aduersus Iudæorum magistros, οἳ καὶ μέχρι νῦν καὶ τέσσαρας καὶ πέντε ἔχειν γυναῖκας ἕκαστον συγχωροῦσι· & Apologetico posteriore, explicans illud dictum Domini, *Qui repudiatam duxerit, mœchatur*, hoc etiam addit, ὥσπερ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας ποιούμενοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσί.

10 *Si sanctorum pedes lauit*, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν. Hac vna specie officij, quod tum in illis regionibus vsurpari solebat, quum peregrè aduenientes viatores exciperentur, reliqua etiam obsequia significauit Apostolus: nec temerè etiam hoc tanquam vilissimum obsequij genus delegit.

11 *Recusa*, παραιτοῦ. Id est, ne in collegium viduarum admitte. Vulgata, *Deuita*. Erasmus, *Reijce*.

Postquam enim lasciuierunt aduersus Christum, ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ. Reiici non vult iuniores viduas ab Ecclesia, sed ad numerum diaconissarum non admitti. Causam adfert, quòd ad hoc munus ineptæ sint quæ matrimonij vinculo sunt obstrictæ: iuniores autem ætas sæpe ad matrimonium solicitaret. Inde duplex sequebatur incommodum aut etiam triplex: primùm, quòd hoc non sine aliqua leuitatis & infamiæ nota fiebat: deinde quòd Ecclesiæ ministerium, cui sese addixerant, sic deserebant, ad mariti domum, & rem familiarem curandam transeuntes: tertium verò longè grauissimum hoc erat, quòd nonnullæ, quum non ferrent aliquam inter pios probri notam, ab ipso Christianismo hac occasione deficiebant. Quorsum autem hoc ad monialium vota? Imò cur saltem in illis non obseruatur quod in viduis omnino propter incontinentiæ periculum requirit Apostolus? Cæterum quòd Vetus interpres conuertit, *Quum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt*: primùm in eo reprehendi meretur quòd τοῦ Χριστοῦ, id est, *aduersus Christum*, non rectè conuerterit *In Christo*: deinde nonnullis errorem obiecit, qui *In Christo* coniunxerunt cum verbo Nubere sententia prorsus deprauata. Quomodo enim istæ lasciuientes & primam fidem violantes, possent in Christo nubere? Neq. verò in hoc refellendo errore multum est laborandum, quum Apostolus non scripserit ἐν τῷ Χριστῷ, sed καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, vt τοῦ Χριστοῦ à præcedente verbo diuelli nulla ratione possit, vt etiā rectè explicat Hier. ad Gerontiam, alioqui viduarum nuptiis iniquior. Hilar. in psal.61, vertit *delitiatas*, & Cypr. ad Quirinum, *indelitiatas*. Sic autē accipitur verbum στρηνιάζειν. Apoc. 18,7 & 9. Neq. tamen hoc verbo existimo scortationē reipsa peractā notari: quoniam si ita esset, longè acerbiùs esset Apostolus in illas inuectus, sed eam in habitu vel gestu lasciuiā arbitror significari, qua officij sui & modestię sanctæ, oblitę istę nupturientes Ecclesiā & suum illud sacrum munus dedecorarent: sicut apud Hebræos verbum זנה [*zanah*] translatitiè ad negotiatores trahitur, quòd emptores suis blanditiis & velut lenocinio mercium alliciant.

12 *Damnandæ*, ἔχουσαι κρῖμα. Vulgata & Erasmus ad verbum *Habentes damnationem*.

¶ *Primam illam fidem*, τὴν πρώτην πίστιν. Id est promissionem illam Ecclesiæ datam, de administranda pauperum ægrotantium cura, quæ vix & ne vix quidem vxoribus conueniebat, in sua curanda familia occupatis.

13 Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα.

13 ¹¹Simul autem etiam otiosæ *esse* discunt circumeuntes domos: imò non solùm otiosæ, sed etiam nugaces, & curiosæ garrientes quæ non oportet.

13 *Simul autem & otiosæ discunt circuire domos: non solùm otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet.*

11 Altera ratio, Quod pleræque sint garrulæ & curiosæ, & neglecta munerisſui cura, discursitent.

14 Βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν.

14 ¹²Velim igitur iuniores nubere, liberos gignere, domũ administrare, nullam occasionem dare aduersario ad conuitiandum.

14 *Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familiâs esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.*

12 Quintus Canon, Viduæ iuniores nubunto, & sanctè familias suas regunto.

15 Ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ.

15 Iam enim nonnullæ deflexerunt, sequutæ Satanam.

15 *Iam enim quædam conuersæ sunt retro post Satanã.*

16 Εἴ τις πιστὸς ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλησία, ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ.

16 ¹³Quòd siquis fidelis aut si qua fidelis habet viduas, eis suppeditato quantum sufficit, & non oneretor Ecclesia, vt iis quæ verè viduæ sunt subueniat.

16 *Siquis fidelis habet viduas, subministret illis, & non grauetur Ecclesia, vt iis quæ verè viduæ sunt, sufficiat.*

13 Sextus Canon, Fideles priuatim quantum fieri potest suas viduas iuuanto, nec istis sumptibus Ecclesia grauator.

17 Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν· μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ.

17 ¹⁴Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habentor: maximè qui laborant in sermone & doctrina.

17 *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.*

Deut. 25. 4
1. cor. 9. 9
Matt. 10. 10
luc. 10. 7

18 Λέγει γὰρ ἡ γραφή, Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις. καὶ, Ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ.

18 Dicit enim Scriptura, ‖Boui triturãti capistrum non impones: &‖dignus est operarius mercede sua.

18 *Dicit enim Scriptura, Non infrenabis os boui trituranti. & dignus est operarius mercede sua.*

14 Iam quomodo cum presbyteris, id est pastoribus, denique disciplinæ Ecclesiæ præfectis se gerere debeat qui eorum collegio præest, his præscriptis Canonib. differit. 1. Canon: de presbyteris officio suo bene fungentibus honestè sustentandis, Ecclesia, sicut Deus ipse præcepit, in primis laborato.

19 Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ

19 ¹⁵Aduersus presbyterum a-

19 *Aduersus presbyterum*

13 *Simul autem, ἅμα δὲ.* En hoc alterum genus earum quæ minus quidem peccant, quum apertè non deficiant, sed tamen variis offendiculis materiam præbent.

¶ *Otiosæ [esse] discunt, ἀργαὶ μανθάνουσι.* Suppleuit verbum εἶναι, ex Syri interpretis sententia. Vulgata verò περιερχόμεναι accipiens pro περιέρχεσθαι, vertit *otiosæ discunt circuire domos*, quæ enallage durior est superiore ellipsi.

14 *Aduersario, τῷ ἀντικειμένῳ.* Additus articulus, & quod subiicitur, faciunt vt τὸν ἀντικείμενον dictum putem ipsum Satanam, Hebraica voce Satanæ explicata. Is enim est qui linguas hominum acuit ad detrahendum Ecclesiæ: & suprà aliquoties repetita est hæc sententia, vbi expressè nominatur diabolus, vt sup cap. 3. 6. & 7.

16 *Habet, ἔχει,* nempe in sua familia vel cognatione.

¶ *Quæ verè viduæ sunt, ταῖς ὄντως χήραις*, id est quæ verè viduæ sunt humano præsidio, ac solæ, vt exposuimus supra, versu 5.

¶ *Subueniat, ἐπαρκέσῃ.* Vel, *satis sit.* Id est, nihil desit rerum necessariarum. Potest enim etiam ἐπαρκεῖν sic exponi absolutè. Vulgata, *Sufficiat.* Erasmus, *Suppetat.*

17 *Presbyteri, πρεσβύτεροι.* Hoc nomine, quod alioqui vsque adeo generaliter de muneribus omnibus Ecclesiasticis, cum aliqua auctoritate coniunctis dicitur, vt interdum Apostolos etiam ipsos comprehendat 1. Pet. 5. 1, hoc inquam nomine ostendit huius tractatus series intelligi sic propriè appellatos ab Episcopis, id est pastoribus & à Diaconis diuersos, & πρεσβυτέρων nomine, speciatim dictos, quòd essent pastoribus ordinariis assessores in Ecclesiarum gubernatione, quod etiam ex aliis locis liquet vt Act. 15, 6. 22. & 23. & 21. 18. Horum autem duo fuisse genera, vnum videlicet eorum qui in doctrina, quoque laborabant, doctores propterea specialiter vocati, pastoribus adiuncti, & quales erant sub lege in synagogis, οἱ νομικοὶ siue νομοδιδάσκαλοι. Alterum eorum qui Ecclesiasticam iurisdictionem vnà cum pastoribus exercebant, quos Apostolus 1. Corinth. 12. 28. κυβερνήσεις appellat. Hinc cœtus ille Presbyterium dictus, 1. Timoth. 4. 14. & ab Hebræis [illegible], & Græcè Matth. 18. 17. Ecclesia, quod totius cuiusque nomine & auctoritate publicas censuras exerceret, quarum exemplum habemus, Ioannis 9. 22. & 6. 2. eius ordinis pulcherrimi & planè necessarij in Ecclesia Christiana qualẽ & à Christo per Apostolos instituti: & in Antichristiana Ecclesia, in Officialium quos vocant Curiam profanissimam transmutati, nostro denique tempore feliciter instaurati cœtum Consistorij nomine mos est appellare.

¶ *Duplici honore, διπλῆς τιμῆς.* Id est de quibus magis etiam specialis cura suscipiatur. Honoris enim appellatione iam dixi pium omne officium, ac subsidium, Hebræorum more, significari: & numerus certus pro incerto positus est, vt minimè opus sit quicquam hîc subtilius inquirere.

¶ *Maximè, μάλιστα.* Duplices igitur presbyteri fuerunt, quum vni vacarent gubernationi, alteri sermoni & orationi Doctores videlicet à Pastoribus distincti, de quibus Vide Rom. 12. 7 & 8. & Ephes. 4. 11. Nugantur ergo, qui vt alterum illud presbyterium, quod Consistorium vocari diximus, expungant: volunt hoc notari discrimen inter presbyteros eodem docendi munere fungentes, quorum vni sint καλῶς προεστῶτες, id est rectè & inculpatè se gerant, alij verò dicantur κοπιῶντες, id est strenuè & fortiter sese præ cæteris gerere. Primum enim, καλῶς προΐστασθαι complectitur quicquid ad rectam & perfectam, quoad eius fieri potest, huius προστασίας, functionem requiritur, adeò vt hæc duo, ne gradu quidem aliquo diligentiæ & laboris differant. Deinde quorsum additum esset, ἐν τῷ λόγῳ in posteriore huius versiculi membro, si hoc ad priores etiam pertinet. Vsus est autem verbo κοπιῶντες Apostolus de altera presbyterorum docendi munere fungentium specie, non contentus eos nomine vtrisque presbyteris conueniente, προεστῶτας appellare, quoniam ista docendi functio longè alium laborem requirit quàm morum censura, vt illi meritò digni sint quorum præ aliis ratio in Ecclesia habeatur.

18 *Capistrum non impones, οὐ φιμώσεις,* Vulg. *Non infrenabis os,* minus propriè. ¶ *Et dignus est, καὶ ἄξιος ὁ ἐργάτης.* Hoc dicit Paulus ex sua persona, non autem vt locum aliquem Scripturæ citans, sicut plerique putarunt, à doctissimo interprete meritò reprehensi. Fuit autem hoc dictum prouerbiale, à Christo etiam vsurpatum.

19 *Aduersus presbyterum, κατὰ πρεσβυτέρου.* Hoc referunt Græci ad prouectioris ætatis homines: quod mihi perabsurdum videtur. Etsi enim aliquid tribuendum est canitiei, tamen causam non video cur hac in re non debeat æqualis

qualis esse omnium conditio. Sed in presbytero longè alia ratio est: quia huic hominum generi certum est Satanam potissimum insidiari, ideóque nullos æquè omnibus calumniis & obtrectationibus esse obnoxios. Est igitur in illorum accusationibus audiendis longè maxima cautione opus. At quænam illa est? dices. Hîc verò mihi videntur nonnulli impegisse, dum putant nihil hîc præscribi à Paulo quod in omnibus iudiciis non sit obseruandum. Itaque in hoc nodo explicando sudant multi, & manifestè torquent Apostoli verba: adeo quidem vt nonnulli (quod refert Erasmus ex quadam Hieronymi ad Marcellam epistola) totum sequens membrum expunxerint: deinde exposuerint, Ne recipias, id est ne facilè recipias. Atqui nullam hîc opinor subesse difficultatem. Aliud enim est admittere accusationem, aliud verò accusatum absoluere vel damnare. Est autem hoc iudicis officium vt quosuis accusare volentes audiat, nisi penitus infames sint personæ: deinde quod æquum videbitur de repudianda vel admittenda accusatione constituat. Sed tamen quum presbyter accusatur, peculiare quiddam vult Apostolus obseruari, nempe vt ne ad accusandum quidem admittatur quisquam, nisi prius duobus aut tribus testibus fecerit futuræ accusationis fidem: vt non statim damnetur presbyter, aut absente illo de causa cognoscatur sed vt, postquam constiterit non fore friuolam accusationem, tum demum vocetur reus, & legitimè de re tota decernatur. Causam verò istius constitutionis Apostolicæ duplicem inuenio, nempe quia, vt modò dixi, nulli sunt æquè omnibus calumniis obnoxij atque pij doctores: deinde quia in presbyterum non potest priuatum quodammodo iudicium constitui, quum non possit non esse cum publico totius Ecclesiæ offendiculo coniunctum: adeo vt etiamsi absoluatur, tamen aliqua inde infamia in totam Ecclesiam redundet, atque non modò in iudicando, sed etiam in admittendo accusatore magna cautione opus. Præterea notandum est ex hoc loco, Timotheum in Ephesino presbyterio tum fuisse προεστῶτα (id est antistitem) vt vocat Iustinus, non qui pro arbitrio omnia faceret, sed qui pro sua pietate ac prudentia omnia moderaretur, vt in cœtu omnia ritè & ordine fierent. Deinde consideranda sunt & temporum & causarum circunstantiæ, nequis vel Ecclesiasticam disciplinam illic aboleat, vbi Christianus est magistratus (qui nunc error eheu, multas pessundat Ecclesias, & proculdubio tandem euertet) vel tyrãnicam illam clericorum exemptionem inuehat: quum in [illegible] quæ ad politiam pertinent, omnem animam magi[illegible]iectam esse oporteat. Certum est autem intole[illegible]er fuisse ambitiosos Episcopos, qui istiusmodi exemp[illegible]nes à regibus petierunt, etiam stultissimos reges qui non de suo sed de iure Dei fuerunt istis lupis liberales. Nec enim homines, sed Deus ipse fines vtriusque iurisdictionis posuit. Sed quid istis opus est? quorsum enim Ecclesiasticis quæ vocant priuilegiis gaudeant (etiam si fas fuisset illa vel petere vel concedere) qui non sunt pastores, sed lupi?

παραδέχου, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων.

cusationem ne recipito, nisi sub duobus aut tribus testibus.

accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.

15 Secũdus Canõ. Accusatio aduersus presbyterum, nisi prius auditis duobus aut tribus testibus ne admittitor.

20 Τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι.

20 ¹⁶Eos qui peccant, in conspectu omnium argue, vt & reliqui metuant.

20 *Peccantes, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.*

16 Tertius Canon, Presbyteri sic conuicti, palàm coarguuntor, vt sint aliis exemplo. Infrà, 6. 13.

21 Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος, μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν.

21 ¹⁷‖Obtestor etiam atq. etiam in conspectu Dei, & Domini Iesu Christi, & electorum Angelorum, vt hæc obserues, sine præiudicio nihil faciens, in alteram partem inclinãdo.

21 *Testor coram Deo & Christo Iesu, & electis Angelis, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.*

17 Quartus Canon, In Ecclesiasticis (præsertim aduersus ipsos presbyteros) cognitionibus, quib. Deus ipse & Dominus Iesus Christus Angelorũ multitudine stipatus interest, summa, sine vllo præiudicio & personarũ respectu, sinceritas obseruator.

22 Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει.

22 ¹⁸Manus citò necui imponito, neque cõmunicato peccatis alienis, temetipsum purum conserua.

22 *Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. teipsum castum custodi.*

23 Μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ᾽ οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου, καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας.

23 ¹⁹Ne amplius esto abstemius: sed vino pauculo vtere, propter stomachum tuum, & crebras tuas infirmitates

23 *Noli adhuc aquam bibere: sed modico vini vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates,*

18 Quintus Canon, Neminem antistes leuiter ordinato: nullius hac in re stultitiæ aut minus rectè affectui fauens, alienam culpam in se deriuato: siquid à collegis perperam fiat, is suam conscientiam puram seruato. 19 Sextus Canon, Presbyteri in victus ratione, suæ valetudinis moderatam rationem habento.

20 *Eos qui peccant, τοὺς ἁμαρτάνοντας.* Presbyteros videlicet, vt hoc cohæreat cum præcedente versiculo. Quòd si presbyteros ipsos, quanto magis alios quosuis? Sed peccantes intellige cum publico offendiculo, vt alia inquisitione non sit opus vel potius intellige idoneis testibus in sacro consessu conuictos, ac proinde palàm arguendos.

¶ *Sine præiudicio, χωρὶς προκρίματος.* Sic rectè, meo iudicio Vetus interpres: quum videlicet causarum cognitioni præeunt iudicia domo allata. Erasmus, Sine præcipitatione iudicij, id est causa non priùs accuratè perspecta, qua notatione non memini legere τὸ πρόκριμα. Alij, *sine prælatione*, id est vnum alteri ne præferas: quam interpretationẽ antea sum amplexus, nunc repudio quoniam idem mox Paulus inculcaret. Sic Vet. interpres rectè exposuit, seruata metaphora quæ à libripendibus sumpta est. Debet enim iudex quasi in lance iura litigantium appendere, ita vt in neutram partem propendeat, rectè alioquin iudicio [illegible] futuro, & alludit omnino Paulus ad locum Deut. 17. 11. In [illegible] quæ [illegible] cibus legitur πρόσκλησιν, sed perperam. Nec enim προσκαλεῖν aliud quàm prouocare significat, vel aduocare. Itaq licebit Per aduocationem interpretari, quasi iudex aduocati partibus fungatur. Sed in hac significatione, quos Latini Aduocatos seu amicitiæ causa deprecatores adhibitos vocant, à Græcis παρακλήτους, & rem ipsam παράκλησιν potius dici inuenio. Græcus denique scholiastes videtur legisse πρόσκλισιν, quo nomine intelligit aliquem animi motum qui iudicem ad temere ferendam sententiam prouocet. Eras. *Iuxta propensionem animi.* Clemens autem duobus locis [illegible] interpretatur. Nec absurdum fuerit Hesiodi vers. huc adferre ἐν Ἔργοις sic vtentis verbo παρακλίνειν, οἳ λυγρὰ νοεῦντες ἄλλῃ παρκλίνωσι δίκας.

22 *Manus citò, &c. χεῖρας ταχέως, &c.* i. Nec temerè quosuis ad Ecclesiasticam vllam functionem admitte, quatum videlicet in te est. Neque enim penes vnum Timotheũ residebat omnis auctoritas, sed ex Ecclesiæ totius consensu [illegible] electione, tum demum ὁ προεστὼς nomine presbyterij per manuum impositionem cõsecrabat electum Domino, vt suprà, 4. 14. De manuum autem impositione alibi dictum est à nobis. ¶ *Purum, ἁγνὸν,* ab alienis videlicet peccatis.

23 *Ne amplius esto abstemius, μηκέτι ὑδροπότει.* Abstinent à vino quidam natura, vel morbo, quidam voluntate: ex quibus vnus erat Timotheus, minimè id quidem ex voto, aut crassa illa meriti vel Angelicæ perfectionis opinione: sed vt carnem hac ratione domaret, sibi nimirum conscius sese hoc remedio indigere. Nihil igitur hoc pertinet ad

impias monachorum superstitiones: sed apertè potius damnatur omnis illa Pharisæorum votorum obligatio, quibus religionem summam esse ferunt, vel vbi certum est mortis periculum, carnem gustare. Quanquam, quod ad vinum quidem attinet, sancti & rigidi isti homines in consumme consenserunt, vt hoc Pauli consilio minime, quod ad potiorem quidem partem, indigerent. Vulg. *Noli adhuc aquam bibere*. Erasm. *Ne posthac bibas aquam*. Neutra certè interpretatio conuenit. Neque enim ὑδροποτεῖν dicitur à Græcis quisquis aquam potitat, sed qui aquam ita potat vt à vino abstineat: quod & ipsa sententia postulat.

¶ [illegible] Hoc addit Paulus ne calumniæ sit obnoxia hæc constitutio, quasi ad hauriẽdum vinum incitaret. Nec desunt etiam qui putent hunc versiculum non esse positum suo loco. ¶ *Propter stomachum tuum*, διὰ τὸν στόμαχόν σου. Id est, ventriculum, ciborum receptaculum, Celso, libr. 4. cap. 1. Nam veteribus venter dicitur. Alioqui στόμαχος interdum tota gula dicitur, vt Ciceroni lib. 2. De natura Deorum; interdum verò, ac (vt mihi quidem videtur) maximè propriè, ipsius gulæ postremum, vt Plinio lib. 11. cap. 37. qui proculdubio ista acceperunt à Græcis, vt facilè probare possem si noster hic esset scopus. Nam quia cohærent partes istæ, vsus facilè obtinuit vt quod vnius partis propriè nomen est, toti postea sit accommodatum. Ipsum autem ventrem, siue ventriculum, id est τὴν ἄνω κοιλίαν, idoneam [illegible] Latini auctores passim stomachum vocarunt, Græcorum (opinor) exemplo: quamuis eos Galenus reprehendat. Pertinet verò ad hunc locum nonnihil quod ait Celsus lib. 1. cap. 2. *Imbecillis*, inquit, *stomacho (quo in numero magna pars vrbanorum, omnésque penè cupidi literarum sunt) obseruatio maior necessaria est: vt quod vel corporis, vel loci, vel studij ratio detrahit, cura restituat.* Quòd si Paulus rectè & sanctè istas ἀνάγκας ita præcipit sic vsurpandas, vt valetudinis ratio habeatur, & meritò quidem, quum alioqui reddantur homines ad omnia Christianæ vitæ exercenda sibi & aliis officia inutiles: quid de istis verè furiosis [illegible]sendum, quibus summa religionis in ista sui, non ad cælestia meditanda per vigilias & ieiunium ratione sed excarnificatione posita est? Qua in re, ille ipse magnus Basilius, non paruam reprehensionem meretur, quòd modum non tenuerit. Et hinc orta est illa detestanda Monastice votiua, non tantùm illius stultitiæ, vel potiùs amentiæ, testis: sed etiam omnis impietatis plena, quasi seipsos vltro perdere sit vitam æternam, vel aliquid etiam amplius sibi & aliis mereri, vt illam fœdissimam Idololatriæ cloacam omittam.

---

24 Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, προάγουσαι εἰς κρίσιν· τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν·

25 Ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα πρόδηλά ἐστι· καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα, κρυβῆναι οὐ δύναται.

Κεφάλαιον ϛ.

1 Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν· ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται.

2 Οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας, μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν, ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοί, οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι. Ταῦτα δίδασκε καὶ παρακάλει.

24 20 Quorundam hominum peccata antè manifesta sunt, præeuntia damnationi: quosdam verò subsequuntur:

25 21 Itidem & bona opera antè manifesta sunt: & ea quæ secus habent, occultari non possunt.

CAP. VI.

1 Quicunque sub iugo sunt serui, suos dominos omni honore dignos ducunto, 2 ne nomen Dei & doctrina blasphemetur.

2 3 Qui verò fideles habent dominos, ne eos cõtemnant quòd fratres sint; sed potius inseruiant, quòd fideles sint ac dilecti, qui beneficentiam illam itidem capessunt. 4 Hæc doce & exhortare.

24 *Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur:*

25 *Similiter & facta bona, manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.*

CAP. VI.

1 *Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen Domini & doctrina blasphemetur.*

2 *Qui autem fideles habent dominos, non cõtemnant quia fratres sunt: sed magis seruiant quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes sunt. Hæc doce, & exhortare.*

20 Quoniam vt summa diligentia adhibeatur, irrepunt tamen ad ministerium hypocritæ, monet pastores Apostolus, ne hac re perturbentur, vel quicquam propterea de sua in inquirendo diligentia remittant, quia Dominus peccatis eiusmodi hominum detegendis suũ tempus constituit; nostrum autem est culpa tantum præstare.

Eph. 6. 5. coloss. 3. 22. tit. 2. 9. 1 pet. 2. 19.

21 Alia consolatio ad eos spectans qui calumniis interdum opprimuntur.

1 Subiicit etiam Canonas de seruorum officio in dominos: qua de re non dubium est quin tunc multæ fuerint agitatæ quæstiones ab iis qui ex Euangelio arripiunt publici perturbandi officij occasiones. Primus autem Canon est, Serui fideles, dominos infideles nacti, nihilominus summa fide eis seruiunto. 2 Rationem, Deus videri possit Euangelij doctrina homines ad rebellionem & res omnes malas incitare. 3 Secundus Canon, Fideles serui Dominos fideles nacti, ne fraterno nomine abutuntor, sed tanto libentius eis obsequuntor. 4 Conclusio vniuersalis, hæc omnia non tantùm esse simpliciter docenda, sed etiam cum exhortationibus sedulò inculcanda.

---

24 *Quosdam verò subsequuntur*, τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. Peccata dicuntur esse πρόδηλα, id est antè manifesta, & sua sponte in publicum prodeuntia, in iis quorum improbitatem Deus antè detegit quàm Ecclesiam fefellerint: vt in Simone Mago contigit, cui propterea non sunt impositæ manus. Act. 18. 17. ideóque dicuntur illis præire ad damnationem, venusto quodam dicendi genere: quasi antea ambulones quidam fuerint, à quibus admonita fit Ecclesia quis ille sit de quo agitur: ex quo efficitur vt Ecclesia iam falli non possit. Alios verò dicuntur peccata ipsa subsequi, quòd tum demum appareant quum boni viri ad tempus fefellerunt, quasi à tergo illius imminentia: vt in Saule, Iuda, & aliis hypocritis serius detectis accidit. Similis ratio est etiam in bonis, quorum probitas & integritas in aliis statim patefit à Domino, in aliis vel diu negligitur, vel etiam à sceleratis quasi opprimitur. Dominus enim sua & his & illis tempora præfixit. Tantùm praestant negligentiæ & malæ conscientiæ culpam fideles ministri.

IN CAPVT VI.

1 *Quicunque*, ὅσοι. Rectè. Primùm enim agit de seruorum Christianorum officio, qui Dominos habebant non Christianos, vt apparet ex subiecta ratione.

¶ *Qui beneficentiam illam*, &c. οἱ τῆς εὐεργεσίας, &c. Itaque non sunt appositè interpretati hunc locum, qui de seruorum in dominos obsequiis hoc intellexerunt, vt Syrus interpres, quasi placere fidelibus heris dicantur fidelium seruorum obsequia. Nec melius conueniunt aliæ huius loci expositiones in Græcis scholiis allatæ. Apparet enim τὴν εὐεργεσίαν addito articulo vocari, quam consueuit τὴν χάριν dicere, beneficentiam Dei nimirùm in Christo nobis oblatam, quam vt serui, sic etiam hi Domini fideles capessant: puto enim particulæ ἀντι vim hic esse obseruandam, vt sit huius loci hæc sententia. Siqui dominos habent fideles, ne hanc occasionem arripiant non fungendi officio suo, quòd in Christo sint dominorum suorum fratres: imò eo libentius pareant quòd Deus illos subiecerit dominis fidelibus: & hoc illis sufficiat quòd in iis quæ ad vitam æternam spectant, heros habeant eiusdem beneuolentiæ Dei socios. Nam si infidelibus etiam dominis parendum, quanto magis requirit à nobis Deus istam subiectionem, quum nos amicis suis subiecit?

3 Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ,

4 Τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραί,

5 Παραδιατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν. ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων.

6 Ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας.

7 Οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα.

8 Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα.

9 Οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβεράς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν.

10 Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία, ἧς τινες ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυ-

3 5 Siquis diuersam docet doctrinam, neque accedit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ,

4 Is inflatus est, nihil sciens, sed insaniens circa quæstiones ac pugnas de verbis: ex quibus nascitur inuidia, lis, maledicentiæ, suspiciones malæ,

5 Peruersæ exercitationes hominum mente corruptorum, & qui priuati sunt veritate, & quæstui habent pietatem: absce de ab iis qui eiusmodi sunt.

6 6 Est autem quæstus magnus pietas cum animo sua sorte contento.

7 7 Nihil enim intulimus in mũdum, videlicet nec efferre quicquam possumus.

8 Sed habendo alimenta, & quibus tegamur, hæc nobis satis erunt.

9 8 Qui verò volunt ditescere, incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas amentes & damnosas, quæ demergunt homines in exitium & perniciem.

10 Siquidem radix omnium malorum est amor pecuniæ: quam quidam dum appetunt, aberrarunt à fide, & seipsos vn-

3 *Siquis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundũ pietatem est doctrinæ,*

4 *Superbus est, nihil sciẽs, sed lãguens circa quæstiones & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidia, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ,*

5 *Conflictationes hominũ mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.*

6 *Est autem quæstus magnus pietas cũ sufficientia.*

7 *Nihil enim intulimus in mũdum, haud dubium quòd nec auferre quid possimus.*

8 *Habentes autẽ alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.*

9 *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.*

10 *Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inse-*

5 Eos qui in sermonibus Christi (id est doctrina pietatis) non acquiescentes in vanis quæstionibus (vana enim sunt talia omnia) & se & alios fatigant, grauissime damnatos, extra Ecclesiam eiicit, vt superbos qui in Christi doctrina non acquiescant: vt mendaces impostores, qui meram vanitatem crepent: vt insanos, qui de rebus nihili tantopere laborent: vt pessimas pestes, qui sint maximarum contentionum authores, & mentes ac iudicia hominum corrumpant: denique vt prophanos & impios, qui pretioso illo pietatis ac religionis nomine ad turpe lucrum abutantur. 6 Venustè detorquet nomen quæstus, confitens pietatem esse maximum lucrũ, sed diuersa prorsus ratione, quoniam videlicet veram sufficientiam afferat. 7 Stultitiam eorum irridet qui rebus caducis adeò cupide inhiant, vt expleri nullo modo possint, quum tamen eo quod supra modum est frui non possint. 8 Alia ratione Timotheum ab auaritia deterret, nempe quòd infinitas easque nocentissimas cupiditates secum trahat, quibus seipsos auari excarnificant eousque, vt fidem etiam & salutem suam abiiciant.

---

3 *Diuersam docet doctrinam*, ἑτεροδιδασκαλεῖ. Vide suprà, 1. 3. Vulg. *Aliter docet*. ambiguè. Posset enim hoc non ad id quod docetur, sed ad docendi duntaxat modum referri. Est autem hoc quoque interdictum, vt infrà, 6. 10. & 2. Timoth. 1. 13. Erasmus, *Diuersam sequitur doctrinam*, ambiguè. Agitur enim hîc non de discipulis sed de doctoribus.

4 *Insaniens*, νοσῶν. Cic. Tusc. 3. *Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum*. Sic igitur Erasmus hunc locum rectè omnino expressit. Vulg. *Languens*. ¶ *Pugnas de verbis*, λογομαχίας. Verba opponit rebus. λογομαχίας ergo vocat inanem de verbis non de rebus concertationem: verba tamen etiam nominans quæcunque res nihil habent solidi, aut ex quibus possit vtilitas aliqua comparari. Eras. *Disputationum pugnas*. malè, quum hoc nomine non tam contentiosi disputatores reprehẽdantur, quàm ipsæ inanes simul & rixosæ disputationes.

5 *Peruersæ exercitationes*, παραδιατριβαί. Vetusti nostri codices scriptum habent διαπαρατριβαί, id est, *assidui attritus*. vt legit etiam Syrus interpres. Mutuò enim sese atterunt sophistæ, & sua scabie alij alios inficiunt, vt Græcus Scholiastes explicat. Sed mihi potius probatur recepta lectio. Porro διατριβὰς vocant Græci quas Quintilianus scholarum exercitationes appellat. Itaque significat Paulus, istis inanibus quæstionibus homines quasi in ludo quodam impudentiæ & improbitatis exerceri. quod designat præpositio παρά, vt sinister prorsus istarum exercitationum vsus declaretur. Sunt enim veræ διατριβαὶ ad acuendum ingenium, confirmandum iudicium, veritatis denique inuestigationem comparatæ. In istis verò obtunditur animus, peruertitur iudicium, veritatis denique lux omnis extinguitur. Exemplum quæris? Propono tibi scholasticæ theologiæ facultates, quas vocant, & viua istius inanissimæ vanitatis exemplaria contemplaberis. Hîc tamen nascuntur quos solos doctores & magistros nostros vocant, nempe vt ipsis etiam nominibus Pharisæos referant. Vulgata, *Conflictationes*, non expressa præpositione. Erasmus, *Supervacaneæ conflictationes*, quum pestiferas potius dicere debuerit.

¶ *Abscede*, ἀφίστασο. Hoc non legit Vetus interpres. reperimus tamen in omnibus Græcis nostris exemplaribus: excepto Claromontano.

6 *Est autem quæstus*, ἔστι δὲ πορισμὸς. Venustè detorquet quæstus nomen, acsi dicat, Metiuntur isti Christianismum lucro: & sanè maximum est lucrum, sed diuersa prorsus ratione. Veras enim opes suppeditat, animum pium videlicet, & sua sorte contentum. ¶ *Cum animo sua sorte*, &c. μετὰ αὐταρκείας. *Quòd sis* (inquit ille) *esse velis, nihilque malis.* Sed hoc quidem fuerit hominis prorsus stupidi, nisi ea sit conditione in qua meritò acquiescat. Eam autem vnus demum Christus suppeditat, in quo sunt omnes veri thesauri absconditi. Vulgata ad verbum, *Cum sufficientia*.

8 *Hæc nobis satis erunt*, ἀρκεσθησόμεθα. Vulg. *Contenti simus*. Illud verò rectius est: etiamsi ex Hebræorum idiotismo possit futurum indicatiui pro imperandi modo accipi. Sic enim ostendit Paulus quàm bene speret, tum de se, tum de Timotheo & ipsius collegis.

9 *Qui verò*, οἱ δὲ. Vulg. *Nam*, οἱ γάρ. quod est expressius. ¶ *Volunt*, οἱ βουλόμενοι. id est, Qui huc feruntur vt quàm citissimè ditescant. Menander, Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν. ¶ *Cupiditates multas amentes*, ἐπιθυμίας ἀνοήτους. Vulg. *Desideria multa inutilia*. Legit enim ἀνονήτους.

10 *Radix*, &c. ῥίζα, &c. Huc pertinent duæ nobiles sententiæ, vna Bionis, qui φιλαργυρίαν, id est, pecuniæ cupiditatem, vocabat πάσης κακίας μητρόπολιν, vitij metropolin: altera Timonis, qui duo esse dicebat malorum elementa, πλεονεξίαν καὶ φιλοδοξίαν, id est, inexplebilem opum auiditatem & gloriæ appetitionem. ¶ *Amor pecuniæ*, φιλαργυρία. Vulgata, *Cupiditas*, vocabulo nimium generali. Erasmus, *Studium pecuniæ*. Ouidius amorem nummi vocauit, in illo versiculo, *Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit*.

¶ *Vndiquaque transfixerunt*, περιέπειραν. Dolor & cura videntur animum quodammodo perfodere, auaritiæ nimi-

rure μιξις, vt loquitur Eurip. Et hac tota circum circa infigere & perforare. Vulg. *Inseruerunt*. Eras. *implicuerunt*. neuter satis expressè. Nos in vernaculo nostro sermone diceremus, *Ils se sont enferrés de toutes parts*.

τοῖς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς.

11 Σὺ δέ, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ταῦτα φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην, ὑπομονήν, πραότητα.

12 Ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως· ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθης, καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων.

13 Παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν·

14 Τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν, ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

15 Ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων·

16 Ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται· ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. ἀμήν.

17 Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐν τῷ Θεῷ τῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν·

18 Ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικούς·

diquaque transfixerunt doloribus multis.

11 a Tu verò, ô homo Dei, ista fuge: sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, tolerantiam, lenitatem.

12 Decerta præclarum illud certamen fidei: apprehende vitam æternam, ad quam & vocatus es, & professus præclaram illam professionē in conspectu multorum testium.

13 10 Denuntio tibi coram Deo qui viuificat omnia, & Iesu Christo, qui testatam fecit coram Pontio Pilato præclaram illam professionem:

14 Vt serues hanc præceptionem incontaminatus & irreprehensibilis, vsque ad illustrem illum aduentum Domini nostri Iesu Christi:

15 Quem præstitutis temporibus suis ostendet ille beatus & solus Princeps, Rex ille regum, & Dominus dominorum:

16 Qui solus habet immortalitatem, lucem habitās inaccessam, quem vidit nemo hominum, neque videre potest: cui honor & robur æternum. Amen.

17 11 Iis qui sunt in hoc seculo diuites, denuntia ne efferantur animo, neque spem ponant in diuitiis incertis, sed in illo Deo viuo, qui præbet nobis omnia copiosè ad fruendum.

18 Vt sint benefici, vt diuites sint operibus bonis, faciles ad impertiendum, facilis conuictus:

ruerunt se doloribus multis.

11 *Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.*

12 *Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonā confessionem coram multis testibus.*

13 *Præcipio tibi coram Deo qui viuificat omnia, & Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem:*

14 *Vt serues mandatū sine macula, irreprehensibile, vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi:*

15 *Quem suis temporibus ostendet beatus, & solus potens, Rex regū & Dominus dominantium:*

16 *Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor & imperium sempiternum. Amen.*

17 *Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum:)*

18 *Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare:*

a Peculiaris exhortatio ad varias virtutes, quibus pastores in primis ornatos esse oporteat.

Suprà, 1.11. Matt.27.11. Ioan.18.37.

10 Grauissima obtestatio, vt summa fidei susceptæ omnia seruentur, intentis in Iesu Christi aduentum oculis, cuius gloria vano huius mundi splendori, & potentia, omnibus imperiorum terriculamentis sit opponenda.

Suprà, 1.11. apoca. 17.14. & 19.16. Ioh. 1.18. Matt. 2.19. luc. 12.15.

11 Addit voluti auctarium, seuerā admonitionem ad diuites spectantem, vt in primis à duabus pestibus sibi caueant, superbia nimirum & spe fallaci, quibus tres excellentes virtutes opponit, spem in Deum illum viuum, beneficentiam in proximum, & morum facilitatem.

11 *O homo Dei*, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. Heb. איש האלהים [*ish haelohim*,] id est, quem Spiritus Dei regit, vt prophetam & Dei interpretem. Vide 2. Tim. 3.17.

12 *Decerta*, ἀγωνίζου. Iam sæpe admonuimus Hebræos & Atticos etiam scriptores ista constructione delectari.

13 *Qui viuificat*, τοῦ ζωοποιοῦντος. Id est, qui dat vitam omnibus, & omnia conseruat. Heb. מחיה [*mechayeh*] ¶ *Coram Pontio Pilato*, ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. Vulg. & Eras. *Sub Pontio Pilato*. id est, Pontio Pilato præside. Incidit enim Christi prædicatio & mors in id tempus quo Pilatus Iudæam administrauit. Sed ἐπὶ malo interpretari *Coram* vel *apud*, vt respondeat hoc membrum illi quod paulo ante dixerat, ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων, *coram multis testibus*. Nam ἐπὶ etiam ita accipitur Matth. 28.14. & hæc confessio disertè describitur Ioan. 18.37.

14 *Hanc præceptionem*, τὴν ἐντολὴν. Heb. מצוה [*mitsuah*.] id est præceptum, quod hoc loco generaliter significat Apostolus omnia quæ Timotheo suo in hac epistola præscripsit, ideóque *præceptionem* vertere malui quàm *præceptum*. porrò quæ sequuntur epitheta, meo iudicio ad Timotheum ipsum referuntur, vel ob eam causam quod nomine τῆς ἐντολῆς videatur Apostolus significare illam officij rationem quam ei tota epistola præscripsit.

15 *Princeps*, δυνάστης. Vel dynastes, vt diximus Luc. 1.52. Nolim autem ego curiosius ista distinguere, quia potius hac tanquam synonymorum congerie voluit summam & vnicam illam Dei potentiam declarare. vt qui non modò reliquis quibusuis sit infinitis modis potentior, sed etiam illos sibi pleno iure subiectos habeat, denique à seipso solus habeat omnia. Siquis tamen malit distinguere, dicam à certis gradibus ad summa pergere Apostolum. Nam Dynasta est regibus inferior dignitate, rex verò domino, quod ad subiectos quidem suos attinet. ¶ *Rex ille regum*, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, Hebr מלך מלכים [*melech melachim*,] id est, summus & potentissimus Rex. βασιλεύοντων verò dixit Hebræorum more, pro βασιλέων, & κυριευόντων pro κυρίων, vt nullum hic quærendum sit mysterium. Sed quorsum hæc Apostolus? nempe vt omnium principum minis opposita Dei potentia, in nostra statione fortiter permaneamus.

17 *In hoc seculo*, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. Id est, rerum ad hanc vitam pertinentium, quibuscum comparantur qui sunt bonorum operum diuites. ¶ *Viuo*, ζῶντι. Heb. אל חי [*el chai*.] Id est verè existenti & æterno. Nam Deo opponit caducam opum naturam, ideò exprimendus est articulus.

18 *Vt sint benefici*, ἀγαθοεργεῖν. Vulgata, *Bene agere*, malè. Nam Apostolus de studio propriè hic agit & beneficentiæ. ¶ *Facilis conuictus*, κοινωνικούς. Comes est diuitiarū arrogantia: quo fit vt ægrè se demittant diuites ad tenuiorū hominum consuetudinē, quum nulla virtus eos æquè exornet atque morū facilitas: quam meritò summopere laudat in futuro imperatore Cic. pro Lege Manilia. Hac virtute qui carent, dicun-

tur ἀκοινώνητοι siue αὐθάδεις, aspri & fastuosi, ex quo etiā intelligitur κοινωνικοὺς Erasmum non satis expressè interpretari *communicabiles*. Nos nequimus ad verbum possimus in vernaculo nostro sermone interpretari *communicatif*.

19 Ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς.

20 Ὦ Τιμόθεε, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον, ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας, καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως·

21 Ἥν τινες ἐπαγγελλόμενοι περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν. Ἡ χάρις μετὰ σοῦ. Ἀμήν.

22 Πρὸς Τιμόθεον πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας τῆς Πακατιανῆς.

19 12 Congerentes sibi pro thesauro fundamētum bonum in posterum, vt apprehendant æternam illam vitam.

20 13 O Timothee, depositum illud custodi, & auersare profanos illos de rebus inanibus clamores, & oppositiones falsò nominatæ notitiæ.

21 Quam nonnulli præ se ferentes, circa fidem aberrarūt à scopo. Gratia sit tecum. Amen.

22 Ad Timotheum prima, missa fuit Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

19 *Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.*

20 *O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ:*

21 *Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.*

22 *Scripta fuit ex Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.*

12 Laus beneficentiæ ab effectu, quòd sit firmum Spiritus Dei in nobis habitantis, ac proinde salutis nobis donandæ testimonium. Matt. 6.20. & 4.7

13 Præcipuam omnium superiorum admonitionum repetit animò omnium ministrorum verbi altius infigēdam, nempe vt inanem sophistices garrulitatem fugiant, in sincerè doctrinæ simplicitate permaneant.

19 *Fundamentum bonum*, θεμέλιον καλόν. Hoc opponit opū humanarum incertæ ac fluxæ naturæ. Sed (dicet aliquis) an vllis nostris operibus spes nostra nititur? Minimè verò, vt testatur Apostolus Rom. cap. 3.27., & 4.2. & singulis penè versiculis. sed tamen quatenus sunt nostræ fidei testimonia, ac proinde nostræ in Christo reconciliationis, dicuntur vocationem & electionem firmam, nostri videlicet respectu, efficere, 2. Pet. cap. 1. v. 10. ¶ *Aeternam vitam*, τῆς αἰωνίου ζωῆς. Vulg. *Veram vitam*, id est, τῆς ὄντως ζωῆς, vt habet Claromontanus codex & Syrus interpres.

20 *Depositum illud custodi*, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον. Depositum proculdubio vocat sanam Euāgelij doctrinam, & dona quæcunque ad Ecclesiæ ædificationem, veluti depositum, Deus commiserat Timotheo. Seruat autem depositum qui ita se gerit vt causam non habeat depositarius cur hoc illi eripiat. Est verò diligenter notanda hæc formula, quanuis non omnia respondeant iis regulis quas de deposito tradunt Iurisconsulti. Quàm impudenter autē hoc loco abusi sint nonnulli, quasi recondita quædam docuerint Apostoli nonnullos discipulos, præter illa quæ palàm & voce & scriptis prodiderunt, & quos sequuntur hodie qui verbum quoddam ἄγραφον suis superstitionibus & impietati obtendunt, docet egregiè & ex professo Tertul. lib. de Præscriptionibus. ¶ *De rebus inanibus clamores*, κενοφωνίας. Hoc titulo exornat Paulus non minus spinosas quàm & clamosas & inanes, atque adeo profanas tum philosophastrorum, tum sophistarum concertationes. quamobrem etiam postea meminit ἀντιθέσεων, id est, oppositionū, quum perpetuò quæstiones ex quæstionibus apud illos nascantur. Vulg. *Vocum nouitates*, id est καινοφωνίας. vt citatur etiam hic locus ab Augustino tractatu in Ioan. 98. & apud Chrysost. & Ambrosium & Basil. quod & ipsum non caret offendiculo, atque etiam plerunque coniunctum est magno cum solidæ doctrinæ detrimento, & magnam ingenij vanitatem arguit: veluti si pro Angelis genios dicas, pro Baptismo lotionem pro Fide confidentiam, pro Ecclesia rempublicam, vel ciuitatem, pro Presbyterio senatum, & cætera id genus profanè & falsis rationibus innouata: de quibus hodie sibi mirificè placent nonnulli, qui tamen vtinam intra verba peccarent. Alteram nihilominus lectionem huic antepono.

21 *Præ se ferentes*, ἐπαγγελλόμενοι. Vulg. *Promittentes*. Erasm. *Profitentes*: Ego verò puto τὸ ἐπαγγέλλεσθαι hoc loco non tantùm referri ad professionē quæ verbo fiat, sicut solent ambitiosi homines gloriosè virtutes suas iactare sed ad totam habitus gestus, vitæ denique rationem, quam illi ita cōparant vt etiam tacētes, imperitis quidē hominibus, nihil nisi sublime & arduum de se promittāt. Suprà, 2.10. eadē quidē significatione, sed in summa laude ponitur idem verbum, vbi iubet Paulus Christianas mulieres non cincinnis, non auro, non margaritis, sed honesto habitu & bonis præcipuè operibus ornari: quod, inquit, decet eas mulieres quæ pietatem spondeant, id est, quæ pietatem & sanctimoniam de se promittant omnibus à quibus conspiciuntur. ¶ *Aberrarunt à scopo*, ἠστόχησαν. Vide infrà, 2. Tim. 2.18.

22 *Laodicea*, ἀπὸ Λαοδικείας. Potius hæc epistola ob eas causas quas exposui suprà, 1.2. & 4.13., vel Philippis, vel ex alia Macedoniæ vrbe scripta est, adstipulante etiam nobis vno manuscr. codice, in quo scriptum est ἐγράφη ἀπὸ Μακεδονίας, *Scripta est è Macedonia*: quod etiam impressit Frobenius in Græco argumento quod huic epistolæ præfigi solet. Quod autem ad Phrygiam Pacatianam attinet, nusquam hoc epitheton apud illius ætatis scriptores legitur, sed apud recentiores illos qui Romani imperij iam inclinantis prouincias descripserunt, adeo vt ex hoc etiam loco constare possit multo post has scriptas epistolas tempore istiusmodi subscriptiones additas fuisse, ab aliquibus plerunque vel indoctis, vel certè non satis attentis. Claromontanus verò codex habet πρὸς Τιμόθεον πρώτη ἐπληρώθη: neque loci meminit vnde missa fuerit.



ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ἐπιστολὴ δευτέρα.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD TImotheum posterior.

NOVA INTERPR. — VETVS.

Κεφάλαιον α. — CAP. I. — CAPVT I.

1 ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ quę est in Christo Iesu,

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ quæ est in Christo Iesu,

2 Τιμοθέῳ ἀγαπητῷ τέκνῳ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Timotheo dilecto filio *sit* gratia, misericordia, pax à Deo patre, & Christo Iesu Domino nostro.

Timotheo charissimo filio, gratia, misericordia, pax à Deo Patre & Christo Iesu Domino nostro.

Act.22.3

1 Scopus epistolæ præcipuus est, Timotheum confirmare, vt fortiter ad extremũ vsque perseueret, proposita primùm sua in eum beneuolẽtia, deinde commemoratis excellentibus donis, quæ velut hæreditaria extare voluerat Dominus in Timotheo & ipsius maioribus, quæ quidẽ ipsum tanto magis Deo obstringant.

2 Difficultatibus ingruentibus monet inuictã Spiritus virtutem opponẽdam, qua fuimus à Deo donati.

3 Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν ἐν ταῖς δεήσεσί μου νυκτὸς καὶ ἡμέρας·

1 Gratiam habeo Deo, ‖quem colo à maioribus cum pura cõscientia, " prout continuam tui memoriam teneo in deprecationibus meis nocte ac die:

Gratias ago Deo, cui seruio à progenitoribus in conscientia pura, quòd sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die:

4 Ἐπιποθῶν σε ἰδεῖν, μεμνημένος σου τῶν δακρύων, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ·

Expetens te videre, memor tuarum lacrymarum, vt gaudio replear:

Desiderãs te videre, memor lacrymarum tuarum, vt gaudio implear:

5 Ὑπόμνησιν λαμβάνων τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου πίστεως, ἥτις ἐνῴκησε πρῶτον ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι, καὶ τῇ μητρί σου Εὐνίκῃ· πέπεισμαι δὲ ὅτι καὶ ἐν σοί.

Memoria repetens eam quæ in te est non simulatam fidem, quæ habitauit prius in auia tua Loide, & matre tua Eunica: persuasus sum autem quòd in te quoque.

Recordationẽ accipiens eius fidei quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice: certus sum autem quòd & in te.

6 Δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου.

2 Quam ob causam in memoriã reuoco tibi " vt exsuscites donũ Dei quod est in te " per impositionem manuum mearum.

Propter quam causam admoneo te vt resuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuũ mearum.

7 Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς Πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως καὶ ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ.

Non enim dedit nobis Deus spiritum formidinis, sed potentiæ, & charitatis, & sanitatis animi.

Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis: & dilectionis, & sobrietatis.

8 Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ τὸν δέσμιον αὐτοῦ, ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ δύναμιν Θεοῦ·

3 Ne igitur te pudeat testimonij Domini nostri, neque te pudeat mei, qui sum vinctus ipsius: sed esto mecum particeps afflictionum Euangelij " ex potentia Dei:

Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctũ eius: sed collabora Euangelio secundum virtutem Dei:

3 Crucis ignominiam non modò probrosam esse negat, sed etiam honorificentissimam esse probat: primùm, quòd Euangelium, cuius causa pij affliguntur, sit testimonium Christi: secundò, quòd in illis demum eluceat summa Dei virtus.

9 Τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ· οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων·

4 Qui seruauit nos, & vocauit vocatione sancta: " non ex operibus nostris, sed ex suo " præstituto, & gratia, quæ data quidem est nobis " in Christo Iesu ‖ ante tempora seculorum:

Qui nos liberauit & vocauit vocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia:

10 Φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου.

Sed facta nunc est conspicua per conspicuam apparitionem seruatoris nostri Iesu Christi, qui tum mortem fecit euanescere, tum vitam & incorruptibilitatem, & vitam " in lucem produxit per Euangelium.

Manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per Euangelium.

1.Cor.1.1 Rom.16.25 ephes.1.4 coloss.1.26 tit.1.2 2.Tim.1.7

4 Ostendit quantis beneficiis Deus fortiter assereræ suæ gloriæ cum salute nostra coniunctæ nos obstrinxerit, cõmemoratis huius salutis nostræ causis, nempe gratuito illo & æterno Dei præstituto de nobis in Christo venturo seruandis, vnde factum sit vt à Deo tandem gratis per Euangelij prædicationem, ad Christum mortis destructorem & immortalitatis autorem vocaremus. 5 Euangelium illud est quod prædicauit Apostolus. 6 Apostolatum suum inexpectato argumento confirmat, nempe quòd mundus illud ferre non posset, ac proinde ipsum eius præconem persequeretur. 7 Proposito suo exemplo ostendit quomodo futurum sit, vt nos crucis Christi non pudeat, nempe si certi simus Deum & posse & velle salutem, quam veluti penes se depositam habet, nobis in illum diem seruare.

11 Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος, καὶ διδάσκαλος ἐθνῶν.

5 ‖Cuius causa constitutus sum ego præco & Apostolus ac doctor Gentium.

In quo positus sum ego prædicator & Apostolus, & magister Gentium.

12 Δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω· ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι. οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι ὅτι δυνατός ἐστι τὴν

6 Quam ob causam & hæc patior: 7 sed non pudefio. " noui enim cui crediderim, & mihi persuasum est eum posse " de-

Ob quam causam etiam hæc patior: sed non confundor. scio enim cui credidi, & certus sum quia potens

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAP. I.

1 *Secundum promissionem, &c.* κατ' ἐπαγγελίαν, &c. Id est à Deo legatus vt annuntiem vitam quam promisit in Christo Iesu. Ita ostendit nouum non esse Euangelium, sed illud ipsum quod promisit Deus per Prophetas: deinde præstantiam quoque muneris Apostolici declarat, quo nobis donatur id quod Deus antè promiserat. Postremò in quo hæc omnia resideant, & quò ferantur, ostendit, nempe vt in Christo seruentur homines. Itaque lectorem moneo etiam atque etiam ne epistolarum Pauli προοίμια leuiter prætereat, vt quæ soleant inimitabili quadam breuitate totius Euangelici mysterij summam complecti, vt vel saluis illis habeat Ecclesia quod omnibus hæreticis opponat.

2 *Misericordia,* ἔλεος. Vide superioris epistolæ cap.1.2.

3 *A maioribus,* ἀπὸ προγόνων. Hebr. מאבות [meaboth.] id est maiorum meorum vestigia sequutus, nempe Abrahami, Isaaci, Iacobi, & aliorum deinceps à quibus sum ortus, & quasi per manus veram religionem accepi, vt Act.24.14. Neque enim de Pharisaismo, sed de Christianismo suo disserit. ¶ *Prout continuam,* ὡς ἀδιάλειπτον, &c. Vulg. *Quòd sine intermissione,* ita videlicet vt ὡς accipiatur pro ὅτι, quod durius est. & assentior doctissimo Camerario, qui ὡς ἔχω nihil aliud putat declarare quàm ἔχων, id est, *In memoria retinens.*

6 *Vt exsuscites,* ἀναζωπυρεῖν. Est igitur donum Dei viua quædam flamma in cordibus nostris accensa, quam nituntur caro & Satan suffocare: nos contrà magis ac magis fouere ac sopitam suscitare oportet. ¶ *Per impositionem manuum mearum,* διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. Vide 1 Tim. 4.14. & 5.22.

7 *Spiritum timiditatis,* πνεῦμα δειλίας Id est, afflatum quo percellamur & perterrefiamus, vt ij quos vult Dominus perdere. Nam in hac formula loquendi dicitur Spiritus metonymicè, ex Hebræorũ more, motus in animis nostris vi quadam extrinseca impellente excitatus, nempe vel à Spiritu sancto, vel contrà tum à Spiritu malo, tum à mala nostra voluntate, pro varia motus qualitate, vt Spiritus fidei, sapientiæ, constantiæ, & similes: quibus opponuntur spiritus vertiginis, auaritiæ, furoris, formidinis, & siqui sunt huiusmodi. ¶ *Charitatis & sanitatis animi,* ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ. Hæc effecta tacitè opponit totidem prorsus contrariis spiritibus. nam qui prauis affectibus rapiuntur, coercendi sunt quominus alios offendãt, vt qui insaniant. Contrà Spiritus Dei animos nostros componit vt omnibus prodesse studeamus, & verè simus mentis compotes: itaque quum cæteri mortales vel desipiant, vel insaniant. Itaque σωφρονισμὸν non conuerti *Sobrietatem,* (quod ambiguum est, nec satis Latinum) sed *animi sanitatem*: quod ipsa verbi notatio declarat. Plato lib.1. de Rep. τὸ σωφρονεῖν ἐναντίον τῷ μαίνεσθαι. Castellio *Frugalitatem* conuertit admodum ineptè. Vide Mar.5.15.

8 *Ipsius,* αὐτοῦ i. ipsius causa Eph.3.1. sic vocat afflictiones Euangelij, quæ pro Euangelio perferuntur. ¶ *Esto mecum particeps afflictionum Euangelij,* συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ. Euangelium dicitur quodammodo affligi in iis à quibus annuntiatur nisi (quod simplicius est) Euãgelium accipiamus pro ipsius annuntiatione cum qua sit crux coniuncta. Vulg. *Collabora Euangelio.* ¶ *Ex potentia,* κατὰ δύναμιν. id est fretus potentia Dei, vel Euangelio quod est secundum potentiam Dei. i. in quo planè se exerit Dei potentia, quasi scriptum sit, τῷ κατὰ δύναμιν &c. quam articuli ellipsin sæpissimè iam obseruauimus. Sed hoc est duriusculum.

9 *Præstituto & gratia,* πρόθεσιν καὶ χάριν. id est proposito, eóque gratuito. Diximus autem de proposito, Rom.8.28. & 29. & in caput primum epistolæ ad Ephesios. ¶ *Data est,* τὴν δοθεῖσαν. Datam esse dicit nobis gratiam ab æterno, ad quam videlicet ab æterno sumus prædestinati. Sunt enim omnia Deo præsentia, sed suo tempore nobis reipsa exhibetur quod ab æterno de nobis Deus statuit. Meminerimus autẽ à posteriore colligere nos gratis prędestinatos, ideóque doctrinam de præuisa fide vel operibus repugnare Dei gratiæ ex diametro. ¶ *In Christo Iesu,* ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Meritò hoc addit. est enim vnus Christus is in quem gratia & præstitutum Dei feruntur. Vide Ephes.1.4. & 5. ¶ *Ante tempora seculorum,* πρὸ χρόνων αἰωνίων. i. inquit Eras. *Ante tempora æterna.* Verùm quid possis ante æternitatem imaginari? itaque vocari puto tempora seculorum, annorum seriem qui à seculorum principio fluxerunt, vt idem prorsus significet *Ante tempora seculorum,* atque *Ante iacta mundi fundamenta*: siquidem tempus cum mundo cœpit. Bis autem omnino vtitur Paulus hac formula, nempe hoc loco, & Tit.1.2.

10 *In lucem produxit,* φωτίσαντος. id est fecit vt illucesceret vita. Vulg. ineptè, *Illuminauit vitam.* Respondet enim τὸ φωτίζειν hoc in loco, verbo Hebræo האיר [heir] in coniugatione *hiphil.* Nam de vita illa immortali perinde vt de corusco lumine loquitur, ex Scripturæ more. Quum autem Paulus soleat nomen τῆς ἐπιφανείας tribuere alteri Christi aduentui, vt epistola 6.14. & 2. Thessaloniss.2.8. & infrà, 4.1. & 8. & Tit.2.13. (quamobrem etiam consueui illustrem aduentum interpretari) hîc tamen de primo illo differens, quo nihil, extra interiorem ipsius virtutem, abiectius fingi potest, idem nomen vsurpauit: ideóque animos nostros à contemplatione rerum externarum ad efficaciam illius aduentus contemplandam subuehit. Ita enim factum est vt in illa tam abiecta serui forma, verè tamen diuinam Maiestatem ipsi etiam Dæmones coacti sint adorare.

12 *Noui enim cui crediderim &c.* οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, &c. Erasmus, *Noui enim certúsque sum quòd is cui credidi,* &c. vt sit hæc constructio οἶδα γὰρ καὶ πέπεισμαι ὅτι ᾧ πεπίστευκα, &c. Sed valde dura est ista traiectio, neque etiam vllo modo necessaria: quum plana sint omnia, si post ᾧ subaudias ἐκεῖνον, ellipsi admodum vsitata. Quum autem dicit sibi notum esse eum cui credidit, omnia dicit quibus confirmari potest Fidei imbecillitas. ¶ *Depositum meum,* παραθήκην μου. Mutua est igitur depositi obligatio inter Deum & sanctos ipsius: quanquam, quod ad illud attinet, prorsus

gratuitæ. Nam is nobis dona sua credidit, vt diximus 1. Tim. 6.20, & mox repetitur versu 14. nos verò illi vicissim nostrâpse committimus, & apud illum thesauros nostros recondimus, 1. Tim. 6.18. & 19. Corona denique nostra apud illum est seposita, infrà, 4.8. Sed meminerimus horum omnium gloriam oportere ipsius gratuitæ bonitati in solidum acceptam ferri: & ius illud longè alio fundamento niti quàm nostræ iustitiæ deposito: sicut nimirum qui filius est, si officium fecit, non ideo tamen est paternarũ facultatum particeps, sed quia quum filius esset, officium fecit, ideirco pro filio agnoscitur: alioquin à patre reiiciendus, & tandem abdicandus. Sed an satis firmum est hoc argumentum à potentia Dei sumptum? Multa enim potest Deus, quæ tamen nõ facit. Respondeo coniungendũ esse voluntatis testimonium, quod etiam priore loco collocauit Apostolus, quum diceret se scire cui crediderit.

παραθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν.

13 Ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

14 Τὴν καλὴν παρακαταθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν.

15 Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὧν ἐστι Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης.

16 Δῴη ἔλεος ὁ Κύριος τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπαισχύνθη.

17 Ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, σπουδαιότερον ἐζήτησέ με, καὶ εὗρε.

18 Δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις.

Κεφάλαιον β.

1 Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

2 Καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι.

3 Σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ.

4 Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται

positum illud meum in illum diem seruare.

13 8 Expressam formam teneto sanorum sermonum, quos à me audisti cum fide & charitate quæ *est* in Christo Iesu.

14 9 Præclarum illud depositum custodi per Spiritum sanctum qui inhabitat in nobis.

15 11 Nosti hoc, quòd se auerterint à me omnes qui sunt in Asia: ex quibus est Phygellus & Hermogenes.

16 Præstet misericordiam Dominus Onesiphori familiæ: quoniam sæpe me recreauit, & catenam meam non erubuit.

17 Imò quum esset Romæ, studiosissimè quæsiuit me, & inuenit.

18 Det ei Dominus vt inueniat misericordiam apud Dominum in die illo. quàm multa etiam Ephesi subministrarit, tu optimè nosti.

CAP. II.

1 TV igitur, fili mi, corroborator per gratiam quæ est in Christo Iesu:

2 Et quæ audisti à me inter multos testes, hæc committe fidis hominibus, qui sint idonei ad alios quoque docendos.

3 2 Tu igitur perfer aduersa vt bonus miles Iesu Christi.

4 Nemo qui militat implicatur

est depositum meum seruare in illum diem.

13 *Formam habe sanorum verborum, quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu.*

14 *Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum qui habitat in nobis.*

15 *Scis hoc, quòd auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Phygellus & Hermogenes.*

16 *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit.*

17 *Sed quum Romam venisset, solicitè me quæsiuit, & inuenit.*

18 *Det illi Dominus inuenire misericordiam à Domino in illa die. & quanta Ephesi ministrauit, tu melius nosti.*

CAP. II.

1 *TV ergo, fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Iesu:*

2 *Et quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.*

3 *Labora sicut bonus miles Christi Iesu.*

4 *Nemo militans impli-*

8 Exprimit quæ potissimùm in re oporteat ipsum esse quàm constantissimum, nempe & in ipsa doctrina, cuius epitomæ sunt fides & charitas, deinde in ipsa eius tradendæ ratione, cuius velut expressam effigiem in Apostolo Timotheus cognouerat.

9 Amplificatio à dignitate tantæ rei penes ministros depositæ.

10 Occupatio, arduum quidẽ id esse præstare, sed potentissimum esse Dei Spiritum, qui sua virtute nos intus donarit.

11 Occurrit offendiculo propter Apostatas quosdam exorto, eorum etiam nomina exprimendo, vt ab omnibus dignoscerentur. Sed iis opponit vnius hominis singularem fidẽ, vt vel vnicum bonum exemplum malis omnibus præponderet.

1 Conclusio superioris exhortationis, addita tamen declaratione: non seruari depositum ab iis qui illud intus contineant, sed ab iis potius qui quam liberalissimè cum aliis id communicent, vt hoc modo quàm plurimi fiant eius participes, sine vllo cuiusquam detrimento. 2 Alia admonitio, Ministerium verbi esse spiritualem militiam, qua nemo sic fungi possit vt imperatori suo placeat, nisi omnibus auocamentis semel valedicat.

3 Tertia admonitio, Ministerium esse instar gymnici certaminis, in quo nemo coronetur nisi ex præscriptis legibus certauerit, quantumuis duræ & difficiles fuerint.

13 *Expressam formam teneto*, ὑποτύπωσιν ἔχε. Suprà 1. Tim. 4.12. vertit *Exemplar*. Puto verò hîc significari in primis ipsam docendi formam & rationem, quam priore ad Corinthios epistola tantopere conqueritur Paulus fuisse prophanæ eloquentiæ fuco deformatã. Græci paulò aliter hoc explicant, quasi iubeat Apostolus Timotheũ ita sese exercere in doctrina pietatis ab ipso accepta, vt ea in ipso tanquã speculo quodã repræsentaretur. ¶ *Cum fide*, ἐν πίστει pro σὺν, vt sæpe iã obseruauimus Vulg. *In fide & charitate*. vt intelligas sanam illam doctrinam in duobus istis capitibus positam esse, nẽpe in fide & charitate quæ rursus in vno Christo sitæ sunt. qua ratione fortassis non ineptè conuerteris, *De fide & charitate*: vti solet interdum apud Hebræos vsurpari ב pro על [hal]

14 *Depositum*, παρακαταθήκην, vel παραθήκην hîc enim variant exemplaria. sed eâdem sententia manente. Vide 1. Tim. 6.20, & suprà versu 12.

15 *Quòd se auerterint à me*, ὅτι ἀπεστράφησάν με. Rara est ista huius verbi significatio actiua & μεταβατική quam exprimere studui. Verbum autem *Auersandi* respondet τῷ ἀποστρέφεσθαι, vt infrà 3.5. & durius quiddam declarat quàm hîc significare voluisse videatur Apostolus. ¶ *Recreauit*, ἀνέψυξε. Vulg. *Refrigerauit*, quæ etiam est huius verbi notatio à ψῦχος, vt Gallicè dicas *Rafreschir*: ego verò malim à ψυχὴ hoc loco deducere, vt idem sit atque animam ipsam quodammodo cuipiam restituere, quod recreandi verbo respondet. ¶ *Catenam*, ἅλυσιν. Vide Eph. 6.20, & Act. 28.20.

17 *Studiosissimè*, σπουδαιότερον. Sic paulo pòst βέλτιον pro βέλτιστα. Vide 1. Tim. 3.14. Non erat igitur clausus in carcere Apostolus, sed sub militari custodia catenatus. Vide Ephes. 6.20.

IN CAP. II.

2 *Inter multos testes*, διὰ πολλῶν μαρτύρων. Id est, præsentibus multis, qui de his rebus possunt testari. Sic apud Græcos διὰ ponitur pro μεταξὺ: apud Hebræos autem על [hal] pro עם [him:] vnde & διὰ pro μετὰ vel σὺν, vt 2. Corinth. 2. 4. & 3.11. Sic & apud Ciceronem dicitur Catilina inter falcarios venisse in M. Leccæ domum, i. falcariis circunseptus.

3 *Perfer aduersa*, κακοπάθησον. Vulgata, *Labora*, perperam. Hîc enim τὸ κακοπαθεῖν non significat simpliciter molestias & aduersa perpeti, sed patienter labores & ærumnas ferre, vt infrà, 4.5

ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ.

5 Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ.

6 Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν.

7 Νόει ἃ λέγω· δῴη γάρ σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι.

8 Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαβίδ, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου·

9 Ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος· ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται.

10 Διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκλεκτούς, ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μετὰ δόξης αἰωνίου.

11 Πιστὸς ὁ λόγος. εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν·

12 Εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν· εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς.

13 Εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει,

huius vitæ negotiis, vt ei placeat à quo delectus est miles.

5 3 Quòd si certet etiam aliquis, non coronatur nisi legitimè certauerit.

6 4 Agricolam oportet prius laborando fructus percipere.

7 5 Perpende quæ dico. Det igitur tibi Dominus intelligentiam in omnibus.

8 6 Memento Iesum Christum suscitatum fuisse ex mortuis, *factum* ex semine Dauidis, secundum Euangelium meum:

9 7 In quo aduersa patior vt nocens vsque ad vincula: sed sermo Dei non est vinctus.

10 Ideo omnia tolero propter electos, vt & ipsi salutem consequantur quæ est in Christo Iesu, cum gloria æterna.

11 8 Certus *est hic* sermo. ‖ nam si cum *eo* mortui sumus, cum *eo* etiam viuemus:

12 Si *crucem* toleramus, etiam conregnabimus: ‖ si abnegamus, & ille abnegabit nos:

13 Si infidi sumus, ‖ ille *tamen*

cat se negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit.

5 *Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi legitimè certauerit.*

6 *Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere.*

7 *Intellige quæ dico: dat enim tibi Dominus in omnibus intellectum.*

8 *Memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid secundum Euangelium meũ:*

9 *In quo laboro vsque ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei non est alligatum.*

10 *Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti.*

11 *Fidelis sermo. nam si commortui sumus, & conuiuemus:*

12 *Si sustinebimus, & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos.*

13 *Si non credimus, ille fi-*

3 Tertia admonitio, Ministerium esse instar gymnici certaminis, in quo nemo coronetur, nisi ex præscriptis legibus certauerit, quantumuis duræ & difficiles fuerint.

Rom. 6.5

Matt. 10.33

mar. 8.38

Rom. 3.3. & 9.6

4 Alia similitudo eòdem spectans, Non sperandam messem nisi præeunte arationis & sationis labore.

5 Omnia ista ne intelligi quidem, nedum præstari possunt, nisi petita & data à Deo intelligentia.

6 Duo capita nostræ fidei, hæreticis perpetuò oppugnata, disertè cõfirmat: quorum vnum, nempe, Christum esse verum illum Messiam, hominem ex Dauidis semine factum, est nostræ salutis basis: alterum est eiusdem vertex, nempe eum resurrexisse ex mortuis. 7 Occupatio, se quidem instar sceleratorum in vinculis teneri, sed causam non esse cur propterea nonnulli fidem detraherent eius Euangelio, quum Deus nihilominus ipsius ministerio benediceret, imò etiam huius captiuitatis & patientiæ suæ exemplum Ecclesiam multis modis confirmaret in vitæ melioris expectatione. 8 Quarta admonitio, Non de verbis & quæstionibus non modò inutilibus, sed etiam plerunque damnosis, esse decertandum, sed deo eo potius vt nos ad omne patientiæ genus, atque adeò ad mortem ipsam cum Christo (id est, pro Christi nomine subeundam) comparemus: quoniam sit certus ad vitam, & eam quidem gloriosissimam, aditus: sicut è contrario hominum perfidia nihil de veritate Dei decedit, certum autem exitium sibi accersunt homines.

4 *Huius vitæ*, τοῦ βίου. Sæpe in his libris articuli vim habent pronominis. Intelligit autem negotia ad rem familiarem aut occupationes illas consuetas pertinentia, vt si quispiam miles mercaturam faceret. Itaque *vitam* pro *victu* non satis appositè videtur Erasmus interpretari. opponit enim eiusdem vitam Apostolus militari. Quidam legunt, *Nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus*, &c. sed repugnante omnium Græcorum codicum fide. Apparet autem similitudines esse quarum non addatur accommodatio, quòd per se satis sint planæ. Quod verò Hieronymus istud quoque ad cælibatum trahit, suo more facit quanuis certè vxores secum in militiam ducere militibus non liceret, immò ne præsidibus quidem prouinciarum: & vxorem quoque recenseat Christus inter ea quæ sui causa relinquenda sint, id est, sibi postponenda, Matth. cap. 19, vers. 29. Et tamen circunducere quoque vxores non fuit simpliciter, ne Apostolis quidem, interdictum, 1. Corinth 9.5. Cæterum vt constet quantopere iam olim monachi hoc loco ad tuendam pigritiam abuterentur, vide quid Augustinus scribat lib. de opere Monach. 15 & 16.

6 *Prius*, πρῶτον. i. necesse est agricolam, vt fructus percipiat, prius laborare. Refertur enim aduerbium πρῶτον ad participium κοπιῶντα, non autem ad μεταλαμβάνειν, vt mihi quidem videtur, quanuis Syrus interpres & Græcus scholiastes aliam constructionem sequantur, quasi sic admoneatur Timotheus vt primus ipse fructum percipiat Euangelii quod cæteros doceat, sicut æquum videtur postulare vt agricola ante cæteros fruatur iis frugibus quas seuit & excoluit. At ego contrà potius quàm quòd hæc sententia perobscura ne penè allegorica videri potest, existimo hanc vtranque similitudinem ad eundem scopum tendere.

7 *Considera quæ*. Id est, versa in animo, & expende. Respondet enim Hebræo verbo בין [bchin] id verò quia ne minima quidem ex parte præstare nostris viribus possumus, optat illi σύνεσιν, id est, intelligentiam à Domino, in qua magis confirmetur. Castellio *Industriam* ineptè conuertit. ¶ *Det igitur*, δῴη γάρ. Sic iam aliquoties obseruauimus hanc particulam vsurpari: Vulgata & Erasmus, *Dat enim*.

8 [*Factum*] *ex semine Dauid*, ἐκ σπέρματος Δαβίδ. Suppleui quod deerat, ex Rom. 1.3. Filium autem Dauidis quum Christum vocat, & verum hominum fuisse, & verum illum Messiam Dauidi promissum, significat.

9 *In quo*, ἐν ᾧ. id est cuius annuntiandi munere defungens, vel cuius causa, id est δι' ὅ. ¶ *Aduersa patior*, κακοπαθῶ. Vulg. *Laboro nomed*. Non satis expressè.

10 *Omnia tolero*, πάντα ὑπομένω. Id est, omni genere miseriarum premor, siue, vt mox loquetur κακοπαθῶ. Vulgata, *Sustineo*, ambiguè. Nec enim hîc suam tolerantiam prædicat, vnde ὑπομονὴ pro patiente expectatione sub cruce. ¶ *Propter electos*, διὰ τοὺς ἐκλεκτούς. Vide Col. 1.24. & 2. Cor. 1.5. & deinceps. ¶ *Si* [*crucem*] *toleramus*, εἰ ὑπομένομεν. Vulg. *si sustinebimus*. Legit autem ὑπομενοῦμεν, & putauit hîc agi de patientia sub cruce, de quo vide suprà 10. Ideò causam suppleui expressum vers. 10. in ea significatione, de qua vide 1. Cor. 13.7.

11 *Cum* [*eo*] *mortui sumus*, συναπεθάνομεν. Id est, si vnà cum Christo & Christi ipsius causa affligimur, vt explicat Apostolus ipse Rom. 8. 17. Item 2. Corinth. 1.5. & 4.10.

13 *Ille* [*tamen*] *fidus manet*, ἐκεῖνος πιστὸς μένει. Deest coniunctio aduersatiua, de cuius ellipsi Hebræis familiari alibi diximus. Malui autem πιστὸν conuertere *fidum* quàm *fidelem*, vt sibi constet antithesis τῷ ἀπιστεῖν. Nam alioqui Deus credulus videretur opponi hominibus incredulis. Itaque hoc loco ἀπιστοῦμεν & πιστὸς idem declarant atque ἀπιστία & ἀλήθεια, Rom. 3.4.

ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται.

14 Ταῦτα ὑπομίμνησκε, διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου μὴ λογομαχεῖν, εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων.

15 Σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

16 Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο· ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας.

17 Καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει· ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Φιλητός·

18 Οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι· καὶ ἀνατρέπουσι τήν τινων πίστιν.

19 Ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην, Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· καὶ, Ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Χριστοῦ.

20 Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν.

21 Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν, ἡγιασμένον, καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον.

22 Τὰς δὲ νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην μετὰ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Χριστὸν ἐκ καθαρᾶς καρδίας.

23 Τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι γεννῶσι μάχας.

24 Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδακτικὸν, ἀνεξίκακον·

25 Ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους· μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας·

26 Καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ, εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα.

fidus manet, negare seipsum nō potest.

14 Hæc suggere, " obtestans coram etque etiam in conspectu Domini ne de verbis pugnent, " quod nullam adfert vtilitatem, imò auditores subuertit.

15 9 Stude teipsum probatum sistere Deo, operarium qui non erubescat, " & qui rectè sermonem veritatis secet.

16 Profanos autem illos de rebus inanibus clamores " cohibe: " ad maiorem enim " procedent impietatem.

17 Et sermo eorum depascet vt " gangræna: ex quibus est Hymenæus & Philetus:

18 Qui circa veritatem " aberrarunt à scopo, dicentes resurrectionem iam esse factam: & " subuertunt quorundam fidem.

19 11 Solidum tamen fundamentum Dei stat, habens sigillum hoc, " Nouit Dominus eos qui sunt sui: &, Abscedat ab iniustitia " quisquis nominat nomen Christi.

20 12 Cæterùm " in magna domo non tantùm sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea ac testacea: || & alia quidem ad decus, alia verò ad dedecus.

21 Siquis igitur sese ab his " expurgarit, erit vas ad decus, sanctificatum, & accommodum vsibus Domini, & ad omne opus bonum comparatum:

22 13 Iuueniles autem cupiditates fuge: sed sectare iustitiā, fidem, charitatem, 14 pacem || cum iis qui inuocant Christum ex puro corde.

23 || Stultas autem & " ineruditas illas quæstiones " deuita, sciens quòd gignant pugnas.

24 Seruum autem Domini non oportet pugnare, sed mansuetum esse erga omnes, aptum ad docendū, tolerātem malos:

25 Cum lenitate erudiētem eos " qui contrario animo sunt affecti: *experturum* num aliquando daturus sit eis Deus resipiscentiam ad agnitionem veritatis:

26 Et " sanitate mentis recepta ex diaboli laqueo, ab eo captiui facti, *conuertantur* ad illius voluntatem.

dolis permanet, negare seipsum non potest.

14 *Hæc commone, testificans coram Domino. Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile est, ad subuersionem audientium.*

15 *Sollicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis.*

16 *Profana autem & inaniloquia deuita: multum enim proficient ad impietatem.*

17 *Et sermo eorum vt cancer serpit: ex quibus est Hymenæus & Philetus,*

18 *Qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem.*

19 *Sed firmū fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Cognouit Dominus qui sunt eius: & Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini.*

20 *In magna autem domo non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.*

21 *Siquis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.*

22 *Iuuenilia autem desideria fuge: sectare verò iustitiam, fidem, charitatem, & pacem cum iis qui inuocant Dominum de corde puro.*

23 *Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites.*

24 *Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem:*

25 *Cum modestia corripientem eos qui resistunt: ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem:*

26 *Et resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur, ad ipsius voluntatem.*

Rom. 9. 21

1. Cor. 3. 23
1. Tim. 1. 4. & 4. 7.
Tit. 3. 9

9 Quintà admonitio, Ministrum esse oportere non otiosum disputatorē, sed fidelem in veritatis sermone rectè distribuendo dispensatorem, adeò quidem vt etiam aliorum garrulam curiositatem cohibeat.

10 Astutiam Satanę patefacit, qui ab his initiis exorsus, sensim nos pertrahit ad impietatem, serpente illo profanæ garrulitatis malo: quod tristi eorum exemplo probat qui resurrectionem iam factam docebant.

11 Digressio, qua offendiculo ex illorum defectione exortis medetur: primo ostendens electos esse extra huiusmodi defectionis periculum: secundo, Deo notos illos esse, non nobis: ac proinde mirum non esse si sæpe hypocritas pro veris fratribus habeamus: nobis autem dandam esse operam ne illorum similes simus, sed vt potius reipsa simus quod dicimur.

12 Occupatio, Non cedere in patris familiâs dedecus quòd in magna domo non habeat omnia eiusdem generis & vsus vasa, sed curandum nobis esse vt vasa ad decus comparata comperiamur.

13 Redit vnde fuerat à verà digressus, monet vt in rebus serijs & ad pietatem ipsam spectantibus sese exerceat.

14 Sexta admonitio, Vt iādam in primis omnem animi acerbitatem, sit in docendis omnibus, tum etiam in reuocandis qui extra viam aberrarunt.

14 *Obtestans*, διαμαρτυρόμενος. i. Domino etiam vt teste aut potiùs iudice aduocato, sicut fecerunt Moses, Iosue, Samuel, ipse denique Paulus Act. 20. Nec enim satis est, quæ sit voluntas Domini docere, sed zelo etiam opus est, eóque eiusmodi vt testimoniis verbi Dei comprobetur, apud ipsos quoque rebelles & contemptores. ¶ *Quod nullam*, &c. εἰς οὐδὲν. Subauditur participium ὄν, absolutè positum, Atticorum more. estque istud includendum parentheseos nota. Vulgata, *Ad nihil enim vtile est*, vt omnino videatur adiecisse particulam γὰρ & ἐστι subaudiatur. Eras. *Ad nullam vtilitatem*, non animaduerso hellenismo.

15 [*Et*] *rectè secet*, ὀρθοτομοῦντα. Id est, qui primùm omnium, quod ad doctrinam ipsam attinet, nihil prætermittat quod dicendum sit: nihil etiam adiiciat de suo, nihil mutilet, discerpat, torqueat: deinde spectet diligenter quid ferat auditorum captus, quicquid denique ad ædificationem conducit. Est autem sumpta translatio ab illa legali victimarum sectione ac distributione. Vulg. *Rectè tractantem*, non obseruata metaphora, ac proinde non explicata Apostoli sententia: nec melius Syrus interpres.

16 *Profanos autem illos de rebus inanibus clamores*, τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας. Vulgata, *Profana autem & inaniloquia*. Erasmus, *Profanas vocum inanitates*. Vide 1. Tim. 6. 20.

¶ *Cohibe*, περιΐστασο. Ad verbum, *Circumsiste*. Id est, obserua & velut obside, nempe ne in Ecclesiam irrepant. Vulgata, *Deuita*, non satis expressè. Erasmus, *Prætermitte*: malè, quocunque sensu verbum istud Latinum intelligatur.

¶ *Procedent*, προκόψουσιν. Vulgata & Erasmus, *Proficient*. Ego illud malui, quoniam Græcum vocabulum in vitio hic ponitur, quod illi Latino non conuenit. Syrus autem interpres aliud scriptum habet, quod assequi non potui.

17 *Gangræna*, γάγγραινα. Gangrænæ comparat falsas doctrinas, ex inanibus ambitiosorum hominum argutiis, quasi ex equo (vt aiunt) Troiano prodeuntes: Ecclesiam vicissim conferens corpori, cuius si partes aliquas inuaserit gangræna, officium est pastoris, tanquam periti chirurgi, prospicere ne in νέκρωσιν & σφάκελον degeneret: & contagioni suos quasi fines circunscribere, ne sana membra inuadat.

18 *Aberrarunt à scopo*, ἠστόχησαν. Ter omnino vsus est Paulus hoc verbo in his duabus epistolis ad Timotheum Euangelistam scribens: quo non quoduis erratum in religione significatur, sed quod est eiusmodi vt fundamentum non retineatur: quæ distinctio omnibus præsertim Verbi ministris est necessaria. ¶ *Subuertunt*, &c. ἀνατρέπουσι, &c. Quomodo sit accipiendum hoc dictum, exposuimus pluribus 1. Tim. 4. 1.

19 *Nouit*, ἔγνω. Vide Rom. 8. 29. ¶ *Quisquis nominat*, &c. πᾶς ὁ ὀνομάζων, &c. Id est, qui inuocat Christi nomen, & ex eo sese Christianum appellat. Nam sicut nostra perseuerantia ac salus nititur prouidentia Dei, qua tanquam sub sigillo includimur & obsignamur: ita inuocatio (id est, cultus Dei) per Spiritum, est veluti illius sigilli character vnde fit etiam vt ab eo cognomentum sumamus, quum nos illi addictos ac deuotos esse fateamur. Dicit ergo verè fideles nō tantùm nomine, sed re quoque esse Christianos: quòd si nonnulli aliter faciant, non esse quòd illorum improbitate perturbemur, aut inde concludamus salutem nostram firmo fundamento non niti. Nunquam enim illi fuerunt quod se esse dicebant. Videtur autem mihi alludere ad principum morem, qui sua habebant familiaria symbola, quæ hodie vocamus deuises.

20 *In magna domo*, ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ. Occurrit obiectioni, fuisse tamen illos in Ecclesia. Fateor, inquit Paulus: sed diuersa sunt vasa in Ecclesia Domini.

21 *Expurgarit sese*, ἐκκαθάρῃ ἑαυτόν. Propositi non caussam, sed exequutionem declarat. Tum demum enim re ipsa eligimur, siue ab æterno destinati electioni fuisse reipsa declaramur, quum ab illa natiua corruptione per Spiritum Dei repurgamur in quam magis ac magis ij demerguntur qui sunt iusto exitio destinati. Ideo addit Paulus ἀπὸ τούτων, *ab his*: quia sanctificatio duo complectitur, nempe separationem à reprobis (quibuscum vnà inuoluuntur electi, donec illos Deus efficaci vocatione discernat) & repurgationem à naturali labe. Sed (inquit Pelagianus quispiam) iubet vt repurgemus nosipsos. Ergo aliquid in libero arbitrio positū est. Nego verò consequutionem, nisi liberum arbitrium vocetur, quod per Christū sit liberatum à peccati seruitute. Nam idcirco agimur Spiritu Dei, non quòd filij Adam, sed quòd filij Dei simus, gratis electi, vocati, iustificati, ac tandem glorificandi. Volumus denique & efficimus, sed per eum qui gratis & in solidum efficit in nobis bonam & efficacem voluntatem, tum quòd ad θέλειν, tum quod ad ἐνεργεῖν attinet.

22 *Qui inuocant*, τῶν ἐπικαλουμένων. Vide 1. Cor. 1. 2.

23 *Ineruditas*, ἀπαιδεύτους. Eruditionem vocat quæ alibi dicitur ædificatio. Vulg. *Sine disciplina*. ¶ *Deuita*, παραιτοῦ. Sic rectè Vulg. Hic enim ve 1. Timoth. 4. 7. & Tit. 3. 10. longè expressius aliquid declarat quàm 1 Tim. 6. 12.

24 *Tolerantem malos*, ἀνεξίκακον. Vel, qui mala siue afflictiones toleret. Ideo Vulg. vertit *Patientem*, quod de tolerantia rectè comparata intellige. Hallucinantur autem qui ad ipsam improbitatem hoc referunt. Est enim ei semper resistendum.

25 *Qui contrario animo sunt affecti*, τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Id est, τοὺς ἐναντία φρονοῦντας. Loquitur enim de iis quibus non dum perspecta est veritas. Distinguendi sunt igitur isti ab iis quos mox, nempe cap. 3. 8. vocat ἀνθισταμένους, & præcipit auersari, atque adeo detestari. Vulg. *Qui resistunt*. Erasmus, *Qui obsistunt*, quasi scriptum sit ἀνθισταμένους, quod multos fefellit interpretes. [*Experturum*] *num aliquando*, &c. μή ποτε, &c. Simile dicendi genus annotauimus Act. 17. 11 & Rom. 11. 14. Vulgata, *Ne quando*, quo sensu certum est has particulas propriè vsurpari, coniunctim scriptas. Sed contrarium potius significari hoc loco, & μή ποτε distinctè scribendum esse pro *Num aliquando*, res ipsa indicat. Constat enim particulam μὴ non tantùm esse prohibentis seu negantis, sed etiam interrogantis, & propter rei difficultatem dubitantis. Sed & Syrus interpres videtur legisse εἴ πως, *Si quo modo*. Ex hoc autem loco notandum est Resipiscentiam esse Dei donum, vnde aliud id esse apparet quàm simplicem dolorem siue conscientiæ morsum, qui exorsus à peccati sensu vel in stuporem vel in desperationem desinit. ¶ *Resipiscentiam*, μετάνοιαν. Vulgata & Erasmus ad verbum, *Pœnitentiam*. Mihi videtur (vt alibi dixi) Pœnitentiæ nomen non exprimere Græcum vocabulum μετανοίας. Idcirco soleo *Resipiscentiam* interpretari.

¶ *Ad agnitionem veritatis*, εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Veritatem specialiter appellat Veram veri Dei in Euangelio cognitionem, ab illa naturali distinctam, qua tantùm abest vt seruemur, vt contrà reddamur per eam ἀναπολογήτοι, Rom. 1. 20. Est autem hinc nobis quoque obseruandū longius patere vocabulum *Agnitionis* quàm *Notionis*, qua de re vide infrà Tit. 1. 1. & præterea Resipiscentiæ duas esse primarias siue integrales partes: quarum vna, quæ hic vocatur ἀνάνηψις, quasi quædam Mentis, alioqui ignoratione Veritatis inebriatæ, ad sobrietatem reuocatio ad διάνοιαν, altera ad πράξιν & affectuum emendationem refertur.

26 *Sanitate mentis recepta* [*conuertantur*] ἀνανήψωσιν. Translatio est à corporis sensu ad animum ex consequenti, quòd sobrij & temperantes animo quoque valeant, contrà in ebriis neque mens neque corpus officium faciat. Opponuntur enim & propriè de corpore, & metaphoricè de animo τὸ νήφειν καὶ τὸ μεθύειν. Malui autem *sanitatem* quàm *sobrietatem mentis* interpretari magis tum perspicuè, tum Latinè. Verbum autem *conuertantur* addidi, vt duriorem constructionem præpositionis ἐκ emollirem, de quo Hebræorum idiotismo passim alibi diximus, ac præsertim Matth. 4. 8, & dicam Hebr. 5. 7. Syrus autem interpres τὸ ἀνανήψωσι non ineptè, si sensum spectes, accepit pro *Memorem esse sui*, id est, ad se redire, & ellipsin quoque suppleuit, his verbis, Tremellio nostro interprete, *Vt memores sint sui, & eripiantur ex Diaboli laqueo*. ¶ *Ad illius voluntatem*, εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. *Ad illius*, nempe Dei, *voluntatem*, videlicet præstandam, ita vt ἐκείνου ad remotius ex præcedente versu repetatur, & ad verbum ἀνανήψωσι referatur: sicut αὐτοῦ ad propinquius, nempe ad Diabolum. Hunc enim locum sic esse accipiendum ipsi mihi videtur verusque illius relatiui pronominis proprietas, & ipsa constructio postulare.

Κεφάλαιον γ.

1 Τοῦτο δὲ γίνωσκε, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί.
2 Ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι, ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀχάριστοι, ἀνόσιοι,
3 Ἄστοργοι, ἄσπονδοι, διάβολοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαθοι,
4 Προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι·
5 Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. καὶ τούτους ἀποτρέπου.
6 Ἐκ τούτων γάρ εἰσιν οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, ἀγόμενα ἐπιθυμίαις ποικίλαις·
7 Πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα.
8 Ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσεῖ, οὕτως καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ἀληθείᾳ, ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν.
9 Ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον· ἡ

CAP. III.

1 Illud autem scito, fore vt ex extremis diebus instent tempora molesta.
2 Erunt enim homines sui amantes, pecuniæ auidi, gloriosi, superbi, maledici, parentibus non obedientes, ingrati, prophani,
3 ¶ Charitatis expertes, implacabiles, calumniatores, intemperantes, immites, minimè amantes bonorum,
4 Proditores, præcipites, inflati, voluptatū amantes potius quàm amantes Dei:
5 Habentes informationem pietatis, sed qui vim eius abnegarint. 2 istos igitur auersare.
6 Ex his enim sunt isti qui irrepunt in familias, & captiuas ducunt mulierculas, cumulatas peccatis, actas cupiditatibus variis:
7 Semper discētes, sed quæ nunquam ad cognitionem veritatis venire possint.
8 ‖Quemadmodum autem Iannes & Iambres obstiterunt Mosi, ita & hi obsistunt veritati: homines mēte corrupti, reiectanei circa fidem.
9 ¶ 3 Sed non procedent amplius

CAP. III.

1 Hoc autem scito, quòd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa:
2 Et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti,
3 Sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate,
4 Proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quàm Dei:
5 Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita.
6 Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducūt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis:
7 Semper discentes, & nunquam ad scientiā veritatis peruenientes.
8 Quemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidem.
9 Sed vltrà nō proficient,

1.Tim.4.1. 2.Pet.3.3. Iudæ 18.
1 Septima admonitio, Non esse sperandam Ecclesiam aliquam incorruptam in hoc seculo, sed fore potius singulâ perditissimorum hominū prouentu in ipsa etiam Ecclesia, qui summam summâ pietatis & charitatem præ se ferant.
2 Cum eiusmodi hominibus nō simplici errore, sed peruersitate animi resistentibus veritati (quod ex eorū studiis apparet, quos hîc graphicè prorsus describit) non est quòd ludatur opera, quū sint potius auersandi.
Exod.7.11.
3 Consolationē addit, Dominū tādem istis omnem laruam detracturum.

IN CAP. III.

1 *Extremis diebus*, ἐσχάταις ἡμέραις. Quorsum hoc verò ad Timotheum, tunc non futurum superstitem? Nempe de illo die vt sibi incerto sic loqui solent Apostoli, quasi breui sequuturo, nequis sibi longiorem dilationem promittens obdormisceret. neque Timothei duntaxat vel illius temporis rationem habuit Paulus, ista & similia in aliis multis epistolis scribens. ¶ *Molesta*, χαλεποί. Id est difficilia, & ex quibus non sese facilè expedire possit.

2 *Gloriosi*, ἀλαζόνες. Vulgata, *Elati*. Erasmus, *Fastuosi*. neuter satis rectè. Vide Rom. 1.29. ¶ *Maledici*, βλάσφημοι. Alibi retinui blasphemiæ vocem, sed quum agitur de conuitio quo Deus ipse petitur. ¶ *Prophani*, ἀνόσιοι. Id est, quibus nullum ius est nec fas. Eras. *Impij*, ἀσεβεῖς. Vulg. *Scelesti* [illegible]

3 *Charitatis expertes*, ἄστοργοι. Vulgata, *Sine affectione*. Erasmus, *Carentes affectu*. Vide Rom. cap. 1. vers. 30. Apud Syrum autem interpretem & istud deest, & quod proximè cohæret.

4 *Inflati*, τετυφωμένοι. Vel, vt Vulg. *Tumidi*, vt intellexit etiam Syrus interpres. Sed in multis vet. editionis Latinæ codd. duo hîc leguntur, nempe *tumidi cæci*. Augustinus certè & ex recentioribus Thomas legerunt *tumidi, excæcati*.

5 *Informationem*, μόρφωσιν. Si hoc referas ad Legis cognitionem, μόρφωσις declarabit veram ipsam formam & effigiem pietatis, sicut in Lege proponitur omnium oculis spectanda. Sed quorsum ista cognitio, nisi vis eius nos afficiat? Sin autem respicias istorum hypocrisin, significabit μόρφωσιν inanē, pietatis simulacrum. Ideo Vetus interpres *Speciem* interpretatur.

6 *Ex his*, ἐκ τούτων. Quis tandem Appelles magis graphicè ista hominum monstra depinxerit, qui sese hodie Monachos vocant, quum quocunque venias, nulli frequentius occurrant? ¶ *Qui irrepunt*, οἱ ἐνδύνοντες. Id est, qui veluti sese immergunt. Vulgata, *Qui penetrant*. Erasmus, *Qui subeunt*.

8 *Iannes & Iambres*, Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς. Vetus interpres legit *Mambres*, vt est ab aliis annotatum legi apud Thalmudistas, siue ex antiquioribus scriptis Iudaicis, siue ex traditione ἀγράφῳ Apostolus istud habuerit. Nam de peculiari aliqua reuelatione Spiritus quid attinet in re tantilli momenti disputare? Celebrem autem hunc Iannem fuisse Plinius ipse, (Mosen quoque, ex veteribus nimirum calumniis hausto errore, inter magos recensens) his verbis testatur lib. 30. cap. 1. *Est & alia Magices factio à Mose & Ianne & Iotape Iudæis pendens*. Sic enim ex emendatis codicibus legendus est hic Plinij locus. At nimium sunt inepti qui prætextum hinc arripiunt vt nobis partim rancidas quasdam traditiones, quas Patrum vocant, partim hæreticorum aut indoctorum quorundam hominum non modò ineptissimas, sed etiam planè impias nugas Ecclesiæ Dei obtrudant, veluti Testamentum XII. Patriarcharum, Proteuangelium, (quasi videlicet Euangelium Marci ἀτελὲς haberemus) Euangelium Nicodemi, Librum Pastoris, Abdiæ acta Apostolorum, librum planè execrandum, denique ineptiarum & blasphemiarum plaustra, & cætera id genus iam olim etiam, vt in Collectaneis suis Gratianus testatur damnata. ¶ *Obstiterunt*, ἀντέστησαν. Vulgata, *Restiterunt*. Vide Act. 13.8. ¶ *Reiectanei*, ἀδόκιμοι. id est, falsæ & adulterinæ doctrinæ doctores, quos oporteat ab omnibus reiici. Sicut reiiculas oues appellant rei rusticæ scriptores, propter morbum vel aliud vitium reiiciendas. Vulgata, *Reprobi*, quæ vox apud Theologos significat electis oppositos, ac proinde quorum est prorsus desperata salus: quod mihi videtur paulò durius, quanquam hîc agatur de valde sceleratis. Vide 1. Corinth. 9.27. & Tit. 1.16.

9 *Amplius*, ἐπὶ πλεῖον. Vide infrà, versu 13.

ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν, ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο.
10 Σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ, τῇ προθέσει, τῇ πίστει, τῇ μακροθυμίᾳ, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ,
11 Τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασιν· οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις· οἵους διωγμοὺς ὑπήνεγκα· καὶ ἐκ πάντων με ἐρρύσατο ὁ Κύριος.
12 Καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται.
13 Πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι.
14 Σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης, εἰδὼς παρὰ τίνος ἔμαθες.
15 Καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.
16 Πᾶσα γραφὴ, θεόπνευστος, καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ·
17 Ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος.

nam amentia istorum euidens erit omnibus, vt & illorum fuit.
10 4 Tu verò assequutus es doctrinam meam, vitæ meæ rationem, propositum, fidem, patientem animum, charitatem, tolerantiam,
11 Persequutiones, perpessiones quæ mihi acciderūt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quas persequutiones sustinuerim: sed ex omnibus eripuit me Dominus.
12 Sed & omnes qui volunt piè viuere in Christo Iesu, persequutionem patientur.
13 Mali autem homines & impostores, procedent in peius, tum seducentes, tum seducti.
14 At tu maneto in iis quæ didicisti & quæ tibi concredita sunt, sciens à quo didiceris:
15 Téque à puero sacras literas nouisse, quæ te possunt sapientem reddere ad salutē per fidem quæ est in Christo Iesu.
16 5‖ Tota Scriptura diuinitus *est* inspirata, & vtilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad disciplinam quæ est in iustitia:
17 Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus.

insipientia enim eorū manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.
10 Tu autem assequutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam,
11 Persequutiones, passiones, qualia mihi facta sūt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quales persequutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus.
12 Et omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persequutionem patientur.
13 Mali autem homines & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.
14 Tu verò permane in iis quæ didicisti & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris:
15 Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu.
16 Omnis Scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendū, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia:
17 Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

4 Quominus ab eiusmodi hypocritis decipiamur, proponendæ sunt nobis sanctorū sequorum Dei virtutes, nōc fugienda crux, quam illi vltrò subierint, & quæ perpetua est veræ pietatis comes. Apostolica verò doctrina in primis est retinenda, cuius summa est, nos fide in Christū Iesum seruari.
5 Octaua admonitio lōgè pretiosissima, Pastorem ex vno scripto Dei verbo sapere oportere, in quo perfectè tradantur quæcunque tum ad vera dogmata cognoscēda & stabilienda, falsa verò refellenda: tum ad malos quidem mores corrigēdos, bonos autem instituendos spectant.
2.Pet.1.20.

10 *Assequutus es*, παρηκολούθηκας. Erasmus, *Assectatus es*. Facit autem hic locus manifestè contra Erasmum, qui τὸ παρακολουθεῖν nihil aliud putauit significare quàm *assectari*, vti solet qui indiuiduus est comes. Quærit igitur quid sit assequi, id est adipisci alterius persequutiones & afflictiones. At ego quæro quid sit assectari alicuius doctrinam & vitæ rationem deinde quomodo dici possit Timotheus assectatus persequutiones illas quas Paulus Antiochiæ, Iconij, Lystris sustinuit: quum eo tempore Timotheus adhuc ignotus esset Paulo, & in Macedonia degeret. Neque enim dubito quin Paulus de iis agat quæ commemorantur Act. 13. & 14. Quòd siquis contrà obniti velit, certè nihil præter vanas & inanes coniecturas adferet. Itaque παρακολουθεῖν propriè quidem fateor de assectatore dici, (vt suprà, 4.6) translatitiè tamen etiam de animi intelligentia, vt pereruditè obseruauit Budæus. vnde δυσπαρακολούθητα vocantur, quæ non facilè quispiam intelligentia possit assequi. ¶ *Vitæ meæ rationem*, τῇ ἀγωγῇ. Hoc est omnino quod in vernaculo sermone dicimus *ma conduite*, vel, *ma maniere de faire*. Itaque nullo modo assentior Veteri interpreti, nec Erasmo qui *Institutionem* interpretantur.

¶ *Propositum*, τῇ προθέσει. Id est τῇ προαιρέσει. acsi dicat. Tu, non modò quid docuerim, quid egerim, sed etiam quę mea mens ac voluntas fuerit prorsus nosti. ¶ *Patientem animum*, μακροθυμίᾳ. Vide Rom. 2.4.

11 *Antiochia*, ἐν Ἀντιοχείᾳ. Antiochiam Pisidiæ intelligit, Iconio & Lystris vicinam, vt apparet ex Act. 13. & 14. vbi istæ historiæ commemorantur.

13 *Procedent*, προκόψουσι. Vulg. & Erasm. *Proficient*. Atqui non est hoc propriè proficere, nec progredi, sed magis ac magis regredi. Simpliciter igitur hoc accipiendum est, quo significatur fore vt illorum improbitas quotidie augeatur, ita tamen vt certi sint illi limites constituti, quos non possint præterire, vt prædixit de pseudoapostolis qui tum Ecclesiam turbabant, eos ad metam suam peruenisse, suprà versu 9. Ista igitur non pugnant. De certis enim hominibus illic agit, hîc verò in genere de hostibus Ecclesiæ, qui, vsquedum aduenerit nostra redemptio, nūquam deerunt, & quotidie euadent seipsis deteriores, donec mensuram suam impleuerint.

16 *Tota Scriptura*, πᾶσα γραφή. Vulgata & Erasmus, *Omnis Scriptura*, ambiguitate hoc loco periculosa. Constat enim de certis scriptis agere Apostolum, nempe de eo quem Canonem Hebræorum vocamus. Cæterùm Syrus interpres pro πᾶσα γραφὴ habet ἐν γραφῇ, *In scriptura*, mendosè, scripto על pro כל vt rectè coniicit noster Tremellius. ¶ *Et vtilis*, καὶ ὠφέλιμος. Id est, ad hunc vsum comparata. Nec enim Paulus opponit hoc loco Vtile Necessario: sed duo distinctè dicit, Vnum à quo prodita sint hæc scripta, nempe à Spiritu sancto: alterum in quem vsum sint data.

17 *Perfectus*, ἄρτιος, id est omnibus necessariis ad hoc munus partibus instructus. Vide Matth. 21.16. ¶ *Homo Dei*, ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος. Hebr. איש האלהים [isch haelohim,] Homo Dei, propriè ac peculiariter dicitur Propheta & voluntatis Dei interpres. quo nomine etiam Timotheum vt ministrum compellauit, 1. Timoth. 6.11. Itaque hæc sacrarum literarum dignitatis declaratio propriè ad ministros pertinet, quos testatur plenam in illis sapientiam inuenturos: quod & nomina illa Doctrinæ, Redargutionis, Correctionis, & Institutionis, manifestè declarant: quorum duo priora ad dogmata, duo posteriora ad mores spectant, vt plena perfectáque sit ista descriptio Christianismi in verbo scripto positi. Damnamus igitur errorem intolerabilem, tum pseudocatholicorum, suum illud ἄγραφον verbum Dei scripturis non tantùm adiungentium, sed etiam, quoties ipsis libuit, anteponentium: tum falsissimum illud dogma quorundam veterum à Sebastiano Castellione, nostra memoria, renouatum, quem scribere non puduit, Paulum reconditiorem aliquam doctrinam habuisse quam non scripserit, & solos quosdam perfectos docuerit: & Verbum scriptum decidendis religionis controuersiis non sufficere, quocunque modo explicetur, sed ampliorem aliquam reuelationem expectandam. Diximus verò διὰ τοῦ ἀρτίου Matth. 21. 16, quem idem ille Compositum duntaxat conuertit, id est, nimirum ad perfectam illam sapientiam audiendam accommodatum, cuius veluti elementa

complectantur quæcunque ab ipso etiam Paulo scripta sunt. Videtur autem Vetus interpres Latinus legisse ἐξηρτισμένος ab ἐξαρτίζειν, quod est *Instruere & Apparare*, vt legitur etiam in Complutensi editione. Ἐξηρτίζειν autem pro ἀπαρτίζειν & pro συντελεῖν accipitur etiam Act. cap. 21. versu 5.

Κεφάλαιον δ.

1 Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ·

2 Κήρυξον τὸν λόγον, ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως· ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ.

3 Ἔσται γὰρ καιρὸς ὅτε τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται· ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους, κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν·

4 Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται.

5 Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον, ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον.

6 Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε.

7 Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα.

8 Λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτής· οὐ μόνον δὲ ἐμοί, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.

CAP. IIII.

1 Obtestor te igitur 1 etiã atque etiã ego in conspectu Dei & Domini Iesu Christi, qui iudicaturus est viuos & mortuos in illustri illo suo aduentu & regno suo:

2 Prædica sermonem illum, insta tempestiuè, intempestiuè: argue, obiurga: exhortare cum omni animi patiẽtia & doctrina.

3 2 Nam erit tempus quum sanam doctrinam non tolerabũt: sed auribus prurientes, ipsi sibi secundum suas illas peculiares cupiditates coaceruabunt doctores:

4 Et à veritate quidem aures auertent, ad fabulas verò diuertent.

5 3 At tu vigilãs esto in omnibus, perfer aduersa, opus perage Euangelistæ, ministerij tui plenam fidem facito.

6 4 Nam ego iam libor, & præstitutum tempus meæ dimissionis instat.

7 Certamen illud præclarum decertaui, cursum ad finem perduxi, fidem seruaui.

8 Quod reliquũ est, reposita est mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & omnibus qui expetiuerint illustrem illum ipsius aduentum.

CAP. IIII.

1 *Testificor coram Deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius & regnum eius:*

2 *Prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.*

3 *Erit enim tempus quum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus:*

4 *Et à veritate quidem auditũ auertent, ad fabulas autem conuertentur.*

5 *Tu verò vigila in omnibus, labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple.*

6 *Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat.*

7 *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui.*

8 *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.*

1 Summa & præcipua omnium admonitionum; ac proinde grauissima obtestatione sancita, hæc est, vt sancta etiam quadam cum importunitate proponatur Dei verbum, prout fert necessitas: ita tamen vt solidum doctrinæ fundamentum substernatur, & acrimonia omnis sancta lenitate temperetur.

2 Captandæ iam olim fuerunt fidis pastoribus omnes occasiones, hominibus mox ad suas fabulas vltrò reuersuris.

3 Mundi perfidia debet fidos ministros eò magis solicitos reddere.

4 Prædicit maximum suum obitum, pulcherrimo inuictæ constantiæ & certæ spei exemplo.

IN CAPVT IIII.

1 *Viuos*, ζῶντας. id est quos tunc viuos deprehendet, de quibus agit idem Apostolus 1. Thess. 4.16 & 17. Sunt enim prorsus ineptæ aliæ duæ huius loci interpretationes ab Isidoro Pelusiota in hunc locum allatæ, lib. epist. 1. epist. 221.

2 *Intempestiuè*, ἀκαίρως. nempe quod ad carnis prudentiam attinet. Nam alioqui requiritur sanctæ prudentiæ spiritus, captans occasiones ad ædificationem opportunas. Deesse tamen hanc vocem comperimus in vno manuscr. codice, quam nihilominus retinendam arbitror, quum præsertim in Syra quoque interpretatione extet, vbi etiam verbum ἐπίστηθι optimè exprimitur, seruata emphasi, וקום בחפיטותא [*vekum bachaphitutha*] *& sta cum diligentia.* ¶ *Argue* ἔλεγξον. Obseruat hîc admodùm scitè Chrysostomus, præire in legitima obiurgatione probationem peccati oportere. ¶ *Exhortare*, παρακάλεσον. Hoc non legit Syrus interpres.

3 *Ipsi sibi*, ἑαυτοῖς. Vulg. & Eras. *Sibi*. At ego amplius aliquid significari censeo, istos videlicet scientes ac prudentes sibi accersere suæ perniciei instrumenta. ¶ *Suas illas peculiares cupiditates*, τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας Claromontanus codex (quod sequutus etiam est Syrus & Vetus Latinus interpres) habet τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας *secundum suas cupiditates*. id est, prout hoc vel illud ipsis arriserit. Opponitur enim τὸ ἴδιον, id est peculiare, ei doctrinæ quæ Catholica est, id est, toti Ecclesiæ cõmunis, quum vt vnus Deus est, ita sit vna fides. Et ἐπιθυμίας vocat id quod cuique suadet suus animus, vt melius declarari non potuerint innumerabiles illæ regulæ quibus contaminatam cernimus Christianismi puritatem, quauis secta quicquid arrisit, regulæ nobis in Dei verbo præscriptæ, adiiciente.

4 *Ad fabulas*, ἐπὶ μύθους. Id est, falsas ac inutiles doctrinas, quibus fascinatus mundus, veritatis lucem mauult modis omnibus extinctam, quàm è tenebris emergere.

5 *Perfer iniurias* κακοπάθησον. Hîc κακοπαθεῖν non significat affligi duntaxat, sed quasuis iniurias perferre. Vulg. *Labora*, non expressa Apostoli sententia. Eras. *Obdura in afflictionibus*, ambiguè. ¶ *Ministerij tui fidem facito*, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. Id est, veris argumentis comproba te germanum esse Dei ministrum. Vide Luc. 1.1. Vulg. *Ministerium tuum imple*. ignorauit enim quid sit πληροφορία. Eras. *Ministerium tuum ad plenum probatum reddito*. non ineptè. Neque enim hîc agitur de πληροφορίᾳ illa quæ propria est filiorũm Dei quum multi etiam reprobi potuerint πληροφορεῖν Timotheum esse verum Dei ministrum.

6 *Libor*, σπένδομαι. Id est, pro libamento offeror. Vulgata, *Delibor*. Erasmus, *Immolor*. Vide Philipp. 2.17. Vtitur autem verbo σπένδομαι potius quàm σφάζομαι vel θύομαι, alludens ad sanguinis aut etiam vini aspersionem quæ in sacrificiis vsurpabatur. ¶ *Dimissionis*, ἀναλύσεως, vel, *resolutionis*. Vide Philipp. 1.23. & 2.16. Sed illud prætuli, quia commoda allusio videri potest ad gladiatorum certamen qui victoria demũ potiti, in ipsa ex certamine dimissione coronabantur. Cyp. ep. 8, *assumptione*: legit enim ἀναλήψεως.

8 *Quod reliquum est*, λοιπόν. Ellipsis Græcis familiaris, addito tamen plerunque articulo. Vulgata in reliquo, barbarè & obscurè, mallem *Cæterum*, siue, *In posterum*. ¶ *Qui expetiuerint*, τοῖς ἠγαπηκόσι. Τὸ ἀγαπᾶν, à consequenti hoc

hoc in loco, respondet verbo Hebræo חשק [*chaschak*,] quod & pro desiderare accipitur, vt 1 Reg. 9.19. vel, חפץ [*chaphets*.] Vulgata & Erasmus, *Qui diligunt*. Videtur autem alludere ad locum Es. 40.10, & 62, 11.

9 Σπούδασον ἐλθεῖν πρός με ταχέως.

10 Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην. Κρήσκης εἰς Γαλατίαν, Τίτος εἰς Δαλματίαν.

11 Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ' ἐμοῦ. Μάρκον ἀναλαβὼν ἄγε μετὰ σεαυτοῦ. ἔστι γάρ μοι εὔχρηστος εἰς διακονίαν.

12 Τυχικὸν δὲ ἀπέστειλα εἰς Ἔφεσον.

13 Τὸν φελόνην ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας.

14 Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο· ἀποδῴη αὐτῷ ὁ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

15 Ὃν καὶ σὺ φυλάσσου· λίαν γὰρ ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις.

16 Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον· μὴ αὐτοῖς λογισθείη.

17 Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσῃ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος.

9 5 Stude mox ad me venire.

10 Nam Demas me deseruit, amore inductus præsentis seculi, & profectus est Thessalonicam: Crescens in Galatiã, Titus in Dalmatiam.

11 Lucas mecũ est solus. Marcum assumptum adduc tecũ: est enim mihi perutilis ad ministerium.

12 Porro Tychicum misi Ephesum.

13 Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, adfer quum venies, & libros, maximè membranas.

14 Alexander faber ærarius multa mala mihi exhibuit: reddat ei Dominus secundum facta ipsius.

15 Quem & tu caue: vehementer enim obstitit sermonibus nostris.

16 In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt: vtinã ne hoc illis imputetur.

17 Sed Dominus mihi adfuit, & corroborauit me: vt per me plenè certioraretur præconium quod audirent omnes Gentes: & ereptus fui ex ore leonis.

9 *Festina ad me venire citò.*

10 *Demas enim me reliquit. diligens hoc seculum, & abiit Thessalonicam: Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.*

11 *Lucas est mecum solus. Marcum assume & adduc tecum: est enim mihi vtilis in ministerium.*

12 *Tychicum autem misi Ephesum.*

13 *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens, adfer tecum, & libros, maximè autem membranas.*

14 *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: reddat illi Dominus secundum opera eius.*

15 *Quem & tu deuita: valde enim restitit verbis nostris.*

16 *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.*

17 *Dominus autem mihi adstitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes: & liberatus sum de ore leonis.*

5 Vltima pars epistolę grauissimas aduersus quosdam, querelas: & singularis vbique pietatis ac indefessi animi exempla præbens. Coloss. 4.9

10 *Demas*, Δημᾶς. Videtur ille postea resipiscens ad Paulum reuertisse, quum fiat eius mentio in Epistola ad Philemonem, quam probabile est post hanc scriptam fuisse, quũ in ea fiat mentio Timothei ipsius in inscriptione, atque etiam Marci, quasi iam cum Paulo versantis. ¶ *Amore inductus præsentis seculi*, ἀγαπήσας τὸν, &c. Id est, acquiescens in hoc seculo. Vulgata, *Diligens*. ¶ *In Galatiam*, εἰς Γαλατίαν. Epiphanius κατὰ τῶν αἱρέσεων legit εἰς Γαλλίαν, *In Galliam*: & hanc etiam lectionem reprehendit.

11 *Solus*, μόνος, nempe ex ipsis Pauli comitibus.

13 *Penulam*, φελόνην. In hoc vocabulo scribendo non conuenit librariis. nam in nonnullis codicibus legimus φαιλόνην, in aliis etiam φελώνην. Sed & quid sit φελόνη variè tradunt. volunt enim quidam esse non Penulam, sed Scriniolum: quam explicationem sequutus est Syrus interpres: quidam verò volumen. Ego non modò existimo penulam esse, qua iter facientes & pluuiæ tempore vtebantur veteres, sed etiam φελόνην Romanum esse vocabulum, metathesi literarum corruptum, adeo quidem vt etiam φαινόλης & quidem rectius scribatur: quod tamen vocabulum negat Romanum esse Athenæus lib. 1. Quid sit autem φαινόλης licet etiam ex his Artemidori verbis conicere, libro ὀνειροκριτικῶν 2. cap. 3, Χλαμὺς δὲ ἣν ἔνιοι μανδύην, (nos vocamus vne mante, ou vn manteau) οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βίρρον καλοῦσι, θλίψιν καὶ στενοχωρίαν καὶ τοῖς δικαζομένοις καταδίκην μαντεύεται. διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὁ λεγόμενος φαινόλης. quam vestis formam his quoque verbis describit auctor dialogi Tacito adscripti de causis corruptæ eloquentiæ. *Quantum humilitatis putamus attulisse eloquentiæ penulas istas, quibus adstricti, & velut inclusi cum iudicibus fabulamur*? Nam tunc oratores quoque penulati causas agebant. Hoc autem placuit vel ob eam causam obseruare, vt pictorum redarguerem inscitiam, quibus vsitatum est cum laxis vestibus ac planè togatos Apostolos ineptissimè pingere: quos dubium non est vel penulatos potius, vel qui fuit veterum Christianorũ habitus, palliatos, aut Iudæorum more longioribus, sed succinctis vestibus oberrasse.

14 *Multa mala exhibuit*, πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο. Hebr. הראית עמך קשה [*hirith hammecha kaschah*] id est, Ostendisti populo tuo dura, Psal 60.5, pro Fecisti vt videret & experiretur dura. & Psal. 4.6, Quis ostendet nobis bonum? Non dissimili genere loquendi puto Latinos vti quum dicunt, Curam, molestiam, dolorem alicui exhibere. Vulgata, *Multa mala mihi ostendit*. Erasmus, *Multis malis me affecit*. Quod autem attinet ad verbum ἀποδῴη, quod nonnulli (vt & Syrus interpres, & Augustinus aduersus Faustum lib. 16. cap. 22 & De sermone Domini in monte, lib. 1. cap. 37) per futurum exposuerunt, ne sit imprecatio: id verò frustrà nonnullos torsit, vt alibi diximus: quum is de quo hîc agitur manifesta suæ reprobationis signa edidisset: quanquam imitandum non sit hoc exemplum absque magna consideratione. Spectandum enim est semper quis quid agat.

16 *Omnes*, πάντες. Vbi tum Petrus, si Romæ erat? Num enim quæso laborantem Paulum deseruisset? Sed quod in genere dicitur, etsi non temerè sic loquitur Paulus, ita tamen accipiendum est, vt aliqui excipi potuerint, sed perpauci.

17 *Plenè certioraretur præconium*, τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ. De verbo πληροφορεῖν diximus suprà, ver. 5. τὸ κήρυγμα, id est, *præconium*, κατ' ἐξοχὴν vocat Euangelij prædicationem. Vulg. *Prædicatio impleretur* non expressa Apostoli sententia. Erasmus, *Præconium expleretur*. nihilo certè felicius, quod tamen in annotationibus rectius explicat. ¶ *Quod audirent*, καὶ ἀκούσῃ. Ad verbum, *Et audirent*,

subauditur illud, quod dicendi genus alibi exposuimus.

¶ *Leonis*, λέοντος. Sic Neronem vocat, formula dicendi multis locis apud Dauidem præsertim vsitata.

Καὶ ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἄσπασαι Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν, καὶ τὸν Ὀνησιφόρου οἶκον.

Supra, 1.16 Ἔραστος ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ. Τρόφιμον δὲ ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενοῦντα.

Σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν. Ἀσπάζεταί σε Εὔβουλος, καὶ Πούδης, καὶ Λῖνος, καὶ Κλαυδία, καὶ οἱ ἀδελφοὶ πάντες.

Ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τοῦ πνεύματός σου. ἡ χάρις μεθ᾽ ὑμῶν. Ἀμήν.

Πρὸς Τιμόθεον δευτέρα τῆς Ἐφεσίων ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα, ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης, ὅτε ἐκ δευτέρου παρέστη Παῦλος τῷ Καίσαρι Νέρωνι.

18 Et eripiet me Dominus ab omni opere malo, seruabitque regno suo cælesti: cui gloria in secula seculorum. Amen.

19 Saluta Priscam & Aquilam, & Onesiphori familiam.

20 Erastus mansit Corinthi. Trophimum autem reliqui Mileti ægrotantem.

21 Stude venire ante hyemem. Salutat te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes.

22 Dominus Iesus Christus *sit* cum spiritu tuo. Gratia *sit* vobiscum. Amen.

23 Scripta est Roma secunda ad Timotheum, qui primus Ephesi ordinatus fuit Episcopus, quum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.

18 *Liberabit autem me Dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnum suum cæleste: cui gloria in secula seculorum. Amen.*

19 *Saluta Priscam & Aquilam, & Onesiphori domum.*

20 *Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Meleti.*

21 *Festina ante hyemem venire. Salutat te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes.*

22 *Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.*

23 *Scripta è Roma ad Timotheum secunda, quum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.*

18 *Ab omni opere malo*, ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ. Id est, purum me conseruabit nequid admittam Apostolo indignũ.

Regno suo, εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Id est, vt regni sui participem faciat.

20 *Reliqui*, ἀπέλιπον. Nempe in illa tarda nauigatione quum præterueheretur littus Asiæ, sicuti narratur Act. 27. 7. Quanquam potius coniicio legendum ἐν Μελίτῃ, *in Melita*, quod vocabulum facile fuit in Μιλήτῳ deprauare.

21 *Linus*, Λῖνος. Vide Clement. lib. Apostolicarum constitutionum 7. cap. 46.

22 *Gratia*, ἡ χάρις. Sic etiam clauditur epistola sequens non repetito Christi nomine (vt aliàs consueuit) propter superius membrum. Sed in Claromontano codice legitur, quod in nullis aliis epistolis legitur, nempe ἔρρωσο ἐν εἰρήνῃ, *Vale in pace.* Solitum autem fuisse Paulum illo modo suas epistolas claudere, ipsemet testatur suprà, 2. Thess. 3. 18.

23 *Qui primus*, &c. πρῶτον, &c. Hoc membrum non extat in quibusdam vetustis codicibus, & supposititium esse dubium non est, nisi Episcopum pro Euangelista accipias. Syrus certè interpres legit ἐπληρώθη ἡ πρὸς Τιμόθεον δευτέρα ἡ γραφεῖσα ἀπὸ Ῥώμης, *Finitur epistola ad Timotheum secunda quæ scripta fuit Roma.*

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ ἐπιστολή.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD Titum.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

1 ΠΑΥΛΟΣ δοῦλος Θεοῦ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ᾽ εὐσέβειαν.

2 Ἐπ᾽ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Θεὸς, πρὸ χρόνων αἰωνίων, ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις·

CAP. I.

1 PAVLVS seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorũ Dei, [2] & agnitionem veritatis quæ est secundum pietatem:

2 Ad spem vitæ æternæ quam promiserat Deus ille mentiri nescius, ante tempora seculorum, manifestam autem fecit præstitutis temporibus suis:

CAPVT I.

1 PAVLVS *seruus Dei, Apostolus autẽ Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis quæ secundum pietatem est:*

2 *In spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur Deus, ante tempora secularia; manifestauit autem temporibus suis:*

1 Asserit suum Apostolatum, non Titi, sed Cretensiũ causa, tum ex vocationis externæ testimonio, tum ex suo cũ omnibus ab initio mundi electis cõsensu.

Rom.16.25 ephes.3.9 col.1.26 2.tim.1.9 1.pet.1.20

2 Fides in quã omnes electi consentiũt, est verà ac sincera Dei cognitio, huc spectans, vt Deum ritè colentes, vitam æternam tandem secundum veracis Dei promissionem, ex æterno ipsius proposito suis temporibus in Christo exhibitam, consequamur.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAP. I.

1 *Seruum*, δοῦλος. Id est, minister, qua ratione etiam Christus ipse, quatenus fuit minister, & quidem Prophetarum caput, seruus dicitur, Esaiæ 42. 10. & alibi sæpe: vt Chrysostomus hac appellatione Christo attributa minimè debuerit offendi.

¶ *Secundum fidem*, κατὰ πίστιν. Vel, ad fidem electorum Dei, videlicet annuntiandam, vt κατὰ pro εἰς ponatur. Illud tamen vt simplicius præfero, quòd videatur Paulus in eo versari vt ostendat apostolatus sui consensum cum Prophetarum & reliquorum Apostolorum doctrina, acsi illum diceret cum fide electorum consentire qui fuerũt à mundi origine. ¶ *Electorum Dei*, ἐκλεκτῶν τοῦ Θεοῦ. Id est, eorum quos Deus elegit, quasi electitios dicas.

¶ *Veritatis*, ἀληθείας. Explicat quid fidem vocarit, nimirum agnitionem veræ religionis, quæ passim solet ἀλήθεια vocari κατ᾽ ἐξοχήν, vt Ioan. 7. 17. Gal. 3. 1 Col. 1. 5. & alibi sæpe: hîc tamen explicatur, vt de qua veritate agatur ambigi non possit, de ea nimirum quæ ad pietatem pertinet. Obseruari autem debet propria significatio τῆς ἐπιγνώσεως, id est, *agnitionis*. Neque enim cognitione duntaxat, sed etiam agnitione veritatis constat electorum fides: quanquam hoc discrimen non sit perpetuum, quod interdum γνῶσις accipiatur pro ἐπιγνώσει, vt 1. Ioann. 2. 3. & 4. & alibi aliquoties.

2 *Ad spem*, ἐπ᾽ ἐλπίδι. Id est, ἐν ἐλπίδι, vt (meo quidem iudicio) rectè conuertit Vetus interpres. Finis enim hic est Apostolici muneris, ipsius denique fidei, nos adducere ad vitam æternam, spem quæ fallere nos non possit, quum nitatur promissione Dei qui est ipsa veritas. Ideo tradit Apostolus 1. Corin 13. fore vt prophetia & instructio aboleatur quum nullus iam fidei aut spei locus erit, nobis reipsa fruentibus Dei conspectu. Erasmus, *In spe*, Castellio *Cum spe*, quod mihi non placet.

¶ *Quam promiserat*, ἣν ἐπηγγείλατο. Id est, quam videlicet veritatem vltro & gratuita liberalitate promisit. Hæc enim vis est verbi ἐπαγγέλλεσθαι, vt alibi diximus, ne quis prævisam fidem vel merita faciat promissionis causam, cum Pelagianis aut aliis sophistis.

¶ *Ante tempora seculorum*, πρὸ χρόνων αἰωνίων. Erasmus, *Ante tempora æterna*, quam interpretationem cur reiiciam diximus 2. Tim. 1. 9. Omnino enim coactum est *Æterna*, interpretari, non quæ initium non habuerint, sed ante quæ nulla fuerint. Deinde non dicit Apostolus, *A temporibus æternis*, si ita libeat interpretari: sed, *ante tempora æterna*. vt mihi quidem videatur referri non posse verbum ἐπηγγείλατο ne ad primam quidem illam & antiquissimam promissionem quæ Adamo facta est, Genes. 3. 15. nedum ad promissionem eandem Abrahamo renouatam. Quid igitur? nempe Ante tempora seculorum, idem declarat atque Ante omnem seculorum seriem, siue priusquam hic mundus esset vt Ioann. 17. 5. id est, ab æterno. Nam quia Deo sunt omnia præsentia, & certò omnino futurum est quod Deus futurum decreuit: ideo Deus dicitur ab æterno fecisse quod suo demum tempore nobis patefit. Sic dicitur Deus nos elegisse ante iacta mundi fundamenta (Ephes. 1. 4.) id est, eligere proposuisse. Sic dicitur nobis ante tempora seculorum vitam æternam dedisse in Christo, id est dare proposuisse, 2. Timoth. 1. 9. Hoc modo pluries simi-

les locos putarim explicandos. August. de Ciuit. lib. 12. cap. 16. αἰώνιον vertit *æternum*. Hieronymus autem in hunc locum vult æternitatem quandam seculorum extitisse ante huius mundi creationem, quibus throni, dominationes, cæteræque virtutes Deo seruierint, & absque temporum vicibus substiterint: ante quā etiam æternitatem Deus Pater Verbum suum promiserit. Sed hæc hausta sunt ex Origenis doctriis.

3 Hæc veritas non est alibi quàm in Apostolica prædicatione quærēda.

Τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐν κηρύγματι ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ· Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν.

3 Videlicet sermonem illum suum per præconium ‖ quod concreditum est mihi ex imperio seruatoris nostri Dei:

4 Tito germano filio in communi fide:

3 Verbum suum in prædicatione quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri Dei: Tito dilecto filio secundum communem fidem.

Galat. 1. 1

4 Titi communem secum cō sensionem in fide prædicans Apostolus, Cretenses ad illum audiendū excitat, simulque monet quà potissimum ex re veros ministros à falsis distinguere oporteat.

Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν.

4 5 Gratia *sit tibi*, misericordia, & pax à Deo Patre, & Domino Iesu Christo seruatore nostro.

4 Gratia & pax à Deo Patre, & Christo Iesu saluatore nostro.

5 Communis est & eadem salutis ratio pastoribus & greg.

Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην·

5 6 Huius rei gratia dereliqui te in Creta, vt quæ desunt corrigas, & constituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinaui.

5 Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi:

6 Prima admonitio, vt presbyteri oppidatim constituantur.

1. Tim. 3. 2

Εἴ τίς ἐστιν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα.

6 ‖ Siquis est inculpabilis, vnius vxoris vir, liberos habēs fideles, qui non sint obnoxij crimini luxus, aut subiici nescij.

6 Siquis sine crimine est vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.

7 Secunda admonitio, à quibus præsertim vitiis alienos, & quibus præcipuè virtutib. ornatos esse oporteat pastores, quos etiam presbyteros vocauit:

Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ.

7 7 Oportet enim episcopum inculpabilem esse, tanquam Dei dispensatorem, non sibi pertinaciter placētem, non iracundum, non vinosum, non percussorem, non turpem quæstum facientem.

7 Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum:

Ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ·

8 Sed hospitalem, bonorum amantem, temperantem iustum, pium, continentem:

8 Sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem:

3 [*Videlicet*] *sermonem illum suum*, τὸν λόγον αὐτοῦ. Id est, promissionem illam suam. Nam articulus vim habet ἀναφορικὴν, & λόγος idipsum declarat quod Deus loquutus erat, id est, quod promiserat vt explicatur Lucæ 1, versu 55. Sic enim accipitur apud Hebræos nomen אמרה pro sponsione: & hac etiam ratione videri possit probabile, Filium Dei à Ioanne τὸν λόγον vocari μετωνυμικῶς, vt diximus Ioann. 1. 1. Quod autem Syrus interpres ita hæc connectit cum verbo ἐφανέρωσε, vt etiam præponat καιροῖς ἰδίοις, omnino est violentum.

¶ *Seruatoris*, σωτῆρος. Id est, qui nobis vitam dedit, non autem duntaxat conseruauit, aut periclitantes liberauit. Iam enim eramus in morte. Et vocabulum σωτῆρος ita exposuit Cic. ipse li. 4. in Verrem, fassus ita magnum esse hoc nomen vt Latino vno verbo exprimi non possit. Vide 1. Timoth. 4. ...

¶ *In communi fide*, κατὰ κοινὴν πίστιν. Id est, fidei respectu, quæ quidem & Paulo patri & Tito filio communis erat, vt hac ratione sint fratres, sicut, ministerij respectu, ille genuit hic genitus est in fide.

4 *Gratia* [*sit tibi*,] χάρις. Cur ista adiecerim, exposui Rom. 1. 7.

¶ *Misericordia*, ἔλεος. Vide 1 Timoth. 1. 2. Origenes hoc non legit, neque Syrus interpres.

5 *Reliqui*, κατέλιπον. Nempe quum ibi satis multo tempore hæsisset captiuus, & minimè tamen otiosus. Act. 27. 7. vel in illa peregrinatione reium, mendicum in Græcia Act. 20. ... ¶ *Corrigas*, ἐπιδιορθώσῃ. Pergas corrigere. Ita conuertit ex Chrysostomo Erasmus, propter additā præpositionem ἐπὶ, quæ indicat, Titum in eo opere perficiendo Paulo successisse. ¶ *Constituas*, καταστήσῃς. Vide Act. 14. 23. ex quo etiam loco intelliges cur addiderit Paulus ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην, vt ego tibi ordinaui. Vide etiam 1. Timoth. 5. 22.

6 *Vnius vxoris vir*, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ. Vide 1. Timoth. 3. 2, & 5. 9. ¶ *Subiici nescij*, ἀνυπότακτα. Sic propriè dicuntur equi vel boues qui iugum subire nolunt. Vulgata, *Non subditos*, non expressa vi Græcæ vocis. Erasmus, *Intractabiles*. Syrus interpres legit præterea ὑπὸ κραιπάλης, præ crapula.

7 *Dispensatorem Dei*, Θεοῦ οἰκονόμον. Id est, quem Dominus donorum suorum dispensatorem constituit.

¶ *Non sibi pertinaciter placentem*, μὴ αὐθάδη. Vel non asperis moribus, & difficili quadam natura, qualis fuit Cæcilius ille Pomponij Attici auunculus. Oritur autem hoc vitium ex eo quòd cuipiam cæteri præ seipso displiceant: vt hoc vitium meritò sit à Græcis αὐθάδεια vocatum, quā meritò dixit Plato τῆς ἐρημίας ξύνοικον, vt annotauit doctissimus interpres. Ab eo autem vitio alienissimos esse oportet Christi ministros, quibus contrà nihil esse debet ... Vulgata, *Superbum*, & mox vers. 10. *Inobedientem*. Erasmus, *Præfractum*. Gallicè possis vocare. *Contens de sa personne*.

¶ *Non vinosum*, μὴ πάροινον. Vulgata, *Vinolentum*, quod meritò mutauit Erasmus. Vide 1. Tim. 3. 3.

8 *Bonorum amantem*, φιλάγαθον. Vulgata, *Benignum*, impropriè. Erasmus, *Bonarum rerum studiosum*. Ego malo ad personas quàm ad res referre. Dixisset enim potius φιλοκαλον: quanquam illud ex hoc consequitur.

¶ *Temperantem*, σώφρονα. Vel circunspectum & sani iudicij, & singulare moderationis exemplar. Id enim significari nomine σωφροσύνης sæpe iam diximus, quanuis interdum minus latè pateat. Vulgata & Erasmus *Sobrium*, ambiguè, nec satis expressè hoc in loco. Hieronymus, *Castum*, vel *pudicum*: eo nomine etiam Veterem interpretem reprehendens quòd pro *pudico prudentem* verterit non rectè, annotauit Erasmus, *Nam* (inquit Erasmus) *tuendæ virginitatis studio, quicquid potest ad suam peruerterit operam*. Quasi verò σωφροσύνην ab vxoribus non requisierit Apostolus. 1. Tim. 2. 15. ¶ *Iustum, pium*, δίκαιον, ὅσιον. Ista nō sunt synonyma, sed illud quidem ad posteriorem tabulam Legis, hoc verò ad priorem spectat.

9 Te-

Ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν.

9 ‖ Tenacē fidi illius secundum doctrinam sermonis, 9 vt possit & *auditores* exhortari doctrina illa sana, & contradicentes conuincere.

9 Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit & exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.

8 Tertia admonitio, Pastorē eius doctrinæ tenacissimum esse oportere quæ ab Apostolis tradita, ad salutem facit, curiosis & inanibus omnibus relictis.

Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι καὶ φρεναπάται, μάλιστα οἱ ἐκ περιτομῆς.

10 10 Sunt enim multi subiici nescij, & vaniloqui & mentiū deceptores, maximè qui sunt ex Circuncisione:

10 Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & seductores, maximè qui de Circumcisione sunt.

9 Quarta admonitio, veræ doctrinæ scientiā ad vsum esse applicandā, qui quidem duabus rebus consistit, nempe in regendis qui se dociles præbēt, & refractariis refutandis.

Οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν· οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ αἰσχροῦ κέρδους χάριν.

11 Quibus oportet os obturare: qui totas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

11 Quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertūt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

12 Dixit quidam ex ipsis proprius ipsorū propheta, Cretenses semper mendaces, malæ feræ, ventres pigri.

12 Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

2. Tim. 1. 4

Rom. 14. 10

10 Applicatio thesis ad hypothesin, Cretēses inter cæteros acribus reprehensionibus egere, tum propter animos eorum ad mendacia & pigritiam naturali quodam impetu proneros: tum propter auaros quosdam Iudæos, qui pietatis prætextu, partim traditiones quasdā inanes, partim veteres ceremonias cū Euangelio coniungebant. 11 Paucis ostendit puritatem non in Legali & externo cultu (veluti delectu ciborum, & ablutionibus, & cæteris eiusmodi iā abolitis) sed in mente & conscientia positam esse: & qui secus doceant, quæ sit reipsa vera religio prorsus nescire, atque adeò nihil minus esse quàm quod videri volunt.

Ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής· δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως, ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει.

13 Testimonium hoc est verum. quam ob causam eos redarguito præcisè, vt sani sint in fide:

13 Testimonium hoc verum est. quam ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide.

Μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν.

14 ‖ Non attenti Iudaicis fabulis & præceptis hominum auersantium veritatem.

14 Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate.

Πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς· τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις.

15 11 ‖ Omnia quidem munda mundis: pollutis autem & incredulis nihil est mundum, sed polluta est eorum & mēs & conscientia.

15 Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia.

6 *Tenacem*, ἀντεχόμενον. vt Horatius *Tenacem propositi virum* vocat vel *Retinentem*, vt Cicero hominem laudat suæ dignitatis retinentem, nisi malimus *adhærentem* interpretari, vt Matth. 6. 24. Vulg amplectentem quod & ipsum huic vocabulo ex aduerso respondet.

¶ *Fidi illius secundum doctrinam sermonis*, τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου. Vulgata & Erasmus, articulum omiserunt, qui tamen fuit retinēdus, & cum nomine πιστοῦ, vt ex ipsius transpositione apparet construendus: fidum hunc sermonem, id est qui sinceræ & vtili tradendæ doctrinæ conueniat, discernit à matæologia & φρεναπατικῷ λόγῳ, quæ illi mox opponuntur.

¶ *Secundum doctrinam*, κατὰ τὴν διδαχήν: Id est qui verè sit accommodatus ad erudiendos, siue (vt loqui solet Paulus) ædificandos auditores: nam id demum meretur doctrinæ ... vel qui sit iis quæ edoctus es consentaneus, non ... humanis ratiocinationibus petitus aut eloquentia vana fucatus, vt Græcus scholiastes interpretatur: Syrus autem interpres perinde hunc locum vertit, acsi scriptum esset, τῆς διδαχῆς τοῦ τῆς πίστεως λόγου, *doctrina sermonis fidei*. Vulgata & Erasmus, *Qui secundum doctrinam est*, admodum obscurè.

10 *Ex circumcisione*, ἐκ περιτομῆς. Id est, ex Iudæis, μετωνυμικῶς. quanquam non simpliciter puto Iudæos ab Euangelio prorsus abhorrentes hoc nomine significari, sed eos qui cum Christo Legem coniungebant, quales iam tum fuerunt Hebionitæ & Cerinthiani.

11 *Os obturare*, ἐπιστομίζειν. Sic rectè Erasmus, pro quo Vulgata, *redargui*, ἐλέγχεσθαι.

12 *Ex ipsis*, ἐξ αὐτῶν. Ex ipsis, inquit, Cretenses alloquens Iudæorum placitis addictos.

¶ *Propheta*, προφήτης. Cur Epimenidem vocet non philosophum sed prophetam Cretensium, liquere potest ex istis quæ de eo scribit Laertius, λέγουσι δέ τινες ὡς οἱ Κρῆτες αὐτῷ θύουσιν ὡς θεῷ. φασὶ γὰρ ... γεγονέναι ... *Ferunt*, inquit, *Cretenses ipsi tanquam Deo sacrificare, vt qui affirment eum singulari quadam vi res futuras intelligendi præditum fuisse*. Subiicit deinde aliquot ipsius oracula idem Laertius: & ab Atheniensibus etiam perhonorificè accersitum dicit, lustrandæ vrbis causa: vnde prodierunt aræ illæ Dei ignoti, quarum vnius fit mentio Act. 17. 23. Et Cicero quoque libro de Diuinatione primo Cretensem Epimenidem numerat inter eos qui per furorem sunt vaticinati: & Apuleius lib. 2. florid. illum cognominat fatidicum. Alioquin etiam communi nomine notum est poetas dici vates.

¶ *Cretenses*, &c. Κρῆτες, &c. Hoc potius ad Epimenidem Cretensem quàm ad Callimachum esse referendum apparet ex iis quæ diximus. Non dissimilis prorsus versiculus legitur apud Hesiodum in Theogonia, translata ad pastores sententia, qui iam pridem & ipsi propter otium malè audiunt, ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον, vt potuerit Callimachus quoque ad versiculum Epimenidis alludere in simili argumento. Illud autem κακὰ θηρία omnino interpretari licet in vernaculo nostro sermone ad verbum, *mauuaises bestes*.

13 *Præcisè*, ἀποτόμως. Id est, expressè ac sine vllis ambagibus. Itaque Vulgata, conuertit, *Durè*. Erasmus, *Seueriter*. Neuter malè, sed Latinum illud Græco respondet ex aduerso: Possis etiam *Rigidè*, interpretari, translatione à montibus præruptis sumpta, vbi nulla pateant ad effugiendum diuerticula. Vide Rom. 11. 22.

¶ *Vt sani sint*, ἵνα ὑγιαίνωσι, id est *sanum*. Græcis dicitur quicquid meritò probandum est, & quale esse debet, id est, integrum & sine vitio.

15 *Munda*, καθαρά. Munda vocat Apostolus quibus vel bona conscientia licet: puros autem eos quibus notum erat libertatis per Christum partæ beneficium, sublatum videlicet ciborum discrimen legale: quam speciem delegit præ cæteris Apostolus, quòd in eiusmodi rebus externis pietatem collocare magnus & crassus error esset. Puris autem opponit non eos ex Iudæis qui per ignorantiam beneficij Christi, vel infirmitatem, adhuc ista legalia obseruabant: ex exemplo suo vbique monet vt qui firmi sunt maximam infirmorum habeant rationem: sed opponit hypocritas & malitiosè ac pertinaciter veritati obsistentes, quibus ne tantillum quidem cedendum esse, sed fortiter obsistendum ex ipso Apostolo didicerat Titus Gal. 2. 5.

¶ *Et mens & conscientia*, καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις. Mentis ne-

[illegible] declarat intelligentiam [illegible], in qua collocatur [illegible], quæ propositiones suppeditat. [illegible] verò, id est, conscientia collocatur in intelligentia [illegible], & assumptiones promit. Quòd si vtraque illa facultas est deprauata, quæ tandem erit conclusio [illegible]? Loquitur autem de mente & conscientia, quatenus istos oportuit luce Dei illustrari ad rectè de rebus diuinis iudicandum.

16 Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι.

16 Deum profitentur se scire, sed factis negant, quum sint abominandi, & non obedientes *sermoni* & ad omne opus bonum reiectanei.

16 *Confitentur se nosse Deũ, factis autem negant, quũ sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.*

Κεφάλαιον β.

CAP. II.

CAP. II.

1 Σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ.

1 AT tu loquere quæ decent sanam doctrinam.

1 *TV autem loquere, quæ decent sanam doctrinã.*

2 Πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι, σεμνούς, σώφρονας, ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ.

2 ₂Vt senes sobrij sint, venerabiles, temperantes, sani fide, charitate, tolerantia.

2 *Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia.*

3 Πρεσβύτιδας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, μὴ διαβόλους, μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας, καλοδιδασκάλους·

3 Anus itidem, vt *sint* habitu qui sanctimoniam deceat, nõ calumniatrices, non vino multo mãcipatæ, honestatis magistræ:

3 *Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes, bene docentes:*

4 Ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους,

4 Vt sapere doceant adolescẽtulas, vt sint maritorum ac liberorum amantes,

4 *Vt prudentiam doceant adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant.*

5 Σώφρονας, ἁγνάς, οἰκουργούς, ἀγαθάς, ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν· ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται.

5 Temperantes, castæ, domi manẽtes, bonæ, quæ sese subiiciant suis viris: ne sermo Dei blasphemetur.

5 *Prudentes, castas, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum Dei.*

6 Τοὺς νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν·

6 Adolescentulos itidem adhortare vt sint moderati:

6 *Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint:*

7 Περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα,

7 ₃Per omnia teipsum præbens exemplar bonorum operum, in doctrina, integritatem, grauitatem,

7 *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina integritatẽ,*

₁Quinta admonitio, non tantùm in genere putat esse doctrinam oportere, sed etiã singulis ætatibus & ordinibus pro circunstantiarũ varietate applicari.

₂Quæ sint præcipuè senum & iuuenũ, tũ virorum, tum mulierum virtutes, ad quas illos assiduè incitari oporteat.

Ephes. 5. 22

₃Sexta admonitio, integrã esse oportere Pastoris tũ vitam tum doctrinam.

16 *Reiectanei*, ἀδόκιμοι. Vide 1. Corint 9. 27 & 2. Tim. 3. 3. Videntur autem mihi vocari βδελυκτοὶ qui sibi videbantur omnium sanctissimi. ἀπειθεῖς qui se iactabant supra Legem etiam aliquid facere. ἀδόκιμοι qui quum videri vellent tenere iustitiæ regulam, omnium tamen minimè norant quæ vera sit iustitia.

IN CAPVT II.

1 *Sobrij*, νηφαλίους. Alibi vigilantem malui interpretari, nempe 1. Tim. 3. 2. vbi de sacro docendi ministerio agitur. Hîc autem à senibus expressè requiritur Sobrietas, in potu præsertim, quòd senectus propter ariditatem, sit vini auida in plerisque: quo vitio omnis illa senectutis σεμνότης excutitur.

2 *Venerabiles*, σεμνούς. Alioqui nimirum senectutem ipsam dehonestarent, nisi & verbis, & ipso habitu grauitatem senilem præ se ferant. Vulgata hæc non legit. Nam duæ illæ voces quæ leguntur, nempe *pudici*, *prudentes*, vni Græco nomini σώφρονας respondent, altera redundante, vt diximus etiam suprà 1. Tim. 3. 2.

¶*Temperantes*, σώφρονας. Erasmus *modesti*. nihilo sanè melius quàm Vulg. duabus illis quas diximus vocibus.

3 *Habitu qui sanctimoniam deceat*, ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς. Sic [illegible] Apostoli sententiam. Vulgata, *In habitu qui religiosum deceat*.

¶*Honestatis magistræ*, καλοδιδασκάλους. Vulgata, *Bene docentes* [illegible], pro *bene docentes*. Erasm. *quæ honesta doceant*. Agitur autem hîc de domestica disciplina, senum præsertim matronarum: & quidem [illegible] erga sui sexus familiam, tum honestis & sanctis monitis, tum ipso exemplo totius vitæ erudiendam.

4 *Vt sapere doceant*, ἵνα σωφρονίζωσι. Vulgata, *Vt prudentiam doceant*. Erasm. *Quo possint ad sobrietatem reddere adolescentulas*. Neutrum rectè, vt opinor. Et hîc σωφρονίζωσι videtur latius patere quàm superiore & etiam sequenti ver. opposita nimirum iuuenili lasciuiæ, & aliis eius ætatis ac sexus vitiis, quibus opponuntur virtutes, quas postea describit.

5 *Castæ*, ἁγνάς. Ergo absit vt impurissimo Papæ Syricio credamus, & aliis immodicis virginitatis præconibus, & voti cælibatus, id est totius mundi turpissimæ conspurcationis auctoribus credamus. ¶*Domimanentes*, οἰκουργούς. id est, quæ huc & illuc non oberrent. quod reprehendit 1. Tim. 5, 13. Huc pertinet quod Phidiam narrant Eliensibus Venerem fecisse quæ testitudinem pedibus calcaret: symbolum οἰκουρίας & silentij. Non rectè igitur conuertit Vetus interpres, *Domus curam habentes*, quanuis hoc ex illo consequatur. Erasmus, *Domus custodes*.

¶*Bonæ*, ἀγαθάς. Vulg. *benignas*, quas videtur morosis opponere. Stephanus noster, minimè vana correctione, mauult coniunctim legi, οἰκουργοὺς ἀγαθάς, id est, *bonæ custodes domus*, fidæ videlicet ac diligentes matres familiâs.

¶*Vt sint moderati*, σωφρονεῖν. De hoc verbo, cuius valde generalis est omnibus penè virtutibus significandis notatio, alibi diximus. Hîc verò opponitur omnibus immoderatis affectibus, etiam alioqui per se non malis, quibus obnoxia est præsertim iuuentus. Ita vel sobrios, vel simpliciter *temperantes* [illegible] hoc loco interpretatus.

7 *Grauitatem*, σεμνότητα. Grauitatem (inquit) non quæ homines arceat à ministri aditu, sed quæ ad omnem reuerentiam honestam componat adeuntes. Quod autem in veteribus aliquibus Græcis codicibus additur ἀφθαρσίαν mihi videtur redundare, & ex margine irrepsisse, quum illic esset annotatum pro ἀδιαφθορίαν. Pro quo nonnulli rursus legerunt ἀδιαφορίαν, *per integritatem*. Syrus autem interpres sic totum hunc locum videtur legisse, [illegible], *In tua doctrina sermo sit tibi semper grauis & incorruptus*. Nam hæc tria retulit ad sermonem.

9 *In omnibus*, ἐν πᾶσι. Hoc nonnulli ad prius membrum, quæ sententia extat Col. 3. 22. nonnulli ad posterius referunt: ego ad prius malo. Sed vtrouis modo hæc distinguas, particulam vniuersalem ita nos oportet circunscribere vt eo semper excipiamus quæ sine Dei offensione præstari à seruis non

nis nõ possint. ¶*Vt sint* [*eis*] *accepti*, εὐαρέστους εἶναι, i. ita se gerant vt dominis placeant illorum obsequia. Vulg. *Placentes*. Eras. *Illis placeant*, sententia rectè expressa. Hieronymus autem εὐαρέστους interpretatur eos qui sibi non displiceant, & suam fortunam, qualiscunque est, boni consulant. quam interpretationem Erasmus meritò coactam ac violentam iudicauit. Ambrosius legit ἀρίστους, *optimos*, sed corruptè. Εὐαρέστους autem nonnisi passiuè accipi potest: vnde consequitur à seruis hîc requiri non vt suis dominis in re quauis placere studeant, sed vt ita se gerant, vt in vniuerso ministerio suo grati, sint optimo iure accepti heris suis, inter quæ duo longum & latum est discrimen.

8 Λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον· ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ ὑμῶν λέγειν φαῦλον.

8 Sermonem sanum, qui damnari non possit: vt qui *se* ex aduerso *opponit*, erubescat, nihil habens quod de vobis dicat mali.

8 *Verbum sanum, irreprehensibile: vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum dicere de vobis.*

9 Δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι, μὴ ἀντιλέγοντας·

9 ₄Seruos *hortare* vt suis dominis sese subiiciant, vt in omnibus *eis* placeant, non responsatores:

9 *Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placẽtes, non contradicentes:*

10 Μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν· ἵνα τὴν διδασκαλίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσιν.

10 Nihil interuertentes, sed omnem bonam fidem ostendentes, vt doctrinam Seruatoris nostri Dei ornent in omnibus.

10 *Non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.*

11 Ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις.

11 ₅Illuxit enim gratia illa Dei salutifera quibusuis hominibus.

11 *Apparuit enim gratia Dei saluatoris omnibus hominibus.*

12 Παιδεύουσα ἡμᾶς ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι·

12 Erudiens nos vt abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, temperanter & iustè & piè viuamus in præsenti seculo:

12 *Erudiens nos vt abnegãtes impietatem & secularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo:*

13 Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

13 Expectantes beatam illam spem & illustrem illum aduentum gloriæ magni illius Dei ac Seruatoris nostri, nẽpe Iesu Christi.

13 *Expectantes beatã spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi.*

Ephes. 6. 5
col 3 22
1. pet. 2. 18

₄Septima admonitio, de seruorum erga dominos officio.

1. Cor. 1. 1
Col. 1. 12.

₅Octaua admonitio, ad omnes pios spectans, vt quum Deus ad Euãgelium omnes vocet, & Christus ita nos iustificarit vt etiam sanctificarit, omnes verè pietati & iustitiæ incumbamus, certa spe immensæ illius gloriæ proposita: quod quidem ita sit inculcandum, vt etiam contradicentes cum summi Dei authoritate sint coarguendi.

10 *Nihil interuertentes*, Μὴ νοσφιζομένους. Vulgata, *Non fraudantes*. Erasmus, *Non suffurantes*, Vide Act 5. 2.

¶*Fidem*, πίστιν. Fides hoc in loco pro fidelitate ponitur. Itaque Fidem omnem ostendere, significat fideliter & absque vlla fraude res domini sui tractare.

11 *Illuxit*, ἐπεφάνη. Vulg. *apparuit*, ambiguè & nimium dilutè. Opponitur enim τὸ ἐπεφάνη siue φανερωθῆναι τῷ σκότῳ, id est mundi tenebris ante Euangelicæ lucis ortum, & ipsorum quoque Iudæorum sub veteris fœderis vmbris.

¶*Salutifera*, σωτήριος. Id est, σωτηρίας αἰτία. Atticè. quam generis enallagen qui non animaduerterunt malè legerunt σωτῆρος. *seruatoris*. quanuis ita loquatur noster Apostolus infrà, 3. 4.

¶*Quibusuis*, πᾶσι. Vulgata & Erasmus, *omnibus*. Sed hæc particula hoc loco & aliis plerisque non est vniuersalis sed indefinita: qua de re diximus 1. Timoth. 2. 1. cuius discriminis ignoratione, Spiritus erroris maximas & periculosissimas disputationes in Ecclesiam inuexit, nostro seculo renouatas.

12 *Mundanis cupiditatibus*, τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας. Id est, Cupiditatibus carnis, vt alibi loquitur, quæque ad præsentis vitæ ac mundi rationes referuntur. Et videtur mihi Paulus hoc loco vt Rom. 1. 18, omnia in quibus ab hominibus extra regenerationis gratiam peccatur, ad duo capita reuocare, nempe ἀσέβειαν in Deum, & ἀδικίαν in proximum. Videtur autem Apostolus alludere ad baptismi catechumenorum veterem formulam, quæ etiam confirmatur vocabulo ἐπερώτημα, 1. Pet. 3, 21. vt ibi plenius exponemus.

¶*Temperanter*, σωφρόνως. superatis videlicet mundanis illis cupiditatibus, vel generaliùs accepto hoc aduerbio *Sapienter*, id est ita vt verè ex Dei Spiritu sapientem & prudentem hominem decet. Nam hoc aduerbio, vt arbitror, significatur qualem esse deceat Christianum absolutè in sese consideratum, quem deinde oporteat reipsa esse talem vt erga proximum δικαίως, erga Deum εὐσεβῶς se gerat. Vulg. maluit ad sobrietatem referre.

13 *Et illustrem illum aduentum*, καὶ ἐπιφάνειαν. Sic placuit conuertere nomen ἐπιφανείας. quod vsurpauit Paulus de industria, vt eius posterioris aduentus iubar illud maximè illustre, tempori commorationis infirmissimę in Carne oppositum, oculis nostris repræsentaret. Dicuntur enim ἐπιφαίνεσθαι quæ repentè conspecta oculos omniũ in se conuertunt, quòd cum splendore quodam emicẽt, vt explicat etiã Chrys in 2. Tim. homil. 9. Vetus igitur interpres hoc non expressit quum passim conuerteret *Aduentum*, i. παρουσίαν, quem quum aliis aliquot locis sequutus sit Eras. mirari possetquispiã cur hoc in loco maluerit interpretari *Illustrationẽ*, quum præsertim quę sit vis τῆς ἐπιφανείας optimè in suis annotationibus exposuerit. Sed hoc quid rei sit, mox dicam.

¶*Gloriæ magni illius Dei ac Ser. &c.* τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτ. &c. Nobis quidem nõ desunt plurima apertissimáque Deitatis Christi testimonia, qui nisi verus esset Deus, certè nobis adorandus non esset. Cur igitur [illegible] se nobis offerunt eiusmodi vt sine manifesta [illegible] non possint aliò torqueri, vtrisque manibus, imò manibus ac pedibus, imò viui ac mortui totis viribus non potius retineamus, quàm vel tantillũ hæreticis concedamus? Itaque Erasmũ sanè nolim in eo imitari quòd nobilissimos quosuis locos ad eam rẽ pertinentes, non modò nobis sciens ac prudens sinat è manibus elabi, sed etiam totis viribus extorquere conetur. Neque verò reformido nequis æquus iudex vllum hîc in me candorem requirat, quasi cum mortuis velim luctari. Dico quod res est, nec dissimulari debet in quoquam quod ipsum nostræ religionis caput petit. Iure autem an iniuria hoc dicam, iudicent qui ea legerint quæ in superioribus epistolis passim in hoc argumento sunt à me aduersus illius expositionẽ explicata. Illis verò hæc etiam adiungere licebit. Non adfero eorum interpretum & Græcorum & Latinorum auctoritatem, qui summo consensu hunc locũ aduersus Arrianos tanquam apertissimum citarunt, (quibus ipse vnicum Ambrosium opponit, cuius tamen commentariis multa passim adulterina & barbara infarta esse quum alibi conqueratur, hîc sanè manifestè ex stilo ipso ita esse actum apparet) sed veritatem ipsam profero. Primùm, no-

men ἐπιφάνεια nusquam tribui in nouo testamento nisi Filio, imò ne παρουσίαν quidem. Deinde postulare Græci sermonis constructionem vt ad vnum idemque subiectum (id est, ad vnum Iesum Christum) referatur vtrunque prædicatum. Quod igitur ad prius attinet, videamus quomodo Erasmus respondeat. *Non hic*, inquit, *simpliciter nominatur aduentus Patris, sed aduentus gloriæ, quam interim expectamus in humilitate constituti. Tunc apparebit maiestas nostra quum aperietur gloria magni Dei patris & seruatoris nostri Iesu.* Quæso verò, lector, attentius mecum hanc rationem expende. Quoniam adiungitur nomen Gloriæ, idcirco ἐπιφάνεια non significabit quod reliquis omnibus locis (id est, splendentem illam & coruscam Domini apparitionem) sed φωτισμὸν, id est illustrationem? idque non Dei ipsius respectu, cuius gloriæ in sese nihil detrahi nec accedere potest, sed nostri habita ratione, qui tum illustrabimur quum gloria illa Dei aperietur: vt quodammodo etiam tum in nobis Dei gloria illustretur. Imò verò quis tam est cæcus & hebes, vt ista non videat manifestè esse detorta quis, inquam, non videt ἐπιφανείας significationem ex aliis locis potius petendam? quis ista non intelligit cohærere: & augustum aduentus Dei maiestatem his titulis declarari, qui nō ad nos sed ad Deum ipsum referantur? & tamen hæc causa fuit cur ἐπιφάνειαν hoc loco converterit illustrationem, Apostoli sententia minimè certè expressa. Quod autem ad alterum attinet, quum scriptum sit ἐπιφάνειαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, non autem τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ τοῦ σωτῆρος, dico non magis probabiliter ista posse ad duas distinctas personas referri, quàm illam loqutionem, ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Nam id certè postulat Græci sermonis vsus, quum vnus tantùm sit articulus, duobus istis, nempe Θεοῦ καὶ σωτῆρος & Θεὸς καὶ πατὴρ, communis: quum præsertim (vt antè dixi) nunquam ἐπιφάνεια nisi vni Filio tribuatur. Itaque sic cōcludo, Christum Iesum hîc apertè magnum Deū dici, qui & beata illa spes nostra metonymicè vocatur. Illi igitur, vt verè magno & æterno Deo, ὁμοουσίῳ καὶ συναϊδίῳ sit gloria & laus omnis in secula seculorum.

14 Ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων.

15 Ταῦτα λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. μηδείς σου περιφρονείτω.

Κεφάλαιον γ.

1 Ὑπομίμνησκε αὐτοὺς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἑτοίμους εἶναι.

2 Μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς, πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πραότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους.

3 Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοί, μισοῦντες ἀλλήλους.

4 Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ,

14 Qui dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni transgressione legis, & purificaret sibiipsi populum peculiarem, accensum studio bonorum operum.

15 Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. nemo te despiciat.

CAP. III.

1 SVggere ipsis vt sese subiiciant imperiis ac potestatibus, vt obtemperēt, vt ad omne opus bonum sint parati.

2 Ne quem maledictis incessant, vt sint à pugnis alieni, æqui, omnem exhibentes lenitatem erga quosuis homines.

3 [2]Nam eramus quondam & nos amentes, non obediētes *sermoni* seducti seruientes cupiditatibus ac voluptatib. variis, in malitia & inuidia degentes, odiosi, alij alios odio prosequentes:

4 Sed postquam benignitas & erga homines amor conspicuus est seruatoris nostri Dei,

14 *Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilē, sectatorem bonorum operum.*

15 *Hæc loquere & exhortare & argue cum omni imperio. nemo te contemnat*

CAP. IIII.

1 *ADmone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.*

2 *Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.*

3 *Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem.*

4 *Quum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei,*

Rom.13.1
1 Quod in genere dixerat, iam per partes explicat, præcipua quædam declarans quæ homines hominibus, ac præsertim subiecti suis magistratibus debeant.
1.Cor.6.11
2 Iterum proposito nostræ regenerationis beneficio gratuito (cuius pignus est Baptismus) superiorē exhortationē confirmat.

14 *Peculiarem*, περιούσιον. Vulgata, *Acceptabilem*, prorsus malè. Hebr. סגלה *segullah*, quasi charissimas & pretiosissimas opes, quas vulgò dicimus *le cabinet*. περιούσια enim vocant Græci quod quum supersit, reconditur. vt Geta ille Terentianus peculium suum definit, quod vnciatim vix de demenso suo suum defraudans genium compársit miser. Eiusmodi verò facultates maximè omnium proprias nobis putamus & charissimas: adeo vt vix extremis necessitatibus quicquam ex illis desumatur. Gallicè possis vocare *L'espargne*. Hoc autem vocabulum finxerunt Græci interpretes, vt etiam ἐπιούσιον de quo diximus Matt.6.11 quod postea vsurpare non dubitarunt disertissimi etiam theologi, vt Chrysostomus & Nanzianzenus.

15 *Imperio*, ἐπιταγῆς. id est, Cum auctoritate summa, non simpliciter monendi, vel exhortandi, vel suadendi, sed præcipiendi, tanquam Dei legatus, neque suo, sed illius nomine agit omnia. Itaque adiicit. *Nemo te despiciat*: quibus verbis grex potius videtur à Paulo quàm pastor ipse officij admoneri. Erasmus, *Cum omni præcipiendi studio*: non expressa Pauli sententia. Quorsum autē hæc ad pseudepiscopalem tyrannidē?

¶ *Despiciat*, περιφρονείτω. Hoc Græcum verbum Latino illi prorsus respondet. itaque τὸ περιφρονεῖν nihil aliud hîc declarat quàm τὸ καταφρονεῖν: quo modo Græcus Scholiastes rectè exposuit. neque in hoc verbo duntaxat, sed & in aliis ἡ περὶ ita accipitur: vt in περιϋβρίζω, περιχαίνω, & aliis aliquot. Interdū tamen τὸ περιφρονεῖν significat circunspicere, & in aliquo cōtemplando occupatum esse: vt in illo Aristophanis versiculo ex Nebulis, ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον. Id est, *per aerem gradior, & circumspicio solem*, siue *in contemplando sole occupor.* At Hieronymus, hunc eundem Aristoph. locum citans, longè aliter explicat. nempe *Scando per aerem, & pluris me noui esse quàm solem.* At ista certè Hieronymi non sunt. nam etsi illic pro despicere accipias τὸ περιφρονεῖν, tamen Despicere non aliud declarabit quàm ex superiore loco Aspicere. quanquam hæc quoque declaratio valde est violenta.

IN CAP. III.

1 *Ipsis*, αὐτοῖς. Nempe tuis auditoribus.

2 *Ne quem maledictis incessant*, βλασφημεῖν. Vulgata Blasphemandi verbo vtitur, quod ad Deum propriè refertur. Mihi verò videtur de secundæ tabulæ præceptis loqui hoc loco: ac etiam alludere ad Psal.15. & quasi eius interpretem agere. Vide Matt.9.3. & 15.19.

3 *Non obedientes [sermoni]* ἀπειθεῖς. Vulg. *increduli*, id est ἄπιστοι, perperam.

5 Οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου.

6 Οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν·

7 Ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι κληρονόμοι γενώμεθα κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου.

8 Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες τῷ Θεῷ·

9 Ταῦτά ἐστι τὰ καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις. μωρὰς δὲ ζητήσεις, καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔρεις, καὶ μάχας νομικὰς περιΐστασο· εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι.

10 Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ·

5 Non ex operibus iustis quæ fecerimus nos, sed ex sua misericordia seruauit nos per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti:

6 Quem effudit super nos copiosè per Iesum Christū seruatorem nostrum:

7 Vt iustificati illius gratia, hæredes efficeremur secundum spem vitæ æternæ.

8 [3]Certus *est* hic sermo, & hęc volo te asseuerare, vt qui crediderunt Deo, curent bene agendo præcedere.

9 Hæc illa sunt bona, & hominibus vtilia: stultas autem quæstiones & genealogias & contentiones ac pugnas legales cohibe: sunt enim inutiles & vanæ.

10 [4]Hæreticum hominē post vnam & alteram admonitionem deuita.

5 *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti:* 2.Tim.1.9.

6 *Quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum:*

7 *Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.*

8 *Fidelis sermo est, & de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præesse qui credunt Deo:*

9 *Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones, & genealogias & contentiones. & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles & vanæ.*

10 *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita:*

3 Iterum quoque magna cū asseueratione inculcat solidæ pietati esse incumbendū, vitatis omnib. vanis, & ad solas excitandas rixas vtilibus quæstionibus.
1.Tim.1.7.&4.4.
2.tim.2.23.
4 Hæretici (id est qui Ecclesiasticis admonitionibus insanabiles, præfractè & factiosè perturbant Ecclesiæ pacem) semel sunt Verbi ministris omittendi.

5 *Ex operibus iustis*, ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ. Ad verbum, *Ex operibus quæ [sunt] in iustitia*, id est, iustè, ex Hebræorum idiotismo, quem sæpissimè iam annotauimus. Quòd autem nonnulli de operibus Legis Mosis, id est ceremoniis duntaxat hoc accipiunt, copiosè refutauimus non vno loco. Certè non valeret antithesis misericordię, nisi omnia opera semel excluderentur, vti fatebitur quisquis non erit nimium contentiosus. Sed hoc intelligitur, inquiunt, de operibus fidem præcedentibus. Ergo primùm omnia excludantur opera præparatoria. Deinde explicetur quid sit Seruare, an videlicet hoc nihil aliud sit quàm Merendi facultatem tribuere. hoc verò qui dicit, nonne apertè verbum Dei detorquet? Tam igitur operū subsequentiū quàm præcedētium iustitiæ detrahitur salutis nostræ beneficiū: quod apparet ex antithesi operum & gratiæ, itidémque nostræ regenerationis & nostræ per gratiam iustificationis vers. duobus proximè sequentibus. ¶ *Per lauacrum*, διὰ λουτροῦ. Vel argumentatur à Baptismi sacramento (sicut alibi solet) & vt exposuimus Galat.3.27. & Col.2.11. re videlicet cum signo coniuncta. Ista verò Regeneratio & Renouatio non sunt duo diuersa: sed hæc est illius declaratio.

¶ *Spiritus sancti*, πνεύματος ἁγίου. Id est quam præstat & efficit vis Spiritûs sancti. vt κύριον αὐτόν, tum in simplicis verbi prædicatione 1.Cor.3.7. tum in Sacramentorum vsu legitimo. Act.3.5. quæ ad ipsa Sacramenta trahi sine horrenda idololatria nequit. Quid sit autem renasci & regenerari, alibi dictum est.

7 *Vt iustificati*, &c. ἵνα δικαιωθέντες, &c. Iustificationis nomen largè accipio, ita vt complectatur quicquid à Christo consequimur tum per imputationem, tum per Spiritus in nobis sanctificandis efficaciam, vt simus ἄμεμπτοι, id est perfecti & integri in eo. Sic quoque accipitur Iustificandi verbum Rom.8.30.

6 *Asseuerare*, διαβεβαιοῦσθαι. Id est, vt rem certissimam, & de qua minimè sit ambigendum, asserere. Est enim apud Græcos actiua huius verbi significatio, & sic etiam eadem constructione Cicero de Claris Oratoribus, *Vt ceterest*, inquit, *videre quemadmodum aduersarius de quaque re asseueret.*

¶ *Qui crediderunt Deo*, οἱ πεπιστευκότες τῷ Θεῷ. Rectè. Nā ij soli qui verè sint bona opera norunt, & verè bene agendi facultatem diuinitus sunt nacti, cæteris & in notitia cæcis & ad bene agendum penitus ineptis.

¶ *Curent*, φροντίζωσι. Id est summo studio enitantur. Nec enim friget vera in Deum & proximum charitas: & magnū ac perdifficile est certamen inter Carnem & Spiritum, teste ipso Apostolo Rom.7.24. ¶ *Bene agendo præcedere*, καλῶν ἔργων προΐστασθαι. Id est, sanctæ & rectæ vitæ antistites esse, vt apud Quintilianum Sulpitius iuris, & apud Plinium Plato sapientiæ antistes. Vulg. & Erasm. *bonis operibus præesse* obscurè admodum: quanuis προΐστασθαι sic accipiatur 1.Tim.3.4. Sed varia est huius verbi notatio. Syrus videtur sic illud accepisse vt Latinè dicitur aliquid præstare qui illud efficit: quod non puto Græcè hoc verbo dici.

9 *Hæc illa sunt bona*, ταῦτά ἐστι τὰ καλά. Seruanda fuit vis articuli, à Vulgata & Erasmo, neglecta.

¶ *Genealogias*, γενεαλογίας. Vide 1.Tim.1.4. ¶ *Legales*, νομικάς. Id est à Legis interpretibus in Synagogis exagitari, consuetas, quibus aliquot antę seculis Scholastica Theologia successit. ¶ *Cohibe*, περιΐστασο. Vulg. *Deuita*. Eras. *Omitte*. Vide 2.Tim.2.16.

10 *Hæreticum*, αἱρετικόν. Vide Act.5.17. ¶ *Et alteram*, καὶ δευτέραν. Hoc neque Claromontanus codex habet, neque Commentaria Ambrosio inscripta, quód tamen legit Syrus interpres, & omnino retinendum puto.

¶ *Admonitionem*, νουθεσίαν. De priuata, vel in presbyterio facta, commonefactione istud accipe, vtpote ad ipsam personam directa. Nam alioqui ex pulpito potius hæreses quàm hæretici non semel atque iterum, sed quoties opus est, refelluntur. Sed & præire oportet redargutionem ex Dei verbo, vt ignorantia mera non peccare hominem appareat. Et νουθεσίας vox (qua significatur quasi amissæ mentis repositio) declarat quomodo comparatam, & quorsum institutam esse commonefactionem oporteat: ne nobis illud Synesij, nostra culpa eueniat, νουθετοῦσι ἐν ὕβρει ἐνθέμενοι τοῖς νοουθετουμένοις: ex quibus etiam verbis apparet Vulgatam, non satis propriè νουθεσίαν conuertisse *correptionem*.

¶ *Deuita*, παραιτοῦ. Ergo ex gregis numero ad tempus, id est, donec resipiscat, expulsum, idque ritè, nempe presbyterij legitimo iudicio, vt alibi dictum est. Non autem dicit, Occide. inquiunt nonnulli: quasi verò hîc præscribatur officium magistratui. Noluit diuidere Christus hæreditatem: nullus sit igitur familiæ hercisćundæ iudex. Non condemnauit adulteram, ergo nulla de adulteriis quæstio habeatur. Denique non est ministrorum munus supplicio afficere fures, homicidas, blasphemos, cinædos, incestuosos, sed duntaxat non resipiscentes, ex legitimo Ecclesiæ iudicio, Satanæ tradere: An illi propterea impunè abibunt? Sed hoc age Bellio & Academicis liceat adferre. Causam enim suam agunt isti boni viri. Castellio, cui dicitur hæreticus quisquis pertinax est, αἱρετικὸν pertinacem conuertit.

11 Εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει, ὢν αὐτοκατάκριτος.

11 Vt qui noris euersum esse eum qui sit eiusmodi, & peccare, vt qui suopte iudicio sit condemnatus.

11 *Scient quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, quum sit proprio iudicio condemnatus.*

¶ Vltimo loco quædam de rebus priuatis scribit quosdam etiā commendās.

12 Ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε, ἢ Τυχικόν, σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς Νικόπολιν· ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι.

12 ¶ Quum misero Arteman ad te, aut Tychicum, stude venire ad me Nicopolin: nā illic decreui hyemare.

12 *Quum misero ad te Arteman aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolin: ibi enim statui hyemare.*

13 Ζηνᾶν τὸν νομικὸν καὶ Ἀπολλὼ σπουδαίως πρόπεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ.

13 Zenam legis interpretem, & Apollo studiose deducendum curato, nequid illis desit.

13 *Zenam legisperitum & Apollo sollicitè præmitte, vt nihil illis desit.*

14 Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι καλῶν ἔργων προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι.

14 Discant autem etiam nostri bene agendo præcedere ad necessarios vsus, vt non sint fructus expertes.

14 *Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.*

15 Ἀσπάζονταί σε οἱ μετ' ἐμοῦ πάντες. ἄσπασαι τοὺς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει. ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

15 Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui diligūt nos in fide. Gratia *Dei sit* cum omnibus vobis. Amen.

15 *Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.*

Πρὸς Τίτον τῆς Κρητῶν ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα, ἐγράφη ἀπὸ Νικοπόλεως τῆς Μακεδονίας.

Ad Titum, qui primus Cretensiū Ecclesiæ ordinatus fuit Episcopus, scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

Scripta ex Nicopoli Macedonia.

11 *Suopte iudicio sit condemnatus*, αὐτοκατάκριτος. Post conuictam nimirum conscientiam in pertinacia perseuerans. Tertullianus de præscript. interpretatur, *sibi damnatum*.

12 *Hyemare*, παραχειμάσαι. Ergo non tunc primùm in Cretam venit Apostolus, quum captiuus eò appelleret, vt narrat Lucas, Act. 5.6. nusquam tamen alibi in illa historia mentionem Cretæ faciens Nec enim singula commemorauit quæ gessit Paulus, vt ex multis epistolarum ipsius locis apparet. Videtur autem omnino conferendum istud cum aliis non paucis Apostoli gestis in illud trimestre quo Paulus dicitur in Græcia versatus, neque quid ibi non vno proculdubio loco gesserit, commemoratur Act. 20.3.

13 *Legis interpretem*, νομικόν. Id est, si Iudæum hunc fuisse placet, vnum ex illis de quibus diximus Matt. 22.35. vel Iurisconsultum si ad Romanorum forum istud referamus.

¶ *Studiosè deducendum curato* σπουδαίως πρόπεμψον. Id est, discedentem iuua cum magna cura. Vulgata, *sollicitè præmitte*, quę significatio verbi προπέμπειν, non videtur huic loco conuenire.

14 *Etiam nostri*, καὶ οἱ ἡμέτεροι. Id est, nostri etiam ordinis homines, ministerio videlicet fungentes quum opus erit, ad sumptus rerum necessariarū Ecclesię causa faciendos, ne sese immunes censento ab eleemosynarum collatione: sed potius cæteris in hac etiam sanctæ vitæ parte exemplo suo præeant. Sic enim hunc locum intelligendum ostendit particula καὶ & quod in præcedente versiculo dixit Apostolus de Zena & Apollo non sine viatico dimittendis. neque Paulus à Tito & aliis eius collegis aliud exigit, quàm quod ipsum facere pro viribus consueuisse testatur Act. 20.34.

¶ *Bene agendo praire*, καλῶν ἔργων προΐστασθαι. Vide suprà, versu 8. ¶ *Fructus expertes*, ἄκαρποι fructum appellat mercedem eiusmodi in fratres, charitati diuinitus promissam, vt 2. Cor 9.6.

¶ *Qui primus*, πρῶτον. Hoc planè suppostitium, nec Syrus nec Latinus vetus interpres legerunt. Nec enim tunc inuaserat Ecclesiam illa episcopalis gradus tyrannis, nec episcopus angusta significatione, sed Euangelista fuit Titus.

¶ *Ex Nicopoli*, ἀπὸ Νικοπόλεως. Ne hoc quidem verum est. Nec enim dixit Apostolus ἐν ταύτῃ παραχειμάσειν, *hic hyemabo* sed ἐκεῖ, *illic*, vt omnino Nicopoli abfuerit quum hanc epistolam scriberet. Paulum autem ibi hyemasse liquet ex huius loci collatione cū Act. 20,6. vbi scribitur Philippis nonnisi post Paschæ dies soluisse. Rectè igitur Claromontanus codex non aliud habet quàm πρὸς Τίτον ἐπληρώθη, id est, *Finita est epistola ad Titum*.

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ ἐπιστολή.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

NOVA INTERPR. VETVS.

1 ΠΑΥΛΟΣ δέσμιος Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός, Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ ἡμῶν,

1 PAVLVS vinctus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & adiutori nostro.

1 *PAVLVS vinctus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & adiutori nostro,*

1 Christianæ pro alio excusationis & cōmendationis exemplum singulare.

2 Καὶ Ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, καὶ Ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν, καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου ἐκκλησίᾳ·

2 Et Apphiæ dilectæ & Archippo cōmilitoni nostro, & Ecclesiæ quæ domi tuæ est:

2 *Et Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiæ quæ in domo tua est:*

3 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ·

3 Gratia *sit* vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

3 *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.*

4 Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου,

4 ¶ Gratias ago Deo meo, semper mentionem tui faciēs in orationibus meis,

4 *Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciēs in orationibus meis.*

1. Thess. 1. 2. 2. thess. 1. 3. Ephes. 1. 15. Colos. 1. 4.

5 Ἀκούων σου τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν πίστιν ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Κύριον Ἰησοῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους·

5 Quòd audiam tuam charitatem, ac fidem quam habes erga Dominum Iesum & erga omnes sanctos:

5 *Audiens charitatem tuam & fidem quam habes in Domino Iesu & in omnes sanctos:*

6 Ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ὑμῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν.

6 Vt communicatio fidei tuæ efficax fiat, agnitione omnis eius boni quod est in vobis per Christum Iesum.

6 *Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis boni in vobis in Christo Iesu*

7 Χάριν γὰρ ἔχομεν πολλὴν καὶ παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου, ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ, ἀδελφέ.

7 Gaudium enim habemus multum, & consolationem super charitate tua, quòd viscera sanctorum refocillata sint per te, frater.

7 *Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te, frater.*

8 Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παρρησίαν ἔ-

8 Quapropter quanuis multam in Christo libertatē ha-

8 *Propter quod multam fiduciā habens in Christo Ie-*

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

2 *Et Apphia*, καὶ Ἀπφίᾳ. Hanc fuisse ipsius Philemonis vxorem, asserit Theodoretus lib. diuinorum decretorum quinto, cap. De matrimonio: quod mihi maximè videtur probabile: vt testatur etiam quod huic epistolę subscribitur in manuscriptis codic. Quorsum enim alioqui de hoc negotio quod vnicam Philemonis familiam attingebat, huic quoque fœminæ hæc epistola familiaris mitteretur?

¶ *Archippo*, τῷ Ἀρχίππῳ. Hunc ipsum arbitror esse Colossensium pastorem, ac fortassis Euangelistam. Colossensium 4. 17. cui etiam fuerit hæc epistola inscripta, vt Onesimi commendationem apud Philemonem præsentia & auctoritate sua adiuuaret.

4 *Gratias ago*, εὐχαριστῶ. Loquitur Apostolus suo & Timothei nomine, tanquam solus, in tota hac epistola.

6 *Vt communicatio*, &c. ὅπως ἡ κοινωνία. Hoc cohæret cum versiculo quarto. Communicationem autem fidei vocat officia benignitatis in sanctos, promanantia ex fide efficaci. ¶ *Efficax*, ἐνεργής. Sic legimus in nostris omnibus Græcis codicibus: & ita quoque vertit Syrus interpres. Vetus tamen interpres legit ἐναργής, euidens, & fortasse rectius. ¶ *Agnitione*, &c. ἐν ἐπιγνώσει. Sensus est, Vt hac ratione omnes agnoscant & experiantur quàm diuites sitis in Christo nempe fide, charitate, & omni beneficentia. Nam virtus Spiritus habitantis in nobis hac ratione se prodit.

7 *Gaudium*, χάριν. Id est χαρὰν quo modo etiam & Syrus & Græci scholiastæ explicant non tantùm hoc in loco, sed etiam 2 Corinth 1. 15. ¶ *Quòd viscera sanctorum*, ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων. Id est, quod ita officiosè & promptè refocillaris sanctos, vt incredibili quadam voluptate sint intus perfusi. Nam viscerum nomine simul & intimas necessitates & consolationem ad ipsa vsque animi penetralia descendentem declarat, quasi cor ipsum sit refectum ac recreatum. ¶ *Refocillata sunt*, ἀναπέπαυται. Vulgata, *Requieuerunt*, ineptè.

χων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον·

Διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν ὡς Παῦλος πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Παρακαλῶ σε περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, Ὀνήσιμον·

Col. 4. 9. Τόν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ σοὶ καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον.

Ὃν ἀνέπεμψα· σὺ δὲ αὐτόν, τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα προσλαβοῦ·

Ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ μοι ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου·

Χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον.

Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς·

Οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητόν, μάλιστα ἐμοί, πόσῳ δὲ μᾶλλόν σοι καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν Κυρίῳ;

Εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνόν, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ.

Εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, ἢ ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει.

Ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί, ἐγὼ ἀποτίσω· ἵνα μὴ λέγω σοι ὅτι καὶ σεαυτόν μοι προσοφείλεις.

Ναί, ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυ-

beam mandandi tibi quod conuenit.

9 *Tamen* propter charitatem potius precor, quũ talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiã vinctus Iesu Christi.

10 ‖Precor autẽ pro filio meo, quem genui in vinculis meis Onesimo:

11 Quondam tibi inutili, nũc verò tibi & mihi perutili.

12 Quem remisi: tu autem eum, id est viscera mea admissum excipe.

13 Quem ego cupiebam apud me retinere, vt pro te ministraret mihi in vinculis Euangelij:

14 Sed absque tua sententia nihil volui facere, vt non velut ex necessitate sit beneficiũ hoc tuum, sed sponte collatũ.

15 Vtique enim propterea separatus fuit *abs te*, ad tempus vt eum *à me* perpetuum recipias!

16 Non iam vt seruũ, sed amplius quàm seruum, fratrẽ *videlicet* dilectum, maximè mihi quanto autem magis tibi & in carne & in Domino?

17 Itaque si me sociũ habes, excipe admissum eum tanquam me.

18 Quòd si qua te iniuria affecit, aut debitor est, hoc mihi imputato.

19 Ego Paulus scripsi mea manu, ego dependam: vt ne dicã tibi quòd teipsum etiam mihi insuper debeas.

20 Etiam, frater, *hunc* ego fru-

sit imperandi tibi quod ad rem pertinet:

9 *Propter charitatẽ magis obsecro, quũ sis talis, vt Paulus senex nunc autẽ & vinctus Iesu Christi:*

10 *Obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis, Onesimo:*

11 *Qui tibi aliquãdo inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis.*

12 *Quẽ remisi: tu autem illũ, id est mea viscera, suscipe,*

13 *Quẽ ego volueram mecũ detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelij.*

14 *Sine consilio autẽ tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.*

15 *Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, vt æternũ illum reciperes:*

16 *Iam non vt seruum, sed pro seruo charissimũ fratrẽ, maximè mihi, quanto autem magis tibi & in carne & in Domino?*

17 *Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me.*

18 *Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa.*

19 *Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddã: vt non dicam tibi quòd & teipsum mihi debes.*

20 *Ita, frater, ego te fruar*

8 *Quod conuenit, τὸ ἀνῆκον.* Id est, quod te vt æquum hominem decet. Nec enim simpliciter & summo iure tenebatur Philemon cõcedere quod ab ipso Paulus Onesimi caussa petebat. Itaque leuius quiddam est τὸ ἀνῆκον, quam τὸ καθῆκον. Vulgata, *Quod ad rem pertinet*, absurdè. Syrus interpretatur τὰ δίκαια, *Quæ iusta sunt.*

9 *Precor, παρακαλῶ.* Opponitur ἀγάπη τῇ παρρησίᾳ, id est, blandus quidam amor liberæ auctoritati, & τὸ παρακαλεῖν τῷ ἐπιτάττειν, id est, *Imperare & Precari.*

11 *Inutilem, ἄχρηστον.* Alludit proculdubio ad nomen Onesimi quem dicit sicut olim non respondit nomini suo, ita nunc planè talem esse qualis vocatur.

12 *Id est viscera mea, τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα.* Id est, vt filium meum quem ego genui, vt disertè vertit Syrus interpres. Videntur enim filij quodammodo pars esse viscerum matris. Nam τῶν σπλάγχνων appellatio (quæ Hebræi רחמים [*rahamim*] vocãt) propriè matri conuenit, quod in se trãsfert Paulus. ¶ *Pro te, ὑπὲρ σοῦ.* Id est ἀντὶ σοῦ, tuo loco, quod dicendi genus rerum est. ¶ *Vinculis Euangelij, τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου.* Cõcisum dicendi genus pro captiuitate in qua versor, Euangelij caussa.

14 *Vt non velut* &c. ἵνα μὴ ὡς. i. vt non coactus, sponte hanc serui tui operam nobis commodaris. ¶ *Beneficium tuum, τὸ ἀγαθόν σου.* i. ἡ εὐεργεσία σου. Hebr. טובך [*tubecha*.] Vulg. & Erasmus ad verbum *Bonum tuum.*

15 *Vtique, τάχα.* Sic accipio hanc particulam vt non sit propriè dubitantis, sed affirmationem duntaxat emollientis, quomodo sæpe apud Aristot. τάχα & ἴσως accipiuntur, vt Nimirum & Vtique vsurpatur apud Latinos. Studet igitur Paulus blanda quadam ratione fugam Onesimi non quidẽ vt rectum aliquid laudare, vel penitus excusare, sed lenire tamen, commemorans diuina prouidentia sic omnia esse gubernata, vt non tam fuisse nunquã rediturus Onesimus videri posset, quàm ad tẽpus secessisse, vt eum iã multis partibus pretiosiorem factum & perpetuò addictũ, Paulus restitueret Philemoni. Notandam enim puto vim ymprææpositionis ἀπὸ in ἀπέχῃς, vt Paulus fugitiuũ seruum nõ commendare, sed restituere domino suo videatur. Sic etiam agit Iosephus cum fratribus suis Gen. 45. 5. ¶ *Perpetuũ, αἰώνιον.* Hebr. לעולם [*leholam*,] & alludit ad ea quæ de perpetuis mancipiis in Lege stabiliũtur, Exod. 21. 6. & Deut. 15. 17.

16 *Amplius quàm seruũ, ὑπὲρ δοῦλον.* Vel *suprà quàm seruũ*, vt loquitur Cicero in Topicis. i. conditione & statu potiorẽ tibíque commodiorem quàm seruũ: quanto nimirum maius est fratrẽ habere quàm seruũ. Sed & inde sequitur quod de perpetuitate dixerat. Nam manumissione finitur seruitus, cognatio verò sola morte finitur: quod in spirituali præsertim fraternitate valet: quum multi sint sanguine quidẽ fratres animis verò non itẽ. Vulg. *Pro seruo*, quasi ὑπὲρ pro ἀντὶ ponatur, nullo modo expressa Apostoli sententia. ¶ *Et in carne, καὶ ἐν σαρκί.* i. & quatenus humano more tibi seruus est, dignus quem ames, & multò magis, quoniam tibi nunc frater est in Domino.

17 *Si me habes socium, εἰ ἐμὲ ἔχεις κοινωνόν.* i. Si mecum habere te putas communia bona, vt inter socios esse solent. ¶ *Tanquam me, ὡς ἐμέ.* Syrus interpres legit ὡς ἐμόν, *vt meum*: idque, vt opinor, rectius.

20 *Etiam, frater, [hunc] ego fructum abs te consequar, ναὶ ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην.* Ὀναίμην est in optandi modo positum: ideo sensus est, *Certè frater sim vt abs te hoc beneficium impe-*

petrem: & scita est Perroti collegæ mei coniectura, existimantis Paulum hac voce alludere ad ipsum Onesimi nomen. Vide Matth. 15. 27 de particula Ναί. Ac si diceret Paulus, Ita se res habet de tuo Onesimo. Fateor illum non fuisse tibi frugi seruum, sed hoc mihi concede. Vulgata, *Ita frater, ego te fruar.* Erasmus, *Etiam, frater, ego te fruar*: admodum obscurè. ¶ *Mea viscera, τὰ σπλάγχνα μου.* Hoc perinde est ac si diceret, Refice me & recrea hoc beneficio, quo nihil erit mihi iucundius nisi velimus rursum viscerum appellatione Onesimum ipsum intelligi. ¶ *In Domino, ἐν Κυρίῳ.* Ita significat se non æquum modò ac iustum petere, sed quod etiam ipsi Deo gratum sit futurum. Quinetiam hoc videtur aliquam habere obtestationis speciem.

ρίῳ· ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν Κυρίῳ.

Πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑπὲρ ὃ λέγω ποιήσεις.

Ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν· ἐλπίζω γὰρ ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν.

Ἀσπάζονταί σε, Ἐπαφρᾶς, (ὁ συναιχμάλωτός μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ)

Μάρκος, Ἀρίσταρχος, Δημᾶς, Λουκᾶς, οἱ συνεργοί μου.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. ἀμήν.

Πρὸς Φιλήμονα ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ὀνησίμου οἰκέτου.

ctum abs te consequar in Domino: refocilla mea viscera in Domino.

21 Scripsi tibi, confisus fore vt auscultes, vt qui norim te etiam amplius quàm dico facturum esse.

22 Simul autem etiam para mihi hospitium: spero enim me per preces vestras donatum iri vobis.

23 Salutant te, Epaphras, (meus in captiuite propter Christum Iesum socius)

24 Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei.

25 Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* cum spiritu vestro. Amen.

26 Ad Philemonem missa fuit Roma per Onesimum seruum.

in Domino: refice viscera mea in Domino.

21 *Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico facies.*

22 *Simul autem & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis.*

23 *Salutant te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu,*

24 *Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas, adiutores mei.*

25 *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.*

21 *Fore vt tu [me] audias, τῇ ὑπακοῇ σου.* Vulg. ad verbum obedientia tua: quam vocem vt nimium hoc quidem loco imperiosam, nec reliquæ epistolæ characteri conuenientem repudiaui.

23 *Propter Christum Iesum, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Sic accipitur ב apud Hebræos interdum, vt alibi sæpe annotauimus. Vulg. & Erasmus, *In Christo.*

25 *Cum Spiritu vestro, μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν.* Syrus interpres addit ἀδελφοί μου, *fratres mei*, quòd fortassis ab iis expunctum est qui non considerarunt vni Philemoni inscriptam hanc epistolã non esse, quanuis titulus hoc renũtiet. ¶ *Ad Philemonẽ, πρὸς Φιλήμονα.* In vetere manuscripto codice hæc reperimus scripta hoc loco Παύλου ἀποστόλου ἐπιστολὴ πρὸς Φιλήμονα καὶ Ἀπφίαν δεσπότας τοῦ Ὀνησίμου, καὶ πρὸς Ἄρχιππον τὸν διάκονον τῆς ἐν Κολοσσαῖς ἐκκλησίας, ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ὀνησίμου οἰκέτου. Id est, *Pauli Apostoli epistola ad Philemonem & Apphiam Onesimi dominos, & Archippum Colossensis Ecclesiæ ministrum, scripta est Roma per Onesimum seruum.*

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ ἐπιστολή.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α. — CAP. I. — CAPVT I.

1 Generalis propositionis huius epistolæ pars prima, Filium Dei, eum demum esse Prophetam, siue Doctorem, qui quod Deus per Prophetas aliquatenus & propositis vmbris significarat, reipsa præstitit, & Patris voluntatem mundo plenè patefecit.

ΠΟΛΥΜΕΡΩΣ καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ,

1 MVLTIFARIE & multipliciter olim Deus loquutus Patribus in Prophetis, vltimis diebus hisce loquutus est nobis in Filio,

1 MVLTIFARIAM multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in Filio,

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

¶ *Epistola Pauli*, ἐπιστολὴ Παύλου. Ita scriptum inuenimus in omnibus nostris codicibus, vno tantùm excepto, in quo duntaxat scriptum erat πρὸς Ἑβραίους, *ad Hebræos*. Hoc quidem constat, nunquam satis inter omnes conuenisse à quo scripta sit hæc epistola: quamuis Græci certatim Paulo vendicent, à quo scripta quidem fuerit, sed Hebraicè, id est, lingua tum in Iudæa familiari: quam deinde Lucas vel Clemens quidam in Græcum sermonem conuerterit. Hæc autem afferri solent ab iis qui Pauli esse negant. Primùm quod Paulus nomen suum præscribere epistolis suis omnibus consueuit. Deinde quòd auctor huius epistolæ cap. 2.3. sese auditoribus Apostolorum annumeret. Tertiò affertur argumentum sumptum à nomine διαθήκης, quod Hebræum non est. 9.16. Quartò quod ex appendice 13.23, videatur colligi posse scriptorem huius epistolę non fuisse captiuum quum illam scriberet. Opponuntur autem his omnibus quæ scribuntur 2. Petri 3. 15 quæ certè videntur hanc epistolam velut intento digito monstrare. Ad illa verò obiecta sigillatim sic respondeo, Si Pauli non esse existimanda est quoniam Pauli nomẽ non præfert. Ergo nullius esto, quum nullius nomen præferat. Ego verò contrà ex hoc ipso contenderim Pauli potius esse quàm alterius cuiusquam. Cur enim quispiam alius suum nomen omisisset? At Paulo iusta causa fuit cur ἀνώνυμον epistolam Hierosolymam mitteret: non illa certè, opinor, quod Gentium esset peculiaris Apostolus, vt Petrus circuncisionis: sed quòd summè exosum sciret esse suum nomen Hierosolymitanis, Christiani nominis hostibus ac proinde illorum rabiem iam grassantem & occasione fortasse captiuitatis ipsius Pauli exacerbatam, vt coniicere licet ex cap. 10.33. & 34. nollet apposito suo nomine aduersus Ecclesiam inflammare. Et hæc etiam causam esse arbitror cur cap. 2.3. quasi sui Apostolatus inuidiam euitans, sese accenseat eorum auditoribus qui Christum ipsum loquentem audierant, ea figura quam Oratores ἀνακοίνωσιν appellant: cuius etiam durioris exemplum habemus 1. Pet. 4.3. Quod attinet ad vocem διαθήκης fuit illa iam pridem Chaldæis & Syris vsitata, testantibus Hebræis Grammaticis iam olim in paraphrasi Hierosolymitana antiquissima vsurpatã: Gen. 24.10. Nam apud Danielem ipsum plures quoque voces Græcæ sic inflexæ reperiuntur, à Græcis Ionibus musices studiosis proculdubio desumptæ: sicut in his scriptis plurimas voces à Latinis desumptas recensuimus Matth. 5.26. Marc. 14.5. & 2. Timot. 4. 13 & ex Hebræo quoque nomen σάπφειρα Act. 5. 31. vt iam tum hæ linguæ permiscebantur. De appendice autem huius epistolę dicemus suo loco. Certè non paucæ sunt in hac epistola quæ alibi apud Paulum totidem pene verbis scribi, aliquot locis notauimus. Sed age libera hîc sunto hominum iudicia, modò in eo consentiamus omnes, verè dictatam hanc epistolam fuisse à Spiritu Sancto, & vt longè pretiosissimum thesaurum in Ecclesia conseruatam, qua certè nulla diuinius & artificiosius ostendit veterum rituum cum spirituali veritate analogiam: nec apertius, vel copiosius describit Mediatoris illius nostri officium: tam excellente denique & tam exacta methodo scriptam, vt (nisi fortassis Apollos illam scripsisse existimari possit, cuius & eruditio & eloquentia cum maxima pietate coniuncta tantopere commendantur Act. 8. 24. & 28. & qui speciatim Iudæos dicitur coarguisse) vix alius quàm Paulus huius epistolæ scriptor esse potuerit.

¶ *Ad Hebræos*, πρὸς Ἑβραίους. Id est ad Ecclesias Iudææ; ac præsertim ad Hierosolymitanam. Nam Iudæorum nomen omnes eius gentis homines in genere tum designabat. Itaque speciali appellatione prouinciales, id est qui per orbem terrarum, ac præsertim in Occidente & Asiæ minoris regionibus erant dispersi, ab iis distinguebantur qui antiquas sedes obtinebant. Illi, Ἑλληνισταί, isti, antiqua gentis appellatione, Hebræi dicebantur, vt apparet ex Act. 6. 1. ex quo tamen loco satis liquet Palestinæ Ecclesias ex duobus istis Iudæorum generibus fuisse coactas, neque tamen mirum est tum à situ, tum à maiore multitudine, vtrosque communi Hebræorum nomine significari. Summa autem huius epistolæ hæc est, Christum esse verum illum æternũ & vnicum Prophetam, Regem ac Pontificem, in quem omnes Patres per fidem respexerunt, & à quo doceri, regi ac sanctificari totam Ecclesiam oportet.

IN CAPVT I.

1 *Multifariè & multipliciter olim*, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι. Vel, Multipliciter quodam ac diuersé. Sensus est, Eundem semper Deum ac sibi constantem fuisse, & eãdem semper doctrinã gratuitæ in Messia reconciliationis Deum verò non semel olim omnia, sed particulatim, deinde etiã diuersis modis illam sui notitiam ac cultũ declarasse per Prophetas, quo propius dies imminebat, eò clariorem lucem edentes: nunc verò demum per ipsum Filium nobis omnem veritatem plenissimè patefecisse. Æquum esse igitur vt ministri Domino, Prophetæ Filio, (quem vnum & ipsi respexerint) vmbræ solido ipsi corpori cedant. Vulgata & Erasmus. *Multifariam multisque modis*. ¶ *Loquutus*, λαλήσας. Vulgata, *Loquens* deprauata Apostoli sententia. ¶ *In Prophetis*, ἐν προφήταις. Id est, διὰ προφητῶν. Sed magna vis est Hebraismi, quo significatur Deum quasi Prophetis ipsis insedisse & animum & linguam eorum afflatu quodam peculiari fuisse moderatum,

ratum, vt explicatur 2. Pet. 1. 21. ¶ *Vltimis*, ἐσχάτου. Ergo licet prophetica doctrina sufficeret credentibus ad æternam obtinendam salutem, tamen ad perfectius aliquid expectandum patres remittebat, vt loquitur Petrus 1. Petri 1. 10. Euangelicæ verò prædicationi, cuius minister fuit ipse Filius, nihil prorsus adiiciendum, nec alia reuelatio doctrinæ expectanda, quum hæc sit vltima, Ioa. 15. 15.

¶ *In Filio*, ἐν υἱῷ. Totum Christum intellige, qui & Deus & homo, vnus est Filius. Diximus autem quæ sit vis præpositionis ἐν in hac loquendi formula. Sed illud adiiciendum est, aliter loquutum fuisse Deum in Filio quàm in Prophetis. Fuit enim Filius & est verè & οὐσιωδῶς siue οὐσιωδῶς Deus: prophetæ verò duntaxat diuino spiritu acti, vt scribitur 2. Pe. 1. 21.

ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν.

2 ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς·

3 2 Quem constituit hæredem omnium, per quem etiã mundum condidit.

‖ Qui quum sit effulgentia gloriæ, & character personæ illius, sustineatque omnia verbo illo suo potente, 3 purificatione peccatorum nostrorum per seipsum facta, consedit ad dextram maiestatis illius in locis excelsissimis.

2 *Quem constituit hæredem vniuersorũ, per quem fecit & secula.*

3 *Qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorũ faciens, sedet ad dextram maiestatis in excelsis:*

Coloss. 1. 15 sapien. 7. 26

2 Altera pars eiusdem propositionis, Eũdem Filium esse nostrum Regem ac Dominum à Patre designatũ, per quem etiã omnia condidit, & in quo vno gloriam suam, atque adeò seipsum contemplandum proponat, quique omnia suo nutu sustineat. 3 Tertia pars eiusdem propositionis, Eundem Filium sacerdotis partibus seipso oblato defunctũm, esse vnicum & potentissimum nostrum in cœlis mediatorem.

2 *Constituit*, ἔθηκε. Hactenus prima pars propositionis generalis huius epistolæ, Filium demum eum esse Prophetam siue doctorem, qui, quod Deus per Prophetas aliquatenus & propositis vmbris significarat, re ipsa perfecit, & voluntatem Patris plenè patefecit mundo. Ab his autem verbis vsque ad dimidium versiculi tertij declaratur altera pars generalis propositionis, Filium videlicet illum esse nostrum Regem ac Dominum, cuius imperio subsint omnia. Intellige autem, totum Christum, Deum videlicet & hominem, vt Ioan. 5. 27. Matth. 28. 18. Philipp. 2. 9. ¶ *Hæredem*, κληρονόμον Id est, possessorem, & ex æquo consortem omnium cum Patre, Ioan. 16. 15. *Omnium*, πάντων. Omnia igitur in eo vno quærenda sunt, & omnia illi subiiciantur necesse est. nam πάντων accipiendum est neutro genere. Mosen autem in ipso statim initio noluit intempestiuè nominare. ¶ *Mundum*, τοὺς αἰῶνας. Vulg. & Eras. *Secula*. i. quęcunque vsquam vnquam extiterunt, extant, aut extabunt, μετωνυμικῶς, & per enallagen numeri, sicut infrà, 11. 3. vt positum sit עולמים [*holamim*] pro הנבראים והנעשים [*hannibraim vehaunatasim.*]

3 *Quum sit effulgentia gloriæ*, ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. Id est, is in quo resplendet gloria illa ac maiestas Patris, alioqui infiniti & inconspicui siue is in quo vno splendorem suum conspiciendum præbet Pater, qui propterea Coloss. 1. 15. dicitur imago Dei inconspicui & 1. Corinth. 4. 4. idque in Euangelio. Nec enim Patrem nisi in Filio possimus verè contemplari, Filio, inquam carne induto, siue per quem loquutus est Pater. Nam alioquin licet, vt habet symbolum Nicenum, sit secundum æternam illam generationem, lumen de lumine & Deus de Deo: tamen vel Patrem vel Filium in diuinitatis abysso penitus contemplari, periculosum iudico: idque non multorum modò philosophorum, sed etiam quorundam theologorum infelici audacia deterritus, quos hæc contemplatio absorpsit: quamuis hæreticorum impiorum peruicacia pios patres coegerit variis similitudinibus illud æternæ generationis mysterium vtcunque adumbrare. Proponi verò hoc loco nobis filium Dei, non in sua Deitate coessentiali nudè & per se, siue extra incarnationem, sicut de λόγῳ disseruit Ioannes, ex eo puto constare, quòd nulla mentione incarnationis facta subiiciat quæ non nisi incarnato conueniunt & non minus acutè quàm rectè Tertullianus aduersus Praxeam istud mysterium his verbis explicat, Vicarium se Patris Christus ostendit, per quem pater & videretur in factis, & audiretur in verbis, & cognosceretur in Filio facta & verba Patris administrante. Filius igitur idcirco homo factus, ne nuda Dei speculatione absorberemur, nobis est speculi instar, in quo non ex aliqua radiorum reflexione appareat inane obiectæ rei simulacrum: sed in cuius intimo & substantiali splendore, quem nos ex ipsius effectis in visibili illa carne percipimus, Pater ipse nobis suam illam infinitatem & omnipotentem maiestatem, immensam illam & incomprehensam συμπάθειαν contemplandam & spectandam, atque adeo palpandam præbet. Ipsam autem οὐσίαν & mutuas trium personarum relationes intus & in sese aliquis quàm reuelatum verbum ferat contemplari nolim quidem ego, sed tacendo potius & quasi stupescendo adorare. ¶ *Et character*, καὶ χαρακτήρ. Vetus interpres pro charactere Figuram non satis expressè conuertit. quamobrem etiam Augustin. addito epitheto, *Expressam figuram* dicere maluit libr. De Incarnat. Verbi, cap. 12. Erasmus, *Expressam imaginem* interpretatur. Ego Insculptam formam dicere maluissem, nisi Græcum vocabulum mihi visum esset plenius. Sic igitur vocat insculptam formam, παρὰ τὸ χαράσσειν, vt ab omni adumbrata vel inani imagine distinguat. Eam verò non in Filij diuinitate per se, (vt modò dixi) vt quæ sit & ipsa per se inscrutabilis, sed quatenus in carne sese conspiciendam præbet, considero. Nam simulátque à Verbo quod Caro factum est, cogitationem abduco, video quidem tenues aliquas Dei scintillas in singulis rebus creatis emicantes, sed in quibus statim euanescam, & quarum etiam fulgorem non possim sustinere: at in Christo, Deo conspicuo, viuum, expressum, insculptum Dei illius Opt. Maximi, non iam formidabilis iudicis, sed supra omnium quoque Angelorum fidem benignissimi ac beneficentissimi Patris vultum contemplor, deosculor, amplector. Videtur autem mihi Apostolus iam nunc alludere ad Arcam fœderis, & alia præsentiæ Dei symbola: quæ postea cum Christo comparabit, vt ostendat quantum sit inter figuras & rem ipsam discrimen. ¶ *Personæ illius*, ὑποστάσεως αὐτοῦ. Illius videlicet Dei Patris, nequis perinde hæc accipiat acsi ἑαυτοῦ scriptum esset. Vulgata & Erasmus *Substantia illius*. Ac fateor quidem substantiæ nomen sic passim ab Hilario vsurpari, pro eo quòd Latini personam, postea (quum antea ὑποστάσεως nomine essent contenti ab οὐσίας distincto) πρόσωπον vocarunt: sed quominus Substantiam interpretarer, eo sum adductus quòd videam plerosque ὑπόστασιν hoc loco prò οὐσίᾳ esse interpretatos, perinde acsi inter essentiam (sic enim libentius dicimus quàm naturam) & substantiam nihil interesset. Atqui (vt rectè omnino obseruauit doctissimus interpres) absurdè diceretur essentiam Patris impressam esse in Christo, quum eadem sit & quidem simplex vtriusque essentia: sed verè aptéque dicitur, quicquid Pater proprium habet, in Christo esse expressum, vt qui Christum videt, videat & Patrem, Ioan. 14. 9. Deinde hoc etiam commodi habet ista interpretatio, quòd hypostases aduersus Sabellium apertè distinguit, & τὸ ὁμοούσιον confirmat aduersus Arianos.

¶ *Sustineatque*, φέρων. Hebr. מכלכל [*michalchel*] quod valde est expressum. Significat enim sustentare, tueri, alere: nisi magis placeant Agendi & Mouendi voces, vt vertit Erasmus, vt φέρων respondeat Hebræo verbo רכב [*rachab*] quasi ex alto rebus subiectis vim omnem insinuare dicas vnde illud Virgilij, *Spiritus intus alit totámque infusa per artus Mens agitat molem*. Mihi verò videtur etiã Apostolus alludere ad nomina illa Dei, אל [*el*] & שדי [*shaddai.*] Denique hoc respondet alteri membro, quod de illa rerum omnium effectrice potentia dixerat. Idem enim qui dixit, & facta sunt, nunc quoque eodem verbo omnia tuetur. Verbum itaque, id est ῥῆμα, non autem ὁ λόγος, vt accipitur apud Ioannem, hoc in loco nutum, voluntatem & ordina-

nationem declarat. Loquitur enim Scriptura de Deo vt potentissimo aliquo principe, cui satis sit os aperuisse, vt hoc vel illud fiat, vt Psalm. 33. 9. Adiunctum autem nomen δυνάμεως, Hebræorum more pro epitheto ponitur, Erasmus, *Agatur, moderetúrque*, non expressa sententia, quam tamen in annotationibus satis commodè exposuit. ¶ *Purgatione*, καθαρισμόν. Nunc tertiam partem vniuersalis propositionis aggreditur, Christum videlicet æternum illum & vnicum esse pontificem. ¶ *Per seipsum*, δι' ἑαυτοῦ. Quanto igitur hic pontifex præstantior ac nostri amantior quàm ij qui seipsos non offerunt? quanto præstantior hæc victima quàm reliquæ omnes, quum is ipse sit cæli & terræ creator ac conseruator?

¶ *Sedit*, ἐκάθισεν. Sedem & thronum gloriæ adeptus est, quod explicatur Philipp. 2. 9. Hoc indicat non modò gratissimum Patri, sed etiam perennem esse illius sacrificij odorem: & quanto præstet æternus iste Pontifex cæteris qui peccatorum expiatione non minus indigebant quàm alij, eràntque & ipsi mortales, nedum vt à morte nos liberent. ¶ *Ad dextram*, ἐν δεξιᾷ. Paulatim ad præstantiam personæ Christi explicandam accedit. Dixit autem ἐν δεξιᾷ pro ἐν δεξιοῖς. Heb. לִימִין [limin.] ¶ *In [locis] excelsissimis*, ἐν ὑψηλοῖς. Id est, supra omnes cælos istos aspectabiles, Eph. 4. 10. Est enim ἐν ὑψηλοῖς positum pro *In locis altissimis*, Hebræorum more, quem exposuimus Ephes. 1. 3. & 10.

4 Antequam ad officij explicationem accedat, personæ dignitatem exponit ac primùm quidem sic hominem esse docet, vt simul sit etiam Deus.

4 Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα.

4 Tanto præstantior factus Angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est nomen.

4 *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.*

Psal. 2. 7
Infrà 5. 5
2. Sam. 7. 14
1. par. 22. 10

5 Τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε; Καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν;

5 Nam cui dixit vnquam Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rursum, Ego ero ei pater, & ipse erit mihi filius?

5 *Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium?*

Psal. 97. 7

6 Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ.

6 Rursum autem quum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei.

6 *Et quum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei.*

4 *Factus*, γενόμενος. Superiora quæ in tres partes distribuimus, ad officium Christi, nempe ad Propheticum, Regium & Sacerdotale ipsius munus spectant, quæ omnia sigillatim postea explicabuntur. Sed antequam ad officij explicationem accedat Apostolus, personæ ipsius dignitatem exponit, ac primùm quidem sic hominem esse docet vt simul sit etiam Deus, nempe ab hoc versiculo vsque ad cap. sequentis vers. 10. ¶ *Angelis*, ἀγγέλων. Ergo omnibus rebus creatis. Quomodo enim nō excluderet homines qui multo sunt Angelis inferiores? Vetus interp. κρείττων, *meliorem*, ambiguè conuertit. ¶ *Nomen*, ὄνομα. Id est dignitatē ac præstantiam. Vide Philip. 2. 9. Sed hîc ad Deitatem vsque ascenditur quę supra ipsam quoque carnis glorificationem eminet. Nec enim, vt præclarè & copiosè in hunc locum scribit Athanas. oratione aduersus Arianos 2, in ista præstantia comparantur natura Angelica & natura Verbi, tanquam cognatæ, vt si dicatur, hominem præstantius esse animal quàm brutum: sed vt naturarum ipsarū discrimen & diuersitas monstretur, Deitatis nimirum & rei creatæ quantumuis in suo genere excellentis.

5 *Nam cui*, τίνι γάρ. Nunc aggreditur confirmationem prioris capitis, Si Filius, ergo Deus: quanto igitur Angelis præstantior? ¶ *Filius meus es tu*, υἱός μου εἶ σύ. Filij Dei vocantur etiam Angeli, vt Iob. 1. 6. & principes, vt Psal. 82. 6. Israel denique primogenitus dicitur, Ierem. 31. 9. Sed illud εἶ σύ peculiarem quandam Filij rationem ostendit: deinde quod sequitur, omnem adimit dubitationem quum ne Dauidi quidem conueniat, nisi admodum impropriè. ¶ *Ego hodie genui te*, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Non est igitur Filius vel adoptione, vel amplis respectu, vel simili vlla ratione, sed quia verè ex Patre est genitus ante res vllas conditas, Coloss. 1. 15. Sed si ita est, cur additur aduerbium σήμερον, hodie? Nempe quia æterna quidem est ista generatio, sed suo tempore mundo repræsentata, nempe quum æternus ille Filius factus est conspicuus in carne. Nam ista quidem [illegible] ab Apostolo probandis Christi non Humanitati [illegible] ita vt spectetur quatenus sese in carne assumpta quasi conspiciendam præbet, quo modo etiam conspecta fuit eius gloria quasi vnigeniti, Ioa. 1. 14. Potest autem hic dies accipi vel in genere de tempore vtriusque naturæ in vnam personā vnionis, vt Luc. 1. 31. & deinceps, vel ad Resurrectionis & Ascensionis testimonium referri. Nam tum demum sese hic Homo verum & æternum Dei Filium esse re ipsa planè ostendit, quum antea ipsius Deitas veluti delitesceret in carnis infirmitate, nonnisi per vices & certis gradibus sese prodens: adeo vt nostra quidem notitiæ respectu, tum demum quodammodo genitus à Patre videatur, Act. 13. 33. & 17. 31. & Rom. 1. 4. Augustinus diem quendam hodiernum, æternum & continuum vult intelligi, sed illa multo sunt solidiora, & magis ad Apostoli argumentum apposita, qui non agit simpliciter de Filio, sed de Filio ipsis spectandum oculis in carne conspicuo facto vt 1. Ioan. 1. 1. ¶ *Ego ero*, &c. ἐγὼ ἔσομαι, &c. Si Iudæus hęc torqueat ad Solomonem, ita vt ad Christum propriè non pertineant, adde quæ sequuntur de totius mūdi imperio, & imperij perpetuitate. Nam hæc planè in eum competunt qui ita est homo vt verus Deus sit reipsa declaratus, Matt. 28. 18, Luc. 1. 32. & 33.

6 *Induxit*, εἰσαγάγῃ. Primùm notanda est traiectio particulæ πάλιν, rectè quoque à Syro interprete obseruata. Nec enim significatur bis introductus Filius in mundum, sed hac particula Apostolus testimonia coniunxit: acsi diceret, πάλιν δὲ ὅταν &c. id est, Rursus autem, siue, Præterea autem Dominus non contentus hoc dixisse toties, etiam alibi declarauit Filij sui præstantiam. Vtitur verò hac præfatione Apostolus, vt doceat quod mysterium explicetur, in eo Psalmo vnde hoc testimonium petit: nempe mysterium regni Christi Dei & hominis in Ecclesia. Id autem ita esse, tota Psalmi series ita indicat, vt nemo, nisi prorsus contentiosus, possit inficiari, hoc veluti Patris æterni diplomate Christum mitti in totius orbis terrarum possessionem. ¶ *Primogenitum*, τὸν πρωτότοκον. Primogenitum rursus intellige non simpliciter quatenus Deus est æternus, sed quatenus inter fratres, non propriè sed per adoptionem genitos, excellit. non glorificationis in carne gradu (de hoc enim nunc non agitur) sed Deitatis ipsius in carne manifestatæ respectu: siue, vt loquuntur in Scholis, non illius habitualis gratiæ donorum in carnem ipsam effusorum respectu, qua differt à rebus creatis quantumlibet glorificatis, secundum plus & minus: sed vnionis illius habita ratione qua à cunctis rebus conditis, vt verus Deus patri ὁμοούσιος, discernitur. Alioquin etiam quomodo dici possit primogenitus, solius in sese Deitatis respectu, exposuimus Coloss. 1. 15. ¶ *Adorent*, προσκυνησάτωσαν. Hic est vis argumenti: sic enim declaratur ipsius præstantia supra Angelos, atque adeo Deitas. Quem enim adorent Angeli præter Deum? Deinde nomen primogeniti, hæredem ac familiæ caput declarat.

¶ *Omnes Angeli Dei*, πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. Hebr. כל אלהים [chol elohim,] id est, Angeli. Sed Elohim vocantur etiam Reges ac Principes. Fateor, sed vicissim Angeli ita vocantur. vtra autem, quæso, expositio vberior est? Sed in altera parte fit mentio idolorum, quæ etiam hoc vocabulo significantur. Esto: sed quis non videt opponi אלילים [elilim] & אלהים [elohim] vt crescat oratio? Id enim voluit noster Græcus Interpres addito Dei nomine indicare. nam quæ hæc esset laus, idolis anteponi? Certè non memini legere similem locum, vbi idola mortua compellantur ad Dei viui adorationem. Deinde quod subijcitur, Nam tu Domine celsior es super omnem terram, exaltatus es super omnes deos, nullum dubitationi de huius nominis vera interpretatione locum relinquit.

7 De

5 Sex argumentis expressis à vers. 5. ad finē vsque cap. confirmatur vera Christi Deitas.
Psal. 104. 5
Psal. 45. 7

7 Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει, Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα.

7 Et de Angelis quidem dicit, Qui Angelos suos facit ventos, & administros suos, ignis flammam.

7 *Et ad Angelos quidem dicit, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.*

8 Πρὸς δὲ τὸν υἱόν, Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.

8 Ad Filium autem, Thronus tuus, Deus, in seculum seculi: virga recta, virga regni tui.

8 *Ad Filium autem, Thronus tuus Deus, in seculū seculi: virga æquitatis, virga regni tui.*

9 Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.

9 Dilexisti iustitiam, & odisti Legis transgressionē: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, vltra consortes tuos.

9 *Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis.*

Psal. 102. 26

10 Καί, Σὺ κατ' ἀρχάς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί·

10 Et, Tu in initio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli:

10 *Et, Tu in principio Domine terram fundasti, & opera manuū tuarum sunt cæli:*

11 Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται·

11 Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes vt vestimentum veterascent.

11 *Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent.*

12 Καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι.

12 Ac velut amictum circumuolues eos, & mutabuntur: tu autem idem es, & anni tui non deficient.

12 *Et velut amictum inuolues eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.*

Psal. 110. 1
1. cor. 15. 25
inf. 10. 13

10 Modex expressis testimonijs argumentum diuinitatis Christi in carne manifestati confirmatæ, ex quibus liquet eum supra omnes Angelos eminere, & sic quidem vt Filius & Deus appelletur.

13 Πρὸς τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων εἴρηκέ ποτε, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου;

13 Ad quem autem Angelorum dixit vnquam, Sede ad dextrā meam, vsquedum posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

13 *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris [illegible] adusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?*

7 *De Angelis*, πρὸς ἀγγέλους. Hebr. אל [el.] pro על [hal.] Vulgata & Erasmus, *Ad Angelos*. ¶ *Angelos*, τοὺς ἀγγέλους. Omnino poscit & Prophetæ in illo Psalmo, & Apostoli in hoc loco scopus, vt πνευμάτων nomine Ventos, & flammarū appellatione Fulgura intelligamus, quibus dicatur Dominus non aliter vti, quàm suis illis Angelis, id est, eximiis nuntiis ac ministris: vnde consequatur quod efficere vult Apostolus, nempe Angelos non esse illi Domino ac filio pares, sed eius seruos. πνεύματα igitur & πυρὸς φλόξ sunt harū duarum enuntiationum subiecta, quibus nomina τῶν ἀγγέλων & τῶν λειτουργῶν attribuuntur, non temere additis articulis à Græco interpr. qui in Hebr. non habentur, perspicuitatis causa, id est, vt intelligatur Angelorum & Ministrorum nomen non accipi appellatiuè, sed propriè de iis qui Angeli Dei speciali ratione dicuntur. Nam alioqui adiiciendus fuisset articulus ipsis subiectis, non attributis, ex Græcæ linguæ consuetudine, vt diximus Ioan. 1. 1. Quòd si cui tamen potius placuerit, Spirituum nomine ipsos Angelos intelligere, tunc conuertemus *Nuntios suos*: & per alas venti intelligemus Cherub, vt Psalm. 18. 11. & per flammam ignis Seraph, vt Esa. 6. 1.

8 *Thronus tuus*, ὁ θρόνος σου. Nō enim cōuenit Thronus nec sceptrum ministro, sed ipsi principi. ¶ *Deus*, ὁ Θεός. Hoc calumniantur Iudæi quasi de Solomone propriè dictum. Atqui non possunt ostendere vsquam de vno solo nomen Elohim simpliciter dictū, nisi de vero Deo. Neque enim Moses, Exod. 4. 16, & 7. 1. simpliciter dicitur factus Elohim, sed Aaroni & Pharaoni. Deinde quod de huius regni æternitate subiicitur, quomodo Solomoni cōueniet? ¶ *In seculum seculi*, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Hebr. עולם ועד [holam vahed.] [in] seculum & seculum, id est, perpetuò. Hic rursus calumniantur Iudæi nomine עולם [holam] interdū non significari perpetuitatem, sed diuturnum duntaxat spatium. Atqui non simpliciter dictum est עולם [holam,] sed additur ועד [vahed] quę synonymia in immēsum auget orationis pondus, adeo quidem vt sit orationis vniuersalis loco: & ista Solomoni tribui non possint, qui 40. duntaxat annos regnauit. Quòd si posteros ipsius velis comprehendi, repugnabit quod sequitur, quum Solomonem exceperit, iniquissimi filij regnum, nec meliores fuerint nepotes, si paucos aliquot excipias. Denique quid tergiuersamur? explicetur hic locus ex 2. Sam. 7. 14. & 1. Paral. 22. 10. & cauillatio Iudæorum manifestè apparebit. ¶ *Virga recta*, ῥάβδος εὐθύτητος, id est, administratio regni tui iusta. Quî autem hoc conueniet Solomoni, nisi ad tempus, vt qui tam turpiter à Deo defecerit? Deinde (etsi communis hæc est opinio) non facilè concesserim in illo Psalmo contineri epithalamion nuptiarum Solomonis & filiæ Pharaonis. Quomodo enim Spiritus sanctus illud matrimonium approbaret, quod tam sæpe in Lege interdicitur? Sed fuit (dices) hoc peculiare factum ex Dei reuelatione. Imò disertè hoc ipsum matrimonium cum filia Pharaonis reprehenditur 1. Reg. 11. 1. & 2. ac proinde totus ille Psalmus merè allegoricus esse mihi quidem videtur, & Cantici Canticorum epitome.

9 *Et odisti*, καὶ ἐμίσησας. Repetitio Hebraica per antithesin, cuius maximum est pondus. Vide Ioan. 1. 20. ¶ *Vnxit*, ἔχρισεν. Inde Christus dictus est. Hoc autem intellige quatenus Verbum caro factum est, effuso in eum Spiritu sine mensura, Ioan. 3. 34. siquidem omnis in eo Deitas corporaliter sibi domum fixit, Coloss. 2. 9. ¶ *Consortes*, τοὺς μετόχους. Rectè hoc quoque Propheta. Est enim ille primogenitus inter fratres, de cuius plenitudine omnes accepimus & verus & naturalis hæres: nos verò, reges quidem & cohæredes, sed adoptione in illo facta. Denique tantum inter illum & omnes interest, quantum inter caput & membra.

10 *Tu in initio*, σὺ κατ' ἀρχάς. Hebr לפנים [lephanim] pro iampridem. Hunc autem Psalmum manifestè ad Christi regnum pertinere, liquet ex ver. 14. 16 & 13. vt ista quoque omnia ad eum referenda sint qui sit rex Ecclesiæ suæ sempiternus: nisi placeat Psalmum discerpere. ¶ *Terram fundasti*, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας. Id est, terram firmam ac stabilē creasti. Erasmus, *Terræ fundamenta iecisti*: nimium diluta interpretatione.

12 *Circumuolues*, ἑλίξεις. Hebr. תחליפם [tachaliphem,] id est, mutabis: vt mihi quidem videatur legendum esse ἀλλάξεις, sicut Erasm. rectè coniecit. Nam ita etiam legitur in illa vulgata Psalmorum editione, & in nonnullis veteris interpretationis exemplaribus hoc in loco. Græcum tamen interpretem apparet formam ipsam mutationis voluisse exprimere, id nimirum quod ait Esa. 34. 4. fore vt complicentur cæli tanquam liber aliquis. Comparantur enim tentorio, quod quoties mutandus est locus, complicatum tollitur.

13 *Sede*, κάθου. Ita significatur imperij in omnes res creatas attributa homini etiam Christo potestas, nempe quia quidem homo est, etiam Deus est Patri æqualis. Alioquin glo-

riam suam alteri non daturo. Neque hæc sessio essentialia naturæ humanæ idiomata tollit, quibus sublatis natura humana non glorificaretur, sed aboleretur. Deinde & illud obseruandum est, sessionem quidem hanc esse vnius Christi propriam, quatenus eminet supra omnia creata, & caput etiam est Ecclesiæ suæ: sed tamen admitti membra pro suo modulo ad huius æternæ gloriæ consortium. Nam & cum Christo regnaturi dicuntur, & Angelos iudicaturi, qui sint in cælis assessores futuri. ¶ Posuero, θῶ. Vide Matth. 22. 44. Referri verò hunc Psalmum propriè non ad Dauidem, sed ad Messiam, apparet ex tanta sublimitate solij, quæ ne Angelis quidem tribuitur: deinde quòd idem Rex & Sacerdos appellatur: postremò quòd æternus Sacerdos, & quidem alia ratione quàm Aaron dicitur. Aptè verò prorsus hoc testimonium postremum collocauit Apostolus, vt os illis occludatur qui vbi sint illa magnifica regni Christi elogia requirunt, quum nihil cõtrà videatur Ecclesiâ, cuius Rex esse dicitur, calamitosius. Nec videant isti miseri se eos ipsos esse qui tandem sint illi pro scabello subiiciendi. Postremò quomodo sit accipiendum illud ἕως ἄν, id est vsquedum, siue donec, quære 1. Cor. cap. 15. vers. 25. & deinceps.

---

14 Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν;

14 Nónne omnes sunt sacram functionem obeuntes spiritus, qui ministerij causa emittuntur, propter hæredes salutis futuros?

14 Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis?

Κεφάλαιον β.

CAP. II.

1 Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μή ποτε παραῤῥυῶμεν.

2 Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος, ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν,

3 Πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυρίου, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη·

4 Συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ σημείοις τε καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν.

1 PRopterea oportet nos eo ampliùs attendere, ea quæ audiuimus, nequando perfluamus.

2 Etenim si per Angelos dictus sermo, fuit firmus, omnísque transgressio & inobedientia iustam mercedis retributionem retulit,

3 Quomodo nos effugiemus si tãtam neglexerimus salutem? || quæ quum primùm enarrari cœpisset per ipsum Dominum, fuit ab iis qui ipsum audierant, nobis confirmata:

4 Testimonium illis præbente Deo & signis & prodigiis, variisque virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus, pro sua voluntate.

1 PRopterea abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus, ne forte pereffluamus.

2 Si enim qui per Angelos dictus est sermo factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem,

3 Quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? quæ quum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est:

4 Contestante Deo signis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus, secundum suam voluntatem.

1 Iam veluti respirans, & quorsum tendant hæc omnia ostendens, hoc videlicet, vt ex proportione Christi supra omnes creaturas intelligentes perfectissimè illius doctrinæ, maiestati, ac sacerdotium exhortationẽ adhibet à comparatis sumptam. Mar. 16. 19.

2 Si Angelorum sermonem non licuit impunè transgredi, multo minus fas erit Euangelium à Domino Angelorum annuntiatum, Apostolorum voce confirmatum, tótque cælestibus prodigiis, in primis autem tanta sancti Spiritus efficacia comprobatum, negligere.

---

14 Nónne, οὐχί. Eiusmodi interrogationes apud Hebræos vehementius affirmant. λειτουργικὰ verò, id est, ministratores vocat quos vulgò solemus officiarios vocare, principũ apparitores. Vide Act. 13. 2.

IN CAP. II.

1 Eo ampliùs, περισσοτέρως. Vulgata, Abundantius. Eras. Vehementius. Cæterùm Apostolus, ista, quasi ἐπιφώνημα, interiecta adhortatione, non modò respirare quodammodo facit Hebræos, multitudine miraculorum velut obrutos: sed etiam paulatim ad quædam argumenta sese accingit, quæ sunt veluti Assumptiones præcedentis: ex iis quæ dicturus est probans ea omnia in Christo esse cõpleta quę de Messia [illegible] præstantia dixerat. Hebræi enim isti quanquam Christum essent amplexi, tamen quum à suo Mose pendere [illegible] desiderent, satis ostendebant se nunquam satis [illegible] Messiæ præstantiam cogitasse. Eos itaque ipso statim initio cum grauissima futuri iudicij Dei denuntiatione [illegible], non vt noua quædam dicturus, sed vt ea cum illis repetiturus quæ ipsi iam antea audiuissent. Ac primò quidem illam præstantiam applicat muneri Prophetico, quatuor primis versiculis. Inde vsque ad hæc verba vers. 9. διὰ τὸ πάθημα ad Regium munus [illegible] tandem eodẽ versu, paucissimis verbis, Sacerdotij dignitatem declarat.

¶ Ea quæ audiuimus, τοῖς ἀκουσθεῖσι. Hoc quoque planius etiam dicet vers. 3. Erasmus, his quæ dicta sunt nobis. Nam inter loquutionem & auditionem mutua est relatio.

¶ Perfluamus, παραῤῥυῶμεν. Perfluere dicitur qui auditum [illegible] non continet: vt Terentianus ille Parmeno se plenum esse rimarum dicit, qui hac & illac perfluat. Opponitur ergo τῷ προσέχειν. Neque enim attendere possũ [illegible] si securè sinamus illa nobis effluere. Vulgata, Pereffluamus, [illegible] librariorum culpa. Chrysostomus accipit pro diffluamus, siue dilabamur, id est, pereamus instar aquæ dilabentis, vt Psal. 58. 8. quomodo etiam vertit Syrus interpres. sed altera interpretatio magis videtur huic loco apposita. quanquam & istam non reiicio propter particulam ποτε.

2 Per Angelos, δι' ἀγγέλων. Legem intelligit quæ transgressoribus pœnas præscripsit. Datam autem fuisse per ministerium Angelorum Legem, & Mosi in manus traditam dicit disertè Paulus Galat. 3. 19. & Stephanus Act. 7. 53.

3 Tantam, τηλικαύτης. Nimirum non ex Ægypti ergastulo, sed à Satana, Peccato, & Morte æterna liberationem.

¶ Ab iis qui audierant, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων. Id est, ab Apostolis. Paulo igitur, inquiet aliquis, ista non conueniunt. Quid si verò non εἰς ἡμᾶς sed εἰς ὑμᾶς, vobis legamus? cuiusmodi errata non pauca ex veteribus codicibus emendauimus. Sed maneat εἰς ἡμᾶς vt habent omnes Græci codices quos quidem inspexi, vt & Latini in nos. Potest tamen hoc commodè per κοινωσιν exponi, cuius causam declaraui suprà mea in huius epistolæ inscriptionem annotatione: & cuius schematis exempla passim occurrunt vt 1. Cor. 10. 8. & 9. vbi primam personam pluralem cum secunda intermiscet Apostolus.

4 Signis, σημείοις. Miraculorum verus finis ostenditur. Ea verò Signa quidem dicuntur quòd spectatores in eo nõ retineant quod cernitur, vtpote quæ sint veræ doctrinæ sigilla: Prodigia verò quòd nouum & insuetum aliquid exhibeat: Virtutes denique quòd excellentis illius diuinæ potentiæ extraordinarium specimen edant, vt rectè annotauit doctissimus interpres: nequis ista conetur curiosiùs tanquã diuersas species distinguere. Sit ergò hoc argumentũ eminentissimæ Maiestatis Christi crucifixi, quòd è cælo infinita per suorum ministerium peregit, quæ manifestè testentur, ipsum nõ modò non esse in mortuum, sed etiam in cælis

in cælis regnare, sicut prædicauerat: & ita quidem vt non sibi soli, sed suis omnibus regnet. ¶ Distributionibus, μερισμοῖς. Vide 1. Corinth. 12. 4.

---

5 Οὐ γὰρ ἀγγέλοις ὑπέταξε τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, περὶ ἧς λαλοῦμεν.

6 Διεμαρτύρατο δέ πού τις, λέγων, Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν;

7 Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου.

5 Non enim Angelis subiecit mũdum illum futurum, de quo loquimur.

6 Testificatus est autem etiam atque etiam quidam alicubi, dicẽs, || Quid est homo, vt memor sis eius: aut filius hominis, vt eũ respicias?

7 Fecisti eum parumper inferiorem Angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

5 Non enim Angelis subiecit orbem terræ futurũ, de quo loquimur.

6 Testatus est autem in quodam loco quis, dicens, Quid est homo quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eũ?

7 Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

5 Si Angelos qui serui sunt, nefas fuit aspernari, multò magis potentissimum illum Regem mũdi restaurati. Psal. 8. 5.

4 Vsum istius regiæ dignitatis declarat in eo positum esse, vt homines non modò amissam suam dignitatem recipiant in Christo, sed etiam in eo supra omnia euehantur: quam hominum præstãtiam Dauid excellentissimè describit.

---

5 Non enim, οὐ γάρ. Rectè addit Apostolus causalem particulam, ab effectis ad efficientem causam ascendens. Nam qui hæc dona largitur, annon est αὐτοκράτωρ? simul autem ad sequens argumentum transit. ¶ Mundum illum futurum, τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν. Vulg. & Erasm. Orbem terræ futurum, obscurè. Mundum enim futurum vocat felix illud seculum quod futurum prædixerant Prophetæ, priore Christi aduentu inchoatum, cuius complementum adhuc expectamus: cuius pater est Christus, Esa. cap. 9. ver. 6. caput videlicet membrorum quæ in summæ illius suæ dignitatis partem ac consortium admittet, sicut hoc explicatur 1. Cor. 15. 25. Videtur autem alludere ad Ps. 102. 19. & apertius etiam ad Esa. 65. v. 17. vbi fit mentio nouorum cælorum & terræ nouæ.

6 Testificatus est autem etiam atque etiam, διεμαρτύρατο. Id est, non simpliciter, nec paucis: sed expressissimè. Nam hæc vis est præpositionis διὰ in hoc verbo. Cæterùm reticetur in hoc dicendi genere, Affirmatio videlicet superiori negationi opposita, & cuius subiicitur probatio, acsi scriptum esset, Non enim Angelis, sed Christo & eius mẽbris, sicut testatus est quidam, &c. Syrus autem interpres diuersam scripturam sequutus est, quasi videlicet legerit, ὡς διεμαρτύρατο ἡ γραφή, λέγουσα sicut testatur scriptura, dicens.

¶ Quid est homo, τί ἐστιν ἄνθρωπος. Id est, quid tandem est in homine cur tantam ipsius curam habeas, & tanto honore sis eum dignatus? Acsi dicat, nihili: Omnia enim ista tuæ sunt singularis bonitatis dona. Hoc autem testimonium quomodo applicandum sit, nõ facilè fuerit intelligere, nisi scopum Apostoli attentissimè consideremus. Quæ igitur de donis illis mirificis à Christo profectis dixerat, ad singulos non pertinebant, & aliò etiam respiciebant, nimirum ad mundi illius futuri ciues aggregandos. Itaque nunc in eo versatur vt Christo iam regnanti omnia membra adiũgat. Nam ita demum nobis est fructuosa regnantis Christi cõsideratio, si ad nos pertinere hanc ipsius præstantiam cognouerimus. Ad hoc autem probandum assumit aptissimũ testimonium ex Psal. 8. vbi de Hominis excellentia disserit Propheta. Hanc enim necesse est vt vel in prima illa conditione Hominis ante lapsum, vel in ea in qua nũc sunt omnes homines extra Christum considerati, vel denique in tertia aliqua in Christo adepta vel adipiscenda consideremus. De prima illa non videtur agere Propheta, vtpote qua mox Homo exciderit: expostulaturo potius Propheta cum hominibus de tanto amisso bono, nedũ vt eius amissi contemplatione in admirationem raperetur. De secunda quæri meritò potest an hîc disseratur. Videtur enim Dauid vniuersaliter considerare homines quales & nunc adhuc sunt, nempe insignia quædam bonitatis diuinæ specula, quum res ipsa nunc quoque ostendat Hominem cæteris animantibus præstare, & in mundo dominium obtinere. Immo verò aduersus eos qui vsque adeo propterea Hominem extollunt, meritò possit ad ipsos etiã philosophos prouocari, qui quam misera sit hominum conditio perscrutati, naturam in illos quodammodo nouercam esse dixerunt. & optimum esse Homini vel non nasci, vel statim mori: impiè id quidem, sed ita vt ex eiusmodi ipsorum dictis facilè appareat in præsentem Humanæ gentis conditionem minimè cadere quæ Dauid in eo Psalmo narrat. Nam contrà, quid Homine miserius in sese, siue animum siue corpus spectes? Præditus quidem est intelligentia, sed quàm obscura, imò verò quàm nulla in iis quæ præcipua sunt, id est, in diuinis rebus intelligendis? Taceo prauitatem illam singulis ingenitam: taceo fœcundam illam morborum officinã quam circunferimus. Quid verò in singulis, non dico imperijs, regnis, rebuspublicis, ciuitatibus, familiis, domibus, sed in singulis hominibus quanta rerum omnium perturbatio, quæ feritas, quæ inconstantia & vanitas? Fruimur quidem animalium esu, sed ita demum, si alia cicurauerimus, alia fraude illexerimus. Nam quæ sponte se subiiciant, vel nulla vel paucissima sunt. Imò si spectentur hominum mores, crudelissimum quendam tyrannum esse Hominem dixeris, quem animantia reliqua metuant, oderint, fugiant. Vbi igitur ista sublimitas qua dicitur Deus Omnia subiecisse pedibus ipsius? Relinquitur ergo, ad tertiam aliquam conditionem hominum, nempe eorum qui in Christo sunt & cum Christo tandem in futuro illo regno perficientur, hanc descriptionem pertinere. Itaque non censuerim Apostolum ista soli Christo tribuere, sed etiam simul cum illo principe omnibus futuri mundi ciuibus applicare, eadem prorsus sententia qua hæc olim à Dauide scripta sunt. Sed hoc quidem verum est, docere Apostolum, istam descriptionem in Christo iam impletam esse, vt in nobis quoque suo tempore perficiatur: sic tamen in hoc Dauidis dictum seorsim ad ipsum Christum applicat demum à v. 9. vt mihi quidem videtur. Ita enim hæc scribo, non vt aliquid noui excogitasse videar, sed vt symbolam & ipse conferam ad obscurissimi loci interpretationem. ¶ Respicias, ἐπισκέπτῃ. vel, vt Vulg. Visitas. Eras. Inuisis. Loquitur Propheta de Deo ἀνθρωποπαθῶς. Nam quæ diligimus, non facilè solemus ex mente & oculis deponere. Hominem autem & filium hominis appellat in genere omnes cælestis illius regni ciues, quales sunt in sese, antequam Dominus eos iure ciuitatis cælestis donet in Christo.

7 Fecisti eum parumper inferiorem Angelis, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. Hæc prima est futuri mundi ciuiũ dignitas, qua proximè ad Angelos accedunt, tantisper dum capiti suo, quod supra ipsos Angelos est, aggregentur. Id autem verum esse tota Scriptura clamat, & res ipsa ostẽdit. Nec enim ex mundi iudicio, sed ex re ipsa æstimanda est Sanctorum dignitas qua de re pulchrè cõmemorantur multa infrà cap. vndecimo, & passim in Scripturis, quoties fidei & inuocationis vis explicatur. Cæterùm βραχύ τι (pro quo Hebraica veritas habet מעט [mehat] possumus etiam ad rem ipsam referre, vt significet, Aliquantulum: quomodo video plerosque ipsum Dauidis cõtextum explicare. nec multum diuersa erit sententia si ita accipias. Malo tamen de tempore interpretari, propter applicationem quæ mox subiicietur: quũ illa particula, ex communi etiam Hebraicæ linguæ vsu, sic vsurpetur vt Leui. 25. 52. Esa. 10. 25. Et 16. 20. Et 29. 17. Iere. 51. 33. Agg. 2. 17 vt & βραχύ τι, Act. 5. 34 nec video quid repugnet huic interpretationi apud Prophetam. De verbo ἀγγέλους mox dicemus ver. 9. אלהים [elohim] verò non possum dubitare quin rectè interpres de Angelis sit interpretatus, quanuis non pauci contendant sic Deum intelligi, & ad Incarnationis Christi mysterium istud referendum esse. ¶ Gloria, δόξῃ. Iam sequitur altera illa summa dignitas sanctorum quæ hanc præsertim excipiet, qua videlicet in summo quodam gradu eminebunt, facti nimirum ipsius regni Christi cohæredes, quod Coronæ appellatione designatur. Loquitur autem Dauid de certò futuris rebus, Prophetarum more, quasi iam sint completæ.

1. Cor. 15. 27

8 Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα, οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον. νῦν δὲ οὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα.

9 Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστε-

8 Omnia subiecisti sub pedibus eius. Enimuero per hoc quòd ei subiecit omnia, nihil omisit quod non sit ei subiectũ. At nunc nondum videmus ei omnia esse subiecta.

9 Sed Iesum illum videmus gloria & honore coronatum, qui parumper fuit inferior Angelis factus, propter mortis

8 Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quòd omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectũ ei: nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei.

9 Eum autem qui modico quàm Angeli minoratus est videmus Iesũ propter passionẽ mortis, gloria & honore coronatum,

8 Obiectio. [illegible] vbi est [illegible] dispositio [illegible] 9 Responsio. Iam hoc impletum est in nostro illo capite Iesu, qui ad tempus nostri causa infra Angelos subsidit, homo factus: nunc autem in summam gloriam est euectus. 9 Causam huius subsidentiae declarat, nempe vt nostra causa mortem gustaret, ac proinde expiatoris partes obiens, noster non tantùm Propheta & Rex, sed etiam Sacerdos esset.

8 Omnia, πάντα. Videtur vis adferri Dauidis verbis. Nam subiicitur, oues & boues, &c. quæ verba videntur illam vniuersalitatem restringere. Respondeo enumerari quidem à Dauide has species, sed minimè id tamen vt in illis consistat. Iam enim antè ostendimus non præsentem sed futurum mundum illic describi, cuius tamen typum aliquem, imò verò primordia iam antè diximus in hac ipsa vita in Sanctis apparere, in illo quem iam sunt adepti spiritualis vitæ statu considerari, quo etiam respectu Ecclesia passim à Christo Regnum cælorum vocatur: hac dignitate in ipso etiam huius vitæ quotidianæ vsu, quantumuis alioqui sub Cruce laborantis: Est enim hoc etiam Sanctorũ, quòd rebus creatis pro suo, iure vtuntur. Sunt enim futuri mundi ciues, quorum hæc est prærogatiua, vt omnia, nedum ea quæ ad hanc temporariam vitam pertinent, illis in suo capite subiecta sint. Immo, (dicet aliquis) hoc quoque conuenit infidelibus. Id verò pernego. Nam quicquid isti habent, id Dei bonitate ad hæc cõniuente, ipsi velut ex manu principis huius mundi (id est Satanæ) accipiunt. Itaque sicut ille tyrannus est & malæ fidei possessor, ita ipsi quoque, quod ad se non pertinet, per rapinam & sacrilegium vsurpant. ¶ At nunc, νῦν δὲ. Accedit nunc ad applicationem, quam aggreditur ab obiectionis specie. Est autem oppositio eiusmodi: Mira hîc prædicas de hominibus futuri mundi ciuibus. Atqui nondum hæc cernimus, omnia nimirum illis esse subiecta. Fateor: (inquit Apostolus) sed in Christo completa ista omnia cernimus, qui quidem est illius regni ἀρχηγὸς, id est, primus doctor, vt nos ipsius vestigiis ad eius cõsortiũ perueniamus. Atenim (dices) ne Christo quidem ipsi adhuc sunt omnia subiecta. Imò verò necesse est verum esse fateamur quod ipse pronuntiauit, in cælum iam iam ascensurus, Datam esse sibi omnem in cælo & in terra potestatem, & quod paulo antè dixit Apostolus, illum esse constitutum omnium heredem. Quod igitur diaboli cum suis adhuc reluctantur, hoc non impedit quin iam sint filio illi hominis subiecti, qui adhuc nobiscum viuens illos solo nutu eiiciebat, quique hodie impetus eorũ pro arbitrio suo frænat: ideo adhuc isti Christo resistunt, quod nondum in illos plena sua potestate vti velit: idque electorum suo commodo, qui quotidie hac ratione magis ac magis perficiuntur: tum vt reprobi mensuram suam impleant: quo & in illis per misericordiam seruandis, & in istis sua potentia confringendis illustrior ipsius gloria appareat. Primum autem notemus particulam οὔπω, nondum. Docet enim futurum illum mundum nondum apparuisse, quem etiam suspirans rerum vniuersitas expectat, Rom. 8. 19. & deinceps. Deinde obseruemus obiectionem non ferri aduersus illud Dauidis dictum, Fecisti eum paulisper inferiorem Angelis, (eius enim personam inducit qui hanc dignitatem in sanctis iam agnoscat) sed aduersus illud extremum, nempe constituisti eum, &c. quod nondum apparuit, nec prius apparebit quàm vnà cum Christo regnemus. Postremò relatiuum αὐτῷ non refero ad Christum, sed ad hominem, id est, ad futuri illius regni ciues, quos complectitur vno speciei vocabulo veluti quum dicimus, hominem esse ratione præditum. Nam reliquos Dauid pro non hominibus censet, ad quos illa amplissima humanæ gentis dignitas non pertineat. Id autem ita intelligendum esse, ex responsione apparet. neque enim dicendum fuisset νῦν δὲ Ἰησοῦν, Iesum autem, sed αὐτὸν δὲ, id est, sed illum, &c. Fateor tamen hoc posse Hebræorum idiotismo excusari, qui antecedens exprimunt loco relatiui. Sed si quis hanc rationem alias superiores addixerit & totam argumenti seriem perspexerit qualem tradidimus, comperiet (vt spero) nostram expositionem multo minus esse violentam, & magis etiam cum Apostoli scopo consentire.

9 Sed Iesum illum videmus, τὸν δὲ Ἰησοῦν βλέπομεν, &c. Nequis miretur mutatam esse à me verborum collocationem, notandum est duplicem esse synchysin in Græco contextu, qui ita sit constituendus, βλέπομεν δὲ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου ὅπως χάριτι Θεοῦ, &c. quod ita planum esse putamus vt probatione non indigeat. Quanquam etiam potest διὰ τὸ πάθημα, &c. coniungi cum ἐστεφανωμένον. sicut alibi dicitur, oportuisse Christum pati, & ita introire in gloriam. Sed illa collocatio eòdem recidit, & multo planior est, nulla etiam distinctione repugnante. ¶ Cernimus, βλέπομεν. Cernimus nimirum ex ipsius virtute in Ecclesia manifestissimè apparente, vt dixit suprà vers. 4. Hic enim est prodigiorum & donorum Spiritus sancti finis. Deinde ex ipsius in singulis fidelibus efficacitate vt qui iam sint secundo ab Angelis loco si modò sibi sint suæ fidei cõscij: vt is qui dicebat, Omnia possum in eo qui me confirmat. Legantur eorum vitæ quos vetustas propter magnam singularis virtutis opinionem heroas & semideos vocauit, imò etiam vt numina est venerata: & comperiemus illorum excellentissimos, (nam de iis non loquor quos vel adulatio, vel fraus, vel metus diis adiunxit) tantum abfuisse ab infimi cuiusuis sancti præstantia quantum abest cælum à terra. Ex his ergo cernimus, in Christo capite nostro iam impleta quæ certo pignore accepto adhuc expectamus.

¶ Qui parumper fuit inferior Angelis factus, τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον. Id est, qui ad tempus sese exinaniuit, forma serui accepta, nimirum hac nostra carne & mortalitate vt paulo post explicabit. Cæterùm nequis miretur me ista prorsus aliter quàm paulo antè explicare, vt qui verbis illis dignitatem membrorum dixerim describi, quũ nunc econtrario iisdem verbis humiliationem capitis significari dicam: respondeo, Prophetam diuina prorsus inspiratione vsurpasse verbum יחסרהו [thechasserehu] quod significat Facere, vt quidpiam inops & egenum comperiatur, neque propriè de eo dicitur qui talis ab initio fuerit, sed de eo potius qui ex altiore gradu in inferiorem reciderit: quo modo Græcè non dicetur ἐλαττοῦσθαι, nec Latinè imminui, nisi qui deteriore sit factus conditione quàm antea. Itaque Propheta de industria verbum illud vsurpauit, quo æterni Verbi exinanitio (vt loquitur Paulus) non quidem in sese [illegible], sed formæ serui assumptionis respectu, significaretur: vnde tamen futuri mundi excellentia penitus penderet: quod & paulo post exponet Apostolus. Itaque aliter vnum idémque verbum membris, aliter capiti tribuitur: quum tamen res ea sit eadem, nempe proximo ab Angelis loco esse, quod neque illi sine imminutione, qualem dixi, neque nobis sine magna dignitatis accessione contingit. Sed vnus tamen superest scrupulus, quem Erasmus mouet, Quomodo duntaxat dicatur Angelis inferior factus, qui in morte sese non hominem, sed vermem quodammodo fuisse dicat, Psal. 22. 7. Iterum respondeo, Christum hîc nobis neque vt Deum per se, (hactenus enim nihil de eo potuit imminui) neque vt hominem per se (hactenus enim fuit ad tempus non modò infra Angelos, sed infra abiectissimos etiam homines nostri causa detrusus) sed vt Deum & hominem coniunctim proponi. quia nimirum in hac etiam ipsa infirmitate vult Apostolus vt Christi præ cæteris Pontificibus præstantiam consideremus, quicum sit nostra illius præstantissimæ futuræ gloriæ spes omnis coniuncta. Hac igitur ratione meritò dictus erit Christus imminutus quidẽ, quia idem ille qui Deus est, homo est natus, crucifixus, mortuus ac sepultus: nec tamen ita imminutus vt in proximo

proximo tamen ab Angelis gradu steterit, quia idem ille homo ita in sese fuit miser. vt tamen esset Deus in natura à qua assumptus est. quod in ipso quoque sepulchro, anima spoliatus ostendit, quum eum corruptio attingere non auderet, sua ipsius vi mox resurrecturum. Dicam amplius, etiã quatenus homo in terris fuit, proximum Angelis fuisse, quum ἀναμάρτητος fuerit & δυνάμει & ἐνεργείᾳ ac ipso etiam Adamo infinitis partibus perfectior, vt qui proximè coniunctæ & vnitæ deitatis Verbi præsidio sustineretur illis tamen, quod ad perpessionem & mortẽ attinet, inferior. Miserrimus autem fuit omnium hominum, fateor, sed id tamen nõ simpliciter quatenus naturæ nostræ particeps est, verùm quatenus naturæ nostræ vitiositatem cum eius fructibus per imputationem verè sustinebat, idque ad tempus: vt qui nunc totus supra omnes cælos euectus sit, vt aliquando simus eiusdem gloriæ toti quoque participes. ¶ Propter mortis perpessionem, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. i. vt mori posset. Nam διὰ causam finalem hîc declarat. Alioqui si per ipsam mortem diceretur capite quodãmodò diminutus, id est si hæc diminutio in morte consideraretur, ac nõ potius in naturæ humanæ assumptione, sicut Philip. 2. 7. dicẽdum erat, διὰ τοῦ παθήματος τοῦ θανάτου.

φανωμένον ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου.

10 Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι.

11 Ὅ, τε γὰρ ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες. δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν,

perpessionem: vt beneficio Dei pro omnibus mortẽ gustaret.

10 Decebat enim eum vt ipse propter quem sunt hæc omnia, & per quem sunt hæc omnia, multos filios in gloriam adducendo, principem salutis ipsorũ per perpessiones consummaret.

11 Nam & qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno sunt omnes. quam ob causam non erubescit eos vocare fratres,

vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.

10 Decebat enim eum propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum, per passiones cõsummare.

11 Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes. propter quam causam non confunditur fratres eos vocare,

8 Hic posita est vis argumenti. Neque enim cum ipso tandem glorificaremur, nisi pro nobis (& quidem omnibus credentibus) exinanitus fuisset. Atque hac occasione Apostolus ad alteram partem explicationis personæ Christi accedit, in qua sic Deum esse probat, vt sit etiam homo. 9 Cur Filium Dei, verum illum Deum (vt paulò antè probauit) nihilominus decuerit hominem fieri omnibus miseriis (excepto peccato) obnoxium, aliis præterea argumentis probat. 10 Primùm, Quia Pater, ad cuius gloriam tendunt hæc omnia, multos filios decreuit ad gloriam adducere. Quomodo autem homines haberet filios nisi vnicus eius Filius factus esset hominum frater?

11 Secundò Pater constituit illos filios ad gloriam adducere, nempe ex ignominia in qua antea iacebant. Filius ergo non videretur planè homo factus nisi aliis similis esset factus, vt eo ipso itinere perueniret ad gloriam quo alios adduceret. Imò illum principem salutis reliquorum, præ cæteris decuit illis afflictionibus consecrari Prophetam, Regem, ac Sacerdotem, ad reliquorum salutem, quæ sunt istius principatus partes.

12 Firmamentum vtriusque superioris argumenti. Neque enim essemus filij in eo, neque afflictionibus consecrari potuisset, nisi homo nostri similis factus esset. Sed quoniam hæc filiatio à sola natura non pendet, quia non censetur Dei filius nisi qui præterquam quòd homo est, etiam frater est Christi, (quod fit sanctificatione, id est, coalitione per fidem cum Christo nos sanctificante) ideo facit Apostolus mentionem sanctificantis (nempe Christi) & sanctificatorum (nempe omnium fidelium) quos propterea Christus dignatur fratrum nomine.

¶ Vt beneficio, ὅπως χάριτι. Rectè hoc addidit, nostri videlicet respectu, quos sic amauit vt Filium suum pro nobis dederit, Ioan. 3. 16. Nam in eo versatur vt doceat nos tum in ipsa Christi morte siue sacrificio præstantiam ipsius cõsiderare, tum eius præstantiæ considerationem ad vsum nostrum accommodare. Eum enim dicit ad nos descẽdisse vt nos secum eueheret. Nam ὑπὲρ πάντος pro ὑπὲρ πάντων dixit, vbi rursus annotandum particulam vniuersalem nõ complecti singulos homines, sed omnia Christi membra in vnum corpus coniungere. Admonet Græcus scholiastes, Nestorianos olim hunc locum ausos fuisse deprauare, & pro χάριτι Θεοῦ scribere χωρὶς Θεοῦ, absque Deo, nempe vt à patiente homine Deum separarent. Et tamen hanc scripturã sequuti sunt Ambros. De fide ad Grat. lib. 2. cap. 4. & Vigilius lib. contra Eutychen 2. Ne, inquit, passio fuisse Deitatis putetur. In Syra verò interpretatione duplex est lectio. Nam in quibusdam codicibus legitur teste Tremellio מתרחק אלהא [mitrahak elaha] i. excepto Deo, in excusis aliis scribitur בטיבותה [bethibuthe] id est, propter beneficentiam eius, vel suam: quam vtranque scripturam malè mihi videtur idem Tremellius contextui inseruisse. ¶ Mortem gustaret, γεύσηται θανάτου. i. mortem sentiret, metaphora sumpta à propinato calice, ex Scripturæ more, quem etiam seruauit Christus in triplici illa sua oratione, quum iam ad mortem properaret. Vide Ioan. 8. 51. Quibusdam etiam placet istud eò referre, quòd verè quidem mortuus sit, sed tamen mortem quasi degustarit duntaxat, vt qui mox resurrexerit: qua ratione dicuntur etiam nonnulli bonum Dei donum gustare, quod mox euomant, infrà 6. 4. Sed hoc non placet.

10 Decebat enim, ἔπρεπε γάρ. Probarat sic hominem esse Christum vt sit Deus: quam dignitatem sigillatim applicauit triplici eiusdem officio. Nunc ordine conuerso dicit oportuisse sic Deum esse vt fieret homo: quod rursus applicat Prophetiæ, in his, Multos filios adducendo: Regno verò in his, Principem salutis: & Sacerdotio in his, Vnde debuit, &c. ¶ Vt ipse propter quem, αὐτῷ δι' ὅν, &c. infrà v. 17. Repetendũ est Θεοῦ à fine superioris vers. Est enim hæc Dei Patris descriptio ad id de quo agitur accommodata: Christo videlicet, quatenus mediatoris officio fungitur, velut infrà Patrem subsidente. Cedit enim hoc arcanum Patris gloriæ, propter quem hæc omnia facta sunt: & quum eo auctore facta sint hæc omnia, summa laus huius facti ad eum redit, vt meritò dicat Apostolus sic fieri decuisse. Sed & ex hoc loco licebit Arianos refellere, qui ex præpositione διὰ colligebant Filium esse Patre minorem, quum hîc tribuatur ipsi Patri.

¶ Adducendo, ἀγαγόντα. id est, ἄγοντα. Videlicet per Christum ipsius futuri mundi principem, in quo Pater omnes elegit vocandos, iustificandos & glorificandos, vt tandem sit in illis omnibus omnia. Vulg. qui adduxerat, seruata aoristi significatione. Sed ipsa sententia ostendit significari actum vigentem, non præteritum. ¶ Principem, ἀρχηγόν. Id est, antesignanum, & qui sicut primus est dignitate, ita est primogenitus ex mortuis inter multos fratres. ¶ Consummaret, τελειῶσαι. id est ad muneris sui complementum & plenum effectum adduceret per Crucem. Nec enim aliter quàm eius sanguine potuerunt peccata illum ducẽ sequentium expiari, nec sine hac expiatione isti in gloriam illam introduci: nec illi dicerentur ab hoc duce illuc introduci si aliam quàm ille viã ingrederentur. Quò spectat illud Luc. 24. 26. Oportuit Christũ pati & ita introire in gloriã suã: & illud toties à Christo inculcatũ, Qui volet meus esse discipulus, tollat crucẽ suam & sequatur me, & quod nõ semel repetit Apostolus, oportere nos Christo prius in morte, ac deinceps in vita conformari. Sed inter illas perpessiones Christi & nostras hoc precipuè interest, quòd vt ait præclarè Aug. lib. ad Bonif. 4. Sicut solus Dei Filius factus est filius hominis vt nos faceret Dei Filios: ita etiã pro nobis solus suscepit sine culpa pœnã, vt per ipsum sine meritis indebitã Gratiã consequamur. Cæterùm aliis magis placet Consecrandi verbum, quos in aliis editionibus sum sequutus, quod Christi ærũnæ quasi totidẽ sacra fuerint quibus initiaretur, & suo Pontificatui consecraretur ille nostræ salutis dux: nunc verò mihi propius hæc consideranti, hæc interpretatio nõ placet. Nec enim hîc & aliis [illegible]bus huius epistolæ locis, de huius Põtificatus præparatione & initio, sed de ipsius executione & complemento agitur, & illa initiatio potius ad Christi ἀνάστασιν, per quam est factus πρωτότοκος Act. 26. 23. referenda est: quo etiam, nempe ad τὸ τελειωθῆναι, non autem ad τὸ παθεῖν refertur: quod mox sequitur de Sanctificatione Christo nobiscum communi.

11 Nam & qui sanctificat, ὅ, τε γὰρ ἁγιάζων. Cohæret particula causalis cum participio ἀγαγόντα, Vt adduceret: item cum extremo versiculo 9. Qui enim valet consequutio hæc, Christus coronatus est gloria, &c. ergo & nos exaltabimur? Quia mortuus est pro omnibus. illum enim ita consecrauit Deus Pater, vt per eum multos filios adduceret in gloriam. Sed quũ fieri hoc potest? nempe quia vtique

omnes sint Caput & Membra, is qui sanctificat & qui sanctificantur. Sanctificationem autem appellat separationē, purificationem, consecrationem denique electorum: vtitúrque præsenti tempore, vt significet eos adhuc in huius sanctificationis progressu versari. ¶ *Ex vno*, ἐξ ἑνός. nempe Deo Patre in Christo, idque naturę humanæ Christo & electis ipsis adiunctis communis respectu. Nam in Christo quidem humana illa natura sic est hypostaticè Filio vnita, vt propterea homo ille, quamuis non secundum humanam naturam seorsim, tamen etiam quatenus est homo, sit verus ille Dei Patris Filius, quum in sese homo ille dici nō possit subsistere quin persona diuidatur, & duo filij, vnus videlicet genuinus, alter adoptiuus statuatur. In nobis verò, quum eadem illa humana natura, vnicum, per sancti Spiritus virtutem, cum Christo, per fidem apprehenso mysticum corpus constituat, sic simus & ipsi in illo Filij eiusdem Patris, quamuis non pari ratione. Est enim ille filius genuinus, nos autem adoptione in ipso filij sumus: quod mysterium passim declarat & inculcat Paulus.

¶ *Non erubescit*, οὐκ ἐπαισχύνεται. Rectè nam quantum alioqui inter nos & ipsum intersit.

Psal. 22. 23
Psal. 18. 3
Esa. 8. 18
13 Quod de incarnatione sanctificatoris docuit, applicat Prophetico muneri.
14 Idem applicat regiæ Christi potentiæ asserendis suis ab imperio diaboli & mortis.
Ose 13. 14
1. Cor. 15. 54

12 Λέγων, Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

13 Καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Καὶ πάλιν, Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός.

14 Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον·

15 Καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας.

16 Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται.

12 13 Dicens, ‖ Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ tibi hymnum canam.

13 14 Et rursum, ‖ Ego fretus ero ipso. Et iterum, ‖ Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus.

14 Quoniā igitur pueri participes sunt carnis & sanguinis, ipse quoque consimiliter particeps factus est eorūdem, ‖ vt per mortem euanescere faceret eum penes quem est mortis robur, hoc est diabolum:

15 Et liberos redderet quotquot metu mortis per omnem vitam damnati erant seruituti.

16 15 Non enim vtique Angelos assumpsit, sed semen Abrahami assumpsit.

12 *Dicens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te.*

13 *Et iterum, Ego ero fidens in eum. Et iterū, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus.*

14 *Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdē, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum:*

15 *Et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti.*

16 *Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.*

16 Explicat vocabula illa carnis & sanguinis, verè hominem esse Christum ostendens, idque non diuinæ suæ naturæ conuersione, sed humanæ assumptione. Nominat autem Abrahamum, respiciens ad promissiones de hac re Abrahamo factas.

12 *Annuntiabo*, ἀπαγγελῶ. Hunc Psalmum rectè Christo tribui apparet ex eo quòd ad viuum totam passionis illius historiam describit. Sic autem propheticum eius munus describitur. Est enim Christus Euangelij non tantùm auctor & subiectum, sed etiam præco: & vis argumenti in eo sita est quòd dicitur Dei nomen annuntiare, & quidem vt sanctorum vnus fratribus suis. quod Filio quidem sed in serui forma conuenit: sicut Samaritanæ illi dixit Nos adoramus quod scimus, sese inter adoratores numerās: & hymnum cecinit cum discipulis ceu fratribus suis.

13 *Ego fretus ero ipso*, ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Significat Hebræum nomen [*hasah*] (quo verbo vtitur Propheta Psal. 18, vnde desumptus est hic locus) *Recipere se in fidem ac præsidium alicuius*: vnde factum vt ad fiduciam transferretur. Itaque hoc ipsum est quod Latinè dicitur *fretum esse*. Q. Cicero De petitione Consulatus, *Quanquam partis & fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oportere*. Sic autem in illo Psalmo Dauidem de se loqui, vt multa Christo ipsi magis propriè conueniant apparet ex versu 44. & 45. Et aptè argumentatur Apostolus ad probandum Filij Dei diminutionem, quum minoris sit ad maiorem, & creaturę ad Creatorem confugere. ¶ *Et iterum, Ecce ego*, &c. ἰδοὺ ἐγὼ &c. Hæc loquitur de se & discipulis suis Esaias cap. 8, sed omnes ministros adumbrans: vt illius discipuli vicissim Ecclesiam totam designant. Quum igitur prophetarum ac ministrorum caput sit Christus, meliore etiam iure hęc illi tribuuntur quàm ipsi Esaiæ. ¶ *Pueri*, τὰ παιδία. Hebr. [Hebrew] [*thaleladim*,] id est *nati* potius quàm παιδία, & quidem cum emphatico vt si dicas, *Natuli*. Sic enim significatur filiatio electorum, ex illo videlicet incorruptibili semine, vt scribitur 1. Pet. 2. 2 ¶ *Dedit*, ἔδωκεν. Hoc explicatur Ioan. 6. 17, & 10. 18. Sed illud maximè videtur obseruādum, nusquam dici datos prophetis discipulos (sic enim Esaias vocat eosdem quos mox postea gnatos appellat Esa. 8. 17. & 18) sed vni Christo: quum potius à Prophetis dicantur Deo gigni filij, vt loquitur de Corinthiis Apostolus: & adduci discipuli Domino, ad quem etiam Ioannes suos dimisit. ex quo satis intelligi potest Esaiam eo loco non tam in persona sua quàm Christi loquutum.

14 *Participes sunt carnis & sanguinis*, κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος. Id est, constant carne & sanguine, fragili videlicet & caduca natura. Nūc verò quod de eo homine dixerat ad regium etiam munus applicat apertiùs explicans quod dixerat, omnes esse ex vno. Vulg. *communicauerunt carni & sanguini*, obscurè vel ob eam causam quòd seruauit præteritū tempus Erasm. *commercium habent cum carne & sanguine* aliquanto etiam obscurius. ¶ *Consimiliter*, παραπλησίως. In hoc aduerbio interdum παρὰ detrahit de significatione, vt quū significat propemodum: hîc verò contrà, proximā & prorsus respondentem conditionē declarat, imò candē prorsus, quod ad speciem ipsam attinet, nempe vt lac lacti simile dicitur. Est autem argumētum à communi naturæ ordine sumptum, vt homo hominē gignat. vnde consequitur hominem fieri oportuisse Filium illum in quo cæteri fierent filij, sic illi dati vt in ipso pro filiis censeantur. ¶ *Vt per mortem*, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου. Nisi hoc additum esset videri poterat Apostolus absurdissimè loqui. Nū enim Deū oportuit hominē fieri vt Diabolū debellaret? Nam certè potius robore quàm infirmitate videtur opus hîc fuisse. Declarat igitur Apostolus, vt hæc victoria esset quàm gloriosissima, maximè fuisse cōueniens vt hominis victor Satan per hominem sterneretur, atque adeo per ipsam hominis mortem veluti suis ipsius telis, morte videlicet, conficeretur. ¶ *Penes quem est mortis robur*, τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου. Mortem in potestate habere dicitur diabolus, à quo exortū est peccatū, quod mors est consequuta: quique nos quotidie ad peccandum solicitat, vt in æternæ mortis exitium nos secū pertrahat. Tota igitur mortis administratio penes eum est. Nobis tamen dicitur extinctus, quòd omnes ipsius conatus aduersum filios Dei cadant inanes & irriti, imò verò etiam nostro commodo cedant. Et notandum etiam quòd hāc potestatem dicit per mortem abolitam. i. hostē suis ipsius armis confectum. ¶ *Diabolum*, τὸν διάβολον. De vno loquitur tanquam omnium principe, vt alibi sæpe Scriptura: cui tacitè adiunguntur reliqui ipsius Angeli, vt Matt. 25. 41.

15 *Mortis*, θανάτου. Mortē intellige cū ira Dei coniunctā, qualem necesse est extra Christum esse. cuius metus aut horroris potius perpetua seruitute nihil fingi potest miserius.

16 *Angelos*, ἀγγέλων. id est, angelicam naturam. Vbi sunt igitur qui spirituale (id est, Angelicæ vel cælestis substantiæ) corpus Christo tribuunt? Nam spirituale quidem nunc

esse fatemur, sed longè alio sensu, vt diximus 1. Corint. cap. 15 vers. 44. ¶ *Assumpsit*, ἐπιλαμβάνεται. Paulo antè ἐκέκλητο dixit pro κέκληται, ita nunc contrà præsenti vtitur pro præterito, quæ permutationes temporum passim apud Hebræos occurrunt. Vulg. *apprehendit*, non malè, sed verbo minus vsitato in vnitione hypostatica duarum naturarum declaranda. ¶ *Semen Abrahæ*, σπέρματος Ἀβραάμ. id est, veram hominis naturam, & quidem ex Abrahami familia, quod etiam sic intelligendum est, non quasi Filius Dei hominem illum quem assumpsit iam per se subsistentem assumpserit: sed quoniam illum assumendo subsistentiam ipsi in sua persona dedit: vt proinde hic homo nunquam fuerit per se homo. Hæc autem naturæ nostræ assumptio sic vniuersaliter totum humanum genus respicit, vt tamen eius effectum ad solam Abrahami sobolem spectet, quo nomine tandem omnes credētes intelligi cœperunt, Gentibus in Iudæorum incredulorum locum adscitis: sicut sic inter omnes viros & fœminas vniuersaliter communis est humana natura, vt non sit tamen quilibet vir cuiuslibet fœminæ maritus, & contrà. Itaque fructum huius societatis ad solam Abrahami sobolē restringimus, id est, ad electorum cœtum, qui Ecclesiæ nomine censentur. Ideo etiam disertè Christus dicitur Filius Abrahami: vt exposuimus Matth. 1. 1. Est autem insignis hic locus ad probandam veræ humanæ naturæ cum diuina vnionem, ad vnum constituendum Christum: ideoque à veteribus, præsertim Græcis, diligenter annotatur. Quo magis est execranda Castellionis audacia qui ἐπιλαμβάνεται conuertit *Opitulatur*, non modò falsa, sed etiam inepta interpretatione, quum ἐπιλαμβάνεσθαι nunquam hoc declaret apud Græcos. Sed eum nimirum id offendit quòd ἐπελάβετο non scripserit Apostolus. Quasi verò in narrationibus rerum gestarum non soleat frequentissimè vsurpari hæc enallage, cum aliqua etiam venustate, vt res non acta perscribi, sed adhuc geri videatur. Denique in sententia tam manifesta, tantíne momenti hoc erat vt nouam & inauditam, & ad scopum Apostoli nihil pertinentem verbi ἐπιλαμβάνεσθαι significationem comminisceretur?

17 Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ.

18 Ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι.

Κεφάλαιον γ.

1 Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Χριστὸν Ἰησοῦν.

2 Πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

Πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μω-

17 16 Vnde debuit per omnia fratribus similis fieri, vt misericors esset & fidus pontifex in iis quæ apud Deum *agenda forent*, ad expiādū peccata populi.

18 Nam ex eo quod perpessus fuit quum tentatus est, potest & iis qui tentantur succurrere.

CAP. III.

1 VNde, fratres sancti, vocationis cælestis consortes, considerate Legatum & Pontificē professionis nostræ Christum Iesum:

2 2 ‖ Fidum ei qui ipsum cōstituit: 3 vt & Moses *fidus fuit* in tota domo ipsius.

4 *Tanto* nāque ampliore glo-

17 *Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.*

18 *In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari.*

CAP. III.

1 *VNde, fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum.*

2 *Qui fidelis est ei qui fecit illum: sicut & Moyses in omni domo eius.*

3 *Amplioris enim gloriæ*

16 Idem etiam applicat sacerdotio, ad quod non fuisset idoneus, nisi homo factus esset, & quidem per omnia nobis (excepto tamen peccato) similis.

Num. 12. 7
1 Substrato fundamento, id est explicata & probata vtraque vnius eiusdémque Christi natura, triplex ei munus tribuit, nempe Propheticum, Regium, & Sacerdotale, instituta eius collatione cum Mose & Iosue, quod ad Doctoris & rectoris munus attinet, vsque ad capitis proximi versicul. 14. cum Aarone vero in Pontificatu. Proponit autem de quo dicturus est grauissima cum exhortatione, vt in Christum tanquam vnicum illum æternum Doctorem, Rectorem ac Pontificem omnis nostra fides referatur. 4 Duplici ratione hanc adhortationem stabilit: primò quòd Christus Iesus sit à Deo talis designatus: secundò, quòd idem impositis sibi à Patre muneribus penitus sit defunctus. 3 Iam accedit ad collationem cum Mose: quos inter se similes facit, quòd vterque, præfectus fuerit domui Dei, & fideliter opus suum peregerit. sed mox in illa similitudine maximam esse imparitatem ostendit.
4 Prima collatio, Architectus præstantior est domo ipsa, ergo & Christus Mose. Ratio consequutionis est, quia huius domus architectus deus est, quod Mosi tribui non potest: ac proinde Moses non propriè fuit architectus, sed ipsius domus pars. Christus verò vt Dominus ac Deus, totam hanc domum est architectatus.

17 *Per omnia*, κατὰ πάντα. Per omnia, id est, nō solùm quòd ad naturam, sed etiam quòd ad omnes qualitates attinet sed à peccato tamen immunes. ¶ *Misericors*, ἐλεήμων. Id est, qui nostrarum ærumnarum vero sensu tangeretur, vt Luc. 19. 41, vbi etiam super perituris lacrymatur. Iam autem ad Christi Sacerdotium transit, docétque oportuisse hominem fieri vt pontifex etiam esset idoneus. ¶ *Fidelis*, πιστός. Id est sincerè & integrè munus suum obiens, vel cui meritò fideremus.

18 *Quum tentatus est*, πειρασθείς. Id est, quum exploraretur, vel etiam quum tentaretur. i. ad malum solicitaretur à diabolo, & omnibus ipsius instrumentis: quibus tamen fortissimè & constantissimè, sed non sine acerbissimis & inexplicabilibus doloribus, restitit. Nam quòd ad intrinsecas tentationes attinet à carnis vitiositate exorientes, nullę in eo esse potuerunt qui ex Spiritu sancto conceptus est. Castellio conuertit *Periclitando*, quàm rectè, ipse viderit. Erasmus, *Ex hoc quòd ipsi contigit tentari*, nam coniungit hæc duo πέπονθε & πειρασθείς, vt participium positum sit loco infinitiui. Sed quis ita loquitur, ἔπαθεν πειρασθῆναι, vel πέπονθε, pro πέπονθε τοῦ πειρασθῆναι. ¶ *Potest*, δύναται. Vide infrà, 5. 2.

IN CAPVT III.

1 *Vnde*, ὅθεν. Orditur collationem prophetici muneris, siue Apostolatus Christi, cum Mosis ministerio, sed coniunctum cum regno, (nam & Moses & Iosue sic fuerunt prophetæ, vt etiā Regēdi potestate sint functi) apertè iam hūc nominans, postquam illius præstantiā luculentissimè probauit. ¶ *Legatum*, ἀπόστολον. i. legatum & nuntium, sicut διάκονος περιτομῆς dicitur, id est, minister circuncisionis, Rom. 15. 8. Obiter autē, vbi ipsum ostendit omni potestate eminentiorem, nūc attingit Propheticum munus, qua ratione cum Mose confertur, sicut sacerdotij respectu cum Aarone: præterea etiā de Iosue aliquid propter regnum attingēs, vt omnibus modis sit nobis Christus factus omnia. Illorum autem omnium fundamenta substrauit, explicata vtraque Christi natura coniunctim: & nunc alteram distributionē nectit. Vult enim à nobis istam Christi præstantiā considerari, tum vt Prophetæ sua auctoritate docentis, vt qui Dominus sit: tū vt Pontificis maximi & vnici. Primùm igitur de Apostolatu dicet vsque ad capitis 4 vers. 14. inde ad Pontificatum transibit. ¶ *Professionis*, τῆς ὁμολογίας. Id est, eius doctrinæ quam profitemur, Euangelicæ nimirum.

2 *Ei qui ipsum constituit*, τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Sic accipitur verbum עשה [*hasah*] de Mose & Aarone, 1. Sam. 12. 6. pro καθιστάναι. hîc autem reperi etiam potest ad rem nomen Apostoli & Pontificis. ¶ *Vt & Moses*, ὡς καὶ Μωσῆς. Vide vt exæquet quos postea longè impares esse ostendet. Quínam enim pares fuerint seruus & Filius? Fidelis tamen est vterque. Sic igitur posthabetur Moses Christo vt nihil illi detrahatur, nihil isti præter meritum adijciatur, vtrique gradus suus conseruetur. Offensio enim quorundam inde nascebatur, quòd vtrunque habebāt pro seruo. Quamobrē constituta iam Christi Dei & hominis præstantia, intrepidè loquitur Apostolus.

3 [*Tanto*] *namque ampliore*, πλείονος γὰρ &c. Erasmus Voculam illam rectè addidit, vt magis perspicuus esset hic locus. Causalis autem particula non cohæret cum proximis, sed cum præcipuo totius periodi verbo κατανοήσατε, *considerate*: acsi diceret Apostolus, *Meritò magni facite Mo-*

ſtar (fuit enim fidelis in domo Domini) ſed excellentia Chriſti, qui & ipſe fidelis fuit tum Apoſtolus tum Ponti- fex, longè etiam dignior eſt quàm conſideretis. Eſt enim ipſius tanto amplior gloria, &c.

ϲεως ἠξίωται, καθ᾽ ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν.

4 Πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός.

5 Καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων·

6 Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, ἐάνπερ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν.

7 Διὸ καθὼς λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε,

8 Μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ·

ria præ Moſe hic dignus eſt habitus, quanto maiorem habet honorem is qui conſtruxit domum quàm domus ipſa.

4 Omnis enim domus apparatur à quopiam: qui verò conſtruxit hæc omnia, *eſt* Deus.

5 Et Moſes quidem fidus *fuit* in tota domo ipſius, vt famulus, ad teſtificanda quæ poſt erant dicenda:

6 At Chriſtus vt filius domui ſuę præeſt: cuius domus ſumus nos, ſi modo fiduciam & ſpem illam de qua gloriamur, ad finē vſque firmam retinuerimus.

7 Quapropter ſicut dicit Spiritus ille ſanctus, Hodie ſi vocē eius audieritis,

8 Ne obdurate corda veſtra, ſicut in exacerbatione, in die tētationis illius in deſerto:

iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam.

4 *Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus eſt.*

5 *Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in teſtimonium eorum quæ dicenda erant:*

6 *Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos, ſi fiduciā & gloriam ſpei vſque ad finem firmam retineamus.*

7 *Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus, Hodie ſi vocem eius audieritis,*

8 *Nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto:*

5 Altera collatio, Moſes fuit fidelis ſeruus in hac domo, (id eſt in Eccleſia) ſubſeruiens venturo Domino: Chriſtus autem regnat, & præeſt vt Dominus domui ſuæ. Pſal. 95. 8 infrà 4. 7

6 Applicat ſuo fini ſuperiorem doctrinam, verbis Dauidis omnes exhortans, vt Filiū ipſum nunc loquentem audientes, eius verbis plena fiducia acquieſcant, quòd aliter non poſſint in æternam illam requiem admitti.

¶ *Quàm domus ipſa*, τοῦ οἴκου. id eſt; Quanto præſtantior eſt architectus ipſa domo quam eſt architectatus, tanto Chriſtus præſtat Moſi, vt etiam explicat apertè Syrus interpres. Quomodo verò conſtabit illa ſimilitudo? nempe quia Moſes ipſe pars eſt domus à Chriſto extructæ nedum vt illam ſit molitus. Vſitatum enim eſt Eccleſiam domui comparare, cuius viui lapides & vaſa dicuntur tum paſtores tum greges, vt 1. Timoth. 3. 15, & 2. Timoth. 2. 10. & 1. Petr. 2. 5. Hæc igitur prior erit collatio Chriſti cum Moſe. Vetus interpres conuertit *Honorem domus*, id eſt, qui ex domo redit ad architectum multo amplior quàm ad ipſius miniſtros, qui per ſe nihil præſtiterunt, ſed fuerunt duntaxat architecti organa. acſi Gallicè dicas; *D'autant que le plus grand honneur de la maiſon reuient à celui qui l'a faicte.* quæ ſententia ſatis apta eſt, ſed Græcis non ſatis reſpondet.

4 *Hæc omnia*, τὰ πάντα. Non erat omittendus articulus: nam generalis alioqui ſententia accommodanda eſt ad ædificium de quo agitur. Apparet autem omnino, ex connexione argumenti, Chriſtum Dei nomine ſignificari. Eſt enim in his verbis aſſumptio argumenti, cuius præceſſit propoſitio, & huius aſſumptionis ac etiam concluſionis Chriſtus eſt ſubiectum. Ita enim eſt huius Eccleſia fundamentum vt ſimul præſideat; ita frater, vt ſit Dominus: ita formatus à Domino, vt ſit Deus propria virtute omnia efficiens, vt egregiè ſcripſit doctiſſimus interpres: ac proinde ſic conſtruenda eſt hæc oratio, non vt dicatur Deus omnia hæc condidiſſe, ſed iꝫ eſſe Deus qui hæc omnia, id eſt, totam hanc domum, eſt architectatus, quantūuis illud ex iſto conſequatur. Quod ſi architectus homo cenſetur ei domo præſtare cuius fuit architectus, quanto magis architectus Deus tota hac domo & omnibus quantūuis fidelibus eius œconomis excellentior eſt habendus?

5 *Et Moſes quidem*, καὶ Μωσῆς. Altera collatio, in conditæ domus adminiſtratione. Nam hîc quoque præfuit Filius vt Dominus, Moſes vt miniſter. Filius ergo id proprium habet, quòd ſolus propriè dici poteſt architectus, vtpote Deus qui omnia effecerit. Vſus eſt autem ad tempus Moſis opera, ſed nulla coactus neceſſitate, tantùm vt ſeruo, qui ſignificaret quod habebat in mandatis, & Domino loquuturo audientiam pararet. ¶ *Vt famulus*, ὡς θεράπων. Honeſtius vocabulum eſt θεράπων quàm δοῦλος, vt apparet ex verbo θεραπεύειν, quod de ingenuis dicitur, prompta quadam voluntate operam ſuam cuipiam accommodantibus.

6 *At Chriſtus vt filius domui ſuæ præeſt*, Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Vulgata, *Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua.* Eraſmus, *At Chriſtus tanquam filius adminiſtrauit domum ipſius.* Neuter cognouit diſcrimen quod obſeruandum erat inter ἐν & ἐπὶ hoc in loco. Dicitur enim fuiſſe Moſes fidelis in domo. Chriſtus verò ſupra domum, vt is videlicet qui domui præeſt tanquam dominus. Eraſmus verò (cuius veſtigia Caſtellio ſequutus eſt, ſed errore duplicato) præterea in eo aberrauit ab Apoſtoli ſcopo, quòd vertit αὐτοῦ, *ipſius*, quum emendati codices legant αὐτοῦ, & quomodocunque legas, commodius ſit omnino vt dicatur Filius domui ſuæ non alienæ præfuiſſe, etiamſi perſonam filij vt mediatoris à perſona Patris diſtinguas. ¶ *Cuius domus*, οὗ οἶκος. Cuius videlicet Chriſti domus nos ſumus. Sed rectius fortaſſe legeris ὃς οἶκος ἐσμὲν ἡμεῖς, *qua domus nos.* quod in vno ex vetuſtis codicibus ſcriptum inueni, & ſequutus eſt Vetus interpres. ¶ *Si modo fiduciam*, ἐάνπερ τὴν παῤῥησίαν. Fiduciam vocat fidei effectum illud præſtantiſſimum, quo fit vt intrepidè clamemus Abba Pater: cui ſubiungitur ſpes illa de qua gloriamur, quia nondum apparuit quod ſumus, & tamen ſpes illa fallere nos non poteſt, ac proinde vt de re præſenti gloriamur in Domino, vt Rom. 5. & 8. 36. & infrà 4. 16. ¶ *Firmam*, βεβαίαν. Sic vbique legimus: quum tamen βέβαιον ſcribendum fuerit, vt cum ſubſtantiuo poſteriore nempe καύχημα conſtruatur. Et quid ſi βέβαιον potiùs ſcriptum fuit, vt ad vtramque illam referatur? Neque Syrus iſtud hîc habet, quod fortaſſis etiam ex vor. 14. irrepſit.

7 *Si audieritis*, ἐὰν ἀκούσητε. Ergo Deus erat poſt Moſen ipſúmque adeo Dauidem adhuc loquuturus.

8 *In exacerbatione*, ἐν τῷ παραπικρασμῷ. Hebr. במריבה [*bimribah*,] id eſt in die contentionis. Nam repetendum eſt יום [*iom*] ex ſequente membro. Loquitur autem Propheta de illa celebri hiſtoria, quæ præſcripta eſt Exod. 17. 7, à qua etiam locus ipſe, in quo hæc geſta ſunt, dictus eſt Maſſa, id eſt, tentatio, & Meribah, id eſt, iurgium ſeu contentio, quòd Iſraelitæ illic, cum Moſe iurgando, Deum ad iram prouocarint. Quorſum hæc autem Apoſtolus? vt patrum auctoritatem deſinant obtendere. Deinde vt, ſi impunè contemni non potuit famulus Moſes, conſiderent multo maiores pœnas daturos qui Filium contempſerint, ad quem Moſes ipſe inuitat. Poſtremò ſingulari quodam aut potius diuino prorſus iudicio hunc locum delegit Apoſtolus, mentione finis iniecta. Finis enim externus quò populum deducebat Moſes, & introduxit Ioſue, fuit requies terræ Chanaan: finis quo nos deducit Deus per Chriſtum, eſt æterna ipſius requies, quam terræ Chanaan & Sabbati quies adumbrauit quod poſtea explicatur.

explicatur. Pulchrè ergo cohærent omnia; & obſeruandum eſt Apoſtolum ſingulari artificio exhortationem iſtam concipere in Dauidis ipſius, vel potius Spiritus ſancti perſona.

9 Οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη.

10 Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον, Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου.

11 Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.

12 Βλέπετε, ἀδελφοί, μήποτε ἔσται ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος·

13 Ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται· ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας.

14 Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ, ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν·

15 Ἐν τῷ λέγεσθαι, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ.

9 Vbi tentauerunt me patres veſtri, explorauerunt me, & viderunt opera mea per annos quadraginta.

10 Quapropter infenſus fui iſti gēti: & dixi, Semper errāt corde, neque cognouerunt vias meas.

11 Itaque iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

12 7 Videte, fratres, nequando ſit in vllo veſtrûm cor malignum incredulum, deſciſcēdo à Deo viuo:

13 Sed exhortamini alij alios quotidie, quoad appellatur dies hodiernus: nequis ex vobis induretur ſeductione peccati.

14 8 Chriſti enim conſortes facti ſumus, ſi modò principiū illud quo ſuſtētamur firmum retinuerimus ad finem vſque,

15 *Interim* dum dicitur, Hodie ſi vocem eius audieritis: ne obdurate corda veſtra, vt in exacerbatione.

9 *Vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis.*

10 *Propter quod infenſus fui generationi huic, & dixi, Semper errant corde. ipſi autem non cognouerunt vias meas.*

11 *Quibus iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.*

12 *Videte fratres, ne fortè ſit in aliquo veſtrum cor malū incredulitatis, diſcedendo à Domino:*

13 *Sed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec Hodie cognominatur: vt nō obduretur quis ex vobis fallacia peccati.*

14 *Participes enim Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initiū ſubſtantiæ eius vſque ad finē firmum retineamus,*

15 *Dum dicitur, Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, quēadmodum in illa exacerbatione.*

7 Iam expendens verba Dauidis, primùm oſtendit ex particula Hodie, negligendam non eſſe occaſionem tantiſper dum adhuc viget. Neque enim ad ſeculum Dauidis reſtringendam eſſe vocem illam: ſed totum illud tempus complecti quo Deus nos compellat.

8 Iam ponderat verba illa, Si audieritis vocem, &c. explicans iſta de auditu fidei dici, cui opponitur obduratio per incredulitatem.

9 *Quadraginta annis*, τεσσαράκοντα ἔτη. Quia ſequitur particula διό, Græci codic. & Syrus etiā interpres iſta adiunxerunt præcedentibus, quum tamen in Hebræis iſta connectantur ſequentibus, nec vlla cauſalis particula interijciatur. Sed & vnum codicem Vet. inueni cum Hebraica veritate prorſus conſentientem: quomodo etiam legitur in recepta Græci pſalterij editione. Deinde idipſum ita repetitur infrà, verſu 17. Nolui tamen quicquam mutare in re tantilli momenti, quum eadem maneat ſententia, vtrouis modo legas.

10 *Errant corda*, πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Id eſt, vecordes ſunt & inſani.

11 *Itaque*, ὡς. id eſt, ὥστε. Hebr. אשר [*aſther*,] id eſt, οἷς, *quibus*, vt etiam legit & interpretatus eſt Vetus interpres. Eraſmus, *Sicut*, non ſatis rectè. Idem autem declarat *In ira mea*, atque *Iratus ego.* ¶ *Si introibunt*, εἰ εἰσελεύσονται. Vide Mar. 8. 12.

12 *Incredulum*, ἀπιστίας. Vulgata, *Incredulitatis* ſeruato Hebraiſmo. Rectiſſimè autem hoc adiicitur quo potiſſimum à Deo abalienamur, ſicut è contrario per Fidem illi adiungimur.

13 *Quoad appellatur dies hodiernus*, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. Id eſt, quandiu durat dies hodiernus. Docet enim Apoſtolus aduerbium Hodie non debere ad Dauidis ſeculum reſtringi, ſed totum illud tempus complecti quo nos Deus compellat, vt rectè ſcribit doctiſſimus interpres. Nec enim aſſentior Eraſmo qui totum vitæ tempus putat hoc nomine deſignari. Nam multos adhuc viuentes nox opprimit, qui fruſtra Deum requirunt, quia ſine fide clamant, quæ non eſt omnium: aut ne requirere quidem ſuſtinent, vt eum quem ſunt aſpernati. Ergo quandiu nos Deus vocat, tandiu durat dies ille, non amplius: quum non ſit volentis, nec currentis, ſed miſerentis Dei. Statim ergo pareamus. Quis enim nouit quando deſiturus ſit Dominus nobis loqui?

14 *Principium illud quo ſuſtentamur*, τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως. Vel principium illud fiduciæ ſiue inchoatum in nobis illud quo fulcimur. Opponitur enim principium fini, ſed ita vt vtrunque oporteat conſentire: & ita etiam accipi nomen τῆς ὑποστάσεως diximus 2. Cor. 9. 4. & 11. 17. In quibuſdam autem codicibus legimus τὴν ἀπαρχήν, id eſt, *primitias.* Vulg. *Initium ſubſtātiæ eius* id eſt, αὐτοῦ ipſius videlicet Chriſti. quod pronomen in nullo Græco codice reperi. Suſpicor autem ex Syro interprete ſcriptum fuiſſe non αὐτοῦ, *eius*, ſed ταύτης, *huius.* Sic enim hunc locum interpretatur, acſi ſcripſerit Apoſtolus, à principio ad finem vſque cōſtanter eſſe illud quo fulcimur retinendum. id eſt ἐὰν ἀπ᾽ ἀρχῆς τὴν ὑπόστασιν ταύτην βεβαίαν κατάσχωμεν. Sed fortaſſe rectius τὴν ἀρχήν acceperimus pro eo quod primarium eſt, & à quo niſi cœperis fruſtra quidpiam aggrediaris, quod eſt Hebræis ראשית [*reſchith*] Hypoſtaſis autem declarat fulcimētum id eſt, vim & vſum illius principij quod Hebræi vocant משען [*Miſchehan*] Syrus autem vertit מן רישיתא [*men reſchitha*] quanuis τῆς ἀρχῆς vocem aliter acceperit & ab iſta ſepararit. Hanc autem ſententiam ſi ſequamur ἡ ἀρχὴ τῆς ὑποστάσεως declarabit id quod pro fulcro cætera ſuſtinente ſtatuitur, metaphora ab ædificiis ſumpta: ſicut apud Platonem in epiſtolis ἀρχαὶ βάσεως ſignificat *fundamenta interna*: quod hoc loco pulchrè declarat Chryſoſtomus. Sed quodnam eſt illud fulcimentum? Nempe ſana illa doctrina de Chriſto, eáque fide apprehenſa, ſiue Fides ipſa, vt exponit Chryſoſtomus. In fide verò dicimur quidem ſtare, ſed vt organo quod ipſo Chriſto nititur. Caſtellio ea libertate vſus qua in plerisque alijs, totum hunc locum ita conuertit, *Etenim Chriſti conſortes facti ſumus, ſi modò hoc argumentum ab initio ad finem vſque firmum tenemus, in quo dicitur*, &c. Hoccine verò eſt fidum contextus interpretem agere?

15 [*Interim*] *dum dicitur*, ἐν τῷ λέγεσθαι. Id eſt, quandiu hæc vox perſonat. Hæc enim eſt (opinor) germana & minimè detorta huius loci explicatio, quam etiam amplexus Vetus interpres conuertit, *Dum dicitur.* Ego verò addidi aduerbium *Interim*, vt melius exprimerem præpoſitionem ἐν, quæ pro *Inter* accipitur hoc in loco, ἐν τούτῳ, ἐν ᾧ, ἐν τῷ μεταξὺ, & ſimilibus. Eraſmus, *In hoc quod dicitur*: quæ interpretatio non poteſt Græcis vllo modo accommodari.

Cæterùm nobilis est hæc sententia, ex qua intelligimus verba illa Prophetarum non ad vnum illud tempus pertinuisse, sed Deum etiamnum hodie nos ad se Prophetarum scriptis propositis inuitare.

16 Τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν, ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως.

17 Τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ;

18 Τίσι δὲ ὤμοσε μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι;

19 Καὶ βλέπομεν ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσελθεῖν δι' ἀπιστίαν.

Κεφάλαιον δ'.

1 Φοβηθῶμεν οὖν μή ποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι.

2 Καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι καθάπερ κἀκεῖνοι· ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν.

16 Nam quidam quum audissent, exacerbarunt Dominum: non omnes tamen ij qui exierant ex Ægypto per Mosen.

17 Quibus autè infensus fuit quadraginta annis? nónne iis qui peccauerant, quorum artus conciderunt in deserto?

18 Quibus autem iurauit non ingressuros in requiem suam, nisi iis qui non obedierant sermoni?

19 Et videmus non potuisse ingredi propter incredulitatem.

CAP. IIII.

1 Metuamus igitur nequando derelicta promissione introeundi in requiem eius, videatur aliquis ex vobis illa fuisse per tarditatem exclusus.

2 Etenim nobis euangelizatũ est, sicut & illis: at non profuit illis auditus sermo, vt qui fide contemperatus non fuerit apud eos qui audierant.

16 *Quidam enim audientes, exacerbauerunt, sed non vniuersi, qui profecti sunt ex Ægypto per Mosen.*

17 *Quibus autem infensus est quadraginta annis? nónne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto?*

18 *Quibus autem iurauit nõ introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt?*

19 *Et videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem.*

CAP. IIII.

1 *Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex vobis deesse.*

2 *Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis: sed non profuit illis sermo auditus, non admistus fidei ex illis quæ audierunt.*

1 His verbis, vocem eius, declarat significarià Dauide prædicationem Christi, qui tũc quoque annunciabatur, quũ Moses & Prophetæ non aliò respicerent.

17 *Artus*, τὰ κῶλα. Sic tribus locis conuerterunt Græci interpretes Hebraicum vocabulum פגרים id est, *cadauera*, Num. 14. vers. 29, 32 & 33. Syrus *ossa* interpretatur. Græca vox *Membra* siue *Artus* declarat, ex quibus ipsum corpus extructum est: vt hoc vocabulo significetur illos, non tam sic ferente mortalitate, vel quouis morbo, sed tabescentibus sensim corporibus in deserto veluti concidisse.

IN CAPVT IIII.

1 *Introeundi*, εἰσελθεῖν. Subauditur articulus τοῦ, vt in illo Æschinis loco κατὰ Κτησ. Μὴ κυρίους εἶναι ψηφίσασθαι ... [illegible]

¶ *Videatur aliquis ex vobis illa fuisse per tarditatem exclusus*, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι, id est tardando exclusus. Vide Rom. 3, 23. Respicit autem superiorem historiam. nam existimarunt Israelitæ se fuisse à Domino delusos, quum ipsi reuera contempsissent oblatam possessionem terræ Chanaan. Sic solet hominum improbitas, quum suæ perfidiæ dat pœnas, culpam in Deum regerere. Græca scholia additum esse censent ab Apostolo verbum δοκῇ, id est, *videatur*, vt asperius dictum leniret. Vulgata, *deesse*, quod nemo intelligat.

2 *Nobis euangelizatum est*, ἐσμὲν εὐηγγελισμένοι. Vulgata & Eras. *Nobis annuntiatum est.* Atqui non de omni nuntiatione dicitur τὸ εὐαγγελίζεσθαι. Itaque libenter Euangelizandi verbum retinui, vt sciamus Dominum in illo Dauidis loco vocem suam appellare, illud ipsum Euangelium quod postea nobis reipsa exhibuit in Filio. Christus enim fuit heri & hodie, nec alius vnquam fuit μεσίτης. Sed potius, dices, scribendum fuit Illis vt nobis euangelizatum fuisse. Nam de illis demum controuersia moueri poterat. Respondeo non comparari duas Euangelizationes, ac multo minus conferri duo Euangelia (quum vnicum sit) neque duas Euangelij dispensationes secundum plus & minus differentes qua ratione duo testamenta constituuntur. Nam si ita esset, videretur nostram conditionem Apostolus facere deteriorem, inquiens sic esse nobis vt illis quorum Dauid meminit, euangelizatum: quum nostra tamen conditio multò sit potior, vt scribitur infrà 8. 6. Itaque nihil aliud significatur his verbis quàm idem Euangelium nobis annuntiatum fuisse atque illis olim, vnde sequatur fore vt eandem pœnam subeant, exclusionem videlicet à Dei requie, eiusdem vocis contemptores. Quod ad constructionem autem huius verbi attinet, sic dicuntur passiuè aliqui Euangelizari, sicut actiuè dicuntur Apostoli εὐαγγελίσασθαι τὰς κώμας τῶν Σαμαρειτῶν, Actor. 8, 25. quanuis alioqui vsitatius cum tertio casu personæ hoc verbum construatur vt Rom. 1, 15.

¶ *Vt qui fide contemperatus non fuerit apud illos qui audierant*, μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν. Prędicationem Euangelicam cum vino comparat, quod vt haustum (id est, auditum & perceptum) nobis prosit, oporteat fide quasi temperari. vt etiam intellexit hunc locum Syrus interpres. Est igitur elegans translatio, qua significatur Hebræis rebellibus causam non esse cur glorientur, quòd peculiariter eos sit alloquutus Dominus & per Prophetas & per Filium, quum multi etiam audierint Mosen in deserto, quibus id non modò non profuit, sed etiam mortiferæ potionis instar fuit, ipsorum quidem vitio qui propinatam non temperarunt fide. quæ requiritur vt hic potus nobis sit salutaris. Vulgata, *Non admistus fidei ex ijs quæ audierunt.* Putauit enim Vetus interpres τοῖς ἀκούσασι positum pro τῶν ἀκουσθέντων. Castellio verò multo etiam durius conuertit τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασι, pro τῇ πίστει τῶν ἀκουσάντων, *Cum eorum fide qui audierant.* Erasmus, *Quòd non esset cum fide coniunctus ijs qui audierant*: ne sic quidem expressa Apostoli sententia, vt mihi videtur. Græcus scholiastes legit συγκεκραμένους, assentiente Photio & Theophylacto, quos etiam Complutensis editio sequitur, & quinque ex vetustis nostris codicibus. Est autem hæc sententia, Auditum sermonem nihil illos iuuisse qui sese non coniunxerunt per fidem iis qui audierant, id est, Iosue & Caleb fidelibus, qui Deo auscultarunt. Sed ne hoc quidem mihi placet, vel ob eam causam, quòd manifestè distinguat τοὺς ἀκούσαντας & τοὺς πιστεύσαντας, id est, eos qui tantùm audierunt ab ijs qui audita crediderunt.

3 Εἰσερχόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ πιστεύσαντες, καθὼς εἴρηκεν, Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου· καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων.

4 Εἴρηκε γάρ που περὶ τῆς ἑβδόμης οὕτω, Καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ.

5 Καὶ ἐν τούτῳ πάλιν, Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.

6 Ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεται τινὰς εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες οὐκ εἰσῆλθον δι' ἀπείθειαν·

7 Πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν, σήμερον, ἐν Δαβὶδ λέγων μετὰ τοσοῦτον χρόνον, (καθὼς εἴρηται) Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν.

8 Εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας.

3 Introimus enim in requiẽ nos qui credidimus, sicut dixit, Itaque iuraui in ira mea, si ingressuri sint in requiem meam: licet operibus à mundi fundamento factis.

4 Ita enim dixit quodam in loco de septimo die, Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis.

5 Et hîc rursum, Si introibũt in requiem meam:

6 Quia igitur reliquum est vt aliqui introeant in eã, & ij quibus prius euangelizatum fuit, non introierunt propter contumaciam.

7 Rursum quędam præfinit diem, Hodie, apud Dauidem dicens tanto post tempore, (prout dictum est) Hodie si vocem eius audieritis, ne obdurate corda vestra.

8 Nã si Iesus eos in requie collocasset, nequaquã de alio posthac die loquutus fuisset.

3 *Ingredimur enim in requiem qui credidimus, quemadmodum dixit, Sic vt iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam: & quidem operibus ab institutione mundi factis.*

4 *Dixit enim quodam loco de die septima sic, Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis.*

5 *Et in isto rursum, Si introibunt in requiem meam.*

6 *Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ij quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem.*

7 *Iterùm terminat diem quendam, Hodie, in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut suprà dictum est, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.*

8 *Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac die.*

Psal. 95. 11. Gen. 2. 2. Deut. 5. 14. Suprà, 3. 17.

1 Nequis obiicere, illa intelligi de terra Chanaan, & Mosis doctrina, ac proinde ad Christum & vitam æternam non restringi, ostendit Apostolus, duplicẽ requiem in Scripturis commemorari, vnam diei septimi, qua Deus dicitur ab omnibus operibus suis quieuisse: alterã verò commemorari in qua Iosua populum introduxit: sed quæ requies nõ sit vltima ad quam vocamur, quod probat duabus rationibus: Quũ enim tanto post tempore Dauid populum alloquẽs in terra Chanaan collocatũ vtatur aduerbio Hodie, & minetur non ingressuros in requiem Dei, qui vocem Dei tunc sonantẽ repudiarint, necesse est dicamus aliud tempus quàm tempus Mosis, & aliam requiem quàm terram Chanaan, ab eo significari. Ea verò est æterna illa in qua cessante huius vitæ cursu, incipimus Deo viuere: sicut Deus die septimo ab illis suis operibus, id est ab hoc condendo mundo destitit. Significat autem simul Apostolus, in vno demum Euangelio aperiri huius requietis iter, quam Moses, & terra Chanaan & tota illa Legalis œconomia adumbrauit.

3 *Introimus*, εἰσερχόμεθα. Vulgata, *Ingredimur*, non expressa Apostoli sententia, vt qui significet nos iam nunc per fidem ingredi in illam requiem, vt apparet ex versu 10.

¶ *Sicut, &c.* καθὼς, &c. An verò ex hoc testimonio efficitur nos per fidem ingredi in Dei requiem? Minimè id quidem per se: sed ita est, si omnia connectas tum præcedentia, tum sequentia. Nam si infidelitas arcet ab aditu, fides certè introducit.

¶ *Licet*, καίτοι. Vulgata, *Et quidem*, quam versionem tolerari quidem posse fateor, sed tamen non amplector. Est autem locus hic perobscurus, quem ego sic exponendum puto. Probarat Apostolus infidelitatem illud esse quod à Dei requie arceret, fidem contrà, quasi ostium per quod ingrederemur. Ad hæc verò poterant Hebræorum aliqui obiicere, ista nihil ad regnum cæleste pertinere, quum illis Requietis appellatione terra Chanaan intelligatur, in qua essent ipsi: ac proinde se illa exhortatione minimè indigere, vt qui Dei requiem istam infidelibus negatam possiderent. Oportuit igitur eos ab ista contemplatione terræ Chanaan auocatos, ad alterius requietis cognitionem traducere, eius videlicet cuius illa typus erat. Quod vt faciat, aggreditur explicare quid sit in requiem Dei ingredi: ac fatetur quidem duplicem requiem Dei commemorari in Scripturis, vnam æternam cuius statim fit mentio post conditum mundum: alteram quæ in hoc Dauidis loco tribuatur terræ Chanaan: sed ita vt Deus (exemplo eorum proposito qui ab altera ista typica sunt exclusi per infidelitatem) nos ad priorem illam veram & suam vocet. Quod ita esse probat Apostolus duobus argumentis: vno, quòd Deus addat aduerbium Hodie, quod non conuenit rei iampridem præteritæ: altero, quòd eos alloquatur qui in terram Chanaan iampridem erant ingressi: ex quibus coniunctis necessariò efficitur quod modò dixi, nos ad aliam requiem proposito illo exemplo inuitari. Sed quænam illa est? nempe quum duæ tantùm commemorentur, & de posteriore non agi dixerimus, nisi quatenus illius mentio adhortationis causa inducitur, relinquitur, Dauidem de priore verba facere, quemadmodum Apostolus proponit vers. 4. & explicat versiculis 9 & 10. Deinde conclusionem nectit. Ergo (vt ad contextum redeam) coniunctio καίτοι omnino conuertenda est per *quanuis*: vt sit sensus. Quanuis requietis Dei nomine alicubi significetur cessatio à condendo mundo. Deum tamen de terra Chanaan loquentem, requietis nomen illi tribuisse in illo suo iureiurando. Non argumentatur autẽ Apostolus, sed proponit de quo dicturus est, quod & mox explicat, docens duarum requietum fieri mentionem, vt postea Psalmi contextum ad vtranque accommodet, illa videlicet verba, Si ingressuri sint in requiem meam, ad terram Chanaan: adhortationem autem totam, ad priorem illam & veram Dei quietem, cuius illa typus erat. Sed nulla hîc fit (dices) terræ Chanaan mentio. Respondeo, non necesse fuisse hoc exprimi, quod manifestè liquet ex historia illa quadraginta annorum, quam vnam in hoc Psalmo Deus commemorat, deinde etiam hoc disertè explicari vers. 8.

9 *Quia igitur*, ἐπεὶ οὖν. Nunc illam Dei adhortationem applicat ad priorem requiem. Itaque οὖν non declarat conclusionem ex prioribus nascentem, sed ingressum argumentationis: nisi malimus eum à conclusione exordiri, quam postea confirmet.

7 *Rursum*, πάλιν. Prius argumentum ab aduerbio præsentis temporis. quod declarat alios inuitari. Ἐν Δαβὶδ autem possimus interpretari *In Dauide*, id est, *apud Dauidem*, in libro videlicet Dauidis, vel *per Dauidem*, vt Rom. 9, 25.

8 *Nam si Iesus*, εἰ γὰρ Ἰησοῦς. Iosue intelligit qui à Græcis dictus est Iesus. vt planè sint ridiculi qui Iesu nomen, quum Christo tribuitur, volunt ad nomen Iehoua detorquere. Quis enim non videt, sicut terra Chanaan veræ quietis fuit typus, ita etiam Iosue sub eodem nomine proponi pro veri nostri liberatoris typo? Sed fuisse videtur aliquid adiungendum, vt esset necessaria conclusio. Quid enim? annon potest nos Deus hodie ad eam ipsam quietem inuitare quam alij multis antè seculis sint aspernati? Sanè ita est. sed quum ij non de quibus conqueritur, sed quos ad se inuitat Dominus apud Dauidem, eam quietem iampridem adepti sint, quam alij neglexerant, nempe terræ Chanaan possessionem, relinquitur aliam esse præparatam quietem, ad quam proposito aliorum exemplo inuitentur: quæ conclusio nectitur versiculo 9.

9 Ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ.
10 Ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός.
11 Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν, ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας.
12 Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας.
13 Καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος.
14 Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας.
15 Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ᾽ ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας.
16 Προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος, ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν.

Κεφάλαιον ε.

1 Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.
2 Μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν.
3 Καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει, καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.

9 Itaque reliquus est aliquis sabbatismus populo Dei.
10 Nam qui ingressus est in requiem eius requieuit & ipse ab operibus suis, quemadmodum à suis Deus.
11 3 Studeamus igitur ingredi in illam requiem, nequis in idem incidat contumaciæ exemplum.
12 4 Viuus enim est sermo Dei & efficax, & penetrátior quouis gladio ancipiti: & pertingit vsque ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagúmque & medullarũ: & diiudicat cogitationes & conceptus cordis.
13 Nec est vlla res creata non manifesta in conspectu ipsius: imò omnia sunt nuda & intimè patentia oculis eius quicum nobis est negotium.
14 5 Habentes igitur Pontificem magnũ, qui transiuit cælos, Iesum Filium Dei, retineamus hanc professionem.
15 6 Non enim habemus Pontificem qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum in omnibus similiter, absque tamen peccato.
16 Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, vt consequamur misericordiã, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.

CAP. V.

1 1 NAm omnis Pontifex ex hominib. assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ apud Deum agenda sunt, vt offerat dona & victimas pro peccatis.
2 2 Qui quantum satis est possit miserari vicem ignorantium & aberrãtium: quòd & ipse circundatus sit infirmitate:
3 Et propter hanc debeat, sicut pro populo, ita & pro seipso offerre victimam pro peccatis.

9 *Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.*
10 *Qui enim ingressus est in requiem eius, etiã ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis Deus.*
11 *Festinemus ergo ingredi in illam requiem: vt ne in id ipsum quis incidat incredulitatis exemplum.*
12 *Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagũ quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis:*
13 *Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.*
14 *Habentes ergo Pontificẽ magnum qui penetrauit cælos, Iesum Filium Dei, teneamus confessionem.*
15 *Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine, absque peccato.*
16 *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.*

CAP. V.

1 *OMnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.*
2 *Qui condolere possit iis qui ignorant & errant: quoniam & ipse circundatus est infirmitate.*
3 *Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis.*

3 Redit ad exhortationem.

4 Amplificatio à natura verbi Dei cuius ea vis est vt in ima vsque animi penetralia penetrent, contumacibus letale vulnus infligens, credẽtes verò planè viuificans.

5 Iam aggreditur Pontificatus Christi collationem cum Aaronis sacerdotio, & in ipso statim initio summam huius Pontificis excellentiam declarat, cum vocans Filium Dei, & in ipsis cælis ad tribunal Dei collocans, non obscura antithesi cum Aaroniois sacerdotibus & tabernaculo caduco: quas comparationes postea luculenter declarat. 6 Ne videretur tanta huius nostri Pontificis gloria nos ab ipsius aditu, prohibere, (subiicit cum nihilominus verè nostrum fratrem esse, quod etiam antea probauit) & nostras omnes miserias suas ducere, vt intrepidè nos ad se vocet.

1 Primæ collationis Christi Pontificatus cũ Aaronico pars prior: alij Pontifices sumuntur ex hominibus & vocãtur humano quodam more.

2 Alterius collationis pars prior: alij vt infirmi constituuntur Pontifices, vt eius mali sensu affecti quod est illis cum toto populo commune, dona & victimas quæ sint communis fidei ac resipiscentiæ testes, suo ac populi nomine offerant.

9 *Aliquis sabbatismus*, σαββατισμός. Vtitur Hebræo vocabulo quum antea dixisset κατάπαυσιν, eodem sensu, duabus de causis primùm vt distinguat ipsa nomina, nam Psal. 95, requies vocatur מנוחה [*menucháth*,] vbi autem agitur de die septimo dicitur שבת [*schabbath*,] à verbo שבת [*schabath*,] vt in ipso etiam nomine discrimen annotetur, deinde vt concludat collationem typicæ quietis terræ Chanaan, cum vera illa & æterna, ad quam nos Deus per verum Iosuam deducit, atque adeo in qua iam alterum pedem habemus, si credidimus.

10 *Nam qui ingressus est*, ὁ γὰρ εἰσελθὼν. Similitudinem declarat bonæ beatæ illius quietis Dei & nostræ, quam iam inchoauerunt qui Deo vocanti responderunt. Quemadmodum enim Deus perfecto mundo sese veluti recepit in æternam illam suam beatitatem: sic qui crediderunt, cessant, ab operibus suis, iter ingressi ad illud beatissimum otium, id est, ad felicitatem illam sempiternam, in qua post tot huius vitæ ærumnas collocabuntur.

11 *Studeamus*, σπουδάσωμεν. Conclusio superioris tractationis totius de officio Christi Regio ac Prophetico. ¶ *Nequis*, ἵνα μή τις. Id est, nequis fiat simile exemplum infidelitatis. Nam ἐν pro εἰς ponitur, & ὑπόδειγμα pro παράδειγμα, vt diximus Matt. 3, 7. Eras. *Nequis eodem concidat incredulitatis exemplo.*

12 *Viuus enim* [*est*,] Ζῶν γάρ. Viuum vocat ab eius effectis in iis quibus annuntiatur, & alludit ad Es. 49, 1. & Psal. 45, 4 & 6. Cohæret autem causalis particula cum superiore conclusione, quæ & fideles consolatur, & contumaces coram Dei tribunali citat. ¶ *Sermo Dei*, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. Id est, doctrina Dei annuntiata tum in Lege tum in Euangelio. ¶ *Ancipiti*, δίστομον. Vide Luc. 21, 24. ¶ *Ad diuisionem*, ἄχρι μερισμοῦ. Id est, ad intima vsque animi penetralia descendat, nempe vt mortiferum vulnus infligat contumacibus, electos autem contritos, vetere homine suo penitus viuificet Deo. Animam autem facultatem in qua resident affectus, Spiritum τὸ ἡγεμονικὸν vocat, quod aliquoties in Paulo annotauimus, & statim explicatur. Per compages autem & medullas similiter accipio penitissimas quasque hominis partes. Syrus interpres proterea legit καὶ ὀστέων, *& ossium.* ¶ *Et diiudicat*, καὶ κριτικός. Quidam conuertit *Censorem*, non ineptè fortassis, si rem ipsam spectemus.

13 *Ipsius*, αὐτοῦ. Ipsius videlicet Dei, de cuius verbo disserit. Sunt autem hæc aduersus hypocritas dicta, ne quicquid fidei nomine vestierimus, putemus à Deo recipi pro fide. ¶ *Intimè patentia*, τετραχηλισμένα. Vulgata, *Aperta.* Erasmus, *Resupinata.* Neuter malè, si sententiam spectemus, sed non satis expressè. Tradunt enim Grammatici τετραχηλίζεσθαι dici, quæ à collo suspensa excoriantur, & per dorsi spinam tandem resupinata finduntur, vt tota foris & intus oculis pateant. ¶ *Quicum nobis est negotium*, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Vel, de quo nobis est sermo, vt περὶ ὃν ponatur pro περὶ οὗ, vt supra, 1, 7. Sed illa explicatio multo est vberior, vt rectè obseruauit doctissimus interpres. Vulgata & Erasmus, *Ad quem nobis est sermo.* Syrus autem interpres λόγον accipit ἀπὸ τοῦ λόγον ἀποδοῦναι, vt sit sensus, reddendam esse Deo omnium nostrarum cogitationum, & actorum ac factorum rationem.

14 *Habentes*, &c. ἔχοντες, &c. Nunc aggreditur comparationem pontificatus Christi, cum Aarone & omnibus Pontificibus Leuiticis. Itaque hinc oportuerat quartam sectionem auspicari. ¶ *Retineamus*, κρατῶμεν. Id est, ne sinamus nobis è manibus eripi: vt diximus Mar. 7, 3.

15 *Non enim*, οὐ γάρ. Vides vt ad sacerdotium applicet sua illa principia, nempe hominem Deum, superiore versiculo, nunc verò Deum hominem, & quidem semper coniunctim. ¶ *Affici sensu*, συμπαθῆσαι. Vulgata, *Compati.* Atqui in Christum nunc gloriosum istæ perpessiones non cadunt: quod concedo. Sed hoc quidem certum est, hoc vocabulo summum illum consensum membrorum & capitis (id est, Ecclesiæ & Christi) significari, de quo toties Paulus disserit. Deinde vt quũ de Deo loquitur, ita etiam de Christo glorioso disserens Scriptura, ad nostrũ captum se demittit. Gloriosum autem ad dextram Patris Christum sedere credimus: vbi dicitur nostris malis affici, quòd sibi factũ ducat quicquid nobis fit iniuriæ: ideo clamans è cælis, Saul cur me persequeris? Altiores speculationes sectari nec velle nec tutum existimo.

¶ *Tentatum*, πεπειρασμένον. Ita lego ex vetere codice, non πεπειραμένον. Neque enim nudam corporis & animæ substantiam assumpsit, sed omnibus nostris ærumnis, omnibus denique peccatorum nostrorum pœnis obnoxiam: ita tamen vt recta & integra in eo fuerint omnia, nec vnquam caro illa, id est vitiositas in eo fuerit quæ Spiritui repugnat. ¶ *Similiter*, καθ᾽ ὁμοιότητα. Hebraicè כדמותנו [*chidmathenu*] pro ὁμοίως, siue (vt antè dixit 2, 14) παραπλησίως, id est, *prorsus similiter.* Nam vt plenissimam similitudinem significent Hebræi, particulas eiusdem significationis congerunt, vt hic in καθ᾽ ὁμοιότητα & in παραπλησίως factum est. Vulgata, *Pro similitudine.* Erasmus, *Iuxta similitudinem*, quæ interpretatio non modò est ambigua, sed etiam periculosa.

16 *Auxilium*, βοήθειαν. Syrus legit præterea ἐν καιρῷ θλίψεως, *in tempore afflictionis.*

IN CAPVT V.

1 *Nam omnis*, &c. πᾶς γὰρ, &c. Hinc quoque apparet scriptam fuisse hanc epistolam stante adhuc templo, & vigente toto Leuitico cultu, quod homines illi ineptissimi non considerant, quos non pudet ad pontificem Romanum & Papisticos sacrificos illud detorquere. Aggreditur autem nunc Apostolus præstantiora omnia in Christo Pontifice ostendere quàm in reliquis omnibus, vt Aaronis sacerdotium isti cedere, tandem aliquando isti intelligerent. Itaque γὰρ non tam est causalis quàm inchoatiua, vt loquuntur grammatici. Sunt autem hæc capita collationis. Alij à Deo quidem vocantur, sed per homines & ex hominibus: Christus homo & ipse, sed vnà etiam Dei Filius, ipsa Patris voce est Pontifex declaratus. Illos oportet, vt infirmos & misericordes, pro se & pro aliis offerre donaria & victimas: iste insigniter afflictus & insigniter misericors, non obtulit pro suis peccatis, sed rogauit pro suo metu quod impetrauit, & consecratus sua obedientia omnes seruauit. Illis mortalibus quærendi sunt successores: iste perpetuus est declaratus Pontifex, & quidem cum iureiurando: neque vt successor Aaronis, sed vt alterius sacerdotij Pontifex, nempe secundum ordinem Melchisedeci, multo excellentiorem. Hæc sunt inquam collationis capita: sed quia contrario ordine propositioni respondet similitudinis accommodatio, sciendum est versiculo quarto respondere versiculos 5 & 6 versiculo secundo & tertio, versiculos 7 & 8; versiculo demum primo, versiculos 9. & 10. ¶ *Dona*, δῶρα. Hoc nomine intelligit omnes oblationes rerum vitæ expertium: θυσίας autem reliquas sacrificia vocat, animalium videlicet quæ iugulabantur. Et hinc manifestissimè intelligitur quàm absurdè & ineptè aduersarij nostri ad suum sacerdotium probandum isto loco abutantur, quem saltem illi suo Oecumenico scilicet papæ peculiarem seruare ipsos decuit. Quis enim non videat Apostolum non de nouo quopiam, sed de illo vetere Aaronico sacerdotio vel Pontificatu potius differere? Vtitur autem præsenti tempore λαμβανόμενος & καθίσταται, vt in hac tota epistola non tempus quo ipse scribebat, sed ipsam Aaronici sacerdotij institutionem spectans, & quòd stante adhuc templo scripta fuerit hæc epistola, sicut Paulus etiam loquitur 1. Cor. 10, 18.

2 *Qui quantum satis est miserari possit*, μετριοπαθεῖν δυνάμενος. Δυνάμενος significat τὸν ἱκανὸν, id est, eum qui aptus sit & idoneus. Μετριοπαθεῖν verò declarat indolem quæ ad commiserationem sit prona quanta opus est. Quum enim preces nonnisi ex fide & intimo corde profectas Deus admittat: quomodo aptus fuerit ad communes pro vniuerso populo preces concipiendas qui arroganter alios despiciat, neque illorum etiam de salute sua non cogitantium periculo quantum par est afficiatur? Itaque μετριοπαθεῖν dici non potest quisquis συμπαθεῖ, sed is demum qui aliorum miseria non leuiter vt par est tangitur, sed pro ipsorum miseriæ magnitudine. Nec enim hîc reprehenditur τὸ πλέον, id est, excessus, in quo rarissimè peccatur, sed τὸ ἔλαττον, id est, defectus. Rectè igitur & pereruditè omnino Syrus interpres paraphrasi vsus hunc locum sic conuertit, *Qui possit deprimere seipsum & compati*, Tremellio interprete. Sed si consideretur Christi in primis, vt vndequaque absolutissimi exemplaris, deinde Mosis, Dauidis & Pauli vita, tum demum quid μετριοπαθείας nomine hoc loco significetur, facile fuerit intelligere. Vulgata, *Qui condolere possit.* Erasmus, *Qui placabilis esse possit*, nimium angustè. Quid si enim cum nemo offenderet? Deinde non tam placandus est ipse, quatenus Mediator, quàm ad placandum Deum constitutus. ¶ *Vicem ignorantium & aberrantium*, τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις. Id est, eorum qui in peccatis sunt constituti. Nam apud Hebræos שגגות [*schegghaoth*] & שגיאות [*schighioth*,] id est, *Errores*, de quouis peccati genere dicuntur. ¶ *Circundatus sit*, περίκειται. Id est, quòd & ipse naturam iisdem incommodis ac vitiis obnoxiam circunferat.

3 *Propter hanc*, διὰ ταύτην. Vulg. *Propterea*, διὰ ταῦτα, & sic quoque fateor ex Hebræorum idiotismo illud posse explicari: sed multo præstat seruare fœmininum genus, vt cum proximè præcedente cohæreat.

¶ Te-

1.Par.23.13
Psal.2.7
suprà,1.5
Psal.110.4
Infrà,7.17

3 Tertia collatio integra, vocantur: alij à Deo, sic & Christus, sed alio ordine quàm Aaron. Dicitur enim Christus, Filius, ex Deo genitus, & Sacerdos æternus secundum ordinem Melchisedec.

4 Secunda collationis pars altera, Christus verò insigniter afflictus & infirmitate miserabilis, non pro suis precatus quæ nulla erant, sed pro suo metu rogauit, quod impetrauit, & seipsum pro omnibus suis obtulit.

4 Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθάπερ καὶ ὁ Ἀαρών.
5 Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.
6 Καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει, Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.
7 Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας,

4 Neque sibiipsi quisquam sumit hunc honorem, sed qui vocatur à Deo, ‖sicut & Aaron.
5 Ita & Christus non ipse sibi hanc gloriam tribuit vt fieret Pontifex, sed is qui dixerat ei, ‖Filius meus es tu, ego hodie genui te.
6 Sicut & in alio psalmo dicit, ‖Tu es Sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedec.
7 Qui in dieb. carnis suæ, deprecationibus & supplicationibus oblatis cum clamore valido & lacrymis apud eum qui poterat ipsum seruare à morte, & exauditis precibus *liberatus* ex metu,

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.
Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt Pontifex fieret: sed qui loquutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te.
Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.
Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia,

4 *Sumit*, λαμβάνει. Disputat non quales sint Pontifices (tū enim certum est fuisse vænalem Pontificatum, qui re vera nullus erat quum per Christum esset abolitus) sed agit de eorum officio. Interim statuendum est, fures fuisse ac latrones quicunque per hoc ostium non ingrediebantur. Occurrit autem obiectioni, quòd videretur Christus non esse admittendus vt pontifex, vt qui nō esset ex tribu Leui. Cui obiectioni respondet Apostolus prolato testimonio Dauidis in quo declarat Dominus alium etiam ordinem sacerdotij à se ordinatum esse, nempe ordinem Melchisedec, qui sit Leuitico modis omnibus præstantior.

5 *Non sibi hanc gloriam tribuit*, οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασεν. Sic esse explicandum verbum δοξάζειν, apparet ex præcedente versiculo. Vulg. *non clarificauit seipsum*, perobscurè. ¶ *Is qui dixerat ei*, ὁ λαλήσας αὐτῷ. Vel, *qui loquutus est ei*, sub לֵאמֹר [*lemor*,] *dicendo* ellipsi Hebr. familiari. Est autem, vt plena sit sententia, repetendum αὐτὸν ἐδόξασεν. *ipsi hanc gloriam tribuit*, nempe Christo Filio illi suo. Nam alioqui videri posset non Filius, sed Pater hanc dignitatem affectasse. ¶ *Filius meus*, υἱός μου. Quorsum hoc ad sacerdotium, dices? Respondeo, in altera eiusdem versiculi parte fieri Sacerdotij mentionem, quum dicit se annuntiaturum illud Patris decretum. Deinde, cum hoc testimonio connectendum esse illud quod subiicitur, quum ad candē personam vtrunque referatur, & illud quidem de Regno, hoc de Sacerdotio testetur, vt planè respondeat veritas figuræ id est Christus Melchisedeco.

6 *Secundum ordinem*, κατὰ τὴν τάξιν. Heb. כדברת [*kedibrath*,] id est, ad instar, siue secundum rationem ac similitudinem, vt explicatur infrà, 7.15. vt etiam explicat Syrus interpres.

7 *In diebus carnis suæ*, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Id est, quum adhuc nobiscum infirma & imbecilla nostra natura præditus degeret. Nam ita est accipiendum vocabulum Carnis, nequis eum existimet nunc carnem nostram exuisse. ¶ *Ipsum seruare*, σώζειν αὐτόν. Id est, eximere morti. Ostendit autem hæc circunstantia, hîc agi de triplicata illa vehementissima deprecatione, qua vsus est in horto Dominus noster, ut tres Euangelistæ diligenter cōmemorant, adeo quidem anxius, adeo saucius dolore vt grumos etiam sanguinis sudaret. Ideo scriptor hic noster δεήσεις dixit plurali numero, & præterea adiunxit ἱκετηρίας. neque eo contentus, mentionem quoque fecit clamoris & lacrymarum: sic apertissimè declarans nostri pontificis veram ἀσθένειαν in eo affectu qui minimè omnium Deitati cōuenit, pauore videlicet ac animi consternatione, quæ nusquam Deo tribui solet, quum alioqui soleant humani alij affectus Deo tribui per ἀνθρωποπάθειαν.

¶ *Exauditis precibus* [*liberatus*] *ex metu*, εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας. Ad verbum, *exauditus ex metu*, quam cōstructionem emollire sum coactus, ne duo participia sine copula concurrerent. Ostendit enim præpositio ἀπὸ pro ἐκ alterum quod suppleui subaudiri ex Hebræorum idiotismo, apud quos sæpe in antecedente comprehenditur consequēs, vt alibi passim obseruauimus, ac præsertim Matth. 4.8. & 2 Tim. 2.26. Huius autem loci veram ac genuinam explicationem doctissimus interpres ostendit: quo nomine sicut à piis & eruditis omnibus magnam gratiam iniit, ita paucis quibusdam non satisfecit. Primùm igitur hanc interpretationem confirmabo, deinde istorum rationes diluam. Ergo quod ad totum ipsum dicendi genus attinet, si *Pro reuerentia*, vt vertere consueuerant, vel *pro pietate* (quod Erasmus annotauit) interpreteris, non aliud declarabit *Pro* quàm *Propter* vel *Secundum*, vel aliquid denique eiusmodi quod significet quo respectu sit exauditus. Atqui non facilè mihi persuaserim proferri posse vllum exemplum in quo ἀπὸ ita vsurpetur. Hîc enim potius locus est præpositioni διὰ cum quarto casu, vel κατὰ, vel etiam ὑπὲρ, vt Philip. 2.13. Deinde quod ad vocabulum εὐλαβείας attinet, fateor etiam accipi pro reuerentia, id est religioso timore, vt infrà 12.28, & pro pietate, vnde εὐλαβὴς, pius ac religiosus, Luc. 2, 25, Act. 2.5, & 8.2. atque etiam pro honesta cautione, quam εὔλογον ἔκκλισιν τοῦ εὐλαβουμένου definiunt philosophi. Sed & pro metu vsurpari facilè fuerit comprobare, vt saltem ex illo Diphili versiculo quem citat Stobæus, Θρασὺν ποιεῖ, καὶ εὐλαβεῖ τεθνηκέναι. Nunc videamus quæ significatio magis congruat. De Cautione quidem non est (opinor) cur disceptemus. Sin verò Reuerentiam interpretemur, ea profectò vel Patri vel Filio tribuetur. Patri tribuit Chrysostomus, quasi Christi dignitatem quodammodo reueritus fuerit Pater. Sed primùm omnium quis id non videat nimium durè & præter Scripturæ morem dici? Deinde quis tandem hoc suspicari possit de Patre dici, nisi addatur pronomen αὐτοῦ? & certè non immeritò censuerimus illos commentarios Chrysostomi non esse, sed rapsodiam potius ab aliquo collectam. Nam & titulus ipse testatur fuisse Chrysostomi nomine post ipsius mortem editos. Restat ergo vt de Filij reuerentia intelligamus, quæ ita fuerit Patri iucunda vt propterea ipsius preces exaudierit. ac ista quidem est hæc sententia, sed cui omnino (vt antè dixi) repugnet præpositio ἀπό. Idem de pietate sentiendum. Relinquitur ergo vt pro Metu accipiamus, nam ita hoc quoque significare τὴν εὐλάβειαν nemini vel mediocriter in literis Græcis versato dubium est. Pericles, inquit Plutarchus, εὐλαβὴς ἦν πρὸς τὸν λόγον, *timidè ad dicendum accedebat*, quod de se quoque Cicero testatur. Εὐλαβοῦμαι μολεῖν, inquit ille apud Sophoclem, *timeo ne cadam*. Sed & Aristoteles alicubi in Rhetoricis τὰς δειλοὺς καὶ τοὺς εὐλαβεῖς coniungit. Plutarchus in Cæsare, Πομπήϊον τὴν εὐλάβειαν τοῦ ὅπλου ἔργον μεγάλης τίνος ἐπιχειρεῖν. Quid plura? Sic accipitur Act. 23.10. εὐλαβηθεὶς pro φοβηθείς. *Denique vt non dubium sit quin hunc locum ita etiam interpretati sint nonnulli veteres, Nazianzenus disertè concione de Filio secunda, inter Christi hominis imbecillitates τὴν εὐλάβειαν numerat. Postremò hoc etiam prorsus addendum fuisse dico, vt ambigua non esset oratio. Nam quia dixerat Christū suas preces illi obtulisse qui ipsum à morte seruare, i. (vt ex ipsius Christi oratione liquet) ista moriendi necessitate liberare poterat, si simpliciter dixisset fuisse exauditum parata erat calumnia nō fuisse exauditū, vt qui mox crudelissimè sit interfectus. Itaq. additū est, Exauditū quidē fuisse, sed ex metu. i. fuisse cōfirmatū vt omnē pauorē mortis deposuerit. quamobrē etiam Angelus illi apparuisse disertè commemoratur, qui ipsum corroboraret, Luc. c. 22. v. 43. Neque tamen dici potest Filius à Patre nō penitus exauditus, vt qui liberationem à morte nonnisi addita conditione petierit, si ita ipsi videretur. Hæc est igitur germana huius

fuerit quòd in Latina versione vetustissima maiusculis literis scripta, Claromontani sæpe à me citati venerandæ planè vetustatis codicis, scribitur. *Et exauditus à metu*. Quid amplius? Syrus interpres apertè sic, Tremellio interprete, vertit, in eo tantum à Græcis nostris dissidens, quòd distinctione post εἰσακουσθεὶς adscripta, istud ἀπὸ τῆς εὐλαβείας construxit cum verbo ἔμαθεν, sequente versiculo, addita copula καὶ ante ἀφ' ὧν ἔπαθεν, totum inquam hunc locum sic conuertit: *Et exauditus est, & quamuis Filius esset, ex metu & passionibus quas sustinuit, didicit obedientiam*, eodem manente sensu. quam interpretationem minimè quoque improbarim. Nunc ad eos veniamus quibus hoc non placet. Primùm, inquiunt, non additur pronomen *Suo*. Atqui Vetus etiam interpres conuertit, *Pro reuerentia sua*, &, nisi reciprocum addideris, necessariò tamen erit supplendum: quod etiam ex cōmuni loquendi vsu ferè prætermitti solet. Quid verò quòd nō modò reciproca, sed etiā (quod multò durius est) simplicia interdum relatiua prætermittuntur? vt in hac eadem ep. 2,1. & 4.16. Sed & non desunt qui clamitent actum esse de Christi diuinitate si hæc interpretatio admittitur, timuisse Christū ne malis obrutus succumberet, vel morte absorberetur. At ego quæro, annon Christus non modò naturam, sed etiam omnes quantumlibet abiectas & infirmas hominis affectiones, vno duntaxat peccato excepto, assumpsit? Certè qui hoc negat, Christianus non est. Sin verò ita est, quæro quomodo Christus à metu, pauore, atque adeo à perculsione alienus fuerit, qui sibiipsi, etiā quatenus homo est, ignorationem arcanorū Dei consiliorum adscribere non veretur? Marc. 13.32. Et verò nisi hoc etiam modo tentatus est, excepto peccato, Pontifex noster, quomodo nos ab hoc malo, quod vnum est ex præcipuis, i. à penitissimo illo iræ Dei sensu, à pauore & perculsione animi de iudicio illo iræ Dei seuerissimo cogitantis, liberauerit? Vnde enim illa inuicta Martyrū constātia, nisi ex eo quòd Christus, qui hos terrores sensit, ex illis exauditus, illos vicissim miseratur? Id enim disertè in hac eadē epistola multis locis inculcatur. Sed hîc multa videntur quosdam fefellisse. Primùm, quòd non distinxerunt quid toti Christo, i. secundum vtranque naturam coniunctim, siue quatenus est Deus & homo in vna persona. ac etiam quid eidem in abstractis secundum hanc vel illam alteram naturam distinctè sit tribuendum. Deinde, quòd non considerarunt peculiarem habendam esse illius temporis rationem, quo planè oportuit hominem veluti à Deo deseri; vt ipse in cruce exclamat: minimè id quidem quasi separatus fuerit Deus ab homine, (neque enim, si ita id esset, seruator esset in morte) sed quòd Deitas vim illā suā in hac assūpta humanitate ad tempus non exerceret: plena alioqui satisfactione non futura nisi hæc Humanitas in suis perpessionibus nos reconciliatura, Deitatem re vera infensissimam, non ipsi propriè, sed nostris peccatis, sensisset. Postremò illos fefellit quòd pauoris & istius consternationis affectum, quo metuit ne malis obrutus succumberet, vel morte absorberetur, putarunt non aliunde posse quàm à diffidentia exoriri, ac proinde in Christum non cadere. At ego ex illis quæro quid igitur putent Christum formidasse? Num corporis cruciatus? Certè hoc aliquid est. Nam homo erat, & à doloris sensu natura abhorrens. Sed puderet nos (opinor) eam constantiam in Christo requirere, quæ in tam multis Martyrum millibus emineat. Nam hominum profanorum ἀναισθησίαν, vel hypocrisin, vel insaniam non commemoro. Aliquid ergo aliud fuisse oportet quod Christum non dico sic afflixerit, sed ita perculerit, vt nullum vsquam vnquā extiterit talis commotionis exemplum. Neque enim duntaxat dicitur ἐκθαμβεῖσθαι atque ἀδημονεῖν, (quod significat *perplexum & inopem consilij hærere*, Marc. 14.33) sed etiā, *Nunc*, inquit, *anima mea turbata est*. &, *quid dicam? Pater seruato me ex hac hora*. Quid autem illud ter repetitum, *Pater, discedat à me calix iste*? Quid quòd grumos sanguinis ad terram vsq. procidentes sudat? Quid quòd se contentissimo clamore derelictum vociferatur? Quod tandem simile consternationis exemplum reperiemus? Ergo aliud est quòd illum vrget tantopere. Nempe horrendum illud & plusquam infinitis modis terrificum irati Patris iudicium intuetur. Peccata non vnius hominis aliqua, sed omnium electorum omnia homo vnus ipse fragilis, caducus, imbecillis sustinet. Et miratur eum expauescere, consternari, turbari, lacrymari, clamare, repugnantia quodammodo petere, sanguinem sudare, se derelictum vociferari? Sed tamen nunquam diffidit. Sanè, cui enim hoc dubium est? Ergo, *inquies*, nō veritus est ne succumberet, & absorberetur à morte. Hoc verò pernego. quo iure id faciam, facile fuerit ex his cognoscere. Si verba spectes, non petit cōfirmationem animi, sed liberationem à periculo. *Pater*, inquit, *serua me ex hac hora. Pater, discedat à me calix iste, tu hoc mihi præstare potes*. Et tandem, non dicit, *Mi Deus, ne me derelinquas*, (oportebat enim ad tempus aliquatenus derelinqui, vt nos reciperemur) sed, *Deus, Deus meus, cur dereliquisti me*? Annon illa quidem verba sunt hominis cogitantis de se actum esse, nisi ex præsenti periculo eripiatur? ista verò, hominis in ipso iam gurgite sese periisse vociferantis? Certè hoc non possimus meritò inficiari quin res ipsa coarguat. Quid igitur? an despondit animū, an desperauit spei nostræ auctor? Absit, sed hîc nimirum habemus perfectissimam nostræ consolationis descriptionem. Nam quò humiliorem & abiectionem cernimus nostra causa factum æternum Dei Filiū, (excepto tamen peccato) eo minus vel de Patris beneuolentia, vel de nostra per Filium expiatione facta dubitare possumus. Ita verò se res habet. In omni vehementi commotione (cuiusmodi hæc sanè fuit, si vlla vnquam in quoquam homine alia) ita totus occupatur animus vt velox illa facultatum animi professio multum impediatur, quòd singulæ facultates diutius rem totam suspendant. Exempli causa, si liberis animis ab omni alia cogitatione quidpiam quod moderatè nos afficiat tetigerimus, vno temporis momento externus sensus affectus, ad communem sensum, hinc verò ad iudicium rem totam detulerit: iudicium denique statim statuerit hoc vel illud esse quod tetigerimus, neque vllus celerior motus à nobis animo comprehendi potest. Sin verò vehementer calidum aut frigidum aliquid attigerimus. ita in dolore totus animus occupatur, vt vel interdū quid illud sit non requiramus, vel cogamur ex aliis sciscitari, aut alios etiam sensus consulere. idque non modò imparatis, sed etiam bene ac diligenter meditatis accidit: tum propter naturæ nostræ imbecillitatem, tum propter facultatum omnium summam inter se συμπάθειαν, quæ quidem facit vt sui proprij muneris oblitæ, repentè ad opem inter se ferendam accurrant. Hinc illæ in subitis motibus perturbationes, quarum ita postea nos pœnitet, quum sedato animo singulæ facultates officium faciunt, vt nos ipsos miremur eò deuenire potuisse. Hunc verò naturalem progressum necesse est vt in Christo consideremus, si quidem ipsum verum hominem fuisse fateri volumus, non qualis nunc est, (quod ad carnis infirmitates attinet, quas nunc omnes deposuit) sed qualis tum erat præcipuè quum ad extremam illam sacrificij functionem ventum est. Tantùm hoc intererit quòd omnes ipsius affectiones omni vitio vacarunt, quum in nostris aliquid semper insit vitij. Quum igitur inquit: *Pater, quid dicam?* cogitemus animum in illam iræ infinitæ sustinendæ cogitationem ita defixum, vt singulæ facultates per se nihil decernerent, sed toto interrupto progressu fluctuarent. Deinde quum petit liberari ex hac hora, quum rogat vt discedat calix iste, sciamus animum loqui, in illa eadem cogitatione ita occupatum vt in vnam partem totus vergens, penè sibi persuadeat de se actum esse, nec fieri posse vt tantum pondus sustineat. Postremò quum iam se derelictum vociferatur, cogitemus animum non iam in cogitatione & metu impendentis mali prorsus occupatum, sed in profundo summæ calamitatis gurgite sepultum, qui ad emergendum maximâ cum difficultate luctetur. Verùm in his omnibus hæc duo teneamus, ista videlicet non à diffidentia vlla, sed à doloris vehementissimo sensu proficisci: deinde sic considerandas esse singulas huius actionis partes, vt ex fine de re tota statuamus. Neque enim in illa cogitatione (quæ tamen & ipsa, vt dixi, fuit omnis peccati & vitij expers) ita hæsit quin mox inuicta spes illum erigeret. Idem enim qui perculsus, *Quid dicam?* inquit, *Libera me ex hac hora*: eodem tenore subiicit, *Sed propterea veni in horam hanc*. Qui ter petit, *Pater, transfer à me hunc calicem*: addit, *Fiat quod tu vis*. Qui vociferatur se derelictum, tamen Deum, Deum suum compellat. Quorsum autem hæc? quia quo verius ista cognoscimus, eo certiores de salute nostra sumus. Quòd si quis hæc curiosa esse dicat, Euangelistas accuset qui tā copiosè ista descripserūt, sine quibus fieri non potest vt vel peccatorum nostrorum magnitudinem, vel paternam Dei nostri beneuolentiam intelligamus. Sed de his hactenus: si hoc vnum addideris, Christum etiam hominem sic ad terribilem illum irati Patris vultum expauisse, vt tamen sibi nullius mali conscio sciret nō esse iratum, & hac ratione seipsum erexisse: quum autem consideraret quorum peccatorum vicem esset subiturus, iudicij Dei horrore sic fuisse perculsum (ac meritò quidem) vt nullum extet, vel vnquam extare possit, simile exemplum, quoniam re vera luit pœnas omnibus nostris peccatis debitas.

8 Καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν·

9 Καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου·

10 Προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

11 Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος λέγειν, ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς.

12 Καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς τινὰ τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς.

13 Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης (νήπιος γάρ ἐστι.)

14 Τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ.

Κεφάλαιον ς.

1 Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ πίστεως ἐπὶ Θεὸν,

2 Βαπτισμῶν διδαχῆς, ἐπιθέσεώς τε χειρῶν, ἀναστάσεώς τε νεκρῶν, καὶ κρίματος αἰωνίου.

8 "Quanuis filius esset, *tamen* ex iis quæ passus est "didicit obedientiam:

9 5Et "consummatus, "factus est auctor salutis æternæ omnibus ei auscultantibus:

10 Pronuntiatus à Deo Pontifex "secundũ ordinem Melchisedec.

11 6 "De quo nobis multa sunt dicenda, eáque "difficilia] explicatu: quandoquidem "segnes facti estis auribus.

12 7Vos enim quos oportuit pro temporis ratione doctores esse, rursum necesse habemus doceri quæ sint rudimẽta initij eloquiorũ Dei: factique estis ij "quib. lacte sit opus, & non solido cibo.

13 Enimuero cui cũ lacte res est, is "rudis est "sermonis iustitiæ: (infans enim est)

14 Sed adultorũ est solidus cibus, eorũ *videlicet* qui "propter habitum, "sensus habent exercitatos ad discretionem boni ac mali.

CAP. VI.

1 Quapropter omisso "qui in Christo "rudes inchoat sermone, ad "perfectionẽ feramur: non iaciẽtes rursum fundamentum "resipiscẽtiæ ab operibus mortuis, & fide in Deum,

2 Baptismatum doctrinæ, ac manuũ impositionis, & resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni.

8 *Et quidem quum esset filius, didicit ex eis quæ passus est, obedientiam;*

9 *Et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ:*

10 *Appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedec.*

11 *De quo nobis grandis sermo & ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendũ.*

12 *Etenim quum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.*

13 *Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: (paruulus enim est)*

14 *Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.*

CAP. VI.

1 *Quapropter intermittẽtes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur: non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum,*

2 *Baptismatũ doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorũ, & iudicij æterni.*

5 Primæ collationis pars altera, Christus autem consecratus est à Deo Patre, vt nostræ salutis author & æternus Pontifex, ac proinde ita homo vt sit longè supra omnes homines.

6 Digressio vsq. ad septimi capitis initium, qua Hebræos partim retinet Apostolus in attenta consideratione eorum quæ dixerat, partim ad ea intelligenda præparat, de quibus dicturus est.

7 Exemplũ Apostolicæ obiurgationis.

1 Capita catechismi quæ summã quidem totius Euangelicæ doctrinæ cõplectuntur, sed paucis & summariè (vt loquuntur) rudibus tradebantur, professio videlicet resipiscentiæ & fidei in Deum: cuius doctrinæ articuli (quos vocant) ab extraneis quidem exigebantur statis Baptismi diebus: à fidelium autem liberis in infantia baptisatis, cùm eis imponebantur manus. Inter eos autem articulos, disertè numerantur duo, nempe carnis resurrectio, & iudicium æternum.

8 *Quanuis*, καίπερ. Vulgata, ineptè prorsus, *Et quidem*. quamobrem etiam superiore versiculo εἰσακουσθεὶς coactus est vertere pro εὐλαβείας, *exauditus est*. ¶ *Didicit*, ἔμαθε. i. re ipsa expertus est quid sit Patrẽ habere cui parendum sit. Expertus est autem non inuitus, sed tamen sese in assumpta serui forma subiiciens: quanuis alioqui Filius esset Patri per omnia æqualis.

9 *Consummatus*, τελειωθείς. Vulg. *Consummatus*. Erasmus, *Perfectus redditus*. Vide suprà, 2.10.

10 *Secundum ordinem*, κατὰ τάξιν. Vide suprà, vers. 6.

11 *De quo*, &c. περὶ οὗ &c. Digressio vsque ad septimi capitis initium, minimè tamen ab eo de quo agitur aliena, sed quasi Hebræos retinens tum in attenta eorum quæ dixit consideratione, antequam vlterius progrediatur, tum etiam ad eorum arcanorum magnitudinem intelligẽdam de quibus dicturus est, eorum animos parans. ¶ *Difficilia explicatu*, δυσερμήνευτος. Vulg. *Ininterpretabilis*. Nam quod in quibusdam codicibus legitur *interpretabilis*, factum est librariorum culpa. ¶ *Segnes*, νωθροί. siue tardi, quod propriè de incessu dici volunt grammatici. Vulgata, *imbecilles*.

12 *Rudimenta*, στοιχεῖα. Vulg. elemẽta. Vide Gal. 4.3. Col. 2.8. ¶ *Quibus lacte sit opus*, χρείαν ἔχοντες γάλακτος. Similis locutio occurrit apud Paulum 1. Cor. 3.1 & 2.

13 *Rudis*, ἄπειρος. Vulgata, *Expers*. Sic Horatius *inexpertum* [illegible] dixit. ¶ *Sermonis iustitiæ*. λόγου δικαιοσύνης. Id est sermonis quo docetur iustitia, nempe Euangelij, vt Ro. 1.17 & 18.

14 *Adultorum*, τελείων. Vulgata & Erasmus, *Perfectorum*. Vide 1. Corinth. 14.20. ¶ *Propter habitum*, διὰ τὴν ἕξιν. Vulgata, *Pro consuetudine*. Erasmus, *Propter assuetudinem*: non satis expressè. Nam habitus cõparatur assuetudine, à qua proinde distingui debet. Notum est autem διαθέσεως & ἕξεως discrimen in scholis tritum. ¶ *Sensus*, τὰ αἰσθητήρια. Id est, αἰσθήσεις, & quidem generali significatione, ita vt omnes (ac præsertim intelligendi ac iudicandi) facultates comprehendantur. Alioqui τὰ αἰσθητήρια quæ vulgò *sensoria* conuertunt, Græci appellant ipsa sensuum organa, vt aures, oculos, linguam, & alia eiusmodi. Sic αἰσθήσεως nomen accipitur Philipp. 1.9, & διανοίας, 1. Ioan. 5.20.

IN CAP. VI.

1 *Qui in Christo rudes inchoat sermone*, τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον. id est, primis Christianismi principiis, quæ catechismum vocant. Vulg. ad verbum, *Inchoationis Christi sermonem*. ¶ *Perfectionem*, τελειότητα. id est, sermonem iustitiæ conuenientem adultis, & ab elementali distinctum. Nam alioqui ipsi etiam τέλειοι cognoscunt ex parte, 1. Cor. 13.8. ¶ *Resipiscentiæ ab*, &c. μετανοίας ἀπὸ, &c. Quinque capita catechismi numerat, nempe professionem emendationis vitæ: fidei summam de Deo: doctrinæ explicationem compendiariam, quæ in baptismis & impositione manuum tradi rudibus præsertim solebat, (id est, quum ad baptizandos infantes vel adultos, item quum ad imponendas talibus manus conueniebatur) caput resurrectionis mortuorum, & futuri iudicij. Baptismatum autem meminit plurali numero, non quòd iteraretur vnquam Baptismus, sed quòd plures catechumeni solerent ad Baptismum conuenire, cui postea constituti sunt attributi dies, nempe Paschæ & Pentecostes, qui propterea dies baptismatum dicti sunt, vt ex veterum plurimorum & Græcorum & Latinorum scriptis liquet. Tradebantur ergo ista catechismi initia breuibus & paucis, tanquam præcipua religionis nostræ capita, vt sanè sunt: sed accedebat postea Scripturarum luculenta tractatio cum quotidianis exhortationibus: denique eadem quidem illa, sed multis arcanis copiosius explicata tradebantur. ideóque ista non simpliciter hîc commemorantur, sed istorum principia.

3 Καὶ τοῦτο ποιήσομεν, ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ ὁ Θεός.

4 Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου,

5 Καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος·

6 Καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας.

7 Γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ·

8 Ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγὺς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν.

9 Πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτω λαλοῦμεν.

10 Οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς, ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ,

3 Atque id faciemus, si quidem permiserit Deus.

4 2Nam fieri non potest vt qui semel fuerint illuminati, gustauerintque donum illud cæleste, & participes facti fuerint Spiritus sancti,

5 Gustauerintque bonum Dei verbum, ac virtutes futuri seculi:

6 Si prolabantur, "denuò renouentur ad resipiscentiã, "vt qui rursum sibi Filium Dei, crucifigant, & ad ignominiã exponant.

7 3Nam terra quæ imbrem sæpius in se venientem combiberit, & progenuerit herbã accommodã iis per quos excolitur, particeps fit benedictionis à Deo:

8 At quæ profert spinas & tribulos, reiectanea *est*, & maledictioni proxima: cuius exitus *tendit* ad exustionem.

9 4Sed nobis persuasimus de vobis, dilecti, quæ meliora sunt & saluti adhærentia, etiamsi ita loquamur.

10 5Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & laboriosæ charitatis quã o-

3 *Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus.*

4 *Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti,*

5 *Gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutésque seculi venturi:*

6 *Et prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei & ostentui habentes.*

7 *Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionẽ à Deo:*

8 *Proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem.*

9 *Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora & viciniora saluti, tametsi ita loquimur.*

10 *Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam*

Mat. 12.45. 2. pet. 2.20 infrà, 10.26

2 Pondus addit suæ exhortationi, grauissima cõminatio certi apostatarum exitij.

3 Exornat superiorẽ comminationem, proposita similitudine.

4 Lenit omnẽ illam asperitatem, meliora de iis sperans quibus hæc scribit.

5 Laudat eos à charitate, vt ad perseuerantiam hortetur.

4 *Nam fieri non potest*, ἀδύνατον γάρ. De apostasia vniuersali loquitur, non autem de peccatis humana infirmitate aduersus primam vel secundam tabulam admissis. Itaque causa non erat cur veteres, Latini præsertim, hanc epistolam tanquam pro Nouatianis facientem repudiarẽt, vt pluribus ostendit doctissimus interpres. nam quæ affert Erasmus planè detorta sunt. Vide 1. Ioann. 5.16, vbi totum hoc argumentum studui planissimè explicare. ¶ *Qui semel fuerint illuminati*, τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας. Syrus de iis qui semel baptisati fuerint, nempe qui post catechesin Christianismum professi fuerint, & Baptismo allecti Ecclesiæ, non ineptè istud dicendi genus interpretatur. Nam ab effectu baptismi, adultorum catechumenorum φωτίζειν pro *baptizare* & φώτισμα *baptismum*, & baptizandis catechumenis stati dies τῶν φώτων, apud Græcos vetustiores theologos accipitur.

5 *Gustauerint*, γευσαμένους. Vide 1. Timoth. 4.1. Est autem in primis notanda emphasis huius verbi. Nam aliud est verè credere, vti Lydia illa cuius cor aperuit Dominus, Act. 16.14. aliud verò gustum aliquem habere; quanuis ne hoc quidem nisi ex Spiritus sancti gratia fieri possit: verùm quæ fructum non ferat, quòd eam reprobi statim euomant.

6 *Denuò renouentur*, πάλιν ἀνακαινίζειν. Vox renouationis ad eum statum refertur in quem quum per originis peccatum inciderimus, inde rursum per Spiritum sanctum in Christo per fidem apprehensũ in integrum restituimur, qui gratia obsignatur Baptismi sacramento. Particula verò πάλιν, *denuò*, alterum à Christo cognito prolapsum respicit, quum ab eo defectionem altera in integrum restitutio non possit consequi, quia bis oporteret Christum crucifigi, cuius vnius sanguine possint elui peccata. Loquitur enim de apostasia vniuersali ab Euangelio cognito. Itaque nullus est in his pleonasmus, vt nonnulli putarunt propter repetitas particulas πάλιν & ἀνά. ¶ *Vt qui rursum crucifigant sibi*, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς. Id est, vt qui Christum, quasi rursus crucifixum, omnium ludibrio exponant, idque suo ipsorum exitio. Notandum est autem particulam *Denuò*, non esse construendam cum ἑαυτοῖς, quasi istis antea fuerit crucifixus, sed ad verbum ἀνασταυροῦντας, in quo includitur: nequis cum nonnullis somniet dici Christum antea pro ipsis Crucifixum. Alij interpretantur ἑαυτοῖς, *Quantum in se est*. Huius sceleris exemplum insigne fuit Iulianus apostata: quem plerique hodie Epicurei strenuè imitantur. Diximus autem de verbo παραδειγματίζειν Matt. 1.19. Syrus interpres non habet ἑαυτοῖς. Et fortasse sic potest ista sententia explicari, ac si declaretur istos non posse rursum renouari, quoniam rursus oporteret Christum crucifigi & illis ludibriis exponi, quod fieri amplius non potest, illo semel pro mortuis credituris crucifixo, nec in gratiam istorum apostatarum rursum crucifigendo: quam sententiam si amplectamur, vti sanè probabilis & commoda mihi videtur, tum pro, *vt qui rursum crucifigant*, scribendum erit, *rursum crucifigendo, & ad ignominiam exponendo*.

8 *Reiectanea*, ἀδόκιμος. Vide 1 Corint. cap. 9. versu [illegible] Tit. 1.6.

10 *Et laboriosæ charitatis*, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης. Syrus

interpres & Claromontanus codex habent, καὶ τῆς ἀγάπης, & charitatis: quod sequutus est Vetus interpres Latinus & fortassis καὶ κόπου fuit glossema τοῦ ἔργου. Potest autem etiam iste locus sic commodè verti, operis vestri & laboris, charitatis [videlicet] vestra quam demonstrastis.

¶ Quam ostendistis erga ipsius nomen, ἣν ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Aliud enim est, humana quadam πρὸς bene facere alicui, quàm fratrem in nomine Christi iuuare: quod valuit Spiritus sanctus dicat, & Christus gratum habet, vt sibiipsi præstitum. Sed & hunc locum aliter distinctum sic posse non incommodè interpretari, Quam demonstrastis, ut qui in ipsius nomine ministrauistis sanctis, & ministretis. Nam alibi quoque non semel annotauimus εἰς τὸ ἔργον positum pro τῷ ὀνόματι.

διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες.

11 Ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἕκαστον ὑμῶν τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους·

12 Ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε, μιμηταὶ δὲ τῶν διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας.

13 Τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεός, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ,

14 Λέγων, Ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε.

15 Καὶ οὕτω μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας.

16 Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι· καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος.

17 Ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδεῖξαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ·

18 Ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεόν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος.

19 Ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος.

20 Ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα.

ostendistis erga ipsius nomen: vt qui ministraueritis sanctis & ministretis.

11 Cupimus autem vt vnusquisque vestrum idem studium ad finem vsque ostendat, ad plenam spei certiorationem:

12 6 Vt ne sitis segnes, sed imitatores eorum qui per fidem & patientem animum, hæreditario iure obtinent promissionem.

13 7 Deus enim pollicitus Abrahamo, quũ non posset per quenquam maiorem iurare, iurauit per seipsum,

14 Dicens, ‖ Certè benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te.

15 Atque ita patiente animo vsus adeptus est promissum.

16 Nam homines quidem per eum iurant, qui sit maior: atque iisdẽ omnis controuersiæ finis, est iusiurandum ad confirmationẽ *adhibitum*.

17 Qua in re Deus volens ex abundanti hæredibus promissionis ostendere immutabilitatem consilij sui, fideiussit iureiurando.

18 Vt per duas res immutabiles, in quib. fieri non potest vt mentitus sit Deus, validã consolationem habeamus *nos* qui cursum eò corripuimus vt spẽ propositam retineamus:

19 8 Quam velut animæ anchoram habemus tutam ac firmam, & ingredientem vsque in ea quę sunt intra velum.

20 9 Quò præcursor pro nobis ingressus est Iesus, factus secundum ordinem Melchisedeci Pontifex in æternum.

ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & ministratis.

11 *Cupimus autem vnumquemque vestrum eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei vsque in finem:*

12 *Vt non segnes efficiamini, verùm imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones.*

13 *Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum,*

14 *Dicens, Nisi benedicens benedicam te & multiplicans multiplicabo te.*

15 *Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem.*

16 *Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum:*

17 *In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum:*

18 *Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum: fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem:*

19 *Quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & excedentem vsque ad interiora velaminis.*

20 *Vbi præcursor pro nobis introijt Iesus, secundum ordinem Melchisedec, Pontifex factus in æternum.*

6 Ostendit quibus præcipuè virtutibus ad constanter pergendum, atque adeò ad proficiendũ sit opus, charitate nimirum & patientia: & ne quis ista factu impossibilia esse obijciat, iubet vt maiorũ exempla sibi proponant imitanda.

Gen. 22.17

7 Alius stimulus, quòd certa sit spes hæreditatis si ad extremum perseuéremus: quoniam non tantùm id promisit Deus, sed etiam cum iureiurando promisit.

8 Spem comparat anchoræ: quoniam sicut anchora in profundum maris porrecta totam nauim firmat, ita etiam spes in ipsa vsque cœlorum adyta penetrat. Mentionem autem facit Sanctuarij, alludens ad Tabernaculum vetus, & hac ratione regreditur ad illas collationes Pontificatus Christi cum Leuitico.

Gen. 14.18

9 Repetit Dauidis verba, quib. omnes illæ collationes quas anteà commemorauit, significantur: sicut toto sequenti capite declarat.

Κεφάλαιον ζ.

CAP. VII.

CAP. VII.

1 Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ, βασιλεὺς Σαλήμ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων καὶ εὐλογήσας αὐτόν·

1 1 Nam hic ‖ Melchisedecus rex *erat* Salem, Sacerdos Dei altissimi, qui occurrit Abrahamo reuertenti à cæde regum, & benedixit ei:

1 *Hic enim Melchisedec, rex Salem, Sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei.*

1 Explicans verba illa, Secundum ordinem Melchisedec, quibus nititur illa comparatio Christi Pontificatus cum Leuitico, primùm considerat ipse Melchisedec vt Christi typus, cuius comparationis hæc sunt capita, Melchisedec fuit rex & sacerdos: talis reuera est Christus vnus. Fuit rex pacis ac iustitiæ, talis est Christus vnus reuera.

---

11 *Ad finem vsque*, ἄχρι τέλους. Sic esse construenda hæc verba, nempe cum verbo ἐνδείκνυσθαι, ostendit ipsa huius loci sententia. quod vt planius appareret, traiectionem quę est in Græco contextu mutaui.

¶ *Ad plenam spei certiorationem*, πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος. Id est, vt plenissimè in animis vestris spes confirmetur. Est enim charitas sese bonis operibus demonstrans certum electionis, ac proinde spei certæ testimonium, Rom. 8.14. & 2. Pet. 1.10. Cæterùm paulatim accedit, ad explicationem ordinis Melchisedeci, propositâ mentione Abrahæ primùm, vt eius exemplo doceat ipsos perseuerare: deinde vt doceat qua in re possint sese germanos Abrahæ filios declarare, tacitè præposterum in ea re ipsorum iudicium reprehendens: præterea sibi molliorem aditum patefaciens ad sequentem historiam, in qua Melchisedecum Abrahæ cogetur anteponere.

12 *Patientem animum*, μακροθυμίας. Propriè θυμὸς in hoc nomine excandescentiam declarat: quam qui cohibere potest, is μακρόθυμος dicitur, id est, βραδὺς εἰς ὀργήν. Iac. 1.19. Hic verò à consequente eum declarat, qui non iram modò, sed etiam reliquos affectus nouit compescere, & præsertim diffidentium, vt mox de Abrahamo dicitur, vers. 15.

Hæreditario iure obtinent, κληρονομούντων. De vi huius verbi magnopere obseruanda, vide Matth. 5.5. Vulgata legit κληρονομησόντων, *qui hæreditabunt*. Ego de Patribus iam in cœlis agere hoc loco Apostolum non dubito.

14 *Certè*, ἦ μήν. Hebr. כי [chi.] Vulgata & Erasmus legũt εἰ μή, *Nisi*: vt sit aposiopesis, quum tamen כי אם [chi im] non sit in Hebræo contextu. Genes. 22.17.

¶ *Benedicens benedicam*, εὐλογῶν εὐλογήσω. Id est, cumulatissimè te beneficiis cumulabo. Hæc enim est emphasis istius suprà à nobis annotati Hebraismi, qui mox etiam repetitur.

17 *Ex abundanti*, περισσότερον. Id est, amplius etiam quàm necesse esset, nisi hoc flagitaret hominum improbitas, qui ne iurato quidem Deo credunt. Hæc enim vis est τοῦ περισσοῦ hoc in loco, vt idem declaret περισσότερον atque ἐκ περισσοῦ. Vulgata, *Abundantius*. Erasmus, *Eximiè*.

¶ *Fideiussit iureiurando*, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ. Sic puto hunc locum explicandum vt propius à Græcis absimus: alioqui dicendum erat, *Interuenit per iusiurandum*, pro διὰ μέσου, vt opinor: sicut Vlpianus interuentorem vocat eum qui fideiubet. Græcus scoliastes putat verbo μεσιτεύειν designari promissionẽ illam iam tum interuentore Christo conceptam. quod sanè verum est. Hanc igitur expositionem si admittamus, interpretabimur ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ *Interposuit se cum iureiurando*. Vulgata & Erasmus, *Interposuit iusiurandum*.

18 *Per duas res*, διὰ δύο πραγμάτων. Nempe promissionem & ei adiunctum iusiurandum. ¶ *Qui cursum [eò] corripuimus*, οἱ καταφυγόντες, Vulgata, *Qui confugimus*. Erasmus, *Qui huc confugimus*. Ego verò puto φεύγειν accipi pro συντόνως τρέχειν, vt etiam idem hoc verbum diximus exponendum Ioann. 10.23. & sumptam translationem à gymnicis ludis. quò spectant etiam vocabula κρατῆσαι, προκειμένης & καταφυγόντες. quam metaphoram fortasse non intelligens potius quàm diuersam scripturam sequutus Syrus interpres, interposuit πρὸς αὐτόν, vt qui interpretetur, *qui confugimus ad eum*.

19 *Et ingredientem*, καὶ εἰσερχομένην. Translatio ab eo sumpta est quòd eò certius est ac firmius anchorę præsidiũ, quò altius fixa penetrauit. Deinde ad ritum Pontificum allusit, qui in Sancta sanctorum semel quotannis ingrediebantur qua de re infrà, 9.7. & hac occasione ad intermissam Pontificis Christi cum Leuiticis Pontificibus comparationem redit.

20 *Secundum ordinem*, κατὰ τάξιν. Id est, καθ' ὁμοιότητα, vt ipse Apostolus loquitur infrà 7.15. & explicat ibidem vers. 3. vt nouerimus non Christum Melchisedeci, sed Melchisedecum Christi fuisse typum, tum in sese, tum in Sacerdotij adipiscendi similitudine qualis quidem ipse nobis à Mose describitur. Itaque τάξις hoc loco non quampiam ordinis & personarum successionem, qualis in Aaronico sacerdotio, & qualem in Romana sede somniant pseudocatholici, sed analogiam typi & veritatis notat, pluribus mox explicatam.

IN CAP. VII.

1 *Nam hic Melchisedecus*, Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδέκ. Ex trib. collationis capitibus quæ exposuimus suprà, 6.1, tertium superat, quo ostenditur Christum eò in primis excellere quòd Pontifex simul & Rex sit æternus. Deinde etiam obijci poterat, Pontificẽ esse non posse qui ex Leuitico genere non esset. Nunc igitur de hoc vtroque disserit, explicãs quis sit ordo ille Melchisedeci, nempe æternus, & Leuitico eminentior, & cũ æterno regno coniũctus. quod ex singulis historiæ Melchisedeci circunstantiis probat, typum etiã illum Christi fuisse demonstrans. Est autem typi & veritatis hæc collatio. Ille, fuit rex & Sacerdos, ita etiam Christus. Ille rex fuit iustitiæ & pacis vocatus, verè talis est Christus. Sic ille proponitur quasi & principio carens & fine, cuius nec pater, nec mater, nec maiores, nec mors explicatur: talis re vera est Christus. In his capitibus posita est collatio, quæ ad duo reuocari possunt, nimirum ad duplex officium, & æternitatis speciem cuius veritas in vno Christo fuit. De oblatione nulla certè mentio. nam ne hoc quidem ferre potest historiæ contextus. Vtitur enim Moses verbo הוציא [hotsi] quod omnes norunt non posse aliud declarare quàm facere egredi, id est, depromere seu proferre. Deinde eis tandem hæc prolata sunt ipsi certè Abrahamo. Hoc enim ostendit historiæ contextus: & eo subsidio valde recreatus est Abrahamus cum suis, defessus rediens è pugna. Sit ergo hæc allegoria quod ad oblationẽ attinet, vna ex iis quas Patres per se excogitarunt quibus tamen impietas illa postea excogitata nunquam in mentẽ venit. Certè summè sunt præfracti, qui, ad vnicam illam ac repetitam Christi oblationem stabiliendam, idipsum vsurpant quod Spiritus sanctus hoc in loco idcirco citauit, vt vna, semel facta, & nunquam vllo modo iteranda, æterni & viuentis Pontificis vnici oblatione, omnes electos in æternum perfectè sanctificatos doceret. Adhæc & illud accedit, quòd non iam Melchisedecum, sed panem & vinũ volunt Christi figuram esse, quem ipsi rursum patri reipsa offerant: nempe vt iam Melchisedecus non Christum, sed ipsos sacrificos repræsentet. Quid amplius? Quis illos non miretur de pane & vino hoc in loco rixari, apud quos tamen summa sit impietas dicere, panem & vinum ab ipsis Deo offerri? Obseruandum est autem ex hoc loco quàm religiosè sit nobis tractandum Dei verbum. Quod enim quispiam in Mose reprehenderet, nempe quòd de tanto viro tam paucis egerit, &, iis quidem prætermissis quæ præcipuè videbantur historiæ leges requirere, ecce quantum mysterium adumbrat. Itaque à Spiritus sancti scopo aberrant, qui curiosè inquirunt Melchisedeci genus, ac magis etiam ij qui perinde ac rem certam, affirmant illũ fuisse primum ex filiis Noah, qui & Sem dictus fuerit. Sed erant apertè fanatici, & totam hanc tractationem impiè euertebant Melchisedeciani, qui hunc fuisse Filium ipsum Dei tradebant, qui Abrahamo apparuisset, ac proinde pro historia nobis imaginarium quoddam visum constituebãt. Eorum verò portenta auxit etiam impurum illud & verè omnibus modis execrandum caput, omnium, inquam, quantumlibet absurdarum hæreseon consarcinator Postellus, vnus ex illa AntiIesuitarum societate, aut conspiratione potius, quæ à paucis annis ex abyssi puteo erupit.

¶ *Et benedixit*, καὶ εὐλογήσας. Nempe solenni ac Sacerdotali benedictione. Erant enim Sacerdotes sicut ad sacrificandum, ita etiam ad benedicendum, à Deo constituti. Num. 6.26. Denique benedictio significatur non priuata sed solennis, & ab eo profecta per quem Dominus benediceret, vt apparet ex versiculo septimo. Adduntur autem ista in Claromontano codice, expuncto propterea nomine Abrahæ in proximè sequente versiculo, καὶ Ἀβραὰμ εὐλογηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, & *Abrahamus fuit benedictus ab eo*. Nam vtrunque participium συναντήσας & εὐλογηθείς est Hebræorum Benoni, sub verbo ἦν, pro συνήντησε & εὐλόγησεν. Neque verò hæc adiectio, quanuis nusquam alibi à me reperta, mihi improbatur: quum hanc etiam collationis partem disertè postea explicet Apostolus.

2 ᾯ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ, πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλήμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης·

3 Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων· ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.

4 Θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης.

5 Καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευΐ, τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ.

6 Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ, καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας εὐλόγηκε.

7 Χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται.

8 Καὶ ὧδε μὲν δεκάτας ἀποθνήσκοντες

2 Cui & decimas ex omnib. impartitus est Abrahã: qui primùm quidẽ, ex interpretatione, dicitur Rex iustitiæ, deinde verò etiã Rex Salẽ, quod est rex pacis:

3 [a] Sine patre, sine matre, sine genere: nec initium dierum, neque vitæ finem habens: sed assimilatus Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.

4 [5] Spectate verò quantus hic *fuerit*, cui Abrahamus etiam ille Patriarcha dederit decimas spoliorum.

5 Et ij quidem qui sunt ex filiis Leui Sacerdotium capessentes præceptum habent decimarum accipiendarum à populo secundum Legem, hoc est à fratribus suis, licet egressis ex lũbis Abrahami.

6 Is verò cuius genus ad illos non refertur, decimauit Abrahamum, & habenti promissiones benedixit.

7 Porro sine vlla controuersia, id quod minus est, ab eo quod maius est benedicitur.

8 [4] Atque hîc quidem homines

2 *Cui & decimas omnium diuisit Abrahã, primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis*

3 *Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.*

4 *Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.*

5 *Et quidem de filijs Leui Sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum Legem, id est, à fratribus suis: quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ.*

6 *Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones benedixit.*

7 *Sine vlla autem contradictione, quod minus est à meliore benedicitur.*

8 *Et hic quidem decimas*

Num. 18. 21

a Alius typus Melchisedec proponitur spectandus, vt principio & fine carens, quum nec pater, nec mater, nec maiores neci ors eius describantur: talis est re vera Filius Dei, sacerdos nostrum æternus: quatenus Deus, ἀμήτωρ ineffabiliter genitus: quatenus homo, ἀπάτωρ, ineffabiliter conceptus. 5 Alius typus, Melchisedec ratione sacerdotij fuit ipso Abrahamo superior, vtpote quem decimarit, & cui vt sacerdos benedixerit: talis re vera est Christus, à quo pendet ipsius Abrahami & omnium credentium sanctificatio, atque adeò quem vt omnium summum colere ac venerari omnes debent.

4 Amplificatio duplex: vna, Melchisedec decimas accipit, vt immortalis (quatenus videlicet typus est Christi, quum nusquam commemoretur mors ipsius, & Dauid eum proponat vt sacerdotem æternum). Leuitici verò sacerdotes, vt mortales, quum alij alijs succedãt. altera, Leui ipse fuit decimatus in Abrahamo à Melchisedeco. Ergo Melchisedeci sacerdotium (id est Christi qui secundum ordinem illius pronuntiatur sacerdos æternus) præstantius est Leuitico.

3 *Sine patre*, ἀπάτωρ. Erasmus, *Ignoti patris*, & mox ἀμήτωρ, *ignotæ matris*, & ἀγενεαλόγητος, *ignoti generis*. non modò non expresso sed etiam deprauato sensu: vt de ambiguitate taceam. Nam etsi non est natus Melchisedec sine patre aut matre, & proculdubio etiam est mortuus, tamen quia Dauid loquens de ipsius τάξει minimè illum considerat qualis in sese fuit, sed vt Christi sacerdotis æterni typum, idcirco dicitur ab Apostolo ἀπάτωρ & ἀμήτωρ, habita ratione descriptionis Mosis, qui perinde nobis eum proponit acsi repentè è cælis delapsus esset, & mox eò se recepisset, nulla ipsius maiorum nec mortis mentione facta. Ita enim oportuit illum nobis describi, vt æterni Pontificis nostri typus esset: sicut scitè admodum hunc locum his verbis expressit Syrus interpres, *Cuius nec pater nec mater scripti sunt in genealogijs*. Itaque si Ignoti patris pro Sine patre, & ἀμήτωρ ignotæ matris substitueris, vides Æternitatis typum tolli. Idem est de aliis sequentibus epithetis iudicium. Ex his autem manifestè primùm colligitur aduersus Nestorianos, Christum Deum & hominem vnicam esse personam, sicut vnica persona fuit Melchisedecus ipsius typus: deinde aduersus Samosatenianos & Arrianos, veram esse Filij Deitatem, secundum quam sit patri ὁμοούσιος, quamuis à patris persona distinctus, vtpote secundum Deitatem, nec matrem habeat, nec temporis initium aut finem, secundùm Humanitatem verò non ex aliquo patris semine, sed ex Spiritu sancto sit conceptus: & initium quidem vitæ ac finem habuerit, sed in persona tamen æterni Filij ab ipso conceptionis momento subsisterit. Denique contra Stancarianos, rectè colligitur ex hoc typo, Sacerdotem, ac proinde Mediatorem esse secundum vtranque naturam coniunctim, quamuis in ipsa Sacerdotij functione distinguantur vt naturæ sic etiam earũ propriæ actiones, quamuis ἀποτέλεσμα sit totius personæ: Deitate videlicet τῷ λόγῳ agente quæ sunt diuina Humanitate, quæ humana sunt, in nostra redemptione, vt verè & scitè Leo disserit in epist. ad Flauianum. Cæterùm quod ad hoc dicendi genus attinet, extat illius exemplum non dissimile apud Suetonium p. 109. vbi ait duos esse Romanos Reges, quorũ alter patrẽ non habet, alter matrẽ. Nam, ait, de Seruij matre dubitatur, Anci pater nullus. Numæ nepos dicitur. ¶ *Initium dierum*, ἀρχὴν ἡμερῶν. Hebraicè, ימים [*iamim*] pro æui, ac proinde Sacerdotij nec principiũ nec finem ab aliqua temporali neque temporaria ordinatione habens, vt Aaron, & eius successores. ¶ *Assimilatus*, ἀφωμοιωμένος. Sic nimirũ à Mose descriptus, acsi neque homo mortalis esset, neque ex mortali matre natus. quod quum nulli possit cõpetere qui sit tantùm homo ex hominib. (nam alioqui Adamus fuit ἀπάτωρ & ἀμήτωρ, vtpote non natus sed factus) idcircò meritò dixit Apostolus illũ fuisse peculiariter illius Filij Dei, nõ autẽ filiorum Dei figuram indefinitè. Vide sup. 6. 20. ¶ *Manet*, μένει. Quia nimirũ neque mortuus neque successorem habuisse à Mose dicitur. Christi verò Sacerdotiũ tale futurũ dicitur à Dauide, qualis nobis à Mose describitur Melchisedecus, addito propterea Æterni epitheto.

4 *Spectate*, θεωρεῖτε. excellentior fuit Melchisedec Abrahamo, quanto præstantior illo Christus, cuius ipse Melchisedec typus fuit. Duob. autẽ argumentis hæc præstãtia Melchisedeci probatur, ipsius Abrahami confessione: nẽpe quia decimas persoluere, idq; vt Dei altissimi Sacerdoti: & benedici quoq; vt à Dei Sacerdote, certa sunt symbola eius subiectionis cui nullam patem homines hominib. debent. ¶ *Cui*, ᾧ. mutaui structuram verborum, vt particulam ᾧ nõ ad decimam datam, sed ad Abrahamum dantem referam, ex eo quod mox dicitur ver. 7 & 8.

5 *Qui sunt ex filijs Leui*, οἱ ἐκ τῶν υἱῶν Λευΐ. Eras. *Quòd sunt de numero filiorum Leui*: cuius interpretationis causã nõ video. Probat autẽ Apostolus, hanc decimarũ oblationem signũ esse subiectionis ab exemplo Leuitarum, qui à cæteris tribubus hoc veluti tributum ex mandato Dei accipiãt, quod vltro Abraham Melchisedeco obtulerit. ¶ *Sacerdotium capessentes*, τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες. i. sacerdotali obeũdo muneri consecrantur, varijs & minimè vanis pluribus ritibus diuinitus in vetere fœdere perscriptis, ex quibus solam impositionem manuum inuenio obseruatã, nec tamen præcisa formula mãdatam in Christianis Ecclesijs. ¶ *Egressis ex lumbis*, ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος. Id est, progenitis, ex Hebræorum idiotismo.

6 *Is verò*, ὁ δὲ. A comparatis. Leuitæ tantùm à fratribus decimas accipiunt: iste ab ipso Abrahamo patriarcha, quicum Deus sancierat fœdus. Ergo & ipso Leuitico Sacerdotio præstantius est Melchisedeci Sacerdotium.

7 *Porro*, &c. χωρὶς δὲ, &c. De publica atque sacerdotali benedictione loquitur.

ἄνθρωποι λαμβάνουσιν· ἐκεῖ δέ, μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ.

9 Καὶ (ὡς ἔπος εἰπεῖν) διὰ Ἀβραὰμ καὶ Λευῒ ὁ δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτωται.

10 Ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν, ὅτε συνήντησεν αὐτῷ ὁ Μελχισεδέκ.

11 Εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν, (ὁ λαὸς γὰρ ἐπ᾽ αὐτῇ νενομοθέτητο) τίς ἔτι χρεία, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι;

12 Μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται.

13 Ἐφ᾽ ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν, ἀφ᾽ ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ.

qui moriuntur, decimas accipiunt: illic autem is de quo testatum est quòd viuat.

9 Et (vt ita loquar) in Abrahamo decimatus est etiam ipse Leui, qui decimas solet accipere.

10 Nam is adhuc in lumbis patris erat quum occurreret Abrahamo Melchisedecus.

11 [5] Porro si consummatio per Leuiticum Sacerdotium erat, (nam sub hoc sancita Lex est populo) quid amplius erat opus alium exoriri Sacerdotem secundum ordinem Melchisedeci, nec secundum ordinem Aaronis dici?

12 [6] Mutato enim hoc Sacerdotio, necessariò quoque Legis mutatio fit.

13 Nam *is* de quo hæc dicuntur, ad aliam tribum pertinet, de qua nullus attendit altari.

morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur quia viuit.

9 *Et (vt ita dictum sit) per Abraham & Leui, qui decimas accipit, decimatus est.*

10 *Adhuc enim in lumbis patris erat quando obuiauit ei Melchisedec.*

11 *Si ergo consummatio per Sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso Legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinẽ Melchisedec alium surgere Sacerdotem, & secundum ordinem Aaron dici?*

12 *Translato enim Sacerdotio, necesse est vt & Legis translatio fiat.*

13 *In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit.*

5 Tertius tractatus huius epistolæ, in quo postquam Christum Prophetam, Regẽ & Pontificem esse comprobauit, nunc de omnium illorum munerũ ratione ac præstantia distinctè differit, hæc omnia in aliis vmbratilia fuisse ostendens, in Christo autem vera & perfecta. Incipit autem à sacerdotio, in quo etiam superior tractatio desierat, vt sic omnia membra disputationis melius cohærẽãt: & primò imperfectum fuisse probat Leuiticum sacerdotium, ex eo quòd alius sacerdos secundum ordinem alium (id est diuersæ regulæ ac formæ) tanto pòst tempore promittatur. 6 Hac noui sacerdotij institutione non tantùm declarari Leuitici sacerdotij imperfectionem ostendit, sed etiam ipsum Leuiticum sacerdotium cum hoc nouo commutari: quoniam hæc duo simul constare non possint, quum prior illa Leuitica ordinatio tribum Iuda excluderet, atque adeò ipsi Leui subiiceret: posterior autem ista sacerdotium in tribu Iuda collocet.

8 *Atque hîc quidem*, καὶ ὧδε μέν. Alterum argumentum præstantiæ supra Leuitas, quòd hi sunt mortales, Melchisedec vt æternus proponitur. ¶ *Quòd viuat*, ὅτι ζῇ. Silentium de morte accipit pro vitæ testimonio. Respicit enim (vt antè dixi) non ipsam Melchisedeci personam in sese, sed qualis proponitur à Mose in illius historiæ descriptione ordo ille Melchisedeci, cuius fit apud Dauidem mentio.

9 *In Abrahamo*, διὰ Ἀβραάμ. Hîc manifestè ponitur διὰ pro ἐν, sicut annotauimus Rom. 4. 11. Est autem tertium argumentum collationis Melchisedeci & Leuitarũ, quòd ab ipsis Leuitis in Abrahamo decimas acceperit, nedum vt nullum aliud fuerit Sacerdotium quàm Leuiticum, aut vt Leuiticum isti præstet.

10 *In lumbis patris erat*. ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν. Ergo dixerit aliquis, Iuda quoque ac proinde ipse Christus eadem ratione dicetur à Melchisedeco decimatus. Respondeo verum hoc etiam esse de Iuda cæterisque Abrahæ filiis, & inde ortis tribubus: sed Christum ex hoc numero eximi Dauidis verbis, qui illum testatur fuisse non in Abrahami decimati, sed in Melchisedeci decimantis persona repræsentatum, vt æternum sacerdotem, non decimas dantem, sed accipientem.

11 *Porro si consummatio*, εἰ μὲν οὖν τελείωσις. Id est, Si reddere quenquam perfectum poterat Leuiticum Sacerdotium. Hîc verò oportuerat nouæ sectionis initium facere. Nam nunc primùm, absolutis omnibus quæ ad explicandum personæ Christi Regis, Prophetæ & Pontificis præstantiam pertinebãt, incipit de horum officiorũ ratione disserere: vt omnes veteris fœderis vmbras doceat Soli cedere oportere. Id autẽ facit retrogrado prorsus ordine, nimirũ ne tractatio de Sacerdotio abrumperetur. Nam in priore tractatione auspicatus à Regno, desinit in Sacerdotio: in ista verò posteriore, exorsus à Sacerdotio, desinit in Regno. Ac de Sacerdotio quidem, in quo tota penè versabatur controuersia, disserit ab hoc loco vsque ad capit. vers. 18. De Prophetia tractat à capit. vers. 19. vsque ad eiusdem capitis vers. 25. De Regno vsque ad vltimi capitis initium. Inde demum ad peculiaria præcepta descendit. Dicturus igitur de Sacerdotij Leuitici abrogatione, quærit si perfectum erat Leuiticum Sacerdotium, cur alterum sit inductum & quidem diuersum: vt & imperfectum, & non supplendum, sed altero commutandum fuisse fateri cogantur. ¶ *Nec secundum ordinem Aaronis*, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρών. Bene hoc addidit. nam alioqui non valeret consequutio, si nouus tantùm esset Pontifex, non autem noua Sacerdotij ratio.

12 *Mutato enim Sacerdotio*, μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης. Vulgata & Erasmus, *Translato enim Sacerdotio*. Apparet μετατιθεμένης hoc in loco rectius conuerti *Mutato* quàm *Translato* & μετάθεσιν rectius *Mutationem* quàm *Translationem*: sicut etiam suprà, 6. 17. & 18, ἀμετάθετον dicitur quod nulli mutationi obnoxium est: vt etiam intellexit Syrus interpres voce שׁוחלפא [*shuthalapha*] quæ mutationem vel etiam abrogationem potius declarat quàm translationem, nisi malimus illum legisse ἀθετουμένης & ἀθέτησις, quod eadem illa voce interpretatur infrà, versu 18. Nam si *Translato* vertas, videri possit vnum idémque, nempe Leuiticum sacerdotium mansisse, quamuis à tribu Leui ad tribum Iuda translatum. Sed quum dicitur mutatum Sacerdotium, bene consequitur mutatam Legem, quæ prius Sacerdotium erexerat, & μετατίθεσθαι pro Reuocare & Mutare, frequentius etiam & elegantius quàm pro Transferre accipitur. Cæterùm duo proposuit Apostolus versu 11. Vnum, Leuiticum sacerdotium fuisse imperfectum, quod probauit alterius sacerdotij introducti adiectione. Nec enim perfecto quicquam fuerat adiiciendum. Alterum, talem hanc fuisse introductionem posterioris sacerdotij, vt non sit prioris illius supplementum, sed illud potius abroget, quoniam non tantùm sit alterum, sed etiam alterius diuersique prorsus ordinis. Quod enim alteri perficiendo adhibetur, sit ei consentaneum oportet. At istud posterius, teste Dauide, est alterius τάξεως, nempe quale nobis à Dauide in Melchisedeci typo spectandum proponitur, quod postea explicatur. ¶ *Legis*, νόμου. Id est τάξεως, siue ordinationis Leuiticæ & Aaronicæ.

13 *Nam is de quo*, ἐφ᾽ ὃν γάρ. Probatio prioris partis vers. 11. nempe Leuitico Sacerdotio, nouum alterum in alia tribu superinductum fuisse sacerdotium. ¶ *Attendit altari*, προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ. Id est, legalem illum cultum ex Lege administrauit.

	Graece		Latine		Vulgata
14	Πρόδηλον γὰρ ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν· εἰς ἣν φυλὴν οὐδὲν περὶ ἱερωσύνης Μωσῆς ἐλάλησε.	14	Clarum est enim [v] è Iuda exortum esse Dominum nostrum : [v] cui tribui nihil de Sacerdotio [v] loquutus est Moses.	14	*Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster,in qua tribu nihil de sacerdotio Moyses loquutus est.*
15	Καὶ περισσότερον ἔτι κατάδηλόν ἐστιν, εἰ κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδὲκ ἀνίσταται ἱερεὺς ἕτερος,	15	7 [v] *Idque* eò etiam amplius clarum est eò quòd [v] ad similitudinem Melchisedeci exsurgit Sacerdos alius,	15	*Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinē Melchisedec exurgat alius Sacerdos,*
16	Ὃς οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς γέγονεν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου.	16	8 Qui [v] non ex Lege, cuius præceptum est carnale, factus est *Sacerdos*, sed ex vi indissolubilis vitæ.	16	*Qui non secundum Legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis.*
17	Μαρτυρεῖ γὰρ, Ὅτι σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.	17	Testificatur enim ad hunc modum, ‖Tu *es* Sacerdos [v] in æternum secundū ordinem Melchisedeci.	17	*Contestatur enim, Quoniam tu es Sacerdos in æternum,secūdum ordinem Melchisedec.*
18	Ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς, διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές.	18	9 Fit enim irritum [v] præcedens præceptum, propter ipsius infirmitatem & inutilitatem.	18	*Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem.*

7 Nequis obiiciat translatum quidem fuisse sacerdotium à Leui ad Iudam, sed nihilominus idem manere, expendit simul & explicat illa Dauidis verba, In æternum, secundum ordinem Melchisedec, ex quibus intelligitur diuersa eorum sacerdotij ordinatio. Psal. 110.4 supra 5.6

8 Diuersitatem & præstantiam ordinationis Melchisedeci probat, ex eo quòd Legale sacerdotium externa & corporali vnctione & ritu constabat : Melchisedeci verò æternum sacrificium ac merè spirituale describitur. 9 Nequis etiam obiiciat adiectum fuisse sacerdotium posterius, vt simul coniuncta perfectum quiddam constituerent, probat posteriore abrogatum fuisse prius vt inutile, ex ipsa eorum natura. Quomodo enim illa corporalia & caduca nos sanctificarent vel sola vel cum alio?

14 *E Iuda*, ἐξ Ἰούδα. Fuit ergo Maria quoque ex familia Dauidis, quanuis Euangelistæ genus Christi ad Iosephū deducant. Nec enim Apostolus ex vulgi errore ista scripsit, existimantis Christum ex Iosepho natum. ¶ *Cui tribui*, εἰς ἣν φυλὴν. Vel, ad quam tribum. Vulg. *In qua tribu*. Erasm. longius à Græcis recedens, *Quòd ad hanc tribum pertineat*. Ergo puto εἰς respondere literæ ל Hebræorum. ¶ *Loquutus est*, ἐλάλησεν. Id est, præscripsit ex Dei mandato. Fuit enim Deus istorum auctor, Moses tantùm interpres. Continet autem hic versiculus posterioris partis vers. vndecimi probationem, quòd videlicet non modò sacerdotium alterum facit priori superinductum sed etiam quòd posterius sit à priore prorsus diuersum, ita vt ipsum aboleat: nequis videlicet stare hæc duo sacerdotia simul posse existimaret, vt ij dicebant qui Mosen cum Christo copulabant. Esse igitur istud ab illo prorsus diuersum ex eo probat Apostolus, quòd Dauid in istius sanctione nihil prorsus de iis commemoret quæ Leuitico sacerdotio fuerant mandata: sicut etiam Melchisedecus (Christi typus) ita describitur sacerdos, vt neque altaris neque victimarum fiat mentio, in quo potius spiritualia cælestiáque omnia proponuntur. Et hinc etiam patet quàm sint contra mentem Apostoli hallucinati, qui panem & vinum, Abrahamo & eius copiis suppeditata, transformant in oblationem panis & vini, quam offerre Deo [illegible] sueuerit, nec tunc saltem Abrahamo occurrēs obtulerit. Quòd si Melchisedeci typus huc vsque protrahendus est, dixerim sanè in eo respondere hunc typum veritati, quòd vt Melchisedecus Abrahamo panem & vinum illius corpori refocillādo præbuit, ita Christus ad æternam in nobis fouendam vitam, panis & vini sacramentis adhibitis, vero corpore sanguinéque suo nos pascat.

15 [*Idque*] καὶ περισσότερον ἔτι κατάδηλόν ἐστι, &c. Alia confirmatione eiusdem consequutionis. A modo consecrationis. Sunt enim in Aarone omnia externa & caduca: in ordine Melchisedec omnia spiritualia & æterna. A iureiurando, quod in illo nullum est in isto adhibetur. Denique à præstantia infinita personæ Christi, quæ summa non esset si constitueretur duntaxat pro Aaronis adminiculo. Vt autem ex his probationibus quædam sunt ἄτεχνοι, tamen omnes simul iunctæ demonstrationem prorsus necessariam efficiunt. ¶ [*Eo quòd*], εἰ. Vulgata, *Si*, nimium obscurè. Ponitur autem εἰ pro ὅτι vt apud Æschinē, θαυμάζει δ' ἐμοὶ εἰ μὴ συνεῖχε, ... pro ὅτι μὴ vt etiam intellexit Syrus interpres. ¶ *Ad similitudinem*, κατὰ ὁμοιότητα. Hîc declarat quid significetur istis formulis κατὰ τάξιν & κατὰ νόμον. ¶ *Alius*, ἄλλος, videlicet non numero.

16 *Non ex Lege cuius mandatum sit carnale*. οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς. Id est, non ex ordinatione quæ infirma & caduca omnia præcipiat, sicut in Aaronis consecratione totóque illius præscripto munere factum est. Hoc enim suo more carnale vocat, quod epitheton libenter seruauimus etiam in Pauli epistolis. At enim, dicet aliquis, nónne ipsius Dei mandato consecratus est Aaron? Fateor: sed ritus in consecratione adhibiti ostendunt non fuisse illud Sacerdotium à Deo institutum vt æternum esset. Contrà verò in [Melchisedeco], typo illo Christi Deus nihil eiusmodi adhibet, sed viua æternitatis imago elucet. Non est ergo simpliciter spectandus Deus loquens (vtrobique enim loquitur, qua in re paria sunt aliquatenus duo ista Sacerdotia) sed ex iis quæ loquitur, æstimandum qualem vtriusque Sacerdotij naturam Deus esse voluerit.

17 *In æternum*, εἰς τὸν αἰῶνα. Hîc vis est argumenti, vt carnali mandato vis æternitatis opponatur. Sed duo opponet Iudæus: vnum, לעולם [*leholam*,] non semper declarare tempus æternum: alterum, eandem formulam Aaronis Sacerdotio plurimis locis tribui. Ego verò priori obiectioni oppono quæ de Christi æterno regno sunt initio huius epistolæ manifestissimè demonstrata, vt omnibus istis argumentis illa basis substerneretur. Posteriori autem oppono superiora & sequentia argumenta, ex quibus satis apparet לעולם [*leholam*] in Sacerdotio Leuitico aliter accipiendum quàm in isto Melchisedeci, prout quidem & ipsius persona & sacerdotium à Mose describitur, quò respexit Dauid, vt suprà fuit explicatum. Nam alioqui dubium non est, Melchisedecū obtulisse Deo sacrificia externa, qualia patriarchæ iā inde ab initio mūdi cōsueuerāt.

18 *Præcedens præceptum*, προαγούσης ἐντολῆς. id est, Leuitici Sacerdotij, siue veteris pacti, quod à nouo magis propriè distinguitur ἐντολῆς quàm διαθήκης appellatione. Est enim διαθήκης significatio ambigua, vtpote quæ tum generaliter pro συνθήκη, tum specialiter pro Fœdere & pro Testamēto quoque accipiatur. Non potest autem veteri διαθήκης nomē attribui, nisi pro pacto generaliter sūpto intelligatur, sicut pluribus exposuimus Matth. 26. 28. Nam nec duo numero & reipsa diuersa Fœdera reconciliationis statui possunt, quin totidem Christi constituantur: nec duo testamenta, quin bis Christo moriendum fuerit, vt vtrumque ratum esset, ex Apostoli argumento Hebr. 9. 16. Sed & inde absurdissimum istud consequeretur, nempe Fœdus siue Testamentum illud quod nos posterius appellamus, potius esse prius appellandum, & contrà: vtpote quod & cum ipso Adamo fuit initum Gen. 3. 15. & cum Abrahamo Gen. 17. 7. annis antè Leuiticum pactum 430. Galat. 3. 17. Denique nomine τῆς ἐντολῆς potiùs quàm διαθήκης, nō temere vsus est Apostolus, pulchrè exprimēs in quo positū sit inter illa duo nō fœdera nec testamēta sed pacta discrimē: in eo videlicet quòd prius illud positū sit in ritibus & obseruationibus externis, Euangelicū autē fœdus in iis sit positū quæ Christus pro nobis præstitit, vera & viua fide ad integram nostram salutē apprehendenda, prout declarat Paulus, habita etiam in primis ipsius moralis legis ratione, integra penè epistola ad Romanos & ad Galatas, & specialiter Gal. 2. à versiculo 9. ad 14. ¶ *Infirmitatem*, τὸ ἀσθενές. Notandum hîc in primis

mis Apostolum hoc loco non aduersus Christi sacerdotij professos & totos hostes, sed aduersus eos disputare qui Leuiticum cultum Christo adiungi volebant, vt qui docerent Christum absque circūcisione nihil prodesse Act. 15. 1. quasi videlicet Christi sacerdotij vis vt in sese imperfecta à Leuitico cultu penderet. Contra verò docet Apostolus Leuiticum sacerdotium fuisse in eo vero, id est, sacramentali sui vsu, prorsus infirmum, siue ipsos sacerdotes, siue ea quæ præstabantur spectemus, quod postea plurimis argumentis probat. Deinde longius progressus, aduersus illorum hypothesin qui in ipsis Leuiticis sacrificiis expiationem peccatorum ex opere, vt in Scholis loquuntur, operato constituebant, hoc errore millies iam olim à Prophetis reprehenso, testatur Leuiticum illud sacerdotium, non iam vt infirmum, sed vt prorsus inutile & Christo repugnans habendum. Insignis est contrà hic locus, quo manifestè refelluntur tum qui Sacramentis siue veteribus siue nouis minus tribuunt quàm par sit, quasi ludicræ quædam ceremoniæ fuerint, vel ad externam tantum dignoscendam credentium societatem comparatæ, tum qui sacris illis signis aliam vllam vim quàm diuinitus, & ad sacrum & cælestem vsum constitutæ significationis tribuunt, eo quod est rei significatæ proprium ad signa non tantum stultè, sed etiam impiè, & manifestissima cum idololatria, translato, & veri sacramentalis eius effecto, quod est ipsius Christi & omnium eius cœlestium illorum beneficiorum ... obsignatio à Spiritu sancto, cuius vnius virtute id in nobis efficitur, ad ipsum quod vocant opus operatum, & aliud quiduis, accommodato. Sed & aliter & simplicius à nonnullis hic locus explicatur, ita videlicet vt Leuitici sacerdotij τὸ ἀσθενές, quò vmbræ illæ ante ipsius Christi videlicet aduentum viguerunt in recto illarum vsu: τὸ ἀνωφελὲς verò ad exhibiti Christi tempus referatur. Quicquid enim isti garrirent qui Sacerdotium Leuiticum cum Christo adiungebant, quis tandem post Christum exhibitum vsus esse potuit ad eum qui iam aduenerat significandum?

	Graece		Latine		Vulgata
19	Οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος, δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ.	19	Nihil enim [v] consummauit Lex, [v] sed superintroducta spes potior, per quam appropinquamus Deo.	19	*Nihil enim ad perfectum adduxit Lex, introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum.*
20	Καὶ καθ' ὅσον οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας.	20	10 [v] Etiam quatenus non absque iureiurando, *superintroducta est*.	20	*Et quantum est non sine iureiurando.*
21	Οἱ μὲν γὰρ, χωρὶς ὁρκωμοσίας εἰσὶν ἱερεῖς γεγονότες· ὁ δὲ, μετὰ ὁρκωμοσίας, διὰ τοῦ λέγοντος πρὸς αὐτὸν, Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.	21	[v] Nam illi quidem, absque iureiurando Sacerdotes facti sunt: hic verò, cum iureiurando, per eum qui dixit ei, ‖ Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, Tu *es* Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.	21	*Alij quidem sine iureiurando Sacerdotes facti sunt: hic autem, cum iureiurando, per eum qui dixit ad illum, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum.*

10 Aliud argumentum præstantiæ sacerdotij Christi supra Leuiticum, quod illud sancitum sit iureiurando, hoc verò non item. Psal. 110.4

19 *Consummauit*, ἐτελείωσεν. Rectè. Quinam enim Lex extra Christū considerata, qui eam pro nobis impleuit, quenquam ad complementum, id est ad vitam æternam adduceret, quos (si Moralem Legē hîc intelligimus) morti adiudicabat? sin verò de Ceremoniali Lege ista intelligamus (quod omnino faciendum est) non de huius abrogatione propriè hîc agatur, quum ea tota in cultu carnali & externo esset posita, ac cælestem & Spiritualem vitam, quæ est Spei & Fidei Christianæ consummatio, quenquam adduxisset? Genuina est igitur hæc huius verbi interpretatio, non illa quam supra refutaui 2. 10. ¶ *Sed superintroducta spes potior*, ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος. Vul. *Introductio verò melioris spei*: duplici errore. Nā particula δὲ hoc in loco planè idem declarat atque ἀλλά, vt quod Legi adimitur, meliori spei ascitæ tribuatur, sicut mox dicemus. Deinde introductio non declarat ἐπεισαγωγὴν, sed εἰσαγωγὴν, vt mox etiam declarabimus. Erasm. *Verùm [vt] introductio ad spem potiorem*. perinde atque si vsus hic fuisse Legis significetur, non vt perficeret, sed iter aliquod ad Christum ostēderet, qua de re pluribus differitur Gal. 3. 24. Ego verò sum amplexus eorum sententiam qui (vt arbitror) rectius hūc locum exponunt. Primùm enim sententia illa nō cohæret cum iis quæ præcedunt & sequuntur. Adhuc enim in eo versatur auctor huius epistolæ vt doceat Leuiticum Sacerdotium posteriore abrogatum: neque de prioris vsu vel vllum adhuc verbum fecit, vel etiam facturus est ante sequētis capitis versiculum quintū. Deinde poscit omnino ratio grammatices, vt δὲ accipiatur pro ἀλλά, & verbum ἐτελείωσεν repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, non autem vt verbū aliquod extrinsecus assumatur: idque ita esse, non modò perspicuum facit ratio constructionis, sed etiam exēplis ex hac ipsa epistola petitis manifestè probatur. Sic enim prorsus hoc eodem cap. ver. 28. verbum καθίστησι, & infrà cap. 10. 27. verbū ἀπολείπεται repetendū est, vbi etiam simili prorsus ratione particula δὲ vsurpatur. Præterea non sine causa scriptū est ἐπεισαγωγὴ potius quàm εἰσαγωγή. ἐπείσακτον enim vocant Græci quod aliunde est supra domestica innectum, vt quum dicuntur Athenienses à Demosthene vti ἐπεισάκτῳ σίτῳ, id est, frumento ex aliis regionibus importato. Et Plutarchus in dial. ... &c. τὸ ἐπείσακτον opponit τῷ συμφύτῳ. Sic apud veteres ἐπεισόδιον dicebatur extrinsecus assumptū acroama, vt Ribittus (noster olim in academia Lausannēsi collega) obseruauit prolatis etiam ex Hermogene & Platone exemplis, quibus istius vocabuli declaratio confirmatur. quod quum ita sit, sanè non video quî possit ἐπεισαγωγῆς nomen Legi, id est, Leuitico sacerdotio tribui. Optimè verò Christi sacerdotio conuenit, quod videlicet non sit tanquā Leuitici illius appendix, sed ei abolendo superuenerit. Quid si verò Legem dicamus ἐπεισαγωγὴν vocatā quòd ad figuram Melchisedeci adiuncta fuerit? Primùm repugnāt rationes quas priore loco exposui, nempe series argumenti, & constructionis ratio: deinde res ipsa clamat, (ni fallor) Sacerdotium Christi cum Leuitico, nō autem Melchisedeci & Legis figuras vel inter se vel coniunctim cum Christi veritate comparari. Ad hæc accedit quòd scriptum non est πρὸς ἐλπίδα κρείττονα, *ad spem meliorem*: sed ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος, *adiunctio spei melioris*, nempe ex manifesto Hebræorum idiotismo, pro ἐπεισαχθεῖσα κρείττων ἐλπίς, id est, *superintroducta spes melior*, vt ego etiam conuerti, quo planior esset oratio. Neque etiam aliter Græcus scholiastes interpretatur, vt qui manifestè hoc referat ad posterius Sacerdotium quo prius abrogetur quanuis ἀπὸ τοῦ κοινοῦ non repetat ἐτελείωσεν, sed γίνεται: quod planè est detortum, quāuis sic etiā hunc locum conuerterit Syrus interpres. Quod si quis roget, cur spei nomine sit vsus Apostolus de Christi Sacerdotio iam existente disserens, respondendum est id ab ipso fieri, Psalmi verba explicante, pro temporis ratione quo est à Dauide scriptus.

20 *Etiam quatenus*, καὶ καθ' ὅσον. Vulgata, *Et quantum est*: prorsus absurdè. Erasmus, *Atque hoc potiorem*, coactè. Vsus est autem etiam suprà hoc argumento, sed aliorsum, nempe vt ex adiecto promissioni iureiurando cōstaret de ipsius præstatione certissimè futura. Hîc verò profertur idem argumentum vt & de huius sacerdotij æternitate, & prioris abrogatione nullo modo ambigatur. Huius autem argumēti vis non in eo simpliciter sita est quòd Deus iurarit, (iurauit enim Deus de multis etiam non perpetuis futuris) sed ità vt spectetur tum quid adiecerit iureiurando, tum quid hoc iureiurando confirmare studuerit. Adiecit autem hæc verba, *Et non pœnitebit eum*, quibus significatur eius rei immutabilitas, quò respiciens Paulus electionem & dona quibus electos suos Dominus ad finem destinatum perducit, vocat ἀμεταμέλητα. Rom. 11. 29. Iurat autem æternitatem huius sacerdotij disertis verbis, & quidem non secundùm illius Leuitici formam, sed secundùm Melchisedeci typum.

21 *Nam illi quidem*, οἱ μὲν γάρ. Legenda est omnino particula causalis à vetere interprete omissa.

Κατὰ τοσοῦτον κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς.

Καὶ οἱ μὲν, πλείονές εἰσι γεγονότες ἱερεῖς, διὰ τὸ θανάτῳ κωλύεσθαι παραμένειν·

Ὁ δὲ, διὰ τὸ μένειν αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην.

Ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν.

Τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος·

Ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην, ὥσπερ οἱ ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ. τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ, ἑαυτὸν ἀνενέγκας.

Ὁ νόμος γὰρ ἀνθρώπους καθίστησιν ἀρχιερεῖς, ἔχοντας ἀσθένειαν· ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ τὸν νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον.

22 Tanto melioris pacti sponsor factus est Iesus.

23 11 Et illi quidem, plures facti sunt sacerdotes, quòd mors prohiberet eos permanere:

24 At iste, propterea quòd in æternum manet, habet Sacerdotium nunquam transiturum.

25 Vnde & seruare absolutissimè potest eos qui per ipsum accedunt ad Deum, semper viuens vt interpellet pro eis.

26 12 Talis enim nos decebat Pōtifex, sanctus, ab omni malo remotus, sine labe, separatus à peccatoribus, & sublimior cælis factus:

27 Cui non sit quotidie necesse, quemadmodum illis Pontificibus, prius pro peccatis propriis victimas offerre, deinde *pro peccatis* populi. Hoc enim fecit semel quum semetipsum obtulit.

28 13 Lex enim homines constituit pontifices infirmitate laborantes: at sermo iurisiurandi 14 post Legem *concepti*, Filium *constituit* in æternum consummatum.

22 *In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus.*

23 *Et alij quidem, plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere:*

24 *Hic autem, eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium.*

25 *Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deū, semper viuens ad interpellandum pro eis.*

26 *Talis enim decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocēs, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus:*

27 *Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, se offerendo.*

28 *Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi qui post Legem est, Filium in æternum perfectum.*

11 Aliud argumentum eodem pertinens, Leuitici Sacerdotes, vt pote mortales æterni esse nō potuerunt: Christus verò, vt æternus est, ita etiam æterno sacerdotio fungitur, pro iis efficacissime intercedens qui per ipsum ad Deum accedunt.
12 Aliud argumentum, innocentia & puritas summa in Pontifice requiritur, quæ ipsum à peccatoribus segreget, pro quibus oblationem facit. Atqui Leuitici Pontifices tales non inueniuntur, vt qui pro suis ipsorum peccatis primùm offerrent: sed vnus Christus talis est, ideóque verus & vnicus Pontifex. Leui.16.11
13 Aliud argumentum, quod tamen postea pertractabit, Leuitici victimas repetitis vicibus, primùm pro se, deinde pro populo offerebant. Christus autem non pro se, sed pro aliis, non victimas sed seipsum, non sæpe sed semel, obtulit. Neque id mirum (inquit) videri debet, quum illi sint infirmi, iste verò sit cum iureiurando Pontifex æternus consecratus. 14 Aliud argumentum à tempore, Posterioribus tolluntur priora.

22 *Potioris*, κρείττονος. Nempe tum si res ipsa spectetur. pendebat enim Christi venturi promissio Abrahamo facta & Ceremoniis Leuitici sacerdotij (quatenus quidem erant non Legis occidentis, sed Christi exhibendi promissionum appendices) sancita, ab eiusdem reali exhibitione. quo respectu dicuntur vmbræ fuisse quorum corpus erat Christus, Coloss. 2.17. tum habita patefactionis ratione, quæ multo euidentior fuit per ipsum Christum & eius Apostolos mundo explicata. ¶ *Fæderis*, διαθήκης. Vulgata & Eras. *Testamenti*: quod non conuenit huic loco Neque enim in testamentis adhibetur fideiussor. Deinde etiamsi adhiberetur, quomodo idem esset testator & fideiussor? Infrà verò, vbi ad testamenti significationem alluditur, Christus manifestè sustinet testatoris personam. Vide Matt. 26.28.

24 *Nunquam transiturum*, ἀπαράβατον. Id est quod preterire non potest. Alioqui τὸ παραβαίνειν accipi ferè solet pro *Transgredi*. Perpetuum autem sacerdotium dicitur sacerdotis ipsius perpetui respectu. Nam alioqui sacerdotium quoque Leuiticum videri quodammodo potuisset perpetuum, si perpetuò alij aliis ex Aaronis posteris successissent. Et tamen hoc restringendum est ad huius mundi curriculi finem tunc quoque isto desituro, Ecclesiastico ministerio mundano, ac proinde ipsius Christi quotidiana illa Mediatione, 1. Cor. 15. 24, & 28.

25 *Potest*, δύναται. Id est, idoneus est. Vide suprà cap. 5.2. Posita autem est vis argumenti in εἰς τὸ παντελὲς. id est, *absolutissimè*, & ita vt nihil ad eam salutem possit ampliùs desiderari. Itaque vbi Legis aliquod supplementum? vbi recentio pœnæ post remissam culpam? Vulg. *In perpetuum*. Erasmus, *Ad plenum*. ¶ *Vt interpellet*, εἰς τὸ ἐντυγχάνειν. Non dicit, *Vt offerat*. Nam id semel fecit, sed superest altera sacerdotij pars, nempe interpellatio, qua partim perenni sacrificij sui vigore nobis pacem obtinet, partim nos nonnisi in vno ipso placemus & exaudimur à Patre, tantisperdum Deus sit omnia in omnibus, 1. Corinth. 15. 24. & 28.

26 *Ab omni malo*, ἄκακος. Vulgata, *innocens*. Non satis expressè.

27 *Hoc*, τοῦτο. Nempe quod obtulit sacrificium. Neque enim quod additur *Pro peccatis suis*, &c. repeti debet ὑπὲρ τῶν ἰδίων. ¶ *Semel*, ἐφάπαξ. Magna est hoc in loco & aliis deinceps plurimis huius aduerbij emphasis. Significat enim quod semel factum est, ita absolutum fuisse vt repetere nullo modo sit necesse, imò verò sit nefas. Nec enim id fieri possit quin quod semel factum est, omni ex parte perfectum fuisse negetur. Est igitur prorsus blasphemum eorum dogma, quicquid de oblatione incruenta garriat, qui se dicunt quotidie Christum Patri reipsa in sacrificium offerre, pro viuorum & mortuorum peccatis.

28 *Lex enim*, ὁ νόμος γάρ. Legis nomen ad id de quo agitur accommodandum est. Itaque in hac disputatione ad ceremonialem legem seu Leuiticum sacerdotium restringitur, quod abrogatum esse docet. Suppeditat interim hæc doctrina firmam sophisticæ doctrinæ refutationem. nam si abolitæ sunt vmbræ quas Deus ipse in Ecclesia extare voluerat, quo iure isti non cessant vmbras vmbris cumulare? nempe quia tenebræ tenebras amant. Deinde si iustificandi vis penitus detrahitur ipsis Leuiticis ceremoniis, etiam tum quum in Ecclesia, ex ipsius Dei mandato, vigebant, quo iure ipsi in suis ἐθελοθρησκείαις summam pietatis collocabunt, quæ ne significationis quidem vim habent, quum sint hominum commentum? ¶ *Sermo iurisiurandi*, ὁ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας. id est, promissio Patris Christo facta cui additum est iusiurandum. ¶ *Post Legem* [*concepti*] τῆς μετὰ τὸν νόμον. Vulgata, *Qui post Legem est*: vt videatur legisse ὁ μετὰ τὸν νόμον. vt legisse quoque apparet Syrum interpretem, eadem manente sententia. Cæterùm quòd hoc iusiurandum dicitur Legem sequutum, vel respicit tempus illud quo Dauid illud perscripsit: (quanuis tunc conceptum non fuit, sed ab æterno, vt 1. Pet. 1. 20, & alibi sæpe explicatur) vel ipsam potius æterni illius iurisiurandi exhibitionem qua ratione diximus etiam intelligendum esse dictum illud, *Ego hodie genui te*. Interim notandum est, Apostolum istius declarationis respectu à temporis ordine argumentari. Siquidem posteriore pacto æquum est vt prius abrogetur, si modò ista sunt eiusmodi vt simul consistere non possint, cuiusmodi hæc esse antea demonstrauit.

strauit. Nam alioqui Lex annis post factam Abrahamo promissionem quadringentis lata illam non abrogauit, vt docet Paulus Galat. 3.17. Vide suprà, 2.10. ¶ *Consummatum*, τετελειωμένον.

Κεφάλαιον η.

Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις· τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς,

Τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.

Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας καθίσταται· ὅθεν ἀναγκαῖον ἔχειν τι καὶ τοῦτον ὃ προσενέγκῃ.

Εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς, οὐδ' ἂν ἦν ἱερεύς, ὄντων τῶν ἱερέων τῶν προσφερόντων κατὰ τὸν νόμον τὰ δῶρα,

Οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λα-

CAP. VIII.

1 1 Cæterùm eorum quæ dicimus *hæc* summa *est*, Talem nos habere Pontificem, qui consedit ad dextram throni maiestatis illius in cælis,

2 2 Sanctuarij minister, 3 ac veri illius tabernaculi quod fixit Dominus, & non homo.

3 4 Omnis enim Pontifex ad offerenda dona & victimas constituitur: vnde necesse fuit hunc quoque habere quod offerret.

4 5 Nam si esset in terra, ne Sacerdos quidem esset, manentibus illis sacerdotibus qui secundum Legem offerunt dona,

5 Vt qui exemplaris & vmbræ

CAP. VIII.

1 *Capitulum autem super ea quæ dicuntur, Talem habemus Pōtificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis,*

2 *Sanctorum minister, & Tabernaculi veri quod fixit Dominus, & non homo.*

3 *Omnis enim Pontifex, ad offerendum munera, & hostias constituitur, vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat.*

4 *Si ergo esset super terram, nec esset Sacerdos, quum essent qui offerrent secundum Legem munera,*

5 *Qui exemplari & vm-*

1 Paucis repetit illud ad quod omnia ista referenda sunt, nempe, habere nos Pontificē longè aliū quàm Leuitici illi sint, vt qui sit ad dexteram excellentissimi Dei in cœlos vsque euectus.
2 Leuitici fuerunt pontifices in terreno sacrario, Christus verò est in cœlesti.
3 Leuitici in tabernaculo caduco sacerdotium suum exercuerunt: Christus autē tabernaculum circumfert longè aliud, nempe suum corpus, quod Deus ipse æternum futurum compegit, vt explicabitur infrà 9.11. 4 Rationem adfert cur corpore(quod vocat tabernaculum, quod Dominus fixit non homo) oportuerit præditum esse Christum, nempe vt haberet quod offerret: alioqui enim Pontifex non esset. Idem autem corpus, est & tabernaculum & victima. 5 Rationem adfert cur dixerit Pontificem nostrum versari in cœlesti sacrario, non autem in terreno: quoniam (inquit) ne si nunc quidem esset in terris, terreno sacrario ministraret, stantibus Leuiticis sacerdotibus, quum ij propter illum sint constituti, id est vt sint illius perfecti exemplaris antitypi. Quorsum autem antitypi præsente ipso vero ac primario exemplari?

IN CAPVT VIII.

1 [*Hæc*] *summa* [*est*,] κεφάλαιον. In hoc dicendi genere vel nunquam vel certè rarò adiiciunt verbum Græci, sed subaudiunt, vt in σημεῖον δέ, τεκμήριον δέ, & similibus. Κεφάλαιον autem possumus conuertere vel *caput*, id est, summum, & præcipuum illud quò omnia referuntur, quò videtur respicere particula ἐπί, vel *summam & compendium*: quod mihi aptius visum est. Vtrouis autem modo accipiamus, eadem erit sententia. paucis enim repetitur illud ad quod referenda sunt omnia, vt attentius & maiore cum fructu legantur sequentia. Vulgata, *Capitulum super ea quæ dicuntur*. prorsus ineptè.

2 *Sanctuarij*, τῶν ἁγίων. Vulgata & Erasmus, *Sanctorum*. ambiguè, sicut & Græca vox ambigua est. Sed ex iis quæ sequuntur, ac præsertim 9.11 satis apparet nomine Sanctorum designari cælos: sicut per Tabernaculum intelligitur corpus ipsum Domini. Cuius sui corporis idcirco dicitur minister, quia Deo & nobis sacerdos fuit solus & verus illud offerendo. Cur autem dicatur hoc tabernaculum à Deo fixum, non ab hominibus, ibi explicabitur. Cæterùm versatur adhuc in eodem argumento, noster hic auctor: sed nunc per partes explicat qua ratione dicatur abolitum vetus sacerdotium, nempe sicut rerum futurarum figuræ, postquam apparuit ipsa veritas, nullus iam est vsus. Præparat tamen Hebræorum animos duplici argumento, vno ex ipsa Sacerdotij natura sumpto, vt nihil crassum & terrenum de Christi Sacerdotio concipiant: altero ex Hieremia petito qui disertè discrimē duarum pactionum explicat, & prioris quoque abrogationem, ac proinde etiam Tabernaculi & Sacerdotij veteris. Sunt enim ista inter se mutua relatione connexa.

3 *Omnis enim*, &c. πᾶς γάρ. &c. Hoc connecto cum posteriore superioris versiculi parte, in qua mentio facta fuit veri Tabernaculi: quo nomine dixi non cælum, sed corpus ipsum declarari. Adfert ergo causam cur oportuerit eum hominem fieri, nempe vt haberet quod offerret. Ita hunc locum explicat Græcus scholiastes, cui assentior.

¶ *Dona*, δῶρα. Vide suprà, 5.1. ¶ *Necesse fuit*, &c. ἀναγκαῖον ἔχειν. &c. Hoc dici de Christo, cui applicetur definitio Pontificis à fine sumpta liquet tum ex addita particula καί, tum ex eo quòd non προσφέρειν scriptum est, sed προσενέγκῃ. Sed in supplendo verbo post ἀναγκαῖον non conuenit inter omnes interpretes. Nam Vetus interpres & Erasmus supplent ἐστί præsenti tempore: vertunt enim, *Necesse est, vt hic etiam habeat aliquid quod offerat*. Eam verò interpretationem idcirco repudiaui quòd Christi iam peractam esse oblationem dixerit suprà, 7. 28. quanuis eius efficacitatem perennem esse certum sit. Verùm de ipsa offerendi actione hîc agitur. Itaque præteriti temporis verbum supplendum fuit, vt nos fecimus. Non desunt tamen qui perinde explicent hunc locum ac si scriptum esset ἀναγκαῖον ἂν ἦν, *necesse esset*, vt sit hæc sententia, Quum omnis Pontifex terrenus offerre debeat, Christum quoq; oportere habere quod offerret, si terrenus esset Pontifex. Atqui nullam habet eiusmodi hostiam. Ergo terrenus non est, sed cælestis. Sed dura est hæc ellipsis, & hac ratione non deberet sequi εἰ γάρ, id est *etenim*, in proximè sequenti versu, sed εἰ οὖν, *igitur*. Esset enim cōclusio ex superiore argumento pendens. Deinde vera est & vniuersalis (vt mihi videtur) illa definitio Pontificis, à qua etiam Christus nec potuerit, nec debuerit eximi: cuique adeo ita satisfecerit vt & longè præstantiorem victimam obtulerit, & perfectiore genere offerendi sit semel in æternum defunctus.

4 *Nam si esset*, εἰ μὲν γὰρ ἦν. Versiculū secundum diximus duo habere membra, nempe τὰ ἅγια & τὴν σκηνήν, quæ nos distinximus ex cap. 9. 11. ita videlicet vt illo nomine cælum significetur (vt infrà, 9. 24:) isto verò ipsum Christi corpus. Sicut ergo ad Tabernaculum retuli priorem versiculū, ita ad Sanctuarium, i. ad cælum, putarim istum pertinere, cui terra opponatur, hoc modo. Dixi nostrum vnicum Sacerdotem sedere nunc & sacerdotio suo fungi in cælis. Nam si in terra esset, Sacerdos non esset instar aliorum in sua functione permanētium, quoniam videlicet sacerdotium terrestre non est tribui Iuda, ex qua Christus est ortus secundum carnem, sed tribui Leui attributum. Itaque vel ipsum sacerdotem non esse, vel alios sacerdotio delectos ipsi cedere oporteret. At enim dices. nónne Christus manente Leuitico Sacerdotio versatus est nihilominus in terris verus Sacerdos? Fateor sanè, sed tantisper dum perageret oblationem qua cōsecratus in cælum introiret, vt illic perpetui Pontificis partibus fungatur pro nobis. ¶ *Manentibus illis sacerdotibus*, ὄντων τῶν ἱερέων. Vulg. *Quum essent*. Nam vel non legit τῶν ἱερέων, vel neglexit. Eras. *Vbi sunt sacerdotes*, quę interpretatio nec mihi videtur Græcis respondere, nec sententiam Apostoli exprimere. Nam ὄντων hoc in loco declarat vigere, & quasi suum (vt ita dicam) Esse conseruare.

5 *Vt qui*, οἵτινες. Occupatio est in his verbis: Quid enim obstabit, dixerit quispiam, quominus Christus sit Pōtifex in cælis, tribus autem Leui in terris? Respondet Apostolus viguisse in terris Leuiticum sacerdotium, non vt archetypum cæleste, sed vt exemplar ad archetypi formam Mosi in monte (qui cælorum typus fuit) demonstratam, tantisperdum nimirum veritas ipsa cælestis terrestres typos abrogaret.

τρόφ συστίου ἐπουρανίων, καθὼς κεχρημάτισαι Μωσῆς, μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνήν. Ὅρα γὰρ, φησί, ποιήσῃς πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει.

cultum præstent rerum cælestiũ, sicut diuinitus dictum est Mosi, quum esset absoluturus tabernaculum, ‖ Vide enim, inquit, vt facias omnia ad exemplar quod ostensum est tibi in monte.

bra deseruiunt cælestium, sicut responsum est Moysi, quum consummaret Tabernaculũ, Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.

Exod. 25. 40 act. 7. 44

6 Νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτυχε λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης, ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νενομοθέτηται.

6 6 At nunc noster ille Pontifex tantò præstantiorem sacrã functionẽ sortitus est quãto præstãtioris pacti est Mediator, quod præstantioribus promissis sancitum est.

6 Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & melioris Testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est.

… ha … abasso … 6 … dicitur collatione Veteris, & … impo… … cuius sponsores fuerunt Leuitici pontifices … Nouo, cuius … sponsor est Christus, vt nõ modo illud ei … omnibus … præstantius … illud … hoc abrogatũ fuisse, declarec.

7 Εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος.

7 7 Nam si prius illud tale fuisset vt nihil in eo posset requiri, haudquaquam fuisset secundo quæsitus locus.

7 Nam si illud prius culpa vacasset non vtique secundi locus inquireretur.

8 Μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς λέγει, Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινήν.

8 Nam incusans eos inquit, ‖Ecce, dies venient, dicit Dominus, quum peragam cum domo Israel & cũ domo Iuda pactum nouum.

8 Vituperans enim eos dicit, Ecce dies veniẽt, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel & super domum Iuda Testamentum nouum.

Iere. 31. 31. 32. 34 rom. 11. 27 infr. 10. 16

7 Esse aliquod secundum fœdus, ac proinde prius illud non fuisse perfectum probat ex Ieremiæ testimonio.

9 Οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν ἐποίησα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει Κύριος.

9 Non secundum pactum quod feci cum Patribus ipsorum, quo die prehendi manum ipsorum vt educerem eos ex Ægypto: nam ipsi non perstiterunt in illo meo pacto: & ego despexi eos, dicit Dominus.

9 Non secundum Testamentũ quod feci Patribus eorũ, in die qua apprehendi manum eorum vt educerem illos de terra Ægypti: quoniam ipsi non permanserunt in Testamento meo & ego neglexi eos, dicit Dominus.

10 Ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς· καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν.

10 Quamobrem hoc est pactum quod paciscar domui Israelis post dies illos, dicit Dominus, indam Leges meas menti eorum & cordi eorum inscribam: & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus.

10 Quia hoc est Testamentũ quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus, dando Leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

11 Καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, λέγων, Γνῶθι τὸν Κύριον· ὅτι πάντες εἰδήσουσί με, ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν.

11 Neque docebũt singuli proximum suum, & singuli fratrem suum, dicentes, Cognosce Dominum: nam omnes cognoscẽt me, ab eo qui pusillus fuerit inter eos, ad eum vsque qui magnus fuerit inter eos.

11 Et non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicẽs, Cognosce Dominum: quoniam omnes scient me, à minore vsque ad maiorem eorum.

12 Ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι.

12 Ero enim propitius iniustè factis eorum, & peccatorum ipsorum & trãsgressionum ipsorum non recordabor amplius.

12 Quia propitius ero iniquitatibus eorũ, & peccatorum eorum iam non memorabor.

13 Ἐν τῷ λέγειν καινήν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην· τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ.

13 8 Dum nouum dicit, antiquauit prius: porro quod antiquatur ac senescit, prope est vt euanescat.

13 Dicendo autem nouum, veterauit prius: quod antẽ antiquatur & senescit, prope interitum est.

8 Conclusio, Ergo posteriore nouo tollitur prius antiquum: neque enim nouũ diceretur quod à vetere non differret. Tollitur autem id demum quod est corruptioni obnoxium, ac proinde imperfectum.

6 Præstantioribus, κρείττοσιν. Nempe quoniam figurabant ritus Leuitici quod ipsi non præstabant, quum credẽtium animos ad Christum venturum, siue ad nouum pactum remitterent.

7 Nam si, εἰ γάρ. Præparat Hebræorum animos audiendo Hieremiæ vaticinio, vt dixi vers. 4. Vocat autem fœdus ἄμεμπτον, in quo nihil meritò possit requiri, quod vertit Vulg. Culpa vacasset, admodum impropriè. Nec multo melius videtur Erasm. interpretatus, In quo non posset reprehendi. Nec enim fœdus ipsum potuit reprehendi, cuius autor erat Dominus, sed homines potius eius violatores, vt mox sequitur: cui malo medetur Dominus nouo inito pacto, quod Paulus vocat Spiritum, propter adiunctam Spiritus sancti efficaciam, oppositum literæ, id est, mortuo per se & inani scripto.

8 Cum domo Israel, ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραήλ. Heb. את בית ישראל [eth beth Israel,] id est, cum domo Israel. Si … re libuerit, conuertemus Erga domum. Vocat autem domũ, totius regni quasi vnam familiam. Erat verò tũ (vt omnes norunt) in duas factiones scissum Dauidis regnum, quas significat Propheta noui pacti interuentu rursus coniunctum iri. Vulg. Super domum, &c.

9 Et ego despexi eos, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν. Heb. ואנכי בעלתי בם [veanochi bahalthi bam] id est, quum ego illis essem Maritus. Sequutus est ergo auctor huius epistolæ, Græcorum editionem, multò sanè propius quàm Euangelistæ omnes. Sed in re ipsa nihil est discriminis. Nec enim hîc vertitur cardo controuersiæ. Meminit autem huius expositionis etiam R. Dauid Kimchi, sed eam reprehendens, cui non assentior, dignus ipse potius reprehensione.

12 Et transgressionum ipsorum, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν. Redũdat hoc membrum, vt ex Hebræa veritate, & tum Syro tum vetere Latino interprete apparet.

Κεφάλαιον Θ.

1 Εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη δικαιώματα λατρείας, τό, τε ἅγιον κοσμικόν.

CAP. IX.

1 Habuit igitur prius pactum etiam ritus cultus & sanctuarium mundanum.

CAP. IX.

1 Habuit quidem & prius iustificationes culturæ, & sanctum seculare.

Exod. 26. 1. & 39. 1

1 Distributio prioris tabernaculi quod mũdanum (id est caducũ) & terrenum vocat, in duas partes, nempe in Sancta, & Sancta sanctorum.

2 Σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, ἥτις λέγεται ἅγια.

2 Tabernaculum enim apparatum fuit: prius quidem in quo erat candelabrum, & mensa, & propositi panes, quod Sancta vocant.

2 Tabernaculum enim factum est, primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta.

3 Μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων·

3 Post secundum autem velum, erat Tabernaculum quod vocãt Sancta sanctorum:

3 Post velamẽtum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum:

4 Χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ· ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης.

4 Aureum habẽs thuribulum, & Arcam pacti vndique circuntectam auro: in qua, erat vrna aurea habens manna, ‖ & virga illa Aaronis quę germinauit, ‖ & Tabulæ illæ Pacti.

4 Aureum habens thuribulum, & arcam Testamenti circuntectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ frõduerat, & Tabulæ Testamenti.

Num. 17. 10 1. Reg 8 9 2 paral 5 10 Exo. 25 15

5 Ὑπεράνω δὲ αὐτῆς Χερουβὶμ δόξης, κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον· περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος.

5 ‖ Supra hanc autem arcam erant Cherubim gloriosi, obumbrantes propitiatorium, de quibus non est nunc dicendum singulatim.

5 Superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modò dicendum per singula:

6 Τούτων δὲ οὕτω κατεσκευασμένων, εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες.

6 2 His verò sic constructis, in prius quidem Tabernaculum quouis tempore ingrediuntur Sacerdotes qui cultus obeunt:

6 His verò ita cõpositis in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes:

2 Iam accedit ad sacrificia, quæ diuidit in illa quotidiana, & illud annuum ac solenne, in quo solus Pontifex in Sancta sanctorum, semel tantùm quotannis, penetrans cum sanguine, pro se & populo offerebat.

IN CAPVT IX.

1 Prius [pactũ,] ἡ πρώτη. Eras. Prius tabernaculum, ἡ πρώτη σκηνή. & fateor pleraque Græca exemplaria iampridem ita habere: sed apparet ex Photio (omnium Græcorum interpretum, quos ego quidem viderim, acutissimo, cuius verba in Græcis scholiis citantur) irrepsisse Tabernaculi nomen idque perperam: quum ex argumenti serie, & vltimo superioris capitis versiculo, facilè appareat subaudiendum esse διαθήκης nomen. Itaque non dubitauimus σκηνή expungere, Claromõtani cod. Syri interpretis & Latinæ receptæ editionis auctoritatem (aut veritatem potius ipsam) sequuti. ¶ Etiam, καί. Hæc particula neque in Syro interpr. legitur, neque in vet. manuscr cod. Græco: & certè videtur expungenda. nisi non cum ἡ πρώτη sed cum τὰ δικαιώματα construas, vt nos fecimus. vt intelligamus, vetus illud pactum non fuisse merè spirituale, sed præterea totũ illum externum cultum, & eius instrumenta corruptibilia habuisse. ¶ Ritus cultus, δικαιώματα λατρείας. Vel, ritualem cultum. nam coniunctim hæc legenda sunt, ex omnium veterum librorum fide. Quid autem δικαιωμάτων appellatione soleat intelligi, diximus Luc. 1. 6. Vulg. Iustificationes culturæ quod nemo intelligat. Erasmus non minus obscurè, Iustificationes cultus. ¶ Et sanctuarium mundanum, τό, τε ἅγιον κοσμικόν. Hebraicè מקדש [mikdasch,] quod κοσμικόν, id est, mundanum, vocat, terrenum videlicet & caducum, vt cælesti & æterno opponat. Quidam de atrio populi accipiunt: quorum opinionem his de causis non amplector. Primùm, quia nusquam sic vocatur: & certè κοσμικόν, pro eo quod populo pateat, coactè explicatur. Deinde, sequens particula causalis ostendit distribui totum quiddam in suas partes. Postremò, nusquam fit mentio in hac collatione nisi duarum partium Tabernaculi, nempe prioris & posterioris: quum tamen ex illa distributione tres partes numerari opportuerit. Neque enim huic nostro scriptori propositum est integram Tabernaculi descriptionem persequi, seu ea duntaxat quæ ad Sacerdotalem functionem pertinebant, idq; quatenus Christus per eam adumbrabatur Vulg. Sanctum seculare.

2 Tabernaculum enim constructum fuit, σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη. Obseruandum est in primis, hanc descriptionem non ad templum, sed ad tabernaculum accommodari: quia nimirum noster hic scriptor ea propriè quæ Moses secũdum exemplar ipsi in monte propositum fabricauit, cum rebus ipsis cælestibus comparat. Hinc fit vt duorum velorum faciat mentionem, quę describuntur Exo. 26. 33. & 36. quum in templo vnicum tantùm esset, cuius fit etiam apud Euangelistas mentio. Item vnius tantùm mensæ, quum decem in templo essent positæ. Ex quo illud quoque intelligitur, nomine τῆς λυχνίας vnicum duntaxat illud candelabrum significari quod multas habebat lucernas: quum alioqui in templo decem candelabra essent collocata. Nam quòd mannam & virgam Aaron videtur Arca includere cum tabulis lapideis, commodè interpretandum est. Neque enim manna & virga intra Arcam ipsam erãt, sed proximè Arcam, ipsique adeò commoda aliqua ratione adiuncta, quum non legatur Dominus iussisse vt in Arca includerentur, sed vt coram se, id est, apud Arcam fœderis, collocarentur. Exo. 16 34. Num. 17. 10, & 1. Reg. 8. 9 ¶ Propositi panes, ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων. Notanda hypallage pro οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως. ¶ Quod sancta vocant, ἥτις λέγεται ἅγια. Pronomen ἥτις ad σκηνή pertinet, non autem ad proximè præcedẽtia & ἅγια scribendum est numero plurali, emphaseos causa, ex Hebr. more, non autem ἁγία, vt quidam cod. habent deprauatè. Itaque non rectè Vetus interpres conuertit, Quæ dicitur Sancta.

3 Sancta sanctorum, ἅγια ἁγίων. קודש הקודשים [Kodesch hakkodaschim.] pro sacrario sacratissimo, vt frustra hîc sese torserit Augustinus. Sciendum est tamen infrà non obseruari hoc discrimen, sed simplici appellatione τῶν ἁγίων, id est Sanctorum, significari hoc adytum: prius autem generali nomine Tabernaculum dici, vt ver. 11. 12. 21. 24. 25.

4 Thuribulum, θυμιατήριον. Quidam conuertunt Aram suffitus. Atqui illam constat fuisse in atrio sacerdotum, proximè velum. alioquin quomodo adoleuissent singulis diebus suffitum, si semel duntaxat quotannis fas erat in sancta sanctorum ingredi, idque soli Pontifici maximo? Et sanè nulla est huius thuribuli apud Mosen mentio, sed ex Iosephi aduersus Appionem lib. 2. adiungitur altari suffitus. Itaque suspectus est mihi locus iste, sic tamen explicandus, quum omnes codices Græci & Syrus interpres hanc scripturam probent, vt Pontifex dicatur in Sancta sanctorum ingrediens, proprium habuisse aureum thuribulum, quod in adyto ad hunc vsum peculiarem seruaretur.

5 Propitiatorium, τὸ ἱλαστήριον. Hebr. כפרת [chapporeth.] Sic enim vocant Hebræi Arcæ fœderis operculum, quod Græci habita ratione verbi כפר [chapar.] à quo deducitur ἱλαστήριον conuerterunt.

7 Εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεύς, οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων·

7 In secundum autem, semel quotannis solus Pontifex, non absque sanguine quem offert pro seipso & *pro* populi erratis:

7 *In secundo autem, semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine quem offert pro sua & populi ignorantia:*

8 Τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδόν, ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν·

8 3 Hoc declarante Spiritu sancto, nondum factam fuisse manifestam ad Sacrarium viam, priore Tabernaculo adhuc consistente.

8 *Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum.*

9 Ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, καθ᾽ ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται, μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα,

9 4 Quod *erat* exemplar pro tempore illo tunc præsente quo dona sacrificiáque offeruntur, quę non possunt in conscientia consummare cultorem.

9 *Quæ parabola est temporis instãtis, iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem,*

10 Μόνον ἐπὶ βρώμασι, καὶ πόμασι, καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, καὶ δικαιώμασι σαρκός, μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα·

10 5 In cibis duntaxat & potionibus, & diuersis ablutionibus ac ritibus carnalibus, vsque ad præstitutum tempus directionis imposita:

10 *Solummodo in cibis, & in potibus, & variis baptismatibus, & iustitiis carnis, vsque ad tempus correctionis impositis.*

3 Ex illo ritu annuo, colligit huiusmodi sacrificiis non fuisse patefactam viam in cælum, quod per Sancta sanctorum adumbrabatur. Cur enim Pontifex solus eò ingrediebatur, cæteris exclusis, idque vt ibi tum pro suis tum pro aliis offerret, & postea rursus Sancta sanctorum occludebat?

4 Obiectio, Si non aperiebatur iter in cælum illis sacrificiis (id est si cultores per illa non expiabantur) cur ergo ritus illi vsurpabantur? Nempe vt homines ad illud exemplar spirituale, nempe ad Christum, reuocarentur, suo aduentu omnia illa correcturum. 5 Alia ratio, Cur illa non potuerint cultoris conscientiam mundare, quoniam videlicet externa erant & carnalia, siue corporea.

7 *Pro seipso*, ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Hoc annuum & solenne sacrificium, tum pro sui, tum pro populi reconciliatione, obibat Pontifex maximus die decima septimi mensis, vt scribitur copiosè Leuit. 16. Notandum est autem diligenter quod disertè dicitur Pontifex pro seipso orasse. ¶ *Erratis*, τῶν ἀγνοημάτων. Hebr. שגיאות [*schegghioth*] quo vocabulo omne genus peccati significant. Nam etiamsi quis voluntariè peccet, inest tamen aliquis error conscientiæ quam Satanas fascinauit. Vulg. & Eras. *Ignorantijs*, obscurè, & nimium etiam angustè.

8 *Hoc declarante*, τοῦτο δηλοῦντος. Bene colligit. nam si sacrificia quæ in Tabernaculo sacerdotum quotidie fiebant, habuissent vim reconciliandi, quorsum oportuisset semel in anno solum Pontificem maximum, manente foris toto populo, in sanctum sanctorum ingredi, & solenni sanguinis aspersione sese ac totum populum expiare? Sic igitur adumbrabat Spiritus sanctus nondum apertam esse viam in Sacrarium, stante priore Tabernaculo, in quo sacrificia peragebantur, id est prioris Tabernaculi sacrificiis nondum patefactum fuisse cælum, quod per sacrarium illud intimum repræsentabatur. Nam Sancta dicit quæ paulo antè Sancta sanctorum vocarat: quo modo etiam Moses ipse loquitur Leuit. 16. 2. & fortasse quanuis scriptum esset τῶν ἁγίων τῶν ἁγίων, alterum putarunt descriptores imperiti redundare. Malè igitur nõnulli τῶν ἁγίων, quod vertit Vulg. *Sanctorum* ad sanctos ipsos retulerunt, qui fuerunt à cælesti domicilio exclusi, ante Christi ipsius in cælos ingressum. Hinc sinus Abraham extra cælos collocatus, quem tãdem Scholastici Limbum vocarunt, huc detorquentes Christi ad inferos descensum, ac propterea Limbum statuentes Inferni contignationem superiorem: quum tamen sursum collocetur sinus Abrahami, Luc. 16. 23. Sed & eãdem audaciã de suo Limbo interpretantur Carcerem de quo loquitur Petrus 1. Petr. 3. 19. Vbi tamen de solis pridem mortuis incredulis agitur, quibus Christus non certè in carne, sed in Spiritu per Noachum euangelisauit, vt & aliis per Prophetas, Hebr. 1. 1. Atqui non de ipsis Patribus hîc agit Apostolus, quos non est dubium in eandẽ felicitatem, quanuis fortassè non parem tunc fuisse receptos: sed vetus Pactum comparat cum nouo.

9 *Quod* [*erat*] *exemplar*, ἥτις παραβολή. Vulg. *Quæ parabola est*: quod nemo facilè intelligat. Erasm. *Quæ erat similitudo*: ne sic quidem satis rectè. Nam ἥτις referendum est ad σκηνὴ id est, ad Tabernaculum. Deinde παραβολὴ hoc loco nihil aliud quàm typum & exemplar declarat id est, משל [*mashal*.] ¶ *Pro tempore præsenti*, εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, id est, πρὸς τὸν, vt mihi quidem videtur Erasmus rectè conuertisse. Præsens verò tempus accipe, ipsius Tabernaculi respectu: acsi diceret, Pro eo tempore quo vigebat illud exemplar. Vulgata, *Temporis instantis*.

¶ *Quo*, καθ᾽ ὅ, id est ἐν ᾧ. In quibusdam tamen exemplaribus & Græcis etiam scholiis legitur καθ᾽ ἣν, ita vt suppleri possit σκηνήν, *Tabernaculum*, vel, παραβολήν, *exemplar*, vt conuertas, *In quo Tabernaculo*, vel *Secundum quod exemplar*. Quòd si alteram ex his duabus interpretationibus sequamur, tum licebit conuertere, εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστῶτα, *ad instans vsque tempus*, quo videlicet futurum erat vt ipsa veritas apparens, tolleret illud exemplar. ¶ *Offeruntur*, προσφέρονται. Videbatur potius dicendum προσεφέροντο, *offerebantur*, quomodo etiam Græcus scholiastes interpretatur: sed apparet Apostolum vsurpare tempus præsens, siue quòd de reipsa loquatur, nulla habita circunstantiæ temporis ratione: siue, quòd hanc epistolam stante adhuc templo scriptam appareat, vt annotauimus suprà 5. 1.

¶ *Consummare*, τελειῶσαι. Vulg. *Perfectum facere*: quod non probo. Etsi enim idem est perfectus qui & consummatus, vt meritò τελειοῦν sic possimus interpretari, qua de re diximus Luc. 13. 32. tamen sic videretur in hoc argumẽto, Legi Iustificationis, ac proinde conferendæ salutis virtus detrahi: non quòd illam inchoare, & aliquatenus cultoribus suis præstare nequiret, sed quòd duntaxat illam complere & perficere non posset; qua ratione sequeretur Euangelium & Christum Legi, tanquam eius supplementum superuenisse, vt illi contendebant, qui propterea baptisatos incircuncisos, & legales adhuc vmbras obseruari oportere tradebant, Act. 15. 1. His autem sese opponens Apostolus, *Si circuncidamini* (inquit) *Christus vobis nihil proderit*, Gal. 5. 2. Quid igitur iis facias, qui hodie illorum in Lege Cerèmoniali errorem in stabiliendis, & Christi meritis adiungendis operum Legis moralis, imò etiam traditionum suarum meritis, non solum superstitiosè, sed etiam impiè tam pertinaciter tuentur? Vide suprà 7. 18.

10 *Ritibus carnalibus*, δικαιώμασι σαρκός. Vulg. *Iustitiis carnis*. Erasm. *Iustificationibus carnis*. Vterque nimis obscurè. Castellio conuertit *Institutis humanis*, non modò falsa & inepta, sed etiam periculosa interpretatione. Diximus autẽ aliquoties, δικαιώματα dici quæ à Latinis ritus (externæ videlicet quædam ceremoniæ) dicuntur. Additur Carnis epithetõ sacris scriptoribus peculiare, quod vt intelligatur, sciendum est in primis hîc non agi de hominum traditionibus, sed de ceremoniis à Deo constitutis, vt rerum spiritualium tesseræ essent ac symbola, quæ generali vocabulo dicta sunt à Latinis Theologis Sacramenta quæ quo respectu carnalia dicantur, id est, in rebus crassis & terrenis posita, quæque animam vsque non pertingant, diximus suprà, capite septimo versu decimo octauo.

¶ *Directionis*, διορθώσεως. Vulg. *correctionis*: quam vocem, vt duriorem repudiaui, quanuis vtcunque excusari possit. διορθοῦσθαι verò meritò dicuntur quæ rectà ad suum scopum diriguntur, quum illa antea eodem quidem sed sinuoso quodam ambitu tenderent: sicuti diuersa quidem, sed eodem spectante metaphora, dicit Paulus, nos retecta nunc facie in Christo contemplari, quod Patres in Mose velato intueri non poterant. ¶ *Imposita*, ἐπικείμενα. Rectè. Fuerunt enim oneris instar, quod nobis Christus exemit, vt declarat Petrus Act. 15. 10. Sed hîc variat scriptu-

ra. legit enim Vetus interpres ἐπικειμένοις, impositis, vt cohæreat cum δικαιώμασι. Habent tamen codices nostri omnes ἐπικείμενα, quod tamen parum videatur cohærere. Pendent enim hæc à præcedenti versiculo, vbi δυνάμεναι scriptum est, non δυνάμενα. Itaque in vno vetusto codice pro δικαιώμασι scriptum inuenimus δικαίωμα, vt sit constructio δυνάμεναι καὶ θυσίαι προσφέρονται μὴ δυνάμεναι, &c. καὶ δικαιώματα ἐπικείμενα, &c. Ego malim in priore versiculo legere δυνάμενα, vel in isto ἐπικείμεναι. Sed hæc, quod ad sententiam ipsam attinet, nullius sunt momenti.

11 Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως,

11 6 Adueniẽs autem Christus Pontifex futurorum bonorum, 7 per maius & perfectius Tabernaculum non manufactum, id est non huius structuræ,

11 *Christus autẽ assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius Tabernaculũ non manufactum, id est non huius creationis,*

12 Οὐδὲ δι᾽ αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος, εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος.

12 8 Neque per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem, ingressus est semel in Sacrarium, æternam redemptionẽ adeptus.

12 *Neque per sanguinem, hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem, introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta.*

13 Εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα·

13 9 Nam si sanguis taurorum & hircorum, & cinis iuuencæ aspergens iniquitatos, sanctificat ad carnis puritatem:

13 *Si enim sanguis hircorũ & taurorum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis:*

Leuit. 16. 14
num. 19. 4

6 Iam aggreditur figurarũ explicationẽ, ac primò quidem Leuiticũ pontificem cõparans cum Christo (id est figuram cum re) huic tribuit futurorum bonorum administrationem (id est æternorum) in quæ illa carnalia respiciebant. 7 Alia collatio tabernaculi prioris corruptibilis cum posteriore (id est cum humana Christi natura) quæ est verum Dei templum incorruptibile, in quod est ingressus Filius Dei, sicut Leuitici pontifices in alterum illud caducum. 8 Alia collatio sanguinis victimarum cum Christo: Leuitici per illa sua Sancta, in suum sacrarium penetrantes, sanguine in corruptibilem offerebant in vnum annum duntaxat, Christus verò sanctum illud suum corpus ingressus per illud in ipsum cœlum penetrauit, quum suum ipsius sanguinem purissimum in æternam redemptionem obtulit. Idem enim Christus & pontifici, & tabernaculo, & sacrificiis, & victimis ipsis correspondet, vt figuris veritas, vt idem sit & Pontifex, & tabernaculum, & victima, eáque omnia verè & in æternum. 9 Si externa sanguinis & cineris animalium aspersio verum & efficax fuit purgationis symbolum, res ipsa ac præsens veritas, illis externis sacramentis olim adumbrata, quãto magis hoc ipsum præstabit: id est sanguinis eius qui sic est sanguis hominis, vt sit etiam Filij Dei sanguis, ac proinde æterna viuificandi virtute præditus?

11 *Adueniens autem*, &c. παραγενόμενος δέ. Hactenus de structura Tabernaculi, cum breui præparatione: nunc collationem aggreditur Christi cum Leuitico Pontifice, cum Tabernaculo priore, cum ipsis denique sacrificiis ac victimis: (hæc enim omnia illum vnum adumbrarunt) & Sanctuarij. i. posterioris Tabernaculi, cum cælo, in quo noster nunc est Pontifex æternus. ¶ *Per maius*, διὰ τῆς μείζονος. id est Præstantius & excellentius. quod & statim explicat, quum addit καὶ τελειοτέρας, *& perfectius*. Cæterùm quum hîc manifestè distinguat Tabernaculũ à Sacrario, vt qui dicat Christũ per Tabernaculum ingressum esse in Sacrarium: Sacrarium autem manifestè interpretetur cælum infrà v. 24, nõ potest quadrare eorũ interpretatio qui Tabernaculi perfectioris & non manufacti nomine cælos intelligunt: quia perabsurdè diceretur per cælum ingressus esse in cælum, quod & ipsum suprà annotauimus, 8. 2. Itaque prorsus assentior doctissimo interpreti, qui Tabernaculi appellatione intelligit humanam Christi æterni Dei naturã: eadẽ prorsus ratione qua comparatur etiam velo, infrà, 10. 20. Sicut enim oportuit Pontificem Leuiticum ingredi in Tabernaculum prius, & ibi in altari holocausti, expiationis sacrificio solenni quotannis peracto die septimi mensis decima, deinceps in Sacrarium vsque vbi erat ipsius maiestatis Dei symbolum, introire: ita Filium illum Dei æternum oportuit (vt veri Pontificis partibus fungeretur) in humanã naturam nunquam dimittendam ingredi: in qua non vt hospes, sed vt ciuis, nec virtute sola, sed corporaliter habitans, postquam seipsum sanctificasset, sacrificium illud perageret, & cælos tandem nobis præiens ingrederetur. Itaq; per corpus suum Christus sanctificatus & passus, in cælum nobis iter fecit, & per illud ipsum nunc in cælo pro nobis intercedit. Vnde etiam ipse sese templum vocat Ioa. 2. 19. & 21. in quo videlicet tota diuinitatis plenitudo corporaliter habitauit, Col. 2. 9. vt nihil hîc habeat Nestorius quod obganniat. Videtur autem interpr. plerosque fefellisse, quòd non considerarũt vnicum Christum multis exemplaribus respondere, nẽpe & ipsi Põtifici, vt qui seipsum obtulerit: & Tabernaculo per quod iter fecerit ad sacrificiũ, & à sacrificio in cælũ: & victimis quoque, vt mox subiicitur. Neq; alterã interpretationem iuuat quod hæc eadem de cælo dicantur infrà, v. 24. Nam oportuit, vt Tabernaculo, sic etiam Sacrario aliquid non manufactum opponi, vt cælestis veritas terrenis exemplaribus per omnia responderet. Verùm (dicet aliquis) quomodo dicitur Christi corpus nec manufactum, nec huius structuræ? Nempe vt opponatur structuræ Tabernaculi, quod ex rebus mortuis, puta auro, ære, argento, ligno, pellibus, & cæteris id genus non fabrica naturali sed artificiosa structum erat. Deinde (vt suprà dixit, 8. 2, optimus sui interpres) quia non homo quisquam sed Deus viuum illud Tabernaculum fixit, i. Christi humanitatem condidit, aptauit, sanctificauit, vt nobis esset viuifica. Nam verè quidem humanum corpus assumpsit æternus ille Dei filius, sed vi vnius Spiritus sancti conceptum, & animam quidem veram, sed singulare & excellẽtissimum vnius Dei opificium, Deus ipse denique à seipso caro factus est. Annõ igitur mirum hîc Tabernaculum habemus?

12 *Per sanguinem*, δι᾽ αἵματος. Nunc comparatur Christus cum Pontifice & cũ victimis. Fuit enim idem per victimã repræsentatus, qui per Tabernaculum & Pontificem. Peculiariter autem fit sanguinis mentio, qui Deo vni fundebatur: vt quo vesci nemini liceret, & cuius etiã in hoc solenni sacrificio peculiaris erat vsus, vt mox explicatur. ¶ *Hircorum & vitulorum*, τράγων καὶ μόσχων. Rectè omnino: Adhibebatur enim in hoc reconciliationis anniuersario sacrificio duplex victima, iuuencus & hircus, vt Leui. 16. copiosè explicatur: quia tum pro se tũ pro populo sacrificabat Pontifex. Vtitúrq; plurali numero, quia singulis annis repetebatur. Sunt igitur hæc collationis capita: Pontifex Leuiticus alienum, eúmque pecuinũ sanguinem offerebat: Christus verus & æternus Pontifex suum sanctissimũ & purissimum obtulit. Ille quotannis offerebat, ac proinde non sanctificabat, sed verã suo tẽpore præstãdã sanctificationẽ duntaxat repræsentabat: Christus verò semel vna oblatione omnes credentes in æternũ consecrauit. Deinceps autẽ copiosius omnia per partes explicat. ¶ *Adeptus*, εὑράμενος. nobis nimirũ. Quãnam enim sui ipsius causa redẽptione indigeret qui peccatũ non habebat, sed omnẽ iustitiam? Itaq; non pro se, sed pro nobis seipsũ obtulit, vt mox declaratur, v. 15. Vulg. *Inuẽta*. Eras. *Reperta*. Neutrũ mihi placuit: puto enim εὑράμενος propria significatione hîc accipi, de qua diximus Rom. 4. 1.

13 *Et cinis iuuencæ*, καὶ σποδὸς δαμάλεως. Designat alterã ceremoniã, quę & ipsa peculiariter adumbrabat æternũ Christi sacrificiũ, de qua vide Nu. 19. Confer etiã lector, si libuerit, horrendã blasphemiã qua nititur aquæ illius lustralis ceremonia apud illos vsurpatæ qui soli volũt Christiani videri, De consecr. Distinct. 3. c. aquã: & manifestè cernes quò euaserit quorundã impudentia. ¶ *Ad carnis*, &c. πρὸς τὴν τῆς σαρκός, &c. Symbola (vt antè dixi) à re separata seorsim considerat, & ab iis ita argumẽtatur, Si sanguis pecuinus & iuuencæ cinis hanc vim habuerunt, vt qui eis esset forinsecus aspersus, durus foris censeretur, & à sacris non arceretur, quãuis intus fortassis purus non esset, & si purus etiã intus erat, hanc certè puritatem non esset ex illo asperso cinere obsequutus: quãto magis illius ipsius sanguis qui illo legali & exteriore sacrificio adumbrabatur, mentes eo aspersas sanctificabit? quod si reipsa iam præstita est eius sanguinis aspersio, quorsum nunc id signũ, quod rei futuræ expectationem tantisper sustinebat, dum illa præsens adueniret?

1.Pet.1.14 1.Ioh.1.7 apoc.1.6

14 Πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι;

14 Quanto magis ‖ sanguis Christi qui " per Spiritum æternum seipsum obtulit inculpabilem Deo,‖ emundabit conscientiam vestram " à mortuis operibus, ‖ad colendum Deum viuum?

14 *Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam vestram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti?*

Luc.1.75 Luc.5.74 Rom.5.6 1.pet.3.18 Galat.5.15

10 Conclusio superioris argumenti: Itaque quum pecudum sanguis non expiaret peccata, nouũ fœdus olim promissum, in quod illa externa respiciebant, nunc est reipsa sancitũ, cuius virtute omnes prauæ narrationes tollantur, & cœlum nobis verè aperiatur. Hinc autem sequitur, Christum etiam pro Patribus fudisse sanguinem, vt qui per veteres illos ritus fuerit adumbratus: alioquin nisi illi repræsentando seruiuissent, prorsus inutiles. Itaque hoc fœdus vocatur posterius, non quod ad efficaciam, id est remissionem peccatorum attinet, sed eius temporis respectu quo res ipsa peracta est, id est quo Christus reuera mundo exhibitus, omnia impleuit ad salutem nostram necessaria. 11 Ratio cur sponsoris morte oportuerit hoc fœdus sanciri, Quoniam habet hoc fœdus rationem Testamenti seu donationis mortis causa, ideóque vt effectum sortiretur, oportuit testatoris mortem interuenire.

15 Καὶ διὰ τοῦτο διαθήκης καινῆς μεσίτης ἐστὶν, ὅπως θανάτου γενομένου, εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων, τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρονομίας.

15 10 " Itaque ob id noui Pacti mediator est, ‖ vt morte ad redemptionem earum " transgressionum intercedente quæ fuerant sub priore pacto, " qui vocati erant " promissam æternam hæreditatem acciperent.

15 *Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in redemptionẽ earum præuaricationum quæ erant sub priori Testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis.*

16 Ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου.

16 11 " Nam vbi testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris.

16 *Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris.*

17 Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία· ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει, ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος.

17 ‖ Testamentum enim in mortuis ratum est: quandoquidem nondum valet quum viuit testator.

17 *Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet dum viuit qui testatus est.*

---

14 *Per Spiritum æternum*, διὰ Πνεύματος αἰωνίου. Opponit pecudum sanguini, sanguinem eius qui non homo duntaxat, quales cæteri, sed Deus etiam fuerit. Nam Spiritus æterni appellatione, Deitatis in humanitate assumpta efficacitatem infinitam intelligo, quæ totum hoc sacrificium consecrauit, vt sanguinem istum, quia sanguis erat hominis qui etiam Deus erat, viuifica planè illa virtute præditum esse oporteat, quæ vt nos condidit, ita etiam vna possit instaurare. Huc respexit Dominus Ioan. 6.63. quum diceret carnem suam nihil prodesse, Spiritum eum esse qui viuificet. Et Paulus, Act.20.28. quum Deum dicit sibi acquisiisse Ecclesiam sanguine suo.

¶ *Emundabit*, καθαριεῖ. In nonnullis Latinis codicibus legitur *Emundauit*. Sed vbique Græcè legitur futurum tempus: & quidem rectè. Nam peractum quidem est sacrificium expiationis, sed viget adhuc & vigebit ad vltimum vsque diem eius effectum in credentibus prout alij aliis succedunt. ¶ *A mortuis operibus*, ἀπὸ νεκρῶν ἔργων. Id est, à peccatis quæ nihil aliud quàm mortem generant. Sed in primis obseruandum est quid sit καθαρίζειν, vt intelligatur vis argumenti quod explicatur infrà, cap. 10. 1. & 2. Duæ sunt enim purificationis partes, eæque distinctè considerandæ. Vna qua delentur admissa peccata: altera, qua radix ipsa peccati amputatur. Itaque quòd ad priorem attinet, primum quidem illam Apostolus vindicauit Christo, collata ipsius sanguinis dignitate cum taurorum ac vitulorum sanguine, qui vsque ad animam penetrare non potuerit. Nunc verò, id est in proximo versiculo & deinceps, nequis exciperet, quid igitur sit illis factum qui sub priore fœdere vixerunt, ostendit Christum etiam pro illis sanguinem fudisse, vt qui per veteres ritus fuerit efficaciter adumbratus: alioquin nisi ad illius futurum aduentum repræsentandum prorsus inutile. De altera verò parte disserit proximo capite.

15 *Itaque ob id*, &c. καὶ διὰ τοῦτο, &c. Sic loquitur Paulus Rom. capite versu. 25. Rectè verò colligit ex præcedentibus ea quæ explanaturus est. Nam si pecuinus sanguis in vetere Pacto, non expiabat: vel nouum Pactum & nouus sanguis requirebatur, cuius vis ad illos vsque pertingeret: vel superest vt illi seruati non fuerint. quam partem posteriorem, vt nimis absurdam, prætenit. Hinc consequitur, vnum Pactum semper fuisse quod ad rem ipsam, id est, quod ad expiationem attinet, quæ suo demum tempore fuerit peracta: sed ipsius venturi vmbram aliquam ad tempus extitisse. Vetus igitur Pactum plenum non fuit, sed præstationem futuræ redemptionis respiciebat, per quam hæreditas æterna tum patribus tum nobis obuenit. ¶ *Transgressionum*, παραβάσεων. Metonymia pro transgressoribus ipsis. Nec enim rediumuntur peccata sed peccatores. ¶ *Qui vocati erant*, οἱ κεκλημένοι. Efficaciter videlicet. Nam cæteris inutiliter præbentur signa: non Dei, sed indignè accedentis, culpa.

¶ *Promissam hæreditatem*, τὴν ἐπαγγελίαν τῆς κληρονομίας. Vulgata, *Promissionem hæreditatis*, obscurissimè, propter Hebraismum: quum promissionis nomine res ipsa promissa, intelligatur.

16 *Nam vbi testamentum est*, ὅπου γὰρ διαθήκη. De hac voce διαθήκη scripsi pluribus Matth. 26. 28. & an ex illa colligi possit quod diu credidi, hanc videlicet Epistolam non fuisse vernacula lingua Hebræa scriptam, exposui meam sententiam in mea ad huius Epistolæ inscriptionem obseruatione. Quæritur autem quum vox Hebræa Berith non declaret Testamentum, sed pactionem viuentium, teste quoque Hieronymo, id est, συνθήκην, & passim in hoc argumento apud Mosen & Prophetas fiat non testamenti sed Pacti mentio, quid hîc sibi velit Apostolus. Respondeo, nouum quæsitum esse argumentum partim à pacti huius natura, quod commune quiddam habet cum testamento, & à reliquis pactorum speciebus alienum: partim à duplici significatione τῆς διαθήκης, quæ quidem duplici illi pacti respectui optimè quadrat. Nam in cæteris pactis nihil minus requiritur quàm mors eorum qui pactum ineunt: hîc contrà, persoluenda fuit pœna, quæ non alia ratione quàm morte lui poterat. Ex his autem de quibus reconciliandis agebatur, vnus quidem (id est Deus) mortis pœnam meritò requirebat, alioqui nunquam reconciliandus: alter verò (id est homo) pœnam eam luere non poterat quin à pœna ipsa maneret absorptus, ita vt iam ne superesset quidem quicum Deus pacisceretur. Itaque Filius Dei sese interposuit, qui verus homo factus, pœna in sese recepta, homines Patri reconciliaret. Habet ergo in manu Christus id de quo pactus est cum hominibus Deus, æternam nimirum hæreditatem. Quoniam autem hic nonnisi moriendo nobis ius illud acquirit, idcirco quod ad Christum ipsum attinet, pactum istud inter Deum & homines initum, speciem quandam testamenti refert, quasi ipse moriens, æterni regni nos fecerit hæredes. Aptè igitur conuenit hæc similitudo. Sed quorsum illa quæsita est? Nempe vt hoc argumentum necteretur, Testamenta nonnisi morte testatoris sanciuntur, testator est Christus: Itaque Christi non hircorum aut vitulorum sanguine sancitum est testamentum. Et ea quidem causa est cur in vetere fœdere omnia purificarentur sanguine, nempe vt significarentur omnia testatoris illius mortem futuram respicere.

19 Secun-

18 Ὅθεν οὐδ᾽ ἡ πρώτη χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται.

18 12 Vnde ne prius quidem illud absque sanguine dedicatum fuit.

18 *Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.*

12 Analogiã esse oportet inter ea quæ purificant & quæ purificantur. Sub Lege typi omnes illi terreni erant, Tabernaculum, liber, vasa, victimæ, quanuis rerum cœlestium typi. Oportuit igitur illa omnia lustrari eiusdẽ naturæ materia ac ritu, nẽpe pecudum sanguine, aqua, lana, hyssopo. Sub Christo verò cæl[e]stia sunt omnia, cæleste tabernaculum, cælestis victima, cælestis populus, cælestis doctrina, cælum denique ipsum pro æterna sede proponitur. Itaque hæc omnia simili ratione (nimirum viuifici illius sanguinis Christi æterna oblatione) san[c]tificantur.

19 Λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον ὑπὸ Μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ, λαβὼν τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐρράντισε,

19 ‖ Quum enim Moses omnia præcepta " secundùm Legem recitasset toti populo, sumpto sanguine vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccina & hyssopo, simul & ipsum librum & totum populum " aspersit,

19 *Lecto enim omni mandato Legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit,*

20 Λέγων, Τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεός.

20 ‖Dicens, " Hic *est* sanguis ille huius pacti, quod " mandauit vobis Deus.

20 *Dicens, Hic sanguis Testamenti, quod mandauit ad vos Deus.*

21 Καὶ τὴν σκηνὴν δὲ καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας, τῷ αἵματι ὁμοίως ἐρράντισε.

21 Insuper autem & Tabernaculum, & omnia vasa sacræ illius fu[illegible] sanguine illo similiter [illegible]it.

21 *Etiam Tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit.*

22 Καὶ σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ τὸν νόμον, καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις.

22 Et omnia ferè secundùm Legem sanguine purificantur: & absque sanguinis effusione non fit remissio.

22 *Et omnia penè in sanguine secundùm Legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio.*

23 Ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς τούτοις καθαρίζεσθαι· αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια κρείττοσι θυσίαις παρὰ ταύτας.

23 Itaque " necesse *fuit* exemplaria quidem eorum quæ sunt in cælis, hisce rebus purificari, " ipsa verò cælestia " potioribus quàm hæ sint victimis.

23 *Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium his mundari, ipsa autem cælestia, melioribus hostiis quàm istis.*

Exo.24.8 Exo.24.8

24 Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.

24 13 Non enim in manufactum sacrarium ingressus est Christus, quod sit exemplar vero *sacrario* respondens: sed in ipsum cælum, vt compareat nũc apud faciem Dei pro nobis.

24 *Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.*

13 Alia collatio duplex, Pontifex Leuiticus in Sacrarium illud ingrediebatur, Dei quidem iussu, sed tamẽ hominum manu fabrefactũ, vt esset alterius excellentioris, nempe cælestis regiæ, exemplar. Christus verò in cælos vsque ipsos penetrauit. Item ille coram arca, Christus coram Deo ipso Patre comparet. 14 Alia collatio duplex, Leuiticus Pontifex alienum, Christus suum sanguinem obtulit: ille quotannis repetebat oblationem, Christus semel tantùm sese offerens, peccatum in genere aboleuit, tum præteritorum, tum venturorum seculorum.

25 Οὐδ᾽ ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυ-

25 14 " Neque vt sæpe offerat se-

25 *Neque vt sæpe offerat*

---

19 *Secundùm Legem*, κατὰ νόμον. Id est, sicut Dominus præceperat. Refertur enim hoc ad participium λαληθείσης. & significatur Mosem non temerè, sed Deo ita iubente Legẽ totam populo recitasse. Ἐντολὴν enim vocat ipsam *Legem*: neque dixit κατὰ τὸν νόμον, vt mox versu 22. sed κατὰ νόμον, id est, *par ordonnance*. Vulgata, *Omni mandato Legis*, πάσης ἐντολῆς τοῦ νόμου. ¶ *Aspersit*, ἐρράντισε. Huc respexit Petrus 1.Pet.1.2. Quod autem addit de asperso libro, itidémque hyssopo & lana cocco tincta, etsi apud Mosem eo loco non legitur, tamen meritò colligitur. Erat enim proculdubio liber legis altari quod aspersit impositus, & ad aspersionem faciendam sumi aliquid manibus & in sanguinem immergi oportuit. Alibi verò illa ad aspersionis vsum adhibentur, vt Leui.14. aliquoties repetitur.

20 *Hic [est] sanguis ille*, τοῦτο τὸ αἷμα. Sic Græci pro הנה [*hinne*] *ecce* verterunt τοῦτο. Illyricus autem ille Sophista infelicis memoriæ, non minus ineptè quàm impudenter hanc enuntiationem cum illa Christi Cœnam instituentis, Hoc est sanguis meus &c. vt pares comparari voluit, quasi & hîc & illic sanguis re ipsa essentiáque sua præsens, & ille quidem Mosis, iste verò Christi manibus comprehensus demonstretur. Nam contra certum est Mosem quidem sanguine victimæ ex pelui desumpto populum aspersisse: ac proinde identicam esse illam enuntiationem: Christum verò vinum poculo contentum discipulis suis propinasse. Itaque sanguis apud Mosen quidem fuit signum sacramentale, in verbis autem Christi fuit res signo vini sacramentaliter significata. Aliud ergo est τοῦτο, nempe vinum quod poculo continebatur, idemque poculi nomine significatur, aliud sanguis ille noui testamenti, id est, res ipsa illius sacramenti. Rectè igitur hîc sum interpretatus, *Hic est sanguis*, in institutione verò Cœnæ, *Hoc est sanguis*.

¶ *Mandauit*, ἐνετείλατο. Exod.24.8. legitur, כרת [karat] pepigit, & in Græcis, διέθετο. Sed additur, *super omnibus his verbis*, id est, addita conditione istorum omnium præceptorum. Itaque verbo ἐνετείλατο comprehenduntur & pactum & eius conditio. ¶ *Vobis*, πρὸς ὑμᾶς, nempe per os Mosis vobis significandum. Heb. עמכם [*himme hem*] vobiscum, eodem sensu. Ego constructionem Græcam studui emollire.

23 *Necesse [fuit]* ἀνάγκη. Vulgata, *Necesse [est.]* Ego illud malo. quanuis, vt antea obseruaui, scripta sit hæc epistola adhuc stante templo. ¶ *Ipsa verò cælestia*, αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια. Analogiam, inquit, esse oportet inter ea quæ purificant & quæ purificantur. Sub Mose typi illi omnes terreni fuerunt, puta, Tabernaculum, Liber, Vasa, Victimæ, cæteráque omnia: sed tamen rerum cælestium typi. Oportuit igitur typica & eiusdem naturæ materia ac ritu, nempe pecudum sanguine, aqua, [illegible], hyssopo lustrari. Sub Christo verò cælestia omnia, cæleste tabernaculum, cælestis victima, cælestis populus, cælestis doctrina, cælum denique ipsum pro mansione proponitur. Itaque hæc omnia simili ratione, nimirum viuifici illius sanguinis Christi æterna oblatione, sanctificari oportuit. Dicuntur autem sanctificari vario respectu. Primùm enim seipsum nobis suo sanguine sanctificauit Christus: deinde & ipsum cælum quodammodo sanctificauit nobis, quum illud sanctus ipse ingrederetur, vt in eo aliquando etiam sancti ipsi Deo in æternum seruiamus. ¶ *Potioribus victimis*, κρείττοσι θυσίαις. Quorsum hoc, quum vna sit vnius victimæ oblatio? nempe quia vnica vera & æterna omnibus typicis opponitur, ideò pluralem numerum vsurpauit, quòd vna omnium sit instar: qua vna tum vetus ille, tum nouus populus fuerit sanctificatus.

24 *Non enim*, οὐ γάρ. &c. Aliæ collationes. Pontifex Leuiticus in sacrariũ illud ingrediebatur, Dei quidem mãdato, sed tamen hominũ manu ex terrena materia fabricatũ,

vt esset alterius excellentioris (nempe cælestis regiæ) exemplar: Christus verò in cælos ipsos, id est, in [illegible] illius & incomparabilis [illegible] æternam sedem penetrauit. Ille coram [illegible] coram Deo ipso comparet.

τὸν ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια κατ' ἐνιαυτὸν ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ·

26 (Ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου) νυνὶ δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται.

27 Καὶ καθ' ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις·

28 Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις, εἰς σωτηρίαν.

metipsum, sicut Pontifex ingreditur in sacrarium quotannis cum sanguine alieno:

26 (Alioquin oportuisset eum sæpe passum fuisse à iacto mundi fundamento) sed nunc semel in consummatione seculorum, ad peccatum per immolationem suiipsius è medio tollendum factus est conspicuus.

27 Et sicut illud statutum est hominibus vt semel moriantur, postea verò iudicium:

28 Ita & Christus semel oblatus vt in seipso attolleret multorum peccata,16 secundo absque peccato cernetur iis qui ipsum expectant, ad salutem.

semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno:

26 *(Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi) nunc autem semel in consummatione seculorum, ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit.*

27 *Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem, iudicium:*

28 *Sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se, in salutem.*

15 Argumentum non petendæ Christi oblationis: cū à condito mundo fuerint expianda peccata, & probatum sit solo Christi sanguine peccata posse expiari, oportere ipsum à condito mundo sæpe mortuum esse. Atqui homo semel tantum mori potest. Ergo Christi oblatio nouissimis temporibus peracta, repeti nec potuit, nec potest. Quod quum ita sit, certè vis ipsius & ad præterita & ad consequentia ipsius aduentum peccata porrigitur. 16 Obiter proponit Christum iudicem, partim ad conterrendos, qui in vna vnius Christi oblatione semel facta non acquiescunt, partim vt fideles in officio contineat, ne resiliant.

25 *Neque vt sæpe*, &c. οὐδ' ἵνα πολλάκις, &c. Aliæ duæ collationes. Pontifex alienum, Christus suum sanguinem obtulit. Ille quotannis repetebat oblationem Christus semel tantùm sese offerens peccatum in genere aboleuit tum præteritorum tum venturorum seculorum.

26 *Alioquin*, ἐπεί. Argumentum non repetendæ Christi oblationis: quia quum à condito mundo fuerint expianda peccata, dixerimus autem solo Christi sanguine expiari, oporteret sæpe iam ipsum mortuum esse à condito mundo. Atqui homo semel tantùm mori potest. Ergo Christi oblatio, nouissimis temporibus peracta, repeti non potuit, nec potest. Quod si ità est, nempe vis ipsius & ad præterita & ad consequuta omnia peccata porrigitur. Sunt ergo ista connexa, sanguinis fusio, expiatio peccati offerri & mori. Quamobrem manifestos Antichristianos esse oportet qui ad Christi sanguinem alias sanctificationes adiungunt, quique sæpius illum offerri, vel (vt quidam nuper somniarunt) noua oblatione applicari contendunt. Distinctio, inquam, illa quotidianæ pro viuis ac mortuis expiationis incruentæ blasphema est, sacrilega, & impia.

¶ *Passum fuisse*, παθεῖν. Id est capitis pœna affectum fuisse, phrasi historiæ Euangelicæ familiari. ¶ *Semel*, ἅπαξ. Vide suprà, cap. 7 vers. 27. ¶ *In consummatione seculorum*, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων. Id est, diebus nouissimis Nec enim alia vnquam oblatio expectāda, sed iudicium vnum superest. Paulus alicubi plenitudinem, vt Galat. cap. 4. vers. 4. alibi fines seculorum vocat, 1. Cor. cap. 10. versu. 11.

¶ *Ad peccatum per immolationem*, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας. Benè dicit peccatum, totam ipsam veluti speciem ac radicem intelligens, vt exposuimus 6. Rom. 7. Sed & alibi diximus ἀθετεῖσθαι dici leges quum abrogatæ tolluntur. quod huic loco optimè conuenit, vt Legem ipsam peccandi per Christum sciamus abrogatam, quæ in Adamo lata fuerat. Nam & fructus præteriti, ac futuri remittuntur sanguine Christi expiati & cor ipsum, eodem sanguine rigatum, peccato moritur, vt fructus edat iustitiæ. Ceterùm perperam interpungi consueuit hic locus, quasi videlicet quod subiicitur, nempe διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ, per immolationem sui ipsius, cum verbo πεφανέρωται construatur: quum manifestè cohæreat cum εἰς ἀθέτησιν: idcirco vocum ordinem mutaui in Latina interpretatione, *Patefactus est*, siue *conspicuus factus est*, in carne videlicet, vt loquitur Paulus. 1. Timot. 3. 16. & re ipsa, quum antea in legalibus ceremoniis velut vmbra quadam tectus lateret. Syrus interpres hac voce expuncta interseruit προσήνεγκεν ἑαυτόν, *obtulit ipse*.

27 *Sicut*, καθ' ὅσον. In vno codice legimus καθ' ὅ, & rectius, vt opinor, quanuis ὅσον sæpe pro postpositiuo articulo ponatur. Alioquin non memini καθ' ὅσον legere in hac significatione. ¶ *Vt semel moriantur* ἅπαξ ἀποθανεῖν. De consueta & naturali hominum conditione loquitur. Nam quòd Lazarus & allij aliquot bis mortui sunt, extraordinarium fuit. In iis verò qui repentè immutabuntur, immutatio illa species mortis erit, 1. Cor 15. 5.

28 *Attolleret*, εἰς τὸ ἀνενεγκεῖν. Hebr. להעלות [*lehaboloth*] ad ascendere faciendum. Est enim manifesta & perelegans paranomasia inter προσενεχθεὶς & ἀναφέρειν hoc in loco, & per allusionem ad holocausti ritum dicitur Christus sese obtulisse, & peccata sibi imposita in crucis altare sustulisse: sui videlicet oblatione expianda, vt scribit eodem etiam verbo vsus Petrus 1. Pet. 2. 24. qua etiam ratione dicit Paulus Coloss. 2. 14. Christum affixisse cruci chirographum nobis aduersarium: & alibi sæpe vetus noster homo in Christo crucifixus dicitur. Nec alia ratione verbum ἀναφέρειν in hac epistola & 1. Pet. 2. 5. accipitur pro *offerre* quàm allusione ad sacrificandi ritum, quo victum in aram attollebatur. Hinc factum vt Syrus interpres hoc verbum verterit דבח [*deuach*] quod est τὸ θύειν, id est, *sacrificare*, à consequenti, sed addit ἐν ἑαυτῷ *in sese* in quo sum illius auctoritatem sequutus, quod in nullis Græcis codicibus inueni. Verbum autē *Tollere* pro auferre sicut dicitur agnus abstulisse, id est aboleuisse mundi peccata, paranomasiam illam fateor, non satis exprimit, quam ego 1. Pet 2. 4. videor mihi non incommodè expressisse propter additum ἐπὶ ξύλου, *super lignum*, hîc verò assequi non potui Vulgata, *ad exhaurienda*. quoniam videlicet hauriri dicuntur quæ ex imo sursum attolluntur: & verum quidem est plenissimam esse Christi pro nobis satisfactionem, sed huic significationi nullus hîc est locus. ¶ *Multorum*, πολλῶν. Id est, non sua, quæ nulla fuerunt, sed eorum quos ipsi dedit pater seruandos, præterito mundo pro quo etiam non est precatus, Ioan. 17. 9. ¶ *Absque peccato*, χωρὶς ἁμαρτίας. Id est semel abdito suorum peccato, vt qui & semel facta sui oblatione reatum aboleuerit, peccata ex peccato peccante expiarit, & ex hac vita suos euocans finem luctæ carnis, & spiritus dirimat, vt in ipso quoque illorum corpore vltimo illo demum die plenissimè patefaceret. Opponitur ergo priori aduentui, quo aduenit sese oblaturus, omni infirmitatis (excepta peccati labe) onere depressus, posterior quo adueniet gloriosissimè triumphans. nō vt sese iterum offerat, nec vlla infirmitate circundatus, sed plenus gloriæ & semel abiecto illo peccatorum nostrorum sibi impositorum onere, Nam alioqui, quod ad ipsum attinet, etiam in ipsa cruce fuit sine peccato, iustissimus moriens pro nobis peccantibus.

¶ *Ad salutem*, εἰς σωτηρίαν. Potest hoc construi cum proximo participio, vt sit periphrasis credentium, qui soli expectant. Christum ad salutem, vel cum verbo Conspicietur, quia solis illis ad salutem conspicietur qui ipsum expectant. Nam ex impiis alij rident vtrunque aduentum, quibus Christus est pro fabula: alij propriè non dicuntur expectare, qui optarent vt nunquam veniret.

Κεφάλαιον ι.

1 Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκές, οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι.

2 Ἐπεὶ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι, διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας, ἅπαξ κεκαθαρμένους.

3 Ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ' ἐνιαυτόν.

4 Ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας.

5 Διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει, Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας,

CAP. X.

1 LEx enim vmbram obtinens futurorum bonorum, non ipsam expressam formam rerum, iis hostiis quas singulis annis easdem continenter offerunt, nunquam potest accedentes consummare.

2 Alioqui desiissent offerri, propterea quòd sacrificātes, semel purgati, nullorum peccatorum amplius essent sibi conscij.

3 At in istis *fit* repetita mentio peccatorum quotannis.

4 Non enim potest sanguis taurorum & hircorum auferre peccata.

5 Quapropter ingrediēs mūdū, dicit, Sacrificium & oblationē noluisti, corpus au-

CAP. X.

1 *VMbram enim habens Lex futurorum bonorū, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere.*

2 *Alioquin cessassent offerri, ideo quòd, nullam haberent vltra conscientiam peccati cultores semel mundati.*

3 *Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit.*

4 *Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.*

5 *Ideo ingrediens mundum, dicit, hostiam & oblationem noluisti, corpus*

1 Occurrit tacitæ obiectioni, Cur igitur illæ hostiæ offerebantur? Respōdet primùm Apostolus de anniuersario illo sacrificio, quod erat omnium maximè solenne, in quo (inquit) fiebat quotannis omniū superiorū peccatorū mentio repetita. Ergo illud nō habuit vim sanctificādi. Quorsum enim repeterentur iam expiata peccata, & vnde noua peccata prodirent quotannis repetenda, si illa sacrificia peccatum abolerent? Psal. 40. 7 2 Illatio ex præcedentibus, reliqua etiam sacrificia comprehendens: Quum Legalia sacrificia hoc non possent efficere, ideo Christus de se loquens vt declarato in carne nostro Pontifice, disertè testatur Deum non acquiescere in sacrificiis, sed in Filij sui nostri videlicet Pontificis obedientia, qua seipsum Patri pro nobis semel obtulit.

IN CAPVT X.

1 *Lex enim vmbram*, &c. σκιὰν γὰρ, &c. In anniuersario illo sacrificio, quod peculiariter hîc spectatur, publica & solennis peccatorum Israelis, non eorum tātùm quæ anno proximè præcedente commissa essent, sed omnium etiam superiorum confessio fiebat: non qualem inuexit postea Satan in Ecclesiam, sed qua omnes & singuli tanquam reos sese corā Deo sistebant, Leuit. 16. 21. Hinc colligit Apostolus constare anniuersaria illa sacrificia non habuisse vim purificandi. Cur enim repeterentur? Valet consequutio, nō modò quia semel abolita peccata frustra commemorarentur, & pro semel expiatis frustra repeteretur expiatio: sed quia vt sit perfecta purificatio, necesse est ipsum peccatum semel extirpari, quòd alioqui pura non possit dici conscientia, vt exposuimus suprà, 9. 14. quemadmodum nemo satis probum medicamentum esse dixerit quod morbos tātùm præsentes ad momentum prohibere, ingruentes autē nullo modo possit impedire. Quid si igitur neutrum præstet? Hoc autem vtrunque vnius Christi sanguini tribuitur. quo quisquis est irrigatus, & à præteritis & à futuris peccatis liberatus est in æternum, atque adeo sanctificatus, vt peccato mortuus, viuat iustitiæ. Ideo nec pluribus hîc victimis, nec vnius victimæ repetita oblatione opus est. Ergo quod vetera illa sacrificia disertè dicuntur populum expiare, Leuit. 16. 30. non ad ipsa symbola, sed ad futuram illam Christi oblationem vnicam pertinet, quæ per illa quotannis, atque adeo singulis diebus per omnes ceremonias adūbrabatur. ¶ *Futurorum bonorum*, τῶν μελλόντων ἀγαθῶν Id est, æternorum, quæ Patribus promissa sunt in Christo, suo tempore exhibita: sed ita tamen vt alibi nos maneant.

¶ *Ipsam expressam formam*, αὐτὴν τὴν εἰκόνα. Εἰκόνα vocant Græci nō quanuis picturam vel sculpturam, sed quæ sit viui instar: vnde iconici pictores, quos vulgò vocamus *qui peignent au vif*, πρὸς τὸ εἰκάζειν. Cic. pro Cælio, *Permulta maximarum non expressa sed adumbrata signa virtutum*. Sed & εἰκὼν accipitur pro ipsa essentiali (vt ita loquar) similitudine, vt Philipp. 2. 7. & suprà, 1. 2. Itaque alij hoc nomine intelligūt Euāgelium in quo nobis expressè effigies summi illius beneficij exhibetur (cuius duntaxat σκιαγραφία & rudis quædam delineatio fuerit in Lege, id est, in ceremoniis) alij ipsum Christum, vt rem ipsam & solidum corpus volunt cū vmbris, id est, figuris Legis, conferri vt εἰκόνι voce res ipsa significetur ad viuum repræsentata in Euangelij verbo, sicut intellexit quoque Syrus interpres, & declarari videtur Coloss. 2. 17. quæ expositio mihi quidē videtur melius quadrare Apostoli argumento. quanuis illam non repudiem, qua comparantur vetera sacramenta cum nostris, vt crassiora cum simplicioribus & significantioribus. Sed quid si passiuè accipiamus εἰκόνα τῶν πραγμάτων prò rebus ipsis per illam ceremonialis legis vmbrām & imaginem repræsentatis? Vulgata & Erasmus, *Imaginem*, non satis expressè.

¶ *In hostiis*, ταῖς αὐταῖς θυσίαις. Sic rectius vertit Erasmus quàm Vulgata, *iisdem ipsis hostiis*. Nec enim hostiarum diuersæ species hîc inter se conferuntur: sed colligit Apostolus non potuisse istis hostiis expiari peccata, quæ eædem (specie videlicet, non numero) quotannis mactabantur. Itaque τὸ διηνεκὲς, hoc loco non declarat durationem in omne tempus, vt mox vers. 12. & 14. & suprà 7. 3. sed istius Sacrificij recurrentem continuationem dietim non annuatim.

¶ *Consummare*, τελειῶσαι. Vide suprà 2. 10. & 9. 9.

2 *Desiissent*, ἂν ἐπαύσαντο. Sic legit Complutensis editio, itidémque Syrus interpres, & Latinus vetus interpres: hoc omnino postulante ipsa huius loci sententia. Siquis tamen malit legere vt in reliquis codicibus legitur, οὐκ ἂν ἐπαύσαντο, vertemus cum Erasmo, *nónne desiissent*, cum interrogationis nota, vt monet Græcus scholiastes: alioquin absurda multa in hunc locum congerens. ¶ *Nullorum*, μηδεμίαν. Vulgata admodum obscurè, *Nullam haberent vltra conscientiam peccatorum*. Erasmus, nihilo melius, *Nullam iam habuissent conscientiam peccatorum*.

3 *Repetita mentio*, ἀνάμνησις. Sic conuerti duabus de causis: primùm quia publica erat ea anniuersaria professio: deinde quia quantumuis antiqua & vetusta peccata repetebantur, id est, reum sese ac maiores suos omnes populus agnoscebat, & ita quidem, vt in oblationem tunc præsentē respiceret illa commemoratio, vnde efficiebatur confessio quòd præteritæ commemorationes non sufficerent. Nam alioquin nos quoque Christiani peccata quoque præterita coram Deo quotidie commemoramus, sed vnam illam semel factam oblationem respicientes, non quòd eam aut offeramus, aut specie vnam, numero multiplicemus. Hæc igitur requiruntur ad consequutionem argumenti, & huc spectat etiam præpositio ἀνά. Nam alioquin potuisset obiici, ideo fuisse repetitum hoc sacrificium non quòd peccata non tolleret, sed quòd superioris tantùm anni peccata elueret. Itaque ἀνάμνησιν Vetus interpres & Erasmus non satis expressè conuertunt *Commemorationem*.

5 *Ingrediens mundum*, εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον. Nouum argumentum à testimonio Dauidis, quo disertè significatur, nonnisi sublato priore, posterius poni. Cæterùm ingressus esse mundum dicitur Filius Dei quum homo factus est, vt descendisse è cælo, Iohan. 6. 42. Significat autem his verbis Apostolus, Christum apud Dauidem eo loco induci quasi recens hominem factum, de suo munere disserentem Erasmus maluit vertere per ingrediens. Quum ingres-

vus esset mandans, habita eius temporis ratione quo hæc scripsit Dauid, quasi Filius adhuc in cęlo manens, de futuro suo officio loquens inducatur. Sententia igitur eadem est, sed illud videtur melius conuenire. ¶ *Et oblationem*, προσφορὰν. Iterum diuiditur sacrificandi cultus in duas species, vt exposuimus suprà 5.1. Reliquas ceremonias præterit. Erant enim duntaxat tanquam sacrificiorum appendices. ¶ *Noluisti*, οὐκ ἠθέλησας. Hoc verò non potest Dauidi conuenire, quæcunque subterfugia quærantur. Nam (vt rectè prorsus obseruat doctissimus interpres) habuit commune cum cæteris sacrificandi mandatum. itaque præterire quod illi Deus mandarat non potuit. Propriè hæc igitur Christi regno tribuuntur. Nam id quoque quod versiculo 13. eiusdem Psalmi dicitur de iniquitatibus, de Christo meliore etiam iure quàm de Dauide dicitur, quum illo vnus omnium iniquitates portarit.

¶ *Corpus*, σῶμα, &c. Hebraicè אזנים כרית לי [*ozenaym chartha li*,] aures perforasti mihi, id est, docilem & obsequentem ad audiendum me reddidisti. Ita enim describitur in capitis nostri persona quæ sit fœderis noui ratio, nempe fide percipere Euangelium: quod ab iis vnis præstatur quib. Dominus aures cordis aperuit, vt Act. 16. 14. quũ natura omnes cæci simus. Ergo quod ad sententiam attinet, Græca interpretatio nihil variat nomine Corporis pro parte tantùm substituto. Nam quòd quidam de corporis humani assumptione hoc explicant, nihil est: quanuis verissimum quidem sit, Christum hac ratione factum esse Ecclesiæ (id est audientium & credentium) caput. Sed hæc pars non fuisset prætermissa in applicatione, si esset ita accipienda.

σας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι.

6 Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας.

7 Τότε εἶπον, Ἰδοὺ ἥκω (ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ) τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεός, τὸ θέλημά σου.

8 Ἀνώτερον λέγων, Ὅτι θυσίαν καὶ προσφορὰν καὶ ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἠθέλησας, οὐδὲ εὐδόκησας (αἵτινες κατὰ τὸν νόμον προσφέρονται)

9 Τότε εἴρηκεν, Ἰδοὺ ἥκω τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεός, τὸ θέλημά σου. Ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ.

10 Ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ.

11 Καὶ πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν, καὶ τὰς αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας, αἵτινες οὐδέποτε δύνανται περιελεῖν ἁμαρτίας·

12 Αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν, εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ·

13 Τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος ἕως τεθῶσιν

tem adoptasti mihi.

6 Holocautomata & hostiã pro peccato non approbasti.

7 Tunc dixi, Ecce adsum (in capite libri scriptum est de me) vt faciam, Deus, voluntatem tuam.

8 Quũ superius dixisset, Sacrificium & oblationẽ & holocautomata & *hostiam* pro peccato noluisti, neque grata habuisti (quæ secundum Legẽ offeruntur)

9 Tunc dixit, Ecce adsum, vt faciam, Deus, voluntatem tuam. Aufert prius, vt posterius statuat.

10 Qua volũtate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel *factã*.

11 3 Omnis igitur Sacerdos adstat quotidie sacram functionem obiens, & easdem sæpius offerens hostias, quæ nũquam possint auferre peccata:

12 Hic verò vna pro peccatis oblata in perpetuũ victima consedit ad dextram Dei:

13 4 Quod reliquum est expe-

autem aptasti mihi.

6 *Holocautomata & pro peccato non tibi placuerunt.*

7 *Tunc dixi, Ecce venio (in capite libri scriptum est de me) vt faciam, Deus, voluntatem tuam.*

8 *Superius dicens, Quia hostias, & oblationes, & holocautomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi (quæ secundum Legem offeruntur)*

9 *Tunc dixi, Ecce venio, vt faciam, Deus, voluntatem tuam. aufert primum vt sequens statuat.*

10 *In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel.*

11 *Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata:*

12 *Hic autem vnam pro peccatis offerens hostiã, in sempiternum sedet in dextra Dei:*

13 *De cætero expectans,*

Suprà 1.13 Psal. 110. 1 1. cor. 15. 25 suprà 1.13

3 Epilogus cum altera parte collationis, Leuiticus Pontifex quotidie in suo tabernaculo æadẽ sacrificia repetit: ex quo consequitur, neque illis sacrificiis, neque illis victimis, non denique illis Pontificibus tolli potuisse peccata. At Christus vna victima (seipso videlicet) pro peccatis omnium semel oblata, suis in æternum sanctificatis sedet ad dexteram Patris, omnem potestatem adeptus. 4 Occurrit tacitæ obiectioni, Nos videlicet nihilominus adhuc esse obnoxios peccato & morti. Ad quod respõdet Apostolus plenam efficaciam virtutis Christi nondum sese exeruisse, sed tandem apparituã quum omnes semel hostes suos, quibuscum adhuc luctamur, profligabit.

---

6 *Et hostiam pro peccato*, καὶ περὶ ἁμαρτίας. Hebraicè וחטאה [*vachataah*,] id est, & peccatum. Diximus enim peccatum sic vocari victimam pacificam, quam vocant.

7 *In capite libri*, ἐν κεφαλίδι βιβλίου. Hebr. במגלת ספר [*bimghillath sepher*,] i. in volumine libri. Complicabãt enim antiquitus libros in cylindri morem, vt nunc quoque Iudæi Legem habent descriptam in suis synagogis. Sed hoc discrimen nihil detrahit de sententia. Accepit quidem Græcus interpres מגילת [*meghillath*] in significatione גלגלת [*ghulgholeth*,] est enim vtrunque eiusdem radicis.

8 *Quæ*, αἵτινες, nempe θυσίαι, προσφοραί, id est hostiæ & oblationes.

9 *Dixit*, εἴρηκεν. Vulg. *Dixi*, εἶπον, nisi librariorum culpa hoc factum est. Occasionem autem errori præbuit quod in ipso Psalmi contextu legitur τότε εἶπον, *Tunc dixi*. Sed hæc verba sunt Apostoli, locum Dauidis ad scopum suum accommodantis, vt hoc cohæreat cum superioris versiculi initio. ¶ *Prius*, τὸ πρῶτον. Id est sacrificia, vt posterius statuat, nempe voluntatem Dei. Eam videlicet in qua propriè acquiescit, & quæ proinde alibi quàm in sacrificiis illis consistit. Poterat enim obiici Apostolo, cur nunc non liceat per sacrificia repræsentare Christi factam oblationem vt olim futuram licuit?

10 *Per oblationem*, διὰ τῆς προσφορᾶς. In plerisque codicibus legitur οἱ διὰ προσφορᾶς. quam lectionem si libuerit sequi, repetendum erit ἡγιασμένοι, Qui per oblationem corporis Iesu Christi semel *sanctificati sumus*.

11 *Adstat*, ἕστηκε. Sub. על המזבח [*hal hammizbeach*,] i. ad aram. Heb. autem עמד [*hamad*,] adstare, accipitur pro λειτουργεῖν, id est, pro Ante regem aut quenuis dominum ministerij causa stare. quod Latini *Apparere* dicunt. Cur autem, abolito iam Leuitico sacerdotio morte Christi, vtatur Apostolus tempore præsenti, aliquoties iam antea diximus. ¶ *Easdem*, τὰς αὐτάς. Specie videlicet & forma sacrificij. Nam alioqui numero eædem non erant quæ aliæ aliis succederent. ¶ *Sacram functionem obiens*, λειτουργῶν. Vulg. *ministrans*. Vide Act. 13. 2.

12 *In perpetuum*, εἰς τὸ διηνεκές. Hoc nonnulli ad θυσίαν nonnulli ad ἐκάθισεν referunt. Ego ad illud malo, quòd sic expressè accipiatur mox vers. 14. ¶ *Consedit*, ἐκάθισεν. Semel quidem fuit λειτουργός, nunc verò ita est Pontifex, vt simul tanquam rex æternus sedeat, Philipp. 2. 9.

14 Cons.

οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

14 Μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους.

15 Μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι,

16 Αὕτη ἡ διαθήκη ἣν διαθήσομαι πρὸς αὐτοὺς μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου ἐπὶ καρδίας αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν διανοιῶν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς.

17 Τότε εἴρηκε, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι.

18 Ὅπου δὲ ἄφεσις τούτων, οὐκ ἔτι προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας.

19 Ἔχοντες οὖν, ἀδελφοί, παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ,

20 Ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν, διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ·

21 Καὶ ἱερέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ·

ctans, donec eius inimici positi sint pro scabello pedũ ipsius.

14 Vnica enim oblatione consummauit in perpetuũ eos qui sanctificantur.

15 5 Testificatur autem *hoc* nobis Spiritus etiam ille sanctus. Nam posteaquàm prius dixit:

16 Hoc illud est pactũ quod peragam cum eis post dies illos, dicit Dominus, Indam leges meas cordibus eorum, & mentibus ipsorum inscribam eas:

17 Tunc dicit peccatorum ipsorum & transgressionum nequaquã recordabor amplius.

18 Porro vbi *est* horũ remissio, non *est* amplius oblatio pro peccato.

19 6 Quum igitur, fratres, habeamus libertatem ingrediendi Sacrarium per sanguinem Iesu,

20 Ea via quam dedicauit nobis recentem & viuam, per velum, hoc est per carnem suam:

21 *Quúmque habeamus* Sacerdotem magnum, præfectum domui Dei:

donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.

14 *Vna enim oblatione consummauit in sempiternũ sanctificatos.*

15 *Contestatur autem nos & Spiritus sanctus, postquam enim dixit,*

16 *Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in cordibus eorum superscribam eas:*

17 *Et peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.*

18 *Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.*

19 *Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu Sanctorũ in sanguine Christi,*

20 *Quam initiauit nobis viã nouam & viuentem, per velamen, id est carnem suam:*

21 *Et Sacerdotem magnum super domum Dei:*

Ierem. 31. 33 rom. 11. 27 suprà 8. 8

5 Quanuis adhuc supersint peccati reliquię in nobis, ab eodem tamẽ nõ quam repetendo sacrificio pẽdere nostrę perficiendæ sanctificationis opus, sic probat Apostolus, rursum prolato eiusdẽ Ieremiæ testimonio: Nouo fœdere sublatũ est peccatũ, quũ dicat Dominus fore vt ex eius formula peccatorum nostrorum amplius non recordetur. Ergo nullo iam expiatorio sacrificio egemus, quo tollatur quod iã est sublatum, sed danda potius opera vt nunc illius sacrificij simus per fidẽ participes.

6 Summa superioris tractationis, Nunc non excludimur à Sacrario vt Patres, sed in verum Sacrarium, id est in cœlum, patet nobis aditus, non pecuino, sed Iesu sanguine purificatis. Neque vt olim, opposito velo nos excludit Pontifex, sed per velum, id est carnem suam, in cœlum ipsum nobis præiens, nos introduxit, vt verè iam habeamus magnum sacerdotem domui Dei præpositum.

---

14 *Consummauit*, τετελείωκε. Vide suprà 2.10. & 7.19.

15 *Spiritus etiam*, καὶ τὸ πνεῦμα, per Ieremiam videlicet loquens Ier 31.33. Nouum est igitur hoc argumentum, quo noui pacti partes duæ explicantur, vna videlicet quæ Sanctificatio nostra dicitur, proximè sequente versiculo comprehensa, quam tantum abfuit vt Lex siue ceremonialis siue moralis polliceretur, vt è contrario illa quidem quid mererentur homines per iugulationem & cremationem victimæ ipsis illam offerentibus ob oculos ponebat: & propterea χειρόγραφον Coloss. 2.14. vocatur, quod Christus deletum cruci affixit, hæc verò extra Christum homines occidebat 2. Cor. 3. 6.

16 *Dicit Dominus*, λέγει ὁ κύριος. Verba hæc sunt Prophetæ, non autem Pauli quod in prioribus editionibus non satis animaduerteram.

17 *Tunc dixit*, τότε εἴρηκε. Sic scriptum istud reperi, & hoc loco insertum in vno codice manuscripto. Et certè nõ minus fuit hîc scribendum, quàm suprà versiculo nono, tum vt sit quod respondeat illi μετὰ τὸ προειρηκέναι versiculo 15, tum quòd hoc poscat ipsa huius argumenti series. Nũc demum enim hîc agitur de altera Euangelici pacti parte, nempe remissione peccatorum per imputatam Christi pro nostris peccatis satisfactionem. Sublata enim causa tollitur effectus, & præstito nunc reipsa illo sacrificio, quod patribus sub vetere pacto per Legalis oblationes figurabatur, certè figuris nunc illis, nihil opus est. Quid igitur (dicet aliquis) nulláne nunc indigemus peccatorum remissione? Immo verò hinc pendet nostra beatitas: sed quum peracta sit, non iam nobis est de vlla oblatione facienda, sed ea quæ præstita est nobis est per fidem amplectenda. Ergo ne (dicet iterum aliquis) nullis nunc nobis est opus symbolis siue signis, quibus præstita & peracta illa oblatio exterius quoque nostræ fidei excitandæ & certiorandæ seruiant? Imò certè opus est. Et hæc sunt duo illa Ecclesiæ Christianæ Sacramenta, Baptismus, & expressius etiam Sacræ Cœnæ Domini mysterium, à legalibus figuris eo quoque nomine discernenda, quòd hæ quidem res futuras adumbrabant, illa verò reipsa peracta nostræ memoriæ repræsentãt, & si rectè iis vtamur, in cordibus nostris obsignant, ad finem vsque mundi duratura.

¶ *Recordabor amplius*, οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. vbi igitur illa culpæ & pœnæ satisfactoriæ distinctio? Vbi purgatorius ignis? Vbi actualis & realis toties & tot locis repetita corporis & sanguinis Domini pro viuis & mortuis oblatio?

18 *Oblatio pro peccato*, προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας. Rectè addidit, *Pro peccato*. nam superest alia oblatio, nempe gratiarum actionis. & iubet Apostolus vt nosipsos Deo totos cõsecremus. Sed & mutua charitatis officia translatitiè solent à Paulo vocari oblationes Deo gratæ, sed non pro peccato, quum nonnisi à iam reconciliatis illæ oblationes per Spiritum sanctum proficisci possint.

19 *Libertatem*, παῤῥησίαν, dirupto videlicet illo velo. Vide suprà 3.6. Iam sequitur epilogus superioris doctrinæ. Quum autem hæc verissima sint, quæso cur alios patronos quæramus? aut quo iure potest certa de salute sua in vno Iesu Christo persuasio vocari arrogantia?

20 *Recentem*, πρόσφατον. Annotant Græci Grammatici propriè istud dici de recenter interfecto. quod videtur huic loco non malè conuenire: quòd hæc via sit nobis aperta Christi morte, aut ipse potius Christus moriens sit hæc ipsa via qua in cœlum introducimur. Recentem autem opponit alteri vetustæ & obsoletæ & vmbratili duntaxat, quod ad formam externam attinet in sese consideratam, vel eam cuius vigor nunquam veterascat.

¶ *Et viuam*, καὶ ζῶσαν. Non respondet quidem epitheton metaphoræ, sed rei ipsi. opponitur enim Christi sanguis viuificus sanguini pecudum. Alluditur etiam ad Tabernaculum per quod Pontifex in Sacrarium ingrediebatur. quæ suprà sunt explicata. Sed noua hîc allegoria instituitur veli illius quod operiebat sacrarij arcana, per quod tamen a-

ditus in sacrarium patebat. Sic, inquit, Christus caro diuinitatem nobis quasi sub velo ostendit, cuius alioqui fulgorem non possemus sustinere. Per hanc igitur viam ad Deū accedamus. Sed & Velo videntur significari peccata quæ nos à cælo arcebant, & à Christo fuerunt expiata. quo respectu fuit illud velum Christo mortuo à summo ad imum vsque penitus laceratum.

7 Exhortatio grauissima; in qua docet quo modo nobis sacrificium illud Christi applicetur: nimirū fide quam etiam declarabit à consequentibus, nimirum sanctificatione Spiritus, quæ facit vt certò in Deum speremus, & promutua charitate alii aliorum saluti omnibus modis omnibus procuremus.

Προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, ἐρραντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς·

22 7 Accedamus cū vero corde, & per plenā certioratione fidei, aspersione purgatis cordibus à conscientia mala:

22 *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala*

Καὶ λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ, κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ, (πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος·)

23 Et abluto corpore aqua pura, retineamus professionem spei non vacillantem, (fidelis enim *est* qui promisit)

23 *Et abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem: (fidelis enim est qui repromisit)*

Καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων·

24 Et obseruemus alij alios, vt nos acuamus ad charitatē & bona opera:

24 *Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum:*

Μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, καθὼς ἔθος τισὶν, ἀλλὰ παρακαλοῦντες· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν.

25 Nō deserentes aggregationem nostri mutuam, sicuti mos *est* quibusdā, sed adhortantes *alij alios*: 8 idque eo magis quòd videtis illum diem appropinquare.

25 *Non deserentes collectionē nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes: & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem.*

Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία·

26 Nam si vltro peccauerimus post acceptam cognitionem veritatis, nō adhuc pro peccatis reliqua est hostia:

26 *Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiā veritatis, iam non relinquitur pro peccatis, hostia:*

Suprà. 6. 4
Deut. 17. 2
mat. 18. 16
Ioh. 8. 17
2. cor. 13. 1

8 Facta vltimi aduentus Christi mentione, sanctos acuit ad sanctæ vitæ meditationem, & perfidos apostatas ad horrendum iudicis tribunal citat, quòd eum in quo solo posita est salus, perfidiosè reiecerunt.

Φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος, ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους.

27 Sed horrenda quędam expectatio iudicij, & ignis feruor, qui deuoraturus est aduersarios.

27 *Terribilis autem quadam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios.*

Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει·

28 9 Qui aspernatus fuerit Mosis Legem, absque misericordia ex duorum aut trium testimonio moritur:

28 *Irritam quis faciens Legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur.*

9 Si capitale fuit Legem Mosis violare, quanto magis exitiosum est à Christo deficere?

22 *Vero*, ἀληθινῆς. Id est, minimè subdolo vel fucato, sed quod constanter sit addictum Deo. Hebr. [נאמן] *neeman*.]

¶ *Per plenam certiorationem fidei*, ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, id est non fictitiam, nec imaginariam persuasionem, sed quæ verbo Dei vero innitatur. Est autem hypallage Hebræa pro πληροφορηθείσῃ πίστει. de quo dicendi genere vide Act. 5. 20. & Ephes. 1. 14. ¶ *Aspersione purgatis cordibus*, ἐρραντισμένοι τὰς καρδίας. Hoc est quod inquit Dominus, Sancti estote, quandoquidem & ego sanctus sum. Nam certè mendax est qui fidem iactat, nec eius fructus (id est sanctificationem animi ac corporis) proferre potest, vt 1. Corint. 7. 1. Vulgata & Erasmus, *Aspersi corda* vel *cordibus*, rectè quidem, est enim ad aspersiones illas sanguinis manifesta allusio: sed certum est vicissim ex antecedente colligi consequens, id est ex aspersione purificationem, vt 1. Pet. 1. 2. Vide Matt. 4. 8. & 2. Tim. 3. 16. & Hebr. 5. 7.

23 *Aqua pura*, ὕδατι καθαρῷ. Id est, Spiritus sancti gratia, quæ ab effectu vel ex antithesi externarum purificationum Legis comparatur aquæ. Vox autem ὁμολογίας docet baptismum, qui Catechumenis nonnisi Christum apertè profitentibus præbebatur, opponi legalibus purificationibus, & hoc ipsum est quod dicitur ἐπερώτημα 1. Pet. 3. 21.

24 *Obseruemus*, κατανοῶμεν. Id est, alij aliorum curam geramus. Vulg. *Consideremus*, non satis expressè, hoc quidem loco.

25 *Aggregationem nostri mutuam*. Addidi *Mutuæ* epitheton partim propter reciprocum pronomen, partim perspicuitati studens. Nec enim dubium est quin de coetibus Ecclesiasticis istud intelligatur, quos subterfugiebant nonnulli propter aliorum Iudæorum metum: sicut aliquādiu factitarunt Nicodemus, & Iosephus Arimathæensis, vt infrà dicetur apertius ver. 33. & 39. Noluit autem vti voce συναγωγῆς vt Christianorum Ecclesiam à Iudaicis synagogis distingueret, quas isti potius frequentabant, in quos hęc reprehensio dirigitur: & addidit præpositionem ἐπὶ, designans videlicet caput huius aggregati cœtus, nempe Christum, quem expressè nominat Paulus 2. Thess. 2. 1. quo spectant etiam Christi verba Ioan. 17. 11.

26 *Vltro*, ἑκουσίως. Hebr. חנם [*chinnam*] quod de iis dicitur qui sine vlla causa aut etiam causæ specie aliquid faciūt. Itaq. iis conuenit non qui simpliciter scientes peccant; (alioquin actum fuisset de Dauide & Petro. Et quis tandē centies millies non esset hac ratione æternæ morti mancipatus?) sed iis demum qui ex professo resilientes in vniuersum à Christo, delectantur impietate, & bellum indicunt perspectę veritati, vti fecit Saul, Iulianus Apostata, Arius, & alij quorū execranda est memoria. Sic etiā sæpe diximus ἁμαρτωλοὺς dici quos Hebræi חטאים [*chataim*] vocant, qui veluti peccādi quandam artem factitant, non autem eos qui quanuis ex consensu, tamen ex infirmitate & particulari lapsu peccent. Idque ita esse liquet ex ver. 29. vt nihil prorsus adiuuet Nouatianorum hæresin hic locus. Vide Ioan. 5. 16, vbi plenissimè agitur de peccato in Spiritum sanctum.

27 *Aduersarios*, ὑπεναντίους. Præpositio ὑπὸ nihil hîc detrahit de significatione. Aliud est certè humanitus peccare quàm Deo bellum indicere, & quidem pietatis falsæ prætextu, vt plerunque fieri solet. quod fortassis innuitur præpositione ὑπὸ, vt annotauimus Col. 2. 14.

28 *Qui abrogarit*, ὁ ἀθετήσας. Vel, vt Vulg. *Qui irritam fecerit*. Erasm. *Qui aspernatus fuerit*. Syrus interpres, דעבר [*dahabar*,] *Qui transgressus fuerit*. Neuter profectò rectè. Nec enim hîc agitur de alicuius mandati transgressione, siue peccato aduersus vnum aliquod mandatum admisso, sed de apostasia, siue integra defectione à vera religione, qua de re agitur expressè, Deut. 17. 2. Diximus autem de verbo ἀθετεῖν. Mar. 6. 26.

29 Pro-

Πόσῳ (δοκεῖτε) χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας;

29 Quanto (putatis) acerbiore supplicio dignus censebitur qui Filium Dei conculcarit, & sanguinem pacti per quem fuerat sanctificatus profanum duxerit, & Spiritum gratiæ contumelia affecerit?

29 *Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit?*

Οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα, Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος. Καὶ πάλιν, Κύριος κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ.

30 10 Nouimus enim eum qui dixit, Meum est vlcisci, ego rependam, dicit Dominus. Et rursum, Dominus ius dicet populo suo.

30 *Scimus enim qui dixit, Mihi vindicta, & ego retribuam. Et iterū, Iudicabit Dominus populum suum.*

Deut. 32. 35
Rom. 12. 19

10 Ratio omniū istorū est, Quia Deus est contemptorum vltor: alioqui Ecclesiam suā ritè non gubernaret. Nihil est autem ira Dei viui horribilius.

Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.

31 Horrendum est incidere in manus Dei viui.

31 *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.*

Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες, πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων.

32 11 Reuocate verò in memoriam superiores dies, quibus postquam illustrati fuistis, ingens certamen afflictionum tolerastis.

32 *Rememoramini autem pristinos dies in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum.*

11 Sicut apostatas perterrefecit, ita constantes & firmos nunc consolatur, proposito superiorum certaminum successu, ad certā spē plenæ & quidē proximæ victoriæ ipsos stimulans.

Τοῦτο μὲν, ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ, κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες.

33 Partim quidem dum & cum probris & cum afflictionibus spectaculū facti estis: partim verò dum socij facti estis eorum qui sic agitantur.

33 *Et in altero quidem, opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij taliter conuersantium effecti.*

Καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν.

34 Nam & vinculis meis mecum affecti fuistis, & direptionem eorum quæ vobis suppetebant cum gaudio excepistis, vt qui sciretis *vos* habere apud vos potiorem substantiam in cælis & permanentem.

34 *Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam.*

Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παρρησίαν

35 Ne igitur abiicite liberā

35 *Nolite itaque amitte-*

29 *Prophanum*, κοινόν. siue pro re communi & vulgari, vt rectè explicat Syrus interpres. Vulgata, *Pollutum* malè. Nec enim pollutum censetur quicquid communi vsui applicatur. itaque τὸ κοινὸν ἡγεῖσθαι idem hîc valet atque τὸ μὴ διακρίνειν 1. Cor. 11. 29. vbi de sacramentorum & rerum communium discrimine obseruando agitur. Accipitur tamen τὸ κοινὸν interdum pro *impuro*, vt Mar 7. 2, & Act. 10. 14.

¶ *Spiritum gratiæ*, τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος. id est Spiritum illum Sanctum qui quodammodo Dei gratiam (id est sanctificationis opus) incipiebat in ipsis obsignare. Ostendit autem hic locus de quo peccati genere hîc agatur.

30 *Meum est vlcisci*, ἐμοὶ ἐκδίκησις. Benè colligit. Nam si Deus populum suum eo consolatur quòd testatur se non passurum vt impunè lædatur, consequitur Domini quasi proprium esse munus pœnas de impiis sumere.

¶ *Dominus ius dicet*, Κύριος κρινεῖ. Id est gubernabit, vti sæpe iam annotauimus positum iudicandi verbum, ex Hebræorum idiotismo. Iam verò si Deus præest Ecclesię suæ, proculdubio seuerè puniet & hypocritas & apostatas. Est enim officium hoc iudicis, bonos defendere ac subleuare, malos iustis suppliciis afficere. Aptè igitur citatus est etiam hic locus, vt animos istorum ab apostasia deterreat.

32 *Reuocate*, ἀναμιμνήσκεσθε. Ingreditur consolationem in aduersis quæ iustitiæ causa infliguntur.

¶ *Postquam illustrati fuistis*, φωτισθέντες, Id est, in cætum Ecclesiæ per baptismum aggregati. Hoc enim in vetere Ecclesia declarabat verbum φωτίζεσθαι in quā dicebantur φωτισθέντες non simpliciter extraneis prophanis oppositi, sed à catechumenis distincti, quorum facta est mentio suprà 6. 4. vt appareat hanc epistolam scriptam fuisse constitutis iam per Apostolos multis Ecclesiis, non autem ipsis Apostolicæ prædicationis initiis, quanuis stante adhuc templo & Leuitico sacerdotio nondum reipsa sublato: extremis videlicet Neronis temporibus.

33 *Spectaculum facti estis*, θεατριζόμενοι. id est θέατρον γενόμενοι, vt loquitur Paulus 1. Corinth. 4. 9. & quod verbo παραδειγματίζεσθαι declaratur. Dicitur enim hoc de iis qui ignominiæ causa palam in plenum theatrum producebantur. Erasmus, *Spectaculo facti omnibus*. Ita accipitur apud Salustium *Ostentui esse*, & apud Tacitum *Ostentui mittere*.

¶ *Socij facti estis* κοινωνοὶ γενηθέντες. Id est, Eorum ærumnas vobiscum communes esse duxistis. quod de Philippensibus & Thessalonicensibus præsertim testatur Paulus.

¶ *Eorum qui sic agitantur*, τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων: vt ἀναστρέφεσθαι accipiatur pro *sursum & deorsum vexari*. Vulg & Eras. *Ita conuersantium*, nimium obscurè.

34 *De vinculis meis*, τοῖς δεσμοῖς μου. Qui ex hoc loco colligunt hanc epistolam Paulo tribuendam esse, nituntur argumento admodum infirmo. Sed quod subiicit, omnino respondet iis quæ scribit Paulus de his ipsis Iudæis 1. Thes. 2. 14. Sed & Syrus interpres aliter legit, nempe τοῖς δεσμίοις, *vinctis*. vt etiam scriptum inuenimus in duobus manuscr. exemplaribus.

¶ *Cum gaudio*, μετὰ χαρᾶς. Id est, non modò æquis animis, sed etiam lætis, vt inf. Iac. 1. 2. ¶ *Substantiam*, ὕπαρξιν i. bona ac facultates. Sic vsurpauit hoc vocabulū Quintilianus. Christus thesaurum vocat Mat 19. 21. ¶ *In cælis*, ἐν οὐρανοῖς. Sic Dominus Mat. 5. 12. Neque redundat ἐν ἑαυτοῖς, id est *apud vos*, & quasi *intra vos*: quum fide ac spe iam nunc possideamus quod in cælis est nobis repositum. Istud tamen neque in Claromontano codice & aliis duobus, neque in Latina vulgata interpretatione legitur. Sed & in nonnullis codicibus legitur ἑαυτοῖς, id est, *vobisipsis*, vt sit datiuus communis, quem vocant grammatici, quod amplexus est Syrus interpres. in aliis verò legitur ἑαυτούς vt ita conuertas, γινώσκοντες ἔχειν ἑαυτούς, *vt qui sciatis vos habere*: quam posteriorem lectionem sequutus est Vetus Latinus interpres: nec ego improbo. quanuis duorum tantùm codicum auctoritate nitatur.

35 *Ne abiicite*, μὴ ἀποβάλητε. Siue ne iacturam facite, rei videlicet tam pretiosæ. ¶ *Liberam illam professionem*, τὴν παρρησίαν. Vulgata, *confidentiam vestram*. Erasmus, *fiduciam vestram*. Neuter satis expressè. Nec enim

hac voce significatur fiducia vel confidentia in animo duntaxat concepta, sed libera & ingenua professione testata, quam superiore versu vocauit ὁμολογίαν ἀκλινῆ, & Syrus optimè vertit *Reiectionem faciorum*, quòd soleant fontem exponere qui intrepidè & apertè loquuntur. Huic autem opponitur mox vers. 9. ὑποστολὴ, qua significetur subductio, quod faciem contrahant qui metu perculsi sese subducunt.

ὑμῶν, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην.

36 Ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν. ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες, κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν.

37 Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ.

38 Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται· καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.

39 Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως εἰς περιποίησιν ψυχῆς.

Κεφάλαιον ια.

1 Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.

illam professionem vestram, quæ magnam habet præmij retributionem.

36 Nam patiente animo vobis est opus, vt voluntati Dei obsequuti reportetis promissionem illam.

37 Adhuc enim pusillum quantumcunque, & qui venturus est, veniet, neque tardabit.

38 12‖ Iustus autem ex fide viuet: at si *quis* se subduxerit, non est gratum animo meo.

39 At nos non ij sumus qui nos subducamus ad exitiũ, sed qui credamus ad animæ salutem.

CAP. XI.

1 Est autem fides, illud quo subsistũt quæ sperantur, & quæ demonstrat quæ non cernuntur.

re confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.

36 *Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntati Dei facientes, reportetis promissionem.*

37 *Adhuc enim modicum aliquantulùmque, qui venturus est veniet, & non tardabit.*

38 *Iustus autem meus ex fide viuet: quòd si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.*

39 *Nos autem non sumus subtractionis in perditionem, sed fidei in acquisitionem.*

CAP. XI.

1 *Est autem fides sperandarum substantia rerũ argumentum non apparentium.*

Abac.2.4 rom.1.17 galat.3.11
12 Firmæ fidei præstantiam ab effectu commẽdat, quod vnicum sit ad vitã iter: quam sententiã illustrat opposito contrario.
1 Excellens Fidei descriptio ab effectis, quòd res adhuc in spe positas repræsentet, & inuisibilia veluti oculis subijciat.

36 *Tolerantia*, ὑπομονῆς. Vide Luc.8.16. ¶ *Vt reportetis promissionem illam*, ἵνα κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν. Non fuit prætermittenda vis articuli. Vtitur autem Paulus eadem prorsus metonymia, Galat.3.22.

37 *Adhuc enim pusillum quantumcunque*, ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον, ὅσον. Plena loquutio est, Paululum admodum temporis adhuc superest, dum veniat, &c. Sic Esa.10.25. מעט מזער *me-hat mizhar*] ponitur, & alibi sæpe.

38 *Iustus autem*, &c. ὁ δὲ δίκαιος. &c. Vide Rom. cap.1.17. ¶ *At si [quis] se subduxerit*, καὶ ἐὰν ὑποστείληται. Vulgata, *Quòd si se subtraxerit*. Erasmus, *Et si se subduxerit*. Ego non dubito quin καὶ ponatur pro ἀλλὰ, vt sæpe iam annotauimus: quod ex Propheta apparet, apud quem fidelis opponitur impio. Quòd ad rem autem ipsam attinet, ita citauit hunc locum Apostolus, vt membrorum collationem, seruata tamen eadem sententia, inuerterit. Deinde vnum Hebraicũ verbum עפלה [*huppelah*] Græci conuerterunt ἐὰν ὑποστείληται, significatione videlicet reciproca Hebrææ coniugationis Niphal, vel Hithpahel, ea ratione nimirum quòd illud propriè significet sese in arcem aliquam quasi tutiorem locum recipere, aut in ea se tueri, quod videtur facere quisquis, deserto Deo, alibi se tutiorem fore existimat. Itaque quòd ad sententiam attinet nihil hîc est variatum. ¶ *Non probat eum animus meus*, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Hebr. לא ישרה נפשו בו [*lo jaschedah naphscho bo*,] quæ verba ita explicarunt vt prius affixum ad Deum retulerint, posterius verò ad impium: & quia Deum loquentem inducunt, tertiam personam in primam mutarint: nisi malimus eos נפשי [*naphschi*] pro נפשו [*napscho*] legisse, quasi ad verbum conuertas, Non erit recta anima mea erga eum. Id est, non conueniet animæ meę cum eo: sicuti solent inuersa phrasi vulgò dicere Hebræi, Non est rectum in oculis meis, pro, non est mihi gratum. Itaque ne hæc quidem varietas in sententia quicquam variat. Nam si anima impij in ipso recta non sit, cõsequitur illam Deo minimè gratam esse.

39 *Non ij sumus qui nos subducamus*, οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς. Vulgata ad verbum, *Non sumus subtractionis*. subaudiendum autem videtur υἱοὶ, filij. vt sit integer Hebraismus: quem sic explicat Erasmus, vt ita significetur quispiam qui initio confidens postea periculo territus pedem referat: vnde tandem defectio sequatur: cui opponitur qui fide stat & pergit intrepidus. ¶ *Ad animæ salutem*, εἰς περιποίησιν ψυχῆς. Vulg. & Eras. *In acquisitionem animæ*: quod mihi visum est obscurius, alioqui plana est sententia ex antithesi.

IN CAP. XI.

1 *Illud quo subsistunt*, &c. ὑπόστασις, &c. In hunc locũ multi varia scripserunt, quorum multiplices sententias referre non placet. Tantùm dicam, Græcum scholiasten mihi paucis videri rem omnem felicissimè exposuisse. Sunt autem hæc ipsius verba, Λοιπὸν ἐκφράζει τί ἐστι πίστις, καί φησι, Πίστις ἐστὶν αὐτὴ ἡ ὑπόστασις καὶ οὐσία τῶν ἐλπιζομένων πραγμάτων· ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀνυπόστατα ἐστὶν, ὡς τέως μὴ παρόντα, ἡ πίστις οὐσία τις αὐτῶν καὶ ὑπόστασις γίνεται, ἤτοι αὐτὰ καὶ παρεῖναι τρόπον τινὰ παρασκευάζουσα, διὰ τοῦ πιστεύειν εἶναι. ἔστι δὲ ἡ πίστις ἔλεγχος καὶ ἀπόδειξις τῶν οὐ βλεπομένων. ἀποδείκνυσι δὲ ὁρατὰ τὰ ἀόρατα ἡ πίστις. πῶς; τῷ νῷ καὶ ταῖς ἐλπίσιν ὁρῶσα τὰ μὴ φαινόμενα. Id est, *Deinde, explicat quid sit fides, atque, Fides est ipsa substantia & essentia rerum quæ sperantur. Quoniam enim quæ sunt in expectatione posita essentiæ sunt expertia. vtpote quæ nondum extent, fides est quædam ipsorum substantia & essentia, quòd quadantenus efficiat vt extent, atque adeò vt sint præsentia, eo quod illa esse credat. Est etiam fides argumentum & demonstratio eorum quæ non cernuntur. Nam quæ inaspectabilia sunt, ea vt aspectabilia demonstrat fides. Quomodo? mente videlicet & spe cernens quæ videri non possunt.* Hæc ille: cui quòd prorsus assentiar, malui periphrasin quærere quàm insignem hunc locum nimium obscurè interpretari. Neque enim mihi satisfecit Substantiæ & Argumenti nomen, siue Conuictionis, quo vtitur Aug. hunc locum citans, tractatu in Ioan.95 imò ne Fulcimenti quidem aut basis, aut materiæ. Castellio Subiectionẽ interpretatus est, quàm rectè, ipse viderit: certè nimium ambiguè. Cæterùm in eo nunc versatur Apostolus, superiorem adhortationem concludens vt quod ad fœderis, salutis, & fidei obiectum attinet, vnicum Christum semper fuisse doceat Ecclesiæ suæ, i. credentium seruatorẽ, iam inde à mundi primordiis, prolatis veterum patrum exemplis, quæ posteros, multo iam potiore conditione potitos, pudeat non imitari. Est igitur, vt ex subiectis exemplis intelligitur, hæc fidei ab effectis præcipuis sumpta descriptio, ad veteres illos accõmodata: ac proinde inter ea quæ hîc dicuntur ἐλπιζόμενα numeranda sunt plurima quę patres quidẽ sperarunt futura, nos autẽ iam peracta credimus: & inter τὰ μὴ βλεπόμενα nõ pauca, quæ conspecta iã fuerant quũ hæc scriberet Apostolus,

vt scribitur Ioh.1.14. quæquã possunt etiã sic intelligi præterita tẽpore, quæ nõ magis quàm futura cerni oculis possũt, sed gesta & facta fuisse credimus. Sed tamen semper illorũ & fides & spes eadem atque nostra esse comperitur, quanuis obiecta quædam in ipsa temporum diuersa circumstantia varient. Quod enim illi non aliis oculis quàm fidei viderũt, vtpote nondum reipsa extans, nos etsi iam exhibitum, tamen oculis nostris non magis à nobis quàm ab illis conspectum, eadem fide amplectimur: & earum rerum quæ supersunt, vt & earum quæ iam nobis præstitæ sunt plenum fructum similiter expectamus. Illud etiam denique obseruandum est, in patrum exemplis proponi pro illorum fidei obiecto non tantùm promissionem illam saluificam Christi venturi: (sine qua fides illa Ecclesiam veram veluti informans existere nequit) sed etiam particulares aliquas ab ea dependentes promissiones, quas patres illi eadem fide amplexi, illustre nobis huius fidei exemplum & certum diuinarum promissionum firmitatis testimonium reliquerunt. *Quæ non cernuntur*, οὐ βλεπομένων. Vulg. *Non apparentium*, μὴ φαινομένων. Ambiguè.

2 Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι.

3 Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι.

4 Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ Θεῷ· δι᾽ ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ δι᾽ αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται.

5 Πίστει Ἐνὼχ μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον· καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. πρὸ γὰρ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ.

6 Χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι· πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται.

2 2 Ob eam enim testimonio fuerunt ornati maiores.

3 3‖ Per fidem intelligimus compactum fuisse mundum verbo Dei, vt quæ videmus non sint ex apparentibus facta.

4 4‖ Abel per fidem, maioris pretij sacrificium obtulit Deo quàm Cain: per quam testimonium obtinuit, quòd esset iustus, testimonium perhibente Deo de donis eius: & mortuus adhuc per eam loquitur.

5 5 Per fidem Enoch fuit trãslatus, ne videret mortem: nec fuit inuentus, propterea quòd transtulerat eum Deus. priusquam enim transferretur, testimoniũ, obtinuerat quòd gratus fuerit Deo.

6 Atqui fieri non potest vt absque fide quisquam *Deo* sit gratus: nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse *Deum*, & præmia retribuere iis qui ipsũ requirunt.

2 *In hac enim testimonium consequuti sunt senes.*

3 *Fide intelligimus, aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent.*

4 *Fide, plurimam hostiam Abel quàm Cain obtulit Deo, per quam testimonium consequutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo: & per illam defunctus adhuc loquitur.*

5 *Fide Henoch translatus est, ne videret mortem: & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. ante trãslationem enim testimonium habuit placuisse Deo.*

6 *Sine fide autem impossibile est placere Deo: credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.*

2 Docet Patres ex hac demum virtute esse æstimandos.
Gen.1.1 ioan.1.10
3 Proprium fidei ostendit, propositis selectissimis exemplis eorum qui à condito mũdo in Ecclesia excelluerunt.
4 Abel. Gen.4.4 mat.23.35
5 Enoch. Gen.5.24 eccl 44 17. & 49 16.

2 *Maiores*, οἱ πρεσβύτεροι. Hebr. הקדמונים [*hakkadmonim*,] antecessores, id est, veteres illi patres à quibus orti sumus, & quorum auctoritate ac exemplo nos plurimum commoueri par est. Vulgata, *Senes*: nimium dilutè. Erasm. *Seniores*, quod nomen consueuimus alia significatione in his libris vsurpare.

3 *Mundum*, αἰῶνας. Vide suprà, cap.1. versu 2. Vulgata & Erasmus, *Secula*: ego Seculum dicere maluissem. ¶ *Vt quæ cernimus non sint ex apparentibus facta*, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. Id est, ita vt mundus iste quem cernimus, non sit ex aliqua apparente ac iam existente materia, sed ex nihilo conditus contra philosophorum omnium axioma, *Ex nihilo nihil*. Hoc est verò quod nullis vnquam philosophis venire potuit in mentem, ne iis quidem qui mundum à Deo conditum scripserunt. Itaque totum hoc fidei est: quum alioquin naturæ ipsius testimonio liceat conditum esse mundum cognoscere: imò verò qui hoc non credit, vix dignus sit qui homo appelletur. Vulgata, *Vt ex inuisibilibus fierent visibilia*: perperam, ac falsò etiam, nisi quis illud commoda interpretatione leniat. Ideo maluit Erasmus interpretari, *Vt ex ijs quæ non apparebant, ea quæ viderentur fierent*: in eo certè peccans cum Vetere interprete, quod perinde conuertit acsi scriptum esset ἐκ μὴ φαινομένων. quod multum detrahit de sententiæ pondere. Doctissimus interpres aliò refert, acsi scriptũ esset, εἰς τὸ μὴ φαινομένων τὰ βλεπόμενα (i. κάτοπτρα) γεγονέναι id est, *vt fierent rerum inuisibilium specula*. Mihi videtur multo melius conuenire quod sum sequutus, Græcis etiam codicibus consentientibus. Certè valde durum est τὰ βλεπόμενα, interpretari κάτοπτρα. neque de causa finali, sed de materiali agitur, quæ negatur aliqua fuisse. quod quia naturæ prorsus repugnat, meritò vni fidei tribuitur. Itaque εἰς τὸ idem hoc loco declarat atque ὥστε, vt etiã vertit Syrus interpres.

4 *Maioris pretij*, πλείονα. Vulgata, *Plurimam hostiã*. Eras. *Vberiorem hostiã*. Cæterùm mihi videtur Apostolus quum hoc dicit, proferre τεκμήριον fidei Abelis, nempe quòd Cain vt ingratus & diffidens, duntaxat, quippiam ex frugibus, Abel verò externis etiam oblationibus animum suum testatus, primitias ouium, & quidem pinguissimarum, obtulerit. Itaque πλείονα non interpretor *gratiorem*, sed *pretiosiorem*. ¶ *Per eam*, δι᾽ αὐτῆς, videlicet fidem, in scriptura sacra testatam, Gen.4.10.

5 *Ne videret mortem*, μὴ ἰδεῖν θάνατον. Id est, ne moreretur: fuit enim hic raptus, extraordinaria quædam ac repentina immutatio in Enocho & Elia, cuiusmodi nimirum erit illa quæ commemoratur 1.Cor.15.51. & 1.Thess.4.15. aut etiam alterius generis. Est enim temerarium de his statuere, & curiosum inuestigare. Vide Ioan.8.51.

6 *Esse [Deum,]* ὅτι ἐστι. Repeto Dei nomen ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Credere enim Deum esse Deum, id est, omnipotentem & veracem, est ipsius fidei basis: si modò ad voluntatem ipsius promissionibus testatam, non autem ad vanas imaginationes, hæc eius potestas & immutabilitas referatur. quamobrem etiam dicitur postea credendum etiam esse quòd sit μισθαποδότης. Syrus autem interpres videri potest vtrunque verbum, nempe ἐστὶ & γίνεται, ad illud μισθαποδότης retulisse, vt qui hunc locum verterit, *quod sit, & iis qui quærunt se futurus sit remunerator*. ¶ *Præmiis largitor*, μισθαποδότης γίνεται. Mutuam relationem inter μισθὸν & ἐπαγγελίαν, id est præmium & vltroneam promissionem, non autem inter mercedem & merita, significari hoc nomine, apertius docet Apostolus Rom.4.4.& 5. (idque in ipso credentium patre) quam vt meritò quisquam possit de eo dubitare. Ideo malui *præmij largitorem* quàm *remuneratorem* dicere: quanquam hoc quoque vocabulum meritis repugnat. Neque enim munus dici potest quod debiti nomine persoluitur, sed quod gratuitò donatur. ¶ *Iis qui ipsum requirunt*, τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτόν. vt Deum verè quærere dicamur, hæc requiruntur: primùm vt minimè sit fu-

eetur animus, sed vero Dei amore seriò inflammatus. Deinde vt non quæratur extra viam, sed in Christo, Christus autem in verbo. Postremò vt fidem adferamus, id est, certam, quoad eius fieri poterit, persuasionem de gratuita ipsius erga nos in Christo reconciliatione. Hanc verò nemo nisi viua Dei gratia fretus adferet. At enim (dicas) hoc non est eorum qui quærunt, sed qui iam inuenerunt. Respondeo, prius oportere nos à Deo inueniri quàm ipsum quæramus: deinde in illis quos descripsi gradibus, certos quotidie fieri progressus, donec eum videamus qualis est in regno suo; nam tum demum verè inuenerimus quem quotidie magis ac magis inuestigamus.

---

6 Noe. Gen.6.13 Eccles.44.17.

Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ· δι' ἧς κατέκρινε τὸν κόσμον, καὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος.

7 ‖Per fidem "diuinitus admonitus Noe de iis quæ nondum videbantur, veritus construxit arcam ad seruandam domum suam: per quam arcam condemnauit mundum, & eius quæ ex fide est iustitiæ factus est hæres.

7 *Fide Noe responso accepto de iis quæ adhuc non videbantur, metuens, aptauit arcam in salutem domus suæ per quam damnauit mundum, & iustitiæ, quæ per fidem est, hæres est institutus.*

7 Abraham & Sara. Gen.12.4.

Πίστει καλούμενος Ἀβραὰμ ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν εἰς τὸν τόπον ὃν ἤμελλε λαμβάνειν εἰς κληρονομίαν, καὶ ἐξῆλθε, μὴ ἐπιστάμενος ποῦ ἔρχεται.

8 7‖Per fidem vocatus Abrahamus auscultauit *Deo*, abeundo in locum quem accepturus erat in hæreditatem: & exiuit, nesciens "quò esset venturus.

8 *Fide, qui vocatur Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem. & exiit, nesciens quò iret.*

Πίστει παρῴκησεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὡς ἀλλοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς.

9 ‖Per fidem "commoratus est in terra promissa vt aliena; commoratus in tabernaculis cũ Isaaco & Iacobo cohæredibus eiusdem promissionis.

9 *Fide demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena; in casulis habitando cũ Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem.*

Ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός.

10 Expectabat enim "ciuitatẽ illam habẽtem fundamenta, cuius artifex & conditor est Deus.

10 *Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus.*

Gen.17.19. & 21.2.

Πίστει καὶ αὐτὴ Σάῤῥα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν, ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον.

11 Per fidem‖& ipsa "Sara vim ad eiaculatum semen *concipiendum* accepit, "ac præter præstitutũ tempus ætatis peperit, quòd fidelem *esse* duxerit eum qui promiserat.

11 *Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat.*

Διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος.

12 Quapropter & ex vno, eóque iam emortuo, "nati sunt *posteri*, quãta est astrorum cæli multitudo, & quasi arena illa innumerabilis quæ est ad oram maris.

12 *Propter quod & ab vno orti sunt, & hoc emortuo, tanquam sidera cæli in multitudine, & sicut arena quæ est ad oram maris, innumerabilis.*

---

7 *Diuinitus admonitus*, χρηματισθείς. Vulgata, *responso accepto*. Vide Matt.2.12. & Luc.2.26. & Act.10.22.

8 *Quò esset venturus*, ποῦ ἔρχεται. Vulgata, *Quò iret*. Nam ἔρχεσθαι etiam pro ἰέναι accipitur, vt alibi diximus.

9 *Commoratus est*, παρῴκησεν. Erasmus, *Commigrauit*, id est, μετῴκησεν. Vide Matt.2.23.

10 *Ciuitatem istam habentem fundamenta*, τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν. Id est, firmam ac perpetuam: quod de nulla merè humana ciuitate, imò ne ipsa quidem terra dici potest. Videntur adhibiti articuli vt sciamus de certa ciuitate, certísque fundamentis agi. Deinde comparatur hac ratione ciuitas cum tabernaculis, quòd hæc nullis fundamentis nitantur. Itaque τὰς σκηνὰς Vetus interpres fortassis non satis expressè *casulas* est interpretatus.

11 *Sara ipsa*. Vetus interpres addit *Sterilis*: & in Claromontano codice, & Complutensi editione ac alio quodam exemplari, additum inuenimus στεῖρα οὖσα, *sterilis quum esset*. Eadem autem fides consimilibus verbis claudatur in Abrahamo Saræ marito Rom.4.18.19.20.21.

¶ *Ad eiaculatum semen [concipiendum*,] εἰς καταβολὴν σπέρματος. Vel, *Ad emittendum*. Vt & Syrus interpres. Semen enim certum est etiam fœminam emittere, quanuis (vt plerique volunt medici) non propriè prolificum. Sed, meo iudicio, præstat ex antecedente intelligere consequens, sicuti solent Hebræi: vt καταβολὴ ad virum referatur, cuius eiaculato concipiendi semini impar erat caro, natura sterilis. Erasmus, *Ad concipiendum ac retinendum semen*. Vulgata, *In conceptione seminis*. Claromontanus codex post verbum ἔλαβε, addit εἰς τὸ τεκνῶσαι, *ad prolem gignendam*. ¶ *Ac præter tempus ætatis*, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας. Si tollas verbum ἔτεκεν, *peperit*, quod neque Claromontanus codex habet, nec Latina Vetus interpretatio, vertendum est *etiam præter tempus ætatis*. Tempus autem ætatis vocat exactum vitæ spatium, vt senectutem vocat Cicero extremum ætatis tempus. ¶ *Esse duxerit*, ἡγήσατο. Addidi verbum Esse, vt ambiguam verbi Ducere significationem vitarem. Vulgata, *credidit*, rectè explicata sententia. Nam alioqui τὸ ἡγεῖσθαι minus quidam est quam πιστεύειν, sed hîc significat *certò credere*, vt rectè explicat Syrus interpres.

Emortuo, νενεκρωμένου. Erasmus, *Annis effœto*: rectè quidem, sed non seruata Græci vocabuli emphasi, quo non temerè vsus est Apostolus, vt etiam Paulus Rom.4.19. Ita enim significatur non simpliciter effœtum fuisse corpus, sed non magis ad generandum habile quàm si prorsus mortuum fuisset. Atqui postea ex alia vxore Abraham plurimos filios sustulit. Hæc igitur causa est cur nonnulli velint Abrahamum vxoris respectu effœtum dici: quod mihi planè coactum esse videtur, & Apostoli sententiam eneruare. Malo igitur existimare, vi promissionis apprehensæ ita fuisse confirmatam Abrahami senectutem, vt Sara etiam mortua, non modò vtcunque habilis ad generandum, sed etiam valde fœcũdus fuerit. ¶ *Nati sunt [posteri]* ἐγεννήθησαν. Intelligitur verbale verbo ipso inclusum ex Hebræorum idiotismo, sed obscuriore. Itaque Erasmus rectè suppleuit quod deerat. Vide 1.Corinth.15.29. & Galat.4.24.

14 Secun-

Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες, καὶ πεισθέντες, καὶ ἀσπασάμενοι, καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς.

13 "Secundum fidem mortui sunt "isti omnes, "non adepti promissa, sed eminus ea conspicati "postquam *ipsis* fuissent persuasa, "& ea amplexi fuissent, ac sese professi "hospites & aduenas esse in terra.

13 *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus sed à longè eas aspicientes & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram.*

Οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες, ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσι.

14 Nam qui hæc dicunt, palàm ostendunt se patriam quærere.

14 *Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.*

Καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι.

15 Quòd si illius memores fuissent ex qua exierant, "habere poterant tempus ad reuertendum:

15 *Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi:*

Νυνὶ δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν ἐπουρανίου. διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεός, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν. ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν.

16 "Atqui potiorem expetũt, hoc est cælestem. quapropter "Deũ non pudet eorũ, "*id est*, cognominari Deus eorum. parauerat enim eis vrbem.

16 *Nunc autem meliorem appetunt, id est cælestem: ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. parauit enim illis ciuitatem.*

Πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος,

17 ‖Abrahamus "quũ tentaretur, obtulit Isaacum per fidẽ: vnigenitum, inquam, illum obtulit "is qui promissiones exceperat,

17 *Fide obtulit Abraham Isaac quum tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo susceperant repromissiones.* Gen.22.10 Eccles.44.15

---

14 *Secundum finem*, κατὰ πίστιν. Id est, fide quam viui habuerant, eos ad sepulchrum vsque comitante.

¶ *Isti omnes*, οὗτοι πάντες. Conuenit quidem hoc omnibus quos nominatim commemorauit, quòd fides eorum ad extremum perdurarit: sed tamen de Abrahamo, Isaaco & Iacobo propriè hoc esse intelligendum apparet ex vers. 15. & 16. ¶ *Non adepti promissa*, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας. Sic vocat metonymicè rem ipsam promissam: idque multitudinis numero, propter crebrò repetitam pollicitationem. Sed quodnam illud promissum fuit? Si de Christo accipias, quem certum est illos tanquam scopum sibi proposuisse, dicendum erit eos non esse Christum adeptos, quatenus videlicet dilatus est in nostra tempora ipsius aduentus, quanuis ex fidei descriptione, quæ tradita est supra, vers.1. fuerit illis per fidei aspectum visibilis: ac proinde per eum non aliter ex hac vita migrantes sint adepti immortalem hæreditatem, quàm nos qui ipsius aduentum sumus consequuti: vt multis iam locis est explicatum. Nam limborum, quos vocant, somnium iis relinquo qui supra verbum Dei sapere volunt. quod tamen hîc manifestè refellitur nomine Ciuitatis cælestis, quo certum est beatas illas sedes intelligi, quas ex hac vita migrantes patres sint adepti. Possumus tamen (vt mihi videtur) minus coactè hoc referre ad terræ Chanaan promissiones, qua nunquam ipsi potiti sunt. Erat autem illis hæc regio, paternæ Dei beneuolentiæ, cælestísque hæreditatis, nasciturae denique ex ipsis Ecclesiæ, typus ac figura, vt inuictam eorum fidem esse oportuerit, qui de rebus ipsis non dubitarint, quarum tamen promissa pignora nunquam sint adepti. Quid igitur illis fiet qui, postquàm Deus omnia illa quæ Abrahamo promiserat, imò infinitis partibus plura, Christúmque adeo ipsum exhibuit, tamen vel credere recusant, vel in fide non perseuerant? Vulgata, *Non acceptis repromissionibus*. Erasmus, *Quum non accepissent promissiones*. vterque nimium ambiguè. Nam si promissiones non acceperant, dicere possit aliquis, Quomodo crediderunt?

¶ *Postquam [ipsis] fuissent persuasa*, πεισθέντες. Hoc ambitu verborum sum vsus necessariò, quanuis hanc vocem in nullis Græcis manuscr. inuenerim, neque in Complutensi, nec in Vulgata Latina editione, quæ tamen minimè videtur superuacanea. Syrus autem interpres, legit καὶ ἐχάρησαν, *Et gauisi sunt*. ¶ *Et ea amplexi essent*, καὶ ἀσπασάμενοι. Vulg. *Salutantes*. Erasmus *Salutassent*. Sed ego amplectendi verbo vti malui, de quo diximus Matth.5.47. Nam hoc vocabulo designari puto quod plurimis locis commemoratur apud Mosen, Patriarchas videlicet acceptis à Domino promissionibus mox adorasse, & aras etiã sæpe extruxisse, quibus nimirum signis viuam suam fidem mũdo etiam sunt testati: & Christum, quem eminus fide cernebãt venturum, quasi iam præsentem sunt complexi.

¶ *Hospites*, ξένοι. Sic loquitur Isaacus, Gen.28.4. & Iacobus, Gen.47.9. & Dauid Psal.39.13. & in aliis multis locis. Imò & ipsi prophani, licet & veræ ipsius immortalitatis & viæ qua vnà ad illam peruenitur, ignari. Sic enim Cicero de senectute, *Ex hac vita ita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim diuersorium natura nobis, non habitandi dedit.*

15 *Habere poterant*, εἶχον ἄν. Vel potius lege, εἶχον, *habebant*, vt scribitur in Claromontano codice, sicut & Syrus & Vetus Latinus interpretes legerunt.

16 *Atqui*, νυνὶ δέ. Vel ad verbum, *Nunc autem*. Est autem *Nunc*, hoc in loco non temporis aduerbium, sed coniunctio συλλογιστική, qua in assumptionibus argumentorum vtimur, respondens Gallicæ particulæ *Or*. Et loquens de re tot ante seculis præterita, Apostolus vtitur præsenti tempore, historicorum more. ¶ *Deum non pudet eorum*, οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτούς. Id est, οὐκ ἀπαξιοῖ, pro ἀξιοῖ, *dignatur*, sicut μείωσις Hebræa Non negare accipitur pro Profiteri. Quum enim alioqui cognominibus honestentur homines, Deus contrà sese mirum in modum summisit vt seruos suos honestaret, cognomentum ab iis sumens, vt qui Deus Abrahami, Isaaci, & Iacobi cognominari voluerit. Et plurimum hoc facit ad Apostoli scopum, quum ita probetur & animorum credentium beata immortalitas, & corporum resurrectio, vt Christus ipse argumentatur Luc.20.38. ¶ [*Id est*] *cognominari*, ἐπικαλεῖσθαι. Vulgata, *vocari*, non expressa Apostoli sententia, cuius vis posita est in propria notatione τῆς ἐπικλήσεως, quæ est ἐπὶ τῷ ὀνόματι καλεῖν προσθήκη, vt Latinum quoque vocabulum *cognomenti* declarat.

17 *Quum tentaretur*, πειραζόμενος. Id est, quum exploraret eum Dominus: minimè id quidem quasi sibi incognitum: sed vt virtus Dei, quem ille fide apprehenderat, cùm illi ipsi, tum venturis etiam seculis melius esset perspecta. Vnigenitus autẽ dicitur Isaac, quòd Ismael non censeretur in familia. ¶ *Is qui promissiones exceperat*, ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος. Quàm multa dicit vno verbo! Obtulit filium pater, obtulit vnigenitũ illum, quo amisso videbatur omnis spes promissionis amissa. Obtulit nõ is qui ex aliorũ sermone, sed qui suis auribus promittentẽ Dominum audisset: obtulit is ipse ad quẽ promissa pertinebant: obtulit qui non modò audierat, sed etiam audita per fidẽ exceperat. Audiebat ex eodẽ ore interficiendi mandatũ, ex quo nascẽdi promissionem acceperat. In spem igitur contra spẽ credidisse oportuit, qui res mutuò sese collidentes, id est vitam eiusdẽ hominis ac mortem simul conciliari posse non dubitarit: quia Deus erat qui loquebatur. Vulgata, *In quo susceperat promissiones*, repugnante Græcorum codicum fide. Videtur autem legisse ἐν ᾧ ἀνεδέξατο & Syrus interpres, ὃν δι' ἐπαγγελίας ἀνεδέξατο, vt qui verterit, Tremellio interprete, *Quem acceperat per promissionem*.

Gen.21.12. rom.9.7 — Πρὸς ὃν ἐλαλήθη, Ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα·

18 Ad quem dictum fuerat, In Isaaco vocabitur tibi semen.

18 Ad quem dictum est, Quia in Isaac vocabitur tibi semen:

[illegible] ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ Θεός· ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο.

19 Ratiocinatus Deum potentia præditum esse etiam suscitandi ex mortuis: vnde etiam illum, similitudine quadam recepit.

19 Arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus: vnde eum & in parabolam accepit.

8 Isaac. Gen.27.27. & 39 — Πίστει περὶ μελλόντων εὐλόγησεν Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἠσαῦ.

20 8 Per fidem ‖ de futuris benedixit Isaacus Iacobo & Esauo.

20 Fide, & de futuris benedixit Isaac Iacob & Esau.

9 Iacob. Gen.41.13 Gen.47.31 — Πίστει Ἰακὼβ ἀποθνήσκων ἕκαστον τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε· καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ.

21 9 ‖ Per fidem Iacobus moriens singulis filiis Ioseph benedixit: ‖ & adorauit super extremo baculo suo.

21 Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius.

10 Ioseph. Gen.10.24 — Πίστει, Ἰωσὴφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο.

22 10 ‖ Per fidem, Iosephus obiens de egressione filiorũ Israel meminit: déque ossibus suis præcepit.

22 Fide, Ioseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit.

11 Moses. Exod.2.3 act.7.21 — Πίστει, Μωσῆς γεννηθεὶς ἐκρύβη τρί-

23 11 ‖ Per fidem, Moses quũ natus esset, occultatus [illegible]st mẽses

23 Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tri-

19 *Ratiocinatus*, λογισάμενος. Vulgata, *arbitratus*, οἰόμενος, nimium dilutè. quanuis dicat Cicero magnam esse vim verbi arbitror. Intelligit igitur ratiocinatum fuisse Abrahamum, id est, subductis rationibus omnibus aduersus ingruentes cogitationes, ex principiis, tum de omnipotentia, tum de immutabilitate promissionis diuinæ, quam erat fide amplexus, sic apud se collegisse.

¶ *Potentia præditum esse*, ὅτι δυνατός. Potest simpliciter quoque verbo Posse istud conuerti, sed non ita expressé.

¶ *Vnde*, ὅθεν. Id est, ex qua morte. Neque enim idem declarat atque διὸ, id est, *quamobrem*, sed refertur ad ἐκ νεκρῶν, *à mortuis*, quod multos interpretes fefellit, ac præsertim Græcos, à quibus sanè infeliciter explicatus est hic locus.

¶ *Similitudine quadam*, ἐν παραβολῇ. Id est, quodammodo, siue specie tenus, quod tamen non pertinet ad verbum ἐκομίσατο, (eum enim reuera recepit) sed ad ὅθεν. Neque enim recepit eum ex vera morte quum non sit interfectus: sed tamen quum Dei mandato iam neci addictus incolumis sit Patri restitutus, videtur ipsius liberatio, quædam resurrectionis species: quo modo etiam dicuntur reuixisse qui ex certissimo aliquo periculo præter omnem spem sunt seruati. Hanc huius loci germanam sententiam doctissimus interpres, primus (vt opinor) patefecit: cui prorsus assentior. Nam quæ de ariete & Christi typo commemorari solent in hunc locum, vt vera sint, tamen non videntur huc pertinere. Vulgata, *Vnde eum, & in parabolam accepit*. Erasmus, *Vnde illum etiam* [*resurrectionis*] *typo reduxit*, id est, (vt inquit in annotationibus) in typo Christi immolandi.

20 *De futuris*, περὶ μελλόντων. Hic verò viuum habemus exemplar illius hypothesis quæ suprà est commemorata, versu 1. siquidem Iacob, hospes in Ægypto moriens, non aliter suis distribuit Chananæorum regna, quàm si pacificus in Ierusalem regnum suum inter duodecim liberos partiretur. Quàm autem vera ac solida fuerit hæc hypothesis, vel ex eo apparet quòd tam multis pòst annis, re tota sorti commissa, qua nihil magis fortuitum videtur, exitus testamentum Iacobi confirmauit. Quid enim est verbo Dei certius?

21 *Et adorauit super extremo baculo suo*, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Sic etiam Syrus interpres hunc locum vertit, quem quo plures exercuit, eo magis studebo perspicuè explicare. Sic igitur Vetus interpres conuertit, *Et adorauit fastigium virgæ eius*: quasi otiosa sit præpositio ἐπὶ. quem errorem annotauit quidem Erasmus, sed neque in contextu mutauit, neque in annotationibus rectè emendauit, vt qui putarit ἐπὶ τὸ ἄκρον significare *Ad summum*. Ex hoc errore alij postea promanarunt, primùm quod putarunt Iosephum à Iacobo fuisse adoratum: deinde quòd fastigij nomine existimarunt eminentem Iosephi dignitatem significari. Quem errorem auxit etiam tertius, quòd virgam meminerant pro regio sceptro interdum vsurpari, & tale etiam quiddam referatur Esthe.5.2. In summa igitur, censuerunt his verbis significari, Iosephum vt principem fuisse à Iacob adoratum. De quo vt nemo iam posset dubitare, ausus etiam est Castellio nuper hunc locum ita interpretari, *Et Iosephi virgæ capiti venratus est*. Atqui primùm omnium, vt demus Iosephum hoc passum fuisse (qui tamen è contrario commemoratur in proximè sequenti capite, id est, Gen.48.12 patrem humi prouolutus adorasse) quorsum hoc ad prædicandam Iacobi fidẽ? Deinde quo iure debet excludi præpositio ἐπὶ? Nam quod ad ראש [*rosh*] attinet, fateor ambiguum nomen esse, vt etiam τὸ ἄκρον, quo vsus est Græcus interpres. Ergo hæc sententia consistere non potest. quod multo etiã magis ex Hebreis ipsis intelligitur, quę sic habẽt וישתחו על ראש המטה [*vayschtachu hal rosh hammittah*,] Id est, *Et adorauit ad caput lecti*. vt nunc in libris Hebraicis legitur. Hîc verò nulla dignitatis Iosephi mentio: nec dubium quin Iacob certus, ex filij iureiurando, fore vt cum maioribus suis sepeliretur, memor promissionum oculos ad Deum sustulisse, & (vt imbecilli erat corpusculo) gestu ad fulcrum lecti conuersus Deo gratias egisse, istis verbis significetur. At ista, inquies, Græcis non respondent. Ego verò fateor Græcos vnum idémque vocabulum aliis punctis vocalibus expressisse, vtpote qui מטה [*matteh*] legerint, non *mittah*, vti scriptum habemus. Sed, quod ad rem attinet, dico nullum esse in ipsa sententia discrimen, nec minus quadrare eam lectionem quam sequuti sunt Græci. nam vtrobique dicitur Iacob adorare, Deum videlicet, vti postulat sententia: quum neque in Hebræis neque in Græcis quicquam subiiciatur vnde aliud elici possit. Deinde pro על [*hal*] verterunt ἐπὶ, pro ראש [*rosch*] τὸ ἄκρον, in quibus nihil est quod possit reprehendi. Sed in eo decepti sunt veteres plerique interpretes Latini, quod ἐπὶ prætermiserunt. Erasmus verò in eo quod ἐπὶ τὸ ἄκρον in annotationibus vertit *Ad summum*: & Hieronymus contrà, *Summitatem*: quum ἐπὶ, nihil aliud hîc declaret quàm *Super*: vt sit hic sensus, Iacobum adorasse super extremo baculo, id est, baculo innixum. quod vnus ex veteribus Augustinus vidit: vt si in vernaculo sermone nostro dicas, *sur le bout de son baston*. Nam quod ad relatiuum αὐτοῦ attinet, nemo ignorat quàm sæpe soleat etiam cum spiritu tenui pro reciproco vsurpari. ῥάβδος autem pro baculo quo innitamur, id est, pro scipione, qui verè senibus conuenit, nihil etiam impedit quominus potius hoc in loco accipiamus quàm pro sceptro. Neque verò minus conuenit hæc sententia quàm altera: ac videtur etiam nescio quomodo melius ita exprimi imbecilli senis gestus. Adhæc, diligenter consideranti mihi totam historiam, non minus probabile videtur Iacobum tum, nondum decubuisse, sed aliquanto pòst: quamobrem etiam repentè ad Iosephum accurrit nuntius, qui patrem illi ægrotare cœpisse significaret. Denique sufficiat ostendisse causam non esse cur hoc loco Hieron. Græcos interpretes exagitaret: atque etiam multo minus cur putetur Apostolus cõmuni errori aliquid dedisse, qui certè à Spiritu sancto impulsus, & ad Hebræos scribens, (sicut initio huius epistolæ diximus) nunquã hoc cõmisisset.

23 Et

μηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως·

tres à parentibus suis, quòd viderent venustum esse puerulum: & non metuerunt ‖ edictum regis.

bus à parentibus suis, eo quòd vidissent elegantem infantem: & non timuerunt regis edictum. — Exod.1.16

Πίστει, Μωσῆς μέγας γενόμενος ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ.

24 Per fidem ‖ Moses iam grãdis renuit vocari filius filiæ Pharaonis:

24 Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis: — Exod.2.11

Μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν·

25 Potius eligens simul malis vexari cũ populo Dei, quàm temporariam retinere peccati fruitionem:

25 Magis eligens affligi cum populo Dei: quàm temporalis peccati habere iucunditatem

Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ. ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν.

26 Maiores ducens diuitias probrum Christi, quàm Ægyptiorum thesauros. Intuebatur enim in præmij retributionem.

26 Maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi: aspiciebat enim in remunerationem:

Πίστει κατέλιπεν Αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως. τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε.

27 Per fidem dereliquit Ægyptum, non metuens excandescentiam regis. nam vt qui videret eum qui est inuisibilis, ita forti animo fuit.

27 Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis. inuisibilem enim tanquam videns sustinuit.

Πίστει πεποίηκε τὸ πάσχα καὶ τὴν πρόσχυσιν τοῦ αἵματος, ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα, θίγῃ αὐτῶν.

28 Per fidem ‖ peregit pascha & affusionem illam sanguinis: ne qui disperdidit primogenita ipsorum, ipsos tangeret.

28 Fide celebrauit pascha & sanguinis effusionem: ne, qui vastabat primitiua, tangeret eos. — Exod.12.22

Πίστει διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ὡς διὰ ξηρᾶς· ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι κατεπόθησαν.

29 12 Per fidem ‖ transgressi sunt rubrum mare veluti per terram: cuius *maris* facto periculo Ægyptij absorpti sunt.

29 Fide transierunt mare rubrum, tanquam per aridam terram: quod experti Ægyptij deuorati sunt. — Exo.14.21 — 12 Rubrum mare.

Πίστει τὰ τείχη Ἱεριχὼ ἔπεσε, κυκλωθέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας.

30 13 Per fidem ‖ mœnia Iericho conciderunt, circundata ad dies septem.

30 Fide muri Iericho corruerunt, circuitu dierum septem. — Iosu.6.20. — Iericho.13

Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης.

31 14 Per fidem ‖ Rahab meretrix illa non periit vnà cum iis qui non obedierant, ‖ quũ pacificè excepisset hospitio exploratores.

31 Fide, Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. — Iosu.6.23 — 14 Rahab. — Iosue 2.1

Καὶ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ Γεδεών, Βαράκ τε, καὶ Σαμψών, καὶ Ἰεφθάε, Δαβίδ τε καὶ Σαμουήλ, καὶ τῶν προφητῶν.

32 15 Et quid preterea loquor? ‖ deficiet enim me tempus, narrantem de ‖ Gedeone, ‖ de Barac, & ‖ Sampsone, ‖ & Iephthe, ‖ & Dauide, & Samuele, ac Prophetis:

32 Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tempus, enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, David, Samuel, & Prophetis: — 15 Gedeone, Barac, & alij iudices ac Prophetæ. — Iudic.6.11 — Iudic.4.6 — Iudic.13.24 — Iudic.11.1. & 12

Οἳ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, ἔφραξαν στόματα λεόντων·

33 Qui per fidem debellarũt regna, exercuerunt iustitiam, adepti sunt promissiones, obstruxerunt ora leonum,

33 Qui per fidem deuicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum. — 1. Reg.17.18. & 23.14

23 *Et non metuerunt*, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν. Subauditur *magnopere*, vel, ita vt vererentur alere. Nam hoc certè quanuis simpliciter dictum, tamen intelligendum est κατά τι, vt alia multa passim annotauimus, veluti quum dicitur Ioannes venisse nec edens nec bibens. Sed huic versiculo alius iste, in Claromontano, attexitur, πίστει μέγας γενόμενος Μωϋσῆς ἀνεῖλεν τὸν Αἰγύπτιον, κατανοῶν τὴν ταπείνωσιν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Id est vt his Græcis opposita est in eodem codice Latina versio. *Fide magnus factus Moses occidit Ægyptium, considerans dolorem*, (malim quidem ego vertere *depressionem*) *fratrum suorum*. quod etsi mihi suspectum est (quoniam alibi nusquam inueni, & quoniam in proximè sequente versiculo redundaret illud μέγας γενόμενος, pro quo scribenda fuerit potius particula καί, quanuis alioqui singularis in hoc etiam facto eluceat Mosis fides) prætermittendum tamen non putaui.

25 *Peccati fruitionem*, ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν. i. oblectationem qua frui non poterat quin iram Dei in se prouocaret.

26 *Probrum Christi*, τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ. Vulg. *improperium Christi*. barbaré. Ex his autem verbis apparet Mosen iam tum oculis fidei fuisse Messiam, vt iam præsentem intuitum: vt & Abraham dicitur diem Domini vidisse.

27 *Vt qui videret*, ὡς ὁρῶν. Vulg. *Tanquam vidisset*. Eras. *Perinde quasi vidisset*. Neuter sensum est assequutus. Respondet enim ὡς [illegible] [*chaph amitdath*,] quod vocant Hebræi, de quo diximus 2. Cor.2.17. Et hîc seruanda præsentis temporis significatio, vt Castellio rectè vertit.

28 *Affusionem*, πρόσχυσιν. Nempe ad limen, & postes. Vulgata, *Effusionem*, sequens.

31 *Meretrix illa*, ἡ πόρνη. Heb. הזונה [*hazzonah*,] etiam ה præposito, vt sciamus nobile scortum fuisse, quod vnum tamen ex illa vrbe seruarit Dominus. cuius inscrutabilis est bonitas. Hebræi quidam à זון [*zun*] deriuant, & hospitam interpretantur. id est, quæ in diuersorio soleret hospites excipere. Sed propriam esse significationem illam minimè dubium est. ¶ *Pacificè*, μετ' εἰρήνης. Id est, benignè & beneuolè, ita vt non modò nihil eos læserit, sed etiam tutos præstiterit.

33 *Promissiones*, ἐπαγγελιῶν. Nempe sibi peculiariter factas, vt mox declaratur.

Ἔσβεσαν δύναμιν πυρὸς, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων.

34 Extinxerunt vim ignis, effugerũt acies gladij, corroborati sunt ex infirmitate, effecti sunt validi in bello, exercitus exterorum in fugam verterunt.

34 *Extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum.*

Ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν· ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν.

35 Mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos: alij verò distenti sunt, non acceptata liberatione, vt potiorem resurrectionem consequerentur:

35 *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos: alij autem distenti sunt, non suscipientes redemtionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem.*

Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον· ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς.

36 Alij rursus ludibria & flagella sunt experti, insuper & vincula & carcerem.

36 *Alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres:*

Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι.

37 Lapidati sunt, dissecti sũt, tentati sunt, gladio cęsi mortui sunt, oberrarunt cum ouillis & caprinis pellibus, destituti, afflicti, malè habiti.

37 *Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti:*

Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς.

38 Quibus indignus erat mũdus, in desertis errantes, & montib. ac speluncis, & cauernis terræ.

38 *Quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis & in cauernis terræ.*

16 Amplificatio à circunstãtia temporis, tanto admirabiliorem esse illorum fidẽ, quanto fuerũt obscuriores de rebus futuris promissiones, quæ nobis demum sunt reipsa exhibitę vt vna sit & illorum & nostra Fidei & consecratio.

Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν.

39 [16] Atq. omnes hi testimonium obtinuerũt per fidem, non obtinuerũt promissum illud:

39 *Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem:*

Τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι.

40 Quoniam Deus de nobis potius quiddam prouiderat, ne absque nobis consummarentur.

40 *Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.*

Κεφάλαιον ιβ.

CAP. XII.

Rom. 6.4. col. 3.8. eph. 4.24. 1. petr. 2.1.

1 Applicatio superiorum exéplorum quibus nos instari oporteat ad totum stadium, abiectis omnibus remoris & impedimentis decurrẽdum.

1 Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες [illegible] περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα·

1 [1] PRoinde nos quoq; quũ tanta nos circunstet testium nubes, abiecto omni põdere, & peccato facilè nos circuncingente, per tolerantiam propositũ nobis stadium decurramus:

1 *Ideòque & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus & circunstans nos peccatũ, per patientiam curramus propositum nobis certamen.*

34 *Exercitum, παρεμβολάς.* Vel castra. Hæc enim est propria huius nominis significatio Erasmus, *Impressiones.* ¶ *In fugam verterunt, ἔκλιναν.* Vel (vt Vulgata, eleganter vertit) *Castra verterunt.* Hoc enim est quod Græci elegantius significant verbo ἐκκλίνειν.

35 *Mulieres, γυναῖκες.* Videtur historiam innuere Sareptanæ illius, cuius filium Elias suscitauit, & Sunamitidis, cuius item filium Elisæus matri restituit. adeo quidem vt Syrus interpres perinde hunc locum verterit acsi scriptum esset, ἀπέδωκαν ταῖς γυναιξὶν, *reddiderunt mulieribus*, quæ constructio magis est superioribus consentanea. ¶ *Distenti sunt, ἐτυμπανίσθησαν.* Quidã interpretantur, διὰ ξύλων ἀνῃρέθησαν, *fustibus cæsi sunt.* quod sequutus videtur Syrus interp. nẽpe vt παρὰ τὸ τύπτειν hoc verbũ deducatur: quo supplicij genere Turcæ hodie vtuntur fustiũ ictib. ventri & plantis pedũ impactis. Alij ad verbera referunt: alij de iis hoc dici putant quibus coriũ diripiatur. Mihi visa est simplicissima expositio Veteris interp. Nõ dubium est autem quin eam designet persequutionem quam Antiochus exercuit. ¶ *Non accepta liberatione, οὐ προσδεξάμενοι.* id est neglecta quę illis offerebatur [illegible] conditione, si Dei veritatem abnegare vellent.

37 *Tentati sunt, ἐπειράσθησαν.* Ita in omnibus Græcis exẽplaribus nostris scribitur: nec tamen possum aliter statuere quàm ex margine irrepsisse in contextum, vbi quispiam pro ἐπρίσθησαν, perperã annotarit ἐπειράσθησαν. Quorsum enim istud de tentatione post acerbissimarũ pœnarum capitaliũ commemorationem quas etiam postea subiicit? Sed & istud non habet Syrus interpres. Quod si quis est coniecturæ locus, legendum putarem ἐπυρώθησαν. *Vsti sunt.* ¶ *Cum ouillis pellibus, ἐν μηλωταῖς.* Vulgata, *In melotis.* nempe quòd non intelligeret quid hoc sibi vellet: quòd multis etiam postea imposuit Græcæ linguæ imperitis. Significatur autem, vilibus & asperis amictibus, sanctos ad extremam inopiam redactos, penè ferarum instar coactos in asperrimis locis viuere. Sic Ioãnes Baptista narratur pro veste exuuias cameli gestasse, pellicea zona cinctus. Talem autem fuisse prophetarum oberrãtium habitũ apparet ex 2. Reg. 1.10. & Zac. 13.4. quò fortasse respexit Christus Mat. 7.15. ouium vestimenta commemorans, quibus hypocritæ induebantur, veterum prophetarum simplicitatem præ se ferentes.

39 *Non obtinuerunt promissum illud, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν.* Nẽpe promissionis illius actualem ipsis sensibus obiectam exhibitionem in qua cæteræ sunt Etiam & Amen, 2. Cor. 1.17. Nam eminus tantùm viderunt venturũ Christũ, qui nobis singulari beneficio fuit exhibitus: vt & nos & illi vnà consummarentur. Vide suprà, versu 13.

40 *Potius quiddam, κρεῖττόν τι.* Id est, præstantius quiddã. Nam certè eo excellimus quòd nobis reipsa exhibitus est Christus, & longè pleniùs quàm vnquam antea nobis patefacta sunt Dei arcana. immò salus quæ illis contigit, ab eo ipso pependit, quod fuit ab exhibito Christo impletum. ¶ *Ne absque nobis consummarentur, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι.* quod factum esset si apud Deum suis illis externis oblationibus fuissent reconciliati. Quid ergo? non sunt illi quoque viui per fidem iam tum sanctificati, & post mortem adepti quod speramus? Certè sunt: sed ita tamen vt ab eo quod nostris demum temporibus exhibendum ac prestandum erat, salus ipsorum penderet. Quò pertinet aliquatenus illud Pauli, apparuisse Christum vt pacificaret omnia, tum quæ in cælis tum quæ in terra, Ephes. 1.10. vt ibi pluribus exposuimus & Col. 1.16 & 20. De verbo τελειοῦν diximus sup. 2.10. & alibi aliquoties.

IN CAPVT XII.

1 *Abiecto omni pondere, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα.* Tota hæc oratio translatitia est; quasi nobis in stadio non sine magnis difficultatibus sit currendum: qua translatione sæpe etiam vtitur Paulus. In primis igitur monet vt ὄγκον abiiciamus. quo vocabulo crassa omnis & tarda moles significatur. Erat enim athletis certus modus præscriptus ciborum & exercitationum, vt inquit Fabius lib. 10. cap. 5. vt firmo, agili, bene compacto corpore essent, pro variis certaminum speciebus. Cursoribus autem scimus in primis [illegible] atque crassam corporis habitudinem obstare. Hoc est igitur quod Apostolus ὄγκον vocat, ego cum Vetere interprete *Pondus.* Erasmus, *Onus* interpretatur: opes nimirum, curas, cæteráque id genus impedimenta quibus retardamur. Denique hoc est quod ait Dominus, *Qui volet meus esse discipulus, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* ¶ *Et peccato ad nos circuncingendos proclini, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν.* Ἁμαρτίαν non dubium est quin naturæ nostræ prauitatem vocet, & quidem addito pereleganti epitheto. εὐπερίστατον enim ab effectu dici credo quo nihil æquè aptum sit ad nos circunsistendos, ac proinde ad cursum nostrum impediendum. Neque enim satis est agili esse corpore, sed etiam membra expedita & in procinctu habere cursorem oportet: quum nos interim illa prauitas quasi conclusos & irretitos teneat. Vulgata, *Et circunstans nos peccatum*, non expressa Apostoli sententia. Erasmus, *Et tenaciter inhærente peccato*: qua significatione nusquam meminì legere περίστατον. quanuis non desunt qui allusisse putent Apostolum ad locum Ezec. 24.6. vbi impij cum olla comparantur, cui rubigo, vel vt alij vertunt, spuma sic tenaciter adhæreat, vt defricari facile non possit. Sed hoc certè vix conuenerit similitudini à cursoribus sumptæ.

¶ *Per tolerantiam, δι' ὑπομονῆς.* Periphrasin aduerbij esse apparet itaque sic malui conuertere, vt perspicuitati studerem, quàm *Per tolerantiam*, vel *per patientiam*.

¶ *Propositum nobis stadium decurramus, τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα.* Vulgata ad verbum, *Curramus nobis propositum certamen.* Erasmus, *Curramus in proposito nobis certamine*, quasi subaudiatur κατά. quum hîc potius ἀγὼν locum ipsum declaret in quo curritur, qui alio nomine stadium à Græcis vocatur. Vtitur autem Paulus eadem similitudine, 1. Corinth. 9.24.

2 Metam huius curriculi proponit, Iesum ipsum ducem etiam nostrũ, vt qui eiusdẽ vi omnes asperitates vicẽs superarit.

Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, ὑπέμεινε σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ ἐκάθισεν.

2 [2] Intuentes in fidei ducem ac consummatorẽ Iesum, qui pro sibi proposito gaudio tolerauit crucem, ignominia contempta, & ad dextram throni Dei consedit.

2 *Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedit.*

3 Amplificatio à circunstãtia personæ & rerum ipsarum quas inter se comparat. Quãtus enim est Iesus præ nobis, & quanto duriora pertulit quàm nos? Prou. 3.11.

Ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι.

3 [3] Etenim reputate quis ille sit qui talem tolerauit à peccatoribus aduersus sese contradictionem, ne vestris animabus fracti, fatiscatis.

3 *Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semet ipsum contradictionem, vt non fatigemini, animis vestris deficientes.*

Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι.

4 [4] Nondum ad sanguinem vsque restitistis, aduersus peccatum decertando.

4 *Nondum vsque ad sanguinẽ restitistis, aduersus peccatum repugnantes.*

4 Argumentatur ab vtilitate quæ ex Dei castigationibus ad nos redit, nisi per nos steterit quominùs quòd ita domentur peccatum, quæ caro nostra per vitæ illa vicissitas.

Καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται· Υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.

5 [5] Et obliti estis adhortationis quæ vobis tanquam filiis loquitur? ‖Fili mi, ne parui facito castigationem Domini, neque animo frangitor, quum ab eo argueris.

5 *Et obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filijs loquitur, dicens, Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris.*

Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.

6 Quẽ enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem quemcunque filium agnoscit.

6 *Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.*

5 Secundò. Quòd sint paternæ in nos beneuolentiæ testimonia, adeò quidem vt sese spurios esse declarent qui se à Deo castigari non ferant.

Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός. τίς γάρ ἐστιν υἱὸς ὃν οὐ παιδεύει πατήρ;

7 Si castigationem suffertis, Deus sese vobis exhibet vt filiis. quis enim est filius quem non castiget pater?

7 *In disciplina perseuerate: tanquam filijs vobis offert se Deus. quis enim filius quem non corripit pater?*

2 *Intuentes, ἀφορῶντες.* Intuentes tanquam propositam metam. Vulgata, *Aspicientes.* Erasmus, *Respicientes.* ¶ *Pro sibi proposito gaudio, ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς.* Id est, Sibi ante oculos propositam gloriam spectans, in quam nos quoque ipsius participes futuros intueri oportet. Loquitur enim de Christo vt crucifixo, ac proinde secundum ipsius carnem distinctè, quo spectant illa ipsius verba, Glorifica me Pater, &c. Ioan. 12. 28. Vulgata videtur legisse ὃς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, nisi à librariis prætermissum est *pro* repetitum. Alij interpretantur ἀντὶ, &c vice propositi sibi gaudij: vt dicatur Christus, quum omne beatitatis genus in manu ac potestate haberet, tamen vltro ignominiam crucis subiisse.

4 *Decertando, ἀνταγωνιζόμενοι.* Id est, in isto aduersus peccatum certamine. vel, vt Vulgata, *repugnantes.*

5 *Et obliti estis, καὶ ἐκλέλησθε.* Hæc puto interrogationis blandæ, non autem asperioris increpationis sensu accipienda. ¶ *Adhortationis, τῆς παρακλήσεως.* Vulg. *Consolationis*, parum apposité. Perstat enim in translatione à cursoribus sumpta, qui spectatorum vocibus & plausu iuuabantur. vnde illud eruditissimi poëtæ, *plausúque volat, fremitúque secundo.* ¶ *Loquitur, διαλέγεται.* Similem phrasin annotauimus Ephes. 5.14. ¶ *Castigationem, παιδείας.* Ita significatur castigatio qua pater filium erudit, vel preceptor puerum tanquam pater. Vulgata, *disciplinam*, qua voce in Gallico etiam idiomate vtuntur, quòd is sit castigationis finis, vt patiendo discatur rectum. Sed ita non loquuntur Latini, & idem interpres παιδεύει mox vertit, *castigat.*

¶ *Flagellat autem, μαστιγοῖ δέ.* Omnino poscere videtur ipsa sententia sicuti mox applicatur, & particula δὲ, vt παιδεύει & μαστιγοῖ opponantur inter se, tanquam illud filiis qui diliguntur, istud spuriis qui non agnoscuntur conueniat, quorum illi castigari suo bono, isti puniri dicuntur sicuti merentur: ideóque addendam negantem particulam, vt ὃν ἀγαπᾷ & ὃν οὐ παραδέχεται inter se quoque opponantur. Absit tamen à me hoc scelus, vt contra omnium codicũ & interpretũ fidẽ vel tantillum in his sacris tabulis immutẽ.

7 *Si castigationem suffertis, εἰ παιδείαν ὑπομένετε.* Vulg. *In disciplina perseuerate.* Nec enim legit εἰ, & ὑπομένετε putauit positum imperandi modo: sed repugnante Græcorũ codicum fide, nec satis etiã cohærentibus quæ sequuntur, quanuis ita hunc locũ verterit Syrus etiam interp. ¶ *Sese vobis exhibet, ὑμῖν προσφέρεται.* vel *sese gerit vobis ita vt cũ filiis.* Vulg. *offert.* obscurius. Gallicè *Il se porte enuers vous cõme enuers ses enfans.*

8 Εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ υἱοί.

8 Quòd si estis absque castigatione, cuius participes sunt " omnes, nempe suppositititij estis non filij.

8 *Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis.*

6 Tertiò, Si Patribus, quibus secundùm Deū hanc vitam debemus, hoc ius omnes concedunt vt merito possint filios suos castigare, annon multo magis subiiciemur patri illi nostro, spiritualis & æternæ vitæ autori?

9 Εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτάς, καὶ ἐνετρεπόμεθα· οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν;

9 6 Deinde quidem carnis nostræ castigatores patres habuimus, & reueriti sumus: annon verò multo magis subiiciemur " patri spirituum, & viuemus?

9 *Deinde patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos: non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus?*

7 Amplificatio eiusdem argumenti, Patres illi pro suo arbitrio, eaduq; alicuius boni causa nos castigarunt: Deus autem summi nostri commodi gratia nos erudit, vt suæ sanctimoniæ nos consortes efficiat: quod etsi præsens sensus nō percipiat, rei tamē exitus probat. Rom. 11. 18

10 Οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαίδευον· ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον, εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ.

10 7 Nam illi ad paucos dies, prout ipsis videbatur, nos castigabant: hic autem ad commodum nostrum, vt participes simus sanctitatis ipsius.

10 *Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile est, in recipiendo sanctificationem eius.*

11 Πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι᾽ αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης.

11 Omnis autem castigatio in præsens quidem non videtur esse gaudii, sed tristitiæ: at postea fructum tranquillum iustitiæ reddit iis qui per eam fuerint exercitati.

11 *Omnis autem disciplina in præsenti quidē videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit iustitia.*

8 Conclusio, Alacriter, pergendum, & quidem rectè semper & (quoad fieri potest) inoffenso cursu. Gen. 45. 33 Gen. 47. 18

12 Διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε·

12 8 Quapropter " manus remissas & genua soluta surrigite:

12 *Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite:*

13 Καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον.

13 Et " rectas orbitas facite pedibus vestris, " ne quod claudum *est* deflectat *de via*, sed vt sanetur potius.

13 *Et gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur.*

9 Pax & sanctimonia cum omnibus colenda.

14 Εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμόν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον.

14 9 ‖ Pacem sectamini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum:

14 *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit Deum:*

10 Studendum mutuæ ædificationi, tum in doctrina, cum in vitæ exemplis.

15 Ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ· μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, καὶ διὰ ταύτης μιανθῶσι πολλοί.

15 10 Prospicientes " nequis deficiat à gratia Dei: nequa " radix amara suppullulans obturbet, & per hanc polluantur multi.

15 *Contemplantes nequis desit gratia Dei: nequa radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.*

16 Μή τις πόρνος, ἢ βέβηλος, ὡς Ἠσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ.

16 11 Nequis sit scortator, aut profanus, velut ‖ Esau, qui vnico edulio vendidit suum ius primogeniti.

16 *Nequis fornicator, aut profanus, vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua.*

11 Vitāda scortatio, & prophanus animus, i. Deo suū honorem nō tribuens, cuiuscunque modi scelera quàm grauiter tandem Deus vlciscatur, horrendum illud exemplum docet.

17 Ἴστε γὰρ ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη· μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε, καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν.

17 ‖ " Scitis enim eum etiam postea, quum vellet hæreditario iure benedictionem assequi, " reprobatum fuisse. non enim reperit " resipiscentię locum quanuis cum lacrymis " *benedictionem* illam exquisisset.

17 *Scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est. non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eam.*

8 *Omnes, πάντες.* Videlicet filij.

9 *Deinde, εἶτα.* Sic habent constanter omnes Græci codices. Syrus autem interpres legisse videtur εἰ δὲ, *quod si*, & quidem, vt mihi videtur, rectius. ¶ *Patri spirituum, τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων.* Omnino videtur poscere antithesis vt animarum non tantùm liberator à peccato siue spiritualis instaurator aut etiam cogitationum gubernator, sed Creator Deus dicatur, aduersus dogma de traduce. quo etiam spectant verba Mosis Nume. 16. 22. & Dauidis, Psal. 33. 15. & Zach. 12. 1.

12 *Manus remissas, τὰς παρειμένας χεῖρας.* Descriptio hominis inertis, quem [illegible] vocat Hesiodus.

13 *Rectas orbitas, τροχιὰς ὀρθάς.* Id est, Rectum cursum tenete, & ita quidem vt honestæ vitæ vestræ vestigia appareant, quæ nimirum alij ingrediantur. Hæc enim vis esse videtur istius periphrasis. Vulg. & Erasm. *Facite vt rectis sint gressus.* ¶ *Ne quod claudum [est,] deflectat à via, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ.* Claudos videtur appellare non tantùm tardos & in officio faciendo negligentes, sed etiam qui Euangelium quidem erant amplexi, sed nondum penitus perspecto veteris & noui discrimine sic incedebant vt in alteram partem inclinarent. quò spectat locus Pauli Galat. 2. 14.

15 *Nequis deficiat à gratia Dei, μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ.* Vulg. *Nequis desit gratia Dei:* rectè, nisi præpositio ἀπὸ, & etiam quæ sequuntur, ostenderent ὑστερεῖν positū esse [illegible]. Simul autē videtur Apostolus indicare qua occasione soleant nimiùm multi à cōstanter profitēda veritate deficere, quòd nimirum huius vitæ commodis destituātur, vel quod ij desint suo muneri à quibus oportuit eos confirmari vacillantes. ¶ *Radix amara, [illegible].* Hoc nomine intelligit hæreses vel apostasias, cæteráve offendicula quæ cursum doctrinæ impediunt, alludens ad Mosis verba Deut. 29. 18.

17 *Scitis, ἴστε.* Vulgata, *Scitote*, quod rectè emendauit Erasmus. ¶ *Reprobatum fuisse, ἀπεδοκιμάσθη.* Hebr. [illegible] id est, repulsam tulisse. Nempe ab Isaco, à quo ius illud obtinere non potuit. Itaque nullus hîc relinquitur locus disputandi de æterna reprobatione Esaui. quanuis hæc repulsa ab æterno illo Dei aduersus Esauum decreto pendeat. Fuit enim hæc repulsa, præludium abdicationis Esaui extra Iacobi familiam, ac proinde extra salutis fœdus, cuius tessera fuit terra Chanaan.

¶ *Pœnitentia, τῆς μετανοίας.* Id est, obtinere non potuit à patre Isaaco, vt eum pœniteret benedictionis quam ab ipso, licet per fraudem, Iacobus obtinuerat. Falluntur enim

enim omnino qui de ipsius Esaui pœnitentia istud accipiūt, quanuis illud quidem certum sit, Esauum culpam suam minimè agnouisse, vt qui capitali odio sit Iacobum propterea persequutus. [*Benedictionem*] *illam exquisisset, ἐκζητήσας αὐτήν.* Quia nonnullos video hallucinatos fuisse in eo quòd αὐτὴν putarint ad μετανοίαν referri, quasi Esau cum lacrymis requisierit locum sibi dari ad resipiscendum, ideo antecedens ipsum expressi. Illud verò præterquam quod absurdum est, falsum etiam conuincitur ex ipsius Esau verbis testante Mose Esauum cum eiulatu periisse benedictionem à patre, Gene. 27. 34. vt minimè dubium sit veram hanc esse huius loci explicationem.

18 Οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρί, καὶ γνόφῳ καὶ σκότῳ καὶ θυέλλῃ·

18 12 " Non enim accessistis ad " contrectabilem ‖ montem, & ardentem ignem, ac turbinem & caliginem & procellam:

18 *Non enim accessistis ad tractabilem montem & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam:*

Exo. 19. 16

12 Iam ad propheticum & regium munus Christi cum Mose comparati, eandem exhortationem applicat, hoc modo: Si tanta fuit Legis maiestas, quantam putatis esse Christi & Euāgelij gloriam? hanc autē comparationē particulatim etiā explicat.

19 Καὶ σάλπιγγος ἤχῳ καὶ φωνῇ ῥημάτων, ἧς οἱ ἀκούσαντες παρῃτήσαντο μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον.

19 Tubæque sonitum & vocem verborum, quam qui audierant, ‖ " cum excusatione petierunt " ne amplius sibi fieret sermo.

19 *Et tubæ sonitum, & vocem verborum: quam qui audierant, excusauerunt se ne eis fieret verbum.*

Exod. 20. 19

20 (Οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον, Κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται.

20 (Non enim ferebant quod edicebatur, ‖ Si vel bestia tetigerit montem, lapidabitur, " aut sagitta configetur.

20 *(Non enim portabant quod dicebatur, Etsi bestia tetigerit montem, lapidabitur.*

Exo. 19. 12

21 Καί, οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον, Μωσῆς εἶπεν, Ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος)

21 " Et Moses, adeo horrendum erat " visum quod apparebat, dixit, Expauefactus sum ac tremebundus)

21 *Et, ita terribile erat quod videbatur, Moyses dixit, Exterritus sum & tremebundus)*

22 Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων,

22 Sed accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viui, Hierosolymam cælestem, & myriadas Angelorum,

22 *Sed accessistis ad Sion montē, & ciuitatē Dei viuentis, Ierusalē cælestem, & multorū millium Angelorum frequentiam,*

23 Πανηγύρει καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, καὶ κριτῇ Θεῷ πάντων, καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων,

23 " Conuentum vniuersalem & concionem primogenitorum qui " conscripti sunt in cælis, & iudicem vniuersorum Deum, & spiritus iustorum " consummatorum,

23 *Et ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum,*

24 Καὶ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ, καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ κρείττονα λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ.

24 Et ad noui pacti mediatorem Iesum, & sanguinem aspersionis, potiora loquentem quàm loquatur " Abelus.

24 *Et Testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel.*

25 Βλέπετε μὴ παραιτήσησθε τὸν λα-

25 13 " Videte ne recusetis eum

25 *Videte ne recusetis lo-*

13 Applicatio superioris collationis, Si nō licuit sermonē in terra loquuti aspernari, quanto minus eius vocem qui est ex cælis ipsis?

18 *Non enim, οὐ γάρ.* Nunc ad eandem adhortationem accommodat Propheticum Christi officium, quod cum Mosis ministerio Legali comparat, ostendens quanta sit Euangelicæ doctrinæ maiestas supra Legem, ex circunstantiis eorum quæ in Legis promulgatione apparuerunt: vt tandem hoc argumentum nectat, Si tanta fuit Legis maiestas, quantam esse putatis Euangelij? Quòd si Euangelium infinitis partibus & omnibus modis excellit, quanto minus euadent qui Euangelium erunt aspernati, quàm qui Legis mandatum aliquod fuerit transgressus?

¶ *Contrectabilem, ψηλαφωμένῳ.* Participia ista, ex Hebræorum more, ponuntur participialium nominum loco, vt diximus Galat. 2. 11. Montem igitur ψηλαφώμενον, id est, *qui manibus palpari possit*, crassæ videlicet ac terrenæ materiæ, cælesti ac spirituali monti Sion opponit, vt rectè annotauit doctissimus interpres. Erasmus igitur quod bene ac Latinè conuersum erat non satis consideratè mutauit. Qua enim ratione contactus mons dicetur ad quem ne propius quidem accedere citra præsentissimæ mortis periculum licuit?

19 *Cum excusatione petierunt, παρῃτήσαντο.* Vulg. *Excusauerunt se*, quo modo etiam hoc verbum alibi sumus interpretati. Sed hîc intelligitur ex præcedente consequens.

¶ *Ne amplius sibi, &c. μὴ προστεθῆναι, &c.* Sic sæpe inuenias in sacris literis Hebræorū ex more dictum, *Et adiecit loqui*, pro *Rursum etiam dixit.* Ita igitur Israelitæ quum maiestatem Dei loquentis non amplius possent sustinere, rogarunt ne amplius ille loqueretur, sed vt per Mosem interpretem ageret omnia, vt scribitur Deuteronomij cap. 5. versu 25. ad quem locum allusit Apostolus. Non rectè igitur conuertit Vetus interpres, *Ne eis fieret verbum*, omissa præpositione πρός. Erasmus autem sententiam manifestè deprauauit, quum interpretaretur, *Ne eis adiungeretur oratio.*

20 *Aut iaculo configetur, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται.* Totum hoc neque in Claromontano codice, nec apud Syrum interpretem, nec in editione vetere Latina, extat.

21 *Et Moses, &c. καὶ Μωσῆς, &c.* Hæc verba οὕτω φοβερὸν ἦν, τὸ φανταζόμενον, vtrinque includenda sunt distinctione, quod quia nonnullos fefellit, nomen Mosis statim subieci copulæ, vt nemo iam falli possit. Sed vnde hæc petita sunt? Certè nusquam illa legimus: sicut etiam Iannes & Mambres nusquam apud Mosen leguntur. Neque tamen idcirco repudiatur auctoritas alterius ad Timotheum epistolæ. Vide 2. Timoth. cap. 3. versu 8. ¶ *Visum quod apparebat, τὸ φανταζόμενον.* Id est, oblata species & imago, minimè quidem fictitia, sed vera: nequis φανταζόμενον putet dici duntaxat de vanis simulacris rerum quæ nusquam sunt.

23 *Conuentum vniuersalem, πανηγύρει.* Vulgata & Erasmus, vt & Syrus interpres, pro μυριάσιν legerunt μυριάδων: ideóque hoc nomen cum præcedentibus coniunxerunt. Illic enim legitur, *Multorum millium Angelorum frequentiam*: apud Erasmum autem, *Innumerabilium Angelorum cætum.* Sed quum repugnent Græci omnes codices, apparet sic distinguendum esse hunc locum vt nos fecimus. ¶ *Consummatorum, τετελειωμένων.* Vel, *perfectorum.* Sic enim vocat iam in cælum receptos, & hoc respectu iam consummatos, sicuti diximus suprà 2. 10. quamuis adhuc altera sui parte dormiant in puluere: quamobrem etiam facit tantùm mentionē spirituum. Sed Claromontanus codex habet τεθεμελιωμένων, *fundatorum*, id est, eorum qui iam sunt extra omne vacillationis discrimen, in eam videlicet ciuitatem iam reipsa recepti, quæ verè habet fundamentum, vt suprà, cap. 11. vers. 10.

24 *Abelus, Ἄβελ.* Id est Abelis sanguis.

25 *Videte, &c. Βλέπετε, &c.* Nunc regiam Christi præstantiam cum Mosis potestate comparat, qua fungebatur

populum gubernandi. ¶ *Diuinitus admonentem*, χρηματίζοντα. Omnino significatur aliud verbo χρηματίζειν quàm λαλεῖν, quum illud propriè sit eorum demum qui de rebus sacris, & quidem futuris, loquuntur, spiritus diuini afflatu, vt diximus Matth. 2.12. ¶ *Multo magis*, πολλῷ μᾶλλον. videlicet non effugiemus. Nam alioquin sublata particula negante dicendum fuit πολλῷ ἧττον, multò minus, videlicet effugiemus.

λοῦντα. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ τὸν ἀπ' οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι·

qui loquitur. Nam si illi non effugerunt qui recusarunt diuinitus loquentē in terra, multo magis nos qui eum qui de cælis est auersemur.

quentem, Si enim illi non effugerunt, recusantes eū qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus:

26 Οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε· νῦν δὲ ἐπήγγελται, λέγων, Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν.

26 14 Cuius vox tunc concussit terram: nunc autem denuntianit, dicens, ‖ Adhuc semel ego concutiam non solùm terram, sed etiam cælum.

26 *Cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens, Adhuc semel, & ego mouebo non solùm terram, sed & cælum.*

27 Τὸ δὲ, Ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα.

27 Porro illud, Adhuc semel, declarat instabilium rerū, vtputa factitiarum, amotionem, vt maneant quæ sunt stabilia.

27 *Quod autem adhuc semel dicit, declarat mobiliū translationē, tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia.*

28 Διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, ἔχωμεν χάριν, δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ, μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας.

28 15 Quapropter regnum assumentes quod concuti non potest, retineamus gratiam, per quam ita colamus Deum vt ei grati simus, cum verecundia & reuerentia.

28 *Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia.*

29 Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον.

29 Etenim ‖ Deus noster, consumens ignis est.

29 *Etenim Deus noster ignis consumens est.*

Acts 2.7
14 Euangelij stabilem manifestatem, qua totus orbis est concussus, ipsaque adeò cælorum machina velut obstupuit, cum exili & euanescente Legalis œconomiæ sonitu comparat.
Deut. 4.24
Rom. 12.10
1. Pet. 4.9
Gen. 18.3 & 19.3
15 Generalis exhortatio vt sub tanti Regis fœlicissima subiectione reuerenter & religiosè viuamus, qui sicut suos potentissimè beat, ita etiam rebelles quàm seuerissimè vlciscitur. Hæc autem est Christianæ vitæ summa priorem Tabulam respiciens.

Κεφάλαιον ιγ.

CAP. XIII.

CAP. XIII.

1 Ἡ φιλαδελφία μενέτω. 2 Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους.

1 Fraternus amor maneto. ‖ Hospitalitatis ne estote immemores: ‖ per hanc enim quidam inscij exceperunt Angelos hospitio,

1 *Charitas fraternitatis maneat. Et hospitalitatem nolite obliuisci. per hanc enim latuerunt quidam Angelis hospitio receptis.*

1 Ad secundam Tabulam accedit, cuius summa est, charitas, præsertim in peregrinos & afflictos.

26 *Adhucsemel*, ἔτι ἅπαξ. Hebræa sic habent עוד אחת מעט היא [*hod achath mehat hi.*] Id est, Adhuc vna vice, quod breui futurum est, ego concutio, &c. Nam post אחת [*achath*] suppleo פעם [*paham*, & מעט [*mehat*] accipio pro במעט [*bimhat*:] quæ ellipses minimè sunt violentæ aut inusitatæ. Hoc autem de regno Christi prædici, vel ex eo apparet, quòd de Gentium vocatione subiicit Propheta. Deinde quòd Græci interpretes prætereierunt מעט היא [*mehat hi*,] id est, Quod breui futurum est, non facit vt Apostolus propterea videri possit hunc locum non satis aptè citasse: quum ex iis quæ adducit verum ac firmum eliciat argumentum, nempe ex ἔτι, *Adhuc*, quod indicat instabilem rerum mutandarum conditionem: & ἅπαξ, *semel*, quo firmus quidam status futurus promittitur. Porro cæli & terræ succussio, futurum illud perenne regnum declarat, quod etiam vocat Esaias cælum nouum & terram nouam: & incredibili desiderio ab ipsa rerum machina expectari significat Paulus Rom. 8.19. & deinceps. Vide & 2. Pet. 3. 10. & deinceps. Deinde etiam ἀναγωγικῶς, terræ quidem commotio, totius orbis homines per Euangelium in spem futuri illius seculi innouandos: cælorum autem concussio, tum profanas idololatrias, tum ipsius fœderis ceremonias abrogandas significat, vt hac quoque ratione mundus instauretur. quam allegoriam Apostolus, Prophetæ vestigia sequutus, ad scopum suum aptè prorsus & appositè accommodat. Neque enim dubium est quin ad hanc allegoricam expositionem pertineat, quod illic Propheta de omnium populorum concursu & posterioris domus gloria subiicit: posterioris, inquam, id est illius quæ concussionem illam cæli fuit consequutura: quam futuram prædixerat, nos verò qui in fines seculorum deuenimus, oculis nostris præsentem cernimus.

27 *Instabilium rerum, vt puta factitiarum, amotionem*, τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων. Τὰ σαλευόμενα vocat (ex Hebræorum more, quem exposuimus Galat. 2. 11. & suprà 11.18.) ea quæ sicuti concutienda sunt, ita etiam ipsa sint instabili quadam naturæ conditione, vtpote σαλευόμενα, id est fluxa. Respicit enim tabernaculum χειροποίητον, &c. id genus, de quibus copiosè suprà disseruit. Deinde μετάθεσιν non interpretor *translationem*, sed *Amotionem & depositionem*, id est, ἀθέτησιν. quod nomen vsurpatum est suprà, 7.18. Sed de hac re vide plura 7.12. Vulgata, *Mobilium translationem, tanquam factorum*: quæ interpretatio multo sanè vberior est quàm hæc Erasmi, *Eorum quo concutiuntur translationem, vt eorum quæ facta sunt.*

28 *Quapropter*, διό. Hinc fuit inchoanda sectio penultima huius epistolæ. Iam enim aggreditur Apostolus particulares admonitiones: quarum hæc prima est, epitomen prioris tabulæ officiorum continens, cum proximè præcedentibus cohærens. ¶ *Retineamus*, ἔχωμεν. Vulg. *Habemus*, ἔχομεν, quod in duobus codicibus scriptum inuenimus. Sed præterquam quod in plerisque codicibus legitur ἔχωμεν, vt etiam vertit Syrus interpres, longè melius conuenit proximus versiculus si hæc legas hortandi modo, & τὸ ἔχειν idem hîc valet atque τὸ κρατεῖν, vt alibi sæpe. ¶ *Colamus*, λατρεύωμεν. In Complutensi editione & veteribus aliquot libris legitur λατρεύομεν, *seruimus*, eadem manente sententia. Diximus autem de verbis λατρεύειν Matth. 4.10. quod & Vetus interpres & Erasmus *Seruire* conuertunt, infrà, 13. 10. ¶ *Cum verecundia*, μετὰ αἰδοῦς. Vulgata, *Cum Metu*: impropriè. significat enim αἰδώς hoc in loco pudorem illum honestum qui homines in officio continet. Homer. Iliad. Ε, Αἰδ' εἴδευ ὦ ... ¶ *Et reuerentia*, καὶ εὐλαβείας. Id est, religioso metu. Vide suprà, 5.7.

IN CAP. XIII.

1 *Maneto*, μενέτω. Syrus interpres legit præterea ἐν ὑμῖν, *in vobis*. Rectè autem inchoat à charitate quæ est omnium in proximum officiorum scaturigo.

2 *Inscij exceperunt hospitio Angelos*, ἔλαθον ξενίσαντες ἀγγέλους. Vulgata, *Latuerunt quidam Angelis hospitio receptis*. Neque enim videtur Vetus interpres Græcam phrasin, satis alioqui frequentem, cognouisse, quam etiam alicubi seruat Tertullianus. Quod autem in nonnullis veteris editionis codicibus legitur *Placuerunt*, ineptius est quàm vt refutatione indigeat.

3 Vt qui

3 Μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι· τῶν κακουχουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι.

3 Memores estote vinctorum, tanquam vnà cum illis vincti: eorum qui malis premuntur, vt qui & ipsi sitis in corpore.

3 *Mementote vinctorum tanquam simul vincti: & laborantium, tanquā & ipsi in corpore morantes.*

4 Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός.

4 2 Honorabile est inter quosuis coniugiū & cubile impollutum: scortatores autem & adulteros condemnabit Deus.

4 *Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus: fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.*

5 Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω·

5 3 Sint mores *vestri* alieni à pecuniæ amore: *estote* contenti præsentibus. dixit enim ipse ‖ Nequaquam te omittam, neque vnquam te deseram.

5 *Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. ipse enim dixit, Non te deseram, neque derelinquam.*

6 Ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν, Κύριος ἐμοὶ βοηθός, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.

6 Adeo vt confidenti animo dicamus, ‖ Dominus *est* mihi auxiliator: nec metuam quid faciat mihi homo.

6 *Ita vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo:*

7 Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν.

7 4 Memores estote ductorum vestrorū, qui loquuti sunt vobis sermonem Dei: quorum imitamini fidem, contemplantes quis fuerit exitus conuersationis ipsorum.

7 *Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.*

8 Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

8 5 Iesus Christus heri & hodie idem *est*, & in secula.

8 *Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula.*

9 Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε. καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν, ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαντες.

9 Doctrinis variis & peregrinis ne circunferimini. 6 bonum enim est gratia constabiliri cor, non cibis, vnde nullam perceperunt vtilitatem qui in iis ambularunt.

9 *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. optimum est enim gratia stabiliri cor, nō escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.*

2 Castum coniugium in omni hominū ordine cōmendat: scortatoribus & adulteris extremū à Deo exitium minatur.
3 Damnatur auaritia, cui opponitur animus sua sorte contentus.
Iosue 1.5
Psal. 118.6
4 Fortium ducum exempla sedulò ad imitationem proponenda.
5 Summam doctrinæ repetit, vnicum videlicet omnium de moribus præceptorum fundamentum. Est autem eiusmodi: In vno Christo nobis esse acquiescendum, nec vnquam extra eius notitiam seruatum fuisse quemquam, aut hodie seruari, aut deinceps seruandum esse. 6 Perstringit eos qui externum cultum, ac præsertim discrimen ciborum, cum Euangelio permiscebant, quam doctrinam planè damnat, vt ex diametro repugnantem Christi beneficia.

3 *Vt qui & ipsi sitis in corpore*, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι. Apparet, opinor, ex præcedentis membri collatione simplicissimam hāc esse huius loci explicationem. Sicut enim monuit vt fratrum captiuitate non aliter commoueamur quàm si ipsi cum illis vnà captiui teneremur: ita nunc in genere postulat, vt si quis fratrum aliquid mali sustineat, nos proinde afficiamur acsi nos ipsos illa calamitas attingeret. Nec enim satis seriò tangemur aliorum malis, quādiu aliena esse cogitabimus. Itaque ἐν σώματι prorsus videtur illud declarare quod in vernaculo sermone dicimus *en personne*, vt Coloss. 2.6. quo modo etiam solet à iurisconsultis accipi corporis nomen, acsi Hebraicè scriptum esset אתם בעצמכם [*attem behatsmechem*. Vulgata, *Tanquam & ipsi in corpore morantes*, id est. vt qui sitis & ipsi iisdem calamitatibus obnoxij, quum eiusdem conditionis corpus habeatis. quam sententiam Syrus etiam interpr. est amplexus. Erasmus, *Veluti ipsi quoque versantes in corpore*. Valla subaudiendum putat pronomen ipsorum, vt sit sensus, acsi in corpore afflictorum sitis. Doctissimus interpres ad Ecclesiæ corpus refert, vt sit sensus, Quandoquidem estis eiusdem corporis membra, communiter vos affici decet alios aliorum malis. Eam verò interpretationem minimè repudio, vtpote quæ vniuersæ huius doctrinæ fontem aperiat. Illa verò quā sum sequutus, nō alio fundamēto nititur: sed ita applicata, visa est mihi simplicissima, propter superioris membri collationē, & quia nullus est additus articulus.

4 *Honorabile [est] connubium*, τίμιος ὁ γάμος. Erasmo in annotationibus magis placet subaudire ἔστω, *sit*, quasi moneat Apostolus maritos & vxores vt sanctè viuant. Atqui non conueniet sequens membrum nisi δὲ pro γὰρ accipias. Deinde res ipsa ostēdit, Apostolum vt Hebræos deterreret ab omni scortatione & adulterio, de matrimonio præfari, tanquam honesto ac sancto aduersus scortationis ac adulterij turpitudinem remedio: tacitè etiam monentem vt matrimonium maiore religione colant. Notum enim quæ fuerit apud eos in diuortiis licentia Porro quum disertè Apostolus coniugium honoratum esse dicat, quid sentiendum est de illa Hieronymi sententia, qui matrimonium non inter bona, sed inter minus mala numerat? Omitto horrendam illam blasphemiam inter iuris Canonici stercora repositam, quæ matrimonium vocat carnis immunditiem, in qua nullus Deo placere potest. Annon verò hæc illa est doctrina dæmoniorum, de qua Paulus 1. Tim. 4.4? ¶ *Inter quosuis*, ἐν πᾶσι. Id est, inter cuiusuis ordinis hominis. Nam sicut communis est morbus iis omnibus quibus non datum est vt se possint continere, ita commune remedium esse par est. Alij aliter explicant, nempe Omnibus modis, omnibus ætatibus, omni tempore. Sed facile est videre quid magis conueniat, & quocunque se vertant isti cœlibatus defensores, nunquam hunc locum ita poterunt torquere, vt non appareat diabolica legis cœlibatus tyrannis. Quanquā hoc sanè subit mirari, quo iure audeant isti plerique de virginitate disserere, quorum vita nihil esse fœdius quis ignorat?

5 *Ipse*, αὐτός. Ipse videlicet Dominus. Cur enim Christianis non liceat illud αὐτὸς ἔφα quod Pythagoreis omnes concesserunt?

6 *Homo*, ἄνθρωπος. Antithesis Dei & hominis obseruanda est.

7 *Ductorum*, ἡγουμένων. Vel, vt habet Claromontanus codex, προηγουμένων. Vide infrà, 17. Similiter autem Paulus Epaphroditum Philippensibus commendans, generalem exhortationem subiicit. Philipp. 2. 29. En verò quis sit verus sanctorum defunctorum cultus: quo contentos esse oportuit veteres illos apud martyrum μνημεῖα concinnatores.

9 *Ne circumferimini*, μὴ περιφέρεσθε. Vulg. *Nolite abduci*, μὴ παραφέρεσθε. quod & ipsum non malè conuenit, vt etiam legit Syrus interpres: quanquam illud malo, vt opponatur τῷ βεβαιοῦσθαι. Sic autem omnino loquitur Paulus Eph. 4.14. ¶ *Non cibis*, οὐ βρώμασι. Ex vna specie, id est mundorum & immundorum ciborum discrimine, συνεκδοχικῶς intellige omnē illum ceremonialem cultum, exhibitæ gratiæ (id est Spirituali cultui & regenerationi) oppositum. Itaque per-

absurdè mihi videtur Castellio χάριν interpretatus *Gratiarum actione.* ¶ *Qui in ipsis incesserunt*, &c. οἱ περιπατήσαντες. Versati in eis dicuntur qui eorum discrimen obseruātes putarunt in eo positum per se Dei cultum.

Ἔχομεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες.

Ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας εἰς τὰ ἅγια διὰ τοῦ ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς.

Διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαόν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε.

Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες.

Οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν.

Δι᾽ αὐτοῦ οὖν ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ Θεῷ, τουτέστι καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

Τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός.

10 7 Habemus "altare, ex quo edendi non habent ius "[qui tabernaculo cultum præstant.

11 ‖"Quorum enim animalium sanguis infertur pro peccato in Sacrariū per Pontificem, eorum corpora exuruntur extra castra.

12 Quapropter & Iesus, vt sanctificaret populū per proprium sanguinem, passus est "extra portam.

13 8 Exeamus "igitur ad eum extra castra probrum eius portantes.

14 ‖Non enim habemus hîc permanentem ciuitatem, sed futuram illam inquirimus.

15 9 Per ipsum igitur assiduè "attollamus ad Deum sacrificium laudis, ‖ id est fructū labiorum "celebrantium nomen eius.

16 Beneficentiæ verò & communicationis ne obliuiscimini: talibus enim victimis "delectatur Deus.

10 *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt.*

11 *Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta, per Pontificem, horū corpora cremantur extra castra.*

12 *Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.*

13 *Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes.*

14 *Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.*

15 *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius.*

16 *Beneficentia autem & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.*

Leuit. 4. 11. & 6. 30. & 16. 27. Mich. 2. 10. Oie. 14. 3.

7 Pulchra anagoge refutat eorundem errorem, Qui olim seruiebant tabernaculo, non vescebantur victimis quarum sanguis pro peccato inferebatur per pōtificem in sacrarium: istæ porrò victimæ Christū nostram oblationem repræsentabant. Itaque non possunt eius fieri participes qui tabernaculo deseruiunt, id est, qui in Legali cultu perstant. Nos verò nonpudeat illum extra Hierusalem eiectum & passum sequi. nā in hoc quoque Christus [illegible] illi figuræ respondet, quòd extra portam est passus. 8 Longius progreditur in hac anagoge, & ita quoque nobis significatum dicit, oportere pios Christi [illegible] velut è mundo migrare, ipsius crucem portantes. 9 Sublatis illis corporalibus sacrificiis, docet vera confessionis sacrificia superesse, quæ partim in gratiarum actione, partim in beneficentia consistunt, quibus demum victimis nunc delectatur Deus.

10 *Altare*, θυσιαστήριον. Altare posuit alibi pro oblationibus, vt quum dicitur ex altari viuere qui altari seruit. Hîc autem accipitur pro eo quod altare veteris tabernaculi atque adeò omnes legales ceremoniæ adumbrarunt, nomine signi attributo rei significatæ, Iudæis nimium ceremoniis legalibus addictis à Christi cōmunione propterea exclusis. Quum enim spirituales nunc sint Christianorum oblationes, altare quoque istud spiritualiter accipiendum est, non pro altari aliquo materiato, nedum vt hic locus faueat nostri temporis altaribus & sacrificiis, vnde factum vt Cœna Domini perniciosissimo errore dici cœperit Altaris sacramentum, ac tandem in sacrificium reale, & quidem expiatorium sit impiè transmutata. Est autem hæc allegoria instituta ad euertendum legale ciborum & dierum discrimen: ac multo etiam magis ad euertendum quæcunque homines sunt commenti. Nam cui tandem sano homini persuadebitur, ideirco ademptum Mosis iugum vt isti multo iniquius aliud nostris ceruicibus imponerent? Neque verò causa est cur nos propterea nonnulli calumnientur pro ventre contendere, quem illis sanè totum libenter relinquimus. De Christi officio disseritur, quod funditus euertunt qui Christi sanguini suas [illegible] adiungunt. Corporales tamen exercitationes & vera ieiunia quàm non damnemus, & scriptis & factis, Dei beneficio, si non quantum decet, certè quantum licet declaramus. ¶ *Qui tabernaculo deseruiunt*, οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες. Id est, cuius participes esse non possunt qui Legis ritus obstinatè retinent.

11 *Quorum enim*, &c. ὧν γὰρ, &c. De hoc ritu vide Leui. 4. 11. Item 6. 30. Item 16. 27. Est autem hæc anagoge, Quorum animalium sanguis pro peccato inferebatur in Sacrarium per Pontificem, eorum corpora extra castra penitus exurebantur, vt ne tantillum quidem Sacerdotibus cederet. Ita Christus, victima illa vnica expiatrix, extra portam passus est: cuius Christi corporis particeps esse non possit quisquis adhuc vetus sacerdotium retinet. Retinet autem quisquis discrimina dierum, ciborum, purificationum, cæteràsque id genus vmbras sectatur, quæ solis ortu præterierunt.

12 *Extra portam*, ἔξω τῆς πύλης. Nempe sicut olim extra castra quæ Israelitis in deserto erant vrbis loco. Sumi autem consueuisse facinorosorum supplicia extra castra liquet ex Leuit. 24. 12. & Ios. 7. 24. ac deinceps extra vrbium portas tum ex hoc loco satis apparet, tum ex Passionis Domini, & Stephani historia Act. 7. 58. nempe quòd pro impuris haberentur, & quorum vel solo contactu contaminarentur.

13 *Igitur*, τοίνυν. Nusquam alibi memini legere hanc particulam ita positam vt orationem inchoaret.

14 *Permanentem*, μένουσαν. Id est, μόνιμον posito ex Hebræorum more participio pro participali nomine.

15 *Attollamus*, ἀναφέρωμεν, sursum videlicet, ad Deum peruenturum. Vulg. Offeramus. sed illud malo. Alludit enim Apostolus ad veterem ritum, quo victimæ ad altare adducebantur: Apostolo fortasse vtente verbo ἀναφέρειν, quod nunc tantùm gratiarum actione & precibus vtimur, quæ sursum ad Dei tribunal, non autem ad altare vel sacerdotes referatur. ¶ *Sacrificium laudis*, &c. θυσίαν αἰνέσεως, &c. Duo genera sacrificiorum nobis ait relicta, nempe gratiarum actionis & beneficentiæ. ¶ *Celebrantium nomen eius*, ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Id est concelebrantium ipsius nomen, vt alibi exposuimus. Similis est locus Rom. 12. 1. & 2. Vide Matth. 10. 32.

16 *Delectatur*, εὐαρεστεῖται. Vulgata, *Promeretur*: primùm barbara, deinde etiam falsa interpretatione. Quis enim non videat ita euerti quicquid in superioribus capitibus de vnici nostri Pontificis vnica oblatione semel facta & nunquam repetenda commemoratum est? Sic igitur statuendum est, Deum istis sanctorum sacrificiis, nempe gratiarū actione ac beneficentia, delectari, vtpote qui veros ac germanos fructus sui Christi in nobis per fidem habitantis agnoscat. Exempli causa, Bonis Adami ante lapsum operibus Deus εὐηρεστεῖτο. Quis enim hoc possit inficiari, quum bonæ arboris boni fructus essent? Item non dubiū est quin fideles verè sint voluntatem Dei facturi quando capiti suo coniuncti in cœlis regnabunt. Deus ergo vicissim illorum laudibus totaque adeo conditione εὐαρεστήσεται. Quis tamen ita sit ineptus vt hac ratione dixerit, Adamum Deo reconciliatum, quē nondum offenderat, aut fideles vitam æternam promereri, cuius hæreditatem iam creuerint?

Itaque tantum abest vt hac ratione iustificemur, vt contrà, nisi prius simus gratis in Christo per fidem iustificati, non possint ista sacrificia à nobis proficisci: qualia quidem illa esse oportet vt Deo sint εὐάρεστα, id est, grata & accepta. Stat enim illud quod scriptum est supr. 11. 6. impossibile esse absque fide εὐαρεστῆσαι (id est placere) Deo. At enim (inquiunt nonnulli) nō tollimus fidem, sed bona opera adiungimus. Respondeo, ne nos quidem fidem docere bonorū operum expertem, imò hac ratione veram fidē à falsa distinguere: sed quum agitur quo iure vitam æternam adipiscamur, tū demum nos vni Dei gratiæ per vnam Christi oblationem fide à nobis apprehensam, omnia in solidum vti par est tribuere. Bona enim opera (quod Augustinus inquit) non præcedunt iustificandum, sed iustificatum sequuntur.

Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες· ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες· ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο.

Προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν· πεποίθαμεν γὰρ ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν, ἐν πᾶσι καλῶς θέλοντες ἀναστρέφεσθαι.

Περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν.

Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν,

Καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως· καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν.

Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον, μεθ᾽ οὗ (ἐὰν τάχιον ἔρχηται) ὄψομαι ὑμᾶς.

17 10 Parete "ductoribus vestris, & "obsecundate: excubant enim ipsi pro animabus vestris tanquam rationem reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non suspirantes: id enim est vobis "inutile.

18 11 Orate pro nobis: "cōfidimus enim nos bonam conscientiam habere, vt qui in omnibus cupiamus bene versari.

19 Amplius autem precor vos vt id faciatis, vt eò citius restituar vobis.

20 "Deus verò pacis, qui magnū illum ouium, "per sanguinem pacti æterni pastorem, Dominum nostrum Iesum, ex mortuis reduxit,

21 "Compingat vos in omni opere bono, ad præstandam ipsius voluntatem, efficiens in vobis quod gratum sit in conspectu suo, per Iesum Christum: cui *sit* gloria in secula seculorum. Amen.

22 Precor autem vos, fratres, sufferte hunc sermonem cohortationis huius: nam "paucis *de hoc* scripsi vobis.

23 "Scitote fratrem *nostrum* Timotheum solutum esse: cum quo (si celerius venerit) videbo vos.

17 *Obedite præpositis vestris & subiacete eis: ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.*

18 *Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes conuersari.*

19 *Amplius autem deprecor vos hoc facere, quò celerius restituar vobis.*

20 *Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorē magnum ouium in sanguine testamenti æterni, Dominū nostrum Iesum Christum,*

21 *Aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum: cui est gloria in secula seculorum. Amen.*

22 *Rogo autem vos, fratres, vt sufferatis verbum solatij: etenim perpaucis scripsi vobis.*

23 *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo vos.*

10 Parendum Pastorum & presbyterorū monitis, eorū videlicet qui pro animarum ipsis commissarum salute vigilant.

11 Vltima pars epistolę, in qua suum ministerium Hebræis commendat: perseuerantiā & gratiarum incrementum ipsis à Domino precatur: excusat se quòd paucis sit eos consolatus, cōsumpta videlicet in disputando epistola: & quosdā familiariter & amicè salutat.

17 *Ductoribus*, τοῖς ἡγουμένοις. Nomen quæsiuit ab omni ambitione prorsus remotum, & tamen auctoritatis maximæ, siquis suo munere sanctè fungatur. Sic enim appellat qui alibi episcopi vocantur, augustiore significatione, à quibus citra Tyrannicum illum gradum Episcopalem ecclesiæ Apostolicæ ignotum, Ecclesia ex verbo Domini gubernabatur. Videtur autem ex eo quoque quod Paulus vtitur plurali numero colligi meritò posse, nondum illo tempore gradum illum episcopalem fuisse in Ecclesiam inuectum, à quo certè Satan illam suam oligarchiam auspicatus est, quæ in tyrannidem illam Antichristianam euasit, & nunc quoque Ecclesiæ instaurationem remoratur. ¶ *Obsecundate*, ὑπείκετε, Vulgata, *subiacete*, ὑποτάσσεσθε. ¶ *Inutile*, ἀλυσιτελές. Id est, noxium, figura λιτότητος, quomodo apud Ciceronem quoque vtile, & inutile in libris de Offic. non semel opponuntur.

18 *Confidimus enim*, πεποίθαμεν γάρ. Similis extat Pauli gloriatio 2. Corinthiorum cap. 1. versu 11. & 12. & Act. cap. 23. versu 1.

20 *Deus pacis*, ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης. Eadem phrasis certè non alibi in his scriptis quàm in epistolis occurrens, extat apud Paulum, Rom. 15. 33, & 16. 20. 2. Cor. 13. 13. Philipp. 4. 19. 1. Thessal. 5. 23. ¶ *Per sanguinem*, &c. ἐν αἵματι, &c. Ostendit quo iure Christus dicatur magnus ille ouium pastor: quia nimirum sanguine suo eas acquisiuit in æternum, Act. 20. 28. & animam suam posuit pro ouibus suis, Ioh. 10. 11. Itaque hæc verba non pertinent ad participium ἀναγαγών, qui reduxit à mortuis, sed ad nomen ποιμένα quod in Græcis perspicuum est propter articulos, in Latinis verò non item. Itaque vt hoc planius fieret, non dubitaui verborum collocationem mutare.

21 *Compingat vos*, καταρτίσαι ὑμᾶς, &c. Id est, omni ex parte aptos & idoneos vos reddat. Vulgata, *Aptet*. Erasmus, *Absolutos vos reddat*. Vide [illegible] 1. 10. & 1. Petr. 5. 10. ¶ *Efficiens in vobis quod acceptum sit*, ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον. Hinc illa Patrum sententia, Deum in nobis coronare opera sua. Ipse enim est qui gratuitò præstat nobis vt & velimus & efficiamus, Philipp. 2. 13. Erasmus, *Efficiens vt quod agitis acceptum sit*, &c. non expressa Apostoli sententia.

22 *Sufferte*, ἀνέχεσθε, Id est etsi longiorem boni consulite, Népe, quòd hanc epistolam in docendo potiùs quàm consolando cōsumpserit. Ideò addidi *de hoc* id est περὶ τούτου. Sed vt hoc quoque dicam, quid de hoc loco mihi videatur, quum minore cum molestia breuis quàuis de rē sermo quàm prolixus audiatur, & de hac tota epistola potiùs videatur agere Apostolus, quàm de ipsius particula. fortasse pro καὶ γὰρ, scriptum fuerit οὐ γὰρ, id est, Nec enim paucis scripsi vobis, excusante scriptore prolixitatem epistolæ.

23 *Scitote*, γινώσκετε. Quisnam fuerit hic Timotheus, nō possimus certò affirmare. Mihi fit probabile, hunc ipsum esse perpetuum Pauli comitem. Hinc probabiliter videtur colligi hanc epistolam Pauli non esse. Nam quo tempore vinctus erat Romæ Paulus, liquet ex epistolis Roma scriptis, Timotheum partim Ephesi fuisse, partim Romæ cum ipso Apostolo. neque tamen vsquam fit mentio vinculorum ipsius Timothei. Deinde quæ de Timothei liberatione hoc in loco referuntur, ita scripta sunt quasi alibi vinctus fuerit quàm vnde hic scribebat: siquidem mentio fit ipsius Timothei, mox liberandi, ad huius epistolæ scripto-

tum aduersus. Postremò quod addit ἀφέσεως ὑμῶν, Visum vos, nulla addita exceptione, ostendit eum qui hanc epistolam scripsit, tum minimè fuisse in vinculis. & quæ suprà, 10. & c. de captiuitate sua commemorauit, ad aliud tempus esse referenda. Sed paucis ad hæc responderi potest, quod etiam ex nonnullis epistolarum aliarum Pauli demonstratur, non esse ad historiam narrationem Lucæ exigenda quæcunque de se & aliis suis comitibus in ipsius quæ extant literis continentur: minimè id quidem quòd falsum quidquam Lucas scripserit, sed quoniam res ipsa ostendit non fuisse Lucæ propositum integram Pauli actorum, vt nec aliorum Apostolorum narrationem scribere.

24 Ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας.

25 Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

26 Πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου.

24 Salutate omnes ductores vestros, & omnes sanctos. Salutant vos Itali.

25 Gratia *sit* cum omnibus vobis. Amen.

26 Ad Hebræos scripta est ex Italia per Timotheum.

24 *Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres.*

25 *Gratia cum omnibus vobis. Amen.*

26 *Scripta ab Italia per Timotheum.*

25 *Gratia*, ἡ χάρις. Videlicet Domini nostri Iesu Christi, quod plerunque exprimi in sanctis istis epistolis, non tamen semper consueuit. ¶ *Vobis*, ὑμῶν. Claromontanus codex addit, τῶν ἁγίων.

26 *Ex Italia*, ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Primùm suspecta est mihi fides huius subscriptionis, quia subiici solet epistolis, non ex qua regione, sed ex qua vrbe potius scriptæ sint. Deinde quod adiicitur, missam fuisse per Timotheum, omni fide caret: nisi duos faciamus Timotheos. Nam, quæso, cur illis significaret eius liberationem per quem ipse scriberet? Præterea, *Si venerit*, inquit, *celerius, visum vos*. Atqui si per hunc scribebat, dicendum potius fuerat, *Si celerius redierit*: aut, *Si celerius eum remiseritis*. Puto igitur hanc subscriptionem non satis consideratè adscriptam fuisse à quopiam, qui occasionem ex eo arripuerit, quòd Timothei & Italorum mentio facta fuerat. Nam etiam & in Claromontano codice, & in Syra interpretatione non extat.

ΙΑΚΟ-

ΙΑΚΩΒΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ καθολική.

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI CAtholica.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

1 ἸΆΚΩΒΟΣ Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ταῖς δώδεκα φυλαῖς, ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, χαίρειν.

2 Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις·

3 Γινώσκοντες ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν.

4 Ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι.

5 Εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰ-

CAP. I.

1 IACOBVS Dei ac Domini Iesu Christi seruus, duodecim tribubus dispersis, salutem.

2 1 Summo gaudio ducite, fratres mei, quoties 2 in explorationes varias incideritis:

3 *Illud* scientes, 3 experimentum fidei vestræ efficere tolerantiam.

4 4 Cæterùm tolerantia opus integrum habeat, vt sitis integri toti in nullo deficientes.

5 5 Quòd sicui vestrum deest sa-

CAPVT I.

1 *IACOBVS Dei & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutem.*

2 *Omne gaudium existimate, fratres mei, quum in tentationes varias incideritis:*

3 *Scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur.*

4 *Patientia autem opus perfectum habeat, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.*

5 *Siquis autem vestrum*

Rom. 5. 3.
1 Primus locus de consolatione in aduersis, in quibus nos non modò nō frangi animo, sed etiā exultare oportet.
2 Primum argumentum, quia afflictionibus explorabitur fides nostra: quam maximè nostra interest esse quàm purissimam.
3 Secundum, quia sic in nobis gignitur patientia, virtus longè præstantissima. 4 Tertium argumentum, forma exhortationis propositum, vt vera & perpetua patientia à ficta & temporaria discernatur. Crux est velut instrumentum quo Deus nos expolit. Opus igitur & effectum afflictionum est nostri in Christo consummatio. 5 Responsio ad tacitam obiectionem, facile quidem id esse dictu, factu verò non item. Respondet, opus quidem hic nobis esse longè alia sapientia quàm humana, vt quæ carni sunt adeò repugnantia, nobis tamen optima esse statuamus: sed eius sapientiæ dono facillimè nos potituros, si modò illud à Deo quo nihil est munificentius, ritè (id est certa cum fiducia) petierimus.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

¶ *Catholica*, καθολική. Id est, vniuersalis, quòd videlicet vni alicui vel homini, vel ciuitati, vel regioni non sit inscripta. Eadem est ratio sequentium epistolarum Petri, & primæ Ioannis, & illius quæ Iudæ inscribitur: quamobrem communi nomine *Catholicæ* dicuntur, vt rectè annotauit Græcus scholiastes. Itaque errore factum est vt Canonicæ dicerentur. Nam si hoc epitheto dicamus distinctas esse ab aliis quarum legitima non esset auctoritas, causam non video cur Pauli epistolas minus oportuerit eo nomine comprehendi. Deinde, nusquam à Græcis ita inscribuntur. Postremò, quum de istius quæ Iacobo tribuitur, atque etiam de posterioris à Petro scriptæ auctoritate diu, à Latinis præsertim, sit dubitatum, non est probabile Canonicas peculiari appellatione dictas fuisse. Syrus autem interpres hanc istarum epistolarum inscriptionem habet, Tremellio interprete, *Tres epistolæ trium Apostolorum, ante quorum oculos Dominus noster sese transformauit*, id est, *Iacobi, Petri, & Ioannis*. Alteram enim Petri, nec Ioannis secundam & tertiam, nec Iudæ epistolam Syri nunc habere dicuntur pro Canonicis.

IN CAP. I.

1 *Dispersis*, ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ. Id est, fidelibus omnibus Iudæis, cuiuscunque tribus sint, per orbem terrarum dispersis. quibus probabile est Iacobum Hierosolymis subsistentem misisse hanc epistolam per eos qui ex omnibus regionibus conuenire ad dies festos in vrbem consueuerant. Nam additur etiam apud Syrum interpretem, *In Ethnes, inter gentes*. Nota est autem ex historiis prima illa decem tribuum, deinde reliquarum etiam duarū multiplex dispersio. Quum igitur Apostoli quocunq; loco essent, Iudæos omnium primos compellarent, non immeritò Iacobus communem duodecim tribubus epistolam inscribit.

2 *Pro summo gau.* &c. πᾶσαν χαράν, &c. Rectè hinc auspicatur, quum & dispersos & fideles, id est, tum ab exteris tum à suis vexatos, alloquatur. Deinde obseruandum est eum non modò æquo animo ferenda docere quæ Christi nomine vulnera imponuntur, sed etiam testari, incredibilis cuiusdam voluptatis argumentum sic nobis suppeditari, quum totidem sint fidei nostræ explorationes, quarum felix experimentum mirè nos confirmet. Itaque gaudio affici non aliud declarat quàm infrà, ver. 9. & Rom. 5. 3, τὸ καυχᾶσθαι, i. gloriari.

3 *Experimentum*, τὸ δοκίμιον. i. illud quod consequitur multiplicē illam explorationē. Ita enim accipitur πειρασμῶν nomen hoc in loco, & infrà, v. 12. Distingue igitur τὴν δοκιμὴν & τὸ δοκίμιον, vt causam ab effectu sicut diximus Rom 5. 4.

4 *Opus integrum habeat*, ἔργον τέλειον ἐχέτω. Crux veluti instrumentum est quo nos Deus expolit. Opus igitur & effectus afflictionum est nostri in Christo incrementum. Integrum autem vocat quod re ipsa præstetur & minimè fucatum, quo sensu [illegible] [tam] apud Hebræos, & Integrum aliquid Latinis dicitur, & sic peccatum infrà vers. 15. dicitur ἀποτελεσθῆναι, quum re ipsa peragitur. & ver. 17. τέλειον δώρημα. & τελεία ἀγάπη 1. Ioh. 4. 18.

5 *Sapientia*, σοφία. Sapientiam vocat doctrinæ illius, cuius mentio facta est, cognitionem, nempe quorsum affliga-

mur à Deo, & quis fructus ex afflictione sit capiendus; qui sapientiam non modò non docet, sed etiam oppugnat caro: vt necessariò sit à Deo petenda. Cognitionem autem intelligo quam consequatur etiam res ipsa, quum opus fuerit. ¶ Benignè, ἁπλῶς. Vide 2. Cor. 8. 2. Vulg. Affluenter, ἁπλοῦς. Eras. Simpliciter.

τοῦτο ... παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος, καὶ δοθήσεται αὐτῷ.

sapientia, petito à Deo qui dat omnibus benignè, nec exprobrat, & dabitur ei.

indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.

6 Αἰτείτω δὲ ἐν πίστει, μηδὲν διακρινόμενος. ὁ γὰρ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ.

6 ‖Sed postulet cum fide, nihil ambigens: [6] nam qui ambigit, similis est fluctui maris qui ventis agitatur & iactatur.

6 Postulet autem in fide, nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris qui à vento mouetur & circumfertur.

7 Μὴ γὰρ οἰέσθω ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὅτι λήψεταί τι παρὰ τοῦ Κυρίου.

7 Non enim existimet homo ille se quicquam accepturum à Domino:

7 Non ergo æstimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino.

8 Ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

8 Vt qui sit vir animo duplici, & inconstans in omnibus viis suis.

8 Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.

9 Καυχάσθω δὲ ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ·

9 [7] Porro frater qui est humilis conditionis, glorietur in sublimitate sua.

9 Glorietur autem frater humilis in exultatione sua:

10 Ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ· ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται.

10 [8] Qui verò diues est, in summissione sui: ‖ quoniam veluti flos herbæ præteribit.

10 Diues autem in humilitate sua: quoniam sicut flos fœni transibit.

11 Ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε τὸν χόρτον, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε, καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπώλετο· οὕτω καὶ ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται.

11 Nam vt exortus est sol cum æstu, & arefecit herbam, & flos illius decidit, & spectabilis decor ipsius periit: ita & diues in gressibus suis marcescet.

11 Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & diues in itineribus suis marcescet.

12 Μακάριος ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμόν· ὅτι δόκιμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, ὃν ἐπηγγείλατο ὁ Κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

12 [10] ‖Beatus est vir qui explorationem tolerat: quoniam probus compertus, accipiet coronam vitæ, quam promisit Dominus iis qui ipsum diligunt.

12 Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Matt. 7. 7. marc. 11. 24. luc. 11. 9. ioh. 14. 13. & 16. 23.

6 Digressio aduersus preces cum animi hæsitatione conceptas, vbi certam Dei promissionem habemus: qui secundus est huius epistolæ locus.

Eccl. 14. 18. esa. 40. 6. 1. pet. 1. 24. Iob. 2. 17.

7 Redit ad institutum repetita propositione, exultandum esse in cruce, vtpote quæ nos non deprimat, sed attollat.

8 Antequam concludat, tradit doctrinam superiori oppositam, quo modo videlicet prosperis rebus (vt quum amplum rerum copia suppetit) sit vtendum: ita nimirum vt nemo idcirco sibi placeat, sed eò magis sit ab omni fastu alienus. 9 Argumentum ab ipsa rerum natura sumptum, quibus nihil sit vanius & incertius. 10 Conclusio, crucem patienter esse ferendam, addito quarto argumento, quod superiorum summam complectitur, quia nimirum, hoc itinere ad coronam vitæ peruenitur, ex gratia tamen, secundum promissionem.

---

6 *Nihil ambigens*, μηδὲν διακρινόμενος. id est, dubitans de Dei potentia vel voluntate verbo ipsius testata, vt licet videre in Abrahamo credentium patre, Rom. 4. 20. Vide etiam Matth. 21.

8 [*Vt qui sit*] *vir*, Ἀνήρ. Sub. ὤν. quod perspicuitatis causa expressi. ¶ *In omnibus gressibus suis*, ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Heb. בכל דרכיו. [*bechol derachau*] id est, cogitatis & factis suis omnibus. Virum autem δίψυχον vocat eum qui habet cor & cor, vt loquuntur Hebræi, nempe vel simulatorem, vt qui aliud ore loquatur, aliud intus sentiat, vel eum potius hoc in loco, qui animi incertus modo in hanc, modò in illam partem inclinat: neque dat operam vt in vera religione stabiliatur: cuiusmodi multos fuisse Iudæos sub promulgati Euangelii initia dubium non est: quod nostris etiam temporibus ad Euangelicæ lucis quasi renascentis exortum, nimium multis euenit.

[9] *Qui est humilis conditionis*, ὁ ταπεινός. Puta vilis & pauperculus quod ad facultates attinet. Aliud enim est ταπεινὸς quàm ταπεινόφρων. Idcirco periphrasin quæsiui, quod humilium nomine soleant communi quodam abusu ταπεινόφρονες intelligi. Opponitur autem abiectæ apud homines conditioni sublimitas illa Filiorum Dei, cuius participes sunt omnes credentes. ¶ *Glorietur*, καυχάσθω. Id est consoletur sese & erigat animum, nedum vt cum Deo expostulet, & malis artibus sese studeat attollere.

10 *In depressione sui*, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ. breui videlicet sequutura. Diues enim aliquis simul & ταπεινὸς esse nemo potest, i. simul splendere & obscurus esse, vilis esse & nobilis, sed ex diuite pauper, ex glorioso, inglorius fieri, ideóque ταπείνωσιν non ταπεινότητα scripsit Iacobus. At vili & abiecto statui cum filiorum Dei dignitate regia, quæ ὕψους voce ab Apostolo significatur, plerunque conuenit, nedum vt hæc simul stare nequeant, Matt. 5. 20. Luc. 14. 11. 1. Corinth. 1. 26.

Cæterum vel supplendum est hoc loco verbum aliquod verbo καυχάσθω oppositum, sicuti ταπεινώσει τῷ ὕψει. vel καυχάσθω repetendum ἀντὶ τοῦ κοινοῦ. Oecumenius igitur supplet verbum αἰσχυνέσθω, id est pudefiat, siue ad pudorem adducatur, considerans quàm sint opes euanidæ, & mox sequuturam earum priuationem, nedum vt inde superbiens glorietur: & addit à Iacobo supressum hoc verbum propter eius asperitatem. Ego malo καυχάσθω subaudiri ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, sed per ἀντανάκλασιν, immo etiam contraria significatione, idque non sine aspero sarcasmo pro ταπεινοφρονείτω, submittat sese ab omni fastu remotus, cogitans quò mox ipsum fortassis etiam ante mortem deuenire oporteat. Denique ταπεινοῦν vult Apostolus esse opulentis ταπεινοφροσύνης magistram. Vide Matt. 18. 4. & Luc. 1. 48.

11 *Nam* [*vt*] *exortus est sol*, &c. ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος, &c. Vulg. ad verbum, *Exortus est enim sol*, &c. Est autem hoc dicendi genus è medio, significante præterito perfecto summam in peragenda re quapiam celeritatem, vt si Gallicè dicas, *Le soleil n'est pas plustost leué qu'il a fené l'herbe*, &c. Eadem phrasis occurrit infrà ver. 23. ¶ *Ingressibus suis*, ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ. Heb. בכל דרכיו [*bechol derachau*] i. ita vt diues est ac iudicio suo beatus, marcescet cum suo illo splendore: quo Hebraismo nihil frequentius occurrit, vt viæ nomine significetur quicquid aliquis vel animo designat, vel facit. Erasmus suspicatur legendum potius πορίαις, i. (inquit) *In abundantia*. Ego neque vsquam inueni ita scriptum, neque memini Græcum illud vocabulum vsquam legere. Dicunt enim Græci potius εὐπορίαν, cui opponitur ἀπορία.

12 *Explorationem*, πειρασμόν. i. res aduersas quibus exploratur à Domino, vt suprà, v. 2. ¶ *Quum probatus compertus fuerit*, δόκιμος γενόμενος. Vulg. *Quum probatus fuerit*, non expressa Apostoli sententia. Neque enim coronantur quicunque probationi siue examini subiiciuntur. Vide 1. Cor. 11. 19.

13 Malis

13 Μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, Ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι· ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα.

13 [11] Nemo quum exploratur, dicat, à Deo tentor. [12] nam Deus tentari malis non potest, nec quenquam tentat.

13 Nemo, quum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat.

14 Ἕκαστος δὲ πειράζεται, ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος.

14 Sed vnusquisque tentatur, dum à propria cupiditate abstrahitur & inescatur.

14 Vnusquisque verò tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus.

15 Εἶτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν· ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον.

15 Deinde cupiditas, posteaquam concepit, parit peccatum: peccatum verò peractum gignit mortem.

15 Deinde concupiscentia quum conceperit, parit peccatum: peccatum verò quum consummatum fuerit, generat mortem.

16 Μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί.

16 [13] Ne errate, fratres mei dilecti.

16 Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi.

17 Πᾶσα δόσις ἀγαθή, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγή, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα.

17 Omnis donatio bona, & omne integrum munus est supernè, descendens à Patre luminum, apud quem non inest transmutatio, aut conuersionis obumbratio.

17 Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

18 Βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων.

18 [14] *Is* quia voluit, progenuit nos sermone veritatis, vt essemus primitiæ quædam eorum quæ creauit.

18 Voluntariè genuit nos Verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius.

19 Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, ἔστω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν.

19 Itaque, fratres mei dilecti, ‖sit omnis homo celer ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram.

19 Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.

20 Ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς, δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται.

20 Nam ira viri iustitiam Dei non exequitur.

20 Ira enim viri iustitiam Dei non operatur.

21 Διὸ ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ

21 Quapropter abiectis omni-

21 Propter quod abiicien-

11 Tertius locus huius epistolæ, in quo à tentationibus externis (id est ab afflictionibus quibus à Deo exploramur) ad tentationes internas descendit, id est ad eas cupiditates quibus ad malè agendum incitamur. Summa est, Non Deum sed vnumquemque sibi ipsi istarum tentationum esse authorem. Nos enim in sinu illam vitiositatem gestare, quæ arrepta vndecunque occasione, vitiosos motus in nobis excitet, ex quibus demum vitiosæ actiones, ac mors tandem earum merces consequatur.

12 Additur ratio cur Deus non possit nobis esse malè agendi author quoniam malum non appetit.

Prou. 17. 27.

13 Alia ratio à repugnantibus sumpta, Deus est omnium bonorum author, & ita quidem vt semper sit sui similis: quomodo igitur malorum author censeri possit? 14 Quartus locus de sermonis Dei præstantia & fructu. Summa est, studiosissimè nobis audiendum esse Verbum Dei, quum hoc sit semen quo nos Deus pro gratuita sua beneuolentia ex numero creaturarum selectos sibi genuit. Damnat autem Apostolus duo vitia, quæ nos hac in re valdè interturbant: nempe quòd ita nobis placeamus vt si loqui ipsi malimus quàm Deum loquentem audire, imò etiam ad correptiones indignemur: quibus vitiis placidum & sedatum animum & puritatis amantem opponit.

---

13 *Malis*, κακῶν. Id est, peccatis, siue prauis motibus ad malè agendum incitari. Est enim ἀντανάκλασις in verbo πειράζειν, quod antea positum pro δοκιμάζειν, hîc verò pro ad malum sollicitari accipitur.

15 *Peccatum*, ἁμαρτίαν. Peccatum intellige quod actuale vocant, quod quum à radice (id est, à cupiditate) prodeat, necesse sit autem fructum & arborem eiusdem esse indolis ac naturæ, consequitur & ipsos primos motus, peccati nomine generalius accepto censeri, sicut copiosè expositum est Rom. cap. 5, & aliis multis locis.

17 *Omnis donatio*, &c. πᾶσα δόσις, &c. δόσιν & δώρημα sic distinguo, vt donationem ab ipso dono. Vulgata, *datum & donum* vt synonyma interpretatur. Videtur autem istis adiunctis epithetis Iacobus dona spiritualia, & nobis nonnisi in Christo communicata, ideóque verè bona & perfecta, id est, vt suprà dixi, minimè fucata sed firma & solida, iis donis opponere, quæ licet & ipsa sint Dei benignitati accepta ferenda, tamen vmbratilia sunt & euanescunt, sicut etiam à naturalibus mediis causis pendent, ab iis benedictionibus distinguenda, quas Paulus εὐλογίας πνευματικὰς vocat, Ephes. 1. 3. Vulgata, pro ἀγαθὴ legit ἀρίστη, *optimum*: quam lectionem maximè probarim. ¶ *A Patre luminum*, ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. Id est, ab eo qui fons est & auctor istius lucis siue notitiæ. Sic enim Patris nomen Hebræi generaliter accipiunt interdum pro auctore, vt Genes. 4. 20. & alibi sæpe. Et sic quoque Plutarchus Romulum vocat Romæ patrem, id est, conditorem.

¶ *Inest*, ἔνι. Id est, ἔνεστι. non pro Licet, sed pro ἔνεστι, vt in illo Aristophan. in Pluto, ἔνι πλεῖν ἐν τῷ ... Nam etiam in vno manuscr. codice legimus ἔνι, vt legit Syrus & Vetus Latinus interpres.

¶ *Aut conuersionis obumbratio*, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. Pergit in metaphora. Sol quippe pro varia ac multiplici conuersione, nunc apparet, nunc disparet: nunc clarus & limpidus collucet, nunc recedit. Inde variæ non tantùm mensium, sed etiam dierum ac horarum intemperies. At Dei voluntas eadem semper est, & quòd quædam nobis in malum cedunt, non Dei sed nostro fit vitio. Vulgata, τροπὴν maluit *Vicissitudinem* interpretari, quod non penitus conuenit, si vocem ipsam spectes.

18 *Quia voluit*, βουληθείς. Hoc est quod Paulus solet εὐδοκίαν dicere, id est, *gratuitam beneuolentiam*, quæ fons est nostræ salutis. Suppleuimus autem pronomen *Is*, necessariò, quòd etiam expressit Syrus interpres. Sed in vno manuscript. exemplari legimus βουληθεὶς γάρ, *Volens enim*.

¶ *Progenuit*, ἀπεκύησεν. Alludit ad nostram adoptionem, cuius facti sumus per fidem participes, vt Ioann. 1. 12. & 13. Fides autem est ex auditu Verbi, Rom. 10. 17. Ideo etiam dicuntur ministri filios gignere, sed quatenus Dei instrumenta, vt 1. Corinth. 4. 15, & Galat. 4. 19. & Philemon. 10. ¶ *Primitiæ quædam*, &c. ἀπαρχήν τινα, &c. Id est, sacræ cuiusdam oblationis instar, ex reliquorum hominum aceruo selectæ. Alludit igitur ad Legis ritum: & electos vocat peculiare Dei opus.

19 *Itaque*, ὥστε. Vulgata, *Scitis*, Legit enim ἴστε, sed mendosè.

20 *Iustitiam Dei*, δικαιοσύνην Θεοῦ. Id est, quod præscribit Deus. Alioquin sæpe apud Paulum Iustitia Dei longè alia significatione accipitur, vt diximus Rom. 1. 17.

περισσείαν κακίας, ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον τὸν δυνάμενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν.

22 Γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου, καὶ μὴ μόνον ἀκροαταὶ, παραλογιζόμενοι ἑαυτούς.

23 Ὅτι εἴτις ἀκροατὴς λόγου ἐστὶ, καὶ οὐ ποιητὴς, οὗτος ἔοικεν ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ.

24 Κατενόησε γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ἀπελήλυθε, καὶ εὐθέως ἐπελάθετο ὁποῖος ἦν.

25 Ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας, καὶ παραμείνας, οὗτος οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργου, οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται.

26 Εἴτις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι ἐν ὑμῖν, μὴ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἡ θρησκεία.

27 Θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, αὕτη ἐστὶν, ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου.

bus sordibus " & excremento malitiæ, cum lenitate excipite "insititium illũ sermonem, qui potest seruare animas vestras.

22 15 "‖Effectores verò estote sermonis: nec estote auditores solùm " falsò ratiocinando 16 fallentes vosmetipsos.

23 17 Nam siquis auditor est sermonis, & non effector, is similis est viro consideranti faciem suam "natiuam in speculo.

24 "Nam qui simulatque considerauit seipsum abiit, & statim oblitus est qualis esset.

25 At is qui " introspexerit in perfectam illam Legem libertatis, & " permanserit *in ea*, quia non fuerit auditor obliuiosus, sed effector operis, is *inquam*, beatior erit in opere suo.

26 18 Siquis videtur religiosus esse inter vos, non frænans linguam suam, sed suũ ipsius cor seducens, huius vanus est cultus.

27 19 "Religiosus autem cultus purus " apud Deum & Patrem, hic est, Inuisere orphanos & viduas in afflictione ipsorum, & immaculatum sese seruare à mundo.

sas omnem immunditiam, & abundantiã malitiæ in mansuetudine suscipite insitũ verbũ, quod potest saluare animas vestras.

22 *Estote autem factores Verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos.*

23 *Quia siquis auditor est Verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo.*

24 *Considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit.*

25 *Qui autem perspexerit in Legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed est factor operis, hic beatus in facto suo erit.*

26 *Siquis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum; huius vana est religio.*

27 *Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo.*

Matt. 7. 21 rom. 2. 13

15 Altera admonitio, idcirco audiri Dei verbum, vt ex eius præscripto vita instituatur.

16 Rationes addit, & eas quidem grauissimas: primùm, quia qui secus fecerint, pessimè sibiipsis consulant.

17 Secundo, Quoniam præcipuum vsum verbi Dei omittant qui agnita ex eo vitia non emendant.

18 Tertia admonitio, Verbo Dei non tantùm bene agendi, sed etiam bene loquendi regulam præscribi.

19 Quarta, Charitate in proximos (præsertim alieno subsidio nitentes, vt orphanos & viduas) & vitæ puritate verum Dei cultum constare.

21 *Et excremento*, καὶ περισσείαν. Vulgata, *Et abundantiam*, non expressa Iacobi sententia. Erasmus, *Redundantiam*, ne sic quidem satis rectè.

¶ *Insititium*, ἔμφυτον. Id est, qui inseritur & plantatur, ministrorum videlicet opera, qui plantant & rigant. Similis metaphora occurrit 1 Corinth. 3. 16. Lenitatem verò appellat modestiam, & quicquid ferociæ altisque illis spiritibus opponitur, vt Esa. 57. 15. Sic Paulus ille ferox Pharisæus humi prosternitur, ac demum cicuratus respondet, Quis es Domine? Cæterùm quo instrumento recipitur Sermo? nempe fide, cui indiuiduo vinculo connexus est amor Dei ac proximi, vt tota Scriptura docet. Hæc igitur vnà connectit Apostolus in disputatione proximè sequente.

22 *Effectores verò estote sermonis*, γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου. Vulgata, *Estote autem factores Verbi*. Erasmus, *Sitis autem effectores Sermonis*. Ego studui magis perspicuè loqui.

¶ *Falsò ratiocinando fallentes*, παραλογιζόμενοι. Huius fallaciæ periculosissimæ laqueis sese & alios inuoluunt, tum qui in dogmatibus religionis principia adstruendæ veritatis aliunde quàm ex sacris literis & analogia articulorum fidei petunt, tum qui in argumentando, alij quidem per imperitiam, neque doceri sese sustinentes, alij verò manifesta improbitate, sophisticen exercent. Vide Coloss. 2. 4.

23 *Natiuam*, τῆς γενέσεως αὐτοῦ. Id est, qualis est nata, *sa face naturelle*, quod non legit Syrus interpres: mihi verò videtur istud adiectum vt intelligamus sumptam esse translationem ab iis qui externam duntaxat faciem suam in speculis contemplantur. Sed præterea alludit Apostolus ad natiuam illam maculam, cui opponitur puritas, ad quam renascimur: cuius etiam viuam imaginem spectamus in Lege Dei potius depictam quàm descriptam.

24 *Nam simulatque considerauit, &c.* κατενόησε γὰρ, &c. Vide supra vers. 12.

25 *Introspexerit*, ὁ παρακύψας. Translatio sumpta est ab iis qui non obiter aliquid aspiciunt, sed prono etiam corpore oculos admouent, vt rem omnem propiùs cognoscant. Vulgata, *Perspexerit*. Erasm. *Prospexerit*. Vide Luc. 24. 12. ¶ *Perfectam*, τέλειον. Quid ergo? illa plena est Dei Lex? Mihi quidem hic videtur Ceremonialis illa Lex, in cuius externa obseruatione hærebant ex primariis plerique, (vt illis passim post prophetas exprobrat Christus,) opponi Legi τελείῳ, quæ veram iustitiæ normam ostendat, in quam vtpote perennem immutabilem, intueri nunc quoque nos oporteat. Additur autem Libertatis nomen non dissimili ratione, non videlicet quòd nos liberet Lex à maledictione, sed quoniam nonnisi per filium à seruitute liberatis conuenit, quibus iam non est onus seu iugum impositum Ceremonialis illius Legis, (sicut loquitur Petrus Act. 15. 10) imò quos ne Moralis quidem Lex vt seruos sub metu retinet, sed Spiritus Dei ad voluntariam obedientiam format.

¶ *Permanserit*, [*in ea*] παραμείνας. Syrus & Vetus Latinus interpres legerunt παραμείνας αὐτῷ, sub. νόμῳ. Sed quid si neque οὗτος, interposita distinctione, neque αὐτῷ, sed οὕτως legamus, nempe, *Permanserit ita*? Nolim tamen quicquam ex coniectura mutare, & οὗτος verti, vt per epanalepsin repetitum; quod tamen priore loco deest in vno manuscripto codice.

¶ *In opere suo*, ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ. Id est, ita se gerens. Nam ex effectis demum agnoscitur fides, vt arbor ex fructibus. Arguunt igitur fidem opera: fides vna Christum apprehendit: vnus Christus factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio à Patre, qui nos gratis in ipso elegit ab æterno.

26 *Suum ipsius cor seducens*, ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ. Garrulitatis, maledicentiæ, petulantiæ, ac cæterorum vitiorum in loquendo fons est *Seipsum non nosse*. Itaque deceptionem suipsius vocat sinistrum de se iudicium eorum qui φιλαυτίᾳ laborant. Erasm. *Aberrare sinit cor suum*, non expressa Apostoli sententia.

27 *Religiosus autem cultus*, θρησκεία. Non enumerat omnia veræ & sinceræ charitatis officia, sed duo tantùm commemorat, in quibus refulget gratuita liberalitas: quia videlicet ab afflictis nulla expectatur merces. Quid si verò Iacobus hodie illos cerneret qui ementito ipsius nomine Iacobipetæ vocantur? Non eos procul se ad familias suas alendas, ad pupillos, ad viduas ablegaret? ¶ *Apud Deum & Patrem*, παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Id est, *apud Deum qui Pater noster est*.

¶ *Inuisere*, ἐπισκέπτεσθαι. Id est, curare & pro virili subleuare. Ita enim accipitur verbum פקד [*pakad*] apud Hebræos.

Κεφάλαιον β.

1 Ἀδελφοί μου, μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης.

2 Ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι·

3 Καὶ ἐπιβλέψητε ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν, καὶ εἴπητε αὐτῷ, Σὺ κάθου ὧδε καλῶς· καὶ τῷ πτωχῷ εἴπητε, Σὺ στῆθι ἐκεῖ, ἢ κάθου ὧδε ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου·

4 Καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν;

5 Ἀκούσατε ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, οὐχ ὁ Θεὸς ἐξελέξατο τοὺς πτωχοὺς τοῦ κόσμου τούτου πλουσίους ἐν πίστει, καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας ἧς ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν;

6 Ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν πτωχόν. οὐχ οἱ πλούσιοι καταδυναστεύουσιν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια;

Cap. II.

1 Fratres mei, 1‖ ne " cum acceptione personarum habete " fidẽ Domini nostri Iesu Christi " gloriosi.

2 Nam siquis in cœtum vestrũ ingrediatur, aureum gestans annulum, veste splendida, ingrediatur autem & pauper cum sordida veste:

3 Et respexeritis ad eum qui vestem gerit splendidam, & dixeritis ei, Tu sede hîc, " pulchrè: pauperi vero dixeritis, Tu sta illic, aut sede hîc subter scabellum meum:

4 "Nónne discrimẽ feceritis apud vos, & facti fueritis iudices " malè ratiocinantes?

5 2 Audite fratres mei dilecti, nónne Deus elegit " pauperes mundi huius " *vt fierent* diuites fide, & hæredes regni quod promisit iis qui ipsum diligunt?

6 At vos contumelia affecistis pauperem: 3 Nónne diuites " per tyrannidem opprimunt vos, & trahunt vos ad tribunalia?

Cap. II.

1 *Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ.*

2 *Etenim si introierit in conuentum vestrũ vir aureum annulum habens, in veste candida; introierit autem & pauper in sordido habitu:*

3 *Et intendatis in eum qui indutus est veste præclara & dixeritis ei, Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis, Tu sta illic aut sede sub scabello pedũ meorum;*

4 *Nónne iudicatis apud vosmetipsos & facti estis iudices cogitationum iniquarum?*

5 *Audite fratres mei dilectissimi, nónne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & hæredes regni quod repromisit Deus diligentibus se?*

6 *Vos autem exhonorastis pauperem. Nónne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt ad iudicia?*

Leuit. 19. 15 deut. 1. 17, & 16. 19 prouerb. 24. 23 eccl. 42. 2

1 Quinta, charitatem quæ à vera fide proficiscitur, cum personarum acceptione consistere non posse: quod illustrat proposito eorum exemplo, qui cum pauperũ contumelia diuites colunt.

2 Peruersos esse iudices qui diuitem pauperi anteponant, declarat ex eo quòd Deus è contrario pauperes quos veris diuitiis locupletarit diuitibus antepofuerit.

3 Secundò, insanos etiam eosdem esse probat, ex eo quòd diuites sint potius execrabiles, vt qui ecclesiam persequantur & Christum blasphement, loquitur enim de impiis & prophanis diuitibus, cuiusmodi semper fuerunt plerique, quibus pios pauperes & obiectos opponit.

IN CAPVT II.

1 *Cum acceptione personarum*, ἐν προσωποληψίαις. Quid vocetur προσωποληψία, & quatenus damnetur, diximus Marc. 12. 14. ¶ *Fidem Domini*, τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου. Id est, ne fidem, quæ Christo Iesu habetur, putetis cum personarum respectu posse conciliari. Sũt enim hæc prorsus repugnantia. ¶ *Gloriosi*, τῆς δόξης. Hoc coniungit cum Κυρίου: neque verò temere hoc est additum. Vnde enim iste personarum respectus? nempe quia non cogitamus quæ sit Christi gloria. Neminem enim aspernaremur, imò veneraremur omnes eos in quibus Christus habitat, nec nos sineremus stultis carnis iudiciis transuersos rapi. Vulg. ad verbum, *Gloriæ* seruato Hebr. Eras. *Ex opinione*, quod nõ video qui possit Græcis cõuenire: quanuis δόξαν fatear interdum pro *opinione* poni.

3 *Bene*, καλῶς. Id est, Commodè, quod Gallicè dicimus, *à vostre aise*.

4 *Nónne discrimen, &c.* καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς. Nónne (quod minimè oportuit) hoc modo apud vos vnum alteri præferendum iudicastis? Hoc enim declarat τὸ διακρίνεσθαι, actiua significatione, vt Iude ver. 22. quanuis aoristo priori passiuo, quod rarissimum est: & καὶ coniunctio ex Hebræorum idiotismo redundat. Vulg. *Nónne iudicastis apud vosmet ipsos?* multò sanè rectius quàm Erasmus, qui conuertit, *Et non dubitastis in vobisipsis*. Quid si verò accipias τὸ διακρίνεσθαι pro ἐνδοιάζεσθαι, id est, dubitare? vt sit sententia, istos sua ipsorum conscientia damnari? At me quidem quod attinet, τὸ διακρίνεσθαι, in ea significatione nunquam legere memini & nostram etiam interpretationem eò etiam confirmari puto, quòd infrà 3. 17. cœlestem sapientiam ἀδιάκριτον vocat. ¶ *Peruersè deliberantes*, διαλογισμῶν πονηρῶν. Antè reprehenderat quòd vnum alteri prætulissent. atqui hoc per se nõ videtur vitiosum: neque sanè vitiosum est, quum Deus ita gradus distinxerit vt satis appareat non parem esse omnium dignitatem. Ideo proposuit hypothesin in qua prorsus eluceat quænam προσωποληψία damnetur, ea videlicet quæ falsum pro vero discrimen sequatur, deinde in quo non seruetur modus; postremò cuius non sit rectus finis. Hæc verò peccata satis ostendunt quò tandem spectent omnia: nempe vt ineatur diuitis gratia. Interim iacet pauper (quantumuis pius doctus) egens: diues impius, indoctus, omnibus copiis redundans, splendidè accipitur. Itaque à peruersæ cogitationis iudice peruersum fit iudicium. Ergo (vt ad rem redeam) Iudex peruersatum cogitationum, ex Hebræorum idiotismo, significat Iudicem nõ rectè affectum, sed qui iniqua moliatur. quem Hebraismum, quanuis ambiguum, Vetus interpres & Erasmus seruarunt.

5 *Pauperes mundi huius*, τοὺς πτωχοὺς τοῦ κόσμου τούτου. Id est, tenues, inopes, & (si mundi iudicium spectes) omnium hominum abiectissimos. Ita ostenditur illius iudicij peruersitas.

¶ *Vt* [*fierent*] *diuites*, πλουσίους. Sub. ליהיות [*lihejoth*] id est τοῦ εἶναι, vel τοῦ γενέσθαι. Nec enim eligimur iam sancti & hæredum ius adepti, sed contrà datur ab æterno electis fides & hæreditas, vt aduersus Pelagianos inculcat Augustinus ex Ephes. 1. 4. Rectè verò præposuit dilectioni fidem, & fidei electionem. Similem autem phrasin habes Rom. 8. 29.

6 *Per tyrannidem opprimunt*, καταδυναστεύουσιν. Vide Act. 10. 38. Ostendit autem Apostolus his verbis, omni quoque iudicio carere qui suos carnifices tanto in pretio habeant, vt præ iis pauperes Domini etiam despiciant. Sed meminerimus hîc agi de diuitibus huius seculi, non de sanctis: & haberi temporis rationem quo scripta est hæc epistola, quum Iudæi in dispersione, præsertim Christum amplexi, à pertinacibus aliis, prophanos magistratus & potentes cæteros irritantibus, miris modis vexarentur, vt in Actis Apostolicis scribitur non vno loco.

Οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι τὸ καλὸν ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς; 7 Nónne blasphemant præclarum illud nomen à quo estis cognominati? 7 Nónne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super vos?

Num.20.17. & 21.22

4 Conclusio, Charitati quam præscribit Deus cum illa personarum acceptione conuenire non posse, quum via regia sit incedendum.

Εἰ μέντοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν, κατὰ τὴν γραφήν, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν, καλῶς ποιεῖτε· 8 4 Quod si Legem regiam præstatis secundum Scripturam, Diliges proximum tuũ vt teipsum, benè facitis: 8 Si tamen Legem perficitis regalem secundum Scripturã, Diliges proximum tuum sicut teipsum, benè facitis:

Εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου ὡς παραβάται. 9 Sin verò personam respicitis, peccatum committitis, & redarguimini à Lege vt transgressores. 9 Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à Lege quasi transgressores,

5 Nouum argumentum ad eiusdem conclusionis probationem, Non diligit proximos ab iis qui alios negligunt, certos quosdam ambitiosè colunt: quoniam non obedit Deo qui ei mandatum rescindit quod minus fuerit ipsi commodum. imò reus meritò censetur violatæ Legis in genere, etiamsi cætera obseruarit.

Ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνί, γέγονε πάντων ἔνοχος. 10 5 Quisquis enim totam Legem obseruauerit, impegerit autem in vno, damnas factus est omnium. 10 Quicunque autem totam Legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.

Ὁ γὰρ εἰπών, Μὴ μοιχεύσῃς, εἶπε καί, Μὴ φονεύσῃς. εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δέ, γέγονας παραβάτης νόμου. 11 6 Nam qui dixit, Ne mœcheris, dixit etiam, Ne occidas. Quòd si non fueris mœchatus, occideris autem, factus es transgressor Legis. 11 Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit & Non occides. Quòd si non mœchaberis, occidas autem, factus es transgressor Legis.

Οὕτω λαλεῖτε καὶ οὕτω ποιεῖτε ὡς διὰ νόμου ἐλευθερίας μέλλοντες κρίνεσθαι. 12 7 Ita loquimini & ita facite, vt per legem libertatis iudicandi. 12 Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari.

Ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος· καὶ κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. 13 Nam condemnatio absq. misericordia est ei qui non præstiterit misericordiam: & gloriatur misericordia aduersus damnationem. 13 Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium.

6 Probatio, Quia vnus & idem est Legislator, & corpus Legis indiuiduum.

Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν 14 8 Quæ vtilitas, fratres mei, si 14 Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se

7 Conclusio totius tractationis, ea conditione nos esse liberatos à Legis maledictione per Dei clementiam, vt vicissim teneamur mutuam beneficentiam fouere: & qui secus fecerit, gratiam Dei non sensurum.

8 Quintus locus cum superiore tractatu optimè cohærens, de vera seu viua fide, cuius loci propositio est fidem quæ opera non edat, non esse fidem illam qua iustificamur, sed fidei simulacrum, siue per fidem non esse iustificatos qui fidei effecta non demonstrant.

---

7 *A quo estis cognominati?* τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς; Vulg. & Eras. ad verbum, *Quod inuocatum est super vos.* Est autem Hebraica prorsus dicendi formula, vt quum dicitur Patris nomen super filios inuocari, Gen.48.16, & mariti super vxorem, vt Esa.4.1.

8 *Quod si,* εἰ μέντοι. Vel, vt Vulg. *Si tamen.* Cæterùm vlcus attingit. Poterant enim isti prætexere se hoc officij præstare quantumuis indignis. Atqui, inquit Iacobus, Lex est regia, id est, sine vllis diuerticulis, & quasi viæ regiæ instar omnibus patens, omnes proximi nomine comprehendens quos officio tuo iuuare possis. Qui fit ergo vt diuitem ita excipias, pauperem aspernéris? Nam hic certè meliore etiam ratione possit proximus videri, nedum vt illi diuitem anteponas. Hoccine verò est via regia incedere? Assentior igitur doctissimo interpreti, qui Legem regiam perinde ac viam regiam dici existimat, prouerbiali quadam loquendi formula. Viam autem regiam dicit Moses, Num.21.22. דרך המלך [derech hammelech,] quam vulgò etiam vocamus *le grand chemin*, quæ obliquis viarum diuerticulis opponitur. Syrus interpres βασιλικὸν accipit pro τοῦ Θεοῦ, id est, *Dei*, qui per antonomasiam Rex vocetur, ac proinde à cuius vt [illegible] mandatis deflectere nullo modo liceat: cui viæ Dei, id est, eius Legis obseruationi opponitur [illegible] quasi via non à Deo posita, sed ab hominibus peruersè [illegible] excogitata.

10 *Offendit,* πταίσει. Quid igitur? an peccata paria sunt, vt æquè reus est qui vnum caput violauit, atque is qui singula? Minimè verò: sed etiamsi vnum apicem Legis transgrediaris, etsi non Totum Legis, tamen Totam Legem transgressus es, violata videlicet Legislatoris maiestate, quamuis non pari crimine teneantur omnes qui Legẽ violant. Vbi igitur partialis illa iustitia quam stabilire volunt sophistæ? Sed quorsum hæc Iacobus? nempe vt istorum detegat hypocrisin qui ex Legis præceptis seligebant quod libuisset, & præclarè sibi videbantur hoc modo Legem præstare: vt si Iudex ex tribus coniunctis adulteris duos puniens, vnum absoluens, aut adulterum quidem puniens, sed homicidæ parcens, putaret se officio suo egregiè defunctum.

12 *Per legem libertatis,* διὰ νόμου ἐλευθερίας. De lege libertatis diximus suprà 1.25. Additum autem est hoc epitheton admodũ appositè. Quùm enim per Filium liberati simus, multo meliore iure à nobis requiret Dominus iustitiæ fructus, quàm ab iis qui sub Legis peccati tyrannide manserunt: quanuis & isti meritò per Legem cordib. suis inscriptam dãnentur, vt dictum est Ro.2.12. Id autem ita futurum apparet etiam ex iudicij formula quæ præscripta est Mat. 25, & ex eo quod sæpe reperitur, fore vt vnusquisq; ex operibus suis iudicetur, minimè id quidem quasi meritis sanctorum quæ nulla sunt apud Deum, salus rependatur, quæ vni in Christo gratiæ per fidem apprehensæ accepta fertur: sed quia ex fide adiudicabitur salus, de fide iudicabitur ex ipsius effectis. Itaque hæc causa est cur nunc Iacobus in hanc disputationem ingrediatur, vt veram fidem à falsa distinguat.

13 *Misericordiam,* ἔλεος. i. Qui durus & asper aduersus proximum fuerit, aut etiam qui non eum iuuerit, is durum quoque ac seuerum iudicem Deum experietur, vt Mat.25.42, & deinceps. Itẽ 6.15. ¶ *Et gloriatur misericordia aduersus damnationem,* καὶ κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. Poscit, opinor, oppositio superioris membri, vt misericordiam erga proximũ hîc quoque consideremus. Sicut ergo dixit fore vt absque misericordia damnentur qui misericordes non fuerint, ita nunc dicit misericordes non modò non reformidaturos dãnationem, sed etiam illi quodámmodo insultaturos. Quinam id verò? quia nimirũ erga misericordes erit Deus misericors, vt Mat.5.7, & 25.37. Id autem etiam ostendit ipsa antithesis. Nã si absque misericordia dãnabuntur non misericordes, & ex misericordia absoluentur misericordes: hinc cõsequitur nõ aduersus ipsum iudicẽ habituros misericordes de quo glorientur, sed de quo gratias agant, vt Mat.25.37, Ro.4.2. verum aduersus mortem, peccatũ, diabolũ. Hæc enim est damnatio cui insultabunt ij quorũ fides ex charitatis officijs corã Deo emicabit, vt Ro.8.31.33.34, & 1.Cor.15.55. Syrus interpr. legit κατακαυχᾶσθε, *Gloriemini,* siue *Extollimini,* quod non video quinã cohæreat. nisi addatur particula δὲ, & hoc accipiatur hortandi modo.

14 *Quæ vtilitas,* τί τὸ ὄφελος. Quia non alium locum fortius vrgent sophistæ, vt gratiam Dei euertant, adeo quidem vt à nonnullis ob eam causam hæc epistola prorsus repudietur,

dietur, tanquam sanæ doctrinæ repugnet: conabor & ego paucis hunc locum illustrare, vt eum neque pro sophistis facere, neque quicquam à sana ac vera gratuitæ iustificationis doctrina alienum continere, liquidò appareat. Spectandus est igitur in primis Apostoli scopus. Disseruerat aduersus eos qui videri volunt sanctè viuere, quum tamen sint προσωπολῆπται, & falsam sanctimoniæ laruam iis detraxit. Nunc aliud hominum genus aggreditur, eorum nimirum qui notitiam doctrinæ Euangelicæ induentes Fidei nomine, ita in ea re acquiescunt, acsi propterea essent omnium hominum iustissimi: quum interim tota ipsorum vita sceleribus scateat, nedum vt charitatem exerceant. Hunc, inquam, esse Apostoli scopum ita manifestum est vt ne sophistas quidem ipsos hoc inficiaturos existimem. Nunc consideremus quomodo aduersus istiusmodi homines fuerit disputandum. Paulus ad Romanos præsertim & ad Galatas scribens, in eo totus est vt nos doceat, fide absque operibus, siue in Christo, gratis iustificari. Quamobrem? quia nimirum cum iis contendebat qui merita sua, vel pro gratia substituebant, vel cum gratia coniungebant. Oportuit ergo in primis disputare de iustificationis ratione, quum ipsi falsas causas pro vera substituerent. Aduersus istos autẽ sicut contraria prorsus est controuersia, ita etiam contrario prorsus ordine disputandum fuisse res ipsa ostendit. Nam illi operum iustificationem stabiliebant, isti non operum modò iustificationem, sed ipsa etiam opera tollebant. Sicut ergo aduersus illos ita defenditur gratuita iustificatio ex fide, vt opera ipsa bona non tollantur, sed iustificandi vis illis detrahatur ita hoc in loco quis non videt cõtraria prorsus ratione opera ita stabilienda fuisse, non vt iustificandi vis illis tribueretur: sed vt vera iustificatio ex illis tanquam effectis colligeretur? Dicam planius. Illic de causa quæstio est: hîc verò de effectis. Illic à causa ad effecta descenditur: hîc ab effectis descenditur ad causam. Illic quæritur quomodo iustificemur: hîc quomodo iustificati fuisse intelligamur. Illic excluduntur opera, tanquam iustificationis causa: hîc stabiliuntur tanquam iustificationis effecta. Illic negantur opera præcedere iustificandos: hîc dicuntur iustificatos consequi. Quorsum enim aduersum istos probaret nos non iustificari operibus, qui opera ne vt testimonia quidem iustitiæ requirebant, nedum vt plus illis quàm par esset tribuerent? Hæc quum ita sese habeant, quis non videt quàm miserè hallucinentur sophistæ quum perinde Iacobum conantur cum Paulo cõciliare acsi vterque de causis iustificationis quæreret? Hinc peruersa illa distinctio operum moralium & cæremonialium: quasi hæc duntaxat excludantur apud Paulum, quam tamen explicationem August. lib. De spiritu & litera disertè refutauit. Hinc ergo ad aliam distinctionem peruentum est, operum præcedentium fidem & consequentium, quasi illa tantùm excludat Paulus, & quidem non simpliciter, sed certo duntaxat respectu, quum & ipsa sint (vt aiunt) præparatoria merita ex congruo. Hinc deformis illa distinctio fidei formatæ & informis, in quo etiam produnt quàm acuti sint dialectici, qui qualitatem faciant alterius qualitatis formam. Hinc illa non modò falsa sed etiam ridicula explicatio verbi Iustificari, quasi fide iustificari sine operibus, idem declaret atque fide absque operum præcedentium meritis, aptum fieri ad merendum vitam æternam, ex gratiæ & liberi arbitrij concursu. Neque verò id mirum est accidisse, quum disputationis scopum non tenerent. Hactenus igitur de scopo: nunc de tractatione dicamus, in qua & ipsa non minus infeliciter sunt versati. Ac primùm quidem ipsorum errores indicabimus, deinde germanam explicationem aperiemus. Possunt autem hi errores ad tria præcipua capita reuocari. Nam neque quid sit Fides hoc in loco, neque quid sit Iustificari neque etiam quomodo æstimandum sit Operum nomen intelligũt quia quid illud sit de quo quæritur ignorant. Fidem igitur vtrobique, id est tum apud Paulum tum apud Iacobum, putant eandem designari, nempe qua credimus Deum esse, addo etiam, Christum esse Dei Filium, & vera esse quæ in vtroque fœdere sunt præscripta. Atqui si hoc illud est quod Paulus fidem vocat, quid impedit quominus ipse quoque diabolus possit fidelis dici? Nec enim potest fidelis nomen illi detrahi qui hanc fidem habeat, præsertim quum isti affirment fidem sine charitate esse posse. Quid verò? quo iure infideles dicentur quicunq. hanc fidem habuerint etiamsi omnibus sceleribus sint coopertis? Præterea veram fidem esse Spiritus sancti donum aduentitium an audebunt inficiari? Tribuatur ergo Spiritus sancti gratia ipsis etiam diabolis, aut, quum ista falsissima sint ac blasphema, multò aliam esse fidem fateamur, à qua soli filij Dei fideles nominantur, (quam suprà 1.6. requisi dixit idem noster Iacobus in iis qui citè precantur, & cui vni Paulus iustificationem ac sanctificationem, vt instrumentali causæ, tribuit) ab ea quæ mox ipsis etiam diabolis conceditur. Venio ad alterum errorem. Iustificari putant idem declarare atque inhærente qualitate aliqua iustum fieri, ideóque iustificationem volunt ab operibus manare. Atqui nos paulo antè manifestis argumentis probauimus non quæri hoc in loco quo iustificemur, (hoc enim non Iacobus tractat, sed Paulus) sed quis verè possit iustificatus agnosci, isne qui nudã illã fidẽ iactat, an verò qui ex operib. fidem suam potest demonstrare. Deinde vt de imputata quoq. iustitia dicam, is hoc loco, quis vnquã existimasset ita posse ineptire homines, vt dicerent bonos fructus efficere vt bona sit arbor, ac non potius bonam prius arborem esse oportere quàm bonos fructus edat? Hoc enim certè non minus absurdum est ac ineptum, quàm si quis causam ab effectis gigni existimaret. Superest tertius error in operum vocabulo explicando, qui quidẽ est ex primo procreatus. Nam quia fidem illam de qua Paulus disserit, putarunt hoc in loco comparari cum operibus, huc etiam sunt impulsi, vt opera per se considerari existimarent. Atqui si ita esset, id est, si fides illa, qua iustificamur, posset à charitate separari, nemo non videt quàm infirmum esset argumentum à fide ad charitatem probandam, vel à regnante peccato ad tollendam fidem sumptum: quum tamen hoc vtroque nihil frequentius passim occurrat. Stat enim illud firmum, mendacem esse eum qui dicat se Deum nosse, nec seruat ipsius præcepta, 1.Ioann.2.4. Deinde refutato primo errore, concidat etiam iste necesse est. Quòd si neque quid sit in hoc argumento fides, neque quid sit Iustificari, neque quomodo considerentur Opera, isti norunt, quomodo, quæso, de re tota indicabunt qui nullam ipsius partem tenent? *Age igitur, tandem ad germanam huius loci explicationem veniamus: quam quidem nos perspicuitatis causa παραφραστικῶς explicabimus. Nitebantur isti falsa illa fidei specie, id est, notitia Dei. Hãc illis oportuit ostendi veram fidem non esse, sed mortuum simulacrum. Sed illam tamen Iacobus per concessionem (ne de verbis litigare videatur) fidem vocat. Versu 14, Esto (inquit) fidem illam habeatis quam vos habere dicitis: quid aliud est quàm res inutilis? Versu 15. 16, Hoc illustrans adhibita comparatione, Siquis (inquit) famelico dixerit, Satur esto, nec interim quicquam illi suppeditarit, quis veram hanc esse liberalitatem dixerit? Versu 17, Ita si Dei notitiam vos habere gloriemini, (quam fidem vocatis) nec interim eam ad vsum accommodetis, non erit hæc fides propriè, sed fidei simulacrum vt si corpus exanime Hominem dicas. Vers. 18, Quid ergo? nempe fides ea demum est quam ex operib. possis ostendere. Vers. 19. Deinde ad argumenta accedens, inquit, Si illud quod fidem vocas, fides esset, quid impediret diabolum quominus & ipse fidelis esset? Nam credit istud diabolus, quod tu fidem vocas: nec tamen confidit, sed contremescit. Ergo fides quam iactas, vera fides nõ est, nec qua securè niti possis. Versu 20, Vis autem hoc amplius cognoscere? Versu 21, Confer fidem illam quam iactas, cum Abrahami exemplari. Neque enim dubium est quin hic veram fidem habuerit. Quid igitur ille? nónne Isaacum obtulit? Versu 22, Itaque non habuit fidem quam opera non consequerentur: sed illum verè per fidem iustificatum fuisse res ipsa ostendit, quùm opus ederet iustitiæ. Ex eo igitur quòd factis ostendit fidem, liquidò apparuit non mortuam, sed viuam & suis numeris absolutam fidem ipsius fuisse. Versu 23, Túmque plenè patefactum est quàm meritò scriptum esset de eo quòd Deo crediderit, idque ei imputatum fuisse ad Iustitiam. Versu 24, Inde efficitur, verè iustificatum esse, non eum qui fidem illam habeat quam iactatis, sed eam quæ ex effectis ostendi possit. Versu 25, Aliud exemplum quæritis? nam istud fortasse vos deterret. Sumamus meretricem illam Rahab, cui vos pudebit impares fieri. Illa nónne reipsa ostendit se lõgè aliam fidem habere quàm mortuam illam, eum dæmonibus ipsis communem? Nam Dei gloriam & proximi charitatem vitæ suæ anteposuit, seruatis & emissis Dei speculatoribus. Versu 26, Concludamus igitur fidem illam vestram quasi cadaueris instar esse: itaque non esse quòd vos illius titulo superbiatis, quasi per eam iustificati. Viua enim est, non mortua fides illa quæ in iustificatorum factis elucet. Hæc est, amice lector, huius loci minimè coacta, vt vides, sed sincera & cum reliquis Prophetarum & Apostolorum scriptis consentiens explicatio. Arbor bona, inquit Dominus, fructus bonos facit. Qui filij Dei sunt, inquit Paulus, Spiritu Dei aguntur. Iustus est qui facit iustitiam, inquit Ioannes. Item, In hoc cognoscimus quòd eum nouimus si

*Paraphrastica expositio huius loci per versiculos distincta.

ipsa illius abstinemus. Item, Qui dicit se in luce esse, & fratrem odit, in tenebris est vsque adhuc. Ex his autem efficitur fidem, aduersus quam contendit Iacobus, per concessionem dumtaxat hoc nomine vestiri, vtpote quæ dæmonibus etiam sit communis. Item, iustificari hoc in loco non significare iustum fieri, sed iustificatum declarari: de qua significatione diximus Rom. 3. 4, & 20, & 1. Timot. cap. 3. versu 16. Postremò, opera non considerari per se, sed quatenus vera illa fide coniuncta, ex qua tanquam bonæ arboris boni fructus exoriuntur. Quamobrem tantum abest vt hæc epistola Pauli doctrinæ repugnet, vt contrà nec meliore nec certiore argumento possit confirmari.

15 Ἐὰν δὲ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσι, καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς,

16 Εἴπῃ δέ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν, Ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, θερμαίνεσθε καὶ χορτάζεσθε· μὴ δῶτε δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος, τί τὸ ὄφελος;

17 Οὕτω καὶ ἡ πίστις, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ, νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν.

18 Ἀλλ' ἐρεῖ τις, Σὺ πίστιν ἔχεις, κἀγὼ ἔργα ἔχω· δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου χωρὶς τῶν ἔργων σου, κἀγὼ δείξω σοι ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν μου.

19 Σὺ πιστεύεις ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι. καλῶς ποιεῖς. καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι, καὶ φρίσσουσι.

20 Θέλεις δὲ γνῶναι, ὦ ἄνθρωπε κενὲ, ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν;

21 Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον;

22 Βλέπεις ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη;

15 9 Quòd si frater aut soror nudi fuerint, & destituti quotidiano victu;

16 Dicat autem eis aliquis vestrum, Abite cum pace, calescite & saturamini: non tamen dederitis eis quæ sunt commoda corpori, quæ *erit* vtilitas?

17 Ita quoque fides, si opera nō habeat, mortua est per se.

18 Quinimo dicet aliquis, Tu fidem habes, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuā absque operibus tuis, & ego ostendam tibi ex operibus meis fidem meam.

19 10 Tu credis Deum vnum esse: bene facis: dæmonia quoque *istud* credunt, sed horrescunt.

20 11 Vis autem nosse homo vane, fidem *quæ est* absque operibus mortuam esse?

21 Abrahamus pater ille noster nónne ex operibus iustificatus est, quum obtulisset Isaac filium suū super altare?

22 Vides fidem administram fuisse operum ipsius, & ex operibus fidem ad finem perductam fuisse?

15 *Si autem frater aut soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano:*

16 *Dicat autem aliquis ex vobis illis, Ite in pace, calefacimini & saturamini; non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?*

17 *Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.*

18 *Sed dicet quis, Tu fidē habes, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.*

19 *Tu credis quoniam vnus est Deus: bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt.*

20 *Vis autem scire, ô homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est?*

21 *Abraham pater noster nónne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare?*

22 *Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est?*

9 Prima ratio à simili, Siquis famelico diceret, Satur esto, nec interea quicquam subministret, non erit hæc vera charitas: ita siquis dixerit se credere, & nullam edat fidei opera, non erit vera hæc fides, sed mortuum quoddam fidei nomine ornatum, de quo nō est cur quisquā glorietur, nisi velit manifestè redargui, quum ex effectis intelligatur causa.
10 Altera ratio ab absurdo, Si eiusmodi fides esset vera illa fides qua iustificamur, diaboli essent iustificati, vt qui illā habeant. Atqui nihilominus cohorrescunt. non sunt igitur iustificati, nec fides illa vera est fides.
11 Tertia ratio ab exemplo Abrahami, quem nō dubium est vera fide fuisse præditum. Is vero filium suum offerens, ea fide se præditum demonstrauit quæ minimè esset operum inanis, ac proinde verum sibi fuisse præbitum testimonium, quum diceretur fides ei ad iustitiam fuisse imputata.

18 *Quinimo dicet aliquis*, ἀλλ' ἐρεῖ τις. Id est, Imò etiam sic cuiuis licebit tuam arrogantiam retundere. Deinde quod sequitur, Σὺ πίστιν ἔχεις, *tu fidem habes*, ironicè dictū est. neque enim fidei nomen huic notitiæ nisi per concessionē tribuitur. Vulgata, *Sed dicet quis*. Erasmus, *Sed dicet aliquis*: quasi videlicet quædam sit obiectio: sed hoc non potest quadrare. ¶ *Ostende*, δεῖξον. Vides considerari opera cum fide coniuncta non autem seorsim compararit opera, inquam, cum vera fide coniuncta, illi cadaueri viuæ fidei opponi? ¶ *Absque*, χωρίς. Recepta & vsitata scriptura est ἐκ τῶν ἔργων σου, quæ sententiam gignit admodum frigidam & ieiunam, nisi ἐκ interpretemur pro sine, igitur. Itaque sequutus & Syri interpretis & Latinæ Vulgatæ versionis auctoritatem, & Parisiensem Colinæi editionem Græcam, pro ἐκ reposui χωρὶς, vt sit hæc huius loci sententia, Tu fidem nullis operibus probatam iactas. Ego opera profero. Tu igitur ostende mihi quibus argumentis probari possit illa tua fides operum testimonio carens. Nam quod ad me pertinet, facile mihi fuerit fidem meam ex operibus meis ostendere.

19 *Deum vnum esse*, ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι. Si roges quid amplius credat qui verè est fidelis, vide Rom. 1. 7. ¶ [*Istud*] *credunt*, [illud], nempe Deum vnum esse: ideo inserui pronomen hoc, aduersus falsissimam eorum sophisticen, qui hoc referunt ad id fidei genus quod in gratuitam in Christo salutis promissionem fertur, quæ solis electis est peculiaris, & nunquam à sanctificationis beneficio siue à bonis operibus separatur.

20 [*Quæ est*] *absque operibus*, χωρὶς ἔργων, i. ἡ χωρὶς ἔργων, quā ellipsin plurimis antè locis obseruaui vt Mat. 5. 22, Ioan. 5. 36, 1. Ioan. 2. 2, & inf. 1. Pet. 1. 7. Itaq. quod multos fefellit, nō cohæret illud est prædicato [illegible], sed cum subiecto ἡ πίστις. Aliud enim est dicere Fidē, quæ est absque operibus, esse mortuā, & Fidem esse mortuam absque operibus, quasi ab operibus fides vitam seu vigorem sumat: quod non minus ineptum & absurdū est, quàm si dixerimus corpus esse mortuum sine sensu & motu, quasi sensus & motus sint vitę causa. quum contrà dicēdum sit corpus, quod est sine vllo sensu vel motu, esse mortuū, quoniam ex necessariis effectis causa intelligitur, & hęc opera sunt fidei viuæ testimonia & effecta, non autem causæ. Nā quum agitur de vera efficiēte causa aliud statuendū est: ac proinde tam verè dixeris eodē sensu, Corpus mortuum esse absque anima, quàm, Corpus quod est absque anima, esse mortuum.

21 *Iustificatus est*, ἐδικαιώθη. i. compertus est fuisse iustificatus, vt Ro. 3. 4, & 20, & 1. Tim. 3. 16, copiosius exposuimus. & Mat. 6. 15, vbi similis occurrit loquutio. Semper enim tenendus est ille scopus, non hîc quæri de iustificationis causis, sed ex quibus effectis rectè possit colligi. i. quinam intelligi possint verè fuisse iustificati, non autē qua ratione sint iustificati. Idque ita esse apparet etiam tum ex historiæ serie, tum ex ipsis Angeli verbis. Fidem enim Abrahamo imputatam fuisse ad iustitiam, triginta minimùm annis antequam offerretur Isaac, disertè commemoratur Gen. 15. 6. Quum autem Isaacum obtulisset, quid inquit Dominus? nū eum ita esse iustificatum? Minimè, quum triginta antè annis esset iustificatus, idque ex imputatione, non ex operibus, ex quibus non iustificabitur vllus viuens: sed inquit Angelus Domini, Iam cognoui te timere Deum, quia non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Sic ergo liquet hoc opus non fuisse iustificationis Abrahami causam, sed testimonium ac declarationem.

22 *Administram fuisse operum ipsius*, ὅτι συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. i. efficax & strenua fuerit bonorum operū. Vnde enim

illa tanta obedientia nisi ex fide? Hebr. 11. 17. Vulgata, *Cooperabatur operibus illius*. Erasmus, *Adiumento fuerit factis illius* nimium obscurè. ¶ *Et ex operibus fidem perfectam fuisse*, ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη. Hîc verò triumphant aduersarij. Videtis enim (inquiunt) fidem ab operibus perfici? Itaque iustificatio aliqua etiam ex parte ab operibus fidem consequentibus dependet. Atqui, si hoc verum est, quomodo tam multis antè annis pronunciatus fuerit iustus Abraham, non ex debita mercede persoluta, sed ex merè imputata Christi quamuis nondum actu præstita iustitia? Nempe dicent, sicut fides erat imperfecta, ita fuit illa iustificatio imperfecta. Sed quid Paulo facietis qui iustificationem illam Abrahami pro perfecto iustificationis exemplari nobis ad finem vsque seculorum communi proponit? Quid quòd etiam disertè adscribit. Si Abraham ex operibus iustificatus est, eum habere de quo glorietur apud homines, at non apud Deum? Rom. 4. 2. Quid quòd non in eo se iustificatum dicit, quòd nullius sibi sit conscius? 1. Corinth. 4. 4. vt alios penè innumerabiles locos omittam. Quid ergo? Nempe si perfectam fidem intelligas, cui nihil desit, eam sanè nusquam inuenias. Quandiu enim vixit Abraham, circumtulit carnem, ac proinde indiguit illa oratione, Domine, adauge mihi fidem. Hoc igitur ad declarationem quoque pertinet. Fides enim eo perfectior dicitur quo plenius perspecta est ac cognita, & quo efficaciùs vires suas exerit, quæ prius non ita apparebant: vt si dicatur alicuius arboris bonitas tum fuisse perfecta, quum optimum aliquem fructum edidit. Nam quia de causa iudicamus ex effectis, videtur quodammodo causæ vis vel minui vel augeri ex effectorum proportione. Sed hoc ex effectis intelligitur quidem & æstimatur, non autem emanat.

23 Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα, Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη.

24 Ὁρᾶτε τοίνυν ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον;

25 Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους, καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβαλοῦσα;

26 Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι.

Κεφάλαιον γ.

1 Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρῖμα ληψόμεθα.

2 Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνὴρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα.

3 Ἰδοὺ, τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν πρὸς τὸ πείθεσθαι

23 Itaque impleta est Scriptura quę dicit, Credidit autem Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam, & amicus Dei vocatus est.

24 12 Videtis igitur ex operibus iustificari hominem, & non ex fide tantùm?

25 13 Similiter autem etiam Rahaba illa meretrix annon ex operibus iustificata est, quum excepisset nuntios illos, & alia via emisisset?

26 14 Nam sicut corpus absq. spiritu mortuum est, ita & fides illa *quæ est* absque operibus mortua est.

CAP. III.

1 NE estote multi doctores fratres mei, 2 quum sciatis fore vt grauius iudicium auferamus.

2 In multis enim impingimus omnes. 3 Siquis in sermone nō impingit hic perfectus est vir, vt qui possit fræno moderari totū etiam corpus.

3 4 Ecce, equis fræna in ora

23 *Et suppleta est Scriptura dicens, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est.*

24 *Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantùm?*

25 *Similiter autem & Rahab meretrix nónne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, & alia via eijciens?*

26 *Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.*

CAP. III.

1 *Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis.*

2 *In multis enim offendimus omnes. Siquis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens etiam fræno circunducere totum corpus.*

3 *Si autem equis fræna in ora mittimus ad consentiendum*

Eccl. 44. 1. 19. 20 & 25. 11. Gen. 15. 6. rom. 4. 3. gal. 3. 6.

12 Conclusio, Iustificari non qui fide qualicunque sit præditus, sed ea fide quam opera consequantur.
Iosue 2. 1.
13 Quarta ratio à simili exemplo, Rahab meretricis, quæ ex ipsa vera fide se iustificatam esse ex operib. probauit.
14 Conclusio repetita, Non fidem, sed cadauer quoddam esse fidem quæ opera nō edat.
1 Sextus locus, Nequis (quod plerique ambitiosè faciunt) ius rigidæ censuræ in alios sibi vsurpet.
2 Ratio, Quia Dei seueritatē in sese prouocant, qui tam sollicitè & rigidè alios damnant, quum & ipsi rei inueniantur.
3 Septimus locus de frænanda lingua, cum superiore coniunctus, vt constet neminem esse qui meritò culpari non possit, quum vel linguam frænare rarissima sit virtus.
4 Duabus similitudinibus, vna à frænis equorum, altera à nauium gubernaculis sumpta, quanta res recta linguæ moderatione effici possint ostendit.

23 *Itaque impleta est*, καὶ ἐπληρώθη. Imò verò impleta est eo ipso momento quo credidit in præputio, vt disertè colligit Paulus Rom. 4. 10. Quid igitur? an secum dissidet Spiritus sanctus? Absit. imò (vt antè pluribus ostendi) de re ipsa & illius causis agit Paulus: de rei declaratione & approbatione Iacobus. Tum ergo hîc dicitur impleta Scriptura, quum planè perspectum fuit quàm verè illud fuerat de Abrahamo scriptum.

24 *Iustificari*, ὅτι δικαιοῦται. Id est, iustum esse comprobari. Vide suprà, versu 21.

¶ *Ex fide*, ἐκ πίστεως. Ex illa videlicet mortua & euanida quam vos iactatis.

25 *Illa meretrix*, ἡ πόρνη. Vide Hebr. 11. 31. ¶ *Iustificata est*, ἐδικαιώθη. Vide suprà, versu 21.

26 *Fides illa*, ἡ πίστις. Vide suprà, versu 20.

IN CAPVT III.

1 *Multi doctores*, πολλοὶ διδάσκαλοι. Adiecta vox πολλοὶ declarat non damnari ordinem erudiendis hominibus quacunque de re bona agatur, diuinitus institutum, quum paucissimi sint αὐτοδίδακτοι, nec ij semper feliciter docti. Agit ergo de eo morbo qui peruulgatus est in corporis etiā morbis, quo fit vt plures sint etiam medici quàm ægroti. Sic solet quiuis existimare se ad docendum quàm ad discendum aptiorem. Hoc autem præcipuè vitandum est quum de conscientia coram Deo agitur, non modò quod ad doctrinam ipsam, sed vel in primis quū de peculiaribus factis quæritur, in quibus infinitè peccatur, quorum sibi censoris partes arrogante, vt ipse Christus est expertus. Vide Mat. 7 & quod mille locis inculcat Apostolus. Vetat igitur magistros censores. Reprehendit enim vitium illud inter homines nimium peruulgatum. quo fit vt quisque seuerè alios condemnet, sibi verò indulgeat. ¶ *Grauius iudicium auferamus*, μεῖζον κρῖμα ληψόμεθα. Sub. nisi ab ista censoria & arrogantiæ plena reprehensione aliorum destiterimus. tanto enim grauius puniemur quanto seueriores & arrogantiores censores iniqui fuerimus, Mat. 7. 2. Quod autē sese inter illos recenset qui hoc vitio laborant, facit partim docentiū more, ne videatur illis legē indicere cui non sit ipse obstrictus, partim quòd nemo sit ab hoc vitio prorsus immunis. Vul. *Maius iudicium sumitis*. Legit enim λαμβάνετε, contra nostrorum omnium codicum fidem. Eras. *Maius iudicium sumpturi sumus*. Vide Mat. 23. 14. & Rom. 2. 1. & deinceps.

3 *Ecce*, ἰδού. Vulgata, *Si autem*, εἰ δὲ, mendosè pro ἰδοὺ, quem errorem aliquoties iam annotauimus.

αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν.

Ἰδοὺ, καὶ τὰ πλοῖα τηλικαῦτα ὄντα, καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται·

Οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ, καὶ μεγαλαυχεῖ, ἰδοὺ, ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει·

Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας· οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως ἡμῶν, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης.

Πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων, δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ·

Τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι· ἀκατάσχετον κακὸν, μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου.

Ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. Οὐ χρὴ, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι.

Μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν;

immittimus, vt pareāt nobis, & totum corpus eorum circumagimus:

4 Ecce, naues quoque, quum tantæ sint, & à ventis sæuis agitentur, circumaguntur à minimo gubernaculo quocunque impulsus rectoris voluerit:

5 Ita & lingua pusillum membrum est, & sese effert magnificè. 5Ecce, exiguus ignis quātam materiam incendit!

6 Et lingua flāma *est*, & mundus iniustitiæ: ita, *inquam*, lingua constituta est inter membra nostra, maculans totum corpus, inflammans rotā geniture nostræ, & inflammata à gehenna.

7 Omnis enim natura & ferarum & volucrum, serpentiúmque & marinorum, domatur & domita est à natura humana:

8 Linguam autem nullus hominū domare potest: malum *est* quod coercere non possis: plena *est* veneno mortifero.

9 6Per ipsam benedicimus Deo & Patri, & per ipsam execramur homines 7ad similitudinem Dei factos.

10 8Ex eodē ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.

11 Num fons ex eodem foramine fundit dulcem & amarā aquam?

nobis, & omne corpus illorum circumferimus:

4 *Et ecce, naues, quum magna sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit:*

5 *Ita & lingua modicum quidem membrū est, & magna exaltat: Ecce quantus ignis quàm magnam syluam incendit!*

6 *Et lingua, ignis est, vniuersitas iniquitatis: lingua constituitur in mēbris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehēna.*

7 *Omnis enim natura bestiarum & volucrum, & serpentium, & cæterorum, domātur, & domita sunt à natura humana:*

8 *Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero.*

9 *In ipsa benedicimus Deū & Patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem Dei facti sunt.*

10 *Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.*

11 *Nunquid fons de eodē foramine emanat dulcem & amaram aquam?*

5 Ex aduerso quāta in toto orbe terrarum incommoda ex linguæ intēperantia proueniant, declarat, vt eo diligentius omnes illius moderationi incumbant.

6 Inter cætera linguæ vitia, Apostolus potissimùm coarguit maledicentiam in proximùm, præsertim in iis qui nihilominus pij & religiosi videri volunt.

7 Duplici ratione negat Deo posse laudem tribui ab homine maledico: primùm quia homo sit Dei imago, quam qui non reueretur, ne Deum quidem ipsum reueretur. 8 Secundò, Quia non patitur ordo in rerum natura à Deo positus, vt res adeò inter se repugnantes simul constituantur.

4 *Agitentur, ἐλαυνόμενα.* Vulg. *minentur.* Gallicè, *soyent demenees*, quo vocabulo penitus hac significatione obsoleto, Latinus tamen interpres plurimis etiam veteris testamenti locis est immeritò delectatus, & ex veteribus patrib. nōnulli atque adeo [illegible] quadam nonnulli recentiores. ¶*Impulsus rectoris, ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος.* Vulg. & Eras. *Impetus dirigentis:* quod non ita proprium videtur. Neque hic aliud has voce significari quàm studium gubernatoris, huc vel illuc nauem dirigentis prout cuperet secundam nactus tempestatem, [illegible] fluctibus coactus. 5 *Materiam, ὕλην,* id est, struem lignorum. Vulg. *syluam* [illegible] quamuis ex syluis petantur ligna, sed rarum est syluarum incendium. Iacobus autem à rebus quotidianis argumentum mutuatur. ¶*Sese effert, μεγαλαυχεῖ.* Exemplo sit Rapsaces 2. Reg. 18. 26. & Nebucadnezar Esa. 14. 13. Refertur autem hoc verbum ad similitudinem ab equis sumptam vers. 3. comam longè attollentium quum superbè gradiuntur: quod idem Esaias 3. 16. in fœminis Hierosolymitanis expressit [illegible]. 6 *Mundus iniustitiæ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας.* i. congeries & cumulus quidā omnium scelerum. Græcus scholiastes alias etiā interpretationes adfert, sed prorsus violentas. Vulg. *Vniuersitas iniquitatis: lingua constituitur*, &c. Constat ex hac interpretatione distinctio huius loci falsa quum hic interpres non legerit particulam οὕτως: & omnino sic interpungendum hunc locum, *vniuersitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris*, i. lingua collocata est inter mēbra nostra, vt omnis iniquitatis quædam vniuersitas. Sed si credimus Syro interpreti, mutilus est hic locus, sic supplendus, καὶ ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας ὡς ὕλη, *Et mūdus iniustus, siue iniustitiæ plenus, est veluti materia*, quam videlicet velut ignis arreptam inflāmat: quod respondet vtrique superioris similitudinis membro. Nolim tamen quicquam immutare contra receptam lectionem & omnium Græcorum codicum fidem, quos quidem inspexerim. ¶*Rotam genituræ nostræ, τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως ἡμῶν.* i. curriculum vitæ nascentibus nobis præscriptum. Sed & γένεσιν interpretari possimus [illegible], i. spatium quo existimus siue in hac vita subsistimus, Isidoro Pelusiota pro τῇ γενέσει, legente τῆς ζωῆς lib. 2. epist. 158. Rotam verò potius quàm curriculum aut circumuolutionem dicere malui, quòd Iacobus sic mihi videatur alludere ad rapiditatē circumactæ rotæ suo motu flammam concipientis. Participium autem ἡμῶν, *nostra*, cuius prætermissio hunc locum obscurauit, restitui in Græco etiam contextu, partim Græci vnius codicis, partim Syri interpretis, Latinæ deniq; vulgatæ interpretationis auctoritate fretus. Syrus tamen interpres, vsus periphrasi, per γένεσιν intelligit sobolis propagationem in orbem redeuntem, vt qui sic hunc locū verterit, *& inflammat productionem generationum nostrarum, quæ currunt sicut rota.* quam explicationem vt subtiliorem non probo. ¶*Inflammata, φλογιζομένη.* Syrus interpres hoc accipit pro denuntiatione æterni exitij istos linguæ abusu secuturi: ac videtur etiam legisse φλογισθησομένη, *inflammanda*, vt qui hunc locum sic interpretetur *ac ardebit etiam ipsa in igne*, expuncto nomine *Gehennæ*. 9 *Deo & Patri, τὸν Θεὸν καὶ πατέρα.* Vide supra 1. 27.

Μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ.

Τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πραΰτητι σοφίας.

Εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε καὶ ἐριθείαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας.

Οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχικὴ, δαιμονιώδης.

Ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα.

Ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος.

Καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης ἐν εἰρήνῃ σπείρεται τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην.

Κεφάλαιον δ.

Πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑ-

12 Num potest, fratres mei, ficus oleas edere, aut vitis ficus? ita fons salsam & dulcem aquam edere.

13 9Quis sapiens & scientia præditus *est* inter vos? demonstret ex bona conuersatione opera sua, cum lenitate sapientiæ.

14 Quòd si inuidiam amaram habetis, & irritationem in corde vestro, ne gloriamini, & ne mendaces estote aduersus veritatem.

15 Non est *enim* ista sapientia supernè descēdens, sed terrestris, animalis, dæmoniaca.

16 Vbi enim inuidia est & rixa, ibi inquieta vita & omne opus prauum.

17 Quæ autem supernè *est* sapientia, primum quidem pura est, deinde pacifica, æqua, obsequens, plena misericordiæ & fructuum bonorum, absque disceptatione, & minimè simulata,

18 10 Fructus autem iustitiæ seritur cum pace iis qui dant operam paci.

CAP. IIII.

1 Vnde bella & pugnæ inter vos? nónne hinc, *nimirū*

12 *Nunquid potest, fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? sic neque salsa dulcem potest facere aquam.*

13 *Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.*

14 *Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse, aduersus veritatem.*

15 *Non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica.*

16 *Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum.*

17 *Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.*

18 *Fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem.*

CA. IIII

1 *Vnde bella & lites in vobis? nōne hinc, ex*

9 Octauus locus cum superiore cohærens, de animi lenitate retinenda, cui opponitur inuidia & animi irritabilis. Ostendit autē initio præcipuum istorum malorum fontem, nēpe falsam sapientiæ persuasionem, quum tamen sit vera sapientia nisi quæ cœlestis est, & ad omne veræ moderationis ac simplicitatis genus animos nostros format.

10 Quoniam sibi persuasit mundus miseros esse qui pacificam & simplicem vitam colant, pronūtiat ex aduerso Apostolus, tandē eos collecturos pacificæ iustitiæ messem. 1 Progrediens in eodem argumento alias bellorum & litium causas ab effectis damnat, nempè immodicas cupiditates, quas Dominus meritò frustratur, vt nihil aliud quàm insanabiles cruciatus adferant iis quibus insunt.

12 *Oleas, ἐλαίας.* Vulgata, *Vuas*, fortassis negligenter pro *oliuas*, vel loco de industria deprauato, vt esset [illegible] similitudo ficus & vitis. ¶*Neque salsa, οὐδὲ ἁλυκόν.* subaudito ὕδωρ, vt quum Latinè *Calidam* vel *Frigidam* dicimus, vel [illegible] repetito, quum mox exprimatur. Huic scripturæ fauet Veteris Latini interpretis auctoritas: & ipsa sententia postulat vt sic legamus. Quod enim in nonnullis codicibus Latinis legitur *Salsam* omnino mendosè scriptum arbitror. Cur enim repeteretur quod superiore versiculo dixerat? quod tamen factum fuerit, si vt in Græcis codicibus nunc scribitur, legamus, οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, id est, *Nullus fons salsam & dulcem aquam edere*. Deinde non respondet istud præcedenti duplici similitudini ficus & vitis. Syrus pro ποιῆσαι habet ποιεῖ, & ὕδωρ priore loco collocauit; vt omnino videatur legisse οὕτως οὐδὲ ἁλυκὸν ὕδωρ ποιεῖ γλυκύ, *ita neque aqua salsa fieri dulcis*. Puto igitur vel initio scriptum fuisse οὕτως οὐδὲ ἁλυκὸν, sub. πηγὴ ex præcedente versiculo, *ita neque fons salsus*, γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, *dulcem aquā edere*: vel τὸ ἁλυκὸν glossema [illegible] sic in ipsum contextum irrepsisse vt tamen manente ἁλυκὸν, ex eo factum fuerit [illegible]. Nolui tamē in Græcis contra codicum omnium fidem ex sola quantumuis probabili coniectura vel apicem mutare. 13 *Et scientia præditus, καὶ ἐπιστήμων.* Vulgata, *Et disciplinatus*, barbarè. Quidam codices pro καὶ [illegible] legunt [illegible], *siquis sapiens*. ¶*Cum lenitate sapientiæ, ἐν πραΰτητι σοφίας.* Hoc opponit arrogantibus illis & temerariis iudiciis. Est autem Hebraica hypallage pro [illegible] id est leni placida ac moderata, cui opponitur arrogātia, ferum & agreste ingenium, quale superioribus versibus descriptum. De hoc autem Hebræorū idiotismo, vide Eph. 1. 14. & Act. 5. 20. 15 *Animalis, ψυχική.* Vide 1. Cor 14. ¶*Dæmoniaca, δαιμονιώδης.* Vulgata, *diabolica*. Sed illud generale est, istud singulare. Nec enim quiuis dæmon sed dæmonum princeps solet in his libris Diabolus vocari: quanquam si rem ipsam spectes, eadem sit Angelorum Satanæ, quæ & ipsius Satanæ natura, & idem omnium illorum impurorum spirituum ad nocendum studium. 16 *Inuidia, ζῆλος*, id est, φθόνος. Vulgata, *Zelus*: nimium obscurè. Eras. *Aemulatio*, non satis expressè. Vide Ioan. 2. 17. ¶*Inquieta vita, ἀκαταστασία.* Id est, [illegible]. Vulgata, *Inconstantia*, non satis appositè. 17 *Aequa, ἐπιεικής.* Vide 1. Timot. 3. Huic opponitur rigidum quiddam & [illegible], qualis est [illegible], qui morositate sua faciunt vt nemo ex ipsorum sapientia fructum percipiat. ¶*Obsequens, εὐπειθής.* Hoc ex illo consequitur, & opponitur τῇ αὐθαδείᾳ. Vulgata, barbarè, *suadibilem* vertit. ¶*Misericordia & fructuum bonorum, ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν.* Misericordiam opponit inhumano & fero ingenio. Fructus autem bonos tribuit cœlesti sapientiæ, quòd qui ea sit imbutus omnia referat ad Dei gloriam & proximi commodum, qui verè sunt boni fructus. ¶*Absque disceptatione, ἀδιάκριτος.* [illegible], & alias cogitationes quæ animum seducunt velut in auia, quominus simpliciter Dei voluntati, Abrahami exemplo, promptè & alacriter obsequatur, de quo [illegible] supra. Alioqui discernendi sunt Spiritus 1. Cor. 12. 10. & sensus habere nos oportet ad boni & mali discrimen exercitatos, Hebr. 5. 14. & Ministris primis oportet sermonē Dei [illegible], quod sine discretionis Spiritu fieri nō potest. Vulgata, *Non iudicans*. In vno codice legimus, [illegible], *probè discernens*, vel, *diiudicans*. 18 *Fructus autem iustitiæ, καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης.* Hoc ego existimo sic accipiendum, vt promissionem, qua omnes ad cœlestē illam sapientiam pacis ac ædificationis genitricem ac gubernatricem exhortetur. Illos enim dum pacem colunt, serere sibiipsis fructū iustitiæ, id est, sincera ac honesta vita dignum quem cum pace (id est, felices ac beati) metant, Matt. 5. 9. Alludit autem ad locum Psal. 97. 11. vbi Lucis & Lætitiæ nomine idem declaratur atque hoc loco Pacis vocabulo. Sed sationis appellatione declaratur pacis messem non statim emergere, & à Deo expectandam.

μῶν τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν;

2 Ἐπιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε· φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν· μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε, οὐκ ἔχετε δέ, διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς.

3 Αἰτεῖτε, καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε.

4 Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου, ἔχθρα τοῦ Θεοῦ ἐστιν; ὃς ἂν οὖν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται.

5 Ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει, Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν;

6 Μείζονα δὲ δίδωσι χάριν, διὸ λέγει, Ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

7 Ὑποτάγητε οὖν τῷ Θεῷ, ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν.

ex voluptatibus vestris, quæ militant in membris vestris?

2 Concupiscitis, & non habetis: inuidetis & ardēter affectatis, nec potestis adipisci: pugnatis & bellatis, nec obtinetis, propterea quòd non petitis.

3 Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis, vt in voluptates vestras insumatis.

4 3 Adulteri & adulteræ, nescitis amicitiam mundi, inimicitiā esse aduersus Deum? Quicunque ergo voluerit amicus esse mundi, inimicus Dei constituitur.

5 4 An putatis Scripturā inaniter dicere, Ad inuidiam fertur spiritus qui sedem posuit in nobis?

6 Sed maiorem offert gratiam quia dicit, Deus superbis obsistit, summissis autem dat gratiam.

7 5 Subiicite igitur vos Deo, obsistite diabolo, & fugiet à vobis.

concupiscentiis vestris quæ militant in membris vestris?

2 *Concupiscitis, & non habetis: occiditis & zelatis, & non potestis adipisci: litigatis & belligeratis, & non habetis, propter quòd non postulatis.*

3 *Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis.*

4 *Adulteri & adulteræ, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei? quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.*

5 *An putatis quia inaniter Scriptura dicat, Ad inuidiā concupiscit spiritus qui habitat in vobis?*

6 *Maiorem autem dat gratiam: propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

7 *Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet à vobis.*

2 Eos nomina [illegible]

3 Alloquutio, cur eiusmodi [illegible] cupiditates omnino sint damnandæ, quoniam videlicet qui mundo sese addicit, cum Deo diuortium facit, abrupto sacri illius spiritualis coniugij vinculo.
Prou.3.34.
1.Pet.5.6
Eph.4.27

4 Occupatio, Animos quidē nostros spō[nte] in hæc vitia [ruere], sed tanto diligentius esse cauenda [illegible] quum Deus contumaces quidem oppugnet, modestos autem ea gratia donet quæ sit omnibus illis vitiis superior.

5 Conclusio, contrarias virtutes illis vitiis esse opponendas, ac proinde pro eo quòd diaboli suggestionibus obsequamur, Deo subiiciendas esse mentes nostras, & diabolo certa cum spe victoriæ resistendum: denique studendum vt puritate & [sinc]eritate vitæ ad Deum quàm proximè accedamus.

IN CAPVT IIII.

1 *Pugna*, μάχη. Vulgata, *lites*, nimium angustè.

¶ *Militant*, τῶν στρατευομένων. Rectè: perpetua enim est pugna legis membrorum aduersus legem mentis Rom.cap.7.versu 23. tum etiam cupiditates animi acerrimas inter se pugnas cient. Quàm latè verò pateat membrorum appellatio, diximus Rom.6.13.

2 *Inuidetis*, φθονεῖτε. Scio in Græcis cod. legi φονεύετε, quod legit Vulgata & sequitur Syrus interpres. Sed assentior Erasmo, vt qui non videam quînam id conueniat, ne siquidem ad solum occidendi desiderium referatur: quia nimium decresceret oratio. Græcus schol. legit φονεῖτε, quod ego existimo deprauatè scriptum fuisse à librariis pro φθονεῖτε, cuius loco postea scriptum est φονεύετε, quod illud non sit vsitatum. ¶ *Et ardenter affectatis*, καὶ ζηλοῦτε. ζηλοῦν declarat hoc in loco aliquid amplius quàm inuidere, nempe ambitiosum [illegible] expetitæ. Vulgata, *Zelatis*. Erasmus [illegible]. ¶ *Nec obtinetis*, οὐκ [illegible] in quinque manuscr. cod. & apud [illegible] in Latina Vulgata versione legitur. [illegible] obtinere, [illegible] cedunt hi labores [illegible] desideriis orientes, non [illegible] ¶ [illegible] petitis, [illegible] maiorum desideriorum vel co[illegible] Nequaquam [illegible], vt Plato ipse in Alcibiade posteriore agnoscit. Itaque redarguuntur isti non quòd putant quæ petenda non sint, [illegible] erum ex furto à Deo petere, sed quòd tum vi tum fraude [illegible] posse putant huius vitæ commoda, idest, Deo [illegible], quæ sunt à Deo precibus religiosè petenda, ex eius [illegible] benignitate expectanda.

3 *Petitis & non accipitis*, αἰτεῖτε καὶ οὐ λαμβάνετε. Iam conuertit orationem ad eos qui non ita sunt prophani, sed precibus [illegible] & non sicut debent [illegible], neque id quod [illegible] gloriam Dei videlicet & charitatem in proximum spectantes. Itaque nonnulli interrogandi notam adscribunt, vt si diceret Apostolus, Obiicietisne vos petere quidem sed tamen non accipere? nempe id fit quia malè petitis.

4 *Adulteri & adulteræ*, μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες. Græca scholia hoc attexunt præcedenti versiculo, quod non probo. Adulteros autem Iacobus intelligit, Scripturæ more, quicunque Dei amori mundum & suas voluptates anteponunt. Syrus interpres non habet καὶ μοιχαλίδες, *& adulteræ*.

5 *Ad inuidiam fertur*, πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ. Hunc locum simpliciter conuerti vt in Græcis habetur. Nam ἐπιποθεῖν non aliud declarat quàm ἐπιθυμεῖν hoc in loco: pro quo Vulgata, *concupiscit*, ἐπιθυμεῖ, & vno contextu ista leguntur, ita vt hæc non sint Apostoli verba, sed testimonium ex Scripturis sumptum. Respicit autem (vt mihi videtur) quod scriptum est Gen.8.21. nempe יצר לב האדם רע [*ietser leb haadam rah*] id est, imaginatio cordis humani mala. Versatur enim in eo vt causam ostendat cur inter Deum & mundum (id est, homines non regeneratos) numquam conueniat: quia nimirum toto animi impetu feruntur homines ad malum. Sed peculiariter meminit inuidiæ Apostolus, ad scopum suum respiciens: quoniam eius meminit versu 14. & 16. Deinde pro corde hominis, dixit spiritum, qui sedē posuit in nobis. Sic enim lego non ὑμῖν, *vobis*, nimirum vt minus sit acerba reprehensio, quum sese in eodem albo recenseat. Græcus scholiastes nouam distinctionem ostendit, sed mendosam, vt mihi quidem videtur. Illud autem κατῴκησεν, idem declarat atque domicilium posuit.

6 *Sed maiorem offert gratiam, quia dicit*, μείζονα δὲ δίδωσι χάριν, διὸ λέγει. Hanc, inquit, humani ingenij conditionem non frustra vocat Scriptura: sed vicissim maioris cuiusdam boni nobis spem facit, quum inquit videlicet Deum superbis quidem resistere, modestis autem gratia sua opitulari. Frobenius hæc omnia non excudit, διὸ λέγει, ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν, *quia dicit, Deus superbis resistit, modestis autem dat gratiam.* Sed omnino addenda sunt, & in omnibus Græcis exemplaribus nostris inueniuntur.

8 Ἐγγίσατε τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν· καθαρίσατε χεῖρας ἁμαρτωλοί, καὶ ἁγνίσατε καρδίας δίψυχοι.

9 Ταλαιπωρήσατε καὶ πενθήσατε καὶ κλαύσατε. ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μεταστραφήτω, καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν.

10 Ταπεινώθητε ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, καὶ ὑψώσει ὑμᾶς.

11 Μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων, ἀδελφοί. ὁ καταλαλῶν ἀδελφοῦ, καὶ κρίνων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καταλαλεῖ νόμου, καὶ κρίνει νόμον. εἰ δὲ νόμον κρίνεις, οὐκ εἶ ποιητὴς νόμου, ἀλλὰ κριτής.

12 Εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης ὁ δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι· σὺ τίς εἶ ὃς κρίνεις τὸν ἕτερον;

13 Ἄγε νῦν οἱ λέγοντες, Σήμερον ἢ αὔριον πορευσόμεθα εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ ἐμπορευσόμεθα, καὶ κερδήσομεν.

14 Οἵτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον· ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ ἐστιν ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη.

15 Ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς, Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, καὶ ποιήσωμεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο.

16 Νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν· πᾶσα καύχησις τοιαύτη, πονηρά ἐστιν.

17 Εἰδότι οὖν καλὸν ποιεῖν, καὶ μὴ ποιοῦντι, ἁμαρτία αὐτῷ ἐστι.

Κεφάλαιον ε.

1 Ἄγε νῦν οἱ πλούσιοι, κλαύσατε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις

8 Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: emundate manus *vos* peccatores: & purificate corda, *vos* duplices animo.

9 6 Sensu ærumnæ tāgimini, & lugete, & flete. risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.

10 Summittite vos in conspectu Domini, & extollet vos.

11 7 Ne alij aliis obloquimini, fratres. qui obloquitur fratri, quique damnat fratrem suum, obloquitur Legi, & damnat Legem. quòd si damnas Legem, non es obseruator Legis, sed iu[dex].

12 Vnus est Legislator qui potest seruare & perdere: tu quis es qui damnas alium?

13 8 Age nunc qui dicitis, Hodie vel cras proficiscemur in illam vrbem, & agemus ibi annum vnum, & mercabimur, & lucrabimur.

14 Qui ignoratis quid *futurum sit* crastino die. quæ est enim vita vestra? vapor enim est ad exiguum *tempus* apparens, & deinde disparens.

15 Pro eo quod dicere debuistis, Si Dominus voluerit, & viuamus, faciemus hoc aut illud.

16 Nunc autem gloriamini in iactantiis vestris: omnis eiusmodi gloriatio mala est.

17 9 Igitur qui nouerit rectè facere, nec facit, is peccato tenetur.

Cap. V.

1 Age nunc, diuites, flete, eiulantes super ærumnis

8 *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices, animo.*

9 *Miseri estote, & lugete, & plorate. risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.*

10 *Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.*

11 *Nolite detrahere alterutrū fratres. qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suū, detrahit Legi, & iudicat Legem. si autē iudicas Legē: non es factor Legis sed iudex.*

12 *Vnus est Legislator & iudex qui potest perdere & liberare: tu autem quis es qui iudicas proximum?*

13 *Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annū, & mercabimur, & lucrum faciemus.*

14 *Qui ignoratis quid erit in crastino. quæ est enim vita vestra? vapor est enim ad modicū parens, & deinceps exterminabitur.*

15 *Pro eo vt dicatis, Si Dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud.*

16 *Nunc autem exultatis in superbiis vestris. omnis exultatio talis, maligna est.*

17 *Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatū est illi.*

Cap. V.

1 *Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miseriis vestris quæ aduenient*

6 Pergens in eadem oppositorum collatione, profanis illis gaudiis seriam animi cōtritionem, & arrogantiæ sanctam modestiā opponit.
1.Pet.5.6
Rom.14.4
Cor.4.19.

7 Aliud duplex superbiæ malum grauissimè reprehendit: vnum, quum superbi volunt cæteros viuere ex ipsorum arbitrio, ideóq. superciliosè damnant quicquid ipsis non arridet: quod fieri sine graui in vnicum nostrum Legislatorem iniuria non potest. Ita enim eius leges vt non satis diligenter scriptæ culpātur, & sibi arrogant homines quod vnius est Dei quum legem conscientiis imponūt.

8 Alterum vitium, Quum de his vel illis rebus ac negotiis perinde homines confidenter statuūt, acsi aliunde non penderēt singula ipsorū vitæ momēta.

9 Conclusio totius tractationis superioris, Non modò nihil prodesse voluntatis Dei cognitionem, nisi vita ei respondeat, sed etiam peccata efficere multo grauiora.

1 Diuitibus iniquis, profanis, & in suo luxu immersis, vltimum exitium denuntiat, stultam eorum fiduciam irridens, quum nihil sit eiusmodi rebus inanius.

8 *Appropinquate*, ἐγγίσατε. Sic describitur vera resipiscentia à suis effectis. Hæc autem quum sit gratuitum Dei donum perperam ex hoc loco & aliis similibus exhortationibus Pelagiani colligunt illam à nobis incipere. Prima enim illa Dei gratia merè gratuita, nos nō modò ad illam recipiendam minimè à nobis præparatos inuenit, sed è cōtrario penitus rebelles, immutat. Sic autem immutati ad eā accedimus, pedibus ab ipso nobis cōcessis, & ille vicissim nos accedentes recipit, vt ita noui vicissim homines facti, iustitiæ studeamus, pro Spiritus ipsius intra nos agentis modulo. Nec enim hîc agitur de peccatorum per Christi sanguinem expiatione, per quam in Christo per fidem apprehenso gratis iustificamur, sed de sanctificatione intra nos inchoata, & eius fructibus hæc accipienda sunt.

9 *Sensu ærumnæ tangimini*, ταλαιπωρήσατε. Nō aliter quàm periphrasi potui hoc loco verbū istud explicare Nec enim nos iubet miseros esse Apostolos, sed ἀλαζονείαν primum reprehendit in aduersis, deinde immoderatam in reb. prosperis exultationem, quod grauiter in vtranque partem à plerisque peccetur. ¶ *Et flete*, καὶ κλαύσατε Hoc deest apud Syrum interpretem. ¶ *In mœrorem*, εἰς κατήφειαν. Hoc vocabulo declarant Græci tristitiam cum pudore quodam coniunctam, quæ in vultu demisso & humi quasi affixo apparet.

12 *Legislator*, ὁ νομοθέτης. In quatuor veteribus libris additum inuenimus καὶ κριτής, *& iudex*, vt etiam legit Syrus & Latinus Vetus interpres.

13 *Age*, ἄγε. Vulg. ἰδού. Syrus verò periphrasi vsus hoc loco hanc eandem particulam initio sequentis capitis præterit. Apud idoneos autem & Græcos & Latinos scriptores hæc vocula [illegible] vsurpatur etiam quando plures compellantur. ¶ *Vel cras*, ἢ αὔριον. Ita legit & Syrus & Latinus Vetus interpres, idque rectius, quàm si legas καὶ αὔριον, *& cras*. Itaque sic restituimus, consentientibus etiam duobus manuscr. exemplaribus. ¶ *Proficiscemur*, πορευσόμεθα. Hîc quoque Veterem interpretem & vnius vetusti exemplaris fidem sequuti, ista omnia potius indicandi modo quàm hortandi legimus: quanquam etiam liceat interpretari, Eamus, agamus, mercemur & lucremur, nulla sensus iniuria. ¶ *Agemus*, ποιήσομεν. Sic quoque idem verbum vsurpatur 2.Cor.11.25. Vulg. & Eras. *Faciemus*, & Syrus interpres עבדינן [*hauadinan*] quod de negotiationis opere accipi potest, Vide Act.18.23.

15 *Faciemus*. καὶ ποιήσωμεν. Puto additam esse copulam ab iis qui ποιήσωμεν scripserunt. Sed hîc quoque Vetus interpres germanam lectionem est sequutus, consentiente vno ex vetustis nostris exemplaribus.

16 *Nunc autem gloriamini*, νῦν δὲ καυχᾶσθε Sic habent omnes nostri codices. Syrus autem interpres, pro hoc toto, legit καυχῶνται, *gloriantur*. ¶ *Iactantiis vestris*, ἀλαζονείαις. Vulg. *Superbiis*. Vide Rom.1.30.

ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις.

2 Ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε, καὶ τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονε.

3 Ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται, καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν ὡς πῦρ· ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις.

4 Ἰδοὺ, ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν, κράζει· καὶ αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα Κυρίου σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν.

5 Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπαταλήσατε· ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς.

6 Κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον· καὶ οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν.

7 Μακροθυμήσατε οὖν, ἀδελφοὶ, ἕως τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου. ἰδοὺ, ὁ γεωργὸς ἐκδέχεται τὸν τίμιον καρπὸν τῆς γῆς, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτῷ, ἕως ἂν λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον.

8 Μακροθυμήσατε καὶ ὑμεῖς, στηρίξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἤγγικε.

vestris superuenturis.

2 Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra sunt à tineis vorata:

3 Aurum & argentum vestrum ærugine vitiatum est: & ærugo eorum testabitur aduersum vos, & exedet carnes vestras velut ignis: thesaurum recondidistis in vltimos dies.

4 Ecce, merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quæ illos fraudastis clamitat: & vociferationes eorũ qui messuerunt, in aures Domini Sabaoth introierunt.

5 In deliciis vixistis super terram, & lasciuistis: enutristis corda vestra vt in die epuli.

6 Condemnastis, occidistis iustum: & non obsistit vobis.

7 2 Patientes igitur animo estote, fratres, vsque ad Domini aduentum. 3 Ecce, agricola expectat pretiosũ fructũ terræ, patiẽte animo eum expectans, dum accipiat pluuiam matutinam & serotinam.

8 Patientes estote & vos: & stabilite corda vestra, quoniã aduentus Domini appropinquat.

vobis.

2 *Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt.*

3 *Aurum & argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis: thesaurizastis in nouissimis diebus.*

4 *Ecce, merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.*

5 *Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis.*

6 *Addixistis & occidistis iustum: & non restitit vobis.*

7 *Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentum Domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum.*

8 *Patientes estote & vos & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquauit.*

2 Pauperibus applicat quod in diuites dixerat, monens vt patienter expectent, donec aduenint Dominus, qui iniuriam diuitibus illatam vlciscatur. 3 Occupatio. Quamuis tardus videatur eius aduentus, tamen imitandos saltem esse nobis agricolas, qui tempora fructibus terræ destinata patienter expectant, Deum porrò ne tantillum quidem dilaturum tempus illud quod constituit.

IN CAP. V.

2 *A tineis vorata*, σητόβρωτα. Erasmus, *tineis obnoxia*, ineptè.

3 *Exedet*, φάγεται, pro φαγεῖται. Vulgata, *manducabit*, prorsus inusitatè. ¶ *Velut ignis*, ὡς πῦρ. Hæc in duobus manuscr. codicibus, & editione Complutensi, atque adeo apud Syrum interpretem, connectuntur cum sequenti verbo ἐθησαυρίσατε: hoc modo, *Recondidistis vobis velut ignem in vltimos dies*. Sed Syrus tollit particulam ὡς quam scripturam germanam esse arbitror.

4 *Quæ fraudastis illos*, ἀπεστερημένος ὑφ' ὑμῶν, passiuam phrasin actiua sum interpretatus, & pro ἀπὸ reposui ὑπὸ ex tribus manuscriptis codicibus.

¶ *In aures Domini Sabaoth introierunt*, εἰς τὰ ὦτα Κυρίου σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν. Id est, exauditi sunt à Domino, multo etiam potiore quàm vos sitis. Sic enim loquuntur Hebræi, apud quos etiam Deus dicitur Deus צבאות [tsebaoth,] id est, exercituum, ad infinitas ipsius vires ac copias explicandas: quod epitheton Hebræum retinuerunt Iudæi inter Græcos degentes. A Iudæis verò ad exteros transiit, quum in idem Ecclesiæ corpus coaluissent: & à Græcis demum ad Latinos, vt alia nonnulla, tunc etiam plebeiis omnibus nota, vt hoc prætextu sese tueri nequeant, qui peregrinæ & vulgo ignotæ linguæ vsum, in Dei cultum paulatim obsolescentibus primariis illis linguis inuectum non patiuntur mutari.

5 *Enutristis corda vestra*, ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν. Id est, indulsistis vobis. Notatur autem actus non certus quispiam, sed continuus.

¶ *Vt in die epuli*, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. Diem זבח [zebach] id est, sacrificij vel conuiuij, vocant Hebræi diem solenni epulo destinatum. Vetus interpres non legit ὡς, quæ tamen videtur omnino retinenda, etiamsi (vt plerique Latini codices habent) hæc attexas sequenti versic. vt ita legas, *Vt in die mactationis condemnastis & occidistis iustum*, id est, iustos, haud secus quàm hostias aliquo solenni die mactandas, vestris calumniis oppressos occidistis.

6 *Condemnastis*, κατεδικάσατε. Vulgata in nonnullis codicibus, *Adduxistis*, mendosè: in aliis, *Addixistis*, fortassis respiciens ad creditorum sæuitiam, quibus addicebantur debitorum corpora qui soluendo non essent. Sed quid opus fuit hac metaphora?

¶ *Iustum*, τὸν δίκαιον. Id est, iustos quosuis, sicut Gallicè dicimus, *l'homme de bien*, etiam quum indefinitè loquimur. quanquam fortasse Iacobus ad Christi necem à potentioribus procuratam, & ad festum Paschæ patratam, allusit.

¶ *Et non obsistit vobis*, καὶ οὐκ ἀντιτάσσεται. Sic rectè legit Vulgata, quanuis possit etiam hic esse Hebræa ellipsis pronominis relatiui.

7 *Patientes animo estote*, μακροθυμήσατε. De hoc vocabulo diximus Matth. 18.26, & Hebr. 6.15. neque nos illud semper similiter vertimus. Interdum enim de ira moderanda siue ad tempus differenda dicitur, quæ maxima Dei laus est, Rom. 9.22, & Exod. 34.6. quoties videlicet ira iusta est. Hic verò & similibus locis τὸ μακροθυμεῖν significat impatientiam animi domare.

¶ *Pluuiam*, ὑετὸν. Perantiquus codex pro ὑετὸν habet πρώϊμον καὶ ὄψιμον, ita videlicet vt καρπὸν repetatur, & tam æstiui & præcoces quàm autumnales fructus significentur: sed illud malo. ¶ *Matutinam & serotinam*, πρώϊμον καὶ ὄψιμον. Hebraicè יורה ומלקוש [iorch vmalkosch] ex quibus epithetis prius declarat pluuiam quæ paulò post sementem decidit, posterius eam qua maturescat mox metendæ segetes. Puto enim totum illud tempus quo in sinu terræ continentur semina, vni diei comparari, cuius veluti aurora sit ipse seminum exortus: vespera verò, messis, quum videlicet in horrea reconduntur.

9 Μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων, ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ κατακριθῆτε. ἰδοὺ, κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκεν.

10 Ὑπόδειγμα λάβετε τῆς κακοπαθείας, ἀδελφοί μου, καὶ τῆς μακροθυμίας, τοὺς προφήτας οἳ ἐλάλησαν ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου.

11 Ἰδοὺ, μακαρίζομεν τοὺς ὑπομένοντας. τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος Κυρίου εἴδετε, ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν ὁ Κύριος καὶ οἰκτίρμων.

12 Πρὸ πάντων δὲ, ἀδελφοί μου, μὴ ὀμνύετε μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον. ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ· ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε.

13 Κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσευχέσθω. εὐθυμεῖ τις; ψαλλέτω.

14 Ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου.

15 Καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος· κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσονται αὐτῷ.

9 4 Ne suspirate alius aduersus alium fratres: vt ne condemnemini: ecce, iudex ante fores adstat.

10 5 Sumite, fratres mei, pro exemplari vexationis ac lenitatis, Prophetas qui loquuti sũt in nomine Domini.

11 Ecce, beatos prædicamus eos qui tolerantes sunt, tolerantiam Iob audistis, & finem Domini vidistis: nam abundat intima misericordia Dominus, & est miserator.

12 7 Ante omnia verò, fratres mei, ne iurate, neque per cælum, neque per terram, neque vllum aliud iusiurandum: sit autem vestrum Est, est, & Non, non: ne in condemnationem incidatis.

13 8 Æger est animo quispiam inter vos? oret. æquo animo est aliquis? psallat.

14 9 Ægrotat aliquis inter vos? aduocato presbyteros ecclesiæ, & precentur pro eo, vngentes eũ oleo in nomine Domini.

15 Et preces fidei seruabunt laborantẽ, erigétque eũ Dominus: quòd si peccata commiserit, remittentur ei.

9 *Nolite ingemiscere fratres, in alterutrum, vt non iudicemini. ecce, iudex ante ianuam assistit.*

10 *Exemplum accipite, fratres, laboris & patientiæ, Prophetas qui loquuti sunt in nomine Domini.*

11 *Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est & miserator.*

12 *Ante omnia autem, fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum: sit autem sermo vester est, est: non, non: vt non sub iudicio decidatis.*

13 *Tristatur aliquis vestrum? oret. Aequo animo est? psallat.*

14 *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini.*

15 *Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.*

4 Patientiam Christianam etiam eo commẽdat, quòd quum aliqui soleant mutuò sese accusare, pro impatientia fideles è contrario ne accepta quidem iniuria sint queruli. 5 Conclusio, a pro foribus adesse Dominũ, suorum defensorem, ac hostium vltorem, ac proinde oportere esse eius nos imitatores. Mat. 5.34. Mat. 6.18. 6 Quoniam aliquis solet obiicere, præstare iniurias quomodocunque repellere, opponit Patrum exempla, quorũ patientiæ fœlicissimus fuit exitus, quoniã Deus vt clementissimus Pater suos nũquam deserit. 7 Quoniam ab optimis etiam quibusque interdum impatientia extorquet vt in iuramenta quandoque leuiora, quãdoque grauiora erumpant, monet Apostolus vt tantum scelus execrantes, simplicitati & veritati sermonis linguam assuefaciamus. 8 Optimum aduersus omnes afflictiones remedium ostendit, preces nimirum, quibus & in tristitia, & in gaudio suus est locus. 9 Peculiariter ostendit ad quos potissimum medicos sit in morbis confugiendum, nimirum ad presbyterorum preces, qui & corpus (prout tunc vigebat sanationis donum) curent, & præcipuam morborum causam tollant, peccatorum videlicet remissionem, suis precibus & monitis, ægrotantibus impetratam.

9 *Ne ingemiscite*, μὴ στενάζετε. Gemitum vocat intestinam quandam querimoniam quæ impatientiam declaret, quanuis non prorsus erumpat, quòd illam videlicet expleri aliquid prohibeat.

11 *Qui tolerantes sunt*, τοὺς ὑπομένοντας. Vulgata, *Qui sustinuerunt*, τοὺς ὑπομείναντας, vt in nõnullis codicibus legitur. Sed illud magis probo. ¶ *Finem Domini*, τὸ τέλος Κυρίου. Id est, quem exitum dederit Dominus.

¶ *Vidistis*, εἴδετε. Nempe in ipsius historia, nisi malimus legere ἴδετε, *videte*, quod etiam vsitatius dicitur.

¶ *Abundat intima misericordia*, πολύσπλαγχνός ἐστι. Vulgata, *Misericordem* vertit, non satis expressè. Vide Matth. 9.36. & Luc. 1.78.

12 *Sit autem vestrum est, est*, ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναί. Id est, Quod affirmandum fuerit, simpliciter & sine iureiurando affirmare: quod negandum, simpliciter negare. Alij huc referunt quasi iubeat Iacobus vt veri & constantes simus tum in affirmando, tum in negando. Sed hoc mihi quidem videtur à Iacobi scopo alienum, vt diximus copiosius Mat. 5.37. Pro me facit Basilius Concione in Psalm. 14, vt numerant Græci: ita scribens, [Greek quotation illegible] nempe, quia non valde procul abest à peierandi licentia, qui facilè & frequenter iurat, etiam si verum iuret. ¶ *Ne in condemnationem incidatis*, ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε. Ita legit & Syrus & Vetus Latinus interpres, consentiente vno ex vetustioribus Græcis manuscr. codicibus: neque dubitare possum quin ea sit germana lectio: sicut suprà versu 9, dixit, ἵνα μὴ κατακριθῆτε, *vt ne condemnemini*. vt interim taceam Iacobum manifestè alludere ad verba illa Domini Exo. 20.7, fore vt Dominus non habeat pro innocente eum qui temerè ipsius nomen vsurparit, i. fore vt eum condemnet. Suspicor autem inde ortum errorem, quòd quum scripsisset aliquis mendosè ὑπόκρισιν, visum est addendam εἰς præpositionem, ne hiaret constructio: sicque factum vt in plerisque exemplaribus legatur ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε, *ne in simulationem incidatis*, vt Erasmus etiam vertit. Fateor tamen hanc quoque veram sententiam esse, quum nulli magis fallant quàm qui temerè iurare consueuerunt: sed spectandum tamen quid magis appositè dicatur.

13 *Æger est animo*, κακοπαθεῖ. Vulgata, *Tristatur*, κακοπαθεῖ. Quid sit autem hoc in loco κακοπαθεῖν, quod alibi vertimus, *Aduersa perferre*, apparet ex opposito εὐθυμεῖν, pro quo Latini similiter prorsus dicunt *Bono animo esse*, pro hilari & alacri. Hoc autem dicendi genus adiuuatur pronuntiatione, quod etiam obseruauimus Ephes. 4.26.

14 *Ægrotat*, ἀσθενεῖ. Vulg. Infirmatur. Vide Philipp.

¶ *Pro eo*, ἐπ' αὐτόν. Hebr. עליו [halau,] pro ὑπὲρ αὐτοῦ nisi fortassis respexit ad ritum impositionis manuum, qui in sanando etiam adhibebatur, vt Mar. 16.18. ¶ *Oleo*, ἐλαίῳ. Fuit hoc symbolum doni sanationis, vt Mar. 6.13. Quorsum autem nunc symbolum, si nusquam extat donum? & quorsum nonnisi moribundis, quod curationis causa adhibebatur? ¶ *In nomine Domini*, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Id est, inuocato nomine Domini.

15 *Quòd si peccata commiserit*, κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς. Rectè meminit peccatorum, propter quæ nimirum plerunque immittuntur morbi: vt Matth. 9.6. quanuis hoc non sit perpetuum, vt liquet Ioann 9.2. Ideo addita est coniunctio *kai* *si*.

5 Reg.17.1. & 18.45 Luc.4.25

20 Quoniam confitentibus [illegible] non autem [illegible] proficiscantur. 15 Obiurgatio, Non damnari [illegible] reprehensiones, quæ è contrario nihil est Deo gratius, quàm aberrantem fratrem in viam reuocare.

16 Ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε· πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη.

17 Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, καὶ προσευχῇ προσηύξατο τοῦ μὴ βρέξαι· καὶ οὐκ ἔβρεξεν ἐπὶ τῆς γῆς ἐνιαυτοὺς τρεῖς καὶ μῆνας ἕξ.

18 Καὶ πάλιν προσηύξατο, καὶ ὁ οὐρανὸς ὑετὸν ἔδωκε, καὶ ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς.

19 Ἀδελφοί, ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπιστρέψῃ τις αὐτόν,

20 Γινωσκέτω ὅτι ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν.

16 Confitemini alij aliis offensas, & precamini alij pro aliis, vt sanemini: multum valet deprecatio iusti efficax.

17 Elias homo erat iisdem quibus nos affectibus obnoxius, & ardentissimè orauit ne plueret: & non pluit super terram annos tres & sex menses.

18 Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra produxit fructum suum.

19 Fratres, si quis inter vos aberrauit à veritate, & conuerterit eum quispiam,

20 Sciat eum qui auerterit peccatorem ab errore viæ suæ, seruaturum animam à morte, & operturum multitudinem peccatorum.

16 *Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua.*

17 *Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit vt non plueret super terram: & non pluit annos tres & menses sex.*

18 *Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.*

19 *Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum:*

20 *Scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.*

---

16 *Alij aliis*, ἀλλήλοις. Vulgata, *alterutrum*, id est (si nonnullis credimus) Sacerdoti enumerate peccata vestra quæ nihil ad eum pertinent. Dignum certè commentum illorum cerebro, à quibus est cogitatum. ¶ *Et orate*, [illegible]. Vah, nulla sacerdotalis absolutionis mentio est. Imo oportuerit laicum atque adeo mulierculam vicissim orare pro Sacerdote. ¶ *Efficax*, ἐνεργουμένη. Id est nunquam efficax est, & ei opposita de qua egit suprà 1.6. & deinceps. Alij ἐνεργουμένην quasi dicas actuosam. id est ardentem & assiduam opponi perfunctoriæ. Syrus hoc non legit. Vulg. *assidua*, nescio quam scripturam sequutus.

17 *Iisdem quibus nos affectibus obnoxius*, ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν. Vide Actor. 14.15. ¶ *Ardentissimè orauit*, προσευχῇ προσηύξατο. Repetitio Hebraica cuiusmodi multas alias annotauimus: ac si diceret, *ardentissimè precatus est*: cuiusmodi precationem vocauit ἐνεργουμένην.

19 *Conuerterit eum*. Id est in viam reuocarit. Hinc apud Hebræos pœnitentia vocatur תשובה [*teschubah*,] id est, *conuersio*.

20 *Animam eius*. Vulg. addit [illegible], videlicet qui ab errore in viam reuocatur. vt 1.4.16. Alij legunt αὐτοῦ, *suam*, vt annotat Beda. Sed illud melius conuenit. ¶ *Operturum*, καλύψει. Vide 1.Pet.4.8.

ΠΕΤΡΟΥ

ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ καθολικὴ πρώτη.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI CATHOLICA PRIOR.

Κεφάλαιον α. — NOVA INTERPR. CAP. I. — VETVS. CAP. I.

1 ΠΕΤΡΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας, καὶ Βιθυνίας·

2 Κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ πατρὸς ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη.

1 PETRVS Apostolus Iesu Christi, aduenis dispersis per Pontũ, Galatiã, Cappadociam, Asiam, & Bithyniam:

2 1 Electis, ex præcognitione Dei Patris ad sanctificationem Spiritus, per obedientiam & aspersionẽ sanguinis Iesu Christi: gratia vobis & pax multiplicetur.

1 *PETRVS Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ:*

2 *Secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi: gratia vobis & pax multiplicetur.*

1 Dicturus Petrus de Christianæ vitæ officiis, primo loco de principiis omnium Christianarum actionum disseruit, longè supra naturam assurgens, & longius etiam nos deducens. Ostendit enim nos alioqui peccatores, per Dei Patris gratuitam misericordiam primum quidem fuisse ab æterno electos: deinde ex æterno illo decreto secunda quadam creationẽ factos eius filios in Christo vnigenito, cuius tum Spiritu sanctificamur, tum etiam sanguine ipsius reconciliemur, itaque vt tandem, sicut à mortuis resurrexit Christus ipse, nos quoque in eandem gloriosam & æternam recipiamur.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAPVT I.

1 *Aduenis dispersionis*, παρεπιδήμοις διασπορᾶς. Iudæis videlicet tunc per vniuersum ferè terrarum orbem dispersis. & ex tribu Iuda sic generaliter communi consuetudine iam pridem vocatis. Qua de re vide obseruationem in Epistolæ ad Hebræos inscriptionem. Idcirco istos malui aduenas dispersionis, quàm dispersos interpretari. Erant enim proculdubio alij quoque per illas regiones ex diuersis populis dispersi, ac proinde certa hic dispersio huic Genti propria notatur. Notum est autem ex Gal 2.9 inter Paulũ & primarios illos tres Apostolos conuenisse, vt Paulus quidem apud Gentes, hi verò peculiariter apud Circuncisos ministerio suo fungerentur. Quæ verò videntur in hac epistola Iudæis non conuenire, vnde factum vt nonnulli hanc epistolam, non esse propriè Iudæis inscriptam existimarint, suo loco explicabo, quanuis ea de re minimè sit nobis laborandum. Satis enim est dictatam esse hanc epistolã à S.Spiritu, & sanctam in ea doctrinam omnibus Christianis communem comprehendi.

Pontum, Galatiam, Πόντου, Γαλατίας. Has duas regiones perperam coniunxit Theodoritus in Græco argumento huius epistolæ, quod illi tribuitur. Sunt enim duæ distinctæ regiones, quum Ponti regio maritima fuerit, Galatiæ & Cappadociæ mediterraneis incumbens, vt ex Strabone liquet. Citatur autem hæc epistola à Tertulliano, Cypriano, Cassiodoro titulo epistolæ Petri ad Ponticos.

2 *Ex præcognitione Dei*, κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ. Vel, Ex antegresso decreto seu proposito Dei. Omnia enim ista sunt synonyma, de quibus vide Act.2.23, & Rom.8.29. Petrus autem diuino artificio nos hic docet quomodo Trinitatis personæ ad vnum & idem nostræ salutis opus sic concurrant, vt sua cuique peculiaris actio tribuatur. Pater enim nos eligit, id est, statuit in Filio destinat: Spiritus sanctus in cognitionem Filij deductos sanctificat: Filius nos donatos & sanguine suo aspersos redimit. Illud autem ἐκλεκτοῖς, *electis*, quanuis in Græcis priore loco ponatur, tamen perspicuitatis causa huc reposuimus, quò certum est referri.

¶ *Ad sanctificationem Spiritus*, ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος. Id est, εἰς ἁγιασμὸν. nimirum vt Spiritu segregati, Deo consecrarentur. vt Ephes.1.5. Est enim hic electionis finis, quod ad ipsos quidem attinet, non tamen vltimus. Nam hæc significatio ad vitam æternam eos deducit, vt omnia in Dei gloriam redundent, vt Eph.1.12. Erasmus, *Per sanctificationem Spiritus*: non satis appositè. ¶ *Per obedientiam*, εἰς ὑπακοήν. Id est, δι' ὑπακοῆς, &c. Nam hæc [illegible] declarat ב Hebræorum, cuius loco vsurpatur על [*hal*] id est, εἰς. Vulgata & Erasmus, *In obedientiam & aspersionem*, &c. ita videlicet vt sanctificatio, id est segregatio illa & sanctificatio, siue credentium consecratio, generaliter accepta, in duas partes distribuatur, nempe in regenerationem, & peccatorum remissionẽ. Ego puto Apostolum alludere ad Legis purificationes, atque hoc modo malo designari nostræ sanctificationis subiectum, nempe Christum Iesum, qui Patri fuit obediens ad mortem vsque, mortem autem crucis, vt Rom.5.19, & 3.24, & 25. Ita complexus fuerit Petrus omnes proprias salutis nostræ causas, quæ à Deo manant, nempe Efficientem summam causam, Dei Patris præscitum, id est decretum æternum: Formalem, vocationem efficacem, quam electionis nomine intelligit: (nam, vt alibi diximus, tum demum re ipsa eligimur quum Deus æternum suum decretum in nobis per vocationem exequitur) Finem, sanctificationem electorum: Materiam ipsam, Christi iustitiam, cuius imputatione iusti coronamur. Sanctificationem autem appellat separationem à reliquis hominibus extra Christum perituris. Neque tamen hic finis est vltimus cui sunt electi destinati, sed quem tandem subiicit Petrus vers.3. & 4. ¶ *Et aspersionem sanguinis*, καὶ ῥαντισμὸν αἵματος. Explicat quæ illa sit obedientia Christi, & quomodo à nobis consideranda, nempe non simpliciter & per se, sed no-

ftri refpectu, [illegible] vt afperfio fimulque [illegible] ad illam [illegible] nis afperfionem refpicit quæ fub Lege vfurpatur, de qua copiosè Hebr.9.13,& deinceps. quam [illegible] etiam [illegible] ficationem Spiritus commemoratum, [illegible]. Spiritum autem vocat vel Spiritum ipfum Sanctum ipfius fanctifi- cationis authorem, vel animam ipfam [illegible] gratia [illegible] corpore fuo quoque tempore in corruptione [illegible]. Sed de ipfo Spiritu fancto accipere iftud malo, vt tres perfonæ, quæ funt vnus Deus, noftræ omnis falutis authores, hîc exprimantur, & fuam vnicuique illorum cooperantium operatio diftinctè exponatur.

---

3 Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν,

4 Εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον καὶ ἀμίαντον καὶ ἀμάραντον, τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς εἰς ὑμᾶς,

5 Τοὺς ἐν δυνάμει Θεοῦ φρουρουμένους διὰ πίστεως, εἰς σωτηρίαν ἑτοίμην ἀποκαλυφθῆναι ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ.

6 Ἐν ᾧ ἀγαλλιᾶσθε, ὀλίγον ἄρτι (εἰ δέον ἐστὶ) λυπηθέντες ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς·

7 Ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως πολὺ τιμιώτερον χρυσίου, τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον καὶ τιμὴν καὶ δόξαν, ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

8 Ὃν οὐκ ἰδόντες ἀγαπᾶτε· εἰς ὃν ἄρτι μὴ ὁρῶντες, πιστεύοντες δὲ, ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ·

3 Benedictus *efto* Deus & Pater Domini noftri Iefu Chrifti, qui ex multa fua mifericordia regenuit nos in fpē viuam per refurrectionem Iefu Chrifti ex mortuis,

4 *Id eft* ad hæreditatem quæ nec corrumpi poteft, nec contaminari, nec marcefcere, vobis in cælis afferuatam,

5 [2] Qui patientiæ Dei præfidio cuftodimini per fidem, ad falutem paratam reuelari præftituto tempore vltimo.

6 Qua in re exultatis, paululum nunc (fi oportet) in variis explorationibus triftitia affecti:

7 Vt experimentum fidei veftræ multo pretiofius experimento auri, quod perit, & tamē per ignem exploratur, inueniatur *vobis effe* laudi & honori & gloriæ, quum Iefus Chriftus reuelabitur.

8 Quem quum non videritis, diligitis: in quem, nunc *eum* non videntes, tamen credentes, exultatis gaudio ineffabili & gloriofo:

3 Benedictus Deus & Pater Domini noftri Iefu Chrifti, qui fecundum mifericordiam fuā magnam regenerauit nos in fpem viuam, per refurrectionem Iefu Chrifti ex mortuis,

4 In hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcefcibilem, conferuatam in cælis in vobis,

5 Qui in virtute Dei cuftodimini per fidem in falutem, paratam reuelari in tempore nouiffimo.

6 In quo exultatis modicum nunc, fi oportet, contriftati in variis tentationibus:

7 Vt probatio veftræ fidei multo pretiofior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelatione Iefu Chrifti.

8 Quem quum non videritis, diligitis: in quē nunc quoque non videntes, credētes autem, exultatis lætitia inenarrabili & glorificata:

2 Iam quo itinere ad eam gloriam perueniatur oftēdit, nempe per medias omnis generis afflictiones, in quibus tamen fides nos ita fecuros præftat, vt non modò non frangamur doloribus, fed etiam Deum ipfum alloqui inuifibilem fidei oculis confpicientes, inenarrabili quadam lætitia perfundamur: quoniam eiufmodi omnia præterquàm quod temporaria funt, nobis non perdendis, fed velut igne quodam excoquendis ac perficiendis adhibeantur, vt tandem falutem confequamur.

---

3 *Deus & Pater*, ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. Vide 1 Cor.15.24. ¶ *In fpem viuam*, εἰς ἐλπίδα ζῶσαν. Id eft, perennem, ficut explicat proximo verficulo. Si fpem accipias μετωνυμικῶς pro re fperata, vt Rom.8.24, & alibi fæpe: fin autem pro affectu illo quo promiffa fperantur, ζῶσαν dixerit pro ζωῆς, id eft, *Spem viuam*, pro *Spe vitæ*: vt Syrus etiam interpres vertit quæ vita fequente verfic. explicatur.

4 *Vobis*, εἰς ὑμᾶς. Id eft, ὑμῖν. refpondet enim εἰς literæ Hebræorum ל, quæ tertio cafui proponitur, vt fæpe annotauimus. Vulg. *In vobis*. Erafm. *Erga vos*, nimium obfcurè. ¶ *In cælis*, ἐν οὐρανοῖς. Tacitè reprehendit craffas Iudæorum opiniones de Meffia.

5 *Tempore vltimo*, ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ. Heb. עת קץ [heth kets,] tempus finis, quo videlicet futura eft fumma illa inftauratio, quam rerum vniuerfitas expectat, Rom. cap. 8.19, & deinceps.

6 *Qua in re*, ἐν ᾧ. Id eft, qua de re, fiue quam ob rem, Eft enim [illegible] Hebræorum pro Bahabur: & hoc refertur ad totum fuperioris orationis complexum, vt ᾧ neutrius fit generis poffit tamen aliquis etiam ᾧ repetere ἀπὸ τοῦ καιροῦ, vt fignificetur, fideles in Deo exultare quantumuis variis ac multiplicibus tentationes vrgeant, vt paulo pòft verf. 8. Syrus autem interpres retulit ad καιρῷ proximè præcedens, ita nimirum vt totum hunc locum fic interpretemur, *tempore vltimo in quo exultatis*, id eft, quo tempore demum exultabitis ab iis miferiis, quibus nunc veftro bono vexamini, femel liberati. ¶ *Si oportet*, εἰ δέον ἐστί. Id eft, tum demum quum opus eft. Syrus interpres hoc non legit, quod tamen in Græcis noftris omnibus legitur, & minimè videtur fuperuacaneum.

7 ¶ *Experimentum*, ἵνα τὸ δοκίμιον. Vide Iac.1.3. Syrus interpres, fiue de fuo, fiue quòd hoc quoque Græcè legerit, addit, vt vertit Tremellius, *quæ transibunt fuper vos ex exploratio*, &c. ¶ [*Experimento*] *auri*, χρυσίου. Vel, quàm auri, fcilicet experimentum. Omnino enim fubaudiendus eft articulus τοῦ fub. δοκιμίου: cuius ellipfis fimile prorfus exemplum annotauimus Ioh.5.20, & Matth.5.20, & 1.Ioh.1.1. Pofcit enim ratio antithefeωs vt exploratio cum exploratione, id eft, afflictiones cum igne: & res ipfæ, inter fe, id eft, fides cum auro inter fe comparentur. Alludit autem Petrus omnino ad Iobi 23.10. ¶ *Inueniatur* [*vobis effe*] *laudi*, εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον. Vulgata, *Inueniatur in laudem*. Erafmus *Reperiatur in laudem*. Ego nonnihil fuppleui, non modò vt obfcurum Hebraifmum illuftrarem, fed etiam vt oftenderem hîc agi de ipforum electorum laude & honore & gloria: quibus nimirum fynonymis voluit Petrus tentationum dedecus & ignominiam obtegere. Sic tribuuntur eadem electis æternam vitam adeptis, Rom.2.7. ¶ *Quum reuelabitur*, ἐν ἀποκαλύψει. De fecundo Chrifti aduentu loquitur Paulus. operta enim adhuc eft illa Chrifti Maieftas, fuos electos patientiam erudientis, & iudicium aduerfus hoftes differentis: nec enim apparuit quod iam fumus, vt tamen iftud nondum aliter quàm per fpem poffideamus. Vide Luc.19.10.

8 *Quum non videritis*, οὐκ ἰδόντες. Sic reftituo ex manufcr. bonæ fidei codice, adftipulante Vetere Latino interprete. Durum enim omnino fuerit εἰδότες, vt vulgò legitur, pro ἰδόντες accipere. ¶ *In quem nunc cernentes*, εἰς ὃν ἄρτι μὴ ὁρῶντες. Sic legitur in Græcis noftris omnibus codicibus, affentiente Latino interprete, nifi quòd legit καὶ νῦν, *nunc quoque*. Sed ex Syra interpretatione conijcere licet Græcè fuiffe initio fic fcriptum, εἰς ὃν ἄρτι ὁρῶντες ἀγαπᾶτε καὶ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. id eft, *quem non videntes diligitis, & credentes in eum*: & illud, ὃν οὐκ ἰδόντες effe illius εἰς ὃν μὴ ὁρῶντες gloffema, propter Hebraicam conftructionem verbo ὁρᾶν, quod poftea in contextum irrepfit, in quo tamen nihil mutandum

mutandum cenfui. Sed Auguftinus tractatu in Ioh.86. diuerfam prorfus lectionem citat, & fimul interpretatur his verbis, *In quo non videntes creditis, & quem quum videritis exultabitis gaudio memorabili, & honorato*, acfi Græcè fcribatur, εἰς ὃν ὁρῶντες πιστεύετε, καὶ ὃν ἰδόντες ἀγαλλιάσεσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ.

---

9 Κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν.

10 Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς χάριτος προφητεύσαντες·

11 Ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ, προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας.

12 Οἷς ἀπεκαλύφθη ὅτι οὐχ ἑαυτοῖς, ἡμῖν δὲ διηκόνουν αὐτὰ ἃ νῦν ἀνηγγέλη ὑμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἀποσταλέντι ἀπ' οὐρανοῦ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι.

13 Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, νήφοντες, τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

9 Reportantes mercedem fidei veftræ, falutem animarum.

10 [3] De qua falute exquifierunt, & *quam* fcrutati funt Prophetæ, qui de *ventura* in vos gratia prophetarunt.

11 Scrutantes in quod aut quale tempus prænuntius ille qui in ipfis *erat* Spiritus Chrifti, declararet *euenturas* Chrifto perpeffiones, & gloriam illas confequuturam.

12 Quibus reuelatum fuit, eos non fibi, fed nobis ea adminiftrare quæ nunc annuntiata funt vobis per eos qui vobis euangelizarunt per emiffum è cælo Spiritum fanctum in quæ cupiunt Angeli introfpicere.

13 [4] Quapropter fuccincti lumbis mentis veftræ, [5] & vigilantes ad finē vfque fperate in eā [6] quæ vobis defertur gratiam, [7] quum reuelabitur Iefus Chriftus.

9 Reportantes finem fidei veftræ, falutem animarum.

10 De qua falute exquifierunt atque fcrutati funt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt:

11 Scrutantes in quod vel quale tempus fignificaret in eis Spiritus Chrifti, prænuntians eas quæ in Chrifto funt paffiones, & pofteriores glorias.

12 Quibus reuelatum eft quia nō fibiipfis, vobis autem miniftrabant, ea quæ nunc nuntiata funt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis Spiritu fancto miffo de cælo, in quē defiderant Angeli profpicere.

13 Propter quod fuccincti lumbos mentis veftræ, fobrij, perfectè fperate in eā quæ offertur vobis gratiā, in reuelatione Iefu Chrifti.

3 Fidem veram ab adulterina diftinguit, eam videlicet quæ in Propheticam & Apoftolicā doctrinam refpicit: deindè vnius eiufdémque fidei duos facit gradus pro diuerfæ reuelationis modo, quum reipfa fit vnica & fingularis. Tertiò, Apoftolicam prædicationē dicit effe Propheticæ complementum, quanuis adhuc vltimus eius exitus ab ipfis etiam Angelis expectetur.

4 A fide ad fpem tranfit, indiuiduam nimirum fidei comitem, vtrúrque argumento à comparatis, non debere nos in tantæ rei expectatione defatigari, quam fummo defiderio ipfi etiam Angeli fpectent. 5 Qualem oporteat fpem noftram effe, mira breuitate explicat, perpetuam nimirum tantifper dum re fperata potiamur: deinde quid nobis fit fperandum, gratia nimirum, (id eft gratuita falus) nobis in Euangelio patefacta, non autem quod temere fibi pollicentur homines. 6 Argumentum ad animos noftros erigendos quum Deus minimè expectet vt fe quæramus, fed tantum beneficium ad nos vfque deferendum curet. 7 Scopum fidei proponit, ne quis vel citius vel ferius fibi plenam illam falutem promittat, alterum videlicet Chrifti aduentum: fimúlque monet ne ex præfenti ftatu dignitatem Euangelij metiamur, quum id quod nunc fumus, nondum fit patefactum.

---

9 *Mercedem*, τὸ τέλος. Hebr. אחרית [*acharith*] quod declarat & finem & mercedem, eo quòd merces fit operis finis. vt etiam citatur hic locus ab Auguftino, tractatu in Ioh 86. Vulg. & Eraf. *finem*: quod non videtur fatis quadrare verbo κομιζόμενοι. ¶ *Salutem animarum*, σωτηρίαν ψυχῶν. Id eft, veftram. Ponitur enim anima pro homine συνεκδοχικῶς &, quocunque modo interpreteris, fubauditur pronomen *veftrarum*, acfi vernaculo noftro fermone dicas, *De vos perfonnes*, vt 2.Cor. cap 12.15.

10 *Et* [*quam*] *fcrutati funt*, καὶ ἐξηρεύνησαν. Hoc non legit Syrus. & videtur potius inchoaffe proximè fequentem verficulum, cuius altera lectio pro ἐρευνῶντες, adfcripta fuerit ad album libri, & malè huic loco poftea inferta.

11 *Prænuntius* προμαρτυρόμενον. Participium ex Hebr. idiotifmo pro verbali nomine quod vocant. Vulg. *Prænuntians*. Eraf. *Qui priufquam acciderent teftabatur*. Sed in eo grauiter peccatum puto ab interpretibus, quòd hoc participiū coniunxerint cum παθήματα, hiante prorfus conftructione verbi ἐδήλου & εἰς præpofitionis illi fubiunctæ: quod incommodum vt in Latino fermone vitarem, neceffe fuit verborum collocationem nonnihil immutare. Sed tamen rectius omnino hunc locum Syrus interpres fic legit, Καὶ ἐξηρεύνησαν τίνα καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα. id eft, *Et fcrutati funt quod tempus declararet Spiritus Chrifti qui in ipfis erat, prænuntians* [*venturas*] *in Chriftum perpeffiones*. ¶ *Perpeffiones*, παθήματα. Vide infrà 2.21. ¶ *Gloriam*, δόξας. Vfus eft plurali numero, emphafeωs caufa, ex Hebræorum more: quod nufquam alibi in his libris inuenio.

12 [*Quibus*] *reuelatum eft*. οἷς ἀπεκαλύφθη. Syrus interpres totum hunc locum aliter prorfus verbis & fenfu, idque fortaffe rectius fic legit, καὶ ἀπεκαλύφθη αὐτοῖς πᾶν ὅσα ἐξηρεύνησαν, ὅτι οὐχ ἑαυτοῖς, ἡμῖν δὲ ἐξηρεύνησαν καὶ τὰ περὶ ὑμῶν ἐπροφήτευσαν. id eft & reuelatum eft eis quicquid fcrutati funt, quoniam non fibiipfis fed nobis inquirebant, & quæ ad nos (*fpectabant*) prophetabant, &c. ¶ *Non fibi*, οὐχ ἑαυτοῖς. Quomodo hoc intelligendum fit diximus Heb. 11.13, & 33, 39. Cæterum qui videre volet quàm diligens interdum fuerit interpres Hieronymus, à quo nonnulli nefas effe putant diffentire, conferat hunc locum cum Græcis, ita vt ab eo conuerfus eft, quum librum fecundum Dydimi de Spiritu fancto interpretaretur. ¶ *Angeli*, ἄγγελοι. Rectius Syrus legit καὶ ἄγγελοι, *etiam Angeli*. Alludit autem Apoftolus ad duos illos Cherubim operculo Arcæ infiftentes, conuerfis in ipfam arcam oculis. ¶ *Per Spiritum fanctum*, ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Alludit ad prophetiam Ioelis, in Apoftolis tanquam Spiritus fancti primitiis exhibitam die Pentecoftes: quam idem nofter Petrus explicat Act.2.16, & deinceps. ¶ *Introfpicere*, παρακύψαι. Vulg. & Eraf. *Profpicere*. Vide Iac.1.25. Alludit autem ad propitiatorij, id eft operculi arcæ formam, cui Angeli duo infidebant, fiue infiftebant aduerfis faciebus in ipfam arcam intuentes: iam tum indicante figura fore vt in Chrifto, cuius typus erat arca, omnes fapientię & intelligentię infiderent thefauri, per Euangelij prædicationem patefaciendi, auidis ipfis Angelis beatis totum hoc myfterium cognofcere, cuius etiam exhibitionem iam inde ab ipfis Chrifti nafcentis incunabulis Ecclefiæ enarrarunt.

13 *Succincti*, &c. ἀναζωσάμενοι, &c. Redit ad id quod dixerat, fpem noftram in cælis repofitam. Eò igitur docet effe nobis per puram & fanctam vitam (quafi iter aliquod) perueniendum. Sumpta eft autem tranflatio ex vetufto more. Quum enim prælongis veftibus vterentur, non poterant nifi fuccincti iter facere. Hinc illud Chrifti dictum, Sint lumbi veftri fuccincti, Luc.12.35. Sed Petrus metaphoram duplicat, quum lumbos menti tribuit. Iubet igitur, fublatis omnibus impedimentis, præparatos effe animos ad hoc iter ingrediendum. Ideo requirit in primis fobrietatem, ne videlicet vel cibo & potui reliquifve carnis illecebris, vel mundi curis, vel falfis & vanis opinionibus fint ebrij. Nam in huiufmodi hominibus, nec manus, nec pes (vt inquit ille) officium facit, nec multò minus animus.

Luc.1.74. ¶ *Sincerè*, τελείως. Sic תם [*tham*] apud Hebræos non semper eum declarat cui nihil ad perfectionem plenam deest, sed opponitur interdum falso & adulterino, vt hoc loco. Nisi malimus exponere, *Ad finem vsque*. Vulgata & Erasmus, *Perfectè*. Syrus interpres hoc aduerbium coniungit cum νήφοντες, quòd mihi minus placet.

¶ *Quum reuelabitur, &c.* ἐν ἀποκαλύψει, &c. vel εἰς ἀποκάλυψιν. Sic enim solet secundum aduentum Christi significare, vt suprà, vers. 5. & 7, quo demum exhibebitur nobis gratia, quæ nunc nobis offertur. Erasmus, *Dum nobis patefiet Iesus Christus*, ita vt hoc ad Euangelij prædicationem pertineat.

8 A fide & spe transit ad vniusque fructus, qui obedientiæ nomine intelliguntur. Posita autem ea est duabus in rebus, nempe vt cupiditatibus renuncietur, & sanctè vita instituatur. Et habent quidē illæ initium ab ea cæcitate in qua omnes homines nascuntur: sanctimonia verò à gratia Dei nos adoptantis, ac proinde regenerantis, vt eadem sit patris & filiorum indoles.

Luc.1.75 Leu.11.44.&19.2.&20.7 Deut.10.17, rom.2.11 gal.2.6 1.Cor.7.20.&7.23 hebr.9.14 1.ioh.1.7 apoc.1.5 Rom.16.25 eph.3.9 col.1.26 2.tim.1.19 tit.1.2 Infrà,2.17 rom.11.10 Eph.4.7

9 Ostendit sanctificationem necessariò consequi adoptionem. 10 Vt anteà fidem & spem, sic nunc quoque obedientiam veram à fictâ discernit, externæ laruæ opponens perspicacissimos Dei oculos, & vanæ securitati seriam reuerentiam.

Græce		Beza		Vulgata
Ὡς τέκνα ὑπακοῆς, μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις.	14	8 Vt filij obedientes, qui vos non configuretis pristinis quæ in ignorantia vestra *viguerunt* cupiditatibus.	14	*Quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desiderijs.*
Ἀλλὰ κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον, καὶ αὐτοὶ ἅγιοι ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ γενήθητε.	15	‖ Sed sicut is qui vos vocauit sanctus est, ipsi quoque sancti in omni conuersatione reddamini.	15	*Sed secundum eum qui vocauit vos sanctum, & ipsi in omni conuersatione sancti sitis.*
Διότι γέγραπται, Ἅγιοι γένεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι.	16	9 Propterea quod scriptum est, ‖ Sancti estote, nam ego sanctus sum.	16	*Quoniam scriptum est, Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.*
Καὶ εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε·	17	10 Et, si patrem cognominatis eum, ‖ qui citra personarum respectum iudicat ex cuiusque opere, cum timore versamini cōmorationis vestræ tempore.	17	*Et si patrem inuocatis eum qui sine acceptione personarum iudicat secundum vniuscuiusque opus, in timore incolatus vestri tempore conuersamini:*
Εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ, ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου·	18	Vt qui sciatis vos non corruptibilibus *rebus*, argento vel auro, fuisse redemptos ex vana illâ vestra conuersatione, à patribus tradita:	18	*Scientes quòd non corruptibilibus, auro vel argento, redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis:*
Ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ·	19	‖ Sed pretioso sanguine, vtpote agni inculpati & incontaminati, *nempe* Christi:	19	*Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati.*
Προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων δι' ὑμᾶς,	20	‖ Præcogniti quidem ante iacta mūdi fundamenta, conspicui verò facti vltimis temporibus propter vos,	20	*Præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos.*
Τοὺς δι' αὐτοῦ πιστεύοντας εἰς Θεὸν τὸν ἐγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόξαν αὐτῷ δόντα, ὥστε τὴν πίστιν ὑμῶν καὶ ἐλπίδα εἶναι εἰς Θεόν.	21	Per eum credentes in Deum, qui suscitauit eum ex mortuis, & gloriam ei dedit, vt fides ac spes vestra in Deo sit.	21	*Qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides vestra & spes esset in Deum.*
Τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας διὰ πνεύματος, εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον, ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς·	22	Qui *igitur* animas vestras purificastis, auscultando veritati per Spiritum, ‖ ad amorem fraternum minimè simulatum, ex puro corde alij alios diligite intensè:	22	*Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius.*

14 *Qui vos non configuretis*, μὴ συσχηματιζόμενοι. Vide Rom. 12.2. ¶ *In ignorantia vestra*, ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν. Ignorantiam vocat cæcitatem illam Iudæorum, cuius fit mentio Ioh. 9:39, & deinceps. Nam extra Christum nihil præter densissimam caliginem.

17 *Si patrem cognominatis*, εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε. id est, si eius patris filij vultis nuncupari. Vide Iac.2.7. ¶ *Commorationis*, τῆς παροικίας. Vulgata & Erasmus, *Incolatus*. Vide Matt.2.23, & 2.Cor.5.6.

18 *Fuisse redemptos*, ἐλυτρώθητε. Illa ipsa igitur in quibus, ante Christum cognitum, collocabant salutis suæ summam, non modò Deum non placabant, sed etiam mortifera erant peccata: quæ vnius Christi sanguine expiari potuerunt. Quid illis igitur fiet qui patrum traditionibus nituntur? ¶ *A patribus tradita*, πατροπαραδότου. De iis patribus loquitur quorum fit mentio, Ezech cap.20.vers.18, & alibi sæpe. Sunt tamen qui hoc referre malint ad corruptionem natiuam à patribus propagatam, quod videtur confirmari Eph. 2.3. Sed illud malo.

19 *Vtpote*, ὡς. Vulgata, *Quasi*. Erasmus, *Velut*. Neuter satis expressè. Nec enim ὡς similitudinem, sed veritatem hîc declarat, vt diximus 2. Cor.2.17. Alludit autem his epithetis ad mandatum illud, de agno Paschæ seligendo, Exod.12.5.

20 *Præcogniti*, προεγνωσμένου. Id est, præordinati: non à verbo Scio, sed à verbo Scisco, sicut plebiscitum dicimus, & cognouisse dicitur iudex de causa decernēs, vt ostendimus Rom. 8.29. Itaque falluntur qui præscientiam, quam vocant, à decreto siue proposito Dei æterno separant, imò prædestinationi electorum opponunt, quum præscitos dici velint reprobos, non autem prædestinatos: itidémque qui hanc suam præscientiam, qua fit vt Deo nota sint omnia, volunt causæ rationem habere à decreto seiunctam. Quomodo verò & quo gradu præordinatus sit Christus, diximus Eph.1.5. Tantum hîc præterea obseruandum moneo præstitutum seu præscriptum istud de Christi persona dici ratione officij Mediatoris: ac proinde non proponi hoc loco vt causam προηγουμένην siue impulsiuam, neque vt causam ordinantem: sed vt προκαταρκτικὴν in executione decreti de seruandis electis, quas distinctiones qui non cōsiderant, multis modis in hoc argumēto aberrarūt à scopo. ¶ *Ante iacta, &c.* πρὸ καταβολῆς, &c. Id est, ab æterno. Tempus enim cum mundo cœpit: sed hoc non impedit quominus causarum ordine, remedij ordinatio lapsui, i. morbo, subordinetur, vt exposuimus Eph.1.5. ¶ *Propter vos*, δι' ὑμᾶς. Vide Hebr.11.40.

22 *Per Spiritum*, διὰ πνεύματος. Hoc non legit neque Syrus neque Latinus Vetus interpres: quod tamen minimè redun-

dat, & in Græcis exemplaribus legitur summo consensu. Immo etiam Syrus videtur pro ἀνυποκρίτως vel legisse vel potiùs de suo adiecisse ἀνυποκρίτως ἐν ὁμοίῳ αἰσθήματι. ¶ *Ad amorem*, εἰς φιλαδελφίαν. Finis notatur sanctificationis animorum nostrorum, nempe vt ad mutuam ac synceram charitatem instruantur. ¶ *Minimè simulatum*, ἀνυπόκριτον. Vulg. *simplici*. Opponitur enim ἀπλότητι simulationi. Sed fortassis hoc non legit, & pro ἐκ καθαρᾶς καρδίας verterit *ex simplici corde*. ¶ *Ex puro corde*, ἐκ καθαρᾶς καρδίας. Syrus interpr. addit καὶ τελείας, & integro: & plerique non adscripto puncto, illud ἀγαπήσατε ἀλλήλους legit vt nouā periodum, *Diligite alter alterum*. Ego potius puto ἀγαπήσατε pendere à participio ἡγνικότες, & argumentum duci à sanctificationis gratiæ fine. Quamobrem etiam initio versiculi, inserui particulam Igitur, vt hanc periodum à superiore distinguerem. Vtitur enim Petrus, vt erat vehementis feruidíque ingenij, non in his tantùm epistolis, sed etiam in concionibus quæ à Luca in Actis Apostolicis summa vt apparet fide recitantur, longis hyperbatis, & eo dicendi genere quod πλοκὴν Græci vocant.

Græce		Beza		Vulgata
Ἀναγεγεννημένοι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτου, διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος εἰς τὸν αἰῶνα.	23	Regeniti non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, *id est* per sermonem Dei viui, & manentis in æternum.	23	*Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis in æternum.*
Διότι πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου, ὡς ἄνθος χόρτου. ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε·	24	‖ Nam omnis caro *est* vt gramen, & omnis gloria hominis, vt flos graminis. exaruit gramē, & flos eius decidit:	24	*Quia omnis caro vt fœnum, & gloria eius tanquam flos fœni. exaruit fœnum, & flos eius decidit.*
Τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς.	25	Sed verbum Domini manet in æternum. hoc autem est verbum illud quod euangelizatum est vobis.	25	*Verbum autem Domini manet in æternum. hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vos.*

Isa.40.6 eccl.14.18 iac.1.10

Κεφάλαιον β.		CAP. II.		CAP. II.
Ἀποθέμενοι οὖν πᾶσαν κακίαν καὶ πάντα δόλον καὶ ὑποκρίσεις καὶ φθόνους καὶ πάσας καταλαλιάς,	1	‖ PRoinde deposita omni malitia & omni dolo & simulationibus & inuidentiis, & omnibus obtrectationibus,	1	*DEponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones,*
Ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε, ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε·	2	2 Vt modò geniti infātes, lac illud sermonis sincerum expetite, vt per illud augescatis.	2	*Sicut modò geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.*
Εἴπερ ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος.	3	3 Si quidem gustastis quòd bonus sit Dominus.	3	*Si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus.*
Πρὸς ὃν προσερχόμενοι, λίθον ζῶντα, ὑπὸ ἀνθρώπων μὲν ἀποδεδοκιμασμένον, παρὰ δὲ Θεῷ ἐκλεκτόν, ἔντιμον·	4	4 Ad quem accedentes, qui est lapis viuus, ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum verò electus *ac* pretiosus:	4	*Ad quē accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum:*

Rom.6.4 eph.4.22 col.3.8 heb.12.1

1 Substrato illo fundamento Spiritus Dei per verbum efficaciter agentis, cui tres virtutes superstruxit, omnium Christianarum actionum bases, nempe fidem, spem, & charitatem: nunc ad generalem exhortationem progreditur, cuius prius membrum est vt omnem tum occultæ tum manifestæ malitiæ speciem fugiamus. 2 Alterum, vt ex nouo illo Verbi incorrupti semine recēns geniti, idem Verbum auidè tanquam lac sugentes, magis ac magis in illa spirituali vita velut adolescamus. Sincerum autem illud vocat, non modò quia res est purissima, verùm etiam vt nobis ab iis caueamus qui illud adulterant. 3 Commendat spirituale illud alimentum, à suauitate & vtilitate. 4 In eadem exhortatione pergit, sed diuersa translatione vtens, allusione ad templum facta. Itaque fidelium cœtum veluti quoddam sacrum spirituale ædificium esse dicit, ex viuis lapidibus extructum, cuius fundamentum sit Christus, velut viuus lapis, omnes sibi adiunctos sua vitali virtute fulciens, & secum compingens, quamuis ab hominibus tantum hoc bonum negligatur.

24 *Omnis caro*, πᾶσα σὰρξ. Carnis nomen imbecillitatem naturæ humanæ declarat, quæ quidem in animo præcipuè consideranda est. Opponit autem hominem ψυχικὸν πνευματικῷ, vt omnia gratiæ regeneranti tribuat.

IN CAP. II.

2 *Vt modò nati infantes*, ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη. Id est, vt noui homines facti & nouum vitæ genus ingressi. Nec tamē temerè tribuit illis βρεφῶν appellationem, & recens eos renatos fuisse testatur, quum βρέφος inferius etiam quiddam significet quàm παιδίον, ne videlicet sibi persuadeant nouitij se iā esse veteranos. Est tamen hæc exhortatio omnibus etiam qui iam videri possent pro ahiis virilem ætatem assequuti planè necessaria. ¶ *Lac illud sermonis sincerum*, τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα. Pergit in metaphora: illud igitur quo tanquam lacte nutritur nouus homo vt adolescat, est sermo ille vitæ, qui simili prorsus ratione, Panis, Cibus, Aqua, Mel, passim vocatur. Dicimur enim pro regenerationis incremento adolescere in Christo. Illud autem ipsum per quod cœpta est regeneratio (nimirum Semen Dei, siue Verbum Dei annuntiatum) illam quoque perficiat oportet. Additur deinde aliud epitheton quo significatur lactis qualitas, sicut priore declarata est eius substantia. Dicitur enim ἄδολον, i. *sincerum*, non modò quòd Euangelium sit res omnium purissima, sed multo magis vt verum lac ab adulterino distinguatur. Multi enim sunt qui verbum Dei cauponentur, vt 2.Cor. 2.17, & huic alioqui purissimo lacti venenum misceant: quos totis viribus fugere nos oportet, nedum vt alimentum eiusmodi experamus. Hæc est (opinor) huius loci germana & simplicissima expositio, & cū proximè præcedentibus optimè cohærens, quam Syri quoque interpretis auctoritas confirmat. Vulg. *Rationabile*, pro rationali. Nam quod in quibusdam codicibus legitur Rationabiles, eorum culpa factum est qui, quum Græca non nossent, hunc locum corruperunt: quum in veteribus codicibus Latinis integra lectio manserit. Hanc verò interpretationem minimè reiicio, vt sit hæc sententia, Oportere quidem nos esse pueros, sed malitia non sensibus, & lacte quidem nos nutriri, sed recta intelligentia condito: ita tamen vt omnis dolus & vafrities procul absit, sed tēperata sit simplici prudētia. Mat.10.16, vt tradit doctissimus interpres Erasmus putauit lac dici λογικὸν, vt à corporeo lacte discernatur. Ideo cōuertit, *Lac non corporis sed animi quod dolum nescit*: quæ explicatio mihi quidem non probatur. Superest vt admoneam, Paulum pueritiæ & lactis mentionem facere diuerso sensu, nempe 1 Cor.3.1, & Ephe.4.13. Infantiam enim opponit adultæ ætati, ideóque lactis nomine prima Christianæ religionis tyrocinia significat. Hîc verò Petrus infantiā priori illi corruptissimæ vitæ opponit, & perpetuū huius lactis generaliter considerati (i. veræ ac sinceræ doctrinæ Euāgelicæ) vsum cōmendat. ¶ *Augescatis*, αὐξηθῆτε, vel crescatis. Nonnulli Græci codices addunt εἰς σωτηρίαν, *ad salutem*.

3 *Gustastis*, ἐγεύσασθε. Alludit ad Psalmum 34.9. Gustationem autem appellat illum primum assensum, cum maxima lætitia coniunctū, qua afficiūtur, qui seriò amplectuntur Christū sibi oblatum. ¶ *Bonus*, χρηστὸς. טוב [*Tob*,] id est, commodus & suauis, vt χρηστὸς ὁ οἶνος, Gallicè dixeris, vne bonne viande. Seruanda enim est metaphora gustus. Ideo Vulgata vertit, *Dulcis*, γλυκύς, sed nimium angusta significatione.

4 *Qui est viuus lapis*, λίθον ζῶντα. Ecclesiam templo com-

ponat, cuius lapides sint singuli fideles. Alludit ergo ad veteris templi structuram: quò etiam pertinet quod de sacerdotibus sanctis & spiritualibus hostiis commemorat. Hîc enim viua & spiritualia sunt omnia: illic mortua & carnalia, si modò signa etiam quatenus signa sunt, per se & à rebus ipsis significatis distincta, consideraris.

5 Καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

6 Διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ, Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

7 Ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν· ἀπειθοῦσι δὲ, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου·

8 Οἳ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, ἀπειθοῦντες εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν.

5 Ipsi quoque, veluti viui lapides, ædificati, fiatis domus spiritualis, ‖sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias, acceptas Deo per Iesum Christum.

6 Quapropter etiam continetur in Scriptura, ‖Ecce statuo in Sion lapidem in imo angulo, electum, pretiosum: in quem qui credit, nequaquam pudefiet.

7 Vobis igitur est honori qui creditis: non obedientibus autē ‖lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est caput anguli, & lapis ad quem impingitur, & petra offendiculi.

8 Nempe iis qui impingunt nō parēdo Sermoni, ‖immorigeri, ad quod etiā constituti fuerāt.

5 Et ipsi tanquam lapides viui, superædificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.

6 Propter quod continet Scriptura, Ecce pono in Sion lapidem summū angularem, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur.

7 Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis, & petra scandali.

8 Iis qui offendunt Verbo, nec credunt, in quod & positi sunt.

Rom. 12. 1. Apoc. 1. 8. Rom. 18. 16. rom. 9. 33. Psal. 118. 22. matt. 21. 42. act. 4. 12. Esa. 8. 14. rom. 9. 33.

5 Pergens in eadem similitudine nos iam comparat sacerdotibus, idcirco in illo spirituali templo collocatis vt spirituali cultu (id est sanctitate ac iustitia) ipsum colamus. sed vt templum ita etiam sacerdotium Christo superstruit in quo vno gratæ sint nostræ omnes spirituales oblationes. 6 Probatio ex Esaiæ Prophetæ testimonio. 7 Opposita inter se conditione credentium beatissima, rebellium autem longè miserrima, stimulos addit credentibus, aliis autem insultat: deinde etiam offendiculo occurrit, inde exorto quod Euangelicæ huic doctrinæ multi magis resistant quàm qui primas tenent in Dei populo, quales tum erant quum Petrus hæc scriberet, Sacerdotes & Seniores & Scribæ. Respondet igitur primùm omnium non esse cur ad hanc illorum contumaciam, quasi rem aliquam nouam, quisquam obstupescat, quum tot ante secula præmoniti simus ita id futurum: deinde sic visum esse Domino nonnullos ad hoc ipsum condere, vt in eorum iusta condemnatione filius Dei glorificetur. Tertiò, Christi gloriam sic quoque plurimùm illustrari, quum nihilominus maneat Christus firmum Ecclesiæ suæ caput, & qui in eum impingunt, non Christum, sed seipsos euertant. Quartò, etiamsi ad hoc isti conditi sint Deo tamen non esse illorum exitum attribuendum, sed præfractæ ipsorum contumaciæ, quæ inter Dei decretum & eius executionem siue ipsorum damnationem intercedit, estque vera & genuina eorum causa exitij.

5 Aedificati fiatis domus, οἰκοδομεῖσθε οἶκος. Sic intelligēda est hæc loquendi formula, quadam appositionis specie, vt rectè exposuit Syrus interpres. Vulgata legit ἐποικοδομεῖσθε, superædificamini. ¶ Sacerdotium sanctum, ἱεράτευμα ἅγιον. Quæ sint huius sacrificij victimæ plenè declaratur Rom. 12. 1. nempe αἴνεσις καὶ εὐποιΐα atque adeò αὐτοθυσία, id est, laus & beneficentia, & sui ipsius oblatio. Est autem illud non temerè factum, vt Spiritus sanctus nunquam in nouo testamento Sacerdotis vel Sacerdotij nomen ad Euangelij ministros accommodarit. Christus enim factus in æternum Sacerdos secundum ordinem Melchisedec nullos habet huius sacerdotij collegas, neque suis sacerdotium, sed ministerium reliquit. Cur non id verò? nempe quòd nullum nobis sacrificium, cuiusmodi illud erat quod à sacerdotibus lege procurabatur, superest præstandum, nempe [illegible].

6 Continetur, περιέχει. Id est, περιέχεται, passiuè: nisi malimus legere ἡ γραφὴ, Scriptura, sicut legit Vetus interpres, consentiente vno ex vetustis nostris codicibus: vel Dei nomen subaudire [illegible], vt sit sententia, Deum complecti in Scriptura, Ecce pono in Sion, &c. Syrus autem interpres passiuè vertit, Dicitur enim in Scriptura. Aliæ duæ expositiones mihi non placent. Quidam enim repetunt Christi nomen, qui dicatur in Scripturis περιέχειν, id est, continere, totum videlicet ædificium: vel περιέχειν, id est, Excellere in Scripturis. id est, in hoc Scripturæ testimonio. Ab hoc autem verbo deducitur nomen περιοχή, de qua diximus Act. 8. 32. ¶ In imo angulo, ἀκρογωνιαῖον. Vulgata, Summum angularem. Erasmus, In summo ponendum angulo. Vide Ephes. 2. 20. Cæterùm ita citat Petrus hunc locum vt verba non annumeret, & vnum etiam vocabulum transpositum sit. Ita enim plenè citatus fuisset hic Esaiæ locus, ἰδοὺ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον, λίθον ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. Deinde sequitur מוּסָד מוּסָד [mussad mussad] id est, θεμέλιον στερεὸν, fundamentum solidum: quæ verba Petrus non attigit. Quinetiam quod ἀκρογωνιαῖον scriptum est, respicit quidem Dauidis dictum Psalm. 118. 22, quum in Esaia duntaxat legatur פִּנַּת יִקְרַת [pinnath jikrath] id est, angulum pretiosum. Sed hæc varietas nihil immutat, nec sententiæ quicquam detrahit. ¶ Non pudefiet, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Vide Rom. 10. 11.

7 Non obedientibus, ἀπειθοῦσι δέ. Vulg. Non credentibus. Ioan. 3. 36. & Act. 14. 2. ¶ Lapis quem reprobauerunt, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν. Totū hoc membrum deest in Syra interpr. vbi legitur simpliciter, Immorigeris verò, lapis ad quem impingitur, & petra offensationis. Vide Rom. 14. 13.

8 Nempe iis qui, οἵ. suppleui particulam explanatiuam, quòd sit remotius huius relatiui antecedens. ¶ Impingunt, προσκόπτουσι Syrus addit αὐτῷ, nempe λίθῳ, vt Rom. 9. 32. vel περὶ αὐτόν, id est, apud eum videlicet lapidem, vt Luc. 4. 11. & τῷ λόγῳ coniungit cum ἀπειθοῦντες, vt infrà 3. 1. quam lectionem vt sinceriorem sum sequutus. ¶ Ad quod etiam constituti fuerunt, εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. Id est, ἐξηγέρθησαν, vt legitur ad Rom. 9. 17. vel κατηρτίσθησαν, vt ad Rom. 9. 22. Nisi malimus constitutos, id est, ordinatos dicere, vt idem verbum sumus interpretati Io. 15. 16. Act. 13. 47. & aliis locis. Sed à quo tādē positi vel excitati vel coagmētati seu effecti, vel denique constituti & ordinati sunt? Num à seipsis? Hoc verò absurdius est quàm vt refutatione indigeat, vt diximus Rom. 9. 22. & nullum dubitationi locum relinquit aliorum locorum collatio. Ego, inquit, excitaui te vt ostendam in te potentiam meam, Rom. 9. 17. Deus, inquit, Solomon, fecit omnia propter se, etiam impium ad diem malum, Prou. 16. 4. Iste (inquit Simeon Luc. 2. 34) κεῖται, positus est, ad ruinam & resurrectionem multorum. Cedo verò à quo positus? Ab eo videlicet qui de hac ipsa re loquens Rom. 9. 33. Ego pono in Sion, inquit, lapidem offendiculi. &c. Non enim melior est Esaiæ interpres quærēdus quàm sit Paulus, qui pro eo quod dixerat Esaias, Et erit, scripsit, ἰδοὺ τίθημι, Ecce pono. Quemodo etiam Esaias 49. 6, Posui te, inquit, pro luce Gentium. vt iam non possimus dubitare quin verbum τιθέναι, siue electos siue reprobos consideres, Dei conditoris consilium respiciat. Ecce enim Ioan. 15. 16. quum dixisset ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, ego elegi vos, statim subiicit, καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, & posui vos. Hæc ergo est huius loci sententia, Duo esse Iudæorū genera: (Iudæis enim scribit Petrus) vnum eorum qui Christum sunt amplexi, quibus Christus est honori: alterum eorum qui sunt immorigeri, quibus Christus est offendiculo, prout etiam ad hoc ipsum à Deo sunt constituti. Ergo, dices, crudelis est Deus. Imò infinitè misericors, qui vel vnum seruet. Quis verò illum adstrinxit ad seruandos omnes? Imò iustissimus, qui nullos condemnet, nisi in quibus causam ipsam condemnationis hærentem inuenerit. Nam (vt sæpe dixi) inter decretum Dei

Dei & ipsius decreti exequutionem, causa damnationis intercedit, eorum videlicet improbitas qui iusto Dei iudicio damnantur, ita vt nullos nisi seipsos possint accusare. Sed ad rem redeo. Nonnulli conati sunt huius loci testimonium eludere noua quadam ellipsi, perinde nimirum acsi scriptum esset ἀπειθοῦντες εἰς ἐκεῖνο εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν, (sic enim vertit Erasmus) Neque credunt in id ad quod & instituti fuerant. Atqui non est scriptum ἀπειθοῦντες, sed ἀπειθοῦντες & vtrouis modo legas, absurda fuerit ista constructio: neque ἐτέθησαν significare potest, Instituti fuerant. Itaque Castellio maluit conuertere, Et diffidentes ad quod erant destinati: quam interpretationem prorsus reiicio. Primùm enim ostendimus, eam causam quæ istos adduxit vt vellent hunc locum emollire, nempe ne Deum viderentur crudelem facere, nullius esse momenti, quasi videlicet corruitura sit Dei iustitia nisi nostro patrocinio fulciatur: aut quasi nimium durè & impropriè loquutus sit Spiritus sanctus. Deinde hoc dico, Petrum non loqui de Iudæis in genere, sed de iis qui monenti Deo parere pro sua contumacia noluerunt: vt iam nullus hîc locus pateat illi subterfugio, gentem Iudæorum in genere dici saluti destinatam. Quis verò non videt Petrum planius ac magis perspicuè fuisse scripturum, si quippiam eiusmodi significare voluisset: sicut infrà, 3. 1 τῷ λόγῳ expressit? Præterea particula καὶ adiuncta, & quod mox subiicit, Vos autem genus electum, nónne manifestam antithesin ostendit vasorum ad decus & ad dedecus conditorum: sicut credentes & immorigeros antè opposuerat? Et, quid illic fiet vbi nullus locus est istiusmodi ellipsi? veluti 1. Thess. 5. 9, vbi in simili prorsus argumento Paulus electos opponens reprobis, Deus, inquit, οὐκ ἔθετο ἡμᾶς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας, &c. Id est, non condidit nos ad iram sed ad salutis consequutionem per Dominum nostrum Iesum Christum. Nam certè si nullos Deus ad iustam iram condidit, frustra hoc dictum erit. Quid verò Iudas versu 4. de his ipsis loquens de quibus Petrus, iis videlicet qui Euangelij cursum impediebāt? Subierunt quidam homines, inquit, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, iam olim ad hanc condemnationem descripti? &c. Ex quorum testimoniorum comparatione satis puto omnibus liquere quomodo hic locus sit explicandus, etiamsi nulla alia ratio adferatur. Postremò peto ab iis qui hac ratione putant sese Dei iustitiæ optimè patrocinari, vt etiam considerent vter Dei naturæ blasphemiam inurat, isne qui dicit Deum, gloriæ suæ consulentem, ex occulta & inscrutabili, sed iusta tamen, sua voluntate ac proposito, certos homines, quos ipse solus nouit, iustæ condemnationi ab æterno destinasse: an verò is qui dicat Deum omnes quidem ac singulos saluti destinasse, sed incerta & instabili conditione, vtpote quæ ab hominum voluntate pendeat: aut singulos quidem saluti destinasse, & saluos fieri velle, sed homines sua perfidia efficere vt Deus vel quod cogitauit perficere non possit, vel consilium postea commutet. Illud primum ego ingenuè affirmo, sine quo nec gratiæ, nec iustificationis, nec consolationis nostræ basin stare posse dico: ista verò vt planè impia ac blasphema non possum non repudiare, quæ tamen non video quomodo ex eorum placitis necessariò non consequantur, qui singulos volunt saluti esse destinatos. Non ita Christus, qui quum sciret sese certis hominibus ad salutem destinatum, Non pro mundo rogo, inquit, sed pro iis quos dedisti mihi, quia tui sunt, Ioan. 17. 9.

9 Ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν· ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς.

10 Οἵ ποτε οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς Θεοῦ· οἱ οὐκ ἠλεημένοι, νῦν δὲ ἐλεηθέντες.

11 Ἀγαπητοὶ, παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς·

9 8 ‖Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus quem sibi Deus vt proprium vendicat: vt virtutes prædicetis illius qui vos vocauit è tenebris in admirabilem suam lucem.

10 ‖Qui quondam eratis non populus, nunc estis populus Dei: qui non donati misericordia, nunc estis misericordia donati.

11 9 Dilecti, 10 precor vt tanquā inquilini & aduenæ 11 abstineatis ‖à carnalibus cupiditatibus, 12 quę militāt aduersus animā:

9 Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.

10 Qui aliquando non populus, nūc autem populus Dei: qui non consequuti misericordiam, nūc autem misericordiam cōsequuti.

11 Charissimi, obsecro tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam:

Exod. 19. 6. Osea 2. 25. rom. 2. 25. Rom. 13. 14. gal. 5. 17.

8 Oppositum membrum, Electorum videlicet summam excellentiam describit: simúlque nequis ambigat sit electus necne, reuocat nos Apostolus ad vocationē efficacem, id est, ad Euangelij vocem & in auribus & in animis nostris externa etiam prædicatione & Sacramentis sonantem, ex qua æternum illud alioqui occultissimum electionis nostræ decretum certò intelligamus, idque ex vna Dei gratuitò eligentis & vocantis misericordia. Itaque illud iam superesse dicit, vt tantam Dei potentissimi bonitatem modis omnibus prædicemus. 9 Redit ad generalem illam exhortationem. 10 Ratio cur sanctè nobis sit viuendum, quia nimirum cælestes ciues sumus, ac proinde non ex huius mundi corruptissimi, sed ex cælestis ciuitatis legibus viuendum nobis est, etiamsi aduenæ simus in mundo. 11 Aliud argumentum, Carne (id est corrupta illa natura) non viuunt Filij Dei, sed spiritu. Ergo carnales motus in nobis vigere non debent. 12 Tertium argumentum, Quia quantumuis cupiditates illæ nobis blandiantur, tamen salutem nostram non desinant oppugnare.

9 Regale sacerdotium, βασίλειον ἱεράτευμα. Venusta est inuersio verborum Mosis, Exod. 19. 6. Et hoc rursus indicat, promissiones, quanuis indefinitè offerantur quibusuis, ad solos tamen electos pertinere. Neque tamen Deus quenquam ludificatur. Vitium enim in ipsis reprobis hæret, quo ipsi oblatam gratiam sponte repudiantes, iusto Dei iudicio aditum patefaciunt. ¶ Quem [sibi Deus], vt proprium vendicat, εἰς περιποίησιν. Id est, περιούσιον. ita verò coactus fui longo ambitu explicare vocabulum περιούσιος. Nam hoc illud est pro quo Hebræi dicunt סְגֻלָּה [Seghula] Græci interpretes περιούσιον dicunt. Vide Ephes. 1. 14. & Tit. 2. 14. Possis tamen etiam simpliciter interpretari, Ad acquisitionem, videlicet salutis, vt scribit Paulus 1. Thessal. 5. 9. Sed illam interpretationem malo, quia Petrus manifestè alludit ad Exod 19. 5. vel potius Malach. 3. 17. vbi Græci interpretes habent εἰς περιποίησιν, vt Ioan. Drusius diligenter obseruauit. Vulgata, Populus acquisitionis. Erasmus, Populus qui in lucrum accessit & quidem malè. ¶ Virtutes, τὰς ἀρετάς. Hoc vocabulo comperio Paulum semel tantùm vti, nempe Philip. 4. 8. Petrum autem in hac epistola hoc vno loco, & bis in altera. pro quo vbique Syrus Laudem interpretatur, nomine deducto à שבח [shabach] quod est Laudare.

10 [illegible], οἱ ποτέ. Rectè omnino. Scribit enim Petrus tribubus dispersis, & nunquam à Babylonica captiuitate reuersis, quibus, vt apparet ex tota illa Prophetæ oblata visione, propriè conueniunt, LO RVCHAMA & LO HAMMI nomina: Gentibus autem nunquam in Dei fœdere comprehensis non quadrant aliter quàm κατὰ συμβεβηκός, quatenus videlicet in locum excisorum ramorum (in quibus isti quibus hîc scribit Petrus non comprehenduntur) fuerunt subrogatæ, vt citatur & illis applicatur hic locus à Paulo Rom. 9. 25.

11 Tanquam inquilini, ὡς παροίκους, &c. Alij interpretes & Syrus quoque hoc referunt ad verbum παρακαλῶ, precor, quod tamen mihi prorsus videtur cum infinitiuo ἀπέχεσθαι cohærere. ¶ Quæ militant, αἵτινες στρατεύονται. Vide Iac. 4. 1. ¶ Aduersus animam, κατὰ τῆς ψυχῆς. Id est in ipsius animæ perniciem, illis cupiditatibus obsequentis. Est enim longè aliud certamen inter Carnem & Spiritum.

Infrà.3.16 Matt.5.16 Rom.13.1

φὴν ὑμῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἔχοντες καλήν.

‖ Conuersationem vestram retinentes honestam" inter Gentes.

11 *Conuersationem vestrā inter Gentes habentes bonam: vt in eo quòd detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.*

12 Ἵνα ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύσαντες, δοξάσωσι τὸν Θεὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς.

12 Vt" pro eo quod obtrectant vobis vt facinorosis, ‖ 14 ex bonis operibus *quæ* conspexerint glorificent Deum" die visitationis.

13 Quartum argumentum ab vtili, Quoniam sic quoque nostræ existimationi consulimus, dum eos qui de nobis detrahunt cogimus tandem sententiam mutare.

13 Ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν Κύριον· εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι·

13 15 Proinde ‖ subiecti estote cuiuis humanæ" ordinationi 16 propter Dominum: 17 siue" regi, vt supereminenti.

13 *Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, quasi præcellenti:*

14 Sextum argumentum, quod etiam est maximi momēti, quia sic maximè amplificatur Dei gloria, dum honestæ vitæ exemplo vel profanissimi homines adducti, sese Deo subiiciunt.

14 Εἴτε ἡγεμόσιν, ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις εἰς ἐκδίκησιν μὲν κακοποιῶν, ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν.

14 Siue præsidibus, vt qui per eum mittantur 18 tum ad vltionem facinorosorum, tum ad laudem bene agentium.

14 *Siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictā malefactorum, laudem verò bonorum.*

15 Ὅτι οὕτως ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀγνωσίαν.

15 19 Quoniam ita est voluntas Dei, vt bene agēdo" os obstruatis" insipientium hominum ignorantiæ.

15 *Quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam:*

16 Ὡς ἐλεύθεροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ὡς δοῦλοι Θεοῦ.

16 Vt liberi, ac non veluti malitiæ" velamen habentes libertatem, sed vt serui Dei.

16 *Quasi liberi, & nō quasi velamen habentes malitiæ, libertatem, sed sicut serui Dei.*

Suprà 1.22 rom.12.10 Ephes.6.5 col.3.22.

17 Πάντας τιμήσατε. τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε. Τὸν Θεὸν φοβεῖσθε. Τὸν βασιλέα τιμᾶτε.

17 20 Omnes" honorate. ‖ "Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorate.

17 *Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deū timete. Regem honorificate.*

15 Quod in genere dixerat, iam explicat per partes. Sigillatim particularia hominum officia describens. Apprimè quidem loco agit

18 Οἱ οἰκέται, ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ φόβῳ τοῖς δεσπόταις, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς.

18 21 ‖ Serui, subditi estote cum omni timore dominis, non solùm bonis & æquis, sed etiam "prauis.

18 *Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modestis sed etiam dyscolis.*

de obedientia, quæ tum legibus tum magistratibus & summis & inferioribus debetur. 16 Primum argumentum, Quia Dominus est istius humanæ (id est inter homines constitutæ) politiæ author & vindex, ac proinde veros huius Domini seruos oportet præ cæteris esse huius ordinis obseruandi studiosos. 17 Occurrit quorundam cauillo, qui regibus quidem & summis magistratibus parere se velle dicunt, eorum autem ministros aspernantur: quasi verò ministri non sint armati eius à quo mittuntur authoritate.

18 Secundum argumentum à fine huius ordinis non tantùm vtilissimi, sed etiam planè necessarij, quum hac demum ratione præmia virtuti, vitiis pœnæ constituantur, quibus rebus continetur huius vitæ tranquillitas ac felicitas. 19 Primum argumentum explicat copiosius, ostendens libertatem Christianam minimè omnium (sicut iam tum nonnulli regni Dei planè imperiti dictitabant) in eo positam esse, vt frænum legum excutiamus, sed in eo potius vt ex Dei voluntate vitam sanctè instituentes, omnibus planum faciamus, Euangelium non esse scelerum velamen: quum sic liberi simus, vt simus tamen Dei serui non peccati. 20 Ciuilem vitam, occasione ex iis quæ dixerat arrepta, in duas partes vniuersales diuidit, nempe in officia quæ priuati priuatis, ac præsertim fideles fidelibus debent, & in eam subiectionem qua inferiores sunt superioribus obstricti: ita tamen vt reges Deo minimè exæquentur, quum Deo timor, regibus honor debeatur. 21 Transit ad seruorum erga dominos officia, quæ his finibus describit, vt vltro non coactè, non tantùm æquis & moderatis, sed etiam iniquis & asperis dominis serui sese subiiciant.

12 *Inter Gentes*, ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Vel vnus hic locus tribubus illis dispersis propriè fuisse inscriptam hanc epistolam conuincit. ¶ *Pro eo quòd*, ἐν ᾧ. Vulgata & Erasmus, *In eo quòd*. Ego non dubito quin hoc sit quod ad verbum dicimus, *au lieu que*, vt infrà, vbi eadem sententia repetitur 3.16. Vide Rom. 8. 3. ¶ *Ex bonis operibus quæ conspexerint*, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύσαντες. Concisum dicendi genus, ex Hebræorum idiotismo subaudito relatiuo. Vulg. *Ex bonis operibus vos considerantes*, vt videatur addidisse ὑμᾶς. Eras. *Ex bonis operibus vos æstimantes*. ¶ *Die visitationis*, ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς. id est, Quando illorum quoque Deus miserebitur. Vide Luc. 19. 44. Syrus *probationum* interpretatur. quasi scriptum sit δοκιμασίας.

13 *Ordinationi*, κτίσει. Id est, πάσῃ τῇ πολιτείᾳ. Neque enim aliud declarat κτίσις hoc in loco quàm illam ciuilis gubernationis dispositionem, vt rectè exponit Græcus scholiastes. Humanam autem vocat, non quòd humanitus sit excogitata, (est enim hæc quoque donum Dei præclarum, vt Demosthenes etiam ipse testatur) sed quòd hominum sit propria: vt rectè obseruat doctissimus interpres. Vulgata, *Omni humanæ creaturæ*. Erasmus, *Cuiuis humanæ creaturæ*, prorsus absurdè. Syrus, Omnibus hominum filiis interpretatur, subtili quadam argutia. ¶ *Regi*, τῷ βασιλεῖ. Id est, Cæsari, quanuis à Regis appellatione Romani abhorruerint. Itaque ænigmaticè Virgilius de Augusti liberis loquens Ecloga tertia. Reges eos appellauit in illis versiculis, *Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Nascantur flores inscripti nomina regum.* Sic intelligens illorum nomina inter flores consertos inscripta: sicut Augusto adulans, quem etiam apertè Ecloga prima Deum appellauit, cælum vocat, aut arcum triumphalem ei dicatum, aut locum in quo sedens in theatro aut circo ludos spectaret, vt doctissimi poetæ ænigma, ὑπερέχων explicem, licet prophana sacris miscens.

15 *Os obstruatis*, φιμοῦν. Vulgata, *Obmutescere faciatis*. Vide Matth. 22. 12.

¶ *Insipientium*, ἀφρόνων. Vulgata, *Imprudentium*, nimis dilutè. Nec enim simplicem ἄγνοιαν arguit Apostolus, sed cum improbitate vel certè affectata ignorantia coniunctam.

16 *Velamen*, ἐπικάλυμμα. Alludere mihi videtur Petrus ad veterem illum morem quo pileati incedebant serui recens manumissi.

17 *Honorate*, τιμήσατε. Id est, charitate & officiis prosequimini. Latè enim patet honoris vocabulū, ex Hebræorum idiotismo, vt alibi obseruauimus. ¶ *Fraternitatem*, τὴν ἀδελφότητα. Hebr. אחוה [*achaua*] pro fratrum cœtu & coniunctione, vt Zach. 11. 14. vt accipit etiam Basilius quadam ad Galliæ Episcopos epistola, & Cyprianus omnibus penè epistolis: vt explicat etiam Syrus interpres. Possumus tamen etiam pro animorum fraterna coniunctione accipere.

18 *Prauis*, σκολιοῖς. Id est, asperis & sæuis. Nam siquid imperent quod à nobis bona conscientia non possit præstari, valere sine exceptione debet istud, Præstat obedire Deo quàm hominibus. Vulgata, *Dyscolis*: sententia quidem vtcunque expressa, sed altero Græco vocabulo.

19 Τοῦτο γὰρ χάρις, εἰ διὰ συνείδησιν Θεοῦ ὑποφέρει τις λύπας, πάσχων ἀδίκως.

19 22 ‖ "Hoc enim cedit gratiæ, siquis" propter cōscientiam Dei, sufferet molestias, iniustè afflictus.

19 *Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè.*

1. Cor. 7. 10

22 Occupatio, Duram quidem esse seruilem conditionem, præsertim si iniusti domini obtigerint: sed tāto fore Deo gratiorem hāc subiectionem si voluntas ipsius plus apud seruos valeat quàm dominorum iniuriæ.

20 Ποῖον γὰρ κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε; ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντες ὑπομενεῖτε, τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ.

20 Quæ enim est gloria si peccantes &" colaphis cæsi, sufferatis? sed si bene agentes, & *tamen* tolerantes estis, " cedit hoc vobis gratiæ apud Deum.

20 *Quæ enim est gloria si peccantes, & colaphizati, suffertis? Sed si bene facientes, patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.*

21 Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἐκλήθητε, ὅτι καὶ Χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ.

21 23 Nam ad hoc etiam vocati estis, quoniam & Christus" passus est" pro nobis, relinquens nobis "exemplar, vt subsequamini vestigia ipsius.

21 *In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, nobis relinquēs exemplar, vt sequamur vestigia eius.*

Esa. 53. 9 1. Ioh. 3. 6 Esa. 53. 5 mat. 8. 17

22 Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

22 ‖ Qui" non peccauit, nec inuentus fuit dolus in ore ipsius.

22 *Qui peccatum non fecit, non inuentus est dolus in ore eius.*

23 Seruitutis asperitatem lenit, quum disertè pro seruis etiam passum esse Christum ostendit, vt tanto æquius ferant istam inter eiusdem naturæ homines inæqualitatē: deinde proponens illis Christum illum Dominum dominorum pro exemplo, significat non posse non videri nimium molles, qui in tolerandis iniuriis difficiliores se præbeant, quàm ipse Christus iustissimus simul & durissimè omnium afflictus, & tamen patientissimus.

23 Ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει· παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως.

23 Qui conuitiis affectus, non vicissim conuitiabatur, quum pateretur, non minabatur: 24 sed " committebat *causam suam* ei 25 qui iustè iudicat.

23 *Qui quum malediceretur, nō maledicebat, quum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniustè.*

24 Ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν. οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε.

24 26 ‖ Qui peccata nostra" ipsemet "sursum tulit in corpore suo" supra lignum illud, vt" peccatis mortui, iustitiæ viueremus: cuius" vibicibus sanati estis.

24 *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis.*

25 Ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενα· ἀλλ' ἐπεστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα καὶ ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν ὑμῶν.

25 Nam eratis velut oues errantes: sed nunc conuertistis vos ad pastorem & "curatorem" animarum vestrarum.

25 *Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum.*

24 Remedium aduersus iniurias illis ostendit, nempe vt Deo causam suam commendent, Christi exemplo. 25 Videtur conuertere orationem ad dominos qui & ipsi Dominum ac iudicem in cælis habeant, iniurias seruis illatas iustè (id est absque personarum acceptione) vlturum. 26 Reuocat eos Apostolus à consideratione iniuriarum quas perferre coguntur, ad cogitandam magnitudinem simul & finem beneficij à Christo accepti.

19 *Hoc enim cedit gratia*, τοῦτο γὰρ χάρις. Vulgata & Erasmus, *Hæc enim est gratia*. Mihi videtur & hoc loco & mox versu 20. χάρις pro χαρίεν, Hebræorum more, poni, vt diximus 2. Corinth. 3. 9. & 7. 14. Syrus autem interpres hîc etiam legit παρὰ τῷ Θεῷ, vt in vno quoque Græco manuscripto scribitur: & quidem, opinor, rectè. ¶ *Propter conscientiā Dei*, διὰ συνείδησιν Θεοῦ. id est, quòd ei sit religio Deum offendere, cuius voluntate intelligit hoc onus sibi impositum.

20 *Colaphis cæsi*, κολαφιζόμενοι. Multi manusc. codices habent κολαζόμενοι, *puniti*. vt & Syrus interpres. ¶ *Hoc cedit vobis gratiæ apud Deum*, τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ. Syrus videtur legisse, τότε πληθυνθήσεται ἔπαινος ὑμῶν παρὰ τῷ Θεῷ, *Tunc multiplicabitur vestra laus apud Deum*.

21 *Passus est*, ἔπαθεν. id est, supplicio affectus: sic enim in his libris accipitur τὸ πάσχειν absolutè, vt apud Hebræos verbum ענה [*hanah*] vnde ענו [*hani*] παθήματα & numero plurali παθήματα suprà 1. 11. ¶ *Pro nobis*, ὑπὲρ ἡμῶν. Sic legitur in plerisque manuscript. & tum apud Syrum, tum apud Veterem Latinum interpretem, lectione, puto, à nonnullis ideo temerè deprauata, & mox ὑμῖν pro ἡμῖν, quod præcesserit ἐκλήθητε: & mox ἐπακολουθήσητε. Sed quid prohibet ex generali sententia, peculiarem adhortationem elicere? ¶ *Exemplar*, ὑπογραμμόν. Translatio à pictoribus vel scribendi magistris sumpta. Nos vulgò vocamus *vn patron de peincture*, vel, *exemple d'escriture*.

22 *Non peccauit*, ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν. Vide 2. Corint. cap. 11. versu 7.

23 *Quum pateretur*, πάσχων. Id est, non iam conuitiis, sed ipsa morte Crucis afficeretur. Vide Hebr. 9. 26, & suprà, 2. 1. & Philipp. 1. 29. ¶ *Committebat* [*causam suam*.] παρεδίδου. vel in manus tradebat. Sub. τὴν κρίσιν αὐτοῦ, vel τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, vt infrà, 4. 19. vel, vt Syrus interpres expressum legat, τὴν κρίσιν αὐτοῦ, *Iudicium suum*. Dura est tamen hæc ellipsis. Sed quæ petita videri potest ex idiotismo coniugationis Hebrææ Hithpahel, sicut ἐπιστρέφειν sæpissimè in his libris accipitur pro conuertere se.

24 *Ipsemet*, αὐτός. Id est, sui ipsius oblatione, vt simul & sacerdos esset & victima. ¶ *Sursum tulit*, ἀνήνεγκεν. nempe in aram crucis sibi imposita, sicut holocaustum, ipsius videlicet Christi typus, attollebatur in altare, vt diximus Hebr. 9. 28. Syrus interpres autem hunc locum sic Græcè legit ἐβάστασεν πάσας τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ ἀνήνεγκεν αὐτὰς, id est, *baiulauit omnia peccata nostra & sursum tulit ea*, &c. vel sicut Esaias hoc prædicens cap. 53, visus est duplici verbo נשא [*nasah*] & סבל [*sauai*] ita vnicum verbum ἀναφέρειν voluit duplici altero, nempe שׂרל [*scharal*] & אשיק [*asik*] id est, *ascendere fecit*, interpretari. ¶ *Super lignum illud*, ἐπὶ τὸ ξύλον. id est, crucem illam, vt minimè negligendus sit articulus.

¶ *Peccatis mortui*, ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι. Verbum elegans oppositum τῷ γίνεσθαι, quod Varro Latinè non minùs eleganter interpretatur *Denasci*, mirè conueniens Veteris Hominis abolitioni, à qua incipit nostra ἀναγέννησις. Vide Rom. 6. 2. Ambrosius vertit *Separati*, non malè, sed non satis expressè. Potest enim τὸ ἀπογίνεσθαι accipi pro Extra fieri, id est, seiunctum ac separatum esse.

¶ *Vibicibus*, μώλωπι. Hebr. חבורה [*chabburah*] Intelligitur autem ex consequente antecedens, nempe contusio ac verbera: & alludit ad verbera quibus cædi solebant serui. Cæsus quoque virgis & flagellis fuit Christus. Deinde redundat αὐτοῦ, *eius*, pro quo Erasmus conuertit *Eiusdem*, ex Hebræorum consuetudine, vt Rom. 16. 27. & Ephes. 3. 21.

25 *Curatorem*, ἐπίσκοπον. Vulgata, *episcopum*, à qua voce alibi non abhorrumus, quam tamen hîc non putamus retinendam, quoniam de mediatore expiationis agitur. ¶ *Animarum vestrarum*, τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Vide suprà, 1. 9.

Κεφάλαιον γ.

Cap. III.

Cap. III.

Greek		Latin		Vulgate
Ὁμοίως αἱ γυναῖκες, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα καὶ εἴ τινες ἀπειθοῦσι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς ἄνευ λόγου κερδηθήσωνται,	1	1 Similiter‖ vxores sese subiiciant suis viris: 2 vt etiam si qui non obediunt sermoni, per vxorum conuersationem absque Sermone lucrifiant,	1	Similiter & mulieres subditæ sint viris suis: vt & si qui non credunt Verbo, per mulierum conuersationem sine Verbo lucrifiant,
Ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν.	2	Vbi spectarint puram vestram conuersationem cum timore coniunctam.	2	Considerantes in timore castam conuersationē vestram.
Ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν, καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος·	3	3 ‖Quarum ornatus non sit externus ille in nobis capillorum, & circumposito auro, vel palliorum amictu:	3	Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus:
Ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος καὶ ἡσυχίου πνεύματος, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πολυτελές.	4	Sed occultus ille cordis homo, situs in sinceritate lenis ac quieti spiritus, qui est in conspectu Dei pretiosus.	4	Sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, quod est in conspectu Dei locuples.
Οὕτω γάρ ποτε καὶ αἱ ἅγιαι γυναῖκες αἱ ἐλπίζουσαι ἐπὶ τὸν Θεόν, ἐκόσμουν ἑαυτάς, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν·	5	4 Ita enim olim & sanctæ illæ mulieres quę sperabant in Deū, ornabant sesē, subiectæ suis viris:	5	Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ propriis viris:
Ὡς Σάρρα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραάμ, κύριον αὐτὸν καλοῦσα· ἧς ἐγενήθητε τέκνα, ἀγαθοποιοῦσαι, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν.	6	Sicut‖Sara obediuit Abrahæ, dominū eum vocans: cuius factæ estis filiæ, dum bene agitis 5 nec timeatis vllam consternationem.	6	Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cuius estis filiæ, benefacientes, & non pertimentes vllam perturbationem.
Οἱ ἄνδρες ὁμοίως, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμήν, ὡς καὶ συγκληρονόμοι χάριτος ζωῆς, εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν.	7	6 ‖ Viri similiter, cohabitent vt scientes decet, vasi muliebri vt infirmiori tribuentes honorem, vtpote quum vnà etiam hæredes sitis gratiæ vitæ, ne interrumpantur orationes vestræ.	7	Viri similiter, cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam & coheredibus gratiæ vitæ, vt nō impediantur orationes vestræ.
Τὸ δὲ τέλος, πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, εὔσπλαγχνοι, φιλόφρονες·	8	10 Denique omnes estote concordes, mutuo molestiarum sensu affecti, fraterna præditi charitate, ad intimam misericordiam proni, comes:	8	In fine autem omnes vnanimes, cōpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles:
Μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας· τοὐναντίον δέ, εὐλογοῦντες, εἰδότες ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε.	9	11 ‖Non reddentes malum pro malo, aut conuitium pro conuitio, sed contrà, benedicentes: 12 vt qui sciatis vos ad hoc vocatos esse vt benedictionem hæreditario iure obtineatis.	9	Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis vt benedictionem hæreditate possideatis.

Marginal notes (p. 466): Col. 3. 18. ephes. 5. 22. 2 Tertio loco vxorum in maritos officia præscribit, subiectionem etiam illis præcipiens. 3 Nominatim de iis agit qui maritos habebant non Christianos, quas bando magis viris suis subiectas esse oportere, vt eos honestate ac pudicitia Domino lucrifaciant. 1. Tim. 2. 9. 3 Mulierum luxum damnat, & verum ac coram Deo pretiosum earum ornatum indicat, interiorem videlicet & incorruptibilem, in placido & quieto animo positum. Gen. 18. 12. 1. Cor. 7. 3. 4 Argumentū à sanctarum mulierum, ac præsertim Saræ credētium matris exemplo.

5 Quoniam mulieres natura sunt meticulosæ, significat se subiectionem ab eis requirere, quam nec vis nec metus extorqueat. 6 Maritos vicissim suum officium docet, nempe vt quanto excellunt intelligentia ac prudentia, tanto se præstent prudentiores & magis circunspectos.

Marginal notes (p. 467): Prou. 17. 13. & 20. 22. matt. 5. 39. rom. 12. 17. 1. thes. 5. 15. Psal. 34. 13. 10 Rediens ad communes exhortationes, concordiam commēdat, & quæcunque ad pacem & mutuam coniunctionem fouendam spectant.

11 Non modò resecandæ non sunt iniuriæ, sed etiam beneficiis pensandæ. 12 Argumentum à comparatis, quum ipsi à Deo quem toties offendimus, vocati simus ad tantum bonum nedum vt iniurias sibi à nobis factas vlciscatur, an nosipsos tanta beneficentia reddemus indignos potiùs quàm vt mutuas offensas condonemus? Est autem digressio ad fortiter sustinendas afflictiones, ab hoc versu vsque ad finem huius capitis.

IN CAPVT III.

1 *Absque sermone, ἄνευ λόγου.* De animi præparatione loquitur ad audiendum Dei verbum à quo quum profani, acerbi, superstitiosi homines abhorreant, morum tamen honestate conuicti, paulatim cicurantur vt audientiā præbeant. Syrus interpres legit *ἄνευ κόπου, sine labore*, id est, facilè. quod in nullis codicibus inueni.

2 *Puram, ἁγνήν.* Vulg. *Castam*, quod mihi non displicet, modò largè ad puritatem totius vitæ intelligatur, aduersus impurissimum illum Papam Syricium, & alios illum sequutos, cui *In carne esse*, ac proinde, *Deo placere non posse* Rom. 8. 8. idem est atque *Coniugatum esse*.

3 *In nodis capillorum, & circumposito auro. ἐμπλοκῆς τριχῶν καὶ περιθέσεως χρυσίων.* Vetus interpres totum hunc locum obscurissimè conuertit, neglecto articulo qui est ante ἔξωθεν. Erasmus, *Qui sit in plicatura capillorum, & additione auri.*

4 *Sed occultus ille cordis homo, ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος.* Notum est, quoniam Cordis nomen apud Hebræos intimas partes cuiusque rei declarat, inde factum vt omnes quoque animæ facultates Cordi sine discrimine attribuantur. Interioris igitur Hominis appellatio Animā hoc loco significat, cui opponitur Externus homo, id est corpus: certiore significatione quàm quum internus & externus homo in animæ ipsius subiecto spectatur, nō tamen vt Philosophi τὸ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον in animo considerant: sed quatenus inchoatio nostræ spiritualis ἀναγεννήσεως carnem & Spiritum in credentibus quantumlibet sanctificatis constituit. ¶ [*Situs*] *in sinceritate ἐν ἀφθάρτῳ* Subaudi ὄν, τὸ ἄφθαρτον verò, (quòd nouo vocabulo Incorruptionē vertimus) id est Spiritus vim illam & præstantiam, quæ minimè fluxæ sed perennis & constantis est naturæ, opponit capillis auro, vestibus, cæteris denique fluxis & caducis rebus. Huc pertinet egregium illud Cratetis dictum, κόσμος ἐστὶ τὸ κοσμοῦν. κοσμεῖ δὲ τὸ κοσμιωτέραν γυναῖκα ποιοῦν. ποιεῖ δὲ τοιαύτην οὔτε χρυσὸς, οὔτε σμάραγδος, οὔτε κόκκος, ἀλλ' ὅσα σεμνότητος, εὐταξίας, αἰδοῦς ἔμφασιν περιτίθησι. Hæc [illegible] rectè omnino si verum istarum virtutum canona tenuisset. Erasmus verò longo nec satis etiam commodo verborum ambitu ita hunc locum conuertit, *Verùm occultus qui est in corde homo, sit in carens omni corruptela, ita vt spiritus sit placidus ac quietus.*

¶ *Qui est coram Deo pretiosus, ὅ ἐστιν ἐνώπιον, &c.* Id est, verè pretiosus, & quidem ipsius Dei iudicio. Possumus autem hoc ad totum etiam orationis complexum referre, vt conuertamus, *Quod est coram Deo pretiosum.* acsi diceret, Requiritis rarum ac magni pretij ornatum? en vobis illum quem Deus ipse maximi faciat.

6 *Dominum, κύριον.* Huc referri non incommodè potest potest illud Euripidis, à Stobæo citatum πᾶσαν δεῖ γυναῖκα ἄνδρα ἐν κυρίῳ. Immo & illud Ouidij de Lucretia ancillas suas in lanificio accelerantis, Mittenda est Domino (nunc nunc properate puellæ) Quàm primùm nostra facta lacerna manu: vt Christianas vxores pudeat prophanis illis esse virtute inferiores.

¶ *Nec timeatis vllā consternationē, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν.* Sic vocatur non metus ille optimus pudicitiæ custos, quo vacare nunquam debent mulieres: sed illa demum consternatio animi, qua veluti furore perciti homines debacchantur quasi furentes, & sui officij obliti: quales describit Liuius Romanas matronas ad abrogandam legem Oppiam in publicum contra decorum concurrentes. Cæterùm φοβεῖσθαι actiuum semper est, & huiusmodi constructio, vt φοβεῖσθαι φόβον, addit pondus orationi, quomodo etiam Gaudere gaudium dicitur: sed timere timorem non vsurpatur à Latinis. Ideo φοβούμεναι passiuo participio, mutata quoque constructione, sum necessario interpretatus. Quòd autem quidam πτόησιν pro libidinis pruritu accipit, indignum etiam est quod hîc commemoretur. Cōsternationis verò vox à sterno deducta τῇ πτοήσει respondet, quum τὸ πτόησις & πτοεῖσθαι à πίπτω oriantur, quod concidere significat, vt consternatis & sui oblitis accidit: sicut accipitur Luc. 21. 9. & 24. 37. Vulg. *non pertimentes vllam perturbationem.* Eras. *non terremini vllo pauore.*

7 *Cohabitent vt scientes decet, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν.* Subaudiuntur. quæ ellipsis ad sequentes etiam versiculos porrigitur. Notum est autem nomine συνοικήσεως, id est, contubernij, omnia matrimonij officia significari. Deinde κατὰ γνῶσιν nolui ad verbum interpretari, *Secundum scientiam*, neque etiam aduerbio *Scienter*. illud enim fuisset nonnihil obscurius quàm in Græco sermone, istud verò minimè expressisset Apostoli sententiam. Nec enim monet duntaxat

taxat vt in contubernio peritè se ac dextrè gerat maritus: sed hoc requirit, vt cogitet maritus, quò excellentiore præditus est intelligendi facultate, & quo maiore rerum bonarum cognitione & vsu pollet, eò magis oportere vt circunspectè, cōsideratè, constanter se gerat in perferendis plurimis incommodis, quibus imbecillitas muliebris & sibi & marito sępenumero molesta est. Vulg. *Cohabitantes secundum scientiam.* Eras. *Cohabitent secundum scientiam.*

¶ *Vasi muliebri, σκεύει τῷ γυναικείῳ.* Alibi diximus apud Hebræos כלי [Keli] latissimè patere, adeò vt de quibusuis dicatur quorum opera vtamur. Est igitur fœmina vas, id est, comes & adiutrix, viro ad fideliter coràm Deo transigendam vitam adiuncta. Alludit enim ad illud Mosis Genes. 2. 18. vbi dicitur non expedire hominem relinqui solum. ¶ *Vt infirmiori, ὡς ἀσθενεστέρῳ.* Mirificum argumentum. nam quæ nos proximè attingunt, quo infirmiora sunt, eo maiore cura dignamur, tacito quodam naturæ instinctu, 1. Corinth. 12. 23. Itaque si vxorem putamus nostrum vas esse, imò corpus nostrum esse, infirmitas illa non modò non efficiet vt contemnamus, sed etiam in causa erit cur multò maiorem illius rationem habeamus. ¶ *Tribuentes honorem, ἀπονέμοντες τιμήν.* Id est, honestam curam ac solicitudinem. Hoc enim declarat Honoris nomen, ex Hebræorum idiotismo, vt sæpe iam annotauimus: & nominatim hoc in loco obseruandum est, nequis, quoties hoc vocabulum occurrerit, existimet eam reuerentiam significari quam inferior quispiam superiori dignitate debeat. Stat enim illud, oportere subiectas esse vxores viro, quum vir sit mulieris caput, & vxor natura sit imbecilliore. Sed vir cogitet vicissim hoc suum vas esse, nec vt infirmius aspernetur, sed honestè tueatur. Quod autem ista Hieronymus ad congressum refert, à quo iubeantur viri abstinere, sanè est eiusmodi vt etiam commemorare pudeat. Sanctè quidem & temperanter (fateor) matrimonium coli debet: sed absit vt in legitimo thoro talem inquinationem hærere existimemus.

Vtpote quum vnà etiam, &c. ὡς καὶ συγκληρονόμοι, &c. Triplex quodammodo hîc latet argumentum, vnum in καί, alterum in σύν, tertium in re ipsa. Etiamsi, inquit, cum vxoribus communem duntaxat haberetis præsentis vitæ vsum, vel id vnum vos debet huc adducere vt magnam illarum curam habeatis: sed aliud etiam longè maius superest. Nam quum in huius vitæ societate vxor secundas ferat tanquam vas infirmius, aliud quiddam est multò præstantius in quo pares sunt vir & vxor, nempe in ea gratia per quam Deus hæreditatem æternæ vitæ tum masculis tum fœminis communicauit. Quomodo igitur vxorem vir aspernetur, quam Deus pari felicitatis æternæ munere sit dignatus? Imò potius coniunctis animis ambo ad communem hæreditatem contendant. Vetus interpres legit συγκληρονόμοις, *cohæredibus*, eadem manente sententia, vt in quibusdam etiam Græcis codicibus legitur. quod sequutus etiam est Syrus interpres.

¶ *Gratiæ vitæ, χάριτος ζωῆς.* Id est, gratuiti illius beneficij quo donatur, vita nimirum æterna, κατ' ἐξοχήν. Hæc est opinor, vera lectio: alioquin nonnulli codices variant. nam in quibusdam legitur χάριτος ζώσης, *viuæ gratiæ*: in quibusdam ποικίλης χάριτος ζωῆς, *multiplicis gratiæ vitæ*. Alicubi etiam χάριτος ποικίλης καὶ ζωῆς, *multiplicis gratiæ & vitæ*. ¶ *Ne interrumpantur, εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι.* Vel hæc vna ratio omnia iurgia ac odia debet componere. Sunt enim vir & vxor coniuncti, vt mutuò sese ad hanc vitam sanctè ac piè transigendam iuuent. Consistit autem hæc sanctitas potissimum in pura inuocatione, cui inter iurgia & odia nullus est locus. Ita hunc locum interpretatus est etiam Lyranus, immeritò quidem propterea exagitatus ab Erasmo.

8 *Denique, τὸ δὲ τέλος.* Vulgata ad verbum, *In fine autem.* nam librariorum errore plusquàm manifesto factum est, vt in quibusdam codicibus legeretur *In fide*: quod multos Græcæ linguæ prorsus imperitos fefellit. Erasmus, *In summa, τὸ κεφάλαιον.* Sunt autem ista quæ sequuntur, omnibus hominum ordinibus scripta.

¶ *Mutuo molestiarum sensu affecti, συμπαθεῖς.* Hoc non potui paucioribus verbis satis commodè explicare. Vulgata *Compatientes.* Erasmus, *Similiter affecti.*

¶ *Ad intimam misericordiam proni, εὔσπλαγχνοι.* Vide Iacob. 5. 11.

¶ *Comes, φιλόφρονες*, Vulg. *Modesti, Humiles.* neutrum rectè, sed alterum tamen ex albo libri irrepsit in contextum. Erasmus, *Affabiles*, vt legisse videri possit ταπεινόφρονες.

9 *Benedicentes, εὐλογοῦντες.* Id est, Bene precantes, & pro viribus benefacientes iis à quibus læditimini. Vult enim Pater cælestis vt offensas verè condonemus.

¶ *Vos ad hoc vocatos esse &c. ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε, &c.* Infinita quædam vis est huius argumenti ad mitigandam omnem odij acerbitatem. Memineritis, inquit, vos: quosnam? Dei videlicet & hostes & inimicos capitales, vocatos esse, id est, sponte & gratis ab eo quem toties & tam multis modis in vos prouocastis, quem contemnebatis, quem totis viribus fugiebatis, adscitos: quorsum? vt inaudita & inexplicabili prorsus benignitate vobiscum infinitas illas hæreditatis æternæ diuitias communicaret. Et nos ita erimus feroces vt iniurias nobis illatas non condonemus? ita, inquam, ad vlciscendum præcipites vt tantùm bonum vltro malimus abiicere quàm iniurias nostras non persequi? Pendet autem hoc à propria significatione verbi קרא [kara,] id est, vocauit, & ברכה [berachah,] id est, benedictio. Tanti est momenti quod à plurimis contemnitur, nempe grammatica vocabulorum explicatio.

10 Ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾷν, καὶ ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς, παυσάτω τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη αὐτοῦ τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον·

11 Ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιησάτω ἀγαθὸν· ζητησάτω εἰρήνην, καὶ διωξάτω αὐτήν.

12 Ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν· πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά.

13 Καὶ τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς, ἐὰν τοῦ ἀγαθοῦ μιμηταὶ γένησθε;

14 Ἀλλ' εἰ καὶ πάσχοιτε διὰ δικαιοσύνην, μακάριοι· τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταραχθῆτε· Κύριον δὲ τὸν Θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

15 Ἕτοιμοι δὲ ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος, μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου, συνείδησιν ἔχοντες ἀγαθήν.

16 Ἵνα ἐν ᾧ καταλαλῶσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, καταισχυνθῶσιν οἱ ἐπηρεάζοντες ὑμῶν τὴν ἀγαθὴν ἐν Χριστῷ ἀναστροφήν.

17 Κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας, εἰ θέλει τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας.

18 Ὅτι καὶ Χριστὸς ἅπαξ περὶ ἁμαρτιῶν ἔπαθε, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ Πνεύματι.

19 Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν.

10 13 ‖ Quis enim vult vitam diligere, & videre dies bonos, desistere faciat linguam suam à malo, & labia sua, ne loquantur dolum:

11 ‖ Declinet à malo, & faciat quod bonum est: quærat pacem, & sectetur eam.

12 Nam oculi Domini *sunt intenti* in iustos, & aures eius ad deprecationem eorum: vultus verò Domini aduersum eos qui faciunt mala.

13 14 Et quis est qui malè accipiat vos si bonarum rerum æmulatores fueritis?

14 ‖ Sed & si *quid* patimini propter iustitiam, beati *tamen estis*: 15 ceterùm ‖ metu eorum ne metuite, neque turbamini: sed sanctificate Dominum Deū in cordibus vestris.

15 16 Estote verò semper parati ad respondendum cum lenitate & timore cuiuis petenti à vobis rationē eius quæ in vobis est spei, conscientiā retinētes bonā.

16 Vt pro eo quod obloquuntur vobis tanquam nocentibus, pudefiant qui incessunt vestrā illā in Christo bonā conuersationē.

17 17 Melius enim *est* vt bene agentes, si ita velit Dei voluntas, *aliquid* patiamini, quàm malè agentes:

18 18 ‖ Nam & Christus semel pro peccatis passus fuit, 19 iustus pro iniustis: 20 vt nos ad Deū adduceret, morte 21 quidem affectus carne, viuificatus autem Spiritu.

19 22 Per quem etiam spiritibus qui *sunt* in carcere profectus prædicauit,

10 *Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum:*

11 *Declinet à malo & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam.*

12 *Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala.*

13 *Et quis est qui vobis noceat si boni æmulatores fueritis?*

14 *Sed & siquid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini.*

15 *Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris: parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe, cum modestia & timore,*

16 *Conscientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem.*

17 *Melius est enim benefacientes, si voluntas Dei velit, pati, quàm malè facientes.*

18 *Quia & Christus semel pro peccatis mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem Spiritu.*

19 *In quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit,*

Psal.34.13

13 Tacita obiectio, Atqui nostra hæc patientia nihil aliud quàm malorum improbitatem fouebit, vt impunè quidem illi in nos grassentur, nos verò pereamus. Imò verò (respondet Apostolus Dauidis ipsius verbis) Sine noxa viuere, & fugientem etiam pacem persequi, iter est ad fœlicem & tranquillam pacē. Quòd siquis iustè agendo affligitur, Dominus omnia obseruat, suo tempore pios clamantes liberaturus, & improbos perditurus.

Matt.5.10

Esa.8.12 & 13.

14 Secundum argumentum, Impii lacessiti, magis ac magis proteruiūt. Itaque beneficiis potius sunt vincēdi. Quòd si ne sic quidem possint lucrifieri, nihilominus tamen beati erimus si propter iustitiam affligamur.

15 Consilium certissimum in afflictionibus quantumuis terribilibus, sibi animo constare. At quomodo hoc consequemur? Si Deum sanctificauerimus in animis nostris, id est, si in eum omnipotentem, vt hominum amatorem, vt verè bonum ac veracem, recumbamus. 16 Vult nos propter iustitiam afflictos, solicitos esse non de vita nostra vel abnegatione veritatis, vel pari violentia, aut aliis eiusmodi artibus redimenda, sed potius de ratione fidei nostræ intrepidè quidem, sed tamen cum placido & Dei reuerentiæ pleno spiritu reddenda, vt non habeant hostes quod meritò possint obiicere, sed potius sui ipsorum eos pudeat. 17 Ratio duplici paradoxo Christiano constans: vno, quoniam si semel omninò subeundæ sunt afflictiones, præstat iniustè quàm iustè affligi: altero, quoniam non temerè, sed Dei nostri voluntate sic affligimur. 18 Probatio vtriusque paradoxi, prolato Christi ipsius (nostri archetypi) exemplo, vt qui non propter sua peccata (quæ nulla erant) sed pro nostris fuerit afflictus, & quidem ex Patris decreto. 19 Argumentum à comparatis, Passus est Christus iustus pro nobis iniustis, & nos iniustos pœnitebit pati pro iusti nomine? 20 Aliud argumentum, partim à contrariis sumptum, Quoniam videlicet qua via Christus incessit, eadem & nos ad Patrem suum adducit: partim à causa efficiente, Quoniam nimirum Christus non modò proponitur pro exemplo quod imitemur, sed etiam sua virtute nos in omnibus istis viæ asperitatibus sustinet, donec ad Patrem nos perducat. 21 Aliud argumentum ab istarum afflictionum exitu fœlicissimo, in quo etiam Christus nobis & exemplo & virtute præit, vt qui grauissima quidem sit ad mortem vsque perpessus, sed altera tantùm sui parte, nempè carne, siue humana natura: sed tamen victor diuinitatis suæ vi euaserit.

22 Tacita obiectio, Christus quidem hoc potuit, nos autem quid? Imò (respondet Apostolus) hanc ipsam virtutem omnibus seculis Christus & seruandis piis, quanuis paucissimis & calamitosissimis, & suorum hostium rebellioni vindicandæ exeruit. vt ex diluuij historia liquet. Christus enim is est qui temporibus illis quum Deus potentissimus terminum ad resipiscendum mundo definisset, adfuit, non quidem corporali præsentia, sed diuina illa sua virtute, prædicans resipiscentiam, per os videlicet ipsius Noe, arcam apparantis, spiritibus illis immorigeris qui nunc in carcere seruantur, plenam suæ rebellionis mercedem expectantes, & paucos illos (id est octo omninò capita) in aquis seruauit.

10 *Qui vult vitam diligere*, ὁ θέλων ζωὴν ἀγαπᾷν. Hebræa veritas habet מי החפץ חיים [*mi hechaphets chajim*,] id est, *Quis cupidus est vitæ?* Deinde sequitur אהב ימים [*oheb iamim*,] id est, *Quis amans est dierum?* Itaque participium אהב [*oheb*] Græcus interpres cum præcedentibus coniunxit, mutatione in verbum infiniti modi: sed eadem manente sententia. Vitam autem expetere, declarat vitam cupere diuturnam. Pendent enim omnia tum præsentis tum futuræ vitæ beneficia à Domini timore. Atenim, dices, plerique Dei timentes contraria omnia experiuntur. Imò iustus semper habet quantum satis est, si tentationis exitum spectes: & in mediis afflictionibus felix ac beatus exultat, Iacobi 1.2. Contrà verò qui stolidus est, nihil sentit: qui verò mala conscientia torquetur, nihil inuenit in quo possit acquiescere. ¶ *Et videre dies bonos*, καὶ ἰδεῖν, &c. Id est, Beatam ac felicem vitam transigere: sicut contra dies malos vocant Hebræi asperam & calamitosam vitam, Genes. cap. 47. vers. 9. Cæterùm Hebræa veritas habet אהב ימים לראות טוב [*oheb iamim lirooth tob*,] id est, *Amans dies, vt videat bonum*: sed hoc quoque nihil immutat in sententia.

12 *Vultus*, πρόσωπον. Hebr. פנים [*panim*,] id est, *facies*, idque plurali tantùm numero. Accipitur autem hîc Hebræorum more pro ira.

13 *Et quis*, &c. καὶ τίς, &c. Particula καὶ nihil connectit hoc in loco, sed ita vsurpari solet in subiectione. Virgil. *Et quisquam numen Iunonis adoret? Præterea?* ¶ *Bonarum rerum*, τοῦ ἀγαθοῦ. Vulg. *Boni*, ambiguè.

14 *Timore eorum*, τὸν φόβον αὐτῶν. Id est, Ne ipsorum more & exemplo consternamini. De hoc dicendi genere diximus suprà 2.6. ¶ *Deum*, τὸν Θεόν. Syrus interpres & Vetus Latinus legerunt τὸν Χριστόν, & ex nostris manuscr. vnus. ¶ *Sanctificate*, ἁγιάσατε. Id est, omnem ei laudem & gloriam tribuite, & ab ipso solo pendete. Monet enim vt omnibus terriculamentis opponamus Dei promissiones: cui tùm demum gloriam iustam tribuimus, quum in illum vt fidelem sanctum omnipotentem, recubuimus, per fidem, Ioh. 3.33. Rom. 4.20. Sunt autem hæc petita ex Esaiæ 8.12. & 13.

15 *Rationem spei*, λόγον περὶ ἐλπίδος. Πίστεως nouè dictum pro ἐλπίδος: quam formulam loquendi infinities reperitam Ioh. 14.6. Eras. *eloquamini de spe*.

16 *Pro eo quod*, ἐν ᾧ. Vulg. & Eras. *In eo quod*. Vide suprà 2.12. & Rom. 8.3. ¶ *Tanquam nocentibus*, ὡς κακοποιῶν. Vulg. istud non legit, quod tamen vbique reperimus, nec omitti debuit, vt sibi constaret ratio. Alibi verò κακοποιὸν Vulg. vertit Malefactorem, barbarè pro facinoroso, vt Ioan. 18. 30. & suprà 2.

prà 2. 12. & 14. Erasmus autem sceleratos.

21 *Morte quidem affectus carne*, θανατωθεὶς μὲν σαρκί. Id est quod ad corpus quidem attinet, mortuus. Vtitur autem passiuo participio θανατωθείς, vt & mortis violenta fuisse significetur: quanuis antea vsus sit verbo ἀπέθανε, & dici etiam possit θανατοῦσθαι quatenus etiam volens animam suam ad tempus nostri causa deposuit.

¶ *Viuificatus autem Spiritu*, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. Id est, per diuinitatem in ipso corporaliter habitantem, vitæ restitutus. Potestatem enim habuit à semetipso deponendi animam, & rursus sumendi eam, Ioan. 10.18. Spiritus autem nomine in Christo significari Verbi incarnati potentiam, quando carni, id est, alteri naturæ imbecillæ opponitur, ostendimus Rom. 1.3. & totum hunc locum quasi ex professo ita explicat Paulus 2 Cor. 13. 4, his verbis, ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. Id est, Crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex Dei potentia, Virtutem Dei appellans quod hîc vocat Petrus Spiritum. Sic quoque Lactantius, De vera sapientia, lib. 4. cap. 8, de vtraque Christi natura disserens, Christum, inquit, bis natum esse testificamur, primùm in Spiritu, deinde in carne. Itaque hunc locum fœdè Castellio corrupit, quum sic eum interpretaretur, *Corpore necatus, animo in vitam reuocatus*. In Latinis quibusdam codicibus legitur Mortificatos & viuificatos, sed contextu ab aliquibus Græcæ linguæ imperitis deprauato.

19 *Per quem etiam*, &c. ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ. In vno codice scriptum est τοῖς ἐν φυλακῇ κατακεκλεισμένοις, *In carcere inclusis*. Cæterùm quia non alius locus in Nouo testamento obscurior habetur, conabor & ego illum pro viribus illustrare. Syrus interpres istud ἐν ᾧ & πορευθεὶς non legit, quæ tamen sunt in Græcis omnibus, & à Græcis Latinisque patribus omnibus summo consensu leguntur. Latinus autem Vetus interpres habet, *In quo & iis qui in carcere [erant] spiritibus, veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando*. Sic autem Erasmus, *In quo etiam abijt, & spiritibus qui [erant] in carcere prædicauit, qui inobedientes fuerant quondam*. Nunc ad varias interpretationes accedamus quarum tamen aliquot commemorasse satis erit. Primùm igitur qui ex hoc testimonio Limbum (quem vocant) constituunt, quasi ad Patrum Spiritus illic tanquam in carcere quodam inclusos anima Christi peruenerit, vt eos inde erueret, & Christi ad inferos descensum sic explicant, istis manifestis rationibus possunt refelli: quanuis hæc opinio sit vetus, & maximorum virorum auctoritate nitatur. Primùm nulla hîc mentio fit animæ Christi, sed Spiritus, id est, diuinæ potentiæ: neque enim per Spiritum intelligere possis animam Christi, quin simul dicas eum per animam fuisse reuocatum in vitam. Atqui licet nemo aliter vitæ restituatur quàm anima rursus corpori coniuncta, tamen ipsa sese anima suo non magis adiungit rursum corpori, quàm initio ipsa sese vel condidit, vel corpori inseruit. Itaque ex resurrectione à seipso facta Christum esse verum Deum demonstratiuè colligit Paulus Rom. 1.4. Secundò, tantum abest vt de piorum animabus hoc possit intelligi, vt contrà nominatim de iis agatur qui immorigeri fuerint. Tertiò nō dicitur Christus in Spiritu istos liberasse, sed illis prædicasse, & rursus infrà 4.6 dicitur Euangelium prædicatum fuisse mortuis. Aliud autem est prædicare & euangelizare, quàm simpliciter dicere, Adsum quem expectabatis. Denique, vt istud non sit satis firmum, tamen hoc constat, nullam factam hîc esse liberationis mentionem, nec fieri etiam potuisse, quum tantùm dicatur prædicatum fuisse πνεύμασι τοῖς ἀπειθήσασι, Spiritibus huic prædicationi non obsequutis. Quartò, ostendant quo iure interpretentur τοῖς ἐν φυλακῇ, *iis qui [erant] in carcere*, potius quàm *iis qui [sunt] in carcere*: & πορευθεὶς, *profectus*, è corpore vel ex hoc mundo, repugnante Vetere interprete, qui *veniens* interpretatur, & quidem non ineptè, vt suo loco dicemus. Quintò, proferatur testimonium aliquod ex scriptura ex cuius collatione intelligamus carceris nomine locum aliquem designari in quo beati Spiritus conclusi fuerint. Hoc certè nusquam inuenietur: sed contrariò, fideles ex hac vita demigrantes, fide idipsum adeptos quod nos speramus, vt exposuimus Ephes. cap. 1.1. Secunda expositio est eorum qui hoc accipiunt de Apostolorum prædicatione, qui per Spiritus instinctum prædicarint spiritibus in carcere, id est, peccati vinculo constrictis, & prorsus immorigeris hominibus, qui & mortui dicuntur. Quam interpretationem meritò reiicit his argumentis doctissimus interpres. Primò, cur viui hominibus spirituum nomen tribueret? nam certè noua & inaudita est ista synecdoche, præsertim quum de iis agitur qui non sunt regenerati. Neque enim spiritum, sed animam solent Hebræi συνεκδοχικῶς pro eo accipere quod Personam in vernaculo nostro sermone vocamus, vt infrà vers. 20, Octo animæ, pro octo hominibus. Secundò, quum mortuos apertè non nominet, coactam esse allegoricam istam interpretationem apparet. Tertiò, qua de causa tam repetè Petrus ad dies Noe à temporibus Apostolorum regrederetur? Quartum argumentum addo, quòd hæc interpretatio ad scopum Apostoli nihil prorsus pertineat. Tertia explicatio quorundam est fanaticorum qui putant animabus incredulorum, ante Christi aduentum mortuorum, oportuisse prędicari Euangeliū, vt & ipsæ, si vellent illud amplecti, saluæ fierent. Hoc verò delirium nulla refutatione indiget, quum tota Scriptura clamet, statim à morte consequi iudicium. Deinde quorsum hoc commemoraret Apostolus? quorsum etiam ad Noe tempora restringeret? Quarta sententia eorum est qui de quibusdam agi putant qui tempore Noe diu quidē fuerint increduli, sed tamen paulò ante diluuium resipuerint. Illos igitur pœnas quidem corpore dedisse, sed seruatos fuisse illorum spiritus ex beneficio Christi, cuius mortis virtus ad eos emanarit. His verò ita sit responsum: Primùm, multa dici in hac expositione quæ nusquam apparēt in contextu. Secundò, Spiritus nomine non posse significari mortis Christi efficaciam, quin simul dicatur eadem efficacia viuificatus. Neque enim aliter vsurpari potest Spiritus nomen in hoc versiculo quàm in superiore. Illud verò dicere nimium fuerit absurdum. Tertiò, pugnare etiam hanc sententiam cum ipso contextu, quum apertè dicatur isti Spiritus infideles periisse, & solæ octo animæ seruatæ: quod tamen generaliter & indefinitè, at non sigillatim sique de singulis accipiendum minimè contenderim. Quartò, ne hoc quidem ad Apostoli scopum pertinere. Tandem verò dicam & ipse quid mihi videatur, ita tamen vt doctorum interpretum sententiis minimè velim præiudicium adferre, & siquis rectiora docuerit, non inuitus de sententia mea sim decessurus. Spectandum puto in primis Apostoli scopum: is autem est, vt fideles ad sanctè & iustè viuendum hortetur. Ingressus enim est hoc argumentum à versu 8. Iam verò quia nullis aliis maiores imminent ærumnæ, fuerunt adferendæ rationes quibus aduersus omnes calamitates confirmentur, ne studium iustitiæ remittant. Hæc causa est cur à versu 14 vsque ad finem huius capitis hanc partem tractet, & rursus à sequentis capitis v. 12 ad quintū vsque caput, quod spero mihi concessuros quicunque seriò orationis propius considerarint. Iam verò videamus quæ adhibeat argumenta. Primum sumptum est à prouidentia Dei suos respicientis, & omnibus impiis irati, vt Dauid testatur. Monet igitur vt hanc Dei omnipotentis prouidentiam omnibus terriculamentis opponentes, fortiter perseueremus, adeo vt ij ipsi à quibus oppugnamur, suæ impie-

facta non sine subpre connincentur. Secundum argumentum est à Dei voluntate sumptum, qui hac via constituerit suos ad vitam æternam adducere. Est autem duplex hoc argumentum. Ostendit enim afflictiones pro iustitia non non temerè, nec Deo nos deserente, sed contra Deo ita cõstituente, & regnum suum moderante nobis euenire: dein de proposito felicissimo omnium ærumnarum exitu, nos solatur. Sed hoc fuit probandum. Nam cui facilè persuaseris, Deum illos velle affligi quos charissimos habeat? Hoc illud est igitur in quo nunc versatur, ac in ipsa quidē frõte primùm omnium nobis Christum proponit, perfectissimum nimirum exemplar in quo cõsilium Dei intueamur. Eandem enim par est membrorum & capitis naturam ac conditionem esse. Præterea indicandum fuit in primis, nõ modò quod exemplum nobis proponeremus, sed etiam ex quo fonte vires illas infractas hauriremus, quibus fulciri nos oporteat. Christum igitur proponit, qui iustissimus quum esset, pro nobis eousque afflictus est, vt mortem crudelitatis & ignominiæ plenam vltro subierit. Sed hoc, inquit, quod ad carnem attinet, illi contigit: nam mox diuina virtute victor euasit. Et quorsum hoc Christus? Nempe vt nos per eandem viam ad Deum adducat. Quid est igitur tam asperum quod reformidemus, tam arduum quod non speremus? Hæc igitur Petrus in versiculo superiore. Nunc verò quoniam vno tantùm verbo nobilissimi huius exempli vsum attigerat, oportuit copiosius explicari quænam sit Ecclesiæ cum Christo capite tum in afflictionibus tum in gloria coniunctio: deinde etiam quænam nunc sit illa capitis nostri gloria, cuius & virtute confirmemur, & spe sustentemur. Deligit autem exemplum, quo nullum certè magis expressum potuit inueniri: primùm videlicet antiquissimum, vt & perpetuam hanc fuisse Ecclesiæ conditionem, & Christi capitis nostri virtutem iam tum eluxisse nouerimus: deinde in quo non vnus aliquis, sed mors ipsa potiùs quàm mortis periculum: non vulgare aliquod aduersus impios iudicium, sed quo nullum vnquam magis insigne editum fuerit: non simplex aliqua sed miraculi plena liberatio spectanda proponatur: quod denique sit insigne etiamnum nostræ salutis antitypum. Hoc ergo videamus quomodo explicet. Christus, inquit, quem dixi diuina virtute viuificatum, iam olim in diebus Noe, quùm appararetur arca, profectus siue adueniens, ne nunc primùm putemus illum Ecclesiæ curam & administrationem suscepisse: adueniens, inquam, nõ corpore, (quod nondum assumpserat) sed ea ipsa virtute per quam postea resurrexit, & qua afflati loquuti sunt Prophetæ, sup. 1.11. prædicauit spiritibus illis qui nunc in carcere meritas dant pœnas, vtpote qui rectè monenti Noe, & arcam suam construenti parere olim recusarint, in qua etiam octo duntaxat animæ seruatæ sunt. Hæc est, opinor, plana & simplex huius loci explicatio, cum præcedentibus & sequentibus optimè cohærens, & ita quidem vt neque vlli verbo vis fiat, neque quicquam [illegible] iciatur, vel detrahatur: quod ex ipsa contextus declaratione planius etiam intelligetur.

¶ *Per quem*, ἐν ᾧ. Sub. πνεύματι. Per quem Spiritum, id est, per quam virtutem, eam ipsam videlicet qua fuit viuificatus: vt nemo vel corporalem præsentiam, vel animam Christi, vel mortis ipsius efficaciam possit intelligere: quum non possit aliter in hoc versiculo explicari Spiritus nomen quàm in superiore. Vulg. & Erasm. *In quo*, paulò obscuriùs, quanuis possit hoc quidem tolerari, vt idem declaret atque καθ' ὅ, id est cuius Spiritus respectu.

¶ *Spiritibus qui sunt in carcere*, τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι. Sub. οὖσι quod participium propriè temporis est præsentis, quod non animaduertisse illos fefellit qui per præteritum imperfectum interpretati sunt τοῖς οὖσι, *qui erant*, quasi prædicationis tempore iam essent in carcere, quum Petrus minimè tempus illud respiciat quo prædicatum est illis, id est tempus Noe, per quem Spiritus Christi totos centum & viginti annos tam diligenter illis prædicauit resipiscentiam: sed illud ipsum tempus consideret quo hæc scribebat, sicuti quum infrà dicit Euangelium fuisse prædicatum mortuis, videlicet quo hæc scribebat, non autem eius temporis respectu quo illis fuit Euangelium prædicatum. Quū autem hæc scriberet Petrus, illorum incredulorum cadauera quidem iampridem computruerant: spiritus verò in carcere inclusi, vltimam nimirum iudicis sententiam cum fletu & stridore dentium expectantes, in tenebris illis exterioribus tenebantur, vbi & nunc tenentur. Neque verò quicquam in hac interpretatione detorsimus, siue formulam ipsam loquendi, siue singula verba spectes. Ita enim sæpissimè fit vt tum loquendo, tum scribendo consideremus quid nostris temporibus conueniat, non autem illis de quibus agimus. quam figuram [illegible] vocant: cuius infinita passim apud omnes scriptores exempla occurrunt. Participium autem οὖσι (vt antè monui) magis etiam propriè de tempore præsenti dicitur quàm de præterito imperfecto, & φυλακὴ (si paucos locos excipias in quibus quartam noctis partem declarat) pro carcere vbique: & commodissimè ita potest explicari vt nos fecimus, eadem ratione qua dicuntur catenis tenebrarum vincti diaboli seruari ad iudicium, 2. Pet. ca. 2.4. & ἐν φυλακῇ, id est, *in carcere*, positus dicitur Satan, Apocal. 20.7. Sed & Syrus interpres habet שיול [*sheul*,] quo vocabulo modò sepulchrum in quo certè Spiritus non concluduntur, modò locus ille significatur sedibus beatorum oppositus, vt diximus Luc. 16. versu 23, & Actor. 2.25, quem Petrus hîc φυλακὴν, id est, carcerem appellat. Spirituum verò nomen quoniam paulo antè diximus coactè pro viuis hominibus accipi, obseruandum est, Petrum, quum de iis ageret qui iampridem erant mortui, & necessariò faceret carceris mentionem necessariò quoque non homines sed Spiritus dixisse, id est, eos quorum Spiritus tum quum ipse hæc scriberet, in carcere erant, & erunt ad extremum vsque diem, quomodo etiam loquitur Apostolus Hebr. 12.23, de beatis agens.

¶ *Prodiens*, πορευθείς. Vel, *veniens*, vt rectè conuertit Vetus interpres, sicuti mox dicemus. Erasmus, *Abiy*, multò obscuriùs. Syrus autem interpres ne hoc quidem legit. & illud constat, apud Hebræos sæpe eiusmodi participia redundare: vt si dicas, Surgens abiit, Respondens dixit, & similia: quanuis non sine aliqua emphasi sæpe hoc faciant, veluti quum rem aliquam seriam & prius meditatam describunt, vt Exod. 2.1. Itaque mihi videtur magnum esse huius participij pondus hoc loco, quod nimirum testetur Christum iam tum per Spiritum suum in difficillimis illis temporib. Ecclesiæ præfuisse, à quo etiamnum hodie gubernatur. Est autem hæc consuetudo Scripturæ, vt, quò melius summa illa Dei prouidentia declaretur, à cælis ipsis dicatur Deus descendere, quod & aliquoties factum est, Christo visibili aliqua specie apparente, vt ex 18. cap. Genesis manifestè liquet: vbi disertè dicit se descendisse is ipse qui יהוה [*iehouah*] proprio videlicet Dei nomine, dicitur. Item Exod. 3, vbi is qui in rubo apparet Mosi, (Christus proculdubio, vnicus hominum & Dei mediator) se descendisse inquit: ac de nomine interrogatus, proprium illud nomen sibi vendicat. Quid igitur? Nempe quum de Spiritu, id est, deitate illa Verbi agatur, non possum dubitare quin sicut suprà ipsemet Petrus 1.11. de Spiritu Christi prænuntio loquutus est, hoc participio per anthropopathiam declaretur illius præsentia, qua Noe & Ecclesiam suam seruauit, impios verò funditus perdidit: Noe inquam præconem iustitiæ, per cuius os sicut per reliquos etiam Prophetas, orbem terrarum ad resipiscentiam inuitauit, vt Ierem. 7.24, & Zach. 7.11, scribitur. Itaque πορευθείς nec durè nec insolenter explicamus *Prodiens*, velut è cælis videlicet, vbi Scriptura collocat certam diuinæ illius virtutis sedem: nõ autem è corpore vel è mundo, quod planè coactum esse ostendimus, & ab Apostoli scopo alienum. Sed & πορευθεὶς possumus interpretari παραγενόμενος *adueniens*, ex Hebræorum consuetudine, quam exposuimus Mat. 4.5, Mar. 8.11, & aliis multis locis: quum præsertim ita prorsus vsurpetur hoc idem participium Luc. 14. 10, & 22.33, & Mat. 5.13, & 16. v. 13, vt [illegible] 1. Reg. 22.[illegible]

¶ *Prædicauit*, ἐκήρυξεν. Hoc quoque confirmat nostram interpretationẽ. Nec enim dubitari potest quin hoc referatur ad ea quæ sequūtur. i. ad illud tẽpus quo Spiritus per os Noe, arcam construẽtis, irã Dei imminentẽ prædicabat. Nã qui fuerunt immorigeri, certè illi qui prædicabat. Non potest ergo prædicatio ista ad posterius aliquod tempus referri. Sed de hoc mox etiam dicemus capite quarto versu 6.

20 ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο | 20 Qui olim nõn paruerunt | 20 *Qui increduli fuerant ali-*

21 Applicatio anagogica superioris exempli maximè illis adueniam, nos | ad tempora aduentum Christi consequuta. Fuit enim illa Noe conseruatio in aquis, nostri Baptismi figura: minimè id quidem quasi Baptismi aqua nos seruet, vt aqua illos arcam sustinentes, Noe seruarunt: sed quia Christus vi sua interiore quam Baptismus exterior ablutos conseruat, vt possimus Deum bona conscientia inuocare.

20 *Qui olim non paruerunt*, ἀπειθήσασί ποτε. Hoc ita cohæret cum τοῖς πνεύμασι vt non magis diuelli possit quàm adiectiuum

& substantiuum, quod vocant, nec vlla prorsus alia ratione explicari possit. Deinde aduerbium ποτὲ tempus illius prædicationis indicat, ac proinde per antithesin ostendit ita explicandum esse τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι, vt nos fecimus: perinde videlicet acsi scriptum esset τοῖς νῦν ἐν φυλακῇ πνεύμασι, vt ποτὲ & νῦν, id est olim & nunc opponantur. Sed non fuit necesse vt νῦν adderetur: propterea quòd οὖσι, ex communi vsu subauditum, præsentis est temporis. Contrarius autem error in hoc parte pio inoleuit quàm in superiore. Nam illud conuerterunt per imperfectum, Qui erant, pro Qui sunt: hoc verò per plusquamperfectum, Qui fuerant increduli, id est ἀπειθοῦσιν. Et Eras. *Qui inobedientes fuerant*, pro quo dicẽdum erat, *Qui inobedientes fuerunt*, seruata propria aoristi significatione.

ἀπεξεδέχετο ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία ἐν ἡμέραις Νῶε, κατασκευαζομένης κιβωτοῦ, εἰς ἣν ὀλίγαι (τουτέστιν ὀκτὼ) ψυχαὶ διεσώθησαν δι' ὕδατος. | sermoni quū semel expectabat ille Dei patiēs animus in diebus Noe, quum construeretur arca; in qua paucæ (id est octo) animæ seruatæ sunt in aqua. | *liquando, quando expectabit Dei patientiam in diebus Noe, quum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam.* | Gen. 6.14 mat 24.38 luc. 17.26

21 Ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα (οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεὸν) δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, | 21 Cui rei nunc respondens exemplar Baptismi nos quoq. seruat (non quo carnis sordes abiiciuntur, sed stipulatio bonæ conscientiæ apud Deum) per resurrectionem Iesu Christi, | 21 *Quod & nos nunc similis formæ saluos facit Baptisma (non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum) per resurrectionem Iesu Christi.*

22 Ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν, ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων. | 22 Qui est ad dexteram Dei, profectus in cælum, subiectis ipsi Angelis & potestatibus ac virtutibus. | 22 *Qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur, profectus in cælum, subiectis sibi Angelis & potestatibus & virtutibus.* | 22 Eadem illa virtus quæ Christum suscitauit, & nunc in cælum euectum, omnem potestatem accepit, nos hodie tuetur ac conseruat.

¶ *Semel*, ἅπαξ. Hoc aduerbio declaratur tempus vltimò præfixum ac definitum fuisse, quo elapso nulla reliqua spes superesset: quod & historia & exitus ipse rei declarauit. Vetus interpres pro ἅπαξ ἐξεδέχετο, legit ἀπεξεδέχετο sed mendosè, vt mihi videtur: quanuis ita legerimus in Complutensi editione & vetustis cod. quatuor.

¶ *Expectabat Dei lenitas in diebus Noe*, &c. ἐξεδέχετο ἡ τοῦ Θεοῦ, &c. rectè legit Augustinus epist. 99. Et sanè cogor hoc in loco maiorem in Erasmo attentionem desiderare, qui quum hunc Augustini locum legisset, non dubitauit tamen conuertere, *Expectabatur Dei lenitas*. Nam, inquit, τὸ ἐκδέχεσθαι verbum est medium. quod tamen nescio quàm verum sit. Deinde à quo tandem expectabatur Dei lenitas hoc tempore? Num à Noe? is certè expectabat Dei misericordiam, sed de patientia illa differitur, qua Deus vsus fuerat quum c x x annos mundo constituisset ad resipiscendum. Noe igitur arcam ædificans, non Dei lenitatem, sed Dei iudicium imminens expectabat. Quid verò impij? nempe Dei lenitatem non modò non expectabant, sed etiam deridebant. Sed Deus is est qui patienter expectabat tantisper dum præteriret tempus illud c x x annorum constitutum, & arca esset extructa. vt [illegible] totum hunc locum Syrus interpres rectè sic vertit, Tremel. nostro interprete, *Quum longanimitas Dei præciperet vt fieret arca, propter expectationem conuersionis eorum*, ex qua tamen versione colligo illum pro ἅπαξ ἐξεδέχετο, legisse ἀπεξεδέχετο. Vulgata, *Quando expectabant Dei patientiam*. Quem locum existimo, quum rectè conuersus esset à Vet. interpr. à sciolis aliquibus deprauatum, vt illud quoque quod suprà annotauimus versu 19.

¶ *Paucæ*, ὀλίγαι. Vulgata, *Pauci* ὀλίγοι eodem sensu. quam lectionem inuenimus in duobus veteribus libris.

¶ *Octo animæ*, ὀκτὼ ψυχαί. Id est octo homines Hebraica synecdoche.

¶ *In aqua*, δι' ὕδατος, id est ἐν ὕδατι, vt Rom. capite 4.11. Hoc enim est quod in vernaculo sermone dicimus *parmi l'eau*. Vulgata & Erasmus, *Per aquam*. quod planum fuisset si additum esset epitheton, vt si Per medias aquas scriptum esset. Neque enim διὰ videtur pro causa instrumentali accipi posse, quum aqua non seruarit Noe, sed ex aqua sit seruatus: sicut in Baptismo illa emersio ex aqua, declarat emersionem ex morte in nouam vitam.

21 *Cui rei*, ᾧ. Ita restitue ex Complutensi cod. nam mendosè in aliis legitur ὅ. quod ad κιβωτὸν etiam fœminini generis referri non potest.

¶ *Respondens exemplar*, ἀντίτυπον. In his libris passim dici solet illud in quo tanquam exemplari quippiam nobis impressa quadam forma ἀνεικὼν, repræsentatur, vt 1. Corinth. 10.6, & 11, pro quo solet etiam Apostolus ὑποδείγματος voce vti, vt Hebr. 8.4. & 9.23. & παραβολῆς vt Hebr. 9. 9. Comparantur autem typi interdum cum veritate ipsa, cuius sunt exemplaria, vt Hebr. cap. 9.24. sacrarium Tabernaculi dicitur cælorum ἀντίτυπον. Interdum verò cum aliis secundariis eiusdem rei exemplaribus conferuntur, vt hoc in loco Baptismus dicitur ἀντίτυπον eius liberationis quæ contigit Ecclesiæ in diluuio. Nam & hæc liberatio & Baptismus adumbrant Ecclesiæ sanctificationem, & emersionem à peccati & mortis gurgite. Sunt igitur duo typi: sed liberationis à diluuio præcedens typus sequentem Baptismi typum ipsi correspondentem adumbrauit qua ratione etiam potest Baptismus & nubi & traiectioni maris rubri tanquam ἀντίτυπον opponi.

¶ *Stipulatio bonæ conscientiæ apud Deum*, συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεόν. Vulgata, admodum obscurè, *Conscientiæ bonæ interrogatio in Deum*. Erasmus, *Quo fit vt bona conscientia respondeat apud Deum*. quod non probo quia durum est ἐπερωτᾶν vertere Respondendi verbo. Syrus autem interpr. [illegible] hunc locum vertit, *Nõ corpore abluti à sordibus, sed confitentes Deum in conscientia pura*. quasi videlicet interioris Baptismi effectus designetur, quo nimirum fiat vt conscientia pacificata clamet Abba pater, Deum ipsum sancta securitate interpellans, vt ἐπερώτημα idem sit atque Hebr. שאלה [*scheela*] & addatur εἰς Θεὸν, quòd sic dicant Hebr. שאל באלהים [*shal baelohim*] quæ interpretatio valde conuenit. Videtur tamen nunc mihi propius ἐπερωτήματος vocem consideranti, meliùs Conuenire vt stipulationem interpretemur, & Apostolum dicamus respexisse ad interrogationes catechistarum quibus catechumeni interiore Baptismum iam tum testificabant [illegible] exteriore sanciendum, vt Act. cap. 8. versu 37. quo spectat [illegible] postolicum totum symbolum, & illud ab adultorum Baptismo ad infantium baptismum magno errore, si ipsos infantes spectes, translatū, Credis? credo. Abrenuntias? abrenuntio. vnde illud Tertulliani, quod est veluti commentarij vice in hunc locum in lib. de resur. Carnis, Anima non lauatione sed responsione sancitur.

22 *Ad dextram Dei*, ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. Vide Heb. 1.3 Cæterum quod addit Vetus Latinus interpres, neque in Syra editione, neque in vllis codicibus Græcis inuenimus, quanuis minimè videatur otiosum. Addit autem hæc, *Deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur.*

¶ *Profectus*, &c. πορευθεὶς, &c. Hanc Christi in cælum profectionem opponit duplici aduentui, vni per Spiritus sui virtutem, quæ in illa Ecclesiæ liberatione insignis apparuit: alteri qua re vera manifestatus est in carne. Dicit autẽ ad dexteram Dei sedere, subiectis illi omnibus, vt quum eius virtute multò etiam magis quàm antea nos regi & gubernari nouerimus, nullo periculo deliciamur, sed bona illa

conscientia ipsum inuocemus:deinde vt tātæ istius gloriæ, cuius participes sumus,assidua contemplatione nos consolemur. Ascendit enim per crucem,vt per crucem nos ad Deum adduceret,ad cuius dexteram sedet.

Κεφάλαιον δ.

1 Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί, καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, ὅτι ὁ παθὼν ἐν σαρκί, πέπαυται ἁμαρτίας,

2 Εἰς τὸ μηκέτι ἀνθρώπων ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ θελήματι Θεοῦ τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον.

3 Ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι, πεπορευμένους ἐν ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις, οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις, καὶ ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις.

4 Ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, βλασφημοῦντες·

5 Οἳ ἀποδώσουσι λόγον τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

CAP. IIII.

1 QVum 1 igitur Christus passus sit pro nobis carne, vos quoque eâdem cogitatione armamini, *nempe* quòd qui passus est in carne, destitit à peccato,

2 Vt non amplius cupiditatibus hominum, sed voluntati Dei, quod in carne reliquū est temporis viuat.

3 Sufficit enim nobis præteritum vitæ tempus,quod quę libent Gētibus patrauerimus, quum incessimus, in lasciuiis, cupiditatibus,vinolentiis, comessationibus,compotationibus,& nefariis simulacrorum cultibus,

4 3 Quamobrem *illi*,non concurrentibus vobis ad eandem luxus profusionem, peregrinari sibi videntur, blasphemantes:

5 Qui reddituri sunt rationem ei qui paratus est ad iudicandum viuos & mortuos.

CAP. IIII.

1 *CHristo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desiit à peccato.*

2 *Vt iam non desideriis hominū, sed voluntati Dei quod reliquum est in carne viuat temporis.*

3 *Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam iis qui ambulauerunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, & illicitis idolorum cultibus.*

4 *In quo peregrinantur, non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionē, blasphemantes:*

5 *Qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare viuos & mortuos.*

1 Absoluta digressione, iam ad intermissā exhortationē redit, accepta occasione ex eo quod de Christi morte & resurrectione dixerat, sanctificationē nostram sic definiens, vt sanctificari idem sit atque pati in carne, id est desistere à nostra illa vitiositate, & resurgere à Deo, id est virtute Spiritus sancti renouari, vt quod reliquum est vitæ, ex Dei voluntate transigamus. Ephes.4.23

2 Memoria turpitudinis antea actæ vitæ in peccatorū sordibus, ad seriā resipiscentiam nos inuitat.

3 Ne peruersis hostium de nobis iudiciis & calumniis moueamur, opponendū est extremum illud Dei iudicium quod eos manet, quum nemo prorsus, siue tum viuus deprehendatur, siue anteà mortuus fuerit, sit illud effugiturus.

IN CAPVT IIII.

1 *Quū igitur Christus*, Χριστοῦ οὖν. Nunc redit ad exhortationem, vt sanctè vitam instituamus, & nostræ sanctificationis fontem aperit, nempe Christi mortem, cuius vi morimur peccato: sicut eiusdem resurrectione in nouam & perennem vitam resurgimus, vt pluribus exposuimus cap. 6. epist. ad Rom. ab initio capitis vsque ad vers. 12. Aptissimè verò cohærent ista, quum in Baptismo peculiare quoddam habeamus nostræ tum mortificationis tum viuificationis exemplar, vt illic quoque Paulus luculenter exponit. ¶ *Nempe quòd*, &c. ὅτι, &c. Id est, Eum demum in vetere homine, id est (vt loquitur Paulus Rom.6.7) carni ac peccato mortuum esse, Christi exemplo ac virtute, in quo peccatum amplius non viget. Hæc enim est sanctificationis nostræ definitio, quæ partem illius vtranque complectitur, si sequentem versiculum adiunxeris. Sed pro ὁ ἀποθανών, Qui mortuus est, maluit dicere ὁ παθὼν ἐν σαρκί, Qui passus est in carne, vt nos ad Christum nostrum archetypum reuocaret. qua ratione etiam dicitur vetus homo in nobis esse crucifixus, & caro crucifixa, cum cupiditatibus suis, & mundus nobis crucifixus, ac nos vicissim crucifixi mundo apud Paulum. Erasmus igitur manifestè deprauauit Petri sententiam, quum ὁ παθὼν σαρκί interpretaretur, *qui patiebatur in carne*: quasi de Christo ipso hæc dicantur: quum ex iis quæ subiiciuntur, satis appareat istud, *A peccato destitit* Christo capiti non conuenire, sed membris in eo sanctificatis. Carnis igitur nomen, vbi de Christo agitur, humanam naturam, eamque integram & omni labe carentē, hoc autem posteriore loco per ἀντανάκλασιν Paulo familiarissimam, qualem illam habemus, id est, vitiosam ac corruptam, declarat: vt hæc passio in carne nihil aliud quàm nostræ vitiositatis abolitionem, sensim in nobis perficiendam declaret. Sed dicet quispiam quænam hæc est conuenientia inter Christum passum in carne & nos, quum hæc caro cui mori nos oportet nunquam in Christo extiterit? Respōdeo non fuisse quidem carnem hanc vitiosam in Christo, sed tamen eam quæ in nobis est vitiosa fuisse illi imputatam quam in Cruce excussit, non in ipso sitam, sed ipsi impositam. Deinde passus hic dici potest Christus carne, infirmitatis carnis habita ratione, quam pro nobis excepto peccato subiit, cuius virtute nos eam vincere oportet, quam non tantum miseriis obnoxiam, sed etiam impurissimam circunferimus.

2 *Quod reliquum est*, &c. τὸν ἐπίλοιπον, &c. id est, quod præsenti vitæ in hoc corpore transigendæ superest. Caro igitur tertia etiam significatione hîc accipitur, nempe pro præsentis & infirmæ huius vitæ conditione, vt Galat.2.20. Hebr.5.7.

3 *Sufficit*, ἀρκετός. Manifestum est hoc loco σολοικοφανές. Recta enim constructione scribēdum fuit ἀρκετὸν γὰρ τὸν παρεληλυθότα χρόνον, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι. Id est, Sufficit enim præterito tempore, quod Gentibus libet perpetrasse, vt etiam sum interpretatus. ¶ *Vobis*, ὑμῖν. Hoc neq; Syrus interpres, neque Latina editio legit, sed mendosè in Græcis codicibus, legitur ἡμῖν, *Nobis*, quod non rectè nonnulli excusant eo τρόπῳ quem Rhetores ἀνακοίνωσιν, Latini Communicationem appellant. Quis enim existimauerit Petrum sese voluisse iis quos hoc loco tam prolixè reprehendit adiungere? Præteritum verò tempus minimè ad eos restringendum est, quos hac epistola propriè compellat Apostolus, sed maiores eorum notat, illam videlicet decem tribuum ἀποστασίας, & scelerum memoriam illis renouat, ab Hosea præsertim [illegible] expressorum, per quæ factus fuerat Israel *lo ruchama* & *lo ammi*, vt mirum non sit idololatriā quoque istis obiici. Et ita accipiendum esse hunc locum illud quoque ostendit, quod sup.2.10. Petrus etiam illi Hoseę loco adiecit particulam ποτέ, quæ non præsens sed longè antecedens tempus declarat. Sed illud quoque verisimile est, non paucos ex illis tribubus inter profanas illas gentes dispersis, nec vnquam in patriam reuersis, à patriis & illorū inter quos versabantur sceleribus, seruata duntaxat circuncisionis vmbra, non abhorruisse.

¶ Quæ

¶ *Quæ gentibus libebat*, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν. Vulg. *Voluntatem* nimium generaliter. Significat enim hoc loco τὸ θέλημα, id quod Gallicè vocamus *le plaisir*, id est, non quanuis voluntatem, sed prorsus immoderatam, & voluptatibus addictam quę Latinè libido dicitur. Malui tamen vti periphrasi perspicuitatis causa. In horum autem flagitiorum recensione, valdè variat Syrus interpres à Græcis omnib. nostris codicib. Habet enim, Tremel. nostro interprete, *in crapula & ebrietate in fœtore & comessatione & in cultu dæmoniorum.* Vulgata verò non legit ἐν πότοις quod fortassis est glossema τοῦ ἐν κώμοις. ¶ *Perpetrasse*, κατεργάσασθαι Vulg. *ad perpetrandū*, εἰς τὸ κατεργάζεσθαι, quæ fortassis est vera huius loci lectio, ita vt hîc nullum sit σολοικοφανές.

4 *Luxus profusionem*, τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν. Vulg. *Luxuriæ confusionem*. vnde Syrus *crapulam* nescio qua ratione interpretatur, aut μέθην legit. ¶ *Peregrinari sibi videntur* ξενίζονται. Hoc est quod in vernaculo sermone dicimus, *Ils se trouuent estranges*. vel, *Ils se trouuent tous nouueaux & comme en vn autre monde.* Vulgata *Peregrinantur*, Latinè profectò, sed paulò obscurius. Cic. pro Rabirio perduell. reo, *Adeò-ne es ignarus disciplinæ consuetudinisque nostræ vt hæc nescias? vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videaris?* Idem Acad. *Nos in nostra vrbe peregrinantes, errantésque, tanquam hospites, libri tui domum deduxerunt.* Sic etiamnum hodie, quasi in lucem reuocato Euangelio, quid aliud clamitant homines quàm hereticis istis nouum mundum esse fabricandum? Atqui non oportuit ipsum mundum sed hominum ingeniū mutari: quibus vetus esse debuerat quod nouum est, & è contrario nouum esse quod ipsis est vetus. Erasmus, *Atque absurdum illis videtur*, non satis expressè. Syrus, *Obstupescent*, nempe vt ad rei insuetę spectaculum.

---

6 Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκί, ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν πνεύματι.

6 4 Nā idcirco mortuis quoque prædicatum fuit Euangeliaztum fuit, vt damnarentur quidē secundū homines, *id est* carne, viuerent autem secundum Deum, *id est*, Spiritu.

6 *Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est, vt iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant autem secundum Deum Spiritu.*

4 Digressio, quoniā extremi illius iudicij vniuersalis mentionem fecerat. Occurrit autē obiectioni, Quum Christus non ita pridem aduenerit, videri excusationem habituros qui anteà mortui sunt. Hoc verò pernegat Apostolus, quoniam, (inquit) idem hoc Euangelium fuit illis etiam annuntiatum, (Iudæos enim alloquitur) idque in eundem finem atque nunc vobis illud annuntio, nempe vt carne (id est vitiositate illa quæ in hominibus regnat) abolita, virtute Spiritus Dei se gubernari paterentur.

---

6 *Nam idcirco*, εἰς τοῦτο γάρ. Dixit fore vt Christus iudicet viuos & mortuos. Hîc verò nemo fuit qui existimaret fore vt coram Dei tribunali aliqui mortui comparerent, sed eos antè mortuos dici, qui quum ante diem Domini sint mortui, postea suscitabuntur, nemo ignorauit. Non possum igitur satis mirari quī factum sit vt interpretes aliquid eius modi in hoc quoque dicto non obseruauerint, quod præsertim illius rationem complectitur. Nam certè non minus, imò etiam magis absurdum est dicere, Dominum prædicare mortuis, quàm mortuos iudicare. In eo tantùm est discrimen, quòd quū dicitur Christus iudicaturus mortuos, intelligimus eos qui mortui fuerint, & esse desierint: quum verò dicimus prędicatum esse mortuis, intelligimus eos qui tum quidem quum illis prædicaretur Euangelium, viuerant, nunc verò quum istud dicitur sunt mortui. Alioqui, si de animabus hoc accipias, quęnam erit hęc interpretatio, mortuis, id est, mortuorum hominum spiritibus? si de corporibus, quorsum annuntietur putrefactis cadaueribus Euangelium? Et tamen sola propriè cadauera, mortua dicuntur. Iam verò si dicas, Euangelizatum est, idem declarare atque Patefacta est mortis Christi efficacia: primùm valde coacta fuerit interpretatio, deinde semper huc redeundum erit, quinam sint isti mortui, quibus illa patefacta dicatur. nempe iis qui immorigeri fuerunt. vt paulò antè dixit Petrus. Denique sufficiat hæc vna ratio pro omnibus, quum hoc attexatur superiori dicto, nō posse Mortuorum nomē aliter hîc accipi quàm in superiore versiculo, vbi dixit, Deum iudicaturum viuos ac mortuos, homines videlicet, non autem spiritus corporib. exutos, neque corpora spiritibus spoliata. Nonnulli tamen mortuos interpretantur infideles, & mortuos in peccato. Sed (vt taceā quod modò dixi) redundaret etiam particula καί. Eos omitto qui limbū nobis fabricāt, itē qui mortuis infidelibus relictū fuisse putant aliquod pœnitentiæ spatium, ac proinde prædicatū illis fuisse Euangelium. Sunt enim ista nimium absurda, quāuis nonnullos magni nominis interpretes in aliquid eiusmodi nescio quis impetus abripuerit. Quid igitur? Nempe quum dicit Petrus euangelizatum fuisse mortuis, nunquā illi venit in mentem vt putaret spiritibus mortuorum prędicatum fuisse Euangelium: sed sui temporis respectu mortuos vocauit quibus viuis prædicatum fuit Euangelium. acsi diceret non esse nouam hanc doctrinam, sed superiorum etiam temporum hominibus pridē mortuis fuisse annuntiatam, nec frustra ab illis contemptā. Id autem ita esse, præter iam commemoratas rationes, liquidò etiam apparet tum ex Apostoli scopo, tum ex iis quę sequuntur. Minatus est infidelibus, qui suis ludibriis & contumeliis non desinunt sanctos vexare, fore vt reddant rationem iusto iudici, Qui, inquit, iudicaturus est viuos & mortuos. Quorsum hoc? Nēpe vt scirent excipiendum neminem. Sed responderi poterat, patres illos qui mortui fuerunt ante Christi aduentum, (considerandum enim quo tempore & ad quos scripserit Petrus) idoneam aliquam excusationem habituros. Hoc negat Petrus. Nam, inquit, mortuis quoque idem hoc Euangelium annuntiatum est, quod etiam docetur 1. Cor.10, & integro capite vndecimo epistolæ ad Hebræos. Et Dominus. Vidit, inquit, Abraham diem meum, & gauisus est. Denique nulla vnquam fuit extra Christum Ecclesia: ex quo etiam consequitur, idē Euangelium, quanuis non pari dispensatione, tamen ab initio mundi semper Patribus annuntiatum. Non habebunt igitur filiorum scelestorum (Iudæis autem Petrus scribit) scelesti patres quod prætexant quominus & ipsi ad iusti iudicis tribunal sistantur, secundum Euangelium iudicandi. Deinde si libuerit ad consolationem sanctorum, possis hoc quoque piis Patribus per fidem Euangelium Christi venturi amplexis applicare. Sequentia verò sic explico. ¶ *Vt damnarentur*, &c. ἵνα κριθῶσι, &c. Quum de re præterita Petrum disserere modò ostenderimus, & suprà etiam 3.19, simul liquet seruandam esse aoristi significationem: ac proinde nec Veterem interpretem rectè conuertisse *vt iudicentur*, nec Erasmum *vt damnentur*, id est, κρίνωνται, quanuis sequatur ζῶσι. Sed & puto satis esse responsum iis qui hæc accipiūnt de Euāgelio vel apud limbum, vel alibi post Christi mortem spiritibus mortuorum annuntiato. Dicam igitur quomodo planè hunc locum explicari posse putem. Non contentus dixisse Petrus Euāgelium etiam superioribus seculis fuisse annuntiatum; voluit quoque ostendere eius Euangelij summam, partim vt vnum & idem Euangelium semper fuisse doceret, partim vt ad institutum rediret. Nam quæ de iudicandis viuis & mortuis dixit, non temere quidem nec parum appositè, sed tamen παρέργως dixit, quum in impiorum mentionē incidisset. Cœperat autem de sanctificatione disserere: cuius dúas partes esse dixerat, nēpe passum esse in carne, seu mori peccato, & voluntati Dei viuere. Hoc ipsum est igitur quod nunc dicit fuisse superioribus etiam seculis annuntiatum. Nam Damnari carne, Pati in carne, Mortuum esse peccato, Non esse in carne, idem declarant. Dicitur etiam damnatus in carne is in cuius carne damnatum est (id est, abolitum & extinctum) peccatum. quæ pars est prior sanctificationis, vt disertè loquitur Paulus Rom.8.3. adeo quidem vt hæc verba Petri ἵνα κριθῶσι σαρκί, nō possint planius explicari quàm ex 1. Cor.5.5, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, ad interitū carnis. Idque ita esse, præterea etiam apparet ex antithesi. Nā damnari & viuere contraria nō erunt nisi damnari pro interire & mori accipias: sicut mortificatio & viuificatio mutuo inter se respondēt. Sed quū dixisset Petrus κατὰ ἀνθρώπους, Secundū homines, declarās nimirum huius vitij, quod in nobis extinguendū est, fontem ac originem in ipsa hominū natura hærere, addidit σαρκί per epexegesin, vt alterū altero explicaretur. Potest tamen et κριθῶσι accipi pro κολάζεσθαι puniri, & de corporis castigatione, qua eruditur ad veram vitam, etiam quibus est lethalis quod ad corpus attinet, vt 1. Cor.11.31. & 32. & mox vers.17. ¶ Viuerent autem,

[illegible] partem sanctificationis explicat priori cohærentem. Idcirco enim morimur carne vt viuamus Spiritu: sicut copiosè expositum est sexto & septimo capitibus epistolæ ad Romanos. quamobrem etiam duo ista vbique solent connecti. Quemadmodum autem quum dixisset τῷ ἀληθινῷ, addidit σαρκὶ, ita etiam post τῷ Θεῷ, secundum Deum, addidit πνεύματι, Spiritu: vt vicissim ostenderet vnde vis ista integra & sancta atque adeò perennis vitæ, quæ in nobis inchoata est, emanaret: nempe à Dei Spiritu, vnde factum vt ipsa etiam Spiritus diceretur.

7 Πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε. σωφρονήσατε οὖν καὶ νήψατε εἰς τὰς προσευχάς.

8 Πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες, ὅτι ἡ ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν.

9 Φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους, ἄνευ γογγυσμῶν.

10 Ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος Θεοῦ.

11 Εἴ τις λαλεῖ, ὡς λόγια Θεοῦ, εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος ἧς χορηγεῖ ὁ Θεός· ἵνα ἐν πᾶσι δοξάζηται ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

12 Ἀγαπητοί, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος·

13 Ἀλλὰ καθὼς κοινωνεῖτε τοῖς τοῦ Χριστοῦ παθήμασι, χαίρετε, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτοῦ χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι.

14 Εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοι· ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ

7 5 Omnium autem finis imminet. Estote igitur temperantes, & vigilate ad orandum.

8 6 Ante omnia verò charitatem alij in alios intensam habentes: nam ‖ charitas operit multitudinem peccatorum.

9 7 ‖ Hospitales *estote* alij erga alios, absque murmurationibus.

10 8 Prout ‖ quisque accepit donum, *ita* alter alteri illud subministrantes, 9 vt boni dispensatores variæ Dei gratiæ.

11 10 Siquis loquitur, *loquatur* vt eloquia Dei: siquis ministrat, *ministret* tanquam ex viribus quas suppeditat Deus: vt in omnibus glorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & robur in secula seculorum. Amen.

12 11 Dilecti, ne, tanquam peregrini, 1 exploratione illa per ignem quæ fit in vobis ad vestri experimentum, percellimini, vt si peregrinum aliquid vobis accideret:

13 12 Imò in eo quòd consortes estis afflictionum Christi, gaudete: vt & quum reuelabitur gloria ipsius gaudeatis exultantes.

14 13 ‖ Si maledictis afficimini in nomine Christi, beati *estis*: quo

7 *Omnium autem finis appropinquauit. Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.*

8 *Ante omnia autem mutuam in vosmetipsos charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum.*

9 *Hospitales inuicem, sine murmuratione.*

10 *Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.*

11 *Siquis loquitur, quasi sermones Dei: siquis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.*

12 *Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat:*

13 *Sed communicantes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.*

14 *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis:*

5 Redit ad propositum, addito argumento à circunstantia temporis. Quòd vltimus ille finis immineat, ac proinde tanto diligentius sit vigilandum & precandum vera cum animi sobrietate.

Prou. 10. 12. Rom. 12. 13. heb. 13. 2. Rom. 12. 6. phil. 2. 14.

6 Charitatem mutuam commendat, ex eo quòd innumerabilia peccata veluti sepeliat, ac proinde pacis ac concordiæ sit fautrix & conseruatrix. Qui enim inter se amant, mutuas offensas facilè condonant. Matt. 5. 10.

7 Ex multis charitatis officiis, vnum cuius tum præsertim maximus erat vsus, nominatim commendat, nempe hospitalitatem, quam vult esse voluntariam ac planè benignam.

8 Charitatis vsum ostendit, nempe vt quod quisque donum proprium habet, ad proximi vtilitatem referat. 9 Ratio, Quia quicquid habemus donorum, hac lege accepimus à Deo vt simus ipsius œconomi. 10 Species duas istorum donorum vt præcipuas commemorat: nempe docendi munus in Ecclesia, & reliquas Ecclesiasticas functiones, in quibus duo sunt in primis obseruanda: nempe vt purum Dei verbum doceatur, & quicquid geritur, ad Dei Patris in Christo gloriam, veluti scopum, referatur. 11 Quoniam cum sincera religionis professione crux est coniuncta, commodè repetit Apostolus quod prius attigerat, nos commonefaciens ne afflictionibus vt re quapiam noua & insolente perturbemur. 12 Ratio prima, Quoniam Dominus hoc veluti igne minimè vult nos consumere, sed excoquere ac perficere. 13 Altera ratio, Quoniam diuersissimæ sunt piorum & impiorum afflictiones tribus in rebus: Primùm, quia soli pij in afflictionibus cum Christo communicant, ac proinde gloriæ quoque ipsius suo tandem tempore participes fient. 14 Secundò, Quia quamuis infideles longè aliter statuant, vt qui pios affligendo sint in Deum blasphemi, tamen pij eo ipso quòd tot probris afficiuntur, vera gloria spirituali à Deo afficiuntur, & ipsorum adoptio à Dei Spiritu in ipsis obsignatur.

8 *Operit*, καλύψει. Sic Vulgata, & ita scriptum reperimus in quatuor exemplaribus Græcis, vt & apud Syrũ interpretem ex Prou. 10. 12. Vtramuis autem lectionem sequamur, laudatur charitas ab vno ex primariis ipsius effectis, quem etiam expressit Apostolus 1. Cor. 13. 7. nempe quod illa prædita facilè offensas condonent. vnde sequitur pax & concordia qua præcipuè fouetur humana societas, quod tamen propriè Christianæ charitati conuenit. Quorsum autem istud ad iustificationẽ ex bonis operibus apud Deũ, quum hæc charitas iustificationem gratuitam in Christo per fidem apprehensõ, non antecedat, sed sequatur per renouationis beneficium? ¶ *Alij in alios*, εἰς ἑαυτούς. Vulg. *In vosmetipsos*: quæ interpretatio multis imposuit, qui non considerarunt, Apostolũ non singulos, sed multos coniunctim alloqui, quos velit mutuo charitatis vinculo esse coniunctos. Vide Eph. 4. 32.

11 *Loquitur*, [*loquatur*] λαλεῖ. Repetendum esse idem verbum ad explendam sententiam diximus Rom. 12. 7, & alibi non semel: quod etiã Syrus interpres expressit. ¶ *In omnibus*, ἐν πᾶσι. Syrus præterea legit ἐν πᾶσιν. Quæ facitis,

12 *Ne, tanquam hospites, percellimini*, μὴ ξενίζεσθε. Id est, ne perinde sitis attoniti vt qui in rem aliquam nouam incidunt, & de qua nunquam cogitarint. Vulgata, *Nolite peregrinari*, Erasmus, *Ne miremini*. Vide supr. 4. ¶ *Exploratione illa per ignem quæ fit in vobis ad vestri experimentum*, τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ. Vulgata, *In feruore qui ad tentationem vobis fit*. Erasmus, *Dum per ignem exploramini, quæ res ad experimentum vestri fit*. Sententia ipsa per se plana est. Sed Syrus interpres totum hoc τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει non legit: & huius periodi membrum aliter collocat. Cyprianus autem ep. 56, totum hunc locum ita citat: *Charissimi, nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram fit: nec excidatis, tanquam nouum vobis contingat*. Itaque post πυρώσει, legit μὴ ἐκπίπτετε, vel potius, μὴ ἀποπίπτετε.

13 *In eo*, καθὸ. Vulg. pro καθὸ κοινωνεῖτε, legit κοινωνοῦντες, *communicantes*, quod sequutus est etiam Syrus. ¶ *Gaudete*, χαίρετε. Cyprianus eodem illo loco, addit, *per omnia*, ἐν πᾶσι.

14 *Quoniam & ille gloriæ & ille Dei Spiritus super vos requiescit*, ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται,

vel expungẽdus est posterior articulus τὸ, vel ista necesse est vt de duobus diuersis spiritibus accipiamus, quia in omnibus codicibus Græcis duo adscribuntur articuli. Itaque Spiritus appellatione non ipsum Spiritum sanctum qui vnus est, sed (ex Scripturæ more, quem alibi exposuimus) illius dona, quæ diuersa sunt, intelligo. Spiritum igitur gloriæ, oppositum crucis ignominiæ, Petrus ita vocat propter gloriã qua Spiritus sanctus fideles exornat: sicut Spiritus intelligẽtiæ, consilij, fortitudinis, & alij quoq. cõmemorantur Es. 11. 2. ad quẽ locum videtur Apostolus alludere. Spiritum autem Dei in genere pro Spiritu adoptionis accipio, qui in nobis per eas afflictiones obsignatur, quibus conformes imagini fratris nostri primogeniti reddimur. Sed Vulgatæ editionis codices in hoc loco non consentiunt. Plerique enim legunt, *Quoniam quod est honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus super vos requiescit*. Quæ interpretatio prorsus à Græcis dissentit. Veteres autem codices emendatiores habent, *Quoniam gloria & Spiritus Dei in vobis requiescit*, quasi τὸ τῆς δόξης idem valeat atque ἡ δόξα. Suspicor enim nonnullos, qui de ipso Spiritu sancto istud dictũ acciperent non autem de ipsius effectis, gemino articulo fuisse offensos. Cyprianus epistola modò citata aliã etiam lectionem prorsus diuersam adfert, hanc videlicet, *Quia maiestatis & virtutis Domini nomen super vos requiescit*: quasi scriptũ sit, ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ὄνομα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται: quæ scriptura nusquam est à me reperta, quãuis in tribus Græcis repererim, τὸ τῆς δόξης καὶ δυνάμεως, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα, &c. *Quoniã ille gloriæ & potentiæ, & ille Dei spiritus*, &c. Mihi verò in tanta varietate maximè arriserit Syri interpretis versio, *Quia Spiritus gloriosus Dei super vos requiescit*, ὅτι τὸ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται.

πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται· κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται.

15 Μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεύς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιός, ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος·

16 Εἰ δὲ ὡς Χριστιανός, μὴ αἰσχυνέσθω, δοξαζέτω δὲ τὸν Θεὸν ἐν τῷ μέρει τούτῳ·

17 Ὅτι ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίῳ;

18 Καί, εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;

19 Ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ.

niam & ille gloriæ, & ille Dei Spiritus super vos requiescit: *qui* quòd ad illos quidẽ attinet, blasphematur, quòd ad vos autem, glorificatur.

15 15 Non enim quispiam vestrum *aliquid* patiatur vt homicida, aut fur, aut maleficus, aut alieni appetens:

16 Si verò vt Christianus, ne pudefiat, sed glorificet Deum in hac parte.

17 16 Nam tempus illud opportunum *aduenit* vt incipiat iudicium à domo Dei. 17 quòd si primùm *incipit* à nobis, quis erit finis eorum qui nõ obediunt Euangelio Dei?

18 ‖ Et, si iustus vix seruatur, impius & peccator vbi comparebit?

19 18 Itaque etiam ij qui ex voluntate Dei, *aliquid* patiuntur, deponãt *apud eum* vt fidum conditorem suas ipsorum animas cum bene agendi studio.

quoniam gloria & Spiritus, Dei in vobis requiescit,

15 *Nemo autem vestrũm patiatur vt homicida, aut fur aut maledicus, aut alienorũ appetitor:*

16 *Si autem vt Christianus, nõ erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.*

17 *Quoniã tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio?*

18 *Et, si iustus vix saluatur, impius & peccator vbi parebunt?*

19 *Itaque & ij qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis.*

15 Tertium discrimen, Quia non ob scelera affliguntur pij, sed ob iustitiã, vt Christiani: vnde fit vt eorum quũ sit illis fidei ac iustitiæ testimonium, nõ tristitię, sed inenarrabilis cuiusdam lætitię argumentũ ipsis subministret. Proponit autem hoc tertium discrimẽ Apostolus sub exhortationis forma.

Prou. 11. 31.

16 Tertia ratio, Quia totius mũdi Dominus de suis domesticis potissimùm solicitus, idcircò illos in primis castigat, ita tamen vt in suis etiã maxima seueritate modum teneat. hoc autem quum sem per aliàs consueuerit, nunc potissimùm facit, quum seipsum Ecclesiæ suæ præsentem exhibuit. 17 Ne pij vmbratili illa impiorum fœlicitate offendantur, quasi Deus nõn sit mundi gubernator, quum impiis bene sit, piis autem malè, docet nos Apostolus à comparatis colligere, Deum qui ne suis quidem parcat quominus eos sub cruce erudiat, suo tandem tempore longè aliter tractaturum rebelles & impios, quos semel perdere constituit. 18 Conclusio, Quum non temerè, sed ex Dei voluntate pij affligantur, illis minimè esse desperandum, sed nihilominus in sanctitatis & beneficentiæ via pergendum, sese Deo suo fideli conditori (id est Patri) commendando. 1 Peculiariter describit presbyterorum (id est eorum qui Ecclesiæ curam gerunt) officium. 2 Præfatur à suæ personæ circunstantia, se videlicet, vt ipsorum collegam, nõ de rebus incompertis, sed quas optimè omnium esset expertus, cum eis agere, & eam ipsam conditionem eis proponere quam ipse prior subierit, quum & labores eosdem sustineat, & spem etiam communem cum eis habeat.

Κεφάλαιον ε.

CAP. V.

1 ΠΡεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ ὁ συμπρεσβύτερος καὶ

1 PResbyteros 1 qui inter vos sũt, 2 precor ego vnà pres

CAP. V.

1 *Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro, consenior &*

¶ [*Qui*] *quod ad illos quidem attinet, blasphematur*, κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται. Supplendum est אשר [*ascher*,] id est, ὃ, ex Hebræorum idiotismo, vt diximus Ephes. cap. 2. 5: expressum etiam à Cypriano eadem illa epistola. Sed neque Syrus, neque Vetus Latinus hoc membrum legerunt, quod tamen apponitur apud Cyprianum, & in omnibus Græcis nostris legitur, vnico tantùm excepto.

15 *Non enim*, μὴ γάρ. Syrus legisse videtur μόνον vel μόνῳ id est, tantummodo. ¶ *Aliquid patiatur*, πασχέτω. De hoc verbo absolutè in his lib. posito pro *Aduersis affligi*, vel etiã *supplicio affici* diximus Phil. 1. 29. ¶ *Maleficus*, κακοποιός, vel *Nocens* & alicuius flagitij reus. Hoc autem nomen, vt & κακοῦργος interdum generaliter de sceleratis omnibus dicitur, quasi artem quosuis lædendi exercentibus, sed hoc loco de leuiorum criminum reo dicitur, sicut flagitium leuius quiddam est quàm scelus, vt ex præcedentibus apparet, quum genus disiunctiuè nequeat cum speciebus cõponi, alioqui maleficos solent Latini specialiter vocare magicis & aliis damnatissimis sceleribus deditos, quod obiici nominatim Christianis à Christianismi hostib. solebat. Perram autem in nonnullis Latinis cod. scribitur *Maledicus* ò *Maleficus*. ¶ *Alieni appetens*, ἀλλοτριοεπίσκοπος. Propriè ita significatur qui curiosè vel ambitiosè iis sese admiscet, quæ ad ipsum nihil attinent, vt illum describit Terentianus ille Simo, sed hoc loco grauius aliquid intelligitur, fons ille nimirum ex quo plerunque scelera prius commemorata deriuantur.

16 *Hac in parte*, ἐν τῷ μέρει τούτῳ. Sic vulgò dicimus *A cest esgard*, de quo dicendi genere. Vide Coloss. 2. 16. Vulg. *In isto nomine*, ἐν ὀνόματι τούτῳ, vt legit Syrus interpres, & inuenimus in vno manuscripto codice, siue hoc accipiatur de ipso Christi nomine, in quo iubemur gaudere & gloriari, siue hoc interpretemur sicut Latinè Nomẽ, prò Caussa ponitur, vt *Hoc nomine* idem valeat, atque *de hoc ipso*.

17 *Nam tempus illud opportunum*, ὅτι ὁ καιρός, vel *tempus illud præstitutum*. Scribit enim Iudæis Petrus Christum amplexis, & propterea suæ potissimùm genti exosis cuius excidium instabat & alludit Apostolus ad Ierem. 25. 29.

¶ *Finis*, τὸ τέλος, id est, exitus.

18 *Iustus*, ὁ δίκαιος, i. pius, siue pietati & iustitiæ studẽs, vt apparet ex antithesi.

19 *Etiam ij qui aliquid patiuntur*, καὶ οἱ πάσχοντες. De Patiendi verbo absolute posito pro aduersis affligi, siue etiã supplicio affici, nõ semel, & præsertim Phil. 1. 29. Hic adde in quib.

commeritæ pœnæ infliguntur, ab iis discernuntur, qui nihil humano iudicio saltem tale commeriti, occulto quodam Dei iudicio aduersa multa perpetiuntur, cuiusmodi est piorum omnium sub cruce conditio, quod argumentum in historia Iobi pertractatur. ¶ *Deponant*, παρατιθέσθωσαν vel committant quasi depositum intra Dei manus, vt loquitur Dominus hoc ipsum agens Lucæ 23.46. Vulg. *commendent* non malè à consequenti, sed non satis expressè. ¶ *Cum bene agendi studio*, ἐν ἀγαθοποιΐᾳ id est, ἀγαθοποιοῦντες, vt suprà 2.15. exhortante Apostolo, vt nulla crucis asperitate deterriti, in bonis operibus perseuerent. Vulg. *cum benefactis*, istud nempe referens ad vitam anteactam non modò nulli damnosam, sed etiam cunctis beneficam, cuius testimonium non minima pars est consolationis sub cruce magis ac magis confirmandæ, modò bona hæc opera quæ Deus per Spiritum suum in Sanctis operatur, non vt meritoria (vti certè non sunt) sed vt nostræ veræ sanctificationis, ac proinde, tum iustificationis, tum electionis τεκμήρια, sicut gratis data, sic etiam gratis coronanda considerentur.

IN CAPVT V.

1 *Presbyteros*, πρεσβυτέρους. Generale nomen est presbyteri hoc in loco, eos omnes comprehendens qui funguntur Ecclesiastico munere, ac nominatim eos quibus docēdi munus incumbit, qui propriè pascere dicuntur: vt ipsi quoque Apostoli hoc nomine comprehendantur à pastoribus singularum Ecclesiarum nimirū potius κατά τι quàm ἁπλῶς differentes, vt apparere potest ex collatione loci Act.6.4, & 20.17. & 28, & 1.Tim.5.17.

μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνός,

2 Ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως· μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως·

3 Μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου.

4 Καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος, κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον.

5 Ὁμοίως νεώτεροι ὑποτάγητε πρεσβυτέροις· πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, ὅτι ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντι-

byter, ac testis afflictionum Christi, atque idē gloriæ patefaciendæ consors,

2 3Pascite Dei 4gregem 5qui penes vos est, 6 illius inspectioni vacantes, non coactè, sed libenter: non turpiter affectantes lucrum, sed prompto animo.

3 Neque vt dominantes cleris, sed vt qui sitis exemplaria gregis.

4 7Et quū conspicuus factus fuerit ille Pastorum princeps, reportabitis amarantinam illam gloriæ coronam.

5 8Similiter iuniores subiecti estote seniorib. & omnes vicissim subiicimini. Summissione animi estote intus or-

testis Christi passionum, & eius quæ in futuro reuelanda est gloriæ communicator,

2 *Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundū Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè:*

3 *Neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.*

4 *Et quum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.*

5 *Similiter adolescentes subditi estote senioribus, omnes autem inuicem humilitatem insinuate: quia Deus superbis resistit, hu-*

3 Primus canon, qui pastor est, gregem pascito.
4 Secundus, pastor gregem non suum, sed Dei esse cogitato.
5 Tertius, Pastores nō alienos greges inuadunto, sed sibi à Deo cōmissum pascūto.
6 Quartus, Pastores non coactè, sed libenter, non auarè, sed animo in gregē propenso: non vt domini sortis & hæreditatis Dei, sed vt eius ministri Ecclesiam verbo, & sanctæ & inculpatæ vitæ exemplo gubernanto. 7 Ne hominum perfidia vel etiam crudelitate frangantur pastorum animi, monet eos, vt in summum illum Pastorem & coronam in cœlis repositam, perpetuò intueantur. 8 Peculiares multas virtutes Christianis commendat, ac modestiam quidem in primis, qua admonitione omnes quidem egemus, sed iuniores præsertim, propter ætatem illius proteruiam & superbiam.

Qui penes vos est, τὸ ἐν ὑμῖν. Vel, qui à vobis pendet, vti apud Sophoclem, ἐν σοὶ ἐσμέν, pro A te pendemus. In summa, proponit illis eius gregis curam qui illorum fidei est commissus. Vulgata, ad verbum quidem, sed fideliter conuertit, *Qui in vobis est*. Eras. *Quantum in vobis est*: non modò non expressa sed etiam eneruata Apostoli sententia: quasi scriptum sit τὸ καθ' ὑμᾶς, & τὸ non pertineat ad ποίμνιον.

¶ *Illius inspectioni vacantes*, ἐπισκοποῦντες. Syrus interpres addit רוחנאית [*ruchanaith*] id est πνευματικῶς, spiritualiter. quod puto esse glossema, & in contextum irrepsisse.

3 *Neque vt dominantes cleris*, μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων. Non regnum, sed curam presbyteris commissam esse docet qua de re vide Mat.20.25. Clerum autem sortem & hæreditatem Domini (id est Ecclesiam) vocat: sicut apud Hebræos נחלה [*nachalah*] dicitur Israeliticus populus. Sed & quia hoc corpus variis illisque dispersis membris cōstat, & Christus in solidum singularum partium caput est, ideo singulis etiam partibus nihil obstat quominus idem nomen atque toti ipsi corpori tribuatur. Veteres patres cleri nomen postea ad collegium Ecclesiasticorum ministrorum transtulerunt, quasi qui sacerdotibus Aaronicis & Leuitis successerint. Sed sanè inuehenda non fuit in Ecclesiam ista omnium maxima ἀρχή, quæ discrimen inter pastores & oues tollat: nec temerè κλήρου nomen ipse Petrus pro ouium omnium grege vsurpauit, adstipulante quoque Syro interprete, qui κλήρους vertit דמרעיתא [*demarhitha*:] neque Paulus 1.Cor.14. κληρικῶν & λαϊκῶν meminit, sed docentium siue loquentium in Ecclesia & ἰδιωτῶν. Denique vt à non malis initiis distinctiones profectæ sint, tamen quidnam tum moliretur Satan, tempus ipsum ostendit. Cæterùm, si pastoribus non licet regum more gregi dominari, vbi tandem patrimonium Petri? vnde duplex ille gladius? vbi illa potestas trahendi omnes ad inferos impunè, vt ille ipse totidem verbis testatur, qui se Petri successorem iactitat? qua de re quid senserit Bernardus, licet ex his ipsius ad Eugenium Papam verbis intelligere, *Esto vt hæc tibi alia quauis ratione vindices, non Apostolico more. Nec tibi dare Petrus potuit quod non habuit: quod habuit hoc dedit, sollicitudinem super Ecclesias.* (& hic fallitur Bernardus communi errore seductus) *Nunquid dominatum? Audi ipsum, Non dominantes, inquit, cleris. Et ne dictum sola humilitate putes, non veritate, vox Domini est, Reges gentium dominantur eis, vos autem non sic. Planum est. Apostolis interdicitur dominatus. I ergo tu, & tibi vsurpare aude, aut Apostolatum, aut Apostolatus dominatum: planè ab vtroque prohiberis. si vtrunque simul habere voles, vtrunque amittes.*

4 *Amarantinam*, τὸν ἀμαράντινον. Ex amaranto videlicet, cuius floris (inquit Plinius) summa natura in nomine est, sic appellato quoniam non marcescit. Vulgata *immarcessibilem*, ἀμάραντον, sicut etiam legit Syrus interpres. Sed ita scriptum nusquam inueni, & quum receptum sit coronas à materia ex qua componuntur cognominare, vsitatam scripturam magis probo, quum eadem eliciatur sententia ex vtrauis scriptura.

5 *Senioribus*, πρεσβυτέροις. Etsi posuit antithesis Seniorum & Iuniorum vt hîc habeatur ætatum ratio: tamen particula

particula ὁμοίως manifestè ostendit eosdem hîc significari presbyteros, nempe quòd non facilè iuuenes ad Ecclesiasticas illas pastorum doctorum & gubernatorum, sic peculiariter appellatorum functiones deligerentur. Sicut ergo antea Petrus de presbyterorum erga suas oues, sic nunc de ouium erga suos ποιμένας officio disserit, quamobrem etiam rectè Syrus interpres addidit affixum, *Vestris*.

¶ *Summissione animi estote intus ornati*, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε. Complutensis codex legit ἐγκομβώσασθε eadem sententia. nam & κόμβωμα inuenio dici τὸν κόσμον ornatū, & ἐγκομβώσασθαι Hesychius interpretatur περιειλῆσθαι, quæ significatio pulchrè conuenit iis quæ sequuntur. Vulg. *Omnes autem inuicem humilitatem insinuate.* Neque enim legit ὑποτασσόμενοι, sed præterea multis modis mendosa est ista interpretatio. Eras. *Humilitatem autem vobis infixam habete.* Sentit enim (inquit) humilitatem in animo artè retinendam, veluti nodis alligatam. Nam ἐγκομβώσασθε vertit Innodate: quæ significatio translatitia est, neque huic loco conuenit. Vide Matth. 18 & Luc.1.48. videtur autem expressè Apostolus hoc verbum vsurpasse, vt superbium fastum in incessu & vestitu argueret.

τάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

6 Ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ·

7 Πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιρρίψαντες ἐπ' αὐτόν, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν.

8 Νήψατε, γρηγορήσατε, ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ ζητῶν τίνα καταπίῃ.

9 Ὧ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει, εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι.

10 Ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ὑμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὀλίγον παθόντας, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξαι, σθενώσαι, θεμελιώσαι.

11 Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

12 Διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν τοῦ πιστοῦ ἀδελ-

nati. 9Deus superbis obsistit, summissis autem dat gratiam.

6 Summittite vos igitur 10 robustæ manui Dei, vt vos tempore præstituto extollat.

7 Omni sollicitudine vestra in eum coniecta: nam illi cura est de vobis.

8 11Sobrij estote & vigilate: nā aduersarius ille vester diabolus, vt leo rugiens, obambulat, quærens quem absorbeat.

9 Cui obsistite firmi per fidē vt qui noueritis easdem afflictiones, à vestra quæ in mundo est fraternitate peragi.

10 13Cæterùm Deus omnis gratiæ *author*, qui vocauit vos ad æternam suam gloriam in Christo Iesu, paulisper *aliquid* passos, is *inquam* compingat vos, stabiliat, roboret, fundet.

11 Ipsi gloria & robur in secula seculorum. Amen.

12 14 Per Syluanum vobis fidum fratrem, paucis, vt puto,

milibus autem dat gratiam.

6 *Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis:*

7 *Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.*

8 *Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, quærens quem deuoret.*

9 *Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei quæ in mundo est vestræ fraternitati fieri.*

10 *Deus autē omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.*

11 *Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.*

12 *Per Syluanum fidelē fratrē vobis (vt arbitror)*

Rom.12.18
Iac.4.6
Iac.4.10
Psal.55.23
sap.12.13
matt.6.25
luc.12.22
Luc.12.31

9 Quoniam superbia plerisque videtur, iter esse ad huius vitæ splendorem, testatur Apostolus ex aduerso, ignominiam quidem esse superbiæ mercedem, modestiæ verò gloriam.
10 Quoniam modestis minantur superbi illi spiritus, monet Apostolus, vt potentiam Dei superborum hominum vanitati opponamus, & ab eius prouidentia toti pēdeamus.
11 Vigilantia & fide expugnatur Satanæ crudelitas, in omnes ad nos vorandos occasiones intenti. 12 Neque nouæ sunt, atque vnius alicuius propriæ, sed iam olim toti Ecclesiæ communes persequutiones à Satana excitatæ: ac proinde patienter ferendum est, in quo tales tótque socios certaminis habemus. 13 Superiorem doctrinam solenni prædicatione velut sigillo obsignat, rursus inculcans vt ab eodem petant virium incrementum, à quo & initium habuerunt & complementum sperant: nempe à Deo Patre in Christo Iesu, in quo certa est nobis æternæ vitæ gloria. 14 Perseuerantia in doctrina Apostolica, vnicum est Christianæ fortitudinis fundamentum. Doctrinæ autem Apostolicæ summa est, gratuita à Deo salus.

---

6 *In tempore*, ἐν καιρῷ. Vetus interpr. addit Visitationis, ἐπισκοπῆς, quod & in duobus Græcis cod. inueni, sed irrepsisse puto ex cap.2.12.

8 *Sobrij estote*, νήψατε. Syrus habet interprete Tremellio, *Vigilate & memores estote*, γρηγορεῖτε καὶ μνήσθητε. *Aduersarius ille*, ὁ ἀντίδικος. Expressi vim articuli minimè prætereundam.

9 *Fraternitate*, ἀδελφότητι. Id est, fratrum cœtu per orbem terrarum disperso. Vide suprà, 2.17.

¶ *Peragi*, ἐπιτελεῖσθαι. Vtitur Paulus verbo ἀνταναπληρῶ, Coloss.1.24. aliquantulum diuerso fine, significans videlicet vsum harum harum afflictionum toti Ecclesiæ communem, vt alij aliorum exemplo confirmentur. Hic autem notatur duntaxat communis esse ista ferendæ crucis conditio, omnibus Christum amplexis, vt nemo queri possit de hoc suo statu, Vulgata *fieri* nimium generaliter, Sensus autem apertus est, nempe iisdem sustinendis obnoxios esse cæteros fratres.

10 *Qui vocauit*, ὁ καλέσας. Vide Gal.cap.1.vers.6. ¶ *Vos ad*. Sic vetusti multi codices habent rectius quàm ἡμᾶς, nos, vt sequentia demonstrant. ¶ *Paulisper*, ὀλίγον. Vulgata suo more, *Modicum*. Erasmus, *Parum*. Ego malo ad tempus referre, vt idem hoc sit atque illud quod scripsit Paulus 2.Corinth.4.17. ¶ *Is [inquam,]* αὐτός. Erasmus, *Idem*, id est, ὁ αὐτός. Abundat autem, ex Hebræorum consuetudine, sed ita vt sit tamen magna eius emphasis hoc in loco.

¶ *Compingat*, καταρτίσαι. Vulgata, *Perficiet*. Legit enim ista futuro tēpore, sed omnes nostri codices, tritus tātùm exceptis, scripta hæc habent optandi modo. Erasmus conuertit, *Instauret*: non satis appositè, vt mihi videtur. quanuis hoc καταρτίζεσθαι etiam eum declaret, qui suis omnibus partibus constat. Vide Matth.21.16. Etsi verò sensim opus suum in suis promouet Deus, quo referri istud potest, tamen quum in hac vita istud nemini contingat, de cuius tamen curriculo hîc agitur, & si pro perfectum reddere istud accipiatur, & addere cætera minimè fuit necesse, malo istud referre ad mutuam fidelium inter se coaptationem descriptam, 1.Cor.1.10. ¶ *Roboret*, σθενώσαι. Hoc nō legit Vetus interpres. nisi velimus legisse στερεώσει, quod interpretetur Solidabit. atque ita fiet vt sequens verbum θεμελιώσαι non legerit.

12 *Vt puto*, ὡς λογίζομαι. Etsi τὸ λογίζεσθαι grauius quidpiàm declarat quàm τὸ οἴεσθαι vel etiam ἡγεῖσθαι, vt diximus Rom.3.28 & Hebr.11.11. Significat enim aliquid apud se rationibus collectum statuere: tamen nullo modo mihi probabile videtur, Apostolum tam diluto verbo in hoc Syluano, ipsis, vt verisimile est, Ecclesiis plerisque notissimo commendando vsurum fuisse. Rectè igitur Syrus interpres, quem propterea sum sequutus ista coniungit cum δι' ὀλίγων. Cæterùm non ita breuis est hæc epistola vt Petrum oportuerit eius breuitatem excusare. Potius ergo significauerit se existimare breuem illis visum iri hanc epistolam, vt iis solet qui literas ab amicissimis, & quidem de rebus grauissimis scriptas accipiunt.

φοῦ, ὡς λογίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγραψα, παρακαλῶν καὶ ἐπιμαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ Θεοῦ εἰς ἣν ἑστήκατε.

scripsi, adhortans vos, & testificans hanc esse veram gratiam Dei in qua statis.

breuiter scripsi: obsecrans & contestans hanc esse veram gratiam Dei in qua statis.

13 Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου.

13 Salutat vos ea quæ est "in Babylone "vobiscum electa *Ecclesia*, & Marcus filius meus.

13 Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone, collecta, & Marcus filius meus.

13 Salutationes familiares.

14 Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἀγάπης. Εἰρήνη ὑμῖν πᾶσι τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ἀμήν.

14 Salutate alij alios charitatis osculo. Pax vobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amen.

14 Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amen.

Rom. 16. 16
1. cor. 16. 20
2. cor. 13. 12

13 *In Babylone, ἐν Βαβυλῶνι.* Babylona propriè accipio pro celebri illa Assyriæ vrbe, in qua tum esset Petrus circuncisionis Apostolus. Cur enim Romæ nomen subiiceret? Et quod traditum est de vigintiquinque illis annis quibus Petrus Romæ sederit, partim ex Pauli epistolis Romæ scriptis, probabiliter refellitur, partim etiam necessariis argumentis demonstratur ex temporum supputatione, sicut diximus Actor. 12. 17, etiamsi Romam illum venisse, & ibi pro Christi nomine trucidatum fuisse non inuitus concedam. ¶ *Vobiscum electa [Ecclesia,] ἡ συνεκλεκτή.* Ecclesiæ nomen omittit, vt in vocabulis communi vsu tritis fieri sæpe solet.

ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ καθολικὴ δευτέρα.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI CATHOLICA posterior.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α. CAP. I. CAP. I.

1 ΣΥΜΕΩΝ Πέτρος δοῦλος καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

1 SIMEON 1 Petrus seruus & Apostolus Iesu Christi, "æquè pretiosam fidem nobiscum sortitis "per iustitiam "Dei nostri & seruatoris Iesu Christi:

1 SIMEON *Petrus seruus & Apostolus Iesu Christi, iis qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri & saluatoris Iesu Christi:*

1 Salutatio, in qua significat se vt Christi legatum cum eis agere quibuscum alioqui vnam & candē fidem communem habeat in Iesu Christi Dei ac seruatoris nostri iustitia fundatam.

2 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν·

2 Gratia vobis & pax multiplicetur in 2 agnitione Dei, & Iesu Domini nostri:

2 *Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Iesu Domini nostri:*

2 Fides est agnitio Dei & Christi, ex qua omnis fœlicitas in nos promanat.

3 Ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ κα-

3 3 "Prout "diuina vis ipsius omnia nobis donauit "quę ad vitam "& pietatem *pertinent*, "per agnitionem illius qui vocauit nos "ad gloriam ac

3 *Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ quæ ad vitam & pietatem donata est, per cognitionem eius qui vo-*

3 Christus sese nobis in Euangelio patefaciēs, idque sua vniusvi, donac nobis quæcunque tum ad vitam æternam requiruntur, in qua videlicet nos glorificare constituit, tùm etiam ad pietatem, dum vera virtute nos instruit.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAPVT I.

1 *Simeon, Συμεών.* Complutensis codex & tres alij legunt Σίμων. Vide Actor. 15. 14. *Aequè pretiosam, ἰσότιμον.* Quatenus videlicet vnus & idem Christus ab hac fide fit credentibus Sapientia. Iustitia, Sanctificatio & Redemptio, quæ συνεκδοχικῶς, nomine Iustitiæ Christi mox comprehēduntur. Nam alioqui varia & inæqualia sunt Spiritus χαρίσματα. 1. Cor. 12. ¶ *Per iustitiam, ἐν δικαιοσύνῃ.* ex eo quòd Deus (vt staret promissis) fidelem sese ac proinde iustum nobis exhibuit. Consideratur enim hîc ea iustitia ex qua in nos promanauit fidei donum, vt Ro. 3. 25 & 26.

¶ *Dei nostri & seruatoris, &c.* τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ σωτῆρος, &c. Ista necesse est coniunctim legamus, quia vnicus est articulus, vt copiosius diximus Tit. 2. 13. Itaque continet etiam hic locus manifestum diuinitatis Christi testimonium.

3 *Diuina vis ipsius, τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ.* De Christo loquitur, quem rursus Deū facit, & quidem seruatorem vnicum. Vulg. *Omnia nobis diuinæ virtutis suæ quæ ad vitam & pietatem donata est:* prorsus absurdè, quod & ipsa constructio tota declarat, quum πάντα, i. omnia, necessariò regatur à δεδωρημένης, secundo casu absolutè posito. itaque vt hoc vitiū emendaretur, scriptū est in nonnullis codicib. *Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ quæ ad vitam & pietatem donata sunt:* vt hæc sit sētētia, quicquid est in Christi diuina virtute pertinens ad vitam ac pietatem, nobis esse donatum. Sed neque tota distinctio huius loci, vt est in Græcis, neq. etiam participiū δεδωρημένης, quòd media significatione hîc accipitur, istam interpretationem ferre vllo modo possunt.

¶ *Quæ ad vitam, τὰ πρὸς ζωήν.* Id est, quæ ad salutem. Ergo Christus sua vi diuina gratuitò nobis dat vitam æternā. ¶ *Et pietatem, καὶ εὐσέβειαν.* Hoc iter est per quod Christus ad vitam nos deducit, quia videlicet per Spiritum suum gratis donatum nos ad veram religionē format. ¶ *Per agnitionem eius qui vocauit nos, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς.* Hæc est summa & vitæ & religionis, quarum mentio facta est nempe vt à Christo manu ducamur ad Patrē qui nos in Filio vocat, Ioann. 17. 3. vt neque breuius neque diuinius potuerit Christi officium, omnisque nostra salus, per partes explicari. Vetus interpres pro Agnitione dixit Cognitionē, non satis expressè, quanuis hoc discrimen non semper obseruetur. Nam cognoscunt etiam impij multi, atque adeo cognitum etiam Deum vtcunque gustant: sed soli fideles Deum vt Patrem suum agnoscunt in Christo. Est enim agnitio Dei nos vocantis, nobilissimum sancti Spiritus effectum. Iam verò si hæc in nobis efficit diuina vis Christi, & quidē ex mera liberalitate, vbi liberum arbitriū? & quo iure ab aliis hunc Spiritum flagitamus quàm ab eo in quo vno sunt omnes thesauri, & de cuius beneuolentia quisquis dubitat indignus est qui accipiat? Iac. 1. 6. & 17.

¶ *Ad gloriam ac virtutem, διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς.* Vulg. *Propria gloria & virtute, ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ,* quæ lectio in paucis admodū codicibus, iisque dubiæ fidei, à nobis est inuenta: neque mihi sanè probari potest. Nec enim vsquam (quod sciam) dicitur Deus nos vocasse sua gloria, sed ad suam gloriam, Ro. 9. 23, & 15. 7. 1. Cor. 2. 7, & 1. Thess. 2. 12, & alibi sæpe. Nisi malimus gloriæ nomine intelligere Christum ipsum μετωνυμικῶς, Patris videlicet gloriam: vel Euangelium, quod & ipsum gloria Dei dicitur Rom. 1. 16, & 1. Timot. 1. 11. Sed vtraque hæc interpretatio est violenta, quū nihil adiiciatur ex quo id possit intelligi. Deinde τὸ ἀρετῆς (id est *virtutis*) nomen, nemo non videt quanto melius conueniat hominibus quàm Deo, cui potius tribuitur δύναμις, i. potentia seu potestas, vel κράτος, i. robur: quanuis idem noster Petrus in superiore ep. 2. 9, Deo τὰς ἀρετὰς, (id est virtutes, tribuerit. Sed nomen ἀρετῆς de nobis potius quàm de Deo dici, liquet etiam ex iis quæ sequuntur vers. 5. Itaque quum tota hæc formula loquendi noua sit, vt dicatur Deus nos vocare

gloria & virtute, siue (vt conuertit Erasmus) Per gloriam & virtutem. Est autem hæc peruſitata, qua dicitur Deus nos ad gloriam & iuſtitiam, ſeu ſanctimoniam vocare: mihi quidem multò probabilius videtur, διὰ præpoſitionem pro εἰς vſurpatam, ſicut etiam annotauimus Rom. 6.4. & ἐφ' ᾧ idem hîc atque ἁγιασμὸν declarare, quo potius vtitur Paulus, vt Rom. 6.19. & 1. Theſſ. 4.7, & alibi ſæpe. Pulchrè autē iſta cum ſuperioribus cohærebunt. Reſpondebit enim vitæ, gloria: pietati ſeu veræ religioni virtus. Quorſum enim ad vitam æternam ducimur? vt illic gloria Dei in nobis eluceat. quorſum omnis pietatis cognitione imbuimur? vt in ſanctitate & iuſtitia Deo ſeruiamus. Sed cur illic vitam, hîc verò gloriam priore loco commemorauit? Quia quamuis nondū apparuerit vita noſtra & gloria, tamen ex illa emanāt pietas ac virtus. Priùs enim oportet nos filios Dei fieri quàm Spiritu Dei agamur, vt ab adoptione neceſſe ſit auſpicari. Iam verò qui adoptatus eſt, æternæ vitæ gloriam eſt nactus, quamuis nondum apparuerit. quod etiamſi, 1. Ioann. 3.2. Addunt denique iſtis veteres nonnulli codices, quos ſequutus eſt Beda, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod fortaſſis ex priore proximè præcedente verſiculo [illegible] irrepſit: Si tamen hoc amplectamur, commodè [illegible] vtrumque pro gloria & virtute Ieſu Chriſti accipi.

λέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς·

4 Δι' ὧν τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ τίμια ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς·

5 Καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετήν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν,

6 Ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομονήν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέβειαν,

virtutem.

4 Ex eo quòd maxima illa nobis ac pretioſa promiſſa donauit, vt per hęc efficeremini diuinæ conſortes naturæ, elapſi ex corruptione quæ eſt in mundo per cupiditatem.

5 Ad hoc ipſū verò vos omni prætereà collato ſtudio, adiicite fidei veſtræ virtutē, virtuti verò notitiam,

6 Cognitoni verò continētiā, continentiæ verò tolerantiā,

vocauit nos propria gloria & virtute:

4 Per quæ maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ fugientes eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem.

5 Vos autem curam omnem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam;

6 In ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in pa-

4 Explicatio ſuperioris ſententiæ, expoſitis tacotum beneficiorū cauſis, à Deo omnia hæc bona promanare, ex gratuita ipſius promiſſione, bona, inquam longè pretioſiſſima, vt liberati è mundi corruptione (id eſt vitioſis quas circunferimus cupiditatibus) quodammodo efficiamur ipſius Dei fideles. 5 Subſtrato fundamento (id eſt explicatis noſtræ ſalutis, ac præſertim ſanctificationis) cauſis iam nos exhortari incipit vt toto animo in iſtius gratiæ verum vſum incumbamus. Auſpicatur autem à fide, ſine qua nihil Deo placere poteſt, quam monet vt virtute (id eſt bonis ſanctiſque moribus) cumulemus, ſed coniuncta cum eis diuinæ volūtatis cognitione, ſine qua nec fides, nec vlla vera virtus exſtat.

4 *Ex eo quòd*, δι' ὧν. Ad verbum, Per quod quòd: vt ſi vernaculo noſtro ſermone dicas *Par ce que*. Incipit enim Apoſtolus ſuperiora duo (id eſt, quæ ad vitam & gloriam, item quæ ad pietatem & virtutem noſtram pertinent) explicare, quomodo, per quem, & quorſum nobis ſint data: eſtque phraſis illa apud Græcos ſatis vſitata, ſicut etiam ἀνθ' ὧν, ἀφ' ὧν, ἐξ ὧν, ἐφ' οἷς frequenter vſurpant, vt copioſè docet Budæus in Commentariis. Itaque cauſa nulla erat cur nonnulli pro δι' ὧν ſcriberent δι' οὗ. Propter quem, niſi pro δι' οὗ, *per quem*, & ſub Chriſtum, accipiamus, vt iſta interdum permutari oſtēdi. Vulgata & Eraſmus, *Per quæ*, quod non intelligo. Sed Eraſmum nimirum abduxit Græcus ſcholiaſtes qui totum hunc contextum lacerat, nec tamen ſeſe expedit.

¶ *Diuinæ naturæ*, θείας φύσεως. Naturam non vocat ipſam οὐσίαν, ſed certas (vt ita loquar) qualitates quas Dei virtus in nobis efficit, vt hactenus Dei imago ſimus, veluti quum nos cæleſti ſapientia, boni amore, vitij odio & veris virtutibus imbuit. vt etiam accipi ſere conſueuit naturæ nomen pro naturæ rerum diſpoſitione & efficacitate. Sic Imago illa fuit hominis ante lapſum recta natura: & poſt lapſum contrà, vitioſa omnis illa totius hominis qualitas, quæ Vetus homo dicitur & Caro, cui opponitur quod Spiritus Dei in nobis efficit, ideóque tum Nouus homo tum Spiritus vocatur. Nam & hoc ipſum poſtea indicat, quum definit naturæ diuinæ participem fieri, idē eſſe atque Mundi corruptionem effugiſſe, ſiue (vt loquitur Paulus) Mortuum eſſe peccato, nec amplius eſſe in carne. Itaque non modò impij, ſed planè etiam ridiculi ſunt, qui ex hoc loco diuinæ eſſentiæ in nos transfuſionem imaginantur: vt impius ille Seruet[illegible] præfractè ad mortem vſque defendit. Sed & diuinæ naturæ appellatione intelligi poteſt illa beatiſſima immortalitas, cuius primitias habemus, & quam accuratè deſcribit Paulus. 1. Cor. 15, quum Deus erit omnia in ſuis omnibus. *In mundo*, ἐν κόσμῳ. id eſt in hominibus. nam de iis agitur. ¶ *Per cupiditatem*, ἐν ἐπιθυμίᾳ. Sedes igitur corruptionis mundi in viſceribus noſtris eſt collocata, adeo vt niſi animum purget Deus per gratiam in Chriſto, quocunque veneris mundum tecum circunferas, etiamſi in penitiſſimum Thebaidos deſertum te contuleris. Vetus interpres legit τῆς ἐν κόσμῳ ἐπιθυμίας φθορᾶς, Eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem, eodem manente ſenſu. & ſanè τὸ ἀποφυγεῖν vſitatius eſt quarto caſui coniungere.

5 *Ad hoc ipſum verò*, καὶ αὐτὸ τοῦτο δέ. Aut ſupplenda eſt præpoſitio εἰς, vel κατά, quæ tamen ellipſis planè dura eſt: aut potius legendum κατ' αὐτὸ τοῦτο δέ, nato errore ex compendioſa ſcriptura κατ. Cæterùm ſententia ipſa plana eſt. Monet enim Petrus ne Dei gratiæ deſimus: neque enim trunci aut ſtipites ſumus, ſed oportet nos viciſſim omnem diligentiam adferre, nos inquam qui liberum (id eſt, à ſeruitute peccati per gratiam manumiſſum) arbitrium habemus. Nam alioqui ad malum præcipites ferimur, ad bonum verò non modò tardi & imbecilli, (vt [illegible] ſophiſtæ Semipelagiani) ſed omni etiam bonæ voluntatis principio prorſus deſtituti ſumus. Quid enim habes (inquit Apoſtolus, de gratia, non de natura loquens) quod non accepiſti? Sic ergo accipiendum eſt τὸ παρεισφέρειν: non quaſi de noſtro aliquid adferamus, niſi prius effecerit Deus in nobis vt & velimus & faciamus, idque [illegible] ita vt ſemper exclamare cogamur, Non facio [illegible] quod volo, & facio malum quod nolo, ac proinde ne tantillum quidem noſtræ iuſtitiæ, ſed Chriſto prorſus innitamur.

¶ *Adiicite*, ἐπιχορηγήσατε. id eſt præterea ſufficite & ſuggerite. Vulgata, *Miniſtrate*. Eraſmus, *Subminiſtrate*: nimium obſcurè, neque expreſſa præpoſitione ἐπί.

¶ *Fidei veſtræ*, ἐν τῇ πίστει ὑμῶν. ἐν pro ἐπί, vt ſit ſenſus, Adiicite ad fidem veſtram: niſi dicere malimus ἐν reſpondere literæ ב Hebræorum quæ tertiis caſibus præponi conſueuit.

¶ *Virtutem*, τὴν ἀρετήν. Id eſt, ſanctos & honeſtos mores, quorum fons eſt fides: ſicut cum vtriſque cohæret γνῶσις, id eſt, voluntatis Dei cognitio. nam in tota iſta deſcriptione ἐν pro σὺν accipio. Nec enim philoſophicas, ſed Chriſtianas virtutes deſcribit Apoſtolus. Vnde igitur fidei implicitæ commentum, niſi ex inferorum gurgitibus emerſit? Eſt autem inſignis hic locus ſiquis alius, veræ Chriſtianæ vitæ ſummam, deſcriptis illius veris tum cauſis tum effectis ſpectandam præbens.

7 *Charitatem*, τὴν ἀγάπην. Latiùs patet Charitatis quàm τῆς φιλαδελφίας nomen. Sed malo illo vocabulo ſignificari animi affectus, iſto verò officia quæ ex illo affectu proficiſcuntur. is enim verè diligit qui reipſa iuuat quos diligit, Luc. 1.15 & 16.

ὑπομονῇ τὴν εὐσέβειαν,

7 Ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὴν ἀγάπην.

8 Ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα, καὶ πλεονάζοντα, οὐκ ἀργοὺς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν.

9 Ὧι γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν.

10 Διὸ μᾶλλον, ἀδελφοί, σπουδάσατε βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι. ταῦτα γὰρ ποιοῦντες οὐ μὴ πταίσητέ ποτε.

11 Οὕτω γὰρ πλουσίως ἐπιχορηγηθήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

12 Διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων, καίπερ εἰδότας, καὶ ἐστηριγμένους ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ.

13 Δίκαιον δὲ ἡγοῦμαι, ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι, διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει·

14 Εἰδὼς ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου, καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι.

15 Σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον, τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι.

16 Οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν, ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος.

7 tolerantiæ pietatem,

Pietati verò fraternum amorem, fraterno autem amori, charitatem.

8 7 Hæc enim ſi vobis adſint, & abundent, non inertes vos nec infructuoſos efficient in Domini noſtri Ieſu Chriſti agnitione.

9 Nam cui hæc non adſunt, is cæcus eſt, nihil procul cernēs, oblitus ſeſe à veteribus peccatis ſuis fuiſſe purificatum.

10 8 Quapropter, fratres, potius ſtudete vocationem & electionem veſtram firmam efficere. hæc enim ſi feceritis, nunquam impingetis.

11 Ita enim amplè ſubminiſtrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti.

12 9 Quapropter non negligam vos de iſtis ſemper commonefacere, quamuis peritos & ſtabilitos in præſente veritate.

13 Iuſtum autem duco, quamdiu ſum in hoc tabernaculo, expergefacere vos per ſubmonitionem.

14 Quum ſciam citò futurum vt deponam tabernaculū meū: ſicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus declarauit mihi.

15 Sed & ſtudebo ſubinde vt vos poſſitis poſt exitum meum facere horum mentionem.

16 Non enim [illegible] compoſitas fabulas ſequuti, notam vobis fecimus Domini noſtri Ieſu Chriſti potentiam & aduentum: ſed vt qui oculis noſtri aſpeximus illius maieſtatem.

7 tientia autem pietatem,

In pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.

8 Hæc enim vobis quum adſint, & ſuperēt, non vacuos nec ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione.

9 Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum.

10 Quapropter fratres, magis ſatagite vt per bona opera certam veſtram vocationē & electionem faciatis, hæc enim facientes non peccabitis aliquando.

11 Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti.

12 Propter quod incipiam vos ſemper commonere de his, & quidem ſcientes & confirmatos vos in præſenti veritate.

13 Iuſtum autem arbitror, quandiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione:

14 Certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundum quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi.

15 Dabo autem operam, & frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis.

16 Non enim doctas fabulas ſequuti, notā fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſentiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis.

7 Sicut ex vera cognitione Chriſti naſcuntur illi veluti fructus, ita viciſſim ſic fructificando fouetur & creſcit ipſa cognitio, adeò quidem vt qui eſt infructuoſus, is vel nūquam veram lucem cognouerit, vel accepti ſanctificationis doni ſit oblitus.

8 Concluſio, Quum igitur ex fructibus illis noſtra vocatio ac electio approbetur, & in nobis confirmetur, atque adeò quum hoc vnū ſit in æternum Chriſti regnū iter, ſupereſt vt animis huc feramur.

9 Amplificatio concluſionis, addita modeſta excuſatione, in qua ſuū in eos ſtudiū declarat, vicinum ſuum obitum prædicens. Ioh. 21.19

1. Cor. 1.17. & 2.1.13

8 *Infructuoſos*, ἀκάρπους. ſic habent noſtri omnes Græci codices. Eraſmus tamen legit ἀκαιρίους, & interpretatur *In irritum laborantes*. Ego potius malim actiuè interpretari, Deſides, vel, vt loquitur Auguſtinus, Inactuoſos.

9 *Nihil procul cernens*, μυωπάζων. Non aſſentior Gellio qui μύωπα luſcioſum interpretatur, quum luſcioſus potius νυκτάλωψ dicatur. Sic enim Varro, *Veſperi non vident quos appellant luſcioſos*. Sic autem μύωπας definit Ariſtoteles auctor maximè idoneus μυωπάζειν λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες. (id eſt, Budæo interprete) *Myopes dicuntur qui ab ortu primo proxima quidem vident, remota verò non vident*. Hoc eſt igitur quod ſignificat Petrus, eum in quo cognitio Dei non eſt efficax, cæcum eſſe, quod ad regnum Dei attinet, qui non cernat cæleſtia, longius videlicet & extra mundum remota: ſed terreſtria duntaxat, quæ proxima ſunt: vt hac in parte planè ſit μύωψ. Nam ſi cerneret, daret ſeſe proculdubio in viam qua in cælum peruenitur. Vulgata, *Et manu tentans*. Eraſmus, *Et manu viam tentans*: allata etiam quadam huius tranſlationis ratione, quam ego planè abſurdam iudico. Nec enim μύωπες à muribus dicti ſunt, vt exiſtimauit, ſed παρὰ τὸ μύειν τοὺς ὦπας, quòd perpetuò nictent oculis: quo modo etiam poteſt hic locus accipi.

10 *Firmam efficere*, βεβαίαν ποιεῖσθαι. Atqui ea nititur Dei propoſito, vt nunquam poſſit labaſcere. Firma eſt igitur in ſeſe electio, ſed in nobis quotidie confirmanda eſt. Confirmatur autem ex effectis fidei, id eſt, Spiritus fructibus in nobis. Nam iuſtus eſt qui facit iuſtitiam: & qui iuſtificatus eſt, idem vocatus eſt: quum iuſtificatio ſit per fidem, fides ex auditu. Qui porro vocatus eſt, electus eſt ex Dei propoſito. Vides quomodo vocatio & vocationis baſis, id eſt electio, quotidie magis ac magis confirmetur, quanuis vno Dei propoſito certo & æterno fulciatur. Inepti ſunt igitur qui hoc loco abutuntur ad euertendam conſolationis noſtræ baſin: & manifeſti ſycophantæ, quos non pudet dicere electionis æternæ doctrinam iter ad Epicureiſmū patefacere: quum indiſſolubili nexu cohæreant, propoſitum, electio, vocatio, ſanctificatio & iuſtificatio. Itaque mihi ſanè non diſplicet quod Vulgata poſt verbum σπουδάσατε legit, & in duobus manuſcriptis cod. Græcis inuenimus, nempe ἵνα διὰ καλῶν ἔργων ποιῆσθε, id eſt, Vt per bona opera efficiatis.

12 *Non negligam*, οὐκ ἀμελήσω. Vulgata, *Incipiam*. prorſus abſurdè. Sic autem ſolet verbum μέλλειν interpretari.

13 *In præſente veritate*, ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ. Euangelica videlicet, non tantùm promiſſa, ſed re ipſa exhibita. Nam antea Chriſtus quidem fuit corpus & veritas vmbrarum Legis, ſed procul adhuc ſita & vmbris illis occultata.

13 *Tabernaculo*, τῷ σκηνώματι. id eſt corpore, vt Corinth. 5.1.

16 *Arte compoſitas*, σεσοφισμένοις. Id eſt, falſam habentes ſapientiæ & veritatis ſpeciem. Editionis Latinæ codices nonnulli *doctas*, nonnulli *indoctas* habent: neutri rectè.

17 Λαβὼν γὰρ παρὰ Θεοῦ πατρὸς τιμὴν καὶ δόξαν φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν ἐγὼ εὐδόκησα.

Matt. 17. 5

18 Καὶ ταύτην τὴν φωνὴν ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθεῖσαν, σὺν αὐτῷ ὄντες ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ.

19 Καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

2. Tim. 3. 16

20 Τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται.

21 Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι.

Κεφάλαιον β.

1 Ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν.

1 Vt olim fuerunt duo Prophetarum genera, vnum verum, alterum falsum: ita prædicit Petrus quosdam veros, quosdam falsos fore doctores in Ecclesia, adeò vt ipse Christus à quibusdam abnegetur, qui tamen illum redemptorem vocabunt.

17 Acceperat enim à Deo Patre honorem & gloriam, voce ad eum delata huiusmodi à magnifica illa gloria, ‖ Hic est filius ille meus, dilectus ille, in quo acquiesco.

18 Et hanc vocem nos audiuimus è cælo delatam, quum essemus vnà cum eo in monte illo sancto.

19 Et habemus firmissimum illum sermonem propheticum: quem bene facitis quòd attendatis, velut lucernam splendentem in obscuro loco, vsquedum dies illucesceret, & lucifer exoriretur in cordibus vestris.

20 ‖ Si illud primùm noueritis, nullam prophetiam Scripturæ esse propriæ explicationis.

21 Non enim libitu hominis allata est olim prophetia, sed acti à Spiritu sancto loquuti sunt sancti Dei homines.

CAP. II.

1 FVerunt autem etiam pseudoprophetæ in populo: vt etiam inter vos erunt falsi doctores, qui subintroducent hæreses exitiales, etiam dominum qui illos mercatus est abnegantes, accersentes sibiipsis celerem perniciem.

17 Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriã, voce delapsa ad eũ huiuscemodi à magnifica gloria, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.

18 Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam, quum essemus cum ipso in monte sancto.

19 Et habemus firmiorem propheticũ sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.

20 Hoc primùm intelligẽtes, quòd omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.

21 Nõ enim voluntate humana allata est aliquãdo prophetia, sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.

CAP. II.

1 FVerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem.

17 *Acceperat enim*, λαβὼν γάρ, sub. ἐτύγχανε. Hebræorũ idiotismo pro ἔλαβε γὰρ, sed & accipi potest λαβὼν pro λαβόντος, Atticorum more, vt Mar. 9. 20. ἰδὼν, pro ἰδόντος, & tunc proximi versiculi principium quasi ab illo pendentis sic vertendum erit, *etiam hanc vocem nos audiuimus*.

18 *Quum essemus in monte*, ὄντες ἐν τῷ ὄρει. Quũ tres duntaxat in monte fuerint trãsformationis Domini testes, Ioannes, Iacobus Ioannis frater, & Petrus: Iacobus autem pridem esset interfectus ab Herode antequã hæc scriberẽtur, Act. 12. 2, superest vt vel Ioanni vel Petro tribuatur hæc epistola: in qua certè nihil est quod Petri Apostolicam maiestatẽ non prodat. Imò mihi etiam videor genus illud dicendi Petro præ ceteris peculiare, in hac epistola facilè dignoscere, quo videlicet omnia inter se connectuntur, vix distinctis periodis, quod Græci πλοκὴν vocant.

19 *Firmissimum illum*, βεβαιότερον. Cõparatiuus pro superlatiuo, vt diximus Act. 25. 10. Vulg. & Eras. *Firmiorem*: quam etiam interpretationem minimè repudio. Sic enim accipi potest, vt dicatur Petrus habuisse eorum rationẽ ad quos scribebat, apud quos doctrina Prophetarum maior erat omni exceptione. Erasmo magis placet vocem ipsam Patris vocari Propheticum sermonem: quam explicationem vt coactam prorsus repudio, quum præsertim ex iis quæ sequuntur apertè refellatur. ¶ *Dies*, ἡμέρα. Id est, plenior & apertior cognitio quàm sub Legis vmbris fuerit.

¶ *Lucifer*, φωσφόρος. Id est, clarior illa Euangelij doctrina, ipso videlicet lucifero iam exorto, quum antea veluti in nocte delitescerent homines. Vide Ioh. 1. 8. Sed cur potiùs Solem non nominauit? an quòd adhuc omnes nonnisi ex parte cognoscimus, pleno illo fulgore in alterum Christi aduentum dilato, quũ videbimus Deũ sicuti est? Imò quid si φωσφόρον vocauit Solẽ ipsum, i. Christum ipsum exhibitũ, qui simul & ipsa Lux est, & veram Lucem mundo intulit? Prophetæ siquidem Christum duntaxat adumbrarunt venturum. Sic olim Magi stellam ducem sequuti ad ipsum tandem Solem peruenerunt.

20 *Nullam prophetiam Scripturæ*, πᾶσα προφητεία γραφῆς. Prophetiam in Scriptura, id est, Sacris libris comprehẽsam ab aliis pseudoprophetarum & profanorum vatum scriptis distinguit: de quibus proximo capite disserit. Ideo malui Prophetiam Scripturæ interpretari ad verbum, quàm cum Erasmo, Propheticam scripturam. Deinde πᾶσα οὐ, Omnis non, conuertere placuit per negantem vniuersalem particulam Nulla, qua de [illegible] diximus Matth. 24. 22. Luc. 1. 37.

¶ *Propriæ explicationis*, ἰδίας ἐπιλύσεως. Sic legitur hic locus, & ἐπίλυσιν certum est deduci ab ἐπιλύειν quod dissoluere & explicare significat. Et est maximi ponderis hoc verbũ, quo significatur petendam esse à Deo Scripturæ interpretationem, quum ea complectatur quæ caro & sanguis non reuelant. Doctissimus interpres, Impulsum siue afflatum interpretari mauult, vt si scriptum sit ἐπηλύσεως, siue ἐπηλυσίας, quæ sententia mihi quidem vehementer placet: sed hoc in Græcis codicibus reperi, & illas voces poeticas esse constat, quamuis huic argumento optimè conueniant. Nã etiam ἐπηλυσίαν Hesychius ἐπῳδὴν interpretatur, quum de magis agitur. Simplicissimè verò mihi videtur hic locus sic explicãdus, vt ad propheticã lectionẽ duo requirat à Iudæis suis Petrus. Vnum, prophetias cum Euangelio comparent, idcirco nimirum traditas, vt adhuc quasi in sublustri quadam nocte incedentibus facem præferrent, donec verè lucesceret, quod quidem sensim fit in hominum animis, haud secus quàm Lucifer prænuntiat ipsius Lucis ortum: alterum, vt prophetiarum intelligendarum & ad verum scopum referendarum rationem sciant ab eo ipso spiritu petendam qui Prophetis ipsis illas dictauit. Nec enim propriam interpretationem opponit communi siue publicæ: sed aduentitium Spiritus sancti donum ei solertiæ, vel illi ingenij vigori qui sit à natura hominibus quantumuis ingeniosis insitus. Aperiri enim cor oportet ad intelligendum, & aures dari ad audiendum, ne sit Euangelium vel ludibrio, vel offendiculo.

21 *Acti*, φερόμενοι. Dextrè hoc intelligendum est, nequis diuini Spiritus rectè compositos & verè diuinos afflatus comparet cum profanorum vatum furoribus, qualis apud Virgilium Sibylla, vt passim furiosi vates describuntur. Vide Hebr. 1. 7, in verbo φέρων. Videtur autem hoc vocabulo confi-

confirmari prioris versiculi interpretatio de Spiritus sancti impulsu siue afflatu.

IN CAP. II.

1 *In populo*, ἐν τῷ λαῷ. Populum intelligit stante Israelis republica, & postea regno florente, sub Lege.

¶ *Sub introducent*, παρεισάξουσι. clàm videlicet sub specie pietatis, irrepentes in gregem, vnde παρείσακτοι dicuntur Gal. 2. 4. Sed & fortassis παρὰ præpositio potiùs hic declarat quid sint hæreses istæ, & vnde proficiscantur, inde videlicet quòd curiosi & ambitiosi homines, aut addere, aut detrahere, aut immutare quidpiam in Dei verbo consueuerint contra expressum Dei, per verbum suum loquentis, interdictum.

2 Καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται.

3 Καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται· οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει.

4 Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν, εἰς κρίσιν τετηρημένους·

5 Καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας·

6 Καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας τεφρώσας καταστροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς·

7 Καὶ δίκαιον Λὼτ καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς, ἐῤῥύσατο.

2 Et multi sequentur eorum exitia: per quos via veritatis blasphemabitur.

3 Et per auaritiã fictis sermonibus vos negotiabuntur: quibus damnatio iam olim non otiatur, & quorum exitium non dormitat.

4 Nam si ‖ Deus Angelis qui peccauerunt non pepercit, sed in tartarum detrusos, catenis caliginis tradidit, damnationi asseruatos:

5 Et prisco mundo non pepercit, sed octauum ‖ Noe iustitiæ præconem custodiuit diluuio in mundum impiorum inducto:

6 Et ciuitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem redactas ‖ subuersione damnauit, cõstituitque vt essent exemplar impiè victuris:

7 Et iustum Lot lasciuia nefariorum conuersatione fatigatum eruit.

2 Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur.

3 Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.

4 Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum, tradidit cruciandos, in iudiciũ reseruari:

5 Et originali mundo non pepercit, sed octauũ Noe iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens:

6 Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi sunt ponens:

7 Et iustũ Lot oppressum à nefandorum luxuriosa conuersatione eripuit.

2 Non tantum erunt hæretici, sed etiam multi eorum sectatores.

3 Auaritia plerunque hæreseos comes: institutã ipsarum etiam animarũ mercatura. Ioh. 4. 18. Iud. 6.

4 Consolatio piorum, Deum qui Angelos Apostatas in tartara tenebrosa præcipites dedit, tandem iudicandos, qui priscũ mundum, seruato octauo Noe, diluuio perdidit, qui Sodoma, seruato Loto, in cinerem redegit: suos electos ab istis et toribus liberaturum, & iniustos illos semel destructurum. Gen. 7. 2. Gen. 19. 13.

2 *Exitia*, ταῖς ἀπωλείαις. Vulgata, *Lasciuias*, ἀσελγείαις: quæ lectio confirmatur Cõplutensis editionis & sex præterea codicum auctoritate, ac mihi quidem satis videtur conuenire sequẽti descriptioni, qua putat scholiastes Græcus notari spurcos illos Nicolaitas. Sed si receptum illud sequamur, Exitiorum nomine intelligentur viæ, seu potius errores illi multiplices quibus in exitium præcipitantur homines.

3 *Vos negotiabuntur*, ὑμᾶς ἐμπορεύσονται. Id est, tanquam pecoribus ad nundinationem abutentur, quomodo dixit imperitos medicos Plinius animas negotiari. Quæso verò an Simonis Petri successor est qui hac fraude non contentus regna in nassam suam illexisse, non aliunde, etiamnum hodie quàm ex hac vna nũdinatione viuit? Et tamẽ hoc est patrimonium Petri, hæc Ecclesia quæ nunquam errauit, hic Spiritus sanctus longa temporis præscriptione cathedræ Petri fictitiæ deuinctus.

4 *Angelis*, ἀγγέλων. Hîc mirum quanto ludibrio Satan ipse homines habuerit, dum illos à negotio salutis auocatos, in hac speculatione retinuit, quoto mundi die, an ante mundum inferiorem conditum lapsus iste contigerit, quo peccato lapsus sit Satan, quot angelos secum traxerit, & infinita eiusmodi alia, indito etiam ipsi Satanæ Luciferi nomine. quæ fabulæ fecerunt tandem vt nimium multi iam pridem non pluris fecerint quod ex scripturis constat hac de re, quàm quod Homerus de illa sua Ate scribit: ac tandem etiam cum Sadducæis Spiritus vllos esse seu beatos seu maledictos inficiati sint, vnde præceps ad ἀθεότητα lapsus. At nos sobriè sapere ex Dei verbo discamus, & hoc vno contenti simus quod nobis aperuit Spiritus Sanctus. Reperio autem tribus omnino locis factam Angelorum lapsus expressam mentionem, Ioan. 8. 44. Iudæ 6. & hoc loco. Ex traditione igitur ἀγράφῳ ante aduentum Messiæ fuit iste lapsus Patribus notus, primis eius rei testibus Adamo & Eua. Et generalis hæc ratio quibusuis non profanis ingeniis abundè sufficit, oportere necessariò vt quicquid malum est, ab origine sua defecerit, quum à Deo nihil nisi bonum condi potuerit.

¶ *In tartarum detrusos*, ταρταρώσας. Sic vocarunt Græci infima terræ loca, quæ puniendis nocẽtium animabus essent destinata. Itaque quod ad vocabulum ipsum attinet, non dubitauit Petrus illud tanquam vulgò tritum vsurpare, quomodo etiam Matthæus & Lucas ᾅδην vocarunt. Sed non est tamen quòd aliquis idcirco putet poetarum deliria, vel quæ postea theologi contemplantes, quos vocant, de inferis disseruerunt, à Petro comprobari. E cælo in infimas istas regiones detrusos esse dæmones, res ipsa ostendit, quum nimium multi iam inde ab Adamo decepto inter nos versentur. Princeps aeris dicitur diabolus Eph. 2. 2. Spiritualium malitiarum quæ sunt in sublimi, nostri videlicet respectu, mentio fit Ephes. 6. 12. Sed abyssum illis aliquam esse constitutam quam reformident, liquet ex Luc. 8. 31. Amplius de istis inquirere [illegible] expedit. Quæramus potius quomodo illius leonis rugientis vngues vitare & in cælũ peruenire possimus. ¶ *Catenis caliginis*, σειραῖς ζόφου. Id est, caligine quasi catenis constrinxit. Caliginem autem vocat miserrimam & terribilis horroris plenam vitæ conditionem: & translationem sumit à damnatis facinorosis, qui in carceris pædore retinentur constricti, dum ad vltimum supplicium pertrahantur.

5 *Et prisco mundo*, καὶ ἀρχαίου κόσμου. Vulgata, *Et originali mundo*. Ergo mundus ille diluuium præcedens comparatur cum eo in quo nunc sumus: non quasi nouam rerum vniuersitatem condiderit Dominus, sed quoniam hoc diluuio tanta fuit rerum omnium euersio, vt sequens mundi instauratio veluti pro noua quadam creatione habeatur. Sed quid si priscum mundum pro priscis illis primæ ætatis hominibus cæterisque animantibus subuersis accipias?

¶ *Octauum Noe*, ὄγδοον Νῶε. Erasmus, *Octauum iustitiæ præconem Noe*, ambiguè. Posset enim videri Noe dici octauus præco iustitiæ, quasi inter Adami posteros octauus numeretur, qui tamen est ab eo decimus: quum longè aliud dicatur, nempe quòd Noe octauus (id est, cum aliis septem) sit seruatus. Dicitur autem præco iustitiæ, propterea quòd totos illos annos CXX non desierit impios illos & dictis & factis commonefacere, quanta illis ira Dei immineret.

¶ *Exemplar*, ὑπόδειγμα. iræ videlicet diuinæ: ad illam effugiendam.

8 (Βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος, ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν)

8 (Iustus enim ille, quum habitaret inter eos, in dies animam iustam sceleratis illorum factis, "& videndo & audiendo "excruciabat)

8 (Aspectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos, de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant)

9 Οἶδε Κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν.

9 "Nouit Dominus pios è tentatione eripere, iniustos autem in diem iudicij " pœnas dantes asseruare.

9 Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos.

10 Μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους, καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας, τολμηταί, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες.

10 1 Maximè verò eos" qui carnem sequentes ; in cupiditate pollutionis incedunt, "& dominatum cõtemnunt, "qui, inquam, vt sunt audaces "& sibi placentes, non horrent " dignitates probris incessere.

10 Magis autem eos qui post carnẽ in concupiscentia immunditiæ ambulãt, dominationẽmque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt blasphemantes:

11 Ὅπου ἄγγελοι ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες, οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρὰ Κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν.

11 Quum ipsi Angeli qui sunt robore ac potentia maiores, non ferant " aduersus eas apud Dominum " maledictionis iudicium.

11 Vbi Angeli, fortitudine & virtute quum sint maiores, non portant aduersum se à Domino execrabile iudicium.

1 Ad aliud corruptorum hominum, in Ecclesia tamẽ diu versantium, genus descendit, eorum videlicet qui nequitiæ sunt dediti, & seditiosè magistratuum authoritatem (quam ne ipsi quidem angeli corã Deo ministrantes vituperant) conuiciis incessunt. Vera & expressa Romani cleri (quem vocant) descriptio.

8 *Et videndo, & audiendo, βλέμματι καὶ ἀκοῇ.* Id est, Quocunque vel oculos vel aures applicuisset, quicquid cerneret vel audiret, hoc illum miserrimè torquebat. Vulgata, *Aspectu & auditu iustus erat*, quasi post δίκαιος subaudiatur ἦν. Erasmus, *Is enim oculis & auribus iustus*, &c. Hæc enim coniunxerunt cum ὁ δίκαιος, quasi dicatur Lot iustus fuisse & oculis & auribus, id est (vt Erasmus in annotationibus explicat) *oculos & aures habuisse ab omni turpitudine abhorrentes*. Sed vt taceam quòd Vetus interpres constructionem neglexit, nec potuit subaudire ἦν propter articulum adiectum, qui indicat δίκαιος rationem habere subiecti non prædicati: (quos errores Erasmus emendauit) vt inquam hæc omittam, primùm quæri posset cur non manuum quoque mentionem fecisset: deinde ipsa constructio hanc interpretationem apertè refellit, ostenditque βλέμματι καὶ ἀκοῇ cum verbo ἐβασάνιζεν ita construi oportere vt feci, à doctissimo interprete admonitus. Omnino enim scribendum fuisset ὁ γὰρ βλέμματι καὶ ἀκοῇ δίκαιος, vt spero mihi concessuros quicunque vel mediocriter in Græcis literis sunt versati. ¶ *Excruciabat, ἐβασάνιζεν.* id est, anxiam ac doloribus confectam vitam trahebat, non minus laborãs quàm si equuleo fuisset impositus, quomodo in vernaculo sermone, si volumus extremum tædium significare, dicam, *le suis en vne gehenne*. Vetus interpres mendosè legit ἐβασάνιζον, excruciabant.

9 *Nouit, οἶδε.* Heb. ידע [*iaduah.*] id est, longo vsu exercitatus est in liberandis & eripiendis iustis, & puniendis sceleratis. Est autem hæc conclusio inductionis à versiculo quarto cœptæ. ¶ *Pœnas dantes, κολαζομένους.* Vulg. *puniendos, κολασομένους.* quod in nullis codicibus inueni: neque id videtur exemplis antè citatis conuenire, quibus ij proponuntur de quibus adhuc viuentibus pœnas sumpsit Deus, quanuis alias longè asperiores (æternas videlicet) in illos vltimo illo die decernendas præpararit. Sensus est igitur istos à Deo sic puniri, vel huius vitæ priuatione, vel aliis pœnis, vt grauiori etiam iudicio seruentur, iustis contrà in hac etiam vita saluis conseruatis.

10 *Qui carnem sequentes, τοὺς ὀπίσω σαρκός.* Vulgata ad verbum, *Qui post carnem*, id est, præeunte carne: quem Hebraismum alibi exposuimus. ¶ *Et dominatum despiciunt, καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας.* Id est, eos quorum potestati subiecti sunt aspernantur. Nam κυριότητα vocat quorumuis magistratuum collegium, vt paulo antè ἀδελφότητα (id est, fraternitatem) dixit pro fratrum cœtu eadem prorsus ratione qua dicimus in vernaculo nostro sermone *la Seigneurie*. Quàm autem hoc conueniat Clericis, quos nunc vocant, vel illud testatur, quòd sceleratissimus quisque palàm hodie non erubescit clericalis, quam vocant, tonsuræ priuilegio quorumuis magistratuum imperium aspernari. Quòd siquis reclamet, actum est de Ecclesia scilicet. Et tamen hi omnes à Petri successore pendent. Tantum igitur isti ab iis absunt, de quibus agit hoc loco Apostolus, quòd illi omnem rectam & diuinitus institutam politiam (cui propterea non modò propter iram, sed etiam propter conscientiam obtemperandum est) abrogabant: sed eam isti sibi arrogant supra ipsos quoque Magistratus.

¶ *[Qui, inquam, vt sunt] audaces, τολμηταί.* Necessariò supplendum fuit aliquid propter mutatam constructionem. Vide Ephes. 2.5. ¶ *Et sibi placentes, αὐθάδεις.* Erasmus, *Præfracti.* Vide Tit. 1.7. ¶ *Dignitates, δόξας.* Id est, principes, & quantumuis augusta maiestate præditos. quæ perpetua est pseudoepiscoporum Romanorum historia, ex quo bestiæ prioris imago inuasit eius thronum.

11 *Aduersus eas, κατ' αὐτῶν.* Aduersus eas videlicet dignitates. Reuerentur enim Angeli ipsi ἀταξίαν à Domino constitutam, & regnis etiam impiorum custodiendis tanquam ministri Dei præsunt, vt liquet ex Danielis 10. & 11. neque in conspectu Domini aduersus Achab, quantumuis impium regem, execratio vlla ab ipsis profertur, 1. Reg. 22.20. sed solus ille spiritus mendax reperitur qui sese spõte ad malas artes offerat, 1. Reg. 22. 21. quique ipsos etiam seruos Dei calumnietur, Iob. 1. 9. & 10. Similis est Prophetarum ratio, qui quum Spiritu Dei regerentur, fortiter quidem & constanter munus reprehensionis sibi à Deo impositum obierunt, sed regibus tamen ac principibus quos arguebant (sicuti par erat) honorem habuerunt. Itaque illud væ, sæpe apud Prophetas & in Apocalypsi repetitum, aduersus ipsos quoque Reges, & dignitate præditos, sunt duntaxat prædictiones, non autem imprecationes, idque ex Dei mãdato, cuiuis fuerũt præcones. Deinde lõgè aliud fuerit ipsas etiã personas sanctè detestari, quàm ipsa munera diuinitus instituta. Cæterùm Vetus interpres aliter prorsus hunc locum interpretatus est, perinde nimirum acsi diceretur Angelos suos Dominus nunquam execrari. Sic enim conuertit, *Non portant aduersum à Domino execrabile iudicium.* Atqui Græcis non respondet ista interpretatio. Nec enim scriptum est καθ' αὐτῶν sed κατ' αὐτῶν, vnico excepto codice, in quo scribitur καθ' ἑαυτῶν. neque παρὰ Κυρίου, sed παρὰ Κυρίῳ. Erasmus verò sic conuertit, *Non ferant aduersum sese apud Dominum maledicum iudicium*: id est, mutuò sibi non conuitientur apud Dominum, nec alij de aliis detrahant, sed stationem suam quisque conseruet: quum alij aliis subsint, & quidem licet alij aliis obsistant, vt apparet ex Danielis 10. 13. & 12. 1. & Apocal. 12. 7. Sed neutra interpretatio admitti potest, cuius diluãdam explicationem tradit Iudas vers. 8. & 9.

12 Animan-

12 Οὗτοι δέ, ὡς ἄλογα ζῶα φυσικά, γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται·

12 6 At isti, veluti "animantia rationis expertia quæ naturali impetu feruntur, facta ad eum finẽ vt capta intereant, "ea vituperantes quæ ignorant, sua ipsorũ corruptela interibunt:

12 Hi verò, velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionẽ & in perniciem, in iis quæ ignorãt blasphemantes, in corruptione sua peribunt:

13 Κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας, ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν, σπίλοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι ὑμῖν.

13 "Reportaturi mercedem iniustitiæ, vt qui voluptatẽ diurnum luxum ducant, "labes ac maculæ, seductionibus suis sese oblectantes, dum vobiscum epulantur.

13 Percipientes mercedem iniustitiæ, voluptatẽ existimantes diei delicias, coinquinationes & maculæ, deliciis affluentes, in conuiuiis suis luxuriantes vobiscum.

14 Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος, καὶ ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίαις ἔχοντες, κατάρας τέκνα·

14 7 "Oculos habentes plenos "adulterij, & qui à peccando cessare nesciant, inescantes animas instabiles, cor habentes ad auaritiam exercitatum, execrandi homines:

14 Oculos habentes plenos adulterij & incessabilis delicti, pellicientes animas instabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij:

15 Καταλιπόντες τὴν εὐθεῖαν ὁδόν, ἐ-

15 Qui derelicta recta via aber-

15 Derelinquentes rectam

6 Graphicè eosundem pictura, in qua bestiis comparãtur, idcirco natis, vt dum ventri studẽt, sese in laqueos indant perituras. Nihil enim esse istis ignorantius, quanuis quæ ignorant, audacissimè vituperent, & fore vt bestiarum exemplo, iis ipsis voluptatibus quibus delectantur, & Ecclesiam eorũ contaminant, exitium sibi ipsis accersant.

7 Eosdem damnat, vt ipso etiam gestu & vultu, inexhaustæ libidinis, vt leuiculorum hominum animas negotiantes, vt in [illegible] artibus omnibus exercitatos, denique ad maledicendum filiis Dei venales, exemplo Balaami, quem mutum etiam pecus redarguit.

12 *Animantia rationis expertia, &c. ἄλογα ζῶα φυσικά, &c.* Quidni enim dæmones, vt opus Domini pro suis viribus inter homines impediant, sic bonis ipsiorum ministerio sancto obsistere consueuerint? Sed tamen ne sic quidem mutuò sese execrantur, cuius inter Michaelem & Satanam certaminis exemplum citatur Iudæ 8. & 9. Et huius loci, minimè curiosè persequẽdi, veram esse ac germanam hanc sententiam arbitror. Vulg. *Irrationabilia pecora, naturaliter in captionem*, &c. in qua interpretatione nihil est quod probes. Primùm enim Irrationabilia barbarum est: ζῶα verò non vocant Græci pecora sed animantia. Sed tertius error fœdior est, nempe quòd φυσικὰ coniunxit cum sequentibus, ideóque γεγεννημένα quasi redundans expunxit. In eodem hoc errore versatus est etiam Erasmus, adeo vt putarit participium γεγεννημένα ex albo libri irrepsisse in contextum. Nam, inquit naturalia ad captionem dixit, quemadmodum dicimus natus ad discendum, pro eo quod est Natura compositus. Atqui præterquam quòd Græci codices summo consensu addunt γεγεννημένα, vnde tandem esset petitum tam obscurum támque inusitatum dicendi genus? Quid igitur? nempe hoc epitheto voluit Petrus explicare qua in re isti brutis animantibus sint similes, in eo videlicet quòd nec consilio, nec ratione, nedum Spiritu Dei, sed cæco naturæ rationis expertis impetu ad beluinas cupiditates ferantur. Naturæ enim nomine de brutis loquens, sensualitatem (quam vocant) intelligit. Germanam autem esse hanc expositionem liquet ex epistolæ Iudæ vers. 10, ex quo loco φυσικὰ possis optimè interpretari τὰ ὁμοιούμενα ἐν ὅσοις φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἐπίστανται. id est eos qui in iis sese corrumpunt quæ brutorum instar norunt. ¶ *Facta ad eum finem vt capta intereant, γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν.* Id est, Idcirco condita vt aliis cedant in prædam à quibus consumpta pereant. Ita enim isti sponte sese in diaboli ac mortis laqueos induunt, vasa nimirum ad interitum coagmentata, vt dicit Paulus Rom. 9. 22. & pridem ad hoc iudicium descripta, Iudæ 4. Vulg. *In captionem & in perniciem*: quod nemo intelligat. Erasmus, *Genita in capturam & perniciem*: nihilo meliùs.

¶ *Ea vituperantes quæ ignorant, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες.* Heb. מדברים כאשר לא יבינו [*medabberim baasher lo jabinu.*] Nam verbum דבר [*dibber*] cum ב constructum, aliquando in malam partem accipitur. Vulgata, *In iis quæ ignorant blasphemantes.* Erasmus, *In iis quæ non intelligunt maledicentes.* Et hinc discendum Ignorantia non tegi blasphemiam apud Deum, quamuis multò grauiùs peccet, qui sciens peccat, 1. Timoth. 1. 13. & Luc. 23. 34.

¶ *Sua ipsorum corruptela interibunt, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται.* Id est, eo exitio peribunt quod ipsi sibi suis illis perditis & corruptis moribus accersunt. Vulgata, *In corruptione sua peribunt.* Erasmus, *In perditione sua peribunt*: quas interpretationes miror à quoquam intelligi potuisse. non enim animaduerterunt φθορὰν paulo ante accipi pro interitu, ita vt respondeat verbo καταφθαρήσονται in accommodatione similitudinis: posteriorem autem hoc loco poni pro morum corruptela, in qua quisquis sibi placet, planè omnem vsum rationis ac iudicij amisit: vt qui sese sponte sua in mortem æternam præcipitet.

13 *Voluptatem ducant, ἡδονὴν ἡγούμενοι,* id est quibus est demum suauis & iucunda vita diem luxu consumere.

¶ *Labes ac maculæ σπίλοι καὶ μῶμοι.* Sic enim hoc loco Petrus extraneos reprehendit, sed impudentes istos hypocritas, qui interdiu bacchanalia, vt inquit ille, viuentes, videri tamen pij & religiosi volebant: ideóque vespere ad sacras illas, tunc Christianis communes ἀγάπας, ventre probè suffarcinato conuenientes, probra & dedecora erant Ecclesiæ. ¶ *Seductionibus suis sese oblectantes, ἐν ταῖς ἀπάταις ἐντρυφῶντες.* Tertium addit istorum scelus Apostolus, quòd isti ad sacras illas epulas tam impudenter accedentes, sese etiam postea vel in ipso quoque conuiuio iactarent, quòd tam facilè Ecclesiam fallerent: quod commodissimè sic Gallicè expresserimus, *Se gaudissans de leurs tromperies.* Vulgata igitur malè pro ἀπάταις legit ἀγάπαις, & vertit in conuiuiis suis. Nec enim ἀγάπαι erant aliquorum propriæ vel peculiares: sed toti Ecclesiæ communes, in quibus certè isti dici non potuerunt genio indulgere, quin tota etiam Ecclesia luxus argueretur, & ex loco epistolæ Iudæ vers. 12. si cum hoc comparetur non aliter quàm dixi hunc esse locum explicandum ostendit.

14 *Oculos, ὀφθαλμούς.* Rectè. hîc enim apparet potissimum libido. *Oculi* (inquit obscœnus ille) *sunt in amore duces.*

¶ *Adulterij, μοιχαλίδος.* Erasmus ad verbum, *Adulteræ*: quod est admodum obscurum. Sciendum est igitur ex Hebræorum idiotismo, poni epitheton pro substantiuo quod vocant: cuius enallages manifestum mihi exemplum videtur extare Daniel. 9. 29, vbi ponitur נביא [*nabi*] pro נבאה [*nebuah.*] quò etiam fortassis pertinet illud Deuteron. 29. 19, למען ספות הרוה את הצמאה [*lemahan sephoth harauah et hatsemah,*] id est, Vt addat ebriam sitienti, pro eo quod est, Vt addat ebrietatem siti: Sic participiis passiuis fœmininis vsitatissimè vtimur Gallicè, participialium nominum loco, vt, *la deduicte, l'aide, la veue, la leuee, la remise*, & infinita alia. Quidam hoc connectunt cum ἁμαρτίας, & pro ἀκαταπαύστους legunt ἀκαταπαύστου, quod Græcis nonnullis placuisse apparet ex scholiaste: vt & Castellioni, qui hunc locum conuertit his verbis, *Oculos habentes degeneris perpetuique peccati plenos.* Sed præterquam quòd Græca exemplaria summo consensu legunt ἀκαταπαύστους, nusquam inuenio illud epitheton peccato attributum. Apparet igitur ita conatos fuisse hunc locum expedire nonnullos ex Græcis Hebraicæ linguæ imperitos.

¶ *Execrandi homines, κατάρας τέκνα.* Vulgata ad verbum, *Maledictionis filij.* Erasmus, *Execrabiles filij.* Vide Ephes. 2. 2.

πλανήθησαν, ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσὸρ, ὃς μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν.

16 Ἔλεγξιν δὲ ἔσχεν ἰδίας παρανομίας· ὑποζύγιον ἄφωνον, ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον, ἐκώλυσε τὴν τοῦ προφήτου παραφρονίαν.

17 Οὗτοί εἰσι πηγαὶ ἄνυδροι, νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται.

18 Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς, ἐν ἀσελγείαις, τοὺς ὄντως ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους.

19 Ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς· ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται.

20 Εἰ γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων.

21 Κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς.

22 Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ Ὗς λουσαμένη, εἰς κύλισμα βορβόρου.

runt, sequuti viam Balaam *filij* Bosor, qui mercedem iniustitiæ amauit.

16 Sed redargutionem suæ transgressionis habuit: *nam* || subiugis asina muta, humana voce loquuta inhibuit illius Prophetæ dementiam.

17 8 || Isti sunt fontes aqua carentes, nebulæ à turbine agitatæ: quibus caligo tenebrarum in æternum obseruata est.

18 Nam summæ vanitatis plena loquendo, inescant per carnis cupiditates & lasciuias alios, qui verè effugerant eos qui in errore versantur:

19 || Libertatem eis pollicendo, quum ipsi serui sint corruptelæ. siquidem à quo quis superatus est, huic etiam est mancipatus.

20 9 || Nam si postquam pollutiones mundi per agnitionem Domini & Seruatoris Iesu Christi effugerint, his rursum implicati superentur, facta est vltima eorum conditio deterior priore.

21 Melius enim fuisset eis non cognouisse viam iustitiæ, quàm cognita *illa*, regredi à sancto præcepto sibi tradito.

22 Sed accidit eis quod vero prouerbio dici solet, || Canis reuersus est ad suum ipsius vomitum, & Sus lota, ad volutabrum cœni.

viam, errauerunt, sequuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit.

16 *Correctionem verò habuit suæ vesaniæ subiugale mutum, hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ insipientiam.*

17 *Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.*

18 *Superba enim vanitatis loquentes pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur.*

19 *Libertatem illis promittentes, quum ipsi serui sint corruptionis. à quo enim quis superatus est, huius & seruus est.*

20 *Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri & Seruatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.*

21 *Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato.*

22 *Contigit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum, & Sus lota in volutabro luti.*

Num. 22. 23
Iudæ 11

Iudæ 12

8 Alia eorundem nota, ex qua possint quales sunt optimè deprehendi, quòd intus nihil habeant nisi vel prorsus vanum, vel magnopere nouum quanuis magni cuiusdam boni speciem præ se ferant: quod quidem eis impunè non cedet, vt qui falsæ libertatis obtẽtu homines in miserrimam peccati seruitutem pertrahant.

Ioh. 8. 34
rom. 6. 20
Matt. 12. 45
hebr. 6. 4

9 Præstaret nunquam cognouisse iustitiæ viã, quàm ab ea ad veteres pollutiones reuerti, quod hominũ genus canibus & porcis comparatur.

Prou. 26. 12

15 *Mercedem iniquitatis*, μισθὸν ἀδικίας. Id est, lucrum ex scelere quæsitum. Retinui autem Hebraismum, quia si vel Mercedem iniquam, vel Lucrum iniquum dixeris, quippiam multo minus significaris. quanuis hoc sensu sæpissimè sit Hebraismus iste explicandus. In historia verò Bileami notatur non tantùm illa doni Prophetiæ horrenda profanatio per auaritiam, sed etiam turpissimæ prostitutionis Moabiticarum, vt meritò Petrus hæc duo in huius historiæ exemplo proposuerit.

16 *Transgressionis*, παρανομίας. Vulgata, *vesaniæ*, legit enim παραφρονίας. ¶ *Subiugis asina*, ὑποζύγιον. Vulg. & Erasm. *Subiugale*, de quo diximus Matt. 21. 5. Est autem exemplum valde appositum ad id quod antè dixit, quum istiusmodi homines cum bestiis compararet, sicut asina ipsum Bileamum redarguit.

17 *Fontes aqua carentes*, πηγαὶ ἄνυδροι. Id est, qui scientiam quidem iactant, sed intus nihil minus habent. Eosdem comparat nubibus à turbine agitatis: quòd nimirum spem aliquam faciant cælestis alicuius pluuiæ, sed solo vento turgeant. ¶ *Caligo tenebrarum*, ὁ ζόφος τοῦ σκότους. id est, densissimæ tenebræ: ex Hebræorum idiotismo, vt quum Terram pulueris, Cœnum luti dicunt.

18 *Summa vanitatis plena*, ὑπέρογκα ματαιότητος. Sic infrà, 3. 3. ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν, pro ἐσχάταις ἡμέραις. Vulgata, *Superba vanitatis*. Erasmus, *Vehementer fastuosa vanitatis verba*. Sententia ipsa plana est, istos nimirum vanis quibusdam & inanibus verborum ampullis incautos decipere.

¶ *Inescant*, δελεάζουσι. Id est, quasi pisces hamo captant. Sed aliud est captare, aliud capere. Nam qui verè credunt illos certum est, vel nunquam capi, vel ad tempus tantùm retineri captos. Deinde certi sunt veræ, id est, non simulatæ cognitionis gradus. Vide Hebr. 6. 5.

¶ *Lasciuias*, ἐν ἀσελγείαις. vel, libidinosas, vt suprà, 1. 14. Sic restituo hunc locum ex Græcis scholiis. Est enim subaudiendus articulus τῆς, quam ellipsin annotauimus 1. Petr. 1. 7, & alibi sæpe: ideóque *Lasciuias* conuerti. Vulgata, legit ἀσελγείας, vt qui *Luxuria* interpretetur, eadem manente sententia: & ita etiam in vno Græco exemplari legitur. ¶ *Verè*, ὄντως. Id est re ipsa, non autem simulate, vt illi. Complutensis editio legit ὀλίγον, & in duobus aliis codicibus scriptum legitur ὀλίγως. id est, penè, & propemodum. Vetus quoque interpres legit ὀλίγον, *paululum*. Sed notandum est verè dici effugisse qui sincerè sunt puram vitam professi, relicta idololatria. quod nonnullis etiam reprobis ad tempus euenire potest. Nam electi longius progrediuntur, vt qui non sint πρόσκαιροι: vt interim taceam posse aberrare etiam eos qui rectam viam sunt ingressi, sed ad tempus duntaxat. Quidam codices habent τοὺς ὀλίγως ἀποφεύγοντας, *qui paulatim effugiebant*.

20 *Vltima conditio*, τὰ ἔσχατα. Vide Matthæum cap. 12. versu 45.

21 *Regredi*, ἐπιστρέψαι. Id est, εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι: vt in vno vetusto codice scriptum inuenimus. Vulgata, *Retrorsum conuerti*, ἐπιστρέψαι εἰς τὰ ὀπίσω: consentiente vno ex vetustis nostris codicibus. quam scripturam veram esse arbitror; quia durum est ἐπιστρέψαι, nisi εἰς τὰ ὀπίσω adieceris, accipere pro ἀνακάμψαι. Erasmus, *Conuerti ab eo præcepto*, &c. ambiguè, & nimium obscurè.

¶ *Præcepto*, ἐντολῆς. Hebr. מצוה [*mitsuah*.] Vide infrà, 3. 2. Est autem hæc demum vera illa Apostolica παράδοσις, non verbum illud ἄγραφον, quod nonnulli verbo scripto affingunt.

Κεφάλαιον γ.

1 Ταύτην ἤδη, ἀγαπητοὶ, δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολὴν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν·

2 Μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς, τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος·

3 Τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι·

4 Καὶ λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν, πάντα οὕτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως.

5 Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας,

CAP. III.

1 HAsce 1 iam alteras vobis literas scribo, dilecti, quibus sinceram mentem vestram per submonitionem expergefacio:

2 Vt memores sitis verborum quæ prædicta sunt à sanctis Prophetis, & præcepti illius *dati* nobis Apostolis Domini & Seruatoris:

3 2 || Illud primùm scientes, venturos extremis diebus irrisores, in suis ipsorum cupiditatibus incedentes:

4 3 Et dicentes, Vbi est pollicitatio aduentus eius? nam ex quo *die* Patres obdormierunt, omnia ità permanent ab initio creationis.

5 4 Illud enim volẽtes ipsos fugit

CAP. III.

1 *HAnc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem.*

2 *Vt memores sitis eorum quæ prædixi verborum à sanctis Prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini & Saluatoris:*

3 *Hoc primùm scientes, quòd venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes.*

4 *Dicentes, Vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo enim Patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ.*

5 *Latet enim eos hoc vo-*

1 Remedium aduersus perditos illos veræ doctrinæ & sanctimoniæ hostes ex iugi meditatione Propheticorũ & Apostolicorum scriptorum petẽdum est.

2 Nominatim aduersus Epicureos asserit alterum Christi aduentum.

1. Tim. 4. 1
2. tim. 3. 1
iudæ 18

3 Ratio quam prætexunt irrisores, quoniam continuus est naturæ cursus, qualis ab initio fuit, idcirco perpetuum fuisse & futurum mundum.

4 Opponit illis creationem cœli & terræ, per Dei sermonem, quam isti voluntaria inscitia ignorant.

IN CAPVT III.

1 *Hasce iam alteras*, ταύτην ἤδη δευτέραν. Hic etiam locus, & quod statim subiicitur de Apostolica functione, si coniungantur cum eo quod scriptum est suprà, 1. 18, manifestè ostendunt hanc epistolam nulli alij quàm Petro esse tribuendam. Alioquin, obsecro, cuius esset spiritus ita impudenter mentiri? Certè impium esse videtur tale quicquam de eo suspicari, cuius tam pura támque sancta sit doctrina: & quod allatum ab Hieronymo confirmat Erasm. de styli dissimilitudine, ego nondum potui perspicere.

¶ *Quibus*, ἐν αἷς. Hoc pertinet ad vtramque epistolam: alioqui dicendum fuisset ἐν ᾗ.

2 *Quæ prædicta sunt à sanctis Prophetis*, τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν. Vulgata, *Quæ prædixi à sanctis Prophetis*: quam interpretationem nemo non videt meritò esse ab Erasmo reprehensam.

¶ *Et præcepti illius [dati] nobis Apostolis*, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς. Ἐντολὴν rursus vocat doctrinam resipiscentiæ & remissionis peccatorum Apostolis demandatam. Rectè verò Prophetis adiungit Apostolos, vt Paulus Ephes. cap. 2. vers. 20, & vtrisque demum angularem illum lapidem substernit. Quamobrem valde etiam insignis est hic locus, & artificiosæ illi breuitati Petri cum summa quadam maiestate coniunctæ mirè conueniens. Vulgata, *Et Apostolorum vestrorum, præceptorum*. Legit enim ὑμῶν, vt etiam legitur in editione Complutensi. Sic autem hunc locum esse accipiendum, non vt Apostoli simpliciter dicantur esse à Christo missi (quod & ipsum tamen verum est, & hîc intelligitur à consequenti) sed vt hoc mandatum, id est Euangelica doctrina, dicatur esse tum Apostolorum, quatenus videlicet ipsis est mandata, tum Christi vt Domini & præcipientis, apparet ex collocatione vocis ἐντολῆς, vt nullus hîc sit traiectioni locus. Additum autem epitheton seruatoris, commendat huius doctrinæ summam dignitatem, quam qui negligit seipsum perdat. ¶ *Seruatoris*, σωτῆρος. Vet. cod. addunt ἡμῶν, *nostri*.

3 *Irrisores*, ἐμπαῖκται. Hos vocant Hebræi לצים [*letsim*,] de quibus Dauid Psalm. 1, monstra hominum videlicet, qui Dei contemptu & sacrilega audacia volunt ingeniosi apparere. Cæterùm in Vulgata editione legitur, *In deceptione illusores*: cuius rationem nullam inuenio. Nam quod in quibusdam vetustis Græcis codicibus legitur ἐμπαιγμονῇ pro ἐμπαῖκται, mendosè scriptum esse apparet. ¶ *In suis ipsorum*, κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν. Vulgata, *Iuxta proprias*. Proprias autem vocat Petrus, quales quisque habet sibi à natura insitas, aduentitiis Dei donis oppositas. Hoc verò est εἰκονικῶς istos Epicureos depingere: quibus si Mosen, si Prophetas, si Apostolos, si denique Filium ipsum Dei obiicias, solent cum Sardonio nescio quo risu quærere, quinam illi fuerint: interim verò vt germanam se prolem Epicurei ostendant, quicquid illis insana sua libido suggessit, firmum, certum, constans esse volunt: & quum omnes à se doceri posse putent, nihil magis timent quàm ne quidquam à quoquam se didicisse videantur. At tu Domine cæli & terræ veni, veni tandem, vt hæc monstra potente illa tua virtute confecta, & tibi & tuis iucundum iudiciorum tuorum spectaculum præbeant.

4 *Obdormierunt*, ἐκοιμήθησαν. Iterum exprimitur hoc verbo blasphema illorum derisio: acsi dicerent, iampridem oportuisse illos excitatos, quos non tam mortuos quàm in sepulchro quiescere verè dicimus. Idem existimandum de nomine τῆς κτίσεως, quod illi per ludibrium vsurpabant, alioqui seipsos refutantes, quum non sit παράδοξον, finiri posse quicquid principium habet: ac proinde istis demonstrandum fuerit, mundi ortum fatentibus, quinam sine aliquo terminari non posset. Certè qui creatum mundum agnoscit, creatorem quoque fateatur oportet, qui quod creauit possit abolere; vt iam non an possit mundus finiri, sed an creator velit illum finiri, quærendum fuerit. ¶ *Ita permanent*, οὕτω διαμένει. Negat Petrus istius enthymematis antecedens, quoniam neque ab initio talis fuit conditus mundus, qualis sexto demum die euasit: neque etiam perstitit talis semper: teste diluuij historia, quam ponit vt minimè controuersam. Sed & in perpetua rotatione & inconstantia totum hunc mundum positum esse docet copiosissimè Ecclesiastes. Quòd si etiam vera esset istorum propositio, tamen quis non videt vel hunc mundum habendum esse pro Deo, quo nihil fingi possit absurdius, vel fatendum esse dissolui ab eo posse à quo sit tamdiu conseruatus?

5 *Volentes*, θέλοντας. Id est, quia nescire volunt. Quis enim est ita amens & insanus qui non fateri cogatur, si conscientiæ suæ iudicium sequi velit, Deum omnia hæc condidisse? Sed alloquitur Apostolus homines religionem Christianam aliquando professos, qui à sana doctrina deficien-

ges prorsus insaniunt: quorum vtinam non esset hodie tanta præsertim in aulis principum multitudo.

¶ *Fugit*, λανθάνει. Sic Latinè vti solet Cicero fugiendi verbo, non latendi.

ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ.

6 Δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο.

7 Οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ τῷ αὐτῷ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσί, πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων.

8 Ἓν δὲ τοῦτο μὴ λανθανέτω ὑμᾶς, ἀγαπητοί, ὅτι μία ἡμέρα παρὰ Κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα μία.

9 Οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας, (ὥς τινες βραδυτῆτα ἡγοῦνται) ἀλλὰ μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, μὴ βου-

cælos iam olim extitisse per Dei sermonem, 5 & terram ex aqua & in aqua consistentem.

6 5 Pro quo is qui tum erat mũdus, aqua inundatus periit.

7 6 Qui verò nunc *sunt* cæli ac terra, eodem sermone reconditi, asseruantur igni in diem damnationis & exitij impiorũ hominum.

8 Vnum autem hoc ne vos fugiat, dilecti, ‖ vnum diem apud Dominum *perinde esse* vt mille annos, & mille annos vt diem vnum.

9 8 Non tardat Dominus promissionẽ, (vt nonnulli tarditatẽ *hanc esse* ducunt 9) sed patiẽter est in nos animo, ‖ nolens vllos pe-

lantes, quòd cæli erant prius, & terra, de aqua & per aquam consistens Dei verbo.

6 *Per quæ ille tunc mũdus aqua inundatus periit.*

7 *Cæli autem qui nunc sunt & terra eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum.*

8 *Vnum verò hoc non lateat vos, charissimi, quia vnus dies apud Dominũ sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus.*

9 *Non tardat Dominus promissi, (sicut quidam existimant) sed patienter agit propter vos nolens a-*

5 Secundò opponit diluuiũ vniuersale, quod fuit quasi ædius mundi interitus.
Psal.90.4
6 Tertiò pronuntiat non fore Deo difficilius igni cremare cælũ & terram dein illo destructioni impiorum destinato (quod etiam faciet) quam olim ea creasse solo verbo, & postea aquis obruere.
Ezech.18.32. & 33.11
1.tim.2.4
Psal.90.4

7 Occupatio, quod diu videtur hoc iudicium differri, nostro quidem respectu verum esse, at non coram Deo, cui nullum est vel longum vel breue tempus. 8 Venturus omninò est Dominus, quia promisit, idque nec tardius nec citius quàm promisit. 9 Ratio cur non protinus adueniat vltimus ille dies, quia Deus patienter expectat, dum electi ad resipiscentiam adducantur, vt nullus ipsorum pereat.

¶ *Et terram ex aqua*, &c. καὶ γῆ ἐξ ὕδατος συνεστῶσα. Participium *συνεστῶσα consistens*, quod ad solam terram refertur, duo manifestè ostendit quæ plerosque interpretes fefellerunt: nempe quod de aqua commemoratur nihil ad cælos pertinere: & hæc verba, Per Dei Sermonem, coniungenda esse cum verbo ἦσαν. extiterint: ita vt cælum & terra dicantur per Dei sermonem iampridem extitisse, nempe ex quo esse cœperunt: terræ verò addatur aliqua descriptio, propter iniectam diluuij mentionem: quod & ipsum diluuium cælos non attingit. Hinc verò etiam liquet quid appellatione aquæ intelligatur: nempe non illud chaos poeticum, sed aquæ elementum, ex quo dicitur terra consistere: quòd ex aquis in vnum locum collectis emergens cœperit tum demum apparere, & suo quodam vultu exornari, quum antea gurgitibus obruta quodammodo nusquam esset. Deinde quòd δι' ὕδατος dicitur consistere, ad id refero quod scriptũ est Ps.24.2. Super maria fundauit eam, & super flumina firmauit eã: minimè id quidẽ quasi (vt nõnulli videtur existimare) subterraneis quibusdã aquis terra fulciatur: (certũ enim est Dauidẽ de mari & fluminibus illis quæ oculis cernimus, illic agere: & certis demõstrationibus constat aquarũ molem supra terrã omniũ elementorũ grauissimã & infimam eminere) sed partim quia Dominus ita digessit aquas vt tamẽ si littora duntaxat cõsideres, editior tellus & quodãmodo aquis imposita videatur, partim quòd Oceano circũsepta, & tot fluminibus passim scaturiẽtibus irrigua, verè in ipsis aquis fundata ac stabilita dicatur. Itaq; δι' ὕδατος impropriè conuertunt *Per aquã*, quũ potiùs illud sit quod in vernaculo sermone dicimus *en l'eau*, vel *parmi l'eau*: sicut etiam Noe dicitur seruatus δι' ὕδατος, i. in aqua, siue per medias aquas, vt exponendũ esse diximus prioris epi. 3.20. Ita planus est hic locus, qui non satis à quibusdã expensus, fecit vt nõnullis huius epistolæ fides esset immeritò suspecta. Vulg. *Quod cæli erant prius, & terra, de aqua & per aquam consistens Dei verbo.* Ita enim solet mẽdosè distingui, quũ ita oportuerit interpũgere, Cælos fuisse prius & terrã ex aqua & per aquã consistentẽ, Dei verbo. Eras. verò & ipse perperã hũc locũ in Græco etiã Frobenij exẽplari distinxit, nẽpe hoc modo, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι καὶ γῆ, ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ. i. (vt ipse quoq; suã interpretationẽ distinxit) *Quòd cæli iã olim fuerint ac terra, ex aqua & per aquã consistens Dei sermone.* Mẽdosam autẽ esse illã interpũctionẽ quę tã multos fefellit, partim res ipsa clamat, (vt pluribus exposuimus) partim ex vet. lib. deprehẽdimus, in quibus summo consensu ita distinguitur hic locus, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, id est, *Quòd cæli extiterint iampridem, & terra ex aqua & in aqua consistens per Dei sermonem.* Itaque (vt nemo deinceps falli posset) τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, quod ad vtrunque membrum pertinet, medio loco constitui. Adfert Erasmus aliam ex Beda lectionem, Cæli erant olim de aqua & per aquam constituti: quæ sanè lectio (inquit ille in annotationibus) congruit cũ Græcis exẽplaribus. At hoc ego quidẽ non video.

6 *Per quæ*, δι' ὧν. Olim δι' ὧν, *Quapropter & Quamobrem*: nunc verò admonitus ab amico sententiam muto. Cœlum enim & Terram Apostolus intelligit à superiore versu repetenda, vtpote quæ immensam illam vim aquarum, communi veluti consensu, effuderint, Terra videlicet ruptis abyssi magnæ fontibus, cæli verò cataractis suis ruptis, vt scribitur Gen. 7.11. Mundi autem nomine omnes homines ex communi loquendi vsu significantur, quibus addenda sunt quæcunq; in terris spirabant. Sicut ergo, inquit Apostolus, cælũ & terrã Dominus perdẽndis sceleratis mũdi in illis adhibuit, exceptis solis illis octo, & terrestribus animãtibus in arca inclusis: ita nunc Cęlos & Terram, quales sunt in diem illum iudicij seruat, vt iis velut administris ad impiorum exitium vtatur.

7 *Eod. m sermone*, τῷ αὐτῷ λόγῳ. Ita lego partim ex Veteris interpretis, partim ex duorum vetustorum codicum auctoritate. Multo enim vberior est lectio quàm si legas αὐτοῦ λόγῳ, *eius sermone*. Eras. *Eiusdem sermonis*, τοῦ αὐτοῦ λόγῳ. Multis enim locis αὐτοῦ cum τοῦ αὐτοῦ *confundit*.

8 *Vnum diem*, ὅτι μία ἡμέρα. i. apud Deũ non esse locũ istis, vel breuis vel longi tẽporis intervallis, ac proinde ineptire homines quũ putant Deo breue vel diuturnũ esse quod nobis: itaque ineptiunt etiã qui hunc locũ componentes cum sex illis diebus quibus creatus est mundus, quos sequutum est postea sabbatũ, audent affirmare hunc mundũ sex annorum millibus duraturũ, quod nescio quis Elias docuerit, vt habetur in Thalmude, i. illa putidissima farragine fabularũ Iudaicarũ. 9 *Non tardat Dominus promissum*, οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας. sub. ὑπὲρ. Vulg. *Dominus promissi*, i. vt exponit Erasm. *Dominus qui promisit*, ex Hebr. idiotismo. Ego illud malo. Tardare autẽ dicitur is demũ qui vero & præscripto tẽpore non aduenit, quod in Deum cadere non potest. ¶ *Nolens vllos perire*, &c. μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι, &c. Hunc etiã locũ nonnulli deprauant, vt æternæ electionis & reprobationis discrimẽ tollant. Spectandum autẽ est quos alloquatur Apostolus, Dilecti, inquit, vel, (vt in duob. veteribus libris legimus) ἀδελφοί, fratres, hoc non lateat vos. Et paulo post, Nõ tardat, inquit, Dominus, qui promisit, vt nonnulli existimãt: sed patiens est erga nos. Quis verò non videat Apostolũ disertè his verbis secernere electos ab istis irrisoribus quorũ antè facta est mentio: neque impios dignari responso, sed electos confirmare: quibus & ipse sese adiungit, quũ inquit μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς. Patiens est erga nos. Perinde est igitur acsi diceret, Nõnulli miserè falluntur quibus cessare videtur Dominus, & quasi redemptionẽ suorum negligere. Nã contrà idcirco aduentum suũ differt, vt nullus ex suis electis pereat, sed omnes illos ad salutẽ aggreget. Tantisper igitur cũctatur dũ qui vocati sunt electi, vocanti respondeant: & qui vocandi supersunt, vocentur, i. tantisper dum electorum numerus expleatur: tantùm abest vt Ecclesiam suã despiciat. Hęc est igitur simplex & cum superioribus consentiens huius loci explicatio, vt disertè etiam liquet ex Mat. 24.31, Mar. 13.27, & apertiùs ex Apoc. 6.11.

10 Noct

λόμενός τινας ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι.

10 Ἥξει δὲ ἡ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτί, ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται.

11 Τούτων οὖν πάντων λυομένων, ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις,

12 Προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας, δι' ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται;

13 Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ γῆν καινὴν κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ.

14 Διό, ἀγαπητοί, ταῦτα προσδοκῶντες, σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ.

15 Καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγεῖσθε, καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος κατὰ τὴν αὐτῷ δοθεῖσαν σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν.

16 Ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων, ἐν οἷς ἐστι

rire, sed omnes ad resipiscentiam tendere.

10 10 ¶ Veniet autem dies ille Domini, sicut fur venit noctu, quo die cæli cum stridore præteribunt, elementa verò æstuantia soluentur, terráque & quæ in eâ sunt opera exurentur.

11 11 Quum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet esse vos in sanctis conuersationibus & pietatis officiis,

12 Expectantes & properantes ad aduentum diei Dei, in quo cæli conflagrantes soluentur, & elementa æstuantia liquescent?

13 ‖ Sed cælos nouos ac terram nouam secundum promissum eius expectamus, in quibus iustitia inhabitat.

14 Quapropter, dilecti, quũ hæc expectetis, studete vt incõtaminati & inculpabiles ab eo inueniamini cum pace:

15 ‖ Dominíque nostri patientem animum, salutem ducite, 12 sicut & charus frater noster Paulus pro sibi data sapientia scripsit vobis:

16 Vt in omnibus ferè epistolis, loquens de istis, 13 in quibus

æquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

10 *Aduenies autem dies Domini sicut fur: in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera exurentur.*

11 *Quum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus.*

12 *Expectantes & properantes in aduentum diei Dei, per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent?*

13 *Nouos verò cælos & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.*

14 *Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace:*

15 *Et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis:*

16 *Sicut & in omnibus epistolis loquens in eis de*

Matt.24.44
1.thes.5.2
apoc.3.3 & 16.15
10 Descriptio supremi interitus mundi, breuis quidem illa, sed qua nihil grauius dici possit.
11 Exhortatio ad vitæ puritatem, proposito horrendo illo Dei iudicio, quo frænari nostram lasciuiam & simul tamen nos recreari oporteat, modò vigilantes & ad iudicij occursum parati, ab ipso inueniamur.
Esa.65.17. & 66.22
apoc.21.1
Rom.2.4
12 Pauli epistolæ Petri testimonio approbatæ.
13 Quædam sunt in his rebus obscura: vnde indocti arripiunt occasionem quosdam minus firmos euertendi, detortis Scripturæ testimoniis in suum ipsorum exitium. Remedium autem hoc est aduersus istiusmodi fraudem, laborare vt in dies magis ac magis crescamus in Christi cognitione.

10 *Noctu*, ἐν νυκτί. Id est ex improuiso, siue quo tempore homines nihil minus cogitantes suæ quieti indormiunt, vt in diebus Noachi. Est itaque istud referẽdum ad κλέπτης. non autem ad ἥξει: & subaudiendum est ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum ἥκει. Et frustra diu creditum est in vetere Ecclesia Christum noctu vẽturum ad iudicium: ideo etiam vigiliis, quas vocant, institutis, ne non vigilantes Christiani deprehenderentur, eo etiam traducta parabola decem virginum, Matth 25.6. sicut etiam noctu natus fuisse Christus in illo primo aduentu colligitur Luc. 2.8. At nos istis curiosis & incertis omissis, potius & dies & noctes excubemus, animis ad ipsum erectis, ne mundo indormientes deprehendamur. ¶ *Cum stridore*, ῥοιζηδόν. Ῥοῖζος impetum veluti sibillantis procellæ declarat: ideo Erasmus conuertit, *In morem procellæ.*

11 *Dissoluenda sunt*, λυομένων, Id est, λυθησομένων, vt poscit sententia, vt & mox τήκεται pro τακήσεται. ¶ *Et pietatis officiis*, καὶ εὐσεβείαις. vsurpauit numerum multitudinis ex Hebræorum more, vt pietas significetur omnibus suis numeris ac partibus constans, quam pro viribus sectari nos oporteat. Vulg. & Erasm. ad verbum, *Et pietatibus*.

12 *Et properantes*, &c. καὶ σπεύδοντας, &c. Malui subaudire præpositionem cum Vetere interprete, quàm vertere cum Erasmo, *Accelerantes aduentum*. Vsitatum est autem Græcis in hoc dicendi genere supplere præpositionem πρὸς vel εἰς, vt apud Thucydidem aliquoties inuenitur. In summa postulat à nobis Apostolus patientiam, in qua minimè torpeamus, sed excubemus potius, diem illum nostræ redemptionis felicem ac beatum auidè expectantes. Vnde mirari subit quod dicit Tertull. in apologetico: cap. 38, solitos fuisse videlicet Christianos precari pro mora finis, quum tamen quotidie petamus ipsius regni aduentum.

13 *In quibus*, ἐν οἷς. In quibus videlicet cælis nouis & terra noua, habitat iustitia, quum hic mundus, instaurationem expectans, omni scelerum specie sit inquinatus. Vel, in quibus habitat iustitia, id est qui iustorum domicilium existunt, vt explicat Dauid Psalmo 15. Vel denique, supplendum est ἡμεῖς, vt ita conuertas, Sed cælos nouos & terram nouam expectamus nos in quibus habitat iustitia, nimirum Christi: vt explicat Paulus Phil. 3.9.

14 *Cum pace*, ἐν εἰρήνῃ. Id est, vestro bono, clementem illum videlicet ac pacificum experturi. Nisi malimus hoc coniungere cum participio προσδοκῶντες, vt iubeat Apostolus à nobis iustificatis & sanctificatis placida ac tranquilla conscientia diem Domini expectari.

15 *Domini que nostri*, Καὶ τὴν τοῦ Κυρίου, &c. Id est, quòd Dominus tam diu alterum suum aduentum differt, impietatem cæteráque mundi scelera tam patienter tolerans, existimate vestræ salutis, Ecclesiæ videlicet totius paulatim colligendæ causa fieri: vt paulo antè vers. 9. dictum fuit. ¶ *Vobis*, ὑμῖν. Nempe Hebræis. Etsi enim Hebræi propriè tunc dicebantur qui in patrio solo degebant, sic distincti à prouincialibus dispersis, quibus hanc etiam epistolam inscriptam fuisse vt superiorem apparet ex huius capitis initio: tamen meritò Petrus illam Pauli epistolam citat, vt iis omnibus scriptam qui ex circuncisione crediderant. Nec sanè possum hunc locum aliter accipere. Nam quod alij putant significari doctrinam Pauli ad istos quoque peruenisse, quamuis illas epistolas aliis populis inscripserit, violentum est, & eo refellitur quòd si ita esset, non oportuerit adiicere ὑμῖν, *vobis*, & quòd illam quam ipsis scriptam dicit epistolam à cæteris distinguit. Sit igitur Pauli epistola ad Hebræos inscripta: quum hic non sit mentitus, nec aliam scriptam illis fuisse à Paulo verisimile sit, quæ postea interciderit. Exhortatio autem ista extat Hebr. 10. à vers. 22, ad finem eius capitis, ac deinceps toto 11. & 12. capite.

16 *In quibus*, ἐν οἷς. Sic in plerisque codicibus legitur ita vt non tam referatur ad ipsas Pauli epistolas, quàm ad id quod dictum fuit de vltimo illo die. Sed hoc omnino coactum videtur, quum plura & obscuriora dicat Petrus de hoc argumento, quàm Paulus vllo suarum epistolarum

[illegible] ... Catholicæ nomi- ... [illegible] ... afferitur vt ne re- ... [illegible]

[illegible] ... συνδέ ... [illegible] ... ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν.

17 Ὑμεῖς οὖν, ἀγαπητοί, [illegible] φυλάσσεσθε ἵνα μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ.

18 Αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ εἰς ἡμέραν αἰῶνος. ἀμήν.

[illegible] ... difficilia intelle- cta, quæ indocti parumque stabiles deprauant, vt & reliquas Scripturas, suo ipsorum exitio.

17 Vos igitur, dilecti, istorum præscij quum sitis, cauete ne illorum nefariorum errore cum illis abducti, excidatis à propria stabilitate.

18 Sed crescite in gratia & notitia Domini nostri & Seruatoris Iesu Christi: cui gloria & nunc & ad tempus sempiternum. Amen.

[illegible] ... in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perniciem.

17 *Vos igitur, fratres, præscientes, custodite ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate.*

18 *Crescite verò in gratia & in cognitione Domini nostri & Seruatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.*

17 *Cauete*, φυλάσσεσθε. Non dicit, Ab istis obscuris scriptis abstinete, quædam tantùm capita seligite, reliqua doctioribus vel magis curiosis relinquite, nouas reuelationes expectate, & sinite interim crescere zizania. quis enim est qui iudicat? Non denique dicit, Fide implicita matris nostræ Ecclesiæ contenti estote. hæc inquam non dicit: sed, Quum ista nunc præsciatis, cauete, inquit, ne vos illi secum abripiant. Illæ igitur sunt Antichristorum voces. Nos Apostoli Christi vocem audiamus, & à fide primùm omnium inchoemus, id est à veræ doctrinæ firma, solida, integra, quoad eius fieri potest, cognitione. Qui fidem se habere dicit, neque charitatem habet, illum vt mendacem execremur. sed vicissim, quicunque falsam doctrinam edit, etiamsi, Eliæ instar, cælum claudat & aperiat, pro falso & impio pseudopropheta habeamus. Cedò prius arborem, deinde fructus.

18 *In gratia & agnitione*, ἐν χάριτι καὶ γνώσει. Vides iterum ista coniungi? Anathema sit igitur qui separat quæ Deus verè indiuiduo vinculo coniunxit. Neque enim nos sensibus sed malitia pueros esse oportet. ¶ *Ad tempus sempiternum*, εἰς ἡμέραν αἰῶνος. Diem pro tempore, & appellatiua, quæ vocant, pro adiectiuis, Hebræorum more, vsurpari, sæpissimè est à nobis annotatum. Commodius enim est istud sic interpretari, quàm referre ad vltimum illum diem, de quo disseruerat, à quo potiùs tunc verè inchoabitur vera Christi cognitio gloriosa.

ΙΩΆΝΝΟΥ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ καθολικὴ πρώτη.

EPISTOLA IOANNIS APOSTOLI CAtholica prima.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

1 Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς·

2 (Καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν)

3 Ὃ ἑωράκαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγ-

CAP. I.

1 QVOD erat à principio, quod audiuimus oculis nostris, quod spectauimus, & manus nostræ contrectarunt de Sermone illo vitæ:

2 (Nam vita illa conspicua facta est: & illam vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam illam æternam quæ erat apud Ptarem, & conspicua facta est nobis)

3 Quod, *inquam*, vidimus &

CAPVT I.

1 Q*VOD fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ:*

2 *(Et vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis)*

3 *Quod vidimus & au-*

1 Incipit à persona Christi descriptione, quem vnicum facit, non geminum, & eũ quidem cum Deum æternũ (vt qui erat ab initio apud Patrem, quique est æterna illa vita) tum verũ hominem factum, quem & Ioannes ipse cum suis collegis, & audiuerit, & spectarit, & palparit,

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

¶ *Prima*, πρώτη. Ita quidem legimus in omnibus vetustis codicibus, sed perinde hoc accipiendum est acsi scriptum esset, Ioannis epistola prima, quæ quidem catholica est. Vel mendosa est inscriptio, quum reliquæ duæ, etiamsi Ioannis esse concesserimus, tamen Catholicæ non sint, sed vna quidem Gaio, altera Electæ cuidam sit inscripta. Potest tamen ea etiam ratione vtcunque excusari inscriptio, quòd reliquæ duæ sint in vnum veluti corpus Catholicis epistolis coniunctæ, nempe quia breuiores erant quàm vt seorsum peculiarem haberent inscriptionem.

IN CAP. I.

1 *Quod erat à principio*, Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Incipit primùm omnium à Christi personæ descriptione, i. à Christianæ doctrinæ basi, vt etiam in Euangelio fecit, & Paulus initio epistolæ ad Romanos. Huius igitur primùm omnium Deitatem æternam proponit. Nam quum dicit, Erat à principio, significat iam id de quo dicturus est extitisse, quum res creatæ inciperent, vt exposuimus Ioh. 1. 1. Non rectè igitur mutato tempore conuertit Vetus interpres, *Quod fuit*. Quod siquis roget cur hîc dixerit ἀπ' ἀρχῆς, alibi verò ἐν ἀρχῇ, respondet id factum quoniam hic loquitur quidem de Christo vt Deo, non tamen simpliciter, sed vt carne induto: perinde acsi diceret Christum illum visibilem & palpabilem non tunc cœpisse existere quum videretur & palparetur, sed semper præterea extitisse, nempe secundum Deitatem: cuius respectu, iam tum erat quum res omnes creatæ principium existentiæ ceciperent. Itaque natura duplex sic commodius quoque significatur, quàm si dixisset, ὃς ἦν ἐν ἀρχῇ, ὃν ἑωράκαμεν, &c. Rursum autem distinctè considerans in Christo Aliud & Aliud, maluit scribere περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς quàm τὸν λόγον τῆς ζωῆς, ne videlicet sentire videretur idem esse id quod viderat & palpauerat, atque id quod erat à principio, (qua ratione confudisset naturas:) vel Alium statuere eum qui erat in principio, ab eo quem viderat & palpauerat, id est, personam separatis naturis diuidere. Mox verò sequente versu apertissimè hypostaticam vnionem declarabit. ¶ *Quod audiuimus*, ὃ ἀκηκόαμεν. Iam ad Humanitatem accedit, vt postea ex duabus non confusis sed coniunctis naturis vnam Christi personam statuat. Verbum autem ἀκούειν non significat hoc in loco ex aliorum narratione aliquid accipere, sed suis auribus aliquid audire. Audiui, inquit, loquentem, vidi ipse meis oculis, contrectaui meis manibus verum Deum, verum hominem factum: nec ego solus, sed alij præterea qui mecum fuerunt. Quorsum hæc autem Ioannes? nempe iam insurrexerant, & qui naturam diuinam, & qui naturam humanam Christi negarent. Non est igitur quòd miremur hodie existere qui vel hæc ipsa, vel alia eiusmodi errorum portenta audeant reuehere, quum adhuc superstite eo ipso qui præsens omnia spectarat, ea fuerit quorundam impudentia vt quod superstitibus oculatis testibus probari poterat, auderent tamen inficiari. ¶ *Quod spectauimus*, ὃ ἐθεασάμεθα. Non est ταυτολογία, sed amplius aliquid significat τὸ θεᾶσθαι, id est, *spectare*, quàm *videre*; acsi diceret, Quod ego his oculis vidi, idque non semel neque obiter, sed quod ego verè & penitus sum contemplatus: ne præstigias aliquas fuisse existimetis. ¶ *Manus nostræ*, αἱ χεῖρες ἡμῶν. Manifestè designat historiam patefactæ resurrectionis Christi perscriptam ab hoc eodem Euangelista, Ioan. 20. 20. & Luc. 24. 39. ¶ *De sermone illo vitæ*, περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. Id est, ipsum illum sermonem æternum per quem omnia facta sunt, & in quo vno est vita, vt Ioh. 1. 2. Vt disertè quoque explicat Syrus interpres.

2 *Nam vita*, καὶ ἡ ζωή. Καὶ pro γὰρ accipio, sicut apud Hebræos ו pro [illegible] sæpe vsurpatur. Fuit enim explicandum Vitæ nomen, & Christi officium, quod facit, quasi ad tacitam obiectionem respondens, quomodo videri æterna illa & inuisibilis vita potuerit. Itaque hunc versiculum includo parenthesi, vt magis perspicua sit oratio.

3 *Quod [inquam,] vidimus*, ὃ ἑωράκαμεν. Propter interiectum secundum versiculum, quum adhuc sententia penderet, aliquot verba ex initio periodi repetiit per epanalepsin. quam qui non considerant, multum & quidem fru-

stra. In ista [illegible] bus [illegible] quæ verba alijs [illegible] vobis.

ἀγγέλλομεν ὑμῖν, ἵνα καὶ ὑμεῖς κοινωνίαν ἔχητε μεθ᾽ ἡμῶν· καὶ ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα μετὰ τοῦ πατρὸς, καὶ μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

audiuimus, id² renuntiamus vobis, ³ vt & vos communionem habeatis nobiscum: & communio nostra *sit* cum Patre & cum Filio eius Iesu Christo.

diuimus, annuntiamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum: & societas nostra sit cum Patre & cum filio eius Iesu Christo.

² Vis huius doctrinæ hic est, vt omnes vna coniuncti cum Christo per fidem, fiant Dei habitaculum, qua vi[illegible] in replens [illegible] illeitur est potius. Ioan. 8.12 Heb. 9.28 1. pet. 4.9 apoc. 4.3 1. Reg. 8.46 2. par. 6.36 prou. 20.9

4 Καὶ ταῦτα γράφομεν ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη.

4 Et hæc scribimus vobis vt gaudium vestrum sit plenum.

4 *Et hæc scribimus vobis vt gaudium vestrum sit plenum.*

5 Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία ἣν ἀκηκόαμεν ἀπ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία.

5 ⁴ Hic est igitur nuntius ille quem audiuimus ex ipso, & renuntiamus vobis, Deum lucem esse, ⁵ nec tenebras in eo esse vllas.

5 *Et hæc est annuntiatio quam audiuimus ab eo, & annuntiamus vobis, quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.*

6 Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι κοινωνίαν ἔχομεν μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ σκότει περιπατῶμεν, ψευδόμεθα, καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν.

6 Si dixerimus nos communionem habere cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, nec sincerè agimus.

6 *Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus.*

³ Iam aggreditur quæstionem, vnde intelligamus nos cum Christo esse coniunctos, nempe ex regenerationis luce, quod ex vita nostra ratione intelligitur. Nam [illegible] satur, Deus lux [illegible] in se [illegible] optime ei conuenit cum illis qui lucidi sunt, cum tenebris autem nihil est ei commune.

7 Ἐὰν δὲ ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτί, κοινωνίαν ἔχομεν μετ᾽ ἀλλήλων, καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας.

7 Quòd si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, ⁶ communionem habemus cum eo mutuam. 4 & sanguis Iesu Christi Filij eius purificat nos ab omni peccato.

7 *Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus ad inuicem, & sanguis Iesu Christi Filij eius emundat nos ab omni peccato.*

8 Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

8 5 ⁷ Si dixerimus nos peccatum non habere, nosipsos fallimus, & veritas in nobis non est.

8 *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.*

9 Ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας.

9 ⁶ Si confiteamur peccata nostra, ⁸ fidelis est & iustus, ⁹ vt remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniustitia.

9 *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.*

4 Digressio ad peccatorum remissionem. Nam sanctificatio ista eorum qui in luce ambulant, est quidem testimonium nostræ cum Christo consunctionis: sed quoniam nostra ista lux est valde caliginosa, aliud simul beneficium in Christo necesse est consequamur, nempe vt nobis sanguine ipsius aspersis remittantur peccata: & hoc demum est nostræ salutis fulcium. 5 Hoc beneficio nemo est qui non possit egere, quum nemo non sit peccator. 6 Initium igitur salutis est malum suum agnoscere, & apud eum deprecari qui gratis condonat omnia peccata, quia se facturum se promisit, & est ipse fidelis ac iustus.

¶ [illegible] Nempe vt ab eo missi. Rectè autem [illegible]: nam fides est ex auditu. Itaque Euangelium dicitur hæc doctrina, quòd nullus ne suspicari quidem de ea possit nisi cui fuerit prædicata. ¶ *Vt & vos*, ἵνα καὶ ὑμεῖς. Scopus Euangelij, vt omnes vnà coniuncti in Christo per fidem filij Dei simus, Ioh. 1. 12.

4 *Et hæc*, καὶ ταῦτα. Conclusio proœmij.

5 *Hic est igitur*, καὶ αὕτη. Καὶ pro οὖν, vt alibi sæpe, ex Hebræorum idiotismo. Hinc enim inchoat argumenti tractationem [illegible] est, Quum Deus sit ipsa puritas, mendaces [illegible] esse qui se dicunt cum Deo communionem habere, quum interim in densissimis peccatorum tenebris versentur. Ausculteatur ergo à fidei fructibus ad effectis ad causæ ascendat. ¶ *Nuntium*, ἐπαγγελίαν. Vulg. vt Vulg. *annuntiatio*. Eras. *Promissio*, quę declaratio non conuenit huic loco. ¶ *Lucem*, φῶς. Hoc est [illegible] quum si Lucidum, Purum, Sincerum dixisset. ¶ *Nec tenebras*, &c. Repetitio Hebraica, de qua diximus Ioh. 1. 3. Est autem Ioanni præ cæteris familiare hoc dicendi genus, quo [illegible] negatione illustret.

6 *Nec sincerè agimus*, &c. [illegible] Vulgata & Erasmus [illegible] Hebraismo. Vide Ioh. 3. 21.

7 *Communionem habemus cum eo*, μετ᾽ ἀλλήλων. Eras. *societatem habemus* [illegible] ad inuicem. [illegible] videatur plenius [illegible] declarare, qualis [illegible] interpre[illegible] communione [illegible] Rectè autem omnino [illegible] est luci cum tenebris coniunctio: ita luci cum luce optimè conuenit. Sed meminerimus oportere priùs nostras pelli tenebras, neque causam nostræ cum Deo cõmunionis, sed consequentia explicari. Deinde de nobis non dici quòd lux simus, vel in luce simus, sed nos in luce incedere: quatenus interdum etiam Lucis nomen sanctis tribuatur, sed ex participatione. Hic autem dicitur Deus lux esse ex sua natura, atque in luce esse, id est, in æterna illa & infinita beatitate: nos verò in luce incedere, quatenus videlicet nobis ipsius radij prælucent in verbo, ad illam ipsius lucem ac beatitudinem contendentibus. ¶ *Et sanguis*, καὶ τὸ αἷμα. Videamus quo vinculo coaluerit nostra illa communio, nempe quòd in Christo simus, qui nos suo sanguine gratis purgatos etiam sanctificauit.

8 *Si dixerimus*, &c. ἐὰν εἴπωμεν, &c. Consideremus quis loquatur, nempe fidelis ille & Christo præ cæteris charus Apostolus, & quidem iam veteranus: neque dicit, Si diximus nos non habuisse peccatum, (quod ipsum tamen mox subiicit) sed, Si dixerimus nos non habere. Itaque nostra iustitia arguit nos cum Deo communionem habere. Sed ô nos miseros, si vel tantillum nostra salus basi tam infirma nitatur. Quid igitur illis fiet quos non pudet de ipsa quoque perfectione atque adeo supererogatione gloriari? ¶ *Et veritas*, &c. καὶ ἡ ἀλήθεια, &c. Non igitur modestiæ causa docemur ita loqui, sed quia ita se res habet.

9 *Si confiteamur*, &c. ἐὰν ὁμολογῶμεν, &c. Id est, Si nos seriò & palàm non pudeat coram Deo nos miseros peccatores agnoscere. vt Matth. 3. 6. Nimium enim sunt ridiculi qui ex istiusmodi testimonijs nitutur suam illam auricularem carnificinam (quam confessionem vocant) stabilire.

¶ Fideli[illegible]

¶ *Fidelis est*, [illegible]. Patris ergo [illegible] nostra à gratuita Dei promissione, quæ quidem fallere nos non potest, quum idem sit summè fidelis & iustus: id est, ita vt nihilominus sit seuerissimus omnis iniquitatis iudex & vltor, remittens nobis videlicet peccata omnia, sed mediatoris illius sanguine expiata, vnde apparet solam religionem Christianam, verum nobis illum solum Deum proponere, nusquam videlicet à summa illa sua benignitate simul & seueritate ne tantillum quidem recedentem, in quo principio quum cæteræ omnes quæ iustorum sunt & erunt, religiones aberrent, commentitium Deum pro illo vero colunt. ¶ *Vt remittat*, ἵνα ἀφῇ. Hęc verò nostra est felicitas, vt definit Dauid Psalm. 32. 1 & 2. Vbi igitur merita quæ in Dei conspectum adferamus? quasi verò ad illum accedamus tanquam aliquid daturi, ac non potius tanquam accepturi. ¶ *Et purget*, καὶ καθαρίσῃ. Hoc alterum est beneficium Christi, vt qui filij Dei sunt facti, Spiritu Dei agantur. Sed alibi tamen spem nostram esse collocandam meminerimus cum Paulo Philipp. 3. 9.

10 Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι οὐχ ἡμαρτήκαμεν, ψεύστην ποιοῦμεν αὐτὸν, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

10 ⁷ Si dixerimus nos non peccasse, ¹ mendacem facimus eum, & sermo eius non est in nobis.

10 *Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.*

7 Repetitio superioris sententiæ, qua omnes sine exceptione damnauit peccati, adeò vt si quis sibi persuadeat Dei [illegible].

Κεφάλαιον β.

CAP. II.

CAP. II.

1 Τεκνία μου, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτητε. καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον.

1 Filioli mei, hæc scribo vobis, vt ne peccetis. Quòd siquis peccarit, ¹ aduocatũ apud Patrem habemus, Iesum Christum iustum.

1 *Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum.*

2 Καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου.

2 Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nec pro nostris solum, sed etiam pro totius mundi *peccatis*.

2 *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.*

3 Καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐγνώκαμεν αὐτὸν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν.

3 ²Et per hoc scimus quòd ipsum nouimus, si præcepta ipsius obseruemus.

3 *Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruemus.*

1 Quanquam [illegible] fundetur, Dei [illegible] quantum in se est. Quorsum enim vel sacrificijs olim, vel nunc Christo & Euangelio fuisset opus, si nõ fuimus peccatores? Hinc non cõsequitur, peruersæ naturæ nostræ laxandum esse frænum, aut peccandum eo liberius quòd peccata sanguine Christi expientur: sed potius tantò diligentius resistendum peccatis: nec tamen ob nostram imbecillitatem desperandum, quum aduocatum & expiatorem habeamus Iesum Christum iustum, ac proinde Patri acceptum. 2 Redit ad testimonium nostræ cum Deo coniunctionis, nempe sanctificationem, explicans quid sit in luce incedere, nempe mandata Dei obseruare. Ex quo efficitur sanctimoniam non esse positam in iis quæ homines sunt commenti, nec in vana Euangelij professione.

10 *Mendacem*, &c. ψεύστην, &c. non modò, inquit, seipsos fallunt, & mentiuntur, sed etiam in Deum sunt blasphemi, qui Deo contrarium testificante. sibi puritatem arrogant: contrà verò Dei veritatem obsignat quisquis Dei misericordiam in Christo oblatam fide amplectitur, Ioan. 3. 33. ¶ *Et sermo*, &c. καὶ ὁ λόγος, &c. Id est, Doctrina eius nullum in nobis locum habet. Neque iis enim qui sani sunt opus est medico. Bene autem dixit ἐν ἡμῖν, *in nobis*. Nec enim in labris vult sedere Dei verbum, sed, vt nobis sit frugiferum, oportet vt in cordis penetralibus radices agat.

IN CAPVT II.

1 *Aduocatum*, παράκλητον. Id est, nostro quidem respectu, patronum, vt qui nostram in se causam recipiat: qui & [illegible] respectu Patris dicitur, cum expiationis meritò, tu quòd personam quodammodo deprecatoris sustineat, quũ nonnisi eius nomine Patrem precemur: itidémque Iudex est & Dominus, habita aduersariorum nostrorum ratione, ad Patris dextram considens. estque totum hoc munus vsque adeo vni Christo proprium, vt absque insigni scelere transferri ad nullum alium siue in cælis siue in terris possit, ne persona quidem ipsa Spiritus sancti excepta, vt qui [illegible] diuersa prorsus ratione dicatur, quatenus videlicet nos ad veritatis illius cognitionem adductos, eáque refocillatos, solatur, & hos ipsos clamores ad Patrem per Filium deferendos docet. Vide Rom. cap. 8. v. 26 & Gal. ca. 4. 6. Angelorum autem apud electos adhuc certantes ministerium neque intercessio est, neque inuocationem ipsorum stabilitum est mandatorum Dei, pro piorum cõseruatione exequutio. Sanctorum verò vita defunctorum, nec animæ in cælos receptæ nec corpora in puluere quiescentia inuocari sine impietate possunt, quoniam istud ne Christo quidem, nisi vt homo, sic etiam verus Deus esset, competeret. Mutua denique piorum adhuc certantium in inuocando per vnicum mediatorem Patre, suggestis à Spiritu sancto suspirijs ineffabilibus, consociatio, nullos Christo intercessores subordinat, sed membrorum sub vno capite coniunctionem & sanctam de quorumuis salute sollicitudinem testatur. Hac autem ratione quoque Angelos & beatorum in cælis collectos Spiritus fatemur de laborantium fratrum salute suo nobis incomperto modo esse sollicitos, vt qui conseruationem regni Christi expetunt: propterea tamen illos esse nobis inuocandos nemo satis sanæ mentis collegerit, quum neque quando adsint nobis Angeli nouerimus, nec vllum sit nobis cum ipsis eiusmodi commercium, nec alias ipsi partes apud Deum quàm nouitiorum agant: spiritus autem beatorum absint à turbis quàm longissimè, & neque sint [illegible], neque vllã habeant rerum inferiorum notitiam. Itaque inanissimum est commentum & Angelorum & mortuorum [illegible], partim ex veteris idololatriæ reliquijs [illegible], partim ex incredulitate, partim ex varia [illegible], cuius meminit Apostolus Coloss. ca. 2. vers. 23. paulatim in Ecclesiam inuectum.

2 *Et ipse*, καὶ αὐτός. Syrus, [illegible] ipse enim, & quidem rectè. Nititur enim hæc [illegible] vnica sacrificij Christi efficacia, vt prophani sint qui intercessionis partes ab expiatione diuellunt. ¶ *Pro totius mundi* [peccatis.] καὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Subauditur articulus, τῶν, vt legas καὶ τῶν, &c. pro ὅλου, &c. quæ ellipsis etiam extat Ioann. 5. 36. Mundi verò appellatione omnes omnium ætatum, ordinum, locorum electi intelliguntur, vt nouerimus nusquam esse salutem extra Christum, & sancti illius sacrificij pretiosis odor quàm latè porrigatur. Nam quum ἡμῶν diceret, solos Iudæos videbatur significasse, nisi hoc addidisset. Iudæis enim ipsum peculiariter scribere, quanuis [illegible] doctrina, liquet ex versu 7. Conentur qui ex hoc etiam loco volunt æternæ electionis [illegible] discrimen tollere, si non ex [illegible] ex Christi ipsius [illegible] sit Mundi nomen. [illegible] quódve Filij officium [illegible] illa prece [illegible] Ioan. 17. 9 & 20.

3 *Quod ipsum nouimus*, [illegible] tionem Dei in Euangelio [illegible]

quomodo sit in nos affectus intelligitur, quam ob causam vocatur ab Apostolo potentia Dei ad salutem, & ab Esaia brachium Domini. Cognitio igitur ista neque est à Lege, neque à generali notitia Dei ex rebus creatis, quum nihil istorum nos doceat quod Caro & sanguis non capit. De fidei cognitione loquitur, quod aliis etiam sequentib. locis obseruandum est. Nec enim ex tribulis aliquis potat ficus: & vbi fides non est, non est vera cognitio, sed mortuum duntaxat illius simulacrum. Deinde non dicit, Per hoc sumus in eo, vel eum agnoscimus, sed Per hoc scimus nos illum agnouisse. Bona igitur opera nos non inserunt Deo, sed insitos & per hoc gratis iustificatos consequuntur.

¶ *Si præcepta ipsius*, &c. ἐὰν τὰς ἐντολὰς, &c. Hæc est regula omnium bonorum operum. Quod si nos ista non seruant, sed vitæ ius in Christo iam adeptos consequuntur, quis tandem locus erit omnibus quantumuis speciosis hominum ἐθελοθρησκείαις? Nempe ad illam Dei vocem omnes isti fumi euanescent, *Quis hæc requisiuit à manibus vestris?*

Ὁ λέγων, ἔγνωκα αὐτὸν καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ μὴ τηρῶν, ψεύστης ἐστὶ, καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν.	4	3 Qui dicit, noui eum, & præcepta eius non obseruat, mendax est, & in eo veritas non est:	4	*Qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est.*
Ὃς δ' ἂν τηρῇ αὐτοῦ τὸν λόγον, ἀληθῶς ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τετελείωται· ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμεν.	5	4 Qui autem obseruat sermonem eius, verè in hoc charitas Dei adimpleta est: per hoc scimus nos in ipso esse.	5	*Qui autem seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est: in hoc scimus quoniam in ipso sumus.*
Ὁ λέγων ἐν αὐτῷ μένειν, ὀφείλει, καθὼς ἐκεῖνος περιεπάτησε, καὶ αὐτὸς οὕτως περιπατεῖν.	6	5 Qui dicit se in eo habitare, debet, sicut ille ambulauit, ita & ipse ambulare.	6	*Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.*
Ἀδελφοὶ, οὐκ ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ἀλλ' ἐντολὴν παλαιὰν, ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς. ἡ ἐντολὴ ἡ παλαιά, ἐστιν ὁ λόγος ὃν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς.	7	9 Fratres, non nouum præceptum scribo vobis, sed præceptum vetus, quod *videlicet* habuistis *iam inde* à principio. Vetus hoc præceptum, sermo ille est quem audiuistis *iam inde* à principio.	7	*Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus quod habuistis ab initio. mandatum vetus, est verbum quod audistis.*
Πάλιν ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν ὑμῖν, ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἤδη φαίνει.	8	7 E contrario præceptum nouū scribo vobis, id quod verum est in ipso, & in vobis: quia tenebræ prætereunt, & vera illa lux iam lucet.	8	*Iterum mandatum nouum scribo vobis, quod verum est in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet.*

3 Sanctimonia (i. vita ex præscripto mandatorū Dei, quantumuis imbecillimus, instituta) necessariò cum fide (id est vera Patris in Filio cognitione) cohæret.
4 Qui mandata Dei obseruat, is verè Deū amat: qui Deū amat, in Deo est, siue cum Deo cohæret. Ergo is demum qui mandata eius obseruat, est in Deo.
5 Qui vnum est cum Christo, eius vita viuat necesse est. id est eius vestigiis incedat.
6 Explicaturus præceptū mutuæ charitatis, præfatur, se quum sanctimoniam vrget, nouam quampiam vitæ rationem non afferre (vt solent qui traditiones subinde excogitant) sed eam ipsam Legem inculcare quæ est à Deo initio tradita, per Mosen videlicet, quum Deus cœpit Leges populo suo condere. 7 Addit, Veterem quidem esse illam doctrinam, sed quæ nunc sit quodammodo noua, tum Christi tum etiam nostri respectu: in quibus nimirum ille per Euangelium efficaciter Legem suam non tabulis lapideis, sed animis nostris insculpat.

---

4 *Qui dicit*, ὁ λέγων. Gratuita igitur iustificatio ex vna fide in Christo non excludit bona opera, vt Sophistæ Euangelicam doctrinam calumniari non cessant: sed fontem bonorum operum, id est, veram & efficacem Dei cognitionem aperit. Imò verò ex suis illis speculationibus, quæstionibus, distinctionibus, realitatibus, quidditatibus ostendant quomodo tandem homines apti & idonei ad bene agendum reddantur,

5 *Charitas Dei*, ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, Id est, charitas qua Deus diligitur. Scopus autem Euangelistæ est docere, quis verè dicatur Deum nosse, is nimirum qui Deum amat. Ecquis autem verè amat, is qui mandata ipsius obseruat. Ergo hæc necessariò cohærent, Deum nosse, Deum amare, Dei mandata seruare: quibus totidem contraria opponuntur. Intelligit autem notitiam non simpliciter historicam vel cualidam, sed huic tum intellectu per fidem, tum in affectib. omnibus per Spiritum sanctum radices agit & fructificat. ¶ *Adimpleta est*, τετελείωται. Vul. & Eras. *Perfecta est*. Atqui nō quæritur hoc in loco, quis perfectè Deum diligat, sed quisnam verè illum diligat, i. quis non verbo tantùm, sed reipsa dici possit illum diligere: is nimirum qui obseruat eius mandata. Itaque τετελείωται hoc in loco non declarat perfectè aliquid consummare, sed mendacio & simulationi, inani denique speciei opponitur: vt hoc planè sit quod dicimus in vulgato sermone, *Mettre en execution*. Sed hoc quoque notandum est, Ioannem non scripsisse [illegible] *his verè charitatem Dei præstitit*, neq. [illegible] *charitas Dei ab isto præstita est*: [illegible] simus aut trunci, sed quia Deus is est qui pro gratuita sua beneuolentia efficit in nobis vt velimus & possimus. [illegible] Castellio quū hunc locum ita conuerteret, [illegible] *in verè Dei amore perfectus* [illegible] in qua interpretatione quàm multa sint manifesta errata licet intelligere ex iis quæ suis locis attigimus.

¶ *Nos in ipso esse*, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμέν. Nulla est ταυτολογία, eo tantùm excepto quòd familiare est Ioanni (vt suprà admonui 1.5) ex Hebr. consuetudine, quod semel dictum est amplificare ex contrarij collatione: vt si quis superiorem versum cum priore eius parte comparet, & infrà ver. 9. 10 & 11. Verùm hæc appendix minimè est otiosa. Assurgit enim vno gradu altius, nempe ad nostram in Christum insitionem. Et accuratè, phrasis ista obseruanda est, vnde intelligimus Charitatem qua Deum diligimus, minimè illud esse per quod Deo adiungimur, sed esse illius nostræ per fidem cum illo κοινωνίας effectum consequens, ac proinde nostræ salutis non causam, sed τεκμήριον.

6 *Habitare*, μένειν, i. κατοικεῖν. Ita enim accipitur τὸ μένειν hoc in loco vti apud Hebræos ישב [*iaschab*,] quomodo etiam Ioann. 6.56, interpretandum est: vt In Christo esse & In Christo habitare, idem declarent. nisi subtilius malimus distinguere, quod alicubi faciendum est. Multi enim specie tenus insiti dicuntur, qui postea resecantur, quia fructum non ferunt, vt Ioan. 15.2, de quibus diximus 1. Tim. 4.1. Sunt autem hæc reciproca, Habitare Deum in nobis, & nos in Deo habitare, quanquam illud est vsitatius. Habitatio autem ista mutua, tota est ἐνεργητικῶς intelligenda, non ad realem aliquam substantiarum insinuationem referenda. Et hoc dicendi genus petitum est ex eo, quod Amoris ea vis est, vt vnus alteri sit semper in mente, ac penè ob oculos.

7 *Non nouum præceptum*, οὐ καινὴν ἐντολήν. Mandati nomine certum est hic vocari Sermonem ab iis iampridem auditum & receptum, quibus scribitur hæc epistola, Christianis videlicet minimè tyronibus & nouitiis. Sermonis igitur nomine dubium non est Euangelij sermonem intelligi: qui quum distinctus sit à Lege, meritò quæritur cur ἐντολῆς nomen ipsi tribuatur, quum maximè ab iis peccetur qui Euangelium à Lege nō discernunt: sit autem hoc inter hæc duo discrimen, quòd Lex quid sit faciendum, Euangelium quid sit credendum docet. Sciendum est igitur, sic esse hæc duo distincta, vt tamen vnum alteri subseruiat. Nec enim Euangelio Lex aboletur quatenus quod rectum est præcipit, sed duntaxat quatenus mortem omnibus ipsam perfectè non præstantibus minatur. Immò sicut Lex mortis terrore nos monet vt de vita in Euangelio quærenda cogitemus: sic Euangelium nobis gratiam quoque regenerationis suppeditat, qua pro fidei & Spiritus modulo incipiamus velle & facere, vt Lex iam sit nobis suauis secundum interiorem hominem magister, sicut copiosè docet Apostolus Rom. 6. 7. & 8 capitibus. Hinc illud toties à Christo iteratum de Deo & proximo diligendo mandatum. Hæc igitur causa est cur ἐντολῆς voce vtatur Ioannes hoc loco & deinceps, quod etiam commodè possimus Doctrinam generali nomine vocare, sicut Hebræi מצוה [*mitsuah*] dicitur quicquid alicui præcipitur. Cur autem hoc de dilectione Dei & proximi mandatum, & vetus & nouum dicatur, vide Ioann. 13. 34.

8 *Quod verum est*, ὅ ἐστιν ἀληθές. Id est, quod ratum est ac reipsa inuenitur, primùm quidem in illo vt capite videlicet, quod Spiritum accepit sine mensura, vt eius plenitudo in vos ipsius membra redundaret: deinde in vobis.

¶ *Quia*, ὅτι. αἰτιολογικῶς accipienda est hæc particula. Aperit enim huius renouationis scaturiginem, quia nimirum iam apparuit illa salutaris omnibus hominibus gratia, Tit. 2. 11. Itaque fœdè hunc locum deprauauit Castellio, sic interpretatus, *Videlicet tenebras præterire*, quasi ὅτι accipiatur εἰδικῶς, ad ἀληθὲς relatum. ¶ *Prætereunt*, παράγεται, id est, παρέρχεται. Sed illud vix apud idoneos Græcos scriptores inueneris, quod tamen mox repetitur, vers. 17. Vulgata, *transierunt*.

Ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι.	9	8 Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc.	9	*Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc.*
Ὁ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ φωτὶ μένει, καὶ σκάνδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν.	10	10 Qui diligit fratrem suum, in luce manet, & offendiculum in eo non est:	10	*Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est.*
Ὁ δὲ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ, καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατεῖ, καὶ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει, ὅτι ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ.	11	Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ oculos ipsius obcæcarunt.	11	*Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.*
Γράφω ὑμῖν, τεκνία, ὅτι ἀφέωνται ὑμῖν αἱ ἁμαρτίαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.	12	9 Scribo vobis, filioli, quoniam remissa sunt vobis peccata propter nomen eius.	12	*Scribo vobis filioli, quoniā remittuntur vobis peccata propter nomen eius.*
Γράφω ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Γράφω ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι νενικήκατε τὸν πονηρόν.	13	10 Scribo vobis, patres, quoniam nostis eum qui à principio est. 11 Scribo vobis, adolescentes, quoniam malignum illum vicistis.	13	*Scribo vobis, patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis, adolescentes, quoniam vicistis Malignum.*

Iesā. 5. 14

8 Iam ad secundam tabulam (id est mutuā charitatem) accedens, negat vera luce præditum, siue verè regeneratū, ac Dei filium esse, qui fratrē odit: & eiusmodi hominem miserè in tenebris errare, quantumcunque Dei cognitionem iactet, vt qui sciens prudens in barathrum ruat.
9 Iterum à sanctificatione ad peccatorū remissionem reuertitur, quòd gratuita in Christo reconciliatio sit nostræ salutis fundamētum, cui postea veluti basi, sanctificatio est superstruenda. 10 Hanc doctrinam singulis ætatibus conuenire docet, ac primùm quidem senes alloquens, ostendit Christum & eius doctrinam res esse longè vetustissimas, ac proinde si veteribus delectantur, nihil eis æquè gratum esse oportere.
11 Adolescentes monet, si vires suas cupiant ostentare, gloriosissimum certamen hic eis proponi, Satanam videlicet pessimum hostem superandum: iubens eos esse de victoria tam securos quàm qui iam sint ea potiti.

---

9 *Qui dicit*, &c. ὁ λέγων, &c. Nunc absoluta præfatione de qua diximus versic. 7, ad secundam Tabulam descendit, id est, ad proximi charitatem: & simili ratione ab hoc effectu ad causam argumentatur. Coniuncta enim hæc sunt, Deum nosse, siue In luce esse & habitare, & Fratrem diligere.

12 *Filioli*, Τεκνία. Blandior est hæc appellatio, quàm si τέκνα istos vocasset Ioannes, in eo, Christum ipsum Ioann. 13. 33, imitatus, quo modo suos quoque Galatas compellat Paul. Gal. 4. 19 sicut παιδία mox maluit Apostolus quàm παῖδας eos vocare, qui sunt infra adolescentiam. Pertinet enim illud ad totam Ecclesiam, quam sic Ioannes compellat, vt communis omnium pater, quam Ecclesiam postea in tres ætatum classes diuidit, nempe in Patres siue seniores, in Adolescentes, ac demum in Puerulos, singulis tribuens quod illis maximè proprium est ac peculiare. Senibus enim scientia rerum maximarū, ætatis vigentis hominib. vires conueniunt, inferiori demum ætati hoc quadrat, vt eos reuereantur, à quibus tenera ipsorum ætas regitur: sed has ætates spiritualiter intelligi, id est, pro cognitionis Christi mensura, & habita ipsius temporis ratione, quo fuerint hi vel illi in Ecclesiam asciti. Nihil autem interest siue γράφω *Scribo*, siue ἔγραψα *Scripsi* legamus, vt hic variant codices. Agitur enim hic de hac ipsa epistola vt apparet ex 26. versiculo, & toto huius exhortationis argumento.

¶ *Quoniam*, ὅτι. Accipienda est hæc particula, tum hoc loco, tum deinceps αἰτιολογικῶς non εἰδικῶς. Ostendit enim exhortationes generales, quam demum declarat versic. 15. fundamentum. Primum quidem toti Ecclesiæ commune in hoc versiculo, deinceps verò singulis ætatibus peculiare, quod sic explico Scribo vobis, primùm omnibus filioli, ne diligite mundum, &c. Sunt enim vobis remissa peccata à vobis admissa quum adhuc diligeretis mundum, non sanè vt eodem relaberemini, sed vt illum magis ac magis refugiatis.

¶ *Remissa sunt*, ἀφέωνται. Vulgata & Erasmus, *remittuntur*. quod etsi verè dicitur quum quotidiano remissionis peccatorum beneficio sit nobis opus, tamen hæc exhortatio præteriti temporis significationē requirit, vt pudeat quod factum est, infectum reddere.

¶ *Propter nomen eius*, διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, id est, per & propter eum ex Hebræorum idiotismo sæpe iam à nobis obseruato. Christum autem vt istius beneficij μόνον αἴτιον nominans, cæteros omnes excludit sine vlla exceptione, vt Actor. 4. 12.

13 *Eum qui à principio est*, τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Aetatis prouectæ hominibus conuenit rerum cognitio, quæ quò sunt excellentiores, eò magis sunt reprehendendi qui aduersus res tanti momenti, & sibi compertas peccant. Sed quid si pro τὸν ἀπ' ἀρχῆς legas αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς, id est, *quoniam nostis eum qui est à principio*? Sic enim planior erit sententia, Vitandum esse prouectæ iam ætatis hominibus rerum mundanarum amorem eò studiosiùs, quòd iam olim data sit illis Christi & æternæ vitæ cognitio. Sed absit vt quidquam ex coniectura vel leuissimè immutem.

¶ *Quoniam vicistis*, ὅτι νενικήκατε, quum videlicet superatis affectibus quibus maximè obnoxia est illa florens ætas, mundo renunciastis Christum amplexi, vt vos nunc pudeat tantam victoriam pati velut è manibus elabi.

12. Pueris denique ostendit, verum Patrem à quo bona omnia sint expectanda, in Euangelio ipsis cōmonstrari.

Γράφω ὑμῖν, παιδία, ὅτι ἐγνώκατε τὸν πατέρα. ἔγραψα ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. ἔγραψα ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι ἰσχυροί ἐστε, καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν μένει καὶ νενικήκατε τὸν πονηρόν.

14 12 Scribo vobis, "pueruli, quoniam "nostis Patrem. "Scripsi vobis, patres, "quoniam nostis eum qui *est* à principio. 13 Scripsi vobis, adolescentes, quia fortes estis, & verbum Dei habitat in vobis, & illum Malum vicistis.

14 *Scripsi vobis, infantes, quoniam cognouistis Patrem. Scripsi vobis, adolescentes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum.*

13 Totidem exhortationes pari serie subijcit: acsi diceret, Memineritis patres quod modò scripsi, patefactum esse nobis æternum Dei Filium. Memineritis adolescentes, vires illas quibus dixi Satanam à vobis esse profligatum, à verbo Dei quod intra vos habitat, in vos esse collatas.

14 Mundus cupiditatibus prauis, libidinib. & fastu plenus, Patri cœlesti penitus est inuisus. Itaque Pater & mundus simul diligi nō possunt: quæ admonitio est in primis florenti iuuentæ necessaria.

Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ.

15 14 "Ne diligite mundum, neque ea quæ in mundo sunt. siquis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.

15 *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. siquis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.*

Ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστί.

16 Quoniam quicquid est in mundo, cupiditas carnis & libido oculorum, & "fastus vitæ, non est ex Patre, sed ex mundo est.

16 *Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.*

Καὶ ὁ κόσμος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ· ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

17 15 Porrò mundus præterit, & cupiditas ipsius: qui verò præstat voluntatem Dei, manet "in æternum.

17 *Et mundus transit, & concupiscentia eius: qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.*

Παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστί· καὶ καθὼς ἠκούσατε ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν· ὅθεν γινώσκομεν ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστίν.

18 16 "Pueruli, 17 vltimum tempus adest: 18 & sicut "audiuistis antichristum venturum, etiā nunc antichristi multi cœperunt esse: vnde scimus vltimum tempus adesse.

18 *Filioli, nouissima hora est: & sicut audiuistis quia antichristus venit, nunc antichristi multi facti sunt: vnde scimus quia nouissima hora est.*

15 Quanto præstet Patris voluntati quàm mundi cupiditatibus obsequi, ex ipsa vtriusque natura & dispari exitu demonstrat. 16 Iam ad pueros ipsos, in religionis tamen summa probè institutos, se conuertens, socordiam illi ætati familiarem iubet eos excutere varijs argumentis. 17 Primùm, quia vltimum tempus adsit, vt nullam dilationem res patiatur. 18 Secundò, quòd antichristi (id est, apostatæ) quos venturos audierant, iam præsentes adsint. Huius autem periculi oportuit incautam illam ætatem in primis admoneri.

14 *Pueruli*, παιδία. Vulg. *infantes*, id est νήπια, quod non satis conuenit verbo ἐγνώκατε.

¶ *Nostis Patrem*, ἐγνώκατε τὸν πατέρα. rectè & istud argumento ab ea cognitionis specie sumpto, quæ in ipsos adhuc lactantes infantulos cadit, vnde illud, *Incipe parue puer risu cognoscere matrem*. & verbum παππάζειν.

¶ *Scripsi vobis patres*, ἔγραψα ὑμῖν πατέρες. Membrum istud à superiore versiculo repetitum, neque Vulgata legit, nec habet Complutensis editio, nec sanè video, quorsum istud de patribus, nec etiam de adolescentibus repetendum: reperimus tamen vtrumque in vetustis nostris codicibus omnibus, &, tum apud Syrum interpretem, & tum apud Augustinum in huius epistolæ propria expositione. Vulgata verò, sicut istud de Patribus membrum non habet, legit tamen quod de Adolescentibus repetitur, addito ὅτι ἰσχυροί ἐστε καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν μένει, id est, quia validi estis, & verbum Dei in vobis habitat. quæ verba minimè inania sunt, & ideò fortassis veterem interpretem mouerunt vt hoc de Adolescentibus membrum repeteret. Sed cur hoc potiùs, quàm illud de Patribus & Puerulis? Puto igitur librarij errore factum, vt ista ex superiore de adolescentibus membro expuncta sint, sed nihil prorsus ne hîc quidem ex coniectura quantumuis verisimili mutandum censui.

15 *Ne diligite*, μὴ ἀγαπᾶτε. Mundum considerat quatenus cum Dei voluntate non consentit, & eum amorem damnat qui nos à Deo abducit: alioquin dicitur Deus ipse suum mundum infinito quodam amore dilexisse, Ioann. 3. 16. id est, eos quos ex mundo elegit.

¶ *Charitas Patris*, ἡ ἀγάπη τοῦ πατρός. Patrem intelligit cælestem κατ' ἐξοχὴν, addito articulo, vt in superiore versiculo: & charitas Patris dicitur qua diligitur Pater, vt diximus suprà versiculo 5. Quî nam enim possit Deum diligere qui Dei aduersarium amplectitur?

16 *Fastus vitæ*, ἀλαζονεία τοῦ βίου. Vel vana ostentatio, in qua sibi placent qui huius vitæ commodis abundant. Vide Rom. cap. 1. vers. 30. Cyprian in libello, de habitu virg. citans hunc locum, omnino videtur pro τοῦ βίου, legisse τοῦ αἰῶνος, vt mox pro εἰς τὸν αἰῶνα, legisse τοῦ αἰῶνος. Vertit enim ambitio sæculi, quæ non est à patre, sed à concupiscentia sæculi, id est, ἐκ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ αἰῶνος quæ scriptura mihi maximè arridet.

17 *In æternum*, εἰς τὸν αἰῶνα. Cypr. eodem loco addit, *Quomodo & Deus manet in æternum*, ὥσπερ ὁ Θεὸς μένει εἰς αἰῶνα.

18 *Pueruli*, παιδία. Nunc pueros quoque seorsim compellat, sicut antea adolescentes & illorum patres fuerat exhortatus: vtitúrque diminutiuo nomine, (vt antè dixi) non quasi infantulos alloquatur, sed blandioris appellationis causa. Est autem rursus obseruandum quod diximus vers. 14. nempe quamuis omnibus omnium ætatum hominibus necessaria sit hæc omnis doctrina, tamen admonitionem istam iis potissimùm conuenire qui adhuc in catechismo instituuntur. Nam alios iam firmiore cognitione instructos, oportuit ista religionis rudimenta prorsus tenere. Rudimenta autem appello non quod vulgarem aliquam & puerilem doctrinam contineant, quum hæc sint eiusmodi reipsa, vt ipsa quoque cælorum altitudinem superent: sed quia hæc prima sunt religionis Christianæ fundamenta. Quî enim Christi officium intelligas nisi prius quis sit Christus cognoueris? Itaque non sine pudore, etsi non primitiuæ, tamen præ nobis veteris Ecclesiæ, tam pertinaciter disputatum est de die Paschæ, & quibusdam aliis quæ Christianorum pueros penè vnà cum lacte sugere oportuerat. Sed vicissim nunquam satis poterit commendari inuicta bonorum patrum pietas ac constantia, qui ne tantillum quidem cesserunt hæreticorum impudentiæ, iis in reb. quibus, vel minima ex parte, labefactatis, necesse fuisset totum ædificium corruere. Quid igitur illis fiet quos hodie non pudet partim eosdem illos errores renouare, partim etiam ista summa vt curiosa & inutilia reiicere?

¶ *Vltimum tempus adest*, ἐσχάτη ὥρα ἐστί. Quam bene hoc pueris præcipuè conuenit? Scimus enim huic ætati præ cæteris familiarem esse socordiam, quasi nondum maturuerint, & satis adhuc illis ad discendum temporis supersit. ¶ *Audiuistis*, ἠκούσατε. Non alloquitur prorsus rudes sed qui iam Patrem cognouissent, vt dixit suprà vers. 14. & repetet vers. 21. denique qui confirmatione potius egerent quàm doctrina. Erant enim tum in hoc ordine plerique etiam proculdubio iam adulti & firmioris iudicij homines: sed pudoris causa quasi sola παιδία compellauit.

¶ *Antichristum*, ἀντίχριστον. Id est, Christi aduersarium, quod latius patet quàm pseudochristi nomen: quia Christo aduersari potest qui tamen sese pro Christo nō venditet, quod nō animaduertit Syrus inter. hoc versic. infrà 4. 3. Hic ergo vt apparet ex vers. 23. designatur Hebion & Cerinthus. Apostolus verò 2. Thess. 2, eum designat qui sese pro ipso Christo venditaturus erat, immo supra ipsum numen elaturus, eum nimirum qui Christi sese vicarium caput Ecclesiæ appellare non contentus supra ipsum etiam Christum reipsa attollit, omnia se posse dictitans prorsus αὐτοκράτωρ.

Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν.

19 19 "E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis. "nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum: 20 sed *egressi sunt ex nobis* vt manifestum fieret non omnes esse ex nobis.

19 *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum: sed vt manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis.*

19 Digressio, aduersus offendicula quibus illa præsertim rudis ætas percelli potest. Itaque ne tam turpi quorundam defectione terreantur, primùm testatur apostatas, etsi in Ecclesia versati sint, tamē ex Ecclesia nunquam fuisse, quoniā Ecclesia est electorum cœtus, qui perire ac proinde à Christo deficere non possunt.

20 Secundò, In Ecclesiæ commodum hæc fieri ostendit, vt patefiant hypocritæ.

21 Tertiò, solatur eos vt firmi persistent, quum à Spiritu sancto vncti sint vera totius salutis notitia.

Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, καὶ οἴδατε πάντα.

20 21 "At vos "vnctionem habetis à Sancto illo *profectam*, & "nostis omnia.

20 *Sed vos vnctionem habetis à Sancto, & nostis omnia.*

Οὐκ ἔγραψα ὑμῖν ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ὅτι οἴδατε αὐτὴν, καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔστι.

21 22 Non "scripsi vobis *idcirco* quòd veritatem nesciatis, sed quoniam eam scitis, & nullum mendacium esse ex veritate.

21 *Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam: & quoniam omne mēdacium ex veritate non est.*

Τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστός; οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίχριστος, ὁ ἀρνούμενος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν.

22 23 Quis est mendax, nisi "qui negat Iesum esse Christum illum, hic est antichristus, Qui negat Patrem, & Filium.

22 *Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus est Christus? Hic est antichristus, qui negat Patrem & Filium.*

Πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει· ὁ ὁμολογῶν τὸν υἱὸν, καὶ τὸν πατέρα ἔχει.

23 "Quisquis negat Filium, "nec Patrem habet: "qui profitetur Filium, etiam Patrem habet.

23 *Omnis qui negat Filiū, nec Patrem habet: qui confitetur Filium, & Patrem habet.*

22 Occupatio, Se ista non scripsisse vt religionis ignaris, imò verò vt veritatis gnaris, adeò quidem vt possint veritatem à mendacio distinguere. 23 Falsam antichristorum doctrinam apertè iam demonstrat, nempe quòd vel Christi personam vel eius officium, vel vtrunque simul oppugnent: quod qui faciunt, Deum frustra iactant, quum negato Filio negetur etiam Pater.

19 *E nobis egressi sunt*, ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον. Hoc meminerimus ad mutationem non loci sed doctrinæ pertinere. Etsi enim hæretici seorsim habeant suos conuentus, tamen Ecclesiæ nomen sibi vendicant, & plerunque velut sub eodem tecto manent. Ipse verò humanus ille Antichristus in templo Dei habitaturus, dicitur 2. Thessal 2. 4. vt qui sese Deum venditet, immò supra Deum efferat, quod tandem impletum videmus. Est igitur Papismus intra Ecclesiam, sed ne pars quidem Ecclesiæ, nedum vt caput sit Papa.

¶ *Nam si fuissent ex nobis*, εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. Quomodo nectent hoc argumentum qui dicunt electos posse à fide prorsus excidere, siue qui negant electionem esse ἀμεταμέλητον? Et hoc quidem membrum totum deest apud Syrum interpretem, sed contra Græcorum omnium & Latinorum cod. fidem.

¶ *Sed vt patefieret*, ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσι. Similem ellipsin ante coniunctionem ἵνα iam aliquoties obseruauimus quam suppleui ex Syro interprete.

20 *At vos*, καὶ ὑμεῖς. Id est, ἀλλὰ ὑμεῖς. Ponitur enim καὶ pro aduersatiua coniunctione. vt Actor cap. 10. vers. 28. & alibi sæpe, ex Hebræorum idiotismo.

Vnctionem, χρίσμα. Id est, gratiam Spiritus sancti, translatione sumpta à consuetudine vnctionum quæ in Lege vsurpabantur. quod monere volui, nequis ineptus impurum illum adipem pseudepiscoporum hoc loco significari putet.

¶ *A Sancto illo [profectam,]* ἀπὸ τοῦ ἁγίου. Id est à Christo, qui sanctus peculiariter dicitur, vt Luc cap 1. vers. 35. imò verò peculiariter Sanctus sanctorum, id est, Sanctus sanctissimus, Dan. cap. 9. vers. 24. Sed & Deo Patri hoc tribui potest, qui nos vngat in Filio, & peculiariter etiam dicitur ab Hebræis קדוש [*kadosch*] vel etiam Spiritui sancto, qui sanctus propriè dicitur ab hoc effectu. Est enim Dei virtus essentialis, vt qui & ipse sit Patri ac Filio, ὁμοούσιος & æqualis per omnia qua nos Pater vngit in Filio.

¶ *Nostis omnia*, οἴδατε πάντα. Atqui cognoscimus omnes ex parte, 1. Corinth. cap. 13. vers. 9. Est igitur hyperbole, qua significat Apostolus se nihil afferre quod illi iam antea non intellexerint, quos ipse commonefaciat potius quàm doceat, vt loquitur etiam ipse Dominus Ierem. cap. 31. vers. 34. & mox Ioannes ipse rursus, vers. 27. vel quod etiam simplicius est, omnia intelligit necessaria agnoscendis antichristis, & cauendis illorum insidiis. Syrus interpres legit πάντας, *omnes*, id est, vt interpretatur לכל אנש [*lechul enasch*,] *quemuis hominem*. quod non malè conuenit, quum hîc de discernendis hypocritis agatur: quod donum eximium est in Ecclesia Dei, nec reticetur ab Apostolo 1. Cor. ca. 12. vers. 10. Mihi tamen magis placet recepta Græcorum & Latinorum codicum scriptura.

21 *Scripsi*, ἔγραψα. Loquitur de hac ipsa epistola, imò de hoc ipso quod nunc scribetur: sed vtitur præterito tempore quod rationem habeat eius temporis quo epistola perlegetur quem morem etiam Latini seruant. Sed quorsum hoc? Nempe vt commemoratione præclaræ huius opinionis quam de ipsis conceperat, non modò ad perseuerandum in iis quæ didicerant, sed etiam ad proficiendum, ipsorum animos accendat. Est autem operæpretium cōsiderare etiam atque etiam quousque sese fidelis Apostolus Domini demittat, & quàm paternè infimis etiam docendis sese accommodet.

22 *Qui negat esse*, ὁ ἀρνούμενος ὅτι οὐκ ἔστιν. Id est, qui negando ait Iesum non esse Christum illum. Est enim duplex in Græcis negatio.

¶ *Christum illum*, ὁ Χριστός; Id est, verum illum Messiam. Negat autem Iesum esse Messiam, qui vel alteram illi naturam, vel penitus vel aliqua ex parte adimit, vel naturas confundit aut separat, qui Filij hypostasin non distinguit, qui in eo vno per vnicam eius oblationem semel factam non confidit sese à Deo Patre gratis per fidem iustificatum, ac proinde corpore & animo tandem glorificandum.

23 *Quisquis*, &c. πᾶς, &c. Falluntur ergo & alios etiam fallunt, qui Turcas aliósve infideles tradunt eundem illum Deum adorare quem adoramus.

¶ *Nec Patrem*, &c. οὐδὲ τὸν πατέρα, &c. Id est, nec Patrem esse credit, argumento à relatis sumpto. Syrus pro ἔχει legit πιστεύει, *credit*. ¶ *Qui profitetur*, ὁ ὁμολογῶν. Restitui

in Græcis hoc membrum ex quatuor manuscr. codicum, veteris Latini, & Syri interpretis auctoritate. sic etiam assueto Ioanne istis oppositionibus contrariorum vti quàm sæpissimé. Vide Matth. 10.32.

24 Ὑμεῖς οὖν ὃ ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἐν ὑμῖν μενέτω· ἐὰν ἐν ὑμῖν μείνῃ ὃ ἀπ' ἀρχῆς ἠκούσατε, καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ υἱῷ καὶ ἐν τῷ πατρὶ μενεῖτε.

25 Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία ἣν αὐτὸς ἐπηγγείλατο ἡμῖν, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

26 Ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν περὶ τῶν πλανώντων ὑμᾶς.

27 Καὶ ὑμεῖς τὸ χρίσμα ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μένει· καὶ οὐ χρείαν ἔχετε ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς· ἀλλ' ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων, καὶ ἀληθές ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος· καὶ καθὼς ἐδίδαξεν ὑμᾶς, μενεῖτε ἐν αὐτῷ.

28 Καὶ νῦν, τεκνία, μένετε ἐν αὐτῷ· ἵνα ὅταν φανερωθῇ, ἔχωμεν παρρησίαν, καὶ μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ' αὐτοῦ, ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ.

29 Ἐὰν εἰδῆτε ὅτι δίκαιός ἐστι, γινώσκετε

24 Quod igitur audiuistis à principio, in vobis maneat: si in vobis manserit quod audiuistis à principio, vos quoque in Filio & Patre manebitis.

25 Hæc autem illa est promissio quam ipse pollicitus est nobis, *nempe* vita illa æterna

26 25 Hæc scripsi vobis de iis qui seducunt vos.

27 Sed vnctio quam vos accepistis ab eo, manet in vobis: nec necesse, habetis à quoquam doceri vos: verùm sicut eadem vnctio docet vos de omnibus, *qua* & verax est, & non mendax: & sicut docuit vos, manebitis in eo.

28 26 Nunc igitur filioli, manete in eo: vt quũ cõspicuus factus fuerit, habeamus fiduciã, neque pudefiamus coram eo in ipsius aduentu.

29 27 Si scitis eum iustum esse

24 *Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: si in vobis permãserit quod audistis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis.*

25 *Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam.*

26 *Hæc scripsi vobis de iis qui seducunt vos.*

27 *Et vos vnctionẽ quam accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium: & sicut docuit vos, manete in eo.*

28 *Et nunc filioli, manete in eo: vt quum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius.*

29 *Si scitis quoniam iustus*

24 Illi doctrinæ tota Prophetica & Apostolica prædicatio repugnat. Est igitur illa prorsus repudianda, ista verò omninò retinenda, huc nos deducens vt gratuita promissione, (id est, in vno Christo per Patrem nobis dato) vitam æternam quæramus.
25 Idem, Spiritus veritatis cognitione electos imbuit & sanctificat, per seuerantiç donũ eis tribuit.
26 Conclusio totius tum exhortationis, tũ etiam tractationis superioris.
27 Transitio ad sequentem tractationem, eodem quidem spectantem, sed tamen luculentiorem, & diuerso quodam ordine idem argumentum explicantem. Illic enim ab effectis ad causam docuit nos ascendere: hìc verò à causis ad effecta descendit. Est autem huius argumenti summa, Deum esse omnis iustitiç fontem, ac proinde eos demùm qui iustitiæ studeant, ex ipso natos esse deprehendi, vt qui Deum Patrem referant.

24 *Audiuistis*, ἠκούσατε. Iterum Audiendi verbum conuenit discipulis, sed qui multum iam promouerint. Ideo addit ἀπ' ἀρχῆς, à principio, id est, ex quo institui cœpistis in primis Christianæ religionis rudimentis. Notanda autem etiam est traiectio pronominis ὑμεῖς. nisi malimus hoc absolutè positum Hebræorum more: ac si dicat, *Ad vos igitur quod attinet*. Idem Hebraismus occurrit infrà Apocalyp. 3.12.

25 [*Nempe*] *vita illa æterna*, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Repetitio articuli magnum addit pondus orationi, ideóque omitti non debuit. Positum est autem antecedens in relatiuo casu, Hebræorum more: de quo alibi diximus.

26 *Hæc scripsi*, ταῦτα ἔγραψα. Nequis miretur tam solicitè hoc inculcari ab Apostolo, & quidem infimos alloquente, obseruet quod antè dixi, totam Ecclesiam in infimorum persona compellari.

27 *Vnctio*, τὸ χρίσμα. Id est, Spiritus quem à Christo accepistis, quique vos in omnem veritatem induxit. Et notanda est rursus altera eiusdem pronominis traiectio valde dura, quam Vetus interpres neglexit.

¶ *Nec necesse habetis*, καὶ οὐ χρείαν ἔχετε. Ego, inquit, spero vos ita in his rebus esse feliciter, ac sanctè institutos, vt doctore non egeatis. Quid igitur (dicet aliquis) cur tu illos doces? Respondeo, vel summos doctores posse ac debere etiam quotidie aliquid in Domini schola discere, quũ omnes ex parte cognoscamus, nedum vt ij, quos Apostolus alloquitur, nullo præceptore indigerent. Deinde hoc esse dextrè accipiendum, hactenus videlicet vt significentur harum rerum minimè rudes esse quas illis non tanquam ignotas proponat, sed tanquam cognitas inculcet. Præterea causam etiam aliam fuisse arbitror cur hoc adderet Apostolus, nempe vt ostenderet sese minimè proponere diuersam doctrinam ab ea quam ex suis doctoribus iam antea non audissent modò, sed etiam didicissent. Ita enim fit vt & doctrinam suam & illorum diligentiam laudet, quò magis ac magis confirmentur. ¶ *Eadem vnctio*, τὸ αὐτὸ χρίσμα. Non potuit luculentiore testimonio pastores & doctores ornare à quibus isti instituti fuerant, & quotidie adhuc instituebantur, quàm quum ipsos diceret ab ipso Spiritu sancto doceri, & iam antea esse doctos: idque nihilominus ita facit artificiosè, vt simul & doctrinam ipsam vt cælestem, & doctorum diligentiam, pietatem, fidem, auditorum denique alacritatem sine vlla adulationis suspicione, non minus verè quàm magnificè prædicet.

¶ *Et non mendax*, καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος. Eiusmodi repetitiones à contrariis sumptas sæpe iam admonuimus Ioann. præcipuè esse familiares. Non contentus igitur dixisse vnctionem illam veracem esse, addit mendacem non esse. Nam ψεῦδος pro ψευδής ponitur: cuius enallages exempla passim annotauimus, vt 2. Cor. 3.9 & 7.14. Sed & Homerus Iliad β, hoc ipsum nomen similiter prorsus vsurpauit in his versiculis, πρὶν Κρητ' ἔμ' ἔστι... Οὐ γὰρ ψεῦδος ὑπισχέσθαι... Non satis rectè igitur conuertit Vetus interpres, *Et non est mendacium*: quem tamen sequutus est Erasmus.

¶ *Manebitis*, μενεῖτε. Vulgata & Erasmus, *Manete*, vt & Syrus interpres. Sæpe enim apud Hebræos futura indicatiui pro imperandi modo vsurpantur. Sed mihi quidem hîc videtur omnino seruanda futuri propria significatio, vt sit optimè sperantis, & ista prorsus cohæreãt cum eo quod dixerat, ipsos nullo iam in his rebus alio doctore indigere.

In eo, ἐν αὐτῷ. In eo videlicet Christo, siue in Filio. de eo enim agitur. Et vnctionem distinxit ab eo à quo illam acceperant: in quo etiam vult vt per eandem vnctionem maneant. Erasmus, *In ea scilicet vnctione*.

28 *Nunc igitur filioli*, καὶ νῦν τεκνία. Iam manifestè videmus ad vniuersalem illam exhortationem regredi Apostolum. Itaque καὶ pro οὖν iterum ponitur, vt sup. 1.5. Et τεκνίον, i. filiorum appellatio toti Ecclesiæ communis est, vt suprà exposuimus ver. 12. ¶ *Coram eo*, ἀπ' αὐτοῦ. Id est, מפניו [*mippenau*] à faciebus eius. Sic loquuntur Hebræi apud quos pudefieri non ab aliquo sed ex aliquo dicitur qui pudore ex conspectu alicuius afficiatur, quem sustinere non possit. Distinguenda sunt igitur ἀπ' αὐτοῦ & ὑπ' αὐτοῦ. Pudor enim hîc à nobis, non à Deo manat. Vetus tamen interpres, vt & Syrus, legerunt ὑπ' αὐτοῦ, ab eo, id est, ne nos æternæ infamiæ damnet. Nam quod addidit Erasmus sensum esse posse, *Vt illum non pudeat nostri*, valde est absurdum, nisi potius ipse valde fallor,

ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται.

Κεφάλαιον γ.

1 Ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατήρ, ἵνα τέκνα Θεοῦ κληθῶμεν· διὰ τοῦτο ὁ κόσμος οὐ γινώσκει ἡμᾶς, ὅτι οὐκ ἔγνω αὐτόν.

2 Ἀγαπητοί, νῦν τέκνα Θεοῦ ἐσμεν, καὶ οὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα. οἴδαμεν δὲ ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, ὅτι ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι.

3 Καὶ πᾶς ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ' αὐτῷ, ἁγνίζει ἑαυτόν, καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός ἐστι.

4 Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ· καὶ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία.

noscitis], quicúque exercet iustitiam, ex ipso natum esse.

CAP. III.

1 Videte qualem charitatẽ dedit nobis Pater, *nempe* vt filii Dei vocemur: propterea mundus non nouit nos quia non nouit eum.

2 3 Dilecti, nunc filii Dei sumus, sed nondum manifestum factum est quod erimus: scimus autem fore vt quum ipse manifestus factus fuerit, similes ei simus: quoniam videbimus eum sicuti est.

3 4 Et quisquis habet hãc spẽ in eo *sitam* purum se conseruat, sicut & ille purus est.

4 5 Quisquis dat operam peccato etiam Legem transgreditur: nam peccatũ est quod fit contra Legem.

est, scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

CAP. III.

1 *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus: propter hoc mundus non nouit nos quia non nouit eum.*

2 *Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.*

3 *Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.*

4 *Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas.*

1 Auspicatur huius conuenientiæ patris & filiorum explicationẽ à summa causa, nempe à gratuita illa Dei in nos charitate, qua nos ita complectitur vt etiam in filios adoptet.
2 Antequam hanc adoptionem declaret, duo præfatur: vnum, nõ esse tantam istam dignitatem ex carnis iudicio æstimandam, quoniam mundo sit incognita, vt qui ne Deum quidẽ ipsum Patrem norit.
3 Alterum ne nobis quidem ipsis (nedum extraneis) adhuc plenè patefactam esse istam dignitatem: cuius complementum certum quidem nos manet, & quidem tale vt simus ipsi Filio Dei similes futuri, eiúsque reipsa sicuti est, conspectu fruituri, sed tamen in alterum eius aduentum differtur.
4 Iam istam adoptionem, cuius gloria in spe adhuc posita est, ab effectu describit, quòd videlicet quisquis est factus Dei filius, Patrem studeat puritate referre.
5 Puritatis huius regula non aliunde quàm ex Lege Dei petenda est, cuius transgressio illud est quod peccatum vocatur.

29 *Si scitis*, ἐὰν εἰδῆτε. Id est, εἰ γινώσκετε, nempe si verum est quod vobis tribuo, nempe vos esse à Spiritu sancto edoctos, quis & qualis sit Deus verus ille Christi pater, & manetis in eo. Manat enim ab hac cognitione studium iustitiæ, immo ipsa quoque ad iustitiam dispositio. Quòd si quis excipiat naturæ ipsius instinctu absque extrinseca gratia vos illustrante, homines nosse Deum esse iustum: respondeo, hoc quidem de Deo iudicium omnibus esse natura insitum, sed καὶ τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, vnde fit vt peccantes quosuis torqueat conscientia. Sed quum ad eius applicationem deuenitur, ibi deficiunt homines ab illo principio, vt qui sibi persuadeant illum sibi posse vt homines hominibus placari: Soli autem qui norunt illum sic esse iustum vt non potuerit nisi Christi sanguine placari, verè norunt Deum esse iustum, & illius notitiæ vsum.

¶ *Noscitis*, γινώσκετε. Vulgata & Erasmus, *Scitote*: quod non admodum quadrat. Vbique enim solet Apostolus ita temperare doctrinam quasi non doceat imperitos. Tantum igitur ostendit quæ sint connexa, nempe Patris & Filiorum indoles siue mores. Ergo quos Deus iustus veluti genuit filio suo insitos, necesse etiam est vt iusti sint. Inde ingreditur descriptionem eius similitudinis quæ est inter caput & membra.

IN CAPVT III.

1 *Qualem charitatem*, ποταπὴν ἀγάπην. Id est, cuius charitatis munus. Malui autem hoc exprimere ad verbum quàm quicquam immutare: quòd nescio quomodo videatur illud magis expressum, quasi charitatem ipsam, eámque summam nobis largitus sit Dominus. Cæterùm de capitis ac membrorum conuenientia dicturus Apostolus, contrario prorsus ordine quàm antea, id est, non ab effectis ad causam ascensurus, sed à causa descensurus ad effecta, meritò ab ipso fonte auspicatur, nempe à Dei charitate, quam solet Paulus εὐδοκίαν vocare. Scopus autem huius charitatis est, vt filij Dei simus in Christo. Hinc demum descendit Apostolus ad filiorum Dei qualitates cõsiderandas, vt germanos filios à spuriis distinguamus. Sed in primis, nequis hanc dignitatem carnis iudicio metiatur, duo voluit præfari: vnum, eiusmodi esse hanc prærogatiuam vt tamen à mundo cognosci non possit. Quomodo enim nostram cum Deo conuenientiam cognosceret, qui Deum ipsum non nouit? Alterum, nondum etiam in nobis patefactam esse illius dignitatis gloriam, quanuis iam simus filij Dei, sed eam in eius aduentum differri, quo nos ille redimet in quo filij Dei sumus. Sed, inquit, certa est expectatio. His verò præpositis, tum demum incipit quæ sit illa nostri cum Christo conuenientia explicare: in eo videlicet quòd puri sumus, sicut & ille purus est.

¶ *Vocemur*, κληθῶμεν. Id est simus, & ita quidem vt tales nos esse constet neque apud Hebræos duntaxat ita accipitur verbum קרא [*kara*,] sed & apud Græcos verbum καλεῖσθαι. Homerus Iliad. δ, ... καὶ οὕνεκα σὴ παράκοιτις κέκλημαι, Vbi Eustathius, diligentissimus interpres, Τὸ κέκλημαι, inquit, οὐκ ὀνομάζομαι δηλοῖ, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ εἰμὶ κεῖται. ἵνα λέγῃ ὡς οὐ ψιλῷ ὀνόματι εἰμί σοι, ἀλλ' ὑπὸ πάντων, οὕτω καλοῦμαι. Vulgata, *Nominemur & simus*: non ineptè profectò, si sensum spectes.

¶ *Propterea*, διὰ τοῦτο. Anticipatio. Si filij Dei sumus, quî fieri potest vt mundus nos non agnoscat? Quia illum non nouit, vt Ioan. 14.17.

2 *Sed nondum*, καὶ οὔπω. Καὶ pro ἀλλὰ vt suprà, 2. 20. & 27. Est autem in his verbis altera anticipatio. Imò cur nos persequitur mundus? nondum tempus nostræ beatitatis aduenit. ¶ *Quum [ipse] patefactus fuerit*, ἐὰν φανερωθῇ. Ἐὰν pro ἐπειδὰν ponitur, vt ὅπως ἂν, Act. 3.20. sicut εἰ sæpe pro ἐπειδὴ, id est, Si pro Quia. Deinde supplendum est relatiuum αὐτὸς, *ipse*, videlicet Christus: vt ex eo apparet quod statim subiicitur, & ex Coloss. 3.3: sicut rectè omnino annotauit doctissimus interpres. Similis atque adeo multò durior est ellipsis Psalm. 87.1. ¶ *Similes*, ὅμοιοι. Similes intellige non pares, vt describitur 1. Corinth. 15.51. & 49. & Philipp. 3.21. Nam inter caput & membra semper erit discrimen: atque vtinam hîc potius studea[illegible] quæ ad gloriam illam peruenitur, quàm [illegible] de eo inuestigemus quod omnem captum nostrum, qu[illegible]uidem nunc est, exuperat. ¶ *Sicuti est*, καθώς ἐστι. Nunc igitur etiam illum videmus, sed per ænigma, in fide & spe: qua de re 1. Corint. 13.12.

3 *Sicut*, καθὼς. Similitudinem iterum significat, non autem paritatem. Quis enim ita purus est vt Deus, in cuius conspectu ipsi etiam Angeli sordent si cum ipso comparentur? Iob. 4.18. Ideo non dicit ἥγνισεν, *purificauit*, sed ἁγνίζει, *purificat*: vt puritatis studium, non autem perfectam aliquã puritatis [illegible] significari intelligamus: ad quam tamen totis viribus contendere nos oportet, tum demum metam adepturos quum Deus erit omnia in omnibus. Neque ex hoc actiuo verbo statuẽdum est purificationis facultatem aliquatenus saltem esse nobis à natura insitam, quum tota sit à gratia, nos à peccati seruitute asserente, & creante in nobis Velle & Facere. Castitas autem hæc eadem est quæ puritas: nequis illam cœlibatui alliget, refutante illam Apostolo 1. Petr. 3.2.

4 *Quisquis dat operam peccato*, πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν.

Dare operam peccato & Purificare se opponuntur. Itaque ποιεῖν ἁμαρτίαν differt hoc loco ab ἁμαρτάνειν simpliciter accepto. Illi de eo omnium dicitur qui non imbecilliter victum Spiritus, nec etiam quicunque scientes peccant, sed qui peccatum vel ab aliis vel à sua ipsorum conscientia reprehensi, ipso malo planè delectantur, & in quibus propterea dicitur illud peccatum peccans regnare. Idque ita esse non modò liquet ex antithesi, sed etiam ex eo quod supra commemorauit, 1.8. & 2.1. ex tota denique Scriptura & rei experientia perpetua. Itaque non homines, sed monstra hominum sunt Pelagiani, Cathari, Cælestiani, Donatistæ, Anabaptistæ, Libertini, qui ex hoc loco perfectionem illam somniant, à qua absunt ipsi omnium hominum lõgissimè. Quorsum autem hoc? an vt studium sanctimoniæ damnemus? an vt homines doceamus quotidie non progredi? Minimè profectò, quum perpetuũ sanctificationis progressum doceamus certum ac perpetuum esse fidei effectum. Quorsum ergo? Nempe ne Satan nobis hanc consolationem nostram eripiat. Nam si tum demum nos in Christo esse colligemus, quum non amplius indigebimus illa precatione, ET REMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, quis non videt, quis non sentit, quis non millies quotidie experitur, frustra nobis hanc consolationem proponi?

¶ *Etiam Legem transgreditur*, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ. Id est, παρανομεῖ, vt vno verbo dicunt Græci, vnde παρανομία quod hic dicitur ἀνομία. Vulgata & Erasmus, *Et iniquitatem facit*: vterque nimium obscurè. Definit autem Apostolus peccatum esse ἀνομίαν, id est, Legis transgressionem: ex qua demum definitione intelligitur quàm sit alienum à filiis Dei, ac proinde bonorum operum sectatoribus, Peccatores esse, & quæ vera sit peccati ab eo quod rectè sit dignoscendi regula: ne quis hic vel sibi aduletur, vel sibi temerè scrupulum iniiciat. Sed meminerimus hîc agi de fructibus labis originalis, id est, prauis siue à Legis præscripto aberrantibus, & motibus animi, & hominum tum dictis tum factis, vt apparet ex verbo ποιεῖν. ¶ *Nam*, καὶ. Καὶ pro γὰρ, ex Hebræorum idiotismo. ¶ *Peccatum est quod fit contra Legem*. ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. Vtrinque appositus articulus declarat veram esse definitionem hanc in qua verè definitum & definitio reciprocantur. Est autem verè pretiosa hæc definitio: constans vno verbo, sed quod habet vim duorum, vtpote quod constet ex particula priuante & vocabulo νόμος. Est namque ἀνομία quod contrarium est Legi, i. cõformitati nostrarum tum animi tum corporis actionum cum lege diuina, quasi Illegalitatem dicas & grauius quiddam est quàm παρανομία.

Esa. 53. 6. 9. 11
1. Pet. 2. 22. 24
6 Argumentũ à materiali nostræ salutis causa: Christus est purissimus in sese, & venit vt peccata nostra tolleret, nobis videlicet Spiritu suo sanctificatis. Ergo qui verè Christi particeps est, sese non dedit peccato: & econtrariò, qui peccato se dedit, Christum ignorat.
Ioh. 8. 44
7 Aliud argumentum à coniugatis. Qui iustè viuit, iustus est, & Christum refert, vnde etiam Dei filius esse intelligitur.
8 Argumentũ à repugnantibus. Diabolus est peccati author, ac proinde ex diabolo est, siue afflatu Diaboli regitur, qui seruit peccato: quòd si Diaboli filius, non igitur Dei. Nam ita inter se repugnant diabolus & Deus, vt etiam Filius Dei sit missus destruendis diaboli operibus. Itaque ex opposito, quicunque peccato resistit, Dei est Filius, Spiritu ipsius videlicet veluti nouo semine regeneratus, adeò quidem vt iam necessariò de subiectione peccati sit liberatus. 9 Conclusio. Ex vita impura dignosci qui diabolico spiritu regantur, ex pura verò, qui sint Dei filij.

5 Καὶ οἴδατε ὅτι ἐκεῖνος ἐφανερώθη, ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ, καὶ ἁμαρτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι.

6 Πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ μένων, οὐχ ἁμαρτάνει· πᾶς ὁ ἁμαρτάνων, οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν, οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτόν.

7 Τεκνία, μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς· ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, δίκαιός ἐστι, καθὼς ἐκεῖνος δίκαιός ἐστι.

8 Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν· ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει. εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου.

9 Πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ· ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει· καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται.

10 Ἐν τούτῳ φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου· πᾶς ὁ μὴ ποιῶν δικαιοσύνην, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

11 Ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγγελία ἣν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους.

12 Οὐ καθὼς Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν, καὶ ἔσφαξε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ χάριν τίνος ἔσφαξεν αὐτόν; ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ ἦν, τὰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ δίκαια.

13 Μὴ θαυμάζετε, ἀδελφοί μου, εἰ μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος.

14 Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν, ὅτι ἀγαπῶμεν τοὺς ἀδελφούς. ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν, μένει ἐν τῷ θανάτῳ.

15 Πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀνθρωποκτόνος ἐστί· καὶ οἴδατε ὅτι πᾶς ἀνθρωποκτόνος οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον ἐν αὐτῷ μένουσαν.

16 Ἐν τούτῳ ἐγνώκαμεν τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκε· καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τὰς ψυχὰς τιθέναι.

17 Ὃς δ' ἂν ἔχῃ τὸν βίον τοῦ κόσμου, καὶ θεωρῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ, πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ μένει ἐν αὐτῷ;

18 Τεκνία μου, μὴ ἀγαπῶμεν λόγῳ μηδὲ γλώσσῃ, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ.

19 Καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐκ τῆς

5 6 Et scitis illum patefactum esse ‖ vt peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non esse.

6 Quisquis in eo manet, non peccat: quisquis peccat, non vidit eum, neque nouit eum.

7 7 Filioli, nemo vos seducat: qui exercet iustitiam, iustus est, sicut ille iustus est.

8 8 ‖ Qui dat operam peccato, ex diabolo est: quoniam à principio diabolus peccat. Ad hoc conspicuus factus est Filius Dei vt dissoluat opera diaboli.

9 Quisquis natus est ex Deo, peccato non dat operam: quoniam semen ipsius in eo manet: nec potest peccare, eo quòd ex Deo natus est.

10 9 Per hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli. quisquis non dat operam iustitiæ, non est ex Deo, 10 & qui non diligit fratrem suum.

11 11 ‖ Quoniam hæc est denuntiatio quam audiuistis à principio, vt diligamus alij alios.

12 12 ‖ Non sicuti Cain, *qui* ex illo Maligno erat, & mactauit fratrem suum. 13 Cuius autem rei gratia occidit eum? quia opera eius mala erant, fratris autem eius iusta.

13 Ne miramini, fratres mei, si odit vos mundus.

14 14 Nos scimus nos trãslatos esse ex morte ad vitam, quia diligimus fratres, qui non diligit fratrem, manet in morte.

15 15 ‖ Quisquis odit fratrem suum, homicida est, & nostis nullum homicidam habere vitam æternam in se manentem.

16 16 ‖ Per hoc nouimus charitatem Dei, quòd ille animam suam pro nobis deposuit: nos igitur debemus pro fratribus animas ponere.

17 17 ‖ Qui verò habuerit mundanum victum, & viderit fratrem suum cui aliquo sit opus & clauserit viscera sua coram eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

18 18 Filioli mei, ne diligamus verbo neque lingua *solùm*, sed facto & veritate.

19 19 Et per hoc cognoscimus

5 *Et scitis quia ille apparuit vt peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non est.*

6 *Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum.*

7 *Filioli, nemo vos seducat: qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est.*

8 *Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei vt dissoluat opera Diaboli.*

9 *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.*

10 *In hoc manifesti sunt filij Dei & filij Diaboli. omnis qui non facit iustitiam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrẽ suũ.*

11 *Quoniam hæc est annuntiatio quam audiuistis ab initio, vt diligamus alterutrum.*

12 *Non sicut Cain, qui ex Maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? quoniã opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta.*

13 *Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus.*

14 *Nos scimus quoniam trãslati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. qui nõ diligit fratrem, manet in morte.*

15 *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & scimus quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem.*

16 *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.*

17 *Qui habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?*

18 *Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.*

19 *In hoc cognoscimus quo-*

Ioan. 13. 34. & 15. 12
Gen. 4. 8.
Sup. 2. 9
leuit. 19. 17
Ioan. 15. 13
ephes. 5. 2
Luc. 3. 11
10 Charitatem in fratres, vt alteram filiorum Dei notam, incipit commendare.
11 Ratio prima à præcipientis Dei authoritate.
12 Amplificatio à contrario exemplo Caini fratricidæ.
13 Breuis digressio, ne miremur, nos, dũ officium facimus, esse mundo exosos, quũ hæc iam olim fuerit iusti Abelis conditio, cui quis tandẽ non malit esse similis quàm Caino?
14 Ratio secũda, Quia charitas est testimonium nos à morte ad vitã esse translatos: ac proinde odium in fratres est mortis argumẽtum, cui quisquis indulgeat, velut mortem in sinu fouet.
15 Confirmatio, Quisquis homicida est, versatur in morte æterna: qui fratrem odit, est homicida: ergo est in morte. Inde sequitur, oppositum, eum qui fratrem diligit, ad vitam transiuisse. Nam reuera mortui nascimur.
16 Iam quousque charitas Christiana porrigatur ostendit, eousque videlicet vt Christi exemplo, sui etiam quisque obliuiscatur, vt fratribus consulat. 17 Argumentatur à comparatis. Nam si vel ipsam vitam tenemur proximis impendere, quanto magis fratris inopiam facultatibus nostris subleuaret? 18 Charitas Christiana non in verbis, sed in re ipsa posita est & ab effectu sincero proficiscitur. 19 Charitatem commendat à triplici effectu. Primùm enim ex ea intelligimus nos verè esse Dei filios, vt anteà declarauit.

---

5 *Ipsum nosti illum*. Reuocat filios ad archetypon illius ex quo sunt regeniti, siue in quo sunt adoptati. 6 *Non peccat*, οὐχ ἁμαρτάνει. Conclusio ex contrarij collatione (vti facere solet) amplificata. Quid sit autem hoc loco Non peccare, diximus verè, nempe Purificare se, siue, Peccato repugnando puritati studere. 7 *Qui exercet* &c. ὁ ποιῶν, &c. Nulla est tautologia, sed definit quid sit Non peccare, nempe Non modò abstinere à peccato, sed etiam Exercere iustitiam, vt Psal. 34. 15. definitur. ¶ *Sicut*, καθὼς. Similitudinem quandam & conuenientiam quandam intellige, quia [illegible] à Paulo dicitur [illegible]. 8 *Qui dat operam peccato*, ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν. Vide supra [illegible] quæ sequuntur [illegible] Christi & Diaboli, filiorum Dei & filiorum [illegible] ex quo dissidio oritur mundi odium perpetuum aduersus Dei filios. ¶ *Ex diabolo est*, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί [illegible] est, Diabolum refert vt filius patrem, ducitur spiritu regitur: non autem quasi ex traduce diaboli gignantur qui ipsius filij dicantur, vt somniarunt Manichæi: aut quòd ipsam animæ essentiam corruperit, vt pestis illa Germaniæ Flaccius Illyricus superioribus annis docuit. ¶ *A principio*, ἀπ' ἀρχῆς. Id est, inde à conditi mundi initio, vt in Adamo declarauit. Vide Ioh. 8. 44. ¶ *Peccat*, ἁμαρτάνει. Non dicit *Peccauit*, sed *Peccat*. Nam in eo assiduè perseuerat, sicut & ipsius filij. Huic opponitur qui non modò non peccat, sed etiam venit vt peccata dissolueret. 9 *Semen ipsius*, σπέρμα αὐτοῦ. Sic vocatur Spiritus sanctus ab effectu, quòd eius virtute, tanquã ex semine quodã, noui homines efficiamur: id est, corruptæ nostræ qualitates instaurantur per Christũ, cui per fidem sumus coniuncti, vt [illegible] mortui viuamus Deo. Itaque hîc quoque mirè [illegible] prebent illi fanatici qui diuinæ essentiæ [illegible] imaginantur. Quid sit autem Peccare, diximus supra [illegible]. ¶ *Nec potest peccare*, καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν. Ergo sanctificatio & iustificatio imputata, necessario & indiuiduo nexu cohæreant, quantacunque interruptio intercedat.

10 *Et qui non diligit*, καὶ ὁ μὴ ἀγαπῶν. Nunc quoque, vt antea in superiore tractatione, quum ab effectis ad causam argumentatur, 2. 9. à prima Tabula ad secundam descendit.

11 *A principio*, ἀπ' ἀρχῆς. Vide suprà, 2. 7.

12 *Non sicut Cain*, οὐ καθὼς Κάϊν. Ellipticum dicendi genus è medio petitum: ac si diceret, Non igitur nos geramus sicuti se gessit Cain erga fratrem Abelem. Est autem hoc exemplum & antiquissimum & [illegible], in quo contemplemur tum filiorum Dei, tum filiorum diaboli naturam: quæ nos maneat conditio in hoc mundo, & quis demum sit vtrorumque futurus exitus. Subaudimus autem אשר [*asher*,] ex Hebræorum more.

14 *Scimus*, οἴδαμεν. Hæc verò consolatio nostra est certissima, cuius præsidio in quibusuis calamitatibus tantùm abest vt despondeamus animum, vt contrà etiam exultemus. Sinamus mundum opinari nos esse miseros: nos verò discamus ex eo ipso nos non modò non miseros, sed etiam immortali beatitate donatos, ex quo illi nos calamitosos esse iudicant. Deinde obseruemus Apostolum hoc non dicere, nos per id quòd fratres diligimus, translatos esse ex morte ad vitam. Prius enim viuere esse ex morte ad vitam, (est enim vita æterna Dei donum per Christum,) sed nos ex eo quòd diligamus, scire nos oportet quàm vitæ fructus edamus, ex quibus demum vita nostra tum à nobis tum ab aliis perspiciatur. Charitas igitur [illegible] est vitæ, non causa.

16 *Per hoc nouimus*, ἐν τούτῳ ἐγνώκαμεν. Nunc verò charitatis descriptionem aggreditur ab effectis, id est ex officiis quæ ab ea ducuntur: ac primùm quidem omnium absolutissimum eius exemplar nobis in Christo proponit, vt in primis statuatur qualiter intus affectos esse nos oporteat: deinde ab animo ad manus descendet. ¶ *Charitatem Dei*, τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ. Sic Paulus Rom. 5. 8 & sic habet Complutensis editio. Syrus autem interpres legit multò etiam apertius, τὴν ἀγάπην αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, id est, εἰς ἡμᾶς, *Charitatem eius erga nos*, vt infrà, 4. 9.

17 *Mundanas facultates*, τὸν βίον τοῦ κόσμου. Hebraicè מחית עלם הזה [*au chiath halam hazzeh*,] id est, vnde hæc vita sustentatur. Vulgata & Erasmus, *Substantiam mundi*, nimium profectò obscurè. Nos in vernaculo sermone dicimus, *Des biens de ce monde*. ¶ *Et clauserit viscera sua coram eo*, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ. Id est, non aperuerit illi veluti suum pectus, nec prompto animo illi succurrerit. Huic formulæ dicendi videtur affinis illa Terentiana, *Nunquam meam benignitatem sensisti in te claudier?*

18 *Filioli mei*, τεκνία μου. Conuenit hæc appellatio Charitatem veram commendaturo, quasi diceret, Si quis vestrum existimat me non bene consulere rebus vestris dum commendo vobis liberalitatem in pauperes, quod nullus pater faciat liberorum suorum animis, discite contrà me patris officio defungi, quum ostendo vobis nullam esse pretiosiorem pacificandæ mentis apud Deum scientiam. ¶ *Neque lingua* [*solùm*,] μηδὲ γλώσσῃ. Sub. μόνον, quod nos expressimus. Vide Rom. 2. 28.

ἀληθείας ἐσμὲν, καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν.

20 Ὅτι ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία, ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ γινώσκει πάντα.

21 Ἀγαπητοὶ, ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν.

22 Καὶ ὃ ἐὰν αἰτῶμεν, λαμβάνομεν παρ' αὐτοῦ, ὅτι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηροῦμεν, καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ποιοῦμεν.

23 Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ἵνα πιστεύσωμεν τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, καθὼς ἔδωκεν ἐντολὴν ἡμῖν.

24 Καὶ ὁ τηρῶν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῷ· καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι μένει ἐν ἡμῖν, ἐκ τοῦ πνεύματος οὗ ἡμῖν ἔδωκεν.

Κεφάλαιον δ.

1 Ἀγαπητοὶ, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον.

2 Ἐν τούτῳ γινώσκετε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι.

nos ex veritate esse, 20 & coram ipso secura reddemus corda nostra.

20 Nam si nos condemnet cor nostrum, nempe potetior est Deus corde nostro, & nouit omnia.

21 21 Dilecti, si cor nostrum nos non condemnet, libertatem *loquendi* habemus apud Deum.

22 ‖Et quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniam præcepta eius obseruamus, & quæ in ipsius conspectu placent facimus.

23 22‖Hoc est igitur eius præceptum, vt credamus nomini Filij eius Iesu Christi, & diligamus alij alios, sicut præcepit nobis.

24 Nā qui obseruat eius præcepta, in eo habitat, & ipse in eo: & per hoc nouimus eum habitare in nobis, *nempe* ex Spiritu quem nobis dedit.

CAP. IIII.

1 [1] Dilecti, ne cuiuis spiritui credite, sed probate spiritus an ex Deo sint: nam multi pseudoprophetæ venerunt in mundum.

2 2Ex hoc cognoscite Dei Spiritum: quicunque spiritus profitetur Iesum Christum in carnem venisse, ex Deo est.

niam ex veritate sumus, & in conspectu eius suadebimus corda nostra.

20 *Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia.*

21 *Charissimi, si cor nostrū non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.*

22 *Et quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus.*

23 *Et hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine Filij eius Iesu Christi: & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis.*

24 *Et qui seruat mandata eius in illo manet, & ipse in eo: & in hoc scimus quoniā manet in nobis, de Spiritu quem dedit nobis.*

CAP. IIII.

1 *CHarissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.*

2 *In hoc cognoscitur Spiritus Dei: omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est.*

20 Inde fit vt, paratam conscientiā habeamus, sicut econtrariò qui statuit se Deum habere, pro iudice, quòd sit malè sibi conscius, vel nunquā vel temerè quietus est, quū Deus multò quàm nos acutius videat & seuerius iudicet.
Matt.21.22
Ioan.15.7.16.23
infrà, 5 14
Ioan.6.29.& 17
3
Ioan, 13. 14. & 15.10
21 Tertius effectus ex hoc quoque nascitur, quòd in his miseriis certi sumus nos exaudiri, vt qui filij Dei simus sicut ex gratia sanctificationisque electis propria est, intelligimus.
22 Conclusio, Fidem in Christum & charitatem mutuā res esse simul connexas, ac proinde sanctificationis externæ testimonia interior illo Spiritus nobis dati testimonio vicissim responde re.
1 Occasione ex Spiritus nomine arrepta, ne charitas à Dei cultu, qui præcipuè à vera eiusdem noticia pendet, separaretur: redit ad id quod capite secundo de cauendis Antichristis dixerat. Vult autem duplicem cautionem à nobis hic adhiberi: vnam, vt quum multi sint pseudoprophetæ, temerè quibusuis non credamus: alteram, ne, quia multi falsa docent, idcircò nullis credamus. Tenendam igitur esse mediam viam, vt Dei spiritus, qui omnino sequendi sunt, nouerimus ab impuris spiritibus fugiendis distinguere. 2 Certam & perpetuam Antichristianæ doctrinæ dignoscendæ regulam, tradit, nempe si Christi diuina aut humana natura, aut vera earundem vnitio negetur, vel de ipsius, vnici videlicet nostri Regis, Prophetæ, ac Pontificis æterni, officio vel tantillum detrahatur.

---

19 *Ex veritate*, ἐκ τῆς ἀληθείας. Id est, verè Dei filij. Loquitur autem de signo siue testimonio, non de causa adoptionis nostræ.
¶ *Secura reddemus*, πείσομεν. Vulgata, *Suadebimus corda nostra*. Erasmus, *Suadebimus cordibus nostris*. Neuter intellexit quid sibi velit Apostolus. Nec enim de suasione, sed de persuasione animi loquitur, id est, de πληροφορίᾳ illa quæ facit vt nos filios Dei esse in Christo gratis per fidem apprehenso, certò statuamus: vt nihil illud planè sit quod Hebræi declarant verbo הבטיח [hibtiach.] Itaque quàm optimè Syrus interpr. πείσομεν vertit מפיסינן [mephisenan] tranquillam reddimus. Neque verò charitas fidem illam gignit: sed contrà ex fide gignitur, per quam tamen illa magis ac magis confirmatur propterea quòd ex effectis causam colligimus. Vide 2.Pet.cap.1. vers.10. & infrà, cap.4. vers.17.
20 *Nempe*, ὅτι. Id est, ὅτι Hebr. כי [chi] Sic enim explico quod aiunt Græci Grammatici ὅτι esse interdum affirmationis particulam. Vulgata verò hanc particulam non legit, vt qui non solent ne tunc quidem illam præterire quum manifestò redundat. Syrus vertit רבא [Rabah.] quantò magis, vt omnino videatur legisse, ὅτι etiam maior ἐστὶ sicut legendum conijcit Stephanus noster, & per interrogationem expressisse quod indefinitè legitur in Græcis. ¶ *Potentior*, μείζων. Μέγας, (id est, magnum) vocat qui ab Hebr. רב [rab] dicitur. est enim hic sensus, Si nos coarguat mala conscientia multò magis valere ad nos condemnandos Dei iudicium, qui melius etiam corda nostra norit quàm nos ipsi.
23 *Nomini*, ὀνόματι. Nomen ad prædicationem Verbi respicit. Nam fides ex Verbi auditu, Rom.10.8.& 17.
24 *Nam qui obseruat*, καὶ ὁ τηρῶν. Iterum καὶ pro γὰρ, vt apud Hebræos ו pro כי [chi.]
¶ *Habitat*. μένει. Vide suprà, 2.6. Syrus legit ὁ τηρῶν, καὶ αὐτὸς μένει ἐν αὐτῷ, *seruatur, & is manet in ipso.* ¶ *Ex spiritu*, ἐκ τοῦ πνεύματος. Spiritum sanctificationis intelligit, id est, quo regenerati viuimus Deo.

IN CAPVT IIII.

1 *Spiritui*, πνεύματι. Spiritum accipio μετωνυμικῶς cum doctissimo interprete, pro eo qui Spiritus dono se præditum dicat ad obeundum Prophetæ munus. Redit autem Apostolus ad id quod attigerat de pseudoprophetis, secundo capite.
2 *Quicunque profitetur*, &c. ὃ ὁμολογεῖ, &c. De doctrina simpliciter loquitur, non de persona. Nam fieri potest vt quis sincerè doceat, qui tamen ipsius doctrinæ non sit particeps cuius est nuncius. Antea igitur docuit quomodo homines probarentur, nunc de doctrina disserit: quanuis mox ad charitatem regrediatur, nempe à versu 7. ¶ *Iesum Christum*, Ἰησοῦν Χριστὸν. Ergo Messiam, & redemptorē verum, eúmque vnum, non duplicem. ¶ *In carnem*, ἐν σαρκὶ. Ergo verum hominem. hoc enim designat carnis nomen, vt diximus Rom.1.3. ¶ *Venisse*, ἐληλυθότα. Ergo verum Deum, qui nimirum à Patre exierit, apud quem erat in principio. Castellio interpretatur, *Venisse corporatum* & quidem malè. Possit enim videri corpus è cælo attulisse: quod nonnulli olim somniarunt, & adhuc quidam somniant.

3 Qui-

3 Καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται, καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη.

4 Ὑμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστε, τεκνία, καὶ νενικήκατε αὐτούς· ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ ἐν ὑμῖν ἢ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ.

5 Αὐτοὶ ἐκ τοῦ κόσμου εἰσὶ, διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ κόσμου λαλοῦσι, καὶ ὁ κόσμος αὐτῶν ἀκούει.

6 Ἡμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμεν· ὁ γινώσκων τὸν Θεὸν, ἀκούει ἡμῶν· ὃς οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἀκούει ἡμῶν· ἐκ τούτου γινώσκομεν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας καὶ τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης.

7 Ἀγαπητοὶ, ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὅτι ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι· καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται, καὶ γινώσκει τὸν Θεόν.

8 Ὁ μὴ ἀγαπῶν, οὐκ ἔγνω τὸν Θεὸν· ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν.

9 Ἐν τούτῳ ἐφανερώθη ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν, ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἀπέσταλκεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν κόσμον, ἵνα ζήσωμεν δι' αὐτοῦ.

10 Ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ ἀγάπη, οὐχ ὅτι ἡμεῖς ἠγαπήσαμεν τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

11 Ἀγαπητοὶ, εἰ οὕτως ὁ Θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν ἀλλήλους ἀγαπᾶν.

12 Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται. ἐὰν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει, καὶ

3 At quicunque spiritus non profitetur Iesum Christum in carnem venisse, ex Deo non est. sed hic est ille *spiritus* Antichristi, quem audistis venturum fuisse, & *qui* iam nunc in mundo est.

4 3Vos ex Deo estis, filioli, & vicistis eos: quoniā maior est qui est in vobis quàm qui in mundo est.

5 4Ipsi è mundo sunt, ideo mundana loquuntur, & mundus eos audit.

6 5‖Nos ex Deo sumus: qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos. ex hoc cognoscimus spiritum veritatis & spiritum erroris.

7 6 Dilecti, diligamus alij alios: 7nam charitas ex Deo est: quisquis diligit, ex Deo natus est, & nouit Deum.

8 Qui non diligit, non nouit Deum: 8 nam Deus est charitas.

9 ‖Per hoc manifesta facta est charitas Dei in nos, quòd Filium illum suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum.

10 In hoc est charitas, non quòd nos dilexerimus Deum, sed quòd ipse dilexerit nos, & miserit Filium suum vt esset propitiatio pro peccatis nostris.

11 9Dilecti, si Deus nos ita dilexit, debemus & nos alij alios diligere.

12 10‖Deū nemo conspexit vnquam. si diligamus alij alios, Deus in nobis habitat, & cha-

3 *Et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est: & hic est antichristus, de quo audiuistis quoniam venit, & nunc iam in mundo est.*

4 *Vos ex Deo estis, filioli, & vicistis eos: quoniam maior est qui in vobis est quàm qui in mundo.*

5 *Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.*

6 *Nos ex Deo sumus: qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos, in hoc cognoscimus spiritum veritatis & spiritum erroris.*

7 *Charissimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est: & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum.*

8 *Qui non diligit, non nouit Deum: quoniam Deus charitas est.*

9 *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum.*

10 *In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit Filiū suum propitiationem pro peccatis nostris.*

11 *Charissimi, si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.*

12 *Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet*

3 Solatur electos certa spe victoriæ, ita tamē vt eos doceat nō sua sed Dei virtute pugnare.
Ioan.8.47
4 Causam adfert cur istis mundus potius quàm veris doctoribus applaudat: quoniam videlicet nihil nisi mundanum spirāt: quæ etiam est altera Antichristianæ doctrinæ dignoscendæ ratio.
Ioann.3.16
Ioan.1.12
1 tim.9.16
5 Suam & collegarum suorū doctrinam testatur certum esse Dei sermonem, quem vniuersis totius mundi suffragiis securè opponere sit necesse, & inde veritatem à mendacio distinguere.
6 Redit ad charitatis mutuæ commendationem.
7 Ratio prima, Quoniam res est planè diuina, ac proinde filiis Dei prorsus conueniēs, adeò vt qui illius est expers, dici non possit Deū verè nosse.
8 Confirmatio, Quia Dei natura sic homines diligere: cuius rei illustrissimum præ cæteris documentum est, quòd non quosuis, sed Filium illum suum, & eum quidem Vnigenitum, sola illa gratuita & infinita in nos hostes suos beneuolentia impulsus, tradiderit in mortem, cuius sanguine expiati, fieremus æternæ ipsius gloriæ participes.
9 Ratiò altera à comparatis, Si Deus nos ita dilexit, an nos ipsius filij, inter nos non amabimus? 10 Tertia ratio, Quia Deus oculis inuisibilis, ex hoc sui Spiritus effectu (nempe charitate) intelligitur, & quidem non extra nos, sed nobiscum coniunctus, in quibus ita sit efficax.

---

3 *Quicunque non profitetur Iesum Christum in Carnem venisse*, ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα. Sic legi in omnibus Græcis exemplaribus quę quidem mihi inspicere licuit: & apud Syrum interpretem, sic etiam citante hunc locum Cypriano aduersus Iudæos, lib.2.cap.9. & familiaris est hæc formula Ioanni, vt (quod sæpe iam annotauimus) eandem sententiam ex collatione contrariorum amplificet. Vetus tamen interpr. habet, *Et omnis spiritus qui Iesum soluit, ex Deo non est*, Καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, &c. quam lectionem confirmat Socrates lib. Ecclesiasticæ historiæ 12. & à Nestorianis vult sublatam fuisse. Ego tamen alteram antepofuerim Satis enim intelligatur vnica persona ex eo quòd vnum Iesum Christum nominat qui in carnem venerit. August. tractatu 6. vtrunque legit & interpretatur. ¶ *Ille [Spiritus] Antichristi*. τὸ τοῦ ἀντιχρίστου. videlicet πνεῦμα, vt ex præcedente membro repetitum & Spiritui Deo oppositum. Vulgata, *Antichristus*, ἀντίχριστος, repugnante Græcorum codicum fide. Oportet autem tritum in Ecclesia fuisse de Antichristi regno sermonem, eum videlicet qui à Paulo explicatur 2, Thess.2.3. & deinceps. ¶ *Quem [spiritum]*. ὃ sub. πνεῦμα. Sunt qui legendum censeant ὃν, quem, nempe Antichristum. Ego causam non video cur receptam lectionem mutemus.
4 *Eos*, αὐτοὺς. Nempe pseudoprophetas illos, de quibus sup. v.1. quò etiam spectat versiculus quintus. ¶ *Maior*, μείζων. Vide suprà, 2.21.
5 *Mundana*, ἐκ τοῦ κόσμου. Vulgata & Erasmus, ad verbū, *E mundo* Similis est formula Ioan.3.31.& 6.32.
6 *Spiritum veritatis*, &c. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, &c. Id est, veridicos Prophetas: quibus opponuntur spiritus erroris, i. errantes, & alios in errorem abducentes. Et est insignis hic locus, quòd præbuit Tertulliano argumētum libri de præscriptionibus, non vt ἄγραφον verbū aliquod vel personalem successionem, sed vt doctrinam Apostolorū scriptis proditā ostendat esse veræ doctrinæ & Ecclesiæ normam.
7 *Deus est charitas*, ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν. Multo ἐμφατικώτερον loquitur quàm si Deum diceret summopere atque adeo infinitè nos amare, quum Deum dicit erga nos ipsam charitatem esse, cuius certissimum τεκμήριον profert. Quàm miserè verò Scholastica theologia hunc locum torserit, qui volet cognoscere, legat lib. Sent.1. dist.17. cap.2. & deinceps. Syrus autem interpres membrum istud, Quia Deus charitas, priore loco collocat.
9 *In nos*, ἐν ἡμῖν. Id est, εἰς ἡμᾶς. Vulg. *in nobis*, periculosa ambiguitate, in Latino sermone
10 *Adimpleta est*, τετελειωμένη ἐστί. i. verè ac reipsa cōprobata. Nec enim hæc adimpletio opponitur imperfectioni, Vulg. & Eras. *Perfecta est*. Vide sup 1.2,5.

ἡ ἀγάπη αὐτοῦ τετελειωμένη ἐστὶν ἐν ἡμῖν.

13 Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν.

14 Καὶ ἡμεῖς τεθεάμεθα καὶ μαρτυροῦμεν ὅτι ὁ πατὴρ ἀπέσταλκε τὸν υἱὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου.

15 Ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Θεῷ.

16 Καὶ ἡμεῖς ἐγνώκαμεν καὶ πεπιστεύκαμεν τὴν ἀγάπην ἣν ἔχει ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν. ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί. καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ.

17 Ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρα τῆς κρίσεως, ὅτι καθὼς ἐκεῖνός ἐστι, καὶ ἡμεῖς ἐσμεν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ.

18 Φόβος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον· ὅτι ὁ φόβος κόλασιν ἔχει, ὁ δὲ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ.

19 Ἡμεῖς ἀγαπῶμεν αὐτὸν, ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς.

20 Ἐάν τις εἴπῃ, Ὅτι ἀγαπῶ τὸν Θεὸν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῇ, ψεύστης ἐστίν. ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὃν ἑώρακε, τὸν Θεὸν ὃν οὐχ ἑώρακε, πῶς δύναται ἀγαπᾶν;

21 Καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔχομεν ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἀγαπᾷ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

Κεφάλαιον ε.

1 Πᾶς ὁ πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται· καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν τὸν γεννήσαντα, ἀγαπᾷ καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ.

ritas eius ad impleta est in nobis.

13 Per hoc cognoscimus nos in eo habitare, & ipsum in nobis, quòd de Siritu suó dedit nobis.

14 11 Nos verò spectauimus & testamur Patrem misisse Filiũ qui esset seruator mundi.

15 Quisquis professus fuerit Iesum esse Filum Dei, Deus in eo habitat, & ipse in Deo.

16 Et nos cognouimus & credidimus charitatem quam habet Deus erga nos. 12 Deus Charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

17 13 Per hoc adimpletur charitas nobiscum vt fiduciam habeamus in die iudicii quòd qualis ille est, *tales* & nos sumus in hoc mundo.

18 Metus non est in charitate: sed integra charitas foras eiicit metum: quoniã metus cruciatũ habet: qui autẽ metuit, non est consũmatus charitate.

19 14 Nos diligimus eum, quoniam ipse prior dilexit nos.

20 15 Siquis dixerit, Diligo Deũ, & fratrem suum oderit, mendax est. 16 Qui enim non diligit fratrem suum quẽ vidit, Deum quem non vidit, quomodo potest diligere?

21 17 Et hoc præceptum habemus ab eo, vt qui diligit Deũ, diligat etiam & fratrem suum.

CAP. V.

1 Qvisquis credit Iesum esse Christum illum, ex Deo genitus est: & quisquis diligit eum qui genuit, diligit etiã eum qui ex eo genitus est.

& charitas eius in nobis perfecta est.

13 *In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de Spiritu suo dedit nobis.*

14 *Et nos vidimus & testificamur quoniam Pater misit Filium saluatorem mundi.*

15 *Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo.*

16 *Et nos cognoscimus & credidimus charitati quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.*

17 *In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.*

18 *Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate.*

19 *Nos ergo diligimus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.*

20 *Siquis dixerit, Quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quẽ vidit, Deũ quem non vidit, quomodo potest diligere?*

21 *Et hoc mandatum habemus ab eo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.*

CAP. V.

1 *Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est: & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo.*

11 Huic charitati fundamẽtum aliud substernit, nempe fidẽ in Iesum, quæ verè nos cum eo coniungit, sicut charitas nos cũ eo coniunctos esse testificatur. Reddit autẽ ipse Christi testimoniũ, vt oculatus testis.

12 Quarta ratio, Deus est fons & origo charitatis, ipsáque adeò Charitas: ergo qui in eo manet, Deũ secum habet.

Ioan. 13.34. & 15.12.

13 Rursus vt paulò ante charitatem ex eo cõmendat, quòd quũ ex nostri cum Deo in hac re conuenientia certum nobis nostræ adoptionis testimoniũ suppeditetur, ita fiat vt intrepidè supremum illum diem iudicij expectemus, adeò vt trepidatio & cruciatus ille conscientiæ à charitate expellatur.

14 Nequis illã conscientiæ pacem existimet à charitate nostra vt causa proficisci, recurrit ad fontem, nempe ad gratuitam dilectionem qua nos Deus, licet iram ipsius promeritos, prosequitur. Hinc autem duplex alia charitas oritur, vtraque primæ illius index, ac testis; ea videlicet qua Deum qui prior nos dilexit redamamus: ac demùm propter illum, Proximos quoque diligimus. 15 Sicut charitatem proximi à charitate Dei in nos inseparabilem esse ostendit, quoniam hæc illam gignit: ita iam aliam charitatis speciẽ qua nos Deum diligimus, à charitate proximi disiungi posse negat, vnde consequitur, impudenter mentiri, qui se Dei cultores vocant, quum proximos negligant. 16 Prima ratio à comparatis: cur non possit Proximus odio haberi & Deus diligi, nempe quia qui fratrem non potest amare quem videt, quomodo Deum inuisibilem amauerit? 17 Secunda ratio, Cur non possit Deus odio haberi & Proximus diligi, quia vnus & idem Legislator & se & Proximum diligi præcepit. 1 Pergens in eodem argumento, quomodo vtraque illa charitas in nobis ex Dei in nos charitate deriuetur, ostẽdit: nempe per Iesum Mediatorem fide apprehensum, in quo facti Dei filij, & Patrem ex quo sic geniti sumus, & fratres similiter nobiscum genitos diligimus.

15 *Professus fuerit*, ὁμολογήσῃ. Professionem intellige ex vera fide manentem, & quam charitas consequatur, vt omnia cohærant: qua de re multa scribit elegantissimé Augustinus, tractatu in hanc epistolam sexto. Nam alioqui hoc etiam vociferantur diaboli, sed cõtremiscunt: nos autem in ea vna re confidimus.

17 *Adimpletur*, τετελείωται. Vide sup. v. 12. ¶ *Vt fiduciã habeamus*, ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν. quia videlicet Charitas est Fidei index, non quòd nostræ conscientiæ pax charitate in nobis inchoatæ, vt pacis causa, nitatur. Vide sup. 3.19. ¶ *Quod*, ὅτι. Hoc memineris non ad παῤῥησίαν ἔχωμεν, sed ad ἐν τούτῳ referre, vt ita totum hũc versiculũ disponas, *Charitas adimpletur in nobis per hoc quòd qualis ille est, tales & nos sumus in hoc mundo, vt fiduciã habeamus in die iudicij.* ¶ *Qualis ille est*, καθὼς ἐκεῖνός ἐστι. Similitudinem rursus non paritatẽ intellige. Quæ sit autem hæc similitudo exposuit suprà, 3.3.

18 *Metus non est*, φόβος οὐκ ἔστι. Si ex charitate intelligimus nos esse in Deo, & Deũ in nobis, nos filios esse, nos Deum nosse, vitã æternã esse in nobis, rectè colligit, pacẽ ac tranquillitatẽ animi necessariò consequi charitatẽ. Quid enim reformidet qui Deũ habet à suis partibus? Ro. 8.31. & deinceps. Doctrina igitur illa sophistarũ de dubitatione, Christianismũ à fundamentis cõuellit. Metsi autẽ malui interpretari quàm Timorẽ, vt vitarem ambiguitatẽ, quoniã videlicet Timoris nomẽ plerunq. in laude maxima ponitur, religiosam Dei reuerentiã declarãs. ¶ *Integra*, τελεία. i. syncera opposita simulationi. Vul. *perfecta*. ambiguè. Vide Ia. 1.4.

19 *Nos diligimus*, &c. ἡμεῖς ἀγαπῶμεν. &c. Vides vt ad fontem recurrat: nempe nequis pacem illam de qua disseruerat, existimaret à charitate nostra tanquam causa promanare. Deinde ostendit superioris conclusionis firmamentum. Qui enim charitas metum pelleret, nisi esset certum diuinæ ergà nos beneuplentiæ testimonium, quum nemo possit Deum diligere, nisi quem prior dilexit?

IN CAPVT V

1 *Christum illum*, ὁ Χριστός. Id est, verum illũ Messiã, vt expo-

exposuimus suprà, 2.22. qua nota, vera fides à falsa & verus Christus ab adulterino discernitur. ¶ *Ex Deo genitus est*, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται. Idcirco igitur credimus, quia adoptati sumus. Ex quo consequitur, fidem gratuitum Dei donum esse, & quidem solis filiis peculiare. Quod enim credunt etiam diaboli, & ex impiis nonnulli, fides non est, nisi per catachresin, vt ex hoc loco manifestissimè liquet. Postremò si genitus est ex Deo quisquis credit, quomodo conciliabitur dubitatio cum fide? Pretiosus est ergo hic locus, qui vel vnus ad euertendam omnem falsam religionem sufficit. Quid autem sit *Ex Deo genitum esse*, diximus alibi, nempe, Per fidem coniunctum esse cum Christo, vero Dei Filio, in quo etiam gratis habemur pro filiis eiusdem regni cohæredibus. ¶ *Etiam eum qui ex eo genitus est*, καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. Id est, fratres suos quibuscum communem parentem habet. Nam quòd singulari numero vsus est, totam fidelium veluti speciem in vnum corpus coniungit: aut etiam docet, non satis esse si in genere diligamus Ecclesiam, sed veram charitatem singula membra complecti: & rursum hac nota declaratur fons veræ charitatis, & eius cum fide inseparabile vinculum.

2 Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἀγαπῶμεν τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, ὅταν τὸν Θεὸν ἀγαπῶμεν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν.

3 Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν· καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσίν.

4 Ὅτι πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Θεοῦ νικᾷ τὸν κόσμον· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη ἡ νικήσασα τὸν κόσμον, ἡ πίστις ἡμῶν.

5 Τίς ἐστιν ὁ νικῶν τὸν κόσμον, εἰ μὴ ὁ πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ;

6 Οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος, Ἰησοῦς ὁ Χριστός· οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι καὶ τῷ αἵματι· καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια.

2 2 Per hoc cognoscimus nos diligere filios Dei, quum Deum diligimus, & præcepta eius obseruamus.

3 3 Hæc est enim charitas Dei, vt præcepta eius obseruemus: 4 & præcepta eius grauia non sunt.

4 5 Quoniam quicquid natum est ex Deo, vincit mundum: 6 & hæc est victoria quæ vicit mundum, *nempe* fides nostra.

5 7 Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit Iesum esse Filium Dei?

6 8 Hic ille est qui venit per aquam & sanguinem, *nempe* Iesus Christus: 9 non per aquam solùm, sed per aquã & sanguinẽ: & spiritus is est qui testificatur Spiritum veritatem esse.

2 *In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei, quum Deum diligamus, & mandata eius faciamus.*

3 *Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt.*

4 *Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra.*

5 *Quis est qui vincit mũdum, nisi qui credit quoniã Iesus est Filius Dei?*

6 *Hic est qui venit per aquam & sanguinem, Iesus Christus: non in aqua solùm, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur quoniam Christus est veritas.*

2 Charitas in Proximum, à Charitate qua Deum diligimus sic dependet, vt hanc illi præire oporteat: inde consequitur charitatem non esse appellandã quum ad malè agendum coeunt homines, quoties denique proximum amantes, in Dei mandata non respicimus.

Matt. 11.12

1. Cor. 15.57

3 Ratio, Quia Deum diligere est mandatis eius obsequi: quod quũ ita sit, & vtraque charitas ab eodem Legislatore sit mandata (vt anteà docuit) efficitur illud quoque, Diligi non posse proximum vbi mandata Dei violantur. 4 Quoniam docet experientia nullam inesse Carni facultatem, imò ne voluntatem quidem ad præstanda Dei mandata, idcirco ne videatur Apostolus toties inculcans mandatorum Dei obseruationem, impossibilia flagitare, pronuntiat grauia non esse Dei mandata, hactenus quidem vt eorum onere opprimamur.

5 Ratio, Quoniam ex regeneratione nacti sumus vires quibus superatur mundus, id est quicquid mandatis Dei reluctatur.

6 Explicat quænam sint illæ vires, nempe fides. 7 Duo præterea declarat, vnum quæ sit vera fides, ea nimirum quæ in vnum Iesum Filium Dei respicit: ex quo consequitur alterum, nempe has vires propriè non esse fidei, sed fide tanquam instrumento ex Iesu Christo Filio Dei hauriri. 8 Præstantiam Christi in quo vno omnia nobis donantur, sex testibus comprobat, tribus cælestibus, & totidem terrenis, penitus inter se consentientibus. Cælestes sunt, Pater, à quo missus est Filius, Sermo ipse caro factus, & Spiritus sanctus. Terreni testes, aqua (id est sanctificatio nostra) sanguis, id est iustificatio nostra. Spiritus, id est agnitio Dei Patris in Christo per fidem ex Spiritus sancti testimonio: sicut in annotationibus copiosius exposuimus.

2 *Per hoc*, &c. ἐν τούτῳ. Notandus hic locus diligenter aduersus eos qui charitatis obtentu suas hæreses obtrudunt: quũ charitas nulla legitima sit vbi sana doctrina non extat. Itaque nihil est illis ineptius qui salutem volunt à charitate auspicari, quoties quidem de causarum salutis ordine disseritur. Nam alioquin effecta cum causis coniuncta esse confitemur.

3 *Hæc est enim*, &c. αὕτη γάρ. Id est, Is enim demũ Deum diligit qui mandatis ipsius patet. ¶ *Grauia non sunt*, βαρεῖαι οὐκ εἰσίν. id est, ingrata & molesta, iis videlicet qui beneficio regenerationis sapientes quæ Dei sunt, delectantur membris Dei secundum interiorem hominem, Rom. 7.22. & in quibus Dei Spiritus creauit Velle & Facere, Phil. 2.13. Nihil enim, vt inquit ille, graue est quod libens facias. Itaque meo quidem iudicio, hîc non satis appositè disputatur de ipsa Legis natura cum Regeneratorum siue non Regeneratorum viribus ad eam implendam comparata. Illud tamen certum est. Regeneratis quibus superest lucta illa perpetua cum Carnis reliquiis, non esse grauia eò vsque mandata, vt iis opprimantur, tum quia Spiritus tandem victor euadit, tum verò quia quicunque credit, liberatus est ab illo longè grauissimo Legis pondere, id est, ab eius execratione. Stupidam autem esse oportet eorum conscientiam, & valde ineptum iudicium, qui hunc locum citant vt liberum (quod vocãt) arbitriũ statuant: vt & eorũ qui perfectionem aliquam putant fidelibus in hac vita cõtingere. Eos verò meminisse oportuerat quid scriptum sit Rom. 7.22. & deinceps & Philip. 3.9. & suprà, 1.8. denique saltem conscientiam suam diligenter scrutari: nisi iampridem illius sensum amisissent.

4 *Mundum*, τὸν κόσμον. Sũt igitur aduentitiæ vires, nimirum à gratuita adoptione profectæ, quibus Mundus expugnatur, i. quicquid vel in nobis vel extra nos à Dei Lege nos abducit. ¶ *Quæ vicit*, ἡ νικήσασα. Antea vsus est præsenti tempore, nunc vsurpat præteritum: quia certatur quidem adhuc, sed tam certa est victoria quàm si bellum iam esset confectũ. ¶ *Fides nostra*, ἡ πίστις ἡμῶν. Instrumentalẽ causam nominat, i. viuam Christi apprehẽsionẽ. Nam alioqui fides hoc non præstat, sed is quem fide apprehendimus, nimirũ Iesus Christus, in quo omnia possumus, Philipp. 4.13. Ideo mox subiicit fidei descriptionẽ ab ipsius obiectio sumptam.

4 *Hic ille est*, &c. οὗτός ἐστι, &c. Hunc locum sic explico, Quia fidei miram præstantiam esse dixerat, cuius obiectum atque adeo materia esset Christus, meritò ad afferendam Christi dignitatem transit. Eius igitur tres testes laudat omni exceptione maiores: deinde totidẽ in nobis profert testimonia, quæ omnia in eo cõsentiant, quòd ab vno Christo per fidem apprehenso salus sit expectanda. Hæc autem omnia, id est, tres illos testes cælestes, & totidem testimonia in nobis posita, comprehẽdit ver. 6. deinde distinctè de illis agit vers. 7. de istis ver. 8. deinceps verò quod sit istorum pondus declarat. Itaque in verbo *Venit*, Pater includitur, à quo missus est qui venit: Christus ipse nominatur, itémque Spiritus: ita tres illos testes cælestes habemus. Sed & Aqua, & sanguis, & spiritus qui in nobis est, tres alij testes in terra disertè exprimuntur: quæ postea dilucidius explicat. Dicamus igitur primùm de cælestibus tribus testibus. Pater quàm sæpe & quàm apertè & voce & factis Christum suum esse testatus est? & (ne vetera repetamus) nónne id quotidie in Ecclesiæ (i. regni Filij) tam mirifica conseruatione testatur? Christus autem quid aliud ipse clamat & operibus confirmat in Euangelio, & quid aliud in Ecclesia sua patefacit quotidie? At Spiritus sanctus nónne apertè tum antè illius mortem, tum post eiusdem resurrectionem tum per os Apostolorum, tum per prodigia & signa, Iesum Christum, verum esse Messiam testatus est? Quantulum deni-

que absuit quominus Pater quoque & Spiritus quasi humanam carnem & ipsi assumerent, vt visibili & aspectabili modo testimonium nobis de Christo perhiberent? Sed illa, dicet aliquis, obscuriora sunt, nec ita facilia vt cognosci, nec ita omnibus nota, vt de illis ambigi non possit. Veniamus ergo ad ea testimonia quæ nobis sunt magis familiaria, atque adeo intra nos ipsos insculpta, si modò filij Dei sumus. Hæc sunt, Aqua, Sanguis, & Spiritus. Postulat autem argumenti series, ipsáque adeo horum testimoniorum descriptio, nempe quod in terra atque adeo in vnoquoque sanctorũ esse dicatur, vt ad hæc capita reuocemus omnia Christi in nobis habitantis effecta: quæ expositio non minus cohærens quàm plana ac perspicua fuerit. Aquæ igitur appellatione ablutionem à peccati labe intelligo, cuius erant symbola purificationes illæ sub Lege vsurpatæ: & cuius quoque peculiaris nunc est tessera Baptismus, sicut copiosè explicatur capitibus epistolæ ad Romanos sexto & octauo. Sanguinis autem nomine expiationem & persolutionem pro peccatis intelligo, nempe sanguinis Christi aspersionem: cuius etiam visibile symbolum est aquæ aspersio sacramentalis in baptismo: sicut & huius peccatorum expiationis & illius sanctificationis tessera etiam est efficacissima Cœna Domini, in qua reficimur & augemur in Christo quem in baptismo induimus: vt non immeritò dixerit Augustinus hæc duo sacramenta Ecclesiæ Christianæ ex Christi latere velut effluxisse, quum ex eius persosso latere prodiret sanguis & aqua. Spiritum denique existimo vocari vim & efficacitatem Spiritus sancti, sese per Fidei fructus, id est, charitatem, in omnibus verè sanctis exerentem, vt suprà, 13. atque etiam dona illa quæ πνεύματος ipsius nomine significantur, & Euangelicæ doctrinæ veritatem obsignabant, vt Act. 19. 3. Galat 3. 2. & alibi passim. Nec temere Apostolus primo loco Spiritum collocauit, vt qui sit & aquæ & sanguinis illius participatorum index. ¶ *Per aquam & sanguinem*, δι᾽ ὕδατος καὶ αἵματος. In tribus codicibus additur καὶ πνεύματος, & Spiritum: quomodo etiam videtur legisse Græcus scholiastes. Mihi tamen nullo modo probatur hæc lectio, quia suo loco post aquam & sanguinem fit Spiritus mentio.

---

7 Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατὴρ, ὁ λόγος, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι·

8 Καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα· καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν.

9 Εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν, ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ μείζων ἐστίν· ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ ἣν μεμαρτύρηκε περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

10 Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ· ὁ μὴ πιστεύων τῷ Θεῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτὸν, ὅτι οὐ πεπίστευκεν εἰς τὴν μαρτυρίαν ἣν μεμαρτύρηκεν ὁ Θεὸς περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

11 Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία, ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεός. καὶ αὕτη ἡ ζωὴ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐστιν.

12 Ὁ ἔχων τὸν υἱὸν, ἔχει τὴν ζωήν· ὁ μὴ ἔχων τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὴν ζωὴν οὐκ ἔχει.

7 Nam tres sunt qui testificantur in cælo, Pater, Sermo, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt.

8 ‖ Et tres sunt qui testificantur in terra, Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt.

9 10 Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: nam hoc est testimonium Dei quod testificatus est de Filio suo.

10 11 Qui credit in Filium Dei, habet testimonium in se ipso: qui non credit Deo, mendacem eum fecit, quia non credidit testimonio quod testificatus est Deus de Filio suo.

11 12 Est autem hoc testimonium, *nempe* quòd vitam æternam dedit nobis Deus: & hæc vita in Filio eius est.

12 Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, vitam non habet.

7 *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt.*

8 *Et tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt.*

9 *Si testimoniũ hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quoniam hoc est testimonium Dei quod maius est: quoniam testificatus est de Filio suo.*

10 *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se: qui non credit Filio, mendacẽ facit eum, quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo.*

11 *Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus: & hæc vita in Filio eius est.*

12 *Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, vitam non habet.*

Ioh. 3. 16

9 Monet, aquam & sanguine (i. sanctificationem à iustificatione, siue iustitiam inchoatam à iustitia imputata) separemus: quoniam illa non nitimur, nisi quatenus est huius testimonium: hæc verò etsi ab illa nunquam separetur, tamen sola est nostræ salutis materia.
10 Argumento à comparatis, ostendit quantum sit pōdus cælestis testimonij, quod Pater edidit de Filio, cui consentit & ipse Filius, & Spiritus sanctus. 11 Firmitatem etiam terrestrium testium probat ex conscientia vniuscuiusque, testimonium illud in sese habentis, quam falli non dicit, vtpote quæ cælesti Patris de Filio testimonio assentiatur: alioqui enim Patrem oporteret esse mendacem, si conscientia Patris assentiens mentiretur. 12 Iam tandem quod sit hoc testimonium tot testibus confirmatum declarat: nempe vitam siue fœlicitatem æternam esse merum Dei donum, quæ in Filio resideat, & ab eo in nos, qui per fidem cum eo coniuncti sumus, promanat, adeò vt extra eum nusquam inueniatur vita.

---

7 *Nam tres sunt*, &c. ὅτι τρεῖς εἰσι, &c. Hic versiculus omnino mihi retinendus videtur. Explicat enim manifestè quod de sex testibus dixerat, tres seorsim cælo, tres terræ tribuẽs. Non legit tamen Syrus nec vetus Latinus interp. nec Naz. oratione 5. de Theologia, nec Athanasius, nec Didymus, nec Chrysostomus, nec Hilarius, nec Cyrillus, nec Augustinus, nec Beda, sed legit Hieron. legit Eras. in Britannico codice, & extat in Complutensi editione, & in nonnullis Stephani veteribus libris. Non conuenit tamen in omnibus inter istos codices. Nam Britannicus legit sine articulis πατὴρ, λόγος, ἅγιον πνεῦμα. In nostris verò leguntur articuli, & propterea etiam additum erat Sancti epitheton Spiritui, vt ab eo distinguatur cuius fit mentio in sequenti versiculo, quique in terra collocatur. ¶ *In cælo*, ἐν τῷ οὐρανῷ. Hoc deest in septem vetust. cod. sed tamen omnino videtur retinendum, vt tribus in terra testibus ista ex aduerso respondeant. ¶ *Sermo*, ὁ λόγος. Cur filius Dei dicatur λόγος, exposuimus Ioan. 1. 1. At enim dices, Nemo in sua causa idoneus est testis. Hunc nodum ipse Christus explicat Ioh. 8. 13. & deinceps: qui locus istum mirè illustrat, vt & alij multi apud hunc nostrum Euãgelistam, in quibus sæpe fit istius testificationis mẽtio. ¶ *Et hi tres vnum sunt*, καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. Id est, ita prorsus consentiunt, ac si vnus testis essent, vti reuera vnũ sunt, si οὐσίαν spectes. sed de illa (vt mihi quidem videtur) non agitur hoc in loco: quod & Glossa ipsa interlinearis, quam vocant, agnoscit. Sed & Complutensis editio legit εἰς τὸ ἕν εἰσι, *ad vnum sunt*, id est, in vnum consentiunt, vti legitur in sequenti membro.

8 *In terra*, ἐπὶ τῆς γῆς. Syrus interpres & plurimi ex vetustioribus tum Græcis tum Latinis istud non habent: quod tamen in Græcis nostris codicibus & apud veterem Latinum interpretem legitur, & sanè videtur retinendum, nisi proximè antecedens versiculus expungatur. ¶ *Et hi tres in vnum consentiunt*, καὶ οἱ τρεῖς τὸ ἕν εἰσιν. Complutensis editio hæc non legit hoc in loco, quæ tamen mihi videntur prorsus retinenda, vt intelligamus hæc omnia testimonia penitus consentire: & ad vnum & eundem illum scopum, tendere.

9 *Si testimonium*, &c. εἰ τὴν μαρτυρίαν, &c. Argumentum à comparatis sumptum. Refertur autem hoc ad versiculum septimum. ¶ *Nam hoc est testimonium*, &c. ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία, &c. Meritò (inquit Apostolus) ita colligo: nam illud testimonium quod dixi in cælo perhiberi, à Deo manat, Filium suum ornante.

10 *Qui credit*, &c. ὁ πιστεύων, &c. Sicut superior versiculus cum septimo, ita iste cũ octauo cohæret. Trium, inquit, illorum

lorum testimoniũ quod dixi in terra esse, vnũ est testimonium quod penes se atque adeo intus habet vnusquisque credentium, itaque mirum in modum inter se cõsentiunt cæli & terræ testes.

12 *Est autem hoc*, &c. καὶ αὕτη ἐστὶν, &c. Tandem explicat hoc testimonium quod & Deus è cælo & fidelibus sua conscientia à Spiritu sancto edocta, iustificata, & sanctificata, dictat, nempe datam esse nobis vitam æternam à Deo in Filio suo.

---

13 Ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· ἵνα εἰδῆτε ὅτι ζωὴν ἔχετε αἰώνιον, καὶ ἵνα πιστεύητε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

14 Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ παῤῥησία ἣν ἔχομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἐάν τι αἰτώμεθα κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀκούει ἡμῶν.

15 Καὶ ἐὰν οἴδαμεν ὅτι ἀκούει ἡμῶν, ὃ ἂν αἰτώμεθα, οἴδαμεν ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα ἃ ᾐτήκαμεν παρ᾽ αὐτοῦ.

16 Ἐάν τις ἴδῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον, αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ ζωὴν, τοῖς ἁμαρ-

13 Hæc scripsi vobis qui creditis in nomen Filij Dei: vt sciatis vos vitam æternam habere, & vt credatis in nomen Filij Dei.

14 14 Et hæc est fiducia quam apud Deum habemus, ‖ ipsum, siquid petierimus secundum voluntatem eius, nos audire.

15 Quòd si scimus eum audire nos, quicquid petierimus, scimus nos habere petitiones quas ab eo petiimus.

16 15 Siquis viderit fratrem suũ peccare peccato *quod* nõ *est* ad mortẽ, petet, & dabit ei vitam:

13 *Hæc scripsi vobis, vt sciatis quoniã vitam habetis æternam qui creditis in nomine Filij Dei.*

14 *Et hæc est fiducia quam habemus ad eum, quia quodcunque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos.*

15 *Et si scimus quia audit nos, quicquid petierimus, scimus quoniam habemus petitiones quas postulauimus ab eo.*

16 *Qui scit fratrem suum peccar. peccatum non ad mortem, petet, & dabit*

13 Epilogus epistolæ, in quo primùm ostendit hac doctrina etiam ipsos egere qui iam credunt, vt magis ac magis in fide crescant: id est, vt quotidie de sua in Christo per fidẽ salute fiant certiores. Suprà, 3. 22
14 Quoniam quod speramus nondum reipsa obtinemus, inuocationem cum fide connectit Apostolus, quã vult ex fide proficisci, deinde ita concipi, vt nihil diuinæ voluntati non consentaneum petatur: cuiusmodi preces vanæ esse non possunt. 15 Preces non tantùm pro nobis ipsis, sed etiam pro fratribus peccantibus sunt concipiendæ, ne sint eis mortifera ipsorum peccata: additur tamen exceptio, peccati illius quod nunquam remittitur, siue peccati in Spiritum sanctum, id est vniuersalis, & ex animo proficiscentis apostasiæ à cognita Euangelij veritate, sicut in annotationibus pluribus exposuimus.

---

13 *In nomen*, &c. εἰς τὸ ὄνομα. Vide suprà, 3. 23.
¶ *Et vt credatis*, καὶ ἵνα πιστεύητε. Vulgata, *Qui creditis*, οἱ πιστεύοντες, multo planiore sententia. quod legit etiam Syrus interpres, & extat in vno codice manusc. Sed iidem priore loco nõ habent, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Idẽ autẽ valet, vt credatis, atq; vt credere pergatis, & side crescatis.

16 *Siquis*. Quàm multa, quàm pauci! *Siquis*, inquit, Ergo cuiusuis est officium istud: vt quiuis à quouis se moneri ferat. ¶ *Viderit*. Ergo communis est omnium piorum mutua inspectio, sed sincera & prudens. ¶ *Fratrem*. Fundamentum hoc est totius argumenti, siue monitores, siue monitos respiciamus. Ergo non potest istud negligi quin fides simul & charitas violentur. Ergo peccator non est propterea non habendus pro fratre, nec excommunicatus quidem 2. Thess. 3. 15. *Peccare* siue in te, siue in alium, siue in semetipsum. Quòd si pro peccante precari debemus, quantò magis pro illis officio fungentibus precari? Quod autem de precibus dicitur, separari non potest à monitione, cuius regulam præscribit Christus, Matth. 18. 15. Quòd si precandum, quid fiet vindictæ studio inflammatis? ¶ *Peccato*, ἁμαρτίαν. Si volent Sophistæ venialia quæ vocant peccata à mortalibus ex hoc loco distinguere, simul concedant oportet, extra omnem veniæ spem esse quotquot mortali peccato sunt obnoxij, quum pro illis preces concipi nolit Apostolus. Id verò quum nimium sit absurdum, consequitur eam doctrinam & falsam & ineptam esse, ita quidem vt in illorum scholis docetur. Res igitur ita se habet: Peccata omnia hactenus paria sunt, vt vel minima minimi peccati cogitatio mortem æternam millies mereatur: quod ita esse non modò ex innumerabilibus Scripturæ locis apparet, sed ipsa etiam tùm diuinæ naturæ tum peccati consideratio apertè conuincit. Dei infinitam maiestatem quomodo tandem violabis quin infinitæ pœnæ sis obstrictus? Dei infinita illa puritas quomodo tandem vel minimam in peccatore labeculam feret? Peccata sanè alia aliis sunt grauiora: sed fallitur qui coram Deo vllum esse existimat quod æternæ iræ pondus secum non trahat. Hoc qui non cogitat, Deum illum verum non cogitant, sed idolum imaginatur quod illos eludit. Hinc fit vt illis persuaderi non possit originalis peccati grauitas, vtpote quum ipsi valint leuicula aquæ aspersione ablui, ex opere operato, quod aiunt. Hinc inuectæ satisfactiones, quasi Deus, puerulorum instar, pomis ac nucibus placari possit. Hinc videntur crudeles qui totam hominis non regenerati naturam iam inde à primo conceptu ream æternæ mortis peragunt: & qui pro minimis (vt vocant) peccatis commouentur: quum potius mirari oportuerit tantam esse Dei bonitatem vt vel ob vnum vnius peccatum, totum orbem terrarum funditus millies nõ perdiderit. Misericors est, fateor: (imò ipsa clementia, bonitas, misericordia: alioquin quid nobis fieret?) sed quisquis putat Deum ita esse misericordem vt possit venialiter (vt aiunt) offendi, ita, inquam, esse misericordem vt iustitiæ suæ ad vltimum vsque quadrantem satisfieri nolit, idolum amplectitur pro Deo. Patet, fateor, nobis ad Dei gratiam aditus siquando peccauimus, sed per Christum. Huius sanguinem & plenam satisfactionẽ, plenam iustitiam, plenam sanctitatem, plenam obedientiam qui non attulerit frustra veniam sperarit. Vbi igitur misericordia, dices? Respice te, miserrimum intelliges quomodo summè seuerus & summè misericors sit Deus. Quod nonnisi pleno sacrificio placatur, nonnisi plena obedientia delectatur, in eo verè diuinam naturam agnoscis, ab omni impuritate summè (sicuti par est) abhorrentem: quòd tibi Christus & tu Christo ab æterno destinatus, quòd gratis vocatus, gratis donatus fide, gratis illa Christi vnigeniti Filij puritate imputata, pro puro: gratis vnica illius oblatione imputata, pro expiato: gratis imputata illius iustitia, pro iusto sis habitus: gratis denum illi insitus: mortificatus quidem peccato, iustitiæ verò sis viuificatus: quod denique peccata suapte natura lethalia non modò tibi non noceant, sed etiam tuo commodo cedãt: in his planè stupidus es si summam, immensam, infinitam, incomprehensibilem Dei bonitatem non agnoscis. Ergo sic statuamus, omnia per se lethalia esse peccata, adeo quidem vt nonnisi vnius Christi pretiosa oblatione elui possint, elui autem in iis omnibus qui per fidem Christum apprehendunt. Ex hoc consequitur, nulla electis mortalia, nulla reprobis venialia esse peccata: ac proinde pro reproborum peccatis minimè concipiendas esse preces. At quomodo reprobos ab electis dignoscam? Videamus quam considerate & circunspectè nobis sit agendũ. Multa sunt peccata electis & reprobis communia: imo verò (si vnum duntaxat excipias) nullum est cui non sint vterique, quanuis non simili ratione, obnoxij. Ex his igitur non vult iudicium fieri Apostolus, sed monet in genere vt pro quouis fratre sollicitè rogemus. Nostrum hoc officiũ est: Deo arcana sua relinquamus. Sed additur exceptio: ex qua intelligimus aliquod esse peccati genus [illegible] vt sine vlla [illegible] mors æterna illud [illegible], videlicet quod in Spiritum sanctum committitur, quod neque in præsenti, neque in futuro seculo remittitur. At quodnam illud est? [illegible] verò non pigebit (quod multis locis feci) [illegible] interpretis sententiam plenam & doctrinæ & [illegible], paulo plenius explicare. Augustinus libr. de Trinit. [illegible] de Spiritus sancti persona illud intelligens, & expendens Christi verba Matt. 12. 32. vbi filius hominis cum Spiritu sancto [illegible] Christum secundum serui formam esse Spiritu sancto minorẽ. Sed vtcunque sit, [illegible] est hoc peccatum dici in Spiritum sanctum committi [illegible] tertia est sacræ triadis persona (non enim maior est Spiritus sancti dignitas quàm vel Patris vel Filij, quũ in his personis nihil impar aut inæquale accipi debeat, neque etiam

offendi [illegible] possit, [illegible] in [illegible] proprie [illegible] Spiritus sanctus [illegible] est qui peculiariter nos illuminat, & in veritatem [illegible] introducit [illegible] ad Patrem & Filium [illegible] patefacit. [illegible] qui ab eo hactenus illustratus [illegible] veritatem ignorare ne si velit quidem possit, & tamen [illegible] malitia sciens ac prudens ipsi Deo bellum indicit, is in Spiritum sanctum peccare dicitur: pro quo precem concipi non oporteat. Exempli gratia: Diabolus à Dei conditoris virtute (quæ Spiritus sanctus est) hoc adeptus vt insigni quadam intelligentiæ facultate præditus esset, Iesum nouit verum illum esse Messiam, à quo tandem etiam sit iudicandus. Id enim ipse passim in Euãgelio non dicit modò sed etiam vociferatur: & in [illegible] in quibus solebat, miseros homines suis oraculis eludere, sæpe hoc est conquestus vt passim apud idoneos scriptores legitur. Nouit etiã fideles Dei seruos, vt testatur Act. cap. 16. vers. 17. & 19. 15. & tamen à condito mundo non destitit Dei maiestatem & regnum totis viribus sciens ac prudens oppugnare. In hominibus diuersum est nonnihil. Nam in iis magna semper est cæcitas, sed ita tamen vt in iis de quibus hîc agimus improbitas longissimè supra cæcitatem emineat. Exempli gratia, sumantur illi ipsi aduersum quos Dominus de hoc peccati genere disseruit, Matt. 12. Mar. 3. & Luc. 12. Illi certè Christum norant non modò esse à Deo, vt Io. 3. 2. sed etiam quis esset, Ioa. 7. 28. & tamen (quod illis exprobrat Stephanus Act. 7. 51) non desinebant scientes ac prudentes, repugnante conscientia, operibus illius diuinis detrahere, insidiari, veritatem obscurare, donec illum ex proditore mercati, per inuidiam, subornatis testibus, reluctante ipso iudice, crucifixum, corruptis pecunia militibus, non resurrexisse mentirentur. De certis hominibus loquor, quorum nomina non edit Scriptura, nam multos ex illis alios simpliciore ignorantia peccasse ostendit ipsorum conuersio, Act. 3. 17. & 1. Timoth. 1. 13. Hic igitur tanquam in speculo licet horrendam huius peccati veluti faciem spectare, quod tamen rursum per partes explicabimus, vt in re tanti momenti securæ sint sanctorum conscientiæ. Ex his igitur quæ posuimus, ista consequuntur. Primùm, in eos solos cadere hoc peccatum quibus Spiritus sancti lux ita affulserit vt bonum Dei donum gustarint, sicut diximus Hebr. 6. Ideo condonata est Paulo blasphemia, 1. Tim. 1. vers. 13. Deinde, non secundam sed primam Tabulam directè respicere hoc peccatum: quamobrem etiam blasphemia in Spiritum sanctum vocatur. Tertiò, nõ esse particularem lapsum aduersus primam Tabulam, cuiusmodi sunt etiam, dubitatio aliqua de Deo, de veritate Scripturæ, de Christo, déque aliis ad Dei cultum propriè pertinentibus. Supersunt enim eorum vitiorum semina etiam in regeneratis: adeò vt interdum horrificos fructus edãt in ipso tẽtationis æstu: sicut in Iobo, in Mose, Aarone, in Dauide denique, qui tamen erat secundum cor [illegible] Psalm. 73. & 116. 11. liquidò apparet. Quartò, peccatum hoc vniuersalem esse apostasiam, id est, defectionẽ à Deo, qua Dei ipsius cogniti maiestas ex certa ac destinata malitia petitur, cuiusmodi in illis exemplis apparet quæ diximus. Itaque Petri abnegatio non fuit peccatum in Spiritum sanctum. Quanuis enim ore Christum se nosse negaret, & quidem cum execratione, addo etiam, quanuis intus [illegible] ipsius conscientia, dum Christum ita [illegible] tamen non consentiebat mentis iudicium cum lingua [illegible] partim illa præcipitatio [illegible] in vtranque partem (vt solent [illegible] blandiri) partim verò [illegible] tamen Spiritus ille [illegible] Christum esse Filium Dei viui, & ita quidẽ vt [illegible] præcepto suo [illegible] non eò fere [illegible] lapidissimis [illegible] lingua [illegible] fides illa, pro qua [illegible] erat extincta, [illegible] Iudæis, [illegible] deceptum [illegible] foret, denique se ostenderet [illegible] Petrum, sed Simonem, illum esse Ionæ filium [illegible] præcipuum, & nulli magis

quàm sibi hoc faciens [illegible] ipsi sit omnibus modis [illegible]. Neque verò [illegible] vt Petri peccatum [illegible], quod sanè mortem [illegible] mille modis mere [illegible], Petri [illegible] infirmitate peccarint, (nihil autem videtur, vno excepto Spiritus sancti peccato, [illegible] committi quoque posse) animũ tamen non abiiciant, [illegible] aliquem sibi ad salutem aditum relictum norint: si modò Petri fidem ac resipiscentiam imitentur. Quintò, nullos electos huic peccato esse obnoxios. Quum enim nunquam remittatur, non possit autem irritum esse Dei consilium, efficitur ita prospicere Dei gratiam electis suis vt nunquam eousque illos deserat vt in id præcipitium abripiantur. Itaque quisquis certum electionis testimonium in sese sensit, (dictũ est autem suprà de tribus testibus quos in sese habent quicunque verè credunt) non est quod vnquã desperet. Interim verò num hoc prætextu sese ad quiduis audendũ accendet? Minimè verò id facturus est quicunq; Dei Spiritum habet: sed magis ac magis nitetur bonis operibus in semetipso vocationem & electionem suam confirmare sicuti Petrus monet: quod si in certamine vulnus aliquod acceperit, tamen non despondebit animum, neque cum aduersario fœdus feriet: sed suiipsius ita eum pudebit, vt virtutis illius conscius quam à Domino accepit, eò alacrius in hostem feratur. Sextò, peccatum illud non extare necessariò in omnibus reprobis, quum vel ipsum solum peccatum originis illis meritò condemnandis sufficiat. Omnia enim (vt antè dixi) peccata reprobis lethalia sunt: ipsáque adeò natura illos reddit æternæ iræ Dei obnoxios, sicuti è contrariò, in electis omnia, sine vlla prorsus exceptionẽ, per Christi sanguinem suo tẽpore eluuntur. Vacant enim eo quod vnum est insanabile, vt modò dixi. Septimò, quum vera resipiscentia manet à Dei Spiritu, Spiritũ autem Dei in vno Christo per fidem gratis apprehenso nanciscamur, nunquam posse resipiscere qui in Spiritum sanctum peccarint, ac proinde nunquam remitti hoc peccatum. Nã si resipiscerent, certè veniam consequerentur: quum Deus eum qui seriò resipiscit, non magis possit quàm Spiritum suum despicere. Non est ergo causa cur accusetur Deus tanquam crudelis quòd peccatum hoc non remittat: sed (vt reliquas rationes prætercam) profani sunt qui à Deo petũt vt tam execrandum scelus etiam non resipiscentibus condonet. Postremò, hoc quoq; adiicimus, quum id peccatum magis intus lateat, quàm foris se prodat, nihil æquè nobis cauendum atque hoc vnum ne de quoquam temere hac in parte iudicemus. Olim quidem quum eximia illa Spiritus sancti dona quibus confirmari nascentem Ecclesiam oportuit, in nonnullis vigerent, peculiaris quædam reuelatio videtur id patefecisse: sed rarò tamen, vt Gal. 5. 12. & 2. Tim. 4. 14. quum ipsi Simoni Mago non omnis spes præripiatur, Act. 8. 21. & 22. Nunc verò multò etiam quàm antea consideratius est nobis incedendum. Vitia quidem ipsa acerrimè damnanda sunt: peccatores verò pro ingenij & ipsa peccatorum circunstantia tractandi. Quo propius videbitur ab extremo periculo quispiam abesse, eo magis solicitè conemur omnibus modis illum in viam reuocare, ac præsertim precibus illum Domino commendemus. Siquem tamen Dominus tanquam digito nobis commonstrarit ad mortẽ peccare (quod tamen sibi plerunque integrum seruare cõsueuit) quid nobis faciendum sit apertè docet Apostolus, & significauit etiam Dominus Samueli cum graui reprehensione, 1. Sam. 16. 1. ¶ *Petet*, αἰτήσει. Præcisum dicendi genus. Perinde enim est acsi diceret, Petet à Domino vt illi condonet: qui rogatus dabit illi vitam. Neque enim nisi coacta interpretatione verbum δώσει potest ad alium quàm ad ipsum Deum referri. Deinde notandum est quòd non dixit, Dabit ei veniam, sed Dabit ei vitam. Ita enim intelligimus, quòd peccatum aliquod non sit mortiferum, id non ex ipsa peccati natura (alioqui enim admodum impropriè loquutus esset Apostolus) sed ex Domini benignitate proficisci, qui dare vitam dicitur quum gratis remittit peccata quæ mortem per se adferunt. Stipendium enim peccati, mors: donum autem Dei, vita æterna per Christum, Rom. 6. 23. Syrus interpr. & Latinus vetus in multis exemplaribus legerunt, αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ ζωὴν, *petat & dabitur ei vita*, quod multò planius est.

[illegible]

peccantibus *dico* non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget.

[illegible] vitam peccantibus non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis.

¶ *[illegible]* [illegible] quum dixisset [illegible] ἀδελφὸν numero singulari, nunc transit ad pluralem. Est igitur Fratris nomen collectiuè accipiendum.

17 Πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστί· καὶ ἔστιν ἁμαρτία οὐ πρὸς θάνατον.

18 Οἴδαμεν ὅτι πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὐχ ἁμαρτάνει· ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ, τηρεῖ ἑαυτὸν, καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ.

19 Οἴδαμεν ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμεν, καὶ ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται.

20 Οἴδαμεν δὲ ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινόν· καὶ ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιος.

21 Τεκνία, φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων. ἀμήν.

16 ‖Omnis iniustitia peccatum est: sed est peccatum quod non est ad mortem.

17 Scimus quòd quisquis natus est ex Deo, non peccat: sed qui genitus est ex Deo, conseruat seipsum, & Malignus ille non attingit eum.

18 Scimus nos ex Deo esse, & mũdũ totũ in illo malo iacere.

Sed scimus Filium Dei venisse, & ‖ dedisse nobis mentem vt cognoscamus verum illum & sumus in vero illo, *id est* in eius Filio Iesu Christo, hic est verus ille Deus, & vita illa æterna.

19 Filioli, cauete vobis ab idolis Amen.

17 *Omnis iniquitas peccatum est: & est peccatum non ad mortem.*

18 *Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & Malignus non tangit eum.*

19 *Scimus quoniam ex Deo sumus, & mũdus totus in maligno positus est,*

20 *Et scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius Hic est verus Deus, & vita æterna.*

21 *Filioli, custodite vos à simulacris. Amen.*

Matt. 12. 31 marc 3 29

16 Occupatio, Omnem quidem iniquitatem nomine peccati comprehendi, sed non idcircò desperandum, quoniam non omne peccatum est lethale, & extra spẽ remedij.

Luc. 24. 45

17 Ratio cur non omne, imò etiam cur nullum peccatum sit quibusdam lethale: quia nimirùm ex Deo sunt nati, id est facti filij Dei in Christo: cuius Spiritu donati non seruiunt peccato, neque à Satana lethaliter vulnerantur. 18 Vnumquenque oportet vniuersales promissiones sibi peculiariter applicare, vt certò nobis persuadeamus, nos (quum totus mundus sit natura perditus) gratis factos esse Dei filios, misso ad nos Filio ipsius Iesu Christo, à quo illustrati sumus vera Dei & vitæ æternæ notitia. 19 Disertè exprimit præceptum de cauendis idolis: quæ vbi vero Deo opponit, vt hoc veluti sigillo totam superiorem doctrinam obsignet.

17 *Sed est*, καὶ ἔστιν· καὶ pro ἀλλὰ, vt aliquoties in hac epistola annotauimus. Vide annotationem superiorem.

18 *Non peccat*, οὐχ ἁμαρτάνει. Non peccat videlicet ad mortem, ac proinde pro eo rogandum est. vel sicut peculiariter vocantur in his libris ἁμαρτωλοὶ, non quicunque peccant: sic enim nullum esset inter Sanctos & illos discrimen, sed qui veluti artem peccandi exercent: ita Non peccare idem est ac peccato non seruire, Rom. 6. 6. ¶ *Qui genitus est ex Deo*, ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ. Vulg. legit eodem manente sensu, ἡ γέννησις τοῦ Θεοῦ τηρεῖ αὐτὸν, *Generatio Dei seruat eum.* ¶ *Conseruat seipsum*, τηρεῖ ἑαυτόν. Id est, cauet sibi à peccato. Neque enim vtitur verbo σώζειν sed τηρεῖν, quę nõ minus differunt apud Græcos quàm apud Gallos *se garder* & *se sauuer*. Inepti sunt igitur ac etiam ridiculi, qui hunc locum citãt quasi à libero arbitrio & bonis operibus salus, vt à causa, pendeat. Sed demus scriptum esse σώζει, (quia sic loquitur Paulus 1. Tim. 4. 16) dico Seruare seipsum, & purificare seipsum, esse prorsus coniuncta, vt suprà cap 3. ver. 3. Purificare autem seipsum dicitur qui Deum & fratrem diligit. Deum diligimus & fratres quia Deus prior nos dilexit, suprà, 4. 19. Iustificati sunt autem in quibus Deus amorem suum patefecit in Christo. Ergo ista purificatio iustificatũ sequitur, non autem præcedit iustificandum: éstque hæc sanctificatio non causa salutis sed iter quod sequuntur qui iam ex morte translati sunt ad vitã, sup. 3. 14. Agimus tamẽ, fateor, sed quia filij sumus, agimus, inquam, non naturali arbitrio, quod adiuuet Gratia: sed arbitrio quod gratia ex peccati corruptione, cui totum seruiebat, manumissum, cœpit ex malo bonũ facere, ac quotidie magis ac magis perficit.

¶ *Non attingit*, οὐχ ἅπτεται. Non tangit videlicet vulnere lethali. intus enim per fidem habet eum qui Mundum, Mortem, Peccatum, Satanam vicit.

19 *Mundum totum in malo iacere*, ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. vel In malo vt significetur mundum omni malo velut sepultum & obrutum iacere: sed propter adiunctũ articulum præstat de Satana & mundo sub ipsius tyrannide oppresso istud interpretari. Est autem grauior hæc phrasis, qua dicitur mundũ iacere in Satana, quasi qui illum deuoratum suis ipsius visceribus circumgestet, quàm si mundũ diceret sub illius tyrannide oppressum. Contra verò simili emphasi credentes dicuntur esse in ipso Christo, & Christus vicissim in eis mysticę videlicet illo [illegible] verè magno mysterio, Eph. 5. 32. & alibi passim.

20 *Illum qui verax est*, τὸν ἀληθινόν. Vel, *verum illum*. Nam ἀληθινὸς & veracem interdum, id est mendacium loquenti & fidem non præstanti interdum fictitio & commentitio oppositũ declarat. Vulg. legit, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ, i. *verum Deum, & simus in vero filio ipsius Iesu Christo*: quomodo etiam hic locus à Basilio in Eunomium lib. 4. & Cyrillo De Trinit. lib. 3. citatur, eo excepto quòd legunt ἐσμὲν sumus. Sed & in quibusdam veteris editionis Latinis codicibus hæc omnia adduntur, *Et induit carnem pro nobis, & mortuus est pro nobis, & resurrexit à mortuis & assumpsit nos.* ¶ *Hic*, οὗτος. Postulat pronominis istius propria significatio, vt ad Christum hoc referatur. Deinde peculiare vbique est Ioanni per vitam æternam Christum significare μετωνυμικῶς. Continet igitur etiam hic locus expressum diuinitatis Christi testimonium.

21 *Ab idolis*, ἀπὸ τῶν εἰδώλων. Id est à simulacris, vt Vetus interpres & Erasmus rectè conuerterunt, vt ipsis etiam pueris in Græca lingua vel minimum versatis abundè notum est. Non desunt tamẽ etiamnum hodie qui idolorum nomine ea duntaxat simulacra significari putent quæ Pagani suis fictitiis diis statuerunt: quasi verò simulacra quæ nonnulli hodie tam pertinaciter defendunt, non ea etiam ratione magis sint execranda, quòd Dei nomen & sanctorũ honorem multò manifestius polluant. quasi denique non & ipsi fictitios suos sanctos habeant. Sed age, quando ipsis semel decretum est reiicere quicquid à nobis dicitur, audiant saltem Hieronymum, cui se tantum tribuere gloriãtur. Is enim Epiphanij illius acerrimi hæreticorum hostis epistolam, ad Ioannem episcopum Hierosolymitanũ scriptam tanti fecit, vt è Græco etiam in Latinũ conuerterit: in qua hæc scripta sunt totidem verbis, *Quum venissem ad villam quæ Anablatha dicitur, vidissémque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogassem quis locus esset, didicissémque esse Ecclesiam, & intrassem vt orarem: inueni ibi velum pendens in foribus eiusdem Ecclesiæ, tinctum atque depictum, habens imaginẽ* QVASI CHRISTI VEL SANCTI CVIVSDAM. *non enim satis memini cuius imago fuerit. Quum ergo hoc vidissem* IN ECCLESIA CHRISTI, CONTRA AVTHORITATEM SCRIPTVRARVM, *hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, vt pauperem mortuum eo obuoluerent, & efferrent.* Et paulo pòst, addit, *Præcor vt iubeas presbyteros eiusdem loci deinceps præcipere, in Ecclesia Christi eiusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appendi.* Hæc scripsit Ephanius, ista comprobauit Hieronymus. Citatur authoritas Scripturarum, profertur consuetudo Ecclesiæ. Quo igitur iure hæretici illi appellentur, qui cum Ioanne monent cauendum à simulacris? Syrus pro Idolis substituit Idololatriam, sensu aliquantulum, vt mihi quidem videtur, [illegible]. Etsi enim propter Idololatriam prohibetur imaginum vsus in Ecclesia: tamen non temere Dominus non tantùm coli prohibuit, sed etiam fieri, siue in sacris locis haberi vetuit: admonens videlicet non posse idola vbi Deus colitur collocari, quin mox inuadat hominum animos quædam religionis species, vnde mox in apertam idololatriam sit præceps lapsus, quod experientia tristissima comprobauit.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ δευτέρα.

EPISTOLA IOANNIS APOSTOLI secunda.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α.

ΟΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ ἐκλεκτῇ κυρίᾳ, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς, οὓς ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐγνωκότες τὴν ἀλήθειαν·

Διὰ τὴν ἀλήθειαν τὴν μένουσαν ἐν ἡμῖν, καὶ μεθ' ἡμῶν ἔσαι εἰς τὸν αἰῶνα.

Ἔσαι μεθ' ὑμῶν χάρις, ἔλεος, εἰρήνη παρὰ Θεοῦ πατρὸς, καὶ παρὰ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς, ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ.

Ἐχάρην λίαν ὅτι εὕρηκα ἐκ τῶν τέκνων σου περιπατοῦντας ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς ἐντολὴν ἐλάβομεν παρὰ τοῦ πατρός.

CAP. I.

1 PRESBYTER electæ dominæ, & liberis eius, quos ego verè diligo, nec ego solus, sed & omnes qui norunt veritatem:

2 Propter veritatem quæ habitat in nobis, & nobiscum erit in æternum.

3 Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à Domino Iesu Christo Filio Patris, cum veritate & charitate.

4 2 Gauisus sum valde quòd inuenerim ex filiis tuis qui syncerè ambulent, sicut mandatum accepimus à Patre.

CAPVT I.

1 *SENIOR electæ dominæ, & natis eius quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatem:*

2 *Propter veritatem quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum.*

3 *Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à Christo Iesu Filio Patris, in veritate & charitate.*

4 *Gauisus sum valde quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatū accepimus à Patre.*

1 Christianæ coniunctionis vinculum est vera & constās veritatis professio.

2 Vera hæc professio posita est tum in mutua charitate quā mandauit Dominus: tum verò maximè in sana doctrina, quæ & ipsa nobis tradita est. Est enim mandatum Dei, solidum & regulæ morum & dogmatum fundamētum, & ista sunt inter se inseparabilia.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 *Presbyter*, ὁ πρεσβύτερος. Vulg. & Eras. *Senior*. Ego officij nomen esse putarim. Est enim interdum generalissimum hoc nomen, vt etiam Episcopi & Diaconi. Cur autem nomen suum non adscripserit, non facilè dixerim: nisi quòd videtur hoc fuisse Ioanni familiare, cuius etiam prima epist. est ἀνεπίγραφος. Sunt tamen qui putent hoc nomine alium quendam Ioannem significari, qui presbyter fuerit vulgò cognominatus, à quo etiam nonnulli editam Apocalypsin putant, vt narrat Euseb. Ecclesiast. hist. lib. 3. c. 39. Ego putarim familiarē esse epistolā ab Apostolo ipso Ioanne scriptā. Nā, quòd ad doctrinā ipsam attinet, valde pia & sancta est, atque adeo cum superiore prorsus consentiens. Phrasis autem Hebraismis scatet, & germanū Ioannis stylum prorsus refert, quantum quidē possumus iudicare. ¶ *Electa domina*, ἐκλεκτῇ κυρίᾳ. Nonnulli Electę nomen propriū esse volunt: quod non probo. Dicendum enim fuisset κυρίᾳ Ἐκλεκτῇ, dominæ Electæ. Alij hoc nomine volunt Ecclesiā Christianam in genere significari. Quibus repugnat primùm quòd hoc dicendi genus sit prorsus inusitatū, deinde quòd in extremis duob. vers. disertè pollicetur se ad eam & filios ipsius venturū additque filiorum sororis salutem: quam & ipsam electam vocat. Puto igitur inscriptā esse epist. præstanti alicui fœminæ, quales nonnullæ Ecclesias suis opibus passim sustentabant: & electam quidē illam vocari, i. הנבחרה [*hanibcharah*,] eximiam, addita dominæ appellatione, ex Heb. more, apud quos etiam mulier גבירה [*gebirah*] præstantis alicuius dignitatis ratione dicitur: quo modo & nos hodie in vernaculo sermone loquimur, vt Gen. 16. 4. 8. & 9. sicut Lucas Theophilum, & Paulus Festum κράτιστον, i. potentissimum vel præstantissimum, cōpellant. Neque enim ab eiusmodi honestis titulis Christiana religio abhorret, quatenus quidem iustum ac fas est. Perinde est igitur acsi scriptū esset, Eximiæ ac præstanti dignitate Dominæ. At enim cur nomen proprium non addidit? nempe satis inter se noti ac familiares erāt: quamobrem etiam ne nomen quidē suum exprimendum putauit. ¶ *Quos*, οὓς. Hoc pertinet tum ad matrem tum ad liberos. Habita est autē ratio sententiæ potius quàm verborū: perinde nimirū acsi præcessisset τῷ γένει. Sic apud Græcos interdum reperias τέκνον φίλε. Item apud Anacreontem, βρέφος, φέρων τὰ τόξον, vbi tamen Henricus Stephanus noster legendū notat βρέφος, φέρον δὲ τόξον. cui facilè assentior, quòd præcedat φίλ. Hebræis autem æquè familiare est relatiua ad sensum quàm ad verba ipsa referre. ¶ *Verè*, ἐν ἀληθείᾳ. Heb. באמת [*beemeth*,] Vulg. & Erasm. ad verbum, *In veritate*. ¶ *Veritatem*, τὴν ἀλήθειαν. i. Christum, vel Euangeliū, quæ phrasis sæpe, apud Ioannem præsertim, occurrit. Idem etiam eiusmodi vnius verbi geminatione gaudet: sicut singulis penè paginis licet obseruare, tum in Euangelio, tum in epistola superiore.

3 *Sit vobiscum*, ἔσαι μεθ' ὑμῶν. Vet. interpr. videtur legisse ἔστω quod est conuenientius, & in salutationibus Pauli reticeri ex communi vsu consueuit, vt fortassis in albo libri annotatum postea in contextum irrepserit, & in superiore vers. pro ἔστω scriptum fuerit ἔσαι, quanuis apud Heb. futurū pro Imperandi præsenti sæpe vsurpetur, vt ex præceptis Legis apparet. In Græcis autem scholiis pro μεθ' ὑμῶν, vobiscum, scribitur μεθ' ἡμῶν, nobiscum, vt sit superioris extremæ sententiæ repetitio: ac si dicas, Erit (inquam) nobiscū gratia, &c. Sed præstat receptam veterem Latinam interpretationem retinere, quanuis Græci codices summo consensu legant ἔσαι. ¶ *Misericordia*, ἔλεος. Vide 1. Tim. 1. 2. ¶ *Cum veritate*, ἐν ἀληθείᾳ. Id est, cum vera cognitione quam charitas comitetur. ἀλήθειαν igitur vocat quam Paulus sæpe ἐπίγνωσιν, id est agnitionem, appellat.

4 *Qui incedant*, περιπατοῦντας, sub. τινάς. ¶ *Sincerè*, ἐν ἀληθείᾳ. Id est, vt veritas præscribit.

5 *Scribens*,

Καὶ νῦν ἐρωτῶ σε, κυρία, οὐχ ὡς ἐντολὴν γράφων σοι καινὴν, ἀλλὰ ἣν εἴχομεν ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους.

Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ἵνα περιπατῶμεν κατὰ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ, καθὼς ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἐν αὐτῇ περιπατῆτε.

Ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες Ἰησοῦν Χριστὸν ἐρχόμενον ἐν σαρκί. οὗτός ἐστιν ὁ πλάνος καὶ ὁ ἀντίχριστος.

Βλέπετε ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα, ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν.

Πᾶς ὁ παραβαίνων, καὶ μὴ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, Θεὸν οὐκ ἔχει. ὁ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, οὗτος καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ἔχει.

Εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε.

Ὁ γὰρ λέγων αὐτῷ χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ τοῖς πονηροῖς.

Πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράφειν, οὐκ ἠβουλήθην διὰ χάρτου καὶ μέλανος· ἀλλὰ ἐλπίζω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ σόμα πρὸς σόμα λαλῆσαι, ἵνα ἡ χαρὰ ἡμῶν ᾖ πεπληρωμένη.

Ἀσπάζεταί σε τὰ τέκνα τῆς ἀδελφῆς σου ἐκλεκτῆς. ἀμήν.

5 Et nunc rogo te domina, non vt præceptum nouum scribens tibi, sed quod habuimus à principio, vt diligamus alij alios.

6 Hæc autem est charitas, vt ambulemus secundùm præcepta ipsius. Hoc est præceptum illud sicut audistis à principio, vt in eo ambuletis.

7 3 Nam multi impostores ingressi sunt in mundum, qui non profitentur Iesum Christū venisse in carne. Hic ille est impostor & Antichristus.

8 4 Respicite vos ipsos, ne perdamus quæ egimus, sed vt mercedem plenam recipiamus.

9 Quisquis transgreditur, nec permanet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina Christi, hic & Patrem & Filium habet.

10 5 Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, ne recipite eum domum, nec Aue ei dicite.

11 Qui enim dicit ei Aue, communicat operibus eius malis.

12 Quum multa haberem vobis scribenda, nolui per chartam & atramentum: sed spero *me* venturum ad vos, & præsentem præsentibes loquuturum, vt gaudium nostrum sit completum.

13 Salutant te filij sororis tuæ electæ. Amen.

5 *Et nunc rogo te, domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrū.*

6 *Et hæc est charitas, vt ambulemus secundū mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis.*

7 *Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem. hic est seductor & Antichristus.*

8 *Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis.*

9 *Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina, Christi, hic & Patrem & Filium habet.*

10 *Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis.*

11 *Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.*

12 *Plura habēs vobis scribere, nolui per chartam & atramentum: spero enim me futurum ad vos, & os ad os loqui, vt gaudium nostrum plenum sit.*

13 *Salutant te filij sororis tuæ electæ. Amen.*

Ioh. 15. 12

3 Antichristi personam & officium Christi oppugnantes, iam in Ecclesiam temporibus Apostolorum irrepserant.

4 Omnia amittit qui facit doctrinæ iacturam.

5 Cum peruersæ doctrinæ deffensoribus commercium nobis esse non debet. Rom. 16. 17

5 *Scribens*, γράφων. Sic lego, consentientibus cum Vet. interpr. codic. vetustis, & Græcis etiam scholiis Erasm. *Scribo* γράφω. ¶ *A principio*, ἀπ' ἀρχῆς. Vide 1. Ioh. 2. 7. & 8, vbi habetur hæc eadem sententia. Sensus est igitur eam demū doctrinam quam initio, ab ipsis videlicet Apostolis, audierāt, veram ac germanam esse, & idcirco ipsis annuntiatam vt ex eius præscripto vitam instituant. Hinc illud Tertull. *Quod primum, verum.*

6 *A principio*, ἀπ' ἀρχῆς. Vide rursus 1. Ioh. 2. 24. vbi hæc quoque scripta sunt. Cur autem hæc exscripsisset aliquis alius? nempe vt Ioannis nomen ementiretur. At quorsum hóc in tam breui epistolio vnde nulla amplitudo nominis possit accedere, & vbi nihil est sanè quod piū ac sanctum non sit? Malui verò particulam ἵνα vt in superiore versiculo collocare post ἀπ' ἀρχῆς quàm post ἠκούσατε cum vetere interprete: siue per traiectionem, siue quod ita scriptum in Græcis inuenerit, vt & nos in manuscr. nostris. Deinde ex Hebræorum more omissa est particula οὕτως, ita, in similitudinis ἀποδόσει.

7 *Nam*, ὅτι. Non est hæc particula αἰτιολογικὴ propriè, sed occurrit tacitæ obiectioni, acsi diceret, Hoc autem non temerè à vobis postulo. Nam multi impostores, &c. Vide 1. Ioan. 2. 22. & 4. 3. ¶ *Impostores*, πλάνοι. Sic dicti sunt insignes agyrtæ & alij eiusmodi, vsque adeò ad fallendum exercitati, vt videntes etiam & attentè spectantes fallāt. Tales certè fuerunt quos Δοκητὰς postea vocarunt, qui videtur à Marcione non cœpisse. Vide Matt. 27. 63. ¶ *Venisse*, ἐρχόμενον. Sic rectè Vetus interpres, est enim hoc participium non modò τοῦ ἐνεστῶτος sed etiam τοῦ παρῳχημένου, qui quidem infinitis locis pro aoristo vsurpatur. Sic in proxima epist. 3. ἐρχομένων pro ἐλθόντων ponitur. Eras. *Venturum*, ita videlicet vt ad futurum iudicium referatur quam formulā dicendi non puto vsquam extare, quum potius dicatur venturus ἐν δόξῃ, id est, cum gloria. ¶ *Hic ille est*, οὗτός ἐστιν. Hebr. הוא [*hu*,] pro πλάνος. Est autem in mutatione numeri aliqua etiā emphasis: acsi diceret, Quicunque hoc negat, is planè impostor est ac Antichristus. Nec temerè scriptū est adiunctis articulis ὁ πλάνος καὶ ὁ ἀντίχριστος, non vt certa quæpiā singularis persona significetur, vt somniarunt nonnulli. (nam si ita esset, iampridem Antichristus [illegible]) sed vt hoc impostorum & antichristorum [illegible] à cæteris distinguat.

8 *Respicite* [illegible], Hebraicè, התבוננו [*hithbonenu*,] pro [illegible], circumspicite & considerate diligenter. Sic Gallicè dixeris, *Regardez à vous mesmes.* ¶ *Perdamus*, [illegible]. Sic Paulus Galat. 3. 4. Quidam codices, quos sequitur vetus interpres, hæc tria legunt in secunda persona plurali. Ne perdatis quæ egistis, & recipiatis: quod etiam meliùs quadrat [illegible].

9 *Nec permanet*, [illegible]. Duo diuersæ constructionis verba coniuncta, Hebræorum more. [illegible] autem notæ est significationis pro Transgredi, id est violare Dei mādata, quæ dicuntur Viæ Domini. Vulg. vti maluit verbo Recedendi, pro quo vitiosè in nonnullis codicibus scribitur, *Præcedit*. & illo sensu veteres Iulianum vocarunt [illegible] pro [illegible] verò ponitur pro [illegible], vt 2. Petr. 3. 4. ¶ *Qui permanet*, [illegible]. Explicatio superioris dicti ex contrarij collatione: quod dicendi genus singulis penè versiculis apud Ioannem occurrit.

12 *Quum multa*, [illegible], &c. In vet. nonnullis cod. Latinis hæc præcedunt, *Ecce prædixi vobis, ne in die Domini confundamini*: quæ in nullis Græcis inueni. ¶ *Præsentem præsentibus*, σόμα πρὸς σόμα. Vulgata ad verbum, *Os ad os*. Paulus 1. Cor. 13. 12. πρόσωπον πρὸς πρόσωπον dixit, id est, vt Hebræi dicunt, פה אל פה [*peh el peh*.]

13 *Electa*, ἐκλεκτῆς. Id est, eximiæ, vt diximus suprà, vers. 1.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ τρίτη.

EPISTOLA IOANNIS APOSTOLI tertia.

NOVA INTERPR. VETVS.

1 Exemplum Christianæ gratulationis.

1 ΟΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, ὃν ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ.
2 Ἀγαπητὲ, περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή.
3 Ἐχάρην γὰρ λίαν ἐρχομένων ἀδελφῶν, καὶ μαρτυρούντων σου τῇ ἀληθείᾳ, καθὼς σὺ ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖς.
4 Μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔχω χαρὰν, ἵνα ἀκούω τὰ ἐμὰ τέκνα ἐν ἀληθείᾳ περιπατοῦντα.
5 Ἀγαπητὲ, πιστὸν ποιεῖς ὃ ἐὰν ἐργάσῃ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ εἰς τοὺς ξένους,
6 Οἳ ἐμαρτύρησάν σου τῇ ἀγάπῃ ἐνώπιον ἐκκλησίας· οὓς καλῶς ποιήσεις προπέμψας ἀξίως τοῦ Θεοῦ.

1 PRESBYTER Gaio dilecto, quē ego verè diligo.
2 Dilecte, in primis opto vt prosperè agas & valeas, sicut prosperè agit anima tua.
3 Gauisus sum enim valde quū venirent fratres, & testificarentur sinceritatem tuam, prout tu sincerè ambulas.
4 Maius istis gaudiū non habeo, quum *videlicet* audio filios meos syncerè ambulare.
5 Dilecte, fideliter agis quicquid facis erga fratres & erga peregrinos,
6 Qui testimonio suo commendarunt charitatem tuam in conspectu Ecclesiæ: quos rectè facies si prosequutus fueris Deo conuenienter.

1 *SENIOR Gaio charissimo, quem ego diligo in veritate.*
2 *Charissime, de omnibus orationem facio, prosperè te ingredi & valere, sicut prosperè agit anima tua.*
3 *Gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas.*
4 *Maius his non habeo gaudium, quā vt audiam filios meos in veritate ambulare.*
5 *Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos,*
6 *Qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ: quos bene facies deducens dignè Deo.*

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

2 *In primis, περὶ πάντων.* Ad verbum, *Supra omnia.* Ponitur enim περὶ pro ὑπὲρ, vt in illo Homeri vers. ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων. Sensus est igitur, Opto in primis vt sicut animo rectè habes, ita etiam prosperè agas & valeas. Erasmus, *De omnibus opto vt prosperè agant & rectè valeant:* omisso pronomine σε, & deprauata Apostoli sentētia. Nam in hac quoque epistola nihil agnosco quod Ioanni Apostolo familiariter ad amicum scribenti non optimè conueniat. De verbo εὐοδοῦσθαι diximus 1. Corinth. cap. 16. vers. 2.

3 *Quum venirent, ἐρχομένων.* Id est, ἐλθόντων, vt in superiore epistola, versic. 7 ἐρχόμενον pro ἐλθόντα. ¶ *Sinceritatem tuam, σου τῇ ἀληθείᾳ.* Vulgata & Erasmus, *Veritati tuæ.* Ego malui planius loqui. Certum enim est Veritatis nomine, Hebræorum more, significari interdum Vitam integram, & (vt inquit ille) sceleris puram: sicut docuimus Ioan. 3. 21. Neque quisquam est ex Euangelicis scriptoribus, qui Veritatis vocabulo æquè delectetur ac Ioannes, passim illud multiplici significatione inculcans: apud quem etiam hanc traiectionem pronominis sæpe obseruauimus. ¶ *Sincerè, ἐν ἀληθείᾳ.* Vide superiorem epistolam, vers. 4.

4 *Maius, μειζοτέραν.* Nouè, pro μείζω. ¶ *Istis, τούτων.* Istis videlicet gaudiis. Vtitur enim plurali numero, emphaseos caussa, ex Hebræorum more. Sunt tamen qui legant ταύτης, *ista.*

¶ *Quum [videlicet] audio, ἵνα ἀκούω.* Vel hæc vna phrasis Ioanni Apostolo hanc epistolam vendicat. Est enim illi peculiare ἵνα vsurpare pro ὅτι, ex Hebræorum idiotismo, vt annotauimus Ioannis cap. 15. vers. 8. & 13. Similiter etiam præcedente comparatiuo μείζονα. Item apud eundem, capite 16. 2. & 32. Vulgata & Erasmus, *Quàm vt.*

5 *Fideliter agis, πιστὸν ποιεῖς.* Id est, Agis vt fidelem decet. Altera interpretatio quam adfert Erasmus, quasi πιστὸν ποιεῖν significet tutum reddere, siue in tuto collocare, certè est perabsurda. ¶ *Erga peregrinos, εἰς τοὺς ξένους.* Ad verbum, Erga hospites: sed illud planius est. Gaium enim commendat vt φιλόξενον, sine personarum respectu. Vetus interpres, καὶ τοῦτο εἰς τοὺς ξένους, *idque erga peregrinos.* Hoc enim addit magnum pondus sententiæ.

6 *Si prosequutus fueris, προπέμψας.* Vulg. *Deducens.* Erasmus, *Si deduxeris.* quod mihi non videtur satis expressum. Commendat autem Gaio vel eos ipsos quos iam antè exceperat, rursum ad eum redeuntes ad procuranda Ecclesiæ negotia: vel alios quorum eadem erat conditio. ¶ *Deo conuenienter, ἀξίως τοῦ Θεοῦ.* Rectè omnino. Nam (inquit Dominus) qui vos excipit, me excipit. Vulg. & Eras. ad verbum, *Digne Deo.*

7 Excesserunt

7 Ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἐξῆλθον, μηδὲν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν ἐθνῶν.
8 Ἡμεῖς οὖν ὀφείλομεν ἀπολαμβάνειν τοὺς τοιούτους, ἵνα συνεργοὶ γινώμεθα τῇ ἀληθείᾳ.
9 Ἔγραψα τῇ ἐκκλησίᾳ· ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν Διοτρεφὴς οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς.
10 Διὰ τοῦτο, ἐὰν ἔλθω ὑπομνήσω αὐτοῦ τὰ ἔργα ἃ ποιεῖ, λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς· καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς βουλομένους κωλύει, καὶ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλει.
11 Ἀγαπητὲ, μὴ μιμοῦ τὸ κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθόν· ὁ ἀγαθοποιῶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ὁ δὲ κακοποιῶν, οὐχ ἑώρακε τὸν Θεόν.
12 Δημητρίῳ μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων, καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας· καὶ ἡμεῖς δὲ μαρτυροῦμεν· καὶ οἴδατε ὅτι ἡ μαρτυρία ἡμῶν ἀληθής ἐστι.
13 Πολλὰ εἶχον γράφειν, ἀλλ' οὐ θέλω διὰ μέλανος καὶ καλάμου σοι γράψαι.
14 Ἐλπίζω δὲ εὐθέως ἰδεῖν σε, καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλήσομεν.
15 Εἰρήνη σοι. ἀσπάζονταί σε οἱ φίλοι. Ἀσπάζου τοὺς φίλους κατ' ὄνομα.

7 Nam pro nomine eius excesserunt ex Gentibus, nihil accipientes.
8 Nos ergo debemus excipere huiusmodi, vt vnà operam impendamus veritati.
9 a Scripsi Ecclesiæ: sed qui primatum inter eos ambit Diotrephes, non admittit nos.
10 Propterea, si venero, memoriam renouabo ipsius facinorū quæ facit, sermonibus malis garriens in nos: quique etiam his nō cōtentus, neque ipse admittit fratres, & volentes *admittere* prohibet, & ex Ecclesia eiicit.
11 Dilecte, ne imitare quod malum est, sed quod bonum est: qui benè agit, ex Deo est, qui autem malè agit, non vidit Deum.
12 Demetrio testimonium redditum est ab omnibus, & ab ipsa veritate: sed & nos testimonium perhibemus: & nostis testimonium nostrum verum esse.
13 Multa possem scribere, sed nolo per atramentum & calamum tibi scribere.
14 Spero autem fore vt statim te videam, & *tunc* coram loquemur.
15 Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

7 *Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à Gentibus.*
8 *[illegible]*
9 *[illegible]*
10 *[illegible] prohibet, & de Ecclesia eiicit.*
11 *Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. qui bene facit, ex Deo est: qui malè facit, non vidit Deum.*
12 *Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate: & sed nos testimonium perhibemus, & nosti quoniam testimonium nostrum verum.*
13 *Multa habui tibi scribere, sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi.*
14 *Spero autem protinus te videre, & os ad os loquemur.*
15 *Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.*

a Ambitio & auaritia duæ pessimæ pestes (præsertim in iis qui Ecclesiasticum aliquod munus sustinent) in Diotrephis persona damnantur.

7 *Excesserunt ex Gentibus, ἐξῆλθον ἀπὸ τῶν ἐθνῶν.* Explicat illud Pro Christi nomine, significans istos Euangelij caussa vltro solùm vertisse, & quidem bonis etiam & facultatibus suis relictis. Nam istud esse per traiectionem exponendum & cum verbo ἐξῆλθον, non autem cum participio λαμβάνοντες construendum, sententia ipsa videtur indicare, (Cur enim discedentibus pro Christi nomine Gentes, i. prophani, aliquid largirentur?) & præpositio ἀπὸ istud demonstrat. Dicendum enim omnino fuisset παρὰ τῶν ἐθνῶν. qua de re vide 1. Cor. 11. 23.

8 *Vt vnà operam impendamus, &c. ἵνα συνεργοὶ, &c.* id est, Vt & vnà mutuò nos adiuuemus ad veritatis prædicationem. Et huic sententiæ bene conuenit vt rei sacratissimæ Operandi verbum.

9 *Scripsi, ἔγραψα.* Vulg. *Scripsissem forsitan, ἔγραψα ἄν.* In vno verò codice scriptum inuenimus ἔγραψά τι τῇ ἐκκλησίᾳ, *scripsi nonnihil Ecclesiæ.*

11 *Qui autem malè agit, ὁ δὲ κακοποιῶν.* Hæc est phrasis quam sæpe iam annotauimus passim apud Ioannem occurrere. ¶ *Non vidit, οὐχ ἑώρακε.* Id est, non nouit, fidei videlicet oculo, quo non tantùm verus ille Deus à falso dignoscitur, sed etiam credenti applicatur, qui nobis factus est Iustitia & Sanctificatio.

14 *Et tunc, καί.* Adieci particulam [illegible] quoniam alioqui λαλεῖν potius scribendum fuit quàm λαλήσομεν. ¶ *Coram, στόμα πρὸς στόμα.* Vide superioris epistolæ versum decimumtertium.

ΙΟΥΔΑ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ.

EPISTOLA IVDÆ APOSTOLI Catholica.

		NOVA INTERPR.		VETVS.
ΙΟΥΔΑΣ Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου, τοῖς ἐν τῷ Θεῷ πατρὶ ἡγιασμένοις, καὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τετηρημένοις κλητοῖς.	1	IVDAS Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi, vocatis, à Deo Patre sanctificatis, & Iesu Christo asseruatis:	1	IVDAS Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi, iis qui sunt in Deo Patre dilectis, & Christo Iesu conseruatis & vocatis:
Ἔλεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη καὶ ἀγάπη πληθυνθείη.	2	Misericordia vobis & pax & charitas multiplicetur.	2	Misericordia vobis & pax & charitas adimpleatur.
Ἀγαπητοί, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος γράφειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν, παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει.	3	1 Dilecti, quum omne studium adhibeam, vt scribam ad vos de communi salute, necesse habui vobis scribere, ad vos hortandos vt decertetis pro fide quæ semel tradita est sanctis.	3	Charissimi, omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis, deprecans supercertare semel traditæ sanctis fidei.

1 Scopus huius epistolæ, 1 in qua Pios aduersus prophanos quosdam, & in sana doctrina & in rectis moribus confirmat.

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Frater autem Iacobi, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου. Constat sic appellatum fuisse hunc Iudam, vt ab altero illo Iuda Iscariota distingueretur: idque illo non tantùm viuo proditore, vt passim in Euangelio: sed etiam iam sublato, vt Act. 1. 13. vel quia iam inualuerat consuetudo vt sic vocaretur: (sicut & ipsi Apostoli, nondum electo in locum proditoris Matthia, duodecim vocantur, 1. Corinth. 15. 5.) vel vt nomen illud, proditoris memoria infame factum, aliquo modo leniretur. Magis tamen in illam sententiam quàm in istam inclino. Sed & illud obseruandum est, quum Iacobi meminerit simpliciter, nulloque addito epitheto, omnino eum intelligi cuius nomen celeberrimum tum erat inter Iudæos præsertim: illum videlicet Alphæi filium, qui & frater (id est, cognatus) Domini dicitur, & in Hierosolymitana Ecclesia eminebat, vt apparet ex celebri illius synodi actione, quæ descripta est Actor. 15, itémque ex Act. 21. 18, contrà quàm tradiderunt Veteres, qui tres fecerunt Iacobos. Neque verò, quamuis aliquis hinc & inde peregrinantibus ipsis Hierosolymis maneret, idcirco Apostolus esse desinebat. Satis enim constat, ea tempestate solitos fuisse ex toto terrarum orbe in eam ciuitatem conuenire innumerabiles Iudæos, ac nonnullos etiam ex profanis gentibus religiosos homines, Act. 2. 5, & 8. 27, adeo vt omnino oporteret aliquem illic ex Apostolis permanere, qui ex vna vrbe Iudæos per vniuersum orbem terrarum dispersos doceret. Nam illis etiam idcirco noster hic Iudas epistolam illam suam inscripsit, idque nullo vsquam addito discriminis epitheto: quod tamen faciendum fuisse videbatur, si plures tum erant Iacobi quorum insignis esset inter Apostolos auctoritas. Quanquam de his quidem nolim ego cum quoquam contendere.

¶ Vocatis, κλητοῖς. Neminem velim offendi quòd hanc vocem in Græcis omnibus codicibus postremo huius vers. loco positam, participiis ἡγιασμένοις & τετηρημένοις præposuerim. Præit enim, causarum ordine, Vocatio omnibus Spiritus sancti effectis in nobis, quum Fides sit ex auditu: & ipsa constructio istud poscit, quòd alioqui scribendum fuerit καὶ κλητοῖς, & vocatis, vt legitur in Vulgata Latina editione: scriptura, vt suspicor, ab eo deprauata, qui, quòd hanc traiectionem ignoraret, hiare alioqui constructionem existimauit. ¶ A Deo Patre, ἐν τῷ Θεῷ πατρί. Id est, Per Deum Patrem. Vulgata & Erasmus, In Deo Patre. Mihi videtur magis vsitatum esse in Scriptura vt dicantur fideles à Deo Patre in Filio per Spiritum sanctum sanctificari. ¶ Sanctificatis, ἡγιασμένοις. Vulgata, Dilectis. quæ loquutio mihi videtur inusitata, quum potiùs dicamur à Patre diligi in Filio. Itaque siue ἡγιασμένοις legas, siue ἠγαπημένοις, vt in duobus Græcis codicibus scriptum inuenimus, ἐν Θεῷ πατρὶ dictũ erit pro ὑπὸ Θεοῦ πατρός. ita forente vsu literæ ב apud Hebræos, quæ propriè respondet Græcæ præpositioni ἐν. ¶ Seruatis, τετηρημένοις. Id est, sepositis æterno Dei consilio, qui Christo traderentur custodiendi, vt Ioan. 16. 6, & 11, & 24. Est autem (fateor) vni huic epistolæ peculiaris hæc salutatio, si verba ipsa spectes: sed eximiæ consolationis plena, & quæ spiritum Apostolicum plenè testetur. Vulgata, Conseruatis.

3 Quum omne studium adhibeam, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος. Vulgata, Omnem solicitudinem faciens. barbarè. Erasm. Tantum mihi studium fuit: eneruata Apostoli sententia, vt mox dicemus. ¶ De communi salute, περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας. Id est, de iis quæ ad nostram omnium salutem spectant. Est enim in his verbis κοινωνία, quam Rhetores vocant, id est,

est Communicatio: veluti si dux aliquis suos milites, commilitones vocet, quæ res loquenti solet magnam beneuolentiam conciliare. Nolim igitur pronomen ὑμῶν, id est, vestra, addere, (vt legit Vetus interpres) quanuis id quoque in vetustis duobus codicibus inuenerimus: sed mendosè (ni fallor) pro ἡμῶν, nostra, vt in aliis itidem vetustis duobus scriptum legimus. ¶ Necesse habui vobis scribere, ἀνάγκην ἔσχον, &c. Sic rectè conuertit Vetus interpres, pro quo tamen Erasmus substituit, Vt non potuerim non scribere vobis: primùm repugnantibus Græcis, deinde eneruata Apostoli sententia, vt rectè obseruauit doctissimus interpres. Nõ enim dicit se ad scribendum eo esse adductum quòd sedulò id facere soleat: sed potius, quum alioqui ad salutem illorum frequentibus literis procurandam sit propensus, sese nunc ipsa necessitate adductum vt ad eos scriberet. quam explicationem quum annotarit Erasmus, miror illum maluisse eam amplecti quæ à Græcis discedit, & multum detrahit de sententiæ pondere. ¶ Ad vos hortandos, παρακαλῶν. Vulgata, Deprecans. Erasmus, Obsecrans. Neuter (opinor) satis commodè. ¶ Vt decertetis pro fide, ἐπαγωνίζεσθαι τῇ πίστει. Id est, ὑπερμαχεῖσθαι, vt pro viribus tueamini fidem. nam ἐπὶ hoc declarat. Vulgata, Supercertare, barbarè. Erasmus, Vt vestris laboribus adiumento sitis fidei: periphrasi minimè necessaria. Cæterùm Fidei appellatione sanam doctrinam ab Apostolis traditam intelligi res ipsa satis ostendit, vt in 1. Tim. 4. 1, & alibi sæpe: & quum certare iubet Apostolus, minimè intelligit vt gladiis & ensibus rem gerant, (neque enim magistratuum qui tum impius erat, sed Ecclesiam alloquitur) sed vt sana doctrina & honestæ vitæ exemplis, ea denique panoplia quã Paulus describit Eph. 6. 13. hæreticis obsistant. quanuis nisi suam hîc etiam operam ciuilis Christianus magistratus accommodet, minimè officium faciat, vt diximus 1. Tim. 2. 2. Erasmus in annotationibus τοῖς ἁγίοις refert ad ἐπαγωνίζεσθαι: acsi diceret Apostolus se scribere vt per fidem semel datam sint sanctis auxilio. quæ interpretatio mihi prorsus videtur coacta. Quanuis enim fide certandum sit, tamen apparet Apostolum potius hoc in loco declarare qua de re certatim tuenda sanctos laborare oporteat, nempe pro sana doctrina. ¶ Semel, ἅπαξ. Magna est emphasis huius aduerbij, vt alibi sæpe annotauimus. Semel enim traditam esse doctrinam dicit quæ nunquam sit posthac immutanda. & qua semel amissa, non sit quòd aliunde salutem expectent.

Παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι.	4	2 Nam subrepserunt quidam homines, iam olim præscripti ad hanc damnationem, 3 impij, qui Dei nostri gratiam transferunt ad lasciuiam, & solum illum herum Deum ac Dominum nostrum Iesum Christum negant.	4	Subintroierunt enim quidam homines, qui olim præscripti sunt in hoc iudicium impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem & Dominum nostrum Iesum Christum negantes.	2 Non temerè, sed ex Dei prouidentia fit vt nonnulli perditi in Ecclesiam irrepant. Num. 14. 37. 3 Hoc primùm in istis damnat quòd ex Dei gratia caperent lasciuiendi prætextum: quod fieri non potest quin Christo summum imperium abrogetur, quum eiusmodi homines Satanæ se
Ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ Κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας, τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσε.	5	4 Volo autem vos istorum commonefacere, vt qui semel hoc sciatis, Dominum, quum populum ex Ægypto liberasset, rursus eos qui non crediderant perdidisse.	5	Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Ægypti saluans, secundò eos qui non crediderunt, perdidit.	

se addicant, vt hodie facit Anabaptistarum secta, quos Libertinos vocant. 4 Proponit horrenda supplicia eorum qui gratia Dei sunt abusi, vt suis cupiditatibus obsequerentur.

4 Iam olim præscripti ad hanc damnationem, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα. Vulgata, Qui olim præscripti sunt ad hoc iudicium. Erasmus, Qui prius descripti fuerunt ad hoc iudicium, neglecta particula πάλαι, quæ tamen minimè est otiosa. Cæterùm non dubium est quin hoc addiderit Apostolus vt aduersus apostasiæ offendiculum animos sanctorum confirmaret: quum videlicet intelligerent nihil hîc temerè, sed æterno ac certo Dei consilio euenire. Nam ex eo consequitur istos nunquam fuisse ex sanctorum grege, licèt pietatem ad tempus simularint: ac proinde causam non esse cur illorum defectione obstupefiant sancti: imò verò potius cur Deo gratias agant à quo sunt alio Spiritu donati: & istorum simulatus animus patefit, deinde optimum istarum tentationum exitum fore, quòd Dei consilio ac sapientia futurum sit vt omnia ista Ecclesiæ commodo cedant. Hoc, inquam, est consilium Spiritus sancti hoc in loco, sicut & alibi sæpe, veluti Exodi 7. 3. item 2. Timoth. 2. 19. item 1. Ioan. 2. 19. & 20 Sunt tamen qui ad nudam præscientiam hoc referant, quasi dicatur Deus hoc futurum cognouisse ab æterno: quod sanè verum est. sed si nuda hæc fuerit præscientia rerum futurarum, quam tandem consolationem inde concipiemus? Leue profectò ac frigidum erit hoc argumentum. Deinde etiam propius considerandum est quomodo loquatur Apostolus, vt illam interpretationem prorsus absurdam esse intelligamus. Qui præscriptos esse dicit, num videtur inanem præscientiam statuere? Quorsum verò non tantùm descripti, sed antè & quidem iam olim præscriptis fuisse narrantur? num vt æterna esse præscientia Dei significetur? Atqui nemo de hoc dubitare possit, ne Epicurus quidem. Quorsum igitur? Nẽpe vt ab æterno hæc esse decreta intelligamus: de quo semper dubitarunt qui ad hæc scrutanda Dei mysteria, non discipulorum, sed iudicum animum attulerunt. aduersum quos nominatim disserit Apostolus Rom. 9. 19. & 20. Sed & illud obseruandum est, non dixisse Apostolum in illo æternorum Dei consiliorum libro præscriptam, id est decretam ac sancitam esse illorum condemnationem, (quod tamen verum est) sed illos ad hanc damnationem esse præscriptos: nempe, vt sciamus hoc æternum Dei decretum non modò euentum rerum, (vt nonnulli volunt) sed ipsas in primis personas cõprehendere. Æternum autem quum dico, non tempore duntaxat æternum intelligo: de qua re (vt antè dixi) nemo vnquam communi sensu præditus dubitauit: sed quòd omnes causas ordine antegrediatur. nec tamen istud Deum vlla culpa inuoluit, quum sic æternum suum decretum in iudicandis peccatoribus exequatur, vt damnationis culpa in voluntate sponte peccantium tota inhæreat, ipse verò iustissimi non minus quàm seuerissimi iudicis munus impleat.

¶ Solum illum herum Deum ac Dominum, &c. τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν καὶ Κύριον, &c. Vnicus articulus omnibus epithetis istis communis, omnino ostendit Christum hîc vocari vnicum Herum, Deum ac Dominum: quanuis Dei nomen non legerit Vetus interpres, & in duobus codicibus Græcis deesse compererim. Sed intolerabilis est planè hoc etiam loco Erasmus, vt aliis omnibus quibus Christi Deitas manifestè asseritur, vt qui hunc locum sic interpretando penitus peruerterit, Ac Deum qui solus est herus, ac Dominum nostrum Iesum, &c. perinde acsi scriptum esset καὶ τὸν Κύριον, vt Deus Pater à Domino Iesu distinguatur. Complutensis autem codex habet τὸν μόνον Θεὸν καὶ δεσπότην τὸν Κύριον, &c. id est, solum illum Deum & herum Dominum nostrum, &c. quæ lectio melius etiam confirmat omnia hæc de Christo dici. ¶ Negant, ἀρνούμενοι. Hoc totidem verbis scriptum est 2. Petr. cap. 2, vt tota ferè hæc epistola. Neque tamen idonea hæc causa est cur eam tanquam fictitiam repudiemus: quum passim etiam posteriores Prophetæ ex prioribus multa penè ad verbum describant. Proinde nihil prohibet nos arbitrari Iudam ad eosdem illos nefarios homines graphicè describendos, ex Petri epistola descripsisse quæ appositissima videbantur: quod etiam ipsemet videtur designare infrà versu 17.

2.Pet.2.4
5 Angelorum lapsus seuerissimè punitus, quantò magis hominum perfidias vlciscetur Dominus?
Gen.19.24

Ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας, δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν.

6 5 Et Angelos qui non seruarunt suam originem, sed reliquerunt suum domicilium, in iudicio magni illius diei vinculis æternis sub caligine seruasse.

6 *Angelos verò qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit.*

Ὡς Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις, τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι, καὶ ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας, πρόκεινται δεῖγμα, πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι.

7 Sicut Sodoma & Gomorrha & his finitimæ ciuitates simili modo atque illæ scortatæ, & carnem alteram sectatæ, propositæ sunt exemplo, ignis æterni pœnam sustinentes.

7 *Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes.*

Ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι, σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσιν.

8 Similiter tamen & isti sopiti carnem quidem polluunt, 6 dominatum verò aspernantur, & dignitates maledictis incessunt.

8 *Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationē autem aspernunt, maiestatem autem blasphemant.*

6 Alterum istorum dogma perniciosissimum, quòd magistratuum autoritatem etiam cum conuitiis tollebant, vt hodie Anabaptistæ.

Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλ' εἶπεν, Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος.

9 7 At Michael archangelus ille, quum aduersus diabolum altercans, disceptaret de corpore Mosis, non ausus est illi impingere notam maledicti, sed dixit, Increpet te Dominus.

9 *Quū Michael archangelus cum diabolo disputās, altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit, Imperet tibi Dominus.*

7 Argumentum à comparatis, Michael ex præcipuis Angelis vnum Satanam, quanuis exsecrabilem, contentus fuit iudicio Dei coercendum tradere: & istos homunculos peruersos non pudet potestates à Deo ordinatas conuitiis incessere.

Οὗτοι δέ, ὅσα μὲν οὐκ οἴδασι, βλασφημοῦσιν· ὅσα δὲ φυσικῶς, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται.

10 8 At isti, quæcunque non nouerunt, vituperant: quæcunque verò naturaliter, vt animantia rationis expertia, sciunt, in iis sese corrumpunt.

10 *Hi autem, quæcunque quidem ignorant, blasphemant; quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.*

8 Conclusio, Istos duplici scelere teneri, nempe, audacissima inscitia in quibusdam damnandis, & impudentis contemptus eius cognitionis, quam quum essent adepti, non aliter tamen quàm brutæ rationis expertia viuebant, ventri nimirum seruientes.

Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν, καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο.

11 9 Væ ipsis: nam viam Cain ingressi sunt, & deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt, & contradictione Core perierunt.

11 *Væ illis: quia in via Cain abierunt, & errore Balaā mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt.*

9 Prædicit eorum exitium, quoniam Cainum impudenti malitia, Balaamum turpi auaritia, Core, denique factioso & ambitioso ingenio referant.
Gen.4.8
Num.22.21
2.Pet.2.15
Num.16.3
1.Pet.2.17
Psal.17.10

Οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι, ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες· νεφέλαι ἄνυδροι, ὑπὸ ἀνέμων περιφερόμεναι, δένδρα φθινοπωρινά, ἄκαρπα, δὶς ἀποθανόντα, ἐκριζωθέντα·

12 10 Hi sunt in agapis vestris maculæ instar, dum vobiscum opulantur, securè seipsos pascentes, nubes aqua carentes, ventis circumactæ, arbores emarcidæ, infrugiferæ, bis emortuæ, eradicatæ:

12 *Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes: nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ:*

10 Aliis multis epithetis tum sordes & petulantiam eorūdem, tum verò maximè inanē eorum grandiloquentiam & vanissimum fastum grauissimè insectatur, grauissima cōminatione adiuncta, ex Enochi antiquissima prophetia de futuro iudicio.

Κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς τὸν αἰῶνα τετήρηται.

13 Vndæ maris efferatę, despumantes sua ipsorum dedecora, stellæ erraticæ, quibus caligo tenebrarum in ęternum seruata est.

13 *Fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia: quibus procella tenebrarum seruata est in æternum.*

Προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνώχ, λέγων, Ἰδού, ἦλθε Κύριος ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ,

14 Prophetauit autem etiam de istis septimus ab Adamo Enochus, dicens, Ecce, venit Dominus cum sanctis millib. suis,

14 *Prophetauit autē de his septimus ab Adam Enoch, dicens, Ecce, venit Dominus in sanctis millibus suis,*

Ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐξελέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς.

15 Vt ferat iudicium aduersus omnes, & redarguat quicūque ex ipsis sunt impij, de factis omnibus quæ impiè patrarint, déque omnibus duris quæ loquuti fuerint aduersus ipsum peccatores impij.

15 *Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operib. impietatis eorum quibus impiè egerūt, & de omnib. duris quæ loquuti sunt contra eum peccatores impij.*

Οὗτοί εἰσι γογγυσταί, μεμψίμοιροι, κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι, καὶ τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα, θαυμάζοντες πρόσωπα, ὠφελείας χάριν.

16 Hi sunt murmuratores, queruli, in cupiditatibus suis incedentes: & quorum os loquitur prætumida, admirantes personas vtilitatis gratia.

16 *Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes: & os eorum loquitur superba, mirantes personas quæstus causa.*

1.Tim.4.1
2.tim.3.1.
2.pet.3.3

Ὑμεῖς δέ, ἀγαπητοί, μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,

17 11 Vos autem, dilecti, memores estote verborum illorū quę prædicta fuerunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi.

17 *Vos autem, charissimi, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi,*

11 Prædictus est istiusmodi mōstrorum exortus, ne rei nouitate percellamur.

---

6 *Originem*, τὴν ἀρχήν. Vulgata maluit *principatum* interpretari, sic vocans eam præstantiam & dignitatem in qua fuerunt initio conditi: quæ interpretatio non est repudianda.

7 *Simili modo atque illæ*, τὸν ὅμοιον, &c. Id est, Sodomæ & Gomorrhæ vestigia sequutæ. Neque nos offendere debet generis mutatio, vrbium enim nomine incolas comprehendit. Vulgata, barbarè, *Simili modo exfornicatæ*: quanuis mihi videatur præpositionem ἐκ pro ἔξω, non admodum absurdè, ad horrendam illam Sodomitarum scortationem significandam accepisse. ¶ *Carnem alteram sectata*, ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας. Sic adumbrat prodigiosas libidines, de quibus Paulus Rom.1.26. & 27. Vulg. *Abeuntes post carnem*, seruato Hebraismo.

8 *Tamen*, μέντοι. Vulgata hanc particulam omisit. Erasmus, *Sanè*, non satis appositè. perinde enim est ac si dicat Iudas, istos quos saltem oportuit tot terribilibus Dei iudiciis commoneri, nihilominus vt prorsus altissimo veterno consopitos, in eadem præcipitia ruere. ¶ *Sopiti*, ἐνυπνιαζόμενοι. Id est, perinde stolidi & rationis expertes ac si omnes sensus haberent penitus sopitos. Hinc illa רוח תרדמה [*ruach tirdemah*] id est, spiritus soporis aut veterni potius, cuius fit mentio Esa 29.10, & alibi sæpe. Vetus interpres hoc non legit, aut certè prætermisit, quum tamen in Græcis nostris omnibus legatur. Erasmus, *Dormientes*, non satis appositè interpretatur. ¶ *Dominatum*, κυριότητα. Maior est istius dicti emphasis quàm si dominos dixisset. Potest enim dominum suum, id est, eum qui sit in magistratu, aspernari, qui tamen ipsum munus magistratus approbet: isti ordinem ipsum à Deo cōstitutum conuitiis incessebant, vt hodie faciunt Anabaptistæ, Libertini, Dauidistæ, Academici, & cæteræ id genus pestes, impurorum illorum spirituum exemplum sequuti. Vide supra Hebr.[illegible]

9 *De corpore Mosis*, περὶ τοῦ Μωσέως σώματος. Hoc exemplum procul dubio hausit Iudas, vel ex aliquo libro qui nunc intercidit, & quem nonnulli eum esse putant qui à veteribus nonnullis nomine Ἀναλήψεως Μωσέως citatur, vel ex traditione, vt illud quod refert de Ianne & Mambre Paulus 2.Timot.3.8. Itaque non magis ob eam causam potest hæc Iudæ epistola quàm illa Pauli repudiari, quum nihil hîc à veritate absonum narretur. Neque enim temerè est quod disertè commemoratur Dominus sepeliuisse Mosen: nec voluisse Israelitas intelligere vbinam esset eius sepulchrum, nempe ne illis contingeret quod nobis, qui ex Martyrum corporibus (demus enim illa esse Martyrum corpora) abominanda idola fecimus. Quid mirum est igitur Satanam contrà laborasse vt in apertum proferretur, cui sese Michael archangelus Domini opposuerit? Et hunc quidem librum vnde hæc petierit Iudas, citat Origenes libr. περὶ ἀρχῶν 3. cap.2, sub titulo Ascensionis Mosis. Qui verò ex hoc loco & aliquot aliis effici volunt, quod nunc extat verbum Dei scriptum, non sufficere decidendis religionis cōtrouersiis: item qui sub traditionum nomine quæuis errorum portenta volunt in Ecclesiam inuehere: ij magis ineptè (ne dicam impiè) argumentantur quàm vt refutatione indigeant. ¶ *Increpet*, ἐπιτιμήσαι. Hæc eadem scripta sunt Zach. 3. 2. sed in visione quadam, in qua non Michael, sed Iehoua ipse ita loquitur, nisi fortè Michael idem ille est qui & Dei Patris imago & ἀπαύγασμα, & à Zacharia Angelus Iehouæ, (qui & ipse Iehoua est) vocatur. Sed apud Zachariam certè non de corpore Mosis, verùm de Iehosua sacerdote agitur. Quòd si in libris (inter quos liquet, ex mira scripturæ varietate, non ita religiosè habitos eos de quorum auctoritate diu fuit in Ecclesia dubitatum) aliquis coniecturæ locus relictus esset (absit autē à me illa prophana audacia, qui vel mori malim quàm tale quicquam audere) putarem ex diuersitate vocis Iosua Græca terminatione exprimendæ aliquem errorem obortum, quem suspicari sit facilius quàm emendare.

10 *Sese corrumpunt*, φθείρονται. Vulgata & Erasmus, *corrumpuntur*, ambiguè, nec expressa Apostoli sententia. Est enim omnino istud accipiendum forma non merè passiua, sed coniugationis quæ ab Hebræis Hithpahel vocatur, & passiuæ Niphal respondet.

11 *Væ ipsis*, οὐαὶ αὐτοῖς. Id est, maledictio ipsis imminet. Neque enim tam imprecatur, quàm prædicit quod illis impendeat.

12 *In agapis vestris*, ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν. Vulg. *In epulis suis*: mendosè, & meritò repugnantibus Græcis codicibus. Nec enim agapæ istorum erant, sed fraterna Ecclesiastici cœtus conuiuia, quæ pulchrè describit Tertullianus in Apologetico, cap.39. Seruauimus autem Grecum nomen, quod Latini etiam Theologi, vt peculiariter fraternis istis Ecclesiarum conuiuiis dicatum, retinuerunt. Erasm. *Inter charitates vestras*. Vide 2.Pet.2.13, vbi hunc locum exposuimus. ¶ *Maculæ instar*, σπιλάδες. Petrus 2.Pet.2.13, σπίλους καὶ μώμους vocat, vnde Iudas hæc desumpsit. Itaque sic vertēdum hunc locum arbitror. Alioqui σπιλάδας vocant Græci scopulos proximè maris superficiem eminentes, quos Galli rocs vocant. Virg. Æneidos primo, Aras appellat, ad quas impingentes naues naufragium faciant. ¶ *Securè*, ἀφόβως. id est, impudenter, & absque vlla vel Dei vel Ecclesiæ reuerentia. Quid enim is metuat cui summæ perfectionis gradus est, nihil ducere pro peccato? ¶ *Seipsos pascentes*, ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες. id est, Luxui & ingurgitationi pro arbitrio suo vacantes. pro quo dixit Petrus ἐντρυφῶντες. Erasm. *Suo ductu & arbitrio viuentes*. ¶ *Emarcidæ*, φθινοπωρινά. Id est, qui nullum fructum nisi marcidum ferant, vt ex iis nulla decerpi possit vtilitas, sicut mox subiicit. Vulgata ad verbum, *Autumnales*. Sed puto Apostolum potius ad etymologiam huius epitheti quàm ad autumnum respexisse. φθινοπωρινὰ igitur vocauit παρὰ τὸ φθίνειν τὴν ὀπώραν, quod nihil nisi corruptum & marcidum edant: nisi quis malit Autumnales dici, quòd Autumni tempore arbores fructibus spoliatæ & foliis nudatæ, quasi emortuæ appareant. ¶ *Bis di.* Numerus certus pro incerto, emphaseos causa, nisi arbitrari malimus duplicem hic mortem notari: vnam in qua natæ sint, alteram in quam sua defectione inciderint. sit enim istiusmodi conditio posterior, priore deterior, & vtrique mortis appellatio passim in Scripturis tribuitur.

13 *Caligo tenebrarum*, ὁ ζόφος τοῦ σκότους. Id est, densissimæ tenebræ, vt diximus 1.Petr.2.17. Sic apud Æschylum alicubi inuenias χθονὸς πέδον, σκαιὸν πέδον, θυμῶν [illegible], & similia.

14 *Enoch*, Ἐνώχ. Mihi quidem fit verisimile hoc Enochi dictum vel ἄγραφον fuisse, & tamen apud omnes posteros celebre: vel in aliquo libro de Enocho commemoratum. quem nonnulli satis grandem, atque adeo lineis 4082 scriptum esse volunt. (quod vereor ne sit commentitium) Vtcunque sit, vera & perpulchra est sententia: & Enochum inter cæteros illius seculi pietate excelluisse historia Mosis testatur. Multos autem sacros libros intercidisse nemini dubium esse potest, qui Vetus testamentum legerit: quales isti sunt, Liber bellorum Domini, quem citat Moses Num.21.14. Liber iusti, Ios. 10.13, Liber Natan, Liber Gad, Liber Semeiæ, Liber Haddo, Liber Ahiæ, Liber Iehu filij Hannani, qui in Paralipomenon libris citantur. Sed hoc quidem certum est, eos qui supersunt libros, & in Canone recitantur, sine controuersia fuisse ab Ecclesia receptos, & quod ad stabiliendam veram religionem attinet, nihil esse cur quicquam amplius desideremus. ¶ *Venit*, ἦλθε. Præteritū pro futuro, Prophetarum more. Vide autem in hūc locum quod scripsimus 1.Cor.[illegible]

17 *Ab Apostolis*, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων. Ne hinc quidem consequitur hunc Iudam ex Apostolorum numero non fuisse, sed colligitur serò fuisse scriptam hanc epistolam, plerisque iam mortuis Apostolis, quorum scripta terebantur in Ecclesia: quamobrem etiam videmus Petrum in altera epistola meminisse scriptorum Pauli.

Ὅτι ἔλεγον ὑμῖν ὅτι ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ ἔσονται ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν.	18	Quòd *videlicet* dixerunt vobis, ‖ in extremo tempore futuros irrisores qui in impiis suis cupiditatibus incederent.	18	*Qui dicebant vobis quoniam in nouissimo tempore venient illusores secundùm desideria sua ambulantes impietatum,*
Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς, ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες.	19	12 Hi sunt qui seipsos segregant, animales, Spiritum non habentes.	19	*Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes.*
Ὑμεῖς δέ, ἀγαπητοί, τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτούς, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμενοι	20	Vos autem, dilecti, sanctissimæ vestræ fidei superstruentes vos ipsos, per Spiritū sanctum orantes.	20	*Vos autem, charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei in Spiritu sancto orantes,*
Ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ τηρήσατε, προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ Κυρίου ὑμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ζωὴν αἰώνιον.	21	Vos ipsos in charitate Dei conseruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam.	21	*Vosipsos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam.*
Καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι	22	13 Et alios quidē habito delectu commiseramini:	22	*Et hos quidem arguite indicatos:*
Οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε, ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάζοντες, μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα.	23	Alios verò metu seruate, ex flamma rapientes: odio habentes vel eam tunicam quæ à carnis contactu sit maculata.	23	*Illos verò saluate, de igne rapientes: alijs autem miseremini in timore: odientes & eam quæ carnalis est, maculatam tunicam.*
Τῷ δὲ δυναμένῳ φυλάξαι ὑμᾶς ἀπταίστους, καὶ στῆσαι κατενώπιον τῆς δόξης αὐτοῦ ἀμώμους ἐν ἀγαλλιάσει,	24	14 Cæterùm ei qui potest vos custodire à lapsu immunes, & statuere in conspectu gloriæ suæ inculpabiles cum exultatione.	24	*Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione,*
Μόνῳ σοφῷ Θεῷ σωτῆρι ἡμῶν δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος καὶ ἐξουσία, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.	25	*Id est* soli sapienti Deo Seruatori nostro, gloria *esto* & magnificentia, robur & potestas, & nunc & in omnia secula. Amen.	25	*Soli Deo Saluatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum, gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omne seculum, & nunc & in omnia secula seculorum. Amen*

12 Antichristorum est, sese à piis segregare, vt qui Spiritu Dei non reguntur: contrà verò, christianorum est mutuò tum in fide tum in charitate sese sanctis precibus ædificare, atque interim semper dum Christi misericordia appareat ad plenā suorum salutē. 1.Tim.4.1. 2.Tim.3.1. 2.pet.3.3.

13 Inter eos qui aberrant, hic delectus piis seruandus est, vt alios lenius tractent, alios iam in ipsa flamma versantes saltem præsentis periculi denunciatione seruare studeant, ita tamen vt sic abhorreant à malis & turpibus, vt vel leuissimam eorū contagionem fugiant.

14 commendat eos Dei gratiæ, satis declarans Dei solius esse eam ipsam quam à nobis requirit constantiā nobis præstare.

19 *Qui seipsos segregant*, οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς. Addidimus ἑαυτούς ex Veteris interpretis & trium vetustorum codicum fide, quanquam etiam possimus non ineptè hoc referre ad alios quos isti à veræ Ecclesiæ cœtu abducant. Hi sunt nimirum quos Paulus ἑτεροδιδασκαλοῦντας & αἱρετικούς vocat, id est qui peculiarem doctrinam docent, & sectas instituunt.

¶ *Animales*, ψυχικοί. Vide 1.Corint.2.14. Tertullianus, hac voce abutens, psychicos vocare consueuit, qui repetitas nuptias cum Montano non damnarent.

22 *Alios quidem habito*, &c. οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι. Hæc expositio plana est, & cum Græcis consentiens. Duo enim facit Apostolus fratrum genera qui sanari possint, quorum vnum ab altero discerni oporteat. Alios enim lenius tractandos & commiseratione: alios, qui iam in ipsa veluti flamma versentur, periculi denuntiatione in viam esse reuocandos. Erasmus maluit interpretari διακρινόμενοι, *dum iudicamini*: quod meritò displicuit doctissimo interpreti. Vulg. *Hos quidem arguite indicatos*, οὓς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένους, quam lectionem inuenimus in tribus Græcis codicibus, quæ tamen mihi non ita probatur.

23 *Metu*, ἐν φόβῳ. Id est, absterrentes illos & sancta seueritate reuocantes, vt incestuosum illum Corinthium Paulus 1.Cor.5.5, vbi hic ipse Ecclesiasticæ censuræ finis proponitur. Vetus interpres hoc non legit: neque etiam inuenimus in illis Græcis codicibus quos modò commemoraui. ¶ *Vel eam tunicam*, καὶ τὸν χιτῶνα. Hyperbole ab interdictis pollutionum legalium sumpta, acsi diceret, Volo, quod ad illos sceleratos attinet, vos ab illorum congressu abstinere, imò quodammodo quicquid illi vel contigerunt, tanquam pollutum execrari. Ideo ἀπὸ τῆς σαρκὸς conuerti *A carnis contactu*. Vulgata prorsus ineptè, *Odientes & eam quæ carnalis est, maculatam tunicam*. Erasmus nihilo melius, *Odio prosequentes & eam quæ in carne est, maculatam tunicam*.

24 *Vos*, ὑμᾶς. Ita lego ex Veteris interpretis & quatuor veterū codicum auctoritate. Quòd si malimus legere αὐτούς, dicemus pro ἑαυτούς positum, ita vt eòdem recidat sententia. Nec enim istud videtur satis commodè accipi posse pro *Ipsos*, vel *Eos*, vt conuertit Erasmus. ¶ *Gloriæ suæ*, τῆς δόξης αὐτοῦ. Id est, suo vt Gloria Dei pro ipso Deo passim vsurpatur, minimè tamen otiosa periphrasi.

25 *Seruatori nostro*, σωτῆρι ἡμῶν. In duobus codicibus additur διὰ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, per Iesum Christum Dominum nostrum, vt legit Vetus interpres. ¶ *Et potestas*, καὶ ἐξουσία. Vetus interpres addit, *Ante omne seculum*, πρὸ παντὸς αἰῶνος: quam lectionem in duobus quoque vetustis codicibus Græcis comperimus.

PROLEGOMENA IN APOCALYPSIN IOANNIS.

Quum de huius libri auctoritate iampridem nonnulli dubitarunt, paucis diluam argumenta quæ in hanc partem afferri solent: deinde quid mihi videatur exponā. Argumenta verò citabo vti sunt ab Erasmo studiosè ac diligenter collecta, cuius quidem adeo varium mihi videtur in hoc argumento (vt in multis aliis) iudicium fuisse, vt quid statuerit, non facilè iudicare possim nisi quòd eò tandem videtur inclinare vt existimet aliquam esse quidem huius libri auctoritatem, sed non eam tamen quæ sit reliquorum qui sine controuersia sunt recepti. Audiamus ergo quid dicat. Testatur, inquit, diuus Hieronymus, Apocalypsin ætate sua non fuisse receptam à Græcis. Dorotheus Tyri episc. ac martyr, in compendio vitarum, tradit Ioannem in Patmo insula Euangelium suum scripsisse, huius autem libri non meminit. Athanasius Græcus in suo catalogo non affirmat hoc opus esse Ioannis. Dionysius Alexandrinus, cuius verba citat Eusebius lib.7. Ecclesiasticæ historiæ, librum existimat ab alio quopiam Ioanne, viro sancto scriptum. Eusebius ipse ita citat hunc librum aliquot locis vt Ioanni non sine exceptione tribuat. Idem Caium quendam orthodoxum citat libro tertio, qui à Cerintho hæretico scriptum dicat. Hoc sit primum argumentum: ad quod ita respondeo, Si spectetur quibus rationibus permoti sint nonnulli ad hunc librum repudiandum, tum demum facilè appariturum quàm immeritò istud fecerint. Deinde sicut à quibusdam fuit repudiatus, ita fuisse à plerisque receptum, adeo quidem vt Epiphanius illos à quibus reiiciebatur, apertè inter hæreticos recensuerit: vt interim omittam antiquissimos scriptores, Iustinum philosophum, & Irenæum Lugdunensem episcopum, martyrem vtrunque, non modò illum comprobasse, sed etiam commentariis illustrasse. De Dorotheo quod affertur nihil habet momenti, qui suo tantùm silentio videatur hunc librum reiecisse. De Athanasio, suspectum esse titulum Erasmus ipse annotauit. De Dionysio mox viderimus, quum ipsius rationem expendemus. Caium (quicunque tandem is fuerit) vel ipsius Dionysij verbis refuto, quæ scripta sunt libro Ecclesiasticæ historiæ tertio. Eusebium autem sanè nihil moror, in quo docti omnes iudicium in plerisque scriptis requirunt. Nunc ad alterum argumentum veniamus. Scribit, inquit, Hieronymus quosdam eruditissimos viros totum hoc argumentum multis conuitiis fuisse insectatos, quasi nihil haberet Apostolicæ grauitatis, sed vulgatam tantùm rerum historiam, figurarum inuolucris adumbratam. Deinde nec in sententiis esse quicquam Apostolica grauitate dignum. Ad hoc ita respondeo, Quicunque tandem isti eruditissimi viri fuerint, magnam eos reprehensionem mereri in eo quòd conuitiis ausi sint eum librum exagitare qui sanè sit breuissimus, si ea demas quæ ad verbum ex Prophetis sunt exscripta. Longè aliter Basilius, Gregorius, Cyrillus, Epiphanius, Irenæus, Hippolytus, vt Arethas testatur, qui hunc librum non modò (vt Dionysius Alexandrinus) putarunt à sancto viro scriptum esse, sed apertè etiam Ioanni Apostolo vendicarunt: nunquam id certè facturi si nulla grauitatis Apostolicæ vestigia in eo animaduertissent. Vtros verò pro eruditioribus habebimus? an istos quorum & singularis pietas & summa eruditio testata est plurimis ipsorum monimentis: an illos potius quorum ne nomina quidem apparent: argumenta verò satis indicant quàm meritò eruditissimi appellentur? Negant in hoc scriptore vllam apparere grauitatem, quū tamen penè omnia ex Prophetis ad verbum descripserit. Dicunt eum complecti vulgatam rerum historiam. Id verò qui potest in eo verum esse qui (si admodum pauca excipias) res præteritas non narret, sed futuras prænuntiet? Ista igitur non modò vera non sunt, sed ne verisimilia quidem. Ad tertium argumentum accedamus. Hic, inquit, solicitè suum nomen inculcat, perinde quasi syngrapham scriberet, non librum: idque non solùm præter morem Apostolorum, verùm multo magis præter suum morem, qui in Euangelio multo modestiora narrans, non exprimit tamen vsquam suum vocabulum, sed notulis indicat, Discipulus ille quem diligebat Iesus. Et Paulus coactus referre de visionibus suis, rem sub alterius exponit persona. At hic tam arcana cum Angelis colloquia describens, quot locis inculcat, Ego Ioannes? Hæc est ratio quæ Dionysium Alexandrinum impulit vt ab alio aliquo Ioanne scriptum hūc librum arbitraretur. At, quàm hoc est infirmum & imbecille! Non animaduerterunt qui sic sentiunt, aliud esse historiam, aliud prophetiam scribere. Nam historiæ veritas aliunde potius quàm à scriptore pendet: in prophetia verò, quia res futuræ prædicuntur, nulla nisi reuelantis & annuntiantis auctoritate innixæ, quis non videt hoc requiri inprimis vt vnde tandem illarum prædictio emanet, quis patefecerit, quis scripserit intelligamus? Ideo videmus nō modò in prophetiarum initiis, sed etiam in singulis penè visis, nihil æquè solicitè adscribi atque Dei dictantis & Prophetæ scribentis nomen. Exemplo sit vel vnus Ieremias, qui minimum centies vicies nomen suum inculcat. Ita enim omnino faciendum erat, ne latebras quærere videretur, vt pseudoprophetæ solebant. Quid verò? apud Danielem à capite septimo, annón penè singulis versiculis repetitur אני דניאל [*ani Daniel*,] Ego Daniel? Esaias autem quoties Esaiam filium Amos inculcat? Atqui Ioannes hoc non consueuit in Euangelio. Fateor: nam historiam scribebat, in qua illi accidit quod nulli ex aliis discipulis, vt ipse de se multa dicere cogeretur. At Paulus etiam ipse hoc non fecit. Certè non fecit eo in loco in quo suas visiones ex professo tractabat: sed quum sui muneris præstantiam asserit, quàm altè, quàm magnificè sese Paulum illum esse dicit non ab hominibus, neque per homines, sed à Iesu Christo designatum Apostolum? Quid? quum sua illa certamina prædicat, an personam alienam assumit? Sed aliquid etiam amplius consideremus. Ioannis nomen in toto hoc opere (nisi me calculus fefellit) quinquies tantùm reperitur: & illud, Ego Ioannes, tribus tantùm locis, nempe cap.1.9, addita tamen explicatione, quæ vna ad omnem amoliendam arrogantiæ suspicionem satis superque sufficit. Item, 22.2, & 22.8: quibus locis simpliciter tantùm commemorat quid viderit, vt de visionis fide dubitari non possit. Ergo (vt paucis hoc argumentum absoluam) ratio illa Dionysij non modò futilis est, sed etiam imperitiam arguit, atque adeo plena est calumniæ: nimiò verò (quod ingenuè & sine vlla maleuolentia dictum velim Deus testis est) nimium inconsiderata est vox illa fanatici scriptorem perinde suum illud Ego Ioannes inculcare ac syngrapham, non librum scriberet. Accedo ad quartum argumentum. In Græcis, inquit, quos viderim exemplaribus, non erat titulus Ioannis Euangelistæ, sed Ioannis theologi. Atqui vel hic titulus eum Ioanni Euangelistæ vendicat, quem nemo ignorat ab veteribus & ipso Theologum à veteribus appellatum, quòd diuinitatem Christi dilucidius nemo vnquam hominum apertius quàm ille diuinis scripsit. Alter autem ille Ioannes, quem ego sanè suppositicium esse suspicor, non Theologus (quo cognomento nihil dici potest augustius) sed presbyter dicebatur. Venio tandem ad styli dissimilitudinē, quam Dionysius ille Alexandrinus tribus argumentis confirmat, vt refert Nicephorus Ecclesiasticæ historiæ lib 6.cap.23. Primùm ex tota orationis indole ac ductu. Deinde quòd quum Euangelio & epistolæ Ioannis catholicæ multa sint communia, hic liber ne syllabam quidem vllam habeat cum eis communem. Postremò, quòd quum sermonis etiam dono excelluerit Ioannes, alicubi hic noster rusticis barbarismis & solœcismis vtatur. At ego primùm omnium respondeo, istam styli dissimilitudinem minimè esse admirandam in tam dissimili argumento. Nam in Euangelij historia, & in Epistolis, quanuis impulsu Spiritus sancti, tamen ex suo sensu loquitur: hîc audita & dictata excipit. Illic partim narrat rem gestam, partim docet: hîc de rebus futuris agit, & quidem præscriptis verbis: & miramur eum non iisdem vti sententiis? imò quis vnquam hanc legem cuiquam scriptori præscripsit? Quid quòd pleraque ipsis superiorum Prophetarum (puta Ezechielis, Danielis, Zachariæ, Esaiæ & aliorum) verbis illi dictantur, ab eodem illo Spiritu nimirum qui quondam per illos hæc eadem erat loquutus? Itaque mirum nemini videri debet quòd non ita culto sermone vtatur, vt qui à Prophetarum qui Hebraicè scripserunt, ne verbis quidem, nedum charactere, discedere voluerit: quo minus sanè suspicari par est quicquam hîc commentitium Ecclesiæ obtrudi. Falsum autem esse quod ait ille, hunc librum ne syllabam quidem habere communem cum Ioannis Euangelio, apparet saltem ex collatione cap.1.7. cum Ioann.19,37. Superest vltimum argumentum, nempe quòd videatur hic liber fauere Chiliastarum hæresi: quo nomine nonnulli adducti sunt, vt hoc opus à Cerintho editum sub Apostoli nomine putarint. Ego verò, vt concedam Chiliastas nonnullis ex hoc libro testimoniis esse abusos, idcirco tamen hæretico tam impuro librum hunc esse tribuendum absit vt concedam, nisi locos illos aliter accipi commodè non posse quispiam ostenderit. Alioquin quem tandem librum admittemus? Aliter autē illa accipienda esse doctissimi viri iampridem indicarunt: vt huic libro idem planè acciderit atque epistolæ ad Hebræos, quam nonnulli pertinacissimè repudiarunt, quòd facere pro Nouatianis videretur: quum ipsi potius seipsos debuerint accusare. Deinde, quæso, quum alia præterea fuerint Cerinthi deliria, vt qui Deum esse mundi conditorem negarit: Christum ex Maria ac Iosepho cæterorum hominum more genitum docuerit: Christum & Iesum duas distinctas personas separarit: cur non etiam hæc sua dogmata huic libro aspergeret? Atqui tantùm abest vt hoc faciat, vt è contrario aduersus illos errores certa ex hoc libro testimonia peti possint: vt à Cerintho ista proficisci non potuisse, vel ex vna ista ratione satis appareat. Quid verò quòd vbi de mille annis loquitur, nihil eorum narrat de quibus Cerinthus tam impiè garriebat? Vbi enim luxus ille? vbi cibus & potus? vbi nuptiæ & ioci? vbi sacrificia & dies festi Hierosolymis celebrandi? Ergo vanum ac futile est hoc argumentū. Quæ quū ita se habeāt, quāuis non censuerim quidē ego pertinacius de Scriptoris nomine litigandum, tamen Ioanni Apostolo potius quàm cuiquam alij hunc librum tribuerim. Nam præterquàm quòd vetustissimū esse constat, & ex veteribus doctissimi & religiosissimi quique, Ioannis Apostoli esse non dubitarunt, his etiam coniecturis ducor, quòd illis temporibus non videam cui tandem alij tantæ maiestatis plenæ prophetiæ, támque augustum Theologi nomen, tribui potuerint: deinde, quod planè Apostolicæ sit dignitatis non vni alicui Ecclesiæ, sed Asiaticis Ecclesiis scribere: postremò, quòd quæ de insula Pathmo commemorat, cum iis prorsus conueniant quæ de Ioannis exilio veteres summo

cõsensu tradit. Quòd si quid aliud liceret ex stylo conijcere, [illegible] quàm Marco tribuendum, qui & ipse Ioannes [illegible] adeo non in verbis tantùm, sed etiam in [illegible] idem est Euangelij [illegible]. Ad ipsum autem librum [illegible] quanuis eum esse me agnoscam cui hæc [illegible] obscura videantur, tamen quum vbique [illegible] Spiritus prophetici [illegible] eminere, & verum Prophetarum non [illegible], sed sententias [illegible] quum manifesta de [illegible] diuinitatis Christi, [illegible] in eo extare videam, quum [illegible] nonnulla manifestissimè [illegible] Asiaticarum Ecclesiarum [illegible] insidentis [illegible] venio in eam sententiam vt existimem Spiritum sanctum in hunc pretiosissimum librum congerere voluisse quæ ex superiorum Prophetarum prædictionibus implenda post Christi aduentum supererant: ac nonnulla etiam addidisse, quatenus nostra interesse cognouit. Obscuritas in his, fateor, maxima est: sed ea minimè noua in Prophetarum (ac præsertim Ezechielis) scriptis. Deinde nostrum hoc vitium est, qui singula diligentius non annotamus, & quotidiana illa Dei prouidentiæ iudicia in Ecclesiæ suæ administratione, rebus nostris priuatis intenti, non consideramus. Postremò, nouit Dominus quid quatenus nosse expediat, ideóque prophetiarum lucem pro sua infinita sapientia non aliter iam olim temperauit quàm Ecclesię vtile fore præsciuit. Superest igitur vt hęc mysteria sancti Dei homines cum timore ac religione, quatènus fas & vtile est, scrutentur: omnes verò, siue quæ nouerint, siue quæ non nouerint, in hoc libro comprehensa Dei mysteria venerentur potius quàm (nonnullorum more) vel derideant, vel fanaticis suis commentis polluant.

ἈΠΟΚΑ-

ἈΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ἸΩΑ'ΝΝΟΥ ΤΟΥ͂ θεολόγου.

APOCALYPSIS IOANNIS Theologi.

NOVA INTERPR. VETVS.

Κεφάλαιον α. CAP. I. CAPVT I.

1 ἈΠΟΚΑ'ΛΥΨΙΣ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει· καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ·

2 Ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσα τε εἶδε.

3 Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα. ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς.

1 APOCALYPSIS Iesu Christi, quam dedit ipsi Deus, vt indicaret seruis suis quæ oporteat fieri citò: *is* verò missam per Angelum suum, seruo suo Ioanni significauit:

2 Qui testificatus est sermonem Dei, & testimonium Iesu Christi, & quæcunque vidit.

3 Beatus qui legit, & *beati* qui audiunt verba prophetiæ huius, & obseruant ea quæ in ea scripta sunt. præstitutum enim tempus illud propè est.

1 *APOCALYPSIS Iesu Christi, quam dedit illi Deus palàm facere seruis suis quæ oporteat fieri citò: & significauit mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni:*

2 *Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit.*

3 *Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. tempus enim propè est.*

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

IN CAPVT I.

1 *Apocalypsis*, ἀποκάλυψις. Græcum nomen seruaui tanquam ipsi etiam vulgo magis vsitatum in hoc quidem libro designando. Significat autem rerum antè occultarum extraordinariam reuelationem: & quanuis singulari numero ponatur, vniuersalis tamen est totius libri inscriptio, ex Prophetarum more.

¶ *Iesu Christi*, Ἰησοῦ Χριστοῦ. Hanc doctrinam intellige Apocalypsin dici, non quasi occultum aliquid fuerit Filio coessentiali, quòd illi patefecerit Pater, sed nostri respectu: nempe quòd Filius illam ex sinu Patris non vt alienam, sed vt suam acceptam, Ioanni per Angelorum ministerium patefecerit ad Ecclesiæ ædificationem. Habemus ergò ex hoc loco insignem ordinem in Prophetiis tradendis obseruatum. Primùm enim collocatur Pater, deinde Filius, iique non vt inæquales, sed vt vnus Deus: neque separati, sed vt distincti, & ita quidem vt Filius tanquam mediator Ecclesiæ perpetuus & æternus consideretur: in quo vno videlicet Pater sese Ecclesiæ suæ patefaciat. Vsus est autem Filius tum antequam caro fieret, tum ex quo sese in cælum recepit, Angelorum ministerio, sicuti & hodie: sed agẽte ac moderante omnia Spiritu sancto, qui & Patris & Filij virtus est essentialis, & à Patre ac Filio separari nec debet nec potest. Angeli igitur (vt nobilia Dei instrumenta) Prophetis significarunt quæ in mandatis habebant, & quidẽ multis modis, prout Domino visum est. Homines demum quæ Spiritus sancti afflatu ex Angelis perceperant, tum voce tum scriptis annũtiarunt, prout idẽ Spiritus illorum animis, linguæ, calamo deniq. est moderatus. ¶ *Seruis suis*, τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Vides asseri diuinitatem Filij, qui Dominus sit Ecclesiæ, & Angelis vt ministris vtatur? Nam αὐτοῦ referendum est ad Christum. fuitq. hoc explicandum, nequis putaret Patrem Filio vt inferiori hæc tradidisse: quũ ista traditio nihil aliud quàm Christi officium declaret, quatenus Dei & hominum est mediator, in quo vno acquiescit Pater. ¶ *Quæ oporteat fieri citò*, ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει. Dionysius Alexandrinus hæc verba citans apud Nicephorum Ecclesiasticæ historiæ lib. 6. cap. 22, legit δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἐν τάχει, *vt citò patefaceret seruis suis*. Suspicor autem particulam illam ἃ δεῖ γενέσθαι, *quæ oporteat fieri*, ab aliquo expunctam esse, cui nimirum videretur ista citò facienda dici, quæ tam multo pòst tempore facta non fuerint. Sed facilè ad hoc responderi potest ex iis quæ scribuntur 2 Pet. 3. 8. & 9. Deinde quum perpetuam venturorum seculorum historiam describat Ioannes, significat nimirum fore vt eorum quæ hîc patefiunt executio statim inchoetur, non autem vt vno momento omnia perficiantur. Postremò hæc formula dicendi non huic tantùm libro, sed omnibus quoque Prophetis & Euangelistis est vsitata, tum etiam quum de supremo illo die disserunt, quem tamen adhuc expectamus.

2 *Testimonium Iesu Christi*, μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vides iterũ eundem ordinẽ seruari. Loquitur enim de Filio: sed, ita vt suo loco diximus, Filius per Angelos testificatur: videt Ioannes quæ demonstrant Angeli, & visa describit. ¶ *Et quæcunque vidit*, ὅσα τε εἶδε. In quibusdã codicib. testatur Arethas hæc addi, καὶ ἅ εἰσιν, καὶ ἅ τινα δεῖ, καὶ ἅ τινα δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα, *& quæcunque vidit, tum ea quæ sunt, tum ea quæ posthac futura sunt*. Sed hæc suspicor irrepsisse ex ver. 19.

3 *Et* [*beati*] *qui audiunt*, καὶ οἱ ἀκούοντες. Mutatio numeri ex Hebræorum idiotismo.

4 Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ Ὁ ὢν, καὶ Ὁ ἦν, καὶ Ὁ ἐρχόμενος· καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων ἃ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ·

Exod.3.14

4 Ioannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia. Gratia sit vobis & pax‖ à Qui est,& Qui erat, & Qui venturus est ; & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt:

4 *Ioannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia: Gratia vobis & pax ab eo qui est,& qui erat,& qui venturus est,& à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt:*

Psal 89.38; Col.1.18 1.cor.15 21

5 Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστός, ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς· τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ·

5 Et à Iesu Christo,‖ qui est fidus ille testis, ‖primogenitus ille ex mortuis, ac princeps regum terræ : qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris‖per sanguinem suum:

5 *Et à Iesu Christo qui est testis fidelis primogenitus mortuorum,& princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo:*

Hebr.9.14 1.pet.1.19 1.ioan.1.9 1.Pet.2.5

6 Καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

6 Et qui fecit nos‖reges & Sacerdotes Deo & Patri suo: ei sit gloria & robur in secula seculorum. Amen.

6 *Et fecit nos regnum & sacerdotes Deo & Patri suo: ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.*

Esa.3.14 mat.24 10 iud.14

7 Ἰδού, ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμός, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν· καὶ κόψονται ἐπ᾽ αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς· ναί, ἀμήν.

7 ‖Ecce,venit cum nubibus,& videbit eum omnis oculus, etiam qui eum transfixerunt: & plangent corā eo omnes tribus terræ: etiam,amen.

7 *Ecce, venit cum nubib. & videbit eum omnis oculus,& qui eum pupugerūt: & plangent se super eum omnes tribus terræ.etiam.*

Inf.21 9.& 13

8 Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, λέγει ὁ Κύριος, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ.

8 ‖Ego sum A & Ω‖id est,principium & finis dicit Dominus, id est, Qui est,& Qui erat,& Qui venturus est, ille inquam omnipotens.

8 *Ego sum A & Ω, principium & finis dicit, Dominus Deus, Qui est,& Qui erat,& Qui venturus est,Omnipotens.*

4 *A Qui est,&c.* ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν,&c. Nequisquam miretur non respondere constructionem,sciendum est Apostolum ita voluisse exprimere quod scriptum est Exodi 3.14, vbi loquens Dominus Mosi nomen ipsius percontati, *Dic*,inquit,*Israelitis*, אהיה שלחני אליכם [*eheieh schelachani alechem*,]id est,*Sum,fui,& ero, misit me ad vos.* Tradunt enim doctissimi Hebræorum, ipsique adeo Thalmudistæ,verbum EHEIE tria tempora complecti,præsens,præteritum & futurum:eóque perfectam & omnibus numeris absolutam Dei stabilitatem significari.Hoc verò quî tandem potuit vnico vocabulo exprimi? Sed nondum videtur expeditus nodus. Cur enim non dixit τοῦ ὄντος; Respondeo voluisse Ioannem sacrum illud nomen יהוה [*iehouah*] explicare,cuius etymologia est in illo exodi loco tradita:quòd si ὢν & ἐρχόμενος vsus esset tanquam participiis, & verbo ἦν tanquam verbo,nomen illud certè non expressisset.sed eius notationem duntaxat:nempe si dixisset τοῦ ὄντος, καὶ ὃς ἦν, καὶ τοῦ ἐρχομένου.Itaque ὢν ἦν & ἐρχόμενος,non vt participia,sed vt propria nomina accipienda sunt:quasi dicas ad verbum *Gratia vobis & pax ab Ens,& Erat,& Venturus*: quod vt in Græco sermone intelligeretur, necesse fuit addi articulum præpositiuum,&quidem masculinum,ipsi etiam verbo ἦν,quasi ἦν sit nomen proprium : ex quo etiam intelligitur quod antè dixi, nempe articulum ὁ in ὁ ὢν & ὁ ἐρχόμενος,non tanquam participiis,neque tanquam nominibus τεχνικῶς siue materialiter acceptis , sed tanquam propriis nominibus esse adiunctum. Superest adhuc vnus scrupulus. Nam quum propria etiam nomina inflectantur , cur non dixit τοῦ ὄντος, καὶ τοῦ ἦν, καὶ τοῦ ἐρχομένου; Nempe huc quoq; respexit Ioannes quòd apud Hebræos nomen illud יהוה [*iehouah*] semper est vniforme, quamuis subiecta puncta mutentur,quæ nimirum non sunt ipsius nominis propria, sed aliunde ascita : ideóque ne articulum quidem voluit Ioannes inflectere, quasi & ipse sit proprij nominis pars. Nam si τοῦ ὄντος,vel τοῦ ἐρχομένου dixisset, visa essent participia non nomina:quòd si τοῦ ἦν scripsisset, visus esset articulus neutrius generis quasi τὸ ἦν materialiter(quod aiūt)accipe retur Superest vt ὁ ἦν annotemus melius côuerti Erat quàm Fuit,vt perpetuitas declaretur cum æternitate coniuncta.id est,quæ principium non habuerit,& sit aliena ab omni intermissione:sicut diximus Ioann.1.1.

¶ *Et Qui venturus est*, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Cur non potius ὁ ἐσόμενος,sicut ὁ ἦν; Nempe duas ob causas: primùm quia videretur quodammodo nouum aliquod principium essentiæ introducere:deinde quia Deum vt iudicem vbique statuit nobis proponere.Scimus autem fore vt Pater in Filio mūdum iudicet. Vide infrà,15.5.

¶ *A septem spiritibus*, ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων.Dei maiestati adiungit suos stipatores, non tamē quasi illos vlla in parte Deo exæquet,vel cum Christo conferat: sicut etiam Paulus testes vnà citat Deum,Christum,& Angelos, 1.Ti. 5.21. Nam quòd septem hos spiritus nonnulli pro Spiritu sancto acceperunt,cuius septiformis(vt loquuntur)sit gratia,manifestò refelli potest vel ex eo quod scribitur infrà, 5.6. Ac nequis hoc loco offendatur, quasi ad istos spiritus aliquid transferatur quod ad Deitatem tantùm pertineat , vel quasi Chistus istis spiritibus subiiciatur, considerentur diuina elogia quæ paulo pòst tribuuntur Christo. Vnius enim Dei est,& quidē qui homo sit factus,sanguine suo abluere mundi peccata: neque vsquam Angelis gloria & robur æternum tribuitur , sed hoc ipsum est quod Angeli Deo acclamant. Christus ergo vt Deus hîc describitur,Septem autem isti Spiritus vt ministri ante thronum collocantur:ergo etiam coram Christo, vt qui Deo Patri assideat. Denique vt nemo de hoc possit ambigere,iidem isti septem spiritus infrà, 5.6, Agni cornua & oculi (id est ministri) dicuntur.

5 [*Qui est*]*fidus ille testis*,ὁ μάρτυς ὁ πιστός. Subauditur ὃς ἐστιν,vti apud Hebræos subintelligi solet אשר[*ascher*.]Vide Ephes.cap.2.5.

6 *Et qui fecit*,καὶ ἐποίησεν.Iterum subauditur ὃς ex eodem Hebræorum idiotismo,pro καὶ ποιήσαντι.

6 *Omnis oculus*,πᾶς ὀφθαλμός.Id est,Omnes homines,siue omnium oculi eum videbunt.

¶ *Etiam qui eum transfixerunt*, καὶ οἵτινες, &c.Καὶ non est copula hoc in loco , (quos enim homines copularet , qui omnes homines semel dixit?)sed respondet particulæ Hebræorum גם[*gham*,] acsi vernaculo sermone dicas *mesmement*,vel, *voire mesmes ceux qui l'ont percé*, Deinde τὸ ἐκκεντεῖν, respondet Hebr.verbo דקר[*dekar*,]Zach. 12.10 : quod non significat duntaxat pungere : aut compungere, sed perfodere ac transfigere.Vulgata,*Et qui eum pupugerūt*.Erasmus, *Et qui compunxerunt eum.*

¶ *Coram eo*,ἐπ᾽ αὐτόν. Hebr.עליו[*halau*,] vt Psalm 9.20: vel Propter eum , quia videlicet tum demum agnoscent quem antè contempserint , & crudelissimè fuerint persequuti.Vulgata & Erasmus,*Super eum.*

¶ *Tribus terræ*,αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. De vniuersa terra hoc accipio, de qua tamen loquitur tanquam de terra Chanaan, quòd singulis Gentibus Dominus suam sortem distribuerit. ¶ *Etiam, Amen*, ναί, ἀμήν. Sic apud Dauidem & alios Amen, amen, emphaseos causa. Quid si verò Græcè vnum,Hebraicè alterum expressit,vt tum Iudæos tum Græcos confirmaret illi iudicio fore obnoxios?

8 A & Ω,A καὶ Ω.Hoc quidem dicendi genus ab ordine alphabetico Græco desumptum Latinè explicari non potest. quid autem significet mirum à quoquam ignorari potuisse,quod ipsemet Ioannes mox explicat Esaiæ vestigia sequutus,41.4.& 44.6,& 48.2. Quod igitur refert Erasmus,eum qui in re quapiam sit primus,id est præstantissimus

simus,Græco prouerbio dici Alpha,Christo quidem optimè conuenit,vt qui nomen acceperit quod est supra omne nomen:sed quomodo quadrabit alterum?Nā si Alpha dicitur qui cæteris anteit,Omega sanè dicetur qui omnium est postremus:vt illud quidem summæ sit dignitatis,istud verò eius côditionis qua nulla sit inferior.Christus igitur hîc loquitur vt Deus æternus:acsi diceret , Ego is sum ante quem nihil est, imò per quem factum est quicquid factum est,quique,vt omnia intereant superstes illis omnibus maneam. Denique sicut Alpha sese vocat quòd omnium rerum principio sit antiquior,ita accipiemus Omega pro eò qui nulli sine subiacent ,vt verè sua illi côstet æternitas. ¶ [*Id est*]*principium & finis*,ἀρχὴ καὶ τέλος. Hoc non legit Complutensis editio,nec [illegible] Arethas. Legitur tamen sine controuersia,inf.cap.21.6,& 22.13.sed est fortassis illius glossema quod in contextum irrepsit.

9 Ἐγὼ Ἰωάννης, καὶ ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

9 Ego Ioannes, qui & frater vester *sum*,&socius in afflictione & in regno & patiente expectatione Iesu Christi, erā in insula quæ vocatur Patmos, propter sermonem Dei &testimonium Iesu Christi:

9 *Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione & regno & pateintia in Christo Iesu, fui in insula quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei & testimonium Iesu:*

10 Ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἤκουσα ὀπίσω μου φωνὴν μεγάλην ὡς σάλπιγγος,

10 Fui autem Spiritu correptus die Dominico,& audiui à tergo vocem magnam tanquam tubæ,

10 *Fui in Spiritu in Dominica die, & audiui post me vocem magnam tanquam tubæ,*

11 Λεγούσης, Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος. καί, Ὃ βλέπεις γράψον εἰς βιβλίον, καὶ πέμψον ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ἐν Ἀσίᾳ, εἰς Ἔφεσον, καὶ εἰς Σμύρναν, καὶ εἰς Πέργαμον, καὶ εἰς Θυάτειρα, καὶ εἰς Σάρδεις, καὶ εἰς Φιλαδέλφειαν, καὶ εἰς Λαοδίκειαν.

11 Dicētis, Ego sum A & Ω,primus ille&vltimus.&, Quod cernis scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia,Epheso,& Smyrnæ, & Pergamo,&Thyatiræ,& Sardibus, & Philadelphiæ,& Laodiceæ.

11 *Dicentis, Quod vides, scribe in libro: & mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso & Smyrnæ, & Pergamo,& Thyatiræ, Sardis & Philadelphiæ, & Laodiciæ.*

12 Καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν ἥτις ἐλάλησε μετ᾽ ἐμοῦ· καὶ ἐπιστρέψας εἶδον ἑπτὰ λυχνίας χρυσᾶς.

12 Conuerti me igitur vt viderem vocem quæ loquuta erat mecum. Conuersus autem vidi septem candelabra aurea,

12 *Et cōuersus sum vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus vidi septem candelabra aurea.*

13 Καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν ὅμοιον υἱῷ ἀνθρώπου, ἐνδεδυμένον ποδήρη, καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν.

13 Et in medio septem cādelabrorum aureorum *quendam* similem Filio hominis,indutū talari *veste*,&præcinctū ad mamillas zona aurea.

13 *Et in medio septem candelabrorum similem Filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea.*

9 *Patiente expectatione*, καὶ ὑπομονῇ. Vulg *& patientia*: Vide 1.Thess. 1.3.& 2.Thess.1 5.

10 *Fui* [*autem*] *Spiritu correptus*,ἐγενόμην ἐν πνεύματι,Ita significat sanctum illum ἐνθουσιασμόν,quo Prophetæ correpti extra mundum peregrinabantur cum Domino:minimè id quidem,vt insani illi vates,sed ab ea maiestate ad tempus absorpti quam capere huius corporis angustiæ non poterant, vt mentem quodammodo à corpore abduci oporteret.Ita enim sæpe scribit Ezechiel se translatum fuisse à Domini Spiritu:&sic Paulus 2.Cor.12,2.Eadem loquutione vtitur Marcus 1.23.& 5 2.sed de impuro Spiritu loquens. Haud dissimile genere dicendi Euripidi dicuntur poetæ,οἱ ἐν μούσαις,vt doctissimus Camerarius in hunc locum obseruauit.

¶ *Die Dominico*,ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ. Loci & diei circunstantiæ pertinent etiam ad fidem narrationi faciendā. Itaque diligenter ista solent Prophetæ explicare,ac præsertim Ezechiel: vt 1.1,& 8.1,& aliis locis. Diem autem Dominicum vocat qui à Paulo dicitur μία σαββάτων,1.Cor. 16.2.vt Act.20.7. quo die apparet iam tum solitos fuisse frequentiores cœtus haberi à Christianis, sicut Sabbatho Iudæi in Synagogam conueniebant,vt appareat quartum præceptum de septimo quoque die sanctificando,quod ad Sabbati quidem diem & ritus legales, fuisse ceremoniale, quod ad cultum autem Dei attinet esse legis moralis immotæ & in hac vita perpetuæ præceptum : & stetisse quidem illum Sabbati diem à creatione mundi ad Domini resurrectionem, quæ quum sit alterius Spiritualis mundi velut altera creatio(vt loquuntur Prophetæ)tunc, Spiritu sancto proculdubio istud Apostolis dictante, pro prioris seculi Sabbato , siue septimo die , assumptus fuit dies huius mundi primus, in quo non illa corporalis & corruptibilis primò veteris mūndi die creata sed illa cælestis & æterna lux nobis illuxit. Dominicæ igitur diei cætus(quos etiam Iustinus in Apolog.2,disertè commemorat)Apostolicæ ac verè diuinæ sunt traditionis,sic tamen vt Iudaica cessatio ab omni opere minimè obseruaretur, quoniam hoc planè fuisset Iudaismum non abolere, sed tantùm,quod ad diem attinet,immutare. Est autem hæc postea ab imperatore Constantino primùm introducta vt ex Eusebio & ipsius legibus in codicem relatis apparet,& paulatim ab aliis imperatoribus arctioribus finibus circumscripta : donec tandem eò deuentum est vt quod boni vsus causa institutum erat,ac merito retinetur, nempe vt animus à quotidianis laboribus vacuus totum sese audiendo Dei verbo donet,in merum Iudaismum aut vanissimam potius ἐθελοθρησκείαν, additis demum aliis innumerabilibus feriis,degenerarit.

11 *Ego sum A & Ω,primus ille & vltimus*,&c.ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος,&c.Hæc non legit Arethas neque in Complutensi editione extant, neque etiam in alio quodam vetusto codice ex nostris : [illegible] nihil mirum sit à Vetere interprete non fuisse conuersa. Mihi tamen ista repetitio videtur Ioannis stilo conuenire.

12 *Vt viderē vocem*,βλέπειν τὴν φωνήν. Vocē appellat eum quē nondū viderat,sed duntaxat loquentē audierat:acsi diceret,Conuersus sum vt eum viderem cuius voce audierā.alioqui,dura fuerit enallage τοῦ λέγειν pro ἀκούειν.

13 *Filio hominis*,υἱῷ ἀνθρώπου.Id est,homini,siue qui hominem referebat: ex Hebræorum idiotismo,quem alibi exposuimus , Quamuis enim hic Christus erat, tamen in genere hoc accipiendum esse de hominis figura, vel ex eo apparet quòd non additur articulus: item ex Dan.10 5 vbi simile prorsus visum describitur.

14 [illegible] αὐτοῦ καὶ αἱ τρίχες λευκαὶ ὡσεὶ ἔριον λευκὸν, ὡς χιών· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός.

15 Καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι· καὶ ἡ φωνὴ αὐτοῦ ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν.

16 Καὶ ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ ἀστέρας ἑπτά· καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη· καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ.

17 Καὶ ὅτε εἶδον αὐτὸν, ἔπεσα πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡς νεκρός· καὶ ἐπέθηκε τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα ἐπ' ἐμὲ, λέγων μοι, Μὴ φοβοῦ· ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος,

Esa. 41. 4. & 44. 6.

18 Καὶ ὁ ζῶν, καὶ ἐγενόμην νεκρὸς, καὶ ἰδοὺ ζῶν εἰμι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. καὶ ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου καὶ τοῦ θανάτου.

19 Γράψον ἃ εἶδες, καὶ ἅ εἰσι, καὶ ἃ μέλλει γίνεσθαι μετὰ ταῦτα.

20 Τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων ὧν εἶδες ἐπὶ τῆς δεξιᾶς μου, καὶ τὰς ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσᾶς. οἱ ἑπτὰ ἀστέρες, ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσι· καὶ αἱ ἑπτὰ λυχνίαι ἃς εἶδες, ἑπτὰ ἐκκλησίαι εἰσί.

Κεφάλαιον β.

1 ΤΩι ἀγγέλῳ τῆς Ἐφεσίνης ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ κρατῶν τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, ὁ περιπατῶν ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν τῶν χρυσῶν·

2 Οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ τὸν κόπον σου, καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ ὅτι οὐ δύνῃ βαστάσαι κακούς· καὶ ἐπείρασω τοὺς φά-

14 Caput autem eius & capilli erant candidi, ve lana alba, tanquam nix: & oculi eius ve flamma ignis.

15 Pedes autē eius similes aurichalco, veluti in fornace ardentes: & vox illius tanquam vox aquarum multarum.

16 Habebat autem in dextra sua manu stellas septem: & ex ore eius anceps rōphæa acuta prodibat: & facies eius *erat* qualis sol in suo vigore lucet.

17 Quum autem vidissem eum, cecidi ad pedes eius veluti mortuus: tum imposuit mihi dextram suam, manū dicens mihi, ne me tue: ego sum primus ille & vltimus ille,

18 Et qui viuo, sed fui mortuus, & ecce viuo in secula seculorum. amen. & habeo claues inferorum & mortis.

19 Scribe quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ post hæc sunt futura.

20 Mysterium septem illarum stellarum quas vidisti in dextra mea, & septem illa candelabra aurea. Septem illæ stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra illa septem quæ vidisti, septem Ecclesiæ sunt.

CAP. II.

1 ANgelo Ephesinę Ecclesię scribe, Hæc dicit qui tenet septem illas stellas in dextra sua, qui ambulat inter septē illa candelabra aurea.

2 Noui opera tua, & laborem tuum & patientiam & quòd nōn possis ferre malos: &

14 Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi eius tanquam flamma ignis,

15 Et pedes eius similes orichalco, sicut in camino ardenti, & vox illius tanquam vox aquarum multarum.

16 Et habebat in dextera sua stellas septem, & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius sicut sol lucet in virtute sua.

17 Et quum vidissem eum cecidi ad pedes tanquam mortuus, & posuit dexteram suam super me, dicens, Noli timere, ego sum primus & nouissimus,

18 Et viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum. & habeo claues mortis & inferni.

19 Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri posthac.

20 Sacramentum septem stellarum quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. Septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra septem, septem sunt Ecclesiæ.

CAP. II.

1 ANgelo Ephesinæ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum:

2 Scio opera tua, & laborē & patientiam tuā: & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicūt

15 *Chalcolibano*, χαλκολιβάνῳ. Vulgata, *Orichalco*. Orichalcum autem vocarunt veteres præstantissimum æris fossilis genus, quod ob præcipuam bonitatem, inquit Plinius, admirationem diu obtinuit: nec reperitur, longo iam tempore effœta tellure. Apparet igitur ὀρείχαλκον vocatum fuisse [illegible] vt admodum imperitè à nonnullis aurichalcum scribatur, quasi ex auro & ære mixtum. Valde quidem fulgidum fuisse vel ex Hesiodo apparet, qui [illegible] vocat, in Herculis scuto: atque adeo speciem quandam fulgentis auri habuisse liquet etiam ex quodam Cic. loco, libro Off. 3. Denique hoc est quod Dani. 10. 6. & Ezech. 1. 7. קלל [kalal] dicitur, id est, fulgens, à consequente tamen, quum propriè politum æs verum declaret. pro quo Græcus interpres apud Danielem habet χαλκὸς στίλβων, apud Ezechielem, verò [illegible]. Sed qua tandem ratione chalcolibanum vocatum An (vt Arethas existimat) quòd in Libano effoderetur? Ego verò nusquam legi in Libano fuisse ærifodinas, sed potius in montibus qui Palæstinam ab Arabia Petræa dirimunt. Mihi quidem videtur hæc vox ex Hebræo לבן [laban] deducta, vt contra videmus multas voces Latinas Græca terminatione in hos libros inflexas, quas passim annotauimus. Nam quod ex Suida refert Erasmus quoddam fuisse electri genus, & quod commemorat etiam Arethas, significari posse quasi thuris genus quòd æris speciem referret, harum rerum peritioribus æstimandum relinquo. Mihi quidem ex Dan. collatione omnino videtur orichalcum significari: quanuis Græcam vocem integram relinquere maluerim quàm cuiquam præiudicium adferre.

IN CAPVT II.

1 *Angelo*, τῷ ἀγγέλῳ. Id est, [illegible], quem nimirum oportuit in primis de his rebus admoneri, ac per eum cæteros collegas, totámque adeò Ecclesiam. Sed hinc statui Episcopalis ille gradus postea humanitus in Ecclesiam Dei inuectus certè nec potest nec debet, imò ne perpetuum quidem istud [illegible] munus esse necessariò oportuisse, sicut exorta inde illa Tyrannis oligarchica (cuius apex est Antichristiana bestia) certissima cum totius non Ecclesiæ modò sed etiam orbis pernicie, nūc tandem declarat.

2 *Apostolos*, ἀποστόλους. Accipe hoc generaliter vel de iis qui se legitimos esse pastores iactarent quum minimè tamen essent legitimè ad hoc munus vocati, vel de iis qui sese tanquam à Christo ipso missos venditarent, quod ex hoc loco & non paucis epistolarum Pauli locis apertè liquet. Quod si hæc tum fuit Ecclesiæ Christianæ conditio superstitibus adhuc ipsis veris Apostolis, quis miretur nostri temporis successionem Apostolicam iactantes qui ne Christiani quidem sint?

4 *Habeo*

σκοντας εἶναι ἀποστόλους, καὶ οὐκ εἰσί· καὶ εὗρες αὐτοὺς ψευδεῖς.

3 Καὶ ἐβάστασας, καὶ ὑπομονὴν ἔχεις· καὶ διὰ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακας, καὶ οὐ κέκμηκας.

4 Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ, ὅτι τὴν ἀγάπην σου τὴν πρώτην ἀφῆκας.

5 Μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας, καὶ μετανόησον, καὶ τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον· εἰ δὲ μὴ ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς.

6 Ἀλλὰ τοῦτο ἔχεις ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα τῶν Νικολαϊτῶν, ἃ κἀγὼ μισῶ.

7 Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις, Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ.

8 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας Σμυρναίων γράψον, Τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ὃς ἐγένετο νεκρὸς, καὶ ἔζησεν·

9 Οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὴν θλίψιν καὶ τὴν πτωχείαν, (πλούσιος δὲ εἶ) καὶ τὴν βλασφημίαν τῶν λεγόντων Ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ Σατανᾶ.

10 Μηδὲν φοβοῦ ἃ μέλλεις πάσχειν· ἰδοὺ, μέλλει βαλεῖν ἐξ ὑμῶν ὁ διάβολος εἰς φυλακὴν, ἵνα πειρασθῆτε· καὶ ἕξετε θλίψιν ἡμερῶν δέκα. γίνου πιστὸς ἄχρι θανάτου, καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς.

11 Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις, Ὁ νικῶν, οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου.

12 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Περγάμῳ ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν·

13 Οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ ποῦ κατοικεῖς ὅπου ὁ θρόνος τοῦ Σατανᾶ, καὶ κρατεῖς τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς Ἀντίπας

exploraris eos qui se dictitant Apostolos esse, & non sunt, & comperisti eos *esse* mendaces,

3 Et onere pressus fuisti, & toleras: & propter nomen meum laborasti, & non es defatigatus.

4 Sed habeo *aliquid* aduersum te, quòd charitatem tuam primam omiseris.

5 Memor esto itaque vnde excideris, & resipisce, & priora opera facito: sin minus, veniam aduersum te citò, & mouebo candelabrum tuum à loco suo, nisi resipueris.

6 Sed hoc habes quòd odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

7 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, Victori dabo edere ex arbore illa vitæ quæ est in medio paradisi Dei.

8 Angelo verò Smyrnæorum Ecclesiæ scribe, Hæc dixit primus ille & vltimus ille qui fuit mortuus, & viuit:

9 Noui opera tua & afflictionem & paupertatem, (sed diues es) & blasphemiam eorum qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed synagoga Satanæ.

10 Nihil eorum metue quæ passurus es: ecce, futurum est vt coniiciat diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt exploremini: & habebitis afflictionem dierum decem. esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

11 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, Qui vicerit, nequaquam lædetur à morte secunda.

12 Angelo verò Pergamensis Ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet romphæam illam ancipitem, acutam illam:

13 Noui opera tua, & vbi habites, *nempe* vbi thronus est Satanæ, & *quòd* retineas nomē meū, neque negasti fidem meam, etiam iis diebvs quibus Antipas

Apostolos esse, & nō sunt: & inuenisti eos mendaces,

3 Et patientiam habes, & sustinuisti propter nomē meum, & non defecisti.

4 Sed habeo aduersum te, quòd charitatem tuā primam reliquisti.

5 Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitētiam, & prima opera fac: sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo nisi pœnitentiā egeris.

6 Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum: quæ & ego odi.

7 Qui habet aurē, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.

8 Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, & viuit:

9 Scio tribulationem tuā & paupertatem tuā: sed diues es & blasphemaris ab iis qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanæ.

10 Nihil eorum timeas quæ passurus es: ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tētemini: & habebitis tribulationem diebus decem. esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

11 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, Qui vicerit, non lædetur à morte secunda.

12 Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet romphæam vtraque parte acutam:

13 Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam: & in diebus illis, Antipas te-

4 *Habeo [aliquid] aduersum te*, ἔχω κατὰ σοῦ. Subauditur τι: acsi dicat, Habeo de quo tecum expostulem. Vide Marc. 6. 19.

7 *Ex arbore*, ἐκ τοῦ ξύλου. Duplex Hebraismus. tū quòd lignum pro arbore, tum quòd arborem pro fructu arboris dixit. ¶ *Vitæ*, τῆς ζωῆς, id est vitali & viuifica, ex Hebr. idiotismo sæpe iam à nobis annotato.

¶ *In medio paradisi Dei*, ἐν μέσῳ παραδείσου τοῦ Θεοῦ. Arethas & quidam ex vet. nostris libr. habent ἐν παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ μου, *in paradiso Dei mei*, vt Vetus interp. Neque est quòd quisquam hac loquutione offendatur, quum post resurrectionem etiam sic loquatur Dominus, tanquam mediator videlicet, Ioann. 20, 17. Lignum autem vitæ vocat diuinam illam vim quæ nos in illa beata & perpetua immortalitate fouebit, vt & paradisum, locum illum beatitati nostræ destinatum: quarum rerum typus fuerat arbor illa vitæ in horto illo amœnissimo plantata, à qua in Adamo, animali vita prędito, excidimus. qua etiā specie anagoges Paulus duos constituit Adamos inter se oppositos, 1. Corinth. 15.

13 *Opera tua*, τὰ ἔργα σου. Hęc desunt in Vulg. quæ tamen extant in nostris Græcis cod. omnibus. ¶ *Etiam in diebus quibus Antipas*, &c. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς Ἀντίπας. Καὶ iterum respondet particulæ גם [gham,] id est *etiam*. Amplificatur enim Pergamensium fides, quòd in ipso persequutionis æstu constantes fuerint. Vetus interpres omisit relatiuum, quod tamen necessariò fuit exprimendum. Erasmus, *Et in diebus meis Antipas*, &c. repugnante omnium emendatorum codicibus fide, ipsaque adeo sententia. Mendosum enim est quod excudit Frobenius ἐμαῖς pro ἐν αἷς, quod illic etiam est ad marginem annotatum

ὁ μάρτυς μου ὁ πιστὸς, ὃς ἀπεκτάνθη
παρ' ὑμῖν, ὅπου κατοικεῖ ὁ Σατανᾶς.

Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἔχεις ἐκεῖ
Num. 24.14, & 25.1 κρατοῦντας τὴν διδαχὴν Βαλαάμ, ὃς
ἐδίδασκεν τὸν Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον
ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, φαγεῖν εἰδω-
λόθυτα, καὶ πορνεῦσαι.

Οὕτως ἔχεις καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν
διδαχὴν τῶν Νικολαϊτῶν ὃ μισῶ.

Μετανόησον· εἰ δὲ μή, ἔρχομαί σοι τα-
χὺ, καὶ πολεμήσω μετ' αὐτῶν ἐν τῇ ῥομ-
φαίᾳ τοῦ στόματός μου.

Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα
λέγει ταῖς ἐκκλησίαις. Τῷ νικῶντι δώσω
αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμ-
μένου· καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκὴν, καὶ
ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμ-
μένον, ὃ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ λαμβάνων.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις
ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ υἱὸς
τοῦ Θεοῦ, ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὡς
φλόγα πυρὸς, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι
χαλκολιβάνῳ·

Οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὴν ἀγάπην,
καὶ τὴν διακονίαν, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν
ὑπομονήν σου, καὶ τὰ ἔργα σου, καὶ τὰ ἔ-
σχατα πλείονα τῶν πρώτων.

Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἐᾷς τὴν
γυναῖκα Ἰεζαβὴλ τὴν λέγουσαν ἑαυ-
τὴν προφῆτιν, διδάσκειν καὶ πλανᾶσθαι
ἐμοὺς δούλους, πορνεῦσαι, καὶ εἰδωλόθυ-
τα φαγεῖν.

Καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον ἵνα μετανοή-
σῃ ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς· καὶ οὐ μετε-
νόησεν.

Ἰδοὺ ἐγὼ βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην,
καὶ τοὺς μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς, εἰς θλί-
ψιν μεγάλην, ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ
τῶν ἔργων αὐτῶν.

Καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ ἐν θα-
1. Sam. 6.7 psal. 7.10 ier. 11.20 & 17 10 νάτῳ· καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ ἐκκλη-
σίαι ὅτι ἐγώ εἰμι ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ

martyr ille meus fidelis vlus-
barqui trucidatus est apud vos,
vbi Satanas habitat.
14 Sed habeo aduersum te pau-
ca, quòd habeas istic qui te-
neant doctrinam‖Balaami, qui
docebat "Balacum obiicere of-
fendiculum coram filiis Israe-
lis, vt ederent ex iis quæ simula-
cris erant immolata, & *vt*
scortarentur.
15 Ita habes etiam tu qui te-
neant doctrinam Nicolaitarũ:
16 Resipisce: sin minus, veniam
aduersum te citò, & pugnabo
cum illis gladio illo oris mei.
17 Qui habet aurẽ, audiat quid
Spiritus dicat Ecclesiis. Ei qui
vicerit tribuam vt edat "ex Mã-
na illo occulto: & dabo ipsi "cal-
culum album, & in calculo no-
men nouum scriptum, quod ne-
mo nouit nisi qui accepit.
18 Angelo verò Thyatirensis
Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Fi-
lius Dei, qui habet oculos tan-
quam flammam ignis, & cuius
pedes *sunt* similes chalcolibano:
19 Noui opera tua & charita-
tem, & "subministrationem, &
fidem, & patientiam tuam, &
opera tua, & vltima plura prio-
ribus.
20 Sed habeo aduersus te pau-
ca: quòd permittis mulierem
Iezabel, quæ se dicit prophe-
tissam, docere, & seducere ser-
uos meos, vt scortentur, & e-
dant ex iis quæ simulacris im-
molantur.
21 Et dedi illi tempus vt resipi-
sceret à scortatione sua: sed
non resipuit.
22 Ecce, ego abiiciam eam in
lectum: & eos "qui adulterium
committunt cùm ea, in affli-
ctionem magnam, nisi resipue-
rint ab operibus suis.
23 Et filios eius "occidã morte: &
cognoscẽt omnes Ecclesiæ me
esse‖scrutatorẽ renũ & cordiũ:

stis meus fidelis, qui occisus
est apud vos, vbi Satanas
habitat.
14 *Sed habeo aduersus te*
pauca: quia habes illic te-
nentes doctrinã Balaam,
qui docebat Balac mittere
scandalum coram filijs Is-
rael, edere & fornicari.
15 *Ita habes & tu tenentes*
doctrinam Nicolaitarum.
16 *Similiter pænitentiam*
age: sin minus, veniam tibi
citò, & pugnabo cum illis
in gladio oris mei.
17 *Qui habet aurẽ, audiat*
quid Spiritus dicat Eccle-
siis. Vincenti dabo manna
absconditum, & dabo illi
calculum candidum & in
calculo nomen nouum scri-
ptum, quod nemo scit, nisi
qui accipit.
18 *Et Angelo Thyatiræ*
Ecclesiæ scribe, Hæc dicit
Filius Dei, qui habet ocu-
los tanquam flammam i-
gnis, & pedes eius similes
aurichalco:
19 *Noui opera tua, & fidẽ,*
& charitatem, & ministe-
rium, & patientiam tuam,
& opera tua nouissima
plura prioribus.
20 *Sed habeo aduersus te*
pauca, quia permittis mu-
lierem Iesabel; quæ se dicit
prophetin, docere, & sedu-
cere seruos meos fornicari
& manducare de idolo-
thyt.
21 *Et dedi illi tempus vt*
pænitentiã ageret, & nõ vult
pænitere à fornicatione
sua.
22 *Ecce mittam eam in le-*
ctum, & qui mœchantur cũ
ea, in tribulatione maxima
erunt, nisi pænitentiam ab
operibus suis egerint.
23 *Et filios eius interficiã*
in morte, & scient om-
nes Ecclesiæ quia ego sum
scrutans renes & corda.

¶ *Trucidatus est*, ἀπεκτάνθη. Vulg. & Eras. *Qui occisus est.* Atqui redundat pronocabulum ὅς, eo pleonasmo quem exposuimus Rom. 16.27.

14 *Balacum*, τὸν Βαλάκ Sic legit Arethas, quem sequitur Complut. editio, & alius vetust. cod. & Vet. etiam interpr. Alij codices legunt ἐν τῷ Βαλάκ, id est, *in Balac*, ἐν τῷ Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον, quam scripturam si sequamur, ita fuerit hic locus vertendus, *qui docebat, quum Balacus exigeret offendiculum filiis Israel, idolothyta edere & scortari*, sicut eodem dicendi genere accipitur, ἐν τῷ διαλέγειν Luc. 24 51. conuertit Eras. quod mihi non probatur. Quod autem de idolothytis hic refertur, ad eam speciem accommodandum est de qua pluribus agit Paulus 1. Cor. 10. 14.

15 *Quod odi*, ὃ μισῶ. Hi sunt omnino de quibus agunt Petr. & Iudas. ‖Vulgata pro ὃ μισῶ, *quod odi*, legit ὁμοίως, *similiter*, coniunctum cum proximo verbo μετανόησον, *resipisce*, quod non quadrat. Cuius enim similitudinis exemplum hîc proponitur?

17 *Ex manna illo abscondito*, ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου Alludit ad concionem illam Domini quæ scripta est Ioã. 6. Item ad locum Dauidis Psal. 105.40. ¶ *Calculum album* ψῆφον λευκὴν. Eiusmodi calculum refert Arethas consueuisse dari athletis in theatro decertantibus.

19 *Subministrationem*, διακονίαν. Sic vocat officia sanctis præstita, vt Paulus passim vsurpat. Vulg. & Eras. *Ministeriũ*.

22 *Qui adulterium committunt*, τοὺς μοιχεύοντας. Vsitatum esse Prophetis omnes nouerunt, adulterij nomine idololatriam significare, in iis qui vero Deo fuerunt quasi coniugij fœdere coniuncti.

23 *Occidam morte*, ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ. Hebraicus pleonasmus: cuius tamen maxima est emphasis, acsi diceret, Internecione delebo.

24 *Vobis*

καρδίας· καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ
ἔργα ὑμῶν.

Ὑμῖν δὲ λέγω, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς
ἐν Θυατείροις, ὅσοι οὐκ ἔχουσι τὴν δι-
δαχὴν ταύτην, καὶ οἵτινες οὐκ ἔγνω-
σαν τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ, ὡς λέγουσιν· οὐ
βαλῶ ἐφ' ὑμᾶς ἄλλο βάρος.

Πλὴν ὃ ἔχετε, κρατήσατε ἄχρις οὗ
ἂν ἥξω.

Καὶ ὁ νικῶν, καὶ ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους
τὰ ἔργα μου, δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπὶ
τῶν ἐθνῶν.

Καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδη-
ρᾷ· ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντρίβε-
ται, ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ πατρός
μου·

Καὶ δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊ-
νόν.

Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα
λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

Κεφάλαιον γ.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκ-
κλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ ἔ-
χων τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς
ἑπτὰ ἀστέρας· Οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι τὸ
ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς, καὶ νεκρὸς εἶ.

Γίνου γρηγορῶν, καὶ στήριξον τὰ λοιπὰ
ἃ μέλλει ἀποθανεῖν· οὐ γὰρ εὕρηκά σου
τὰ ἔργα πεπληρωμένα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Μνημόνευε οὖν πῶς εἴληφας καὶ ἤ-
κουσας, καὶ τήρει, καὶ μετανόησον. Ἐὰν οὖν
μὴ γρηγορήσῃς, ἥξω ἐπὶ σὲ ὡς κλέπτης,
καὶ οὐ μὴ γνῷς ποίαν ὥραν ἥξω ἐπὶ σέ.

Ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα καὶ ἐν Σάρδε-

& dabo vnicuique vestrum
secundum opera vestra.
24 "Vobis autem dico "& reli-
quis Thyatirensibus, quicun-
que non tenetis doctrinã hãc,
& qui non approbastis "pro-
funditates Satanæ, vt aiũt: non
imponam vobis "aliud onus.
25 Tamẽ id quod habetis, re-
tinete quousque veniam.
26 Nam siquis vicerit, & ob-
seruauerit ad finem vsque "o-
pera mea, dabo ei auctoritatẽ
inter Gentes:
27 ‖Et reget eas virga ferrea:
sicut vasa fictilia conterun-
tur, sicut & ego accepi à Pa-
tre meo:
28 Et dabo ei stellã matutinã.
29 Qui habet aurem, audiat quid
Spiritus dicat Ecclesiis.

CAP. III.

1 ANgelo autẽ Ecclesiæ quę
est Sardibus scribe, Hæc
dicit qui habet septẽ illos Spi-
ritus Dei, & septem illas stel-
las: Noui opera tua, *nempe*
"quòd dicaris viuere, sed mor-
tuus es.
2 Esto vigilans, & stabili "re-
liqua moribunda: non enim
inueni opera tua plena in cõ-
spectu Dei.
3 Memento igitur "quæ acce-
peris & audieris, & obserua
illa & resipisce. Quòd si non
vigilaueris, veniam "aduersũ
te‖tanquam fur, neque intel-
liges qua hora veniã aduer-
sum te.
4 "Habes *tamen* aliquot capita

& dabo vnicuique vestrũ
secundùm opera sua.
24 *Vobis autem dico cæteris*
qui Thyatiræ estis, Quicun-
que non habetis doctrinam
hanc, & qui non cognouerunt
altitudines Satanæ, quem-
admodum dicunt non mit-
tam super vos aliud pon-
dus.
25 *Tamen id quod habetis*
tenete donec veniam.
26 *Et qui vicerit, & custo-*
dierit vsque in finem opera
mea, dabo illi potestatem
super Gentes:
27 *Et reget eas in virga*
ferrea: tanquam vas figuli Psal. 2.9
confringentur, sicut & ego
accepi à Patre meo:
28 *Et dabo illi stellam ma-*
tutinam.
29 *Qui habet aurem, audiat*
quid Spiritus dicat Eccle-
siis.

CAP. III.

1 ET *Angelo Ecclesiæ*
Sardis scribe, Hæc di-
cit qui habet septem Spiri-
tus Dei, & septem stellas:
Scio opera tua, quia nomen
habes quòd viuas, & mor-
tuus es.
2 *Esto vigilans, & confir-*
ma cætera quæ moritura e-
rant: non enim inuenio opera
tua plena coram Deo meo.
3 *In mente ergo habe qua-*
liter acceperis & audieris,
& serua, & pænitentiam
age. Si ergo non vigilaue-
ris, veniam ad te tanquam
fur, & nescies qua hora ve- Infrà. 16 15 1. thess. 5 2 2. pet. 3. 10
niam ad te.
4 *Sed habes pauca nomi-*

24 *Vobis autem*, ὑμῖν δὲ. id est, tibi Angele, siue nunc πρεσβυτέρω, & collegarum tuorum cœtui. ¶ *Et reliquis*, καὶ τοῖς λοιποῖς. Id est, reliquo gregi, siue reliquis ex Ecclesia qui in sana doctrina perstitistis. Itaque restituenda est particula καὶ ex Arethæ testimonio: quamuis in Compl. editione & aliis duobus Græcis cod. manuscr. & in Latina vulg. interpretatione sit expuncta. ¶ *Non tenetis*, οὐκ ἔχουσι. Vulg. *Non habetis*. Ego verò mutationẽ personæ Hebræis quidẽ familiarem, Latinis autem insuetam vitaui. Deinde ἔχειν hoc loco nõ significat Habere, sed quod acceperis retinere, cui opponitur κρατεῖν doctrinam ab Apostolis traditam, v. proximè sequ. ¶ *Et qui non approbastis*, καὶ οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν. Id est, οἳ οὐκ ἐγνώκατε. Γινώσκειν autem hoc loco non opponitur τῷ ἀγνοεῖν, sed idem valet atque rem quampiam agnitam comprobare, sicut dicitur Deus peccatores nõ nosse. Vulgata, *non cognouerunt*, quæ interpretatio multas in hunc locum absurdas expositiones inuexit.

¶ *Profunditates*, τὰ βάθη. Sic nimirum solebant isti vocare sua portẽta, quasi summam ac profundissimam diuinarum abstrusissimarum rerum cognitionem complecterentur: vt hodie faciunt præ cæteris Libertini & Anabaptistæ, Spiritum perpetuo in ore habentes: & Castellio qui nuper scripsit, Pauli epistolas nihil nisi quædam rudimenta continere. Sic, inquam, illos non pudebat sua illa portenta appellare. Sed Ioannes addit Satanæ nomen, agnoscens quidem illa pro abstrusissima quadam scientia, ad quæ eximis tenebrarum abyssis hausta esset. Itaque illud esset ὡς λέγουσιν, vt aiunt, refero non ad Satanæ nomen, sed ad βάθη, vt ad Iezabelis illius sectatores pertineat. ¶ *Aliud onus*, ἄλλο βάρος. id est, aduersum vos nihil grauius denuntiabo, contentus videlicet vobis significasse quid in vobis requiram. Vsitatum enim erat Prophetis, quoties calamitatem aliquam prædicebant משא [*massa*,] id est, onus, id vocare, quod quum frequenter Prophetæ facerent, cœpit profanus populus omnes Prophetias inuidioso oneris vocabulo appellare, vt grauissimè expostulat Dominus Ier. 23. 33, & deinceps.

26 *Opera mea*, τὰ ἔργα μου. Id est, qui opus sibi demandatum fideliter peregerit. Alloquitur enim pastorum cœtum in πρεσβυτέρου persona, cui victoriam aduersus prophanos quosuis auctoritate & potestate veri illius & vnici Ecclesiæ capitis freto promittit.

IN CAPVT III.

1 *Quòd dicaris viuere*, ὅτι τὸ ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς, i. quòd celebreris quidem quasi viuas, quum reuera sis mortuus. Viuere autẽ dicitur Ecclesia quũ bonæ arboris instar bonos fructus edit. Vulg. & Eras. *Quia nomen habes quòd viuas*.

2 *Reliqua moribunda*, τὰ λοιπὰ ἃ μέλλει ἀποθανεῖν. Id est, cætera quorum ea est conditio vt ipsa laborent, mox, nisi confirmentur, interitura. Similis occurrit loquutio Luc. 7. 2. Complutensis codex & alij duo scriptum habent, ἃ ἔμελλες ἀποβάλλειν, *Quæ futurum erat vt amitteres*, nisi te videlicet commonefecissem.

3 *Quæ*, πῶς, i. πῶς. Terent. Ita est homo, pro talis est. ¶ *Aduersum te*, ἐπὶ σε Heb. עָלֶיךָ [*halecha*.] Vulg. *ad te*, πρός σε.

4 *Habes* [*tamen*] *aliquot capita*, ἀλλ' ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα.

Sic legit Arethas & Vetus interpres. Consentiunt Complutensis editio & alij codices duo. In aliis deest aduersatiua particula: quæ tamen ex Hebraicæ linguæ vsu interdum suppletur, vt diximus Mar. 9. 5. & Ioann. 9. 30. Nomina autem diximus pro capitibus, vt Act. 1. 15, quod tamen ab vsu Græcæ linguæ alienum esse docet Arethas.

ἃ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς· ὅτι ἄξιοί εἰσιν.

5 Ὁ νικῶν, οὗτος περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς· καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ
Inf. 20. 15. & 21. 27. ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ
Phil. 4. 4 ἐξομολογήσομαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ πατρός μου, καὶ ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ.

6 Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

7 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφείᾳ ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινός, ὁ ἔχων τὴν κλεῖν τοῦ Δαβίδ, ὁ ἀνοίγων, καὶ οὐδεὶς κλείει· καὶ κλείει, καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει·

8 Οἶδά σου τὰ ἔργα· ἰδοὺ δέδωκα ἐνώπιόν σου θύραν ἀνεῳγμένην, καὶ οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν· ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν, καὶ ἐτήρησάς μου τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μου.

9 Ἰδοὺ δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ Σατανᾶ τῶν λεγόντων ἑαυτοὺς Ἰουδαίους εἶναι, καὶ οὐκ εἰσίν, ἀλλὰ ψεύδονται· ἰδού, ποιήσω αὐτοὺς ἵνα ἥξωσι καὶ προσκυνήσωσιν ἐνώπιον τῶν ποδῶν σου, καὶ γνῶσιν ὅτι ἐγὼ ἠγάπησά σε·

10 Ὅτι ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου, κἀγώ σε τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ, τῆς μελλούσης ἔρχεσθαι ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, πειράσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς.

11 Ἰδού, ἔρχομαι ταχύ· κράτει ὃ ἔχεις, ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου.

12 Ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν στύλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ ἔξω οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι· καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τοῦ Θεοῦ μου, τῆς καινῆς Ἱερουσαλήμ, ἡ καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομά μου τὸ καινόν.

etiam Sardibus quæ non inquinarunt vestiméta sua, ideóque ambulabunt mecum albati: digni enim sunt.

5 Qui vicerit, amicietur vestimentis albis: neque vnquam delebo nomen eius ex ‖ libro vitæ, sed agnoscam nomē eius in conspectu Patris mei, & in conspectu Angelorum eius.

6 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

7 Angelo verò Philadelphiensis Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Sanctus & verax ille, qui habet clauem Dauidis: qui aperit, & nemo claudit: & claudit, & nemo aperit:

8 Noui opera tua: ecce, proposui in tuo conspectu ostium apertum, nec quisquam potest illud claudere: quia nonnullam habes virtutem, & seruasti sermonem meum, neque abnegasti nomen meum.

9 Ecce, præbebo eos qui sūt ex synagoga Satanæ, *id est*, eorū qui dicunt se Iudæos esse, nec sunt, sed mentiuntur: ecce, *inquam*, faciam vt ipsi veniant & adorent ante pedes tuos, & sciant quòd ego dilexi te:

10 Quoniam seruasti sermonē tolerantiæ meæ, ego quoque te seruabo ex tempore explorationis quod venturum est in orbem vniuersum, ad explorandos incolas terræ.

11 Ecce, venio citò: retine quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

12 Qui vicerit, faciam vt is sit columna in templo Dei mei: nec foras egredietur ampliùs: & inscribam ei nomē Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei, *id est* nouæ Hierosolymæ quæ descēdit è cælo à Deo meo, & nomen meum nouum.

na in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis quia digni sunt.

5 *Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis: & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius.*

6 *Qui habet aurē, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

7 *Et Angelo Philadelphiæ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit:*

8 *Scio opera tua: ecce, dedi coram te ostium apertū, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum.*

9 *Ecce, dabo de Synagoga Satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: ecce faciam illos vt veniant & adorent ante pedes tuos: & scient quia ego dilexi te.*

10 *Quoniam seruasti verbū patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbē vniuersum tentare habitantes in terra.*

11 *Ecce, venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.*

12 *Qui vicerit, faciam illū columnam in templo Dei mei: & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descēdit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum.*

¶ *Albati*, ἐν λευκοῖς. Vide Ioan. cap. 20. vers. 12. Est autē dictum ex Hebræorum consuetudine, qui & substantiua & adiectiua interdum subticent: quòd ex loci circumstātia nemo sit qui non facilè possit ea intelligere. ¶ *Digni enim sunt*, ὅτι ἄξιοί εἰσι. Dignos, id est, idoneos, intellige, quia in Christo iustificati fuerunt, sicut reipsa comprobarint. Iustus enim est qui iustitiam facit: sed ita vt arbor fructū gignat, non fructus arborem. Vide Ro. c. 8. v. 18. Dignitatem igitur hic nullam statuit in ipsis personis vel earum operibus, sed pactum gratuitum, & gratuitam in Christo acceptationem in solidum respicit.

7 *Qui habet clauē Dauidis*, ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβίδ. Suspicor legendū ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα οἴκου Δαβίδ, Qui habet clauem domus Dauid: vt scriptum est Esa. 22. 22. qui locus nō dubiū est quin allegoricè explicetur hoc in loco. Est autem domus Dauid, Ecclesia, cuius omnis potestas est penes vnum Christum regem sempiternū, Luc. 1. 31 & 32: vt quos velit vel admittat vel excludat.

9 *Præbebo*, δίδωμι. Id est, *dabo*, vt paulò pòst ποιήσω: quanquam etiam aliqua est emphasis in hac temporis enallage, quæ passim apud prophetas occurrit. Accipitur autem τὸ διδόναι hoc in loco, pro redigere in eum statum & conditionem vt hoc vel illud faciant, sicut apud Hebræos accipitur verbum נתן [nathan.]

10 *Sermonem tolerantiæ meæ*, τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου. i. quia patientiam illam ac constantiam retinuisti quam à meis requiro, in Euangelij mei professione. ¶ *Seruabo*, τηρήσω, id est saluum præstabo siue eripiam.

12 *Qui vicerit*, ὁ νικῶν. Simile dicēdi genus vide sup. 3. 12.

¶ *Dei mei*, τοῦ Θεοῦ μου. Vide suprà, 2. 7.

Amen

13 Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

14 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας Λαοδικέων γράψον, Τάδε λέγει ὁ Ἀμήν, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινός, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ·

15 Οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεστός· ὄφελον ψυχρὸς εἴης ἢ ζεστός.

16 Οὕτως, ὅτι χλιαρὸς εἶ, καὶ οὔτε ψυχρὸς οὔτε ζεστός, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου·

17 Ὅτι λέγεις, Ὅτι πλούσιός εἰμι καὶ πεπλούτηκα, καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω. Καὶ οὐκ οἶδας ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαίπωρος, καὶ ἐλεεινός, καὶ πτωχός, καὶ τυφλός, καὶ γυμνός.

18 Συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρός, ἵνα πλουτήσῃς· καὶ ἱμάτια λευκά, ἵνα περιβάλῃ, καὶ μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου· καὶ κολλούριον ἔγχρισον τοὺς ὀφθαλμούς σου, ἵνα βλέπῃς.

19 Ἐγώ, ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. ζήλωσον οὖν καὶ μετανόησον.

20 Ἰδού, ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω· ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου, καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτόν, καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ.

21 Ὁ νικῶν δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, ὡς κἀγὼ ἐνίκησα, καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ.

22 Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

Κεφάλαιον δ.

1 Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδού, θύρα ἠνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη ἣν ἤκουσα ὡς σάλπιγγος λαλούσης μετ' ἐμοῦ, λέγουσα, Ἀνάβα ὧδε, καὶ δείξω σοι ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.

2 Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν πνεύματι· καὶ ἰδού, θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ,

13 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

14 Angelo verò Laodicensium Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Amen, testis ille fidelis & verax, principium opificij Dei:

15 Noui opera tua, *nempe* te neque frigidum esse, neque feruidum: vtinam frigidus esses aut feruidus.

16 Itaque, quoniam tepidus es, nec frigidus nec feruidus, futurum est vt te euomam ex ore meo.

17 Nam dicis, Diues sum, & ditatus sum, & nulla re mihi est opus. Neque nosti te esse ærumnosum, & miserabilem, & pauperem, & cæcum, & nudum.

18 Consilium do tibi vt emas à me aurum igni exploratum, vt diues fias: & vestimenta alba, vt induaris, nec manifesta fiat pudenda nuditas tua: & collyrio inungas oculos tuos, vt videas.

19 ‖ Ego quoscunque amo, arguo & castigo. Ferue igitur *mei* studio & resipisce.

20 Ecce, sto ad ostium & pulso: siquis audierit vocem meam, & aperuerit ostium, ingrediar ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum.

21 Qui vicerit, tribuam ei vt sedeat mecum in throno meo, vt & ego vici, & sedeo cum Patre meo in throno eius.

22 Qui habet aurē, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

CAP. IIII.

1 POstea aspexi, & ecce, ostiū *erat* apertum in cælo: & vox prima quam audiueram tanquam tubæ loquentis mecum, dicebat, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oporteat fieri posthac.

2 Statim igitur fui correptus spiritu: & ecce, thronus positus

13 *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

14 *Et Angelo Laodiceæ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Amen, testis fidelis & verus, qui est principiū creaturæ Dei:*

15 *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses aut calidus.*

16 *Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo:*

17 *Quia dicis, quòd diues sum & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.*

18 *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatū: vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, vt videas.*

19 *Ego quos amo arguo, & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age.* Prou. 3. 12 heb. 12. 5

20 *Ecce, sto ad ostium & pulso: siquis audierit vocē meā, & aperuerit mihi ianuā, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.*

21 *Qui vicerit, dabo ei sedere mecū in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.*

22 *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

CAP. IIII.

1 *POst hæc vidi, & ecce, ostiū apertum in cælo: & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri posthac.*

2 *Et statim fui in spiritu, & ecce, sedes posita erat in*

14 *Amen*, ὁ Ἀμήν. Hebraismus quem mox explicat. Nā אמן [*amen*] Hebræis significat Verū, siue veritatem ipsam. ¶ *Principium opificij Dei*, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ. Id est, à quo principium ducunt omnes res conditæ. Omnia enim à Deo per ipsum facta sunt, vt expositum est Ioan. 1. 3. Vide Col. 1. 15, & deinceps. vel potius noui seculi, id est Ecclesiæ caput, ac verum & vnicum principium.

17 *Diues sum*, ὅτι πλούσιός εἰμι. Vulg. *quòd diues sum*. Atqui particula ὅτι in hoc dicendi genere περιττεύει.

18 *Exploratum igni*, πεπυρωμένον ἐκ πυρός. Vulgata, *Aurum ignitum probatum*. Eras. *Ignitum ex igni*. Atqui certum est τὸ πυροῦσθαι passim in editione Græca respondere Hebræo verbo צרף [*tsaraph*.] quod significat per ignem explorare. Additum est autē ἐκ πυρός, ex pleonasmo Hebræis familiari, pro διὰ πυρός, siue ἐν πυρί, vt mirer Erasm. hoc loco hallucinatum esse. Vide autem quæso, lector, quid infrà obseruaui, 16. 15.

19 *Ferue igitur mei studio*, ζήλωσον subaudi ἐμέ. Alludit enim ad nominis Zeli etymon à verbo ζεῖν, vnde prouerbium ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία: & hoc opponitur ei quod dixerat istum nec frigidum nec feruidum fuisse. Vulgata igitur & Erasmus incommodè hic vsi sunt Æmulandi verbo.

21 *Qui vicerit*, ὁ νικῶν. Hebraismus de quo diximus supr. ¶ *In throno meo*, ἐν τῷ θρόνῳ μου. Hinc illa Christi verba Ioan. 17. 24. sic tamen vt semper eminent caput Christus.

IN CAPVT IIII.

2 *Fui correptus à spiritu*, ἐγενόμην ἐν πνεύματι. Vide suprà, cap. 1. versu 10.

καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενος.

3 Καὶ ὁ καθήμενος ἦν ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίνῳ· καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου ὁμοία ὁράσει σμαραγδίνῳ.

4 Καὶ κυκλόθεν τοῦ θρόνου θρόνοι εἴκοσι καὶ τέσσαρες· καὶ ἐπὶ τοὺς θρόνους εἶδον τοὺς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πρεσβυτέρους καθημένους, περιβεβλημένους ἐν ἱματίοις λευκοῖς· καὶ ἔσχον ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς.

5 Καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαί, καὶ βρονταί, καὶ φωναί· καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνου, αἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ.

6 Καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνου θάλασσα ὑαλίνη, ὁμοία κρυστάλλῳ· καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου τέσσαρα ζῶα γέμοντα ὀφθαλμῶν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν.

7 Καὶ τὸ ζῶον τὸ πρῶτον ὅμοιον λέοντι, καὶ τὸ δεύτερον ζῶον ὅμοιον μόσχῳ, καὶ τὸ τρίτον ζῶον ἔχον τὸ πρόσωπον ὡς ἄνθρωπος, καὶ τὸ τέταρτον ζῶον ὅμοιον ἀετῷ πετωμένῳ.

8 Καὶ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ᾽ ἑαυτὸ εἶχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κυκλόθεν, καὶ ἔσωθεν γέμοντα ὀφθαλμῶν· καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν ἡμέρας καὶ νυκτός, λέγοντα, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἦν, καὶ ὁ ὤν, καὶ ὁ ἐρχόμενος.

9 Καὶ ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμὴν καὶ εὐχαριστίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων,

10 Πεσοῦνται οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι ἐνώπιον τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ προσκυνήσουσι τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, καὶ βαλοῦσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, λέγοντες,

Infrà, 5.12 11 Ἄξιος εἶ Κύριε λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δύναμιν, ὅτι σὺ ἔκτισας τὰ πάντα, καὶ διὰ τὸ θέλημά σου εἰσι, καὶ ἐκτίσθησαν.

erat in cælo: & *quidam* throno insidebat.

3 Is autem qui sedebat, aspectu similis erat lapidi Iaspidi & Sardio: & in circuitu illius thróni erat iris aspectu similis Smaragdo.

4 Et in circuitu illius throni, *erant* throni vigintiquatuor: & super eos thronos vidi vigintiquatuor Seniores sedentes, amictos vestibus albis: & habentes impositas capitibus suis coronas aureas.

5 Prodibant autem ex illo throno fulgura & tonitrua & voces: & septem lampades igneæ ardentes ante thronum, quæ sunt septem illi spiritus Dei.

6 Erat etiam ante thronum mare vitreum simile crystallo: & inter thronum & quæ thrónum ambiebant, quatuor animalia plena oculis antè & retró.

7 Animal autem primum erat simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem velut homo, & quartum animal simile aquilæ volanti.

8 Et quatuor animalia singula per se habebant alas senas in circuitu, & intus plena erant oculis, die ac nocte sine intermissione dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus ille omnipotens, "Erat, & Est, & Venturus est.

9 Et quum tribuebant illa animalia gloriã & honorẽ & gratiarum actionem ei qui throno insidebat, illi, *inquam*, viuẽti in secula seculorum,

10 Procidebant vigintiquatuor illi Seniores in conspectu illius insidentis throno, & adorabant illum viuentem in secula seculorum, & abiiciebant coronas suas ante thronum, dicentes,

11 ‖Dignus es "Domine qui accipias gloriam & honorem & virtutem: quia tu condidisti omnia, & "per voluntatem tuam sunt, & creata sunt.

cælo, & supra sedem sedens.

3 *Et qui sedebat similis erat aspectu lapidis iaspidis, & sardinis: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ.*

4 *Et in circuitu sedis, sedilia vigintiquatuor: & super thronos vigintiquatuor Seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.*

5 *Et de throno procedebãt fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronũ, quæ sunt septem spiritus Dei.*

6 *Et in conspectu sedis, tanquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis, & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro.*

7 *Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti.*

8 *Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas in circuitu: & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicẽtia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, Qui erat, & Qui est, & Qui venturus est.*

9 *Et quum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum,*

10 *Procidebãt vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronũ, dicentes,*

11 *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.*

3 *Smaragdo, σμαραγδίνῳ.* Sub. λίθῳ. Itaque caussa non erat cur Erasmus converteret, *Aspectu smaragdino.*

4 *Et habentes, καὶ ἔχει.* Sub. εἰ, vt sit εἶ ἔχει, pro ἔχοντες. Vide suprà, 1.6.

8 *Erat, Est, & Venturus est, ὁ ἦν, &c.* Vide suprà, 1.4. Vulgata & Erasmus, *Qui erat, Qui est, & Qui venturus est.* quam interpretationem coactus sum alicubi amplecti, vt nouitatem fugerem. Alioqui liquet ἦν, ὤν, & ἐρχόμενος pont proprij Dei nominis loco, neque sumenda, vt in vulgari sermone dicuntur de quopiam qui fuerit, sit, & venturus sit. Est autem insignis etiam hic locus adstruendæ Christi coëssentiali Deitati, quum de eo qui venturus est hic agatur, id est, de Christo ipso.

11 *Domine, Κύριε.* Arethas addit, καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος, & sancte Deus noster. Consentit Complutensis editio, cum duobus aliis codicibus.

¶ *Per voluntatem tuam, διὰ τὸ θέλημά σου,* id est, quia sic tibi visum est, διὰ τοὺς ... Sic Aristoteles Ethic. ad Nicomach. lib. 1. cap. 9. διὰ τύχην ..., *per fortunam siue casu felicem esse* Sic Ariani Filiũ quoq; contendunt non esse ex Patris οὐσίᾳ genitum ab æterno, sed eius voluntate creatum quod ex hoc ipso loco refellitur.

Κεφάλαιον ε.

1 ΚΑΙ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά.

2 Καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρόν, κηρύσσοντα φωνῇ μεγάλῃ, Τίς ἐστιν ἄξιος ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ;

3 Καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲ ὑποκάτω τῆς γῆς, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὐδὲ βλέπειν αὐτό.

4 Καὶ ἐγὼ ἔκλαιον πολλά, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι καὶ ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό.

5 Καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι, Μὴ κλαῖε· ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα Δαβίδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς ἑπτὰ σφραγῖδας αὐτοῦ.

6 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων, ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, ἔχον κέρατα ἑπτά, καὶ ὀφθαλμοὺς ἑπτά, οἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ τοῦ Θεοῦ πνεύματα τὰ ἀπεσταλμένα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν.

7 Καὶ ἦλθε καὶ εἴληφε τὸ βιβλίον ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου.

8 Καὶ ὅτε ἔλαβε τὸ βιβλίον, τὰ τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἴκοσι τέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου ἔχοντες ἕκαστος κιθάρας καὶ φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων.

9 Καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινήν, λέγοντες, Ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον, καὶ ἀνοῖξαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, ὅτι ἐσφάγης, καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου, ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους·

10 Καὶ ἐποίησας ἡμᾶς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς· καὶ βασιλεύσομεν ἐπὶ τῆς γῆς.

CAP. V.

1 DEinde vidi ad dextrã eius qui insidebat throno, librum "scriptum intus & à tergo, obsignatum sigillis septem.

2 Et vidi Angelum validũ, prædicantem voce magna, Quis est dignus qui aperiat librum, & soluat eius sigilla?

3 Nemo autem poterat neque in cœlo, neque in terra, neque subter terram, aperire librum, neque eum inspicere.

4 Flebam igitur ego multum quód nemo dignus inuentus esset qui aperiret & legeret librũ, nec qui eum inspiceret.

5 Tum vnus ex senioribus illis dicit mihi, Ne fleto: ecce, "vicit Leo ille ex tribu Iuda, "stirps illa Dauidis, vt aperiat librum, & soluat septem eius sigilla.

6 Aspexi igitur, & ecce inter illum thronũ & quatuor illa animalia & inter seniores illos, Agnus stans tanquam mactatus, habens cornua septem; & oculos septem, qui sunt septem illi Spiritus Dei emissi in omnem terram.

7 Is venit & accepit librum ex dextra illius qui throno illi insidebat.

8 Qúmque accepisset librum quatuor illa animalia & viginti quatuor illi seniores procidebant in conspectu Agni, habentes singuli citharas & phialas aureas, plenas suffituum, quæ sunt "orationes sanctorum.

9 Et cecinerunt canticum "nouum, dicentes, Dignus es qui accipias librum, & aperias eius sigilla: quoniam mactatus es, & redemisti nos Deo per sanguinem tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione:

10 ‖Et fecisti "nos Deo nostro reges & sacerdotes: & regnabimus in terra.

CAP. V.

1 *ET vidi in dextera sedentis supra thronũ, librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.*

2 *Et vidi Angelũ fortem, prædicãtem voce magna, Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius?*

3 *Et nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum.*

4 *Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum.*

5 *Et vnus de senioribus dicit mihi, Ne fleueris: ecce, vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius.*

6 *Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorũ, Agnum stantẽ tanquam occisum, habentem cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram.*

7 *Et venit & accepit de dextera sedentis in throno librum.*

8 *Et quum aperuisset librum, quatuor animalia & vigintiquatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.*

9 *Et cantabant canticum nouum, dicentes, Dignus es accipere librum, & aperire signacula eius: quoniã occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione:*

10 *Et fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabimus super terram.* 1. Pet. 2.9

IN CAP. V.

1 *Scriptum intus & à tergo, γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν.* Nempe ex vetere voluminum ratione, quorum altera superficies exterior ferè pura manebat, nisi quum interior, id est, quæ conuoluto volumine non apparet, totum scriptum capere non poterat: vnde illud poetæ longius poema carpentis, *Scriptus & à tergo necdum finitus Orestes.* Cuiusmodi scripta propterea ὀπισθόγραφα dicebantur. Hoc autem mysterio quid aliud allegoricè indicetur aliis coniiciendum malo relinquere, quàm temere quicquam diuinare.

5 *Vicit, ἐνίκησεν.* Id est, obtinuit. Cic. pro Cluentio, *Vince bonum virum falsse Oppianicum.* ¶ *Stirps, ῥίζα.* Hebr. שׁרשׁ [*schoresch,*] pro quo solet Homerus ὄζον, id est, *ramum,* dicere. Vulg. & Erasm. ad verbum, *Radix:* id est, ille quem Dauid illa radix edidit.

8 *Preces sanctorum, αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων.* Quomodo hoc sit accipiendum disce ex Act. 10.4, & 31. Vide infrà, 8.3. Illud quidem liquet ex versu 10, per 24. illos Seniores designari militãtis adhuc in terris ecclesiæ, vt loquũtur cœtus veluti iam in cælis versantes, Philipp. 3. 10, & Ephes. cap. 2. versu 6.

9 *Nouum, καινήν.* Heb. חדשׁ [*chadasch,*] id est non vulgare, nec triuiale, sed eximium.

10 *Nos, ἡμᾶς.* In Complutensi codice & alio quodam legimus αὐτούς, ipsos, videlicet sanctos qui adhuc sunt in terris. Item pro βασιλεύσομεν, *regnabimus,* ibidem legitur βασιλεύσουσιν, *regnabunt,*

Καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀγγέλων πολλῶν κυκλόθεν τοῦ θρόνου καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων·

Dan. 5. 10

11 Tum aspexi, & audiui in circuitu illius throni & animalium & seniorum illorum vocem Angelorum multorum, ‖ & erat eorum numerus millies centenorum millium, & decies centenorum millium:

11 *Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium:*

Λέγοντες φωνῇ μεγάλῃ, Ἄξιόν ἐστι τὸ ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον, λαβεῖν τὴν δύναμιν, καὶ πλοῦτον, καὶ σοφίαν, καὶ ἰσχὺν, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ εὐλογίαν·

12 Dicentiū voce magna, Dignus est Agnus ille mactatus qui accipiat potestatem, & diuitias, & sapientiam, & vires, & honorem, & gloriam, & benedictionem:

12 *Dicentiū voce magna, Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutē, & diuinitatē, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem:*

Καὶ πᾶν κτίσμα ὅ ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἅ ἐστι, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, ἤκουσα λέγοντας, Τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῷ ἀρνίῳ ἡ εὐλογία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

13 Sed & res omnes conditas quæ in cælo sunt, & quæ in terra & sub terra & in mari, & quæ in eis sunt omnia audiui, dicentes, Ei qui insidet throno & Agno benedictio, & honor, & gloria, & robur, in secula seculorum.

13 *Et omnem creaturam quæ in cælo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo, omnes audiui dicentes, Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria & potestas in secula seculorum.*

Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα ἔλεγον, Ἀμήν· καὶ οἱ εἴκοσι τέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσαν, καὶ προσεκύνησαν ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

14 Quatuor autem animalia illa dicebant, Amen: & vigintiquatuor illi Seniores prociderunt in facies suas, & adorarunt eum qui viuit in secula seculorum.

14 *Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuentem in secula seculorum.*

Κεφάλαιον ϛ.

CAP. VI.

CAP. VI.

ΚΑΙ εἶδον ὅτι ἤνοιξε τὸ ἀρνίον μίαν ἐκ τῶν σφραγίδων, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων λέγοντος, ὡς φωνῆς βροντῆς, Ἔρχου καὶ βλέπε.

1 POstea aspexi, quū aperuisset Agnus primum ex sigillis, & audiui vnum ex quatuor illis animalibus dicens, tanquam vocem tonitrui, Veni & aspice.

1 *ET vidi quòd aperuisset Agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocē tonitrui, Veni & vide.*

Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός· καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ, ἔχων τόξον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέφανος, καὶ ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ.

2 Aspexi igitur, & ecce *aderat* equus albus: & qui insidebat ei habebat arcum: & data est ei corona, & prodiit vincens, & vt vinceret.

2 *Et vidi, & ecce equus albus: & qui sedebat super illum, habebat arcum: & data est ei corona, & exiuit vincēs vt vinceret.*

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν δευτέραν σφραγῖδα, ἤκουσα τοῦ δευτέρου ζώου λέγοντος, Ἔρχου καὶ βλέπε.

3 Quumque aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens, Veni & aspice.

3 *Et quum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens, Veni & vide.*

Καὶ ἐξῆλθεν ἄλλος ἵππος πυρρός· καὶ τῷ καθημένῳ ἐπ' αὐτῷ ἐδόθη αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἵνα ἀλλήλους σφάξωσι· καὶ ἐδόθη αὐτῷ μάχαιρα μεγάλη.

4 Et prodiit alius equus rufus & sedenti in eo datum est vt tollat pacem è terra, vt alii alios mactent: datúsque est ei gladius magnus.

4 *Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant: & datus est ei gladius magnus.*

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν τρίτην σφραγῖδα, ἤκουσα τοῦ τρίτου ζώου λέγοντος, Ἔρχου καὶ βλέπε. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ, ἵππος μέλας, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ, ἔχων ζυγὸν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ·

5 Et quum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal dicēs, Veni & aspice. Aspexi igitur, & ecce æquus niger *aderat*: & qui insidebat ei, habebat stateram in manu sua.

5 *Et quum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal dicens, Veni & vide. Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua.*

Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐν μέσῳ τῶν τεσσάρων ζώων λέγουσαν, Χοῖνιξ σίτου, δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου· καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς.

6 Et audiui vocem inter illa quatuor animalium dicentem, Chœnix tritici denario, & tres chœnices hordei denario: & vinum & oleum ne læseris.

6 *Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium dicētem, Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario: & vinum & oleum ne læseris.*

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν τετάρτην, ἤκουσα φωνὴν τοῦ τετάρτου ζώου λέγουσαν, Ἔρχου καὶ βλέπε.

7 Quumque aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentem, Veni & aspice.

7 *Et quum aperuisset sigillū quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, Veni & vide.*

Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος χλωρὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ ὄνομα αὐτῷ ὁ θάνατος· καὶ ὁ ᾅδης ἀκολουθεῖ μετ' αὐτοῦ· καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία ἀποκτεῖναι ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς, ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς.

8 Tum vidi, & ecce *aderat* equus pallidus, & eius qui insidebat ei, nomen erat Mors: & Infernus sequebatur eam: datúmque est eis in quadrantem terræ ius occidendi gladio, & fame, & morte, & per terrestres feras.

8 *Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi Mors: & Infernus sequebatur eum: & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ.*

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα, εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν ἣν εἶχον.

9 Quum verò aperuisset sigillum quintum, vidi sub altari animas eorum qui mactati fuerant propter verbum Dei, & propter testimonium quod tuebantur.

9 *Et quum aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant.*

Καὶ ἔκραζον φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες, Ἕως πότε ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινὸς οὐ κρίνεις καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς;

10 Clamabant autem voce magna dicentes, Vsquequo domine, qui sanctus es & verax, non iudicas ac vindicas sanguinem nostrum, *eum reposcendo* ab iis qui habitant in terra?

10 *Et clamabant voce magna dicentes, Vsquequo Domine sanctus & verus, non iudicas & vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra?*

Καὶ ἐδόθησαν ἑκάστοις στολαὶ λευκαὶ, καὶ ἐρρέθη αὐτοῖς ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον μικρὸν, ἕως οὗ πληρώσονται καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, οἱ μέλλοντες ἀποκτείνεσθαι ὡς καὶ αὐτοί.

11 Tum datæ sunt singulis stolæ albæ, & dictum est eis vt requiescerent adhuc paululum temporis, vsquequo compleantur etiam conserui eorum & fratres eorum, qui occidendi sunt sicut & ipsi.

11 *Et datæ sunt illis singulis stolæ albæ, & dictū est illis vt requiescerēt adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi.*

Καὶ εἶδον ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἕκτην, καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο, καὶ ὁ ἥλιος ἐγένετο μέλας ὡς σάκκος τρίχινος, καὶ ἡ σελήνη ὅλη ἐγένετο ὡς αἷμα·

12 Deinde aspexi quum aperuisset sigillum sextum, & ecce terræmotus magnus factus est: & sol factus est niger vt saccus cilicinus, & luna tota facta est vt sanguis:

12 *Et vidi quum aperuisset sigillum sextum, & ecce, terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis:*

Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσαν εἰς τὴν γῆν, ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, ὑπὸ μεγάλου ἀνέμου σειομένη.

13 Et stellæ cæli ceciderunt in terram, sicut ficus abiicit grossos suos quum vento magno concutitur,

13 *Et stellæ cæli ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos quum à vento magno mouetur.*

Καὶ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον εἱλισσόμενον, καὶ πᾶν ὄρος καὶ νῆσος ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκινήθησαν.

14 Et cælum abscessit sicut liber qui conuoluitur: & omnes montes & insulæ è suis locis emotæ sunt:

14 *Et cælum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt:*

Καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ μεγιστᾶνες, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ χιλίαρχοι, καὶ οἱ δυνατοὶ, καὶ πᾶς δοῦλος, καὶ πᾶς ἐλεύθερος ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς πέτρας τῶν ὀρέων·

15 Et reges terræ, & optimates, & diuites, & tribuni, & potentes, omnésque tum serui tum ingenui occultarunt se in speluncis & in petris montium:

15 *Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber absconderunt se in speluncis & in petris montium.*

---

11 *Et erat numerus eorum millies centena millia, & decies centena millia*, καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων καὶ χιλιάδες χιλιάδων. Ita lego ex Aretha, Complutensi editione, & aliis duobus vetustis codicibus. Melius enim ista respondent iis quæ scribuntur Dan. 7. 10, vbi hæc eadem descriptio inuenitur.

12 *Dicentiū*, λέγοντες. Vsus enim loquēdi Græcè postulabat vt scriberetur λεγόντων. Sed ex Hebræo idiomate, perinde est ac si Græcè scriptum esset, οἳ (sub. ἦσαν) λέγοντες. id est, *Qui erant dicentes*, pro *Qui dicebant*.

¶ *Qui accipiat*, λαβεῖν. Id est, cui deferatur laus omnis, tanquam potentissimo, ditissimo, sapientissimo, &c. ¶ *Diuinitatem*, πλοῦτον. Vulgata, *diuinitatem* deprauata procul dubio scriptura à quopiam Ariano. Nam consentiunt in nostra omnes Græci codices.

13 *Dicentes*, λέγοντας. Mutatio generis propter κτίσμα collectiuum nomen, quo siue per προσωποποιΐαν personæ finguntur esse res omnes creatæ, siue potius, vt alibi κτίσεως nomine, sic isto loco per κτίσμα intelligūtur omnes homines, tum superstites, tum iā olim aut in terris aut in aquis sepultri ita vt illud, *Et quæ sunt in eis omnia*, sit epitome & epexegesis præcedētium. Nam certè sic distinguuntur quæ sursum sunt ac deorsum ab infimis mundi partibus.

IN CAP. VI.

1 *Primum*, μίαν. Id est, πρώτην ex Hebræorum more. Vulgata & Erasmus, *Vnum*.

4 *Datum est*, ἐδόθη αὐτῷ. Redundat αὐτῷ, ex Hebræorum idiotismo.

8 *Eius qui insidebat*, ὁ καθήμενος. Hoc dicendi genus, quod iam aliquoties occurrit, prorsus inusitatum est in Græca & Latina lingua, quum dicendum fuerit καὶ τῷ καθημένῳ, ne hiaret constructio. Quod autem genus masculinum fœmineo expressimus, coacti fecimus, eò quòd Græcis ὁ θάνατος generis est masculini: mors verò fœminei apud Latinos. ¶ *Infernus*, ὁ ᾅδης. Heb. שאול [*scheol*,] id est, sepulchrum. Nolui tamen quicquam immutare.

¶ *Et morte*, καὶ τῷ θανάτῳ. id est, λοιμῷ Peste. Hebr. דבר [*deber*.] Sic Gallicè pestem grassantem vocare solemus *mortalité*.

9 *Quod tuebantur*, ἣν εἶχον. Hoc est quod in vernaculo sermone dicimus, *Qu'ils maintenoyent*. Vulg. & Erasm. *Quod habebant*. Complutensis editio legit, καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν τοῦ ἀρνίου, *& propter testimonium agni*.

10 *Ab iis qui habitant*, &c. ἀπὸ τῶν κατοικούντων. Reposcere sanguinem pro Cædem alicuius vindicare, vsitatissima est Hebræis loquutio: hîc necessariò supplenda, propter præpositionem ἀπό.

11 *Compleantur etiam conserui*, πληρώσονται καὶ οἱ σύνδουλοι. i. Vsquedum compleatur numerus eorum qui, &c. Malim autem legere πληρωθῶσι, vt habet editio Complutensis.

Esa.2.19 Oseæ 10.2 Luc.23.30

16 Καὶ λέγουσι τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς πέτραις, Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς, καὶ κρύψατε ἡμᾶς ἀπὸ προσώπου τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ ἀρνίου.

17 Ὅτι ἦλθεν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· καὶ τίς δύναται σταθῆναι;

Κεφάλαιον ζ.

1 ΚΑὶ μετὰ ταῦτα εἶδον τέσσαρας ἀγγέλους ἑστῶτας ἐπὶ τὰς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, κρατοῦντας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τῆς γῆς, ἵνα μὴ πνέῃ ἄνεμος ἐπὶ τῆς γῆς, μήτε ἐπὶ πᾶν δένδ[illegible]

2 Καὶ εἶδον ἄλλον [illegible] ἀναβαίνοντα ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, ἔχοντα σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος· καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ τοῖς τέσσαρσιν ἀγγέλοις οἷς ἐδόθη αὐτοῖς ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν,

3 Λέγων, Μὴ ἀδικήσητε τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε τὰ δένδρα, ἄχρις οὗ σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

4 Καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐσφραγισμένων, ρμδ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι ἐκ πάσης φυλῆς υἱῶν Ἰσραήλ.

5 Ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ῥουβήν, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Γάδ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι·

6 Ἐκ φυλῆς Ἀσήρ ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Νεφθαλείμ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Μανασσῆ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι·

7 Ἐκ φυλῆς Συμεών, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Λευΐ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ἰσαχάρ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι·

8 Ἐκ φυλῆς Ζαβουλών, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ἰωσήφ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Βενιαμίν, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.

9 Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολύς, ὃν ἀριθμῆσαι αὐτὸν οὐδεὶς ἐδύνατο, ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ φυλῶν καὶ λαῶν καὶ γλωσσῶν, ἑστῶτες ἐνώπιον τοῦ θρόνου καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, περιβεβλημένοι στολὰς λευκάς· καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν.

10 Καὶ κράζοντες φωνῇ μεγάλῃ, λέγον-

16 Et dixerunt montibus & petris, ‖Cadite in nos, occultate nos à conspectu eius qui insidet throno, & ab ira Agni:

17 Nam veniet dies ille magnus iræ illius: & quis poterit stare?

CAP. VII.

1 POstea vidi quatuor Angelos insistentes quatuor angulis terræ, retinentes quatuor ventos terræ, ne flaret ventus super terram, neque super mare, neque supra vllam arborem.

2 Et vidi alium Angelum ascẽdentem ab ortu solis, habentem sigillum Dei viui: qui acclamauit voce magna quatuor illis Angelis quibus datum est lædere terram & mare,

3 Dicens, Ne lædite terram, neque mare, neque arbores, quousque obsignauerimus seruos Dei nostri in frontibus suis.

4 Et audiui numerum obsignatorum: centum quadragintaquatuor millia *erant* obsignata ex omnibus tribubus filiorum Israelis.

5 Ex tribu Iudæ, duodecies mille obsignata: ex tribu Rubenis duodecies mille obsignata: ex tribu Gadis duodecies mille obsignata.

6 Ex tribu Aseris, duodecies mille obsignata, ex tribu Nephthalimi, duodecies mille obsignata: ex tribu Manassæ, duodecies mille obsignata:

7 Ex tribu Simeonis, duodecies mille obsignata: "ex tribu Leui, duodecies mille obsignata: ex tribu Issacharis, duodecies mille obsignata.

8 Ex tribu Zabulonis, duodecies mille obsignata: ex tribu" Iosephi, duodecies mille obsignata: ex tribu Beniamini, duodecies mille obsignata.

9 Postea vidi, & ecce, *aderat* turba multa, quam numerare nemo possit, ex omnibus gẽtibus & tribubus & populis & linguis: stabántque ante thronum illum & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & *erant* palmæ in manibus eorum.

10 Et clamabant voce magna,

16 Et dicunt montibus & petris, Cadite super nos & abscondite nos à facie sedentis super thronũ, & ab ira Agni:

17 Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare?

CAP. VII.

1 POsthac vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angelos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flaret ventus super terram, neque super mare, neque in vllam arborem.

2 Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis quibus datum est nocere terræ & mari,

3 Dicens, Nolite nocere terræ, neque mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.

4 Et audiui numerum signatorũ, centum quadragintaquatuor millia signata ex omni tribu filiorum Israel.

5 Ex tribu Iuda, duodecim millia signati: ex tribu Ruben, duodecim millia signati: ex tribu Gad, duodecim millia signati:

6 Ex tribu Aser, duodecim millia signati: ex tribu Nephthali duodecim millia signati: ex tribu Manasse, duodecim millia signati;

7 Ex tribu Simeon, duodecim millia signati: ex tribu Leui, duodecim millia signati: ex tribu Issachar, duodecim millia signati:

8 Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati, ex tribu Ioseph, duodecim millia signati: ex tribu Beniamin, duodecim millia signati.

9 Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis: & palmæ in manibus eorum.

10 Et clamabant voce ma

IN CAP. VII.

1 *Angulis*, γωνίας. Hebr. פאות [*peoth*,] id est, extrema, quæ plagas & cardines vocamus.

7 *Ex tribu Leui*, ἐκ φυλῆς Λευΐ. Omisit Dan, & recẽset Leui.

8 *Ioseph*, Ἰωσήφ. Intellige tribum Ephraim, alterius ex filiis Ioseph.

10 Salus

τες, Ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῷ ἀρνίῳ.

11 Καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι ἑστήκεσαν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ θρόνου ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ,

12 Λέγοντες, Ἀμήν· ἡ εὐλογία καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ εὐχαριστία καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

13 Καὶ ἀπεκρίθη εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, λέγων μοι, Οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκάς, τίνες εἰσί, καὶ πόθεν ἦλθον;

14 Καὶ εἴρηκα αὐτῷ, Κύριε, σὺ οἶδας. Καὶ εἶπέ μοι, Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης· καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν στολὰς αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου.

15 Διὰ τοῦτό εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ· καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, σκηνώσει ἐπ' αὐτούς.

16 Οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι, οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα.

17 Ὅτι τὸ ἀρνίον τὸ ἀνὰ μέσον τοῦ θρόνου ποιμανεῖ αὐτούς, καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζώσας πηγὰς ὑδάτων· καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

Κεφάλαιον η.

1 ΚΑὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἑβδόμην, ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς ἡμιώριον.

2 Καὶ εἶδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους, οἳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι· καὶ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἑπτὰ σάλπιγγες.

dicentes, "Salus Deo nostro *est*, sedente in" throno, & Agno.

11 Omnes autem Angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium illorum, & procubuerunt ante thronum in facies suas, & adorarunt Deum,

12 Dicentes, Amen: benedictio, & gloria, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & potentia, & robur Deo nostro in secula seculorum. Amen.

13 Tum me" compellauit vnus ex illis Senioribus, dicens mihi, Isti qui amicti sunt stolis albis, quinam sunt, & vnde venerunt?

14 Et dixi ei, Domine, tu nosti. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt ex afflictione illa magna: & lauerunt stolas suas, ac dealbarunt in sanguine Agni illius.

15 Ideo sunt ante thronum illum Dei. & colunt eum" die ac nocte in templo eius: & is qui insidet illi throno," proteget eos vmbraculo.

16 ‖Non esurient amplius neque sitient amplius, nec in eos cadet sol, neque vllus æstus.

17 Quoniam Agnus qui in medio throni est, pascet eos, & viæ dux erit ipsis ad viuos fontes aquarum: ‖& abstersurus est Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

CAP. VIII.

1 POrro quum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cælo, ferè per semihoram.

2 Et vidi septem illos Angelos "qui adstant in conspectu Dei, quibus datæ sunt septem tubæ.

gna, Dicentes, Salus Deo nostro qui sedet super thronum, & Agno.

11 Et omnes Angeli stabãt in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum,

12 Dicentes, Amen: benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amen.

13 Et respondit vnus de senioribus, & dixit mihi, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt?

14 Et dixi illi, Domine mi, tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna: & lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine Agni.

15 Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos.

Esa.49.10

16 Non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus.

Esa.25.8 Infr.21.4

17 Quoniam Agnus qui in medio throni est, reget illos & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

CAP. VIII.

1 ET quum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cælo, quasi media hora.

2 Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei: & data sunt illis septem tubæ.

10 *Salus à Deo nostro [est,]* ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν. Sic legit Arethas, sic quoque Vetus interpres & Complutensis editio, consentiente etiam vno ex vet. nostris codic. Addidi autem præpositionem A, ne cui scrupulus obiiciatur quasi salutem Deo precentur, qui econtrario illum vnum agnoscunt salutis quam consequuti sunt, auctorem. Sic autem vsurpatur hoc in loco tertius casus vti apud Hebr. cum ל possessiuo, vt Psal. 3. 6. ליהוה הישועה [*haiesch{u}bah laionah*] Domino ipsa salus, id est, Dominus propriè salutis auctor: vt vbique מזמור לדוד [*mizmor ledauid*] Psalmus Dauidis, id est, cuius auctor est Dauid. ¶ *Insidente throno*, τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου. In plerisque codicibus Græcis, non iis tamen quos modò citaui, legitur ἐπὶ τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, *super thronum Dei nostri*, mendosè.

11 *Compellauit* [ἀπεκρίθη]. Sic apud Euangelistas sæpe numero dicitur ἀποκρινόμενος qui sermonem inchoat, vt alibi annotauimus. Vulgata & Erasmus, *Et respondit*.

14 [illegible] Erasm. in iudosè legit [illegible] *dilatarunt*. Nam sic etiam vt hîc legitur, citatur hic locus à Cyp. aduersus Iudæos lib. 3. c. 16.

15 *Die ac nocte*, ἡμέρας καὶ νυκτός. Alludit ad diurna ac nocturna Leuitarum ministeria: alioqui nulla nox est in cælo.

¶ *Vmbraculo proteget eos*, σκηνώσει ἐπ' αὐτούς. Vulg. *habitabit super eos*. Meam interpretationem confirmat præpositio ἐπί, & versiculus proximè sequens.

IN CAPVT VIII.

1 *Semihora*, ἡμιώριον. Vsus est hac voce Cicer. pro Rabirio. Vulgata, *media hora*, barbarè pro dimidia hora.

2 *Qui adstant*, οἳ ἑστήκασι. id est, qui coram eo apparent, vt ministri videlicet. Hæc enim est vis verbi עמד [*ha-mad*.]

3 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλά, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν, τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου.

3 Tum alius Angelus venit, & stetit apud aram, habens thuribulum aureum: & dati sunt ei suffitus multi, vt offerret cum orationibus Sanctorum omniū super altare aureum, quod est ante thronum.

3 *Et alius Angelus venit & stetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureū, quod est ante thronum.*

4 Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων, ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

4 Ascendit autem fumus suffituum, cum precibus Sanctorum, è manu Angeli ad conspectum Dei.

4 *Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum, de manu Angeli coram Deo.*

5 Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸ λιβανωτόν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸ ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐγένοντο βρονταὶ καὶ φωναὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ σεισμός.

5 Deinde accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud ex igne altaris, abiecitque in terrā: & facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terremotus.

5 *Et accepit Angelus thuribulum & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram: & facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terraemotus magnus.*

6 Καὶ οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι ἔχοντες τὰς ἑπτὰ σάλπιγγας, ἡτοίμασαν ἑαυτοὺς ἵνα σαλπίσωσι.

6 Et septem Angeli qui habebant septem tubas præparauerunt se vt clangerent.

6 *Et septem Angeli qui habebant septem tubas, præparauerunt se vt tuba canerent.*

7 Καὶ ὁ πρῶτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ, μεμιγμένα αἵματι, καὶ ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν. καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη, καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κατεκάη.

7 Primus igitur Angelus clanxit, & facta est grando & ignis, mista sanguine, proiectáq. sunt in terram: & tertia pars arborum exusta est, & omne gramen viride exustum.

7 *Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis, mista in sanguine, & missum est in terram: & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, omne fœnum viride combustum est.*

8 Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ὡς ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον ἐβλήθη εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ ἐγένετο τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης, αἷμα·

8 Deinde secundus Angelus clanxit, & quasi mons magnus igne ardens proiectus est in mare: factáque est tertia pars maris, sanguis.

8 *Et secundus Angelus tuba cecinit: & tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare: & facta est tertia pars maris, sanguis.*

9 Καὶ ἀπέθανε τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, τὰ ἔχοντα ψυχάς, καὶ τὸ τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρη.

9 Et mortua est tertia pars creaturarum quæ erant in mari, animantia *dico*, & tertia pars nauiū periit.

9 *Et mortua est tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas, in mari, & tertia pars nauium interiit.*

10 Καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀστὴρ μέγας καιόμενος ὡς λαμπάς, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ τρίτον τῶν ποταμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς πηγὰς ὑδάτων.

10 Tum Angelus tertius clanxit, & cecidit è cælo stella magna, ardens velut lampas, ceciditque in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.

10 *Et tertius Angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum.*

3 **Thuribulum, λιβανωτόν.** Rectè, vt apparet ex v.5. Alioqui hoc vocabulo non thuribulum, sed thus ipsum declaratur. ¶ *Cum orationibus Sanctorum*, ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων. Quinam sunt hi sancti? an qui in cælis sunt? at illi in toto hoc libro nihil aliud quàm gratias agunt, & Deum celebrant, vno tantùm loco excepto vbi sanguinis sui vindictam flagitant Martyres. Deinde quorsum Angelus preces ipsorum offerret? Scilicet magna illi fieret iniuria quibus non satis est hominis plusquam seruiliter colere, & reginam misericordiæ, dominam Angelorū, refugium miserorum, spem, vitam, paradisi portam vocare: nisi etiam flagitent, vt matris iure (proh execrandam blasphemiam!) Filio suo imperet. Magna, inquam, illi & omnibus triumphantis Ecclesiæ sanctis fit iniuria, si Angeli alicuius ministerio illic animum indigent, qui ipsorum preces Deo offerat. Sed age, absurda ista semel omittamus. Scimus Angelorum ministerium Sanctis in hac vita degentibus esse destinatum Heb.1.14: idque non vt pro diis colantur, sed contra vt pro bona Dei voluntate suo ministerio nos adiuuent, ad Deum contendentes, sicut ex variis Scripturę exemplis licet intelligere. Hæc causa est cur Ioannes hac visione (quæ Leuiticorum Sacerdotum consuetudine adumbratur, vt pleræque etiam aliæ antiquorum Prophetarum) didicerit, Sanctorum orationes, in hoc mundo videlicet pura illa precum & beneficentiæ sacrificia Deo quotidie offerentium, per Angelorum ministerium Deo offerri. Quod si autem illud ministerium quis nouit? mediatores quidem non esse ex verbo Dei constat, neque à nobis inuocandos, qua de re vide August. lib. de Trinit. 13.15. Qui subtilius hæc volent contemplari, mirum nisi etiam Angelicam nobis aliquam Missam in cælo fabricent. Quorsum enim aram absque sacrificio? Sed vt ad rem redeam, Vetus interpr. similiter conuertit, *Vt daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum*, &c. quæ interpretatio non modò est ambigua, sed prorsus etiam absurda. Erasmus, *Vt daret de precationibus omnium Sanctorum*, &c. quod mihi magis etiam absurdum videtur, vel ob eam causam quòd in Græcis nullam præpositionem supplere possis quæ isti interpretationi conueniat. Itaque suppleui præpositionem σὺν, cuius ellipsis non modo dura non est, sed etiam elegans. Deinde manifestè videmus Angelum seorsim dici, multa illa thymiamata accipere quæ cum precibus Sanctorum offerat. Vnum igitur ab altero non separandum quidem, sed distinguendum est. Quorsum enim nostræ preces, quorsum quicquid à nobis potest proficisci, nisi adsit in primis vnicæ illius oblationis verè gratus odor? nisi, inquam, prius in Filio per fidem iustificati placeamus? Sed de his non constituimus hoc in loco copiosius disserere.

4 *Cum precibus*, ταῖς προσευχαῖς. Vide supr. vers. 3.

7 *Et tertia par arborum*, &c. καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων, &c. Arethas, quem sequitur Vetus interpres, legit καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκάη, καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη, καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κατεκάη. Id est, & tertia pars terræ exusta est, & tertia pars arborum, &c.

11 Καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀστέρος λέγεται Ἄψινθος· καὶ γίνεται τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων εἰς ἄψινθον, καὶ πολλοὶ ἀνθρώπων ἀπέθανον ἐκ τῶν ὑδάτων, ὅτι ἐπικράνθησαν.

11 Nomen autem stellæ dicitur Absinthiū: versa est igitur tertia pars aquarum in absinthium: & multi homines mortui sunt ex aquis, quòd amaræ factæ essent.

11 *Et nomen stellæ dicitur absinthium: & facta est tertia pars aquarū in absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.*

12 Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐπλήγη τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ τρίτον τῆς σελήνης, καὶ τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων· ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον αὐτῶν, καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς, καὶ ἡ νὺξ ὁμοίως.

12 Deinde quartus Angelus clāxit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum: ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.

12 *Et quartus Angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.*

13 Καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἀγγέλου πετωμένου ἐν μεσουρανήματι, λέγοντος φωνῇ μεγάλῃ, Οὐαί, οὐαί, οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκ τῶν λοιπῶν φωνῶν τῆς σάλπιγγος τῶν τριῶν ἀγγέλων τῶν μελλόντων σαλπίζειν.

13 Et vidi, & audiui vnum Angelum volantem per medium cæli, dicentem voce magna, Vę, væ, væ incolis terræ, à reliquis solis tubæ trium illorum Angelorum qui clangent.

13 *Et vidi & audiui vocē vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna, Væ, væ, væ habitantibus in terra de cæteris vocibus tubæ triū Angelorum qui erant tuba canturi.*

Κεφάλαιον θ.

CAP. IX.

1 ΚΑΙ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ εἶδον ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεπτωκότα εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου.

1 TVm quintus Angelus clāxit, & vidi stellam è cęlo cecidisse in terram, & data est ei *angelo* clauis putei abyssi.

1 *ET quintus Angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cælo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi.*

2 Καὶ ἤνοιξε τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου· καὶ ἀνέβη καπνὸς ἐκ τοῦ φρέατος ὡς καπνὸς καμίνου μεγάλης· καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ ἐκ τοῦ καπνοῦ τοῦ φρέατος.

2 Aperuit igitur puteum abyssi: & ascendit fumus ex puteo vt fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aer à fumo putei.

2 *Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aer de fumo putei.*

3 Καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον ἀκρίδες εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἐξουσία ὡς ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ σκορπίοι τῆς γῆς.

3 Ex fumo autem exierunt locustæ in terram: datúmque est eis licere quod licet terrestribus scorpiis.

3 *Et de fumo putei exierunt locustæ in terram: & data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terræ.*

4 Καὶ ἐρρέθη αὐταῖς ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρόν, οὐδὲ πᾶν δένδρον, εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους μόνους οἵτινες οὐκ ἔχουσι τὴν σφραγῖδα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

4 Sed ipsis est dictum ne læderent gramen terræ, neque viride quicquam, neque vllam arborem: sed tantùm homines qui non haberent signum Dei in frontibus suis.

4 *Et præceptū est illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tantùm homines qui non habent signum Dei in frontibus suis.*

5 Καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἵνα μὴ ἀποκτείνωσιν αὐτούς, ἀλλ' ἵνα βασανισθῶσι μῆνας πέντε· καὶ ὁ βασανισμὸς αὐτῶν ὡς βασανισμὸς σκορπίου, ὅταν παίσῃ ἄνθρωπον.

5 Datum autem est eis, non vt occidant eos, sed vt torqueātur menses quinque, *sit*que tormentum eorum vt tormentum scorpij quum percusserit hominem.

5 *Et datum est illis ne occiderent eos, sed vt cruciarentur mensibus quinque: & cruciatus eorū vt cruciatus scorpij quum percutit hominem.*

6 Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον, καὶ οὐχ εὑρήσουσιν αὐτόν· καὶ ἐπιθυμήσουσιν ἀποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν.

6 ¶ Itaque per eos dies homines quærent mortem, & non inuenient eam: & cupient mori & fugiet mors ab eis.

6 *Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.* Sprā. 6.16 esa. 2.19 Osee 10.8

7 Καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὡς στέφανοι ὅμοιοι χρυσῷ, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς πρόσωπα ἀνθρώπων.

7 ¶ Figuræ verò locustarum similes *erāt* equis paratis ad prælium: *erānt*que impositæ capitibus earum tanquam coronæ similes auro, & facies earum vt facies hominum.

7 *Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: & super capita earum tanquam corona similes auro, & facies earū tanquam facies hominum.* Sap. 16.8

11 *Tertia pars aquarum*, τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων Erasmus, non legit τῶν ὑδάτων, quod ego addidi ex Arethæ, Complutensis editionis, vnius vetusti codicis, Veteris denique interpretis auctoritate.

13 *Vnum Angelum*, ἑνὸς ἀγγέλου. Arethas legit ἑνὸς ἀετοῦ, id est, (vt suppleuit Vetus interpres *vocem vnius aquilæ*.) Complutensis codex hic quoque cum Aretha consentit.

IN CAP. IX.

1 *Putei abyssi*, τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου. Abyssum vocat profundissimi tartari tenebras, de quib᷑ Luc. 8.31. & 2. Pet. 2.4.

4 *Sed*, εἰ μὴ. Notandus est vsus harū particularū pro ἀλλὰ, vt etiam inf. 21.27, aduersus ineptos quosdā, qui quasi Aiacis clypeū opponūt gratuitæ per vnam fidē Iustificationi, excerptā Pauli sentētiā ex Gal. 2. 16: quasi tradat Apostolus non iustificari hominē ex operibus Legis nisi per fidē. Ita enim illi nō tantùm imperiti, sed etiā summè impudētes, locū illū detorquent, & quidē quasi meras demonstrationes adferūt, qui ne grammaticā quidē vocum declarationē norint, nedū vt ipsum argumentū possint explicare.

¶ *Figuræ*, τὰ ὁμοιώματα. Desumpta hæc sūt ex 1.6. & 2.4. & 8.

Ioel.1.6.& 2.8

8 Καὶ εἶχον τρίχας ὡς τρίχας γυναικῶν, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὡς λεόντων ἦσαν·

9 Καὶ εἶχον θώρακας ὡς θώρακας σιδηροῦς· καὶ ἡ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν ὡς φωνὴ ἁρμάτων, ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον.

10 Καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις, καὶ κέντρα ἦν ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν· καὶ ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἀδικῆσαι τοὺς ἀνθρώπους μῆνας πέντε.

11 Καὶ ἔχουσιν ἐφ᾽ αὐτῶν βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου· ὄνομα αὐτῷ Ἑβραϊστὶ Ἀβαδδὼν, καὶ ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων.

12 Ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν, ἰδοὺ ἔρχονται ἔτι δύο οὐαὶ μετὰ ταῦτα.

13 Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἤκουσα φωνὴν μίαν ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ τοῦ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ,

14 Λέγουσαν τῷ ἕκτῳ ἀγγέλῳ ὃς εἶχε τὴν σάλπιγγα, Λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς δεδεμένους ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ.

15 Καὶ ἐλύθησαν οἱ τέσσαρες ἄγγελοι οἱ ἡτοιμασμένοι εἰς τὴν ὥραν καὶ ἡμέραν καὶ μῆνα καὶ ἐνιαυτόν, ἵνα ἀποκτείνωσι τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων.

16 Καὶ ὁ ἀριθμὸς στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ, δύο μυριάδες μυριάδων· καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν.

17 Καὶ οὕτως εἶδον τοὺς ἵππους ἐν τῇ ὁράσει, καὶ τοὺς καθημένους ἐπ᾽ αὐτῶν, ἔχοντας θώρακας πυρίνους καὶ ὑακινθίνους καὶ θειώδεις· καὶ αἱ κεφαλαὶ τῶν ἵππων ὡς κεφαλαὶ λεόντων, καὶ ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν ἐκπορεύεται πῦρ καὶ καπνὸς καὶ θεῖον.

18 Ὑπὸ τῶν τριῶν τούτων ἀπεκτάνθησαν τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ καὶ ἐκ τοῦ θείου τοῦ ἐκπορευομένου ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν.

19 Αἱ γὰρ ἐξουσίαι αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εἰσιν· αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν ὅμοιαι ὄφεσιν, ἔχουσαι κεφαλάς, καὶ ἐν αὐταῖς ἀδικοῦσι·

8 Et habebant capillos vt capillos mulierum: & dentes earum vt leonum erant:

9 Habebant etiam loricas vt loricas ferreas: & ſonitus alarum ipſarum vt ſonitus curruum, equis multis currentibus ad bellum.

10 Sed & habebant caudas ſimiles ſcorpionum, erántque aculei in caudis earum: & earum poteſtas *erat* nocere hominibus menſes quinque.

11 Habebant autem ſibi impoſitum regem, Angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè verò " Apollyon, *id eſt, diſperdens.*

12 Væ vnum abiit, & ecce veniũt adhuc duo væ poſtea.

13 Tum ſextus Angelus clanxit, & audiui vocem quandam ex quatuor " cornibus altaris aurei, quod eſt in conſpectu Dei,

14 Dicentem ſexto Angelo qui habebat tubam, Solue quatuor illos Angelos vinctos ad magnum illum flumen Euphratẽ.

15 Soluti ſunt igitur quatuor illi Angeli, parati ad horam & diem & menſem & annum, vt occidant tertiam partem hominum.

16 Erátque numerus equeſtris exercitus " bis millies centena millia: nam audiui numerum eorum.

17 Itémque vidi equos per viſionẽ, & qui ipſis inſidebant habentes thoraces igneos & hyacinthinos & ſulphureos: erant autem capita equorum vt capita leonum: & ex ore ipſorum prodibat ignis, & fumus, & ſulphur.

18 Ab his tribus occiſa eſt tertia pars hominum, *nempe* ab igne, & fumo, & ſulphure, quæ prodibant ex ore ipſorum.

19 Poteſtas enim eorum in ore eorum eſt, " & in caudis eorum. nam eorum caudæ ſimiles ſunt ſerpentibus: habẽtes capita per quæ lædunt.

8 *Et habebant capillos ſicut capillos mulierum: & dentes earum ſicut leonum erant:*

9 *Et habebant loricas ſicut loricas ferreas, & vox alarum earum ſicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum.*

10 *Et habebant caudas ſimiles ſcorpionum: & aculei erant in caudis earũ: & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque.*

11 *Et habebant ſuper ſe regem, Angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, Latinè habens nomẽ Exterminans.*

12 *Væ vnum abijt, & ecce veniũt adhuc duo væ poſt hæc.*

13 *Et ſextus Angelus tuba cecinit, & audiui vocem vnã ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei,*

14 *Dicentem ſexto Angelo qui habebat tubam, Solue quatuor Angelos qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate.*

15 *Et ſoluti ſunt quatuor Angeli, qui parati erant in horã & diem & menſem & annum, vt occiderent tertiam partem hominum.*

16 *Et numerus equeſtris exercitus vicies millies dena millia: & audiui numerum eorum.*

17 *Et ita vidi equos in viſione, & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas: & capita equorum erant tanquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & ſulphur.*

18 *Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum, de igne & de fumo & ſulphure quæ procedebant ex ore ipſorum.*

19 *Poteſtas enim equorum in ore eorũ eſt, & in caudis eorum. nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus, habentes capita, & in his nocent.*

11 *Apollyon*, Ἀπολλύων. Vulg. addit, *Latinè habens nomen Exterminans*, quod in nullis Græcis inueni. Eſt autem participium pro Toar, more Hebræis familiari.

13 *Cornibus*, κεράτων. Ruſus alludit ad aram ſuffitus, collocatam in atrio Sacerdotum è regione Arcæ fœderis, interpoſito tamen velo, Exod. 30.6.

16 *Bis millies centena millia*, δύο μυριάδες μυριάδων. Vel ſi recentiorum more libeat numerare, Ducẽties millena millia. Vulg. & Eraſ. *Vicies millies dena millia*: quo modo nemo neque ex priſcis neque ex recẽtioribus loquitur. Epiphanius [illegible] ἀλόγων, habet μύριαι μυριάδες, καὶ χίλιαι χιλιάδες. i. *decies mille millia, & millies millia*: & totum hunc locum aliter legit, ſententiam, vt opinor, potius reſpiciens, quàm verba numerans.

19 *Et in caudis eorum*, καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν. Hoc in pleriſque codicibus deeſt, legitur tamen apud Arhetam, & in Vetere editione, quibuſcum conſentiunt Complutenſis codex & alij duo ex noſtris.

20 Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων οἳ οὐκ ἀπεκτάνθησαν ἐν ταῖς πληγαῖς ταύταις, οὔτε μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἵνα μὴ προσκυνήσωσι τὰ δαιμόνια καὶ εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χαλκᾶ καὶ τὰ λίθινα καὶ τὰ ξύλινα, ἃ οὔτε βλέπειν δύναται, οὔτε ἀκούειν, οὔτε περιπατεῖν·

21 Καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν φόνων αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν φαρμακειῶν αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῆς πορνείας αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν κλεμμάτων αὐτῶν.

Κεφάλαιον ι.

1 ΚΑΙ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἰσχυρὸν καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, περιβεβλημένον νεφέλην· καὶ ἶρις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς στῦλοι πυρός.

2 Καὶ εἶχεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ βιβλαρίδιον ἀνεῳγμένον· καὶ ἔθηκε τὸν πόδα αὐτοῦ τὸν δεξιὸν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, τὸν δὲ εὐώνυμον ἐπὶ τὴν γῆν.

3 Καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ ὥσπερ λέων μυκᾶται· καὶ ὅτε ἔκραξεν, ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὰς ἑαυτῶν φωνάς.

4 Καὶ ὅτε ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὰς φωνὰς ἑαυτῶν, ἔμελλον γράφειν· καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσάν μοι, Σφράγισον ἃ ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταί, καὶ μὴ ταῦτα γράψῃς.

5 Καὶ ὁ ἄγγελος ὃν εἶδον ἑστῶτα ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ἦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανόν,

6 Καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, ὅτι χρόνος οὐκ ἔσται ἔτι·

7 Ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς φωνῆς τοῦ ἑβδόμου ἀγγέλου, ὅταν μέλλῃ σαλπίζειν, τελεσθήσεται τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ, ὡς εὐηγγέλισε τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις τοῖς προφήταις.

8 Καὶ ἡ φωνὴ ἣν ἤκουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, πάλιν λαλοῦσα μετ᾽ ἐμοῦ, καὶ λέγουσα, Ὕπαγε, λάβε τὸ βιβλαρίδιον τὸ ἠνεῳγμένον ἐν τῇ χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ἑστῶτος ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

9 Καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἄγγελον, λέγων αὐτῷ, Δός μοι τὸ βιβλαρίδιον. Καὶ

20 Porro reliqui homines qui occiſi non ſunt his plagis, non reſipuerunt ab operibus manuum ſuarum, vt ne adorarent dæmonia & ſimulacra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea, ‖ quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare:

21 Neque reſipuerunt à cædibus ſuis, neque à veneficiis ſuis, neque à ſcortatione ſua, neque à furtis ſuis.

Cap. X.

1 TVm [illegible]ium Angelum robu[illegible] deſcendentem de cælo, amictum nube, ſupra cuius caput erat iris: facies autẽ eius *erat* vt ſol, & pedes eius vt columnæ igneæ.

2 Habebátque in manu ſua libellum apertum: & impoſuit pedem ſuum dextrum mari, ſiniſtrum autem ſuper terram.

3 Clamauítque voce magna, ſicut leo rugit: & quum clamaſſet, loquuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.

4 Et quum loquuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram: ſed audiui vocem de cælo dicentem mihi, Obſigna quæ loquuta ſunt ſeptem tonitrua, & ne ea ſcribas.

5 Et Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terram, " ſuſtulit manum ſuam ad cælum,

6 Et iurauit per eum qui viuit in ſecula ſeculorũ, qui condidit cælum & ea quæ ſunt in eo, & terram & ea quæ in ea ſunt, & mare, & ea quæ in eo ſunt, tempus non fore amplius:

7 Sed diebus vocis ſeptimi Angeli, quum clanget " conſummatum iri myſterium Dei, ſicut annuntiauit " ſeruis ſuis prophetis.

8 " Et vox quam audieram è cælo, rurſum loquuta eſt mecum, & dixit, Abi & accipe libellum illum apertũ *qui eſt* in manu Angeli ſtantis ſuper mare & ſuper terram.

9 Abij igitur ad Angelũ, dicens ei, Da mihi libellũ. Et dixit mi-

20 *Et cæteri homines qui non ſunt occiſi in his plagis, neque pœnitentiã egerunt de operibus manuum ſuarum, vt non adorarent dæmonia & ſimulacra aurea & argẽtea, & ærea & lapidea & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare:*

Pſal. 15.4.& 133.15

21 *Et non egerunt pœnitẽtiam ab homicidijs ſuis, neque à veneficijs ſuis, neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis.*

Cap. X.

1 *ET vidi alium Angelum fortem deſcendẽtem de cælo, amictum nube, & iris in capite eius: & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam columnæ ignis.*

2 *Et habebat in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedem ſuum dextrũ ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.*

3 *Et clamauit voce magna, quemadmodum quũ leo rugit: & quum clamaſſet, loquuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.*

4 *Et quũ loquuta fuiſſent ſeptẽ tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram: & audiui vocem de cælo dicentem mihi, Signa quæ loquuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ea ſcribere.*

5 *Et Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terram, leuauit manum ſuam ad cælum,*

6 *Et iurauit per viuentẽ in ſecula ſeculorum, qui creauit cælum & ea quæ in eo ſunt, & terram & ea quæ in ea ſunt, & mare & ea quæ in eo ſunt, quia tempus non erit amplius:*

7 *Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli, quum cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos Prophetas.*

8 *Et audiui vocem de cælo iterum loquentem mecum, & dicentem, Vade & accipe librum apertum de manu Angeli ſtantis ſuper mare & ſuper terram.*

9 *Et abij ad Angelum, dicens ei vt daret mihi librum. Et dixit mihi, Ac-*

5 *Suſtulit manum*, ἦρε τὴν χεῖρα. Hic erat geſtus iurantis, vt etiamnum hodie.

7 *Conſummatum iri*, τελεσθήσεται. Complutenſis editio habet τελεσθῇ, & pleríque Græci cod. καὶ τελεσθῇ, quos ſi ſequamur, ὅτι repetere oportebit ἀπὸ κοινοῦ. Sed Vulg. rectius omnino legit τελεσθήσεται. " *Seruis ſuis*, &c. τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις, &c. Vulg. *Per ſeruos ſuos*: perinde quaſi miniſtrorum acſi cauſa inſtrumentalis ſignificetur. Hoc etiam ſit in diuer[illegible] ſimilibus quàm quod annotat Eraſm. nempe additam fuiſſe particulã Per, quaſi ſcripſiſſet Vet. interp. *Euangelizauit per ſeruos ſuos*, Legit enim Complutẽſis editio τοὺς ἑαυτοῦ δούλους.

8 *Et vox*, &c. καὶ ἡ φωνὴ, &c. Vulg. *Et audiui vocem è cælo iterum loquentem mecum, & dicentem mihi*, Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ οὐρανοῦ πάλιν λαλοῦσαν μετ᾽ ἐμοῦ, καὶ λέγουσαν. Hoc ego verò nuſquam inuenio, quanquam quod ad ſenſum attinet, nihil intereſt.

λέγει μοι, Λάβε καὶ κατάφαγε αὐτό· καὶ πικρανεῖ σου τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἐν τῷ στόματί σου ἔσται γλυκὺ ὡς μέλι.

10 Καὶ ἔλαβον τὸ βιβλαρίδιον ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, καὶ κατέφαγον αὐτό· καὶ ἦν ἐν τῷ στόματί μου ὡς μέλι, γλυκύ· καὶ ὅτε ἔφαγον αὐτό, ἐπικράνθη ἡ κοιλία μου.

11 Καὶ λέγει μοι, Δεῖ σε πάλιν προφητεῦσαι ἐπὶ λαοῖς καὶ ἔθνεσι καὶ γλώσσαις καὶ βασιλεῦσι πολλοῖς.

Κεφάλαιον ια.

1 ΚΑΙ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ, καὶ ὁ ἄγγελος εἱστήκει, λέγων, Ἔγειραι, καὶ μέτρησον τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας ἐν αὐτῷ.

2 Καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἔκβαλε ἔξω, καὶ μὴ αὐτὴν μετρήσῃς, ὅτι ἐδόθη τοῖς ἔθνεσι· καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν πατήσουσι μῆνας τεσσαράκοντα δύο.

3 Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, περιβεβλημένοι σάκκους.

4 Οὗτοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι, καὶ δύο λυχνίαι αἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς ἑστῶσαι.

5 Καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλῃ ἀδικῆσαι, πῦρ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν· καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλῃ ἀδικῆσαι, οὕτω δεῖ αὐτὸν ἀποκτανθῆναι.

6 Οὗτοι ἔχουσιν ἐξουσίαν κλεῖσαι τὸν οὐρανόν, ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετὸς ἐν ἡμέραις αὐτῶν τῆς προφητείας· καὶ ἐξουσίαν ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, στρέφειν αὐτὰ εἰς αἷμα, καὶ πατάξαι τὴν γῆν πάσῃ πληγῇ, ὁσάκις ἐὰν θελήσωσι.

7 Καὶ ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, τὸ θηρίον τὸ ἀναβαῖνον ἐκ τῆς ἀβύσσου, ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν, καὶ νικήσει αὐτούς, καὶ ἀποκτενεῖ αὐτούς.

8 Καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλα-

hi: Accipe & deuora eum: & amaritudinem adferet vētri tuo, sed in ore tuo erit dulcis tanquam mel.

10 Accepi igitur libellum e manu Angeli, & deuoraui eum: eratque in ore meo dulcis tanquam mel: sed quum deuorassem eum, amaruit venter meus.

11 Tum dixit mihi, Oportet te iterum prophetare coram populis & gentibus, & linguis, & regibus multis.

CAP. XI.

1 DAtus est autem mihi calamus similis virgæ, adstitítque Angelus, dicens, Surge & metire templum Dei & altare, & eos qui adorant in eo.

2 Sed atrium quod extra templum est extrude, & ne metiaris illud: nam datum est Gentibus: & Vrbem sanctam calcabunt mēsibus quadraginta duobus.

3 Sed dabo *illam* duobus illis testibus meis, qui prophetabūt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

4 Hi sunt duæ illæ oleæ, & duo candelabra in conspectu Dei terræ posita.

5 Quòd siquis velit eos lædere ignis prodit ex ore ipsorum & deuorat inimicos eorum: nam siquis velit eos lædere, ita oportet eum occidi.

6 Hi potestatē habent claudendi cælum, ne riget *terram* pluuia diebus prophetiæ ipsorū: & potestatem habent in aquas, conuertendi eas in sanguinem: & percutiendi terram omni plaga quotiescunque voluerint.

7 Porro postquā peregerint suū illud testimonium, bestia illa ascendens ex abysso, geret aduersus eos bellum, & vincet eos, & occidet eos.

8 Et cadauera eorum iacebunt

cipe & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel.

10 *Et accepi librū de manu Angeli, & deuoraui illū: & erat in ore meo tanquam mel dulce, & quum deuorassem eum, amaricatus est venter meus.*

11 *Et dixit mihi, Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.*

CAP. XI.

1 *ET datus est mihi calamus similis virgæ, & dictū est mihi, Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.*

2 *Atrium autem quod est foris templum eijce foras, & ne metiaris illud: quoniam datū est Gentibus: & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.*

3 *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabūt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.*

4 *Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes.*

5 *Et siquis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & siquis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.*

6 *Hi habent potestatem claudendi cælum ne pluat diebus prophetiæ ipsorū: & potestatem habent super aquas, conuertēdi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescunque voluerint.*

7 *Et quum finierint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abysso, faciet aduersus eos bellum, & vincet illos: & occidet eos.*

8 *Et corpora eorum iace-*

9 *Amaritudinem adferet*, πικρανεῖ. Hebr. חמר [*Hemar.*] pro quo Vulgata, *Faciet amaricari*, & in vetere test. non semel *Amaricare*.

11 *Coram populis, &c.* ἐπὶ λαοῖς, &c. Sic vsurpatur præpositio ἐπὶ Matt. 28. 14. & 1. Tim. 6. 13.

IN CAPVT XI.

1 *Adstititque Angelus, dicens*, καὶ ἄγγελος εἱστήκει, λέγων. Ita restituo hunc locum ex Complutensi editione, quum in reliquis scribatur duntaxat λέγων, *dicens*, quasi calamus ipse hoc sit loquutus. quod mihi nimium videtur absurdum vel per visionem cogitare. Vetus interpres legit καὶ ἐλέχθη *& dictum est mihi*, eadem manente sententia. Sed etiamsi simpliciter ponatur λέγων, respondebit Hebr. infinito לאמר [*lemor*,] dicendo, & ad eum referetur à quo datus est calamus.

2 *Quod extra templum est*, τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ. Hæc est vera lectio, quæ extat apud Aretham, & in Complutensi codice. Alludit enim ad atrium illud exterius, quod atrium populi dicebatur, quoniam omnibus patebat. ¶ *Extrude*, ἔκβαλε ἔξω. Ad verbum, *Eijce foras*. Atqui intus non erat. Fateor id quidem aliquatenus. Nam Sancta & Sancta sanctorum ab hoc atrio erant seiuncta, sed tamen totum ipsum ædificium nomine Templi significabatur. Nunc verò quodammodo foras eiici dicitur, quòd tanquam profanum negligitur in metiendo Templo. Hoc qui non considerarunt, putarunt legendum τὴν αὐλὴν τὴν ἔσωθεν τοῦ ναοῦ, *atrium quod intra templum est*: mendosè id quidem. quorsum enim hoc adderetur?

4 *Dei terræ*, τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς. Vulg. *Domini terræ*, τοῦ Κυρίου τῆς γῆς, vt etiam legitur in editione Complutensi, quod est ambiguis vsitatum.

7 *Suum testimonium*, τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν. Id est, postquā legationem suam obierint.

11 *Spiri-*

τείας πόλεως τῆς μεγάλης, ἥτις καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα καὶ Αἴγυπτος, ὅπου καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐσταυρώθη.

9 Καὶ βλέψουσιν ἐκ τῶν φυλῶν καὶ λαῶν καὶ γλωσσῶν καὶ ἐθνῶν τὰ πτώματα αὐτῶν ἡμέρας τρεῖς καὶ ἥμισυ, καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν οὐκ ἀφήσουσι τεθῆναι εἰς μνήματα.

10 Καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς χαροῦσιν ἐπ' αὐτοῖς, καὶ εὐφρανθήσονται· καὶ δῶρα πέμψουσιν ἀλλήλοις, ὅτι οὗτοι οἱ δύο προφῆται ἐβασάνισαν τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς.

11 Καὶ μετὰ τὰς τρεῖς ἡμέρας καὶ ἥμισυ, πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ εἰσῆλθεν ἐπ' αὐτούς· καὶ ἔστησαν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ φόβος μέγας ἔπεσεν ἐπὶ τοὺς θεωροῦντας αὐτούς.

12 Καὶ ἤκουσαν φωνὴν μεγάλην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσαν αὐτοῖς, Ἀνάβητε ὧδε. Καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐν τῇ νεφέλῃ· καὶ ἐθεώρησαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν.

13 Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐγένετο σεισμὸς μέγας, καὶ τὸ δέκατον τῆς πόλεως ἔπεσε, καὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῷ σεισμῷ ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτά, καὶ οἱ λοιποὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, καὶ ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ.

14 Ἡ οὐαὶ ἡ δευτέρα ἀπῆλθεν, καὶ ἰδοὺ ἡ οὐαὶ ἡ τρίτη ἔρχεται ταχύ.

15 Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐγένοντο φωναὶ μεγάλαι ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγουσαι, Ἐγένοντο αἱ βασιλεῖαι τοῦ κόσμου τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

16 Καὶ οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι οἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καθήμενοι ἐπὶ τοὺς θρόνους αὐτῶν, ἔπεσαν ἐπὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ,

17 Λέγοντες, Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, Ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος· ὅτι εἴληφας τὴν δύναμίν σου τὴν μεγάλην, καὶ ἐβασίλευσας·

18 Καὶ τὰ ἔθνη ὠργίσθησαν, καὶ ἦλθεν ἡ ὀργή σου, καὶ ὁ καιρὸς τῶν νεκρῶν, κριθῆναι, καὶ δοῦναι τὸν μισθὸν τοῖς δούλοις σου τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἁγίοις καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, τοῖς μι-

in platea vrbis illius magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, vbi & Dominus noster crucifixus est.

9 Et videbunt *homines* ex tribubus & populis & linguis & gentibus cadauera eorum per tres dies & dimidium, & cadauera eorum non sinent poni in monumentis.

10 Et incolæ terræ gaudebunt super illis, & hilares erunt: & munera mittent alij aliis, quoniam hi duo Prophetæ torserint terræ incolas.

11 Sed post dies tres & dimidiū, spiritus vitæ à Deo *prodiens* ingredietur in illos: stabúntque *erecti* in pedes suos, & metus magnus cadet in eos qui ipsos spectarint.

12 Deinde audierunt vocem magnam de cælo, dicentem ipsis, Ascendite huc. Ascenderúntque in cælum per nubem: & conspexerunt illos inimici eorum.

13 Factúsque est in illa hora terræmotus magnus: & decima pars vrbis cecidit, & occisa sunt in terræmotu capita hominum septies mille, & reliqui territi sunt, & dederunt gloriam Deo cæli.

14 Væ secundum abiit, & ecce væ tertium veniet citò.

15 Septimus igitur Angelus clanxit, & factæ sunt voces magnæ in cælo, dicentes, Mundi regna facta sunt Domini nostri, & Christi eius, qui regnabit in secula seculorum.

16 Tum vigintiquatuor illi Seniores qui in conspectu Dei sedent in thronis illis suis, prociderunt in facies suas, & adorarunt Deum,

17 Dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotēs, Qui es, & Qui eras, & Qui vēturus es: quòd adeptus sis potentiam tuam magnam, & regnum inieris:

18 Et iratæ sunt Gentes, & aduenit ira tua, & tēpus mortuorum, vt iudicentur: & des mercedem seruis tuis Prophetis, & sanctis, & timentibus nomen

bunt in plateis Ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est.

9 *Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis.*

10 *Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iocundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant super terram.*

11 *Et post dies tres & dimidium, Spiritus vitæ à Deo intrauit in eos, & steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos.*

12 *Et audierunt vocē magnam de cælo dicentem eis, Ascendite huc. Et ascenderunt in cælum in nube: & viderunt illos inimici eorū.*

13 *Et in illa hora factus est terræmotus magnus: & decima pars Ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septē millia, & reliqui in timorē sunt missi, & dederunt gloriam Deo cæli.*

14 *Væ secundum abijt, & ecce væ tertium veniet citò.*

15 *Et septimus Angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cælo, dicētes, Factum est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorum.*

16 *Et vigintiquatuor seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum.*

17 *Dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, Qui es, & Qui eras, & Qui venturus es: quia accepisti virtutem tuā magnam, & regnasti:*

18 *Et iratæ sunt Gentes, & aduenit ira tua & tempus mortuorum, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum*

11 *Spiritus vitæ*, πνεῦμα ζωῆς Hebr. רוח חיים [*ruach chaiim*,] pro anima vitali.

12 *Audierunt*, ἤκουσαν. Nempe duo illi Prophetæ.

13 *Dederunt gloriam Deo*, ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ. Vide Ioann. cap. 9. vers. 24.

15 *Facta sunt*, ἐγένοντο. Id est, venerunt in Christi potestatem, tyrannidi diaboli & ministrorum ipsius erepta.

17 *Qui es, &c.* ὁ ὤν, &c. Vide suprà, 1. 4. & 4. 8.

καὶ τοῖς μικροῖς καὶ τοῖς μεγάλοις, καὶ διαφθεῖραι τοὺς διαφθείροντας τὴν γῆν.

Καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὤφθη ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ· καὶ ἐγένοντο ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ σεισμὸς καὶ χάλαζα μεγάλη.

Κεφάλαιον ιβ.

ΚΑΙ σημεῖον μέγα ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ· γυνὴ περιβεβλημένη τὸν ἥλιον, καὶ ἡ σελήνη ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς στέφανος ἀστέρων δώδεκα.

Καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἔκραζεν ὠδίνουσα, καὶ βασανιζομένη τεκεῖν.

Καὶ ὤφθη ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἰδοὺ δράκων μέγας πυρρὸς, ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ διαδήματα ἑπτά.

Καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν· καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης τεκεῖν, ἵνα ὅταν τέκῃ, τὸ τέκνον αὐτῆς καταφάγῃ.

Καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄρρενα, ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ ἡρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ.

Καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου ἔχει τόπον ἡτοιμασμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα.

Καὶ ἐγένετο πόλεμος ἐν τῷ οὐρανῷ· ὁ Μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ ἐπολέμησαν κατὰ τοῦ δράκοντος, καὶ ὁ δράκων ἐπολέμησε καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ.

Καὶ οὐκ ἴσχυσαν, οὔτε τόπος εὑρέθη αὐτῶν ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ.

Καὶ ἐβλήθη ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλούμενος διάβολος καὶ Σατανᾶς, ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ ἐβλήθησαν.

Καὶ ἤκουσα φωνὴν μεγάλην λέγουσαν ἐν τῷ οὐρανῷ, Ἄρτι ἐγένετο ἡ σωτηρία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ,

tuum paruis & magnis: & perdas eos qui perdunt terram.

19 Tunc apertum est templum Dei in cælo, & visa est Arca pacti ipsius in eius templo: & facta sunt fulgura & voces, & tonitrua, & terræmotus, & grando magna.

CAP. XII.

1 VIsum est autem signum magnum in cælo: mulier amicta sole, sub cuius pedibus erat luna, & in capite corona stellarum duodecim.

2 Et grauida clamabat parturiens, & distorquebatur ad pariendum.

3 Et visum est aliud signum in cælo; nam ecce, *adfuit* draco magnus rufus, habens capita septem & cornua decem: & in capitibus suis diademata septem.

4 Cuius cauda trahebat tertiam partem stellarum cæli, quas abiecit in terram: stetit autem is draco ante mulierem parituram, vt quum peperisset, filium eius deuoraret.

5 Peperit autem filium masculum, recturum omnes Gentes virga ferrea: & raptus est Filius eius ad Deum & Thronum eius.

6 Mulier verò fugit in solitudinem, vbi haberet locum paratũ à Deo: vt illic alerent eam diebus mille ducentis sexaginta.

7 Et factum est prælium in cælo: Michael & Angeli eius præliati sunt cum dracone, & draco pugnauit & Angeli eius:

8 Sed non præualuerunt, neque locus eorum, amplius inuentus est in cælo.

9 Et proiectus est draco ille magnus, serpens ille antiquus qui vocatur diabolus & Satanas, qui seducit totum terrarũ orbem: proiectus, *inquam*, est in terram, & Angeli eius cum eo proiecti sunt.

10 Et audiui vocem magnam dicentem in cælo, Nunc aduenit salus, & potentia, & regnũ Dei nostri, & potestas Christi

pusillis & magnis: & exterminandi eos qui corruperunt terram.

19 *Et apertum est templũ Dei in cælo, & visa est Arca testamenti eius in templo eius: & facta sunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna.*

CAP. XII.

1 *ET signum magnũ apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.*

2 *Et in vtero habens, clamat parturiens, & cruciatur vt pariat.*

3 *Et visum est aliud signum in cælo, & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem: & in capitibus eius diademata septem.*

4 *Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli & misit eas in terram: & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt quum peperisset, filium eius deuoraret.*

5 *Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius,*

6 *Et mulier fugit in solitudinem, vbi habet locum paratum à Deo vt ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.*

7 *Et factum est prælium in cælo: Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius:*

8 *Et non valuerunt, neque locus inuentus est eorũ amplius in cælo.*

9 *Et proiectus est draco ille magnus, serpẽs antiquus qui vocatur diabolus & Satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram, & Angeli eius cum illo missi sunt.*

10 *Et audiui vocem magnam in cælo dicentem, Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi e-*

19 *Et tonitrua*, καὶ βρονταί. Hoc non est in Latinis codicibus, & fortassis est glossema illius, καὶ φωναί, *&* *voces.*

IN CAPVT XII.

2 *Clamabat*, ἔκραζεν. Sic restituo ex Complutensi editione, & vetere Latina.

5 *Masculum*, ἄρρενα pleonasmus Hebræus.

8 *Præualuerant*, ἴσχυσαν. Sic accipitur apud Hebræos verbum יכול [iachol.]

¶ *Neque locus eorum amplius inuentus est*, οὔτε τόπος εὑρέθη αὐτῶν ἔτι. Id est, eiecti sunt, ita vt nusquam postea apparuerint in cælo. Sic loquitur Dan. 2. 35.

11 *Per*

ὅτι κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας καὶ νυκτός.

Καὶ αὐτοὶ ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου, καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου.

Διὰ τοῦτο εὐφραίνεσθε οἱ οὐρανοὶ καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες. Οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, ὅτι κατέβη ὁ διάβολος πρὸς ὑμᾶς, ἔχων θυμὸν μέγαν, εἰδὼς ὅτι ὀλίγον καιρὸν ἔχει.

Καὶ ὅτε εἶδεν ὁ δράκων ὅτι ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, ἐδίωξε τὴν γυναῖκα ἥτις ἔτεκε τὸν ἄρρενα.

Καὶ ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ δύο πτέρυγες τοῦ ἀετοῦ τοῦ μεγάλου, ἵνα πέτηται εἰς τὴν ἔρημον εἰς τὸν τόπον αὐτῆς, ὅπου τρέφεται ἐκεῖ καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ, ἀπὸ προσώπου τοῦ ὄφεως.

Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ὀπίσω τῆς γυναικὸς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὕδωρ ὡς ποταμὸν, ἵνα ταύτην ποταμοφόρητον ποιήσῃ.

Καὶ ἐβοήθησεν ἡ γῆ τῇ γυναικὶ, καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ κατέπιε τὸν ποταμὸν ὃν ἔβαλεν ὁ δράκων ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ.

Καὶ ὠργίσθη ὁ δράκων ἐπὶ τῇ γυναικὶ, καὶ ἀπῆλθε ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τῶν λοιπῶν τοῦ σπέρματος αὐτῆς, τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Καὶ ἐστάθην ἐπὶ τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης.

Κεφάλαιον ιγ.

ΚΑΙ εἶδον ἐκ τῆς θαλάσσης θηρίον ἀναβαῖνον, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα, καὶ ἐπὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ δέκα διαδήματα, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ὄνομα βλασφημίας.

Καὶ τὸ θηρίον ὃ εἶδον ἦν ὅμοιον παρδάλει, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς ἄρκτου, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς στόμα λέοντος· καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ δράκων τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ἐξουσίαν μεγάλην.

eius: quia deiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos in conspectu Dei nostri die ac nocte.

11 Sed ipsi vicerunt eum "per sanguinem Agni, & per sermonem testimonij sui: & "animæ suæ prodigi fuerunt vsque ad mortem.

12 Propterea hilares estote celi, & qui habitatis in eis. Væ incolis terræ & maris: nam descendit diabolus ad vos, excandescentiæ magnæ plenus, vt qui sciat se exiguum tẽpus præstitutum habere.

13 Quum igitur vidisset draco se proiectum esse in terram, persequutus est mulierem quæ pepererat masculum.

14 Sed datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum, "in locum suum, vbi alitur per tẽpus & tempora & dimidium temporis, extra conspectũ serpentis.

15 Eiecit autem serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen: vt eam faceret rapi à flumine:

16 Sed succurrit terra mulieri, aperuitque terra os suum, & absorpsit flumen quod eiecerat draco ex ore suo.

17 Iratus est igitur draco aduersus mulierem: & abiit vt gereret bellum cum reliquis ex eius semine, obseruãtibus præcepta Dei, & habentibus testimonium IESV Christi.

1 "Stetique super arenam maris.

CAP. XIII.

1 TVm vidi bestiam è mari ascendentem, quæ habebat capita septem & cornua decem: & imposita cornibus eius decem diademata, & impositum capitibus eius nomen blasphemiæ.

2 Erátque hæc bestia quam vidi, similis pardo, & pedes eius vt pedes vrsi, & os eius vt os leonis: dedit autẽ ei draco potentiam suam, & thronum suũ & potestatem magnam.

eius: quia proiectus est accusator fratrũ nostrorũ, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.

11 *Et ipsi vicerunt illum propter sanguinem Agni & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem.*

12 *Propter lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & maris: quia descẽdit diabolus ad vos habens iram magnã, sciens quòd modicũ tẽpus habet.*

13 *Et postquam vidit draco quòd proiectus esset in terram, persequutus est mulierem quæ peperit masculum.*

14 *Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis, à facie serpentis:*

15 *Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi à flumine.*

16 *Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo*

17 *Et iratus est draco in mulierem: & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi.*

18 *Et stetit supra arenam maris.*

CAP. XIII.

1 *ET vidi de mari bestiã ascendentem, habentẽ capita septem, & cornua decem: & super cornua eius decẽ diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ.*

2 *Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut vrsi, & os eius sicut os leonis: & dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam.*

11 *Per sanguinem*, διὰ τὸ αἷμα. Vide suprà, 4, 11. ¶ *Animæ suæ prodigi fuerunt*, καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν. Vulg. & Erasmus ad verbum. *Et non dilexerunt animam suam.* Est autem in hac formula loquendi μείωσις, Hebræis familiaris, quum minus dicitur quàm intelligatur. Is enim dicitur animam (id est, vitam) diligere, qui nihil habet hac vita charius: & econtrario, non diligere animam suam, qui non dubitat illam periculis exponere quoties ita facto opus est.

14 *In locum suum*, εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. Id est, in eum locum qui est ipsi à Domino destinatus, vt Act. 1. 25, quamuis in specie prorsus dissimili.

18 *Stetique*, καὶ ἐστάθην. Vulg. *Et stetit*, καὶ ἐστάθη, contra omnium Græcorum codicum fidem.

3 Καὶ εἶδον μίαν τῶν κεφαλῶν αὐτοῦ, ὡς ἐσφαγμένην εἰς θάνατον· καὶ ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἐθεραπεύθη· καὶ ἐθαύμασεν ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ θηρίου.

4 Καὶ προσεκύνησαν τὸν δράκοντα ὃς ἔδωκεν ἐξουσίαν τῷ θηρίῳ, καὶ προσεκύνησαν τὸ θηρίον, λέγοντες, Τίς ὅμοιος τῷ θηρίῳ; τίς δύναται πολεμῆσαι μετ' αὐτοῦ;

5 Καὶ ἐδόθη αὐτῷ στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασφημίας· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ποιῆσαι μῆνας τεσσαράκοντα δύο.

6 Καὶ ἤνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ εἰς βλασφημίαν πρὸς τὸν Θεόν, βλασφημῆσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ σκηνοῦντας.

7 Καὶ ἐδόθη αὐτῷ πόλεμον ποιῆσαι μετὰ τῶν ἁγίων, νικῆσαι αὐτούς· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ ἔθνος.

8 Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

9 Εἴ τις ἔχει οὖς, ἀκουσάτω.

10 Εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει· εἴ τις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι. ὧδέ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ πίστις τῶν ἁγίων.

Gen. 9.6
Mat. 26.52

11 Καὶ εἶδον ἄλλο θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς γῆς, καὶ εἶχε κέρατα δύο ὅμοια ἀρνίῳ, καὶ ἐλάλει ὡς δράκων.

12 Καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου πᾶσαν ποιεῖ ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ποιεῖ τὴν γῆν καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ ἵνα προσκυνήσωσι τὸ θηρίον τὸ πρῶτον, οὗ ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ.

13 Καὶ ποιεῖ σημεῖα μεγάλα, ἵνα καὶ πῦρ ποιῇ καταβαίνειν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὴν γῆν, ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων.

14 Καὶ πλανᾷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, διὰ τὰ σημεῖα ἃ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι ἐνώπιον τοῦ θηρίου, λέγων τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θηρίῳ ὃ ἔχει τὴν πληγὴν τῆς μαχαί-

3 Et vidi vnum ex capitibus eius quasi lethaliter cæsum: sed ipsius plaga lethalis curata est: & admirans vniuersa terra sequuta est bestiam.

4 Et adorarunt draconem qui dedit potestatem bestiæ: & adorarunt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ? quis poterit pugnare cum ea?

5 Datúmque est ei os loquens magna & blasphemias: & data est ei potestas agendi menses quadraginta duos.

6 Aperuit igitur os suum ad blasphemiam aduersus Deum, vt blasphemaret nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant,

7 Sed & datum est ei bellum gerere cum Sanctis, & eos vincere: & data est ei potestas in omnem tribum, & linguam, & gentem.

8 Itaque adorabunt eam omnes incolæ terræ, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni illius mactati *iam inde* à iacto mundi fundamento.

9 Siquis habet aurem, audiat.

10 Siquis in captiuitatem agit, in captiuitatem abit: || siquis gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. hic est tolerantia & fides Sanctorum.

11 Deinde vidi aliam bestiam ascendentem è terra, habẽtem cornua duo similia Agni, sed loquebatur vt draco.

12 Ea verò potestatem prioris bestiæ omnem exercet in conspectu eius, & facit vt terra & ipsius incolæ adorent bestiam illam primam cuius curata fuerat plaga lethalis.

13 Editque signa magna, adeo vt etiam ignem faciat è cælo descendere in terram in conspectu hominum.

14 Et seducit incolas terræ, propter signa quæ datum est ei vt faciat in conspectu bestiæ, dicens incolis terræ vt faciant imaginem bestiæ quæ gladio

3 *Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est. & admirata est vniuersa terra post bestiam.*

4 *Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea?*

5 *Et datum est ei os loquens magna & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos.*

6 *Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant.*

7 *Et est datum illi bellum facere cum Sanctis, & vincere eos: & data est illi potestas in omnem tribum & populum, & linguam, & gentem.*

8 *Et adorauerunt eam omnes qui inhabitant terram: quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.*

9 *Siquis habet aurem, audiat.*

10 *Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi, hic est patientia & fides Sanctorum.*

11 *Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra: & habebat cornua duo, similia Agni, & loquebatur sicut draco.*

12 *Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius, & fecit terram & habitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis.*

13 *Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum.*

14 *Et seducit habitantes in terra, propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra vt faciant imaginem bestiæ quæ*

IN CAPVT XIII.

3 *Plaga lethalis,* ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου. Vulg. & Erasmus ad verbum, *Plaga mortis,* seruato Hebraismo.

10 *In captiuitatem abducit,* αἰχμαλωσίαν συνάγει. Fortassis deest præpositio εἰς, nisi malimus captiuitatem Hebræorum more pro captiuis ipsis turmatim abductis interpretari, quod declaratur præpositione συν. Est autem elegans paronomasia inter συνάγει & ὑπάγει, quam vtcunque exprimere studui, verbis Agit & Abit.

13 *Adeo vt,* ἵνα. Ἵνα pro ὥστε, quod alibi annotauimus. Complutensis tamen editio legit, consentiente Aretha & duobus ex nostris vetustis libris, [illegible], *& vt ignis descendat.* Ita enim hoc explicandum puto per traiectionem, cuius meminimus Rom. 11.31. & alia passim exempla occurrunt, vt 1. Cor. 9.15. & Galat. 2.10.

14 *Reuixit,*

ρας καὶ ἔζησε.

15 Καὶ ἐδόθη αὐτῷ δοῦναι πνεῦμα τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα καὶ λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου, καὶ ποιήσῃ, ὅσοι ἂν μὴ προσκυνήσωσι τὴν εἰκόνα τοῦ θηρίου, ἵνα ἀποκτανθῶσι.

16 Καὶ ποιεῖ πάντας, τοὺς μικροὺς καὶ τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς πτωχούς, καὶ τοὺς ἐλευθέρους καὶ τοὺς δούλους, ἵνα δώσῃ αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς, ἢ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν·

17 Καὶ ἵνα μή τις δύνηται ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, ἢ τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

18 Ὧδε ἡ σοφία ἐστίν. ὁ ἔχων τὸν νοῦν, ψηφισάτω τὸν ἀριθμὸν τοῦ θηρίου· ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐστί· καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ χξς΄.

Κεφάλαιον ιδ΄.

1 ΚΑὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἀρνίον ἑστηκὸς ἐπὶ τὸ ὄρος Σιών, καὶ μετ' αὐτοῦ ἑκατὸν τεσσαρακοντατέσσαρες χιλιάδες ἔχουσαι τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

2 Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῆς μεγάλης· καὶ φωνὴν ἤκουσα κιθαρῳδῶν κιθαριζόντων ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν·

3 Καὶ ᾄδουσιν ὡς ᾠδὴν καινὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδήν, εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαρακοντατέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς·

4 Οὗτοί εἰσιν οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι γάρ εἰσιν. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ· οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ.

5 Καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη δόλος· ἄμωμοι γάρ εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ.

6 Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον πετόμενον ἐν μεσουρανήματι, ἔχοντα εὐαγγέλιον αἰώνιον, εὐαγγελίσαι τοὺς κατοικοῦντας

verata fuit, sed reuixit.

15 Datúmque est ei vt animaret imaginem bestiæ, vt etiam loquatur imago bestiæ, & faciat vt quicunque non adorarint imaginem bestiæ, occidantur.

16 Sed & facit vt omnes, parui & magni, diuites & pauperes, liberi & serui accipiant characterem in manu sua dextra, aut in frontibus suis:

17 Et nequis possit emere aut vendere, nisi qui characterem aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius.

18 Hic sapientia est. Qui intelligentia preditus est, computet numerum bestiæ: numerus enim hominis est: & numerus eius, sexcenta sexaginta sex.

CAP. XIIII.

1 TVnc vidi, & ecce *aderat* Agnus stans super montẽ Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentia nomen Patris eius scriptum in frontibus suis,

2 Et audiui vocem è cælo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam sonũ tonitrui magni: & vocem audiui citharœdorum pulsantium citharas suas:

3 Et qui canebant quasi canticum nouum ante thronum, & in conspectu illorum animalium, & illorum Seniorum: neque quisquam poterat discere canticum illud nisi illa centum quadragintaquatuor millia, ij *videlicet* qui empti sunt è terra:

4 Hi sunt qui cum mulieribus non sunt inquinati: virgines enim sunt. hi sequuntur Agnum quocunque ierit: hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & Agno sacræ.

5 Et in quorũ ore non est inuentus dolus: sunt enim inculpati ante thronum Dei.

6 Deinde vidi alium Angelum volantem per medium cæli, habentem Euãgelium æternum,

habet plagam gladij, & vixit.

15 *Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, et vt loquatur imago bestiæ, & faciat, vt quicunque nõ adorauerint imaginem bestiæ, occidantur.*

16 *Et faciet omnes, pusillos & magnos, & diuites & pauperes, & liberos & seruos, habere characterem in dextera manu sua aut in frontibus suis:*

17 *Et nequis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius.*

18 *Hic sapientia est, Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ: numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex.*

CAP. XIIII.

1 *ET vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis;*

2 *Et audiui vocẽ de cælo tanquam vocem aquarũ multarum, & tanquam vocem tonitrui magni: & vocem quam audiui sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis:*

3 *Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia & Seniores; & nemo poterat discere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra.*

4 *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. hi sequuntur Agnũ quocunque ierit: hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno.*

5 *Et in ore eorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.*

6 *Et vidi alterum Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum, vt euan-*

14 *Reuixit,* ἔζησε. Hoc dicit quia plaga per se lethalis erat, ex qua quum illa conualuerit, consequi videtur, illam penes se habere vitam, ac proinde tanquam Deum adorandum.

15 *Vt animaret,* δοῦναι πνεῦμα. Id est, vitam inderet, nempe sicut Iannes & Mambres Mosis prodigia imitabãtur. Vulg. & Eras. ad verbum, *Vt daret spiritum.*

IN CAPVT XIIII.

3 *Et qui canebant,* [illegible]. Plena constructio est, [illegible], vt diximus suprà, *& qui canebant.*

ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶν ἔθνος καὶ φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ λαόν·

7 Λέγοντα ἐν φωνῇ μεγάλῃ, φοβήθητε τὸν θεόν, καὶ δότε αὐτῷ δόξαν, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα τῆς κρίσεως αὐτοῦ, καὶ προσκυνήσατε τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ θάλασσαν καὶ πηγὰς ὑδάτων.

Psal.145.6 Act.14.15

8 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἠκολούθησε, λέγων, ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πεπότικε πάντα ἔθνη.

Esa.21.9 Iere.51.8 Infra.18.2

9 Καὶ τρίτος ἄγγελος ἠκολούθησεν αὐτοῖς, λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ, Εἴτις τὸ θηρίον προσκυνεῖ καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει χάραγμα ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτοῦ ἢ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ,

10 Καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου.

11 Καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν ἀναβαίνει εἰς αἰῶνας αἰώνων· καὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς οἱ προσκυνοῦντες τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ εἴτις λαμβάνει τὸ χάραγμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

12 Ὧδε ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν, ὧδε οἱ τηροῦντες τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν πίστιν Ἰησοῦ.

13 Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης μοι, γράψον, Μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. Ναὶ, λέγει τὸ πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν· τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ᾽ αὐτῶν.

14 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ νεφέλη λευκή, καὶ ἐπὶ τὴν νεφέλην καθήμενος ὅμοιος

vt euangelizaret incolis terræ, & omni genti, & tribui, & linguæ & populo:

7 Dicentem magna voce, Timete Deum, & ei tribuite gloriam: quia venit hora iudicii eius: & adorate eum qui fecit cælum & terram & mare & fontes aquarum.

8 Et alius Angelus sequutus est, dicens, Cecidit cecidit Babylon, vrbs illa magna, quia vinum excandescentiæ scortationis suæ potandum præbuit omnibus gentibus.

9 Et tertius Angelus sequutus est illos, dicens voce magna, Siquis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterẽ in fronte sua aut in manu sua,

10 Bibet hic quoque ex vino excandescentiæ Dei, ex mero, *inquam*, infuso in poculum excandescentiæ ipsius, & torquebitur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & in conspectu Agni.

11 Et fumus tormenti ipsorum ascendet in secula seculorum: nec habebunt requiem die nec nocte qui adorant bestiam & imaginem eius, & siquis acceperit characterem nominis eius.

12 Hîc tolerantia sanctorum est: hîc qui obseruant præcepta Dei, & fidem Iesu.

13 Tunc audiui vocem è cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati ab hoc tẽpore mortui ij, qui Domini causa moriuntur. Etiam, dicit Spiritus: vt requiescant à laboribus suis: & opera eorum sequuntur eos.

14 Aspexi autem, & ecce *aderat* nubes candida: & super nubem

gelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum:

7 *Dicens magna voce, Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iudicii eius: & adorate eum, qui fecit cælum & terram, & mare & fontes aquarum.*

8 *Et alius Angelus sequutus est, dicens, Cecidit cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes.*

9 *Et tertius Angelus sequutus est illos, dicens voce magna, Siquis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua,*

10 *Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni.*

11 *Et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum: nec habent requiem die ac nocte qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & siquis acceperit characterem nominis eius.*

12 *Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu.*

13 *Et audiui vocem de cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur amodo. Iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.*

14 *Et vidi, & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem filio*

7 *Et fontes aquarum*, καὶ πηγὰς ὑδάτων] In quibusdam Latinis codicibus additur, *Et omnia quæ in eis sunt.*

8 *Excandescentia scortationis suæ*, τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς] Id est, scortationis suæ qua Deus ad iram est inflammatus. Vel vinum iræ scortationis vocat quod excandescentiam Dei in se prouocent quicunque sese illius scortatione, quasi vino, inebriant.

10 *Ex mero, inquam, infuso in poculum*, ἐκ τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ] Vulg. *Quod mistum est mero in calice*, &c: quæ interpretatio prorsus eneruat sententiam. Dicitur autem Græcis κεκερασμένον quod infunditur bibituro, etiamsi non diluatur aqua aut alio potus genere, sicut rectè obseruauit Erasmus. Et ita etiam apud Hebr. מסך [masach] pro temperare vsurpatur.

12 *Hic*, ὧδε] Vulg. ὧδε non reperit: Sed τηροῦντες vertit, *qui custodiunt*, [illegible].

13 *Ab hoc tempore*, ἀπάρτι] Id est, in posterum. Est autem hæc particula cum superioribus coniungenda, quoniam alioqui prioribus seculis mortui in hac sententia non comprehenderentur. Vulgata, *à modo*, barbarè, vt diximus Ioan. 1.51. Sed & in nonnullis Latinis codicibus falsa interpunctio huius particulæ inoleuit, quasi videlicet cohæreat cum ναί: quod vt vitarem, putaui collocationem huius particulæ mutandam. Sed quid si legamus ἀπαρτί, id est, *perfectè*, quoniam videlicet tunc obtinuerunt diu speratam beatitatem, ita vt hoc referatur ad id quod supra scriptum est, 6.11.

¶ *Domini causa*, ἐν κυρίῳ. Heb. ביהוה [baiehouah] id est, *propter Dominum*. Hoc enim est quod alibi dicitur Propter iustitiam. Vulgata & Erasmus ad verbum, *In Domino* admodum obscurè. ¶ *Etiam*, ναί. Sic habent constanter omnes Græci codices. Itaque mendosè in Latina editione vetere scribitur *Iam* pro *Etiam*. ¶ *Et opera* τὰ δὲ ἔργα. Vel, opera enim, vt Vetus interpres conuertit: ita vt δὲ pro γὰρ accipiatur, quod sæpe annotauimus. Sin minus, copulatiuam esse oportet. Nam pro aduersatiua non videtur satis commodè posse explicari. Ἔργα autem, i. *opera*, vocat præmium quod bona ipsa opera consequitur, Hebræorum more, quod tamen est gratuitò promissum & datum, non ex operum dignitate.

14 *Hominis*

υἱῷ ἀνθρώπου, ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ στέφανον χρυσοῦν, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ δρέπανον ὀξύ.

15 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ, κράζων ἐν μεγάλῃ φωνῇ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῆς νεφέλης, Πέμψον τὸ δρέπανόν σου, καὶ θέρισον· ὅτι ἦλθέ σοι ἡ ὥρα τοῦ θερίσαι· ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς.

16 Καὶ ἔβαλεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τὴν νεφέλην τὸ δρέπανον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ.

17 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἔχων καὶ αὐτὸς δρέπανον ὀξύ.

18 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρός, καὶ ἐφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ τῷ ἔχοντι τὸ δρέπανον τὸ ὀξύ, λέγων, Πέμψον σου τὸ δρέπανον τὸ ὀξύ, καὶ τρύγησον τοὺς βότρυας τῆς ἀμπέλου τῆς γῆς, ὅτι ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς.

19 Καὶ ἔβαλεν ὁ ἄγγελος τὸ δρέπανον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον τῆς γῆς, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ληνὸν τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ τὴν μεγάλην.

20 Καὶ ἐπατήθη ἡ ληνὸς ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων, ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων.

Κεφάλαιον ιε.

Καὶ εἶδον ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ μέγα καὶ θαυμαστὸν, ἀγγέλους ἑπτὰ, ἔχοντας πληγὰς ἑπτὰ τὰς ἐσχάτας, ὅτι ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ θεοῦ.

2 Καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγμένην πυρί· καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου καὶ ἐκ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ὑαλίνην, ἔχοντας κιθάρας τοῦ θεοῦ.

3 Καὶ ᾄδουσι τὴν ᾠδὴν Μωσέως δούλου τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν ᾠδὴν τοῦ ἀρνίου, λέγοντες, Μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ· δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου, ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων.

4 Τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε, Κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου; ὅτι μόνος ὅσιος· ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν

insidebat *quidam* similis homini, habēs impositam capiti suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.

15 Et alius Angelus prodiit è tēplo, clamans voce magna ad eum qui insidebat nubi, Mitte falcem tuam, & mete: quia venit tibi tempus metēdi: nam aruit messis terræ.

16 Misit igitur is qui insidebat nubi falcem suam in terram: & demessa est terra.

17 Tum alius Angelus prodiit è templo quod est in cælo, habēs & ipse falcem acutam.

18 Et alius Angelus prodiit ab altari habens potestatem in ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: nam maturæ sunt eius vuæ.

19 Misit igitur Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in magnum illum lacū excandescentiæ Dei.

20 Et calcatus est lacus extra ciuitatem: exiuitque sanguis è lacu vsque ad frenos equorū per stadia mille sexcenta.

CAP. XV.

Deinde vidi aliud signum in cælo magnum & admirabile: Angelos illos septem, habentes plagas septem vltimas, quoniam per illas erit excandescentia Dei consūmata.

2 Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igni: & eos qui victoriam reportabant ex bestia illa & imagine eius & charactere eius, ex numero nominis eius, stantes apud mare vitreū, & habentes citharas Dei:

3 Qui etiam canebant canticum Mosis serui Dei, & canticum Agni, dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens, iustæ & veræ sunt viæ tuæ, rex sanctorum.

4 Quis non metuet te Domine, & glorificabit nomen tuū? Nam solus sanctus es. Nam omnes gentes venient & adora-

hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.

15 *Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem, Mitte falcem tuam, & mete: quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ.* Ioel 3.13 Matt.13.39

16 *Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram: & demessa est terra.*

17 *Et alius Angelus exiuit de templo quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam.*

18 *Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius.*

19 *Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum.*

20 *Et calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum, per stadia mille sexcenta.*

CAP. XV.

Et vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile: Angelos septem, habentes plagas septem nouissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei.

2 *Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne: & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius, & numerum nominis eius, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei:*

3 *Et cantantes canticum Mosi serui Dei, & canticum Agni, dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iusta & vera sunt viæ tuæ, rex seculorum.* Psal.145.17

4 *Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es: quoniam omnes Gentes venient & adorabunt* Iere.10.7

14 *Homini*, υἱῷ ἀνθρώπου] Hunc Hebraismum alibi exposuimus. Nolui autem filium hominis ad verbum interpretari, quòd vbique in his libris nemo filius hominis nisi vnus Christus dicatur: hic verò Christum ipsum non significari, sed Angeli speciem ac formam, liquet ex proximo versiculo. Itaque vitanda fuit homonymia.

18 *Botros vineæ terræ*, τοὺς βότρυας τῆς ἀμπέλου τῆς γῆς. Sic legunt Arethas & Complutensis codex, cum aliis duobus ex nostris, & Vetere etiam interprete: ac ita certè melius cohæret quod sequitur.

IN CAPVT XV.

1 *Dei*, τοῦ θεοῦ. Id est, diuinis canendis laudibus attributas, vel pulcherrimas: epitheto Hebræis familiari.

3 *Serui Dei*, δούλου τοῦ θεοῦ. Sic vocatur Moses κατ᾽ ἐξοχὴν: sicut describitur Deut. 34.10. ¶ *Viæ*, ὁδοί. Id est, gesta tua, ex idiotismo Heb.

¶ *Sanctorum*, τῶν ἁγίων. Vulgata, *seculorum*, τῶν αἰώνων, contra Græcorum omnium codicum nostrorum fidem. Arethas autem habet τῶν ἐθνῶν, *gentium*.

[illegible] ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν.

Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ, ἠνοίγη ὁ ναὸς τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ οὐρανῷ.

Καὶ ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι οἱ ἔχοντες τὰς ἑπτὰ πληγὰς, ἐκ τοῦ ναοῦ, ἐνδεδυμένοι λίθον καθαρὸν καὶ λαμπρὸν, καὶ περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς.

Καὶ ἓν ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων ἔδωκε τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις ἑπτὰ φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς καπνοῦ ἐκ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων.

Κεφάλαιον ις.

Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ ναοῦ, λεγούσης τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις, Ὑπάγετε καὶ ἐκχέατε τὰς φιάλας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν γῆν.

Καὶ ἀπῆλθεν ὁ πρῶτος, καὶ ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἐγένετο ἕλκος κακὸν καὶ πονηρὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔχοντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς τῇ εἰκόνι αὐτοῦ προσκυνοῦντας.

Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐγένετο αἷμα ὡς νεκροῦ· καὶ πᾶσα ψυχὴ ζῶσα ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ.

Καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων· καὶ ἐγένετο αἷμα.

Καὶ ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου τῶν ὑδάτων λέγοντος, Δίκαιος, Κύριε, εἶ, Ὁ ὢν, καὶ Ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐσόμενος, ὅτι ταῦτα ἔκρινας.

Ὅτι αἷμα ἁγίων καὶ προφητῶν ἐξέχεαν, καὶ αἷμα αὐτοῖς ἔδωκας πιεῖν· ἄξιοι γάρ εἰσι.

Καὶ ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος, Ναὶ Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκρά-

sunt in conspectu tuo: nam iura tua facta sunt manifesta.

5 Et post hæc aspexi, & ecce, apertum est templum Tabernaculi testimonij in cælo.

6 Et prodierunt è templo septem illi Angeli, habentes septem plagas, induti lino puro & splendido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

7 Et vnum ex quatuor animalibus dedit septem Angelis phialas aureas plenas excandescentiæ Dei viuentis in secula seculorum.

8 [illegible] est templū fumo [illegible] maiestate Dei, & virtute eius: nec quisquam poterat ingredi in templum, donec cōsummatæ essent septē plagæ septem Angelorum.

Cap. XVI.

1 Tunc audiui vocem magnam è templo, dicentem septem illis Angelis, Ite, effundite septem phialas excandescentiæ Dei in terram.

2 Abiit igitur primus *Angelus*, & effudit phialam suam in terram: factúmque est vlcus malum ac noxium aduersus homines qui habebant characterem bestiæ, & eos qui adorabant imaginem eius.

3 Deinde secūdus Angelus effudit phialam suam in mare, factúmq. est *illud* quasi cruor cadaueris: & quodcunq. animal viuebat in mari, mortuum est.

4 Tum tertius Angelus effudit phialam suā in flumina, & in fontes aquarum: & factæ sunt sanguis.

5 Et audiui Angelum aquarū dicentem, Iustus es, Domine, Qui es, & Qui eras, & Qui eris, quòd hæc iudicaris.

6 Quoniam sanguinem sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinē eis dedisti ad bibendum: digni enim sunt.

7 Et audiui alium è sanctuario dicētem, Etiam Domine Deus

in conspectu tuo: quoniam iudicia tua manifesta sunt.

5 *Et post hæc vidi: & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo.*

6 *Et exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.*

7 *Et vnū de quatuor animalibus dedit septem Angelis septē phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum.*

8 *Et impletū est templum fumo à maiestate Dei: & de virtute eius: & nemo poterat introire in tēplum donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum.*

Cap. XVI.

1 *Et audiui vocem magnam de templo, dicentem septem Angelis, Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram.*

2 *Et abijt primus, & effudit phialam suam in terrā: & factum est vulnus sæuū & pessimum in homines qui habebant characterē bestiæ: & in eos qui adorauerunt imaginem eius.*

3 *Et secundus Angelus effudit phialam suā in mare, & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima viuens mortua est in mari.*

4 *Et tertius effudit phialam suam per flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis.*

5 *Et audiui Angelum aquarum dicentem, Iustus es, Domine, Qui es, & Qui eras, Sanctus, quia hæc iudicasti.*

6 *Quia sanguinem sanctorum & Prophetarū effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt.*

7 *Et audiui alterū dicentem, Etiam Domine Deus*

IN CAPVT XVI.

3 *Factúmque est*, καὶ ἐγένετο. Id est, versum est in sanguinem, & eum quidem putrem ac saniosum, qualis est in cadaueribus mortuorum. ¶ *Quodcunque animal*, πᾶσα ψυχὴ. Hebr. כל נפש [*chol nephesth*,] id est, omnis anima, pro omni animante. Qui Hebraismus hoc in loco mihi visus est obscurior.

5 *Et qui eris*, καὶ ὁ ἐσόμενος. Legitur vulgò, καὶ ὁ ὅσιος, ostendente articulo, præter omnem loquendi morem, deprauatam esse scripturam. Vulgata verò siue articulum legit siue nō legit, nihilo rectius vertit ὅσιος, *Sanctus*, malè extrita particula καὶ, prorsus necessaria vt δίκαιος & ὅσιος connectantur. Sed quum Ioannes reliquis omnibus locis vbi Iehouæ nomen explicat, sicuti diximus suprà, 1.4. addere consueuerit tertium, nempe καὶ ὁ ἐρχόμενος, cur istud hoc loco præteriisset? Itaque ambigere non possum quin germana sit scriptura quam ex vetusto bonæ fidei manuscripto codice restitui, nempe ὁ ἐσόμενος. Causa verò cur hîc non scribatur ὁ ἐρχόμενος, vt suprà quatuor locis, nempe 1.4. & 8. item 4.8. & 11.17, hæc est, quoniam ibi de Christo vt iudice venturo agitur: in hac verò visione proponitur vt iam in tribunali sedens, & decreta iudicia, & ea quidem æterna exercens.

7 *E sanctuario*, ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου. Hoc non legit vetus interpres Latinus, apud quem nonnulli admodum ridiculè ex *Alterum* fecerunt *Altare*, acsi scriptum esset ἤκουσα τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος, *audiui altare dicens*.

τωρ ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου.

Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἥλιον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρί.

Καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα, καὶ ἐβλασφήμησαν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν ἐπὶ τὰς πληγὰς ταύτας, καὶ οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν.

Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ θηρίου καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη, καὶ ἐμασσῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου·

Καὶ ἐβλασφήμησαν τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν.

Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν τὸν Εὐφράτην· καὶ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ αὐτοῦ, ἵνα ἑτοιμασθῇ ἡ ὁδὸς τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου.

Καὶ εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ θηρίου καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ψευδοπροφήτου πνεύματα τρία ἀκάθαρτα ὅμοια βατράχοις.

Εἰσὶ γὰρ πνεύματα δαιμόνων ποιοῦντα σημεῖα, ἃ ἐκπορεύεται ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος.

Ἰδοὺ ἔρχομαι ὡς κλέπτης. μακάριος ὁ γρηγορῶν, καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ.

Καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον Ἑβραϊστὶ Ἀρμαγεδδών.

Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὸν ἀέρα· καὶ ἐξῆλθε φωνὴ μεγάλη ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ τοῦ θρόνου λέγουσα, Γέγονε.

omnipotens, vera *sunt* & iusta iudicia tua.

8 Postea quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est ei æstu affligere homines per ignem.

9 Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemarunt nomen Dei habētis auctoritatem in has plagas: neque resipuerunt vt tribuerēt ei gloriā.

10 Tum quintus Angelus effudit phialam suam super thronum bestiæ illius, & factum est regnum eius tenebrosum: & mandebent linguas suas præ dolore:

11 Et blasphemarūt Deum cęli præ doloribus suis & vlceribus suis, nec resipuerunt ab operibus suis.

12 Tum sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum, *nempe* Euphratem: & siccata est aqua eius, vt pararetur via regum ab ortu solis *aduentantium*.

13 Et vidi ex ore draconis & ex ore illius bestiæ & ex ore pseudopropheteillius tres impuros spiritus similes ranis *prodeuntes*.

14 Sunt enim spiritus dęmoniorum edentes signa, qui*que* abeunt ad reges terræ & totius mundi, vt congregent eos ad prælium magni illius, diei Dei omnipotentis.

15 Ecce venio ‖ vt fur. Beatus qui vigilat & seruat vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videantur pudenda ipsius.

16 Congregauit igitur eos in locum qui vocatur Hebraicè Armageddon.

17 Tum septimus Angelus effudit phialam suam in aerem: & prodiit vox magna è tēplo cæli à throno, dicens, Fuit.

omnipotens, vera & iusta iudicia tua.

8 *Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines & igni.*

9 *Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas: neque egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam.*

10 *Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factū est regnum eius tenebrosum: & commanducauerunt linguas suas præ dolore:*

11 *Et blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.*

12 *Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem: & siccauit aquā eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis.*

13 *Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos in modum ranarum.*

14 *Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa: & procedunt ad reges totius terræ, congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.*

15 *Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.* Suprà, 3.3 matt. 24. 44 luc. 12. 39

16 *Et congregauit illos in locum qui vocatur Hebraicè Armageddon.*

17 *Et septimus Angelus effudit phialam suam in aerem: & exiuit vox magna de templo à throno, dicens. Factum est.*

9 *Vt tribuerent*, &c. δοῦναι, &c. Vide suprà, 11.13.

14 *Quique abeunt*, ἃ ἐκπορεύεται. Sic legit Arethas, Complutensis codex, cum aliis duobus ex nostris: & ita legendum esse res ipsa ostendit. Erasmus, *Vt procedant*, ἐκπορεύεσθαι.

15 *Ecce venio*, &c. Ἰδοὺ ἔρχομαι, &c. Hîc ingenuè fateor videre me non posse quī nā satis conueniat totus hic versiculus huic loco. Etsi enim in Prophetis interdum soleāt non prorsus dissimilia occurrere, modò videlicet Propheta, modò Deo ipso interloquente, tamen nihil eiusmodi in hoc libro occurrit, nisi addita præfatione. Deinde nusquā adhuc introductus est loquens Christus ipse, ad quem tamen omnino ista referenda sunt: vt in prima illa visione quæ septem epistolas continet. Postremò, si versiculum proximum, id est, 16, coniunxeris cum superiore, nempe cum 14, videbis perpetuam esse narrationem, quæ interiectione istius abrumpatur. Absit tamen vt ego quicquam hîc audeam ex nuda coniectura: tantùm dico, mihi omnino videri hunc versiculum inserendum capiti tertio post versiculum 18. Qui verò sit factum vt in hunc locum irrepserit, coniicere nondum potui. Sed & similem alteram transpositionem obseruauimus infrà, 18.14.

16 *Congregauit*, συνήγαγε, nempe Deus. ¶ *Armageddon*, Ἀρμαγεδδών. Apud Aretham scribitur Ἐρμαγεδών. Dici enim non potest quàm corruptè scripta sint Hebræa pleraque vocabula in Græcis exemplaribus. Quum autem multi in hac explicanda voce laborarint, mihi videtur omnino ille ipse locus esse cuius mentio fit 2. Paralipom. 35. 22, vbi fuit cæsus Iosias. Hebraicè igitur fuerit vox hæc scribenda הר מגדו [*har meghiddo*,] id est, mons Meghiddo, neque huic sententiæ obstat quòd illo loco pro הר [*har*] scribitur בקעת [*bikhah*] id est, conuallis, siue planities inter montes sita, quum vbi conuallis est, etiam montes esse oporteat. Est autem hic locus non procul à Gaza in ipsis Ægypti claustris, vt apparet ex 1. Reg. cap. 9 versu 15.

17 *Fuit*, γέγονε. Nempe vt in illo Maronis, *Troia fuit*, & in prouerbio, *fuimus Troes*. Subauditur enim Babylonis nomen: & sic malo interpretari quàm cum Vulgata, *Factum est*. Vide infrà, 21.6.

18 Καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαί, καὶ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, οἷος οὐκ ἐγένετο ἀφ' οὗ οἱ ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς, τηλικοῦτος σεισμὸς οὕτω μέγας.

19 Καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγάλη εἰς τρία μέρη, καὶ αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπεσον· καὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ.

20 Καὶ πᾶσα νῆσος ἔφυγε, καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν.

Ier.25.15

21 Καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεὸν ἐκ τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης· ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πληγὴ αὐτῆς σφόδρα.

Κεφάλαιον ιζ.

1 ΚΑὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων μοι, Δεῦρο δείξω σοι τὸ κρίμα τῆς πόρνης τῆς μεγάλης, τῆς καθημένης ἐπὶ τῶν ὑδάτων τῶν πολλῶν.

2 Μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν.

3 Καὶ ἀπήνεγκέ με εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι· καὶ εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θηρίον κόκκινον, γέμον ὀνομάτων βλασφημίας, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα.

4 Καὶ ἡ γυνὴ ἡ περιβεβλημένη πορφύρᾳ καὶ κοκκίνῳ, καὶ κεχρυσωμένη χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις, ἔχουσα χρυσοῦν ποτήριον ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς, γέμον βδελυγμάτων καὶ ἀκαθάρτητος πορνείας αὐτῆς.

5 Καὶ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον, Μυστήριον, Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν καὶ τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς.

6 Καὶ εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων, καὶ ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων Ἰησοῦ· καὶ ἐθαύμασα, ἰδὼν αὐτήν, θαῦμα μέγα.

18 Factique sunt sonitus, & fulgura, & tonitrua & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, terræmotus, inquam, adeo magnus.

19 "Et dirupta est vrbs illa magna in tres partes, & ciuitates Gentium ceciderunt, & Babylō illa magna" venit in memoriā in Dei conspectū, ‖vt praeberet ei poculū excādescētiæ suę.

20 Et omnis insula fugit, & montes "non sunt inuenti.

21 Et grando magna, "quasi talenti pondo, descēdit è cælo in homines: & blasphemarūt Deū homines propter plagam illam grandinis: quoniam magna fuit eius plaga vehementer.

CAP. XVII.

1 TVm venit vnus ex septem Angelis qui habebant septē phialas, & loquutus est mecum, dicens mihi, Heus tu, ostēdam tibi damnationem meretricis illius magnę, sedentis super aquas multas:

2 Cum qua scortati sunt reges terræ, & cuius scortationis vino inebriati sunt incolæ terræ.

3 Quúmque me per spiritū in desertū asportasset, vidi mulierē insidētem bestiæ "coccinæ, plenę nominib. blasphemię, habēti capita septē, & cornua decē.

4 Erat autem mulier illa amicta purpura & cocco, & inaurata auro, & lapidibus pretiosis, & margaritis, habens poculū aureum in manu sua, plenum abominationibus, & immunditia scortationis suæ.

5 Et in fronte suo nomen scriptum, Mysterium, Babylon illa magna, mater illa scortationū & abominationum terræ.

6 Et vidi mulierem illam ebriam sanguine sanctorū & sanguine martyrum Iesu: & miratus sum, quum viderem illam, admiratione magna.

18 *Et facta sunt fulgura & voces, & tonitrua: & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus, sic magnus.*

19 *Et facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates Gentium ceciderunt: & Babylon magna venit in memoriam ante Deum: dare illi calicem vini indignationis iræ eius.*

20 *Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti.*

21 *Et grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines: & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.*

CAP. XVII.

1 *ET venit vnus de septem Angelis qui habebant septem phialas, & loquutus est mecum, dicens, Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas:*

2 *Cum qua fornicati sunt reges terræ & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius.*

3 *Et abstulit me in spiritu in desertum: & vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem.*

4 *Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominationum & immunditia fornicationis eius.*

5 *Et in fronte eius nomen scriptum, Mysterium, Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ.*

6 *Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum, Iesu: & miratus sum quū vidissem illam, admiratione magna.*

19 *Et dirupta est*, καὶ ἐγένετο Heb. ויהי [*vaiehi*] *& facta est*, vt Vet. interpr. & Eras. conuerterunt ad verbum. Nam היה [*haiah*] verbum solent Græci exprimere per γίνομαι. sed spectandum quid cui loco conueniat. ¶*Venit in memoriā*, ἐμνήσθη. passiuè. vt Act. 10.31. Vide Act. 10.4. ¶*Excandescentiæ iræ*, τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς. Hebraica geminatio, quam alias sæpe annotauimus.

20 *Non sunt inuenti*, οὐχ εὑρέθησαν. i. Disparuerunt. Sic enim Græci solent explicare formulam illam Hebræis familiarem ואיננו [*veenenu*] i. *& non ipsi*, vt Gen. 5.24.

21 *Quasi talenti pondo descendit*, ὡς ταλαντιαία. Vti apud Suidā ταλαντιαῖοι λίθοι vocatur lapides talenti pōdo: & Nonius ex Sisenna balistas talētarias vocat quæ lapides talēti pōdo iacularētur. Duplex enim erat talentū, vnum numariū, alterū pondetale, de quo hic agimus, vtrūque sexaginta minarū, i. sexcentarū drachmarū pondo: vt ostendit harum rerum (meo quidē iudicio) peritissimus ac eruditissimus scriptor Georgius Agricola. Quanquam hoc in loco minimè videntur ista exquisitè expendenda: quum ingens duntaxat & inauditum grandinis pondus significetur. Sed apud Heb. ככר [*chabed*] interdum declarat talentum, interdum verò quod in vernaculo sermone dicimus *vne miche de pain*. vt fortassis ταλαντιαία grando dicatur non à pondere, sed à magnitudine, quæ solidum panem æquaret.

IN CAPVT XVII.

3 *Coccinæ*, κόκκινον. Id est, coccino colore. Nec temerè sanè factum est vt hic potissimum color Romanæ curiæ placuerit: qua de re non pigebit etiam nostrum quoddam epigramma subnectere.

Semiustos quicunque Patres radiante galero
Conspicis, & rubra syrmata longa toga:
Crede mihi, nullo saturatas murice vestes,
Diuite nec cocco pallia tincta vides.
Sed quæ rubra vides sanctorum cæde virorum,
Et mersa in fonti tota cruore madent.
Aut memor istorum quæ celas crimina vestis,
Pro dominis iusto tacta pudore rubet.

Et

7 Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος, Διατί ἐθαύμασας; ἐγώ σοι ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικός, καὶ τοῦ θηρίου τοῦ βαστάζοντος αὐτήν, τοῦ ἔχοντος τὰς ἑπτὰ κεφαλὰς καὶ τὰ δέκα κέρατα.

8 Θηρίον ὃ εἶδες, ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγειν· καὶ θαυμάσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, (ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου) βλέποντες τὸ θηρίον, ὅ,τι ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καίπερ ἐστί.

9 Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Αἱ ἑπτὰ κεφαλαί, ὄρη εἰσὶν ἑπτὰ ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν.

10 Καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσιν. οἱ πέντε ἔπεσαν, καὶ ὁ εἷς ἐστιν, ὁ ἄλλος οὔπω ἦλθε· καὶ ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι.

11 Καὶ τὸ θηρίον ὃ ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι· καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει.

12 Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου.

13 Οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσι, καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ διαδιδώσουσιν.

14 Οὗτοι μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, καὶ τὸ ἀρνίον νικήσει αὐτούς, ὅτι Κύριος κυρίων ἐστὶ καὶ βασιλεὺς βασιλέων, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοί.

15 Καὶ λέγει μοι, Τὰ ὕδατα ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη κάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσί, καὶ ἔθνη καὶ γλῶσσαι.

16 Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες ἐπὶ τὸ θηρίον, οὗτοι μισήσουσι τὴν πόρνην, καὶ ἠρημωμένην ποιήσουσιν αὐτὴν καὶ γυμνήν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῆς φάγονται, καὶ αὐτὴν κατακαύσουσιν ἐν πυρί.

17 Ὁ γὰρ Θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην, καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ, ἄχρι τελεσθῇ τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ.

18 Καὶ ἡ γυνὴ ἣν εἶδες, ἐστὶν ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἡ ἔχουσα βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς.

Κεφάλαιον ιη.

1 ΚΑὶ μετὰ ταῦτα εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα ἐξουσίαν μεγάλην· καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ.

7 Tunc mihi dixit Angelus, Quare miraris? ego dicam tibi mysterium mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem.

8 Bestia quam vidisti, fuit, & nō est: & ascensura est ex abysso, & in exitium abitura: & mirabuntur incolæ terræ, (quorū nomina scripta non sunt in libro vitæ à iacto mundi fundamento) cernentes bestiam quæ erat, & non est, & tamen est.

9 Hic est mens quæ habet sapiētiam. Septem capita, septē montes sunt super quos mulier sedet.

10 Et reges septē sunt: quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit: & quum venerit, oportet illum exiguum *tempus* manere.

11 Bestia autem quæ erat, & nō est, is octauus est, & è septem illis est, & in exitium abit.

12 Decē autem cornua quæ vidisti, decem reges sunt qui regnum nondum acceperūt, sed potestatem tanquam reges ad vnam horā accipiēt cū bestia.

13 Hi sunt vnius sententiæ & patientiam, ac potestatē suam bestiæ tradent.

14 Hi cum Agno pugnabūt, & Agnus vincet eos: ‖quoniā Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cum eo *sunt*, vocati, & electi & fideles.

15 Deinde dixit mihi, Aquæ quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & turbæ, & gentes, & linguæ.

16 Et decē cornua quæ vidisti in bestia, hi odio prosequētur meretricē, & desertam reddēt illam & nudā, & carnes eius edent, & ipsam igne exurent.

17 Deus enim dedit corda eorum vt exequantur sententiam ipsius, "& vt consentiant, dēntque regnum suū bestiæ, donec consummentur verba Dei.

18 Et mulier quam vidisti, est vrbs illa magna quæ habet regnum super reges terræ.

CAP. XVIII.

1 ET posthæc vidi Angelū descendentem è cælo, habentem potestatem magnā: & terra resplenduit a gloria ipsius

7 *Et dixit mihi Angelus, Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem.*

8 *Bestia quam vidisti, fuit, & non est: & ascensura est de abysso, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram, (quorum nōn sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiā quæ erat & non est.*

9 *Et hic est sensus qui habet sapientiam, Septem capita, septem montes sunt super quos mulier sedet.*

10 *Et reges septem sunt: quinque ceciderunt, vnus est, alius nondum venit: & quum venerit, oportet illū breue tempus manere.*

11 *Et bestia quæ erat & non est, & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit.*

12 *Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipiunt post bestiam.*

13 *Hi vnum consilium habent, & virtutem & potestatem suam bestiæ tradent.*

14 *Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est, & rex regum, & qui cum illo sunt, vocati & electi & fideles.*

Infrà.9.16
2.tim.6.15

15 *Et dixit mihi, Aquæ quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ.*

16 *Et decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt.*

17 *Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum est illi, vt dent regnum suum bestiæ donec consummentur verba Dei.*

18 *Et mulier quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnū super reges terræ.*

CAP. XVIII.

1 *ET posthac vidi alium Angelum descendentem de cælo habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius.*

8 *Et tamen est*, καίπερ ἐστί. Vetus interpres hoc non legit. Arethas verò, Complutensis codex, & alij duo vetusti scriptum habent καὶ παρέσται, *& aderit*, siue *ventura est*, vt legit Primasius.

9 *Septem montes*, ἑπτὰ ὄρη. Notū est etiam pueris de qua vrbe scripserit Virgilius, *Septémque vna sibi muro circundedit arces*. De illa videlicet quæ quum hæc scriberet Ioannes, habebat regnum super reges terræ: erat, & non est: & tamen adhuc est, sed ad exitium tendit.

17 *Et vt consentiant*, καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην. Hoc deest in codicibus Latinis. Ad verbum, *vt faciant vnam sententiam*, id est, vt sint vnius inter se aduersus illam sententiæ.

Sup. 14. 8

2 Καὶ ἔκραξεν ἐν ἰσχύϊ, φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμονίων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου.

3 Ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκε πάντα τὰ ἔθνη, καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς μετ' αὐτῆς ἐπόρνευσαν, καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν.

4 Καὶ ἤκουσα ἄλλην φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσαν, Ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς ὁ λαός μου, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ ἵνα μὴ λάβητε ἐκ τῶν πληγῶν αὐτῆς.

5 Ὅτι ἠκολούθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ Θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς.

6 Ἀπόδοτε αὐτῇ ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκεν ὑμῖν, καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς· ἐν τῷ ποτηρίῳ ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν.

7 Ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν καὶ πένθος· ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς λέγει, Κάθημαι βασίλισσα, καὶ χήρα οὐκ εἰμί, καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω.

8 Διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς, θάνατος καὶ πένθος καὶ λιμός, καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται, ὅτι ἰσχυρὸς Κύριος ὁ Θεὸς ὁ κρίνων αὐτήν.

9 Καὶ κλαύσονται [illegible] τὴν καὶ κόψονται ἐπ' αὐτῇ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες καὶ στρηνιάσαντες, ὅταν βλέπωσι τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς.

10 Ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς λέγοντες, Οὐαί, οὐαί, ἡ πόλις ἡ μεγάλη Βαβυλών, ἡ πόλις ἡ ἰσχυρά, ὅτι ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου.

11 Καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαίουσι καὶ πενθοῦσιν ἐπ' αὐτῇ, ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι·

12 Γόμον χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθου τιμίου, καὶ μαργαρίτου, καὶ βύσσου, καὶ πορφύρας, καὶ σηρικοῦ, καὶ κοκκίνου, καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιωτάτου, καὶ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου, καὶ μαρμάρου,

2 Exclamauit autē vehemēter voce magna dicens, Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta est domicilium dæmoniorum, & custodia omnis spiritus impuri, & custodia omnis auis impuræ & exosæ.

3 Quia ex vino excandescētiæ scortationis eius biberūt omnes gentes, & reges terræ cum ea scortati sunt, & mercatores terræ opibus luxus eius ditati sunt.

4 Et audiui aliam vocē è cælo dicentem, Exite ex ea popule mi, ne participes sitis peccatorum eius, & ne ex plagis eius accipiatis.

5 Nam accumulata peccata eius *pertigerunt* vsque in cælū, & recordatus est Deus eorum quæ iniustè fecit.

6 Reddite ei sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate ei duplū secundùm opera eius: in poculo quod propinauit, propinate ei duplum.

7 Quantū sibi gloriæ attribuit & deliciiata est, tantum date ei tormētū & luctum: quia in corde suo dicit, Sedeo regina, nec sum vidua, nec luctū videbo.

8 Ideo vna die venient eius plagæ, mors & luctus, & fames: & igne exuretur, quia robustus est Dominus Deus, qui damnabit eam.

9 Tum flebunt eam & plangent super ea reges terræ, qui cum illa scortati & deliciiati sunt, quum viderint fumum incendij eius:

10 Procul stantes propter terrorem cruciatus ipsius, & dicētes, Vah, vah, Magna illa vrbs Babylon, vrbs illa valida, vna hora venit iudicium tuum.

11 Sed & mercatores terræ flebunt & lugebunt super ea, quoniam merces eorum nemo emit amplius:

12 Merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritarū, & byssi, & purpuræ, & serici & cocci, & omne lignū thyinum, & omne vas eburneum, & omnē vas ex ligno pretiosissimo, & ære, & ferro, & marmore,

2 *Et exclamauit in fortitudine, dicens, Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris odibilis.*

3 *Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt.*

4 *Et audiui aliam vocem de cælo dicentem, Exite de illa populus meus, vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.*

5 *Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælū, & recordatus est Deus iniquitatum eius.*

6 *Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundùm opera eius: in poculo quo miscuit, miscete illi duplū.*

7 *Quātum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit, Sedeo regina & vidua non sum, & luctum non videbo.*

8 *Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Dominus Deus qui iudicabit illam.*

9 *Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in delicijs vixerunt, quum viderint fumum incendij eius:*

10 *Longè stantes propter timorem tormētorum eius, dicentes, Væ, væ, Ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.*

11 *Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam quoniam merces eorū nemo emet amplius:*

12 *Merces auri, & argēti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & aramento, & ferro, & marmore,*

IN CAPVT XVIII.

2 *Vehemēter*, ἐν ἰσχύϊ. Heb בחזקה [*be chozkah*.] vt nos in vernaculo sermone dicimus *de forcé.* Vulg. *In fortitudine.* Eras. nihilo melius, *Per fortitudinem.*

3 *Ex vino*, &c. ἐκ τοῦ οἴνου, &c. Vide suprà, 14. 8. ¶ *Opibus.* ἐκ τῆς δυνάμεως. Siue opulentia δύναμις enim hoc in loco idem declarat atque חיל [*chail*,] apud Hebræos.

5 *Accumulata pertigerunt*, ἐκολούθησαν Vulg. & Eras. *Peruenerunt*: non satis expressé. Vsus enim est verbo ἀκολουθεῖν, quo significatur peccata mutuò sese consequentia; & alia nascentia ex aliis, in eum tandem cumulum excreuisse vt ad cælum vsque pertigerint.

7 *In corde suo*, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, Heb. בלבה [*belibbah*] pro secum, apud se. ¶ *Nec sum vidua*, καὶ χήρα οὐκ εἰμί. i. populosa sum ac potens. Est enim μείωσις Hebræis familiaris, vt diximus sup. 12. 11. ¶ *Nec videbo*, οὐ μὴ ἴδω. i. sentiam & experiar, vt alibi exposuimus, ex Hebræorum idiotismo.

8 *Vna die*, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. i. breui, & vno eodémq tépore.

10 *Propter terrorem*, διὰ τὸν φόβον. i. territi cruciatus illius horrore. Vulg. *propter timorem*, non satis expressè.

11 *Merces*, τὸν γόμον. Propriè quibus oneratur nauis.

12 *Thyinum* θύϊνον. Ita Vulgata editio conuertit lignū quod ad Hebræis אלמגים [*almughim*,] 1. Reg. 10. 11: ex

Græca interpretatione, vt opinor: quanuis ea quæ nunc extat sub septuaginta interpretum nomine, non θύϊνα, sed ἀπελέκητα, id est, *Non dolata*, conuertit. Dioscorides thyini ligni meminit lib. primo: sed quid illud sit planè ignoro. Etymon si à Græca lingua sumatur, nempe παρὰ τὸ θύειν ostendit odoratum fuisse lignum, quod etiam epitheton Virgilius credo tribuit Æn. 7. *Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.*

13 Καὶ κιννάμωμον, καὶ θυμιάματα, καὶ μύρον, καὶ λίβανον, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ σεμίδαλιν, καὶ σῖτον, καὶ κτήνη, καὶ πρόβατα, καὶ ἵππων, καὶ ῥεδῶν, καὶ σωμάτων, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων.

14 Καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ λαμπρὰ ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ εὑρήσῃς αὐτά.

15 Οἱ ἔμποροι τούτων, οἱ πλουτήσαντες ἀπ' αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν στήσονται διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, κλαίοντες καὶ πενθοῦντες.

16 Καὶ λέγοντες, Οὐαί, οὐαί, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ περιβεβλημένη βύσσινον καὶ πορφυροῦν καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσωμένη ἐν χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις. ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος.

17 Καὶ πᾶς κυβερνήτης, καὶ πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος, καὶ ναῦται, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν.

18 Καὶ ἔκραζον ὁρῶντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, λέγοντες, Τίς ὁμοία τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ;

19 Καὶ ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ ἔκραζον κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, λέγοντες, Οὐαί, οὐαί, ἡ πόλις, ἡ μεγάλη, ἐν ᾗ ἐπλούτησαν πάντες οἱ ἔχοντες πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐκ τῆς τιμιότητος αὐτῆς, ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη.

20 Εὐφραίνου ἐπ' αὐτῇ οὐρανέ, καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται, ὅτι ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρίμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς.

21 Καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον ὡς μύλον μέγαν, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν, λέγων, Οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν ἡ μεγάλη πόλις, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι.

13 Et cinamomum, & suffitus, & vnguentum, & thus, & vinum, & oleum, & similam, & triticū, & iumenta, & oues: & equos, & rhedas, & mancipia, & animas hominum.

14 Et desiderabiles fructus animæ tuæ abierunt abs te: & omnia pinguia & splēdida abierunt abs te: nec amplius ea inuenies.

15 Harū, *inquam*, rerum mercatores ab ea diuites facti, procul stabūt, propter terrorē cruciatus ipsius, flētes ac lugentes:

16 Et dicentes, Vah, vah, ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso & purpura & cocco, & deaurata erat auro & lapidibus pretiosis & margaritis! quinam vna hora vastatæ sunt tantæ diuitiæ?

17 Sed & omnes gubernatores, & omnis in nauibus versantium turba, & nautæ, & quotquot ex mari quæstum faciunt, procul stabunt:

18 Et clamabunt videntes fumū incendij eius, & dicēt, Quæ similis *erat* vrbi isti magnæ?

19 Et iniecto capitibus puluere clamabunt flentes ac lugentes, & dicentes, Vah, vah, quòd vrbs illa magna, in qua omnes qui habebant naues in mari, diuites facti sunt ex ipsius copiis, vna hora desolata est.

20 Exulta super eam cælum, & sancti Apostoli & Prophetæ, quoniam nostras de illa pœnas Deus sumpsit.

21 Tum quidam Angelus sumpsit lapidem instar molæ magnū, & proiecit in mare, dicens, ita cū impetu proiicietur Babylon vrbs illa magna, nec amplius inuenietur.

13 *Et cinamomum, & odoramentorum, & vnguenti, & thuris & vini, & olei, & simila, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum & mancipiorum, & animarum hominum.*

14 *Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenient.*

15 *Mercatores horum, qui diuites facti sunt ab ea, longè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes:*

16 *Et dicentes, Væ, væ, ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso & purpura & cocco, & deaurata erat auro & lapide pretioso & margaritis. quoniam vna hora destitutæ sunt tanquam diuitiæ.*

17 *Et omnis gubernator, & omnes qui in lacum nauigant & nautæ, & qui in mari operantur, longè steterunt:*

18 *Et clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes, Quæ similis ciuitati huic magnæ?*

19 *Et miserunt puluerem super capita sua: & clamauerunt flentes, & lugentes, dicentes, Væ, væ, ciuitas illa magna in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius, quoniam vna hora desolata est.*

20 *Exulta super eam cælū & sancti Apostoli, & Prophetæ, quoniam iudicabit Deus iudicium vestrum de illa.*

21 *Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà iam non inuenietur.*

13 *Et equos*, καὶ ἵππων. Mutata constructio, vt Gallicè dicimus, *Acheter des chevaux*: vt apparet ex accusatiuo ψυχάς, qui mox sequitur. ¶ *Rhedas*, ῥεδῶν. Id est, lecticas, quibus Romæ etiamnum hodie vehuntur nobilia præsertim scorta. Gallicum vocabulum, quod vsurpatur à Romanis, ad Græcos etiam transiit. ¶ *Animas hominum*, ψυχὰς ἀνθρώπων. Vide secundam Petri cap. 3.

14 *Et fructus*, καὶ ἡ ὀπώρα. Id est, fructus illi suauissimi quos toto animo expetebas. Cæterùm idem hîc fortassis accidit quòd sup. 16. 15, nēpe vt transpositus sit iste versiculus. Nam prorsus cohæret iste versiculus proximus, id est, 15, cum superioribus, adeo vt prorsus sit interrupta narratio. Quòd si hunc versiculum subieceris, versiculo 23, tum demum videbis quàm bene omnia cohærebunt: nempe hoc modo, *Et fructus desiderati ab anima tua*, &c. *Et amplius illa non inuenientur. Sed in ea sanguis Prophetarum & sanctorum inuentus est*, &c. Mihi tamen maxima fuerit semper religio vel apicem in his sacrosanctis libris mutare ex nulla coniectura. Hoc quidem certum est, valde negligenter habitum hunc librum à plerisque, quòd de eius auctoritate dubitarent, astutia nimirum Satanæ singulari, ne hæc mysteria suo tempore patefierent.

15 *Harum* [*inquam*,] *rerum mercatores*, οἱ ἔμποροι τούτων. Manifesta est epanalepsis, propter longum interiectum catalogum.

17 *Omnis in nauibus versantium turba*, πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος. Latini codices habent, *omnes qui in lacum nauigant*, quod nusquam est in Græcis codicibus, in quorum tamen vno scribitur, καὶ πᾶς ὁ πλέων ἐπὶ τῶν πλοίων, *Et quisquis nauigat in nauibus.* ¶ *Et quotquot ex mari quæstum faciunt*, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται. Ἐργάζεσθαι accipiūt Græci pro eo quod Latini dicunt Facere, vt Præconium facere, Argentariam facere, Medicinam facere, & similia. ¶ *Stabunt*, ἔστησαν. Præteritum pro futuro, Prophetarum more.

20 *Sumpsit pœnas, vestra vltionis causa*, ἔκρινεν τὸ κρίμα ὑμῶν. Vulg. & Eras. ad verbum, *Iudicauit vestrum iudicium*, seruato Hebraismo.

21 *Nec amplius inuenietur*, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. Id est, disparebit. Vide suprà, 12. 8.

22 Καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν καὶ αὐλητῶν καὶ σαλπιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι·

23 Καὶ φῶς λύχνου μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· ὅτι οἱ ἔμποροί σου ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς, ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου ἐπλανήθησαν πάντα τὰ ἔθνη.

24 Καὶ ἐν αὐτῇ αἷμα προφητῶν καὶ ἁγίων εὑρέθη, καὶ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς.

Κεφάλαιον ιθ.

1 ΚΑὶ μετὰ ταῦτα ἤκουσα φωνὴν ὄχλου πολλοῦ μεγάλην ἐν τῷ οὐρανῷ λέγοντος, Ἀλληλούϊα· ἡ σωτηρία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμή, καὶ ἡ δύναμις Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν.

2 Ὅτι ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτοῦ, ὅτι ἔκρινε τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῆς.

3 Καὶ δεύτερον εἴρηκαν, Ἀλληλούϊα. Καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

4 Καὶ ἔπεσον οἱ πρεσβύτεροι οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, λέγοντες, Ἀμὴν ἀλληλούϊα.

5 Καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ θρόνου ἐξῆλθε, λέγουσα, Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἡμῶν πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν καὶ οἱ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι.

6 Καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν, λέγοντας, Ἀλληλούϊα· ὅτι ἐβασίλευσε Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ.

7 Χαίρωμεν, καὶ ἀγαλλιώμεθα, καὶ δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ, ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡτοίμασεν ἑαυτήν.

8 Καὶ ἐδόθη αὐτῇ ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν· τὸ γὰρ βύσσινον τὰ δικαιώματά ἐστι τῶν ἁγίων.

22 Et vox citharœdorũ & musicorum & tibia ac tuba canentium non audietur in te amplius: nec vllus artifex cuiuscunque artis inuenietur in te amplius: & sonitus molæ non audietur in te amplius:

23 Et lux lucernę non lucebit in te amplius: & vox spõsi & spõsæ nõ audietur amplius in te: nam mercatores tui erãt optimates terræ, & veneficiis tuis seductæ fuerunt omnes gentes.

24 Et in ea sanguis Prophetarũ & sanctorum inuentus est, & omniũ qui mactati sũt in terra.

CAP. XIX.

1 POsthæc audiui vocem magnam turbæ multæ in cælo dicentis, Halleluia: salus, & gloria, & honor, & virtus Domino Deo nostro *esto*.

2 Quia vera & iusta *sunt* iudicia eius, & meretricem illam magnam, quæ corrupit terrã scortatione sua, damnauit, & vindicauit sanguinem seruorum suorum ex manu eius.

3 Deinde secundò dixerunt. Halleluia: & fumus eius ascendit in secula seculorum.

4 Et prociderunt vigintiquatuor illi Seniores, & quatuor illa animalia, & adorauerunt Deũ insidentem throno, dicẽtes, Amen: Halleluia.

5 Tum vox è throno prodiit, dicens, Laudate Deum nostrũ omnes serui eius, & qui timetis eum parui & magni.

6 Et audiui tanquam sonitum turbæ multæ, & tanquam sonitum aquarum multarum, & tanquam sonitum tonitruorum vehementium *quosdam* videlicet dicentiũ. Halleluia, quoniã regnum iniit Dominus Deus ille noster omnipotens.

7 Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius parauit se.

8 Et datum est ei vt amiciatur byssyna veste pura & splendida: byssus enim iustificationes sunt Sanctorum.

Et vox citharœdorum, & musicorum & tibia canentium & tuba non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius:

23 *Et lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox sponsi & sponsæ nõ audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes.*

24 *Et in ea sanguis Prophetarum & sanctorum inuentus est, & omniũ qui interfecti sunt terra.*

CAP. XIX.

1 *POst hæc audiui quasi vocem turbarum multarum in cælo dicentium, Alleluia. Laus & gloria & virtus Deo nostro est.*

2 *Quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã in prostitutione sua, & vindicauit sanguinẽ seruorum suorum de manibus eius.*

3 *Et iterum dixerunt, Alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorũ.*

4 *Et ceciderunt Seniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes, Amen: alleluia.*

5 *Et vox de throno exiuit dicens, Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum pusilli & magni.*

6 *Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum: & sicut vocem tonitruorũ magnorum, dicentium, Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens.*

7 *Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se.*

8 *Et datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti & candido: byssinum enim, iustificationes sunt sanctorum.*

23 *Quia mercatores*, &c. ὅτι οἱ ἔμποροι, &c. Vide suprà v.14.

IN CAPVT XIX.

1 *Halleluia*, ἀλληλούϊα. Id est, Laudate Dominũ. Est autem hoc quoque vnum ex illis quæ ab iis qui ex Circuncisione crediderant, ad Græcos manarunt, & à Græcis demum ad Latinos, vt alia nonnulla. Quod autem ex hoc loco & similibus colligitur: Angelos videlicet & sanctorum in cælis collectorum animas notitiam habere operũ Dei in terris, & tum de Ecclesiæ adhuc pugnãtis victoriis, tum de iudiciis aduersus nominis Dei hostes inter se gratulari, nihil eorum commentum iuuat, qui hinc colligunt sanctos in Trinitate, velut in speculo, quicquid in mundo geritur, intueri, hæc præsertim hominum, à quibus in terris inuocantur, preces exaudire, & negotia apud Deum procurare, quod non magis indiget refutatione quàm ægrotantium deliria. *Salus*, ἡ σωτηρία. Vide sup.7.10. Vulg. *Laus*, ἔπαινος. facili librariis lapsu.

3 *Et fumus eius*, &c. καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς, &c. Mihi videtur hæc particula superiori versiculo commodius posse attexi, post ἐκ χειρὸς αὐτῆς, *ex manu eius*.

6 *Quosdam videlicet*, dicentes λέγοντας, pro λεγόντων, *dicentium*, vt vertit Vulgata, quam enallagen vitare studui, quanuis sæpius in hoc libro occurrentem. *Regnum iniit*, ἐβασίλευσε. Id est, sese Regem esse reipsa declarauit. Nunc enim videtur quodammodo latere ipsius potentia. Vulg. *Regnauit*.

8 *Iustificationes*, τὰ δικαιώματα. Id est, bona illa opera quæ sunt viuæ illorum fidei τεκμήρια.

9 Καὶ λέγει μοι, Γράψον, Μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι. Καὶ λέγει μοι, Οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί εἰσι τοῦ Θεοῦ.

10 Καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ προσκυνῆσαι αὐτῷ· καὶ λέγει μοι, Ὅρα μή· σύνδουλός σου εἰμὶ καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ. τῷ Θεῷ προσκύνησον· ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστὶ τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας.

11 Καὶ εἶδον τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν καλούμενος πιστὸς καὶ ἀληθινός, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ.

12 Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός, καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλά· ἔχων ὄνομα γεγραμμένον ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός·

13 Καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.

14 Καὶ τὰ στρατεύματα ἐν τῷ οὐρανῷ ἠκολούθει αὐτῷ ἐφ' ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καὶ καθαρόν·

15 Καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομφαία ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάσσῃ τὰ ἔθνη· καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος.

16 Καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ τὸ ὄνομα γεγραμμένον, Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ Κύριος κυρίων.

17 Καὶ εἶδον ἕνα ἄγγελον ἑστῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ· καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετωμένοις ἐν μεσουρανήματι, Δεῦτε καὶ συνάγεσθε εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου Θεοῦ,

18 Ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων, καὶ σάρκας χιλιάρχων, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων καὶ τῶν καθημένων ἐπ' αὐτῶν· καὶ σάρκας πάντων ἐλευθέρων καὶ δούλων, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων.

19 Καὶ εἶδον τὸ θηρίον, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνηγμένα ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου καὶ μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ.

9 Tum dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dixit mihi, Hæc verba Dei vera sunt.

10 Et procidi ante pedes eius vt adorarem eum: sed dixit mihi, Vide ne: conseruus tuus sum & fratrum tuorum qui habent testimonium Iesu. Deum adora: testimonium enim Iesu est Spiritus Prophetiæ.

11 Deinde vidi cælum apertum, & ecce *adfuit* equus albus: & qui insidebat ei, vocabatur Fidelis & Verax, & *qui* iustè iudicat & pugnat.

12 Oculi autem eius *erant* tanquam flamma ignis: & in capite eius diãdemata multa: habebátque nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse:

13 ‖ Et amictus erat veste tincta sanguine: vocatúrque nomen eius Sermo ille Dei.

14 Exercitus autem qui sunt in cælo, sequebãtur eũ equis albis, vestiti byssina *veste* alba & pura.

15 Et ex ore eius prodibat gladius acutus, vt eo percuteret gẽtes: ipse enim reget eas virga ferrea: & is est qui calcat lacum vini excandescentiæ & iræ Dei omnipotentis.

16 Habebátque in vestimento & in femore suo nomen scriptum, Rex regum, & Dominus dominantium.

17 Tunc vidi quẽdam Angelum stantem in sole, qui clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabant per mediũ cæli, Adeste & congregamini ad cœnam magni Dei,

18 Vt edatis carnes regũ, & carnes tribunorum, & carnes potentum, & carnes equorum, & eorum qui ipsis insident, & carnes omnium liberorum ac seruorũ, paruorum ac magnorum.

19 Deinde vidi bestiam illam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad gerendum bellum cum eo qui insidebat equo, & cum ipsius exercitu.

9 *Et dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarũ Agni vocati sunt. Et dixit mihi, Hæc verba Dei vera sunt.* Matt.22.2

10 *Et cecidi ante pedes eius vt adorarem eum. Et dicit mihi. Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum, habentium testimonium Iesu. Deum adora: testimonium enim Iesu, est Spiritus prophetiæ.*

11 *Et vidi cælum apertũ, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis & Verax, & in iustitia iudicat & pugnat.*

12 *Oculi autem eius sicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa: habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse.*

13 *Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocatur nomen eius Verbum Dei.* Psal.2.15

14 *Et exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo.*

15 *Et de ore eius procedit gladius acutus, vt in ipso percutiat Gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis.* Supr.17.14 1.tim.6.15

16 *Et habet in vestimento & in femore suo scriptũ, Rex regum & Dominus dominantium.*

17 *Et vidi vnum Angelũ stantem in sole, & clamauit voce magna, dicẽs omnibus auibus quæ volabãt per medium cæli, Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei,*

18 *Vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortiũ, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum.*

19 *Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cũ illo qui sedebat in equo, & cum exercitu eius.*

9 *Tum dixit mihi*, καὶ λέγει μοι. Dixit mihi videlicet Angelus ille cuius mentio facta est superiore capite. Redit enim ad narrationẽ quæ intermissa fuerat ab huius cap. initio.

10 *Vide ne*. ὅρα μή. sub. *adoraueris*. per aposiopesin quam Vulg. nõ debuit supplere. *Testimonium Iesu*, τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ. i. quib. mandatũ est vt de Iesu testificẽtur, sicut paulò pòst explicat. Significat enim se ex eorũ numero esse quibus vtatur Deus ad significanda Prophetiæ arcana Dei, quæ ipsi deinde cæteris hominibus explicent, vt diximus sup.1.1. *Testimonium enim Iesu*. ἡ μαρτυρία Ἰησοῦ. Rectè omnino, huc enim tanquam ad vnum eúmque certissimũ scopum feruntur omnes Prophetiæ, ex quo efficitur, eum demum esse verum spiritum Prophetiæ, & à nobis audiendum, qui ad Iesum nos adducit.

11 *Et [qui] iustè iudicat*, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει. Subaudio particulam אשר [*ascher*,] vt hoc quoque ad nomen vel potius ad nominis explicationem pertineat.

13 *Sermo ille*, ὁ λόγος. Iesus Christus videlicet, filius ille Dei coessentialis, vt eum solus ex omnibus Euangelistis Ioannes appellauit: vnde etiam colligi non ineptè potest non alium esse huius libri scriptorem.

15 *Ipse enim*, &c. καὶ αὐτὸς, &c. Id est αὐτὸς γάρ. Nam mirè varius est vsus particulæ καὶ in hoc scripto, nimirum ex Hebræorum consuetudine, qui suum illud ו pro omnibus penè particulis vsurpant, vt & verborum tempora sæpissimè sunt permutata.

20 Καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ μετὰ τούτου ὁ ψευδοπροφήτης ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ· ζῶντες ἐβλήθησαν οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν τῷ θείῳ.

21 Καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, τῇ ἐκπορευομένῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν.

Κεφάλαιον κ.

1 ΚΑΙ εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα τὴν κλεῖδα τῆς ἀβύσσου καὶ ἅλυσιν μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ.

2 Καὶ ἐκράτησε τὸν δράκοντα, τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, ὅς ἐστι διάβολος καὶ Σατανᾶς· καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη·

3 Καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ ἔκλεισεν, καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρόνον.

4 Καὶ εἶδον θρόνους, καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτούς, καὶ κρίμα ἐδόθη αὐτοῖς· καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τῷ θηρίῳ, οὔτε τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν· καὶ ἔζησαν, καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ Χριστοῦ τὰ χίλια ἔτη.

5 Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέζησαν ἕως τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη.

6 Μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ· ἐπὶ τούτων ὁ θάνατος ὁ δεύτερος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ' αὐτοῦ χίλια ἔτη.

7 Καὶ ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη, λυθήσεται ὁ Σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ.

20 Et comprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta ille qui ediderat signa in eius conspectu, quibus seduxit eos qui acceperant characterem bestiæ, & qui adorauerant imaginem eius: & viui coniecti sunt ambo in stagnum ignis ardens sulphure:

21 Et reliqui occisi sunt gladio eius qui insidebat equo, prodeunte ex ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

CAP. XX.

1 DEinde vidi Angelum descendentem è cælo, habẽtem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua.

2 Qui apprehendit draconem, serpentem, *inquam*, illum antiquũ, qui est diabolus & Satanas, & vinxit eum *ad* annos mille.

3 Coniecitque eum in abyssum, quam occlusit & obsignauit super eum, vt non seduceret amplius gentes, donec consummarentur anni illi mille: nã postea oportet eum solui *ad* exiguum tempus.

4 Deinde vidi thronos, & sederunt super eos, & iudiciũ datum est eis: & animas eorũ qui securi percussi sunt propter testimonium Iesu, & propter sermonem Dei, quique non adorarunt bestiam, neque imaginẽ eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus suis, aut in manibus suis: viuentque & regnabunt cum Christo mille illos annos.

5 Reliqui verò ex mortuis non reuiuiscent donec consummati fuerint illi anni mille. Hæc est resurrectio prima.

6 Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in hos *enim* secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annis.

7 Postquam verò consummati fuerint anni mille, soluetur Satanas è carcere suo.

20 *Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius: viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure:*

21 *Et cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.*

CAP. XX.

1 *ET vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua.*

2 *Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus & Satanas, & ligauit eum per annos mille.*

3 *Et misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius Gentes, donec consummentur mille anni: & post hæc oportet illum solui modico tempore.*

4 *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudiciũ datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam neque imaginem eius, nec acceperunt characterem in frontibus aut in manibus suis: & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis.*

5 *Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima.*

6 *Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatẽ, sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis.*

7 *Et quum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo.*

IN CAPVT XX.

a [*Ad*] *annos mille*, χίλια ἔτη, Ad verbum, annis mille, vel per annos mille, vt in sequenti versiculo, μικρὸν χρόνον, id est *exiguo tempore*, ponitur pro Ad exiguum tẽpus. quæ formula loquendi petita est à medio.

3 *Super eum*, ἐπάνω αὐτοῦ. Hebraicè בעדו [*behad*.] sicut in vernaculo sermone dicimus, *il ferma l'huys sur luy*. vt Genes. 7.16.

4 *Et animas*, καὶ τὰς ψυχὰς, &c. Hi sunt nimirum quibus positi sunt illi throni, & quibus datum est iudicium: quatenus videlicet membra capiti coniuncta sunt, non autẽ quasi Christi officium ad eos transferatur. Posita sunt igitur relatiua αὐτοῖς & αὐτῶν ante expressum antecedens, Hebr. more. ac si scriptum esset, Deinde vidi animas eorũ qui securi percussi sunt propter testimonium Christi & propter sermonem Dei, quique non adorarunt bestiã, neque imaginẽ eius, nec acceperunt eius characterẽ in frontibus suis & manib' suis, & vidi thronos quibus insederũt, datúmque est eis iudicium: & viuent ac regnabunt (i. vt viuant & regnent) cũ Christo mille annis. Est tamẽ (fateor) hic Hebraismus à Græcæ & Latinæ linguæ consuetudine remotissimus: sed in Hebr. scriptis frequentior quàm vt de eo ambigi possit, veluti Prou. 13.13. Num. 24.17, & alibi passim. Nolui tamen quicquã mutare, ne audaculus viderer. ¶*Viuéntque*, καὶ ἔζησαν. Connectitur hoc verbũ nouissimũ proximo verbo ἔλαβον, *acceperunt*, sed cum ἐκάθισαν, *sederunt*, & ἐδόθη, *datum est*, sicut paulò antè dictum fuit. Deinde obseruandum est etiam positũ esse præteritum pro futuro, ex Prophetarũ more: quod ex versiculo sexto liquet.

8 *Angulis*,

8 Καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς, τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης.

9 Καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἠγαπημένην· καὶ κατέβη πῦρ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτούς.

10 Καὶ ὁ διάβολος ὁ πλανῶν αὐτοὺς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ θείου, ὅπου τὸ θηρίον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

11 Καὶ εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν, καὶ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτοῦ, οὗ ἀπὸ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς.

12 Καὶ εἶδον τοὺς νεκροὺς μικροὺς καὶ μεγάλους ἑστῶτας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ βιβλία ἠνεῴχθησαν· καὶ βιβλίον ἄλλο ἠνεῴχθη, ὅ ἐστι τῆς ζωῆς· καὶ ἐκρίθησαν οἱ νεκροὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

13 Καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς, καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκρούς· καὶ ἐκρίθησαν ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

14 Καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός· οὗτός ἐστιν ὁ δεύτερος θάνατος.

15 Καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

Κεφάλαιον κα.

1 ΚΑΙ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν· ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ παρῆλθε· καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι.

2 Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης εἶδον τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ καινὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἡτοιμασμένην, ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

3 Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης, Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν, Θεὸς αὐτῶν.

4 Καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι, οὔτε πένθος, οὔτε κραυγὴ, οὔτε πόνος οὐκ ἔσται ἔτι, ὅτι τὰ

8 Et exibit vt seducat gẽtes quæ sunt in quatuor angulis terræ, ‖Gogum & Magogum, vt congreget eos ad prælium: quorum numerus est sicut arena maris.

9 Ascenderũnt igitur super latitudinem terræ, & circumierũt castra sanctorum, & vrbem illã dilectã: sed descẽdit ignis à Deo è cælo, qui deuorauit eos.

10 Et diabolus qui seducebat eos, coniectus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi *erat* & bestia illa & ille pseudopropheta, & torquebuntur die ac nocte in secula seculorum.

11 Tum vidi thronum magnum candidum, & quendam ei insidentem, à cuius conspectu fugit terra & cælum, quorum locus non est inuentus.

12 Et vidi mortuos paruos & magnos stãtes in cõspectu Dei, & libri aperti sunt: & alius ‖ liber apertus est, qui est *liber* vitę: iudicatíque sunt mortui ex iis quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum.

13 Et reddidit mare mortuos quos habebat: Mors quoque & Infernus reddiderunt mortuos quos habebant: & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum.

14 Infernus autem ac Mors coniecti sunt in stagnum ignis: quæ est mors secunda.

15 Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, coniectus est in stagnum ignis.

CAP XXI.

1 D‖Einde vidi cęlum nouum & terram nouam: primum enim cælum & prima terra abierat: & mare non amplius extabat.

2 Et ego Ioannes vidi sanctam illam ciuitatem Hierosolymam nouam, descendentem à Deo è cælo, paratam, vt sponsam ornatam viro suo.

3 Et audiui vocem magnam è cęlo dicentem, Ecce tabernaculum Dei *est* cum hominibus & habitabit cum eis, & ipsi erũt populi eius, & ipse Deus cum eis erit, Deus ipsorum.

4 ‖ Et abstersurus est Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors amplius non extabit: neque luctus, neque clamor, neque labor extabit amplius:

8 *Et exibit & seducet Gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gogo & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris.* Ezec. 39. 2.

9 *Et ascenderũt super latitudinẽ terræ, & circuierunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam, & descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos.*

10 *Et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.*

11 *Et vidi thronum magnum & cãdidum, & sedentem super eũ, à cuius conspectu fugit terra & cælum, & locus non est inuentus eis.*

12 *Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex iis quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum.* Supr. 3.5. infr. 21.27. phil. 4.3.

13 *Et dedit mare mortuos qui in eo erant: & Mors & Infernus dederũt mortuos suos qui in ipsis erãt: & iudicatum est de singulis secundùm opera ipsorum.*

14 *Et infernus & mors missi sunt in stagnũ ignis: hæc est mors secunda.*

15 *Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.*

CAP XXI.

1 *ET vidi cælum nouum & terram nouã: primum enim cælum & prima terra abijt, & mare iam non est,* Esa. 65.17 & 66.22. 2. pet. 3.13.

2 *Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cælo à Deo paratam sicut sponsam ornatã viro suo.*

3 *Et audiui vocem magnã de throno dicentem, Ecce, tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* Supr. 7.17. esa. 25.8.

4 *Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit*

8 *Angulis*, γωνίαις, i. plagis & cardinibus. Vide sup. 7.1.

9 *Latitudinem terræ*, τὸ πλάτος τῆς γῆς. Hebr. רחב הארץ [*rochab haarets*,] acsi diceret, ita vt terræ superficiem quantacunque est compleuerint.

11 ‖ *Quorum locus*, &c. καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς. Id est, ita vt disparuerint. Vide suprà, 12.8.

προῶτα ἀπῆλθον.

Καὶ εἶπεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, Ἰδοὺ, καινὰ πάντα ποιῶ. Καὶ λέγει μοι, Γράψον· ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοὶ καὶ πιστοί εἰσι.

Esa.45.19 2.cor.5.27

Καὶ εἶπέ μοι, Γέγονε· ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς, δωρεάν.

Supr.1.8 infrà,22.13

Ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα, καὶ ἔσομαι αὐτῷ Θεὸς, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι υἱός·

Δειλοῖς δὲ καὶ ἀπίστοις, καὶ ἐβδελυγμένοις, καὶ φονεῦσι, καὶ πόρνοις, καὶ φαρμακεῦσι, καὶ εἰδωλολάτραις, καὶ πᾶσι τοῖς ψευδέσι, τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ, ὅ ἐστι δεύτερος θάνατος.

Καὶ ἦλθε πρός με εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας τὰς γεμούσας τῶν ἑπτὰ πληγῶν τῶν ἐσχάτων· καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ λέγων, Δεῦρο, δείξω σοι τὴν νύμφην τοῦ ἀρνίου τὴν γυναῖκα.

Καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι ἐπ' ὄρος μέγα καὶ ὑψηλὸν, καὶ ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ, καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ·

Ἔχουσαν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ, ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι.

Ἔχουσάν τε τεῖχος μέγα καὶ ὑψηλὸν· ἔχουσαν πυλῶνας δώδεκα, καὶ ἐπὶ τοῖς πυλῶσιν ἀγγέλους δώδεκα, καὶ ὀνόματα ἐπιγεγραμμένα, ἅ ἐστι τῶν δώδεκα φυλῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ.

Ἀπ' ἀνατολῆς, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ βορρᾶ, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ νότου, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ δυσμῶν, πυλῶνες τρεῖς·

Καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχον θεμελίους δώδεκα, καὶ ἐν αὐτοῖς ὀνόματα τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῦ ἀρνίου.

Καὶ ὁ λαλῶν μετ' ἐμοῦ, εἶχε κάλαμον χρυσοῦν, ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας αὐτῆς, καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς.

Καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται, καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς τοσοῦτόν ἐστιν ὅσον καὶ τὸ πλάτος. καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν τῷ κα-

quia præcedentia abierunt.
5 Et dixit is qui insidebat throno, ‖Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe: nam hæc verba vera sunt & firma.
6 Et dixit mihi, Fuerunt: ‖ego sum A & Ω, initium & finis. Ego sitienti dabo ex fonte aquæ viuæ, gratis.
7 Victor, hæreditario iure obtinebit omnia: & ero ei Deus, & ipse erit mihi filius.
8 Formidolosis autem & incredulis, & execrabilibus, & homicidis, & scortatoribus, & veneficis, & idololatris: & omnibus mēdacibus, portio *assignata* est in stagno vbi ardet ignis & sulphur, quod est mors secunda.
9 Tum venit ad me vnus ex septem illis Angelis qui habuerant septem illas phialas plenas septem plagis vltimis: & loquutus est mecum, dicens, Veni, ostendā tibi sponsā vxorē Agni.
10 Et asportauit me per Spiritum in montem magnum & sublimem, & ostendit mihi ciuitatem illam magnam, sanctā, *inquam*, illam Hierosolymam, è cælo descendentem à Deo:
11 Habentem gloriā Dei: & cuius lumen *erat* simile lapidi pretiosissimo, tanquam lapidi iaspidi instar crystalli splendenti.
12 Habentem præterea murū magnum & sublimem, qui habebat portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.
13 Ab Oriente *erant* portæ tres: ab Aquilone, portæ tres: ab Austro, portæ tres: ab Occasu, portæ tres.
14 Et murus vrbis habebat fundamenta duodecim, in quibus *erant* duodecim nomina Apostolorum Agni.
15 Porro is qui loquebatur mecum, habebat calamum aureū, vt metiretur ciuitatem, & portas eius & murum eius.
16 Vrbs ipsa verò quadrangularis sita est, cuius longitudo tanta est quanta & latitudo. mensúsque est ciuitatem illo cala-

ultrà, quia prima abierunt.
5 *Et dixit qui sedebat in throno, Ecce, noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe: quia hæc verba fidelissima sunt & vera.*
6 *Et dixit mihi. Factum est: ego sum A & Ω, initiū, & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.*
7 *Qui vicerit, possidebit hæc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius.*
8 *Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.*
9 *Et venit vnus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis: & loquutus est mecum dicens, Veni, & ostendam tibi sponsam vxorem Agni.*
10 *Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, descendentem de cælo à Deo:*
11 *Habentem claritatem Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso, tanquam lapidi iaspidis sicut crystallum.*
12 *Et habebat murū magnum & altum, habētem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.*
13 *Ab Oriente, portæ tres: ab Aquilone, portæ tres: & ab Occasu, portæ tres.*
14 *Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni.*
15 *Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem & portas eius & murum.*
16 *Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo. & mensus est ciuita-*

IN CAP. XXI.

4 *Præcedentia*, τὰ πρῶτα. Id est, prior illorum miserabilis & ærumnosus status.

6 *Fuerunt*, γέγονε. Videlicet τὰ πρῶτα, quibus iam finis est impositus. Vulgata, *Factum est*. Vide supra 16.17.

8 *Execrabilibus*, ἐβδελυγμένοις. Vide Gal. 2 11 ¶ *Portio*, τὸ μέρος. Hebr. חלק (*helek*.) id est sors & tanquam hæreditas. Redundat autem relatiuum αὐτῶν, ex Hebræorum idiotismo.

12 *Portas*, πυλῶνας. Sic vocat non Vestibula, nec communes θύρας, sed ampliores: vnde meminit Athenæus libro 5, τετραθύρων πυλώνων. Gallicè vocamus *des portaux*.

15 *Calamum aureum*, κάλαμον χρυσοῦν. Arundineam videlicet cannam inauratam. Quidam codices addūt μέτρον. quod etiam legit Vulgata: quod per appositionem intelligi potest, vel est fortassis glossema pro κάλαμον.

16 *Quadrangularis*, τετράγωνος. Forma videlicet ad firmitatem accommodatissima: vel quòd quatuor orbis partes respiciat, ex vniuersis videlicet mundi partibus complectens quamobrem etiam Catholica vocatur.

λάμῳ ἐπὶ σταδίων δώδεκα χιλιάδων· τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστί.

Καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν τεσσαρακοντατεσσάρων πηχῶν, μέτρον ἀνθρώπου, ὅ ἐστιν ἀγγέλου.

Καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς ἴασπις, καὶ ἦν ἡ πόλις χρυσίον καθαρὸν, ὁμοία ὑάλῳ καθαρῷ.

Καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς πόλεως παντὶ λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι· ὁ θεμέλιος ὁ πρῶτος, ἴασπις· ὁ δεύτερος σάπφειρος· ὁ τρίτος, χαλκηδών· ὁ τέταρτος, σμάραγδος·

Ὁ πέμπτος, σαρδόνυξ· ὁ ἕκτος, σάρδιος· ὁ ἕβδομος, χρυσόλιθος· ὁ ὄγδοος, βήρυλλος· ὁ ἔννατος, τοπάζιον· ὁ δέκατος, χρυσόπρασος· ὁ ἑνδέκατος, ὑάκινθος· ὁ δωδέκατον, ἀμέθυστος·

Καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται, ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου· καὶ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως χρυσίον καθαρὸν, ὡς ὕαλος διαφανής.

Καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ· ὁ γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ναὸς αὐτῆς ἐστι, καὶ τὸ ἀρνίον.

Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ· ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτὴν, καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον.

Καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσουσι· καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν αὐτῶν εἰς αὐτήν.

Καὶ οἱ πυλῶνες αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσιν ἡμέρας· νὺξ γὰρ οὐκ ἔσται ἐκεῖ.

Καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτήν.

Καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινοῦν, καὶ ποιοῦν βδέλυγμα, καὶ ψεῦδος· εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου.

Κεφάλαιον κβ.

ΚΑΙ ἔδειξέ μοι καθαρὸν ποταμὸν ὕδατος ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἀρνίου.

Ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα ἕνα ἕκαστον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ· καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν.

mo, ad stadiorū duodecim millia: suntque longitudo & latitudo & altitudo eius æquales.
17 Et mensus est murum eius cētum quadragintaquatuor cubitorum, mēsura hominis, quæ est Angeli.
18 Erat autem structura muri eius ex iaspide: ipsa verò ciuitas aurum purum, & similis vitro puro.
19 Et fundamenta muri vrbis omni lapide pretioso ornata. fundamentum primum *erat* iaspis: secundum, sapphirus: tertium, chalcedonius: quartum, smaragdus:
20 Quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octauum: beryllus: nonum, topazius: decimum, chrysoprasus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus.
21 Duodecim autem portæ, duodecim margaritæ sunt, & singulæ portæ ex singulis margaritis sunt: & forum ciuitatis, aurum purū, tanquā vitrū perlucidum.
22 Nec templum vidi in ea: Dominus enim Deus ille omnipotens, templum illius est, & Agnus ille.
23 ‖Neque ciuitas ista eget sole vel luna, vt luceant in ea: nam gloria Dei illustrat eam, & lucerna eius est Agnus ille.
24 ‖Et gentes quæ seruatæ fuerint ambulabunt ad lucem eius: & reges terræ gloriam suam & honorem ad eam adferent.
25 ‖Nec portæ eius claudentur interdiu: nox enim non erit illic.
26 Et adferetur gloria & honor Gentium ad eam.
27 Non intrabit in eam quicquam quod inquinat, aut abominandum quippiam patrat, vel mēdaciū *loquitur*: sed qui scripti sunt in ‖libro vitæ Agni illius.

CAP. XXII.

1 DEinde ostendit mihi purum fluuium aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem ex throno Dei & Agni illius.
2 In medio *autem* fori eius, & ex vtraque parte fluminis, *erat* arbor vitæ ferens fructus duodecim, per menses singulos edēs fructum suum, & folia sua ad sanationem Gentium.

tem de arundine per stadia duodecim millia: & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia sunt.
17 *Et mensus est murum eius centum quadragintaquatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est Angeli.*
18 *Et erat structura muri eius ex lapide, iaspide: ipsa verò ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo.*
19 *Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentū primum iaspis: secundum, sapphirus: [illegible]um, chalcedonius: quartum, smaragdus:*
20 *Quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chrysoprasus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus.*
21 *Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis, aurum mundum tāquam vitrum perlucidum.*
22 *Et templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotēs templum illius est, & Agnus.*
23 *Et ciuitas non eget sole neque luna, vt luceant in ea: nam Claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est Agnus.*
24 *Et ambulabunt Gentes in lumine eius: & reges terræ adferēt gloriam suā & honorem in illam.*
25 *Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic.*
26 *Et adferent gloriam & honorem Gentium in illam.*
27 *Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.*

CAP. XXII.

1 *ET ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni.*
2 *In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, adferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium.*

Esa.60.19
Esa.60.3
Esa.60.11
Suprà 3.5, & 20.12 phil.4.3

17 *Quæ est Angeli*, ὅ ἐστιν ἀγγέλου. Hoc addidit propterea quòd Angelus illa hominis speciem referebat.

21 *Forum*, ἡ πλατεῖα. Sic vocat vrbis locum magis patentem, qui à Græcis ἀγορὰ, à Latinis forum dicuntur, vt apparet infrà, 22.2. Vulgata & Erasmus, *Platea*. quod vocabulum latius patet.

27 *Sed*, εἰ μὴ. Id est, ἀλλά. Vide suprà, 6.4.

IN CAPVT XXII.

2 *In medio* [*autem*] *foro*, ἐν μέσῳ τῆς πλατείας. Vide sup. 21.21. ¶ Deinde lignum pro arbore positum est, Hebræorū more.

3 Καὶ πᾶν κατανάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι· καὶ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται, καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ.

4 Καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

Esa.6.19 5 Καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ, καὶ χρείαν οὐκ ἔχουσι λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς φωτίζει αὐτούς· καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

6 Καὶ εἶπέ μοι, Οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί· καὶ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.

7 Ἰδού, ἔρχομαι ταχύ· μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου.

8 Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων ταῦτα καὶ ἀκούων. καὶ ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεψα, ἔπεσα προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα. Supr.19.10

9 Καὶ λέγει μοι, Ὅρα μή· σύνδουλός σου γάρ εἰμι, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. τῷ Θεῷ προσκύνησον.

10 Καὶ λέγει μοι, Μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν.

11 Ὁ ἀδικῶν, ἀδικησάτω ἔτι· καὶ ὁ ῥυπῶν, ῥυπωσάτω ἔτι· καὶ ὁ δίκαιος, δικαιωθήτω ἔτι· καὶ ὁ ἅγιος, ἁγιασθήτω ἔτι.

Rom.2.6 12 Καὶ ἰδού, ἔρχομαι ταχύ· καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται.

Supr. 1. 8.& 21.6 esa.41.6,& 44.6 13 Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος.

3 Nec vllum aduersus quenquam anathema erit amplius: sed sedes Dei & Agni in ea erit, & serui eius colent eum.

4 Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus ipsorum *erit*.

5 ‖Et nox illic non erit, neque opus est eis lumine lucernæ, neque lumine solis: quoniam Dominus Deus illustrat eos: & regnabunt in secula seculorum.

6 Tum dixit mihi, Hæc verba fida *sunt* & vera: & Dominus Deus sanctorum Prophetarum misit Angelum suum vt indicet seruis suis quæ oportet fieri citó.

7 Ecce, venio citó. beatus qui obseruat verba Prophetiæ libri huius.

8 Ego verò Ioannes *is sum* qui hæc audiui & vidi. Et quum audissem & vidissem, ‖procidi vt adorarẽ ante pedes Angeli qui mihi hæc ostendebat.

9 *Is* verò dixit mihi, Vide ne *feceris*: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui obseruant verba libri huius. Deum adora.

10 Deinde dixit Mihi, Ne obsignaueris verba prophetiæ libri huius: tempus præstitutum enim illud propè est.

11 Qui iniustè agit, iniustè agat adhuc: & qui sordidus est, sordescat amplius: & qui iustus est, iustificetur amplius: & sanctus sanctificetur amplius.

12 Et ecce, venio citó: & merces mea mecum *est* ‖ vt reddam vnicuique prout opus ipsius erit,

13 ‖Et sum Α & Ω, principium & finis, primus & vltimus.

3 Et omne maledictum non erit amplius: & sedes Dei & Agni in illa erunt & serui eius seruient illi.

4 Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum.

5 Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis: quoniam Dominus Deus illuminat illos, & regnabunt in secula seculorum.

6 Et dixit mihi, Hæc verba fidelissima sunt & vera. Et Dominus Deus spirituum Prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet citò fieri.

7 Et ecce, venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius.

8 Et ego Ioannes qui audiui, & vidi hæc. Et postquam audissem & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat:

9 Et dixit mihi, Vide ne feceris, cõseruus enim tuus sum & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui seruant verba libri huius. Deum adora.

10 Et dicit mihi, Ne signaueris verba prophetiæ libri huius: tempus enim propè est.

11 Qui nocet, noceat adhuc & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui sanctus est, sanctificetur adhuc.

12 Ecce venio citò: & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua.

13 Ego sum Α & Ω, primus & nouissimus, principium & finis.

3 *Aduersus quenquam anathema, κατανάθεμα*. Sensus est, Tunc fore Ecclesiam sine ruga & macula, ac nullis sordibus inquinatam, à quibus nunc illam repurgari quotidie, exclusis ab eadem sceleratis impuris, oporteat. Vulg. *maledictum*, non expressa huius loci sententia. Diximus autem de anathematis voce Rom. 9. 3. ¶ *Erit amplius, ἔσται ἔτι*. Ἐν αὐτῇ ἔσται, repetendum est ex posteriore membro, ex Hebræorum idiotismo.

6 *Sanctorum prophetarum, τῶν ἁγίων προφητῶν*. Vulg. *spirituum Prophetarum, τῶν πνευμάτων τῶν προφητῶν*, vt etiam in vno manuscr. codice inuenimus.

10 *Deinde dixit mihi, καὶ λέγει μοι*. Huiusmodi formula non vtuntur Græci aut Latini in mediis concionibus, sed in exordiis duntaxat. Reperies autem in Deuteronomio præsertim plurima eiusmodi exempla & apud Prophetas, perinde acsi diuersæ essent conciones, quum sæpenumero vna tantum recitetur. Sed & inter Euangelistas apud Marcum penè vnum hoc inuenias: cui præ cæteris etiam familiaris est multiplex ille vsus particulæ καὶ, & enallage illa temporum à consuetudine Græci & Latini sermonis aliena. Denique siquis in his rebus mihi iudicij est, persimilis est huius libri & Euangelij Marci character. Marcus autem & ipse dictus est Ioannes, adeo vt, nisi me consensus doctorum, & rationes illæ quas antè suo loco adduxi, aliò pertraherent, nulli potius quàm Ioanni Marco fuerim hoc scriptum vendicaturus.

11 *Iustificetur amplius, δικαιωθήτω ἔτι*. In nonnullis Latinis cod. legitur, Iustitiam faciat, & in Græco vno manuscr. δικαιοσύνην ποιησάτω. Cyprianus autem De bono patientiæ, totum hunc locum sic interpretatus est, *Qui persistunt nocere, noceant: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: iustus autem adhuc iustiora faciat: similiter & qui sanctus est, sanctiora*.

12 *Et ecce venio citò*. Quum hic versus & proximè sequens, non Angelo misso, sed ipsi demum Iesu à quo missus mox dicitur, conueniat, vix ac ne vix quidem dici potest, quisnam ista loquatur. Nec enim nisi admodum violenter existimari possit hic Angelus loqui in mittentis Christi persona, à qua paulò antè sese tam expressè discreuerit, non sustinens adorari. Præterea durissima fuerit ista tam subita personæ mutatio, in re præsertim tanti momenti, quum nihil interiiciatur vnde id possit intelligi. Simillimum autem quiddã occurrit 1.Reg.21.21. Denique in ver.14, pro ἐντολὰς αὐτοῦ, *mandata ipsius*, certè dicendũ fuisset ἐντολάς

μου, *mandata mea*, quæ difficultas animaduersa præbuit diuersæ scripturæ occasionem, de qua mox dicam. Quid ergo? Dicam quid mihi videatur, ita vt quod sentio relinquam Ecclesiæ atque adeo piis omnibus diiudicandum. Existimo hunc librum, eo negligentius habitum quòd non statim ab omnibus pro Apostolico scripto censeretur, fuisse ab Ariano quopiam deprauatum, qui Christum Deum non esse, nec proinde adorandum, sic confirmare vellet: idque exortis iam Anomæis post ipsius Arij tempora, alioqui hunc locum minimè prætermissuris. Transpositos igitur fuisse arbitror hos versiculos nempe 12. & 13, quos si ea quæ sequitur serie disponas, non modò cohærebunt omnia, sed etiam duplex veluti sigillum, vnum ipsius Christi, alterum suo nomine perscriptum, Ioannes huic prophetiæ apposuerit. Sic igitur illos legendos opinor,

12 *Beati qui præstant eius præcepta, vt sit eis ius in arborem vitæ, & per portas ingrediantur in ciuitatem.*

13 *Foris autem [erunt] canes, & venefici, & scortatores, & homicidæ, & idololatræ, & quisquis amat & committit mendacium.*

14 *Ego Iesus misi Angelum meum vt hæc vobis testificaretur in Ecclesiis. Ego sum stirps & progenies illa Dauidis: stella illa splendida & matutina.*

15 *Ego sum Α & Ω, principium & finis, primus & vltimus.*

16 *Et ecce, venio citò, & merces mea mecum est, vt reddam vnicuique prout ipsius opus erit.*

17 *Et spiritus & sponsa dicunt, Veni*, &c. Sed de hac coniectura penes pios & eruditos iudicium esto.

¶ *Mecum [est,]* μετ' ἐμοῦ. Id est apud me est, & parata.

14 Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν.

15 Ἔξω δὲ οἱ κύνες καὶ οἱ φαρμακοὶ καὶ οἱ πόρνοι καὶ οἱ φονεῖς καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος.

16 Ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις. ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβίδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινός.

17 Καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν, Ἐλθέ· καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω, Ἐλθέ. καὶ ὁ διψῶν ἐλθέτω, καὶ ὁ θέλων λαμβανέτω τὸ ὕδωρ ζωῆς δωρεάν.

18 Συμμαρτυροῦμαι γὰρ παντὶ ἀκούοντι τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ἐάν τις ἐπιτιθῇ πρὸς ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ·

19 Καὶ ἐάν τις ἀφαιρῇ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφαιρήσει ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ.

20 Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα· ναὶ ἔρχομαι ταχύ· Ἀμήν. καὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ.

21 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

14 Beati qui præstant eius mãdata: vt sit eis ius in arborem vitæ, & per portas ingrediantur in ciuitatem.

15 Foris autem *erunt* canes, & venefici, & scortatores, & homicidæ & idololatræ, & quisquis amat ac committit mendacium.

16 Ego Iesus misi Angelum meum, vt hæc vobis testificaretur in Ecclesiis. Ego sum stirps & progenies illa Dauidis, stella illa splendida & matutina.

17 Et Spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. ‖ & qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.

18 Enimuero vnà testor cuiuis audienti verba Prophetiæ libri huius: siquis apposuerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto:

19 Et siquis abstulerit *aliquid* ex verbis libri Prophetiæ huius, auferet Deus partem eius è libro vitæ, & ex vrbe sancta, & ex iis quæ scripta sunt in libro isto.

20 Dicit qui testatur ista: etiam, venio citó, Amen. Veni igitur Domine Iesu.

21 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

14 Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.

15 Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.

16 Ego Iesus misi Angelum meum testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina.

17 Et Spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui sitit, veniat & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Esa.55.1

18 Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius: Siquis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illũ plagas scriptas in libro isto:

19 Et siquis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto.

20 Dicit qui testimonium perhibet istorum: etiam venio citò. Amen. Veni Domine Iesu.

21 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

14 *Eius mandata, τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ*. Nempe βιβλίου, *libri* ex vers. 9. id est, quæ hoc libro sunt mandata. Vulg. *Beati, qui lauerunt stolas suas in sanguine Agni, μακάριοι οἱ πλύναντες τὰς στολὰς αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου*, contra omnium Græcorum codicum fidem, & his verbis repetitis ex cap. 7. 14. cui deprauationi occasionem præbuit relatiuum αὐτοῦ, perturbata, vt modò diximus, versuum duodecimi & decimitertij distinctione.

20 *Veni igitur, καὶ ἔρχου*. Καὶ pro οὖν, ex vario vsu particulæ VAV Hebræorum, sæpissimè à me in his libris annotato.

FINIS.

INDEX POSTERIOR IN ANNOTATIONES IN EPISTOLAS ET APOCALYPSIN.

In hoc indice, vt & in priore, prior numerus paginam, posterior lineam: literæ verò, a & b, priorem aut posteriorem paginæ columnam designant.

F

fide

G

Inescare

M

Maxi-

semen

ERRATA TYPOGRAPHICA.

In Epistola ad lectorem.

Pag.1.lin.11.lege Ibid.lin.penult.I.nouis subinde, pag.2.lin.8.I. esse hominum ingenia, satisfactum. Ibid.l.28.I Ciuitati[illegible]

IN CONTEXTV.

Prior numerus paginam, posterior versiculum capitis notat

IN PRIORI TOMO.

101.23.venisset,108.44.domino,161.7. Alt. sunt[illegible]100.1.εἰς Βαθουγῆ. 258.27.Leuin,273.42.metiebatur.Inter,357.18.quòd *ista facias*,370. 18.quòd non solùm,380.31.è cœlo dedit,429.25.*dele* meo,462.40. pluribus,*Ibid*.seruemini,517.1.vt introirent,521.11.& illi 563.14.*dele* essent,

IN ALTERO TOMO.

117.5.præstitutum,127.17.Vnus[*cum eo*]spiritus est.133.29.fratres: opportunum tempus esse,145.11.eueniebant eis,158.24. Nam iis quæ sunt,160.6.congratulatur,168.1.vobis declaro,fratres,*& mox*, recepistis,183.4.nos consolatur.209.13.Non enim[*hæc dico*]& 221. 23. Superior sum ego,226.20. tumores, 233.17.ante me fuerunt. 250.20.*Vellem autem,& totum hunc versum include parenthesi* 251.25. *include ista parenthesi*, Istud enim Agar, est Sina mons in Arabia, 264.13. obsignati estis,283.26. aquæ,284.31.patrem suum, 294.2 sententiis vni, 322.11.adiutores in regno Dei, qui fuere,333.13. & eos magis ac magis charos,335.6.siquidem,338.7.mysterium illud abolitionis Legis,357.11. *κατασφραγισάμενοι*, *Ibid*.aduersus Christum lasciuierunt, 380. 4. conspicuus factus est, 394.Hymnos canam, 434.9.carnis quidem,436.25.auersaremur,445.1.acceptione faciei, 446.9.Sin verò faciem,453.4. Postridie,455.12.*dele* luni,464.11.in die,466.3.nodis capillorum,467.8.*ἰδεῖν ἀγγελον*,468.14. Cæterùm *Ibid*.quòd,*Ibid*.17.quàm,473.6.Euangelium,vt damnarentur,477. 5.Nam Deus,483.7.lasciua,497.22. illum,& hic est,506.8 tres in vnum consentiūt,513.12.præsentibus,519.12.epulantur,526.17.suam manum, *& mox* ne metue,*Ibid*.19. post hæc, 528.24. doctrinam, *& mox*,aliud,531.19.& resipisce,*Ibid*.21.aurem.533.7.accepit,*Ibid*.8. aureas,535.8.& morte,537.10.à Deo nostro,

131.2.38.[*esse*.]136.2.2.necessitatis iis debeat,quam[illegible] Christianis,*Ibid*.38.[illegible], *Ibid*.40.scire factum est, 138.2.37.quod etiam appareat,144.2.4.& Apostolus,145.1.apprehensum, 146.1. [illegible]narum per illa,150.2.24.Ministris Ecclesiæ præesse,151.2.40. in Ecclesia,160.2.46. quam [illegible], 162.2.20. docendi vsu, 164.1.12.vocant,*Ibid*.[illegible],165.2.[illegible]. Significat,168 1.45.imperiti haberi,*Ibid*.2.37.doctrinam ipsam, tamen alibi monens,169.2.41. quarum illarum duarum neutram concesserim,172.[illegible]vniuersalis OMNIA,*Ibid*.2.37.quorum gloria. 173.2.6.sed vt est personaliter, θεόθεν, *Ibid*.2.71.[*omnes monens*]174.2.11.seditionem,177.2.8. Deitatis corporaliter inhabitantis,181.2.[illegible]animo,188.2.50 [illegible], 198.2 20.[illegible] [illegible],199.1.35. Catechumenen, 200.2.40. Persequutus, *Ibid*.52. [illegible],202.2.24.[illegible] *Ibid*.34.[illegible],204.2.21.di[illegible],205.1.9.superioribus.206.2 8.capite,207.2.22.vtrumque vocabulum,209.2.22.[illegible],210.2.12.subleuentur,*Ibid*.2.23.χειροτονηθεὶς, 213.1.30.amplius,214.1.32.charitas,*Ibid*.2.36.diuersa expositio,218.1.52. quæ tria,221.1.48, *dele parenthesin*,221.1.51.id est,Christianismum,[illegible]subuendirent, 231 2.38.semetipsum,234.1.35.subintroductitios,237.2.6.[illegible]Non *Ibid*.41,coniunctim, 238.1.39. malui, 241.1.25.[illegible] *Κοινήν*,242.2.42. vt illud doceat,243.1.53.benedici: oportet ad hoc vt vtrique in vnum corpus coalescant (quod vnius feminis nomine collectiuo significatur) communem aliquam subesse rationem,quæ,244.2.26.declarat, *Ibid*.37.innouarem Mediatoris vocabulum,247.2.39. Mulierem igitur,248.1.13. fuit ab initio,*Ibid*.2.43. vt qui à tergo,250.1.21. obseruanda sunt,*Ibid*.2.45.*dele* seculi,257.1.37.comparandus est,quod,*Ibid*. 2.6.*dele* maiorem, 261.1.19. Sed, *Ibid*.2.49.& Deum, 265.1.7. quod idem Erasmus scribit.*Ibid*.28.quînam,270.1.49.[illegible] *Ibid*.55.שנה 271.2.26.dictitaretur, 279.1.33. nobis facere,*Ibid*. 2.41.hominem,vt præditus fuerit iustitia,283 1.23. quæ ad Dei, *Ibid*.2.33.coniungamus,285.1.15. Itaque quod.288.2.5.fuerit i*Ibid*.2.4.[illegible].292.2.11.quòd consueuerint,*Ibid*.24.abeundi copiam,295 2.33.à reipsa,297.2.43.sic quoque testificari,*ibid*. 55.sicut Paratus, 302. 1. 16.[illegible] [illegible],303.1.8.quam Philippis postea reliquerit.320.1.9. concordiam auctore Deo cum,323.2.15.ac diligenter, 324.1.3.quòd,*Ibid*.2.8.à Spiritus adoptionis effectis,326.1.28.quidem coniuges, *& mox* connubio,328.1.24.[illegible],331.1.21.Dan.12.*Ibid*.28.1.[illegible] *Ibid.in Synopsi numero* 12 *linea* 7.idque eâdem,[illegible]13.l.3. De his enim hîc propriè,333.2.22.suorum videlicet,334.1.8.inferiores, 337.1 16 à Pontifice Romano,*& mox* iuuecta: 338.1.35.nunc eû retinet,[illegible],i.remoratur,344.1.4.in quos iudicium,*Ibid*.2.4. *dele*,i.ex legibus,347.1.21.beneficêtiæ expertia, *Ibid*.2.41.quòd *Ibid*.46.vel ab alio,348.1.22.&quòd,349.2.44.bonum,i pingue & opimum.350.2.3.inita duplicia coniugia, 353.1.19. Sed hæc, inquiunt, doctrina,*Ibid*.44.[illegible]mus,354.1.23. Deo quidem id [illegible],*Ibid*.2.26.quasi latere,355.2.11.quod fuerit,364.2.3.de iuuandi studio *& mox*,& beneficêtia,371.2.15.[illegible],376.2,17. [illegible],378.1.2.Propositiones,384.2 3.tam fugisse,396.1.23 huius Ecclesiæ,*Ibid*.31.ei domui,402.2.3.consueuerunt,*Ibid*.35. saltem ex illo,403.1.1. huius loci explicatio. Sed & in Latina 422.1.28 [illegible],*Ibid*.2 19 [illegible],423.2.19. opponitur, 427.1.2. tempora,*Ibid*.51.quòd,*Ibid*.2 4.informans,*Ibid*.57.quàm,*Ib*.42 [illegible],428.1.24.clauditur,429.1.1.[15.*Secundum*]431.2.19. sibi peculiariter.432.1.35. instar fuisse,436.1.1. gubernandi, *Ibid*.11. quòd,438.2.7.quod facinorosi pro,*Ibid*.18.Nos autem nunc,*Ibid*.42. *dele* cuius hæreditatem iam creuerint. 439.1.1. quum tantum absimus ab eo,vt hac ratione,*Ibid*.12. Pseudepiscopalem Ecclesiæ Apostolicæ ignotum,*& mox* videtur enim ex eo, *Ibid*.41.[illegible], 447.1.33.ab effectis ascenditur,*Ibid*.2 51. contremiscit,450 2.3.videlicet lingua,451.1.16.[illegible], 455.*in Synopsi num*.5.1.8.cur nos ipsos,456.1.10.opponi putant,458.2.1 incorruptione suâ potituro,*Ibid*,4 & sua vnicuique.*Ibid*.23 electos ad patientiam,459.2.2.[illegible],*Ibid*.24 Ioelis.Apostolis,460.2.18.Tantùm hic,462.*in Synopsi num*.7.1 31.nulli magis resistant,463.1.38.[illegible] *& mox* [illegible].465.2.6. crucis imposita,*Ibid*.19.Denasci,*Ibid*.27.Cælius enim quoque, 467.1 24.superioris dignitati,*Ibid*.28.quod nec vt,469.1.6.per Deitatem.*Ibid*.2.2. sed è contrario,470.1.5.*dele* non,*Ibid*. 49. parêre,*Ibid*.2.19 Scheol.*Ibid*.32 abiit, 471.1.51.[illegible], *Ib*.2. 51.Dicit autem illum sedere,472.2.1. quæ in nobis est,vitiositatem,475.1.37.pro maleficus.476.1.38.[illegible],477.1.6.[illegible], *Ibid*.7.addidit.*Ibid*.2.17.[illegible], *Ibid*.22.accipiatur,addere cætera minimè fuerit necesse, 487.2.7.Epicuri,*Ibid*.

IN ANNOTATIONIBVS.

Primus numerus paginam, secundus columnam, tertius lineam notat.

IN PRIORI TOMO.

3.1.6.[*Datum*]4.2.8.à sponsione.*Ibid*.11.& contraria,5.1.1.[illegible] *Ibid*.2 2.quod ad corpus.*Ibid*.14.malui,7.2.55.possitis,8.1.16.Minima,25.1.15.deceptus fuisse,31.2.12.[illegible],46.1.7 loquuntur,61. 2.4.*dele* in,*Ibid*.21.consequatur,72.1.27. *adde* Hebræa שוה [*schahah*.]102.2.10 Principes,142.1.32.multi.*Ibid*.46.*dele* quum 195.1.25. Sicut autem,258.2.17.[illegible], 380.2.31.ἀλλ' ὅτι, εἶναι, 384.2.[illegible]essentialis illa vita,non per se sed inDeitatis Filij persona,[illegible]merè spirituali,*Ibid*.57.*dele* Mentali siue, 387.1.5.& [illegible] verò,&c.42 2.2.9.doctrinæ nouum caput,427.[illegible]erit 4[illegible]commonefacere sic voluisse,509.2.58.[illegible],510.2.34.aliud habeo,[illegible] *dele* intra illas septē hebdomadas,565.1.15.altero[illegible]sibi deponere,

IN ALTERO TOMO.

2.1.67.Christi Deitatem,3.2.1.& qualitates,*Ibid*.2.48.quin vera, 4.2.56.Idem enim,10.2.23.vt fœdarent,19.2.10.quod ideò,23.1.25. docet quomodo,*Ibid*.aspernati, leuiter,*Ibid*.65. existimarunt sed eo sensu,*deletis quæ sunt intermedia*,34.2.6. Est enim omninò,*Ibid*. 20.insolens istud videtur,35.2.52.*dele* enim.43.2.52.mandata:pereleganter vsurpante hoc verbum Apostolo,48.1.14.respectu:videlicet tum,*Ibid*.2.10.[illegible],50.2.33. Descripsi igitur, *Ibid*.1.42. condemnationem in nobis superesse quia,& 45. vnitionem, nos iam nunc, licet vix ab illa natiua corruptione liberari cœptos sistit,&c.*Ibid*.47.intra nos,& 59.sanctificatio,cuius nostræ in ipsum insitiones [illegible] est illa in nobis,&c.*Ibid*. 2.49.Secundùm carnem tamen viuere,*&* 51. vt quæ corrupta exciderit à,53.2.41.*dele* [illegible],*&* 49.Itaque duriores alias,& 63.[illegible], *Ibid. in Synopsi* [illegible] [illegible] lin.8,atque morbum,*& mox* extingueret: Deus Filium suum induit carne huic nostræ peccatrici simili, in quo, &c.54.1. 11.efformandi: vtpote,*Ibid*.32.appareret: quamobrem,60.1.52.particulam [illegible],66.1.48.quo Deus,*&* 61,vt qui viuente, 68.2.52.esset. Hoc,*&* 59.confirmantur: *&* 60.paritum sed 69.1.47. Deinde,si genus,71.1.42.sit tandem,73.2.5.[*Haddanar*,]*&* 8.singuli ore recitare,74.2.27.fucant veritatem,76.2.6.[illegible], *Ibid*.39.solà-ne, 82.2.12.Itaque sciendum est, 83.1.2.artificio: argumento à causa, &c.*Ibid*. 28.[illegible], 89.2.22. meminit,103.1.37.coaptati, 107.2.20.47.homines,110.1.45. [*hachabbed* ,]116.1.27.[*empoigner*] 117.2.[illegible].perfectionis,119.2.41.Pseudepiscopalem, 124.2.30.negotiis habere.*Ibid*.46.quos potiùs ipsis.125.2.28. [illegible],128.2.12. cauendum est,*Ibid*. 16.[illegible],*& mox* [illegible],129.1.3.cœlibibus,

ibid.24.sine aliquo,488.2.1.Olim verti ἐν ᾧ,*Ibid*.10.sceleratis illis adhibuit,491.1.27.Respondeo id factum,*Ibid*.38.idem naturam esse,493.1.44.merito, *Ibid*.2.18.nuntiorum, *Ibid*.23. ex vana, 494.1.26.[illegible] quæ nunc in intellectu, *Ibid*.2.10, *adde* Es.1.12.495. 1.45.quarum demum,*ibid*.2.29.[illegible].496.2.3.[illegible] ὁ Θεὸς,*ib*. 16.ipsam quoque cœlorum.497.1. 11.Ipse verò summus ille,*ib*. 2.21.perlegeretur.501.1.7. nos illustrante, *ibid*.2.17.quia nondū tempus.502.2.3.non imbecillitatem.503.1.23.*dele* Peius enim viuere esse ex morte ad vitam, *ibid*.25.ex eo quòd fratres diligamus. Priùs enim viuere nos oportet.504.1.5. vociferantur Dæmones.*ibid*.2.14.Quînam enim,*ibid*.16. quem Deus prior dilexit.505.1.6.etiam Dæmones,*ibid*.2.25. suum esse Filium testatus est.506.2.31.[illegible] εἰς τὸ ἕν εἰσιν 507.1.19. [*Peccare*] [illegible].*ibid*.37.Dei enim infinitam.*ib*.41.quòd æternæ. *ibid*.2.24.cedant,*& mox*,nisi summam,*ib*.26.*dele* non.*ibid*.34.quàm,*& mox* nobis hic sit.508.2.30.Non enim in eos cadit illud quod.*ibid*.31 emanet,*ib*,51.consideratius.511.1.20.Ad Deum,*ibid*.26.Agimus, inquam.*ibid*.32.in maligno iacere.*ib*.2.36. Epiphanius.512.1.21 salutationem.513.1.56.quòd.515.*in Synopsi*,*num*.2.*lin*.9.Diotrepsis *ibid*.1.3.vltrò solum, 517.1.2.commilitones.518.1.25.omnibus codicibus,519.2.16.libros.522.1.4.plerisque,524.1.5.Israelitis.*ibid*.2. 29.דקר.*ib*.37. vniuersa terra.525.1.20. dissimili.*ibid*.2.4.pro eo qui nulli fini subiacet.527.2.12. codicum.528.1.11. vt conuertit. 530.2.2. dixit.533.1.7.[*nec dum finitus*.]*ibid*.14.שרוש.534.1.9.dicebant.*ibid*.12.diuitias.537.1.18.14. [*Lauerunt*] [illegible]. 538.1.27. Quod sit autem.539.2,10.hæc sunt ex Ioelis.1.6.541.1.1. Hic erat.555.1.22.fuit.*ibid*.2.3. cedro.558.2.10.non cum.

FINIS.